Kollin sklep Lowicz

J. V. III. 2.

AMBROSII

CALEPINI DICTIONARIVM VNDECIM LINGVARVM,

IAM POSTREMO ACCVRATA EMENDATIONE, ATQVE INFINITORUM locorum augmentatione, collectis ex bonorum authorum monumentis, certis & expressis syllabarum quantitatis notis, omniumq; vocum significationibus, flosculis, loquendi formis, proverbialibus sententiis, cæterisq; ad Latini sermonis proprietatem, elegantiam, & copiam pertinentibus rebus, quanta maxima fide ac diligentia fieri potuit ita exornatum, ut hactenus studiosorum usibus accommodatius non prodierit.

Reuerendissimi Domini Camilli Montis Archiepiscopi Argentini ex Legato Apostolico Sedis Apostolicæ Nuncii & Illustrissimi Domini Johannis Christophori Boderici Sacræ Cæsareæ Majestatis Oratoris Ad 1674.

Respondent autem LATINIS vocabulis,

HEBRAICA,	BELGICA,
GRÆCA,	HISPANICA,
GALLICA,	POLONICA,
ITALICA,	VNGARICA,
GERMANICA,	ANGLICA.

ONOMASTICVM

verò: hoc est, propriorum nominum, Regionum, Gentium, Vrbium, Montium, Fluminum, Hominum, & similium catalogum, maxima etiam accessione locupletatum, & præcipuarum rerum Germanica explanatione illustratum, seorsim adjunximus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
Imperatorio.

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI.

LIBER AD EMPTORES.

VNo jampridem qui sum tantùm ore loquutus
Simplice contentus reddere verba sono.
Endeca nunc glottos undenis prodeo linguis,
Illustris, mira commoditate novus.
Filius HENRICI PETRI *me munere tanto*
Exhibet, id grata tange IVVENTA *manu.*

STVDIOSO LECTORI TYPOGRAPHVS

S. D.



COGITANTI mihi dō optatā tandem, in quam hæc noſtra ætas devenit, felicitate temporis (candide & ſtudioſe Lector) non abs re videtur & Calepinum ipſum, ſi reviviſcens præſtò foret, ſolo iſthoc Opere declarare poſſe. Etſi enim is præſens Dictionarium, pulcherrimo ſanè & utiliſſimo inſtituto, necnon felici primordio, eo tempore quo boni authores nondum ſuæ integritati atq; nitori reſtituti erant; literarum ſtudiis interea aliquo modo refloreſcentibus, ex variis ſcriptoribus, multis haud dubiè vigiliis, congeſſerat: non erat tamen tantā verborum copiā illuſtri earum explanatione, iiſq; rebus, quæ ad Latini ſermonis puritatem, copiam, elegantiam & naturam faciunt, adeò inſtructum, quibus hodie præclara doctiſſimorum virorum opera cumulatū prodit. Idipſum in Præfatione diſertè faſſus, dum, inquit, multa, imò innumerabilia in hoc Opere deeſſe, clarè ſignificare voluit, hujus Operis materiam adeò latè diffuſam eſſe, ut ſubinde majorem acceſſionem patiatur: quod & in cæteris rebus, quas humana producunt ingenia, uſuvenire ſolet, ut qualicunque arte vel induſtria elaboratæ ſint, excultius ferè ſemper reddi poſſint. Id hactenus multi per Italiam, Galliam & Germaniam politiſſimi viri, quibus literarum dignitas & juvētutis profectus cordi fuit, animadvertentes, huic Operi adornandō tantum laboris impendērunt, ut opus novum vel ipſi authori videri poſſit. In eo namque vocum ſeries numeroſior, & earundē explicatio illuſtrior exiſtit, unà cum loquendi formulis, proverbialibus ſententiis, translationibus, aliiſq; rebus ad Latinum ſermonem pertinentibus: ſitque ditiſſimi gazophylacii inſtar, nullis ſeris, clauſtriſq; munitum: ſed omnibus, quotquot id adire dignantur, obvium, recluſum atq; patens, ut quamprimùm in hujus linguæ ſubtilitate aliquid deſideres, nulla te penuria laborare ſinat. Etenim quàm neceſſaria res ſit, verborum vim, proprietates, ſignificationes & congreſſum tenere, nemo qui bonas artes vel primoribus tantùm, quod dici ſolet, labris attigit, ignorare poteſt. Neceſſe enim eſt eos, qui ſine hac cognitione, in ſimilium diſciplinarum campis, ὥσπερ κύβης ἐν βαλανείῳ, verſari, & priuſquam alis ſint inſtructi, aquilæ volatum imitari voluerint, ſuam tandem nuditatem & inopiam ſentire, & quia verba rebus arctiſſimè nexa ſunt, ſæpè quòd maximè neceſſarium erat, non intelligere, denique in ipſo ſermonis uſu hærere, aut ſeipſos riſui exponere. Ecce igitur quàm chara ſint nobis ſtudia tua, ut Theſaurum hunc toties jam cuſum atque recuſum, nunc quoque caſtigatius, locupletius, & tuis ſtudiis cujuſcunque ſis loquelæ, accommodatius;

modatius,quàm antehac fieri potuerit,Officina noſtra extrudat.Nam præter illas ſuperioris editionis linguas & Polonica, Vngarica & Anglica hac demum vice,noſtra cura,adjectę veniunt.Quod ſi iterum verò aliquot voces barbaras:hoc eſt,quibus Cicero,& ſimiles authores uſi non ſunt,eliminare noluerimus, id cæteri non ideò nos feciſſe cogitent, ut earum uſum commendemus, & cæteris æquiparemus,quin potiùs ut ii,quibus mediæ ætatis ſcriptores quoque evolvendi ſunt, hinc aliquod ſubſidium ſibi parare queant.Cùm igitur Volumen iſtud tuis ſtudiis,amotis difficultatibus, cæterisque obſtaculis, facilem viam daturum ſit,& ad parandam eruditionem magnopere profuturum: eſt quòd Deo in primis,qui nos in tanta luce verſari dignatus eſt: deinde utriſque, & qui primam & poſtremam ei manum addiderunt, gratias agas,noſtrosq; conatus candido pectore excipias.

Vale.

AMBRO-

AMBROSIVS CALEPI-
NVS EREMITANVS SENATVI-
POPVLO'QVE BERGOMENSI,
S. P. D.



LVRES *anni sunt, magnifici, consummatissimiq; viri, ex quo à prophanis, tùm veteribus, tùm recentibus: vel à catholicis, & his sanè doctissimis, sanctissimisq; viris complurimas dictionum interpretationes, quæ mihi ad pernoscendas authorum sententias idoneæ viderentur, excerpere, atq; in unum cœpi cogere. Quod planè opus sic à me susceptum esse velim existimetis, ut aliis, & mihi in primis, usui quandoq; futurum confiderem. Non enim tàm instruendorum aliorum, quàm mei exercendi ingenii gratia, id efficere aggressus sum. Nam cùm à teneris (ut ajunt) unguiculis inter sacratorum numerum, faventibus superis, relatus fuissem: & neq; declamationibus, refragrante natura, me dedendum putarem: neq; percipiendæ philosophiæ ulla mihi à patribus facultas daretur: quippe qui in id temporis incidissem, quo de salvandis animis tantummodò cogitandum foret, cùm nec tempus omninò frustra terendum ducerem: haud iniqua res visa est, ea me amplecti studia, quæ certam præ se ferrent humanitatem. Neq; verò eò vel temeritatis vel dementiæ redactus sum, ut bonarum artium studiosis satis me facere posse existimem, quando nemo, licet sapientissimus, id unquam præstare potuerit, certoq; sciam, me nec tanto ingenio, tantáve literatura præcellere, ut quæ à Nonio Marcello, Festo Pompeio, Pædiano, Servio, Donato, Varrone, cæterisq; Latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint, eo ipse magis religioni dedicatus, quàm cuipiam disciplinæ, clarius aut enucleatius scribere posse confiderem. Verùm quia in præstantissimis illis literarum antistitibus plurima desiderabantur, ego ut communi studiosorum utilitati consulerem, ac meis pro viribus suscepti muneris officio cumulatissimè satisfacerem, ea carptim ex omnium penè disciplinarum monumentis exprimere conatus sum: multa contra Laurentium Vallam, contra Priscianum, aliosq; authores, præstantiorum authoritate nixus. Plus enim apud me Ambrosii, Hieronymi, vel Augustini gravitas & doctrina valet, & Græcorum, quàm Laurentii Vallæ studiosa reprehensio. Id autem benè, malé ve fuerim assecutus, judicent alii. Hoc unum affirmare ausim, nostrum hoc Opus & Vocabulorum multitudine, & præpositionum interpretamento, & authorum citatione, ordineq; Dictionaria cuncta superare. Quod cùm in volumen amplum excre-*

vísset, ac illud multorum rogatu emittere statuissem, patriam elegi, cui id dedicarem. Nam cui potissimùm consecrari opus de re literaria debuit, nisi patriæ? & illi quidem patriæ, in qua magno & excellenti ingenio viri sunt, qui de gravitate, de juris prudentia, deq; omni scientiarum genere præclarè meriti essent, quos ego tanquam obices oblatrantibus constitui opponere. Ferè enim plerique omnes, qui in literis præsertim aliquid edidêre, id Principi vel Senatui cuipiam inscripsêre, quærentes ut ab eorum potentatu ac magnitudine, laboribus suis apud omnes authoritatem, & ab invidis tutelam, munimenq; pararent. Prudenter id quidem, quando ita veteri consuetudine fieri videmus, ut omni in re, quæ principes probant, ea cæteri laudent, cupiãt tueantur. Scio namq; futuros esse, qui labori nostro detrahant. Ita enim sit, ut quæcunq; mortales agant, sive privatim, sive publicè, calumniæ subjacere certum sit: nec divinis operibus maledica lingua parcit, tantum sibi hurmanus arrogat intellectus. Ego nõ nisi volentibus hæc legenda trado. Multa sanè, fateor, à me tradita sunt, quæ alii probẽt, ab aliis vitio dentur: quod plerisq; etiam doctissimis usu evenisse compertũ est. Velle suum cuiq; est, (inquit Poëta) nec voto vivitur uno. Domus quæ apud forum extructa est, quòd editior sit, vel depressior quàm æquum videatur, sæpè contenditur. Difficile reor, omnibus placere posse. Sed ego non solùm cuipiam me non præpono, sed nec æquiparo quidem; eligens cum Propheta abjectus esse in domo Dei. Quare si meũ Opus à vobis acceptum fuerit, illumq; probasse videamini, abesse non poterit, quin à tàm gravibus, tàm doctis, tàm eloquentibus viris laudatum, laudandum quoq; reliqui existiment. Multa verò, imò penè innumerabilia desunt in hoc Opere. Quis enim universa multis etiam queat comprehendere voluminibus? Verúmne longius epistolam evagari patiar, finem dicendi faciam, si modò hoc unum vos monitos effecero, quod ad rem plurimùm conducere videtur: quippe quod unamquanque dictionem inventu facilem reddit. Nam omnes orationis partes aut simplices sunt, aut compositæ. Quæ simplices sunt, suo quæq; loco pro duarum, triúmve literarum præcedentium ordine collocantur. Compositarum alias simplicibus, alias per se, secundùm variam, multiplicemq; earum significantiam, coaptavi, ab A litera initium sumens.

VITA

VITA
AMBROSII CALEPINI, EX ADDITIONIBVS IN EVM LIBRVM, QVEM IO TRItemius de Eccleſiaſticis ſcriptoribus edidit.

AMbroſius Calepinus Bergomenſis, ordinis divi Auguſtini, quo tempore Ludovicus Sfortia Mediolanenſibus dux præerat, floruit: divinarum & humanarum literarum indagator ſtudioſiſsimus. Vnde Opus pergrande ſua induſtria, magno labore, ex innumeris propè authoribus collectum, de vocabulorum notitia, ac præpoſitionum interpretatione Græca & Latina, cum authorum atteſtatione, nobis communefecit. In quo non ſolùm, quæ ad literarum & Poëtarum, & Oratorum cognitionem plurimùm conferunt: ſed etiam, quæ ad Medicos, Philoſophos, nec non doctores Eccleſiaſticos pertinent vocabula, doctè ſatis, elegantérq; explicuit: explicita in veriorem lucem, quàm in quibuſdam aliis codicibus conſimilibus, legenda reliquit. Quæ profectò doctis pariter & indoctis, non mediocre attulerunt ſubſidium. Hinc enim factum eſt, ut quæ apud barbaros jam barbara evaſerunt, Latina fiant: quæ verò apud doctos in dubium revocabantur, nunc pateant, diſcuſſa dubitatis nebula. De CALEPIO oppido, à quo nomen huic ſcriptori, quære in propriis nominibus. Videtur & alia quædam ſcripſiſſe. Nam ubi Venetiarum mentionem facit: de hujus (inquit) civitatis laude, quoniam apud Iacobi Philippi Chronica à nobis latè congeſtum eſt, duximus omittendum.

AMBROSII CALEPI-
NI DICTIONARIVM, POSTREMA
HAC EDITIONE PVRISSIMÈ CASTIGATVM ET

locupletatum, cum Adagiis ſelectioribus, Hebraicis, Græcis, Gallicis, Italicis, Germanicis, Belgicis, Hiſpanicis, Polonicis, Vngaricis, atq; Anglicis vocum additionibus.

A



NOMEN eſt literæ primæ Hebræis, Græcis & Latinis: quibus id ſimpliciter ſonat quod ſcribitur, nihilque habet, quod in ipſa prolatione detrahatur, ut Hebræi de Aleph, & Græci de ſuo Alpha poſſunt. In ordine tàm apud nos, quàm apud illos cæterarũ eſt tùm vocalium, tùm conſonantiũ princeps. Latinis autem vocalis prępoſitiva, ſicuti Græcis: nam in conſtitutione diphthongorum præponitur, ut apud illos in αι, αυ, apud nos in æ, au, facilè videri poteſt. Qua verò figura fuerit primis illis tẽporibus, quibus literæ datæ ſunt Latinis, ſive ab aliõ quopiam, aut Deo, aut homine, mihi non liquet, monumenta illa periiſſe puto. Minus auſim affirmare, A, noſtrum grandiuſculũ, formam ſuam accepiſſe à labiorum noſtrorum motu, & oris diductione, quùm proferimus, ut multi volunt: longè alia figura pingeretur: nõ enim eſſet, ut videmus, triquetra forma, ſuperiori duntaxat parte concluſum, tranſverſa linea paulò ſupra medium poſita. Sed hæc nimia diligentia eſt: ſequamur patrum veſtigia, & uſus. At quoniam omnis compoſitionis vis, partim in elementis conſiſtit, quæ & literas appellamus, partim in ſyllabis, partim in dictionibus, partim in membris: elementaque ſunt, à quibus prima vox conſtituitur, & in quæ demum reſolvitur: Idcirco in omnib. literis maximè pronunciationis modus conſyderari debet. Delectus enim non tantùm eſt in compoſitione dictionũ ad orationem, ſed in locatione quoq; ſyllabarum ad dictionem, literarumq; ad ſyllabam. Qua de re hoc loco nihil ſcriptum ab aliis animadverto: liceat ergo mihi paucis immorari. In gratiam tyrunculorum hæc ſcribo, prætereant doctiores pauculas lineas. Literarum poteſtas ipſa pronunciatio eſt, propter quam factæ ſunt figuræ, & indita literarũ nomina. Hanc pronunciationem vetuſtiores Grãmatici, & cæteri elemẽtum appellavêre, hac ratione. Siquidem ab his, dum coëunt, perficiuntur corpora, etiamnum quando hæc cohærẽt, literalis vox quaſi corpus aliquod cõponitur, vel magis verè corpus. Nam ſi aër corpus eſt, & vox quæ ex aëre icto cõſtat, corpus eſſe oſtenditur: quippe quę quũ tangit aurem, & tripartitò dividitur, quod eſt propriũ corporis: hoc eſt, in altitudinẽ, latitudinẽ, lõgitudinẽ: ſyllabę in tenore, altitudinẽ habent: in ſpiritu, latitudinem & craſſitudinem: longitudinẽ in tempore. Hæc Cæſarienſis Grammaticus. Ego etiam alia ratione putârim pronunciationem dictam eſſe elementum. Nam elementorum natura eſt, mutua & perpetua cõverſione uti inter ſeſe: partes enim alterius craſſiores per deſcenſum ad ima proximioribus accedentes non deſiſtunt, donec ab altiori convexi loco ad inferiorẽ centri partẽ devenerint, rurſus attollũtur à cẽtro ad convexũ partes ſubtiliores. Hãc eandem naturam ſervant elementa, de quibus nũc agimus: transfundunt enim partes ſuas altera in alteram literam literæ, juxta earũ poſitionẽ, ſonus iis obſcurior eſt in fine, auditur magis in principio, quàm in medio, niſi ſequentiũ qualitatibus vires ſuas aut imminuant, aut imbecillitate adjuvẽt.

A à Cicerone Salutaris litera dicitur, quòd nota eſſet abſolutionis: ut C, condemnationis, & N L ampliationis.

Hæc litera in compoſitione ſæpè mutatur in i: ut facetus, inficetus.

Hæc à tergo aſpirationem accipiens, fit interjectio: de qua vide infrà ſuo loco.

A autẽ præpoſitio ſine aſpiratione, & cum gravi accentu ſcribitur. Deducitur enim ab ἀπὸ Græca prępoſitione, remota ultima ſyllaba πὸ: à qua præpoſitione Ab quoq; deduci videtur, abjecta ultima litera o, & mutato π tenui in ſuã mediã b. Eadem ratio eſt de Abs: quarum triũ eadem eſt ſignificatio: in hoc autem uno differunt, quòd A nunquam conjungitur cum dictionibus incipientibus à vocali: Ab verò cum omnibus iis, & prætẽrea cum l & r duabus liquidis, & i conſonantis locum tenente: ut, Ab lege, Ab rege, Ab Iove (licet apud Livium cum aliis quoq; conſonantibus conjunctum legatur) & Abs cum t, & q: ut Abs Tullio, Abs quolibet. Quęcunq, igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad ſignificationem attinet, dici & poſſe & dẽbere eſt putandum.

A, denos habet ſonos: vel plures, ſicut alię vocales: quãdo brevis, ſive aſpiretur, ſive non, & gravatur, & acuitur, ut hàbeo, hábemus, ãbeo, ábimus. Quum producitur, tàm cum aſpiratione quàm ſine, gravatur, acuitur, circumflectitur, hâmi, hámorũ, hâmus: ârae, árarum, âra hactenus Cæſarienſis. Hæc litera clara ex arteria prodit, os renidens hilaritate quadã liberiùs aperit, ſpiritusq; profundior ſuapte natura palati cõnexum ferit: ejus ſonus magis auditur in principio, quàm in medio, remiſſior in fine dictionis: fit tamen in principio clarior, ſi ſubſequitur minus vehementis ſpiritus conſonans: at ſi hujuſmodi literæ geminentur, majus incrementũ ſuſcipit: ſi diverſæ obſtrepentes ſuccedãt, non parũ aſperitatis habet: deniq, juxta qualitates cõſonantium aut ſimpliciter poſitarum, aut geminatarũ, aut diverſarum, coëuntiũ inverſe, modò ſuavius ſonat, modò aſperius ſtrepit. Cęterasq; ſoni pręſtantia longè anteit vox illa, in qua plurimum viget A, quod maximè tùm in oratione deprehenditur, tùm in carmine. Sic duobus potiſſimùm locis apparet, in verſu pentimemeri ſcilicet, & heptimemeri, ubi fit arſis, & theſis, magis canora fiũt carmina: Grandiori figuræ nullum accommodatius elemẽtum. Hujus concurſus, & poſitus crebrior non tàm exprimit magnitudinis & gravitatis formam: ut, at nunc horrentia Martis Arma, virumq; cano, &c. quàm animi affectum declarat: ut Phyllida amo ante alias, nã me diſcedere flevit. At regina gravi jamdudum ſaucia curis; duo maximi apud Maronem affectus. Verùm quia vocales breves gravitati parũ idoneæ, longiores verò multò præſtantiores: ut ajt ſummus & optimus dicẽdi magiſter, quum in dubium revocet quis pes magis aptus ſit, & conveniens in fine clauſulæ, Trochæus an Iambus: Iambum concludit, qui conſtet ultima longa, Trochæus verò brevi: Nõ indignum fore exiſtimavi hìc ſubjicere, & ſingulis elementis, quod non parum cõferet ad numeros orationis, ſi ritè res perpendatur, correptionis & productionis regulas in ſolo dictionis fine: nã in principio, & in medio optimorum authorum petantur exempla: dent veniã viri docti, non enim ipſis hæc ſcribimus, ſed novitiis. ¶ A, in fine cujuſcunq; dictionis producitur. Corripiuntur ita, quia, puta: item nominativi & vocativi, niſi vocativus à nominativo in as: numeralia verò in ginta cõmunem habẽt ultimã. ¶ In notis antiquorũ, A. Auguſtus, vel Aulus, vel Aſſoles, vel aut, vel aliquãdo, vel ager, vel agrum, vel ajunt, vel annus, vel abſolvo, vel abſolutio. AA. Auguſti, vel Auguſta. AA. Auguſtalis. A.A. apud agrum vel aurum, argentũ. A.A. C. ante additã cauſam. AAA. Auguſti. A.A.A.F. Fære, argẽto, auro, flato feriundo, vel flando feriundo. A.A.A.F.F.QV.TY. auri, argenti, æris flator, fabricæ quirinalis Tyberini. A.A.S.L.M. apud agrũ ſibi locũ monumẽti. Vide Goltzii Theſau. cap. 24.

A, præpoſitio producitur, & gravatur in contextu. Priſcian. libro 2. de dictione.

A, motum à loco ſignificat: ut, Redeo à villa, ab agro: Venio ab urbe, ab Italia. Cic. lib. 1. Acad. Nuntiatum eſt, venìſſe eum à Roma. Virg. 2. Aen. Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat. A Tenedo: Neq; ſolùm motũ à loco ſignificat: ſed etiam tempus, & tùm maximè declaratur per Quum: ut, A puero te novi id eſt, quum puer adhuc eſſes te noſcere cœpi. Sic, Ab infantia te dilexi, quũ dico, ſignifico ſtatim quum inciperet infantia, cœptam eſſe meam dilectionem.

A vel ab, junctum cum verbis paſſivis, cauſam efficientem, ſive perſo-

ve persõam agentem significat:ut, Victus est à Scipione:id est, Vicit eum Scipio. Verti potest hic ablativus in dativum; Græco more. Cic. Honesta bonis viris, non occulta cernuntur:id est,à bonis viris.Virg.Aeneid.1.-neque cernitur ulli.Ibidem:Nulla tuarum audita mihi neq; visa sororum.

Interdum ponitur pro Post,μετά,cum accusativo,& ἀπό. Cicero de Senectute: Cujus à morte hic tertius & tricesimus est annus:hoc est,post cujus mortem.Plin.li.28. cap.11: Equarum virus à coitu in lignis accẽsum, Anaxilaus prodidit equinorum capitũ visus repræsentare. Vbi A` coitu,dixit,propter eo quod est post coitum. Sic dicimus,A` partu,A` funere,A` cõmeatu: quod est post partum,post funus,post commeatum. Suetonius in Cæsare:Plebs statim à funere, ad domũ Bruti & Cassii cũ facibus transcendit:hoc est, post celebratas exequias. Idẽ in Tiberio:A` cõmeatu castra repetẽtes. A` tergo:id est,post tergum retrò,ponè,ὀπίσω,κατὰ πρύμνην. Livius 3.ab Vrbe:Neque hostũ à tergo incursum vidit. Sic A` somno: id est,post somnum. Dicimus etiam non ineleganter,A` rege secundus:quod est,Post regem primus.Idem 1.ab Vrb.Si dignum, qui secundus à Romulo numeretur,creatus. ¶ Quandoq; significat De vel ex.Terent.in Adelph. A` villa mercenariũ vidi. Suetonius in Vesp. Alterum ad Iuniam Calvinam à gente Augusti pertinere dicebat:pro,de gente. Martialis: Ipsam protinus à via salutes.Et Cicero: A` Pausania Lẽtuli liberto audivi; quod alibi per De vel ex,enuntiavit: ut, De Philadelpho audies: id est, Philadelphus tibi dicet. ¶ Quandoq; habet vim defensionis,& significat Pro,ὑπὲρ,cum genitivo.ut,Ab aliquo facere: ab aliquo stare:ab aliquo esse:ab aliquo dicere.nullam aliam habent vim & sententiam quàm si diceres,adjuvare & defendere aliquem, vel causam alicujus & defensionẽ suscipere. Cicero in Bruto:Nec verò M. Cælium prætereundũ arbitror,quæcunq; ejus in exitu vel fortuna,vel mens fuit: qui quàm diu autoritati meæ paruit, talis Tribunus plebis fuit, ut nemo contra civium perditorũ popularem, turbulentãq; dementiam à Senatu, & à bonorũ causa steterit cõstantius. Idem de Invent. Cõmune est quod nihilo magis ab adversariis quàm à nobis factt. Idem de Orat. Sed vidésne hoc totũ Scęvola sit à me?Vbi quod A` Senatu ait,& A` causa bonorũ: perinde est acsi dixisset:Pro partib. Senatus, & bonorũ : hoc est,Senatui studuerit & faverit:eumq; tutatus fuerit. Idẽ pro Cluentio:Non modò dicendi à reo,sed ne surgendi quidem potestas fuit:id est,Pro reo:hoc est, In gratiam & favorẽ rei. Sic dicimus,A` quæstionib.A` testibus, A` voluntate, quæ loquutio creberrima est apud idoneos autores : quasi defẽsor quęstionum,testium,& voluntatis alterius.Ab aliquo solvere,persolvere,dare, numerare,repræsentare, vel suppeditare quis dicitur,si,quod ipse alicui debet,id curet,ut alius pro se ac nomine suo solvat,det,numeret, repręsentet aut suppeditet. Cicero ad Attic.Frater elaborat ut tibi quod debet ab Egnatio solvat.Pro Cæcinna:Hac emptione facta pecunia solvitur à Cesenna.Idẽ pro Planc.Sinite me,quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persolvere. Idem pro Flacc. ab A.Sextilio dicit se dedisse & suis fratribus.Ibidem:Si prętor dedit à Quæstore numeravit.Idem ad Attic.Reliquæ pecuniæ uiurã Silio pẽdemus, dum à Faberio repręsentabimus. Idem con.Rull.Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à socios. ¶ Hinc natæ sunt illæ Iurisconsultorũ formulæ. Ab aliquo possidere,Ab aliquo uti:id est, possessionem,& usum ab aliquo nactũ esse. L.j D. uti possid. & L.j.D.De itiner.actuq; priv. ¶Officiorum prætera & dignitatũ nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus funguntur: qua quidem in re latissimus hujus præpositionis est usus.Nam A` studiis dicitur esse,qui pro eruditione & doctrina sua, præest studiis alicujus,puta principis . Ab epistolis, ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis,sive ut eas accipiat, sive ut ad illas respondeat.A` rationibus,qui nunc vulgò *Clericus*,sive *Magister cõputorum* dicit.Suetonius in Claudio: Super hos Polybium à studiis,Narcissum ab epistolis,& Pallantem à rationibus,quos decreto quoq; Senatus nõ pręmiis modò ingentibus,& Quæstoriis,Prætoriisq; ornamẽtis ornari libenter passus est.A` libellis,Qui libellis supplicib. præest,ὁ τῶν ἐπιστολῶν καὶ ἱκετηρίων. Sic à batis, Qui præest mensuris,quiq; annonã mensuris dividit:nam batus,mensurę genus est.A` caliculis,Qui præest caliculis,quę sunt vasa potoria,ὁ ἐφεστὼς τοῖς κυλιξί. A` cõmentariis,Qui pręest cõmentariis: hoc est,qui in cõmentarium custodias refert,& veluti diariũ custodiarũ conficit.Hunc Asconius Pędianus Cõmentariẽsem vocat.Hieron.lib.2.Reg.Iosaphat erat à commentariis. A` manibus,sive à manu,dicũtur scribæ, quorũ manu ad literas scribendas principes uti solent . οἱ ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν χειρόβιοι. Suetonius in Cæsare:Philomenẽ à manu servũ, qui necẽ suã per venenum inimicis promiserat,non gravius quàm simplici morte puniit.Hi alio nomine,Ad manũ,dicuntur. Cicero lib.3.de Orat.Licinium servum sibi Gracchus habuit ad manũ. Similiter Amanuẽses eos Suetonius alibi vocat. A` memoria, Cujus officiũ est suggerere principi res obeundas,& quæ sint agenda, in memoriam illius revocare ex præscripto.ὁ ἀπὸ τῶν μνήμης τοῦ βασιλέως. A` pedibus, dicũtur servi, quorum pedib. utimur. Cic. ad Attic. Nec ullã ob aliam causam Pollucem servum à pedibus Romam misi. Martial.li.5:Omnia quum retrò pueris opsonia tradas, Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?Itẽ libro 7.eosdem vocat ad pedes:Misto (*inquit*)lagenam replet ad pedes vino. Invenimus etiam pro eodem Pedes,sine præpositione.Idem lib.3: At ipse retroflexus ad pedum turbam.Et sciendum,A` pedibus, per omneis casus eadem terminatione dici. Rectè enim interrogaveris, Quid agunt à pedibus?Intelligitur enim ibi,Servi à pedibus, Missi à pedibus,Dedi à pedibus meis.Hi etiam Circumpedes vocantur.Vnde ait Agretius: Circũpedes,sunt obsequia servorum:Antepedes,amicorum.Cicero: Circumpedes autem homines formosos & literatos,suos esse dicebat. A` pugione,dicitur,qui principis pugionẽ gestat, eiq; semper præstò est.Lamprid.in comm. Inter quos libertinus qui à pugione appellatus est.A` punctis,Qui prœest reditui aquariorũ,apud Frontinum lib.2.de Aquæduct.A` secreto,sive à secretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (ut docet Budæus in priorib.in Pandectas Annotationibus)imperia recipit diplomatum subscribendorum,edictorumq;,quę in consilio selecto decerni solent.ὁ ἀπὸ τῶν ἀναγνωσμάτων. A` voluptatibus,Qui studium habet comminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui novũ voluptatis genus reperisset. Suetonius in Tiberio: Deniq; officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano,T.Cæsonio Prisco. ¶ Aliquando etiam hæ præpositiones pro Contra ponuntur.Virgil.in Melibœo:-dũ teneras defendo à frigore myrtos:hoc est, contra frigus.. Cicero pro Fonteio: A` quo periculo defendite, judices , civẽ fortẽ. ¶Quandoq; ponuntur pro Per. Plaut. in Rud. Ab se cantat cuja sit:id est,per se,sua sponte.Idẽ in Bacchid.Nunc ab transenna hic turdus lumbricũ petit:id est,per transennã. ¶Quãdoq; pro Præter, sive Cõtra:unde Ab re, significat Præter,sive contra utilitatem,aut sine utilitate.ἀσύμφορον. cui contrarium est E`re:id est,ad utilitatem.συμφέρον.ut,E` re publica:id est,commodo Reipubl.Plautus in Capt.Quidvis,dum ab re ne quid ores, faciam : id est, ne quid ores alienũ ab honestis moribus,quod bonis moribus non conveniat. Idem in Trinum. Ab re cõsulit: id est,frustrà.Sępiùs autẽ usurpatur cum particula negativa.Plautus in Asinar.Haud ab re aucupis.Livius:Haud ab re duxi. ¶ A vel Ab,pro ἕνεκα,sive pro eo quod dicimus,Quod pertinet ad. Cicero ad Atticum:Sumus enim flagitiosè imparati cùm à militibus,tùm à pecunia. Idem de Oratore:Hæc quum Crassus dixisset,parumper & ipse conticuit,& à cæteris silẽtium fuit:pro, Quod ad milites ad pecuniã, ad cæteros pertinet.Plautus in Epidico:A` morbo valui, ab animo æger fui:id est,quod ad morbum,quod ad animũ pertinet.Idẽ in Curc. Tàm à me pudica est, quasi soror mea sit.Pudica,*inquit*, est, quod ad me attinet . Huc pertinent & hæc,Ab animo perit,Ab re perit,Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus. Doleo ab animo,Doleo ab oculis, & similia apud Plautum ac Terentium. ¶ Accipiuntur etiã A, vel Ab, pro eo quod vulgò dicimus,*De parte*.Plinius libro 33:Quod à Sole fuit,in iis melius, quàm quod à terra:pro,Versus Solẽ, & Versus terram.Idem libro 2.cap.47:Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus:ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriẽte brumali Vulturnus.Dicitur tamẽ & A` parte, pro eodem.Plinius lib.13.cap.15:Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis. ¶ A vel Ab præterea cũ ablativo personæ eleganter domicilium significat:ut,A` judice venio : hoc est, à domo judicis.Terentius in Andr.Vnde est? dic clarè.MY.à vobis:id est,à domo vestra.Ibidẽ: Sed Mysis ab ea egreditur. Sic A` me,A` milite,A` Glycerio, apud eundem. ¶ Ab eo,pro Ejus.Terentius in Evnucho: Adibo, atq; ab eo gratiam hãc, quam video velle,inibo.Donatus,hæc est eloquutio, Gratiã ab eo inibo,pro,Ejus gratiã merebor. Nam Ab eo,amat Terentius pro,Ejus,ponere:ut in Andria:Hęc primùm animadvertenda ab eo injuria est: id est, ejus injuria. ¶ Sunt & aliæ harum præpositionum significationes, cujusmodi sunt quæ sequuntur. Cæsar: Opportuno,atq; occulto loco à millibus passuum circiter duobus, Romanorum adventum expectabant,pro intervallo duum millium passuũ. Idem: Positis castris à millibus passuum quindecim, auxilia Germanorũ expectare cõstituit. ¶ Livius verò aliter loquit libro primo:Castra à Fidenis mille passuum locat:pro distãtia à Fidenis mille passuum. Idem: Castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant:& sic alibi sæpè. ¶Ab aliquo legare. Cicero pro Cluent. Itaq; ei testamento legat grandem pecuniam à filio:à secundo hærede nihil legat, subintellige, tradendam: id est,A.Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam,

ut is eam nonnisi à filio, siquis natus esset: accipere posset: ut scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filii, quum in ea tantũ suum emolumentum positum intelligeret. Nam legata non valebant, si is, à quo nominatim testamẽto relicta erant, hæres non esset. ¶ A' lenone manu asserere, apud Plaut. in Pers. ¶ A' calce ad carceres: id est, à fine ad principiũ. Cicero de Senectute: Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres revocari. Hoc est, à senio ad pueritiam. ¶ A' cura præstãtior, Suetonius in Tiberio: Sed affectatione & morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore, quàm à cura præstantior haberetur. ¶ A' memoria exit: id est, oblivioni traditur. Seneca lib. 3. de Benefic. Quantũ opus sit, quàm laudabile quamq; nunquam à memoria hominum exiturum. Hæc de significatione & usu harum prępositionũ A, & Ab, & Abs, cæteris dictionibus appositarũ, in cõpositione separationem significant, & privationẽ. Neq; tamen cũ quibusvis literis conjunguntur. Nam A cum m, & u, consonante solùm connectitur: ut, Amoveo, amens, avello. A, quum præpositio est, apud Iureconsultos immediati tẽporis vim habet. Pompon. lib. 11. de Orig. jur. dixit à cæde. Paulus verò in l. pater. ff. de adulteriis, à divortio, quorũ locorum interpretatio est, illicò post cædem, post divortium. Ab, cum a d e f i l n o r, & u, ut, Abactor, Abduco, Aberro, Abfore, Abjuro, Ablacto, Abnuo, Abortior, Abrogo, Abũdo. ¶ Duo sunt ex Ab præpositione composita, quæ euphoniæ causa b, mutant in u, Aufero videlicet & Aufugio. Significant autem, ut diximus, hæ præpositiones in compositione ferè privationem, ut Absimilis, non similis. Nonnunquam separationem: ut Abduco, Aufugio. ¶ Interdum idem valet quod Extra: ut, Abduco. ¶ Aliquando idem quod Contra: ut, Abusus, Contra usum. ¶ Aliquãdo superfluæ sunt, ut apud Livium: Flavius supplementum ab Roma abduxerat. Cicero pro Rosc. Amer. Non est necesse omnes commemorare Curtios, Marios, Mamercos, quos jam ætas à prælio avocabat. ¶ Præterea sciendum non solùm hanc particulam significare motum è loco, sed etiam à tẽpore, ut cùm dico: Profectus ab Aemilia Romam me contuli, significo me iter ab Aemilia cœpisse. Sic verò dicens, ab infantia te dilexi, cũ scilicet, inciperet infantia. ¶ Abs verò cõponitur cum c, q, & t, ut Abscondo, Absq;, Abstineo. Significat quoq; retractionem sicut in Abstraho, & aliquando privationem, ut in Abstemius, quasi sine temeto. Huc etiã referre potes quæ dicta sunt superiùs in literã A. ¶ In notis antiquorum A.B. alia bona. ABN. abnepos. ABS. absolutus. A.B.V. à bono viro. AB.V.C. ab Vrbe condita.

A ante B.

A'b, præpositio. Vide in superiore dictione.

A'bācĭŏn, pen. corr. diminutivum est à nomine Abax: cujus significationem vide in Abax, ἀβάκιον.

A'bbăcēs, vide Abax.

A'bāctōrēs, qui sint, quære in dictione Abigeus in ABIGO. ἀποδάται.

A'bāctŭs, adjectivum, & Abactus, vide ABIGO.

A'băcŭs, penult. corr. m. f. à genitivo Græco ἄβακος, ab ἄβαξ, mensa est, vel tabula in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in quas receptacula edulioũ exponi solent. [חוּל *luách*. Gall. *Dressoir ou buffet, banc ou siege.* Ital. *Desco, banco ò sedia.* Germ. Ein Banck/stul. Hisp. *Aparador de la plata ò vasos.* Pol. *Stol' kucharski.* Vng. *Stakatſázſtal, pohár zék.* Ang. *A benche.*] Item mensę genus ex opere intestino, ad exponẽda omnis generis vasa factum. Cic. in Verr. Ab hoc abaco vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. Cic. 4. Tusc. Abacos complures ornavit auro & argento cælato. ¶ Est item tabula calculatoria, ἀβάκιον Ammonio. [Gall. *Tablette à escrire, ou table à ietter ou compter.* Ital. *La credenziera, la Tauoletta da scriuere, cartella.* Germ. Ein Rechtiſch oder tafel. Hisp. *Tabla para scriuir ò contar.* Pol. *Stoldo rachowania.* Vng. *Stámuetð aſztal, anagy tábla.*] In qua logistæ numeros, & mathematici suas lineas & figuras ducũt. Persius: Nec qui abaci numeros, & secto in pulvere metas. Scit risisse vafer, Vtitur eo in hac significatione & Apul. in Mag. Veteres mensam Pythagoricam appellabant. Hinc pro supputãdi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abuti solet. Aliquando planities è marmore vel structura ad sessum habilis hoc nomine appellatur. ¶ Sunt prętereа Abaci columnarum ornamenta, & tabulæ quadratæ, quæ epistyliis supponuntur, de quibus Vitr. lib. 13. cap. 1. [Ital. *La base della colonna.* Germ. Viereckechte Tafeln die man zur zierd oð auff die Seul tegt. Hisp. *Piedra labrada que se pone al pie de la colũna baxo.* Pol. *Obraz ćworograniaſtè, iakie Wgmachach ſtawiaia.* Vng. *Az oszlop tőuénel valo feiés es ſzeges tabla.*]

A'băcŭlŭs, m. s. diminutivum est à nomine Abax: quo significatur parva mensa, in qua vel rationes subducuntur, vel vasa reponuntur, ἀβάκιον. ¶ Sunt præterea Abaculi, calculi quibus utebãtur veteres in supputatione disjunctioneq; rationum: qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes servatur. [Gall. *Gettons à compter.* Ital. *Segni da far conti, ferlini, ragionati.* Germ. Zahlpfennig oder Rechenpfennig. Hisp. *Contante para rahazer cuenta.* Pol. *Liczmanij.* Vng. *Szám vetð pénz.* Ang. *Compteris.*] Plin. lib. 36. ca. 26. Vitri fragmẽta teporata adglutinãtur tãtùm, rursus tota fundi nõ queũt, præterquã abrupta sibi, nec tingi, veluti quũ calculi fiũt, quos abaculos appellã.

A'băgĭo, onis, teste Varrone libro 6. de lingua Latina, à veterib. dicebatur pro eo, quod nos, u in a ĕ ra mutata *Adagionem* dicimus. [παροιμία. Gall. *Prouerbe.* Ital. *Prouerbio.* Germ. Ein Sprichwort. Hisp. *Refran.* Pol. *Przislowie. ittẽ Przypowieść.* Vng. *Példa beſzéd.* Angl. *A Prouerbe.*]

A'bălĭēno, as, are, penul. prod. act. p. Quod nostrũ erat alienum facio, vẽdo, disjungo, separo. [ככך *nichchár* זיר *læzir* בסה *beſeb.* ἀποδοκιμάζω. Gall. *Aliener, estranger.* Ital. *Alienare, disjungere.* Germ. Entfremdẽ. Hisp. *Enagenar ò disapropriar.* Pol. *Oddalicz odrzucz.* Vng. *El idegenitőm.* Ang. *To sell or alter.*] Cic. de lege Agr. Hujusmodi res cõmissa nemini est, ut agros vectigales populi Romani abalienaret. ¶ Hinc Abalienatio: id est (ut Cic. in Topic. scribit) ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt. Ponitur etiã pro separare, disjungere. Plaut. in Curc. Nisi si mors amicum meum abs te alienaverit. Idẽ in Milit. Istuc crucior, à viro me tali abalienarier. Cic. Attic. lib. 14: Sed totum se à te abalienavit Dolabella.

A'bălĭēnātŭs, Participium. Disjunctus, separatus, vendĭtus. [זוּז *muzár.* ἀπαλλοτριωμένος. Gall. *Aliené, estrangé.* Ital. *Departito, disgiunto.* Ger. Entfremdet/abgeſünderet. Hisp. *Enagenado.* Pol. *Oddalony odl' aczony.* Vng. *Idegenné tétetet.* Ang. *Altered, alienated.*] Cic. Attic. 1: Sed mirandum in modum est animo abalienato. Idem in Verr. 6: Abalienati sic plere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationesq;.

A'bāmbŭ. ĭntes, Abscedentes: autore Festo. ἀναχώρησις.

A'bămīta, f. p. est soror abavi. [ἡ θεία τοῦ πάππου μεγάλη. Gall. *La sœur du pere de nostre bisayeul.* Ital. *Sorello del terzo auo.* Ger. Des Vrâhnis Schweſter. Hisp. *Hermana del tercero abuelo.* Vng. *Iob attyám attyanék az attyának nennye.*] Instit. lib. 3.

A'bānec, cingulũ sacerdotale (sicut docet Hieron.) polymita arte ex cocco, purpura, hyacinthoq; contextum, ita ut flores atq; gemmæ in eo viderentur esse distinctæ.

A'bānnātĭo, unius anni exilium.

A'bānnātĭī, qui in annum exilium missi sunt cædis perpetratæ causa, quod Græcus sermo (ut author Eustath. Homeri interpr.) ἀπονιαύσιομόν, quasi abannationem dicas, conformi Latinis nomine appellat.

A'bāptīstum, substantivum, n. s. Chirurgorum est instrumẽtum, terebellæ usum præbens, quoties cranii os propter fracturã aliquã perterebrandum est: habet enim hoc instrumẽtum in summitate sua labrum, sive obicem prohibentem, ne altiùs immergi possit, aut meningas lædere: unde & nomen habet ἀβάπτιστον. Vide Galenum lib. 6. Method. cap. 6, & Celsum lib. 3. cap. 23.

A'bāptīstŭs, adjectivum, quod mergi non potest. ἀβάπτιστος. Epitheton est propriè suberi conveniens.

A'băphŭs, pen. corr. Nõ tinctus. ἄβαφος, ab ἀ privativa particula, & βάπτω, tingo. [Gall. *Nõ teint.* Ital. *Nõ tinto.* Ger. Das nicht eyngedunckt iſt. Hisp. *No temnido.* Pol. *Nie moczony.* Vng. *Meg nem meritetőt.* Ang. *Not died.*]

Abarea vel Abazea, instituta Dionys. Cic. de nat. Deor.

Abartia, æ, f, p. insatiabilitas, nostris *bolismus*, Græcis aliàs ἀπληστία.

Abas, ἄβας, sacer morbus Tarentinis.

Abarnama, bellariorum genus.

A'bāvūnculŭs, m. s. Frater abaviæ. [חוּץ *dodh.* ὁ θεῖος τοῦ μητρὸς μέγας. Gall. *Le frere de la mere grand.* Ital. *Il fratello della terza auola.* Germ. Des Großvatters oder Großmutter Bruder. Hisp. *Hermano de la tercera abuela.* Pol. *Mego prządziada.* Vng. *Iob attyám attyának az annyának ősſe.*] Instit. lib. 3.

A'bāvŭs, pen. corr. m. s. Proavi pater: quòd jam longè absit ab avo. [אב *ab.* ὁ πάππου πάππος. Gall. *Le pere du bisayeul.* Ital. *Il terzo auo.* Ger. Des Vrâhns Vatter. Hisp. *Tercero abuelo yám.* Vng. *Az iób atyám attyának anya.* Ang. *A great grãdfather.*] Cicer. de Clar. Orat. Iam duorũ abævorũ quàm est illustre nomen! ¶ Sic abavia, mater proavi. [ἡ προμάμμη. Gal. *La ayeule de nostre ayeul.* Ital. *La terza auola.* Ger. Vnſere Großvatters Mutter. Hispan. *Tercera abuela.* Vng. *Az iób atyám attyának az annya.*]

A'bāx, abacis, f. t. idem est quod Abacus: hoc est, mẽsa vel tabula, in qua aliquid deponitur: quales sunt mensę coquorũ in qua disci, aliaq; id genus exponũtur. [חוּל *luách.* ἄβαξ. Gal. *Dressoir ou buffet.* Ital. *Desco.* Ger. Ein Credentztiſch/ein Anrichte. Hisp. *Aparador de vasos, ò sobre mesa del aparador.* Pol. *Stużba. Item Tablicza dorachowania, albo do pissania.* Vng. *Szakáts aſztal auagy tábla.* Ang. *A benche.*] Item tabula calculatoria, in qua logistæ numeros, & Mathematici lineas suas ducunt. [Gal.

Tablette à escrire, ou table d'letter ou tõter. Ital. *Tauolétta da scriuere.* German. Ein Rechenbanck oder Rechentysch. Hiſpan. *Tabla pequenna para scriuir ò contar.* Vngar. *Szam vetõ aztal auagy tábla.*] Item tabula quadrata, quæ epiſtyliis columnarum ſupponitur. Sunt præterea Abaces, vaſa quædam viliora, in quibus pretioſiora reponuntur. [Gallicè, *Estuy de pots, escuelles, vaſes, & autres choſes precieuſes.* Ital. *La veſte & conſerua di preziose coſe, comme taz̃e d' argento, liuti, & ſimili.* German. Ein Futer in das man köſtliche Geſchirr behaltet. Hiſpanicè, *Aparador de coſas precioſas.* Polon. *Puzdrodo chowania ſrzebra.* Vngar. *Ezüſt, arany és effele draga ſzerſzam tartó edény.*] Horum meminit Iabol. in l. hered. de legat. 3. Cui Corinthia vaſa legata eſſent, huic abaces quoque eorum vaſorum cauſa paratas, deberi, Trebatius reſpondit: Labeo autem id non probat, ſi eas abaces vaſorum numero teſtator habuit. Proculus verò rectè ait, ſi æneæ quidem ſint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. ¶ Notandum tamen eſt, quod in dicta l. docti viri malunt legere & βάσεις. Vide Alciati parerga. Hinc deducitur Abacion, idem ſignificans quod Abaculus, parvus Abax, ἀβάκιον. Ammonius tamen ita diſtinguit, ut Abax ſit menſæ genus in tricliniis, ubi vaſa omnis generis exponi ſolent: Abacion verò tabula illa calculatoria, in qua vel numeros vel lineas deletiles ducimus.

Abbā, per geminum b, ἀββᾶ, Polon. *Tata.* Oczieczᵹ. Vngrr. *Szrelmes atyám.* Hebræa, vel potiùs Syra dictio eſt, אבא *abbá*, compoſita ex aleph & beth ſine qua ſingulare quiddam eſt quod & patres libenter audiunt, & pueri primùm ſonare diſcunt. Paulus Roman. 8. hanc vocem exponit: Per quem, *inquit*, clamamus Abba, pater.

Abbās, tis, m. t. Collegii ſocietatiſque magiſter ac moderator. [ἡγούμενος. Gall. *Abbé.* Ital. *Abbate.* German. Ein Apt. Hiſpanicè, *Abad, prelado de monies.* Polon. *Opat.* Vngar. *Gárián.* Anglicè, *An abbot.*] Sunt qui unico b ſcribant. Dictione Chaldaica Abbas patrem ſignificat. ἀπὼς, ἀρχιμανδρίτης.

Abbātĭă, tiæ, f. p. à recentioribus, capitur tàm pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniam nimis malè ſonat Græcos imitatus, per τει ſcriberem ſemper Abbateia, ἀββάτειαι, penultima longa. [Gall. *Abbaye, dignité d' Abbé.* Ital. *Badia.* Germ. Ein Aptey. Hiſpan. *Abadia, dignidad de aqueſtos.* Polon. Opacztwo. Vng. Az *gárián méltoſága.* Angl. *An abbacie.*]

Abbātĭſſă, fœmininum ab abbate. [ἀρχιμανδρίτης. Gall. *Abeſſe de nonnains.* Ital. *Badeſſa.* Germ. Ein Eptiſſin. Hiſp. *Abadeſſa de monias.* Polon. *Przeorzyſza kſieny.* Vng. Ew *apátcza.* Ang. *An abbeſſe.*] Hieron. de modo vivendi: Quum à ſemitis juſtitiæ deviat, ipſamet etiam abbatiſſa cognoſcat.

Abbrĕvĭo, as, are, act. p. [קִצֵּר *kitsár* קָצַע *katáh.* βραχυλογῶ. Gall. *Abbreger.* Ital. *Accorciare.* Germ. Verkürtzen. Hiſp. *Abbreuiar lo luengo.* Pol. *Skroczam.* Vng. *Meg rõuidithõm.* Ang. *To mak short.*] Vegetius in prologo lib. 3: Quæ per diverſos autores libroſq; diſperſa, Imperator invicte, mediocritatẽ meam abbreviare juſſiſti, *&c.*

Abbrĕvĭātūră, æ. f. p. Apud Barbaros inſtrumentum eſt notorii noſtri extenſum, in l. Chirographum. ff. de adminiſtr. Int. ¶ Eſt etiam officium (ut ita dicam) apud Romanum pontificem.

Abdĭco, as, penult. correp. act. p. Amoveo, repudio, rejicio, imperium depono: quaſi longè dico. [גָּרַשׁ *gheréſh* מָאַס *maás.* ἀποδοκιμάζω, ἀποκηρύττω. Gall. *Reietter, deſauoüer, renoncer pour enfant & le priuer l'heritage.* Ital. *Rimouere, cacciar di caſa priuar dell heredità, diredare.* Germ. Verwerffen/verſchupffen. Item: Ein Kindt enterben vnd außſtoſſen. Hiſp. *Empuxar à fuera, echar à fuera, desheredar el hiio en la vida.* Pol. Oddaliam, Odpiẽham, wiro ẑekam ſie dzieciecia. Vngar. *Meg.netõm, kitagadom.* Angl. *To put away, to abaſtardiſhe to reiect.*] Apud Terentium in Andriæ periocha: Recuſat nuptias: generum abdicat. Vnde abdicare filium dicitur pater, quem adhuc vivus bonis & omni jure filii privat: quod multò gravius eſt, quàm exhæredari. Ille enim dicitur exhæredari, qui teſtamento paterno ab hæreditate ſubmovetur. Quicunque itaque abdicatus eſt, etiam exhæredatus intelligitur, non contrà. Atque hinc Nonius ſcribit: Abdicare, eſſe ex familia ejicere. Et Quintil. libro 3. ca. 6: Abdicatum interpretatur, qui à familia patris abalienatus eſt. Vide de hac re Lexicon Hotomani. ¶ Sic Magiſtratu ſe abdicare, pro deponere magiſtratum, ſive relinquere. ἀποθέσθαι τὰ ἀρχῆς, ἐξόμνυσθαι. τῇ παρρησίᾳ τὴν ἀρχὴν. Cicero in Philippicis: Antonius eo die non modò Cõſulatu, verũ etiã libertate ſe abdicavit. Ad eundẽ modum dicimus, Abdicare ſe tutela, dictatura, libertate, & ſimilia. Plinius quoque libro 20. cap. 3. eleganter hoc verbo uſus eſt: Democritus, *inquit*, in totum rapum abdicavit in cibis: hoc eſt, tollendum cenſuit: ex omni prorſus ciborum uſu ſuſtulit. ἀπεῖπεν, ἀπεδοκίμασεν. Et libro 13. cap. 22. de thapſia: Nec corticem abdicant, pro, non tollunt ex uſu medicinæ. Sic lib. 15. cap. 3: Laurus quidẽ manifeſto abdicat ignes crepitu: id eſt, rejicit. Et libro 33. cap. 1: Vtinam poſſet è vita in totum abdicari aurum: pro, ex hominum uſu tolli.

Abdĭcātĭo, verbale, f. t. quæ opponitur adoptioni. [ἀποκήρυξις. Gall. *Abaſtardiſſement, renoncemẽt, deſaueu des enfans.* Italicè, *Scacciamento de figlioli per ragione.* Germ. Abtündigung/verwerffung von Kindsſtath/ Außſtoſſung mit enterbung eines böſen Kinds. Hiſpan. *Aquella obra de desheredar en vida.* Pol. Wyrzeczenie ſie dzieczia, wydzidzi czẽte. Vng. *Meg vetés, ki tagadás.* Ang. *Abaſtardiſhing or refuſing.*] Plinius libro 7. cap. 45: Abdicatio Poſthumi Agrippę poſt Adoptionẽ: Fieri autẽ conſuevit abdicatio, patre à filio injuria affecto, aut inobedientia ejus offenſo: quem in judicium (ut quidam putãt) vocatum, probata cauſa abdicabat: eumq; abdicatum alere non tenebat: imò egenum, veſtibusq; ipſius ſpoliatũ dimittebat, nec defuncto patri ſuccedebat in hæreditatem. Transfertur etiã et ad alia: ut, Abdicatio magiſtratus, Dictaturæ, *&c.* Livius ab Vrbe: Amotusq; poſt triumphum, abdicatione Dictaturæ terror & linguam, & animos liberaverat hominum.

Abdīco, penultima producta, cis, xi, ctum. Repudio, recuſo. [הרחיק *hirchík* תעב *tehéb.* ἀποπέμπεσθαι, εἰσαποπέμπεσθαι. Gall. *Reietter, ietter en arriere.* Ital. *Laſciar da parte, voce augurale.* Ger. Verwerffen. Hiſp. *Echar atras, ò al traues.* Pol. Wyrzucz̃am ẑdzied ẑiczᵹwa. Vngar *Meg vetõm, ki tiltom el tiltom.* Angl. *To refuſe or taſt away.*] Augurale eſt verbum, & ſignificat rejicere, repudiare. Cicero lib. 1. de Divin. Quumq; in quatuor partes vineam diviſiſſet, treisq; partes aves abdixiſſent, quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones diſtributa, mirabili magnitudine uvam, ut ſcriptum videmus, invenit: contrarium ejus eſt Addicere, verbum Auguribus etiam peculiare. Tunc enim aves addicere aliquid dicuntur, quum aliquid feliciter ceſſurum pollicentur: contrà Abdicere, quum aliquid aut nunquam futurum, aut infeliciter ceſſurum ſignificat. ¶ Abdicere etiam verbum Iuris eſt, idem ſignificans quod decreto recuſare, aut litem contra aliquem dare, & rem alicui abjudicare. Ponius in L. 2. De orig. Iur. Qui quum animadverteret Appium Clodium cõtra jus vindicias filiæ ſuæ à ſe abdixiſſe, & ſecundum eum qui in ſervitutem ab eo ſuppoſitus, petierat dixiſſe, *&c.* Hotomanus.

Abditamentum, detractionem ac deductionem pretii ſignificat, cujus contrarium eſt Additamentum, alterum ab addendo, alterum ab adducendo & quaſi abdicando derivatum.

Abditivus, a, um, denominativũ à participio Abditus, ut opinor, obſoletum. Feſt. Abditivo, Abditivi.

Abdo, dis, abdidi, abditum, t. ex Ab & Do. Abſcondo, occulto, obtego, retrudo. [הסתיר *hiſtir.* κρύπτω. Gal. *Caſſer, muſſer, retirer.* Ital. *Naſcondere.* Germ. Verbergen/Ab weg thun/ Verſtecken. Hiſp. *Eſconder.* Pol. Kryẽ. Vngẽ. *El enyzthõm, auagy elreitõm.* Ang. *To hyd, to keip cloſe.*] Conſtruitur autẽ modò cu accuſativo: idq; dupliciter, vel cum præpoſitione. Cic. ad Attic. 9. In Aegyptum nos abdemus: hoc eſt, occultandi gratia in Aegyptum nos recipiemus. Idem Tuſc. 2: Audiſne hæc Aſtrophiarãe ſub terram abdite. Livius ab Vrbe 2: Abdito intra eſtem ferro. Vel ſine præpoſitione. Cic. in Piſonem: Domum ſe abdidit. Terent. Hecyr. Rus abdidit ſeſe. Modò cum ablativo: idq; duobus modis. Vno, cum præpoſitione, Livius ab Vrbe 1: Se in ſuis quiſq; tectis abdiderunt. Idem ibidem: Cultrum quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit. Altero, ſine præpoſitione. Virg. Georg. 3: Hũc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jã ſegnior annis Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ. Vbi Servius: Abde domo: hoc eſt, in domo. Nã ſi adverbialiter vellet loqui, Domi, dicere. ¶ Dicimus etiã Abdere ſe literis, & in literas abdere. Cic. pro Archia: Si qui ita ſe literis abdiderũt, ut nihil poſſint ex his neq; ad cõmunem fructũ afferre, neq; in conſpectũ lucemq; proferre. Idem Volumnio lib. 7. Epiſt. Famil. Ac me totum in literas abdere. Ponitur etiam interdum cum præpoſitione Ex. Plautus in Pſeud. Ex conſpectu ſui heri ſi ſe abdiderunt, luxuriantur. ¶ Abdor paſſiv. condor, occultor. Plin. lib 9. cap. 8: Abduntur circa Canis ortum.

Abdĭtus, Particip. ab Abdo id eſt, occultus, reconditus.

Abdĭtē, adverbium, Occultè, latẽter, ſecretò [בסתר *beſ ther.* κρυφῇ, λάθρα, κρυφίως. Gall. *Secretement.* Ital. *Secretamente, di naſcoſto.* Ger. Verborgentlich/heimlich Hiſp *Eſcondidamente* Pol. Tajemnie. Vng. *Titkon, auagy ritue.* Ang. *Secretlie.*] Cicer. 1. Verr. Aliquid ita conditum eſſe, aliquid ita abditè latere, ut nulla diligentia investigari poſſit.

Abdĭtum, ti, ſubſtantivum, n. ſ. pro loco occulto. [מסתר *miſtár* κρυφῶν τόπος. Gall. *Lieu ſecret.* Ital. *Luoco naſcoſto.* Ger. Verborgen ort Hiſp. *Lugar eſcondido.* Polon. *Skrite mieyſce.* Vng. *Retõk hely.* Angl. *An ſecret place.*] Plinius libro 8. cap. 5: Nunquam niſi in abdito coeunt. ¶ In abdito loco, ut apud Iuriſc.

...n Hostico, H in Hostico loco. Est enim lo-
...is per defectum substantivi, qui præcipuè Græ-
... est.

...ĕn, penultima producta, n.t. à medicis rei anatomi-
...tis vocatur extima totius ventris pars, totumque il-
...d quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & pe-
...rito næo compactum, totum illud spatium comprehendẽs,
quod est à cartilagine mucronata, nothisque costis, usque
ad ilia atque ipsum usque os pubis. [ἐπιγάστριον. Gall. *Celle part du ventre qui est vers le nombril insques aux aines sous celle peau qui commencent est grasse, & improprement signifie graisse.* Ital. *Il grasso ouer sugna de gl' animali.* Germ. Der eusserste theil des Bauchs vmb den Nabel biß auff die Scham / welches die Eynge weid bedeckt. *Item:* Feißte des Eyngeweids vnnd der Mieren. Hisp. *La vntaza ò enxundia de animal, como de los puercos.* Pol. *Sadlo tluste, y3 oli newerk.* Vngar. *Has, avagy potrok.* Angl. *The part of the vedne whic coureth ad entrailles.*] Corn. Celsus lib. 4. cap. 1: Ipsa autem ilia inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt, à quibus à pube abdomen sursum versus ad præcordia pervenit, ab exteriori parte evidenti cute, ab interiori levi membrana inclusum, quæ omento jungitur, περιτόναιον à Græcis appellatur. Dictum autem videtur Abdomen, quòd sub cute abditum sit. Et quoniam pars hæc ventris adiposa est, fit ut passim apud scriptores κοιλιακὸς Abdomen, σέαρ, accipiatur pro adipe, vel quavis ventris pinguedine. Iuven. Satyr. 4: Montani quoque venter adest abdomine tardus. ¶ Accipitur præterea Abdomen pro ima ventris fuilli parte, quę alio nomine Sumen appellatur, summisque in deliciis habebatur apud Romanos. Plinius libro 11. capite 37: Porcæ sumen optimum, si modò fœtus non hauserit: Antiqui Abdomen vocabant. Vide de eo plura in dictione Sumen. ¶ Per translationem aliquando Abdomen positum invenitur pro gula & ventris ingluvie. Cicero pro Sestio: Libelli etiam pro vino opponerabantur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Sic Latinè dicas: Abdomini indulgere, abdomini inservire, abdomini operam dare, abdomini natus: id est, ventri & gulæ. Cic. in Pis. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ. Hinc Abdominis voluptates, Cic. in Pisone.

A'bdūco, cis, penultima producta, act. t. Removeo, aufero, abstraho, averto, traduco, à loco duco. [הביא *tsebáh hebí.* ἀπάγω. Gall. *Emmener & retirer de quelque lieu.* Ital. *Togliere, to lier per forza.* German. Hinweg führen. Hispan. *Llevar à otro lugar no per fuerca.* Polon. Odwodze. Vngar. *El vifzôm.* Angl. *To lead, or tak away.*] Cui contrarium est Adduco. Abducimus autem sine vi aut per vim. Sine vi. Terentius in Evnuch. Tum me convivam solum abducebat sibi. Cicero 2. de Finibus: Majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset. Per vim. Abduci propriè mulier dicitur à marito, quum divortium fit. Donat. in illud Terent. Hecyr. Et filiam abduxit suam: abduxit, *inquit*, propriè. Averti enim dicitur ad maritũ: abduci à marito ad divortium. Hotomanus. Terentius in Adelph. Me invito abduxit meam. Dicimus etiam Abducere vi, & Abducere per vim. Cicero act. 5. in Verrem: Ad quem iste deduxerat. Tertiam Isidori mimi filiam, vi abductam à Rhodio milite. Livius libro 2 ab Vrbe condita: Cõsularibus negotio dato, ut collegam per vim, si alter non posset, à foro abducerent. ¶ Invenitur etiam Abducere positum pro auferre. Plautus in Trucul. Quid, si de vestro aliquid orem abducere? Idem in Cas. Vbi intrò hanc novam nuptam deduxi, clavem abduxi. Cicer. Familiar. 5: Me interea nec domesticus dolor, nec cujusquam injuria à republ. abducet. Et Tusc. 1: Magni est ingenii revocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere. Idem pro Flacc. Fide abducere, dixit sine præpositione, pro revocare à fide præstanda. Quòd ait Lucius L. Flaccum sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, H.S vicies

Abecedarius, dicitur rei literariæ tyrunculus, qui adhuc in literis cognoscendis hæret, aut qui adhuc ultra literarum cognitionem nihil profecit. ἀλφαβητικός. Accipitur item pro eo qui aliquid per ordinem alphabeti digerit, vel pro eo, quod alphabetico ordine digestum est. August. in Psalm. expos. Diligentius factum est, quàm nostri vel Latinè, vel Punicè quis Abecedarios vocant, Psalmos facere consueverunt. Vide Cęlium lib. 14. cap. 28. & Budæum in Pandect.

A'bĕdo, is vel abes, abédi, abédere, Exedo, absumo. [אכל *achál.* κατεσθίω. Gall. *Manger tout & consumer.* Ital. *Divorare.* Ger. Außessen / gar essen / verschlemmen. Hisp. *Tragar mucho.* Pol. *Wyiadam, zyadam.* Vng. *El exem, el ragom.* Ang. *To eat vp all.*] Tacit. lib. 15: Nam exorta vis locustarum abederat quicquid herbidum aut frondosum.

Abellinæ, vide Avellanæ.

A'bĕmo, cõpositum ab Ab, & Emo: significat adimo: quod dictum videtur pro Abimo. [לקח *lakách.* ἀφαιρέω. Gal. *Oster.* Ital. *Togliere.* Germ. Hinweg nemmen. Hispan. *Quitar.* Polon. *Odeimuie.* Vng. *El veszôm.* Ang. *To tak away.*] Plautus: Abemito vestem. Festus: Abemito significat demito, vel auferto. Emere enim dicebant antiqui, pro accipere.

A'bĕo, is, abivi, vel abii, abitum, n. q. Discedo. [הלך *haldch* ἀπέρχομαι. Gall. *S'en aller, se partir.* Ital. *Partire, andare.* Germa. Hinweg gehen. Hispan. *Ir à lugar.* Polon. *Odchodze.* Vngaricè, *El megyôk.* Ang. *To depart.*] Terent. in Evnuch. Heus Demea, roga t frater, ne abeas longiùs. ¶ Aliquando abire dicitur, pro effluere & elabi, παρέρχομαι. Terent. in Adelph. Menses abierunt decem: id est, effluxerunt. Sic Cicero Fin. 5: Hoc, *inquit*, fortasse non poterit sic abire. ¶ Aliquando pro transire, evanescere, sedari, cessare, præterire. Idem in Andria: Mirabar, hoc si sic abiret. ¶ Interdum pro pervenire vel dilabi. Cic. Attic. 11: In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? ¶ Item pro deserere, & relinquere, ut Abire ab emptione, Abire à magistratu: hoc est, deserere emptionem, deserere magistratum. Pro eodem etiam dicimus sine præpositione, Abire magistratu. Livius 3. ab Vrbe: Non tàm properantis abire magistratu, quàm viâ ad continuandum magistratum, quærentis esse. Sic abire incœpto, pro eo quod est, Ab incœpto desistere. Abire è medio, idem quod mori. Terent. in Phorm. Ea mortem obiit, è medio abiit. ¶ Denotat etiam motum ad locum, quò est iter: quamvis & motum De quo inclusum habeat: ut Quò abiit Virg. 5. Aeneid. Quò tantùm mihi dexter abis? ¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. Plin. libro 3. cap. 34: Bello sociali oppidum delevit, quod hunc in villas abiit. Livius ab Vrb. 2: Telo exacto, præceps Fabius in vulnus abiit: id est, pronus cecidit in vulnus. Idem: Ne in ora hominum pro ludibrio abiret: id est, ne ab omnibus rideretur, ne vulgi fabula fieret. ¶ Aliquando hortantis & incitantis. Terent. Adelph. Patrissas, abi, virum te judico. Vbi inquit Don. Abi, blandientis est verbum, quemadmodum ad eos dicere solemus, qui jam compotes suorum votorum sunt facti. Idem in Phorm. Præsens quod fuerat malum, in diem abiit: id est, in aliud tempus dilatum est. ¶ Abire (vel ire) in creditum, Iurisconsultorum loquendi formula est, de qua Hotomanus in Lexico. Non, *inquit*, omnino idem est quod credere, sed tantum eas res credere quæ accipientis sunt: hoc est, quæ functionem non in specie, sed in genere recipiũt, veluti pecuniam, frumentum, vinum, &c. ¶ Licet aliquando non solùm generaliter sumatur, sed etiam specialiter pro mutuum contrahere, ut D. lib. 14. Tit. 6 lib. 3: Ideo etsi in creditum abiit filiofamilias vel ex causa emptionis, vel ex alio contractu, in quo pecuniam non numeravit: id est, credidit. ¶ Abire in vanum, pro eo quod evanescere, irritum fieri: Seneca Epist. 95: Alioquin abibunt in vanũ monentium verba. ¶ Abi, etiam per contemptum dicitur. Terent. Adelph. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines. Abi etiam, dicimus hærenti morantique. Terent. Andr. Vos isthæc intrò auferte: abite. ¶ Abire viam figuratè dictum. Plaut. Rud. Abi tacitus tuam viam, ut Græci ὁδὸν ὁδεύειν. ¶ Paræmiæ aliquot ex hoc verbo nascuntur, ut Abi, aut exuere. Autore Plat. in Theæteto hic mos fuit Lacedæmoniis, ut in publicis certaminibus neminem cogerent ad certaminis cõgressum, sed dicebant, ἢ ἀπιέναι ἢ ἐκδύεσθαι. Nudi enim luctabantur Græci, quibus ἐκδύεσθαι exuere est. ¶ Simile huic Adagio est, Aut abi aut bibe, ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. Cujus meminit Cicero Quæst. Tusculan. libro 5: Monemur autem hac paræmia ut aut tempori locoque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. ¶ Aliud adagium: Abi in exitium, Βάσκ' ἐς ὄλεθρον, mitte in pernicicm, auferatur è medio. ¶ Ex hoc etiam verbo ortur hæc paræmia, præsens abest, præsens peregrinatur, πάρεων ἀπόδημεῖ, in eum qui non animadvertit ea quæ dicuntur, cogitatione alijs in rebus occupata.

A'bĭtŭr, impersonaliter posuit Plautus in Merc. Scio jam quid velis: nempe me hinc abire vis. L. volo. C. abibitur.

A'bĭtus, & Abitio pro discessu. [מכון *machón.* ἀναχώρησις. Gall. *Departement.* Ital. *Partita ò partimento.* Germ. Hingang oder abscheid. Hisp. *Ida de algun lugar.* Pol. *Odiazd od'ysszcie.* Vngar. *El menés.* Angl. *Departing.*] Terent. Heaut. Quum videam miserum hunc ejus abitu cruciari. Ibidem: Propter eam hæc turba atque abitio venit. Abitionem antiqui dicebant mortem. Festus. Abitus præterea non modò abitionem & discessum, sed & locum per quem abire possumus, significat. Virgil. 9. Aeneid. Hinc atq; hinc, omnemque aditum custode coronant.

A'bĕrcĕo, ces, n. s. ex ab & Arceo, Prohibeo. [מנע *manáh.* ἀπέχω. Gall. *Chasser.* Ital. *Vietare, prohibire.* Germ. Dannen treiben. Hispanicè, *Arredrar ò apartar.* Polonicè, *Od pedzam.*

Vngar. *El tiltom.* Ang. *To forbid.*] Plautus: Atque eam abercet domo.

Aˇbērro, ras, n.p. Erro, digredior, viâ deflecto. [תעה *tahdh.* ἀφαμαρτάνω, ἀποφάλομαι. Gal. *S'esgarer, se desuoyer, se fouruoyer.* Ital. *Vagare.* Germ. Irr gehen/von dem rechten Weg abtretten. Hiſp. *Desuiarse.* Polon. *Bladzę.* Vngar. *El téuelyödöm.* Angl. *To wander.*] Lactan. lib. 4. A' quo hi duo rivi si aberraverint, arescant necesse est. Cic. lib. 5. Tusc. Quæst. Sed [illegible] deat, unde aberravit, oratio. Plin. Iunior lib. 4. Epist. A' qua rogo ut artificem quem elegerit, ne in melius quidem sinas aberrare: id est, ab illo exemplari discedere, etiam si melius facturus sit. Aberrare verò à janua, sive à fera, ἀ θύρας, vel potiùs ἀ θήρας, ἀλαμαρτεῖν, Dici solitum, ubi quis penitùs aberrat à vero, totoq; fallitur judicio.

Aˇbērrātĭo, verbale, Digressus à recta via: & metaphoricè perfugium. [תדוה *madduách.* ἡ ἀπότροπις, ἀπωλάνησις. Gallicè, *Fourvoyement, destorsse, esgarement de chemin.* Ital. *Trauiare, sviamento.* Germ. Ein abtrettung vom rechten Weg/ ein fähler. Hiſpan. *Apartamiento de camino, errado ò desuio.* Pol. *Bladzenie, vstąpienię drogi.* Vng. *El téuelyedés.* Ang. *An wandring, à going out of the way.*] Cic. Cassio: Verùntamen aliam aberrationem à molestiis non habemus.

Aˇbĕrūnco, cas, Lege Averrunco.

Aˇbĕsŏr, penult. correp. significat abfuturum esse. [ἀπόντος. Gall. *Estre absent.* Ital. *Douere allontanarsi.* Germ. Davon werden seyn/Abwesend werden. Hiſpan. *Estar ò ser ausente, ò alexarse.* Pol. *Przytomnim niebię, Indzei bęc.* Vng. *Távul leendő.* Ang. *To be absent.*] Quæ duo per b scribuntur, ne si per geminum ff scriberentur, composita quis crederet ex Ad præpositione, quæ oppositum significat. Ovid. Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus. Statius tamen libro 1, Thebaidos, accipere videtur Affore, in significatione præsentis: sensit manifesto numine ductos Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo Portenti generos, vultu fallente ferarum Ediderat. Sic Abforem, pro abessem: Afforem pro adessem. Virgil. 1. Aeneid. Atq; utinam rex ipse Noto compulsus eodem Afforet Aeneas. De aliis à Fore compositis, vide in dictione Forem.

Aˇbgrĕgo, gas, penul. correp. act. p. Ab grege duco, Segrego, sejungo, disgrego. [הפלה *hiphláh,* ἀφορίζω. Gal. *Separer du troupeau.* Ital. *Scieglière, & menar fuor del grege.* Germ. Von der Heerd absündern. Hiſp. *Apartar, como de manada.* Polon. *Odłączyć.* Vng. *El vdlaztom.* Angl. *To separat frome the flok, to scatter.*] Cui contrarium est, Aggrego, Congrego.

Aˇbhīnc, Vna dictio cōposita, significās Antehac. [אתמה *mehattáh,* ἤδη, ἀπὸ τοῦ νῦν. Gall. *Depuis te temps, d' icy en auant, de ce temps là.* Ital. *Giasono, per l' auenire, da hora inanzi.* Ger. Von dannen/von dieser gegenwertigē zeit an/demnach. Hiſp. *Ante, ò adelante.* Pol. *Od tego czasu.* Vngar. *Ettűl fogua.* Angl. *Frome hens-ee.*] Et jungitur tàm accusativo quàm ablativo. Terent. in And. Abhinc triennium: hoc est, Ante tres annos, πρὸ τριῶν ἤδη ἐτῶν. Cic. ad Ar. Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius xx vspopondisse dicit Flavius. Vide suprà Ab. ¶ Abhinc, de futuro etiam tempore dicitur, quemadmodum Grammaticus antiquus Sosipater annotavit & confirmavit. Pacuvius in armorum judicio: Seque ad ludos jam inde abhinc exerceāt. Plaut. in Mostell. Qui abhinc quadraginta annis occisus foret.

Aˇbhōrrĕo, res, rui, n. s. Aspernor, fugio, dissentio, discrepo, alienus sum à re aliqua. [שקץ *shikkéts.* μυσάττομαι, ἀπαλλάττομαι. Gall. *Auoir en horreur, desdain.* Ital. *Hauer in horrore & in dispetto.* German. Ein abscheuhen ab einem ding tragen. Hiſp. *Aborrecer.* Polon. *Gardzę, brzydzęsię.* Vngar. *Iszonyodom.* Ang. *To haue in disdaine, to abhorre.*] Cujus varius est usus. Livius 4. ab Vrbe: Eodem anno Posthumia virgo Vestalis, de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspitionem propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius quàm virginem decet, parum abhorrens famam. Terent. in Hecyr. Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis. Sic, Abhorrere ab re uxoria, apud eundem in Andria. Et apud Cicer. de Fato, sine præpositione: Alij talibus vitiis abhorreant. Sciendum tamen, quum accusativo jungitur, in simili ferè significatione sumi, qua Horreo: tùm enim significamus, nos rem præsentem vel propinquam, quam audire, aut aspicere pertimescimus, execrari. ¶ Cùm verò ablativo, tunc procul nos esse ab eo quod non placet, vel, quod refugimus, demōstramus: ut si dixero: Hanc rem abhorreo, significat execror, & pati nequeo. ¶ Abhorreo ab hac re: id est, alienatus sum, vel procul esse volo. A' muscis enim procul esse volumus, ut à rebus venereis, licet nostris sensibus plerunque odiosæ non sint, sed animi moderatione ab illis abesse studemus, ne nobis officiant. L. Valla libro 5. cap. 104, scribit, hoc verbum semper construi cum ablativo: sed fortasse decepit eum Ab præpositio, quæ ablativum exigere videtur. Sed etiam si hoc

in plerisq; verbis fiat, non tamen in omnibus, sicut in Abolco, Abluo, & hujusce modi accidit: quæ accusativum, nō ablativum postulant. Ponitur interdum absolutè. Cicero pro Cluent. Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut immanem ac pernicioſam bestiam, pestemq; fugiebant.

Aˇbhōrrens, simpliciter, alienus à ratione & consuetudine. ἀποικὼς, ἔκπωδος, ἔκμετρος. Liv. Quj tamen risus nequaquam adeò est intēpestivus, quàm vestræ absurdæ & abhorrentes lachrymæ.

Aˇbhōrrēsco, n. t. Valde horreo, vehementer timeo seu in horrorem abeo, & quasi videre non patior. [ἀποστυγέομαι. Gal. *Auoir en desdain & horreur.* Ital. *Impaurire.* Ger. Ein grawsen vnd hefftig abscheuhē vberkommen. Hiſp. *Auer mucho miedo ò espanto.* Pol. Wzdrigan sżię, *Lekam sżię.* Vng. *Irtózom.* Angl. *To haue in disdaine, or to feare greatumlie.*] Lactantius de Ira: Quem terra cō tremiscit, cœlumq; & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmonès abhorrescunt.

Aˇbhōrtŏr, idem ferè quod Dehortor. [הרתה *hittdh.* ἀποτρέπω. Gall. *Desenhorter, desconseiller, destourner.* Ital. *Sconfortare.* German. Abmahnen. Hiſpan. *Dissuadir alguna cosa con razones.* Polon. *Odwodzę, odradzam.* Vngar. *El intlek.* Angl. *To dissuade, to turne abak.*]

Aˇbjēcto, tas, frequentativum, significat frequenter abjicio. [השליך *hischlich.* ἀποῤῥίπτω. Gall. *Jetter souuēt auec desdain.* Ital. *Gittare spesso.* German. Stättig oder offt hin werffen. Hiſpan. *Abatir ò echar de si muchas vezes.* Polon. *Odrzucżywiam.* Vngar. *Abatir ò echar de si muchas vezes.* Polon. *Odrzucżywiam.* Vngar. *El hányom.* Ang. *To cast away often vith disdaine.*]

Aˇbĭes, etis, pen. corr. f. t. Arbor est altissima, rectissimaq;, cujus pars inferior enodis, Sapinus vocatur: superior verò nodosa duriorque, Susterna, ut Plin. scribit lib. 6. cap. 39: Præcipua dos est crispantibus, & in torto quodam discursu venarum pretiosis. Alii hanc Gallicam vocant, propter candorem. [ברוש *berósch.* ἐλάτη. Gall. *Arbre communement appellé Sapin.* Ital. *Abete, altrimenti Sappo.* German. Ein Thannbaum oder Fiechten. Hiſpan. *Abeto, arbol.* Polon. *Yedlina.* Vngar. *Iegnyefa.* Angl. *A firre tree.*]

Abiecula, diminutivum, Græcè dicitur ἐλάτη, forsan ab ἐλάω, impello, produco, prolongo. Dictam autem volunt abietem, quòd in altitudinem longius eat, quàm cæteræ arbores.

Aˇbĭēgnŭs, a, um, Quod est factum ex abiete, ut, Abiegnæ mensæ [ἐλάτινος. Gall. *De sapin.* Ital. *Cosa fatta d' Abete.* German. Thannin. Hiſpan. *Cosa de materia de abeto.* Polon. *Zyedliny yodlowy.* Vngar. *Iegnye fábol tsinyált.* Angl. *Made offirre.*] Colum. lib. 12. cap. 43: Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna scobe virides uvas custodiunt.

Aˇbĭĕtārĭŭs, Faber lignarius, ab abietibus, & aliis lignorū generibus, ut in Exod. Faciant opera abietarii. Hi etiam materiarii dicuntur, à materia. [τέκτονες. Gal. *Charpentier.* Ital. *Il legnaiuolo, il marangone.* German. Ein Zimmermann/ ein Schreiner. Hiſpan. *Carpintero.* Polon. *Cżieśla stolarz, teśarz.* Vngar. *Iegnye farago áts.*] Cujus nomine ligna; quæ ad ædificandum fulciendumque necessaria sunt, intelligenda esse declarat Iureconsultus. Festus pro denominativo usurpat. Abietaria, *inquit,* negotia, quam nunc materiā dicimus, videlicet ab abietibus coēmendis: & Abietarius negotiator.

Aˇbĭgă, pen. corr. sive, ut alii malunt, A' juga, herba est, quæ à Plinio alio nomine Chamæpitys dicitur: ab abigendo partu sic vocata, χαμαιπίτυς. Hanc eandem herbam credit Ruellius, quam vulgò *Ivam muscatam* vocant. [German. Je ten ger Je lieber.]

Aˇbĭgas Avicen. Albertus dixit armaturam cōceptis: tertium est involucrū fœtus in utero quod partum tuetur adversus sui ipsius lotium & humores.

Aˇbĭgo, pen. corr. t. ex Ab & Ago: propriè est pecus aut greges abduco, sive vi id fiat, sive dolo. [נהג הדיח *hiddiách* נהג *nahagh.* ἀπελαύνω. Gall. *Chasser, & proprement les bestes.* Ital. *Scacciare, menar via grege.* German. Vieh entführen vnnd hinweg treiben. Hiſpan. *Apartar ganado, hurtarlo, ò exear.* Polon. *Odpędzam.* Vngar. *El haytom, el vżőm.* Angl. *To driue away cattell.*] Liv. 1. ab Vrbe: Herculem in ea loca, Geryone interempto, boves mira specie abegisse ferunt. ¶ Aliquando ponitur pro agere, sive propellere, ut fit quum boves in pascua mittuntur. Varro de Re rustic. lib. 2. cap. 1: Itaque greges ovium longiùs abiguntur ex Apulia in Samnium æstivatum. ¶ Significat præterea Abigere, rem nobis odiosam, aut molestam propellere, & fugare. [נדח הדיח נדב *niddáh* הדיח *henédli* השיב *hischschib.* ἀπέρχω. Gal. *Chasser loin de nous toute chose odieuse & mal plaisante.* Ital. *Cacciar da noy quelle cose che sono noiose.* German. Abtreiben/hinweg treiben. Hiſpan. *Empuxar à lexos cosas que hazen danno.*] Cic. Tusc. 1: Projici se jussit inhumatum. Tum amici: Volucribúsne, & feris? Minimè verò, *inquit,* sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. ¶ Secundum hanc rationem trāsfertur interdum ad res incorporeas: ut, Abigère falsitudinem, & alia id genus, pro expellere. Plin. libro 12.

cap. 17: Ex Syria revehūt ſtyracē, acri ejus odore in focis abigentes ſuorum faſtidium. Plaut. in Mercat. Agedum Acanthium, abige abs te laſſitudinem. ¶ Abigere partum, etiam eleganter dicimus, pro eo quod eſt, Herbis & medicamentis fœtum jam conceptum expellere. Ibidem memoria teneo, Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis fuiſſe damnatam. ¶ Proverbio videtur olim uſurpatum: Abegerunt nunquam meos boves aut equos: pro, nunquam me læſerunt aut affecerunt injuria, ut mihi ſit cauſa cur illos odiſſe debeam. Plutarch. in Com. de vitanda uſura. Homer. Iliad. κ: Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμοὺς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὰ ἵππους.

A˘bāctŭs, a, um, Abigor: ut, Abacti greges, qui aut furto, aut per vim, abducti ſunt. [מגרה *menuddách.* ἀπελαθείς. Gallicè, *Chaſſé par force ou larrecin comme beſtial.* Ital. *Gregi rubati è menati à forza in preda & à ruba.* German. Hinweg getrieben/ es ſey durch Diebſtal oder Gewalt. Hiſpanicè, *Ganado, hurtado.* Pol. *Gualtowne odpedzenie, wikradmenie bydla.* Vngar. *El baytatot, el wzetet.* Angl. *Driuen away.*] Cicer. 4. Verr. Præterea greges nobiliſſimarum equarum abactos. Liv. 4. ab Vrbe: Exercitus in agrum Vejentem, ac Faliſcum ducti, prædæ abactæ hominum, pecorumque Additur quandoque & ablativus Furto. Plin. libro 8. cap. 51: Compertum agnita voce ſuarii, furto abactos, merſoque navigio inclinatione lateris unius, remeaſſe. Abacta nox, pro exacta. Virgil. 8. Aeneid.- medio jam noctis abactæ Curriculo. ¶ Dicebantur etiam Abacti, autore Feſto, magiſtratus, qui coacti depoſuerant imperium, ἀπωθούμενοι. Abactus venter dicitur à Paulo lib. Sentent. 4. cap. 9. pro fœtu venenis & medicamentis ejecto. Aborſus, *inquit*, vel abactus venter partum efficere non videtur. Hotomanus in ſuo Lexico.

A˘bāctŭs, us, ui, m. q. p. violenta expulſione. [מגרה *maddúach.* ἀπελασία. Gall. *Deſchaſſement violent, larrecin de beſtial.* Ital. *Diſcacciamento ſubitò, ò rubamento ò inuiolamẽto di beſtie.* German. Außſtoſſung oder entführung mit gewalt. Hiſpan. *Empuxiamento, ò hurto de ganado.* Polon. *Gualtowne bidlavidarcie.* Vngar. *El haytas, el wzés.* Ang. *Driuing away or ſtealing of cattell.*] Plin. in Panegyr. Quàm diſſimilis nuper alterius principis tranſitus (ſi tamen trāſitus ille, non populatio fuit) quum abactus hoſpitium exerceret. ¶ Abactus etiam vocatur furtum illud, quo pecudes è paſcuis abiguntur, aut à gregibus ſubtrahuntur: quod alio nomine Abigeatus dicitur. ¶ Abiga, vel ajuga Plinio, χαμαίπιτυς quaſi pumula pinus. [Gall. *Iue moſcate ou archeticque.* Ital. *Iua chamopitio.*] Vide Iunii Nomencl.

A˘bĭgĕātŭs, us, ipſe abigendi actus, ſive crimen abactionis. [ἀπελασία. Gall. *Larrecin ordinaire de beſtial.* Ital. *Latrocinio, ò rubamento di beſtiami.* German. Ein Viehdiebſtal / ein hinwegtreibung des Viehes ab den Weyden. Hiſp. *Hurto de ganado.* Pol. *Bidlaż paſtly wikradnienie.* Vng. *Toluayul valo el haytas.*] Marcel. lib. 47. Digeſt. Abigeatus crimen publici judicii non eſt, quia furtum magis eſt.

A˘bĭgĕŭs, pen. corr. ab Abigo dicitur (ut autor eſt Vlpianus) qui pecora de paſcuis, vel ex armentis ſubtrahit, & quodammodo deprædatur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercet, equos de armentis, vel oves de gregibus abducens. [ἀπελάτης. Gall. *Larron ordinaire de beſtial.* Italicè, *Ladro ò rubatore di beſtiami.* German. Ein Viehrauber oder Viehdieb/ der das Vieh entführet oder hinweg treibt. Hiſpan. *Hurtador de ganado.* Pol. *Bidlokraideża.* Vng. *Az ki toluayul barmot el hayt.* Ang. *A felon, an ſtealer of cattell.*] Cæterùm ſi quis ovem oberrantē, vel equos in ſolitudine relictos abduxit, non eſt Abigeus, ſed fur potiùs. Scribit & Claudius: Quantitas diſcernit furem ab abigeo. Qui enim unam ſuem ſurripuerit, ut fur coërcebitur: qui gregem, ut abigeus. Multò autem gravius ſupplicium à legibus in abigeos quàm in cæteros fures conſtitutum eſt, quòd hos ædibus noſtris poſſimus excludere: paſcua autem majora ſint, quàm quæ muro poſſint cingi. Quem Vlpianus Abigeum appellat, Apuleius & Paulus lib. Sentent. 5. cap. XVIII. Abactorem vocat. Abactores, *inquit*, ſunt, qui unum equum, duas equas, totidemq; boves, capras decem, aut pecos quinque abegerint.

Abigena bos, Varr. de ling. Lat. lib. 6: Abuſtum quod circum uſtum eſt: ut abigena bos apud Augures, quam circum aliæ hoſtiæ conſtituuntur: Fortaſſe legendum ambigena & ambuſtum.

A˘bjĭcĭo, cis, act. t. pen. corr. & per geminum i: quia mutatur a in i, quæ tamen in præterito convertitur in e. Projicere, deponere. [השליך *hiſchlich* מאס *maás.* ἀπόῤῥιψις, ἀπόῤῥιψον, ἀπόῤῥιπτον. Gall. *Ietter par deſdain ou faſcherie.* Ital. *Gittar da lontano, per ira, ſdegno, diſpetto, & altrimenti.* German. Hinwerffen/ von ſich werffen. Hiſpan. *Abatir, ò echar deſi.* Polon. *Odrzucżam, odmietam.* Vngar. *El hagitom.* Angl. *To caſt away.*] Valer. lib. 1: Quum prælium navale committere vellet, auſpiciaq; more majorum petiiſſet, & pullarius non exire pullos cavea nuntiaſſet, abjici eos in mare juſſit, dicens: Quia eſſe nolunt, bibant. Cicer. Tuſc. 1: E muro ſe in mare abjeciſſe. ¶ Eſt etiam hoc verbum aliquando humilis & contempti, ſupplicíſve: unde, Abjicere ſe ad pedes alicujus, eſt ſuppliciter ante pedes ejus procumbere, à quo aliquid precibus conatur impetrare. Cicer. Att. libro 8: Non ſum veritus, ne viderer aſſentari, cui tali in re libenter me ad pedes abjeciſſem. Idem pro Milone: Ego me plurimis pro te ſupplicem abjeci. Abjicere ſeſe eſt deprimere ſeipſum, & parvi pendere, παπεινοῦν ἑαυτόν. Cicer. in Paradoxis: Sic te ipſe abjicies atque proſternes, ut nihil inter te & quadrupedem putes intereſſe? Abjicere haſtam, idem eſt quod deſperare: cujus teſtimonium habes apud Ciceronem pro Muræna. Metaphora ducta ab iis qui prælio victi arma abjiciunt, quæ fugientibus oneri magis ſunt, quàm uſui. ¶ Transfertur etiam ad res animi, accipiturq; pro deponere, expellere & amovere: ut Abjicere amorem: & Abjicere ſpem, ſive animum: hoc eſt, deſperare. Cicer. 3. Verrina: Socii verò nationesque exteræ, ſpem omnium tum primùm abjecêre rerum. κατεβάλοντο τὴν τῶν ἄλλων, τὸ φρόνημα κατεβάλοντο. Bud. Sic, Abjicere curam, eſt curam deponere, & deſinere ſolicitum eſſe. Idē Pæto libro 9. Famil. Sed cave, ſi me amas, exiſtimes me, quòd jocoſius ſcribam, curam rei abjeciſſe. ¶ Quum vitium aliquod aut rem alioqui noxiam admonebimus miſſam fieri rejiciq; oportere, conveniet, adagium ab hoc verbo natum, Abjiciendum procul. Sic Theognis non opes, ſed ipſam paupertatem jubet ἐς μεγακήτεα πόντον ῥίπτειν: id eſt, in immenſum mare projicere: veruntamen ille Theognidis locus aliter debet intelligi.

A˘bjĕctŭs, a, um, particip. Ovid. Sic ubi fata vocant, udis abjectus in herbis. Et Abjectus, abjectior, abjectiſſimus, nomen ex participio, Cic. 5. de Fin. Nihil abjectum, nihil humile cogitant. Abjectus: id eſt, jacens, ſummiſſus, contemptus, afflictus, & animo fractus. [שפל בעין ἀπόῤῥιμμένος ὄμμασι, κατηφὴς ἐν ὀφθαλμοῖς, πεπτωκὼς φρονῶν. Gall. *Meſpriſé, debouté de courage, abbaiſſé, humilié.* Ital. *Gittato via, diſprezzato, vile, baſſo.* Germ. Hingeworffen oder verworffen/ verachtet. Hiſp. *Abatido, ò menoſpreciado.* Pol. *Podły wzgardzony, Odrzucżony.* Vngar. *El vetetet, alualo.*] Ang. *Caſt away.*]

A˘bjĕctē, adverb. pro contemptim, & abjecto animo. Cicero 1. Tuſc. Sed hoc quidem, in dolore maximè eſt providendum, nequid abjectè, nequid timidè, nequid ignavè, nequid ſerviliter, muliebritérve faciamus. [ἀπεῤῥιμμένως. Gallicè, *Sans en faire cas, vilainement & ſans honneur.* Ital. *Vilmente.* German. Verachtlich/ Zaghafftiglich. Hiſpanicè, *Menoſpreciando.* Polon. *Wzgardzenie.* Vngar. *Alaualoul hituannl.* Anglicè, *Diſdainfullie.*]

A˘bjĕctĭo, f. t. idem eſt quod animi dejectio & cõtemptus ſui. Cicer. in Piſon. Quid debilitatio atque abjectio animi tui, Macedonia Prætoria nuntiata. [ἡ ἀπόῤῥιψις, ἀπόῤῥιψις, ἀπόῤῥιμμα, πτῶσις. Gall. *Laſcheté de cœur, meſpris.* Ital. *Viltà di animo, povertà di cuore.* Germ. Kleinmütigkeit. Hiſp. *Abatimiento, menoſprecio.* Polon. *Lekanie.* Vng. *Maga el hagyaſa.* Angl. *Baſeneſſe of hart.*]

A˘bĭntegro, penul. naturaliter corrept. ſignificat Denuo & de novo. [חדש *hodh.* ἐκ δευτέρου. Gall. *Derechef.* Ital. *Di nouo.* Germ. Von newem an. Hiſp. *De nueuo ò deſdecomienco.* Polon. *Znowu, Odnawiam.* Vng. *Vyonnan.* Angl. *Agane, of new.*] Virg. Aegl. 4: Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. Cic. 3. Verr. Vtrùm exiſtimatis minus operis eſſe, unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo, an quatuor illas reponere?

A˘bĭntĕſtātō, adver. ſine teſtamento: [ἀδιαθέτως. Gall. *Sans teſtiment.* Ital. *Senza teſtamento.* German. Ohn ein Teſtament oder Gemechtnuß. Hiſpan. *Sin teſtamento.* Polon. *Bez teſtamentu żego ſpuſzczaią ſię.* Vngar. *Teſtamentom teted nelkwl.* Angl. *Without teſtament.*] ut, Hic ab intestato decessit, ἀδιαθέτως. ¶ Sic etiam dicimus, Succedere ab intestato. Paulus lib. 16. D. de jure codicillorum: Quicunque enim ab intestato ſucceſſerit, locum habent codicilli. Et paulò pòſt: Nec intereſt quis ſuccedat, dum ab intestato ſuccedat.

Abĭōtos, pen. prod. herba eſt Dioſcoridi, quæ notiore nomine *Cicuta* appellatur. [ψυχ *roſch.* ἄβιωτος. Gall. *Cigüe, ou Següe.* Ital. *Cicuta.* Ger. Schirling oder Wütterich kraut. Hiſpan. *Cegueda.* Polon. *Swoimianeż.* Vngar. *Bwrök.*] Nomē inde ductum videtur, quòd capite damnatis cum vino miſceri ſoleat. Nã ἄβιωτον, Græcis triſte mœſtumq; ſignificat.

A˘bjūdĭco, as, pen. corr. ſignificat, Rem de qua controverſia eſt, per judicium aufero, & alteri addico. Cui contrarium eſt, Adjudico. [ἀποδικάζω. Gall. *Oſter par iugement.* Ital. *Torre & leuare altrui per via di giudicio.* Germ. Mit Recht abſprechen. Hiſpan. *Quitar alguna coſa por ſententia.* Pol. *Prawemodzacż, Odſedzacż.* Vng. *Töruennyel volam maſra haritom, meg vetem.* Angl. *To take away be*

tak away be iugement.] Vnde Ager abjudicatus ab Livio dictus, quem Romani per iniquum judicium interceperant, eripuerantque. Audivêre, *inquit*, patres Ardericium populum ob injuriam agri abjudicati defeciſſe. Cui contrarium eſt, Adjudicare. Cicer. in Verr. act. 2: Nulla res cuiquam tam patria atque avita fuit, quæ non imperio iſtius abjudicaretur. Aliquãdo pro repudiare, ſive rejicere. Cic. de Orat. li. 2: Vbi plus mali quàm boni reperio, id totũ abjudico atq; rejicio.

Abjŭgo, gas, act. p. pen. corr. propriè à jugo removeo. [ἀπεζεύγνυμι. Gal. *Decoupler, deſioindre.* Ital. *Sciorre dal giogo, diſcoppiare.* German. Entjochen/Außwätten/Von dem Joch entledigen. Hiſp. *Apartar ò deſunir vno de otro.* Pol. *Ziarźma wźprzacź.* Vngar. *Az igatul el zakaztom, el valaztom.* Ang. *To vnyoke or diſcouple.*] Vt, Abjugare bovem: hoc eſt, à pari disjungere. ¶ Sed per tranſlationem ſignificat ſeparare, alienare, ἀναχωρίζειν. Pacuvius: Quæ res te ab ſtabulis abjugat? Cui contrarium eſt, Adjugo, de quo infrà.

Abjūngo, gis, act. t. Separo, removeo, ſejũgo. [טרד *parádh.* ἀπεζεύγνυμι, ἀναχωρίζω. Gal. *Deſioindre, ſeparer.* Ital. *Diſunire & ſeparare, Scompagnare.* Germ. Von einander fügen oder abſöndern. Hiſpan. *Apartar ò deſunir vno de otro.* Polon. *Odleczam.* Vng. *El valaztom.* Ang. *To ſeparat, or to diſioyne.*] Virg. 3. Geor. - it tristis arator, Mœrentem abjungens fraterna cæde juvencum, Cicer. ad Att. Quòd ſe ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit: hoc eſt, ſe disjunxerit. Cui contrarium eſt, Adjungo.

Abjūrāſſo, antiquum verbum, pro abjuro, ſicut apud Cic. in lib. de Senect. in verſu quodã Ennii, Levaſſo pro Levo. Plaut. in Perſa: Nec me filio, quibus credidi hodie, nequis abjuraſſit mihi. ¶ Hujuſmodi voces nõ ſunt indicativi, ſed ſubjũctivi modi: eſt enim Abjuraſſo pro abjuravero: & levaſſo pro levavero. Sic de aliis eſt ſentiendum.

Abjūro, ras, pen. prod. act. p. ſignificat rem mihi creditam non eſſe, vel aliquid me non habere aut promiſiſſe juro. [בשבע על שקר *niſchbah hal ſchéker.* ἀναμόω, ἀνόμνυμι, ἐξόμνυμι. Gall. *Renier par ſerment, ou auec iurement.* Ital. *Negar con giuramenti, è ſpergiurando negare.* Germ. Mit dem Eydſchwur ſeugnen/Verſchweren. Hiſpan. *Negar alguna coſa con iuramento.* Polon. *Odprzyſiężam.* Vng. *Eskũeſſel meg tagadom el eskõzem.* Ang. *To forſweare.*] Plaut. in Cure. Quj abjurãt, ſi quid creditum eſt. Cicero Attico libro 1: Tulliola noſtra, deliciæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me ſpõſorem appellat: mihi autem abjurare certius eſt, quàm dependere. Quo in loco Cicero ſuo more ludens, ait ſe potiùs conſtituiſſe vel cum perjurio negare ſe ſpopondiſſe, quàm quod pro Attico ſpoponderat, exolvere.

Abjūrātus, Cum perjurio negatus: ut quum depoſitum abjuratum dicimus. ¶ Aliquando tamen ſimpliciter acceptum invenitur, pro eo quod eſt, contra jus retẽtum. Sic enim interpretatur Servius illud Virg. libro 8: Abſtractæq; boves abjuratæq; rapinæ Cœlo oſtenduntur. [ἐξομοθέης Gall. *Nié par ſerment ou iurement.* Ital. *Negato con giuramento.* Germ. Verſchworẽ mit dem Eydt. Hiſp. *Negado con iuramento.* Polon. *Odprzyſiężony.* Vng. *Hamis eskũeſſel meg tagattatot.* Angl. *Forſworne.*]

Abjūrātio, rei creditæ negatio per juramentum facta. [ἐξομοσία, ἀναμοσία. Gall. *Renuement par ſerment de quelque choſe euë.* Ital. *Negamento per giuri di coſe hauute.* German. Verleugnung mit dem Eydtſchwur/Verſchwerung. Hiſp. *Obra de negar iurando.* Pol. *Zaprzenie przez przyſiege.* Vng. *Hamis eskũeſſel valo meg tagadas.* Ang. *Forſwearing.*]

Ablăcto, ctas, act. p. à lacte removeo. [מ] *ghamál.* ἀπογαλακτίζω. Gal. *Sevrer, oſter la mamelle.* Ital. *Spoppare, ſlatare.* Germ. Von der Mütch ſtoſſen/ entwehnen. Hiſpanicè, *Deſletar.* Polon. *Odſadzam odczyczka.* Vngar. *Az tsöſtöl el ſzakaſztom.* Ang. *To weane.*] Virg. dixit, à lacte depello: & Varro, à mamma disjungo. Ablacto apud idoneos autores vix reperias.

Ablăquĕo, propriè eſt, circum arbores effodere terram, & radices ſuperiores retegere, ut magis fructificent. [עדר *hadhár.* ἐξοπτεμῶ. Gall. *Deſchauſſer vn abre ou plante.* Ital. *Diſcalzare e zappare à piedi d' alberi.* Ger. Den Bäumen oder Rãben entrãchẽ. Hiſp. *Eſcauar ò alimpiar los arboles.* Pol. *Odrzuc, enie, Odkorzenia odrzuczicź.* Vngar. *Faknak es zöldnek tõnec meg aſomki nytõm.* Angl *To diſcouer the rootes of trees.*] Colum. lib. 3: Vinea vetus, neq; ablaqueanda eſt, ne radices, quas in ſummo habet, inareſcant neq; aranda, ne radices abrumpantur. Pallad. libro 2: Ianuario menſe locis temperatis ablaqueandæ ſunt vites: quod Itali *Scoticare* appellant: id eſt, circa vitis codicem dolabra terram diligenter aperire, & purgatis omnibus, velut lacus efficere, ut Solis temporib. & imbribus provocentur. Ex quo loco ſatis apparet, non à laqueis, ut pleriq; exiſtimant, ſed à lacubus: hoc eſt, foſſis, quæ circa vitium radices fieri ſolẽt, hoc verbum deductum eſſe. Hinc Ablaqueatio, ipſe actus ablaqueandi. Plin. lib. 12. cap. 15: Myrrha gaudet raſtris & ablaqueationibus. [ἐξολομία. Gal. *Deſchauſſement d' arbre ou autre plante.* Ital. *Il diſcalzamento delle viti e' de gli alberi.* Germ. Die Außträchung der Bäumen vnd Räben vmb die Wurtzel. Hiſp. *Aquella obra de eſcauar los arboles.* Vng. *Elbſának es zõ lõ tvnek meg aſáſa, ky nytáſa.*]

Ablātīvus caſus, Grãmaticis dicitur, qui ſextus eſt caſus apud Latinos, & alio nomine, teſte Priſciano, Cõparativus appellatur, eò quòd per eum non minùs comparatio ſignificetur, quàm ablatio. Servit enim comparationi, ut, Fortior Hectore: ablationi verò, ut dicimus, Aufero ab Hectore. Diomedes lib. 1: Ablativũ Græci non habent: vocatur tamẽ à Quintiliano ἀφαιρετικὴ πτῶσις. hunc etiam Varro interdum Sextũ, interdum Latinum vocat: quia Latinæ linguæ proprius eſt: cujus vis apud Græcos per Genitivum explicatur. Vide apud Priſcianum lib. 5. cap. de Caſibus. Derivatur à ſupino ablatum, quod eſt aufero.

Ablēctæ ædes, à Plauto in Moſtellaria appellãtur, quæ nitidæ ſunt, & ornatæ, quæq; emptorem ſua elegantia facilè alliciant. [בית מדות *beth middóth.* οἶκος κεκοσμημένος, κεκαλλωπισμένος. Gall. *Maiſons plaiſantes & bien baſties.* Ital. *Caze pollite, belle, allegie.* Germ. Außgebutzte vnd auff den kauff zugerüſtete Heuſer. Hiſpan. *Caſas polidas y luzias.* Pol. *Do przedania wiſtrichmenie* Vng. *Ekes zépház.* Angl. *Pleaſant buildingis.*]

Ablēgmĭnă, partes erant extorum, quæ diis immolabantur. Feſt.

Ablēgo, gas, pen. prod. Amando, removeo, dimitto. [שלח *ſchillách.* ἀποπέμπω, ἀποστέλλω. Gall. *Se deffaire & depeſcher de quelque choſe, enuoyer quelqu' vn.* Ital. *Mandar via à lontano leuar da ſe.* Germ. Hinweg ſchicken/Abfertigen. Hiſp. *Embiar alguno de algun lugar.* Polon. *Vwiprawiam odeſłacź.* Vng. *El kwldõm vtræ botſatom.* Angl. *To ſend away.*] Liv. lib. 1: Pueros venatum ablegavit. Col. lib. 7: Itaq; quum ablegabuntur, in ea loca perducẽda erunt, quibus nullum pecus impaſcitur. Cic. in Verr. Qui honeſtos homines qui cauſam norint, ableget, conſilioq; dimittat.

Ablēgātio, verbale. [שלוח *ſchilúach.* ἀποπεμψις; ἀποπομπή. Gall. *Congé ou enuoy par maniere de deſpeſche.* Ital. *Licentiamento, ò el mandamento à lontano.* German. Hinſchickung / Abfertigung. Hiſpan. *Aquella obra de embiar alguno.* Polon. *Odeslanie.* Vngar. *El kwldés vtra botſatás.* Angl. *Sending away.*] Cicer. 1. de Leg. Ablegationem aliquam nimirum, iſta oratio poſtulat.

Ablēpſĭa, Latinè cæcitas, & inconſiderantia, ἀβλεψία ab ἀ privativa, & βλέπω, video. Sueron. in Claudio: Inter cætera in eo mirati ſunt homines & oblivionem, & inconſiderãtiam: vel, ut Græcè dicam [μνησιφίαν, & ἀβλεψίαν. Gall. *Cecité, faute d' auis.* Ital. *Cecità & trasſuraggine.* German. Vnfürſichtigkeit/ vnbeſinte. Hiſpan. *La ceguedad, ò poco miramiento.* Polon. *Niebaczenie ſzlepota* Vngar. *Vakſág.* Angl. *Blindnes.*]

Ablĭgūrĭo, ris, pen. corr. act. q. Liguriendo abſumo. [אכל *achál.* κατηλιχνεύω, ἐλεάχω, κατατρώγω, λιχνίζω. Gall. *Deſpendre ſon bien follement & en friandiſes.* Ital. *Conſumare in gola, e' ghio torna, conſumar' il ſuo, largamente ſpendẽdo in coſe di gola.* German. Verſchlemmen/ vnnützlich verthun/ verzehrẽ. Hiſpan. *Gaſtar la hazienda en goloſinas.* Pol. *Dobr, przełknie nie na lakotkach.* Vng. *El tekozlom.* Ang. *To waſt, to ſpend.*] Ter. in Evnuch. Itidẽ patria qui abligurierat bona: i. ſuavibus eſcis cõſumpſerat. Donat.

Ablŏco, as, pen. cor. act. p. Idẽ quod locare. [שכר *ſchachár.* ἐκμισθόω, & ὦ. Gall. *Se deſſaiſir & bailler à loage.* Ital. *Appigionare, affittare.* German. Außlethen. Hiſpan. *Alquilar, arrendar.* Pol. *Naimuie.* Vng. *Bérbe adom.* Ang. *To ſett, to let out for hyre.*] Suet. in Vitel. ca. 7: Satis conſtat exituro viaticũ defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, in meritorio cœnaculo abditis, domũ in reliquã partem anni ablocaret. ¶ Apud Iureconſ. eſt denuò locare fundum tertiò locatum, notat Zaſ. in §. Item Serviana. inſt. de act.

Ablūdo, pen. prod. Diſſimilis ſum, diſto: cui opponitur Alludo. [ἀπῳδὸν, ἀπηχῶ, ἀπηχέομαι. Gall. *Ne reſſembler point, eſtre diſſemblable.* Ital. *Diſſimigliare.* Germ. Vngleich ſeyn / vngemeß ſeyn. Hiſpan. *Diſcordar.* Polon. *Rozniẽm bitc.* Vngar. *kwlõmbözök.* Angl. *To be vnlyke.*] Horat. 2. Sermon. Hęc à te non multum abludit imago: id eſt, Hoc exemplum non multum diſſimile eſt tuis moribus. ἀπέοικε.

Ablŭo, abluis, eluo, purgo. [רחץ *rachátz.* ἀπονίπτω, ἀπολούω. Gal. *Lauer, & nettoyer.* Ital. *Lauare, nettare.* Germ. Abwäſchen. Hiſp. *Lauar.* Pol. *Ochedożam, odmüwam.* Vng. *Le moſom.* Ang. *To makcleane, to waſhe.*] Abluere ſomnũ. eſt poſt ſomniũ ſe abluere, ut qd' ſomnio portẽdebatur, hujuſmodi ablutione expiet', ὄνειρον ἀπολούζη. Huc reſpexiſſe videt' Perſius Sat. 2. quũ ait: Hęc ſanctè ut poſcas; Tyberino in gurgite mergis Manè caput, bis terq;, & noctẽ flumine purgas. ¶ Abluere tenebras antiqui dicebãt, pro diſcutere, & diſſolvere. Lucret. - nigrasq; ſibi abluit umbras: hoc eſt, disjicit, & diſpellit Turneb. ¶ Dicimus etiã proverbialiter, Abluit marinam auditionem fluviali ſermone, Ἀλμυρὰν ἀκοὴν ἀπελούσατο ποτίμῳ λόγῳ. Vbi qd' erat audire moleſtum, id oratione grata mitigatur, & cõditur. Vlur-

tur. Vſurpatur hoc Adagium à Platone in Phædro, & ab Athenæo Dipnoſophiſt. lib. 3.

Ablūtĭo, verbale, Macrob. Satur. lib. 3. cap. 1: Conſtat diis ſuperis ſacra facturum, corporis ablutione purgari. [רחץ *rāchats.* ἄνιψις. Gall. *Lauement.* Ital. *El lauamento, riſciacquamento.* German. Abwáſchung. Hiſp. *Aquella obra de lanar.* Pol. *Obmyćie.* Vng. *Le moſás.* Ang. *Waſhing or rinſing.*]

Ablŭŭĭum, n. ſ. univerſalis inundatio. [אבוי *mabbúl.* κατακλυσμός. Gall. *Deluge.* Ital. *Diluuio.* German. Ein vberſchwemmung vnnd vbergieſſung mit waſſer. Hiſp. *Diluuio vniuerſal.* Pol. *Przepłokmenie.* Vng. *Viz özön.* Ang. *A deluge.*] Vide Gell. lib. 16 cap. 7, & Cæl. lib. 22. cap. 24.

Abmātĕrtĕră, pen. corr. ſoror abaviæ. ἡ θεία τοῦ μητρὸς μητρὸς. Inſtit. lib. 3. [ἀνεψιά. Gal. *La ſœur de la mere grand de noſtre pere ou mere grand.* Ital. *La ſorella de la madre de la biſauola.* Ger. Der Groſsmutter ſchweſter. Hiſpan. *La hermana de quarta abuela.* Vng. *Az iob atyam attyamak az annyanak nennye.*]

Abmītto, act. t. verbum priſcum, idem quod mitto. Plaut. in Trucul. Dic ob hęc dona quę abmiſerit, me illũ amare plurimum omnium hominum. [πέμπω *ſchillách.* ἀποπέμπω. Gall. *Enuoyer.* Ital. *Mandar via da ſe, anuiar fuori.* Ger. Hinſchicken/hinſenden. Hiſp. *Embiar fuera.* Pol. *Przeſłam.* Vng. *El kwldöm.*]

Abnăto, as, are, pen. corr. alicunde natãdo recedo. [ἀπονήχομαι. Gal. *Nager en arriere.* Ital. *Natar in dietro.* Ger. Dahin ſchwimmen. Hiſp. *Nadar atras.* Pol. *Odpływam.* Vng. *El ſzkok.* Ang. *To ſwyme away.*] Stat. libr. 1. Achil. Tunc excepta freto, longè cervice reflexa, Abnatat, & blandis affatur littora verbis.

Abnĕco, as, are, act. p. idem quod neco. [המית *hemíth.* ἀποκτείνω. Gall. *Faire mourir, tuer.* Ital. *Far morire.* German. Tödten. Hiſp. *Matar.* Pol. *Zabicam.* Vng. *Meg ölöm.* Ang. *To kill, to ſlay.*] Plaut. in Truc. Neq; ſibi perſuaderes, ut abortioni operam daret, puerumque ritè abnecaret.

Abnĕgo, gas, act. p. pen. cor. nego, repudio, rejicio, recuſo. [כחש *chichéſch.* ἀπαρνέομαι. Gall. *Denier, renier, refuſer.* Ital. *Negar' e' rifiutare.* Germ. Verleugnẽ/abſchlahen. Hiſp. *Negar echando ſobre ſi maldiciones.* Pol. *Od mowię, zaprzecz ſie.* Vng. *Meg tagadom.* Ang. *To denie.*] Lactantius lib. 5: Nec enim poterunt retinere pietatem, qui cõmunem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, atque rebelles liberi, abnegaſſent. Abnegare depoſita, aut promiſſa dicimur, qũ negamus apud nos aliquid eſſe depoſitũ, vel à nobis aliquid eſſe promiſſum. Plin. Epiſt. libr. 3: Ne depoſitum appellati abnegarent. Accipitur etiam Abnegare, pro negare id quod à nobis petitur planè obſtinato atq; obfirmato animo. Virg. 7. Aen. Rex tibi cõjugium & quæſitas ſanguine dotes, Abnegat. Colum. lib. 10: -ſi Iuppiter abnegat imbrem, Expectentur hyems. Virgil 2. Aeneid. Abnegat exciſa vitam producere Troja.

Abnĕpōs, pen. corr. m. t. filius pronepotis: quaſi ſejunctus à nepote. [ἀπέκγονος. Gall. *Nepueu de noſtre nepueu, ou de noſtre niepce en droicte ligne.* Ital. *Il nipote del nipote.* Ger. Der dritt enckel. Hiſ. *El quarto nieto, ò nieto del nieto.* Vng. *Az vnokanak fianak fia anagy harmadik vnoka.* Ang. *The ſone in fourt degre.*] Eſt enim inter ipſum & nepotem pronepos. Sic Abneptis, proneptis filia. [ἀπεκγονή. Gall. *La niepce de noſtre nepueu ou de noſtre niepce en droicte ligne.* Ital. *La nipote della nipote.* Germ. Die dritte näſin. Hiſp. *La quarta nieta, ò nieta dela nieta.* Pol. *Prawnucżka.* Vng. *Az vnokanak leanyanak anag fianak leania.*]

Abnŏcto, as, avi, atum, act. p. Foris pernocto, vel noctu abſum. Vnde cautum eſt in Pandectis l. illud. de offic. pręſid. ne Pręſes extra provinciam abnoctet: Ne, qui provinciam regit, fines ejus excedat, niſi voti ſolvendi cauſa, dum tamen ei abnoctare non liceat. Seneca de vita beata: Alius Iovem adulterum inducit, & abnoctantem. [ϥ *lan.* διανυκτέω. Gal. *Coucher la nuict dehors.* Ital. *Dormir fuor la notte.* Ger. Da auſſen vber nacht bleiben/Auſſwendig benachtet werdẽ. Hiſp. *Dormir defuera la noche.* Pol. *Indziey nocxuie.* Vngar. *Kin hálok.* Ang. *To ly thayr out in the nicht.*]

Abnōdo, act. p. idem quod enodo: id eſt, arbores & vites nodis purgo. Colum. lib. 4. cap. 24: Hunc ergo tanquam æmulum, diligenter iidem amputant & abnodant, priuſquam corroboretur. [ἀσαμὲς ἐκλύειν, κλαδῶν τὰ ἄνδρα. Gal. *Deſnouer, purger & oſter les nœus des arbres.* Ital. *Diſnodar, tagliar i nodi de gl' alberi.* Germ. Die knotren von den bäumen hauwen. Hiſp. *Deſenhetrar, ò deſanudar.* Pol. *Obrzexuie latoroſłij.* Vng. *Az elö faknak es ölönek götſit el irtom.* Ang. *To ſnod trees.*]

Abnōrmĭs, om. t. ſine norma. [ἄμετρος, ἄνομος. Gall. *Irregulier.* Ital. *Irregolare.* German. Ohn weiß oder maß/vngereumpt. Hiſp. *Fuera de regla.* Vng. *Mód nekwl valo.* Ang. *Out of ordour.*] Hor. lib. 2. Serm. Ruſticus abnormis ſapiens.

Abnŭo, nuis, nui, nutum, act. t. ex ab & Nuo, eſt ſigno capitis aliquid nego, recuſo, renuo. [אבה *meén.* ἀνανεύω, ἀπανεύω. Gall. *Hocher la teſte, & monſtrer par ſigne de ne vouloir quelque choſe, eſconduire, refuſer.* Ital. *Far cenno di no vol capo, e' ricuſare.* Ger. Mit ſchütlen des haupts verneinen oder abſchlagen. Hiſpan.

Negar inclinando la cabeca. Pol. *Odmowia kiwaniá głowmi.* Vng. *Fèj auagy ſzöm intéſſel meg vetöm.* Ang. *To ſhake the head in denying of a thing, to deny.*] Quanvis & oculis, & manibus, vel etiam verbo id fieri poſſit: tamen abſolutè pro negare, ſive recuſare ponitur. Cic. de Fat. Nihil unquam abnuit voluntas mea ſtudio tuo. Nuere enim apud veteres pro velle ponebatur. Vnde Nutus: & Numen, quod eſt Dei nutus: hoc eſt, imperiũ & potęſtas. Virg. 1. Aen. -meo ſine numine venti Audetis. Nutus verò ſignificat, quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Idẽ: Annuit, & totũ nutu tremefecit Olympũ. ¶ Vſurpatur & pro voluntate, quæ ex ejuſmodi ſigno declaratur, ſive affirmando, ſive negando. Livius: Sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarũ latere, nutus ejus pro decretis patrum, pro populi juſſis eſſe. Plin. lib. 1. Epiſt. docet Nutum dici, quãdo annuimus: Renutum, quãdo recuſamus. Sic enim ait: Nam ego quoq; ſimili nutu, ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Suetonius verò in Veſpaſiano: Nutũ accipit pro Renutu, quum ait: Adoleſcentulum fragrantem unguento, quum pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam gravitſima increpuit: Maluiſſem alliũ oboluiſſes. A' Nuo fit Nŭto, tas. frequentativum, qđ' eſt ſępe capite hujuſcemodi ſignũ facio. νωχέλω. ¶ Aliquando ponit' pro moveri, & quaſi ruinã minari: ducta trãſlatione à motu capitis, quòd inclinando affirmare, & concutiendo negare ſolemus. Vnde Nutare ædificia dicimus, quum malè ſolidata, ruinam minitantur. ¶ Transfertur etiam ad animũ, & pro titubare: id eſt, dubitare in quam partem vertendum ſit, accipitur. ¶ Accipitur etiam Abnuo, pro, prohibeo. Virg. 10. Aen. Abnueram Italiam bello concurrere Teucris. Vbi Servius: Prohibueram Italiam contra Teucros bella ſuſcipere. ¶ Reperitur & Abnueo in ſecunda verborũ declinatione. Ennius 8. Annal. Certare abnueo, metuò legionibus labem: Legitur & Abnuitur, Livius 3. ab Vrb. Neq; abnuitur ita fuiſſe, ſi ad judices alios itum foret. Contraria huic ſunt, Nuo, & Annuo, pro aſſentior, & nutu aſſenſum præſto, faveo, innuo, ſigno aliquo voluntatẽ meam oſtendo, ſive affirmem, ſive negẽ aliquid. Terent. in Eunuch. Nihil, niſi abiens mihi innuit. Renuo, recuſo. Nonius inter Nutare, Nuere, & Nictare, hoc intereſſe ſcribit: quòd Nutare capitis ſit, inclinando, aut in gyrum movendo: Nuere, narium, vel labiorũ: Nictare, oculorũ, patefaciendo eos, aut claudendo, vel utrunq;, vel alterũ. Plaut. in Aſin. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat: hoc eſt, nec capite ſignũ faciat, nec facienti aſſentiatur, nec oculis quicquam indicet. ¶ Abnuo etiam ſignificat ſolo verbo, ſimpliciterque negare. Colum. Nos quoq; abnuimus in agro temperato, & minimè humido, ſementem ſic fieri debere. Cic. 1. de Fin. Quid quiſq; concedat, quid abnuat.

Abnūto, pen. prod. frequentativum, ab abnuo, quod eſt ſæpè ſigno capitis abnuẽtis quidpiã nego. [ἀνανεύω. Gal. *Souuent vſ ſer ou nier en hochant la teſte.* Ital. *Ricuſare con ſpeſſi cenni.* Ger. Stets oder offt ſich widerigen mit ſchüttlung des haupts. Hiſ. *Negar y rehuſar muchas vezes con la cabeca.* Pol. *Cokolwiek częſtokroć kiwanim głowij od mawiam.* Vng. *Fèj razaſſal megſinetöm.* Ang. *To deny often he nodding.*] Plaut. in Capt. Quid mihi abnutas? Cic. 3. de Orat. Quidnam eſt obſecro, quòd te adiri abnutas?

Abnūtīvum, Nomen quod in Iuriſconſultorum libris, diſſenſionem, voluntatem contrariam ſine actione ad impediendum expromptam ſignificat. Paulus L. 83. De verb. obligat. Qui ſpondet dolum malum abeſſe, abfuturúmve eſſe, non ſimplex abnutivum ſpondet, ſed curaturum ſe, ut dolus malus abſit. Hotomanus in Lexico.

Abŏlĕo, pen. corr. abolevi vel abolui, aboletum vel abolitũ, induco, tollo, deleo, oblitero, caſſo, ut ne odor quidem ejus relinquatur. [השחית *hiſchmíth.* השבית *hiſchbith.* ἀφανίζω, ἀφανόω, ἐξαλείφω. Gall. *Abolir, effacer, aneantir* Ital. *Scancellare, ceſſare, annullare.* Germ. Abtilgen oder außtilgen/zu nichts machen. Hiſp. *Raer, borrar, ò quitar.* Pol. *Wygładzam, wyrzucxic.* Vng. *El törlöm.* Ang. *To abolishe, to diſanull.*] Plin. lib. 8. cap. 9: Cerebrò poſtea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Virg 4. Aeneid. - abolere nefandi Cuncta viri monumenta jubet. Abolere magiſtratum, leges, dignitatem, pro tollere, & adimere. Liv. 3. ab Vrb. Tentationemq; eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent.

Abŏlĭtĭo, f. t. verbale. [ἀφανισμός. Gall. *Abolition, aneantiſſement* Ital. *Lo ſcancellamento.* German. Außtilgung/hinnemmung. Hiſpan. *Aquella obra de raer o quitar, raedura, ò borradare.* Pol. *Wyniſczenie.* Vng. *El törlés.* Ang. *Abolishing, or diſanulling.*] Quintil. lib. 9. cap. 2: Adverſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis, damnationem depoſuerat, agit competitor. Eſt autem abolitio, peremptio inſtitutæ actionis: eſtque duplex: generalis & ſpecialis. Vide C. de Abolit. gener. l. ultima. & ff. de Abolit. l. Abolitio.

Abŏlēſco, n. t. ad nihilum redigor. [ἀφανίζομαι, ἀφανόομαι. Gall. *Deuenir à neant, eſtre hors d' vſage.* Ital. *Venire à meno, ſtruggerſi.*

ſenſi. German. Zunichts werden. Hiſpan. *Deſacoſtumbrárſe.* Pol. *Niſzczeſc.* Vng. *Semmiſe leszők, el tórleſom.* Ang. *To be out of vſe.*] Colum.lib.4: Eademque nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus abolescit.

Acolyti, [ἀκόλυθοι. Germ. Vnbänndige Leut/ die sich nicht abweisen lassen noch gehorchen. Polon. *Niehamo wni.*] Dicti sunt, qui nullis minis ab instituto poterant revocari. Vnde Stoici acolyti dicti sunt, qui turpe putabant mutare sententiam. ¶ Inde Acolyti in Ecclesia olim dicebantur sacerdotum administri quasi comites, sicut inter inferiores ordines in canon. enumerantur. ¶ Dicti Acolyti, quasi nõ prohibiti, ab ἀ privativa particula, & κωλύω quod significat prohibeo.

Acŏlūthus, pen. prod. ἀκόλουθος. Latinè Consequens dicitur: ἀπὸ τῦ ἀκολουθεῖν: id est, à sequendo. [German. Ein Diener oder Knecht/ der für vnd für auff seinen Herren wartet.]

Acŏnē, pen. corr. [אשה *mischchaḥ.* ἀκόνη. Gall. *Queux à aguiser.* Ital. *Cote.* Ger. Harte Stein oder Schrofen. Hisp. *Piedra para aguzar herramientas.* Pol. *Osła, oſtri kamień.* Vng. *Fenkw.* Ang. *A whyſtſtone.*] Latinè cotē sonat, vel cautē. Est etiã Acone, ut apud Plinium legitur: sive, ut est apud Stephanũ, Aconæ, ἀκόναι, Nomẽ oppiduli, vel portus Mariandinorũ, nõ procul ab Heraclea Pontica, ubi magna in copia provenit aconitũ, quod (ut quibusdam placet) ab hoc loco nomen accepit Plin. li. 6. c. 1: Pŏrtus Acone, veneno aconitò dirus. Vide in Onomastico.

Aconiti, ἀκονιτὶ, Latinè idem sonat quod sine pulvere: hoc est, citra negotium & laborem. Quod eleganter expressit Horat. 1. Epist. Sine pulvere. Quæ sit conditio vilis, sine pulvere palmæ Plin. li. 35. cap. 11: Alcimachus pinxit Dioxippũ, qui Pancratio Olympię citra pulveris jactum (quod vocant Aconiti) vicit: coniti Nemæa. Proverbii loco dicitur de eo qui sine sudore victor evaditi: ab athletis sumptum qui pulverem inspergebant corporibus ut se faciliùs comprehendere possent. Ovid. li. 9. Metamorph. Eadem forma dicimus, αἱματωτὶ, sine sudore: & ἀναιμωτὶ, sine sanguine.

Aconītum. pen. prod. [ἀκόνιτον. Gall. *Tere.* Ital. *Aconito, Napello.* Germ. Wolffswitch/ Wolffskraut / Giftkraut. Belg. Wolfscruyt. Hispan. *Centella.* Polon. *Omieg.*] Herba, quæ Cerberi spuma conspersa, venenum efficacissimum contraxit, quo tẽpore cum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τῆς ἀκόνης: hoc est, à cote, seu caute. Ovid. 7. Metamorph. Quæ quia nascuntur dura vivacia caute, Mortales Aconita vocant. Sunt qui ab Acone portu seu oppido Mariandinorum deducant, juxta Heracleam Ponticam, ubi copiosissimè provenit. Illinc enim non longè abest Acherusia specus, per quam Hercules Cerberum ad superos fertur pertaxisse. ¶ Alii Aconitum dictum putant, quòd ἀκονιτὶ: hoc est, sine pulvere aut terra proveniat. Plin. lib. 27. cap. 3: Nascitur Aconitum in nudis cautibus, quas Aconas vocant. Et ideò Aconitum quidã dixêre, quòd nullo ne pulvere quidem nutriente proveniat. ¶ Alii ἀπὸ τῦ ἀκονίζομαι derivãt, quod est accelero: quia mortẽ accelerat. ¶ Alii, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, statimq; admota velocitas sentiretur. Hæc Plinius. Alio nomine dicitur Pardalianches, παρδαλιαγχὲς, quòd pantheræ eo gustato statim strangulentur. ¶ Sunt qui putant eam herbam esse, quam *Napello* vulgò vocant, sed non est.

Acōntiæ, [ἀκοντίαι. Gall. *Cometes.* Ital. *Comete* Germ. Ein Comet wie ein Pfeil. Belg. Comeet sterren gheluyt pylen. Hisp. *Cometas del cielo.* Pol. *Cometa ſtrzałam.* Vngar. *Veſſőkős ſuto tſillág.* Angl. *Cometes, ſtarres ſo called.*] Sunt stellæ crinitæ, seu impressiones: dictæ ἀπὸ τῆς ἀκοντίου: hoc est, à jaculo: quia (ut Plinius scribit lib. 2 cap. 25.) jaculi modo vibrantur ocyssimo volatu. Ex his quasdam breviores, & in mucronem fastigiatas Xiphias vocavêre, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore sine radiis.

Acontiæ, [ἀκονίαι. Germ. Ein besondere art von Schlangen. Polon. *Wrzecſzenicza.* Vngar. *Tarka kigyo, kurta kigyo.*] Serpentes quidam duorum cubitorum magnitudine, figura circa caput crassa paulatim in tenuem abeunte, colore viridi, alvo minutis quibusdam maculis conspersa, quæ quandã granorũ milii similitudinem repræsentant. Vnde & Cenchrides κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis Miliariæ vocantur. ¶ Acontiæ autem ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου: hoc est, à similitudine jaculi. Mira enim celeritate progrediuntur, non flexuosis spiris, ut reliqui serpentes, sed recto quodam tramite sese quodammodo ejaculantes. De his Aëtius lib. 13. cap. 23. & Lucanus lib. 9. Vide infrà in dictione CENCHRIS.

Acŏpă, pen. corr. n. s. [German. Salb oder Oel für die Müde vñ Geſüchte/ oder zufäll der Spanadern. Polonicè, *Lekarſtwa ziemdlonego vitwierdzacace, confortatiua.* Vngar. *Fáratſágés lankadás el-veno orwoſſág.*] Medicamenta lassitudines & fatigationes levantia, impositio ex re vocabulo, ἄκωσις. Plin. lib. 29. cap. 3: Ad omniaque quæ acopis curantur, unguentumq; pariter & medicamentum est.

Acŏpis, Gemma, nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleum subfervéfactum perunctis lassitudinẽ solvit, ἄκωπις, Plin. lib. 37. cap. 10.

Acŏpŏs, penult. corr. [ἄκωπος. German. Ein frembder Baum/ hat je drey vnnd drey Bletter.] Dioscoridi, Herba est frutico-sa, gravi odore, flore holeris: quæ & Anagyros vocatur à Plinio, à Dioscoride etiam Anagyris, ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris gravitatem *Lignum fœtidum* appellat. Hujus semen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum vomitiones ciet. ¶ Vnde factus est locus proverbio: ἀνάγυριν κινεῖν, Anagyrim movere, quo utimur in eos, qui obfutura sibi commovent.

Acŏr, Vide ACEO.

Acōrna, f. p. [German. Ein besonder Distelkraut / dem gleich sõ man *Atractylus* nennet.] Herba est ex genere acanacearũ, spinam habens pro folio, vernaculo cneco similis, colore tamẽ rufo, succum pinguem & sanguineum fundens, ἄκορνα. De hac Plinius lib. 20. cap. 16.

Acorum, [ἄκορον Dioscoridi. Gal. *Galange.* Ital. & Hisp. *Acoro.* Germ. Der Apotecker Calmus. Pol. *Tátárskie ziele.*] Plinio Acoros, Herba est, folia habens iridis, radicesq; illi non absimiles, gustu acres, odore non ingratas, easq; complicatas, nec in rectum, sed in obliquum actas. Estque verus acorus Galanga crassa, teste Amato Lusitano in Dioscoridem. qui Galeni, Plinii, & Dioscoridis de eo locos optime, conciliavit. ¶ Alii volunt esse Calamum aromaticum officinarum, non verò Galanga, sed earundem acorum βάτραχον Theophrasti, & carecta Virgilii, Vide Carex. Galanga verò esse speciem Cyperi Babylonici censent.

Acōsmus, Idem est quod inornatus. [ἄκοσμος. Vng. *Otſmanyrut.*] Nam κόσμος apud Græcos ornatum vel ornamentum significat. Lucret. lib. 4. hac voce utitur.

Acosmia, Confusa quædam rerum congeries: & significationem contrariam habet huic dictioni Ornatus: quasi dicas, Inornatum vel ornatus neglectum, Græc. ἀκοσμία Bud. in Com.

Acquiēsco, n. t. Rei alicui quietis & otii gratia innitor. [יאת *iaáth* חסה *chaphẽts* רבה *ratsáh.* ἐπικλίνομαι, ἐπαναπαύομαι, ἡσυχάζω. Gall. *Se reposer.* Ital. *Riposarsi, Acquetarsi.* Germ. Auff einer sach beruhen. Belg. Ick ruste een weynich/ of ick teet my geseggen / volge. Hispan. *Descansar ò sentir con otro.* Polon. *Przestawam, przystawam.* Vngar. *Megh nyugzom.* Angl. *To rest.*] Seneca: Nihilo miserior ero, si lassa cervix mea in manipulo ferri acquiescat. Nonnunquam accipitur pro simplici suo quiesco, ἡσυχάζω. Cicer. Attic. lib. 7: Acquiesco enim, & ad te scribens, & legens tua. Ibid. Vitandi caloris causa Lanuvii tres horas acquieveram. Interdum transumitur Acquiescere, pro eo quod est, cũ animi tranquillitate voluptateq; in re aliqua versari. Ibidem Cicero: Nulla est respublica, quæ me delectet, aut in qua acquiescam. Nonnunquã etiam pro eo quod est in re aliqua quietem suam & spem repositam habere. Idem de Amicit. Libenter enim senes in adolescentulum charitate acquiescimus.

Acquīro, act. t. Quæro, comparo, adipiscor, consequor: ab Ad & Quæro. [קבה *kanah* רכש *rachaſch* προσαποκτάομαι, ἐπικτάομαι. Gall. *Acquerir.* Ital. *Acquistare.* German. Erlangen/ vberkommen. Belg. Ick vercrighe. Hispan. *Alcancar lo desseado.* Pol. *Dostawam, zdobywamiſzie.* Vng. *kereſők.* Ang. *To purchaſſe.*] Cic. de Amic. Semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. ¶ Interdum Acquiri pro Augeri vel conciliari. Plin. lib. 15. cap. 17: Quo genere & vino odorem acquiri putant.

Acræpala, ἀκρεώπαλα, Ab Hippocrate dicuntur ea omnia quę crapulæ obsistunt, quemadmodum Adipsa, ἄδιψα, quæ sitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalę amariores.

Acrātissimus, [ἀκρατοσιτώτατος, ἢ ἀκρατόσιτος μᾶζα. Gal. *Lede leuner.* Ital. *Imbreda.* Ger. Ein Morgensuppen. Hisp. *Almuerzo.*] Latinè lentaculum dicitur, ἀπὸ τῦ ἀκράτου: hoc est, à vino nõ diluto, ut placet Plutarcho in Sympos. Sive quòd apud Græcos jentaculi vice sumi solet, buccella panis mero macerata: sive quòd juxta me dicorũ consilium in jentaculo vino meraciore sit utendum.

Acrātŏcŏthōnes, penult. prod. [ἀκρατοκαθωνες. Pol. *Zarłoczy.* Vng. *Bortſiſzar, boriſzak.*] Dicti sunt homines vinosi, & meraciùs bibentes: quasi dicas, vini meri pocula: ἄκρατον enim merum est: κώθωνες autem inter pocula numerantur. Vide Cæl. lib. 27 cap. 27.

Acrātos, [ἄκρατος. Gal. *Pur, nõ meſle.* Ital. *Intẽperato, puro.* Ger. Vnmässig: Itẽ, Vnvermischt/ vnvermẽgt/ vngeschrenckt Belg. Onghemengt. Hisp. *No tẽplado, no mezelado.*] Latinè purus, merus, intemperatus, ab ἀ privativa particula, & verbo κεράω, κεράννυμι, quod

μι, quod est tempero. ¶ Hinc ἄκρατον absolutè pro mero ponitur: hoc est, vino non diluto. Vnde ἀκροβοτεῖν dicunt Græci, pro eo quod est meracius potare: & qui meri avidiores sunt vinumq; non diluunt, Acratopotę, ἀκρατοπόται dicuntur: uitiumq; ipsum Acratopotia, ἀκρατοποσία appellatur.

Acrătŏphŏrum. penult. correp. [אשישה *aschischáh.* ἀκρατοφόρον. Gal. *Cruche, coquemart, broc.* Ital. *Orciuolo.* German. Ein Kübel/Züber. Belg. Eenaerden/oft steenen potten. Hisp. *El arcaduz para facar vino.* Polon. Dzban. Vngar. *Vèndel.* Angl. *A pitcher or pott for watter.*] Vrceolus Latinè dicitur. Cicero 3. de Fin. Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, siquando minùs occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potiùs, quàm περηγμένοις, & ἀποπεπερηγμένοις concedatur.

Ācrēdo, inis, idē quod acrimonia, & acritudo. Vide ACER.

Ācrēdŭlă, pen. corr. [ὀλολυγών. Gall. *Roßignol.* Ital. *Rosignuolo.* Germ. Ein Nachtgall. Belg. Nachtegael. Hispan. *Ruyseñor.* Polon. *Slowik.* Vng. *Filemile.* Angl. *A woodlark.*] Putatur Luscinia avis, sive (ut aliis placet) avis illa, quam vulgò *Ravatinum* vocamus. Cic. de Divin. ex Arato: Et matutinis Acredula vocibus instat, Instat, & assiduas vocum jacit ore querelas, Cùm primùm gelidos rores aurora remittit. Autor Philomelæ carminis: Vere calente novos componit Acredula cantus: Matutinali tempore tunc militans.

Acribodĭcæi, ἀκριβοδίκαιοι, teste Budæo, ab Aristotele appellantur Iurisconsulti: qui neglecta æquitate, summo jure: hoc est, verbis ipsis nituntur: sic dicti, quòd nimium exactè legis rigorem, quem vocant, observarent. Et strictum illud jus Acribodicæon, ἀκριβοδίκαιον, appellatur.

Ācrĭfŏlĭum, Arbuscula est, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur. λωτός. Creditur eadem esse quæ Lotos alio nomine, à Gallis autem *Alysa*, vel *Alyserum* vocatur. [Ger. Ein frembder Baum tregt ein Frucht wie Kirsen. Vide Ruellium.

Ācrĭmōnĭa, Vide ACER adjectivum.

Acrisia, ἀκρισία, Est absentia judicii & rationis. Bud. in comm.

Acrĭtās, Acritudo, Acriter, Vide Acer adjectivum.

Ācrŏāmătă, n. t. [ἀκροάματα. Germ. Schöne lustige vnd liebliche erzehlungen/ oder kurtzweilige / holdselige Reden: *Item*, holdselige vñ kurtzweilige Leut/ die guter Sprüchē sind.] Græci auditiones, sive auscultationes vocant. Ἀκροᾶν enim audire est, seu auscultare. Aristoteles Acroamata nominavit commentationes suas, quas auditoribus tradebat, in quibus Philosophia remotior, subtiliorq; agitabatur. Huic disciplinæ, quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnasio matutino. Alii appellant Acroamata, festivas recitationes, ludicrasque narrationes. Quod significat Cicer. Verr. 6: Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem cõvivis inspectantibus, emblemata avellenda curavit. Et Suetonius de Augusto scribit: Acroamata: hoc est, narrationes recitationesq; ludricas & mimicas ab Augusto interponi solere conviviis, ad convictores oblectandos. Lamprĭdius accipere videtur pro ipsis hominibus acroamata recitantibus, quum ait in Alexandro: Alexandrum nanos, & nanas, & morriones, & vocaleis exoletos: & omnia acroamata, & pãrominos populo dedisse. Similiter Plinius in Epist. Interdum, *inquit*, audiebamus acroamata, interdum jucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Ācrŏāmă, pen. pd. n. g. Mos erat apud veteres, qui hodie nullus est, ut in fabulis agẽdis, actionem histrionum musica symphonia commendaret. Vnde illud: Tibiis dextris & sinistris: aut paribus & imparibus: aut, Serranis & Phrygiis. Erat igitur in voce histrionum actio, erat in Musica symphonia, quod Acroama dicebatur: inde scilicet, quòd fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam esset, animum leniente musico concentu, sicut illa quæ ad actionem histrionum pertinebat, spectantium oculos oblectabat. Atque hanc fuisse Acroamatis significationem, loci demonstrant, quos in antiquorum scriptis observavimus. Nam in oratione pro Archia, distinxit Orator inter Acroama & vocem: id est, eum qui fidibus, & eum qui voce caneret: Cùm (*inquit*) ab eo quæreretur, quod Acroama, aut cujus vocem libentissimè audiret? Respondit: Ejus à quo virtus optimè prædicaretur. Et in Verrem: Acroama pro homine potiùs quàm pro re, planè constat esse usurpatum. Sunt enim hæc verba: Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario discederet, emblemata avellenda curavit. Sed nusquam apertiùs quàm apud Macrobium quid Acroama sit, intelligitur: est enim certè is qui fidibus, non is qui voce delectat. Saturnal. lib. 11. inquit: Delectatus inter cœnam erat Augustus pueris symphoniacis Turionii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cùm in alia acroamata fuisset liberalis nummis, eosdemq; postea Turionius æquè inter cœnam quærenti Cæsari sic excusavit: Ad moles sunt. In oratione autem pro Sextio, de P. Clodio: Ipse ille maximè Ludius, non solùm spectator, sed actor & acroama. Quod ideò dixit Cicero: quia Clodius utrunque munus, & histrionis & musici, obiret.

Ācrŏāmătĭcŭs, ca, cum, Idem quod auscultatorius, ἀκροαματικός. Aristoteles in Epistola quadam ad Alexandrum, logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticorum disciplina editos. Gell. lib. 20. cap. 4. & Budæus.

Acrŏchōrdŏn. [שאת *seeth.* ἀκροχορδών. Gal. *Verrue, cor.* Ital. *Porro che nasce per le mani, Bruchio.* German. Wärtzen die vnden auff der Haut als klein sind wie ein Seitlin. Hispan. *Vn genero de berruga que duele.* Polon. *Brodawka.* Vngar. *Szömörfsö.* Ang. *A wart.*] Tubercula sunt in cute excrescentia, dura & exigua, ima sui parte adeò angusta, ut vĕluti chordarũ nexu summa in cute suspendi videantur: unde & nomen habent. Aʼquibusdã Verrucæ pensiles appellantur. Vide Galenum Methodi lib. 2. cap. 11. & Manard. Epist. lib. 7.

Acrocorium, Bulbi species est. Plin. lib. 19. cap. 5. ἀκροκόριον.

Acrodrya, Acrodryorum, n. g. [German Allerley Obß oder Frücht/ die außwendig harte schalen oder rinden haben/ alß Nuß/ Mandel/ &c.] Cajus hoc nomine omnem fructum arborum significari dixit: propriè tamen Acrodrya vocantur fructus arborum, qui lignosos cortices habent: quales sunt castaneæ, glandes, amygdalæ, juglandes, & similes, ἀκρόδρυα. Quod genus appellatione Nucum, apud Latinos continetur. Et contrà, Opora dicuntur quæ molli sunt putamine, ὀπώρα. Vide Ruellium lib. 1. cap. 97. & Budæum.

Acronyctæ, ἀκρονύχαι, Stellæ vespertino tempore orientes quum sol vergit ad Occasum. Nam ἀκρόνυξ à Græcis dicitur, quod nos Crepusculum vespertinum vocamus. Vide Cæl. Rhod. lib. 21. c. 5.

Acropolis, f. t. Arx dicitur supra oppidum in edito loco sita: cujusmodi olim Athenæ habuerunt, Minervæ delubro insignem ἀκρόπολις.

Acrostĭchis, idis, pen. cor. f. t. Dicitur quum primis aliquot versuum literis nomen alicujus, vel alia quævis dictio aut oratio exprimitur, ἀκροστιχίς. In hoc genere Plautus lusit aliquot argumenta Comœdiarum, quæ primis literis fabulæ nomen indicant. Sic Cic. lib. de Divin. citat Acrostichia Sibyllæ, quæ adhuc in libris Sibyllinis extat. Cæl. Rhod. Antiquarum lectionum lib. 13. cap. 39.

Acrostolĭa, orum, Ornamenta erant proræ in navibus, quæ Bayfius eadem cum nostris credit ἀκροστόλια.

Acroterĭa, Dicuntur pinnacula in summitate ædificiorũ prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acroteria dicuntur, quales sunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ sub unguibus latent. [גבעה *gab.* ἀκροωτήρια. Polon. *Spicza.* Vng. Háztetõ, *tsúcs.* Ang. *Pinnacles in the high partes of buildingis.*] Vide Vitruvium & Bud. in Comm.

Acrŏtērus, pen. prod. dicitur quod ad saltationis mensuram non respõdet, ἀκρότηρος. Vnde Athen. lib. 11. sermones intempestivos, & nihil ad rem pertinentes, ἀκρότηρα & κύμβαλα vocat.

Acrothinĭa, [Polon. *Prazmo.*] Primitiæ frugum sunt, quæ de summo acervo solent tolli, ἀκροθίνια. Ἄκρον enim summum sonat, *Sives* autem frumentorum acervi dicuntur. ¶ Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quòd est Summa delibare, vel primitias consecrare.

Ācta, substantivum nomen, & Græcum, ultima depresso accentu. [חוף *choph.* ἀκτή. Gall. *Le bord & rivage de la mer* Ital. *Lito.* Germ. Ein Gestad das lustig ist. Hisp. *La ribera del mar, ò tierra cerca, della.* Pol. *Cźiche Stanowisko dlia lodzi.* Vng. *Tsendex partés rév.* Ang. *The shoare, the sea coaste.*] Littus secretum & amœnum. Virg. lib. 5: At procul in sola secretæ Trojades acta Anchisen flebant. Servius.

Acta, orum, Vide AGO.

Ācтæă, [Pol. *Chebd.*] Herba est, sive frutex, gravi foliorum odore, caulibus anisi geniculatis, semine nigro, ut hederæ, baccis mollibus. Nascitur in opacis & asperis, & aquosis. Hæc Plinius lib. 27. cap. 7. Ruellius hanc eandem esse putat, aut certè simillimam illi, quæ à Dioscoride χαμαιάκτη, à Latinis ebulum vocatur.

Actasta, Vide ACASTA.

Acte, Frutex arborescens, quem Latini Sambucum vocant. [ἀκτή. Gal. *Sureau, ou souseau.* Ital. *Sambuco.* German. Holderstaud. Hisp. *Sahuco.* Pol. *Bez.* Vng. *Bozza.* Ang. *An Elder tree.*] Vnde Chamæacte, χαμαιάκτη, dicitur, quod Ebulum à Romanis appellatur, quasi pumila sambucus. Vide infrà in dictione Sambucus.

Ācтĭă, ἄκτια, Stephano, ludi erant in Actio Epiri promontorio quinto quoq; anno celebrari soliti in honorẽ Apollinis: qui & ipse Actius cognominabatur. Hos ludos vetustissimos fuisse constat, utpote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamẽ apparatu ab Augusto instaurati fuerunt, postquam Antonium & Cleopatram navali prælio ante Actiũ superasset: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata. Hæc Strabo lib. 7. Stephanus tertio quoq; anno celebratos fuisse tradidit: tribusq;

dis: tribusq; certaminibus fuisse insignes, gymnico, equestri, & navali. Horum meminit & Servius in illud Virg. 3. Aeneid. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

Actio, Vide AGO.

Actito, Activitas, Actiuncula, Activus, Actualis, Actor, vide AGO.

Actualis, [δράστικος. Polon. Czynniaci. Vngar. Mukálkodo.] Macrob. Comment. lib. 2. cap. 17: Hic à feriatis remotus, eminet tamen actualium vigore virtutum.

Actuarius, Actuosus, Actum est, Actus adjectivum & substantivum, Vide AGO.

ACTVARIVS, limes est, qui primus actus est ab eo quintus quisq;: quem si numeres cum primo, erit sextus: quoniã quinque centurias sex limites cludunt. Actuarii autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur: ita enim cautum est Lege Sempronia, & Cornelia, & Iulia. Quidam ex his latiores sunt XII. pedibus, ut hi qui sunt per viam publicam militarem acti: habent enim latitudines viæ publicæ. Hęc tradita sunt ab Hygeno in libro de limitibus constituendis.

ACTVS, agrestis mensuræ genus fuit, de quo dictum est in dictione MENSVRA.

Actūtum, Vide AGO.

Aculeus, m. s. stimulus. [דרבן darbán. κέντρον. Gall. Pointe ou aguillon. Ital. Pugnolo, ago. German. Der Wespen oder Binen Anget. Belg. Spitz/ prickel/ anget Hisp. El aguijon de la aueia ò abispa. Pol. Zadło. Vngar. Fulák. Ang. A pricke or string.] Col. lib. 1: Nec paludē quidem vicinam esse oportet ædificiis, nec junctã militarē viam: quòd illa caloribus noxiũ virus eructat, & infestis aculeis armatos culices, muscas, tabanos, quę in nos densissimis agminibus involant. Cic. 3. de Fin. Vespas aculeis uti videmus. Idem 2. Tusc. Quum liquescimus, fluimusq; mollitia, apis aculeum ferre non possumus. ¶ Dicuntur & in herbis aculei, spinulæ quædam in folii caule, aut flore eminentes: ut in carduo, tribulo, leucacantha, & similibus. ¶ Cic. de Optimo dicendi genere, transtulit ad orationem: Horum oratio, inquit, neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenses habet,

Aculeolus, diminutivum, quo utitur Martialis Epigram. lib. 8. κεντρίδιον.

Aculeatus, ta, tum, Quod aculeum sive acutum quiddam aculei instar habet. [κεντρωτός. Gall. Pointu, piquant. Ital. Chi ha tal ago. Ger. Spitzig/ stechechtig. Hisp. Cosa que tiene punta ò aguijon. Pol. Spiczasty, Ostri. Vng. Fulákos. Ang. Any shing that hath a sting or pricke.] Plin. lib. 11. cap. 26 de cicadis: Sine ore est: pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. ¶ Per translationem quoq; oratio, aut epistola aculeata dicitur, quæ veluti aculeis quibusdam munita animum quodammodo mordet, ac pungit. Cic. ad Attic. lib. 14: Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi.

Acūncula, Vide ACVS.

Acuo, is, acui, acutum, Aciem rei alicui induco, exacuo. [שנן shanán. ἀκονάω, ἀκαίνω, ὀξύνω. Gall. Aiguiser en trenchant, affiler, faire aigu. Ital. Dare il filo, affilare, aguzzare. Germ. Scherpffen/ wetzen/ spitzen. Belg. Ick spitse/ scerpe. Hisp. Aguzar. Pol. Zaostrzam. Vng. Meg fenòm meg élòsitòm. Angl. To charpe, to mak sharpe.] Col. lib. 3 Quoties falcem acueris, pelle aciem detergito, atq; ita putare incipito. ¶ Interdum ponitur pro excito, hortor, &c. Ter. in Adel. Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est: Quod illos sat ætas acuet. i. docebit. Virg. 1. Georg. in simili significatione animo tribuit: curis acuens mortalia corda. Cicer. in Topicis viris appositum: In excitando autem, & in acuendo plurimum valet, si laudes illum, quem exhorteris. Et lib. 3. Offic. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo: id est, incēdebant. Virgil. 7. Aeneid. in malam partem accipit, pro instigare, incendere, irritare. Postquam, inquit, visa satis primos acuisse furores. ¶ Hujus verbi composita sunt, Exacuo, & præacuo: quorum significata vide suis locis.

Acūtus, ta, tum, Propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & benè secat: cui opponitur Hebes vel obtusum. [שנון shanún. ὀξύς. Gal. Aigu, aiguisé. Ital. Acuto & appuntato. Ger. Spitzig/ scharpff. Belg. Scherp/ spitsig. Hisp. Cosa aguda ò aguzada. Polon. Ostry. Vngar. Eles. Angl. Sharpe, made sharpe.] Plaut. in Mil. Vide, ut tibi istic sit acutus Cario culter probè. Idem quod in mucronem, sive acumen definit, ut Acutus palus, Acutus angulus, Acutum rostrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro subtili vel acri, aut perspicaci: ut, Acutum ingenium, Acutus sophista, Acuta vox, ὀξυφωνία. Item acuti oculi: id est, clarè cernentes, ὀξυδερκεῖς. Acutùm cernere, Horatius, ὀξυδερκᾶν. Acutæ aures, Horatius, ὀξέα ἀκούειν. Acuti cibi, οἱ δριμεῖς, χυμοὶ καὶ ὀξεῖς. Xenophon. Leviora studia, sed tamen acuta. ἐλαφρύτερα μὲν, ὀξέα δὲ σφόδρα. Gaza ex Ciceron.

Acūtè, adverbium. [ὀξέως. Gall. Aiguement, ingenieusement. Ital. Acutamente, ingeniosamente. Germ. Spitzsindigtich/ subtil. Hisp. Agudamente, ingeniosamente. Pol. Subtilnie, ostrze. Vngar. Elèssen, elméssen. Angl. Sharplie, ingeniousslie quickelie.] Quod quanvis primò de acie ferri dicatur, sępiùs tamen ad animum refertur, idemq; significat quod ingeniosè, vel subtiliter. Cic. pro Cælio: Si mihi acutè, argutèq; respondetit: Idem in Lælio: Multa responsa acutè ferebantur. Interdum de voce dicitur: ut, Vox acutè sonans, apud Ciceronem de somnio Scipionis. Ejus cõtrarium graviter sonans. Nonnunquam & de visu, pro Clarè, perspicaciter, pro quo etiam legimus. Acutùm, ut Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3: Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm.

Acūtŭlus, diminutivum, Idem quod subacutus [ὑπόξυς. Gall. Aucunement aigu ou subtil. Ital. Alquanto acuto ò sottile. Germ. Ein wenig subtil oder schärpff. Hispanicè, Vn poco agudo ò sottil. Polon. Przeostrzeiszy. Vngar. Eskètske, elmèskètske. Angl. Somewhat sharpe.] Cicer. 3. de Nat. deor. Breves & acutulas conclusiones.

Acūmĕn, pen. prod. Idem quod aculeus, seu cuspis. [דרבן darbán. κέντρον Gal. Pointe ou aiguillon. Ital. Acuteza, acume. Germ. Ein spitz. Belg. Subtythent/ spitsichent. Hispan. Agudeza ò aguzadura. Pol. Ostrość, szpica. Vng. Hegyèsség. Ang. A sting or prick, sharpnesse of witt.] Cic. in Arati Phænomenis: Tergaq; Centauri, atq; nepai portat acumen. ¶ Accipitur & pro ingenii perspicacitate, quod quæ in acutũ terminent, interius magis penetrent: quomodo solent perspicacia ingenia penetrare: [ערמה hormáh. εὐστοχία. Gall. Subtilité, fineße, aßtuce, cautele. Ital. Cautela, aßtucia. Germ. Scharpffsinnigkeit/ geschwindigkeit. Hispan. Agudeza ò aßtucia de ingenio. Polon. Ostrość, bistrość. Vng. Elèsség, elménck elèsségè.] Idem de Nat. deor. Epicurus, homo sine acumine, sine ullo lepòre. Colum. in præfatione: Facillimam esse, nec ullius acuminis rusticationem, quòd quæ in acutum terminent, interius magis penetrent: quomodo solent perspicacia ingenia penetrare.

Acūmĭno, nas, pen. corr. act. p. Acutũ facio. [שנן littésch שחן schanán הציב hitstsib. ὀξύνω. Gal. Aiguiser, faire aigu. Ital. Aguzzare. Germ. Spitzig oder scharpff machen. Belg. Ick maecke spitsig/ oft scerp. Hispan. Aguzar, ò hazer agudo. Pol. Zaostrzam. Vngar. Megh hegyesitèm, hegyzèm. Angl. To mak sharpe.] Lact. de Opific. In quadrupedibus autem contextum spinæ à summo capite deductum, longiùs extra corpus eduxit, & acuminavit in caudam.

Acūmĭnātus, a, um, quod acumen habet. [משחת meluttásch שחנון schanún. κεντρωτός. Gall. Aigu, pointu. Ital. Aguzzo. Germ. Scharpff gemacht oder gespitzet. Belg. Spitsig/ ghespitst/ scerp. Hispan. Cosa hecha aguda. Polon. Zaostrzony, Zaspiczowany. Vngar. Hegyzèt. Angl. That which hath a sting or prick.] Plin. lib. 11. cap. 2: Ita reciproca generavit arte, ut fodiendo acuminatum, forbendoq; fistulosum esset.

Acŭpĕdĭus, Dicitur, cui præcipuum est in currendo pedum acumen, ὀξύπους, Festus.

Acupedium, in Glossario, ὀξυποδία.

Acŭpĭctōrēs, m. t. Qui acu pingunt. [רקם rokém. φοινικιστὴς οἱ ζωωτῶν ἐργάται. Gall. Brodeurs ou tapissiers. Ital. Ricamatori. Germ. Seydensticket. Hispan. Bardadores ò bosladores. Polon. Szwacz. Vng Him varrók. Ang. Brodurers.] Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia regione Troję, ubi primùm inventa hæc ars dicitur.

Acŭs, aci, sive Aculeatus, generis masculini, Genus piscis, qui & Acicula dicitur. βελονὴ, ῥαφὶς, Aristoteli, & Athenæo, ὀξύρυγχος ῥαφὶς, Epicharnii, ἀβλιννος Athenæo. Mart. lib. 10: Et tãtiùs tenues ducere credis acos. Hic etiam Belone dicitur. [βελόνη. Gall. Esguille. Ital. Anguisigola vel Anguxella. German. Ein langer Meerfisch. Hisp. Aguia paladar pescado. Vngar. Anguilla, vágo.] Piscis marinus longus, longissimi rostri, denticulisque spissis armati: cujus oculi lutei, dorsum ceruleum, spina dorsi viridis, cato albissima, ac firma. Lege Arist. hist. lib. 7. Athenæum lib. 7. Oppianum lib. 3 Plinium lib. 22. Idem lib. 9. cap. 51. ait: Acus sive Belone, unus piscium, dehiscēte propter multitudinē utero parit. A partu coalescit vulnus, quod & in cæcis serpentibus tradunt. Quo in loco alii legunt propter magnitudinem, videlicet ovorum suffragante etiam Aristotele de generat. animal. lib. 3. cap. 4. ¶ Est & Acus minoris piscis genus, cui rostrum tubæ modo edentulum, quod descriptioni τῆς βελόνης Aristotelis magis congruit.

Acŭs, aceris, generis neutri, Purgamentum frumenti. [מוץ móts. σκύβαλον, ἄχυρον. Gallicè, Paille ou balle. Ital. La loppa, ò mondatura di grano. Germanicè, Sprewer. Belg. Caf. Hispan. Las grancas ò abechaduras de pan. Polon. Plewa. Vngar. Viss. Anglicè, Caffe.] Colum. lib. 8: Nã in suburbanis lactens porcus acere nutricandus est.

Acĕro, aceras, acerare, pen. cor. Paleis inficere. ἀχυρόω. [Germanicè, Ich vermische mit Sprewer. Belgicè, Ick menge met caf.]

Acĕrātŭs,

Aˇcĕrātŭs, adject. Acere plenus, aut permistus. [ἀχυρώδης. Gall. *Pailleux cõme le pain bis* Ital. *Pieno di paglia.* Ger. Voll Spreuer oder Kleyen. Hispan. *Grancoſo, embuelto en grancas de pan.* Polon. *Zplewamy ʒmieſzany.* Vngar. *Polyuas Vtſus.* Angl. *Full of taffe.*] Inde, Lutum aceratum, autore Festo, quod paleam habet admistam.

Aˇcĕrōſŭs, adject. Idem: [German. Das voll Spreyer oder Kleyen iſt.] ut, Panis acerosus, qui confectus est ex frumẽto parum purgato, acereq; non satis diligẽter excreto.

Aˇcūs, quartæ declinationis, generis fœminini, Instrumentum est, quo vestes sarciuntur. [דַּלְיָה *machat.* ἀκίς, βελόνη. Gall. *Eſguille à coudre.* Ital. *Ago* Germ. Ein Nadel. Belg. Een Naelde. Hisp. *Aguia para coſer.* Pol. Igla. Vngar. Tŏ. Angl. *A needle.*] Plaut. in Menæch. Acum credo invenisses, si acum quæreres. ¶ Proverbialis hyperbole de re diligenter vestigata. ¶ Ponitur etiam pro instrumento quo utũtur fœminæ ad ornandos discernendosq; capillos. [דַּלְיָה *charit.* κελαμίς. Gal. *Poinſon d'atournereſſe à griller les cheueux et faire les paſſefillons.* Ital. *Scriminale.* Germ. Ein Scheitelſpindel. Hisp. *Aguia para hazer la crencha.*] Iúven. Satyr. 2: Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Mart. Figat acus tortas, sustineatq; comas. ¶ Purgamẽnta quoque leguminum Acus dictas invenimus à Colum. lib. 2. cap. 10. ubi sic scribit de fabarum tritura: Nam semina excussa in area jacebunt: superq; ea paulatim eodẽ modo reliqui fasciculi excutientur, ac duriſſimæ quidem acus resectæ separatæq; erunt à cudentibus: minutæ verò, quæ cum siliquis de faba resederunt, aliter secernentur. ¶ Similiter exercitus instructi pars prior. [Gall. *La pointe.*] Acus dicitur, quòd ea militum pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum. Perottus: nisi potiùs legendum sit acies, quod puto, &c. vide Scal. ad Fest.

Aˇcūncŭla, diminutivum ab Acu: qua utuntur mulieres ad se ornandum [ἀκίσκος. Gall. *Petite eſguille.* Ital. *Picciolo ago.* Germ. Ein spitziger Pfriemb oder Spinlen / mit dem man das Haar vnderscheidet Hispan. *Pequenna aguia* Polonicè, *ʒwaiecʒka, ſʃbilka.* Vngar. Tŏske. Ang. *A prein or any ſuchthing whairwith an womar ryſis to buſk hir.*] Hujusmodi est discerniculum, quod capillis discriminandis est accommodatum.

Acuſtici, Sunt auditores: quales erant discipuli Pythagoræ. Ille enim à suis auditoribus exigebat, ut minimum biennium, quo illis tantùm audire, non etiam loqui licebat. ἀκουσμάτι.

Aˇcūtē, Acutus, Acutulus. Vide ACVO.

Acylonion, lichnis coronaria Dioscorid.

Aˇcўlŏn, seu potiùs Acylos, ἄκυλος Suidæ, Fructus est ilicis fœminæ. Plin. lib. 16. cap. 6: Ilicis glans utriusq; brevior, & gracilior, quam Homerus Acylon vocat: eoq; nomine à glande distinguit. Masculas ilices negãt ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cujusdam, quæ mediam quandam naturã obtinet inter suber & quercũ, quæ ob id Phellodrys vocatur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 89.

Acyrologĭa, ἀκυρολογία, Latinè impropria locutio, qualis est illa Virg. 4. Aen. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Vbi sperare, pro Timere dixit: quàm propriè speremus bona, timeamus adversa. Ab aliis dicitur dictio minus convenienter elata, vel non propriis dictionibus obscurata sententia: ut, Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis, sed meretrix. Dicta est autem Acyrologia, quasi ἄκυρος λόγος: hoc est improprius sermo.

A ante D.

Ad, [Ins. *el.* πρὸς τῷ πρεσβὺ cum accusativo. Gall. *Aupres, vers.* Ital. *Appreſſo, verſe.* Germ. Zů der bey. Belg. Tot oft by. Hispan. *Cerca de lugar ò de perſona.*] Præpositio accusativo juncta propinquitatem significat, eamq; frequentissimè conjunctam cum motu ad locum, vel ad personam. Cicero in Vatinium: Venisti ad fretum per Mauritaniã. Terent. in Andr. Venit ad me Chremes postridie. In hoc itaq; differt à præpositione Apud, quod hæc nunquam motum neq; ad locum, neq; ad personam importet: Ad, verò frequentissimè motui servit, sæpè etiam quieti, ut infrà ostendemus. ¶ Differt à præpositione In, quòd hæc ingressionem termini significet: Ad verò, tantummodò accessum ad terminum. Vnde rectè dixeris, Iudicem, vel Prætorem in tribunal se conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad Vrbem olim accedebant Imperatores, qui ob res prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quique antequam hoc impetrassent, urbem cum fascibus & imperio ingredi non poterant. ¶ Sæpè etiam, ut diximus, sine ullo ponitur motu, ut idem sit quod Apud, πρὸς cum dativo. Cicero pro Cælio: Habes hortos ad Tyberim. Idem pro Flacco: Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebant. Ita etiam aliquando cum accusativo personæ, quo locus citra motum denotatur. Cicero in Verr. act. 2: Decem fisci ad Senatorem relicti. Idem Attico lib. 9: Dionysius ad me fuit benè manè: hoc est, domi Senatoris, domi meæ: accusativus personæ pro loci accusativo. ¶ Multiplex præterea hujus præpositionis est usus: ut Quum pro In, cum ablativo ponitur. Cicer. in Pison. Deprehensus denique cum ferro ad Senatum est. Cæs. Bell. Gall. 5: Totam hyemem ipse ad exercitum manere decrevit. ¶ Pro Circa. Cicero Attic. Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem velim. ¶ Pro Circiter. Terent. Heauton. Talenta ad quindecim coẽgi. ¶ Pro versus: ut, Ad orientem, Ad meridiem. Sic, Ad sidera, Ad cœlum tendere manus, sive oculos. Virgil. 1. Aeneidos: duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Pro Prę. Terent. in Eunuch. Est'ne, ut fertur, forma? P. Sanè. CH. At nihil ad nostram hanc. ¶ Pro Post. Cicero Attic. 12: Nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro Propter. Propertius Eleg. ult. lib. ult. Panditur ad nullas janua nigra preces. Livius 1. ab Vrbe: Inde quum aliæ boves quædam ad desiderium (ut fit) relictarum mugissent: id est, propter desiderium vel præ desiderio. ¶ Interdum etiam idem valet quod Pro: ut, apud Græcos ἐς accipitur. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias: id est, Nuptiarum causa: ἐς γάμους. Cicero 5. Verr. Qui ad statuam pecuniam contulerunt. ¶ Pro Ante: ut, ad limina expectare. Virgil. 4. Aeneid. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Ad pedes se abjicere. Cic. Attico libro 2: Clodius abjecta toga, se ad generi pedes abjecit. ¶ Pro Præter, παρά. Terent. in Andr. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. ¶ Pro Secundum, similitudinem scilicet significans: ut, Ad arbitrium, ad nutum alterius. Plaut. Merc. Ad istam faciem virum quæro. ¶ Pro Quantum ad. Cicer. 3. Verr. Vidi simul cum populo Romano forum, comitiumq; adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationemq;, acerbo & lugubri. Id est, Quantum ad speciem, Quantum ad sensum. ¶ Pro Vsque ad, vel Vsque in. Cic. Ad multam noctem contenderunt. Cęsar: Ad horam nonã in anchoris expectavit. Livius: Ad lucẽ acerrimè pugnatum est. ¶ Pro Prope. Cicero in Verr. Ad Vrbem cùm esset Verres audivit, &c. Idem in Anton. Is dixit se usque ad Cal. Majas ad urbem exercitum habiturum. Idem in Verrem: Crux quæ posita est ad portum. ¶ Pro Adversus. Catullus ad Mallium: Cœperat ad sese Troja ciere viros. Pro Apud, personæ accusativo: quo genere loquendi præter Plautum utitur Cæsar lib. 3. belli civilis: Magnam tamen hæc res illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit: ut Græcè παρὰ πάντας. Apud Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 6: -semper eris derisor ad omnes: id est, adversis sive erga. Pro at apud Veteres. Salust. in Orat. Cottæ Cos. Ad contra in his miseris cuncta me cum fortuna deseruere. Catullus: Ad Acme, leviter caput reflectens. Ad impatientiam delabi. Cornelius Tacitus lib. 15. Ad integrũ, ὁλοκλήρως, integrè. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 3: Et hæc est prima incorporea natura post corpora: sed non purè, nec ad integrum carens corpore. Ad lecticam homines: id est, lecticarii. Catullus in Epigram. de Vari scorto: Ære comparasti ad lecticam homines. Et Cæsares corpora lecticariorum habuerunt. Ob id quibusdam sitorum inscriptionibus ex corpore lecticariorum Cæsaris. Ad postremum: id est, postremò. Gellius libro 2. cap. 29: Ad postremum igitur domus filio: Valeant, *inquit*, amici cum propinquis. Ad urbem Imperator. Asconius Pædianus in 4. Verr. Omnis enim magistratus qui intramuranus non est, nec urbanus etiam, si administrator ejus Romę est, ad urbem dicitur. Salustius: Ii utrique ad urbem imperatores erant. ¶ Aliquando significat rei usum. Cic. 6. Verr. Quo solitus erat uti ad festos dies, & ad hospitum adventum. ¶ Aliquando officium. Vnde ad manus servus dicitur, qui & à manu, sive Amanuensis, de quo anteà. Sic Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ vini administratores, & apud Græcos παρὰ κύλικι. ¶ Ad limina custos, qui est ædituus. ¶ Iungitur & cum gerundiis in dum: ut, Ivit ad lavandum. Terent. in Andr. Nec satis ad objurgandum causæ. ¶ Sunt aliæ quoque hujus præpositionis locutiones: ut, Ad pedes desilire, Cæs. pro, de quo descendere: sic sæpè Liv. Ad dexteram, ad sinistram, scilicet manum. Terentius in Adelph. Ad sinistram hac recta platea. ¶ Ad extremum, Ad postremum, Ad ultimum, quæ aliquando ordinis sunt, vel temporis, & pro Denique, vel postremò; vel tandem accipiuntur: aliquando nullius sunt ordinis. Ad summam, & Ad summum, vide in SVMMATIM. ¶ Ad verbum, idem est quod De verbo ad verbum. Cicero: Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Plin. Ad verbum translata sententia. Ad unum, idem quod nullo excepto. Livius 2. ab Vrbe: Quos Consul Romanus in Algido consequutus, ad unum omnes occidit. Sic ad lyram canere, Ad lucernam studere. Et Cic. Ad eum nuntium commoti sunt omnes: id est, audito eo nuntio. Ovid. Mortua, crede mihi, tamen ad tua verba revixi. ¶ Ad eum finem. Tacit. lib. 14: Quod ad eum finem memoravimus. Ad genus faciẽdum, pro ad sobolem procreandum. Iustinus Histor. lib. 9: Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa. Ad finem mortalitatis accessisse, eleganter dictum de imminenti

senti fato vitæ ſupremæ. Sueton. in Claudio: Et in ultima cognitione ꝓ tribunali acceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant ſemel atq; iterum pronunciavit. ¶ Cæterum notandum quòd Ad, in compoſitione quũ jungitur dictionib. incipientibus à c f g l n p r s t, mutatur d in literas ſequẽtes: ut Accurro, Affero, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Aſſiſto, Attribuo. Excipiuntur Agnoſco, in quo d abjicit, aut in g mutat, ſicut in Agnatus euphoniæ cauſa: ſimiliter Adſum ubi d remanet, ſicut ſuo dicet loco. Sed ſi componatur cum a b d e h i o u, ſemper d integra manet: ut, Adamo, adbibo, adbrevio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, advoco. Si verò cum q, d mutatur in c, ut Acquiro. Anquiro autem ab An fit, quod ſignificat circum, ut latiùs ſuo loco dicetur. ¶ In notis antiquorum, A D. auditor. AD. E. ad exactorem, vel effectorẽ, vel extortorem. A D. F. ad finem: A D. L. ad locum. A D. IAB. Adiabenicùs. ADI. adjutor. ADI. P. Adjutor Provinciæ, vel patriæ, vel pop. ADN. Adnepos. ADP. vel ADOP. adoptivus. A. QSR. ad quæſtorem A. D. P. ad diem Pridie. A D. D. ad Dioſcoridem, vel ad diſcordiam, vel ad diſcendum. A D. E Adeſt. A D. F. ad Frontem. A D L R. adulteravit. A D. P. X II. ad pedes duodecim.

A˘d. æquē, æquè, pariter, æqualiter. [משוה *beſchaveh, æniſons.* Gal. *Pareillement, autant.* Ital. *Parimente.* Germ. Gleichſam. Hiſpan. *Y gual y ſemejantemente.* Polon. *Rownie, dnako.* Vng. *Igenlökeppen.* Ang. *Egallie.*] Plaut. in Caſ. Neq; eſt, neq; fuit me ſenex quiſquam amator adæquè miſer. Apul. lib. 4: Ecce plures numero juvenes adveniunt, quos incũctanter adæquè latrones arbitrẽre.

A˘dæquārĕ, act. p. æquare, exæquare, parem facere. [שוה *ſchivvah. ὁμαλίζειν.* Gall. *Egaler, faire egal.* Ital. *Vguallare, ſpianare.* German. Ebnen/ eben machen. Belg. Effenen. Hiſp. *Y gualar vna coſa à otra.* Pol. *Zrownàc.* Vng. *Igyenlöse, igyeneſíte tenni.* Angl. *To mak egall.*] Cic. de Vniverſit. Vt Deorum vitam poſſint adæquare. Idem: Adæquare cum virtute fortunam. Livius 1. ab Vrbe: Romanus paſſim publica, privataq; ómnia tecta adæquat ſolo. Cicero pro Cor. Qui in ſumma amicorum copia cum familiariſſimis ejus eſt adæquatus.

A˘dæro, as, are, pen. prod. act. p. ab ære deductũ, ſignificat Aere æſtimare. [הערין *heherich* תוקיר *tokír. ἐξαργυρῶσαι.* Bud. Annot. 2. Gal. *Apprecier à argẽt, adenerer.* Ital. *Stimare à cõtanti.* Ger. Zu Gelt anſchlahen/ oder ſchetzen. Hiſpan. *Eſtimar ò apreciar con dineros.* Pol. *Na knp daie.* Vngar. *Megh bõſzolõm.* Ang. *To pryſe or value.*] Hinc Adærata prædia apud Iuriſconſultos, ex quib. certum æs præſtabatur. Et Adæratio, æſtimatio ad æris pretium.

A˘dæſtŭo, as, avi, are: [חמת *hamath* חמר *chamár.* ἀφυσσαίνω, ὑπερζέω. Gal. *S' enfler d' ondes & flots.* Ital. *Hauer gran caldo, ondeggiare.* Germ. Vor vngeſtüme außlauffen/ vbertauffen. Hiſp. *Mucho heruer, reboſſar.* Pol. *Iuſzieſzie, zburzliwoſzcay wodney.* Vng. *Buzgok, egök.* Ang. *To ouerflowe.*] quod eſt extra æſtuo, exundo, incremento. Virgil. fundoq; exæſtuat imo. Iuſtin. lib. 1: Quæ materiam in his locis paſſim è terra exæſtuat. Sueton. Foſſas omnes in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit.

A˘dāggĕro, ras, penult. corr. quaſi aggerem facio, cumulo. [ſoſal גבר *tſabár.* ἐπισωρεύω. Gal. *Accumuler, amonceler.* Ital. *Acumulare, ammaſſare.* Germ. Zuſammen hauffen. Hiſp. *Amontonar.* Pol. *Zgromadzam, zkupiám.* Vngar. *Töltök.* Ang. *To heape.*] Quum ver appetit, terram adaggerato benè, Colum. lib. 5. cap. 18. Plin. lib. 36. cap. 12. Compoſitum ex Ad & Aggero, quod ab Agger, eris, derivatur.

A˘dāgĭa, æ, f. p. Modò vetula recentis partus dicitur, modò ad agendum apta.

A˘dăgĭum, gii, & apud antiquos Adagio, onis, eſt ſententia brevis, rebus temporibusque accommodata, tectum latentemq; in oratione ſenſum obtinens. [משל *maſchal. παροιμία.* Gal. *Vn prouerbe, vne rencontre, vne attache.* Ital. *Prouerbio.* Germ. Ein Sprichwort. Belg. Een ghemeen Spreeckwoort. Hiſpan. *El refran.* Polon. *Przyslowie.* Vng. *Pelda bezed, kõa bezed.* Ang. *A proverbe.*] Dictum Adagium, quaſi circum agiũ, quòd teſte Varrone, paſſim per hominum ora obambulet.

A˘dālĭgo, as, are, Ad aliquid ligo. [אסר אסר *aſár* תסר *tſardr. συνδέω.* Gall. *Allier à quelque choſe.* Ital. *Legar'à qualque coſa.* Ger. Anbinden. Hiſp. *Atar vna coſa à otra.* Pol. *Przywiezuie.* Vng. *Hozza kötöm.* Ang. *To knitt to any thing.*] Plin. lib. 20. cap. 21: Quin & ſemen tritum adalligant brachio.

A˘dămās, penult. corr. [שמיר *ſchamír. ἀδάμας.* Gal. *Diamant.* Ital. & Hiſp. *Diamante.* Germ. Adamant/ Demant. Belg. Eenen herten Edelen Steen/ Diamant. Polon. *Diament.* Vng. *Gyemant.* Ang. *An adamant.*] Lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab *ἀ* privativa particula, & *δαμάζω*, domo, quòd durissimus credatur, & nulla vi domabilis: quod tamen falſum eſſe ſæpiùs compertum eſt. Nulla tamen re faciliùs, quàm hircorum calido ſanguine diſſolvitur. Sunt autem adamantum genera quatuor: ſcilicet, Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Qui in India naſcitur, æquè magnus eſt ac nucleus nucellanæ: cui ſimilis eſt Arabicus, ſed aliquantò minor. Qui in Macedonia in Philippico auro inventus eſt olim, cucumeris ſemini par eſt magnitudine. Cyprius colorem aërium repræſentat, & in medicamine plurimùm valet. Eſt etiam Adamas cognomine, Siderites, quòd ferrei ſit ſplendoris, cæteris adamantum generibus ponderoſior, ſed diſſimili natura, utpote qui frangatur faciliùs, & adamante alio perforetur, nempe eo qui Cyprius eſt. Volunt quidam in adamante Indico (qui omnium pretioſiſſimus eſt) tantam ineſſe vim, ut juxta magnetẽ poſitus ferrum ab eo abſtrahi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Sed vide Scaligerum, ubi de Magnetis effectibus diſputat. Venena præterea, lymphationes, metuſq; vanos abigit ex hominum mentibus. ¶ Hujus lapidis incredibilis durities proverbio locum fecit, quo hominem inexorabilem, durum & infatigabilem, imò quicquid invictum atque inexpugnabile Adamantinum vocamus. Heſiod. Ἀλλ' ἀδαμαντίνῳ ἦτορ κεχλιμένος φρεσὶ θυμῷ: id eſt, Durus at his animus ſolito ex adamante creatus. ¶ Eſt etiã hoc nomine herba, quæ & Hyoſcyamus, & Apollinaris vocatur. Vide Dioſcoridem li. 4. cap. 69. & Plin. lib. 37. cap. 4.

A˘dămāntĭnŭs, a, um, penultima correpta, Quòd eſt ex adamante. [ἀδαμάντινος. Gal. *Fait de diamant, adamatin, dur comme diamant.* Ital. *Diamantino, duro come diamante.* German. Demantin/ von Adamant gemacht/ oder hart alß ein Demant. Hiſpan. *Ceſa de diamante.* Pol. *Zdiament acz'robiony, Twardi iako diament.* Vng. *Gyemanybol valo.* Ang. *Made of an adamant, hard lyk an adamãt.*] Horatius lib. 1. Carm. ad Agrippam: Quis Martem tunica tectum adamantina Dignè ſcripſerit?

A˘dămāntæŭs, a, um, penult. prod. ἀδαμάντινος, idem quod Adamantinus. Ovid. 7. Metamorphoſ. Ecce adamantæis Vulcanum naribus efflant.

A˘dămāntĭs, idis, ἀδαμαντίς, Herba quædam eſſe traditur à Magis Armeniæ Cappadocicæq; alumna, qua admota, leones reſupinari ferũtur hiatu laxo. Nominis rationem iidem hanc tradunt, quod cõteri nequeat, quemadmodum nec adamas. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

A˘dămo, mas, pen. corr. valdè amo & diligo. [אהב *ahdb. ἐρασθίαω.* Gall. *Aimer fort, aimer ardemment.* Ital. *Amare teneramente, fortemente, honeſtamente, amorevolmente.* German. Gebr lich ben. Hiſpan. *Amar como enamorado.* Polon. *Bardzo mieluie, Zapalczywie mieluie.* Vng. *Igen szeretöm.* Ang. *To loue arden, lie.*] Quintil. Me quidem, marite, ſiquis interroget, omnes matres liberos ſuos, tanquam adamaverint, amant. Cic. lib. 3. de Orat. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiem in Socratico ſermone adamarat. ¶ Adamare tenerè, Proverbiali forma dicitur in eum qui ita diligit quempiam, ut non patiatur vel leviſſimis incommodis à quoquam affici.

A˘dăpĕrĭo, eris, penult. corr. adaperui, adapertum. [פתח *pdthách. ἀναῳγω.* Gal. *Ouurir.* Ital. *Aprire.* Germ. Auffthun / Auffnen. Hiſpan. *Abrir.* Pol. *Otwarzam.* Vng. *Meg nytom, nyláskoz'aton.* Angl. *To open.*] Idem quod aperire, ſeu patefacere. Liv. 5. Bel. Pun. Qui improviſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ. Plin. lib. 2. cap. 47: Vnde nubes diſcuſſæ adaperuêre cœlum.

Adapto, Vide APTO.

A˘dăpērtŭs, a, um, Idem quod apertus. [פתוח *patúach. ἀνεῳγμένος.* Gal. *Ouuert.* Ital. *Aperto.* German. Auffaethan Hiſp. *Abierto.* Pol. *Otteworzſzi, Otwarty.* Vng. *Megh nyit.* Ang. *Open.*] Ovid. 1. Amor. Eleg. 5: Pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtræ.

A˘dăpērtĭlĭs, Adject. ἀνεῳκτός: Quod eſt apertum vel apertu facile. Ovid. de Triſt. 3. Eleg. 11: Aſpicis à dextra latus adapertile tauri.

A˘dăquo, quas, penult. corr. ex Ad & Aquo: id eſt, Aqua reficio, & irrigo, & ad aquam ago: [השקה *hiſihkah* ריות *rivvdh. ποτίζω.* Gall. *Abbreuuer, ou arrouſer d' eau.* Ital. *Adacquare, inaffiare le herbe.* Germ. Wäſſeren oder trencken. Hiſpan. *Regarlos harboles ò ortaliza.* Polon. *Napaiam.* Vngar. *Meg itatöm.* Angl. *To watter.*] ut, Adaquare arbores. Plin. lib. 17. cap. 10: Ternas ſimul ſerendas trianguli ratione, palmo inter ſe diſtantes, denis diebus adaquari, donec grãdeſcant. Sueton. in Galba, ca. 7: Ita decrevit, ut ad locum ubi adaquare ſolebat, jumentũ duceretur capite involuto.

A˘dārcĕs, Dioſcoridi ἀδάρκης. Salſugo quædam gelata, paluſtribus in locis, iiſdemq; humidis, proveniens, quibus exiccatis condenſari ſolet, atque arundinibus adhærere. Plin. lib. 16. cap. 30. & 36. lib. 32. cap. 20. & lib. 22. cap. 24: Adarcam vocem Latinam agnoſcit: traditq; naſci in cortice calathorum, ſub ipſa coma, ex ſpuma aquæ marinæ cum dulci commiſta: & à nonnullis κολαμοχροὴ: hoc eſt, arundinaceam lanuginem vocari. Vide Hermolaũ in Plinium, & Marcellũ Virgil. in Dioſc.

A˘dārĕo, res, rui, pen. corr. n ſareo, exareo. [חרב *charab. ξηραίνω.* Gall. *Deuenir ſec, aſſecher.* Ital. *Secarſi.* German. Verdorren/

dürr werd

dürr werden. Hiſpan. *Seccarſe.* Polon. *Schne.* Vngar. *Meg apok, meg epedők.* Angl. *To become drie.*] Verbum eſt rarum, quo utitur etiam Cato de re Ruſt. cap. 98: Amurcam decoquito ad dimidium, & ea ungito fundum arcæ, & extrinſecùs pedes & angulos: ubi ea adaruerit, veſtimenta condito.

Adlāſsint, ſive (ut Feſtus legit) Adaxint, Veteres dixerunt pro Adigant. Plaut. Vtinam divi adaſſint ad ſuſpendium.

Adlāſſus, Species tunicæ, ſic dictæ, quòd ab humeris nō erat conſuta. Perottus. Sed quis hac voce uſus eſt?

Adlaūgĕo, es, xi, Augeo, cumulo. [רבה *rabáh*, ἐπαύξω. Gall. *Augmenter, accroiſtre.* Ital. *Aumentare, accreſcere.* German. Sich ſehr mehren. Hiſpanicè, *Acreſcentar.* Polon. *Mnożoe.* Vngar. *Meg ſzaporitóm.* Angl. *To augment, to mak more.*] Cui opponitur minuo, extenuo. Cic. lib. 1. de Invent. Per quem facti utilitas aut honeſtas adaugetur. Terent. Heavt. Duritiæ adaucta.

Adlaūcto, as, are, ἐπαύξομαι, frequentativum, idem quod augeo. [Polon. *Przimnażywam.*] Accius Aenead. Quibus rem ſummam, & patriam noſtram quondam adauctavit pater. Ex Nonio.

Adlaūgēſco, adaugeſcis, ἐπαυξάνομαι, augeri, creſcere. [German. Wachſen/zunemmen. Polon. *Rożmnożamſię.* Vngar. *Szaporódóm.* Fiol. Anglicè, *To begynne to increaſe.*] Lucret. libro 2: Nam neque adaugeſcit quicquam nec deperit inde. Cicer. 1. de Divin.

Adlaūctŭs, us, ui, verbale. [ἐπαύξησις. Germ. Gemehrt.] Lucret. lib. 2: Nam quæcunq; vides hilari grandeſcere adauctu: id eſt, incremento.

Adlbĭbo, is, adbibi, adbibitū, n. t. Bibo. [שכר *ſchachar* שתה *ſchatáh.* ἐπίνω. Gall. *Boire vn peu plus, s' abbreuuer.* Ital. *Ber oltra miſura.* German. Zutrincken. Hiſpan. *Beuer ſin medida, ò Beuer prouocando à otro.* Pol. *Nażbit pyie, Przelewam.* Vng. *Meg iſzom magamat.* Ang. *To drink ſomewhat more.*] Terent. in Heavtont. Is mihi, ubi adbibit plus paulò, ſua quę narrat facinora. Plaut. in Sticho: Euge, quando adbibero, alludiabo. ¶ Accipitur & pro imbibere per metaphoram. Horat. 1. Epiſt. - nunc adbibe puro Pectore verba puer.

Adlcōrpŏro, as, adjungo, admiſceo. Solinus: Et carinis tenaciter adcorporatur.

Ădvĕrbĭum, [את הדעם *millath hattaháam.* ἐπίρρημα.] Quasi juxta verbum dicit, quia in oratione prope verbū ponitur. Nec enim potest verbi vis satis significāter exprimi, nisi jungatur adverbium: ut Dico, & Navigo, non plenæ significationis sunt, nisi adjiciantur adverbia: ut, Benè vel malè dicit: Feliciter navigat. Donatus quidem Adverbium scriptūt esse partem orationis, quæ adjecta verbo significationem ejus explanet atque implet. ¶ Fiunt autem adverbia quandoque à nomine: ut à Bonus, Benè. A verbo, ut à Traho Tractim. A nomine & verbo, ut Pedetentim, à pede & tēto. A participio, ut ab insignitus, Insignitè. A pronomine, ut Hic, Illic, ab Hic & Ille. A præpositione, ut ab Ex, Extra, & à Sub, Subtus. Ab adverbiis etiam, ut à Prope, Propiùs. ¶ Ennius, teste Prisciano, his utebatur adverbiis, Ignaviter, Inimicitèr, Miseriter, Præclariter, Proteriter, Properiter, Puriter, (quo etiam Catullus usus est) Reverecunditer, Superbiter, Temeriter, Torviter.

Ădvērbĭālĭtĕr, ἐπιρρηματικῶς, apud Diomedem Gramm. lib. 1: Per Adverbia autem, quæ à loco significatum demonstrant, veluti à Roma in Africā rediit, vel à Troja, vel ab Ilio navigavit Aeneas, qd apud illos interpretatur adverbialiter sic, &c.

Ădvĕrsŭs, sa, sum, Contrarius, incommodus. [אשר כנד *aschér chenéghedh.* ἐναντίος. Gal. *Contraire, oppositc.* Ital. *Contrario, repugnante.* Germ Widerig/streittig/widerwertig. Hisp. *Contrarie.* Polon. *Przeciwny, Sporny.* Vng. *Ellenkező.* Ang. *Contraire.*] Terent. in Andr. Eorum obsequi studiis, adversus nemini. ¶ Adversum absolutè, pro re adversa, & improspera. Terent. in Heavton. Hic si quid fortè adversi evenerit. ¶ Interdum ponitur pro oppositus, anterior. Cui contrarium est Aversus: ut, Aversa vulnera, quæ à fronte accepimus. Cic. de Arusp. resp. Acceptis à forti adversario vulneribus adversis. Idem 2. de Orator. Tu & adversus, & aversus impudicus es. ¶ Interdum pro objectus, è regione situs. ἀντικείμενος. Idem 2. de Divinat. Eodemq; equo adversam conscendit ripam. Idem de Somn. Scipio. Intueri solem nequitis adversum.

Ădvĕrsŭs, vel Adversum, præpositio, Contra. [לד *néghedh* לעמת *lehummáth.* κατά. Gall. *Contre.* Ital. *Contra.* German. Zuwider. Hispan. *Contra.* Pol. *Przeciwnie.* Vngar. *Ellen.* Ang. *Against.*] Significat inimicitias, dissidia, contrarietatemque. Cicero ad Attic. Si duriorem te præbes, non contendam ego adversus te. ¶ Aliquando Erga, in meliorem partem. Terent. in Andr. Et id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam. Cicero primo Officior. Adhibenda est etiam quędam reverentia adversus homines. ¶ Item aliquando significat secundum. Vlpianus tit. 28: Bonorum possessio datur aut contra tabulas, aut adversus tabulas intestati: quod paulò pòst interpretatum, Secundum tabulas. Item tit. 20: Qui dedititiorum numero est, nec quasi peregrinus testari potest, quoniam nullius certæ civitatis sit, ut adversus Leges suæ civitatis testetur. Ex Hotomano. ¶ At licet ita sentiat etiam Cujacius, non desunt tamen qui contrà disputent. ¶ Item aliquando Ante. Gell. lib. 7. cap. 12: Nam qui quotidie unguentatus, adversum speculū ornetur, eumque quisquam dubitet, quin idem fecerit quod Cinœdi facere solent.

Ădvĕrsŏr, d. p. Contrarius sum. [שטן *satán,* איב *aiáb.* ἀντιπάσχω. Gall. *Estre contraire, impugner.* Ital. *Contraporsi, contrastare.* German. Zuwider seyn/widerstehn Hispan. *Contradezir à alguna cosa.* Pol. *Przeciwny iestem, przeciwie sie.* Vngar. *Ellenközöm.* Angl. *To be contraire, to ganeestand.*] Cicero 7. Verr. Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen hujus libidini adversari non poterat, nec audebat. Tacitus accusativo junxit libr. 1. Annal. Sua facinora adversari deos lamentabatur, & lib. 17. duobus in locis. Construitur autem cum dativo. Terent. in Hecyr. Neque tuæ libidini adversabor.

Ădvĕrsābĭlĭs, quod adversum est & contrarium homini: Aversabile verò quod aversari debemus, & hostiliter cavere.

Ădvĕrsāns, antis, participium. [ἀντικείμενος. German. Widerspennig. Vng. *Ellenkedő.*] Cic. de Orat. Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono Poëta dicta est flexanima, atq; omnium regina oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem, & repugnantem, ut Imperator bonus ac fortis, capere possit.

Ădvĕrsārĭus, a, um, Idem quod contrarius, vel commodis nostris obsistens, adversus. [ἀντικείμενος. German. Widerig. Pol. *Przeciwny.* Vng. *Ellen álló.*] Cicer. pro Cæcin. Vis ea, quæ juri maximè est adversaria. Idem pro Plancio: Ea res in hoc judicio adversaria est Cneo Plancio. Construitur autem cum dativo, quum Adversarius substantivum, vel genitivum habeat, vel sine casu ponatur.

Ădvĕrsārĭă, orum, n. s. Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret, & ex iis postea tabulæ justæ & æternæ fierent. [Græci ἐφημερίδας. Gall. *Bordereaux, papiers brouillars, minutes.* Ital. *Giornale, libro de ricordi.* German. Verzeichnung vieler dingen ohn ordnung zu der gedechtnuß in ein Buch oder Tafeln / ein Handtbuch. Hisp. *El borrador de cuentas, ò manual.* Pol. *Księga wkotram dla pamiecży czosbie trafy bez porządka piszemy. Recepta księga.* Vng *letczö könyv.*] Latini etiam Diaria vocant. Exactiones autem rationum tabulas, Codicem appellabant. Cic. pro Qu. Roscio: Quòd si eandem vim, diligentiam, authoritatemq. habent adversaria, quàm tabulę, quid attinet codicem instituere? Doctiss. vir I. Cu. fatetur alicubi se rationē hujus vocis ignorare.

Ădvĕrsārĭus, m. s. [איב *ojeb.* ἀντίδικος. Gall. *Aduersaire partie aduerse.* Ital. *Aduersario.* Ger. Ein widersächer/der einē widerpart hatet. Belg. Een teghen partie. Hisp. *Contrario, que contradize.* Pol. *Przeciwnik.* Vng *Ellenközö, vagy vetélködö tars.* Ang. *An aduersare.*] ab Adversor, pro repugno: nam Adversarii dicūtur sibi invicē repugnātes, ac propriè sunt ii, qui adversus nos litigāt in judicio: quos aliàs *Partē adversam* vocāt. Terēt. in Phor. Verùm scientem, tacitum, causam tradere adversariis, etiam'ne id lex cogit? ¶ Adversaria etiam genere fœminino dici potest mulier, quę adversus nos judicio contendit. Præterea quævis etiā res. Cic. Fam. 2. ad Curionem: Est enim tibi gravis adversaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio.

Ădvĕrsātŏr, m. t. Qui adversatur. [ὁ ἀντικείμενος. Vng. *Vizsgavono.*] Vnde fit Adversatrix. Terent. in Heavt. Vllam ne ego rem unquam volui, quin tu in ea re mihi adversatrix fueris, Sostrata? Apulejus de Deo Socratis: Quem fautorem bonis, quem adversatorem malis jam vita ciebo?

Ădvĕrsè, Adverb. [ἀντικείμενως. contrariè. Vng *Ellembe.*] Gell. libr. 3. cap. 16: Ex quo lib. verba hæc sunt: ἐσὶ δὲ τὸ ὧδε ἔσην ἀντικείμενον ῥῆσις, id tam obscurè atque præcisè, tamq; adversè dictum.

Ădvĕr-

Adversĭtās, f. n. Contrarietas & repugnantia. [אֵיבָה *ebáh.* ἐναντίωμα. Gall. *Contrarieté.* Ital. *Contrarietà.* German. Widerwertigkeit. Belg. Teghenspoet. Hisp. *Contrariedad.* Pol. *Przeciwnośćz, niezgoda.* Vng. *Ellenkődés.* Ang. *Ganestanding, adversitie.*] Plin. lib. 11. cap. 25: Magnam adversitatem cum stellionibus putant esse. De scorpionibus loquitur.

Adversātōres, m. t. ab Adversum: id est, obviam eundo, Servi sunt, qui dominũ deducunt, & reducunt. [οἱ ἀπαντῶντες δοῦλοι. Germ. Diener oder Knecht die den Herren von vnd zu hauß beleiten. Vngar. *Inasók, kesérő szolgák.*] Terent. in Adelph. Neq; servulorum quisquã qui advorsum ierant. Vbi ait Donatus, propriè loquutum Terentium esse, dicendo Adversum: nam inde adversitores dici.

Adversĭo, onis, Vide AVERSIO.

Advĕrto, tis, Act. t. Ad aliquẽ locũ verto. [טָבָה *panáh* סָב *sáb* הָפַךְ *haphách* הִקְשִׁיב *hikschíb.* ἐπιστρέφω. Gall. *Tourner vers quelque chose.* Ital. *Volgersi ad alcuna parte.* Ger. Hinzu kehren. Belg. Tot keere toe. Hispan. *Bolverse hazio otra cosa.* Polon. *Przimikam sznie.* Vng. *Przibliżamsznie.* Angl. *To turneto.*] Terentius in Eunucho: Il a sese interea commodùm huc adverterat in hanc nostram plateam. ¶ Transfertur quoque ad Animum: ut, Advertere animum, apud Terentium: vel Advertere animo, apud Plautum, [ἐφιστάνειν τὸν γνάμον. Vngar. *Valahouáh fordulok.* Ang. *To tak heid, to consider.*] In qua significatione etiam absolutè positum invenitur pro animadverto. Cicer. Attico lib. 2: De librariis, si me amas, diligenter adverte. ¶ Ponitur etiam impersonaliter. Cicer. Lent. Nam advertebatur Pompeii familiares assentire Volcatio. ¶ Plinius quoq; epist. 10, pro eo quod est, ad se vertere, & allicere spectatores. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, ut mediocriter quoque doctos advertant, & afficiant.

Advĕspĕrāscĭt, Vespertinum tempus adventat, vespe a fit. Cui contrarium est lucescit. [טָבָה עֶרֶב הֶעֱרִיב *heheréb* טָבָה עֶרֶב *anáh heréb.* ἑσπέρας γίνεται. Gall. *Il vient sur le soir, il se fait nuict.* Ital. *Farsi sera.* German. Es wird abend / es fahet an spath werden. Hispan. *Hazerse tarde ò anochecer.* Pol. *Maszie do wieczora, wieczor szie przibliza.* Vngar. *Bé estueledik.* Ang. *It groweth night.*] Cicer. 6. Verr. Quum jam advesperasceret, discessimus.

Advĭgĭlo, as, n. p. vigilo. [שָׁקַד *schakáth* ἀγρυπνέω. Gall. *Veiller songneusement à quelque chose* Ital. *Vigilare diligentemente, dar opera à qualche cosa* German. Fleissig wachen, wachtbar vnd mit fleiß etwas thun. Hispan. *Velar para hazer alguna cosa.* Polon. *Ostrożny niestem, czuwam, czuymowiem* Vng *Szorgalmatos vagyok* Ang *To wake to watche.*] Cic de Legib Vt advigiletur, ad custodiam ignis. ¶ Translatè pro alicui rei incumbo, operam do. ἐπαγρυπνέω. Terent. in Andri. Nam satis credo, si advigilaveris, Ex unis geminas mihi conficies nuptias. Cic. de petit. Si advigilamus pro rei dignitate: id est, si diligentiam adhibeamus.

Advīvo, pen. prod. quasi adhuc vivo. ἐπιζάω. Plin. libr. 15. cap. 18: Eadem autem fortuito satu advivit in medio foro. Sic legit Hermolaus, quum alia exemplaria habeant vivit.

Adūlŏr, penul. prod. Assentor, blandior sive voce, sive gestu, omniaque ad voluntatem loquor & ago, non ad veritatem. [חָנַף *hechelik.* κολακεύω, ἰωπεύω. Gall. *Flatter, ablandir, & faire feste comme les chiens de leur queuë.* Ital. *Adulare, lusingare.* Germ. Schmeichten / flatteren / liebkosen. Belg. Ick plooy stricke / vleye. Hisp. *Lisongear, ò mouer la cola.* Pol. *Pocklebuie lasze szie.* Vngar. *Hizelkedöm.* Ang. *To flatter.*] Cicero de Amicit. Apertè adulantem nemo non videt, nisi admodum sit excors. Idem 2. de Divin. Nec adulatus, nec admiratus sum fortunam illius. Valla libro 5. cap. 69: Adulari, *inquit*, est inservire, & adniti ut favorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estque tractum ἀπὸ τῶν ὀλίγων, quod servum significat. Est enim sanè quàm servile, homineque ingenuo minimè dignum. ¶ Festus ab alludendo deductum putat, paucis literis transpositis. In qua sententia Nonius quoq; fuisse videtur, quum Adulationem propriè canum blandimentum esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, quum corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua significatione usus est hoc verbo Ovid. libr. 14. Metamorph. Quinetiam blandas movere per aëra caudas, Nostraque adulantes comitant vestigia. ¶ Veteres etiam dicebant Adulo, activa voce. Lucret. libr. 3: Longè alio pacto gannitu vocis adulant. Hujus passivo usus est Cicer. libro 1. Offic. Cavendum est, ne assentatoribus assuefaciamus aures, néve adulari nos sinamus. ¶ Veteres etiam pro lambo & ebibo usurparunt. Cic. 2. Tusc. Ex Accii Prometheo: Sublime advolans pennata cauda nostrum adulat sanguinem

Adūlātĭo, verbale, f. t. assentatio, simulatio. [חֲלַקְלַקּוֹת *chalaklakkáh.* κολακεία. Gall. *Flaterie, blandissement.* Ital. *Adulatione.* Ger. Schmeichterey / schmeichelred. Hispan. *Lisonja.* Pol. *Pochlebstwo.* Vngar. *Hizelkedés.* Ang. *Flattering.*] Cicer. in Lęl. Nullam in amicitiis pestem esse majorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem. Idem 2. de Nat. deor. Canum verò tàm fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio. Plin. libro 10. cap. 34.

Adūlātŏr, m. t. assentator, homo fallax, levis, omnia ad voluntatem loquens. [מַחֲלִיק *machalik.* κόλαξ. Gall. *Flatteur, amadoueur.* Ital. *Adulatore.* Germ. Ein schmeichter / ein flatterer / liebkoser. Belg. Een plooymstricker. Hispanicè, *Lisonjero.* Pol. *Pochlebca.* Vngar. *Hizelkedő.* Angl. *A flatterer.*] Autor ad Heren. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Est igitur adulatori contrarius verus amicus: nempe qui nihil simulat apud eum, quem amat, sed liberè ex animo facit ac dicit omnia: Adulatur verò, qui ad alterius non modò sensum, sed etiam vultum atq; nutum convertitur. ¶ Hinc apud Phocionem ad Antipatrum Adagium: ἀ δυνάσθαι μοι κ̀ φίλῳ χρῆσθαι κ̀ κόλακι. Non potes me simul & amico uti & adulatore. Antisthenis sentẽtia est Satius esse, ἂς κόρακας ἢ ἂς κόλακας: id est, in corvos, quàm in adulatores incidere.

Adūlātrīx, Quæ adulari solet. [κολακὶς. Ger. Ein Schmeichterin.] Trebellius Pollio in Claudio: Adulator igitur Senatus, adulator P. R. adulatrices exteræ gentes.

Adūlātōrĭus, adjectivum. κολακευτικός. Tacit. libr. 5: Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatus, exemplar apud posteros, adulatorii dedecoris habetur.

Adūltĕr, [μοιχὸς: Adultera, μοιχαλὶς. נָאַף *noéph.* Gall. *Adultere, celuy ou celle qui viole son mariage.* Ital. *Adultero, ò adultera.* Germ. Ein Ehebrecher oder Ehebrecherin. Belg. Een Overspelder. Hispan. *Adultero de casada, ò adultera muger casada.* Pol. Cudzołożnik. Vng. *Paráznа.* Ang. *An adulterer.*] Cic. in Salust. Tu omnium mentarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter. Componi videntur ex Ad & Alter, seu Altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat. ¶ Veteres etiam adulterionem pro adultero dixerunt, ut testis est Nonius, probans hoc ex Laberio.

Adūltĕrĭum, n. s. [נִאוּף *niúph.* μοιχεία. Gall. *Adultere.* Ital. *Adulterio.* Ger. Ehebruch. Hisp. *Adulterio de casados.* Pol. Cudzołostwo. Vng. *Paráznaság.* Ang. *Adulterie.*] Quod propriè cum nupta committitur, ut Valla scribit lib. 6. Cic. 3. de Orat. Qualem existimas eum, qui in adulterio deprehensus sit? tardum. Quint. libro 7. cap. 4: Non commisi adulterium. ¶ Transfertur aliquando ad alia: ut, Adulteria naturæ, pro operibus non verè naturalibus. Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus, apud Plin.

Adūltĕro, as, penult. corr. n. p. Adulterium committo, cubile alterius ineo. [נָאַף *naáph.* μοιχεύω. Gal. *Cõmettre adultere.* Ital. *Commetter adulterio.* Germ. Die Ehe brechen. Belg. Overspelden. Hisp. *Ayuntarse con mager agena, adulterar los casados.* Pol. Cudzołoże. Vng. *Paráználkodom.* Ang. *To commit adulterie.*] Gell. libr. 10. cap. 23: In adulterio uxorem si deprehendisses, sine judicio impunè necares: illa te, si adulteres, non auderet digito contingere. ¶ Est etiam adulterare, arte aliqua quippiam pro vero assimilare, atque ita rem synceram corrumpere. [κιβδηλεύειν. German. Felschen.] Plin. libro 12. cap. 7: Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam Adulterare judicium, Adulterare tabulas, &c. apud Cicer. Apud Iurisconsultum, monetam adulterare.

Adūltĕrātŏr, Adulteratores monetæ D. lib. 49. Tit. 14. lib. 16.

Adūltĕrŏr, aris, deponẽs. [Pol. *Fałszuie.* Vng. *Megrontom.*] Idem Cic. 1. de Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est.

Adūltĕrŏr, aris, Passivè, μοιχεύομαι. Hor. Epod. 17: Mirus amor, juvet & tigres subsidere cervis. Adulteretur & columba milvio: hoc est, per adulterium à milvio ineatur.

Adūltĕrātus, a, um, Quod alienæ rei commistione corruptum est: ut, Adulteratum gummi. [κιβδηλοῦσθαι. German. Gefelschet. Pol. *Fałszowani.* Vng. *Megrontatot.*] Plinius lib. 19. cap. 3. Huic opponitur Syncerum.

Adūltĕrīnus, a, um, pen. prod. ex adulterio procreatus, spurius, nothus. [מַמְזֵר *mamzér.* μοιχικὸς, κιβδηλος. Gall. *Faux, contrefait, bastard.* Ital. *Bastardo.* Ger. Ein Bastard / vnehelich. Hisp. *Bastardo, contraecho.* Pol. *Bekart.* Vng. *Fattyu.* Ang. *A bastard.*] Plin. lib. 10. cap. 3. de aquilæ pullo: Si conniventem flentemq; animadvertit, præcipitat è nido, velut adulterinum & degenerem. Vnde per metaphoram, Adulterina signa dicuntur, quæ sunt falsis, assimilatisq; annulis facta. Cic. pro Cluent. Testamẽtum in alias tabulas transcriptũ, signis adulterinis obsignavit. Sic, Adulterinæ literæ, & Adulterinæ claves, quæ pro veris substituuntur. Item: Numinus adulterinus apud Cic. 2. Offic.

Adūltus, Vide ADOLEO.

Adūmbro, as, act. p. Vmbram adhibeo, sive umbram tegendo facio. [חָבַשׁ *hetsél.* ἐπισκιάζειν. Gall. *Couurir pour faire ombre; faire les premiers traits de quelque chose.* Ital. *Abbozare, ritrare.* Ger. Schatten machen / Entwerffen. Hisp. *Hazer simbra, tracar ò debuxar rayando ò tracando.* Pol. Czyen polaczyć, Nakreślicz. Vng. *Arnyékozom.* Ang. *To shadow.*] Columell libro 5. capite 5: Sub ortu caniculæ pastineis, tegetibus vineas adumbrabat. Idem lib. 12.

¶ Adumbrare etiam est lineari pictura umbratiliq; aliquid fingere & simulare. Quint. lib. 7. cap. 11: Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Cicero 3. Tusculan. Est enim gloria, solida quædam res, & expressa non adumbrata: id est, non leviter, sed expressa: id est, scalpta. Adumbrare & Exprimere, contraria. Cicero pro Cæl. Permulta maximarum non expressa, sed adumbrata virtutum. ¶ Adumbrare pro imitari. Cicero 3. de Orat. Idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Idem 2. de Orator. Qui non heroum veteres casus fictos sequuntur vellem imitari atq; adumbrare dicendo, &c.

Ădūmbrātĭo, f. t. Verbale. [ἐπισκιασμός. German. Ein Entwerffung/vnvolkomne abmahlung. Vngar. Arnyékozás.] Cicero de Perf. Orat. Nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Ădūmbrātim, adverbium subobscurè, nõ apertè. Lucret. lib. 4:

Non tamen ut coram quæ sunt, verèq; rotunda,
Sed quasi adumbratim paulùm simulata videntur.

Ădūnco, as, Act. p. ab Vncus, significat curvo. [ἐπιγαμπτῶ. German. Krümmen. Vngar. Horgasitom.]

Ădūncŭs, Curvus, tortuosus, reflexus. [כטוף chaphúph. καμπύλος. Gall. Torta & crochu contre bas, recroquillé, courbé. Ital. Piegato. German. Krumb / oder dao ein hogeten hat Hispan. Cosa corua y retornada. Pol. Nakrziwiony, hakowaty. Vngar. Horgas. Angl. Hooked, crooked.] Cic. pro Cluent. Serrula aduncа ex omni parte dentium, & tortuosa. Idem 1. de Nat. deor. Corpuscula curvata, & quasi aduncа.

Ădūncĭtās, Ipsa (ut sic dicam) incurvitas, καμπυλότης, ut, Aduncitas rostri, Plin. lib. 8. cap. 27.

Ăd ūnguem, Perfectè, absolutè. [מאד meódh מאד meódh. ἀκριβῶς. Gall. Exquisitement, auec toute diligence. Ital. A punto. German. Bey einem nägelin/gantz fleissig. Hisp. Derecha y vgualmente. Pol. Doskonale. Vng. Eppen, tökelletessen. Ang. Perfectlie.] Translatio sumpta à marmorariis, qui junctura marmorum tunc absolutas existimant, quum unguis superductus nihil offendit: vel quum junctura ita exactæ sunt, ut, Severos (sicut ait Persius) excludant ungues: sive ab iis qui magna diligentia magnoq; judicio aliquid agentes, inter cogitandum ungues mordere solent. Horat. libr. 1. Serm. Fonteius ad unguem factus homo: hoc est, omni ex parte perfectus.

Ădūno, pen. prod. act. p. Congrego. [יחד jachádh. σύω. Gall. Vnir, assembler en vn. Ital. Adunare. German. Vereintgen/eins machen. Hisp. Ayuntar diuersas cosas en vno. Pol. Ziednoczam. Vng. Egybe gyvtõm. Ang. To mak one, to gather together.] Plin. lib. 19. cap. 1: Vulsum fascibus in acervo adunatum video.

Ădūnāri, Simul congregari.

Ădūnātĭo, [ἕνωσις. Vng. össze forlalás.] Diomedes Grammat. libro 1: Sin autem longus sermo effertur, adunationis causa recipitur futurum.

Ăd ūnum, [לם אחד gam echádh. μίαν ἑνός. Gall. Tous. Ital. Tutti. German. Bey einem/ dao ist/ Alle Hispan. Todos. Polon. Do iednego. Vngar. Mind eggy. Ang. All, vnto one.] adverbialiter sumptum, significat Omnes nullo excepto. Curt. Omnes ad unum perière.

Ădvŏco, cas, penul. correp. act p. Ad me voco, accerso, in auxilium voco. [קרא kará. παρακαλέομαι. Gall. Appeller à soy. Ital. Chiamare à se. German. Herzu beruffen. Belg. Ick ruepe tot mi werts. Hisp. Llamar para alguna cosa. Pol. Przywoływam, na pomoc przyzwam. Vngar. Hozzá in hiuom. Ang. To call vpon for to come.] Cicer. pro Quint. Viros bonos complures advocat. Vnde pro consiliorũ auxiliive causa amicos accersere, ponitur. Terent. in Phorm. Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient. ¶ Propriè hoc verbum ad jus pertinet, & significat homines vel patrocinii vel testimonii, vel consilii causa cõvocare. Hinc Asconius Verr. 1: Advocatum in judicio dicit eum esse, qui vel jus suggerit, vel præsentiam suam amico commodat. Etenim moris erat in judiciis, tùm privatis, tùm publicis, amicos omnes advocare, quorum autoritate judices moverentur. Hinc

Ădvŏcātī, Dicuntur qui alteri adsunt in causa. [συνηγόροι. Gall. Aduocats. Ital. Aduocati. Germ Beystender am Rechten/ Advocaten/ Fürsprächen. Belg. Hülpers/ taei/ spreckers. Hispan. Abogados para accusar ò defender. Pol. Adwocat, obronca. Vng. Azkik pörbevalaki mellet vadnak. Ang. Aduocates.] Plaut. in Cas. Stultus contrivi diem, Dum adsto advocatus, cuidam cognato meo: Quem hercle litem adeò perdidisse gaudeo, Ne me nequicquam sibi hodie advocaverit. ¶ Inter advocatũ & patronũ hoc interesse Valla existimat, quòd Advocatus non tantùm significet eum, qui alterius causam agit (quem propriè Patronum dicimus) verùm etiã quicunq; adest alteri in causa officii gratia, Advocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, neq; agat, sed tantùm paratus sit defendere. Patronus propriè, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Cic. Trebat. Epist. lib. 7: Quod si scribere oblitus es, minus multi jam te advocato causa cadent.

Ădvŏcātĭo, verbale, f. t. [συνηγορία, παρακλῆσις. German. Ein beystand am Rechten. Pol. Obrona u prawa.] Amicorum in a cujus causa congregatio. Cicero pro Quintio: Nihil tàm c... piosa advocatione uterer, si petendum esset: id est, non ... multos amicos advocarem, aut congregarem. Idem pro ... Scio quid gravitas vestra, quid hæc advocatio postulet. ¶ ... terdum significat id quod vulgò Consultationem vocant, propterea quòd amicis convocatis de causa sua consilium quisq; capere solebat. Cic. in Epist. Fam. ad Trebatium: In re militari multò es cautior, quã in advocationibus. Idẽ 3. Verr. Quò sæpenumerò senatus convocatur, quò maximarum rerum quotidie advocationes fiunt. Bud. ¶ Advocationem susc ipere, est advocati officio fungi. Vlpian. de Off. Proconsul. D. lib. 1. Tit. 16. libr. 6: Si quis tàm impotenter se gerat, ut omnes metuant adversus eum advocationem suscipere.

Ădvŏlo, las, penul. corr. ad aliquem locum volo. [עוף hup h. ἀφαίτησις. Gall. Voler à ou vers quelque chose, s' y transporter en diligence Ital. Volar ad alcuna parte. German. Hinzu fliegen. Belg. Toe vliegen. Hispan. Volar ò correr hazia alguna cosa. Pol. Przylatuie, przypadam. Vngar. Valahouah ... ô p wlsk. Angl. To flee to any thing.] & construitur cum accusativo, præposito Ad, vel In: & aliquando dativo. Plin. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis advolat. Idem libro 10. capite 40: Platea nominatur advolans ad eas, quæ se in mari mergunt. ¶ Advolare translatum ad homines. Cic. ad Brutum libro 10: Quamobrem advola obsecro. Idem ad Cassium libro 15: Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, ejus ἔφοδλον mihi advolabit ad pectus.

Ădvŏlātŭs, tus, Actus advolandi. [ἀφέλκυσις, ἐπίπλωσις. Germ. Hinzufliegung.] Cic. secunda Tusc. Tristi advolatu aduncis lacerans unguibus.

Ădvŏlvo. [ἀφελίσσω. German. Hinzuwelltzen. Polon. Przytaczam. Vngar. Hengeritõm.] Quasi volvendo adduco. Virgil. 3. Georg. congestaque robora totas Advolvêre focis ulmos, igniq; dedêre.

Ădvŏlūtŭs genibus, Livius, πρὸν ἐς γόνατα. [Pol. Przytoczom.]

Ădvŏrsŏr, σύναντημα, pro Adversor: & Adversorem, pro Adversarium veteres dixerunt, teste Festo. Sic Advorsum, & Advorto, pro Adversum & Adverto.

Ăd vŏtum, Ex sententia ad voluntatem. [κατὰ γνώμην. Gall. A ou selon son souhait. Ital. A sua voglia secondo il suo desiderio. Germ. Nach dem wunsch/ nach der begerd. Hisp. Segun su voto ò desio. Pol. Podlewoly, kmiessly. Vng. Keduem szetint. Ang. After my wishe.] Quint. Habes ne uxorem ex animi tui sententia? Et alibi: Ad votum omne fluente fortuna lascivit otium.

Ădūrgĕo, es, ere, Vehementer urgeo. [ἐπέχω, ἐπιπαρέχω. Ger. Hinzuzwingen/ hinzutreiben. Pol. Odegam. Vng. Zorgalmaztatom.] Celsus: Is quoniam natus est dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus est.

Ădūro, act. e. penult. prod. Idem est quod simplex Vro. [יקד jakádh שרף saráph כוה chauáh חרך charách. καίω. Gall. Brusler, hasir, hasler. Ital. Abruciare. Germ Bast brennen/ besengen. Hisp. Mucho quemar. Pol. Przypalam, opalam. Vng. Meg égetõm. Ang. To burne.] Cic. 2. Offic. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum? Plin. adusta nivibus dixit.

Ădūstĭo, onis, verbale, f. t. [שרטה serepháh אכוה michuádh. καῦσις. Germ Ein Brunst/ Brandt Pol. Przypalenie. Vngar. Egetes.] Plin. libr. 14. cap. 24: Vitia præter supradicta, achor, aut fumidum virus: picis autem, adustio.

Ădūsquĕ id est, usque ad. [עד hadh. μέχρι. Gall. Iusques à. Ital. Fin' à. German Biß dahin Hispan. Hasta à. Pol. Potad. Vng. Eddig. Angl. Euen vnto.] Virgil. 11. Aeneid. Atrides Prothei Menelaus adusque columnas Exulat. Gel. lib. 15. cap. 2: Præterea vini libidine adusq; ludibria ebriosus. Vide suprà.

Adynamum, ἀδύναμον, Vini factitii genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquæ addita, quòd admotum igni decoquebatur, donec aquæ mẽsura exaresceret. Vide Plin. lib. 14. cap. 16: Dictum Adynamum, ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας, propterea quòd esset imbecille & sine viribus: ideoque ægris dabatur, quibus vini noxam metuebant.

Ădўtum, media. corr. [ἄδυτον. German. Ein heimlich Ort des Tempels/ die Sacristey oder Chor. Belg. Heymelijke plaetse des tempels/ die Sacristye oder Choor. Pol. Zakrystia. Vngar. Segetsze, az templom belsõ reszę. Angl. The chauncell or secret place of a churche.] Locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus, nisi sacerdoti: ab ἀ privativo & δύω, ingredior, quasi inaccessibile. Virg. 2. Aeneid. Isq; adytis hæc tristia dicta reportat.

A ante E.

Aē, diphthongus, communis error per multa secula, & malè scribitur, dum ex duobus corporibus fit unum æ, aut signatur ę caudatum pro æ, & malè pronunciatur, dum solum e sentitur in prolatione. Scribi debent sejunctim hæc duo elementa, &

ta.& utrumque proferendo audiri. ¶ In notis antiquorum, AEDIL.ædilis. AEDIL. ædiles. AEDIL. CVRVL.ædilis curulis. AED.PL.ædilis plebis. AEG æger.AEQ.P. æqualis persona. AER. ærarium,vel ærarii. AER. COL.ære collato.AER.P.ære publico. AE.D. ædem dicavit. AED.S. ædem sacravit,vel ædibus sacris. AED.IN.M. ædes inscripsit meridie AER.S T.ærario Saturni.

Aēdĕpol,penul.corr.νὴ πολυδεύκη, Adverbium jurandi, quod est quasi per ædem Pollucis. Item Pol,& perpol, quæ idem significant.Perpol,quàm pauci, apud Terent.in Andr. per tmesin dictum puto pro, Pol perquàm pauci. Erat autem Aedepol,teste Gell.lib.11. cap. 6, juramentum tàm viris,quàm mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam jurabant,neque viri per Casterem.

Aēdēs,f.t.Tàm in singulari quàm in plurali numero, pro templo vel sacrario, sed ferè semper cum adjectione, ut Aedes sacra,vel Aedes sacræ, Aedes Iovis, Aedes deorum, Aedes pacis,& hujusmodi. [הֵיכָל hechál.ναὸς, οἰκός. Gall. *Temple*.Ital. *Il tempio,la chiesa*.German.Ein Tempel / Kirchen Hispan. *Templo*.Pol. *Kościoł*, *Kaplica*.Vngar. *Templom,egyházház*.Ang. *A temple or church*.] Cicero 2.Verr.Aedes Minervę in fano Apollinis.Idem 1.Philip. Ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus. Ovidius in Epistol. Didûs,pro sepulchro posuit, quum ait: Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Nam & sepulchra, ut scribunt Iurisconsulti de Sepul. & relig.inter loca sacra habentur. ¶ Pro ædificio profano, vix aliter quàm plurali numero utimur. [οἶκος,οἰκία. Gall. *Maison*. Ital.& Hispan. *Casa*. German. Hauß. Angl. *A house*.] Cicero 2. Verr. Quæ vidi egomet apud istum in ædibus. Idem de clar. orator. Ex testudine quadam exiit in ædes. Singulari numero posuit Curtius de gest. Alexandri: Excubabant principum liberi servatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua Rex acquiescebat. Vbi Aedem pro cubiculo dixisse videtur. Idem alibi eodem in numero pro cœnaculo posuit, quum ait:Stabat ad fores ædis ejus, in qua Rex vescebatur. ¶ Tantæ curæ nobis debent esse ædes nostræ, ut his neglectis alia minimè curanda sint. Hinc locus Adagio: Aedibus in nostris quæ prava aut recta gerantur.Ὅτι τοὺς οἰκοδεσπότας πρωτίστους τῶν ἀγαθῶν τίνυνται. Scribit Gellius hunc Homeri ex Odyss. versiculum vice proverbii semper in ore Socrati fuisse. Diocles adscribit Diogeni, ut refert Laërtius. Quo versu admonemur ut ea potissimùm, quæ ad nosipsos pertinent, curemus: externa atque aliena ne inquiramus. ¶ Dicitur autem Aedes (ut scribit Servius) ab Edo,quòd in ea sacrificantes edere cõsueverint. Nam quædam sunt nomina, quæ initio diphthongum recipiunt, quanvis à verbo monophthongo deriventur,ut Aedes, Aesculus. Varro libro 4. de lingua Lat. ab aditu fieri putat, quòd scilicet plano pede adibant:unde etiam prima syllaba diphthongum accepit. Festus:Aedes quod in edito poni soleret. Alii Aedem dici existimant, quòd in ea ævum degatur, quod Græci αἰὼν vocatur. ¶ Aedis, in nominativo singulari, Varro de vita pop. Romani libro 1: Hæc ædis quæ nunc est,multis annis pòst facta sit,&c. Hoc etiam ex diminutivi formatione videtur consequi, ut Aedis in recto dicamus, non Aedes. Nam ut Apicula fit à nominativo Apis, videtur analogiæ ratio exigere, ut Aedicula sit ab Aedis. Nam ab eo quod est Aedes, potiùs fieret diminutivum Aedicula, ut à Vulpes, Vulpecula. ¶ Veruntamen ut e in compositione sæpè mutatur in i:ut Rego corrigo, Lego colligo, sic potuit & derivativorum formatione.

Aēdĭcŭlă, f. p. Parva domus. [שֻׁכָּה liſchchdh תְּא ta.οἰκίδιον. Gall. *Maisonnette,logette*. Ital. *Picciol casa*. German. Heüslin/ Kemmertin/oder ein Capell. Belg.Een huysken. Hispan. *Casa pequenna*. Pol. *Domek chałupka*.Vng.*Házatska* Ang. *A litle house*.] Aliquando pro cellula in ædibus.Plautus in Epid.In Aediculam seorsum isthæc eat, jube. ¶ Aliquando pro sacello, quod est ædis sacræ appendix. Livius: Iisdem diebus ædicula Victoriæ virginis, prope ædem Concordiæ M. Portius dedicavit. ¶ Aliquando pro loculamento simulachri.Plinius libr. 26.de Venere Cnidia:Aedicula ejus tota aperitur,ut conspici possit undiq; effigies deæ.

Aēdĭfĭco, act.p.ædes construo, propriè. [בָּנָה bandh.οἰκοδομέω.Gall. *Edifier, bastir, maisonner*. Italicè, *Edificare, fabricare*. German.Bawen. Hispan. *Edificar*. Polon. *Budvie*.Vngar. *Eppitök*. Angl. *To build*.] Nam ab æde vel ædibus faciendis dictum est. Et ita ferè absolutè ponitur sine casu. Cicero ad Quint.Frat. Tribus locis ædifico,reliqua reconcinno. Horatius 1. Epistol. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Martial. in Gellium: Poscenti numos ut dicere possit amico. Hoc unum verbum Gellius, Aedificò. ¶ Interdum ponitur pro construo, extruo, efficio: & non solùm de ædibus,sed aliis etiam rebus dicitur, & tum accusativum semper adjunctũ habet.Cic.pro lege Manilia: Qui quum maximas ædificasset,exornassetque classes.Idem pro Sylla: Ad illius pœnam carcer ædificatus est. Idem 1. Offic. Vrbes sine hominum cœtu, nec ædificari potuissent,nec frequentari. Idem: Qui quum ædificasset in Palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accusativus DOMVM, additus facilè indicat, Aedificare,simpliciter ibi accipi pro struere:nam alioqui redundaret. ¶ Vt & apud Græcos illa sunt usitatissima, οἰκοδομεῖν οἶκον,οἰνοχοεῖν οἶνον. Cicer. 1.de Natur.deor.Quibus enim oculis animi intueri potuit vester Plato Fabricam illam tanti operis, qua constrúi à Deo,atque ædificari mundum facit? Hujus composita sunt Coædifico, Exædifico, Inædifico, Proædifico,Superædifico,Reædifico.Quorum significata vide suis locis.

Aēdĭfĭcātĭo,f.t.Ipse ædificandi actus. [בִּנְיָה *binjáh*.οἰκοδομία. Gallicè,*Bastiment,edifiement*. Ital.*Edificio, fabrica*. German. Ein baw/erbawung. Hispan. *Obra de edificar*. Polon. *Budowanie*.Vngar *Epités*.Angl.*Building*.] Cicero ad Attic.Aedificatio non movet.

Aēdĭfĭcātĭuncŭlă, f. p. [οἰκοδομιμάτιον. Vngar.*Epwletbeske*.] Parva ædificatio. Cicero ad Quint. Frat. Quæsivitque ex eo, quid de illa ædificatiuncula Laërtii, de qua mecum loquutus es,mandavisses.

Aēdĭfĭcātŏr, verbale,m. t. [בֹּנֶה *bonĕh*.ὁ οἰκοδόμος. Gall *Bastisseur,edifieur*. Ital. *Edificatore*. German. Ein Bawer. Hispan. *El que edifica*. Pol. *Budownik*. Vngar.*Epptö*. Ang.*A builder*.] Cato de bono ædificatore melius emetur.

Aēdĭfĭcĭum,n. s. Aedis constructio, & ponitur pro omni structura.[בִּנְיָן *binján*.οἰκοδομία.Gall.*Edifice*. Ital. *Edificio*.Germ. Ein gebeuw.Hispan. *Edificio*.Pol.*Budo*. Vngar.*Eppwlet*. Ang. *Building*.] ¶ Aedificii quoque appellatione non solùm superficiem signari,sed solum quoque ipsum, cui ædificium superpositum est, Vlpianus putat.Plin.lib.16.cap.6: Minus utilis ædificiis, Cæs.Bel.Gall. lib.2: Omnibus vicis, ædificiisque, quò adire poterant,incensis.

Aēdĭlēs,penultima producta,m.t. [ἀγορανόμοι.German. Bawherren.Belg.Werchmeester. Vngar. *Egyházfiay*.] dicti sunt ab eo,quòd ædes sacras & privatas procurarent, teste Varrone libro 4. de Ling. Lat.Primò ex plebe duo creati sunt Aediles: deinde procedente tempore duo ex patriciis adjuncti sunt, qui à sella curuli, qua illi soli utebantur, Curules dicti sunt. Officium Aedilium erat, ludos publicos exhibere, & sacras privatasque ædes procurare, totam urbem tueri,ut cloacæ & aquæductus, & quæque publica ædificia munda & integra essent:loca in theatro assignare. Si quispiam servum, aut jumentum morbosum, vitiosúmve, pro integro, sanoque vendidisset, edicto Aedilium emptori succurrebatur: idque Edictum ædilitium dicebatur,sive Edictiones ædilitiæ.Cicero 3 de legibus,ex lege XII.Tabular. Suntoq; Aediles curatores urbis, annonæ,ludorumque solennium: ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. Erant & alii Aediles,qui frumento præerant, à Cæsare primùm creati, & à Cerere Cereales nominati,ut scribit Pomponius. His cura ponderum,ne qua fraus fieret, & mensurarum commissa erat. Vide Hotomanum in suo juris Lexico.

Aēdīlĭtās,tis,f.t. Ipsa dignitas. [ἀγορανομία. Germ.Des Bawherren Ampt.] Plautus in Sticho: Sine pòpuli suffragio tamen ædilitatem hic quidem gerit. Proverbialis est figura, ubi quis imperiosior in alieno negotio aut in ædibus alienis? Cicero 1. Offic. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Qu. Mutio munificentissima ædilitate functus est. Suet. in Cæsar. Siquidem ante paucos dies,quàm ædilitatem iniret.Liv.lib.7. ab Vrb.Annus hic insignis novis dvobus magistratibus, Prætura,& Curuli ædilitate: hos sibi patricii quæsivêre honores, pro concesso plebi altero Consulatu.

Aēdīlātŭs, idem quod Aedilitas,ἀγωρανομία.

Aedilitius,tia,tium,ἀγορανομικός. Nomen possessivum ab Aedilis:ut Comitia ædilitia,in quibus creabantur Aediles:& Aedilitium munus:hoc est, officium, ad Aediles pertinens. Cicero Offic.libro 2:Sed quid ego Aedilitias repulsas colligo? Homo ædilitius, Cic.pro Cluent. Et illum hominem ædilitium, jam prætorem opinionibus hominum constitutum,&c.

Aēdīlĭtĭus, tii, qui Aedilitate functus est, quemadmodum & Consularis, qui Consulatum gessit: & Prætorius,qui Præturam administravit. Cicer. in Bruto: Sed omnia iis summa sperans,ædilitius est mortuus.

Aēdĭtŭmus,pen.corr.Qui ędibus præest. [כֹּמֶר *chamár*.νεωκόρος. Gall *Secretain,garde du temple, marguillier*. Ital. *Sacrestano gardiano di chiesa*. German. Kirchenhüter/Stgeist Belg.Kerchmeester. Hispan.*El sacristan,gardador del templo*.Pol.*Kościelny*.Vngar. *Egyházfi*.Ang.*A church-warden*.] Cic. in Top.Gell.lib.12 cap. 10:Ait Aeditumus dici ea forma,qua finitimus,legitimus,ut timus sit adjectionis cauda. Verùm pro eo nunc dicimus Aeditùus,ut Varr.lib. 1. de Re rust.ait: Et sementinis feriis in ædem Telluris venerat rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus à patribus nostris: ut corrigimur à recentibus urbanis,ab ædituo. Vtriusque diversam notationem tradit Sosipater libr. 11

Aeditimus,

Aeditimus, inquit, dicitur, qui ædē ſervat, quaſi ædis intimus, Aedituus, ab æde tuenda.

Aēdītĭtĭŭs, judex quem una pars elegerit. [Gall. *Vn iuge d' vne partie ſeule es leux*, German. Ein Richter von einer parthey allein benamſet. Belg. Een rechter van ender partye alleen toegemackt. Vng. *Valaztot biro.*] Cic. pro Planco: Neq; enim quicquam aliud in hac lege niſi æditicios judices es ſequutus. Scribe per E.

Aēdītŭŏr, & Aeditimor, Aedem tueor. [*νεωκορέω.* Germanicè, Kirchwarter ſeyn.] Gell. lib. 12. cap. 10: Qui poſtquam tibi apparco, atq; æditimor in templo tuo.

Aēdŭtŭŭs, a, um, *ὑψηλὸς*, altus & fortis dicitur. [German. Hoch. Belg. Hoght. Pol. *Wiſſoki.* Vng. *Magas.*] Horat. in Ser. Virib. æditior credebat ut in grege taurus. Ædita loca dicuntur alta ac ſeſe ædentia: id eſt, oſtendentia. Scribiturq; cum diphthongo, ut differat ab Edo pro comedo. Sic & Cornucop. Non videtur tamen efficax ratio, cùm in conjugando multum differant edo compoſitum, & edo ſimplex. Nec poteſt editum ab edo deductum videri. ¶ Denique per E ſcribendum eſt omnino.

Aēdītŭŭs, idem quod Aeditimus, Sacrę ędis tutor: id eſt, curam gerēs ab ędibus ſacris, quas tuetur. [*νεωκόρος.* Pol. *Zakriſtian.* Vngar. *Egyházfi.*] Cicer. Illi noctu facta manu, armatiq; veniunt: foręs ædis effringunt: æditui, cuſtodesque maturè ſentiunt. Lucretius pro ędituis dixit Aedituentes, ut eſt apud Gellium: Hoſpitibus loca, quę complerant æditu entes.

Aēdœĭca ulcera, [*αἰδοιικὰ ἕλκη.* German. Schäm-geſchwer bey der Scham.] Aegineta appellat, quæ circa pudenda naſcuntur. Nam *αἰδοῖα* Græci vocant, quæ nos pudenda.

Aĕdŏn, dictio triſſyllaba, penultima prod. [*ἀηδών.* German. Ein Nachtgall. Pol. *Slowik* Vngar. *Fulemyle.*] Avis eſt, quæ aliis nominibus & Philomela, & Luſcinia dicitur: dicta Aĕdon *ἀπὸ τῆς ἀεὶ ᾄδειν*: hoc eſt, à perpetuo canendi quaſi inſtituto, quod etiam tunc canat, quum reliquæ volucres ſileant. Virgilius de cantu Syren. Quodque leves calami, quòd ſuavis cantat aĕdon.

Aēgĕr, ra, rum, ab Ago, agis, per contrarium (ut quidam opinantur) eò quòd ægri non probè fungantur ſuis vitæ muneribus: ſive quòd qui morbo correptus eſt, graviùs agitetur. [חלה *choléh. νοσῶν, λυπηρός.* Gall. *Dolent, faſché, ennuyé, malade.* Ital. *Infirmo, debole.* Germ. Kranck/bekümmeret/ vnmögend Belg. Becommert/ bedroefft/ cranck. Hiſpan. *Enfermo ò paſſionado del alma.* Polon. *Niemocżny, chory, ſfraſiowany.* Vngar. *Beteg.* Ang. *Sick feble of courage, ſicklie.*] Et tàm de animo dicitur, quàm de corpore: quanvis Donatus eam fecerit differentiam, ut Aegritudo ad animum, Aegrotatio ad corpus referatur. Vide infrà in Aegrotatio. Id tamen omnino verum non eſt. Saluſt. in Catil. Antonius pedibus æger. Gell. libr. 2. cap. 16: Quem M. Frontonem Conſularem pedibus ægrum viſeret. Cicer. Attic. 7: Tyronem Patris ægrum reliqui. Idem pro Cæl. Medea animo ægra, *ἀλύουσα*, amore ſævo ſaucia. Tranfertur etiam ad res inanimatas. Cicero in Verrem 3: Mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depoſitam Reipublicæ partem ſuſcepiſſe.

Aēgrēſco, is, eſcere, n.t. [דאב *daáb* דאג *daágh* חלה *chaláh. ἀλυσιτελῶ.* Gall. *Deuenir malade, encourir maladie, facherie ou ennuy.* Ital. *Infermare, attriſtarſi.* German. Kranck oder ſchwach werden. Belg. Ick word cranck Hiſpan. *Eſtar enfermo ò apaſſionado del alma.* Pol. *Chorzeie, ſlabieie.* Vngar. *El betegeſwlök.* Ang. *To waxe ſick or feble.*] à nomine Aeger derivatum, ſignificat ægriorem fieri: & propriè refertur ad animum. Virgil. 12. Aeneid. exuperat magis, ægreſcitque medendo. Interdum ponitur pro ægrotare, Plin. lib. 10: Cervi ante ſolſtitium generant. Item ægreſcunt ſexagenis diebus ſiti maximè, antè quàm fici coquātur autumno. Idem Aegreo verbum obſoletum.

Aēgrē, moleſtè, dolenter, iniquo animo. Terentius in Andr. Redeo inde iratus atque ægrè ferens. ¶ Aegrè, malè, difficulter, vix. [בקשה *bekaſcheh* בחומר *bechomer. χαλεπῶς, ἀλγεινῶς.* Gall. *Griefuement, à peine, auec grande difficulté.* Ital. *Moleſtamente, mal volontieri.* German. Kümmerlich/ ſchwerlich. Belg. Swaerlick. Hiſpan. *Apaſſionadamente, ò con difficultad.* Pol. *Ledwo, z przykroſcią ſie z ſle mam.* Vng. *Vehezen.* Angl. *Hardlie panefullie, with difficultie.*] Virgilius 3. Georg. Ergo ægrè raſtris terras rimantur. Neque ſolum cum verbo Ferre, ſed cum aliis etiam verbis jungitur: ut, Careo ægrè, Suſtineo ægrè. Et Cicero Attic. Ab haſta ea ægrè me tenui. ¶ Aegrè eſt mihi, frequens eſt apud Plautum, pro dolet mihi, aut malè me habet: ut in Caſ. Quid tibi ægrè eſt? ¶ Aegrè facere alicui, pro eo quod eſt, aliquem ægritudine, vel moleſtia afficere. Terent. Eunuch. Voluit facere contrà huic ægrè. ¶ Aegrius, & Aegerrimè pro difficiliùs, difficillimè. Plin. libr. 16. cap. 10: Fragoſiùs ſidunt, ægriùs revelluntur. Cæſ. 1. Bell. Gall. Aegerrimè confecerant, ut flumen tranſirent.

Aēgrĭtūdo, f. t. Eſt animi ægri affectio. [דאבון *daabón. λύπη, πόημα.* Gall. *Douleur, ennuy, faſcherie.* Ital. *Dolore d' animo, faſlidio, malenconia.* German. Kranckheit/ bekümmernuß / Vnmut. Hiſpan. *Enfermedad, à quella paſſion del anima.* Polon. *Choroba, fraßunek.* Vngar. *Szomorodás.* Ang. *Dolour, ſickneſſe.*] Terent. in Andr. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Cicero 4. Tuſculan. Aegritudo eſt animi adverſante ratione contractio. Terent. in Heavt. Proverbiali figura dixit: Diem adimere ægritudinem. Sic Cic. 3. Tuſcul. Quæſt. Quod ita eſſe dies declarat, quæ procedens ita mitigat, ut iiſdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, ſed in pleriſq; tollatur. Terent. in Phormione pro corporis morbo uſurpavit. Matrem ipſam ex ægritudine, miſeram mors conſequuta eſt. Vbi Donatus: Ex Aegritudine, inquit: hoc eſt, ex infirmitate & morbo. Sic & Plinius lib. 8. cap. 1: Viſiq; ſunt feſſi ægritudine, quando & illas moles infeſtant morbi.

Aēgrĭmōnĭă, penultima correpta. [*λύπη.* German. Bekümmernus.] Idem quod ægritudo, factum ea forma qua ab Acer, Acrimonia. Plaut. in Rud. Tantiſper dum abſcedat à me hæc ægrimonia. Cicero ad Attic. 12: Ferrem graviter, ſi novæ ægrimoniæ locus eſſet.

Aēgrōtus, a, um. [חלה *choléh. νόσῳ, ἄῤῥως, ος.* Gall. *Malade.* Ital. *Infermo.* Germ. Kranck. Hiſp. *Enfermo.* Polon. *Chory, niemocny.* Vngar. *Beteg.* Ang. *Sick.*] Servius: Aeger & corpore & animo dicitur: Aegrotus corpore tantùm. Horat. 1. Epiſtol. Non domus aut fundus, non æris acervus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. ¶ Aegroto, dum anima eſt, ſpes eſt, Sententia proverbialis admonens ne in afflictiſſimis quidem rebus abjiciendam eſſe ſpem. Cicero ad Attic. libr. 9: Vt ægroto, dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur: ſic ego, quoad Pompejus in Italia fuit, ſperare non deſtiti. Proverbii quadam ſpecie Terentius dixit: Facilè omnes quum valemus, recta cõſilia ægrotis damus: tu ſi hîc ſis, aliter ſentias. ¶ Terentius in Andria ad animum tranſtulit: Animum ægrotum plerunque ad partem deteriorem applicat.

Aēgrōto, as, Aegro corpore ſum, morbo afficior. [חלה *chaláh. νοσέω.* Gall. *Eſtre malade.* Ital. *Infermarſi.* Germanicè, Kranck vnnd ſchwach ſeyn. Belg. Ick ben cranck/ſiect. Hiſpan. *Enfermar.* Pol. *Chorowieſtem, niemocznim.* Vngar. *Beteg vagyok.* Ang. *To be ſick.*] Cicero pro Cluent. Is ibi in morbum incidit, ac ſatis vehementer, diuque ægrotavit. Idem de Senect. Adoleſcentes faciliùs in morbos incidunt, graviùs ægrotant, difficiliùs curantur. ¶ Transfertur etiam ad animum. Cicero 4. Tuſculan. Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Sic Adagii forma dicimus: Animo ægrotanti medicus eſt oratio, *ψυχῆς νοσούσης, ἐστὶν ἰατρεῖα λόγοι.* Ex Plutarcho ad Apollonium. Ab Aegroto, fit & Coægroto. Hieron. Quòd ſi ipſa lãguerit, coægrotandum eſt, & nunquam ab ejus lectulo cedendum.

Aēgrōtātĭo, f. t. verbale, quod & ipſum propriè de corpore dicitur. [חלי *choli. νόσημα.* Gall. *Maladie, infirmité.* Ital. *Malattia, infirmità.* German. Kranckheit. Hiſpan. *Enfermedad.* Pol. *Choroba, niemocż.* Vngar. *Betegeskedés.* Angl. *Sickneſſe infirmitie.*] Cicero 3. Tuſculan. Sed propriè, ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo. Aliquando tamen de animo dicitur, quemadmodum & verbum à quo deſcendit. Cicero Tuſculan. 4: Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, *&c.* Vide in Aeger.

Aegialus, [*αἰγιαλός.* Gall. *Le bord de la mer.* Ital. *Lito.* Germ. Das geſtad des Meers. Hiſpan. *La libera de mar.* Pol. *Brzeg morski.* Vngar. *Part.* Ang. *The ſhoare or coaſte of the ſea.*] Latinè dicitur litus. Vnde Achaia propter urbes in litore diſpoſitas, antè *αἰγιαλὸς* vocata eſt, teſte Plin. lib. 4. cap. 5.

Aegĭlĭps, ipis. [*αἰγίλιψ.* Vng *Magas és meredök hegy.*] Stephano: Dicitur locus editus & penè inacceſſus. Latinè ſonat relictum à capris: hoc eſt, locus tàm arduus, quem ne ipſæ quidem capræ queant aſcendere. ¶ Eſt etiam hoc nomine urbs Epeiri in prærupta rupe ſita: unde & nomen invenit. Author Stephanus.

Aegĭlops, Fiſtula parva, nomen à capris ſumpſit: *αἴξ* enim capram ſignificat, nec aliud *αἰγίλωψ* Græcis, quàm Caprinum oculum, non colore aut figura, ſed vitio & labe hac quæ huic animali propria & frequens eſt.

Aēgĭlōps, ægilopis. [*αἰγίλωψ.* Gall. *Coquiole, auron.* Ital. *Squala.* German. Wilder haber/ tauber haber/ haſenbroot. Hiſpan. *Vna fuerta d' auena monteſina.* Polon. *Ruthenus czeret, przedza.* Vngar. *Pihes, mohor.*] Herba eſt folio verno tempore piloſa, ut lolium, hordeum enecans, quæ & Feſtuca dicitur, quòd meſſis tempore, quum ſemen jam deciderit, vacuum reperiatur in modum feſtucæ. Plinius libro 18. capite 17: Eſt herba quæ cicer enecat & eruum, circumligando ſe: vocatur orobanche: triticum ſimili modo æra: hordeum feſtuca, quæ vocatur ægilops. Hęc Plin. Virgil. 1. Georg. Latinè vertit Sterilem avenam, in hoc verſu: Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. ¶ Eſt præterea Aegilops, abſceſſus inter nares & magnum oculi angulum, qui ſi incuriosè tractetur (ut inquit Aegineta) in fiſtulam vertitur. Dictus Aegilops, quaſi oculus caprinus, quòd

quòd capita hic vitio peculiariter obnoxiæ sint. Huic malo medetur Ægilops herba, teste Plinio libr. 25. cap. 13. Vnde & ipsa nomen accepisse videtur.

Ægilops. αἰγίλωψ, ωπος: eadem putatur quæ & Cerrus, arbor glandifera: species apud Plinium libro 16. capite 6. Excellentissima autem Aegilops, inculis amica: libro 16. capite 8. Glandiferis sola quæ vocatur ægilops, fert panos arentes, musculo villo canos non in cortice modò, verùm & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta. ¶ Est etiam ægilops bulbi genus apud Plinium lib. 19 cap. 5.

Aegĭnĕă, orum, dicuntur grandiora omnia, aut rerum venalium onera miscellanea: id est, farcinæ cōplectēres varias merces. Vnde Aeginopolæ, id genus mercium venditores. Ex Cælio Antiq. Lect. lib. 12. cap. 6. & Erasm. in Chiliad.

Aeginæa merces. Proverbium videtur fuisse de vilibus mercibus usurpari solitum. apud Strabonem sic effertur, Αἰγιναῖον ἐμπολήν.

Aegirinon, αἰγείρινον, Vnguēti genus est, teste Ruellio, ex uva populi arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου, quam alii alnum, alii nigram populum credunt.

Aegis, idis. [αἰγίς. German. Ein Brust harnisch Krebs] Munimentum pectoris æneum à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Aegis: si in corpore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, Lorica dicitur. Virgil. 8. Aeneid. Aegidaque horrificam; turbatæ Palladis arma. Hæc ferè Servius. ¶ Aegis apud Græcos varia significat, Pelliceum tegmen, quod gestant Afri: præterea maris intumescentis undas, ac ventorum procellas & turbines. Alii malunt esse rete ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Vnde factum proverbium: Aegis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Erasmum in Chiliadibus. ¶ Est præterea Aegis, scutum Iovis, & Palladis, Iliad. 4. & 5. in cujus medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides: ut apud Ovidium 4. Metamorph. habetur. ¶ Est etiam Aegis, lignum densum, medullæ simile, in larice fœmina nascens, mellei coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli immortali penè materia, nullisq; rimis aut fissuris obnoxia, Autor Plin. lib. 16. cap. 39.

Aegithalos, αἰγίθαλος, Avis est apud Aristotelem, quę à Theodoro Parus vertitur. Hermolaus in Plinium.

Aegithus, αἴγιθος, Aviculæ nomen est, irreconciliabiles cum asino simultates exercens, quòd nidus ejus, quem ferè in carduis struit, ab asino dissipetur. Contrà ægithus, quoniam alia parte nocere non potest asini ulcera erodit. Plinius lib. 10. cap. 74.

Aegītĭs, pen. prōd. αἰγῖτις, Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

Aeglŏgă, εἰδύλλιον, penultima correpta, Caprarum seu rerum pastoralium sermo dicitur, quasi αἰγῶν λόγος. At Ecloga, ἐκλογή, sine diphthongo, electio vel explanatio, sive elegantia dicitur, ut inquit Plinius libro 4. Epist. & Eusebius libro 4. Ecclesiast. hist. contra Tortellium. ¶ Sed vox Aegloga qua majores nostri Virgilii Bucolica inscripserant, jampridem est à doctis explosa.

Aegŏcĕphălŭs, αἰγοκέφαλος, pen. corr. Avis est liene carens. Vide Aristot. lib. 2. de Animal. & Plin. lib. 11. cap. 37.

A ffūsŭs, part. κατακλυσθείς. Plin. Exprimit foliis ſuccus molliſſimis, in pila fuſis, affuſo paulatim vino auſtero. Ovid. & Lucan.

A fŏrĭs, adverb. pen. cor. A' parte exteriori. [חוץ *michutz.* ἔξω.

Gall. *Dehors.* Ital. *Di fuori.* Germ. Von auſſen her. Hiſpan. *De fuera.* Polon. Zwierchnie. Vngar. Kwuwl Ang. *Frome outwa: d*] Plin. libr. 18. cap. 24. In ulcus penetrat omnis aforis injuria. Sunt qui diviſim ſcribãt, à foris, & melius, meo quidẽ judicio.

A ante G.

AG. agit, vel agil, vel Agrippa, vel Agro. AG. ago, vel agro. AGT. agitur. AGO. agor. A. G. Aulus Gellius.

Agaguło, m. t. dicitur vanus fornicator.

Agalacta, paſcua nuncuparunt veteres medici, lacti minùs accommoda: nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari traditum eſt.

Agallochum, [אהלים *ahalim.* ἀγαλλόχον. Gal. *Lignum aloës.* Ital. *Legno aloe.* Ger. Holtz aloẽ. Hiſp. *Lin aloe.* Pol. *Drzewo ktore aloes zowa*] Lignum eſt Dioſcoridi thyię ligno ſimile, maculis quibuſdã diſtinctum, odore jucundiſſimo, guſtu ſubamarum, oris graveolentiæ maximè conducens. Græci recentiores ξυλαλοὴ appellarunt: quos noſtræ ætatis ſeplaſiarii imitati, *Lignum aloës* vocarunt.

A gămus, penult. corr. Latinè dicitur cælebs, ἄγαμος: hoc eſt, ſine viro, ſeu uxore. [Ger. Vnverehelicht. Vng. *Nötelen,* ὄγαμος. Ang. *Chaſte.*] γάμος enim nuptiæ ſunt.

Agape, ἀγάπη, habet duo nomina apud Latinos, charitatẽ ſcilicet & dilectionẽ. Aug. de verbis Domini, loquẽs de epulone divite, cõtra raptores, qui amore Dei aliena diſtribuũt, dicit in perſona taliũ: Ego ſimilis illius divitis, non ſicut agapes facio. Agape, in Decret. Pontif. xlij. diſtinct. C. *Si quis deſpicit,* ſumitur pro eleemoſyna. Priſci Chriſtiani conviviola ſua appellabant Agapas: atq; hinc quoquè ſacram ac myſticam Domini noſtri Ieſu Chriſti cœnam. Locus tamen citatus in Decret. aliter legitur ab aliis: nam pro agapes legunt capinas.

Agapẽta, pen. prod. Ancilla Dei, quæ pro Chriſto nubere voluit. Dicitur quoq; Agapetà, vel tes, lenocinator, ſeu qui cum fœminis illicitè converſatur.

Agaricon, [ἀγαρικόν. Gall. *Agaric.* Ital. & Hiſp. *Agarico.* Ger. Tannſchwam. Pol. *Modrzewie, wągebká.*] pen. corr. Fungus eſt, aut certè radix, laſerpitio ſimilis, fungi more in arboribus naſcẽs, ſaporeinitio dulci, ſed mox in amaritudinem declinante. Naſcitur circa Boſphorum Cimmerium, juxta fluvium Agarum, & in Galatia. Duo ejus ſunt genera, mas, & fœmina. Vide Plin. lib. 25, cap. 9. & Ruell. lib. 3. cap. 1.

A gāſo, pen. prod. Equorũ vel aſinorũ ductor. [רכב *rachchább.* ἱπλάτης. Gall. *Palefrenier, qui meine les cheuaux & les paſſe.* Ital. *Aſinaio, mulattiere.* Ger Ein Viehtreiber/ Eſeltreiber/oder Roßbub. Belg. Een Eſeltruyer/ oft perd truyer. Hiſp. *Harriero, ò que aguija los aſnos.* Pol. *Krowiarz, paſtucha oſłu, bidlęcy.* Vng. *Lovász, kotſis.* Ang. *A horſe or mule keeper.*] Plin. lib. 35. cap. 11: Pinxit & in una tabula, quaq; maximè inclaruit, agaſonem cum equo. Liviu: Acceptos ab agaſonibus equos, quum rex aſcenſurus erat, admonebant. Perſ. 5. Satyr. Treſſis Agaſo dixit, pro homine qui omnibus eſt contemptui.

Agaſyllis, ἀγασύλλις. Frutex eſt, quẽ juxta Cyrenem Africa gignit, ex quo ſuccus profluens in ſubjectas arenas decidit, quẽ Ammoniacum vocant. Vide Dioſc. & Ruell. lib. 3. cap. 53.

Agathides, Majorana Dioſcoridi.

Agatiria, herba quædam.

Agaſyrtus, [בוש בלדים באים *labuſch beghadhim tſoim.* ἀγασυρτής. Gal. *Ord, ſale.* Ital. *Sordido, ſcallido.* Ger. Wüſt/vnſtätig/ vngerahtẽ. Hiſ. *Suzio.* Pol. *Plugawiecz, lex ſmrodliwiẽs.* Vn. *Rufnya.* Ang. *Slutiſh, vnhoneſt in his clothes.*] Apud Latinos ſqualidum ſonat, & ſordidum: unde Pittacus Mitylenæus philoſophus Agaſyrtus eſt ab Alcæo dictus, quod neglecto corporis cultu videretur ſordidior. (re pluralem.

A gĕ, Adverb. adhortantis: & ſingulare numerũ deſiderat, Agi-

Agedum utrunq; admittit. [הבה *hábah.* ἄγε, φέρε δή. Gal. *Or ſus, or auant, courage.* Ital. *Horsù, Horuia.* Ger. Wolan. Belg. Wel aen/ huy Pol. *Nuże.* Vng. *No, noſzza.* Ang. *Go to, courage.*] Quint. Agedũ ſi videt, extra portas proſpicite. Cic. pro Sylla: Agedum, cõferte nunc cũ illis vitã P. Syllę. ¶ Dicimus & Agitedũ, ſed in plurali ſemper. Liv. lib. 1: Agitedum, ite mecũ. ¶ Interdum eſt corripientis. Terent. in Adelph. Age, ſcis quid loquar? Pecuniã in loco negligere maximũ interdum eſt lucrum. ¶ Interdum, pro Dic Terent. in Adelph. Agè novi tuum animum, quaſi jam uſquam tibi ſint viginti minæ. Vbi Donatus: Age nunc verbum eſt, ſignificans Dic: quia jam propè eſt, ut conſentiat perſuadenti. ¶ Interdum conſentientis. Terent. in Adelph. Age age, traducatur Bacchis. ¶ Interdum exhortandi: & plerunque poſt Nunc, apud Poëtas ponitur Virg. Georg. 4: Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit, expediam.

A gĕā, penult. prod. f. p. Via in navi, dicta quòd in ea maximæ quæq; res agi ſoleant, κυπάρφωμα. Ennius: Multa foro ponens ageaq; longa repletur. Viſitatiùs Foros vocamus. Vide Feſtum & Scaligerum. (ferebantur.

Agea, orum, plural. dicuntur victimæ, quæ p rebus agẽdis of-

Agelaus panis, [ἀγλαὸς ἄρτος. Pol. *Chlib gruby, albo czeladni.*

Vng. *Szegény kenyér, korpás.*] Dicitur à Græcis, qui à nóstris *Cibarius* dicitur, ex farina parum bene cribrata constans. Vide Cæl.lib.9.cap.16.& Ruell.lib.2 cap.14.

Agelastus, [שְׂחָק לְעוֹלָם *schelló tsochék leholám.* ἀγέλαστος, ab *α* & γελάω. Gall. *Qui ne rit iamais.* Ital. *Mesto, che mai non ride.* Ger. Traurig/ vnd nicht lachet Belg. Dienet en lacht/ ernstachtig. Hisp. *Que nonrie ò burla en algun tiempo.* Pol. *Smetny, kroryśćie nigdynie śmieie.* Vng. *Mord kedues.* Ang. *Which neuer laugheth, heauie harted.*] Latinè mœstus, & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus, avus Crassi à Parthis interempti, quē tradūt, semel tantùm in vita sua risisse: quod factū est, quū vidisset asinū carduos comedētem, dixissetq; ob id: Similē habēt labra lactucam. Factū hoc dictumq; festivissimū risus subsecutus est. Cic. 5. de Finib.

Agellus, Vide AGER.

Agema, atos, pen. prod. agmen. [אֲגַף *gáph.* ἄγημα. Gall. *Certaine legion de gens de guerre.* Ital. *Squadra.* Ger. Ein hauff oder rott. Belg. Een gheordineert cruyse hoop. Hisp. *Muchedumbre ò compania de gēte.* Pol. *Rota, huff.* Vng. *Sereg, anagy sereg szárny.* Ang. *An companie of men of warre.*] Arrianus scribit alam equitū fuisse, quæ dicebatur ἄγημα, quanquam & de pedibus dici agema, idem testatur Arrianus. Liv. 5. Decad. Delecta inde, & viribus, & robore ætatis ex omni pœtratorum numero duo, erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant.

Ager, m.s. [שָׂדֶה *sadheh* יַגְהֵב *jaghéb.* Gal. *Vn champ.* Ital. *Campo.* Ger. Ein acker/ ein feld. Belg. Een acker veld. Hisp. *Campo que se labra.* Pol. *Rola, pole.* Vng. *Mezö.* Ang. *A feilde.*] ab ago, is, quòd in eo aliquid agatur, vel (ut Donatus inquit) quòd in eo multa sint agenda. Quintil aūt lib. 1. scribit Græcū esse: nam ἄγρος. Latinè rus dici potest. Significatq; Ager quandoq; circunjectum territorium alicujus urbis seu provinciæ, χώρα. Sallust. in Catil. Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abducit. Vnde dicimus, Ager Campanus, Ager Brixianus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo sunt, & in ea significatione vix unquā reperitur pluraliter. ¶ Quandoq; significat partē quandam ipsius territorii urbis, quæ privatim ab aliquo possidetur, & esse videtur rus, in quo & domus, & omnia quæ in agro sunt, generaliter cōtinentur: id est, quę pro captu ipsius partis esse possunt. Vnde Terent. in Eunuch. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur: Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit. Vbi satietas cœpit fieri, commuto locū. Idem in Heaut. Agrum in his regionibus meliorem, neq; pretii majoris nemo habet. Et paulò pòst: Talēta duodecim coēgi, agrum hunc mercatus sum: hìc me exerceo. Ex his innuitur sub Agri nomine & domum, & omnia alia quæ in agro continentur comprehendi, idemq; esse Agrum, Rus & Possessionē. ¶ Notandum tamen quòd nec rus, nec ager villa est, sed villa in rure, sive agro dicitur esse. Ex hoc significato ducitur parœmia, Nihil ex agro dicis, οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις: id est, Nihil humile, neq; triviale loqueris. Meminit Suidas. ¶ Cui similis illa Græcorum ἀγρὸς πλήρης, quod Catullus dixit Ruris plenus & inficetiarum. ¶ Quandoq; Ager significat locum in rure quem colimus, sive arando, sive conserendo: & singularem, pluralemq; numerum habet, Colum. libr. 1. cap. 3. Virgilii proverbialem sententiam explicans: Quippe, *inquit*, acutissimā gentem Pœnos dixisse convenit, imbecilliorem agrum, quàm agricolam esse debere, quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè *&* altus, quàm angustus eximiè. Conveniet in eos qui studeant imperio proferendo, quum hoc ipsum quod habent non possint administrare. Aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Et libr. 4: Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorū, ut plerunq; fit, excepit. ¶ Ager colonus, Cic. de Leg. agrar. Cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites veterani deducti essent, qui, &c. Videtur eam agri partem significare, quæ propriè ad arandum accommodata est, & alio nomine Arvum dicitur.

Ager Latinè appellari dicitur, eò quòd in eo agatur aliquid: alii agrum ex Græco nominari manifestiùs credunt: unde & villa Græcè *choragros* dicitur: *Villa* autem à vallo: id est, aggere terræ nuncupata, quòd pro limite constitui solet. Et possessiones quæ dicuntur, item fundi, prædia rura, agri sunt: sed hoc differunt, quòd possessiones sunt agri latè patentes, publici privatiq;, quos initio non mancipatione, sed quisque, ut potuit, occupavit, atq; possedit: unde & nuncupati. *Fundus* autem dictus, quòd in eo fundatur vel stabiliatur testimonium, & tàm urbanum ædificium, quàm rusticum fundus intelligendum est. *Prædium* appellatum, quòd ex omnibus patrisfamiliās maximè prouideatur: id est, apparet, quasi prævidium: vel quòd antiqui agros, quos bello ceperant, prædæ nomine habebant. *Rura* verò incultos agros: id est, sylvas, & pascua, veteres dicebant. ¶ Agrorum nomina multa sunt, compascuus, alluvius, arcifinius, novalis, squalidus, uliginosus, subsecivus, quorum nominum rationem exponemus. *Compastuus ager* dictus, quia divisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis. *Alluvius ager* est, quem paulatim fluvius in agrum reddit. *Arcifinius ager* dictus est, quia certus linearum mensuris non continetur, sed arcent fines ejus objectu fluminum, montium, arvorū: unde & in his agris nihil subsecivorū intervenit. *Novalis ager* est, primùm prosciissus, sive qui alternis annis vacat, novandarū tibi virium causa: novalia enim semel cum fructu erunt, & semel vacua. *Squalidus ager*, quasi excolidus, quòd jam à cultura exierit, sicut exconsul, quòd à consulatu discesserit. *Uliginosus ager* est semper humidus: nam humidus dicitur, qui aliquando siccatur: uligo enim humor terræ est naturalis, ab ea nunquam recedens. *Subsecivus* sunt propriè, quæ quæstor de materia præcidens, quasi supervacua abjicitunde & subsecivi agri, quos in pertica divisos recusant, quasi steriles, aut palustres. Ex libello variorum auctorum de limitibus. ¶ Ager Emphytevticus: id est vectigalis, datus ἐς ἐμφύτευσιν. Macer. D. lib. 2. l. 15. Sed & qui vectigalem: id est, Emphytevticum agrum possidet, possessor intelligitur.

Agrorum qualitates Iulius Frontinus his verbis persecutus est: Agrorum qualitates sunt tres: una agri divisi & assignati: altera, mensura per extremitates comprehensi: tertia arcifinii, qui nulla mensura continetur. Ager divisus assignatus est colonarum: hic habet conditiones duas: unam, qua plerunque limitibus continetur: alteram, qua per proximos possessionum rigores assignatus est, sicut in Campania Suessæ, Aruncæ: quidquid autem secundum hanc conditionem in longitudinem est delimatum, per strigas appellatur: quidquid per altitudinem, per scamna. Ager ergo limitatus; hac similitudine decumanis & cardinibus continetur: ager per strigas & per scamna divisus & assignatus est, more antiquo in hac similitudine, qua in provinciis arva publica coluntur. Ager est mensura comprehensus, cujus modus universus civitati est assignatus, sicut in Lusitania Salmaticensibus, aut in Hispania citeriore Palatinis, è compluribus provinciis: tributarius solus per universitatem populis est definitus. Eadem ratione & privatorum agrorum mensuræ aguntur. Hunc agrum multis locis mensores, quamvis extremum mensura comprehenderint, in formam, in modum limitum condiderunt. ¶ Ager est arcifinius, qui nulla mensura continetur: finitur secundum antiquam observationem fluminibus, fossis, montibus, viis, arboribus antemissis, aquarum divortiis, & siqua loca: hoc est, quæ antè à possessore poterunt obtineri: nam ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus: qui postea interventu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. In his agris nullum jus subsecivorum intervenit. Subsecivum est, quod à subsecante linea nomen accepit. Subsecivorum genera sunt duo, unum, quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit. Aliud genus subsecivorum, quod in mediis assignationibus, & integris centuriis intervenit: quidquid enim inter IIII. limites minùs, quàm intercluſum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione: ideò quòd is modus, qui assignationi supereſt, linea claudatur, & subsecetur: nam & reliquarum mensurarum actus, quidquid inter normalem lineam & extremitatem interest, subsecivum appellatur. Est ager similis subsecivorum conditioni extracluſus & non assignatus: qui si reipublicæ populi Romani, aut ipsius coloniæ, cujus fine circundatur, sive peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis æquè ad populum Romanum pertinentibus datus non est, jure subsecivorum, in ejus qui assignare potuerit, remanet potestate. ¶ Ager extracluſus est, qui intra finitimam lineam, & centurias interjacet: ideoque extracluſus: quia ultra limitem finitima linea clauditur. Quoniam autem sæpè oritur controversia de agris, sciendum est controversiarum materias esse duas: finem, & locum, conditioque controversiarum alterutra continetur, quidquid ex agro de his intervenit. Sed quoniam in his quoque partibus singulæ controversiæ diversas proprias habent conditiones, propriè sunt nominandę: sunt aūt numero quindecim, De positione terminorum, de rigore, de fine, de loco, de modo, de proprietate, de possessione, de alluvione, de jure territorii, de subsecivis, de locis publicis, de locis relictis & extracluſis, de locis sacris & religiosis, de aqua pluvia arcenda, de itineribus. ¶ De positione terminorum cōtroversia est inter duos plurésve vicinos: inter duos, an in rigore sit cæterorum, sive rationis: inter plures, trifinium faciat, an quadrifinium: de horum opinione cùm constitit mensori, si secundum proximi temporis possessionem non conveniunt, diversas attiguis possessoribus faciunt controversias, sed ab integro alius fortè de loco, alius de fine litigat. ¶ De rigore, controversia est finitimæ conditionis, quoties inter duos plurésve terminos ordinatos, sive quæ alia signa, secundum legem Manliam intra quinq; pedes agitur. ¶ De fine, similis est controversia, nec dubium est,

bium est, quin suprà de finis cõditione dixerim: nam & eadem lege continetur, & de quinq; pedum agitur latitudine: sed de fine quidquid per flexus, quibus arcifinii agri continentur, ut per extrema compromontoria, aut summa montium, aut fluminum cursus, aut locorum natura, quam supercilium appellant. ¶ De loco, cõtroversia est, quidquid excedit suprascriptã latitudinem, cujus modus ad patentem nón proponitur. Hæc autem controversia frequenter in arcifiniis agris variorum signórum demonstrationibus exercetur, ut si Livius Titius dextra Decumanum tertium, citrà cardinẽ quartum acceperit, sortis suæ partes tres, sive quòd huic simile, quartam habeat in quacunque proxima centuria: huic enim universitati limes finem nón facit, etiam si publico itineri serviat: nam in cæteris agris de modo fit controversia, quoties promissionis modus nõ quadrat. ¶ De proprietate, controversia est plerunque, ut in Campania cultorum agro sylvæ absunt in montibus: ultra quartum aut quintum fortè vicinũ: propterea proprietas ad quos fundos pertinere debeat, discutiatur. Est & pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune: propter quod ea compascua multis locis in Italia communia appellantur, quibusdam provinciis pro indiviso: nam per hæreditates, aut emptiones ejus generis controversię fiunt, de quibus jure ordinario litigatur. ¶ De possessione, controversia est, de qua ad interdictum: hoc est, jure ordinario litigatur. ¶ De alluvione, fit controversia fluminum infestatione, hinc fundi multas habent conditiones. ¶ De jure territorii, controversia est denique ad ipsam urbem pertinens, sive quòd intra pomœrium ejus urbis erit, quod à privatis operibus obtineri non oportebat: eum dico locum, quem nec ordo nullo jure à publico poterit amovere: Habet autem conditiones duas: unam urbani soli: alteram agrestis: Agrestis, quòd in tutelà rei fuerat assignatum urbanæ. Vrbani, quòd operibus publicis datum fuerat, aut destinatum, hujus soli jus, quanvis habita ratione divus Augustus de statu municipiorum tractaverit, in proximàs urbes pervenire dicitur, quarum ex voluntate conditionis maxima pars finium coloniæ est attributa, aliqua portio mœnium extremæ perticæ assignationis inclusa, sicut in Picenõ fertur, inter montium Præcutianorum quandam oppidi partem Asculanorum fine circundari. Quòd si ad hæc revertamur, hoc cõciliabulum fuisse fertur, & postea in municipii jus relatum: nam non omnia antiqua municipia habent suum privilegiũ: quidquid enim ad coloniæ municipiúve privilegium pertinet, territorii juris appellant. Sed, si rationem appellationis hujus tractemus, territorium est quidquid hostis terrendi causa constitutum est. ¶ De subsecivis controversia est, quoties aliqua pars centuriæ, sive tota non est assignata, & possidetur: aut quidquid de extremitate perticæ possessor proximus aliúsve detinebit, ad subsecivorum controversiam pertinebit. ¶ De locis publicis, sive populi Romani, sive coloniarum, municipiorúmve controversia est, quoties ea quæ neque assignata, neq; vendita fuerint, aliquis possederit, ut alveum fluminis veterem populi Romani, quanvis aqua interposita insula, & divisi proximi possessores finibus reliquerint, aut sylvæ quas ad populum Romanum multis locis pertinere ex veteribus instrumentis cognoscimus, ut ex proximo in Sabinis in monte Mutela. Nam & coloniarum aut municipiorum similis est cõditio, quoties loca, quæ reipublicæ data assignata fuerant, ab aliis obtinebuntur, ut subseciva concessa. ¶ De locis relictis, extracluſis controversia est in agris assignatis: relicta autem loca sunt, quæ sive locorum iniquitate, sive arbitrio conditoris relicta, limites non acceperunt: hæc sunt juris subsecivorum. Extracluſa loca sunt æquè juris subsecivorum, quæ ultra limites, & ultra finitimam lineam erunt: finitima autem linea, aut mensuralis est, aut aliqua observatione, aut terminorũ ordine servata: multis enim locis assignationi agrorũ immunitas superfuit, sicut in Lusitania finibus Augustinorum. ¶ De locis sactis & religiosis, controversiæ plurimæ jure ordinario finiuntur: nisi si de locorum eorum modo agitur, ut locorum publicorum in montibus, aut ædium, quibus secundum instrumentum fines restituuntur: similiter locorum religiosorum, quibus secundum cautiones modus est restituendus: habent enim & Mœsilea juris sui hortorum modos circumjacẽtes, aut præscriptum agri finem. ¶ De aquæ pluviæ transitu, controversia est: in qua si collectus pluvialis aquæ transversum secans finem alterius flumen influit, & disconvenit, ad jus ordinarium pertinebit: quòd si per ordinationem finis ipsius agitur, exigit mensoris interventum. ¶ De itineribus, cõtroversia est: quæ in arcifiniis agris jure ordinario finitur: in assignatis, mensurarum ratione: omnes enim limites secundum legem colonicam itineri publico servire debent, sed multi ex ingenti ratione per devia & confragosa eunt, quà iter fieri non potest, & sunt in usu agrorum eorum locorũ, ubi proximus possessor est, cujus fortè sylva limitem detinet, & transitum inverecundè denegat, eum itineri limitem, aut locum limiti debeat. ¶ Est & controversiæ genus, quod ad solum non pertinet, de arborum fructibus earum, quæ in fine sunt, sive intra, nec ullam ad radicem habent controversiam, quòties inclinatæ in alterutrum fructum jactaverint, inter affines movẽt disputationem. Sunt & aliæ limitum conditiones quæ ad solum non pertinent: hoc est, ad artem nostram: solum autem quodcunq; coloniæ est assignatum, id universum pertica appellatur: quidquid enim huic universitati applicitum est, ex alterius civitatis fine, sive solidum, sive cultellatum fuerit, præfectura appellatur. ¶ Cultellandi ratio quæ sit, sæpè quæritur, cujus præmensi solidi spatium consummamus, & illam clivorũ inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ laterib. inservimus. Cultellamus ergo agrum eminẽtiorem, & ad planitiem redigimus, æqualitatem hanc nobis ratione ipsa seminum natura monstravit: omnis enim illa soli inæqualitas colligi poterit: nisi quòd de terra quicquid nascitur, in aërem rectum exit, & illam terræ obliquitatem crescendo atterit, nec majus spatium occupat, quàm si ex plano nascitur. Ex Frontino de limitibus agrorum.

Agellus, diminut. m. 2. Significat parvum agrum. [γήδιον, ἀγρίδιον. Gal. *Petit champ, petit territoire & possession.* Ital. *Campicello.* German. Ein Aeckerlin. Belg. Een Ackerken. Hispan. *Campo pequeno.* Polon. *Rolecżka.* Vngaricè, *Mezőtzke.* Angl. *A litle feild.*] Terent. in Adelph. Agelli est hic sub urbe paulum, quod locitas foris; Huic demus, qui fruatur. ¶ Hinc fit aliud diminutivum Agellulus. Ambros. Qui fidei exercet militiam; ab omni usũ negociationis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus.

Agrarius, a, um. Quod ad agros pertinet: [ἀγρικός. Gall. *Chose de champs.* Ital. *Cosa aparteneńte à campi.* German. Das zu dem Acker oder Feld gehört. Hispan. *Cosa perteneciente al campo.* Vng. *Mezei.* Ang. *Of the feeldes, belonging to the feeldes.*] ut, Lex agraria, νόμος γεωργικὸς, γῆς ἀναδασμός, quæ ferebatur de agris populo dividendis. Livius libro 2: Tum primùm lex agraria promulgata est.

Agrārius, rii, substantivum, Legis agrariæ suffragator, aut qui agros publicè divisos possidet. Cicer. 15. Phil. Num rursus reprobos decuriabit num solicitabit rursus agrarios?

Agrēstis, Dicit' quod rusticũ est: & ad agros pertinet, quodq; in agris, non in hortis nascitur. [ἄγριος Gal. *Agreste, rural, rustique, châpestre.* Ital. *Villereccio.* German. Bewrisch/wild. Belg. Boers achtigh Hispan. *Cosa del campo.* Polon. *Polny, Leśni.* Vngar. *Parazt.* Ang. *Rustical, which perteneth to the feildes.*] Virg. Cererem pubes agrestis adoret. Idem: Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. ¶ Item Agrestis dicitur, qui sylvestrem vitam agit, & feram: quem & Græci ἄγριον dicunt. Vnde in compositione Onager dictus est asinus ferus. ¶ Agrestis substantivum pro homine rustico. Virg. 9. Aeneid. Lydorumq; manum, collectos armat agrestes.

Agrĭcŏla, pen. cor. Ex ager, & colo. Cultor agri. [אכר *ichchar* יגב *jogheb.* γεωργός. Gal. *Laboureur, rustique, villageois.* Ital. *Lauoratore della terra.* Germ. Ein Ackermañ/oder Bawmann. Hispan. *Labrador del campo.* Polon. *Rolnik, oracz, siodlak.* Vngar. *Szánto ember parazt ember.* Ang. *A husband man.*] Virgil. 1. Georg. O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas. Cic. 1. Tusc. Arbores seret diligens agricola. Est autem nomen generale: nam agricolarum alii Aratores, alii Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores, quales erãt ferè apud antiquissimos. Nec solùm rustici, & agrestes dicuntur Agricolæ, sed multi etiam oppidani: quod genus vitæ olim in maximo pretio fuit, atq; honore, præsertim apud Romanos. Cato de Re rust. cap. 1: Bonus agricola, bonusq; colonus. Ita laudabant antiqui virum bonum. ¶ Proverbialiter dicitur, Semper agricola in novum annum dives, Aἀεὶ γεωργὸς ἐς νέον ἔτος πλούσιος. De iis dictitatũ, qui spe futuri compendii divites sunt, ac sibimet expectatione rerum amplarum blandiuntur.

Agrĭcŏlātĭo, onis, f. t. idẽ quod agricultura. [עבודת האדמה *habodhath haadhamáh.* γεωργία. Gal. *Labourage.* Ital. *Lauóramento di campi.* Germ. Ackerbaw/arbeit des Felds. Hisp. *La labranca.* Polon. *Oranie.* Vng. *Mezei munkalkodás.* Ang. *La boring of te land.*] Colum. lib. 1. cap. 9: Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Agrĭcŭltŏr, idem quod Agricola. Liv. 6. bel. Pun. Servos agricultores remp. abduxisse. Sic D. lib. 22. Tit. 3. l. 25. Paulus Miles, & agricultor, *&c.*

Agrĭcūltūra, ę, f. p. Cultus agrorum. [עבודת האדמה *habodhath haadhamáh.* Gal. *Labourage, labeur de terre.* Ital. *Louoramento ò coltiuamento di campi.* Germ. Ackerbaw/Bawrenwerck/Feldbaw. Hisp. *La labranca.* Pol. *Sprawianie roli.* Vng. *Maiorkodas, szantás vetes.*] Cic. 1. Offic. Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. ¶ Agricultura Socrat. apud

erat. apud. Xenophontẽ dicebat agriculturã cæterarum artiũ parentem esse & nutricem quãdam. De Agricúlture, ejusdẽq; legũ laudib. Balduin. in Præf. super leges Iustiniani Georgicas.

Agrĭpĕtæ, pen. corr. κληρῦχοι, Qui petunt ex agrorum divisione portionem, quæ viritim dabatur. Cic. ad Attic. Servulos autẽ dicere eum & agripetas ejectos à Brutotiis.

Agrōsĭus, Varro lib. 4. de Ling. Latin. agrosum hominem dixit, pro agris & abundanti & locuplete, ut arbitror, quemadmodum dicitur pecuniosus. Si ab agro, *inquit*, ad agrosum hominem venero, & agricolam non aberraro.

Ageraton, ἀγήρατον, Herba est ad duorum palmorũ altitudinẽ excrescens, similis Origano, florem ferens bullis aureis non absimilem: ita dicta quòd non facilè marcescat. Vide Plin. lib. 24. cap. 4. ¶ De Ageratо tamen inter authores non satis convenit. Dioscoridi enim frutex est φευγανώδης, πηχυμώδης παχύς. Plinio verò lib. 27. cap. 4. ferulacea planta est duorum palmorum altitudine. Vnde colligere liceat hanc plantam adhuc ignotam esse. Nec enim est costus minor, vel Italorum herba Giulia (quæ est Eupatorium Mesuę) quia nõ similis Origano.

Ageratus, [ἀγήρατος. Germ. Ein Gärtstein/vorzeiten den Gärbern brauchig/jetzundt den Mangern.] Lapis est quo coriarii olim utebantur in poliendis coriis, cujus loco hodiè utuntur massa vitri. Meminit hujus lapidis Galen. lib 9. Simpl.

Agĕsĭs, adverbiũ excitãdi: cõpositũ ex particula Sis, p si vis, quę verbis imperativi modi apud veteres addebat ἄγε δή, ἄγε δῆτα. Lucret. li. 1: Nũc agesis, quoniã docui nil posse creari De (nihilo.

Aggemo, is, Vide AD GEMO.

Aggĕr, ris, per duplex g, masculini generis, Significat propriè lapidum, aut terræ coacervationem, quæ fixis vallis aggeritur, castrorum alteriúsve loci muniendi gratia. [חֵיל *foleláh.* χῶμα. Gall. *Amas ou monceau et tas de quelque chose.* Ital. *Argine* Ger. Ein Schütte oder Wal/ein zusammenhauffung des Erdtrichs/ein Dam. Hisp. *Monton de tierra ò baluarte.* Pol. *Grobla, wał.* Vng. Töltés. Ang. *A heap of stones or turfes.*] Solent enim Romani milites vallos: hoc est, palos secum circunferre, quoties castra mutabant, eosq; quoties considerant, humi defigere, terramq; illis aggerere, ut tuti essent ab hostium irruptionibus. Impropriè dicitur cujuslibet rei coacervatio, qua fossę, aut valles impleri possunt. ¶ Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit Servius in illud Virgil. 10. Aeneid. Quin intra portas atq; ipsis prælia miscent Aggerib. murorum ¶ Dicitur etiam Agger media viæ eminentia, ex aggeratis lapidib. strata. Idem: Qualis sępè viæ deprehensus in aggere serpens. ¶ Agger item dicebatur tumulus ex terra aliáve materia congestus ad oppidi vel arcis cujuspiam oppugnationem. Cic. Attic. lib. 2: Oppidum cinximus vallo & fossa, aggere maximo. Item 5. Phil. Græciam per translationem vocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptissima esset, ex qua tanquam ex loco superiore, bellũ Italię posset inferri. Grecia, *inquit*, vel receptaculum esset pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ. ¶ Agger etiam dicitur ipsa materia ex qua fiebat ipse agger. Fiebat autẽ ex trabibus, frondibus, cespitibus. Cæsar Civ 2. 3. quòd unde agger comportari posset nihil erat reliquum, omnibus arboribus in finibus Massilienśium excisis. Idem, Gall. 2, cap. 6: Lapidib. telisq; subministrandis & ad aggerem cespitibus comportandis.

Aggĕro, as, penult. corr. act. p. Accumulo, cumulũ facio. [סָלַל בָּבַר *tsabár.* σῶρος, χόω, σωρεύω Gal. *Amonceler, acumuler.* Ital. *Accumulare.* Ger. Zusammen hauffen / ein Schütte oder Dammen machen. Belg. Hoopen Hisp. *Amontonar vna cosa sobre otra.* Pol. Zgrodmadzam, skupiam, okrywam. Vn. Rakásba gywytöm. Ang. To heap, to make a bulwark.] Vnde Arbores aggerare, vel Aggerare circa arbores terram dicimus, quũ post hyemẽ, æstate jam instante, terram circunfundimus, & veluti circummunimus ne calore nimio radices exarescant: pro quo etiam dicimus, Arbores operire vel adobruere. Columel. Omnes arbores fructiferæ circunfossæ aggerari debent. ¶ Interdum translatè ponitur pro augere & aggravare. Virg. 11. Aeneid. -onerat dictis, atq, aggerat iras. ¶ Hinc fiunt composita, Adaggero, & Exaggero, quorum significata vide suis locis.

Aggĕro, is, penult. corr. si, stum, Iuxtà gero, Ad aliquid gero. [בָּבַר tsabár נָשָׂא nasá. ἐπιφορέω, προσφέρω. Gall. *Amasser, aporter en vn tas.* Ital. *Porre à costo.* Germ. Neben etwas tragen/herzu tragen. Hisp. *Annadir ò traer vna cosa à otra.* Pol. *Przyniam, przygromadzam.* Vng *Hordok.* Ang. *Toir to.*] Plin. lib. 17: cap. 4: Nec fluminibus aggesta semper laudabilis. Plaut. in Rud. Siquidem mihi ultrò his aggerenda etiam est aqua.

Agglŏmĕro, act. p. Implico, adjungo: [חָבַל *ghalám.* συναγείρω. Gal. *Mettre du fil en pioton, deuider & liceler.* Ital. *Inuoltare, inghiamare.* Germ Herzu fügen/an ein Kugel wicklen. Belg. Bywinden/toegwoeghen. Hisp. *Emboluer vna cosa ò otra.* Pol. Wikle, wije, Przimotuie. Vng. Egybe gywytöm. Ang. *To gather, toyether to wind threed in bottomes.*] à Glomero, quod à Glomo seu Glomer deducitur. Virg 2. Aen. Et lateri agglomerant nostro. Idem 12. Aeneid. - densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.

Agglūtĭno, pen. corr. act. p. Ad aliquid glutino, copulo, adjungo. [דָּבַק *hidhbik.* κόλλαω. Gall. *Coller ensemble.* Ital. *Conungere.* Germ. Anleimen/aneinander kleiben. Hisp. *Engrudar ò pegar vna cosa à otra.* Pol. Przilepiam, Przykleiam. Vng. Hozzá enyuezöm. Ang *To glue, or souldour together.*] Plaut. in Aul. Ita mihi ad malum malæ res planè se agglutinant. Cic. Attic. li. 16: Itaque statim novum proœmium exaravi, & tibi misi: tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Aggrăvo, vas, penult. corrept act. p. Onero, gravo, opprimo: [הִכְבִּיד *hichbidh.* ἐπιβαρύω. Gal. *Aggraver, appesantir.* Ital. *Aggrauare.* Ger. Beschwären Belg Zeer bsweren/oft overladen Hisp. *Agrauiar ò apesgar.* Pol. *Obciążam.* Vng. *Meg nehezitöm.* Ang. *To burden.*] à quo Aggravesco, quod est, Valde gravis fio. Liv. bell. Punic. 2. li. 8: Nihil aliud ab suis relatum est, quàm inopia aggravari socios. Plin. lib. 12. cap. 17: Odor aggravans capita, sed citra dolorem.

Aggravata valetudo apud Suetonium in Augusto gravior facta: Aggravata valetudine tandem Nolæ succubuit.

Aggrăvesco, is, ex Ad & nomine Gravis factum verbũ, Gravius fieri, aggravari. Terent. Hecyr. Malè metuo ne Philumenę magis moribus aggravescat: id est, gravior fiat: quia morbi graves dicti. Sic aggravescens vulnus, Cic. 3. Tusc.

Aggrĕdĭor, d. t. Ad aliquem gradior, adeo, accedo, item adorior, invado, peto, incipio. [בָּא ba קָרַב karáb ἐφοδιάζομαι, προσχώρημαι, ἐπιχειρέω. Gall. *Assailler, aller vers quelqu' vn, s' auancer sur luy.* Ital. *Assalire in buona & in mala parte.* Ger. Zu einem gehn. Itẽ, einen angreiffen/anfallen. Hisp. *Acometer, ò arremeter.* Pol. Przystępuie, *imam, napadam,* rynęć, *idzie nakogo.* Vng. Hozzá fogok, *reá rohanok.* Ang. *To sett vpon, to inuade, to beginne.*] Cic. p Cecinna: Quid agat, quomodo aggrediatur judicem non habet. Virgil. 4. Aeneid. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Cicer. de Nat deor. Antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt. ¶ Vel cum infinitivo. Idem Offic. 2: De quib. dicere aggrediar. ¶ Aliquando in malam partem accipitur, pro adoriri, invadere, & velut ex insidiis adire. [Germ. Einen angreiffen/ mit gewalt anfallẽ. Belg. Aenvallen/aentasten/onderstaen.] Sal. Ex laterib. cęteros aggreditur. Iustinus: Quos ex improviso aggressus facilè fodit. Cicero 1. Offic. Omnibus autem in rebus priùs quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. ¶ Aliquando pro tentare. Salustius in Iugurth. Omnes asperitates supervadere, naturam ejam loci vincere aggreditur. Hæc autem verba Aggredior, Adorior, Alloquor, & similia, Ad præpositione eis adjuncta, cum accusativo solo elegãtiùs ponuntur, quàm si simplicia eorum accusativo, Ad præposita jungantur: ut, Aggredior hominem, non, Gradior ad hominem. ¶ Rem novam quis proverbiali specie aggredi dicitur; quum rem arduam ac novam molitur, & aliis adhuc intentatam. Ex Homeri versu Odyss. χ.

Aggrĕssĭo, verbale, s. t. Actus ipse aggrediẽdi. [קְרָבָה *kerabáh.* ἐπαδοσις, ἐπιχείρησις. Gal. *Abordement, assaut.* Ital. *Assalto, Assaltamento.* Ger. Anfall/angriff. Hispan. *Acometimento.* Pol. Wpadnienie, przystęp. Vng. *Készület, reá rohanás.* Ang. *Setting vpon, inuading.*] Cic. in Orat. Quumq; animos prima aggressione occupaverit, infirmabit, excludetq; contraria.

Aggrĕssŏr, is, grassator [Vng. *Kalóz, toluay.*] Vlpianus D. lib. 89. Tit. 9. l 7: Vt latronibus, aggressoribusq; daretur, qui panẽ interficerent. Idem, D. lib. 29. Tit. 5. l. 1: Veluti si quis clamavit ut ad auxilium conveniretur, aut terruit aggressores.

Aggrĕssūra, æ, [Vng. *Rohanás, toluay lás.*] Vlpian. D. li. 29. Tit. 5. l. 3: Si cũ omnes domini aggressuram paterentur, uni servus opem tulit.

Aggrĕgo, as, pen. cor. act. p. Congrego, quasi in unum locum gregem cõtraho, [אָסַף כֶּבֶס *asáph chamás.* ἐπισωρεύω Gal. *Amasser en vn troupeau, assembler.* Ital. *Congregare.* Germ Zusamẽ samlen. Belg. Zich vergadere. Hisp. *Ayuntar como ganados.* Pol. Zgromadzam. Vng. *Egy hylre gywytöm.* Ang. *To gather to gether.*] Cicero in Catilinam: Quòd si eodem cæteros undiq; collectos naufragos aggregaverit. ¶ Translatè pro adjungere apud Cęsarem 6. belli Gallici: Qui se ad eorum amicitiam aggregaverant huic opponitur Abgrego.

Aggrētŭs, Apud antiquos legitur pro Aggressus, ut apud Ennium: Aggretus fari, *&c.* ¶ Scribitur & Adgrettus.

Agĭlis, penult. corr. com. t. Levis, dexter: qui se facilè agit: hoc est, qui levi & expedito est corpore vel pronus, aut volũtarius ad agendum. [מָהִיר *mahír* קַל *kal* חוּשׁ *chusch.* ἐλαφρός. Gal. *Agile, habile du corps, viste.* Ital. *Destro, leggiero.* Ger. Schnell/hurtig/ rtigfertig Belg. Rasch van der hand/snel. Hisp. *Legero para hazer alguna cosa.* Pol. Zarłki chyży k zepky, *ochotny, prędky, skoczny.* Vn. *Serény, gyors kinyi.* Ang *Nymble.*] Horat. Odeũt hilarem tristes, tristemq; jocosi, Sedatum celeres, agilem gnavumq; remissi. Columella: Malo unius agilem industriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Agĭlĭtas, s. t. Dexteritas, corporis celeritas. [זְחוּת *páchaz.* ἐλαφρότης, ὀξυτης. Gall. *Agilité, soupleſſe de corps.* Ital. *Agilità, attitudine, de-*

dine, desterita. Ger Behendigkeit/ringfertigkeit. Belg. vlugheit/rasheit. Hisp. *Ligereza de hazer alguna cosa.* Pol. *Zartliosć Ochota, Pretkosć.* Vng. *Serénység.* Ang. *Nymblines.*] Cicero Attic. li. 1: Nam si ita esse statueris, & irritabiles esse optimorum sępè hominũ, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatẽ, ut ita dicam, mollitiemq; naturæ. Hic est à corpore ad animum translatio. Columel. lib. 1: Ejusdem agilitatis homo frugi melius quàm nequam faciet.

Agĭlĭtĕr, agiliùs, agillimè: id est, cũ agilitate. [מהרה *meherâh.* ἐκινήτως. Gall. *Legerement, vistement.* Ital. *Agilmente, prontamente.* Ger. Fertiglich/behendig Hisp. *Ligeramente.* Pol. *Krzepko, ochotnie, chyżo.* Vng. *Serényden.* Angl. *Nymblie.*] Columel. lib. 2. cap. 2. Derq; requiem in summa, ut spe cessandi, totũ spatium bos agiliùs emitatur.

Agĭnă, pen. prod. f. p. Est in quâ inseritur scapus trutinæ: i. in quo trutina agitur, & vertitur, ab agendo dicta. Festus.

Agĭnātŏr, qui parvo lucro movetur: nomen ab Agina tractũ, quæ minimo pondere huc aut illuc impellitur. Festus.

Aginatores, Aurigæ sunt, qui in ludis Circensibus curuli certamine se exercebant.

Agĭo, Jr, pen. prod. Vilia negotior.

Agĭtātĭo Agitator, Agito, agitas, Vide AGO.

Agito, Agitedum, Vide AGO.

Aglăŏphōtĭs, pen. prod. f. t. ἀγλαοφωτὶς, Herba est jucundissimi coloris, qua magi utuntur ad evocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabicis, unde & Marmoritidem quidam appellant. Plin. lib. 24. cap. 17.

Aglāpsĭs, f. t. Nomen legionis. Liv 5. Decad. lib. 4: Intervallũ, quod inter cetratos, & phalanges erat, implevit Legio, atque aciem hostium interrupit. A tergo cetratis, frontem adversus clypeatos habebat, Aglapsides appellabantur.

Aglĭdia, orum, ἀγλίδια, Dicuntur segmenta illa in capitibus allii, quæ alio nomine Agilthes dicuntur, Ruel. lib. cap. 2.

Aglўphŏs, ἄγλυφος, penult. corrept. Latinè non sculptus: nã a sine, γλύφω, sculpo.

Agmĕn, n. t. multitudo. [אגף *agâph* מחנה *machanêh.* πλῆθος, λεὼς, πόμμα. Gal. *Vne companie de gendarmes, bende.* Ital. *Moltitudine, scadra, ordinanza.* Ger. Ein schar Volcks / ein Zeug. Belg. Een schare die haer bewecht/ een hoop volcks dat gaet. Hisp. *Muchedumbre è compañna de gente.* Pol. *Hufiecz kupa.* Vng. *Sereg.* Ang. *A companie offolkes.*] Virg. 7. Aeneidos: -vocat agmina sęva sororum. ¶Interdum ordinatam multitudinem, & aciem exercitumq; significat. Idem 8. Aen. - it clamor, & agmine facto Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. Cic. 2. Tusc. Cũ æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius. ¶Interdum impetum, ut apud Virg. - & leni fluit agmine Tybris. Et 2. Aeneid. - illi agmine certo Laocoonta petunt.

Agmĭnālĭs, is, le, adject. πομπικός. Vnde agminales equi, qui agmen exercitus sequuntur ad convehenda impedimenta. Bud. in Annot. post.

Agnă, gnæ, Vide AGNVS.

Agnāscŏr, eris, sci, d. t. cõpositũ ex Ad & Nascor, Ad alia quæ nata sunt nascor, juxta alia nascor. [בוֹלֵד *noládh* ἐκφύω. Gal. *Naistre aupres.* Ital. *Nascere.* Ger. Herzu geborn werden. *Item,* anwachsen Hisp. *Nacer.* Pol. *Przyradzam się.* Vn. *Melléie születõm.* Angl. *To be borne nigh by.*] Itaq, filius patri nasci dicitur, quum ad patrem cogitatio refertur: agnasci verò, quum ad agnatos, ut fratres & patruos. Cic. 1. de Orat. Nunquis eo testamento, quod paterfamiliâs antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo: quia constat agnascendo rumpi testamentũ. ¶Agnasci præterea dicuntur, quæ in re aliqua nascuntur ad ejus perfectionem minimè necessaria, nihilq; utilitatis habentia, ut sextus in manu digitus, & fungi in arboribus, παραφύας. Vide ADNASCOR.

Agnātĭo, f. t. verbale: id est, Agnatorũ cõsanguinitas. [משפחת *modhâth.* φράτρια, ἀγχίστια. Gal. *Lignage ou parentage du costé du pere.* Ital. *Parentela.* Ger. Die Freundtschafft von dẽ Vatter her. Hisp. *Parẽtesco de padre del padre.* Pol. *Powinnowacztwo po oicu.* Vng. *Rokonság.* Ang. *Linage.*] Cicer. 2. de Leg. Ex quo verè vel agnatio nobis cum cœlestibus, vel genus vel stirps appellari potest. Et paulò pòst: In civitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

Agnātĭ, penult. prod. m. s. [משפחת *modhâh.* ἀγχίστεις, οἱ κατὰ πάτρην οἰκεῖοι. Gal. *Parens du costé du pere.* Ital. *Parenti da lato di patre.* Ger. Gefreundte von den Vätteren / oder sonst von Mannespersonen her. Hisp. *Parientes de parte del padre.* Pol. *Powinnowaczy z przodkow od oicza pochodzaci.* Vng. *Rokonságosok.* Angl. *Frindes on the fatherssyde.*] Dicũtur, qui per virilis sexus personas cognatione cõjuncti sunt, quasi à patre congeniti (inquit Cajus Jurisc.) veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepósve ex eo. ¶Inter Agnatos & Cognatos συγγενὴς hoc interest, quòd in cognatis continentur agnati, in agnatis non item cognati: utputà, frater patris: i. patruus, est agnatus, & cognatus: matris verò frater: i. avunculus, cognatus est, sed non agnatus. ¶Ad agnatos & gentiles deducẽdus, proverbii loco veteres usurparũt quũ furere aliquem & mente captum esse significare volebant, qd ex lege XII. tab. ortum est, qua furiosi & mente capti in agnatorum gentiliumq; potestatem esse jubebantur. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atq; ad agnatos & gentiles deducendus. Cicer. 2. de Invent. Si furiosus existet, agnatorum gentiliumq; in eo pecuniaq; ejus potestas esto. Iustinian. lib. 1. Instit. ¶Agnatum dicimus quicquid ultra debitum natum est: hoc est, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad ejus perfectionem minimè requisitũ. Vnde agnascentia & agnata membra appellantur, παραφύσεις, ἢ παραφυάδες, Plin. Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus hominis semper digitus.

Agnēllŭs. Agninus, Vide AGNVS.

Agnōmĕn, penult. prod. n. t. Dicitur quod est extrinsecus aliqua ratione vel casu quęsitum: ut, Africanus, Asiaticus, Achaicus, & similia. [שֵׁם כִּנּוּי *schem chinnúi.* ἐπωνυμία. Gal. *Surnom d'vne famille.* Ital. *Cognome di vna famiglia.* Germ Zunam/ der Nam vñ Geschlecht. Belg. Eenen toe oft by naem. Hisp. *El renombre.* Pol. *Przezwisko.* Vng. *Vezetĕk név.* An. *A Surname gottin by an act.*] Cicer. de Invent. 1: Nomen quum dicimus, cognomen quoq; & agnomen intelligatur oportet. Vide Nomen infrà.

Agnōmēntum (ut cognomentũ) agnomẽ, [ἐπωνυμία. Vn. *Vezetĕk név.*] Apuleius in Apologia: Igitur agnometna ei duo indita, Charon, ut jam dixi, ob oculis & animi diritatem. Sed alterũ quod libentius audit, ob deorum contemptum Mezẽtius.

Agnomenes, Equi dicuntur vetuli, ex quorum dentibus ętas ampliùs dignosci non potest. ἀγνώμονες. Vide Cæliũ Rhodig. Antiq. lect. lib. 12. cap. 9.

Agnōsco, act. t. Ex Ad, & Nosco, euphoniæ causa, d mutata in g, Recognosco, & ejus notitiam cognitionemq; in memoriã revoco. Propriè est id, quod nobis olim aut visum fuit, aut alia quavis ratione cognitum. [הכיר *hichchîr* ידע *iadhâh.* ἐπιγινώσκω. Gall. *Recognoistre.* Ital. *Cognoscere, recognoscere.* Ger. Wider erkennen. Hisp. *Recognoscer lo ante conoscido.* Pol. *Poznawam, Imam sznie za sznie poznawàc.* Vngar. *Meg ismerõm.* Ang. *To acknawledge.*] Varro: Vereor, ne me quoq; dum revertero, pręter canẽ agnoscat nemo. Virgil. 5. Aeneid. Agnoscitq; suos lætosq; ad mœnia ducit. Atq; hac potissimùm ratione differt à verbo Cognosco, quod propriè dicitur de rebus antea nunquã cognitis. Idem 4. Aeglog. Incipe parve puer risu cognoscere matrẽ. ¶Interdum idem est quod admittere, recipere, approbare, ἀποδέχεσθαι. Cicero pro Milone: Quum tota Italia facti illius gloriã libenter agnosceret. ¶Aliquando ponitur pro confiteri. Cic. pro Rab. Ego si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. ¶Agnoscere onus tributi: id est, in se suscipere. D. de pactis lege 42. Inter debitorem & creditorem cõvenerat, ut creditor onus tributi prædii pignorati nõ agnosceret, sed ejus solvendi necessitas debitorem spectaret.

Agnĭtĭo, verbale, f. t. Actus ipse agnoscẽdi. [הכרה *hachcharâh.* ἐπίγνωσις. Gall. *Recognoissance.* Ital *Recognittione.* Germ. Erkanntnus. Hisp. *Reconnoscimiento.* Pol. *Poznanie Znaiomość.* Vng. *Meg ismerés.* An. *Ackwledging.*] Cic. 1. de Nat. deor. Quæstio de natura deorum ad agnitionem animi pulcherrima est. Plin. lib. 10. cap. 70: Pisces sui cadaveris agnitionem fugientes.

Agnŭs, m. f. Fœtus est ovis, qui annum nondum egressus est. [כשב *chesîb.* ἀρνός. Gal. *Agneau* Ital. *Agno, agnella.* Ger. Ein Lam. Hisp *Cordero, ò borrego dentro de ano.* Pol *Baran, Skopiec roczny.* Vn. *Bárány.* Ang. *A lamb.*] Cic de Senect. Villa abúndet porco, hœdo, agno. Plaut. Pœnul. Lupo agnũ eripere postulãt, nugas agunt. Vbi species quędã est proverbii, quum qui frustra conatur prædam recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. ¶Objicere canib. agnos, proverbialiter dicũtur, qui imbellẽ & litium imperitũ calumniatoribus, & exercitatis exponũt. Refertur à Diogeniano. Nomẽ habere putatur ἀπὸ τῆ ἁγνείας: hoc est, à puritate sive castitate: unde & nõnnullis Hagnus per aspirationẽ scribendũ videtur. ¶Est etiã Agnus, ἄγνος, Dioscoridi frutex arborescens, quem Latini à vinciendi usu Viticẽ appellãt. Dictus Agnus, quasi ἁγνὸς: i. castus, quòd mulieres in Thesmophoriis: hoc est, Cereris sacris, pudicitiæ conservandæ causa hũc sibi fruticẽ substernerent. Alii Agnum per syncopen dictum putant, quasi ἄγνον, quòd calore & siccitate sua genituram dissipare putetur. Vide de hoc nõnulla in dictione Vitex.

Agnēllŭs, diminut. ὁ ἀμνίσκος, τὸ ἀρνίον. Gal. *Agnelet.* Ital. *Agnello.* Ger. Ein Lämblin. Hisp. *Pequenno cordero.* Pol. *Iagnie.* Vng. *Bárányotska auagy gödölye.* Ang. *A litle lamb.*] Plaut. in Asin. Agnellum, hœdillum me tuum dic esse.

Agnīnŭs, Qd ex agno est, aut ad agnũ pertinet. [ἀρνεῖος. Gal. D'agneau. Ital. *Cosa di agnello.* Ger. Schäfin/ Lämberin. Hisp. *Cosa de cordero ò borrego.* Pol. *Iagniecy owczyńskopowy.* Vn. *Bárányból valo.* Ang. *Any thing pertuning to a lamb.*] Plaut. in Pseud. Pol, quia qua opera credã tibi una opera alligẽ fugitivũ canẽ agninis lactibus. Proverbiũ est. Nã qui canẽ alligat intestinis agninis, nõ modò canẽ amittit, verùm & prædã ultrò dederit fugitivo. Sic qui cre-

qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & fiustra habet obligatum eum qui non est solvendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Agnă, gnæ, Mensuræ genus in agrotũ dimensione. Colum. li. 5. cap. 16: Actus quadratus undiq; finitur pedib. cxx. hoc dupli agnatũ facit Iugetũ, & ab eo quod erat junctũ, nomẽ Iugeri usurpavit: sed hunc actum provinciæ Bæticæ rustici *agnam* vocant.

Ago, gis, egi, actũ, act t. [עשה *hasáh* פעל *pahál.* ἄγω. Gal. *Faire, besongner.* Ital. *Fare, oprare, trattare.* Germ. Thun/handlen/wercken. Belg. Doen/oft maken. Hisp. *Hazer lo que no queda* Pol. *Czinie, sprawuie.* Vng *Tselekedzdm* Ang. *To work, todo.*] Multa significat: Nã Agere est gerere, πράττειν. Plautus in Amph. Dum hæc aguntur. Cic. li. 1. Epist. Hîc quæ agantur, quæq; acta sint, ea te literis multorũ cognoscere arbitror. ¶ Quãdoq; inducere seu impellere. Lactan. lib. 19: Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. ¶ Quandoq; audire. Terent. in And. Hoccine agis, an nõ? id est, audis, ut exponit Donatus. Sic Plautus: Vos agite spectatores. ¶ Quãdoq; dicere. Idẽ in Adelph. Sed éstne hic ipsus de quo agebã? ¶ Quandoq; pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cic. de Optimo genere dicendi: Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, ut jam nõ sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσει. ¶ Quandoq; cogitare, πρός τι ἄγειν. Virg. Aeglog. 9: Id quidẽ ago, & tacitus Lycida mecũ ipse voluto. ¶ Quandoq; effingere, ὑποκρίνω, ut Ago stultum: id est, fingo, sive repræsento me stultũ. Vnde Actores comœdiarum, ὑποκριτὰς, dicuntur, qui diversorũ hominũ gestus agunt in scena. Cic. pro Q. Rosc: Roscius lenonẽ Ballionẽ cum agit, agit Chæreã. ¶ Quandoq; ire, incedere, vivere, ἀλᾶν, ut Nudus ago. Pompon. Mela: Exercent bellãdo animos, corpora ad consuetudinẽ laborũ, maximè ad frigora: nudi agunt antè, quàm puberes sint. ¶ Agere bonũ civem, est fungi bonis civis officio. Cic. li. 4. Epist. Dum mihi pacis mãdata das ad Cæsarẽ, mirificum agis civẽ. Sic Agere Consulẽ, vel Senatorem, est facere ea, quæ propria sunt Cõsulis, vel Senatoris. Cujusmodi orationes Valerius Maximus aliquãdo novè pernominativũ extulit, ut quum ait: Experiri volui, an scires Consul agere: id est, fungi Cõsulis officio. Idem: Publicus Rutilius, nõ publicanus in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. ¶ Quãdoq; Agere significat extendere, porrigere: ut, Vera gloria radices agit, atq; etiã porrigit, ῥιζοῦσθαι, ῥιζοῦν. ¶ Agere testudinẽ, est admovere, vel applicare, teste Servio in illud Virgil. 2. Aeneid. -obsessũmq; acta testudine limẽ. Sic Agere vineas, & turres. Cæsar bell. Gall. 3: Quib. fortiter resistentibus, vineas, turresq; egit. ¶ Itẽ agitare. Plaut. Aedepol eam agam verberibus. Virgil. 6. Aeneid Prodigiis actis cœlestib. ossa piabũt. ¶ Agere cum aliquo dicimur, quũ quippiam ab eo impetrare, vel aliquid ei persuadere conamur. Cic. Attic. li. 5: Is egit mecũ accuratè multis verbis, ut tibi responderem. Idem in Lælio: Quum enim tæpè mecũ ageres, ut de amicitia aliquid conscriberem. ¶ Benè vel præclarè agi nobiscũ dicimus, quũ res nobis feliciter succedũt, nihilq; habemus, de quo magnopere queri possimus, καλῶς φέρεσθαι. Cic. de Amicitia: Cũ illo quidẽ actũ optimè est, mecum autem incommodius. Ibidem: Cum illo quis neget actum esse præclarè? Idem in Verr. act. 4: Hæc conditio fuit aratorum, ut secum præclarè agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. ¶ Agitur res nostra, vel, De re nostra agitur: hoc est, ad nos pertinet, vel res nostra in discrimẽ adducitur. Cic. pro Sext. Rosc. Tua quoq; res permagna agitur. Idẽ pro Lege Man. Agitur enim salus sociorũ, aguntur certissima pop. Rom. vectigalia, aguntur bona multorũ civiũ. Idẽ de Amic. In quib. eorũ de capite agatur, aut fama. ¶ Agere cũ aliquo tabellis obsignatis, est eum convincere testimonio literarum suarum. Testimonium est apud Cicer. 5. Tusc. ¶ Agere & ferre, ἄγειν & φέρειν, trissima quidem, sed tamen proverbialis est figura. Dicitur enim de hostib. agros nostros excurrentibus. Agunt & ferunt, ἄγουσι & φέρουσι pro eo quod est hostili more populantur aut vexant. Id si traducatur ad animum, nõ paulò fiet tristivius: quemadmodũ Aristophanes in Nebulis. ¶ Actũ est, vel Res acta est: hoc est, perit vel deplorata est. πέπρακται, οἴχεται. Terent. in Heavt. Vnam ei cœnam atq; ejus comitibus dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actum siet. Idem: Acta hæc res est, perii: proverbialiter his verbis desperationẽ significamus: quę res secundum jus Civile dicitur. Quo cavetur, ne quis remõ actam reperat, suamq; damnationem rescindat. ¶ Actum agere: id est, nihil agere, τὸ πραχθὲν πράττειν. Idẽ in Phorm. Actum, ajunt, ne agas τὸ πραχθὲν μὴ πράττε. Forma Adagii est à judiciorum consuetudine sumpta, quæ admonet fas non esse iterum agere causam, de qua jam sit pronuntiatum. Sic Plaut. Actũ agis: id est, incassum laboras. Quod enim jure semel judicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. ¶ Aliud agere vel Alias res agere est non esse intentum iis quæ aguntur. Cicero pro Sext. Rosc. Vsq; adeò animadverti, judices, eum jocari, atq; alias res agere. ¶ Ponitur interdum agere pro vertere. Virg. Ipse ter adducta circum caput egit habena. ¶ Pro urgere, persequi. Idem: Pastor agẽs telis. ¶ Pro habere. Virg. 1. Aeneid. Tros, Tyriúsve mihi nullo discrimine agetur: id est, habebitur. ¶ Pro ante nos pellere. Idem 1. Aeglog. -en ipse capellas Protinùs æger ago. ¶ Pro vehere, ducere. Varro: Non hos Pactolus aureas undas agens, etiperet unquam è miseris. ¶ Pro foras pellere, fugare: ut, Membris agit atra venena. ¶ Pro celebrare: ut, Agere diem festum. ¶ Pro convocare: ut, Agere consilium. ¶ Pro emittere & exhalare: ut, agere animam. ¶ Agere etiam ad lites pertinet: unde emerserunt innumeræ penè loquendi formulæ: ut, Furti agere: hoc est, actionem furti intendere. Agere causas, Agere ex syngrapha. Lege agere ex spõsio, de quo instà in dictione Sponsio. ¶ Agere reum, αἰτίαν ἐπιφέρειν: hoc est, accusare. ¶ Peragere reum, ἀγεῖν τινὰ δίκην: hoc est, agendo perficere ut reus condemnetur. ¶ Agere gratias: hoc est, verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Nam gratias habere, χάριν ἀποδόναι, pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficii mentem animũq; habeo, & invicẽ gratificandi volũratem. ¶ Referre verò gratiam, ἀποδόναι χάριν, est facto acceptum beneficium remetiri, ut si à me sublevatus aliquo beneficio, ut vicissim aliquo modo me sublevaveris, gratias retulisti, reddidistiq;. Et licet Seneca nolit malas gratias referri posse, sed reddi: Cicero tamen in Salustium ait: Quòd ista inusitata rabie in uxorem & filiam meam invasisti, quæ se facilius mulieres abstinuerunt à viris, quàm tu vir à viris, satis docte ac perite fecisti. Non enim speraste me mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarem. Terent. in Eunuch. Illis crucibus quæ nos, nostramq; adolescentiam habent despicatui. Nunc referam gratiã, atq; eas itidẽ fallam, ut ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tàm in malum, quàm in bonũ dicitur, quum sit facto beneficiũ, aut injuriam acceptã compensare. Rectiusq; huic verbo singularem accusativum Gratiã, jungimus, quàm pluralem Gratias. Et contrà, melius dicimus, teste Valla, Habere gratias, quàm gratiam: nunquam autem, vel rarissimè, Agere gratiam, sed verè semper, Agere gratias. Livius: Satiatus tandem complexu filii: Renuntiate, *inquit*, gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quàm ut suadeam non antè in aciem descendat quàm in castra me rediisse audierit. Cic. Cui pro me Senatus gratias agendas putavit, eho à me gratiam referendam non putẽ? Pro eodem etiam dicimus, Respondere officiis. Plancus Ciceroni: Immortales tibi ago gratias, agamq; dum vivam: nam relaturum me affirmare non possum: tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse. ¶ Agere cum populo, est populum rogare, ut suis suffragiis quid jubeat aut vetet. εἰσφέρειν. ¶ Cuniculos agere, est specus subterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. Cicer. 3. Offic. Quòd si fana pater expilet, cuniculos agat ad ærarium. ¶ Agere viam, est viam sibi aperire per loca invia. Virg. 3. Aeneid. Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare. ¶ Deniq; Agere, pertinet ad omnes actus humanos. ἐνεργεῖν. Nam qui sedet, qui stat, qui cogitat, qui jacet, qui moritur, aliquid agere dicitur: ita ut nullus, qui modò vivat esse unquam possit sine actione. ¶ Hinc fit, ut & agere dicamus pro vivere: pro quo etiam dicimus, Vitã agere, βιοτεύειν. Terent. in Andr. Primùm hęc pudicè vitam, parcè ac duriter agebat. ¶ Item annũ vigesimũ, vel trigesimum agere, Aevũ agere, Senectutem agere, & similia. Annus, vel mensis vigesimus agitur: hoc est, currit, vel in cursu est. Terent. in Hecyr. Tũ postquam ad te venit, mensis jam hic agitur septimus. ¶ Agere animam, est mori, vel morti proximũ esse. Cicero Fp st. lib 4: Qu. Hortensius quum hæc scripsi, animam agebat. ¶ Componitur Ago cum Ad, ut Adigo: cum Ab, ut Abigo: cum Am, ut Ambigo: Con, ut Cogo: Circum, ut Circumago, qđ est Circunduco: De, ut Dego: Ex, ut Exigo: Per, ut Perago: Pro, ut Prodigo: Re, ut Redigo: Sub, ut Subigo, à quo fit Prosubigo: Trans, ut Transigo. ¶ Sunt etiam qui putent Castigo, Instigo, Mitigo, Lævigo, Litigo, & Nego composita esse verbi Ago: ut sit Castigo, Castè ago: Mitigo, Mitem ago: Lævigo, Lævem ago: id est, planum. Fustigo, Fuste ago: Litigo, Lite ago: sed quũ sint primæ cõjugationis, habeantq; quædam i productam, non videntur ab Ago composita. Agon, victimarum verbum pro agóne. Ovid. lib. 1. Fastor. Qui calido strictos tincturus sanguine cultros Semper agáne rogat: nec nisi jussus agit. Et Senec. lib 3. Cõtrover. Carnifex manum tollet: deinde respiciat ad partẽ & dicat: Agónne quod fieri solet in victimis. Vnde proverbialiter Agones dicti cunctatores, qui semper deliberãt neq; quicquã aggrediuntur.

Agĭto, as, pen. corr. act. p. Crebrò facio. factito. [הגע *hegá* הגיד *higíd.* πραγίδιον, πραγίδιον, ολ Gal *Agiter demener fort & souuent.* Ital. *Agitare far spesso* Germ. Viel stets thun/ offt handlen. *Item*: Bewegen hin vnd wider. Belg. Meerstelyck doen oeffenen steten met sporen/ hitzen/ dreuen. Hispan. *Hazer muchas vezes.* Pol. *Vstawitznie czinie. vel, pobieżam pobudzam.* Vngarice, *Gyakran tselekedõm.* Ang. *To tosse and stirre, to do often, to trouble.*] Salust. in Iugurth.

Ita

Ita variè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur. ¶Item Stimulare, compellere. *ἐλαύνειν.* Plaut. Nam jam agitabo quadrupedem calcari. ¶Item Observare. Virg. li. 2. Georg. Ipse dies agitat festos. ¶Ité perturbare, molestare, cruciare, vexare. Cicer. de Legib. Furiæ agitant infectanturq; improbos. Plaut. in Cur. Tum te igitur morbus agitat hepatarius. ¶Item venari & insectari feras. Cic. lib. 3. Offic. Sùntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpè incidunt. ¶Item Exercitare. Lactant. Nisi virtus agitetur, proficimus parum. ¶Agitare vitam, idem quod agere vel ducere. Salust. in procem. Bell. Catil. Etiam tum vita hominum agitabatur sine cupiditate. ¶Item Cruciare, ut apud eundem, Agitabatur magis-magisq; in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conscientia scelerum. ¶Item sæpè administrare. Idem: In pace verò beneficiis magis, quàm metu imperium agitabant. ¶Item Sæpè considerare, cogitare, recogitare. Idem: Sed ea quæ mēte agitari omnes jam antea audistis. Terent. in Phorm. Ego quoq; id quidē agitans mecū sedulò, inveni (ut opinor) remedium huic rei. ¶Aliquandò Tractare, disputare, excutere. Cic. pro Dom. Sententia quæ erat tractata in Senatu. ¶Agitare ferociter, est sese ferociter, gerere. Salust. in Catil. Minari interdū ferro, nisi obnoxia foret: postremò ferocius agitare, quàm solebat. ¶Agitare lætitiam, est lætitiam præ se ferre, & reipsa gaudium ostendere. Ibidem: Ciceronem ad cœlum tollere, & veluti servitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat. Hujus cōposit. est EXAGITO.

Agitātio, verbale, f. t. Ipse agitādi actus. [מנוד *manódh.* *ἡ δόνησις, ὠθισμὸς.* Gal. *Esmouuement, esmotion, agitation.* Ital. *Smouimento, commotione, agitatione.* Ger. Bewegung/trib. Hisp. *Obra de acossar, aguijadura.* Polon. *Poruszenie, pobudzanie.* Vng. *Razás morgatás.* Ang. *Stirring or troubling.*] Cic. 2. de Natur. deor. Nec enim ille externus, & adventitius habendus est lepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

Agitātus, us, [*δόνησις* & *κίνησις.* Vng. *Mozgatás.*] motus, agitatio. Macrob. Comment. lib. 2. cap. 14: Imò per diversa, si spontaneo ferrentur agitatu.

Agitātor, m. t. Qui est equorum, curruúmve rector. [מנהיג *manhigh.* *ἡνίοχος, ἡνίοχος.* Gal. *Qui conduit & chasse cheual, asne, ou autre chose.* Ital. *Chi spinge et mena cauallo ò asino.* Germ. Ein Rossztreiber/Karrer/Fuhrmann. Hisp. *Aguador ò acossador de animales.* Pol. *Woznica, forman.* Vng. *Szekeres.* Ang. *A driuer of a cart or of beastes.*] Cic. Attic. li. 13: Nec est melius quicquā, quàm ut Lucullus suā tineat currū, equosq; ut bonus sæpè agitator.

Actus, a, um, Completus. [נעשה *nahaseh.* *πεπραγμένος.* Gall. *Faict, parfait.* Ital. *Fatto, perfetto.* Germ. Das schon fürüber vnd vollbracht ist. Hisp. *Hecho.* Pol. *Odprawa, skonczenie.* Vng. *Végbe vitetet.* Ang. *Done, ended.*] Virg. li. 6: His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Vnde Actum agere, proverbio dicitur, pro nihil agere. Quod enim (*inquit Donatus*) in jure semel judicatum fuerit, rescindi & iterum agi nō potest. ¶Ponitur etiam Actus pro Adpulsus. Idem lib. 7: Sive errore viæ, seu tempestatibus acti. ¶Pro Admotus, Idē lib. 9: Accelerant acta pariter testudine Volsci. ¶Pro Coactus, territus. Idem lib. 6: Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt. Alia significata quære in dictione AGO.

Actum est, Vide in AGO, & semper in malam partem accipitur: ut, Actum est de Republica: id est, extincta, desperata, perdita est, [*οἴχεται, πέπρακται.* Vng. *Oda vagyon, oda veszet.*] Terent. in Andr. Quid ego audio? actum est, si quidē hæc vera prędicat.

Acta, orum. [דברי היומים *dibré hajamím.* *πράξεις.* Gal. *Faicts & actes publiqs, les registres publiqs.* Ital. *Atti publici, registrati.* Germ. Handlungen/Geschichten. Hisp. *Los echos publicos de cada dia.* Pol. *Sprawy, dzieie.* Vng. *Tselekedetek.* Ang. *Gestes or actes.*] Generaliter dicuntur quæcunque aguntur, sive publicè, sive privatim, sive in judicio, sive extra judicium. Cic. de Orat. Consilia primùm, deinde acta, postea eventus. ¶Acta propriè dicūtur quę gesta sunt ab eo qui togatus in Republ. cum potestate imperioq; versatus est. Nam imperatorum res gestæ dicuntur. Cicero Philip. 1: An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erūt, quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa perpetuasq; Leges esse voluit, pro nihilo habebūtur? Et paulò pòst: Ecquid est quod tàm propriè dici possit actum ejus qui togatus in Rep. cum potestate imperioque versatus est, quàm lex? qua re acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur. Postea autem consuetudine sermonis factum est, ut literæ omnes de quorumlibet judicium sententiis perscriptæ, actorū nomine censerentur. Item, quodcunq, apud jus dicentem ad causam sive publicam sive privatam pertinens gestum ejusq; autoritate mandatum literis esset. Ex lexico Hotomani. Propriè tamē Actorū nomen collectionem quandā importat, accipiturq; pro quadā rerū actarū congerie, in tabulas vel commentarii redacta, vel etiā pro ipsis commentariis, in quib. perscripta sunt ea, quæ aguntur. Cic. Trebonio li. 10. epist 28: Res urbanas, actaq; omnia ad te perferri arbitror. ¶Acta & Actitata Cornucopiæ ita distinguit: Acta sunt quę extra judiciū fiūt: Actitata, ea quæ in judicio. Valla, Acta à Gestis li. 4. ca. 9. distinguit: ut hæc eorum sint duntaxat, quæ in administratione magistratus, & in rebus majorib. & ad Rēpubl. aut ad plures spectantib. gerunt: ut gesta Alexādri, gesta Cęsaris. Acta verò etiā rerū privatarū & minorum ac familiariū, quanquā etiam de rebus gravib. arduisq; dicuntur. Frequentissimè enim Cicero acta Cæsaris appellat; in quib. tamen & agrorū divisiones, & donationes regnorū continebantur. Neq; solùm de rebus privatis, verumetiam publicis, Acta dicuntur. Cic. 2. Philip. In publicis actis nihil est gravius, in privatis firmissimū est testamētum. ¶Legitur etiam Actum, cti, sing. num. Idem 1 Philip. Nihil est quod tàm propriè dici possit actum ejus, quàm Lex. ¶Acta circunducere, est antiquare, & delere. Paul. l. Acta. ff. De re jud. Acta apud se habita, si partes consentiant, & judex hoc permiserit, potest jubere eadem die circunduci. ¶Acta diurna, quę in singulos dies conficiuntur. Græci *ἐφημερίδας* vocant. Latini Diaria. Suetonius in Cæs. Initio honore primus omniū instituit, ut tàm Senatus quàm populi diurna acta conficerentur. ¶Referre in acta, est inter acta perscribere. Iuven. Satyr. 2: licet modò vivere, fiēt, Fiēt ista palàm; cupiēt & in acta referri.

Actus, us, m. q. Generali vocabulo, dicitur omne quod agitur, aut dicit. [*πρᾶξις.* Ger. Handlūg. Belg Hãdtinghe/vttechtinghe.] Cic. in Salust. Si de mea vita atq; actib. huic cōvitiatori respondero. Idem 1. de Legib. Non solùm in rectis, sed etiam in pravis actib. insignis est humani generis similitudo. ¶Dicuntur pręterea Actus, partes fabularum, inter quas modi fieri solēt. Hos in omni fabula quinq; exigit Horatius in arte poëtica: Néve (*inquit*) minor quinto, neu sit productior actu Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi? ¶Vnde proverbiali figura dicimus, supremū fabulæ actū addere, pro eo quod est, extremū finem imponere. Cicero in Catone transfert ad vitam peractā: Hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquā inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ¶Per translationē Actus dicuntur diversæ vitæ humanæ partes, in quibus nō secus atq; histriones in Comœdia, alias atq; alias quodāmodo induimus personas. Ibidē: Naturā optimam ducē sequimur, à qua non verisimile est, quum cæteræ partes ætatis bene deserpte sint, extremū actum, tāquam ab inerti poëta esse neglectū. ¶Item Actus dicitur spatium in agro centum viginti pedum, quòd in eo boves agerentur, quū araretur uno impetu justo, ut inquit Plin. li. 18. ca. 3. Triplices autē reperiūtur Actus: minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, lōgitudinis pedes centū viginti: quod spaciū in agris erat inter vicinos. Quadratus undiq; centū viginti pedib. præfinitur. Quadratus duplicatus Iugerū præstat. ¶Rursus actus (ut Modestinus de Servitute prædiorū rusticorū scribit) est ubi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, *ἐλασία*: hoc est, via qua quis pedes vel eques cōmeare potest. Vide Institutiones Iustiniani, lib. 2. tit. 3. Item actus, dispensationem & administrationem pecuniæ significat apud Iurisconsultos. Scęvola l. 40. D. de Statu lib. Stichus servus meus actor, si rationem omnē actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto.

Actīvus, *ἐνεργητικὸς, δραστικὸς, δραστήριος.* Qui agit, fictum à Grammaticis: ut Activa significatio. & verbum activum, quod (teste Prisciano lib. 8.) semper actum significat, & facit ex se Passivū.

Actīvitās, & passivitas, vocabula sunt Census Grāmatici: ut apud Probū in Catholicis: secunda persōna activitatis, & passivitatis.

Actuōsus, laboriosus, laboris plenus. [עמל *hamél* יגעה *jagheál.* *πονητικὸς, πραγματικός.* Gall. *Qui represente bien les mines & contenances.* Ital. *Attuoso promto ne' gesti del corpo.* Ger. Der viel gebärden vnd seltzamer weisen treibt. Hisp. *El que haze gestos y visages.* Polon. *Pracowity, lasikarz.* Vng. *Munkás.* Ang. *Full of labour.*] Actuosi homines, qui motu corporis maxime exercentur: ut histriones & saltatores. Et actuosus ignis apud Senecā. Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non in studio & contēplatione. Et hæc activè: passivè autem quum accipitur, significat rem in qua multum sit laborādum: ut Actuosa comœdia. Donat. in Terent. Hæc scena actuosa est, magis in gestu quàm in oratione constituta.

Actuōsē, adverb. Magno labore, *πραγματικῶς, δραστικῶς.* Cicer. 1. de Orat. Quid petam præsidii? quàm leniter? quàm remisse? quàm non actuosé?

Actio, verb. f. t. Actus vel operatio, administratio [מעש *pohál* מעלה *pehulláh* מפעל *miphhál.* *πρᾶξις.* Gall. *Action.* Ital. *Attione.* Ger Handtung. Belg Een Wertinge/oeffentinghe. Hispan. *Obra, hechura.* Polon. *Sprawa, rzecz inek.* Vng. *Tseleködet.* Ang *Doing, action.*] Cic. 1. Offic. Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat eam artis partem, quæ in pronuntiando & gestum agendo consistit. *ὑπόκρισιν*, Cicer. in Orat. Est enim actio, quasi corporis quædam eloquētia, quum constet è voce atque motu. Quid autem sit Pronuntiatio,

nuntiatio, lib. 1. ad Heren. explicatur: Pronuntiatio, est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. ¶ Quandoq; Actio pro Accusatione, sive petitione accipitur, κατηγορία, quẽadmodum Actor pro accusatore, κατήγορος: ut Ciceronis actiones in Verrem. Quint. li. 7: Cujus actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. ¶ Quandoq; dicitur defensio, sive oratio, pro causæ defensione, aut alicujus rei, de qua agitur, δικαιολογία. Cicer. Q. Valerio: Actionem meam C. Cæsar primo suo Consulatu lege in Agraria comprobavit. ¶ Est etiam actio, Ius agẽdi & judicium intentandi. δίκη. autor ad Heren. lib. 1: Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. ¶ Actiones item certę formulæ sunt apud Iureconsultos, quibus judicium datur. vide Hotom. in Lexic. ¶ Dicimus etiam Gratiarum actionem, pro beneficii accepti cõfessione, & grata verborũ redditione Cic. Plãco: Quanquã gratiarũ actionẽ à te non desiderabam.

Actiũncŭla, æ, diminutivum ab Actio. [Vng. *Mukárska.*] Plin. Epist. li. 8. Falconi: Retracto enim actiunculas quasdam.

Actĭto, as, pen. corr. frequentativum, oriundum, non ortum ab Ago, sed ab Acto, sicut Scriptito à Scripto, Lectito à Lecto: & ꝑpriè Actitare dicit in cautis. ἀγωνίσασθαι. Plin. Junior ad Marcũ: Magis miraberis, si scieris illum aliquãdiu causas actitasse. Cic. de Claris Orat. Etiam M. Pontidius municeps noster multas privatas causas actitavit. Vide & Gell. lib. 9. cap. 6.

Actor, m. t. Dicit omnis qui aliquid agit. [JVV *pohél.* ὁ πράττων. Gal. *Exploictẽur.* Ital. *Operatore.* Germ. Ein thäter/ein verhandler. Hisp. *El que haze.* Pol. *Sprawca.* Vng. *Tselekedò.* Ang. *An worker, doer.*] Cic. pro Sest. Cato & dux, & autor, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in judicio causam agit, συνηγόρος, Cicer. de Clar. Orat. Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operam & actori summo causarum & magistro. ¶ Apud Iurisconsultos actoris vocabulum ferè semper accipitur pro accusatore, seu petitore: hoc est, pro eo qui actionem in judicio intendit adversus reum, κατηγόρος. Vlpianus l. Quę omnia. ff. De procurat. & defensoribus. Quæ omnia nõ solùm ex parte rei, sed etiam in persona actoris observabantur. ¶ Actor etiã dicitur histrio qui fabulam agit, ὑποκριτής. Cicer. ad Q. Fratrẽ: Poëtæ boni, & actores industrii in extremo actu solent esse diligentissimi. ¶ Item actor servus, dicitur idem qui dispensator, nimirum qui pecuniæ domini tùm exigendæ tùm dispẽsandę præest. L. 5. D. De doli excep. L. Sticho. de statu lib. Vulgò jam factorem appellare solemus. Columel. lib. 1. cap. 7: Ità fit ut & actor, & familia peccent. & ager sæpiùs infametur.

Actŭārĭus, m. s. Qui acta describit veloci stylo, eaq; descripta deinde recitat, Notarius. [סופר *sopher* מזכיר *mazkhir.* χαρτοφύλαξ. Gal. *Notaire.* Ital. *Notario.* Ger. Ein Notary/so die hendel schnell vñ in ell schreibt. Hisp. *Aquel que escriue lo que otro dize.* Pol. *Grodsky pissarz. vel Odrecznyy pissarz.* Vng. *Notárius.* Ang. *Whiche writteth gestes.*] Sueton. in Cæsare: Quam non immeritò Augustus æstimabat magis ab actuariis exceptam, malè subsequentib. verba dicentis, quàm ab illo æditam.

Actŭārĭus, a, um, ἀκάγιλος, Agilis, velox, & facilis, ad cicũ agendum. [Pol. *Burdinek.*] unde Naves actuariæ, κωπήρεις dicũtur, quæ leviores sunt, agiliores, quæq; huc illuc quàm minimo negotio flecti possunt. Livius 4. Decad. l. 8: Tradito & naves, armentaq; earum, néve plures quàm decem naves actuarias, nulla quarũ plus quàm triginta remis agat, habeto. ¶ In eadẽ etiam significatione actuarium legimus neutro genere. Cic. Attic. lib. 10: Recordor enim æstate eum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans, quàm fuerim solicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore censes?

Actŭārĭŏlum, diminutivum, [τὸ κελήτιον. Vng. *Gyorsatska, folyó haiótska.*] Cic. Attic lib. 16: Hæc ego conscendens è Pompejano tribui actuariolis decem scalmi. Id est, remigibus earũ navicularum, quæ vocantur actuaria, vel actuariola.

Actūtum, pen. prod. adverbium temporis, ab Actu: id est, celeritate derivatum. Significat enim confestim, sine dilatione. [טרדם *pitheóm* טרד *péthah.* αὐτίκα. Gal. *Tost, incontinent, soudain.* Ital *Di subito, Di fatto, incontinente.* Ger Geschwind/flux/ eins wegs Hisp. *Presto, luego.* Pol. *Wnet, natich miast.* Vng. *Mingyárást.* Ang. *Incontinent.*] Cic. 12. Philip. Ego mortem actutum ferendam puto. Terent. in Phorm Aggredere actutum.

Agogæ, ἀγωγαὶ, ἢ ἀγωγεῖ, Fossæ sunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur, ulice frutice, qui illis insterni solet, aurum retinente. Vide Plin. lib. 33. cap. 4. Hermolaus Inlices vocari tradit.

Agŏlum. penultima corr. n. s. Pastoralis baculus, quo pecudes aguntur. [מטה *mattéh* שבט *schébet.* λαγωβόλον Gal. *Bastõ de pasteur.* Ital. *Bastone de pastore.* Germ. Ein Hirtenstecken. Hisp. *Cayado ò bordon de pastor* Pol. *Owczarska laska.* Vng. *Pásztori bot.* Angl. *Agoade to prick forward cattell.*] Festus.

Agōn, [מתחרה *naphtúl.* ἀγών Gall. *Tout exercice de combat, cõme luicter, iouster & autres.* Ital. *Agone.* Germ. *Kampffübung zum streit/ Ritterspiel* Hisp. *Contencion, porfia.* Pol. *Czwiczenie do rzeczerskich ipraw, sprzanky.* Vng. *Harcz.* Ang. *Exercise of combat.*] Græcis idẽ est quod certamen, studium, contentio, labor cum difficultate conjunctus. Accipitur & pro loco ipsius certaminis. Vnde locus Romę juxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiã Agon appellatus fuit, quòd in eo curule certamen soleat exhiberi. ¶ Fuit quoque proprium viri nomen ex Teo, de quo Plinius libro 33. cap. 3: Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Tejum Alexandri Magni præfectum aureis clavis suffigere crepidas.

Agōnālĭa, f. p. [ἀγώνια. Ger Fästtag/welche die Römer im Jenner hielten Gott zu ehren/ daß er jhren Händlen furschub gebe.] Feriæ erant Romæ mense Ianuario celebrari solitæ, postea Agonalia appellata. Ovid. 1. Fastor. Et priùs antiquus dicebat Agonia sermo. Vide in Onomast. in dictione AGONALIA. ¶ Agonias quoq; antiqui hostias appellabãt, teste Festo, nomine ab agẽdo deducto. Sterilitatem quoque & impotentiam generandi, Agoniam Græco vocabulo, ἀγωνίαν vocamus. ¶ Agonia antepen. prod. ἀγωνία, extrema est conturbationis species, quam Latini Trepidationem vocant. Quam vocem etiam Lucæ interpres servavit, cap. 22: Et factus (*inquit*) in agonia, prolixiùs orabat.

Agōnīsmă, atis, ἀγώνισμα, Græcis est palma, sive præmium certaminis.

Agōnĭum, Dies appellabatur, quo Rex sacrorum agonias: hoc est, hostias immolabat: Autor Festus.

Agōnīstă, ἀγωνιστὴς, Qui in agone contendit, certator, pugil. [Pol. *Szermiers.* Vng. *Baynok.*]

Agōnĭus, ἀγώνιος, Dicebat Deus, qui præsidebat rebus gerẽdis: in cujus honorẽ Agonalia instituta fuisse existimavit Fest.

Agōnīzo, [ἀγωνίζομαι. Vng. *Harczolok vmagokodom.*] neutrum, Agonizor deponens, significat dimico, contendo. Hieronymus in Eccles. Agonizare pro anima tua, pro justitia. Cypr. ad Moysen: Omnis qui agonizatur, in omnibus continens est.

Agōnŏthĕtă, m. p. [ἀγωνοθέτης. Gal. *Le maistre capitaine ou president aux ieux de combat.* Ital. *Sopraštante à guochi di lotta.* Germ. Ein Hauptmañ vnd fürgesetzter der fächtschulen / der jhnen die bestohnung anstheilt. Hispan. *Maestro de aquellos juegos.* Pol. *Prezident ſtermiersky, vſtawca nad ſtermierzmy.* Vng. *Az, ki az, iátékban nyertesséket meg aiándékoz.* Ang. *He which ouerseeth the combat.*] penul. correp. ab ἄγων & τίθημι. Munerarius, quasi agonis dispositor seu præfectus, qui præmium certantibus in quolibet ludorũ genere proponit; qualis Achilles apud Homerum in funere Patrocli, & Aeneas apud Virg. 5. Aen. Spartianus in Adriano. Pro agonotheta resedit. Suidas inter Agonothetã & Athlothetã ita distinguit, ut hic sit in gymnicis, ille in scenicis ludis. Ἀγωνοθέτης, *inquit,* ὁ ἐπὶ τοῖς σκηνικοῖς: ἀθλοθέτης ὁ, ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς.

Agōnŏthĕtæ, Dicebantur qui sacris certaminibus præerant. erantque decemviri, ut scribit Iul. Poll. Prædia quævis jam emeritis distribuebantur, Agonothetica dicentur, sicut ea quæ ipsi Agonothetæ athletis adjudicant.

Agŏrænŭs, ἀγορανόμος, Nundinarius, vilia emens: ab ἀγοράζω, emo. [Pol. *Przekupien.* Vng. *Vásárlo.*] ἀγορὰ enim forum venalium dicitur: quanvis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re vendita, & pro Foro judiciali quandoque ponatur.

Agŏrærŭs panis, [ἀγοραῖος ἄρτος. Pol. *Piaczi kinyér.*] dicit qui in foro rerũ venaliũ venundat: de quo vide Ruell. li. 2. cap. 14.

Agoranomus, [ἀγορανόμος. Vn. *Vásárbiro.*] pen. corr prorsus ejusdẽ significationis est, cujus & Aedilis: de quo in superioribus satis. Dictus Agoranomus, à foro rerũ venalium, cui regulã præscribit. Plaut. in Cap. Mirũq; adeò est, nisi hũc fecerũt sibi Agoranomum Aetoli. [Pol. *Przełożoni nad przekupniami.*]

Agrăphŏs, ἄγραφος. pen. cor. [Vng. *Iratlan, Irás kivi vol valo.* Angl. *Not written.*] Latinè non scriptus dicitur, vel non pictus. Sic Agraphum jus dicitur, quod nõ est scriptum, sed cõsuetudine receptum, & à majori populi parte approbatum.

Agrarius, Agrestis. Vide AGER.

Agria, ἄγρια, Scabies quædam est statis anni temporibus revertens, curatu adeò difficilis, ut nulla penè arte sanari possit: unde & nomen habet: ἄγριος enim idem est quod immitis, vel ferox. Celsus Feram scabiem appellat.

Agriacantha, ἀγριακάνθα ἢ ἄκανθα ἀγρία, Spina est sylvestris, carduo similis, densis horrens spinis. Autor Dioscorides.

Agricola, Vide AGER.

Agrielæa, ἀγριελαία, Olea sylvestris, quã Latini vocãt Oleastrũ.

Agriocardamum, ἀγριοκάρδαμον, Herba eadem esse creditur cum ea, quæ alio nomine Hiberis dicitur, & Lepidium Galeno. Vide Ruell. lib. 1.

Agrion nardum, [ἀγρία νάρδος. Gall *Valeriane.* Ital. *Valeriana.* Ger. Baldrian. Hisp. *Hierua benedicta.* Pol. *Kozlek.* Ang. *Valerian.*] Herba est folio oleris atri, quam Dioscorides Phu, φῦ: nonnulli etiam Nardum Cretensum appellarunt. Recentiores vocant *Valerianam majorem.*

Agriophyllon, [ἀγριόφυλλον. Gall. *Fœniculum porcinum.* Ital. *Peucedano.* Ger. Harstrange Sewfenchel. His. *Heruatii.* Pol. *Swiniawoſi.*] Herba est, alio nomine peucedanũ dicta. Vide Dioſc.

Agrioſelinum,

Agrioſelinum, ἀγριοσέλινον, Herba eadē cū hippoſelino, Dioſ.

Agripeta, Vide AGER.

Agrippæ, quaſi Aegrippæ, ab ægro partu (ut docet Gellius) dicuntur, quorū in naſcendo non caput, ſed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedib. appellati. Confixos autem pueros eſſe in utero Varro ſcribit, capite infimo nixos ſurſum pedibus elatis, non ut hominis natura eſt, ſed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellant ramos: caput, ſtirpē atq; radicem. Quando, *inquit*, contra naturam fortè conveniſi in pedes, brachiaq; pleruſq; diductis retineri ſolēt, egriùs tunc mulieres enituntur. ¶ Fuerunt autem multi ſic appellati, quorum unus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphavit, & populum qui à patribus ſucceſſerat, in gratiā revocavit, narrato apologo de membris adverſus ventrem conſpirantibus. Hic tam pauper deceſſit, ut collatis in ſingula capita ſextantibus publico ſumptu elatus ſit. Alter Sylvius Agrippa duodecimus Latinorum rex, cujus meminimus paulò antè. ¶ Item M. Agrippa, Auguſti gener, navali victoria contra Sext. Pompejum inſignis. De quo Virgil. lib. 8: Parte alia ventis & Diis Agrippa ſecundis. ¶ Item Herodes Agrippa, ſecundus Ga[illeorum] Tetrarcha, Herodis prim. Indęoru Regis filius, qui Chriſtū illuſtrem remiſit ad Pilatū. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Ari[ſ]tobuli filius, quem à Tiberio in vincula conjectum Caligul: ſolvit, regemq; Iudæorum conſtituit. Vide Ioſephū, & ea quæ infrà annotavimus in dictione HERODES.

Agrippum. [Vn. *Vad olas ſi*.] Lacones oleā ſylveſtrē vocāt. Vnde Adag. ā: Sterilior Agrippo, ἀκαρπότερος Ἀγρίππου: de iis qui extremæ ſunt paupertatis, neq; quicquam facultatē poſſidēt. Quadrat & in ignavos nulliusq; induſtriæ homines. Autores Zenodotus & Suidas.

Agruſis, Herba tùm præcipua dulcedine, tùm hominibus ac jumentis atq; in primis ſuis, ea potiſſimùm Aegyptii veſcebantur. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1.

Agroſtes æ, ἀγρώστης, Phalangii ſpecies, apud Nicandrum.

Agroſtis, [ἄγρωστις. Gall. *Dent de chien*. Ital. *Gramigna*. Hiſpan. *Grama*.] Herba eſt geniculatis per terram ramulis ſerpens, foliis habens oblonga & acuminata, in modum parvæ arundinis, qua boves jumentaq; paſcuntur. Latini Gramen appellāt. Vide Dioſc. lib 4. cap. 26.

Agyrtæ, ἀγύρται. [Pol. *Kuglarze, matarze*. Vng. *Szǫ̃m fén veſztő*.] Præſtigiatores ſunt & circulatores circunforanei. Nam ἀγυρτάζω inter cætera ſignificat, Præſtigium exerceo.

A ante H & I

Ah, ſive Aha, הה *hah*. αἰ, εἰ, interjectio eſt multorum affectuū ſignificativa. Nā modò dolentis eſt, ſive cōmiſerantis. Virg. 1. Aeglog. Spem gregis, ah, ſilice in nuda cōnixa reliquit. ¶ Modò admirantis: ut apud Plautū: Ah quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua ſignificatione crebrò occurrit apud Ieremiā & Ezechielem prophetas. ¶ Ah indignantis, ſive increpantis ſeipſum. Terēt. And. Ah, vix tandē, ſenſi ſtolidus. Virg. Aegl. 2: Ah, Corydon, Corydon, quę te demētia cepit? ¶ Ah, deſiderātis. Plaut. in Aſinar. Ah, quanto amplius valeres, ſi hic maneres. ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. in Andria: Nam quid ego dicā de patre? Ah, tantámne rem tām negligenter agere. ¶ Ah, objurgantis Ibidem: Ah, quando ſatiùs eſt te id operam dare, qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo. ¶ Ah, abnegantis. Ibidem: Ah ne me obſecra. ¶ Ah, reclamantis aut contradicentis. Terent. in Hecyr. Meum receptas filium ad te Pamphilū. BACCHIS, Ah, LACHES, Sine dicam. Vbi donatus, Ah, quod falſum eſt, reclamavit meretrix ſtatim, & voluit contradicere, ſi permitteret ſenex. ¶ Ah, ah, ſuſpirātis. Plautus in Milite: Habe bonum animum. PAMPH. Ah, ah. Quum venit in mentem, mores mihi mutandi ut ſient. ¶ In notis antiquis, A. H. Alius homo.

Ahēnum, n. ſ. Vas eſt in quo aqua ad lavandū calefit. [סיר סִיר *ſir* טרוך *partūr. χαλκεῖον*. Gal. *Chauderon ou coquemart*. Ital. *Caldaio*. Germ. Ein Keſſel. Belg. Een Ketel. Hiſp. *Caldera de cobre*. Pol. *Kocżel'*. Vng. *Wāſ, vas fazék*. Ang. *A cauldron, or any braſſen weshell wherin water is made hoat for to wash with*.] Paul. in L. Quū de lanionis, de inſtruct. & inſtrum. legat. lib. 33. Pand. Nec multū refert inter cacabos & ahenum, quod ſupra focū pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentariū coquitur. Virgil. 1. Georg. Et foliis undā tepidi diſpumat aheni. ¶ Ahenum dicimus per h interpoſitā inter a & e, non aēnum, ut ſonus ſit gratior, jucundiorq;: teſte Gell. lib. 2. cap. 3. ¶ Ahenum ſæpenumerò capitur pro ampliſſimo vaſe in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex iis locis, in quibus claruit uſus purpuræ: ut Agenoreum ahenum: id eſt, Tyrium, vel Sidoniū. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyrus & Sidon urbes purpura nobiles. Martial. lib. 10 in Cajum: Amyclæum ahenum Ovid lib. 2. de Rem. am. & alia id genus.

Aheneus, a, um, Aereus.] נחושׁ *nachúſh. χάλκεος*. Gal. *Chaſe de cuyure*. Ital. *Coſa dibronzo*. German. Drin/kupfferin/ das von Erꝛ

oder Kupffer gemachet iſt. Hiſpan. *Coſa de materia de cobre*. Pol. *Medźiani kotlany*. Vng. *Rézből dllo*. Ang. *Made of braſſe*.] Virgil. - & luce coruſcus ahena.

Aheneus, a, um, Idem Horat. 1. Epiſt. - hic murus aheneus eſto.

Ahertæ, vocantur duæ venæ, quæ ab umbilico & matrice per pectinem tranſeunt infra renes.

Ahu, Interjectio animi perturbati ſignificativa, ἰώ. Terent. Ahu, tace obſecro.

A. I. In notis antiquorum, à judice. A C I. M T. actione mandati.

Aiglēucēs, [αἰγλεῦκος. Germ. Süſſer Wein wie Moſt.] Vini genus eſt, quod muſti dulcedinem non amiſit: ita dictum, quòd ſemper muſtum videatur, quale eſt vinum, quod in lacu nunquam deferbuit. Plin. lib. 14. cap. 9.

Aīo, ais, ait, ajunt, Præteritum imperfectum habet integruni, perfecti ſolùm ſecūdas perſonas. In imperativo Ai. In futuro optativi, Ajas, ajat, ajamus, ajant. Participiū habet unū Ajens. Reliqua omnia tempora deſiderantur. Aſſero, affirmo, dico. [אמר *amár* חקים *hekím*. φημί. Gal. *Dire, affermer*. Ital. *Dicere, affirmare*. Ger. Sägen oder reden. Belg. Seggben oft ſpreken. Hiſ. *Dezir ò affirmar*. Pol. *Powiedam, twierdze*. Vng. *Mondom*. Ang. *To ſay, to alledge*.] Cic. 2. de Orat. Et docebo ſus (ut ajunt) Oratorē, &c. Plautus in Aſinaria: Me unicè unum ex omnibus, atq; illā amare ajebat. Nævius: An natæ eſt ſponſo prægnans? vel ai, vel nega. Cic. de Finib. bon. Quaſi ego id curem, quid ille ajat, aut neget. Gell. lib. 6: Sive ajas, ſive neges, herebis in captione. Priſcianus Ajamus dixit lib. 1. de conſtruct. ¶ In actionum formulis hoc verbo antiqui utebantur, Ajo te mihi dare facere oportere: Hunc hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo id eſt, affirmo, contendo, defendo. Vnde Ajentia, Cicero appellat, quæ Græci forenſi & litigioſo verbo κατηγορικά. Ex lexico Hotomani.

Ajuga, Herba quę Græcè Camæpytis, χαμαίπιτυς dicitur. Gal. *Yue muſcate*. Ital. *Iua, camepitio*. Germ. Gotteygraffen Hiſp. *Pinillo*. Pol. *Polnycepres*.] cujus tres ſunt ſpecies, quas vide apud Plin. lib. 24. cap 6. Alii legunt Abiga, adducti verbis Plinii, quiram ab abortu nomen habere affirmat.

Aīzōon, [ἀείζωον. Gal. *Iouharbe*. Ital. *Sempre viua*. Ger. Hauſwurtz/ Katzentreubet. Hiſp. *Yerua puntera, ſiempre viua*. Pol. *Roiowink*. Ang. *A heerbe called Eyegrene, Senegrene, or Semegrene*.] Herba eſt folio carnoſo, lævi, oblongo, & ſemper virenti: unde & ἀείζωον à Græcis, & à Latinis quibuſdam Sempervivū appellatur. Plin. lib. 25, cap. 13, duo ejus conſtituit genera. Majus in fictilibus vaſculis ſeritur, quod aliqui Buphthalmum: id eſt, bovis oculum, à ſimilitudine vocant. Alii Zoophthalmum: id eſt, animalis oculū: ambitu enim effigiē oculi imitatur. Alii, quòd amatoriis cōveniat, Erogenneton: γηγενάω enim gigno, ἔρως amor. Alii Hypogeſon, quoniam ferè in ſubgrundiis naſcitur. Græci. n. parteis tecti prominentes γέισα vocāt. A Latinis etiā Sedū majus aut Digitellus appellatur. ¶ Aizoon minus, quod & Sedum minus à Latinis, à Græcis etiam ἀειζωΐδες appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgo *Vermicularis*, à ſimilitudine foliorum, quæ figura oblonga & propemodum ovali, vermiculorum ſpeciem referunt. Naſcitur in petris, & parietibus vetuſtis. Hiſce à Dioſcoride tertium additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedētia, ſed hirſuta, breviorią; cacumine. Herbarii *Vermicularem minorem* vocant.

A ante L

Ala, f. p. qua aves volant. [כנף *chánaph*. πτερόν. Gal. *Aile*. Ital. *Ala*. Germ. Flugel/ Fäcken. Belg. Een vloegh. Hiſ. *El ala del aue ò coſa que buela*. Pol. Skrzidło. Vng. *Szárny*. Ang. *A winge*.] Virg. 1. Aeneid. Vt reduces illudunt ſtridentibus alis. Alas addere alicui dicūtur proverbiali figura, qui verbis alicui addunt animū, & in ſpē bonā erigūt. Græci αὐξαπτέρουν ajunt. Ariſtoph. in Avibus. ¶ Cicadā ala corripuiſti, πτέρυγα πτερὸν συνέλαβες, Proverbialiter dicitur in eos qui quempiā provocant minimè ex uſu: nā ſi cicadā natura garrulā ala prehendas, clariùs obſtrepit. ¶ Interfectionis ala, φόνου πτερόν, de ſubito interitu dici ſolitū. Sumpta metaphora ab alatis jaculis, quæ repentè mortem afferunt. Vel θεοφορητικὸς, quòd ipſa mors ſit alata. Zenodotus. ¶ A cujus ſimilitudine Ala etiā dicitur locus ille concavus ſubter brachiū in homine: quia in eo pili quaſi pennæ naſcūtur. [ἡ μασχάλη. Gal. *Aiſſelle qui eſt ſous le bras*. Ital. *Aſcelle*. Germ. Die vchſen. Hiſp. *Sobaco*. Pol. *Podpachy*. Vng. *Kón allya*. Ang. *The hollow place vnder the arme wher hoare groweth*.] Plin. lib. 11. cap. 40: Elephas tantùm ſub armis, duas (ſcilicet mammas) nec in pectore, ſed citrà in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. Epod. 12: gravis hirſutis cubat hircus in alis. ¶ Pro eodem etiam Axillam dicimus: eoque vocabulo antiqui ſolùm utebantur. Nam Alæ appellatio recentior eſt, fuga vaſtioris literæ ex Axilla efficta: ut ſatis docet Cicero in Oratore, his verbis: Quinetiam verba ſæpè contrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quomodo autem veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literā etiam è maxillis,

è taxillis

è taxillis & vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Præterea à Ala dicta est equitum turma, quòd pedites regant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra sinistraq; tanquam alæ in avium corporibus, locantur. [πτέρυγες, αἱ ἴλαι. Gall. *Les ailes d' vne armée.* Ital. *Ale de vne esquadra.* German. Ein geschwader Reuter/oder Reisiger. Belg. Een schaer Ruyters by dat voet volck. Hisp. *Ala de legente de cauallo tendida.* Polon. Skrzydło hussiecką żołnierską. Vng. *Had, sereg szárnya.* Ang. *The winges of an armie.*] Cicer. 1. Offic. Quo in bello tc Pompejus alæ alteri præfecit. ¶ Alæ etiam navium dicuntur. -velorum pandimus alas.

Alāris, alare, denominativum ab Ala: & Alarius adjectivum, pro eodem: ut Equites alari, & Cohortes alariæ. [πτέρυγος. Gall. *Qui est des ailes.* Ital. *Chi è dell' ala d' vn exercito.* German. Der ans einem flügel einer Kriegsordnung ist. Hispan. *Hombre de aquell ala de gente de cauallo tendida.* Pol. Skrzidłowy woysku żołnierzow. Vngar *Szárnyék.* Angl. *That which perteneth to winges, of a winge.*] Liv. lib. 10. ab Vrb. Cū cohortibus alaribus. Idem: Qui præerat alariis equitibus. Cæs. 2. Bell. civil. Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

Alātus, a, um, ab ala avium, Ala munitus & ornatus. [πτερωτός. Gall. *Qui a ailes.* Ital. *Che ha ale, alato.* German. Geflugtet/was flügel oder flügel hat. Belg. Gevloeghe helt. Hispan. *Cosa que tiene alas para volar.* Pol. Skrzidlasty. Vngar. *Szárnyas.* Ang. *Winged.*] Mercurius alatus. Virg. 4. Aeneid. Vt primùm alatis tetigit magalia plantis. Alati, qui Solis. Ovid. 3. Fastor. Verba alata proverbialiter dicuntur, quòd facilè evolare et revolare soleant.

Alifer, Alatus, πτερωτός. Ovidius 4. Fast. -& alifero tollitur axe Ceres.

Alīger, m. s. Alatus. [πτερωτός. Gall. *Qui a ailes.* Ital. *Alato.* Ger. Der flugel hat. Hisp. *Que tiene alas para volar.* Pol. Nosiacy skrzydła. Vng. *Szárny v. szárnyu viselő.* Ang. *Which beareth winges.*] Vnde Cupidinem alarum & aligerum Poetæ vocant. Virgil. 1. Aen. Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Alipēs, penultima correpta, com. t. Velox, quasi alas in pedibus habens [πτερόπους. Germ. Das gefidert füß hat. Pol. *Prętki nako skrzydlach.* Vngar. *Gyors szárnyas labú.* Ang. *Swift.*] Virgil. 12. Aen. Alipedumq; fugam curru tentavit equorum. Sil. Ital. lib. 7. Alipedem planta curru premit.

Alipīlus, li, Alarum pilos in balneis vellens. Seneca libro 8. Epist. ad Lucilium: Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quò sit notabilior, subinde exprimentem, nec unquam tacentem, nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cel. lib. 30. cap. 19.

Alabarches, Vide HALABARCHES.

Alabastrites, [ἀλαβαστρίτης. Gall. *Albastre.* Ital. & Hisp. *Alabastro.* Germ. Ein Alabaster/ein weisser stein / getheilt mit mancherley farben / wachsen zum auß Hölet zu Salbbuchsen. Belg. Staat Marmersteen / hoet ende menich verwich. Pol. *Alabaster, vel biały kamien glarky.* Vng. *Alabástrom.*] Lapis humani unguis candorem referens: unde & Onyx appellatur: dictus Alabastrites, quòd alabastra ex eo fieri soleant. Vide in dictione ALABASTRVM. ¶ Est etiam Alabastrites, gemma quædam, candorem habens variis floribus intercinctum, quæ cremata cum fossili sale ac trita, gravitatem oris, & dentium extenuat, Plin. lib. ult. cap. 10.

Alabastrum, [ἀλάβαστρον, ἡ ἀλάβαστρον. Gal. *Vaisseau d' albastre.* Ital. & Hisp. *Vaso d' Alabastro.* German. Ein glatte steinbüchsen/ Alabaster. Pol. *Słoiek albo dzbanek kamienia, albo z Alabastru.* Vngar. *Alabástrombol tsinaltedény.* Ang. *A vessell to keep oyntment in.*] Vasis genus erat ex Alabastrite lapide torno excavatum, ad conservanda unguenta maximè idoneum. Martialis: Quod Cosmi redolent alabastra, fociq; Deorum. ¶ Dicitur etiam in masculino genere, Alabaster. Cic. libr. 2. Acad. Quibus etiā Alabaster plenus unguenti putere videtur. Proverbiali figura hæc Cicero dixit, pro, optima pro pessimis displicent. ¶ Alabastrites autem ex quo vascula hujusmodi fieri consueverūt, autore Plin. libr. 36. cap. 8: Lapidis genus est colore candido, quem Onychem à colore humani unguis nominabant. Alabastrum dictum videtur ab α privativa particula & λαμβάνω. Erant enim vascula sine ansis, quę propter summam levitatem vix comprehendi, teneríve possent.

Alabes, ἀλαβής, Pisces est Nilo peculiaris: inde dictus, quòd ob lubricitatem manibus comprehendi non posset. Meminit ejus Strabo lib. 17. Plin. lib. 5 cap. 9. Alaberem vocat.

Alabrum, dicitur instrumentum quo fila vertuntur. [Polon. *Motowidło.* Vngar. *Mótola, ásza.*] Filum enim à colo ducitur in fusum, de fuso in alabrum, hinc in girgillum, deinde in glomicellum, hinc in pannum, postea in telam.

Alācĕr, alacris, & hoc alacre: hic & hæc Alacris, & hoc alacre, penultima correpta, Qui vegeto animo, & lenibus ventis (ut inquit Asconius) erectus & sublimis animus. [זָרִיז טוֹב לֵב וְשָׂמֵחַ מְגִלַּת אֶסְתֵּר, σπουδαῖος. Gall. *Gay & delibere, content, plaisant.* Ital. *Vigoroso de sensi allegro.* German. Muttig/ frisch / dapffer/ frölich/ unverzagt. Belg. Moedich/ unmoedich/ opgherticht/ frisch ende/ vroetlick. Hisp. *Ligero, con alegria.* Pol. *Ochotny, rzesky.* Vng. *Vidám gyors, serény.* Ang. *Lustie, of courage, glade.*] Nā è cōtrario Lacer dicit, amputatis in corpore membris: hoc est, auribus, oculisve. Quod ad animum sæpè transfertur, quòd plerunq; afflicto animo, sensibus nō utamur erectis. Sic Alacer dicitur is, qui omni sensu & mente bene est cōstitutus. Qua re cognita illud quoq; intelligitur, aliud esse alacrem, aliud lætum. Sunt qui Alacrem festinantem & properum dici putant, quasi alis acrem. Hæc Ascon. Ped. Donatus in illud Terent. Quid tu es tristis? quidve alacris? scribit alacrem pro ἀδιαφόρως: id est, non tristem, ut ferè pro deposita, dici.

Alacrĭtas, f. t. Vigor, & animi erectio, necnon lætitia gestiens: quæ secundum Donatum, propriè est mutatio quædam vultus gestientis in spem aliquam: & media est inter lætitiam atque tristitiā. [שָׂמֵחַ ghil, שִׂמְחָה ghilah. φαιδρότης. Gal. *Gayeté de cœur, courage deliberé.* Ital. *Allegrezza, prontezza, cuor deliberato.* Germ. Frewdigkeit/ tuchtsinnigkeit. Hisp. *Ligereza con alegria.* Pol. *Ochotność.* Vng. *Vidámsag eleuenség.* Ang. *Quickneese of sprite, liuelinesse and courage of the hart gladeneesse.*] ¶ Interdū dicitur voluntaria celeritas, seu promptitudo, ardórve. προθυμία. Liv. 3: Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus (quod bene vertat) gesturum se illis morem: posteroq; die in aciem educturum affirmat. Cic. li. 1. Tusc. quæst. Pro lætitia gestiēte, quę in malis habenda sit, accepit. Virigitur (*inquit*) temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus.

Alacrĭter, [שָׂמֵחַ בְּחִירָה beghilah. προθύμως, φαιδρῶς. Gal. *Gayement, allaigrement, de cœur deliberé.* Ital. *Allegramente prontamente.* Germ. Hurtiglich/ dapfferlich/ hefftiglich frewdig. Belg. Broetick. Hispan. *Allegre y ligeramente.* Pol. *Ochotnie rzesko.* Vngar. *Vidámul, bátrmódi, vigan, serényen.* Ang. *Glaidlie, willinglie.*] Plin. lib. 20. ca. 12: Secuta ætas alacriter defendit. ¶ Et alacrè, pro alacriter, Plaut. in Amph. Verùm quidem è loco cōpellemus alacrè.

Alapa, pę, f. p. Colaphę [אַגְרוֹף מַכָּה חֵךְ machcháth lechi. κόλαφος. Gal. *Vne touée, vn soufflet, vn coup de poing.* Ital. *Guanciata, mostacione, pun xone.* German. Ein Backenstreich/ ein schtappen. Hispan *Bofetada.* Polon. *Pogebek.* Vng. *Orozul tsapes.* Ang. *A blowe or stroke on the cheek.*] Sed alapa Latinum est, Colaphus Græcū. Autor Valla in Raudensem.

Alapathus, [ἀλάπαθον. Gall. *Doque, pareille ou patience.* Ital. *Rombice.* Hispan. *Labaca.* Polon. *Lopian.* Vngar. *Keserw lapu.*] Herba est Theocrito, quàm Lapathon Dioscorides, & Latini Rumicem appellant, dejiciendæ alvi vim habens: unde & nomen invenit. Græci enim ἀλαπάθη purgationes vocant.

Alaris & Alarius, Vide ALA.

Alāstŏr, ἀλάστωρ, A Græcis dicitur animus sibi malè cōscius, sive (ut ita dicam) conscientiæ remorsus, vel etiam malus genius hominem crucians. ἀλαστέω enim apud Græcos crucior significat vel grave aliquid patior. ¶ Numeratur etiam Alastor inter equos Plutonis, quorum nomina Claudianus recensuit his versibus: Orphnæus crudele micans, Aethónque fugitta Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nysteus Armenti, Dirisq; nota signatus Alastor.

Alaternus: (ἐλαίπρινος Cretensiū. & φυλίκη Theophrasti quorundam opinione) Arbor est, sive frutex, cujus folia inter ilicē. & olivam media quadam sunt similitudine, viridis coloris, obscuri. Plin. lib. 16. cap. 26. inter infrugiferas reposuit: fert tamen fructus racematim Lentisco similes. Vide Colum. lib 7. capite 6.

Alaternus, Arbor, sive frutex, nullum semen aut fructum ferens, cui folia sunt media quadam similitudine inter ilicem & olivam. Plin. lib. 16. cap. 26. & Colum. lib. 7. cap. 6.

Alatus, Vide ALA.

Alaūdă, f p. Avis quæ olim Galerita vocabatur, quia apicem habet: hoc est, plumā elatā in capite ad similitudinē galeri sive galeę. [κορυδαλός, κορύδος, κορύδιν, κορυδαλίς. Gal. *Aloüette.* Ital. *Alladola*, vel *Allodeta*, vel *Alaterna* & *Linterna.* Ger. Ein Lerch. Belg. Een Leeuwerck. Hispan. *Coguiada.* Polon. Skowronek. Vngar. *Patsir* vel *Patsirta.*] Sunt Alaudæ duplices, quædam cristatæ, & quædā sine apice. Cristata propriè est quę olim Galerita vocabatur, à galero quia apicem habet: hoc est, plumam elatā in capite ad similitudinem galeri, ideo Galericum vocat Varro: Vocatur hæc eadem & Cassita à casside sive galea (ut κόρυς κορύδαλος) quam in capite gestare videtur. ¶ Alauda sine apice maxima, quæ valde vocalis & canora est. [μεγαλόφωνος à Mindio vocatur. [Gallis *Calendre.* Ital. *Calandra.*] Tertium genus Alaudarum, est nigrum & parvum, vulgo *Aloëtte de mer.* De Alaudis Aristot. lib. 9. Hist. ca. 25. & Plin. li. 11. cap. 37. ubi pro Parvæ, quæ: legito paro atq;, &c. ¶ Alauda legionis nomen, quam Cæsar Dictator in Gallia conscripsit. Plinius lib. 11. cap. 37: Præterea Paro atque ab illo Galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni dederat Alauda. Cicer. ad Attic. Antonius cum legione Alaudarum ad urbem pergit.

Alaudium, teſte Budæo, à laudando: hoc eſt, à nominando dictum, quod qui prædia eo jure habent, laudare: hoc eſt, nominare autorem ſuum nemini teneantur. Vox eſt recentioribus duntaxat juriſconſultis cognita. Rectiùs dicitur Allodiũ. Vide infrà.

Alāuſă, æ, vel Aloſa Auſonio, φελλὰς, Calliſteni apud Stobæum πλατῶπις. Auſonius viles Alauſas dixit ob abundantiam. Vide Clupea.

Alazonía, penult. prod. [חזון ghaón גאון gheuth. ἀλαζονέια. Gal. *Orgueil, fiereté.* Ital. *Superbia, arroganza.* Ger. Hochfahrt/ſtoltzheit/vbermut. Hiſp. *Soberuia ò altiueza.* Pol. *Pycha nadetoſć, miſſlwiſtoka.* Vng. *Maga hányás.* Angl. *Arrogancie proudeneſſe.*] Superbia eſt, vel arrogantia: quũ quis plura pollicetur, quàm potis eſt præſtare. Ἀλαζονεύομαι enim ſuperbire eſt, vel mentiri, vel ſibi plus æquo arrogare. Vlpian.

Albă ſpīnă ἄκανθα λευκὴ, Herba eſt aculeata, folia habens Chamæleontis albi ſimilia, quam officinæ *Bedegarim* appellãt. Vide ſuprà ACANTHA LEVCAE.

Albarium, Vide ALBVS.

Albātŭs, Vide ALBVS.

Albēdo, Vide ALBVS.

Albēgmĭnă, partes extorum, quæ diis immolabantur: à colore eorum dicta. Feſtus.

Albĕŏlŭs, pro Alveolus. Cic. de Finibus: aut Albeolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.

Albergariæ, cenſus ſunt, ſeu pactiones, quæ debentur pro comeſtionibus. De hoc gl. in C. Præterea, de jure pact.

Albeſia, Scuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. ¶ Hæc eadem Decumana vocabantur: quòd eſſent ampliſſima: ut, Decumani fluctus, qui cæteris longè majores & periculoſiores creduntur. Feſtus.

Albeus, κύβος. [Pol. *Varcabnica, Szachownica.* Vngar. *Oſztábla, kockáska tábla.*] per diminutivum Albeolus, tabula luſoria: Cic. de Finib. bonorum: aut Albeolum poſcere, aut quærere quĕpiam ludum. Plin. M. Meſſala conſul, pridie Calend. Octobris diem natalis ſui egit. Trãſtulit albeum cum teſſeris luſorium, è gemmis duabus, latum pedes treis.

Albicerata ficus, Pediculo minimo latiſſima. Plin. li. 15. cap. 18: Androtion λευκερέινον appellat.

Albĭco, Albĭdus, Vide ALBVS.

Albĭfico, albas Album facio: [λευκόω, λευκαίνω. Pol. *Bielic.* Vng. *Meſzſ fehérítem.* Angl. *To mak whyte.*] cujus paſſivum Albor, aris, Albus fio. Vnde & Dealbo ejuſdem ſignificationis. Curius Ciceroni: Nec ſolere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare.

Albŏgălērŭs, Pileum capitis, quo flamines Diales utebantur. Fiebat enim ex hoſtia alba, Iovi cæſa. Feſtus.

Albŭcum, n. ſ. [ἀσφόδελος. Gal. *Aphrodille.* Ital. *Aſphodello.* German. Weiß Aphrodillen/ Gothwurtz. Hiſp. *Gamones.* Pol. *Zlotoglow.*] Herba eſt ſcapum habens cubitalem, radicem ſimilem multis napis ſimul coacervatis. Alio nomine Aſphodelon, ſive Haſtulam regiam vocant.

Albuelis, f. t. Vvæ genus. Plin. lib. 14. cap. 2: Albuelis ſummis arboribus eſt fertilior.

Albūgo, pen. pro. Macula in oculo. [תבל tablul. ἡ λευκὴν τῆ ὀφθαλμῆ, λεύκωμα, λεύκωσις. Germ. Ein Weiſſer flecken im Aug. Vng. *Hályag: item Szómfeiéri & tyukmony feiéri.*] Plinius lib. 12: Quã alligata oculo albugines tolli dicũtur. Idem Albuginem vocat album in ovo.

Albŭlă, ἀλβέα, pen. corr. Fluvius ab albo colore aquæ, qui poſtea Tyberis à Tyberino Sylvio Albanorum rege ibi extincto dictus eſt. Livius: Pax ita convenerat, ut Hetruſcis Latinisq; fluvius Albula, quem nunc *Tyberim* vocant, finis eſſet. ¶ Albulæ (interprete Galeno lib. 9. Methodi) dicuntur aquæ aluminoſæ, cutem lavantium mirum in modum adſtringentes, & vulneribus medentes: cujuſmodi Strabo non paucas eſſe tradit in agro Tiburtino. Martialis lib. 4: Quod ſiccæ redolet palus lacunæ, Crudarum nebulæ quod albularum. Plin. lib. 31. cap. 2: Albulæ aquæ juxta Romam vulneribus medentur, egelidæ hæ: ſed Cutiliæ in agro Sabino gelidiſſimæ.

Albūmĕn, pen. prod. n. ſ. Quod eſt in ovo album. [חיר *rir.* λεύκωμα. Gal. *Aubin d' œuf, le blanc d'œuf, la glaire.* Ital. *Chiaro dell' ouo.* Germ. Das weiß in dem Ey/ Eyerklar. Hiſp. *Lo blanco, ò claro del hueuo.* Pol. *Bialek.* Vng *Tyukmony feiéri.* Ang. *The whyt of an orge.*] Vitellus verò, quod croceum. Plin. lib. 26 cap. 8.

Albūrnum, n. ſ. Adeps arboris. [חלב העץ *chéleb hahéts* לבנה *lebanáh* לבנה *piſſláh.* λεπὸς δένδρου. Gal. *L'aubour, l'aubiet d'vn arbre.* Ital. *Raſa ò graſſo dell' arbore.* Germ. Das Hartz oder Gummi ſo auß dem Bawm fleußt. Belg. Dat wit van den boom/ naeſt de ſchor ſe. Hiſp *Albura ò blanco de la madera.* Pol. *Klei zdrzewa plinacy. item Ziwica.* Vngar. *Az fának az héli, avagy belſo faiér héa.* Ang. *The ſap or ſofi part of a tree.*] Plinius. lib. 16. cap. 38: Humor & cortici arborũ eſt, qui ſanguis eorum intelligi debet. Eſt enim in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, ſanguis, caro, nervi, venæ, oſſa, medullæ. Pro cute, cortex, humor, ſanguis, proximi pleriſque adipes. Hi vocantur à colore alburnum. Hinc exalburno, as, quod eſt Alburnum detrabo. Idem lib. 16. ca. 40: Et reliquis arboribus ſicciſſima lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color. Solent autem robora exalburnari: hoc eſt, alburno ſuo ſpoliari, eò quòd ea pars materiæ ſit inutilis, propterea quòd facillimè cariem ſentiat: ea autem detracto quod reliquum eſt, adverſus omnem corruptionis injuriam ſe præbet invitum. Id nonnulli eſſe exiſtimant, quod à Theophraſto μελανόδρυον appellatur: quanquam ille hoc nomine potiùs quandam roboris ſpeciem videtur deſignaſſe.

Alburnus, piſcis apud Auſoniũ. Gallic. *Albe* vel *Albette*: fluviatis eſt, digitali magnitudine, aphyis albis ſimilis, oculis magnis, rubeſcentibus dorſo ſubviridi, ventre candido: lineisque duabus diſtinguitur.

Albŭs, a, um, Nomen coloris notiſſimi, quòd à cãdido ita differt: ut Album pallori conjunctum ſit, quale eſt plumbum: cãdidum verò ſplendori, qualis eſt in nive. Itemq; ut dicatur Album, quòd natura ſit: candidum quòd cura. Cornel. Front. de different. vocabul. [לבן *labán* חור *chiuuár.* λεύκος, ἡ, ὸν. Gal. *Blanc.* Ital. *Bianco.* German. Weiß. Hiſpan. *Blanco.* Pol. *Bialy.* Vng. *Feiér.* Ang. *Whyte.*] Albus, cui contrarium ater. Candidus, cui opponitur niger. Feſtus vult album à Græco ἄλφον eſſe appellatum. Alii ab eo, quod Sabini Alpum dicunt. Vnde credi poteſt Alpium nomen à candore nivium eſſe derivatũ. ¶ Albus an ater ſis neſcio: ſolemus dici de homine vehementer ignoto. Cicero 2. Philipp. Et quidẽ vide quam te amarit is, qui albus atérve fueris ignorans, fratris filiũ prætulit. Vide Quintil. li. 11. Catul. & Apul. ¶ Novit quid album, quid nigrum, οἶδε τὸ λεύκον, καὶ τὸ μέλαν. Duplicem in ſententiam accipi poteſt: aut, Novit diſcrimen rectiq; praviq;: aut, Novit, id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam evidentius eſt albi nigriq; diſcrimen, quàm ut quiſquam non videat. Ariſtoph. in Equit. ¶ Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono aut felici, ſicut è contrario niger pro malo aut infelici. Cicer. pro Cecin. de teſte Sex. Clodio Phormione: Nec minus niger, *inquit*, nec minus cõſidens quàm ille Terentianus Phormio. Perſius: Per me equidẽ ſint omnia protinus alba. Horatius: - hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.

Album, ſubſtantivũ, n. ſ. Tabula alba, tabula gypſo obducta, tabula gypſata. [לוח *láach.* λεύκωμα. λεξιαρχικὸν, ἐγγραμμάτιον. Gal. *Tablettes enduictes de blanc pour y eſcrire ce qu'on veut, rolle.* Ital. *Tauola ingeſſata.* Ger. Ein geweiſſgete Tafel/ Schreibtafel. Hiſpan. *Tabla blanca en que ſe eſcriuen las coſas publicas.* Pol. *Tablica zbielona.* Vng. *Feiéritet tábla, feiér gyantás tábla.* Ang. *A table ouerſmered with any whyte colour to writ on.*] In albo Prætores edictum, ex quo anno ſuo jus dicturi erãt, ſcribebãt, & in loco publico ponebant, ut omnibus cognoſcendi eſſet poteſtas. Si quis verò album corrupiſſet, puniebatur: quia Prætoris majeſtas contempta videbatur. Paulus: Si familia alicujus album corruperit, non ſimiliter hic edicitur ut in furto. Iudex (inquit Seneca lib. 3. de Benefic.) ex turba ſelectorum, quæ in cenſus in album & equeſtris hæreditas miſit. Hinc locus factus proverbio: Nõ eras in hoc albo, Nõ eras in hoc numero. Plin. in præfation. Hiſtor. mund. Quũ hanc operã conſiderẽ non eras in hoc albo: hoc eſt, nõ eras ex eorũ numero, quos hæc lecturos credebã. Hoc & Pyctatiũ dicitur: ut in Alexandro Cęſare Lãpridius, vulgò *Matrix* appellata. Similiter ea tabula dicit Albũ, in qua ſingulorũ annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebaturq; domi ejus, ut poteſtas eſſet populo cognoſcendi. Hiq; nunc Annales maximi nominantur, ut autor eſt Cicero libro 2. de Oratore. ¶ Eſt & album decurionum & citharœdorum. Nam in Digeſtis titulus eſt, de Albo ſcribendo: ubi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat. Vide PYCTATIVM. ¶ Ponitur etiam Album abſolutè pro arbore. Virgilius in Bucolicis: ſpaſſis etiam nunc pellibus albo. Idem 3. Georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo.

Albārĭum, n. ſ. Dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non eſt, quod fit ex calce. [סיד *tiach.* ἀσβολισμός. Gal. *Blanchiſſage ou crepiſſure de chaux.* Ital. *El bianco da embiancare le caſe.* Germ. Weißge/mit dem man die Wend weiß machet Belg. Witſel dat man an die Mueren beſtrijcht. Hiſpan. *La blanque adura de las pared.* Polon. *Białoſzć do pobielania ſczan.* Vngar. *Feiéritŏ méſz.* Ang. *Whyte morter, or ſuch thing to ſparge walles with.*] Plinius libro 35. cap. 16: Eademq; lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. ¶ Albarium opus, Plinius lib. 36. cap. 23: Contrà in albario opere: ut macerata calx, ceu glutinum hæreat.

Albātŭs, a, um, Albedine obductus, albis veſtibus indutus: cui contrarium eſt Atratus. [לבן לבוש חור *labúſch lebán chur.* λευκοφόρος. Gal. *Veſtu de blanc.* Ital. *Veſtito à bianco.* Ger. Weiß gekleidet/ in weiß angethan. Hiſp. *Veſtido de veſtidura blanca.* Pol. *Vbielony, białó obleczony.* Vng. *Feiéritet feiér ruháin.* Ang. *Cladde in whyte.*] Cicer. in Vatinium: Quum ipſe

epuli dominus albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidula atrato, cæreris q; tuis furiis funestum intulisti. Moris autem fuit apud veteres, ut diebus festis albati essent, & cùm cõvivia publica inirent: itaq; eã ob causam Cicero Vatinium reprehendit, quòd solus atratus esset, in supplicationibus publicis, & diebus festis.

Albēdo, Albitudo, f.t. Pro candore accipiuntur. [לבן *labán* חור *chur*. λεύκης. Gal. *Blancheur*. Ital. *Biancheꝛꝛa*. Ger. Weisse farb. Belg. Witte verwe Hisp. *Blancura*. Polon. *Bialloſć, bialla farba*. Vng. *Feiérſég*. Ang. *Whytneſſe, whyte colour*.] Plautus in Trin. Et item alterum ad isthanc capitis albitudinem, Caliclem ajebat vocari.

Albĕo, es, n.s. Albus sum. [הלבין *hilbín* התלבן *hithlabbén*. λεύκης ἁμι, λευκαίνομαι. Gal. *Estre blanc*. Ital. *Eſſer bianco*. Ger. Weiß seyn. Belg. Wyt syn. Hisp. *Ser blanco*. Pol. *Biallim*. Vng *Feiér vagyok*. Ang. *To be whyte*.] Virg. 12. Aeneid. campiq; ingentes ossibus albent.

Albēsco, Albus fio. [הלבין *hilbín*. λευκαίνομαι. Gal *Deuenir blanc*. Ital. *Imbianchire, diuenir bianco*. Ger. Weiß werden Hisp. *Emblanquecerse*. Pol. *Biel lege*. Vng. *Feiérre leſzök*. Ang. *To waxe whyte*.] Virgil. lib. 1. Georg. Flammarum longos à tergo albescere tractus. Hujus compositum est Exalbesco.

Albĭco, as, pen. corr. Albesco, a. quantulũ albus sum. [חוור *chavár*. ὑπολεύκης ἁμι. Gal. *Estre aucunemẽt blãc, deuenir blãc & chenu*. Ital. *Biancheggiare*. Ger. Weißlechtig seyn/weiß scheinẽ. Belg. Wat lachtig syn Hisp. *Blanquearse*. Pol. *Lſnieſzyć biallo*. Vn. *Feiéreſłõm, feiérłõm*. Ang. *To be or waxe somewhat white*.] Plinius li. 22: Solidũ semen conjicitur in oculum, nec turbat, sed in se caliginem contrahit: mutat colorem, & ex nigra albicare incipit & tumescit. Horatius: Nec prata canis albicant pruinis. Idem censendum est de verbis similiter terminatis: qualia sunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & pleraq, alia: quæ omnia diminutionem important actionis suorum primitivorum. Nonius ex Varrone citat, albicatur, passivè pro Albescit: Vbi rivus præcipitatur, deorsum rapitur, atque offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur.

Albĭdus, a, um, pen. corr. Quod est aliquantulum albũ. [חוור *chavúr* ὑπολεύκης. Gal. *Blanchaſtre, tirant ſur le blanc*. Ital. *Alquãto bianco*. Germ. Weißlechtig. Hisp. *Blanquezino, ò blanco vn poco*. Pol. *Szmiady*. Vng *Feiérſzabáſú*. Ang. *Somewhat whyte*.] Ovidius lib. 3. Metamorph. Spumaq; pestiferos circunfluit albida rictus. Colum. lib. 1. cap. 9: Quod extrinsecùs albidum, intùs etiam conspicitur candidum, leve, &c. August. lib. 21. de Civit. pro albo posuit: Lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi. Et quanvis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant: congruit tamen illi luci, quod album est, sicut nigrum tenebris.

Albo, as. act. p. Album facio. [λευκόω, λευκαίνω. Ger. Weißgen/ weiß anstreichen. Belg. Witematen.] Cujus passivum Albor, aris, Albus fio. Vnde & Dealbo ejusdem significationis. Curtius Cic Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Albŏr, oris, masculini generis, Albedo. [לבן *labán*. λεύκης Gallicè. *Blancheur*. Ital. *Albore, bianchezza*. Ger. Weisse. Belg. Witheyt. Hisp. *Blancura*. Pol. *Bialoſć*. Vng. *Feiérſég*. Ang. *Whytneſſe, whyte colour*.] Varro: Qui vident alborẽ ejus, admirantur. ¶ Alborẽ etiam Apitius vocat, quod est album ovo, quod Plinius Albuginem appellat: medici Albumen.

Albī cālculī, λευκαὶ ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenses, dies lætos, quos in vita agerent, numerare solebãt: nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant: quemadmodum econtrariò infelices, atq; infaustos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero vitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorũ numeros non redigebãt Huc alludit Horatius in Epistola: Hunc Macrine diem signa meliore lapillo.

Albŭs spinus, à vulgo Gallorum appellatur frutex, sive arbuscula spinosa, pruni magnitudine: acinis quum pubescunt, viridibus, quum maturuerunt, rubris. Vide Ruell. lib. 3. ca. 12.

Alcæŭs, f. p. Leo dicitur, ἀπὸ τ῀ ἀλκῆς: hoc est, à fortitudine, quòd caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur, Cælius lib. 7. cap. 29.

Alcaicum carmen, ἀλκαϊκὸν μέτρον, Quod post duos dactylos trochaicam habet syzygiam: quale est illud apud Horatium: Hesperiæ mala luctuosæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inventore.

Alcarmes, sive Carmes Punica lingua, dicitur coccus seu vermiculus, ex quo fit coccineus ille color, quem inde Carmesinum vocant.

Alce, Iumento ferè similis bestia, in Asia & Africa, ni proceritas aurum & cervicis distinguat. Plin. lib. 8. cap. 15.

Alcea, [ἀλκία. Gal. *Guimauue ſauuage ou ruſtique*. Ital. *Malua ſalnatica, buon viſchio*. German. Stgmars wurtz/ oder Frawentraut. Hisp. *Malua de Vngria, malua monteſina*. Polon. *Wielk ſlaz* Vngar. *Vad mállua*. An. *A wylde malowe*.] Herba est sylvestriũ malvarum generi assignata, folia habens verbenacæ. Plin. lib. 7.

cap. 4: Alcea folia habet similia verbenacæ, quæ & Peristereon cognominatur.

Alcēdĭnes, f.t. [Ger. *Ein frembder Meervogel / vnſerm Eyßvogel nicht vngleich / welcher ſo er zu Winterszeit auff dem Meere niſtet / ein ſchöne oder ſtille des Meeres bedeutet*.] Sunt quædam aves, dictæ quasi algedines, quòd frigidis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνες. Plautus: Nam Nercule tu periſti, niſi illam tam trãquillã facis, quàm mare est olim, quum alcedo pullos educit suos. Dicta est à Græcis ἀλκυών, vel ἀλκυὼν, όν⊙, παρὰ τ῀ εὖ ἀλὶ κύειν: ab eo quòd in mari fœtus excludat. Ambrosius li. Hexam. Halcyone est avis maritima, quæ in litoribus fœtus suos ædere solet: ita ut in arenis ova deponat mèdio ferè hyemis: nam id temporis fovendis habet depravatũ partubus, quando maximè insurgit mare, litoribusq; vehemẽtior fluctus illidit, quò magis repentinæ placiditatis solemnitate avis hujus eluceret gratia. Nanq; ubi undosum fuerit mare, positis ovis subitò miteſcit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatusq; aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec ova fovet halcyone sua. Septem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos: illicò alios septem adjungit dies, quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. Tantum autem beneficium avicula hæc divinitùs sibi datum habet, ut hos quatuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis observent, quos & Halcyonidas vocant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Hinc poëtæ ansam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Aeoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in litore ova parit, & fœtus educat, ventos inclusos servat. Ferunt hanc avem paulò majorem esse passere, pennis purpureis, candidis admistis, collò gracili & procero, rostro subviridi, longo, & tenui, rarò visam. Aristoteles lib. 8. de animal. Halcyonum duplex genus esse scribit: alterum vocale, arundinibus insidens: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcyone fit Halcyonius, a, um: ut Halcyonii dies, ἀλκυονίδες ἡμέραι, fitq; à Græco ἅλς, quod mare significat: unde etiam per aspirationem scribendum videtur Halcyon, quum Alcedo Latinis sine aspiratione notetur, eò quòd ab algedine originem habere existimetur. Eustathius tamen contra etymologiam ἀνέων tenui spiritu notandum tradidit, adjecto etiam generali canone, quo negat vocabulum ullum esse aspirandum, quod initium sumat ab α subsequente ε.

Alcēdŏnĭă, orum, plur. num. n. g. ἀλκυονίδες, ἢ ἀλκυονίδες ἡμέραι. Dies sunt hyberni ferè quatuordecim, quibus alcedo ova parit in mari & excludit, quo tempore summa ventorũ est trãquillitas. [Ger. *Stille tag/ wenn im Meere ein groſſe ſtille iſt/ vñ dieſe Vögel Alciones genannt/ darauff niſten*.] ¶ Dicti sunt autem Alcedonia ab alcedine, quemadmodum & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. Plaut. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

Alcēs, is, seu Alces, æ, sive Alce, es, [ἄλκη. Ger. *Ein Elend*. Pol. *Los*.] Pausaniæ, Animal Galliæ transalpinæ, figura, colore & magnitudine mulæ similitudinem prætendens: sed labium ſuperius adeò protensum habet, ut nisi retrogradè incedẽs, herbas in terra carpere non possit. Est inventu rarum, olfactu è longinquo venatorem sentiens, statimq; in specus & latibulæ se condens, media inter camelum & cervum similitudine. Sed mares ex his in superciliis habẽt cornua. ¶ De his animalibus Cæsar lib. 6 & Iulius Capitol. mentionem faciunt. Plin. lib. 8. ca. 15: Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut & asinorum Asia & Africa: præterea Alcem, ni proceritas aurium & cervicis distinguat, jumento similem.

Alchech, Arabicè, est animal quod multi Arabici *Lyncan* vocant. Nascitur ex leone & pardo, & nimium ferox est.

Alchimia, scientia docens facere aurum vel argentum ex pulveribus metallĩ, vel aurum quoque à cupro separare. ¶ Iacobus Montanus ita definit: Alchimia est ars, qua metalla in alias species vel vertuntur, vel adulterantur. Sed *Al* videtur esse barbarus articulus. Nam Arabes, quorum fortasse inventum hoc est, solent ita suum Al dictionibus præponere, ut in Alganithmus fit, & aliis: cùm *Arithmus* Græcè numerum significet. Haud dubiè igitur Chymia rectiùs vel Chymistica dicitur, & Chymistæ Hermolao vocantur, qui hujusmodi artem exercent, vulgò *Alchymiſtæ*. χύμα enim Græcè, Latinè fundo dicitur.

Alchimista, qui hanc artem callet seu profitetur.

Alcĭbĭădĭon, ἀλκιβιάδιον Dioscoridi, Herba sic dicta, quòd ũti ea ad formam concilandã solitus fit Alcibiades, magnis foliis & asperis, radice rufa, oblonga, nascens præcipuè in aridis & arenosis locis. Notiore nomine vocatur Anchusa [Gall. *Orchanette*. Ital. *Anchuſa*. Germ. *Ein gattung der roten Ochſenzung*. Hisp. *Soagen*. Pol. *Czerwona korzen: aliqui male wolowi ięzik*.]

Alcibion, ἀλκίβιον, Herba adversus serpentum morsus remedium habens. Plinius lib. 27. cap. 5.

Alcida, æ, (ut Diodorus fabulatur) Fera fuit immensæ magnitudinis, ignem ore vomens, quo regiones omnes per quas faciebas

ciebat iter exussit, donec Pallas humani generis miserta, partim viribus, partim ingenio feram interfecit.

Alcyon, & Alcedo, Vide Halcyon, Halcedo.

Alĕă, æ, pen. corr. f. p. Tessera, ludus tesserarum. [πεττεία, κυβεία. Gal. *Berland.* Ital. *Luogo di gioco.* German. Ein spiel mit Wurffel. Hisp. *Lugar di juego.* Pol. *Miecze do grania w kośtky.* Vng. *kocz-ka iaczás.* Angl. *Dicing, playing at the dice.*] Ait enim: Atq; illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio faciat. Sueton. vocat Aleatorium forum.

Alĕbrĭă, ădæ, veteres dixerunt pro bene olentibus. Festus.

Alec. & Alecula. Vide HALEC.

Alectŏrĭă [ἀλεκτοριὰς. Ger. Ein Capaunenstein.] Gemma quæ in ventriculo Galli invenitur. Gallus enim Græcè ἀλέκτωρ dicitur: de qua Plin li. 37 cap 10: Alectorias, *inquit*, vocant in ventriculis gallinaceorum inventas, crystallina specie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus, invictum fuisse videri volunt.

Alectorolophus, ἀλεκτοροφόλοφος, Herba est tussientibus utilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, semenque nigrũ in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, teste Plin. lib. 27. cap. 5.

Aleo, onis, Vide ALEA.

Alĕs, hujus alitis, f. t. dicitur quælibet volucris, ab alis gerendis. Et tàm masculino, quàm fœminino genere profertur. [עוף *hoph* הוֹם *háyt.* οἰωνὸς, ὄρνις. Gall. *Oiseau grand, comme geline, oye, grue, & autres.* Ital. *Vocello, augello.* Germ. Ein grosser Vogel/ oder allerley geflügel. Hisp. *Aue, ò otra cosa que buela, como saeta.* Pol. *Ptak.* Vngaricè, *Madar szárnyas.* Angl. *Any great or winged fowle.*] Virgil. Namque volans fulvus Iovis ales in æthra. In genitivo plurali Alitum & Alituum, per epenthesin secundum Priscianum. Virg. lib. 11: Alituum, pecudumq; genus sopor altus habebat. ¶ Avis est quæ parit ova, & pennis prædita, ὄρνεον. ¶ Volucris autem significatio latiùs patet. Nam de omni eo dicitur quod volat, sive pennas habeat, sive non. Vnde vespertilio volucris est, non tamen avis.

Alĭs, Adjectivum omnis generis, velox, celer. [מהיר *mahír.* ταχὺς, ἀκὺς. Gal. *Leger, viste.* Ital. *Veloce, alato.* Ger. Schnell/ flur. Hispan. *Ligero.* Pol. *Prętky, skoczny.* Vng. *Gyors* Ang. *Swift, speedie.*] Silius: Alite vectus equo. Virg. 8. Aeneid. ignis & alitis Austri. ¶ Ponitur & pro Alato: hoc est, Alas habente. Cic. 2. de Invent. Angues ingentes, alites, juncti jugo.

Alĕsco, scis, n. t. Antiquũ verbum ab Alo, alis: idẽ quod cresco: [ʒ] *ghadál.* αὔξαίνω. Gal. *Croistre.* Ital. *Crescere.* Ger. Wachsen/ zunemmen. Hisp. *Crescer ò mantenerse.* Pol. *Rosnie, przybiwamnie.* Vng. Nŏwŏk. Ang. *To increase, to waxe more, to growe.*] Varro de Re rust. lib. 1. cap. 44: Quæ nata sunt, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Idem ca. 3: Quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut meti possit. ¶ Inde Coalesco, pro Concresco.

Alĕtūdŏ, apud Festum, Verbale ab alendo, corporis pinguedinem significat. Obsoletum est.

Aleuron, ri, neut. gen. [ἄλευρον. Germ. Weitzenmãl. Vng. *Búza liszt.*] Farina propriè tritici: Alphiton verò hordei: hinc apud Ruellium lib. 6. cap 14. panis aleurites.

Alex, alicis, Vide HALEC.

Alexĭcăcŏn, n. s. ἀλεξίκακον, Remedium quod fit ad depellenda mala: hoc & Amuletum dicitur.

Alexĭcăcŭs, ἀλεξίκακος, In malis adjutor, malorum depulsor. Herculis & Apollinis epitheton. Pausanias in Attica: Alexicaci Apollinis simulacrum effinxit Calamis. Id Apollini nomen inditum ajunt, quòd quum pestilentia bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberavit. ¶ Alexicaci dęmones dicebãtur, qui nocumenta & diras amoliri existimabantur, qui & Apopompęi, & Apotropęi, Lysii quoque, & Phyxii appellabantur. Budæus, & Cæl. lib. 2. cap 32.

Alexĭpharmăcă, n. f. [ἀλεξιφάρμακα. Ger. Artzney wider gifft/ oder ander bõse Sucht.] Sunt (ut Suidas ait) medicamenta auxiliatoria, quæ scilicet, venena, incantationes & execrationes pellunt, prohibentq; ne iis nobis noceri possit. Plin. lib 21. ca. 20: Nec magis alia herba convenit medicamento, quod Alexipharmacon vocant.

Alexĭtērĭă, ἀλεξητήρια, Eadem quæ Alexipharmaca.

Algă, Herba, quæ nascitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, sive quòd pedes alliget, quia crassa est, foliis ex parte supernatãtibus. [ἅλιον *Suph.* φῦκος θαλάσσιον. Gal *Herbe croissant en la mer, Algue.* Ital. *Alga.* German. Kraut oder Graß das in dem Meer wachset/ Meerbintzen. Hispan. *Las cuas ò yeruas del mar.* Pol. *Bunczewie trawa morska.* Vng. *Hinár.* Ang. *Wreck, a heerbe which groweth in the sea.*] Virgil. lib. 7: lateriq; illisa refunditur alga. ¶ Algenses Pelagiæ, Purpuræ genus vilissimum, nomen habẽt ab alga, qua nutritur. Plin. lib. 9. cap. 37.

Algōsŭs, a, um, Alga abundans. [φυκώδης. Vngar. *Hináross.*] Plin. lib. 32. cap. 9: Acervantur muricum modo, vivuntque in algosis.

Algĕo, es alsi, vel alxi, alsum, n. s. à Græco ἀλγέω, frigeo. [אני *ani* קר *kar* צנן *tsanán.* ψύχομαι. Gal. *Auoir grãd froid, geler de froid.* Ital. *Patir freddo.* Germ. Vbel frieren / groß frost oder kelte erleiden. Belg. *My vriest/ick ben tout.* Hisp. *Enfriarse.* Pol. *Ziebne.* Vng. *Fázom.* Ang. *To be very cold.*] Huic contrariũ est Aestuo. Cic. Tusc. 2: Itemq; Lycurgi laboribus eruditi juventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando.

Algĭdŭs, a, um, adject. Frigidus. [קר *kar.* κρυόεις, κρυερὸς. Gal. *Fort froid.* Ital. *Freddo.* Ger. Kalt. Hispan. *Cosa fria, fiesca con frialdad.* Polon. *Marznacy ziebnacy.* Vngar. *Hideg, hines.* Ang. *Very cold.*] Catul. Ego viridis algida Idæníve amicta loca colam, Algida nive: hoc est, frigida.

Algĭfĭcŭs, quasi Algefaciens. [ψυχροποιὸς. Gall. *Qui fait qu' on tremble de froid.* Ital. *Infreddante.* Germ. Das kelte oder frost machet. Hisp. *Cosa que haze frio ò friescura.* Vng. *Hidegitő.* Angl. *Which maketh, or bringeth much coldnesse.*] Gell. li. 19. cap 4: Quòd timor sit omnibus algificus: id est, frigus inducens.

Algŏr, oris, m. t. ab algeo. Idẽ quod frigus, & propriè frigus vehementius. [קור *kor* צִנָּה *tsinnáh.* ψύχος, κρύος. Gall. *Froidure grande, grãd froid.* Ital. *Freddo.* Ger. Kelte/ frost Belg Coude/ vrost/ droevigheyt. Hisp. *Frio ò friescor.* Pol. *Mroz trzas kacacy, zima* Vng. *Hideg, fagy, dér.* An. *Great coldnesse.*] Plin. li. 14 c 2: Aestu magis, quàm algore vexantur. Salust. in Catil. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris.

Algŭs, gi, idem quod algor. [Vng. *Hideg, fagy, dér* Ang. *Exceading coldenesse.*] Lucretius lib. 3: Solicitè evolitant morbis, algoq; s, fameq; s. Nonius algus facit ordinis quarti: Algu, inquit, pro algore. Accius in Andromeda: Miseria obvalli saxo, senio, pædore, alguq; & fame. Varro περὶ τύχης, Leges ruina ne jacentem subdealbet algu danti frigore. Ex Nonio.

Algŭs, us, ui. Idem Plaut. in Rud. Vel suda, vel peri algu, vel etiam ægrota. ¶ Per translationẽ ponitur pro dolore & tristitia.

Alsĭŭs, κρυωδέστερον, Comparativum ab Alsus: unde & Alsiosus. Cic. Attic. lib. 4: Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idẽ ad Q. Frat. lib. 3: Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.

Alsĭōsŭs, pen. prod. adjectivum. [צנן *tsonín* κρυώδης. Gal. *Trilleux. subiet à froid.* Ital. *Freddoloso, aggbiacciato.* Germ. Frostsam/ das bald erfrohren ist. Belg. *Coutachtich/ dat geerne vriest* Hisp *Cosa fria ò fiesca.* Pol *Zimna niet fraly.* Vng. *Huesitő, hidegitő.* Ang. *Subiect to coldenesse.*] Quod naturæ est frigescentis, & facilè à frigore lædítur. Plin. lib. 20 cap. 13: Alsiosisq; crudam dederunt in cibo. Idem lib, 27. cap. 10: Abrotonum & adonium alsiosa admodum sunt. Varr. 2 de Re rust. ca. 3: Stabulatui pecus melius ad hybernos exortus, si spectat quod est alsiosum.

Algorismus, mi, m. s. λογισμὸς, ipsa supputandi peritia.

Algorista, æ, m. p. λογιστὴς, peritior supputativæ artis

Alguaſen, herba ſimilis lilio, & dicitur lilias. Confert morſuræ rabidi canis, propter quod Græcè *Alguaſen* dicitur.

Ălĭās, Alibi, Vide ALIVS.

Alibantes, ἀλίβαντες, Mortui dicuntur, περὶ τὰ μὴ ἔχειν λιβάδα: hoc eſt, eò quòd humido illo naturali deſtituti ſint. Cæl. lib. 3. cap. 12.

Ălĭcă, pen. corr. f. ♃ Ex tritici generibus eſt (ut inquit Galenus lib. 1. de Facult. aliment.) aut certè farris genus tritico ſimile, ſuccum tamen lentiorem habens, quàm triticum, ſive in aqua cocta cum muſſo, aut vino, ſive cum oleo ſaleq; fiixa ſumatur. [χόνδρος. Germ. *Krafftmůß / ſpältenmuß / oder ſpältentrancf / das von ſpälten gemacht wird.* Vng. *Poudly.*] Plin. lib. 18. cap. 7: Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & alica, ſed præcipuè avena. Nomen autem Alicæ ab alendo Feſtus deducit, quòd vehementer nutriat. ¶ Eſt prætĕrea Alica, confectio quædam ex frugum quarũdam farina, aliis in locis aliter præparata: ita dicta (ut ex Aegineta colligi poteſt) quòd primùm ex frumento, ſive farre, cui Alica nomen eſt, fuerit cõfecta. Poſtea tamen magis receptum fuit, ut ex zea conficeretur. Plures autem fuerunt apud veteres alicæ conficiendæ rationes, quas omnes exequitur Plin. lib. 18. cap. 11. Palladius quoq; lib. 6, docet quo pacto ex hordeo cõfici poſſit.

Ălĭcārĭæ, Meretrices in Campania appellatæ, quòd ſolitæ eſſent circa piſtrina alicariorum verſari. Feſtus.

Ălĭcāſtrum, Genus farris eſt, ea forma ab Alica derivatum, qua Siliceſtrum à Siliqua. Colum. lib. 2. cap. 6. Semen trimeſtre qđ dicitur Alicaſtrum; idq; pondere & bonitate præcipuum eſt.

Aliculæ, recenſentur ab Vlpiano inter pueriles veſtes. D. de auro & argento. Hotomanus vir Iuriſconſultorum doctiſſimus Alliculæ legendum conjicit, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honeſtæ apud Romanos erant, ut patet ex Gellii lib. 7. cap. 12. ἀπὸ τῆς ἄλλικος. quod vocabulum, ut autor eſt Heſychius, tunicam chiridotam: id eſt, manicatam ſignificat. ἀλλὶξ, *inquit*, χιτὼν χειριδωτός. Ex Lexico Hotomani.

Ălĭēnĭgĕnŭs, a, um, pen. corr. Nomen compoſitum à nomine Genus, vel à verbo Gigno, & ſignificat quod eſt externum, vel alieni generis, vel inter alios genitũ. [ἀλλοδαπὸς, ἀλλοφυλος. Vng. *Idegen tĥuemény.* Ang. *Stranger.*] Valer. li. 1: Adjici noſtris duo ejuſdem generis alienigena exẽpla non abſurdè poſſunt.

Ălĭēnĭgĕnă, communis generis, vel ſecundum Probum, omnis generis, ſumitur in eodem ſignificato cum Alienigenus. [נכר *nechár.* ἀλλόφυλος. Gal. *Eſtranger.* Ital. *Foreſtiere.* Germ. *Ein Frembdling / außlendiger.* Belg. *Van een vreembden Geſlecht / vreembd / vtlandich* Hiſpan. *Eſtrangero.* Pol. *Cudzoziemiec obcy.* Vng. *Idegen, tĥuemény.* Ang. *A ſtranger.*] Gell. li. 2. cap. 23: Neq; vino alienigena, ſed patrio uſuros. Sic & alia compoſita à Gigno: ut Agmen Trojugena.

Ălĭfĕr, Alĭger, Vide ALA.

Alima, ἄλιμα, Medicamenta dicuntur, quæ famem aut ſedant, aut prohibent obrepere, quemadmodum Adipſa dicuntur quæ ſiti reſiſtunt. Vtrorumque meminit Plutarchus in Symp. ſeptem Sapientum.

Ălĭmēntum, Alimentarius, Alimonia, Alimonium, Vide ALO.

Alipænea, Emplaſtra, quæ ex medicamentis non pinguibus conficiuntur, ἀλιπαάνη. Nam λιπαίνω, idem eſt quod impingo. Celſus lib. 5. cap. 19.

Ălĭpēs, Vide ALA.

Aliphanus, dicitur parvus cyphus, parvum habens foramen, ad modum vitri gutturali, quo ad alendos infantes nutrices uti ſolent. [German. *Ein Aemtin.*]

Ălĭpīlŭs, Vide ALA.

Alipterium, ἀλειπτήριον, Locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. Cæl. lib. 16 cap. 47.

Ălĭptēs, [ἀλείπτης. Germ. *Einer der die Ringer ſchmieret oder mit öl ſalbet / die miteinander müſſen ringen.*] Dicebatur magiſter athletarum, qui eos certaturos inũgebat, eaq; curabat, quæ ad corporis robur attinebant. Dictus ἀπὸ τῦ ἀλείφειν, quod eſt inungere. Hac voce uſus eſt Cic. in Epiſtola ad Lentulũ: Qui homines quòd me ſalvum voluerunt, eſt gratiſſimum. Sed vellem non ſolùm ſalutis meæ, quemadmodum medici, ſed etiam ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluiſſent. ¶ Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipſi oleis, pinguibusque malagmatibus foris adhibitis, vulneribus morbisq; exterioribus medentur. Celſus lib. 1. cap. 1: Sanus homo, & qui bene valet, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico, neq; alipta egere. Vbi tamen nonnulli legunt Iatrolipta. ¶ Eſt etiam Aliptes, fontis nomen apud Epheſum.

Ălĭquāndo, [טעמים *pehamím.* ποτέ. Gal. *Quelques fois, aucunes fois, vne fois entre autres.* Ital. *Alcuna volta, tal' hora.* Ger. *Etwan ein mal / vnderweilen.* Hiſp *En qualque tiempo.* Pol. *Czaſem, Podczas, Niekiedy.* Vng. *Néha, valaha.* Ang. *Some tymes.*] Secundum Priſcianũ, cum accẽtu in antepenultima, quanvis in carmine ratione poſitionis ſemper producatur. Aliud enim eſt ſyllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autem tria tempora, præſens, præteritum & futurum, & ſignificat idem quod Nonnunquã, Interdum, Quondam vel aliquo tempore, vel tandem. Cicer. Valerio: Aliquando nos reviſas.

Ălĭquāntŭs, adjectivũ, ex Alius & Quantus. [ποσὸς, ποσός τις. Gal. *Aucunement grand, de quelque grandeur ou quantité.* Ital. *Alíquanto grande.* Germ. *Etwas groß.* Hiſp. *Coſa algun tanto tal, tamanno.* Pol. *Niemaly podroslek.* Vng. *Valamenyi.* Ang. *Of ſome quantitie and greatneſſe.*] Idem penè quod mediocris ſignificat. Saluſt. in Iugur. Timor aliquantus, ſed ſpes amplior.

Aliquantum, [במעט *chimhát.* ἐπὶ ποσὸν, ὀλίγον. Gal. *Vn peu, quelque peu.* Ital. *Alquanto.* Ger. *Etwas / ein wenig.* Belg. *Een weynich.* Hiſpan. *Algun tanto tal.* Pol. *Nieco malo.* Vng. *Egy keués, valamenyire.* Ang. *Somewhat, a litle.*] Modò nomen eſt, ut apud Ciceronẽ pro Cluentio: Aliquantum agri in medio relictum eſt. ¶ Modò adverbium ſignificans Paulùm, Nonnihil, Leviter, Pauliſper, Neſcio quid, Aliqua ex parte. Plin. lib. 3 cap. 3: Aliquantùm vetus forma mutata eſt.

Ălĭquāntŭlum, diminutivum ab Aliquantum, idem ſignificãs quod Paululum. [זער *zehér* ὀλίγον. Gal. *Vn bien peu, vn tantinet.* Ital. *Pocheto, picolino.* Ger. *Ein klein wenig.* Hiſp. *Poquillo.* Polon. *Troſzke niewielie.* Vng *Egy keueſetske.* Ang. *Somewhat, or a litle.*] Cic. lib. 2. de Inven. Et de natura licet aliquantulum ducere ſuſpicionis. Idem pro Quint. Quum æris alieni aliquantulum relictum eſſet.

Ălĭquāntŭlum, diminutivũ, ab aliquantulũ. [זער שם זער שם *zehér ſcham zehér ſcham.* ποσοστημόριον, ποσοστὸν μέρος. Gall. *Tantſoit peu, le moins du monde.* Ital. *Pochiſſimo, poco.* Ger. *Gar ein klein wenig* Hiſp. *Muy poquillo.* Pol. *Kaſiczek troſzeczke.* Vng. *Egy igen keueſetske.* Ang. *A litle, somewhate.*] Plaut. in Capt. Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

Ălĭquāndŭ, adverbium temporis: Aliquo tempore, non autẽ longo admodum. [ἐπὶ χρόνον ἐπί τινα χρόνον. Gal. *Quelque temps, par l'eſpace de quelque temps.* Ital. *Alquanto tempo.* Ger. *Etwan ein zeitlang.* Hiſp. *Algun tiempo.* Pol. *Przez niektory czas.* Vn. *Egy ideig.* Angl. *A litle whyle, or ſpace.*] Cic. 1. Acad. Ariſtum Athenis audivit aliquandiu.

Ălĭquāmmūlti, pro aliquot. Cic. 6. Ver. Sunt veſtrûm aliquammulti, qui L. Piſonem agnoverunt.

Ălĭquāntīſpĕr, adverbium, ad temporis brevitatem refertur, ut ait Valla: idemq; ſignificat quod aliquandiu. [כמעט *chimhát.* ἐπὶ χρόνον. Gal. *Pour quelque peu de temps.* Ital. *Alquãto tempo.* Ger. *Ein weil / ein kleine zeitlang.* Belg. *Wat tanck.* Hiſ. *Por algun tiempo.* Pol. *Nacząs maluczky.* Vng. *Egy keueſſé.* Ang. *A litle whyle or ſpace.*] Terent. in Heavt. At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.

Ălĭquĭs, aliqua, aliquod, quaſi Alius quis, & habet vim pluralẽ, quanvis ſingulariter dicat': non. n. eſt aliquis, niſi de multis. Vnde & apud Veteres vario genere numeroq; pferebat'. [אחד *echádh.* τὶς. Gal. *Aucun, Quelq' vn.* Ital. *Alcuno, Qualch uno.* Ger. *Etwan einer / jemands.* Hiſ. *Alguno.* Pol. *Niekto, ktokolwiek.* Vng. *Valaki.* An. *Some, some one.*] Terent. Aperite aliquis actutùm oſtiũ. Idem eſt dicendũ de Quiſquã, Quiſpiam, & Vllus. ¶ Aliquis etiã, ut Græcis τὶς, capitur pro homine non obſcuro, & nõnullius pretii. Cic. Attic. Itaq; fac, ut me velis eſſe aliquẽ: quoniã qui fui, & qui eſſe potui, jã eſſe nõ poſſum: i. Velis eſſe me non prorſus obſcurũ & abjectũ. Iuvenal. Sat. 3: Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis eſſe aliquis.

Ălĭquĭd, ſubſtantivũ eſt: ut Aliquid utile. [משהו *meumáh.* τὶ. Ger. *Etwas.* Belg. *iet.* Pol. *Nieco cokolwiek.* Vng. *Valami.* Ang. *Some thing.*] Cic. Attic. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittã.

Ălĭquĭſpĭam, idem prorſus eſt quod Quiſpiã, *nis.* Cic. pro Sextio: Aliquapiam vi pelleretur.

Ălĭquā, adverbium, Per aliquem locum. [πῆ. Gal. *Par quelque part, par quelque lieu, par quelque voye.* Ital. *Per qualche luoco.* Ger. *Etwan durch ein ort oder weg.* Hiſp. *Por algun lugar.* Pol. *Ktoredikolwiek.* Vng. *Vallamelyẽn.* Ang. *By ſome place, or waye.*] Cicer. 3. Verr. Cupere aliquà evolare, ſi poſſet.

Ălĭquātĕnŭs, pen cor. ſignificat Vſque ad aliquam partem, Ex aliqua parte, Aliqua ratione. [μέχρι τινὸς, ἐπὶ ποσὸν, ἔστιν ὅπως. Gal. *Iuſques à quelque quantité, iuſques ici ou là.* Ital. *Ad alcuna parte* Germ. *Biß auff ein theil / etlicher maß.* Belg. *Jewers doet.* Hiſpan. *En alguna manera.* Pol. *Poniekad.* Vng. *Valamenire.* Ang. *To ſome part, by ſome waye.*] Quint. Verùm hoc aliquatenus temporum mutatum eſt conditione. Plin. lib 27. cap. 12: Caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus.

Ălĭquŏ, Ad aliquem locum. [ποῖ, ἔστιν ὅποι. Gal. *En quelque lieu.* Ital. *A qualche luoco.* Ger. *Etwan hin.* Belg. *Jetwaers waer henen.* Hiſp. *A algun lugar.* Pol. *Niekendy.* Vn. *Valahová.* Ang. *To ſome place.*] Terent. Heavt. Aliquò profugiet militatum. Ibidem: In angulum aliquò abeam.

Aliquo multum: Apuleius in Apologia: Sed hæc defenſio, ut dixi, aliquo multum à me remota eſt.

Ălĭquōrſum

A˘lĭquōrſum, Verſus aliquem locum, *ἔς τινα τόπον.*

A˘lĭquŏt [מקצת *miketzáth. τινὲς, ὅσοι.* Gal. *Quelques vns, quelque nombre, ie ne ſay combien.* Ital. *Alquanti.* Ger. Etlich/etwan viel. Hiſpan. *Algunos en numero.* Pol. *Kilka.* Vng. *Egy néhány.* Ang. *Some.*] Numero tantùm plurali, teſte Donato, ſignificat idem quod Nec multi, nec pauci, nonnulli. Terent. in Andr. Aliquot me adiêre. Cic. de Vniverſitate: Diſciplina Pythagorica aliquot ſecula in Italia, Siciliaq; viguit.

A˘lĭquōtfărĭam, *ἐπ' ὀκτώκις.* Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 2: In eo agro aliquotfariam in ſingula jugera dena culea vini fiunt.

A˘lĭquŏtĭēns, ſeu Aliquoties, ſine n, ſignificat aliquot vicibus. [פעמים *pehamím. ὀλίγοις, ἔστιν ὅτε.* Gall. *Quelques fois, ie ne ſay quantes fois.* Ital. *Alcune volte, alquanta volte.* Germ. Etlich mal/nit etwenn. Belg. Sommitchmael. Hiſp. *Algunas vezes.* Polon. *Nadkilka kroć, nieraz.* Vng. *Egy néhánſzor.* Ang. *Some tymes.*] Cicer. 4. Ver. Aliquoties ad ſocios literas de iſtius injuriis miſerat. Idē pro Quintio: M. Iunius, qui hanc cauſam aliquotiēs apud te egit.

Aliſma, ſive Damaſonium, *ἄλισμα* Dioſcoridi, Herbæ eſt nomen, quam nonnulli fiſtulæ paſtoris, alii plantaginis aquaticæ eandem faciunt, hanc Plinius deſcribit ex Dioſcoride li. 27. cap. 10. Adhuc planta ignota eſt. Nec enim eſt (ut nonnulli putant) plantago aquaticæ, nec fiſtula paſtoris, minusq; ea, quā figura exhibet Matthiolus, cui nec caulis ſimplex, nec quicquam Thyrſi inſtar (ut in achanto cernitur) & tamen eaſdem vires quas Aliſma Dioſcoridis habere atteſtatur, cujus teſtimonio fidem derogat vel ipſa remediorum varietas, cum experiendi difficultate.

A˘lĭtūrŭ, Vide ALO.

A˘lĭŭs, alia, aliud, genitivo alius, pen. prod. quanvis in carmine ſit indifferens, idem eſt quod diverſus. Olim faciebat genitivum & dativum ſicut cætera adjectiva primæ & ſecundæ declinationis. [אחר *achér. ἄλλος.* Gal. *Autre, vn autre qui ſoit ce ſoit.* Ital. *Altro.* Germ. Ein anderer. Hiſp. *Otro, algun otro.* Pol. *Inſzy, nieten.* Vng. *Más.* Ang. *Another.*] Cic. de Natura deorum: Quibus beſtiis erat is cibus, ut alii generis beſtiis veſcerentur. Alii generis inquit, pro Alius. ¶ Accedit quandoq; ad vim cōparationis. Quintilianus: At quanto alius fuit ille infœliciſſimi juvenis affectus? Quomodo autē differat ab Alter, illic videas. ¶ Alias res agis: id eſt, non intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis, *παρὲν ἀλλήλας.* Veteres in nominativo etiam Alis dixerunt. Alis alibi ſtantes, omnes tamē adverſis vulneribus conciderunt. Catull. in Epigramm. Conjugium quod non fortior auſit alis. Soſipater lib. 2.

A˘lĭās, adverbium, ſignificat Alio in loco, Aliter, Alio tempore. [*ἄλλοτε.* Gall. *Vne autre fois.* Ital. *Altra volta, in altro luoco.* Ger. Ein ander mal/ſonſt etwan. Belg. Een andermael/op een ander tyt. Hiſp. *En otro tiempo, ò en otro luzar.* Pol. *Drugim razem, inſzego czaſu.* Vng. *Mázzor.* Ang. *At another tyme, in another place.*] Terent. in Andr. Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias? Cicer. Sed de hoc aliàs. Idem Trebatio libro 7: Sed plura ſcribemus aliàs. ¶ Ponitur & pro Aliquando, vel interdum: & tunc ferè geminatur. Cic. 3. de Oratore: Aliàs ita loquor, ut neceſſum eſt, aliàs ut neceſſe eſt. Idem Verr. Aliàs revocabat, aliàs decernebat.

A˘lĭbi, Alio loco: [במקום אחר *bemakóm achér. ἀλλαχοῦ.* Gal. *Ailleurs, autre part.* Ital. *Altroue.* Germ. Anderßwo. Belg. Iewers anders/op een ander ptaetſe. Hiſpan. *En otro lugar.* Polon. *Indzey.* Vng. *Máſut.* Ang. *In another place.*] Virg. Georg. 1: Hic ſegetes, illic veniunt fœliciùs uvæ: Arborei fœtus alibi. Terent. in Hecyr. Habebam alibi animum amori deditum.

A˘lĭcŭbi, In aliquo loco, uſpiam, uſquā. [*οὐλαχοῦ.* Gal. *En quelque lieu, en quelque part.* Ital. *In qualche luoco, in alcun luoco.* Germ. Etwan an einem ort Hiſp. *En algun lugar.* Pol. *Niekendy gdzie kolwiek.* Vng. *Valahol.* Ang. *In ſome place.*] Cicer. Attic. libro 9: Ita ut ſi ſalvus ſit Pompeius, & conſtiterit alicubi.

A˘lĭcūndĕ, Ex aliquo loco. [*πόθεν.* Gall. *De quelque lieu, de quelque part.* Ital. *De qualche luoco.* Ger. Etwan här. Hiſp. *De algun otro lugar.* Polon. *Skadkolwiek.* Vngar. *Valahonnat, valahonnan.* Angl. *Frome any place,*] Terentius in Andr. Venit meditatus alicunde. Vide in dictione ALIQVO.

A˘lĭēnŭs, a, um, Quod eſt alterius, ſive quod ad alium pertinet. [זר *zar* נכרי *nochri. ἀλλότριος, ἀλλότριος.* Gall. *Aliene, qui eſt à autruy.* Ital. *Alieno.* Ger. Frembd. Belg. Vremt/onghelyck. Hiſp. *Ageno, enagenado.* Pol. *Cudzy obcy.* Vng. *Idegen, máſé.* An. *Which belongeth to an other.*] Cic. 1. Offic. Difficilis eſt cura rerum alienarum. ¶ Alienum quoq; aliquando dicimus, qui nullo nobis neceſſitudinis vinculo eſt devinctus. Idem Epiſt. li. 1: Tantum enitor, ut neq, amicis, neq; alienioribus opera, conſilio, labore deſim. ¶ Interdum idem quod averſus, vel abhorrens, Cic. 2. Verr. Letilius homo non alienus à literis. ¶ Nonnunquam idē quod alienatus: hoc eſt, immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem lib. 1. Epiſt. Sin ille à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderūt. Idē pro Dejotaro: Quū is in te animo eſſet alienio. Idē de Divinat. Neq; hoc dii alienum ducūt majeſtate ſua.

A˘lĭēno, nas, Alienum facio, vel ex noſtro dominio in alienum transfero, vendo. [נכר *nichchár* הזיר *hezír. ἀλλοτριόω, ἐξίστημι* Gall. *Aliener, eſtranger.* Ital. *Alienare, vendere.* Germ. Entfremb den Euſſeren. Belg. Vervremen. Hiſpan. *Agenar, enagenar.* Pol. *Odlac zam.* Vng. *El idegenitém.* Angl. *To ſell, to alienat.*] Cic. de Lege Agraria: Vænire res noſtras proprias, & in perpetuum alienari idem 5. Verr. Nam turpitudinem ſumiſſam eſſe arbitrantur referri in literas publicas, pretio parvo ea, quæ accepiſſent à majoribus vendidiſſe, atq; alienaſſe. Eſt autem hoc verbum, quemadmodum & abalienare, civium Romanorū proprium, quo perfecta rei alicujus alienatio ſignificabatur. Vnde Cicero ſcribit in Topicis alienationem eſſe ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditionem, aut in jure ceſſionem. ¶ Paulus tamen Iuriſconſultus, Alienationis verbo uſucapionem contineri putat. Vtile eſt enim, *inquit*, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi. Eum quoq; alienare dicimus, qui non utendo amittit ſervitutes. ¶ Accipitur & Alienare, pro immutare, disjungere. Cicero Epiſt. lib. 1: Hominem adoleſcentulum non tām alienare volui, quàm alienare nolui. Ibidem: Qui & te nonnun quam à me alienarunt, & me immutarunt tibi.

A˘lĭēnātŭs, pen. prod. particip. [זר *mukzár.* *ἀλλοτριωθείς.* Gal. *Aliené.* Ital. *Alienato.* Germ. Entfremb det/geeuſſeret Hiſp. *Alienado.* Polon. *Oddalony, odlaczony.* Vng. *El idegenult idegenné tétetét.* Angl. *Alienated.*] Cicero in Lęl. Propter diſſenſionem autem, quæ erat in Republ. alienatus eſt à collega noſtro Metello. ¶ Alienatus ſenſu animus: id eſt, ſic immutatus, ſic dimotus ac dejectus à ratione, ut nihil rectum ſentiat. Liv. 2. Ab urbe: Sic, Alienatus ſenſibus, Liv. 5. Bell. Pun. Itē: Alienatus mēte. Plin. lib. 28. cap. 8. Alienatus animus & offenſus, Cicer. ad Attic. lib. 1. Feſtus lib. 1, inter Alienatus & abalienatus diſtinguit. Abalienatus, *inquit*, dicitur, quem quis à ſe removit: alienatus, qui alienus eſt factus.

Alienatus, Nomen ex participio, *ἀλλοτριωθείς.* Vt alienata mens, Livius 4. Belli Punici.

A˘lĭēnātĭo, verbale, f.t. [נכר *núcher* נכר *nécher ἀλλοτρίωσις* Gal. *Alienation, eſtrangement.* Ital. *Alienatione, ſeparatione* Germ. Entfrembung euſſerung. Hiſpan. *Agenamiento.* Polon. *Odlaczenie, oddalenie.* Vng. *Idegenitő idegenülés.* Ang. *Alienation.*] Cic. in Orat. An quibus verbis ſacrorum alienatio fiat, docere honeſtum eſt? quippe ipſa ſacra retineri defendiq; poſſint, non honeſtum eſt? ¶ In alia ſignificatione dicitur Alienatio quaſi ſeparatio atq, disjunctio cujuſpiam ab alio: hoc eſt, quum aliò quis alienat animum, ſtudium, amorem aut voluntatem. Cęſ. 2. Bell. Civil. Caſtrorum autem mutatio quid habet niſi turpē fugam, & deſperationem omnium, alienationem exercitus? Cicero in Læl. Vt non ſtatim alienatio disjunctioq; facienda ſit. ¶ Alienatio mentis, eſt tanta commotio, perturbatioq; rationis, ut homo non ſit compos ſui. Plinius li. 21. cap. 21. Cor. Celſ. lib. 4. cap. 2.

A˘lĭŏquĭn, & Alioqui (utroq; enim modo dicitur) habēt penultimam productam: accentus tamen eſt in antepenultima, ne videantur duę dictiones, ſignificantq Aliter, ſeu alio modo, vel Quòd ſi nō, vel Præter hoc. [*ἀλλως, εἰ δὲ μή.* Gall. *Autrement, ſinon.* Ital. *Altrimente.* Ger. Sunſt/anderſt Belg. Anders Hiſp. *En otra manera.* Pol. *Inaczimſpoſoben.* Vng. *Kwlömben, hogyha nem.* Ang. *Otherwayes.*] Cic. 3. de Legib. Minima olim fuit iſtius rei cupiditas, alioquin multa extarent exempla majorum. Idem 3. de Oratore: Quorum ab Oratoris judicio delectus magnus adhibetur: alioqui quomodo ille in ſuis hærebit bonis?

A˘lĭōrſum, Verſus alium locum: [*ἄλλοσε* Gal. *Vers autre lieu, ce ſoit part* Ital. *Verſo altroue.* Germ. Anderßwohin. Belg. Tot een ander ptaetſe. Iewers anders henen. Hiſpan. *Hazia otro lugar.* Pol. *Inſzą.* Vngar. *Más felé, más helyre máſſua.* Angl. *To an other place.*] ut, Aliorſum ire, apud Plaut. ¶ Item in aliam partem. Terent. in Eunuch. Vereor ne illud gravius Phædria tulerit, néve aliorſum, atq; ego feci, acceperit.

A˘lĭŏvĕrſum, idem Plaut. Aulul. Atq; igitur antrax alioverſum, dixeram, Non iſtud quod tu inſimulas.

Alit ſive Alid, pro aliud (quod & aliut veteres) apud Lucretiū. [Vngar. M .]

A˘lĭtĕr, adverb. fit ab Alis, hujus alis, pro alius, ſicut declinabāt antiqui, & ſignificat, alio modo. [*ἄλλως.* Gal. *Autrement* Ital. *Altrimēte.* Ger. Anderſt. Belg. Anders/op een ander manière. Hiſp. *En otra manera.* Pol. *Inaczey.* Vng. *Más képpen.* An. *Otherwayes.*] Virg. Diis aliter viſum. Cicer. 7. Verr. Aliter decernere in eadē cauſa nō potuiſti. Ponitur etiam pro aliàs. Saluſt. Hiſt. 1: Sanctus aliter & ingenio valtdus. Idem in eadem: Inſanum aliter ſua ſententia atq; aliarum mulierum. Soſipater in ſuis Græcis Inſtitut. lib. 2.

A˘lĭŭbi, compoſitum ex Alius, & ubi, idem ſignificans quod alibi. [*ἄλλη πῃ, ἀλλοθι, ἀλλαχοῦ* Gal. *Ailleurs, en autre place* Ital. *In altro luoco.* Germ. An einem anderē ort/anderſwo Hiſp. *En otro lugar.* Pol. *Gdzieindzey* Vng. *Máſut* Ang. *In ano ther place or parte.*] Plin. Nec uſquam alibi candidæ inveniuntur.

Allŭndĕ, Ex alio loco. [ἀλλαχόθεν, Gal. *D'autre part.* Ital. *D'altro luoco.* Germ. Anderſwohár/von einem anderen ort hár. Belg. Van en ander plaetſe Hiſp. *De algun otro lugar.* Pol. *Skadinad.* Vngar. *Máſunnan.* Ang. *From ean other place or parte.*] Plinius lib. 15. cap. 19: Inde repertum ut allatæ aliunde, & inter ſe colligatæ injicerentur ſico.

Allŭſmŏdi, Quaſi alteriuſmodi. [Pol. *Inaczéi.*] Cæſar: Vno enim excepto, quem aliuſmodi, atq; omneis, natura finxit, ſuos quiſq; habebat charos.

Allŭtă, veteres pro aliter ſcripſiſſe manifeſtum eſt, ex Græco ἄλλη, vel ἄλλως transferentes. Hinc eſt illud in legibus Numæ Pompilii: Si quis aliuta faxit ipſius Iovis ſacer eſto. Feſtus.

Allăbŏr, pen. prod. Iuxtà labor. [נטל *naphál.* καταγείω. Gal. *Coucher ſus ou aupres.* Ital. *Scorrere vicino* Ger. Herzu fallen / herzu rinnen oder flieſſen. Hiſpan. *Deslizarſe hazia otra coſa.* Pol. *Przipłynąm, przipadam.* Vng. *Folyamodom, mellette folyok.* Ang. *To flowe or flyd to or nigh.*] Claudianus: Siculis allabitur oris. Cic. 2. de Divin. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectoriis videmus, auſtrũ imitari ſolet.

Allăbŏrārĕ, Eſt alicui rei per laborẽ aliquid adjicere. [חרש *charaſch* עמל *jaghdh* עמל *hamál.* ἐπιπονέω. Gal. *Labourer fort à, s'efforcer, mettre grande peine.* Ital. *Affaticarſi grandamente.* Ger. Etwas darzu wercken / hefftig arbeiten ob einem ding. Hiſp. *Traba jarſe afanando.* Pol. *Przirabiam.* Vng. *Munkálkodua meg dregbitõm.* Ang. *To labour with force.*] Horat. 1. lib. Car. Simplici myrto nihil allabores. Significat etiam idem quod adnitor.

Allævo, penult prod. act. p. idem eſt quod lævo: hoc eſt, Planum facio. [מרק *marák* מרט *mardt.* ἐπιλεαίνω. Gal. *Polir, applanir.* Ital. *Pianare, ſpianare, ſpianare, ſp

[Vng. *Vdlaztás.*] Iulius Capitolinus in M. Antonio: Hiſpanis exhauſtis Italica allectione contra Trajani præcepta verecundè conſuluit.

Allēctor, oris, verbale, m.t. Quj allicit. [מתה *mephattéh.* ἑταιρηγός. Gal. *Attrayeur, allecheur, amádoueur.* Ital. *Attratore.* Ger. *Hinzureitzer/Anreitzer.* Hiſp. *Atraedor con halagos.* Pol. *Pobudzacz, przywabiacz.* Vng. *Hozzá édesgető.* An. *An allurer or intyſer.*] Columella lib. 8. cap. 10: Quaſi allectores ſint captivorum.

Allecto, ctas, frequentativum ab Allicio, invito, blandè attraho. [מתה *pittáh.* ἑπάγω Gal. *Attraire par le menu, amadoüer, allicher par pluſieurs fois.* Ital. *Allettare con luſinghe.* German. *Hinzu locken mit ſchmeichlerey vñ ſüſſen Worten.* Hiſpan. *Atraer con halagos.* Pol. *Slodkimi ſłowki zwabiam.* Vng. *Hozzám édesgetőm.* Ang. *To intyſe often.*] Columel. lib. 2: Ad aquam duci oportet, ſibiloque allectari, quò libentiùs bibant. Cicer. de Senect. Agrum fruendum non modò non retardat, verumetiam allectat atq; invitat ſenectus.

Allĭcĕfăcĭo, cis, act. t. idem eſt quod allecto: [מתה *pittáh.* ἑπάγω. Gal. *Allicher, attirer par quelque moyen.* Ital. *Allettare, adeſcare.* Ger. *Hinzu reitzen/mit locken hinzu bringen.* Hiſp. *Atraer con halagos.* Vn. *Hozzám édesgetőm.* An. *To allure, or intiſe by any meanes.*] à quo Allicſio: Suetonius in Vitel. Pronus verò ad cujuſq; & quacunq; de cauſa necem atq; ſupplicium: nobiles viros con diſcipulos & æquales ſuos, omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatē imperii allicefactos, vario genere fraudis occidit.

Allido, dis, pen prod. Impingo, lædo, contra aliquid jacio, vel ad ſaxum, durúmve aliud corpus comminuo. [שדש *ratáſsh.* ἐπερέδω, προσκρούω, προσπίπτω. Gal. *Aheurter contre, froiſſer en heurtant.* Ital. *Percuotere inſieme.* Germ. *Anſtoſſen/ an ein hart ding ſchmetteren.* Belg. *Jeders aen ſtouten/ aen ſlaen.* Hiſ. *Herir vna coſa à otra.* Pol. *Ottracam, ſſie, oczieram ſſie.* Vng. *Valamihöz, vtőm, tſapom.* Ang. *To dash or beat to or againſt any hard thing.*] Lact. li. 4: Et in conſpectu ſuo vexari acerbiſſimè conjuges ſuas cernerent, violari ac proſtitui virgines, diripi pueros, allidi parvulos. Cæſ. 3. Bell. Civil. Et ex magno remigum propugnatorũq; numero pars ad ſcopulos alliſa interficeretur. ¶ Allidi aliquis per metaphoram dicitur, pro damno affici. Colum. lib. 1. cap. 3: Quoniam quum ſit collectandum cum eo, ſi fundus prævaleat, allidi dominum. Cicer. ad Q. Frat. Sed hoc incommodũ conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quib. me perlubente Servius alliſus eſt: cæteri coaciduntur.

Allīſĭo, actus allidendi. Spartianus in Mario Septimo: Multa duorum digitorum alliſione contrivit. [Vn. *Összue verés, wtes.*]

Allĭgo, pen. corr. act. p. propriè ad aliquid ligo: [בדר *tſarár* אסר *aſár.* ἐπαγγέλλω, ἐξαρτῶ, προσκείμαι. Gal. *Allier, lier à.* Ital. *Allegare, legare à qualche coſa.* Ger. *Anbinden/ anknüpffen.* Belg. *Ick binde oft/ make ſtwerts vaſt aen.* Hiſ. *Atar alguna coſa à otra.* Pol. *Przywiązuie.* Vng. *Hozzá kötőm.* Ang. *To bind to any thing.*] ut, Alligare vitem palis, vel ad palos. Col. libro 2: Arbuſtivam vitem antequam putes, alligare diligenter oportet. ¶ Per tranſlationem Alligare, eſt obſtringere, obnoxiũ facere. Terent. in Evnucho: Hic furti ſe alligat, *ἐνέχεται κλοπῆς.* Cicer. pro Rabirio Poſthumo: Lex ubi omnes mortales alligat, ſic loquitur. ¶ Accipitur & pro ſuo ſimplici Idem de Divinat. Alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. Idem 3. de Orat. Neq; verba alligata ſint, quaſi certa aliqua lege verſus. ¶ Alligari quoq; rei quis dicitur, cui ita eſt addictus, ut diutiùs ab ea abeſſe non poſſit. Sic adoleſcentulos ſcortis alligatos dicimus, qui meretricis amoribus ita ſunt irretiti, ut nonniſi ægrè ab iis poſſint divelli.

Allĭgātĭo, f.t. Ipſe actus alligandi. [מסרת *maſóreth* אסר *aſár* בדר *tſeror.* πέδησις. Gal. *Liaiſon, lien.* Ital. *Legamento.* Ger. *Anbindung.* Hiſp. *Atadura.* Pol. *Przywiaska.* Vng. *Hozzá kötés.* Ang. *Binding or knitting to.*]

Allĭgātŏr, m.t. Qui alligat. [אסר *oſér.* πεδητής. Gall. *Lieur, relieur.* Ital. *Ligatore.* Ger. *Anbinder.* Hiſp. *Atador.* Pol. *Przywiązacz.* Vng. *Hozzá kötő kötőzgető.* Ang. *A binder, that bindeth to.*] Colum. lib. 4. ca. 13: Deinde ſequitur alligator, cujus officium eſt, ut rectam vitem producat in jugum.

Allĭgātūră, f.p. *ἐπίδεσις, πέλαμμα.* Idem de arboribus cap. 8: Infra inſitionem, & alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato.

Allĭno, is, Ex Ad & Lino, Inungo, & linendo rei alicui induco. [סוח *tuách* משח *maſchách.* ἐπιχρίω. Gal. *Oindre, frotter en oignant.* Ital. *Vngere.* Ger. *Anſtreichen/ anſalben.* Hiſ. *Vntar vna coſa à otra.* Polon *Namaſuie, Naczieram.* Vng. *Hozzá kenőm.* Angl. *To anoynt, to ouerſmere any thing.*] Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, eoq; dentem allinant.

Allĭum, Herbæ genus ſatis notum, non diſſimile porro, graviſſimi odoris, quod tamen laſſitudini mederi creditur, & ſerpentes fugare. [שום *ſchum.* σκόροδον. Gal. *Ail.* Ital. *Aglio.* German. *Knobtauch.* Belg. *Looc.* Hiſp. *Ajo.* Pol. *Czoſnek.* Vng. *Fok hagyma.* Ang. *Garlick.*] Vnde etiam meſſoribus ſolet eſſe in deliciis. Virgil. in Bucolicis: Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu, Allia ſerpillumq; herbas contundit olentes. Horatius ejus odorem inſectatur feſtivo carmine: Parentis (*inquit*) olim ſi quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius. ¶ Ne allia comedas & fabas, *ἵνα μὴ φάγῃς σκόροδα μηδὲ κυάμους*, Proverbiali videtur ænigmate dictum, pro eo quod eſt, Ne bellis, néve in judiciis adſis. Nam in bellum inferebantur allia commeatus militaris: in Iudiciis fabas dabant ne obdormiſcerent. Suidas. Eraſm. putat referendũ ad calculos fabarios, quib. antiquitùs ferebãtur ſuffragia. ¶ Ego tibi de alliis loquor, tu reſpondes de cepis: *ἐγὼ σκόροδα σε λέγω, σὺ δὲ κρόμυα ὑποκρίνει.* Quum aliud reſpondetur quam rogaris, vel contra, quum inepte reſpondetur inepte roganti. Coniuncta enim ſunt inter ſe cepe & allia. ¶ Ne allii quidem caput: Sabaudi dedit vel apposuit, vel aliquid ſimile Proverbialis eſt hyperbole, qua uſus eſt Ariſtophanes in Veſpis. Convenit in ſordidum & compendio parcum. ¶ Allium in retibus *σκόροδον ἐν δικτύοις.* De ſordido ac mean dicebatur. Hinc natum, quòd Attici navigationem aut expeditionẽ adornantes, pro cibo allia in retibus impoſita ſecum ferebant. Locus erit adagio, ſi quem admoneas, ut Philoſophiæ ſtudium aggreſſurus paret ſe ad frugalem vitam, ad vigilias & labores, ſine quibus non paratur eruditio.

Allĭātŭs, ta, tũ, [*σκορδοσμήρ.* Gal. *Qui eſt aillé, qui ſent les aulx.* Ital. *Coſa con aglio, agliato.* Ger. *Was Knoblauch hat / oder darvon ſchmeckt.* Hiſpan. *Ajado, con ajo.* Pol. *Czoſnkowaty.* Vng. *Fok hagymas.* Ang. *Vvhich ſmelleth of garlick.*] Plaut. Sine me alliato fungi, fortunas meas: hoc eſt, Permitte me quem allium olere & fœtere dicis.

Allium Vlpicum: ſive Cyprium, ſive *αὐλισκόρδον*, atq; ut opinor *σκορόπρασον* Dioſcorid. 8. Plin lib. 27. cap 6.

Allo, m.t. lapis eſt rotundus, quo fabri inſtrumenta ſua acuũt.

Allodium, [Pol. *Vvlaſtj* Vng. *örökſég.*] res libera, & propria alicujus, ex quo præſtatur tributum. l. At ſi quis. parag. Interdum. ff. De relig. & ſum. fun. dicitur etiam hæreditas, quam vendere vel donare poſſum. Deductum putat Alciatus à laudo, & allaudium fundum dictum, qui pleno jure ad poſſeſſionẽ pertinẽt, pro quo nullum alicui laudativũ præſtandum eſt. ¶ Allodiũ, barbarum vocabulũ eſt feudo contrariũ, à Gothis, quemadmodũ & hoc, introductũ, quo ſignificatur poſſeſſio vel res ita libera & ſoluta ab omni clientela, ut poſſeſſor ob eam rem nemini fidem & clientelam debeat. Ex Hotomano.

Allophylus, la, lum, dici poteſt alienigena, alterius tribus: Nã ἄλλο ſignificat aliud, & φῦλον genus; gentem, nationem. [Gal. *Eſtrangier.* Ger. *Ein Frembdling.* Belg. *Vremdelinck.*] Ambroſ. li. Offic. Adverſarios ſuos Hæbræi Allophylos: id eſt, alienigenas Latino appellant vocabulo. Hoc nomine dicti ſunt Palæſtini, qui & Philiſtæi. φ in π mutato, ut teſtatur Divus Hieronymus.

Allŏēŏthĕtă, ἀλλοιόθετα, f.p. Figura eſt ſyntaxin concernens, quum ſcilicet contra vulgatos cõſtructionis canones aliquid variamus. Vnde & Variatio à Priſciano interpretatur. Cõfundit autẽ numerum: ut, Pars in fruſta ſecant. vel caſum: ut, Tu mihi quodcunq, hoc regni, pro, Hoc regnum. vel genus: ut, Dulce ſatis humor, depulſis abrutus hœdis, Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. Ad Dulce enim quod eſt neutrũ, tàm maſculina, quàm fœminina reddidit.

Allŏquŏr, d.t. Compello. [דבר *dabbér.* προσαγορεύω, προσλαλέω. Gal. *Parler à quelqu' vn.* Ital. *Parlare.* Ger. *Anreden / anſprechẽ.* Belg. *Aenſpreken.* Hiſp. *Hablar à alguno.* Pol. *Mowie do kogo.* Vngar. *Megſzollitom.* Ang. *To ſpeak any man.*] Autor ad Her. Te nũc alloquor, Africane. Plaut. Amphit. Alloqui perparcè liceat obſecro. Varr. 5. de ling. Lat. Alloquutum mulieres ire ajunt, quũ eunt ad aliquem loquutum conſulendi cauſa.

Allŏquĭum, ii, n.ſ. [דברה *dabberáh.* προσφθέγμα. Gal. *Parolle à vn autre.* Ital. *Parlamento con vno altro.* Ger. *Anredung/ das anſprechen.* Hiſpan. *Habla à alguno.* Pol. *Rozmowa, vel, wolne przystęp do kogo.* Vng. *Beſzéget. s, beſzéd.* Ang. *Speaking or talking with another.*] Veſtale. Id eſt, alloquutio, Liv. 1. ab Vrbe. Et ipſe quoq; fortunam benigno alloquio, comitate invocandi, beneficiis quos poterat ſibi conciliando adjuvabat Plin. lib. 26. cap. 22: Hoſpitali régis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio. ¶ Durus alloquiis, *ἄπληστος ὑβρεως προσαγορεύμασιν*, Proverbiali figura dicitur is, qui eſt inexorabilis.

Alloſcorodon, [*ἀλλοσκόροδον.* Gal. *Cappres.* Ital. *Cappare.* Hiſ. *Alcaparra.* Vng. *Káporna.*] Herba eſt Dioſcoridi, quæ notiore nomine *Capparis* appellatur.

Allŭbēſco, ſcis, ſive Adlubeſco, Lubens facio, obedio, faveo, conſentio. [יאות *jaáth.* ἐπαγέλλω. Gall. *Eſtre agreable.* Ital. *Far voluntieri.* Germ. *Etwas anfahen lieben / etwas guttwillig zuthun werden.* Hiſp *Hazer à gana.* Pol. *Chetliwie czinie.* Vng. *Tetczőm.* An. *To do willinglie to conſent.*] Plaut. Hercle verò jam mihi adlubeſcit primulùm.

Allūcĕo, es, ere, alluxi, compoſitum ex ad & luceo, *περιλάμπω.* Plaut. Tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult. Suetonius in Vitellio: Flagrante triclinio ex conceptu camini, tum

quidem cõsternatis, & quasi omine adverso anxiis omnibus, *inquit*, Bono animo estote, nobis alluxit.

Allūcĭnŏr, pen. corr. d. p. Propriè oculorum est, quum illi circa objectum falluntur, alterumq; p altero cõspicere nobis videmur. [תתה *pathàh* הותן *huthàl*. πλαγιάζω. Gall. *S'abuser & s'romper, errer.* Ital. *Abagliare, vacillare.* Ger. Fehlen/ jrren mit dem Gesicht Belg. Ick en sie niet wel/ ick saet gere dote. Hispan. *Ver como luzcy tinieblas.* Pol. *Tepopatrze. przezrenam.* Vngar. *Meg tsalatom.* Angl. *To dece ane hum self, to erre.*] Col lib. 8: Custodis officium, sublimem celsitudinemque oculorum velut speculam desiderat: ut neq; tardiores gravidas, dum cunctantur, neq; agiles & fœtas, dum procurrunt, separari a cæteris sinat ne fur, aut bestia allucinantem pastorem decipiat. ¶ Ponitur etiam pro Errare, decipi, falli. Cicer. 16. ad Atticum: Ego tamen suspicor hunc, ut solet, allucinari. Gell. lib. 16. cap. 12. verbum hoc jubet sic spirari, etiam a primo ἀλλοκ. quod tenui spiritu scribitur, velut de luci.

Allucĭnatĭo, f. t. Aberratio. [התון טתי *pethì hathùl* טתיות *petìuth* ἀπάτη. Gal. *Faute, fourvoyement, deception* Ital. *Abarbaglio.* Ger. Fehlung oder jrrung. Hisp. *Aquella obra de ver assi.* Pol. Bzrzegu oderwanie przez powodz, woduszlok, wodny zrzjek. Vng. *Arradás.* An. *A deludge, inundationne or surrounding of watters.*] Nonnunquam assidua oscitantem vidi, p atq; illius quidem delicatissimis sensibus & corporis allucinationes.

Allūdo, pen. prod. n. t. Ludendo alicui blãdior. [לחק *tsachàk* מנן *manòn*. παρασκώπτω. Gal. *Se jouer à quelqu' vn.* Ital. *Alludere, far befta.* Ger. Schmeichlen/ mit einem kurtzweil treiben. Belg. Ick treckel/ spele iemanden aen/ comme over aen/ bin geyck/ spele metten woerden naeens anders meyninghe Hispan. *Burlar mirando à otra cosa.* Pol. Zartuie, d'asieszie. Vng. *Iácz. dezera, y. iáki elõt hizelkõdõm.* An. *To scoffe, priuelie, to smyle vpon.*] Lactant. lib. 3: Aut homini alludunt animalia. ¶ Est item Alludere (ut scribit Valla li. 4.) quum aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter refetimus, quum aliò quod dicitur refertur. Virgil. 7. Aeneid. Nec plura alludens, ea vox audita laborum Prima tulit finem. Cic. 1. de Orat. Galba autem alludens, variè & copiosè multas similitudines afferre. ¶ Alludere ad historiam, est ad rei fidẽ verba componere: quod proprium est Poëtarum, qui in fabulosis suis narrationibus historiæ veritatem uno atq; altero verbo nonnunquam attingunt.

Allūsĭo, ad vocis quoq; similitudinem refertur, ut possessio quasi positio magistri, quòd monstrent: furtum, quasi futurũ: testamentum, testatio mentis: sacellũ, sacra cella: interdictum, inter duos dictum.

Alluo, luis, juxtà fluo, abluo, allabor. [נזל *nazàl* נתך *nuthàch* שטף *schatàph*. ἐπικλύζω. Gal. *Couler aupres, arrouser.* Ital. *Bagnare, scorrere vicino.* Ger. Anfliessen/ an etwas rünnẽ. Belg. Het aen vloeyen. Hispan. *Lauar con auenida.* Pol. *Plinacz, płie oczieram, Omiwam.* Vngar. *Mellette folyok, oldalát masom.* Angl. *To watter ana wash away by wattering.*] Est autem compositũ ex Ad, & antiquo verbo Luo, quod est ejusdẽ significationis cũ verbo Lavo: à quo fiunt & Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, & similia. Fluvii dicuntur urbes alluere, qui eas præterlabuntur: sic & maria terras alluunt. Cicer. 2. de Legib. Divisus æqualiter in dùas partes, latera hęc alluit. Idem de Orat. Ita jactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. Plin. lib. 6. cap 4: Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Cic. 5. Verr. Non alluũtur à mari mœnia extrema: sed influit in urbis sinum portus. Curtius: Montem leniter alluit præteriens amnis.

Allŭvĭo, onis, f. t. inundatio. [שטף *schetìph* κατάκλυσις. Gal. *Ravine d' eau, degorgement d'eau.* Ital. *Inundatione* Germ. Anrunß/ anfloß des Wassers/ Wasserguß. Hisp. *Auenida de agua.* Pol. Brzegu oderwanie przez powodz, woduszlok, wodny zrzjek. Vng. *Arradás.* An. *A deludge, inundationne or surrounding of watters.*] Immoderata aquarum violentia vel pluvialium vel fluvialium, similiumque quæ non tantùm agros confundit, sed quandoque eripit, & nonnunquam funditus destruit. Sed quum pars alicujus agri impetu fluminis aggeritur in alium agrum, tunc cedit in possessionem ejus, cujus est ager. Vnde Lucanus: Illos terra fugit domino, his jura colonis Accedunt donante Pado. Cic. de Orat. Alluvionum, circunluvionum jura. Circunluvio autem, περίκλυσις, est quum partem alicujus agri rapidus amnis in alveum suum impulerit, & in modum insulæ circũvolverit, quæ ipso jure vicinioris erit. Valla: Alluvies, sordida aqua quæ abluit, ubi lutum cum aqua non multa, Liv. lib. 2: In proxima alluvie, ubi nunc ficus ruminalis est (quam Romularem vocatã ferunt) pueros exponunt. ¶ Colum. li. 3. cap. 11: Vel etiam valles quæ fluminum alluvie & inundationibus concreverint. Proluvies, propriè sordis profusio. Virg. li. 3: fœdissima vẽtris Proluvies. Illuvies, ἀλουσία, est etiã immunditia in homine, aut veste, aut re quavis alia insita, seu injecta. Terent. in Heavt. Pannis obsita, neglecta immunda illuvie. Virg. lib. 2: -dira illuvies, immissaq; barba. Eluvies propriè dicitur quod expurgatur, præsertim aquarum fluxu: quanvis & alterius humoris dici possit. Plinius: Quod in tutis notat oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluviẽ cuniculis cavata. Lactant. li. 7. Eluviẽ posuit pro aquarum inundatione, quũ ait: Eluvie aquarũ everterentur civitates. ¶ Eluvies per translationẽ à Cicer. in oratione pro Domo sua, ponitur p exitio, & interitu. Idcirco, *inquit*, Tu ad labẽ atq; eluviẽ civitatis sine summa vi pervenire potuisti. Colluvies, συγκλυς, Sordes cœni, aut cujusvis rei coactæ. Colu. li. 1: Tũ etiam nantiũ, serpentium pestes hyberna destitutas uligine, cœno & fermentata colluvie venenatas emittit. Colluvio, idẽ est quod Colluvies. Cicero de Senect. O præclarũ illũ diem quũ in illud divinũ animorum concilũ, cœtumq; proficiscar, quumq; ex hac turba & colluvione discedam. Hier. ad Heliad. Neget & sacrilegũ esse, qui in libidinẽ se dedit, qui mẽbra Christi, & hostiam vivam placentẽ Deo, cum publicarũ libidinũ victimis nefaria colluvione violavit. Diluviũ κατακλυσμὸς, terrarũ inundatio, qualem Noẽ ætate cõtigisse ex factis literis cõstat, aut (ut poëtæ fabulantur) Deucalionis tẽporibus.

Allŭvĭus ager, à Veteribus dicebatur quem paulatim fluvius in agrum reddit.

ALLVVIONVM, quæ contingi solent in prædiis, quæ ripis quorundam fluminũ terminantur, ea natura est, ut semper incerta possessio, incertum sit ejus dominiũ, quod possessori per alluvionem adcrescet: nam quod hodie possidemus: nonnunquam altero die vicini fundi dominio in alterã fluminis ripã translatum acquiritur: nec tamen, apud quem decrescit, remanet, sed plerunq, redit ad priorem dominum eum augmento: sæpè nec ad posteriorem manet, nec redit ad priorem, sed in arena fluminis inundatione solvitur: ideoq; suggestione culminis tui admittitur, ut judicio agrimensoris finiatur: nõ de Aegyptiis solis, nec de limi tantùm alluvionib. loquimur, sed quod salubre est orbi terrarum, atq; omnib. provinciis, p multa gamus, ut ea quæ per alluvionẽ possessorib. acquiruntur, neq; ab ærario vendi, neq; à quolibet peti, nec separatim cẽseri, vel functiones exigi, perpetua lege valitura sancimus: ne alluvionem ignorare vitia, vel rem noxam possessoribus indicere videamur. Similiter nec quidẽ quæ paludib. antea, vel pascuis vi debantur adscripta, si sumptibus ac laboribus possessorũ nũc ad frugum fertilitatẽ translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi cõcedimus: ne hi doleãt diligenter operã suam agri dedisse culturæ, ne diligentiã suã sibi damnosam intelligant. Hæc ex Frõtino de limitibus agrorum, qcæ ille recitat ex epistola Theodosii & Valẽtiniani imperatorum. Agenus autem & ipse in libello de limitibus agrorũ sic inquit: De alluvione observatio est, si hæc in occupatoriis agitur agris: quidquid vis aquæ abstulerit, repetitionem nemo habet: quæ res necessitatem ripæ muniẽdæ injungit, ita tamẽ, ut sine alterius damno quidquã fiat. Si verò in divisa & assignata regione tractabit, nihil admittet possessor: quoniã formis per centurias certus cuiq; modus adscriptus est: circa Padũ autẽ cùm ageretur, quod flumen torrens, & aliquando tam violentũ decurrit, ut alveum mutet, & multorũ latè agros trans ripam, ut ità dicã, transferat: sæpè etiam insulas efficit. At Cassius Longinus, vir prudentissimus, juris auctor, hoc statuit, ut, quidquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat: quoniã scilicet ripam suã sine alterius damno tueri debet. Si verò majore vi decurrẽs alveũ mutasset, tuũ quisq; modũ agnosceret: quia nõ possessoris negligentia, sed tempestatis violentia abreptũ apparet. Si verò insulã fecisset, à cujus agro fecisset, id possideret: at si ex communi, quisq; suũ reciperet. Scio enim quibusdã regionibus quũ assignarentur agri, adscriptũ aliquod per centurias flumini: hoc autẽ providit auctor dividendorũ agrorum: ut quoties tẽpestas fluvium concitasset, nõ per regionẽ excedens alveũ vagaretur, sed sine injuria cujusquã defluerit: hos tamẽ agros: id est, hunc omnẽ modũ, qui flumini adscriptus est, resp quibusdã vendidit: hæ quæstiones maximè in Gallia tota moventur, quæ multis cõtecta fluminibus immodicas Alpiũ nives in mare transmittit, & subitarum relegationum repentinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetraverunt possessores à præside provinciæ, ut aliquam latitudinem flumini daret: nã & in Italia Pisaurum flumini latitudo est assignata catenus, quouſq; alluebat.

Almities, Almarum rerum habitus. Festus.

Almo onis, Rivulus est ante portam Capenam, in quo Sacerdotes Cybeles deæ simulacrum & cultros lavant. Ubi pros & sua vulnera solent abluere. Ovid 4. Fast. Ille locus, in Tyberim quà lubricus influit Almo.

Almŭs, ma, mum, ab alendo (ut docet Festus) idẽ quod alens, vel alimoniã suppeditãs. [אדון *adhòn* זן *zàn* כלכל *chalkèl* τροφὸς μόσιμος, διαφυλάττων. Gall. *Qui nourrit, soutient, entretient.* Ger. Ein ernehrer. Belg. Dat ghenecrt/ oft voortbrenge. Hisp. *Lo que mantiene.* Pol. Zywoszyc, daiacy Vng. *Táplalo, élteto.* Ang. *That nurisheth.*] Vnde alma tellus peculiari dicitur epithero, quòd fruges suggerat, quibus alimur. Columel. lib. 3. cap. 22 Quibus alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit ubera. Simili etiam

ratione

ratione ζειδωρον ἄρουραν quidam Homero dictam putant, quasi ζειδωρον, quòd arvorum feracitati vitam debeamus. Plin. tamè libro 18. capite 8: ζειδωρον ἄρουραν dictam mavult, quòd ea am suppediret: quod frugis genus olim summo habitum est in honore. Ceren quoque hoc epitheton assignavit Virgilius libro 1. Georgic. -vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo qui ducitis annum, Liber, & alma Ceres. Apud Plautum quoque in Curcul. Parasitus Heram: hoc est, Fortunam (quam nutricem suam appellat) Almam nominat. Invoco (inquit) almam meam nutricem Heram. ¶ Accipitur & pro sancto, sive pulchro: unde & Venerem Almam appellat Virgil in Epigr. de Venere & vino: -proli Venus Alma creandæ Servat. Alma fides, Cicero 3. Offic. ex Ennio. ¶ Item pro tranquillo, sive sereno. Virg. 5. Aeneid. Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.

Almyrode, Martialis: Inter Spondophorum Telesphorumque Siden stare putabis Almyroden: Quum tu simplicius tenem fateris. Quod carmen Alciat. libro 12. Paregón, ità exponit: Ridet, inquit, poëta calvum quendam, cujus tempora erant crinita, adeò ut tria capita viderentur, duo similia Spondophori & Telesphori puerorum comas nitidas alentium: medium calvitie deforme simillimum Sidæ almyrode: id est, pomo seu meloni salis. Est autem Almyrode Græcis ἀλμυρόδης, quod salsum significat.

Alnus, f. f. Arbor est aquosis locis gaudens, ex qua primùm factæ sunt lyntres: ita dicta, quòd amne alatur. [ἄλνος. Ger. Ein Erlenbawm. Belg. Een Elsboom. Polon. Olsza, Rzadsemu kol'cha. Vng. Haraxt fa. Ang. An alder tree.] Nascitur enim juxta fluvios, aquisque obruta (ut inquit Vitruvius) non facilè corrumpitur: Vnde & lignum ejus ad navalem materiam in primis commendatur. Lucan. -& fluctibus aptior alnus. Hinc fit ut & pro navi quandoq; poni soleat. Virg. 1. Georg. Tunc alnos primùm fluvii sensêre cavatas. Claudian. Qui dubiis ausus cõmittere fluctibus alnum. Scribit Aristoteles Alnos in sola Creta steriles non esse. In alnos sorores Phaëtontis mutatas ait Virgilius. Non est infrugifera, sed floret ac fructum fert. Flos parvulus rubescit. Semen exiguum in cõpactili calo, qui mori magnitudine, nec forma dissimilis.

Alo, alis, alui, altum vel altum, act. t. Significat nutrio, alimẽtis sustento, educo. [אמן *amán* חיה *chajáh* גדל *ghidhél*. τρέφω. Gall. *Nourrir*. Ital. *Nutrire*. German. Ernehren / erhalten. Belg. Dat geneert voede op. Hispan. *Criar, mantener*. Pol. Zywie, chowam. Vngar. *Táplálom, éltetem*. Ang. *To nurishe, to feed*.] Cic. de Nat. deor. libro 1: Omnia quæ aluntur, & crescunt, continent in se vim caloris. Idem pro Sext. Roscio: Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio. ¶ Transfertur & ad res incorporeas. Cicer. in Catil. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt. Quint. Sed alere facundias, vires augere eloquentiæ. Virg. Hos successus alit: id est, augere facit. Sic etiam dicimus, Honor alit artes: hoc est, Auget artes, & ad eas capessendas nos incitat. Speciem proverbii habet, quo admonemur, honorem esse præmium virtutis. ¶ Duo sunt hujus verbi participia præteriti temporis, Alitus & Altus, quemadmodum & duo supina Alitum & Altum. Diomedes tamen Alitum rectiùs dici putavit, quàm Altum, idque ambiguitatis vitandæ gratia. Apud Ciceronem tamen contrà, Altum sæpiùs legimus quàm Alitum: ut in Bruto: Vides'ne igitur, ut ea ipsa urbe, in qua & nata, & alta sit eloquentia, quàm ea serò prodierit in lucem?

Altor, oris, Verbale, m. t. Qui alit, sive educat. [אמן *omén*. τροφός, θρεπτήρ. Gall. *Nourricier*. Ital. *Balio*. Ger. Ein ernehrer. Hisp. *Criador ò mantenedor*. Pol. Obżywiacz. Vng. *Táplálo, éltető*. Angl. *He which nurisheth, or feedeth*.] Cic. lib. 2. de Nat. deor. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator & sator & parens, ut ita dicam, atque educator & altor est mundus.

Altrix, icis, f. t. Quæ alit. [אמנת *oméneth*. θρέπτειρα, ἡ τροφός. Gall. *Nourrice*. Ital. *Balia, nutrice*. German. Ein ernehrerin / auffertzieherin / Seugamm. Hispanice. *Criadora ò mantenedora*. Polon. Ochowanica, mamka. Vngar. Dayka, *táplálo*. Angl. *She that nurisheth*.] Plin. lib. 10 cap. 64: Altricemque habere per se vitam illam, quæ satis, arboribusque contingat.

Alibilis, le, Quod facultatem habet alendi. [אמן *omén* θρεπτικός. Gall. *Nourrissant*. Italice, *Cosa da nutrire*. Germanice. Das wol nehret. Hispanice, *Cosa que cria*. Pol. Dobrze żywiący. Vng. *Azon táplálható*. Angl. *Which nurisheth, nurishing*.] Varro de Re rust. lib. 2. cap. 11: Est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus liquentium maximè alibile.

Alimonia, pro nutricatione [אחיה *michjáh*. ἡ θρέψις, σωτ, τὸ τροφεῖα. Gallice, *Nourriture*. Italice, *Nutritura*. Germanice. Ernehrung. Hispanicè *Crianca*. Pol. Żywność. Vngar. *Táplálás, éltetés*. Ang. *Nurishment*.] Gell. lib. 12. cap. 1. Alituram feram, & sæyam cuminatus est.

Alimentarius, a, um, Quod ad alimentum pertinet: [σιτικός. Gal. *Appartenant à la nourriture*. Ital. *Pertinente al nutrimento*. Ger. Das zu der ernehrung / oder erziehung gehört. Hisp. *Cosa perteneciente a mantenimiento*. Pol. Przynależący do żywności. Vngar. *Azzal tartozik az táplálásra, avagy tápláló*. Ang. *Which perteneth to nurishment*.] ut, Lex alimentaria, qua filii parentes alere tenebantur. ¶ Alimentarius, cui alimenta legata sunt: sæpè legitur in jure civili, & præcipuè in l. Quum ij. de transact. lib. 2. Pandect.

Alimentum, Quod datur ad vitæ sustentationem. [מזון *mazón* מחיה *michjáh*. τροφή. Gall. *Nourriture, aliment*. Ital. *Nutrimento*. Ger. Nahrung. Belg. Voetsel / spyse. Hisp. *El mantenemiento*. Pol. Zywność, nasrzenie. Vngar. *Eledel, avagy az mi eledelünkre, és táplálásunkra való*. Angl. *Meate, nurishment*.] Scribunt Iurisconsulti, Alimenti, legatis, cibaria, & vestitum, & habitationem deberi: quia sine his ali corpus non potest. Plinius libro 11. cap. 13: Hoc quidam attingi vetant, ut largo alimento valida exeat soboles. Cicero de Vniver. Nec verò desiderabat mundus alimenta corporis. Inter alimenta igitur & cibaria hoc interest apud Iurisconsultos, quòd illorum nomine ea omnia continentur, sine quibus ali corpus non potest. Horum verò tantùm quæ ad cibum pertinent.

Alimonia, pen. corr. Idem quod Alimentum, nutrimentum. Macrob. Et Gell. lib. 17. cap. 15: Amisso que omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhaustus intereat.

Alimonium, nii, idem. Varr. lib. 3. cap. 16: Hæc omnia vocant à mellis alimonio, aluos.

Altilis, & in plurali Altilia, [סלתים *alús, semné*. Gall. *Qu'on engraisse, nourri pour engraisser*. Ital. *Tutte le cose che s'ingrassano*. Germ. Gemeste thier / was man mestet. Belg. Dat ghemest word. Hisp. *Cosa por engordar*. Pol. *Tuczona rzecz bądź zwierz, ptak albo riba*. Vngar. *Hizlalt morha*. Angl. *Which is made fatt by nurishing*.] penult. corrept. quicquid domi, vel in villis, vel in vivariis saginatur, sive sit avis, sive quadrupes, sive pisces: ab alendo, quasi Alitilis: ut, Altilis gallina, quæ alita est. Apulejus: Apologia pr. Non magis arbitror quàm si quærerem lepores vel apros, vel altilia. Macrobius Altilem sanguinem dixit, non qui alitur, sed qui alit, τρόφιμον, quasi alentem. Plaut. in Cist. Dotem altilem, opulentam dixit.

Altus, us, ui, alendi actio, [θρέψις. Pol. Zywienie. Vng. *Tartás, neuelés, hizlalás*.] Macrob. Sat. lib. 1. cap. 20: Vel terræ, vel rerum naturæ altu nutritur universitas.

Alumnari, Alere & enutrire. [אמן *amán* גדל *ghiddél*. τρέφειν. Gall. *Nourrir* Italicè, *Notrire*. German. Ernehren. Hisp. *Criar*. Pol. Wichować. Vng. *Táplálni*. Ang. *To nurishe, te feed*.] Apul. l. 8. de Asin. Quos ad tutelæ præsidia curiosè fuerat alumnati.

Alumnus, Dicitur filius vel discipulus, qui ab aliquo, velut à patre, alitur, sive victu, sive moribus, sive doctrina. [אמן *amón*. τρέφιμος. Gall. *Nourrissant, celuy qu'on nourrit*. Ital. *Alleuo, chi è notrito*. Germ. Ein erzogner / ein jüngling. Belg. Die von eenen opgevoet is / oft een opnoer. Hispan. *Criado*. Polon. Wichowaniec. Vngar. *Akki másnak táplalása, és gonduiselése alatt vagyon, avagy azzal mást táplál*. Angl. *An foster, he which is nurished, or brought up by another in meate, maners &c learning*.] Cic. Dolabellæ: Mihi verò gloriosum, te juvenem Consulem florere laudibus, quasi alumnũ disciplinæ meæ. Curt. lib. 7: Oro, quæsoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum, commilitonem vestrũ, ne dicam regem, deseratis. Virgilius 6. Aeneid. Necnon & Tityon, terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. Nonius putavit tàm activè, quàm passivè accipi posse: hoc est, tàm pro eo qui alit, quàm qui alitur, quo nomine repreheditur immeritò à Valla. Nam & Cic. & Plin. & Corn. Tacit. in hac significatione posuerunt. Plinius libro 3. capite 5. Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deum electa. De Italia dictum. Sic Corn. Tacit. in dialog. de Clar. Orator. Fit, *inquit*, magna ista & notabilis eloquẽtia, alumna licentiæ, quam stultu libertatem vocant.

Aloë, [אהלות *ahaloth*. ἀλόη. Gall. *Herbe trefamere, de laquelle le ius s'appelle aloë*. Italicè, *Herba di aloe*. Germanicè, Aloe / ein traut so bitter safft hat. Hispanicè, *Hierua baboſa*. Angl. *An very bitter heerbe the juice wherof is called Aloe*.] Herba amarissimi succi, quæ à quibusdam Semper vivum marinum appellatur. Resistit vermibus & putredini, ac visui utilis est. Gignitur in India & in Arabia, herba odoris gravissimi, foliis pinguibus & crassis, & in modicam latitudinem se fundentibus, iisque striatis, & in spinulas retusas desinentibus. ¶ Plus aloës quàm mellis habere, proverbialis metaphora, perinde declarans, ac si dicas, plus molestiæ quàm voluptatis. Apud Plautum alicubi legitur, viam hominis plus aloës, quàm mellis habere. Et Iuvenal. de uxore: Plus aloës quam mellis habet.

Alogia, [ἀλογία. Polon. Głupstwo. Vngar. Oktalanság. Ang. *Lacke of reasone*.] Latinè irrationalitas (ut ita dicam) interpretari potest, quum scilicet quavis in re à rectæ rationis dictamine recedimus. Augustus ad Catulanum, pro immodico conviviorũ luxu accepit: Attendite (*inquit*) quemadmodũ Dominicę dici nõ parvo prandio reficiatur, sed alogia delectetur:

Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus similes sunt ventri dediti: ita immoderatum convivium, quo mens, (in qua ratio dominatur) ingurgitatione vescendi ac bibendi quodammodo obruitur, Alogia nuncupatur. ¶ Dicitur etiam Alogia, quum principis liberalitate, gratiaque necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur.

Aloia, juxta Plinium dicitur esse animal mulæ, propemodùm carens flexura popletum in anterioribus cruribus. Ideò inter dormientes non cubat, sed innititur arbori. Tu vide locum.

Aloite, es, [דודאים dudhaim. ἀλοίτη. Gall. *Mandragore.* Ital. *Mandragora.* Ger. Alraun. Hisp. *Mandragola.* Pol. Pokrzyk. Vng. *Natragulya.* Ang. *A mandrager.*] Herba est vim habens soporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur.

Alŏpĕcĭă, [ἀλωπεκία. Pol. *Parch albo strup na glowie.* Vng. *Hay, szakál el hullás kopás, ollotság.*] Morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluvio capillorũ. Dicta à vulpe, quam Græci vocant ἀλώπεκας: quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. Plinius: Lingua herba est, quæ circa fontes nascitur, cujus radix combusta & trita, alopecias emendat. ¶ Est & Alopecia Strab. lib. 11: Insula Mæotidis paludis ante ostia Tanaidis, Mygdorum domicilium.

Alōpĕcŭs, qui Alopecia laborat.

Alopecias, Piscis marini genus apud Plin. lib. 31. cap. 11.

Alopecides, ἀλωπεκίδες, Canum genus, ex cane & vulpe prognatum. Pollux.

Alopecurus, ἀλωπέκουρος, pen. prod. & fœm. gen. Theophrasto Histor. libr. 7. cap. 10: Gramen tomentosum Herbariorum. Herba est quæ spicam habet mollem, & lanuginem densam, albam, ac splendentem, non dissimilem vulpium caudis, unde & nomen habet. Plin. lib. 21. cap. 17, inter spicarum genera recensuit. Aliud rursus spicarum genus ex quo est, cynops, alopecuros, stelephuros, &c. Rursus: Ex iis Alopecuros spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis unde ei nomen.

Alōsæ, ἀλόσεις, Pisces sunt, sic dicti à Gallis & Campanis: quos Hispani *Saualos.* Gall. *Alloses.* Ital. *Chieppe.* Ger. Allosen/ein fisch den man in dem Meer fahet.] Hetrusci autem & Veneti, vetere servato nomine *Clupeas* appellant. Apud Aristotelem verò, Strabonem, Aelianũ, Oppianum, & Athenæum Trissas legere est, quam vocem Alosam interpretatur Gaza. Ausonius in Mosella: Strident sesquè focis opsonia plebis alosas.

Alpha, ἄλφα, Nomen primæ Græcorum literæ. Vnde pro principe, capite, & antesignano accipitur. Martial. lib. 2: Non ipse Codrus alpha penulatorum. Et lib. 5: Quòd alpha dixi Codre penulatorum. Vbi videtur proverbiali quadam figura significare, Codrum fuisse primum penulatorum: hoc est, inter plebejos & pauperes primũ tenuisse locũ. Alpha enim pro principio, sicut ω mega pro fine sumitur, ut in Apoc. scriptum reperitur: ἐγὼ εἰμι Α' καὶ Ω. Ego sum rerum omnium summa.

Alphica, f. p. est primum granum maturum & altissimum in spica: dicitur etiam farina hordei, vel polenta.

Alphos, ἄλφος, Species est vitiliginis, corporis superficiem maculis albis, iisque subasperis, & non continuis, quasi guttis quibusdam aspergens: differtque ab ea specie, quam μέλαιναν: hoc est, nigram vitiliginem vocat Celsus, solo colore. A' Leuce verò distinguitur, quòd hæc plus habeat albedinis, altiusque descendat, adeò ut & carnem contingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albescunt, solamque contingunt cutem. Vide Celsum ad finem lib. 5.

Alsĭnē, nes, ἀλσίνη, Herba est, quam *Muris auriculam* vocãt Itali, Galli *Mouronem*, quòd hortorum muris peculiariter delectetur. Vide Plin. lib. 26. cap 4.

Alsĭōsŭs, Vide ALGEO.

Altānŭs, pen. prod. m. f. Genus venti sive flatus, è terra cõsurgentis. [Gall. *Vent qui souffle de la terre en la mer.* Ital. *Vento da terra.* Ger. Ein wind auß dem erdterich her. Hisp. *Viento que corre de la tierra à la mar.* Pol. Wiatrziemny. Vng. *Az mely szél az földről az tengerre fu.* Ang. *Wynd rysing frome the earth which bloweth in the sea.*] Plin. lib. 2. cap. 43: Nahq; & è fluminibus, & è nivibus, & è mari etiam tranquillo videmus & alios ventos, quos vocant Altanos, è terra cõsurgere: qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apopæi.

Altārĕ, Ab altitudine dictum est. Nam antiqui in ædificiis à terra elevatis sacra faciebant diis superis: in terra, diis terrestribus: in effossa, diis infernalibus. [מזבח mizbéach. βωμός. Gall. *Autel.* Ital. *Altare.* German. Ein altar. Belg. Een outaer. Hisp. *Altar.* Pol. Oltarz. Vng. *Oltár.* Angl. *An altar.*] Plin. libr. 15. cap. 30: Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræque debeant. ¶ Altare superis tantùm consecratum erat: Ara tàm superis, quàm inferis.

Altē, Vide ALTVS.

Alter, altera, ălterum, genitivus alterius, penultima correp. [אחר achér. ἕτερος, ὁδύτερος. Gall. *L' autre, le second.* Ital. *Altro il' vno de due.* German. Der ander/auß zweyen einer. Hisp. *Vno de dos, ò segundo en orden.* Polon. *Drugi, ieden ſtich dwu.* Vngar. *Másseggik.* Ang. *An other.*] & de unò ex duobus dicitur: ut, Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Sive de una duarum partium. Cicer. Duplices similitudines esse debent, unæ rerum, alteræ verborum. Virgil. 3. Aeglog. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Alius verò, ἄλλος, de pluribus dicitur: ut alii virtutem præponunt, alii voluptatem, alii indolentiam. ¶ Interdum tamen Alius de duobus dicitur, & tunc idem ferè significat quod diversus. Alia est facies mea, alia tua. ¶ Item Alter ponitur pro secundo è duobus, pluribúsve: ut, altero mense repudiavi uxorem: &, Hic est alter annus belli Punici: id est, secundus à belli Punici origine. Cicero de Senect. Nec nunc quidem adolescentis vires desidero. Is enim erat alter locus de vitiis senectutis. Plinius libro 35: Tabulas plureis pinxit, è quibus unam in foro, alterã in comitiis, duas in Pompeii porticibus videmus. ¶ Aliquando pro adverso (autore Festo) & non bono, ut in Auguriis. Altera appellatur Avis, quæ utique prospera non est. ¶ Vnus aut alter, idem valet, quod unus aut duo. Cicero pro Cluent. Quùm is unum jam & alterum diem desideraretur. Idem Attic. Vt factum Dolabellæ laudarē, adductus sum tuis unis & alteris literis. Terētius in Andr. Postquã amans accessit unus, & item alter, pretium pollicens. Quem tamen in locum Donatus annotavit, Alterum de tribus dici, quòd totidem essent Chrysidis amatores. ¶ Alter ego, elegans locutio, pro homine mihi charissimo arctissimaque necessitudine devincto. Cicero Attic. lib. 2: Meipsum accuso deinde te, quasi alterum me. Idem libro 2. Epistol. Fam. Quam si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum ex provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. ¶ Alterum tantum: id est, tantundem ampliùs. Iulianus de lib. & posth. Ita enim secundùm voluntatem testantis filius altero tanto ampliùs habebit quàm uxor: item uxor altero tanto ampliùs quàm filia. Cicero in Orat. Pes qui adhibetur ad numeros partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse parti, aut altero tanto: aut sesqui majorem esse. Olim per primam & secundam nominum inflexionem declinabatur, sicut Niger, a, um. Vnde apud Terent. in Heaut. legitur dativus Alteræ. Hoc ipsum (*inquit*) alteræ dum narrat fortè audivi.

Altĕr, têris. penultima producta, ἀλτήρ, & genere masculino. [Polon. *Kulia alboſzíba olowiana.* Vngar. *Test gyakorlásáért, hanyásra szabot ón darab.*] Significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasiis utebantur: Martial. libr. 14: Quid pereunt stulto fortes altêre lacerti? Exercet meliùs vinea fossa viros. Dictus alter est ab ἅλλομαι, quod est salio. Nam massulis hujusmodi plumbeis utraque manu se librabant, qui saltu se exercebant. Videtur plerisque aspirari oportere. Halter. Vide Budæum.

Altĕrās, Antiqui dicebant pro Al. âs. Festus.

Altercŏr, caris, d. p. Concerto, contendo, jurgium cum aliquo habeo, & contra aliquem clamo. [הבה rib. התדיין hitdaién. διαφέρομαι, ἀντιλογικῶς, ἀμφισβητέω. Gallicè, *Debatre l' vn contre l' autre, noiser, tanser l' vn à l'autre.* Italicè, *Contendere, Contrastare.* Germanicè, Haderen/zancken/balgen. Belg. Ick twyve. Hispan. *Contender y porgar con disputacion.* Polon. *Spormam, swarze, ſsie.* Vngar. *Vilongok, vixzálkodom.* Angl. *Te chyd, to debate.*] Cæsar Bel. civil. 3: Qua ex frequentia T. Labienus prodiit, summissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. ¶ Dicitur & alterco. Terent. in Andr. Scio, cum patre tuo altercasti dudum.

Altercātĭo, Concertatio, contentio, qualis erat inter actorem, & reum quando non perpetua oratione, sed interciſis jurgiis sese mutuò impetebant. [ריב rib מבה matsláh. διαφωνία. Gallicè, *Debat, controuerſe, crierie d' Auocats l' vn contre l' autre.* Italicè, *Altercatione, contesa di parole.* Germanicè, Haber/zanck. Hispanicè, *Disputa contenciosa.* Polon. *Swar, spor.* Vng. *Vilongás, vixzálkodás.* Ang. *Chyding, debate.*] Cic. de Clar. Orat. Nulla est altercatio clamoribus unquam habita majoribus. Idem de natura Deor. Oritur mihi magna de re altercatio cũ Vellejo. Livius: Altercatio inde, non sermo fuit.

Altercātŏr, oris, m. t. Qui altercatur. [רב rab. ἐριστὴς, ἀμφισβητητής. Gallicè, *Noiſif, debateur contre vn autre.* Italicè, *Chi contendere de parole.* Germanicè, Zancker/haderer/tempfer. Hispan. *Contendedor conporfia.* Polon. *Swarca, Zadzierca.* Vngar. *Vixzálkodo vilongo.* Angl. *Chyder.*] Quint. libro 6. capite 4: Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Idem: Nec turbidus, & clamosus sit altercator.

Altercum, sive Altercangenum, Apud Arabes herba est, quæ à Græcis ὑοσκύαμος: id est, Faba porcina: à Latinis Apollinaris appellatur. Plin. lib. 25. cap. 4.

Altĕrnātĭm, adverbium, per vices. [חליפות chaliphóth. ἀμοιβαίως. Gallicè, *L' vn apres l' autre, par fois.* Ital. *A vicenda, scambiamolmente.* German. Eins vmbs ander / Abgewechſleter weiß nach. Belg. Een voor danderen. Hispan. *Alas vezes vno, alas vezes otro.*

Polon.

Polon. *Na odmianij.* Vng. *Kőxősleg.* Ang. *Course about.*] Quadrig. Annal. lib. 3: Item gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

Altērnē, adverbium, à nomine Alternus, Alternatim, alternis vicibus, ἐναλλάξ. Plin. lib. 11. cap. 37: Supercilia hominis & pariter & alternè mobilia.

Altērnus, adjectivũ, à nomine Alter. Quod fit alternatim, seu Alternis vicibus. [חלף *choléph.* ἀμοιβαῖος, ἡ δὲ ἑπομένη ἀλλοῖα. Gall. *L'vn apres l'autre.* Ital. *Vno doppo l'altro.* German. Einer vmb den anderen. Hispan. *Alas vezes.* Pol. *Iedno podrugim.* Vngar. *Egymás vtán valo.* Ang. *Which is done by course about it.*] Cic. de Orat. Pedes aut Heroos, aut Choreos, aut alternos esse oportet. Virg. Aeglog. 7: Alternis igitur contendere versibus ambo Cœpére. Alternis diebus, ἡμεροδὸν παρ' ἡμέραν.

Altērnus, adverb. Significat Vicissim, Nunc unum, nũc aliud. [חליפות *chaliphóth.* παραλλὰξ, οὐ μέσος. Gall. *L'vn apres l'autre.* Ital. *Vno doppo l'altro.* Ger. Jetz eins vmb das ander/ abgewechslet. Belg. Een om dander Hisp. *Alas vezes vno, y alas vezes otro.* Vng. *Vgy, vgytag,* Kőxősleg. Ang. *Course about one efter an other.*] Virg. l. Aeglog. 3: Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

Altērno, as, are, Vicissim alterum duorum ponere. [החליף *hecheliph.* ἀμείβειν, ἐναλλάττειν, παραλλάττειν, ἐναμφιπολέζειν. Gall. *Faire maintenant l'vn, maintenant l'autre, changer par fois.* Italicè, *Alternare, scambiare.* Germanicè, Eins vmb das ander machen/ Abwechslen. Hispanicè, *Dexir ò hazer à vezes.* Polon. *Odmieniam, Ieden rasto drugi owo.* Vngar. *Viszontagsággal kwlömböztetöm.* Angl. *To charge one after an others.*] Colum. libro quinto: Dabimus operam in ordinibus disponendis, ut pari ordine vernaculas & Atinias alternemus. Hinc Alternatio, per vicem successio.

Altĕro, as, penul. corr. Vario, & quasi alterum facio. [חלף *chilléph* שנה *scandh.* ἑτεροῦν. Gall. *Varier, faire autre.* Ital. *Alterare.* Ger. Enderen/ anderst machen. Hispan. *Mudar.* Pol. *Przemieniam.* Vngar. *Kwlömboztetöm, változtatom.* Ang. *To alter to change.*] Ovid. in Fast. Ille suam faciem transformat, & alterat alter.

Altĕrātĭo, ἑτέρωσις, quam Philosophi definiunt esse progressionem ab una qualitate in alteram.

Altērplex, A veteribus pro duplici positũ invenitur. Festus.

Altērtram, pro Alterutra veteres posuerunt. Festus.

Altĕrŭtĕr, Alter ex duobus. [זה או זה *zeh ò zeh.* Διάτερος. Gall. *L'vn de vous qui qu'il soit.* Ital. *O l'vno ò l'altro di due.* Ger. Eintwederer / einer auß denen zweyen. Belg. Welcken ghy wilt van tween. Hispan. *El vno ò el otro de dos.* Pol. *Ktorikolwiek z dwu.* Vngar. *Kettő közzwl eggik, valamellik.* Ang. *The one of the two.*] Cic. in Verr. Video necesse esse alterutrum. Cęl. Cic. Pompejus dicitur valde pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum.

Altĕrŭtrīnquĕ, adverb. Videtur significare ab alterutra parte. [מזה או מזה *mippóh ò mippóh.* ὁποτέρωθεν. Gall. *De deux costez.* Ital. *Di amendue le parti.* Ger. Von eintweederem theil/ oder seiten. Hisp. *De vna y otra parte.* Pol. *Zobu stron.* Vng. *Akarmely félöl, anagy, valamely felöl.* Ang. *From both the partes.*] Plin. lib. 10. cap. 7: Eadem in causa alterutrinque modus est.

Althæă, [ἀλθαία Suidæ. Gall. *Guimauue.* Ital. & Hispan. *Maluauisco.* German. Eibisch. Polon. *Wielky slaz.* Vngar. *Vad málua* Ang. *A wylde malowe.*] Alterutrum è malvarum generibus est, sylvestre scilicet: cui grande folium, & radices candidæ. Virgil. Hibiscum, vulgus autem Seplasiorum, *Silmalam* vocat. ¶ Dicitur autem ἀλθαία ab ἀλθαίνειν: id est, mederi, quasi medicam dixeris.

Altĭmĕtĕr, à Geometris vocatur instrumentum quo metiuntur alta.

Altĭsŏnus, a, um, [עמת גבוה *honéh gheburáh.* ὑψηχὴς. Gall. *Qui sonne haut & clair, ou d'enhaut.* Ital. *Chi fa gran suono.* Germ. Das laut/ hoch/ oder hell tönet. Hispan. *Que suenna alto.* Polon. *Glosny.* Vng. *Hangos szauu.* Ang. *Which soundeth cleare or shrill.*] Quod ex alto sonat, poëticum est: Cicer. 3. Tusc. Septum altisono carmine templum. Idem 1. de Divin. Hic Iovis altisoni subitò privata satelles, *&c.*

Altĭtŏnans, pen. corr. [רעם מרום *rohém mimmaróm.* ὑψιβρεμέτης. Gall. *Qui tonne d'en haut.* Ital. *Altitonante.* German. Der auß der höhe tönet oder donderet. Hispan. *Lo que truena de alto.* Pol. *Zwiszokabrzmie, item grzmie.* Vngar. *Onnan föltol dörgő.* Angl. *That thundereth frome aboue.*] Qui ex alto tonat. Cicer. de Divin. Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.

Altĭvŏlans, penultima corrept. Qui altum volat. [ὑψιπέτης. Gall. *Volant en haut.* Ital. *Altivolante.* Ger. Der hoch fleugt. Hisp. *Cosa che buela alto.* Vngar. *Igön föl röpülő.* Angl. *Which fleeth highe.*] Cicer. 2. de Divin. -at Romulus pulcher in alto Quærit Aventino, servat genus altivolantum.

Altĭvŏlus, a, um. Idem Plin. lib. 10. cap. 19: Sunt ferè omnes altivolæ, præter nocturnas.

Altŏr, oris, & Altrix, Vide ALO.

Altrīnsĕcus, [מזה או מזה *mippóh ò mippóh.* ἑτέρωθεν. Gall. *De l'autre costé.* Ital. *Altronde.* Ger. Von der ausseren seiten. Belg. Van buyten. Hisp. *Dela vna ò dela otra parte.* Pol. *Z ktorey kolwiek strony.* Vngar. *Akár mely félöl, valamely félöl.* Ang. *Frome the other part.*] penul. corr. adverbium ab Alter formatum, significat ab altera, vel ab utravis parte. Lactant. libro de Opificio: Aureis duas, quarum duplicitas incredibile est quàm tam pulchritudinem præ se ferat, quòd tùm pars utraque similitudine ornata est, tùm ut venientes altrinsecus voces faciliùs, colligantur. ¶ Item significat juxta alteram partem. Plaut. in Pseud. Assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. Idem in Rud. In ensiculo mei nomen patris, pòst altrinsecus est securicula, item aurea literata. ¶ Quandoque in altiore parte. Apul. lib. 3: Tectũ scandulare conscendit, quod altrinsecus ædium parte perflabili nudatum, ad omnes Orientales cæterosque aspectus pervium. Et lib. 5: Altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfectè magis congesta gazis conspicit.

Altrōvĕrsum, adverbium antiquum ex Alter, & Versus, in, vel versus alteram partem. [ἑτέρωσε. Gall. *Vers l'autre part, vers l'autre costé.* Ital. *Verso altroue.* German. Gegen der anderen seiten. Hisp. *Dela otra parte.* Polon. *Przeciwko, Zdrugiey strony.* Vngar. *Más felé.* Ang. *Towardes the other part.*] Plaut. in Casin. Verùm autem altroversum quum eam mecum rationem puto, ejus esset mecum postulatio.

Altus, ta, tum, quum est nomen, significat idem quod sublimis, aut editus. [גבוה *geaboh* רם *ram* עליון *heljón.* ὑψηλός. Gall. *Haut.* Ital. *Alto, profundo.* German. Hoch oder tieff. Hisp. *Alto, ò hondo, como el cielo ò el mar.* Polon. *Wisoky, Gleboky.* Vng. *Magas, mély.* Ang. *Highe.*] Interdum etiam idem quod profundus βαθύς: ut quum puteum altum, aut mare altum dicimus. Quinetiam Altum ponitur pro ipso cœlo. Virgilius 4. Aeneid. Hæc ait, & Maja genitum demittit ab alto. ¶ Et pro ipso mari profundiore, & à terris remoto. Idem 1. Aeneid. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum. Vela dabant læti. Salust. Et piscatoria Scapha in altum navigat. ¶ Per translationem quoque, ponitur pro excellenti, glorioso. Virgilius 3. Aeneid. Te sine nil altum mens inchoat. ¶ Et pro magno. Idem 10. Aeneid. Sic pater ille Deûm faciat, sic altus Apollo. ¶ Transfertur & ad incorporea, pro recondito, seu profundo. Idem 9. Aeneid. -quid me alta silentia cogis Rumpere? Idem 1. Aeneid. -manet alta mente repostum Iudicium Paridis.

Altē, adverbium qualitatis, Excelsè, sublimè, profundè. [ὑψοῦ, βαθέως. Gall. *Hautement, en haut.* Ital. *Altamente, profundamente.* German. Höchlich/ tieff. Hisp. *Alta ò hondamente.* Pol. *Gleboce, wiscoce.* Vng. *Magassan, fön, mélyen.* Ang. *Highlie, deeplie.*] Virgil. 6 Aen. Ergo altè vestigia oculis. Liv. 1. ab Vrb. Ferrum haud altè in corpus descendit.

Altīssĭmē, Superlativus. [Vng. *Igen magassan, mélyen.*] Suet. in Aug. Cùm altissimè evolasset.

Altĭus, comparativum. Cic. 2. de Divin. Quum terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus.

Altĭūscŭlus, paulo altior. [Vng. *Magassotskáb.*] Suetonius in Augusto: Calceamẽtis altiusculis usus est, ut procerior quàm erat, videretur.

Altĭtūdo, Excelsitas, profunditas. [גובה *ghobáh* מרום *maróm.* ὕψος βαθύτης. Gallicè, *Hauteur, hauteur.* Italicè, *Altitudine, altezza, profundità.* Germanicè, Höhe/ tieffe. Hispan. *Altezza, d. grandad, hondura.* Pol. *Wisokosc, Glebokosc, glab.* Vng. *Magassag, Mélység.* Ang. *Highnesse, deepnesse.*] Cicero de Offic. Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspiciis. Plinius libro 10. cap. 33: Merops nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. Cicero 7. Verr. Totum opus est ex saxo in mirandam altitudinem depresso.

Altus, penult correpta, m. f. [בחל נחל *náchal* שבולת *schibbóleth.* χάραξ. Gall. *Canal, auge.* Ital. *Canale ò letto del fiume.* German. Die furt eines wassers / Der graben in dem das wasser hereyn fleusst. Hispanicè, *La madre ò valle por donde core el rio.* Polon. *Przikop, row ktorim wode wieda.* Vngar. *Fölyouiz, árka, partya.* Ang. *The channel of a riuer.*] Propriè dicitur fossa, per quam fluvius defluit. Virgilius: Assueræ ripis volucres, & flumnis alveo. ¶ Ad hujus similitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur. Cicero pro Cælio: Ex quibus requiram, quomodo latuerint, alveus ne ille, an equus Trojanus fuerit. ¶ Item tabula lusoria ad aleam & latrunculorum ludum accommodata, Alveus dicitur, [Græcè κύβος. Gallicè, *Tablier à iouer aux dames, damier.* Italicè, *Il tauogliero da giuocare à scacchi, ò tauole.* Germanicè, Brettspil/ tafel. Belg. Die Groeue daer in die vloet loopt. Hisp. *Tablero para jugar.* Pol. *Warcaby.* Vngar. *Kocska tábla, verfölye tabla.* Ang. *An table to playe at thee dames.*] Plin. M. Messalla Consul, pridie calend. Octob. diem natalis sui egit: transtulit alveum cũ tesseris lusorjum, è gemmis duabus latũ pedes tres. ¶ Sed & receptaculum, in quo apes mellificant, Alveus dicitur, à mellis alimonia, ut Varro existimat [Pol. *Vl.* Vng. *Méh kosár, kaptár.*] Plin. lib. 11: Alveos ex cornu spectatos esse: id est, apum alvearia.

¶ In

¶ In hac significatione etiam Alvus dicitur: Varro de Re.rust. Si ex alvo minus frequenter exeunt. ¶ Aliquando pro navi, sive pro ipsius navigii receptaculo, ut apud Propertium: Aut quid nam fracta gaudes Neptune carina? Portabat sanctos alveus ille viros. Liv. lib. 41: Alveos informeis raptim faciebant: id est, naviculas. ¶ Declinatur & hoc alveum. Festus: Naustibulum alveum est, ad navis similitudinem factum.

Alvĕŏlŭs, & Alveolum, diminutiva sunt: tabula lusoria, quæ alio nomine dicitur Latruncularia & Aleatoria, à latrunculis & aleis. [κύβιαφρον, ξυάκιον, κυβίδιον. Vngar. *Koczka tábla.*] Cic. de Finib. Aut alveolum poscere, aut quærere quempiam ludũ. ¶ Est etiam Alveolus, vas ligneum concavum. Liv. 8. Bel. Pun. Secures, falces, alveolos, molas. Colum. lib. 8. cap. 5: Totum ovorum numerum in alveolum ligneum cẽ nferat.

Alvĕārĭum, n. s. quod & alveare, & per apocopen Alvear, Locus vel copia ipsa alveorum. [σμιῶδες, κυψέλη. Gall. *Les rusches à mouschas à miel, o. leh. u où ils sont.* Italicè, *Vaso ò cosa doue le api nidificano, & mett. sua cera.* German. Ein Immenkorb. Belg. Een plaetse daer die Byen staen/oft den swerm. Hispan. *El col mear.* Polon. Pszczelnik. Vngar. *Kaptár, méh kosár.* Ang. *An place wher bees do make honie, an beehive.*] Varro lib. 3. de Re rust. Quæ maceriẽ ad villam venationis causa clauduntur, & propter alvearia. Colum. lib. 9. cap. 11: Quum vetus alveare numero apum destituitur. Idem lib. 9. cap. 8: Earum frequentiam apertis alvearibus consideremus.

Alvĕātŭs, a, um, adject. In alvei modum factus, cavatus. [κυβιώδης ῥυακώδης. Gall. *Cané en facon d' vn canal ou auge.* Ital. *Luoco canato in modo di alueo ò canale.* Ger. Das ausgehölet ist wie ein tãnel. Hisp. *Cauado en manera decana, acãalado.* Pol. *Widlubany widzienioni.* Vng. *Kivájattatot, vreg.* Ang. *Made in fashion of an channell.*] Cato cap. 43: Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oporret.

Alvĕŏlātŭs, a, um, κοιλωτός. Vitr. lib. 3: Si enim ad libellam dirigetur, alveolatus oculo videbitur.

Alvīnĭ, Vide ALVVS.

Alum, Autor Plin. lib. 28. cap. 6: Herbæ species est, σύμφυτον πετραῖον, quæ in petris præcipuè nascitur, similis cunilæ bubulæ, foliis parvis, ramis tribus, aut quatuor à radice cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, radice longa & rutila. Rugl. *Buglum* vulgò credit vocari.

Alūmĕn, penult. prod. Salsugo terræ, ad crystalli colorem accedens, quam Græci ἀπὸ τοῦ αἴθειν: hoc est, ab adstringendo, στυπτηρίαν vocaverunt. [נתר *nether.* Gallicè, *Alun.* Ital. *Alume.* German. Alaun/alat. Hispan. *Alumbre.* Pol. *Halun.* Vngar. *Témsö.* Angl. *Alme.*] Tria hujus enumerantur genera, liquidũ, rotundum, & scissile. Liquidum natura primum est: nam ex eo duæ reliquæ species concrescunt. Verùm hoc rarissimum est, quèmadmodum & scissile. ¶ Invenitur tamen in Aegypto, lacti persimile. ¶ Alumen rotundum & globosum est, non tamen absolutè sphæricum (habet enim plurimos angulos) sed ad rotundam figurã nonnihil accedens. Hujus hodie maxima ad nos advehitur cõpia. Tertium genus aluminis est, quod Græci χιστὸν: hoc est, scissile vocant, eò quòd molle sit, & friabile in minimas partes. Hoc quoque rarissimum est. Nam quod seplasiarii pro eo supponunt, quodq; hodie Galli sua lingua vocant *Alun de plume.* Amiantus lapis est. Vide Plin. libro 35. cap. 15. & ea, quæ infrà annotavimus in dictione AMIANTVS. Dictum putatur à Lumine quòd lumen coloribus tingendis præstet.

Alūmĭnātŭs, ta, tum: [στυπτηριωτός. Gallicè, *Mixtionné d' alun.* Italicè, *Mescolato d' alume.* Germanicè, Das von alaun ist/oder mit alaun vermischt. Hispanicè, *Lo que tiene alumbre.* Polon. *Halanowaty.* Vngar. *Témsös.* Angl. *Mixed with alme.*] ut, Aqua aluminata, quæ transit per venas aluminis, apud Plin. libro 31. capite 6. ¶ Aluminosus, idem Plinius libro 31. capite 3.

Alūmnŭs, Alumnari, Vide ALO.

Alus, symphitum petræum, Dioscorides.

Alva, serva & scalmatis folia, sive scamçtis odores, suffumiganeis odoribus idonea.

Alvus, sicci excrementi receptaculum.

Alusiæ, specus sacer in Thalamo Thuriæ monte, ab Allusio proximo amne cognominatus, ut scribit Lucius Ianus Parrhasius in Claudianum.

Alūtă, penultima producta, Pellis mollior, & ad calceos, & ad cætera opera facienda concinnata. [κίβεσσα. Gall. *Peau deliee & molle, dequoy on fait gans, bourses esguil lettes & telles choses.* Italicè, *Pelle mollicina & delicata.* Germanicè, Linde vnnd weiche fäßl/zart leder. Belg. Weeckvel. Hispanicè, *Pella ja ò cuero bien adobado, y curtido.* Pol. *Skorac ziagla, zameß.* Vng. *Lágy bör, ért bör, gyártót bör.* Angl. *Tawed leather.*] Cæsar Bell. Gall. 3: Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. ¶ Sumitur etiam quandoque pro sacco, seu marsupio, Iuvenal. Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

Alūtārĭŭs, Coriarius: hoc est, pellium & coriorum concinnator. [βυρσοδέψης. Gallicè, *Megissier, qui accoustre & appareille tellos peaux.* Italicè, *Quel che acconcia tal pelli.* Germanicè, Ein weißgerber/ein lederbereiter. Belg. Leertouwer. Hispanicè, *Capatero de obra prima y polida.* Pol. *Bieloskornik Garbarz.* Vng. *Szö gyarto, Timár.* Angl. *A tawer ofleather.*] Plaut. Hic alutarius cerdo. Propriè tamen Alutarii tenuiorum pellium dicuntur: Coriarii crassiorum.

Alūtātĭo quid sit, docet his verbis Plin. lib. 33. cap. 4: Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt, ita vocatur indicium. Alueus, ubi id est, arenæque lavantur: atque ex eo quod resedit, conjectura capitur, ut inveniatur aliquando in summa tellure protinus, summa fœlicitate. Alutationem vocant, si & auro ea tellus subest. Vide in hunc locũ Hermolaum Barbarũ.

Alvus, [בטן *béten.* κοιλία. Gallicè, *Le ventre.* Italice, *Ventre.* Germanicè, Der Bauch. Hispan. *Vientre.* Polon. *Zywoth, brzuch.* Vngar. *Has.* Ang. *The bellie.*] Ab aluendo, propriè dicitur, qua sordes effluunt, sive eluuntur. Plinius lib. 20: Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt alvum. ¶ Quandoque ponitur pro ventre qui apparet. Colum. lib. 8: Nisi obesam ingluvie, atque distentam in pabulis alvum demerserit, & refrigeravit. ¶ Item Alvus, ubi apes mellificant, qui & alveus. Varro: Si ex alvo minus frequentes exeunt. ¶ Interdum vas cavatum, ubi quid reponitur. Olim erat tàm masculinum quàm fœmininũ, hodie tantùm fœminini generis. Virg. In latus, inque ferit curvam compagibus alvum. Accius in Annalibus, teste Nonio, in masculino genere posuit: Alvus quàm frigidissimus.

Alvīnŭs, qui & lyentericus, κοιλιακός: à Græcis dictus, quòd alvo langueſcat. [Gall. *Maladif de ventre, qui a le flux de ventre ordinairement.* Italicè, *Infermo di ventre.* Germanicè, Bauchflechs oder der wehtag vnnd kranckheit des Bauchs hat. Hispanicè, *El que tiene camaras.* Polon. *Biegunke maiacy.* Vngar. *Has fáió, ax kinek ax hasa megyön.* Angl. *Which is sicke ofthe flixe.*] Plinius libro 21. cap. 27: Vincapervinca, alvinis imposita, multum prodesse dicitur.

Alum authore Plinio lib. 27. cap. 6. Herbæ species est, quam Græci σύμφυτον πετραῖον, Symphytum petræum vocant, fortè quòd in petris præcipuè nascatur, similis cunilæ bubulæ, foliis parvis, ramis tribus aut quatuor à radice, cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, salivam ciens, radice longa & rutila. Alum Dioscoridi ὀφυοκρόδα, alum anguinum, vel sylvestre. [Vng. *Kigyo hagyma*]

Alypon, ἄλυπον Dioscoridi. Vulgò, *Turbit di Leuante*: Est herba subrubra, latis festucis, foliis minutis, flore nigro, radice beræ non absimili.

Alysson, ἄλυσσον Dioscoridi, Frutex est caule tantùm & foliis minoribus à rubia distans: [Pol. *Kanopka.* Vng. *Vad kendör.*] ut tradit Plin. lib. 24. cap. 11. Nomen habet ab eo, quòd solo conspectu rabiem curare credatur. Quidam eandem putant esse cum ea, quam hodie *Rubiam minorem* vocamus, alii eam esse malunt, quæ Cannabis agrestis dicitur.

A ante M

Am, Præpositio Græca, quæ nisi apud vetustissimos, extra compositionem non reperitur, significatque circum. Cato separavit, quum dixit, Am terminum. Verùm quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ causa: ut, Ambages, Ambio, Ambesus, Ambigo, Amburbium, Ambarvalis, Ambustus. Si verò cum c, h, f, q, mutatur in n: ut, Ancisus, Anhelo, Anfractus, Anquiro. Cùm p, remanet integra: ut Amputo. ¶ In notis antiquorum, A M. amicus. A M N. amicus noster. A M P. amabilis persona. AMS. amicus. A V R. aurum vel Aurelius. A M N. amantissimus. A M N T. A M N. amicus noster amantissimus. AMPHTR. amphitheatrum.

Ama, f. p. avis nocturna, quæ & strix, eadem fortè quæ vespertilio. Ama etiam dicitur vas, ad fundendum vinum accommodum.

Amābĭlĭs, Amabilitas, Amabiliter, Amabo, Vide AMO.

Amaltheæ cornu, Ἀμαλθείας κέρας, idem quod copiæ cornu. Vtimur quoties affatim omnia supereſſe significamus. Translatum à fabula quæ variè narratur apud Autores. Quidam ad hunc modum narrant: Rheta Iovem enixa metu Saturni patris liberos recens natos devorare soliti, infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus Nymphis, Adrastea & Ida Melissei filiabus. Hæ nutricaverunt illum lacte cujusdam capræ, cui nomen erat Amalthea, quam Iupiter jam adultus ob acceptum beneficium in sydera retulit. Hujus alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii prẽmium, hanc adjiciens facultatẽ, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularet. Ovid li. 5. Fast. paulò diver sius fabulã narrat: Nais Amalthea Cretea nobilis Ida, &c. Aliter

liter narrat Diod. Sicul. lib. 4. cap. 5. Rursum aliter lib. 6. cap. 2. Vide Strab. libr. 10. Philostratus Dionem sophistam appellat Amaltheæ cornu velut omni genere virtutum expolitum. Plutarchus irridēs parodoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuūt universa, divitias, libertatem, sanitatem, & regnum, Qui Stoicam, inquit, acceperit Amaltheam.

Amalthea & Amaltheum, Cicero vocat Attici Bibliothecam, propter variam & magnam bonorum librorū copiam, quasi dicas Copiæ cornu. Cic. ad Attic. lib. 1. 8. & lib. eodem, epist. 11. ad finē: Velim ad me scribas cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuū, quo ornatu, qua παρασκευῇ: & quæ poëmata, quasq; historias de Ἀμαλθέᾳ habes, ad me mittas, & lib. 2. epist. 16.

Ā̆mando, das, Aliò mando, ablego, aliquò mitto, removeo. [שׁלח *schillách.* ἀποσκυβάζομαι, ἀποπέμπω, ἀποδιοπομπέομαι. Gall. *Ennoyer hors de chez soy, envoyer quelque part.* Ital. *Mandare altroue.* Germ. Anderßwohin senden/hinweg schicken. Hispan. *Embiar de si.* Polon. *Odsełam.* Vngar. *El kwldőm, kőuetségre botsátom.* Angl. *To send away.*] Cicero pro Rosc. Amandaverat hunc sic, ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam, ut commodis omnibus careret. Idem pro domo sua ad Pont. Me expulso, Catonem amandato.

Ā̆māndātŭs, a, um, Gell. libr. 12. cap. 1: Neque multò minor amandati ad nutricē aliam filii, quàm morte amissi oblivio est.

Ā̆māndātĭo, onis, f. t. relegatio, rejectio. [שׁלוח *schilláach.* ἀπόπεμψις. Gall. *Ennoyer hors de chez soy, esloignement de soy.* Ital. *Il mandare lontano.* German. Ein hinwegschickung. Hisp. *Embiada de si.* Pol. *Odeasanie.* Vngar. *El kwldés kőuetségre botsátás.* Ang. *Sending away.*] Cic. pro Rosc. Taménne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atq; amandatio appellabitur.

Ā̆mans. Amanter, Vide AMO.

Ā̆mănŭēnsēs, Dicti sunt servi, quorum opera & manu in scribendo perinde ac scribarum utimur. Hi & Ā̆ manu, dicuntur. [סופר *sophér.* ὑπογραφεῖς. Gall. *Clercs qui servent à escrire, Secretaires.* Ital. *Serui ches' adopranno à scriuere.* German. Diener so man zum schreiben braucht/ Substituten. Belg. Asserveyer oft Substituyeren. Hispan. *Los que scriuen lo que otre dixe.* Polon. *Pissarczik, słuszka od pissania, sekretarz.* Vngar. *Vendég iró, iró deák.* Angl. *Clerkes which serueth in writting, secretars.*] Sueton. in Ner. Ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis. Vide in A. Alius est servus qui dicitur Ad manum.

Ā̆mărăcĭnum, n. s. ἀμαρακίνον, penult. corr. sive sampsuchinum, σαμψύχινον. [Pol. *Oleiek maieranowy.* Vng. *Maiorána olay.*] Oleum seu unguentum, quod fit ex amaraco, ad excalefaciendos emolliendosque nervos, ut Plin. scribit lib. 21. Lucretius: -postesque superbos Vngit amaracino, & foribus miser oscula figit. Et iterum: Sicut amaracini blandum tactæque liquorem. Hujus unguenti nobilissimus odor locum fecit proverbio: Nihil cum amaracino sui: quod Aulus Gellius, extremo lucubrationum suarum capite eleganter torquet in quosdam ingenio pinguiore homines, & à Musarum sacris alienos, qui elegantiores literas, quas non assequuntur, miro supercilio contemnunt.

Ā̆mărānthŭs, m. s. ἀμάραντος, Herba est spicam veriùs habens, quàm florem, eamq; purpuream, ab immortalitate nomen trahens: unde, Immortales amaranthi, nunquam enim marcessit. Fitq; ab α privativa particula, & μαραίνομαι, siccor, tabesio. Plin. lib. 21. cap. 8: Amarantho nō dubiè vincimus. Est autem non φλοῦς sive φλόμος, Theophrasti (ut tamen censuit Anguillara) sed πορφύρεον potiùs, quàm purpuream transtulit idē Plin. lib. 21. cap. 11. cui φλοὸς flammea est. [Gal. *Passeuelours* vocant. Vng. *Bársony virág.*]

Ā̆mārŭs, a, um, [מר *mar* מרירי *meríri.* πικρός. Gall. *Amer.* Ital. *Amaro.* Germ. Bitter. Hisp. *Amargo.* Pol. *Gorzki.* Vng. *Keserw.* Ang. *Bitter.*] Quod contrarium est dulci. Virg. 1. Aeglog. -& salices carpetis amaras. Plin. Esse debet gustu amarū. ¶ Translatè pro aspero. Virgil. 11. Aeneid. Hostis amare quid increpitas? Cic. Attic. Amariorem me fecit senectus. Plaut. in Pseud. non sine proverbii specie ait dulce & amarum pro lætis & tristibus. Amans adolescens de epistola amicæ: Dulce amarumque unà nunc misces mihi. Idem in eadem fabula: Dulcia atq; amara apud te sum eloquutus omnia.

Ā̆mārēscĕrĕ, Amarum fieri. [מר *mar.* πικραίνεσθαι. Gall. *Deuenir amer.* Ital. *Diuenir amaro.* Germ. Bitter werden. Hisp. *Amargar.* Pol. *Gorsznac.* Vng. *Meg keserődőm.* Ang. *To waxe bitter.*] Palladius: Amygdalus, si rodatur, amarescit.

Ā̆mārĭcā̆tĭmē, [Vngar. *Igőn keserwn, keserueßen.*] Suetonius in Tiberio: Accusavit per literas amarissimè congestis etiam probris.

Amarico, as, penultima correpta. [Germanicè, Verbitteren.] Amarum: id est, asperum facio, & quasi exacerbo, πικραίνω. Augustinus: Ipsi amaricaverunt Deum, qui peccando in eam ægritudinem devenerunt.

Ā̆mā rĭtūdo, f. t. & Amaror pro eodem accipiuntur: nam significant insuavitatem & asperitatem illam, quā Græci [πικρίαν.

μὴρ *mémer.* Gall. *Amertume.* Ital. *Amaritudine.* German. Bitterkeit. Hispan. *Amargura* vocant. Polon. *Gorßkoßc.* Vng. *Keserwßég.* Angl. *Bitternesse.*] quum scilicet lingua adeò detergitur, ut etiam exasperetur. Hujusmodi enim sapores amaros vocari, docet Plato in Timæo, & post eum Gal. lib. 1. de Facul. Simp. med. Virgil. 2. Georg. At sapor indicium faciet manifestus, & ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror. Plinius lib. 11. cap. 37: Ideò tantam habent amaritudinem, ut à canibus non attingantur. ¶ De voce Amaror vide Gellium.

Ā̆mārĭtĭēs, ei, f. q. idem quod amaror: & per translationem accipitur pro solitudine & dolore. Catul. Multa satis lusi: non est dea nescia nostri, Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Ā̆mārŭlēntŭs, valde amarus: [מרירי *meriri.* πικρός. Gall. *Fort amer, plein d' amertume.* Ital. *Pieno di amaritudine.* Germanicè, Hefftig bitter. Belg. Bitteracht ich. Hispan. *Amargo.* Pol. *Nagbitgorzky.* Vngar. *Igőn keserw.* Ang. *Very bitter.*] ut, Succus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in invidiam, aut malevolentiam exacerbato. Gell. Amarulentus librum, maledicentissimum conscripsit.

Ā̆māsĭŭs, ἐρώμενος, vel Amasia, ἐρωμένη, Qui vel quæ amat vel amatur. [עגב *hogéb.* Gall. *Amoureux.* Ital. *Inamorato.* Ger. Ein Buler / oder die gebulet wird. Hispan. *Enamorado.* Polon. *Mieloßnik, gamrat.* Vng. *Szeretős.* Ang. *A paramour, he or she that loueth, or is loued.*] Gell. libr. 19. cap. 9: Audite ac discite, nostros quoq; antiquiores poëtas amasios ac venerios fuisse.

Ā̆māsso, pro Amavero, scripsit Laberius & Plautus in Mil.

Ā̆mātŏr, Amator, Amatorius, Vide AMO.

Ā̆māurōsĭs, [ἀμαύρωσις. German. Dunckelheit der Augen.] Latinè dicitur, oculorum obscuritas, quum sine ullo evidenti vitio, & citra dolorem, visus obscuratur: quod solet contingere ex obstructione nervi visivi.

Ā̆mbāctŭs, ambacti, apud Ennium, inquit Festus, lingua Gallica significat servum. Cæs. lib. 6. Bell. Gall. Eorum ut quisque est genere copiis q; amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientesq; habet.

Ā̆mbāgēs, penultima producta, f. t. Significat verborum circuitus. [עקלקלות *hakalkallóth.* περιωγή. Gall. *Propos ambigu, ambageois.* Ital. *Giro de parole, ciancie.* German. Vmbschweiffende red. Belg. Omweghen een vertoogh reden. Hispan. *Los rodeos de palabras.* Polon. *Krążenie mowy, wikretny, omilanie.* Vngar. *Kerőngő beßéd, tekergő zés.* Ang. *A circuit of wordes, deceatfull speach.*] Virgil. libr. 2. Georg. -non hic te carmine ficto Atque per ambages & longa exorsa tenebo. Veteres quoque ambagio dixerunt: de quo nomine Varr. lib. 6. de ling. Lat. Ambagio, inquit, dicta ab eo quod ambit orationem.

Ā̆mbāgĭōsŭs, sa, sum, Quod abundat ambagibus. [עקלתון *hakallathón.* περίπλοκος. Gallicè; *Plein d' obscurité & ambiguité.* Italicè, *Pieno di giri.* Germanicè, Das viel vmbschweiffig ist. Hispanicè, *Lleno de rodeos.* Polon. Wikretny, nießery. Vngar. *Kerőngős, Tekergőzős.* Angl. *Full of deceatfull wordes.*] Gell. Neque præcepta dicunt, sed lubrica atq; ambagiosa conjectatione nitentes inter falsa & vera.

Ā̆mbārvālĭs hostia, ab ambiendis arvis dicta, victimæ genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitū. Solebant enim hujusmodi hostiis, antequam cęderentur, arva lustrari. Virgil. Terque novas circum fœlix eat hostia fruges. Festus tamen ab ambo, videtur compositionem deducere, dicens: Ambarvales hostiæ appellabantur, quæ pro arvis à duobus fratribus sacrificabantur. Huic autem sacrificio præfecti erant sacerdotes numero XII. à Romulo primùm instituti, quos Fratres Arvales vocabant, de quibus latiùs suo loco.

Ambarum, Odoramenti genus est, quod Ab Aetio, recentioribusq; Græcis ἄμβαρ appellatur, quod teste Ruell. libr. 1. cap. 27. Vulgò *Ambragryſea* vocatur.

Ambasiatores, pro Legatis vulgo dicuntur.

Ā̆mbēdo, ambedis, ambedi, ambedere, ex Am, & Edo: id est, circumedere. [אכל *achál.* περιεσθίειν. Gallicè, *Manger & ronger tout entour.* Italicè, *Roder ò mangiar tutt' intorno.* Germanicè, Vmbessen / zu ringe vmb nagen. Hispanicè, *Comer en derredor.* Polon. *Ogloduie, ogrizuie.* Vngar. *Környwl rágom, köröskörnywl el eszöm.* Angl. *To eat about, to gnawe about.*] Plautus in Merc. Suæ uxoris dotem ambedisse: oppido mihi illud videri mirum, ut una illæc capra Vxoris simiæ dotem ambederit.

Ā̆mbēsŭs, a, um, Circunquaque esus. [נאכל *neechál.* περιεσθόμενος. Gallicè, *Rongé tout à l' entour.* Italicè, *Roduto d' intorno.* Germanicè, Vmbgessen, vmbnaget. Hispanicè, *Comido en derredor.* Polon. *Ogrizony ogledany.* Vngar. *Körös környwl el rágattatot.* Angl. *Eaten on all partes.*] Virgilius 3. Aeneidos: Quam vos dira fames, nostræque injuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas. ¶ Legitur & Ambest, tertia persona ab Ambedo, quemadmodum Est ab Edo. Reliqua tempora & personæ regularites per tertiam verborum declinationem inflectuntur.

Ā̆mbēgnī,

Ambēgnī, à veteribus bos & vervex appellabantur, quum ad eorum utraque latera agni in sacrificium deducebantur. Festus. Apud Varronem ambiegni est. Ambiegna bos, *inquit*, est circum quam aliæ hostiæ constituuntur.

Ambĭdēntēs, f.t. Oves dictæ à veteribus inveniuntur, quæ in utraque mandibula habeant dentes. Hæ & bibentes dicuntur. Autor Festus.

Ambĭdĕxtĕr, m. f. qui ita læva manu uritur ut dextra. [יאיבן איש אסר יד *isch ittér jadh jemínó.* ἀμιδέξιος, ἢ ἀμφοτερόδεξιος. Gall. *Gaucher & dextrier.* Ital. *Dritto & mancino.* German Der die lincke hand alß die rechte braucht. Belg. Die de slincke hant ghesyckt die rechte con gebruycken/ Die slinck on rechts is. Hisp. *Diestro de entrambas las manos.* Pol. *Lewaprawa reky maiacy zwiczaina.* Vng. *Azky nimid bal s' mind iöh kézzel egyaránt él.* Ang. *He which is alyk able of the left hand as of the ryght.*]

Ambĭfārĭām, bifariam. [Pol. *Zobuśtron.* Vng. *Kétképpen.*] Apuleius in Apologia: Item Zenonem illum antiquum, Velia oriundum, qui primus omnium dictionem solertissimo artificio ambifariam dissolveret.

Ambĭgnă, f. p. dicebatur ovis, quæ cùm geminos pareret, de ipsis sacrificabatur.

Ambĭgo, gis, penultima correp. ex am & ago, propriè significat circumago, circundo. [סבב *sabáb.* ἀμφιάω.] August. Quibus muris ambigere. Vnde & Ambactus, & Ambages. ¶ Item Ambigere, est dubitare. [טען *pun* תלה *taláh.* ἀμφισβάλλειν, διαπεᾶν. Gall. *Estre en doute, estre flotant.* Ital. *Dubitare, stare in dubio.* German. Zweiffel stehen/ oder zweiffelhafftig sein/ Belg. Twifelen. Hispan. *Dudar.* Pol. *Wątpić, obiazm.* Vngar. *Kétőlkődöm.* Ang. *To bring about, to doubt.*] ¶ Interdum ponitur pro litigare, & controversiam movere, ἀμφισβητεῖν. Terent. in Heaut. Simo & Crito, vicini nostri, hîc ambigunt de finibus: me accepere arbitrum.

Ambĭgĭtŭr, impersonale, disceptatur. Cic. 3. Verr. Si de hæreditate ambigitur.

Ambĭgŭŭs, a, um. Dubium, quod in ambàs agi partes potest. [טלוי *talúi* נבוך *nabúch.* ἀμφίδολος. Gall. *Ambigu, douteux.* Ital. *Ambiguo, dubio.* German. Zweiffelhafftig. Belg. Twifelachtich. Hispan. *Cosa dudosa à dos partes.* Pol. *Wat pliwy.* Vng. *Kétséges.* Ang. *Ambiguouse, doubtsome.*] Lib. 1. ad Heren. Ex ambiguo controversia nascitur, quum scriptum duas sentētias aut plureis significat, hoc modo: Tullius meus hæres Terentiæ uxori xxv. pondo vasorum argenteorum dato quæ volet. Post mortem ejus pretiosa vasa, & cælata magnificè petit mulier. Filius se, quę ipse vellet, in triginta pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. ¶ Habet etiam Ambiguus nonnunquam genitivum, quemadmodum & dubius. Corn. Tacit. lib. 2: Tiberium anceps cura distrahere, vine militum servum suum coërceret, an inanem crudelitatem tempore vanescere sineret, ambiguus pudoris, ac metus reputabat.

Ambĭgŭĭtās, dubia, anceps & incerta verborum potestas. [מבוכה *mebuchâh* מחשוקת *machalóketh.* ἀμφιβολία. Gall. *Ambiguité, doute.* Ital. *Ambiguità, dubiosità.* German. Zweiffung/ oder zweiffelhafftigkeit Hispan. *Aquella duda de amba partes.* Pol. *Wątpliwość, rozmaite słowa.* Vngar. *Kétőlkődés, kétségős beszéd.* Ang. *Ambiguitie, doubtfomneſſe.*] Cic. de Invent. 1: Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis est, quod Aequivocationem vocamus.

Ambĭgŭē, adverbium, Dubiè. [ἀμφιβόλως. Gall. *Ambigueusement, douteusement.* Ital. *Dubiosamente.* German. Zweifelhafftigklich. Belg. Twifelachtelick. Hisp. *Dudosamente.* Pol. *Rożnie, watpliwie.* Vng. *Kétségőssen.* Ang. *Doubt ſomelie.*] Cic. 3. Academ. Siquid ambiguè dictum sit.

Ambĭo, bis, ambivi, vel ambii, ambitum, penultima prod. ex Am, & Eo, is, permutatione e in i, & b interposita. Vndique cingo, circumeo, concludo. [סבב *sabáb* חקיף *hikkiph.* περιβάλλω. Gal. *Enuironner.* Ital. *Girare.* German. Vmbgehn/ vmgebē. Belg. Rontom gaen/ omvangen. Hispan. *Rodear y cercar.* Polon. *Okrążam, obiazam, obwiiam.* Vngar. *Környwl veſőm.* Item *Kéuánom ſzeretőm.* Ang. *To compaſſe, to go about, to enuiroune.*] Virgil. 6. Aeneid. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Iulius Firmicus: Pompeii post tot triumphos ad Nili fluminis ripam cervices invictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. ¶ Per translationem verò ambire ponitur pro blandiri, interpellare, παρεγγυᾶσθαι, μετένας. Virgil. libro quarto: - quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. ¶ Quoniam verò Romani, dum honores & magistratus quærerent, circumire singulos solebant, prensare dextras, rogare que ut se suffragiis adjuvarent: factum est, ut Ambire capiatur pro honores quærere, περιοδεύειν φιλοπμεῖσθαι. Cic. 11. Phi. Quòd si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modò nova detur nobis, sicut populo data est. ¶ Interdum etiam significat simpliciter desiderare. μνᾶσθαι. Hiero. ad Damasum: Nihil aliud ambiunt, quàm ut autoritate communionis nostræ fulti, treis hypostaseis cum antiquo sensu prędicēt. August. li. 8. Cōfes. Quęso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus pervenire, quid quærimus?

Ambĭtĭo, f. t Circuitio. [מסבב *mesáb.* περίοδος. Gall. *Environnement, ambition, appetit d' honneur.* Ital. *Aggirata, ambitione.* Germ. Vmbgang oder vmbgebung. *Item:* Ehrgeitzigkeit. Hispan. *Rodeo, Codicia de honras.* Pol. *Chęć woſci slawy.* Vng. *környwl vénés.* Ang. *Going about, deſire of honour, ambitione.*] Ambros. Sinus in quo Christus requiescit, non corporis gremio præparatur, nec vestimentorum ambitione componitur, sed virtutum operatione colligitur. ¶ Sumitur & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorum scilicet immoderata cupiditate. [גאון *ghaón* גאוה *ghaaváh* גבהות *ghabhuth.* Vngar. *Kevelyeſég, kevély kevanſág.*] Cicero 2. Tusculan. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Idem 1. Offic. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio, φιλονμίαν Græci appellant. Ambitio, etiam studium conciliandæ gratiæ significat. Cicer. Verr. 4: Si abs te parer tuus istam rem alicujus amici rogatu, benignitate aut ambitione inductus petiisset, &c. Idem ad Quint. Frat. Præsertim quum mores ad nimiam lenitatem atque ambitionem incubuerint. Et hinc ambitiosa decreta dicuntur, quæ sunt in alicujus gratiam cōcessa, ab Vlpiano, L. 3. D. de minoribus. ¶ Ambitio (inquit Salust in conjurat. Catil.) subegit: aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere, amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo æstimare, magisque vultum quàm ingenium bonum habere.

Ambĭtĭōsŭs, Qui immoderatè appetit honores. [גאה *gheéh* גבה *gebáh leb.* φιλόπμος. Gall. *Ambitieux, qui brigue & pourchaſſe honneur.* Ital. *Ambitioso.* German. Ehrgeytzig / der nach ehren stellt. Belg. Eeergierich. Hispan. *Codicioso de honras.* Pol. *Slawi poż adliwy, Slawiśćie domagaiący.* Vngar. *Tizteſég kévánó, kevély.* Ang. *Whien deſyreth honoures greatlie, ambitious.*] Cicero in Salust. Si fortè fui in honoribus petendis nimis ambitiosus. Idem pro Flacco: Qui ita ambitiosus est, ut nos omnes quotidie persalutet. ¶ Dicitur etiam ambitiosus, qui habitu, sermone, vultu, denique modis omnibus misericordiam captat. Quint. libro 1: Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum causas augere volo: utinam esset ratio minuendi. Ovid. libro 3. de Ponto: Sed tamen hoc factis adjunge prioribus unum, Pro nostris ut sis ambitiosa malis. ¶ In propria sua significatione significat quod magni ambitus est, sive multa ambiens. Plin. libr. 5. cap. 15: Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus.

Ambĭtĭōsē, Cic. ad Att. Petivit à me ut ejus orationem ne ambitiosè corrigerem. ¶ Ambitiosiùs. Idem est in Epistol. fam. Quum in isto genere multò etiam ambitiosiùs facere soleam, quàm honos meus & dignitas postulat.

Ambĭtŏr, is, tertiæ declinat. [Pol. *Pożedacz.* Vngar. *kévano.*] Lampridius in Alex. Severo: Ita & patronis authoribus damnatus ambitor est. De quodam loquitur qui per ambitionem ad militiam aspirasset.

Ambĭtūdo, ambitus. [περίοδος. Vng. *kernólet, kerőngő.*] Apuleius in Hermetis Asclepio: Tempus autem quod definitur, potest vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens æternum esse.

Ambītŭs, ta, um, penult. prod. particip. Circumdatus. [κυκλώμενος. Pol. *Okrążenie.*] Ovid. 1. Metam. Iussit & ambitæ circumdare littora terræ.

Ambĭtŭs, bitus, penult. corr. nomen, m. s. Propriè circuitus. [סבוב *mesíb.* περίοδος, περίοδος. Gall. *Vn cercle, circuit ou tour.* Ital. *Giro.* German. Vmbgang/ vmbkreiß. Belg. Een ommegane. Hispan. *Rod.* Polon. *Okrąg, okreśenie.* Vngar. *Kerőngő kerwlet.* Ang. *Compaſſing.*] Cicero de Vniv. Quum se octo ambitus, confectis suis curribus, ad idem caput retulerint. ¶ Ambitus ædium dicebatur locus inter ædificia relictus, pedum duorū & dimidiati: ab ambiendo dictus, quòd domum ambiret, vel quòd per eum domus posset circunquaq; ambiri. Cic. in Top. Qu. Scævola id esse solùm ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi causa tectum projiceretur. ¶ Et quoniam qui honores petebant, si virtuti aut meritis diffiderent, tribus circumire solebant, easque aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum est, ut Ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: quod severissimis apud Romanos legibus coërcebatur. Cicero 2. de Orat. Rarò illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. Idem ad Quin. Frat. Senatusconsultum factum est de ambitu, in Afranii sententiam. ¶ Capitur interdum pro captatione misericordiæ, quum habitu, vultu, gestu, & oratione, præsentium commiserationem aucupamur Quint. Si juvenis innocentissimus, Iudices, uti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare vobis amissam in oculis omnium cognationum temeritatem: id est, mul[illegible] cordiam captare, ex commemoratione malorum. ¶ Est idem Ambitus, prolixior verborum circuitus, ex colis: hoc est, membris & commatibus cōstans: Græci περίοδον vocāt. Cic. de

Clar.

Clar. Orat. Comprehenſio, & ambitus ille verborum, ſi ſic Periodon appellari placet. Idem in Orat. Arguti, tertique, & circunſcripti verborum ambitus.

Amblothridion, ἀμβλωθρίδιον, Pharmacum abortum faciens.

Ambo, m. & n. ſ. fœm. & Ambæ, ambarum. Ex Græco ἄμφω videtur deductum, & non dicitur niſi de duobus, quæ præceſſerint. [שׁבּיהם *ſchenethém.* Gall. *Tous deux enſemble.* Ital. *Amendue, l' vno & l' altro.* German. Beidſampt. Hiſpan. *Dos juntamente en numero.* Polon. *Obadwa.* Vngar. *Ketten.* Ang. *Both the two.*] Plato & Ariſtot. ambo Philoſophi. Terent. in prol. Andr. Qui utranvis rectè norit, ambas noverit. ¶ Vel cum hac dictione Duo: ut, Vidi duos homines ambos mihi amicos. ¶ Vel quum de his loquimur, quæ tantummodò ſunt duo: ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus. Cicero 1. de Divin. Quorum amborum generum una ratio eſt. Ambabus manibus haurire, αὐτλεῖν ἀμφοτέρας, ſubaudi, χερσίν. De iis dici cõſuevit, qui ſummo conatu quippiam agunt. Itidem Ariſtoph. in Equitibus. ¶ Accuſativum facit communiter ambos, ſed tamen reperitur etiam ambo in accuſativo, imitatione Græcorum: illi enim ἄμφω dicunt, Afranius in Pantaleo: Revocas nos ambo ad prælium. Terent. in Andr. Hem Charine, ambo opportunè, vos volo. Maro Georg. 4: Verùm ubi ductores acie revocaveris ambo. Idem in Bucol. -niam ſæpè ſenex ſpe carminis ambo Luſerat. Soſipater lib. 1.

Ambōnes, ἄμβωνες, ſive ἄμβωπες, Calycis genus. [Polon. *Wſieliáka lupina.* Vng. *ökreidró pohár.*] Vlp. D. lib. 33. Tit. 7. l. 13. Ambones, calyces, trullæ, ubi tamẽ mendoſè legitur anconeſ.

Ambrĭcēs, penult. corr. Sunt tegulæ, quæ tranſverſæ aſſeribus & tegulis interponuntur, ut inquit Feſtus. Vbi per aſſeres, cantherios etiam intelligimus. Imbrices verò tegulæ, quibus incurvis domus tegitur.

Ambrŏsĭă, [ἀμβροσία. Germ. Vnſterblichkeit. Belg. Onſterflelijcheyt.] Latinè immortalitas dicitur, ab α privativa, & βροτὸς mortalis: vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales: ſed μ interponitur ob euphoniam. Fabulæ ferunt eſſe deorum cibum, nectarque potionem. Ex quo illud Martialis: Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare vivit. Cicero lib. 1. Tuſc. quæſt. Non enim Ambroſia deos, aut nectare, aut Iuventute pocula miniſtrante, lætari arbitror. ¶ Dioſcorides Ambroſiam ſcribit Romanis vocari Caprum ſylvaticum, aliis Botryn, aliis Apium ruſticum. Plinius herbam eſſe ſcribit odore non injucundo, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Ambroſia alendus, proverbiali figura dicitur, qui eſt egregius & velut diis ęquandus, quum ambroſia deorum cibo mereatur ali. Vſus eſt Cic. lib. 2. de Orat.

Ambrŏsĭus, ſia, ſum, adject. Pro immortali, divino, odifero, fragranti. Virgil. 1. Aeneid. Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem Spiravêre.

Ambūbāiæ, [Germ. Voller vnd vertruckene Schlumpfeck/Leyrer in.] Sunt (Porphyrione autore) mulieres vagæ, ac viles, quibus nomẽ ab ebrietate balbutientium verborum videtur eſſe inditum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Horat. Ambubaiarum collegia, *&c.*

Ambŭbēiă, Herba eſt quam alii Ambugiam, alii Intubum agreſtem, & notiori nomine Cichorium appellant, [κιχώριον. Germ. Wegwatten/Sonnenwirbel.]

Ambŭlācrum, Vide AMBVLO.

Ambŭlo, lās, act. p. Eo, incedo, iter facio, inambulo, deambulo. [הלך *halách.* βαδίζω, πορεύομαι. Gall. *Aller, cheminer, ſe pourmener.* Ital. *Andare, caminare, paſſeggiare.* Germ. Wanderen/gehn/ſpatzieren. Belg. Wandelen. Hiſpan. *Andar paſſearſe.* Pol. *Chodzę.* Vng. *járok.* Ang. *To go, to walk.*] Cic. Attic. Si enim rectè ambulavit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. Plin. libro 10. cap. 66: Mures Aegyptii bipedes ambulant, ceu Alpini. ¶ Aliquando ambulare eſt animi cauſâ ſe exercere, περιπατέω. Plautus: Abiit ambulatum: id eſt, Abiit ut ſe exerceat animi cauſa. Idem in Menæch. Convivæ ambulant ante oſtium. ¶ Transfertur etiam ad alia: ut quum dicimus, Ambulare maria, Cic. 2. de Finib. Ambulant naves, Cato de Re ruſtic. Ambulant aves, Plin. libro 10. cap. 18. ¶ Hujus compoſita ſunt, Anteambulo, ante alios ambulo: à quo Anteambulones, προπέμποντες, dicti ſunt ſtipatores & ſatellites, qui honoris gratia comitando principem, ſolent præcedere. Sueton. in Veſpaſ. Dum eum itidem per contumeliam anteambulonem fratres appellant. Mart. lib. 3: Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis. Deambulo, vide alibi. Inambulo, ſpatior. Et propriè inambulare eſt Peripateticorum, qui deambulantes diſputare conſueverunt. Obambulo, adverſus alios ambulo, & quaſi ambulanti oppono, aſcendo. Perambulo, per aliquid, ſive ad finem uſq; ambulo.

Ambŭlātĭo. [הליכה *halichdh.* βάδισις, πορεία. Gall. *Allee, pourmenement.* Italicè, *Spaſſeggiamento.* German. Wanderung/Spatzierung. Hiſpan. *Aquella obra de andar paſſeandoſe.* Pol. *Przechadzyka.* Vngar. *Iárás.* Ang. *Walking, going, pourmening.*] Ipſe actus eſt ambulandi. Cic. 5. de Fin. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Eſt & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. Vitruv. lib. 5. cap. 9: Circa theatra ſunt porticus & ambulationes. Cic. ad Quint. Fratr. epiſtol. 17: Sed tamen ei nihil reſtabat, præter balnĕaria, & deambulationem & aviarium.

Ambŭlātĭūncŭlă, diminutivum. [μικρὸς τῆς ὁλίγης ἀβείπατος. Gallicè, *Petit pourmenoir.* Italicè, *Paſſeggiamento picciolo.* Germ. Ein gängle. Hiſpanicè, *Pequeno lugar para ſe paſſear.* Polon. *Przechadzeczka.* Vngar. *Iárásotska, pantikálás.* Ang. *A litle walking or, pourmening place.*] Cicero ad Cæl. Cum una mehercule ambulatiuncula, quæ uno ſermone noſtro omneis fructus provinciæ non confero.

Ambŭlātŏr, m. t. Qui hæc, & illuc ambulat. [הלך *hèlech.* ἀβείπατος. Gall. *Qui aime à ſe pourmener, vn coureur.* Ital. *Caminatore.* German. Wandter/ſpatzierer. Hiſp. *El que anda como paſſeandoſe.* Pol. *Tułacz, wędrowiec.* Vngar. *Iáro, kurittólo.* Ang. *That walketh hither and thither, a runner.*] Colum. lib. 3. cap. 8: Villicus (ut ait Cato) ambulator eſſe non debet.

Ambŭlātrix, ἡ ἀβείπατος. Cato cap. 134: Ad cœnam ne quò eat, néve ambulatrix ſiet.

Ambŭlātōrĭus, a, um, Quod ambulat, quodq; moveri poteſt. [περιπατικὸς, μεταβατικός. Gall. *Qui ſait marcher & aller cà & là.* Ital. *Paſſeggiante, che paſſeggia.* Germ. Das geht/ſpatziert oder bewegt wird. Hiſp. *Coſa para andar.* Pol. *Wielkarzeczktora zmieszcza możebic ruszona, obrotliwy.* Vng. *Iárhato.* Ang. *Which walketh or is moued hither and thither.*] Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admovebatur muris, ad urbes oppugnandas, ut ſcribit Vegetius. Hirt. de bell. Alex. Quæque partes turbis inferiores erant, has altiſſimis turribus denorum tabulatorũ munierant: præterea ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. Plin. libr. 21. cap. 14: Operculum à tergo eſſe ambulatorium. ¶ Ambulatorius interdum ponitur pro Mutabilis apud Iuriſconſultos: ut quum voluntatem teſtatoris dicunt eſſe ambulatoriam uſque ad mortem. Vt Vlpianus D. libr. 34. Tit 4. l. 4: Ambulatoria enim eſt voluntas defuncti, uſq; ad vitę extremũ exitum. ¶ Ambulatoria legis poteſtas: id eſt, ſub alternatione concepta. Paulus D. libr. 23. Tit. 4 10: Erit ergo poteſtas legis ambulatoria, quia dotalis fuit obligatio.

Ambŭlācrum, penultima prod. Eſt locus ad ambulandum, ubi commodè ambulari poteſt animi cauſa. [אולם רהיט *rahít* ולם אתיק *attík.* ἀβείπατος. Gall. *Pourmenoir, galerie, lieu à ſe pourmener.* Ital. *Loggia, cortile.* German. Ein ort da man ſpatziert/Spatzierplatz. Hiſpanicè, *El lugar para ſe paſſear.* Polon. *Miescze doprzechadzky.* Vngaricè, *Sáczálo hely.* Angl. *A walking place, a galerie.*] Feſtus: Ambulacra, ambulationes. Plinius: Tàm fora atque gymnaſia, & pro ſuis extenta porticibus ambulacra miremur.

Ambūrbĭālĕ, vel Amburbium, Sacrificii genus erat, quo civitas luſtrabatur: ita dictum, quòd victima, antequam immolaretur, urbem ambibat: unde & ipſæ victimæ Amburbiales dictæ ſunt, eadem forma, qua hoſtiæ ambarvales, quæ circum arva ducebantur, antequam cæderentur, ut fruges fœliciùs provenirent.

Ambūro, pen. prod. act. t. Circumuro. [חרך *charách.* περιφλέγω. Gall. *Bruſler autour, demi bruſler.* Ital. *Bruſciar d' ogni parte.* Ger. Zu rings vmb anbrennen. Hiſp. *Quemar enderredor.* Pol. *Okolicznie wipalam.* Vngar. *Mindõn felöl el égetöm.* Angl. *To burne about.*] Plaut. in Epid. Nam ille quidem Vulcani itati eſt filius: quaquã tangit, omne amburit.

Ambūſtus, ſta, ſtum, Circumuſtus, aduſtus, non planè combuſtus. [חרוך *charúch.* περικεκαυμένος. Gallicè, *Bruſlé autour, ou à demi.* Italicè. *Abbruſciato d' intorno, ſcottato.* German. Vmbgebrennt. Hiſpanicè, *Quemado al derredor.* Pol. *Oppalony, nadpalony.* Vngar. *Mindon felöl, el égöt.* Ang. *Half burnt, burne about.*] Cicero pro Domo ſua: Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas domos comportari juberent. Plin. lib. 10. cap. 33: Hirundinum pulli ad cinerem ambuſti multis morbis medentur.

Ambūſtĭo, onis, f. t. verbale. [יקוד *jekódh.* κάϊκαυσις. Gall. *Bruſture, eſchaudure.* Ital. *Scottatura, arſura.* Ger. Ein Brandt. Hiſp. *Quemadura al der redor.* Polon. *Opparzenie, oppalenie, przipalenie.* Vng. *El égés.* Ang. *Burning.*] Plin. li. 23. cap. 4: Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambuſtionibus.

Amēcum, & Amecam, Pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius: In lacu Averno mulierẽ fuiſſe amecabundam, ſcripſit: hoc eſt, Amantem.

Ameles angulus, ἄμελὴς γωνία: id eſt, neglectus angulus, de eo dicebat, qui ſupinus & oſcitabundus deſideret, nihil bonarũ rerum tentans. Ajunt in Lybia locum eſſe, qui ἀμελὴς γωνία: hoc eſt, ſecurus angulus vulgò dictus ſit: ob id fortaſſe, quòd neglectus & incultus jaceret, ſcriptum reperitur & ἀμελὲς γωνία: id eſt, negligẽtis angulus. Recẽſent Zenodotus & Heſychius,

Amĕllă,

Amēlă, Herba quæ naſcitur juxta Mellam Galliæ fluvium, à q̃ ſo nomen accepit. Amellus flos ejus. Vide Serv. in illud Virg. l. 4 Georg. Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecêre agricolæ.

Amen, [אמן. ἀμὴν. Vng. *Amen, vgy légyδn.*] Dictio Hebræa, Verè aut veritas: particula ad confirmandum aliquid. Deutero. 27. 16: Reſpondebitq́ue univerſus populus אמן Amen: id eſt, verè, vel veritas erit hoc. Aquila interpretatus eſt Fideliter: Septuaginta, Fiat: quòd ea quæ ſuprà dicta ſunt, vera ſint.

Āmēns, om. t. Qui à mente ſua diſceſſit, mente motus, de ſtatu mentis dejectus. [משוגע *meſchugghgháh. ἄνοια.* Gall. *Inſenſé, hors du ſens, forcené.* Ital. *Furioſo, paxxo.* Ger. Vnſinnig/taub. Hiſp. *Sinſeſo.* Pol. *Głupi, ſzalony, bezrozumù.* Angl. *Mad, wood.*] Cicer. 1: de Finib. An me tàm amentem putas, ut apud imperitos iſtò modo loquar? Quidam Dementem ab Amente ita diſtinguũt, quòd Demens ſit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui prorſus inſanit.

Āmēntātŭs, a, um, Cicer. de Orat. Amentátas haſtas ab aliquò accipere.

Āmēntĭă, f. p. [שגעון *ſchighghahón. ἄνοια.* Gal. *Forcenement.* Ital. *Pazzia.* Ger. Vnſinnigkeit. Hiſp. *La perdida del ſéſo ò la locura.* Pol. *Głupſtwo, ſchalenſtwo.* Vngar. *Eſztelenſéghbolond.* Angl. *Madneſſe, woodneſſe.*] Terent. in Andr. Cur meam ſenectutem ſolicito hujus amentia? Cicer. 3. Tuſc. Nec minùs illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemq́; dementiam.

Āmēntum, n. ſ. Omne ligamen, veluti lorum, quò media haſta religatur, ut jaci lõgiùs poſſit. [מיתר *methár.* עבות *habóth. λῶρον, ὄχανον, ἄμμα.* Gall. *Lien, courroye, comme dequoy on lie vn ſoulier, ou vn dard pour le ietter plus roide.* Ital. *Ogni ſorte di legame.* Ger. Ein jedes band/ein Riem. Hiſp. *Amiento para tirar.* Pol. *Nadwiązanie ſznurowienia, ſznurek, albo rzemyk.* Vn. *Ideg.* Ang. *A loope, a thong.*] Silius lib. 14: haſta juvatur amento. ¶ Hinc Amentatæ ſoleæ, & Amentata jacula dicuntur. Cicero de Orator. Amentatas haſtas ab alio accipere, easq́ue Oratoris viribus lacertisq́ue torquere, Metaphoricè dixit pro argumentis aliundè petitis, quaſi telis, quibus utatur orator. ¶ Et Amentare apud Lucanum pro jacere, aut circundare, aut amento munire: - jaculum amentavit habena. Videtur autem Amentum propriè ea ligamina ſignificare, quæ infra mentum pertinent & pileum retinent, quæ dicuntur etiam offendices, quòd ſe multò offenderent, & convenirent: ita ut metaphora quadam, vel potiùs Synechdoche ad cætera ligaminum genera tranſlatum ſit.

Ameia, Colum. ſemen ulmi. Plin. Samariam vocat.

Ămĕrĭmnon, [ἀμέριμνον. Gall. *Ioubarbe.* Ital. *Sempreviua.* Germ. Hauſwurtz. Hiſp. *Hierua puntera.*] Herba eſt quæ alio nomine Aizoon majus appellatur. Autor eſt Plin. lib. 25. cap. 23. Nomen habet ab eo quòd curam & ſolicitudinem levare putetur. ἀμέριμνον enim idem eſt quod ſolicitudinis expers.

Ămĕrĭnă, Species eſt ſalicis arboris, quæ & Sabina appellatur. Plin. lib. 24. cap. 9: Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere piſlothrum eſt.

Āmēs, amitis, maſculini generis. [German. Ein vogelgarn. Pol. *Trzepta ſznurowa, lepem obtoczona.* Vng. *Madarászſz: póznа.* Ang. *A perch for an hawk.*] Pertica aucupalis, Horat. in Epodo: Aut amite levi rara tendit retia. Pallad. lib. 9. cap. 12: Nunc in amitibus apparet aucupium noctuæ.

Ămĕthўstŭs, [אחלמה *achlámah. ἀμέθυσος.* Germ. Ein Amethyſt: iſt ein Edelgeſteyn/bleich/hat viel farb.] Gemma eſt diluto violæ colore, fulgore purpuræ, nõ prorſus igneo, ſed in vini colorem deſinente: ita dicta ab α privativo, & verbo μεθύσκω, quod eſt inebrior: ſive quòd ebrietati credatur reſiſtere, ut Ariſtoteli cum Magis convenit: ſive (ut Plinio placet) quòd uſque ad vini colorem accedens, priùs quàm eum deguſtet, in violam deſinat. Plin. lib. 27. cap. 9, quinque enumerat amethyſti ſpecies, ex quibus palmam tribuit Indico. ¶ Amethyſtus quoque à nonnullis vocatur uvæ quædam ſpecies, virium tam infirmarum, ut nullo modo inebriet: unde Plin. lib. 14. cap. 2, eam ſua ætate Inerticulam appellatam fuiſſe teſtatur. ¶ Ab Amethyſtus ſit adjectivum Amethyſtinus, a, um, quòd ex Amethyſto conſtat, aut quod amethyſti colorem refert. ¶ Item Amethўſtinatus, amethyſtino colore ornatus, ſicut purpuratum dicimus, veſte purpurea exornatum. Martial. libro 2: Hic quem videtis greſſibus vagis lentum, Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Ămĕthўstĭzōōntĕs carbuncŭli, ἀμεθυστίζοντες ἀνθρακίται, Optimum carbunculi genus, cujus extremus igniculus in Amethyſti violam exit. Plin. lib. 37. cap. 7.

Ămĭă, Piſcis eſt Pelamidi ſimilis, cujus incrementum ſingulis diebus intelligitur. Plin. lib 9. cap. 15.

Ămĭāntŭs, ἀμίαντος, Lapis eſt friabilis in modum lanæ, alumini ſciſſili adeò ſimilis, ut pro eo à Sepla ſiariis ſupponatur. Vulgus Gallorum vocat *Alumen plumeum*, falsò exiſtimans ſpeciem eſſe aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quòd ab igne non conſumatur. Texitur quoq; in veſtes & mappas, quæ ſordidatæ, igni purgantur. Diſcernitur ab alumine ſciſſili: quòd hoc aquæ innatet: amiantus autem mergatur. Guſtu quoque dignoſcitur: nam alumen ſciſſile ſubſtantiæ tenuitate linguam mordicat, & tandem exulcerat: amiantus verò acrimoniæ omnis, mordacitatisq́ue expers eſt. Ad hæc: Amiantus in ignem conjectus, perpetuò durat: alumen autem liqueſcit, bullasq́; excitat.

Ămĭcīnum, penult. prod. n. ſ. Vtris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Feſtus.

Ămĭcĭo, cis, pen. correp. Præteritum amicui & amixi, amictũ, act. q. vett. o, operio, &c. [עטה *hatah. ἀμπίσχω, περιβάλλω.* Gall. *Veſtir, affubler.* Ital. *Veſtire.* Ger. Bekleiden/anthun. Belg. Bekleeden. Hiſp. *Veſtir.* Pol. *Okrywam, odziewam.* Vng. *Fől öltöztetőm, öltözőm.* Ang. *To cloth.*] Brutus in laudatione Appii Claudii: Quæ te toga prætexta amicuit: Varro aliter: Sceleris magiſter amixit. Vide Diomed. libr. 1. Horat. Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis. Suetonius in Veſpaſ. Dum ſalutabatur, & calciabat ipſe ſe, & amiciebat. Veteres amicibor dixerunt pro amiciar. Plautus: Subnixus aliis me inferam, atque amicibor gloriosè.

Ămĭctōrĭum, n. ſ. Veſtimentum puellare, candidum, & ſubtiliſſimum, ex lino. [מטפחת *mahataphah.* כתנת בד *chetóneth badh.* צעיף *tſaíiph. ἀμπεχόνιον.* Gall. *Vn habit de fin lin ſeruant aux filles.* Ital. *Boccaſſino.* Germ. Ein rein weiß verteteb der töchteren. Hiſpan. *Veſtidura de lino.* Polon. *Bialle odzienie panienskie, gałcziaſnocha.* Vngar. *Rokolya.* Ang. *A rayle for a woman.*] De quo Mart. in diſtichis: Mammoſas metuo, teneræ me trade puellæ, Vt poſſint niveo pectore lina frui:

Ămĭctŭs, cta, ctum, particip. Idem quod veſtitus. [עטה *hotéh. ἀμφιασμένος.* Gall. *Veſtu, couuert.* Ital. *Veſtito.* German. Bekleydet/angethan. Hiſp. *Veſtido.* Pol. *Odzany, przyoblecżony.* Vng. *Fel öltözteteſt.* Ang. *Cladde, clothed.*] Cic. 2. Philip. Sedebat in roſtris collegã tuus amictus toga purpũrea in ſella aurea coronatus.

Ămĭctŭs, us, m. q. [מעטה *mahatéh. ἐφεστρὶς, αὐλαία, ἐπίβλημα, ἀμπεχόνη.* Gall. *Veſtement, habit.* Ital. *Sopraueſte.* Germ. Kleidung/verteteb. Hiſpan. *Veſtidura.* Polon. *Odzienie, wierchnia ſuknia.* Vng. *Ruha öltözet.* Angl. *An cholthing.*] Veſtis quæ ſupponitur aliis veſtibus, quaſi pallium. Cic 1. Tuſculan. Mihi amictui eſt Scythium tegmen. Tibullus: Fruſtra jam veſtes, fruſtra mutantur amictus. ¶ Proverbiali figura dixit Catullus: Contra nos tela iſta tua evitamus amictu: id eſt, facilè depellimus non ſecus quàm muſcarum inſultus.

Ămĭcŭlum, Genus veſtimenti; autore Feſto, à circumjectu dictum. [תכריך *tachrích. ἀμφίεσμα.* Gall. *Manteau.* Ital. *Manto.* Ger. Ein kleid das man vber andere anlegt. Hiſpan. *Cierta veſtidura.* Pol. *Metlik, płaſzcz.* Vng. *Subicza, mente.* Angl. *A clooke.*] Cic. 2. de Divinat. Vſus eſt in ſomnis amicæ eſſe amictus amiculo. Valer. Maxim. Detracto etiam Iovi Olympio magni ponderis aureo amiculo, injectoq́; ei laneo pallio. ¶ Inde Amiculatus, amiculo indutus.

Ămīcă, cæ, f. p. Quam quis amat inhoneſtè. [רעיה *rahjáh. ἑταίρη.* Gall. *Amie, amoureuſe.* Ital. *Amica, amoroſa.* German. Ein But. Belg. Een boet/een vryſter. Hiſp. *Amiga.* Polon. *Gamratka.* Vng. *Szerető.* Ang. *Alemmand.*] Horat. Epiſt. 1: Vt nox longa quibus mentitur amica, diesq́;. Terent. in Andr. Sive iſta uxor, ſivè amica eſt, gravida è Pamphilo eſt.

Ămīcŭlă, diminutivum ab amica. [τὸ ἑταίριον. Gall. *Amiette, petite amie.* Ital. *Amichetta.* Germ. Ein Buſe. Hiſp. *Pequenna amiga.* Pol. *Mieloſnicza.* Vng. *Szeretőske.* Ang. *A little lemmande.*] Plin. Miſerat etiam epiſtolas Romam, ad amiculam quandã. Suet. in Calig. Quoties uxoris vel amiculæ collum exoſcularetur.

Ămīcŭs, ſubſtantivum, Benevolus, neceſſarius, qui honeſto amore aliquem complectitur, & indiſſolubili familiaritatis jure ei eſt conjunctus. Hujus contrarium eſt Inimicus. [אוהב *oheb* רעה *reheh. φίλος.* Gall. *Amy.* Ital. *Amico.* German. Ein Freund. Belg. Vrient. Hiſp. *Amigo.* Polon. *Przyiaciel.* Vng. *Barátom.* Ang. *A freind.*] Paul. Iuriſc. Amicos appellare debemus, non levi notitia conjunctos, ſed quibus fuerint jura cum patrefamiliâs, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. Intereſt autem inter amicum & amatorem: quòd amator venereè amat ad tempus: amicus verò honeſtè & in perpetuum. Deniq; ut Donatus tradit: Amicus, animi eſt: Amator, corporis. Cic. 5. Verr. Poteſtne Alba tuus antiquiſſimus non ſolùm amicus, verumetiam amator abſolvere? ¶ Mores amici nõveris, non oderis, φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσεις δὲ μή. Porphyrion in Horatio, hunc verſum proverbialem fuiſſe ait: quo admonemur, in amicorum moribus quædam vitia diſſimulanda ſic, ut intelligantur quidem, ſed tamen tolerẽtur, ne ſeverior & occulatior in obſervandis amici malis ſubvertas amicitiam. ¶ Amicorũ communia omnia, πάντα τῶν φίλων κοινά. Ex hoc proverbio Socrates colligebat, omnia bonorum eſſe virorum non ſecùs quàm deorum. Deorum, inquit, ſunt omnia. Boni viri deorum ſunt amici: & amicorum inter ſe communia ſunt omnia. Bo-

norum

norum igitur virorum sunt omnia. Refertur apud Euripidem in Oreste, in Phœnic. & in Andromacha: Apud Terent. in Adelph. apud Cicer. 1. Offic. & 1. de Leg. Citatur ab Aristot. libr. Moral. 8 & à Plat. de Leg. 5. ¶ Amicus certus in re incerta cernitur. M. Tull. in Læl. Senarium hunc ex Ennio citat proverbii specie. Quo significatum est amici fidem in rebus adversis explorari. ¶ Nihil homini amico opportuno amicius. Gratissimũ officium quod præstatur in tempore: contrà intempestivum officium plerunque molestum esse solet. ¶ Viri infortunati procul amici, Ἀνδρὸς ἡκιστ' ἂν πέσοντος ἐγγὺς οἱ πολλοὶ φίλοι. Parœmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum advolant ac devolant. Advolant, ubi res secundæ: devolant, ingruente rerum tempestate. ¶ Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολύφιλος. Notior est sententia, quàm ut requirat interpretem. ¶ Amicus magis necessarius quàm ignis & aqua, Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. Hyperbole proverbialis, admonens neminem esse tàm divitem aut potentem, quin opus habeat amicorum officiis. Ob id ipsum Latini amicos necessarios vocant, ut amicitiam necessitudinem. Cicero ad hoc alludens ait in Læl. Hodieque vulgus indoctum habet in ore quod est verissimum: Tolerabilius vivi sine pecunia quàm sine amicis. ¶ Novos parans amicos, ne obliviscere veterum, Νέους φίλους ποιοῦ, λῦσε, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλαθόμενος. Torqueri potest & ad mutua studia, ad quæ convenit nonnunquam respicere, etiam posteaquam diversæ te addixeris disciplinæ. Hermol Barbar. in Epistol. quadam ad Picum Mirand. ¶ Mendico ne parentes quidem amici, Πτωχῷ φίλοι οὐδ' οἱ γεγενήκοτες. Divitiæ conciliant amicos: paupertas nec suos habet amicos quos natura conjunxit. ¶ Vnus Deus, & plures amici, Εἷς Θεὸς, κὰι πολλοὶ φίλοι. Hesiodo tamen non probatur, πολυφιλία, neque rursum ἀξενία. ¶ Amicos tragœdos æmulatur, τοὺς τραγῳδοὺς τραγῳδοῦσιν ἀγωνίζεται. Suidas è Didymo citat, addens dici solitum de iis, qui sese accommodarent, & morum severitatem sumerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histrionibus. ¶ Amico amicus. Apollodorus in Phormione sic legit: μόνῳ ἐπίστασθαι φιλεῖν τοὺς φίλους, Sic Aristoph. apud Athenæum. Quadrabit in eos qui nullum officium refugiunt, modò gratum faciant amicis. ¶ Lingua amicus, λόγῳ γλώττης φίλος, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed benevolentiam oratione præ se fert. ¶ Cum amico non certandum æmulatione. Cum amico non certandum invidia, Cum amico & bene merito non est suscipiendum certamen, nequid obscuretur amicitia propter emulationem hujusmodi comitem contentionum. Id innuit Homer. in Odyss. θ: -πὼς, αὖ φιλέοντ' μάχοιτο: id est, -quis nanque benigno cum hospite pugnet? ¶ Pereant amici, dum unà inimici intereant. Versiculus refertur à Cicer. in Orat. pro Dejotaro ut proverbio jactatus. Congruet in illos, qui nec inimicis parcunt, nec amicis, modò quòd impensè cupiunt, assequantur. Versus autem est immanis: quam humanitatis sit & inimicos multos finere, ne lædas amicos. ¶ Neq; nullis sis amicus, neque multis. Carmen illud Hesiodi, sicut & alia pleraq;, cessit in proverbium: Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον κεκλῆσθαι: id est, Nec multis, aut nec nulli dicaris amicus. Arist. lib. Moral. 9, tanquam proverbio jactatum citat, quòd prorsum citra ullius amici consuetudinem vivere, ferinum atque injucundum esse videatur: rursum nec vehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere. Diversa tamen sentit Cicero in Lælio, & Plutarch. in comment. περὶ πολυφιλίας. ¶ Vbi amici, ibi opes. Plaut. in Truculento: Verum est verbum, quod memoratur: Vbi amici, ibidẽ opes. Citatur & à Fabio proverbii vice, lib. Orator. Instit. 5: Sensus est, potiores esse amicos quàm pecuniam, & ad vitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absque amicis opes. Valeat amicus cum inimico, -ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. Quadrat in eos qui toti ad se spectant, nec amici magis quàm inimici rationem habent, cujusmodi fertur Timon ille Misanthropos. ¶ Vsque ad aras amicus, μέχρι τῆς βώμης φίλος ἐμοί. Hoc respondit Pericles amico cupiam, qui eum rogaverat, ut in causa quadam falsum dejeraret. Admonet Adagium nonnunquã quo consulamus amicorum cõmodis, eorumq; voluntati morem geramus, fas videri paululum à recto deflectere: verum eatenus, ne propter hominem amicũ numinis violentiam violemus, Gell Noct. Attic. lib. 1. cap. 3. & Plut. in libello, περὶ ἀνωνυμίας. ¶ Verbo tenus amicus. In eum qui simulat orationem benevolentiam, cæterùm longè diversa parans in animo, quadrabit illud ex Homer. Odyss. σ: -θέλγε δὲ θυμὸν Μενεκλῆος ἐπέεσσι, νόος δὲ οἱ ἄλλα μενοίνα id est, -animum præmollibus ille Lenibat dictis, at mens diversa parabat.

Amīcŭlus, Diminutivum ab Amicus. [φιλίσκος. Gall. *Petit amy.* Ital. *Amichetto.* Ger. Ein freundlin. Hisp. *Pequenno amigo.* Polon. *Przyiaciełelinka.* Vng. *Barátotskám.* Ang. *A little freind.*] Cic. 5. Ver. Decimus amiculus meus. Horat. in Epist. Discedocendus adhuc, quæ censet amiculus. Amiculus dulcis, Catullus.

Amīcus, ca, cum, adjectivum. Benevolus, amicitia conjunctus. [אהוב *ahúb* ידיד *jedhidh* רע *réah.* φίλος. Gall. *Allié par amitié, agreable.* Ital. *Cosa ligata in amicitia.* Ger. Lieb/angenem/mit freundschafft verbunden. Belg. Ingenaem/lief/weert Hispan. *Cosa amiga ò amigable.* Pol. *Stowarzyszoni przez przyazn.* Vn. *Io kaszum, barátsom.* Ang. *Freindfull.*] Cicero Attic. Mihi nemo est nec amicior, nec jucundior, nec charior Attico. Idem ad Quint. Fratr. Prætores habemus amicissimos. ¶ Iunctum cum re inanimata, significat utile, sive gratum. ut, Amicus patris humor, Amica frugibus aestas, Amicum plantis ſy dus. ¶ Sit tibi amicum, nec mihi inimicum, Plato in Theeteto: Ἀλλ' ἐκεῖνος θεοδώρου σοι φίλος, ἐγὼ μηδέτερον, ἀλλὰ πάντων ἥκιστα ἐχθρός. Id est, Sit illud tibi amicũ, Theodore, nec mihi est inimicum. Vtus erit, quoties aliena obsequimur voluntati.

Amīcē, adverbium, Benevolè, cum amore & benevolentia, [באהבה *beahabáh.* φιλοτέκνως, φιλοφρόνως. Gall. *En amy, amiablement.* Ital. *Amichevolmente.* German. Freundtlich. Belg. Vriendelick. Hispan. *Amigablemente.* Vngar. *Baráti ságosſán.* Angl. *Freindlie, amiablie.*] Cic. in Lælio: Qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè. Idem de Finib. 1: Quos tu paulò antè, cùm memoriter, tùm etiam erga nos amice, & benevolè collegisti. ¶ Amiciter, adverb. pro Amicè. Plaut. Pers. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam Danunt, etc.

Amīcābĭlĭs, le, [φιλικός. Gall. *D'amy, amiablement fait.* Ital. *Conveniente ad amico.* Germanicè, Das zur freundtschafft gehört. Hispanicè, *Cosa digna de amigo.* Polon. *Kprzyaźni należaci.* Vng. *Baráti ſághoz illendő.* Ang. *Pertening to a freind.*] Plaut. Mil. Vos modò porrò ut occepistis, operam dare amicabilem: hoc est, quam dare debet amicus.

Amīcārĭus, ab amica amicarius amicosus, ut à charta, chartarius, chartosus, à lactuca lactuarius, lactuosus, à culcitra culcitrarius, culcitrosus. Diomedes Gram. lib. 1. [Vngar. *Szeretó.*]

Amīco, as, are, Cõcilio, propitium reddo. [עתר *bathár* εὐμενίζομαι, συναγω. Gall. *Faire amy.* Ital. *Fare amico.* German. Freundtmachẽ. Hisp. *Hazer amigo* Pol. *Iednam przyiacielstwie.* Vn. *Megbarátkozni, kedvelhetőm.* Ang. *To make friendſhip, or amitie.*] Stat. 3 Theb Aeripior Aeclides soluta precatum en amicat

Amīcĭtĭa, sive Familiaritas, necessitudo, benevolentia conjunctio: [אהבה *ahabáh* ידידות *jedhidhúth* φιλία. Gall. *Amitié.* Ital. *Amicitia amistá.* Germ. Freundtschafft. Belg. Vrintſcap Hispan. *Amistad* Polon. *Przyiaźń wo miesc.* Vngar. *Barátság* Angl. *Freindlipe, amitie.*] ab Amicus, est studium omnium rerum tantumq; consensus. Cic. in Læl. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum, humanarumq; rerum cum benevolentia & charitate summa consensio. Cujus contrariũ est Inimicitia. Ennius: Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. Sed in frequentiore usu inimicitię dicuntur plurali tantùm numero. ¶ Ollæ amicitia, χύτρης φιλία: & Fervet olla, vivit amicitia, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, in amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat. ¶ Amicitiæ personam detrahere, τὸ πρόσωπον ἀφελεῖν τῇ φιλίᾳ, dicimur, quum apertè quæ sentimus animo, tùm facimus, tùm loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clausum est, id præ nobis ferimus. Vultus enim ab animo discrepans, persona verius est quàm vultus. ¶ Amicitia stabilium, felicitas temperantium. Aristot. Moral. Eudem. 7: Ὀρθῶς λέγεται, ὅτι ἡ φιλία τῶν βελτίων, ὥσπερ ἡ εὔθεμις μονία τῶν αὐτόρκων. Quo admonemur, Amicitiam quidem virtute (quæ sola est stabilis, fortunæque ludibriis non obnoxia) conciliari oportere: felicitatem verò hominis non in facultatibus sitam esse (quæ cupiditatem animi non explent, sed irritant) verùm in hoc ut suam quisque fortunam bene consulat. ¶ Amicitias immortales, inimicitias mortales esse oportet: T. Livius vice proverbii sumi refert lib. 10. de bell. Maced. & Asiatico. ¶ Multas Amicitias silentium diremit, πολλὰς φιλίας ἀπέσπασε σιωπή. Admonet adagium assiduo victu ac frequentibus alloquiis necessitudines ali, intermissione & absentia dissolvi. Meminit hujus adagii Arist. lib. Mo. al 8

Amīla, flos apud Græcos authores, aliqui authumant esse Anthemidis: id est, chamemilæ.

Amĭnæum. Genus vitis: unde Aminea uva, & Aminęæ vites. Virgil. Sunt & aminææ vites firmissima vina. A regione autem ita vocabantur: & Aminæi fuerunt, ubi nunc Falernũ est, ut Macrob. testatur. Quod facit ut mirer Servium tantũ Grammaticum scripsisse Aminæum dictũ quasi sine minio: hoc est, sine rubore, quoniam natura album est. Alii Amineum scribunt, geminato m, pen. corr. Vnde & versum Virgilii suprà citatum sic restituerent. Sunt etiam Ammineæ vites, &c. Et ita est. Nam sine diphthongo esse scribendam penultimam etiam Beroaldus ex Ausonii versu in Columellam demonstrat: Solus qui Chium miscet & Ammineum.

Amis, itis, est, lignum bifurcatum, per quod venatores expãndunt retia, ad capiendas feras.

Amiſt des, lapis eſt, quem qui ſecum geſtaverit, inebriari non poterit.

Ămĭtă, pen. corr. f.p. Theop. Patris mei ſoror, quaſi à me tertia ſit, atq; avia videri poſſit, vel quia à patre meo amata eſt. [πατρὸς ἀδελφή, ἢ θεὸς πατρὸς θεία. Gall. *Tante du coſté du pere.* Ital. *Zia.* Ger. Des Vatters Schweſter. Belg. Des Vaders ſuſter. Hiſp. *Latia, hermana de mi padre.* Pol. Czioſka. Vng. *Az atyám néunye.* Angl. *The fatheris ſiſter.*] Nam plures ſorores à fratribus, quàm fratres diligi ſolent, propter diſſimilitudinem perſonarum, quæ ideo minus diſſentionis habent, quo minus æmulationis. Major amita dicebatur, avi & aviæ amita: ſicut & Major avunculus, avi & aviæ avunculus. Liv. Adoleſcens inde ſe ad Ebutiam amitam contulit.

Ămĭtīnī, pen. prod. m. ſ. autore Nonio dicũtur ii, quorum alter ex fratre, alter ex ſorore eſt genitus. [οἱ ἐκ τῶν ἀδελφῶν, ἢ τῶν ἀδελφῶν υἱωνοί. Gall. *Couſins germains, les fils du frere & de la ſœur.* Italicè, *Figlioli di fratelli & ſorelle, cugini germani.* Ger. Geſchwiſterte kinder / auff beyden ſeyten. Belg. Geſuſter kindern van eenen Broeder ende ſuſter. Hiſpan. *Primos hijos de hermanos.* Pol. Dziatki odbrata ſiostry. Vngar. *Két atyafiak, kinekegyik az bátyámtul máſik az nenémtul ſzűletik.* Ang. *Brother and ſyſter ſones.*] Duorum autem fratrum filii Patrueles, ſororum verò liberi Conſobrini appellantur.

Ămĭtto, act. t. Dimitto ſeu permitto. [ἀποπέμπω. German. Hinſchicken/gehen laſſen.] Terent. Heavt. Nam ſi ſemel tuum animum intellexit. Priùs prodĭtũrũ te tuam vitã & priùs pecuniã omnem, quàm abs te amitri filium, Hui, &c. Plaut. in Capt. ¶ Item amittere, ſignificat perdere, & jacturam facere. [אבד *ibbádh* ἀπόλλυμι. Gall. *Perdre.* Ital. *Perdere.* German. Verlieren. Hiſp. *Perder.* Pol. *Trace, gubie.* Vng. *El erezt̃om.* Angl. *To let go, to loſe.*] Saluſt. Iampridem equidẽ nos vera rerum vocabula amiſimus, quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur. ¶ Item ignoſcere. Idem in Eunucho: Vnam hanc noxam amitte, ſi aliam admiſero unquam, occidito. ¶ Item adimere. Plaut. in Aſin. Cur ergo minitaris te tibi vitam eſſe amiſſurum.

Ămmi, ios, ἄμμι. Dioſcor. Herba eſt caule rotundo, ſurculis multis & exiguis, folio oblongo, anguſto, per ambitum inciſuris diviſo, flore parvo & candido, umbella anethi, ſemine multo, exiliore quàm cuminũ, guſtu origanum præ ſe ferente, acri nimirum & ſubamaro, radice candida & capilloſa, à nonnullis pipercula dicitur. Apud Plin. lib. 20. cap. ult. legitur genitivus Ammii, tanquã à nominativo Ammiũ: Anethi, *inquit*, & fœniculi ſeminis, & aniſi & ammii. Officinis vocatur *Ameos.*

Ammiraldus pro litorũ curatore, ſive maris præfecto, neſcio cujus linguæ verbum eſt, inquit Eraſ. Quod genus ſunt & illa, Mariſchalcus, Seneſchalcus, Baro, quæ videntur unà cum Barbarico imperio invaſiſſe. Quibus quidem vocabulis, aut utendum cenſet, aut vetus aliquod vocabulum ſubjiciendũ, quod novo reſpondeat. Id ut commodius fieri poſſit, ipſe indicat in lib. de Conſcribendis Epiſt.

Ammochryſus, Gemmę nomen, ἀμμόχρυσος. Plin. lib. 37. cap. 11: Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo, velut auro arenis miſto.

Ammodites, ἀμμωδύτης. Serpens eſt viperæ ſimilis arenoſi coloris, unde & nomẽ accepiſſe videtur. A nonnullis Cenchrias dicitur, quòd caudam habeat duram inſtar milii. Aët. lib. 13. cap. 25. ¶ Alii Ammoditẽ piſcem eſſe volunt, fuſi formã, aculeatum, maxima parte albũ, ſuavem & elixum, & frixum. Arenis ſeſe occultat, eruiturq; à piſcatoribus palã: aut in æſtuariis calcando exertus excipitur ſagenæ, vel verticuli genere.

Ămmŏnĭăcum, pen. corr. n. t. [ἀμμωνιακόν. Ger. Ein Baum/darvon ein gummi/Ammontacum genannt.] Eſt gutta ſive lachryma ferulæ in Libya naſcentis, quæ à Dioſcoride Agaſyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Græci ἄμμους appellant, propterea quòd ab arbore ſua deſtillans, in ſubjectas arenas decidat, atq; in iis in grumos quoſdam thuris more concreſcat. Aut certè ab Ammone Iove, qui in deſertis Libyæ in locis arenoſis templum habebat, circa quod hoc ferulæ genus præcipuè naſcebatur. Plin. Ammoniaci lachrymam vocat, eo (opinor) conſilio, nequis homonymia deceptus, Ammoniacum ſalem intelligeret, qui ab Ammoniaci gutta omnino eſt diverſus. Vide Dioſc. lib. 3. Plin. li. 12, cap. 23.

Ămmŏnĭăcŭs ſal, ἀμμωνιακὸν Dioſcoridi, Terræ ſalſugo eſt in Libyæ arenis creſcente luna efferveſcens, alumini ſciſſili non diſſimilis, glebis oblongis, veniſq; in longitudinẽ rectis. Invenitur potiſſimũ in tractu Cyrenaico, & juxta Iovis Ammonis templum, ubi ab accolis effoditur, terrę tumorẽ, veluti certiſſimum indicium, ſequẽtibus. ¶ Ammoniaci igitur nomẽ ſortitus eſt, aut ab arenis ſub quib. invenitur, ab Ammonia regione Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præſtantiſſimus erui perhibetur. Vide Plin. lib. 31. cap. 7. & Dioſc. lib. 5. Hodie nativo, veroque Ammoniaco ſale caremus: nam qui à Seplaſiariis nobis oſtenditur, factitius eſt.

Ămmōnĭs cornu, ἄμμωνος κέρας, Gemma eſt aureo colore, arietini cornu effigiem repræſentans, quæ ſomnia vera afferre perhibetur. Autor Plin. lib. ult. cap. 10.

Ămmŏnĭtrum, ἀμμώνιτρον, Maſſa eſt conſtans ex arena molis trita, & tertia parte nitri: ex qua recocta fit nitrum purum & candidum. Plin. lib. 36. cap. 26.

Ămnēnſēs, Amnium accolæ. [παροικοῦντες. Gall. *Ceux qui demeurent pres des riuieres.* Ital. *Quelli ch' habitano appreſſo' l fiumi.* Germ. Die bey den bächen wohnen. Hiſpan. *Moradores cerca del rio.* Polon. *Nadrzekamy mieſzka, cacy.* Vngar. *Folyo uiz mellet lakó.* Ang. *Which duelleth by riuers.*]

Ămnēſtĭă, f.p. [נשיה *neſchijáh.* ἀμνησία. Gall. *Oubliance.* Ital. *Dimenticanza, oblio.* Germ. Vergeſſung. Hiſpan. *Oluidanca.* Pol. *Zaponienie krzywdy.* Vng. *Az meg let buzgo ſzégrol el feletkezés.* Ang. *Forgetting, oblivion.*] Cum accentu in penultima, Latinè præteritorum in perpetuum oblivio dicitur, quaſi lex oblivionis: ab ἀμνησέω: id eſt, immemor fio, obliviſcor. Cic. 1. Phil. Ieci fundamenta pacis, Athenienſiumque renovavi vetus exemplum, Græcum etiam verbum ἀμνησίαν uſurpavi, quod tum in ſedandis diſcordiis uſurpaverat civitas illa, atque omnem memoriã diſcordiarum perpetua oblivione delendam cenſui.

Amnĭă, apud Euripidem interior pars vulvæ.

Ămnĭs, [נהר *nahár* יאור *jeór.* ποταμός, Gall. *Fleuue, riuiere.* Ital. *Fiume.* Germ. Ein fluß/ein bach. Belg. Een vloet/rivier. Hiſp. *El rio.* Polon. Rzeka. Vng. *Folyamat, folyo viz.* Ang. *A ſtude, a riuer.*] Fluvius: ab Am, circum, & No, fluo, quoniam flexuoſo meatu labitur, vel ab ambio. Omnia enim flumina circũĕunt, ideoque cornuta pinguntur. Nec deſunt, qui à Græco ἀμνὸς deduci malint, quod etiam Suidas fluvium interpretatur. Hinc etiam ἀμνισίδας νύμφας à Callimacho dici putant pro amnicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianæ: Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους ἀμνισίδας ἔκτοθι νύμφας. Hoc eſt, Da mihi fabulas Amniſidas viginti Nymphas. Verùm hoc potiùs deductum videtur ἀπὸ τῆς ἀμνισσοῦ, quod proprium nomen eſt fluvii in Creta, à Suida quoq; commemoratum: quod etiam Callimachi interpres annotavit his verbis: ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης, ἀφ' ὃ ἀμνισίδας, Κρητικὰς: id eſt, Amniſus fluvius Cretæ, à quo Amniſidas: hoc eſt, Creticas. Virgil. 1. Georg. Atque alius latum funda jam verberat amnem. Plinius libro 20. capite 32: Halcyones ſubeunt & in amnes. ¶ Ponitur & pro torrente. Virgil. 4. Aeneid. ruunt de montibus amnes.

Ămnĭcŏlă, læ. [ποταμίκος. Gallicè, *Qui habite pres de riuiere.* Italicè, *Quello ch' habita appreſſo' l fiume.* Ger. Der bey einem fluß wohnet. Hiſpan. *El morador que mora cerca del rio.* Pol. *Nadrzeka mieſzkacaci.* Vngar. *Folyoviz mellet lako.* Ang. *Which duelleth by a riuer.*] Amnis accola. Ovid. 10. Metam. Amnicolæque ſimul ſalices, & aquatica locos.

Ămnĭcŭs, a, um, Significat fluviale: [ποτάμιος. Gall. *De riuiere.* Ital. *Di fiume.* German. Das des fluß oder bachs iſt. Hiſpanicè. *Coſa perteneciente al rio.* Polon. Dorzeky przinalezący, rzie, przilegle. Vngar. *Folyoviz.* Ang. *Which belongeth to a riuer.*] ut Stips amnica, apud Apulejum. Plin. lib. 35. cap. 3: Inſula in Sao Matubarrhis, amnicarum maxima.

Amnigenus, a, um, Auſ. Amnigenos inter piſces dignandos, &c.

Amnites, gemma eſt vitro ſimilis, ſed durior.

Ămo, ămās, amare, Diligo, charum habeo, ſtudio perſequor, benevolentia complector, magno amore in aliquem ſum. [אהב *ahább* חבב *chabáb.* φιλῶ. Gall. *Aimer.* Ital. *Amare.* Ger. Liebhaben/lieben. Hiſp. *Amar con affection.* Pol. *Mielowak.* Vngar. *Szeretőm, ſzeretők.* Angl. *To loue hartelie.*] Cicer. Dolabellæ: Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere: tantùm tamen acceſſit, ut mihi deniq; nunc amare videar, antè dilexiſſe. In eodem ſenſu idem Cicer. ad filium: Sed tamen ut ſcirés eum non à me diligi ſolùm, verumetiam amari. Terentius tamen contrarium poſuiſſe videtur, quum inquit: Non pol, quò plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quòd ſi Amo abſolutè ponatur, capitur pro Amore captus ſum: hoc eſt, eſſe in amore. Plautus: Amat filius: certum eſt. Compoſita hujus verbi ſunt Adamo, Deamo, Redamo, & Peramo.

Ămābŏ. [אנא *ná.* ἐὰν θέλῃς, ὦ Gall. *Pour Dieu mon amy, s' il vous plaiſt.* Ital. *Di gratia.* Ger. Ey lieber. Belg. Lieue. Hiſ. *Por mi amor.* Pol. *Moy mily proſze.* Vng. *Kedues mas.* Angl. *I pray yow, I beſeik yowe.*] Interjectio blandientis, Comicis valde familiaris. Plaut. Noli, amabò, verberare lapidem, ne des manum. ¶ Quidam exponunt, Gratum erit. Gell. lib. 11: Amabò mi fili quieſcas. ¶ Sæpè etiam habet adjunctum accuſativum. Cicero ad Attic. Cura, amabò te Ciceronem noſtrum.

Ămāns, particip. Significat eum vel eam, qui vel quæ amat, pudicè vel impudicè. [אהב *ohéb* חבב *chobéb.* ἐρῶν, ἐρῶσα. Gall. *Amant, amoureux.* Ital. *Amante in amoreto* German. Ein liebhaber/ oder ein liebhaberin/Buler oder Bulerin. Hiſpan. *El que ame, amador.* Pol. *Mieloſznik, albo mieloſznica.* Vng. *Szerető.* Ang. *Louing, which loueth.*] Cicer. Nihil difficile amanti puto. Amo autem, &

semper

ſemper amavi nimium ſtudia & mores tuos. ¶ Cum genitivo conſtructum, tranſit in nomen: ut, Amans quietis, φιλήσυχος. ¶ Interdum ſubſtantivè accipitur in eadem ſignificatione, qua amator, ἐραστής. Ovidius 1. de Arte: Palleat omnis amans: color eſt hic aptus amanti.

Ămānter, adverbium. Significat benevolè, vel cum amore. [בְּאַהֲבָה beahaváh. φιλικῶς. Gall. Amoureuſement, en amy. Ital. Amarevolmente. German. Freundtlich/mit liebe. Hiſpan. Amoroſa y amigablemente. Pol. Przyiacielskie. Vngar. Szerelmeſſen. Angl. Louinglie.] Cicero Attico: Valde hoc velim amanter diligenterque conficias. Plinius in Epiſtol. Nos, ut amicos paternos, & amanter & modeſtè complectebatur.

Ămāſco, veteres inchoativo modo dixerunt ab amo. [Vng. Szeretni fogom.] Diomedes Gram. lib. 1. Item ab amo veteres inchoativo dixerũt amaſco, unde & amaſcos amatores dicebãt.

Ămāſcŭs: id eſt, amator, [ἐραστής. Vngar. Szerető.] Diomedes Gram. lib. 4. & Plautus in Truculento: Iucundulos amaſcos.

Ămātĭo, f. t. Amor Venereus. ἔρως. Plaut. in Pœnul. Acerba amatio eſt. Idem in Merc. Cũ tua hac amica, cumq; amationibus.

Ămātŏr: [אוֹהֵב meahább. ἐραστής. Gall. Amoureux. Ital. Amatore. Germ. Ein liebhaber oder Buler. Belg. Een liefheber/ beminder/ een vryer. Hiſpan. Amador. Polon. Meloſc, mieiuiacy, mioloſnik. Vngar. Szerető. Ang. A louer.] & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cicer. de Vniver. Quĩ ſapientiæ amatorem ſe profitetur. Cicero ad Attic. Bibliothecam tuam cave cuiquam deſpondeas; quanvis acrem amatorem inveneris. ¶ In malam: ut, Amator mulierum. Terent. in Eunuch. Amatores audieram eſſe mulierum eos maximos. Cicer. 3. Tuſculan. Aliud eſt eſſe amatorẽ, aliud amantẽ. ¶ Sunt qui ita diſtinguãt inter Amatorem, & Amantem, ut Amator dicatur, qui multis ſe amoribus implicat, naturaque ad amandum eſt proclivis: Amans qui ex cauſa amat, etiamſi alioqui natura ſua in amorem non admodum ſit propenſus. Amator item fingere poteſt: in amante nihil eſt ſimulati.

Ămātōrcŭlŭs, diminutivum. [ἐρωτύλος. Polon. Mieloſnieczek. Vng. Szeretőtske.] Nam quæ ſedulò munditer nos habemus; vix ægrè amatorculos invenimus.

Ămātōrĭē, adverb. Quod eſt ad ſimilitudinem amantis. [ἐρωτικῶς. Gall. Amoureuſement, en amoureux. Ital. Amantemente. Germ. Liebhabender weiß nach. Hiſp. Amoroſa y amigablemẽte. Pol. Mieloſnie. Vng. Szeretők moggyára. Ang. Louinglie, after the maner of louers.] Cic. 2. Phil. Erat enim amatoriè ſcripta epiſtola. Amatorien quoque nonnulli unam ex Muſis eſſe voluerunt, quæ Græcis Erato dicitur, decepti nimirum corrupto Ovidii verſiculo ex Epiſt. Sapphûs ad Phaonẽ, quẽ ſic legunt: Vilis Amatorie, Vilis mihi candida Clio. Quem Ovidii locũ ſi quis propiùs expendat, facilè deprehendet, non de Erato & Clio eſſe intelligendum: ſed de Amythone & Cydno Lesbiis mulierculis, quibus illa ad portentoſam libidinem abutebatur. Subdit enim: quas non ſine crimine amavi: Quod, quàm rectè conveniat Muſis virginibus quivis facilè intelligat.

Ămātōrĭum, Quod ad amoris inſaniam impellit: [φίλτρον. German. Das zu der liebe reitzet.] ut amatorium poculum. Sic amatorium virus, apud Plin. libr. 8. cap. 22. & libr. 13. cap. 25: Quint. lib. 7: An amatorium venenum ſit nécne.

Ămātōrĭŭs, ria, rium. Quod ad amorem pertinet, ἐρωτικός. Cic. 3. Tuſc. Anacreontis tota poëſis eſt amatoria.

Ămābĭlĭs, le, Dignus amari, dulcis, ſuavis. [יְדִידִי jedhídh. ἐρώσμιος. Gall. Digne d'eſtre aimé, aimable. Ital. Amabile, degno d'eſſer amato. Ger. Liebtich/ Das wirdig iſt lieb zu haben. Belg. Lieflick. Hiſp. Digno de ſer amado. Pol. Godni mieloſcy, wdzeczny. Vng. Szerelómre mélto. Angl. Worthie to be loued, amiable.] Plaut. Compara labella labellis: bella es, atque amabilis. Cic. ad Attic. Filiolam tuam tibi jam Romæ jucundam eſſe gaudeo: eamque quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem eſſe certò ſcio. Cujus contrarium eſt Inamabile. Mart. Inamabilis ſciurus & frequens phœnix.

Ămābĭlĭtās, f. t. [יְדִידוּת jedhidhúth. φιλότης, φιλοφροσύνη. Gall. Amiableté. Ital. Amoreuolezza. German. Holdſeligkeit. Hiſpan. Amiſtad. Pol. Wdzecznoſcy, mieloſcy. Vng. Kedueſség ſzerelmetőſség. Ang. Amiableneſſe, loueſomneſſe.] Morum comitas, formæve venuſtas, ad amorem alliciens. Plaut. in Stich. Si amabilitas tibi noſtra placet, ſi tibi ambo accepti ſumus. Idem in Pœn. Qui amabilitati animum addiceret.

Ămābĭlĭtĕr, adverb. [ἀγαπητῶς ἐρασμίως. Gall. Amiablemẽt. Ital. Amarevolmente. German. Holdſeliglich. Hiſpanicè, Amigablamente. Polon. Przyiacielskie. Vngar. Szerelmeſſen. Angl. Amiablie.] Ant. ad Cicer. in Epiſt. ad Attic. Sed mehercule ſi humãniter & ſapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis.

Amabundus, a, um, qui abundè amat. Copiam enim in bundus terminata denotant.

Amodò, cum accẽtu in antepen. ſignificat poſthac. [ἀπὸ τότε. Gall. Doreſenauant, ciapres. Ital. Da hora inanzi. Ger. Von jetz an/ fürthin/ für ans. Belg. Van nu an. Hiſp. Deſpues ò adelante.] Apul. Nemo me amodò tam manè egredientem ſolum videbit. ¶ Sive ab hoc tempore: ut in Evangelio: Si me cognoviſſetis, & Patrem meum agnoviſſetis & amodò cognoſcetis eum.

Ămœbæŭs. m. ſ. ἀμοιβαῖος, in penult. cum æ, & in antepenul. cum œ diphthongo. Genus carminis, in quo qui canunt, utũtur æquali numero verſuum, & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut majus, aut contrarium aliquid dicat, ut eſt apud Virg. in Buc. Ab Iove principium Muſæ, Iovis omnia plena: Ille colit terras, &c. Nomen deductum ἀπὸ τοῦ ἀμοιβαίου, quod inter cætera ſignificat alternis reſpondere.

Ămœno, nas, act. p. Delectatione afficio. [שׁוּחַ ſimmach הָסִיב hetíb. ἀφαίνω. Gall. Delecter, recrcer. Ital. Dilettare, aggradire. Germ. Beluſtigen/ luſtig machen anzuſehen. Hiſp. Deleytar. Pol. Obweſzeam. Vng. Gyönörködtetőm. Ang. To delyte, to recreate with pleaſure.] Cyprian. ad Don. Et dum in arbores & viteis, quas videmus oblectante proſpectu, oculos amœnamus, animam ſimul & auditui inſtruit, & paſcitur obtutus.

Ămœnŭs, a, um, cum œ diphthongo, jucundus aſpectu. [טוֹב tob נְעִים nahím. κάλος, ἀγαθός. Gall. Plaiſant, recreatif. Ital. Ameno. Ger. Luſtig/ lieblich vnnd hübſch anzuſehen. Belg. Luſtig/ ſchoon/ lieflick. Hiſp. Naturalmente delectable. Polon. Weſzoly do nieſzkania y do weſel zenia. Vngar. Gyönörködtető. Ang. Plesant, delyteſome.] Componitur ab A: id eſt, ſine, & munus, quòd ſit res grata, vel ſine fructu. Vel (ut inquit Servius) à Mœnio, munio, vel fructum capio. Vnde qui nihil præſtant, Immunes vocantur. Feſtus ab Amo derivat quum ait: Amœna loca dicuntur, quæ ad ſe amanda alliciunt. Virgil. 6. Aeneid. -& amœna vireta Fortunatorum nemorum. Cicero de Orat. Nec amœnum nec ſalubrem locum cenſeo. Idem Att. Prædiola noſtra bellè ædificata & ſatis amœna.

Ămœnĭtās, f. t. jucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. [נְעִים nóham. τερπεφρόσυνη, ψυχαγωγία. Gall. Plaiſance, recreation. Ital. Giocendità, piacevolezza. German. Luſtbarkeit. Hiſpan. Déleyte. Pol. Wieſzoloſzc. Vng. Gyönörűség. Angl. Plesantneſſe, delytſomneſſe.] Cic. 2. de Legib. Præſertim hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. Plin. lib. 12. cap. 1: Gelidi fontis amœnitate.

Ămœnĭtĕr, adverb. pro Amœnè. ἀβρῶς, τερπεφρόνως. Gell. lib. 20. cap. 7: Annianus Poëta in fundo ſuo, quẽ in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus, vindemiam hilarè atq; amœniter.

Ămœnĭſſĭmē, adverbium ſuperlat. [Vng. Gyönyörűſségeſen.] Plin. Epiſt. lib. 4. Pomponio: habitare amœniſſimè.

Ămōlĭŏr, liris, d. p. Ex A, & Molior, Amoveo, & propriè de iis dicitur, quæ cum magna difficultate ſubmoventur. [בְּעֵר bihér הָסִיר hesír. ἀποθέω, ἀποσκευάζω, ἀποτρέσομαι. Gall. Chaſſer & oſter de quelque lieu auec grande peine. Ital. Remouere. Ger. Dannen thun mit arbeit. Hiſp. Apartar, arredrar. Pol. Odwalam, odpycham. Vng. El mozditom. Angl. To put or tak away with pane or difficultie.] Plin. lib. 11. cap. 10: Amoliuntur omnia è medio. ¶ Interdũ ponitur pro Recedo. Terent. in Andr. Proinde hinc vos amoliminì: nam mihi impedimento eſtis. ¶ Accipitur & pro refellere. Quint. lib. 3. cap 13: Videndum etiam an ſimul nobis plura aggredienda, an amolienda ſingula.

Ămōmis, pen. prod. ἄμωμις, Herba eſt, teſte Plinio, ămomo ſimilis, minus tamen venoſa, & durior, minusque odorata.

Ămōmum, n. ſ. [ἄμωμον. Ger. Ein baum wachſt in Armenia/ den wilden reben nicht vngleich/ hat ein guten geſchmack/ vnnd hat laub wie S. Johanns traubet.] pen. prod. Frutex eſt ex ligno ſe convolvẽs in racemi modum, flore, ceu candidæ violæ, foliis vitis albæ ſimilibus. ¶ Eſt autem triplex; Armeniacum, Medicum, & Ponticum. Actius ſcribit, amomum viribus eſſe acoro ſimile, ſed ſiccius (ξηρότερον) acorum, digeſtivum verò magis (πεπτικώτερον) amomum.

Ămŏr, m. t. [אַהֲבָה óheb. ἔρως. Gall. Amour. Ital. Amore. Germ. Liebe. Hiſp. Amor. Pol. Mieloſcznie odmienna. Vng. Szerelem, ſzeretet. Angl. Loue.] Plus eſt quàm benevolentia, licet plerunque pro eodem accipiatur. Ex amore enim naſcitur benevolentia, ſicut oſtendit Cicer. Amor enim (ex quo amicitia nominata eſt) princeps eſt ad benevolentiam conjungendam. Differt autem Amor à Charitate: quòd Amor ſit genus, Charitas ſpecies. Ille ad omnia pertinet animantes, hæc ad homines tantúm. ¶ Eſt autem Amor (ut inquit Auguſt. lib. de Amicitia) animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid cum deſiderio quærit, & appetit, ad fruendũ, per quem & fruitur eo, & cum quadã ſuavitate interiori amplectitur, & conſervat adeptum: ut, Amor quietis, φιλησυχία. ¶ Amor ſingulari numero plerunque honeſtus eſt: ut, Amor fraternus, Amor patris in filiũ. Cic. Incenſus ſum amore incredibili virtutũ tuarum. Poteſt tamen & in veneream partem accipi, & tunc (ſecundũ Auguſtinum) cupiditas aut libido vocatur. Virg. Omne adeò genus in terris hominumq; ferarumq;, Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres In furias ignemque ruunt: amor omnibus idem. ¶ Amor (inquit Plautus) melle & felle fœcũdiſſimus eſt, guſtu dulce

dat,amarum ad ſatietatem uſq; aggerit.Amor furmæ (ait Seneca) rationis oblivio eſt, vanitatis propximus, fœdū minime conveniens animæ ſoſpiti vitium: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humilimas detrahit. ¶ Amores verò plerunque latent. Cic.pro Cælio. Mulieri amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferens Item 4. Tuſc. Atque horum omnium libidinoſos amores eſſe videmus. ¶ Nonnunquam tamē etiam honeſtos amores dicimus.Idem lib.1.Offic. Formā quidem ipſam,Manetti, & tanquam faciem honeſti vides,quæ ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. ¶ Amor item pro Cupidine (quem veteres Deum amoris eſſe putaverūt) accipi ſolet. Propert. Quicunque ille fuit puerum qui pinxit amorem.

Ămărĭnē, [ἀμαρύσσειν.Gall. *Parit ire vocant.* Ital. & Hiſpan. *Parietana, vitreola.* Pol. Powyniały. Vngar. Pőre ſw'] Herba eſt quæ notiore nomine Helxine dicitur Dioſcor.lib.4.

Ămŏvĕo,ves,pen.corr.act.f.Abigo, removeo. [הסיר *heſir.* הרחיק.Gall. oſter Ital. Rimuovere. Germ. Hinweg thun / dannen treyben.Belg.Wech doen eſt iagen.Hiſp. *Quitar alguna coſa de otra.* Pol. Odiąć, odſtąpić, odpędzić.Vngar. *Et mozditom,el vetőm.* Ang. *To put away,to tak away*]Plaut.in Amph.per tranſlationē dixit.Amovi è foribus maximam moleſtiam:id eſt, abegi, ſive abire compuli:quia priùs dixerat: Abigam ego jam hunc venientem ab ædibus. Quo item modo Terent. in Adelph. uſus eſt: ego hunc amovebo. Cic.ad Attic. Et nebulonem illum,ſi quo pacto potes,ex iſtis locis amove.

Ămōtĭo,f.t.Cicer.lib.2 de Finib. Augendæ voluptatis finis eſt doloris omnis amotio.

Ampelopraſon, [ἀμπελόπρασον. Pol.Lug.Vng. *Szőlőben termő póré.*]Herba eſt foliis porri,ſed anguſtioribus, flore candido,radice bulboſa.Naſcitur in vinetis, unde & nomē accepit. Vide Plin.lib 24 cap.15.Vulgus *Porrum vinearum* vocat.

Ampelītis,dis,ἀμπελῖτις Terra eſt bitumini ſimilis,circa Seleuciam Syriæ naſcens, qua ruſtici vites illinere ſolent,ad necandos vermiculos,oculos illarum depaſcentes, quos *Ipas*, ſive *Scinipas* vinitores appellant. ¶ Eadem & Pharmacitis, φαρμακῖτις dicitur, quòd vitium morbo medeatur. De hac Dioſcor. lib.5.& Gal.9.Facult. Simpl.med.

Ampelodeſmos,ἀμπελοδεσμός,Plin.lib.37. cap.23:Herba eſt, qua vites religari ſolent apud Siculos: qui quanvis ſalicibus abundent,quia tamen earum vincula duriuſcula ſunt, malunt eam ad rem ampelodeſmo uti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, Vitis nigra,herba eſt foliis ſmilacis,ſed majoribus,claviculis quibuſdam obvia quæque cōplectens. Semen habet racemoſum, initio herbaceum, ſed ubi maturuerit,nigrū. Radicem foris nigram, intùs buxei coloris.Vitis nomen inde nacta videtur,quòd ſerpat in modū vitis, quodque arbores, fruticesque claviculis ſuis, velut pedamenta apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis,ſeminisque nigredine videtur eſſe ſortita.

Ămpĕlŏs, [ἄμπελος,à Græcis dicitur,quam nos *vitem* appellamus. Germ. Reben Vngar.Szőlő tő.]

Ampelos lacce, [ἀμπέλος λάκκη.German.Stickwurtz/ſchmerwurtz Pol.Przestęp.Vng.Földi tők.] Herba eſt,quæ aliis nominibus Bryonia, Pſilothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur.Vitis quidem,non quòd re vera ſit vitis,ſed quòd ad ejus ſimilitudinem accedat:nam & ſarmēta habet & folia, & capreolos, ſativæ viti ſimilia,omnia tamen hirſutiora. Alba verò,à radicis colore dicta putatur.

Ampelos agria, ἄμπελος ἀγρία. Labruſca:id eſt,vitis agreſtis. Plin.lib.23.cap.1:[Germanicè, Wilde reben.]

Amphemerinos, ἀμφημερινός, Febris ſpecies eſt,quam quartanam exquiſitam vocant medici. Fit ex pituita extra vaſa putreſcente.

Ămphĭbĭă, [ἀμφίβια. Germ. Ein thier das im Waſſer vnd auff dem landt lebt.Pol.Wodnoziemne zwierzęta.Vn.*Oly állatok az kik mind vizben és ſzárazon egy aránt élnek.* Angl. *Beaſtis that liueth in two elementis.*] Animalia tàm in terris quam in aquis viventia. Amphibion Græci dicunt,quod eſt duplicis vitæ. Colum.lib. 9:Venio nunc ad aveis,quas Græci vocant ἀμφίβια, quia non tantùm terreſtria, ſed aquatilia quoque deſiderant,ab ἀμφὶ καὶ βίος, quòd in ambobus elemētis degant. Varr.4.de ling. Lat. Græci ea quæ in aqua,& in terra poſſunt vivere, vocant amphibia.Hæc Cic. Ancipites beſtias vocat lib. de Natur. deor.1: Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ partim aquatiles,aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede viventes.

Ămphĭbŏlĭă.ἀμφιβολία,Ambiguitas.

Ămphĭbŏlŏgĭă.ἀμφιβολογία,Dubium dictum,ſermo dubiā ſententiam indicans.Figura quæ fit vitio compoſitionis, quū in ambiguo poſita eſt ſententia.Et modò fit per duos accuſativos à verbo infinito rectos:ut,Ajo te Aeacida Romanos vincere poſſe. ¶ Modò per verbum commune:ut quum dicimus, Cato injuſtè criminatur:incertum eſt enim, an ipſe ab alio criminetur,an ipſe alium. ¶ Modò per participium:ut, Vide ſtatuam auream haſtam tenentem. ¶ Modō per homonyma:ut ſi quis dicat aciem,nec exprimat oculi,vel gladii,vel exercitus. Poteſt etiam fieri aliis modis.

Ămphĭbŏlŏn,ἀμφίβολον,Ambiguum dicitur,quaſi utrinque percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ καὶ βάλλειν.

Ămphĭbrăchŭs,ἀμφίβραχυς,penult.corr.Pes eſt ex prima & ultima brevibus, media producta:ſic dictus, quòd in utraque parte brevem habeat, ut Timere. Ab ἀμφὶ,utrinq;, & βραχὺς, brevis. ¶ Huic opponitur Amphimacrus, qui brevem habet ſyllabam inter duas longas,ut Aequitas.

Amphĭcauſtĭs, [ἀμφίκαυστις. Vng. *Hegyen termő árpa.*]Hordeū montanum,quod & ὄρυζον Græci vocant. Vide Ruellium.

Ămphĭcўrthŏs, [ἀμφίκυρτος. Germ. Das zu beyden ſeyten bogechtig iſt wie höner. Pol.Kluka. Vn. *Mind kétfelé görbe tojomoru.*]à Græcis appellatur quod eſt utrinque declive & globoſum. Hinc fit ut & Lunam ἀμφίκυρτον vocemus peculiari epitheto, quū nondum ſemiplena eſt, circa decimū ſcilicet aut duodecimū à conjunctione diem: tunc enim cornua ſunt convexitatem quandā oculis noſtris exhibet. ¶ Eſt & Amphicyrtos,lignum quoddam incurvum, quo onera geſtari ſolent,nō diſſimile illi, quo mulieres quibuſdam locis aquam geſtant, æqualibus utrinque ſitulis propendentibus.

Ămphĭmacrŭs, & Amphimacer, ἀμφίμακρος,pen.corr. pes ex tribus ſyllabis conſtans,prima & ultima longis, media correpta:ut,Pallidi.Sic dictus,quòd utraque parte longam habeat ſyllabam: ἀμφὶ enim utrinque ſonat, & μακρὸς longum. Eſt autem contrarius Amphibracho.

Ămphĭmăllă, [אדרת שער *addéreth ſehár.* ἀμφίμαλλα. Gall. *Habit velu de deux coſtez.* Ital. *Veſte peloſa di amendue i lati.* Cicer. Ein harechtig oder fotzechtig Kleid zu beyden ſeyten. Hiſp. *Veſtidura velloſa dentro y fuera.* Pol. *Shorza cziniena ſtulona.* Vng. *Gyapiu ſzőrüngy. A clothing rough on both the ſydes.*] Erant tunicæ gallicæ, ex utraq; parte pilos habentes, quæ & Gauſapia dicebantur. Plin. lib.8.cap.48:Patris mei memoria cœpére amphimallæ fieri, ſicut villoſa etiam ventralia. Quæ vel ò ex altero tantum latere villos habebant,Heteromalla dicebantur.

Ămphĭmăſchălă, [ἀμφιμάσχαλα.Germ.Ein Rock ſo auff beyden ſeyten ermel hat.] Veſtes erant liberorum,duas habentes manicas:Heteromaſchala autem, quæ ſervorum veſtes erant, unam tantùm habebant manicam.Vtraque nomen acceperunt ab axillis,quæ à Græcis vocantur μασχάλαι.

Ămphīppī, ἄμφιπποι. Milites qui duobus equis in bello utuntur, & ex feſſo in recentem tranſiliunt. Liv lib.2. Bell.Pun. Deſultores vocat:& equi ipſi Deſultorii appellantur.

Amphisbæna,vel Amphisbæna,næ,genus ſerpentis,Plin.

Amphitane,ἀμφιτανή,Gemma,quę alio nomine dicitur Cicoscolla.Invenitur in ea Indiæ parte,in qua formicæ eruunt aurum,colore auri,figura quadrata,traditurque natura ejus eadem,quæ magnetis, niſi quòd aurum quoque trahere dicatur.Hæc Plin.lib.37.cap.10.

Ămphītăpă, [אדרת סער *addéreth ſehár.* ἀμφίτατος. Gall. *Habillement velu de deux coſtez.* Ital. *Veſte peloſa d'amendue i lati.* Ger. Ein fotzechtig/tockechtig Kleid oder decke ſo zu beyden ſeyten rauch vnd oben fotzen hat. Hiſpan. *Veſtidura velloſa dentro y fuera. Guñia zobuſtron koſmata.* Vng. *Guba,ſzőrös ruha mindkét felől.* Ang. *A clothing, or garment rough on both the ſydes.*] Athenæo, veſtis genus utrinque villos habens. Varro:Alterum benecaptum dormire ſub amphitapa bene molli.Lucilius:Pluma, atque amphitapæ,& ſi quid aliud deliciarum. ¶ Vtitur hoc vocabulo Vlpian. in l. veſtis. ff. de auro & arg.leg.Pro eodem etiam legimus Amphimallon.

Ămphĭthălămŭs, Cubiculi genus eſt, quaſi duplex thalamus.Vitruvius lib. 6. cap. 9:In proſtrandis autem dextris ſiniſtra cubicula ſunt collocata,quorum unum thalamus, alterum Amphithalamus dicitur.

Ămphĭthĕātrum, [ἀμφιθέατρον.Gall. *Amphitheatre.*Ital. *Amphitheatro.*Germ.Ein rund hauß der ſchawſpyten/ ein rund Gſchauß Pol.*Okragli dom widzimian do gramá.* Vng.*Iatékmulatóhely, kerek gráditſos tſarnok.* Ang. *A ſort of round building.*] pen prod. Aedificium erat rotundum, veluti ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) compoſitum, circumquaq; ſtandi uſum præbens.Martial. lib.1:Omnis Cæſareo cedat labor amphitreato. Vide Caſſiodorum.

Ămphĭthĕātrālĭs,le, adject.ad amphitheatrum pertinens: ut, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale ſpectaculum; Plinius libro 11.capite.24.

Ămphĭthĕātrĭcă charta,ita dicta à loco confecturæ, cui certus locus tribuitur à Plinio lib.13. cap.12.

Amphithetum, [ἀμφίθετον. Ger.Ein Duplet/ ein hoch ſchirt. Pol.*Kredence.* Vng *ősszehajtható pohár, kinek mindkét ſzája vagyon.*]Poculi genus eſt, quod utravis ex parte [illegible]. Eraſmus in Proverbiis, ex Heſychii ſententia, credidit [illegible] lum,quod ob magnitudinem ambabus tollitur & [illegible] quod genus Hollandi *Buſan* vocāt.Neq; abſurdū [illegible]

rit dicere, esse poculi genus circa medium, quum clausum est, vtrinq; tortuosum, utrinq; basim habēs cui insistat: qd' si apertas, dividitur in duo æqualia pocula: in sese, si claudas, coëūntia. Qua etiam forma salina fieri cōsueverunt, & hac tempestate etiam pocula ex auro & argento fiunt. Quicquid id est, constat certè magnum fuisse poculum, quo uti solebant, quum strenuè potare volebant: unde māsit proverbium: Ex amphitheto bibisti: quum aliquem ad ebrietatem usq; bibisse volumus indicare.

Amphŏrā, f. p. [כד *chádh.* ἀμφορεύς. Gall. *Vaisseau à vin tenant la huictiesme partie d'vn muy.* Ital. *Anfora.* Ger. Ein trug oder kanten mit zweyen ōhren / ein weingeschirr / helt ohngefehrlich ein Straßburger Omen. Hisp. *Cantara ò arroua.* Pol. *Zban odwowchach.* Vn. *Korsó, ket fiwlō fōld edény.* Ang. *A tankerd of nyne gallons.*] penult. corr. Vasis fictilis genus, duas habens ansas: unde & nomen accepit, quòd scilicet ansis utrinque apprehensis ferretur: ab ἀμφὶ καὶ φέρω. Horat. in Arte: Amphora cœpit Institui, currente rota cur urceus exit? Erat aūt hoc vasis genus vino asservando in primis accōmodatū. Idē 3. Carm. Nec Lęstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. ¶ Erat prętereà Amphora, mensuræ genus, capiens congios octo: hoc est, quadraginta octo sextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à mēsuræ ejus figura, quę omni ex parte pedem habebat quadratum. Cicer. pro Fontejo: Itaque Tiburium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. Idem in Verrem: Iam non quęro, unde quadringentas amphoras mellis habueris.

Amphŏrālis, le, Quod est unius amphoræ capax. ἀμφορεῖος. Plin. lib. 37. cap. 2. Idem Xenocrates autor est, vas amphorale visum, & aliqui ex India crystallum sextariorum quatuor.

Amphorarius, [ἀμφορεὺς φέρω. Vng. *Korsó tsinyálo.*] Qui mercedis gratia amphoram portat. Et amphorarium vinum dicitur à Proculo, L. ult. §. j. D. de tritic. vin. & oleo, quod è dolio in amphoras est diffusum.

Amphoreroplon, fœnus nauticum est, quum fœnerator & commeatus & remeatus periculū susc ipit. Heteronplon, quū commeatus tantùm, notat Budæus in l. nihil interest, de naut. fœn. Vide Pollucem, ad Cujacium tit. de Verb. oblig.

Ampĭrŭārĕ, Dicebatur Præsul Saliorū cùm in saltatione motus edebat, gyrumque aut saltum dederat, cui mox alii, qui in choro erant, eodem gestu motus reddebant, quod redantruare dicebant. Hinc versus ille: Præsul ut ampiruat, sic vulgus redantruat ipsum.

Amplant, pro amplificant, ex Nonio.

Amplĕctŏr, cteris, amplexus, d. t. Amplexu circumplico, cōplector. [חבק *chabák.* ἀγκαλίσομαι, περιβάλλω. Gall. *Embrasser.* Ital. *Abbracciare.* Germ. Vmbfahen / vmbfassen / vmbgreiffen. Belg. Omvangen / omgrypen. Hisp. *Abracar.* Pol. *Obłapiam.* Vng. *Meg ölelöm, szeretöm.* Ang. *To embrace.*] Plaut. in Cistellaria: Anus ei amplexa est genua. ¶ Ponitur & pro diligere & amare. Eos enim amplecti solemus, quos vehementer āmamus. Cic. Epist. Famil. lib. 5: Libenter amplector talem animum.

Amplĕctens, participium ab Amplecto formatū, apud Diomedem Grāmatices lib. 1. Item vulgò dicimus Amplector, quod veteres mutaverunt Amplecto crebrò dictantes. Vt Livius in Odyssea: Vtrum genua amplectentes dixit: & alibi, amplexens pro amplexans.

Amplexŭs, us, ui, nomen, m. q. Ipse amplectendi actus. [חבק *chibbúk.* ἀγκάλισις. Gall. *Embrassement.* Ital. *Abbracciamento.* Ger. Vmbfahung. Hispan. *Abraciamento.* Polon. *Obłapienie.* Vngar. *Meg ölelés.* Ang. *Embracing.*] Cic. 1. de Divinat. Puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Amplexŏr, aris, d. p. περιπλέκομαι, amplexari, Frequens amplector, vehementer diligo. [Vng. *ölelgetöm.*] Cicer. 2. Academ. Quas mirificè Plato amplexatus erat. Idem Epist. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur: ut, &c. ¶ Amplexo vetustè pro amplexor. Accius Alcmęone: Postremò amplexa: fructum, quem dii dant, cape. Ex Nonio.

Amplŭs, a, um, Magnus, spatiosus, latè patens. [רב רחב *rab rachāb.* πλατὺ, πέλαγος. Gall. *Ample, spacieux.* Ital. *Ampio, spacioso.* Ger. Weit / breit / groß. Hisp. *Ancho.* Pol. *Wielky, ü szeroky.* Vng. Bő. Angl. *Wyd, ample.*] Ad Herennium: Loci præter modum amplivagas imagines reddunt. Virgil. 1. Aeneid. -vocemque per ampla volutant Atria. ¶ Est item amplus, idem quod Græcis ἄξιος: hoc est, dignitate multa, & autoritate præditus: Cic. pro Sext. Roscio: Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervēnit. Idem de Amicitia: Suosque omnes sese esse ampliores volebat.

Amplē, adverbium, Copiosè, magnificè. [ברוב *berób.* ἀξίως, πλατέως. Gall. *Amplement.* Ital. *Ampiamente.* Ger. Herrlich / gröblich. Hisp. *Anchamente.* Pol. *Szerocō.* Vng. Bő'uen. Ang. *Amplie.*] Cic. 2. de Fin. Si nic hęc quidem satis amplè, satis honestè diti putas. Idem 6. in Verr. Exornat amplè, magnificeq; triclinium. ¶ Amplius, vide infrà. ¶ Amplissimè: ut, Amplissimè gerere honores: hoc est, cum summà amplitudine & dignitate. Cicer. 4. in Verrem.

Amplĭtĕr, adverbiū, pro amplè: ut, Ampliter acceptus: hoc est, cum magno apparatu, & copia. Ampliter sumptum facere.

Amplĭŭs, adverb. significat Plus. [יותר *jothér* / עוד *hodh.* πλέον. Gal. *Plus largement, d'auantage.* Ital. *Piu.* Ger. Mehr / weiter. Belg. Verder oft meer. Hisp. *Mas.* Pol. *Wiecey, daley.* Vng. Tőb. Angl. *Moreouer.*] Et in hac significatione, nominativo, accusativo, & ablativo conjungitur. Cicer. in Verr. Cùm eum Syracusis amplius centum cives Romani cognoscerēt. Cęsar comment. 5: Amplius octingentę quæ uno erant tempore, à litore discesserant. Accusativo, Cic. in Verr. Qui cùm amplius centum cives Rom. haberet ex conventu Syracusarū. Virgil. 1. Aen.-noctem non amplius unā. Ablativo, Cic. pro Rosc. Comœd. Hoc nomen triennio amplius in adversariis relinquas. Cęsar: Millibus amplius quingentis in latitudinem patet. Genitivo conjunxit Hirtius in Comm. Amplius duorum millium terga vertebant. ¶ Ponitur etiā pro Prętereà, sine Casū. Cic. de Aruspic. Responsi. Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius ad ejus laudem minuendam facere potuisset? ¶ Item aliquando pro deinceps, aut posthac, ut annotavit Sosipater. Lucilius Satyr. 1: Quo pacto populum atque urbem servare potis sit Amplius Romanam. Atque inde verbum est Ampliare, in sequentes dies differre: de quo paulò pòst.

Amplĭūscŭlŭs, paulo amplior. [Vngar. *Bővetskéb, tőbetske.*] Apulejus in Apologia: Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna devolutus.

Amplĭtūdo, f. t. ut Cic. lib. 2. de Invent. scribit, est potentiæ, aut majestatis, aut aliquarū copiarū magna abundātia. [רוב *rob.* ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Gall. *Largueur & largeur, maiesté & dignité.* Ital. *Amplitudine, ampiezza.* Ger. Gröſſe herrlichkeit / großmechtigkeit. Belg. Grootmachtichheit grootheitlichheit. Hisp. *Anchura honra.* Pol. *Zacnoś, Wielkość, mocarność.* Vng. *Dicsőségnagyság, nagyság.* Ang. *Wydnesse, dignitie, largnesse.*] Idem ad Lentulum: Tuæ sapientiæ magnitudinisq; animi est, omnem amplitudinē, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua gravitate positam existimare. ¶ Amplitudo corporis. Plin. in Epist. Nam meatus animæ, quæ illi propter amplitudinem corporis gravior & sonantior erat.

Amplĭvăgŭs, ga, gum, penul. cor. πολυπλανὴς, πολύμυς. Quod in amplum vagatur: Autor ad Heren. lib. 4. Amplivagas imagines reddunt.

Amplĭo, plias, act. p. Augeo, protraho, dilato. [הרחיב *hirchib* הרבה *hirbáh*, πλατύνω, μεγεθύνω. Gall. *Amplier, accroistre, augmenter.* Ital. *Ampliare, amplificare.* Germ. Weiteren / Groß machen. Belg. Wyt / breet / oft groot maken. Hisp. *Ensanchar ò estender.* Pol. *Mnożè, przyczyniam.* Vng. *Meg öregbitöm, elszélesitöm.* Ang. *To amplifie, to augment, to mak wyde.*] Vt ampliare ętatis spatium, Martial. lib. 10. Ampliare vires, Plin. li. 23. cap. 2. Ampliare plagam, Celsi. lib. 7. cap. 5. ¶ Pertinet etiam hęc vox ad judicia, ut cùm reus ampliari dicitur: qd' tum fiebat, quū judicibus causa nō satis erat probata. Ad Heren. lib. 4: Nam quid fuit judices, quare in sentētiis ferēdis dubitaveritis? aut istū hominē nefariū ampliaveritis? Liv. lib. 4. ab Vrbe cond. scribit Posthumiam virginem Vestalem ampliatam, deinde absolutā pro collegii pontificum fuisse sententia: hoc est, per ampliationē in secundam actionē interposita dilatione protractā, ut scilicet, bis causam dicere posset. Romani enim judicia hoc modo peragebāt. Nā aut statim sentētia ferebatur à judicibus, si absolvendus esset reus: aut amplius pronuntiabatur, si causa obscurior esset: & tunc duabus hisce literis N. L. judices significabant sibi non liquere quid esset statuendum, causamq; denuò esse dicendam. ¶ Hinc Ampliatio nascebatur, ἀναβολὴ, ὑπέρθεσις, quę appellata videbatur, quasi amplius dicendi pronuntiatio. Quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendā causam rediebat. De hac ampliatione intelligit Cic. 3. in Verr. actione, quū ait: Etsi lex ampliandi faciat potestatē, tamen isti sibi turpe existiment non primò judicare. Differt autem Ampliatio à Comperendinatione, quòd Ampliatio certum numerū actionum nō habebat: Comperendinatio, iteratā actionē in tertiū diem. Cicer. in Verr. Act. 2: Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea vel judicari primò poterat, vel amplius pronuntiari. Deinde quòd comperendinatio in diem perendinum duntaxat alteram actionem differebat: Ampliatio verò in tempus quod judicibus placebat. Tertiò, quòd comperendinatio necessaria fuit & lege constituta: Ampliatio verò in judicum potestate posita.

Amplĭfĭco, as, act. p. Augeo, amplum facio, dilato, multiplico. [הרבה *hirbáh* הרחיב *hirchib.* αὔξω. Gall. *Amplifier, agrandir.* Ital. *Amplificare.* Ger. Groß machen / Erweiteren. Hisp. *Macho honrar ò ensanchar.* Pol. *Rozmnażam, rozszerzam, rozrodzę.* Vngar. *Meg ö[illegible]bitöm, elszélesitöm.* Ang. *To dilate, to mak wyd.*] Cic. 1. de Nat. deor. Eamque facultatem amplificavit Academia. Idē 3. Tusc. Nam attrectatu sævū amplificatis dolorē. Idē pro Domo sua:

A populo ſemper ſum defenſus, amplificatus, atque ornatus.

Amplificātor, verbale. [ארבה *marbéh* מרחיב *marchíbi.* ἐπαυξητής. Gall. *Eſlargiſſeur, agrandiſſeur.* Ital. *Chi aumenta.* German. Ein mehrer/hinzuthůer/der ein ding groß macht. Hiſp. *Enſanchador.* Pol. *Rozſerzacz, przimnożyciel.* Vng *Meg öregbitő bwuitő, ſzélesitő.* Ang. *An enlarger.*] Qui rem aliquã aut perſonã majorem aut ampliorem reddit. Idem 3. Tuſc. Pythagoras nõ ſolùm nominis inventor, ſed etiam rerum ipſarum amplificator fuit.

Amplificātio, onis, f.t. augmentatio. [ארבה *marbéh.* αὔξησις. Gall. *Accroiſſement, amplification* Ital. *Aumento, accreſcimento.* Ger. Mehrung/Großmachung. Hiſp. *Enſanchamiento.* Pol. *Rozmnożenie.* Vng. *Meg öregbités, meg bwuités.* Ang. *Amplifying, enlarging.*] Cic. 1. Offic. Nec verò amplificatio rei familiaris, nemini nocens, vituperanda eſt. ¶ Apud Rhetores autem Amplificatio (definiente Cicerone in Partitione) eſt gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Amplĭātĭo, & comperendinatio, differunt omnino inter ſe: nec tamen, in quo planè differant, ſatis conſtat: qua de re recitabimus primùm Pædiani verba: deinde, quid ſentiamus ipſi, exponemus. Pædianus igitur ſic: Ante Legem Glauciæ de cõperendinatione, aut ſtatim ſententia dicebatur, ſi abſolvendus eſſet reus: aut, amplius pronuntiabatur, ſi videretur eſſe damnandus, cùm dixiſſent judices: Non liquet: hoc eſt, obſcura cauſa eſt: itaque ea pars, interpoſita dilatione, dicebat, in cujus peroratione videbatur obſcuritas: comperendinatio verò utriuſque partis recitatio eſt: & ideò à ſubjungit hęc. Alii ſic: Inter comperendinationem & ampliationem hoc intereſt, quòd comperendinatio ex una tantùm re dabatur, cùm cauſam judex nõ intelligeret: & omnino, ſi videbatur, judicib. bona cauſa, abſolvebant rem: ſi mala, nõ ſtatim cõdemnabant, ſed hac excuſatione parcebant: nam, cùm cõdemnandi nota eſſet C. littera, abſolvẽdi A: ampliandi ſignũ N.L. dabant: quo ſignificabant non liquere: unde ampliatio naſcebatur: quibus ex verbis primùm illud intelligitur, in ampliatione aut accuſatorem ſolùm, aut defenſorem iterũ cauſam egiſſe: deinde, etiam hoc conſtat, eſſe Amplius pronuntiatum, non cùm ambigeretur, abſolvendus, an condemnãdus eſſet reus, ſed cùm ita dilucidè pateret culpa, ut condemnandus omnino videretur: in quo tamen, ut, quaſi ad excuſandam dilationem, ſpeciem aliquam dubitationis præ ſe ferrent, ampliandi in tabellis dabant N.L. tumque iterum dicebatis, vel pro reo, vel contra reum, qui, quod propoſuerat, argumentis non ſatis probaſſe videretur. Quod ad primum attinet, etſi Pædiano, ſicuti debeo, tribuo plurimum: quæro tamen, veréne ſenſerit, an ſecus: venit enim in mẽtem ſuſpicari, ne quemadmodũ in comperendinatione, ſic in ampliatione ab utraq; parte iterum acta cauſa ſit. Livius enim lib. XLIII. cauſam de repetundis ex ampliatione utrinq; ait eſſe actam: idem ex iis verbis poſſum conjicere, quæ ſunt apud Ciceronem lib. 1. in Verr. Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellæ ſpiritus, quid hujus lachrymas, & concurſationes proferam? vocat alterã actionem poſt ampliationem: quod verbum ſpectare potiùs utranque partem, quàm alterutram, videtur: & Aſconius ipſe, non dubito, quin idem ſenſerit: ſubjungit enim hæc in ſuo commentario: Hìc apparet, etiã in ampliatione ſic alteram dici, quemadmodũ in comperendinatione. De illo altero cùm dixit, ampliationem fuiſſe, non in cauſa dubia, ſed in manifeſta rei culpa, non ad cauſam melius cognoſcendã, ſed ad damnationem differendã: planè nõ aſſentior: neq; tamen audeo diſſentire: libenter enim exiſtimaverim, Ampliùs eſſe pronuntiatum, cùm obſcura cauſa eſſet, nec de abſolutione, aut condemnatione ſatis liqueret: propterea q́ue amplius requiri ad cauſam demonſtrandam videretur: nam ſi ampliatio futurę damnationis eſſet ſignum: quorſum, cùm de Philodamo eſſet, Amplius, pronuntiatũ, tantopere Dolabella & Verres contendiſſent, ut condemnaretur? num opera ſupervacanea fuiſſet? contenderunt autem, quia videbant poſſe fieri, ut abſolveretur: quid? Pædianus ipſe nónne contra ſuã ſententiam loquitur? quaſi enim oblitus ea, quæ antè de ampliatione dixerat, hoc in loco ait: Mos veterum hic fuerat, ut, ſi abſolvendus quis eſſet, ſtatim abſolveretur: ſi damnandus, ſtatim damnaretur: ſi cauſa non eſſet idonea ad damnationem, abſolvi tamen non poſſet, Amplius pronuntiaretur. Sed fortaſſe Pædianus excuſari poterit, ſi tempora diſtinguantur, hoc modo: ut ante Legem Glauciæ, ampliatio fuerit dilatæ condemnationis judicũ, poſt Legem verò Glauciæ, obſcuritatis, nec ſatis exploratæ ſententiæ: utrunque ſanè duo Ciceronis loca, ſi quis attenderit, videntur oſtendere: primùm, in judicio Philodami, de quo proximè dictũ eſt: ibi enim, dubium fuiſſe poſt damnationem eyentũ judicii, planè conſtat: deinde, cùm ea dixit in eodem libro: Verùm, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut cõperendinaretur reus: antea vel judicari primò poterat, vel, Amplius pronuntiari: utram igitur putas Legem molliorem? opinor, illã veterem: qua vel citò abſolvi, vel tardè cõdemnari licebat: nam hoc, Tardè cõdemnari, ad illud, quòd proximè dixerat, refertur, Amplius pronuntiari: ut ampliatio nihil aliud, quàm tardam condemnationem ſignificare videatur. Differt etiam in hoc à comperẽdinatione ampliatio, quòd ampliatio tantùm à judicum arbitrio ac voluntate pendet: comperendinatio verò eſt illa quidẽ in judicibus poſita, ſed petente vel accuſatore, vel defenſore: nam niſi alteruter, aut uterq; petiiſſet, nihil judices de comperendinãdo reo cogitaſſent: nõ potuiſſe aũt comperendinationem invitis judicibus omitti. Pædianus docet, cũ ait: Ideo teſtibus uſum eſſe Ciceronẽ, ut, ſi poſſet, cõperendinationem tolleret: ſperabat enim Cicero, cauſa per teſtes patefacta, judicibus q́; probata, futurũ ut de tollenda cõperendinatione à judicibus impetraret: ergo, tùm in judicib. tùm in accuſatore ac defenſore ſitum fuiſſe comperendinandi jus, verè dixi. Differebant etiam origine ampliatio, & comperendinatio: nam, vetuſtiorem fuiſſe ampliationem, verba Ciceronis de Lege Glaucię demonſtrant: &, P. Licinio, C. Caſſio coſs. hoc eſt, multis ante primã de repetundis Legem annis, quàm à L. Piſone latam diximus, ampliatos eſſe reos in judicio repetundarum, apud Livium lib. XLIII. animadvertimus. Ex libro noſtro de Legib. Romanis.

Amplūſtrĕ, Vide APLVSTRE.

Ampron, onis, m.t. ἄμπρων, Latinè funiculus, qui per juga jumentorum tenditur: aut quo trahi ferrive ſolent à jumentis onera. Verbum autem ἀμπρεύειν propriè ſignificat iter curru facere. Per abuſionem verò translatũ eſt ad veterina jumentaq;.

Ampūlla, gemino l, Vaſis genus ex vitro, aut alia materia, ad ſervandum oleum in balneis, item in menſa ad aquam, vel potionem, alioſq́ue uſus accommodatum. [בטחת *tſappáchath.* λήκυθος. Gall. *Fiole, bouteille.* Ital. *Ampolla.* Ger. Ein Oelgutteren von glas/ Ein Krug/ Ein geſchirr das ein weiten bauch hat. Hiſpanicè, *Ampolla ò redoma de vidro.* Polon. *Ampulka, Banka.* Vngar. *Ampolna.* Angl. *A litle bottle or viole.*] Apul. in Floridis: Hippias prędicavit ampullam quoq; olearium, quam geſtabat ſemet ſibi fabricatam. Cicero libro 4. de Finib. Si ad illam vitam quæ cũ virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam vitãm potiùs cui hæc adjecta. Erat autem hoc vaſis genus turgidum, veluti ventre inflato: unde per tranſlationem dixit Horatius: Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba: pro eo quod eſt, verba turgentia & ſufflata abjicit. Vtebantur etiam Romani ampulla ad hauriendas potiones, Sueton. in Domit. Prandebatq́ue ad ſatietatem, ut non temerè ſuper cœnam præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam daret. ¶ Eſt etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam vocamus, Græci modò πομφόλυγα, modò φύσημα appellant.

Ampullārĭus, rii, m.f. ſubſtantivum, Artifex ampullarum. [λαγυνοποιός. Gall. *Faiſeur de telles fioles.* Ital. *Artefice de ampolle.* Ger. Der die gläſer macht mit weiten beuchen/ Guttermacher. Hiſpan. *El que haze ampollas.* Polon. *Szklankarz, Hutnik.* Vngar. *Ampolna tſindlo.* Angl. *A bottlemaker.*] Plaut. Rud. Ni erit tam ſyncerum, ut quivis dicat ampullarius, Optimum eſſe opere faciundo corium & ſynceriſſimum.

Ampullārĭus, a, um, adjectivum. λαγυνώδης: ut, Ampullariæ unctiones. Plautus Stich. Vel unctiones Græcas ſudatorias, Vel alias malis malacas ampullarias.

Ampullācĕus, a, um, Quod ex ampulla eſt. [גבעה] *gbeéh.* λαγυνώδης. Gall. *Enflé comme vne bouteille.* Ital. *A fogia di ampolla.* Ger. Das auffgeblaſen iſt wie ein gutter. Hiſpanicè, *Coſa inchada como ampolla.* Polon. Widetý. Vngar. *Ampolnádbol valo.* Angl. *Made lyke a bottle.*] Vt, Fruſtum ampullaceum, Colum. libr. 8. cap. 2. Plaut. in Menæch. videtur vocare mulierem magnificè cultam, ampullaceam.

Ampullācĕa pyra, Quæ ab ampullæ forma nomen habent. Plinius lib. 15. cap. 15.

Ampullōr, laris, d. p. ab Ampulla, p ſuperbio, turgeo. [גאה] *ghaáh.* Gall. *Deuenir gros & enflé, empouler.* Ital. *Inſoperbire, gonfiare.* German. Auffblaſen/oder ſtoltz ſeyn. Hiſpan. *Ampollarſe ò hincharſe.* Pol. *Nadimamſię, Pyſznieſię.* Vng. *Keuélykédőm.* Angl. *To waxe proude.*] Quo verbo uſus eſt Sueton. in Domitiano, & Horat. 1. Epiſt. An tragica deſævit, & ampullatur in arte.

Amputo, as, pen. corr. act. p. Circumcido, reſeco. [גזם *gazám.* ἀποκλάω, περικάπτω, ἀποτέμνω. Gall. *Rongner, coupper à l' entour.* Ital. *Pottare, mozzar via.* Germ. Abhawen/ beſchneiden. Belg. Af ſnyden/ oft afhouwen. Hiſ. *Cortar en derredor.* Pol. *Odcinam, Odrzynam.* Vng. *El metczőm, El vágom.* Ang. *To cutt of, to gnaw away.*] Cic. 3. de Finib. Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

Amrotamentum, ti, Gell. lib. 17. cap. 2: Ludis aut culpæ amrotamentis digna.

Amſanctus, Servius ex omni parte ſanctus, interpretatur apud Virgil. 7. Aeneid. Amſancti valles, denſis hanc frondibus atrum. Sed malè meo judicio eſt interpretatus, cùm non ſit nomen adjectivum, verùm nomen proprium. Cumq́ue non abſque ſolœciſmi commiſſione (ut ita Virgilii locus accipiendus foret)

dus foret) amſanctos valles Poëta dixiſſet. Quid autem Amſanctus ſit, vide in Onomaſtico.

Amſegetes, dicuntur quorum ager viam tangit. Feſtus.

Amŭla, pen. corr. Genus vaſculi ad aquam geſtandam, quod religionis & expiandorum malorum gratia geſtabatur, παρὰ τὸ ῥαντήριον, dictum quaſi amola, ab amoliendis periculis. Hujus diminutivum Amulula.

Amŭlētum, pen. prod. n. ſ. [Germ. Ein artzney wider gifft/oder ander ding ſo man böſer zufäll oder Krancheiten halb an hatß henckt. Pol. *Preſerwatiwa przeczwko trucizinie.* Vngar. *Etetés ellen való orwoſſag.*] Omne genus remedii adverſus cuncta mala medicamenta, & præſertim cõtra veneficia, ἀλεξιφάρμακον, φυλακτήριον, Plin. Infantibus alligatur ſuccinum amuleti ratione, formã vaſculi habens. Græci etiam ἀπαγοπαῦα hæc vocant, ἀπὸ τοῦ ἀπαγέιρειν, quod eſt amoliri, ſummovere, depellere. Dictio hæc frequens eſt apud Plinium.

Amūrcă, f. p. [טוֹשׁ *peſóleth.* ἀμόργη. Gall. *La lie d' huille.* Ital. *Fece d' oglio.* Germ. Oeltruſen/oder hefen. Belg. Die dweſen oft heſen van de olie. Hiſp. *Alpechein de azeyte.* Pol. *Fiana na oleiú, albo brud.* Vng *Olay ſöprelék.* Ang. *The dregges of oyle, or lies.*] Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ ſequuntur, Fæces vocantur. Virg. Georg. 1. & nigra perfundere amurca. Hoc nomen per c ſcribitur, ſed profertur per g: ut fit in Cajus, & Cneus. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam. Hinc Examurcatus, ſordibus purgatus.

Amūrcārĭă dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de re Ruſtic. capite 10: Dolia queis vinacia conſtat, decem, amurcaria decem, πίθοι ἀμοργικοί.

Amuſium, n. ſ. Ventis diſcernendis excogitatum organum, ut ait Cælius. Vitruvius lib. 1. cap. 6: Collocetur ad libellam marmoream amuſium mediis mœnibus: aut locus ita expolietur, ad regulam & libellam, ut amuſium non deſideretur.

Amūſſis, hujus amuſſis, fœm. gen. [אנך *anách* סלע *pelés.* γνώμων. Gall. *Le cordeau ou la lignee des charpentiers, eſquierre.* Ital. *Archipendolo, ſquadra.* Ger. Ein richtſcheit/ein ſenckelſchnur/ein richtſchnur/welche die zimmerleut brauchen. Belg. Een timaet oft lootwage/ richtſnoer. Hiſp. *Hilo de almagre que vſan los carpinteros.* Pol. *Cyeſielſka ſznur.* Vng. *Tſipó Czérna.* Ang. *A carpenters rule or line.*] Filum eſt, quod fabri materiam rubrica oblinũt, aut alio colore. Sic Budęus. Feſtus autem regulam vocat, ad quam aliquid adæquatur. Ex quo videtur innuere & Amuſſim & Normã idem eſſe. Latè tamen pro omni ordine ponitur.

Amūſſĭ alba, λευκῇ γνώμῃ: hoc eſt, nullo delectu ac citra diſcrimen. Gell. in Noct. Attic. Nanque illi omnes & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes in quas res cunque inciderãt, alba, ut dicitur, linea ſine cura diſcriminis ſolam copiam ſectati converrebant. Plutarch. in Comment. περὶ τῆς ἀδολεσχίας. Nonnulli ſic efferunt Adagium: In albo lapide amuſſis alba. Vtitur Plato in Charmide, ubi Socrates ait ſe erga formoſos adoleſcentes perinde eſſe, ut albam amuſſim in albo lapide, propterea quòd neque diſcerneret ſatis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Diciturque vel in eos, qui nullo ſunt judicio, vel in ſtupidos, vel in eos, qui in certis probant vel ſignificant incerta.

Amūſſim, adverbium, & ab eo compoſitum, Àdamuſſim. [דומשׁא *bemiſchpát.* ἐπὶ γνώμῃ. Gallicè, *Anec toute diligence, à plomb, à eſquierre.* Ital. *A punto.* Germ. Gar eben/ſtetſſig. Hiſpan. *Der echa ò ygualmente.* Pol. *Doskonalie.* Vngar. *Igyenesſen.* Ang. *With diligence, made after rule or line.*] Vt Iudicium adamuſſim factum apud Gellium. Legitur & Examuſſim, adverbium, pro rectè & examinatè. Plautus in Amphitruone: Si vera hæc loquitur examuſſim, eſt optima: ubi Siſenna & Soſipater pro examinatè, interpretantur. Amuſſis enim eſt regulâ rubricata, quæ dimittitur, examinandi operis cauſâ.

Adămūſſim, [Germ. Fleiſſigklich. Belg. Voltomelick oft werckelick.] Examuſſim, & Amuſſatim, frequens eſt apud autores, pro eo quod eſt exquiſita diligentia atque exactiſſima cura. Gellius lib. 1. cap. 9.

Amūſſĭtātă opera dicuntur, quę ad amuſſim facta ſunt. γεγυμνασμένα ἔργα. Plaut. in Mil. In hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. Nonius.

Amūſŭs, penult. prod. [ערל *bálhar.* ἄμουσος. Gall. *Qui eſt ſans lettres, ignorant.* Ital. *Indotto.* Ger. Vngelehrt/vngeſchickt. Hiſpan. *No enſeñado, no elegante.* Polon. *Nieuimieietny Grobian.* Vngar. *Tudatlan, parázt.* Angl. *Vnlearned, vnskilfull.*] Inelegans, & indoctus: hoc eſt, à Muſis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur ſine muſica: unde apud Comicos, qui literas ſe didiciſſe negant, ajunt ſe non didiciſſe muſicam. Vitruv. lib. 1. cap. 1: Nec muſicus, ut Ariſtoxenus: ſed non amuſus.

Amygdălă, læ, f. p. [שקד *ſchakédh.* ἀμυγδαλή. Gall. *Amandier.* Ital. *Mandorlo.* Germanicè, Ein mandelbaum. Belg. Een amandelboom. Hiſpan. *Almendro.* Pol. *Migdalowe drzewo.* Vng. *Mondola fa.* Angl. *An almond tree.*] Arbor, amygdala: hoc eſt, nuces Græcas proferens. Colum. lib. 6. cap. 14: Amygdala, ſi parum ferax erit, forata arbore lapidẽ adjicito. ¶ Hinc Amygdalinus, na, um, penultima correpta. Serenus: Fertur amygdalinæ ſuccus nuci eſſe bibendus. Amygdalinum oleum, Plinius libro 23. cap. 4.

Amygdălĭcum folium, Plin. lib. 26. cap. 11.

Amygdălă, læ, [שקדים *ſchekedhim.* ἀμυγδάλη. Gall. *Amende* Ital. *Mandorla.* German. Mandelnuß/mandelkern. Belg. Een amandel. Hiſpan. *Almendra.* Polon. *Migdały.* Vngar. *Mondola.* Ang. *An almond.*] Penult. corr. Nux Græca, quæ & Thaſia dicitur. Plin. Intus nucleus amygdalæ eſt. ¶ Amygdalum, ἀμύγδαλον, etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius: Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta, ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore involutum reponas.

Amygdălītēs, [ἀμυγδαλοειδὴς Dioſcoridi. German. Ein gattung eines purgierenden Milch krauts / mit bletern wie ein Mandelbaum oder Springwurtz.] Herba eſt ex genere tithymali, à ſimilitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos, à latitudine foliorum. Plin. lib. 26. cap. 8.

Amylon, [ἄμυλον. Gall. *Amidon.* Ital. *Amido.* Germ. Amelmãl. Hiſpan. *Amidon.* Pol. *Krochmal, maczka.* Vng. *Fodros gáller keményitö.* Ang. *A kinde of wafer made of fine wheat.*] Placentæ genus, quod ex tritico fiebat, aut ſiligine ſæpiùs elotrata dictum quòd ἄνευ τῆς μύλης: hoc eſt, ſine mola fieret. Macerabatur enim ſæpiùs quotidie triticum aut ſiligo, donec ita molleſceret, ut cremor exprimi poſſet, qui deinde in ſole ſiccabatur. A vulgo Seplaſiorum unica litera immuta *Amydon* vocatur. Rationem conficiendi amyli, vide apud Plin. lib. 18. cap. 7. & apud Catonem de Re ruſt. cap. 87.

Amyris, genus arboris eſt, ut inquit Hieronymus, quod Latini putantes myrrham dictum, unguenta interpretati ſunt. De cujus arboris notitia hoc ſolũ ad nos pervenire potuit, quòd odorem ſuum habeat ſuavem, nullum tamen afferat fructum.

Amyron, attractilis Dioſcoridi.

Amyſtis, ἄμυστις, f. t. Strenuę potationis genus erat apud Thracas, quum potus ingurgitabatur, ut vinum in dolium infunditur, neque ſpiritu reciprocato, neque ore contracto. Vnde ἀμυστίζειν Græci dicunt, pro ingurgitare, & ſine reſpiratione aſſatim bibere. Horatius libr. 1. Carm. Baſſum Threicia vincat amyſtide. ¶ Alii Amyſtidem poculi ſpeciem interpretantur, quo Thraces utebantur, quoties ἀμυστί, καὶ ἀπνευστί: hoc eſt, citra labrorum contractionem, & ſpiritus reciprocationem potare volebant, Vt Germani potatores ajunt: Ohne ſchnauffen vnnd bart wiſchen.

A ante N

An, adverbium interrogandi & pro Nunquid ponitur, ἆρα. Cicero: An verò Romulus ille, aut paſtores aut convehas congregaſſe videtur? ¶ Sed aliquando tranſit in vim conjunctionis ſi, ă, quum ſermo dubitativus eſt, & tunc ferè ſubjunctivo jungitur: ut, Neſcio an Pater vivat. ¶ An diverſis in locis collocatur. Primo locó. Cicer. 2 Philipp. An tu, Naſonæ in menſas hoſpitum quum vomeres, Dolabella, porte in Hiſpania dimicaret? Secundo loco. Cicer. 5. Verr. Verum an potiùs inſanivit Apronius? Et hìc & in ſimilibus tubau[illegible] An vel utrùm. ¶ An, ter repetitum. Cicer. in Orat. In quo quæſitum eſt, in totõne circuitu illo orationis, an in principiis ſolùm, an in extremis; an in utraque parte numerus tenendus ſit. ¶ An, quater repetitum. Cicer. de Orat. Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an judices, frequentes, an pauci, an ſinguli. ¶ An & Ne conjungi ſolent pro An. Terent. Andr. Anne eſt intus Pamphilus? Cicer. in Piſonem: Anne geſto An & Ne interpoſitis aliquot dictionibus. Cicer. lib. 1. de Finib. An partus ancillæ ſitne in fructu habendus? ¶ An Si cõjunguntur, Ovid. in Epiſtol. An ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis, Arma feras, rapta conjuge lentus eris. ¶ In notis antiquorum A N. Annius. A N. N. ante noctem. A N. M. actionem mãdat. A N N. vel A N. vel A. annis. A N T. antè vel antea. A N T. T. C. ante terminum conſtitutum. A N G. P. angelus percuſſit. A N M. anima. A N N. S E N. Anneus Seneca.

Ana, eſt vox barbara, qua medici noſtri temporis utuntur in ſuorum medicamentorum compoſitionibus pro Latinis vocibus, ſingulorum partem ſeu partes, vel (quod idem) uniuſcujuſque ſpeciei.

Anăbăſis, f. t. ἀνάβασις Dioſcoridi, Herba quæ Equiſetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. [זנב סוס *zenáb hoſſüs.* Gall. *Queuë de cheual apreſte ou preſle.* Ital *Coda di cauallo, aſprella.* Germanicè, Katzenſchwantz oder Schafftchew. Hiſpanicè. *Cola de mula, rabo de mula.* Polon. *Kotczy ogon.* Vngar. *Lo farkᵃ.* Ang. *An heerbe called the horſe tayle.*] Plin. libr. 26. cap. 13. Recentiores Caudam equinam vocant.

Anăbăſĭus, [ἀναβάσιος. Pol. *Obwieſzczaiacy czoſi ſlego albo dobrego.* Vngar. *Hir hordozo.*] Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem diſſeminaturus, qualem Triptolemum fuiſſe in fabulis legimus, quem ſemina per orbem ſparſurum,

Cereriśque beneficia annunciaturum, à dea rapidissimo curru emissum fabulātur. Nomen deductum est ἀπὸ τῦ ἀναβαίνειν: hoc est, ab ascensu, curruum scilicet, vel equorū. Hieron. contra Ruff. Idcircóne cereáles, & anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?

Ănăbāthră, n.f. [ἀναβάθρα. Pol. *Schodek vel podnożek.* Vngar. *Grádits laytoria.*] Scalæ, pulpita, gradus superiores scanules, aut instrumenta scabellorum, aut subsellia: ab ἀναβαίνω id est, sursum ascendo. Iuven. Satyra 7: Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Ănăbŏlădĭum, ἀναβολάδιον: vel Anaboladium, ἀναβολάδιον, Sindonis genus est, quo humeri operiuntur: dictum, ἀπὸ τῦ ἀναβάλλομαι, quod interdum Induo significat, interdum Rejicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum visum esset, rejicere.

Anabula, læ, f.p. ut scribit Plinius, animal Aethiopicum, capite cameli, collo equi, cruribus bovis prætendens similitudinē, per totum corpus nitentem habens rubedinem, albis maculis immistam. Est & miri decoris, longo collo, & altis anterioribus & posterioribus cruribus.

Anacacabea, [ἀναχακάβεια, λωτός. Pol. *Bob Grécki, kątá.* Vng. *Tőrők bab.*] A vulgo Græcorum arbuscula quædam appellatur, teste Actio, quæ Hom. Lotŏs dicitur. Galli *Alysam* & *Alysarum* nominant. Fructus quoque, eodem Actio teste, à recentioribus Græcis Anacacabon appellatur: Latini vocant Fabam Græcam. Vide Ruell. lib. 2. cap. 95.

Anacampseros, otis, ἀναγαμψέρως, Herba est, cui à Magis revocandi amoris vis tribuitur: ita dicta ab ἀναγάμπτω, reflecto, & ἔρως amor. Plinius libro 24. cap. 17: Anacampserotem celeber arte Grammatica paulò antè, cujus omnino tactu redirēt amores, vel cum odio depositi.

Anacardium, ἀνακάρδιον, Arbor Indis familiaris, fructu aviculæ corculo nō dissimili: unde nomen putant inditū, rubente intùs cruore, quo veluti sanguine scatet. Ruell. lib. 1. cap. 37.

Ănăcĕphălæ̆ōsĭs, f.t. penult. prod. [ἀνακεφαλαίωσις. Germ. Ein kurtze widerholung der Hauptpuncten/recapitulierung. Belg. Een cort verhael/oft begryphinge van al dat vor seit is. Pol. *Krotkie powtorzenie.* Vngar. *Summába szedés.* Ang. *A short repetition of things said.*] Brevis recapitulatio, in qua repetitio rerum summatim fit. Quint. lib. 6. cap. 1: Rerum repetitio, & congregatio, quæ qa repetitio Græcè dicit ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdā Latinorū enumeratio, & memoriā judicis reficit, & totā simul causam ponit ante oculos judicis. Græcè κεφάλαιον, caput dicit in ea significatione, qua nonnulli capituli appellatione utuntur.

Anachites, [ἀναχίτης. German. Ein Demant/ist ein köstlich Edelgestein. Pol. *Diament.* Vng. *Gyémánt.*] Gemma est omnium pretiosissima, quam notiore nomine Adamantem vocamus: ita dicta quòd vanos motus, animique lymphationes credatur abigere, & adversus venena habere vim antidoti. Vide Plin. lib. ult. cap. 4.

Ănăchōrēsĭs, [ἀναχώρησις. German. Ein einöd ort/ abstünderung von ander leuten. Pol. *Pustinia.* Vng. *Remōte lako helye, puszta.*] Eremus, secessus: unde monachi eremum incolentes & quicunque procul ab hominibus secesserint, ἀναχωρήται vocantur. Cassianus in Col. Cujus sectatores anachoritæ: id est, secessores meritò nuncupantur, eò quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcaverunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vastos eremi secessus penetrasse non timeant.

Ănăclīntērĭum, [משכב *mischchab.* ἀνακλιντήριον. Gall. *Lit de matlas pour se reposer sur iour.* Ital. *Letticiolo, mataraxxo.* Germ. Ein gutschen/ein ruhbettli/ein totterbett. Belg. Een kodderbedde oft matrasche. Hisp. *Lugar para dormir.* Pol. *Łożko do przesypiania południowego.* Vng. *Nappali ágy.* Ang. *A flokbed, or matres.*] Lectulus, super quo quiescimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica: & apud Lampridium in Heliogabalo, Accubita: à quibusdam quoque Subadia dicuntur. Spart. in Cejonio Commodo: Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat, minuto reticulo undiq; inclusum. ¶ Vocantur hujusmodi lecti etiam grabati & Græc. κράβατοι.

Anacollia, vocantur quorum lacryma incommodantes pilos corrigit, Aëtius.

Ănăcŏlūthŏs, [ἀνακόλουθος. Pol. *Niewrim.* Vng. *Twnel heggy el valo dolgot állás.*] Latinè inconsequens: unde Anacoluthon figura est, quum non redditur quod superioribus respondeat, ut si in oratione ponatur μέν, & non sequatur δέ. Aut è contrario, quum particula quæ non nisi posteriori loco poni consevit, sola ponitur sine ea quæ solet præcedere: ut si, verbi gratia, relativum ponatur sine antecedente. Virgil. 1. Aeneid. Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis. Vbi Servius Anacoluthon est: nam dicit Quot, quum non præmiserit Tot.

Anacrisis. [בחן *bóchan.* ἀνάκρισις. Gall. *Examen, information, question.* Ital. *Esamina.* Germ. Befragung eines Beschätters/es sey mit marter oder ohn marter. Hispan. *Examen, ò question, ò informacion.* Pol. *Wibadżiwanie na głoczniey, przez meke albo bez meky.* Vng. *Tudakozás, kérdőzés.* An. *Examination, question of the giltie.*] Quæstio de reo habita, sive ea per tormenta fieret, sive sine tormētis. ¶ Interdum interrogatio testium, quam vulgus *Informationem* vocat. Vide Budæum in commentariis.

Anactorion, ἀνακτόριον, Herba est, quę notioribus nominibus ξιφίον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioscor. lib. 4.

Anadema, ἀνάδημα, penult. prod. Corona, sertum, aut simile capitis ornamentum. A verbo ἀναδέω, corono, vel circumligo: Lucr. lib. 4: Et bene parta patrum fiunt anademata, mitrę. Paulus inter ornamenta capitis muliebria recenset in L. 26. D. de auro & argent. leg. Itē & Hesychius, qui scribit esse ἄδημα κόσμα ἐπικεφάλιος. Itaque à Polluce lib. 5. in mundo muliebri ἀναδήματα numerantur.

Anadendrades, pen. corr. ἀναδενδράδες, vocantur à Græcis vites arbustivæ, quæ scilicet arboribus fulciuntur.

Anadendromalache, ἀναδενδρομαλάχη. Malva arborescens, quam Galen 4. Therapeuticæ eandem facit cum Althæa.

Ănădĭplōsĭs, [ἀναδίπλωσις. Germ. Ein zweyfaltigung. Belg. Een dobbelinghe.] pen. prod. Dici potest reduplicatio. Est enim dictionis in ultima parte præcedentis versus sitæ, in prima sequentis repetitio. Virg. Aeglog. 8: Certent & cygnis ululæ, fit Tityrus Orpheus, Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion.

Anadyomene, pen. corr. ἀναδυομένη, Participium est fœminini verbi ἀναδύομαι. Latinè reddi potest Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum est, quod venerem habebat è mari emergentem. Vide Plin. lib. 35. cap. 10.

Anagallis, [ἀναγαλλίς. Gall. *Mouron ou morgeline.* Ital. *Anagallo.* Germ. Gauchheil. Hisp. *Muruges.* Pol. *Mużyc.* Item: *troble prosto.*] Herba est quam Morgelinam, vel Gallinę morsum vulgò vocant, si Ruellio credimus. Duæ ejus à Plinio tradūtur species floris colore distinctæ. Mas enim florem habet Phœniceum, fœmina cæruleum.

Ănaglўphă, n.f. [תמונת *pittudeh.* ἀνάγλυφα. Gal. *Choses taillees en bosse ou reliefes.* Ital. *Cose di releuo.* Ger. Ein außgetriben werck/ wz getribē/ truckt/ oder außgestochē ist/ das es bilder hat. Hisp. *Vasos labrados, de buril ò finzel.* Pol. *Vir żłżani obraz, albo iaka sztuka wiżnicowana.* Vn. *Czifrázot mű.* Ang. *A sort of carued work.*] pen. cor. Dicūtur vasa, aliáve opera, sculpturis aspera, quæ scilicet ita exculpta sunt, ut in eis imagines emineant: ita dicta ab ἀνὰ, quod sursum significat, vel suprà: & γλύφω sculpo: eò quòd sculpturæ in superiori parte emineant. Vnde & à Gallis *Releuata* dicuntur. Eadem & Anaglypta invenimus appellata. Plin. lib. 33. cap. 11: Nunc anaglypta in asperitatemq; incisa circa lineaturam picturas quærimus. Martial. lib. 1: Nec desunt ubi vera Glaniana, Nec mensis anaglypta de paternis.

Ănaglўptēs, [תמותח *mephattéach.* ἀναγλύπτης. Gall. *Tailleur, insculpteur.* Ital. *Scultore.* Ger. Ein meister der getribne arbeit mit bildwerck machet/ bildhawer. Belg. Een beeldsnyder. Hisp. *Platero que labra por finzel.* Pol. *Sznitarz.* Vng. *Mecczős, kép faragó.* Ang. *A carver, a grauer.*] Sculptor, qui ita quippiam exculpit, ut in eo imagines promineant.

Ănaglўptĭcē, sive Anaglyphice. [ἀναγλυφική, ἡ ἀναγλυπτική. Gal. *L'art de tailler.* Ital. *L'arte da scolpir di releuo.* Ger. Die kunst des bildwercks/ durch getribne oder getruckte arbeit. Hisp. *La arte de labrar de buril ò finzel.* Pol. *Nauka sznicarz kadrukowana, wirocżona, albo wirżezana.* Vng. *Kep metczés, kép faragás mestersége.* Angl. *The art of carving or graving.*] Ars & ratio ita sculpendi, ut in opere imagines emineant. Huic opponitur Diaglyphice, διαγλυφική, quum imagines superficie operis sunt depressiores, & intùs excavatæ, ut eminentes imagines ceræ alterive corpori molli possint imprimere: cujusmodi sunt annuli & sigilla tàm publica, quàm privata, quibus literæ, & diplomata obsignantur.

Ănăgnōstēs, m.t. [ἀναγνώστης. Ger. Ein knab oder diener der einē tisch/ ein leser. Pol. *Czytelnik, poprawca.* Vn. *Olvasó.* Ang. *A reader.*] Latinè lector dicitur. Nam ἀναγινώσκω, lego, ἀνάγνωσις recognitio, lectio. Cic. Att. Nam puer festivus anagnostes noster Sosistheus decesserat.

Anagoge, es, ἀναγωγή, Latinè, recessus dicit: subtilis sive excelsa aut superior intelligētia, ab ἀνὰ καὶ ἄγω, ὅθεν ἀναγωγὴ reductio.

Anagryphe, descriptio, ut Cic. vel ut vulgus, Inventarium.

Anagyris, ἀνάγυρος, Herba est gravissimi odoris, quæ ob id à rusticis *lignum putidum* vocatur. Hujus folia, virgaśque siquis decerpserit, fœdissimo odore manus imbuit, quo non nisi frequenti lotione potest liberari. Hinc factus est locus proverbio, ut qui sibi offutura commoveat, ἀνάγυρον κινεῖν: hoc est, Anagyrin movere dicatur.

Ănălēctă, n.f. [שחחת שלחן *schettáchat schulchán* טח *path.* ἀνάλεκτα. Gall. *Ce que tombe sour la table, miettes.* Ital. *Immunditie d'ella tauola.* German. Zusamen wüscheten/ was von dem tisch felt/ so man zusamen tiset vnnd außschuttet. Hispan. *Los relieues del manjar que sobra.* Polon. *Okruszky stołowe, albo odrobiny.* Vngaricè, Étők söprelék, esőlék. Ang. *Crommes, that falleth fromethe table.*]

Purgamen-

Purgamentà cœnarũ, & quiſquiliæ ciborum ſub menſam cadentes, quæ manu colligi ſolent, & extra triclinium efferri. Martial. lib. 7: Colligere longa nec turpe putat dextra Analecta, quicquid & canes reliquerunt. Dicta Analecte, ἀπὸ τῆς ἀναλέγεσθαι: hoc eſt, à colligendo, propterea quòd manu colligerentur, non ſcopis everterentur. Inventis enim lithoſtròtis, cæterisque id genus pretioſioribus pavimentis, ceſſavit uſus ſcoparum. Illa enim, quòd ex minoribus teſtulis conſtabant, ſcopas non admittebant: unde etiam Aſarota dicebantur, quòd non verrerentur: ſed quòd manu purgamenta colligi ſoleant, & pavimenta ipſa ſpongiis lavari. Martial. libro 14: In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe, Otia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

Aˇnălēctēs, æ, [ἀναλέκτης. Gal. *Qui recueille les miettes & autres reliquats.* Ital. *Chi raccoglie le euanzature di tauola.* German. Ein zuſammenlãſer/der Tiſchlachenſchutte. Hiſ. *El que barre los relieues.* Pol. *Podſtoły ſtołowy ochronca.* Item, *Pamietliwy tego zoczitał albos, liſtał'.* Vn. *Erõk sõprelék ki tixfito, sõprõ.* An. *A gatherer of the crõmes of the table.*] Quj colligit, aut verrit analecta. Dicitur etiam per trãſlationem, teſte Cælio Rhod. lib. 13. cap. 31, qui multâ lectione exercitatus memoria eſt firmiſſima, ita ut quicquid unquam legerit, vel audierit, habeat ad manum. Nomen deductum eſt à verbo ἀναλέγεσθαι, quod inter cætera ſignificat, ἀναμφιβόλως ἔχειν, & οὐνοεῖν: hoc eſt, memoria cõcipere, & firmiter tenere. Seneca: Suaſit illi Satellius Quadratus, ut Grãmaticós haberet analectas.

Analectides, ἀναλεκτίδες, dicuntur, quibus è xylino lino, vel quavis materia, puellæ tanquam pulvillis conſtipant ſcapulas prominentes, ut videri habitiores poſſint. Ovid. 3. de Arte aman. Conveniunt tenues ſcapulis analectides altis, Angũſtum circa faſcia pectus eat. Cælius lib. 13. cap. 31.

Avaleſſa, f. p. dicta eſt eò quòd ſanas partes capitis ſenſu privet. Fit, vel naſcitur ex negligentia, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido bibendo, vel nimium cogitando, vel ex indigeſtione ciborum.

Aˇnălŏgĭă, Proportio, proprietas, convenientia, ſimilitudo. [משׁל *miſchkál.* ἀναλογία. Gal. *Analogie, proportion, conuenance.* Ital. *Proprietà, conuenienza.* Ger. Gleichförmigkeit/einigkeit. Belg. Evghenheit/geÿtformicheyt. Hiſpan. *Propriedad, conueniencia.* Pol. *Podobieńſtwo, przyrownanie.* Vng. *Eggyezés, haſonlatoſság.* Angl. *Proportion, lykneſſe.*] Cicero: Quod analogiam Stoici, nos appellemus conveniẽtiam, ſi placet. Quint. lib. 1: Analogia præcipuè, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum, Proportionem vocaverunt. Hæc eſt ejus vis, ut id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet, ut ſi quæratur, funis maſculini, an fœminini generis ſit, ex ejus diminutivo cognoſcitur, quia funiculus generis maſculini eſt.

Aˇnălŏgĭſmŭs, ἀναλογισμός, A' dialecticis vocatur firmiſſimũ illud argumenti genus, quòd à cauſa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogiſmus, qui ſolet ſumi ab effectu, aut certè à cauſa remotâ. Dicitur autem Analogiſmus à verbo Græco, ἀναλογίζομαι, quod inter cætera ſignificat ratiocinari, & firmiſſimis argumentis aliquid colligere.

Analogiſtæ, tutores qui non tenentur rationẽ reddere tutelæ.

Analogos, ἀνάλογος, Proportione reſpondens.

Aˇnălўtĭcă, orum, ἀναλυτικά, Nomen eſt duorum librorum Ariſtotelis, quibus ille judicandi, ſive (ut alii loquuntur) argumenta reſolvendi, partem exequitur. Nomen deductum eſt à verbo ἀναλύειν, quòd reſolvere ſignificat, nonnunquam etiam dijudicare. Budæus in Comment linguæ Græcæ.

Aˇnālphăbētī, ἀναλφάβητοι, A' Græcis dicuntur, qui ne elementarias quidem literas noverunt, quos Fulgentius Abecedarios appellat, in 3. Mythologicõn. Budæus in Pandectis.

Aˇnāmnēsĭs, ἀνάμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

Aˇnāncæŏn, ὁ ἀναγκαῖον, Neceſſarium Latinè dicitur: Figura quum volumus oſtendere neceſſitudinem, aut naturæ, aut tẽporis, aut alicujus perſonæ: quale eſt illud Democharis: Nihil valebat aſſidua pro fratre ac miſericors deprecatio, quum judicaret tyrannus, cujus crudelitas omnem naturæ neceſſitudinem extinguebat. Rutilius Lupus lib. 1.

Ananchitis, ananchitidis, ἀναγχίτης, Gemma de qua ſic Plin. lib. 37. c. 11: Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. Vide ſuprà Anachites.

Ananſiæ, arum, capilli à fronte dependentes.

Anantapodoton, ἀνανταπόδοτον, Schema eſt, quo Græci frequentius utuntur quàm Latini, quum ſcilicet oratio aliquo membro deſtituitur.

Aˇnăpæſtŭs, ἀνάπαιστος, m. ſ. Pes ex duabus ſyllabis brevibus, & ex tertia longa. Cõponitur ex ἀνὰ, re, & πάω, ferio, eò quòd repercutiat dactylum ſono reciproco. A' Græcis ἀνδάκτυλος dicitur, quaſi dactylo contrarius. Cic. lib. 3. Tuſcul. Non adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus exhortatio.

Anaphalis, [ἀναφαλίς. Polon. *Kocánki.*] Herba eſt quæ nobiliore nomine Gnaphalium, & à quibuſdam Centunculus appellatur.

Aˇnăphŏră, ἀναφορά, ſeu Epanaphora, ἐπαναφορά, pen. corr. Figura quam nos relationem ſeu Repetitionẽ dicere poſſumus, quæ fit quoties in principio ſingulorum membrorũ, aut verſuum eadem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronuntiabat. Virgil. 1. Aeneid. Nate meæ vires, mea magna potentia, ſolus Nate patris ſummi. ¶ Anaphoræ etiam ſcanſiones ſeu aſcenſiones ſignorum vocabantur, ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cœli varia, nunc majores, nunc minores. Firmicus: Sed iſtis tandiu vitiis laborabit, quo ad ſigni ejus fuerit anaphora completa.

Aˇnăpŏlŏgētŏs, ἀναπολόγητος, Latinè inexcuſabilis.

Anarchus, [ἄναρχος. Ger. Ohn ein Obern/oder ohn ein Regenten. Bel. Sonder overſte/oft hooftman.] Sine principe, vel principio, Ambr. libro Hexam. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon: id eſt, principio carentem crederemus.

Anarrinon, ἀνάῤῥινον, Quod & Antirrhinum, herba eſt anagallidi ſimilis, radice nulla aut perexigua, ſemine vitulinas nares imitante: unde & nomen habet. Galenus Bucranion appellat. Gal. *Oculum cati.* Vide Plin. lib. 25. ca. 10. & Ruell. li. 3. cap. 131.

Aˇnās, atis, pen. genitivi correp. Avis notiſſima ex genere amphibiorum: ita dicta ab aſſiduitate natandi. [νῆττα. Gal. *Cane ou canart.* Ital. *Anitra.* Ger. Ein Ent. Belg. Een Ende. Hiſ. *Anade.* Pol. *Kaczka.* Vng. *Récze.* Ang. *A dooke, a drake.*] Martial. lib. 13: Tota tibi ponatur anas, ſed pectore tantùm, Et cervice ſapit, cætera redde coquo.

Aˇnăt'cŭlă, diminutivum eſt, [νηττάριον. Gal. *Petite, cane ou petit canart.* Ital. *Picciola anitra.* Ger. Ein Entte/Entvögelin. Hiſ. *El anadino ò anadina.* Pol. *Kaczeczna.* Vng. *Reczéske.* Ang. *A litle dook or drake.*] Cic. 5. de Fin. Serpere anguiculos, evolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti videmus boves.

Aˇnătīnŭs, na, num, pen. prod. [νήττειος. Gall, *De cane ou canart.* Ital. *Coſa di anitra.* Ger. Das zu der Enten gehört. Hiſp. *Coſa perteneciente alas anades.* Pol. *Kaczy.* Vngar. *Reczéhéz valo, réczéi.* Ang. *Which perteneth to a duck or drake.*] Plautus in Rud. Vtinam fortuna anatina nunc uterer: ut quum exiſſem ex aqua, arerem tamen.

Anatarius, Qui anates cuſtodit, paſcitve. [νηττοφύλαξ. Ger. Entenhirt.]

Aˇnătārĭŭs, a, um, Quod ex anate eſt: ut Anatariæ plumæ: ſive quod ad anates pertinet: ut, Anataria aquila, νηττοφόνος ἀετός, quæ anates venatur. Plin. lib. 10. lib. 3.

Anaſphoros, ἀνάσφορος, A' quibuſdam vocatur herba, quam Græci πτερίδα, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomẽ in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus. Quidam verò hoc ut pleraſque alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

Anaſtomoſis, ἀνάστμωσις, A' medicis appellatur apertio venarum, quando ſcilicet venarum orificia amplius æquo aperiuntur: quod fit aut propter vaſorum imbecillitatem, aut propter ſanguinis ad orificia affluentis copiam. Gal. lib. 4. & 5. Methodi. Eſt autem nomen hoc deductum à verbo Græco ἀναστομόω, quod Latinè ſonat Aperio.

Aˇnāſtrŏphē, ἀναστροφή, Inverſio, vel perverſio dicitur. Eſt enim (ut docet Diomedes) duorum verborum ordo præpoſterus: ut, Italiam contra, pro contra Italiam.

Aˇnăthēmă, n. t. Deteſtatio, execratio. [חרם *cherem.* ἀνάθημα. Gal. *Excommunication, execration.* Ital. *Scommunica.* Ger. Ein fluch/ein verbannter. Hiſp. *Deſcommunion.* Pol. *Przeklęctwo, wyklęcie.* Vng. *Atok.* Ang. *Excommunication, execration.*] Ponitur interdum pro donario, quod diis ſuſpenditur in columna, vel pariete templi ἀπὸ τοῦ ἀναθέναι: hoc eſt, ſeponendo, vel ſuſpendendo: aut certè ab eo, quòd nefas eſſet ea loco movere. ¶ Homines quoq; ſacri, quorũ capita deorum alicui dicata ſunt, Anathemata appellantur. Vide Budæũ in Cõment. linguę Grę cę.

Aˇnăthēmătīzo, zas, Devoveo, deteſtor, ἀναθεματίζω.

Aˇnătŏcĭſmŭs, m. ſ. [ἀνατοκισμός. Gal. *Renouuellement d'vſure, quand les arrierages ſe baillent encores à vſure, & ſortiſſent nature de ſort & principal.* Ital. *Rinouamento d'vſure, quando l' vſura acquiſtata entra nel principale et fa vſura.* German. Der wucher/da man zinß anlegt/daß dieſelbigen wider zinß tragen/zinß von zinſen. Hiſp. *Renouamiento de vſura, vſura ſobre vſura.* Pol. *Lichwa z lichwi.* Vn. *Exterõl extendõre forgo vſora, anagy vſora vtán valo vſora.* Ang. *Y earlie vſurie, and vſurie of vſurie.*] Eſt uſurę anniverſaria revolutio, & quas uſuras uſurarũ vocãt. Cic. ad Attic. Interim quum in edicto tranſlatitio centeſimas me obſervaturũ habere cũ anatociſmo anniverſario. Latinè autem Cicero ipſe hoc verbũ interpretatur Epiſt. 1: Confeceram, *inquit*, ut ſolverem centeſimis ſexennii ductis cum renovatione ſingulorũ annorum.

Aˇnătŏmē, mes, [ἀνατομή. Ger. Zerſchneidung.] Diſſectio, vel cõfectio, quũ ſcilicet humanũ corpus diſſecatur, ut venę, nervi, &

cætera à medicis cõſpici poſſint. ¶ Inde Anatomicè, *ἀνατομικὴ* ſcilicet *τέχνη*, ars diſſecandi & aperiendi corpora.

Anatomicus, penult. corrept. Anatomiæ peritus, Macrob. [Germ. Ein Anatomiſt.]

Anaxetum, *ἀναξητον*, apud Dioſcoridem li. 3. legitur inter nomenclaturas Gnaphalii herbę. Quanquam non deſunt, qui & hoc malint inter notha referre.

Anaxyris, *ἀναξυρὶς*. [Pol. *Szarawary.*] Herba eſt notiſſima, quam & Oxaliden Græci, & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quòd folia ejus calceorum ſoleas imitentur, quæ & anaxyrides quandoq; à Græcis appellantur.

Ancæsă, n. ſ. [Polonicè, *Confeterowane naczynie*. Vngaricè, *Czifrául ki metczett mẃ.*] dicta ſunt ab antiquis vaſa, quæ cælata vocamus, quòd circunçędendo talia fiant. Ipſum quòque Cælare verbum ab eadem cauſa dictum eſt, d cum l permutata. Feſtus.

Ancēps, ancipitis, Quod utrinque acutum eſt. [טיטיורת *piphiyjoth*, *ἀμφίστομον*.] Anceps (inquit Feſtus) ſignificare videtur, quod ex utraque parte caput habet, ut ſecuris, bipennis. Sed magis à capiendo, quod ex utraque parte æquè capiatur, appellatum eſt. Lucil. Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, ſive ambiguo. [ופל *talúi*. *ἀμφίβολον*, *ἐπαμφοτερίζον*. Gall. *Douteux, incertain*. Italicè, *Dubio*. German. Zweiffelhafftig. Hiſpan. *Dudoſo*. Polonicè, *Watpliwy, niepewny*. Vngar. *Kétséges*. Ang. *Double, or two edged, doubtſome*. Cicer. pro Marcel. Incertus eſt exitus, & anceps fortuna. Idem 1. de Nat. deor. Beſtiæ quaſi ancipites, in utraque ſede viventes. Veteres ancipes in nominativo dixerunt non ſine ratione, ne in genitivo ancipitis duabus ſyllabis videretur creſcere. Sõſipater libro 1. Plautus in Rud. Poſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes. Vide Priſcianum lib. 6.

Ancetum, ſylveſtris cucumer, apud Dioſcorid.

Anchites, lege ANACHITES.

Anchŏră, penult. corrept. Ferreum inſtrumentum quo naves retinentur, quod & à Græcis *ἄγκυρα* vocatur. unde & Latini vocem hanc proculdubiò mutuarunt, *κ* tenue in ſuam aſpiratam, & *υ* in *o* commutantes. [Gall. *Ancre, ou croc de fer dequoy on retient les nauires*. Italicè, *Anchora*. German. Ein Anker / Der groß eyſin Hack an dem man in dem Meer die Schiff behaltet. Hiſpan. *Ancla ò ancora de la naue*. Polon. *Kotew*. Vngar. *Vas mętska*. Anglicè, *An anker*.] Cicer. 7. Verr. Vela fieri, præcidi anchoras imperavit. ¶ Et quia nautæ tempeſtate jactati, quando fœliciter navigandi nulla ſpes ſupereſt, ad anchŏram confugiunt, qua ejecta navim eodem in loco retinent, donec feliciùs navigandi ſe offerat occaſio: factum eſt ut Sacram anchoram proverbialiter dicamus pro extremo perfugio. Vnde etiam proverbiali figurą apud Euripidem Hecuba Polydorum familiæ gentisque ſuæ anchoram nominat: *Οὗς μόνῳ οἴκων ἄγκυραν ἐμῶν*. Quj jam ſolus generis ſupereſt anchora noſtri. Dicemus itaque Anchora domus pro refugio & columna domus. ¶ Prævertit anchoræ jactum Deus, *Ἀπ' αὐτόπιστον τλὼ ἐπ' ἄγκυραν Θεὸς*, dicimus quum res præter ſpem evenit. Traductum à nautis, quibus accidit ſæpenunterò, ut quum nituntur anchoram, jacere, in portum appulſuri, repellantur à ventis, & in mediam tempeſtatem revocentur. ¶ Duabus anchoris fultus, *ἐπὶ δυοῖν ὁρμοῖν*, Duabus nixus in portu, ſubaud. anchoris. De firmis & immotis, & qui rem ſuam probè conſtabilierunt. Meminit Ariſtot. in Eanath. Huic ſimile eſt, Bonum eſt duabus niti anchoris. ¶ His contrarium eſt, Rupta anchora, de his qui repentè tanquam magnum quiddam facturi prodiiſſent: deinde in falſa omnium expectatione turpiter & indecorè ſe geſſiſſent in negotio. ¶ Sacram anchoram ſolvere, *ἱερὰν ἄγκυραν χαλᾶν*, proverbialiter dicitur, quoties ad extremă refugia confugitur. Tranſlatum à nautis qui maximam ac validiſſimam anchoram ſacram vocant: eamque tum demum mittunt, quum extremo laborant diſcrimine. Vide Lucian. in Jove, & in Drapetis, & Euripidem in Hecuba. ¶ Anchoras tollere dicitur à Varrone nõ ſine proverbiali ſpecie pro moliri diſceſſum.

Anchŏrārĭŭs, m. ſ. [*ἀγκυρέτης*. German. Der Ancker meiſter.] Qui curam anchoræ habet, ut eam vel demittat, vel elevet.

Anchŏrārĭŭs, a, um, Quod ad anchoram pertinet. *ἀγκυρᾶιος*. ut Funes anchorarii. Hirtius. Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerunt.

Anchŏrālis, le, adjectivum *ἀγκυρικός*. Plin. lib. 16. cap. 8: Vſus ejus anchoralibus maximè navium piſcantiumque tragulis. Anchoralis tractus, Livius 7. belli Maced.

Anchŏrāgo, Piſcis eſt, quæ & Salmo à roſtri aduncitate (ut in Anchora) Anchorago vocatus. Caſſiodorus Variarum lib. 12. cap. 4. Deſtinet carpam Danubius, à Rheno veniat Anchorago. Vide Tonſicula.

Anchūſa, f. p. penult. prod. *ἄγχουσα*, [Czerwonij korzen. malè quibuſdam *wolowi yezik*.] Herba eſt lactucæ foliis, radicem habens digitali craſſitudine, colore ſanguineo, æſtate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt. Galli vocant *Orchanettam*.

Ancīlĕ, per ſimplex l, penultima producta, n. t. [צנה *tſinnáh* מגן *maghén*. *ἀγκύλιον*. Gall. *Vn eſcuſſon court, ou bouclier*. Ital. *Scudetto, brochiero*. German. Ein runder Schilt den man im Krieg braucht / ein Rondeſſen. Hiſpan. *Eſcudo redondo*. Polon. *Kółko la tarcza*. Vngar. *Kerek pais*.] Scutum breve erat, autore Feſto, ita ex utroque latere reciſum, ut nullus angulus videri poſſet, & ſummum infimumque ejus latus medio pateret. Dictum ab Am & Cæſum, quaſi Anciſum: vel ab *ἀγκὼν*, quod eſt cubitus, vel ab *ἄκος* remedium, quoniam peſtilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilii tempeſtate de cœlo decidiſſe, unaq; editam vocem, omnium potentiſſimam fore civitatem, quandiu in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. De hoc Ovid. libro 3. Faſtorum: Ecce levi ſcutum verſatum leniter aura Decidit: à populo clamor ad aſtra venit. Et paulò pòſt: Idque ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſt, Quemq; notes oculis, angulus omnis abeſt. Livius lib. 1: Salios item duodecim Marti gradivo legit, tunicæ pictæ inſigne dedit & ſuper tunicam, æneum pectori tegmen: cœleſtiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolenniq; ſaltatu juſſit. Horatius lib. 3. Carm. hoc Ancilium declinavit, quum ait: Anciliorum nominis, & togæ. Iuvenalis verò adjectivum poſuit, quum dixit: Clypeis ancilibus.

Ancile, inciſio eſt tendinum circà collum vel articulos, propter quam impeditur functio, Gal. de Defin.

Ancillă, [שפחה *ſchiphchâh* אמה *amáh*. *δμωή*. Gall. *Chambriere, ſeruante*. Ital. *Fante, ſerua*. German. Ein Dienſtmagt / Dienſtjungfraw. Belg. Joncwif. Hiſpan. *Sierua eſclaua, ò moça de ſeruicio*. Pol. *Służebna dziewka*. Vngar. *Szogálo leány*. Ang. *A maidſeruand*.] Mulier ſerva. Nomen deductum putavit Feſtus ab Anco Martio, quòd is in bello magnum fœminarum numerum cœperit. Sive quòd Antiqui Anculare dicebãt miniſtrare. Ex quo dii quoque ac deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi, & Anculæ. Plinius libro 2. capite 63: Terra mortalium ſemper ancilla. ¶ Quæ ſemel ancilla, nunquam hera. Vt vulgò jactatum refertur in Græcis Epigrammat. *Μήποτε δουλεύσειεν γυνὴ, δεσποινα γένοιτο, Ἐὰν δὲ πορνεύσῃ γένοιτο*: id eſt, Siqua ancilla ſemel fuit, haud unquam dominetur, ut proverbium habet. Videtur ideo dictum quòd qui ex humili fortuna ſubvehuntur ad res amplas, ſoleant eſſe in cæteris inſolentiores, minusque tolerabiles quàm qui fœlices naſcuntur.

Ancillŭlă, [*ἡμιπαιδίον*. German. Ein Dienſtmägtlein Polon. *Dziewczinka*. Vngar. *Szolgálo tska*. Ang. *A litle maidſeruand*.] Diminutivum ab ancilla. Terent. in Evnuch. Nónne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam, *&c.* Cicer. 1. de Orat. Iuris ſcientiam eloquentiæ, tanquã ancillulam pediſſequamque adjunxiſti.

Ancillāris, adjectivum, quod ad ancillam pertinet, [*δουλικὸς*, *δουλικός*. Vng. *Szolgálo leányhoz való*.] Saluſt. in Ciceronem: Cui inſidias in civitate feciſti ancillares. Cicero in Tuſcul. quæſt. Ancillari ſordidoq; artificio regiæ virgines ut tonſtriculæ tondebant barbam.

Ancillāriŏlus, Ancillæ addictus, qui ancillam ãmat [*δουλαριόμανὴς*. Vngar. *Szolgálo leány szeretõ*.] Martial. libro 12: Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipſa Lecticariola eſt: eſtis A-lauda pares.

Ancillor, laris, d. p. [עבד *habádh*. *δουλεύω*. Gal. *Seruir, s'aſſuiettir à quelqu'vn comme ſon ſeruant*. Ital. *Miniſtrare, ſeruire*. Germ. Ein Dienſtmagt ſeyn / dienen. Hiſpan. *Seruir como eſclauo ò moca*. Pol. *Służeza dziewke*. Vng. *Szolgálok, rabotálok*. Angl. *To ſerue to ſubiect him ſelfe as a ſeruand*.] Miniſtro, vel dedico me ad miniſtrandum, ac ſerviendum, more ancillarum, quæ ſuis miniſtrant ac ſerviunt heris. Cicer. in Saluſtium: Non enim uni privatim ancillatus ſum.

Anclābră, Vaſa ſunt quibus ſacerdotes utebãntur: Anclabris (inquit Feſtus) eſt menſa miniſteriis aptă divinis. Vaſa quoque in ea, quibus Sacerdotes utuntur, anclabra appellantur. Sunt qui legant Antlabra, *ἀπὸ τῦ αὐτλᾶν*: hoc eſt, ab hauriendo.

Anclare, vide ANTLARE. ¶ Turnebus putat eſſe anculare: id eſt, haurire & miniſtrare. Vnde & ancillularum nomen Livius florem anculabant liberi ex carceſiis, quod ſi ab *αὐτλᾶν* deducitur, ut Feſto videtur, certè litera mutatur.

Ancones, Vide in Onomaſtico ANCON.

Ancōnīſcī, *ἀγκωνίσκοι*, inſtrumenta tortoria. [Vn. *Kénzo ſzerſzám*. ¶ Itẽ ferramenta oneribus ſuſtinendis idonea, quę à Gallis corruptè *Angones* vocãtur. [Pol. *Klamra*. Vng. *Aſzok talp*.] cujuſmodi in cellarum vinatiarum columnis videmus, quib.

incumbunt

cumbunt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à similitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam ut pleriq; dormiētium cubitis, ita hisce ferramentis onera innituntur.

Anctēres, ἀγκτῆρες, Vincula sunt, quibus vulnerum labra constringuntur, ne latior fiat cicatrix. [Polon. *Hafty.* Vngar. *Seb szorito, seb varro fonal*] Gal. 3. Terapevt. Item pars colli, suffocationi maximè obnoxia, διὰ τὸ ἄγχειν. Vide Cælium Rhodig. lib. 4. cap 2.

Ancyloglossum, [ἀγκυλόγλωσσον. Vng *Nyelu gyȯker.*] Vinculum nervosum sub lingua, in pueris præsertim, quod filum vulgò appellatur. Eximitur autē instrumento, quod ἀγκυλότομον appellant. Vide Paulum Aeginetam lib. 6. cap. 29.

Anculī, Et Anculæ dii, deæq, ancillarum putabantur. Festus.

Ancyromachus, [ἀγκυρόμαχος. Polon. *Dubas.* Vng. *Terhes hasio.*] penult. corr. Genus navigii est: ita dictum, quòd anchoris, & reliquis navigii instrumentis vehendis sit aptum.

Andabatæ, [ἀνδαβάται. Ital. *Combatenti à la cieca.* Ger. *Fechter mit beschlossnen oder verdeckten Augen.* Pol. *Szleposzermierze.* Vng. *Azkik szȯmȯk be hunyna vinnak, kordéra vinȯ́k.*] Gladiatores erant, qui oculis clausis digladiabantur. Cic. Trebatio: Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. De Andebatis sic scribit Erasmus: Andebatæ fuerintne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderēt in adversarium, an potiùs lusus genus, ut propemodum ex Seneca licet conjicere, nondum (ut ingenuè fatear) satis compertum habeo. Quidam legunt Antibadiastæ: Vide Leunclaium in Eclogam Bas.

Andrāchnē, f. t. ἀνδράχνη, Herba est, quæ à Latinis Portulaca dicitur.

Andrachne agria, [ἀνδράχνη ἀγρία. Pol. *Kurzá noga, Tluste zziele.* Vng. *Mezei ports fw.*] Herba est majori sempervivo similis, sed foliis minoribus, quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca sylvestris. Vide Ruell. lib. 2. cap. 140.

Andrāgo, f. t. ἀνδραγώ, penul. prod. [Germ. *Ein Männisch vnnd vnverjagt Weib.* Pol. *Niewiasta mezȯkiego serca.* Vng. *Ferfi szivuw aszszony.*] Mulier animū virilem habens, διὰ τὸ ἀνδρὸς ἔχειν, Latini Viraginem vocant.

Andrōdamās, ἀνδροδάμας. Lapis est ex genere hæmatitarū, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. Vide Plin. lib. 36. cap. 20. ¶ Est præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet ut adamas, quadrata, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo, quòd impetus hominum & iracundias domet, διὰ τὸ δαμάζειν τὰς ἀνδρείας: hoc est, à domandis viris. De hac Plin. lib. 37. cap. 10.

Andrōgynos, m. s. [German. *Der ein Mann vnd Weib ist, ein Zwitdom.* Belg. *Die één Manen de Wyf beide is.* Polon. *Meskie yniewiescie rzȩcimaiaci.* Vn. *Azkinek az természet mind két fele fayt adot, (azaz) Azzonfersi.*] penultima correpta: Qui utrunq; habet sexum, & maris & fœminę: cujusmodi Hermaphroditum fuisse Poëtæ fabulantur, Mercurii & Veneris filiū, ἀπὸ & γυνή. Cicero de Divinat. Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit?

Andrōn, m. t. [ἀνδρών. Ger. *Das Höfle im Hauß zwischen zweyen Mawren. Itē, ein Mannengemach oder Kammer.* Pol. *Sczianky bezmakricia.* Vng. *Pallás nékül valo ház.*] A quibusdā putatur esse locus in ædibus, parietibus undiq; septus, sed ferè sine tecto. Plinius in Epistol. Tam alti abditiq; secreti illa ratio est, quòd interjacēs andron parietē cubiculi hortiq; distinguit, atq; ita omnem sonum medii inanitate distinguit. Festus locū esse in ędibus lōgitudine angustiorē, in quo viri plurimùm versantur, ut γυναικεῶν, in quo mulieres. Solebant enim viri publico scito in conviviis maximè à mulieribus sejungi, ne illorum moribus accumberent. Suidas quoque Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem viri solent convenire. Dicebatur hujusmodi locus etiam Andronitis: quòd in eo viri sine interpellationibus mulierum versarentur, ut scribit Vitruvius lib. 6.

Andronium, Medicamentum est, uvæ, quæ in fine faucium nasci solet, curandæ utile. Ejus confectionem vide apud Celsum lib. 6. cap. 14.

Androsæmon, ἀνδρόσαιμον, Herba est similis Hyperico, caulículis tamen majoribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguini similem: unde & nomen habet, Αἷμα enim apud nos sanguinē significat. De hac verba vide Plin. lib. 26. cap. 5.

Androsaces, ἀνδρόσακες, Herba est in maritimis Syriæ locis copiosissimè proveniēs, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis semen. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Aneclogistus, [ἀνεκλόγιστος. Pol. *Rzeczy widatkow ȕ przyiecia.* Vng. *Szám adattal szabados.*] rationibus reddendis liber & solutus. Vlpianus de admin. tut. Quidam decedens filiis suis dederat tutores, & adjecerat, Eos q; aneclogistos esse volo. Et ait Julianus, tutores nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari debere: quanvis testamento comprehēsum sit, ut aneclogisti essent. Idem est anexetastus, ἀνεξέταστος. Hotomanus in Lexico.

Anēllus. Vide infrà Anulus.

Anēmōnē, pen. prod. [ἀνεμώνη. Gal. *Coquelourdes ou passefleur.* Ital. *Anemone.* Germ *Klein oder groß Klappernosen.* Hisp. *Amapollas de flor chiquita.* Pol. *Roża polna.* Vn. *Papirs, vad mák, (anagy) papirsk.*] Herba est florem habens ejusdem nominis, caduca levitate statim evanescentem, quem poëtæ fabulantur ortum esse ex sanguine Adonidis ab apro interempti. Galli vocant Herbam venti, quòd flante vento floribus suis spolietur, quos illi *Coquelourdes* appellant. Meminit hujus herbæ Nicander in Theriacis, & Theocritus in Bucol. Flos est purpureus, aspectu satis amœnus, sed nulla odoris gratia commendatus. Vnde ortum est proverbium, ῥόδα ἀνεμώνη συγκρίνεις: hoc est, Rosam cum Anemone confers. Convenit in eum, qui vehementer imparia inter se componit. Dicta putat Anemone, quòd nisi vento flante (quem ἄνεμον vocant Græci) non aperiatur.

Anemosphoros, ἀνεμόσφορος. Herba est ex naporum generibus, quæ receptiore nomine Bunion appellatur.

Anethum, n. s. [ἄνηθον. Gal. *Anet.* Ital. *Anetho.* Germ. Dill. Hisp. *Eneldo.* Pol. *Swouki kopr.* Vngar. *Kapor.* Ang. *Dill, anet.*] Genus herbæ boni odoris, etiam hodie in officinis nomen retinens, ructus movens, tormina sedans, & singultus cohibens, Plin. lib. 20. cap. 18.

Anfractus, dicuntur obliqui viarum flexus, in sese recurrentes, ab Am & frango, quod recta via crebris mæandris undequaque sit interrupta. [הַקַּלְקַל *hakalkalldh.* σκολιός. Gall. *Vn destour en rond, vn destour de rue.* Ital. *Rottura & rouina de via.* Ger. *Krümb vnd vmbgang der Wägen, vmbwendung oder ränck wie in den Schnecken sind.* Hisp. *Rodeo de camino aspero.* Pol. *Droga krzȩtsta, Pasieka.* Vngar. *Kerengȍzés, kȍrȍsztvȍl valo út.* Ang. *Overthwart winding or turning streates.*] Cæsar: Oppidi murus ab planitie, atque initio ascensus, recta regione, si nullus anfractus intercederet, M D D. passuum aberat. ¶ Transfertur & ad alia, & accipitur q; simpliciter pro quovis circuitu. Cicer. de Partit Orat. Oratio circunscripta longo anfractu. Idem de Divinat. Iam verò quid opus circuitu & anfractu? ¶ Legitur & Anfractum neutro genere apud vetustissimos. Accius Euryface, citante Nonio: Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta revisam.

Angari, ἄγγαροι, teste Suida, Nuntii erant regii apud Persas, qui & ἀγγαῖοι vocabantur. Quod tamen nomen postea latiùs usurpari cœpit, pro quibusvis qui servorum aut jumentorum onera bajularent. Horum diversoria, in quæ peracto diei penso divertebant, Angara, ἄγγαρα, vocabantur. Quod etiam annotavit Cælius Rhodig. l. b. 18. cap. 8.

Angaria. [עבדות *habdúth* חֲבָלִים *lachatz.* ἀγγαρεία. Gal. *Charge, cȏtrainte* Ital. *Angaria, grauezza.* Ger. *Ein genöthigter Dienst / zwang.* Hisp. *Duana o seruidumbre.* Pol. *Służba przymuszona. Przymus do k. ȧdevrzecz.* Vng. *Kȍtszerȕ tisztȍl valo szegȅlȳet.* Ang. *Comy ell'd service, the charges of postes.*] Pen prod Dictio Persica, ut inquit Suidas, Proprie servitus coacta. Vnde si quis cogitur plus solvere publicanis quàm liceat, angaria est. Inde ἀγγαρεύω, cogo. ¶ Munus angari in jure autē Romano, angaria sæpe legi, & significat. Munus præstandi equos ad cursum publicum. Differunt autem, angaria & parangaria, ut docent jurisc. ad l. 1. Cod de cursu publico, angariis & parang. Angariari verbum quo utitur Vlpian. lege pen. D. de veter. ubi naves dicuntur angariari, quæ onerum vehendorum necessitate astriguntur. Sic fere apud Matthęū cap. 27. ἀγγαρεύω usurpatur ¶ Budęus sic habet. Apud Persas erat ἀγγαρήιον δρόμημα, cursus perniciissimus equitum, ut scribit Herodotus in 8. unde nomen Angariæ, & Perangariæ in libris, juris lectitatum manavit: est enim nomen Persicum. Nostrates *Postas*, quasi positos collocatosq; in certis locis, & semper in procinctu excubantes, appellant.

Angelus, [ἄγγελος. German. *Ein Bott / ein Engel.* Pol. *Posseł wdzięczni, Anioł.* Vngar. *Angyal, Követ.* Ang. *An angel.*] Latinè nuntius: nam officii nomen est, non naturæ: Semper enim spiritus sunt, sed quum mittuntur, vocantur Angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntius aptum.

Anger, genus serpentis, qui cruciator & expatharius dicitur.

Angīnā, Vide ANGO.

Angīportus, quarti ordinis: & angiportum, Via est exitum non habens: vel vicus angustus & flexuosus in modū anguis: quasi angusto ad portā aditus: ab angēdo, & portu. [עִקַּלְקַלָּה *hakalkalldh.* σκωπός. Gal. *Vne ruelle, ou qui est sans issue.* Ital. *Via senza capo, angiporto.* Ger. *Ein eng Gäßlin das nicht durchgenggig ist.* Belg. *Een clein eng straetken.* Hispan. *Calle angosta ò sin salida.* Polon. *Cziasna Vlica niemaiaca wyiścia.* Vng. *Szoroskȍz.* Ang. *A narrow streate with many windinges.*] Vlpian. Angiportum à portu dictum est. Portus verò, conclusus & munitus locus est, quemadmodum & statio: ab importandis, exportandisque mercibus nomen habens. Terent. in Adelph. Id quidem

angiportum

angiportum non est pervium. Cicer. 4. in Verr. Ut omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. Idem 1. de Divin. Ex horreis direptum effusumq; frumentum vias omnes angiportusque constravérat. ¶ Alii à Græco ἀγχὶ, quod significat propè deductum volunt, quia non longiùs extenditur.

Ango, angis, anxi, sine supino usitato, act. 1. Constringo, premo, crucio. [הדאיב hidhéeb הבר hetsár. ἄγχω. Gal. Estrangler, tourmenter, angoisser. Ital. Affannare, anstare, anfare. German Ängstigen/trucken/engstigen Belg Benauwen/worgen/becommeren/bedrucken. Hisp. Angustiar ò congoxar. Pol. Dręcze, Dusze, Szuskam, Trapie. Vng. Kefergők, tórődóm, fonnyadok. Ang. To vexe to anguish, to torment.] Et modò ad animum, modò ad corpus, modò ad utrunque promiscuè pertinet. ¶ Ad animum. Cicer. Epist. fam. lib. 16: Audio te animo angi. Gellius: Chilo præstabilis homo sapientiæ, quónam usque debuerit contra Legem, contraque jus pro amico progredi, dubitavit: eaq; res in fine quoque vitæ ipso animum anxit. ¶ Ad corpus. Colum. lib. 9: Cavendum est ut tenerior separetur à validioribus, quia robustus angit imbecillum. ¶ Ad utrunque promiscué. Gell. Dum Pyrrhus rex intra Italiam esset, & unam atque alteram pugnam prosperè pugnavisset, satisque angerentur Romani, & pleraque Italia ad regem descivisset. Plaut. pro absumo posuit in Aulular. Tum anxisse aquám, siquis petet. Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγχω, quod est suffoco, strangulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, ut dictum est in dictione Angina. Dicimus autem, Angor animi, vel Animo, ἀνθυμέῶ, ἀνθυμεῖς ἔχω.

Anxius, participium ab angor, teste Diomede Grammatico lib. 1. [Vng. Tórődót fonnyadot.]

Angor, oris, m. t. Corporis vel animi cruciatus. [דאבה deabáh. ἀδημονία. Gal. Angoisse. Ital. Affanno, doglia. Germ. Angst/betummernus. Belg. Angst/becommernisse/pyne. Hisp. Angustia, anstia, ò congoxa. Pol. Trapienie, smetek. Vng. Kefergés fonnyadás tórődés. Ang. Greiffe, angushe.] Cicer. 4. Tusculanar. Angor, est ægritudo premens. Idem 1. de Finibus: Sic róbustus animus & excelsus, omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit.

Angina, penult. prod. f. p. [σωάγχη, κυνάγχη. Gal. Squinancie. Ital. La schinantia. Ger. Geschwulst im Hals oder der Kelen/so die Luffröhr verhindert/zäpfflinweh e. Hispan. Esquinancia. Pol. Czopka vpadnienie, garla bolenie. Vng. Torok gyék. Ang. The quinsey, a kind of disease.] Genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur ac stringulantur. Imperitum vulgus medicorum Squinantiam vocat. Dicta angina, quòd angat guttur, viamque spiritui præcludat. Plautus: Vellem me in anginam verti, & huic aniculæ fauceis præoccuparem. ¶ Festus Pompeius indicat joco jactatum in eos, qui vino præfocantur, laborare vinaria angina, quam ἀνάγχλω possis dicere.

Anguillæ, f. p. Piscium solę exanimes nõ fluitant: quas nõ ovo, nõ coitu procreari scribit Aristoteles. [ἔγχελυς. Gal. Anguilles. Ita. Anguille. Ger. Aal. Bel. Paling. Hisp. Anguillas. Pol. Węgorz. Vn. Ingola, anguilla. An. Eles.] Dictę anguillę quòd specie anguę repręsentẽt. Plin. li. 9. ca. 51: Anguillæ atterũt se scopulis, ea strigmenta vivisciũt, nec alia est earũ procreatio. Plautus in Pseud. Anguilla est, elabitur. ¶ Cauda tenes anguillam, ἀπ' οὐρᾶς τὸν ἔγχελυν ἔχεις. Proverbium est, in eos aptè dici solitum, quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisque: Aut qui rem incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint. ¶ Ejus contrarium τὸν θρῖα τὸν ἔγχελυν, Folio siculno anguillam, subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm ut possit elabi. ¶ Anguillas captare, ἐγχέλεις θηρᾶν. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reip. statu nihil est emolumenti: Proinde seditiones gaudent exoriri, quo civitatis publicum malum in suum privatum vertãt commodum. Inde ducta simulitudine, quòd quum aqua stat immota, nihil capiunt qui captant anguillas: quum verò sursum ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita demũ capiunt. Proverbium extat apud Aristoph. in Equitibus.

Anguis, Tàm fœminini quàm masculini generis, serpentis genus est satis notum, & propriè illud (si Servio credimus) quod in aquis degit. [נחש Nochél תנין tannín ὄφις. Gal. Serpent couleuure. Ital. Serpente. Ger. Ein Schlang/ein Wasser Nater oder Schlang. Belg Een Waterslange. Hisp. Culebra ò serpiente. Pol. Wązwodni. Vng. Vízi kigyó. Ang. A serpent, an edder.] Frequentissimè tamen etiam de terrestribus dictum invenitur. Virgil. 3 Aeglog Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Valer. lib. 1: Sylla consul, sociali bello, quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab una parte aræ prolapsam anguem prospexit. Corn. Tacit. Vnam omnino anguẽ in cubiculo visam narrare solitus est. Frequentius tamen masculino genere profertur.

Anguiculus, diminutivum ab anguis, m. s. [ὀφίδιον. Gal. Serpenteau, petit couleuure. Ital. Serpentello. Germ. Ein Schlángle/ein kleine Schlang. Hisp. Pequenno serpiente. Polon. Wężik. Vngar. Vizi kigyócska. Angl. A litle snake or edder] Cic. 5. de Finib. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguifer, pen. corr. Signum cœleste, quod à Græcis dicitur ὀφιοῦχος. Columel. Anguifer quum mane occidit, tempestatẽ significat. Cicer. de Nat. deor. Atq; hæc quidem à tergo, propter caput autem Anguitenens.

Anguineus, a, um, adjectivũ, Quod anguiũ est, aut quod ex anguib. constat: [ὀφιώδης. Gal. De serpent. Ital. Cosa de serpẽte. Ger. Dz võ der Schlangẽ ist/oder zu der Schlangẽ gehört. Hisp. Cosa de serpiente. Pol. Wężowy. Vng. Vizi kigyóbol valo. Ang. Of a serpent.] ut Anguineæ comæ Meduſæ, apud Ovidium 4. Tristium: & Anguineus capillus Eumenidum, apud Catullum. ¶ Item quod ad anguis similitudinem accedit: ut, Anguineus cucumer. Colu. lib. 2. capite 9: Hoc est, oblongus, & ad anguis similitudinem contortus. Plinio dicitur Erraticus, li. 20. cap. 2.

Anguinus, a, um, Idem. [Vng. Vizi kigyóbol valo.] ut, Anguina vernatio, γήρως ὄφεως, pro pelle quam verno tempore angues exuunt. [Vng. Kigyo ing.] Plin. li. 30. cap. 3: Anguinum ovum. Plin. lib. 29. cap. 3: Prætera est ovorum genus in magna Galliarum fama, omissum Græcis. Angues innumeri æstate convoluti, salivis faucium corporumq; spumis artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.

Anguimanus, ni, Elephãtorum epitheton est, propterea quòd proboscis eorum, quę manus vocatur, in omnem partem, anguium more, facilè flectitur, & vertitur. Lucretius, li. 5: Anguimanos belli docuerũt vulnera Pœni Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.

Anguipedes, A poetis dicti sunt Gigantes, quasi loripedes, quod pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues se tortuosos faciunt, ὀφιόποδες. Ovid. 1. Metam. qua centum quisq; parabat Injicere anguipedum captivo brachia cœlo.

Angulus, pen. corr. m. s. A geometris dicitur id, quod constat ex duabus lineis in idem punctum desinentibus. [פינה peáh מקצוע miktsóh. γωνία. Gal. Angle, coing. Ital. Angolo, ò cantone, cánto. Ger. Ein eck/winckel. Belg. Een hoeck. Hisp. Rincon. Pol. Kąt, róg domowy albo inszej rzeczy. Vng. Szugoly, szegelet. An. A corner.] ¶ In ædificiis item anguli dicuntur, ubi duo parietes coëunt. ¶ Item in agris & regionibus, ubi duo latera conveniunt, atq; in acutum desinunt, angulus appellatur. Cæsar 5. belli Gall. Hujus lateris alter angulus, qui est ad Cantium, &c. ¶ Et quoniam anguli in ædificiis, reliquis partibus ferè sunt obscuriores, & secretiores, factum est, ut angulus accipiatur pro loco quovis sècreto & abdito. Terent. in Adelph. Interea in angulũ aliquo abeam. Cic. in Catil. Nemo non modò Romæ, sed ne ullo quidem in angulo totius Italiæ fuit, &c.

Angellus, li, [γωνίδιον. Vng. Szugolyotska, szegeletetske.] Parvulus angulus. Lucret. lib. 2: Sed magis angellis paulũ prostantib.

Angulatus, a, um, ad modũ & formã anguli factus. [מהקבע mehuktsáh. γεγωνιωμένος. Gall. Fait à angles. Ital. Fatto á cantoni. Germ. Geeckt/eckecht ig. Hisp. Hecho à rincones. Pol. Narożnicżi. Vng. Szeges, szurdékos: szegeletős. Ang. Made efter the fashion of a corner.] Cic. de Natura deor. Esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angulosus, Habens plures angulos, [מקבוע מקבוע miktsóah miktsóah. γωνιώδης. Gal. Qui a plusieurs coins. Ital. Di piu cantoni. Germ. Das viel eck hat/eckecht ig. Hisp. Lleno de rincones. Vngar. Szurdékos, szeges, szegeletős. Ang. Full of corners.] Plin. lib. 37. cap. 12: Figura oblõga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea clypeodes & rotũda: angulosis minima gratia.

Angularis, & hoc lare, Quod habet angulos, [γωνιῶδες. Pol. Katowsi albo narożnicżi quadratowi. Vng. Szeges Szegeletős Ang. Which hath many corners.] Cato de Re rust. cap. 15: Pilas ex lapide angulari.

Angularius, idem quod angularis sive quadratus. [Vng. Szeges, szegeletős.] Procul. in L. 69. D. de contrah. empt. Rutilia Polla emit lacum Sabbatenem angularium, & circa eum lacum pedes decem. Ex Hotomano.

Angulatim, [κατὰ γωνίας. Vng. Szegeletőnként] Adverbium significans per Angulos: Diomedes Grammaticus libro 1. Grammatices.

Angustus, a, um, ab angulus. [צר tsar אנש ats. στενός. Gal. Estroit, serré. Ital. Stretto. Ger. Eng. Hisp. Angosto, y estrecho, ò apretado. Polon. Ciasny. Vng Szoross. An. Narrow, streict.] Arctus eò quòd anguli semper coarctentur: ut, Angusta domus, Cic. 1. de Finib. Angustissimę fauces, Cæsar 1. Bell. Civil. Angustioribus foliis, Plin. lib. 13. cap. 21.

Angusto, as: id est, stringo, coarcto, cõtraho. [הצר hetsár העיק hebík. στενοχωρέω. Gal. Estrecir. Ital. Strignere. Ger. Eng machen. Hispan. Angostar, estrechar. Pol. Scżuskam ściągam, ściesniam. Vng. Megh szorongatom, ószue szoritó. Ang. To mak narrow, or streict.] Lucret. lib. 5: Quà maris angustat fauces saxosa Carystos.

Angustans, Angustatus, Angustandus, participia. Catul. Cujus iter cęsis angustãs corporũ acervis. Cic. Somn. Scip. Omnis. n. terra quæ colitur à vobis, angustata verticibus, lateribus latior.

Seneca

Seneca de Tranquil. vitæ: Angustanda certè patrimonia sunt, ut minùs ad injurias fortunæ simus expositi.

Angŭste, adverbium. Arctè, strictè, exiguè, exiliter, tenuiter, pressè. [Gr. στενῶς, ἐπιτεταμένως. Ital. Strettamente. Germ. Eng. [illegible] vehementer. Pol. Ściśle, ciasno. Vn. Szoros-an. Ang. Narrowly, straite.] Cæsar 3. Bel. Gall: Ad eum frumentum quam expediendum, qua angustè utebantur.

Angūstĭa, æ, f. p. Locus arctus, et minimè amplus, cauſinodi sunt montium fauces. [Heb. צרה tsarah. Gr. στενότης. Gall. Destroit, destroy. Ital. Angustia, distretta. Germ. [illegible] Pol. Belg. Cagchert. Recommend. Hisp. [illegible] Vng. [illegible] Ang. Narrownesse, distresse.] Cæsar 3. Bel. Gal. Finem angustiis vastandi primum maximè potest, contrà it. Idem: Qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotii. Transfertur & ad alias res: ut, Angustia orationis, Angustia ærarii, Angustia etiam corporis & animi. [Vn. Nyomorúság, keserwség.] Cæsar: Neminem, qui ei in tot rerum angustiis subveniret, habebat.

Angūstĭtās, atis, vetus nomen, pro Angustia. Actius: Sed angustitatem inclusam, ac saxis squalidam. Nonius.

Angusticlavium, vii, Eadem forma dicitur, ut Laticlavium: quod esset tunica angusticlavi, ut Latini volunt. Suetonius: Dum patrem suum Angusticlavium fuisse narrat, eum nondū adeptum fuisse latum clavum significat. Quod & Paterculus confirmat de Mecænate, qui in Equestri ordine semper māsit, sic scribens: Quippe vix angusto clavo penè cōtentus, nec majora consequi non potuit, sed non tam exoptavit. Vide Turneb. lib. 1. Adverſ cap. 2.

Anhēlo, as, penult. prod. n p. ex Am, & Halo, m, in n, mutata, significat ægrè halo: quum videlicet ex cursu, aut alio quovis labore vehementi, crebris quasi singultibus spiratur, ac respiratur. [בטח naphách רוח ravách שאיף רוח [illegible] ἀσθμαίνω. Gall. Haleter, halener, souffler. Ital. Spirare, respirare, anhelare. Ger. Keichẽ: mit arbeit athmen. Belg. [illegible] Hisp. Anhelar, resollar desseando. Pol. Tchne, ledwo oddicham. Vng. Zeregk pihék, lehék. Ang. To breath and blowe.] Col. lib. 1. cap. 3: Sed ante hi pratiscipia boves religari nō expedit, quàm sudare, atq; anhelare desierint. ¶ Translatè posuit Cicero in Cat. Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, &c.

Anhēlātŏr, m. t. Qui est suspiriosus & pneumaticus, quod vitiū consistit in spirandi difficultate. [בטוח nophéach. ἀσθμαντικός. Gal. Qui a son vent & haleine à grand peine. Ital. Chi ansa & spande grosso fiato. Ger. Reichig, der mit arbeit auß engbrüstigkeit oder sunst athmet. Belg. Hyger. His. El que mucho sospira ò acexa. Pol. Ledwotchnacy. Vng. Zuggo, pihō akky nehezen veszōn léleg zetet. Ang. Which breatheth with difficultie, or pursey.] Plinius 22: Anhelatoribus, & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.

Anhēlātŭs, participium, [ἀσθμαντιάς. Vng. Zuggattatot.] Ovid. in Epist. Medeæ ad Iasonem: Isset anhelatos non præmeditatus ad ignes.

Anhēlātĭo, onis, f. t. spirandi difficultas. [בטוח mephéach. ἀσθμαντικότης. Gal. Difficulté d'haleine. Ital. Asmo, difficultà di respirare. Ger. Das teuchen, das schwer athmen. His. [illegible] Pol. Tchnienie, oddech czyniący. Vng. Zuggás lehés, pihés. Ang. Difficultie or peine of breathing.] Plin. lib. 11. cap. 21: Prodest & orthnopoicis, & anhelationi.

Anhēlĭtŭs, us, pen. corr. m. q. Spiritus, respiratio. [רוחה revachá בטוח mappách. ἄσθμα. Gal. Haleine, ou difficulté d'haleine: comme quant quelqu'vn a couru. Ital. Fiato. Ger. Der athem. Hisp. Aczo ò espiro. Pol. Odetchnienie. Vng. Lehellet. Angl. The breath.] Plautus in Epid. Animo malè est, accipiam anhelitum.

Anhēlŭs, a, um, Anhelans, spiritum ægrè ducēs. [בטוח nophéach. ἀσθμαίνων, πνευματώδης. Gal. Qui à peine peut auoir son haleine. Ital. Che spira con difficultà. German. Der schwertich athmet/keucher. His. El que mucho sospira ò acexa. Polon. Dichawiczny. Vng. Nehezen lélekzik, zuggo. Ang. Which bratheth panefullie.] Virg. 1 Geor. Nosq; ubi primus equis Oriens afflavit anhelis. Idē 2 Georg. -senibus medicantur anhelis: id est, suspiriosis.

Anīcētum, ἀνίκητον. Gal. Anis. Ital. Aniso. Germ. Enisß. Hisp. Anis. Pol. Hanniß. Vngar. Kapor, kōmény. Ang. Anise.] A' quibusdam appellari semen, quod notiore nomine Anisum vocamus, autor est Plin. lib. 20. cap. 17. propterea quòd appetentiam excitet. A' Græcis quæcunq; orexim adjuvant, ἀνίκητα dicuntur, quasi invicta. Non aliam etiam ob causam Dioscorides eandem appellationem anetho tribuit, lib. 3. cap. 60. Vide ea quæ ibi annotavit Marcellus Virgilius.

Aniciana, Inter pyrorum genera reponuntur. [Vn. Sw'ukötény skörtéfély] Vide Colum. lib. 5. cap. 10. & Catonem cap. 7.

Anicularis, Vide ANVS.

Anīlis, Anilitas, Aniliter, Vide ANVS.

Anĭma, f. p. [בטוח neschamáh בטוח néphesch. ψυχή. Gall. L'ame, la vie, l'air que nous respirōs. Ital. Alma, anima, fiato aria. Ger. Die [illegible] Sect. His. Anima, ayre. Pol. Dussa. Vng. Lélek. Ang. The soull, the lyfe.] Corporum viventium: hoc est, stirpium & animalium tàm rationalium, quàm ratione carentium, pars nobilior, qua unumquodq; illorum vivit, alitur, sentit. Ea in stirpibus simplex est, quam Altricem appellant, qua scilicet illæ alimentum attrahunt, retinent, & in universas sui partes distribuunt, illisq; assimilant, & quod in alimoniam verti nō potest, excernunt. Brutis verò animantibus anima duplex est, quæ à nobiliori sua actione Sentiens appellatur, sub se comprehendens Altricem, non secus atq; in tetragono trigonus comprehenditur. Longè autē nobilissima homini est anima, quæ à ratione, qua solus homo utitur, Rationalis appellatur. Hæc re quidem una est, ex triplici autē actione tria sortitur nomina, modò Altrix sive Vegetatrix, modò Sentiēs, modo Ratiocinatrix appellata. ¶ Accipitur item Anima, pro animo, pro vita, pro spiritu: de quibus vide testimonia in dictione Animus. ¶ Item accipitur pro iracundia. Plautus in Amph. Animam comprime. ¶ Item pro vento. Virg. lib. 8: Quantum ignis animæq; valent. Lucret. Aurarumq; leves animæ calidiq; vapores. ¶ Anima & vita, ζωὴ & ψυχή, de re suprà modum suavi. Proverbium natum in cubilibus, atq; inde deductum in communem sermonem: quo utuntur Iuvenalis & Martialis. ¶ Animam debet, πλὴν ψυχῆς ὀφείλει: Donatus in eo loco Phormionis Terent. Quid si animam debet? admonet proverbium esse de eo, qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quàm omneis facultates debeat, ac denique seipsum debeat. ¶ Simili figura, Omnia præter animam tradita, dicuntur, qui nihil non dederunt aut debent præter animam, quo usus est Cic pro Rosc. Amer. ¶ Inter animam & spiritum hoc interest: quia Animæ sunt ea, quæ ad naturam pertinent: Spiritus verò ea quæ suprà naturam

Anĭmŭla, f. p. Parva anima, diminutivum ab Anima. [ψυχάριον. Gal. Petite ame, vie tendrette. Ital. [illegible] Ger. Ein frumme seel. Hispan. Pequenna anima. Pol. Dussa. Vng. [illegible] Ang. A poore saull.] Servius Sulpitius ad Ciceronem lib. 4: Inurbanus mulierculæ animula si jactura facta est, tantopere cōmovemini?

Anĭmāl, ab anima, n. t. Hic ius stantia animata omnia. [חיה chayah. ζῶον, ἔμψυχον. Gall. Vn animal, ce qui a vie & sentiment, comme les hommes & les bestes. Ital. Animale. Ger. Ein Thier was das leben hat vnd empfindet. Belg. Een Dier. Hisp. Animal, criatura animada. Pol. Zwierz. Vng. Lelekes Allat. Ang. Ah liue creature.] Plin. lib. 10. cap. 63: Bipedum solus homo animal gignit. Cic. 1. de Legib. Animal providum & sagax homo.

Anĭmālis, & hoc animale, Quod est ex animali, sive quod habet in se animam. [ἔμψυχος. Gal. Vivant, ce qui a vie. Ital. Vivo. Hispan. Cosa de vida. Ger. Lebtich. Seelenhafft. Belg. Dat een siel heeft levendich. Pol. Duchowny. Vng. Elō állatbol valo, testi teremtészet szerent valo eletw. Ang. That which hath lyfe.] Vnde veteres Animales deos dixerunt, qui de animalibus essent facti, ut Penates. ¶ Animalis aliquando ponitur, pro spirabilis & aërius. Cic. lib. 3. Tusculan. Sive illi animi sint animales: Ejus cōtrariū est Exanimalis, qui nō est animal, vel qui sine anima est. Plaut. in Bacch. Nam neq; Bellona mihi unquam, neque Mars creduat, Ni illum exanimalem faxo, si convenero, Nive exhæredem fecero vitæ suæ.

Anĭmālis hostia, Dicebatur quæ ob eam solùm causam mactabatur, ut ejus anima Deo alicui offerretur. [illegible] Duo enim (ut inquit Macrobius) erant hostiarum genera. Unum, in quo voluntas Dei per exta disquiritur: Alterum, in quo sola anima Deo sacratur: quas Aruspices Animales hostias idcirco appellant.

Anĭmābĭlis, le, adjectivum, Quod animā & spiritum habet, spirabilis. [πνευστικὸς πνευματικός. Pol. Zywiaci. Vng. Lelkōs állat.] Cic. 2. de Natur. deor. Principio enim tetra sita in media parte mundi, circumfusa undiq; est hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aër.

Anĭmālĭtās, Pro ipsa animali essentia, [τὸ ψυχικόν. Vng. Elō állapotig.]

Anĭmādvĕrto, n. t. Animum aliquò verto, sensus in illud quod fit intendo, cogito, intueor, considero, deprehendo, sentio, intelligo. [ראה raáh הקשיב hikshíb הבין hebin. βάσκω, μεριμνῶ, [illegible] Gall. Adviser, prendre garde, apercevoir. Ital. [illegible] Ger. Wann [illegible] Belg. Dat hoore neer stondt ende ontmerckt. Hispan. Mirar y ésperar attentamente. Pol. [illegible] Vng. [illegible] ben veszōm [illegible] Ang. [illegible] the mynd of any thing.] Plaut. Animadvertite Lunam in Taurum abiturum. Cicero 1. de Divinat. Experrecta nutrix animadvertit dormientem circumplicatum serpentis amplexu. ¶ Interdum ponitur pro punio & castigo, junctum accusativo mediante præpositione In. [עקד pakádh. κολάζων. Gal. Punir, chastier. Ital. Punire. Ger. Straffen. Hispan. Punir y castigar. [illegible] Vng. Meg bwntetōm. Angl. To punishe, to chastice.] Cicero in Verr. Act. 3: Tu qui statuendas animadvertere in eos, qui perperam judicassent. ¶ Interdù sine præpositione. Idem in Verrem Act.

rem Act. 2: Atq; ea sunt graviter animadvertenda peccata, quę difficilimè præcaventur. ¶ Invenitur etiam ablativo jūctum, in eadem significatione mediante præpositione A, vel Ab. Terent. in Andr. Ea primùm ab illo est animadvertenda injuria: id est, castiganda & vindicanda.

Ănĭmādvĕrsĭo, f. r. observatio, notatio. [בינה *bindh ἐπίγνωσις, ἐπιλογισμός.* Gal. *Consideration.* Ital. *Considerazione.* Germ. *Warnemmung/Auffmerckung.* Hisp. *Aquella obra de mirar bien alguna cosa.* Polon. *Bacznie, dogladanie.* Vng. *Eszreben vétetnie, feliszmlés.* Ang. *Perceauing or marking of a thing consideration.*] Cicero 1. de Fin. Interesse enim inter argumentum, conclusionemq; rationis, & inter mediorum animadversionem. ¶ Sæpè etiam pœnam & castigationem significat, quam κόλασιν Græci vocant. [מוסר *musár.* Gall. *Chastiement, punition.* Ital. *Punitione.* Germ. Straff. Hispan. *Punition, castigo.* Polon. *Karnoszcz.* Vng. *Bwntetés.* Ang. *Chastisement, punishement.*] Idem 1. Offic. Omnis autē & animadversio, & castigatio contumeliā vacare debet.

Ănĭmādvĕrsŏr, m. t. Punitor. [נוקד *pokédh.* κολαστής. Gal. *Qui punit, chastieur.* Ital. *Chi punisse.* German. Ein eynseher/straffer. Hisp. *Castigador.* Pol. *Tenkitori karze.* Vng. *Bwntetŏ.* Ang. *A punisher, which chastiseth.*] Cicer. 1. Offic. Si acres ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum, magna sæpè intelligimus ex parvis. Apuleius: Exponam breviter, quid animadversor meus fecit.

Ănĭmādvĕrsŭs, Perspectus, cognitus. [מובן *mubán.* διανοιθές. Gal. *Cogneu.* Ital. *Conosciuto.* Ger. Verstanden/gemerckt. Hisp. *Conosçido.* Pol. Wiadczony. Vng. *Megtudatot.* Ang. *Knowin perceaued.*] Cæsar: Hac re animadversa Cæsar jubet signa converti. ¶ Itē Animadversus, qui supplicio affectus est. [טקוד *pakúdh* מיסר *meiußár.* κολασθές. Gal. *Chastié.* Ital. *Punito.* Ger. Gestrafft. Hisp. *Castigado.* Pol. *Skarany.* Vn. *Megbwntetettŏt.* Angl. *Chastised, punished.*] Paulus Iureconsl. Corpora animadversorum, quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda.

Animæquus, a, um, moderatus, tolerans, minimè quetulus in adversis. Deniq; omnia æquo animo ferens. *Εὐγνώμων.*

Animæquior, com. t. qui est animo æquiore & tranquilliore. *Εὐγνωμονέστερος.*

Ănĭmŭs, & Anima, in hoc differunt, quòd anima sit vitæ, animus cōsilii. Nam anima, in homine est, qua vivimus, & sentimus, & movemur: ita ut contineat vim vegetandi, movendi, & sentiendi: quæ omnia cōmunia sunt nobis cum cæteris animantibus. Nam ipsa aluntur, crescunt & gignunt, moventur præterea, & sentiunt. ¶ Animus verò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. [רוח *rúach* לב *leb* דעת *dáhath.* διάνοια. Gal. *Ame, esprit, courage.* Ital. *Lo spirito humano.* Ger. Dz gemůt. Belg. Den moet/dat verstant. Hisp. *Animal racional con que entendemos.* Pol. *Vmisł.* Vngar. *Okoßág, esz, lélek.* An. *The mynde, courage or sprit in doing any thing.*] Quæ vis non est educta de potentia materiæ, sed à Deo immortalis de nihilo creatur eodem tempore, quo & infunditur in corpus nostrum. Cic. lib. 1. Tuscul. sic disserit: Animum autem alii, animam etiam ferè nostri declarant nominari. Nam & Agere animam, & Efflare animā dicimus, & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima est dictus. Sciendum tamen est, animum pro anima plerunq; sumi, ut apud eundem in Catone: Quj si in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro. Et iterum: Sic mihi persuasi, sic sentio, quā tanta celeritate animarum, &c. ¶ Plaut. in Mostel. Proverbialiter dixit: Nihil est miserius, quàm animus conscius. Conscientia enim mille testes. ¶ Aliquando accipitur pro voluntate sive affectu & delectatione. ψυχαγωγία. Plautus in Edi. Captivam adulescentulam de præda mercatus est. Quid ergo ex te audio? T. Hoc quod fabulor. E. Cur eam emit? T. Animi causa. E. Quot ille animos habet? Hinc fit Vnanimis, ὁμόψυχος, qui unius est animi: id est, volūtatis. ¶ Munerum animus optimus: -ξενίαν δ' ἢ τε θυμὸς ἄριστος: Græcis hemistichium Heroicū proverbiale, quo significatur, in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ pretium, sed mittentis potiùs animum. ¶ Volens nolente animo, -ἑκὰν ἀέκοντί γε θυμῷ. Hemistichium Homer. Iliad. lib. η dicendum ubi quis fingit se nolle quod cupit: vel contrà. Nonnunquam de ambigente, animiq; incerto dicitur, ut apud Eurip. in Hecuba. ¶ Animus habitat in auribus, οἱ πίστις ὡσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖ ὁ θυμός. Herod. in Polym. Cujus Adagii is est sensus, quòd ex iis, quæ audivimus, maximè placatur aut irritatur animus. ¶ Quandoque pro spiritu, sive flatu, ac vento: unde anima vel animus nomen accepit. Nam ἄνεμον Græci dicunt, quem nos Ventum. Cic. 1. Tusculan. Si anima animus est, fortasse dissipabitur. Terent. in Adelph. Animum recipe: id est, respira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (ut opinor) frequentiùs quàm animus. Cicer. de Vniversit. Inter ignem & terram, aquam Deus, animamq́ue posuit. Virgil. 8. Aeneid. Quantū ignes, animæq; valent. ¶ Ponitur etiā Animus pro animositate, sive fortitudine, & animi alacritate. Cicero Attic. lib. 2: Nostris animus accessit: timor hostib. injectus est. Idem lib. 3: Labieni adventu noster Cneus multò animi plus habet. ¶ Quandoq; etiā pro memoria. Cic. Illa quæ sæpè audistis & tenetis animis prætermitto. Idē in Catil. Percipite quæso ea quæ dicā, & ea penitūs animis vestris mandate. Virgil. 9. Aeglog. Omnia fert ætas, animum quoq;, &c. ubi Servius animū p memoria dici annotavit. ¶ Animus heptaboëus, Θυμὸς ἑπταβόειος, de forti dictum. Epithetum sumptum à clypeo Ajacis, quem Homerus ἑπταβόειον appellat, quòd septem boum tergoribus esset obductus, atq; ob id impenetrabilis. Ovid. - dominus clypei septemplicis Ajax: Sumptum est Adagium ex Ranis Aristoph. ¶ Aut minus animi, aut plus potentiæ, ἢ φρονεῖν ἔλασσον, ἢ δυνάσθαι δεῖ μεῖζον. Convenit in ferroces, quorum arrogantiæ non suppetant vires: Aut, qui non timent irritare, quem vincere non possint. Vtitur Plutarch. in Lacon. ¶ Mulieris animus, γυναικὸς φρονεῖν. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. ¶ Non abjicit animum. De eo qui ne afflictissimis quidem rebus, spem aut consilium abjicit. ¶ Recipere animum. Conveniet, quum quis re subitaria consternatus, postea recipit sese. ¶ Animos quoq; plurali numero, eleganter dicimus, pro temeritate, quæ scilicet habeat arrogantiæ nonnihil conjunctum. Cicer. pro Flacco: Remittāt spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam. Idem pro Cluentio: Noratis animos ejus & spiritus Tribunitios. ¶ Frequenter etiam Anima pro vita accipitur. Salust. At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multò asperior: deniq; quid reliqui habemus præter miseram animam? Iuvenalis: I nunc, & ventis animā cōmitte, dolato Confisus ligno, digitis à morte remotus Quatuor aut septē, si sit latissima teda. ¶ Animam quoq; pro animo positam legimus: hoc est, pro mente. Macrobius: Tunc n. anima libera est, & nulla corporis cogitatione impedita. ¶ Itē p vento, ut suprà ostēdimus. ¶ Sæpè etiam pro halitu oris, sive spiritu. Plautus in Asin. Dic, amabò, an fœtet anima uxoris suæ? Virg. 3. Georg. - animas & olētia Medi Ora fovent illo. Tetent. Hoc ubi audivi, ad fores suspenso gradu, placidè ire perrexi, accessi, astiti, animā cōpressi, aurem admovi. Plautus: Ne quid emittat animæ dormiens. ¶ Pro eodē etiam Græci ψυχῶ dicunt, à verbo ψύχω, quod est refrigero: Nam quæ plus æquo calent, anima: hoc est, spiritu, refrigeramus. ¶ Anima item accipitur pro ira. Idem: Animam comprime. ¶ Hinc Animosus, & Animatus, pro iracundo: de quibus infrà. ¶ Varro posuit animā pro sono. Et Phrygias audire animas. Virg. pro ipso homine: Ite, ait, egregias animas quæ sanguine nobis Hanc patriam peperêre suo, &c. In homine autem quatuor animas esse constat: Vitalē scilicet, ut quæ in vermibus est, qui tātùm moventur: Sensualē: ut in brutis animalibus, in quib. est sensus & timoris & gaudii: Intellectualem, quæ est in hominibus tantùm, qui & cogitare & judicare possunt: & quæ infrà omnes est Physicam: hoc est, naturalem, ut ea quæ est in arboribus & herbis, quæ & etsi non movētur, vitam tamen habent, quum nascantur, crescant & percant.

Ănĭmŭlŭs, diminut. Θυμίδιον. [Vngar. *Eszetske, okoßágot ka, lélketske.*] Plautus in Casi. Mi animule, mi Olympio, mea vita.

Ănĭmo, as, a. p. Animū do, incito, incēdo. [חזק *chizzék* החזיק *hechezík* אמץ *immétz.* καταθάρρυνσις, εὐθυμίαν ἐμβάλλειν. Gal. *Donner courage, enhardir.* Ital. *Incorare, inanimare.* Ger. Muttig vñ ge hertzt machen. Belg. Eenen moet of hert geven. Hisp. *Esforcar, dar coracon.* Pol. *Szmialim czynie, serca dodaie.* Vng. *Bitztatom, bátoritom.* An. *To encourage, to stirre vp.*] Claudian. lib. 3: Qualis pestiferas animare ad prælia taxos Torva Mejæra ruit. Macrobius: Animati sunt ergo veteres ad faciendā discretionem. ¶ Aliquādo animare est animā inducere, animū inspirare, vivificare. [חיה *chijáh* החיה *hechejáh.* ψυχόω. Gal. *Bailler vie ou ame viuante sentant.* Ital. *Mettere l'anima.* Ger. Das Leben geben/Lebendig machen/hertzhafftig machen. Hisp. *Dar anima y vida.* Pol. *Ziwot wracam, ożywiam.* Angl. *To gine life or saull.*] Colum. lib. 9: Diebus quibus animantur ova, & in speciem volucrum conformantur. Cicer. de Divin. Quicquid est hoc omnia animat, format, [illegible].

Ănĭmāns, substantivum, fœmi. vel neut. generis, ferè pro animali accipitur. [חיה *chajidh*, quod Græci ζῷον vocant. Gal. *Vn animant, qui a vie & sens.* Ital. *Animale animante.* Ger. Ein Thier oder was ein Leben hat. Hispan. *Animal.* Polon. Zwierzę. *Nieiakazi wot maiaca.* Vngar. *Eelŏ állat.* Ang. *A liuing creature.*] Cicero de Natur. deorum: Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis vestitæ. Idem 1. de Legibus: Nam quum cæteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit. Invenitur & genere masculino. Horatius 2. Sermon. -sed hic stylus haud petet ultrò. Quēquam animantem. Cicero de Vniver. Quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua omnes reliquæ formæ concluduntur. ¶ Nonnunquam latiùs extenditur Animantis appellatio, præsertim in neutro genere, ad omnia scilicet, quæ habet animam: ut sunt arbores, frutices & herbæ, quibus animam ălentem inesse constat, quam philosophi recentiores Vegetativam

vam appellant. Itaq; vivere & mori illa dicimus: nec animalia tamen, sed animantia nuncupantur, ut docet Senec. li 8. Epist. moral. ¶ Animans verò adject. ἐμψυχ⊙. Idem est quod animã habens. Autor ad Herennium lib 4: Sed inventio similium facilis erit, si quis sibi res omnes animantes, & inanimantes frequenter ob oculos ponit ponere.

Aˉnĭmātŭs, ab animo fit, sicut à tunica, Tunicatus, à galea, Galeatus: & significat idem quod Animo, aut voluntate aliqua affectus. [חזיק *mechuzzák.* θυμούμ⊙. Gal. *Qui a cœur, ou courage.* Ital. *Disposto nell' animo ad vna impressa.* Germ. Geartet/gesinnet Hisp. *De animo y voluntad.* Pol. *Smialosć maiaci.* Vng. *Eszes, okos, lelkős.* Ang. *That hath courage or life.*] Cic. D Bruto: Ita paratus, seu animatus esse debes, ut nihil facias nisi jussus: id est, eam voluntatem habere debes.

Aˉnĭmātus, participium, Qui habet animam. [ἔμψυχ⊙. Vng. *Lelkős.*] Cicer. Tuscul. 1: Animatum quod est, id motu cietur interiore & suo. Huic contraria sunt Inanimis, Exanimis sive exanimus. ¶ Interdum ponitur pro affectus. Cic. in Verr. Civitatem ut abs te affecta sit, ita in te animatam videmus. ¶ Interdũ pro fortis & magnanimus & animosus. Cic. in Epist. Pompejus animatus melius quàm paratus.

Aˉnĭmātĭo, f.t. verbale, ab animando. [חיה *michjáh.* ἐμψύχωσις. Gall. *Don d' ame, don de vie.* Ital *Riempimento di vita.* Germ. Lebendmachung. Hisp. *Obra de dar anima.* Polon. *Dainezywota, wskrzesienie.* Vngar. *Elesztés meg elevenités.* Angl. *The gift of the life or of the sault.*] Cicero de Vniversit. Erant autem animantiũ genera quatuor, quorum unum divinum atq; cœleste: alterum pennigerum, & aërium: tertium terrestre: quartum divinę animationis.

Aˉnĭmātŭs, us, verbale nomen, idem quod animatio. [ἀνάπνοσις. Vngaricè, *Eleszlés, meg elevenités.*] Plin. lib. 11. cap 3: Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipso spiritu viventia docuimus.

Aˉnĭmōsŭs, Habens in se vehementiam animi, sive qui est elati spiritus, quiq; ad iracundiam est proclivior. [בבא *nébáb* אמיץ *ammits.* θυμώδης, θυμοειδής. Gal. *Courageux, hardi, de grand cœur.* Ital. *Animoso, coraggioso.* Ger. Gehertzt/mutig / vnerschrocken/ hertzhafft. Belg Gemoet/gehert/manlyck. Hisp. *De grando animo y es fuerco.* Pol. *Szmiali, nieroshacsaiaci sedeczny.* Vng. *Bátor.* Ang. *Courageous, of great spirite and hart manlie.*] Ovidius: Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. Cic. in Cat. Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quàm adulescentia. Virgilius: Quos animosi Euri assiduè franguntq; feruntq;. Ea quoq; animæ potentia, qua ad iram incitamur, Animosa, θυμικὴ appellatur. ¶ Invenitur etiam Animosus, pro nodoso, per translationem positum. Virg 3. Georg. Luxuriatq; toris animosum pectus. Vbi Servius Animosum interpretatur nodosum, non malè tamen Animosum pectus intelligere possumus, in hoc loco Virgilii de homine forti & magnanimo.

Aˉnĭmōsĕ, adverbium, Fortiter, strenuè. [θυμοειδῶς, ἐμψύχως. Gall. *Courageusement, de grand cœur.* Ital. *Animosamente, con gran core.* German. Mannlich / dapfferlich. Hisp. *De animo y de coracon.* Pol. *Szmiecz.* Vng. *Bátron. bátoton.* Ang. *Courageously, stoutlie, stoudlie.*] Cic. 4 Philip. Nec solùm id animosè & fortiter, sed considerate etiam, sapienterq; fecerunt.

Aˉnĭmōsĭtās, f.t. Est vehementia, & impetus animi, sedem habens in corde, quam Speusippus definit esse impetum violentum partis animæ irrationalis, absque ratione & ordine mentis. [גבורה *gheburáh.* θύμωσις. Gal. *Courage, grand cœur.* Ital. *Animosità, coraggio.* Germ. Hertzhafftigkeit / mannligkeit/ dapfferkeit. Belg Brymoedicheyt/mannachticheyt. Hisp. *Grandeza de animo y esfuerco.* Pol. *Szmialosć.* Vng. *Bátorság.* Ang. *Courage, manlinesse.*] Iulius Firmicus, Matheseos lib. 2: Secura mentis animositate perdisce. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 6: Animositas quam θυμικὸν vocant, &c.

Anisocycla, apud Vitruvium organa sunt multos orbes habentia, quosdam majores, quosdam minores, ut facili nĩsu majorum impulsione, reliqui orbes moverentur, & malitio rei alicujus fieret, aut expulsio: quò enim major est absis & rotunditas circuli, eò minore conatu & opera movetur. Ita interpretatur Turnebus. Budæus verò dicit esse organa inæqualium circulorum quæ maximi sunt momenti.

Aˉnīsum, [ἄνισον. Gal. *Anis.* Ital. *Aniso.* Ger. Eniß. Hispan. *Matalahuga.* Polon. *Hánisi.* Vng. *Kapor, kömény.* Angl. *Anise.*] Herba est, caulem, folia, & flores habens fœniculo similia: unde etiam à quibusdam Fœniculum Romanum appellatur. Semen fert in umbellis, cibis condiendis in primis utile, herbæ suæ nomine Græcis, Latinis, Germanis, & Gallis cognitum. Plin. lib. 20. cap. 17: Anisum à Pythagora inter pauca laudatur, sive crudum sive decoctum. Item: Viride aridúmve omnibus quæ condiuntur quæq; intinguntur, desyderatum: fœtorem tollit manducatum, mox vino collutũ vultum juniorem præstat: appetentiam ciborum facit.

Aˉnnālēs, Annalis, Annarius, Vide ANNVS.

Aˉnnāscŏr, Iuxtà nascor, d.t. [συμφύομαι. Germ. Auffwachsen. Polon. *Przirastam.* Vng. *Kőzel, mellette szűletőm, mellette termők.* Ang. *To be borne nigh a nother.*] Gellius: Denteis quoq; in septem primis mensibus, & septenos ex utraq; parte gigni, & cadere annis septimis, & genuinos annasci annis ferè bis septenis. Hinc Agnatus, Agnatio, in quibus subtrahitur n, quæ pro d poneretur, & mutatur in g.

Aˉnnāvĭgo, as, penult. corr. Ad locũ aliquem navigo. [συμπλέω. Gal. *Nauiger iusques à quelque lieu.* Ital. *Nauigare fino a qualche luoco.* German. Hinzu schiffen/anfenden. Hisp. *Nauegar hazia algo.* Pol. *Przipliwam.* Vngar. *El evezők, hajon valahova megyők.* Ang. *To sayle to any place.*] Plin. lib. 36. cap. 12: Sanè conspicuè undiq; annavigant bus sitæ sunt in parte Africæ.

Aˉnnĕcto, is, annexi, annexum, Agglutino, alligo, ad aliquid necto, [אסר *asár* חדבק *hedbbik.* συνάπτω. Gal. *Attacher ou lier à quelque chose.* Ital. *Attachare ò ligare à qualche cosa.* Ger. Anbinden/ anknüpffen. Hisp. *Trauar vna cosa à otra.* Pol. *Przywiązuie, spaiam.* Vng. *Hozzá ragasztom, foglalom.* Ang. *Tokuit to, or bind to any thing.*] Plin. lib. 10. cap. 37: Epistolas annexas eorum pedibus. Cels. li. 4. cap. 3: Morbus qui modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit. Cic. 2. de Nat. Deor. Paulò suprà, quàm ad linguam stomachus annectitur. Plin. lib. 28. cap. 8: Cor annexum in lana ovis nigræ.

Aˉnnexŭs, hujus annexus, [ἐπισπλοκή. Vng. *Hozzá foglalás, ragasztás.*] Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum uber agri annexu connubiisq; gentium adolevit floruitq;.

Aˉnnĭtŏr, penultima producta, eris, Ad aliquid applico sive applicor, innitor. Cicero. de Amic. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliud tãquam adminiculũ annititur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. ¶ Ponitur etiam aliquando pro valde Conor, & incumbo ad aliquid agendum. [עמל *hamal* יגע *jaghàh.* φιλοπονοῦμαι. Gal. *S'efforcer à faire quelque chose.* Ital. *Sforzarsi, fare sforzo.* Germ. Dapffer etwas zu thun vnderstehen. Belg. Ick vnderstae/doe neerstigheyt. Hispan. *Esforbar.* Pol. Wspieram ię, wsi ę. Vng *Igyekezőm reá, érte leszők* An. *To do any thing with the force and strenth by all meanes*] Salust Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est, annitente Crasso, qui eum infestũ inimicum Cn. Pomponio noverat.

Aˉnnīsŭs, & Annixus, ἐπιχειρήσας, προπαρασκευασμένος. Liv. 5. ab Vrbe: Et patres reficere intercessores Legis annisi sunt. Idem lib. 4: Patres summa ope annixi sunt.

Aˉnnīsūrŭs, & Annixurus. Livius 2. ab Vrbe: Annisurum, ut appareat exilio sibi iratos, non fractos animos esse. Idem lib. 1: Quòd annixurus pro se quisq; sit.

Aˉnnōmĭnātĭo. Est (inquit autor ad Heren. lib. 4.) quum ad idem verbum & nomen accedit cum commutatione vocum, vel additione unius literæ, aut literarum: aut syllabæ; aut syllabarum, aut quum ad res dissimiles similia verba accommodantur. A Græcis vocatur παρονομασία.

Annona, Vide ANNVS.

Aˉnnŏto, as, pen. corr. act. p. Iuxta sive ad aliquid noto: & significat aliquando inscribo. [כתם *chathám* רשם *raschám* סמן *samán* ἐπισημαίνομαι, σημαίνω. Gal. *Noter, marquer.* Ital. *Annotare.* Ger Darzu zeichnen/ auffzeichnen/ auffschreiben. Hisp. *Notar ò sennalar sobre otra cosa.* Pol. *Naznaczam, napissuie.* Vng. *Föl iezczőm.* Ang. *To note, to marke.*] Lactan. li. 6: Et ausus est libros suos nefarios, ac Dei hostis annotare ¶ Interdum annotare, significat memoriæ causa in commentarium referre. Colum. lib. 12. cap. 3: Sciret unde daret, & meminisset, atq; annotaret, quid, & quando, & cui dedisset. ¶ Annotare etiam pro decernere. Sueton. in Caligul. cap 27: Quum ad saginam ferarum muneri præparaturum carius pecudes cõpararentur, ex noxiis laniandos annotavit. Budæus. ¶ Annotari etiam dicitur, qui absens in reos refertur. Nam in gravioribus criminibus Magistratus qui absentem in reos recipiebat, edicta proponebat, quibus illi denuntiabat fore, ut nisi intra annum adesset, ejus bona confiscarentur, uti Marcianus & Macer docent de requirendis reis Hinc annotatio apud Macium ibidem, illa in reos relatio. Ex Hotomano.

Aˉnnŏtāmēntă, plur. Annorationes. [ἐπισημάσματα. Pol. *Przipisi.* Vng. *Iegyzés.*] Gell. lib. 1. cap. 7: Apud veteres scriptores, locutionum talium copiam offendimus, atq; his vulgò annotamentis insperssimus.

Aˉnnŏtātŏr, oris, [ὑπομνήμων. ę German Ein auffzeichner Vng *Föl iegyzős.*] Qui aliquid annotat. Plin. in Paneg. Num enim ante medium diem distentus solitaria cœna, spectator, annotatorque convivis tuis immines? Hoc est, observator, ut videlicet notes, & observes quantum quisq; aut edat, aut bibat.

Aˉnnŭātim, Quotannis, seu singulis annis. [שנה שנה *schanáh schanáh.* κατ' ἔτος. Gal *Par chacun an.* Ital. *Ogn' anno.* Ger. Järlich. Hisp. *Cada vn anno.* Pol *Co rok, nakazdi rok.* Vng. *Esztendőnként esztendőről esztendőre.* Ang. *Yearlie.*] Qua voce usus est Hieronymus, referens Plinium prodidisse, singula millia talentũm

talentûm thuris annuatim pensitasse Arabas regibus Persarũ. Locus Plinii, quem citat Hieronymus, est li. 12. ca. 17. ubi tamen Annua legitur, non Annuatim.

Annŭlŭs, li, vide ANVLVS.

Annŭmĕro, as, pen. cor. In aliquorum numero pono, in eundem numerum refero. [סטר saphár מנה manáh. ἀριθμέω. Gal. *Annombrer, adiouſter au nombre, compter & payer.* Ital. *Aggiongere ad vn numero, annomerare.* Ger Darzu zehlen/zu der zahl thun. Hiſpan. *Contar vna coſa ſobre otra.* Pol. *Przyliczam, nadliczam.* Vngar. *Hoſſzád ſzámlálom.* Ang. *To counte, and caſt to, to others.*] Cic. 2. de Divin. Atque his libris annumerandi sunt sex de Republ. ¶ Interdum idem est quod simplex numero. Cicer. 1. de Nat. Deor. Vt eorum molestum sit annumerare sententias. Idem de Optim. gen. Orat. Annumerare verba lectori.

Annuntĭo, as, are, nuntio, denuntio. [בשר bishár הגיד higgîdh. ἀγγέλλω, ἀναγγέλλω. Gal. *Annoncer, porter nouuelles.* Ital. *Annontiare.* Ger. Verkünden Hiſp. *Denunciar ò traer nuevas.* Pol. *Oznaimute.* Vng *Meg hirdetőm hirré teſzőm.* Ang. *To bring newes to tell tydinges.*] Plin. li. 7. cap. 52: Animam relicto corpore errare solitam, vagamq; è longinquo multa annuntiare. Cic. Attic. Eiq; interea, ut scribis, salutem annuntiabis.

Annŭo, is, ere, n. t. Propriè est nutu: id est, capitis signo assentior. [קרן karás יאת jadth רבה rabáh. ἀγανεύω. Gal. *Faire ſigne de la teſte qu' on eſt content, s' accorder & conſentir à quelque choſe.* Ital. *Aſſentire, acennar de ſi col capo.* German. Mit dem Haupt wincken oder zeichen geben/Verwilligen. Hiſ. *Otorgar inclinando la cabeca.* Pol. *Skinwam przyzwalam Skinienim.* Vng. *Fő hayta'ſſál reá hagyom.* Ang. *To nod with the head in ſigne of aggreing, to conſent or grant.*] Cic. 1. Verr. Id mihi significasse & annuisse visus est. Idẽ de Orat. Id quoq; toto capite annuit. Virgil. 9. Aeneid. Annuit & totum nutu tremefecit Olympum. Annuere, pro affirmare. Plaut. Bacchid. Ego autem venturum annuo.

Annŭs, Tempus est 365. dierum, & horarum circiter sex, quo Sol cursum suum conficit. [שנה ſchandh ἐνιαυτός, ἔτος. Gal. *An, annee.* Ital. *Anno.* Germ. Ein Jar. Belg. Een Jaer. Hiſpan. *Anno.* Pol. Rok. Vng. *Eſztendo.* Angl. *A yeare.*] Nominis ratio varia traditur. Quidam enim dictum existimant ab Am, circum, & No, fluo. Servius ab annulo deducit, quòd in se redeat, quasi annulus. Ad quam originem etiam Virgilius alludere videtur, quum ait: -atque in sua per vestigia labitur annus. Nam mensibus in se currentibus volvitur. Sol enim per duodecim Zodiaci signa excurrens, annũ conficit. Vnde apud Aegyptios, ante invẽtas literas draconе picto suã mordente caudã indicabat. Alii à verbo Græco αἰωνέω derivãt, quod significat renovo: quia semper renovatur. Alii à Græco ὄνος, unde & τριῶνον dicunt, quod nos Trimũ. Triplex autẽ olim fuit annus. Lunaris, triginta dies habens: Solaris, qui duodecim continet menseis, qui dicitur Solis anfractus, quum peractis trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante, ad eadem syderum loca redit: qui etiam Annus vertens dicitur. Item Magnus annus, quem esse voluerunt omnibus planetis in eundem locũ recurrentibus. Et hoc fit secundum Ciceronis Hortensiũ, post annos duodecies mille, noningentos, quinquaginta quatuor solares. Anni verò quatuor sunt tempora, divisa in ternos mẽseis. Ipsorum quoque temporum faciunt talem discretionem ut primo mense, Ver novum dicatur: secundo Adultum: tertio Præceps vel extremum: unde est, Extremæ sub casum hyemis. Idem quoque de æstate, autumno, & hyeme dicendum est. Annum primò Eudoxus, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad ultimum Cæsar deprehendit. ¶ Annus Saturni (χρόνος ἰνιαυτὸς) à quibusdam dicitur, qui est quadraginta annorum. ¶ Annus mundanus, sive vertens, est magnus annus Platoni, qui conversione mundi: id est, cœli (nempe octavæ sphæræ quod ἀπλανὲς) & plenè universitatis, efficitur, nempe post xv. millia annorũ peracta, quo temporis spatio octava sphæra proprio motu circumvolvitur. Macrob. Comment. li. 2. cap. 11. ¶ Annus Arcadum trimestris fuit. Aegyptii Lunæ senio annum terminabant, apud quos etiam singula millia annorum quidam vixisse produntur. ¶ Proverbiali schemate dictum à Iuvenale in vetulam jam ἔξωρον quidem, & ad Veneris lusus prorsum intempestivam, sed quæ verborum nequitiis puellam etiamdum ageret: -facies tua computat annos. Hoc est frontis rugæ numerum annorum tuorum præferũt: quanquam libido nondum in te consenuit. ¶ Magnum os anni, μέγα στόμα τῦ ἰνιαυτῦ, Dicebatur quoties uberior rerum provẽtus, aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentiùs loqui, largiusq; polliceri spe proventus uberioris. ¶ Anno senior fio. Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam vulgò dicimus. Aristoph. in Ranis. ¶ Semper superioris anni proventus melior. Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω, Quum præsentia displicent, & anteferuntur acta. Diogenianus. Sumpta metaphora ab agricolis qui semper de præsentis anni fructibus queruntur apud dominos. ¶ Annum gerere, pro agere annum apud Sueton. in Vespasiano: Extinctus est annum gerens ætatis sexagesimum.

Annos exuere, ponere exuvias, de serpentibus, cùm leberidem, annuamq; vernationem deponunt. Tibull. lib. 1. Aegl. 4. -serpens novus exuit annos.

Annālēs, m. t. Dicuntur res gestæ, quæ de anno in annũ in historias rediguntur, memoria pública. [דברי הימים dibre hajamím παρομίαστε, σύνταγοι. Gal. *Annales, Chroniques.* Ital. *Annale.* Germ. Jarbücher / Chronicken in welche man verloffne ding von jar zu jar verzeichnet. Hiſ. *Cronica de tiempos.* Polon. *Kſięgi, albo kronika wktora ſprawi rocznie vodziemi.* Vng. *Kronika.* Ang. *Cronicles of thinges done frome yeare to yeare.*] Vnde Virg. 2. Aeneid. Et vacet annales nostrorum audire laborum. Historia res gestas narrat, & ab ætatis nostræ memoria remotas. Cic. lib. 2. de Orat. Erat enim historia nil aliud nisi annalium confectio. Gellius sic habet: Rectè annaleis historias appellaveris, sed non continuò quicquid historia fuerit, annales appellare possis: sunt enim utræque rerum gestarum narrationes. Earum propriè rerum sit historia, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales verò, quum res gestæ plurimum annorum servato cujusq; anni ordine, memoriæ traduntur. Quum autem non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, Diarium, ἐφημερὶς vocatur. Præterea historia non solùm res gestas ordine explicat, sed & consilia quibus gestæ sunt, exponit, & conciones facit, & acies instruit, & situs locorum describit. Annales singulorum annorum gesta brevissimè notant. Vnde Annales Pisonis, & Salustii historias dicimus.

Annālis, & hoc Annale, Quod ad annos pertinet. [ἐτήσιος Gall. *Annuel.* Ital. *Annale, annuale.* Ger. Das zu dem Jar gehört. Hiſp. *Annal.* Pol. *Kitroku przynależący.* Vng. *Eſztendőre valo.* Ang. *Which perteneth to the yeare, yearlie.*] Vnde Legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. Cicer. de Legibus: Civitatem annalem servanto. ¶ Dicitur & tẽpus annale, quod est unius anni. Varro: Et quoniam tempora duorum generum sunt: unum annale, quod Sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod Luna circumiens comprehendit.

Annārĭus, a, um, Idem quod annalis. [Pol. *Roczni.* Vng. *Eſztendőre valo.*] Vt, Lex annaria ab antiquis dicebatur, qua præscribuntur annui magistratus capiendi, ut inquit Festus.

Annārĕ, [Pol. *Na każ di rok odnawiam.* Vng. *Eſztendőnként általnyerni.*] Macrob. Satur. lib. 1. cap. 12: Eodem quoque mense & publicè & privatim ad Annam perennavi sacrificatum itur, & annare perennareq; commodè liceat.

Annēllus, Cic. 5. de Finib. Epicurei imaginem non modò in bulis nostri familiares, sed etiam in poculis & in annel habent.

Annicerii. Cicer. 3. Offic. Annicerii Philosophi ab Ari

Annĭcŭlus, Quod est unius anni: ut Anniculus puer, Ann puella, Anniculum jumentum. [בן שנה ben ſchanáh. ἐνιαῖος. Gall. *D'vn an.* Ital. *D' vn' anno.* Ger. Jártig/ dos eins jar alt iſt. Hiſp. *Coſa pequenna de vn anno.* Pol. *Roczny.* Vng. *Egy eſztendős.* Ang. *Of one yeare.*] Nec de animalibus tantùm, sed etiam de inanimãtis: ut, Anniculæ vites. Plin. lib. 13: [illegible] taria instituunt, anniculas q; transferunt, & iterum [illegible]: pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & [illegible] quæ adhuc incrementum accipere possunt. Vide V[illegible] leg. lib. 1. cap. 5.

Annĭfĕr, adjectivum, ἰπποτιοφόρος. Plin. lib. 19. cap. 7: Quæd[illegible] & radice & semine, ut cæpa, allium, bulbi, & siquorum radicem anniferorum relinquunt.

Annīlis, hoc annile, penult. producta, om. t. dicitur quasi [illegible] lis & ætate grandi, [πολυετής. Polon. *Starzali.* Vng. *Agg[illegible] wődős.*] Colum. lib. 2: Parentem omnium terram sicut mulierem sexum ætate annili confectã, progenerandis esse [illegible] inhabilem. Quanquã in castigationib. exẽplaribus non annilis legitur, sed anili: quod etiam cõparationi illi, quam ibi Columella ab ætate mulieris senio effœtæ, ad terræ sterilitatẽ trãsfert, multò est accommodatius. Satius itaq; erit, nisi aliud testimonium afferatur, ab hac voce abstinere. Nam apud Columellam proculdubiò anilis legendum est unico n. Est autem anilis, denominativum ab anus, idem significans quod ad anum pertinet, ut anilis fabula: anilis ætas, γραώδης.

Annĭvĕrsārĭus, a, um, Quod singulis annis statuto tempore revertitur. [שנה שנה schandh schanáh. ἐτήσιος. Gal. *Qui ſe fait tous les ans, d' an en an.* Ital. *Quel che ſi fa vna volta à l' anno.* Germ. Das auff beſtimpte zeit járlich wider kompt/jarzeit Belg Jaertyesſche. Hiſp. *Coſa de cada vn anno.* Pol. Przy[illegible], Dorocznie Vng. *Minden eſztendőnként elő forgo.* Ang. *That cometh euerie yeare, or yearelie.*] Cicer. in Verr. 6: Mercurius sacris anniversariis colebatur. Scribit Valerius Maximus, quòd Antipater Sidonius poëta, omnibus annis, uno die natali tãtùm corripiebatur febre, [illegible] idcirco anniversaria dici poterat. Sueton. de Aug. Q[illegible] & anniversarias, ac certo tempore recurrentes [illegible] per[illegible]batur.

Annōnă, ę, pen. prod. f. p. Res frumētaria, res omnes quæ ad annuum victum reponūtur. [שבר *schéber.* βίβρ. Gal. *Prouision de viures pour vn an, viures ou autres choses de prouision pour vn an.* Ital. *La viuanda ò vittuaglia di vno anno di ogni cosa.* Germ. Jårs tuche Frucht. Belg. Jaerlycsche vrucht. Hiſ. *Pan, trigo, cenada y tada cosa para viuir, vituailla.* Polon. *Doroczne wichowanie Doroczne zżiwnoſczi.* Vng Egéſz *eſztendőre valo gabona, eledel.* Angl. *The prouiſion of victailles for a yeare.*] Hoc enim nomine non ſolùm fruges comprehenduntur, verùm etiam omnia quæ annus ſuppeditat ad alimoniam noſtram. Colu. li. 9: Vel lactis annona permittit. Cic. lib. 2 de Diuinat. Putarem annonam in macello cariorem fore. Iuven. His opibus nunquam cara eſt annona veneni. ¶ Annona etiam pro certa definitaq; annuorum cibariorum ratione uſurpatur à Lampridio. Alexander, *inquit*, medicis annonas binas & ternas dedit. Vnde etiam in Iuriſconſultorum libris annonæ civiles appellatæ ſunt, quæ & panes civiles alibi nominantur. Ex Lexico Hotomani. ¶ Abuſivè pro ipſo victu capitur. ¶ Annonam etiam veteres menſuram, vel annuam mercedem ac ſtipendium nominaverunt Veget. de re milit. Torques aureus ſoliдæ virtutis præmium fuit, quem qui meruiſſet, præter laudem duplas cõſequebatur annonas. ¶ Annona etiam pro pane capitur, ſicut panis quoque pro annona: præſertim apud Iuſtinianum in Authent de non alienand. § hæc ergo, Idem L. ult C de jur dor. L. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. ibi fit mentio de annona civili, & de pane civil. Hinc

Annōtĭnŭs, a, um, adject ab annona. Quod ad annonam pertinet: ut Naves annotinæ quib. annona comportatur. [σιτηγὸς ὁ σιτηγοῦσι νῆες. Pol. *Do wicho wania zżytnego potrzebuiących.* Vng. *Egéſz eſztendei eledelhőz valo.*] Cæſar. 5 Bell Gal. Multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis privatisque, quas ſui quiſque commodi cauſa fecerat, amplius octingentæ uno erant viſæ tempore: Quidam legunt Annonatinæ, ſed mendoſe.

Annōnārĭŭs, a, um, Quod ad annonam pertinet. [σιτηρέσιος. Gal. *De viures.* Ital. *Coſa pertinente al vuere di vno anno.* Germ. Das zu jårlicher Nahrung gehört. Hiſpan. *Coſa pertineciente à vitualla.* Polon. *Każiwnoſczi należący.* Vngar. *Egy eſztendei eledelre valo.* Ang. *Pertening to victailles.*] Vt Lex annonaria, πρόφιλος νόμος, quam Clodius tulit, & ſummè popularis fuit. Vegetius Annonarias expenſas vocat, eas frugum pabuliq; ſpecies, quas provinciales militibus expendunt.

Annōſŭs, a, um, Quod eſt vetuſtum, quaſi multorum annorũ. [כושן *noſchán.* πολυετής. Gal. *Vieil, fort vieil.* Ital. *Annoſo, carico d' anno.* Germ. Alt/wolbetagt Belg Out. Hiſp. *Viejo de muchos annos.* Pol *Stari, Letnĭ.* Vn. Ag, wős. Ang. *Olde, of many yeares.*] Vt Annoſa mater, Colum. lib. 6. cap. 28. Annoſum Falernum, Mart. li. 6. Annoſa ornus, Virg. 2. Aen. Annoſo degit ævo, Plin. lib 4. cap 12.

Annŭŭs, [בן שנה *ben ſchanáh.* ἐνιαύσιος. Gal. *D'vn an.* Ital. *D'vn' anno.* Ger. Jårig Hiſp. *Coſa de vno anno.* Pol. Roczny. Vngar. Egy *eſztendős* Ang. *Of one yeare.*] Quod eſt unius anni. Colum. lib. 4, cap. 24: Vngues cuſtodum annotinos reſecato.

Annŭŭs, a, um, Quod unius anni ſpatio continetur. [ἐπέτειος, ἐνιαύσιος. Gall. *Qui dure vn an, annuel.* Ital. *Coſa d' vn' anno.* Germ. Das ein jar lang wåret/jårlich. Belg Jaerlycz/een jaer lanck/jarich. Hiſpan. *Coſa de vn anno.* Pol Doroczny. Do Roku trwaicy. Vngar. *Eſztendő beli.* Ang *That dureth one yeare.*] Sicut Diurnum, quod diei. Cicer. Caſſio, li. 15: Ad hanc provinciam, quã & ſenatus, & populus annuam eſſe, olunt. ¶ Annuum quoq; dicimus quod fit ſingulis annis. Virg 1. Georg. atq; annua magnæ Sacræ refert Cereri. ¶ Annua abſolutè, dicuntur alimenta in ſingulos annos. Iuven. ſunt quæ tortoribus annua præſtent. Sueton. de Tiber. Peculio conceſſo à patre, præbitisque annuis fraudavit per ſpeciem publici juris. ¶ Annua, bima, trima die, vetus eſt locutio Iuriſconſultis uſitata, pro anno, biennio, triennio. vide Hotom. Lexicon.

Anno, as, n. p. annum ago, à quo fit perenno, quod ſignificat annum perficio.

Anōdīnă, [ἀνώδυνα. Germ. Artzneyen welche zwar den gebreſten nicht hinnemmen / aber den ſchmertzen etwas leichteren vnnd mitteren. Pol. *Lekarſtwo chorobe vlżaiace.* Vng *Fáydalom enyhitő oruoſság.*] A medicis appellantur Pharmaca dolorem ſedantia, quę cruciatus quidem minuunt, partem autem affectam non ſanant, ſed ſenſum ejus obſtupefaciũt. Ab *α* privativo, & ὀδύνη, doleo: *n* litera euphoniæ gratia interjecta.

Anŏmălĭă, f. p. [שלא כמשטם *ſchellό chemiſchpat.* ἀνωμαλία. Gal. *Ineſagalité.* Ital. *Diſugualità.* Germ. Ungleichheit. Hiſpan. *Irregularidad, deſigualdad.* Polon. *Nierownoſć* § *Niezgoda.* Vngar. *Egyenlőtlen vnoſság.* Ang. *Inequalitie, irregularitie.*] Inæqualitas, cui contrarium Analogia. Gell. lib. 2. cap. 15: In Latino ſermone, ſicuti in Græco, alii Analogiam ſequendam putaverunt, alii Anomaliã. ¶ Ἀνωμαλία, eſt ſimiliũ ſimilis declinatio, quam quidã Latinè Proportionem vocant. ἀνωμαλία, eſt inæqualitas, declinationum conſuetudinẽ nõ ſequens.

Anŏmălum, penult. cor. Inæquale. [ἀνώμαλον Gal. *Ineſgal.* Ital *Diſuguale.* Ger. Das ungleich iſt Hiſp *Deſigual* Polon. *Nierowna, Chrupowati.* Vng. *Szokot rénd és mód nélkwl valo* Ang. *Vnequall, vnlike.*] Ab *à* ſine, & ὁμαλὸς, æqualis. Anomalum etiam dicitur aſperum, varium.

Anōnĭs, pen. prod. quæ & Ononis. [ἀνώνις, ἡ ὀνωνίς. Gal *Bugrattes & bugrindes.* Ital. *Bonaga.* Germ Ochſenzung / hawhechel/ ſtaultraut. Ital. *Gatillos, gatinos.* Pol. *Liſi ogon, alie, żórtow zyeuro.*] Herba eſt ex genere aculeatarum, quam recentiores herbam *Reſtam bovis* appellant. Vide Dioſc. lib. 3.

Anōnўmos, pro nomine arboris vide Enonymos.

Anōnўmum, pen. corr. n. ſ. ἀνώνυμον Sine nomine & obſcurum. ¶ Legimus autem populos eſſe in Africa Atlãtes dictos, qui ſunt anonymi: hoc eſt, ſine propriis nominibus, qui in univerſum Atlantes tantùm vocitantur. Horum meminit Plin. lib. 5. cap. 8.

Anormis, me, Sine norma, qui aliorum normam non ſequitur. [שלא כמשטם *ſchellό chemiſchpat.* ἀνώμαλον. Gall D *deſineſuré.* Ital. *Senza regola.* Ger Ohn ordnung/ohn alle maß Hiſ. *Irregular.* Pol. *Nieregadny.* Vng. *Hátrabatáros.* Ang *Without order or rule.*] Horat. 2. Serm. Rufticus anormis, ſapiens, craſſaq; Minerva Vide ABNORMIS.

Anquīnă, pen. prod. f. p. Funis navis, quo ad malum antenna cõſtringitur. De qua Cinna: Atq; anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.

Anquīrĕrĕ, Antiquum eſt verbũ. [חקר *chaká* דרש *daráſch.* ἀμφιζητῶν. Gal. *Faire information ou enqueſte, s' enformer* Ital *Informarſi, far inquiſitioni.* Ger Nachfrag haben/nachſuchen/erforſchen. Hiſpan. *Buſcar por informacion.* Pol. Wpitiwacżyć. Vng. *Meg tudakozni, ki kereſni.* Ang. *To make information or inquiſition.*] Liv. 4. Bell. Pun. Seu legibus ſeu morib. mallet, anquireret: id eſt, ut vulgò loquimur, *faceret inquiſitionem* ſive *informationem*: Quod Cicero tùm Quærere tùm inquirere in aliquem dicit. Hæc Bud. Sed conſtat ex antiquorum monumentis hoc verbum idem eſſe quod accuſare. Liv. lib 8: Capite anquiſitum ob rem bello malè geſtam. Idem libro 26: Quum Tribunus plebis bis pecunia acquiſiſſet, & tertiò capitis te anquirere diceret: Id eſt, Quum accuſaſſet ad populum ut multa rogaretur, tandem capitis accuſare voluit. ¶ Item aliquando poſitum pro judicare & quærere. Liv. lib. 6: Sunt qui Duumviros qui de perduellione anquirerent creatos autores ſunt. Vide Hotoman. Lexicon in Anquiro.

Ansă, Vaſis auris utrinque prominens, quæ ſcilicet manibus teneri ſolet. [אזן הכלי *ózen hachcheli.* λαβή. Gal. *Anſe ou courroye, par laquelle on tient quelque vaiſſeau ou autre choſe.* Ital *Manico d' ogni vaſe.* Ger. Ein handthaben/ôre an einem Geſchirr. Belg Een oore aen een cruyte/oft yewers aen/oft aen handhave. Hiſp. *Aſa de cacharro, chette, macho y hembra.* Pol. *Vcho vnaczynia* Vng *Fwl. fülecske.* Angl. *The handle of a cuppe or pott.*] Virg. in Sileno: Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. ¶ Anſa quoque manubrium, vel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur quandoque pro fibula, ſeu fivula quæ calceis inſuitur. πάβιον. Tibullus: Anſaque compreſſos alligat arcta pedes. ¶ In catenis quoque anſæ vocantur annuli, ex quorum connexione tota conſtat catena. ¶ Proverbiali figura dicetur, in eaſdem anſas veniſti, ἐς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐληλυθας, in eum, qui ſic irretitus eſt. ut quocunque ſe vertat, teneatur, nec explicare ſe poſſit. Plato in Phæd. & Lucian. in Hermotimo. ¶ Per translationem Anſa ponitur pro occaſione. Cic. de Amicit. Quinetiam neceſſe erit cupere, ut quàm ſæpiſſimè peccet amicus, quò plures det ſibi tánquàm anſas ad reprehendendum. Idem pro Planc. Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam. ¶ Hinc proverbialiter dicitur, Anſam quærere, λαβὴ ζητεῖν, pro captare occaſionem. Plautus Perſa: Annón vides hunc anſam quærere? Sic, Anſam præbere, λαβὴν παρέχειν. Ariſtoph in Lyſiſtrat. & Plat. lib. De leg. 3.

Anſŭlă, Diminutivum ab anſa: [אזנורת *lulãuth* βρόχος. Gal. *Anſette ou petite courroye pour tenir quelque choſe.* Ital. *Anelle della catena* Ger. Ein kleine Handhabe. Hiſp. *Eſlauon de cadena.* Pol. Vżko, Rękoieść § Vng. *Fwlet-ke fogantotska.* Ang *A litle handle of a cuppe.*] quo uſus eſt Auguſt. lib 8, Conf. ff. pro annulo quo fiunt catenæ, licet per tranſlationem. Ex voluntate (*inquit*) perverſa facta eſt libido: & dum ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas: quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis (unde catenam appellant) tenebat me obſtrictum dura ſervitus. ¶ In calceamentis quoq; anſulæ vocantur fibulæ, quibus ligãtur. Valer. lib. 8. cap. 13: Mirificè & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida & anſulis paſſus, de ciure eum diſputare incipientem ſupra plantam aſcendere vetuit.

Anſarium. n. ſ cultellus ſutoris, quo pelles purgat. [Germ. Ein Gárbermeſſer.]

Ansātŭs, adject. Quod ansam habet: [ὁ κωπήεις. Gal. *Qui a anse par ou on le puisse prendre.* Ital. *Cosa di vn manico.* Ger. Das ein bre oder ein Handthaben hat. Hispan. *Cosa con ansas ò asideros ò corehetes.* Polon. Vchatu, rękoieść a. Vngar. Fwles, fogontos. Anglicè, *That hath an handle.*] ut, Vas ansatum. Colum. li. 9. cap. 15: Ansatus homo. Plautus Perſa: Subnixis alis me inferam atq; amicibor glorioſè. T. Sed quis hîc anſatus ambulat? Anſatum hominem joco dixit, qui incedit utroque brachio anſarum in modum ad latera applicato: ſive ut ipſe loquitur, qui ſubnixis alis ſeſe infert.

Anſĕr, Avis eſt nota. [χλών. Gall. Oye *ou iars.* Italicè, *Oca papero.* German. Ein Gans. Hiſpan. *Anſar ò pato ò ganſo.* Polonicè, Geś. Vngar. Lud Ang. *A goose, a gander.*] Hæc nocturnas excubias celebrat: vigilias enim ſuas clangore teſtatur. Anſeres olim publicè in capitolio alebantur, quòd cuſtodibus omnibus ſopitis, Romanos ad defenſionem arcis excitaviſſent, & arcem ſuis veluti excubiis, à Gallorum vi ſervaſſent. Anſerum autem alii domeſtici, alii agreſtes, de quibus Plin. libro 10. cap. 22.

Anſĕrīnŭs, a, um, Quod eſt anſeris. [χλώεος. Gall. De oye. Ital. *Cosa di oca.* German. Das zu der Gans gehört. Hiſpan. *Cosa de anſar* Pol. Geśy. Vng. Az *mi az lude.* Ang. *Of a goose or gander.*] Plinius: Tubera & quæcunque emolliri opus ſit, efficaciſſimè anſerino adipe curantur.

Anſĕrcŭlŭs, li, diminutivũ. [χλωάριον. Gal. Oyſon, *petite oye.* Ital. *Vn papero, pollo di oca.* Germ. Ein Gänſle. Hiſ. *Pequenno anſar.* Polon. Gąśiątko, gąska. Vng. *Ludatska.* Ang. *A goosling, a litle goose.*] Colum. lib. 8, cap. 14: Nec noceri poſſit excuſſis anſerculis quos enecant urticæ.

Antăcæī, αἰσχάλαι, Piſces ſuſ: Delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin & Boryſthenis oſtia, in glacie effodi author eſt Strabo lib. 7. Eorum naturam vide apud Aelian. libro 13. cap. 7.

Antăchātēs, ἀνθαχάτης, Gemma ex Achatæ generibus, myrrham redolens quum uritur, & ob id mulieribus grata. Plin. lib. 37. cap. 19.

Antæ, arum, f. p. tantùm pluraliter, Oſtiorum latera dicuntur: [παραστάδες. Ger. Fürbûg an den Thürgeſtellt. Pol. *Podwoi.* Vng. *Aytofzine.*] à quibus Antepagmenta dicuntur ornamẽta valvarum quæ antis appinguntur: hoc eſt, affigũtur, Feſtus. ¶ Antes ſunt extremi ordines vinearum, unde etiam nomen trahunt. Antæ, quæ ſunt latera oſtiorum. Idem: Antes ſunt quadraturæ, unde & Antæ dictæ ſunt quadræ columnæ. ¶ Anta in ſingulari legitur apud Vitruvium, & Antarius apud eundem libro 19. cap. 3: His explicatis antarii fines ante laxi collocentur.

Antănāclăsĭs, ἀντανάκλασις, ad verbum transferri poteſt, Ex adverſo refractio. Figura, cùm id quod ab altero dictum eſt, nõ ea mente qua dictum eſt, intelligitur: ſed in aliam aut contrariam, accipitur. Vide Quintil. lib. 8, cap. 3.

Antapocha, æ, penult. correp. f. p. Bud. [Ger. Ein Gegenzettel / ſo den andern tödt vnd abthut.]

Antăpŏdŏsĭs, penul. corr. f. t. ἀντιπόδοσις, Figura eſt quũ media primis & ultimis reſpondent: ut, Veſtrum hoc factum reprehendo: P. C. Non meum, ac pulcherrimum quidem factum, verùm ut dixi, non meum, ſed veſtrum.

Antārctĭcŭs circulus, ἀνταρκτικὸς κύκλος, qui arctico ex diametro opponitur, terræq; objectu à nobis cerni non poteſt. [Germ. Der vnverruckt punct vnd end oder Stern des Himmels gegen Mittag.] Hujus circuli centrum polus Antarcticus, appellatur, qui Arctico polo oppoſitus eſt, & alio nomine Auſtralis appellatur.

Antĕ, Modò adverbium, modò prępoſitio eſt. [קדם *kédhem.* Gal. *Parauant, au parauant.* Ital. *Prima innanzi.* Germ. Vorhin / zuvor. Belg. Voer. Hiſpan. *Ante, delante.* Polonicè, *Przedtim.* Vng. *Elõt, Elõl.* Ang. *Before, in tymes bygone.*] Adverbium, quando nulli deſervit caſui, & ſignificat Antea, πρότερον. Virg. Aeglog. 1: Antè leves ergo paſcentur in æthere cervi. Hoc enim accidit multis præpoſitionibus. Nec mirum, quando adverbiis etiam quibuſdam liceat vim præpoſitionis aſſumere: ut, Pridie Calendas, pridie Nonas. ¶ Itaque Apud, Circum, Ante, Poſt, & reliquæ, tunc præpoſitiones jure appellantur, quando caſibus adjunctæ tranſitionem facere oſtenduntur, quod eſt proprium ipſarum: quando verò ſine caſibus ponuntur, ſunt adverbia. ¶ Sciendum quòd Ante & Poſt, quum caſibus prępoſuntur, accuſativum exigunt: ut, Ante, Poſt annum, diem: quum verò caſibus ſubjiciuntur, ablativum. Plaut. in Aſin. Vix anno pòſt exegi. Cic. de Nat. deor. Ille multò ante lucem ſurrexit. Niſi malis dicere, ibi eſſe adverbia. ¶ Ante præpoſitio, πρό, extra compoſitionem, quandoque perſonam, quandoque locum, quandoque tempus denotat: ut, Ante ora parentum, Ante templum, Ante duos annos. ¶ Compoſita plerunque ſignificat ſicut ſonat, & componitur cum dictione incipiente ab A: ut, Anteambulo: à c: ut, Antecapio: e, ut, Antefero: g, ut Antegradior: l, ut Antelucanus: p, ut Antepono: ſ, ut Anteſto. ¶ Ab Ante fiunt derivativa, Antica, Anticum, Antes, Antenna, & hujuſmodi. ¶ ANTE, id tempus notat quod actum præcedit, poſt quod ſubſequitur communis doctorum opinio, quæ ſententia in actu momentaneo expeditum intellectum habet, ſed in actu tractum habente, idem eſt, ut quum dicimus rem ante bellum factam, intelligitur cœptam. Legatur Alc. in leg. ff. Si cert. pet.

Antĕă, Antehac, ante hoc tempus, ſuperioribus diebus. [קדם *kédhem.* πρότερον. Gall. *Par ci deuant, deuant ce temps-là.* Ital. *Innanzi, prima.* Ger. Zuvorhin / vor der zeit. Belg. Te voren. Hiſp. *Antes ò delante.* Pol. Przedwczorem. Vngar. Ezelõt. Ang. *In tymes bygone.*] Horat. Epiſt. 11: Pecti, nihil me, ſicut antea, juvat Scribere verſiculos amore perculſum gravi.

Antĕ aliŏs, Præ aliis in comparationibus locum habet, quẽ in uno aliquo vel nonnullis aliquid ineſſe oſtẽdere volumus; quàm in aliis omnibus. πρὸ πάντων. Virg. 11. Aeneid. Ille mihi ante alios fortunatuſq; laborum Egregiuſq; animi. Idem 3. Aeneid. O felix una ante alias Priameia virgo.

Antĕăctŭs, participium ex ante, & actus, Præteritus, ſuperior, elapſus. [קדמוני *kadmoni.* Gal. *Faict deuant.* Ital. *Cosa fatta innanzi.* German. Zuvor vollbracht / vergangen. Hiſp. *Cosa hecha delante.* Polon. Przedtim skończony, Przeſzły. Vng. *Meg let, el múlt.* Ang. *Done before, bygone, paſt.*] Cicer. pro M. Marcello: Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum capit. Idem 5. in Verr. Nihil putas valere in judiciis conjecturam, nihil ſuſpicionem, nihil anteactæ vitæ exiſtimationem.

Antĕămbŭlo, as, præcedo, progredior. [προπέμπω. Ger. Zů gang voran.]

Antĕămbŭlo, penul. corr. anteambulonis: [עבדי הולך *holéch liphné.* πρόπομπος. Gal. *Eſcuyer allant deuant ſon ſeigneur.* Ital. *Scudiero che camina auanti il ſuo ſignore.* Ger. Ein vorlauffer / ein Knecht der vor ſeinem Herrẽ hinreittet oder gehet. Hiſpan. *Eſcudero que anda adelante.* Pol. Wprzod chodzący, albo iezdzący. Vng. *Elõl iáro, hop meſter.* Ang. *An vsher or treader that goeth before his maiſter or maiſtreſſe.*] ab ante & ambulare, qui aliquem ſuperiorem honoris cauſa præcedens comitatur. Mart. lib. 10: Anteambulones & togatulos inter, Centum merebor plumbeos die toto. Sueton. in Veſpaſ. Dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

Antĕcănĭs, à Cicer. de Natura deorum dicitur ſydus illud, quod à Græcis πρόκυων: inde nomen habens quòd ante majorem Canem exoritur. Hic, teſte Higino, in lacteo circulo eſt defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangẽs. Spectat ad Occaſum, utpote qui inter Geminos & Cancrum ſit conſtitutus. Tres tantùm habet ſtellas. Ab aliquibus Abticanis appellatur, ſed illorum error ex Græcæ dictionis compoſitione facilè deprehenditur.

Antĕcăpĭo, act. t. Prævenio, anticipo. [קדם *kiddém.* προλαμβάνω. Gall. *Preuenir, anticiper, preaccuper.* Ital. *Preuenire, anticipare.* Germ. Voranhin nemmen / für kommen. Hiſp. *Venir delante* Pol. Vprzedzam, wprzodbiore. Vng. *Elõl veszõm.* Ang. *To preueine, to preoccupie.*] Saluſt. Conſul optimum factu ratus, noctẽ quæ inſtabat, antecapere, nequid eo ſpatio novaretur. Tacit. li. 20: Quia pontem Moſæ fluminis anteceperat.

Antĕcăptŭs, participium, [προλαφθείς. Vngar. *Elõl vetetõt.*] Livius lib. 5. ab Vrb. Non loco caſtris antecapto, non præmunito vallo. ¶ Anteceptus etiam legitur, ſi locus mendo vacat. Cicero 1. de Nat. Deor. Quam appellat πρόληψιν. Epicurus: id eſt, anteceptam animo rei quandam informationem.

Antecapio, onis, Cic. de Nat. Deor. dixit, pro antecapta animo rei quadam informatione. Græci πρόληψιν vocant.

Antĕcēdo, pen. prod. n. t. Præcedo, anteeo, præeo, & aliquando ſupero, excello. [קדם *kiddém* הותיר *hothír.* πρόειμι. Gall. *Aller deuant, preceder.* Ital. *Precedere, andare innanzi.* Germ. Voranghen. Belg. Voergaen. Hiſpan. *Irò eſtar delante.* Polon. Wprzodchodze. Vng. *Elõl megyõk.* Ang. *To go before.*] D. Brutus Ciceroni: Biduo me Antonius anteceſſit, itinere multo majore fugiens, quàm ego ſequens. Cicero pro Archia: Celeriter antecedere omnibus ingenii gloria contigit.

Antĕcēdēns, participium. [πρόειμι. Vng. *Elõl menõ, elõl iáro.*] Plinius: Antecedens annus. Cic. Antecedens dignitate. ¶ Antecedentis gradus homines qui latioris ſunt dignitatis, quibus opponuntur inferioris gradus homines à Marcello Iuriſconſ. D. lib. 23 Tit. 2. l. 49.

Antĕcēſſŏr, oris, m. t. Qui antecedit. [נגד *naghídh.* πρόδρομος. πρόπομπος. Gal. *Auantcoureur.* Ital. *Quel che corre ò camina innanzi.* Ger. Vorgenger / vorleuffer / vorbott. Hiſp. *Anteceſſor, ò que eſta delante.* Pol. Przedbiegaia, przedsłaniec. Vng. *Elõttem menõ, Elõl menõ iáro.* Ang. *That goeth before.*] Suet. in Vitel. Irruperant jam agminis anteceſſores, & ſingula rimabantur. ¶ Anteceſſor, priorem magiſtratum quoque ſignificat cui alter ſuccedit. ¶ Item anteceſſorũ nomine Iuris doctores & magiſtri à Iuſtiniano appellantur. ¶ Anteceſſores equites Hircio de bello Africo.

Africo, antecurſores Cæſari. [Polon. Wprzod ieżni. Vng. Elől iárok.]

Antĕcēlsĭo, onis, Prærurſio, pregreſſio. [Vng. Elől iárás, elől menés.] Cic. 1. Offic. Conſequentia cernit, cauſas rerum videt, eatumq; progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat.

Antĕcēſſus, ſive Anteceſſum, dicitur id quod priùs datur, ut pòſt aliquid recipiatur, [Germ. Ein Gab das man angibt/zuvor ehe man das vbrig gibt.] Seneca lib. 4. de Benefic. Vnde apud me iſtæ expenſorum acceptorumq; rationes diſtinguuntur. Ego, quòd cui debeam ſcio, aliis poſt longam diem repono, aliis anteceſſum. Et alibi: Sed non ero difficilis, bene credi tibi ſcio: itaq; in anteceſſum dabo.

Antĕcēllo, n. t. præcello, antecedo, ſupero. [Gal. Exceller, eſtre plus auancé. Ital. Auãzare, vincere. Ger. Vbertreffen/vbertreffen. Belg. Ict gae te boven. Hiſp. Sobre pujar à otro, adelantarſe. Pol. Przechodze, przewyſzam. Vn. Meg haladom, elől veszöm. Ang. To excell, to surmount more the an other.] Cic. pro Cornel. Qui eloquentia cæteros antecellis. Idem Offic. 1: Omnes participes ſumus rationis præſtantiæque ejus, qua antecellimus beſtiis.

Antĕcellens, tis participium. [Vng. Meg halado, elől veuő.] Cicer. pro Muræn. Q. Catullum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.

Antĕccēnĭum, n. ſ. Cibus, qui ante cœnam ſumitur: vulgò Merenda. [Gal. Le reciner ou gouſter. Ital. Merenda. Ger. Das Abendeſſen/Abendbrot. Hiſ. Merenda ò comida ante de la cena. Polon. Podwieczorek, iużyna. Vngaricè, Vsonna. Angl. Meat before ſupper.] Apul. lib. 2: Prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antĕcūrsŏr, Qui præcurrit: ab Ante, & Curſor. [Gal. Auant-coureur. Ital. Chi corre innanzi, ſtaffiere. Ger. Vorlauffer. Belg. Een Voorlooper. Hiſp. Corredor, ò atajador del campo. Pol. Przedbiegacz. Vng. Elől futo. Ang. That runneth before.] Cæſ. 1. Bell. Civil. Ibi cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo. Idem 5. Belli Gall. Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſſi adventu certior factus.

Antĕdīco, is, ere, Prædico. [Gal. Predire, dire deuant. Ital. Indouinare. Ger. Vorſagen / Weiſſagen. Hiſp. Dezir delante. Pol. Przepowiadam obwieszczam. Vngar. Meg iővendől öm, elől meg mondom. Ang. To ſay or ſpeak before.] Cic. 2. de Div. Hæc qui antedicunt, quam rationem ſequantur, vides.

Antĕĕo, n. q. Præcedo, præeo, præcello, antecedo, ſupero, tàm dativo; quàm accuſativo jungitur. [Gal. Aller deuant, preceder. Ital. Andare innanzi. German. Vorgehen/ voran gehen. Belg. Voergaen. Hiſp. Ir delante. Pol. Wprzod ide. Vng. Elől megyök. Angl. To go before.] Cic. 2. Offic. Barbarum diſtricto gladio jubebat anteire. Plaut. in Amphitr. Virtus omnibus rebus anteit. Cic. Offic. lib. 2: Cæteros virtute anteeunt. Saluſt. in Iug. Et quum omneis gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Ante expectatum, ſive Antexpectatum, una dictione (ut Servio placet in illud Virgilii: Antexpectatum poſitis dat in agmine caſtris) ponitur pro adverbio temporis, & idem eſt quod Antè vel citius, quàm expectabatur. [Ger. Eh dann man ſolches verhoffet.]

Antĕfĕro, penult. corr. act. inconſ. Antepono. [Gall. Preferer, priſer plus. Ital. Anteporre. Ger. Höher halten/ oder ſchetzen. Hiſp. Poner delante. Pol. Przekladam, wieceu waże. Vngar. Elől vetöm. Ang. To eſtime better, to preferre.] Cicer. Cecin. Quum veliniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem.

Antĕlātus, part. Prælatus, [Gal. Preferé, eſteué ſur les autres. Ital. Preferito, piu ſtimato. Ger. Höher gehalten/höher geſchetzt für ander Leut. Hiſpan. Antepueſto, pueſto delante. Pol. Wiżej wagi. Vng. Elől vetett öt iővnak böſzönetet. Ang. Preferred.] Cic. de provinc. Conſ. Quum ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus.

Antĕfīxă, Dicuntur quæ ex opere figulino ſub tectis affiguntur ſub ſtillicidio. Feſtus.

Antegenitus, priore loco genitus. [German. Vorhin geboren.] Hinc

Antĕgĕnĭtālĭs, penult. prod. adjectivum. Plin. lib. 7. cap. 55: At quantò faciliùs, certiusque, ſibi quenque credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento?

Antĕgrĕdĭŏr, d. t. Præfero, præeo. [Gall. Marcher deuant, preceder. Ital. Andare innanzi. German. Vorgehen/ voran tretten. Hiſp. Andar delante. Polon. Wprzode ide. Vngar. Elől megyök. Ang. To go before.] Cic. 1. Off. Quicquid eſt quod deceat, id tum apparet, quum antegreſſa eſt honeſtas. Idem de Nat. deor. Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem.

Antĕhăbĕo, Præfero. [Gal. Preferer, eſtimer plus. Ital. Anteporre. German. Höher halten. Hiſ. Poner delante. Pol. Wiecżej waże. Vng. Nagyobnak böſzöllöm. Ang. To eſteme more, to preferre.] Huic opponitur Poſthabeo, poſtpono. Tacit. lib. 4: Ne divulgata, atq; incredibilia avidè acceptaveris, neq; in miraculum corruptis, antehabeant.

Antĕhāc, Ante hoc tempus, ante illud tempus. [Gal. Par ci deuant, auparauant. Ital. Per adietro, nel paſſado. German. Vor der zeit/vormalen. Belg. Voer tyts. Hiſp. Adelante. Pol. Przedtim. Vngar. Ez elől. Ang. Before this tyme, in tymes bygone.] Terent. in Andr. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet: id eſt, Ante hoc tempus, ſive hactenus, vel uſque modò. Saluſtius: Sic erat accenſa libidine, ut ſæpiùs peteret viros, quàm peteretur: ſed ea ſæpè antehac fidem prodiderat: id eſt, Ante illud tempus: quemadmodum Poſthac, non tantùm poſt hoc, ſed etiam poſt illud tempus ſignificat.

Antĕlŏquŏr, d. t. prius loquor. [Ger. Zuvor reden.] à quo

Antĕlŏquĭum, n. ſ. Primus in loquendo locus, ſeu principatus loquendi. Macrob. Huic aſſenſi omnes, Prætextato anteloquium detulerunt: id eſt, primas loquendi vices, ait Budæus. Idem Saturn. lib. 1. cap. ult. Philoſophia, quod unicum eſt munus Deorum, & diſciplina diſciplinarum, honoranda eſt, anteloquio.

Antĕlūcānŭs, a, um, Quod eſt ante lucem. [Gal. Qui eſt ou eſt fait deuãt le iour. Ital. Nanti giorno. Ger. Das früh vor tag iſt. Hiſp. Ante de la luz del dia. Polon. Poranni, przed ſwitanim bedący. Vng. Igen reg gelí virratta elől valo, traynalu. Ang. That is done before day light.] Cic. M. Catoni: Ex antelucano tempore uſque ad horam diei decimam magna multitudine hoſtium occiſa. Sic & Antelucanæ cœnæ. ¶ Antelucani flatus, ἀμφίλυκοι ἄνεμοι. Venti ſunt diluculò flantes, verno præſertim tempore, ſolè autem invalescente cadentes. Oriuntur ex vicinis fluminibus, aut cõvallibus, aut ex ſinu aliquo, nec ultra terræ conſpectum feruntur.

Antĕlūco, as, n. p. pen. prod. ſive Antelucor, ſignificat ante lucem vigilo, ἀγρυπνέω.

Antĕlūcŭlō, adver. quaſi ante lucĕ. [Gal. Deuant iour. Ital. Nanti giorno. Ger. Vor Tagzeit. Hiſ. Delante el luz. Pol. Przedniem. Vng. Virratta elől. Ang. Before day light.] Apul. 1: Optimum itaq; factu viſum eſt, anteluculò furtim evadere.

Antemalorum, hyphen eſt: id eſt, ſubunio: quia ſub uno accentu duæ dictiones proferuntur. Eſt enim Vnitas quaſi compoſitio: nam ſignificat præteritorum malorum. Sic apud Terent. Semperlenitas, pro perpetua lenitas. Virg. 1. Aeneid. neque enim ignari ſumus antemalorum.

Antĕmĕridĭānŭs, Quod eſt, vel fit ante meridiem. [Gal. De deuant midi. Ital. Nanti mezzo di. Ger. Vormittag. Hiſp. Coſa antes del medio dia. Pol. Przedpoludniowy. Vngar. Dél elől valo. Ang. That is before midday.] Plin. lib. 36. cap. 15: Antemeridiano Ludorum ſpectaculo edito. Cic. Attic. lib. 3: Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi.

Antĕnnă, f. p. Lignum tranſverſum in navi ad malum, cui velum alligatur: à circumtenendo dictum. [Gal. Le bois qui trauerſe le maſt du nauire, à quoy eſt lié le voile. Ital. Antenna. Germ. Die Segelſtang in einem Schiff. Hiſp. Antenna de la nao. Pol. Zerdżnaktorei żagiel wiszą. Vng. Vitorla fa. Ang. The ſayle yard.] Plin. lib. 1: Non antennas ſolùm, verùm ipſa navigia contorta frangens. Virg. 3. Aeneid. Cornua velatorum obvertimus antennatum.

Antĕ oculos, [Ger. Vor augen. Vng. Szöm látomásl, ſzöm elől.] Minus eſt, quàm Coràm. Nam Coràm proximitatem ſignificat. Ante oculos poteſt etiam de remotiore loco intelligi, modò extra conſpectum non ſit. Terent. in Evnuch. Quæ mihi hìc ante oculos amatorem coràm adduxti tuum.

Antĕŏccŭpo, anteoccupas, penult. corr. Præoccupo. [Gall. Preuenir, anticiper. Ital. Preuenire, preoccupare. Ger. Zuvor einnemmen/ fürkommen. Hiſp. Tomar de primero. Pol. Vprzedżam, wprzod oſiadam. Vng. Elől el foglalom, elől veszöm. Angl. To preuene, to preoccupie.] Cicer. in Orat. Vt anteoccupet quod putat opponi.

Anteoccupatio, onis, ſ. t. Cic. in Orat. Erroris inductio, in hilaritatem impulſio, anteoccupatio.

Antĕpagmĕntă, n. ſ. Sunt valvarum ornamenta, quòd ante valvas appingantur: id eſt, affigantur: vel quod appingantur antis, ſeu valvis. [Ger. Köſtliche zierd an den Porten. Pol. Malowanie na podwoiach. Vn. Ayto ſzinén valo czifrázás, virágozás.] Cato cap. 14: Fullonicam unam antepagmenta, vasa, torcula, duo. Sunt qui legant Antipagmenta.

Antĕpīlāni, m. ſ. In Romana militia ſecũdæ aciei milites erãt ſcutati omnes, robuſtioris q; ætatis, qui, quòd ferè ex optimatibus eſſent, & armis maximè inſignes etiã principes ſunt appellati. [Germ. Die beſten vnd ſterckeſten Kriegsleut/ ſo in den Römiſchen Schlachtordnungen vor den Kriegsknechten ſtunden.] Dicti autem

autem sunt Antepilani, quòd ante Pilanos: hoc est, ante Trojanos, qui pilis pugnabant, prælium capesserent. Ita enim apud Romanos, teste Livio, acies instruebatur, ut primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore juvenum pubescentium collecti: qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus scutatis, quos Antepilanos vocari diximus in intervalla ordinum recipiebantur: principesque in eorum locum succedebant: hastati autem post eos subsequebantur. Si à principibus quoque non satis feliciter esset pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, unoque facto agmine, jam nulla spe post se relicta, unà omnes in hostem procedebant. Ex his itaq; Triarii, qui novissimi prælium inibant, Pilani dicti sunt, quòd pilis præcipuè in bello uterentur. Erat autem Pilum teli genus longum pedes quinq; & semis: Romanis familiare· quemadmodum Sarissæ Macedonibus, & Gæsa Gallis. Principes verò scutati, qui ante hos in acie cõsistebant, Antepilani dicti sunt. Hæc ferè Liv. lib. 8. ab Vrbe condita.

Antĕpōno, nis, Ante aliquid pono. [הקדים *hikdím.* προτίθημι. Gal. *Mettre deuant.* Ital. *Anteporre.* Ger. Voranhin setzen/ fürsetzen. Belg. Voer setten. His. *Poner delante.* Pol. *Przedkladam.* Vng. *Elől vetőm.* Ang. *To put before, to preferre.*] Plaut. in Curcul. Quid antepones Veneri à spectaculo? ¶ Sæpè ponitur pro præfero, antefero & priorem duco, προτίθημι. Cicero in Læl. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Antĕquam, pen. corr. Adverb. um, Priusquã. [קדמת *kadhmáth* בטרם *betérem.* πρὶν αὖ, πρίν ἤ. Gall. *Deuant que, auant que.* Ital. *Auanti che, prima che.* Germ. Eh dann/ vor vnd eh. His. *Antesque.* Pol. *Drzewieij, pierwey.* Vn. *Minek elötte.* An. *Before that.*] Hoc modò junctũ legitur, modò disjunctũ, aliquo scilicet interjecto. Iunctum construitur cum subjunctivis. Cic. 1. Philip. Antequam de Repub. P. Ç. dicam. Disjunctum cum indicativis. Virg. 4. Aeneid. Ante pudor quàm te violo, &c. Autor est Diomedes. Illa tamen differentia (nisi fortè corrupta sunt autorum loca) non semper observatur. Cicer. pro Muræn. Antequam pro Muræna dicere instituo. Idem Attico: Antequam discedimus. Virg. in Georg. Antè novis rubeant quàm prata coloribus. Cic. pro Rab. Quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses.

Antĕăc, ŭs. Antehac vel priùs. [ἔμπροσθεν. Vng. *Elől.*] Fit enim ab ante: sicut à post Posteriùs. & à Sub, Subteriùs, quo usus est Boëthius. Sidon. ad Domitium: Quæ nam potissimùm anterius caulibus nostris culina fumaret.

Antērmĭnī, m. s. Qui circum terminos provinciæ habitant. [Pol. *Pogranicźni.* Vng. *Határban lakók.*] Festus. περίοικοι.

Anterotes, ἀντέρωτες, Gemmæ sunt ex generibus amethysti: de quibus Plin. lib. 37. cap. 9.

Antĕs, m. t. Nomen ab Ante deductum, quo significantur eminentes lapides, sive ultimæ columnæ quadratæ, quibus sustinetur fabrica. [παραστάτου. Ger. Die ortstäg in Reben/ fürhäupter in den Weingärten oder Gemewr darumb. *Item,* die auffgerichten Seülen darauff das Gebew stehet. Pol. *Slupi naktorichbud stoij.* Vn. *Szögelet kő.*] Nonius tamen simpliciter antes quadraturas esse scribit: antas verò columnas quadratas. Hinc dicti videntur Antiani magistratus in urbibus, qui semestrem magistratum exercent: qui, velut antes columnæ, totius urbis onera sibi incumbentia sustinẽt. ¶ Antes etiam dicuntur primi ordines vitium: sic dicti, quòd antè stent, & se primos offerant. Virg. lib. 2. Geor. Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

Antĕsīgnānŭs, m. s. Miles qui ante signum in acie collocatus, Signorum: hoc est, vexillorum propugnator; sive defensor. [דגול *daghúl.* σημαιοφόρος. Gal. *Qui marche en bataille deuant le Port' enseigne ou le guidon.* Ital. *Capitano di bandiera, Confaloniere.* Ger. Der vor dem Fehnlein oder Panter stehet vnd streittet. His. *Alferez.* Pol. *Chorąznego zastępca albo obronca.* Vng. *Száklo ő. zővitéz had nagy vezér.* Ang. *One nixt the standerd to defend it, that goeth before the standerd.*] Nam signum pro vexillo militari ponitur. Liv. 4: Signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. Signifer est, qui vexillum fert. Livius ibidem: Ita primo statim prælio, quum Dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri properè jussit, signiferumq; ex suis unum cunctantem occidit.

Antēsto, as, n. p. cum Dativo, construitur, significatq; Præsto, antecello. [הותיר *hothir.* προέχω, περιγίνομαι. Gall. *Estre deuant, estre plus auancé.* Ital. *Stare innanzi.* Ger. Den vortrab oder vorgang haben/ fürtreffen. His. *Estar delante.* Pol. *Przewyższam.* Vng. *Elől állok.* Ang. *To be in greater honour or valour.*] Cic. de Invent. Omnibus corporis viribus antesteterunt. Gell. li. 9: Qui & virib. & magnitudine, & adolescentia, simulq; virtute cæteris antestabat: id est, antecellebat: sed hoc per trãslationem: nam propriè significat sicut sonat. Vnde Antistes & Antistita, de quibus infrà.

Antēstŏr, aris, d. p. teste Budæo, Vetus est Iurisconsultorum verbum, significans accipere in testem. Apud veteres enim qui adversarium in jus pertrahere volebat, prius aliquem de præsentibus antestabatur: hoc est, attestabatur, vel testem capiebat, ejus attingens auriculam, & sic interrogans, Licétne antestari? illo autem respondente, Licet: tum injecta manu adversarium in judicium rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat: servi autem testes esse non poterant. Ad hoc alludit Horat. lib. 1. Serm. Sat. 9. quum ait: -quò tu turpissime? magna Exclamat voce, & licet antestari? ego verò Oppono auriculã: rapit in jus. Hanc etiam juris solennitatem elegantissimè depinxit Plautus in Persa: Age (*inquit ibi Saturio*) ambula in jus leno. DORP. Quid me in jus vocas? SAT. Illic dicam apud Prætorem: sed ego in jus voco. DORP. Nónne antestaris. SAT. Túan' ego causa carnifex cuiquam mortali libero aureis atteram? Quare autem antestantes testium aures apprehẽdamus, docet Plin. lib. 11. cap. 45: Est (*inquit*) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes antestamur.

Antĕvĕnĭo, Prævenio. [קדם *kiddém.* προφθάνω. Gal. *Anticiper, venir deuant vn autre.* Ital. *Venire innanzi.* Germ. Fürkommen. His. *Venir delante.* Pol. *Vprzedam pierwei przychodze.* Vng. *Elől vészöm.* Ang. *To preuene, to come before.*] Salust. in Iug. Ac per tramites occultos exercitũ, Metelli antevenit. Plaut. in Trinummo, dativo junxit, pro Coràm, sive obviam venio: Tempori huic hodie anteveni.

Antĕvĕrto, n. s. Prævenio, præverto, antevenio. [קדם *kiddém.* φθάνω. Gall. *Deuancer, anticiper.* Ital. *Anticipare, trapassare chi camina.* Germ. Fürtauffen/ fürkommen. His. *Preuenir, ò auticipar.* Pol. *Przedbiegam.* Vng. *Elől vészöm.* Ang. *To preuent.*] Cicer. in Læl. Idipsum quum tecum agere conarer, Fannius antevertit: id est, prævenit.

Antĕvŏlo, as, [προίπταμαι. Gal. *Voler deuant.* Ital. *Volare auanti.* Ger. Voran fliegen. His. *Volar delante.* Pol. *Przedlatuie.* Vng. *Elől röpdöklök.* Ang. *To flee before.*] Virg. 9. Aeneid. -antevolans tardum præcesserat agmen.

Antĕūrbānŭs, a, um, Quod est urbi propinquum. προάστιος. Vnde Anteurbana prædia dicuntur, urbi propinqua. Festus.

Antēxpĕctārum, Vide ANTE EXPECTATVM.

Anthalium, ἀνθήλιον, Malum est rotundum, magnitudine mespili, in locis Aegypti arenosis nascens, nõ procul à Nilo, quod bellariorũ vicem in secundis mẽsis apud Aegyptios obtinet. Vide Plin. lib. 20. cap. 15. Theophrastus Anthali malum vocat, ab Antalo planta, in qua nascitur, quam Plinius cyperi folia habere tradit.

Anthēdŏn, pen. prod. ἀνήθδων, Mespili arboris genus, pomũ ferens minus cæteris, sed odore præstantius, & quod diutiùs servetur. Flos amygdalæ flori similis, folium magna ex parte fissum, quod antequam decidat, valde rubescit. Non fuit in Italia hæc arbor Catonis tempore. Vide Plin. lib. 15. cap. 20.

Anthĕmĭs, anthemidis, pen. corr. f. t. [Germ. Camillenblumen. Pol. *Camomilla.*] Herba est fœniculi folio: quã nonnulli Leucanthemida, alii Leucanthemum, nonnulli Melanthemon vocant. Hanc medici recentiores barbarè *Camomillam* vocant. Ruell. lib. 3. cap. 68. & Plin. lib. 22. cap. 21.

Anthericeum, n. s. ἀνθερίκειον, Balsami genus tenui & capillacea coma. Anthericeæ enim Aristæ dicuntur.

Anthericus, ἀνθέρικος, Scapus est, sive caulis Asphodeli herbæ: quam *Hastulam regiam* quidam hodie appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 2. ¶ Hujus herbæ caules Herodotus antherices vocat, teste Suida: quos & tenaciores ait esse, quàm ut frãgi queant. Hinc locus factus Proverbio: Anthericum metere, Ἀνθέρικον θερίζειν, Quadrat in eũ, qui laborem inanem ac sterilem caperet.

Anthias, ἀνθίας, Piscis nomen est, qui circa Chelidonias Asiæ insulas capitur: cujus naturam vide apud Plin. lib. 9. cap. 59.

Anthilion, herba, à Dioscoride auricula muris appellata.

Anthĭnum mel, [ἀνθινὸν μέλι vocatur, quod vere factũ est, quoniam ex floribus favi construuntur, quos Græci ἄνθη appellant. Pol. Wiosnowi miod. Vng. *Tauaszi méz.*] Mel verò æstivum vocatur ὠραῖον, quòd Græci omneis fructus æstivos nominant ὠραίους, quoniam id tempus per excellentiam Horam vocant.

Anthrax, [פחם *ghechál.* ἄνθραξ. Gal. *Charbon ou anthrac.* Ital. *Carbone, carbon chio.* Germ. Ein Koln. His. *Carbon ò carbonelo.* Pol. Wągl. Vng. *Holtszén.* Ang. *A coale.*] Latinè carbo. ¶ Est & anthrax, gemmæ nomen pretiosissimæ, rubræ & transluciday ta dicta ab igniti carbonis similitudine: unde & à Latinis Carbunculus dicitur. ¶ Hoc præterea nomine medici vocant ulceris genus (teste Galen. lib. 6 de Composit. medic, secundum genera) celeriter crustam faciens, cum vehementi totius circunstantis, particulæ inflammatione.

Anthrăcītēs, ἀνθρακίτης, Gemma est, in qua veluti scintillę ignis discurrere videntur. Plin. lib. 37. cap. 7.

Anthrăcĭnŭs, m. s. ἀνθρακίνος. Color niger, à carbone, quòd carboni similis sit: sive quòd hujusmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. Varr. de Vit. Past. Propinquæ adolescentulæ,

fcentulæ,etiam anthracinis proximo amiculo nigello,capillo demiſſo ſequuntur luctum.[Polon.*Czarni iaho wagl.* Vngar. *Fekete.*]

Anthrīſcŭs, ſive Anthriſcum, *ἀνθρίσκος*, Herba eſt Scandici adeò ſimilis,ut eadem videri poſſet, niſi tenuioribus & odoratioribus foliis ab ea diſtingueretur. Peculiaris ejus laus eſt, quòd fatigato venere corpori ſuccurrat, jamq; ſenio marceſcentes coitus excitet,& alba fœminarum ſiſtat profluvia. De hac Plin.lib.20.cap.15.

Anthrōpogrăphŭs, *ἀνθρωπογράφος*, Dictus eſt Dionyſius, quòd nihil aliud quàm homines pinxerit.Plin. lib.35. cap.10.

Anthrōpŏmōrphŏn, *ἀνθρωπόμορφον*, à Pythagora dicta eſt herba quædam ſomnifera,quam alio nomine Mandragoram appellamus: ab humana nimirum forma impoſito nomine, quam radix ejus utrunq; videtur imitari.

Anthrōpŏmōrphītæ, *ἀνθρωπομορφῖται*, Dicti ſunt, qui ſimplicitate ruſtica Deum *ἀνθρωπόμορφον* eſſe: hoc eſt, humanam formam,& membra habere arbitrabantur. [Pol. *Człekorzi Bogowie wieka przemieniaia.* Vng. *Emberi tęſtewʼ lſten tſimálo eretnękek.*] Vnde & Anthropomorphitica hæreſis.

Anthŭs, *ἄνθος* Ariſt. Hiſt.lib. 8. cap. 3. Florus Gazæ, *φλόξ* Suidæ. Avis eſt pulchri coloris, magnitudine fringillæ,circa amnes ac paludes degit. Hæc adventu equorum herbæ pabulo pulſa ut injuriam ulciſcatur, hinnitum irridendo imitatur. Plin.lib. 10.cap.42. ex Anſtotele ſic deſcribit: Eſt quæ equorũ quoq; hinnitus,Anthus nomine,herbæ pabulo adventu eorũ pulſa imitatur, ad hunc modum ſe ulciſcens. Rurſus cap. 74. Aegithum verò Anthus in tantum odit, ut ſanguinem eorum credant non coire,multisq; ob id infament veneficiis.

Anthўpŏphŏrā, *ἀνθυποφορά*,Figura eſt apud Rhetores, quã Quintilianus ſubjectionem vocat, quum tacitæ adverſariorũ objectioni occurrimus,eorumque nobis dicta,ſententiasque proponimus,in hoc tantùm, ut illis reſpondeamus. De hac Iul.Rufinianus lib. 2.

Anthўllĭŏn, *ἀνθύλλιον*, Herba eſt lenti ſimillima, quæ in vino pota,veſica vitiis liberat,& ſanguinem ſiſtit. Plin.li.26. cap.8.

Anthўllĭs, *ἄνθυλλις*,Herba eſt chamæpityos ſimilitudine, flore purpureo,gravi odore,radice intubi. Plin.lib. 26.cap.8.

Antĭă lex, Dicebatur quam Antius Reſtio tulit:quẽlicet optima eſſet, luxuriæ tamen obſtinationę nullo abrogante obliterata eſt: propter quod Reſtionem ipſum tradunt, quandiu poſtea vixit, foris non cœnaſſe, ne legem à ſe latam contemnere videretur.Vide Macrob.lib.3. cap.17.

Antĭæ,ſive Anthiæ,arum,Apuleius Floridorum li.1.de Apolline-lam primùm inquit, crines ejus præmulſis anthiis, promiſſis capronis anteventuli & propenduli. Sunt muliebres capilli,in fronte demiſſi, quòd ante faciem ſiti ſint. [תֹּאַר *tſammáh.* *πρόμιον.* Gal.*Cheueux de femmes.* Ital.*Capelli de done.* Ger. Der Weyberen Harlĭck vornen an der Stirnen. Hiſpan. *Copete de los cabellos.* Polon. *Niewieſzczie włoſzirna czelie, koſm.* Vngar. *Az azzonyiemberők ſzőmére le haylo wſlők.* Angl. *Heare in womens forehead.*]

Antiades, *ἀντάδες*,à Paulo Aegineta dicuntur tonſillæ,quum in tumorem obduruerunt, cibi, potusque, & ſpiritus viam præcludentes.

Antĭbăcchĭŭs, *ἀντιβακχεῖος*,Pes Bacchio contrarius. Cõſtat ex duabus longis & ultima brevi:ut,Natura.

Antĭcă, Vide in dictione POSTICA.

Antĭcānthărŭs, [*ἀντικάνθαρος*. Vng. *Béka liliom.*] à quibuſdam appellatur flos,quem Romani *Lilium agreſte* vocant.

Anticanis, Vide ANTECANIS.

Antĭcătēgŏrĭă, *ἀντικατηγορία*, Latinè dici poteſt Recriminatio,ſive mutua accuſatio:& eſt genus controverſiæ judicialis. Quint lib.3.cap.12:Adjecerunt quidam numero mutuam accuſationem,quæ *ἀντικατηγορία* vocatur.

Antĭcătōnēs, *ἀντικάτωνες*, Dicti ſunt duo libri, quos Cæſar cõtra Catonem ſcripſit.Sueton.Reliquit & de Analogia duos libros,& Anticatones totidem.Iuven. Sat.6:-quæ pſaltria penem Majorem quàm ſint duo Cæſaris Anticatones, Intulerit. Nomen eſt compoſitum ex Græco & Latino. Nam (ut Quintilianus inquit) ex peregrino & noſtro componuntur dictiones:ut,Epitogium,& Anticato.

Antĭcēllĭum,Herba eſt lenti ſimillima,quæ & Anthyllion dicitur.Plin.lib.22.cap.29.

Antichreſis, *ἀντίχρησις*, mutuus uſus, ut verbi notatio declarat. Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, ut quoad debitor ſatisfaciat, eo creditor uſuræ nomine utatur, fruatur.Hotom.

Antĭcĭpo,act.p. Antè capio,antè occupo,prævenio. [קִדֵּם *kiddém.* *προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω.* Gal. *Anticiper, d'avancer de prendre,occuper deuant* Ital. *Anticipare.* Ger. Vor nemmen / fürkommen. Hiſp. *Venir delante.* Pol. *Vprzedzam, wprzod biore.* Vng. *Elővéſzkőm.* Ang. *To preuent.*] Virgil.in Roſis:Strictior eos præceſſerat aura jugales,Aeſtivum ſuadens anticipare diem. Cicero Attic. Quid igitur proficis, qui anticipas ejus rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis?

Antĭcĭpātĭo, onis,f.t.verbale. [קִדּוּמָה *kadmáh,* *πρόληψις.* Gal. *Anticipation.* Ital *Anticipatione.* Germ. Fürkommung. Hiſp. *Obra de venir delante.* Pol. *Vprzedzenia.* Vng. *Elől vénés.* Ang. *Anticipation,preuenting.*] Cic.1.de Natura Deorum:Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat *πρόληψιν* Epicurus?

Antĭcŭs,a,um,adjectivum: [Pol. *Naczelni.* Vng. *Elől valo,elſő.*] ut poſticus, penult. prod. Hinc veteres anticas vocabant fores templorum vel ædium anteriores, ut poſticas poſteriores.auctor eſt Cornutus in Perſ. Sat.1.

Antĭcўrĭcŏn, *ἀντικυρικόν*, Seſamoidis herbæ ſpecies, ſimilis Erigeronti,quæ in Anticyra inſula creſcit

Antĭdōră, pen. prod. Remunerationes quæ à nobis pro acceptis pecuniis redduntur. [שִׁלּוּם *ſchillúm.* *ἀνταπόδοσις.* Gall *Recompenſe d'vn don,la pareille.* Ital. *Remuneratione, guiderdone.* Ger. Widergeltung / ein Gegenſchencke / ein Gegengabe. Hiſpan. *Galardon.* Pol. *Oddorawanie, oddanie.* Vn. *Viſzontagsággal valo aiandékozás.* Ang. *The recompenſation of an gift.*] Vlpianus titul. de petition. hæreditatis:Planè ſi antidora acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, velut genus quoddam hoc eſſet permutationis.

Antĭdŏsĭs,pen corr.[*ἀνταπόδοσις.* Vn. *Viſzontagisággal valo aiandékozás.*] Latinè Retributio:ſignificat enim quicquid ex adverſo datur,ab *ἀνταποδίδωμι*, retribuo.

Antĭdŏtum,penul. corr.n. ſ. Remedium quod contra venena, aut morbos quos timemus datur:vulgò *præſervativum* vocãt.[רְפוּאָה *rephuáh* *ἀντίδοτον.* Gal. *Contrepoiſon,drogue,breuuage contre vn auere* Ital *Remedio contra'l veneno.* Germ Artzney wider Gifft Hiſp. *Medicina contra ponconna.* Polon. *Lekarſtwo przeciwko truczyznie.* Vng *Ellenméreg ellen valo orvoſság,* Ang. *A remedie or drink againſt vennome.*] ex *ἀντὶ* & *δίδωμι*: id eſt, Contra,& Do:nam contraria contrariis curantur.Quintil.lib. 7: Tyrannus ſuſpicatus à medico ſuo datum ſibi venenum, torſit eum. Et quum id dediſſe ſe negaret, accerſit alterũ medicum.Ille datum ei venenum dixit, ſed ſe antidotum daturũ. ¶Dicitur & Antidotus,genere fœminino. Gell.lib. 14: Hujus regis antidotus celebratiſſima, quæ Mithridatios vocatur.

Antiferna, bona ſunt quæ à marito viciſſim loco dotis adferuntur in matrimonium. Nam *φερνὴ* dotem ſignificat. Vnde & Parapherna vocantur bona, quæ mulier ultra dotem ſibi habet.

Antĭgĕrĭo,Veteres pro Valde,& pro ſtatim utebantur, quaſi antequam res gereretur. Feſtus.

Antigrăpheus [*ἀντιγραφεύς.* Gal. *Contrerolleur.* Ital. *Cõtraſcrittore* Ger. Zinßſchreiber/Rädtenſchreiber. Hiſ. *El que debuxa ſacando de cotra coſa.* Pol. *Pisarz, item: Prouentowi piſarz.* Vngar. *Szám tartó deák, az ki az laiſtromnak maſdt tartya.* Ang. *A controller.*] Dicitur, cui id muneris injunctum eſt; ut obſervet pecuniam, quã in uſum principis, vel civitatis collegerunt exactores.Hos Cicero Cuſtodes appellat, in oration. pro lege Agraria contra Rullum,& de Reditu ſuo.Et Vlpian. lib. 3.de adminiſt.tutor. Budæus in Annotationibus.

Antigrăphum, [*ἀντίγραφον.* Pol. *Wypis.* Vng. *Máſſa.*] Dicebatur Antigrapheorum nota ſive diverſum exemplar.

Antilegomena,num,n.ſ.verti poteſt contractiones. [Germ. Widerſprechung/bäſtreitung.]

Antĭlēnă, [רְתִמָה *chatſmáh* *πρόστομον ἵππου.* Gal. *Poitral de cheual.* Ital. *Pett orale.* German Ein Bruſtriemen. Hiſpan. *Pretal de beſtias.* Polon. *Podpiérſzien.* Vngarice, *Szügy elő.* Ang. *A peitrel for an horſe.*] Qua pectus jumenti cingitur: ſicut Poſtilena, quæ ſub cauda ponitur.

Antĭlēpsĭs, *ἀντίληψις*, Græcè dicitur, quum Latini interceſſionem vel interjectionem nominant.

Antĭlŏgĭă, *ἀντιλογία*,Dici poteſt contradictio,refragatio, vel quaſi contraria oratio.

Antimathon, Græcè ſit an Hebræum neſcitur: Nicolaus tamen interpretatur contra mortem.

Antimelon, [דּוּדָאִים *dudhaim.* *ἀνθρωπομορφον.* Gal. *Mandragore.* Ital. *Mandragora.* Ger. Atraun. Hiſp. *Mandragola.* Pol. *Pokrzyk.* Vng *Natragulya.* Ang. *A mandragore.*] Herba eſt Dioſcoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antĭmĕtăbŏlē,f.t. *ἀντιμεταβολή*, Latinè dici poteſt Ex adverſo mutatio,Figura qua verba declinata repetuntur:ut,Non ut eadem vivo,ſed ut vivam edo.

Antĭnŏmĭă,æ,pen.corr. [*ἀντινομία.* Ger. Widerwertigkeit vnd ſtoß zweyer Geſatzen.] Duarum legũ cõtrarietas, pugna. Quint. lib.7. cap. 8: Proximum eſt de legibus contrariis dicere: quia inter omnes artium ſcriptores conſtat,in antinomia duos eſſe ſcripti & voluntatis ſtatus,*&c.*

Antipagmata, Vide ANTEPAGMENTA.

Antiparaſtaſis, *ἀντιπαράστασις*, Figura eſt frequens Demoſthenis

heni & Ciceroni, habens confessionem quandam conjunctã cum majore inficiatione. Sic Demosthenes adversus Leptinem, ubi docuit etiam apud majores in usu fuisse, ut viris fortibus præmia persolverentur, postea ostendit, se sine causæ detrimento, ejus contrarium posse cõfiteri, neq; ex eo sequi, immunitates illa ætate viris de republica bene meritis concessas, sine manifesta aliqua culpa esse eripiendas, nisi ostenderet adversarius, idem quoque à majoribus esse factitatum. Sic etiam Cicer. in Orat. pro Rabirio Posthumo, ubi ostendit falsum esse, Rabirii manu occisum esse Saturninum, subdit: Si integrum sibi esset, libentissimè se hoc confessurum, & meritum eo nomine præmium petiturum, quòd civem seditiosum è medio sustulisset.

Antīpătes, *ἀντιπατὴς*, Gemmæ nigræ species, non transluentis, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit. Plin. libro 37. capite 10.

Antĭpăthīă, [*ἀντιπάθεια*. German. Widerwertigkeit zweyer Naturen oder Complexionen so wider einander sind, ein natürliche widerwertigkeit Pol. *Przeciwnosc przyrodzenia*. Vng. *Természet, szerent* [illegible] *enkedés*.] Naturalis rerum differentia sive repugnantia: ad verbum sonat contra passionem, cui opponitur Sympathia, *συμπάθεια*, quæ mutuam quandam rerum inter se cognationem significat. Plin. lib. 32. cap. 2: Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci *antipathiam* vocant, nihil est venenatius aliquato, quàm in mari pastinaca. Idem lib. 34. cap. 15: Arbor ne vinci atur cerussa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura, à Græcis *antipathia* dicta. Est igitur antipathia inter ea, quæ veluti naturali quodam odio inter se dissident: ut brassica antipathiam quandam habet cum vite. Contrà ostrea & concha sympathiam habẽt, quòd plenilunio plenæ sint: & decrescente luna decrescant.

Antĭpĕlārgēsĭs, pen. prod. sive Antipelargia, Remuneratio; mutua beneficiorum compensatio. [שְׁלֻם *shillum*. *ἀντιπελάργωσις*. Gal. *Recompense, la pareille*. Ital. *Retributione de benefici*. German. Widergeltung der empfangnen Gutthaten. Hisp. *Retribucion del bien hecho*. Pol. *Oddanie dobrodzeistwa*. Vngar. *Jótétemény helyébe vole to tetel*. Ang. *The lyk recompensation*.] Græci enim *ἀντιπελαργεῖν* vocant, de nobis bene meritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora à ciconiis, quas illi *πελαργοὺς* vocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos alunt, & quum sub hyemem mutanda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes aliis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationẽ Græcorum Ciconiare vocaverunt.

Antĭpĕrīstāsĭs, f. t. *ἀντιπερίστασις*, Latinè circumobsistentia, reciprocatio, compressio undiq; circumfusa: [Pol. *Okrążenie*. Vng. *Környül állas*.] per quam ubi calidum est, inde frigus expellitur: ubi frigidum est, inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calent, quia illò se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

Antipherna, [*ἀντίφερνα*. Polonicè, *Zapissanie posagu*. Vng. *Minden házasságból, az melyet az ura aiándékoz feleségének*.] juncto ex *ἀντὶ* & *φερνὴ* nomine: dicuntur apud Iurisconsultos ea, quę maritus constante matrimonio uxori suæ quasi remunerandæ dotis causa largitur. Hotom.

Antĭphōnă, penult. prod. [*ἀντίφωνον*. Pol. *Spiewanie na odmiani*. Vng. *Antiphona, psálmus elõt valo versetske*.] Vox reciproca duobus choris alternatim psallentibus. Antiphonas Græci primi composuerunt, & apud Latinos sanctus Ambrosius instituit. Exhinc in cunctis regionibus Occiduis usus increbuit.

Antĭphrăsĭs, [*ἀντίφρασις*. Polon. *Spacznie wyrazumienie*. Vn. *Vissza való értés*.] pen. corr. Sermo per contrarium intelligendus: ut Parcæ, quia nemini parcant. Sic Manes: quòd non sint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant.

Antiphrates, gemmæ species, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit.

Antipocha, chirographum, confessio, quam debitor creditori facit, in præstationibus annuis oppidò necessarium. [Ger. Ein Quittung/ Bekanntnus der bezahlten Schuldt.]

Antĭpŏphŏră, Vide ANTHYPOPHORA.

Antīptōsĭs, penult. prod. *ἀντίπτωσις*, Figura est quando casus pro casu ponitur: ut, Vrbem quam statuo vestra est. Componitur enim ex *ἀντὶ* pro, *πτῶσις* casus, à *πίπτω*, cado.

Antīquātĭs, Vetus, priscus: ab Ante & Aevum, ut Varroni placet. [קַדְמוֹן *kadmõn* עַתִּיק *hattik* יָשִׁישׁ *jaschisch*. *ἀρχαῖος, παλαιός*. Gall. *Ancien, antique, vieux ou vieil*. Ital. *Antico*. Ger. Alt. Belg. Out. Hisp. *Antiguo ò viejo*. Pol. *Stary, dáwni*. Vng. *Régi*. Ang. *Ancient, olde*.] Vng. 2. Georg. -antiquos q; domos avũ. ¶ Quoniam verò quæ antiquiora sunt, ferè meliora esse consueverunt, ut mores, vinum, & similia: factum est, ut antiquum pro probo, bono, & simplici dicamus. Terent. in And. Pol Crito hospes, antiquum obtines. Cic. pro Sext. Roscio: In qua muliere vestigia antiqui officii remanent. Sic & antigus dicimus, pro meliore, charíore, potiore, *ἀντιμόσχειον, ἀντιφερνάστερον*. Cicer. ad Attic. lib. 1: Nihil mihi antiquius nostra amicitia est Idẽ 1. de Invent. Quj pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. ¶ Proverbialiter dicimus, per antiquum diem, *Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας*: de re admodum obsoleta, priscaq;. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi, quod hodie non inscitè jactatur in scholis philosophorum: Magno Platonis anno. ¶ Antiquus tamen & Vetus ita à Corn. Frontone distinguuntur in differen. vocab. ut Antiquum dicatur id, quod memoriam etiam Patrum excessit: Vetus verò id, quod multorum annorum est, aut mensium.

Antīquārĭŭs, a, um, Qui verba ab usu remota, & commentarios pontificum, & vetustissima fœdera & exoletos scrutatur autores, ut ex his cõtrahat, quæ non intelligantur, utq; quędã solus scire videatur. [*φιλάρχαιος*. Gal. *Curieux de l'antiquité*. Ital. *Amator de l'antiquità*. Germ. Der mit fleiß alte Wort braucht/ die niemands verstehet. Hispan. *Amador de las antiguedades*. Pol. *Starich slow anież wyrażanie, pożywaiacz*. Vngar. *Ki ot régi dolgoknak szeret dicse*. Ang. *A fauorer of antiquitie*.] Iuvenal. Ignotosq; mihi tenet antiquaria versus Suetonium Auguſt. Catozelos & antiquarios pari studio sprevit.

Antīquĭtās, f. t. Vetustas. [קֶדֶם *kédhem*. *ἀρχαιότης*. Gal. *Antiquité, ancienneté*. Ital. *Antiquità, vecchiezza*. Germ. Die elte. Hisp. *Antiguedad ò vejeza*. Polon *Starość, dawność*. Vng. *Régiség*. An. *Antiquitie, ancietie*.] Cic. 1. de Fin. Quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam fabullis multis; tamque variis ab ultima antiquitate repetitis; tria vix amicorum paria reperiuntur. ¶ Antiquitas, pro ipsis antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19: Cinnamomum & casias fabulosa narravit antiquitas. ¶ Item in alio significatu accipitur apud Salustium, Servio teste: Tantum antiquitatis, curæq; majoribus pro Itálica gente fuit. Id est, antiqui & præcipui amoris sive charitatis, ab eo quod est antiquum pro charo.

Antīquĭtŭs, [מִקֶּדֶם *mikkédhem*. *ἀρχαίως, πάλαι*. Gall. *Ancienement, d'ancienneté*. Ital. *Per il passato & antichamente*. Ger. Von alter her/ von alten zeiten her. Hispan. *Antigua y viejamente*. Pol. *Zdawna*. Vng *Régen*. Ang. *In olde tymes*.] Idem quod olim, vel tempore antiquorum. Cæsar li. 6. Bell. Gall. Quòd summa autoritas antiquitus erat in Heduis.

Antīquo, as, act. p. Aboleo, abrogo, irritum facio. [בָּלַל *bilál* הֵסִיר *hesír* בִּעֵר *bihér*. *ἀπαγορεύω, καταργέω*. Gal. *Abolir, mettre hors d'vsage desrier*. Ital. *Votare, scantellare, indebilire, far' vano*. German. Abthun/ hinweg thun/ vntrefftig machẽ. Belg. Ick make te niet/ ick brenge vt de ghewoonte. Hispan. *Quitar de vso lo antiguo*. Pol. *Oddalam, obracżam wniwec, niẽt wierdżam*. Vng. *Eltörlöm, el veszöm*. Ang. *To abolushe, to put out of vse*.] Vnde legem antiquatã dicimus, quum populus suffragiis suis improbavit, nec perferri passus est. Abrogatam autem dicimus legem, quæ quum accepta fuerit, & perlata, postea contraria lege fuerit sublata. Livius: Omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Cic. 3. de Leg. Vos item, ut video, legem antiquastis sine tabella.

Antīquātĭo, onis, f. t. verbale, Abolitio, abrogatio. [בְּלִי *belí*. *ἀποπαλαίωσις, καταργησις*. Gal. *Decriement, abolition*. Ital. *Scanecllamento*. Ger. Abstellung/ casserung. Hispan. *Quitamiento del antiguo*. Pol. Wniwecżobracenie. Vng. *El törlés*. Angl. *Abolushing putting out of vse*.] Gellius: Facta mox est antiquatio legis.

Antīquē, adverb. Hoc est ad morem antiquorum: ut, Antiquè dictum. [כְּקֶדֶם *chekédhem*. *παλαιῶς*. Gal. *Antiquement, à la maniere antique*. Ital. *Antichamente*. Germ. Auff alte gattung/ Alt frendsch. Hisp. *Antigua y viejamente*. Pol. *Postarcmu*. Vng. *Régi módon, régiek meggyárá*. Angl. *Ancientlie, after the maner of the anciennes*.] Horat. 2. Epist. Si quædam minus antiquè, si pleraquè durè Dicere credat eos.

Antīrrhĭnum, *ἀντίῤῥινον*, Herba est eadem cum illa, quam suprà Anarrhinon appellavimus, de qua vide Plin. li. 25. ca. 10, & ea quæ suprà annotavimus in dictione ANARRHINON.

Antiscorodon, [*ἀντισκόροδον*. Pol. *Zaiecze czosnek*.] Herba est ex generibus allii, quę & Vlpicum, & Allium Cyprium appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 6.

Antisophistes, æ, *ἀντισοφιστὴς*. Quint. Vrbaneq; Virginius interrogavit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset.

Antispasis, Secundum Hipp. est aversio materiæ morbi in contrarium.

Antispoda, sive Antispodia, *ἀντίσποδα* Dioscoridi, *ἀντισποδία* Galeno, Vocãtur à medicis omnia ea, quę eandem cũ spodio habent facultatem, quęq; in spodii inopia pro eo possunt supponi. Quid autem sit Spodos, sive Spodiũ, vide suo loco.

Antismŏs, quod hic corruptè legebatur, vide ASTEISMOS.

Antistēs, ĭtis, ex Ante & sto, tàm fœminini quàm masculini generis, à verbo antiqüo Antisto, p antesto, quòd cæteris antestet. i. excellat, Primarius unius tẽpli sacerdos. [כֹּהֵן הָרֹאשׁ *chohén haróshh* פָּקִיד *pakídh* נָגִיד *nagídh*. *ἀρχιερεύς ὁ ἀρχιερεύς*. Gall.

Gal. *Premier entre les autres, prelat, president.* Ital. *Antiſte preſidente.* Germ. Ein Vorſtänder ein Prelat. Hiſp. *Prelado preſidente.* Pol. *Przełożony prelat.* Vng. *Elöl iáró ember.* Ang. *A biſhop or prelat, a preſident.*] Ovid. 4. de Pont. Non ſimt illa tui vanas antiſtitis unquam Eſſe preces. Liv. 1. ab Vrbe: Potitii ab Evandro edocti, antiſtites ſacri ejus per multas ætates fuerunt. Valer. lib. 1: Ne deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. ¶ Antiſtes qui Anteſtat, cum dativo. Catullus: Verram omnibus è meis amicis Antiſtes mihi millibus trecentis, veniſti. ¶ Per tranſlationem verò Antiſtes dicitur, qui in re aliqua excellit, atq; principatū tenet. Vnde Servius Sulpitius, Quintil. teſte lib. 11. cap. 1: Iuris antiſtes appellatus eſt. Item Plato ſapientiæ antiſtes.

Antīſtĭtă, æ, f. p. [ἀρχιέρεια. Gall. *Abeſſe qui a charge des choſes ſainctes.* Ital. *Abadeſſa, ò prioreſſa.* Ger. Ein Vorſtenderin / alſo ein Priorin / oder Aeptiſſin. Hiſp. *Muger prelada.* Pol. *Xżeni, przełożna, oppatrzycha.* Vng. *Fő'apátcza.* Ang. *An abeſſe.*] Gell. lib. 13. cap. 19: Sacerdotes quoque fœminas M. Cic. Antiſtitas dicit: Sacerdotes, *inquit*, Cereris atque illius fani antiſtitæ. Sic enim locus in Verr. quē hīc citat Gell. legendus eſt, præter Gellium etiam Priſciano autore.

Antīſtĭtĭŭm, n. ſ. Excellentia, antiſtitis dignitas. [טקדה *pekuddáh.* ἀρχιερωσύνη. Gal. *Eminence, excellence.* Ital. *Eccellenza.* Germ. Fürtreffenheit. Hiſp. *Prelacia.* Pol. *Przewyższenie, godność.* Vng. *Garáńſág, elől iárás.* Ang. *The prelatu dignitie.*] Martianus Capella: Antiſtitio præminebat Athanaſius.

Antīſtĭtŏr, penult. corr. Præſes, præfectus, quaſi anteſtator. [שטר נשיא *ſchotér naſi.* ἐπιστάτης. Gal. *Le maiſtre de l'œuvre.* Ital. *Preſidente, prefetto.* Germ. Ein Fürgeſetzter / Vorſtender. Hiſp. *Prelado, preſidente.* Pol. *Przełożiciel, przełożony.* Vng. *Fő'ember.* Ang. *A preſident, the maiſter ò any worke.*] Colum. lib. 4: Neq; enim ſingulis totidem antiſtitores poſſit dare, qui obſervent, quique præcipiant, ne acerbæ uvæ demerantur.

Antīſto, as, are, n. p. antiquum verbum pro Anteſto: id eſt, antecello. [יתר *jathár* הותיר *hothir.* ἀρχιερατεύω. Gall. *Preſider.* Ital. *Eſſere preſidente.* Germ. Ein Fürgeſetzter oder Vorſtender ſeyn. Hiſpan. *Ser preſidente en alguna dignidad.* Pol. *Przodekmam nadnieść.* Vng. *Elől iárak, főllyebualo vagyok.* An. *To haue prehemineuce.*] Cato cap. 156: Braſſica eſt, quæ omnibus oleribus antiſtat. Lucret. lib. 5: Herculis antiſtare autem ſi facta putabis, Longiùs à vera multò ratione ferêre.

Antīſtœchŏn, ἀντίστοιχον, Literarum permutatio, quum ſcilicet litera pro litera collocatur: ab ἀντὶ, pro, & στοιχεῖον, elementum: ut Sella pro ſedda, & Magalia pro magaria, l pro r: nam Magal pro Magar, dicitur, quod Pœnorum lingua *villam* deſignat.

Antīſtrŏphē, f. t. ἀντιστροφή, Dicitur quum inter cōjuncta duo, quæ à ſeſe mutuò pendeant, fit alterna converſio: ut, Servus domini, & Dominus ſervi. ¶ Lyricis autem poëtis Antiſtrophe eſt ſaltationis genus, quo modò in dextrā, modò in ſiniſtram choros agerent, ac revocarent.

Antĭthĕsĭs, penult. corr. [ἀντίθεσις. Vng. *Ellembe, ſzőmbe valo vetés.*] Color rhetoricus, quum cōtraria contrariis opponuntur. Quintilianus Contentionem vocat.

Antĭthĕtŏn, pen. corr. [ἀντίθετον. Vng. *Ellembe zőmbe valo vetés.*] Figura eſt, quum contrariis opponuntur contraria, ut apud Ovid. 1. Metam. Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis, Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus. Perſius: -crimina raſis Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras Laudatur. Cic. ad Brutum: Semper hæc quæ Græci antitheta nominant; quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum neceſſitate efficiunt.

Antĭtўpum, n. ſ. [ἀντίτυπον. Pol. *Wiobrazenie.* Vng. *Példa.*] pen. corr. Latinè e xemplar, ſimilis formæ. vel contrarium.

Antlāre, ἀντλεῖν, Vetuſtiſſimi dicebant pro haurire, verbo à Græcis mutuato. Livius Andronicus: Florem antlabant liberi ex carcheſiis. ¶ Hinc Exantlare, exhaurire, de quo infrá.

Antlĭă, æ, machina ad hauriēdam aquam. [משאבה *maſcheab.* ἀντλία. Gal *Vn engin à tirer de l'eau.* Ital. *Inſtromento con che ſi caua aqua.* Germ. Ein Inſtrument damit man Waſſer ſchöpffet / oder auffzieht. Hiſp. *Anoria para acar agua.* Pol. *Kłuba, inſtrument ktorim wode wyciągaią iakieſa kolowroti.* Vng. *Veder, meritő edény* Ang. *An ingyne to draw water.*] Nam ἀντλεῖν, Latinis haurire eſt. Mart. lib. 9: Curva laboratas antlia tollit aquas. Et Feſt. Antlare, haurire: à Græco ἀντλέω: id eſt, haurio. Liv. Florem antlabant liberi ex carcheſiis.

Antōnŏmăsĭă, f. p. ἀντονομασία, Dici poteſt, pro nomine: id eſt, vice nominis poſitio. Diomed. Antonomaſia eſt vocabulum quod ſine nomine poſitum, loco ejus fungitur: ut eſt, Arma, virumq; cano: ibi intelligitur Aeneas. Fit autem tribus modis: Ab animo: ut, Magnanimus Anchiſiades: id eſt, Aeneas. A' corpore: ut, Ipſe arduus: id eſt, Polyphemus. Extrinſecus: ut, Infœlix puer, atq; impar congreſſus Achilli: hoc eſt, Troilus. ¶ Inde Antonomaſticōs: hoc eſt, per Antonomaſiam.

Antræ, arum, autore Feſto, Dicuntur convalles, vel arborum intervalla. [Polon. *Rozmiármedzy ſiecepami.* Vngar. *Allicsót fák közt.*]

Antrum, n. ſ. Specus, caverna. [מערה *meharáh.* αὔλαξον, ἀγκίλωτον. Gal. *Foſſe ſous terre, caverne, creux.* Ital. *Antro, ſpelonca.* Ger. Ein Höle. Belg. Een Spelunck / oft chet. Hiſp. *La cueua.* Pol. *Iáskinia, padoł, loch.* Vng. *Barlang.* An. *A caue or denne.*] Virgil. 6. Aeneid. Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Martial. lib. 13: Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris.

Anubias, adis, ἀνουβὰς, A' quibuſdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & vulgò *Cimicaria*, ſeu *Pulicaria*. Legitur hæc vox in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus: quā tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falſoq; Dioſcoridi attributas video numerari.

Anŭlus, Pro digitorum ornamento, à circuitu vocatus eſt, ſive à rotunditate, quaſi annus. Græci à digitis δακτύλιον appellaverunt. [טבעת *tabbahath.* Gall. *Anneau, vne verge à mettre au doigt.* Ital. *Anello.* Ger. Ein Fingerring. Hiſ *Anillo.* Pol. *Pierſcień.* Vn. *Gywrw.* An. *A ring.*] Cic. 5. Verr. Sæpè enim noſtri imperatores ſuperatis hoſtibus, optimè Republica geſta, ſcribas ſuos anulis aureis in concione donarunt. ¶ Fuerunt homines tam inepti, qui anulos etiam digitos à Latinis vocari crederent, adducti autoritate Plauti in Pœnulo: Atq;, ut opinor, digitos in manibus non habent. AN. Quid jam? MIL. quia incedunt anulatis auribus. Sed hi profectò nimis pueriliter delirāt, neq; Poëtæ jocum aſſequuntur. Irridet enim ibi poëta Pœnorum morem, qui ac ſi digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos priſci Vngulū & Vnguinum vocabāt: poſteà & noſtri & Græci, Symbolon dixêre Nam Symbolum, nōta eſt & ſignum. Anuli autem equeſtris ordinis notæ erant. ¶ Condulum quoq; & Condalū veteres anulum nuncupavêre, teſte Feſto. Plaut. in Trin. In thermodolio cōdalium es oblitus. ¶ Mos fuit veterum gerere anulum in digito finiſtræ manus, qui eſt minimo proximus. Ejus rei duplex redditur ratio à Macrobio. Prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni leſione eſſet tutiſſima: altera, quia diſſectis humanis corporibus, repertum eſt, nervum quēdam tenuiſſimum (ut credi vult) ab eo digito ad cor hominis pervenire. Et ideò viſum eſt veteribus, ut ille digitus anulo tanquam corona circundaretur. Primus Prometheus fertur circulum ferreum, incluſo lapide, digito circundediſſe, qua conſuetudine homines uſi anulos habere cœperunt. Anuli autē per diminutionē dicti à circulis, & anis, qui ſunt circa brachia & circum crura. Apud Romanos anuli de publico dabantur, & non ſine diſcrimine: nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris ſolidi Anulum aureum neq; ſervus, neq; libertinus geſtabat in publico: ſed anulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, ſervi ferreo. Apud veteres ultra unum anulum uti infame habitum viro. Gracchus in Mævium: Conſiderate Quirites ſiniſtram ejus: en, cujus autoritatem ſequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier eſt ornatus. Craſſus, qui apud Parthos periit, in ſenectute duos habuit anulos, cauſam præferens, quòd pecunia ei immenſa creviſſet. Fœminæ non uſæ ſunt anulis, niſi quos virgini ſponſus miſerat: neq; amplius quàm binos anulos aureos in digitis habere ſolebāt. Inter genera anulorum ſunt, Vngulus, Samothracius, Tynius. Vngulus eſt gemmatus, vocatusq; hoc nomine: quia ſicut ungula carni, ita gemma anuli auro accingitur. Samothraceus, aureus eſt quidem ſed capitulo ferreo, à loco ita vocatus. Tynius purus eſt, primùm in Bithynia fabricatus, quam olim Tynam vocabant. Flaccus: Lugente mea vita nec ſmaragdus berillusq; mihi Flacce nec nitentes per, candidam margaritā quæro, nec quos Tynica lima polivit anellos nec jaſpios lapillos? Iſidorus de Etymologus. ¶ Anuli cura, Cancellarii (ut loquimur) dignitas. Iuſtin. Hiſtor. li. Trogus dicit patrem ſuum ſub Caio Cæſare militaſſe, epiſtolarumq;, & legationum ſimul & anuli curam habuiſſe. ¶ Arctum anulū ne geſtato, μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον: hoc eſt, interprete D. Hieronymo: Ne vixeris anxiè: & ne tuæmet in ſervitutem conjicias, aut in ejuſmodi vitæ inſtitutum, unde te non queas extricare. Siquidem quiſquis anulum anguſtum geſtat, is ſibi quodammodo vincula injicit. ¶ In anulo Dei figurā ne geſtato, ἐν δακτυλίῳ Θεοῦ ἀγάλμα μὴ περιφέρειν. Fortaſſis admonet non paſſim admiſcendam Dei mentionē. ¶ Per medium anulum trahatis oportet, διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι. In eum quadrabit, qui ſit vehementer extenuato graciliq; corpore; ſeu morbo, ſeu cura, ſeu ſtudio, ſeu qua alia re. Ariſtoph. in Pluto: Διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' οὐ διελκύσας: id eſt, Itaq; profectò per anulum me traxeris. Verba ſunt anus volentis ſe videri uſq; adeò maceratam atq; exhauſtam dolore, ut per anulum trahi poſſet. Equidem opinor adagium eſſe ſumptum à luſu, quo ovum aceto maceratum per anulum trahitur. Cujus rei meminit Plin. lib. 10. cap. 16. ¶ Anulus, item Fluvius eſt Mauritaniæ, in quo elephantes luna nova apparente ſe abluunt. Plin. lib. 8. cap. 1: Autores ſunt, in Mauritania ſaltibus, ad quendam amnem cui

nomen est Anulo, nitescente luna nova, greges elephantum descendere, ibiq; se purificantes, solenniter aqua circunspergi, atq; ita salutato sydere in sylvas reverti.

Ānēllŭs, idē quod anulus. [Pol. *Pierscżionecżiek.* Vng. Gyw'rw', gyw'rw'tske.] Cic. de Finib. bonor. & mal. lib. 5: Nec tamen Epicurum licet oblivisci si cupiam cujus imaginem non solùm in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & anellis habebant. Ex Nonio. Horat. in Serm. Sæpè notatus Cum tribus anellis modò læva pruscus mani.

Ānŭlārĭŭs, Artifex qui anulos facit. [בַּעַל הַטַּבָּעוֹת *tsoréph hattabbahath. δακτυλοποιός.* Gal. *Orfeure qui fait anneaux.* Ital. *Orefice, chi fa anella.* Ger. Der die Ring machet. Hisp. *Platero que haze los anillos.* Pol. *Ten ktori robi pierscżenie.* Vngar. Gyw'rw' tsin lo. Angl. *A goldsmyth, that maketh ringes.*] Cic. 4 Acad. An tibi erit quærendus anularius aliquis, quoniam gellinarium invenisti, Deliacum illum, qui ova cognosceret?

Ānŭlārĭus, re, Quod anuli est. [Polon. *Pierscżieniowi.* Vngar. Gyw'rw's.] ut Digitus anularis dicitur, qui proximus est auriculari. *δακτυλικός.* Quare autem veteres in hoc potissimùm digito anulos gestaverint, vide Macrob. lib 7 Saturn. cap. 13.

Ānŭlātus, [*δακτυλιωτός.* Vng. Gyw'rwżŏt, gyw wkkelékesitett ŏt.] Anulis ornatus. Plaut. in Pœnulo: Quid jam? quia incedunt cum anulatis auribus.

Ānŭs, us, generis fœminini, & prima correpta, Vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata, quum antiqui consonantem non geminarent. [זְקֵנָה *zḳenáh. γραῦς.* Gal. *Vieille.* Ital. *Vecchia.* Germ. Ein alt Weib, ein Bettel. Belg. Een out Wyf. Hisp. *Vieja.* Pol. *Babá.* Vngar. *Bába, vén kofa, ag dada.* Ang. *An old wyfe.*] Vel ab α & νόος sensus, intellectus, quòd jam deliret, & quodammodo mẽtẽ careat. Cic. 1. Tuscul. Quæ est anus tàm delira, quæ timeat ista quę vos videlicet, si physica nõ didicisse tis, timeretis? ¶ Anus bacchatur, *γραῦς βακχεύει*, in eos dici solitũ qui præter ætatem indecorè lasciviunt. ¶ Anus hircissans, *γραῦς ἡμιτράγος*, de anu adhuc intempestiva libidine prurienti: & ut ait Plautus, catullienti. Aristophanes in Pluto. ¶ Anus cothonissat, *γραῦς κωθωνιζομένη*. De vetulis indecorè lascientibus Κώθων enim temulentum significat: inde fictum verbum κωθωνίζειν. ¶ Anus hircum olet, *γραῦς ἀναθῦσα*, De vetula libidinante: propterea quòd alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incensis. ¶ Anus saltat, *γραῦς χορεύει*. In eum convenit, qui indecorè quippiam facit: velut si senex ludat nucibus: aut si theologus rhetoricis flosculis lasciviat: aut princeps exemplo Neronis musicetur. ¶ Expecta anus meum filium te suaviaturum, *μὴ γραῦς ἐμὸν σε παῖδα φιλήσοντα*. Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Vtimur, quum sera spes ostenditur. ¶ Anus velut equus profundam habebis fossam, *γραῦς, ὡς τις ἵππος, τὸν χαρακοδρᾶον τάφον ἕξεις*. De iis qui penitùs abjiciuntur, tanquam prorsus inutiles. Præstat anum irritare quàm canem, *πολὺ χεῖρον ἔστιν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα*. Refertur ex Menandro.

Ānĭcŭlă, diminutivũ, Vetula. [*γραΐδιον.* Gal. *Vieillotte, vieille radotee.* Ital. *Vecchierella.* Ger. Ein alts Weibte, ein alt Müttertein. Hisp. *Vejezuella, ò pequenna vieja.* Pol. *Babsko.* Vn. *Bábátska vén kofatska, ag daddátska.* Angl. *An litle old wyfe.*] Cic. pro Flac. Aniculæ minimè suspiciosæ purgat se. ¶ Aniculari deliramenta, *γραώδη ὕθλα*. De nugis inanibus, cujusmodi solent effutire vetulæ, quum jam sexus vitio virili ætatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. Erat proverbiũ apud Platonem in Theteto.

Ānīlĭs, & hoc anile, Quod est anus, vel quod ad anum pertinet, [*γραϊκός.* Vng. *Ven bábához, kofához való.*] Virg. 4. Aen. illa gradum studio properabat anili.

Ānĭcŭlārĭs, & hoc aniculare, idem est quod Anilis, [*δεχαῖος.* Vng. *Ven bábához, kofához való.*] Aug. Delirare tibi videor, avare, quum hæc loquor: anicularia tibi videntur hæc verba.

Ānīlĭtās, atis, Senectus. [זִקְנָה *zḳnáh. τὸ γραώδων γῆρας.* Gall. *Vieillesse des femmes.* Ital. *Vecchieza de vecchia.* Ger. Das graw oder weiß alter der Weyberen. Hisp. *Vejez de la vieja.* Pol. *Szedziwość niewieścża.* Vng. *Vénség a, fig.* Ang. *Old age of women.*] Catul. Vsque dum tremulum movens Cana tempus anilitas, Omnia omnibus annuit.

Ānīlĭtĕr, adverbium, [*γραϊκῶς.* Vngar. *Vén kofa moggyára.*] Cicer. 3. de Nat. deor. Neque id dicitis superstitiosè atq; aniliter, sed physica constantiq; ratione.

Ānŭs, ani, Generis masculini, & prima producta, pars posterior, podex. [קֹחַר *tsechór. ἀφεδρών.* Gal. *Le trou par où se purge le ventre.* Ital. *El buco, donde esce el purgamento del ventre.* Germ. Der Arß. Belg. Den Arß. Hisp. *El culo.* Pol. *Zadek, dupa.* Vng. *Segg lyuk.* Ang. *The arse, the hole wherby the bellie is purged.*] Cic. Pæto: Anum appellas alieno nomine: cur non suo potiùs? si turpe est, ne alieno quidem, si non est, suo potiùs.

Ānxĭŭs, a, um, Solicitus, mœstus, ab ἄγχω. [דְּאֵג חָרֵד *doégh charéd. ἀφυιλυπής.* Gal. *Chagrin, Qui est en grande fascherie & souci.* Ital. *Pieno d'affanno, anxio solecito.* German. Angstbafftig/ sorgfeltig. Belg. Becaurt/ beur eest becommert/ sorchfuldech. Hisp. *Concoxo-*

so, ò diligente. Pol. *Frasżowliwy, smetny.* Vng. *Szorgalmatos.* Ang. *Carefull, pensive.*] Cic. 5. Tusc. Itaq; dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpè sint: alii ad metum, alii ad aliam perturbationem proclives. Ex quo in aliis anxietas, unde anxii: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: Estq; aliud iracundum esse, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. Neq; enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neq; anxii semper anguntur.

Ānxĭē, adverbium, Solicitè, curiosè [בְּחֹרְדָה *bacharadháh. φροντιστικῶς.* Gal. *Auec soing, fascherie & chagrin.* Ital. *Anxiamentè con affanno di cuore.* Ger. Angsthafftiglich/ sorgfeltiglich. Hisp. *Congoxosamente.* Polon. *Frasowliwie.* Vng. *Szorgalmatossan.* Angl. *Carefullie, curiouslie.*] Salust. in Iugurt. Nobis satis compertum est, illum magis honore Marii quàm injuria sua excruciatum: neq; tàm anxiè laturum fuisse, si adepta provincia alĩ, quàm Mario traderetur. Plin. lib. 11. cap. 52: Ne in se quisque & augurria anxiè quærat.

Ānxĭĕtās, & Anxietudo, f. t. Proclivitas ad angorem. [חֲרָדָה *charadháh* דַּאֲבָה *daabáh. ἀδημονία* Gal *Chagrin & souci* Ital. *Anxietà, affanno di cuore.* Ger. Angsthafftigkeit/ sorgfeltigkeit. Hisp. *Congoxa.* Pol. *Frasi nek Smetek* Ang. *Pensifeneſſe, carefulnesse.*] Cic. de Repub. ut citat Nonius: Quaitaq; anxietudo prona ad luctum, & mœrens semper. Plin. lib. 7. cap. 53: Quem eventi anxietate diximus mortuum. Iuvenalis Satyra 13: Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat.

Ānxĭfĕr pen. corr. Quasi angorem, anxietatem q; ferens [*ἀλγεινός* Pol *Smetek gadatasi.* Vng. *Szorgalmatoskodo.*] Cic. lib. 2. Tusc Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices. Ibidem 1. de Divin. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

A ante O

A. O. In notis antiquorum, alii omnes. AŌ. P. auro puro, vel auro posito.

Aorta, *ἀορτή*, Arteria est omnium maxima, ex sinistro cord. ventriculo exoriẽs, spiritum vitalem in totum animantis corpus deferens, nativumque calorem per diastolem & systolen temperans. Hæc ubi primùm à corde emersit, imparib. sectionibus bifariam dividitur: quarũ altera, quæ minor est, sursum fertur, omnibus quæ sunt supra cor partibus, vasorum propagines præbitura. Altera, quæ major est, fertur deorsum, partibus omnibus inferiorib. arterias immittens. Ex Galeno de dissectione arteriarum, & libro decimosexto de Vsu partium.

A ante P

AP. In notis antiquorum, apud. AP. IVD. apud judicem. APP. Appius. APP. appellat. A. P. Q. Aulus, vel Auli Publii Quint. A. P. R. C. anno post Romam conditam. AP. N. apud nos. APPN. appellantur. APPS. CLV. Appius Claudius. AP. CLN. ad pedes columnæ.

Ăpăgĕ, & apagere, Abigentis vox & fastidientis aliquid. [לֵךְ *lech* נְדַח *tsé. ἄπαγε.* Gal. *Osteż, ostez, arriere de là, retire toy.* Ital. *Leua via, leuate via.* Ger. Hinweg mit/ dannen mit/ heb dich. Belg. Bech met. Hisp. *Quitta day.* Pol. *Pódź tą, mikaią.* Vngar. *Tarsúlolgod, kotory.* Ang. *Hence away, away out of this.*] Comicis præcipuè poëtis usitata dictio, à verbo Græco *ἀπάγω*, quod significat abduco, abigo, removeo. Plaut. in Curcul. Apage hanc caniculam. Apuleius: Apagete factorem extremæ latrinæ. Varin. ad Ciceronem: Apagete cum nostro Sext. Servilio: nam mehercule ego illum quoq; amo.

Ăpăgĕsis, pen. corr. (quod & ipsum frequens est apud comicos) Familiariter corripientis est, & significat Aufer, vel remove si vis. [*ἀπαγαδή* Pol. *Wara.* Vng. *Kotory, meny dolgodra.*] Apul. Apagesis jam cruentos deos. Vel etiam absolutè, pro Abi si vis. Plaut. in Pœnulo: Apagesis, negotii in muliere quantum una est.

Ăpălæstrī, *ἀπάλαιστοι*, Græci vocant ignaros palæstræ: hoc est, qui sese in lucta nõ exercuerunt. [Pol. *Niewmieiący zapaśnik.* Vng. *Baynok viadásra tudatlan.*]

Apalon vinum: id est, tenerum.

Aparctias. [*ἀπαρκτίας* Pol *Wiatrpolnocnij.* Vng. *Eszaki szél.*] Ventus ab arcto flans: hoc est, à Septentrione.

Ăpărīnē, *ἀπαρίνη*, Lappę genus, qd alio nomine Philãthropos appellatur, qp vestib hominũ adherẽs, eos amare videat.

Ăpătē, *ἀπάτη*, Genus intybi apud Theophrastum, quam Theodorus Fraudem convertit, eò quòd gustantes amaritudine decipiat. [Ger. *Kichtraut/ Kretten.*]

Ăpăthēs, [*ἀπαθής.* Gal. *Sans passion.* Ital. *Senza passione, & perturbatione.* Ger. Ohn anfechtung vnd betrübnuß/ vnbewegtlich am Gemüt. Hisp. *Sossegado, sin turbation.* Pol *Niepfasżowliwi, ktorich nieruszaia żmuły.* Vng. *Szenuedhetet lev.* Ang. *Without passion.*] Latinè dicitur sine ulla animi perturbatione, quasi impassibilis, qualem Stoici volebant esse sapientem. Negabant enim sapientis esse aut dolore, aut voluptate, aut metu, aut odio, aut misericordia commoveri. Plin lib. 7. cap. 20. scribit quosdam sapientiæ sectatores torvitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos, humanis affectibus caruisse, qui & ipsi Apathes

thes nominantur. ¶ Vnde Apathia, ἀπάθεια, Animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

Apator, [ἀπάτωρ. Germ. Vatterlos.] Dicitur sine patre, quo nomine à poëtis Vulcanus dicitur, quem illi fingunt, à Iunone sine patre esse editum. Sacræ etiam literæ Melchisedech ἀπάτορα vocant. ¶ Dicuntur etiam ἀπάτορες, qui incerto patre nati sunt, quos & Latini Spurios vocant. Vide Plutarchum in Problemat.

Apedes, Vide APODES.

Apeliotes tæ, pen. prod. [ἀπηλιώτης. Germ Der Ostwind Pol. Wiatr od wschodu słonca. Vng. Nap keleti szél.] Ventus est ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum vocant.

Apella, æ, m. aut potiùs com. g. Dici potest sine pelle. [מוּל mul. λεπτόδερμος. Gall. Circoncis. Ital. Circonciso. Ger. Beschnitten. Hisp. Circuncidado. Pol. Obrzezaniec. Vng. Körmywlmetelkedet, bőretlen. Ang. Circumcised.] Quo nomine vocati sunt Iudæi circuncisi. Horatius libro 1. Sermon. Satyr. 5: -credat Iudæus apella, Non ego. Nomen fictum ab A privativa particula, & nomine Pellis.

Apello, lis, apuli, apulsum, ex à, & pello, significat Amoveo: [ἀπωθέω. Germ Von dannẽ treiben.] ut, Apulsus ab urbe: id est, amotus. Sunt tamẽ qui putãt Aspello, non Apello scribi debere, & componi ex abs, seu ab, b, in s, mutata, ne ex A D compositum videatur. Nam ita in Captiv. Plauti legitur: Hic est ille dies, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum, Neque exilium exitio est, neq; adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cic. 2. Tusc. Sed longè à læto numine aspellor. Iovis.

Apepsia. [ἀπεψία. Germ. Vnverdewigteit. Pol. Serowossć wzolatku. Vngaricè, Nehezen valo emésztés.] Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant: quum scilicet cibi in ventriculo non immutantur, sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Quomodo autem differat à dyspepsia, & à tertia specie, quam Græci βραδυπεψίαν vocant, vide in dictione DYSPEPSIA.

Aper, m. s. Porcus sylvester, à Græco κάπρος, remota prima litera. [חֲזִיר chazír. Gall. Sanglier, porc sanglier. Ital. Porco seluatico, cinghiale. German. Ein eber / ein wild schwein. Belg. Een wild ver. Hisp. El jauali, puerco montes. Polon. Dzik, wieprz. Vng. Vad kan. Angl. A wyld bore.] Iuvenalis: -quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros, animal propter convivia natum. Varro de ling. lib. 4: Apri ab eo, quòd in locis asperis versantur: nisi à Græcis deductum malis, qui hos κάπρους vocant.

Aprarius, adjectivum ab Aper. [Pol. Dzikowi wieprzowi. Vng. Vad kanhoz valo.] ut retia apraria. Paul. D. lib. 23. Tit. 7. l. 22: Fundo legato, ut optimus maximusque est retia apraria, & cætera venationis instrumenta continebuntur.

Aprinus, [καπρώδης. Gall. De porc sanglier. Ital. Cinghiarino, cosa di cinghiale jauali. Germanicè, Das zu dem wilden schwein gehört oder darvon kompt. Hispanicè, Cosa de puerco jauali. Polon. Dzikiemu wieprzu przinależący. Vngar. Azmi az vad kanhol valo. Ang. Of an wyld bore.] ab Apro deducitur: ut, Aprina caro. Sic scribi quidem debet secundum analogiam. Antiqui tamẽ scribebant Aprugnus. Plin. lib. 8. cap. 51: Catonis censoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diviso apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

Aperio, act. q. ex Ad & Pario (ut inquit Priscianus) abjecta d, (quia d, sequente p, nonnunquam abjicitur,) Patefacio, palàm facio, illustro, expono, nudo, detego. [פתח pathách. ἀνοίγω. Gall. Ouurir. Ital. Aprire. Germ. Aufthun / öffnen. Belg. Opdoen. Hisp. Abrir lo serrado. Pol. Otwieram. Vng. Megnyitom. Ang. To open.] Cic. de Divin. In templo Herculis valvæ clausæ repagulis subitò se ipsæ aperuerunt. Idem pro Cluent. Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic apèriam, ut ea cernere oculis videamini. Idem de Finib. Aperiendum est quid sit voluptas. Idem in Anton. Quũ mulier uberiùs fleret, caput aperuit, & in ejus collum invasit. ¶ Interdũ ponitur pro communicare: ut, Aperire rem familiarem: id est, de ea impartire & communicare aliis. ¶ Huic contrarium, claudere. Cicero in Offic. ¶ Interdum pro instituere. Cicero in Epist. Dionysius Corinthi ludum aperuit. ¶ Interdum ponitur pro, se ad solutionem esse paratum ostendere. Cicero ad Attic. De Oppio factum est ut volui, & maximè quòd DCCC. aperuisti. In quod alio loco ad eundem: De Oppio, inquit, bene cutasti, quod ei DCCC. exposuisti. ¶ Aperire fenestram, januam, proverbialiter dicũtur, pro occasionem & velut ansam præbere. Hujus verbi composita sunt Adaperio, & Exaperio.

Apertè, adverbium, Clarè, manifestè. [בְּגָלוּי beghalúi. φανερῶς. Gall. Apertement, clairement. Ital. Apertamente. Germanicè, Offentlich / heiter. Hispanicè, Claramente. Polon. Iawnie, otwarcie. Vngar. Nyilván nyitvà. Ang. Plainelie, openlie.] Cicero Attico: Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam absentis. ¶ Hinc Apertiùs, & apertissimè. Idem pro Q. Roscio: Planiùs, & apertiùs dicam. Idem Attico: Lætitiam apertissimè tulimus omnes.

Apertio, onis, f. t. verbale. [פְּתִיחוֹן pithichón. ἄνοιξις. Gall. Ouuerture. Ital. Apertura. Ger Offnung / auffthuung Hisp. Obra de abrir. Pol. Otwarcie. Vngar. Meg nyitás, nyilatkozás. An. Opening.] Varr. 1. de Re rust. cap. 63: Sub terra qui habent frumentũ in tis, quos vocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam intercluſa sit anima.

Apertum, Ius clarum & indubium est. Autor Cic. & Quintil. Sicut varium, quod vagatur in opinionibus. Iureconsl. controversum autem: id est, contrarietate opinionum.

Apertus, a, um, Patens, manifestus, planus, ante oculos positus. ¶ Hinc per translationem Apertum pectus dicimus: id est, liberum, simplex, & non simulatum, ut in amicitia pectus apertũ esse debet, quod & Cic Plin. Epist. lib. Fab. Epistolarũ quas mihi (ut ais) aperto pectore scripsisti, oblivisci me jubes.

Apertura, æ, Idem. [ἄνοιξις. Vngar. Meg nyilatkozás, Nyitás.] Vitruv. lib. 5. cap. 5: Contraq; eas cellas relinquentur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c. Idem lib. 10. cap. 9: Circa frontẽ ejus figuntur tabulæ, relictis semipedalibus aperturis, ad aquam intrò concipiendam. ¶ Apertura tabularum apud Iurisconsultos. Vlpian. D. lib. 28. Tit. 5. l. 3: Aperturę tabularum dilatio necessarii hæredis jus non mutat.

Apes, vel Apis, in nominativo singulari. [דְּבוֹרָה deboráh μέλισσα. Gall Mouschе à miel. Ital. Ape. Germ. Ein Imb / oder Byn. Belg. Een bie. Hisp. Abeja. Pol. Pszczola. Vng. Méh. Ang. A bee.] Colum. lib. 10: Nam quanto grandior apis atque rotundior, tantò pejor. Ovid. lib. 13. Metamorph. Non apis inde tulit collectos sedula flores. ¶ Hoc nomen compositũ existimant plerique ab a sine, & pes, quòd sine pedibus nasci videantur, dicente Vergilio: Trunca pedum primo. Sed quum non servet analogiam, sicut cætera composita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis simplex judicandũ est. Creantur apes ex bóum fimo, sicut crabrones ex equorũ, fuci ex mulorum, Vespæ ex asinorum excrementis. ¶ Neque mel neque apes, μήτε μέλι, μήτε μελίσσας. In eos dici solitum, qui recusant commodum ferre, quòd sit cum incommodo quopiam conjunctum. Veluti, siquis apes, quòd sint aculeatæ, nolit petpeti, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Tryphon ex Sappho poëtria Lesbia. ¶ In apes irruisti, ἂς μελίττας ὠκώμασας. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur: quemadmodum evenire solet iis, qui imprudentes in apum nidos incidunt.

Apecula, sive Apicula, diminutivũ, Parva apes. [μελίττιον. Pol. Pszczolka. Vngar. Méhetske. Ang. A litle bee.] Plin. lib. 7: Quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, & navem quam apicula pennis absconderet.

Apianus, vide infrà.

Apiarium, n. s. Locus ubi apes considũt: hoc est, ubi alvei apiũ tenentur, quod Mellariũ, sive alvearium nominatur. [μελισσών. Gall La ruche lieu où se nourrissent les mouches à miel. Ital. Luoco doue stanno l' api. Ger. Ein Imben heusslin / ein Bienstock. Hisp. El col menar. Pol. Pszczelnik. Vng. Méhes, méh tarto hely. Ang. A place wher bees maketh honie.] Colum. lib. 10: Non est dubitandũ qui in ædificio junctum apiarium maceria circundemus, sed in ea parte, quæ tetris latrinæ sterquiliniique, & balnei odoribus libera est. Idem lib. 8. cap. 14.

Apiarius, m. s. Qui curat sive qui possidet apeis. [μελιτουργός. Gall. Celuy qui a la charge & gouuernement des mouches à miel. Ital. Gouernatore o possedítore dell' api. Ger Der Imben hat / mit den Imben vmgeht zu den Imben sorg tregt Belg. Een bienemeester. Hispan. Colmenero. Pol. Pszczolarz. Vng. Méh pásztor, méh tarto. Ang. That hath the charge of bees.] Plin. lib. 31: Proventum enim sperant apiarii largè florescente thymo.

Apiastrum, [μελισσόφυλλον. Pol. Pszczelnik, roiewnik.] Herba est, qua apes mirum in modum delectantur: unde & Melissophyllon, & per syncopen Meliphyllon appellatur. Vulgò Melissa. Vide latiùs in dictione MELISSOPHYLLON.

Apiastrus, æ, aliàs Merops, μέροψ, Aristoteli Hist. lib 9: in Creta à comedendis apibus, [μελισσοφάγος. Gal. Guespier. Ital. Gaulo. Vng. Fetske.] Servius in 4. Georgic. Virgil. Meropes aves vocantur apiastræ, quia apes comedunt. Vide Merops

Apicatus, a, um, ab apibus: sicut à vermibus Vermiculatus. Dicitur quod apium impressam habet similitudinẽ: ut, Apiata mẽsa, apud Plin. lib. 13. cap. 15, ubi de mensis cedrinis loquitur.

Apex, icis, m. t. fastigiũ in summo Flaminis pileo, in cujus extremo modica lana est: quòd primùm cõstat ad Albã Ascaniũ institutisse. Ponitur tamẽ pro ipso pileo Flaminis acuminato. κεφαλὴ ἀκροκωνία. Hodie pontificũ insula hoc nomine appellari potest. Valer. lib. 1: At Sulpitio inter sacrificandũ à capite apex prolapsus, eidẽm sacerdotium abstulit. ¶ Sumitur aliquando pro summa verticis parte quod longè sit à pedibus, & pro cujuscunq; rei summitate acuminata. [רֹאשׁ rosch גַּב gab Gall. La pointe ou sommet de quelque chose. Ital. La summità de qualche cosa. German. Ein spitz / das ausserst oder oberst theil eins jeden dings. Hisp. El altura o cumbre de qualquier cosa. Pol. Wierzchołek. Szpic.

Vngar. *Tetű, tſutſos ſwueg.* Angl. *The point or toppe of any thing.*] Columella lib. 5: Ejusque velut apex pronus imminens vocatur. Cic. transtulit ad ſummam rei alicujus dignitatem: Apex, *ἡλιοφάν, inquit,* ſenectutis eſt authoritas, quāta fuit in M. Cælio Metello. ¶ Apices juris etiam dicuntur in libris Iureconſultorum, pro jure ſummo & ſubtili, ſpinoſaque diſputatione. Vlpianus. L. 29. D. mandat. De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus juris diſputare. ¶ Apices literarum dicuntur accentuum notæ. Gell. lib. 13. cap. 29: Vix ipſos literarum apices potui comprehendere.

Ăpĭcŭlŭs, Diminutivum, Parvus apex. [*κεφάλα*, quod & apiculum dicitur. Vng. *Tetőtske, patyalat teteïén fwggő fwt.*] Feſtus: Apiculum, filum eſt quo Flamines velatum apicem gerunt.

Ăpēxăbo, onis, Inteſtinum ſanguine plenum, admiſto pingui: ſic dictum quòd in ſummitate quiddam, quaſi in capite apicem habet. [German. Ein Blutwurſt. Polon. *Iatrnica, ſelito kiwia napelpione.* Vngar. *Vérős hurka.*] Varro lib. 4. de lingua Latina.

Aphaca, æ, ſive Aphace, ces, *ἀφάκη*, Herba eſt in arvis naſcens, paulò altior lente, foliis admodum tenuibus, terna aut quaterna ſemina nigra in ſiliquis ferens. Hæc Plinius libro 27. cap. 5. Ruellius eandem eſſe putat cum ea, quam vulgus *Viciam agreſtem* appellat.

Aphærĕsĭs, pen. corr. *ἀφαίρεσις*, Dici poteſt abſciſſio. Figura quæ à principio dictionis literam vel ſyllabam aufert: ut, Pone merum, pro Depone. Ex *ἀπὸ καὶ αἱρέω μαι.*

Ăphĕtērĭă, [*ἀφετηρία*. Gallicè, *La barriere ou le lieu duquel partent les cheuaux pour courir.* Italicè, *Moſſe.* Germanicè, Schrancken in welche man die Roß teſt / ſich mit lauffen zu üben. Hiſpanicè, *La cuerda que ſeparega los cauallos.* Polonicè, *Stranki zkad wyawiaią ſię, ſtranki do czwiczenia kony.* Vngaricè, *Pállya czél.* Angl. *An place out of the which horſe beginneth to runne.*] Latini dicunt carceres, unde equi emittuntur ad curſum. ¶ Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas, organa ad expugnandas urbes accommodata.

Ăphrācta, [*ἄφρακτα*. Ger. Vnbedeckte Schiff. Pol. *Lodź.* Vng. *Ladik.*] Sunt aperta, intectaque navigia. Cicer. ad Attic. Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucuparuri eramus. Idem ad Tironem: Noſti aphracta Rhodiorum, nihil eſt quod minus fluctum ferre poſſit. ¶ Legitur & Aphractus maſcul. gener. Cic. ad Attic. lib. 6: Nos Eteſiæ vehementiſſimè tardarunt: detrāxit viginti ipſos dies etiam aphractus Rhodiorum.

Aphrōdīsĭă, *ἀφροδίσια*, Dicuntur Veneris feſta, vel venereæ voluptates.

Aphrŏnĭtrum, [*ἀφρόνιτρον*. Gall. *Eſcume d' vne ſorte de Salpetre.* Ital. *Schiuma di ſalnitro.* German. Schaum des Salpeters. Hiſpan. *Alatron.* Pol. *Salpietra.* Vng. *Salétrom tayték.* Ang. *Salpeter.*] Spuma nitri: de qua Plin. lib. 31. cap. 10. & Martial. lib. 14: Ruſticus es? neſcis quid Græco nomine dicar? Spuma vocor nitri, Græcus es? Aphronitrum.

Aphron, Plinio herba eſt ex generibus papaveris, foliis (ſi propiùs intuearis) paſſerum ſpeciem repræſentantibus, radicem habens in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo. A Dioſcoride *μηκων ἀφρώδης*: Hoc eſt, ſpumeum papaver appellatur. De hoc Plin. lib. 20. cap. 19.

Aphroſcorodon, *ἀφροσκόροδον*, Genus eſt allii majoris incrementi, quod a Plinio Vlpicum vocatur. Nominis ratio diverſa traditur. Nam Colum. ab Aphris nomen ſumpſiſſe exiſtimat. Vlpicum (*inquit*) quod quidam allium Punicum vocant, Græci *Aphroſcorodon.* Plin. à ſpuma dictum exiſtimat, quam gignit in pulmentariis, quibus adhibetur: ita enim habet lib. 19. cap. 6: Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellaverunt allium Cyprium, præcipuè Aphricæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat ſpuma.

Aphroſelenus, *ἀφροσέληνος*, Lapis alio nomine Selebites dictus, *ἀφ' ὧ τὸ σύμπαν αὐτὸν νυκτὸς μᾶλλον ἐν τῇ τῆς σελήνης παραυξάνεσθαι.* Naſcitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderoſus. A Latinis etiam Lunaris lapis appellatur. Vide Dioſcor. lib. 5.

Ăphthæ, æ, [*ἄφθαι*. Germ. Außbrechung des Munds. Polon. *Pecherzna wargach.* Vng. *Száy tſerepellés, aiak dagadás.*] Exulcerationes ſunt in ſummo ore, infantibus peculiares, provenientes vitio lactis quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate provectioribus, quum ora illis intumeſcunt, rubeſcuntq;, calidis humoribus eò commeantibus. Vide plura apud Cælium Rhodig. lib. 9. cap. 20.

Aphrogala, idem quod cremor lactis.

Aphren, Cicuta apud Dioſcor.

Appōno, apponis, pen. prod. appoſui, appoſitum, pen. corr. Appingo, ad aliquid pono, admoveo. [הוסיף *hoſiph* הקריב *hikrib* תכן *tichchén.* προστίθημι, παραθήμι, προσπλέκω, προσομιλῶ, ἐπιτίθημι. Gall. *Mettre aupres, appoſer.* Ital. *Mettere appreſſo.* Germ. Hinzuthun/herzuſetzen. Hiſp. *Annadir vna coſa à otra.* Pol. *Przykladam, przyſadzam.* Vng. *Mellé teſzöm.* Angl. *To put or laye any thing nigh another.*] Cic. 1. Phil. Ariſtarchus qui notam apponebat ad malum verſum. Idem 1. Verr. Reticulumque ad nares ſibi apponebat plenum roſæ. Ovid. 1. Amor. Eleg. 5: Appoſui medio membra levanda toro.

Appŏſĭtŭs, a, um, Quod eſt juxtà, vel ad aliquid poſitum. [יוסף *muſáph* מתכן *metuchchán.* πλοκῇ προσῳκειωμένος. Gall. *Mis aupres, appoſé, adioint.* Ital. *Poſto appreſſo, atto, accommodato.* Germanicè, Herzugethan/hinzu geſetzt. Hiſpan. *Annadido à otra coſa, idoneo y atauiado.* Pol. *Przyłożony.* Vng. *Melle tétetet.* Ang. *Which is layed or put nigh another, apte, meete.*] Cicer. de Invent. Gladium propè appoſitum è vagina eduxit, & illum alterum occidit. ¶ Aliquando ſumitur pro conveniens, aptus, accommodatus, ἐπιτήδειος. Idem ibidem: Eam ipſam ſcripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus pertentare, ſiquid aut ad id appoſitum ſit, quod nos interpretemur: aut ei quod adverſarius intelligat, adverſetur. Hinc cõparativus Appoſitior. Cicer. in Verr. Operarius appoſitior ad deferenda quàm ad auferenda ſigna.

Appŏſĭtē, Convenienter, aptè, accommodatè. [ἐπιτηδείως. Gall. *Bien & proprement, conuenablement.* Ital. *Acconciamente, propiamente.* Germ. Rumlich/fügtlich/wie vnnd wol. Hiſpan. *Conuenientemente.* Pol. *Spoſobnie l' adtnie, x godnie.* Vng. *Illendő képpen.* Ang. *Properlie, aptlie comelie.*] Cic. Attic. lib. 8: Cætera appoſitè tibi mandabo. Idem de Invent. Officium ejus quatis videtur dicere appoſitè ad perſuaſionem.

Appŏrrĭgo, apporrigis, pen. cor. exi, apporrectum, Iuxtà porrigo. [שטח *ſchatách* נטה *natáh.* παρατείνω. Gall. *Eſtendre aupres.* Ital. *Porgere appreſſo.* Ger. Hinzu ſtrecken/hinzu bieten. Hiſp. *Eſtender cerca.* Pol. *Przyciągam.* Vng. *Mellé nyuy toxatom.* Ang. *To reach out nigh another.*] Ovid. 2. Metam. Infantemque vident apporrectumque draconem.

Appŏrto, affero, cui contrarium aſporto. [נשא *naſá'* הוביל *hobil.* προσφέρω. Gall. *Apporter, amener.* Ital. *Portare, condurre.* Ger. Herzu tragen/hinzu bringen. Hiſpan. *Traer algo.* Pol. *Przynaſzam.* Vngar. *El hozom.* Angl. *To bring or beare to another.*] Sæpiùs tamen pro advehere accipitur. Plaut. Stich. Magnasque apportaviſſe divitias domum. Cicero 3. Verr. Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machina ſua. ¶ Apportare, Nuntiare. Terent. Andr. Quid'nam apportas? hoc eſt, quid'nam nuntias? quid affers novi?

Appŏſco, is, appopoſci, ex ad & poſco, Inſuper poſco. [προσαπαιτῶ. Gall. *Demander d' auantage, ou par deſſus.* Ital. *Dimandare oltre quello che ci viene.* Ger. Darzu fordern/noch mehr darzu begeren. Hiſp. *Demandar ſobre lo demandado.* Pol. *Przytim żądam.* Vngar. *Melle kéuánom.* Angl. *To require, or aske moreouer.*] Terent. Heavt. Portò hæc talenta dotis appoſcent duo.

Appŏtŭs, valdè potus, qui multũ potavit. [שכר *ſchachár.* οἰνόληπτος. Gall. *Qui a bien beu, yure.* Ital. *Chi ha ben beuuto.* Ger. Der wol truncken iſt/wol beſoffen/voll genug. Hiſ. *El que beuio demaſiadamente.* Pol. *Opiły, podchmielony.* Vng. *Azkiſol ist.* Ang. *Which hath dronken much, dronken.*] Plaut. in Cur. Poſtquam cœnati, atq; appoti, talos poſcit in manum. Idem in Amph. Credo equidem dormire Solem, atque appotum probé.

Apprĕhĕndo, act. t. & in carmine Apprendo: Attrecto, capio, vel ad me traho, arripio. [תפש *hechezik* אחז *acház.* λαμβάνω. Gall. *Prendre auec la main, empoigner.* Ital. *Apprendere.* Germ. Ergreiffen/ erwütſchen. Hiſp. *Tomar ò prender.* Pol. *Porwam.* Vng. *Meg kapom, ragadom.* An: *To attache and plucke to me, to ſeize.*] Cic. 2. de Nat. deor. Vites claviculis adminicula, quaſi manib. apprehendũt. Virg. 2. Aen. Quo res ſumma loco Panthu? quam prehendũt. Virg. 2. Aen. Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem? ¶ Interdũ ponitur pro diſcere & percipere. Cic. de Orat. Ex Socratis diſputationibus variis, alius aliud apprehendit. Idem ad Att. Neceſſe eſt illum apprehendere hiſtorias. ¶ Interdum pro comprehendere. Calliſtratus D. lib. 23. Tit. 2. l. 64. puto hæredem quoque tutoris extraneum ſententia apprehendi: id eſt, comprehendi ſententia.

Apprehenſio. [Vng. *Meg fogás* Ang. *Seizing of a thing.*] aſſimulatur traditio, l. pœnale, de uſuc.

Apprīmē, penult. product. adverb. In primis, egregiè, valdè. [מאד מאד *meódh meódh* ἐς τὰ πρῶτα. Gall. *Grandement, excellentement* Ital. *Sopra tutto, in prima, grandemente, molto.* German. Hefftig/vberauß/fürnemlich. Hiſp. *Primera y principalmente ò ſemaladamente.* Pol. *Nadwſzitko, zwłaſzcza, oſſobliwie.* Vngar. *Igen tol.* Angl. *Very much, very weell.*] Terent. in Andr. Nam id arbitror apprimè in vita eſſe utile. ¶ Fit ab antiquo nomine Apprimus, quo veteres uſi ſunt pro longè primo, ut docet Gell. lib. 7. cap. 7, citans illud ex Livii Odyſſ. Ibi denique vir ſummus apprimus, Patroclus.

Apprĭmo, is, ere, ex Ad, & Premo: Ad aliquid premo, premẽdo adigo,

do adigo. [הבר *hetsíir* העיך *hebík.* προσπίζω, προσθλίβω. Gall. Presser ou serrer. Ital. *Premere.* Ger. Antrucken/hinzu trucken. Hisp. *Apretar.* Pol. *Przydrukowam.* Vng. *Megszorítóm.* Ang. *To presse or thrust any thing to another.*] Plin. lib. 24. cap. 9: Sedare ventris dolores asseveravit impositam, ita ut tunica cinctuque corpori comprimeretur.

Ăpprŏbŭs, pen. corr. Valde probus. [טוב *tob* חסיד *chasídh.* προσδόκιμος. Gall. *Bon & honeste.* Ital. *Molto buono.* German. Gar fromm. Hisp. *Mucho bueno.* Pol *Barzo czynotliwy.* Vngar. *Igen iámbor.* Ang. *Very goodo and honeste.*] Gell. Et in versu est Cæcilii poëtæ comici: Hierocles hospes est mihi adolescēs approbus.

Ăpprŏbo, as, are, act. p. Probo, comprobo, laudo, auctoritatē & fidem alicui rei tribuo [שבח *sibbách* הלל *hillél* קים *kyjám.* δοκιμάζω. Gall. *Approuver, trouver bon.* Ital. *Laudar grandamente, approbare.* Germ. Hefftig loben/für gut geben/bewären. Hispan. *Aprouar alguna cosa por buena.* Pol. *Pochwalam, postwalam.* Ang. *To approue, to alowe, to commend.*] Cicer. 4. Academ. Nec tamen ego is sum, qui nihil unquā falsi approbem. Idem App. Quicquid feceris, approbabo.

Ăpprŏbātĭo, verbale, [δοκιμασία. Pol. *Pochwalienie.* Ang. *Approuing, alowing.*] Cicer. 2. Tusc. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio.

Ăpprŏbātŏr, verb. m. t. Auctor, cōprobator. [δοκιμαστής. Ang. *One that alloweth or approueth.*] Cic. Attic. Quāvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certè fuisti.

Ăpprōmĭtto, is, act. t. Pro alitero promitto, quod alter promisit idem promitto. [ערב *aráb.* ἐγγυάομαι. Gall. *S' obliger pour vn autre promettre pour luy.* Ital. *Promettre per vn altro.* Ger. Für ein anderen sich versprechen/vmb das so er verheissen hat. Hisp. *Prometter pro otro.* Polon. *Reczę, za lubuie zaiństwo, albo przyiąć.* Vn. *Axone igitōm.* Angl. *To promise for another, to oblish him self for another man, to come suertie.*] Cicero Attic. De Oppio factum est ut volui: & maximè quòd D C C C. appromisisti: quæ quidem ego utiq; vel versura facta solvi volo.

Ăpprōmĭssŏr, oris, verbale. [ἐγγυητής. Ger. Ein Bürg/der für ein anderen verspricht. Vng. *Igirő.* Ang: *Suertie, that confirmeth another mannes promise.*] Vlpian. Appromissorem vocat fidejussorem leg. in omnibus. ff. de solutionibus.

Ăpprōnārĕ, in genua se prosternere. [ברך *barách.* ἀποπροσπίζω. Gall. *S' agenouiller.* Ital. *Ingenocchiarsi.* Ger. Sich neigen/buckē/niderknien. Hispanicè, *Arrodillar, hincar las rodillas.* Polon. *Klamsam się, nakolana padam, bite czołem.* Vng. *Terdre esni.* Ang. *To kneele, to fall on the knees.*] Apul. lib. 1: Planiore in ripæ margine implicitus, in genua appronat se, avidiùs affectans portionem. Videtur esse compositum ex Ad præpositione & nomine Pronus: unde gemino p, scribendum est.

Ăpprŏpĕro, as, are, Propero, accelero. [מהר *mihér.* σπεύδω. Gall. *Se hastер, s' auancer.* Ital. *Affrettare.* German. Hertzu eylen. Hispan. *Appresurarse en venir.* Polon. *Pośpiecham, przykwapiam.* Vngar. *El sietők.* Ang. *To haist, to speed.*] Terent. in Andr. - postquam ante ostium Me audivit stare, approperat. Cicer. Attic. Quare appropera, & vale. ¶ Approperatum opus: id est, acceleratum. Liv. 4. ab Vrb. Cœptumque opus adeò approperatum est, ut Sole orto, &c.

Ăpprŏpīnquo, as, are, act. p. Propiùs accedo, advento, propè sum: & simul de loco & tempore dicitur. [קרב *karáb.* ἐγγίζω. Gall. *Approcher, venir pres.* Ital. *Accostarsi.* German. Sich nehēren. Hisp. *Acercarse ò allegarse.* Pol *Przybliżam się.* Vng. *El közelitők.* Angl. *To come nigh to approche.*] Cæsar 1. Bel. Gal. Heduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. Cicer. ad Quint. frat. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat.

Ăpprŏpīnquātĭo, verbale, f. t. Cic. de Senect. [קרבה *kerabdh.* προσπέλασις. Gall. *Approchement.* Ital. *Auicinamento.* Germ. Die nehung. Hispan. *Acercamiento, allegamiento.* Pol. *Przybliżanie.* Vng. *Közelités.* Angl. *Comming nigh, approching.*] Quarta restat causa, quæ maximè angere, atque sollicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.

Apragmosis, coronarium quoddam sativum, apud Aristophan. portam, ut Grammaticus Aristoph. interpretatur, Athenis in Academia nasci solitum.

Aprarius, Vide Aper.

Aprīcŭs, a, um, pen. prod. Soli expositus, Soli apertus. [προσηλιώτης, ἡλιώτης, προσήλιος. Gall. *Tourné vers le Soleil, où le Soleil bat, abri.* Ital. *Esposto al Sole, aprico.* Ger. Ein Sonnechtig ort/ein ort das viel Sonnen hat. Belg. Sonachtig / een platse daer die Sonne veel schynt / oft dat gherne die Sonne heft. Hispan. *Cosa abrigada, que esta al abrigo.* Pol. *Miejsce ktorigo slonce dobrze nagrzewa.* Vn. *Verősfenyes.* Ang. *Which lieth to the sunne, made hoate through the sunne, beated with the sunne.*] Dicitur autem quasi ἄνω φαίνης: hoc est, sine frigore, φ, aspirata in π, suam tenuem conversa. Virgil. 2. Georg. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. ¶ Apricus homo, vel Aprica avis, quæ Sole gaudet. Idem 5. Aen. -apricis statio gratissima mergis.

Aprīcĭŏr, apricissimus. Colum. lib. 11. cap. 3: Nonnulli hanc eandem locis aprioribus à Calendis Martiis deponūt. Idem lib. 9. cap. 14. Dum adhuc autumni reliquiæ sunt, apricissimo die purgatis domicilijs.

Aprīcāri, d. p. Est in aprico loco esse: hoc est, in loco Soli exposito versari. [ἀλιαζεῖν, ἡλιάζεσθαι. Gall. *Estre en l' abri, se tenir au Soleil.* Ital. *Essere in luogo aprico, stare al Sole.* German. An der Sonnen seyn/sich an einem Sonnechtigen ort halten. Belg. Ick werme my an der Sonnen. Hispan. *Abrigarse en lugar abrigado.* Pol. *Na słoncu się grzać.* Vngar. *Verősfényen lenni.* Angl. *To vse a sunnie place.*] Varro in ministeriis: Licet videre multos quotidie in hyeme in Sole apricari. Plinius libr. 36. de columbis: Apricantur aliæ scalpentes sese. Cicer. in Catone: Vbi enim potest illa ætas aut calescere, vel apricatione melius, vel ígni, aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubribus?

Aprīcātĭo, onis, f. t. [ἡλίωσις. Gall. *Abri.* Ital. *Aprico.* German. Wohnung oder haltung an der Sonnen. Hispan. *Abri.* Pol. *Miejskanie na słoncu.* Vngar. *Verősfényen valo iarás.* Ang. *A sitting in a sunnie place.*] verbale. Cic. Att. Sibi habeat suam fortunam, unà mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istiusmodi regna.

Aprīcĭtās, atis, Est hybernus ille tepor in locis apricis. [ἡλιόφως. Ang. *Warmnesse of the sunne.*] Colum. lib. 8. cap. 15: Cum apricitate diei gestiunt aves. Idem lib. 7. cap. 7: Si diei permittit apricitas. Plin. lib. 6. cap. 26: Apricitatis inclytæ regio.

Aprīcŭlŭs, Piscis est qui κωφίσκος dicitur, cujus dētes acutissimi, ac validissimi, teste Oppiano, diversusque ab eo qui Aper dicitur, Græcè κάπρος. Apulejus in Apologia: Tam ridiculum argumētum, quàm si dicas venandis apris piscem apriculum. Ennius: Apriculum piscem scito primùm esse Tarenti.

Aprīlis, m. t. Mēsis dictus est, quasi aperilis, quòd terram aperiat. [אביר *jyár.* ἀπρίλιος. ἀπρίλις, ἀφροδίτη. Gall. *Le mois d' Auril.* Ital. *Aprile.* German. Der Monat Aprit. Belg. Den Aprell. Hispanicè, *El mes de Abril.* Polon. *Kwiecżien.* Vngar. *Szent Gyrgy haua.* Angl. *The moneth called Aprile*]. Nam verna temperie plantarū germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quasi Aphrilis ab ἀφρος spuma, quòd Venus, cui hic mēsis sacer est, ex spuma maris fingitur nata. Horat. 4. Carm. -Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. ¶ Accipitur præterea adjectivè: ut Nonis Aprilibus. Cicer. ad Len. Quinetiam Marcellino, & Philippo Consulibus, Nonis Aprilibus mihi est senatus assensus.

Apronia, Herba est, quam alii Vitem nigram, alii Bryoniam, alii Chironiam, alii Gynecanthen vocant, [ἄμπελος μέλαινα. Ger. Schmerwurtz] Plin. lib. 23. cap. 1.

Ăpsĭs, idis, Vide Absis:

Ăpsўchŏn, [ἄψυχον. Polon. *Nieżywi.* Vng. *Oktalan állat.*] Inanimatum, quod est sine anima, & spirare non potest.

Ăpsўctos, ἄψυκτος, Gemma est nigra & ponderosa, rubentibus venis distincta: ita dicta quasi irrefrigerabilis. Nam semel igni excalfacta, septem diebus calorem servat. Autor Plin. lib. 36. cap. 10.

Ăptōtum, aptoti, penultima producta, Interpretatur sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: ut Frugi, Nihil, Nequam, Fas, Nefas, Autor Donatus in 2. Editione. Hæc alio nomine dicuntur Indeclinabilia.

Ăptŭs, ta, tum, Accommodatus, appositus, conveniens, congruens. [נכון *nachón* ראוי *raúi.* ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος, προσοδεύμος. Gall. *Bien sortable, conuenable, propre.* Ital. *Atto, accommodato, acconcio.* German. Geschickt/bequem/fuglich. Belg. Bequaem. Hispanicè, *Cosa idonea y atuiada.* Pol. *Spossobny.* Vng. *Illendo.* Ang. *Apte, proper and meete, fitte.*] Pers. Satyr. 1: -si forte quid aptius exit. ¶ Interdum elegans, ut apud Ciceronem lib. 2. de Orat. Ita porrò verbis est aptus & pressus, ut nescias utrùm sententiæ oratione, an verba sententiis illustrentur. Idem 1. Offic. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione mēbrorum movet oculos. ¶ Interdum connexus. Virg. lib. 2. Georgic. -ipsos è torquibus aptos, Iunge pares. Cicero de Natura deor. Bulbus multa dixit, etiamsi minus vera, tamen apta inter se & cohærentia. ¶ Interdum ponitur pro compositus, creatus sive factus. Idem lib. 3 de Finib. Itaque natura sumus apti ad totius consilia civitatis. ¶ Est etiam Aptus participium ab Apiscor, idem significans quod Adeptus. Varro: Ea omnibus ostendat, quæ bello est aptus.

Ăptē, [ἁρμοδίως, ἐπιτηδέως. Gall. *Conuenablement, proprement.* Ital. *Propiamente, acconciamente.* Germ Geschicklich/ bequemlich/ fuglich. Hisp. *Conuenientemente.* Pol. *Właściwie.* Vngar. *Illéndo képpen, helyesön.* Ang. *Aptelie, properlie.*] adverbium qualitatis, aptiùs, aptissimè, cōvenienter & accōmodatè. Cic. 1. de Fin. Quī inciderit, ut id aptè fieri possit. Plin. li. 16. ca. 25: Ratio aptius reddetur ab hoc tertio volumine. Idem lib. 19 cap. 5: Partibus tamen aptissimè. ¶ Aptè dicere. Cic. 1. Offic. Quod est Oratoris proprīū, aptè, distinctè, ornatè dicere. Idē 1. de Orat.

Ăpto,

Aptо, as, act. p. Conveniēter aliquid rei alicui jungo, seu accōmodo. [הכין *hechin* תכן *tichchén.* ἁρμόττω. Gall. *Approprier, accommoder, agencer.* Ital. *Adattare, accommodare.* Germ. Zuſammen fügen/ oder ordnen. Belg. Ick voege/ ſchicke t'ſamen. Hiſp. *Acomodar ayuntar vno con otro.* Pol. *Przykladam.* Vng. *Hozzá illetòm.* Ang. *To make apte and proper, or meete with any thing.*] Conſtruitur cum dativo vel accuſativo mediante Ad. Cicer. in Philip. Cujus denique fortunæ ſtudia tantę laudi & gratulationi tuę ſe non aptarint? Idē 3. de Orat. Hoc verbum eſt ad id aptatū, quod antè dixerat. ¶ Hujus cōpoſita ſunt Adapto, & Coapto.

Aptitudo, f. t. Eſt convenientia, pulchritudo, elegantia, ἁρμονία: unde fit Aptè Adverbium, &c.

Aquĭă, æ, Piſciculus eſt minimus & viliſſimus, quem Græci, quòd ex pluvia naſcatur, ἀφύλλιον vocant. Vide Plin. lib. 31. cap. 8, & ea quæ ſuprà annotavimus in dictione Aphya. ¶ Eſt etiam ex Apuarum genere quæ vulgo *Anchoie*, Ariſtoteli, ἐγκρασίχολος, Aeliano λυκόσομος, Ex qua liquamentum atque elęogarum optimum ad excitandum appetentiā conficitur. Addito oleo, vino, & aceto, totus piſcis ſubjectis prunis liquatur: nec ſpinæ veſtigium remanet. ¶ Eſt & alia Apua quæ Ariſtoteli ἀφύα κωβίτις (vel ut alii κωβιτης) vulgo *loche* Fœtus eſt gobii. ¶ Eſt & Apua phalerica ἀφύα φαλερική, vulgo *Nadele*, vel *Melete*, Rhoromagi Crudo. Piſcis molliſſimus atque pinguis, tardinis ſimilis, niſi quòd minor & latior. ¶ Deniq; eſt in ſenſu apuarum piſciculus, qui Ariſtoteli ἐψητὸς dicitur, Natica Plauto apud Feſtū. Et Apua membras, Μεμβρὰς vulgo *Celerin.*

Aпŭd, Præpoſitio eſt, quæ nunquam compoſita reperitur: appoſita verò caſibus, quandoque locum denotat: [אֵת *ésel.* παρά, πρός. Gal. *Auprés, chez, devant.* Ital. *Appo, appriſſo, preſſo.* Ger. Bey Belg. By. Hiſp. *Cerca.* Pol. V. Vng *Nálla, nál.* Ang. *By or nigh.*] ut, Apud Mantuam hæc ſcripſi. ¶ Quandoque perſonam: ut, Apud Regem. Quandoque loci & perſonæ conjunctionem, ut; Cœnavi apud Pompeium. Sed quum ad perſonam refertur, plerunque familiaritatem ſignificat, non dominium: ut, Fuit apud te: id eſt, tecum, vel domi tuæ. Penes verò & poteſtatem, & perſonam, & dominium (ἐπί cum dativo) Ovid. lib. 1, Faſt. Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi. Quanquam etiam ſine dominii ſignificatione aliquando inveniatur: ut latiùs docebimus ſuo loco. Apud, aliquando accipitur pro In: ut: Apud Terentium in Andria: De Davo modò apud forum audivi. ¶ Apud ſe dicitur eſſe, qui omiſſis negotiis ſe in receſſum recipit. Cic. lib. 1. de Orat. Marcus verò Scaurus, quem non longè ruri apud ſe eſſe audio. Magis tamen videtur Apud ſe, in hoc Ciceronis loco accipi pro, Domi ſuæ: quemadmodum frequenter, apud Terentiū, Apud nos, pro Domi noſtræ. Apud, etiam juxta ſignificat. Cicer. de Offic. Cujus focum mirari ſolitus Cato, apud quem ille ſedens, Samnitum quondam hoſtium jam clientium ſuorum munera repudiabat. Idem de Orat. 2: Quum etiam tum in lecto Sulpitius eſſet, & apud eum Craſſus ſederet. ¶ Apud aliquem obligari, pro alicui. Iulianus de fidejuſſoribus, Fidejuſſor obligari non poteſt ei, apud quem reus promittendi obligatus non eſt.

Apŭs, vel cypſellus, ἄπους κύψελος Ariſt. [Pol. *Gerzik.* Vng. *Labatlan feſtske.* Ang. *A martinet birde.*] Avis eſt de genere hirundinum, cujus pedes curti, & mutili, quaſique inutiles. Plinius lib. 10. cap. 39: Plurimum volant quæ Apodes, quia carent uſu pedum, ab aliis Cypſelli appellantur, hirundinum ſpecie. ¶ Eſt & aquilæ ſpecies apud Avicennam Arlachine. ¶ Apud Pauſaniam verò aquilæ cygneæ fit mentio in Arcad. hæ quæ variis pedibus ἑτερόπους recentium.

Apўrĭnŏn, ἀπύρηνον, Genus eſt mali Punici dulciſſimi, ita dictum, quaſi ἄνευ πυρῆνος: hoc eſt, ſine nucleo: non quòd prorſus nucleis careat, ſed quòd eos habeat minus lignoſos. Quò fit, ut & acinos habeat blandiores & minus amaros. Plin. lib. 13. cap. 19. Martial. lib. 13: Lecta ſuburbanis mittuntur arbuta ramis, Et verne tuberes. quid tibi cum Lybicis? ¶ Leguur & adjectivum Apyrinus, a, um: ut Apyrinus fructus: hoc eſt, dulcis, nucleisq; minus lignoſis, quales habent apyrina. Colum. libro de Arboribus cap. 23: Ea res & fertilem arborem sedder, & primitivis annis fructum vinoſum: poſteà verò etiā dulcem, & apyrinum faciet.

Apyrum ſulphur, ἄπυρον θεῖον, Plin. lib. 33. cap. 15, vocat ſulphur vivum, quodque ignem non eſt expertum: ἄπυρον enim Græci vocant incoctum, & quod igni non eſt admotum. Vnde & Apyri tripodes, ἄπυροι τρίποδες dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario uſui, ſed domorum templorumq; ornatui dicati erant.

Apўrōtŭs, m. ſ. ἀπύρωτος, Gemma igniti carbonis ſimilitudinem referēs, quam Ovid. 2. Metamor. Pyropum vocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quòd ignem non ſentiat. Plin. lib. 37. cap. 7: Principatum habent Carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiāt ignes: ob id à quibuſdam Apyroti vocati.

A ante Q.

Aquă, componi videtur ex à & qua: quaſi à quâ vivamus. [מים *maim.* ὕδωρ. Gal. *Eau.* Ital. *Acqua.* Germ. Waſſer Belg. Watter. Hiſp. *Agua.* Pol. *Woda.* Vng. *Vizé.* Ang. *Water.*] Unde aqua & igni interdici ſolebat damnatis. Aquâ & ignem ſummebant nuptæ, & qui funus perſecuti fuerant, redeuntes ignē ſupergrediebantur aqua aſperſi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare. Terras enim devorant aquæ, flammas necant, ſcandunt in ſublime, & ipſum quoque ſibi vendicant cœlum. Quid eſſe mirabilius poteſt, quàm ſtare in cœlo aquas? At illæ non modò in tantam altitudinem, ſed ſecum quoque piſcium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes omnium in terra naſcentium cauſa fiunt: fruges, arbores, ſiutices juvant: migrant in cœlum, ut vitalem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ ſunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ & pœnè omnibus morborum, generibus auxiliantur. Aliæ ſulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ [illegible] tamus, aliæ æris. Aliæ acidæ ſunt, aliæ ſalſæ, & cunctæ horum tantùm cauſa videntur erupiſſe. Generatim nervis prodeſſe omnes: aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ exinaniunt alvos, aliæ ſanant vulnera aliæ capiti auribuſq; & oculis privatim medentur, aliæ ſterilitatem mulierum, & virorum infamiam abolere proditur, nonnullæ juvant calculoſos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollūt vitiligines, aliæ podagris proſunt, aliæ tertianas febres diſcutiunt, aliæ dentes ſiſtunt, aliæ ungulas etiam numentorum indurant, aliæ ſubtiliores faciunt ſenſus, aliæ memoriam auferunt, aliæ oblivionem inducunt, aliæ canoras voces facunt. Hæc Perottus ex Plinio, quibus illud præterea addit, ſe deduxiſſe aquas in agro Viterbienſi, quæ lethargicos & apoplecticos & colicos curant, luxatos ſtatim ſanant, dentes ea colluſos ſiſtunt, ſcabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omninò ſublato faſtidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt, Venerem debilitatam excitant, calculorum vitia diſcutiunt. Hæc ille. Alii aquam, quaſi æquam: hoc eſt, æqualem diſtam, volumine, ablatore, quòd aqua, niſi ventis agitetur, nihil ſit æqualius. ¶ Aſperſiſſe aquam proverbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animam, ac metum ademerit. Plaut. in Bacch. Evax aſperſiſti aquam. Idem Trucul. Aſperſiſti aquam, jam rediit animus, transactum ab iis qui in deliquio, quē Græci λειποθυμίαν appellant, aſperſa in faciem aqua ad ſui ſenſum revocantur. ¶ Aquam bibens nihil boni pariat. ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν τέκοις: Cujus proverbii ſenſus eſt, à poëtis nihil præclarum aut venuſtum proficiſci, ſi biberint aquam: hoc eſt, ſi pauperes fuerint, & tenui victu. Demetrius Halicarnaſſeus. ¶ Inaniter aquam colligis, ἄνω ἀναλίσκεις ὕδωρ. In eos quadrabit qui frustra laborant. A priſco more judiciorum ſumptum, in quibus clepſydræ modum dicebatur. ¶ In aqua haerere. In eo dicitur, qui ſic implicantur negotio quopiam; ut ſe nequeant extricare. Cicero 3. Offic. de Epicuro: Dicit ille quidem non multis locis, ſed aqua hæret, ut aiunt. Trita ſumptum apparatum à fluitantibus: vel certè ab Oratorum clepſydra. ¶ Aquam cribro haurit, ἄνυδρος ἀντλεῖ. In aqua ſcribis, καὶ ἐπὶ ὕδατος γράφεις: In aqua ſementem jacis, ἐν ὕδατι σπείρειν. Aquā in morterio tundere, ὑπὲρ ὕδατος πληγῆναι, & ſimile paroemia, in eos quadrant, qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, Ἐπ' ὕδωρ κακός, In infimæ ſortis homines olim dicebatur, ac ſordidiſſimis quæſtibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur, multoq, omnium contemptiſſimi, qui litigantibus aquam ſubminiſtrare conſueverunt. ¶ Aquam igni miſcere, πῦρ ὕδατι μιγνύναι inter proverbia, quibus ἀδύνατον ſignificamus, referendum eſt. Pugnat enim aqua cum igne. Plutarchus in bello πρὸς πῦρ καὶ ὕδωρ. ¶ Mitte in aquā, ἐμβαλὲ εἰς ὕδωρ: hoc eſt, auferè medio. Dicitur vel in hominem vel in rem exitio dignam. Tractum à ſupplicio quorundam, qui in profluentem aut mare mittebantur. ¶ Aquam è pumice poſtulas, pro eo quod eſt, fruſtra ab alio petere, cujus ipſe à quo petas, maximè ſit indigus. ¶ Cœno puram aquā turbans, nunquam invenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὐποθ' εὑρήσεις πιεῖν. Dici ſolitum, ubi quis ea quæ ſunt per ſe pulcherrima, contaminat, admiſtis iis quæ ſunt turpiſſima.

Aquŭlă, diminutivum ab aqua. [ὑδάτιον. Pol. *Wodeczka, wodka.* Vng. *Vizetske.* Ang. *A little brooke.*] Cic. lib. de Orat. Quæ mihi videtur non tàm ipſa aquula, quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creviſſe. Et lib. 2: Vbi nō ſecluſa aquula teneatur, ſed unde univerſum flumen erumpat.

Aquædūctŭs, us, ui, ab aqua ducenda. [תעלה *tehalah.* ὑδραγωγία. Gal. *Conduite d'eau.* Ital *Acquedotto.* Germ. Waſſerleitūg/ waſſergräben/ waſſerfurt. Belg. *watterleydingen/ watterloopē/ oft goten.* Hiſp. *Aguaducho para traer agua.* Pol. *wodi przewod, wodne przekopi, rowdo przewiedzenia wod.* Vng. *Vizbé vétel.* Ang. *A conueyance or cundite of water.*] Eſt enim aquarum deductio: hoc eſt, quum

est, quum alicunde aqua derivatur, ut per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, sive ad bibendum sive ad irrigandum, ut est videre apud Iulium Frontinum in libro de Aquæductibus Romanorum. Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriusq; generis etiam hodie Romæ nō pauca extant vestigia. Vlp. de Servit. rust. præd. Servitutes rusticorū prædiorum sunt hæ, Iter, actus, via, aquæductus.

Aquælĭcĭum, n. s. Dicitur quum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæ nĭvāles, menſæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur, ut essent salubriores, ὕδατα χιονώδη. Postea colonivario & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquæductum, quasi aquæ agiū, inquit Festus. Idem quod aquæductus, [ὑδραγωγία, ὑδροχοή, ἀγωγός. Ang. *A conueyance or conduite of water.*] Pomp. l. hoc jure. de aqu. quotid. Dum ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat.

Aquæ intercus, Morbus est, quem Græci Hydropen appellant: [Ger. Die waſſerſucht / waſſer zwiſchen haut vnd fleiſch. Belg Dat gheladē water. Pol. *Puchlina.* Vng. *Vizi korságy.* Ang. *The dropsie.*] quū inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit ὕδρωψ, ὕδερος. Nonius: Aqua intercus, hydrops morbus, quasi aqua inter cutem. Cicer. 3. Offic. Siquis medicamentum cupiam dederit ad aquam intercutem. A Celso Aqua inter cutem appellatur: Ita enim habet ille libro 3. cap. 21: Longus verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Plinius vocat Aquam subter cutem fusam.

Aquālĭcŭs, pen. corr. Alvus, quò sordes defluunt. Item genus quoddā lati intestini, ex quo fœmina fieri solēt. Apicius: Reple aqualicū, sic ut laxamentū habeat, ne dissiliat in coctura.

Aquālĭcŭlus, diminutivū est ab aqualicus, Vas est in quo porci sorbent. [γάστρον. Gal. *Auge où mangent les pourceaux.* Ital. *Albio, Albuolo da porci.* Ger. Ein Sewtrog. Belg Eenen verckens backt. Hisp. *Baxo ò barriga, Dornajo donde comen los puercos.* Pol. *Swinie korito.* Vng. *Vállu.* Ang. *A troughe for swyne.*] Per translationem pro ventre sive alvo sumitur, tām occulta quàm apparente, in quam sordes fluunt. Persius Satyr. 1: -nugaris, quum tibi calve Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet, in quod Cornutus scribit aqualiculum propriè ventrem esse porci, & per translationem de humano ventre dici.

Aquāle, is, generis masculini, Genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manib. datur, quod & Matellio dicitur, teste Varrone. [כוס *cos* סְפֵל *sēphel* גְּבִיעַ *ghebiáh* חַד *chadh.* ὑδρία. Gall. *Eguiere, pot à eau.* Italic. *Vrna.* Germ. Ein Waſſergeſchirr / ein gießfaß. Belg. Een handvat / fonteyne. Hisp. *Iarro de agua para beuer.* Pol. *Naluewka.* Vng. *Veder.* Ang. *A lauer, or eawer to wash the handes.*] Plaut. in Curc. Date isti sellam ut sedeat, & aqualim cū aqua.

Aquārĭæ, [Ang. *Places where water is voyded.*] Dicuntur lotrinæ, in quas lotura projicitur: nec in culina tantùm, sed & in triclinīis, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquārĭŏlæ, Dicuntur mulierum impudicarum sordidissimi assectlæ. Festus. [παραγωγεῖς, μάστροποι. Gall. *Maquereaux.* Ital. *Roffianelli.* Ger. Hůring / hurenfůhrer. Hisp. *Alchauetes.* Pol. *Kurewnik.* Vng. *Kurvás.* Ang. *Baudes, merchaunte of hoores.*]

Aquārĭŏlum, sive aquarium, [ὑδροδοχεῖον. Germ. Ein Dolen / da reyn das waſſer laufft / oder anderer vnrhat.] Locus in quem sordida aqua demittitur, qui & Lavatrina dicitur à lavando, & per syncopen, Latrina.

Aquārĭum, ii, n. s. Locus in flumine, aut alia quavis aqua, ad quem animalia potū aguntur. [שִׁקּוּת *schóketh.* ὑδροπότη ὑδρεῖον. Gall. *Euier, abreuoir.* Ital. *Luoco da abeuerare.* Ger. Ein ort da sich das waſſer verſamlet / vnd das vieh darob trenckt / Brunntrog. Hisp. *Abreuadero donde beuen bestias.* Pol. *Korito do napawania bydła.* Vng. *Itató hely.* Ang. *A place where beastes may drink at in riuers or any waters.*] Cato cap. 1: Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorū copia siet, boumq; ibi aquarium. ¶ In Glossario sic legitur, Aquariū ὑδραγώγιον.

Aquārĭus, a, um, Quod ad aquam pertinet, ὑδατικός. ut, Cos aquaria. [Ang. *A grindstone going in troughes of water.*] Re aquaria defectos. Plin. lib. 34: Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies. Aquarii, servi dicuntur aquarum custodes & hydrophylaces.

Aquārĭus, rii, m. s. Vndecimum signum Zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur xv. Calend. Februar [ὑδροχόος. Gal. *Vn des douze signes du ciel* Ital. *Acquario.* Ger. Waſſermann. Hisp. *Aguador.* Pol. *Wodnik* Vng. *Vizöntő.* Ang. *One of the twelue signes of heauen.*] Fabulantur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quem Iupiter, ejus pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquārĭus sulcus, Qui aquam educit. [ἄῤῥαξ ὑδατικός. Ger. Ein Waſſerfurchen / waſſergráben. Belg Een Waterfort.] Colum. lib. 2: Crebrosq; sulcos aquarios, quos & nonnulli Elices vocāt.

Aquātĭcus, ca, cum, Qui in aqua degit: [ἔνυδρος. Pol. *Wodny.* Vng. *Vizi.* Ang. *That liueth in the water.*] sicut Terrestris, qui in terra vivit. Plin. Terrestres & aquatici pisces.

Aquātĭlis, pen. corr. aquaticus. [ὑδατικός. Ang. *Whatsoeuer liueth in the water.*] Plin. lib. 9. cap. 12: Aquatilium tegmenta plura sunt. Cicer. 1. de Natur. deor. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes.

Aquĭlex, pen. corr. Qui aquam illicit & ducit. [ὑδρολόγος. Gal. *Maistre fontenier.* Ital. *Colui che rancoglie l'acqua* Ger. Der die Brunnen erfindt / Brunnmeiſter. Hisp. *El què coje agua der ramada, ò el què conoce donde ay agua.* Pol. *Mistrz studnie buduiacy, vel, mistrz wode przywodzacy.* Vng. *Vizvézető.* Ang. *A wellmaister that gathered waters together.*] Varro in Quinquatrib. An hoc præstat Herofilus Diogeni (ut legit Scaliger) qd̄ ille è ventre aquā mittit? an hoc tē jactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex. Ex Nonio.

Aquiminale, vas aquarium dicitur à Paulo in l. 3. de supel. leg. Nam & pelves argenteas, & aquiminalia argentea.

Aquiminarium, Vas quoddam escarium fuit. Pompon. in l. 21. §. 2. D. de aur. & argent. leg. Sed de aquiminario Cassius ait, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. Item Vlpian. Si cui escarium legatum sit, argentum aquiminarium continetur. Nam & hoc propter escam paratum est.

Aquŏr, aris, d. p. verbum castrense est, Aquam haurio, sive aquam fero, ad usum exercitus, vel alterius rei. [נָשָׁא *schaáb,* ὑδρεύω, ὑδροφορέω. Gall. *Brendre eau, se fournir d'eau.* Ital. *Cauar aqua, andar per acqua.* Germ. Waſſer ſchöpffen / ſich mit waſſer verſehē. Hisp. *Ir por agua para el real.* Pol. *Wwodę ſię opatrzyć.* Vng. *Itatok.* Ang. *To furnish water, to drawe and beare water to an hoste.*] Curtius: Quum miles aquarū profectus esset. Virgilius: -sub mœnibus urbis aquantur. Vide in dictione. AD AQVO.

Aquātĭo, onis, verbale, Actus aquandi: hoc est, aquam ad castra afferendi. [ὑδρεία. Gal. *Puisement d'eau ou apport, abbreuement.* Ital. *L'anacquare, l'andare à pigliar aqua.* Ger. Waſſer ſchöpffung / waſſerholung. Hisp. *El traer del agua para el real.* Pol. *Wodi przyniesienie, albo wiciaganie.* Vng. *Itatás.* Ang. *Drawing or bearing of water to an armie.*] Cæs. 4. bell. Gall. Tamen sese non longiùs millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit.

Aquātŏr, oris, Qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu facit. [שׁוֹאֵב מַיִם *schoéb máyim.* ὑδροφόρος. Gall. *Porteur d'eau, celuy qui fournit d'eau au camp.* Ital. *Chi va per acqua per fornire vno exercito.* Germ. Der ein läger mit waſſer verſihet / waſſerſchöpffer. Hisp. *Aguador del real.* Pol. *Ten ktori oboz opatruie wodam.* Vng. *Itató.* Ang. *Which draweth and furnisheth water, a bearer of water to an armie.*] Cæs. bell. Civ. Hæc consultantibus, eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquātus, ta, tum, Aqua mixtus, aqua dilutus: [מָזוּג *mazúgh.* ὑδρωμένος. Gallic. *Mistionné d'eau, où on a mis de l'eau.* Ital. *Adacquato, acquoso.* Germ. Waſſerecht tig / mit waſſer vermiſchet. Hisp. *Aguado.* Pol. *Wodnasty, vel zwoda zmieszany.* Vng. *Vizzel elegitet.* Ang. *Mingled or mixed with water.*] ut Aquatū vinum. ¶ Interdum idem quod aquosus, ut Lac aquatum. Plin. li. 28. cap. 9: Omne autem vernum aquatius æstivo.

Aquĕus, a, um, Quod ex aqua est. ὑδρώδης, ut, Color aqueus.

Aquōsus, sa, sum, Quod copiam aquæ habet: [ὑδατώδης. Gall. *Plein d'eau, aqueux, fort humide.* Ital. *Acquoso, abondante d'acqua.* Germ. Gewäſſeret / das viel waſſer hat. Belg. Waterachtich. Hisp. *Lleno de agua.* Pol. *Wodniasty, woda oblany.* Vng. *Vizes.* Ang. *Full of water, waterish, very wett.*] ut Hyems aquosa. Colum. libro 4 de ficis: Locis, *inquit,* frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces ferto. ¶ Hujus compositum, & contrarium est Inaquosus, ἄνυδρος.

Aquōsissĭmus. Superlativus. [Vngar. *Igön vizes.*] Seneca Quæst. natur. 3. cap. 11: Quia ferè aquosissima sunt, quæcunq; umbrosissima.

Aquĭfŏlĭum, Species est ilicis, mespilum foliis referens. πρασοειδὲς, ἢ πρασοφύλλον. Theophrasto: unde & Mespilus sylvestris, μέσπιλος ἀγρία à nonnullis appellatus. Vide Plin lib. 24. cap. 13 & lib. 27 cap 8. ¶ Aquifolia etiam diversa arbor est, semper viridis, cujus folia per ambitum aculeata, ac spinosa, fructus rotundus ac rubeus. Ex cujus corticibus in fimo putrefactis fit viscum capiendis avibus. Olim vocata est aquus pro acus. Theophrasto ἀγρία, non verò ut putavit Plinius, πρασοειδές.

Aquĭla, æ, p. [נֶשֶׁר *neſcher.* ἀετός. Gall. *Aigle.* Ital *Aquila.* Ger. Ein Adler Belg. Een Arent. Hisp. *Aguila.* Pol. *Orzeł.* Vng. *Saſskeselyő.* Ang. *An eggle.*] Regina avium quam poëtæ Iovis alitem, ejusdemq; armigeram appellant & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura: quia sola avium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniventibus potest aspicere. ¶ Sex autem Aquilarum genera enumerantur à Plinio lib. 10. cap. 3.

Primum

Primum est Valeria μελανάιετος, apud Eustathiũ, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit, sola sine clangore, sine murmuratione conversatur in montibus. Secundi generis est Pygargus, πύγαργος, eò quòd πυγὴν ἀργὴν: id est, caudam albam habeat, & albicante sit cauda, cognomine νεβροφόνος: id est, hinnularia. In oppidis & campis mansitat. Tertii generis est Anataria dicta νητροφόνος, μόρφος, κλάγγος, melius quàm πλάγγος apud Aristot. Hanc Homerus περκνὸν percnum, & Latini plancum vocant, secunda magnitudine & virihuicq; vita circa lacus, ingenium est ei. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio: Meleanetos, quæ & valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon Homerus, Latini Plancum, & Anatariam vocãt Percnoperus: Onesios, & Halyętus. ¶ Aquila nõ captat muscas, ἀετὸς ὐ θηρεύει τὰς μύας, quo significatur, summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut egregiè docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotiis ad pusilla quædam connivent. Effertur & citra negationem adagium: ἀετὸς μυῶν θηρεύει, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. ¶ Aquila nubibus, ἀετὸς ἐν λεφίλαις: pleriq; interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facilè assequaris: alii de iis qui longè reliquis præcellunt. Aristoph. in Equit. ¶ Iupiter aquilã delegit, ζεὺς ἀετὸν ἔλαιτο: ubi quis ascisci sibi præclaros, suisq; rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix provocat, ἀετὸν κορώνη ἐρεθιζέτω. Locus fuerit adagio si quando levissculus quispiam homuncio, qui neq; prodesse queat, neq; lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ senecta, ἀετοῦ γῆρας. In senes dicebatur bibaces magis quàm edaces. ¶ Aquila thripas aspiciens, ἀετὸς θρῖπας ὁρᾶν. De magnis qui pusilla negligunt. Est enim θρὶψ avicula minutissima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilã testudo vincit, accipi potest per ironiam: aut simpliciter, ubi quis potentiorẽ arte vincit: & quod viribus nõ potest, assiduitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, ἀετὸν πλάττ διδάσκεις. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Aquila præterea, sydus cœleste est, cujus ala dextera circulum æquinoctialem attingit: sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Rostrum ejus à reliquo corpore dividit circulus à Cancro ad Capricornum perveniens. Exoriente Leone occidit: exoritur autem cum Capricorno. Habet in capite stellam unam, in utraq; ala unam, & unã in cauda. ¶ Est etiam Aquila, piscis nomẽ ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellãt: teste Plinio lib. 9. cap. 24.

Aquĭlīnŭs, a, um, Quod est aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet. [ἀέτινος. Gall. D'aigle. Ital. Aquilino. Ger. Das zu dem Adler gehört. Hisp. Aguileno, cosa de aguila. Pol. Orli. Vng. Sasi. Ang. Of an eggle, belonging to an eggle.] ut Aquilinæ unguiculæ. Plaut. in Pseud. An tu invenire postulas quenquam coquum, Nisi sit milvinis, & aquilinis unguibus? Vbi Aquilinas unguias habeat, pro manibus rapacibus, quales sunt ungues aquilarum.

Aquĭlĭfĕr, m. f. Dicti sunt signiferi in Romana militia: [ἀετοφόροι. Germ. Panetherieren so bey den Römern das Feldtzeichen trugen mit dem Adler/genannt Fenderich. Pol. Chorazi.] ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo proprie dicavit: fuitq; tanquam princeps totius legionis signum. Cæs. 3. bell. Civ. In eo prælio quũ gravi vulnere esset affectus aquilifer. Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines ante bant. Item & dracones: unde Draconarii. Postea tamen reputis exteris, unam servaverunt aquilam.

Aquĭlĕgĭum, n. s. Aquæ collectio, & aquæductus. [ὑδρεῖον. Ang. A cundite or conueyance of water.] Plaut. Si pluet, aquilegio juvabo

Aquĭlex, Vide AQVA.

Aquilo, Vide in PROPRIIS.

Aquĭlŭs cŏlŏr, Fuscus & subniger, ab Aqua. [שחור schachór. ὑδατώδης χρῶμα. Gall. Brun, tirant sur le blanc & sur le noir. Ital. Fosco, alquanto negro. Germ. Braun/dunckelfarb. Hisp. Vn poco negro. Pol. Czemnoblekitni, blawotny. Vng. Feszeteszin. Ang. Dunne colour, the colour of water, half whyte half blake.] Nã quũ antiqui duos omninò naturales colores nosceremt, albũ scilicet & nigrũ, intervenirent is quoq;, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat: quem potissimùm ab aqua nominaverunt, cujus incertus est color. Plaut. in Pœn. Statura haud magna, corpore aquilo. Sueton. in August. Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumq;.

Aquiminarium, Vide AQVA.

Aquinatii, Dicuntur omnia vasa deferendis aquis deputata, ὑδρῖαι. Florentinus Iurisconsl. lib. 34. ff. Nam & Pelves Argenteas, & Aquinarios argenteos in supellectili non esse dubitatur.

A ante R

ARM. P. In notis antiquorũ, arma publica ARM. E. arma ... ARC. arca. ARG. argentum.

Ārā, f. p. Quasi ansa, ut Varroni placet, dicta est à tripodibus, quod sacrificantes ansas tenebant: vel potiùs, quia precantes manib. aras apprehenderent. [מזבח mizbéach. βωμός. Gal. Autel. Ital. Altare. Ger. Ein Altar. Hisp. Ara, ò altar. Pol. Oltarz. Vng. Oltár. Ang. An altar.] Hinc Virg. lib. 4 Aeneid. Talibus orantẽ dictis, arasq; tenentem. Primò ergo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum, aræ. Sunt qui aras ab ardendo dictas putent, quòd in his victimæ adolerẽtur. Alii ab ἀράομαι, quod est precor (unde & ἀρὴ oratio dicitur) quòd in sacrificando oretur. Iurãtes etiã olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis sententia: Ad aras usq; me amicum esse oportet: qua significatur, hemini amici causa aut pejerare, aut quidpiam honestum facere oportere. ¶ Quibus nec ara neq; fides ... stoph. οἷς ἀχαριτεῦτον, εἴτιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὐδ' ὅρκος ἰσχύει. Id est, Queis nec ara fides nec ulla durant fœdera. De vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam ... avit Euripides. ¶ Tanquam ad aram confugere, proverbiali figura dicimus quum extremum refugium intelligimus esse. Inde sumptũ, quòd olim qui extrema necessitate ... ad aras deorum solerent confugere, unde nefas erat quemquam extrahere. Cicer. usus est hoc proverbio, in Orat. pro Rosc. 3 de Nat. deor. & 4. act. in Verr. & Plautus Mostellaria. ¶ Ad aris focisq; dimicare dicimur, quum nobis de re chara seriaq; certamen est ineundum, fortiq; animo pugnandum. ¶ Est etiam Ara civitas, Arabiæ regia, necnon & insula Arabiæ adjacens, ut scribit Ptolemæus. Habet autem hoc nomen priorem syllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & significat porcorũ seu avium stabulũ, συφοβόσιον, συφεὸς. Ovid. in Epist. Penelopes ad Vlyssem: Tertius immundæ cura fidelis haræ. De hoc plura suo loco.

Ara, sydus cœleste. Cic. de Nat. Deinde Nepę cernes propter sul gentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Aust.

Ărăbārchēs, ἀραβάρχης (ut pulchrè ostẽdit Alciatus lib. 1. Præterm issorum) Dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Aegyptum adducebãtur. Horum aũt officium Arabarchia ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Grac. Theod. Imp. in hæc verba: Vsurpationẽ totius licentiæ submovemus circa vectigal arabarchæ. per Aegyptum atq; Augustaneam constitutũ, nihilq; superẽ transductione animalium vendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum versuum apud Juvenalem: Atq; triũphales inter quos ausus habere Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches. Invehitur enim in T. Alexandrum natione Aegyptium, quem Arabarchem vocat: hoc est, Aegyptium publicanum.

Ărăbĭlis. Vide ARO.

Arachnides, tunica tenuissima in oculo: ea media subsidet, eoq; cavo continetur quiddam, quod similitudine hyalinos appellatur à Græcis, idq; neq; liquidũ, neq; aridũ est, sed quasi cõcretus humor, ex cujus colore pupilli, color, vel niger est, vel cæsius, cum summa tunica tota alba fit: id autem supervenientes, ab interiore parte membranulę includit. Sub his ... ta humoris est ovi albi similis, à quo vivendi facultas proficiscitur, χρυσαλοειδὴς Græcis nominatur.

Arachnium, olearum morbus est apud Theophr. li. 4. cap. 17

Arangæ, spondylion apud Dioscor. lib. 3. cap. 36.

Araciæ ficus, Dicuntur albæ, pediculo minimo, latissima, de quibus Plin. lib. 15. cap. 18.

Ărăchŭs, ἄραχος sive ἄραξις Theophrasto: (sylvestris verò Arachus ἄραχος Galeno. Vide Clymenum) leguminis genus: Gala. Veteron. Italis Mocho.

Ărānĕa, æ, f. p. idem quod araneus. [ἀράχνη. Gal. Araigne. Ital. Ragno, aragna. Ger. Ein Spinnwupp. Belg. Een Spinnecop geweb. Hisp. Arana. Pol. Paiecyna. Vng. Pók. Ang. A spider.] Ovid. 4. Metamor. non illud opus tenuissima vincant Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno. Virgil. 4. Georg. Laxos in foribus suspendit aranea casses. Ovid. 6. Metam. Stamen & antiquas exercet aranea telas.

Ărānĕŭs, nei, Animalculum ex genere insectorũ, quod Græci. [ἀράχνια appellant. עכביש hachchabisch שמאית semmamith. Gal. Araigne. Ital. Ragno, aragna. Germ. Ein Spinn. Belg. Een Spinnecop. Hisp. Arana. Pol. Paiak. Vng. Pók. Ang. A spider, or cob webbe.] Hujus multa sunt genera: unum tamen præcipuũ, nullique incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. in Asin. Iussin' columnis dejici opera aranearum? Idem in Sticho: Vt operam omnem araneorum tergam, & texturam improbem, dejiciamq; eorũ omnes telas. Sunt & ex araneorum genere Phalangia, Italiæ ignota (ut scribit Plin. lib. 29. cap. 4.) quorũ noxii morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas vide apud eundem loco jam citato. Sũt

& alia aranеorum genera, quæ latiùs explicat idem Plin. li. 11. cap. 24. ¶ Araneorum telas texere, παροιμιακὸν ὑφαίνειν, est in re frivola, nulliusq; frugis infinitum atq; anxium capere laborē. Refertur à D. Basilio initio enarrat. Hexamer. ¶ Est præterea Araneus, vitium peculiare vitibus & olivis, quum veluti telæ intexta solvunt fructum & absumunt. De hoc Plin. lib. 17. cap. 24. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiā in dorso spinam ferens, de quo Plin. lib. 9. cap. 48. & li. 32. cap. 11. ¶ Araneus mus, Animal est ex genere mustellarum, morsu venenato, quod si orbitam transierit, statim emoritur. μυγάλη. De hoc Plin lib. 8. cap. 58, & Aelianus lib 8. cap. 39.

Ărānĕŏlă, æ, idem quod araneolus. [Vng. *Pókotska.* Ang. *A little spider or cobwebbe.*] Cic. de Nat. deo. Vt in araneolis aliæ quasi retexunt, aliæ ex improviso observant.

Ărānĕōsŭs, a, um, Araneārum faciem habens: [ἀραχνοειδής. Gall. *Araigneux, plein d' araignes, semblables aux toiles d' araignes.* Ital. *Pieno de ragni, simile à tele di ragno.* Ger. Das den Spinnwäppen gleich ist / oder von Spinnwäppen ist. Hisp. *Lleno de aranas ò telarañas.* Pol. *Paiecżisty, vel Paiecżynie podobny.* Vng. *Pók hálós, pok halo szabásu.* Ang. *Full of spiders, like spiders webbes.*] ut, Araneosus caulis, Plin. lib. 21. cap. 15: Huic similis est spina illa quā Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis lib. 24. cap. 12: Araneum est quod textum est ab araneis, tela sive rete araneorū. Neq; in hac significatione Aranea dicendum est, quod usque adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primùm Latinè loquentium usus: deinde etiam autoritas Corn. Front. qui apertè scribit: Araneam esse quæ texit: Araneum quod textum est.

Ărātĭo, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, Vide ARO.

Ărbīllă arvina: id est, pinguedo corporis. Festus.

Ărbĭtĕr, tri, penult. corr. Iudex honorarius non à lege datus, sed ab iis qui litigant, lectus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando: id est, existimando. [יְלִילִי *pelili.* δικαστής. Gal. *Arbitre.* Ital. *Giudice arbitro.* Germ. Ein Scheidmann. Hisp. *El juez arbitro, ò arbitrario.* Pol. *Iednacż, rozemcana ktoregoś ześ stronij śpiśczaca.* Vng. *Fogot biro.* Ang. *An arbiter, an vmpyre.*] Ejus enim officium est judicare, non ex lege & stricto jure, sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex verò ex officio dictus est. Terentius in Heavtontim. Simo & Crito vicini hîc ambigunt de finibus, Me cœpêre arbitrum. Cæsar 3. belli Civilis: De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, isq; maximè vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere. ¶ Arbitrorum duo ponit genera Proclus. D. lib. 17. Tit. pro socio l. 76. Arbitrorū, *inquit,* duo sunt genera, unum ejusmodi, ut sive æquum sit sive iniquum parēre debeamus, quod observatur, cùm ex compromisso ad arbitrum itum est. Alterum ejusmodi ut ad viri boni arbitratum redigi debeat: Etsi nominatim persona sit comprehensa cujus arbitratu fiat. ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambrosius lib. 1. Offic. Conscientia vera atq; incorrupta pœnarū, præmiorumq; arbitra.

Arbitramentum, n. s. Idem quod arbitrium: hoc est, arbitri sententia, διαιτα.

Ărbitrārĭum, n. s. Dicitur quod alicujus arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, qui totius controversiæ suo arbitrio finiendæ potestatem habent. [יְלִילִי *pelili, τὸ ἐφ' ἡμῖν.* Gall. *Arbitraire.* Ital. & Hisp. *Arbitrario.* Ger. Willkomlich / das eines guten willen heimgestellt ist. Pol. *Rożsadek, dobrowolnoścż kogoś przimnie mam.* Vng. *Kiualtkeppen válo itiletre hagyatot.* Ang. *That is committed to any mannes arbitrie or opinion.*] Illi enim non ad summum juris rigorem, sed quod ipsis æquissimum videtur, solent decidere. Vnde arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed judicis arbitrio relicta. Martianus: Quam celebrē cuperent, fictor arbitrarius variabat. Plaut. in Amph. Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Ărbitrārĭŭs pro voluntarius, qui est nostri arbitrii. [Vng. *Szabad akaratu.*] Gell. li. 18. cap. 10: Σφυγμὸς aūt est intentio, motus, & remissio in corde, & in arteria naturalis nō arbitrarii.

Ărbitrātŭs, us, m. s. Arbitrium, voluntas, opinio. [רָצִין רָצוֹן *ratsín chéphets.* θέλημα. Gal. *Arbitrage.* Ital. *Parere, voluntà.* Ger. Ein will / gutdunckẽn. Hisp. *Parescer, voluntad.* Pol. *Zdanie, dobrawola, mniemanie moie.* Vng. *Keuansag szerént valo.* Ang. *Will, opinion, arbitrement.*] Plaut. in Amph. Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo. Cic. in Lęl Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Ărbitrārĭŏ, sive Arbitrariè, adverb. κατὰ διαιταν, idem quod pro arbitrio: hoc est, pro voluntate. Plaut. Pœn. Nunc pol ego perii certò, haud arbitrario.

Axis, m. t. Lignum illud teres, circa quod rota currus vertitur. [בריח אטון beriach ophán. ἄξων. Gall. *Le bois rond autour duquel les roues tournent.* Italicè, *Asse, cardine, polo.* Germanicè, *Ein achß an einem karch oder wagen.* Hispanicè, *Exe de carro ò de carreta, abla, ripio, cabrio.* Pol. *Os.* Vng. *Tengely.* Ang. *A round tree vpon the which the cart wheele turneth.*] Dictum ab agendo, quòd rota circa illud agatur: hoc est, moveatur. Virgil. 3. Georg. Pòst validò nitens sub pondere faginus axis. ¶ Nonnunquam pro toto curru ponitur: ut apud Iuvenalem: Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶ In cœlo item, Axem vocant mundi diametron: hoc est, lineam quandam imaginariam, quæ ab uno mundi cardine in alterum tendit, quòd tota mundi machina circa eam versari existimetur. ¶ Aliò modo pro ipsis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbis videatur. Vnus Australis, sive Antarcticus αὐτάρκτικος appellatur, Arctico oppositus, qui terræ objectu à nobis cerni non potest: alter Septentrionalis, sive arcticus, sive Arctous, aut Boreus, ἀρκτικός, βόρειος, qui nunquã occidẽs, semper conspicitur. Virg. 1. Georg. Hic vertex nobis semper sublimis: at illũ Sub pedibus Styx atra videt, manesq; profundi. Cic. 1. Tuscul. Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. Altera australis ignota nobis, quã vocant Græci ἀντάξονα. Item Axis dicitur totum cœlum. Virg. 4. Aen. -ubi maximus Atlas Axem humero torquet: id est, cœlum sustinet. ¶ Item Axes, tabulæ sectiles sunt, *inquit Festus,* quæ & à Græcis *Axones* appellantur, cujusmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebant insculptas. Gell. lib. 2. cap. 12: In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt. ¶ Axis quoq; fera est in India, hinnuli pelle, pluribus, cãdidioribusq; maculis, sacrã Libero patri, ut est autor Plin. lib. 8. cap. 21.

Axitiosi, à veteribus dicti sunt factiosi, quum plures unà quid agerent, facerentque. Autor Festus.

Axŏnă, Græci vocant secundam cervicis vertebram, quòd sit immobilis quasi axis.

Axos, Flos est spinæ ejusdem nominis, venenatus, de qua vide Dioscorid. lib. 28. cap. 14.

Axungĭă, Interior pinguedo porci inveterata. [στέαρ ὕειον Dioscoridi, ἐξύγιον Aeginetæ. Gal. *Oing, ou vieil oing.* Ital. *Sogna, songia.* Germ. *Karchsalb, Schweintn schmer.* Hisp. *Vnto anejo, como para vntar exes.* Pol. *Stare sadło.* Vn. *Ohdy.* Ang. *Swynes grease.*] Hæc ab axe plaustrorum ungendo dicta, ut facilius circa eum rota vertatur. Hæc quanto vetustior, tanto utilior est, & multas vireis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur. Vide Plin. lib. 28. cap. 6.

A ante Z

Azўmus, a, um, [ἄζυμος. Gall. *Sans leuain.* Ital. *Senza leuato, o fermento.* Ger. Vngeheffet/vngeseüret. Hispan. *Cencenno o sin leuadura.* Polon. *Przaśni chlieb, niekwaśoni.* Vngar. *Kouaznák'tol valo kinyér, pogátsa.* Ang. *Without leauen, vnleauened.*] Sine fermento: unde azymi panes: hoc est, infermentati: מצה *matstsáh.* ¶ Per translationem accipitur pro syncero, & non elato. Nam infermentata consperso non attollitur.

B



LITERA muta est, quæ non in sonum suum, sed in sonum e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Non modò impeditus & obscurus ejus est sonus, sed nullus apparet: dumq; sibi exitum parat, irrito laborat conatu: & omnino incassum niteretur, si vocalis destitueretur adminiculo: hæc enim, velut cæteri, mancipatum & vinctũ eripit, ac solvit: quo morbi vitio laborant & cæteræ mutæ. Dum profertur, incipit à labiorum compressione, & E vocalem sibi sociam assumens, diducuntur labra, & exit. Gerit virtutẽ, & potestatem mediam inter p & ph. Quare nos ob literarum affinitatem dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p & ph in illam convertimus, ut cùm apud Græcos πύξος scribatur, apud nos buxus: & quod illi ἄμφω, nos ambo transcribimus. ¶ At è contrario, quod illi per b scribunt, nos in ph commutamus: ut θρίαμβος, triumphus ¶ Convertitur quãdoque b in u, euphoniæ vel differentiæ causa, idque in duobus tantùm verbis, teste Cicerone, Aufero, pro Abfero, Aufugio, p Abfugio. ¶ Trãsit etiam in f, ut Sufficio: in c, ut Occurro: in g, ut Suggero: in m, ut Summitto: in p, ut Nubo, psi ¶ Sonũ ejus & auget & minuit ratione loci, qualitate antecedentium, aut subsequentium vocalium, aut consonantium simplicium, geminatarum, aut diversarum coëuntium inter se hac sola ratione, b amat m ante se quod m terminat in labiorum compressu in quo b incipit. In fine cujuscunque dictionis syllabam corripit. ¶ In notis antiquorum B. bonus, vel Brutus, vel bene, vel balbus. B. Balbius, vel bonæ, vel bene. B. A. bonam actionẽ, vel bonis auspiciis, vel bonis avibus, vel bonus amabilis, vel bonam actionem, vel bonis auguriis. B B. bona B. A R A, bona aurea. B. A. bonorum. B. C. bonorum concessum.

Bābæ, βαβαί, adverbium Græcum, pro quo nos interjectione admirantis Papæ utimur. Plaut. Pseud. Babæ nunc demum mihi animus in tuto est loco.

Bāccæ, geminato c, & sine aspiratione, continent intra sui nominis ambitum fructus diversorum generum, lauri, olivę, corni, myrti, & aliorum hujusmodi. [πᾶσα καρπὸς δένδρου. Gall. *Graine qui croist aux arbres ou menu fruict, comme de laurier, d'olivier.* Ital. *Frutti minuti d'alberi, comme le chiocciole.* German. *Kleine frücht/ alß da sind die beer.* Belg. *Een beste.* Hispanicè, *El fruto menuto, como azeituna.* Polon. *Wßeliaka gol'atka.* Vngar. *Olay, borostyán, som, myrtus és effele egyéb fák gyömwölse.* Angl. *Small fruite not presſed together, as bayebeares, olives.*] Differunt ab acinis, quòd acini densiùs nascantur, ut in uvis: baccæ dispersiùs & rariùs. Vide Plinium libro 15. cap. 14: & Vallam. lib. 6. cap. 14. Cicero 1. Tusculan. Ergo arbores feret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. Idem 1. de Divinatione: Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. ¶ Baccæ egent oleo, πὰ σέμφυλα δεῖται ἐλαίου. De re absurda & incredibili. Nèque enim credibile est, illi cupus esse oleo unde nascitur oleum. E` baccis autem olivarum exprimitur oleum. ¶ Est & Bacca gemma candida, & baccæ more rotunda, quam & unionem dicimus, [μαργαρίτης. Angl. *A pearle.*] Virgil. in Culice: -nec Indi Conchea bacca maris pretio est.

Bāccĭfĕr, ferens baccas. [Ang. *That beareth bearies as sloen, of goosebearies.*] Plin. lib. 16. cap. 10: Ex omnibus sola baccifera. Seneca in Oedip. Hedera baccifera.

Bācculă, diminutivum, parva bacca. [Ang. *Litle small fruite, as hawbearies.*] Plin. lib. 25: Omnes colore buxeo, caulibus parvis, flore purpureo, ferunt bacculas parvas, ut cappares.

Bāccātŭs, a, um, Gemmatus, unionibus seu margaritis ornatus, μαργαρίτης. Virg. 1. Aeneid. -colloque monile Baccatum.

Bāccālaurĕŭs, m. s. Is hodie dicitur, qui ob bonarum artium tyrocinium, primo honoris gradu, stimuli loco decoratus est: fortè quòd iis olim corolla ex lauri baccis nexa imponeretur.

Bāccālĭă, Lauri species est, à baccarum fertilitate dicta. De qua vide Plin. lib. 5. cap. 13.

Bācchăris, [βάκχαρις. German. Vnser Frawen hendtschu: oder wie etlich wöllen/ Haselwurtz.] Dioscoridi, herba est radice odorata, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, anguloso caule, quæ coronis admisceri solet [Pol. *Santá.*] Rustici in Gallia, *Divæ Mariæ chirothecas* appellant; ut tradit Ruell. lib. 5. cap. 37. ¶ Virgilius hac herba fascinum depelli scribit. Plin. scribit hanc alio nomine à Græcis *Melampraſon:* officinæ vocant *Marrubium nigrum.*

Bācchārī, Furor, insanio. [השתגע hischtaghgheáh. βακχεύειν. Gallicè, *Yurongner, estre fol & enragé, viure dissoluement.* Ital. *Impazzire, furiare.* German. Wüten/ toben/ schreyen alß die trunckuen/ hatb vnsinnig seyn. Belg. Rasen. Hispanicè, *Enloquecerse, embriagarse.* Polon. *Szaleiez, wrzeszczec iakoszalioni.* Vngar. *Dwhoskódöm bolondoskodom.* Angl. *To rage, to rayle like a dronken man, to be woode angrie.*] Propriè est Baccharum, quæ furore quodam correptæ, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quanquam & latiùs sumitur pro furere, insanire, & clamoribus, tumultuque omnia implere. Virgil. 4. Aeneid. Sævit inops animi, totamque insensa per urbem Bacchatur: qualis

qualis cõmotis excita ſacris Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat Cithæron. Cic. de Clar. orat. Quod eos quorum altior oratio actioque eſſet ardentior furere & baccharı arbitraretur.

Bācchātŭs, partic. Virg. 10. Aen. -medias Italûm bacchata per urbes. ¶ Legitur Bacchatûs, in paſſiva ſignificatione, pro eo quod eſt à bacchantibus frequẽtatus, aut peragratus. Virg. 2. Georgic. -Virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Vbi Taygeta bacchata, dixit ea forma, quâ alibi: -terra aeri regnata Lycurgo. Sed hoc rarius.

Bācchāns, antis, aliud participium. Cicero 4. in Catil. Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in veſtra cæde bacchantis.

Bācchātĭo, onis, f.t. verbale, [*βάκχευσις*. Pol. *Szalienstwo*. Ang. *Dronkenneſſe, ſurfetting.*] Cic. 3. Verr. Sileatur de nocturnis ejus bacchationib. ac vigiliis. Hujus verbi cõpoſitũ eſt Debacchor.

Bācchātim, adverb. ſignificat More bacchantiũ. *βακχικῶς*. Apul. Quin igitur ſoror nunc primum bacchatim diſcerpimus?

Bācchēĭs, dos, *βακχεὶς*, Denominativum fœmininum à Baccho formatũ. Stat. 2. Syl. Qualis ſi jubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen ab Iõo ferat ſemita teſta Lechæo.

Bācchēŭs, a, um, per tres ſyllabas, quarũ penultima producitur. *βακχεῖος*. poſſeſſivũ à Baccho deductũ. Col. lib. 10: -per omiſſa ſilentia Muſis Pierii nemoris Bacchea voce fremẽtem. Virgilius ei diphthongum dividens, per quatuor ſyllabas extulit, lib. 1. Georg. Quid memorandũ æquè Baccheia dona tulerũt.

Bācchĭcŭs, a, um, *βακχικὸς*, poſſeſſivũ à nomine Bacchus deductum. Ovid. 1. Triſt. Deme meis hederas Bacchica ſerta comis.

Bācchĭdēs, penultima correpta, *βακχίδης*, patronymicum maſculinum à Baccho formatum, quo ſignificatur Bacchi filius vel nepos. ¶ Fuit & Bacchides nomen unius ex ſatrapis Aſſyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio adverſus Machabæos miſſus, ab illis eſt interfectus.

Bācchĭum, ſive Baccheũ, pen. prod. *βακχεῖον*, Genus vaſis vinarii, quo in ſacrificiis Bacchi utebantur. Quin ipſum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

Bācchĭus, ſubſtantivum, Genus pedis eſt ex tribus ſyllabis conſtans, quarum prima brevis eſt, reliquæ duæ longæ. *βακχεῖος*: ut, Honeſtas. Hoc pedis genere utebantur in carminibus ſacrorum Bacchi: cui contrarius eſt Antibacchius, conſtans ex duabus longis & ultima brevi: ut, Fortũna.

Bacelı, [*βάκηλοι*. Pol. *Bal'amuntowie, vni bolond.*] Ab Auguſto dicti ſunt ſtulti, teſte Suet. à Bacelo quodam eunucho (ut Alciatus credit) qui corpore quidem procero fuit, ſed adeò ſtolidus, ut ceſſerit in proverbium: Γ'κελῶν Βακήλῳ, ἢ Βάκηλῶν ἔλαφος: id eſt, Bacelo ſimilis, & Bacelus es. In cinædos ac parum viros dictum, ſed animo ſtupidos.

Bācrĭōnem, [German. *Ein gattung altes geſchirrs*. Pol. *Kultado napoiowe.*] Dicebant genus vaſis longioris manubrii, quod alii trullam appellant. Feſtus. De uſu autem hujus vaſis, vide infrà in dictione TRVLLA.

Băcŭlŭs, li, maſculini gen. ſecundę declin. Fuſtis, ſtipes, ſcipio: pro quo legitur & baculum neutri gen. [שבט *ſchébet* מקל *makkél* משען *miſchhán*. *βάκτρον*, *βακτηρία*. Gall. *Baſton*. Ital. *Baſtone*. Ger. *Ein ſteck*. Hiſp. *Cayado ò bordon*. Pol. *Kyi, laska*. Vng. *Bot*. Ang. *A ſtaffe, a cudgell.*] Ovid. lib. 15. Metam. -baculõq; tenens agreſte ſiniſtra. ¶ Abſq; baculo ne ingreditor, *αὐδὲ ξύλου μὴ βάδιζε*. Inermis ne ſis: verùm ſemper ad manum ſit quo depellas, ſiquis fortè quærat lædere. ¶ Viro ſeni maxillæ baculus, *ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία*. Dici ſolitum de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copioſiore victu cogũtur uti, quò quod ſenecta deterit, utcunque farciatur cibo.

Băcĭllum, n. ſ. diminutivum. [*τὸ βακτηρίδιον*. Gallicè, *Baſtonnet, petit baſton*. Italicè, *Baſtoncello*. Germanicè, *Ein ſtecklin*. Hiſpanicè, *Pequenno cayado ò bordon*. Polon. *Kiiek, laſzczka*. Vngar. *Bototska*. Ang. *A litle ſtaffe.*] Cicero de Finib. bon. Bacillum aliud inflexum & incurvatum, aliud ita natum. ¶ Bacillus in maſculino genere in uſu non eſt: à quo tamen videtur manaſſe compoſitum Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille, Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

Badius color, is eſt quem & Phœniceum vocamus, à colore dactylorum, quas *φοίνικας* vocant Græci. [*φοινίκεον χρῶμα*. Pol. *Cyſſawi, ridzafwi*. Ang. *Brotone as a cheſtene.*] Idem & Spadiceus dicitur, & Bajus: ab eo quòd termitem unà cum fructu à palma revulſum, Græci *Σπάδικα* & *Βαῖον* appellant. Vide Thyleſii libellum de coloribus.

Bădīzārĕ, Significat ire. [*βαδίζειν*. Polon. *Poskakuiac bieżec*. Ang. *To go, to walke.*] Plautus in Aſinar. Demam hercle jam de hordeo, tollutim ni badizas.

Bætylus, *βαίτυλῶν*, dicitur ſaxum illud faſciis obvinctũ, quod pro Iove devoravit Saturnus, ut teſtatur Heſychius. Vnde locus factus proverbio: Etiam bætylum devorares, *καὶ βαίτυλον αὐ κατεπίνοις*. In voracem & omnia concoquentem. Vide Priſcianũ qui docet eum lapidẽ Addir & Abaddir dici à Latinis Bagous, pen. prod. Lingua Perſica ſpado dicitur. [German. *Ein verſchnittener*.]

Bājŭlo, as, Porto. [נשא *naſá* סבל *ſabál* נסל *natál*. *βαστάζω*. Gall. *Porter ſur ſes eſpaules*. Ital. *Portare*. Germ. & Belg. *Tragen*. Hiſp. *Llevar ò traer carga acueſtas*. Pol. *Nioſſe*. Vng. *Hordoznom viſelõm*. Ang. *To beare vpon the ſhoulders.*] Plaut. in Aſin. Ego bajulabo, tu, ut decet dominum, ante me ito inanis. Quintil. lib. 6. cap. 1: Ego te bajulare non poſſum.

Bājŭlŭs, pen. cor. m. ſ. Operarius, & propriè qui onera corpore ſuo, victus quærendi gratia portat. [נשא *noſé* נסיל *netil*. *φορτοβαστάκτης*, *φορτηξ*, *ὁ βαστάζων*. Gall. *Portefaix, crocheteur, gaigne-denier*. Ital. *Facchino, baiulo*. Germ. *Der ſchwäre bürdinen tregt, ein Bürde trager*. Hiſp. *Baſtaje ò ganapan*. Pol. *Tragarz*. Vng. *Terhh hordozó fakin*. Ang. *A bearer of burdens, or porter.*] Cic. in Parad. Vtrùm potiùs de bonis eſt quærendum quid bajuli atq; operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? Idem 2. de Orat. Remigem aliquem, aut bajulum nobis oratorem deſcripſeras.

Bajus color, idem eſt cum ſpadiceo, ſive badio, in equis in primis laudatus: [*φοινίκεον χρῶμα*. Gall. *Baye, bayard*. Ital. *Baio*. German *Keſtenbraune farb*. Hiſpan. *Vayo*. Pol. *Cyſſawa farba, ridzaſa farbi*. Vng. *Veres, piros*. Ang. *Brotone as a cheſtene.*] ita dictus eſt *παρὰ τὸ βαίον*, quo nomine Græci appellant palmæ termitem unà cum fructu avulſum qui hujus eſt coloris.

Bālaēnă, æ, Vaſtiſſima maris bellua, ex genere cetorum, quam Plinius tradit in Oceano Indico ad quaternũm jugerum magnitudinẽ increſcere. [תנין *tannín*. Græcis *φαλαίνα* dicitur, *παρὰ τὸ ἀεὶ φαῦλος ἄκτος*. Vnde & Latini Balænam appellarunt, φ aſpirata in β mediam ſuam converſa. Vide Plinium libro 9. cap 3. 4. 6. Gallicè, *Balene*. Italicè, *Balena peſce*. Germanicè, *Ein wallfiſch*. Hiſp. *Ballena*. Polon. *Balenu*. Vng. *Czet hal*. Ang. *A great fiſhe named a whirlepole.*]

Bălănŭs, ni, pen. cor. gener. fœmin. [*βάλανος*. Germ. *Aſſerley Eichlen*. Polon. *Wſzelyaki owoc, ſol' adzowi podobni*. Vng. *Mak*. Ang. *All kinde of acornes or maſt.*] Generale nomen eſt, omnia continens, quę apud nos Glandis vocabulo cõprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactyli appellantur, & olivæ, & ſi qua ſint alia, quæ nucleos intûs habent. ¶ Balanus myrepſice, *βάλανος μυρεψικὴ*, Dioſcoridi, Fructus eſt arbuſculæ, myricę ſimilis, magnitudine nucis avellanę, ex cujus cortice odorifer us liquor exprimitur, quẽ vocant Oleum balaninũ. Sunt qui credant eſſe glandẽ eam, quàm vulgò *nucem muſcatam* vocant: quibus tamen nõ arbitror adhibendam fidẽ, quum deſcriptio ei non conveniat. Conſtat enim glandem myrepſicam ligneſo intûs eſſe oſſe, quod nux odorata non habet. Sătiùs itaque Ruellio crediderim nucem odoratam, quam nos *Muſcatam* vocamus, veteribus fuiſſe incognitam. Glandem autẽ myrepſicã Plin. uno nomine vocat Myrobalanum, quaſi dicas glandem unguentariam. Ita enim de eo ſcribit lib. 12. cap. 21: Myrobalanum, Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat, commune eſt. naſcens unguẽto, ut ipſa nomine apparet. Quod item indicatur, glandem eſſe arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus, magnitudine avellanæ nucis. Hactenus ille Myrobolanum. Celſus videtur accepiſſe pro unguento ipſo, quod ex glandis myrepſicæ commiſto liquore conficitur. Ita nanq; ait lib. 4. cap. 9: Fit ex unguento & palmulis, quod Myrobalanon vocãt. Ad hanc etiam ſignificationem alluſiſſe videtur Mart. libr. 14: Quod nec Virgilius nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguentõ cõſtat, & ex balano. Nam ſi de glande ipſa intelligas, non video quomodo dicat Myrobalanum conſtare ex balano & unguento. ¶ Balanus etiam à Græcis vocatur extrema mẽbri virilis pars, quam etiam Latinè Glandem vocamus. ¶ Hoc etiam nomine dicuntur, quæ à pharmacopolis vocantur *Suppoſitoria*, quę ad ſubducendam alvum podici inſeruntur: ita dicta, quòd figura glandis ſimilitudinem referant. ¶ Balanus item eſt nomen urbis in Epiro.

Bălănītēs, hujus balanitæ, *βαλανίτης*, Gemma ſubviridis, & Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea vena. Autor Plinius libro 37. cap. 10.

Bălănītĭs, idis, f.t. [*βαλανῖτις*. Pol. *Kaſztan*. Vng. *Geſtenye*.] Genus caſtaneæ rotundius & maximè purgabile, & ſpõtè proſiliens: à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plinius libro 15. cap. 23.

Bălănātŭs, ta, tum, adject. Hoc eſt, balanino oleo perfuſus. Perſius Sat. 4: Tu quum maxillis balanatum gauſape pectas.

Balaninus, na, num, aliud adject. Ex balano factum: ut, Balaninũ oleum. Plin. lib. 23: Balaninum oleum repurgat varos. Idem libro 13. capite 1: Increvit deinde Mendeſium, balanino reſina mixta.

Bālārĕ, n. p. Proprium eſt vocis ovis, aut hœdi. [*βληχᾶσθαι*. Gall. *Bueller*. Ital. *Belare*. Germ. *Bleten / ſchreyen wie ein ſchaf oder gey*ß. Belg. *Bláten*. Hiſp. *Belar las ouejas ò corderos*. Pol. *Wrzeszczec*. Vng. *Bégetni*. Ang. *To bleate.*] Quintil. lib. 1. cap. 5: Iam ne balare quidem,

lare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi judicio vetustatis niterentur. Ovid. 4. Fast. Tactaq; fumanti sulphure balet ovis. Sil. lib. 15: -cui mille sub altis Lanigeræ balant stabulis.

Bālĭto, as, frequentativum. [Pol. *Vstawnie wrzeszczę.* Vng. *Gyakorta bégetŏk.* Ang. *To bleate often.*] Plaut. in Bacch. Pastor harū dormit, quum eę cunt Sic à pecu balitantes.

Bālātŭs, us, nomen, m. g. [βληχή, βλήχημα. Gall. *Beellement, cri de brebis.* Ita. *Vocedi pecora ò di agnello.* Germ. *Das blárren eines schafs/ schafgeblárr.* Hisp. *El balido de buejas ò corderos.* Polon. *Wrzask.* Vng. *Bégetés.* Ang. *Bleating.*] Plin. Gustatum à pecore, capris. que balatum concitat.

Bălārĭă, lychnis coronaria, Dioscorid. lib. 3. cap. 313.

Bălătrōnēs, m. t. inquit Festus, & Blateas, antiqui appellabāt, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis raditur. [Ger. *Leut die nichts wärt sind.* Pol. *Przylepki na botach.*] Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretii videt accepisse. Varro dē Re rust. li. 2. cap. 5, quū inquit: Videbo jam vos balatrones, & huc afferam meū corium, & flagra. ¶ Dicti autē putantur Balatrones à balatu & vaniloquentia, ut annotavit Porphyrion in illud Horatii 1. Serm. Satyr. 1: Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœstum, ac solicitum est cantoris morte Tigelli.

Bălaūstĭum, n. s. [βαλαύστιον. Gal. *La fleur d' vn grenadier.* Ita. *Fior di melagrana.* Ger. *Granatapffelblust.* Hisp. *Flor del granado.* Pol. *Kwiat granatowi.* Vngar. *Pomagránat virága.* Ang. *The floure of an pomegarnette.*] Flos mali punici, utilis non modò medicinis, sed etiam tingendis vestibus, quas sibi concolores facit. Propriè autem hoc nomine appellatur sylvestris punicæ flos: nam sativæ Cytinus dicitur.

Bălaustĭnus, a, um, pen. corr. ut Balaustinus color, à floris hujus similitudine dictus. [Vng. *Poma-gránat virág színű.*]

Bălaustus, βαλαυστὸς, herba non multùm dissimilis narcisso.

Bālbŭs, m. s. Qui vitio linguæ nō bene potest exprimere verba, & obscurè loquit, hæsitans. ¶ Hoc vitio laboravit Aristoteles & Alcibiades, qui R in L detorquebat: Scal. lib. 1. de Causis ling. Lat. cap. 14. [לַעַג *hillégh.* ψελλός. Gall. *Begue.* Ital. *Balbo.* Ger. *Stammler/staggler.* Belg. *Een stammelár.* Hisp. *Tardamudo.* Pol. *Iekotliwy.* Vngar. *Selyp, pelyp.* Ang. *A staffler, a stammerer or stutterer.*] Persius Satyr. 1: Rancidulum quiddam balba de nare loquutus. Cic. 1. de Orat. Quūq; ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, *&c.*

Bālbē, adverb. Obscurè, imperfectè, blæsè. Nonius ex Varrone.

Bălbūtĭo, tis, n. q. Imperfectè loquor, quadam linguæ hæsitatione & confusione trepido. [לַהַג *nilhágh.* ψελλίζω, ψέλλω, ψέλλομαι. Gall. *Begueyer, parler mal & indistinctement.* Ital. *Balbetare.* German. *Stammlen/sich hefftig an der Red stossen.* Hispan. *Tartamudar.* Pol. *Zaiakam sżie, zaczinam sżie womo wie, blegoce.* Vng. *Pelypégetŏk, selypegetŏk, babutizálok.* Ang. *To faffle, stammer or stutter in spea king.*] Horat. in Serm. Balbutit Scaurum pravis fultū malè talis. Cic. 3. Tusc. Me quidem autore etiam Peripatetici, veteresque Academici balbutire desinant aliquando.

Bălbūcĭnārĭ, significat lingua balba loqui, sicut senes. [ψέλλειν, ψέλλεσθαι. Vngar. *Selypegetni pelypegetni, rezketue szollani.* Ang. *To faffle or stutter in spea king.*]

Bălĕūcă, aurum est nondum purgatum, neque adhuc in massam redactum. Græcè χρυσαμμὸς dictum, quasi ab eo quòd sit aurum imperfectum: verbum non Latinum, sed Hispanum. Plin. lib. 35: Hispani, *inquit*, aurum quod minutum est, *ballucam* vocant.

Balincium, vinum quod in Siciliâ nascitur; saporem mulsi referens.

Bălĭnĕum, n. s. & Balineæ, arum, idem quod Balneum, & Balneæ, arum. [אַרְחַץ *marchéesseth.* βαλανεῖον. Gal. *Bain ou estuues.* Ital. *Bagnua.* Ger. *Bad.* Hisp. *Banno.* Pol. *Łaznia.* Vng. *Fürdŏ, bánya.* Ang. *Stewes or a bayne.*] Cic. Att. lib. 2: Balineum calefieri jubebo. Plaut. Pœnul. Núm nam ita balineis circumductus pallio? Plin. Epistol. 3: Quid balineum illud, quod pluribus fol implet, & circumit? Dictum autem putatur Balineum, ἀπὸ τῶν βαλανίων: hoc est, à glandibus quæ in balneis succendi solent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquissimos, cortices verò earum igni alimenta præbuisse.

Bălĭus color, [βαλία χροιά. Gall. *Bay, bayard.* Ital. *Baio.* Germ. *Kestenbraune farb.* Hisp. *Vayo.* Pol. *Gliniasta farba, czissawa farba.* Vng. *Veres, piros vértszínű.* Ang. *Brownc like a chesten.*] In equis laudatissimus est, à quo Homerus unū ex equis Achillis Balium, sive Baliam appellavit. Nonnulli varium interpretantur, maculisque multis distinctum. Thylesius autem in libello de coloribus, eundem esse existimat cum eo qui & Spadiceus, & Bajus, & Badius, & Phœniceus appellatur.

Ballārĭă, æ, A Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λυχνὶς στεφανωματικὴ: hoc est, Lychnis coronaria, & à Gallorum vulgò *Candelaria* dicitur. Vide Ruell. lib. 3. cap. 57.

Ballĭnus, pro præside. Ballis, seu Ballinatus pro provincia: vocabula sunt omnino peregrina. Vides in quam vocum spuriem degenerarunt interpretes, paulatim recedentes à puritate Latini sermonis vet. Iurisconsultorum.

Bāllīsta, f. p. gemino l, à βάλλω, Iacio: Machina est qua saxa torquentur, vel sagittæ. De saxa jaciente (quæ & major ballista appellari potest) Valer. Maxim. lib. 1: Quum telorum jactu perforari nequiret (intelligit serpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad ultimū ballistarum tormētis undiq; petitam, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, *&c.* Et sive trabs, quę versilis appellatur, fuerit, sive alterius generis, modò saxa majora & graviora jaciat, hoc nomine intelligitur. ¶ De sagittis jaciente (quæ & minor) Lucan. lib. 2: Tortaq; per tenebras validis ballista lacertis Multifidas jaculata faces. Et D. Hieronymus cōtra Iovin. Ballista quantò plus retrahitur, tantò fortius emittitur. [Hāc Hebr. מֵחִי *mechí.* Græci βάλιστρα. Gall. *Arbaleste, instrument de guerre à ietter pierres ou autres choses.* Ital. *Balestra.* Ger. *Ein gewerff/ ein instrument mit dem man schiesset/ ein schlingen oder schleudern.* Belg. *Een geschut.* Hisp. *Trabuco ò ingenno, ballestra.* Pol. *Procza, kusza.* Vng. *Számszerigy.* Ang. *An engin of warre to cast dartes or stones, à sling.*] dicūt, quā & Phœnicas invenisse Plin. tradit lib. 8. cap. 56: aliis Saturnū à Ioye pulsum & in Græciā profugū ballistarum usum docuisse scribentibus.

Bāllīstārĭum, Locus ubi sita est ballista. [Vng. *Számszerigy tartó hely.*] Plautus: Intenta est ballista probè, quam ego haud multò pòst emittam è ballistario. Vbi etiam Ballistam accipere videtur pro telo.

Bāllīstārĭus, rii, m. s. Qui facit ballistas, ballistarū artifex. [Pol. *Tenktori kusze robi.* Vngar. *Számszerigy tsinálo.* Ang. *A maker of slinges.*] Paternus in L. ult. D. de jure immunitatis.

Bāllōtē, [βαλλωτή. Gall. *Marrubin noir.* Ital. *Marrobio nero.* Germ. *Stinckender andorn.* Hisp. *Marrubios negros.* Pol. *Santa czarna.*] Herba est marrubio similis, quæ & *Melamprasion* à Græcis appellatur. Officinæ *Marrubiastrum* vocant, aut *Marrubium nigrum.* Vide Dioscor. lib. 3. Plin. lib. 27. cap. 8. & Ruel. lib. 3. cap. 58.

Bālūcă, cæ, Vide BALVX.

Balneæ, erant bina ædificia conjuncta: alterum ubi viri: alterum ubi mulieres publicè lavabantur. Author Varro.

Bālnĕum, n. s. [אַרְחַץ *marchétseth.* βαλανεῖον. Gal. *Bain ou estuues.* Ital. *Bagno.* Germ. *Bad/ badstuben.* Hisp. *Banno.* Pol. *Łaznia.* Vng. *Fürdŏ, bánya.* Ang. *A bayne or stewe, a washing place.*] & in plurali numero Balneę, arum; vel Balnea, orum, Loca sunt publica vel privata, in quibus aut sanitatis, aut abstergendarum sordium causa lavamur. Cic. Terentiæ uxori: Labrum si in balneo nō est, fac ut sit. Idē Attico: Balneum calefieri jubebo. Idē pro Sext. Rosc. Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. Illud autē ferè observatur à scriptoribus: ut Balneæ, vel Balnea in plurali numero de publicis tantùm dicantur: Balneum in singulari, locus in domo nostra, ubi privatim lavamur. Ratio hujus diversitatis videtur, quòd in publicis balneis plura ad lavandū fuerint loca. Habebant enim mulieres lavationes suas à viris separatas. Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula (nisi regiones malis appellare) quorum summū plenum erat aëris calidi, qualia hodie sunt Germanorum hypocausta: hęc balneorū pars Laconicum vocabatur. In medio cœnaculo erāt aquæ calidæ: in imo, frigidæ. Ex his facilè ostendi potest quid sit discriminis inter Balneas & Thermas. Balnea enim tantùm dicūtur in quibus lavamur. Vnde summa illa balneorū pars, quā Laconicum vocari diximus, & cryptę quædam siccæ in littore Bajano calidi aëris plenę, balneorum appellatione nō veniunt, quę tamen Thermę aptè dici possunt. Thermæ enim dicūtur quæcunque loca calida, sive illa sicca sint, sive calidis lotionibus accommodata. Frigidum itaque balneum sub Thermarū appellationem nō venit. Nam θέρμη calorem significat. Valla in Raudēsem hujusmodi ponit differētiam, ut Thermę dicātur quæ natura calida sunt: Balneæ etiam quæ calefiunt igni. Quod nō omnino verū esse constat multis tùm Martialis, tùm aliorū testimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas vocant, quæ certè igni calefiebant. Vnde autem dicatur Balneum, vide suprà in dictione BALINEVM. ¶ Teneri calidis balneis, ἁπαλοὶ θερμολουσίαις: In molles & luxu diffluentes dicebatur: nam antiquitùs calida balnea deliciarū nomine taxata fuisse vel Homerus testis est, Odyss. θ, inter voluptariæ vitæ delicias ea commemorans. ¶ Herculana balnea, Ἡρακλειακὰ λουτρά. De impendio fervent. bus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristoph. in Nebulis. ¶ Quid cani & Balneo? τί κυνὶ ὀρνιθωνὶ καὶ βαλανείῳ; Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles: ita ut in balneo nullus est omnium canum usus. Hoc Adagio utitur Lucianus adversus inerūditum, & in Parasito.

Bālnĕŏlum, diminutivum est. [Pol. *Łazienka.* Vng. *Fürdŏdőzske.*] Iuven. Satyr. 7: -quum jam noti celebresq; poëtæ Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos Tentarent.

Bālnĕārĭă, orum, Ea pars villæ, sive ædium, in qua balnea sunt, & nōnunquam etiam ipsum balneum. [τὸ λουτρὸν, τὸ βαλανεῖον. Gall. *Le lieu ou la maison où sont les bains & estuues.* Ital. *Luoco da bagni*

bagni ò ſtuffe. Ger. Das ort im hauß/da die Badſtub oder das Bad iſt. Hiſp. *El lugar donde ay bannos.* Pol. *Miesce wdomu gdzie ſ'ażnia ieſt.* Vng. Fŏrdŏ *hác.* Ang. *Places where baynes, or ſtewes ar.*] Cicer. ad Quintum Fratrem libro 3: Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & alvearium. Ibidem: In balneariis, aſſa in alterum apodyterii angulum promovi. Colum. lib. 1. cap. 6: Balnearia, Occidenti æſtivo obvertantur, ut ſint poſt meridiem, & uſque in veſperum illuſtria.

Bālnĕārĭs, re, Quod ad balneum pertinet. [Vng Fŏrdŏdhŏz *valo.*] ut Balneare argentū, quo q; in balneo lavabant utebantur. Scævola in L. ult. de auro & argento legat. Sempronię dominæ meæ hoc amplius argentum balneare: quæſitum eſt an etiam id argentum quo diebus feſtis in balineo uti conſuevit, legato cedat.

Balnearis, adject. Spartianus in Adriano: Ex quo ille locus balnearis innotuit. [Pol. *Łazniowi.* Vng Fŏrdŏdi.]

Bālnĕārĭŭs, a, um, Balnearis, quod ad balneum pertinet: [βαλανεῖον. Gall. *Eſtant du bain, ou eſtuues.* Italicè, *Coſa pertinente à bagni ò ſtuffe.* German. Das zu dem Bad gehört. Hiſpan. *Coſa del banno.* Polon. *Łazniowy.* Vngar. Fŏrdŏdhŏz *valo.* Ang. *Belonging to a bayne or ſtewe.*] ut, Veſtis balnearia, Servus balnearius. Item Balneraria inſtrumenta, cujuſmodi ſunt ſtrigiles, ampulla olearia, lintea. Pro quibus etiã Balnearia abſolutè dixit Apul. lib. 3: Milonem juſſit cum balnearibus aſſequi.

Bālnĕātŏr, m. t. Qui curam habet balnearum. [βαλανεύς. Gall. *Maiſtre des bains ou eſtuues.* Ital. *Maeſtro de bagno, ſtuffaro.* German. Ein Bader. Hiſp. *El bannador.* Pol. *Łazienník.* Vng. Fŏrdŏs. Ang. *Maiſter of the baynes or ſtewes.*] Cic. pro Cæl. Familiaris facta erat balneatori. Plaut. Trucul. Omnes amatores balneatores ſient. ¶ Hujus fœmininum eſt balneatrix, βαλανὶς, Mulier cui balnei curandi cura incumbit.

Bālnĕātōrĭŭs, a, um. ¶ Balneator, [βαλανεύς. Polon. Wędzipka. Vng. *Henyé más dolgában prachkálo.* Ang. *Maiſter of the baynes or ſtewes.*] Id nominis vulgato convitio dicebatur in hominem alienarum rerum plus ſatis curioſum. Propterea quòd hujuſmodi genus hominum, quoniam in otio vivit, neque ſuis negotiis diſtinetur, aliena curare conſuevit. Quod ad balneum pertinet, βαλανευτικός. Martialis Inreſconſ. Inſtrumento balneatorio legato balneatores continentur, quoniam ſine his balneæ uſum ſuum præbere non poſſunt.

Bālſămēntă, Buphthalmus, apud Dioſc. lib. 3. cap. 157.

Bālſămītă, ut inquit Dioſcorid. albæ violæ, lilii autem pyracanthæ magnitudine conſpicitur, folium rutæ proximum, atque longè candidus, perpetuò virens. In Iudæa ſolùm quadam valle, & Aegypto naſcens, his differens modis: ſcabritia, proceritate, gracilitate: quòd igitur tenui & capillacea coma eſt, Theriſtum vocant, quaſi demeſſile. Fortaſſe quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. Plura Plinius libro 12. cap. 25. Theoph. lib. 9. cap. 6.

Bālſămōde, Vide infrà CASIA.

Bālſămum, neutri generis. [טבל *pannágh tſori.* βάλσαμον. Gall. *Baume.* Ital. & Hiſp. *Balſamo.* Ger. Balſam. Belg. Een balſem boom. Pol. *Bal'ſam.* Vng. *Balſamom.* Ang. *Balme hearbe.*] Arbuſcula uni terrarũ Iudææ quondam conceſſa, viti ſimilior quàm myrto. Virg. 2. Georg. Quid tibi odorato referã ſudantia ligno Balſamaq;, & baccas ſemper frondentis acanthi? Seritur malleolis, ut vitis, & colles implet vinearum modo, ſuſtinens ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera: proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur vitro, lapide, oſſeis've cultellis, & ſuccum emittit eximię ſuavitatis, quẽ Opobalſamum dicunt. Nam ὀπὸς Græcis ſuccus eſt. Summa Opobalſami probatio eſt ut lac coagulet, & in veſte maculas non faciat. Lignũ quoq; ejus in pretio eſt, Xylobalſamum appellatũ, quòd officinæ unguentariorum pro ſucco ſubſtituebãt. Carpobalſamum, fructus balſami: καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Plin. libro 12. cap. 25.

Balſamelæon, [βαλσαμέλαιον. Pol. *Balſamowi oleiek.* Vng. *Balſamom fának leue.* Ang. *Iuice of balme hearbe.*] Succus eſt oleo perſimilis, qui ineũte autumno, eximis balſami fruticis partibus ſcarificatis profluit: ut poſt Actium refert Ruell. lib. 1. cap. 35.

Balſaminus, na, um, adject. penult. corr. ut Balſaminum oleum. [βαλσάμινος. Vng. *Balſamomi.*] Plin. lib. 23. cap. 4: Balſaminum longè pretioſiſſimum omnium, ut in unguentis diximus, contra omnes ſerpentes efficax.

Bāltĕŭs, & Balteum in ſingulari, in plurali neutrum tantùm. [אבנט *abnét* חגור *exór. ζωστὴρ.* Gall. *Baudrier.* Ital. *Corregia, cinta da ſpada.* Germ. Ein ſäderner gürtel mit eyſen beſchlagen. Belg. Een wapenriem. Hiſp. *Vanda de cauallero.* Polon. *Pas rycerſki obity bul'l'ami.* Vng. *Párta ŏ, ſzably ſzíj.* Ang. *A ſword girdle.*] Militare cingulũ, vel zona bullis ornata. Virg. 12. Aen. - infœlix humero quo apparuit alto Balteus. Balteum, *inquit* Varro, eſt cingulum è corio bullis ornatum. Idem, ut autor eſt Soſipater: Tuſcum ait eſſe vocabulum, in libro decimooctavo rerum humanarum]. Plinius vult maſculino genere funiculum ſignificare: neutro autem lora ad alligandum apta.

Balux, lucis, Minutior auri particula ab Hiſpanis dicitur, cujuſmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inveniuntur, nullaque opus habentes coctione. A Græcis χρύσαμμος, quaſi aurea arena dicit. [Hiſpani, *Oro de tibar no apurado* vocant. Pol. *Skri odźl'ota.* Vn. *Arany ſzŏm.* Ang. *A peece or wedge of gold.*] Plin. lib. 33. cap. 4: Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inveniuntur ita maſſæ, necnon in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alii Palacranas: iidem, quod minutum eſt Balucem vocant.

Bāmbăcĭon, [βαμβάκιον, βάμβαξ, ἡ βαμβακὶς Suidæ. Polon. *Bawel'na.* Ang. *Cotton.*] Lanę genus candidiſſimum, in exiguo naſcens frutice, quem nonnulli Goſſipion, plures Xylon appellant, teſte Plin. lib. 19. cap. 1: Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non diſſimilem, quæ dehiſcens velut inculcatum lanæ glomum detegit, ex quâ deinde veſtes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellãtur, à peritioribus Xylinæ, vel Goſſipinæ. Vulgus *Cotonium* vocat, à ſimilitudine fortaſſe illius lanuginis, quę foris in malo cotoneo gignit. Vide Ruell. lib. 2. cap. 150.

Bambalio, [Pol. *Zaiakacz.* Vng. *Pelypegetŏk, dadógok.*] Socer M. Antonii, quod Cicero à balbutiendo deducit Philip. 3. Turnebus nomen per diminutionem ad uſum fictum arbitratur, ut quemadmodũ dicitur à Sceparnum Sceparnio, ſic à βαμβάλειν βαμβάλιον. ¶ Βαμβάλειν autem eſt tremere, & dentibus cupitare, & labiis balbutire.

Bambatæ, In aceti ſcillitici confectione jubet Columella decem bambatas, in muſtum mitti: eo nomine intelliguntur ſcillæ, quæ aliquo intinctu conditæ ſunt. Romani autem cum Syracuſanorum ſermone hac in re, ut & in multis aliis uterentur, potius bambatas, quàm bamnatas nominant, quod Siculi βάμβα pro βάμμα dicere ſolerent.

Bambilĭus, m. ſ. animal volatile, qđ vulgò *Barbelius* dicitur, de quo Amb. lib. Hex. Ferrur hic corniger vermis cõverti primũ in ſpeciẽ caulis, atq; in eã mutari naturã, inde proceſſu quodã fieri bãbilius, nec eã tamẽ formã figurãq; cuſtodit: ſed laxis & latioribus foliis pinnas videtur aſſumere: ex his foliis mollia illa Seres depectũt vellera, q̃ ad uſus ſibi ꝓprios divites vendicarẽt.

Bănāuſŭs, [חרש *charáſch.* βάναυσος. Gall. *Mecanique, artiſan.* Ital. *Mecanico, artigiano, artiere.* Germ. Ein handtwerckmañ/der ob dem fewr vnnd in dem ofen ſein arbeit machet. Hiſp. *Suzio, hazedor de alguna arte ò obra.* Pol. Rzemieſźnik, wſźelsky *kżori robore ma od ognia.* Vngar. *ŏtuds, kovács legény, rabotálo.* Ang. *A handie traftiſman, a man of occupation.*] Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quique opera ſua igni conficit. βαύνος enim Peloponneſis caminus eſt, & αὔειν, incendere. Per tranſlationem tamen latiùs ſumitur ad viliores omnes operas, quæ manuum opificio victum quærunt. Id quod & Hieronymus annotavit lib. 1, adverſus Pelagium. Ariſtot. in Polit. inter ſervum & banauſum hoc unum intereſſe ait, quòd ille natura ſervit, Banauſus mercedẽ.

Bānchŭs, m. ſ. βάγχος, Piſcis marini genus, quem & Myxona vocari autor eſt Plin. lib. 32. cap. 7. ¶ Eſt & Banchus inter mugiles minimus, quem Ariſtoteles Chelonem vocat.

Bānnum, Exilii ſpecies, quæ antiquis dicebatur Proſcriptio. [Pol. Wywoł'anie, wygnanie. Vngar. *Száműkŏ vetéſſe valo fŏldrái.* Ang. *A maner of condemnation that whoſoeuer findeth a man may kill him.*] Hinc Banniti dicebãtur qui carebant jure togæ, quibus aqua & igne interdictum erat. C. de Epiſc. & cler. in no.

Băphīă, pen. prod. [βαφεῖα. Gall. *Teinturerie, le lieu où on tend.* Ital. *Tintoria.* Ger. Die färbe/ein ort da man färbt. Hiſp. *Tintoreria, lugar de tintores.* Pol. *Farbownia.* Vngar. *Feſtŏ hác.* Ang. *The place where thay die, a dieing houſe.*] Dicuntur loca tinctuariæ in quibus tinguntur panni: nos Tinctoria dicimus. Lampridius in Alexand. ſcribit Probum fuiſſe baphiis præpoſitum. βαφὴ enim tinctura dicitur: unde Dibapha, bis tincta.

Băptēs, βάπτης, Gemma eſt mollis, ſed præſtantiſſimi odoris. Plin. lib. 37. cap. 10.

Băptĭſmŭs, & Baptiſmum, m. n. ſ. βαπτισμὸς, & Baptiſma, atis, n. t. βάπτισμα, Latinè immerſio vel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. [טבילה *tebiláh.* Gall. *Baptiſme.* Ital. *Bateſimo.* Germ. Tauff. Belg. Een doopinge/ induppinge. Hiſp. *Baptiſmo.* Polon. Krzeſł, *ponorzenie, omiecie.* Vn. Kŏrŏſzłŏlés, kŏ. ŏſzíſeg. Ang. *Baptiſme, dipping.*] Gregorius βαπτισμὸν Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo Spiritu gratię in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primùm enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipſa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

Băptĭſtērĭum, Eſt locus vel vas ex ligno aut lapide ita ædificatum, ut in illud aqua infundi poſſit, in quam lavandi cauſa aliquis ſe poſſit immergere. [βαπτιστήριον. Gall. *Cuue, ou autre grand vaiſſeau dãs lequel on ſe laue, lauoir.* Ita. *Lauatorio.* Ger. Tauffſtein/ Badſtein/ Badzuber/ Badſtand. Belg. Een fonte / een baedt cuype. Hiſ. *Lauador, lugar do ſe lauan.* Pol. Krzcielnica, *cebr do omicia, wanna.* Vngar. Kŏrŏſzłŏkŏ. Ang. *A fonte or veſſell, to waſhin.*]

Hoc in

Hoc in cellis:id eſt,in locis ſecretioribus ſolet conſtitui: quarum aliæ Caldariæ ſunt, in quibus calida lavamur: aliæ Frigidariæ,in quibus lavamur frigida:aliæ Tepidariæ,in quibus tepida aqua abluimur.Plin. Iun. ad Apollinarem: Cella frigidaria,in qua baptiſterium amplum, atque opacum.

Barathro, m. t. Luxurioſus dicitur, vel guloſus, qui in barathrum gulæ inſumit totum patrimonium. [Germ.*Ein fraß/ ſchlemmer.*Belg.*Een fraet/ſlampamper/verſlocker.*]

Bārbă,f.p.Vtroque numero,non ſolùm hominum, ſed & brutorum quadrupedum eſt. [*Ψακάν.πώγων.* Gall.*Barbe.* Ital. & Hiſp.*Barba.*Ger.*Ein bart.* Belg.*Een baert.*Pol.*Broda.* Vn. *Szakál.*Ang. *A beard.*] Plaut. Bacchid. Cano capite,atq; alba barba.Virg.2.Aen.Squallentem barbam & concretos ſanguine crines. Horat. libr.1. Serm. Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ.Plin.lib.28.cap.13:Afferunt & magni ſua commenta:primum omnium,rabiem hircorum, ſi mulceatur barba,mitigari.Silius numero plurali etiam de homine dici poſſe oſtendit libr. 13: Indociles nunc propexis in pectora barbis Verrere humum.Hujus nominis compoſita poſſunt declinari ſecundum tertiam & ſecundam declinationem: ut Imberbis, & hoc Imberbe:& Inberbus,a, um,quod eſt ſine barba. ¶ Ante barbam doces ſenes, *πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τὺς γέροντας.* Quum imberbis majorem natu docet. Eſt autem figura proverbialis,quod ait Perſius Ante pilos.¶ Barba non facit Philoſophum,*οὐκ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι ποιοῦσιν.*Plutar.Convenit in eos qui barba pallioque philoſophos ſe profitentur,quum cætera cultui non reſpondeant. ¶ *Περονόμα πώγων.* De prælonga barba dicebatur. Ariſtophan.in Concionantibus. ¶ Barba tenus ſapientes,*Ἐπὶ πώγωνος σοφοί,*ἢ,*Ἀπὸ πώγωνος σοφιστὴ,*ἢ,*Ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι:*id eſt,Barba tenus ſapientes, & ſophiſtæ, & philoſophi. Vſurpatur apud Plutarch. Huc alluſit Horatius quum ait: -juſſit ſapiẽtem paſcere barbam. ¶ Barbam vellere, *τὸν πώγωνα τίλλειν.* Sumptum à geſtu, quo ſummum contemptum ac ludibrium ſignificamus.

Barba caprina, Herba, quæ Germanis Waldt geißbart dicitur, caulem habet tricubitalem, anguloſum, folia caſtaneæ aut Corylo ſimilia,in ambitu ſerrata,flores candidos,exiguos,racematim compactos inſtar barbæ canæ dependentes, radicem nigram,lignoſam, intùs candidam. Flores ejus in julos abeunt.

Barba Iovis, Chryſocomæ apud Dioſc.lib.4.cap.58.

Barba petræ, *πετροπώγων* herba eſt, vulgò ſic appellata,quibuſdam barbula hircina,in acetariis laudatur.

Bārbŭlă,læ,diminutivum. [*πωγωνάριον.* Gall.*Barbette,petite barbe.*Ital.*Picciola barba.*Ger.*Ein bärtlin.*Hiſ.*Pequenna barba.* Pol. *Brodka.* Vng.*Szakállotska.* Ang.*A litle beard.*] Cic.pro Cælio: Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis : non hac barbula,qua iſta delectatur,ſed,*&c.*

Bārbātŭs,m.ſ.Dicitur qui barbam habet. [*Ὁ πώγων.* Gall.*Barbu.* Ital.*Barbuto.* Germ.*Gebartet/ der ein bart hat.* Belg.*Ghebaert.* Hiſp.*Barbado,con barba.*Pol.*Brodzaſtỹ.* Vng.*Szakállos.*Ang. *That hath a beard,bearded.*] Vnde illud:Si promiſſa facit prudẽtem barba, quid obſtat Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato? Cic. 1.de Nat.deor.Iſto enim modo dicere licebit,Iovem ſemper barbatum. Barbati proverbiali joco apud Romanos dici conſueverunt, homines priſcis ac ſimplicibus moribus, ruſticanæque veritatis:quòd illic ſerò receptum ſit barbam radere aut tondeti.Plin.lib.8.cap.59.Cic.4.de Finib.

Bārbātŭlŭs,diminutivum: [Polon.*Brodaczek.*Ang.*That hath a yong beard.*] ut Barbatuli juvenes, & Mulli barbatuli. *νεανίσκοι.* Cic. in Paradox. Barbatulos mullos exceptarẽ de piſcinis. Idem ad Attic. lib. 1: Concurſabant barbatuli juvenes, totus ille grex Catilinæ.

Bārbĭgĕr,ra,rum,adjectivum,Qui barbam gerit. [*πωγωνοφόρος.* Gall.*Qui porte barbe.*Ital. *Chi porta barba.*German. *Der ein bart tregt.*Hiſp.*Coſa que tiene è trae barbas.*Pol.*Brodnos.* Vng. *Szakál viselö.* Ang. *That beareth a beard,bearded.*] ut Barbigeræ pecudes. Lucr. lib. 5: Quippe videre licet pingueſcere ſæpè cicuta Barbigeras pecudes:homini quæ'ſt acre venenum.

Bārbĭtĭum,n.ſ.ponit᷑ pro barba. [Vng.*Szakál.* Ang.*A beard.*] Apulejus: Hircino barbitio Philoſophum mentiebatur.

Bārbărălexĭs,*βαρβαρολέξις,* Figura,qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiſcemus orationi: ut Gaza & Magalia,apud Virgilium.

Bārbărī,m.ſ. [*לועזי lohéz, βάρβαροι.* Gallicè, *Barbares,qui ne ſont point de noſtre langue, eſtrangers , inciuils,mauſades.* Italicè, *Rozzi nel parlare,mal coſtumati di lingua & prouincia eſterna.* Germanicè, *Die ein rauhe vnd grobe ſprach haben/Außlender mit groben ſpraach.* Hiſpanicè, *Peregrinos en lengua y coſtumbres.*Polon. *Grubi ludze, a obcego ieʒyka.* Vngar. *Darabos ſzauu, zordon ſzauu,parat , ſzauu, idegẽn ſzauu.* Angl.*Barbarous,that ar not of our language, that hath no ciuilitie.*] Factitio nomine, *inquit Strabo libro 14:* dicti ſunt ab initio,qui difficulter,aſperè,atque duriter loquebantur, quaſi duriloqui,& craſſilingues:quemadmodum blæſi atque balbi dicuntur,qui lingua impediti ſunt.Dicti Barbari à *βάρβαρ* abſona voce, in quam peregrini homines Athenas adventantes,quum primùm Græcè loqui conarentur, identidem inciebant.Omnes igitur qui craſsè loquuntur,Barbari dicuntur: quales olim habiti ſunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde Plautus Nævium Poëtam Latinum, Barbarum dixit. Nunc etiam ab hoc nomine exempti ſunt Latini , quòd hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quinetiã inter hos,ſiquis non rectè proferat, barbarè loqui dicitur. In ſumma, Barbari dicuntur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. Cicero pro Fonteio: Immanis , ac barbara conſuetudo hominum immolandorum.¶ Barbarus ex trivio,*βάρβαρος ἐκ τριόδου.* In hominem dicebatur extremę humilitatis ac prorſum nullius pretii: perinde quaſi dicas, extremum ac vilem ſervulum alicunde è triviis emptum non dono datum aut domi natum. Lucianus.

Bārbărē,adverbium,[*βαρβαρικῶς,βαρβαρικῶς.*Pol.*Grubie.* Vng. *Paraxtul,idegẽnwl.* Ang.*Barbarouſlie,rudelie.*] ut Barbarè loqui. Cic. 2. Tuſc. Vt enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbarè loquatur.

Bārbărĭcŭs,a,um,penult.corr. [*βάρβαρος.*Pol.*Grubi.* Vngar. *Paraxt erkölt ſiw', goromba.* Ang. *Barbarous, that ſpeaketh rudelie.*] Ejuſdem ſignificationis eſt cum Barbarus : hoc eſt, ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Virgilius Barbaricum aurum dixit,pro multo,aut ex barbaria advecto, Aeneid. 2: Barbarico poſtes auro , ſpoliisque ſuperbi Procubuêre.¶ Barbarica pavimenta,quæ & Subtegulanea dicebantur, ex teſtis tuſis, rudere, & calce conſtantia,& fictucis pavita: de quibus Plin.lib.36.cap.25.¶ Cœnum barbaricum,*βόρβορος βαρβαρικὸς,* pro vehementi ſtupore mentis , apud Plat. de Rep.lib.6.

Bārbărĭcum,neutri generis,Clamor exercitus dicitur quòd eo vociferandi genere Barbari utantur.Feſtus.

Bārbărĭcārĭī,m.ſ.[Polon.*Kobiertnicy.* Ang. *Weauers of cloth of baudkin, embroderers.*] Textores artifices que barbaricæ veſtis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur.Aliter Phrigiones dicuntur. Alciatus.

Bārbărĭēs, [*βαρβαρότης.*Gall.*Barbarie, inciuilité,ignorance, mauſadeté.*Ital.*Barbaria,inciuilità,crudelta.* Ger. *Grobheyt/vngeſchicklichkeit.*Belg.*Grofheyt.* Hiſp.*Barbarie, fierexa, crueldad.* Pol. *Grubość,nieumieietnoſć.* Vngar. *Paráxtſág, embörtelen,gorombaſág.* Ang.*Barbaritie,inciliuitie,lack of knawledge & good maners.*] Ad imitationem pertinet,& ſignificat incivilitatem feritatemque. Cic. pro Corn. Balbo : Inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaque delevit. ¶ Accipitur etiam pro ipſis barbaris.Idem 1.de Nat.deor. Aegyptii,& Syri, & ferè cuncta barbaries. ¶ Item pro vitioſo, & inquinato ſermone. Idem de clar. Orat. Sed omnes tum ferè,qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat,rectè loquebantur.

Bārbărĭſmŭs, m. ſ. *βαρβαρισμὸς,* Eſt contra Romani ſermonis legem,aut ſcripta,aut pronuntiata vitioſè dictio. Fitque duobus modis , ſcripto & pronunciatione: & hoc quadrifariam: adjectione,detractione, mutatione, tranſpoſitione literæ, ſyllabæ,temporis.Adjectione literæ,ut Relliquias Danaûm,pro reliquias:ſyllabæ, ut Mavors pro Mars: temporis , ut Italiam fato profugus:ubi prima ſyllaba quum corripi debeat,producitur. Detractione literæ, ut Argyripa, pro Argyrippa, apud Virgil. 11. Aeneid. ſyllabæ,ut Salmentum,pro Salſamentum: temporis,ut:Fervere Leucaten,auroq; effulgere fluctus. Mutatione literæ, fit barbariſmus, ut Olli pro Illi:ſyllabæ, ut Pernices,prò Pernicies: temporis , ut Vnius ob noxam. Tranſpoſitione literæ,ut Tymbre, pro Tymber i temporis,ut dominus penultima producta.

Bārbĭtŏs, [*βάρβιτος.* Pol.*Cytra.* Vngar. *Lant.*] penult.corr: gener. maſc. Inſtrumentum muſicum quod pulſatur plectro vel calamo.Horat.lib.1.Carm. ode 32: . age dic Latinum barbite carmen, Lesbio primùm modulate civi. Fœminino autẽ genere uſus eſt Ovid. in Epiſtol. Sapphûs ad Phaonem : Nec facit ad lachrymas barbitos ulla meas. Dicimus etiam Barbiton in neutro genere.Auſonius in Philomuſum : Hoc genere & chordas & plectra & barbita conde.

Barbus, ſive Barbo, [Ger.*Ein fiſch/Barb genannt.* Pol. *Parma.* Vng.*Harſa.*Ang.*A barbill fiſhe.*] Piſcis mugilis ſpecie, etiam barbatus cujus roſtrum longius, caudæ pinna rubeſcit : ovis vis purgatrix ad *ὑστερηκότα* uſque. Auſonius: Liberiùs laxos exerces barbe natatus. Vide Millus.

Bārdŏcŭcūllŭs , Genus veſtis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare ſoliti erant imbrium tempore in caſtris milites,& in agris ruſtici. [Polonicè, *Oponcza.* Vngar. *Zeke.*] Martial.Gallia Santonio veſtit te bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat. ¶ Sunt qui dicant Bardocucullum eſſe tegmen capitis villoſum, cujus uſus tranſlatus ſit à populis Galliæ,qui dicuntur Bardi. [Pol. *Szlik.* Vng.*Oláh laſnok ſwueg,laſnokos kuklya.*]

Bardŭs,

Bārdŭs, Stultus, ſtupidus, hebes, tardus. [בבר *nabál.* בער *bárbar.* βλαξ. Gall. *Morne, lourdaut, eſtourdi.* Ital. *Stolto, paZZo, groſſo.* Ger. *Ein narr/ein düppel/vnverſtendiger.* Belg. *Een zot/onverſtandige.* Hiſp. *Groſſero, bouo, que poco ſabe.* Pol. *Cſiul'a, bal'amunt.* Vng. *Bolond, balygatag, oſtoba.* Ang. *Fooliſh, ſlutiſh, dull and ſlaw.*] Cicer. pro Cecin. Nimis audacem, nimisq; bardum. Idem de Fato: Stupidum eſſe Socratem dixit, & bardum, quòd jugula concava non haberet. Bardi etiam apud Gallos vates erant, aut philoſophi, qui virorum fortium laudes decantabant: de quib. Lucanus: Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Bāris, *βαρὶς*, Apud Aegyptios dicebatur cymba, qua cadavera vectabant ad ſepulturam. Propert. lib. 3: Baridos & contis roſtra Liburna ſequi. ¶ Eſt item Baris Pamphyliæ oppidum, in præfectura Piſidica: cujus meminit Ptol. lib. 5. cap. item 5. ¶ Eſt item fluvius Indiæ.

Bārōnēs, [Vng. *Nőmős fw' emberek.*] Pro viris fortibus, quidã putant eſſe Latinum, citantq; locum Cicer. ad Attic. libro 5. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia poſui. Verùm quum de Epicureis, à quibus tantoperè in philoſophia diſſentiebar, in hac epiſtola loquatur, accipiatur ſanè hîc eadem in ſignificatione, qua Cicero tribus alijs in locis uſus eſt, nimirum pro Bardo & ſtolido. [Vng. *Nőmős bolond, (ámulás) ſzó bolond.*] Cicer. Epiſt. ult. lib. 9: Ille Baro te putabat quæſiturum, Vnum cœlum eſſet an innumerabilia? Idem de Divinat. 2: Ad interpretem detulit, aquilam ſe in ſomnis viſum eſſe factum. At ille, viciſti. Iſta enim avi volat nulla vehementior. Huic equidem Antipho. Baro (*inquit*) victum te eſſe non vides? Iſta enim avis inſectans alias aves & agitans, ſemper ipſa poſtrema eſt. Idem 2. de Finib. Semper tibi more ſunt, recta, honeſta, digna imperio omnia pericula pro Repub. mori pro patria. Hæc quum loqueris, nos Barones ſtupemus. Atq; in eadem ſignificatione Perſius dixit Varo Sat. 5. ſic enim rectè ibi legitur, & propter cognationem literarum B & V facilè ex Baro Varo fieri potuit. Nã & in antiquis libris Libius, Favius, &c. pro Livius & Fabius reperitur.

Baroptenus, Plin. lib. 37. cap. 10, gemma eſt nigri coloris, ſanguineis & albis nodis diſtincta.

Bārrŭs, ri, m. f. [עיר *pil.* ἐλέφας. Gal. *Elephant.* Ital. *Elephãte.* Ger. Elephant. Hiſp. *Elephante, animal conocido.* Pol. *Sl'on.* Vng. *Elefánt.* Ang. *An elephant.*] Maximum animalium terreſtrium, quod *Elephantem* vocant Græci pariter & Latini. Horat. in Epod. Quid tibi vis mulier nigris dignuſſima barris? ¶ Hinc Ebur dictum putant elephanti dentes, quòd ſit è barro.

Bārrītŭs, us, pen. prod. Vox elephantis. [ἐλεφαντῶν βρύχημα. Gall. *Le cry d'vn Elephant.* Ital. *La voce dell' Elephante.* Ger. *Das geſchrey der Elephanten.* Hiſp. *Bramido de los elephantos.* Pol. *Wrzask, sl'oniowi.* Vng. *Elefánt orditás.* Ang. *The crying of an elephant.*] ¶ Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit quum utræq; acies ſe junxerint. Autor Vegetius lib. 3. cap. 18.

Baſaltes, æ, *βασάλτης*, Genus eſt marmoris ferrei coloris, & duritiæ, ab Aegyptiis in vicina Aethiopia inventum: cujus generis longè maximum Veſpaſianus Cæſar in templo pacis dedicavit. Autor Plin. lib. 36. cap. 7.

Baſanites, tis, m. t. *βασανίτης*, Lapis ex quo fiunt cotes. [Pol. *Kamien naktorim zl'ota probuia.*] Plin. lib. 36. cap. 20: Experimentum ejus eſſe in cote ex lapide baſanite. Dictus baſanites ἀπὸ τῦ βασανίζειν, quod eſt explorare, vel examinare; unde & *βάσανον* dicunt Græci pro indice, cujus attritu exploratur aurum.

Bāſcaūdă, Vas Britannicum, poſtea in Romanorum uſum receptum. Iuvenal. Satyr. 12: Adde & baſcaudas, & mille eſcaria. Martial. li. 14: Barbara de pictis venit baſcauda Britannis: Sed me jam mavult dicere Roma ſuam.

Bāſĭleūs, ei, m. f. *βασιλεύς*, rex, tanquam populum ſuſtentans, *βάσις* ſedes, & λαὸς populus. Quantò enim magis præponitur, tantò amplius pondere laborum gravatur.

Bāſĭlĭcă, cæ. [בית היכל *bitán hechál.* βασιλική. Gal. *Maiſon royale, maiſon magnifique, maiſon de Prince, Hoſtel de ville.* Ital. *Luogo publico dove ſe fanno le facende d' importanZa, PalaZZo.* Ger. Ein palaſt/ein ſchön herrlich vnd weit hauß/das gemeinen händlen beſtimpt iſt/als ein Rhathauß. Hiſp. *Caſa real, palacio.* Pol. *Pal'acz krolewſki, albo dom piſmi pansky, iako ieſt ratuſz.* Vng. *Monoſtor.* Ang. *A kinges or princes houſe or hall, a palace.*] Principiò dicta fuit domus ampla & ſpatioſa, cauſarum cognitioni deſtinata: dicta ab eo, quòd principes eò ad jus dicendum convenirent: aut rectè, quòd Græci τῦ βασιλέως appellatione etiam judicem intelligerent, aſtipulante etiam Heſiodo, qui δωροφάγους appellat βασιλῆας: hoc eſt, donivoros judices, interprete Budæo. Plinius in Epiſt. Deſcenderam in Baſilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. Erat autem Baſilica templo perſimilis, ambulationibus ampliſſimis inſtructa, ad quam multi tota ex urbe, alii cauſas agendi, alii aliud agendi gratia confluebant. Vnde venuſtum in primis eſt illud Cic. ad Attic. libro 2: Baſilicam habeo, non villam, frequentiâ Formianorum. Poſtea etiam baſilicæ ædificatæ fuerunt in uſum negotiatorum, eæq; in locis caliditſimis, foroq; proximis, ut haberent mercatores, quò ſe hybernis menſibus ſubitò ingruente tempeſtate poſſent recipere. Vide Vitr. lib. 5.

Bāſĭlĭcŭs, a, um, Regius, regalis. [*βασιλικός*. Gal. *Royal, magnifique, ſomptueux, grand.* Ital. *Regale, da re.* Germ. *Königlich.* Hiſp. *Real, ò perteneciente al rei.* Pol. *Pansky, krolewsky.* Vng. *Kiralyi.* Ang. *Kinglie magnifico.*] Plaut. in Capt. Baſilicas ædificiõnes, atque imperioſas habet. Et in Pſeud. Baſilicus ſtatus, & Baſilicus victus, id eſt, regalis & excelſens, & Baſilica facinora: hoc eſt, regia. ¶ Baſilica nux, ſive Baſilicon abſolutè, *βασιλικὸν κάρυον*, Iuglandis genus optimum, quod & Perſicum dicitur, quòd ex Perſide primùm fuerit advectum. Dictum autem videtur Baſilicon, ſive à præſtantia, quòd inter nuces principatum obtinere videatur: ſive à regibus, qui eas primi à Perſide in Græciam tranſtulerunt: ut non obſcurè innuit Plin. libro 15. capite 22.

Bāſĭlĭndă, *βασιλίνδα*, Ludi genus eſt, quo Rex ſorte creatus, negotii aliquid miniſtro ſimiliter ſorte creato imperat.

Bāſĭlĭſcŭs, [*βασιλίσκος*. Gal. *Vn ſerpent nommé Baſilic.* Ital. & Hiſ. *Baſeliſco.* Ger. *Ein Baſiliſck.* Pol. *Baſiliſzek* Vng. *Baſiliskos.* Ang. *A cockatrice.*] Genus ſerpentis, quod (teſte Plinio lib. 8. cap. 21.) in ſolitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, velut quodam diademate, adornatum. Acutiſſimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos ſerpentes ſibilo fugat, ut ſolus regnare videatur. Lucanus lib. 9: Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes, Ante venena nocens. late libi ſubmovet omne Vulgus, & in vacuum regnat Libitina arenam. Latinorum nonnulli Regulum vocant. Baſiliſcus nomine notius animal, quàm viſu, Cyrenaicæ potiſſimùm provinciæ, 12. non amplius digitorum magnitudine. candida in corpore macula, ut quodam diademate inſignis: ſibilo reliquos omnes fugat ſerpentes, nec ut reliqui ſerpentes corpus impellit, ſed celſus & in medio erectus incedens, fruticeſ & herbas necat, & non contactu ſolùm, ſed & afflatu: huic tamen tali monſtro muſtelarum virus exitio eſt. Plin. lib. 8. cap. 21.

Bāſĭo, as. Vide BASIVM.

Bāſĭs, f. t. [מכונה *mechonáh.* βάσις. Gal. *Vn ſoubaſſement de coulonne ou d'autres choſes, ſouſtenement.* Ital. *Baſi, ſuſtento.* Germ. Ein vnderſatz/ſtud oder ſaul/darauff etwas ſtehet/daß es nicht fall. Belg. *Eenen voet van eenich dinck.* Hiſp. *El pie de la columna, y otra coſa.* Pol. *Fundament, albo ſl'upna ktorimstoy bud.* Vng. *Fundamentom, oſlop, tálp.* Ang. *The fondation or ground of any thing.*] A noſtris dici poteſt *Suſtentamentum*. Sunt enim baſes, fulcimenta, & quidam veluti pedes columnarum, ſtatuarum, ſeu fabricarum, quæ à fundamento conſurgunt, & ſuperpoſitæ fabricæ, ſuſtinent põdus. Cic. 5. Tuſcul. Animadverti columellam non multùm è dumis eminentem, in qua inerat ſpecies quædam cylindri. Et paulò pòſt: Quò quum pateficti eſſet aditus, ad univerſam baſim acceſſimus: apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus vetuſtatis. A qua ſimilitudine orbiculi illi, quibus vaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur, vocari ſolent baſes. Trebatius Iureconſul. de legatis. 3: Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & baſes huic quoque horum vaſorum collocandorum cauſa parata, deberi reſpondet. ¶ Eſt & Baſis, figura in narrationibus, quum omnia pedetentim inſinuandi gratia proferuntur, ut apud Ter. in Eunuch. Ibi tum matri parvulam Puellam dono, quidam mercator dedit, Ex Attica hinc abreptam. Et paulò pòſt: Mater ubi accepit, &c.

Bāſĭum, ſii, Oſculum, ſuavium. [נשיקה *neſchik ihoſcnaca.* Gal. *Vn baiſer.* Ital. *Bacio.* Ger. *Ein kuß* Belg. *Een kuſ.* Hiſp. *Beſo, tomio de enamorado.* Pol. *Pocal'owanie.* Vng. *Tſyok, apolás.* Ang. *A kiſſe.*] Martial. lib. 2: Baſia dimidio quòd das mihi poſthume labro, Laudo, licet demas hinc quoque dimidium. Donatus tria ponit oſculandi genera, Oſculum, Baſium, & Suavium: quæ ſic diſtinguit, ut oſcula ſint officiorum: baſia pudicorum affectuum: ſuavia libidinum vel amorum. Quæ diſtinctio aut nulla eſt, aut certè nõn obſervatur: ut latiùs inſiſtere ſupervacuum ſit. Nos in dictione Oſculum. Hic ſatis fuerit hoc oſtendere, baſia ſæpenumerò impudicorum affectuum eſſe. Catullus ad Leſbiam: Da mi baſia mille, deinde centum. Idem paulò pòſt: Nec tantum ſciat eſſe baſiorum. Et mox, tam de baſia multa baſiare, Væſano ſatis, & ſuper Catullo, Quæ nec pernumerare curioſi poſſint, nec mala faſcinare lingua. Idem ad Iuventium: Nunquam jam poſthac bãſia ſurripiam.

Bāſĭo, baſias, Oſculor, oſculum do. [נשק *naſchák.* φιλέω. Gall. *Baiſer.* Ital. *Baſciare.* Germ. *Kuſſen.* Hiſp. *Beſar con amor, ò amorado.* Pol. *Cal'uie.* Vng. *Tſokolok, apolok.* Ang. *To kiſſe.*] Mart. libro 7: Et totam Line baſiare Romam. Baſiare baſia, Catul lib. 7.

Bāſĭātĭo, verbale. [נשיקה *neſchikáh.* φίλημα. Gal. *Baiſement.*

Ital. *Baſiamento.* Germ. Das küſſen/ küſſung. Hiſp. *Obra de beſar.* Pol. *Cal'owanie, gebka wgebke.*] Vng. *Tſokolás apolás.* Ang. *Kiſſing.*] Mart libro 6: Hybernas Linc baſiationes, Idem libro 7: Quæris quot mihi baſiationes Tuæ Lesbia ſint ſatis ſuperq;.

Bāsĭātŏr, [*φιλητής.* Vng. *Tſokolo, apolo.* Ang. *Which kiſſeth.*] verbale, Martialis.

Baſtagia, æ, Munus erat ferendi res neceſſarias ad exercitum. Alciatus. Hinc Baſtagiarii in L. 4. de munileg. qui illud munus ſuſceperunt *ἀπὸ τῦ βαστάζειν*, à portando ita dicti. [Ger. Roßbuben oder Stallbuben.

Bāstērnæ, Genus vehiculi. Servius in Virgilii octavum librum Aeneidos.

Bă̆t, Vox eſt qua uti ſolemus quum quempiam corripimus, jubemusq; eum tacere. [Pol. *Stul pyk, cyit.* Vng. *Tſi.*] Plaut. Pœnul. quid opus eſt? P. Potin', aliam rem ut cures? C. at. P. bat. C. crucior. P. cor dura. C. Non poſſum. P. fac poſſis.

Bathynon, *βάθωνον τὸ*, profundum.

Bathynchus, profundus. Nam *βαθὺς* profundum ſignificat, & *ἔχω* habeo.

Batĭola, [*βάτιον.* Pol. *Czaſza.* Vng. *Kantſyótska, bokálotska.*] Vaſis genus, quo vinum è cado hauſtum ad menſam ferebatur. Plaut. in Colace, ut citat Nonius: Batiolam auream octo pondo habebat.

Bătīllum, n. ſ. [*πύελον.* Gall. *Vne pallette à feu.* Ital. *Badile.* Ger. Ein Fewrſchauffel / ein Fewrtellen. Belg. Een vierſcuppe/ oft ſchacfel. Hiſp. *Badil, ò la pala de hierro.* Pol. *Przygrzebacz.* Vng. *Vaslapát.* Ang. *A fier shoull or a pan of yron, to beare fier in a chaulsing dish.*] Ferreum inſtrumentum eſt ſimilitudine palæ, quo pruna colligitur: primùm Batulum dictum, quaſi patulum: à quo deinde diminutiva forma deductum eſt Baullum. Plin. libro 33. cap. 8: Batillis ferreis, candentibus, ramento argento impoſito, quod candidum permaneat, probatur. Apicius de petaſone: Et armillam illius candenti batillo uris, & melle contegis. ¶ Batillum etiam ruſtici vocant ferreum inſtrumentum, quo ad ſulcos, ilices, foſſasq; in agris faciundas utuntur. Varro 3. de Re ruſt. cap. 6: Itaque paſtorem earum cum batillo circuire oportet, ac ſtercus tollere ac conſervare: quod & ad agriculturam idoneum eſt. ¶ Eſt item Batillum meſſorium inſtrumentum, quo Picentes utebantur. Idem 1. de re Ruſt. capite 50: Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneum habent incurvum batillum, in quo ſit extremo ſerrula ferrea: hæc quũ comprehendit, faſcem ſpicarum deſecat, & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, ut poſtea ſubſecentur.

Bătrĭŏcŭs, maſc. gen. prima brevi. [*יָפוֹ saph. τὸ βάτιον.* Gall. *Vaiſſeau à vin, vn broc.* Ital. *Il bocale.* Germ. Ein Kanten/ ein geſchirr mit welchem man den Wein auß dem Keller auff den tiſch tregt. Hiſp. *Vn genere de vaſo parar tener vino.* Pol. *Koncew ſtoł owa, ktora napoią noſzą do ſtoł u.* Vng. *Kanſó, bokál.* Ang. *A kind of veshell wherin vine is broght to the table.*] Genus vaſis à quo vinum è cado hauſtum ad menſam fertur. Plaut.

Bătĭs, idis, vel Batus, ti, *βατὶς, ὁ βάτος*, Piſcis mollis & delicatiſſimi ſpecies eſt: quem Plin. libro 32, cap. ult. enumerat inter eos qui mari peculiares ſunt. ¶ Hinc *βατιδοσπάκης*, homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Hujus piſcis fel recens quidem, ſed vino inveteratum auribus medetur, teſte Plin. lib. 32. cap. 7.

Bătĭs, f. g. Herba eſt fruticoſa, pingui folio in modum portulacæ, ſed craſſiore, latiuſculo, & guſtu ſalſo, floribus candidis, & ſemine libanotidis, quam Dioſcorides *κρίθμον*, ſive *κρίθαμον* appellat. [Gall. *Creſte marine, bacille, percepierre.* Ital. *Finochio marino herba di ſan Pietro.* Ger. Baciłlen. Hiſp. *Perrexil de la mar.* Ang. *A ſampier hearbe.*] Ejus duo ſunt genera, quorum alterum in locis petroſis & marinis naſcens, ad nos defertur ſale & aceto conditum. Hoc officinæ *Cretam marinam* appellant. Alterum in hortis naſcitur, quod Plin. à quibuſdam Aſparagum Gallicum vocari tradit. Columella Olus chordum appellavit, quaſi ſerotinum, quemadmodum & Fœnum chordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus *Bacilias* vocat, quaſi baticulas. Vide Dioſcor. lib. 2, & Ruell. lib. 2. cap. 61.

Batos, [*βάτος.* Pol. *Iezyny, Ruth ożyna.* Ang. *A bramble, a blake herrie tree.*] Frutex ſpinoſus, lenta habēs flagella per terrā ſparſa, quem Latini Rubum appellant: de quo Dioſc. lib. 4. cap. 40. Diverſas ejus ſpecies vide apud Ruel. lib. 3 cap. 93.

Bătrăchītēs, *βατραχίτης*, Lapis ranæ viridi ſimilis, colore atq; effigie. Plin. lib. 37. cap. 70.

Bătrăchĭum, penult. corr. [*βατράχιον.* Germ. Ein kraut Gleiß blumen oder Hanenfuß genañt.] Coloris ſpecies, quo ante inventas perſonas faciem obungebant. Vnde apud Athenienſes, Pauſania autore, forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. ¶ Eſt & genus herbę quam & Latini Ranunculum vocant, de qua Plin. lib. 25. cap. 13. ¶ Eſt & Batrachium chymiſtis chryſocollæ quoddam genus, ex divino, quem vocant, latice proveniens, cui tanta ineſt veneni vis, ut vel ſolo halitu incautum interficiat. Vide Cælium Antiq. lect. lib. 28. cap. 9.

Bătrăchŏmўŏmăchĭă, [*βατραχομυομαχία.* Ger. Der Frõſchen krieg mit den Meuſen. Pol. *Zabia zmiſzami woina.* Vng. *Bekákrnak és egereknek hada (auagy) békeger hareż.* Ang. *A fight betwene frogges and myſe.*] Ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerus conſcripſit libellum.

Batrachos, pen. corr. [Germ. Ein Froſch.]

Batrachus, chi, pen. corr. m. ſ. [*βάτραχος.* Pol. *Zabka pod ieżyk iem, chorobu.*] Medicis eſt tumor quidam ſub lingua naſcens cum inflammatione, quam ranulam vocat Avicenna. ¶ Eſt item Batrachus piſcis mari peculiaris, apud Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ Fuit præterea nobilis hoc nomine ſtatuarius ex regione Laconica, qui unà cum Scauro, Octaviæ templa Romæ extruxit porticibus incluſa: de quo Plin. lib. 36. cap. 5.

Bătrŏlŏgĭă, f. p. [*βατρολογία.* Pol. *Zbytnie blegotanie.* Vng. *Azon bak nyúlás.*] Verborum redundantia, ejuſdem rei vitiola repetitio. Nomen deductum eſt à Batto quodam inepto Poëta, qui in carmine ſuo eadem ſæpiùs repetebat, eandemq; iterum atque iterum decinebat cantilenam. Huic opponitur Laconiſmus, quum Lacedæmoniorum more ſermonis ſtudemus compendio.

Bătŭo, is, Verbero. [*נכה naghàh. ἀλοάω.* Gall. *Batre, meurtrir.* Ital. *Battere.* Ger. Schlahen. Belg. Met rotden ſlaen. Hiſp. *Batir ò ſobajar.* Pol. *Tł uke, nabyam.* Vng. *Botalom verõm.* Ang. *To beat, to kille.*] Plaut. in Caſina: Quid quæſo potiùs, quam ſculponeas, Quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime? Sueronius de Calig. Mirmilonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica. Cicero ad Pætum, tranſtulit ad rem obſcœnam, quum inquit: Equidem jam etiã nõ obſcœna verba pro obſcœnis fiunt. Batuit enim, impudenter depſit, multò impudentiùs, atqui neutrum eſt obſcœnum. *βατδεῖν* enim Syracuſis dicebatur quum mas init fœminam. Theocrit. *ἀλλ' ἐτορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατδοῦνται.* Hinc Cicero batuere ſumpſit.

Batus, ti, [*βάτος.* Germ Ein maß / das ohngefehrlich andertha b Straßburger Omen hait. Vng. *Négóly.*] Hebraicæ menſuræ genus fuit, teſte Ioſepho Antiquitatum libro 8, quæ continebat ſextarios 72, ut docet Budæus in commentario de Aſſe.

Bāubārī, deponens. [*נבח nabách. βαύζειν.* Gall. *Abayer.* Ital. *Abbaiare.* Ger. Bellen. Hiſp. *Ladrar, ſpecialmente à los canos ò perros.* Pol. *Hapać, ſzczekacz.* Vng. *Babukkolni.* Ang. *To bark like a dogge.*] Factitium verbum à voce canum quum latrant. Lucr. lib. 5: Et quum deſerti baubantur in ædibus omnes.

Baucalis, vas eſt quo aſtutè utimur refrigerandis in aqua cyathis. Alciat. author in prætermiſſis. [Ger. Keltwaſſerteſſel.]

Bāxĕæ, f. p. [*κρηπῖδες, αἷς ἐχρῶντο οἱ φιλόσοφοι.* Gall. *Vne maniere de pantouſles ou ſouliers, dequoy vſoyent les Philoſophes.* Ital. *Pianelle, Zoccoli.* Ger. Ein gattung der ſchuh oder pantoffen/ wie es die Gelehrten tragen. Hiſp. *Chinelas ò alcorques.* Pol. *Pantofle albo ſotulari ſtarozwieczkich philoſofow.* Vng. *Pántofali.* Ang. *Petten or woodden shooes.*] Sunt crepidæ & calciamenta: & propriè calcei philoſophorum, ut oſtendit Apuleius in libro de Aſino aureo, qui ait: Nec quid pallio, baculoq;, & baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret. Plaut. in Menæch. Quis is eſt peniculus? quæ extergentur baxeæ?

B ante D.

B. D. in notis antiquorum, bonorum datum. B. F. bona fide, vel bona fides, vel fortuna, vel filia, vel fœmina. B. F. beneficium, vel bonum factum, & aliquando benefecit. B. F. C. beneficiũ, vel benefecit. B. F. C. B. FI. C. B. F. CT. bona fide cõtractum, bonę fidei contracti. B. F L. bonorum filius. B. F. P. bonę fidei poſſeſſor. B. F R. bona fortuna. B. G R. bona gratia. B. H. bonus homo, vel bona hæreditaria. B. H. S. I. bona hic ſita invenies. B H T S. bonorum hæreditas.

Bdēllĭum, n. ſ. [*בדלח bedholách. βδέλλιον.* Ger. Ein gattung eines ſchwartzen Baums wie ein ölbaum / deſſen Gummi noch alſo in Apotecken genent wird.] Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod & ipſum Bdellium vocatur. Maximè commendatur quod in Bactriana naſcitur: quanquam & in Arabia, & in India, & Media, & Babylonia proveniat. Galenus libro 6. Simpl. duo bdellii conſtituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius eſt, magisq; reſinoſum: Arabicum translucidius & ſiccius. Vide plura de hoc apud Plin. libro 12. capite 9. & Dioſcor. l. b. 1. cap. 69.

B ante E.

Bĕātŭs, a, um, Fœlix, fortunatus, cui bene eſt. [*אשרי meuſchſchár. μακάριος.* Gall. *Heureux, bien-heureux, bien fortuné.* Ital. *Beato.* Ger. Sälig/ Gluckhafftig. Belg. Gaetlich. Hiſp. *Bienauenturado y perfecto.* Pol. *Błogoſł awiony, ſzczęśliwy.* Vng. *Bédeg.* Ang. *Bleſſed, happie, fortunat.*] Qui ſint dicendi beati, Seneca libro ſexto Epiſtol. declarat his verbis: Hoc nos docet beatum non eum eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit: ſed illum cui bonum omne in animo eſt, erectum.

erectum & mirabilia calcantem: qui neminem videt, cum quo se commutatum velit: qui hominem ea sola parte existimat, qua homo est: qui natura magistra utitur, ad illius leges componitur: sic vivit quomodo illa præscripsit: cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum convertit: certus judicii, inconcussus, intrepidus: quem si aliqua vis movet, nulla perturbat: quem fortuna quum in eum quod habuit telum nocentissimum vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat. Sed talem hactenus videre haud licuit. Nemini enim summa illa beatitudo, nisi exuto corporis impedimento, potest contingere: adeò ut verissima videatur Solonis illa apud poëtam sententia: scilicet ultima semper Expectãda dies homini est, dicíq; beatus Ante obitum nemo supremaq; funera debet. Cic. libro 5. Tuscul. Hos existimo beatos, qui sint in bonis nullo adjuncto malo. ¶ Accipitur & pro divite: quæ significatio ex vulgi opinione tracta est, quòd solos divites fœlices existimat. Juven. Sat. 1: optima summi Nunc via processus vetulæ vesicæ beatæ. Horat. libro 2. Catm. Ode 4: Nescias, an te generum beati Phyllidis flavæ decorent parentes. ¶ Transfertur & ad alia. Vnde beatam vocem dixit Quintilianus pro sonora, & rara, cuiq; ad perfectionem nihil desit. ¶ In beato omnia beata, *ἐν ὀλίγῳ ὅλα πάντα*. Theocritus. Vsus erit si dicas, ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter. ¶ Non est beatus, esse qui se nescíat. Seneca lib. Epist. Fam. 16: Sensus est, haud esse satis ut adsit fœlicitas, ni fœlicitatem tuam intellexeris. Huc alludens Virgil. O' fortunatos nimium, bona si sua norint Agricolas. ¶ Nihil est ab omni parte beatum, Horat. in Odis. Proverbialem habet sententiam, quam Græci sic efferunt: *Οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἄνευ δύσμορος* id est, Fœlix per omnia nullus est mortalium. Hunc senarium citat Aristoteles lib. Rhetor. 2.

Bĕātŭlŭs, pen. cor. diminutivum. [*πλούσιος, εὐτυχέστερος*. Vng. *Bódogotska.*] Persius Sat. 3: tandemq; beatulus alto Compositus lecto.

Bĕātĕ, adverbium, Fœliciter. [*μακαρίως, εὐδαιμόνως*. Gall. *Heureusement, bien heureusement.* Ital. *Beatamente.* Germ. *Sätigklich/ glücklich.* Hisp. *Bienauenturadamente, y perfectamente.* Pol. *Szczęśliwie.* Vng. *Bádogúl.* Ang. *Blisfedlie, happelie.*] Cic. 1. de Finibus: Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè vivendum refertur. Idem in Paradox. Profectò nihil est aliud benè beatéq; vivere, nisi honestè & rectè vivere.

Bĕātĭfĭcŭs, [*ὀλβοποιός, εὐδαίμων*. Pol. *Bl'ogosł'awioni.* Vng. *Bódogító, bódoggá téuő.*] Apuleius lib. de dogmate Platonis: Deus beatus, & beatificus, optimus.

Bĕātĭtās, & Beatitudo, f. e. [אשרי *ósher* *aschré*. *μακαριότης*. Gall. *Beatitude, felicité* Ital. *Beatitudine.* Ger. *Sätigkeit/ glückhafftigkeit* Belg. *Salichheyt.* Hisp. *Bienauenturança:* Pol. *Szczęśliwość, bł'ogosł'awieństwo.* Vng. *Bódogság.* Ang. *Blessednesse.*] Ciceronis seculo vocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putavit usu fieri posse mollíora. Sic enim scribit lib. 1. de Nat. deor. At ista sive beatitas, sive beatitudo dicenda sit, (utfunq; enim durum, sed usu mollienda verba sunt) verùm ea quæcunque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquã mentem æternam figura membrisq; corporis vacuam, cadere non potest?

Bĕo, as, act. p. Beatum facio. [אשר *ischschér.* *μακαρίζω*. Gall. *Faire heureux, donner félicité.* Ital. *Beatificare, beare.* Ger. *Sätig oder glückhafftig machen* Belg. *Salich macken/ trooste helpen.* Hisp. *Hazer bienauenturado, ò beatificar.* Pol. *Szczęśliwim czynie.* Vng *Meg bódogítom.* Ang. *To blesse.*] Plaut. in Trucul. Hoc me beat saltem, quoniam perduelles vicit, & domum compos laudis revertit. Terent. in Andr. O' factum benè, Beasti, metui à Chryside. ¶ Hinc Beatus, beatior, beatissimus: de quibus paulò antè.

Bēchĭŏn, [*βήχιον*. Ger. *Brandtlattich/ Roßhub/ Eselshub.* Pol. *Podbial'kniat.*] Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tussim sedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur. *παρὰ τὸ τοὺς βήχας διαπαύειν*: hoc est, tussi sananda. Plinius li. 16. cap. 6. Officinæ *Vngulam caballinam* vocant.

Bechica. Medicamenta, *βηχικὰ φάρμακα*, à medicis appellantur, quæ tussi medentur *βῆκα* enim Græci tussim appellant.

Belbiton, (quod hic corruptè legebatur) Vide BOLBITON.

Bēlbŭs, quæ & hyæna. [*ὕαινα*. Ger. *Ein Babian/ Nachtwolff/ oder Affwolff.*] Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos gemitus, ut homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes devoret.

Beleci, legumenta apud Aristophanem: sic enim dicitur *βελέκοι* Græcè.

Belenium, *βελένιον*, Aristoteli, (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine ejus circunfertur) olim delibutorium in Perside venenum erat: translatum autem in Aegyptũ & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Aegyptium vocat. Vide Ruell. lib. 2. cap. 12.

Belion, *βίλιον*, Herba, quæ à Dioscoride *πόλιον ὀρεινόν*: hoc est, Polion montanum appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numerãtur.

Bellāriă, orum, plural. numer. n. Fructus & cibi saccharo aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ mensæ appellantur. [*τραγήματα, ἐπιδόρπιοι, τράπεζα, τραγήματα*. Gal. *Le dernier mets, la deserte de table.* Ital. *Frutti & confettioni doppo pasto.* Ger. *Schleckhafftige Speiß die man zu dem nachtisch auffträgt / als Lebkuchen/ Zuckerladen / Confect.* Hisp. *La mesa de la fruta.* Pol. *Przysmaky potrawy słodkie, które po obiedzie, albo przy winie, zastawy, y inne.* Vng. *Gyömyölcs.* Ital. Ang. *Sweet meats, as tartes, marchpane, fruite &c. which is served to the table after dinner.*] Macrobius in Satur. Adhuc dicente Symmacho, secundæ mensæ illata bellaria novo sermoni principium dedêre. ¶ Vina quoque dulciora est invenire in comœdiis antiquioribus hoc vocabulo appellata, dictaq; esse ea bellaria bellata. Gell. l. 3. c. 11.

Bell. &c. Bellatrix, Bellax, Vide Bello.

Bĕllātŭlŭs, Belle, Bellissimè, Bellitudo, Bellulus, vide BONVS.

Bellĭcămĕa, Dicebatur Columella illa ante templum Bellonæ, super quam jaciebant hastam quum bellum indicebatur Festus.

Bellĭcum, ci, n. g. subsantivum, Cantus ad animandos, hortandosq; milites ad prælium ineundi tuba datum. [תרועה *teroá*. *πολεμικὸν σάλπισμα*. Gall. *Le son de la trompette quand on sonne à l'arme.* Ital. *Suono della trombetta quando suona à l'arme.* Ger. *Das auffblasen zum Streit/ im Krieg/ ein Lerman.* Hisp. *Sonido de bozina para arremeter presto.* Pol. *Lerma do bitwy, pobudka do potkania.* Vng. *Harczra valo indítás, dob, vtés trombita fuuás.* Ang. *An alarme, the sound of trompett when thay blowe to the battaille.*] Vnde Bellicum canere, propriè est milites tubæ cantu ad prælium animare. Per metaphoram accipitur pro instigare seu inflammare ad dissidium. Cicer. 6. Philip. Atque iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. Idem pro Muræna: Simulatq; motus aliquis novus bellicum canere cœpit.

Bellis, vel Bellius herba est: [Gal *Marguerite.* Ital. *Primo fiore.* Pol. *Stokroć cudne.*] Plinius libro 26 cap. 5: Bellis in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente. Et lib. 21. cap. 8. Luteus (nempe calyx) & Bellio pastillicantibus quinquagenis quivis barbulis coronatur. Pratenses hi flores, &c.

Bellōnārĭī, sacerdotes Bellonæ, quæ lacertos humerosque concidebant, sanguine suo Bellonæ sacrificantes. Acron.

Bellum. Belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma: Cui contrarium pax. [מלחמה *milcham*: *πόλεμος, μάχη*. Gall. *Guerre, bataille.* Ital & Hisp. *Guerra.* Germ. *Krieg.* Belg. *Oorlogh.* Pol. *Wojna, bucwa.* Vng. *Had.* Ang. *Warre, battaile.*] Bellum autem est conflictus ipse, & hostium congressio quæ & pugna dicitur & certamen: quamvis hoc etiam nudis verbis peragi possit. Hæc differentia non obscurè colligitur ex Livio, quum ait: Populum Roman. nullo bello, multis tamen præliis fuisse superatum. Item ex loco Virgil. 11. Aeneid. Turnum autem fugiens media inter prælia belli Sustulit exibo [illegible]. ¶ Aliquando tamen bellum capitur pro prælio. Sallust. Jugurth. bello recenti milites desiderati. Dictum bellum (ut Priscianus sentit) per antiphrasim, quod minimè bellum sit. Alii à bono deducunt: non tamen per contrarium, sed quòd boni gratia bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam injuriam pacemq; parandam. Alii à duello derivant, abjecto, d, & digamma in b converso. Festus à belluis, quod belluarũ sit mutuò se laniatu confidere. ¶ Dulce bellum inexpertis, *γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος*. Elegans, quum primis & multorum literis celebratum adagium. Citatur ex Pindaro. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas nisi facto periculo. ¶ Multa in bellis inania, *πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου*. De inani suspicione aut pávore sine causa oborto, quem Græci *παυικὸν* vocant. ¶ Non licet bis in bello peccare, *ἁμαρτεῖν οὐκ ἔστι δὶς ἐν πολέμῳ*. In rebus periculosis non tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite: nec est secundo errori locus. Vel quod in bello (quia cuncta tumultu peragantur) non detur spatium revocandi restituendiq; si quid perperam sit institutum. ¶ Initium belli, *ἀρχὴ πολέμου*: ubi quis prior lacessit injuria, seu convitio. ¶ Talia gignit bellum, *τοιαῦτα ὁ πάντων πόλεμος ἐξεργάζεται*: id est, Similia calamitosum perficit. Senarius est M. Tullii epist. ad Qu. Frat. libro primo, quo sentit, è dissidiis eorum qui Remp. administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad privatam discordiam plusculum habebit gratiæ. ¶ Bello parta, *ἐν πολέμοις*. Vbi quis immodicè insumeret. Solemus enim celeriùs ac temerè profundere, si quid hostib. sit ereptũ.

Bellum recuperatorium, Quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur. Defensorium verò, quod videlicet necessariæ defensionis gratia non intervallo, sed ex continenti suscipitur. Verùm hoc non propriè belli nomen meretur, sed potiùs defensionis censetur facultas, cuilibet omni jure,

ipsoq; rationis ductu permissa, quândoquidem vim atq; injuriam propulsare jus gentium permittit. leg. ut vim. ff. de Instit. & jur. cum simul annotatis per dictum Baronem loco allegato. Bellum offensivum. Bellum defensivum, ut vulgò loquuntur, in barbarorum schola nota sunt vocabula.

Bĕllĭcŭs, a, um, adjectivum, Quod ad bellum pertinet: ut Bellica disciplina. [πολεμικός. Gall. *Belliqne, servant à la guerre.* Ital. *Di guerra* Ger. Das zu dem Krieg gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à la guerra.* Pol. Woienskij. Vng. *Hadra valo, hadi.* Ang. *Pertyning to warre, warelike.*] Cicer. 2. de Nat. deor. Bellica corona, quæ bellatoribus victoribus dabatur. Plin. lib. 16. cap. 4. Ovid. 3. Fast. Dea bellica Pallas.

Bĕllĭcōsŭs, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. [אישׁ מלחמה *isch milchamáh.* πολεμικός. Gall. *Belliqueux, vaillant en guerre.* Ital. *Feroce.* Ger Kriegisch/ streitbar. Hisp. *Mucho guerreador.* Pol. *Zol'nierskij, zol'nierz.* Vng. *Harczos, hadakozo, viadalos.* Ang *Valiant in armes, fierce, warrelike.*] Salustius in Iugurtha: Lybies quam Getuli minus bellicosi erant. Liv. 9. ab Vrbe: Cepisse enim eos non Romam, sed quòd multò bellicosiùs fuerit, Romanam virtutem, ferociamq;.

Bĕllĭcōsē, adverbium, Fortiter, ferociter, ut virum bellicosum decet. [πολεμικῶς. Gall. *Vaillamment, belliqueusement.* Ital. *Feroce mente, gagliardamente, bellicosamente.* Ger. Kriegisch/ auff weiß wie dapffere Kriegsleut. Hisp. *Brava o bellicosamente.* Pol. *Po zol'niersku, sz mielie.* Vng. *Erősen, keményön.* Ang. *Valiantlie, warrelike.*]

Bĕllĭcrĕpă, Genus veteris saltationis à Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant.

Bĕllĭfĕr, a, um, Bellicosus, ab bellum gerendum idoneus. πολεμικός; πολεμοφόρος. Claudianus in Rufinum: quid belliferam communibus ferunt Italiam malis?

Bĕllĭgĕr, a, um, Ad bellum gerendum idoneus. [איש מלחמה *isch milchamáh.* πολεμικος, πολεμοποιός. Gall. *Qui fait la guerre.* Ital. *Chi guerregia.* Ger. Der geschickt ist ein Krieg zu führen. Hisp. *Cosa que haze o trahe guerra.* Pol. *Spossobnij dowoiny.* Vng. *Had viselő.* Ang *That maketh warre.*] Martial. lib. 15: Hermes belligera superbus hasta.

Bĕllĭgĕro, as, n. p: Bello, bellum gero. [נלחם *nilchâm.* πολεμῶ. Gall. *Guerroyer, faire ou mener guerre.* Ital. *Guerreggiare.* Ger. Ein Krieg führen/ kriegen. Hisp. *Guerrear.* Pol. *Woine wiode.* Vng. *Hadat viselők, hadakozom.* Ang. *To make warre.*] Cicero pro Fonteio: C. Marius qui Inducio marо isti minaci atq; arroganti par in belligerâdo esse possit. Ennius apud eundem lib. 1. Offic. Non cauponantes bellum, sed belligerantes. Livius primo libro tertii Belli Punici: Et cum gallis tumultuatum magis, quàm belligeratum.

Bĕllĭpŏtēns, pen. corr. Qui bello pollet. [εὐάνδρειος, δαΐφρων. Pol. *Mocni wogak.* Vng. *Hadakozo.* Ang. *Mightie in warre.*] Statius Theb. 2: Bellipotens cui torva genis horrore decoro Cassis, & aspersо crudescit sanguine Gorgon. Cicer. 3. de Divin. Aeacidæ bellipotentes magis sunt, quàm sapientia potentes.

Bĕllo, as, n. p. Bellum gero, confligo. [נלחם *nilchám.* πολεμῶ. Gal. *Guerroyer, mener ou faire guerre.* Ital. *Combattere, guerreggiare.* Ger. Kriegen. Hisp. *Guerrear, hazer guerra.* Pol. *Bitwe stoczam.* Vng *Hadakozom.* Ang. *To warre, or to mak warre.*] Plinius libro 5. capite 1: Romana arma primùm Claudio principe in Mauritania bellavêre, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum ulciscente liberto Aedemone. Cicer. pro leg. Man. Fuit proprium popul. Rom. longè à domo bellare. ¶ Est & bellor, aris, deponens. Virgil. 11. Aeneid. -& pictis bellantur Amazones armis. ¶ Composita sunt Debello & Rebello: de quibus infrà suis locis.

Bĕllātŏr, oris, m. t. Bellicosus, vel qui bellum gerit. [איש מלחמה *isch milchamáh.* πολεμιστής. Gal. *Guerroyeur, homme de guerre.* Ital. *Combattitore, guerriere.* Ger. Ein Krieger/ Kriegsman/ Kriegsführer. Hisp. *Mucho guerreador.* Pol. *Woiownik.* Vng. *Hadakozo.* Ang. *A warrour, a man of warre.*] Cicer. 4. Tuscul. An accusatori majores nostri majora præmia, quàm bellatori esse voluerunt? ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. Vide Virgil. libro 10, equum animosum & ad prælium incitatum Bellatorē vocat, quum inquit: -& inter Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.

Bĕllātrīx, cis, f. t. Mulier quæ bellū gerit, seu bellicosa. [אשת מלחמה *éscheth milchamáh.* πολεμιστρια. Gall. *Guerriere, femme vaillante en guerre.* Ital. *Guerriera.* Germ. Ein Kriegerin/ ein kriegisch Weib. Hisp. *Guerreadora.* Pol. *Niewiasta bitna.* Ang. *She that warreth, a woman that figh ethin the warre.*] Vng. 1. Aeneid. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bĕllax, acis, adjectivum, Bellicosus, vel belli appetens. [πολεμιχὸς, μαχικός. Pol. *Bitni.* Vng. *Harczos, had szomiúhozo.*]

Bellatulus, bellè, bellissimè, bellitudo, bellulus, Vide Bonus.

Bellus, Vide Bonus.

Bĕllōsŭs, a, um, Vetustum est nomen, idem significans, quod bellicosus. [πολεμικός. Pol. *Bitni.* Vng. *Harczos hadakozo.* Ang. *Warlike.*] Cæl. apud Nonium: Tantum bellum sufcitare conari adversarios contra bellosum genus.

Bĕlonē, pen. corr. f. g. [βελόνη. Ger. Ein Meerfisch mit einem langen schnabel/ ein Hornfisch. Vng. *Anguilla.*] per simplex, Piscis est qui alio nomine dicitur Acus: utroque nomine à tenui, recta, & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plinius libro 9. capite 51: Acus, *inquit*, sive belone, unus piscium dehiscente propter multitudinem utero parit: à partu coalescit vulnus: quod & in cæcilijs serpentibus tradunt. Vulgò *Anguscula* dicitur.

Bĕlŏs, eos, [חץ *cheis.* βελος, Sagitta, telum, ἀπὸ τῆς βάλλειν, quod significat jacere. Gall. *Sagette, fleche.* Ital. *Saetta.* Ger. Ein pfeil. Hisp. *Sueta, ò vira, ò flecha.* Pol. *Strzala.* Vng. *Nyil.* Ang. *An arrowe or dart.*] Caius de Verb. signif. Quod nos telum appellamus, illi βελος appellant: eoq; nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

Bēlŭă, æ, f. p. sive (ut alii malunt) Bellua geminato l, Immanis fera. [חיה *chaiáh* בעיר *behír.* θηρ, θηρίον. Gall. *Beste cruelle & sauuage.* Ital. *Bestia.* Germ. Ein grawsam thier. Belg. Een wilde felle beest. Hisp. *Bestia comun à tierra ò à mar.* Pol. *Zwierzestrogie.* Vng. *Fene vad, bestye.* Ang. *A great and terrible wildebeast.*] A Bello: hoc est, bono, vel pulchro, κατ' ἀντίφρασιν (ut quidam existimant) dicta: aut (ut aliis placet) à substantivo Bellum, quòd Bestiarum sit bellum sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma videtur concessisse. Terent. in Eunuch. Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas? ¶ Belua etiã de homine fero, stupido & hebeti dicitur. Terent. in Phorm. Sed quid pertimui autem belua? Idem in Eunucho: Age nunc belua, credis huic quid dicar.

Bēlŭātă, tapetia, Dicta sunt à Plauto in Pseud, beluarum figuris picta, intextaq; ζωωτά.

Belualis, vel Bellualis, beluinus. [Pol. *Bestialski.* Vng. *Vadbozo valo, vadhozillendo.*] Macrobius Satur. libro 5. capite 11: Educationem quoque nutricationis tanquam bellualem & asperam criminatur.

Bēlŭīnŭs, a, um, Quod est beluæ: ut Beluina rabies, [θηριώδης. Gal. *De beste, bestial, cruel.* Ital. *Bestiale.* Germ. Das des thiers ist/ zum thier gehört. Hisp. *Bestial, cosa de bestia.* Pol. *Szwinsky, okrutny, bestly podobny.* Vng. *Fenc kegyetlen, fene vadhozillendo.* Ang. *Of a beast, beastlie, cruell.*] Ambr. Tum ipsa habitudo corporis suavis & grata, ut neque beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas infirmitati.

Bēlŭōsŭs, a, um, sive Belluosus, Quod abundat beluis. [θηριώδης. Pol. *Pel'ni bestly.* Vng. *Vadakkal bwuöikodó.*] Vnde Oceanus dictus est beluosus, κητώδης, à beluarum multitudine & magnitudine quæ ibi sunt: nam inter beluas marinas numerantur balenæ, pristis, physeter, & orca. Horat. 4. Carm. Te beluosus qui remous Obstrepit Oceanus Britannis.

Bembrades, pisces sunt membrades aliâs vocitati, conjectura est esse pisciculos, quos Galli *Celerius* vocant: vel eos, qui Agathopoli magna sæpè copia capiuntur, parvis Alosis similes, & illic *Calliques* vel *Lasches* vocantur.

Belioculus, Gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigram è medio aureo fulgore lucentē. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bendidia, βενδίδεια, Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originē sumpsêre. Vide Cælium Rhodig. Lect antiq. lib. 18. cap. 23.

Bĕnĕ, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, Vide Benè in BONVS.

Bĕnnă, æ, teste Festo, Lingua Gallica genus est vehiculi. [Ger. Ein Wen/ ist ein gattung eines karrens. Pol. *Kareta.* Ang. *wagon.*] Vnde Combennones in eadem benna sedentes. Cato de Re rust. cap. 23: Bennæ emanturioleæ caducæ saliantur,

Berbena, aliàs Verbena.

Berberion, vel Berberi, Conchę genus ex qua uniones & margaritæ velluntur, autor Barbat. in Corol. Chamarion libro 2. [Ger. Ein Perlinmutter.]

Bĕrĕnīcēs cŏmă, κόμη βερενίκης, Sydus ad caudam leonis situm, ex septem constans stellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Evergetæ fratris sui uxoris, quos quum illa voti solvendi gratia detondisset, & postridie nusquam apparerent, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latiùs in dictione BERENICE, in Onomast.

Berilion, anemome.

Berillus, Vide BERYLLVS.

Bero, Saccus, quasi pero, à pera dictus. [Pol. *Biessaga; torba.* Vng. *Táska sák,* Ang. *A bagge, a satchell.*] Vide priores Budæi annotationes.

Berula, vide Sisymbrium.

Bēryllŭs, [βήρυλλος. Germ. Beryll ein Edelgestein.] Gemma est subviridis, & transparens, vix alibi unquam quàm in India reperta: cujus novem enumerātur species apud Plin. lib. 37. cap. 6. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui viriditatem puri maris

imitantur.

imitantur. Poliuntur omnes ſexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebeſcunt, ni color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur. Propertius libro 3: Et ſolitum digito beryllon adederat ignis.

Bēs, beſſis, maſculini generis, compoſitum eſt ab Aſſe, octo ſignificans uncias: διμοιρία, Feſtus, Bes appellatus eſt, quòd bis triens ſit: quanvis dura compoſitio fiat beſſis ex triente. Cic. ad Atticum lib. 4: Fœnus ex triente factum erat beſſibus. Plin. lib. 18. cap. 11: Græci in binos ſemodios farinæ ſatis eſſe beſſes fermenti conſtituere. ¶ Legitur & nominativus Beſſis apud Feſtum, modò emendata ſit lectio: Beſſis, *inquit*, unciæ octo, triens quatuor. ¶ Bes etiam eſt Geometrarum menſura, continens octo partes jugeri in duodecim partes diviſi. Vide Colum. lib. 5. cap. 1.

Beſaſa, nomen rutæ, ut placet Aetio Serm. 8. cap. 47.

Bēstĭă, Bellua, [בעיר *behir* בהמה *behemah*. Θηρίον. Gall. *Beſte*. Ital. *Beſtia*. Ger. Ein thier. Belg Een beeſte. Hiſp. *Beſtia, animal bravo y fiero*. Pol. *Beſtia, zwierz*. Vng. *Fene beſtye, fene vad*. Ang. *A beaſt*.] Nomen eſt generale, omnia animalia rationis expertia complectens: Nam & de piſcibus & volucribus dicitur. Cic. 5. Tuſcul. Namque alias beſtias nantes, aquarum incolas eſſe voluit: alias volucres cœlo frui libero: ſerpentes quaſdam eſſe gradientes. Idem de Amicitia: Quòd ſi hæc apparent in beſtiis volucribus, agreſtibus, nantibus, *&c.* ¶ Beſtia quòque prænomine Lucii commemoratur à Saluſtio inter eos qui cum Catilina adverſus Remp. conjurarunt. ¶ Beſtia beſtiam novit, ἴγνωκε δὲ θὴρ θῆρα, Novit profectò fera feram. Ariſtot. lib. Rhetor. 1: Congruet ubi convenit inter duos pariter improbos. ¶ Ne beſtiæ quidem ferre poſſent. Proverbialis hyperbole eſt apud M. Tullium actione in Verrem 3: Poſtremò ut odor Apronii teterrimus oris & corporis, quem, ut ajunt, ne beſtiæ quidem ferre poſſent, unus iſti ſuavis & jucundus videretur.

Bēstĭŏlă, læ, diminutivum. [Θηρίδιον. Pol. *Beſtyka*. Vng. *Fene beſtyetske*. Ang. *A litle beaſte*.] Plinius libro 11. capite 6: Apes alveum illinunt amaritudinibus ſuccis contra aliarum beſtiolarum aviditates.

Bēstĭārĭī, Dicebantur qui ad depugnandum cum beſtiis damnati erant. Θηριομαχοῦντες. Hinc à Seneca ludus beſtiariorum nuncupatur, quo beſtiarii depugnabant. Cicer. pro Seſtio: Præclara ædilitas, unus leo, ducenti beſtiarii. Idem in Vatinium: Milonem dicas gladiatoribus & beſtiariis obſediſſe Rempublicam.

Bēta, tæ, Herba eſt notiſſima, etiam hodie nomen retinens, quæ quòd inſipida ſit, fatua, peculiari quodam epitheto appellatur. [σιώτλον, ſive τῦτλον. Gall. *Poree, iotte, blette*. Ital. *Beta, betiola*. Ger. Mangolt/ oder tôl. Hiſp. *Aſelgas*. Pol. *Czwikła*. Vng. *Paré, alatſon kápoſzta*. Ang. *A beete*.] Martialis libro 13: Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O quàm ſæpè petet vina, piperq; coquus. ¶ Betæ quoq; à Diogene appellabantur homines molles & cinædi. Vnde & Betizare dixit Auguſtus, pro languere, & effœminari. Vide Cælium li. 15. cap. 11.

Betanomantia, f.p. (quod in quibuſdā editionibus huc perperam fuit ingeſtum) Vide BOTANOMANTIA.

Bethycatus, Vide BOETIS.

Bethiſalca, Vitis nigra apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 195.

Bĕto, is, Vado, quaſi benè ito. [Pol. *Bieże*. Vng. *Megyôk*.] Varro: Mulierem quòd parere ea non poterat, foras betere juſſit. Pacuvius: Vos hinc defenſum patriam in pugnam betite, ex Nonio. Plautus Curcul. Si illa ad me betet.

Bētŏnĭcă, f.p. [κέστρον Dioſcoridi. Gall. *Betoine ou vetoine*. Ital. & Hiſp. *Betonica*. Ger. Betonien. Pol. *Bukwica czyrwona*.] Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis *Serratula*, teſte Plinio libro 25. capite 8. ¶ Eſt & altera Betonicæ ſpecies, teſte Aegineta, herba unicaulis, ramulos habens pulegii, ſed tenuiores, & guſtu fatuos, quæ à ſuperiore ſpecie differt, non effectu. ¶ Eſt & alia ſpecies Betonicæ, ſeu vetonica coronaria: ſeu vetonicum altile, vulgò *flores tunici*, aut *caryophylli*, teſte Ruellio. [Pol *gwoździki*. Ang. *Vitoune*.]

Bētŭlă per ſimplex l. melius quàm Betulla per duplex l. σημὺς, Theophraſto σημύδα Hiſt. Plant. lib. 3. cap. 14. [Germ. Bircken. Pol. *Brzoza*. Vng. *Nyirfa*.] Arbor eſt ſatis vulgaris, cortice candidiſſimo, quam Romani ex Gallia in Italiam tranſtulerunt: & ex ea faſces conficiebant qui magiſtratibus ſolebant præferri. Indeq; nomen ſortita & à Batuendo (batuere enim cædere) batula, levique mutatione betula. Quo error inſignis corrigitur Matthæoli (viri alioqui meo judicio maximi) in Dioſcoridem cap. de Populo: qui betulam à bitumine deduci exiſtimavit. Hujus meminit Plin. lib. 25. cap. 8.

B ante I.

B. I. In notis antiquorum, Bonum judicium. B. I. I. Boni judicis judicium.

Bĭæŏn, βίαιον, Vini factitii genus erat, valetudinis cauſa excogitatum: Fiebat ex uvis ad Solem ſiccatis, & aqua marina: dictum eſt à cura, quia multum in eo condendo laboris adhibetur: ſive quia violentum eſſet, & efficax contra morbos: ſive à feſtinatione atque impetu. Plinius lib. 14. cap. 8: Apud Græcos jure clariſſimum nomen accepit, quod appellaverunt Biæon, ad plurimos valetudinum uſus excogitatum. Fit autem hoc modo: Vvæ paulùm ante maturitatem decerptæ, ſiccantur acri Sole, ter die verſatæ per triduum, quarto exprimūtur, dein cadis Sole inveterantur.

Bĭārchī, [βιαρχοι. Pol. *Przełożeni nad żywnością*.] Qui præſunt commeatibus, vitæq; neceſſariis cōparandis. βίος enim Græcis non modò vitam, verumetiam victum ſignificat.

Bĭblĭă, bibliorum, plur. num. [βιβλία. Ger. Die Bibel: das iſt/ die Bücher der H. Schrifft. Pol. *Biblia*. Vng. *Biblia*.] Libri, quo nomine Libri ſacri per excellentiam appellantur. Sunt nanque, teſte Chryſoſtomo Hom. 9. in epiſt. ad Coloſſ. ſalubris animę pharmaca quæ (ut Baſilius ait in Comment. ſuper pſalmum primum) ſimilia ſunt medici officinæ, è qua quiſq; petere poſſit aptum ſuo morbo remedium. Quare & Irenæus lib. 5. contra Valent. comparavit Biblia arboribus ligni Paradyſi. De omni, *inquit*, ligno Paradyſi manducate: id eſt, ab omni ſcriptura divina manducate.

Bĭblĭŏgrăphŭs, βιβλιογράφος, Librarius, παρὰ τὰ βιβλία, τὸ γράφω. [Pol. *Kſięgarz*.]

Bibliolathas, à Demetrio Trœzenio dictus eſt Didymus Grammaticus: quoniam ſupra ter mille quingentos libros conſcripſit. Vide Cæl. lib. 19. cap. 9.

Bĭblĭŏpōlă, m. f. librorum venditor. [βιβλιοπώλης. Gal. *Libraire, vendeur de liures*. Ital. *Libraio, venditore de libri*. Germ. Ein Buchführer/ ein Buchtrager/ der da Bücher verkaufft. Hiſp. *Librero*. Pol. *Kſięgarz*. Vng. Könyv árus. Ang. *A bookeſeller, a ſtationer*.] Mart. Non habeo, ſed habet bibliopola Thryphon. Plin. junior: Bibliopolas Lugduni eſſe non putabam: ac tantò libentiùs ex literis tuis cognovi venditari libellos meos. Componitur autem ex βιβλίον, quod eſt liber, & πωλῶ, vendo, per ω in prima.

Bibliothaphi, βιβλιοτάφοι, Ab eruditis appellantur qui ut ſoli ſapere videantur, librorum aliquid inſignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, ſed in arca, velut in ſepulchro quodam ineluſos aſſervant.

Bĭblĭŏthēcă, pen. pro. f.p. [בית ספרים *beth-ſepharim*. βιβλιοθήκη. Gall. *Librairie, eſtude, chambre aux liures*. Ital. *Libraria*. Ger. Ein Liberey/ ein ort da man die bücher bey einander behaltet. Belg Een Librye. Hiſp. *Libreria*. Pol. *Kſięgarnia*. Vng. Könyv tartó. Ang. *A librarie, a ſtudie, a great nomber of bookes*.] Tàm librorum per ſe magnus numerus, quàm locus ubi libri ſunt, appellatur, ut lib. 32. Digeſt. ſcribit Vlpian. Cicer. ad Sulpit. Dionyſius ſervus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, quum multos libros ſurripuiſſet, *&c.* Latinis Libraria dicitur. Gel. Fortè in libraria ego, & L. Paulus poeta, vir memoria noſtra doctiſsimus, conſederamus. ¶ Eſt & bibliotheca titulus ſive inſcriptio, qua Diodorus hiſtoriam ſuam nomi navit. Plin. in procœmio operis: Apud Græcos deſiit nugari Diodorus, & Bibliothecas hiſtoriam ſuam inſcripſit. Bibliothecæ (ut ſcribit Vitruvius) ad Orientem ſpectare debent. Vſus enim librorum matutinum expoſtulat lumen.

Bĭblĭŏthēcālĭs, le, Quod eſt Bibliothecæ: ut apud Martianum: Bibliothecalis copia: [Vng. Könyv tartói.]

Bĭblo, is, verbum eſt factitium, à ſimilitudine ſoni, qui fit in vaſe.] Pol. *Bełkoce*. Vng. Hordó moggyara dönög.] Nævius: Biblit amphora. Feſtus.

Bĭblos, βίβλος, fœm. gen. juncum ſignificat: item Aegypti arborem, quæ & Papyrus, cujus cortice ad chartas, ligno autem ad navigia utebantur. Lucan. lib. 3: Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat.

Bĭbo, bibis, bibi, bibitum, n. t. Potum haurio, humorem attraho. [שתה *ſchatáh*. πίνω. Gall. *Boire*. Ital. *Bere*. Germ. & Belg. Trincken. Hiſp. *Beuer*. Pol. *Pić*. Vng. *Iſzom*. Ang. *To drink*.] Plaut. in Stich. Vide quot cyathos hos bibimus. Virg. lib. 11, etiam his junxit, quæ vim attrahendi humoris nullam habēt: Haſta ſub exertam donec perlata papillam, Hæſit, virgineūq; altè bibit acta cruorem. ¶ Bibere etiam accipitur pro auſcultare, ſeu ſtudiosè audire. Horat. l. Car. 2: Pugnas & exactos tyrannos Denſum humeris bibit aure vulgus. ¶ Invenitur etiā paſsivum hujus verbi bibo in tertia perſona. Iuvenalis: ſed nulla aconita bibuntur Fictilibus.

Bĭbāx, om. t. & Biboſus, m. f. Qui eſt bibendi avidus, vel nimius potator. [שתה *ſchothéh* סבא *ſobe*. πότης, πωτικός. Gall. *Grand beueur, qui boit beaucoup*. Ital. *Beuitore, cinciglione*. Ger. Ein trincker/ ein ſauffer/ der viel trincket. Belg. Drinckachtich/ een bronckaert. Hiſ. *Grand beuedor*. Pol. *Ozraliec*. Vng. *Nagy ihato, borisza'k*. Ang. *A great drinker*.] Gel. lib. 3. cap. 12: Bibendi avidum, P. Nigidus in Cōmentariis Grāmaticis bibacē & biboſum dicit. Laberius in Mimo lib. 1: Non māmoſa, nō annoſa, nō biboſa, non procax. Biboſus tamen (ſi Gellio credimus) vocabulum eſt novum, & à Laberio vocum innovatore confictum. Nomina enim

in oſus, potiùs fiunt à nominibus, quàm à verbis.

Bĭbācŭlŭs, diminutivum à nomine Bibax, Qui largiùs & frequentiùs bibit. [φιλοπότης. Pol. Oҳralca. Vng. Bor iſzikotska.] ¶ Idem nomen fuit Poëtæ, quem Hieronymus in Chronicis Cremonæ natum ſcribit, paulò minorem Cicerone.

Bĭbācĭtās, atis, Propenſio ad largiùs bibendum. [φιλοποσία. Gall. Beuerie exceſſiue. Ital. Eccеſſino beuere. Ger. Das vbermäſſig trincken. Hiſp. El habito y obra de mucho beuer. Pol. Opilſtwo. Vng. Nagyſsatoſag, fölöttéb valo ital. Ang. Great drinking.]

Biber, Nomen antiquum neutro genere uſurpatum, τὸ πίον. C. Fannius annalium 8: Domina ejus ubi ad villam venerat, jubebat biber dari. Cato quoq; Originum libris uſus eſt, & Tinnius in prælia. Date illi biber, iracunda eſt. Soſipater lib. 1.

Bibeſia, æ, Vocabulum eſt à Plauto cõfictum pro nimia bibendi aviditate: [φιλοποσία. Pol. Wielkie pragnienie. Vng. Nagy italra valo kéuánság.] quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame, & voracitate. Feſtus

Bĭbŭlŭs, a, um, Quod facilè ſorbet. [שתה ſchotheh סבא ſobé. πότης, ποτικός. Gall. Qui boit volontiers. Ital. Che beue volontieri. Ger. Das gern trinckt/oder auffſupffet. Hiſp. Que ſe paſſa como papel. Pol. Obzerca, chłʼstacz. Vng Kinnyen ivó ihato. Ang. That ſucketh vp quickelie, deſirous to drink and ſwall.] Virgilius ad Meſſalam: Inverſo bibulum reſtinguens lumen olivo. Lumen enim bibit oleum: id eſt, ardendo conſumit. ¶ Vnde & Bibulorum cognomen ductũ eſt, & Bibula papyrus, quæ ſorbet atramentum. Lucanus: Conficitur bibula Memphitis charta papyro. ¶ Hinc fit Meribibulus, de quo alibi. ¶ Horatius paſſivè dixit Bibulum Falernum.

Potores bibuli media de nocte Falerni,
Oderunt porrecta negantem pocula.

Bĭcēps, Biclinium, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis, Vide BIS.

Botrўs, [*βότρυς*. Pol. *Bylica czarnay bial'a*. vulgò *Herbam Hierusalem* appellant. Vng. *Vad sálya*. Ang. *Mugwort*.] Dioscoridi, Herbæ genus, quod alio nomine Ambrosia, & à quibusdam Artemisia vocatur: ita dictum, quòd circa imum caulem semē habeat in ramulis, uvarum modo dependens, odore vinoso. *βότρυω* enim Græci racemum vocant. Vide Plinium libro 27. capite 4.

Botrўtēs, *βοτρύτης*, Gemma, quæ incipienti uvæ similis est, alia nigra, alia pampinea. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bŏtŭlŭs, sive Botellus. [Gal. *Saucisse, boudin, andouille*. Ital. *Salciccia*. Ger. Ein wurst. Hisp. *Morcilla ò longaniza*. Pol. *Jelitko*. Vng. *Kolbász*. Ang. *A pudding called a sawsage*.] Farciminis genus, ex carne suilla: à bolis: id est fistulis carnis, ut quidam putant, appellatus. Martial. lib. 5: Et pultem niveam premens botellus. Idem lib. 14: Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ, Saturni Septem venerat ante dies.

Bovinalis, paronychia, frutex apud Dioscor. lib. 4. cap. 57.

Bŏx, ocis, *βῶξ*, Genus piscis marini, à boando, ut putatur, dictum: cujus meminit Plinius libro 32. cap. ult. Vide suprà BOCAS, & Boces.

B ante R.

BR. In notis antiquorum, bonorum. BR. SI. bonorum servi. B.R. Bonorum rector. BRITANNIC. Britannicus. B. R P. N. bono Reipublicæ nato. BRT. Britannicus. B. S. bene satis fecit, vel bona sua. B.T. bonorum tutor.

Brăbeūtæ, [*βραβεῦται*. Pol. *Sadcy nad goniacimy klobie*. Ang. *Iudges of players which rewardeth the victours*.] à Græcis dicuntur judices speculatorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium & coronas: qui verò præfectus est certaminis, *ἀγωνοθέτης* dicitur. Græci (autore Philostrato) ludis Olympicis decem judices præficere solebant. Suet. de Ner. Nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectaverat, quàm Brabeutarum more in stadio humi assidens. Suidas: *βραβεύτης, διοικητὴς, κελευστὴς, ὁρατὴς. ἐ βραβεῖον ἐπινίκιον ἀμοιβή*. Sunt & Brabeutæ, funebrium pomparum curatores, quos etiam Latinè Designatores vocamus: qui scilicet cuique incedendi ordinem præscribunt. Vide annot. Bud.

Brăbŭm, penult. prod. & per literam b in secunda syllaba. [*βραβεῖον*. Pol. *Zapłata zawigranie*. Vng. *Iutalom*. Ang. *A fee, the rewarde of victorie*.] Dicitur victoria, vel certaminis præmium.

Brabўla, pruna apud Theocrit. id est, Damascena.

Brăccæ, f. p. [מכנסים *michnesáyim*. *βρακιολὴ, αἰδοιοκόδες*. Gall. *Brayes*. Ital. *Braghe*. Ger. Ungeschorne kleider/die vielerley farb haben. Hisp. *Las bragas*. Pol. *Gunka, szyermiega*. Vng. *Gyapiasruha, nadrág*. Ang. *Breeches or menes ouer stockes*.] A' quibusdam accipiuntur vestes fluxæ, intonsæq; ac varii coloris, quibus utebantur frigidioris plagę gentes, ut inquit Diodor. lib. 6. à quibus braccata Gallia vocata est Narbonensis provincia, quòd vestes ferret intonsas, & varii coloris. Braccis usos fuisse Scythas docet Ovid. scribens: Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Vide Alexandrum ab Alexandro lib. 5, capite 18. & Gell. lib. 10. cap. 21. Pompon. Mela: Braccati sunt, *inquit*, totum corpus Sarmatæ, & Mysi, qua vident etiam ora vestiti. Suet. in Cæs. Idem in curia Galli braccas deposuerunt, latum clavum sumpserunt. Corn. Tacit lib. 8, sic ait: Ornatum Cecinnæ municipia, & coloniæ in superbiam trahebant, quòd versicolori sagulo braccas, barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur. Alii scribunt brachæ per h, sed sine ratione: fit enim à Græco *βράκκα* unde braccæ quasi *βράκκαι*.

Brăccārĭi, Bracearum vestium confectores. [Pol. *Czi ktorzi, gnietkaia*. Ang. *Which maketh breeches, taylours of ouerstockes*.] Lamprid Ob quod Alexander imperator, vectigal instituit braccariorum, linteonum & pellionum.

Brăccātŭs, m. f. Braccis indutus. [Pol. *Wgunie obleczony*. Vng. *Nadrágos*. Ang. *That weareth breeches*.] Cic. pro Font. Si existimatis eos hic sagatos, braccatosq; versari animo demisso, atque humili, ut solent ii, qui affecti injuriis ad opem judicum supplices, inferioresq; confugiunt. ¶ Braccatam Galliam ex Plinio, Pomponio Mela & aliis, constat dictam esse Gallia Narbonensem, Romanorum provinciam, à braccis, genere vestis, quo ejus regionis homines præcipuè utebantur. Hæc Alpibus ab Italia discernitur, & Varo amne. Reliqua autem Gallia à studio nutriendæ comæ Comata dicta est.

Brāchĭum, n. s. [זרוע *zeroah*. *βραχίων, ονος*. Gall. *Bras*. Ital. *Braccio*. Ger. Ein arm. Hisp. *Braco*. Pol. *Ramię*. Vng. *Kar*. Ang. *The arme*.] Aliquando totum membrum cum manu comprehendit. Virg. lib. 5: & evinctus attollit brachia palmis. Aliquando ab humero ad cubitum: id est, pars superior quæ Armus dicitur. Nam armos humeros cum brachiis, sed non econtrario dicimus: à cubito verò usque ad vertebram manus, Lacertus nuncupatur. Ovid. lib. 1, Metam. laudat digitosq; manusq; Brachiaq;, & nudos media plus parte lacertos. ¶ Molli brachio & leni brachio, aliquid fieri dicimus, quum indiligentem operam significamus. Cic. lib. Epist. ad Attic. 2. & 4. ¶ Transfertur interdum ad maris & montium sinuosos flexus. Ovid. 1, Metam. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Brāchĭŏlum, li, diminut. [*βραχιόλιον*. Pol *Ramionko*. Vng. *Karotska*. Ang. *A litle or tender arme*.] Catul. Mitte brachiolum teres, Prætextate, puellulæ.

Brāchĭāle, n. t. [*τὸ ἐραχιόλιον, καρπὸς* Theodoro. Gal *Brassélet ou manchéron, ornement de bras*. Ital. *Giontura, della mano & manile*. Germ. Das Gleich/ oder der knopff/ an welchem der Arm vnnd Hand zusammen kommen/ oder armzierd. Hisp. *Muneca de la mano, bracal ò manilla*. Pol. *Oboiczyk ramienny*. Vng. *Az kar és kéz közt valo baylás*. Ang. *A bracer or bracelet*.] Dicitur nodus, quo manus cum brachio jungitur coarctaturq;. Brachialia, [אלעדה *etshadháh*, *τὰ βραχιόνια*. Pol. *Kostka ramionna*. Vng. *Kar ékessége*.] Brachiorū ornamenta, & tegumenta, sicut Ventralia ventris, Frontalia frontis, Tibialia tibiarum. Plin. lib. 18: Laïs & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertias quartanasque febres ajunt leniri, menstruo in lana arietis nigri & argenteo brachiali incluso.

Brāchĭātŭs, a, um, Quod est ad brachiorum modum factum, & ad vites præcipuè pertinet. [*βραχιοειδὴς*. Vng. *Kar mogyara valo*.] Columel. lib. 6: Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant, quibus cordi est in brachia vitem componere.

Brăchўcătălēctŏn, *βραχυκατάληκτον*, Brevis terminatio versus, cui desunt in fine syllabæ. Nam in eo ut perfectus sit, deest integer pes. Unde & metrum Brachycatalecticum dicimus.

Brăchўlŏgĭă *βραχυλογία*, Brevi loquium, Laconismus. Vide Quintil. lib. 9 cap. 3.

Brăctĕa, f. p. & Lamina, ut scribit Valla lib. 4. cap. 57 Plin. differunt, quòd lamina crassior est, ex qua armatura conficitur & qua immensa olim homines torquebantur. Potest autem esse ferrea, aërea, & argentea, electrea, orichalcea, plumbea, aurea, lignea, cornea, sive ex alia materia. Bractea tenuis magis est, & sua sponte placabilis, quæ crepitat. [רקיע *rakkúah* רקע *pael*. *τὸ πετάλον, ἔλασμα τὸ ἐξ ὑάλου ἢ χαλκοῦ ἢ τινος ἄλλης μετάλλου*. Gall. *Fueille d'or, ou d'argent, ou d'autre metail*. Ital. *Foglietta d'oro ò d'argento, ò di altro metallo ben sottile*. Germ. Ein blech/ oder ein blat von einem metall. Hisp. *Chapa ò lamina de metal*. Pol. *Blachá z rakiey każ wiekmiedzy*. Vng. *Kinert arany ezüst, es effele bányaszin*. Ang. *Goldfoile, or thinne leaues of any metall*.] Vng. lib. 6 Aeneid. sic leni crepitabat bractea vento. Bracteis inaurari simulacra solebant sed ut quibus pleruncq; auferebantur. Mart. An magis astuti deraso est ungue ministri Bractea. Et versus qui bracteam deraserat (apud Suet.) damnatus est. ¶ Dicta Bractea *ἀπὸ τοῦ βράσσω* hoc est, à resonando.

Brāctĕŏlă, diminut [*τὸ πετάλιδιον*. Pol. *Blaszka*. Vng. *Kivekenyitatot arany vesszőcske*. Ang. *A litle raye or a thinne leaue of gold, or any metall*.] Folium auri, alterius ve metalli. Iuvenal. qui bracteolam de Castore ducat.

Brāctĕātĕr, m. t. idem quod Bractearius, [*ὁ τῶν πετάλων ποιητὴς*. Gal *Bateur d'or ou d'argent*. Ital. *Battitore di tai fogli*. Germ. Ein Blechmacher/ oder der die dünnen bletter von den metallen schneidet. Hisp.

Hiſp *El batil oja.* Pol. *Blachmiſtrz.* Vngar. *Arany mw'ues, ötvös.* Angl. *A goldbeater, a gold laier.*] Firm. Quicunq; habuerit horoſcopum in XVII. parte Scorpii erit aurifex, inaurator, & bracteator.

Brāctĕārĭŭs, Qui bracteas facit: cujus ars Bractearia. [Vngar. *Arany mw'ues ötvös, kouáts.* Angl *A gold beater.*] & bracteatum quod bracteis tegitur. Bud. in Pand. *κιτωλιεὺς.*

Brānchĭæ, arum. [*βραγχίαι.* Gall. *L'ouye ou l'oreille des poiſſons.* Ital. *Branche, barbole de peſce.* Germ. Fiſchoren. Belg. Viſcheoren. Hiſpan. *Las agullas del peſce propriamente.* Polon. *Skrzelie.* Vng. *Hal kopoltyu.* Angl. *The gilles of fiſhe.*] Dicuntur in piſcibus ſecundum cervicem follium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere ac per vices recipere exiſtimantur. Plin. libr. 9. cap. 7: Branchiæ non ſunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorſo.

Brānchŭs, [*βράγχος.* Pol. *Ochrapiały.* Vng. *Rekedés, rekedőzés.* Ang. *Hoarſeneſſe of voice by falang doune of humoures in the throate.*] Raucedo & aſperæ arteriæ paſſio, quum humor ad guttur deſcendit, ita ut madente interiore pellicula vox rauceſcat. Vnde & Arteriacum hoc vitium appellant, quòd aſperam arteriam peculiariter infeſtet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia vociferatione vel frigidi aëris inſpiratione, & ut Aegineta aſſerit, & experientia ipſa confirmat.

Brāſſĭcă, pen. corr. [*κράμβη.* Gall. *Choux.* Ital. *Cauoli.* Ger. *Köl.* Belg. *Koole.* Hiſpan. *Verça generalmẽte.* Polon. *Kapuſta.* Vng. *Kápuſta.* Ang. *Colewortes.*] Herba eſt vulgò caulis nomine nota: ita dicta quaſi præſeca, teſte Varr. quia ex ejus ſcapo, quem maximũ habet folia minutatim præſecantur: Cato de Re ruſt. cap. 156. & 157. braſſicarum tria facit genera, unũ extenſis foliis, caule magno: alterum criſpo folio quam Apianam vocãt & Selinada: tertium minutis caulibus. Huic herbę tantum traditur eſſe cum vite diſſidii, ut vitis ſi prope ſe ſata ſit braſſica in diverſam refugiat partem. Cic. de Nat. deor. Iam verò vites ſic claviculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt: atq; ita ſe erigunt ut animantes: quinetiam à caulibus, braſſicisq; ſi prope ſata ſint, ùt à peſtiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.

Bravium, Vide BRABIVM.

Brēgmă, *βρέγμα*, à medicis propriè appellatur anterior pars capitis ſupra frontem capillis tecta, quæ & Sinciput à Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite poſitum invenitur. [Polon. *Czjemie.* Vngar. *Agy kapoya.* Ang. *The fore parte of the head.*]

Brenthiæ, radices quædam, quibus mulieres nonnullæ genus rubrificant, quas nõnulli ſuccum aut anchuſam interpretant.

Brĕphŏtrŏphīă, [*βρεφοτροφεῖα.* German. Kinder Eyttat.] Latinè parvulorũ hoſpitalia: quibus infantes expoſititii aluntur. [Pol. *Dzieczinnie ſzpital.* Vn. *Fattyak eſpotallya.*] *βρέφος* enim infans nominatur, *τροφὴ* educatio. De quib. in decretis 23. q. 8.

Brĕvĭs, & hoc breve, Curtus, parvus, puſillus, contractus, conciſus. Huic contrarium Longus, productus. [קְצַר *katſer* קָטָן *katán.* *βραχύς.* Gall. *Bref ou brief, court.* Ital. *Breue, corto, picciolo.* Ger. *Kurtz.* Hiſp. *Coſa breue ò corta.* Pol. *Krotky.* Vngar. *Rövid, kurta.* Ang. *Short.*] Cic. pro Archia: Quid eſt quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos laboribus exerceamus? Horat. 4. Carm. -ſed Cynaræ breves Annos fata dederunt. Et differt brevis & puſillus, quòd brevis eſt in natura, ut brevis dies, annus, *&c.* Puſillus in corpore. Soſipater lib. 1. ¶ Brevi manu, per compẽdium, à vitato circuitu. Vlp. D. lib. 23. tit. 3. l. 43: Niſi fortè ſi accepto tulit, ut velit mulieri in totum donatum, tunc enim credendum eſt brevi manu acceptum à muliere, & marito datum.

Brĕvī, adverbium, Breviter, paucis verbis, propediem, brevi tẽpore. [*cὸ βραχῦ.* Gall. *En brief, en peu de temps, incontinent.* Ital. *Breuemente.* Germ. *In einer kürtze/in einer kurtzen zeit.* Hiſpanicè, *Breue y cortamente.* Pol. *Wkrotkim czaſsie.* Vng. *Rövidedẽn, reuid nap, hamar.* Ang. *Shortlie, in few wordes, quickelie.*] Cic. Curioni: Brevi tamen ſic habeto, in eum ſtatum temporum tuum reditum incidere. Poteſt eſſe & ablativus, ut ſubintelligatur Tempore. Cicero in Verr. Brevi poſtea mortuus eſt. Idem ad Terentiam ſuam ſcribens cum tempore conjunxit: Etiam illud verendum eſt, ne brevi tempore fames in urbe ſit. Et ad Octavium poſuit cum præpoſitione In: O miſeram, & in brevi tam celebrem, & tam vanam reipub. commutationem. Aliter Gell. lib. 13. cap. 17: Fuit autem, *inquit*, Aeſchylus nõ brevi antiquior Euripide: hoc eſt, non multo tempore ante Euripidem.

Brĕvĭo, as, are, [קִצַּר *kitſſár.* *βραχύω.* Gallicè, *Abreger, accourcir.* Italicè, *Abreuiare, accortare.* Germanicè, *Kurtzen/kurtzer machen.* Hiſpanicè, *Abreuiar, acortar.* Polon. *Vkrocam.* Vngar. *Megrövidítem.* Ang. *To mak short, or abbridge.*] Quintil. libro 1. cap. 19: Qua & breviare quædam, & exornare, ſalvo modò Poëtæ ſenſu permittitur.

Brĕvĭă, [*βραχία.* Vng. *Tſökely.* Ang. *Fourdes, ſhallowe places where men may go ouer.*] Thucydidi: Vadoſa loca ſunt mari, navibus inſidioſa. Virg. 18. Aeneid. In brevia & Syrtes urget.

Brĕvĭārĭum, n. ſ. Compendium, ſummarium, opus conciſum. [*ἐπιτομή.* Gall. *Abregé, ſommaire.* Ital. *Sommario.* Germ. *Ein ſummary/ein kurtzer begriff.* Hiſp. *Libro abreuiado.* Polon. *Summariuſz, krotkie ogarnienie.* Vng. *Rouid ſummába ſzedőt dolog.* Ang. *A ſhort compendious draught, an abbridgment.*] Plin. libr. 18: Verùm ut paritèr omnis culturę breviarium peragatur. Suet. in Auguſt. Fecit & breviarium totius Imperii, quantum militum ſub ſignis ubiq; eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. ¶ Breviariæ rationes, quæ in breve contractæ ſunt. Suet. in Caligula: Ordinario quidem diſpenſatori breviarium rationum offerenti, paropſidem leguminis porrexiſſe. Scævola de pecul. legat. An peculio prælegato & centum aurei & uſuræ eorum debentur, cum rationibus breviariis.

Brĕvĭlŏquēns, tis, om. t. [*βραχυλογίων.* Gall. *Qui dit en peu de paroles ce qu'il veut.* Ital. *Chi parla breuemente.* Ger *Kurtzredend* Hiſ. *El que habla breuemẽte.* Pol. *Krotko mowiacy.* Vng. *Rövid beſzedű.* Ang. *A ſpeaker in few wordes.*] Cic. ad Attic. lib. 7: Breviloquentem jam me tempus ipſum facit.

Brĕvĭlŏquēntĭă: ſive breviloquium. [*βραχυλογία.* Gall. *Bref. & court parler.* Ital. *Il parlar breue & corto.* German. *Ein kurtze Red.* Hiſp. *El hablar abreuiado.* Pol. *Krotkoſcz wmowie.* Vng. *Rövid beſzéd.* Ang. *Short ſpeaking, breffneſſe, wordes.*] Cic. de Repub. ex Gell. lib. 12. cap. 1: Breviloquentiam in dicendo colat.

Brĕvĭlŏquŭs, Qui aliquid paucis ſcribit, aut dicit. [Vng. *Rouid beſzedű'.* Ang. *Hat ſpeaketh quickelie and brieſelie.*]

Brĕvĭtās, tatis, f. t. Anguſtia, contractio. [קִצָּר *katſir* *βραχύτης.* Gall. *Briefueté.* Ital. *Brevità.* German. *Kurtze.* Hiſpanicè, *Breuedad o cortedad.* Polon. *Krotkoſć.* Vngar. *Rövidſég.* Angl. *Shorineſſeb, rieſeneſſe.*] Cic. 1. Offic. lib. 1: Brevitatis cauſa uno exemplo contenti erimus.

Brĕvīs item, & Breve, maſculini & neutri generis, à quibuſdam dicuntur in eo ſignificato, quo vulgus uſurpat Breve Apoſtolicum. [*ἐπιτομή.* Polon. *Skrocony.*] Lampridius: Milites ſuos ſic ubique ſcivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantiũ. Flavius Vopiſc. in Aurel. Breve nominum conſcripſit.

Briſ, Iucundum dicitur, inquit Cornutus: [Polon. *Wdzięczny.* Vng. *Gyönörűſeges.*] unde etiam quidam Briſeida dictam, quòd ea jucunda fuerit Achilli.

Briſa, æ, [Polon. *Brinza, lekie winno.* Vngar. *Törköly.*] Vinaceorum maſſa, ex qua vini vel aquæ effuſione fit vinum ſecundarium. Colum. lib. 12. cap. 39: Poſtea vinaceos calcare, adjecto recentiſſimo muſto, quo ex aliis uvis factum fuerit, quas per triduum inſolaveris: tum permiſcere, & ſubactam briſam prælo ſubjicere, paſſumq; ſecundarium ſtatim vaſis oblinitis includere, ne fiat auſterius.

Briſo, as, re, [Polon. *Wyciskam winno wodi przyliawſzi.* Vngar. *Bort nyomok, ſaytollok, bortſzt'rők.* Ang. *To preſſe or wring out.*] Exprimere eſt, inquit Cornutus in Perſium: unde Briſæum Liberum patrem dictum putat, de quo ſuprà. ¶ Puto quoque Briſare idem antiquis fuiſſe quod comedere & conſumere. Itaq; apud Nonium pro Braſire, exiſtimo legendum eſſe Briſare, tranſpoſitis literis quibuſdam. Afranius Divortio: Quỵ coner noctu clanculum briſare dotem.

Brĭtānnĭcă, f. p. Plin. lib. 25. cap. 3, herba eſt foliis oblongis & nigris, radice item nigra, nervis & dentibus ſalutaris, & contra anginas, & ſerpentum morſus efficax remedium habens. Hujus flores Vibones vocantur, quibus ante tonitrua deguſtatis, milites adverſus fulminum ictus proſus ſecuri reddebantur. Scribit Plinius loco jam citato, promotis à Germanico trans Rhenum caſtris, in maritimo tractu fontem fuiſſe inventum aquæ dulcis, qua potâ intra biennium dentes decíderent, compagesque in genibus ſolverentur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuiſſe, à Friſiis Romano militi commonſtratam.

Brocardĭa, materia dicitur, quę eſt contrariarum opinionum rationibus involuta.

Brōchŭs, adjectivum eſt, idem ſignificans, quod Bronchus. Vide ſuo loco.

Brochon, Arbor eſt nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malachram, alii Maldacon appellant. Autor Plin. lib. 12. cap 9.

Brōmŏs. [*βρῶμος.* Ger. *Haber.* Pol. *Owies.*] Herba eſt folio & culmis tritico ſimilis, in ſummo ſemẽ habẽs ſimile locuſtis duplici crure divaricatis, jumẽtorum potiùs, quàm hominũ naſcens pabulo. Latini Avenã appellãt. Vide Plin. lib. 22. cap. ult.

Brōnchŭs. [*βρόγχος.* Polon. *Gardzel.* Vng. *Gége, torok.* Ang. *Any thing of griſtle, the winde pipe.*] Corpus quoddam eſt cartilagineum, Galeno, ſecundum aſperam arteriam, quod & *βρογχίον* appellatur: ita dictum *παρὰ τὸ βρέχεσθαι τὸ πλύνειν, ἢ σιτεῖσθαι.* ¶ Accipitur & pro gutture: unde *βρογχοκηλὴ* dixerunt pro gutturis tumore.

Brōncī,(ut Nonius ſcribit)Dicuntur qui producto ore,& dentibus prominentibus ſunt. [Pol.*Gebozebacze.* Vng.*Kin,wide fogu.* Ang.*Great lipped.*] Plin.lib.11.cap.37:Labra,à quib. Bronci Labeones dicti. Lucil.in Satyr.Broncus novit Lanius dente eminulo. Hic eſt Rhinoceros. Varro de Re ruſtic. libr. 1. non Broncos,ſed Brochos canum vocat.Ex eo, *inquit*, enatis duobus dentibus , dextra & ſiniſtra paulò eminulis ſuperioribus, directis potiùs,quàm brochis, & acutis. ¶ Hinc Brochitas. Plin. lib. 11.cap.37: Senectus in equis & cæteris veterinis, intelligitur dentium brochitate,ſuperciliorum canitie.

Brōnchŏcēlē, [βρογχοκηλη.Pol.*Gardzelisty.* Vng.*Golyua.*] Tumor magnus & rotundus in cervice inter cutem & aſperam arteriam qua modò caro hebes, modò humor aliquis includitur: interdum etiam minutis oſſibus puli immiſti. Creditur gigni hoc vitiũ aſſiduo potu aquæ,quæ éx nivibus reſolvitur: unde iis præcipuè peculiare eſt, qui Alpibus ſunt vicini: Subaudis ſcilicet & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, *Gutturioſi* dicuntur.

Brōntēum,pen.prod.βροντεῖον,Machina erat ſub ſcena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui ſonum imitabatur: quod genus Claudiana tonitrua Feſtus appellavit, à Claudio Pulchro inventore.

Brōntĭă,æ,βροντία, Gemmæ nomen,quæ cum tonitruis cadere creditur,teſtudinis capiti ſimilis. [Anglicè , A *thunder ſtone.*] Vide Plin.lib.37.cap.10.

Brūchŭs,m.ſ. [יֶלֶק *jélek.*βροῦχος. Gall.*Chenille, vne vermine qui mange les herbes.* Ital. *Ruga che mangia le herbe.* Germ. Ein raup/ hewſchreck/käfer.Belg. Eenen Cruptworm. Hiſp.*El pulgon que roe, las vinas.*Pol.*Chrząſzcz* Vn.*Tsere bogár.* Ang.*A worme that eateth hearbes.*] Genus vermis, è locuſtarum genere, ſine alis tamen, herbas & arborum frondes erodens: unde & nomen accepit. παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν. Hujus meminit Hieron.Malach.

Brumă,ſ.p. Dicit dies ſolſtitii hyemalis, qui eſt ad 18. Calend. Ianuar. quo die fit in Capricorno hyemale ſolſtitium. [ישו *ſethâv.* χειμερινὴ τροπή.Gall.*Les plus courts iours de l' an,le milieu de l' hyuer.*Ital. *I minori di dituto l' anno.* German. Der kürtzeſt tag im Winter.Hiſp.*Los menores dias de todo el anno.* Pol.*Nakrotszy dzien wzimie.* Vng.*Tél.* Ang.*Winter.*] Cic. 2. de Divin.Num & muſculorum jecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleium aridũ floreſcere brumali ipſo die.¶ Et ponitur quandoque pro hyeme,aut rectè pro frigidiſſima illa hyemis parte, qua dies breviſſimi ſunt.Virgil.Aeneid.2:Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat. Martial. lib. 1: At quum December canus,& bruma impotens Aquilone rauco mugiret. ¶ Inde Brumalis adjectivum:ut, Brumale tempus , & Brumalis dies apud Cic. 2.de Divin.Dicta Bruma, quaſi βραχυήμερον: id eſt,brevis dies. [Ang.*Winterlik belonging to winter.*]

Brūmālĭă, à Romanis dicebantur Bacchi ſacra , quæ & Liberalia dicebantur:quæ bis quotannis celebrabantur, ſemel. 11. Cal.Martii,atque iterum XVII.Cal.Septem.διονύσια.Plin.Priora & poſteriora Vinalia appellat.Brumalia autem à Brumo dicebantur:quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Cæl Rhodig lib 28.cap 25.

Brūſcum,[Pol.*Gebka iatworowa.* Vng.*Az, tölgy fának fodros tsomója,bötke.* Ang.*A knage,bunshe,or knot in woode.*] Tuber eſt aceris arboris intortius criſpùm:nam quod ſimplicius ſparſum eſt,Molluſcum dicitur.Autor Plin.lib.19.cap.19.

Bruta, Arbor eſt ſoli Orientali cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis, albicantibus ramis,odore cedri, circa Paſitigrin naſcens, in finibus oppidi Sitacæ,monte Zagro. Vide Plin. lib. 11.cap.17. ¶ Sunt qui hãc arborẽ hodie in Europa paſſim naſci exiſtimẽt, eandẽq; eſſe cũ ſecũdo ſabinæ genere.Vide Ruell.li.1.cap.59.

Brūtŭs,a,um, adjectivum, Stupidus,gravis,tardus,hebes:cui opponit prudens,acutus. [בער *bâhar.* αἰσθητικός. Gal.*Inſenſé, ſans raiſon,beſtial.*Ital. *Graue,tardo,inſenſato.* Germ. Vnvernünfftig/toll/vngeſchickt. Belg Onverſtandlich/ beeſtaachtich / bot. Hiſp. *Bruto,beſtial y ſin ſeſo.*Pol.*Bezrozumny,czielie,nieuk.* Vng.*Oktalan, goromba.* Ang.*Brutish,dull,without reaſon,beaſtlie.*] Cyprianus ad Demet. Nullus effectus offert lumen cæco,ſermonem ſurdo, ſapientiam Bruto : quum nec ſentire Brutus poſſit,nec cæcus lumen admittere,nec ſurdus audire.Horat.lib.Carm. Brutam tellurem dixit, pro gravi & tarda, quod terræ perpetuum eſt. ¶ Inde bruta animalia,pro tardis & irrationalibus.Plin.lib.11. cap.37: Bruta exiſtimantur animalia quibus cor durum riget, Vbi Bruta animalia accipi pro hebetioris, tardioriſq; intellectus.Inde Iunii Bruti cognomen, qui ſe ſtolidum ſimulavit.

Brўă,æ,ſ p.Pumilus quidem frutex in Achaia appellatur, quẽ Dioſcorides, μυρίκην, Romani *Tamaricem* appellant, Vulgò, *Tamarice.* [ערער *harhár.* Gall. *Briere,dequoy on fait les verges à nettoyer les habillemens.* Ger. Tamariſck. Hiſp.*Tamarix, ò atarce.* Pol.*Tamariſzek.* Vn.*Hanga.* Ang.*A birche tree.*] Ejus duo ſunt genera.ſativum , fructum ferens gallæ ſimilem:& ſylveſtre,nihil ferens præter muſcoſum florem. Vide Plin.lib.13.cap.21.

Brўŏn, [βρύον.German.Mieß an den alten Eichbäwmen.Polon. *Mech na drzewie.* Vngar. *Famoh.* Ang. *Moſſe,or moſſeneſſe of trees.*] Villoſum quiddam eſt, in quercu præcipuè,in cedro,& in populo naſcens,quod Latini Muſcum arborũ appellarunt. Vide Dioſc. lib. 1.cap.20. ¶ Eſt & Bryon herba quædam quam Plinius Lupum ſálictarium,officinæ *Lupulum* appellant: [Ang. *Hoppes hearbe.*] cujus flore Galliæ aliquot & Germanię populi cerviſiæ ſuæ ſaporem cõmendant. Vide Ruell.lib. 2. cap.141.

Bryon marinum, βρύον θαλάσσιον. Herba eſt marina,lactucæ foliis,rugoſa & veluti contracta, ſine caule, exeuntibus è radice foliis. Naſcitur in ſcopulis maximè, teſtisque terra comprehenſis. Vide Plin.lib 27.cap.8.

Bryonia, [βρυονία. Ger.Schmerwurtz/hundskürbs/wilderzitwen/ Teufelstirſen oder wildrüben. Pol. *Przestep.* Vng.*Földi tök.*] Herba eſt,ſarmenta,capreolos, & folia habens ſativæ viti non diſſimilia, omnia tamen hirſutiora. Alio nomine Vitis alba à noſtris,& à Græcis ἄμπελος λεύκη appellatur: à nonnullis etiam Pſilothrum, quòd acinos ferat rubentes , quibus coriarii ad tergora depilanda utuntur. Vide Plin.lib.23.cap.1,& Dioſcoridem lib.4. cap. 163.

Bryton, [βρύτον.Pol.*Ptizana.* Vngar.*Arpa ſer,ſzalad ſer.*] Potionis genus ex hordeo , cujus meminerunt Sophocles in Triptolemo,& Aeſchylus in Lycurgo:Ariſtotel.πῶσιν vocat:

B ante V

Bu, βᾶ, Particulam ſolebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine ſcilicet bovis:etiam Varrone teſte.Hinc Bupedas,magnos pueros: Bupodas, magnos pedes:Bulimiam, magnam famem dixêre.

Bua,,ſ p.Puerorum infantium potio eſt βρυᾶ Ariſtophani.Varro: Quum cibum ac potionem Pappas & Buas vocent,& matrem mammam, & patrem Tatam. Lucil. lib. 8: Quum vinolentas diceret, vini buas deſignavit.

Būbălŭs,pen.corr. [תאור *jachmúr* אריא *meri.*βουβαλις,βούβαλος.Gall. *Buffle,bœuf ſauuage.*Ital.*Bufolo.*German. Ein Büffet. Hiſp.*Bufalo,animal conocido.*Pol.*Batwol'.*Vng.*Bial.*Ang.*A buffle,bugle, or wild oxe.*] Animal eſt ſimile bovi:vel ſylveſtris bos, colore niger,fortiſſimis cruribus,& brevibus,reſpectu ſui corporis:cornua habet longa & inflexa, nigraq;, parvi pili,& parvæ caudæ,præterea eſt magnæ velocitatis. Plinii ætate bubali Romę erant ſolo nomine noti:unde non mixũ videri debet,ſi cervi aut vituli figura eſſe dixerit.Primi autẽ bubali creduntur ex Africa eſſe advecti:nunc autem tanta eorum in Italia copia eſt,ut vix alio animali ad agriculturam utantur.

Būbălīnŭs,a,um,ut Thorax Bubalinus. [βουβάλινος. Gall. *Vn colet de buffle.*Ital. *Corazzo ò corazzina di bufolo.* Ger. Das zu dem büffel gehört/oder von dem buffel gemachet iſt. Hiſp.*Iubon de bufalo.* Pol.*Batwol'owy.* Vng.*Bialbol valo,biali.* Ang.*A breaſt plat or couering of the bodie of buffle.*] Bubalina ſtragula à Iureconſulto dicta ſunt,quæ equis inſterni ſolebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus ſtragula ad equos.Bayfius.

Būbĕtĭă,Vide BVPETII.

Būbīlĕ,Vide BOS.

Būbīno,as,act penult.prod.Menſtruo mulierum ſanguine inquino : cujus compoſitum eſt Imbubino. Lucil. apud Nonium:Hæc te imbubinat,at hic contrà te imbulbitat. Nam imbulbitare.βολβιτίζειν,eſt pueri ſtercore fœdare,tractum à fimo, quod βόλβιτον Græci vocant.

Būbo, nis, [ὄυπ *chos.* βύας. Gall. *Chahuant, hibou.* Ital.*Aloco.* Germ. Ein eul/ ein huw. Belg. Eenen Schuyut/ Nabbehuyt.Hiſ. *Buho.*Pol.*Puhacz,leszna,ſowa.* Vng.*Bagoly.*Ang.*An owle.*] generis maſculini & fœminini ſecundum Priſcianum. Avis feralis, debilis ad volandũ, in cavernis commorans:à bovis mugitu quem imitari videtur, ita appellata.Ovid.lib.9.Metam. Ignavus bubo dirum mortalibus omen.Virgil.lib.4.Aen. Solaque culminibus feralis carmine bubo. ¶ Bubones,βυβῶνες , tumores quidam ſunt,præter naturam in quacunq; corporis parte provenientes.ſed maximè circa inguina,unde & nomen acceperunt:nam & inguina ipſa Græci βυβῶνας appellant. ¶ Bubo canit luſciniæ. Καλὸν ὀρθίου τοὶ σκώπες ἀηδόνι μελῳδεῖν: id eſt, Bubo; montanus philomelis occinat ipſis. Quũ infans ſuadere conatur eloquenti,aut ineruditus docere doctiſſimum.

Bubōnĭum, [βυβώνιον.Germ. Klein Megerkraut/wegſtrow oder Sternenkraut.] Herba eſt quæ alio nomine Aſter Atticus dicitur,à capitulis quibuſdã quæ in cacumine habet,ſtellæ in modum radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur eadem ratione,qua à Græcis *Bubonium*, quòd ſcilicet præſentaneũ ſit affectorum inguinum remedium. Vide Plin. lib.27 cap. 5.

Bubonocele, [βυβονοκήλη. Ger. Ein Bruch der ſich neben den Gemächten erzeigt vnd erhebt. Pol.*Przepuklina.* Vng.*Tökösség.*] reſte Manardo, herniæ ſpecies eſt, quum inteſtinum aut omentum non intra ſcrotum deſcendit; ſed in inguine retentum ipſum tumefacit. Latini inguinis ramicem appellant.

Bucārdĭă,βυκαρδία,Lapillus bubulco cordi ſimilis in Babylone tantùm naſcens. Plin. lib.37.cap.10.

Bŭccă,cæ,f.p.Oris concavitas intra malas à mento ad oculos, quæ

quæ ſpiritu à pulmone revocato & oppreſſis labiis retento inflatur. [טוּ *peh.* κόρη, γνάθος. Gall *Bouche.* Ital. Bocca. Ger. Die höle des Mundes die man auff blaſſen kan. Hiſp. *Boca.* Pol. *Gębdzie geby, pogębek.* Vng. *Poſa, ſzáy.* Ang. *The cheeke.*] Horat. lib. 1. Serm. Quid cauſæ meritò quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet? Plaut. in Truc. pro maxillis exterioribus poſuit: Quæ iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes: id eſt, ipſas malas. ¶ Et ſonus ille qui ex inflatione buccarũ erumpit, fictitio nomine Scloppus dicitur. Perſius: Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶ Buccas inflare eſt, *τὰς γνάθους φυσᾶν*, & apud Lucian. *καταφρυάττεσθαι.* Quicquid in buccam venerit ſcribere aut loqui dicimus, pro eo quod eſt, Quicquid in mentem venerit ex tempore & impræmeditatè, *αὐτοσχεδίως.* Cicer. ad Attic. Si rem nullàm habebis, quod in buccam venerit, ſcribito. ¶ Item buccà tuba dicitur. Iuvenal. Sat. 6: & Phrygia veſtitur bucca tiara. Hinc Buccina.

Buccones, m. t. Qui túmidioribus ſunt buccis, & pro ſtultis accipiuntur. [Pol. *Odmigebowie.* Ang. *Which hath great cheekes.*] Plaut. Bacch. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, ſolus ego omnes anteeo ſtultitia. Hi à phyſionomis habentur leves & futiles.

Bucculentus, a, um, Qui magnam habet buccam. Plaut. in Merc. Ego dicam tibi canum, vanum, ventroſum, bucculentum.

Bũccŭlă, per duplex c, diminutivum à bucca, oris pars: id eſt, puſilla bucca. [τὸ *στόμιον.* Gall. *Petite bouché, bauchette.* Ital. *Bocchina.* Ger. Ein kleine höle des Mundes oder Meüle. Hiſp. *Pequeña boca.* Pol. *Gębka.* Vng *Poſátska, ſzayátska.* Ang. *A litle cheeke.*] Apuleius lib. 6. de Aſino: Tunc Iupiter perpeſſa Cupidinis bucculà, manuq; ad os ſuum relata combaſiavit. Quandoq; ponitur pro parte caſſidis per quã mittitur ſpiritus, ita dicta quòd buccam tegat: unde & buccarum tegmẽ à Cæſare appellatur. Caſſis enim caput, buccula autem barbatas partes armat. Aut certè pro ſummo galeæ cono, in quo defiguntur criſtæ, quòd buccæ parvæ habeat ſimilitudinem. Iuvenal. Lorica & fracta de caſſide buccula pendens.

Bũccẽllă, diminutivum à buccea. [*ψωμίον.* Pol. *Skibka.* Vng. *Falat.* Ang. *A birte or morſell.*]

Bũccĕă, æ, A bucca fit pro ore, & ſignificat fruſtulũ alicujus rei eſui aptæ, quantũ ſcilicet bucca commodè capit: quod & bolus dicitur. [טוּ *path.* οἱ ἵπποις, *ψωμὸς, βλωμός.* Gall. *Bouchée, morceau.* Ital. *Bocone.* Germ. Ein mumpffell / ein mund voll. Belg. Een mund vol. Hiſp. *Bocado que cabe en la boca.* Pol. *Stuczka, kabal'ek.* Vng. *Falat.* Ang. *A morſell of any meate, or a cheeke full of meate.*] Auguſtus Cæſar ad Tiberium: Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbathis id jejunium ſervat, quàm ego hodie ſervavi, qui in balneo demum poſt horam primam noctis, duas buccęas manducavi priuſquam ungi inciperem. Mart. libr. 7: Buccas dixit pro Buccęas, vel Buccellas: Buccis (*inquit*) placentæ ſordidas linit mappas.

Bũccẽllārĭī, Gallogræci vocabantur: & Buccellariorum regio Gallogræcia: ut eſt apud Suidam, citante Alciato. Sunt & Buccellarii equites cataphracti per Orientem, qui ſub erant magiſtro militum.

Bũccẽllātum, Panis caſtrenſis & frumentacei genus: [ἐψωμισμένον. Gall. *Biſcuit, pain biſcuit.* Ital. *Pan biſcotto, pan biſcottato, biſcotto.* Ger Brot das zwey mal gebachen iſt / alß man es etwan in krieg braucht. Hiſp. *Vizcocho.* Pol. *Chleb woienni, dwa razi pieczony.* Vn. *Tábori kenyér.* Ang. *Bisket twiſe baked & made in cakes.*] de quo Spartianus ſcripſit: Peſcennium imperatorẽ prohibuiſſe piſtores exercitũ ſequi, ac juſſiſſe milites omnes buccellato in locis pacatis accepto eſſe contentos. Ammianus verò ſic ſcribit: Viginti dierum frumentũ, ex eo quod erat in ſedibus conſumẽdum, ad uſus diuturnitatẽ excoctum, *buccellatum*, ut vulgò appellant, humeris impoſuit libentium militũ. Vbi buccellatum accipere videtur pro pane nautico, quẽ vulgus *Bis coctum* appellat. Dictũ eſt ex eo, quòd in buccellas, & quaſi teſſelata fruſta confectum ſit. In Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, carnem vervecinam accipere debere

Bũccẽllātum dicitur à bucca, quod eſt fruſtulum panis quantũ commodè buccella capere poteſt. [Pol. *Skibke.* Vngar. *Falat.* Ang. *A morſell or cheek full of meate.*] Auguſt. ad Tranq. Poſt horam primam noctis duas buccas manducavit. Inde fit buccella, Martian. in l. j. C. de erog. mil. lib. 12.

Bũccĭnă, æ, pen. cor. f. p. Propriè eſt cornu recurvum: quod tubæ modo inflatur: ita dictum à Bucca: quũ tubam ſignificat. [טוּשׁ *ſchophár.* σάλπιγξ, βυκανιστήριον. Gall. *Vn cornet.* Ital. *Corno, tromba.* Ger. Ein zinckhorn / ein horn mit welchem man auff blaſet / alß mit einer trommeten. Hiſp. *Bozina para tannar.* Pol. *Cornet, cinck.* Vng. *Kw'rt, trombita.* Ang. *A blowing horne, a trumpett.*] Hieron. ad Dar. Bucca vocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionem Buccina dicitur. Varro: Orphea vocari juſſit: qui cũ eò veniſſet, cithara cantare juſſus, buccinã inflavit. Ovid.: cava buccina ſumitur illi Tortilis in latum. ¶ Eſt quoq; buccina paſtoralis, qua oves & porci appellantur. Colum. lib. 7. cap 23: Ad quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt, quum paſtorali ligno quaſi receptui canitur: nam id quoq; ſemper crepuſculo fieri debet, ut ad ſonũ buccinæ, pecus, ſi quod in ſylvis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcat. ¶ Buccinas à tubis nõnulli ſic diſtinguunt, quòd illæ ex recurvis animalium cornibus, tubæ ex ære, argentóve cõfici ſoleant, ad animos militum & equorum inflammandos. Apul. certè l. 3. Florid. buccinam manifeſtè à tuba ſecernit, quũ ait: Siquidem vox hominis & tuba rudiore torvior, & lyræ concentu variatior, & tibiæ quæſtu dèlectabilior, & fiſtulæ ſuſurro jucundior, & buccinæ ſignificatu longinquior. Sæpè tamen buccinam pro tuba poſitam invenimus, aut certè pro inſtrumento tubæ ſimili, eundem in bello uſum habente. Cic. pro Mur. Te Gallorum, illum buccinarum cantus excuſcitat: tu actionẽ inſtituis, ille aciem inſtruit. ¶ Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, cujus meminit Dionyſius, quo nomine etiam dicta eſt inſula, Pontiani pontificis exilio, & morte clara.

Bũccĭno, pen. cor. n. p. Buccina cano. [הרע *herâh.* σαλπίζω. Gal. *Corner.* Ital. *Sonare di cornetto.* Ger. Horn blaſen Hiſp. *Tannar con aquella bozina.* Pol. *Na kornecie grim.* Vng. *Kw'rtöt, trombitálok.* Ang. *To ſound the trumpett, to blow an horne.*] Varro 2. de Re ruſt. Primùm quum incluſerunt, quum buccinatum eſt, aperiunt, ut exire poſſint, &c.

Bũccĭnātŏr, m. t. Qui buccina canit, a hinc incitandos ad prælium militum animos. [מרע *merâh* חצוצרים *metsotsrim* σαλπιστὴς βυκανιστής Gal. *Corneur, trompeteur, trompette* Ital. *Sonatore di cornetto.* Ger Ein hornblaſer / Zinckenblaſer Hiſp. *Trompeta de bozina.* Pol. *Trębacz* Vng Kw'rtös, *trombitás.* Ang. *He that ſounds the trumpet or bloweth an horne.*] Cæſar 2. bel. Civil. Quare animadverſa Varus & terrore exercitus cognito, buccinatores in caſtris, & paucis ad ſpeciem caſtrorum in tabernaculis relictis, de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reduxit. ¶ Per tranſlationem Buccinatorem pro laudatore ponimus. Cicer. Tironi: Quòd polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, finito id, conſtantique animo facias.

Bũccĭnum, ni, Buccina, cornu recurvum, quod tubæ modo inflatur. [σάλπιγξ, βυκανιστήριον. Pol. *Truba.* Vng. Kw'rt, *trombita.* Ang. *A horne which ſoundeth lik a trumpett.*] ¶ Buccinum item conchæ genus, purpura minus, quod petris adhærẽſcit, & circa ſcopulos legitur. Plin. lib. 9. cap. 36. uno in loco utranque ſignificationem expreſſit. Buccinum, *inquit*, eſt minor concha, ad ſimilitudinem ejus buccini, quo ſonus editur: unde & cauſa nominis, rotunditate oris in margine inciſa.

Bũcĕă, per ſimplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus eſt. [Polon. *Blankana bobie.* Vngar. *Bab toka.* Ang. *The white in a beane bred like or bell ſhaine.*]

Bũcĕntaurus, βουκένταυρος, *bucentoro.* Compoſitum à bove, quod magnum quiddam ſignat, & Centaurus: id eſt, navis Centauro inſignita. Veteres enim ſolebant magnis rebus βῶ ſyllabam præponere, à magnitudine ſcilicet bovis.

Bucentes Tabanus [βουκέντης Gall. *Taon.* Ital. *Tafano.* Germ. Bremen / hornaüſſen. Hiſp. *Moſca que chupa la ſangre a las vacas.* Pol. *Giżk.* Vng. *Barom kergetö fene bogár, vargá légy.* Ang. *The flie ſucking the blood of beaſtes, called a horſe flie or dogge flie.*] A pungendis bobus: κεντεῖν enim pungere ſignificat. Latini hoc inſecti genus Aſilum vocant. Græci alio nomine οἶστρον. Non diſſimile eſt apibus, quamvis majore corpore, armentis præcipuè infeſtum. De quo ita Virgil. in Georg.

Eſt lucos Silari circa, ilicibuſq; vireatem.
Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Aſilo
Romanum eſt. œſtrum Graii vertere vocantes
Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſylvis
Diffugiunt armenta. , Vide ASILVS.

Bũcĕntrum, [βούκεντρον. Pol. *Koſtburek ktorim popichaią wołowie.* Vngar. *ösztön.* Angl. *A goade to pricke forward cattell.*] Stimulus quo boves agitantur.

Bucephalus, βουκέφαλος, pen. cor. Quaſi bovis caput: quo nomine dictus eſt equus Alexandri, ab aſpectu torvo, ſeu ab inſigni taurini capitis, armo impreſſi. In cujus demortui memoriam, Bucephalam Indiæ urbem condidit. ¶ Eſt etiam Bucephalus herba eadem cum tribulo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu. Vide Marcellum Virg. in Dioſcoridem

Bũcĕrās, [βουκέρας. Ger. Bockshorn.] Herba eſt Theophraſto, quæ notiore nomine *Fœnogræcum* appellatur: ita dicta à figura ſeminis, quod corniculorum ſimilitudinem quandam præ ſe fert. Vide Plin. lib. 24. cap ult.

Bũcrānĭum, βουκράνιον, Herba eſt Galeno alio nomine Antirrhinon appellata. Vide Ruell lib 3. cap. 131.

Bũfo, [μύξος. Gal. *Crapaut.* Ital. *Botta, roſpo.* Ger. Ein krott Belg. Een padde. Hiſ. *Capo ò eſcuerco.* Pol. *Zaba krośława.* Vngar. *Varas béka.* Ang. *A toade.*] Rana terreſtris venenata. Virg. 1. Georg. Inventusque cavis bufo, & quę plurima terrę Monſtra ferunt.

¶ In bufonis capite invenitur lapis, qui batrachius dicitur. Hūc & hac arte evomit. Apponuntur panni plurimi diversi coloris, bufo omnes contemplatur, atque in placiti coloris pannum lapillum egerit, quem tamen avidè rursus vorat, nīsi mox bufo interceptus insidiantis hominis speculo transfigatur.

Būglōssum, sive bugloſſos. [βύγλωσσον. Gall. *Bourroches ou buglosse.* Ital. *Borana, borragine.* Ger. Borretſch oder ochſenzung. Hiſp. *Borraja, yerua nota.* Pol. *Wo owiecżik, albo wielka miodunka.* Vng. *Ökör nyelv.* Ang. *Bugloſſe, borage.*] Herba eſt officinis & herbariis *Boraginis* nomine nota: diverſa ab ea quā vulgus hodie *Bugloſſam* vocat: nam ea Circion eſt, ſive Bugloſſum majus. Dictum autem eſt Bugloſſum à linguæ bubulę ſimilitudine. ¶ Alio nomine Euphroſynum dicitur, propterea quòd in vinum dejecta animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plin. lib. 25. cap 8.

Būgōnes, m. t. [βουγονοί. Ger. Bynte die von einem fauten Ochſen wachſen/vnd viel honigs machen. Pol. *Pczol'i.* Vng *Méh.*] à Græcis dictę ſunt apes, quoniam ex bove putrefacto naſci perhibeantur. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 5.

Būlāpăthum, [βουλάπαθον. Ger. Groß mangelwurtz.] Herba eſt ex Lapathi generibus, ab oxylapatho ſola radicis altitudine differens. Vide Plin. lib. 20. cap. 21. & Ruell. lib. 2. cap. 49.

Bulbine, es, teſte Plin. lib. 20. cap 9: Herba eſt, porraceis foliis, rubicūdo bulbo, quę vulneribus mirum in modum utilis eſt. Officinę Maurorum vocabulo *Bubigerim* appellant, teſte Ruell. lib. 2. cap. 100.

Bulbīto, as, penultima correpta. [βολβίτζω. Polon. *Pzieczyiecim lainem maze.* Vngar. *Gyermök gaueual bé kenlek.*] Pueruli ſtercore fœdo. Vide in dictione Bulbino.

Bulbŭs, act. p. [βολβός. Gal. *Eſchalotte.* Ital. *Cipolla maligia.* Ger. Eſchlauch. Belg. Eſſleuchel. Hiſp. *Vn cierto genero de cebolla.* Pol. *Podczron zol'ty, vel zaiecży czoſnek.* Vngar. *Pár hagyma.* Ang. *A litle onyon called a ſcalion or wild garlicke.*] Latinè Allium agreſte, ſive Allium marinum, cāulem & folia habens lilio ſimilia: cæpæq; genus eſt, non abſimile Aſcaloniæ, quod venerem impendio excitat. Mart. lib. 12: Quū ſit anus conjunx. quū ſint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quàm ſatur eſſe potes. Colum. lib. 10: -quęq; viros acuunt, amantq; puellas, Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi. ¶ Generaliter verò apud idoneos autores bulbi ſunt radices rotundæ, membranis ſuis tunicatæ, ſive pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, ſive quadantenus diſtinctæ ſeparentur: cujuſmodi ſunt croci, narciſſii, colocaſiæ, ſcillæ, & arundinum. [Gall. *Toute racine ronde ayant pluſieurs tayes & pelures l'vne ſur l'autre, comme lis, ſáfran, oignon.* Ital. *Scalogni che naſcono con più cipolette attaccate inſieme.* Ger. Allerley runde wurtzē die viel ſchelffen vber einander haben. Hiſp. *Qualquiera raiz como de cebollas.* Pol. *Wſzeliaka okragla cebula maiaca l'upine na wierzchie.* Vngar. *Bimballós, feies, boytos gyokér.* Ang. *All round kind of roote where many rootes groweth together in one, as in garlicke.*] Pallad. Nunc & liliorū bulbos ponemus, vel lilia antè habita ſarriemus ſumma diligentia, ne oculos circa radices naſcentes, & minores bulbos ſauciemus, qui à matre ſubtracti, atque in alios digeſti ordines nova lilieta formabunt. Idem: Violarum plantæ, & croci bulbi ſerendi ſunt. Varro & Apicius ita ſcribunt: Aqua decoquant bulbos, qui veneris uſum quærunt. ¶ Ex bulborū genere Cato maximè celebravit Megaricos: ita dictos, quod è Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alii Scillam nobiliſſimam faciunt medicamenti, & aceto exacuando natam. Vide Plin. lib. 19. cap. 5. ¶ Bulbos quærit, βουλβοὺς ζητᾶ. Iocus proverbialis in eos, qui juxta Perſiū: Obſtipo capite defigūt lumina terræ.

Būlbōſŭs, adject. m. f. [βολβώδης. Gall. *Ayant pluſieurs petites teſtes comme oignons en la racine.* Ital. *Pieno di picciole coperte nella radice.* Germ. Rundlecht wie ein runde knopffechtige wurtzel Hiſp. *Coſa que tiene mucho de tal rayz.* Pol. *Okragl'i wſzeliaki korzen.* Vng. *Tſomos, feies bs.* Ang. *That hath many litle heades, in y rootes as garlicke.*] ut Radix Bulboſa, in qua bulbi conſpiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. lib. 21. cap. 17: Semipedali radice, bulboſa, molli, tribus aut quatuor agnatis.

Būlēută, tæ, m. p. Conſiliarius, ſenator, decurio: [יקן zakén. βουλευτής. Gall. *Conſeiller de ville, eſcheuin.* Ital. *Conſigliere, Senatore.* Ger Ein Rhatsherr/Rhatgeb. Hiſ. *Conſejero, Senador.* Pol. *Radni, pan.* Vn. *Tanáts beli embör, tanáts.* Ang. *A conſaulour, a ſenatour.*] à βουλὴ, Senatus, Conſilium. Plin. in Epiſt. Claudiopolitani quoque in depreſſo loco, imminēte etiam monte, ingens balineū defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam Buleutæ addunt beneficio tuo.

Būlēutērĭŏn, Locus cōſilio publicis deſtinatus, Senaculum, Curia. [בית דין beth din. βουλευτήριον. Gal. *Senat, cour.* Ita. *Luogo à ſala doue ſi fanno i conſigli, corte.* Ger. Rhathauß/ Richthauß Hiſp. *Sonado, lugar donde eſta el conſejo.* Pol. *Ratuz, radni dom.* Vn. *Tanáts báz.* Ang. *A place appointed for to hold coun ſell in, a ſenytie.*] Cicer. 4. Verr. Deinde ut in curia Syracuſis, quem locum illi *Baleuterion* vocant. Plin lib. 36. cap. 15: Inſigne buleuterion Cyzici fuiſſe tradit, ſine ferreo clavo, ita diſpoſita contignatione, ut eximerentur trabes ſine fulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religioſum fuit, poſteaquam Coclite Horatio defendente ægrè revulſus eſt.

Būlgă, gæ, f. p. autore Feſto, Sacculus erat ex corio aut alia materia cōfectus, quo circunferebant peregrinantes pecuniam, aut alia viæ neceſſaria: à Græcis ab equis quibus ferebatur, ἱππυπήρα appellabatur. [DIPJ' *jalkút.* δερμάτινη πήρα. Gall. *Bougette de cuir.* Ital. *Bolgia, boſaccia.* Germ. Ein bulgen/wetſchger. Hiſp. *Bolſa de cuero.* Pol. *Torba, taſtra.* Vng. *Twſzſ.* Ang. *A bouget of leather.*] Lucil. Sat. lib. 6: Cui neq; jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus, Bulgam, & quicquid habet nummorū, ſecum habet ipſe: Cum bulga cœnat, dormit, lavit: omnis in una Spes hominis bulga: hac devincta eſt cætera vita.

Būlīmĭă, [βουλιμία ἢ βδελυμός. Gal. *Grand' faim.* Ital. *Gran fame.* Ger. Groſſer hunger/Vnmäſſige begtrd zu eſſen. Hiſ. *Grande habre.* Pol. *Zarl'opzwo, nievaſicona pozadhwoſzczadla.* Vng *Tulsi'etlen ehſég.* Ang. *Exceading great famine or hunger.*] Immodica appetentia interpretari poteſt, quū ſcilicet cibo quātolibet impoto fames non extinguitur. ¶ Componitur ex βοὸς particula, cui magnum quid indicatin compoſitione, & λιμὸς fames. ¶ Eſt & Bulimia, ſive Bulimos, Galeno 2. Aphor. orificii ventriculi morbus, & caſus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, quæ à fame quidem inchoavit, ſed nō habet eam ampliùs adjunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuò cibum appetit, ſumptumque ſtatim evomit.

Būlla, [βοῦλλα. Ger. Bull oder Boll/oder tyngeſchloſſene Halßzierd alß Byſentnöpff/ꝛc. Pol. *Czetka, bul'l'a.* Vng. *Gomb.*] Inſigne erat triumphantium, quā in triumpho præ ſe gerebant incluſis intra eam remediis, quę crederent adverſus invidiam valentiſſima. Hinc deductus mos, ut prætexta, περιπόρφυρος, quæ magiſtratuū erat, etiā in uſu puerorū ingenuorum uſurparetur ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerūt. Erat hęc bulla rotunda (ut Macrobius ſcribit) in cordis figuram formata, quam antè pectus annectebant in collo, ut bullam inſpicientes, ita demū ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Romani depoſita adoleſcentia eam exuebant. ¶ Dicta eſt autē Bulla, teſte Macrobio, παρὰ τὸ βουλλὼ: hoc eſt, à cōſilio, quòd effrænis illius ætatis impetus, conſilio præcipuè eſſet regendus. Primus autē Tarquinii Priſci filius, quòd ſe in bello viriliter geſſiſſet, bulla aurea donatus eſt, & toga prætexta. Deinde omnibus pueris ingenuis facta eſt cōmunis. Libertinorū verò filii, lorum in collo pro bullæ decôre geſtabant. Aſcon. Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiens pectus puerile. A cujus rei ſpecie (Plutarcho authore in Prob.) dictā bulla: [אבעבעה *ababbuháh.* πομφόλυξ. Gall. *Bouteille, ou bouillon, s' eſleuant ſur l' eau quand il pleut ou autrement.* Ital. *Ampolla, ſonaglino d' acqua.* Ger. Ein blater des waſſers. Belg. Een bobbele. Hiſp. *Babbuja ò ampola.* Pol. *Bama na wodzie.* Vng. *Buborik.* Ang. *A buble riſing in water when it rayneth.*] tumor quidam excreſcens tàm in aqua quū bullit, quàm in urina quū ſpumam facit, & repentè evaneſcit. Ex quo etiam proverbialiter apud Varronē dicitur: Homo bulla, quòd ſcilicet ſimilis bullæ vita hominis ſit fluxa, & momento caduca. Plaut. in Aſin. Accepit bullam pro capite clavorū: Iuſſiſti in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris: Nam clavorū capita more bullę quaſi turgentia formata ſunt, & ſplendent ad fores decorādas. Sic Cic. tradit Verrem bullas aureas, ex valvis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe. ¶ Bullæ etiam dicuntur ornamēta quibus cingula decorantur. Calphur. in Buco. Alternat vitreas lateralis ſingula bullas. [Ang. *A ſtudē on a girdle, the boſſe of a bridle.*] Apud Apulcium lib. 6. accipitur pro ornamentis illis orbicularis extuberantibusq;, quibus tanquā oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenę exornari ſolēt [Pol. *Czetka.*] ait enim: Bullis multis aureis inoculatum, veluti ſtellis relucentē.

Bullari, verbum barbarū, quo tamen Accurſiani utuntur pro eo quod imperator Cōſtantinus in l. ſiquis in metallū. C. de pœnis tranſlatè, nec omnino ineleganter dixit in facie ſcribere.

Būllŭlă, diminut: Parva bulla. [φυσημάτιον. Pol. *Czereczka.* Vng. *Gombotska.* Ang. *A litle ſtud on a girdle, or boſſe of a bridle.*] Celſ. lib. 2. de Vrina: Aut ſi quaſdam, inquit, maculas repræſentet, ut ſi bullulas excitet.

Būllātŭs, ta, tum, Bulla inſignitus. [ὁπαίλυξι κεκοσμημένος. Gall. *Reſſemblant aux bouillons ou bouteilles d' eau ornē de bagues.* Ital. *Ornato di bolle.* Ger. Wolgeziert mit bullen/ alß mit Biſentnöpffen/ꝛc. Hiſp *Coſa llena de bollones o chatones.* Pol. *Bul'l'amy obwiesz ny cetkami obiti.* Vng. *Gombos.* Ang. *Garniſhed with ſtudes orlik blai'es of water or bubbles.*] Veſtis bullata in qua erat bulla. ¶ Accipitur pro inani, tumido, & inflato. [πομφολυγώδης, πομφολυγώδης. Pol *Nadmuczebo.*] Perſius: Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat. Bullatas nugas proverbii ſpecie appellans inanem perſtrepentium vocum congeriem, in quibus nihil ſubſit ſolidioris ſententiæ.

Būllĭo, is, ivi, itum, n. q. Ferveo, bullas emitto. [רתח *ratl ábh.* ἀιωρέω,

ἀνακεφάλαιος, ὑπερέχω. Gall. *Bouillir.* Ital. *Bollire.* Ger. Sieden/wallen/ſiedten. Belg. Sieden/obporbeten. Hiſp. *Bullir como lo que hierua.* Pol. Wram, warzeſzyc. Vngar. Forrok, buzgok. Ang. *To bubble as water doeth in ſeething.*] Dictum à bullis, quas in aqua fervida videmus. Celſ. lib. 5. cap. 19: Aut ſpumæ argenti ſelibra, ex olei hemina, & aquę marinę altera, cocta donec bullire deſierit, cui paulum ceræ ſit adjectum. ¶ Hujus compoſitum eſt Ebullire, ἐκφυσᾶσθαι, effervescere, & inter bulliendũ effundi, ſicut aqua in aheno calefacta ebulliens, non ſeipſam capit, ſed intumeſcit & effunditur. Per metaphoram accipitur pro jactare vel oſtẽtare, Cic. 3. de Fin. Dixerit hoc quidem Epicurus, ſemper beatũ eſſe ſapientem, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam. Idem 3. Tuſc. Quæſt. Qui ſi virtutes ebullire volent & ſapientias, nihil aliud dicent.

Bullo, as, Bullĭo. [ἐκφυσᾶσθαι. Ger. Blateren auffwerffen. Polon. Wram. Vng. Forrok, buzgok. Ang. *To bubble as water doeth in ſeething.*] Cato de Re ruſt. Vinum Græcum ſic facito: Muſti quadrantalia viginti in ahenum, aut plumbum infundito, ignem ſubdito, ubi bullabit vinum, ignẽ ſubducito. Plin. lib 28. cap. 6: Magna ſigna ſunt urinæ bullantis, & craſſæ. ¶ Sic Ebullo: id eſt, erumpo, crepo. Perſius: O ſi ebullet patrui præclarũ funus.

Bumamma, ſive (ut apud Macrobium lib. 3. Saturnal. cap. 3. legitur) Bumammia uva, eſt eadem quæ & Bumaſtos dicitur. [German. Trauben mit groſſen beeren. Vng. *Ketske eſõſzõlõ.*] Vide in ſequenti dictione.

Cædo, is, cecĭdi, penult. prod. cæsum, verbum activum, Percutio, ferio, verbero. [הכה *hichchâh.* πλήττω, τύπτω, μαστιγῶ. Gal. *Frapper, couper, trencher, tuer.* Ital. *Percuotere.* Germ. Schlahen / streichen. Belg. Slaen / geesſelen / dooden. Hisp. *Herir ò matar ò hierro.* Pol. *Być.* Vng. *Meg verȯm, el meresȯm, el tȯrȯm, áldozatra le vágom.* Ang. *To beat, to whippe, to cutt, to ſtrike, to kill.*] Terent. in And. Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. ¶ Interdum idem quod amputo, præcido. Cic. 3. de Divin. Arbores simul cum luna senescentes tempestivè cædi. Et paulò pòst: Qui robur illud cecidit, dolavit, inscripsit. ¶ Item Occido. Virgil. 2. Aen. Cæduntur vigiles. ¶ Ponitur quandoque pro immolo, sacrifico: ut apud eundem: Cædunt binas de more bidentes. ¶ Item pro frango. Cicer. 3. Verr. Cædere januam saxis, instare ferro. ¶ Cædi testibus, apud eundem ad Qu. Fratrem, est testium multitudine urgeri, premi, convinci. ¶ Hujus composita sunt Abscido, Concido, Circuncido, ἀφεκαιρέθην, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Succido: quorum pen. producitur. ¶ At Cedo sine diphthongo, cessi præteritum: & supinum cessum facit, multaque significat. [סר *sâr.* χωρέω. Gal. *Se retirer, donner lieu, ceder, obeir.* Ital. *Ritrarſi, dar luogo, accordarſi con alcuno.* Germ. Weichen. Belg. Wycken / plaetſe geven. Hisp. *Ir, dar lugar libre.* Polon. *Vſtępuie.* Vng. *Engedek.* Ang. *To giue place, to obey.*] Nam quandoq; Cedere significat abire, & locum victori dare, ἔκειν. Cicer. Cui quidem exercitus nostri, imperatoresque cesserunt. ¶ Quandoque, discedere, evitare, atque subterfugere rem aliquam. [Pol. *Strzegeſie.*] Plaut. Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, ἡττᾶσθαι τῷ θυμῷ, dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, Discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori, ἐκχωρεῖν τῶν ὄντων. ¶ Cedere in jure, Ius quod habemus alteri tradere: quod & De jure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, Est in jus alicujus venire: ut Cedunt mihi ea bona: id est, in jus meum veniunt. ¶ Et cum accusativo mediante In. Hier. super. Mat. Ita fiebat, ut oblatio liberorum suboccasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ¶ Cedere lite, pro victum se fateri, & à judicio victum abire. ¶ Item cedere, ponitur pro accidere, evenire. Omnia ex sententia cedunt, In magnopere fortunatos, quibus & rectè & secus instituta feliciter cedunt. ¶ Item cedere, ponitur pro dare. Enn. Salvete optima corpora, cedite manus vestras, measque accipite. ¶ Pro concedere, obsequi, non repugnare. παρέχωρεῖν. Virgil. 2. Aeneid. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. ¶ Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem: Cesserit Ausonio si fors victoria Turno. ¶ Pro incidere. Plaut. Aulul. In hostem absolutus cedas. ¶ Invenitur & Cedò imperativum, Dic, φέρε δή, ἐπὶ: nec habet aliam personam, nisi tantùm Cedite pluraliter, habetque primam correptam. Terent. in Andr. Cedò, cujum puerum appposuisti hîc ante januam? Cicer. in Caton. Cedò, quî vestram Remp. tantam amisistis? id est, dic. Terent. in Phorm. posuit pro Da: Quin tu mihi argentum cedó? PHOR. imò uxore tu cedó. ¶ Invenitur cette, pro cedite. Nævius, pro industria ne te regem prognatum patrem Lycurgum cette. Ennius in Medea: Salvete optima corpora, cette manus vestras, measque accipite. Vide Nonium. ¶ Cedere diem, χωρεῖν τὴν ἡμέραν, inquit Vlpianus, significat incipere debere pecuniam: sicut Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. ¶ Cedere è vita, est mori. Cic. de Clar. Orat. Hortensius è vita cessit. Hinc Cessicus tutor dicitur in jure, cui tutela cessa est, & Cessitia tutela, quæ ita cessa in jure & translata est.

¶ Item Cessim ire, pro retrò cedere, vel retrò redire. Alfenus in L. 52. D. ad leg. Aquil. Item Iustinus libro 2: Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, &c. Hujus verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀφίστημαι, Retròcedo, & Succedo, quæ habent penult. producta.

Cæsŭs, participium à Cædo: [κεκομμένος. Gal. *Taillé, batu, tué.* Ital. *Tagliato, battuto.* Ger. Geschlagen. Hisp. *Coſa herida ò muerta.* Pol. *Vbity, Zwalczoni.* Vn. *Le vágatot, verettet ȯt.* An. *Cutt, killed, beaten.*] Cæsis copiis, Cic. ad Brut. lib. 10 Cæsis victimis, Idem ad Attic. lib. 2. Cæsæ arbòres, Plin. lib. 16. cap. 12.

Cæsum, Vide CAESA.

Cæsūrā, ræ, f. p. propriè Incisura. [חמאת חמיר *chamîr demi machtſéb* קלב *kétſeb.* τμῆσις. Gal. *Coupe, taillade, inciſion.* Ital. *Taglio.* Ger. Erhawung / beschneidung. Hispan. *Cortadura.* Pol. *Przyćinienie, odczieczie, odrzezanie.* Vng. *El metczés, el vágas.* Ang. *A cutt, a gash.*] Plin. libro 17: Ante Calendas Martias crescit ad brumam usque, desinitque quùm durescere incipit hoc signum, quod tempestivam habet cæsuram. ¶ Cæsura item in carmine dicitur, quum in medio versus vox pronuntiantis quasi inciditur, pedis alicujus principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam dividitur, alia Penthemimeris dicitur, sive semiquinaria, alia Hepthemimeris, sive Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris est, quum post duos primos pedes superans syllaba invenitur, quæ dictionem terminet: ut, Arma, virumque cano: &, Italiam fato: habet enim ex quinque dimidium. ¶ Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans invenitur: ut, Arma virumque cano Trojæ. Continet enim septenarii medietatem. ¶ Trochaica est, quum post duos pedes trochæus partem orationis perficit: ut, Nil nostri miserere. ¶ Bucolica, quum post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis desinens, & invenitur trochæus partem orationis terminans: ut, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsūrātim, Succinctè, breviter. [σωτόμως. Gal. *Succintement, brieuement.* Ital. *Succintamente, brevemente.* Ger. Beschneidig / kurtz / behawtlich. Hisp. *Cortando, brevemente.* Pol. *Krotce.* Vn. *Rövideden.* An. *Shortlie, in few wordes*] Vtitur hac voce Sidonius in Epistola quadam ad Claudianum.

Cæsim, adverbium significat cædendo, sive per incisionem gladii: [ὀκκοφορέω, κοπίζω, τρυπάω. Gal. *Par membres.* Ital. *Appezzi, à minuto, à brano à brano, di taglio.* Germ. Durch beschneiden oder hawen. Belg. Al houwende / al stekende / al staende. Hisp. *Cortando, à cuchilladas, de miembro en miembro.* Pol. *Znarzmienim, cżieczim.* Vng. *Vágua, meoxue.* Ang. *By cutting in partes or membres.*] ſicut Punctim. ὀκκοπίζω, pungendo. Liv. 2. bel. Pun. Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. Colum. lib. 5: Major autem pars operis in vineam ductim potiùs, quàm cæsim facienda est: id est, cum maturitate potiùs, quàm uno impetu. ¶ Cessim vero gemino ſ: & sine diphthongo aliud significat: de quo vide infrà suo loco.

Cæsĭo, onis, verbale, Incisio. [חמאת *chamîr* מחבב *machtſéb* קלב *kétſeb.* τμῆσις. Gal. *Coupeure.* Ital. *Tagliatura.* Ger. Erhawung. Hispan. *Cortadura.* Pol. *Nacżiecżie, narzynienie.* Vng. *Metczés, vágás.* Ang. *Cutting.*] Colum. lib. 4 cap. 33: Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atq; in pallum formata, ferè usq; in alteram cæsionem perennat.

Cæsĭtĭum, tii, n. ſ. [Pol. *Tuballa bial'a.* An. *A handkercheſe.*] Linteolum erat purum & candidum: dictum quòd cædendo ad candorẽ perveniret: vel quòd oras circuncisas haberet. Plaut. in Epid. Linteolum cæsitium. Ex Nonio.

Cædēs, dis, f. t. Mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo qui occidere, aut ferire volebat. [רצח *réitſach.* φόνος. Gal. *Meurtre, tuerie.* Ital. *Vccisione, morte violenta.* Ger. Todtschlag / mordt. Belg. Eenen doodſlach. Hispan. *Muerte con fuerca, ò matanca à huerra.* Polon. *Mord, Zabyczie.* Vng. *Ölȯklés, fegyuer miat valo halál.* Ang. *Slaughter, murther, killing.*] Cicer. in Bruto: Nam quum in sylva ita facta sua cædes esset. Ovid. 8. Metamorph. -modo vulnera fratrum Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago. Plin. lib. 14. cap. 13: Invenimus inter exempla Mecenii uxorẽ, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, eumq; cædis à Romulo absolutum. ¶ Inde dicimus aliquem commisisse cædem. ¶ Hujus diminutivũ est Cædicula. ¶ Cædes [Pol. *Rabanie.* Vn. *Ea vágas.*] de Cæsura lignorum, taliumque. Gellius libro 19. cap. 12: Cur tantam ligni atque frondium cędem faceret, percontatus est.

Cædŭus, adjectivum, κοπικὸς, ut Cædua sylva, quæ scilicet religiosa non est, sed quoties opus est, ad ignis vel ædificiorum usum cæditur. [κωνεαζορδήν: ὕλη ὑλοτομία, ὑλοτόμιον. Gallicè, *Taillis.* Ital. *Boſco da tagliare.* German. Det zuhawen ist. Hispan. *Boſque que ſe corta ò puede cortar.* Polonicè, *Kurabanie wolny.* Vng. *Vago, az mit ſzabad le vágni.* Ang. *A wood that u cutt as often*

ut ostiem ut neede is.] Plin. lib. 13. cap. 4: Cæduæ palmarum sylvæ. ¶ Contrà Incidua sylva dicitur, quæ non cæditur.

Cælatura, Vide CAELO,

Cælēbs, generis communis, Vir sine uxore, aut mulier sine marito vivens. [ἄγαμος, ἄγυνος. Gal. *Qui n'est point marié, sans femme.* Ital. *Huomo ouer donna, non maritati.* Germ. Der oder die ausserthalb dem Ehestandt lebt/ein Mann ohn ein Weib/ein Weib ohn ein Mann. Belgicè, Ongehoudt. Hispanicè, *Varon soltero ò muger soltera.* Polonice, *Maż bez żoni albo żona bez męża, mł'odzieniec.* Vngar. *O'zuegy, nötelen fzw'z.* Ang. *Chaste, vnmaried, that vse single.*] Dictus cælebs (ut inquit Hieronymus) quòd cœlo dignam vitam agat, qui coitu careat. August. Cælebs qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum: qualia sunt numina in cœlo, quæ absque conjuge sunt, si agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælibes non tàm pro uxore carentibus, quàm pro castis & omni venere abstinentibus. Sed propriè dicitur Cælebs, qui uxorem non habet, etiamsi concubinas habeat. Nam Cælebs & maritus contraria sunt. Mart. lib. 12: Corrumpis sine talione cælebs. Hoc est, corrumpis alienas uxores, quum ipse vivas in cælibatu, nec habeas uxorē, quam illi vicissim possint corrumpere. Quint. Num clarus, an obscurus: magistratus, an privatus: civis, an peregrinus: liber, an servus: maritus, an cælebs: parens liberorum, an orbus sit. Cicero de Legib. Cælibes esse prohibento. Inde dicimus Torum cælibem, & vitam cælibem, actam in cælibatu. Ovid. Quæ si non fuerat, cælebs te vita deceret.

Cælĭbātŭs, us, m. q. Prō vita, quæ agitur sine uxore. [ἀγαμία. Gal. *Estat d'vn homme non marié.* Ital. *Lo stato di castità o di non esser maritato.* Germ. Der ledig Standt ausserthalb der Ehe. Hisp. *Soltura de no ser casado.* Pol. *Żywot bez żony, panieństwo, wdowieństwo.* Vng. *O' zuegyseg, fzw'zeség.* Ang. *Chastitie, singlenesse, or the estate of one vnmaried.*] Mart. Cōstituit Mercurius pellere cælibatum. Sueton. Verùm amissa uxore Lepida, duobusq; ex ea liberis, mansit in cælibatu.

Cælĭă, potus genus ex frugibus confecti: cujus meminit Plin. lib. 22. cap. 25.

Cælĭbāris hasta, dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, ut sicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro nova nupta esset copulata. Festus.

Cælo, as, n. p. Sculpo, incido. [חרת *pittàch* γλύφω. Gal. *Grauer; en estoffer* Ital. *Scolpire, intagliare.* Ger. Außgraben/ außstechen/ geetzen/ arbeit machē. Bel. Beeisterē. His. *Labrar de buril ò sinzel, sinzelar.* Pol. Wirzeźbić, *wiritwā.* Vn. *Kimetczóm, ki faragom.* An. *To carue, graue or intayle.*] Cic. 1. de Divinat. Hanc speciem Praxiteles cælavit argēto, & noster expressit Archias versibus. Virg. -cęlataq; in auro Fortia facta virūm. ¶ A' quo cælata vasa dicuntur, quæ veteres *Anceſa* vocabant, quòd circuncidendo fiant: & cælum, γλυπτήριον, ipsum instrumentum, quo quippiam cęlatur. Plin. lib. 33. constituxit hoc verbum instar eorū, quæ pretium signant. L. Crassus, *inquit*, orator duos scyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, sestertiis centum: confessus est tamen, nunquam se his uti propter verecundiam ausum.

Cælātūră, f. p. Ars est cælandi, aut ipsa scalptura & incisio. [חרות *pittúach.* γλυφή. Gal. *Graueure ou estoffeure, mestier de graueur.* Ital. *Intagliamēto, l'arte di tal lauore.* Ger. Die kunst des außgrabens/ außstechens/ oder Bildwercke zu machen. His. *Obra de sinzlo ò la arte de sinzelar.* Pol. *Wirzeźbianie, wiricztwo.* Vn. *Metczés.* An. *The art of graning or carving.*] Plin. lib 19. cap 4. Superq; pistrinarum operibus, & cælaturis vivere. Idem lib 35 ca. 12. Qui plasticen matrem statuariæ, sculpturæq;, & cælaturæ esse dixit.

Cælātŏr, oris, [חרט *mephatsách* γλυφεύς. Gal. *Graueur ou estoffeur* Ital. *scultore, intagliatore* Ger. Ein Außgraber Außstecher His. span. *El que labra de sinzel.* Pol. Wirzeźbiarz. Vng. *Metczö, faragó.* Ang. *A grauer, caruer or intayler.*] Quint. lib 2. cap. 4. Calator cælum desiderat, & pictor penicilla. ¶ Argenti cælatores, Plin. lib. 34. cap. 8.

Cælāmĕn, inis, idem quod cælatura. [γλυφή. An. *Engrauing, entayling.*] Ovid. 13. Metamorph. -neque enim clypei cælamina novit Oceanum, & terras cumq; alto sydera cœlo.

Cællo, cęllis, diphthongo, & gemino l, scriptum, Verbum antiquum, & quo solùm in compositis utimur, significat percutio, aut frango, κτυπέω, τύπτω. Præteritum facit Ceculi, vel culsi, & supinum Culsum. ¶ Hinc fiunt cōposita Percællo, Procęllo, & Recællo: Percællo idē est quòd percutio, pulso, frequenter ad animū transfertur. Terent. in And. Perculsit illicò animum. Procello idem est quod propello, vel everto. Inde Procella: de quo suo loco dicemus. Item Recællo idem quod reclino. Est & Cello, sine diphthongo scriptum, de quo vide infrà.

Cæltes, is, est instrumentum ad sculpendum aptum. [Polon. *Dłotko.* Vn. *Vésfw'.*] Quidā à cælo, alii à cællo deductū putāt.

Cælūmă, ulcus in oculi cornea tunica, latius quàm bothrym, sed profundum minus. Avicenna Lilimie vocat.

Cælsus, Vide CELSVS.

Cælum, n. s. Instrumentum, quo utuntur argentarii, dum vasa sculpunt, aut quo sculptores, aut statuarii utuntur in ligneis, aut lapideis simulachris scalpendis. [חרס *chéret.* γλυπτήριον, γλυφίον. Gal. *Burin ou autre instrumēt à grauer.* Ital. *Scalpello.* German. Ein Außstecher / ein Schrotetysen/ein Grabmetssel. Belg. Een stoeckyser oft graefbeytel. His. *Sinzel ò buril.* Pol. *Dłoto ktorym wirzeźbiemy.* Vn. *Vésfw ponczolo vas.* Ang. *A grauing or caruing instrument.*] Vnde est illud: -cælo fabricata Myronis.

Cœlum, [שמים *schamáym.* οὐρανός. Gal. *Le ciel, les cieux.* Ital. & Hisp. *Cielo* Ger. Der Himmel. Belg. Den Hemel. Pol. *Niebo.* Vn. *Mczy, Eeg.* Ang. *The heauen, the firmament.*] Vno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ est supra elementum ignis, quam philosophi Aethera appellant: ita dictum à celando: hoc est, occultando: quòd inferiora omnia celet, & tegat: sive à stellarum imagine, quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. Ambrosius lib. Hexam. Cælum, quòd impressa stellarum lumina habeat, quasi Cælatum appellatur: sicut argētum, quod signis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro cœlum, quasi κοῖλον: hoc est, cavum, dictū putat: & sic per œ diphthongum scribendum videretur. Cic. pro Pomp. Pompeiū omnes, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo lapsum intuentur. ¶ In cœlum ferre vel tollere, Est summis honoribus afficere. ἐς τοὺς οὐρανοὺς Cic. Attic. lib. 3: Salaminii nos in cœlum decretis suis sustulerunt. ¶ De cœlo detrahere, Est de summo honoris gradu deturbari. Cicer. 6. Philipp. Collegam de cœlo detraxisti. ¶ Philosophi, decem cœlos esse dixerunt, quorum septem à planetis appellavêre: octavum, sydereum, seu stellatum: nonum verò, quum nescirent cujus conditionis esset, vocaverunt cœlum aqueum, crystallinúmve, non à frigiditate, sed transparentia, quod per illud sydera appareant, & pelluceant. Decimum locum sibi vendicat cœlum illud, quod ultimum philosophi putantes, Primum mobile vocaverunt. Undecimum cœlum beatorum sedes, ab Ethnicis philosophis ignoratum, quod idcirco theologi *Empyreum* vocaverunt, non quòd calore, sed splendore & claritate cæteris antecellat. ¶ Sunt igitur undecim cœli, scilicet cœlum empyreum, primū mobile, cœlum crystallinum, cœlum stellatum, cœlum Saturni, cœlum Iovis, cœlum Martis, cœlum Solis, cœlum Veneris, cœlum Mercurii, & cœlum Lunæ. Hæc fusiùs tractantur in lib. de Cœlo ab Aristotele. Cicer. 4. Tuscul. Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventiq́ue coguntur, quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. ¶ De cælo ici, & fulmine afflari. Cicero lib. 2. de Divinat. Summanus de cœlo ictus. ¶ De cœlo servare, Est cœli statu observato, auspicia inde sumere. Auspicia enim non nisi sereno cœlo rata erant: cōtrà fulmine aut pluvia turbabantur. Cic. in Vatinū: Quòd eo die scires, de cœlo esse servatum. Idem Attico lib. 2: Milo proscripsit se per omnes dies cōmitiales de cœlo servaturum. ¶ Plin. lib. 11. cap. 37. cœlum capitis, cranium videtur appellasse, eò quòd caput totum eo tegatur; ut inferiora hæc cœlo: Hoc (*inquit*) est viscerum excelsissimum, proximumq; cœlo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. ¶ Interdum Cœlum sumitur pro aëre. Virg. 1. Aeneid. -maria ac terras, cœlūq; profundum. Idem Georg. 1: -& varium cœli prædicere morē. Vbi Servius, Cœli: id est, aëris. Lucret. In hoc cœlo qui dicitur Aër. Plin. libro 2: Et hoc cœlum appellavêre majores, quod alio nomine Aëra. Hinc grandines sunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines ventorum. ¶ Cœlum pro vivorum regione: id est, terra, sumitur etiam, ut in illo Virg. lib. 6. Aeneid. Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes. quia sicut Dii nobis, ita nos inferis superi habemur. Macrob. in Somn. Scip. capite 3. ¶ Cœlum ἀρχαιότατον antiquissimum deorum fingunt Poëtæ, qui Terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Bætillum, Dogana, & Atlanta genuit. A' cujus nomine formosissimum supremum corpus Cœlum dicunt fuisse appellatum. ¶ A' cœlo ad terram, ἀπὸ ἀρχαιῶν μέχρι γῆς, Proverbialis figura, perinde valens ac si dicas, quamvis de re, ab extremo initio usque ad supremum finem. Plaut. in Persa. ¶ Neque cœlum, neq; terram attingit, Οὔτε γῆς, οὔτε ἀρχαίων ἅπτεται. De re vehementer absurda atque aliena, quæque nulla vicinitate pertineat ad id, de quo agitur: Lucian. in Pseudomante. ¶ Cœlum digito attingere, proverbiali hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac dius proximi esse videntur: Cicero ad Attic. lib. 2. ¶ In cœlo esse aliquem, proverbiali hyperbole dicimus, qui est supra modum fortunatus ac gloriosus. Cicero ad Attic. libro 2. ¶ In cœlum expuis, ἐς ἀρχαῖον πτύεις: id est, Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloqueris iis qui facilè possint lædere. ¶ In cœlum jacularis, ἐς τὸν ἀρχαῖον τοξεύεις Est apud Zenodotum & Suidam, deus qui frustrà lacessiant: aut qui audent eos lacessere, quos non possunt lædere: nihil enim ferire potest, qui cœlum sagittam torquet, nisi quòd divos videtur petere. ¶ Cœlo ac terræ loqui proverbii specie dicuntur, qui frustrà vociferantur. Sic enim solent, qui diffidunt hominum præsidiis, exclamare, ô cœlum, ô terra. Theognetus apud

tus apud Athenæum. ¶ Mare cœlo miſcere, Proverbialis hyperbole, pro eo quod eſt, omnia perturbare, nihilq; non facere. T. Livius: Quid eſt quòd cœlo terram, terrę cœlũ miſceant? Lucianus in Dialogo Promethei & Mercurii. ¶ Cœlum territat: Proverbialis hyperbole apud Virg. & cœlum territat armis. Convenit in minaces & feroces, Thraſonesq; magniloquos. ¶ Toto cœlo errare, proverbium eſt, in eos qui vehemẽter aberrant, quod uſurpat Macrobius Saturnal. lib. 3. ¶ Adhuc cœlum volvitur, Proverbium quo uti licebit, quoties ſignificabimus adhuc ſupereſſe ſpem, & nondum omne tẽpus, quod melioris fortunæ ſolet occaſionem adducere, exactũm eſſe. Theocr. in Charit. *Οὔπω μέλιτος ἄχων ἔκορε' ἠερίους, ἐδ' ὑπουρεύς*: id eſt, Nondum defeſſus provolvere deſiit æther Menſes atq; annos. Quod enim unus annus negat, alter ultrò defert. In maſculino genere uſus eſt Ennius: Quem cœlus genuit. Idem: Cœlus profundus, autor eſt Soſipater lib. 1.

Cœlēſtĭs, ſte, Divus, divinus, è cœlo proficiſcẽs. [*ἠερίος*. Gal. *Celeſte, de l'air, du ciel, divin.* Ital. *Celeſte.* Germ. *Himmeliſch.* Belg. *Hemelſch.* Hiſp. *Celeſtial.* Polon. *Niebieſky.* Vng. *Mennyéi.* Ang. *Heauenlie.*] Virgil. 1. Aeneid. -tantæne animis cœleſtibus iræ? Liv. 4. ab Vrbe: Siccitate eo anno plurimum laboratum eſt: nec cœleſtes modò defuerunt aquæ, ſed terra quoque ingenito humore egens. Cœleſtes etiam ſubſtantivè dicimus pro cœlitibus, & diis ſuperis. Cicero 6. Philipp. Quid eſt, quod de voluntate cœleſtium dubitare poſſimus? Idem 3. Offic. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in cœleſtium concilio collocavit.

Cœlēſtĭſſĭmŭs, ſuperlativus. [Vng. *Fölöſte igön ményei:*] Velleius Paterculus Hiſt. 2. Cœleſtiſſimorum ejus operum pro capru mediocritatis meæ adjutor fuit.

Cœlĭcŏlă, Qui vel quæ cœlum habitat. [*ἠερίων*. Gall. *Celeſte, qui habite au ciel.* Ital. *Habitatore del cielo.* Germ. *Eynwohner des Himmels.* Hiſ. *Morador del cielo.* Pol. *Mnieſkaiacy.* Vng. *Mennyéi, egghe lako.* Ang *That dwelleth in heauen.*] Virgil. 2. Aeneid. Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam.

Cœlĭcŏlĭs, a, ũm, *ἠερίων*, Cœleſte: ut, Cœlica regna.

Cœlĭfĕr, Atlantis epitheton eſt, quem poëtæ ob inſignem Aſtrologiæ peritiam finxerunt ſuſtinere cœlum. *ἠερηφόρος*. Virgil. 6. Aeneid. -ubi cœlifer Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Cœlĭtēs, cœlitum. pen. corr. Dii cœleſtes, qui cœlum inhabitãt. [*ἠερίοι*. Gall. *Celeſtes, habitans au ciel.* Ital. *Dei celeſti.* Germ. *Die Himmeliſchen/ die im Himmel ſind.* Hiſp. *Los dioſes ò ſanctos del cielo.* Pol. *Niebieſcy.* Vngar. *Menybeliek.* Ang. *Thay which duelleth in heauen.*] Cœlum autem appellabant veteres, illam mundi partem, quam nos Aethera, ſive Aethereum mundũm vocamus: hoc eſt, omne illud, quod eſt ſupra elementum ignis. Vnde Solem & Lunam, & cæteros planetas inter deos cœleſtes numerabant. Cic. 2. de Divin. Ego Deũm genus eſſe ſemper dixi, & dicam cœlitum. Idem in Somn Scipion. Et grates, *inquit*, tibi ago ſumme Sol, vobisq; reliqui cœlites. ¶ Legitur & apud Ovid. 5. de Ponto, ſingulare Cœlite: Quale tamen potui de cœlite, Brute, recenti Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi Vbi vocat Auguſtum Cœlitem.

Cœlĭtŭs, pen. corr. adverb. Significat è cœlo: ſicut Divinitus, à Deo. [*ἠεριοθεν*. Vng. *Menyből*. Ang. *Frome heauen.*] Hieronymus: Tandem cœlitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit.

Cæmēntum, n. ſ. [חומר *chómer*. *χάλιξ*. Gal. *Moilon, blocaille.* Ital. *Pietre & ſimile materia da murare.* Ger. *Allerley vngewerckte Stein zu den Mawren.* Bel. *Merſteen.* Hiſpan. *Cimiento ò pared de piedra manpueſta.* Pol. *Wſtieſiaky kamien do muro wania ſpoſobny.* Vng. *Méſzkés kősal eppw'letre való egyéb ſzerſzám.* An. *Morter, parget, rubbiſhe.*] à Cædo, ut quidam putant. Sunt enim Cæmenta, omnis rudior materia, à qua ædificia conſtruuntur: quales ſunt rudes lapides nulla arte ad ædificium accommodati aut politi, ſed quales inveniuntur temerè congeſti. Fodinas quoq; ruſtici Campaniæ *Cæmentarias* appellant. Livius 1. bel. Pun. Nec erat difficile murum ſubruere, quòd cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere. Colum. lib. 9: Sub porticibus quadratæ aræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipſo opere: id eſt, ædificio, quod ſtructo lapide erigitur. Plinius lib. 26. cap. 22: E reliquis pallidus in cæmento rarò utilis: Globoſus contra injurias fortis, ad ſtructuram tamen infidelis eſt. ¶ Interpres utitur in Bibliis pro calce, aqua ſabuloq; fermentata. Habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento.

Cæmēntārĭī, [*χαλικοδόμοι*. Vng *Kő mives*. An. *Roughe maſons.*] Dicuntur Cæmentorum: hoc eſt, ædificiorum, quæ ex lapidibus ſunt, ſtructores, quos Fabros murarios appellant.

Cæmēntĭtĭŭs, a, um, Quod ex cæmento eſt: [*χαλικῶδες*. Gal. *Fait de moilon.* Ital. *Fatto de rotame di calce.* Ger. *Von allerley zuſam mengeleßnen Steinen gemacht.* Hiſp. *Coſa edificada de tal manera.* Pol. *Zwſzeliakiego kamienia zbudowany.* Vng. *Meſzből álló.* Ang. *Made of morter or parget.*] ut Parietes cæmentitii. Vitr. li. 2. cap. 8: Itaq; pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

Cæpē, gener. neut. & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: unde & prima vocalis diphthongum accepit. [בצל *batſál*. *κρόμμυον*. Gal. *Oignon.* Ital. *Cipolla.* Ger. *Zwybel.* Hiſp. *Cebolla.* Pol. *Cybula.* Vng. *Vereſs hagyma.* Ang. *An onyon.*] Plin. lib. 19: cap. 6: Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cæpe cauſa ſeritur, ſeparatim cæpe ſeminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpæ. Ovid. 4 Faſt. Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. ¶ Cæparum plura ſunt genera, nobiliſſima Aſcalonia, ab Aſcalone oppido Iudææ. Nam ut refert Strabo lib. 16: Aſcalonienſium regiò præcipuè fert cæpas. Columella: Pompeiam vel Aſcaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cępa oculos mordet, unde à Græcis nomen impoſitum *κρόμμυον*, quaſi pupillam oculi cõprimi cogeret, ſicut ſcribit Ariſtoteles in Problematibus. Vnde Lacrymoſa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere aut olfacere, *κρόμμυα ἐσθίειν*. dicebantur joco proverbiali, qui lacrymari viderentur. Ductum eſt hinc proverbium, quòd cęparum odor ut eſt acris, conſueverit lacrymas oculis excutere. ¶ Quis uſus cæpis putridis? *πρὸς κρόμμυα σπουδὴ κρομμύου*; De rebus aut etiam hominibus ridiculis, & quorum nuſquam eſt uſus. Etenim quum cæpe ſit herba per ſe viliſſima, ſimul atq; computruit, nihil eſſe poteſt abjectius.

Cæpŭlă, diminutivum à Cæpa. [Vng. *Vereſs hagymátska.* Ang. *A litle onyon.*] Pallad. Hoc menſe cæpulas ſeris.

Cæpĭtĭŭs, a, um. [Vng. *Hagyma féle.* Angl. *Of onyons.*] & Cæpitium ſubſtantivum, ſecundum Priſcianum, pro eo quod eſt ex genere cæparum.

Cæpētum, penult. prod. [*κρόμμυον*. Vng. *Hagyma féle.* Ang. *An onyon bed.*] Gell. lib. 20. cap. 7: Cæpetum revireſcit, & congerminat decedente luna. Quo loco legitur & cæpitium: id eſt, teſte Priſciano, cæpẽ.

Cæpīnă, pen. prod. eſt locus cæpis cõſitus, vel ipſarum cæparum uno in loco cõſitarum multitudo. [*ὁ κρομμυὼν, κρομμύων πλήθ*. Gall *Le lieu où croiſſent les oignons, oignonniere, ciues, ciuots, oignons.* Ital. *Luoco ſemineto de cipolle.* Ger. *Ein Zwybelgarten/ ein ort da viel Zwybel ſtehen.* Hiſp. *Cebollino, ò ſimiente de cebollas.* Polon. *Ogrod cebulny.* Vng. *Vereſs hagymás kert, ahol ſok hagyma vagyon.* Ang. *A place planted with onyõs, a bed of onyons.*] Col. lib. 11. cap. 3: Cæpina magis frequenter ſubactam poſtulat terram, quàm altiùs converſam. Et paulò pòſt: Sed Cæpina vel ſæpiùs, certè non minùs debet quàm quater ſarriri.

Cæpus, facie ſatyro ſimilis, cætera inter canem & urſum, naſcitur in Aethiopia. Strabo lib. 17.

Cæră, & ejus derivata, Vide CERA. ¶ Malè enim quidam per æ ſcribunt, quum nec origo quæ eſt Græca, nec libri veteres id ſuadeant. Vide Manutii Orthographion.

Cærago, liquor vel ſuccus ex favorum concavitatibus, ſaporis amari, Græci *èrithicem* dicunt.

Cærĕmŏnĭæ, pen. corr. [חקות *chukkóth*. *θρησκεῖαι, τελεταί*. Gal. *Ceremonies.* Ital. *Cerimonie.* Ger. *Allerley heilige Brauch/ Kirchengepräng.* Hiſ. *Las cerimonias.* Pol. *Obrzędy.* Vng. *Czeremónia.* An. *Ceremonees, rites.*] vel ab oppido Cære, vel à carendo dictę ſunt. Nam Vrbe à Gallis capta, quum Veſtales virgines ſimulachra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, in oppidum Cære potiſſimum convenêre, ubi benignè fuerunt hoſpitio ſuſceptæ, donec à Gallis civitas per Camillum liberata fuit. In cujus beneficii memoriam Romani præſtiterunt, ut omnis divinus cultus Cæremonię à Cære diceretur. Liv. lib. 5. ſcribit: L. Albinium de plebe virum, virgines ſacerdotes, ſacraque plauſtro Cære pervexiſſe: unde Cęremoniis ſit enatum nomẽ. Macrob. lib. 2 cap. 3. innuit Cæremonias à carendo dictas. Servius Sulpitius (*inquit*) Religionẽ eſſe dictam tradidit, quę propter ſanctitatẽ aliquam remota & ſepoſita à nobis ſit: quaſi à relinquendo dicta, ut à carendo Cæremonia. In quo exemplo illud notandũ eſt, dici etiam Cæremonia in ſingulari. Cæſar 7. bell. Gall. Quod more eorũ graviſſimã cęremonia cõtinetur.

Cærete, Vide CAERE.

Cærŭlĕŭs, a, um. Quod cœli puri, & nubibus vacui colorem imitatur: quaſi cæluleus. [*κυανοῦς*. Gal. *De couleur bleuë comme le ciel.* Ital. *Color verdone ò d' azurro.* Germ. *Himmelblaw.* Hiſp. *Color verde ò azul eſcuro.* Pol. *Bl'awotny.* Vn. *Kék, eegſzínw'.* Ang. *Skie coloured, or blew like azure.*] Vnde & mare, quòd à cœlo colorem ſuum accipit, propriè Cęruleum dicimus. Virg. 12. Aeneid. Fontesque fluviosque voco quęque ętheris alti Relligio, & quæ cæruleo ſunt numina ponto. Sic etiam Cic. lib. 1. de Nat. deor. Neptuni oculos dixit eſſe cæruleos, ad maris nimirum colorem reſpiciens.

Cærŭlĕātŭs, cæruleo colore infectus. [Vng. *Meg kékitetőt.*] Velleius Paterculus Hiſt. 2: Cùm in omnia & in omnibus venalis, cùm cæruleatus & nudus genibus innixus glaucum ſaltaſſet.

Cærŭlŭs, a, um, pen. corr. Quod cærulei coloris eſt per ſe ſuaq; natura.

natura. [γνλαυκινός. Vng Kék, eeg fzínw'. Angl. *Which is skie coloured by nature.*] Catullus: Cærula vertentes abiegnis æquora palmis. Et apud Virg. li. 10. Aeneid. Freta cærula. Interest igitur inter cærulum & cæruleum, quòd Cærulus naturæ color est: Cæruleus nàturâ fingit & imitatur. Cornelius Fronto lib. de diff. vocab.

Cærŭlum, substantivùm, seu potiùs in plurali numero Cærula, pro mari frequentissimè accipitur apud poëtas. Virgil. 3. Aeneid. Adnixi tòrquent spumas, & cærula verrunt.

Cærŭlĕum, Arenæ genus est, quæ in auri atq; argenti metallis nascitur pictorum usui: cujus tria sunt genera, Aegyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. lib. 34. cap. 12. & 13.

Cæsă, quæ & incisa vocantur, sunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα vocât: differuntq; à membris, quæ κῶλα. Membrum enim est pars periodi ex pluribus verbis absolutè aliquid significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem. Cæsum autem pars orationis ex duobus aut pluribus verbis nondum quicquam absolutè significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit. Cæsa oratio dicitur quum non efficiuntur membra ex cõnexione verborum, sed singula verba aliquid significantiâ proferuntur, hoc modo: Quis est ille Gellius? Armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. ¶ Veteres etiam Cæsa vocabant, quæ postea Gæsa dicta sunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, sicuti Romanis pila, & Macedonibus sarissæ. Vàrrò: Qui gladus cincti sine scutis, cum binis cæsis essent.

Cæsile, quod hìc corruptè legebatur, vide CASEALE.

Cæsăriēs, riei, f. q. Coma. A' crebra cæsione: ideoque propriè virorum est. [טְוִיזִית *tsitsith* צֶמֶר *pérah* צְמָה *tsammáh.* κόμη, κουρά. Gall. *Perruque.* Ital. *Zazzera.* German. Das Haar der Mañs personen/welches man offt abschneidet. Hisp. *Cabelladura.* Polon. *Długie włosy męskie.* Vng. *Hók.* Ang. *The heare, or bushe of head heare.*] Plaut. in Mil. Vide cæsaries quàm decet. ¶ Cæsaries promissa: id est, longa, apud Liv. bel. Pun. 8. ¶ Vnde Cæsariati, comati dicuntur. Plaut. in Mil. Qui milès admutiletur cæsariatus.

Cæsărĭātŭs, [Vng. *Hókos.*] Cum Plauto utitur ita Apuleius libro de Mundo: Videas & vitidantibus comis Cæsariatam esse comam.

Cæsion, Cæsim, Vide CAEDO.

Cæsĭŭs color, Oculorum proprius est, quem & Felineum à felium oculis nonnulli appellaverunt: [γλαυκὸν χρῶμα. Gal. *De couleur du ciel, pers.* Ital. *Color del cielo, azurro.* Germ. Himmels blawe farb der Augen besönders. Bel. Hemmels blau/Lesuer. Hisp. *Turquesado, color del cielo.* Pol. *Błękitny wzrok.* Vngar. *Matska szém szín, avagy kékes.* Ang. *Gray of colour.*] quemadmodũ & Græci γλαυκὸν quod nocturnorum oculorum similitudinem repræsentet. Est autem hic color subviridis, igneo quodam splendore intermicans: qualem in leonis oculis potissimum conspicimus. Hujusmodi oculos Minervæ Poëtæ tribuerunt, bellorum præsidi, utpote præferocis animi indices: unde & γλαυκῶπις à Græcis, à nostris *Cæsia* peculiari epitheto appellatur. Est autem hic color diversus à cæruleo, manifestè eos distinguente. Cic. 1. de Natur. deor. ubi sic habet: Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni.

Cæsōnēs, pen. prod. Quj cæso matris utero nati sunt. Plin. li. 7. cap. 9: Primusq; ex Cæsarum familia, à cæso matris utero dictus: qua de causa & Cæsones dicti.

Cæspēs, gener. masc. ul. t. à Cædo fit, & significat terram cum herba avulsam, seu in modum lateris cæsam. [רֶגֶב *régheb* גְּרָפָה *megrapháh.* βῶλος. Gal. *Motte de terre, glazon, blette de terre herbue.* Ital. *Ceppo, cespite, zoppa.* Ger. Ein Wasen/ein Graßbusch. Belg. Eenen toif/een vosse. Hisp. *Cesped, tierra con rayzes.* Pol. *Darn.* Vn. *Pásitos hant.* An. *A sodde, or turffe.*] Virg. 1. Aeglog. Paupertis & tuguri congestum cæspite culmen. ¶ Ex cæspite agger castrensis fit. Lucan. lib. 1: Et subitus rapti munimine cæspitis agger Præbet securos intra tentoria somnos. Docet Veget. li. 3. qua altitudine, ac latitudine cæspes circuncidi debeat.

Cæspĭtĭtĭŭs, a, um, Quod fit ex cęspitibus. [ὁ ἐκ βαλῶν πεποιημένος. Gal. *Fait de mottes de terre.* Ital. *Fatto di terra & di herba.* Germ. Das auß Wasen gemacht ist. Hispan. *Cosa hecha de cespedes.* Pol. *Darniasty.* Vng. *Az mi hantból áll.* An. *Of soddes or turffes.*] Vnde Tribunal cęspititiũ, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flavius Vopiscus: Deinde concursus ad cæspititium tribunal. ¶ Aræ cęspititiæ, ex cęspite congestæ. Iulius Capitol. Centum aræ uno in loco cæspititiæ extruuntur.

Cæspĭto, as, penult. corrept. act. p. Pedem offendo ut quasi ruere cogar, ad cæspitem offendo, vacillo. [כָּשַׁל *chaschál.* πτερόφορον βαδίζω. Gal. *Broncher, trebucher.* Ital. *Scapucciare, inciampare.* German. Stürchten/sich mit den Füssen stossen. Hispan. *Tropecar andando.* Polon. *Szwankuie.* Vngar. *Botlom.* Angl. *To stumble, falter.*]

Cæspĭtātōrēs. [Vng. *Botló lonak.* Ang. *Which stumbleth which falltreth.*] equi, qui sæpè in cæspitem, vel lapidem, aut aliquid hujusmodi impingunt.

Cæstrum, n. s. Instrumentum, quo ebur cavatur Plin. lib. 35. cap. 11: Lala Cyzicena perpetua virgo M. Varronis juventa, & penicillo Romæ pinxit, & cæstro in ebore imagines mulierũ maximè, &c. Ibidem: In encaustice pingendi duo fuisse antiquitùs genera constat, cera, & in ebore cæstro: id est, viriculo, donec classes pingi cœpêre.

Cæstŭs, us, m. q. Genus clavæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens, quo Daretem & Entellũ pugnasse legimus: à cædendo dictum. πυγμή. Virg. lib. 5. Aeneid Sin crudo fidit pugnam committere cæstu. ¶ Cestus verò, cesti sine diphthongo sumitur pro cingulo, & zona illa virginea, quam maritus prima nocte dissolvebat: & est fœminini generis, quamvis & masculini reperiatur. Ab variis punctis sic dicta. κεστὸν enim pungere est. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem, & Iuno Iovem conciliabant, à Poëtis Cestus, κεστὸς dicitur. Martialis: Vt Martis revocetur amor, summiq; tonantis, A'te Iuno petit cestos, & ipsa Venus. Vnde cestum veneris, τὸν κέντρον τοῦ κεστοῦ, habere dicuntur, qui novis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. ¶ Sed & lorum, aut opus interpunctum, acúve pictum, commune ornamentum fœminarum, *Cestos* Græci vocant. [חֲגוֹרָה *chaghoráh.* Gal. *Ceinture d'espouse.* Ital. *Cintura di donne.* Ger. Allerley hübsche Band so die Weiber zu der zierd brauchen. Hisp. *Corea ò cinta de la muger.* Pol. *Opassanie, sakiewka, niewieściey.* Vng. *Czifrás ö.* Ang. *A brides girdle.*] ¶ Proinde Celtus Africanus, contra quem scripsit Orig. 24. libros edidit, quos aterum varietate κεστοὺς appellavit. Hinc Incestus: & Cestilus diminutivum.

Cæsŭlĭæ, A' vetustissimis dicti sunt, qui cæsiis sunt oculis, Festus.

Cæsum. Cæsi. Vide CAEDO.

Cæsūră, Cæsuratim, Cæsus, Vide CAEDO.

Cæteră. Cæterum absq; recto masculino in singulari numero usitato, ex Græco, καὶ ἑτέρως: id est, & alter [אַחֵר *achér* מִשְׁאָר *nischeár.* Gall. *L'autre, la reste.* Ital. *Il resto, l'altre cose.* Germ. Das vbertig. Hisp. *Lo restante.* Polon. *Ostatek, cożbedzie.* Vng. *Az többi.* Ang. *The rest, that remanieth.*] Ter. in Hec. Quàm fortunatus cæteris sum rebus. Cic. 4. Acad. Cætera series deinde sequetur. Idem 6. Ver. Argentum illi cæterum purum apposuerat. ¶ Cætera doctus, figurata locutiò, derivata à Græcis, qui κατὰ præpositionem frequenter subaudiunt. Cic. 1. de Natur deorum: Non solùm enim poëta suavis, verumetiam cætera doctus, sapiensque traditur, in quo tamen Ciceronis loco in plerisque exemplaribus, Cæteroqui legitur. Martialis: Visceribus bonus est, cætera vile sapit: id est, quantum ad cætera. ¶ Nominativo singulari Cęterus in masculino genere usus est Cato de Re rust. cap. 22, ubi sic habet: Cæterus ornatus domi Pompeii emptus est.

Cæterŏ, adverb. [אַחֵר *achar.* λοιπόν, ἐς τὸ λοιπόν. Gal. *Au reste, au demeurãt,* Ital. *Quanto al resto.* Ger. So viel dz vbertig. Hisp. *Acerca de esto.* Pol. *Naoślatek, ostatnie.* Vn. *Egyébkor, azutan.* An. *Moreouer, as touching the rest.*] Plin. lib. 10. cap. 58 Palumbes fœminæ incubat, postmeridiana in matutinum, cæterò mas; hoc est, quod reliquum est temporis.

Cæterōquīn vel Cæteroqui, pro alioquin. [ἄλλως τε, ἐπεὶ καί. Gall. *Sans cela, autrement.* Ital. *Altramente, oltre di questo.* Germ. Sunst. Hisp. *En otra manera.* Pol. Acz. Vng. *Egyéb aránt, azon kívül.* An. *Otherwise.*] Cic. de Orat. Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic subtilis: quem, nisi quòd solum, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.

Cæterŭm, [אֲבָל *abál.* μέντοι. Gal. *Toutesfois, neantmoins.* Ital. *Ma, quanto al resto.* Ger. Aber. Hisp. *Mas.* Pol. *Naoślatek.* Vng. *Továbba.* An. *Moreouer: neuertheless.*] conjunctio, significat Alioqui, aut Reliquum, sive in posterum. Salust. histor 4: Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum & auri esse, & ea re à nobis ad societatem ab illis ad prædam petieris. Cæterùm consilium est Tigranis regno integro procul à domo per nostrà corpora bellum conficere: ubi scribit Sosipater pro alioquì positum esse. Plaut. Pœn. Dehinc cæterùm valete: id est, in reliquum & posterum tempus.

Cæterŭs, etiam quandoq; adverbialiter capitur pro deinceps. [τὰ ἄλλα. Vng. *Egyebtan.*] Virgil. 9. Aeneid. Cæterà parce puer bello. Curtius: Cæterà opimam prædam fore: id est, in posterum.

Cāĭă, Caianus, Vide CAIVS.

Cālæ, [Ang. *Billets.*] teste Servio, à majoribus dicebantur fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælũ: unde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant Calas. Lucil. Scinde calam, ut caleas: id est, scinde lignum, & focum accende, ut calefias.

Cālabră curia, Romæ erat proxima casæ Romuli, à calando: id est, vocãdo dicta, quòd ibi ante fastorum cognitionẽ Põtifex convocata plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas

Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipſa, teſte Macrob.lib.1, cap.15, Calabra dicta eſt, quòd in ipſam populus calaretur.

Caladrius, pro avis nomine, vide CHALADARIVS.

Călămă, æ, f. p. eſt haſta ſeu ſpica ipſius frumenti: dicta ἀπὸ τῆς κάλυς, quod eſt lignum, vel ἀπὸ τῆς καύσεως, ſic appellatum, Suidas.

Calamagroſtis, καλαμάγρωσις, Graminis genus, foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens, jumenta apud Babylonem (ubi juxta vias copiosè naſcitur) enecãs. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

Călămārĭum, Theca, ſive repoſitorium calamorum, Theca calamaria. [קסת kéſeth. κάλαμος θήκη. Gal. *Calamar, ou eſcritoire.* Ital. *Pennaiuolo.* Ger. Ein Schreibzeug/ein Federrohr. Hiſ. *Caxa de eſcruauias.* Pol. *Kałamarz.* Vn. *Penna tartó, penna vális.* Ang. *A pennar, a caſe for pennes.*] ¶ Calamariæ thecæ Suet. in Claudio: Sero enim ac vix remiſit, ne cuivis comiti, aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerentur. Mart. de his lib.14: Sortitus techam calamis armare memento.

Călămēnthă, pen.prod. apud Col.li.4.cap.27, ponuntur pro fragmentis veterum calamorum: hoc eſt, pedamẽtorum, quæ ex calamis: hoc eſt, ex arundine fiebant.

Călămīnthă, æ, [καλαμίνθη. Gal. *Pouliot ſauuage, ou l'herbe au chat.* Ital. *Nipotella.* Germ. Bergmünz/Steinmünz. Hiſpan. *Lanenada.* Pol. *Polei na skalach rosnaci.* Vng. *Lómenta.* Ang. *Wild peniriall or pudding graſſe.*] Herba eſt montibus familiaris folia habens ocymi incana, ſurculos aridos, caules anguloſos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, ſervata propemodum antiqua appellatione, *Calamentum* vocant. ¶ Sunt & aliæ duæ Calaminthæ ſpecies: quarum altera pulegio eſt ſimilis, & figura & odore, licet aliquanto major ſit: unde & *Pulegium ſylveſtre* à vulgo appellatur. ¶ Altera, menthaſtro ſimilis, foliis oblongioribus, caule & ramulis majoribus, quàm ſuperior. Vide Dioſcor.lib. 3.cap.34. & Ruell. lib.3 cap.30.

Călămīſtĕr, vel calamiſtrum, tri, Tenue ferrum, quo in cinere calefacto criſpantur capilli, unde ſunt illi tanquam annulli, qui cincinni vocantur. [חריט charit. καλαμεῖς ἰδ. Gal. *Vn inſtrument où l'on pour griller ou frizer les cheueux.* Ital. *Ferro da increſpare i capelli.* Ger. Ein Pfreimbd/mit dem man das Haar krauß machet. Hiſpan. *Hierro para encreſpar los cabellos.* Pol. *Spilka taka kedzierzawia wł oſy.* Vng. *Hayfodorító vas.* Angl. *A frizling yron to frizle the heare with.*] Cicer. in maſculino genere uſus eſt in Orat. id quod & Soſipater Grammaticus annotavit. Removebitur omnis inſignis ornatus quaſi margaritarum, ne calamiſtri quidem adhibebuntur. Et Varro de ſcenicis originibus in maſculino quoq; poſuit, teſte eodem Soſipatro lib. 1. In neutro genere uſus eſt Plaut. in Curculione: Pecten, ſpeculum, calamiſtrum meum. ¶ Hinc Calamiſtratus, a, um, adjectivũ, id quod calamiſtro inuſtum, & ornatum eſt. [Ang. *Frizled or criſped.*] Cicer. poſt reditum: Calamiſtratus ſaltator. Idem pro Sextio: Calamiſtrata coma. Plaut. in Aſin. Quiſnã iſtuc tibi accredat, cinœde calamiſtrate?

Călămītæ, f. p. [καλαμῖται. Gal. *Petites grenouilles.* Ital. *Ranochi picciolí.* Germ. Ein Laubfroſch. Hiſp. *Ranas pequennas que ſe hallan enel çannaueral.* Pol. *Zelona żabka.* Vng. *Zöld béka, vagy ſzent katalin aszszon békaja.* Ang. *Litle frogges.*] Ranæ minimæ ſunt, & viridiſſimæ, quæ à quibuſdã Driopetæ vocantur: ſic dictæ quòd inter calamos verſentur. Plin.lib 31.cap.7.

Călāmītēs, Gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures ſimul junctæ inveniantur. Plin.lib.37.cap.10.

Calamochnus, καλαμόχνυς, ἀδάμας, Eſt ſalſa quædam lanugo in locis paluſtribus calamis tenuioribus adnaſcens, exaqua dulci & marina, ubi ſe miſcent. ¶ Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin.lib.22.cap.10.

Călămŭs, m. ſ. Frutex aquaticus ex quo quum multæ res fierent, multa ſignificat. [קנה kanéh. κάλαμος. Gal. *Roſeau ou canne, tuyau de blé, chaume, chalumeau, gluot.* Ital. *Canna ſottile, penna da ſcriuere.* Ger. Ein Rohr/ein Schreibfäder. Belg. Een ſchacht. Hiſp. *Canna, ò paja como de trigo: cãna para eſcriuir ò otra.* Pol. *Pioro, trzcżina* Vn. *Nád.* Ang. *A reede, a ſtalk, a wheatẽ or oaten ſtraw, a pipe or whiſtell, a penne.*] ¶ Primùm ſignificat ſagittam. Virg. Aeglog. 3: -quum Daphnidis arcum Fregiſti, & calamos. Plin.lib.16: Calamis populi Orientis bella conficiunt. ¶ Deinde inſtrumentũ quo ſcribi ſoler. Primi enim calami ex arundine conficiebantur. Martialis in diſtichis: Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus: Texantur reliqua tecta palude tibi. ¶ Ponitur aliquando pro fiſtula. Virgil. Aeglog. 5: Nec calamis ſolùm æquiparas, ſed voce magiſtrũ. Hujus primum inventorẽ fuiſſe Pana volunt poëtæ. Idem Aeglog. 3: Pan primus calamos cera conjungere plures Inſtituit. ¶ Calamus item eſt virga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos piſces, ſimiliter virga ad capiendas aves viſco illita. Martialis: Galbula decipitur calamis, & retibus ales. ¶ Aliquando accipitur pro ſtipula, & pro quacunque re tereti, ac fiſtuloſa ob ſimilitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac vitium calamos dicimus: id eſt, teretes particulas & virgas ad ſerẽdum in terra aptas. Plin. Qui ſi longius efferantur pomorum calami, rapis inſixos optimè cuſtodire ſuccum arbitrantur. ¶ Eſt etiam calamus menſura ſex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, κάλαμος μυρεψικός. Dioſcoridi, arundini ſimilis eſt aſpectu multis geniculatus nodis, caſiæ ſapore, tactu mollis, & quum frangitur, ſciſſilis, intus araneoſus, locum in quo naſcitur, ſuaviſſimo replens odore. Provenit in Arabia, India, & in Syria juxta Libanum montem. Vide Plin.lib.12.cap.20. ¶ In officinis appellationem retinet.

Călămĭtās, tis, f.t. propriè ſignificat calamorũ fractionẽ, quę fit grãdine aut tempeſtate. [אידה edh רעה rahdh שואה ſchóah שמאה ſchemamáh. κάλαζα. Gal. *Calamité, malẽcontre, perte, malheur, miſere, proprement greſſe qui rompt le tuyau dublé.* Ital. *Grandine, calamità, miſeria.* Ger. Ein Hagel der die Saat zerſchtecht/arbeitſeligkeit/jammer/noht. Hiſp. *Danno que haze la tempeſtad, generalmente danno, ò de ſaſtre ò perdida qualquiera.* Polon. *Nedza, pſota, grad ktorigyto tł ucze.* Vngar. *Nyaualya, nyomoruſág.* Ang. *Miſerie, calamitie, the breaking of the ſtalkes of cornes by tempeſt.*] Plaut. Caſin. Profectò herclè non fuit quicquam olerum, Niſi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam. Terent. in Evnuch. Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. ¶ Tranſlatè, pro omni miſeria, & pernicie ponitur. Cicero ad Attic. Nemo majorem calamitatem morte Panſæ accepit. ¶ Alterius calamitatem & afflictionem ut ſuam quenque putare debere, atque ferendo quantum in ſe eſt adeſſe decere Ethnicus Poëta Euripides hoc voluiſſe verſu admonere videt; dum inquit: ἐκ αἰσχρὸν ἀνθρώποισιν ἀλλήλων κακά.

Călămĭtōsŭs, penult. product. adjectivum, Quod calamitate lædi ſolet. [δύζυξος. Gal. *Suiet à greſle & à eſtre gaſté par le mauuais temps.* Ital. *Rouinato dalla tempeſta, dalla gragnola & mali tempi.* Ger. Das vom Hagel mag zerſchlagen werden. Hiſpan. *Perdido per danno que haze là tempeſtad.* Pol. *Rzecz wſzelka ktora grad moze potł ucz.* Vn. *Nyaualya ald vettetõt.* Ang. *Broken and caſt doune by tẽpeſt.*] Plin.lib.18.cap. 7: Hordeum ex omni frumento minimè calamitoſum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo. Calamitoſus ager apud Catonem: & calamitoſum cœlũ, cap. 1, & 35. ¶ Calamitoſus etiam, ærumnoſus eſt, malus calamitatibusq; prægravatus, inquit Nonius. [שחם ſchomém רע rah. πλησίπονος, πολυώδυνος, ἄθλιος. Gal. *Miſerable, poure malheureux, calamiteux, affligé d'ennuis, & fuſcherie.* Ital. *Pieno di miſerie, diſgratie, auerſità.* Ger. Ellendhafft/arbeitſelig/jamerhafft/mit noht beſchweret. Hiſp. *Coſa perdidoſa ò diſaſtrada.* Pol. *Nedzny, vpadły, vtrapiony.* Vng. *Nyaualyás, nyomoruſágos.* An. *Miſerable, full of miſerie, wret ched.*] Cicer. 1. Verr. Et honoris ampliſſimi puto eſſe, & accuſare improbos, & miſeros, calamitoſoſque defendere.

Călămĭtōsē, adverbium, Miſeré. [ὀιζυχῶς, ἀθλίως. Gal. *Malheureuſement, miſerablement, piteuſement.* Ital. *Meſchinamente.* Germ. Arbeitſeligklich/jämerlich. Hiſp. *Perdidamente.* Pol. *Nedznie.* Vng. *Nyomorúltul, nyaualyáſságoſſan.* Ang. *Miſerablie, wretchedlie.*] Cicer. 3. Offic. Nam quod ajunt minima de malis: id eſt, ut turpiter potiùs, quàm calamitosè: an eſt ullum majus malum turpitudine?

Călāntĭcă, f. p. Tegmen muliebre quod capiti accommodatur. [צניפה tſeniphâh. καυνία. Gal. *Sorte de couurechef ou chaperon de femme, calote en Chãpaigne.* Ital. *Cuffie di donna.* Ger. Ein Tüchle bey Weyberen/Schleyer. Hiſp. *Vn cierto tocado de mugeres que ſe dize coſia.* Polon *Rantuch, podwika.* Vng. *Konty, fore valo gyólts.* Ang. *An hoode or kerchief for a woman.*] Cicer. in Clod. Túne, quum vincirentur pedes faſciis, quum calanticam capiti accommodares, &c.

Călāſsis, autore Feſto, Veſtis genus fuit apud veteres; quod Græci καλάσιριν vocant. Sunt qui dicant tunicæ muliebris nodum eſſe, quo circa cervicem connectitur.

Călātă comitia, Vide in dictione COMITIA.

Călăthŭs, pen.cor. ab aliquibus Qualus, & Quaſillus: ab aliquibus Fiſcella. Vas vimineum, ſecundum Porphyrionem, in quo mulieres penſa vel tramam revolvunt: aut in quo flores, vel fructus, aut aliquid id genus ferunt. [סל ſal סלסל ſalſilláh. κάλαθος, πάλαρος. Gal. *Panier de cliſſe ou d'oſier.* Ital. *Seſto, paniere.* Ger. Ein Korb/ein Zeinen auß Weyden oder Gerten geflochten. Hiſpan. *Canaſta de varas.* Pol. *Koſzik.* Vng. *Koſár.* Ang. *A panier, frayle, or basket.*] Virg. in Alexi: tibi lilia plenis Ecce ferũt Nymphæ calathis. Ovid. lib.4. Faſtorum: Hæc implet calathos lento de vimine nexos: Hæc gremium, laxos degravat illa ſinus. Erat autem calathi forma ſupernè latior, paulatim in anguſtũ deſinens, qualem etiam in turbine cõſpicimus. ¶ Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto. Virgilius in Daphnide: Vina novum fundam calathis Ariſia nectar. Servius ait eſſe vas æneum in quo lac, vel recens caſeus diſtrahitur.

Călăthĭcŭs, diminutivum, [καλαθίσκος. Vngar. *Koſaratska, (auagy) koſárotska.* Ang. *A litle frayle, or basket.*] Parvus calathus.

Catullus:

Catullus: Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera, virgari custodiebant calathisci.

Calathiana viola, Flos est præter violarum naturam Autumno proveniēs, lutei coloris, foliis minutis, sine odore: à calathi figura ita appellatus. Vide Plin. lib. 21. cap. 6.

Călātōrēs, καλάτορες, Dicebantur servi, ἀπὸ τῶ καλᾶν, quod est vocare, quòd semper vocari possent ob necessitatē servitutis.

Călĕī, Autore Festo, dicebantur apud veteres armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob virtutem donabantur.

Calcēndix, Festo conchæ genus est.

Călcĭfrăgă, æ, Herba est in maritimis petris ferè nascens, à calculis frangendis ita dicta: ἱππουρις: de qua vide Plin. lib. 27. ca 9, & Ruell. lib. 2. cap. 129.

Calcíoli (quod hic corruptè legebatur) Vide CARFIOLI, & CARSEOLI.

Calco, & calceus, Vide CALX.

Călcŭlŭs, m. ſ. Lapis brevis terræ admixtus: ſic dictus, quòd moleſtiam calcantibus exhibeat: vel, quòd calcem: hoc eſt, pedem offendat. [אבן מהלך בדור tſerór. ψαφις, λιθίδιον. Gall. *Petite pierre, grauu, la pierre ou grauelle, mereau ou getton à conter ou iouër* Ital. *Saſſopicciolo.* Ger. Ein Sandſteinlein. Belg. Een Keſelſteen. Hiſp. *Pedrezita.* Pol. *Kamik.* Vng. *Kövecske, láb ſértögetö köuecs.* Ang. *A pebble or grauell ſtone, the ſtone in the bodie, a cheſſe or table man counters.*] Virg. 2. Georg. Tenuis ubi argilla, & in dumoſis calculus arvis. Cicero de Orator. Demoſthenes conjectis in os calculis ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronunciabat. Eſt item Calculus, Lapillus in renibus, aut veſica generatus, meatum urinæ prohibens, aſperrimumq; gignens cruciatum: quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. Plinius lib. 11. cap. 37: Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculoſi dicuntur. Plinius libro 40. capite 21: Hic & calculoſis, & inflationi, & torminibus illinitur. Celſus libro 7. capite 26. de curatione calculoſorum. A' Græcis λιθιῶνται, λιθιῶντες. Plinius lib. 21: Vtuntur ad alopecias, lithanicos, opiſtotonicos. ¶ Item Calculus, ψῆφος dicitur, quē Latronem ſcu Latunculum antiqui appellaverunt, vulgus *Scacum* vocat, Martialis: Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Quoniam autem calculis ſubducere rationes ſolemus, calculus pro ipſis rationibus ponitur. Hinc Revocare, ſive Reducere ad calculum, eſt aliquid exactiùs ſupputare. Cicero de Amicitia: hoc eſt, quidem nimis exiguè & exiliter ad calculum revocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum. Idem: Itaque tibi concedo, ut ſi te alicujus dati pœnitet, ad călculū reducas. ¶ Calculis olim Græci ſententias & ſuffragia collige bāt, candidis abſolutionē, nigris cōdemnationem ſignificantibus, unde factum eſt, ut Calculum pro ſuffragio, ſententia, & judicio ponamus. ¶ Hinc q; proverbialiter: Album calculū addere, λευκὸν ψῆφον προσθεῖναι, pro approbare, ſubinde legimus apud doctos. ¶ Connæ calculus, Κόννης ψῆφος. In hominem aut rem nihili nulliusque momenti. Proverbium manavit à Conua quopiam citharœdo. ¶ Calculo mordere, ψήφῳ δάκνειν, dicuntur, qui ſuffragio lædunt aut ulciſcuntur hominem. Ariſtoph. σὺ δ' ἀκαιρεῖσθαι. ¶ Plurium calculus vincit, πλὴν πλείονων ψῆφος νικᾷ. Quoties in conſilio ceditur multitudini.

Călcŭlo, as, āre, ψηφίζομαι. [Angl. *To compte, to caſt accompte.*] Rationem facio. Inde

Călcŭlātŏr, A' Calculis: id eſt, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant. [חושב mechaſcheb. λογιστής. Gal. *Calculeur, contenr, dreſſeur de conte.* Ital. *Chi ſa conte, calculatore.* Germ. Ein Rechenmeiſter. Hiſp. *Contador como cantante.* Pol. *Rachmiſtrz.* Vng. *Szám vetö.* Ang. *Which caſteth accomptes.*] Martial. lib. 10: Nec calculator, nec notarius velox Majore quiſquam circulo coronetur.

Călcŭlōſŭs, a, um, Calculis plenus. [λιθώδης, λιθέων. Gall. *Pierreux.* Ital. *Pieno di pietruccie.* Germ. Von Steinlinen. Hiſp. *Pedregoſo.* Pol. *Kamieniſty.* Vng. *Köuetsös.* An. *Full of grauell or ſmall ſtones.*] Colum. Loca aprica calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat. Et apud Plin. lib. 35. cap. 14: Calculoſum ſolum.

Călēndæ. [חדש chodeſch. καλάνδαι Plutarcho. Ger. Der erſte Tag eines jettlichen Monats.] Primus dies menſis: ab eo quòd hoc die calentur dies menſis Nonæ à pontificibus, quintanæve an ſeptimanæ ſint futuræ. Quinque calo Iuno Novella. Septem calo Iuno Novella. Hæc Varro libro 5. de ling. Lat. Macrobius autem in 1. Saturnal. totam hanc rem copioſè tradidit. Priſcis, *inquit*, temporibus antequam faſti à Cn. Flavio ſcriba invitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontificiminor hæc provincia delegabatur, ut novæ lunæ primum obſervaret aſpectum, vitumque regifugii ſacrificio nuntiaret. Itaque ſacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata: id eſt, vocata in capitolium plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, pronuntiabat, & quintanas quidem quinquies dicto verbo Calo, ſeptimanas repetito ſepties prædicebat: Et hunc diem qui ex his diebus, qui calarentur primus eſſet, placuit Calendas vocari. Hęc Macrobius. Eam autem ob cauſam populo quotnam dies Calendarum eſſent prædici neceſſe erat, ut ſciret, quinam Nonarum dies eſſet futurus, quo confluere in Vrbem populus ſolebat, ut addiſcerent quid eo menſe in divinis, humanisq; rebus facto opus eſſet. ¶ Sciendum, quum dico Tertio Calendas, certum ſemper diem me ſignificare: Ad tertium verò Calēdas, etiam incertum, ut qui eſt circiter tertium Calendas. ¶ Græci autem Calendas non habent, unde proverbiali forma dicere ſolebat Auguſtus, ut refert Suetonius: Ad Calendas Græcas ſolvturos eos quos nunquam ſolvturos ſignificare volebat, cap. 87.

Călēndārĭs, re, Quod ad Calendas pertinet, ut Iuno Calendaris dicta, quòd Calendarum dies ei ſacer eſſet. Macrob. li. 1. ca. 15: Idus, *inquit*, Iovi dedicatæ, Calendæ Iunoni: unde Laurentes Calendarem Iunonem appellavêre.

Călēndārĭŭs, a, um, idem eſt: ut Calendarius liber, βιβλίον ἐφημερίδος.

Călēndārĭă, [Ang. *Calendars, Almanaches.*] Dicebantur tabulæ, ab obſervatione ſingulorum menſium, ut Diaria, à ſingulorum dierum ratione obſervata. ¶ Accipitur etiam Calendarium apud Iuriſconſultos pro negotiatione nominum faciendorum. Vlpianus: Calendarii quoque curatio & quæſtura in aliqua civitate inter honores non habetur, ſed perſonale munus eſt. Africanus: Itaque ipſæ pecuniæ ſi adhuc calendario: id eſt, nominibus faciendis deſtinatæ eſſent, fideicommiſſo cedere ſolent. Bud.

Călículus. Vide CALIX.

Călĭēndrum. Ornatus eſt muliebris capitis, vel certè coma aſcititia, ut interpretatur Acron in illud Horat. 1. Serm. altum Saganæ caliendrum Excidere, atq; herbas, atq; incantata lacertis Vincula cum magno riſuq; jocoq; videres.

Călĭgă, pen. cor. Tibiarum tegumentum. [κνημίδα. Gal. *Chauſſe, botine & chauſſure de guerre iuſques à my-iambe garnie de cloux.* Ital. *Armatura dalle gambe, gambiere, calze.* German. Stiffel / Hoſen biß auff die Waden. Belg. Een touſe. Hiſpan *Calca ò cierta armadura ò veſtidura de piernas.* Pol. *Nogawica, ponczocha.* Vng. *Harisnya, ſalauári, Nadrág.* Ang. *An hoze, or neather ſtock.*] cujus diminutivum eſt Caligula. Cic. 2. Phil. Cum caligis & lacerna cucurriſti. Plin. lib. 7. cap. 43: Quanquam Maſſurius autor eſt, bis in triumpho ductum. Cicero mulionem caſtrenſem ſuffraneū fuiſſe: plurimi inventam inopem in caliga militari toleraſſe. ¶ Caliga Maximini, vulgò dictitatum eſt in homines inſulſos & immodicæ proceritatis. Id Adagii refert Iulius Capitolinus in vita Maximini imperatoris.

Călĭgātŭs, ta, tum, adjectivum, Caligis indutus. [κνημιδοφόρος. Gall. *Portant botines, chauſſé de telle chauſſure.* Ital. *Calzato di tali calze.* Ger. Mit ſolchen Hoſen oder Stifflen angethan. Hiſp. *Coſa armada de aquella armadura.* Pol. *Nogawicze obuty.* Vng. *Harisnyás, nadragos.* Ang. *That hath hoze on.*] Iuven. veniam caligatus in agros. ¶ Dicebantur autem milites caligari, teſtiſſimæ ſortis, & poſtremarum claſſium milites ocreas æneas geſtabant. Autor eſt Liv. lib. 1. ab Vrbe condita.

Călĭgārĭŭs, a, um, Quod pertinet ad caligas. [ὁ τῆς κνημίδος. Gal. *De botines, ſeruant aux botines.* Ital *Che ſerue à tali calze.* Ger. Das ſolcher Hoſen oder Stifflen iſt. Hiſp. *Coſa para aquella armadura.* Pol. *Nogawiczny.* Vng. *Az my harisnyahoz valo.* An. *Belonging to hoze or neather ſtockes.*] Plinius libro 10. cap. 18: In quibus piſces omnibus annis Virgiliarum ortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atque præacutis, clavorum caligariorum effigie. Idem lib. 34: Aliud brevitate ſola placet, clavisque caligariis. ¶ Caligarius, artifex caligarum apud Lampridiū in Alex. Severo: Corpora omnium cōſtituit vinariorum, lupaniorum, caligariorum & omnino omnium artium. Iulius Firmicus Mathēos lib. 3: Coriorum confectores, aut caligarii.

Călĭgārĭs, & hoc caligare. [Vng. *Nadrághoz harisnyához valo.* Ang. *Belonging to hoze or neather ſtockes.*] Idem Plin. lib. 12 cap. 22: Si enim caligaris clavus, ſi ferri vel chalybis aliqua rubigo, &c.

Călīgo, pen. prod. Tenebræ, obſcuritas, opacitas, aeris ſpiſſitudo. [אפל óphel. ערפל haraphél. ζόφος. Gal. *Obſcurité, tenebres, eſbloüiſſement* Ital. *Nebbia folta.* Germ. Finſternuß / dünckle. Bel. Duyſterheyt. Hiſ. *Eſcuredad ò eegnedad.* Pol. *Zaćmienwam.* Vngar. *Homály.* Ang. *Darkneſſe, dimmneſſe like miſte.*] Virgil. 4. Aeneid. Quis globus, ô cives, caligine volvitur atra?

Călīgĭnōſŭs, a, um. Obſcurus, caligine tectus. [אפל aphél. γνοφώδης, ζοφώδης. German. Dunckel / finſter Wätter. Polon. Ciemny. Vng. *Homályos.* Ang. *Darke or verie obſcure.*] Cicer. 1. Tuſc. Vt penetret & dividat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventiq; coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt, propter exhalationes terræ.

Călīgo

Cālīgo, as, Cæcutio. [חשך *chaſchách.* ἀμβλυώττω. Gal. *Eſtre eſbloüy, ne voir gueres clair.* Ital. *Oſcugarſi.* German. Finſter ſehen/ dunckle Augen haben. Belg. Niet wol ſien. Hiſp. *Eſcureſcerſe, ò cegarſe.* Polon. *Ciemnieie.* Vng. *Homályoſſan látok, vaklok.* Ang. *To be darke or dimme.*] Plin.lib. 20. cap. 22: Inungunt quoque ſcabras genas, aut caligantes oculos cum melle. ¶ Caligare in ſole apud Quint. lib. 1. cap. 2. legitur, vel eleganter, ita & proverbialiter dictum, pro eo quod eſt in re clariſſima cæcutire: idque ſolet accidere vitioſis oculis qui nihil vident in luce quàm maximè perſpicua, videlicet ſenſum debilem obruente viſplendoris.

Cālīgāns, partic. [ἀμβλυώττων. German. Duncket / finſter.] Ang. *Dimme, darke.*] Virg. 4. Georg. Et caligantem nigra formidine lucum Ingreſſus.

Cālīgātĭo, onis, verb. [סבורים *ſanverim* מאטליה *maapheljáh.* ἀμβλωπία. Gal. *Eſblouiſſement.* Ital. *Offuſcatione.* German. Verfinſterung/ verdunckelung. Hiſpan. *Eſcuridad, ò reguedad.* Polon. *Zaćmienie.* Vng. *Homályoſſág.* Ang. *Darkneſſe, or dimneſſe of ſight.*] Plin. lib. 20. cap. 6: Aquilæ miſto felle cum melle Attico junguntur nubeculæ, & caligationes, ſuffuſionesque oculorum.

Cālim, Veteres pro Clàm uſurparunt. Autor Feſtus.

Călīx, Poculum. [כוס *chos.* κύλιξ. Gal. *Calice, coupe, hanap.* Ital. *Calice.* Germ. Ein Trinckgeſchirr/ ein Kelch/ ein Becher. Belg. Een Drinckvat. Hiſp. *Vaſo, como de vidro, para beuer.* Pol. *Kubek, kuflik.* Vngar. *Pohár, kelyeh.* Ang. *A chalice or cuppe.*] Ita dictum quòd eo calidam hibebant: nam & calidam, & frigidam conviviis veteres adhibebant. Plautus in Captiv. Aulas calicesq; omnes confregit, niſi quæ modiales erant. Quandoq; ponitur pro majori vaſe. Cicero li. 1. Tuſcul. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. ¶ Quandoq; pro vaſe in quo legumina & olera coquuntur. Ovid. lib. 4. Faſt. Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. Varro, Calix à caldo, quòd in ea calida puls apponebatur. ¶ Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Adagium eſt, quo monemur, nihil tam certum ſperari, neq; quicquã tam eſſe vicinum, quod non repentinus aliquis caſus queat intervertere, adeoque non eſſe tutum venturis fidere, ut vix etiam illa ſint certa, quæ manibus tenemus. ¶ Calices amariores: Catullus Epigram. 24: Miniſter vetuli puer falerni, Ingere mi calices amariores. Citat ſic Gellius libro 7. cap. 20. Vinum vetus intelligit. Seneca Epiſtol. 64: Quomodo in vino nimis veteri ipſa nos amaritudo delectat.

Călĭcŭlus, li, diminutivum à Calice deductum, quum vas potorium ſignificat. [κυλίκιον. Gal. *Gobelet, petit hanap.* Ital. *Calicetto.* Germ. Ein Trinckgeſchirrle. Hiſ. *Pequenno vaſo.* Pol. *Kubeczek.* Vng. *Pohárotska.* Ang. *A litle chalice or tuppe.*] Cato de Reruſt. capite 108: Vinum ſi voles experiri duraturum ſit nécne, polentam grandem dimidium acetabuli in calículum novum indito.

Callă, Herbæ genus eſt aro ſimile, in arationibus naſcens, uſuſque eoſdem habens quos arum. ¶ Eſt altera callæ ſpecies, quam Anchuſam nonnulli, alii Rinochiſiam appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Căllæ, κάλλαιοι, Gallinaceorum barbæ dicuntur, eò quòd colorem purpureum, quem κάλλαιον Græci dicunt, imitantur. Vide Cælium Rhodig. lib. 11. cap. 16 ¶ Sed melius ſic ſcripſiſſet Rhodig. κάλλαιον, τὸ. barba ſeu palea galli gallinacei. Nam κάλλαιον dicunt Gr. non κάλλαιοι. & de colore quod addit, autorem quære.

Căllăĭs, idis, κάλλαϊς, Gemma eſt ex viridi palleſcens, oculi figura extuberans, leviterque adhærens petris, non ut agnata, ſed ut eiſdem appoſita. Naſcitur in finibus Indię, amplitudine cõſpicua, ſed fiſtuloſa, & ſordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 8.

Callarĭas, Piſcis eſt mari peculiaris, ex aſellorũ genere, ni minor eſſet. Vide Plin. lib. 32. cap. ult.

Calleo, Callens, Vide CALLVM.

Căllĭblĕphărŏn, κάλλιβλέφαρον, Medicamen accommodatũ vitiis oculorum, præſertim quum palpebræ cohæreſcunt, & ulcera oculorum malè curata ſunt. Plin. lib. 23. cap. 4.

Callicĭa, Herba, quę Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

Callielæa, καλλιελαία, Olea ſativa. Vide Ruell. libro 1. capite 104.

Căllĭdŭs, Callidè, Callidĭtas, Vide CALLVM.

Căllĭgŏnŏn, [κάλλιγονον. German. Weggraß oder Wegtritt.] Herba eſt (quam nonnulli Sanguinariam dicunt) à multitudine ſeminis, & denſitate fruticis ſic dicta. Plin. li. 27. ca. 32. Dicitur & Polygonon.

Căllĭmŭs, κάλλιμος, Lapis eſt ex genere aëritarum: de quo Plin. lib. 37. cap. 21.

Callion, κάλλιον, φύλλον ὑδρωπικὸς, Herba eſt, quam aliis nominibus Solanum ſomniferum, Halicacabũ, & Veſicariam appellant. Vide Plin. lib. 21. cap. 31.

Căllĭōnўmŭs, καλλιώνυμος, Genus piſcis, cujus fel cicatrices ſanat, & carnes oculorum ſupervacuas conſumit. Plin. lib. 32. cap. 7.

Calliſcere, Vide CALLVM.

Calliſtephanos, καλλιστέφανος, Genus eſt oleaſtri, quo victores Olympiorum coronabantur: unde & nomen accepit. Autor Pauſanias.

Calliſtruthiæ, γυναικεῖα, Ficorum omnium frigidiſſimæ. Plin. lib. 15. cap. 18.

Callitrichon, [καλλίτριχον. Germ. Schwartz oder rot Steinbrech/ in der Apoteck *Capilli veneris* genannt. Pol. *Czyrwone wł'osky, matki bozey wł'oski, Vkropek.*] Herba eſt, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quòd multos & pulchros crines nutriat: nam in vino cocta cum ſemine apii, adjecto oleo copioſè, & fluere capillum prohibet, & criſpum denſumq; facit. Dioſcorides Adiantum appellat: quo nomine & Plinius utitur lib 22. cap. 21: Aliud (*inquit*) adiante miraculum: æſtate viret: bruma non marceſcit: aquas reſpuit perfuſum, merſumque ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario: Quidam Callitrichon vocant, alii Polytrichon: utrunque ab effectu. Hęc ille. ¶ Legitur & nominativus Callitrix. Idem lib. 26. cap. 14: Aſtragali radix in pulverem trita, humidis ulceribus prodeſt: item callitrix decocta in aqua.

Callithrix, icis, καλλίθριξ, Animal eſt ex genere ſimiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. lib. 8. cap. 54: Callithrices toto penè aſpectu à ſimiis differunt: barba eſt in facie: cauda latè diffuſa primori parte. Hoc animal negatur vivere in alio, niſi Aethiopiæ, quo gignitur, cœlo.

Callitrix, icis, Herba quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodeſt. Plin. lib. 25. cap. 14.

Callius, mas Tripolicum, Dioſc. lib. 4. cap. 136.

Callos, κάλλος, Pulchritudo, honeſtas. [Vng. *Szépſég, ekeſség.*]

Căllŭs, in maſculino genere, & Callum, li, (utroque enim modo dicitur) Eſt cutis labore viæ pedibus, aut alio opere in manibus, partéve alia corporis denſior facta, cujuſmodi eſt in ſuis roſtro, cervice bovis, animalium plãtis, & duritia illa quę in manibus ex labore naſcitur. [τύλος, τύλη. Gal. *Cal, durillon, quand la peau eſt endurcie, comme és mains par trop labourer, & aux pieds par trop cheminer.* Ital. *Callo, picciola durezza nelle mani per lauorare, ò nei piedi per caminare troppo.* Ger. Harte/ dicke oder ſchwülechtige Haut/ die von viel gehen oder viel arbeit erhartet. Belg. Een weer int tchaem. Hiſ. *El callo de pie ò mano ò de otra parte.* Pol. *Twardoſć ná rekach od czeſtey roboty.* Vng. *Föl tórés.* Ang. *Hardneſſe in the skinne throngh muche labour.*] Plautus in Perſa: Plus calleo quàm aprugnum callum callet. Eſt autem Callum aprugnum caro apri calloſior, & ob id ſaporis jucundioris. ¶ Et in Captivis: Quanta ſumini abſumedo? quanta callo calamitas? ¶ Vnde Callum obducere dolori, vel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quod eſt longa aſſuetudine ita nos comparare, ut laboris, vel doloris moleſtiam non admodum ſentiamus. Cic. lib 9. Epiſt. Famil. Conſuetudo diuturna callum jam obduxit ſtomacho meo. Idem 2. Tuſcul. Et ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori, τύλον.

Cāllŭs, eſt ſubſtantia lapidoſa & rigida, compacta quę alba atque expiratione privata caro. Vnde etiam dolorem non ſentit: quippe quum neque vena neque nervus ipſam pertingat. Curationem ejus vide apud Paulum lib. 6. cap. 77.

Cāllōsŭs, adjectivum, Durus, callis plenus. [τυλώδης. Gal. *Plein de cals & durillons, dur comme vn cal, rabouteux.* Ital. *Pieno di calli.* Ger. Das hart vnd dick iſt. Hiſp. *Coſa llena de callos.* Pol. *Twardy à miąſſy.* Vn. *Föl tórót, meg köményedöt.* An. *Hard slenined throngh labour.*] Colum. lib 3. cap. 1: Humido loco ſciet non rectè mandari fructus ténerи & amplioris acini, ſed calloſi, & anguſti. Autor Carminis ad Piſonem, quod Ovidio à quibuſdam tribuitur: Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra.

Cāllĕo, les, lui, propriè Calloſus ſum. [τυλόω. Gal. *Auoir des cals & durillons* Ital. *Far il callo.* Germ. Harte oder ſchwülechtige Haut haben an Henden oder Füſſen. Hiſpan. *Hazer callos, Ser calloſo ò tener callos.* Polon. *Pozginam twardzecna rekach.* Vng. *Föl tórót taggal vagyok.* Angl. *To be hardned ni the skiner throngh long vſe.*] Plautus in Pſeud. Neque ego homines magis aſinos unquam vidi: ita plagis coſtæ callent: quos dum ferias, tibi plus noceas. ¶ Transfertur & ad animum. Cicero Sulpitio: Aut qui non in illis rebus exerciratus animus callere jam debet. ¶ Interdum Callere, eſt perfectè ſcire: [יָדַע *jadhàh.* ἐπίστασθαι. Gal. *Scauoir par experiẽce quelque choſe, l'entendre bien.* Ital. *Sapere perfettamente.* Germ. Ein ding wol können/ eines Handels wol bericht ſeyn. Hiſp. *Saber muy bien.* Polon. *Vmiem prawie dobrze.* Vng. *Tudom, értöm.* Ang. *To knaw well, to perteine.*] quòd ſicut pes vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus verſatur. Et ſic neu-

trum

trum transitivum est. Persius: Dicenda, tacendaq; calles. Horat. in Arte: Legitimumque sonum digitis callemus & aure. ¶ Hujus compositum est, Occalleo: à quo Oc alleſco, de quo suo loco.

Cāllĕus, nomen, Plin. libro 21. cap. 31: Halicacabi radicem bibunt qui sunt vaticinandi callentes. [Angl. *Which perceineth and knoweth weell*.]

Cāllĭscĕrĕ veteres dixerūt pro callescere, sive occalescere. Cat. Aures nobis callisc unt ad injurias: id est, occultaverunt. Nonius. [Ang. *To waxe hard in the skinne by labour.*]

Cāllĭdŭs, per duplex l, Astutus: differtq; à versuto, ꝙ callidus sit ille (ut scribit Cicero) cujus animus usu, ut manus opera cō-calluit: Versutus, cujus mens celeriter versetur. [עָרוּם *harūm. πανῦργος.* Gal. *Fin, caut, rusé, bien apprus, ꝙ prudent.* Ital. *scaltrito, astuto.* Ger *Klug/ geschwind/ listig.* Bel *Loos/ cloeck/ scep.* His. *Astuto y recatado.* Polon. *Chitry, bistrego rozumu.* Vn. *Okos, rauasz, ravasz.* Ang. *Wilie, guile full, craftie.*] Cicero 4. Academ. Ego enim, ut agitator callidus priusquam ad finem perveniam, equos sustinebo.

Cāllĭdē, adverbium, Astutè, vafrè, malitiosè. [*πανῦργως.* Gall. *Finement, par ruze.* Ital. *Astutamente, accortamente.* German. *Listiglich/ behendiglich.* His. *Astuta y recatadamente.* Pol. *Chitrze.* Vng. *Okossan, rauaszkan, ravaszúl.* Ang. *Guilefullie or craftilie.*] Cic. de Orat. Callide, arguteq; dicere. Idem 2. de Finibus: Sed omnia callidè referentem ad utilitatem.

Cāllĭdĭtās, atis, f. t. Vafritia, astutia. [עָרְמָה *hormāh. πανῦργια.* Gal. *Finesse, ruze.* Ital. *Accortezza, astutia.* Germ. *Geschwindigkeit/ listigkeit.* His. *Astucia y recatamiento.* Pol. *Chitrosze.* Vngar. *Rauasság, okosság.* An. *Guile, deceir, craftinesse.*] Cicer. 1. Offic. Scientia, quæ est remota ab justitia, callidita s potiùs quàm sapientia appellanda est.

Cāllĭs, lis, m. t. Via callo perdurata. [נְתִיב *mesillāh. πρίβων.* Gal. *Chemin frayé.* Ital *Calle, strada.* Ger. *Ein gebanneter weg* His. *Camino hondo y estrecho.* Pol. *Droga vtorowana.* Vng. *Kemeny ut, járt ut, tórdt ut.* Angl. *A path, or footway.*] Virg. lib. 8: Rara per occultos ducebat semita calles. Idem 4. Aeneid. -prædamq; per herbas Convectant calle angusto.

Cālo, as, Verbum antiquum à Græcis deductum, idem significans quod voco. [קָרָא *karā. κηλέω, κηλεῖ.* Gal. *Appeler.* Ital. *Chiamare.* Ger. *Rüffen/ nennen.* His. *Llamar.* Polon. *Powzwam, mianuie.* Vn. *Hiuom.* An. *To call.*] Hinc dicta sunt Cómitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent; aut Regis sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum causa. Dicta autē sunt Calata comitia, quòd classes per ordinem calarentur: hoc est, vocarentur. Equites enim vocabántur primi: octoginta deinde primæ classis centuriæ, & deinceps suo ordine cæteræ infetiores classes. Budæus. Itaq; omnia comitia Calata à veteribus appellabantur. Hinc & calendæ dictæ sunt, ut Macrobius scribit lib. 1. Saturn. cap 15.

Cālātŏr, pen. prod. Fest. Calatores servi *κλητῆρες*, quia semper ob necessitatem servitutis vocári possent.

Cālōnēs, [*κηλοπόδια*, calcei ex ligno facti. Festus. [Gal. *Sabot ou galloche.* Ital. *Zoccolo di legno.* Ger. *Holtzschuh.* Bel. *Houtschoē/ platinen.* His. *Sabato hecho de madera.* Pol. *Trepki drzewiane.* Vng. *Fa talpas cipelles.* Ang. *Petten, or shooes of woode.*]

Cālōnēs, pen. pd. m. t. [חַסְבֵי עֹבְדִים וְשֹׁאֲבֵי מַיִם *chotebé hetsim vesoabé majim. κωδιοφόροι.* Gal. *Les gouiats des gendarmes.* Ital. *Seruitore di gente d' armi.* Germ. *Troßbuben.* His. *Los lennadores que llevan lenna al real.* Polon. *Pacholikowie zoł nierscy.* Vngar. *Tárborbeli rabotás szolgák.* Ang. *Souldiours slaues.*] servi militum castra sequentes dicuntur, qui clavas ligneas, & fustes gerebant, vel qui militibus ligna subministrabant. *κηλοφόροι.* Horatius: Hunc perminxerunt calones atq; caballi. Livius 3. Bell. Punic. Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasque, & invalidos milites vallum ferre. Quidam tamen Calones à calando derivant, quòd ad ministerium advocarentur: alii à Calendis, quod Calendarum die cibaria caperent pro toto mense.

Cālŏphāntă, m. p. [*κηλοφαντης.* Germ *Speywogel/ verspotter.*] Plautus in Curc. Aedepol nugatorem lepidum, lepidè hunc nactu' est Phædromus, Calophantam an Sycophantam magis hunc dicam nescio. Videtur autem hoc nomine appellari qui in speciem apparet bonus, quum sit malus, quales Græci *χρηστολόγους* vocant. Alciatus *παρέργων* x 1.

Cālŏpŏdĭŏn, [*κηλοπόδιον.* Ger. *Ein gattūg Holtzschuh.*] Calceamenti ligneī genus est, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionem Socculum.

Cālŏpŭs, *κηλόπους*, Animal Syriæ, juxta Euphratem habitans, austerum ac velox, cornibus longis, quibus arbores dejicere fertur.

Cālŏr, & Calidĭtas, f. t. [חֹם *chom. Θέρμη, ἄλεα.* Gal. *Chaleur.* Ital. *Calor.* German. *Wermi/ hitz.* Hispan. *Calor natural ò de fuera.* Polon *Ciepł osz.* Vngar. *Melegség, hév, hévség.* Anglicè, *Heat.*] idem significant: à calendo. Plautus in Milit. -nam mihi nimius calor Comburebat gutturem.

Cālĭdŏr, doris, idem quod Calor. [*Θέρμη.* Vng. *Hév, hévség, melegség.* Ang. *Heat.*] Varro lib. 1. de Re rust. cap 55: Olea lecta, si nimiùm diu fuerit in acervis, caldore fiaceſcit, & oleum fœtidum fit.

Cālĭdŭs, a, um, à calore fit. Modò ferventem significat. [חַם *chā* חֹם *chom. Θερμός.* Gal. *Chaud.* Ital. *Caldo.* Ger. *Warm* Bel. *Werm.* His. *Caliente.* Pol. *Ciepły, goracy.* Vng. *Meleg, hév.* Ang. *Hoat. or warme.*] Virg. Aeneid. 9: Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen. ¶ Modò ferocem, inconsultum. Pacuvius: Cave sis, ne nimis calidè loquaris, & turbam concites. ¶ Modò velocem. Varro: Quum hæc dixisset, ecce calidus quidam navicularis irrumpit in curiam. ¶ Dicitur & Caldus per syncopen. Martial. Frigida non deerit calda patenti.

Cāldārĭum, Ahenū quò aqua calida hauritur: vel in quo aqua igni admovetur. [דּוּד *dudh. λέβης, ὑδρολέβης.* Gal. *Chaudiere.* Ital. *Caldaio.* German. *Ein Kessel.* Hispan. *Caldera.* Pol. *Kocziel, siafán.* Vng. *Melegitő wás.* Ang. *A cawdron or kettle.*] In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lavabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida: & Tepidarium, in quo tepida.

Cāldārĭŭs, a, um: ut, Caldaria cella, in qua frigida lavabantur. Plin. libro 5. Ep. Frigidariæ cellæ connectitur media: cui sol benignissimè prætò est, caldariæ magis: prominet enim. ¶ Caldarium æs, ex quo caldaria: hoc est, ahena fiebant. Plin. lib. 34. cap. 8.

Cālĕo, les, lui, ꝙ simplex l. Ferveo, calidus sum. [חֵם *chamám* יָחַם *jachám Θερμαίνομαι.* Gall. *Estre chaud.* Ital. *Scaldarsi.* German. *Heiß oder warm seyn.* His. *Escalentarse.* Pol. *Ciepły iestem.* Vng. *Meleg vagyok, meg heuw'ltem.* Ang. *To be hoate.*] Plaut. in Rud. Os tibi calet. Virgil. 1. Aeneid. Centum calent aræ. ¶ Calere dicitur res per translationem, dum adhuc recens est. Plaut. Pœn. Atenim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. Fracta metaphora à fabris ferrariis, qui ferrum candens simul ac igni exemerunt, statim cudunt ne mora interposita durum fiat, & intractabile. ¶ Aliter tamen calere res apud Cicer. accipitur 3. in Verrem: Posteàquam satis calere res Rubrio visa est: quæso (*inquit*) Philodame, *&c.* id est, ubi vidit eos inflammatos & accensos multa compotatione. ¶ Composita sunt Concaleo, & incaleo. ¶ Caletur, impersonale, à Caleo.

Cālĕſco, scis, n. t. Calidus, vel calidior fio. [חֵם *chamám* חֹם *jachám Θερμαίνομαι.* Gal. *S' eschauffer, devenir chaud.* Ital. *Scaldarsi.* Ger *Heiß oder warm werden.* Hispan. *Escalentarse.* Pol. *zagrzewam ſsie.* Vng. *Melegwlók, hevwlók.* Angl. *To waxe hoate.*] Plinius libro 20. cap. 21: Succusq; oleus modicis exprimitur in fictili, calescitque in eo Sole modicé. Ovid 6. Fast. Est Deus in nobis; agitante calescimus illo. ¶ A quo Concalesco, & Incalesco.

Cālĕfăcĭo, & Calfacio, Calidum reddo. [חֵם *chamám* חֹם *Θερμαίνω.* Gal. *Eschauffer.* Ital. *Scaldare.* Ger. *Warm machen.* His. *Calentar.* Pol. *Grzeie.* Vng. *Melegitem.* Ang. *To make hoat, to warme.*] Plin. lib. 21. cap. 20: Cinnamomes radix calfacit & stringit. Cic. 2. de Nat. deor. Partim ad calefaciendum corpus igni adhibito. ¶ Transfertur ad animum. Cic. ad Quint. fr. libro 3: Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius: id est, vexarat, exagitarat. Hinc Excalfacio: à quo Excalfacturus, a, um, *Θερμαντικός.* Idem excalfactorias habet vires. Concalfacio, calidū reddo, *συνεκθερμαίνω.* Cic. 2. de Orat. Et ait idem, quum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare.

Cālĕfăctĭo, Calefactus, Plinio. [*Θέρμανσις.* Vn. *Melegités, hevités, fwtőzés.*] Scævola D. lib. 32 Tit. 1. l. 36: Videri testatorem super calefactionis & præbitionis onus, de his quoq; sensisse Calefactiones thermarum apud Hermogenianum D. lib. ult. Tit 4. l. 1. & l. 4 Calefactio publici balnei.

Cālĕfăctŭs, particip. [חֻמַּם *mechummám, Θερμανθείς.* Gal. *Eschauffé.* Ital. *Scaldato.* Ger. *Gewermbt/ warm gemacht.* His. *Escalentado.* Pol. *Zagrzany.* Vng. *Meg melegitetet.* Ang. *Made hoat or warmed.*] Ovidius in Ibin: Vtq; petit primò plenum flaventis arenæ Nondum calfacti veliris hasta solum.

Cālfactŭs, us, nomen, m. q. [חֲמָמָה *chammáh. Θέρμανσις.* Gal. *Eschauffemẽt.* Ital *Scaldamento.* Ger *Erwermung/ erhitzung.* His. *Escalatamiento* Pol *Zagrzanie.* Vng. *Melegités, hevités.* Ang. *Heating or warming.*] Plin. lib. 29 cap 3: Cibo quot modis juvent, notum est, quum transmeent faucium tumorem, calefactuq; obiter foveant.

Cālfăcto, as, are, frequent. [*Θαλπύω ἀπὸ συναγωγῆς.* Vng. *Gyakran melegitőm.* Ang. *To mak hoate, to warme often.*] Horat. 2. Epist. Sub noctem gelidam lignis calfactat ahenum.

Cālĕfĭo, Calidus fio, sub voce neutrali passivam habet significationem. [חֵם *chamám* חֹם *jácham. Θαλπτέον.* Gall *Estre eschauffé, devenir chaud.* Ital. *Scaldarsi.* German. *Warm werden.* Hispan. *Ser escalentado.* Pol. *Zagrzewam ſsie* Vngar. *Meg melegwlók, fwtőzőm.* Angl. *To be made hoat, to waxe hoat.*] Cicero ad

cer. ad Att. libro 2: Balneum calefieri jubebo. A quo Concalfio, & Excalfio.

Călōrĭfĭcŭs, a, um, Quod calorem facit: [מחמם *mechammém.* θερμαντικός. Gal. *Choſa qui eſchauffe.* Ital. *Coſa que ſcalda.* Ger. Das hitz oder werme macht. Hiſp. *Coſa que haze calor.* Pol. Czieplo czyniacy. Vng. *Melegitő, henitő.* Ang. *That doeth heat, or warmeth.*] ſicut à Frigore Frigorificus. Gell. lib. 17. cap. 8: Oleum quoque calorificum eſt.

Καλὸς λιμήν: id eſt, bonus portus: ita Græci nominarunt (à re ſcilicet, ut ſolent frequentiſſimè) Scythiæ Europææ portum in Euxino ſuper Tauricos. Pomponius lib. 2.

Călotechnus, καλότεχνος, bonus artifex: cujus contrarium eſt Cacotechnus, κακότεχνος, malus artifex.

Călpăr, κάλπη, Dolium, & vini genus, quod ſacrificii cauſa è dolio emittebatur, priùs quàm deguſtaretur. Varro libro 1. de vita populi Romani: Quia antequam nomen dolii prolatum eſſet, quum etiam id genus vaſorum Calpar diceretur, id vinum Calpar appellatum. ¶ Feſtus docet eſſe genus vaſis fictilis.

Călthă, [κάλθη. Ger. Ringelblumen. Pol. *Kniec.* Ruellio Chamęleuce. Vng. *Peremis.* An. *Marigold.*] Viola eſt lutei coloris. Virgil. in Bucol. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Vide latiùs apud Plinium libro 21. cap. 9. Vulgus Gallorum *Solſiam* vocat, quaſi ſolſequiam.

Călthŭ-ă, læ, Veſtis à caltha viola coloris lutei. Plautus: Induſiata n, patagiatam, calthulam, ac crocotulam.

Călvă, æ, f. p. Dicitur os capitis, ubi capilli eſſe conſuevêre. [גלגלת *ghulgholeth.* κρᾶνιον. Gal. *Le teſt de la teſte, ce qui couure le cerueau.* Ital. *Creppa, oſſo della teſta.* Germ. Ein Haupt ſchüdel. Bel. Thoofſcheel/die paane. Hiſpan. *La calauerna.* Pol. *Czeb.* Vng. Fő kaponya. Ang. *The ſcull or bare ſcalpe of the head.*] Martialis: Pſilothro faciemq; lavas & dropacè calvam.

Călvārĭă, Totum caput carne nudum: & tàm de brutis, quàm de hominibus dicitur, [τὸ βρέγμα. Ang. *The ſcull of the head.*] Caper Calvam vocat. Palladius: Equæ calvaria, ſed non virginis, intra hortum ponenda eſt, vel potiùs aſinæ. ¶ Calvariæ deſcriptionem vide apud Celſum lib. 8. cap. 1. ¶ Et Calvariæ, loca ſepulturæ publica, πολυάνδρια, ſeu loca in quibus ſupplicio afficiebantur damnati. ¶ Calvaria piſcis etiam eſt, Plinio Orbis, ϑέχις Ariſt. Apuleius in Apologia: Tam ridiculum argumentum fore, quàm ſi dicas, venandis apris piſcem Aprioculum, aut eliciendis mortuis marinam Calvariam. Ennius in Phagiticis: Corcyræ polypus, Calvaria pinguis Acarne ſic enim legendum, teſte Geſnero.

Călvāstĕr, Subcalvus, cui capilli partim deciderunt. [ἀνάφαλαντίας. Germ. Glatzig/kal. Polon. *Lyſzak.* Vng. *Kopaſz.* Ang. *A balde man.*]

Călvārĭă vinea, In qua vites quidem ſunt, verùm paucæ, raræque, ut in calvitio capilli. Plin. libro 17. cap. 22. Cato de Re ruſt. cap. 33.

Călvĭtĭēs, f. q. & Calvitium, n. ſ. Defluvium capillorum à capite: ſeu locus capitis, ex quo capilli defluxerunt. [קרחה *korchâh.* φαλάκρα, φαλακρότης. Gall. *Chauueté.* Ital. *Caluezza.* German. Kalheit des Haupts von des Haars außfallen. Belg. Caetheyt. Hiſpan. *Calueza de cauellos.* Polon. *Lyſoſtz.* Vngar. *Kopaſzság.* Ang. *Baldeneſſe.*] Suetonius in Cæſare: Calvitii verò deformitatem iniquiſſimè ferebat, ſæpè obtrectatorum jocis obnoxiam expertus: ideo deficientem capillum revocate è vertice conſueverat. Cicer. 3. Tuſculan. Proinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio mœror levaretur.

Călvĕo, es, n. ſ. Calvus ſum. [קרח *karách.* φαλακρόω. Gall. *Eſtre chauue.* Ital. *Eſſer caluo.* Germ. Kal ſeyn. Belg. Cael zyn. Hiſp. *Eſcalwarſe.* Pol. *Lyſzeie.* Vng. *Kopaſzulok, kopaſz vagyok.* Ang. *To be balde.*] Plin. libro 11. cap. 37: Et quædam animalium naturaliter calvent, ſicut ſtruthiochameli, & corvi aquatici. ¶ Hinc componitur Recalveo, ἀναψιλάομαι, quod eſt, rurſus in calvitiem revertor.

Călvēſcĕrĕ, Eſt calvum fieri. [קרח *charách.* φαλακρόομαι. Gal. *Deuenir chauue.* Ital. *Diuenir caluo.* Germ. Kal werden/ein glatz kopff vberkommen. Belg. Cael werden. Hiſpan. *Encalnecer.* Pol. *Lyſzieczᵹ.* Vng. *Meg kopaſzúlni.* Ang. *To waxe balde.*] Plin. libro 11. capite 29: Proprium huic calveſcere omnibus annis, quum ferítur rapa. ¶ Dicitur & de agris. Colum. lib. 5: Propter mures atque talpas ſæpè novella caſtaneta calveſcunt: id eſt, rareſcunt.

Călvĕfĭo, fis, Calvus fio. [ἀναφαλαντίας γίνομαι. Vng. *Meg kopaſzulok.* An. *To waxe balde, or pilde.*] Varro de Re ruſt. lib. 11. ca. 37: Ego iſta etiam, *inquit Agrafius*, nõ ſolùm in ovibus tondendis, ſed in meo capillo à patre acceptum ſervo, ne decreſcente luna tondens calveſiam.

Călvo, as, act. p. Calvum facio. [Vng. *Meg kopaſzitom.* Ang. *To mak balde, or pil de.*] à quo Decalvo, & Recalvo. De quibus ſuis locis.

Călvo, vis, act. t. Decipio, Fruſtror. [בוטח *niphtâh* בעקב *nekb* k *ĭb.* κομπαστὴς ὁμιλῶ. Gal. *Fruſtrer, tromper.* Ital. *Ingannare.* Ger. Betrieg. Hiſ. *Engannar, faltar en lo prometido.* Po. *Oſzukacz.* Vn. *Megtſalom.* Ang. *To beguile, to deceiue.*] cujus paſſivum eſt Calvor: tractum à calvis militibus, qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui: Saluſt. in 3. hiſt. Contrà ille calvi ratus. Hoc eſt, decipi.

Călvŏr, deponens. Plautus in Caſin. Nam ubi domi ſola ſum, ſopor manus calvitur: id eſt, decipit. Pacuvius, ſed quid conſpicio? num me lactans calvitur ætas? Accius Euryſace: Sed memet calvor, vos iſtum ut juſſi ocyus abſtrahite: tractum à calvis mimicis, quòd ſint omnibus fruſtratui.

Călvŭs, m. ſ. Dicitur à cujus capite capilli defluxerunt, ſive qui ſine capillis natus eſt: [קרח *koréach.* φαλακρός. Gal. *Chauue.* Ital. *Caluo.* Ger. Kal/glatzechtig. Belg. Cael. Hiſ. *Caluo de cabellos.* Pol. *Lyſzi.* Vng. *Kopaſz.* Ang. *Balde.*] Vnde Plin. lib. 11. docet eſſe gentes naturaliter calvas: quales Myconii, qui capillo carentes gignuntur. Sueton. in Cæſare: Vrbani ſervate uxores, mœchum calvum adducimus. ¶ Calvus comatus apud Martialem haud dubiè figura proverbiali dicitur: convenietq; in eum qui veris bonis nudus, aſcititiis ſe venditat. Veluti ſi quis indoctus aliena pro ſuis ederet: aut ſi quis diſſimulet eſſe ſe quod eſt. ¶ Calvum vellis, φαλακρὸν τίλλεις. Vbi inanem operam quis ſumit, aut ubi quis auferre conatur quo vacat is, à quo petitur. Veluti ſi quis à paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam.

Călūmnĭă, Vexatio alicujus in litibus per fraudem, & fruſtrationem: aut rei alicujus malitioſa interpretatio. [דבה *dibbâh* דוטי *dóphi* עשק *hóſchek.* ἀμφολογία. Gal. *Calomnie.* Ital. *Calumnia.* Germ. Ein Schmachred/ein falſche Anklagung / Affterredung. Belg. Smaer/falſche verſierde tuegnen. Hiſp. *Accuſacion falſa, calumnia.* Pol. *Fałſzywe oskarzenie.* Vng. *Patuar.* An. *A falſe or crafiie accuſacion, a forged crime.*] Nonius malitioſam & mendacem infamationem interpretatur. Cic. 1. Offic. Exiſtunt ſæpè injuriæ, calumnia quadam & nimis callida, atq; malitioſa juris interpretatione. Idem in Saluſt. Sed eſt quædam calumnia, quam unuſquiſq; noſtrùm, teſtante animo ſuo fert de eo, qui falſum crimen bonis objectat.

Călūmnĭŏr, aris, d. p. Significat per fraudem & ſubdolam rationem cauſa vincendi in litibus, mendaciis alios vexo: vel falſa crimina intendo. [הוביא דבה *hotsi dibbâh.* συκοφαντέω. Gall. *Calomnie, deſguiſer la verité pour blaſmer quelqun.* Ital. *Calumniare.* Germ. Schmähen/teſteren / falſche Nachreden treiben. Hiſp. *Accuſar falſamente, calumniar.* Pol. *Obel'guie, obmawiam fał'ſzywie.* Vng. *Patuarkodom.* Ang. *To accuſe falſelie, to forge a crime.*] Cicero ad Varronem: Nam quod antea te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam. ¶ Domeſticum theſaurum calumniaris, τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαδάλλεις: hoc eſt, tua ipſius carpis lacerasque: conveniet & in illos, qui ſua ipſorum arcana non celant. ¶ Calumniari cum dandi caſu, Aſconius Pedianus in Divinat. Fruſtra calumniantur Ciceroni homines.

Călūmnĭātŏr, m. t. Qui calumniam facit, qui falſum crimen objicit. [מוביא דבה *moſsí dibbâh.* συκοφάντης. Gal. *Calomniateur.* Ital. *Calumniatore.* Germ. Ein Schmäher/ teſterer. Belg. Een vatch taſterer. Hiſp. *Calumniador, falſo accuſador.* Pol. *Obmowca fał'ſzywy.* Vng. *Patuaros, patuarkodo.* Ang. *He that accuſeth falſelie, and forgeth crimes.*] Vnde in lege duodecim Tabularum: Calumniator idem patiatur quòd reus, ſi convictus fuerit. Cicer. pro Cluent. Eſt hic Ennius egens quidam calumniator mercenarius Oppianici.

Călūmnĭātrix, Quæ calumniã facit. [Vng. *Pórpatuaros aſſzony.* ἡ ἀμφολογοῦσα.] Vlpianus D. lib. 37. Tit. 9. l. 1: Niſi manifeſta ſit calumniatrix mulier.

Călūmnĭōſŭs, Qui calumniam inferre ſolet, [συκοφαντικός. German. Voll Schmachreden. Ang. *Ready to accuſe or forge crimes.*] Auguſtinus: Nemo illic calumnioſus tendiculam verborum requirit.

Călūmnĭōsē, adverbium [συκοφαντικῶς. Ang. *By falſe accuſing, by forging of crimes.*]

Călvo, calvus, Vide CALVA.

Călx, calcis, dub. t. p calcaneo, extrema pedis parte ponit, qui & pes imus appellatur, à calcando dictus. [עקב *hakeb.* πτέρνα, σφυρόν. Gal. *Le deſſous du talon.* Ital. *Calcagno.* Germ. Die Verſen des Fuß. Hiſp. *Calcannar, ò coce, golpe del pie ò del calcanno.* Pol. *Pieta.* Vng. *Sark.* Ang. *The hecle.*] Virg. 5 Aeneid. -calcemque terit jam calce Diores. ¶ Vnde & pro fine metaphoricè ponitur: ut, A vertice ad calcem. Cicero: Quoniam ſumus ab ipſa calce ejus interpellatione revocati. ¶ Ad calcem pervenire, pro eo quod eſt, ad metam finemque. Proverbialem habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur quàm ad corpus humanum. Cicero libro de Amic. Vt cum æqualibus poſſis, quibuſcum tanquam è carceribus emiſſus, cum iiſdem ad calcem, ut dicitur, pervenire. Simile huic reperitur apud eundem lib. de Senect. Nec verò velim quaſi decurſo ſpatio

à calce

à calce ad carceres revocari. ¶ Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum, plagaque, λακτίσαι. Terent. in Phorm. -nam quæ insciția est, Advorsum stimulos calces. Iuvenalis: -aut dic accipe calcem. ¶ Et tàm pro calcaneo, quàm percussione, modò masculino, modò fœminino genere usurpari solet. Silius: Iam compos voti ferrata calce cruentat Cornipedem. Virgilius: Cornipedemq; citum ferrato calce fatigat.

Cālcăr, aris, penult. product. n.t. Ferreus stimulus ad urgendos equos: sic dictus, quòd ad calcem alligetur. [מלמד *maghgháph.* παλτὸν τρίχωτον, κέντρον. Gal. *Vn esperon.* Ital. *Sprone.* German. & Belg. Ein Sporen. Hispan. *Espuela de hierro.* Polon. *Ostroga.* Vngar. *Sarkantyú.* Ang. *A spurre.*] Ovid. Non opus est celeri subdere calcar equo. Cicer. de Orat. Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcaribus in Ephoro egere: contrà autem in Theopompo frænis uti solere. ¶ Currenti calcar addere, proverbialis metaphora, pro eo quod est, eum qui sua sponte ad rem aliquam incitatus est, vehementiùs adhuc inflammare, τὸν τρέχοντα ἐπιτείνειν. ¶ Tolle calcar, ἆρε παλτὸν ἀμυντήριον: id est, tolle calcar ultorium. Aristoph. in Avib. ἆιρε παλτὸν, ἐς μάχην, tolle calcar, si pugnas. In eum dici solitum, qui jam ultionem parat.

Cālcānĕus, & Calcaneum (utroque enim modo dicitur) Pars posterior pedis imi. [עקב *hakéb.* πτέρνα. Gal. *Le talon, le derriere du pied ou se mettent les esperons.* Ital. *Calcagno.* Germ. Die Ferſen. Belg. Die verſen aen den voet. Hispan. *Calcannar.* Pol. *Podesfwa.* Vng. *Sark.* Ang. *The heele.*] Virg. in Moreto: Continuis tumis calcanea scissa rigebant.

Cālcĕus, m. s. à calce, Pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium. [נעל *nahal.* ὑπόδημα, κοθόρνιον. Gal. *Soulliers.* Ital. *Scarpa.* Germ. Ein Schuch. Belg. Een Schoen. Hispan. *Capato.* Pol. *Bot.* Vng. *Saru.* Ang. *A shooe.*] Cic. 1. de Invent. Si multus erat in calceis pulvis, extinere eum venire oportebat. Plaut. in Truc. Iam quos capiam calceos? ¶ Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelvim, δεξιὸν ἐς ὑπόδημα, ἀριστερὸν ἐς πεδίλιον. Subaudi verbum ad sententiam accommodum, Mittit, aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitque dici solere in eos, qui se norunt commodè ad rei præsentis conditionem applicare, proque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personam. ¶ Ne supra pedem calceus, μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα: id est, ne majora virib. suscipias: aut ne magnificentiùs te geras, quàm pro tua conditione. Lucian. in imagin. & in Gallo.

Cālcĕŏlus, diminutivum à calceus. [ὑποδημάτιον. Gall. *Petit soulier, scarpin.* Ital. *Picciola scarpa.* Germ. Ein Schühte. Hispan. *Capatillo.* Pol. *Boczik.* Vng. *Saruts ka.* Ang. *Litle shooe.*] Cic. 1. de Nat. deor. Cum pelle caprina cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Cālcĕārĭum, ii, n. s. in singulari numero pluralis vim habet: quemadmodum & Vestiariũ. ὑποδήματα, ὑποδήσεις. Nam quũ alicui calcearium, aut vestiariũ legatum dicimus, nõ calceum unum, non vestem unam significamus, sed tantùm vestium, aut calceorum, quantum illi corpori honestéque tegendo, pedibusq; armandis fuerit satis. Vlpian. de Alim. leg. Diariis, vel cibariis relictis, neq; habitationem, neq; vestiarium, neq; calcearium deberi palàm est.

Cālcĕōlārĭus, m. s. Qui calceos conficit. [ὑποδηματοποιός. Gal. *Cordonnier.* Ital. *Calzeolaio.* Ger. Ein Schuhmacher. His. *Capatero.* Pol. *Szwiecz.* Vng. *Saru tsindlo, varga.* An. *Shooe maker, a sower.*] Plaut. in Aul. Propõlę, linteones, calceolarii.

Cālcĕāmĕn, & Calceamentum, pro ipso calceo. [נעל *nahal.* ὑπόδημα. Gal. *Chauſſure.* Ital. *Scarpe, ò altro veſtito del piede.* Ger. Geschüch. Hisp. *Capatò ò qualquier calçeado.* Pol. *Obuwm.* Vng. *Saru.* Ang. *A shooe.*] Plin. lib. 19: Hinc calceamina, & pastorum vestis. Cic. 5. Tusc. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.

Cālcĕārŭs, ûs, m. q. idem quod calceamen. [Vng. *Saru.* Ang. *A shooe.*] Plin. Itaq; longo itinere sine calceatu atteruntur pedes. Idem lib. 11. ca. 45: Pes imus vestigio carnosa: qua de causa in longiore itinere sine calceatu fatiscunt.

Cālcĕo & Calceo, as, Calceos induo. [נעל *nahal.* ὑποδέω. Gal. *Chauſſer.* Ital. *Calzare, ò ferrar muli, ò cavalli, ò asini.* Germ. Schuh anlegen. Belg. Schooven aendoen/ ſchoenen. His. *Calcar los pies, ò herrar las bestias.* Pol. *Boty obuwiam.* Vng. *Az sarut föl vonſzom.* Ang. *To put on shooes, to shooe.*] Et modò accusativum habet ejus rei, qua quis calceatur: modò ablativum. Accusativo junxit Plin. lib. 36. c. 5: Arcesilaum quoq; (*inquit*) magnificat Varro, cujus se marmoream habuisse lœnam tradit, aligerosque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii è cornu cogerent bibere, alii calciarent soccos, omnes ex uno lapide. ¶ Ablativo autem idem junxit lib. 7. cap. 20: Nos quoq; vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnisq; quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. Item Gell. Die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calciatos. ¶ Calciari item equi dicuntur, quum pedes eorum adversus saxorum injuriam ferramentis muniuntur. Testimonium vide apud Suetonium in Vespasiano. ¶ Hujus compositum est, Excalcio, de quo suo loco.

Cālcitro, as, pen. corr. Pede percutio. [בעט *bahat.* λακτίζω. Gal. *Ruer des pieds, regimber.* Ital. *Trare di calci.* Germ. Mit den Füſſen hinderſich ſchlahen/ ſcharren / ſtampffen. Belg. Ick ſlae achter wemet Worten. His. *Acocear.* Pol. *Kopam.* Vn. *Rúgok, rúgoldozok.* An. *To kicke, to ſpurne, to winſe, to flinge.*] Plin. li. 30. ca. 6: Multas nõ calcitrare quũ vinũ biberint. ¶ Hinc calcitrones dicti sunt equi, qui calcib. infestãt. [ἵπποι λακτικοί. Gal. *Chevaux qui ruent & regimbẽt.* Ital. *Cavalli ò muli che trãno di calci.* His. *Caballos acoceadores.*] Gellius libro 4. capite 2: Equus mordax aut calcitro, vitiosus, non morbosus est. ¶ Hujus compositum est Recalcitro.

Cālcitrātŭs, us, nomen verbale, m. q. Actus ipse calcitrandi. [λακτισμός. Gal. *Regimbement, ruade.* Ital. *Percoſſo con calci.* German. Dao hinden außſchlahen oder ſcharren mit den Füſſen. Hisp. *Obra de acocear.* Polon. *Odkopiwanie.* Vng. *Rúgás.* Ang. *A kicking, or winſing.*] Plin. lib. 8. cap. 44: Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

Cālcitrōsŭs, Qui sæpè calcibus ferit. [λακτικός. Gal. *Qui a de couſtume de ruer & regimber.* Ital. *Solito à calcitrar.* German. Der gern mit den Füſſen hinden außſchlecht. Hispan. *Coſa acoceadora.* Pol. *Kopiacy.* Vng. *Rugowgoldozo.* Ang. *That kicketh, or winſeth often.*] Colum. libro 2: Iuvencumque teste tractum calcitrosum reddit.

Cālco, as, proprièsignificat Pede comprimo. [דרך רמס *darách ramás.* πατέω, πάτον. Gal. *Fouler aux pieds, mettre le pied deſſus.* Ital. *Premere col'pie, calcar.* Germ. Mit Füſſen tretten. Belg. Treden. Hispan. *Hollar ò acocear con los pies.* Polon. *Depce.* Vng. *Nyomom, tapodom.* Ang. *To treade, to ſtampe doune to tràmple, or go vpon.*] Virgil. 2. Aeneid. -mistaque cruor calcatur arena. Ovid. 3. Trist. -durum calcavimus æquor. Plinius: Ita ferratis vectibus calcari solent, parietesque similiter. Carbones calcare, σώρακας ἐλίσσειν. Calcare solum, terram, πεζεύειν. Pedibus calcare, λὰξ ἐνάλλεσθαι. Terra animantium vestigiis calcata, ἡ γῆ ζώοις πεπατημένη. Transfertur etiam ad animum: ut idem significet quod contemno. Autor carminis ad Pisonem: Raraque non humilem calcat fastosa clientem. ¶ Sic dicimus Calcare voluptates, aut alias animi passiones. ¶ Composita sunt Conculco, Inculco, & Proculco. ¶ Tuam ipsius terram calca. Adagium est, quo jubebimus cuipiam, ut in suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra. Theocr. in Hodœpo: πὰν δ' αὐτὸν πατέοντα ἔχε τὸς ὁμέας: id est, Quin propriam calcans terram, querceta teneto. Conveniet ubi parum fidemus alicui, nec volemus in domesticam recipere consuetudinem.

Cālx, fœm. gen. Lapis ustus ex quo arenæ admixtione fit intrita: ita dictus à calcando: nam ita lapide simul adstringit, ut calcari videãtur. [שיד יד *sidh yad ghir.* ἄσβεστος, ὁ. Gal. *De la chaux.* Ital. *Calcina.* Germ. Kalch. His. *La cal.* Pol. *Wapno.* Vn. *Meſz.* Ang. *Lime for morter.*] Cic. pro Mil. Repente lyntribus in eam insulam materiam, calcem, cæmẽta, atque arma convexit. Palladius: Calx quæ erit ex spisso & duro saxo, structuris cõvexit: ex fistuloso verò, aut molliore lapide, tectoriis adhibetur utilius. Vide Plin. lib. 36. cap. 23.

Cālcārĭă fornax, in qua calx coquitur. [καμίνος ἀσβέστου. Gal. *Fournaiſe à chaux, chaufour.* Ital. *Fornace da calcina.* Ger. Kalchofen. Hisp. *Calera donde ſe cueze la cal.* Pol. *Wapienni piec.* Vng. *Meſz kemenczze.* Ang. *A limefornace.*] sicut Sulphuraria, in qua sulphur. Plin. libro 17. capite 9: Nuper repertum, oleas gaudere maximè cinere è calcariis fornacibus. ¶ Est autem adjectivum Calcarius, a, um. ¶ Calcarius verò substantivè, qui præest fornaci calcariæ. [ψηφοποιός. Gal. *Qui fait la chaux, chaufournier.* Ital. *Chiamoce la calcina nelle fornaci.* Germ. Ein Kalchbrenner. Hispan. *El calero que haze la cal.* Ang. *A lime maker.*] Cato de Re rust. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Cālcātă ædificia, Dicuntur calce contecta: [Pol. *Tinkowana ſcian.* Vng. *Meſzelt ház.* Ang. *Buildinges parged and ouerdawbed with lime.*] quam artem Loricationem & Tectoriam appellat, & præcipuè si lęve politúmve fuerit, ut superinduci possit peniculus vel albarium; vel pictura, vel aliud quippiam ad venustandam structuram.

Cālcātōrĭum, n. s. [Ang. *The place where thay ſtampe grapes.*] apud Palladium lib. 1. cap. 18. videtur esse semita quædam editior in cella vinaria, inter duos lacus. Verba ejus sunt hæc: Cellam vinariam Septentrioni debemus habere oppositam, ita instructam necessariis, ut non vincatur à fructu: sic autem dispositam, ut basilicæ ipsius forma calcatorium habeat altiore loco constructum: ad quod inter lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sunt, gradibus tribus ferè aut quatuor ascendatur. Et paulò pòst: Quòd si cupis, locum suum deputabimus: is locus ad calcatorii similitudinem, podiis brevibus, & testaceo pavimento solidetur. ¶ Dictum autem

videtur Calcatorium, ſive à calcando: hoc eſt, eundo: ſive ab opere calcato: hoc eſt, loricato, quo conficiebatur.

Călўptră, æ, [צעיף *tſahíph.* κρωλύπλεγμ. German: Ein Haub. Polon. *Rantuch.* Vngar. *Fédél, fátyol.* Ang. *A womans hoode or cappe.*] Genus veſtimenti, quo mulieres capita tegebant: à κρωλύπτω, tego.

Călўx, m. t. [κάλυξ. Gal. *Bouton de roſe ou autre fleur, ou la petite peau ou pellure qui couure le fruit, cõme vne noix ou amande.* Ital. *Guſcia ò pelle di qualche fruitto come di noce ò mandole, bottone ò boccolo di roſa cioè quelle parti che tengono chiuſe prima che ſpaniſca.* German. Die Hulſen oder die Haut einer jeden Frucht/ alß der Nuſſen/ Mandel/ Keſten. Hiſp. *El erizo como el caſtanna ò bellota.* Polon. Wſzeliaka *l'upina ktora nakriwa owoc, iakoieſt orzech, żoł'adź.* Vng. *Virágnak gyõmi voltſnek és magnak taka.* Ang. *The yonge bourgeon or budde of a roſe, or other floure, a thinne hull or ſhell of fruites.*] Significat folliculum, quo primùm flos, & deinde ſemen herbarum, vel fructus arborum cooperitur: ut amygdalæ, nuces, & caſtaneæ habent ſuos calyces, παρὰ τὸ κρωλύπτειν: hoc eſt, à contegendo. Plin. lib. 15. cap. 22: Necnon & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento, pulvinati primùm calycis, mox lignei putaminis.

Călўcŭlŭs, diminutivum. Plin. lib. 16. cap. 44: Quod verò in ſpina fullonia gignitur hypophæſton, calyculis inanibus, foliis parvis.

Cama, Lecti quoddam genus breve & circa terram. D. Ambroſius in offic.

Cambades, Vide Chambades.

Cāmbĭo, is, pſi, Commuto. [לפת *chaláph.* μεταλάττομαι. Gal. *Changer.* Ital. *Cambiare.* Germ. Vertauſchen/ wechſlen. Belg. Wiſſelen. Hiſ. *Cambiar, ò trocar.* Pol. *Odmieniam.* Vn. *El váltom, tſerélõm.* Ang. *To change money.*] Apud antiquos verò Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: à quo Campſo, as, quod eſt iter flecto.

Cămēllă, Genus vaſis eſt apud Ovidium lib. 4. Faſtorum, ubi ſic habet: Dum licet, appoſita, veluti cratêre, camella, Lac niveum potes, purpureamq́ ſapam.

Cămēlŏpārdălĭs, [κρωμηλοπάρδαλις. Gal. *Giraffe, beſte reſſemblant au chameau & panthere.* Ital. *Giraffa.* German. Ein Greyff. Hiſpan. *Girafa, animal raro.* Polon. *Gryff.* Vng. *Griff.* Ang. *A beaſt lik a camel and panthere.*] Animal eſt cameli proceritate, colore pantheræ, maculis veluti florentibus variegatum: poſtremæ infra alvum partes humi ſubſidunt, ſicut in leonibus videmus, humeri pedesq́ priores, atque item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera, tenuis cervix: camelo capite ſimile, pedibus & cruribus bovi. Plinius libro 8. cap. 18.

Cămēlŭs, m. ſ. ſimplici l, [גמל *ghamál.* κρωμηλος. Gal. *Chameau* Ital. *Camelo.* Germ Ein Kamelthier. Hiſp. *Camello.* Pol. Wielbl'ad. Vng. *Teue.* Ang. *A camell.*] Animal quadrupes, quod crura prolixa, collum oblongum habet. Sitim per triduum tolerat, ſed quum invenit aquam, tantum bibit, ut & præteritæ, & futuræ ſiti ſatisfaciat. Bactri camelos mittunt & Arabes, ut ſcribit Diodorus: ſed in hoc differunt, quòd Arabici in dorſo bina habent tubercula (hos Dromedarios vocant) Bactriani ſingula. De camelis multa Plin. lib. 8. cap. 28. Cic. 2. de Nat. deor. Cameli adjuvantur proceritate collorum. Horat. 2. Epiſt. Diverſum confuſa genus panthêra camelo. ¶ Camelus vel ſcabioſa complurium aſinorum geſtat onera, κρωμηλος ψωριῶσα πολλὸν ὄνων ἀναπήγνυσι φορτία. De iis qui uſque adeò præcellunt quoſdam, ut etiam ſenes, aut alioquin ęgroti, præſtantiores tamen ſint illis integris: aut de iis, qui rebus parum proſperis, tamen plus valent ob piſtrinæ fortunæ reliquias, quàm aliis rebus integris. Vſus eſt Syneſius. ¶ Eſt & Camelus funis nauticus, quo anchoræ religantur. De quo aliqui intelligunt illud in Evangelio: Facilius eſt camelum per foramen acus intrare, quàm divitem in regnum cœlorum.

Cămēlīnŭs, a, um, adject. [κρωμήλειος. Gal. *De chameau.* Ital. *Di camelo.* Germ. Das von Kamelthier iſt. Hiſ. *Coſa de camellos.* Pol. Wielbl'adowy. Vng. *Teuéi, teuébõl valo.* An. *Of a camell.*] ut, Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9: Dulciſſimum ab hominis camelinum, efficaciſſimum ex aſinis.

Cămēlārĭŭs, maſc. generis, [κρωμηλάριος. Gal. *Celuy qui meine les chameaux.* Ital. *Gardiano di cameli.* Ger. Ein Kamelthirt/ ein Kameltreiber. Hiſp. *El que cura los camelos.* Pol. Wielbl'adnik. Vng. *Teue pásztor.* Angl. *A guider of camels.*] qui cuſtodit paſcitq́ue camelos. Bud.

Camelaſia, ſive Camelaria, Camelorum curatio & præfectura: & Camelarii, ipſorum camelorum curatores. Arcadius in L. ult. de muner. & honor. Camelaſia ſimiliter quoque perſonale munus eſt, &c.

Amianus Marcellinus lib. xxvii. indicionale suymitti Camelarii nomine appellat.

Camelopodium, [κρωμηλοπόδιον. Pol. *Sdnta.* An. *Horehound.*] Herba eſt quibuſdam, quam Dioſcorides πράσιον, Latini Marrubium vocant.

Cămĕră, penult. corr. f. p. [כפה *chippáh* תנור *tannúr* ארבה *arubbáh.* κάμινος. Gal. *Fournaiſe, cheminee.* Ital. *Fornace, camino.* German. Ein Ofen/ ein Camin. Hiſpan. *Horno, ò cheminea.* Pol. *Komin.* Vng. *Kemenczze.* Ang. *A chemnie or fourneis.*] Virg. lib. 3. Aeneid. ruptis flammam expirare caminis. Iuvenal. Satyr. 10: Iam ſtridunt ignes, jam follibus atque caminis Ardet adoratum populo cà put. ¶ Eſt etiam ſtructura quæ fumũ excipit, vel locus in quo ignis ſtruitur. Cic. ad Trebatium: Luculẽto camino utendum cenſeo. Suet. Vitel. Nec antè in prætorium rediit, quàm flagrante trichini ex conceptu camini.

Cămīno, as, are, In modum fornacis & camini ſtruo. [καμινεύω. Gal. *Faire fournaiſe ou en facon de fournaiſe.* Ital. *Far vna fornace.* Germ. Etwas wie ein Ofen oder Camin machen. Hiſp. *Hazer orno ò cheminea.* Pol. *Buduie iako komin.* Vng. *Kemenczze nógyára tſinálom.* Ang. *To mak lik a chimnie or fourneis.*] Plin. lib. 16. cap. 6: Acervi conferti tales recentibus luto caminantur. Idẽ lib. 17. cap. 15: In prunis palmo amplius, & ubique caminata foſſura ore compreſſiore fuit.

Cammaron, [κάμμαρον. Pol. *Omieg.*] Herbarum venenoſiſſima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum exiſtimant à radicis flexura, quam Dioſcorides ſcorpionis caudæ aſſimilat. ¶ Mandragoram item herbam nonnulli Cammaron appellant.

Cāmmărŭs, penult corrept. [ἀμμαρός. Gal. *Eſcreuiſſe de mer.* Ital. *Gambarro.* Ger. Gattung der Krebſen im Meer. Hiſp. *El camaron.* Pol. *Kakmorski.* Vng. *Rák.* Ang. *Crabbe fiſhe.*] Piſcis eſt ex cancrorum genere, molliorem teſtam habens pro cute. Vide Plin. lib. 31. cap. 8. Mart. lib. 2: Concolor in noſtra cammare lance rubes.

Cămœnæ, cum œ diphthongo, Muſæ, Iovis & Memoriæ filiæ, à cantus amœnitate ita dictę. Varro autor eſt, ab antiquis Camœnas, & Caſmœnas dictas fuiſſe, q̃ poſtea abjecto r, vel ſ, Camœnæ appellatę ſunt. Aliter Feſtus: Camœnæ (*inquit*) à carminibus ſunt dictæ, vel quòd canũt antiquorũ laudes, vel quòd ſint caſtę mentis præſides. Virgil. 3. Aeglog. Alternis dicetis,

cetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Dicimus etiam Camœna numero singulari. Persius Satyr. 5: -tibi nũc hortante Camœna Excutienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille vocali genitus Camœna.

Campana, næ, f.p. [κώδων. Ger. Glock. Bel. Een clocke.] Instrumentum notum ad pulsandum idoneum, à quo Campanula. Hieronymus ad Eusto. Quousq; campanula in claustro pulsabitur. Malleus campanæ dicitur Rhopalum, ῥόπαλον. ¶ Est etiam instrumentum quo pulsatur ostium.

Cāmpē, [κάμπη. German. Ein Raup oder Gräßwurm. Vng. Hernyó.] plur. num. tantùm, & neutr. gen. Vermis genus hortensis, herbas & arborum frondes infestans, à verbo Græco κάμπτειν, quod est flectere: eò quòd flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Columell. lib. 10: Nec solùm teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax hirsutaque campe. ¶ Hinc Hippocampæ pisces, qui & equi appellantur, à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt.

Campsor, oris, qui ex pecuniæ permutatione lucrum facit. [κολλυβιστής. German. Ein Wechßler. Pol. Wekslarz. Vng. Kiaual valo pénz valto. Ang. A banker or exchanger of money.]

Camptaulēs, Qui canit inflexa tibia, tali in bello usus more Hetruscorum. [Vng. Trombitas.] Vopiscus in Carino: Ad hunc centum salpistas, uno crepitu cõcinnentes, & centum camptaulas.

Cāmpus, m. f. Est grande atque amplum spatium terræ planæ, ut plateæ ateræq;. [אין גיל גבעה chicchár שדה sadé. Gal. Vn champ, vne plaine. Ital. Campo. German. Ein Feld. Vng. Een veld. Hisp. Campo raso, ò vega para labrar. Pol. Pole. Vng. Mezõ. Ang. The fieldes or the plane.] Oppius 3. bell. Civil. Sed quũ esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subjecit. Virgil. 7. Aeneid. Filius ardentes haud secius æquore campi Exercebat equos. ¶ Dictus Campus à capiendo, quòd animalium, seu rerum aliarum multitudinem facilè capiat: seu quòd veteres ex agro tantum plano capiebant fructus: vel potiùs, ut Scaliger in Varronem notavit, à verbo Siculo, qui Circum aut Hippodromum κάμπον vocabant, à flexu equorum & quadrigarum quæ ibi certabant. Inde omnia plana κάμπια dicti. Solet tamẽ accipi pro qualibet re, in qua quis studium habeat. Cicero 2. Acad. Quum sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compelimus? Latissimum dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro ubertate materiæ, quam vocant. ¶ Martis campus, Ἄρεως πεδίον, Suidàs ex Alexandridis Pisandro. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi viderentur, quique rem vi nõ judicio gererent: & quibus jus est in armis: quos Hesiodus elegantèr composita voce χαλκοβόαν vocat. Cæterùm in quo quis valet, id Græci campum illius vocant. ¶ Oblivionis campus, λήθης πεδίον. Dicetur vel de vehementer obliviosis, vel de rebus commentitiis, ac frivolis quæ nusquam sint. Aristoph. ¶ Famis campus, λιμοῦ πεδίον. In civitates dicitur ingenti fame pressas. Est autem locus quispiam hoc nomine. ¶ Venti campus, ἀνέμου πεδίον. In hominem instabilem, levem & inconstantem dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planitie venti liberius huc atque illuc divagantur, nullo coërciti obstaculo.

Campēstris, stre, denominativum à Campo formatum: [πεδινός. Vngar. Mezei. Ang. Belonging to the feel des or plane.] ut, Cãpestres operarii, qui in campo Martio servilem operam candidato impertiebantur. ¶ Campestria, Loca plana, à Campo deductum nomen. [πεδινὰ χωρία. Ger. Felder/ Wysen/ Matten Belg Plaetveld. ¶ Campestria item dicuntur genitalium succinctoria, eò quòd ludentes in campo vestibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant foliis campestribus tecti virilia. [περιζώματα. Gal. Des brayes à luicter. Ital. Le bracche. Germ. Ein Hosch/ ein Schamdecke. Hispan. Bragas marineras. Polon. Gacie. Vngar. Berhe. Ang. Breeches to wraſtle or struggle in.] Horatius: Penula solstitio, campestre nivalibus auris. Vnde qui ita succincti sunt, Campestratos vulgus appellat.

Campter, campteris, metæ in campis. Nonius ex Pacuvii Tantalo: Extremum intra campterem, ipsum Iam progreditur Parthenopæum.

Cămūră, æ, pen. prod. [Angl. A cuppe in olde tyme borne couered before à bride.] Vasis genus, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia. Festus.

Cămūrŭs, a, um, Inflexus, seu curvus. [כעוה nahavéh כטוף caphuph מעקש melukkál. ἐπικαμπὴς, καμπύλος. Gal. Courbe ou courbé, camus, recroquillé. Ital. Torto, piegato. Germ. Gebogen/ krumb. Hisp. Retuerto ò de boueda. Pol Nachilony, nakl'oniony. Vng. Meg haylotthorgas. An. Crooked or bowed.] Virgil. 3. Georg. -camuris hirtæ sub cornibus aures.

Cāmūs, mi, m. f. Genus vinculi. [מתג méthegh רסן réſen מוסרם machsóm. χαλινὸς, φίμος. Gal. Frein, bride ou licol. Ital. Laccio ſune. Ger. Ein Band/ ein Strick/ ein Hafftter. Bel. Breydel. Hispan. Lazo cuerda. Polon. Kaganiec, troky. Vn. Gyeplõ, ere, fek Ang. A bridle bitte.] Plautus in Cas. posuit pro fune, quo damnati alligantur furcæ, quum ait: Camum & furcam feras. ¶ Item equorum retinaculum, frænum, & muliebre ornamentum. ¶ Græcis etiam Cadum judicialem significat, coni figuram referentem, in quem judices calculos conjiciebant. ¶ Est & genus tibiæ, pabuli, & lilii &, quædam herba. ¶ Item mechanicum instrumentum igniferum. ¶ Chamos aspiratum, idolum est, quod alio nomine dicitur Beelphegor, ut inquit Hieronymus.

Camum, mi, neutr. gener. Genus potionis est apud Vlpianum in lib. 9 D. de tritic. vin.

Canabis, Vide CANNABIS.

Cănālĭcŏlæ, pen. corr. Forẽses homines pauperes: dicti quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Cănālis, pen. prod. & tàm masculini quàm fœminini generis, à canna fit, una litera detracta. Est autem Canalis lignum ad cannæ similitudinem cavatum, quo aqua deducitur. [שקרת sockéth תעלה tehaláh דוהם rahát. ὠλὸς. Gall. Canal, conduit, eſuier, tuyau Ital. Cannale, condotto. Ger. Ein Kánel Belg. Een gote. Hisp. Canal. Pol. Rinna, kànał, koryto. Vng. Tsatorna. Ang. A cundite pippe, à cannell.] Festus: Canales per quos aqua confluit in viis lapide stratis. Virg. 3. Georg. -grieges ad stagna jubeto Currentem illignis potare canalibus undam. ¶ Dicitur & hoc Canale. Statius lib. 1. Syl. Flumina demerso trahit intemerata canali. ¶ Canalis animæ, Plinio, canalicula sive fistula per quam spiritus reciprocatur. Aulo Gellio lib. 17. cap. 11. τραχεῖα ἀρτηρία, aspera arteria, sive quibusdam canna pulmonis, cujus caput [λάρυγξ. Gal. Sifflet. Ital. Canna de la gola. Vng. Lelõkeet vénõ torok (anagy) gége.]

Cănālĭcŭlus, diminutivum à Canalis in masculino genere. [ὠλίδιον. Gal. Petit canal, petit eſuier, auget. Ital. Picciolo canale. Ger. Ein kleiner Kánel. Hisp. Canno pequenno. Pol. Korytko, rurka. Vng. Tsatornátska. Ang. A litle cundite pippe.] Columel. lib. 9: Longiore cibo celeriùs pinguescit: semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

Cănālĭcŭlă, diminutivum, Parva canalis. [ὠλιδάριον. Polon. Rinienka. Vng. Tsatornatska.] Gell. lib. 7. cap. 11: Ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam, seu fistulas, &c.

Cănālĭcŭlātŭs, a, um, Quòd est in canalis modum factum. [ὠλοειδὴς. Gal. Fast en facon de canal ou tuyau. Ital. A foggia di cannale. Geran. Gemacht wie ein Kánel. Hispan. Cosa acannalada. Polon. Iako koryto widl'abani. Vng. Tsatorna moggyára meg, vayatot. Angl. Made lik a cundite pippe.] Plinius libro 19: Quibusdam angusta & canaliculata, & cumino: paucis foliacea & lata, ut atriplici.

Cănālĭtĭŭs, a, um, adjectivum: [ὠλωδὴς. Gal. De canal ou tuyau. Ital. Di cannale. Ger. Das zum Kánel gehört. Hispan. Cosa de cano. Pol. Kanał owi. Vng. Asot, vdiot, tsatornas. Ang. Of a cundite pippe.] ut, Canalitium aurum, dicitur in puteis effossum, quod venarum canalibus per saxa vagatur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. libro 33. cap. 4: Quod puteis foditur, canalitium vocant; alii Canalitense, marmoris glarcæ inhærens.

Cănārĭă, [Ger. Hundsgras.] Herba est, quã vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quòd canes ægroti ea præsentẽ vomitum eliciant. Plin. lib. 25. cap. 8. ¶ Invenerunt & canes canariã, qua fastidium deducũt, eamque in nostro conspectu mandunt: sed ita, ut nunquam intelligatur quæ sit: etenim depasta cernitur. Ruellius humilem esse herbulam ostendit, foliis tritici multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodis tibiarum modo in se intrò fectis, quæ tracta suis ex vaginulis exeruntur: evanidam spicæ loco paniculã habens: deniq; folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

Canatius, ab Apuleio dicitur in Flor. pro clara seu præconis voce. Canatius inquit lunam dabo, ut per omnes provincias eat. Sed hoc à cánando: id est, Calando videtur dictum. Nam Varro scribit consuetudinis fuisse, ut classicus in arce circumque muros canatum iret.

Caucanos, καύκανος, Herba est Galeno, quę Dioscoridi & Plinio, Caucalis dicitur. & Leontice. Vide Ruellii lib. 3 cap. 128.

Cāncēlli, lorum, m. f. Ligna aut ferramenta, modicis intervallis in transversum instar retis invicem annexa, quibus scenæ & tribunalia atque fenestræ muniri solent, aditusque eorum præcludi. [שבכה sebacháh. κιγκλίδες, δρύφακτοι. Gal. Treillis, claires voyes. Ital Gelosie ferrate. Ger. Gätter auß Holtz oder Eysen. Belg. Tralien. Hisp. Rexas ò verjas de hierro para apartar. Pol. Krata. Vng. Rostély. Angl. Lattasses, windowes made with barres of timber or yron.] Et apud priscos fere semper fuerunt ærei, quorum multi extant per basilicas distributi, ad lignorum similitudinem fabrefacti, quorum lineolæ altrinsecus in quincuncem superpositæ foramina linquunt, quibus quum aër aspectusque admittatur, prohibetur accessus, servatque usus ejus-

modi clauſtra vineis pro valvis, foribusq; apponi. Cicero pro Seſtio: Tantus eſt à fori cancellis plauſus excitatus. ¶ Cancellos alicui circundare, per tranſlationem dicitur pro eo quod eſt, limites quoſdam anguſtos cuipiam præſcribere, extra quos non liceat evagari. Idem pro Quintio: Si extra hos cancellos, quos mihi ipſe circundedit, declinavero ¶ Sunt & cancelli loca cancellatim: hoc eſt, teſſellatim facta tranſverſariis lignis accommoda ſeſſui. Ovidius: Cancellis primos impoſuiſſe pedes. ¶ Cancellos agere, à cancellis eſſe: poſteriorum temporum ſcriptores dixerunt, quum Cancellarium eſſe ſignificare vellent. Caſſiodorus lib. 11. Inſtit. divin. & hum. & li. 11. Varr. Ericus monachus lib. 6. de vita Germani: Voluſianus erat præcelſo nomine quidam Vrbis patritio toti delectus & urbi, Atque cancellis priſco de more miniſter. Atque eam ob cauſam Cancellarius à cancellis dictum videtur. In ſacris literis Cancelli vocantur ſpecilla foraminibus plena, & tranſverſim plagulis feneſtrata, quas vulgus *Zelotypias* vocitat. Vnde in Proverbiis: De feneſtra domus meæ per cancellos perſpexi juvenem. Hos cancéllos delicioſos Cic. lib. 1. de perfecto genere dicendi, appellat Tranſennas, ob oculorum videlicet & foraminum tranſitu: ait enim: Quaſi per tranſennam præter-euntes ſtrictim aſpicimus.

Cāncĕllo, as, are, act. p. Colum. lib. 4. cap. 2. de vite loquēs: Hæc autem quæ toto proſtrata corpora, quum inferius ſolū quaſi cancellavit atq; irretivit, cratem facit, & pluribus radicibus inter ſe connexis angitur, nec aliter quàm ſi multis palmitib. gravata deficit. ¶ Aliquando ſignificat Concido, dilanio, diſpungo, erado, deleo. [קָצַע *katſáh* מַחַה *macháh*. Διχοτόμω. Gal. *Canceller, rayer, caſſer.* Ital. *Cancellare, caſſare, torre via.* Germ. Vergätteren oder zerteiſſen/auſtrayen. Belg. Wutwagen / wiswiſſen Hiſ. *Truncar, caſſar, ò borrar como la eſcriptura.* Pol. *Zakracam, przekreſlam, zamrzęam.* Vngar. *Roſtélyozom, ki tórlom áltauordaſom.* Ang. *To croſſe out any thing written.*] Nam ſicut ex tranſverſo ducuntur ligna in cancellis, ita delendis ſcripturis tranſverſo calamo notæ, lineæq; atramentariæ. Iureconſ. tit. De his quæ in teſtamento delentur. Cancellarat quis teſtamentum, vel induxerat.

Cāncĕllātŭs, a, um, adjectivum, Quod cancellorum figuram imitatur. [κεκιγκλισμένος. Gal. *Fait en facon de treillis ou de rez.* Ital. *Fatto in geloſia.* Germ. Das der Gätteren form hat. Hiſp. *Coſa apartadaçon rexas.* Polon. *Kraczyaſty.* Vng. *Roſtélyos, kórdzt w'l koſúl vonyatot.* Ang. *Made lik a lattis window.*] Plin. lib. 3. cap. 10: Duriſſimum dorſo tergus, ventres molles, ſetarum nullum tegumentum: ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum (nanque id & tanta vaſtitas ſentit) ſed cancellata cutis, & invitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recēpere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehēſas enecant. Vbi cancellatam cutem appellat, quibuſdam cancellis diſtinctam: hoc eſt, teſſellatim quadratam, & in modum capſularum factam.

Cāncĕllātim, Ad ſimilitudinem cancelli. [δίκην κιγκλίδων. Gal. *En façon de treilla, en maniere de retz.* Ital. *A forgia de geloſia.* German. Nach weiß vnnd form der Gätteren. Hiſpan. *Apartadamente* Polon *Kraczyſto.* Vngar. *Roſtély móggyaſa* Angl. *Lattis wiſe, or lik a littis window.*] Plinius libro 11, capite 37: Terreſtrium aliis venter denticulatæ aſperitatis, aliis cancellatim mordacis.

Cāncĕllārĭī [סטרים *ſopherím*. ἀρχιγραμματεῖς. Gal. *Chanceliers.* Ital. *Scriuani, cancilieri.* Ger. Cantzler. Bel. Cancelter. Hiſ. *Chancileres.* Pol. *Kanczlerz.* Vng. *Kanczellarius deák.* Ang. *Chancellours.*] Degenerante jam tum paulatim lingua Latina, dicti ſunt ſcribæ principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandiſve diplomatibus utebantur. Vtitur hac voce Flavius Vopiſcus, ſcribens à Carino Imperatore factum eſſe præfectum urbis unum ex Cancellariis ſuis.

Cāncĕr, cri, [καρκίνος. Gal. *Eſcreuiſſe.* Ital. *Gambaro.* Ger. Ein Krebs. Belg. Een treeſt. Hiſp. *Congrejo.* Pol. Rak. Vng. Rák. Ang. *A crabbe.*] Piſcis genus eſt mollem teſtam habens pro tegumento, cujus multæ ſunt ſpecies; quas vide apud Plin. lib. 9. cap. 31. ¶ Eſt item Cancer unum ex duodecim Zodiaci ſignis, à quadam cancri piſcis ſimilitudine ita dictū: eò quòd Sol menſe Iunio ſignum hoc perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & curſu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Hyginus, hunc fuiſſe cancrum, qui à Iunone in Herculem cum Hydra Lernæa pugnantem, immiſſus fuit: qui quum pedem ejus momordiſſet, ab Hercule occiſus eſt, & à Iunone inter ſydera collocatus. ¶ Cancer item, [καρκίνωμα, καρκίνωμα. Gal. *Chancre.* Ital. *Cancaro infermita.* German. Der Krebs / ein Kranckheit die vmb ſich friſſet. Hiſpan. *El cancer o maratan enfermedad.* Pol. *Cancerowanie.* Vng. *Folyoſo fene.* Ang. *A canker, or ſpreading diſeaſe in the bodie.*] morbus eſt ab atra bile efferveſcēte proficiſcens, cùm alias corporis partes, tùm mulierū mammas in primis infeſtans, quæ menſtruo non purgantur. Dictus cancer, vel quòd paulatim ſerpat cancri piſcis ſimilitudine: vel quòd venas circa ſe habeat extenſas, inſtar brachiorū cancri: vel quòd pertinaciter hæreat, ut ſolet cancer, ſi quid chelis non apprehenderit. Eſt autem & in hac ſignificatione, uti in duabus præcedentibus, maſculini generis & ſecundæ declinationis. Cato de Re ruſtica: Eadem braſſica vulnera putrida, cancroſque purgabit, ſanoſque faciet. ¶ Grammaticorum nonnulli in hac ſignificatione neutri generis eſſe tradiderunt, & tertiæ declinationis, decepti Ovidii loco, quem opinionis ſuæ corroborandæ cauſa ſolent adducere: Vtque malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere, & illæſas vitiatis addere partes. Qua in re nimium profectò pueriliter falluntur, non animadvertentes, adjectivum Immedicabile, nō cum nomine Cancer, ſed cum dictione Malum, cohærere. ¶ Cancros Orci, dixit Apuleius, pro faucibus, & tenacibus ſtationibus, quaſi cancellos. ¶ Cancros lepori comparas, καρκίνους δασύποδι συγκρίνεις. De ſupra modum diſſimilibus. Etenim ut leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota eſt. ¶ Cancer leporem capit, καρκίνος λαγὼς αἱρεῖ. De qua re nequaquam veriſimili, dictuque abſurda, velut ſi quis dicat ab indoctiſſimo ſuperari doctum. Cācrum rectè ingredi doces, καρκίνον ὀρθὴ βαδίζειν διδάσκεις. De eo qui docet indocilem. Refertur in Plutarchi Collectaneis, pertinetque ad genus ἀδυνάτων. ¶ Huic finitimum eſt quod Ariſtophan. in pace: Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὴ βαδίζειν Οὐδ' ἐπὶ τῷ πραχθοῦντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν. Id eſt, Ambulet ut cancer rectà, haud effeceris unquam: Ne quicquam efficies ubi res erit antè peracta. Hoc velut oraculum poëta facetus pronuntiat: Quod à natura ſit inſitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum, obliquè ingredi.

Canchrys, κάγχρυς, Libanotidis fœcundæ ſemen eſt, Dioſcoridi lib. 3. cap. 70.

Canderinon, Lapithon, laphas, ſpecies eſt, quam Oxalida vocant, verus ramex.

Candāulŭs, καύδαυλος, Opſonii genus fuit ex carne elixa, pane, & caſeo Phrygio, cum anetho, & pingui jure. Vide Cælium Rhod. lib. 20. cap. 14.

Candefacio, Vide CANDEO.

Cāndēlă, A candore luminis dicitur. [נֵר טִיט *lappídh ner*. λύχνος, κηρός. Gal. *Chandelle, torche cierge, ou telle choſe eſclairante.* Ital. *Candela.* Ger. Ein Kertz / ein Liecht. Belg. Een Kerſe. Hiſp. *Candela y candil.* Polon. *Swiecza.* Vng. *Gyertya.* Ang. *A candell.*] Iuven. Satyr. 9: candelam apponere valvis. Plin. lib. 13. cap. 13: Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquò verſus. Loquitur de lapide in quo reperti ſunt lib. Numę. Hermolaus: Candelæ, *inquit*, ſunt quacunque conſtant materia, ſcirpis, tæda, ſevo, cera: uti mirum non ſit, libros Numæ candelis involutos tradi. Candelas ſebare, Columel. lib. 2. cap. 22.

Cāndelābrum, penul. prod. Inſtrumentum in quo figitur candela ad lucendum: [מְנוֹרָה *menoráh*. λυχνία, κηροπήγιον. Gal. *Chandelier.* Ital. *Candeliero.* German. Ein Kertzſtock / ein Liechtſtock. Hiſpan. *El lugar donde ſe pone el candil.* Polon. *Swiecznik, lichtarz.* Vng. *Gyertya tartó.* Ang. *A candleſtick.*] dicitur, quòd in eo candelæ figantur, autore Feſto. Cicer. 6. Verr. Iam verò lectos æratos, & candelabra ænea. Sic 4. Verr. Martial. de candelabro Corinthio, lib. 14: Nomina candelæ nobis antiqua dederunt, Non norat parcos victa lucerna patres.

Cāndĕo, es, ŭi, n. ſ. Candidus ſum. [חִלְבִּין *hilbín*. λευκὸς εἶμι. Gal. *Eſtre blanc.* Ital. *Eſſere bianco.* Germ. Weiß ſeyn. Belg. Blincken / wit zyn. Hiſpan. *Emblanquecerſe* Pol. *Bielecie ſzie.* Vng. *Feiér vagyok.* Ang. *To be white or shyning.*] Virg. 4. Aeneid. Candentis vaccæ media inter cornua fundit. Ovid. 11. Metam. Candida de nigris, & de candentibus atra. ¶ Significat etiam ignitum eſſe. [קָדַח *kadhách*. ἄθειν, ἐκπυροῦσθαι. Gal. *Eſtre embraſé, ou reluire & eſtre blanc de force d' eſtre embraſé & ardent au feu.* Ital. *Deuenir di fuoco.* Ger. Glůend feyn / fewrig feyn. Hiſp. *Encenderſe.* Pol. *Zarzeſzie.* Vn. *Tw'zes vagyok.* Ang. *To be hoate and glowing redde.*] Cic. 2. Offic: Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum. Compoſita, Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandeſco, propriè vehementer incendor, inflammorq;. Cato de Re ruſtica: Nam ſi ſub tecto coquas, quū bitumen & ſulphur additum eſt, excandeſcet: hoc eſt, incēdetur, & inflammabitur. Transferuntur etiam ad iram, θυμοῦσθαι, quòd ea eſt, velut ignis animum incendens, & vultum hominis quodam candore perfundens: vel quia, ut ſol quātò candidior, tanto ardentior: ita animus, dum concitatus eſt, inflammatus, incenſus & candeſcens dicitur, ut tanta mentis commotio ſignificetur. Cælius Cic. Id poſtquam reſcuit, excanduit, & me cauſam inimicitiarum quærere clamitavit: id eſt, ita vehementer incenſus eſt. Hinc Excandeſcentia, quæ eſt (ut Cic. quarta Tuſculana inquit) ira naſcens, & modò exiſtiſtens, θυμωσις. Incandeſco, candens & ignitus fio. Metamorph. lib. 7: Non ſecus exarſit, quàm quum Balearica plumbum Funda jacit: volat hoc, atque incandeſcit eundo: Et quos non habuit, ſub

buit, ſub nubibus invenit ignes. Eſt & recãdeo, à quo Recandeſco, quod eſt rurſus candeſco: & accipitur pro Calefacio. Ovid. lib. 1. Metamorph. Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti, Solibus ætheriis altoq; recanduit æſtu.

Cãndẽſco, Ignitus fio, Igneſco. [קדח *kadhách. πυρέσσω.* Gal. *S'embraſer, devenir feu.* Ital. *Divenir di fuoco.* Germ. Glũend oder fewrig werden. Hiſpan. *Encenderſe.* Pol. *Rozpalony ieſtem, ſwiecſzie odogna.* Vng. *Meg tw'xeſedõm.* Ang. *To waxe hoat or glowing redde.*] Ovid. 2. Metamor. - currusque ſuos candeſcere ſentit. ¶ Candeſcere etiam album fieri ſignificat. Tibullus lib. 1: - liceatq; caput candeſcere canis.

Cãndŏr, oris, m. t. Albedo ſplendòri conjuncta. [צבן *laban. λεύκωσις.* Gal. *Blancheur, lueur, pureté, bonne foy.* Ital. *Biancheꝛꝛa, candore.* Ger. Weiſſe/glitzerechte. Hiſ. *Blancura con luſtre.* Pol. *Bial'oſcz.* Vng. *Feiérſég.* Ang. *Whitneſſe, glowing reddeneſſe, vrprightneſſe.*] Plautus in Men. O, ſolem vides, ſtatim ut occæcatus eſt, præ hujus corporis candoribus. Plin. lib. 12. cap. 14: Thũs probatur candore. Cicer. 2. de Nat. deor. Nam Solis calor & candor illuſtrior eſt, quàm ullius ignis: quippe qui immenſo mundo tam longè lateq; colluceat. Dicitur & per metaphoram candor animi à Cicerone multis in locis, pro ſynceritate & puritate animi.

Cãndĕfăcĭo, act. t. Candidum facio. [חלבין *hilbín. λευκαίνω.* Gal. *Faire blanc, blanchir.* Ital. *Imbiancare.* German. Weiß machẽ/weißgen. Hiſp. *Emblanquecer.* Polon. *Obielam.* Vng. *Meg feiérſõm.* Ang. *To make white.*] Plautus in Moſtel. Vnà opera ebur atramento cãdeſcere poſtules. ¶ Aliquando etiam Candefacere, eſt candentem & ignitum reddere. [*ἰμπυρίζειν.* Gal. *Eſchauffer tellement quelque choſe qu'on la face reluiſante & cõme blanche.* Ital. *Scaldare telmente vna coſa che ti paia bianca.* German. Glũend machen. Hiſpan. *Encender.* Polon. *Rozpalam.* Vngar. *Meg tw'xeſitõm.* Ang. *To make glowing hoat or firie.*] Plin. lib. 34. cap. 8: Vbi inter lapides candefactos funditur. Hinc excandefacio, Candens & ignitum facio: unde Ferrum excandefactũ: hoc eſt, candens & ignitum. Per tranſlationem accipitur pro ira inflammare, *θυμόω.*

Cãndĭco, as, penult. corr. Candorem habeo, ſubcandidus ſum. [*ὑπολευκαίνω.* Gal. *Eſtre blanc, tirer ſur le blanc.* Ital. *Eſſere vn poſcó bianco.* German. Weiß/glitzerechtig ſeyn. Belg. Blincken/wit ſyn/oft wit maken. Hiſpan. *Ser blanco per defuera.* Polon. *Szwiece ſzie bial'o.* Vng. *Feiéreslõm, feiérlõm.* Angl. *To be ſome what whiſte.*] Plin. libro 8: Inſigne ei in dextro latere candicans macula.

Cãndĭcãntĭă, æ, pro albedine. [*λεύκωσις.* Gal. *Blancheur, couleur blanchaſtre, tirant ſur le blanc.* Ital. *Biancheꝛꝛa.* Germ. Weiſſe. Hiſ. *Blancura.* Pol. *Iaſniace ſzie.* Vng. *Feiérſég.* Ang. *Bleaching, making faire or white.*] Plin. lib. 37. cap. 13: Fictitiæ ſcarificationis candicantiam fugiunt.

Cãndĭdātŭs, Alba veſte indutus. [*λευκαυχὴς, λευχείμων.* Gal. *Veſtu de blanc, blanchi.* Ital. *Veſtito di bianco.* Germ. Mit weiſſen Kleyderen angethan. Hiſp. *Coſa veſtida de veſta blanca.* Pol. *Wbial'a ſuknie vbrany.* Vng. *Feiér ruhában öltözöt.* Ang. *Clothed in whiſte.*] Plautus Rud. Ergo vos æquiùs erat candidatas venire, hoſtiatasq;. Item qui luce quadam nitente perfuſus. Vnde Lactantius immortalitate nos veluti candidatos eſſe, eleganter dixit. ¶ Candidáti etiam dicebantur, qui ad alicujus magiſtratus, aut dignitatis petitionem aſpirabant, *οἱ παραγγέλλοντες τὰς ἀρχὰς οἱ λευκιμάριοι*, à toga candida, quam per id tempus induebant, ſive ad denotandum integritatem, quòd ſolus hic color ſyncerus ac purus, & minimè inquinatus eſt: ſive, ut perſpici ab omnibus poſſent. Ire autem candidati per comitia ſolebãt, ſuadendo, rogando, ſubmittendo ſe omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices oſtendendo. Cicero pro Muræna: Nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quæ liberalitatẽ magis ſignificat, quàm largitionem. Inde per tranſlationem aliarum quoq; rerum petitores Candidati dicuntur, ſicut à Quintiliano, Candidatus eloquentiæ, & à Plinio in Paneg. Candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo, Candidatus fidei. Ex quibus oſtenditur Candidatus conſtrui cum genitivo: ut ſit candidatus Conſulatus, Præturæ, Quæſturæ, qui petit conſulatum, Præturam, Quæſturam.

Cãndĭdŭs, da, dum, Albus, lucens. [צבא *labán. λευκὸς, ἀργὸς.* Gal. *Blanc, reluiſant, reſplendiſſant.* Ital. *Candido, bianco.* German. Weiß/gleiſſend. Belg. Wit/blanck/ſchynende. Hiſpan. *Blanco con luſtre.* Pol. *Bial'y, l'ſnaci ſzie.* Vngar. *Feiér, világos.* Ang. *Wbite, shyning.*] Servius in 3 Georg. Aliud eſt candidum eſſe: id eſt, quadam nitente luce perfuſum, aliud album, quod pallori cõſtat eſſe vicinum. Itemque candidum propriè dicitur quod fit cura: album quod fit natura: & candido nigrum, albo verò fuſcum opponitur. Cor. Front. de diff. vocab. ¶ Sumitur etiam Candidum *αἴθων*, Pro ignito. [Ang. *Fiery, bright shyning like fire.*] unde ferrum candidum vocamus, quum accenſum eſt & ignitum. ¶ Et quia inter colores candidus puriſſimus eſt, accipitur etiam Candidum prò puro, & ſyncero, & minimè fucato. Horatius 1. Epiſt. Albi noſtrorum ſermonum candide judex. Et candidus ſermo, *λευκὸς λόγος*, Græcis dicitur oratio dilucida perſpicuaque, à colore qui inter cæteros plurimum habet lucis. ¶ Interdum candidus ponitur pro Fœlici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: adverſum nigro deſignarunt. Catullus: Fulſêre verè candidi tibi ſoles. Horat. lib. 2. Ser. - hunccine ſolem Tam nigrum eſſe mihi? id eſt, triſtem & exitioſum.

Cãndĭdē, Purè, ſyncerè, benigné. [*λογωμόνως.* Gal. *A la bonne foy, ſimplement.* Ital. *Da huomo da be, di puro cuore.* Ger. Einfeltiglich/trewlich/ohne betrug/gũtiglich. Hiſpan. *Simple y puramente.* Polonicè, *Szczerze, otwortiſzcie.* Vngar. *Kegyeſen, igaz án.* Anglicè, *Simplie, vprightlie.*] Cælius Ciceroni: Cavendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candidè poſuiſſe inimicitias videaris.

Cãndĭdŭlŭs, a, um, diminutivum. [*λευκοειδὴς.* Vng. *Feiérötske.* Ang. *Somewhatte white.*] Cic. 5. Tuſc. Candiduli dentes, venuſti oculi, color ſuavis.

Cãndĭdo, as, act. p. Candidum facio. [חלבין *hilbín. λευκαίνω.* Gal. *Blanchir, faire blanc.* Ital. *Imbiancare.* Germ. Weißgen/weiß machen. Bel. Wit maten. Hiſpan. *Emblanquecer.* Polon. *Bielaie.* Vng. *Meg feiéritõm.* Ang. *To bleache, to make white.*] Pomponius: Veſtem lixivio candidans. Plinius: Cujus radice utuntur ad candidandos capillos.

Cãndĭfĭco, as, idem. [*λευκόω.* Vng. *Meg feiéritõm, feiérre teſzõm.* Ang. *To make white.*] Nævius: Polliens ſeſe, & ſuccis herbarum candificans cutem.

Cãndĭdātōrĭŭs, a, um, *παρασκευαστικός*: ut, Candidatorium munus. Cicero ad Attic. lib. 1: Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummam adhibebimus diligentiam.

Candetum, Galli appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum, quaſi Centeatum: in agreſtibus autem pedum cẽtum quinquaginta quadratorum juſtum Candetum vocant. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

Candoſoccus, in vitibus quid dicatur, docet Colum. lib. 5. ca. 4. his verbis: Nõnullos tamen in vineis characatis animadverti, & maximè heluenáci generis prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde rurſus ad arundines erigere, & in fructum ſummittere, quos noſtri agricolæ *Mergos*, Galli *Candoſoccos* vocant. [Ger. Eyngegrubet oder eyngelegte Gärten der Weinreben.]

Canella, Vulgò *Cinnamomum*, idq; Italico idiomate, & à mercatoribus.

Caneo, Vide CANVS.

Canentas, Capitis ornamenta veteres dixêre. Feſtus.

Cănēphŏră, penult. corr. f. p. [*κανηφόρος.* Ger. Die ein Zeine auff dem Haupt tregt.] Virgo dicitur quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita capite ſuſtinebat. *κάνα* enim Græci dicunt, quę nos *Caniſtra*, & per diminutionem Caniſtella. Cicer. 6. in Verrem: Habe Canephoras, deorum ſimulacra reſtitue.

Cani, canorum, Vide CANVS.

Cania, æ, Vrticæ ſylveſtris genus. Plin. lib. 21. cap. 15: Et in ſylveſtri quæ dicitur Cana, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

Cănĭcæ, f. p. Furfures ab antiquis dicebantur: [Germ. Kleyen oder Kriſch vom Mãl. Polon. *Otreby, oſzipka dla pſow.* Vngar. *Korpa.* Ang. *Skourfe or brane of wheate.*] teſte Feſto, 'eò quòd canes iis paſcerentur. Vnde Canicaceum panem, furfureum dicimus. Pacuvius: Qui apud te, quaſi ſervus, eſt canicaceum panem.

Cănĭcēps, Genus animalis faciem caninam habens. *κυνοκέφαλος.* Plinius libro 7. capite 2, tradit in Aſiæ montibus genus hominum eſſe canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat *κυνοκεφάλους*: nos etiam *Canicipites* vocare poſſumus.

Canicula, Vide CANIS.

Cănīnŭs, Vide CANIS.

Cănĭs, gen. comm. Animal domeſticum ſatis notum. [כלב *chéleb. κύων.* Gal. *Chien ou chienne.* Ital. *Cane.* Germ. Ein Hund. Belg. Een Hont. Hiſp. *Can, perro.* Pol. *Pieſ.* Vngar. *Eb, kutya.* Ang. *A dogge, or bitche.*] A canendo dicitur, quòd nocte in cuſtodia, & in venando ſignum voce det. Terent. In Phorm. Introiit in ædes ater alienus canis. De hoc Columel. libro 7. cap. 12: Quis hominum clariùs, aut tanta vociferatione beſtiã vel furem prædicat, quàm ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inveniri vigilantior? quis denique ultor aut vindex conſtantior? De genere autem & natura canum, vide Plin. libro 10. cap. 63, & Xenophontem in opere de Venatione. ¶ Dicebant & veteres etiam in ſingulari Canes, quemadmodum Varro libro de lin. Lat. 6 probat ex Ennio: Tantidem quaſi fœta canes ſine dentibus latrat. Lucilius de litera R. Irritata canes quod, homo quam. planium dicit Scaliger in Varronem. ¶ Canis item piſcis marinus eſt, ita dictus, quòd cani ſimilis ſit. ¶ Canis præterea ludi talaris ſignum,

quod unum duntaxat punctum continebat: ideo damnosus canis appellatur à Propertio: Semper damnosi subsiluêre canes. Canis ad cibum, κύων ἐπὶ σῖτον. De iis qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostenso alliciunt. ¶ Telpsum non alens, canes alis, αὐτὸν ἀτρέφων, κύνας τρέφεις. In eum dicebatur, qui quum per inopiam sibi quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur, aut equos, aut famulos habere domi, splendidisque vestibus indui. ¶ Cum cane simul & lorum, σὺν πρὶ κυνὶ ἕ τὸν ἱμάντα. Eudemus indicat dici quoties simul omnia pereunt, ut nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod perilt. ¶ Cani das paleas, asino ossa, κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ ὀστέα. Quum res præposterè distribuitur: veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito flosculos & gladium, balteúmve, militi librum. ¶ Canis ad proprium vomitum, κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμμα. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. Refertur in Epist. D. Petri. ¶ Digna canis pabulo, ἀξία ἡ κύων τῆ βοῶμοσ-ῶ. Fermè perindè valet ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non usquequaque rejiciendum atque inutilem. ¶ Canem excoriatam excoriare, κυνὰ δέρειν δεδαρμένον. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti. Aristophanes in Lysistrata. Diogenianus ait convenire in eos qui frustra sumunt operam. Sunt qui putant magis quadrare quum quis affligit afflictum. ¶ Canis festinans cæcos parit catulos, ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. In eos jaciebatur, qui nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt: ut si quis opetis parum elimati præcipitet editionem. Galenus lib. de Semine. ¶ Canis in præsepi, ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ. In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque reliquos item sinunt uti. Quandoquidem canis in præsepi nec ipse vescitur hordeo, & equum vetat vesci. Lucian. adversus indoctum. ¶ Objicere canibus agnos, προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας, dicebatur qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponeret, quòd genus sit animal omnium maximè imbelle. Refertur à Diogeniano. ¶ Et canis podice, ὀπὴ κυνὸς πρωκτοῦ. Dictum videtur à Luciano pro eo quod est, rebus anxiis atque angustis, quòd ea pars arctior sit huic animanti: quamobrem & exernunt difficilius. ¶ Canis fœviens in lapidem, κύων εἰς τὸν λίθον ἀγωνιζόμενος. Competit in eos qui mali sui causam imputant non ipsi autori, sed alteri cuipiam. Plato de Rep. & Pacuvius apud Nonium. Invitis canibus venari. Hoc Adagio Plautus in Sticho significare videtur non satfeliciter succedere quod à nolentibus extorquetur. ¶ Canis vindictam, κυνὸς δίκλω. Macedonicum adagium, in eos qui præter expectationem pœnas dant iis, quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragici poëtæ interitu, qui à canibus fuit discerptus. ¶ Canis caninam non est: proverbium, ad quod alluśit Iuvenalis: parcit cognatis maculis similis fera. Varro libro 6. de lingua Latina. ¶ Canis sydus leporem fugientem sequitur: habet in lingua stellam unam quæ propriè appellatur Canis, magnam quidem & splendidam, in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cœlo, major scilicet & minor: sed Canem dicendo, majorem intelligimus. Minor enim canis Canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atque occasu Canem præcedit, à Græcis προκύων, vocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cicero: Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur xv 11. Calend. August. Occidit, sed non tota, post dies quadraginta: idque dierum spatium, Dies caniculares appellamus, eò quòd sydus hoc iis diebus in medio cœli centro sit, conjunctumq; cum Sole duplicet calorem quo dissolvuntur corpora, & evaporantur. Dicta Canis, quòd corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere videatur.

Canis, Plin. libro 8. cap. 40: Garamantem regem canes ducenti ab exilio reduxêre, præliantes contra resistentes. Propter bella Colophonii, itemque Castabalenses cohortes canum habuêre, eæ primæ dimicabant in acie: nunquam detrectantes: hæc erant fidelissima auxilia, nec stipendiorum indiga. Pugnasse adversus latrones canem pro domino accepimus. Fidelissimi, *ut inquit Plinius*, ante omnia homini sunt canes. Colum. lib 7. cap 12.

Cănĭcŭlă, f. p. diminutivum à Cane, quum est fœm. gen. [κυνίδιον. Gal. *Petite chienne.* Ital. *Vna picciola cagna.* German. Ein Hündlin. Belg. Een Hondeken. Hispan. *Perra pequenna perrita.* Polonicè, *Sůka, pśica.* Vng. *Kutyo, ebetske, eb* kölyök. Ang. *A litle bitche.*] Cicero 3. de Nat. deor. At illud non modò non arrogantis, sed potiùs prudentis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro signo cœlesti, σάϊρι-ῶ. Columell. lib. 10: Quumque peracto solstitio usque ad ortum Caniculæ, qui ferè dies triginta sunt. ¶ Hinc caniculares dies, αἱ ἀμφὶ τὸν σείριον ἡμέραι.

¶ Dicebatur præterea, hoc nomine talis latus, quod unitatem ostendebat, in quod converso talo, deponebatur ab eo qui jàctaverat, nummus unus, aut quantum inter se pacti fuerant, sine aliquo lucro: idcirco damnosa canicula vocabatur. Persius: damnosa canicula quantum Raderet. ¶ Canicula item genus piscis marini, apud Plin. lib. 32. ca. 11. ¶ Canicula item de homine mordaci apud Gellium lib. 4. cap. 20: Qui jurabat cavillator quidam, & Canicula, & nimis ridicularius fuit.

Cănīnŭs, a, um, Quod est ex cane. [κυνικός. Gal. *De chien, des appartenances de chiens.* Ital. *Di cane.* Germ. Hündisch/was vom Hund ist. Hispan. *Cosa de can ò perro, perruno.* Polon. Psiy. Vng. *Ebbol valo.* Ang. *Of a dogge, doggish or curlish.*] Plinius: Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Vnde canini dentes, post primores: de quibus in dictione DENS. Et caninum prandium abstemium, in quo nihil vini potatur: quoniam canis vinum non bibit. Vide Aulum Gellium libro 13. capite 29. Canina cœna, idem. Plautus in Cas. Hâc ibo, caninam cœnam spero meliorem fore. Et canina facundia. Salustius apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula: Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Hieronymus ad Rusticum monachum, Pomparum ferculis procedunt in publicum, ut caninam exerceant facundiam. ¶ Caninum studium, ars oratoria per contemptum, ut Canina eloquentia, apud Quint. libro 12. cap. 9. Et Isid. lib. 3. de summo bono. Columella initio operis: Sed ne caninum quidem (sicuti dixêre veteres) studium præstantius, locupletissimumque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à majoribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso foro latrocinium.

Cănārĭŭs, a, um, Quod ad canem pertinet: [κυνικός. Gal. *De chien.* Ital. *Canino, cagnesco.* Ger. Das zum Hund gehört. Hisp. *Cosa de can ò perro, perruno.* Vngar. *Ebhöz tartozo.* Ang. *Of a dogge.*] ut, Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canariũ. Plinius libro 18. cap. 3: Augurio canario agendo dies constituatur, prius quàm frumenta vaginas exeant, & antè quàm in vaginas perveniant.

Cănātim, adverbium significans ad similitudinem canis. [Κυνικῶς κυνός. Gal. *En chien, en façon de chien.* Ital. *Cagnesca mente, in cagnesco.* German. Auff Hündische weiß. Hispan. *En manera de can ò perro.* Polon. *Psiinskie.* Vngar. *Eb módra.* Angl *Like a dogge.*] Sicut Bovatim, ad similitudinem bovis. Cnidius Figulus in Comment. Grammat. ut citat Nonius: Sunt etiam assimilanter dicta hæc Canatim, Suatim, Bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Cănistrum, & Canister, [Ιο *fál.* κάνεϑν. Gall. *Panier où courbeille faicte d'osier.* Ital. *Canestro, cesto, paniere.* German: Ein Korb. Hispan. *Canasta.* Polon. *Koß.* Vng. *Kosár.* Ang. *A panier or basket made of wickers or osiars.*] Fiscella, cista vimínea: à Græco κάνιστρον, α, in ι, mutato. aut à κανίστριον quod idem significat, teste Hesychio. Virgilius: Cereremque canistris Expediunt. Palladius: Salygnis canistros fieri debere virgultis: quia genus hoc oleum dicitur adjuvare. ¶ Hinc fiunt diminutiva Canistella & Canistellus, κανάστλον, κανίσκιον.

Cănnă, f. p. [קָנֶה *kaneh.* κάννα, δόναξ. Gal. *Canne, roseau.* Ital. *Canna.* Germ. Ein rohr. Belg. Een riet. Hispan. *Canna.* Pol. *Rura, trzcina.* Vng. *Nád.* Ang. *A cane or reede.*] Arundo, licet minor sit, & major calamo. Ovidius: & pigram velabat canna paludem. Columel. lib. 5. de arũdineto: Ea est autem senectus, quum vel exaruit situ, & inertia plurimum annorum, vel ita densatum est, ut gracilis, & cannæ similis arundo prodeat: Strabo scribit in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine verò digiti minoris cannas nasci.

Cānnĕŭs, a, um, adjectivum, Quod ex cannis conficitur. [καλάμινος. Gal. *De canne ou roseau.* Ital. *Di canna.* German. Röhrin/das auß Rohren gemacht ist. Hispan. *De canna.* Pol. *Trzciniasti, rurkowaty, dźiurkawy.* Vng. *Nádbol valo.* Ang. *Made of canes or reedes.*] Vnde Columella: Canneas tegetes vocat, storias ex cannis confectas, quæ ad excipiendam olivam arboribus substerni solebant. Sic enim ait libro 12. capite 50: Vrcei quibus oleum progeritur, canneæ tegentes, quibus oliva excipitur.

Cānnētum, n. s. Vbi cannarum copia est. [καλαμών. Gal. *Lieu où croissent les cannes ou roseaux.* Ital. *Canneto.* German. Ein ort da viel Rohr wachsen. Belg. Riet. Hispan. *Cannaueral, Lugar donde nacen cannas.* Pol. *Trzcinicho.* Vng. *Nádas, nád termö hely.* Ang. *A place wheres canes or reedes groweth.*] Palladius: Lilieta caneta ponenda sunt.

Cānnăbĭs, f. t. [κάνναβις. Gal. *Du chanvre, chenevis.* Ital. *Canapo.* Germ. Hanff. Belg. Kemp. Hisp. *El cannamo.* Pol. *Konop.* Vng. *Kender.* Ang. *Hemp.*] penult. corr. Herba est, ex qua fiunt chordæ. Persius: Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto Cœna sit in transtris? ¶ Dicitur & Cannabum, Palladius lib. 3. cap. 6: Hoc tempore cannabum seris.

Cānnăbācĕŭs,

Cănnăbăcĕŭs, a, um, & Cannabinus, a, um, Quod est ex cannabe [κανναβινος. Gal. *De chanvre.* Ital. *Di canapo.* Ger. Hänffin, hänffen auß hanff gemacht. Hisp. *Cosa de cannamo.* Pol. *Konopny.* Vng. *Kenderből valo.* Ang. *Of hemp.*] Columell. lib. 7: Cannabinis qq funibus cornua jumentorum ligato.

Cănnĭtĭæ cameræ, Dicuntur in agrestibus ædificiis ex canmis contructæ. καλαμιναι καμαραι, ut est apud Pallad. libro 1. tit. 13.

Căno, is, cecini, cantum: sed ejus composita faciunt præteritum in ui, divisis syllabis, significatque propriè canere, voce modulari. [שר *schar* זמר *zimmér.* ἄδω. Gal. *Chanter.* Ital. *Cantare.* German. Singen. Hisp. *Cantar.* Pol. *Spiewam.* Vng. *Enekĺök.* Angl. *To singe.*] Plinius libro 10. cap. 29: Merula canit æstate, hyeme balbutit. Cicero 4. Acad. Quum cornix cecinerit. ¶ Hinc canere poëtæ dicuntur: quoniam versus rhythmica ratione compositos, cantando pronuntiare consueverunt. Virgil. 1. Aeneid. Arma virumque cano. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organaque pulsat, aut qui tibias inflat. Cicero 1. Tuscul. Igitur Epaminondas, princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur. Idem 2. de Orat. Quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non potest. ¶ Canere receptui, τῇ σάλπιγξι ἀναχωρεῖν, ἀναχληπικὸν σημαίνειν, significat post conflictum milites à pugna revocare, quod fit cantu tubarum & clangore. Livius 6. bel. Pun. Legionum ardor ingens ad hostem insequēdum fuit: sed Flaccus receptui cani jussit. ¶ Contrà, Canere bellicum, κέλευσιν σημαίνειν, τὸ πολεμικὸν σημαίνειν, Est milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cicero in Orat. Alter incitatior fertur & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. ¶ Sed quia veteres laudare versibus solebant, factum est, ut Canere pro laudare capiatur. Virgilius 7. Aeneid. -regemque canebant. Et pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri possit, canore proferre. Martialis: Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Canere idem etiam quod vaticinari. Cicero in Sextiana: Non hæc à me tanquam fata canebantur. Idem in Catil. Quæ ita nobis consulibus facta sunt, ut hæc quæ nunc fiunt, canere dii immortales viderentur. Idem in Orat. pro dom. Et Virgil. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui molestus est, sæpiùs eandem inculcans. Terent. in Phorm. Cantilenam eandem canis. ¶ Intùs canere dici solet is, qui privati commodi studiosus, quicquid agit, id omne ad domesticam fert utilitatem. Cicero in Rullum adversus legem Agrariam: Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non vobis, sed sibi intùs canit. ¶ Haud canit paternas cantiones, ὁ πατρῴοις ᾠδαῖς μέλη. De eo jactatum, qui à paternis moribus degeneraret. ¶ Canis, ἄδειν ἔχων, pro, nugaris, ineptis, frustra loqueris: etenim qui canunt non videntur rem seriam agere. Frustra canis, ἄκαιρος ἄδεις. De iis qui frustra suadent. ¶ Sibi canere, ἑαυτῷ ψάλλειν, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. Hujus verbi composita sunt, Accino, quod est ad aliquid, vel juxtà cano. ἐπῳδάω, ἐπιψαλλω, ἐπιωλεῖ. Concino, simul cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, sive Occano, κατᾴδω, convitium facio. Percino, canendum persevero. Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædivino, & antè cano. Recino, rursus cano. Horatius 1. Carmin. Quem deum cujus recinit jocosa Nomen imago. ¶ Interdum significat in contrarium cano. Inde frequentativum Recantare, idem significans, quod retractare, & quod Demel à nobis malè aut dictum aut scriptum est, revocare, & corrigere: quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδεῖν. Item libro 1. Carmin. Nunc ego militibus Mutare quæro tristia; dum mihi fias recantatis amica Opprobriis. Et Succino, quod est summissa voce cano. Et omnia habent penultimam correptam.

Cāntĭo, onis, f. t. Cantus. [שיר זמירה *schir zemirdh* ᾠσμα. Gall. *Chant, chanson.* Ital. *Canto, canzone.* German. Ein gesang. Hisp. *Canto ò cancion.* Polon. *Spiewanie, piosnka.* Vngar. *Enek.* Ang. *Singing, a songe.*] Plautus in Sticho: Lepidam & suavem aliquam cantionem occipio.

Cāntĭuncŭlă, diminutivum. [ᾠσμάτιον. Pol. *Piosecżka.* Vngar. *Enekecske.* Angl. *A songe of light maters.*] Cicer. 5. de Finib. Vidit Homer. probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Cănŏr, oris, m. t. Cantus, & elegantia quædem, ac consonantia. [זמרה *zimirdh.* μέλος. Gall. *Son accordant.* Ital. *Canto, concento, eleganza.* Germanicè, Ein liebticher zusammenstimmender thon. Belg. Sanct. Hispanicè, *Canto acordado, lindeza, gala ò gentileza.* Polon. *Spiewanie wnośe.* Vngar. *Enek szó, egy arányalo enekles.* Angl. *Melodious singing.*] Ovid. 5. Metamorph. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aureis. Virgil. 4. Georg. -nanque morantes Martius ille æris rauci canor increpat.

Cănōrŭs, a, um, adjectivum, Vocalis, sonorus. [λιγυρὸς, φωνήεις, μεγαλόφωνος. Gallicè, *Resonant, doux & accordant.* Italicè, *Sonoro, canoro.* Germanicè, Wotthönend, wolsingend. Hispanicè, *Cosa que mucho suena ò resuena.* Polon. *Głośny śpiewak, brzmiący.* Vngar. *Hangos szauu.* Ang. *Lowde, shrill.*] Plautus in Pœn. Canora hic voce tinnire temperent. Cic. de Senect. Omnino canorum illud in voce splendescit. Virg. 6. Aeneid. Thracia fretus cithara, fidibusque canoris.

Cānōrōsŭs, a, um, idem. [Vng. *Hangos.* Ang. *Shrill.*] Gellius: Collectam coactamque vocem, & magis claros, canorosque sonitus facit.

Cantĭlēnă, f. p. Carmen, canticum. [שירה זמירה *schirdh zemirdh.* μελῳδία, ᾄσμα. Gallicè, *Chanson.* Ital. *Canzone.* Germ. Ein gesang, ein lied. Belg. Sanck, een liedeken. Hispanicè, *Cancion, canto.* Polon. *Piosnka.* Vngar. *Enek.* Ang. *A songe.*] Cicero 1. de Orat. Neque ex scholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum jactatione, denuntiatione, & rumore. [Angl. *A speache or tale commonelie vsed, a rumour.*] Brutus ad Cicer. libro 11: Nam de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum, & denuntiatione periculi sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quàm plurimum lucrifaciant. ¶ Cantilenam eandem canis, τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾄσμα. De eo qui molestus est sæpiùs eandem inculcans: nihil enim odiosius, quā quod semper idem est. Dorio in Phorm. Terent.

Cantĭcum, n. s. Propriè est elegans & lascivus cantus. [שיר *schir.* ᾠδη. Vngar. *Ekes enekles.* Ang. *A balade, the dittie or mater of a songe.*] Quintilianus: Sit poëtæ lectio cum suavitate quadam gravis, & non quidem prosę similis (quia carmen est, & se poëtæ canere testantur) non tamen in canticum dissoluta.

Cāntŏr, m. t. & Cantrix, f. t. Verbalia, Qui vel quæ canit. [שר *schar.* ψαλτὴς, ἀοιδὸς. Gall. *Chantre.* Ital. *Cantore.* Ger. Ein senger / oder sengerin. Hispan. *Cantor.* Polon. *Spiewak albo. Spiewacżka.* Vngar. *Kántor, korálo, énekló.* Ang. *Whiche singeth.*] Plautus in Trin. Cantrices, cistellatrices, nuntii, raptores panis & peni. Cic. 1. de Orat. Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor fortunarum, auceps syllabarum. Mentiuntur multa cantores, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. In eos quadrabit qui ad gratiam loquūtur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modo spectantes ut delectent ac placeant, pleraq; canunt in laudem auditorum falsa. Aristot. lib. 1. Metaph.

Cāntŭs, us, m. q. à Cano: Cantio, symphonia, vocis inflexio. [זמירה *zemirdh* זמרה *zimrdh.* μελῳδ. Gallicè, *Chant, chanterie.* Ital. *Canzone.* Germ. Ein gesang. Hisp. *Cancion.* Pol. *Spiewanie.* Vng. *Enekles.* Ang. *A songe, singing.*] Virg. 8. Aeneid. Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt evincti tempora ramis. Cic. de Orat. 2: Qui enim cantus moderata pronuntiatione, pro dulcior inveniri potest? ¶ Cantus etiam incātatione, seu magicis carminibus accipitur. [Anglicè, *A charme, inchauntment.*] Tibull. -nempe hæc eadem se dixit amores Cantibus, aut herbis solvere posse meos.

Canto, as, frequentativum à Cano. [השיר שר *hschir schar* זמר *zamr.* ᾄδω. Gall. *Chanter.* Ital. *Cantare.* German. Singen ein singens. Hispanicè, *Cantar.* Polon. *Spiewam.* Vngar. *Enekłök.* Ang. *To singe.*] Plinius libro 11. cap. 26: Mares cantant in utroque genere. Terentius in Evnuch. Cantatū provocemus Pamphilam. Plautus in Epid. Conducta veni, ut cantarem fidibus seni. ¶ Item Cantare, pro incantare. [Ang. *To charme, to inchaunte.*] Virgil. in Pharmaceutria: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Servius: Cantando, dum incantatur. Nam gerundivus modus ab omni verbo similiter procreatur: unde modo cantando à passivo, ait, quum suprà ab activo dixerit: Cantando tu illum ¶ Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, ἐγκωμιάζειν. Cicero ad Atticum: Nam, ut scis, jam pridem istum canto Cæsarem. Ab hoc verbo fiunt Cantatio, ᾠδὴ. ¶ Composita sunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cāntĭto, as, penultima correpta, frequentativum à Canto frequentativo formatum. [περιᾴδω, περᾴδω. Gall. *Chanter souuent.* Ital. *Cantare souente.* German. Offt singen / ohnvnderlässlich singen. Hispanicè, *Cantar muchas vezes.* Polonicè, Vstawicznie śpiewam, pośpiewuie. Vngar. *Gyakran énekłök.* Angl. *To singe often.*] Terentius Adelph. Facturum credo, ut habeas qui cùm cantites. Cicero de clar. Orat. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis convivis, &c.

Cāntātŭs, participium. [ᾀσθείς. Ang. *Which is songe, praised.*] Statius 1. Syl. Asteris & Battis totam cantata per urbem.

Cantātŏr, Qui consuevit canere. [שר *schar* משורר *meschorér.* ἀοιδὸς μουσοποιός. Gall. *Chantre.* Ital. *Cantore.* Germ. Ein senger. Hisp. *Cantor.* Pol. *Spiewak.* Vng. *Enekló.* Ang. *A singing man.*] Martialis lib. 13: Cantator cygnus funeris ipse sui. ¶ Cantator fidibus. Fidicen, κιθαρῳδὸς. Gell. lib. 16. cap. 19: Vetus, inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cāntātrĭx, f. p. [משוררה *meſchorerâh.* ψάλτρια. Gal. *Chanteresſe, chanterelle.* Ital. *Cantatrice.* German. Ein ſengerin. Hiſpan. *Cantora.* Polon. *Spiewaczka.* Vngar. *Enekes aszony.* Angl. *A ſinging woman.*] Claudian. Imploret citharas, cantatrices q; choreas.

Cāntāmĕn, inis, n. t. pro incantatione accipitur. [לחש *lachaſch.* γοητεία. Gall. *Enchantement, enchanterie.* Ital. *Incantamento, incanto, incanteſimo.* German. Verzauberung. Hiſp. *Obra de encantar de palabras, encantacion.* Polon. *Oczarowanie.* Vngar. *Bwʼ-báy.* Ang. *Inchauntment, witcherie.*] Proper. Oʻutinam magicæ noſſem cantamina Muſæ.

Canocerſea, Helxine apud Dioſcor. lib. 4. cap. 42.

Canon, κάνων, Tributum erat frumentarium, quod Aegyptus, Africa, & Sicilia ſtatum populo Romano quotannis pendebant. Aſconius Pædianus tria facit tributorum genera, Canonem, ut in portoriis & vectigalibus: Oblationem, ut in vini diſtractione, & Indictionem, quæ & Collatio, & collecta dicitur à Cic. lib. 2. de Orat.

Cănōn, onis, pen. gen. corr. m. t. Latinè regula. [משקל קנה *miſchkaʼl. κανών.* Gall. *Reigle.* Ital. *Regola.* German. Ein regel/ein richtſcheit/linial/richtſchnur. Hiſpan. *Regla.* Polonicè, *Linia welderowniami ktorei ſznur czieſielski.* Vng. *Régula, ſzabot rend.* Ang. *A rule.*] Cic. ad Tiron. Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, unde illud tam ἄκυρον, Valetudini fideliter inſerviendo? Plin. lib. 34. cap. 8: Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canon etiam lorum ſcuti, in quod brachium immittitur. [Pol. *Paſa u rodelle.* Vng. *Paiʼzſy.*]

Canonicus, a, um, Regularis. *κανονικός.*

Canonizo, as, act. p. ad regulam examino, regula & regulamenta, *κανὼν* & *κανονίς μετα.*

Canor, Canorus, Canoroſus, Vide CANO.

Cāntă, pro cantata veteres uſi ſunt. Feſtus.

Cāntărŭs, Vide CANTHARVS.

Cāntēs, pluralis numeri tantùm, & fœminini generis. Fiſtulæ ſunt organorum. [Germ. Orgten pfeiffen. Vng. *Organa tſeuiei.*]

Cāntātŏr, Cantatrix, Cantatio, Vide CANO.

Cānthărĭdēs, Gemmæ ſpecies, quæ ſcarabæorum effigiem habet: quippe Græci *κανθάρους* vocant ſcarabæos. Plinius libro 37. capite 11.

Cānthărĭs, cantharidis. [*κανθαρίς.* Gall. *Cantaride, ver ou mouſche verde & venimeuſe.* Ital. *Cantarella verde & lucida come oro, che ſi paſce ſu i rouiſtici.* Germanicè, Cantarides / ſind grüne Refer. Hiſpanicè, *Abadejo animal pequenno ponconoſo.* Pol. *Chrząſzczik zelonyna ieſienie albo oldrzewie gwowim.* Vngar. *Fán termŏ fonyes, és mérges pók.* Ang. *A grene worme venimouſe and ſhyning lik gold.*] Vermis terrenus viridis, auri colore ſuperlucens: in ſummitate ramorum fraxini & olivæ naſcens: cujus ſuccus in venas ingreſſus, & venenum interimit, & humano corpori applicitus, veſicas plenas humore facit. Ovidius: Cantharidum ſuccos dante parente bibat. Plin. li. 29. cap. 4: In cantharidibus magna quæſtio: quoniam ipſæ venena ſunt potæ, veſicæ cum cruciatu præcipuo. Cic. ad Pætum lib. 9: Cajus accuſante L. Craſſo cantharidas ſumpſiſſe dicitur. ¶ Cantharis etiam à quibuſdam appellatur herba, quæ *κάπνος* Dioſcoridi, Latinis Fumaria, & Officinis *Fumus terræ* dicitur.

Canthărŭs, *κάνθαρος*, penult. corr. Poculum quod Baccho tribuitur, ſicut Scyphus Herculi: à cantharo, navigii genere. [Vngar. *Kanna.* Ang. *A iug or great pott to drinke in.*] Plin. libr. 33. cap. 11: C. Marius poſt victoriam Cimbricam cantharis potaſſe Liberi patris exemplo traditur. Virg. Aeglog. 6: Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. Vlpianus ſcribit Cantharos eſſe, per quos aquæ ſaliunt. ¶ Et Cantharus, piſcis nomen eſt apud Plin. lib. 32. cap. 11. Columel. lib. 8: Nam & halecula modò capta, & cantharus, exiguusque gobio. Ovid. Cantharus ingratus ſucco tum concolor illi Orphus, *&c.* ¶ Eſt item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum vocant, ex genere inſectorum, qui circa animalium fimum ferè verſatur, pilulas ex eo conficiens, averſis q; pedibus voluntas. De hoc multa Plin. lib. 11. cap. 28, & Ariſtophanes in Cantharo. Vide Cælium lib. 8. cap. 5. ¶ Aetnæus cantharus, *Αἰτναῖος κάνθαρος*, De magnis & fœdis. Ariſtoph. ¶ Cantharus pilulam. Adagium eſt in eos, qui caſtigati ſæpiùs, nihil proficiunt: ſed quod pertinaciter ſemel arripuerunt, pertinaciùs fovent. Quod enim eſt animali ingenitum, nulla prorſum arte viceris. Ductum adagium à pilularum: id eſt, orbicularium ſtercorum illa volutatione, quæ eſt cantharis admodum familiaris. Cælius lib. 8. cap. 5. ¶ Eſt item Cantharus, cœleſte ſignum in Aquario, ex tribus cõſtans ſtellis. ¶ Cantharus item Comicus Athenienſis fuit, cujus ſcripta memorantur à Suida.

Cānthĕrĭum, *κανθήριον*, Vehiculi genus, de quo Senec. Epiſt. 87: M. Caro Cenſorius cantherio vehebatur Aethiopico.

Cānthērĭŭs, [*κάμαξ τῆ ἀμπέλῳ.* Gall. *Chantier ou cheuron.* Ital. *Canthiero.* Germ. Ein geheid der Reben. Hiſp. *Percha del à parra.* Pol. *Podpora winnich latoroſły, tyka winna.* Vngar. *Lugas karó.* Ang. *A rayle or barre, a kind of inſtrument in a vineyarde.*] Genus jugi in vinea, de quo Columell. lib. 4, cap. 12: Itaq; aut veteres, ne novæ radicē agant, arundines binas ſingulis vitibus applicabimus: aut ſi regionis conditio permittit, vetera deponemus haſtilia, quibus annectuntur ſingulæ tranſverſæ perticæ, in imam partem ordinis: quod genus jugi *Cantherium* vocant ruſtici. ¶ Cantherius equus. [*ἱππος τρμιος, ὁ ὀκτορίας.* Gall. *Cheual chaſtré, hongre.* Ital. *Cauallo caſtrato.* Ger. Ein Roß dem verſchnitten iſt/ein Munch. Belg. Een ruyn. Hiſpan. *Cauallo caſtrado.* Vng. *Heréle lo.* Ang. *A gelding or gelded horſe.*] Cui teſtes amputati ſunt, ut fiat manſuetior. Varro: Et ideò quòd ſemine carēt ii, Cantherii appellantur: diſtat ab equo, ſicut capus à gallo. ¶ Cantherii item dicuntur, qui ſubjici ſolent à fabris materiariis, dum moles arborum ſecant: Vulgus *Caballos* vocat. ¶ Itē Cantherii tigna dicuntur. Vitruv. lib. 5: Et Cantherii prominētes ad extremā ſuggrundinationē. Supra cantherios templa. ¶ Item Cantherius, ut autor eſt Varro, mons eſt in Sabinis.

Cānthērĭŏlŭs, diminutivum, pro parvo pedamēto. [*κανθήλιον, καμάκιον.* Polon. *Ticzka.* Vngar. *Karótska.* Ang. *A litle rayle or barre.*] Colum. li. 11. cap. 3: Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quaſi Cantheriolis interpoſitis, rigorem ſtylorum conſervato, *&c.*

Cantherinus, a, um, adjectivum, Plaut. in Menæch. Certè hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Solēt enim equi ſtantes ſomniare, autore Plin. lib. 10. cap. ult. Cantherinum hordeum. Columell. libr. 2. cap. 9: Proximus eſt his frumenti uſus hordei, quod ruſtici *hexaſticum*, quidam etiam *cantherinum* appellant. ¶ Cantherinum lapathum, Latini Rumicem appellant. Plin. lib. 20. cap. 21.

Cānthĕrĭātŭs, a, um, Colum. lib. 5: Quæ pædaminibus adnixæ ſingulis jugis imponuntur, eas ruſtici *cantheriatas* appellant.

Cānthŭs, thi, m. ſ. [חשק *chiſchſchúk. κανθός.* Gallicè, *Le fer du tour d'vne rouë, les bandes d'vne rouë.* Italicè, *Il ferramento che va intorno à vna ruota.* Ger. Ein eyſin ſchinen der rederen. Belg. Radt ſchene/dat yſer rontom tradt. Hiſpan. *Cincho de la rueda de carreta.* Polon. Wirwant. Vng. *Pánt (auagy) kerék talpan valo vas.* Ang. *The ſtrake of a carte, the yron wherewith the carte wheeles ar bounde.*] Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Perſius: Verrentem ſeſe fruſtrà ſectabere canthum. ¶ Ganthos etiam Græci angulos oculorum vocant.

Cantĭcum, Cantilena, Cantio, Cantito, Vide CANO.

Canto, Cantus, Vide CANO.

Cānŭs, a, um, Cui canent, ſive albent capilli præ ſenectute. [שב *ſab. πολιός.* Gallicè, *Chenu, griſon, qui a les cheueux blancs.* Italicè, *Canuto, bianco.* German. Graw/der weiſſe oder grawe haar hat von ſetnes alters wegen. Belg. Grys. Hiſpan. *Blanco ò cano de cabellos.* Polon. Sywy. Vngar. *ősz vén.* Ang. *Hoare, gray for age.*] Plautus in Aſin. Cano capite cuculum uxor ex luſtris rapit. Idem in Bacch. Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia: ut, Cani montes, albi ex nive. Cana fides. Virgil. 1. Aeneid. Cana fides & Veſta. Vbi Nonius: Canam fidem, veterem, & antiquam interpretatur. ¶ Cana veritas. Varro in Eudæ. Et ecce de improviſo accidit cana veritas, Atticæ philoſophiæ alumna.

Cānī, orum, ſubſtantivè, pluraliter tantúm. [שיבה *ſebâh. πολιά.* Gall. *Blancs cheueux, griſons, chenus.* Ital. *I capegli caputi.* Germ. Die grawen haar. Hiſpan. *Las canas de la cabeca.* Pol. *Syſtwe wł'oſsy.* Vngar. *őszhay.* Ang. *Gray or whyte heares.*] Capilli albi in capitibus ſenum. Cicer. de Senect. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre poſſunt.

Cānĕo, es, ui, n. ſ. propriè de capillis dicitur in ſenibus, quū albeſcunt. [שב *ſab. πολιά.* Gall. *Griſer, griſonner, deuenir chenu & blanc.* Ita. *Venir canuto.* Ger. Graw werdē. Belg. Wit oft grys worden. Hiſp. *Encanecer.* Pol. *Syſtwieie.* Vngar. *Meg őszwlŏk.* Ang. *To haue gray heares.*] ¶ Per tranſlationē de aliis etiā rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canēt herbæ: hoc eſt, albæ ſunt, matutino roræ aſperſæ. Virg. 3. Georg. Luciferi primo quū ſydere frigida rura Campanus, dum mane novū dum gramina canent. Idem 2. Georg. & glauca canentia fronde ſalicta.

Cānēſco, is, n. t. Canus fio: & propriè de ſenibus dicit, quū capilli eorū in albedinē vergūt. [שב *ſab. λευκαίνομαι τὴν τρίχα.* Gal. *Griſonner, deuenir chenu & blanc.* Ital. *Diuenir canuto.* Ger. Graw oder weiß alters halb werdē. Hiſ. *Encanecer.* Pol. *Syſtwim ſye ſtawam.* Vn. *Meg őszwlŏk.* Ang. *To waxe gray, or haue white heares.*] ¶ Per tranſlationem autē accipitur pro ſeneſcere: & de aliis rebus quàm hominibus dicitur. Cicer. 1. de Legib. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicitur: eaque (ut ait Scævola) dē fratris mei Mario, caneſcet ſeculis innumerabilibus. Idem de Clar. Orat. Quumq; ipſa oratio jam noſtra caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem.

Cānĭtĭēs, f. t. & Canitudo, f. q. Capillorum albedo, qualem in ſenibus conſpicimus. [שיבה *ſebâh. πολιότης.* Gall. *Blanchiſſure de cheueux, blanche vieilleſſe, quand l'homme eſt chenu & griſon.* Italicè, *Biancheʒza, canuteʒza.* Germanicè, Grawe des haars/

beſonders

Besonders von eite. Belg. Grysheyt. Hiſpan. *Canas delos cabellos.* Polon. *Szywizna.* Vngar. *őſzſég, vénſég.* Ang. *Whitneſſe of heare for age.*] Plin. Et ipſa jam canitie venerabilis. Idem lib. 11. cap. 37: Canities homini tantùm, & equis. Plautus: Stultus eſt adverſus ætatem & capitis canitudinem. Varro Aboriginum: Sed neque vetulus cantherinus, quàm novellus, melior: nec canitudini comes virtus.

Cănŭsīnātŭs, Dicitur qui eſt indutus Canuſina veſte. Martial. lib. 9: Vt canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

Căpăcĭtās, Vide CAPIO.

Capax, Vide CAPIO.

Căpēdo, inis, Vas in ſacris uſitatum, à capiendo dictum. [ם׳ *jam. δέγχωμον.* Gall. *Vn grand vaiſſeau, qui n' eſtoit de grand valeur, & ſeruoit aux ſacrifices.* Ital. *Vaſo da ſacrifici.* Germanicè, Ein groß weit geſchirr. Hiſpanicè, *Vaſo para ſacrificar.* Pol. *Kuffel ſieroky.* Vngar. *Aldozathoz valo edény.* Ang. *A great veſſell of great value that ſerueth in ſacrifices.*] Plin. lib 37. cap. 2: Sed Nero, ut par erat, princeps vicit omnes, quadringẽtis ſeſtertiorum millibus capedinem unam parãdo. Cic. in Paradox. Minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuiſſe, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

Căpĕdūncŭlă, diminutivum. *σκαφιδάριον ἀτελές.* Cic. de Natur. deor. Docebo meliora me didiciſſe de colendis diis immortalibus jure pontificio, & more majorum, capedines, capedunculis, quas Numa nobis reliquit.

Căpellă, Vide CAPER.

Căpĕr, pri, m. ſ. Mas caſtratus in genere caprino. [עז *hex.* טעיר *tſaphir. τράγος.* Gall. *Vn bouc chaſtré.* Ital. *Caprone.* Ger. Ein heiſs bock. Belg. Eenen bock. Hiſp. *El cabron ò chibo caſtrado.* Pol. *Kozeł' trzebiony.* Vngar. *Ketske, herélt ketske bak.* Ang. *A male goat gelded.*] Martialis: Dum jugulas hircum, factus & ipſe caper. Nam Virgilius impropriè Caprum pro hirco poſuit, quum dixit: Vir gregis ipſe caper: ſicut etiam impropriè brutum animal Virũ appellavit. ¶ Dicitur Caper ſive Capra à carpendis virgultis: rodit enim omne virgultum, & in primis vites, propter quod Baccho immolari caper ſolebat.

Căprā, f. p. quaſi carpa, quòd virgulta carpat: vel quòd captet aſpera: vel à erurum crepitu. Vnde & crepas eas antiqui vocabant. [עז *hex. aiſſ.* Gall. *Cheure.* Ital. *Capra.* German. Ein geiß. Belg. Een gette. Hiſpan. *Cabra.* Pol. *Koza.* Vng. *Ketske.* Ang. *A ſhe goate.*] Pallad. de Re ruſt. lib. 2. cap. 3: Studioſè enim de agreſtibus fruticibus paſcuntur; atque in locis virgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ. ¶ Matris ut capra dicitur, *τῆς μητρὸς ὡς αἰξ καλεῖται.* In ſpurios dictum videtur, quorum pater incertus eſt, eaque gratia à matre denominantur. Dictum ab hœdis qui in caprilibus à matre dignoſcuntur: nam à patribus haudquaquam poſſis. Poteſt & in jocum verti proverbium, veluti ſi quis per luſum neget ſe patrem agnoſcere, matrem ſcire, *τῆς μητρὸς ὡς αἰξ καλοῦμαι:* id eſt, Matris velut capra vocor. ¶ Capra ad feſtum, *αἰξ εἰς πλὴν ἑορτῶν.* Dici ſolitum ubi quis in tempore ad negotium aliquod accederet: Aut, ubi quis commodè in ſuam perniciem offert ſeſe. Nam in feſtis, maximè Bacchi, capram immolabant. Refertur à Plutarcho. ¶ Liberæ capræ ab aratro: *ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων.* Hemiſtichium eſt heroici carminis proverbiale, dictum olim ab iis qui ſe ab onere quopiam aut moleſtia liberatos gloriarentur. ¶ Eſt etiam Capra ſignum cœleſte, quæ (ut poëtis placet) Amalthææ capra fuit, cujus lacte educatus eſt Iupiter: quare poſtea rerum potitus, inter aſtra eam collocavit. Columell. lib. 11. cap. 2: Decimo Calend. Ianuar. Capra occidit manè, tempeſtatem ſignificat. ¶ Capram cœleſtem orientem conſpexerunt, *αἶγα πλὴν ἑωθινὴν ἐπιτέλουσαν ἐθεάσαντο.* Hoc dici ſolitum in eos quibus omnia feliciter, eque animi ſententia ſuccederent, propterea quòd antiquitus opinione vulgi comprobatum eſt, qui capram illam Iovis altricem, & ob id in ſiderum relatam numerum, conſpexiſſent, quicquid votis conciperent, ejus compotes futuros.

Căpēllă, æ, f. p. diminutivum à Capra. [*χίμαιρα.* Gall. *Cheurette, petite cheure.* Ital. *Capretta.* Ger. Ein geißlin, ein gißlin. Hiſp. *Cabra pequenna.* Polon. *Koźka.* Vngar. *Ketskéske.* Angl. *A younge goate.*] Columell. lib. 7. cap. 6: Anniculæ, vel bimæ capellæ (nam utraq; ætas partum edit) ſubmitti hœdum non oportet. Virg. Aeglog. 3: Tityre paſcentes à flumine, rejice capellas.

Caprārĭŭs, m. ſ. Cuſtos, exercitorque caprarum. [*αἰπόλος, αἰγονόμος.* Gall. *Gardeur de cheures, cheurier.* Ital. *Capraio.* German. Ein geißhirt. Hiſp. *Cabrerizo que garda capras.* Pol. *Koz paſtucha.* Vng. *Ketske páſztor.* Ang. *A keeper or feeder of goates.*] Varro 2. de Re ruſt cap. 3: Is enim quum in ſuburbano haberet agrum jugerũm mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbẽ, denarios ſibi in dies ſingulos dare audiſſet, &c. Colum. lib. 3. cap. 10. ¶ Caprarius in æſtu, *αἰπόλος εὐκαύμων.* In hominem inſatiatæ, aut etiam intempeſtivæ libidinis dictitabatur. Nam his horis caprarii, diu ſeductis gregibus in umbra latitãt, laſcivire ſoliti ſcribuntur. Autores Zenodotus, & Suidas.

Căprĕă, pen. corrept. f. p. [צבי *tſebijáh. δορκάς* Dent. τῶ Νεχεια: id eſt, à videndo. Gallicè *Cheure ſauuage.* Italicè, *Capra ſaluatica.* Ger. Ein reeh/ein rechbock. Belg. Een ree. Hiſpan. *Cabra montes.* Polon. *Koza dzika.* Vng. *Vad ketske.* Ang. *A wilde goate.*] Animal ſylveſtre, non ſolùm videns, ſeu perſpiciens acerrime, ſed & aliis viſum præbens. ¶ Aſſerunt enim medici huic animali intra viſcera humorem quendam ineſſe, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoſque viſus exacuat. Martialis in diſtichis: Pendentem ſumma capream de rupe videbis, Caſuram ſperes, decipit illa canes. Caprearum genera vide apud Plin. ¶ Eſt & Caprea vitis, dicta (ut inquit Varro) quòd pariat capreolum. ¶ Ne caprea contra leonem, *μὴ αἴξ πρὸς λέοντα δορκάς:* hoc eſt, ne longè inferior cum potentiore decertes. Diogenian. & Suidas.

Căprĕŏlŭs, li, diminutivum à Capreus. [צבי *tſebi. δορκάδιον.* Gall. *Petit cheureul ſauuage.* Ital. *Capriolo.* German. Ein rehböcklin/ein ſteinböcklin. Belg. Een Reebock. Hiſpan. *El hijo de la cabra montes.* Polon. *Koźel'ek dzíky.* Vngar. *Vad ketskéske.* Ang. *A little wild kid or roe, a roebucke.*] Virgil. Aeglog. 2: Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti Capreoli, ſpartis etiam nunc pellibus albo. ¶ Sunt etiam Capreoli, claviculi intorti in vitibus, & veluti quidam cincinni in tenerioribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibuſdam adminicula complectitur. [*αἱ ἕλικες ἀμπέλου.* Gall. *Les petits tenons des vignes dequoy elles ſe tiennent, lient & entortillent entour quelque choſe pour s'aider à monter plus haut.* Ital. *I vettici cioe trales con che le viti ſe legono à i pali & intra ſe.* Germanicè, Die gabten ſo an den weinreben wachſen. Hiſpanicè, *Carcillos ò tijeretas de la vid.* Ang. *The tendrell of a vine wherewith it taketh holde or winneth about ſome thing.*] ¶ Præterea Capreolus, Inſtrumentum ruſticum eſt bicorne. [Gall. *Inſtrument de fer qui à deux cornes pour mouuoir & rompre la terre.* Italicè, *Inſtrumento à modo d' vna zappa con doi denti de cauar à i piedi delle viti.* German Ein Karſt. Hiſpan. *Acada de dos dientes para cauar.* Polon. *Motyka.* Vngar. *Ketske, természtető, ketskfay.* Ang. *An inſtrument of yron, ſeruing a viner to digge with and hath two forkes.*] Columell. lib. 11. cap. 3: Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti eſt) terra commoveatur.

Caprĭgĕnŭs, a, um, penultima correpta, Quod eſt ex caprarum genere. [*τραγώδης.* Gall. *Qui eſt du genre des cheures.* Ital. *Di ſpecie di capra.* German. Von dem geſchlecht der geiſſen. Hiſpan. *Coſa de linaje de cabras.* Pol. *Kozégo rodu.* Vng. *Ketske fay.* Ang. *That is of the kind of goates.*] Plautus in Epid. Caprigenum hominum non placet mihi, neque patherinum genus.

Caprīlĕ, penultima producta, Stabulum caprarum, Locus ubi capræ ſervantur. [*αἰγών.* Gall. *Le lieu & eſtable où les cheures logent, parc à cheures.* Ital. *Caprile.* German. Ein geißſtall Belg. Een geitenſtat. Hiſp. *Chibital ò aprisco de capras.* Polon. *Koźarnia.* Vngar. *Ketske akol.* Ang. *A goateſtable.*] Plin. libr. 28. cap. 10: Atqs in totum difficilibus ſe recolligentes à ſerpentium ictu, in caprilibus optimè convaleſcunt.

Căprīlĭs, adjectivum. [Vng. *Ketskéi.*] ut, Caprilis caſa, apud Eutropium lib. 5. in bello civili.

Caprillus, a, um, *αἰγεῖος*, idem quod Caprinus, ſicut ab ove ovillus. Ve, Stercus caprillum & ovillum.

Caprĭmŭlgŭs, Dicitur qui capras mulget. [*αἰγοβοσκος, αἰγονόμος.* Gall. *Tette-cheure.* Ital. *Quello che molge capre.* Ger. Ein geißmelcker. Hiſpanicè, *Ordenador ò chupador de las capras.* Polon. *Kozodoy.* Vngar. *Ketske fejő.* Angl. *That milketh goates.*] Catul. Suffenus unus caprimulgus aut foſſor Rurſus videtur. ¶ Caprimulgi, Aves ſunt merulæ aſpectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non videntur, nec ipſæ videntintrant paſtorũ ſtabula, caprarumque uberibus propter ſuctum lactis advolant, qua injuria emoriuntur ubera. Hoc Ariſtoteles à caprarum mammis, *αἰγοθήλας* vocat. Plinius libro 10. capite 40, [Germanicè, Ein Vogel der zu nacht die Geiſſen ſaugt / ein Nachtraam.]

Caprīnŭs, a, um, Capreus. [*αἰγεῖος.* Gall. *De cheures, des appartenances de cheures.* Ital. *Caprigno, di capra.* Germ. Geiſſin. Hiſp. *Coſa de cabras.* Pol. *Kozły.* Vngar. *Ketskéhöl valo, ketskéi.* Ang. *Of goates, or belonging to goates.*] Iut, Caprinus grex, Liv. 2. bell. Pun. Caprina pellis, Cic. 1. de Nat. deor.

Caprĭpēs, pen. corr. capripedis. [*αἰγίποους, αἰγίποδος.* Vng. *Ketskelábu.*] Qui pedes caprinos habet. Proper. lib. 3. Eleg. 17: Capripedes calamo panes hiante canent.

Caprĭcōrnŭs, Vide ſuo loco.

Caprĭfĭcŭs, Vide ſuo loco.

Căpĕro, as, penult. corr. Frontem rugis contraho, & aſperitatem vultus oſtẽdo: [כהה *chahál.* Dnp *kamát. συσπῶ πλὴν ὄψιν.* Gall. *Rider, refrongner.* Ital. *Creſpar la fronte.* German. Die ſtirnen rümpffen/ſawr vnnd ſcheußlich ſehen. Hiſpanicè; *Rugar la frente.* Polonice, *Marſzczę/ſię, kwaſzno patrzę.* Vngar. *Az homlokomat meg komorittom.* Ang. *To mak wrinckles on the forchead or browe, to frowne, to lowre.*] quòd à criſpis caprorum frontibus, vel à cornuum capri-

nuum caprinorum similitudine tractum est. Vnde & Caperatum, rugosum dicitur. *σωκρωλῶδες.* Plaut. Quid illud est, quòd illi caperat frons severitudine? Varro Eumenidibus: Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis.

Căpēsso, Vide CAPIO.

Caphura, *κάφουρα*, Actio, & Actuario Indiæ arbor est tantæ magnitudinis, ut sub singulis hominū centuriæ possint quiescere. Nascitur in montibus mari vicinis, materiē levi, & ferulaceæ: gummiq; exudat ejusdē nominis, quod à recentioribus unguentis admiscetur: cujus longè maximus est proventus, quū cœlum fulgetris coruscat. Officinę *Camphoram* appellant.

Capĭdum, Genus vestimenti (inquit Festus) quo caput tegebatur.

Căpillŭs, m. s. Quasi capitis pilus. [שער *sehár. κόμη.* Gall. *Cheveul ou perruque, poil* Ital. *Capello.* Ger. Haar des Haupts. Belg. Haer. Hisp. *Cabello de la cabeca.* Pol. Włosy *na gł'owie.* Vngar. Hay. Ang. *The heare of the head, the bush.*] Cic. in Pisonem: Erant illi compti capilli, & madentes cinnamorum fimbriæ Quamvis & pro omni pilo sumatur. *Ἶρις.* Plin. lib. 7. cap. 2: Ollibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Gellius capillum pro hœdino pilo posuit, quum ait: Nam si ovium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, cōstat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Capillorum affectus novem sunt, scilicet: Contorsio, decoloratio, quassatio, fractio, nutrimenti penuria, *ἀπορφία*, canities, alopecia, fluxio. Contorsio in extremitate est capillorum habitus & connexio indivisibilis, adeò ut non possint augescere crines. Conquassatio autem hæc est, inæqualis crinium dissidentia, quæ fit forcipibus conbinatis, aut tonsis non dissimilis. Atrophia: id est, nutrimenti indigentia, & vehemens ex defectu gracilitas, propter quam non possunt crines crescere: *ξηρασία* autem est quum lanuginosa est crinium superficies, similis his, qui sunt pulvere discissi & dissoluti. De fluvio capillorum est decidentia, sequens plerunque deficientes, aut qui ex morbo longo convalescunt. Canities est mutatio crinium in alborum ante maturum ætatis tempus. Alopecia, mutatio crinium est in candorem; quum crines veteres radicibus excidunt. Ophiasis est mutatio coloris, similis suprà dictis, at multò densior, etiam tunc quum tortuosi fiunt, & caput dividitur.

Căpillācĕŭs, adjectivum. [*τριχοειδής.* Gall. *De cheueux, delié & menu comme cheueux.* Ital. *Di capello sottile come capelli.* German. Härin/ von haar gemacht. Hispanicè, *Cosa de cabellos.* Polon. Włosiasty. Vngar. *Hayszabásu.* Ang. *Of heare, made small lik heare.*] Plin. li. 12. cap. 25: Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant entheriston.

Căpillo, as, are, n. p. Est capillos facere. [*τριχόω.* Gall. *Faire auoir cheueux, produire cheueux.* Ital. *Mettere capegli.* Germ. Haar machen. Hisp. *Hazer cabellos.* Pol. Włosi *zapuszczam.* Vng *Meg haiasitom.* Ang. *To cause to haue heare.*] Plin. lib. 37. cap. 11: Polythrix in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur.

Căpillātŭs, a. um, Qui crines lōgiores habet. [תאים *tsommím. τριχώδες.* Gall. *Cheuelu, qui porte longs cheueux, qui a grosse perruque.* Ital. *Capigliuto, di longi capelli.* German. Haarechtig/ der viel oder lang haar hat. Hisp. *Cosa de luengos cabellos.* Pol. Dł'ugowł'os. Vn. Haias. Ang. *Hearie, long heared.*] Cic. de lege Agr. Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

Căpillāmēntă, n. s. Dicuntur ipsi capilli. [צִיצִית *tsitsith* צמה *tsammáh. τριχώματα.* Gall. *Cheuelure, perruque.* Ital. *Crini.* Ger. Die haar. Belg. Haer. Hisp. *Los pelos.* Pol. Włosi. Vng. Hay. Ang. *The bushes of head heare.*] Apul. lib. 2. de Asin. Tanta est capillamēti dignitas, ut quāvis auro, veste, gēmis, omniq; cętero mūdo exornata mulier incedat, tamē nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri. Plin. lib. 21: Herba croci est folio angusto, penè in capillamēti modum. ¶ Transfertur quoq; ad herbas & arbores. Colum. lib. 5: Quj non solū in eo errabāt, quòd primi anni capillamenta seminum intecta patiebantur. *&c.*

Căpĭtĭcārĕ, hujus capillaris, neut. gener. t. Reticum quo mulieres crines involvunt. [רדיד *redhídh. τριχίδιον, ἢ μίτρα.* Gall. *Vne coiffe.* Ital. *Reticella.* Ger. Ein haarhauben. Hisp. *El haluanega, ò capillejo de muger.* Pol. Czepiec. Vng. Főkötő. Ang. *A caule to couer the heare as maidens dooe.*] Martial. lib. 3: Non erubescit murice aureo nobis Dividere mœchæ pauperis capillare. ¶ Capillaris & Capillata arbor appellat, in qua tonsum capillū adolescentes suspendebant, quādo deponebant comam, deo eam sacrātes. ¶ Erat & in urbe Roma, teste Festo, arbor antiquissima, quā supra trecētos & septuaginta annos durasse cōpertū est, quæ capillata appellabatur, quòd Virginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat: cujus arboris meminit & Plin. lib. 16. cap 44.

Căpīllĭtĭum, n. s. Capillamentum. [*κόμη.* Ang. *The bush of head heare.*] Sic enim à capillo Capillitiū dicitur, ut à Famulo famulitium, à satellite Satellitium. ¶ Capillitium flavum. Apul.

Căpīllŭs Veneris, Herba sic dicta, quòd delapsos post alopeciam capillos recreat, sive quod capillorum fluores coērcet. [*ἀδίαντον.* Gall. *Capilli veneris* Ital. *Capel venere.* German. Mawrrauten / die man nennet frawenhaar. Hispan. *Culantrillo de pozo.* Pol. Czeruone wł'oski, vel *marki bożey wł'oski.* Vngar. *Arua leany hay.* Angl. *The hearbe venus heare.*] Plin. Adiantum, polytrichon, & callitrichon appellat.

Căpĭo, is, cepi, captum, act. t. significat accipio, Comprehēdo, Prehēdo. [לקח *lakách* לכד *lachádh* הכיל *hechíl. λαμβάνω.* Gall. *Prendre, contenir, comprendre, tenir.* Ital. *Pigliare.* Ger. Nemen/ empfahen/ fassen. Belg. Nemē. Hisp. *Tomar.* Pol. Przymuie, poriwam, biore. Vngar. *Meg fogom.* Ang. *To tak to receiue, to containe, to hold.*] Virgil. lib. 3. Georg. -cape sacra manu, cape robora pastor. Sed differunt: quia capere est cum affectu: Accipere quum quis non sic accipit, ut habet. Ideo, ut Ulpianus scribit, non videtur quis capere, quod est restituturus. Et capere est sponte, vel non sponte. Accipere tantum, sponte. Vnde dicimus: Cepi labores, Cepi molestiam, Cepi vel susceppi inimicitias: Accepi calamitatem, cladem, contumeliam, vulnus. Valer. Max. Vt nō coactus ensem accipere, sed sua sponte sumere videret. Habet interdū reciprocum usum: ut idē sit, Cepi voluptatē: &, Cepit me voluptas, Cepisti dolorē, *ὀδύνῳ ἅλωφας*: Cepit te dolor, *ὀδύνη σε ἕλαφε.* ¶ Quandoque significat facere. Terent. in And. Nō si capiundos mihi sciam inimicos homines omnes. ¶ Quādoque delectare, *τέρπειν*, inescare, irretire, ex translatione ferarum, venatusq;. Horat. 2. Serm. Te conjunx aliena capit, meretricula Davum. ¶ Quandoque propitiari. Lucret. lib. 2: Nec bene pro meritis capit, nec tangitur ira ¶ Quandoq; decipere, *πλανάω.* Virgil. 2. Aeneid. -capitque dolis, lacrymisq; coacti. ¶ Quandoq; eligere, *αἱρέω.* Terent. in Hecyr. Quum illum gnatum cepimus. ¶ Quandoq; perpeti: ut apud eundē in Heavton. Dum abs te absum, omnes mihi labores, quos cepi, fuēre leves. ¶ Quandoque tenere, *χωρεῖν*: ut in Evnucho: Dii boni quid turbæ ædes nostræ vix capient. Quandoque invadere, occupare, *κατασχεῖν.* Cic. Navem quandam piratarum præda onustam cepēre. Varro: Quid hic venator nō capit? Hinc vincti, Captivi dicuntur quòd non sui juris sint, sed in potestatem aliorum redacti, *αἰχμαλωτοι.* Quoniam autem qui ita capti sunt, non sunt amplius sui juris, sed libertate privati, ideò Captos quandoque pro privatis, sive impeditis accipimus. ¶ Mente capti, amantes: hoc est, qui mentis compotes non sunt. Capti oculis, *πεπηρωμένοι*, qui officio oculorū privati sunt. ¶ Aliquando Capi, est amore accendi: unde Capti amantes dicuntur. Lucilius: Ne aspectu & forma capiare alienā. ¶ Item Capere usu, capere possessione, & præcisè cāpere, sine ulla adjunctione, pro acquirere ponitur à Iurecōsultis, l. ei à quo. & l. 23. D. de usurpat. & usucap. & aliis multis in locis. ¶ Capere, verbum ad affectū acquisitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerunque accepisse dicitur, qui tamen adhuc nō acquisivit. l. naturalis. §. j. ff. de præscript. verb. Quanvis etiam capere dicimus eum quī rapit, vel simpliciter aufert. l. fi. de tutel. Sunt & qui accipere, de manu alterius, capere verò propria authoritate intelligunt. Sed hæc confundi aliquando monuit jam antea Alciat. Attamē fas est capere quàm accipere. l. aliud est caperē. de verbor. signif. ¶ In summa hoc verbū sua habet significata pro diversitate rerum, cum quibus jungitūr: ut Capere manu, est comprehendere. Capere oculis, videre: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere consilio, eligere: Caperē astu vel dolis, decipere: Capere cantu aut voluptate, delectare. Virgil. 4. Georg. Carmine quo captę dum fusis mollia pensa Devolvunt. ¶ Capere consilium, est deliberare, *συμβουλὴν λαμβάνειν.* Cic. Quum autē consilium hoc princeps cepisset. ¶ Capere rationem, est modum invenire, *μέθοδον εὑρεῖν.* Plaut. Rationem cepi, ut & amanti obsequerer, & patrem nō offenderem. ¶ Hujus verbi composita sunt, Accipio, à quo Præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio; Suscipio & Vsurcapio, quæ antepenultimàm correptam habent. ¶ Derivata sunt quæ sequuntur; Auceps, Forceps, Princeps, Municeps, Particeps.

Căptŭs, us, m. t. q. Comprehensio, capacitas, intelligēdi facultas. [לקח *lékach. κατάληψις.* Gall. *Capacité & portée.* Ital. *Capacità, la potenza ò possanza d' alcuno à fare ò intendere qualche cosa.* Germ. Dz ergreiffen des verstandes. Hisp. *El tomo de algo para hazer ò entender alguna cosa.* Polon. *Potrzebie rozumu.* Vngar. *Ertelem, esz, élülè, meg fogái.* Ang. *Taking, capacitie or perceiuing.*] Cicer. lib. 2. Tusc. Græci homines non satis animosi, sed prudentes, ut est captus hominum: quasi diceret; tàm prudentes quàm capax prudentiæ est hominum natura. Apuleius dixit, supra captum cogitationis, pro eo quod est, suprà quàm quispiam cogitatione capere & complecti possit. ¶ Accipitur item Captus pro sorte & conditione. Terent: in Adelph. Prętereà (ut captus est servorū) non malus: hoc est, ut se habet servorum conditio, sicut exponit Donatus.

Căptūră, ræ, f. p. Actus ipse capiendi feras, aves, aut aliquid ejusmodi. [מלקוח *malkóach* מקח *mikkách* ציד *tsaydh* מלכדת *malchódeth.*

...Gall. *Prinse, proye, gain.* Ital *Preſaglia.* Ger. ...tadeung Belg. Eenen vanck. Hiſp. *El tomo.* Pol. *Low l'apanie.* ...Ang. *A catching, taking.*] Plin. li. 19. cap. 1: At piſcium & alitum capturam. ¶ Interdum præda, quæ capitur. Idem lib 10. cap. 10: Platea nominatur advolans ad eas quæ in Mari eſſe merguntur, & capita earum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. ¶ Accipitur & pro quæſtu. Suet in Calig cap. 40: Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava. ex capturis proſtitutarum, quantum quæq; uno concubitu mereret.

Căptĭo, f. t. Ipſe actus accipiendi, ſeu id per quod quis capitur. [מלכדת *malchódeth* לכד *lechedh.* ἁπαγωγή. Gal. *Prinſe.* Ital. *Aquel atto da pigliar.* German. Ein fang. Hiſp. *Aquella obra de tomar, aſſechãça.* Pol. *Vl'apienie, ſamoi owka.* Vng. *Fogas.* Ang. *Taking.*] Cic. de Clar. Orat. Quanta eſſet in verbis captio, cùm in cæteris rebus, tùm in teſtamentis, &c. ¶ Captio, deceptio. [מרמה *mirmáh.* δόλος, ἀπάτη. Gall. *Deception, fraude.* Ital. *Fraude, inganno.* Ger. Ein Betrug. Hiſp *Engaño.* Pol *Zdrada.*] Plaut. Epid. Verum ſi plus dederis, referam: nulla in re captio eſt.

Căptĭo, id eſt, deceptio. [Ang. *Deceyuing.*] l. ſi fundo. ff. de Act. empt. Hanc in contractibus, inſidias verò extra eos fieri receptum eſt. l. 3 ff. de minoribus. Captio item pro captatione bonorum. l. magiſtratus. ff. de mun. & honor. cum ſum. l. Sed pro captura uſurpatur, ut indicat Albertus.

Căptĭuncŭla, diminutivum. [τὸ ἀπατηλόν. Pol. *Lapka.* Vng. *Alnok gondolat, tſalárdſág.* Ang. *A captious cauill.*] Gell. Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc eſſe neceſſum eſt.

Căptĭōſus, ſa, ſum, Quod capit, ſeu decipit, & dolis plenum eſt. [ἀρεδυπνος. Gall. *Plein de tromperie, trompeur, amadouëur.* Ital. *Captioſo.* Ger. Betrüglich / voll liſt vnd betrug. Hiſp. *Engannoſo con aſſechanca.* Pol. *Chitry.* Vng. *Tſalard.* Ang. *That deceiueth and is guilefull.*] Gell. Non eſſe captioſis quæſtionibus reſpondendum. Cic. pro Quint. Roſcio: Quo nihil captioſiùs, neq; indignius dici poteſt.

Căptĭōſe, adverbium, Vafrè, callidè, argutè. [ἀπατηλῶς, δολερῶς. Gall. *Finement, trompeuſement, par fineſſe & tromperie.* Ital. *Ingannevolmente, aſtutamente.* Germ. Betrüglich / durch liſt. Hiſp. *Enganoſamente.* Pol. *Zdradliwie, chytrze.* Vng. *Tſalárdul, alnokul.* Ang. *Deceitfuelie.*] Cic. 4 Acad Sime, *inquit*, antè ſubſtinebo, nec diutiùs captioſè, interroganti reſpondeo.

Căptīvus, m. ſ. Qui in bello captus eſt, & in hoſtium poteſtate detinetur. [שבוי *ſchabúi.* αἰχμάλωτος. Gall. *Captif, pris des ennemis.* Ital. *Captiuo, prigione.* German. Ein gefangener. Belg. Een gevangner. Hiſpan. *Captiuo, priſionero.* Pol. *Poimaniec.* Vng. *Fogoly, rab.* Ang. *Captiue taken in warre, a priſonner.*] Cic. 8. Philip. Diutiùs ſervitutem perpeſſi ſumus, quàm captivi frugi & diligentes ſolent. Virgil. 9. Aeneid. Præterea bis ſex genitor lectiſſima matrum Corpora, captivosque dabit.

Căptīvĭtās, f. t. Ipſa detentio. [שבי *ſchebí.* αἰχμαλωσία. Gall. *Captiuité, ſeruitude aux ennemis.* Ital. *Cattiuità.*] Ger. Gefengnuß. Hiſp. *Captiuidad.* Pol. *Poiecie.* Vng. *Rabſág, fogſág.* Ang. *Captiuitie.*] Tacitus: Quocunque oculos Romanus intenderet, captivitatem, clademq, & dira omnia oculis obſervari.

Căpto, act. p. frequentativum à Capio: licet à primitivi ſignificatione nonnihil deciſcat. [טמה *pittáh* צוד *tſudh* השיג *hiſsigh.* ἁρπάζω, ἁρπάζω. Gall. *Guetter & taſcher à prendre, chercher le moyen d'auoir quelque choſe.* Ital. *Cercar via & modo da pigliar per inganno.* Germ. Mit begir nemmen / einem ding nachſtellen. Belg. Na eenich ding ſtaen. Hiſp *Aſſechar para tomar* Pol. *Podchwicham, łał apiam.* Vng. *Hizelkedéſſel valami vtan ſwdólkódóm.* Ang. *To endeuore to get or tak.*] Idem eſt quod blanditiis & illecebris aliquid vegetor: ut Hic obſequendo captat auram populatem. Cic. in Piſ. Inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta penè puerorum, captare plauſus, vehi per urbem, conſpici velle. Martial. Captò tuam ſpudet heu, ſed capto, Maxime, cœnam: Tu captas alias: jam ſumus ergo pares. ¶ Aliquando Captare, eſt conari, decipere. ἁρπᾶν, αἱρεῖν Terent. in Hecyr. Injurium eſt autem ulciſci adverſarios aut qua via captent te ipſi, eadem ipſos capi? Martial. lib. 9: Dum me captares, mittebas munera nobis, Poſtquã cepiſti, das mihi Rufe nihil. ¶ A Capto rurſus deducitur Captito, aliud frequentativum.

Căptātĭo, f. t. Venatio. [שיח *ſigh.* θήρα, θήρευσις. Gall. *Le ſoin ou guet ou pourchas qu'on fait pour auoir quelque choſe.* Ital. *Luſinghe, piaceuolezze fatte per auer qualche coſa.* Ger. Das taſteten etwas zu vberkommen. Hiſp. *Aſſechanca.* Pol. *L'owienie l'apanie.* Vng. *Hizelkedéſſel valo ſwdólkódes.* Ang. *A diligent going about or endeuoring to tak or get.*] Plin. in Proœm. lib. 14: Poſtquã cœpit eſſe captatio in quæſtu fertiliſſimo. ¶ Item ponitur pro nimia verborum exquirendorum diligentia. Cic. in part. Et illam diſputandi prudentiam: concertatio captatioque verborum imitatur.

Căptātŏr, m. ſ. Venator. [מתחה *mephatteh* משיך *maſsigh* ציד *tſajádh.* θηρευτής. Gall. *Pourchaſſant & faiſant le guet pour auoir quelque choſe, amadouëur.* Ital. *Chi luſingha, adulatore per hauer qualche coſa.* Ger. Ein nachjager eines dings. Hiſ. *Aſſechador para tomar al go.* Pol. *Lowiec m. ſ. łowiec.* Vn. *Fogó, fogloſo, vadáſzo.* An. *He which a hont to get or tak any thing.*] Cic. Captator ille populares auræ.

Căptātōrĭus, a um: [מתחה *mephatteh* κεναχώρημες. Gal *Fraudulent, deceueur* Ital. *Fraudolente* Ger Der betrugliche nachſtellung zugehörig Hiſp. *Engannoſo.* Pol. *Chytri l'owiec.* Vng. *Hizélkódéſſel ſwdólkó ló* Ang *Guileſull, deceitfull.*] ut, Captatorii ſcripturæ, & captatoriæ inſtitutiones, id eſt, adulatorii, ut interpretatur Papinianus & Cajus Iuriſconſultus: quæ ſcilicet ideo factæ ſunt ut viciſſim hæres ſcribatur, aut ſaltem legatum conſequatur ab eo, quem inſtituiſti. Nam Captare, propriè eſt illecebris, donis, obſequio, & majorum ſpe aliquid aucupari.

Căpĭo, is, ivi, itum, ſecundum Priſcianum, verbũ activum, Idẽ quod capto, ſive ad capiendum eo. [קח *lakach.* ἁρπάζω, συλλαμβάνω, ἐπιβάλλω, ἀναλαμβάνομαι. Gal *Prendre, empoigner.* Ital. *Capire, pigliare.* Germ. Annemẽn / ergreiffen. Belg Nemen / ontfangen. Hiſp. *Tomar.* Pol. *Brorzpiymuie.* Vng *Fogdoſsm.* Ang. *To tak or receaue, to tak in hande.*] Saluſt. lib. 2. Hiſtor. Diverſa, uti ſolet, rebus perditis capeſſivit Liv lib. 1. Ergo ut ſegregaret pugnam, capeſſit fugã Similiter Apuleius: Du ſimul illi & gratias agerẽ, & dona capeſſerem. ¶ Virgilius potuit pro Exequendum ſuſcipio: -mihi juſſa capeſſere ſas eſt Cicer. 1. Offic. Capeſſere Rempub. ἁπλοῦς πολιτεύεσθαι. ¶ Plaut. in Aſin pro Immitto, recipio. Quò magis te in altum capeſſis, tàm æſtus te in portũ referet. Idem in Amphit. Nunc pergam hera imperium exequi, & me domum capeſſam.

Căpax, acis, om. gen. t Quod capit, ſeu continet, aut continere poteſt [כלכל *cholél* רחב *rachab* אכיל *mechil* δεκτικός, δεκτός. Gall. *Capable, contenant.* Ital. *Capace* Ger Fähig / Das etwas faſſen oder begreiffen mag Belg. Begrypende aennemende / vattende Hiſp. *Coſa en que mucho cabe.* Pol. *Tawi do poiecia, ſzeroky* Vng. Bw. Ang. *Able or apt to holde, take or receaue.*] Plin. lib. 10. cap. 33: Hirundines utero capaci. Idem lib. 12. cap. 1: Capax quindecim convivarum triclinium. Cic. in Orator. Tamen non ſemper implet aures meas, ita ſunt avidæ, & capaces, & tempet aliquid immenſum, infinitumque deſyderant.

Căpācĭtās, tatis, f. t. Spatium capiendi. [רחב *rachab* מרחב *merchább* χωρητικόν, εὐρυχωρία. Gal. *Capacité, grandeur de lieu ou il peut entrer beaucoup de choſes* Ital. *Capacita.* Ger. Weite dz etwas faſſen mag Hiſ. *Aquella capacidad de caber.* Pol. *Szerokoſzcz.* Vng. *Tw, gs.* Ang. *Capacitie, eaſineſſe or aptineſſe in receauing.*] Cic. 1. Tuſc. Virtũ capacitatem aliquam in animo putamus eſſe, quo tanquam in aliquot vas, ea quæ meminimus infundantur?

Căpĭs, idis, f. t. [ποτήριον πελεκανίδες. German. Ein gattung eines Trinckgeſchirrs. darein viel geht Pol. *Kubek ſzeroki.* Vng. *Ketſw.w, pohár, ſwles nyelues edeny.*] Poculi genus in ſacris uſitatum eſt à capiendo. Liv. lib. 10. ab Vibe: Qui Iovis Opt. Maxim. ornatu decoratus, curru auiato per urbe vectus in Capitolium aſcenderit, ſi conſpiciatur cum capide & Lituo, capite velato victimam cædat.

Căpīſtĕrĭum, n. ſ. Genus vaſis ruſtici, quod tamen (ut Georgius Merula inquit) Scaphiſterium melius dicitur. [σκαφίς Ger, Ein Wan, ſib oder kenteren Pol. *Nalewka do czerpania.* Vng. *Tekenő*] Colum. lib 2 cap 9 Quicquid exteritur. cap. ſterito expurgandum eſt: & ſemper quod propter magnitudinem ac pondus in imo ſubſedeiit, ad ſemen reſervandum.

Căpīſtrum. Capiſtro, capiſtras, Vide CAPVT.

Căpĭtārĭus, Capitellum, Capitium. Capito, Capitulatum, Capitulatum, Capitulum Vide CAPVT.

Capnĭās, κάπνια, Gemma eſt ex lapidum generibus, quod á veluti fumo infecta unde & nomen accepit. Plin. lib. 37. cap. 9.

Căpnĭon, Vide CAPNOS.

Capnĭtis, [καπνίτης Pol. *Polna ruta.*] Herba eſt eadem cum fumo terræ. ¶ Et item Capnitis Cadmiæ ſpecies tenuiſſima, quæ è fornacibus flamma atque flatu egeſta, cameris, lateribusque fornacum adhæret. Vide Plin. lib. 34. cap. 10.

Căpnŏs, m. ſ. [עשן *hay han.* καπνός. Gall. *Fumee.* Ital. *Fumo.* Ger. Ein rauch Hiſp *Humo.* Pol *Para, Dim.* Vng *Fwst.* Ang. *Smoke*] Fumus. Hæc ἀναπαύματα dicta ſunt, ſigna ſicca quę ſine fumo ardẽt. Et, Vinum Capnias, οἶνος καπνίας: hoc eſt, fumoſum. ¶ Capnos etiam, ſive Capnion, κάπνος, Dioſcoridi. Herba eſt, quæ & fumus terræ vocatur: naſcitur in ſegete hordeacea. [Germ Erdtrauch oder rote taubentröpffim] Hæc lachrymas ut fumus provocat. Plin. lib. 16. cap 7. & lib 25. cap. 13.

Căpnŏmantĭă, καπνομαντία, Divinationis genus quod fiebat ex fumi diſſectione, qui ex thure in ara accenſo emanabat. Qui verò hoc augurii genere utebantur, Capnomantes dicti ſunt.

Capo, Vide CAPVS.

Căppă, κάππα, Nomen literæ Græcæ, pro qua Latini utuntur c. Greci (ut Suidas docet) quum malum hominem volunt proverbio ſignare, unum cappa quum pejorem duo: quum peſſimum, tria habere cappa dicerunt, volentes eum intelligi eſſe Cretenſem, Cilica, Cappadocem: qui ſingulariter fuiſſe improbitatis exiſtimantur. Vide Erasmum in proverbio: Tria κάππα peſſima, τρία κάππα κάκιστα.

Căppăris,

Cāppăris, f.t. [κάππαρις. Gall. *Des capres.* Ital. *Cappari.* Germ. *Kappren.* Hisp. *Alcaparra.* Pol. *Kappary.* Vngar. *Káporna.*] pen. corr. Frutex est firmioris ligni, sentico sus, & humilis, baccis oleę, sed minoribus, quibus fathiscentibus emicat flos roseus, candidus, odoratusq; : qui postquam decidit, glans extuberat oblonga, seminis acinosi plena. Nascitur præcipuè in parietinis: hoc est, muris veteribus, & spleneticis prodest: feritur quoque in locis siccis, area circumeffossa, parieteque ex lapidibus circunducto, ne latiùs evagata, steriles reddat agros. Flos & baccæ in ciborum condimentis laudantur, eò quòd & expetentiam excitent, & lienem laxent, & pituitam per alvum exigant. Colum. Capparis, & tristes inulæ, ferulæque minores. ¶ Dicitur & Cappar. Pallad. Hoc mense mentha & pastinaca, thymum, & origanum, & cappar.

Capricornus, m.s. [αἰγόκερως. Gall. *Capricorne, vn signe au ciel de vingt estoiles.* Ital. *Capricorno.* Germ. Ein Steinbock. Hispan. *Vn signo del cielo.* Pol. *Koźo rożec.* Vngar. *Bak, eegheli iegy.* Ang. *Capricorne, an signe in heauen.*] Cœleste lignum, quod Pana fuisse existimant, qui in Aegypto repentino adventu Typhonis gigantis perterritus, posteriorem partem in effigiem piscis, priorem verò in formam hirci commutavit : cujus ingenium admiratum Iovem, ferunt hanc figuram in cœlum transtulisse. ¶ Alii volunt Capricornum Iovis fuisse collactaneum. Amalthea enim, cui Iupiter nutriendus datus erat, quum ipsa lac nō haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hœdos, quos Iupiter unà cum matre in cœlum transtulit. Stellam habet in naso unam, in pectore duas, in pede duas, inter scapulas septem, in ventre sex, in cauda duas. Cic. 2. de Natur. deor. Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe.

Caprificus, ci, penultima product. Ficus est ex sylvestrium genere, nunquam matures cens: sed quod ipsa non habet, aliis tribuens. [ἐρινεός. Gall. *Figuier sauuage.* Ital. *Ficaia seluatica.* Ger. Ein wilder feigenbaum. Belg. Een wilden vychboom. Hisp. *Cabrahigo.* Pol. *Fikowe drzewo pl'one.* Vng. *Vad fwgefa, nad fwge.* Ang. *A wilde figge tree.*] Gignit enim culices, qui ad ficus alias advolantes, ipsis maturitatem conferunt. Vide Plin. lib. 15. cap. 19. Dictam autem volunt Caprificum à carpendo, quòd parietes & maceries, atque adeò saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Martialis: Marmora, Messalæ scindit caprificus.

Caprificāri, [Germ. Ein wilden feigenbaum zam machen. Ang. *To husband or dresse wilde figge trees.*] Ficum proprium est, quū culices ex caprifici fructu (quas *Grossos* appellant) ad ipsas advolantes, lacteum humorem in eis contentum absumunt, easq; ad maturitatem perducunt. ἐρινόζειν. Plin. lib. 16. cap. 27: In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens evocatur, sequenti tertius: hoc fici caprificantur.

Caprificātio, onis. [ἐρινασμὸς συκωσμός. Pol. *Roźsć czepienie skorina fsczepiech.* Vngar. *Elŏ fa hia hasogatása.* Ang. *Husbanding or dressing of wilde figge trees.*] (ut hactenus interpretati sunt quotquot onomastico huic manus sunt amoliti) in arboribus dicitur, quoties illarum cortex cultello finditur, ut commodiùs prorumpant, & crescant, similitudine caprifici, quæ ruptis muris intumescens exit. Qua in re quàm longè à veritate aberrarint, satis docebunt Plinii verba lib. 15. cap. 15, quæ hìc subjecimus: Caprificus (*inquit*) culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri ejus tabe, ad cognatam volant, morsusque ficorum crebro: hoc est, avidiore pastu, aperientes ora earum, atque ita penetrātes, intùs solem primò secum inducunt, cerealesque auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem: hoc est, infantiam pomi absumunt : quod fit & sponte. Ideoque ficetis caprificus permittitur ad rationem venti, ut flatus evolantes in ficus ferat. Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, & inter se colligatæ, injicerentur fico : quod in macro solo & aquilonio non desideratur : quoniam sponte arescunt loci situ, rimisque eadem, quæ culicum opera, causa perficit : necnon ubi multus, quod evenit maximè frequenti via appositā. Nanque & pulveri vis siccandi, succumque lactis absorbendi: quæ ratio pulvere, & caprificatione hoc quoque præstat, ne decidant, absumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoso. Ex quibus Plinii verbis constat, Caprificationem nihil aliud esse, quàm rationem quandam perficiendi, ut culices è grossis enati ad ficus advolent, humoremque earum lacteo consumpto, ad maturitatem eas perducant. Id autem solet fieri duobus modis: aut enim circum ficeta ita solebant disponi caprifici, ut ventorum flatu culices è grossis enati ad ficus ferrentur : aut grossi aliunde petitæ, & colligatæ, in arborem injiciebantur.

Cāstĭfĭcŭs, a, um, [ἁγνευτικός. Vng. *Tisztaságot szerzésről.*] Seneca in Hippol. Expelle facinus mēte castifica horridum: id est, quæ te castum faciat.

Cătăbăsĭs, κατάβασις, Inferior Solis meatus, vel descensus.

Cătachresĭs, pen. prod. f.t. κατάχρησις, Tropus, quem nos *Abusionem*, vel *Vsurpationem* dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: ut, quum piscinam dicimus pro natatione, in qua nulli sunt pisces. Simile est illud: faciesq; similima lauro: nam Facies propriè hominis est. Dicta Catachresis παρὰ τὸ καταχρῆσθαι, quod est abuti.

Cătaclīstă, [κατακλειστός. Pol. *Sedak.* Vng. *Merő/sólha.* Ang. *A garment close rounde about, as a frocke, &c.*] Vestis undiq; clausa: dicta à verbo κατακλείω: id est, undiq; claudo.

Cătaclysmŭs, m.s. [מבול *mabbúl.* κατακλυσμός. Gall. *Deluge d'éau.* Ital. *Diluuio.* Ger. Ein grosser wasserguß wie der Sündfluß/vberschwall des Wassers. Hisp. *Diluuio, reboſſadura.* Pol. *Potop, rozlanie wody.* Vng. Vízözön. Ang. *A deluge a fludde.*] Diluviū & inundatio dicitur. Varro 3. de Re rust. cap. 1: Thebę, quæ ante cataclysmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens est cataclysmi mentio apud veteres philosophos. Illi enim magnum quendam annum imaginabantur, cujus hyems esset Cataclysmus: Ecpyrosis verò æstas.

Cătacrisis, [דין *dín* משפט *mischphát.* κατάκρισις. Gall. *Condemnation.* Ital. *Condennaggione.* Ger. Verdamnuß. Hisp. *Condenacion.* Pol. *Osądzenie, wirok.* Vng. *Kárhoztatás.* Ang. *Condemnation.*] Condemnatio, decretum, sanctio: à verbo Græco κατακρίνω, quod est condemno, statuo, sancio. Vtitur hac voce Cicero in Epist. ad Attic.

Cătădrŏmŭs, pen. corr. Decursoriū, locus in quo equi decurrunt. [κατάδρομος. Gall. *Lice, espace à courir.* Ital. *Vn luogo ò piazza da correre.* Ger. Ein lauff oder Rennplatz. Hisp. *Carrera ò lugar*

donde corren. Pol. *Miesce doſzczigania.* Vng. *Pállya futo hely.* Ang. *A place to runne horses in.*] κατατρέχω enim decurro) Sueton. in Ner. Notissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit: id est, per stadium, in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, ut fit sæpè in Gallia, principe spectante: *Licias* vocant. ¶ Est etiam, teste Vitruvio, machinæ genus hoc nomine, qua architecti utūtur ad sublevanda vel demittenda onera: quæ apud Iurisconsultos Catadromus χεραῖνος vocatur, quasi dicas Decurtorium grus, à figura fortasse, quòd collum haberet extensum more gruis: quales machinas etiā hodie videmus in maritimis emporiis ad exonerandā navigia accommodatas, quas etiā hodie *Grues* vocamus. ¶ Fuit & alius catadromi usus, cujus meminit Iulius Pollux lib. 4. cap. 19, quum ex sublimi theatri parte per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportat: ut quū Aurora Memnonē rapiebat, aut Iupiter Ganymedem, aut Diana Endymionē. De hoc machinæ genere videntur intelligenda esse verba Pauli Iurisconsulti, lege pen. de action. empti.

Cătagnomicum, est signū ex quo cognoscitur effectus interiorum & exteriorum.

Cătagrăphe, f.p. κατατραφή, Futurę picturę delineatio est, quā & descriptionē vocant Latini. ¶ Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicūtur, ex uno tantùm latere sese ostendentes, interprete Plin. lib. 35. cap. 3.

Cătălēctĭcum metrum, κατάληκτικὸν, Dicitur cui una tantùm deest syllaba, ut apud Horatiū: Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium Iambicum perfectum, una syllaba minus. Acatalectică, ἀκατάληκτικὸν, dicitur quod legitimo fine claditur, cuiq; ad perfectionē nihil deest: ut, Nec fonte labra prolui caballino. Est enim jambicum senarium perfectum.

Cătălēpsĭs, f.t. κατάληψις, Occupatio, cōprehensio, cognitio. Cic. 4. Acad. & lib. 3. de Finibus: Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur. κατάληψεις appellemus licet. ¶ Est præterea Catalepsis medicis, affectus cerebri, & potissimùm posterioris ejus partis, procedēs ab humoribus frigidis, cerebri ventres, præcipuè posteriores, occupantibus, respiratione tamen integra manente, oculisq; ut in vigilia apertis.

Cătălŏgŭs, penult. corr. m. f. [מגלה *meghillah* מספר *misphár* מכסה *michsáh.* κατάλογος. Gall. *Vn rolle ou rollet.* Ital. *Catalogo, tauola.* Ger. Ein Register/ein Rodel. Hisp. *Matricula do se escriuem muchos.* Pol. *Katalog, liczba, poznaczenie.* Vng. *Laistrom.* Ang. *A roll or bill of names.*] Sermo vel scriptura quæ numerum, vel ordinem recenset. Plautus in Milite: Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum siet. ¶ Vltra catalogum vivit, ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. De eo dicebatur, qui multū ætatis viveret, ut jam præscriptum illum annorum numerum præterisse videretur. Est, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida.

Cătămīdĭārĕ, act. p. Verbum Græcū est, ad Latinā declinationem deflexū, quo labascēte jam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli uti sunt pro deridere. [καταμωδᾶν. Gall. *Infamer quelqu'vn publiquement.* Ital. *Beffare, dileggiare.* Germ. Einem ein offne schand/spott/oder schmach anthun Hisp. *Poner ala verguenca.* Pol. *Posmiech zkogostroic.* Vng. *Meg gunyolom, neuetőm.* Ang. *To mock, to scorne, to diffame.*] Spartianus de cōstitutionibus Adriani loquens: Decoctores bonorū suorū, si suæ autoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti jussit: id est, deridendos omnibus per theatrū præberi: à Græco καταμωδᾶν, quod deridere, & ludibrio habere significat. Vnde id propemodū ludibrii genus esse suspicor, quo polygami afficiūtur: id est, qui multis uxoribus abutuntur, quum mitellati in scalario suggestu lascivientis plebeculæ scurrilitates obaudire perficta horā ad aliquot horas coguntur: *mitrare* id appellant: Cui nō dissimile est illud, quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Cătamītŭs, penultima producta; Puer meritorius. [קדש *kadhésch.*] πόρνος μισθὸν Græci mercedem dicunt, quasi κατὰ μισθόν: id est, pro pretio. Cic. 2. Philip. O' hominem nequam! quid enim aliud dicā? magis propriè nihil possum dicere. Ergo ut te catamitum nec inopinatò quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. Ausonius: Aut Iovis Elysii tu catamitus eris.

Catarrance, καταυάγκη Dioscoridi, Herba est, qua ad amorum veneficia Thessalæ mulieres utebantur: unde & Thessalā herbam nonnulli appellarunt. Gesneri judicio, limonium veterum. [Pol. *Wezownik, gaiowa miodunka.*] Ejus duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicē gracilem, junceamq;: capitula aūt sex aut septem, in quibus eruo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem unguiū exanimati milvi contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinē habet, radicem autem exiguam, olivæ magnitudine: folia autem figura coloreq; oleaginis similia. Posterius hoc genus Officinæ *Bistortam* appellarunt: nam supetius Herbarijs nostris est incognitum

Catangelos. Rubus apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Catanchusa, idem quod Anchusa apud Dioscor. li. 4. cap. 26.

Cataphysis, κατάφυσις, Herba est pulicaris, quæ Psyllion Dioscoridi dicitur. Est autem ex iis nomenclaturis, quę veluti notha a doctioribus ex Dioscoride abjectæ sunt.

Cătaphractŭs, m.s. [שריון chamúsch. κατάφρακτος. Gall. *Gendarme armé de toutes pieces.* Ital. *Armato d'ogni parte.* Germ. Allenthalben mit Wehr vnd Waffen wol bewart/ein Küriſſer. Bel. Rontom bewaert oft gheharnaſcht. Hiſ. *Hombre armado te todo.* Pol. Wkieris vbrany. Vn. Fegyverbs. Ang. *A man of warre armed on all partes.*] Vndiq; munitus, à verbo Græco κατάφρασσω, quod est obscipio, & munio. Vnde Cataphractæ naves dicuntur, quas nos constratas, aut tectas dicimus. Servius 11. Aeneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Saluſtius: Et sequebantur equites cataphracti.

¶ Est etiam Cataphracta, κατάφρακτη, lorica, sive thorax militaris. Vnde Vegetius scribit exercitum Romanum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum. Et Liv. lib. 37: Pedites loricatos cataphractos vocat.

Cătaphractārĭi, qui cataphractis muniti sunt. Lampridius de Alexandro: Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem milia in bello interemimus.

Cătaplăsmă, atis, n.t. [κατάπλασμα. Gall. *Emplastre.* Ital. *Empiastro.* Germ. Ein Pflaſter. Belg. Een Plaester. Hiſp. *Emplastro.* Pol. *Plastr.* Vng. *Ires ruha.* An. *A plaister made of grene hearbes.*] Malagma quod constat ex floribus, eorumque furculis, & axungia: Plin. lib. 20. cap. 16: Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Cătăpŏtĭă, n.s. [κατάποτια. Gall. *Pillules & dutres medecines qu'on aualle sans mascher.* Ital. *Pillole.* Ger. Pillulen/oder andere Artzney die man ißt oder trincket. Bel. Pillen. Hiſp. *Pildoras que se tragan.* Pol. *Pigul'ki, albo inſze lzekarſtwa do pol'knienia, albo picyia.* Vn. *Pilula.* Ang. *Pilles.*] Pilulæ dicuntur, διὰ τὸ καταπίνειν, quod est devorare, vel bibere propriè: quoniam neq; editur, neq; lingitur id genus, sed devoratur. Plin. li. 26 cap. 8: Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia, solvendæ alvi gratia.

Catapsyxis, Cicuta apud Dioscor. lib. 42. cap. 8.

Cătăpūltă, tæ, [קלע mechí. καταπέλτης. Ger. Ein Armbrust oder Kriegsrüſtung in die weite zu ſchieſſen/ſchnellbanck. Pol. *Kusza.* Vn. *Számſzerzsy.* Ang. *A ſlynge, an engyne of warre to caſt ſtones or dartes.*] Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solēt. Plaut. in Curc. Atque ita te nervo torquebo, ut catapultæ solēt. Cæs. 2. bell. Civil. Centones insuper injecerūt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perfingerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent.

Cătăpūltārĭum pilum: hoc est, sagitta, sive jaculum, quod catapulta emittitur. [Vng. *Számſz erigyhöz valo nyil.*] Plaut. Curc. Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

Cătarăcta, s.p. sive Cataractes, sive etiam geminato r, Catarracta, vel Catarractes. [ארבה arubbáh. καταῤῥάκτης, ἡ καταῤῥάκτη. Ger. Ein gähfallend Waſſer das oben herab ſcheuſt. Pol. *Przerwa.* Vn. *Meredök szakadás.* Ang. *A damme or ſluidgate.*] Locus ubi est abruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potiùs, q̃ fluit. Plin. li. 5. cap. 9: de Nilo flumine: Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopū, qui Catadupi vocantur, novissimo cataracte inter occurſantes scopulos, non fluere immēso fragore creditur, sed ruere. Dictæ autem sunt Cataractæ à verbo Græco καταράσσω, sive καταῤῥήσσω, quod inter cætera significat, cū impetu decido. Dicuntur itē Cataractæ, portæ quædā ex funib. aut catenis pendentes, quę attolli, & demitti possunt, cujusmodi in urbium portis videmus, ad hostiū irruptionem propulsandā accommodatas: item in fluminibus quibusdam emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneas. [Gall. *La herſe ou le gril de la porte d'vne ville qu'on monte & laiſſe on cheoir quād on veut.* Ital. *Le ſarracineſſe delle porte: Le cataratte che ſe tirannoſi quando ſi dà l'acqua a i molini.* Germ. Ein Schutzgatter den man auffzichet vnd hinab leßt. Bel. Een valpoorte/oft valduere/oft slaket/oft stuyte. Hiſp. *La compuerta de la ciudad ò forteleza.* Pol. *Krata na stuyste.* Vn. *Emelisös kapu.*] Livius: Pendulas & recidentes portas cataractas. Idē: Porta cataracta dejecta clausa erat: eam partim vectibus levant: partim funibus subducunt in tāntum altitudinis, ut subire recti possent. ¶ Est item Catarractes, Pamphyliæ fluvius post Olbiam, ita dictus, quòd magno cum impetu defluat. Strabo lib. 14: Post Olbiam est qui Catarrhactes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra descendens, adeò ut longissimè strepitus exaudiatur. Meminit hujus fluvii & Pomponius Mela lib. 1, in descriptione Pamphyliæ. ¶ Sunt præterea Cataractæ, aves quædā fulicis similes, sed dentatæ, oculosq; habentes coloris ignei, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum apparent, nisi in insula Apuliæ adjacenti, Diomedis tumulo nobili: ubi & advenas Barbaros clāngore infestant. Græcis tantùm adulantur, miro discrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuentes. Vide plura de iis apud Plin. lib. 10. cap. 44.

Cătărrhŭs, m.s. Fluxus, destillatio. [καταῤῥοος, ῥεῦμα. Gal *Reume, catarrhe.* Ital. *Catarro, ſeſa, diſceſa.* Germ. Ein ſtinckender fluß des Haupts ſo in dem ſchlund hinab felle/der pfnüſet oder ſchnupffen. Bel. Den snofteen catterre. Hiſp. *Romadizo.* Pol. *Elusigl'ownüſzmarka.* Vn. *Nátha.* An. *Deſtillatiō of humours into the threat, the catarrhe.*] Differt à Coryza, & Branchō: κόρυζα enim dicitur, quū pituita nares tantùm obsidet, Gravedo Latinè dicta: Catarrhus verò, quū fauceis, palatumq; at βράγχος quum & guttur, & arteria corripitur: ob id & Arteriacum quandoque id vitiū appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri *Deſtillationes*, quia Græcè κατὰ ἀγυιὰς nominantur in commune. Dictus est autem Catarrhus à κατὰ, ἰω, defluo, destillo.

Cătărўthŭs, pen.corr. [רוה ravé. κατάῤῥυτος. Gal. *Bagnè, arrouſé.* Ital. *Bagnato, acquoſo.* Ger. Gewäſſert vnd befeuchtet. Hiſ. *Regado.* Pol. *Owilgonÿ, okropionÿ.* Vn. *Vizes bŭdzö.* An. *Watered, moyſte.*] Latinè Irriguus, à verbo Græco κατάρδω. Vnde et ant Plin. lib. 5. cap. 4: Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum vocatum fuisse tradit propter aquarum irrigua.

Cătăscŏpĭum, n.s. [κατασκόπιον. Gall. *Vn brigantin, petit nauire pour eſpier & deſcouurir pays.* Ital. *Fregata.* Germ. Ein Spähſchiffin. Bel. Een ſpieſchip/ een ſeyn ſchipten. Hiſp. *Naue para atalayar.* Pol. *Lodka, ſpol'nek.* Vng. *Ladik, ſayka.* Ang. *A brigantine, or barke.*] Genus navigii exploratorii, quòd circunquaque speculetur. Cic. ad Attic. ἀφράκτα Rhodiorum, & dicrota Mytilenæorum habebam, & aliud κατασκόπιον.

Cătascŏpŭs, [מרגל meraghél. κατάσκοπος. Gall. *Eſpie, eſpion.* Ital. *Spia, ſpione.* Germ. Ein Außſpäher. Hiſpan. *Atalaya, varon que atalaya.* Pol. *Spiegierz.* Vng. *Ör allo.* Ang. *An eſpyer.*] Latinè speculator. Est enim ea res speculari.

Cătēchŭmĕnŭs, pen.prod. [קטן chanúch. κατηχούμενος. Ger. Der mündtlich vnderweiſen vnd bericht iſt. Pol. *Gminek, ſzczegoly wyuczaiący ſie wiary.* Vng. *Az ki az kŏrösztyénſzŏnek fundamentomara be vétetik.* Christianitatik.] Qui sacris nondū est initiatus, sed adhuc imbuitur elementis religionis, necdū ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei vivę vocis ministerio concredebantur. Bud.

Cătēgŏrēmătă, κατηγορήματα, Prædicamenta. Cic. 4. Tusc. Distinguitur illud etiam, ut libido sit earū rerum, quæ dicuntur de quodam, aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: ut Habere divitias, Capere honores.

Cătēgŏrĭă, f. p. [שמצה *sitnáh.* κατηγορία, ας. Gall. *Accúsation.* Ita. *Accusa.* Germ Anklagung. Hispan. *Accusacion.* Pol. *Skarga.* Vng *Vádolás.* Ang. *Accusation or accusing.*] Accusatio, à κατηγορέω, Accuso: unde & κατήγορος, Accusator. ¶ Categoriæ item sive Categoremata Aristoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere possumus: à κατηγορεῖν, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ versari videtur omnis quæstio, οὐσία: id est, essentia, Qualitas, Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas verò Categorias constat (ut inquit Augustinus in Dial.) propterea quòd non possunt nisi à subjectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subjectum homini?

Cătēllă, diminutivum à catena, Vide CATENA.

Cătēllŭs., Vide CATVLVS.

Cătēnă, f. p. Vinculum est ferreum, quo vel servos, vel captivos, vel animalia irretimus, ne effugiant. [רתוק *rattók.* στέφος. Gal. *Chaine.* Ital. *Catena.* Ger. Ein Ketten. Hisp. *Cadena hecha de estauones.* Pol. *Lancuch.* Vng. *Láncz.* An. A *chaine.*] Ita dicta, quòd se capiendo teneat: quia in ea anulus anulum capit. Liv. 1. ab Vrbe: Injectæ Turno catenæ. Cic. 7. Verr. Iste hominibus miseris, innocentibusq; injici catenas imperat. ¶ Transumitur etiam ad incorporea. Seneca ad Lucil. Vna est catena quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. Cic. pro Sestio: Hanc tetram immanemq; belluam vinctam auspiciis, alligatam more majorum, constrictam legum sacratarum catenis, solvit subitò legum cura Consul, &c.

Că.ē na·ŭs, a, um, [רתוק *rattík* אסור *asúr.* πεδίτης. Gall. *Enchainé.* Ital. *Catenato.* Ger. An ein Ketten gebunden. Hisp. *Encadenado.* Pol. *Wł'anczuch poimany.* Vng. *Meg láncz ozot.* Ang. *Bound with a chaine.*] Cæl. ad Ciceronem: Velim quidem venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Martial. lib. 7: Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. ¶ Catenati labores, per translationem: hoc est, sese vicissim sequentes. Martial. lib. 1: Expectant curæque, catenatique labores.

Cătēnātĭo, f. t. Conjunctio, & stricta arctatio. [אחברת *machbéreth.* δέσμωσις, συζυγία. Gal. *Coniunction, liaison.* Ital. *Congiontione, ligamento.* Ger. Ein zusamen fug/ ein nût. Hisp. *Encadenamiento de cadenas, atadura.* Pol. *Skrepowanie.* Vng. *Láncz ozás.* Ang. *Binding or fastening with a chaine.*] Vitruv. lib. 2. cap 9: Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

Cătēnātĭŭs, a, um, Qui catena ligatus est. [ἁλυσίδητος, δεσμώτης. Pol. *Lancz uchem związani.* Vng. *Láncz al meg kötözte tt.* Ang. *Fastened with a chaine.*] Senec. lib. 3. de Ira: Irascaris catenario cani, & hic, quum multũ latraverit, objecto cibo mãsuescit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur causa custodiæ.

Cătēnŭlă, diminutivum à catena. [ἁλυσείδιον, Gall. *Chainette, petite chaine.* Ital. *Catenella.* Ger. Ein Kettemlę. Hisp. *Cadenille ò pequenna cadena* Po. *Lancuszek.* Vn *Láncz otska.* An. A *litle chaine.*]

Cătēllă, vel Catellum, aliud diminutivum. [ἁλύσιον. Vng. *Láncz otska.*] Liv. 9, bel. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis & fibulis donavit. Plautus Curc. Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes Ferreo. Horat. 1. Epist. Nota refert meretricis acumina, sæpè catellam, Sæpè periscelidem raptam sibi flentis.

Catērvă, f. p. Propriè Gallorum legio: [חיל *ghedhúdh.* στίφος. Gall *Vne bande de gendarmes, vne multitude de gens.* Ita. *Compagnia.* Ger. Ein schar Kriegsleuten. Belg. Een schare/een menichte Hisp. *Compannia.* Pol. *Wouko.* Vng. *Sereg.* Ang. *A band or companie of men of warre, or other folkes, a route.*] sicut Phalanx Macedonum: eaq; certo numero constabat. Nã autore Vegetio lib. 2 cap 2: in caterva erant sena militũ millia. Horat. 1. Epist. Dũ fugiunt equitum turmę peditumq; catervæ. Plerunq; tamen pro quavis multitudine sumitur. Cic. 1. Tuscul. Catervæ contradicentium. Idem pro Murena: Posthumius obviã cum bene magna caterva sua venit. Virg. 2. Aen. - magna comitante caterva.

Cătērvārĭī, m. s. Catervatim conglobati. [οἱ σύμφοροι. Gall. *Vnis en compagnie.* Ital. *Vniti in frotta.* Ger. Die auff den scharen sind/ oder ohn Ordnung mit scharen zusamen gelauffen. Hisp. *Ajuntados en compannia.* Pol. *Roś strzelani lud.* Vn. *ósszue ts ömpölyödöt.* An. *Gathered in a band or multitude together.*] Suet. in Augusto: Sed & catervarios oppidanos inter angustias vicorũ temerè & sine arte pugnantes. Catervarios vocat vulgares, & non dispositos.

Cătērvātim, adver. Per catervas. [ἰλαδόν. Gall. *Par bandes.* Ital. *In frotta.* Ger. Scharechtig/ hauffechtig/ von schar zu schar. His. *De compannia en compannia.* Pol. *Wkupie.* Vn. *Seregenként.* An. *By bandes and multitudes, by routes.*] Plin. lib. 10. cap. 24: Sturnorum generi proprium catervatim volare. Liv. bel. Pun. 3: Iam primi conseruerant manus, quũ alii catervatim currerent. [Gall. *Par bandes.*] Colum. libr. 3. cap. 19: Sed illud etiam dicendum est, an plurium generum vites habendæ sint, eæque separatæ, & distinctæ specialiter, an confusæ & mistæ catervatim.

Căthārmătă, n. t. [חטאת *chatáth.* καθάρματα.] Hostiæ, quæ pro peste, alióve morbo expiando immolabantur diis. Romani *Piacula* vocabant. ¶ Erat autem interdum hostia humana, interdum ex brutorũ genere, in cujus caput mala omnia, quæ civitati imminebant, sese credebant avertere.

Căthārtĭcŭs, ă, um, Latinè purgatorius. [מבקה *menakkéh.* καθαρτικός. Gall. *Purgatif.* Ital. *Purgatoio.* Ger. Das reiniget oder purgiert. Hisp. *Purga para purgar.* Pol. *Czyszczący.* Vng. *Tisztito.* An. *Purgatiue, that cleanseth.*] Vnde Medicamentum cathartica dici potest, quod nos *Purgationem* vocamus. Cels. lib. 20: Sed medicamenta stomachum ferè lędunt: ideoque omnibus catharticis aloë miscenda est.

Căthedră, dræ, f. p. [מושב *moshháb.* καθέδρα Gall. *Vne chaire, vn siege.* Ital. *Sedia.* Germ. Ein Stul/ ein hoher Stę/ ab welchem man liset oder prediget Hisp. *Catedra, ò silla.* Pol. *Kazalnica.* Vng. *Zetczel szék, predikállo szék.* Ang. A *chaire.*] Propriè est sella sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorum. Martial. lib. 11: De cathedra quoties surgis. Iuven. Cujus apud molles minima est jactura cathedras. Hor. 1. Serm. Sat. 10: Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.

Căthedrārĭŏs, Philosophos vocat Seneca, umbratiles illos, quibus fatis est de virtute in cathedris garrire. οἱ ἀπὸ καθέδρας φιλόσοφοι.

Căthedrālĭtĭī, orum: ut, Cathedralitii servi, qui in cathedra herum deferunt: οἱ βαστάζοντες τὸν κύριον ἑαυτῶν ἐπὶ τῆς καθέδρας. Martial. Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros, Et Libys in longo pulvere suder eques.

Căthŏlĭcŭs, [καθολικός. Gall. *Vniuersel.* Ital. *Catholico, vniuersale.* Ger. Allgemein. Hisp. *Vniuersal.* Pol. *Powszechny, obecny.* Vn. *Közönséges.* Ang. *Generall, vniuersall.*] Dici potest universalis, quasi circa omnia versetur: fit enim ex κατ': id est, circa, & ὅλον totum. ¶ Inde etiam Catholicon medicamentũ, quod omnibus humoribus simul vacuandis utile est. Item præcepta universalia, vel perpetua, catholica vocant, ait Quintil. lib. 2. cap. 13.

Cătillus, Catillones, Catillatio, Catillo, Vide CATINVS.

Cătīnŭs, pen. prod. m. f. quod & Catinum dicitur, vas immensum escariũ, quo pultem aut jurulenti quid ponebant: à capiendo appellatum. [קערה *keharáh.* τρύλλιον. Gall. *Vn plat ou escuelle.* Ital. *Catino, conca.* Germ. Ein Napff/ ein grosse Platten oder Schüssel Belg. Een diepe Schotel. Hisp *Plato, ò escudilla.* Pol. *Szeroka missa.* Vng. *Tál.* Ang. A *dishe or plate.*] Persius Sat. 3: -positum est algente catino Durum olus, & populi cribro decussa farina. ¶ Catinus itē dicebatur vas, in quo metalla purgabantur. Plin. libr. 33. cap. 44: Quæ è catino jactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. ¶ A Catinus fit diminutivum Catillus: à Catinum Catillum, vel Catinulum παροψίδιον. Colum. lib. 12. cap. 57: Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. Vide Bayfium de Vasculis.

Cătīllŭs, m. f. sive catillum, diminutivũ, [τρυβλίδιον. Ang. A *litle dishe.*] Parvum vas escariũ: Colum. lib. 12. cap. 57: Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. ¶ Est etiam pars superior molæ molendinariæ, sicut meta pars inferior. [רכב *récheb.* τὸ ἐπιμύλιον. Gall *Le dessus d'vne meule de moulin.* Ital *Macigno sorano.* Ger. Der oberst theil auff der Mattmüte. His. *Muela de encima para moler.* Pol. *Koś wiml'inie.* Vng. *Tálatska.* An. *The vpper part of a mill.*] Paul. in l. Quum de lanionis. §. idem consultus. ff de fundo instructo.

Căt ĭnēllŭs, à Catinus, Catinulus, catillus. [Pol. *Miśka.* Vng *Tálatska.*] Diomedes Grammat. lib. 1.

Cătillōnes, m. t. qui catillos lingunt, & pro gulosis accipi solent. [Ἰλλί κολεί, λίχνοι, λιμφοὶ ἢ λιχνοί, τρυβλία λείχοντος. Gal. *Lecheplats, gourmans, frians.* Ital. *Quelli che leccano, i piatti, mangioni, ingordi.* Ger Platten vñ Schüßlenschlecker/ fressige Leut. Hispan. *Golosos, los que lamen pos platos.* Pol. *Lakorkowie, Łakomcy.* Vng. *Tál nyalok, nyalánkok, tobzódok.* Ang. *Dishlickers.*] ¶ Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quòd stercora circa ripas catillarent: id est, devorarent. Vide Macrob. lib. 3. Satur. cap. 16.

Cătillo, as, are, Catinos lingo. [λιχνεύω. Gall. *Lecher les plats.* Ital. *Leccare i piatti.* Ger. Platten schlecken. Hisp. *Lamer los platos.* Pol. *Polizsie misky.* Vng. *Nyalánkozom, nyalakodem.* Ang. *To lick plates or dishes.*] Plaut. in Cas. - operam uxoris polliceor foras, quasi catillatum.

Cătīllātĭo, f. t. Grave opprobriũ objiciebatur hominib. generosis, siqui provincias amicas populi Romani expoliassent, quòd eorum bona liguriisse viderentur. [λιχνεία Pol. *Vżywanie dobrznierzadem.* Vng. *Nyalakodás, fólnyalás.*] Festus.

Cătōblĕpās, pen. cor κατωβλέπας, Feræ genus est, solis Aethiopibus cognitum, solo visu hominem interficiens. Plin. lib. 8. cap. 21: Est apud Hisperios Aethiopes fons Nigris, Nili, ut pleriq; existimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæterisque membris iners, caput tantum prægrave ægrè ferens, idque dejectum semper in terram: aliàs

internecio

internecio humani generis: omnibus qui oculos ejus vidêre, confestim expirantibus. De eadem vide & Aelianum lib. 7. cap. 1, apud quem κατωβλέπων dicitur.

Cătŏchē, f. t. κατοχή, Morbus est veterno similis: ex melancholicis & biliosis humoribus proveniens, cerebrum occupantibus, perpetuosque sopores invehentibus. Latini Vigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem claudantur.

Cătŏchītēs, κατωχίτης, Gemma Corsicæ insulæ, imposítam manum velut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cătŏchus, Detentio seu captio insensibilis animæ cum punctione totius corporis. Species autem hujus sunt tres. Vna somniculosa, cui lethargus inest. Alia vigilans, huic adest tanus. Tertia autem species, quam neque perperam, neque inusitatè Catochon Phreneticon aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregatio Catochi, & phrenetidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Gal. de Definit. Græcorum medici vegetiores vocaverunt, ἀπὸ τῆ κατέχειν, quod est detineri & occupari: & in eo malo constitutos, κατεχομένους nuncupaverunt. Recentiores verò fœminino genere, sed non dissimili significato, κατοχὴ ἢ κατάληψις, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis nominaverunt. Paul. lib. 3. cap. 20. Vide suprà Catalepsis.

Catocœlia, κατοικοιλία, alvus, inferior venter, in quo excrementum diutius remoratur.

Cătōgĕum, κατώγεων, Domicilium subterraneum. [Pol. *Podziemne mieszkanie.* Vng. *Föld alatt való haz.*]

Catomum, mi, vinculū & catenā significat. Legit in quodā in Iuvenalē Scholio Vsuparus & à Laberico apud Sellū in versu catalectico: Tollet bona fide vos urcus nudas in catomum.

Cătōptrŏmantĭă κατοπτρομαντία, Divinatio quæ fit per speculum: de qua vide infrà in dictione MAGIA.

Cătōpyrītēs, κατωπυρίτης, Gemma, quæ ex Cappadocia venit. Plinius libro 37. capite 10.

Cătōrthōmă, pen. prod. [κατόρθωμα. Vn. *Jó tselekedet.*] Opus virtutis rectum. Cicc. Perfectum officium interpretatur, & Recte factum.

Cătorthōsis, κατόρθωσις, Recta effectio. κατορθόω, Egregiè cum virtute aliquid facio. Cic. 3. de Finib. Quæ nos aut rectè, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.

Cătŭlus, pen. corr. Propriè significat caniculum: hoc est, minorem, vel juniorem canem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat. [Yi.] *ghur.* σκυμνός. Gall. *Vn petit chien ou vn petit de quelque autre beste.* Ital. *Cagnolo, picciol cane.* Ger. Ein jung Hündlin. Bel. Een jeud hondeken. Hisp. *Machorro.* Pol. *Pszek.* Vn. Kölyök. Ang. *A whelpe.*] Varro: Catulus à sagaci sensu & acuto. Cic. 2 de Natura deorū: Benè igitur idem Chrysippus, qui similitudines adjungēs, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: ut in equo, quàm in equulo: in cane, quam in catulo: in viro, quam in puero. ¶ Sed ponitur largè pro fœtu omnium animalium, præterquam avium, sive immānium, sive mansuetarum: unde de colubro Virgilius: catulos tectis aut ova relinquens. Et de leonibus Plinius: Raptor appropinquante tigridis fremitu, abjicit unū ex catulis. Idem: Simiæ gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos peperêre. Idem: Muriū quoq; catuli ostentū faciunt. Idem delphinum catulos nominat. Lacertarum quoq; & cæterorum serpentiū soboles Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoq; Catulus pro ipso cane. Apuleius: Catulos secū ducens venaticos, atq; sagaces. ¶ Interdum pro quodā vinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum catulo ut acubes ferreo.

Cătēllŭs, & Catella, diminutiva à Catulus, Parvus canis, vel canicula. [σκυλάκιον. Gall. *Vn fort petit chien.* Ital. *Cagnolino, cagnoletto.* Ger. Ein gar jung Hündlin. Hisp. *Perrillo, ò perrito pequeño.* Pol. *Pszenka, pszialko.* Vng. Kölykötske, *kutyotska.* Ang. *A little whelpe.*] Plaut. in Stich. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. Cic. de Divin. Erat autem mortuus catellus eo nomine.

Cătēllŭlus, Catillus à Catulus. [Vn. Kölyköcske, *kutyotska.*] Diomedes Grammat libr. 1.

Cătŭlīnus, a, um, Quod est ex catulo. [σκυλακινός. Gall. *De petit chien.* Ital. *Di cagnolino.* Germ. Das von einem Hündlin ist. Hisp. *Cosa perteneciente à cachorro perro nuevo.* Vn. Kölyökből *valo.* An. *Of a whelpe.*] Vnde Plin. Catulinam carnem esitavisse Romanos ostendit lib. 29. cap. 4: Genito mane catulo res divina fit: & in cœnis Deûm etiamnum ponitur catulina.

Cătŭlīrĕ, n. q. Est gestire, & coitum maris appetere: [σκυζᾶν. Gall. *Demander le maste.* Ital. *Domandare il maschio con gesti, essere in caldo.* Germ. Leuffig seyn/ist der Hunden oder Fennen. Hisp. *Cachonda estar la perra, y todos otros animales.* Pol. *Zbiegac sfe, szukac chodzic.* Vng. *Bagzásra kéuánkozom.* Ang. *In bitches to desire the male, to go to rutter.*] & propriè de canibus dicitur: quanvis etiam ad alia transferatur. Varro: Fœturæ principium admittendi faciunt. Veris principio: tum enim dicuntur catulire: id est, naturæ instinctu in venerem rapi. Plaut. Quin meam uxorem vidi catulientem.

Cătŭlītio, f. t. propriè dicitur de canibus, quū statis anni temporibus ad venerem incitantur. [σκυζηθμός. Gall. *Appetit du maste.* Ital. *Quando la cagna brama il cane.* Germ. Das lauffen der Hunden auff Samens begierd. Hisp. *Quando la perra ésta cachonda.* Pol. *Pszia pozadliwosc.* Vn. *Bagzás.* An. *Desiring of the male in bitches, going a rutting.*] Plin. lib. 16. cap. 25. ad terram transtulit: Catulitionem (*inquit*) vocant, gestiente natura semina accipere, eaque animam inferente omnibus satis.

Cătŭlāstĕr, stri, m. s. Catuli imitator, sicut ab Antonio Antonaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum: hoc est, parvum canem, sive filium.

Cătŭs a, um, Callidus, à sagax. [ערום *harúm.* πανοῦργος Gal. *Caut, fin, ruse, accort.* Ital. *Accorto, sagace.* Germ. Beschieden/behutsam. Hisp. *Astuto y recatado.* Pol. *Ostrozny, chitry.* Vng. Okos, *ravasz.* Ang. *Wilie, subtill, ware.*] Vnde etiam Catuli dicti sunt, teste Varrone. Horat. lib. 1. Carm. Qui seros cultus hominum recētum, Voce formasti catus, & decorae More palestræ. Idem in Serm. Post hæc ille catus, quantumvis rusticus, ibit

Cătē, Cautè, call. dé. [בערמה *behormáh.* συνετῶς. Gall. *Cautement, finement, accortement.* Ital. *Cautamente, prudentemente, scaltramente.* Ger. Beschaidentlich/ fursichtiglich. Hisp. *Cautelosamente, astutamente.* Pol. *Ostrożnie.* Vn. Okossán, *vigyázan.* An. *Subtillie, warelie.*] Plaut. Men. Sic dedet dari facetè verba. custodi Catè. Catū enim veteres acutū dicebant, teste Varr. de Ling. Lat.

Căvă, æ, f. p. κοίτη, Foramen, in quo aves nidificant. [Pol. *Dup, ptasze gniazdo.* Vng. *Vdu.* Ang. *A hole wherein birdes builde there nestes.*] Plin. Multò tamen efficacissimè, riparium pulli, ita vocant in riparum cavis nidificantes.

Căvædĭum, dii, n. s. (ut Plinius Iunior in Epist. dictione mutilata) sive Cavum ędiū (ut Varro duabus integris dictionibus) Locus est sub dio vacuus, cinctus undiq; porticibus, ad communem omnium usum [חצר *chatsér* עזרה *hazarah.* Gall. *Vne basse cour.* Ital. *Corte, chiostro.* Germ. Ein Hof in einem Hauß der vnder dem blossen Himmel ist/ aber mit gemach in vne gänge ra vmb geben. Hisp. *Cerradura ò enterramiento, corte.* Pol. *Sala abo dwor od inne bem gmachamy obtoczony.* Vng. *Környul vekiseb. kőzönseges tetek, (anagy) setálo hely.* Ang. *A porche or broad space in the court of a house to stand in.*] Hujus tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, Tetrastylon displuviatum. & testudinatum. Plin. Epist. 41: A tergo cavædium, porticum, aream, &c.

Cāucălis, lis, Genus herbæ fœniculo similis, brevi caule, flore candido. Plin. lib. 22. cap. 22.

Cāucōn, καύκων, Herba est, quę etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. ¶ Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem. & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt juncei geniculati, radice pallida. Hęc Plin. lib. 26. cap. 7. Vulgus *Pelam* appellat: qua mulierculæ utūtur ad purganda vasa culinaria. ¶ Est etiam Caucon Triphyliæ fluvius, à quo vicini populi Caucones appellati sunt. Autor Strabo lib 8.

Caudă, f. p. quam veteres etiam Codam dicebant. [זנב *zanáb.* οὐρά. Gall. *Queue* Ital. *Coda.* Ger. Ein Schwantz. Belg. Een steert. Hisp. *Cola.* Pol. *Ogon.* Vng. *Fark.* Ang. *The tayle of any beast.*] Cic. de Orat. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. Virgil. 3. Georg. - extremæq; agmina caudæ Solvuntur. Vnde Caudati, & Codati, κερκωδῆς dicuntur, qui caudas habent. ¶ Interdum Cauda ponitur pro virili membro. Horat. in Sermon. Accidit ut quidam testes, caudamque falacem Demeteret ferro. ¶ Cauda blanditi, κέρκῳ σαίνειν, dicuntur qui spe cōmodi cuipiam blandiuntur. Aristophanes in Equit. eodē modo Caudam gestare, blandiri & assentari est: quæ translatio sumpta est à canibus, qui quum blandiuntur dominis, caudam movent. Pers. Sat. 4: Quin tu igitur summa pelle nequiequam decorus Ante diem blando caudam jactare popello Desinis. ¶ Ne gustaris quibus nigræ est cauda, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. Interpretatur Plutarchus in Commentariis. De liberis instituendis: Ne commercium habeas cum improbis, & iis qui sunt nigris ac infamibus moribus. ¶ Cauda de vulpe testatur, ἡ κέρκος τῆ ἀλώπεκος μαρτυρεῖ. In eos dici solitum, qui pusilla in re cujusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore major ac pilosior, ut non sit facilè celare.

Caudacus, significat suavem & mansuetum.

Cāudĕcæ, Cistellæ appellatæ sunt ex junco, à similitudine caudæ equinæ factæ. Festus.

Cāudex, vel Codex. [Yi.] *ghezáh* κορμὸς, πίλιχος. Gall. *Le tronc d'vn arbre.* Ital. *Tronco d'albero.* Ger. Der stam eines Baums. Belg. Den stronck oft block van den boom. Hisp. *Tronco de arbol.* Pol. *Pniak wektori sfzczepiam.* Vn. Első *fának dereka, tőkeie, tors, tsutak.* An. *The stumpe, stock, or bodre of a tree.*] Dicitur in fruticibus & arboribus, id quod à radice supra terram simplex assurgit: sive in quod fruticis

fruticis vel arboris à radice defertur alimentum: differtque in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex verò ad frutices, & arbores pertineat. Lactantius: Caudice defecto, lachrymat ſua gaudia palmes. Virg. 2. Georg. Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu) Truditur è ſicco radix oleagina ligno. ¶ Eſt præterea Caudex plurium tabularum contextus. Vnde tabulæ Codices dicuntur, quaſi caudices: & nayes quibus commeatus ſubvehuntur, Caudicariæ appellantur. ¶ S cetiam Appius Claudius Caudex cognominatus eſt, quoniam primus Romanis perſuaſit navem conſcendere. Seneca de Brevit. vitæ: Claudius is Caudex fuit ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus, Caudex apud antiquos vocatur. ¶ Ponitur & pro duro ſedili, ſeu pro ſede meretricia, quæ plerumque ex truncis fieri ſolet. Iuvenalis: Horrida qua ſe facit reſidens in codice pellex. ¶ Hominem præterea ſtultum, metaphoricῶs, Caudicem appellamus. Terent. in Heavton. Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. ¶ Apud veteres Caudex & Codex pro eodem leguntur, ſicut Plauſtrum & ploſtrum. Et certè utriuſque eadem debet eſſe ſignificatio: quanvis hodie Codicem frequentiùs pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caūdĕ̆ŭs, a, um, quod ex caudice eſt. [σχιζεως. Gal. *Fait du tronc d'vn arbre* Ita. *Fatto di tronco d'albero.* Ger. Das von dem ſtamen eines Baums iſt. Hiſp. *Coſa hecha de tronco de arbol.* Pol. *Rzecz mieiaka ze pnia vczinione.* Vn. *Elöfa töké bö valo, torsbol tſinalkobol valo.* An. *Made of the ſtumpe or badie of a tree.*] Plaut. in Rud. Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto vidulo.

Caūdĭcālĭs, com. t. [σχιζάδης. Gall. *Propre à fendre bois.* Ital. *Coſa atta à fendere legno.* Germ. Das da gehört zu dem zerſchneiden der ſtamen. Hiſp. *Seguron para hender lenna ò maidera.* Pol. *Lupacz pniakow.* Vn. *Tökehaſogatáſra alkolmatos.* Ang. *That is meet and apt to cleane or cutt bodies of trees.*] Ad caudices ſcindendos idoneus. Plaut. in Pſeud. Te cum ſecuri caudicali præficio provinciæ: id eſt, præpono te oneri ſcindendorum lignorum: quæ caudicis nomine appellantur.

Caūdĭcārĭŭs, a, um: ut, Caudicariæ naves, quę commeatus per Tyberim ſubvehunt: quòd ex lignis craſſioribus cavatis fierent. Fitque à caudice, dum pro trunco ſeu tabula ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur.

Cāvĕă, Vide CAVVS.

Cāvĕo, es, cautum, n. f. ſignificat cautionem: hoc eſt, diligentiam adhibeo, provideo, proſpicio ne aliquid præter ſpem accidat. [משמר *miſchmár* נצר *nazhár.* φυλαττω. Gall. *Se contregarder, eſcheuir, pourvoir & donner de garde.* Ita. *Schiffare, prouedere cautamente.* Ger. Hüten/mit fleiß ſich fürſehen/ſorg haben. Bel. Ick wachte oft myde my. Hiſp. *Huir, proueer a alguna coſa:* Pol. *Strzegę ſię, oſtrożnie ies tem.* Vng. *El kerwlöm, magam tſ'le meg őſzom, el tánoſztatom.* Ang. *To be ware and circumſpect to foreſee leaſt he be deceiued.*] ¶ Varia hujus conſtructio eſt. Interdum abſolutè ponitur. Plautus: Cave nemo id intelligat. Interdum cum dativo. Cic. Famil. lib. 7: Tu qui cæteris cavere didiciſti, in Britannia, ab inſedatis ne decipiatis, caveto. Quo in loco Cavere verbū proprium eſt Iuriſconſultis & pattonis. Illi enim dicebantur cavere ſuis clientibus, quum proſpiciebant ne circunſcriberentur in contractibus, pactis & judiciis. Cic. in proœmio Topicorum ad Trebatium: Etenim quum tu mihi, meisque multa ſæpè caviſſes, veritus ſum, ne ſi gravarer, aut ingratum id, aut ſuperbum videretur. Terent. in Evnucho: Iſthuc eſt ſapere: ut hoice inſtruxit, ipſe ſibi cavit loco. ¶ Cum dativo & accuſativo. Plaut. in Bacchid. Hæc ita me orat, ſibi qui caveat aliquem ut reperiam hominem, Iſthoc milite ut ubi emeritum ſibi ſit, ſe revehat domum: id, amabo te, huic caveas. P. Quid iſti caveam? *&c.* Et Cato de Reruſt. cap. 5: Scabiem pecori & jumentis caveto: id eſt, vrdeto ne ſcabie inficiantur. ¶ Cum dativo & ablativo mediante præpoſitione ab. Plaut. in Pſeud. -hercle, quin ut tu prædicas, Cavendum eſt mihi abs te irato. ¶ Cum accuſativo. Terent. in Evnuch. Quod cavere poſſis, ſtultum eſt admittere. Cic. ad Att. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caveret inſidias. Sunt aliæ quoque in hoc genere loquendi formæ: ut, Cave facias, pro Cave ne facias. Cave faxis, pro Cave ne feceris, μὴ ποιήσῃς, μὴ ποιήσης. Cave reſponderis, pro Cave ne reſpondeas. Quæ omnia ſine Vt, aut Ne, Latinè dixeris, aut etiam cum illis. Terent. in Andria: Tum id cavit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet. Cum Vt, Plautus in Bacchidibus: Quid iſti ut caveam? ¶ Quin & in jure uſus eſt hujus verbi, quum ſcilicet (ut tradit Alciatus) ſignificat ſecurum facere. Is autem ſecurus eſt, cui vel pignore, vel fidejuſſione conſultum eſt. Itaque pignoribus, & fidejuſſoribus cavere dicimur, cùm pignora & fidejuſſores damus. ¶ Cavere aliquando ponitur pro ſtatuere & jubere. Cicer. de Finib. lib. 2: Sed ut ſit, etiámne poſt mortem coletur, idque teſtamento cavebit is, qui vobis quaſi oraculum ediderit, nihil poſt mortem ad nos pertinere? ¶ Hinc componitur Præcaveo, quod eſt diligenter caveo. Terentius: Hoc tempus præcavere mihi me monet. ¶ Invenitur & Cavo, is, in eadem ſignificatione. Horat. in Serm. Vade, vale, cave, ne titubes, mandataque frangas. Vbi, ve, ſyllabæ brevitas ſatis arguit tertiæ Conjugationis imperativum eſſe, non ſecundæ, quæ neceſſariò produceretur.

Cāutŏr, m. t. [משמיר *mazhír* כשך *choſech.* φυλακτικὸς, ἐγγυητής. Gall. *Celuy qui garde, & enſeigne qu'on ne ſoit trompé.* Ital. *Quello che diffende gli altri.* Ger. Behüter / ſorgtrager. Hiſp. *El que defiende los otros.* Pol. *Obronca, oſtrożnik.* Vng. *Otalmazo.* An. *He that is ware and circumſpect.*] Qui cavet, & providet aliis: quales erant Iuriſconſulti & patroni, qui conſultoribus aut clientelis ſuis cavere ſolent, & providere ne quid cauſa eorum detrimenti acciperet. Plautus in Epid. Iam cautor ipſe caprus eſt. Cicero pro Seſtio: At ille ſceleratiſſimus, ex omnium ſcelerum colluvione natus, parum ſe fœdus violaturum arbitratus, niſi ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet, *&c.*

Cāutĭo, onis, f. t. Proviſio, evitatio, [משמר *miſchmár.* אזהרה *azharáh.* φυλακή. Gall. *Caution, ſeureté, prounoyance, aſſeurance:* Ital. *Cautione, ſigurtà.* Ger. Behutſamkeit/ fürſchung/ ſorgſamme. Hiſp. *Caucion ò cautela.* Pol. *Oſtrożnoſć.* Vng. *Onás, otalmazás.* Ang. *A taking heed and prouiſion.*] Cic. 4. Tuſcul. Quoniamque ut bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus: quæ declinatio ſi cum ratione fiet, Cautio appellatur: eaque intelligatur in ſolo eſſe ſapiente. Idem de Amicitia: Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio eſt, atque una proviſio, ut ne nimis citò diligere incipiamus, néve non dignos. ¶ Cautio eſt, loquutio frequens eſt apud Comicos, pro Cautione eſt opus, ſive, Caverdum eſt. Terent. in Andria: Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt. Plaut. Pſeud. Ne quiſquam pertundat crumenam cautio eſt. ¶ Cautiones etiam à Iuriſconſultis vocantur fidejuſſiones, aut aliæ ſatisdationes quibus nobis cavetur: id eſt; ſecuri reddimur. [ἐγγυήσεις. Ang. *A bill of ones hande or bonde of aſſurance.*] Vlpian. l. Ita autem. §. Iulian. ff. de adminiſtratione tutelæ. Nemo enim jus publicum remittere poteſt hujuſmodi cautionibus. ¶ Cautio hæreditaria; Gaius D. libr. 10. Tit. 2. l. 5: Cautiones hæreditarias in æde ſacra depoſi jubet non ad licitationem rem deducere. Cautio de rato, de rato cavere. D. lib. 3. Tit. 4. lib. 6; Actor univerſitatis ſi agat, compellitur etiam defendere, non autem compellitur cavere de rato. Sed interdum ſi de decreto dubitetur, puto & interponendam de rato cautionem. Vide Ratihabitio.

Cāutĭōnālĭs, le, adjectivum: [φυλακτικὸς, ὀλαβητικός. Vn. *Okós eſzes, otalmazo.*] ut, Cautionales ſtipulationes Prætoriæ, apud Vlpianum de Præt. ſtip. lib. 46. Digeſt. Prætoriarum ſtipulationum tres videntur eſſe ſpecies, Iudiciales, Cautionales, Communes. Et paulò pòſt: Cautionales autem ſunt, quæ inſtar actionis habent.

Cāutŭs, m. ſ. Prudens, circunſpectus, & qui ſibi ſcit cavere. [משמר *miſchmar* ערום *harúm* נבון *nabón.* ὀλαβὴς, φρόιμος, πφυλαγμένος. Gall. *Caut, fin, prudant, bien aviſé.* Ital. *Cauto, proviſidente, ſicuro, ſcaltro o accorto.* Germ. Behutſam/fürſichtig/geſchwind. Bel. Wyslaves. Hiſp. *Cauteloſo, aſtuto y recatado.* Pol. *Oſtrożny, opatrzny.* Vng. *Eſzes, okos.* Ang. *Ware, circumſpect.*] Terent in Phormione: Vt cautus eſt, ubi nihil opus eſt. ¶ Nonnunquam ponitur pro tutus. Cic. pro Cecinna: Quo res muliebri eſſet cautior. ¶ Vnde Incautus, q neſcit ſibi cavere. ἀδόκητος, ἀφύλακτος. Liv. lib. 3: In incautum hoſtem decumana porta erupit.

Caute, adverb. Prudenter, callide. [בערמה *behormáh.* πανούργως, πφυλαγμένως. Gall. *Cautement, ſmement, prudemment.* Ital. *Cautamente, prudentemente, ſcaltritamente.* German. Behutſamelich / fürſichtiglich. Belg. Wyſſelyck. Hiſpan. *Cauteloſamente, aſtutamente.* Polon. *Oſtrożnie, opatrznie.* Vngar. *Okoſſan, eſzeſſen.* Ang. *Warelie, circumſpectlie.*] Plaut. in Curcul. Cautè ut incedas via.

Cāutim, idem eſt quod Cauté. [Vn. *Okoſſan, eſzeſſen.* An. *Aduiſedlie, warelie.*] Terent. in Heavt. Sed hæc ita, ut ſunt, cautim & paulatim dabis.

Cāutēlă, pro Cautione. [משמר *miſchmár* φυλακή. Germ. Verſicherung. Pol. *Przestroga, dorzenie.* Vn. *Onás, otalmazás, okoſság.* An. *A taking heade, an aſſurance.*] Paulus in l. Si defunctus §. qui ad communi. ff. de procurat. Qui ad cōmuni dividundo judicium datus eſt ad agendum idem, & defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Pompon. in leg. Quanvis convenerit. ff. de pig. act. Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præſtanda.

Cāvērnă, Cavernoſus, Cavernula, Vide CAVVS.

Cāvĭārēs hoſtiæ, quæ & Cavæ, Erant partes hoſtiæ cauda tenus, quæ in ſacrificio pro collegio Pontificum quotannis ponebantur. Feſtus.

Cāvīllă, læ, f. p. & Cavillus. li, Irriſio quædam jocoſa. [לעג *láhagh* קלס *kéles.* σκῶμμα. Gall. *Moquerie ioyeuſe, brocard, ioyeuſe mocterie.*

mentarie. Ital. Scherzo. Germ. Ein Spottwort/ ſcherts. Belg. Een boerdinghe ſchimp. Hiſp. Motelaſtimero, eſcarnio. Pol. Poſmiech, zartowna mowa. Vn. Guggolás. An. A mock. ſcoffe, or ieſt.] Plautus in Aulul. Pone hoc ſis aufer cavillam: non ego nunc nugas ago. Idē in Trucul. Quid id eſt, amabò, iſthęc ridicularia, cavillationes vis, Opinor, dicere, ita ut pauxillū differat à cavillis.

Cāvīllŏr, aris, deponēs. p. à Calvo, is, teſte Nonio, Iocoſè ludo, dicta dico. [הִתְקַלֵּס hithkallés צְחוֹק tſchék. σκώπτω, χαρτομῶ. Gall. Se moquer, brocarder. Ital. Scherzare, beffare, ingannare. Ger. Spotten/ ſchertzen / in ſchimpff einen vexieren/ vnd verlachen. Bel. Spotten/ ſtecken/ ſchimpen. Hiſ. Motejar, burla, ò eſcarnecer, vſer de malicias. Pol. Vexuie, poſmiech ſtrole, ſfidze. Vng. Iáczottatom, guggólom. viſzzálkodom. An. To ieſt, to wrangle or reaſon ouerth wartlie about wordes.] Cicero 2. de Orat. Vt ille in Gorgia Socrates cavillatur. Idem ad Quint. Fratrem libr. 2: Præterea togam ſum ejus prætextam, quam erat adeptus Cæſare Conſule, magno hominum riſu cavillatus. Item 4. de Natura deor. Atque etiam in eo cavillatus eſt, æſtate graveſſe aureū amiculum, hyeme frigidum. Eſt & Cavillari. in diſceptationibus fallacia & dolo uti. σοφίζομαι. Hinc Cavillatio, ſubdola (ut Caius Iuriſconſultus definit) ratio, quam conſcii nobis mendacii, vincendi tamen cauſa proferimus. Vnde Boëthius ſuper Topic. ſcribit, cavillationem partem quandam Logices eſſe, quum inquit: Colligendi facultas triplici diverſitate tractatur. Aut enim veris & neceſſariis argumentationibus diſputatio decurrit: & Diſciplina vel Demonſtratio dicitur. Aut tantùm probabilibus: & Dialectica dicitur. Aut apertiſſimè falſis: & Sophiſtica, & Cavillatoria perhibetur. Sic Seneca & Cicero Cavillationes dixerunt, quæ Græcè, σοφίσματα nuncupantur. Vlpianus in l. Natura. ff. de verb. & rer. ſignificat. Cavillationis natura, quam Græci σοφιστικὴν appellaverunt, hæc eſt, ut ab evidenter veris, per breviſſimas mutationes diſputatio perducatur. ¶ Eſt item Cavillatio arguta irriſio; quam Græci παρημίαν, vel σκῶμμα appellant. Cicer. 2. de Orator. Quum duo (*inquit*) ſint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & brevè, ſuperior Cavillatio, altera Dicacitas nominata eſt. Suetonius in Veſpaſ. Et maximè tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut invidiam aliqua cavillatione diluceret, transferrétque ad fales.

Cāvīllātŏr, m. t. Deriſor. [מְלִיצִי mallhíb מִתְקַלֵּס mithkallés מְבַחֵק meſſachék. φιλοχλεύαστος, φιλόψογος. Gall. Moqueur, gaudiſſeur. Ital. Truffatore, trouator di qualche falſo. Ger. Ein Spottvogel/ faßer. Hiſp. Burlador, que vſa de malicias. Pol. Szyderz. Vng. Guggolo, viſzszálkodo. Ang. A quareller or wrangling fellowe.] Cicer. ad Attic. libro 1. Conſul autem ipſe parvo animo, & pravo, tamen cavillator, &c. Plautus: Cavillator facetus, vel conviva commodus item ero.

Cāulă, læ, f. p. Stabulum ovium, ovile. [נָוֶה cheſle. ἔπαυλις, ὀρθοστάτιον. Gall. Eſtable, teſt, bergerie. Ital. Stalla; Germ. Ein Schafſtat. Bel. Een ſcaeps coye. Hiſ. Hato, aprisco de ganado. Pol. Owczarnia. Vng. Akol, istálló. An. A sheep houſe or fold, a sheepecoute.] à Græco αὐλή, (ut quidam putant) quòd non ſolùm atriū vel aulam, ſed etiam ſtabulum, & omnia ſepta deſignat. Feſtus à Cavo Caulam derivat; quòd, apertè Varro de lingua Lat. 4. probat: quòd antiqui ante uſum tectorum, oveis in antra ducebant. Sed verius ἀπὸ τῶν καυλῶν: nam etiam nunc fiunt ex viminibus ſepta. Virg. 9. Aeneid. Ac veluti pleno lupus inſidiatus ovili, Quum fremit ad caulas. A' veteribus verò Caula pro quocunque receptaculo accipiebatur. Lucret. lib. 6: Diſpergunt animas per caulas corporis omnes.

Cāulĭs, hujus caulis, maſc. gen. t. In herbis dicitur ipſum robur, ſive ſtipes: id eſt, ea herbæ pars, unde ſe producunt folia aut ramuſculi. [גִּבְעוֹל ghibhól. καυλός. Gall. La tige d'vne herbe, legros. Ital. Il gambo de l'herbe. Germ. Der ſtengel an den Kreuteren / auff welchen die Bletter wachſen Hiſp. Tallo de la yerua ò planta. Pol. Gł'ab. Vng. Fw'uek ſzáratorſa. Ang. The ſtalke or ſtumpe of an hearbe.] Plin. lib. 19. cap. 8: Sativi autem differentiæ in folio denſo, criſpo, aut rariore, & leviore: item caule tenuiore aut craſſiore. Idem lib. 18. cap. 7: Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis diſtinctum internodiis. ¶ Similiter in arboribus & in vite Caulis dicitur, ad quem alimentum defertur, quique ſupra terram exurgit. Radix autem plantæ eſt, unde alimentum attrahitur à terra: Ramus, quod à candice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro: Ex ſarmento caules qui nati ſunt, de his plurimum valent. Virg. lib. 12: Puberibus caulem foliis. ¶ Ponitur & pro quibuſcunque oleribus. Iuvenal. Satyr. 1: Caules miſeris atque ignis emendus. ¶ Caulis item in volucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens, è quo plumea illa lanugo erumpit. Plin. lib. 11. cap. 39: Pennarum caules omnium avium præciſi non creſcunt, vulſi autem renaſcuntur. ¶ In animalium quoque caudis caulis dicitur illud unde pili naſcuntur. Idem libro 11: Boum caudis longiſſimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ Quandoque (ſicut docet Servius) ſumitur pro virili membro: quandoque pro ferro, & pro quolibet haſtili. ¶ A' caulis fiunt compoſita, Vnicaulis, & multicaulis. Idem libro 12: Eſt & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramoſaque ſunt, ut carduus.

Cāulĭās, liæ, καυλίας, Succus ex caule laſerpitii, qui in vas conjectus, admiſto furfure, ſubinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

Cēnŏtăphĭum, n. s. [κενοτάφιον. Gal. *Vne representation de sepulchre, vn sepulchre où il n'y a rien dedans, mais seulement sert de monstre*. Ital. *Sepolchro, auello, deposito vacuo*. German. Ein lär grab. Hisp. *Sepulchro vazio y vano*. Pol. *Prożny grob*. Vngar. Wres koporsó. Ang. *An herse sett vpon a solenne buriall*.] Vacuum sepulchrum. κενὸς enim vacuus dicitur, & τάφος sepulchrũ: à θάπτειν sepelire. Est enim ut capsa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virg. 3. Aeneid. describit Cenotaphium sic:

Solennes tum fortè dapes, & tristia dona.
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem
Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.

Quò loco Servius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Cenotaphiorum autem usum adinvenit superstitiosa veterũ opinio, qui credebant defunctorum animas, si honore sepulchri carerent, stygiam paludem tranare non posse. Vnde à sacerdotibus inventum est exequiarum genus, quod Terræ injectionem vocabant: ut etiam iis, qui naufragio periissent, aut quorum corpora haberi non possent, justa persolverentur. Tumulum itaque ex cespitibus, aut alia materia congerebant, ubi absente defuncti cadavere, tanquam præsente, solennĩ quodam ritu exequię peragebantur. Hujusmodi autem sepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium: hoc est, inane sepulchrum vocabatur. Suetonius honorarium tumulum appellat, in Claudio. Cæterùm, *inquit*, exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps statodie quotannis miles decurreret: Galliarumque civitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus ejus Romam devectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas *representationes* in anni versariis exequiis vocamus. Budæus.

Cēnsĕo, censes, censui, censum, pen. cor. n. s. Existimo, puto, arbitror. [חשב *chaschább* דן *dan* כמס *chas*. ἀξιόω, κρίνω. Gall. *Penser, estimer, opiner, estre d' auis*. Ital. *Estimare, pensare, giudicare*. Germ. Schetzen/achten/meynen. Belg. Schatten/meynen. Hispan. *Estimar, juzgar, ò pensar*. Pol. *Mniemam, spodziewam sie*. Vng. *Vélém, itilém*. Ang. *To think, esteme, iudge*.] Terent. in Eunuch. Censen' posse me obfirmare, &c. Liv. libr. 6. Bell. Pun. Censent eò venturum obviam Pœnum. ¶ Item constituere, deliberare, sententiam dicere. ἀποφαίνεσθαι γνώμην. Nam senator censet, quum sententiã dicit de eo, quod sibi videtur: assentitur, quũ alienam approbat. Cic. in Catil. Quid senatus censuerit, exponam. Idem pro Flacco: Cujus patrem armis pellendum à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere significat. Varr. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Est item Censere, facultates æstimare, & in censum redigere: quod quinto quoq; anno Censores Romæ facere solebant. Cic. de Legib. Censores populi, civitatis soboles, familias, pecuniasque censento. ¶ Item censere sua bona, idem est aliquando, quod profiteri apud Censores. Cic. pro Flacco: In qua tribu denique ista prædia censuisti? loquitur enim non de Censore, qui censere civium facultates solebat: sed de Deciano quodam, qui apud Censorem quũ census ageretur, sua prædia profitebatur. ¶ Est etiam Censeo deponens, idem significans quod profiteri, & sua bona censere. Cicer. pro Flacco: Verum esto: glorioşus fuisti: voluisti magnum, agi numerum censeri. Et paulò pòst: Census es præterea numeratæ pecuniæ centum tria millia, *&c*. Census es mancipia Amyntæ. Ibidem: Ac primò pertimuit quum te audisset servos suos esse censum. ¶ Composita à Censeo sunt, Accenseo, Percenseo, Recenseo, Succenseo.

Cēnsŭus, adject. ut Censui agri: qui emi & vænire jure civili poterant. Festus.

Cēnsĭo, onis, f. t. Castigatio. [עבש *hóneseh* תוכחה *michsáh*. κόλασις. Gall. *Punition & reformation, estimation, taxe*. Ital. *Castigatione, correttione*. Ger. Ein straff: Belg. Een peene. Hisp. *Castigamiento y corregimiento*. Pol. *Kara, winna*. Vng *Bün'ntetés, birságolás*. Ang. *Chastisement, punishment*.] Vnde Censionem facere dicebantur Censores, quũ mulctam cuipiam irrogabant, vel equiti equũ adimebant, vel senatorem senatu movebant, vel quempiam ex plebe tribu faciebant. Plaut. in Rud. Assume quidẽ. ne censionem semper facias. ¶ Censio hastaria vocabatur, quũ militi mulctę nomine, ob delictũ militare indicebat' ut hastas daret.

Cēnsĭtĭo, onis, idem est quod census impositio. [Pol. *Dan, pobor*. Vng. *Ado vetés*.] Spartianus in Nigro: Idem Palestinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, idcirco quòd esset gravata, respondit: Vos terras vestras levari censitione vultis, ego verò etiam aërem vestrum censere vellem.

Cēnsĭtŏr, oris, m. t. ver. ab antiquo verbo Censio, is, quartæ declinationis, idem quod censor. Vlp. in l. Forma. §. illam æquitatem. ff. de censib. Illam æquitatem debet admittere censitor, ut officio ejus congruat.

Cēnsŏr,

Cēnsŏr, oris, m.t. qui censuram gerit, præfectus morum. [מוכיח *mochiach* סופר *sopher*. πμνσις. Gall. *Censeur, vn reformateur des meurs & de la police.* Ital. *Censore, o riveggitore.* Ger. Ein schetzer/ein straffer. Belg. Een tuchtheer. Hil. *El juez de los censos y costumbres, corregidor.* Pol. Dozorca sprawy, ochmistrz. Vng. *Visgálo, émendálo, és itilő.* Ang. *A reformer, or correcter of maners.*] Censores magistri morum erant, à censendo: id est, arbitrando dicti, quòd illis summũ arbitrium esset de civiũ moribus castigãdis. Vel à cēsu, quòd quinto quoq; anno populi Rom. censum agerent. Varr. Censor ad cujus censionē: id est, arbitrium censeretur populus. Cic. 3. de Legib. ex Leg. XII. tabul. Censores, populi ætates, soboles, familias, pecunias q; censento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Fest. Censores dicti, quòd quisq; tanti suà æstimaret, quantum illi censuissent: quod nõ absurdum videtur, quia & rerũ & morum censores erãt. Vnde Plutarchus in Aemilio: Censura maximæ omnium magistratuum reverentiæ, plurimæ potestatis, tùm in aliis rebus, tùm maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu removere potest equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Erant autẽ duo Censores, qui quinto quoq; anno creabantur. Vide Liv. l. 4 Dec. 1, ubi docet Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos.

Cēnsŏr. Quinquenne primùm fuit censorum imperium, ea lege, quæ Geganio Macrino II, Quinctio Capitolino v. coss. lata est: qua simul illud sanctum, ut è gente patricia crearentur, sed eam legẽ sexennio pòst Mam. Aemilius dictator correxit, lege lata, ne plus quàm annua ac semestris censura esset: gravis enim omnis diuturna potestas in libera civitate. Censorum erat munus, civitatẽ censere, vectigalia locare, vitia notare: notatio autẽ, & animadversio in improbos cives nõ ejusdem erat generis, senator senatu movebatur: eques equũ publicum perdebat: plebeius in Cæritũ tabulas referebatur, & ærarius fiebat: hoc est, ferẽdi suffragii, & capiendi muneris publici potestate omni privabatur, ut tantũ ad æra pro suo capite, tributi nomine, pendenda civis esset. Cærites enim, inquit Gell. pro factis bello Gallico receptis, custoditisq;, municipes sine suffragii jure facti: concessumq; illis, ut civitatis Romanæ honorem quidẽ caperent, negotiis tamẽ atq; oneribus vacarent: hinc tabulæ Cærites appellatæ, in quas cẽsores referri jubebant, quos notæ causa suffragiis privabant: adimebãt igitur censores, quod cuiq; ordini summũ erat: senatori, nè in senatu esset: equiti, ne equitis insigne publicum equum, & anulum aureum haberet: plebeio, ne suffragium ferret: quod enim præterea posset adimi, nihil erat: suffragii porrò amissionẽ sequebatur amissio simul omnium munerũ publicorum ficuti, suffragii jure cõcesso, scimus honorũ simul ac munerũ omniũ partem esse datã. Erat'ne civi Romano senatori, dicet aliquis; præter ordinis amissionẽ, alia pœna? erat: nam interdum non modò aditu curiæ prohibebatur: verumetiam tribu movebatur, in ærariosq; referebatur: moveri autem tribu, est, in tribum ignobiliorem transferri, ut ex rustica in urbanam, vel in aliam rusticam minus honoratam. Aemilium quidã Mamercinum, quòd cepsuræ tempus minuisset, à cẽsoribus & senatu ejectũ, & tribu motum ærariumq; etiam, cẽsu octuplicato, esse factũ, Liv. lib. XXIX. scriptum reliquit: eodemq; modo cives Romanos ordinis equestris non modò equo publico privatos, verumetiam in ærarios relatos esse, ex Valerio Maximo, aliisq; didicimus. Censoriam autem notam, atque ignominiam iu, qui succedebant, censores plerunque solvebant: atque etiam, quod censor unus statuerat, id alter sæpè mutabat: præterea, notatos à censoribus pristinum in locum restituere vel judices, re cognita & judicata, suis sententiis, vel populus ipse suffragiis & poterat, & solebat: quòd si quis è senatu ejectus, neque à censoribus sequentibus, neq; à judicibus, neq; à populo in integrum restitutus esset: unam habebat in senatum redeundi viam, si honores illos denuò populi suffragiis consequeretur, quos qui gesserãt, iis, etiam si lecti in senatũ à censoribus nõ essent, patere tamẽ curiam leges jubebant. Causæ, quibus cives Romani à cẽsoribus notarẽtur, multæ traduntur: ut si quis cõceptis verbis pejerasset, si, quũ esset in provincia, socios diripuisset, si pecuniam accepisse ob rem indicandam putaretur: si propter æris magnitudinẽ prædia mancipasset: si paulo esset insolentior in sumptu: qua de re verba sunt hæc apud Gell. um hb. IIII Cornelium Rufinũ, bis consulatu & dictatura functũ, censor Fabricius senatu movit ob luxurię notam, quòd decẽ pondo argẽti facti haberet: notabantur etiam qui strigosiores equos haberent, quibus equus publicus adimebatur. omnium denique rerũ nomine malè audientes, ut furti, peculatus, captarum pecuniarũ, pro socio, quorũ criminum turpia judicia vocabãtur: à censoribus notabãtur: ut tamẽ indẽ illatum ipsãrũ rerum poena judiciis absoluti, jus suu, censorũ animadversione ademptum, sæpè recuperaverint: neq; unquã iis, in quos animadvertissent censores, propterea vel magistratũ capere, vel judicem legi, vel alterum accusare non licuit. Incensis pœna fuit gravissima, bonorum, & libertatis amissio: eamq; significat quidem Liv. quum ait lib. 1: Servius censum maturavit metu legis de incensis latæ: narrat autem apertè Dionysius: πρὸς δὲ, inquit, μὴ πμησαμβύα πμωρίαν ἄφεσιν, τῆς πρὸσθεν ἀτιμίας τέρειος, τὸ αὐτὸν μετιζωθῆναι πρᾶξιν. Ex nostro lib. de Legib. & ex libro de civitate Romana.

Census, Egregiæ multa sunt, nec à multis animadversa, quæ de censu civium Romanorum à veteribus tradita licet colligere. Censebantur cives Romani, non ad ætatẽ ferendis armis idoneam: hoc est, ad annos XVII. pervenerant: qd' video quosdã existimasse, sed à quo primùm die nati erant: nam si robustiores tantum censi essent: Serv. Tullio regnante, qui censum instituit, Romæ fuissent hominum ducenta millia: siquidem Livius octuaginta millia: Dionysius etiam plures in primo censu commemorat: ut nõ esse sit, eos, qui nondum per ætatẽ gestare arma possent (omitto senes affecta jam ætate ob infirmitatem virium domi sedentes, aut in lectulis cubãtes) haud ferè pauciores ducentis millibus fuisse, tantoque marium numero parem fuisse numerũ fœminarum æquè necessarium videtur: quod certè, ad æstimationẽ quidem judicii mei, vix est ut credi possit: demus, id quod verum est, urbem Romam quinque regum virtute, ac sapientia rebus omnibus vehementer esse auctam: annorum verò CLXXIII. spatio (in illo enim regni principio Servius sextus rex, censum instituit) incremẽta fuisse tanta, ut capitum ducẽta millia, quã hodiè multitudinẽ in una aut altera Europæ urbe vix; aut fortasse ne vix quidem inveniãs, numerata sint, ita simile veri non est, ut monstri simile videatur. Ipse etiam Liv. lib. IIII. quum ait: Qu. Fabio T. Quinctio coss. censa civium capita CXXIIII. millia, CCXIIII. præter orbos, orbasque: nullam ætatem, orbis exceptis, nullumque sexum censu excludum, satis indicat, idemq; lib. LIX. significat, quũ inquit: Cẽsa sunt CCCLXVIII. millia, DXIII. præter orbos, & viduas. Quæ si cui dubia videntur argumẽta, Dionysii Halicarnassei legat historiã: nam ex ejus verbis, quæ sunt lib. 1, non modò cujusq; rem esse æstimatam, quod unum Livius, scriptor quandoq; parum diligens, tradidit, verumetiã ætates omnium, uxores, liberos, locũ ubi habitarent, vel in urbe, vel in agro, publicis in tabulis notatũ, planissimè ostenditur. Quod autẽ ad libertinos attinet: eos item unà cũ ingenuis esse censos, idem Dionysius eodẽ in loco significat. Vtrũ verò, qui extra pomœrium, an soli qui intra pomœrium habitabãt, censerentur, dubitare nõ licet: quũ ab eodem & de agro Romanò fieri mentionẽ videamus. Et ut de rusticis Romanis cẽsis ex Dionysio, sic de municipibus, postea quàm communicari cœpta civitas est, planè constat ex eo Pædiani loco: Convenerat ex municipiis cujuscunq; modi multitudo, aut propter comitia, suffragiorũ causa, aut ludorũ, aut ut censeretur: nec tamen obscurè idem significant illa verbà pro Cluentio: Illum tabulas publicas Latini censorias corrupisse, decuriones universi judicaverunt: certè enim de tabulis iis intelligit, in quas censores quũ civium Romanorũ censum agerẽt, municipum nomina retulerãt. Coloni ante bellum Punicum secundùm nõ censebantur: ait enim Livius sic lib. XXIX. Duodecim coloniarum, quod nunquam anteà factũ erat, deferẽtibus censoribus, censum acceperũt: ut quantũ numero militũ, quantũ pecunia valerent, in publicis tabulis monumẽta extarẽt. Censebãtur quinto quoq; anno, lustro scilicet cõfecto, qd' integrum quatuor annorũ spatium fuit: tametsi, ultra quadriennii intervallum, vel bello, vel domesticis discordiis, vel alio casu, sæpè productũ esse censum observavimus. Magistratus huic muneri præfuit, primùm, qui summus in urbe fuit, reges duo postremi, Servius & Superbus: ejectisque regibus, consules: deinde quũ consules bellis impedirentur, censores: qui ab re nomẽ acceperunt: Census in foro fiebat: lustrum in campo Martio condebatur, cæsis sue, ove, tauro, quod sacrificium & solitaurilia, & suovetaurilia vocant: de lustro Livius, Dionysius, omnes historię narrãt: de censu inde conjicio, quod equites trabeatos per medium forũ idibus Quintilibus ante censores sua manu equũ traduxisse, Livius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmat: quum re significãda, verbum transvehere, veteres historici libenter usurparũt: Cicero, traducere dixit, quod si equites in foro censebantur: de cæteris, nihil obstat quin idem putemus. A principio, e Servii regis instituto, in sua quisque classe, quę in centurias dispertitæ erant. hoc est, ex suo quisque censu, quę res familiaris erat æstimatio, censebatur: qui centũ millia, cove amplius possideret, in prima classe, qui infra centum usque ad septuaginta quinque, in secunda: inde ad quinquaginta millia, in tertia: inde ad viginti millia, in quarta: ab eo ad undecim millia, in quinta: infra verò, in sexta: ex quo sequitur, ut decuriones, equites, senatores omnes in prima classe censeretur. quandoquidẽ neq; decurio poterat esse, qui centũ millia nõ haberet: neq; eques, q quadraginta millia: neq; senator, qui octingẽta millia. Post, expletas verò XXXV.

tribus, non in centuriis, sed in sua quenq; tribu censum esse crediderim: senatores enim clarissimos viros, summis honoribus functos, in ipsos inquā, censores, M. Livium salinatorē, C. Claudium Neronem, in suis utrunq; tribubus, nulla facta classium mētione, censum esse, Liv. lib. XXIX. perspicuè demonstrat his verbis: Equitū deinde census agi cœptus est: & ambo fortè cēsores equum publicum habebāt: quū ad tribum Polliam ventum est, in qua M. Livii nomē erat, & præco cunctaretur citare ipsum centorē: Cita, *inquit Nero*, M. Livium, & sive ex residua & vetere simultate, sive intempestiva jactatione severitatis inflatus, M. Livium, quia populi judicio esset cōdemnatus, equum vēdere jussit. Item M. Livius, quum ad tribum Narniensensem, & nomen collegæ vērum est, vendere equum C. Claudium jussit. Festus tamen videtur significare, post expletas etiam XXXV. tribus censos esse cives Romanos in centuriis: ait enim sic: Niquiscivit cēturia est, quæ dicitur à Serv. Tullio rege cōstituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui nō tulisset in sua, ne quis civis suffragii jure privaretur: nam, sciscito, significat, sentēciam dicito, ac suffragium ferto: unde scita plēbis: sed in eā centuria neque censetur quisquam, neque centuriæ præficitur, neque centurialis potest esse: quia nemo certus est ejus centuriæ: est autem, Niquiscivit, nisi quis scivit. Pedianus etiam, cujusque civis nomē in albo suæ centuriæ scriptum fuisse tradit: indeque exemptos qui à censore ærarii fierent: itaque hāc veterum quasi controversiam ita dirimemus, ut nominatas quidem recognitas in censu singulas tribus, nomina tamen civium in sua cujusque centuria scripta esse dicamus. Et quoniam tria genera civium fuisse cōstat, senatores, equitēs, plebem, & plebi equites, equitibus senatores dignitate præstitisse, cōstat: ratio postulat, id quod etiam veterum exempla testātur, ut in censu primus ordinis senatorii locus, equitum secundus, plebis verò fuerit postremus: primùm igitur recitabātur omnium senatorum nomina: erat autem, inter ipsos senatores primùm recitari, per honorificum, isque princeps senatus vocabatur: id in arbitrio censorum positum erat: à quibus tamen neminem, nisi de consulatibus, principem senatus esse lectum, animadvertimus: eodem modo princeps equestris ordinis dicebatur is, quem censores primo loco scripsissent in iis tabulis, quæ equitum nomina continebant. Ex nostris observationibus.

Cēnsōrĭus, ad hominem relatum, eum significat, qui aliquādo censura fuerit functus, *πρεσπικὸς*: quemadmodum Consularem, & Prætorium vocamus, qui aliquādo aut Consulatum gesserit, aut Præturam. Cicer. 2. de Orat. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium. Et paulò pòst: Id autem committere, vide quàm homini Censorio conveniat: ¶ Dicitur & de aliis rebus omnibus, quæ ad Cen sores pertinent, quæque Censorum sunt. Censorium dictum, quòd est censoris, seu quod ad censorem pertinet, & Censoria virgula. Quintil. lib. 1. cap. 2: Veteres Grammatici nō versus modò cēsoria quadam virgula notare, & libros, qui viderētur falsò inscripti, tanquam subditicios submovere familia permiserunt sibi, *&c.* ¶ Censorium nō est. Cic. pro Cluent. Hominum delictum fortunæ judicio committere, minimè censorium est. ¶ Censoriæ vestes dicebantur, quibus Censores meritò uti possent: *ἱμάτια πρεσπικά*. ¶ Censoriam virgulam tritissimum est ab eruditis appellari judicandi autoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum.

Cēnsūrā, ræ, Censoris dignitas, sicut à Prætore Prætura. [תוכחת *tochachath*. *πρεπτέα*, *πρεπτικὴ ἀρχή*. Gall. *Reformation, censure, l' office d' vn censeur*. Ital. *Dignità di Censore, Censura, reprehensione*. Germ. Das ampt des schetzens oder straffens. Hispan. *La judicatura de aquel Censor, corregimiento*. Polon. *Vrząd sprawuiący obyczaie*. Vngar. *Vigyázás émendálás*. Ang. *The office of the Censour, reformation*.] Plin. lib. 14. cap. 4: Catonum ille primus, triumpho & censura super cætera insignis. Livius lib. 4. ab Vrbe: Alios magistratus annuos esse, quinquennalem Censurā gravem esse. ¶ Accipitur interdum pro severitate, correctione, decreto & lege. Plin. in Paneg. Nam vita principis, censura est, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur. Apud Græcos censuræ genus, *δοκιμασία*.

Cēnsŭs, us, m. q. [מכס *michsáh* מכס *mèches*. *τίμημα*. Gall. *Taxe & estimation, revenu, rente*. Ital. *Censo, intrata, rendita, tributo*. Ger. Schatzung die man einem nach seinem angezeigten Gut auffertegt/ Steur. Belg. Een Schatninge. Hisp. *Pecha, cannama*. Pol. *Dan, składzanie*. Vngar. *Ado, marha bőrsölés szerent valo ado*. Ang. *A cessing, valuing, a subsidie, or yearlie reuenewes*.] Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta, secundum quam tributa pendebātur. Vnde Censum agere, est recensere hominum facultates. Liv. 1. ab Vrb. Censum instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio. ¶ Censui censendo bona esse dicebantur, quæ mancipi erant, & modis jure civili instituris acquisita. Cic. pro Flacco: Illud quæro sintne ista prædia Censui censendo? habeant jus civile? sint, necne sint mancipi: subsignari apud ærarium, apud Censorem possint? ¶ Census itē, annuus redditus, & quicquid fortunarū quis habet, *ἕσια*, *τιμητόν*. Iuvenalis: Protinus ad censum, de moribus ultima fiet Quæstio. Cic. 2. de Legib. A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinq; usq; ad minā. Vnde qui centū millia æris in professionē detulissent. Censi dicebātur. Census equestris constabat ex sestertiis quadringentis, Vide Additiones P. Manutii.

Cēnsŭs, a, um, significat id, quod in censum relatum est. [*τιμητὸν*. Pol. *Összaczowani*. Vn. *Szám, szám látás, ado alá vetetett*. Ang. *Cessed, valued, taxed*.] Cic. pro Archia: Illis temporibus nulla populi pars est censa. Idem in Verrem: Te prætore Sicilia censa denuò est. Cic. de Orat. Quæritur de eo, qui domini voluntate census sit, si lustrum conditum nō sit, sit ne liber. ¶ Censi etiam illi appellabantur, qui centum millia in bonis habebant: qui à Iureconsultis appellantur Centenarii.

Cēnsŭālĭs, le, Vlp. l. Forma. ff. de censi. Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur. Vincula censualia. Idem eod. l. §. siquis inquil. Si quis inquilinum, vel colonum nō fuerit professus, vinculis censualibus tenetur.

Cēntaurĕă, æ, f. p. sive centaurion, rii, *κενταύριον* Dioscoridi, Herba est, quæ à Chirone Centauro nomē accepit, qui ea cūrātus dicitur, quum Herculis hospitis sui arma pertractanti, sagitta decidisset in pedem. Ejus duo sunt genera, majus, & minus. Majoris radix, quæ sola in usu est, in Officinis pro Rheo Pontico magno errore ostenditur. [Gall. *Centaure ou erronnée*. Ital. *Reupontico*. Ger. Tausend guldē traut. Hisp. *Reupontico*. Pol. *Centurzyja*.] Minus verò Centaurion (quod a Plinio Cētaurion lepton dicitur, & à nōnullis Limnesion; propterea quòd rigua amet loca) etiā hodie in officinis nomē retinet: tametsi à quibusdam Febrifugia, & Fel terræ dicitur. [Gall. *Fiel de terre*. Ital. *Biondella*. Hispan. *Hiel de tierra*.] Virgil. 4. Georg. Centaureum appellavit, pen. prod. Cecropiumque thymum, & graveolentia Centaurea. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Cēntaūrĭs; Plinio, Tertia est centaurii species, cognomento Triorches, eò quòd qui eam secat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap 6.

Cēntēnārĭus, Centenus, Centesimus, Centesimare, Centiceps, Centimanus, Vide CENTVM.

Cēntĭfŏlĭă, Rosæ genus; in Campania potissimùm proveniens: à foliorum multitudine ita appellatum: de quo vide Plin. lib. 21. cap. 4.

Cēntĭgrānum, Genus tritici, dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 20.

Centinodia, Vide POLYGONON.

Cēntĭpĕdă, Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus Multipeda, ab aliis Millepeda dictus. [*ὀνίσκος*. Pol. *Gasztanka*. Vngar. *Hérnyo*.] Differt à scolopendra, quæ & minor est, & pernicioſior, neque arcuatim serpens. Autor Plin. lib. 29 cap 6.

Centipellio, onis, Plin. lib: 28. cap. 9. de Cervis: Testes quoq; ejus inveterati, vel genitale maris salutariter dantur in vino: item ventres qui centipelliones vocantur.

Cēntĭpēs, com t. Piscis est alio nomine Scolopendra dictus. *σκολόπενδρα*, dicitur à terrestris scolopendræ similitudine. Hic hamo devorato omnia interanea evomit, donec hamum egerat: deinde resorbet. Autor Plin. lib. 9. cap. 43.

Cēnto, onis, m. t. Velum laneum, lana, aut tomen confertum, qualibus olim in bello uti solebant, ad machinas obtegēdas, ne tormentorum missilibus perfringerentur. [חיץ *belojim*. *κέντρων*, *ἐπίσυγμα*, *σύρραμμα*. Gall. *Vne chose faicte de pieces rauassees, amas de plusieurs pieces & morceaux*. Ital. *Schiauina*. Germ. Ein Wollene zusamen gebletzte decke/ oder furhang. Hisp. *Vestidura à obra de remendos*. Pol. *Wory natkane y na murze z. wieszone dla obrony, l' atanina*. Vngar. *Töldozot fodozot lasnok pokrócz*. Ang. *A hapharlat, a course couering of diuerse shreds*.] Cæsar: Centones quoq; insuper injecerunt, ne aut tela tormentis missa contabulationem perfringerēt, aut saxa in catapultis latentium discuterēt. Sisen. lib. 3. Historiar. Aceto madefactis centonibus integunter. ¶ Quidam Centonē capiūt pro Straguli genere; quod cubantibus insterni solet. Cato de Re rust. cap. 10. & 11: Culcitras octo, instragula octo, pulvinos sex decim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex. Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus jacēre scribit, rusticum stragulū esse declarat. Fieri autem centones constat ex pannis diversorum colorum, vel lanis in unū condensatis atq; cōsutis. ¶ Vnde ad earum similitudinem, Centonē vocant carminis genus ex diversis carminū fragmētis hinc atq; illinc accersitis, cōtextum, quasiq; consutum: Græci *κέντρωνας* vocāt. ¶ Extant adhuc Homerocentones, *Ὁμηροκέντρωνες*. & Virgilio centones, à Proba Falconia consuti: item alii ab Ausonio, qui etiam centonum legem præscribit his verbis: Variis (*inquit*) de locis, sensibusq; diversis quædam carminis structura in unū solidatur versum, ut coēant, aut cæsi duo, aut unus; & sequens cum medio: nam duos junctim locare ineptum est. ¶ Vnde proverbialiter dicimus far-

mus farcire centones. Plaur. Epid. Quid tu, *inquit*, alium quæ ras, cui centones farcias: id est, quem tu glorioſis mendaciis & conſarcinatis fabulamentis expleas.

Cēnatūncŭlus, m. ſ. dim. à Cento, pro vili ac ſordido ſtragulo. [*ἐπιστιγμένον*. Pol. *Rogożyna*. Vngar. *Töldözet földözet pokroczotska*.] Senec. lib. 11. Epiſt. Diurnū accipit, in centunculo dormit. ¶ Accipitur & pro viliori operimēti genere, quod clitellis ſubſterni ſolet. Liv. 7. ab Vrb. Multis ſtrata détrahi jubet, binis tantū centunculis relictis. ¶ Centunculus item, teſte Dioſcor. à Romanis, vocatur herba, quam Græci *Gnaphalion*, & *Chamezelú* vocant. ¶ Ratio nominis tracta videtur à molli foliorū lanugine, qua ad inferciendos centones tomenti inopia ſuppleri poſſet. Vide Dioſc. lib. 3. cap. 112. Plin. aūt lib. 24. cap. 15. autor eſt, Centunculū Italis appellatū fuiſſe tertiū clematidis genus, roſtratis folus, ad ſimilitudinē capitis penularū jacēs in arvis.

Centonalis, Ruta ſylveſtris apud Dioſc. lib. 3. cap. 51.

Cendonicum: id eſt, Abſynthium marinū. Dioſc. lib. 3. cap. 26.

Centrinæ, Culices in ficubus, fucis apum ignavia militiaque ſimiles.

Cēntrum, Latinè punctum in ſphæra, orbe aut circulo, mediū à quo lineæ rectæ ad extremitatem ductæ inter ſe ſunt æquales. [קדב *kéreb*. *κέντρον*. Gall. *Centre, le poinct ou milieu d'vne choſe ronde*. Ital. *Centro*. Germ. Ein mittel punct. Hiſp. *Centro*. Polon. *Punkt ſtrzedni wokriſtie*. Vng. *Kellő közepi*. Ang. *The midde point in a round thing*.] Apuleius in coſmographia: Cardinem, *inquit*, mundi (ſic enim dixerim centrum) habet tellus. Cic. 1. Tuſcul. Perſuadent enim Mathematici terram in medio mundo ſitam ad univerſi cœli complexū, quaſi puncti inſtar obtinere, quod Centrum illi vocant. ¶ Centra in marmore, ſunt quidam veluti duriores nodi, ad clavi ſimilitudinem, inimica ferris: qui in intima etiam lignorum parte inveniuntur. Plin. lib. 16. cap 39. ¶ Inveniuntur & in quibuſdam arboribus, ſicut in marmore, centra: id eſt, duritia clavo ſimilis, inimica ferris. Et quædam fortè accidunt, lapide recepto, aut comprehenſo in corpus, aut alterius arboris ramo. ¶ Eſt item Centron cryſtalli quoddam vitium, durum & fragile, quod & ſalem appellant. Plin. lib. 37. cap. 2: Infeſtantur cryſtalli plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, occulta aliquando vomica, præduro fragiliq; centro, & ſale appellato.

Cēntrālis, adjectivum, *κεντρικός*. Plin. lib. 2: Quindecies & pluribus ſuberit, quàm terra centralis interveniat.

Cēntrōsus, a, um: [*κεντρώδης*. Polon. *Drzen zyl'owati wdrzewie albo wkamieniu*. Vngar. *Fás kemény morſalék esőlék*.] ut, Centroſa ſcobs: id eſt, limatura admodum dura, veluti centrum quod in marmore, vel junipero invenitur. Plin. lib. 37. cap. 7: Adulterantur vitro ſimillimæ, ſed cote deprehenduntur, ſicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis, & centroſa ſcrobe deprehenduntur: & pondere, quod minus eſt vitreis, aliquando puſtulis argenti modò relucentibus.

Cēntum, Nomen numerale & indeclinabile. [קמה *meáh*. *ἑκατόν*. Gal. *Cent*. Ital. *Cento*. Ger. *Hundert*. Belg. *Hondert*. Hiſp. *Ciento*. Pol. *Sto*. Vng. *Száz*. Ang. *An hundred*.] Cic. pro Mil. Hi centū dies penes accuſatorem quū fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. ¶ Accipitur aliquādo Centū indefinitè pro pluribus. Sic Centum greges apud Horat. 2. Carm. Ode 16. & Centum juvenci apud eundem, lib. Epod. Centum puer artū, 4. Carmin. ¶ Compoſita tamen variantur, ut Ducenti, tæ, ta, Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Noningenti.

Cēntiēs, adverb. [*ἑκατοντάκις*. Gall. *Cent fois*. Ital. *Cente volte*. German. *Hundert mal*. Hiſp. *Cient vezes*. Pol. *Stokroć*. Vng. *Százszor*. Ang. *An hundred tymes*.] ut, Centies circūſpicere priūs quàm, *&c.* Plaut. Rud. Centies H-S reliquit. Cic. 1. Phil. Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties.

Cēntēnārĭus, [*ἑκατοντούτης*. Gall. *De cent ans, de cent liures, ou telles choſes*. Ital. *Di cento anni, di cento libre & coſe ſimili*. Germ *Das von hundert iſt/es ſeyen pfund/jar vnd dergleichen anders*. Hiſp. *Coſa de numero de cento*. Pol. *Rzecz miecakaśto wſobie lyczbi maiaca*. Vngar. *Száz fontos, máſa*. Ang. *Of an hundred yeares in age, of an hundred peund weight, and ſickleke*.] & ſimilia in arius denotant nō multiplicationē ſui, ſed numerū aliarum rerum, quę nō nominātur: ut, Lapis cētenarius, nō quòd centuplus ſit, ſed centū librarū. Homo centenarius, nō quòd ſit centū geminus, ſed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum, Varr. 2. de Re ruſt. cap. 5. *ἑκατοντὰς ποιμενίων*. ¶ Centenariæ cœnæ dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centuſſibus: hoc eſt, centū aſſibus impendebatur, qui erant nummi breves ex ære. Feſtus. ¶ Centenarii itē illi dicunt à Iurecōſultis, qui centū millia H-S poſſident, qui à veteribus, ut ait Aſconius, dicebantur Cenſi.

Cēntēnūs, a, um. [*ἀ τὸν ἑκατόν*. Gall. *De cent*. Ital. *Di cento*. Germ. *Das zu hundert gehöret*. Hiſp. *Cada vno ciento*. Polon. *Stokrotny*. Vng. *Százig valo*. Angl. *Of an hundred*.] Plin. lib. 11. c. 37: Iecur maximę vetuſtatis patiens, cētenis durare annis, obſidionum exempla prodidēre: hoc eſt, centum. Idem lib. 33. cap. 10: Non erat apud antiquos numerus ultra centū millia: itaq, & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut ſæpiùs dicātur. Virgil. 10. Aencid. It gravis Auletes, centenaq; arbore fluctum Verberat aſſurgens: hoc eſt, centum ingentibus remis.

Cēntēsĭmŭs, a, um, Propriè ordinis numerus eſt, ſignificans poſtremum, vel unum ex centenario, [*ἑκατοστός*. Gall. *Centieſme*. Ital. *Centeſimo, centò per vno*. Ger. *Der hundertſt*. Hiſp. *Ciento pueſto en orden*. Pol. *Sty*. Vng. *Századik*. Ang. *The hundreth*.] Plaut. in Milit. haud centeſimā Partem dixi: neq; otium ſi ſit, poſſem expromere. ¶ Interdū multiplicādi vim habet, & pro centuplo accipitur: ut quū dicimus, Centeſimū fructum ager attulit: hoc eſt, centies tantum quantum ſemētis acceperat. ¶ Centeſima fruges, idē Plin. lib. 5. cap. 4: Ita appellat regio C C L. M. paſſuū fertilitatis eximię, cū centeſima fruge agricolis fœnus reddēte terra. ¶ Centeſimas Calendas, Iuriſcōſulti vocāt centeſimum mēſem: unde Centeſimis Calendis aliquid dare: hoc eſt, intra annos octo, & mēſes quatuor: ut annotavit Alciat. in Parerg.

Cēntēsĭmă, ſimæ. [Pol. *Lichwa gdzina mieſiącz poſł'oſemie odeſłá pł'acżimi czowiekowi lecżiechrowna ſiez ſumma*.] Genus uſuræ, quæ centeſimo menſe explet ſortem, utpotè quum centum librarum fors ſingulis menſibus libram unam uſuræ parit: hoc eſt, duodecim libras ſingulis annis. *ἑκατοστή*. vide Bud. de Aſſe. Cic. ad Attic. libr. 1: Nam à Cæcilio propinqui minore centeſimis nummum movere non poſſunt. Plin. Epiſt. 205: Proinde prima quaque occaſione mitte, appoſitis quidem uſuris, quas ego (non poſſum parciùs) centeſimas computabo.

Cēntēsĭmārĕ & Decimare exercitum, caſtrenſia verba ſunt, pro eo quod eſt, centeſimū, vel decimum militē ſupplicio afficere. Solent enim Imperatores, quū gravius quippiam milites deliquiſſent, eam moderationē adhibere, ut neq; univerſum exercitum delerent, neq; facilitate veniæ alios ad ſimilia invitarēt. Convocatis itaq; univerſis, centeſimum, aut (ſi videretur) decimum quenq; ſorte proditum ſecuri percutiebant, cæteros q; metu liberabant. Iulius Capitolinus in Macrino: Et cùm ſeditiones militares patentur, multos ſæpiùs decumavit, aliquando etiam centeſimavit: quod verbum proprium ipſis eſt, cùm ſe clementē diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione atque centeſimatione.

Cēntĭcēps, pitis, com. t. qui centum habet capita. [*ἑκατονταικέφαλος*. Gall. *Qui a cent teſtes*. Ital. *Di cento capi*. Germanicè, *Hundertköpffig/das hundert häupter hat*. Hiſpanicè, *Coſa que tiene cient cabecas*. Polon. *Stogł'owny*. Vngar. *Százfejű*. Angl. *That hath an hundred heades*.] Horat. 2. Carm. Ode 13: illis carminibus ſtupens Demittit aras bellua centiceps Aures.

Cēntĭmănŭs, qui centum habet manus: [*ἑκατόγχειρ*. Gall. *Qui a cent mains*. Ital. *Di cento mani*. Ger. *Der hundert hend hat*. Hiſp. *El que tiene cient manos*. Pol. *Storeczny*. Vng. *Száz kezű*. Ang. *That hath an hundred handes*.] qualem fuiſſe Briareum gigantē. Virg. 6. Aeneid. refert. Ovid. 3. Metamorph. Nec quo centimanum dejecerat igne Typhœa Centimanus Gyges. Horat. 2. Carm. Teſtis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

Cēntūmvĭri, Iudices centum Romæ, qui de cauſis quibuſdam privatis cognoſcebant & judicabant, ut de uſucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, teſtamentis, *&c.* [Gall. *Cent perſonnes ou plus qui anciennement à Rome iugeoyent des cauſes ciuiles*. Ital. *Il magiſtrato de cent' huomini*. German. *Hundert vnnd funff Richter vorzeiten zu Rom*. Hiſpanicè, *Collegio era en Roma de cient varones*. Pol. *Stoy pierſzfedzow niekie diworzimie*. Vngar. *Száz ember*. Angl. *An hundred iudges that iudged of certane ciuill cauſes in Rome*.] Nam quum eſſent Romæ triginta quinque Tribus, quæ & Curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad judicandum, & Centumviri appellati: qui licet quinque ſupra centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centumviri dicti ſunt. Feſtus. Cicero pro Cecin. Et hoc loco Scævolam dixiſti cauſam apud Centumviros non tenuiſſe. Idem primo de Oratore: Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios Centumviri judicarunt?

Cēntūmvĭrālis, rale, quod ad centumviros pertinet: ut, Iudicium centumvirale. Cicer. i. de Orat. Quid quod item in centumvirali judicio certatum accepimus? Centumvirales cauſæ, Centumviralia judicia, & Centumviralis haſta, *&c.*

Cēntŭplex, icis, com. t. [*ἑκατονταπλάσιον*. Gal. *Centuple, double cent fois*. Ital. *A cento doppi*. German. *Hundertfeltig*. Hiſpan. *Ciento tanto*. Polon. *Stokrotnij*. Vngar. *Száz reiw száz féle*. Ang. *An hundreth folde*.] Plaut. in Perſa: Hæc niſi inde abierit centuplex murus rebus ſervandis parvus eſt.

Cēntŭplĭcātō, adverb. [*ἐφ' ἑκατονταπλάσιον*. Gallicè, *En cent doubles, au double cent fois*. Ital. *Radoppiato cento volte*. Ger. *Doppelt/hundertfeltig*. Hiſp. *Cient vezes tāto*. Pol. *Sto podwakroć*. Vng. *Száz képpen*. Ang. *A hundreth folde double*.] Plin. lib. 6. cap. 23: Quæ apud nos centuplicato væneunt.

Cēntŭplŭs, a, um, idem quod Centuplex

Cēntŭlis, Pecuniæ genus fuit apud Romanos, centum aſſes,

seu (quod in idem recidit) quadraginta valens sestertios. Persius: Et centum Græcos curto centusse licetur. ¶ Centussis pro centusse: id est, assibus centum. Var. apud Gel. lib. 15. cap. 18: Nunc qui illum norunt, volunt emere millibus centum: te qui novit nemo centussis.

Cēntūmcăpĭtă, ἑκατονκέφαλος, ἑκατοντακέφαλος, Herba est ex aculeatarum genere, quæ alio nomine Eryngo alba, sive Eryngium dicitur, ἠρύγγιον, caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. lib. 22. cap. 8.

Cēntūmpōndĭum, pro immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. in Asin. Ad pedes quando alligatus es, æquum centumpondium Cato cap. 13: Cellas duas, trutinam unā, centumpondiū incertū unum, & pondera certa.

Cēntūncŭlŭs, Vide CENTO.

Cēntŭrĭă, f. p. numerus Centum. [ἑκατοντάς, τάξις, ἑκατοστύα. Gall. *Centeine, bande de cent hommes.* Ital. *Compagnia de cent' huomini.* Ger. Ein Rott hundert kriegsleuten. Hisp. *Compañna de cient hombres armados.* Pol. *Rotta sto ſoł'nierzow pod ſoba maiąca.* Vng. *Százallya.* Ang. *A companie conteining an hundred men.*] In re militari centum cōtinet homines, qui sub uno Centurione sunt, quorum centenarius justus est numerus. Cic. 2. de Divin. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. ¶ Centuriæ in agris, dicebantur ducenta jugera. Centuria à Centum jugeribus vocabatur: sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Colum. lib. 6: Sicut Tribus dictæ, primùm à partibus populi tripartitò divisi, quæ tamen nunc multiplicatæ, pristinum nomen possident. Var. lib. de Ling. Lat 4.

Centuria, vocabulum cēturiis, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datū est, quum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena jugera dederūt, & ex hoc facto cēturia jure appellata est.

Cēntŭrĭo, dicitur qui centum peditibus præest. [שר מאות *sar meoth.* ἑκατόνταρχος, ταξίαρχος. Gall. *Centenier, ayant ſous ſoy & en ſa charge cent hommes.* Ital. *Centurione, capitano di cento ſoldati.* Ger. Hauptmañ vber hundert fußknecht Hisp. *Capitan de cient hombres armados.* Pol. *Rotmiſtrz maiaci pod ſoba ſtoknechtow.* Vngar. *Százados.* Ang. *A centurion, a capitane of an hundred men.*] Cic. pro Marcello: Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem miles Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli obediebat: sed seorsum Magister equitum soli Dictatori obtemperabat. ¶ Centurio autem primæ cohortis dicebatur Primipilus, teste Plin. Veteres quum viderent commisso prælio, acies facilè turbari, ut hoc incommodum evitarent, cohortes in centurias divisêre, & singulis centuriis singulos centuriones præfecerūt, qui primò Centurioni vocabant, quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decē erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat, Aquilam habebat, quod præcipuum erat signū Romanorū. Centuriones hujus cohortis cæteris centurionibus digniores habebātur. Prima centuria Primipilum vocabatur, quòd circa signa gravis armaturę constituta erat. Centurio ipse, primipili centurio dicebatur, & Primipilus: hic non modò Aquilę præerat, sed quatuor centurias: hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat: & tanquā princeps totius legionis merita cōsequebatur & commoda. Mart. Grata pudens meriti tulerit quum præmia pili.

Cēntŭrĭo, rias, act. p. in centurias distribuo, refero. [κατανέμω, κατατρέφω, κατατάσσω. Gall. *Mettre par centaine, diſtribuer par bandes.* Ital. *Ordinare ſoldati à cento à cento.* Ger. Solche Rotten ordnen/ deren ein jede hundert personen hatte. Hisp. *Ordenar los hombres armados de ciento en ciento.* Pol. *Roty dzielenaſto oſſob.* Vn. *Százanként el oſztom.* Ang. *To diſtribute and put in bandes of an hundred, to hundred.*] Cic. ad Quirites post red. Ego quum homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriariq; vidissem. Ager centuriatus, qui in ducenta jugera definitus erat. Romulus enim centenis civibus ducenta jugera distribuit. Et milites Centuriati, qui in centurias ordinabantur. πεζικόν. Liv. lib. 29: Scipio postquā in Siciliam trajecit, volūtarios milites ordinavit, centuriavitq;. ¶ Centuriata comitia, ut Asconius scribit, dicūtur, quū ab omni sexu & ætate fertur suffragium: dicta Centuriata, quòd populus per centurias divisus suffragia ferebat. Hæc in campo fiebāt Martio, & omnium fuerūt maxima, itaq; maximus Comitiatus pro centuriatis comitiis sæpè apud Ciceronē dicitur. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicūtur milites non primæ, sed secundæ centuriæ, ubi ad insidiandum maximè collocabantur. Vnde Succenturiatus dicitur, quasi in insidiosis positus. Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu, ego in insidiis ero hîc succenturiatus, Si quid deficies. Propriè autem Succenturiare significat explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere, vel in locum occisorum, vel exautoratorum militum, alios substituere. Gellius eleganter ad cibos transtulit, quum in locum ciborum qui auferuntur, alii statim substituuntur.

Cēntŭrĭātŭs, us, nomen, Dignitas & officium cēturionis. [ἑκατοντάρχια. Pol. *Rotmiſtrſtwo.* Vng. *Századoſſág.*] Cicer. pro lege Manil. Quem enim possumus Imperatorē aliquo in numero putare, cujus in exercitu væneant centuriatus, atq; vænierint? Liv. 2. bel. Pun Vbi ad decuriatū, aut centuriatum cōvenissent. Cic. in Pison. Quid centuriatus palàm venditos?

Cēntŭrĭātim, per Centurias. [κατὰ τάξεις, καθ' ἑκάστην ἑκατοντάδα. Gall *Par centaines.* Ital. *Per centenaia, à cento à cento.* Germanicē, Von einer Rott/ welche hundert hatte/ zu der anderē/ Durch die Rotte. Hisp. *De batalla en batalla.* Pol. *Przez roty, na roty.* Vng. *Szárank. nt.* Ang. *In handreths hundreth by hundreth.*] Quemadmodum Tributim, per tribus. Cic. pro Flac. Distributis partibus, tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus ætatibus. ¶ Item centuriatim, abundanter significat & copiosè. Pomp. Prostibulo: Continuò ad te centuriatim current, qui panem petent. Ex Nonio.

Cēntŭrĭōnŭs, ab antiquis dicebatur, teste Festo, qui postea Cēturio appellatus est, sicut Curionus, & Decurionus, qui nunc *Curio* & *Decurio* nuncupantur.

Cepæa, Plinio, Herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili nascens in littoribus arenosis, gustu amara.

Cepe, sive Cepa, Vide CAEPA.

Cephalalgía, [κεφαλαλγία. Polon. *Bolenieg'owi.* Vngar. *Fŏfáiás.* Angl. *Grieff or dolour of the de head.*] Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continetque sub se Hemicraniam, Cephaliam & similes.

Cĕphălēă, f. p. [κεφαλέα. Ger. Ein hauptweh von langer zeit her. Pol. *Bolenie wſtſtkiey gł'owy.* Vngar. *Meg aggott fŏ fáiás.* Angl. *A long dolour of the head.*] Diuturnus, & inveteratus capitis dolor, à sono, splendore, vel odore vehementiore, & nōnunquam à meri potu proveniens. Differt ab hemicrania, quòd ea dimidiam tantùm capitis partem infestet, Cephalea totum caput occupet. Plin. lib. 20. cap. 13: Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalea, cum farina hordeacea, vel aceto. Sed & Celsus Cephaleam cautum quoddam pestilens q; malum appellat.

Cephalicum, emplastrum sic dictum quòd capiti facto convenit. Celsus lib. 10.

Cephalíne, Linguæ portio, cui gustus potentia inest.

Cĕphălocrūstēs, m. t. κεφαλοκρύστης, Vermis qui in foliis persici involvitur.

Cĕphălŏs, Daphnoides apud Dioscor. lib. 4 cap. 149.

Cephalotos, Thymus apud Dioscor. lib. 2. cap. 24.

Cephalotus, porrum capitatum, sic dictum, quòd majorem vim habet. Est & quod sectivum porrum vocant.

Cephalus, m. s. [κέφαλος. Germ. Ein Meerāſch. Pol. *Gł'owacz.*] Piscis est in metu caput occultans, totum se absconditum existimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.

Cephaleus, cephalea, um: ut, Caro cephalea. Lucil. lib. 2. Satyr. Abdomina, thinnia venientibus priva Dabo, cephaleamque carnem. Vide Gel. lib. 10. cap. 20.

Cephas, כיפא. Ioan. 1. Non est (ut quidam nugantur) Græca κεφαλή, sed ut rectè docet D. Hieronymus Syriaca dictio, quæ interpretatur *Petrus*: id est, rupes, seu lapis, vel petra Cognomē est Simonis Petri Apostoli, illi à Christo inditum. Quo etiam illum Paulus Galat. 2. & 1. Corinth. 15. & alibi nominat.

Cēphēnēs, κηφῆνες, Recentes fucorum fœtus, quum formam capere cœperint. Plin. lib. 11. cap. 16: Rex apum statim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus: neq; vermiculis, sed statim penniger. Cætera turba quum formam capere cœperit, nymphę vocātur, ut fuci sirenes atq; cephenes. ¶ Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea à Perse Iovis & Andromedes filio Perse appellati sunt. Autor Herodot. lib. 7

Cephus, Animal est apud Aethiopes, pedes posteriores humanis pedibus, & cruribus, priores hominis manibus similes habens. Hoc animal à Pompejo, quū ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non visum. Plin. lib. 8. cap. 19.

Cepe, Cepina, Vide Cæpe.

Cepedínes, saxa prominentia, Festus.

Cepina, sive potius Cæpina, κρόμμιον. Columell. lib 11. cap 3: Herba est hortensis, eadem cum cæpa: Cæpina (*inquit*) magis frequēter subactam postulat terram, quàm altiùs conversam. Et paulò pòst: Sed cæpina vel sæpiùs, certè non minus debet quàm quater sartiri.

Cēpĭŏnĭdēs, Gemmæ crystallini nitoris, quæ imagines reddunt, ut speculum. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cēpītēs, sive Cecopacites, Gemma candida est, venārum nodis coëuntibus candore imaginē referēs. Plin. lib 37. c. 10.

Cepphos, avis est ita levis, ut in quancunque partem ventus flaverit, in eam auferat. Vnde & Cepphicus, pen. cor. Adjectivum, pro levi. Cic. Ea quæ dicunt, minimi sunt ponderis, planè cepphica.

Cēpūrĭcă, m. s. κηπουρικά, Græci appellant, quæ nostri hortensia, olera scilicet quæ in horto seruntur. [Pol. *Ogrodne vrodzaie.*

Vngar.

Vngar. *Kerti pare.*] Vnde Sabinus Tiro librum Cepuricũ scripsit: hoc est, hortensium, quem Mœcenati dicavit.

Cēra, [Ⅎ17 *donágh.* κηρός. Gall. *Cire.* Ital. & Hisp. *Cera.* Ger. Wachß. Pol. Wosk. Vng. *Viaſzas.* Ang. *Waxe.*] Satis notæ ſignificationis eſt, nempe illud quod melle ex favis expreſſo remanet. Plin. lib. 21. cap. 14: Cera fit expreſſis favis, ſed antè purificatis aqua, & triduò in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nõvo fictili. ¶ Eadẽ cera, ἐν κηρίον, idem favus, dicebantur proverbiali figura, qui uño ore idem affirmarent: aut qui inter ſe conſpiraſſent. Ductũ à favorum cellulis inter ſe cõnexis: ſive quòd cera tenax, ſibiq; hærens: ſive quòd olim in ceratis tabellis ſcribebant. Vnde & Horatius: Cera laudatur eadem. ¶ Imis ceris radere, pro eò quod eſt, delere penitùs, ſic ut nullum omnino memoriæ priſtinæ veſtigium extet. ¶ Ceram auribus obdis, κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπιπλάσεις. In eos qui recuſant audire vel æqua vel iniqua. Natum ab Vlyſſis cera, qua ſuas ac ſocioru̇ aures obturat apud Homer. adverſus Sirenarum cantilenas. ¶ Cera tractabilior, κηρὸς ὀπωπαστέρου. De vehementer docil. dicebatur, aut de ingenio facili tractabiliq;, & in quemvis habitum ſequaci. Horatius, Perſius. ¶ Cera etiam veteres, ante inventum papyri uſum, pugillares ſuos obducere ſolebant: unde etiam pro epiſtolis & pugillaribus, poſitũ inveniẽ. Iuvenal. Nónne libet medio ceras implere capaces Quadrivio? Plin. Epiſt. lib. 1: Erat in proximo, non venabulum aut lancea, ſed ſtylus & pugillares: meditabar aliqua, annotabamq;: ut ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarẽ. ¶ Hinc profectæ ſunt illa loquẽdi genera, quæ ſæpè apud veteres occurrant, In prima cera, In ſecunda cera, Ima cera, & Extrema cera. Romani enim ſua teſtamenta in tabulis ceratis perſcribebant. Suet. in Cæſ. Q. Pedium ex quadrãte hęredẽ inſtituit, reliquos in ima cera: hoc eſt, in ultima parte teſtamẽti. ¶ Inter ceras optima creditur Punica candidiſſima, proxima maximè fulva.

Cērŭlă, læ, dimin. [τὸ κηρίον. Polon. Woſzczek. Vngar. *Viaſzoteska.*] Cicero ad Att. lib. 16: Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam.

Cēro, as, Cera obduco. [κηρόω. Gal. *Cirer, encirer, enduire ou couurir de cire.* Ital. *Incerare.* Ger. Verwächſen/mit wachß vberziehen. Hiſp. *Encerar.* Pol. *Nawoſzczam.* Vng. *Meg viaſzozom, czéralom.* Ang. *To dreſſe, to ſeare or ouerlaye with waxe.*] Colum. lib. 12. cap. 50: Sexta quaq; olivitate dolia cerari oportere antiqui dixerũt. Hinc Tabulę ceratę dicebãtur, cera ſuperinductę. ¶ Hinc fit compoſitũ Incerare. Iuvenalis: -genua incerare deorum.

Cērĭfĭcārĕ, apes dicuntur, quũ ceram faciunt. [κηροποιέω. Gall. *Faire cire.* Ital. *Far cera.* Ger. Wachß machen. Hiſpan. *Hazer cera.* Pol. *Wosk czinicz.* Vn. *Lépet czinálni.* Ang. *To mak waxe.*] Plin. lib. 9. cap. 38: Quum cerificavêre, fluxos habent ſuccos. Quędã tamen exemplaria hoc in loco habent fœtificavêre.

Cērātūră, ræ, f. p. Ceratio, ceræ obductio. [κήρωσις. Gallicè, *Cirement, cirure* Ital. *Ceramento.* Ger. Wachſung Hiſp. *Encerramiẽto.* Pol. *Nawoſzczenie.* Vng. *Viaſzabas, czerálás.* Ang. *Searing or dreſſing with waxe.*] Colum. lib. 12. cap. 10: Sic vetera non crediderim, propter olei ſuecum, ceraturam pati.

Cērātum, ſive Cerotum, n. ſ. [κηρωτόν. Gall. *Cerot.* Ital. *Ceroto.* Ger. Ein pflaſter von wachß gemacht. Hiſp. *Ceroto.* Pol. *Plaſtr woskowy.* Vng. *Ires ruha.* Ang. *A ſeare cloth.*] Malagmatis genus, quod vulneribus ſolet ſuperimponi: conſtat ex rebus ſiccioribus, & igni appoſitum molleſcit, ſed corpori admotum dureſcit, & pertinaciùs hæret. Dictum videtur à cera, quæ ferè omnibus ceratis adhiberi ſolet. Plin. lib. 13. cap. 22: Faciemque invadunt ignes ſacri, ob id cerato priùs illinunt.

Cērārĭum, n. ſ. [Pol. *Zapł'ata od prźł'ożenia pieczęci do lyſtu.* Vng. *Pőtſét pénz.*] Apud Cic. 5. Verr. Videtur accipi pro eo, quod ceræ nomine penditur: cujuſmodi eſt, quod etiam hodie pro diplomatum ſigillis exoluimus. Cic. 5. Verr. Ex omni pecunia quã oratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primùm pro ſpectatione, & collybo: deinde neſcio pro quo cerario.

Cērĕŭs, a, um, quod ex cera fit: [κήρεος. Gall. *De cire. fait de cire, ou de couleur de cire.* Ital. *Fatto di cera, ò di color di cera.* German. Wächßin/das von wachß gemachet iſt. Hiſp. *Coſa hecha de cera ò de color de cera.* Pol. *Woskowy.* Vng. *Viaſzbol ſinált.* Ang. *Of waxe, coloured lik waxe.*] ut, Imago cerea. Cic. 3. de Nat. deor. Vt enim ſi omnis cera cõmutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod cõmutari nõ poſſet. ¶ Sumitur quandoq; pro molli, facili, & flexibili. Horat. de arte: Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper. ¶ Ponitur aliquãdo pro flavo. Virg. 2. Aegl. Addam cerea prũna, à ceræ videlicet colore. ¶ Inde ficedulæ pingues ab Accio cereæ vocantur, tranſlucẽte nimirum per cutem flava pinguedine. Quandoque pro uncto. Martialis: Cerea ſi pendet lumbis, & trita lacerna.

Cērĕŭs, m. ſ. ſubſtantivum, Fax cerea. [κηρὸς, τὸ κηρίον. Gall. *Vn cierge ou chandelle de cire, torche.* Ital. *Cereo, torchio.* Ger. Wachßtertz. Hiſp. *Cirio.* Pol. *Swieca woskowa.* Vng. *Viaſz gyertya, viaſzbol ſzínezett ſzőétnők.* Ang. *A torche of waxe, a waxe candle.*] Eſt funale, vel candela ex cera confecta. Martialis: Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes.

Ceroferarii, m. ſ. ἀκόλουθοι, κηροφόροι, dicti ſunt à deportandis cereis in ſacris.

Ceroferarium, inſtrumentũ quo cereus fixus cõtinetur. In Decretis can. diſtinct. 24. Acolythus accipiat ceroferarium cũ cereo, ut ſciat ſe ad accendenda lumina mancipare.

Cērĕŏlŭs, diminutivum. [Pol. *Woſzczykowy.* Vngar. *Viaſz gyertyátska.* Ang. *A litle waxe candle.*] Hieronymus: Magnũ honorem præbent hujuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant hujuſmodi cereolis illuſtrandos.

Cērĭnŭs, a, um, quod ceræ ſimile eſt: [κηρινῶδης, κηροειδής. Gall. *Reſemblant à cire, de couleur de cire.* Ital. *Simile alla cera.* Ger. Das da wachß gleich iſt. Hiſp. *Coſa ſemejante à la cera.* Pol. *Woskowi podobny.* Vng. *Viaſz ſzínű.* Ang. *Like or reſſembling waxe.*] ut, Cerinus color. Plin. Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atq; purpurea. Cerini ſmaragdi, apud eundem lib. 37. cap. 5. Plaut. in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, ſubintellige veſtimentum: quod & Melinum ab eodẽ dicitur à mellis colore, quod μέλι Græci appellant.

Cērōſŭs, a, um, quòd Ceram admixtam habet. [κηρόεις. Pol. *Woskowati.* Vng. *Viaſzos, viaſzszal elegyitetet.* Angl. *Full or mingled with waxe.*] Vnde mel ceroſum dicitur nondum ſatis expurgatum. Plin. Liquore veluti mellis ceroſi.

Cerăchātēs, χηραχάτης. Gemma eſt ex achatæ generibus, ceræ colorem præ ſe ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceraites κεραΐτης, à quibuſdam appellatur herba, quæ Græcis τῆλις, Latinis Fœnogræcum dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis ſimilem.

Cĕrămītēs, Gemma eſt teſtę colorem habens, unde & nomẽ accepit: nam κέραμος, teſtam vel tegulam ſonat. Meminit hujus gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

Cerarium, Vide CERA.

Ceras Amaltheas, κέρας ἀμαλθέας, Dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quæ (ut fabulantur Poẽtæ) Iovem caprino lacte nutrivit. Vide infrà CORNVCOPIAE.

Cerasbola, [κεραυβόλα. Pol. *Twarde ſyiemiona.*] Semina ſunt, quæ tempore ſementis bubula cornua ſi attigerint, ea veteres crediderunt neque igni conſumi, neque facilè coqui. Vnde & ἀπυρόμενα nominat Plutar. in Sympoſiacis, quaſi incoctilia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non invenuſta metaphora κεραυσόβολοι appellantur.

Ceraſcomion, Oenathite, Dioſcor. lib. 5. cap. 334.

Ceraſphoros, κεραυφόρος, à noſtris *corniger* dicitur.

Ceraſconia, Paſtinãca ſylveſtris, Dioſcor. lib. 4. cap. 57.

Ceraſta, Arbor quæ ſit, require ex Theophraſto lib. 8. cap. 18.

Cĕ. aſtēs, ſtæ, m. p. [שׁפיפון *ſchephiphón.* κεραστής.] Genus eſt ſerpentis, quod teſte Plin. lib. 8. cap. 23: Quadrigemina cornua præfert, ſimillima arietum, unde & nomen habet. Nam κέρας, ατος, Cornu dicitur. Lucan. -ſpinaq; vagi torquente ceraſtæ.

Cĕr. ſŭs, ſi, pen. cor. f. f. [κέρασος. Gal. *Ceriſier.* Ital. *Ceregio arbore.* Ger. Ein Kirßbawm. Belg. Eenen kersboom. Hiſp. *Cereſo, arbol conocido.* Pol. *Drzewo wiſniowe.* Vng. *Czereſznye fa (vel) ſzerefunye fa.* Ang. *A cherie tree.*] Arbor nota, a Ceraſunte Ponti civitate ſic dicta: quã quum Lucullus deleviſſet, inde illam Romam tranſtulit, & à civitate Ceraſum appellavit. Sanè arbor Ceraſus dicitur, fructus verò Ceraſum. [τὸ κεράσιον. Gall. *Ceriſe* Ital. *Ciregia frutto.* Ger. Ein Kirſe. Hiſ. *Cereſa fruto.* Pol. *Wiſznia albo trzeſznia.* Vn. *Czereſznye (vel) ſzereſznye.* Ang. *A cherie.*] Ovid. de nuce: Audiat hæc ceraſus, ſtipes inanis erit. Plin. lib. 15. cap. 25 Ceraſorum Aproniana maximè rubent. Et paulò pòſt. Iutei Ceraſa principatum obtinent Duracina. Gal. lib. 2. de Alimen. κεράσια vocat. Ceraſa Aquitanica dici poſſunt, quæ Galli vocãt des Cuiſes, quòd ab Aquitania, quę ab illis *Guienne* appellatur, primùm ſint advecta. ¶ Dicitur & Ceraſum pro arbore. Colu. Ceraſa & tuberes, & armentacæ, & amygdalæ, quæ primę florent, poſſunt inſeri cõmodè. Sunt & alia genera Sicilana, rotunda, lumiana, Poracina, Campanica, Laurea, Amaraſia, Viſula, Germanica Gallica, Macedonica. Plura alia videri poſſunt apud Plin. lib 13. cap. 25. lib. 13. cap. 1. lib. 16. ca. 10. Theophraſt. lib 3 cap. 24. Dioſco. lib. 7 Aeginetam lib. 6. Serapion cap. 145. Gal 7. ſim. cap. 18. & Alimentorum lib. 2. cap. 11.

Cĕrătĭă, tiæ, Genus herbæ, de qua Plin. lib. 26. cap. 8: Ceratia uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo cœliacis & dyſentericis medetur.

Cĕrătĭās, Comæ genus [illegible] τὸ κέρας: hoc eſt, à cornu, cujus ſpeciem habet. Plin. li. 2. cap. 25 Ceratias cornus ſpeciẽ habet, qualis fuit quum Græcia depugnavit apud Salamina.

Cĕrătĭnæ, [κερατίναι. Ger. Geſchwinde vn argliſtige art zu arguiren/mit welcher einer bald gefangen wird. Pol. *Wezł'wate pitanie.*] apud Quintilianum, vocantur argumentationes quædam ſophiſticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiam argumenta cornuta vocantur: dicta a cornibus: hoc eſt, à materia ipſa qua uterentur verborum: cujuſmodi eſt, Quod non perdidiſti, habes: cor-

bes: cornua non perdidisti: cornua ergo habes.

Ceratis, Corniculatum papaver, apud Dioſc. lib. 4. cap. 92.

Cĕrătĭum, [κεράτιον. Vng. *Egy mángorni.*] Minimum pondus, quod apud nos *ſiliqua* dicit: tres verò ſiliquę cõficiunt obolũ. ¶ Ceration itẽ Græcis appellat arbor ſiliquas ferẽs corniculorum ſimilitudine: unde & nomẽ habet. Latini Siliquã Græcam appellant. Col. lib. de Arb. cap. 25: Siliquã Græcam, quã quidã κεράτιον vocãt, deinde Perſicũ ante brumã per autumnũ ſerito.

Ceratonia, [κερατωνία. Pol. *Swietego iana chlieb.*] Galeno arbor eſt, quæ Latinis Siliqua dicitur, cujus fructus etiam Græco nomine τὰ κέρατα & κεράτια appellatur, propterea quòd corniculorum ſimilitudinem referat.

Ceratum, Vide CERA.

Ceraunobolus, κεραυνοβόλος, Dicta eſt Apollis tabula, in quâ tonitrua, fulgetra, & fulgura pinxit: ita dicta quaſi τὸν κεραυνὸν βάλλων: hoc eſt, fulmen, torquens. Plin. lib. 35. cap. 10.

Cĕraunĭă, niæ, Gemma eſt candida. Plin. lib. 37. cap. 9: Eſt inter candidas & quæ Ceraunia vocatur, fulgorẽ ſyderum rapiens.

Ceraunium, Tuberis genus, in Thracia naſcens. Plin. l. 19. c. 3.

Cerceraphron, Anagallis à Dacis ſic vocata.

Cercitam, κερκίτιν, Pauſanias Grammaticus ait vocari temonis genus, à populis inventoribus, qui Cercitæ appellabantur in terra India.

Cercĭus, qui & Circius dicitur, Ventus eſt violentiſſimus, Galliæ Narbonenſi peculiaris, reliquis cœli partibus ignotus. Vide Aul. Gell. lib. 2. cap. 22. & Plin. lib. 2. cap. 47.

Cercopa, Græci appellant lucri undiq; cupientem, quaſi κέρδος, [Polon. *Zyſku pożadliwi.* Vng. *Ftwſuény nyeresẽgſzomiúhoxo.*] quem nos quoque lucrionem vocamus. Feſtus.

Cercŏpĭthecus, penult. prod. [קוף *koph.* κερκοπίθηκος. Gall. *Vn marmot, vne eſpece de ſinge ayant queuë.* Italice, *Gatto mammone.* Germanicè, Ein Meerkatz. Hiſpanicè, *Gattopaus.* Pol. *Morski kot.* Vngar. *Farkas maſom.* Angl. *A munkey or marmoſet.*] nomen compoſitum ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος ſimia, quaſi ſimia caudata, quam *marmonem* vulgò dicimus. Plin. lib. 8: Cercopitheci nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſimiles cæteris voce ſunt. Martial. lib. 13:

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Cercos, (quod hîc pro accipitris genere corruptè legebatur.) Vide CIRCOS.

Cercūrŭs, κέρκουρος, Navis Aſiana prægrandis, autore Nonio, à Cypriis inventa, teſte Plin. lib. 7. cap. 56. Plautus in Sticho: Cercurum, quo ego me majorem nõ vidiſſe cenſeo. ¶ Eſt item Cercurus, viliſſimi oleris genus: unde natũ eſt illud Græcorũ prover. κῆ κέρκουρος ἐν λαχάνοις: id eſt, Eſt & cercurus inter olera.

Cerdo, m. t. Artifex ſordidus, & qui artẽis illiberaleis quæſtus gratia exercet, quales ſunt ſutores veterum calceorum, qui à Suetonio Veteramentarii appellantur. [אמן חרש *omán hárâſch.* βαδεύς. Gall. *Cordonnier, ſauetier, ou conroyeur, artiſan.* Ital. *Artifice vile, che ſolamente attende al guadagno.* Ger. Der vnflãtige handtwerck treibt vmb gewins willen. Hiſp. *Official de alguũ arte de ganancia.* Polon. *Wſzeliaki rzemieſlnik plugawieroboti, garbarzi.* Vngar. *Timár, foldozo varga.* Ang. *A cobler or botcher.*] Mart. lib. 3: Ebrius es: nec enim faceres hoc ſobrius unquam, Vt velles corio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Nat. deor. Orpheum poëtam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujuſdam fuiſſe cerdonis. Dicti autem ſunt Cerdones, à Græco κέρδος, quod lucrum ſignificat: unde & Lucriones à Latinis appellantur. ¶ Cerdo etiam nomen fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Chriſtum nec natum à fœmina, neq; habuiſſe carnem, nec verè mortuum, vel quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionem dicebat.

Cere, Vide CAERE.

Cĕrĕălis, Vide CERES.

Cĕrebrum, n. ſ. inquit Plinius: Eſt viſcerum excellentiſſimum, proximũq; cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. [מוח *múach.* ἐγκέφαλος. Gall. *Cerueau, ou ceruelle.* Ital. *Ceruello.* Ger. Das hirn. Belg. Herſenen. Hiſp. *Meollo de la cabeça.* Polon. Mozg. Vng. *Agy velõ.* Ang. *The braine.*] Hîc habet ſenſus arcẽ, hîc culmen altiſſimum, hîc mentis eſt regimen. Cicer. 1. Tuſc. Aliis pars quædam cerebri viſa eſt animi principatum tenere. Alius nec cor ipſum placet, nec cerebri quandam partem eſſe animum: ſed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi eſſe, ſedem & locum. A cerebro proficiſcitur ſomnus. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt.

Cĕrĕbĕllum, n. ſ. dimin. [ἐγκεφάλιον. Gall. *Petit cerueau.* Ital. *Cerueliino, picciol ceruello.* Ger. Das hirnle. Hiſp. *Pequenno meollo de la cabeça, ò la nuca del meollo.* Pol. Mozdzek. Vng. *Agy velõtske.* Ang. *A little brayne.*] Plin. li. 29. cap. 5: Morſis à cane rabido, ne rabioſi fiant, cerebello gallinaceo occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt poſteriorẽ cerebri partem, quam περεγκεφαλίδα Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus ſeclusam, coq́ue duriorem & ſicciorem: cujus pars extrema per ſpinæ fiſtulam illapſa in oſſis ſacri imum trajicitur: à quâ duriores nervi, ut ex arboris caudice rami proferuntur.

Cerebrōſŭs, m. ſ. cui vitiatum eſt cerebrum, atq́ue præceps fertur in iram, torusq́ue ſuo conſilio hæret, & obſtinatus à nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperans ſine ratione fertur. [קשה עורף *ketſár apáyim* קשה עורף *kſilẽh bórph.* αὐθάδης, παράφορος. Gal. *Ceruelleux, fort cholere, courroucé, de mé, & rioteux.* Ital. *Ceruel legiero, oſtinato.* Ger. Blaterkopff. Hanwätig. Belg. Herſcloos/eygencoppich. Hiſp. *Loco, como ſin meollo.* Polon. *Szalony mozg.* Vngar. *Haragos, vizſza fordúlt agyú.* Anglicè, *Stubburne, obſtinat, ſtiffnecked.*] Horat. libro 1. Serm. donec cerebroſus proſiliit unus. ¶ Dicitur & de brutis. Colum. lib. 2: Quod eo tempore ſatum pecori ſit noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

Cereo, Antiquum verbum, & idem quod Creo: unde Ceres dicta, non ut Cicero & Varro volunt à gerendo. Meminit hujus Varro libro 5. de Ling. Latin. Itemq́ue Feſtus, qui dicit ab hoc verbo in Saliari carmine fuiſſe, Cerus manus: id eſt, creator bonus.

Cĕrĭă, æ, Potionis genus ex frugibus confectum, quo utuntur Hiſpani. Plin. lib. 12. cap. 15. Vide ſuprà Cella. [Vng. *Búza ſer.* Polon. *Piwo.*]

Cĕrĭnthē, es, f. t. vel Cerinthia, æ, κηρίνθη, Genus herbæ eſt, mellis cũ cera miſti ſaporem habens. Virg. 4. Georg. Cerinthę ignobile gramen. Habet foliũ candidum, incurvũ, capite concavo, cujus florũ apes ſunt avidiſſimæ. ¶ Dicitur & Cerinthus κήρινθος, & à Dioſcoride Ceranthe, ab Ariſtotele Erithace. Vulgò eam vocare ſolent *Carbinam*, in Hetruria præſertim & Liguria: quia flatu Africi naſci creditur, quem (ut inquit Vitruvius) Carbam nautæ, vel Carbinum cognominant.

Cērĭnŭs, Vide CERA.

Cerĭŏn, κηρίον, Ulceris genus, achoribus ſimile, majuſculis foraminibus, in quibus ſanies melli ſimilis, inſtar favi apum cõtinetur, unde & nomen accepit: nam κηρίον Græcis favum ſignificat. Plin. lib. 20. cap. 2: Sanat radix ulcera concreta in modum favi, quem Cerion appellant. Idem lib. 23. cap. 7: Cum melle item ulceribus, quæ Ceria vocantur, illinuntur.

Cērītēs, pen. prod. κηρίτης, Gemma eſt cerei coloris: cujus meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Cerītŭs, pen. prod. quaſi cereritus: hoc eſt, Cereris ira & indignatione vexatus, νυμφόληπτος. Nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. Et ſicut à Baccho Bacchantẽ dicimus, ſic à Cerere Ceritum. Horat. in Serm. Ceritus fuit, aut cõmotę crimine mentis: id eſt, inſanus & furioſus. Plaut. in Amph. Tu certè larvatus es, aut ceritus. Idem: Iube hanc pro cerita circunferri.

Cērno, is, crevi, cretum. Video. [ראה *raáh* הביט *hibbît.* βλέπω. Gall. *Veoir, regarder.* Ital. *Vedere.* Ger. Sehen/lugen. Belg. Sien. Hiſ. *Mirar, ò ver con los ojos.* Pol. Wydzę. Vng. *Látok, nizõk.* Ang. *To ſee, to perceiue.*] Differt aũt Cerno à video, aſpicio, ſpecto, intueor, quod cernimus animo: videmus natura: aſpicimus ex improviſo: ſpectamus voluntate: intuemur cura: quemadmodum elegantiſſimè tradit Corn. Fronto, in diff. vocab. Virg. 3. Aen. Cernimus aſtãtes ne quicquã lumine torvo Aetnęos fratres. Et 2. Aen. Ardẽtes clypeos atq; æra micantia cerno. Plaut. Caſel. Tum antehac te amavi & mihi amicam eſſe crevi mea Gymnaſium: id eſt, vidi. ¶ Transfertur & ad animum, & ſignificat animadverto, conſidero. Cic. in Topic. Verecũdè tu quidem, ut omnia, ſed tamen ut facilè cernerem te ardere ſtudio, mecum, ut tibi illa traderẽ, egiſti. Idem lib. 3. Epiſt. Cerno jam animo, quanto omnia uberiora futura ſint. ¶ Quandoque ſignificat judicare, ſtatuere, deliberare. κρίνειν. Cicer. de Legib. Quotcunque Senatus creverit, populúsve juſſerit, tot ſunto: regio imperio duo ſunto. Lucilius: Poſtquã præſidium caſtris educere crevit. Pacuvius: Et æquũ & rectũ eſt quod poſtulas, jurari cernãt. ¶ Quandoq; dividere, ſecernere, cribrare: [הבין *beníph.* διακρίνειν, κρίνειν. Gall. *Cribler, ſaſſer, tamiſer.* Ital. *Crinellare, vagliare.* Ger. Vnderſcheidẽ/repterẽ/ abtheilen. Hiſp. *Acrinar, carãdar, cernar.* Pol. *Rożl'aczam, przeſiewam.* Vngar. *El válaſztani, meg ſzitálni.* Ang. *To ſift, to ſearce.*] quod & Incernere dicitur: unde & incernicula cribros vocamus. Plin. li. 18 cap. 11: Rurſus quæ tranſit, arctiore cernitur. Vnde & Crines dicti ſunt, quòd ſint diſcreti. ¶ Quãdoq; dimicare. [ראה *raáh* התראה *hitbradh.* ἀμφισβητεῖν, ἀγωνίζεσθαι. Gall. *Se battre, ſe battre à outrance, ſe battre à champ clos, ſe battre à plaiſir, ſe battre à plaiſir de fortune, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos de champ clos, ſe battre à plaiſir de fortune de guerre de champ clos

Varrò 5. de ling. Lat. Facito videant te hæredem: itaq; in cretione adhibere jubent testes. Theodosius Imper. lib. 6. C. tit. de jure deliber. Cretionum scrupulosam solennitatem hac lege penitùs amputare decrevimus: ἡ ὡς τὰ ἀρχαῖα ἐμβάτευσις, ἢ τῆς νῦν προσ-βατεύσεως.

Cĕrnŭo, as, are, d est, Cernuũ me facio, ad terrã inclino. [Pol. Vbygemit patye. Vng. Föld fèle borg ida nyek. Ang. To bowe do wnewart.] Varro de vita pop. Rom. Terrã pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, hinc cernuabãt: id est, ad terram sese inclinabant, aut saltando in terram cadebant proni. Nonius. Cernŭus, um, Inclinatus, quasi qui terrã cernat. [κεκυφώς. Gal. Penché mt, encliné vers la terre. Ita. Chino, inchinato. Ger. Nider gebogen/bogechtig. Hisp. El que mira la cabeca baxa. Pol. Nachilony. Vn. Hanyat homlok nixò, föld fele orczul haylot. Ang. Crooking downe towards the earth.] Virg. lib. 10: erectoq; incubans cernuus armo. Vbi Servius: Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quasi in eam partẽ, qua cernimus. Vnde & pueri qui in ludis videmus, ea parte qua cernunt stantes, Cernui vocantur: ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.

Cerōmă, n. t. [κήρωμα. Ger. Ein Salb von Oel vnd Erden/damit sich die Kempffer bestreichen.] Oleum quo sese athletæ perungere solent, adhibito quodam teriæ genere. Cælius li. 4. c. 26, vocat πάλη: cui si sudor accessisset, κονίσαλος vocabatur ab iis, qui nimis Attici videri volebant, ut inquit Galenus. Arenam autẽ qua Athletæ se aspergebant, post hujusmodi unctionem ἄφλη vocabant. Martialis: Et flavescit haphe. Fiebat autem ceroma ex oleo, terraq;, nec ex omni terra, sed ex quibusdam generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus, atque algores reddebantur firmiora: & erat albida quædam terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Bajanus pulvis. Adhibebatur autem oleum, tùm ad agilitatem præstandam, ut corpora lubrica fierent: tùm quod natura olei est, tepefacere membra, & contra algores munire. Terra verò ad inducerandos magis artus, & adversus æstum firmandos admiscebatur. Stat. de Palæstris: Postquam oleo gavisa cutis, petit æquor uterque Procursu medium, atque hausta vestitur arena, Tum madidos artus alterno pulvere siccant. ¶ Ponitur & pro loco in quo palæstritæ ungebãtur, quem Vitruvius κονιστήριον vocat. Plinius: Iidem palæstras athletarum imaginibus, & ceromata sua illustrant.

Cērōmātĭcŭs, a, um, quod ceromate perunctum est. Iuven. Satyr. 3: Et ceromatico fert niceteria collo.

Cĕrostrōtum, pen. prod. κηρόστρωτον, compositum à κῆρος cornu, & στρωτὸς stratus, & est picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus: deinde vermiculatim ligno inseruntur. [German. Eyngelegte Arbeit von mancherley farben.] ¶ Principiò hoc ex lignis bracteis fieri cœptum: postea cœpẽre tingi animalium cornua, dentes elephantorum secari, lignumq; ebore distingui, mox totum operari. Plin. lib. 11: Nũc cornibus, nunc quæ Cerostrota, picturæ genere distincta, nunc sublita, nunc quæ Cerostrota, picturæ genere dicuntur. Propriè tamen dicuntur Cerostrota, cornibus strata: sicut Lithostrota, lapidibus strata.

Cērōtum, Vide Ceratum in CERA.

Cerri, Piscium genus, de quibus Dioscor. lib. 2.

Cērrŭs, f. f. Arboris glandiferæ species est, cujus glande suilla caro firmior redditur. [αἰγίλωψ. Germ. Ein besonder geschlecht von Eychen/Zirnenbaum. Vng. Tölgy mak fa.] Plin. lib. 16. cap. 6: Glans optima in quercu atque grandissima, mox æsculo: nam robori parvas. Cerro tristis, horrida, echinato calyce, ceu castaneæ.

Cerrinus, a, um: ut Cerrinus calyx. Plin. lib. 3. cap. 10: Quidam pectus ejus bibendum censent, & in cerrino calyce.

Cērrĕus, a, um: ut Cerrea glans. Plin. lib. 16. cap. 6. de glande fagina loquens: Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram.

Cērtē. Vide CERTVS.

Certo, as, n. p. Pugno, prælior, bellum gero, contendo. [רב rab מלחמה milchâh. ἀγωνίζομαι. Gal. Debatre auec quelqu' vn, combatre. Ital. Contendere, combattere. Germ. Streitten/kempffen. Bel. Strydden/wedden. Hisp. Contender y pelear. Pol. Walcze. Vn. Vaiok, tusakodom An. To debate, to fight, to strine.] Tacit. li. 21: Missus in eos eques cũ expeditis cohortib. ambiguè certavit. ¶ Cum dativo. Virg. Aeglog. 5: Montib. in nostris solus tibi certet Amyntas. ¶ Cũ ablativo. Terentius: Benedictis si certassent, audisset bene. ¶ Cũ ablativo & præpositione De: Livius: Arcini atq; Ardeates de ambiguo agro quum sæpè bello certassent. ¶ Cum præpositione Cum. Salustius: Sed ut mos est illius gẽtis, equitare, jaculari, cursu cum æqualibus certare. ¶ Cũ præpositione inter. Cicero: Reliquum est, ut officiis certemus inter nos. ¶ Et cum adverbiis Mecum, Tecum, Secum. Plin. Iun. Nam mihi satis est certare mecum. ¶ Certare cum usuris fructibus prædiorum, dicuntur, quorum vect. galia vix, aut ne vix quidem usuris persolvendis paria esse possunt. Cicero Catil. 2: Méo beneficio tabulæ novæ proferrentur, verùm auctionariæ: quod si maturius facere voluissent, neque id quod stultissimum est, certare cum usuris fructibus prædiorum locupletioribus, & melioribus civibus verentur. Hotomanus. ¶ Hinc componuntur Decerto & Concerto.

Certāmĕn, n. t. Conflictus, concertatio, contentio, prælium. [ריב rîb מלחמה milchâh. ἀγών, ἅμιλλα. Gal. Débat, combat, abattement, conflict. Ger. Streitt/combat/kampff. Ital. Battaglia, abattimento, conflitto. Hisp. Pelea, contencion, y porfia. Belg. Kampff. Pol. Bytwa, woyna. Vng. Vadal, tusakodás. Ang. Debate, fight, striffe.] Ovidius 10. Metamorph. Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. Interdum res ipsa de qua certatur, scilicet uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Virg. 2. Georg. Velocis jaculi certamina ponit in ulmo. ¶ Græca certamina celebratissima hæc fuerunt: Olympia, Pythia, Isthmia, & Nemæa, in quibus Græci magnos honores constituerunt victoribus athletis. Nam Olympia, juxta Olympiam Elidis civitatem quinto quoq; anno in honorem Olympii Iovis celebrabantur: & qui vicisset corona ex oleastro, qui Philostephanus dicitur, donabatur: institutaq; sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia. in eoq; certamine Hercules primus coronatus est. ¶ Pythia, Apollini sacra erant, in memoriam Pythonis serpentis ab Apolline occisi instituta. Vnde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine victor coronam laureã cum malis reportabat. Nam quòd Ovidius Pythiorũ victori attribuat coronam videtur tribuere lib. 1. Metam. (quum aiat

Nec te operis famam posset delere vetustas,
Innumeros celeri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.
Hi juvenum quicunque manu, pedibúsve, rotáve
Victrices, æcuriæ capiebat frondis honorem.)

id non ex animo eum statuisse affirmat, sed ut commodiorem faceret transitũ ad fabulã Daphnes. Subdit enim: Nondum laurus erat. ¶ Isthmia celebrabãtur in Peloponneso, ubi celebrabãtur in honorẽ Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui vicisset, coronam ex pinu reportabat. ¶ Nemæa, à Nemea sylva in memoriam Archemori Lycurgi filii ficbant, quorum victores apium coronati erant. De hisce quatuor sacris Græciæ certaminibus extat etiam nobile Archiæ poëtæ Græcum epigramma:

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, πέντε δ' ἀοιδοί·
Οἱ δ' ἐπὶ μὲν Πυθοῖ, οἱ δ' ἐπὶ Δηλιάδι·
Ζηνὸς, λητοΐδαο, παναιμερέος, δρεπόμενοι δὲ
Ἄθλα δὲ πὰν, κήρινθος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Id est,

Quatuor Argivis certamina sacra feruntur:
Bina hominum natis binaq; cœlitibus:
Phœbo ipsiq; Iovi, Archemoro & parvo Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

Hæc certamina etiã Ludi plurali numero dicuntur, & spectacula. ¶ Certamen significat etiam privatam contentionem. Sallust. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederet. ¶ Certamen, prælium. Cic. 4. de Finib. Sed ut magnum, & difficile certamen inieris, quum sibi cum capitali adversario dolore decertandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis & patientiæ. Plancus Ciceroni: Aut ipse à certamine belli tam necessarii me removissem. Certamen non accipit excusationes: ἀγὼν δ' δέχεται σκῆψεις. Plat. lib. de Leg. ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα παρ-αδὸς οὐ πάνυ δέχεσθαι φάσιν: id est, Verùm ajunt certamen non admittere caulationes. Locus erit proverbio, quum quis in magno præsentaneoque periculo velit tergiversari, & occasionem expectare.

Certamen Chrysantianũ, ab aureo flore præmio victoris nuncupatum, ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ id est, ab auro, & ἄνθος flore.

Cērtātĭo, onis, f. t Contentio, certamen [מריבה meribâh. מדון madhón. φιλονικία Gal. Debat, combat. Ital. Contesa. Germ. Das streitten oder kempffen. Hispan. Contencion y porfia. Pol. Walka, bytwa. Vng. Vaskodás, vilongas, tusakodás. An. Debate, striving.] Cic. 3. de Nat. deor. Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio. Idem 2. de Leg. Ludis publicis (quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat) popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto.

Cērtātim, adverb. Cum certamine, cõtentione, & æmulatione. [φιλονείκως. Gal. A l' envie l' vn de l' autre, à qui mieux mieux. Ital. Agara, à chi fa più presto. German. Mit streitt/in kampffweis. Hispan. Contenciosa, y porfiadamente. Polon. Walecznie, wiprzedzaiąc. Ang. By striving and contaie. Vng. Egymásra valo képest, fereggel. Ang. By striving and contention to do best.] Virg. lib. 8. Aen. Tunc lecti juvenes certatim, aræque sacerdos Viscera tosta ferunt taurorum. Suet. in Aug. Senatus & in funere ornando & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est.

Cērtātŭs, us, ui, nomen, m. q. idem quod certamen. [Vng. Vadal, tusakodás.] Stat. li. 3 Syl. - ridetq; benigna Parthenope gentile sacrum, nudosque virorum Certatus, & parva suæ simulachra coronæ.

Certŭs, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno pro-video: quia

ea uæ cernimus, clara & indubitata sunt. [יָדוּעַ *jadhúah* אָמוּן *neemán.* ἀτρεκὲς, δῆλον. Gal. *Certain, & asseuré.* Ital. *Certo chiaro.* Germ. Gewiß. Belg. Seeker/openbaer Hisp. *Cierto, no dudoso, claro.* Pol. *Pewnỹ, istỹ.* Vng. *Nyluán valo, biyonyos.* Ang. *Certane sure.*] Plaut. Mercur. Quid illud sit negotii, iubet scire me, ex hoc ut sim certus mihi. Gellius: Certi sumus non ignorare quid una appellatur. ¶ Interdum certus dicitur constitutus: hoc est, tantus & talis quantum ac qualem volumus. Vnde Certum vulnus fecisse aliquem dicimus, quum nec plus nec minus fecit, quàm voluit. Mart. O quàm certa fuit librato dextera ferro. Interdũ discretus, ἀφωρισμένος. Hinc certos ferè plurali numero dicimus, pro eo quod est Quosdã, quàsi à cęteris discretos. Cicer. Is enim cum certis aliis ad Cæsarem missus, paulò antè discesserat. Salust. Apud latera certos locavit. ¶ Itẽ certus, firmus, non vacillans. βεβαίος. Ovid. Da mihi quod petitur certo contingere telo. ¶ Et certum dicimus deliberatum, in quo plerunq; adjungitur dativus cum infinitivo: ut, Certũ est mihi in Asiam navigare. Δέδοκταί μοι. Virg. in Gallo: Certũ est in sylvis inter spelæa ferarum Malle pati. Terentius: Si ita certum est tibi, εἰ οὕτω δέδοκταί σοι. ¶ Certo certius, proverbiali tropo dicimus, quod prorsus indubitatum haberi volumus. Vl. Pandect. lib. 23. Tit. de testam. tutel. Testamento dat sponsores non esse cogendos satisdare rem salvam fore, certo certius est.

Cērtĭfĭco, [Pol. *Vpewniam.* Vng. *Bizonyosbá teszdm.* An. *To make certane or sure.*] pro hoc verbo ceu reprobato, pleriq; ponũt, certum aut certiorem facere seu reddere, licet etiam certiorẽ facere dicimur, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit: atq; sic obtinuit frequentior usus scribendi tamen aliter à Cicerone positum lib. 9. Epist. Fam. Insulanus observavit.

Cērtĭŏr, & Certius, comparativa, pro compertiore, exploratiore, & peritiore. [Pol. *Vpewnioni.* Vn. *Bizonyosb.* Angl. *More certane, more sure.*] Senec. in Hip. loquens de Cupidine: Ipsum q; Phœbum, tela qui nervo regit, Figit sagitta certior missa puer. Facere certiorẽ, δηλοῦν, παραγγέλλειν, est notum facere, indicare, & dicere ita esse. Cic. 6. Verr. Adsunt Segestani clientes tui, socii populi Romani atq, amici: certiorẽ te faciunt, P. Africanũ Carthagine deleta, &c. Plaut. in Cas. Face me certiorẽ quid meus vir me velit. Terentius Phor. Quantũ potes, me certiorẽ face.

Cērtĭŏro, as, act. p. Certiorem facio, certiorem reddo. [הוֹדִיעַ *hodhiah.* δηλοῦν, παραγγέλλειν. Gal. *Certiorer, faire sauoir, auertir.* Ital. *Certificare.* Germ. Zu wissen thun. Hisp. *Certificar y auisar.* Polon. *Vpewniam, wyßrzam.* Vng. *Bizonyosbá teszdm.* Ang. *To make certane, or sure, to aduertise.*] Quod verbum nõ temerè alibi reperias, quàm apud Iurisconsultos. Vlp. de eo qui pro tut. l. j. Sed necessarios pupilli non certioravit. Idem l. j. ff. de Act. empt. & vẽditi. Hæc ita vera sunt, si emptor ignoraverit servitutes: quia nõ videtur esse celatus qui scit: nec certiorari debuit, qui non ignoravit.

Certĭsso, certissas, Certus fio. Pacuvius apud Nonium: Vocant cocos, unde certissent.

Cērtĭtūdo, f. t. à certus. [אֱמוּנָה *amanáh* אֱמוּן *emún.* ἀσφάλεια, πληροφορία. Gal. *Certitude, asseurance, seureté.* Ital. *Certezza.* Ger. Gewisse eines dings/sicherheit. Hisp. *Certidũbre.* Pol. *Istoſh, pewnoſsc.* Vng. *Bizonyoſság, niluam valoſág, valaminek bizonyos vólta.* Ang. *Certantie, sureſſe.*] Vnde incertitudo, notæ significationis.

Cērtẽ, adverbium affirmantis. [אֱמֻנָּם *omnám.* ἀμέλει, νὴ Δία. Gal. *Certainement, asseureement, sans doute.* Ital. *Certo, certamente, sicuramente.* Germ. Warlich/ja wahrwahr/eigentlich. Belg. Voorwaer Hisp. *Ciertamente, affirmando.* Pol. *Pewnie, zayśle.* Vng. *Nyluán, bizony.* Ang. *Truelie, surlie, verely.*] Cic. de Finib. 3: Satísne hõc conclusum videtur? certè. ¶ Interdum idem quod certò, σαφῶς: hoc est, clarè & manifestè. Cicer. Q. Fratri: Certè enim scio, te fecisse cum causa Idem Attico: Quod te molestè ferre, certè scio. ¶ Interdum idem est quod saltem. Cicer. pro Marcello: Victi sumus igitur: aut si vinci dignitas non potest, certè fracti, & abjecti.

Cērtŏ, Clarè, liquidó. [בְּאֱמוּנָה *beemundh.* σαφῶς. Gal. *Clairement.* Ital. *Chiaramente.* German. Gewißlich/ohn alles fähten. Hispan. *Claramente.* Pol. *Zaprawde, istotnie.* Vn. *Nyluán bizonyoſſan.* An. *Manifestlie, clearlie.*] Ter. in Evnuch. Hoc certò scio, Rhamnusium se esse ajebat. Cic. in Epist. Etsi certò scio, &c.

Cervă, Cervarium, Vide CERVVS.

Cĕruchus pen. prod. m. f. [קָרֹן *makrin.* κεροφόρος. Gal. *Cornu.* Ital. *Cornuto.* Ger. Gehörnt. Hispan. *Cerui, cosa que tiene cuernos.* Polon. *Rogaty.* Vng. *Szaruas.* Ang. *Horned.*] Latinè dicitur Cornutus, quasi κεφάτας ἔχων. In navibus autem Ceruchi dicũtur rudentes antennarum cornua firmantes, suasq; habentes in puppe ansas, ad quas religantur. Flaccus 1. Argon. Temperet ut tremulos Zethes, fraterq; ceruchos. Hesychius Cerucho vocat, quasi τὼ κεράαιν ἔχοντας.

Cervĭcăl, Vide CERVIX.

Cervī, m. f. Animalia satis nota: ita dicta quòd magna cornua gerãt, quasi gervi, g in c mutata. [אַיָּל *ajjal.* ἔλαφος.] Vel ἀπὸ τοῦ κεράτων: hoc est, à cornibus quæ primùm bimis oriuntur, simplicia quidem & recta ad subularum similitudinem: quamobrem Subulones per id tempus appellantur. [Gal. *Cerf, s.* Ita. *Cerui.* Germ. Hirtzen Belg. Herten. Hispan. *Cieruos, animales conocidos.* Pol. *Gelenie.* Vng. *Szaruaſok.* Angl. *Hartes or stagges.*] Plin. lib. 8. cap. 32: Cervis quoque est sua malignitas, quam placidissimo animalium. ¶ Cervi item dicuntur furcæ, quæ ad casæ sustentationem figuntur ad similitudinẽ cornuum cervi. Virgil. 2. Aeglog. Atque humiles habitare casas, & figere cervos. ¶ Cervus canes trahit. Τὰς κυνὰς ὁ ἔλαφος ἕλκει. Adagium est inter ea, quibus ἀδύνατον seu præposterum quippiam significamus. Præposterum est enim ut cervus venetur canes.

Cervă, væ, fœmininum. [Ang. *A hynde.*] Plin. lib. 25. cap. 8: Simplicius cervæ monstravêre elaphoboscon, de qua diximus.

Cervārĭus, a, um, adjectivum à cervo deductum, ἐλάφειος. Vnde Lupus cervarius. [Gal. *Loup ceruier.* Ital. *Lupo ceruiero.* Ger. Ein Luchß. Hisp. *Lobo ò gato cerual.* Pol. *Lampart.* Vng. *Párdoc.* Ang. *A wild beast lik a wolffe with the spottes of a panthere.*] (Sic Aristoteli, si Theodoro credimus) dicta est fera lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas, nomine (ut opinor) à cervina pernicitate impositio. Plin. lib. 8. cap. 22. de lupis: Sunt in eo genere qui cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeii magni arena spectatum diximus. ¶ Cervarium venenũ, Plin. li. 27. ca. 11: Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant.

Cervīnŭs, Quod ad cervum pertinet: [ἐλάφειος. Gall. *De cerf.* Ital. *Di ceruo.* German. Das zu dem Hirtzen gehört. Hispan. *Cosa perteneciente al cieruo.* Pol. *Iel'eny.* Vng. *Az my szarnashoz tartozo, szaruasbol valo.* Ang. *Belonging to a stagge or an hart.*] ut, Cervinũ cornu. Varr. 3. de Re rust. Circum caveas eorum incendendũ cornu cervinum, nequa serpens accedat. Cervinus color, qualis est pellis cervi, vel castaneæ. Palladius lib. 4. ca. 13: Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, cervinus, gilvus, &c. Pellis cervina. Horat. 1. Epist. venaticus ex quo tulus. ¶ Cervinus vir, ἐλάφειος ἀνὴρ, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, quàm viribus. Cervus enim animal cursu pernicissimũ, & in venatu pedibus quærit salutem.

Cervīsĭă, [ζῦθος. Gal. *Ceruoise.* Ital. *Ceruogia.* Ger. Bier. Hisp. *Cerueza.* Pol. Pywo. Vn. *Ser.* Ang. *Ale.*] Potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipuè ex hordeo madefacto, & rursus clinabis siccato, addito lupi salictarii flore: quo potus genere etiam hodie pleraq; Galliæ & Germaniæ loca, Britanniaq; universa, vini inopiam supplent. Plin. lib. 22. cap. 25: Ex iisdem fiunt & potus, zythus in Aegypto, cælia, & ceria in Hispania, cervisia & plura alia genera in Gallia.

Cervīx, f. t. Posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam. [עֹרֶף *hóreph.* ἰσχίον, αὐχήν. Gal. *Chignon du col, le col.* Ital. *Coppa.* Ger. Der nack/das genick. Bel. Den Neck/den achter hals. Hisp. *Ceruiz del cuello.* Pol. *Szyia.* Vng. *Nyak.* An. *The neck.*] Quæ autem anterior est, Gula dicitur. Cervicis hęc commoditas est, ut ad dextram, sinistrámve prorsum, retrorsumq; vertatur. Conflat enim ex ossibus orbiculatim vertebratis, ex quibus fit ad circunspectum facilis. Hinc est quòd qui nec flecti, nec cogi possunt, cervicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominẽ durę cervicis, quasi indomabilẽ, sive inexorabilem, atq; cõtumacẽ: qui & Cervicosus dicitur. ἀτραχήλων. Antiqui verò (ut Quintilianus ait) Cervices pluraliter dicebãt, primusq; Horten. Cervicem dixit. Cicer. in Vat. Inflato collo, tumidis cervicibus intulisti. Cato: Si caput aut cervices dolent, ea lotio caldo lavito.

Cervīcŭlă, diminutivum. [τὸ αὐχένιον, ὁ μικρὸν αὐχήν. Pol. *Szeika.* Vngar. *Nyakatska.* Ang. *A litle neck.*] Cic. 5. Verr. Taménne putamus patronum tuum in hoc crimine cervicula jacaturum, & populo se ad coronam daturum?

Cervīcāl, & per apocopen Cervical, pen. prod. Significat cervicis sustentamentum, & munimentum, cui scilicet dormientis caput & cervix innituntur. [מְרַאֲשׁוֹת *meraaſhoth.* σφενδόνη. Gall. *Cheuet ou trauersain, coußin de lit, ou oreiller.* Ital. *Guanciale.* Ger. Ein Hauptküssin. Belg. Een oorcüssen. Hisp. *El almohada ò cabecal para la cabeca.* Polon. *Pola ſzka głowna.* Vng. *Vánkos, fenaly.* Ang. *A bolster, or a bed.*] Iuvenal. Conducit comites, sellam, cervical, amicas. Matt. Tinge caput nardi folio, cervical olebit. Plin. lib. 20. cap. 20: Sunt qui ante Solis ortum cervicalibus subjici efficaciter putent. Vestis nomine cervicalia continentur apud Vlpianu de auro & arg. quòd si ad muliebrem mundum ea pertinent, significari putat hoc nomine Hotomanus, quæ Græci προσκεφάλαια nominant, quæ Iul. Pollux in mundo muliebri recenset: sin ad ornatum virilem, fortassis ea quę frigoris vitandi causa cervici circundantur.

Cervicosus, ponitur pro duro & inexorabili.

Cerus, Vide CERRVS.

Cerula, Vide CERA.

Cērŭlĕă,

Cerussă, pen. prod. f. p Plumbo in acuto aceto soluto comparatur. [עפר *puch.* ψιμμύθιον. Gal. *De la ceruse, fard.* Ital. *Biacca.* Germ. Bleyweiß. Belg. Loodverwe. His. *El alvayalde.* Pol. *Biała farba ołowiana.* Vng. *Górbg fejér, kendőző.* Ang. *White lead or ceruse, peinted that women vse.*] Vitru. docet quomodo fiat, dicens: Rhodii in doliis sarmenta collocantes, aceto suffuso supra sarmenta collocant plumbeas massas, deinde ea operculis obturant, ne spiramentum obturata emittant: post certum tempus aperientes, inveniunt è massis plumbeis cerussam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt ærugine. Cerussa verò quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex eo multò meliorem uctum præstari, quàm quæ de metallis per se nata foditur. Vtcunque igitur ita cerussa comparetur, neq; acutum, neq; lancinans quicquam habet, neque distrahens, sed emplasticum, ac refrigerans. Vsta autem, *inquit Aetius*, pura cerussa mutatur in id quod Syricum nuncupatur: medici *Sandyca* vocant. Vide Galen. lib. 9. Simplic. & Plin. lib. 34. cap. 8.

Cerussātŭs, a, um: [חרוז *chachúl.* ψιμμυθιωθείς. Pol. *Vmaglowany.* Vngar. Azkí *kendőzik.* Ang. *Coloured, paynted.*] ut Cerussatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa utuntur. Martial. lib. 2: Cerussata timet Sabella solem. Cerussata cutis, Cerussatæ buccæ, Mart. lib 7. Cic. in Pisonem.

Cērȳx, f. t. κήρυξ, Latinè præco, & caduceator: [Pol. *Bútel, sjerga.* Angl. *A beadle, such as crieth congregations in the vniuersities.*] unde Eusebius scribit à Nerone Cerycas fuisse certamine superatos. Seneca ad Serenum: Non vis nisi Consul aut Prytanis, aut Ceryx, aut Suffes administrare Rempublicam: hoc est, caduceator, & magistratus ad Rem gerendam.

Cēspēs, Vide CAESPES.

Cēssĭo, onis, f. t. [An *Ayelding or gening ouer.*] Cic. Topic. Abalienatio est ejus rei quæ mancipi est, aut traditio nexus, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.

Cēssim ire, [ὀπισχωρεῖν. Polon. *Wżad vstępuie.* Vngar. *Hátra menni, vissza másztól.* Ang. *To recule, to retire.*] significat regredi, retrocedere. Iustinian. lib. 2: Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Et apud legis consul. tit. ad legem. Aquil. Interim superiùs plaustrum cessum ire cœpit: fit autem à Cedo.

Cessō, as, n. p. Abstineo, ab opere vaco. [חדל *chadhál* שבת *schabath* בטל *batál* אחר *echár.* παύομαι. Gal. *Cesser, estre tardif.* Ital. *Cessare, indugiare, abstinere.* Germ. Auffhören/abstassen. Belg. Afstaen/ophouden. His. *Cessar, tardasse ò abstener.* Pol. *Przestawam.* Vng. *Meg szünöm, hinolkodom.* Angl. *To cease, to loiter, to linger.*] Virg. 7. Aeglog. Et siquid cessare potes, requiesce sub umbra: id est (inquit Servius) si potes breve otium tibi persuadere. ¶ Dicimus autem Cessare in re aliqua, & Cessare à re. Cic. Neque unquam in suo studio atque opere cessavit. Liv. Nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à levibus prælits est. ¶ Item Cessare, ὀκνεῖν ἐνδιατρίβειν, tardare, remorari, diutiùs immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Virg. 6. Aen. Cessas in vota, precesq; id est, tardus est in vota facienda. Terent. in Evnuch. Paululum si cessassem, Pythia, Domi nō offendissem, ita jam adornabat fugam. Idem in Adelph. Aeschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur. ¶ Et cessare dicimus eos, quorum officium desideramus. Gellius in fabula Cassitæ: Amici isti magnam in partem cessatores sunt, ἀεργοί. Breviter sic accipe, quòd Cessare interdum significat nihil agere, vacare: interdum conquiescere vel respirare, & hic duobus modis absolutè ponitur, ut apud Ciceronem de Natura deorum: Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? & apud Terent. in Evnuch. & Adelph. ut dictum est. Quum verò pro intermittere, desistere, desinere, vel finem facere ponitur, habet alium secum infinitum. Cic. ad Quintum fratrem: Si te quoq; inimici vexare cœperint, ne cessatis me certiorem facere ut accurram. Terent. in Andr. Cessas alloqui: & in Phormion. Absenti tibi te indignas, seq; dignas contumelias nunquam cessavit hodie dicere: id est, toto die nihil aliud quàm contumelias loquutus est. ¶ Hujus compositum est Cōcesso.

Cēssātŏr, oris, m. t. verbal. à Cesso, as, Cunctator, otiosus, qui cessat, & nihil agit. [מאחר *meachér.* μεθυστερίζων, ὀκνηρός. Gal. *Cessateur, musard, oiseux. faitard, lasche en besongne.* Ital. *Indugiatore, otioso.* Germ. Seumig/müssig/der etwas zu thun auffgehört hat. His. *Tardio, espacioso.* Polon. *Niepospiech, leniwiec, odkładacz.* Vng. *Hédio, henyélő.* Ang. *A lingerer, a loiterer, an idle fellow.*] Gell. Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Cicero Pæto lib. 9: Hæc tibi antea non rescripsi: nō quod cessator esse solerem, præsertim in literis: sed quia, &c.

Cēssātŭs, a, um, participium sine verbi origine, sicut Regnatus, & similia: nam Regnor, aut Cessor non dicimus. [ἀμελημένος. Angl. *That hath lien fallow.*] ¶ Hinc cessata arva: id est, neglecta, & non culta. Ovid. 4. Fast. Largaque provenit cessatis messis in arvis.

Cēssātĭo, onis, verbale, f. t. Otium. [שבת *schébeth* משבת *mischbath.* μέθυσις, χολαστότης. Gall. *Relasche, oisiueté, lascheté.* Ital. *Indugio.* German Auffhörung/müssiggang. Hispan. *Tardanca.* Polon. *Proznowanie, lenistwo.* Vngar. *Vezteg heuerés, henolkodás.* Ang. *Slacknesse, loitering, vacantnesse from labour.*] Cic. de Nat. deor. profectò Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. Colum. lib. 2. cap. 1: At econtrariò seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est reperita cultu magno fœnore cessationis colono respondet.

Cessĭcĭllŭs, [Angl. *A wasse, or wreath to be layed vnder the vessell that is borne on the head, a wisse,*] autore Fest. Circulus est quem mulieres imponunt capiti, quò commodiùs onera ferant.

Cestĭculus, m. s. parvum cingulum. κεστὸς μικρός.

Cēstrōsphēndŏnē, [κεστροσφενδόνη Pol. *skal'.*] Telum erat semicubitale, bipalme spiculum infixum habens digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres, veluti sagittis solent, circundabantur. Nomen invenit à figura & usu, quorum utrunque medium habet inter telum & fundam: κέστρον enim Græcis teli genus est, Persico bello inventum: σφενδόνη autem id est, quod Latini fundam vocant: [Ang. *A sling, an engine of warre to cast dartes.*] nam fundæ modo librabatur. Inventum autem fuit hoc teli genus, autore Livio, in bello Macedonico.

Cestrēus, duabus tantùm syllabis, κεστρεύς, Piscis genus, qui & Cephalus, & mugil vocatur, publicis adulterorum suppliciis destinatus apud Athenienses. Vide Cæl. Rhodig. li. 27. cap. 4. ¶ A' cujus natura tractum est adagium: Cestreus jejunat, Κεστρεὺς νηστεύει. De famelicis & voracibus dici consuevit. Vnde & qui fame oscitant κεστρεῖς dicuntur, & κεστρεύειν.

Cestrum, κέστρον, Instrumentum quo cavatur ebur. Suidas putat esse genus teli, Persico bello inventi, Latini Viriculum appellant. Iulius Pollux pro stimulo, sive stylo accepit. ¶ Est & herba Cestron, quę & Betonica dicitur, à varietate remediorū, & efficacia nomine imposito. Plin. lib. 25. cap. 8: Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem *Serratula*, à Græcis *Cestron*, *Psychotrochon*.

Cestŭs, Veneris, Vide in dictione CAESTVS, & Politianum Misc. cap. 11.

Cetarii, Vide CETVS.

Cētra, træ, f. p. Scutum, breve loreum, quo utuntur Afri & Hispani. [צבה *tsinnáh.* ἡ πέλτη, τὸ πέλτον. Gal. *Vne petite targe & bouclier dequoy vsoyent les Espagnols & ceux d'Afrique.* Ital. *Targetta, brocchiero.* Germ. Ein Schilt wie man sie in Hispania vnnd Africa braucht. Hispan. *El adarga ò escudo de cuero.* Pol. *Tarcza mała, skórzana vżywana Hiszpanowie y Murzinowie.* Vngar. *Tatár pai.* Ang. *A short buckler which the Spaniardes and Africkes doeth vse.*] Virg. 7. Aen. Lævas cetra tegit. Liv. 1. bel. Pun. Hispani sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsis cetris superpositis incubātes, flumen transnatavêre. Hinc Cetrati dicti sunt milites cetris muniti, quos Peltastas vocant. πελτοφόροι, πελτασταί. Cæsar bel. Civil. lib. 1: Erant, ut suprà demonstratum est, Legiones Afranii tres, Petreii duæ, præterea scutatæ citerioris provinciæ, & cetratæ ulterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta. Liv. li. 1. bell. Maced. Nocte cetratos quos Peltastas vocāt, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

Cētŭs, m. s. [תנין *tannín.* κῆτος. Gal. *Grand poisson de mer comme le Dauphin, Marsouin, Balaine et semblables.* Ital. *Ogni sorte di pisci smesurat: & grandissimi.* Germ. Ein grosser Meerfisch/besonders aber die andere Fisch von Fisch gebären/als Walfisch/Delphin. Hispan. *Pece muy grande como ballena.* Pol. *Morska riba, wielorib.* Vng. *Czet hal.* Ang. *A whale fishe or such great fishes.*] Nomen est majoribus omnibus marinis piscibus commune, iis præsertim qui animal pariunt, non ovum: cujusmodi sunt balenæ, orcæ, pristes, thynni & similes. ¶ Vnde Cetarii appellantur, teste Nonio, qui majores in mari pisces capiunt. Plin. lib. 32. cap. 1: Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexāginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse tradit Iuba, pinguiq; ejus negotiatores, & omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, ut asilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iisdem plurali tantùm numero, nullaq; casuum inflexione. Virg. 5. Aeneid. Immania cete.

Cētārĭus, m. s. Qui cetos: hoc est, marinos pisces majores capit aut vendit. [κητοπώλης. Gal. *Poissonnier, qui vend de grans poissons de mer.* Ital. *Venditori ò pescatore di grossi pesci.* German. Ein Fischer/welcher die grossen Meerfisch fangt/oder dieselbigen verkaufft. Hisp. *Pescador ò vendedor de las almadrauas.* Pol. *Przekupien albo ribak wielgich rib morskich.* Vng. *Czet hal árulo.* Ang. *That fisheth or selleth great fishes, a fishmonger.*] Colum. lib. 8: Salsamentorum omnium purgamenta quę cetariorum officinis eveniunt, præberi convenit. Varro: Advertis cetarios, quum videri volunt in mari turmas, ascendere in malum altè, ut penitùs per aquam perspiciant.

Cētārĭæ arum, f. p. Loca juxta mare stagnante lacu, in quibus thynni & alii hujusmodi pisces capiuntur & juxta saliunt. [τὰ κητοτροφεῖον. Gal. *Poissonnerie de grans poissons de mer.* Ita. *Peschiera de grandi*

grand poiſſ. Germ. Groſſe Gräbs bey dem Meer/in welchē man die groſſen Fiſch ſangt vnnd ſutzet. Hiſpan. *Almadraua de atunes.* Pol. *Przetwi vmorz. dze wielkie ryby łowia y naſſalaia.* Vng. *Hely ahol breg halakat ſoknak be.* Ang. *Places where great fiſhes haumes and is taken.*] Plin. lib. 37. cap. 5: Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermiæ juxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis.

Cēu, adverbium ſimilitudinis, idem ſignificans quod Tanquā vel quaſi: magisque eſt Poëtarum quam Oratorum: ſed quo multi & præſertim Plinius, utuntur. [ιΝϽ *chemo. otov, otoréi.* Gal. *Comme, quaſi, tout ainſi que.* Ital. *Come.* German. Gleich alſo/ eben wie. Hiſpan. *Aſsi como.* Polon. *Iakoby, iako wnie.* Vngar. *Vgymint.* Ang. *As, lik as.*] Virg. 2. Aen. Adverſi rupto ceu quodam turbine venti Conſligunt. Plin. lib. 8. cap. 17: Incremento terga ceu quodam incitamento flagellantur.

Cēvă. æ. f. p. Genus vaccæ humilioris. ¶ Polon. *Krowka rowna.* Vng. *Gőbőly, alatſons wónő gulya.* Angl. *A litle milke cowe.*] Colum. lib. 6. cap. 23: Melius etiam in hos uſus altinæ vaccæ probantur, quas ejus regionis incolæ *Cevas* appellant. Eæ ſunt humilis ſtaturæ, lactis abundantes: propter quod remotis earum fœtibus, generoſum pecus alienis educatur uberibus.

Cēvĕrĕ, *σαυλοπρωκτῶν, σαλακωνίζειν, πλερυγίζειν.* Ariſtophani in avibus, *σαίνειν*, pen. prod. eſt clunes movere, quod fit adulando, ut in canibus videmus. Perſius: An Romule ceves?

C ante H

C. H. In notis antiquorum, Cuſtos hæredum.

Chæreud eſt, ſalve. Martial. lib. 5.

Chærŏphўllŏn. [*χαιρέφυλλον.* Pol. *Trzebula.*] Herba eſt, paſtinacæ erraticæ, ſive dauci folio aliquanto tenuiore, radicula caudicante, ſubamara. Veteres *Gingidion* appellarunt. Nam Chærephylli nomen recentius eſt, à comę luxuria, & aſpectus jucunditate (ut videtur) impoſitum. Hodie à vulgo herbariorum *Chærofolium* appellatur, Græcā & Latina voce in unam coaleſcentibus.

Chălāsĭs, f. t. *χάλασις*, à medicis appellatur *laxatio articulorum*, quum ſcilicet ex laſſitudine nimióve labore, aliáve ex cauſa evenit, ut laxatis vinculis membrum excidat: ut ſi radius in brachio à cubito ſubmoveatur, ita ut locus quidam in medio vacuus relinquatur. [Polon. *Wiwinienie ſię onku.* Vngar. *Kiſzakodás.*]

Chălāsĭs, pen. prod. Tunicæ genus quod & Græci *χάλασται* vocant à laxitate: vel (ut quidam volunt) nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem, tunica ſubmittitur.

Chălāzā, f. p. [*χάλαζα.* Gal. *Glande, glandule.* Ital. *Chiandola, natta.* German. Ein böſe trüſ oder büttz vnder der haut. Hiſpan. *Granizo.* Polon. *Sadzoł.* Vngar. *Eues ſzőm woltſw, tyukſzőm.* Ang. *A waxe kernell.*] Collectio ſub cute, & buboni & Aegyptiæ fabæ ſimilis, dolorem ſi tangatur, afferens: à Latinis à Grando dicitur.

Chălāzĭās, *χαλαζίας*, Gemma quæ grandinum colorem & figuram habet adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11.

Chalazion, [*χαλάζιον.* Pol. *Brodawecżka na powiekach.* Ang. *Arpa.*] Tuberculum eſt in oculorum palpebris, non diſſimile illi, quod à Græcis *κριθὴ* appellatur: diverſæ tamen figuræ, & mobile ſi huc atq; illuc pellatur. Recentiores medici *Grandinem* appellant.

Chălcānthum, n. ſ. [*χάλκανθον.* Gal. *Vitriol ou couperouſe.* Ital. *Vitriolo.* German. Vitriol oder Schuhmacherſchwertze. Hiſpan. *Capparoſa* Pol. *Czermidl'o ſię wieczkie, witreolum.* Vng. *Gálicz kő.* Ang. *Coperas or vitriall.*] Corpus eſt metallicum, quod à Latinis atramentum ſutorium appellatur. ¶ Eſt autem duplex, foſſile & factitium. Foſſitium aliquādo eſt cæruleū, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem vitri: unde & *Vitriolum* à vulgo appellatur. Factitium verò ex qua pluvia fit per metalla defluente in lacunam, qui inde ab iis quæ metalla ſunt damnati in vaſa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concreſcit. Dictum Chalcanthum, quaſi flos æris. Atramenti autem ſutorii, nomen accepit, quòd ex eo aqua diſſoluto corium denigretur. Vide de hoc plura apud Dioſcoridem libro 5. & apud Plinium libro 34. cap. 12.

Chalceos, Herbæ genus eſt apud Plin. lib. 21. cap. 18. ſpinoſos habens aculeos.

Chalcetum, Herbæ etiam genus eſt apud eundem li. 26. ca. 7: Item herba Chalcetum è vineis contrita imponitur.

Chălcēutĭcē, *χαλκευτική*, Aeraria fabrica. Nam *χαλκεύς* faber ærarius eſt, quem excuſorem Quintilianus interpretatur.

Chălcĭs, idis, *χαλκὶς, ίδος*, Serpētis venenoſi genus eſt è genere lacertarum, quaſdā ærei coloris lineas in tergo habens: unde & nomen habet. Plin. lib. 32. cap. 3: Quippe adverſus ſcorpiones ex vino bibuntur, adverſus phalangia & araneos ex mulſo, *&c.* adverſus Chalcidas cum myrtite. Idem lib. 29. cap. 5: Lacerta, quam hi ſepa, alii chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & Ariſtoteles de animalibus. ¶ Eſt & Chalcis Homero avis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. Plin. lib. 10. cap. 8. cymnidin vocat. ¶ Eſt & Chalcis piſcis quidam ex genere chombrorum apud Plin. lib 32. cap 11.

Chalcites, *χαλκίτης*, Gemma æris coloris, ſed nigrioris. Plin. li. 37. cap 11.

Chalcophonos, *χαλκόφωνος* Gemma quæ illiſa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap 10.

Chălcŏſmărāgdŏs, *χαλκοσμάραγδος*, Gēma ex genere ſmaragdorum, æneis venis turbida, Plin lib. 37. cap. 5.

Chălcŭs, m. ſ. Exiguum pondus erat apud Atticos, quos decies ſumptum, obolum conficiebat. Plin. li. 22. cap. ult. Drachma Attica denarii argentei habet pondus: eademq; ſex obolos pondere efficit, obolus decem chalcos.

Chălēpī verſus, *χαλεπὰ μέτρα*, Dicuntur duri, aſperi, ac prolatu difficiles, qualis eſt verſus Virgilianus: Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. [Pol. *Nąſiekans wirſz, niepręyemni wierſz.* P. G.]

Chalix, *μικρὸν λιθίδιον.* Lapis genus, ex quo deducitur ignis.

Chalybs, Vide in PROPRIIS.

Chămæ, à Græcis [*χημαί.* Vn. *Tſiga.*] ſpecies ſunt concharū. Aliud in mari videtur piſcis eſſe genus chamæ, quas Hiatulas quidam interpretantur, habētes vulvā, ſicut & qui Erichthynni: hoc eſt, Rubelliones dicuntur: Chamarum duo traduntur genera, ſcilicet, Tracea: hoc eſt, aſperæ, mali ſucci, quas & oſtrea cognominant, & in Macedonia Corycos, & Athenis Ctios. Alterum leves multò meliores & craſſiores: ob id Pelorides & Pelorinæ à quibuſdā & Baſilicæ vocantur, & ab Hélio Spartiano Lioſtria: id eſt, Lithoſtrea, ſi mendosè legatur. Plin. lib. 32. cap. ult. Chamarum plurimā genera recenſet: Chamarum, *inquit*, genera (perperam editum cancrorum, lege ergo Chamarum.) 1. Cametrachea *χήμη τραχεῖα*, quia chamarum teſtæ duriſſimæ. 2. Camæleos *χαμὴ λεῖος*, vel *λᾶα*, cujus teſta albiſſima ac tenera. 3. Campælorides, *χήμαι πλωρίδες, κόγχαι πλωρίδες*, apud Athenæū à magnitudine: quia *πλάρις* eſt ingens, generis varietate diſtantes & rotūditate. 4. Chamæ glycymerides *χῆμαι γλυκυμερίδες* à dulcedine ſic dictæ, quæ ſunt majores quā pelorides. 5. Colycia ſive Corophya, aliis Corycia. Additur apud Athenæum aliud genus: Camenigra, *κόγχαι μέλαιναι* vel *μελαιναὶ*.

Chămæācte, ctes, [*χαμαιάκτη.* Gal. *Herbe appellee hiebles.* Ital. *Ebulo.* Germ. Attich. Hiſp. *Hiezgo.* Pol. *Chebd.* Vng. *Földi bozza.* Ang. *Daynetwort, or wallwort.*] Sambuci genus eſt humilius, quod à Latinis Ebulum appellatur. Plin. lib. 24. cap. 8: Sambucus habet alterum genus magis ſylveſtre, quod Græci *Chamaeclen*, alii Helion vocant, multò brevius.

Chămæcĕrăsī, *χαμαικέρασοι*, Ex ceraſorū genere humillimæ, ternā rarò altitudinis cubita excedentes. Plin. lib. 15. cap. 25: Sunt & Macedonica parvæ arboris, raroq; tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæceraſi.

Chamæcyparíſſos, [*χαμαικυπάρισσος.* Germ. Cypreſſenkraut.] Herba quę ex vino pota, contra venena ſerpentium omnium, ſcorpionumq; pollet. Plin. lib. 24. cap. 15. Ruellius docet, plurimum eſſe fruticem, in hortis ſeri ſolitum, foliis incanis, cupreſſi arboris folia odore & figura referentibus. Vnde & à vulgo *Cypreſſus* appellatur. ¶ Sunt qui puſillā cupreſſum abrotonum fœminam vocent, à ſimilitudine quam hæc cum arbore in multis habet. [Pol. *Cyprys.*]

Chămæcīſſŭs, [*χαμαίκισσος.* Germ. Grundtreben/oder ein art Ebhew.] Genus hederæ, quæ nunquam ſe ab humo attollit. Compoſita dictio ex *χαμαὶ*, quòd humi ſive ad terram ſignificat, & *κισσὸς*, hedera. ¶ Sic Chamæplatani, vocantur humiles platani, & coactæ brevitatis.

Chămædāphne, f. p. *χαμαιδάφνη* Plinio, [Gal. *Laureole.* Ital. *Chamedaphne.* Ger. Windentraut / ſonſt auch Seidelbaſt. Hiſ. *Laurel baxo, laureola.* Pol. *Blinſzcz.* Vng. *Folyo boroſztyán.*] Herba eſt in hortis ſeri ſolita in funiculi modum ſeſe porrigens, & vicina quæq; vinciens, unde & Vincapervinca ab eodem appellatur: Folia habet lauro ſimilia, ideo chamędaphne: hoc eſt, parva laurus appellatur: florem autem violæ ſimilem: de hac Plin. lib. 21. cap. 11. Dioſcoridi *κληματὶς δαφνοειδὴς* dicitur. ¶ Eſt & altera Chamædaphnes ſpecies, cujus idem Plin. meminit li. 24. cap. 15: Chamædaphne (*inquit*) unico ramulo eſt, cubitali ferè, folio tenui, lauri ſimilitudine: cujus ſemen rubens admiſtum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani *Laureolam* aut *Loraginem* appellant: Dioſcorides autem, & Galenus hanc ſolam chamædaphnes nomine noverunt.

Chamædracontes, *χαμαιδράκοντες*, genera ſerpentium.

Camædrops, Chamædrys, apud Dioſc. lib. 3. cap. 11.

Chămædrўs, *χαμαίδρυς* Gall. *Germandree.* Ital. *Querciuola, chalamandrina.* Ger. Klein bathenget/oder klein betonien. Hiſp. *Camedrios.* Pol. *Vſzinka wielka.* Ang. *Germander.*] Herba eſt Plin. lib. 24. c. 15. quæ Latinè Triſſago dicit. Aliqui eā Chamædropen, alii Teucrion appellavēre. ¶ Dicitur autem Chamędrys quaſi humilis

humilis & terrestris quercus, Vulgò *Serratula* appellatur, teste Ruell. lib. 3. cap 56.

Chămælæă, [χαμαιλαία Polon. Dziewięcil, ziemiężarzepka.] Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 25. ca. 7: Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba Chamælea, granum cocci ferente. Idem lib. 24. cap. 15: Chamælæa similitudinem foliorum oleæ habet: sunt autem amara, odorata in petrosis palmum altitudine non excedente. Vulgus à foliorum similitudine *Olivellam* vocat.

Chămælĕōn, chameleonis, χαμαιλέων, Herba est ex genere aculeatarum: ita dicta à varietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic viridis, alicubi cyaneus, alicubi croceus. Quibusdam in locis viscum gignit sub alis foliorū: unde & Ixia appellatur. Ejus duo sunt genera, album & nigrū, radicis colore distincta. Album Latini Carduum suarium, quòd sues emeret, officinę *Cardopatium* appellant. [Gal. *Chardonsse*. Ital. *Cardo maria, cardo maculato*. German. Rein oder weiß Eberwurtz. Hisp. *Cardo pinto*. Pol. *Ostropest*.] Nigrum Latini Vernilagium, vel Carduum nigrum. [Gal. *Chardonnette de quoy on fait prendre le laict à faire fromages*. Ital. *Cameleonte nero*. German. Gros oder schwartz Eberwurtz Hispan. *Cardo pinto negro, cardo aliogero*.] Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

Chămælĕōn, tis, m. t. χαμαιλέων, Quasi parvus leo; animal est diversa varietate conspersum, ut pardus, & ad colores quos videt, conversione facillima variatur, præter ad rubrum & album. ¶ Ab hac colorum mutatione oritur parœmia, Chamæleonte mutabilior, χαμαιλέοντος ἐμπαιδολώτερος. Competit in hominem versipellem, sive inconstantem, ac pro tempore sese vertentem in omnem habitum. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quòd crura habet recta & excelsiora. Latera ventri junguntur ut piscibus, & spina simili modò. Eminet rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus: ungues adunci, motus tardior, ut testudini, asperum corpus ut crocodillo: habet oculos in recessu cavos, tenui discrimine pręgrandes & corpori concolores; nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimẽto laetet hyeme; ut lacerta: Vide plura de chamæleonte apud Plin. lib. 28. cap. 8.

Chămæleūce, [χαμαιλεύκη. Germ. Brandtlattich / oder Roßhub. Polon. *Podbial'*, *kniat*.] Herba quæ Tussilago dicitur, nascitur circa fluvios, folio populi, sed ampliore. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus vocat *Vngulam caballinam*. Barbarus propulaginem & Bechion.

Chămæmēlŏn, [χαμαίμηλον. Gal. *Herbe qu'on appelle Camomille*. Ital. *Chamemilla herba*. Germ. Camillen. Hispan. *Manzanilla yerua conoscida*. Polon. *Rumien, ruthenis, romnia*. Ang. *Camomile*.] Herba est vulgò nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores *Chamomillam* barbarè vocant. Ejus tria sunt genera, floribus tantùm distantia. Leucanthemon; Chrysanthemon, & Eranthemon: de quibus latiùs suis locis. Vide Plin. lib. 22. cap. 21. ubi corruptum Plinii locum ita repone: Genera ejus tria palmum non excedenti, flore tantùm distans: parvisq; floribus ut rutæ folia, candidis, aut mellinis aut purpureis.

Chămæmēlŏn parthenicum. Dioscor. lib. 3. cap. 156.

Chamæmelon, inter alias linguas Siculorum cognomentum tertiæ speciei Aristolochiæ, ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Chămæmўrsĭnē, f. p. [χαμαιμυρσίνη. Germ. Meußthorn.] Frutex ex quo scopæ fiunt, aliàs Ruscus. Nonnulli sylvestrem myrtum vocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum. Vide Plin. lib. 23. cap. 9.

Chămæpĕucē, f. p. [χαμαιπεύκη, Herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum spinæ dolotibus propria. Plin. lib 24. cap. 15.

Chămæpĭtўs, yos, [χαμαιπίτυς. Gal. *Iue sauuage*. Ital. *Chamepitie*. German. Feldeypressen. Hispan. *Pinillo*. Pol. *Powietrzne ziele, suchotne ziele*.] Herba est Plin. lib. 24. cap. 6. à Latinis Ajuga, sive (ut alii legunt) Abiga vocata, ab abortu scilicet, quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Ejus tria sunt genera: unum sesquipedalibus surculis, flore & odore pinus: alterum brevius, & incurvum: tertium foliis scabris, digitali caulis crassitudine. Vulgus *Ivam* appellat.

Chamæplatani, Coactæ brevitatis platani. Plin. libro 11. capite 2.

Chamærhyten, Lege STRVTIVM.

Chamærops, opis, f. t. [χαμαίροψ. Ger. Gamanderlin.] Herba est myrteis circa caulem geminis foliis, capitulis Græculæ rosæ, quæ ex vino pota, lateri, renibus convulsis, & ruptis medetur. Autor Plin. lib. 26. ca. 8. Ruellius eandem esse existimat, quam à Mithridate inventore Mitridation appellat.

Chamæropes, vel potiùs Chamerriphes, χαμαίροπες, & Theo. χαμαιρόπες φοίνικες. Arbores sunt ex specie dactylorū, quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur. Plin. li. 13. ca. 4. de palmis. Vocatur autē Chamæropes folio latiore ac molli ad vitilia utilissimæ. Copiosę in Creta, sed magis in Sicilia. Ita dictę ab humilitate. Hujus palmæ medulla edulis est, dicturque Cefilione à Serapione: quia palmæ medulla seu cerebrum ἐγκέφαλον à Galeno vocatur.

Chămærĭpēs, χαμαίριπες, Arbores sunt ex specie dactylorū, quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur, folio latiore, ac molli, & ad vitilia utilissimæ. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

Chamæsyce, χαμαισυκή, Herba est lentis, folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosisq; nascens. Vide Plin. lib. 24. capite 15.

Chămæterĕæ, quæ & Chamæterides. χαμαιτηλίδες, à Græcis dicuntur, humiles & depressæ imagines: quales sunt servarum & pedissequarum, quæ ferè humi sedentes finguntur: χαμαὶ enim Græcorum adverbium Latinè significat Humi. Scribit Plin. lib. 30. cap. 5: Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedẽtem laudatam in Serviliants hortis, duasq; chamæteras circa eam.

Chămæzēlŏn, χαμαίζηλον. Herba est, teste Plinio, libro vigesimoseptimo, capite decimo, quam quidam eandem esse credunt cum gnaphalio, cujus folia ita alba, & mollia sunt, ut planè videantur tomentum, & pro tomento usurpentur. ¶ Est & aliud Chamazeli genus, quod & *Pentaphyllon* à Græcis, & à Latinis Quinq; folium appellatur: cujus meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9. [Germ Fünffingerkraut.]

Chămēlŏpārdălĭs, & Chamelus, Vide CAMELOPARDALIS, & CAMELVS.

Chamsæ, Crocodili apud Aegyptios vocantur.

Chanoni, Id est, placenta.

Chăŏnĭdēs, χωνίδες, canum genus ex chais: hoc est, ex lupis cervariis conceptum, ut videtur sentire Hermolaus in Plinii. Verisimilius tamen est, à Chaonia regione dictus, quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canum originem refert Iulius Pollux ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Chăŏs, n. g. [תהו tohú. χάος. Gal. *Confusion vniuerselle de toutes choses, gouffre & tenebres & profondeur ineslimable*. Ital. *Confusione, chaos*. Germ. Ein vermischung/verwirrung. Hisp. *Confusion, mezcla, chaos*. Polon. *Mieszanina*. Vngar. *Zúr zauar, mennek földnek kúr zauaria*. Ang. *A generall confusion of all thinges, great deepnesse with darkneſſe*.] Hesiodus in Theog. Omnium rerum initium vocat, quòd ante omnes deos, deasq; natum sit: de quo & Orpheus initio Argonaut. Alii appellant materiam cœli & terræ confusam atque informem, quæ primùm ex nihilo facta est, de qua postmodum omnia sigillatim per species varias formasq; proprias prodierunt: de qua Scriptura loquitur: Quj fecisti Mundum de materia informi. Lactantius verò sic habet: Nemo quæfat ex quibus ista materiis, tam magna, tam mitifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poëtæ, qui ajunt Chaos in principio fuisse: id est, confusionem rerum atque elementorum: postea verò Deum diremisse omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso acervo separatis, in ordinemque descriptis, instruxisse Mundum pariter & ornasse. Est autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione cõtractorum, hoc modo, τὸ χάος, τοῦ χάους ἐκ χάους. Apud Latinos tantùm in usu est Chaos, & ablativus Chao; quanvis Priscianus per secundam declinationem declinavit Chaus, Chai, &c. Virg. lib. 4. Georg. Atque Chao densos divûm narrabat amores. Ovid lib. 14. Metam. Et noctem; noctisq; deos, Ereboq; Chaoque Convocat. Dictum Chaos à χέω, fundo, quòd fuerit fusio: id est, confusio elementorum omniũ. ¶ Antiquior quàm chaos, χάους ἀρχαιότερος. Dere nimiùm prisca & obsoleta.

Chărăcătĭs, adjectivum à Greco χάραξ, κος. [Ger. Sticketres ben. Pol. *Tykowina*. Vngar. *Szőlő karo*.] quòd inter cætera valum significat, sive pedamentum, cui vitis alligatur. ¶ Vnde Characata vitis, quæ quo pacto fieri soleat, docet Colum. li. 5. cap. 4: Mox (*inquit*) quæ defixis arundinibus circummunitæ, per statumina calamorum materiis ligatis, in orbiculos, gyrosq; flectuntur, eas nonnulli characatas vocant.

Chărăcĭās, æ, χαρακίας, Plin. lib. 26. cap. 8, primum est tithymali genus, ramos habens digitali crassitudine, cujus semen cum melle decoctum, in usus est ad catapotia: hoc est, pilulas faciendas, solvendæ alvi grátiá. Hanc officinæ corrupto vocabulo *Catapuciam* vocant. Alia quoq; Characias est (vulgò *Charancia*) quę septi modo in hortis fenestrisq; per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac veteres nihil, Hermolaus Corol.

Chărăctĕr, m. t. Signum, insigne, forma, figura. [צורה *tsurâh* תאר *thôar*. χαρακτήρ. Gal. *Characlere, marque, figure, forme, facon*. Ital. *Carattere, segno, figura, forma*. German. Ein form / gestalt / bildnuß. Hisp. *Forma, efilio de dexir. sennal*. Pol. *Piadno, cytha*. Vn. *Iegy, iel belyeg*. An. *A marke, signe, seall or print in a thing*.] Col. lib. 11, cap. 2: Nec minus majora quadrupedia characteris signari debent.

debent. ¶ Item character, Genus & figura dicendi. Gell. lib. 7. cap. 14: Et in carmine, & in ſoluta oratione genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant. Cic. in Orat. Sed jam ipſa forma reſtat, & character ille, qui dicitur.

Chărăctērĭſmŏs, χαρακτηρισμός, Latinè deſignatio: figura, qua orator vitas eorum de quibus loquitur deformat, ut eſt apud Iuvenalem: & calvo ſerviret, Roma Neroni: id eſt, Domitiano.

Chărădrĭŭs, m. ſ. χαραδριός, Avis maritima magna, & ingluvioſa, quam aſpicientes icterici morbo liberantur, teſte Aelian. lib. 15. cap. 26. ¶ Alio nomine Icterus appellatur, & à Latinis Galgulus, ut exiſtimat Plin. lib. 30. cap. 11. ¶ Charadrium imitans, χαραδριὸν μιμούμενος, dici ſolitum de diſſimulante, ac rem utilem occultante.

Charax, adminiculum vitis.

Charcari, piſces ſunt.

Chărĭēntĭſmŏs, [χαριεντισμός. Gal. *Plaiſanterie & grace à parler.* Ital. *Piacevolezza, civiltà nel ragionare.* German. Höflichkeit/ höfflichkeit vnd freundtligkeit in der red. Hiſp. *Hermoſura y gracia en donayre.* Polon. Wdzięczna mowà. Vngar. *Nyátas edes beſzed.* Ang. *Plaiſantneſſe, and good grace in ſpeaking.*] Eſt urbanitas, lepos, & venuſtas ſermonis, a verbo Græco χαριεντίζομαι, quod ſignificat jocor, facetè cavillor. ¶ Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine εὐφημισμὸς à Græcis dicitur, qua ſcilicet dura dictu mitiùs & gratiùs proferuntur: ut ſi roganti, An ſe quiſpiam quæſiverit, reſpondeas. Bona forma: item ſi vixiſſe dicas, quem mortuum eſſe velis ſignificare.

Chărĭs, charitis, [חן chén, χάρις. Polon. *Miel'oſć.* Vng. *Regyelem, kew.*] Latinè gratia, feſtivitas, beneficium, munus. ¶ A quo chariſma, χάρισμα, in eadem ſignificatione.

Chărĭſtĭum marmor, (quod hîc ut vitiosè ſcriptum erat, ita perperam interpretatum) Vide CARVSTIVM.

Chărĭſtĭă, χαρίσια, neutri generis & numeri pluralis. [Germ. Ein Freundtmal. Pol. *Swieta wktore powin nowacźi godnia.*] Feſta vocabantur, quibus cognati conveniebant, & munera mutuò mittebant. Ovidius lib. 2. Faſt.

Proxima cognati dixêre Chariſtia chari:
Et venit ad ſocios turba propinqua deos.

Valer. lib. 2, cap. 1. Convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt, idq; Chariſtia appellavêre, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur. ¶ Sumitur pro annona gravi & difficili, ſed imperité.

Chărīſtĭcŏn, pro remuneratione apud Calliſtratum in l. divus Adrianus. de bon. damnator. Sed debent ad ea ſervari, quæ jure præſidum ſolent erogari: ut puta Chariſticon quibuſdam officialibus, &c.

Charmaſynum, ni, n. ſ. genus ſerici, ex eo quòd aſpicientes delectet.

Chărĭtās, & Charus, Vide CARITAS & CARVS.

Chărŏpŭs, penult. corr. Latinè amabilis, blandus, gratioſus: [חדי jedhidh, χάροπος. Gal. *Aimable, plaiſant & gracieux.* Ital. *Amabile, piacevole, gracioſo.* Germ. Freundtlich/ liebtlich/ hold ſeelig. Hiſpan. *Hermoſo, gracioſo à ver.* Pol. Wdzięczny, miel'y. Vng. *Kedues, ſzerelmes.* Angl. *Gratious, amiable.*] à χάρις, & ὄψ, ὀπός, aſpectus. de Caropus color, χάροπον χρῶμα, qui dilutam habet viriditatem, igneo quodam ſplendore intermicãtem: qualem in leonum oculis conſpicimus.

Chărtă, f. p. [חלמיש meghillâh. χάρτον. Gal. *Carte, papier, liure, ou fueillet de liure.* Ital. *Carta.* Germ. & Belg. Papyr. Hiſp. *La carta ò hoja del libro.* Pol. *Papier.* Vng. *Papiros.* An. *Paper.* Cum ch aſpirato, Papyrus in qua ſcribimus, proprieq; ea quam veteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cujus ſpecies, variaq; nomina, & præparandi rationem vide apud Plin. lib. 13. cap. 11. 12. & 13. Quanquam etiam latiùs Chartæ nomen poſtea cœpit extendi, ut etiam de iis dicatur quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunque materia conficiuntur. Suetonius in Nerone: Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit. Plin. lib. 13. cap. 11: Chartam Alexandri Magni victoria repertam, autor eſt M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: antè non fuiſſe chartarum uſum: palmarum foliis primò ſcripitatum, deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta virgo, quæ nunquam peperit: hoc eſt, quæ nondum tranſcripta eſt, dicitur à Martiale: Cuſtodit ipſe virginis pater chartæ. Parere enim dicuntur chartæ, quum ex iis exempla ſumuntur. ¶ Item Charta, urbs Tyri dicta eſt, ex qua & Dido orta fertur, & ab ejus nomine à ſeſe conditam urbem Carthaginem appellaſſe.

Chărtĕŭs, Chartulanus, & Chartaceus, a, um, quod eſt ex charta. [ὁ ἐκ χάρτου. Gal. *Fait de carte.* Ital. *Di carta.* Germ. Papyrin/ das von Papyr gemacht iſt. Hiſ. *Coſa de cartá.* Pol. *Papierowy.* Vn. *Papirosbol valo.* Ang. *Made of paper.*] Vlpian. de leg. 3: Quòd ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.

Chārtārĭŭs, a, um, [ὁ τῆ χάρτου. Pol. *Papierni.* Ang. *Belonging to paper.*] ut Chartariæ officinæ. Plin. lib. 8. cap. 10: Hoc ærarię officinæ, chartariæq; utuntur.

Chārtŭlă, diminutivum. [χαρτίον. Pol. *Karteczka.* Vng. *Papirosſatska.* Ang. *A litle prece of paper.*] Hieronym. Volo in chartulis meis ineptias ſcribere.

Chārtŭlārĭī, ſunt Iuſtiniano qui tabulis nomina recepta & impenſa deſcribebant. Ex Pyrrho.

Chartiaticum, merces quæ officialibus pro charta dabatur, eodem modo quo Cerarium dicitur Verrina 5, quod pro cera pendebatur. [Pol. *Zapl'ata od pyſſania.*] Ex vox apud Zonaram obſervatur: Ἐ πάπλος παρηυδάλιστο ἐπισκήπτων ἐπαύξειν σφᾶς τὰ δημόσια, ἀπαιτῆσαι, ἢ ὑπὲρ χαρτιατικοῦ ἐπὶ τῶν νομίσμων εἴρο κεφάλια. Ex Hotom.

Chārtŏphўlācĭum, n. ſ. [χαρτοφυλάκιον. Pol. *Skrzinia od chowania liſtow.* Vng. *Papiros tartó hâz.* Angl. *The treaſoury of monumentos, a great officers houſe, as the chauncelours of the roles.*] Scrinium eſt, vel conclave, vel ipſa etiam domus, in qua chartæ aſſervantur. Latini Tabularium vocant: nam φυλακὴ cuſtodia eſt, φυλάττω, cuſtodio.

Charpiprati, Chartarum & papyri venditores ſunt: χάρτα enim chartam ſonat, & πιπράσκω vendo. Nunc Papyropolæ vocantur. Hegerin in tit. C. de coll. & chart.

Chartularii, m. ſ. ſunt Iuſtiniano qui tabulis nomina recepta & impenſa deſcribebant. Ex Pyrrho.

Chartĭlago, vide CARTILAGO.

Chārŭs, a, um, Vide CARVS.

Chaſmă, tis, n. t. Latinè hiatus, fiſſura. [בקיע bekíah. χάσμα. Gal. *Grãde ouuerture comme vn abyſme ou autre gouffre.* Ital. *Feſſura, apertura.* German. Ein groſſer ſpalt/ ein klufft. Hiſpan. *Hendedura, ò abertura como de boca.* Polon. Przepaść, rozpadnienie, rozwarcźie, Vng. Kőz, *huſadás.* Angl. *A great gaping or opening of the earth or firmament.*] A χασμάω, Hio. Fit autem Chaſma non ſolùm in cœlo, ſed etiam in terra. Vnde ait Iureconſultus de cenſibus. lege Forma. §. quare ſi. Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem revelari. Ammianus eleganti vocabulo Chaſmaticum appellat terræmotum, quo patefactis ſubitò voratrinis, terrarum partes per hiatum abſorbentur.

Chaſtanon, Xanthion vel Iappa apud Dioſc. lib. 4. cap. 139.

Chăŭs, [λυκοπαίνης. Gal. *Loup ceruier.* Ital. *Lupo ceruaio.* Ger. Ein Thierwolff/ iſt ein gattung der Luchſen. Hiſ. *Lobo cerual.* Polon. *Lampart.* Vng. *Farkas, pardoczúl fayzot farkas.*] Lupi ſpecies eſt, pardorum maculas habentis, quem alio nomine lupum cervarium vocant. De quo Plin. lib. 8. cap. 19. ita ſcribit: Pompeii Magni primùm ludi oſtenderunt chaum, quem Galli *Rhaphium* vocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò pòſt eodem lib. cap. 22: Sunt in eo genere qui Cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeii Magni arena ſpectatum diximus.

Chedra, Hippuris altera. Dioſc. lib. 4. cap. 5.

Chēlæ, arum, f. p. [χηλαί. Gal. *Les bras & parties de deuant du ſcorpion.* Ital. *Branche di gambari ò di grancele.* Germ. Die ſchären oder arm der Krebſen vñ Scorpionẽ. Hiſ. *Bracos de ſcorpion ò de gangrejo.* Polon. *Nożice racze abo Scorpionowe.* Vng. *Izes rák láb.* Ang. *The armes or forepartes of a ſcorpion.*] Scorpiorum & cancrorum brachia ita dicta à forficulis denticulatis, quos Græci χηλὰς vocant. Virgil. 1. Georg. Quà locus Erigonem inter, chelasq; ſequentes. Ambroſius de cancro loquens: Et periculoſum eſt, *inquit*, ſi chelam ejus includat.

Chĕlĭdŏnĭă, f. p. ſive Chelidonium, n. ſ. χελιδόνιον, Herba ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χελιδόνες dicuntur. Eo enim avium genere adveniente, naſcitur, & diſcedente extinguitur. Fertur etiam hirundines oculos pullis ſuis excæcatis ea herba reſtituere. Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8. ¶ Chelidoniæ duæ ſunt ſpecies, quarum major etiam hodie in officinis nomen retinet. [Gal. *Chelidoine, eſclere.* Ital. *Celidonia.* Ger. Schellwurtz oder groß Schwalbenkraut. Hiſp. *Celiduenna.* Polon. *Zl'otnik, celidonia, iaskol'cze ziele.* Vng. *Vére hullo fw.* Angl. *Chelidone.*] Minorem autem quòd ſtrumis medeatur, quas Scrophulas nonnulli vocant, ſive quòd ſtrumoſam habeat radicem, Scrophulariam appellant. [Gal. *Herbe aux eſcrouëlles, couillons de preſtre.* Ital. *Fauoſello.* Germ. Ein gattung des Storchenſchnabels/ ſo man heißt Gottes gnad. Hiſ. *Scrofularia menor.* Pol. *Mal'y iaskier.*] ¶ Chelidonia item vocatur Favonius ventus, à die ſexto antè februarias idus, uſque ad VI. calend. Martias: eò quòd iis diebus hirundines primùm conſpici incipiant. Autor. Plin. li. 2. c. 47. ¶ Eſt etiam Chelidonia gemmæ nomen altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis: unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. 17. cap. 10. ¶ Item genus aſpidis, ut Galenus autor eſt. ¶ Chelidonia præterea inter ficorum genera recenſetur. Plin. lib. 25. cap. 18. & Colum. lib. 10: Purpureæq; chelidoniæ, pingues q; matiſcæ.

Chĕlĭdŏnĭæ, χελιδονίαι πέτραι, Stephano, duæ ſunt inſulæ contra Chelidonium Tauri promõtorium, peſſilentiſſimi aëris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Circa has inſulas

insulas anthias piscis maxima in copia capitur: ut est videre apud Plinium.

Chĕlōnĭă, χελωνία, Gemma est Indicæ testitudinis oculo similis, quam imagorum vanitas tradidit linguæ impositam, futurorum divinationem præstare. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Chĕlŏnĭum, Vide CHELYS.

Chĕlydrŏs. [χέλυδρος. Gal. *Tortue de mer.* Ital. *Testudine marina.* German. Wasser oder Meerschneck. His. *Galapago de la mar.* Polon. *Morski slimak.* Vng. *Tengeri tekenős béka.* Ang. *A tortis ; a water snake.*] Est testudo marina. Nam χέλυς testudinē Græcis, & ὕδωρ aquam significat: quasi testudinem aquaticam dixeris. ¶ Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, citantes illud Iuvenalis: - donant arcana chelydros. Quo tamen in loco alii cylindros legere malunt.

Chĕlys, f. r. [קשׂת *kippodh.* χέλυς. Gal. *Vne tortue.* Ital. *Testudine.* German. Schneck. His pan. *Galapago.* Pol. *Lutnia, ſilymak, ſabiarka.* Vngar. *Tekenős béka, lant.* Ang. *A torteis or ſnake, a lute.*] Propriè est testudo animal, quamvis etiam pro instrumento musico accipitur, quod & Latini testudinem appellant. Nā ex testudine prima facta est cithara à Mercurio, cōlumpta jam carne, sed superstitibus nervis. Ovid. ad Pison. Pulsatur manibus Phœbea chelys. Canora chelys, Seneca.

Chĕlōnĭum, n. s. [χελώνιον. Gal. *La couverture & coquille d' vne tortue.* Ital. *La ſcorza di ſopra la teſtuggine.* Germ. Die Schal oder das Hensslein des Schneckens. His. *La cobertura del galapago.* Pol. *Skorupa od ſlimaka, item ſabiarka.* Vng. *Béka tekenő.* Ang. *The ſhell of a torteis or ſnaile.*] Bud. Testudinis tegumentum est. Nam testudinem Græci χελώνην appellant.

Chemstes, sepulchri species ebori similis, in quo Darium conditum ferunt.

Chemosis, oculorum morbus, quando ex tumore vehementi utræq; palpebræ convertuntur, ut vix liceat connivere, & album supra nigrum attollitur ac rubescit.

Chēnălōpĕcēs, χηναλώπηκες, ex anserum sunt genere, quibus pro cibis sautioribus utuntur Britanni. Vide Plin. lib. 10. cap. 22. Est autem nomen ἀπὸ τῆς χηνὸς καὶ ἀλώπηκος: hoc est, ex anser & vulpe compositum: unde & Vulpanserem Aeliani interpres transtulit. Anserem enim specie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis injuriam facilè propulsat. Aucupi ad nidū accedenti obviam prodit, ut interim pullis elabendi spatium præbeat. Vide Aelian. lib. 15. cap. 51.

Chēnīscŭs, m. s. χηνίσκος, Latinis anserculus est. [Pol. *Gąſiatko.* Vng *Ludat ka, pipe.*] Vade & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anseris similitudinem effictum erat, Chenisci natus appellarunt. Apuleius: Puppis intorta chenisco. Lucian. in eo dialogo, qui πρύμνα, ἢ ὁ χήν inscribitur: Ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπανείστηκεν ἤρεμα καμπύλη χρυσῆν χήνισκον ἐπικειμένη· κατασπίχεν δὲ ὀλίγον ἡ πρῷρα τοῦτο δέοντα ἐς τὸ πέρας τῷ ὑπομηκεστέρῳ τῶν ἐπωτίδων τῆς νεὼς ἴσον ἔχουσα τὸν ἔπαρτον. Hoc est, Ut verò ipsa quidem puppis paulatim assurgit inflexo aureo chenisco ornata (hoc est, inflexa, atque aureum anserculum supernè habens impositum) è regione autem æqua proportione prora prominet in anteriorem partem longe porrecta, cognominè navi deam Isidem videlicet utrinque additam habens. Idem in veris narrationibus: Ὡ πρὸ αὐτῆς πρύμνα χήνισκον ἀφωμοίωτο. ἔχουσα καὶ αὐτὸ. Hoc est, Chenisicus enim (sive anserculus) qui ad puppim erat, repentè alis plaudere cœpit & clangorē edere. Formam chenisci, vide apud Bayfium de re navali.

Chēnŏbŏscĭon, pen. prod. χηνοβοσκεῖον, Locus ubi anseres aliæq; id genus nantes volucres aluntur. [Polon. *Kocziecigęſiy, ſadź.* Vng. *Lúd, ès récze tarto to.*] nam χηνὸς, χήνος, anser dicitur. Columb. lib. 8. cap. 14: Qui verò greges nantium possidere studēt, chenoboscia constituant.

Chēnŏmȳchŏn, Herba ad cujus aspectum expavescunt anseres: aliis nominibus Nyctegretum dicitur, & Nyctilops, eò quòd noctibus luceat. Vide Plin. lib. 21. cap. 11.

Chēnŏpūs, dis, m. t. [χηνόπους. Pol. *Geſsia noga.* Vng. *Lud lab.*] Latinè anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quę habet effigiem anserini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8: Ceras ex omnium arborum, satorumque floribus confingunt, excepta rumice & chenopode.

Chēnŏtrŏphĭă, æ, pen. prod. [χηνοτροφεῖα. Pol. *Pokarni pliwaiacich ptakom.*] Nantium volucrum aviaria.

Cheramides. Genus lapilli pretiosi, qui (ut Strabo libro ultimo refert) in Mauritaniæ campestribus nascitur. Plin. lib. 37. cap. 10: Cheramides eadem esset, quam Ostracites vocant, nisi quòd hanc ceruleæ interdum bullæ cingunt.

Cheredranon, Hippuris apud Dioscor. lib. 4. cap. 49. [Germ. *Katzenſchwantz.*]

Chĕrĭă, A' quibusdam appellatur Raphanus sylvestris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 123.

Chernites, χερνίτης, Lapidis genus est ebori simillimi, in quo defunctorum corpora condebantur. Plin. lib. 36. cap. 17. Mitior est autem conservandis corporibus, nec absumēdis chernitēs ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt.

Chērsīnă, æ, f. p. Genus est testudinis terrestris in ardissimis Asiæ desertis roscido humore vivens. Autor Plin. lib. 9. ca. 10.

Chērsydrŏs, χερσύδρος, Serpens qui tàm in terris quàm in aquis moratur: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua, quasi vivens in terra & in aqua. [Polon. *Waż wodnoziemny.*]

Chersydra, χέρσυδρα, propriè terræ ruina sive fissura, quam aqua pluvia, torrens, aut terræmotus efficit.

Chĭă terra, χία γῆ, [Polon. *Bial'a glina.* Vng *Gőrőg f. iér.*] Terra est albida, sive cineritia, Samiæ similis, quæ cutem erugat, totumq; corpus amabili coloris bonitate commendat. Autor Dioscor. lib. 5, cap. 101.

Chia ficus, sive Chia absolutè, σῦκον χῖον, Fici species est, grato quodam sapore palatum pungens, viniq; veteris, salisq; saporem referens. Mart. lib. 7:

Infanti melimela dato, fatuasq; marisicas:
Nam mihi, quæ novit pungere, Chia placet. Idem lib. 13:
Chia seni similis Baccho, quem Scia misit:
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Chĭlĭăs, [אלף *eleph.* χιλιάς. Ang. *The number of a thouſand.*] Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chĭlĭārchŭs, m. s. Qui mille hominibus præest. [שר אלפים *ſar alaphim.* χιλίαρχος. Gall. *Colonnel de mille hommes.* Ital. *Colonello di mille fanti.* Ger. Ein Herr oder Hauptmann vber tausent. His pan. *Capitan de mil hombres.* Pol. *Rotmiſtrz nad tyſiącem ludu.* Vng. *Ezer ember előt iáro, ezer vitéz hadnaggya.* Angl. *A capitane ouer a thouſand.*] A' Græcis tamen scriptoribus, quoties de Romanorum militia sermo est, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari: quemadmodum in civitate Demarchus, δήμαρχος, pro Tribuno plebis: nam autore Ioseph. ordo in Romanorum militia hic erat: ut milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos illi *Chiliarchos* vocant, manè convenirent salutatum. Hecatontarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerant. Pentecosiarchi, qui quingentis. Decarchi qui & à Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, χιλιόφυλλος, Herba est quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba, στρατιωτική, dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chiliodynamis, [χιλιοδύναμις Dioscoridi. Pol. *Stał'wia leſna.*] Chiliodyname Plinio, Herba est quæ alio nomine Polemonia dicitur, à regū certamine, qui ejus inventionem sibi certatim vēdicaverūt. Chiliodynamis autē à Cappadocibus nominata est, ppter varios in medicina usus. Vide Plin. l. 25. c. 6.

Chĭlonēs, [χείλωνες. German. Der groß leffzen hat. Pol. *Wargacze.* Vng. *Ayakas, nagy ayakú.* Angl. *Which hath great lippes.*] Quibus immodica sunt labra, qui & à Latinis Labeones dicuntur: nam χεῖλος Græcis labrum est.

Chīmāstrum, n. s. [χείμαστρον. Polon. *Suknia podſzyta, dol'uman a zime.* Vng. *Teli paraźt ruha, koſók, ſzukmány.* An. *A winter garment, a gowne or furred garment.*] Vestis est rusticorum qua hyeme utuntur, ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod nobis sonat hyemare.

Chīmĕrĭnē, Aizoum minus apud Dioscor. lib. 4. cap. 92.

Chīmĕrĭnŏs, pen. corr. χειμερινός, Græcis idem est quod hybernus, sive hyemalis. [Ger. Winterlich. Polon. *Zymni.* Vng. *Téli.* Ang. *Belonging to winter.*] Martialis de Eariro:

Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos essem.
Horrida si brumæ sydera, Chimerinos. ¶ Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente sole, dies breviſſimi fiunt, à Græcis *Chimerinos* appellatur: quemadmodum & à nobis *Brumalis.* Plaga quoque Australis habitabilis, à Cosmographis Chimerine appellatur. Duæ enim sunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur, ἡμερινὴ nominatur: altera quam incolūt Antichthones. Chimerine, à nobis Hyemalis: quę quòd ad Austrum deflexa sit, Australis quoq; nūncupatur, quum nostra Septentrionibus supposita est.

Chīragră, pen. corr. [χειράγρα. Gal. *Douleur & goutte aux mains.* Ital. *Gotta d'mano.* Germ. Das zipperse der Henden. His. *Gotta, dolencia de las manos.* Polon. *L'ama nie wrękach.* Vngar. *Kőſzvény.* Angl. *The goute in the handes.*] Morbus articularis, manus infestans. Martial. Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Chirager, & Chiragricus, [χειραγρικὸς. Ang. *That hath the goute in the fingers.*] Qui chiragram patitur.

Chirembolum, [χειρέμβολον. Pol. *Zegłarzowe ne ſternika kiwanie.*] Vlpian. in l. j [illegible] caup. stabul. Quanquam ipse vel navicularius, vel magister id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat hæc vox manus immissionem, ut Alciatus in parerg. refert, qui arbitratur χειρέμβολον, dici signum quod magister in prora sedens dat, quum nautis imperat, ut aliquid faciant, seu aliquem recipiant. Verùm quum hęc vox à se nusquam alibi lecta sit, admonet amplius quærendum.

Chīrīdotă, f. p. [χειρίδωτὰ. German. Ein Rock mit langen Ermelbiß auff die Finger. Pol. *Fal'ſzura.* Vng. *Hozzá ugyú ruha.*] Tunica prolixa ultrà brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira

Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato objecit, quòd cum chiridota tunica: id est, manicata accubuerit. Has vestes Plautus vocat manuleatas. ¶ Dicta est autem chiridota, ἀπὸ τῶν χειρῶν: hoc est, à manibus quas tegebat.

Chīrographum, [חתם *chothám.* χειρόγραφον. Gal. *Escrit, signé ou cacheté de sa main, seing manuel.* Ital. *Scritto di mano.* Germ. Ein Handtschrifft. Hispan. *Escriptura de propria mano.* Pol. *Cirograph, wiznanie.* Vn. *Kézirás.* An. *My awin handwritt.*] Est quod nostra manu perscripsimus in fidem alicujus. Asconius scribit Chirographa dici, in quibus tantùm quæ gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Iuven. Vana supervacui dicunt chirographa ligni. Cicer. 3. de Natur. deor. Id quoque L. Labienus fecit quū chirographum sex primorum imitatus est.

Chīrographārĭus, adjectivum: [Pol. *Tenktori dl'ug cirographem wiznawa.*] ut Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. Vlpian. in l. Si ut certo. §. Idem denique. ff. Commodati. Si tibi codicem commodavero, & in eo chirographarium debitorem tuum cavere feceris, *&c.* ¶ Item Chirographarius creditor dicitur, qui sibi chirographo cavit. Paulus in l. pen. de privileg. credit Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem hi creditores iis qui hypothecarii dicuntur. ¶ Dicitur etiam chirographaria pecunia, quæ sine pignore ex chirographo debetur.

Chirogylius, m. s. echinus terrestris, ut apud Levit. cap. 11.

Chiromantĭa, [χειρομαντεία. Pol. *Zlinyei na rekach prorocztwo.* Ang. *Palmestrie, telling of fortune by lines in the hand.*] In manibus divinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à μαντεία καὶ χείρ.

Chirŏnĭon, [χειρώνιον. Ger. Ein traut/gemeinlich Rhapontica genennt.] Tertium panacis genus, ab inventore Chirone Centauro ita dictum, folium lapatho simile, florem aureum, radicem parvam habens. Plin. lib. 25. cap. 4. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio majore: ita dicta à Chirone Centauro, qui ea curatus esse dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide suprà in dictione CENTAVREA.

Chirŏnĭa vītis, [χειρώνειος ἄμπελος. Pol. *Czernika.*] Herba est smilacis foliis, claviculis suis arbores vitis modo conscendens, pro semine acinos habens uvæ modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra; ἄμπελος μέλαινα appellatur. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Chirŏnŏmus, m. s. [χειρονόμος. Gal. *Ioueur de moresques, ou celuy qui apprent à mouuoir les mains & à faire la cõtenance.* Ital. *Giuocatore di mano, danzatore di moresche con menare di mano.* Germ. Der im tantz mit den Henden wunderbare vnd vieferley bossen treibt. Hispan. *El que danca por personajes.* Pol. *Pleßacz.* Vng. *Tapsoló, szökdösö.* Ang. *A morrishe dauncer.*] Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quanvis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. Iuven. Satyr. 6: Chironomum Ledam molli saltante Batillo, Tuccia vesicæ non imperat. ¶ Inde χειρονομεῖν Græcis idem est quod manibus gesticulari cujus verbi participio usus est idem Iuven. Satyr. 5:

Structore interea (nequa indignatio desit)
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert.

Quo gestu lepores, & quo gallina secetur. Vbi χειρονομοῦντα dixit, quasi manibus gesticulātem, & certo quodam manuum gestu escas dividentem.

Chīrŏnŏmĭă, f. p. [χειρονομία. Gal. *Science de faire gestes des mains, moresque.* Ital. *Moresche con menare di mano.* German. Das seltzam bossen treiben mit den Hẽden/oder ein abentheweriger bossechtiger tantz. Hispan. *Danca por personajes.* Polon. *Pleßy.* Vng. *Tarpsolás kez hányás.* Ang. *The art of playing morishes.*] Manuum gesticulatio inter saltandum, vel saltationis quoddam genus, quod manuum gesticulationem habebat adjunctam: cujusmodi olim fuit Pyrrhica. Quint. libro 1. cap. 19, legem gestus interpretatur: à χεὶρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præscripti, quibus saltantes utuntur: quod potissimùm in Græcorum usu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc urbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chirŏthēcă, f. p. [בית ידים *beth jadhájm.* χειροθήκη. Gal. Gan. Ital. *Guanto.* German. Hendschuch. Hisp. *El guante.* Pol. Rekawica. Vngar. *Kesztyü.* Ang. *A gloue.*] Manuum vagina, quæ etiam Manica sive manutheca, & manipulus dici solet. Cic. in Philip. Solet enim citò ipse accipere manicas. Græci etiam *Dactylothecam* vocant.

Chīrūrgus, m. s. [χειρουργός. Gal. *Chirurgien.* Ital. *Cerusico.* German. Ein Wundartzet. Hispan. *Chirurgiano, que cura con manos* Pol. *Balwierz.* Vng. *Barbely czirillkus.* Ang. *A surgean, a chirurgion.*] Medicus vulnerarius, à manuum operatione sic dictus. Martial. lib. 2: Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Chīrūrgĭcus, a, um, χειρουργικός. ut Ars chirurgica, Instrumentum chirurgicum.

Chīrūrgĭă, f. p. [χειρουργία Gal *Chirurgie.* Ital. *Chirurgia.* Germ. Die Kunst der Wundartzney. Hispan. *Aquella arte de curar con las manos, chirurgia.* Polonicè, *Vmieietnoßcz goienia ran.* Vng. *Barbélyság, czirillkoßág.* Ang. *The art of surgerie.*] Licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cũ cognitione conjunctam: propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, vel ustione, aut alia quavis ratione, quæ manu administretur, morbos curat. Cicero ad Atticum: Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Celsus in procemio lib. 1. Medicinæ: Iisdemq; temporibus in tres partes medicina diducta est, ut una esset quæ victu: altera quæ medicamentis: tertia quæ manu mederetur. Primam *Diæteticen*: secundam *Pharmaceuticen*: tertiam *Chirurgicen* Græci nominaverunt. ¶ Chirurgia est scientia medicinæ altera pars, quæ per consuetas tùm sectiones, tùm adustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit. Chirurgia quum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quam à prioribus exculta est: deinde posteaquam deducta ab aliis, habere professores suos cœpit, in Aegypto quoque excrevit, Philoxene maximè autore; qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit: Gorgias quoque & Sostratus & Hieron & Apollonii duo, & Hammon. Alexand. multiq; alii viri, singuli quædam repererunt. Ac Romæ non mediocres professores, maximeq; nuper Tryphon pater & Evelpistus, & ut ex scriptis eorum intelligi potest, eruditissimis magis quibusdam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. Ex Celso.

Chlămys, ydis, f. t. [מעיל *mehíl.* χλαμύς. Gal. *Manteau ou cape, habit de gendarme au temps passé.* Ital. *Sopraueste militare.* Germ. Ein Kriegsteidung. Hispan. *Vestidura redonda como manto.* Pol. *Zol'nierska ßata.* Vng. *Kurta mentés kõntös.* Ang. *A cloke or a spanish cappe, a man of warres habite.*] Propriè vestis militaris, pallio brevior multò, ac strictior. Virgil. 8. Aeneid. ipse agmine Pallas In medio chlamyde & pictis conspectus in armis. Plautus: Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iureconsulti verò inter vestimẽta puerilia numerant chlamydes. A Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas autor est. Quidam deducunt à χλαίνειν, tepefacere.

Chlămydātus, adjectivum, Qui est chlamyde indutus. [χλαμυδωτός. Polon. Wrzczerska ßtate oblieczoni. Vng. *Kurta mentés.* Ang. *That weareth a spanish cappe or cloke.*] Plaut. in Pseud. Quis hic homo chlamydatus est? aut unde est? aut quem quæritat?

Chlămydŭlă, diminut. [χλαμύδιον. Vng. *Kurta mentéske.* Ang. *A litle cloke with a hoode, or spanish cloke.*] Idem: Tu sume chlamydulam.

Chlænă, æ, χλαῖνα, f. p. Vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superinduebatur. [Polon. *Kopienak.* Vng. *Szuba.*] Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos proverbium: σὺ θέρει τὴν χλαῖναν κατατίλλεις, ὥσπερ τὴν μὴ καθ' ὥραν τοῖς αὐαγκαίοις χρωμένην. Hoc est. Aestate lænam deteris. In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. ¶ Dicta est autem Chlæna, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν: hoc est, à calfaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

Chlorion, χλώριον, Avis est lutei coloris, perpetuas cum corvo inimicitias exercens, altero alterius ovis insidiante. Vide Plin. lib. 10. cap. 29. & 74.

Chlorites, χλωρίτης, Gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ avis ventre inveniri creditur. Hanc Magi ferro includi jubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula utilem. Vide Plin. lib. ult. cap. 10.

Chŏă, sive Chus, χόα ἢ χοῦς, Mensuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiens congium: hoc est, sextarios sex, sive cotylas Atticas duodecim. Vide Budæum de Asse.

Choaspites, χοασπίτης, Gemma est viridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaspi fluvio, in quo invenitur. Autor Plin. lib 37. cap. 10.

Chœnix, chœnicis, χοῖνιξ, Nomen mensuræ duos capientis sextarios. Hac mensura servis olim frumentum in cibum admetiebantur domini. Vnde Pythagoreum ænigma est: Super chœnice non sedendum: hoc est, per inertiam & otium alienũ cibum non esse sectandum, sed sua quenque industria sibi vitæ necessaria debere parare. ¶ Chœnix, quæ & major libra apud Athenienses vocatur, fuit mensura tritici, quãtum quisque uno die comederet: pendebat earum drachmas CL.

hoc est,

hoc est, VII. & XX. uncias Græcas: nostrá autem mensura sesquilibram. Ejus Chœnicis dimidium drachmarum LXXV. libria seu libella dicebatur, cujus fit mentio in l. judices. C. de Episc. aut qua jubent Imp. Honor & Theodos. duas libellas & Chœnicem victualis substantię custoditis præstari.

Chœnicion, χοινίκιον, Instrumentum est chirúrgorũ, quo minora ossicula extrahunt. Latini Modiolum vocant. Cels. lib. 8, cap. 3: Exciditur verò os duobus modis: si parvulum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant: si spatiosum, terebris.

Chœrades, [χοιράδες. Gall. *Escrouelles.* Ital. *Scrofole.* Ger. Kropff. Hisp. *Lamparones.* Pol. *Sadzel, gruczoł.* Vng. *Merige.* Ang. *The kinges euill.*] Nihil aliud sunt quàm indurati adenes in collo præcipuè, in alis, & inguinibus nascentes: Latino vocabulo Strumæ appellatæ. Chœrades autem dictæ videntur, ἀπὸ τῶν χοιρείων: hoc est, à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

Cholas; Lapis est ex genere smaragdorũ, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi, referente Plin. libro 37. capite 3.

Chŏlĕră. choleræ, f. p. [Gall. *Cholere.* Ital. *Colera.* Germ. Ein kranckheit die von der Gallen her kompt. Hisp. *El humor colera.* Pol. *Kollera, altbo, chorobá żółwowa, gorączka, cżuyaca.* Vng. *Sár.* Ang. *Cholere.*] Morbi genus est præcipitis, in quo & vomitus, & dejectio simul fiunt. Cornel. Cels. libro 4. capit. 11: Primò faciendа est mentio choleræ, quia commune id stomachi atq; intestinorum vitium videri potest. Nam simul & dejectio & vomitus est, præterq; hæc inflatio est: intestina torquentur: bilis suprà infraq; erumpit, primùm aquæ similis: deinde ut in ea recens caro lota esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra & varia. ¶ Accipitur pro bile, χολή. Lamprid. Alexander, *inquit*, Cæsar judices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo viderent: commotione animi & stomachi coleram evomebat.

Chŏlĭāmbī, χωλιάμβοι, Qui & Scazontes dicũtur, dicti quasi claudi jambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis distantes, quàm quòd in quinta semper habeant jambum, in sexta verò spondæum.

Cholopæon, Abrotonum, apud Dioscor. lib. 5. cap. 27.

Chŏmă, atis, neut. gen. [חֵלֶל *holelah.* χῶμα. Pol. *Grobolia.* Vng. *Tôltés.* Ang. *A diche, a fluce.*] Agger, sive tumulus. Budæus in Pandectas: Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibusq; Nili aqua coërcetur. Vlpia. de extraor. crim. l. Saccularii: In Aegypto qui chomata rumpit.

Chŏndrŏs xiphoides, χόνδρος ξιφοειδὴς, à medicis appellatur corpus quoddam cartulagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens: ita dictum quòd acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imiretur.

Chŏndrŏs, [חֶלְתָּה *belthál.* χόνδρος. Gall. *Cartilage, tendron, ou tendrillon.* Ital. *Cartilagine, tenerume, come cartel de l'orechie.* Ger. Krôspelbein. Hisp. *Tela.* Pol. *Chrząstek.* Vng. *Porczogó.* Ang. *The gristle.*] Græcis est pars similacis, in corpore animalis, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duritiem obtinens, quam Latini cartilaginem vocant.

Chondrosyndesmon, vocant constitutionem illam, quæ est ex ligamentis & cartilaginibus in homine. Gal. 1. de Temperamentis 2 hne.

Choramos, appellant utroſq; linguæ sinus & cavitates.

Chŏrāgĭum, Choragus, Choraules, Vide CHORVS.

Chŏrāmnæi, χωρόμναοι. [Pol. *Szczigacze.* Vng. *Erdei embetők.*] Genus quoddam hominum sylvestre in Perside, tantæ velocitatis, ut cervos comprehendant cursu. Steph.

Chŏrdŭs, da, dum, Quod serotina fœtura natum est: [עִוֵּר *hatúph.* ἀνήνωρ. Pol. *Pożni płod.* Vng. *Wdô vtan szűletőt.*] ut Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto, *Chordiscos* vocat. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 1: Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remanserunt in vulvis intimis: vocant χόριον: inde Choridi dicti. Plin. li. 8. cap. 47. de ovibus loquens: Gerunt partum diebus CL, postea concepti invalidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus unde plerique serùs nati, Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Vnde Chordi cujusdam Cremerii meminit Suetonius: item alterius Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintilianus quoq; lib. 1, à diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curiosè scrutetur: cujusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Posthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata: unde Chordum fœnum dicitur: quod autumno secatur. Colum. lib. 7. cap. 3: Aluntur autumnali fœno, quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda fumenta dicuntur, quæ serò maturescunt. ¶ Apud plerosque animadvertimus Cordum scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quòd paulò antè è Varr. adduximus

Chŏrdă, dæ, f. p. Funiculus in instrumento musico, fides. [תֵּר *jéther.* χορδή. Gall. *Corde à instrument de musique.* Ital. *Corda de gli instrumenti musicali.* Ger. Ein seitten. Belg. Een snare. Hisp. *Cuerda.* Pol. *Strona.* Vng. *Húr.* Ang. *A chorde in a musicall instrument or a string.*] Cic. 3. de Orat. Nam voces, ut chordę, sunt intentæ, quæ ad quenq; tactum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva. Ovid. 5. Metam. Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atq; hæc percussis subjungit carmina nervis. ¶ Eadem oberrare chorda, proverbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebriùs peccant, vel culpam eandem iterum atq; iterum committũt. Horat. in Arte poët. & citharœdus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Chŏrdāpsĭs, m. f. [χορδαψός. Gall. *Iliaque passion.* Ital. *Dolor di visicere, di fianco.* Ger. Die Kranckheit deo krummens in den därmen. Hisp. *La colica dolencia.* Pol. *Swierzbiaczka we wnątrz.* Vng. *Hastekerő, bas fülás.* Ang. *Torment or gripping of the entrailles.*] Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum vocant. Eadem etiam ratione à Græcis χορδαψὸς vocatur, παρὰ τὸν χορδόν: ita enim intestinũ vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chordum. Vide CHORDVS.

Chŏrĕă, reæ. Choraules, Choreuma, Vide CHORVS.

Chŏrĭāmbŭs, m. [χοριάμβος, Pes ex prima & ultima productis, duabus mediis brevibus: ut filiolis. Dictus Choriambus, quòd ex choreo: hoc est, trochæo, constet, & jambo.

Chŏrĭŭs, sive Choreus, χορεῖος. Pes, qui alio nomine dicitur Trochæus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda brevi: ut Musa.

Chŏrŏbătēs, [χοροβάτης. Pol. *Zorawnad studnia.*] pen. cor. Est regula longa circiter pedes XX, quę habet transversaria aquarum librationibus dicata, ut est videre apud Vitruv. libro 8. capite 6.

Chorocitharista, Chorodidascalus, Chorostates, Vide CHORVS.

Chorodanon, Spondylon apud Dioscor. lib. 3. cap. 88.

Chorroci, interpretantur furores.

Chortos, ti, m. f. χόρτος, gramen in cõmune significat, sed præcipuè fontium.

Chŏrographĭă, f. p. χωρογραφία, Regionis alicujus particularis descriptio. Geographia verò, est totius terrarum orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicujus descriptor.

Chors, chortis, f. t. Varro. [Ger. Ein hof in einem hauß/ein enngezeundter oder eingemawerter Wierthof.]

Chortal s. & Chortarien pen prod. at Gallina chortalis. Colum.

Chŏrŭs i, m. 2 [חוּג *nachôl.* χορός. Gall. *L'assemblee des danses.* Ital. *Coro, multitudine di quelli che cantano overo ballano.* Ger. Ein vicle deren die singen oder tantzen. Hisp. *Corro, compañia de personas que dancan ò bailan.* Pol. *Zgromadzenie tanieczników, albo śpiewaczę.* Vng. *Kar.* Ang. *A companie of dauncers.*] Propriè multitudo est canentium, aut saltantium. Nam multorum vocibus, & concentu constat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priscos ex servis symphoniacis comparabatur. Vnde apud lureconsultos libro 3. de Legatis: Si chorus legatur, perinde est ac quasi singuli homines legati sint. ¶ Et à χαρὰ (secundum Platonem libro 2. de Legibus) quæ est lætitia, deducitur. Festus ã corona derivat, habetq; primam correptam. Virg. 6. Aeneid. Illa chorum simulans, ovantes orgia circum Ducebat Phrygias. Vbi Servius. Chorum: hoc est, multitudinem in sacrá collectam. Idem 1. Georg. Omnis quam chorus, & socii comitantur ovantes. Vbi rursus Servius: Chorus propriè est coævorum cantus atque saltatio. ¶ Transumitur & ad res incorporeas, sumiturq; pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cicer. 3. Offic. Potest igitur quicquam utile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Hieronymus ad Dardanium scribit: Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Inertium chorus, ἀργόντων χορός. De cœtu lascivientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι: est sese miscere negotiis alienis, & alio. um sibi vẽdicare partes. Extra chorum saltare, ἐκτὸς χορῦ ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit aut facit à re quã proposuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisq; numeris adstricti moventur, ut liberum nõ sit quo libet evagari.

Chŏrāgĭum, gii, n. f. [χορήγιον. Gall. *Le lieu où est l'equipage des ieueurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornement ou appareil.* Ital. *Ornamento, apparecchio da representare comedie ò tragedie.* Germ. Das ort / der platz / oder die rüstung / zu einem tantz oder schawspyl. Hisp. *Cierto instrumento para la danca.* Pol. *Miesce do gry albo tanca śprawione.* Vng. *Iátékruha tarto hász, fárfáng ruhá tarto hász.* Ang. *Stuff where with the places of enterludes ar adorned.*] Propriè ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. Vitruv. lib. 5: Post scenam porticus sunt constituendæ, uti quum imbres repentini ludos interpellave-

rint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: choragiaq; laxamentum habeant ad chorum parandum, uti sunt Porticus Pompejanæ. ¶ Festus Choragium interpretatur ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cujus præfectus dicitur Choragus, χορηγὸς. Plautus in Trinummo: Ipsa ornamẽta à Chorago hæc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Autor ad Heren. lib. 4.: Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. lib. 5. de Asin. Iama feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγῶ, quod est suppedito, subministro.

Chŏrāgŭs, gi, [χορηγὸς. Gall. *L'entrepreneur de ieux publiques, celuy qui fournit tout, & meine la danse.* Ital. *Ci a cura digiuoci publici, chi mena la danza.* Ger. Der ein offen spyl oder tanz führet/ vnd regiert. Hisp. *El guiador de corro, ò danca.* Pol. *Sprawca tancu albo gry.* Vng. *Iátek mester.* Ang. *A setter fort of playes, a leader of the daunce.*] Dux chori & suppeditator instrumentũ ludieri, & expensarum, inquit Budæus. Plautus in Persa: Sed πόθεν ornamenta? T. abs chorago sumito. Suetonius in Augusto:

Quum primùm istorum conduxit mœnia choragum,
Sexq; deos vidit, Mallia sexq; deas.

Chŏraŭlēs, vel etiam Choraula, com. t. [חלל *cholél.* χοραύλης. Gal. *Celuy qui sonne de la fleuste aux ieux, menestrier qui fait dancer au son de la fleuste.* Ital. *Suonatore de instrumenti come piffari.* Ger. Ein Spylmañ/ der zu dem tanz pfeiffet. Hisp. *El que taune enel corro ò en la danca.* Pol. *Gracz do tanica pyskaiacy.* Vng. *Hegedős, muskás.* Ang. *A minstrell, piper, or fluter.*] A choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur ad choros, vel qui in choro fistulas inflant. χορὸς nanq; chorum, & tripudium significat, αὐλὸς verò fistulam, seu tibiam: unde Choraulæ dicti, quod tibiis ad choreas canũt. Martial. lib. 11: Non sit quum citharœdus aut, choraules. Plin. lib. 37. cap. 1: Præterquam limeniam choraulem, multisq;, fugientibusq; uti solitum. Apuleius: Erat quidem juvenis satis corpulentus, choraula doctissimus. Iuven. Satyr. 6: Accipis uxorem de qua citharœdus Echion, Aut Claphyrus fiat pater, Ambrosiusq; choraules. ¶ Choraules monumentarii, ἐπιτάφιοι αὐληταὶ, sunt tibicines qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales prisci *Siticinas* vocãt, qui apud sitos: id est, defunctos canunt.

Chŏrāŭlă, [χοραύλη. Pol. *Piskanie.*] appellatur ars tibicinũ. Unde Strabo culpat Ptolem. Aegypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chŏreă, reæ, f. p. [מחול *mecholáh.* χορεία. Gall. *Dance.* Ital. *Ballo.* Germ. Ein tanz. Hisp. *Danca ò baile.* Pol. *Taniecz.* Vng. *Tánc.* Ang. *A daunce where many daunce together.*] penultima indifferente, à χορεύω, salto, pro ipsa saltatione usurpatur. Virg. 6. Aeneid. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicũt. Idem: Immemores nostri festas duxére choreas.

Chŏrēutēs, χορευτὴς, Qui libet ex choro vocatur.

Chŏrēumă, [χόρευμα. Ang. *Dauncing and singing together.*] à Platone vocatur canticum, quod à choro canitur & saltatur.

Chŏrŏcĭthărīstæ, [חלל *cholél.* χοροκιθαρισταί. Gall. *Chantres qui menestriers qui chantent, ou sonnent aux danses.* Ital. *Quelli che cantano, & suonano in coro.* Germ. Die an den tänzen die harpffen schlahen. Hisp. *Los tannedores de corre ò danca.* Pol. *Do taneca na harffach graiacy.* Vng. *Karba, sokaság körül hegedölő.* Ang. *Minstrelles or singers to dauncers.*] Qui in choro citharizant: sicut psallocitharistæ qui psallunt: id est, canunt ad citharam. Suet. in Domit. Certabatur etiam prosa oratione, Græcè, Latinèq; ac prætèr citharœdos chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Chŏrŏdĭdăscălŭs, li, χορωδιδάσκαλος. Gal. *Maistre de cœur ou de la chapelle.* Ital. *Maestro di coro.* Ger. Ein Spylmeister/ der die Personen des spyls anführet/ vnderweyser. Hisp. *Maestro de danca.* Pol. *Sprawca komedy.* Vng. *Kar mester, karigazgato.* Ang. *Maister of the campany of dauncers.*] Magister est chori Aristoteli & Platoni. Budæus.

Chŏrōstătēs, [χορωστάτης. Pol *Tenktori zaczina spiewanie.* Vng. *Karigazgato, kantor, koralo.*] Chori præceptor est, quem vulgus *Intonatorem* vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

Chresis, f. t. χρῆσις. Latinè usus dicitur. Unde κατάχρησις, abusio.

Chrestŏn, [χρῆσον. Ger. Wegwart/ oder zame Endivien. Pol. *Podroznik, nawrot.* Vng. *Cikorica, katang koro.*] quòd circum agat se cum sole, ut ortum ejus manè spectet, & ejus iter ad occasum usque etiam nubilo die sequatur. Intubi erratici species, quæ Aegyptio nomine *Chichorium*, Romano *Ambubeia* appellatur. Chrestŏn appellatur ab insigni utilitate, teste Plin. li. 20. capite 8.

Chriă, [χρεῖα. Germ. Ein schöner Spruch hübscher reden/ vnd auch herrlicher Thaten.] Est commemoratio alicujus dicti vel facti, vel utriusq; simul celebrem habens demonstrationem: ut Isocrates dicebat: Virtutem radices amaras, fructus verò dulces.

Est autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Aphthonius in Progym. definit χρείαν hoc modo: χρεία ἐστὶ λακωνικόν τι ἢ ἀπομνημόνευμα συντόμου διὰ τρόπου ἐπί τι πρόσωπον αἰτιαφερόμενον: hoc est, Chria brevis est commemoratio, commodè ad personam aliquam relata. ¶ Chriæ usum & genera latiùs exequitur Cællus Rhodig. lib. 26. cap. 27: Dicta Chria, quòd maximè sit utilis & necessaria: χρεία enim, & usum & necessitatem significat.

Chrīsmă, atis. [משחה *shémen mischchâh.* χρῖσμα. Pol. *Krzyzmo, pomazanie.* Vng. *Kenet.* Ang. *Oyntment or anoynting.*] Unguentum sive unctio: à verbo χρίω, ungo: unde & CHRISTUS, χριστὸς, unctus.

Christianus. De homine Christiano sic præclarè D. Hieronymus loquitur: Nihil (*inquit*) Christiano felicius, cui promittitur regnum cœlorum: nihil laboriosius, qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius, qui vincit diabolum: nihil imbecillius, qui à carne superatur. ¶ Lactantius Christianos vocat Immortalitatis candidatos, lib. 6. Instit. cap. 18. in fin.

Chrōmătă, n. t. χρώματα. Pol. *Odoby.* Vng. *Szin, ekẽsség.*] Præter vulgatam illam apud Græcos significationem, qua colores denotantur, quæ propriè visus sunt objecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & colores à Latinis appellantur. ¶ Unde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiã mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur. ¶ Chromatarii, inquit Cornutus, in Satyr. 4. Persii, dicuntur colorarii, vel qui toto die in arena sunt vel sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet. Unde Iuven. libro 4. Satyr. 2: Nostra bibat vernum contracta cuticula solem, Effigiatq; togam.

Chrōmbŭs, Genus piscis est, cujus tres enumerantur species, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. lib. 32. cap. 11.

Chrŏmis, apud Plin. li. 32. cap. 11. Piscis est in aqua nidificans.

Chrŏnĭă, orum, χρόνια, Saturni festa.

Chrŏnĭcă, orum, neut. gen. [דברי הימים *dibre hajjamim.* τὰ χρονικά. Gall. *Chroniques, annales.* Ital. *Cronica, annali.* Ger. Geschichtbücher/ Cronicken. Hisp. *Cronica ò historia de tiempos.* Pol. *Kronika, ksiązga mowiaca wszbie sprawi potocznc.* Vng. *Kronica, historia vdvrend tartásá.* Ang. *Chronicles, histories of thinges done frome yeare to yeare.*] non Chronica, eæ, (ut indocti usurpant) Annales, sive historiæ, temporum memoriam conservantes, quibus scilicet res gestæ, servato temporum ordine digeruntur. ¶ Invenitur & Chronicus, ca, cum. Gell. libro 17. capite 21: Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci, simul atq; Romani viri. ¶ Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. libro 35: Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore nõ dubio.

Chrŏnĭzo, as, [התמהמה *bitmahmah* עוך *echár* χρονίζω. Pol. *Poliegam.* Vng. *Mul'atozok naplok.*] Græcum verbum idem significans quod moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo verbo usus est Lucret. lib. 2: Et satiati agni ludunt, blandeq; chronissant.

Chronologia, χρονικὴ sive χρονολογία, an sit pars quoq; philosophiæ, consule Pibliand. in suæ Chronologiæ principio, ubi hanc quæstionem latiùs disputat.

Chrŏnŏs [זמן *heth* זמן *zemán.* χρόνος. Gall. *Temps.* Ital. *Tempo.* Ger. Die zeit. Belg. Den tyt. Hisp. *Tiempo.* Pol. *Czas.* Vng. *widö.* Ang. *Tyme.*] Latinè tempus dicitur. Cicer. 2. de Natur. Deor. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum, ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet: χρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος: id est, temporis spatium. Hinc factus est locus fabulæ: Cronon, hoc est, Saturnum, filios suos devorare, & eosdẽ rursus evomere: qua nihil aliud significatur, quàm temporis successu omnia gigni & rursus consumi.

Chrȳsălĭs, dis, χρυσαλὶς Erucæ genus est ex rore nascens, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio. Vide Plinium lib. 11. capite 23.

Chrȳsānthĕmŏn, χρυσάνθεμον, Genus est anthemidis sive chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucanthemo distinctum, de quo separatim agit Dioscorides lib. 4, meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.

Chrȳsăspĭdēs, [χρυσάσπιδες. Pol. *Zolnierze swietno vbrani.*] Appellati sunt milites armati clypeis auro cælatis.

Chrȳsēlectrum, χρυσήλεκτρον, Electri species in colorem luteum declinans: de quo Plin. lib. 37. cap. 4.

Chrȳsēndĕtŏn, pen. cor. [χρυσοείδετον. Pol. *Kubek posłorzistu.* Vng. *Aranyas virágos polár.*] Vasis genus aureis crustis illigatum. Martial. libro 6: Si videre potes miseri chrysendeta Cinnæ.

Chrysippea, æ, Herba à Chrysippo inventore dicta: cujus meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

Chrysiceptrum,

Chrysiceptrum, chamæleon albus, Dioscorid. libro 3. capite 3.

Chrysites, χρυσίτης, Gemma est in Aegypto nascens, quæ alio nomine Philogynos dicitur, ostreæ similis Atticæ. Plin. lib. 37. cap. 10. Numeratur etiam Chrysites inter genera lapidis mortariorum à Plin. lib. 36. cap. 22.

Chrysitis, χρυσῖτις, quæ dicatur docet. Plin. lib. 33. cap. 6. his verbis: Fit (inquit) in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti, genera ejus tria, optima, quam Chrysitim vocant: secunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunq; omnes hi colores in ijsdem tubulis inveniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis, Chrysitis ex ipsa vena fit. Argyritis ex argento: Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ Paracolis fit: unde & nomen habet. ¶ Est item Chrysitis herbæ genus, quæ alio nomine Chrysocome appellatur: de qua vide paulò pòst in dictione CHRYSOCOME.

Chrysoberillus, χρυσοβήρυλλοι, Beryllo quidam pallidiores. sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est autem Beryllus gemma proxima smaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chrysitis, Mercurialis, Dioscor. lib. 4. cap. 202.

Chrysocolis, [χρυσοκόλις. Pol. *Maruna.*] A' quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomenclaturis quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus reiciuntur.

Chrysocarpum, χρυσόκαρπον, Hederæ species est, ab aureo aciorum colore ita appellata. Autor Plin. lib. 16. cap. 34.

Chrysocolla, [χρυσοκόλλα. Ger. *Berggrün.*] Humor qui in Metallis per venas defluit, crassescente limo, rigoribus hybernis, usq; in duritiam pumicis: laudatissima est in ærariis metallis: proxima in argentariis: tertia in aurariis: deterrima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit & cura, multùm infrà naturalem illam, immissis in venam aquis leviter hyeme tota, usque in Iunium mensem, deinde siccatis in Iunio & Iulio: ita ut planè intelligatur, nihil aliud esse chrysocollam quàm venam putrem. Nativa autem ab hac duritia multùm distat, quam luteam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam luteam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam, quam luteam appellant, ut nativam ementiatur. Hęc autem duo genera in usu sunt pictoribus. ¶ Est tertium Chrysocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum: unde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. [Gall. *Colle à or, soudure d'or, borax.* Ital. *borras.* Ger. Burris/mit welchem die Gold schmid löten. Hisp. *Borax à attincar.* Pol. *Burs ktorim zł'otnici lutuia.* Vng. *Glét, arany glet.* Ang. *Gold Soulder wherewith gold is soulded.*] Vide plura de hac re apud Plin. lib. 33. cap. 5.

Chrysocome, f. p. [χρυσοκόμη. Pol. *Parsięzydio.*] Herba est, quæ alio nomine Chrysitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisq; nascens.

Chrysocomus, pen. corr. [χρυσοκόμης. Pol. *Zł'otowł'os.* Vng. *Aranyhaiú.*] Comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, a fulgore radiorum, quæ comæ sunt Solis aureæ.

Chrysogonum, χρυσόγονον, Herba est folio querno, flore corymbi verbaci, radice rapi, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum aceto, muris aranei morsibus auxiliatur. Autor Dioscor. lib. 4. cap. 46. Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

Chrysolachanon, χρυσολάχανον Dioscoridi, herba est eadem cum atriplice. [Gall. *Herbe nommee arroche, ou bonnes dames.* Ital. *Armola, trapese, repese.* Germ. Wilde mitten/ Scheißmitten. Hisp. *Armuelles.* Pol. *Loboda.*] Plin. verò lib. 27. cap. 8. duo facit Chrysolachani genera: unum in pinetis nascens, lactucæ simile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrysolampis, χρυσόλαμπις, Lapillus in Aethiopia nascens, noctu ignei coloris, licet die pallescat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrysolectrum, Vide CHRYSELECTRVM.

Chrysolithus, [ברקת *bareketh.* χρυσόλιθος.] penultima cor. Lapis preciosus, aureo nitore translucens: χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ovid. 2. Metamorphos. Per juga chrysolithi, positæq; ex ordine gemmæ. Vide Plinium libro 37. capite 9.

Chrysoma, atis, [χρύσωμα. Pol. *Posłotka.* Vng. *Föl mœuelt arany.*] Græci vocant, quod nos aurum factum, quod scilicet in vasa, aut alium usum laboratum est.

Chrysomallos, χρυσόμαλλος, Epitheton est arietis illius, quo Phryxus trans Hellespontum vectus est: ab aureo nimirùm vellere, quod illi Poëtarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλλὸς vellus significat, sive lanam.

Chrysomela, [χρυσόμηλα. Pol. *Morelki.* Vng. *Bisalma.*] Mala sunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinata, & incisuris quibusdam crispata: eadem, ut opinor, cum iis quæ Virgilius Aurea mala appellat. Vide Plinium libro 15. capite 11.

Chrysoplysium, Bud. [Ger. *Die kunst Gold zu weschen.*]

Chryoplytes, [Ger. *Goldwescher.*]

Chrysos, piscis aurei coloris, cujus Ovidium in Halieuticis meminisse autor est Plin. lib. 32. cap. 11. Sunt qui suspicentur eundem esse, quem nunc *Auratam* dicimus.

Chrysopastus, [χρυσόπαστος. Pol. *Zł'otem posypani.*] Auro aspersus: πάσσω enim spargo significat.

Chrysoprasus, pen. corr. χρυσόπρασος, Gemma est ex genere topaziorũ, à porracea viriditate nonnihil in aurum declinãs: πράσον enim Græci *Porrum* vocant. Inde Prasinus color: id est, porraceus. Vide de hac gemma Plin. lib. 37. cap. 8.

Chrysospermon, χρυσόσπερμον, A' quibusdam appellatur herba; quæ notiore nomine Sempervivum majus appellatur.

Chrysulion, Psyllium. Dioscor. lib. 4. cap. 73.

Chrysulca, Aqua illa est, qua mixta metalla dicuntur. Vulgò *Aquafort*: cujus vim ignorasse veteres colligit Alciat. ex Ulpiani verbis in l. Idem Pomponius scribit versus sed si diduci. de rer. vend.

Chus, χοῦς, sive Choa, Genus mensuræ humidorum apud Atticos Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, sive cotylas Atticas duodecim. Bud.

Chymus, [χυμὸς. Pol. *Pokarm obracaiaci sie wkrew.*] quanvis apud Græcos quemvis succum significet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è ventriculo per mesenterium attracto, quę deinde exactùs in venis excocta, & per earum orificia ad universas corporis partes delapsa, vertitur in illarum alimentũ, instauratq; quod à calore naturali fuerat dissipatum.

Chytra, [סיר *sir* דוד *dudh* טרוד *parúr.* χύτρα. Gall. *Vn pot.* Ital. *Pentola.* Ger. *Ein haf.* Hisp. *La olla.* Pol. *Garniec otrzech nogach, kocioł ek.* Vng. *Fazék.* Ang. *A posnet or skillet.*] & Chytron, vel etiam Chutron, Latinè olla. Inde Chytropus, odis, Olla quæ habet pedes, vel instrumentũ ferreum, super quod olla apud ignem collocatur. [χυτρόπους Gall. *Pot à trois pieds.* Ital. *Pentola con tre piedi.* Ger. *Ein dreyfuß.* Hisp. *Olla con sus pies para cozer* Pol. *Drisiu.*] Cato: Vbi in Chutra fervefecerit id lotium, sub tellam supponito pertusam.

C ante I.

C M. In notis antiquorum, centum millia. C I C. Cicero. C. I. C. Cajus Iulius Cæsar. C. IIII. I N. Cubitus tres inveniens. C S. C I P P. Cippius: ſñ est, terminus, ut ad tertium cippum, seu lapidem. C I V. Civis vel civitas. C. I V. Causa justi. C. II. I V. P. cubitos duos inveniens plumbum.

Cibale, Cibarium, Cibo. Vide CIBVS.

Ciborium, n. s. κιβώριον, Dioscorides interpretatur utriculos quosdam in faba Aegyptia (quam & Colocasiam vocat Plinius) vesparum favis similes, in quibus fabæ sunt bullarum modo emergentes. Idem & Cibotium appellari testatur, quasi scrinniolum: propterea quòd feratur faba hæc indito in madentem gleba semine, sicq; in aquam projecto. Habet autem faba Aegyptia folia latissima, petasi, sive galeri similitudine, quibus Alexandrini pro poculis & catinis utebantur, testibus Plin. lib. 20. cap. 15. & Strabone lib. 17. ¶ A' quorum etiã similitudine Populi quoddam genus Cibotium, sive Ciborium vocari autor est Athenæus. In qua etiam significatione usus est hac voce Horat. lib. 2. Carm. Ode 7: Oblivioso lævia Massico Ciboria exple.

Cibus, m. f. Omne id quo vescimur. [אכל *ćchel* מזון *mazón.* σῖτος. Gall. *Viande.* Ital. *Cibo.* Ger. *Speiß.* Belg. *Spyse et cost.* Hisp. *Ceuo, mantenimiento, manjar* Pol. *Pokarm iadł'o.* Vng. *Etek.* Ang. *Meat, foode, sustenance.*] Donatus cibum distinguit à victu, quod Cibus etiam delicatis præbeatur: Victus in parvis, aridisq; alimoniis constiturus sit. Ter. in Andria: Lana ac tela victum quæritans. Idem in Evnucho: Viden' otium & cibus quid faciat alienus? Ibidem: Cibum nonnunquam capiet cum ea. ¶ Deorum cibus, θεῶν τροφή. De prælautis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id unquam senescere. Sueton. in Nerone. ¶ Cibum in matellam ne immittas, σῖτον εἰς ἀμυδρὰν μὴ ἐμβάλλειν. Interpretatur Plutarchus: Ne sermonem urbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animi: is corrumpitur & putrescit si in animum invncerum inciderit. ¶ E' flamma cibum petere. Terent. in Evnuch. dixit in parasitum, pro quivis cibi causa pati ac facere.

Cibo, as, Cibum infero, alo, nutrio, [אכל *beechil* σιτίζω. Gall. *Nourrir, seruir de viande, bailler à manger.* Ital. *Nodrire, cibare.* Ger. *Speisen.* Hisp. *Criar y mantener.* Pol. *Karmie.* Vng. *Enni adok, étetőm, táplálom.* Ang. *To feede.*] Colum. lib. 6: Atq; ea genera, quæ intra septa villæ cibantur, ferè persequuti sumus.

Cibaria, orum, Alimenta non modò hominum, verùm etiam quorumvis animalium. [מאכל *maachál.* ὸ βίος, τὰ ἐδώδιμα, ἡ τροφή. Gall. *Nourriture, viande, pension, despense, vsures.* Ital. *Nutrimento, cibo.* Ger. *Allerley speyß der Leuten vnd des Viehs.* Hisp. *Mantenimiento, ceuo.* Pol. *Pokarmy wszelakie.* Vng. *Etek, eledel.* Ang.

Meat, foode, sustenance.] Cic. ad Attic. lib. 6: Respondi me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. Cicer. pro Sext. Ros. Anseribus cibaria publicè locantur. Cato de Re rust. cap. 60: Bubus cibaria annua in juga singula lupini modios c x x. &c.

Cĭbārĭŭs, Quod ad cibum pertinet. [τρόφιμος, σιτικός. Gall. *Appartenant à nourriture, bon à manger.* Ital. *Cosa che appartien al cibo.* Ger. Das der Speiß zugehörig ist. Hisp. *Cosa de mantenimiento.* Pol. *Pokarmowy.* Vng. *Etekhöz valo.* Ang. *Perteaning to meate.*] Macrob. lib. 3. Satur. Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Caro enim sumptuarias leges, cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, ὑπομαῖος ἄρτος Aeginetæ, dicitur panis secundarius, qui fit ex farina secundaria ex qua flos antè excussus est. Cornelius Celsus libro 2. capite 17: Firmius est triticum quàm milium: idipsum quàm hordeum, & ex tritico firmissima siligo: deinde similia: deinde cui nihil ademptum est, quod ὠτόπυρον Græci vocant. Infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Hæc ille. Cicer libro 5. Tusc. Cui eum peragranti Aegyptum, comitibus nō consequutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. [Gall. *Gros pain, pain de mesnage, pain bis duquel on n'a rien tiré.* Ital. *Pane grasso, secondario.* Ger. Rauch/schwartz Brot. Hisp. *Pan baco.* Pol. *Chleb domowy, powszedny.* Vng. *Fekete, korpás kinyér.* Ang. *Gray breade.*] ¶ Cibarium vinum pro ignobili. Varro: Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodē dicitur pro sordido & plebeio. ait enim: Turus frater cibarius fuit Aristoxenus. ¶ Cibarium oleum, Columel. libro 12. capite 50: Cavendum est itaque ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cĭbātŭs, hujus cibatus, m. g. Idem ferè quod Cibus. [βόσκημα. σιτίον, βίος. Gall. *Nourriture, mangeaille.* Ital. *Cibo, reficiamento.* Ger. Speisung. Hisp. *Mantenemiento, ceno.* Pol. *Karmia.* Vng. *Etek.* Ang. *Feeding, nourishing.*] Plin. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Plautus in Mil. Interclude inimicis commeatum: tibi muni viam, Qua cibatus commeatusq; ad te & legiones tuas Tutò possit pervenire.

Cĭbālis, & hoc cibale, Quod ad cibum pertinet. [τροφιμαῖον. Pol. *Zigni.* Vng. *Etekhöz valo.* Ang. *Belonging to foode.*] Varro: Est enim lac omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ovillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus quotquot videre contigit, Dictionarii hujusce editionibus: quum tamen in emendationibus Varronis exemplaribus, Cibi causa legatur, non cibali. Locus Varronis est de Re rust. lib. 2. cap. 11. quem ideo indicare visum est, ut & lectori diligentiæ nostræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potiùs nostri somnio, quàm optimorū exemplarium fide freti, videremur emendasse.

Cibicida, æ, Qui cibum cædit: hoc est, comedo, sive lurco. Lucil. lib. 27: [Ang. *Which carueth meat.*] Viginti domi an triginta vel centum cibicidas alas. Ex Nonio.

Cibilla, æ, [Gall. *Table ronde.* Ital. *Mensa.* Germ. Ein Tisch auff dem man isset/ Ein scheybtisch. Hisp. *Mesa redonda.* Pol. *Stol' okragl'y.* Vng. *Asztal, Kerek asztal.* Ang. *A rounde table.*] teste Varrone lib. 4. de lingua Latina: Mensa erat escaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotunda. ¶ Festus item Cibillam interpretatur mensæ rotundę genus: apud quem tamen Cillibam corruptè legi putaverim, pro Cibilla.

Cĭcādă, f. p. [τέττιξ. Gall. *Cigale.* Ital. *Cicala.* Ger. Ein thierlin das im Sommer auff den bewmen singt: Etlich nennen es Hewschreck. Belg. Eenen Krecket. Hisp. *Cigarra ò chicharro.* Pol. *Świerczek.* Vng. *Prusök.* Ang. *A grashoper.*] Insecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, nonnisi æstivis mensibus apparens: unde & Cicadam quidam dictam volunt, quasi citò cadentem: hoc est, evanescentem. Virgil. 3. Georg. Et cantu querulę rumpent arbusta cicadę. Idē Aeglog. 2: At mecum raucis (tua dum vestigia lustro) Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Plin. li. 11. cap. 26, autor est, cicadam ex omnibus quæ vivunt, sine ore esse, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proveniunt, & novissimæ pereunt: majores, quæ canunt, vocantur Achetæ. ¶ Cicadæ apem comparas, τέττιγα πρὸ μέλιττων συγκρίνεις. Convenit in res supra modum impares, propterea quòd cicada cùm major, tùm canora quum sit, non modò minuto corpusculo, verumetiam penè muta. Lucianus. ¶ Cicadis pleni, τεττίγων ἀνάπλεως. In glorioſos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac jam desitis utentes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicada vocalior, τέττιγος εὐφωνότερος. Dici solitum in hominem impendio garrulum aut admodum musicum: propterea quòd hoc insectum rore duntaxat vivens, cantu potissimùm delectetur.

Cĭcātrix, cis. f. t, Propriè, est signum vulneris obducti, quasi circa cutem, vel quasi occæcatrix. [אֲרוּכָה *arucháh.* ἀλή. Gall. *Cicatrice, la marque qui demeure apres la playe.* Ital. *Il segno della ferita ò piaga.* Ger. Ein wundmal/ ein schramm/ Ist ein zeichen einer vorerwachsnen wunden. Belg. Een littecken. Hisp. *Sennal que queda de la herida.* Pol. *Stram, blizna.* Vng. *Seb hely, vak seb.* Ang. *The scarre of a wounde.*] Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coivit, fuerat. Terent. in Evnuch. Neq; pugnas narras, neque cicatrices suas Ostentat. Cic. 7. Phil. Luculentam tamē ipse plagam accepit, ut docet cicatrix. ¶ Hinc Cicatricare, teste, Festo, pro eo quod est cicatricem ducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur: quum dolor temporū spatio jam mitior, renovatur. Cicero in Rullum: Ne aut refricare obductam jam Reip. cicatricem viderer.

Cĭcātrĭcōsŭs, Cicatricibus plenus. [ἑλκώδης. Gall. *Plein de cicatrices.* Ital. *Pieno di segni de ferite.* Ger. Voll wundmäterer. Hisp. *Lleno de sennales di heridas.* Pol. *Szramowaty.* Vng. *Seb helyös, vak sebös.* Ang. *Full of scarres or gashes.*] Columel de Arb. cap. 11: Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Quintil. lib. 4. capite 1: Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpiùs: quum vitio fuum proœmium posse videri, ut cicatricosa facies.

Cĭcĭum, Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est malo punico, velut cellularū discrimen. [Ger. Ein dünn subtil heut lin/ als in den Granatöpffeln zwischen den kernen. Pol. *Lupina wpomarańzi.* Ang. *The thinne skinne of a pome garnette.*] Festus: Cicū mēbrana tenuis malorū Punicorum. Varr. li. 6. de ling. Lat.

Cĭcĕr, ris, n. t Genus leguminis. [ἐρέβινθος. Gal. *Poix ciche.* Ital. *Cece.* Ger. Kicheren. Hisp. *Garvanc.* Pol. *Wl'oski groch.* Vng. *Bagoly borsó, cziczer borsó.*] Plinius libro 18, capite 12: Ciceris natura est gigni cum saltilagine: ideo solum urit, nec nisi madefactum priùs, sevi debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 1 Serm. Sat. 6: Inde domum me Ad porri, & ciceris refero, laganiq; catinum. Idem in Arte poet. dixit: Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, deq; ima plebe quempiam significans.

Cicer arietinum, aliud à sativo vulgari. Vide Dioſc. lib. 2. Plin. lib. 18. Theophr. lib. 9. Paul. lib. 6.

Cicer erraticum, serpillum.

Cĭcĕrcŭlă, æ, f p. [Gal. *Cicerole, vne sorte de poix ciches.* Ital. *Cicercola.* Germ. Schwartzlechte kicheren/ graw erbs. Hisp. *La galgana, legumbre.* Pol. *Wyka.* Vng. *Lóbnök.*] Leguminis genus, à Columella inter pabula annumeratum, à cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior. Græcis ἔρεβος dicitur, si Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & erviliam vertit.

Cĭcĕrbĭtă Leonicenus dicit illam esse, quam Dioscorides Sonchon appellat.

Cĭcĕrcŭlă, æ, Leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens, veluti pisum. [λάθυρος. Gall. *Cerres, pois cerres.* Ital. *Cicerchia.* Ger. Kleine kicheren. Hisp. *Cicercha* Pol. *Szocewica.* Vng. *Vad borsó, szeges borsó.*] Plin. lib. 18. capite 12. Est & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens veluti pisum. Columell. libro 2. capite 10. Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario, aut Februario seri debet, læto, loco, cœlo humido.

Cĭcĕrcŭlum, neutr. gener. Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarii. Usus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellant.

Cichorium, penult. producta, κιχόριον Dioscoridi. Herba est, quam alio nomine Intubum erraticum vocant. [קִרְיוֹן *merór.* Gall. *De la cichorée.* Ital. *Cicoria, ridichio.* Ger. Wegweiß/ Sonnenwirbel. Hisp. *Chicoria, yerua conocida.* Pol. *Podroznik, nawrot.* Vng. *Katáng kóro.* Ang. *Wild succoury or endyue.*] Plinius libro 20. cap. 8: Cichorium refrigerat in cibo sumptum. Idem lib. 19. cap. 8: Est & erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium vocant. Horatius dictionis hujus penultimam syllabam produxit: corripuit autem antepenultimam, perinde acsi apud Græcos κιχόριον scriberetur: Me (*inquit*) pascunt olivæ, Me cichoria, levesq; malvæ. Posterior versus est Dactylicus, Alcimanius, Acalecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondæis

Cici, [קִיקָיוֹן *kikajón.* κίκι, ἡ κρότων. Pol. *Skorzek wielky.*] Frutex est parvæ fici magnitudine, folia habens platano similia, majora tamen nigrioraq;, & majore lævore mollia: semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum recino vermi simile est: ex quo colligitur id, quod Ricinium oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris utile. Ab hujus seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem *Ricinum* appellant, quemadmodum & Græci κρότωνα. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 145, & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie *Cataputiam majorem* vocat.

Cicinus, a, um, adjectivum: ut, Oleum cicinum, κίκινον ἔλαιον Dioscoridi, quod & Ricininum appellari paulò antè docuimus.

mus. Plin. lib.23. cap.4: Oleum cicinum bibitur ad purgationem ventris cum pari caldæ mensura.

Cicina, (quod hic pro ave nocturna legebatur) Vide CICVMA.

Cicīndēlă, f.p. penultima producta. [πυρολαμπὶς, Arist. Gall. *Ver ou mouche luisante de nuict, au temps que les bleds sont meurs ou fiez.* Ital. *Mosca picciola detta luciola, che luce di notte.* Ger. Mücke oder käferle die zu nacht scheinen. Hisp. *Lucernega.* Pol. *Zł'otnik, chrząszczik wnocy świecący.* Vng. *Eyel twndŏkliŏ bogáratska, villantso.* Ang. *A globerd or gloworme.*] Genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore: à Græcis λαμπυρὶς dicta. Quidam Nocticulam, alii Nitedulam vocant. Non ante matura pabula, aut post desecta conspicitur: hunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis, quem vulgò *Lampadem* vocant, Cicindela appellatur, quę nocte tota servatur accensa, & lampyridis instar lucet.

Cicōnĭă, Avis quæ serpentibus pullos nutrit, teste Plin lib.10. cap.13. [חסידה *chasidháh.* πέλαργος. Gall. *Cigongne.* Ital. *Cigogna.* Ger. Ein Storck. Belg. Een Ooyevaer. Hisp. *Cigueña.* Pol. *Boccian.* Vng. *Eztrag.* Ang. *A storke, a birde so called.*] Iuvenal. Satyr.14: serpente ciconia pullos Nutrit, & inventa per devia rura lacerta. Ovid.4. Metamorph. sumptis quin candida pennis Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. ¶ Quo etiam nomine ab Hispanis vocatur lignum rostratum, quo à puteis hauriri aqua solet: quod & *Telonem* agricolæ vocant. ¶ Item Ciconia mensuræ genus est, sive instrumenti, quo rustici uti solent in sulcis & fossis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior esset, aut latior. Colum. lib.4: Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti majores nostri, regulam fabricaverunt, in cujus latere virga prominens ad eam altitudinem; qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripę partem. Id genus mensuræ *Ciconiam* vocant rustici. ¶ Ciconia etiam sannæ & irrisionis species est. Irrisores enim apud veteres digitis colligatis, & ad inferiorem partem inclinatis ciconinum rostrum formabât, quod quum præsentarent post tergum nutantes, deridebant. Vnde Persius Sat.1: O' Iane à tergo quem nulla ciconia pinxit.

Cicuma, æ, Avis est nocturna, teste Festo. [Pol. *Lielek.*] Cælius lib.17. cap.11. nyctícoracem interpretatur.

Cĭcŭr, cicuris, pen. cor. adjectivum, Animal mansuetum: [תר] *Iummádh.* ἥμερος. Gall. *Apriuoisé, priué, qui hante auec les hommes.* Ital. *Animal di seluatico fatto domestico.* Ger. Zam/gewennet. Belg. Zam. Hisp. *Cosa domestica, duenda y mansa.* Pol. *Oggł'askany, łasklywy.* Vng. *Szeléd.* Ang. *Tame.*] ut Aper, cervus, leo, & quicquid cicurari: id est, mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id Cicur dicitur. Cicero 5. Tusculan. Earum ipsa autem cicures, nonnullas abditas, terraq; tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Varr. de ling. Lat. libro sexto.

Cĭcŭro, as, Mansuefacio, verbum vetus, quod alio verbo dicitur Exarmo. [תר] *Iimmádh.* ἡμεροῦμαι. Gall. *Apprioiser.* Ital. *Domesticare.* Germ. Zam machen. Hisp. *Amansar los animales fieros.* Pol. *Oggł askuie.* Vng. *Meg szeledistŏm.* Ang. *To tame, or to mak tame.*] Varr. de ling. Lat.

Cicūtă, pen. prod. f.p. [κώνειον. Gall. *Cigue, herbe venimeuse* Ital. *Cicuta herba.* Ger. Schirling. Hisp. *La cecuta planta nota.* Pol. *Swiniaweś.* Vng. *Bŏrŏk.* Ang. *Hemlocke.*] Herba venenosa, teste Plinio lib.25. cap.13, caule viridi & geniculato, altior cæpe binis cubitis; in cacuminibusq; ramosa, foliis coriandri tenuioribus, grávi odoratu, semine ániso crassiori, radice concava, nullius usus: nam semini tantum & foliis refrigeratoria vis est. Cicutæ famam Athenienses auxerunt, succo eius capitali judicio damnatis necem inferētes. Iuvenal. Satyr.7: Hunc inopem vidistis Athenæ, Nil præter gelidas aquæ conferre cicutas. ¶ Est itē Cicuta (ut Servius docet) in cannis calamisve, quod interceptum est inter duos nodos. Virgil.2. Aeglog. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Cicuraria, myrthis Dioscoridi.

Cĭdărĭs, ris, penultima correpta. [צניף *tsaníph.* κίδαρις. Pol. *Zawoi.* Vng. *Patyolat, fŏkŏfia.*] Tegumentum capitis, quo Persarum reges peculiariter, utebantur, albis maculis in cærulei coloris fascia intermicantibus. Qu. Curtius libro 3: Cidarim regum capitis vocant insigne. Hieronymus item autor est, Hebræorum Pontifices cidari uti solitos, in qua Dei nomen habebant inscriptum.

Cidonium malum, idem quod coroneum. [Pol. *Pigwa.* Vng. *Bisalma.* Ang. *A quince peare.*] Hinc Cidonium vinum, ex ejus mali succo confectum. Vlpian. de trit. leg. si quis. Cidonia, *inquit*, si qua alia sunt vina quæ non ex vinea fiunt.

Cĭĕo, es, Cio, is, ambo civi, citum faciunt: sed à Cieo, es, fit Citum penultima correpta: à Cio verò producitur. Ovidius libro 1. Metamorph. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Idem lib.1. Trist. Accitus toties in genus omne joci. ¶ Et Cieo quidem significat turbare, commovere. [הרעיר *behir* הבעיט *heniáh.* ἐξορμάω, κινέω. Gall. *Prouoquer, esmouuoir.* Ital. *Mouere, turbare.* Ger. Bewegen/betrüben. Belg. Beweren. Hisp. *Mouer, turbar y llamar.* Pol. *Zamecam, pobudzam.* Vng. *Föl mozdítom, inditom, boxgatom.* Ang. *To stirre or raise vp, to call or name.*] Virgilius 4. Aeneid. -tonitru cœlum omne ciebo. ¶ Cio verò, voco proprié. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando movere est: sicut & Ciere vocare, adeò ut alterum pro altero quandoque sumi posse videatur. Virgil. 6. Aeneid. Misenum Aeolidem, quo non præstantior alter Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu. Columell. libro 7. capite 5: Cio, is, posuit pro commoveo: Nullo (*inquit*) tempore, & minimè æstate utile est, boves in cursum concitari: nam ea res cit alvum. Livius libro 1: Principes utrinque pugnam ciebant. Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo, & si qua sunt alia composita. Primùm significat commoveo vel convoco. Liv. Galli, quos prædæ populationumq; conciverat spes. Secundùm, foras moveo & excutio. A' Cio fit Excio, evoco. Statius libro 4. Theb. -suus excit in arma Antiqua Tityntha Deus. Accio sive Arcio: de quibus suprà, Prœcio, provoco, Percio, pulso, tango, percutio, valde commoveo. Concio, simul voco, congrego. Hinc Concio, onis, quod tria significat, autore Gellio: populum ipsum, qui ad audiendum convenit: orationem ipsam quæ coram multitudine habetur: & locum, sive suggestum, ex quo habetur oratio. A' Concio, Excio, Procio, rursus fiunt, Concito, Excito, Procito, frequentativa. Porrò quòd præterita & supina eadem amborum simplicium sunt, itemq; compositorum, orta est non parva interpretandi ea verba difficultas. Nam Cito, as, frequentativum est amborum primitivorum, Cio & Cieo: ideò aliquando vocito, aliquando frequenter moveo significat. Pro vocito, ἐπάγομαι. Cicer. in Verr. Act. 4: Citatur reus, causa agitur. Pro crebrò moveo. Colum. libro 8: Ne immaturis herbis citetur alvus. Igitur non somniculosè spectanda sunt frequentativa, composita, præterita, participiaq; compositorum, ut quæ convocationis magis proprietatem habent à Cio, quæ verò motiones, è Cieo sumantur.

Cĭtŭs, m. f. Celer, velox, [מהיר *mahir.* ὀξύς. Gall. *Soudain, viste.* Ital. *Veloce.* Ger. Schnell/behend. Hisp. *Muy ligero.* Pol. *Prętky, wartky.* Vng. *Gyors.* Ang. *Swift, spedie.*] Liv. 6. bel. Pun. Eques citus ab Roma venit. Salust. Modò citus, modò tardus incessus ejus. ¶ Hinc Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor, Citissimus omnium rediit. ¶ Est & Citus participium à Cieo, pro citatus vel agitatus. Virgil. lib.8. Aeneid. Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ Distulerant.

Cĭtō, adverbium: [במהרה *bimherâh.* ὀξέως, πρόχειρος. Gall. *Tost, soudainement.* Ital. *Subito, tosto, presto.* Ger. Geschwind/bald/fluge: Hisp. *Presto o ligeramente.* Pol. *Prętko, ochotnie.* Vng. *Gyorsan hamar.* Ang. *Hastelie, spedelie.*] Terent. in Eunuch. Citò hunc deduci ad militem. Cicer. Varr. lib.4: Quid ergo potissimùm scribam? quod velle te puto, citò me ad te esse venturum.

Cĭtĭŭs, comparativum. [Pol. *Richlei.* Vng. *Gyorsabban, hámaráb.*] Terentius in Hecyra: Quæ me propter examinatum citiùs educi foràs. Virg. Aeneid. 1: Hæc ait, & dicto citiùs tumida æquora placat.

Cĭtĭssĭmē, superlativum. [Vng. *Igŏn gyorsan.*] Plin. lib.17. cap. 4: Citissimè ascias retundit.

Cĭto, as, p. frequentativum à Cieo, In jus voco, adesse jubeo, diem alicui dico, accuso. [קרא *karâ.* προσκαλοῦμαι, προσφέρω. Gall. *Appeller, hasler, faire auancer.* Ital. *Citare, chiamare.* Ger. Berüffen/citieren. Hisp. *Llamar.* Pol. *Pozwam, cituie.* Vng. *Bé idézŏm.* Ang. *To call to iustice, to summond, to sett a day of compearing to iustice.*] Cicer. antequam iret: Non citatur reus audaciæ, sed virtutis reus citatur: id est, accusatur. Cicer. pro Cluent. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atque iterum prædicata, condemnatus in judicium venerit. Et in Verrem 4: Citat reum, non respondet: citat accusatorem, citatus accusator M. Pacilius, nescio quo casu, non respondit, nŏ adfuit. ¶ Aliquando videtur poni pro laudare. Idem de Nat. deor. libro 1: Tu ipse paulŏ antè, quum tanquàm Senatum Philosophorum citares, summos viros desipere dicebas. ¶ Citare etiam, Incitare, provocare. [העיר *behir* הביט *heniáh.* παροξύνω. Gall. *Inciter, prouoquer.* Ital. *Incitare, ismouere.* Germ. Bewegen/nötigen/treiben. Hisp. *Mouer.* Pol. *Pobiedzacz, przimuszac.* Ang. *To stirre vp, to anger or prouoke.*] Cæsar 3. bell. civil. Protinusque equo citato, Larissam contendit. Livius libro 1. ab Vrbe: Age sanè omnes citatis equis advolant Romam. Columell. libro 8: Ne immaturis herbis citetur alvus. Alia composita sunt Conceito, quod est ad iram provoco. Item Excito, suscito, &c.

Cĭtātŭs, participium, sive nomen ex participio, Acceleratus, vel citus, aut velox. [מהיר *mahir.* ὀξύς. Gall. *Esmen, hasté, auancé, legier, viste.* Ital. *Chiamato, citato, veloce.* Germ. Schnell/behend.

Hiſp. *Llamado; ligero.* Pol. *Pobudzony, ochotny, wartky.* Vng. *Gyors, hamaria.* Ang. *Stirred or moued vp, ſpedie.*] Apuleius: Citato, non teſtudineo greſſu. Liv. libro 8. bell. Pun. Citato gradu in hoſtem ducebant. Idem: Citato vadere equo. Liv. 7. bel. Pun. Nero ea nocte quæ ſequuta eſt pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine, die ſexta ad ſtativa atq; ad hoſtem pervenit. Ibidem libro 2: Quàm citatiſſimo poterant agmine ſeſe abripuerunt.

Cĭtātĭm, adverbium, Celeriter, velociter. [בחרה *bimherâh.* πακύ. Gall. *Haſtiuement, viſtement.* Ital. *Preſto.* Ger. Schnellig-ẽtlich/eins wegs/bald. Hiſp. *Preſtamente, preſto.* Pol. *Hned, woskok.* Vng. *Gyorſon, hamarſággal.* Ang. *Haſtelie, ſpedelie.*] Hircius de bell. Afric. Ipſe cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

Cĭlĭcĭum, cii, n.ſ. à Cilicibus populis dictum eſt, apud quos (ut inquit Varro 2. de Re ruſtica capite 11.) Cilicia primùm confecta ſunt. [שק *ſak.* χιλίκιον δφθερα. Gall. *Vne haire, vne eſtamine.* Ital. & Hiſp. *Cilicio.* Germ. Ein Kleid das auß Bockshar oder geißhar gemachet iſt. Pol. *Wł'oſniowa ſuknia, gunka. item Wełnianka.* Vng. *Gúba.* Ang. *A cloth made of heare, a ſtrayner.*] Cicero 3. in Verrem: Quum iſte civitatibus frumentum, toria, cilicia, ſaccos imperaret. Fiunt autem ex villis hircorum atque caprarum: adhibenturq; (ut Vegetius inquit) ad excipiendum impetum ſagittarum. ¶ Aſconius ſcribit Cilicia tecta eſſe ex pilis, in caſtrorum uſum atque nautarum. ¶ Inde Cilicina veſtis, quæ ex Cilicio eſt, vel ei ſimilis. [ἡ ἐκ τῦ χιλικίυ ἢ τριχίνιος ἐσθής. Gall. *Vne haire, veſtement de poil de cheure ou de boue.* Ital. *Veſtimento teſſuto di pili di diuerſi animali.* Germ. Ein härem kleid. Hiſp. *Veſtidura de pelos como de cabras y otros animales.* Ang. *The kille clothe of heare.*]

Cĭlĭum, [ὀφρῦς. Gall. *La peau qui couure les yeux deſſus & deſſous en les clignant.* Ital. *Ciglio.* Ger. Die höhe oder der reyß ob den augklideren. Belg. Een oogbrauwe. Hiſp. *La peſtanna ò parpalo del ojo.* Pol. *Brwy.* Vng. *Szőm héa, szőm szőr.* Ang. *Thecye lid.*] teſte Plinio libro 9. capite 37: Antiqui vocaverunt extremum ſuperioris genæ ambitum; unde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos quibus oculus integitur, & a quibus palpebræ: hoc eſt, pili dependent. ¶ Alii Cilia intelligunt folliculos ipſos quibus oculus integitur. Nam quas Græci vocant βλεφαρίδες, Theodorus Cilia vertit. Lactantius quoque de Opific. oculos cilìorum tegminibus occultatos ſcribit. ¶ Cilium (inquit Feſtus) folliculus, quo oculus tegitur: unde & Supercilium. Idem alibi: Súpercilium dicitur, quòd ſuper cilium ſit: id eſt, integumentum oculi ſuperius.

Cĭllĭbæ, pen. corr. Vide CIBILA.

Cĭllĕo, Antiqui uſurpaverunt pro moveo: [קרץ *karáts.* κινέω. Gall. *Mouuoir.* Ital. *Mouere.* Ger. Bewegen. Hiſp. *Mouer.* Pol. *Poruſzam.* Vng. *Pillogatok, mozgatom.* Ang. *To moue.*] unde etiam Furcillæ appellatæ ſunt. Autor Servius lib. 2. Georg.

Cillĭbantes, κιλλιβάντες, Inſtrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello, ſcuto imponebant fatigati: ut ex Ariſtophane annotavit Cælius lib. 8. cap. 16.

Cillĭbantum, Vide CYLLIBANTVM.

Cĭlones, [φοξοί. Pol. *Kukliaſtog l'owonie.* Vng. *Hozzufeitő, kinwlób horalakú.*] Dicti ſunt quorum capita oblonga, & compreſſa ſunt: vel quibus frons eminentior eſt, ita ut à dextra ſiniſtraque recisa videatur. Cicero in Saluſt. Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in urbe, &c.

Cima, Vide CYMA.

Cimacia, Vide CYMATIA.

Cimeliarchium, Locus eſt, ubi reponitur theſaurus. Unde Cimeliarcha, cuſtos vaſorum & aliarum rerum Eccleſiæ.

Cīmex, m.t. Vermiculus eſt odore fœdus, ex ligno naſcens, chartisq; & paleis. [κόρις. Ger. Ein Wentete. Belg. Een Wechtuyo. Pol. *Pluskwa.* Vng. *Palazk férög, tſimaz.*] Martialis libro 11: Nec toga, nec focus eſt, nec tutus cimice lectus. Plinius libro 27. capite 9: Folia cimicem necant. Idem libro 29. capite 4: Veluti cimicum animalis fœdiſſimi, & dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentum morſus, & præcipuè aſpidum, valere dicitur.

Cīmōlĭă creta, Vide in Onomaſtico CIMOLIVS.

Cinædiæ, Lapilli qui inveniuntur in cerebro cinædi piſcis, maris habitum colore præſagientes. Plin. lib. 37. cap. 10.

Circŭlātor, m. t. Qui hominum cœtù circundatus, fabulis eos aut præstigiis oblectat, quive in foro, hominúmve coronis sese ostentare solet. quem & circumforaneũ dicimus. [ἀγύρτης, ἀπατεών. Gall. *Basteleur, qui amasse le peuple à l'entour de soy, comme vn vendeur de triacle.* Ital. *Il canta in banco, ciarlatano.* Ger. Ein vmbschweiffiger / Landstreicher / oder der vnder den Leuten Märte sagt / oder Abendthewr treibt. Belg. Een Guycketaer. Hisp. *El que junta al pueblo para que vea lo que haze, chocarrero ò charlatan.* Pol. Wszędy bił' Matacz. Vn. *Kuritolo, tfeltfapo trágár, tfalóka.* Ang. *A tester that gathereth the people about him.*] Cic. lib. 5. Epist. Circulator auctionum notissimus. Apul. lib. 1. de Asino: Circulatorem aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto devorasse. Paul. Iureconsl. ff. de Extraord. crim. In circulatores qui serpentes circunferunt, & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. Dictus Circulator à circulo: hoc est, hominum corona.

Circŭlātrix, icis, f. t. Fœmininum à circulator, Quæ in foro hominumque frequentia versatur, ineptiis & præstigiis spectatores oblectans. [ἀγύρτης. Gall. *Basteleuse, femme qui va d'vn costé & d'autre comme vn basteleur* Ital. *Donna che va ballando ò attezando per guadagno.* Germ. Ein Abenthewrerin / die sich ernehrt mit singen / tantzen oder Märte vnd Fabten zu sagen. Hisp. *La que anda en corillos.* Pol. Szalbierka, plandra. Vng. *Tfeltfapo trágár asszony.* Ang. *She that intiseth the people about her.*] Mart. lib. 10. Linguã circulatricem dixit pro petulanti & maledica. Vernaculorum (*inquit*) dicta, sordidum dentem, Et fœda linguæ proba circulatrix, Poëta quidam clancularius spargit.

Circŭlātōrĭus, a, um, Quod ad circulatorem spectat. [ἀγυρτικός. Gall. *De basteleur.* Ital. *Cosa pertinente à buffone, à ciarlatano.* Germ. Das zu einem solchen Abenthewrer gehört. Hisp. *Cosa para los corillos y charlatan.* Pol. Matacz otwy. Vn. *Tfeltfapóhoz trágárgoz valo.* An. *Belonging to a iester.*] Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectandam: hoc est, garrúlam illam circulatorum festivitatem non esse aucupandam. Idem Quintil. lib. 2. cap. 4: Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, ex vix surgendi mora, circulatoriæ verè jactationis est.

Circŭlātim, Significat per circulos. [κατὰ κύκλους. Gal. *Tout autour.* Ital. *Circondamente.* Germ. Von ring zu ring. Hisp. *De corillo en corillo.* Pol. Wkrag, wokoło. Vng. Kerdngue, kerdngônként. Ang. *Round about, by circles.*] Suet. In summo publico luctu, externarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.

Circŭlo, as, are, act. p. pro circundare legitur. [נָסַב hesób. περιβάλλω. Gall. *Enuironner.* Ital. *Cerchiare, circondare.* Ger. Vmbgeben als mit einem Circkel ereiß. Belg. Omvangen / omgaen. Hisp. *Cercar, hazer cerco.* Pol. Okrążyć, okrążam. Vng. Környikezôm, környivelezôm. Ang. *To campasse, to enuironne.*] Colum. lib. 12: Isque debebit ante circulari fossula, quæ repleatur lapidibus & calce. Cic. de Clar. Orat. posuit pro In circulum caput circunferre: Videt (*inquit*) oscitantem judicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem.

Cīrrus, [κνῆφος. Gall. *Alouette.* Ital. *Lodola.* Ger. Ein Lerch. Hisp. *Cugujada.*

Cygnus. Pol. Sk. wronek. Vngar. Patsirta. Ang. A lark.] Est avis, quam alio nomine Alaudam dicimus. Hanc poëtæ fabulantur fuisse Scyllam Nisi regis filiam, quæ quum patrem fatali crine spoliatum Minoi prodidisset, mutata est in avem Cirim. Nominis hujus etymon Ovidius deducit à Græco verbo κείρω, quod est tondeo: alludens nimirum ad fabulam, qua Scylla purpureum Nisi patris crinem fertur totondisse. Sic enim ait lib. 7. Metamorph.

-plumis in avem mutata vocatur
Ciris, & à tonso est hoc nomen adepta capillo.

Cirnĕă, æ, Vas vinarium: nam κίρνημι misceo significat. [Ger. Ein Vocal. Polon. Winna kuffa. Vng. Boros edeny. Ang. A vessell for wine.] Plaut. in Amphyt. Inde implevi cirneam.

Cirri, à quibusdam appellantur capilli contorti, ac perinde crispati, quales picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt [קוּבּוֹת keunt Sfoth. βόστρυχοι, πλοκαὶ λόφου. Gal. Vne tousse de cheueux retors les vns contre les autres. Ital. Capelli crespi. German. Haarzöpff Hispan La guadeja delos cabellos. Polon. Kedzyori. item warkocz, Czubek. Vng. Béfont, meg fodoritot hay. Ang. Bushes of frizled heare.] Ostreorum etiam capillamenta dicuntur Cirri. Martial. libro 7: Est ostreorum rapere lividos cirros. ¶ Alii cirros capillos capitis attonsos putant, à κείρω attondeo, incido. Cato de liberis educandis: Itaque Ambraciæ primùm puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere solent.

Cirrātus: id est, capillatus. [βαθυκρυχωδής. Gal. Qui a les cheueux crespes & par touffeaux. Ital. Chi ha rizzi è capelli. German. Der vmbträget Haar oder sotche Zöpff hat. Hispan. Qui tienne crespos los cabellos. Polon. Splecziony, kedzierzawi. Vng. Bé font haiu. Ang. That hath curled and frizled heare.] Persius: Tén' cirratorũ centum dictata fuisse Pro nihilo pendas? ¶ Inde Cirratos vocat pueros, qui comam nutriunt, quam Veneri consecrent detonsam.

Cirsi, κιρσοί, ab Hippocrate vocantur varices: hoc est, tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem ventris, atque adeo circa ipsos testes. Aristoteles ἐξίας vocat. Tu vide lexicon Horræi.

Cĭs, [κίς. Pol. Robak wpsieniczi. Vng. Buza ferèg, moly.] Vermiculus in tritico præcipuè & hordeo nascens, seminaq; illa cuspide sua exiguis foraminibus penetrans: à cujus similitudine etiam pumex lapis κισηρὶς Græcis appellatur, quòd fistulosus sit, & multis foraminibus pertusus.

Cis, & Citra. [עבר hébr. ἐπὶ πόδε, ἐπὶ θάτερα μέρη. Gal. Deca. Ital. Di qua. German. Hiebissend. Hisp. Aquende. Polon. Zonnei strony. Vngar. Innen. Angl. On this part or side.] differunt, quòd Cis magis propriis nominibus fluminum vel montium præponi solet: reliquis magis Citra: ut, Cis Rhenum, Cis Padum, Cis Alpes, ἐπὶ πόδε τῶν ἄλπεων. Citra forum, citra templũ: hoc est, ab hac parte templi, aut fori. ¶ Harum duarum prepositionum significationi opponitur Vltra; quod significat Trans, vel ab alia parte: ut, Vltra Apenninum, Vltra Padum. Hæ autem particulæ Citra, Intra, Vltra, ut docet Gellius, apud veteres singulis syllabis appellabantur Cis & Vls. Dicebaturque Cis Tyberim, & Vls Tyberim: mox dici cœptum est, Citra Tyberim, & Vltra Tyberim, & Intra Calẽdas, Citra Calendas. ¶ Cis etiam per compositionem nominibus montium, vel fluviorum conjungitur: ut, Cisalpinus, Cispádanus. Et quanvis habeat vim localem, per translationem tamen, & in tempore, & in aliis rebus ut possimus: ut, Cis dies tempus venisti: sicut, Vltra tempus à nobis datũ venisti. Cis naturæ leges: hoc est, minus quàm patiantur naturæ leges. ¶ Citra etiam quandoq; pro Sine, χωρὶς, ponitur. Columella: In agricultura voluntas facultasq; citra scientiam sæpè magnam dominis afferunt jacturam. Suet. in Cæs. Alii citra Senatus, populiq́ue autoritatem: id est, sine autoritate. Quint. lib. 1: Tum neque citra Musicen, Grammatice potest esse perfecta. Plin. lib. 3: Citra fastidium nominẽtur. ¶ Quandoq; ponitur pro Ante: ut, Citra Calẽdas: id est, ante Calendas. Suet. in August. Solebat etiam citra spectaculorum dies, siquando quid inusitatum, dignumq́ue cognitu, &c. ¶ Fit autem Citra à Cis.

Citĕrĭŏr, à Citra, vel à Citer, vocabulo obsoleto. [ἐγγύτερος. Gal. Qui est plus proche de nous. Ital. Più vicino, vltimo. Ger. Der hiebissend ist. Hispan. Cosa de mas aquende. Polon. Dalszy, oddalony. Vngar. Innegsb. Anglicè, That is nigher.] Cicer. ad Attic. libro 12: Hircius ad me scripsit, Sextum Pompeium Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem. Aetas citerior. Valer. lib. 8. titul. de studio & industria, Citerioris ætatis metas, sed non parvi tamen spatii Chrysippi vivacitas flexit. Hoc est, ad recentiorem nostræq́ue propiorem ætatem pervenit. Quæ enim nobis proxima sunt, citima appellantur. Cicer. de Vniv. Hanc autem citimam è mediana linea direxit ad lævam, sed principatum dedit superiori. Idem in Somn. Scip. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena.

Cĭtĭmŭs, pen. corr. superlativum a Cis, vel Citra, vel potiùs ab antiquo nomine Citer, Proximus. Vnde Citima vocantur, quæ in cœlo infima sunt, & nobis proxima. [ἐγγύτατα. Gal. Treſtrochain de nous. Ital. Molto di più di qua, più propinquo à noi. German. Der zu dem allernechsten hiedissend bey vns ist. Hisp. Cosa de muye mas aquende. Pol. Nabliższy nas. Vng. Leg innetsöb, leg közelb valo. Ang. Nighest.] Cicero in Somn. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena.

Cisibilites, genus vini est, in Galacia nascens, quod saporem mulsi præbet.

Cĭsĭum, n. s. Genus vehiculi, duas habens rotas: [גב tsab. διφρος. Gal. Vn certain chariot à deux rouës à porter gens. Ital. Vn certo carro che ha due rote. Germ. Ein Karch mit zweyen Rederen. Hispan. Vn genero de carro à andas. Polonicè, Kara, kolaska, wozkoliech. Vngar. Taliga. Angl. A certane cart or wagon with twoo wheales.] à quo Cisiarii, qui cisium regunt. Cicer. Delituit in quadam cauponula, atque se ibi occultans, perpotavit ad vesperum: inde cisio celeriter ad urbem vectus, domum venit capite involuto.

Cĭsĭārĭŭs, m. s. Cisii moderator sive auriga. [ὁ τὸ διφρόχιον ἐλαύνων. Gal. Chartier & meneur de chariot à deux rouës. Ital. Carratiero. Germ. Ein Karrer. Hispan. Carratero, el que rige aquellas andas à carro. Polon. Kolesznik. Vng. Taligás, kotsis. Ang. A carter that guideth a cart with twoo wheales.] Paul. Iurec. lib. 29. Digest. Si cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium evertit, & servum quassavit, vel occidit, puto ex locato esse in eum actionem.

Cispĕllo, as, are, apud vetustissimos invenitur pro eo quod est in citeriorem partem pellere. [Germ. Hiedisend vertreiben. Pol. Precz odpędzam. Vng. Innen haytom, innen w'zòm.] Plaut. in Amph. Inde optimè cispellam virum.

Cĭssanthĕmŏs, penult. corr. κισσάνθεμος, Altera cyclaminii species est, quam vulgus hodie (teste Ruellio) Divæ Mariæ sigillum vocat.

Cĭssĭbĭum, n. s. Ligneum poculum ex hedera, quod Græci κισσύβιον ἢ κισσίβιον vocant. [Pol. Kubek zbluszczu. Vng. Borostyán fábol tsinált pohár.] Meminerunt Theocritus & Homerus. Pollux ait poculum illud pastorale sic dictum, quòd hedera circundatum sit: nam κισσὸς hederam significat.

Cĭssītes, κισσίτης, Gemma est ad similitudinem folii hederæ candiçans. Plin. lib. 37. cap. 11: Cissites in candido collucet, hederæ foliis, quæ totam tenent. Et apud eundem ejusdem lib. cap. 10: Cissites circa Copton nascitur candida, & videtur intùs habere partum, qui sentiatur etiam strepitu.

Cissus. [κισσός. Pol. Blusczcz. Vn. Borostyán fa.] Hederæ genus est, quæ sola sine adminiculo subsistit, neq; arboris aut muri, alteriúsve pedamenti eget sustentaculo, unde etiam Orthocissus à Græcis dicitur, quasi recta hedera. Fabulantur Græci Cissum Liberi patris pusionem in hanc herbam conversum, ei nomen fecisse.

Cĭstă, f. p. Fiscinum, arca. [סל sal ארון arón. κίστη. Gal. Panier, corbeille, coffre ou bahu. Ital. Panero, canestro. Germ. Ein Korb / Zeinet / ein Kist. Hisp. Cesta. Pol. Koss, skrzinia. Vng. Véka, szapu. Ang. A chest or coffer.] Genus vasis viminei, apud Colum. libro 11. cap. 52. Ovid. 2. Metamorph. Clauserat Actæo texta de vimine cista. ¶ Fit etiam Cista ex asseribus, in qua conduntur & pecuniæ, & alia usui nostro necessaria. Cicer. in Verr. Quaternos H S, quos mihi Senatus decrevit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuven. Nanque vetus Græcos servabat cista libellos.

Cĭstŭlă, [κιστίς. Gal. Petit panier, petit coffre ou bougette. Ital. Picciol panero. Ger. Ein klein Körblin oder Kistlin. Hispan. Cestilla. Pol. Skrzinka kossyk. Vng. Vékátska, szaputska. Ang. A lytle chest.] Martial. libro 1: Parcæ cistula non capax olivæ. ¶ Hinc aliud diminutivum Cistella. Terent. in Eunuch. Cistellam Pythia domo esset cum monumentis. ¶ A quo rursus Cistellula. Plaut. in Rud. Vbínam ea fuit cistellula? Autor ad Herenn. lib. 1: Cistellam pro vase posuit, quo suffragia populi in creandis magistratibus, legibusq; ferendis colligebantur, quum ait: Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere: ille nihilominus cistellam detulit.

Cĭstĭfĕr, a, um, [ὁ κιστοφόρος. Vng. Véka hordozo. Ang. Which beareth a chest.] Qui fert cistam. Martial. Nupsisti Gellia cistifero.

Cĭstellātrix, icis, [ἡ κιστοφόρος. Vng. Véka hordozo leány.] Plaut. Trin. Nox datur ducitur familia tota, Cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii raptores panis & peni. Videtur significare ancillam, quæ canistrum fert hederæ.

Cĭstĕrnă, Locus in quo colligitur aqua pluvia per euripos & canaliculos sub stillicidio positos ad imbres suscipiendos. [בור bor. δεξαμένη, τὸ ὑδάτων δοχεῖον. Gal. Cisterne, lieu à recueillir l'eau de pluye pour la garder. Ital. Cisterna. Germ. Ein Cistern / ein ort dahin das Regenwasser zusammen laufft. Belg. Een Regenback.

Hiſp. *Ciſterna ò algibe de agua.* Pol. *Ciſterna albo ſtudnia do ktorey ięzieka woda ze dżdżu, bruma.* Vng. *ò kût, eſtô vizállo kut.* Ang. *A ciſterne, a place to keep and gather rayne.*] Vlpian. l. j. ff. de fonte: Ciſterna aquam vivam non habet. Et quidem ciſternæ imbribus concipiuntur, ſed per glaream immiſſam in ſpongias purificatis. Idem l. Vulgaris. §. ſed & ſi de navi. ff. de furt. Et quidem ſi ciſterna vini ſit, quid dices? aut aquæ ciſterna?

Cĭſtĕrnātŭs, a, um, [*ὁ τῆς ἢ ὁ ἐν τῆς δεξαμδῆς.* Gall. *De ciſterne.* Ital. *Di ciſterna* Ger. Das den Ciſternen zugehörit Hiſ. *Coſa de ciſterna ò algibe.* Pol. *Studzienni.* Vng. *ò kutbeli.* Ang. *Belonging to a ciſterne.*] Colum. lib. 12. cap. 43: Tota deinde vaſa in aqua fontana, vel ciſternina ponderibus impoſitis mergi.

Cĭſtŭs, [*κῖσ⊙ν.* Gal. *Ciſte.* Ital. *Ciſto.* Germ. Ciſtus/ iſt ein ſtaud. Hiſp. *Cergaços.*] quem & Cittaron vocant, ſive Ciſſaron. Eſt frutex major thymo, foliis ocymi: cujus duo ſunt genera, floſis colore diſtincta. Maſculus enim florem habet roſaceum, fœmina album. Vide Plin. lib. 24. cap. 10. Vulgus *Roſaginem*, ſive *Roſam caninam* appellat. Sub hoc frutice naſcitur hypociſtis: de qua ſuo loco. ¶ Eſt & Ciſti ſpecies Leda Plinio, *λήδων* Dioſcoridi, ex qua ladanũ *λήδανον*, ſive *λήδανον* Herodoto. De quo Plinius libro 12. cap. 17.

Cĭſtŏphŏrŭs, m. ſ. *κιſτοφόρ⊙ν.* Ciſtophorus, Ciceroni Aſiatica pecunia, cujus pretium fuit pauxillo majus quàm denarii dimidium: ita dictus quòd in eo eſſent expreſſi cistigeri: quatuor autem denarii, ut ex Feſto colligere licet, efficiunt 7. ciſtophoros cum ſemiſſe: ex qua ſumma ad calculos revocata, colligitur ejus pretium ad tres obolos cum ſemiſſe, Malaſpina. n. in Ep. ad Att. aliter tradens fallitur. Hæc Adr. Iunius. Numi ſpecies, ſic dicti à Canephoris Palladis Atticæ virginibus miniſtris, quarum imaginem habebat impreſſam. Cicero ad Atticum libro 11: Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad feſtertia bis & vicies. Hujus pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere. Idem pro Domo ſua: Vt ſi in Aſia ciſtophorum flagitaret.

Cĭſtŭlă, Vide CISTA.

Cĭtātŭs, Vide CITO, citas.

Cĭtĕrĭă, Appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ ſolebat. Cato in M. Cæcilium: Quid ego cum illo decertem ampliùs, quem ego deniq; credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum? Feſtus: Citeriæ itaque convitium in homines impĕdio loquaces olim jactatum eſt. Vnde ſpeciem Proverbii habebunt orationes hujuſmodi: Citeria loquacior: &, Per hoc mutam dicas citeriam: unus cum multis citeriis certare poſſit.

Cĭtĕrĭŏr, Citerius, Vide CITRA in CIS.

Cĭthără, pen. corr. f. p. Inſtrumentum muſicum, alio nomine Lyra. [כנור *chinnor.* *κιθάρα.* Gal. *Vne harpe.* Ital. *Cetera.* Germ. Ein Harpff. Belg. Een Herpe. Hiſp. *Harpa, inſtrumento.* Pol. *Harfa.* Vng. *Hegedw'.* Angl. *An harpe.*] Hanc Hieronymus ſcribit effici in modum Δ literæ, cum chordis viginti quatuor, & per digitos variis vocibus, tinnulisq; ictibus in diverſis modis cõcitari. Plin. lib. 7. cap. 56: Citharam Amphion: ut alii, Orpheus: uũ alii, Linus invenit. ¶ Citharam Virgilius pro ipſa muſica & harmonia accepit, 12. Aeneid. Augurium, citharamq; dabàt: celeresq; ſagittas. Quint. lib. 2. cap. 8: Nam ſicut cithara, ita oratio perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta nervis conſentiant. ¶ Non omnes qui habent citharam, ſunt citharœdi. Varro de Re ruſtic. li. 2, Quo ſignificatum eſt, compluribus mortalium adeſſe virtutis inſignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Cĭthărœdŭs, m. ſ. Qui cithara canit. [*κιθαρῳδὸς.* Gal. *Harpeur, iouëur de harpe en partie* Ital. *Chi canta ſu la cetera, citariſta.* Germ. Ein Harpffenſchlaher/ oder welcher darzu ſingt. Belg. Een Harpenaer. Hiſpan. *El que tanne la harpe.* Polon. *Harfiſta, Spiewak przi harfie.* Vn. *Hegedw's.* Ang. *An harper.*] Propriè (ut Moſcopulus annotavit) qui & citharam pulſat, & ore accinit. Iuven. Accipis uxorẽ, de qua citharœdus Echion, Aut Graphyſus fiat pater. Cic. 5. Tuſc. At vocem citharœdi non audiunt.

Cĭthărœdĭcŭs, ca, cum: [*κιθαρῳδικὸς.* Vngar. *Hegedw'shöz valo.* Ang. *Belonging to an harpe.*] ut Citharœdica ars, apud Plin. lib. 9. cap 8, & Citharœdicus habitus. Sueton. in Nerva: Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Cĭthărīſtă, com. p. *κιθαρίστης*, Qui citharam tantùm pulſat, non etiam accinit: nam is (teſte Moſcopulo) propriè dicitur Citharœdus. Cic. 3. Verr. At etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſæpè audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intùs canere dicebant, ſuſtulit.

Cĭthărŭs, *κίθαρ⊙ν* Athenæo; *κιθάρῳδ⊙ν* Aeliano, & *κιθάρη* Oppiano lib. 1. Piſcis eſt qui Romæ *Folio* dicitur. Rhombo ſimilis eſt, vel Galeno teſte lib. 3. Aliment. Cujus dentes ſerrati: lingua ſoli ex planis ſoluta eſt: Caro ſuavior: quia alga veſcitur, ut ſalpa. Cithari præter Ariſtotelem meminit Plin. lib. 32. cap. 11. Peculiaris autem maris acipenſer, aurata, &c. balanus, corvus, citharus.

Cĭthărĭſtrĭă, ſ. p. Quæ cithara canit. [*κιθαριστρια.* Gal. *Femme qui iouë de la harpe.* Ital. *Quella che canta in ſu la cetera.* German. Ein Harpffenſchlaherin/ oder welche darzu ſingt. Hiſpan. *La muger que tanne la harpa.* Pol. *Ktora na harfie gra y przyniey ſpiewa.* Vng. *Hegedw lô, muſikás aszony.* Ang. *A woman that playeth on the harpe.*] Terent. Phorm. Continuò quandam nactus eſt puellulam Cithariſtriam. Ibidem Terentius eandem vocat Fidicinam: Ille, qui illam amabat fidicinam. ¶ Sunt autem Cithariſtes, & Citharistria, verbalia, à Græco verbo *κιθαρίζω*, quod eſt citharа cano.

Cĭtĭmŭs, Vide Citra in CIS.

Cĭtŏros, Vide CYTORVS.

Cĭtra, præpoſitio, *ἐντὸς*, Vide in dictione CIS.

Cĭtro, Vide in dictione VLTRO.

Cĭtrŭs, f. ſ. Arbor eſt duorum generum: quarum altera lauri folio perpetuò virens, eadem eſt cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris graveolentiam emendans, & veſtiũ commendans odorem, caſdemq; à tineis conſervans. [*ἡ μηλέα περσικὴ*, vel *μηδικὴ*, vel *ἡ κεδρόμηλ⊙ν.* Gal. *Citronnier, arbre qui porte les citrons.* Ital. *Citronaro.* Germ. Citronbaum. Hiſpan. *Cidras, madera mas, preciosa que alerze.* Pol. *Citronowe drzewo.* Vng. *Czitrom fa.* Ang. *A limon tree.*] Altera ſylveſtri cupreſſo ſimilis eſt, & caudice, & folio, & odoratu, in Mauritania præcipuè naſcens: unde in Italiam pretioſiſſimarum menſarum materiam advehebatur, quæ & Cedrinæ appellantur à Plin. lib. 13. cap. 15: Hæc arbor ab Homero Trogete, à quibuſdam etiam Thyia appellatur, præcipuam in radicis criſpitudine dotem habens. ¶ Citrum neutr. gener. citri arboris lignum. Varro 3. de Re ruſt. cap 2: Nuncubi hîc vides citrum, aut aurũ? Martial. lib. 9: Et teſtudineum menſus quater hexaclinon, Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo. Idem libro 10: & citrum vetus, Indicoſque dentes.

Cĭtrĕŭs, a, um, Quod ex citro confectum eſt. [Pol. *Citrinowi.* Vngar. *Czitrombol valo.* Ang. *Made of the limon tree.*] Cicer. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam menſam citream, à Q. Lutadio Diodoro (qui Q. Catŭlli beneficio à L. Sylla civis Romanus factus eſt) omnibus ſcientibus Lilybæi abſtuliſti. Citream menſam cum aurea comparat Martialis in Diſtichis: Accipe fœlices. Atlantica munera, menſas: Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Cĭtrīnŭs color, A' citri ſimilitudine dictus. [An. *The colour of an orenge.*] Plin. li. 19. cap. 5, de cucumere loquens: Creſcunt, qua coguntur, forma, in Italia virides, & quàm minimi: in provinciis quàm maximi, & citrini, aut nigri.

Cĭtrĕŭs, a, um, adjectivum, ut Citrea malus, quæ & Medica, *μηδικὴ*, nominatur. Arbor eſt toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis ſubnaſcentibus pomis. Folia habet lauri, intercuſantibus ſpinis: fructum verò aureo colore, & odore gratiſſimo: quem Virgil. 2. Georg. miris laudibus celebravit, ibi, Medica fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem Fœlicis mali. Præcipuæ mali hujus dotes ſunt, oris graveolentiam commendare, & veſtes à tineis illæſas conſervare. Varia citrei mali genera vide apud Ruel. lib. 1. cap. 69, & Amatum Luſitanum in Dioſcorid. cap. de citreis.

Cĭttă, *κίτλα*, [Polon. *Pożaliwoſc niewieſzcia wpoczęciu, plingawego iadl'a.* Vng. *Haſas aszszonnépek kéuánſága.*] Depravatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod ferè cõtingere ſolet ſecundo aut tertio à conceptu mẽſe, ex alimento in ventriculo corrupto, fœtu exiſtente tàm imbecilli, ut nutrimentum conſumere non poſſit. Hinc fit, ut copioſæ in ventriculo redundantiæ accumulentur, quæ variũ abſurdumq; gignunt appetitum, ut carbonum, cretæ, & ſimilium. Eam ob cauſam Græci malum hoc *κίτλαν*: hoc eſt, picam appellavêre, ab avis ejus varietate ſumpta ſimilitudine.

Cĭttāmpĕlŏs, *κιτλόμπηλ⊙ν*, Herba eſt quæ Dioſcoridi Helxine, & officinis *Parietaria* dicitur. [Pol. *Nocydzien.*] Vtitur hac appellatione Paul. Aegin. lib. 6.

Cĭttŏſĭs, *κίτλωσις*, Vvarum vitium eſt, quum acini à racemis dilapſi pereunt. Vide Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 6. cap. 1.

Cĭvĭs, hujus civis, com. t. Vrbis incola, Municeps, liber: à coëundo (Ciceroni probatur) quòd vinculo quodam ſocietatis cives in unum coëant cœtum, & ſub iiſdem legibus vivant. [איש העיר *iſch habír* בן העיר *ben habír.* *πολίτης, ἀστός.* Gal. *Citoyen ou citoyenne.* Ital. *Cittadino.* Ger. Ein Burger oder Burgerin. Belg. Borgher. Hiſpan. *Ciudadano.* Pol. *Mieſzczanin, albo mieſzczka.* Vngar. *Polgár, várasbeli.* Ang. *A citizen or burgeſſes.*] Cic. in Catil. Servi me hercule mei ſi me iſto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem. Idem 1. de Finib. Debeo profectò, quantumcunq; poſſum, in eo quoq; elaborare, ut ſint opera, ſtudio, labore meo, doctiores cives mei. ¶ Civis, cui contrarium, Peregrinus. Cic. 6. Verr. Apud Segeſtanos repertum eſſe judices ſcitote neminem, ne-

nem, neque liberum, neque servum, neque civem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Idem: Colebatur à civibus, ab omnibus advenis visebatur.

Cīvĭtās, f. t. Civium multitudo unum in locum congregata, quę eodem jure vivit. [עיר *hir.* *πόλις.* Gal. *Cité, bourgeoisie, assemblee de ville, amas de citoyens.* Ital. *Città.* Ger. Ein Burgerſchafft oder Statt. Hiſpan. *Ciudad, compannia de ciudadanos.* Polon. *Miaſto, mieſzczanie.* Vngar. *Város.* Ang. *A citie.*] Cicer. de Somn. Scip. Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtusq; hominum jure ſociati, quæ civitates appellantur. Idem pro Sestio: Tum conventicula hominum, quæ poſtea civitates nominatæ ſunt. ¶ Civitas, & Vrbs in hoc differunt, quòd incolæ dicuntur civitas: urbs verò complectitur ædificia. Cic. 4 Acad. Ariſtoteles & Xenocrates, quos Antiochus ſequi volebat, nō dubitaviſſent quin & Prętor iſte eſſet, & Roma urbs, & eam civitas incoleret. Idem pro P. Sylla: Etenim in qua civitate res tantas geſſerim, memini, & in qua urbe intelligo. ¶ Aliquando Civitas dicitur jus civium: unde Civitate donare, *πολιτείαν διδόναι*. Vſurpativè tamen dicitur urbs: hoc eſt, ipſa mœnia, & ædificia. ¶ Capere civitatem, Plat. in Dialogo, qui Sophiſta inſcribitur, proverbialiter dixit, pro rem difficilem aſſequi. Neq; enim civitas primo ſtatim impetu capitur. ¶ Civitatem uſurpare, ſe pro cive agere. Suetonius in Claudio: Civitatem Romanam uſurpantes in campo æſquilino ſecuri percuſſit. ¶ Magna civitas, magna ſolitudo, *ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις*. Quadrabit in urbes aut domos, agros aut hortos, aut aliud id genus quidpiam amplum quidem & ſpatioſum, ſed parum excultum: Aut in librum ingentem quidem illum, verùm impolitum & illimatum. ¶ Servorum civitas, *δούλων πόλις*. De cœtu convictuq; hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici poteſt. ¶ Dicitur etiam civitas, pro regione tota, cujus incolæ iiſdem legibus utuntur, ut civitas Allobrogum, Helvetiorum. Saluſt. Itaque Qu. Fabio Sangæ, cujus patrocinio plurimum civitas utebatur, rem omnem uti cognoverunt aperiunt. Cæſ. li. 1: Apud Helvetios longè nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgetorix. Is M. Meſſala & M. Piſone Coſs. regni cupiditate inductus, congregationem nobilitatis fecit, & civitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent.

Cīvīlis, & hoc civile, Quod eſt civium, ſeu quod ad cives pertinet: [*πολιτικός.* Gal. *Politique, appartenant aux citoyens.* Ital. *Civile.* German. Burgerlich / oder das den Burgeren zugehört. Belg. Borgerlyck. Hiſpan. *Coſa de ciudad, civil.* Pol. *Mieyski.* Vng. *Varoſi emberſégbŏs.* Ang. *Belonging to a citie.*] ut, Civilis mos, Civile jus, Civile odium, Civile bellum, Civilis homo, qui eſt peritus eorum quæ ad adminiſtrandam Rempub pertinent. Cicer. 7. Phil. Itaq; ego ille, qui ſemper autor pacis fui: cuiq; pax, præſertim civilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Idem ad Att. lib. 7: Genus belli quod ſit, vides: ita civile eſt, ut non ex civium diſſenſione, ſed ex unius perditi civis audacia natum ſit. ¶ Vndę civiles: id eſt, curæ, & ſolicitudines. Horat. 1. Epiſt. Nunc agilis fio, & verſor civilibus undis. Studia civilia. Cicer. pro Font. Si inimico teſti credi non oportuit, inimicior Marcello Craſſus, aut Fimbriæ Scaurus, ex civilibus ſtudiis, atq; obtrectatione domeſtica, quàm huic Galli? ¶ Civilis actio. i. præſcriptis verbis: D. lib. 9. Tit. ult. l. 15. Cui opponitur legitima: Civilis actio incerti vocatur.

Cīvīlĭŏr, & Civilius, [*πολιτικώτερος, ον.* Vngar. *Emberſégesb.*] comparativa. Ovid. 4. Triſt. Eleg. 4: Ipſe pater patrię, quid enim civilius illo?

Cīvīlīſſĭmŭs Superl. [Vngar. *Igŏn emberſégbŏs.*] Spartianus in Adriano: In colloquiis etiam humillimorum civiliſſimus fuit.

Cīvīlĭtās, f. t. Comitas, facilitas, humanitas. [*τὸ πολιτικόν.* Gal. *Civilité, honneſteté, police.* Ital. *Civilità.* Germ. Burgerliche vnnd erbarliche zucht. Belg. Hueshęyt. Hiſpan. *Civilidad, ò policia.* Polon. *Obiczaie pieknie.* Vng. *Emberſég.* Ang. *Civilitie, gentilneſſe and courteouſneſſe in maners.*] Moderatio quædam atque modeſtia magis civi hominiq; politico, quàm Imperatori conveniens, quam Auguſto tribuit Suetonius cap. 51: Clementię civilitatis q;, *inquit*, ejus multa & magna documenta ſunt. Iulius Capitolinus laudat Antoninum Pium, quòd Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxerit.

Cīvīlĭtĕr, adverbium, Civium more. [*πολιτικῶς.* Gal. *Civilemẽt.* Ital. *Civilmente, cittadineſcamente.* Ger. Burgerlich / ſtattlich. Belg. Hueslyck. Hiſ. *Civilmente, polidamente.* Pol. *Obyczaynie.* Vng *Emberſégeſſen, Polgári módra.* Angl. *Giuilie, gentillie, lik citizens.*] Cic. 1. Offic. Vt enim quum civiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis eſt, cũ altero capitis & famæ. Iuvẽn. Satyr. 5: Poſcimus ut cœnes civiliter. i. ut tibi ſit panis idẽ qui aliis cõvivis, iiſdemq; ferculis utaris: non ut tyrannico more, aut regio cœnes. Ovid. 12. Metam. Exercet memores pluſquã civiliter iras.

Cīvĭcŭs, a, um, pen. corr. Civilis. [*πολιτικός.* Gal. *Citoyen.* Ital. *Cittadineſco, civile.* Ger. Burgerlich. Hiſpan. *Ciuil, de ciudad.* Pol. *Mieyski.* Vng. *Varoſi emberſégbŏs.* Ang. *A Ciuill, of a citie.*] Civica corona, quam civis civi, à quo ſervatus fuiſſet in prælio, teſtẽ vitæ dare ſolebat, ex fronde querna: quoniam cibus antiquiſſimus è quercu capi conſueverat. Cic. pro Planc. At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, & ſe ab aliquo ſervatos eſſe fateantur.

C ante L.

CL. In notis antiquorum Claudius. CL. V. clariſſimus vir. CL. F. clariſſima filia, vel fœmina. C L I. Claudius. C. L D B L. cauſam laudabilem. C. L. Caii Libertus, vel Caius Libertus. C L. conlibertus. C. L. vel I. vel L. Caia liberta. C. L. Caiæ libertę. C. L I B. Caii libertus, vel liberorum. C L B. C L. conlibertæ clariſſimæ. C. M A R. P. caput margine pleno. C M. Comis. C. M L. centum millia. C M S. Comis. C. M. Civis malus. C. M. vel C A. M. cauſa mortis, vel M. Marius. C O M. vel C O. comitia obdurata. C. M. T. cauſa mali tui. C. M T. crementum multum. C M. L. X I I. camelos duodecim.

Clabula, Vide C L A V O S A.

Clādes, f. t. Strages, cõflictus, & calamitas. [שבר *ſchéber* אֵיד *edh.* *πτῶσις, ὀλεθρος.* Gal. *Deſconfiture de guerre, perte en bataille, victoire perdue.* Ital. *Calamità, vecciſione.* Germ. Ein nidertag / verderbung / jämerlicher ſchad. Bel. Een ongeval / nederlage Hiſ. *El eſtrago, ò mortãdad à hierro.* Pol. *Porażka, ſzkoda znaczna.* Vn. *Veſzedelẽm, harcz, viadal.* Ang. *Great ſlaughter and domage.*] *ἀπὸ τῶ κλάδος*: hoc eſt, ramo: eſt enim nihil aliud, quàm ramorum & furculorum detritio: quemadmodum calamitas calamorum: ſtrages ſtratarum arborum. Deinde *μεταφορικῶς* ad homines transfertur: quanquam non deſunt, qui *ἀπὸ τῶ κλαίειν*: hoc eſt, à flendo, ſive lugendo, aut à cadendo cladem, quaſi cadem dicta exiſtimant. Plin. lib. 16. cap. 32: A quo deinde tempore majeſtas populi Romani reſurrexit, quæ antè vaſtata cladibus fuerat. Cic. de Clar. Orat. Curſum ingenii tui Brute, premit hæc importuna clades civitatis. Virg. 12. Aeneid. -& ſubita turbaret clade Latinos.

Clam, Præpoſitio ablativo caſui ſerviens, Secretò, latenter. [בסתר *beſether*, *λάθρα, κρύφα.* Gal. *En cachette, ſecrettement.* Ital. *Celatamente, di naſcoſo.* German. Heimlicher weiß / verborgentlich. Belg. Heymelyck sonder jemands weten. Hiſpan. *Occulta y eſcondidamente* Polon. *Cziche tatemnie.* Vngar *Alattomban, birnékül, titkon.* Ang. *Priuelie, ſecretlie, cloſelie.*] Clam patre egiſti. Plaut. in Amph. Is amare occœpit Alcumenan clàm viro. ¶ Jungitur aliquando & accuſativo. Plaut. Caſ. Bona multa faciam clam meam hanc uxorem. Cicer. in Saluſt. Timens ne facinora ejus clàm vos eſſent. ¶ Quandoque reperitur loco adverbii poſita. Virgil. 1. Aeneid. Clàm ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum Germanæ. ¶ Hinc compoſitum Perclàm, quod eſt valde occulté.

Clāncŭlō, *κρυφῆ λάθρα*, clàm ſive clanculum. [Vngar. *Titkon, alattomba.*] Macrobius Satur. lib. 5. cap. 18: Fuit enim hic poẽta, ut ſcrupuloſè & anxiè ita diſſimulanter & quaſi clanculò doctus, ut multa tranſtulerit, quæ unde translata ſint, difficile ſit cognitu.

Clāncŭlum, diminutivum eſt à Clam. [בסתר *beſether.* *λαθραίως, κρύβδην.* Gal. *Secrettement, en cachette.* Ital. *Di naſcoſo, celatamente.* Ger. Heimlichen. Belg. Secretelyck. Hiſpan. *A eſcondidillas.* Pol. *Pocziche, dyſkrecie.* Vng. *Titkon, alattomban.* Ang. *Secretlie, priuelie*] Terent. in Evnuch. In cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Ibidem: Veniſſe clanculum per impluvium. ¶ Clánculum cum accuſativo junxit Terent. in Adelph. poſtremò alii clanculum Patres, quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia: Ea ne me celet, conſuefeci filium.

Clāncŭlārĭŭs, a, um, Occultus, latens. [בסתר *niſtár.* *κρυπτὸς, κρύφιος.* Gal. *Secret, caché, incognu.* Ital. *Occulto, ſecretto.* German. Verborgen. Hiſpan. *Eſcondido, ſegreto.* Polon. *Taiemni.* Vngar. *Alattombanualo, titkon valo.* Ang. *Secret, priuate.*] Martial. lib. 10: Vernaculorum dicta, ſordidum dentem, Et fœda linguæ probra circulatricis, Poẽta quidam clancularius ſpargit, Et vult videri noſtra, *&c.*

Clāndēstīnō, penult. prod. Occultè, ſecretò, latenter. [בסתר *beſether.* *κρύβδα, κρύβδην, κρύφα.* Gal. *En cachette, ſecrettement.* Ital. *Secretamente, occultamẽte.* German. Heimlich / verborgentlich. Hiſpan. *Eſcondidamente, ò eſcondidillas.* Polon. *Cziche, potaiemnie.* Vng. *Titkon, alattomban.* Ang. *Secretlie cloſelie.*] Lucilius: At enim dicis, clandeſtinò tibi, quod commiſſum fuerat. Plaut. in Mil. Nam hoc negotii clandeſtinò, ut ągerem, mandatur mihi.

Clāndēstīnŭs, a, um, penultima producta, Occultus, ſecretus. [טמון *nehelám.* *κρυφαῖος.* Gal. *Secret, caché.* Ital. *Occulto, ſecretto.* German. Heimlich / verborgen. Hiſp. *Eſcondido, ſecreto.* Pol. *Cziechy, Zakriti.* Vngar. *Titkon valo, alattomban valo.* Angl. *Secret, priuie.*] Liv. 4. ab Vrbe: Quum patres clandeſtina denuntiatione revocati ad diem certam eſſent. Manlius lib. 1: Et clandeſtinis ſur-

nis ſurgentia fraudibus arma. Sil. lib. 7: Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.

Clāmŏr, m. t. Vox intenſa, & majore cũ impetu prolata. [קול kol צעקה tzehakáh אנקה anakáh. κραυγή, βοή. Gall Clameur, cri, huyement. Ital. Grido. Ger. Ein geſchrey. Belg. Een geeryſch. Hiſpan. Clamorò vox grande. Polon Krzyk. Vng. Kiáltás, wuöltés. Ang. A lowde crying.] Plin. in Epiſt. Turbidoque clamore poſtulaverat ſimul & oppreſſerat. Cic. 6. in Verr. Interea ex clamore fama tota urbe percrebuit, expugnari deos patrios. Virgil. 5. Aen. -reſonat clamoribus æther. ¶ Antiqui etiam Clamos dicebant, ſicut Arbos.

Clāmo, as, are, n. p. Vocifero, clamorem edo, clamorem facio, voce contendo. [קרא karáתעק tzahák אנק anák. βοᾶν, κλάζειν. Gall Crier, huyer, braire. Ital. Gridare, chiamare. German. Schreyen Belg. Greyſchen. Hiſp. Llamar dando vozes. Polon. Wołam, krzycze. Vngar. Kiáltok, wuöltök. Ang. To crie lowde.] Plautus in Mercur. Nec tolerant, ut æquum eſt, patres: ſed clamant, indecenter obſtrepunt. Cicero ad Atticum libro 5: Id clamare omnes, qui aderant, nihil impudentiùs, &c. Terent. in Adelph. Clamant omnes, indigniſſimè factum eſſe. ¶ Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur. Cic. 3. in Verr. Quum tutores H-S LXXX, millibus id opus, ad illius hominis iniquiſſimi arbitrium ſe effecturos eſſe clamarent. ¶ Quandoq; vocare, καλεῖν, φωνεῖν. Virg. 4. Aeneid. Per medios fuit, ac morientem nomine clamat. Ovid. 2. Metamorph. Aſpicit hanc, vi famq; vocat, clamata refugit. Idem 6. Metamorph. Ipſa videbatur terras ſpectare relictas, Et comites clamare ſuas. ¶ Clamare, conqueri. Terent. in Adelph. Mihi quidem non placent: Et clamo ſæpé. Liv. 3. ab Vrbe: Clamant fraude fieri, quòd foris teneantur exercitus. Cic. pro Cluen. Quum & de ſuo, & de uxoris interitu clamaret, teſtamentumque mutare cuperet, &c. Hujus compoſita ſunt, Acclamo, Conclamo, ut Vaſa conclamo, ἀναβοᾶν, συγκαλεῖν σημαίνων. Item Declamo, Exclamo, Proclamo, Reclamo, & Succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmĭto, as, are, n. p. frequentativum. [צעק tzeenák. κραυγάζω, συχνὰς ἢ πολλάκις κράζω. Gal. Crier ſouuent, ou dire à haute voix: Ital. Gridare ſpeſſo. German. Hefftig oder offt ſchreyen. Hiſpan. Llamar dando boxes muchas vezes. Pol. Pokrzikuie, wołam. Vng. Kiáltozók, wuöltözök. Ang. To crie often and lowde.] Terentius, in And. -clamitent Me ſycophantam, hæreditatem perſequi. Cicer. 2. Tuſcul. Nam quum ex renibus laboraret, ipſo in ejulatu clamitabat falſa eſſe, quæ anteà de dolore ſenſiſſet ipſe. Teren. in Adelph. Venit ad me ſæpè clamitans, Quid agis, Mitio?

Clāmātŏr, verbale, m. t. Qui clamat, voce contendit. [צעק tzobéq. κράκτης, κεκράκτης. Gal. Vn crieur ou criard, brayard, celuy qui crie. Ital Chi grida ò chiama alcuno. Ger. Ein ſchreyer/rüffer. Hiſp. Strepitoſo, pieno digridi, Llamador. Pol. Wołacz, krzyczaci. Vng. Kiálto, wuöltö. Ang. That crieth lowde.] Cicer. 3. de Orat. Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui evolent clamatores odioſi ac moleſti. Mart. lib. 12: Non venit ablatis clamator verna lacernis.

Clāmātōrĭus, a, um, κραυκτικὸς: ut, Clamatoria avis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine Clivina, & Prohibitoria appellabatur, ab effectu impediendorum auſpiciorum. Hanc Plin. li. 9. cap. 15, numerat inter aves ſeculo ſuo incognitas. Clamatorium genus, Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3.

Clāmōsŭs, a, um, à nominativo Clamos, quod clamore obſtrepit, vociferaturq; [κραυγαστικός. Gal. Criard, plein de crierie. Ital. Strepitoſo, pieno de gridi. Ger. Schreyig/prallechtig Hiſp. Gritador. Polon. Krzikliwy wrzaſliwy. Vngar. Nagy kiáltható, zaygo. Angl. Which cryeth very lowde.] Iuvenalis: Securum jubeant clamoſo inſiſtere circo. Quintil. Non turbidus, non clamoſus ſit altercator.

Clāngo, is, xi, vel gui, n. t. Tuba cano, vel increpo. [κλάζω. תקע בשופר tukáh baſchſchophár הרע heréah. Gal. Faire retentir, reſonner comme, faict vne trompette. Ital. Trombettare, ſonare di tromba. Germ. Trommeten/ertönen. Belg. Trompetten. Hiſpan. Sonnar la bozina ò trompeta. Pol. Brzmie. Vng. Trombitálok. An. To ſowne a trompet, to crie lik an egle.] Valerius Flac. -ter inhorruit æther, Luctificum clagente tuba. ¶ Clangere item dicuntur anſeres, ut eſt videre apud Columel. lib. 8. cap. 13. ¶ Aquilis item clangorem tribuit autor Philomelæ apud Ovidium: Dum clangunt aquilæ.

Clāngŏr, m. t. Sonus tubarum eſt. [תרועה teruháh κλαγγή. Gal. Son de trompette. Ital. Il ſono delle trombe. Germ. Der Trommeten ſchall. Hiſ. Son, ò ſonido de trompeta. Pol. Dźwiek od trabi. Vng. Trombita harſogás, zengés. Ang. The ſowne of trompettes.] Virgil. 2. Aeneid. Exoritur clamorq; virûm, clangorq; tubarum. Licet etiam dicatur de ſono anſerum, & aliarum rerum clarè ſtrepentium. Cic. 2. Tuſc. de Prometheo: Iovis ſatelles (intelligit aquilam) paſtu dilaniat fero, Tum jecore opimo farta & ſatiata affatim, Clangorem fundit vaſtum. Colum. de anſeribus libro 8. cap. 13: Ejusq; generis anſer præcipuè ruſticis gratus eſt, quòd nec maximam curam poſcit, & ſolertiorem cuſtodiã præbet, quàm canis: nam clangore prodit inſidiantem.

Clārĕo, Clarĭfico, Clarigo, Claritas, Vide CLARVS.

Clārŭs, a, um, Planus, apertus, perſpicuus, dilucidus: [בהיר tſách טהור tahór. αὐθέκτων, λαμπρός. Gal. Clair. Ital. Chiaro, lucente. Germ. Hetter vnd ſchön. Belg. Claer. Hiſp. Claro. Pol. Iaſny. Vn. Nyiluán valo, világos. Ang. Cleare, bright.] ut, Clara dies. Cic. in Somn. Scip. Oſtendebat autem Carthaginem de excelſo, & pleno ſtellarum, illuſtri, & claro quodam loco. Virgil. 1. Georg. Et claro ſylvas cernes Aquilone moveri. ¶ Figuratè pro inſigni atque excellenti accipitur: [נכבד nichbádh. ἔνδοξος, εὐδόκιμος. Gall. Manifeſte, noble, qui a grande renommee, illuſtre. Ital. Nobile, illuſtre. German. Berümpt/namhafftig. Hiſp. Noble y eſclarecido en fama. Pol. Zacny ſławny. Vn. Neuezetes, hirös neues. Ang. Well knawin, noble, famous, renowmed.] & eo, qui veluti fulgore quodàm famæ reſplendet, qui & Inclytus dicitur: quamvis plus ſit Inclytus, quàm Clarus, propter In, quæ ibi auget. Cic. 1. de Finib. Claris & fortibus viris commemorandis. Plautus in Trin. In occulto jacebis, quùm te maximè clarum voles. ¶ Interdum ponitur pro audibili aut ſonoro: ut Clara vox, ἐυφωνία. Cicero pro Syl. Atq; ut idem omnes exaudiant, clariſſima voce dicam.

Clārē, adverbium, Clara voce, explicatè, enodatè, manifeſtè, planè. [ὀξύ. Gal. Clairement. Ital. Chiaramente. Germ. Klar vnnd hetter. Hiſ. Claramente. Pol. Iaſnie. Vng. Magyarán, nyiluán. An. Clearelie, with a shrill voce.] Terent. in And. Vnde eſt? dic clarè. Cic. ad Attic. lib. 2: Varietas in re nulla ſit, aperteq; loquantur, & jam clarè gemant. Cælius Cic. lib. 8: Et quo propiùs ea contentió, quàm fieri neceſſe eſt, accedit, eò clariùs id periculum apparet.

Clārĭ sŏnŭs, a, um, Clarè ſonans, canorus: [ὀξύφωνος. Gal. Qui ſonne clair. Ital. Di chiaro ſuono. Ger. Das häll thönet. Hiſp. Coſa quo ſuena claro Pol. Gł'oſny. Vng. Hangos ſzauu, nagy ſzauu. An. That ſowneth shrillie.] ut, Voces clariſonæ. Catul. Clariſonas imo fudiſſe è pectore voces. Cic. in Arat. Hunc à clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum Condens.

Clārĭtās, ſ. t. Luciditas, ſplendor. [בהיקות tſachtſachúth טהר tohar. λαμπρότης, λαμπρεότης. Gal. Clarté, ſplendeur. Ital. Chiarrezza, ſpendore. Germ. Klarheit/hettere. Belg. Claerheyt. Hiſp. Clareza ò eſclarecimiento de fama. Pol. Iaſność. Vng. Világoſság ſenyeſség. Ang. Cleareneſſe, brightneſſe.] ut, Claritas Solis. Plin. lib. 2. cap. 8: Claritatis tantæ eſt veſper. Idem lib. 18. cap. 11: Emicantque fontes Oraxi oculorum claritati. ¶ Aliquando pro excellentia, εὐκλεια. [. Pol. Zacnosć. Vng. Neuezetőſség.] ut, Claritas generis, Claritas rerum geſtarum. Cic. 1. Offic. Facilior & tutior, & minùs aliis gravis, aut moleſta vita eſt otioſorum: fructuoſior autem hominũ generi, ad & claritatem amplitudinemq; aptior, eorum qui ſe ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodaverunt. Idem ad Sulp. Quæ, quanquam ex multis pro tua claritate audiam: tamen libentiſſimè ex tuis literis cognoſcam. ¶ Interdum facilitas, perſpicuitas: ut Claritas orationis.

Clārĭtūdo, dinis, ſ. t. idem quod Claritas, Feſto ac Nonio teſtibus. [Pol. Zacnosć. Vng. Vilagoſság, neuezetőſség. An. Clearneſſe, brightneſſe.] Saluſt. Quum præſertim tam multæ variæque ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur. ¶ Claritudo vocis, ὀξυφωνία. Gell. lib. 7. cap. 5: Hiſtrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui geſtu & vocis claritudine & venuſtate cæteris anteſtabat.

Clāro, as, act. p. Clarum facio. [הזיר tihár. δεξάζω. Gal. Monſtrer, manifeſter, declarer. Ital: Far chiaro. Ger. Häll vnd heiter machen/ erklären. Hiſ Eſclareſcer y aclarar, hazer claro. Pol. Obiaśniam. Vn: Meg Hiresitöm, neuezetőſsé teszöm. Angl. To mak plane and manifeſt.] Auſonius: Pollet Ariſtides, veteres qui clarat Athenas. Cic. 1. de Divin. ex antiquo poëta: Iupiter excelſa clarabat ſceptra columna. Horat. -illum non labor Iſthmius Clarabit pugilem. Lucr. lib. 4: Multaq; in his rebus quærendum, multaq; nobis Clarandum eſt, planè ſi res exponere avemus. ¶ Hinc Declaro, as.

Clārĕo, es, ui, n. ſ. Clarus ſum, vel manifeſtus, ſeu notus ſum, ẽniteo. [בהיר tſách טהר tihár. δῆδηλμαι, φαίνομαι. Gal. Eſtre clair; auoir bruit & renommée. Ital. Eſſer chiaro, illuſtre, noto, manifeſto. Germ. Häll oder heiter ſeyn, oder weit berümpt ſeyn. Belg. Betent ſyn / vernaempt ſyn/claer ſyn. Hiſp. Eſclarecerſe, hazerſe eſclarecido ò famoſo. Pol. Iaśnieie, ſławnim ſieśtaie. Vng. Hires neues vagyok. Ang To be cleere or well knawin, to be famous and renowmed.] Ennius apud Cic. 3. Officior. Ergo poſtque magisque viri nunc gloria claret. Idem de Senect. Turpilius Pædio, cujus adventu inſula hodie claret Cypros. ¶ Claret lumen, Ennius Telamone (ut citat Nonius) Nam vita mihi Telamonis patris, atque facies proavi Iovis grata eſt, atque hoc lumen candidũ claret mihi. Cicer. in Arato: Proptereà quod ad æſtatis primordia clarent. ¶ Claret, pro clarum eſt. Lucret. lib. 6: -quod in primo

quoque

quoque carmine claret. ¶ Claret mihi: id est, intelligo. Claud. in Paneg. -ventura potestas Claruit Asconio, subita quum luce comarum Innocuus flagraret apex.

Clārēsco, scis, à clareo, Clarus fio. [דָּמַם *tsdch.* ἀναφάνομαι. Gal. *Deuenir clair & manifeste.* Ital. *Farsi chiaro, manifestо.* German. Heiter vnd scheinbar werden, oder berúmpt werden. Hisp. *Esclarecerse* Pol. *Slawnim zie stáć.* Vng. *El hiresedóm.* Ang. *To waxe cleere and manyfest.*] Quint. lib. 6. cap. 4: Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit. quidam faciunt apertè quòd nixemur. Virgil. 2. Aeneid. Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror. ¶ Hinc fit compositum Inclareo quod est valde clareo: à quo fit Inclarēsco, quod est valde clarus fio. περιφαίνομαι. ¶ Clarescit pro clarum fit: Macrob. Comment. lib. 2. cap. 12: Et hæc sit præsentis operis consummatio, ut animam non solùm immortalem, sed deum esse clarescat.

Clārĭfĭco, as, act. p. Clarum facio, illustro. [הדר *tihár.* λαμπρύνω. Gal. *Clarifier, esclarcir.* Ital. *Far chiaro.* Germ. Heiter vnd scheinbar machen. Hisp. *Esclarecer y aclarar otra cosa.* Pol. *Obiaśniam.* Vn. *Hiresse tesźóm diczórdóm.* Ang. *To make cleere.*] Plin. li. 20. ca. 13: Alterū est nigrius, qđ capitis vitia purgat, visum clarificat.

Clārĭgo, as, pen. cor. act. p. Res clarè repero, Bellum indico. [κηρύσσω τὸν πόλεμον. Gal. *Denoncer la guerre aux ennemis s'ils ne veulent faire raison.* Ital. *Intimare la guerra.* Ger. Ein ding heiter vnd offentlich wider erfordern. Item, heiter einen Krieg oder Vnfried ansagen lassen Hisp. *Demandar lo robado.* Pol. *Iawnie śjie dómagam.* item, *Iawnie woine albo pokoi opowiedam.* Vng. *Hirdetóm, hadát hirdetók.* Ang. *To denounce warre.*] A vocis claritate dictum, quasi clarè ago, sicut Litigo, litem ago: Lævigo, læve ago: Mitigo, mite ago. Plin. lib. 22: Hac semper & legati quum ad hostes, clarigatumq; mitterentur, usi: id est, res raptas clarè repetitū. Erat autem Romanis in more, quum bellum indicere alicui populo volebant, ut Paterpatratus proficisceretur ád eum, & præfatus quædam solennia verba, clara vóce diceret se bellū indicere ob certas causas, quòd scilicet pecus abegissent, nec reddidissent, quòd noxios receptassent, quòd agrum vastassent, quòd socios læsissent, aut aliquid simile. Formulam belli indicendi, vide apud Gell. lib. 16. cap. 4.

Clārĭgātĭo, f. t. Belli indictio. [κηρυχθεῖσα τῷ πολέμῳ πρὸς τοὺς ἀδικήσαντας ἀγγελία. Gal. *Denoncement de guerre à ceux qui ont fait tort, s'ils ne veulent venir à raison.* Ital. *Generale concessione di pigliare prigioni, & farli pagare pena ò taglia, intimatione di guerra.* Ger. Ein heitere vnd offentliche absagung. Item, ein offentliche treibung/so einem wider sein Schuldner fürzunemmen zugelassen ist. Hisp. *Aquella demanda de lo robado.* Pol. *Iawne oświadczenie, iawna odpowiedź.* Vng. *Had hirdetés támasztas.* Ang. *Denouncing or proclaymyng of warre.*] ¶ Accipitur & pro exactione nūmaria, maximè quæ principis, vel Reipublicæ edicto conceditur. Liv. lib. 8: In Velitrenos veteres cives Romanos, quòd toties rebellassent, graviter sævitum, & muri dejecti, & Senatus inde abductus, jussitq; trans Tyberim habitare: ut ejus; qui cis Tyberim deprehensus esset, usque ad mille passus 200. pondo clarigatio esset: nec priùs quàm ære absoluto, is qui cepisset, extra vincula captum haberet.

Classĭs, f. t. Aequivocum est: significat enim navium multitudinem. [στόλος, ὁ ἀπὸ τῶν πλοίων. Ger. Ein hauffen Schiffe/ oder zahl Schiffe. Item, ein Ordnung vnd Standt der Menschen. Pol. *Armata morska.* Vng. *Sereg hajo.* An. *A nauie of shippes.*] hoc est, à lignis, vel potiùs rudentibus veli: quamvis abusivè pro una tantùm navi ponatur. Virg. lib. 6: Lyciæ ductórem classis Orontem. ¶ Significat & civium partes pro census ratione distributas. πρόχρησις. Nam Liv. de Serv. Tull. rebus gestis scribit, urbem in quinque classes divisam, censumq; ab eo institutum fuisse, rem saluberrimam tanto futuram imperio, quò pacis belliq; munia non viritim, ut antea, sed pro habitu pecuniam fierent. Tum classes centurias q; ad hunc ordinem ex censu descripsit. Qui centum millia æris, aut majorem censum haberent, inter primarios numerabantur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta senum, quadraginta juvenum. Seniores, ad urbis custodiam: juniores, ut foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc, ut tegumenta corporis essent. Præterea tela in hostem, hastæ, & gladius. Additæ sunt fabrorum duæ centuriæ, quę sine armis stipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. ¶ Hinc Classici, hujus primæ tantum classis homines dicebantur, qui (ut docet Gell. lib. 7. cap. 13.) centum & viginti quinque millia æris, ampliúsve, censi erant. ¶ Hinc etiam Classici testes: hoc est, assidui, & locupletes: qui (ut inquit Festus) signandis testamentis adhibebantur: hoc est, primæ classis homines, quasi primæ autoritatis, & idonei veritatis censores. ¶ Et metaphoricè Classicos autores vocat Gel. lib. 19. cap. 8: Quasi primæ notæ scriptores, Latinæque elegantiæ testes idoneos, cujusmodi sunt, Cicero, Cæsar, Sallustius, Virgilius, Ovidius, Horatius, T. Livius. ¶ Ex iis verò, qui intra centum ad septuagintaquinque millia erant cēsi, viginti seniorum, & totidem juniorum centurias conscripsit, quibus pro scuto clypeus, & reliqua omnia arma, præter loricam, sunt imperata. ¶ Tertia classis à septuaginta quinque ad quinquaginta millia. Arma, ut in superiore, præter ocreas. ¶ In quarta classe à quinquaginta ad vigintiquinque millia, centuriæ viginti seniorum, viginti juniorum. Arma mutata, nihil præter hastam, & verutum datum. ¶ Quinta classis centurias triginta habuit, fundas lapidesq; missiles gerentes. Et homines quintæ classis, pro tenuibus, & minimæ autoritatis dicuntur, οἱ τὸ ὑπηνὲν πλοῦτες. In his erant accensi, cornicines, tibicines in tres centurias digesti, qui non ultra undecim millia censebantur. ¶ Et infra classem, & extremæ classis viros infimæ notæ licebit appellare. Creata est præterea una centuria, quæ fuit immunis militia. Infra classem autem esse dicebantur, secundæ classis, cæterarumque omnium classium, qui minore summa æris, quàm classici illi, censebantur. ¶ Significat & Classis, equitum ordines. Virg. 3. Aeneid. -scio me Danais è classibus unum. Vnde & Classis procincta, περιστοιχισμὸς στρατιώτου, dicitur exercitus instructus. ¶ Apud antiquos Classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. ¶ Classes quoq; in scholis sunt ordines discipulorum. Quint. li. 1. cap. 2, autor est, à præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinemq; discendi secundum vires ingenii datum. ¶ Latinis in sua classe manere dicuntur, qui non deserunt vitæ institutum: &, Classem suam deserere, qui mutant.

Cōgĭto, as, frequentativum à Cogo, propterea quòd mens plura in unum cogit: unde quæ ſibi videntur optima, vel utiliſima elicere poſſit. Meditor, contemplor, mente complector, mente agito [חשב *chaſchab* הגה *hagháh.* σύνεσις, διάνοια. Gall. *Penſer.* Ital. *Penſare.* Ger. & Belg. Gedencken/betrachten. Hiſ. *Penſar.* Pol. *Miſślie, rozważam.* Vn. *Gondolkodom gondolom.* Ang. *To thinke, to muze, to caſt in mynde.*] Nam Cogo & Cogito, ſic ſe habent ut Ago & Agito, Facio & Factito. Verumtamẽ ſic modò animus hoc verbũ ſibi vendicavit, ut nõ quod alibi, ſed qđ in animo colligitur, cogitari propriè jam dicatur. Cogitare itaque eſt ſenſus interiores ad originem ſuam revocare, ſive mentẽ agitare, & veluti in mora eſſe conſilii explicandi Cic. lib. 5. Tuſc. Vivere docto viro, eſt cogitare. Idem lib. 2. de Leg. Nam illo loco libentiſſimè ſoleo uti, ſive quid ipſe mecũ cogito, ſive aut ſcribo, aut lego. A Cogito fiunt cõpoſita, Excogito, quod propriè eſt perfectè cõgito, σκέψομαι, κατανοέω, licet pro invenio ſumatur quod idcirco fit, quòd quum quis perfectè cogitat, aliquid ex eò quod cogitat, elicit & invenit. Cic. 1. Tuſc. Quid illa vis, quæ tandem eſt quæ veſtigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur. Præcogito, priùs cogito, & cogitando prævideo, προνοέομαι. Quintil. lib. 12: Licet tamen præcogitare plura, & animum ad cauſas non componere. Recogito, iterum atque iterum cogito.

Cōgĭtātĭo, f. t. Quæ eſt velut Coagitatio: id eſt, longa conſilii explicandi agitatio, mentis agitatio, animi motus, cõmentatio. [מחשבה *machaſchabáh.* διαλογισμός, διάνοια. Gall. *Penſement, penſée.* Ital. *Penſiero, penſamento.* Germ. Gedanck/betrachtung. Hiſp. *Penſamiento.* Pol. *Miſślenie, rozważanie.* Vngar. *Gondolkodás, gondolat.* Ang. *Thinking, muzing.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Sic magna cogitatio obcæcat. Cic. ad Attic. Meas cogitationes omnes explicavi tibi ſuperioribus literis.

Cōgĭtātō, Cogitatè & Cogitatim Feſto, adverbia pro Conſultò, data opera. [ὑπὸ προνοίας Gall. *Auiſement, apres y auoir penſé.* Ital. *Penſatamente.* Ger. Auß betrachtung/bedachtlichen. Hiſpan. *A bride y aſſatiendas.* Pol. *Chcząc, zrozmyſl'em.* Vng. *Gondolkodua, ſzándékkal.* Ang. *Aduiſedlie, eſter aduiſement was taken.*] Cicer. pro Archia: Quæ verò accuratè cogitateque ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, ut ad veterum ſcriptorum laudem perveniret. Idem 1. Offic. Sed in omni juſtitia pertinet multum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque brevis eſt, & ad tempus: an conſultò, & cogitatò fiat injuria.

Cōgĭtābĭlĭs, le. [בחשב *nechefchab.* νοητός. Gall. *Qu'on penſe.* Italicè, *Coſa da penſare.* Germanicè, Betrachtlich: Hiſpan. *Coſa digna de penſar.* Polon. *Rozmiślny, miſtiaci.* Vngar. *Meg gondolhato.* Angl. *Which one thinketh vpon.*] Senec. epiſt. 59: Cogitabile eſt quod eſt generale.

Cōgĭtatum, ti, ſubſtantivum. [בחשב *nechfchab.* λογισμός. λογισθέν. Gall. *Vne choſe que nous penſons.* Ital. *Coſa penſata.* Germ. Betrachtung/ein betrachtet ding. Hiſp. *Coſa penſada.* Polon. *Rzecz rozważana.* Vng. *Gondolat, gondolt dolog.* Ang. *A thing muzed on.*] Cic. 1. de leg. Agr. Vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur

Cōgnātī, m. f. Sanguine conjuncti, qui cognatione tenentur, dicti quaſi unâ communitérve nati, vel ab eodem orti progenitore. [אחים מדעים *achim modhahim.* συγγενεῖς. Gal. *Prochains & alliez, parens.* Ital. *Parenti.* Ger. Verwandte/nahgefreundete.

gefreündete. Belg. Magén. Hiſp. *Los parientes.* Pol. Powinnowacky krewny. Vngar. Rokonſágok, *atyafiak.* Ang. *Kynſmen by bloode or birth.*] Plaut. in Pœn. Vos meæ eſtis filiæ ambæ. Et hic cognatus veſter hujuſce fratris filius. Cicer. Pro reditu Pompilii nulli cognati & affines deprecati ſunt. ¶ Plinius per tranſlationem poſuit pro ſimili, & ejuſdem generis: Eadē (*inquit*) cauſa eſt ut pleraq; alitū oculos hominū potiſſimum appetant, quòd effigiem ſuam in iis cernentes, velut ad cognata ſua deſideria tendant: id eſt, ſibi proxima & ſuæ naturæ quodammodo ſimilia. ¶ Cognatorum autem ſignificatio latiùs exrenditur, quàm Agnatorum. In cognatis enim agnati continētur, non autem contrà cognati in agnatis. ¶ Conſobrini cognati quidem dicuntur, quum agnati tamen non ſint. Illi enim ſoli qui paterna linea nobis conjungūtur, Agnati vocantur: Cognati etiam qui materno genere nobis ſunt conjuncti.

Cōgnātĭo, onis, f. t. Agnatio, ſanguinis conjunctio. [מודעת *modhahath.* συγγένεια. Gall. *Parenté, alliance.* Ital. *Parentela.* Germ. Verwandtſchafft. Belg. Maeſchap. Hiſp. *Parenteſco.* Pol. Krewnoſćz. Vng. Rokonſág, *atyafiuſág, ſogorſág.* Ang. *Kinred by bloode.*] Cic. 7. Verr. Nulla tibi Quinte cum illo cognatio eſt. Idem 4. Verr. Vt quiſque te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas. Cicero pro Archia: Etenim omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & cognatione quadam inter ſe continentur.

Cōgnĭtŏr, Vide COGNOSCO.

Cōgnōmĕn, n. ſ. Cognomentum quod vel à corporis quodā vitio, vel ab alio quodā eventu ſolebat imponi. [כנוי *chinnúi.* Gall. *Surnom, ſoubriquet.* Ital. *Cognome.* German. Ein Zunam/ nachnam. Belg. Eenen toenamen. Hiſpan. *El ſobrenombre.* Polon. Przezwisko. Vng. Vezeték, *név.* Ang. *A ſurname.*] Cic. 1. de Finib. Neq; eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hoſti detraxiſſe, *&c.* Idem 7. Verr. Quid? de Apollonio Dioclis filio, Panormitano, cui Gemino cognomē eſt, prēteriri poteſt? Liv. 1. ab Vrb. Manſit Sylvius poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Expedit plura habere cognomina, ὡς ἀγαθὸν ἐς' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. Convenit in eos qui multa ſimul profitentur, quò quæſtum faciant uberiorem, aut qui diverſarum ſunt partium.

Cōgnōmĕn, neceſſitas primùm excogitavit, quum prænomen & nomen quandoq; non ſatis eſſe videretur ad homines diſtinguēdos: pòſt uſus & commoditas cuſtodivit & propagavit. Qui verò agnomen aliud à cognomine eſſe tradiderunt, ii mihi ſatis quòd ſentiunt non probant: ex corū verò numero Grammatici veteres exiſtunt, qui cognominata appellant ea quæ tertio loco: quę verò prēterea adjiciūtur, ea omnia agnomina nuncupant: ut Africanum & Aſiaticum: ejuſmodi verò opinio facilè locupletiſſimi aut oris Ciceronis verbis refellitur: apud quem animadvertere poſſumus, ea omnia cognomina dici, quę etiam quarto loco ponuntur. Sic enim ait pro Muræna: Quam laudem ille Africa oppreſſa, cognomine ipſo præ ſe ferebat, eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit: & in Somnio: Eritq; cognomen id tibi ex te partum, quod nunc habes à me hęreditarium. Idem Divitem cognomen vocat lib. 2. de Offic. in M. Licinio Craſſo, quod tamen quarto loco erat. Ex lib. Caroli Sigonii de nominibus Romanorum.

Cōgnōmēntum, n. ſ. [כנוי *chinnúi.* ἐπωνυμία. Polon. Przezwanie. Vng. Vezeték *név.* Ang. *A ſurname.*] Cic. pro Mil. Caſſinius cognomento Schola. Idem 2. de Finib. Si aut de induſtria facias, ut Heraclitus cognomento, qui σκοτεινὸς perhibetur, *&c.*

Cōgnōmĭnēs, om. t. Qui ejuſdem nominis ſunt. [ὁμώνυμοι. Gall. *Qui ont vn meſme nom ou ſurnom.* Ital. *Che hanno medeſimo nome.* Germ. Die ein Zunammen oder Wbernammen haben. Hiſpan. *Los que ſon del meſmo nombre.* Polon. Drużbowie, ięднakiego miona. Vng. Egy *vezeték neuuok, iátok.* Ang. *That hath one name, or of the ſame ſurname.*] Sic à Plaut. duæ ſorores Bacchides nominatæ vocantur cognomines. Declinanturque hic & hæc cognominis, & in genitivo hujus cognominis. Nam apud Plautum legitur: Illa mea cognominis fuit. Idem Bacchid. Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines. Plin. lib. 6. cap. 2: Quo loco Henetos adjicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat.

Cōgnōmĭno, as, act. p. Cognomen impono. [כנה *chinnáh.* ἐπιγελάω. Gall. *Surnommer, donner vn ſoubriquet.* Ital. *Mettere ſopranome.* Germanicè, Zunammen geben. Belg. Toenaemen. Hiſpan. *Dar ſobrenombre.* Polon. Przezwisko *daie.* Vngar. *Vezeték neuet adok.* Ang. *To giue a ſurname, to ſurname.*] Fit autem ex con & Nomino, n, in g, mutata. Plin. lib. 21. cap. 3: Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarii cujuſdam negotiatoris. Idem lib. 33. cap. 10: Poſtea divites cognominati, dummodò notum ſit eum qui priùs acceperit hoc cognomen decoxiſſe creditoribus ſuis.

Cōgnōſco, is, act. t. Noſco, agnoſco. [ידע *jadhdh* הכיר *hichír.* γινώσκω. Gall. *Cognoiſtre, entendre, auoir cognoiſſance, ſcauoir.* Ital. *Cognoſcere, intendere.* German. Erkennen/ wol vnd eigentlich wiſſen. Hiſpan. *Conocer di nueuo.* Polon. *Znam, wiem pewnie.* Vngar. *Meg eſmerőm.* Ang. *To knaw, to haue knawledge or vnderſtanding.*] Eſt autem Cognoſcere, noſcere eos qui priùs incogniti erant: quum Agnoſcere, ἐπιγινώσκειν dicatur propriè de olim notis. Virgil. 4. Aeglog. Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem. Varr. Vereor, ne me quoque dum revertero, præter canem agnoſcat nemo. Confunduntur tamen hæc ſæpenumero. Donatus: Cognoſcere eſt diligenter, attenteque conſiderare. Terentius in Hecyra: Poſtquam ipſe ſeſe, & illam & hanc quæ domi erat, cognovit ſatis. ¶ Cognoſcere ex literis, nuntiis, & id genus, idem eſt, quod certiorem fieri. Cic. ad Atticum libro 2: De me Imperatore ſcribis te ex Philotimi literis cognoviſſe. Idem libro 1. Epiſtolarum familiar. Quæ hìc agantur, quę acta ſint, ea te ex literis multorum & nuntiis cognoviſſe arbitror. ¶ Interdum idem quod intelligere. Cicero in Horten. Vnde autem faciliùs quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reipub. diſciplina cognoſcitur? Terentius: Eo pacto & gnati vitam & conſilium meum cognoſces. ¶ Interdum concumbere verecundiæ cauſa: ut in Evangelio: Et non cognovit eam. ¶ Aliquando ad forum pertinet, & ſignificat judico, inquiro, judicium exerceo: ut Cognoſcere de hæreditate, eſt judicium de hæreditate exercere. *Auoir la cognoiſſance.* ¶ Cognoſcere de actis alicujus: id eſt, de actis ejus inquirere, *S' enqueſter d' aucun.* ¶ Cognoſcere cauſas: id eſt, in cauſis judicis officio fungi, *Iuger des cauſes.* Cicero libro 2. Offic. Adhibuit ſibi in consilium quindecim principes cum quibus cauſas cognovit. Hujus verbi compoſita ſunt, Percognoſco, περιγινώσκω, antè ſcio. Planc. Cicer. Quòd ſi latro præcognito noſtro adventu rurſus in Italiam ſe recipere cœperit. Præcognoſco, προγινώσκω. Plaut. in Trucul. Vtroſque percognovi probé. Recognoſco, de quo alibi.

Cōgnĭtĭo, f. t. Agnitio, notitia, intelligentia. [דעת *dáhath.* γνῶσις. Gallicè, *Cognoiſſance.* Italicè, *Conoſcimento, conoſcenza.* Ger. Erkanntnuß. Belg. Wonniſſe. Hiſpan. *Conoſcimiento.* Polon. Znaiomość, wiadomość. Vng. *Iſmeret, iſmerés.* Ang. *Knawledge.*] Cicer. 1. Acad. Cœleſtia autem vel procul eſſe à naturæ cognitione cenſeret. Idem 2. de Natura deorum: Quæ primùm eos humo excitatos, celſos & erectos cōſtituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere poſſent. ¶ Aliquando ponitur pro judicio ſive judicatione. Cic. pro Cluent. Quum dies cognitionis adeſſet: id eſt, judicii. Idem pro Flac. Vtrum hic tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam fore putatis?

Cōgnĭtŏr, oris, m. t. Qui cognoſcit. [ידע *jodhéah.* ὁ γινώσκων. Gall. *Cognoiſſeur, cognoiſſant, qui cognoit.* Ital. *Cognoſcitore.* Germ. Ein erkenner/ dem etwas wol zu wiſſen vnnd kund iſt. Hiſpan. *Conocedor.* Pol. Wiadomy. Vng. *Meg iſmerő.* Ang. *He which knaweth.*] Cic. de Aruſpicum reſponſ. Quum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma conjiciebatur. Idem 6. in Verrem: Homines tenues plerunque ad ea adveniunt loca, quæ nunquam antea viderunt: ubi neque noti eſſe iis, quò veneunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. ¶ Eſt & cognitor forenſe verbum, quo olim appellabantur qui hodie *Procuratores judiciales* dicuntur. [Ang. *A proctour, a lawyer that defendethone cauſe.*] Cic. 1. in Verrem: Me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt. Idem pro Sexto Roſc. Quid intereſt inter illum qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat? Quanvis propriè Cognitor is dicatur, qui præſentis cauſam defendit, procurator abſentis: ἐπίτροπος, Aſconius & Budæus in poſterioribus annotationibus.

Cōgnĭtŭs, ti, Notus. [ידוע *jadhdúah.* γνωστός. Gall. *Cogneu.* Ital. *Cognoſciuto.* German. Erkeñt. Hiſpan. *Conocido.* Pol. Poznany. Vng. *Meg iſmertetet, iſmeretes.* Ang. *Knawen.*] Cic. 1. Offic. Incognita pro cognitis ne habeamus vitādum. ¶ Cognitior: id eſt, magis notus. Ovidius 4. Triſtium: Sed magis hęc quò ſunt cognitiora, gravant. ¶ Cognitiſſimus, ſuperlativus. Catullus: Tibi hęc fuiſſe & eſſe cognitiſſima Ait Phaſelus.

Cognituræ, Suetonius in Vitellio: Cujus (*inquit*) filius ſectionibus & cognituris uberius compendium nactus. Ita rectius legitur, quòd & libri veteres confirmant. Cognituras enim dicit procurationes, cui hominum in foro eſſet cognitor & procurator. Cognitiones nón dixit, ſed cognituras, ne de judice loqui videretur.

Cōgnōbĭlĭs, om. t. Qui cognoſcitur. [נודע *nodhdh.* γνωστός. Gall. *Choſe qui ſe peut cognoiſtre.* Ital. *Che ſi cognoſce.* German. Erkanntlich/ den man erkeñt. Hiſp. *Coſa que ſe puede conocer.* Pol. *Ktori ſię poznany.* Vng *Iſmerhetŏ (auagy) iſmerendŏ.* Ang. *That may be knawen.*] Gellius: His ſolis cognobiles fuerunt.

Cōgnōbĭlĭtŏr, [Pol. *Znaiomśći.* Vng. *Iſmeret ősb.*] Gell. lib. 20. cap. 4: Hoc ego verbum ξυνετοὶ γάρ εἰσι, quærens uno itidem verbo dicere, aliud non reperi quàm quod eſt ſcriptū à Marco

Catone

Catone in ſexto Originum: Itaque ego, *inquit*, cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror.

Cōgo, is, coēgi, coactum, act. t. ex con & ago, in quo a & n abjiciuntur, niſi in ſupino, ubi ſervatur a: Coacervo, congrego. [אסף *aſáph* בבר *tſabár* חבם *chanás*. συνάγω. Gall. *Faire venir enſemble, aſſembler, ſemer & amaſſer.* Ital. *Ammaſſare, accumulare.* Ger. Samlen/zuſammen treiben. Bel. Teſamen bryven/ oft dwingen. Hiſp. *Ayuntar.* Pol. Przimuſzam, zgromadzam. Vng. *Ódſzedés.* Ang. *To gather together in heapes.*] Cicer. 1. Tuſculanarum: Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Terēt. in Heaut. Quaſi talenta ad quindecim coēgi. ¶ Quandoque Vigere, compellere, vim adhibere. [אבם טבך *patſár* אבם *anás* אנ *áts.* ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι. Gall. *Contraindre.* Ital. *Spingere dentro, conſtringere, sforzare.* German. Treiben / zwingen/ nöhtigen. Hiſp. *Conſtrennir.* Pol. Przimuſzam. Vng. *Kenszeritém.* Ang. *To conſtrayne, to compell.*] Idem lib. 3. Offic. Diogenes contrà: Num te emere coēgit? ¶ Quandoque mulgere, *μίζειν*. Sic enim interpretatur Nonius illud Virgil. 3. Aeglog. Cogite oves pueri, ſi lac perceperit æſtus: Et nuper ſtruſtra preſſabimus ubera palmis. ¶ Quandoque coagulare, congelare, denſare, ſive durū facere, *πηγνύειν*. Idem lib. 4. Georg. - nam frigore mella Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit. ¶ Quandoque imprimere, ſeu interponere: *καταφέρειν*. Idem: Quadrifidam quercum cuneis tum fortè coactis Scindebant. ¶ Quandoque in ordinem ponere, *διατάττειν*. ut, Omnes arbores in ſulcum cogendæ ſunt. ¶ Cogere aliquem in ordinem, eſt eum cæteris parem facere, neque plus ei deferre quàm cæteris, & quaſi coërcere intra ordinem & ſtatum reliquorū. [Gal. *Mettre au rang des autres.*] Liv. li. 5. bel. Pun. Nunquid videtis, *inquit*, vos in ordinem coactos eſſe? Idem Decad, 5. lib, 3: Eo facto, evocatum à ſe concionem queſtus Tribunus, & in ordinem ſe coactum, ex Capitolio ubi erat concilium, abiit.

Cŏāctĭo, onis, f. t. Congregatio, cōvocatio, [אסף בבור *tſibbur* *eſéph.* συναγωγή, ἐισπράξις, σύλλεξις. Gall. *Amas, cueillette.* Ital. *Accumulatione.* Ger. Verſamlung/zuſammen treibung/ zwang. Hiſpan. *Ayuntamiento.* Polon. Zgromadzenie, zegnanie. Vng. Egybegyűtés. Ang. *Gathering and heaping together.*] ut, Coactio argentaria, munus ipſum cogendi pecunias. Suetonius in Veſp. Vbi deinde venia, & miſſione impetrata, coactiones argentarias factitavit. Cic. de Aruſp. Verumtamen nocturnis vigiliis & coactione hominum inſtitutum illud conceptū & conflatum eſt.

Cŏāctŏr, oris, m. t. [אסף *oſéph.* συλλογεύς, εἰσπράκτωρ. Gall. *Amaſſeur, collecteur.* Ital. *Chi conſtrigne, ò raguna, come dinari.* Ger. Ein Zuſamen treiber / ein Verſamler. Hiſp. *Conſtrennidor, ò cogedor como de pechos ò monedas.* Pol. Zgromadzacz, zbieracz. Vng. *Adó ſzedő.* Ang. *A gatherer together of money.*] Qui pecūniā cogit: hoc eſt, colligit: quo nomine dicebantur qui nunc *Receptores particulares.* Cicer. pro Cluent. Ne multa perquirantur à coactoribus: invenitur ea ſervula ad Stratonem perveniſſe.

Cŏāctŭs, hujus coactus, Impulſus. [אנס *onés.* Pol. *Przimuſzenie.* Vn. *Kényszerités.* Ang. *Conſtrayning.*] Cic. lib. 4. Verr. Eum quoque oſtendam, ſiquando judex ſit datus, coactu iſtius, quod non ſenſerit judicaſſe. Idem ad Brutum: Coactu tuo ſcribam quod ſentio.

Cŏhærĕo, res, Adhæreo. [דבק *dabák.* συγκόλλησις. Gall. *Tenir auec ou contre quelque choſe, herdre à ſcelle, s'entretenir.* Ital. *Accoſtarſi.* German. An etwas hangen. Hiſpan. *Allegarſe alguno con otro.* Polon. *Zgadzam ſzie, trzimam ſzie drugiego.* Vng. *Hozzá ragadok.* An. *To ſticke to, or to be faſten together.*] Cic. lib. 1. Academ. Neque enim materiam ipſam cohærere potuiſſet, ſi nulla vi continineretur: neque vim ſine aliqua materia. ¶ Cohærere dicitur res aliqua, quando negotio convenit & concordat. Terentius in Andr. Hem, Paululum obſoni, ipſius triſtis, de improviſo nuptiæ: Non cohæreſit.

Cŏhærĕſco, ſcis, idem. [Vn. *Hozzá ragadok.* An. *To ſticke or cleaue to.*] Cic. de Nat. deor. Quæ interjecto inani cohæreſcunt tamen inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

Cŏhærēntĭă, tiæ, f. p. Compoſitio, connexio. [דבק *débek* מחברת *machbéreth.* συμφύεια, σύνταξις. Gal. *Vnion & conionction, entretenement.* Ital. *Vnione, congiongimento.* Ger. Vereinbarung/zuſamenfügung. Hiſp. *Allegamiente.* Pol. Zgodzenie. Vn. *Összve foglalás, ragaztás.* Ang. *Sticking or cleauing together.*] Cic. de Natur. deor. Iam verò circuitus Solis & Lunæ, reliquorumque ſyderum quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & ſpectaculum hominibus præbent.

Cŏhærārĭŭs, rii, Qui cohæret, & alicui ad aliquod munus adjunctus eſt. Gall. dici poteſt *Adioinct.* [Pol. *Towarzyſz wlurzedzie.* Vn. *Tiztsbeli ſegitő társ.*] Cic. 3. de Legib. At ſi quid erit quod extra magiſtratus cohærario uſus ſit, qui cohæret, populus creato, eique jus cohærendi dato.

Cŏhærēs, hujus cohæredis, Qui ſemel hæres inſtitutus eſt. [συνκληρονόμος. Gal. *Coheritier, heritier en partie.* Ital. *Herede inſieme.* Germ. Ein Miterb. Hiſp. *El que es heredero con otro.* Pol. *Spoſu dziedzicz.* Vng. *Örökös társ.* Ang. *That is heir of one parte.*] Plin. Epiſt. 116: Libertos ejus, eoſdemq; cohæredes ſuos, falsò, ut venificii reos, detuleraat ad principē. Idem in Panegyr. Quid ſi cohæredē nō à filio accipiat? Cic. li. 3. ad Att. Dolabellam video Liviæ teſtamento cū cohæredibus eſſe in triente.

Cŏhĭbĕo, es, act. ſ. ex Con, & Habeo, quaſi mecum habeo, Retineo, inhibeo, refræno. [כלא *cala* חסם *chaſam* אבע *manah.* ἐπέχω, κατασχέω. Gal. *Cõtenir, arreſter, refraindre, reprimer.* Ita. *Conſtringere, reprimere, refrenare.* Germ. Zuſamen halten/verheben. Belg. Teſamen dawen/bedwingen. Hiſp. *Refrenar, ò reprimir.* Pol. Powściągam, bronie. Vn. *Meg tártoſztatom, ellene állok, meg zabolázom, meg tiltom.* Ang. *To reſtreine, to hold in.*] Plin. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit. Plaut. in Mil. Cohibete intra limen etiam vos parumper: hoc eſt, continere.

Cŏhĭbĭtĭo, f. t. verbale, interdictum. [מעכור *mahatſór.* κώλυσις, ἀπαγόρευμα. Gall. *Contrainte, prohibition, defenſe.* Ital. *Reſtringimento.* Germ. Die zuſammenhaltung/ oder zwingung. Hiſ. *Refrena-miento ò repreſſion.* Pol. Powściągnienie. Vng. *Meg tartoztatás, tiltás.* An. *Forbidding, holding in.*] Cic. lib. 5. in Verrem: Cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntati.

Cohibitus adjectivum, *συνεσταλμένος*, repreſſus: [Pol. *Powściągnioni.* Vng. *Meg tartóſztatot, zabolázztatot.*] ut apud Gellium libro 7. cap. 14: Subtile in Menelao dicendi genus & cohibitum.

Cŏhŏnĕſto, ſtas, ſtare, Honeſto, decoro. [כבד *chibbédh.* ἐυκοσμέω, τιμάω. Gal. *Faire honneur, honorer, mettre en honneur.* Ital. *Far honore, honorare.* German. Ehren/ Ehr beweiſen. Hiſpan. *Hazer honra, ò honrar.* Pol. Czcze, zdobie. Vng. *Tiſztéltém, böſſöllöm.* Ang. *To mak honeſt or honorable.*] Cic. antequam iret in exil. Tantùm à vobis illud Equites Romani & peto & rogo, ut quem ſæpenumerò veſtra laude cohoneſtaſtis, eundem in dubiis vitæ periculis veſtra virtute conſervetis.

Cŏhŏrrĕo, es, n. ſ. vel Cohorreſco, ſcis, t Magno horrore afficior. [סוד *ſamár.* φρίττω. Gall. *Auoir grand' peur & frayeur, trembler de peur.* Ital. *Spauentar tutto, tremar di paura.* Ger. Ein grauſen ankomen vor forcht/ ein abſcheuhen mit ſchauderen tragen. Hiſp. *Eſpeluzarſe, ò tremblar de miedo.* Pol. Lekam ſzie. Vng. *El rémüldök, el iſzonyodom.* Ang. *To tremble through feare.*] Cic. in Somn. Scip. Quem ut agnovi, ègo quidem cohorrui. Idem 3. de Orat. Nanque tum latus ei dicenti condoluiſſe, ſudoremque multum conſecutum eſſe audiebamus: ex quo quum cohorruiſſet cum febri domum rediit, dieque ſeptimo eſt lateris dolore conſumptus.

Cŏhŏrs, f. t. Militum manus, A' cohortando dicta eſt, quòd Tribunus eam ut ſequatur hortari ſoleat: ſeu quòd ipſa ſe mutuò frequenter ad pugnam hortetur. [גדד *ghédhúdh.* στρᾶτος, πύργος. Gall. *Bande de gens de guerre ou autres gens.* Ital. *Compagnia di fanti à piedi.* Ger. Ein Schar oder Rott / der Fußknechten beſonder. Belg. Een ſchaer. Hiſp. *La batalla ò esbuadra de hombres de pie.* Pol. *Rota pieſzego ludu.* Vng. *Sereg.* An. *A bande of men of warre or other folkes.*] Cæſar 3. bell. Gall. Illi eductis quatuor cohortibus, quæ præſidio caſtris relictæ, integræ ab labore erāt. Eſt autem propriè Cohors peditum, ſicut Turma equitū. Cicero pro Marcel. Hujus gloriæ, Cæſar, quā es paulò antè adeptus, ſocium habes neminem: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. Hoc eſt, neque pedites tibi quippiam decerpunt, neque equites. ¶ Cohors etiam pro congregatione quorumcunque hominum ponitur. Sueton. in Galba: Per hæc gratiſſimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum, magnæ dignationis eſt habitus. Horat. 1. Epiſt. Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? ¶ Item pro comitatū & ſatellitio magiſtratus, qui ibat in provinciam. ¶ Vnde cohors prætoria, quæ Conſuli aut Prætori in Provincia præitò ſemper erat, quaſique latus ejus cingebat. Cic. in Ver. Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis. Erant autem duæ Prætoriæ cohortes: una evocatorum, altera voluntariorū, qui Proconſules in expeditionem comitabantur, ut uſu rerum peritiores domum rediirent. Eſt & Cohors, locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in villa ſolemus. *ἔπαυλις*. Ovidius: Abſtulerat multas illa cohorti aves. Vnde etiam militares cohortes dictæ videntur. Varro 4. de ling. Lat. Cohors, quòd ut in villa ex pluribus tectis conjungitur, quiddam fit unum, ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In villa verò Cohors dicitur, quòd circa eum locum pecus coërceretur. ¶ Hinc Cohortales gallinæ, *αὐλιμαὶ ὄρνιθες* vocantur apud rei ruſticæ ſcriptores, quæ in cohorte domi aluntur. Poſſunt etiam dici Cohortes ab horto: nam quum veteres Hortos, vicos dicerent, quòd qui arma ferre poſſent, ibi naſcerentur, inde cohortem dixerunt, manum hominum ex eodem vico ad pugnam exeuntium: quòd illi eſſent ex eodem horto: id eſt, vico geniti. Nam & Galli (ut eſt apud Cæſarem) hoc modo pugnabant: quiſque enim pagus per ſe pugnam capiebat. Dicitur & Cors pro avium ſepto. Varro: In urbana

quoque domo, cortem facere poterimus, in qua pascere ciconias, grues, pavones, gallinas, anseres, & similia dabitur, ad usus quotidianos. Martialis: Raucæ cortis aves. ¶ Cortalis, le, ut, Gallina cortalis, in corte nutrita. Columella in Præfatione totius operis: Ea ut à pecoribus recedam, quorum in parte avium cortalium & apium cura posita est.

Cŏhŏrtŏr, aris, ari, Hortor, adhortor. [הוֹהִיר hizhír. παρεγγυᾶν, παρηγορεῖν. Gal. *Enhorter, admonester, remonstrer.* Ital. *Essortare.* Germ. Ermahnen / einander zusprechen. His. *Induxir ò atraer por razones.* Pol. *Napominam.* Vng. *Intóm, intók.* An. *To exhort, to encourage.*] Cic. ad Terent. lib. 14: Eum ut potui, per literas cohortatus sum.

Cŏhŏrtātĭo, onis, f. t. verbale, Hortatio. [παράκλησις, παρόρμησις. Gall. *Exhortation, exhortement.* Ital. *Essortatione.* Germ. Vermahnung. Hispan. *Induzimiento con razones.* Pol. *Napominanie.* Vng. *Intés, nogatás.* Ang. *Exhorting.*] Cicero ad Brutum: Erectior Senatus erat, non sententiis solùm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus.

Cŏhum, Lorum est, quo temo buris cum jugo colligatur: [Pol. *Chomato.*] à cavo dictum, inquit Varrò, sive (ut Festus mavult) à cohibendo. ¶ Cohum etiam poetæ cœlũ dixerunt, teste eodem Festo, à chao, ex quo putabant cœlum esse formatum.

Cŏĭnquĭno, nas, pen. corr. Inquino. [טִנֵּף tinnéph טִמֵּא timmé. κοινῶ, συμμολύνω, συμμιαίνω. Gall. *Souiller auecso y, diffamer, gaster ensemble.* Ital. *Imbratare.* Germ. Bevnsauberen / verfudlen / beflecken. Bel. Befmeren. His. *Ensuziar.* Pol. *Plugawie, napluskuie.* Vn. *Meg ferteztetóm, rutitom.* An. *To defile, to pollut, to staine.*] Columel. lib. 8: Totam progeniem coinquinat: siquidem celeriter tùm alia pecora, tùm præcipuè oves contagione vexantur. Horatius: - merdisque coinquinet albis. Cic. de Nat. deor. Periculum mattes coinquinari regias.

Coïs, Vide COA vestis.

Cŏix, cis, κόϊξ, Genus stirpis, cujus folia ad texendum sunt utilia, similia junceis, atque palmeis. [Pol. Witki. Ang. *An osier tree.*] Autor Strabo. ¶ Est item Coix, vas farinarium, ex arborum corticibus contextum, quod Dores κοῖν appellant.

Cŏlăphŭs, & Colaphum, pen. cor. Alapa. [מַכַּת לֶחִי machcháth lechí. κόλαφος. Gall. *Vn soufflet ou coup de la main ou du poin sur la ioue.* Ital. *Guanciata, mostaccino, punzone.* Germ. Ein Backenstreich. Belg. Een Kinnebackslach. Hisp. *Cofetada.* Pol. *Pogíbek, policzek.* Vn. *Orczúl tsapdosom, ökölel verõm.* An. *A buffet or blowe.*] Terent. in Adelph. Colaphis tuber est totum caput. Sic Colaphos infringere alicui, κολαφίζειν, pro illidere, infligere apud eundem: & Colaphos incutere, apud Iuvenalem, πάσσειν ἐπὶ κόρρης.

Cŏlăphīzo, as, Pugno verbero, colaphum impingo. [עַל לֶחִי הִכָּה hichcháh hal lechí. κολαφίζω. Gall. *Soufflet, donner soufflet.* Ital. *Dar de pugni, dar punzoni.* Ger Backenstreich geben / mit Feusten schlahen. Belg. Mit wyffen slaen. Hisp. *Dar bofetadas.* Pol. *Wgebe bitie policzkuie.* Vng. *Orczúl tsapdosom, ökóllel verõm.* An. *To boxe or buffet.*] Græcum verbum est, quod apud Latinos extra Sacras literas haud temerè reperias.

Cŏlārĭs, ris, κόλαφις Aristoteli Hist. lib. 2. cap. 9: Avis est quam ulula cæteræque aduncis unguibus rapiunt: unde his bellum oritur.

Cŏlāsis, κόλασις, Genus pœnæ est, quod adhibetur castigandi vel emendandi gratia. Eustath. in 3. Ethicorum interpretatur refrænationem affectuum.

Cŏlāx, κόλαξ. [Pol. *Passorzit.* An. *A flatterer.*] Latinè assentator dicitur. à κολακεύω, adulor.

Colchicum, [Pol. *Paluchi.*] Bulbus est agrestis, exitu autumni croceum edens florem, & posterius folia pinguiora quàm bulbi, caule, semipedẽ alto, semine rufo. Quidam ephemeron lethale appellant. Gustatum enim fungorũ more jugulat. Maxima ejus cópia in Còlchide nascitur: unde & nomen accepit: Officinæ *Hermodactylon* appellant. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 72.

Coles, is, m. t. Dicitur hasta, sive virga membri virilis, unde dependent colei: κῶλος, τό. Ejus suprema pars Glans dicitur, Græcè κάλανος: pellicula verò quæ glandem tegit, Præputiũ vocatur. Celsus lib. 6. cap. 18, De colis morbi curationibus: Igitur si ex inflãmatione coles intumuit, reducitq; summa cutis, aut rursus induci non potest, multa calida aqua fovendus locus est. Ybi verò glans contecta est, &c. Paulò pòst: Sursumque coles ad ventrem deligandus est. Ibidem: Interdum autem per ipsa ulcera, coles sub cute exesus sicut glans excidat.

Coleata cuspis, Apud Nonium à Pompejo dici videtur pars illa, qua viri sunt, nec honestè potest nominari: Conspicio (*inquit*) coleatam cuspidem.

Cŏlis, hujus colis, unico l, Est tener in vite vel in herba ramusculus, quem in vite etiam Pampinum vocant. [זְמוֹרָה zemorâh. κωλὸς, κλῆμα. Gall. *Vn reieton de sarment de vigne, vne tige.* Ital. *Germolio di vite, ò altra herba.* Germ. Ein zart jung Rebschoß / oder ein kleines Kängelin an einem Kraut. Hispan. *La cola verca.* Polon. *Latorosl, gl'abek.* Vng. *Szőlő es egyéb fw nek leuele, fattyu veszsző.* Ang. *A litle tender bough or brenche in wine or hearbes.*] Varro de Re rust. libro 1. cap. 31: Pampinare, est ex sarmento coles, qui nati de iis, qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum.

Cōlĭcŭlŭs, diminutivum. [καύλιον. Pol. Wirostlinka. Vn. *Szőlő és fw' gyenge ágatskaia fattyu veszszőtske.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Sed & faba eandem culturã exigit, si jam colicus ejus in quatuor digitos altitudinis excreverit. Varro lib. 1. cap. 31: Ex altera parte capra, quòd parit capreolum, is est colicus viteus intortus, ut cincinnus.

Cōlĕus, m. s. Testis, sive testiculus per diminutivum. [אֹשֶׁךְ éschech. περίνεος. Gall. *Couillon.* Ital. *Testimonio, cioè testicolo.* Ger. Hoden. Hispan. *La turma ò cojon del animal.* Pol. *Iatko.* Vng. *Mony tőki, ket monyat golyobissá.* Ang. *The stones of man or beast.*] Cicer. Pæto libro 9: Testes, verbum honestissimum in judicio, alio loco non nimis; at honesti colei Lanuvini, Cliternini non honesti. Dicitur etiam Culeus apud Poetas quinta vocali pro quarta suppositá, ratione carminis. Martial. Quum depilatos Creste culeos portas.

Cŏlīnă, per simplex l, [μαγειρεῖον. Gal. *Cuisine.* Ital. *Cucchina.* Germ. Ein Kuche. Bel. Een kuecken. Hisp. *Cozina.* Pol. *Kuchnia.* Vn. *Konyha, kohnya.* An. *A kitching.*] à Calo, is, quam postea Culinam, deinde à coquendo Coquinam vocavêre: quòd ibi colebant ignem locupletiorem.

Cōlīphĭum, n. s. κολίφιον, Panis genus, quo athletæ utebantur: ita dictum ἀπὸ τῆ κόλε, ᾗ ἴφι: hoc est, à robore membrorũ, vel ἀπὸ τῆ κόλικος. [Pol. *Brzuchonós.*] Est enim Colix subcinericius panis. Plaut. Colyphia mihi ne incocta detis. Iuvenal. Satyr. 2: Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. Martial. lib. 2: Quum coliphia sexdecim comedit.

Cōllă, s. p. κόλλα. [Gall. *Colle.* Ital. *Colla.* Germ. Leym Hisp. *La colla ò engrudo.* Pol. *Kley.* Vng. *Enyw (anagy) enyő, vagy enyu.* An. *Glue or souldre.*] à Græcis dicitur quod nos glutinum dicimus, quo lingua ferrum jungatur. Vtimur autem tantùm ejus compositis: ut Sarcocolla, Ichthyocolla, Chrysocolla.

Collabi, [κολλᾶσθαι. Ger. Die Nägel auff der Harpffen oder Lauten. Ital. *Piuoli della cetera, ò d'altri instrumenti.* Pol. *Gozdzie viutnie, albo instrego instrumentu.* Vn *Hegedw (vagy) egyéb muzsika szerszámnak az peczkè, és szegel.*] Græco vocabulo appellantur fidium epitomia: hoc est, claviculi in cithara aut testudine, quibus intenduntur & remittuntur fides. Cælius lib 9. cap 16.

Cōllăbŏr, beris, d. p. Labor, concido. [נָפַל mahádh נָפַל naphál. πίπτω, συμπίπτω, σωλισθήμενος. Gall. *Estre en danger de cheoir, tomber ensemble.* Ital. *Cadere.* Ger. Mit einem anderen ding fallen / zusammen fallen. Hisp. *Caer con otro.* Pol. *Vpadam wale sçie.* Vn. *El esõm el iszaniodom (vagy) sikamodom.* An. *To stipe, to slide together.*] Plaut. Truc. Clanculum collapsus est hic in corruptelã suam. Ovid. 6. Met. Hæc frustra fugiens collabitur.

Cōllāpsŭs, dicitur is, cui præ dolore concidit animus. [עִלְּפוּת hatúph. συμπεσὼν, σωλισθήμενος. Gall. *Cheut auec vn autre ou de tous costez, abatu & ruiné.* Ital. *Caduto, guasto, rotto.* Germ Der gefallen ist / dem geschwunden oder ohnmechtig worden ist. Hispan. *Caido juntamente con otro.* Polon. *Vpadł y, od mdł'oszżi pawalony.* Vngar. *El álult, ina szakat, megesdt.* Ang. *That hath slipeth o fallen.*] Virg. 8. Aen. - hæc genitor digressu dicta supremo Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.

Cōllābāsco, scis, scere, Ruinã minitor, [σωλισθάνω. Gal. *Estre prest ou commencer de cheoir auec vn autre.* Ital. *Crollarsi, esser disposto à cadere.* Germ. Wöllen fallen / anfahen fallen. Hisp. *Caer ò ser dispuesto à caer con otro.* Pol. *Vpadam walesçie.* Vng. *Esó félbe vagyok, el iszamodom.* Ang. *To slipe or to begimneto fall.*] Plaut. Sticho: - si labant Res lassæ, itidem amici collabascunt.

Cōllābĕfĭo, fis, collabefieri. [נִתַּץ nitháts. καταλύομαι, λυμαίνω, ἀνῶ. Gallic. *Estre gasté, rompu & destruit.* Ital. *Esser rotto, guasto, & corrotto.* Germ. Zerbrochen oder zerstört werden. His. *Ser gastado y perdido.* Pol. *Lamie sçie padam sçie.* Vng. *El romlok, el veszők, el esue ő szue rom.* Ang. *To be ruinous or broken.*] Cæsar 2. bel. Civil. Ille adeò graviter incitatæ conflixerunt, ut vehementissimè utræque ex concursu laborarent: altera verò perfracto rostro tota collabefieret.

Cōllăbĕfăcto, as, are, Labefacto. [נָתַץ nathátz. λυμαίνω. Gall. *Faire cheoir ou esbranler, rompre & gaster.* Ital. *Guastare, indebolire, corrompere.* German. Erschutten / verderben / zuboden richten. Hispan. *Gastar, corromper.* Pol. *Wswracam, psçie.* Vng. *Megerőtelenitem.* An. *To cast, to fall, to destroye.*] Ovid. 1. Fastor. Et factum motu collabefactat opus. Vnde, Collabefactari testula, ἐξοστρακίζεσθαι, significat ejici ex urbe per signa testarum, quod exilii genus Ostracismum vocabant.

Cōllābĕllo, Labra adjungo. Laberius apud Nonium: Perge jam, collabella osculum: hoc est, junctis labris osculare.

Cōllachrўmo, & Collachrymor, dicitur. [בָּכָה bachah. κατακλαίειν, σωδακρύειν. Gall. *Pleurer ensemble.* Ital. *Lagrimare.*

mare, piangere. Germ. Beweinen/mitweinen. Hiſp. Llorar. Pol. Popł'akuie ſpoł'u pł'acze. Vn. Eggywt ſirok. An. To weepe together with others.] Cic. in Som. Scip. Ad quem ut veni, complexus me ſenex collachrymavit. Idem pro Seſtio: Et quoniam me huc provexit oratio, hiſtrio caſum meum toties collachrymavit. Terent. in Andr. Triſtis interim nonnunquam collachrymabat. Pleriſque videtur ſcribi ſine aſpiratione.

Cōllachrȳmātĭo, f. t. [בכי bechi, ἐπιδάκρυσις. Gallic. Pleur, Plouroement. Ital. Pianto inſieme. Germ. Beweinung/ mit weinung. Hiſ. Lloro. Pol. Społ'u pł'acz. Vng. Eggywt valo ſirás. An. Weeping together.] Cic. 2 de Orat. Signa doloris tui verbis, ſententiis, voce, vultu, collacrymatione denique oſtendens.

Cōllactānĕus, m. f. Qui ejuſdem mammis eſt nutritus: Collacteus qui eodē lacte. [συγγάλακτος, ὁμογάλακτος. Gall. Nourri d'vn meſme lait, frere de lait. Ital. Fratello di latte. Ger. Mitſeugling/der von einer Milch iſt erzogen worden. Hiſp. Collaco, hermano de leche. Pol. Społ'u ſiaci. Vng. Egi tſets ſzopok, egy teyiel tartotak. An Nourſed with the ſame milke, a foſter brother.] Iuven. Satyr. 6: - quid dicat notæ collactea Mauræ. Martial. Sed quòd ſororis ejus amica & indiſcreto fœdere collactea videretur.

Cōllarĕ, hujus collaris, Vinculi genus, quo canū colla aſtringuntur, quod Mellum vocavit antiquitas. [ἀφεστραχήλιον, ἀφεδίγαιον. Gall. Collier. Ital. Collare. Ger. Ein Halßband. Hiſp. Collar. Pol. Kornierz, obrucz. Vn. Bro. An. A collar for houndes and other beaſtes.] Fit ex corio firmo cum Clavis capitatis. Varr. 2. de Reruſt. Ne vulnerentur à beſtiis, imponuntur his collaria.

Cōllārĭa, [κόφων. Pol. Kuna. Vn. Nyak ſzorito ronto vas An. Irons wherewith malfactours ar bounde.] fœminini generis, pro ferro ro tundo, quo cōſtringuntur colla malefactorum. Plaut. in Cap. Hoc quidem haud moleſtu'ſt jam, quod collus collaria caret.

Collatĭo, Collatus, Vide CONFERO.

Collaūdo, das, act. p. Laudo, approbo. [ברך bereéh הודה hodhàh ||| הלל hillēl. ἐπαινῶ. Gall. Louer encompagnee, louer enſemble. Ital. Lodare. Ger. Loben/ mitloben. Hiſp. Juntamente alabar. Pol. Pochwalam. Vng. Ditſirőm, magaſztalom. Ang. To praiſe and commend together.] Cic. Lentulo: Illud tibi affirmo, ut quum redieris, ab omnibus collaudēre.

Cōllāudātĭo, onis, verbale, Approbatio. [הודה tehillāh. ἐγκώμιον. Gall. Louange, collaudation. Ital. Laude, commendatione. Ger. Das loben. Hiſp. Alabança. Pol. Pochwał'a, pochwał'. Vng. Ditſiret, ditſirés.] Cic. 2. de Invention. Primum ſcriptoris collaudatione, & loco communi, &c. Liv. 2. bel. Punic. Cujus collaudationem quum Tribuni plebis impedire conarentur.

Cōllēgæ, arum, pen. prod. dicuntur duo vel plures in dignitate & honore ſocii: [אסיפים aſuphim. συνέδρους. Gal. Compagnons en magiſtrat ou office. Ital. Compagni in officio. Ger. Mitgeſellen in einem Ampt/ Amptgenoſſen. Belg. Een Medegeſell in een ofs ſice. Hiſp. Compañeros en officio ò en collegio. Pol. Towarzy; wiednim vrzędzie. Vn. Tiſztbeli társok. An. Cōpanions in office, colleges.] ita dicti, teſte Varrone, quòd ſimul lecti ſint. Vnde Conſules & Prætores Collegæ erāt, teſte Gellio li. 13. cap. 14. quòd ſcilicet iiſdem comitiis creabantur. Plaut. Aſin. Id virtute hujus collegæ, meaq; comitate factum eſt. Cicero 4. Verr. Qui ſe non Timarchidis, ſed ipſius Verris collegam & ſocium eſſe dicebat.

Cōllēgārī artifices, ut Alciatus cap. fin. lib. 1. Parerg. ſcribit, dicuntur, quòd in Collegia, ſeu Decanias diſtincti eſſent. Hi ut alicui muneri diligentiùs deſervirent, varia privilegia conſequebantur: erantque ex ipſius urbis fæce, ut idem teſtatur, interque eos maximè illi numerōs, quos in Novellis Iuſtin. Lecticarios, ſeu Decanos appellat: ad hos cura Libitinæ pertinebat: id eſt, ſepulturamque defunctorum procurandi, pheretra lactucasque ferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iuſtin. mille centum ergaſteria ſolùm illis attribuit, quæ ad majorem eccleſiam pertinerent, immunitateque fruerentur. l. 4. l. qui ſub prætextu C. de ſacroſanct. eccleſ. Cæteros verò Munifices eſſe juſſit, neque hoc nomine excuſari. Vide quæ idem annotavit cap. 13. lib. 2. Parerg. ejuſdem operis. Erant opificum collegia ex quatuor hominum generibus, è ſervis, ex inopi veterum civium Romanorum plebe, ex novis civibus, ex iis, qui quum proximè in urbem veniſſent, cenſi nondum erant.

Cōllēgĭum, n. ſ. propriè Collegarū ſocietas, concilium. [כנוה chenaāh קהל kahal בית אסיפים beth aſuphim. συνέδριον, σύλλογος. Gall College, compagnee, aſſemblee, congregation. Ital. & Hiſp. Collegio. Germ. Verſamlung. Pol. Zgromadzenie, zchacżka. Vn. Czéh, gyw'lekezet. Ang. The aſſemble of the colleges, an aſſemble.] Tres numero collegium facere exiſtimavit Horatius Priſcus, quod magis ſequendum affirmat Marcellus, quàm quod plerique ſcripſerunt, majorem ad id numerum neceſſarium eſſe. Plaut. in Menæch. Captum ſit collegium augurum. Cic. 6. Verr. Tum ex ampliſſimo collegio decemvirali, &c. ¶ Collegium item congregationem, & ſocietatem quoruncunque hominum ſignificat. Plin. in Epiſt. Tu domine diſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum CL. ego attendam, nequis niſi faber recipiatur.

Cōllēgĭă: hoc eſt, infirmorum hominum, certas artes pariter exercentium, conventus, jam inde à Numa rege eſſe inſtituta, in Plinii naturali hiſtoria, & in Plutarcho ſcriptum eſt: poſtea, quum horum collegiorum numerus eſſet auctus, omnia, præter pauca atque certa, ut fabrorum, fictorumque, quæ civitatis utilitas deſiderabat, pluribus legibus ſublata ſunt, neque ſolum legibus, ſed etiam ſenatuſconſultis, ut L. Cælio, Qu. Martio coſs. nec enim hominū humilium coitiones in civitate ſatis tutæ videbantur. Clodius autē, ut inopem plebem, quæ parvo negotio ad facinus impellitur, ſibi conciliaret, utpote qui novitatem & vim meditaretur, collegia non ſolùm vetera reſtituit, ſed etiam nova innumerabilia conſtituit: de quo & in oratione pro Sextio, & in Piſonem Cicero meminit: præterea Dion libro XXXVIII. Pædianus in commentario Cornelianæ. Hæc autem collegia non è ſolis peregrinis, aut è ſervis, ſed è peregrinis, qui poſtea cives fiebant, è novis civibus, ex veteribus Romanis inopia laborantibus, è ſervis conſtabant: eſt enim ridiculum, eos putare fuiſſe peregrinos, quorum patres & majores multis antè annis artem aliquam ſedentariā adminiſtraſſent: peregrini quidē & erant, & dicebantur, ante quàm eſſent cenſi: ſed quum Romę domicilium jam per aliquot annos habuiſſent, profeſſi apud prætorem, civium Romanorum jura conſequebantur, & vel eaſdem quas antea, artes adminiſtrabant, vel in militiam proficiſcebantur: in qua quum nonnulli fortem fidelemque operam reip. navaſſent, equeſtris loci dignitatem, ſi modo H-S quadraginta millia poſſiderent, conſequebantur, vel tribuni militum fiebant, ex quo poſtea tribuni pl. facilè creabantur: unde ad alios magiſtratus erat aſcenſus. Romanos autem cives, alios magiſtratus alios militiæ, alios mechanicis artibus operam dediſſe, facilè mihi & Plinius perſuadet, qui de collegiis ærariorum, fabrūm, & ſingulorum à Numa rege inſtitutis mentionem facit: & L. Florus idem apertè demonſtrat: cujus hæc ſunt verba: A' Ser. Tullio rege populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, decuriis atq; collegiis diſtributus, ſummaque regis ſolertia ita eſt ordinata reſpub. ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artiū, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur, acſi maxima civitas minimæ, domus diligentia cōtineretur, collegia nominat, & artes, quæ duæ dictiones manifeſtò declarant, contra quam Dionyſius Halicarnaſſeus quodā in loco affirmat, artes illas, quæ in officinis tractantur, etiam ab iis, qui multis antè annis jure civium Romanorum uterentur, eſſe cultas: hoc & Cicero demonſtrat in oratione pro domo ſua: ait enim ſic: Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani (quoniam plebi quoque urbanæ majores conventicula, & quaſi conſilia quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreverint. Præterea lib. VI. Epiſt. ad Att. Iudicem eſſe Romæ ſignificat Turpionem ſutorium: quid autem? Pædianus qui fuit antiquitatum Romanarum bene peritus, nónne in orationis pro Milone commentario, & concionem, & populum nominat, quum de iis, qui mechanicas artes tractarent, manifeſtè loquatur? nam quum exponit illud, contra heſternam concionem illam, ſubjungit hæc: Idem T. Munatius Plancus, ut ſæpè diximus, poſt audita, & obſignata teſtium verba, dimiſſoque interim judices, vocata concione cohortatus erat populum, ut clauſis tabernis, poſtero die ad judicium adeſſet, nec pateretur elabi Milonem. Erant igitur opificum collegia ex quatuor hominum generibus, è ſervis, ex inopi veterum civium Romanorum plebe, ex novis civibus ex iis, qui quum proximè in urbem veniſſent, cenſi nondum erant: ſed illa, quæ P. Clodius reſtituit, qui etiam, ut ait Cicero in Piſonem, nova quædam è ſervitiorum fæce conſtituit. Dion hiſtoriæ ſuæ libro XXXIIII. τὰ ἑταιρικὰ κοινώνια nominat: quòd nihil aliud eſſent, quàm opificum ſodalitates: quales Venetiis videmus eſſe quamplurimas: quod etſi ita ſit: ad aliam tamen ſententiam convertendum eſt illud, quod in libro de Senectute ex perſona Catonis Cic. pronuntiat: ſodalitates paulò ante me quæſtorem conſtitutæ ſunt: non enim de collegiis opificum eſt intelligendum, ſed de ſodalitibus honeſtorum civium, animi cauſa conſtitutis: & quemadmodū ſodalitates, item collegia non ſemper de artificum cœtibus dicuntur: non enim, quod libro II. ad Qu. Fratrem ſcriptum eſt, M. Furium Flaccum, equitem Romanū Capitolini & Mercuriales de collegio ejecerunt, ſic exponendum eſt, ut non de collegio eorum qui mechanicas artes exercerent, ſed de collegio aliquo ſacerdotum ejectum eſſe Flaccum intelligamus: non enim ſuſpicari aliter poſſumus, quum eques Romanus eſſet, artes autem quæſtuariæ ab infima plebe tractarentur, argentaria tamen excepta: quam à Qu. Cælio, equite Romano, Pomponii Attici avunculo, eſſe adminiſtratam, libro 1, ad Atticum Cicero ſignificat: ſi modò fœnerator, & argentarius

idem fuit: erat igitur inter quæstuarias artes paulò honestior, vel ut dicam verius, paulò minus turpis argentaria: cui tamen operam dare, probro ducebatur: itaque Octavio, qui postea est Augustus appellatus, avum argentarium M. Antonius & Cassius Parmensis exprobrare soliti sunt. Ex nostris commentariis in orationem pro Sextio.

Cōllĕvo, as, act. p. Levius reddo, mitigo. [הקל *hekál. συκοφαντέω.* Gall. *Soulager, alleger.* Ital. *Mitigare, far lieue.* Ger. Erleichteren. Hisp. *Amansar, ò ablandar.* Pol. *Vlżwam.* Vng. *Meg kinyebitőm.* An. *To mittigat and mak lighter.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Prodest renibus, jecinori, & interaneis vesicæ: collevat enim ea. De musto loquitur.

Cōllībĕrtī, m. f. dicuntur, qui ab eodem domino, cujus servi fuerunt, libertate donati sunt. [συναπελεύθεροι. Gall. *Compagnons en seruitude & liberté.* Ital. *Serui di vno istesso patrone, & poi francati.* German. Die mit einander von eines Herren Dienstbarkeit ledig worden seind. Hispan. *Los que de sieruos fueron juntamente libros.* Pol. *Spol'u wolnyuczinieny odnie woley.* Vng. *Azon egy śrtúl el botsátot két szabadu szolga.* Ang. *Companions in seruice made free.*] Plaut. in Pœn. Quin hercle collibertus meus faxo eris. Paul. in l. duo. §. duo. ff. pro socio. Duo colliberti societatem coierunt, &c.

Cōllĭbĕt, vel Collubet, In tertiis tantùm personis, Libet, placet. [יטב *jatáb. συνδοκέω.* Gall. *Il plait, il vient à gré.* Ital. *Piace, è grato.* German. Gefallen/ gutthieben. Hisp. *Autojarse ò plazer algo.* Pol. *Podoba śnie.* Vng. *Tetszik.* Ang. *It pleaseth, it liketh.*] Salustius in Ciceronem: An non ita à puericia vixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? Horat. 1. Serm. si collibuisset, ab ovo Usque ad mala citaret, Io Bacche. Plaut. Amphit. Utcunque animo collubitum est meo. Cic. ad Crassum lib. 15: Ut simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat.

Cōllĭcĭæ, f. p. interprete Festo, tegulæ sunt, per quas aqua in vas defluere potest. Solent & in agris humidioribus colliciæ constitui, per quas aqua in fossas eliceretur. [οἱ ὀχετοί; εἰς ὕδροφορίαν. Gal. *Fossez & grans rayons és terres par ou s'escoulent les eaux, rayes.* Ita. *Solchi per quali l'acqua si scola da i campi.* Germ. Runde hole Zieget/ oder Wasserrunsen auff den Aceren. Belg. Waterforen. Hisp. *Los sulcos maiores en que acuden los menores.* Pol. *Brozda, rinna, row do śpeziagnienia wody.* Vn. *Tserép ása torva, vizkalyó barazda.* Ang. *Gutters to conueigh water.*] Plin. lib. 18. cap. 19: In usu est & collicias interponere, si ita locus postulat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant. Columella Colliquias vocat lib. 2. cap. 8: Sed quamvis, *inquit*, tempestivè messis confecta erit, cavebitur tamē, ut patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus; & omnē humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.

Cōllīdo, is, pen. prod. act. t. Simul percutio, frango, contero. [רסמש *rittásch* רץ *rdts. συμβάλλω, συντρίβω, συγχέω.* Gall. *Frapper l'vn contre l'autre, choquer, heurter contre.* Ital. *Percuotere insieme.* Germ. Zusamen schlahen/ an einander knitschen/ oder stossen. Belg. Tesamen slaen. Hisp. *Herir vna cosa con otra.* Po. *Ottracam, bitie gruziemu.* Vng. *Egyben rontom, őszue verőm.* An. *To hitt, bruise or knock together.*] Cic. 3. de Nat. Deor. Humor ita mollis, ut facilè premi collidique possit. Quintil. lib. 2, cap. 13: Iam collidere manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cædere, multùm ad pullatum circulum facit. Colum. lib. 12. cap. 16: Ne inter se pondere suo pressæ collidantur. Lactant. de Ira: Durissimi rigoris materiæ si ictu vehementiore collidantur, ignis excutitur.

Cōllīsĭo, f. t. Quæ est duorum aut plurium corporum mutua confricatio. [מרוצה *merutsáh. πρόσκλεξις, συγκρουσμὸς, σύγκρουσις.* Gal. *Froissure de deux choses l'vne contre l'autre, choc l'vn à l'autre.* Ital. *Il battere insieme più cose.* Germ. Das an einander stossen zweyer dingen/ anpützschung. Hisp. *Herida de vna cosa con otra.* Pol. *Ottracanie.* Vng. *őszue verés, egybe rontás.* Ang. *The hitting, or denting of hard thinges together.*]

Cōllīsŭs, hujus collisus. [Pol. *Ottracanie.* Vng. *Egyben verés, őszue rontás.*] idem Plin. lib. 9. cap. 35: Ceu sono quoque & collisu ipso margaritarum.

Cōllĭgo, penul. cor. Cogo, constringo, quæ dispersa sunt conjungo. [אסף *aśáph* חבר *chibbír* קבץ *kabáts.* קשר *kikkét. συγκομίζομαι, συναγείζομαι, συλλέγω.* Gall. *Cueillir & mettre ensemble, amasser.* Ital. *Cogliere, ridurre ad vno.* Germ. Zusamen lesen. Belg. Vergaderen. Hispan. *Coger ò concluir.* Pol. *Zbieram, zgromadzam.* Vng. *Egybe szedőm, fol szedőm.* An. *To gather together.*] Virg. lib. 5. Aeneid. Colligere arma jubet, validisque incumbere remis. Lucilius: Ruis huc, & colligis omnia furtim. Virg. in Rosis: Collige virgo rosas. ¶ Aliquando ponitur pro reficio, recreo. [חיה *chijja. ἀναλαμβάνειν, ἀναζωπυρεῖν.*] Cic. li. 2. de Orat. Crassus colligendi sui causa se in Tusculanum contulit. Idem lib. 4. Tuscul. Quid est autē seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum congerere? Quòd si alium casum addamus, ut Colligit se in arma, idē est quod paravit, munivitque, ἀθροίζει. Colligit se in iram: id est, excitat: Virg. lib. 12. Aeneid. Substitit Aeneas, & se collegit in arma. ¶ Aliquando ponitur pro percipio, intelligo. Cic. ad Attic. Ex eo colligere potes quanta occupatione destinear. ¶ Aliquando pro parare, ut Colligere benevolentiā, existimationem, apud Ciceronem.

Cōllĭgĕrĕ rationem, [חשב *chisébsthēb. λογίζεσθαι.* Ger. Ein Rechnung halten. Pol. *Liczbe czinic.* Vn. *Számot vetni.*] Dicitur rectè computare, ita ut quæ colligenda sunt, colligantur: & quæ deducenda: hoc est, detrahenda, detrahantur.

Cōllĕctĭo, onis, f. t. verbale. [אסף יקק *lékat. συλλογὴ, συγκομιδή.* Gal. *Collection, amas.* Ital. *Racolta, amassamento.* Germ. Das zusammen lesen / samlung zu einanderen. Hisp. *Ayuntamiento, cosecha.* Pol. *Zebranie.* Vn. *Egyén szedés.* Ang. *A gathering together.*] Cic. pro L. Manil. Ut eorum collectio dispersa celeritatem prosequendi retardaret. ¶ Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam, ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus collecti. Plin. lib. 20. cap. 8: In cibo sumptum & illitum, collectiones succusque decocti ventrem solvit. Idem libro 27. cap. 8: Præcipua siccandi ei spissandique vis, & collectiones omnes, inflammationesque cohibendi. De bryo herba.

Cōllĕctă, æ, Pecunia quæ à pluribus colligitur: symbolū aliâs dicitur. [אסוף *asuphâh. σύμβολον, ἔρανος.* Gall. *Cueillette, cotte, quant chacun contribue & baille sa part.* Ital. *Ragunanza, raccolta.* Ger. Ein samlung/ ein urten. Hisp. *La cosecha.* Pol. *Zebranie, cechuiacich spolna zapł'ata.* Vng. *Szer vetésből gyűlt pénz.* Ang. *A shotte or reckoning, a gathering.*] & vulgò *Scotum*, Gallicè *l'escot.* Cic. 3. de Orat. Quoniam collectam à conviva Crasse exigis.

Cōllĕctānĕŭs, nea, neum, Quod mixtum est & ex diverso usu conflatum: ut Aes collectaneum. [συμμιγὴς, ποικίλος. Gall. *Ramassé & recueilli.* Ital. *Cosa adunata.* Ger. Das hin vnd her zusamen gelesen ist. Hisp. *Cosa cogediza.* Pol. *Zebrany i dobity.* Vng. *Szer vetésből gyűlt dót.* An. *That is gathered and mingled of many.*] Plin. lib. 34. cap. 9: Massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia pars æris collectanei. ¶ Unde collectanea, orum, dicuntur scripta quę ex pluribus excepta locis, in unū lecta sunt.

Cōllĕctārĭus, ἐργυρομοιβὸς ἤτοι κέρμα αὐτὰ ἀργυρίου ἀλλαττόμενος, inquit Suidas: id est, argentarius, campsor, & pro argento monetam vicissim tribuens. [Pol. *Zamieniacz.*] ¶ Acron quoque collectarios pro coactoribus accipit argentariorum. Vide Hotomani Lexicon.

Collectarii, in jure coactores dicuntur, qui in auctionibus reliqua publicanorum solent emere, qui illi vel ob graviores curas, vel ob debitorum procrastinationem nequiverunt exigere. l. quisquis. C. si certum petatur. Vide ARGENTARII.

Cōllĕctīvŭs, a, um, [συλλεκτικός. Pol. *Zbieraiaci.* Vng. *Őszue szedő.*] Quod colligit. Quint. lib. 7. cap. 2: Ratio cinativa atq; collectiva quæstio orietur.

Cōllĭgo, as, pen. cor. simul ligo. [קשר *kaschár* אסר *asár* צרר *isarár. συνδέω.* Gall. *Lier ensemble.* Ital. *Ligare ad vno.* German. Zusammen binden Hisp. *Atar en vno.* Pol. *Związuie, krępuie.* Vng. *Egyben kőtőm.* Ang. *To binde or knit together.*] Plaut. in Amph. Neque eum colligare quivit quisquam in cunabulis. Terent. Eunuch. Colligavit eum primùm miseris modis. Cic. pro Rabir. Perduel. Lictor colliga manus. ¶ Colligare se cum aliis, per translationem. Cic. ad Pæt. lib. 9: Quid faciat tamen non habet, ita se cum multis colligavit: id est, impedivit & irretivit. Cic. in Orat. Annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit: id est, complexus est.

Cōllĭgātĭo, verbale, Connexio, vinculum. [קשר *késther* אסרת *masoreth* מחברת *machbéreth. συνδεσμὸς.* Gall. *Liaison ensemble.* Ital. *Ligamento di più cose insieme.* Ger. Zusammen bindung. Hisp. *Atadura en vno.* Pol. *Związek.* Vng. *Egyben kőtés.* Ang. *Binding or fastening together.*] Cic. 1. de Orat. Quin colligationem causarum omnium perspiciat animo. Idem 1. Offic. Arctior verò colligatio est societatis propinquorum.

Cōllĭgātum, substantivum, [Pol. *Związanina.* Vng. *őszue kőtetős.*] ut, Omne colligatum solvi potest. τὸ δεδεμένον πᾶν λυτόν. Cic. de Univers.

Cōllīmārĕ, Oculorum proprium est, quum eos in angulum retorquentes, obliquè aliquid aspicimus, penitusque in rem aliquam defigimus: quemadmodum sagittarii solent, quum aliquid sibi ad ictum designant. [σκοπεύω, ἀφορᾶν. Gall. *Viser à quelque chose, tirer au blanc, toucher au blanc.* Ital. *Trare à mira.* German. Auff ein ding vbergwerch die Augen setzen/ wie ein Schütz zu seinem Zweck. Hispan. *Tirar à mirada.* Polon. *Mierzicz pilnie tak iako strzelecz, godziedo celiu.* Vng. *Aranzani.* Ang. *To winke with one eye and looke streict on a thing with the other, to hitt the marke, to leuell.*] Plautus: Collimatis oculis ad umbram meam. Cicero libro 2. de Divinatione videtur posuisse pro eo quod est, signum oculis destinatum ferire. Quis est, *inquit*, qui totum diem jaculans, non aliquando collimet? Quanquam

non desunt

non desunt qui Collineet ibi malint legere, collimet. Gellius libro 9. capite primo: At si in æditiora mittas, & ad percutiendum supernè aliquid, manum & oculos collimes: quò modus à te datus fuerit, eò telum ibit, quod jeceris.

Collimĭtŏr, aris, ari: [ὁμορέω. Pol. *Spol'u granicząci.* Vng. *Meg határoszatom.* An. *To bound or borderne vpon.*] ex cum & limitor. Solinus cap. 25: Gelonis Agathyrsi collimitantur.

Cŏllīmĭtātus, pen. prod. adjectivum. [Pol. *Spol'u grániczenie.* Vngar. *Meg határoztatot.* Ang. *Bounded, borderd together.*] Solin. cap. 25: Ipsa Phrygia Troadi superjecta est, Aquilonia parte Galatiæ collimitata.

Collīmĭnĭum, ii, [ἀφεσιασμός. Pol. *Zeiszcie granic.* Vng. *Ket fel határ.* Ang. *The meeting of boundes.*] Coitio limitis. Solin. cap. 62: Hoc est colliminium in quod limes Persicus Scythis jungitur.

Cŏllĭnĕo, as, act. p. Ad rectam lineã dirigo, oculos in scopum intendo, & nonnunquam rem designatam jaculo contingo. [תקין *tikkén hechín.* κατόξευω, ὀιστεύω. Gall. *Tirer droict au blanc, frapper dedans le blanc.* Ital. *Veder dritto, dare in brocca.* Ger. *Gtarck / oder stracks auff ein ding sehen / oder die Augen wenden.* Hispan. *Tirar à mirada.* Pol. *Celno naiaka rzecz ydatrzc gmierzam.* Vng. *Arányok.* Ang. *To levell or sett right against the marke.*] Cic. lib. 3. de Finib. Vt enim si cui sit propositum collineare hastam aliquò, aut sagittam. Idem 2. de Divin. Quis est enim qui totum diem jaculans, non aliquando collineet? Quam lectionem eruditis magis video probari, quàm quæ vulgatis editionibus occurrit, Collimet.

Collĭno, collinis, pen. cor. collini, collivi, collevi, collitum, Lino, unà lino. [טח *tach.* κονιάχειμαι, σιναλείφω. Gall. *Oindre & frotter de quelque chose.* Ita. *Strepicciare dolcemente di più cose insieme, come fa chi unge qualche cosa.* German. *Bestrychen / ansmiren.* Hispan. *Untar juntamente.* Polon. *Namazuie, nacżieram.* Vng. *Meg kenöm.* Ang. *To rubbe and overſmeare with any thing.*] Colum. lib. 6. cap. 17: Pastinacæque agrestis semina & suecus armoraceæ cum melle collinita oculorum sedant dolorem. Quo in loco legitur collinita: quæ vox est à Collino, is, pen. cor. collinivi, collinitum, collinire: siquidem à Collino, collitum esset. Collinere item Coinquinare. Plaut. Mostel. Pulchrum ornatum turpes mores cœno collinunt. ¶ Crines pulvere collinere, Horat. 1. Carm. Ode 15.

Collĭnŭs, Vide COLLIS.

Collino, κατασοχῶ, ὀφθαλμῶ, dirigo, propositum assequor, ad lineam directã facio. August. Cor tuum quandiu prävum & distortum, non potest collinari rectitudine Dei.

Colliquatio, vocatur, cùm per ventrem quiddam excernitur, quod non ab accepto cibo, aut potu prodit, sed ab humoribus ex corpore in ventrem defluentibus, simulaturque ei quę tum per vomitum rejicitur, tum infernè procedit, flavæ bili. Differt autem ab eo tum graveolentia, cùm quòd flavius quoddam excrementum apparet, stigmentitiamque crassitudinem habet: aliquando verò oleosum & adipolum existit. Aetius Serm. 9. cap. 19. Vocatur & Syntaxis.

Collīquĕfco, scis, n. t. Liquesco. [מוג *namás.* συντήκομαι. Gal. *Se fondre ensemble.* Ital. *Divenir liquido.* Germ. *Ich zerflieſſe gantz.* Hispan. *Derretirse.* Pol. *Rozłapiam ſię, rozłaie ſię, rozpływam ſię.* Vn. *El oluadok.* An. *To be readie or about to melt.*] Colum. lib. 12. cap. 22: Vsque eò, dum ea quæ addideris in pice colliquescant. ¶ Colliquefacio, συντήκω. Cic. pro Cluent. In pane datum venenum faciliùsne potuit quàm in poculo? latentiùs potuit additum, in aliqua parte panis, quàm si totum colliquefactum in potione esset.

Colliquiæ, arum, vide COLLICIAE.

Collis, per duplex l, m. t. Minor mons à colendo dictus. [גבעה *ghibhâh.* βουνὸς, λόφος. Gallic. *Tertre, costau, ou coste, montagnette, le penchant d'vne montagne.* Ital. *Colle, collina, monticello.* Germ. Ein Buhel. Bel. Cenen/buchel/oft cleynen berch. Hisp. *El cerro ò collado de monte, pequenno monte.* Pol. *Pagorek.* Vng. *Halom.* Ang. *An hill, a litle hill or hillock.*] Varr. Quod primùm ex agro fructus capiebant, Campus dictus est: posteaquam superiora loca colere cœperunt, à colendo Colles appellarunt. Cic. 5. Verr. Quos ego campos antea, collesque nitidissimos viridissimosque vidisse. Idem pro Cluent. Quum quædam in collibus, ut solet, controversia pastorum orta esset. ¶ Colles Romæ septem fuerunt: unde & Septicollis dicta est. Palatinus scilicet, Quirinalis, Aventinus, Cœlius, Viminalis, Exquilinus, & Tarpeius, sive Capitolinus. ¶ Colles item dicuntur dorsi eminentiæ, utrinque à spina (quæ in medio depressa, quandam valleculæ speciem referre videtur) colliculorum modo extantes.

Cŏllĭcŭlus, per duplex l, m. s. significat parvum collem. [λόφος, χάλοφος. Pol. *Pagorecżek.* Vn. *Halmotska.* Ang. *A hillock.*] Apul. lib. 1. Flor. Colliculus sepimine consecratus.

Cŏllīnus, a, um, pen. prod. Quod est in colle, quod ad collem pertinet: [ὁ ἐν τῷ βουνῷ, vel ὁ ὂν τῶ βουνῶ. Gall. *De petite montagne, de coſte ou coſtau.* Ital. *Cosa di montagna, di colle.* German. Das zu dem Bühel gehört/oder von dem Buhel kompt. Hispan. *Cosa de tal cerro ò collado.* Pol. *Gorzſty.* Vn. *Halomhoz valo, halmon valo.* An. *Belonging to an hill or hillock.*] ut Collina vinea, quæ in colle plantata est. Colum. lib. 12. cap. 21: Ejus defruti sextarius in duas urnas musti adjicitur, si mustum ex vineis collinis est, sed si ex campestribus, &c. Collina vina, in collibus nata. Collina aqua, Colum. lib. 1. cap. 5: Tertia putealis, vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.

Collĭbium, ii, n. s. genus tunicæ, quo antiqui Romanorum utebantur, sic dictum quod sine manicis esset, ac mutilatum. Nam κόλοβον breve, & mutilatum, significat. Hæc cataclista vestis dicitur.

Cŏllŏco, as, are, act. p. Pono, dispono. [שום *sam* שות *schath.* τίθημι. Gall. *Colloquer, mettre & poser, asseoir.* Ital. *Collocare, riponere.* Ger. Setzen/an ein Ort stellen. Hisp. *Assentar.* Pol. *Stawiam, sadzam.* Vn. *Helyheszteszem.* An. *To sett in a place, to place.*] Cicer. 7. Verr. Ubi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat. Idem 1. Offic. Quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos, beneficium collocari puto. Idem ad Brut. Maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum.

Collŏcātĭo, verb. f. t. Dispositio. [תשומת *teſúmeth.* θέσις, τάξις, συνθεσις. Gal. *Assiete, collocation, posiment.* Ital. *Collocatione, riponimento.* Ger. Setzung/stellung. Hisp. *Aquel assentamiento de vno con otro.* Pol. *Postawienie.* Vng. *Helyheszitetés.* An. *Setting and placing of thinges in order.*] Cic. 3. de Orat. Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè, collocationem primùm, deinde modum quendam, formamque desiderat.

Cŏllŏcuplĕto, as, are, act. p. Locupleto. [העשיר *heheſhír.* πλουτίζω. Gal. *Enrichir, faire plus copieux & plus riche.* Ital. *Arricchire.* Ger. Reich machen. Hisp. *Enriquecer à otro.* Pol. *Bogace.* Vn. *Meg bregbitom, meg kazdagitom.* An. *To enriche, to mak more riche.*] Terent. Heaut. Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila. Ad Heren. libro 2: Exornatio est, qua utimur rei honestandæ & collocupletandæ causa.

Cŏllŏquŏr, eris, d. p. colloqui, Simul loquor. [דבר *dibbér.* συνομιλέω. Gall. *Parlementer ensemble, deuiſer, parler ensemble.* Ital. *Ragionare parlare.* Germ. Mit einander reden/Gespräch halten. Hisp. *Hablar vno con otro parlar.* Pol. *Mowie zdrugim.* Vn. *Eggywt beszélgetök.* An. *To talke or ſpeak together.*] Terent. Evnuch. Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædibus. Cic. 1. de Orat. Hoc uno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus.

Collocutio, verbale, f. t. [דבור *dabberáh.* συνομιλία. Gal. *Deuis, propos tenu ensemble.* Ital. *Parlamento, parole hauute insieme.* Ger. Ein Gespräch / ein Red die man mit einander hatt. Hisp. *Habla vno con otro.* Pol. *Rozmowa.* Vng. *Eggywt valo beszélgetés.* Ang. *A talking or speaking together.*] Cicer. 1. Tusc. Nec verò id collocutio hominum aut consentus efficit.

Colloquium, qui, n. 1. Colloquutio. [דבור *dibbér.* συνομιλία, ποιν ολογία. Vng. *Eggywt valo beszélles.* An. *A talking or communication together.*] Liv. 1. ab urbe Prius quam dimicent, opus esse colloquio. Cic. 2. Phil. Amicorum absentium colloquia epistolæ. Plin. 10. c. 49: Sanguinem quisquis ederit, intellecturus sit ab illo colloquia.

Colluceo, es, ui, Luceo, n. s. [זהר *záhar* אור *ór.* φλέγω, λάμπω, &c. Gall. *Reluire.* Ital. *Lucere, risplendere.* Germ. Scheinen/leuchten. Hisp. *Luzir ò resplendecer.* Pol. *Swiece ſye.* Vn. *Tvondeklem ſzlom.* An. *To shyne.*] Virg. lib. 5. Aeneid. -quę jam infelicis Elisæ Colluceat flammis. Cic. 2. de Nat. Deor. Nam Solis calor & candor illustrior est quam ullius ignis, quippe qui immenso mundo tam longe lateque colluceat.

Colluco, as, pen. prod. ad ē pagand Plat. sign ficat prophanæ sylvæ ramos ad crientes lumen accido. [זמר *zamár.* κλαδάω, κλάδευω. Gall. *Esbrancher, couper de vn arbre les branches qui l'offusquent.* Ital. *Vsone tagliar rami di selua onde ofa.* Ger. Jn einem wusteren Wald die Bäum abhauen/das er besser werde. Hisp. *Podar los arbores.* Pol. *Odcinanie drzewo wszelkiemu bydle dla ſzyrokiey ſwiatła.* Vng. *Szétfegetni valahonnan le vagy laludo világosságot teszök.* An. *To cut of boughes or toppes etc.*] Colum. lib. 2. cap. 22: Neque arborem prius colucare permittunt.

Colluctor, aris, d. p. Sum luctor. [מאבק *neebák.* συμπαλαίω. Gall. *Lutter ensemble.* Ital. *Grecciare una lotta, lottare insieme.* Ger. Mit ringen. Hisp. *Luchar vno con otro.* Pol. *Passowanie ſye, bredze ſye.* Vn. *Tusakodom.* An. *To struggle or wraſtle together.*] Plin. lib. 27. cap. 2: Cum eo solo colluctatur, velut pari intùs invento.

Colluctātĭo, verb. f. t. [συμπαλαισμός. Gall. *Lutte contre vn autre.* Ital. *Lotta, giuoco della braccia.* Ger. Mit ringung. Hisp. *La lucha de vno con otro.* Pol. *Passowanie.* Vng. *Tusakodás.* An. *wraſtling together.*] Col. lib. 6. cap. 2: Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Cŏllūdo, dis, dere, Simul ludere. [συμπαίζω. Gal. *Se iouer ensemble.* Ital. *Scherzare, burlare insieme.* Germ. Mit scherzen/oder mit

anderen ſchimpffen. Hiſ. *jugar vno con otro.* Pol. *Poigriwam, zartuie.* Vn. *Iácxodoxom.* Ang. *To play together.*] Cicero 4. Verr. Niſi tecum colluſiſſet, & tuæ potiùs exiſtimationi ſerviſſet, quàm ſuæ: Virg. lib. 1. Georg. Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas. ¶ Colludere eſt in ſpeciem fictè & ſimulatè agere quòd ex animo agere videmur. Hinc prævaricatores dicuntur colludere, quum cauſam domini produnt: & quum vincere poſſent, ſuperari tamen ſe patiuntur. [*συγκεκουφῶς, συμπαίζειν.* Gal. *Quand les deux parties qui plaident, ou leurs procureurs s'entendent enſemble, & colludent pour tromper vn tiers.* Ital. *Ingannar l'vn l'altro, quando due parti s'accordono per ingannare vn terzo.* Ger. Wann zwen am Rechten ein geſpan mit einander haben / vnd ſie es mit einander antegen / daß ſich der ein vberwinden leßt / auff daß der dritt Mann betrogen werd. Hiſp. *Hazer colluſion enel pleyto.* Pol. *Poigriwanie prokuratorskie wprawie, abi oſzukali ſtrone.* Ang. *When two parties which plaideth agreeth for to deceaue the thride partie.*] Vlpianus l. Eleganter. ff. de dolo malo. Si dolo malo procurator paſſus ſit vincere adverſariũ meum, ita ut abſolveretur, puto actionẽ de dolo non competere, ſi paratus ſit reus trãsferre judicium in ſe ſub exceptione hac, Si colluſum ſit.

Cōllūsĭo, nis, verbale, f. t. Actoris ſimulata cum reo contestatio. [*συμπαιγνία, συνπίχνασια.* Gall. *Colluſion, quand les parties s'entr'entendent enſemble.* Ital. *Eſſo litigare oũero giuocare inſieme per ingannare vn terzo.* Germ. Schimpff/ ſchertzung/ oder ſolche mittheilung an einem Rechtshandel. Hiſpan. *Aquella colluſion enel pleyte.* Pol. *Poigriwanie.* Vn. *Iácxodoſás.* An. *Playing together.*] Cicero in Verrem: Quum verò verbo judicium ſit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequiſſimorum colluſio cum Decumanis ſociis tuis, atque adeò procuratoribus: tamen audes illius judicii mentionem facere?

Cōllūsŏr, oris, m. t. Qui cum altero ludit. [*συμπάικτης.* Gall. *Qui ſe iouë auec vn autre, qui fait colluſion.* Ital. *Chi giuoca con vn altro.* Germ. Ein Schimpffer/ der mit einẽ anderen ſchertzet. Hiſp. *El que haze aquella colluſion, jugador.* Pol. *Spolny gracz.* Vng. *Iácxotárs.* Ang. *A play fellow.*] Cic. 2. Philip. Hunc tu compranſoribus tuis & colluſoribus dividebat.

Cōllūsōrĭe, adverbiũ, Simulatè. [*συγκεκουφικῶς.* Pol. *Pograwaiac.* Vn. *Iácxod, va, tettetue.*] Vlpianus l. ſi ſervus plurium. ff. de legatis primo: Si hæreditatis judex contra hæredem pronuntiaverit non agentem cauſam, vel colluſoriè agentem, nihil hoc nocebit legatariis.

Cōllum, per duplex l, Pars corporis caput ſuſtentans: à Collo, is: quia hæc præcipuè pars torquibus ac monilibus ornari conſuevit. [גּוּאר *tſavvár. τράχηλος, δειρή.* Gall. *Le col.* Ital. *Collo.* German. Der Halß. Hiſpan. *El cuello.* Pol. *Szyia.* Vng. *Nyak.* Ang. *The necke or craige.*] Cicer. in Verr. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Hinc Decollo & Subcollo, de quibus ſuis locis. ¶ Legitur & Collus apud Plautum in Captivis: Collus collaria caret. Collum obſtrictum, *τράχηλος παρεμπεσών*, ſeu Collum obtortum, verbum eſt juris: nam in jus collo conſtricto rei trahebantur. Plautus in Curc. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Hieronymus: Obtorto me in jus trahit. Vnde qui vi compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Cicer. pro Cluent. Nec quicquam priùs eſt factum, quàm ut illum perſequeretur, & collo obtorto ad ſubſellia reduceret, ut reliqua poſſet perorare. Idem 6. Verr.

Cōllūmĭnārĕ, *φεγγοβολίζειν*, Colluſtrare. [Vn. *Meg világoſitani.*] Apuleius de Deo Socratis: Servius Tullus flamma collumina naturâ capite.

Cōlluo, is, Lavo: [רָחַץ *rachátz. νίπτω.* Gall. *Lauer auec quelque choſe.* Ital *Lauare.* Germ. Weſchen. Hiſp. *Lapar, ò lauar iuntamente.* Pol. *Myie.* Vng. *Meg moſom.* An. *To rinſe or wash cleane.*] ut Colluere os, Colluere dentes dicimus: & Colluere guttur apud Perſium. Item Colluere amphoram, apud Catonem de Re ruſt. cap. 88: Amphorã defricato, collu toque: purã impleto aqua pura. Plin. li. 20. cap. 6: Vel ſi decocta aqua colluãtur.

Cōllūrĭo, nis, *κολλυρίων* Ariſtoteli: Gallicè *Darneal* (quã alii *κολεὸν* Ariſtotelis eſſe contendunt: Avis eſt minor turdo, iiſdem quibus merula victitans. Capitur potius hyberno tempore.

Cōlluſtro, as, are, act. p. Circũſpicio, illuſtro. [*φεγγοσκοπῶ.* Gall. *Eſclairer cà & là.* Ital. *Guardare intorno.* Ger. Allenthalben wol beſichtigen. Hiſp. *Mirar en derredor.* Pol. *Wſzedzie wipatruie.* Vn. *El ſzómlelõm.* Ang. *To behold and looke round orall about.*] Virg. 3. Aeneid. Omnia colluſtrãs, hanc primùm littore claſſem Conſpexi venientem. Cic. 5. Tuſculan. Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis, animadverti columellam: *&c.* Idem in Oratore: In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant.

Cōllŭtŭlo, penultima correp. Fœdo, dedecoro. [טִנֵּף *tinnéph. πηλόω.* Gallic. *Souiller & gaſter, diffamer & deshonorer.* Ital. *Sporcare.* Germ. Verſudlen/ verwüſten/ oder entehren. Hiſ. *Enſuziar ò afear lo hermoſo.* Pol. *Plugawie, Szpece.* Vng. *Beſároznom, meg otſmánytom.* An. *To defile, to diſtaine ones honeſtie.*] Maut. in Trinũ. Hæc famigeratio te honeſtet, & me collutulet, ſi ſine dote duxerit.

Cōllŭvĭēs, ei, fœminini generis, quintę declin. Sordes, aut immunditiæ quæ ex concurſu alicujus rei cõtrahuntur. [גֵּוֹאִי *tſoáh. συγκλύς.* Gall. *Amas d'ordures & fanges.* Ital. *Sporchezza, ſporcitia, bruttura.* Ger. Vnflat/ wüſt. Hiſ. *Suzio, ſuziedad.* Pol. *Smrod; plugaſtwo.* Vng. *Oſmánſág gaz, ſzõmét, gõnyetség, moſlék.* Ang. *Ordure and dirte of ſinkes.*] Plin. lib. 24. cap. 19: Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluviem poturis, vel ex lacte & vino. ¶ Colluvies per tranſlationem apud Cic. ad Att. lib. 9: Et te in certamine vinci cum illo faciliùs patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perſpicitur futura, colluvie regnare.

Cōllŭvĭo, onis, f. t. Colluvies. [Pol *Pomiie.* Vn. *Otſmanſag gõnyetſég moſlék.* Ang. *Dirte and ſtinck of ſinkes.*] Cic. pro Sest. Ille nefarius ex omnium ſcelerum colluvione natus. Colluvio rerum, pro permiſtione & cõfuſione. Livius lib. 3: Ne cui in colluvione rerum contumeliæ majeſtatem ſuam offerunt.

Cōllŭvĭārĭă, orum, Dicta ſunt in ductibus aquarum, per quæ colluvies & immunditiæ ejectantur. [*ὀχετοί.* Pol. *Rinſztok.* An. *Sinkes whereby filth paſſed.*] Vitruv. li. 8: Etiam in ventre colluviaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur.

Cōllŭvĭārĭus, porcus dicitur, qui in colluvione nutritur, cibo permiſto. [Vn. *Moſlékkal hizlalt diſznó.*] Feſtus.

Cōllўbŭs, bi, penult. corr. [*κόλλυβος.* Gallic. *Change, tare & dechet de l'or ou argent, ſoit pour le change ou autrement.* Ital. *Il cambio, perdita de laggi.* Ger. Verluſt in verwechßlung des Gelts. Hiſp. *Lo que gana el cambiador conel cambio.* Pol. *Vtrata na odmienianiu pieniędzy.* Vn. *Veſztéſeggel valo pénz váltás.* An. *The loſſe of money by exchange.*] Id detrimentum pecuniæ eſt quod in ratiociniis Emptionem auri appellant, & vulgò *Cambium* dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud numularios aliis ſpeciebus commutanda: ut ſi argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quovis modo repudiabilia in una provincia, alio quo genere permutanda ſint rato, receptoque, & promulgato in ea provincia: id enim quod ex ſumma apud numularii manet, Collybus verbo Græco appellatur. Cic. 5. in Verrem: Ex omni pecunia quã aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primùm pro ſpectatione & collybio: deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia judices, non rerum certarum, ſed furtorum impr obiſſimorũ ſunt vocabula. Nam collybus eſſe quĭ poteſt, quum utãtur omnes uno genere numorum? Vbi Collybum appellat pecuniæ permutationem, & numorum quaſi intertrimentũ. Collybus, inquit Pollux, *ἀργυρίου ἀλλαγή*: id eſt, pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus in Pandect. Cicer. ad Atticum: De Cælio, vide quæſo nequa lacuna ſit in auro: ego iſta non novi: ſed certè in collybo eſt detrimenti ſatis, *&c.*

Cōllўbĭſtēs, æ, ſive Collybiſta. [*κολλυβιστής.* Gall. *Changeur, banquier.* Ital. *Banchiere.* Germ. Wechßler. Hiſp. *El cambiador que trucca moneda.* Pol: *Odmieniacz monety.* Vng. *Pénzváltó.* Ang. *An exchanger of money or banker.*] Numularius, qui ex pecuniæ permutatione quæſtum facit.

Cōllўră pĕn. cor. *κόλλυρα*, Panis triangulus & modicus, quem Itali *furtam* vocant. [Ger. Etwas Brots für die Kinder / alß ring/ prätzeten/ küchle/ ꝛc. Pol. *Oſſuch.* An. *A bunne or crakuelle.*] Plautus in Perſa: Collyras facite ut madeant. Cæl. lib. 2. cap. 30.

Cōllўrĭum, n. ſ. [*κολλύριον.* Gal. *Apareil pour les yeux.* Ita. *Medicina da occhi.* Germ. Ein Artzney der Augen. Hiſp. *Medicina propria de los ojos.* Pol. *Lekarſtwo na oczy.* Vn. *Szémorvoſág.* An. *A medecine for the eyes.*] Medicamentũ oculorũ. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Celſus lib. 5: Nec ignoro mulus placuiſſe linamentũ in modum collyrii compoſitum, tractum melle demitti. ¶ Nõn tamen ſolis oculis collyrium adhibetur, ſed alvo quoque ſubjicitur in cura equorum & boum; ut autor eſt Columella, qui lib. 6. cap. 6. ſcripſit: Salis ſexans cum decem cepis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittuntur alvo, atq; ita citatus bos agetur. ¶ Hoc etiam nomine peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, diverſum ab aſtro Samio, propterea quòd præcipuus ejus uſus ſit in collyriis. Vide Dioſc. lib. 5.

Cōlo, as, priore prod. act. p. [קִלַּח *kilkék. νίπτω.* Gallic. *Couler, paſſer par vn ſaz, ou eſtamine.* Ital. *Colare.* Ger. Seihen. Hiſpan. *Colar como por coladero.* Pol *Przecedzam, przepuſzczam.* Vng. *Meg ſzúrom.* An. *To ſtrayne licour.*] Manilius: Et colare vagos inductis retibus amnes. Eſt autẽ colare, paũxillatim liquorem aliquem, ſtillatimque emittere, vel rem aliquam per colum purgare. Apuleius lib. Flor. de Gymnoſophiſtis: Non illi norunt arvum colere, vel aurum colare, vel equum domare. ¶ Vnde & Cola dicta, per quæ liquor emittitur. *ὀχμοί.* Virg. in Georg: Colaque prælorum fumoſis diripe tectis.

Cŏlo, is, colui, cultum, Adoro, veneror. [עָבַד *habádh* חִבֵּד *chibhédh. σέβομαι, λατρεύω, θεραπεύω.* Gallic. *Honorer, auoir en reuerence.* Ital. *Adorare, rinerire.* Ger. Verehren/ Ehr entbieten. Hiſp.

Adorar

Adorar ò hazer reuerencia. Polon. Czcze. Vn. Bożw'łom tiszt łom. Ang. *To honour, to worship.*] Virg. li. 9. Aen. Summe Deûm sancti custos Soractis Apollo, Quem primi colimus. ¶ Hinc Cultus & Cultura, quam Græci λατρείαν vocant. Colimus item pares amore & officio, ut minores humanitate & beneficiis: hoc est, prosequimur amore, officio, & similibus. Plaut. Cist. Quia me colitis & magnificitis. Terent. Adelph. Et nos coluit maximè. ¶ Ponitur & pro exercere, ἀσκεῖν, ἐπιτηδεύειν. Liv. lib. 1: Abi, nuntia Romanis, Cœlestes ita velle, ut meâ Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant. ¶ Item pro habitare. [עשב *jaschàb. νέμεσθαι, οἰκεῖν.* Gall. *Habiter, demourer.* Ital. *Habitare.* Germ. Wohnen. Hisp. *Morar.* Pol. *Mieszkam.* Vn. *Lakom, bs rom.* Ang. *To dwell in a place.*] Plautus in Aulul. Hanc domum jam multos annos ego possideo & colo. Virg. 2 Aeglog. Pallas quas condidit arces Ipsa colat. Vnde & Cœlicolas dicimus, quòd cœlum colant: id est, habitent, tanquam quidam cœli coloni. Item pro diligere. [אהב *aháb. φιλεῖν.* Gal. *Aimer auec honneur.* Ital. *Amare con honore.* Germ. Ehren lieben / vnd in Ehren halten. Hispan. *Amare con honra, honrar.* Pol. *Mieć w czci.* Vng. *Szeretłm.* Ang. *To loue or honour.*] Terentius in Heauton. Quippe forma impulsi nostra, nos amores colūt. ¶ Item pro agere, διάγειν. Virg. lib. 3. Geor. Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini. ¶ Item pro arare. [עבד חרש *habádh charásch. γεωργεῖν.* Gall. *Labourer.* Ital. *Lauorare.* Germ. Das Feld bawen. Hispan. *Laborar la tierra.* Polon. *Orac.* Vng. *Mw'uelłm.* Ang. *To tillor husband.*] Columella lib. 1: Nam ubi sedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus suis locis. ¶ Item pro ornare, κοσμοποιεῖν. Plautus: Quin tu te colis antequam exeas domum? Cic. Erat enim non tàm gravis, quàm elegans & faceta & culta oratio. ¶ Hujus composita sunt Accolo, Circuncolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo, pen. cor.

Cūltŭs, cultior, cultissimus, adjectivum. [נעבד *nehebádh. ἠγμασμένος, πεπεργασμένος, γεωργικός.* Pol. *Oździoba.* Vng. *Ekessén mw'uelteòt.* Ang. *Neate, feate, tricke.*] Col. lib. 8. c. 8: Nam quàtò est cultior, tantò lætior avis conspicitur. Idem lib. 1. cap. 1: Nam is demum cultissimum rus habebit, qui & colore sciet, & poterit, & volet. Animus cultus, Cic. 2. Tuscul.

Cūltŭs, tus, m. q. verbale est à verbo Colo, unde etiam totidem penè habet significata, quod suum primitivum. Interdū enim Colo significat terram ad suscipiendum semen præparo. Inde Cultus, est hujusmodi terræ præparatio. [עבודה *habodhàh. γεωργία.* Gall. *Labourage, labour, cultiuement.* Ital. *Lauoro.* Germ. Ein Feldbaw. Hisp. *La laboranca.* Pol. *Oranie, rolei sprzątowanie.* Vng. *Mw'uelés.* Ang. *Husbanding or tilling.*] Cicer. 2. de Leg. Nullius agricolæ culta stirpes tam diuturnæ seminantur. ¶ Cultus idem quoque significat quod ornatus, sive curatio: [עדי *hadhí. κόσμησις, στολή.* Gallic. *Ornement.* Ital. *Ornamento.* Germ. Zierd. Hisp. *Honra y acatamiento al mayor.* Pol. *Chedoźtwo, ozdoba.* Vng. *Ekesség.* Ang. *Decking or trimming.*] ut Cultus corporis, cultus animi. Cicer. 1. Offic. Ob easque causas studeat parare ea, quæ suppeditent & ad cultum, & ad victum. Plin. li. 33. cap. 1: Fabricarem etiam Deûm fabulas, & alia multebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus: hoc est, venerationem. Græci λατρείαν vocant. Cic. 1. Tuscul. Hæc (philosophiam intelligit) nos primùm ad illorum cultum, deinde ad jus hominum erudivit.

Cūltĭo, onis, f. t. Cultus. [*Mwueles.* An. *Husbanding or tilling.*] Cic. 5. in Ver. Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris?

Cultum, ti, substantivum: ut Pinguia culta, Claudianus in laude Sirenæ.

Cūltŏr, oris, verbale, m. t. [עבד *hobédh. λατρευτής, ἐργάτης, θεραπευτής.* Pol. *Oracz.* Vn. *Mwuelò.* An. *A labourer, a worshiper.*] Livius 4. ab Vrbe: Famem cultoribus agrorū timentes. Cic. 2. de Natura deorū: Quid jam de hominū genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam, nec immanitate beluarum efferari, &c. Idem 1. Offic. Sunt his alii multū dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putent, veritatis cultores, fraudis inimici.

Cultrīx, verbale, fœmininum. [θεραπαινίς, ἐργάτης. Polon. *Ta ktora orze.* Vngar. *Mw'uelò.*] Cicer. 5. de Finibus: Earumque augendarum & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.

Cūltūrā, ræ, f. p. cultus, [עבודה *habodhàh. ἐργασία, θεραπεία.* Pol. *Oranie.* Vn. *Mw'uelés.* Ang. *Husbanding.*] ut Cultura agri. Cicer. 5. in Verr. Deinde quum audierit ea res, quibus fundi fructus & cultura continetur, &c. Idem 2. Tusc. Ager quanvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

Cŏlōnŭs, ni, m. s. à colendo, Qui agrum colit: [עבד האדמה *hobéd haadhamáh* תושב *toschàb. ἄποικος.* Gal. *Metayer, laboureur, fermier, celuy qui habite en certain lieu où il a esté enuoyé par son superieur hors son pays.* Ital. *Contadino, habitatore.* Germ. Ein Bawersmann / oder ein Einwohner. Hispan. *Pobladorniueno de algun lugar, morador, ò laborador de la tierra.* Polon. *Rolnik, nowak.* Vng. *Iobbágy, szánto ember.* An. *That laboureth the ground, a farmer, yat dwelleth in a place.*] duo significat. Nam aliquando coloni dicuntur, qui à metropoli (sic enim civitas dicebatur, quę coloniam emittebat) in alium locum habitandi causa deducebantur: iique non propriis, sed metropolitarū vivebant legibus. Cic. 3. de Natura Deorum: Quantum Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt. Virg. 1. Aeneid. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni. Ascribe colonos novos. Cic. 2. Philip. Assignare agros colonis, Cic. 1. de Lege Agrar. Deducere colonos, Cic. 2. de Leg. Agr. ¶ Quandoq; verò Coloni agrorū cultores dicuntur, γεωργοί. Cic. pro Cecin. Qui colonis habuit conductum de Cesennia fundum. Virg. 1. Aeneid. Vt quanvis avido parérent arva colono. Colum. lib. 11 Comiter agat dominus cum colonis, facilemque se præbeat.

Cŏlōnă, æ, dicitur, coloni: hoc est, agricolæ uxor. [Pol. *Stodła, wieśniacka.* Vng. *Szánto.* An. *A husband mans wife.*] Ovid. de Nuce: Et condit sectas parca colona nuces. Idem 4. Fast. habebat Rus breve cum duro parca colona viro.

Cŏlonŭs, a, um, adjectivum, Quod culturæ idoneum est. [γεωργικὸς. Gall. *Domésique, quelqu'vn pour labourer.* Ital. *Cosà da lauorare, ò affittata.* German. Das des Ackerbaws ist. Hisp. *Cosa para labrar.* Pol. *Rolny.* Vng. *Mwueleśre alkolmatos.* An. *That may be manured or husbanded.*] Cic. 5. Philip. Vti C. Pansa, A. Hircius Consules, alter, ambóve cognoscerent, qui ager colonus esset.

Cŏlōnĭă, f. p. Oppidum in quo Romani magistratus ex urbe cives traduxerant, vel quod sine traductione coloniarum jure donatum erat. [ירוח *gherúth. ἀποικία.* Gall *Metairie, censse, lieu où on a enuoyé gens pour habiter.* Ital. *Colonia, habitatione.* Ger. Ein zahl der Leuten die man in ein Ort hinauß sendet / daselbo zu wohnen / oder das Ort der wohnung selbs. Hisp. *Puebla ò poblation de algunos estrangeros.* Pol. *Pewni poczet ludu, wsi any dla obsadzenia pustego mieysca.* Vng. *Iobbagy várasa, (vagy) falu.* Ang. *A grange or farme.*] Cæsar 8. belli Gall. In togatam Galliam mittit ad colonias civium Romanorum tuendas. Cicer. de lege Agraria contra Rullum: Hoc in genere, sicut in cæteris Reipublicæ partibus, est operæpretium diligentiā majorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii esse viderentur. Idem 1. Offic. In alias domos, tanquā in colonias exeunt. ¶ Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ civium Romanorum dictæ sunt, aliæ ex utriusque conflatæ: nonnullæ ex peditibus vel equitibus, quum in agrum bello captum stirpis augendæ causa mitterentur. Bononia, Latina colonia est. Mutina & Parma, Romanorum civium. ¶ Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim novis colonis eas cōstituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut possent habere ius quod cæterę Latinæ coloniæ: id est, ut jus petendi magistratus in civitate Romana adipiscerentur. Coloniarum autem hujusmodi ratio erat. Quum in urbe Roma multos ex veteribus, novisque incolis, paupertate premi intellectū erat, adeò ut censui solvendo non sufficerent, Triumviri à Senatu creabantur, qui locis primùm consideratis, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculū constitui, nova edicta proponebāt, danda esse nomina; ab illis, qui in novam coloniam deduci vellent: sicq; urbs pauperibus exonerabātur, & rei familiaris pondere gravati, ad novas, quibus indigerent, divitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, sex aut septem agri jugera, & quandoq; plura. Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officiū, à colenda terra. Paulus: Servus qui coloniæ adscriptus est, ad periculum coloni pertinebit. Græcè ἐργαζομένη γῆ. Plautus in Pseud. Det nomen ad molariam coloniam.

Cŏlōnĭă, Duo genera coloniarum fuêre, Romanæ, Latinæ: omnes constabant è civibus Romanis, in colonias exeuntibus. Romanæ dicebantur eæ, quæ jura civitatis Romanę possiderent: itaque cives Romani erant, & ferendi suffragii potestatē habent: cujus generis erant coloniæ multæ in Gallia togata: propterea q; dixit Cic. in epist. 1. ad Attic. Videtur in suffragiis multum posse Gallia. Latinę verò coloniæ dicebantur eæ, quæ jus Latii haberent: quod infra jus Romanæ civitatis erat: itaque & in oratione pro Balbo, & alibi legimus, multos ex coloniis Latinis cives esse factos, quod item non legitur de colonis Romanis: nec enim eis dari oportebat, quod habebant. Coloniarum his verbis mentio fit apud Hygenum de limitibus: Finitis bellorum operibus, augendæ reipub. causa, illustres Romanorum viri urbes constituerunt, quas aut victoribus populi Romani civibus, aut emeritis militibus assignaverunt, & ab agrorū novæ dēdicatione culturæ colonias appellaverunt: victoribus autem assignatæ coloniæ iis, qui temporis causa arma acceperant: non enim tantùm militum incremento respub. populi Romani habuit: erat tunc præmiū terra, & pro emerito habebatur: multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosam agriculturæ re-

quiem primo tyrocinii gradu pervenire: nam cum signis, & aquila, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur, modus agri pro portione officii dabatur.

Cŏlōnĭcus, a, um, Quod est coloni, seu quod ad colonum pertinet. [χωρητικός. Polon. *Kmiecí.* Vngar. *Iobbágyhoz valo.* Ang. *Belonging to a farmer.*] Varro: Atque etiam leges colonicas tollis.

Cŏlōnĭcum pecus, Dicitur hirsutum, quum molle dicatur tectum. Plin. lib. 8. cap. 47: Ovium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius, quippe cum tectum rubis vescatur. Cohortes colonicæ. Cæsar: Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur, quum eò casu venissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit. ¶ Decuriones colonici. Sueton. in August. Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent.

Colobium, sive colobum. [Pol. *Szata poszyta.* An. *A iacket or cote without sleeues.*] vestis genus honestius, cujus fit mentio in principum constitutionibus & à Servio, qui servos neque colobia neque calceos habuisse scribit. *Lyre de exemide.*

Cŏlŏcāsĭa, f. p. κολοκασία, Faba Aegyptia, latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus. Amant humidũ locũ, pinguem, maximè irriguũ. Frondere propè semper possunt, si tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore.

Cŏlŏcāsĭum, neutro genere dixit Virg. in Pollion. Mistaque ridenti colocasia fundet acantho. Vide suprà in dictione CIBOTIVM.

Cŏlŏcўnthĭs, idis, [κολοκυνθίς. Gallic. *Courge sauuage, coloquinte.* Ital. & Hispan. *Coloquintida.* German. Coloquint. Polon. *Coloquinta, tabl'ko gamorskie.* Vngar. *Sáritók.* Ang. *A wilde gourde.*] Sylvestris cucurbitæ genus est, sativa minus, mediocris pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus alvi accommodatum. Vide Plin. lib. 20. cap. 3. Vulgus herbariorum *Coloquintam* vocat.

Colomestrum, Romani appellaverunt secundã aconiti speciem, teste Dioscoride, quam idem & Cynoctonon, & Lycoctonum, à canibus & lupis necandis cognominat.

Cŏlŏn, pen. prod. [κῶλον. Gall. *Vn intestin ou boyau depuis le rongnon dextre iusques au senestre, passant sur le fond de l'estomach.* Ital. *Vno intestino & budello che cingne i fianchi sotto i rognoni, & passa inuerso il fondo dello stomacho.* German. Der groß Darm. Hispan. *La tripa ancha.* Polon. *Ielite wielkie pod żoł'adkiém leżące, przewiązane nerce prawey.* Vng. *Śreg burka axkiben az kólika kezdetik.* Ang. *An of the entrailles or puddinges.*] Est crassius intestinum, tubulatum, ex quo excrementa cùm accipiunt colorem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cavernas habens, ad renem sinistrum religatum. Gellius lib. 17. cap. 11, alvum vocat: Ac deinde, *inquit*, aridiora ex iis excrementa in alvum convenire, quod Græcè κῶλον dicitur. Celsus lib. 1. cap. 8, Laxius intestinum vertit: Etsi, *inquit*, laxius intestinum dolere consuevit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione & aliis generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis: denique omni modo frigus evitet: itemque dulcia omnia, leguminaque, & quicquid inflare consuevit. Est autem Colon, quintum in ordine intestinorum, medium inter Cæcum, & Rectum locum obtinens. Primùm per jecoris cava obrepit, ubi folliculum bilis attingens, illique nonnunquam annexum, amarorem coloremque luteum contrahit: indeque paulùm exurgens, ventriculi fundo insternitur: & rursus ad sinistrum hypocondrium contendens, lieni accumbit: posthæc in posteriora demergitur, cohæretque reni sinistro: à quo demùm laxius apud coxam sinistram eminet. ¶ Serenus dictionis hujus priorem syllabam contra artem corripuit, quum ait: Quum colon invisum morbi genus intima carpit, Mande Galeritam volucrem quam nomine dicunt, Aut pavidi leporis madefacta coagula pota. Nisi quis fortè Colum ibi malit legere, Latina terminatione, ut posterior syllaba per ellipsim absumatur. ¶ Est item Colon Græcis, quòd Latinè Membrum vocamus: unde per translationem etiam membra orationis nuncupantur, quòd ex iis, veluti membris cõstet periodus. Cic. de Claris Orator. Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodũ appellari placet) erat apud illum contractus & brevis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentius. Hinc Monocolon carmen dicitur, quod unimembre est: hoc est, simplex & ex uno tantùm carminis genere constans: Dicolon: hoc est, bimembre, quod ex duobus versuum generibus constat: & sic de aliis.

Cŏlĭcus, ca, cum, adject. [κωλικός. Polon. *Kl'oczie we wnatrzu.* Vng. *Kolika hurka beli.*] ut, Colicus dolor, qui in colo generatur, & Colicus homo. Plin. lib. 20. cap. 4: Praxagoras & iliosis dandos censet: Plistonicus, & Colicis. Colicum medicamentum ad dolorem intestini plenioris. Celsus lib. 1. cap. 14.

Colonus, Colonia, Vide COLO.

Cŏlŏphōnĭă, æ, f. p. κολοφωνία, Herba est notiore nomine Scammonia appellata, succum habens ejusdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatissima advehebatur. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 152.

Cŏlŏr, oris, m. t. Objectum proprium visus, pigmẽtum. [צבע *tsébah* עין *háyn* χρῶμα. Gall. *Couleur.* Ital. *Colore.* Ger. Ein Farb. Belg Een verwe. Hisp. *El color.* Pol. *Farba.* Vng. *Szin.* An. *Colour.*] Cic. 2. de Leg. Color autẽ albus præcipuè decorus Deo est; cùm in cæteris: tùm maximè in textili. Ter. Eunuch. Color verus, corpus solidũ, & succi plenũ. Ibidem: Qui color, nitor, vestitus. Cic. 3. Verr. Isti color mutatus est, vultus, oratio, mẽs. Duo sunt principes colores, Albus scilicet & Niger: alii non dicuntur colores, nisi per participationem. ¶ Nullius coloris, proverbialiter à Plauto in Pseudolo is dicitur, qui modis omnibus ignotus est. ¶ Colores itẽ appellantur ipsa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cujusmodi sunt cretula, purpurissum, ceruleum, auripigmentum, cerussa, sinopis, & similia. Plin. lib. 35. cap. 6: Sunt autem colores austeri aut floridi: utrunque natura aut mistura evenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium, armeniũ, cinnabaris, *&c.* Et paulò pòst, cap 17: Sed & in officina imperitè multa differenti silentium comiter suadebat, rideri eum dicens à pueris qui colores tererent. ¶ Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis: id est, figuræ, quæ à Græcis σχήματα dicuntur, & τρόποι. Nam (ut scripsit Cicero) sunt actori, ut pictori, colores ad narrandum. ¶ Hinc aliquem suis pingere coloribus, est talem describere, qualis est. Cic. ad Att. lib. 5: Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore vidi. Hor. in Arte: Nec sic enitar tragico differre colori, Vt nihil interfit, Davúsne loquatur, an audax Pythias. ¶ Accipitur item Color pro velamento, fuco, sive prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur. Iuven. Satyr. 6: Sed jacet in servi complexibus, aut equitis: dic, Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem: Hæremus, Dic ipsa. Olim convenerat, *inquit*, Vt faceres tu quod velles, nécnon ego possem Indulgere mihi. ¶ Dicitur & Colos, sicut Arbos & lepos.

Cŏlōro, as, pen. prod. act. p. Colorẽ induco: cui opponitur decoloro. [צבע *tsabáh* χρωματοποιῶ, ἐπιχρωματίζω, χρώννυμι. Gal. *Colorer, bailler & donner couleur.* Ital. *Colorare, dar colore.* Ger. Ferben. Bel. Verwen. Hisp. *Colorar de algun colore.* Pol. *Farbuie.* Vn. *Meg festõm, szint adok néki.* An. *To die or colour.*] Cicer. 1. de Nat. deor. Formare, fucare, colorare, animare non posset: Decoloratur id, cujus color vitiatur, non mutatur κακοχροῖ: ut est videre in facie ægroti, quæ pallorem contrahit; aut livorem: coloratur id, cujus alia fuit, quàm sit, facies. ¶ Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Max. lib. 8. cap. 2: Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Coloratæ uvę, Colum. lib. 11. cap. 2: Quum coloratas & perlucidas uvas animadvertisset. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata. Cicero de Claris orator. Quòd non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio. ¶ Coloratus, pro fucato, Seneca Epist. 15: Quæ scribit unde veniant, scio: non sunt ficta, nec colorata. ¶ Coloratior, Plin. lib. 16. cap. 12: Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem fieri ac coloratiorem.

Cŏlōrĭnus, a, um, adject. ut, Coloriæ vestes, quę ex lana non tincta: hoc est, nativo colore factæ sunt, Valla lib. 6. cap. 53.

Cōlŏs, κῶλος, Fera est Scythiæ peculiaris, magnitudine inter cervum & arietem, albicante corpore, eximię levitatis ad cursum, narĭbus potum attrahens. Autor Strabo lib. 7.

Cŏlŏssus, m. f. [κολοσσός. Gall. *Statue desmesureement grande.* Ital. *Colosso, statua grande.* German. Ein grosses Bild oder saul. Hispan. *Estatua grande.* Polon. *Sł'up wielkiá foremnéj.* Vng. *Oszlop.* Ang. *An image of immeasurable hight.*] Dicebatur statua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lysippi discipulo ex ære, altitudine LXX cubitorum. Unde etiam inter septem Orbis miracula numeratur. ¶ Hinc Colossi magnitudine, κολοσσῶδες ἢ μεγάθος. Proverbialis apud Lucianum hyperbole in homines prægrandi corporis mole.

Cŏlŏssĕus, adject. ad Colossi formam factum, colossi magnitudine. [κολοσσιαῖος, ὑπερμεγέθης. Gallic. *Enormeement grand, de grandeur enorme.* Ital. *Di forma di gran statua.* Germ. Das in eines grossen Bildstocks form gemacht ist. Hispan. *Cosa assi grande.* Pol. *Wsł'up postawionéj.* Vn. *Oszlophoz hasonló.* An. *That is immeasurable great.*] Quod significat altum, & ad colossi formam factum. Plin. lib. 35. cap. 7: Nero princeps jusserat se colosseum pingi CXX pedum in linteo. ¶ Pro eodem etiam legimus Colossicus. Plin. lib. 34. ca. 8: Item duo signa quæ Catulus in eadẽ æde posuit pallata: & alterum colossicum nudum.

Colossinus color, κολοσσινὸν χρῶμα, à Colosse Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens

cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. Vide Thylesium in libello de coloribus.

Cŏlōstrum & Colostra, æ, Spongiosa lactis densitas à partu prima. [πρωτόγαλις. Gall. *Caillé ou caillebot, laict espez, comme le premier qui vient aux mammelles, laict troublé.* Ital. *Capo di latte, fior di latte.* Ger. Die erste milch der geburt. Hisp. *Coloſtro de leche nueua.* Pol. *Siarka po porodzeniu pierſze.* Vng. *Elsŏ napi téy, elsŏr feyt téy.* Ang. *The firſt milk in the teates after the birth.*] Martial. lib. 13: Surripuit paſtor, quæ nondum ſtantibus hœdis, De primo matrum lacte coloſtra damus. Palladius: Coloſtram vocant paſtores illud exiguum lactis, in quo eſt ſpiſſior natura.

Cŏlōstrātio, tionis, f. t. Morbus eſt quo lactantes tentantur, ſi biduo à partu maternum lac guſtaverint, denſato in caſei ſpeciem lacte. Ideò infantibus ſtatim à partu nutricis non matris lac exhibere convenit: quia matris exitioſum eſt. Plin. libro 11. cap. 41: Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. ¶ Genus mali vocatur coloſtratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Coloſtrati dicuntur. Plin. lib. 28. cap. 9.

Colōtŏs, κώλωτος, vel Colotes, κωλώτης, pen. prod. Ariſtoteli lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem vocãt, [Ital. *Tarantulam.* Pol. *Laſzcurka zielſona.* Vng. *Tarka, gyik.*] Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Cŏlpŏs, [κόλπος. Pol. *Cecżek.* Vng. *Téy tartó tólgy.*] à rei anatomicæ peritis appellatur ea uberum pars, quę in ſe, tanquam in ſinu quodã, lac continet, unde & nomen accepit. Nam κόλπος Græci ſinum vocant: hoc eſt, littoris obliquitatem, quibuſdã veluti brachiis mare amplectentẽ. Vide Cælium li. 4. cap. 4.

Cŏlŭber, m. t. pen. corr. Serpens qui umbras nemorum incolit. [נחש *nachaſch.* ὄφις. Gal. *Couleuure.* Ital. *Serpe, ſerpente, biſcia.* Germ. Ein ſchlang. Belg. Een ſlange. Hiſp. *Culebra.* Pol. Waż. Vng. *Kurta kigyo.* Ang. *A ſerpent lying in the ſhadom of woodes.*] Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra ſerpit: Draco, templi: ſed ſæpè confunduntur. Plin. lib. 32, cap. 5: Coluber eſt in aqua vivens: hujus adipem & fel habentes, &c. Ovidius 15. Metamorphoſeon: -niveiſq; frequens Sinueſſa colubris. Hieronymus ad Præſid. Coluber ad bibendũ veniens, in aqua venenum deponit, ne cum venenum aqua cõcretum occidat. Nudum hominem timet, veſtitum perſequitur, caput tamen ſuum celat, ubi ſcit eſſe mortem ſuam. Serpẽs quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur: ſin verò iterum percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à ſoricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, ut illæ ſibi eſcam præbeant. ¶ Colubrũ in ſinu fovere, ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν, dicitur qui complectitur amore, ſtudioq; proſequitur hominem ingratum, & aliquando per occaſionem nociturum. ¶ Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucil. lib. 20. Satyr.

Iam diſrumpetur medius, jam ut Marſus colubras
Diſrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.

Cŏlum, pen. prod. n. ſ. Vas eſt ex viminibus contextum, ad vinum colandum aptum. [ὑθμός. Gall. *Vn couloir.* Ital. *Colatoio.* Ger. Ein Seichteh/ ein geſchirr durch welches man ſeihet. Hiſ. *Coladero para colar coſa liquida.* Pol. *Durchſzlak, przetak.* Vng. *Borſzŏrŏ kosár.* Ang. *A colander o ſtrayne.*] Virg. 2. Geor. Colaq; prelorũ ſumoſis diripe tectis. ¶ Colum nivarium, vas ex lapide ſpongioſo factum ad colandas nives. ¶ Colum etiam eſt genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quum priùs ignotus eſſet. Plin. lib. 26. cap. 1.

Cŏlumbus, & Columba, Avis nota. [יונה *jonáh.* περιστερά. Gall. *Coulon ou pigeon.* Ital. *Colombo, colomba.* Germ. Ein taub. Belg. Een duyve. Hiſ. *Paloma.* Pol. *Goł ab.* Vng. *Galamb.* Ang. *A doue.*] Virg. 2. Aeneid. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martial. Nec violes teneras præduro dente columbas. Varro lib. 3. cap. 7, duo facit columbarum genera, quæ in periſterotrophio eſſe ſolent: unũ agreſte, ut alii dicunt ſaxatile, quod habetur in turribus ac culminibus villæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem ſumma loca in tectis captant: alterum columbarum genus clementius, quod cibo domeſtico intra limina paſcitur. Columbę agreſtes à colore Liviæ dicuntur, quaſi lividæ: domeſticę verò, Cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, vel contrariò, naſcitur genus tertium columbarum: à noſtris *miſceliæ* dicuntur, ob duorum generũ cõmiſtionem. ¶ Columbos eſſe in tutela Veneris ideo fictum, putãt: quia fœtui ſemper indulgent. Diſtinguuntur autem columbæ à palumbis, quod hi feri, & majores ſint, & in arboribus aut ſepibus nidificent: columbę minores, & manſuetiores, ut quæ cibo domeſtico intra limina paſcantur. Vnde proverbialiter dicimus, Mitior columba, πτερόεσσα περιστερής, de homine incredibili manſuetudine prædito. Huic ſimile eſt, Sedens columba, ἡμένη πελειάς. Nam columbę quum avolant, fallunt cæteras pernicitate volatus: quum ſedent, nihil mitius ac ſimplicius. ¶ Sunt præterea palumbes, columbis longè vivaciores: vivunt enim (ut quidam tradiderunt) in trigeſimum, & quadrageſimum annum, quum columbarum vita octo ferè annorum ſpatio ſit concluſa. Vide Plin. lib. 10. capite 34 & 35.

Cŏlumbārĕ, [Pol. Całowac. Vng. *Galamb modra iſi kolgatni.*] Oſcula columbatim conferre, colla bellare. Seneca Epiſt. 115, in verſibus Mecænatis: Quid ſi quis fœminæ cirro criſpatę, labris columbatur.

Cŏlumbārĭus, rii, m. ſ. Qui columbas curat. [περιστερεών. Gall. *Qui a la charge des coulons ou pigeons.* Ital. *Chi ha cura di colombi.* Germ. Der mit tauben vmbgeht. Belg. Een duyven meſter/ oft deûbter. Hiſ. *El que cria las palomas.* Pol. *Goł ebiarz.* Vng. *Galamb gazda.* Ang. *That hath charge of doues.*] Varro 3. de Reruſt. cap. 7: Ipſę propter pullos, quos habent, utiq; redeunt, niſi à corvo occiſæ, aut ab accipitre interceptæ, quos columbarii ſolent interficere.

Cŏlumbārĭum, rii, n. ſ. Locus ubi habitant columbæ. [אורבה *arubbáh.* περιστερεών, περιστερεφές. Gal. *Colombier, lieu ou bongent ou chaſque pigeon loge.* Ital. *Palũbaia.* Ger. Ein taubhauß. Belg. Een duyfhuys. Hiſp. *Palomar, lugar donde crian las palomas.* Pol. *Goł ebnik, goł ebienic.* Vng. *Galambos, galamb búg.* Ang. *A doue houſe or doue cote.*] Palladius: Colũbarium poteſt accipi ſublimis una turricula in prætorio conſtituta, lævigatis & dealbatis parietibus. Propriè tamen Columbariũ loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. cap. 7: Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordinem crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet, ut os habeant quo introire & exire poſſint. Colum. lib. 8. cap. 8: Paxillis adactis tabulæ ſuperponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant, præpoſitis veſtibulis, per quæ ad cubilia perveniant.

Cŏlumbīnus, a, um, Quod eſt ex columbis. [περιστερεώδης. Gall. *De pigeon.* Ital. *Coſa de colombi.* Ger. Das von den tauben iſt. Hiſp. *Coſa de palomar.* Pol. *Goł eby.* Vng. *Galambol valo.* Ang. *Of doues.*] Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinũ ovum. Horatius 2. Ser. Sat. 4. Pulli columbini. Varro 3. de Reruſt. Qui ſolent ſaginare pullos columbinos, quò pluris vendant, ſecludunt eos, quum jam pinna ſunt tecti. ¶ Columbinum venenum. Suetonius in Caligula: Columbo victori leviter tamẽ ſaucio, venenum in plagam abdidit, quod ex eo Columbinum appellavit.

Cŏlumbārĭus, re, adject. Columbinus: [περιστερώδης. Ang. *Of a doue or pigeon.*] ut Columbare ſtercus, & colũbaris cella. Col. lib. 9: Cæterùm cibos juxta parietem convenit ſpargi: quoniã ferè partes hæ columbari carent ſtercore.

Cŏlumbātim, adverb. Ad ſimilitudinem columbæ. περιστερηδόν. Vnde, Columbatim oſcula jungere frequens eſt apud Catullum. ¶ Vtitur etiam Matius in Mimiambis: Sinuq; amicam recipere frigidã caldo. Columbatimq; labra conferens labris.

Cŏlumbar, n. t. Genus vinculi. [Ang. *The pillory.*] Plaut. in Ruden. Illic in columbam cerdo leno vertitur. Nam in columbari collus haud multò pòſt erit.

Cŏlumella, Vide COLVMNA.

Cŏlumellares dentes, Caninis proximi. οἱ γειτνιῶντες τοῖς κυνείοις ὀδοῦσι, ἢ κύνες, οἱ πλάγιοι. Varr. lib. 2. de Reruſt. cap. 7: Incipientes quartum agere annum, itidem ejiciunt, & totidem proximos eorum quos amiſerunt, & incipiunt nasci, quos vocant Columellares.

Cŏlumĕn, pen. corr. n. ſ. à Columus: id eſt, Culmus, culmen, faſtigium. [ראש משען *roſch maſchán.* κίων, ὑπόστασις. Gall. *Support & appuy, ſur quoy eſt ſouſtenue & appuyee quelque choſe.* Ital. *Colmo, terto, ſummità de alcuna coſa.* Ger. Ein ſaul/ vnderſtand. Belg. Een pilarne. Hiſp. *Cumbre de coſa alta.* Pol. *Podpora ſłup, wierzch.* Vng. *Tetŏ.* Ang. *A proppe, or toppe.*] Varr. 3. de Reruſt. cap. 7: Quod habetur in turribus, ac columinibus villæ. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ſuſtentatione, ornamento, & ſalute. Terent. in Phorm. Bone cuſtos ſalve, columen verò noſtræ familiæ, Cui cõmendavi filium hinc abiens meũ. Vbi Donatus: Columen familiæ, ſuſtentatio, decus: unde Columnæ dictæ, Plaut. in Ciſt. Sed eccum egreditur ſenati columen, præſidium populi.

Cŏlumis, me, pen. cor. Sanus, integer. [σῶος. Gall. *Sain, entier.* Ital *Sano, Saluo.* Ger. Friſch/ geſund. Belg. gheſont. Hiſp. *Entero, ſano, y rezio.* Pol Zdrowy. Vng. *Egészéges.* Ang. *Whole, in good hèalth.*] Plaut. in Trin. Neq; ita, ut ſit data, columẽ reſiſtere illi & detraxiſſe autumẽt. Inde incolumis pro eodẽ: qđ eſt uſitatius.

Cŏlumna, f. p. Dicta eſt, quòd culmina ſuſtineat. [עמוד *hammúdh.* κίων. Gal. *Colomne, pilier, pilaſtre.* Ital. *Colomna, pilaſtro.* Ger. Ein ſaul/ oder ſtud. Belg. Een pilaer. Hiſp. *Columna, pilar.* Pol. *Słup na ktorym dom ſtoy.* Vng. *Oſzlop, ágas.* Ang. *A piller, or pilaſter.*] Pilaria vulgò à noſtris vocatur. Inter colũnas, κίονας, & Pilas, σταλὰς, hãc differẽtiã eſſe volũt, quòd colũnæ uno ſcapo cõſtant: id eſt, lapide oblõgo perpetuo: Pilæ aũt ſtructura cõſtant aut lapidea, aut cæmẽtitia, aut laterĭtia. Non raro tamen euã ſtru-

ctiles columnas apud veteres legimus. ¶ A' columna fit Intercolumnium, μεσοστύλιον, quod eſt ſpatium inter columnas. Lib 4. ad Heren. Aedes intercolumnium angulum, fornicem. Columnarũ tria ſunt genera: teretes, q adrangulæ, ſtriatæ. Quæ ſuperponuntur colũnis, Epiſtylia: hoc eſt, Capitella: quæ ſupponuntur, Baſes, ſive Spirę dicuntur. Ipſum autem columnæ corpus Scapus vocatur, teſte Budæo. Antiqui, teſte Quintiliano, Columam dicebant, detracta n, litera, pro Columna. Vnde per diminutionem Columella dicitur, pro Columnella. Cæſar 2. bell. Civil. Primùm tabes in ſolo æquè longè diſtantes inter ſe pedes quatuor, collocantur: inq; eis columellæ, pedum in altitudinem quinq;, defiguntur, &c.

Cŏlŭmnātŭs, adjectivum, Columna ſuſtẽtatus. [στηλωτός. Pol. *Podparti.* Vng. *Oſzloppal megtámaſztatot.*] Varro 3. de Re ruſt. cap. 5: Inter eas piſcinas tantummodò acceſſus ſeminſla in tholum, qui eſt ultrà rotundus, columnatus, ut eſt in æde Catulli, ſi pro parietibus feceris columnas.

Cŏlŭmellă, pen. prod. diminutivũ eſt à columna. [στηλίδιον, κιονίσκος. Gall. *Petite colonne.* Ital. *Colonnella.* Ger. Ein ſeulin. Hiſp. *Pequenna colúna.* Pol. *Sl'upina.* Vng. *Oſzlopotska, ágaſotska.* Ang. *A litle piller.*] Cic. 1. de Legibus: Nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui niſi columellam tribus digitis altã. Cato cap. 10: Trapeti columellam ferream quæ in milliario ſtat. ¶ Eſt & cognomen L. Moderati, genere Gaditani, qui de agri cultura tàm verſu, quàm proſa elegantiſſimè ſcripſit. ¶ Appellatur præterea Columella à medicis quædàm veluti pellicula, in fine palati dependens, ut in hiante homine conſpicitur: quæ ſi inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella, κίων: ſi verò rotũndam, Vva στάφυλή appellatur.

Columnelli, volunt quidã Columnellos dici dentes illos, quos caninos appellamus, quòd rotundi, ac ad inſtar Columellarum extẽnt & emineant.

Cŏlŭmnātĭo, Columnarum extructio. [στήλωσις. Pol. *Sl'upienie.* Vng. *Agaſolás, ágaſok fŏl ászása, oſzlop emelés.* Ang. *Building or propping with pillers.*] Apuleius lib. 3. Florid. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem: pavimenti marmoratio? proſcenii contabulatio? ſcenæ columnatio?

Cŏlŭmŭs, A' veteribus dicebatur, qui nũc *Culmus.* [Pol. *kl'os.* Vng *Teſő.* Ang. *The ſtemme of corne frome the roote to the eare.*]

Cŏlurnŭs, a, um, κερκυόεις, dicitur quod eſt ex materia corylli, teſte Servio in illud Virgilii: Pinguiaq; in veribus torrebimus exta colurnis. Feſtus tamen à corno arbore deduci ait, his verbis: Colurna haſtilia: ex corno arbore facta potiùs quàm ex corylo.

Cŏlūrī, m. ſ. Duo ſunt circuli in ſphæra, ſeſe mutuò ad angulos rectos ſphærales ſecantes ad polos mundi, & Zodiacũ ita tranſeũtes, ut alter per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta ſui converſione: à κόλος, quod eſt mutilum, mancum, imperfectũ, & οὐρὰ, cauda: quòd imperfecti omnibus, qui ſub æquinoctiali non ſunt, & tanquam cauda præciſa appareant. Boëthius de Arith. lib. 2. & Macrob. in Somn. Scipion. ¶ Colura quoque animalia ſunt caudam non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in ſacrificiis non offerebantur.

Colŭs, colli, maſculi generis, Tormenti genus, quod fit ex corio: ſicut ſcribit Feſtus.

Cŏlŭs, li, fœm. gen. tàm quartæ, quàm ſecundæ declinationis, Inſtrumentũ quod penſa continet, à quo fuſo fila ducuntur, habetq; penultimam correptam. [ἠλακάτη, ἀτρακτυλὶς. Gall. *Vne quenoille.* Ital. *Rocca da filare conchia.* Ger. Ein tunckel/ein Rocken. Hiſp. *Rueca para filar.* Pol. *Kadźiel, krezet* Vng. *Guſal, guſal ſzár, rokka ſzár.* Ang. *A diſtaffe.*] Ovid. lib 4. Metamorph Et colus, & fuſus digitis cecidêre remiſſis. Cicer. 2. de Orat. Quid tu Aegilia mea, Quando ad me venis cum tua colu, & lana?

Cŏlūtĕă, f. p. [κολυτέα. Pol. *Senas.*] Arbor ſylveſtris apud Theophraſtum 3. de plantis, fructum ferens in ſiliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temerè alibi, quàm in Lipara inſula naſcebatur: hodie etiam in Gallia paſſim provenit, *Baguenaude* nomine vulgò nota. Vide Ruel lib. 1. cap. 7. ¶ Coluteũ autem neutro genere Plautus in Perſa videtur appellaſſe quoddam mali genus: Commiſce (*inquit*) mulſum: ſtruthea, coluteaq; appara,

Colycæ, rum, Specus quædam, in quibus aphronitrum invenitur, teſte Plin. lib. 31. cap. 10.

Cŏlўmbădēs, [κολυμβάδες. Gall. *Olives confites; qui nagent en ſaumure.* Ital *Olive condite.* Ger. Eingebeyzet oliven. Hiſp. *Azeytunas.* Pol. *Olijwe naſſolone.* Vng. *Sós olay mag.* Ang. *Confected olives which ſwimmethin ſauce.*] Vocabantur olivæ quædam conditiæ, ἀπὸ τῦ κολυμβᾶν, quod innatare eſt: propterea quòd propter ſuam levitatem ſalſilagini innatabant. Plin. lib. 23. cap. 3: Colymbades ſordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinæ. Quæ autem conditúræ ratione hoc olivæ genus ſoleat parari, vide apud Ruell. lib. 1. cap. 104.

Colymbus, κόλυμβος vel κολυμβὶς & κολυμβὰς, Avis eſt, quæ à Gaza Vrinatrix vocatur apud Ariſt. Gallis *Cotee* Eſt ex palmipedum numero, circa lacus amnesq; verſatur, ſed foris parit: Ejus meminit Athenæus libro 9, cap. 19. cui μικρὸς κολυμβὶς eſt inter omnes aves aquaticas minima, atri & ſordidi coloris, roſtri acuti, cujus oculi ſpectantur, membra verò merguntur. Vide Vria.

Cŏmă, æ, f. p. Capillus, interprete Feſto, aliqua cum cura compoſitus: [צמה *tſammáh* ציצית *tſitſíth.* κόμη. Gall. *Perruque ou cheuelure.* Ital. *Chioma, zazzera.* Germ. Das haar. Hiſp. *Cabellada, ra.* Pol. *Dl'ugie wl'oſzy.* Vng. *Etſellôt hay, bé fout hay.* Ang. *The bushe of head heare.*] ἀπὸ τῦ κοσμεῖν: hoc eſt, ab ornando dictus: unde & Comete Latini deduxerunt. Cic. 3, Tuſcul. Scindens dolore identidem intonſam comam. Ovid. 2. Met. Permulcetq; comas, chlamidemq; ut pendeat aptè Collocat. ¶ Circuntondere comam, περικείρειν τὰς κομὰς, Græcis in proverbio eſt, pro eo quod eſt ludibrio habere. Nam id luſus gratia fieri ſolet ſtupidis, ut eis non ſentientibus, cæſaries circuntondeatur. Lucian. ¶ Servus quũ ſis, comam geris, δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. De eo qui prærer decorũ quippiam faceret. Ariſtoph. in Avib. & Suidas. ¶ Coma metaphoricè is etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atq; etiã herbis dicitur. Virg. 4. Georg. Ille comam mollis jam tum tondebat acãthi. Ovid. 2. Amorũ: Frigidaq; arboreas mulceat aura comas. ¶ Tranſfertur & ad faces. Catullus in Epithalam. Viden' ut faces ſplendidas quatiunt comas: Sic ſol à poëtis dicitur Auricomus.

Cŏmāns, comantis, participium ſine verbo, qui longiorem habet comam. [κομῶν. Pol. *Dl'ugô wl'os.* Vng. *Wſzŏkŏs.*] Plin. lib. 10. cap. 63: Equæ comantes gloria ſuperbiunt. Virg. 2. Aen. ſic fatus, deinde comantẽ Androgei galeam, clypeiq; inſigne decorum Induitur. Equorũ colla comantia apud Vir. 12. Aen.

Cŏmātŭs, a, um, participium ſine verbo, Qui longiorem habet comam: [κομήτης. Gall. *Cheuelu, ayant longs cheueux.* Ital. *Capelluto con gran chioma.* Ger. Das viel haar hat/mit langen haaren. Hiſ. *Coſa de luengos cabellos.* Pol. *Máiacy dl'ugie wl'oſzy.* Vng. *wſzŏkŏs, haias.* Ang. *That hath long heare.*] Mart. lib. 1: Calvus quum fueris, eris comatus. Sylva comata, Cat. Epig. 4. Vnde

Cŏmātŭlŭs, pen. corr. diminutivũ à Comatus. [Vng. *Wſzŏkŏſzdeske, haiaſotska.*] Vnde Hieron. Comatulos pueros dixit.

Cŏmōſŭs, a, um, Coma magna præditus. [πολύκομος. Gall. *Fort cheuelu, ayant force branches & fueilles.* Ital. *Capelluto, con gran chioma.* Ger. Haarechtig. Hiſp. *Coſa de luengos cabellos.* Pol. *Wl'oſziaſty.* Vng. *Haias.* Ang. *That hath a great bushe of heade heare.*] Plin. lib. 16. cap. 6: Hemeris vocatur, brevior, & in orbem comoſa. Idem lib. 29. cap. 26: Comoſiſſimum ex omnibus maximè cauliculis.

Cŏmă, atis, [κῶμα. Pol. *Spyk.* Vng. *Mély álóm hoźo betegség, hoźzá áluſzékonság, nyughatatlantépődés.*] Morbus gravem ac diutur num inducens ſomnum, quem Latini Veternum interpretantur. ¶ Eſt & altera Comatis ſpecies, quam Vigilantem ſoporem nonnulli appellant, quum neq; lumina urgente ſomno, attollere, neq; trãquillè dormire poſſumus. aliis atq; aliis imaginationibus ſomni tranquillitatem identidem interpellantibus. Autor Galenus in eo Commentario, quem de Comate nominatim inſcripſit.

Cŏmo, is, vide ſuo loco.

Cŏmagene, Herbæ nomen, de qua in dict. Comagena in Onomaſt.

Cŏmărŏs, [κόμαρος. Gall. *Arboſier.* Ital. *Coruezzolo.* Ger. Eitzbeer. Hiſp *Madronno arbol conocido.* Vng. *Vad alma fa.* Ang. *A wildling tree, or crabbe.*] Arbuti genus eſt, cujus etiã pomum Graeci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. Plin. li 15. ca. 24: Duobus Vnedonem nominibus appellant Græci, *Comaron* & *Memecylon.* Ex quo apparet, totidem eſſe genera & apud nos.

Cŏmbĕnnōnēs, Interprete Feſto, dicti ſunt in eadem benna ſedẽtes. Bẽna aũt vehiculi genus fuit, Gallis præcipuè uſitatũ.

Cŏmbĭbo, bis, n. t, ſimul bibo, compoto, bibo, imbibo. [συμπίνω. Gall. *Boire enſemble.* Ital *Beuere in compagnia.* Ger. Mit einander trincken. Hiſp. *Beuer juntamente.* Pol. *Spol'em piye.* Vng. *Egygyt iſzom.* Ang. *To drink together.*] Plin. li. 17. cap. 11: Vt ſolem pluviasq; combibant. Columell. lib. 12. cap. 10: Quę quum jus combiberit, ſimili miſtura vas ſuppleatur. Ovid. Epiſt. 11: Et cogor lachrymas combibere ipſa meas. ¶ Combibere artes per translationem. Cic. 3. de Finib. Sed tamen inſici debet his artibus, quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad majora veniet paratior.

Cŏmbĭbo, combibonis, maſculini generis, Compotor. [συμπότης. Gall. *Compagnon à boire.* Ital. *Compagno à bere.* Germ. Ein trincker/zechgeſell. Hiſp. *Beuedor con otro.* Pol. *Zemna piyacy.* Vng. *Iuótárs.* Ang. *A cuppe companion.*] Lucil. lib. 6: Quandoquidem repeti magnis combibonum ex copiis. Cic. Pæto, lib. 9: In his cõtroverſiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis:

Cŏmbīno, as, pen. prod. Conjungo, conglutino. [συνδυάζειν. Pol. *Spaiam.* Vng. *ósſze forraſztom, enyuezŏm.* Ang. *To ſoulder or glue together.*] Sipontinus.

Cŏmbīnātĭo.

Cõmbinatio, quam Græci ἐπιζεῦξιν vocant, quum in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur. Virgil. 9. Aeneid. Me me adſum qui feci.

Combinatus, & compoſitus apud Diomedem Gram. li. 3. cap. de Pede.

Combretum, Herba eſt baccari ſimilis, ſed procerior, foliorum exilitate uſq; in fila extenuata. Autor eſt Plinius libro 21. cap. 6.

Cõmburo, is, pen. prod. act. t. ex con & uro, b, interpoſita, Simul cũ aliis uro: uro, cremo, exuro; inflammo; incendo. [שרף *ſaráph* אבער *behér.* ἐμπυρίζω, πυρπολέω. Gall. *Bruſler tout, faire ardre enſemble.* Ital. *Abbruſciare, conſumare.* Ger. Verbrennen. Hiſp. *Quemar, ò quemar juntamente.* Pol. *Palic.* Vng. *Meg égetõm.* Ang. *To burne all together.*] Cicero pro Cluent. Puer ante noctem mortuus, & poſtridie antequam luceret, combuſtus eſt. Idem de Natur. deor. Libri Protagoræ in concione combuſti. Et ad Quint. Frat. lib. 1: Fumo ut comburerẽtur, tota plaudente provincia. ¶ Et per tranſlationem. Plaut. in Mil. -nam mihi nimis calor Comburebat gutturem.

Combuſtilia ſunt, quæcũq; meatus habent hujuſmodi, ut ignẽ introrſus admittãt: atq; in hiſce meatibus, qui per rectum diſpoſiti ſunt, minus valentem, quàm ignem continent humorem, 4. Meteor.

Cõmẽ, f. t. [Ger. Bocksbart. Pol. *Kozia broda.*] Herba eſt, quam Barbam hircinam vocant, à comæ ſimilitudine, quòd folia in circuitu ſpargat. κερατοειδῶν. Plin. li. 21. cap. 13, & lib. 17. cap. 13.

Cõmẽdo, is, pen. cor. n. t. & Comedo, comes, comeſt, in infinitivo Comedere, vel Comeſſe, Edo. [אכל *ãchal.* φαγεῖν, ἐσθίειν. Gall. *Manger.* Ital. *Mãgiare.* Ger. Eſſen Belg. Eten. Hiſp. *Comer.* Pol. *Iem.* Vng. *Eſzõm.* Ang. *To eat.*] Matt. Scævola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Plaut. in Trin. Quod ebibit, quod comeſt, quod facit ſumpti. Cic. Sed ad extremum pollicetur prolaturum ſe quę comeſt ¶ Supinum Comeſum & Comeſtum. Saluſt. Comeſa matrimonia. Comeſa patina. Vbi tranſlatè ponitur pro conſumere; diſſipare.

Cõmẽdim, pro Comedam, ſcripſerunt veteres, quod & Nonius obſervavit. Plau. in Bacchid. Quod dem ſcortis, quodq; in luſtris comedim, congræcer pater. Cicero ad Pœtum: Cura, ſi me amas, ut valeas: ne ego te jacente bona tua comedim.

Cõmẽdo, onis, m. t. & comedus, di, pen. corr. Qui bona ſua conſumit, ut interpretatur Feſtus. [Ἀσώτ *ſolél.* κατατρώγων. Gall. *Gourmand, glouton, qui deſpend tout ſon bien.* Ital. *Vn gran mangiatore, divoratore, che mangia tutto ad vn tratto.* Ger. Ein fraß/ein ſchlemmer. Hiſp. *El comilon ò tragon.* Pol. *Zarłok, utratnik.* Vng. *Nagy ehetõ, tékozlo.* Ang. *A glutton, a great ſpender.*] Varro apud Nonium: Putat fore hoc, quod hinc comẽdonibus convenit uſu, quibus; nota voluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

Cõmẽſſor, aris, Intempeſtivis convivijs indulgeo. [סבא *ſabá* שבר *ſchachár.* κωμάζω. Gall. *Mãger & banqueter diſſoluëment.* Ital. *Banchettare, far conuiti.* Ger. Praſſen/ſchlemmen/zechen. Belg. Banketeren. Hiſp. *Comer come en boda ò confradia y demaſiadamente.* Pol. *Vtracã przez obżarſtwo.* Vng. *Vendégeskedõm, lakozom.* Ang. *To mak good cheere, to feaſt vntymouſte.*] Suet. in Domit. Conviva batur frequenter & largè, ſed penè raptim, certè non ultrà Solis occaſum, nec ut poſtea ut comeſſaretur. Liv. lib. 10. Bell. Macedon. Demetrium poſt cœnam qua ſodales acceperat, dixiſſe. Quin comeſſatum ad fratrem imus? Intromittere comeſſatum. Cic. & Terent.

Cõmẽſſans, tis, Comeſſator. [Ἀσώτ *ſolél.* κατάκωμος, κωμαστής, κωμαζῶν. Gall. *Banqueteur diſſolu, & à heure, indue* [illegible] *banqueteris.* Ger. Ein praſſer/ſchlemmer. Hiſp. *Comilon.* Pol. *Kolaniami/ſie bawiący.* Vng. *Vendegeskõdõ, lakozo.* Ang. *An vntymouſte banketer.*] Curtius lib. 9: Siquid victis ſaltem adverſus comeſſantes animi fuiſſet, mille hercle viri modò ſobrii ſeptem dierum crapula graves in ſuo triumpho capere potuerũt. Modò comeſſantium aliquid agere. Liv. 3. ab Vrbe.

Cõmẽſſātiõnẽs, f. t. Cõvivia ſunt nocturna poſt cœnam & alia intempeſtiva: ſicut Merenda, cibus qui ante cœnam ſumitur, & Ientaculũ ante prandiũ. [ὄψον, κῶμος. Gall. *Banqueterie diſſoluë comme apres ſouper & beure indeuë.* Ital. *Mangiamento.* Germ. Schlaftrũck/ ſchlemmerey eu/ freßmäler/ Banckettieren Hiſp. *Comida demaſiada.* Pol. *Powieczorek, ſilofirunki.* Vng. *Vendégeskõdés, lakozas.* Ang. *Vntymemous banketting as after ſupper.*] Sueton. in Vitell. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & comeſſationes. Cicer. in Catil. Quòd ſi in vino & alea comeſſationes ſolùm & ſcorta quærebat, eſſent illi quidem deſperandi; ſed tamen eſſent ferendi. Legitur hîc & Comeſſatores. Idem pro Cæl.

Comeſſator conjurationis. Cic. lib. 1. ad Attic. ut noſtri ipſi comeſſatores conjurationis barbatuli juvenes illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellent. Quibus verbis ſignificat reliquos & feros conjuratos, ut qui poſt cœnam comeſſatum veniunt. Idem tamen libro 3. de Orat. Eam improbat tranſlationem, quæ aut major eſt, quàm res poſtulat, ut tempeſtas comeſſationis: aut minor, ut comeſſatio tempeſtatis. In quod præceptum ipſe videtur comiſiſſe loco jam citato.

Cõmẽſsãbũndi, & Comeſſatores, qui comeſſationibus indulgent. [ἐπικωμοὶ, κωμάζοντες. Pol. *Tucząbrzuchowie.* Vng. *Vendégeskõdõk, lakozók.*] Cic. pro Cæl. Non idem judicium comeſſatorumq; conſpectus. Liv. 9 ab urbe: Temulento agmine comeſſabundus inceſſit. Habet autem hoc nomen primam productam. Mart. Non Albana mihi ſic comeſſatio tanti.

Cõmẽs, itis, comm. gen. qui vel quæ alterum ſequitur, aſſectator, aſſecla & propriè majoris. [חבר *chabér.* ἑταῖρος, συνοδοιπόρος, ὁπαδός. Gall. *Compagnon de chemin, celuy qui tient ou fait cõpagnie, comme l'inferieur au ſuperieur.* Ital. *Compagno.* Ger. Ein geſert/ein geſell Belg. Een wedgezel. Hiſp. *Compañero menor que ſigue à otro mayor* Pol. *Towarzyſz podrożny.* Vng. *Vtitárs.* Ang. *A companion or followeer on in the way, that beareth on other company.*] Cic. de Amic. Neq; ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit. Lucan. li. 6: Scire Senatus avet, miles te Magne ſequatur, An comes. ¶ Aliquando tamen comitum appellat o paribus convenit, ut quum plures idem iter arripientes, ſibi mutuò comitarum præſtant. συνοπαδοί. Plaut. Epid. Age, age, abſolve, atq; argentu numera, ne comites moter. Autor ad Herennium: Qui quum ante lucem ſurrexiſſet, comitem ſuum inclamavit. Prius enim dixerat: Et ſecum aliquantum numorum ferentem eſt comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quòd Comes dicatur, qui quovis modo alterius ſequitur dictum: Socius plerunq; in negotijs ſeriisq; rebus, & fortunæ arbitrio ſubjectis. Sodalis ἑταῖρος in levioribus ac ſæpè voluptuoſis, utpote qui ejuſdem erant collegii, unaq; epulabantur. Vnde Cicero Norbanum Quæſtorem ſuum appellat ſodalem. Idem de Senectute: Epulabat cũ ſodalibus omninò modicè. ¶ Comes verò pro dignitate, etiam generis communis eſt, quanvis apud vulgus fœmina Comitiſſa dicatur ¶ Ab Ammiano Largitionũ comes dictus eſt, qui præerat largitionibus imperatorius. ¶ Alii pro dignitate Comarchũ κόμαρχον uſurpant. ¶ Comes domorum, is à Iuſtiniano dicitur, qui in domeſticos Principis præfecturã habebat. Comes horreorum, cujus & mẽtio eſt in poſterioribus Ciceronis libris, priſtini Principis curator fuit, habuitq; mancipia quædam purgandis horreis aſcripta, coquendoq; pane Principis. Comes laborum, qui & præpoſitus laborũ, cui mediaſtini omnes aliiq; domus Imperatoriæ artifices atq; opifices ſubditi erant. Comes Andreas medicus citatur ab Actio Scrm. 14. cap. 5: Comes rerum privatarũ, procurator erat Cæſari, cui omnis res familiaris commiſſa, qui quicquid egiſſet, ratũ apud Cæſarem erat. Comes ſacrarũ largitionũ, olim is erat, per quem Cæſaris ſtipendia militibus erogaverunt. Comes Sacri patrimonii erat is, qui præerat patrimonio Cæſaris. Comites Palatini, cur à principibus conſtituantur, doctiſſimus Vigilius explicat in Inſtit. de exhæred. lib. Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum, à Scholis Palatinis atq; militaribus dicti: quorum munus in tribus poſterioribus libris Cod. deſcribitur: ut ſint qui præſint epulis imperatoriis, & bello & pace obſonia curent: quod tamẽ Pyrrho abſurdũ viſum eſt. Comitem Stabuli, voce etiam à Iuſtiniano uſurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magiſter militũ. Budæus item Conſtabulariũ, Magiſtrum militũ vocat. Procopius, ut Pyrrhus refert, Protoſpatarium appellari dixit. Comitem Labeo dehinc eum, qui frequentãdi cujuſq; cauſa, ut ſequeretur, deſtinatus fuit. Nunc verò dignitatis nomẽ eſt, vel quòd ipſe regem comitetur, vel quòd eum multi comitẽtur: ut Pyrrho viſum eſt, Iureconſulto noſtra tempeſtate vaidedocto, nec infanti. Nonnulli à comitate, ne etymum deſideret, appellatum volunt, quòd comis eſſe debeat. Calliſtratus in l. obſervandum, de Offic. præſid. cenſuit, ut præſes in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni ſe non patiatur.

Cõmĭtor, penultima correpta, deponens, p. Sector, aſſector, comitẽ me exhibeo: [הלך דרך *halach jáchadh* שלח *ſchilléach.* συμπαραπέμπω. Gall. *Accompagner, ſuyure, tenir ou faire compagnie à quelqu'vn.* Ital. *Accompagnare.* Ger. Beleyten/ das geleyt geben. Hiſp. *Accompañar al mayor.* Pol. *Odprowadzam.* Vng. *Kõuetõm, kisérõm.* Ang. *To accompanie, to keepe fellowſhipe, to follow.*] & propriè eſt minorum erga majores. Plinius: Quicunq; eum comitati fuerant. Idem: Funerantiũ more comitantur exequias. ¶ Pro eodem & Comito, as, activè dicitur. Ovid. li. 2. de Ponto: Quẽ pia nobiſcũ proles comitavit euntem. Et lib. 14. Metamorph. Noſtraq; adulantes comitant veſtigia. Idem 8. Metamorph. Et noſtros comitate gradus, & in ardua montis Ire ſimul. ¶ Comitor etiam in paſſiva ſignificatione nonnunquam invenitur. παραπέμπομαι: unde non male inter verba communia poteſt numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus poteſt deprehendi, quod tam eum ſignificat, qui alterum honoris aut officii cauſa deducit: quàm eum qui deducitur. Cic. de Invent. In itinere quendam proficiſcentem ad mercatum eſt comitatus. Idem in Catilin. Moleſtè ferò, quòd parum exierit ab urbe comitatus.

Cõmĭtãtus, ſ

Cŏmĭtātŭs, participium à Comitor, activè & passivè accipitur. [משחח *meschalléach* משחח *meschulléch*. παρεπόμενος, καὶ παρεπόμενος. Gal. *Accompaigné*. Ital. *Accompagnato*. Ger. Beleytet. Hisp. *Acompannado*. Pol. *Odprowadzacz przewodnik*. Vng. *Kŏuetŏ, kŏuetteltŏt, késérŏ*. Ang. *Accompanied*.] Activè. Plinius: Quicunque eum comitati fuerant. Passivè. Cicer. Invect. 2. in Catil. Illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Virg. 1. Aeneid. -ipse uno graditur comitatus Achate. ¶ Idem in significatione passiva Incomitatus posuit, quum ait:

Sæpius Andromache ferre incomitata solebat.

Cŏmĭtātŭs, Comitatior, comitatissimus. Cicer. 5. Tusc. Puero ut uno esset comitatior. Plin. lib. 10. cap. 37: Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoq; comitatiores reverti. ¶ Sic Comitatissimum hominem dicemus, quem vulgò *Bene associatum* dicunt. Bud.

Cŏmĭtātŭs, us, Assectatores, comitum multitudo, [חברה *chebráh* שלוח *schillúach*. παρεπιδημία, συμπαρομή. Gall. *Compagnie, accompagnement, train*. Ital. *La compagnia, il seguito*. Ger. Beleytung/gute gesellschafft. Belg. Een gheleydinge. Hisp. *El companamiento*. Pol. *Towarzystwo, przewodu*. Vng. *Késérés*. Ang. *Accompaning, the multitude of thame which accompanieth an great man*.] Cicer. ad Lepidum: Ejus Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Salust. in Catil. L. Valerio Flac. Ci Pontinio Prætoribus imperat, ut in Ponte Milvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 3. de Legib. Auspicia, ut multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ quasi sæpè comitia populi temerè essent coacta, obnuntiatione Augurum disturbata fuerunt.

Cōmĕssāns, Comessatio, Comessator, Comessabundus. Vide COMEDO.

Cŏmētēs, vel Cometa, pen. prod. generis masculini; Stella crinita. [κομήτης. Gall. *Vne Comete*. Ital. *Comete*. Ger. Ein Comet. Hisp. *Cometa del cielo*. Pol. *Miotl'a cometa*. Vng. Wſtŏkŏs tſillag. Ang. *A blasing starre*.] Lucan. lib. 1: Ignota obscuræ viderunt sydera noctes, Ardentemq; polum flammis, cœloq; volantes Obliquas per Inane faces, crinemq; timendi Syderis, & terris minitantem regna cometem. Cicer. 2. de Nat. deor. Tum facibus visis cœlestibus, tùm stellis his, quas Græci *cometas*, nostri *cincinnatas* vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarũ fuerunt calamitatum prænuntiæ. Virg. 1. Georg. -nec diri toties arsêre cometæ. ¶ Est etiam nomen proprium unius ex Argonautis apud Valer. Flaccum, pater Alterionis.

Comĭcus, ci, Vide COMOEDVS.

Cōmĭnŭs, adverb. De propinquiore loco. [מקרוב *mikkarób*. ἐγγύθεν, συχνὰν, συχνάθω, ὁσονὲδέπω. Gall. *De pres*. Ital. *Da presso*. Ger. Von nahem/in die nähe. Belg. Van by. Hisp *Cerca y quasi con las manos*. Pol *Zbliska*. Vng. *Szŏmŭvelszŏmbe*. Ang. *Nigh at hănd, hand to hand*.] Non est idem quod propè, sed (ut sic dicam) à propè: quemadmodum Eminus, à longè: ut, Cominus te incessebant lapidibus: hoc est, è propinquo loco. Cicer. 2. de Divin. Nunc cominus agamus, experiamurq;, *&c*. Idem pro Cecin. Neq; conflictu corporum, neq; ictu cominus, neq; conjectione telorum. ¶ Significat etiam Statim, sine intermissione. Virg. lib. 1. Geor. Quid dicam? jacto qui semine cominus arva Insequitur.

Cominia, Genus oliyæ apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Cōmĭs, com. 1. Humanus, benignus, facilis & suavis. [עמו *hanáv*. φιλόφρων. Gall. *Doux, gracieux, courtois, affable, humain*. Ital. *Benigno, facile, piacevole, humano, soave*. Ger. Lieblich/freundtlich/holdselig. Belg. Goeder tieren. Hisp. *Cortes, tratable, humano*. Pol. *Wdzięczny, ludsky, vkł'adny*. Vng. *Nyáias, kegyes*. Ang. *Gentill, meek, humain*.] Cicer. 2. de Fin. Quasi quis illum neget & bonum virum, & comem, & humanum fuisse. Idem pro Cor. Balbo: Comes benigni, suaves, faciles homines dicũtur.

Cōmĭtās, Humanitas, & morum suavitas. [עמוה *hanaváh*. φιλοφροσύνη. Gall *Douceur, gracieusété, courtoisie, humanité*. Ital. *Gratiosità, piacevolezza, cortesia*. Ger. Freundtligkeit/holdseligkeit. Hisp. *Humanidad, cortesia*. Pol. *Ludsk ſcz, obiczainoſcz*. Vng. *Nyáiáſág, emberség, kegyeſség*. Ang. *Gentilneſſe, meeknesſe, courteouſie*.] Cic. de Amicit. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemq; proclivior.

Cōmĭtĕr, Suaviter, mansuetè. [φιλοφρόνως. Gall. *Gracieusement, courtoisement, doucement, humainement*. Ital. *Cortisemente, piacevolmente, affabilmente*. Ger. Freundtlichen. Hisp. *Cortes y humanamente*. Pol. *Vkł'adnie, wdzięcznie*. Vng. *Nyáiaſſan, kegyeſſen*. Ang. *Meekely, gentlie, humainlie, courteouſlie*.] Comiter, ac benignè appellare aliquem, Liv. 2. ab Vrbe. Ovid. 2. Fast. Comiter excipitur, sanguine junctus erat. ¶ Comiter alterius populi majestatem conservare, formula quæ in fœderum sanctione adjiciebatur, qua alterum populum esse superiorem intelligebatur. De qua re Cicero in Corneliana: Quũ alterius, *inquit*, populi majestas comiter conservari jubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiore conditione causaq; ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur. Id autem quod Cic. dicit comiter defendere, Livius Sine dolo malo.

Cōmĭtĭă, orum, plurali numero, n. s. Conventus populi ad creandos magistratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda: à comeundo appellata, ita enim veteres loquebantur, vel coëundo. [קהל *kahál*. ἀρχαιρεσίαι, καὶ τὰ ἀρχαιρέσια. Gall. *Assemblee ou congregation du peuple ou magistrats pour consulter & deliberer de quelque chose*. Ital. *Cangregatione, consiglio, ragunanza*. Ger. Reychstag/ Landtag/ Versamlungen/ wann man Oberkeiten ere wöhlen will/ oder sunst etwas zu vhatschlagen hat. Belg. Eenen Ryxdach/ eenen dachvaert. Hisp. *Los dias que son para elegir dignidad*. Pol. *Seym, ziazd*. Vng. *Ország gyw'lése kŏzŏnséges gyw'lés*. Ang. *The assemble of the people or magistrats to admise and consult of any thing*.] Leguntur autem comitia Consularia, Prætoria, Quæstoria, Tribunitia, Aedilitia: quibus scilicet Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni, Aediles creabantur. Tria autem genera comitiorum fuerunt, Curiata, Centuriata, Tributa: Nam quæ Calata comitia legimus, ea sunt vel Curiata, vel Centuriata: ex eo quòd primis temporibus Calandi verbum pro vocandi usitatum erat: unde æstimare licet veteribus omnia Comitia Calata fuisse. Curiata, quum curiatim κατὰ φυλὰς, populus Rom. suffragia ferebat. Centuriata, quum per centurias, sive centuriatim. Tributa quum tributim, sive per tribus, Dionys. libro 7. Histor. scribit in comitiis curiatis omnem potestatem creandi magistratus fuisse penes populum, in centuriatis penes divites. ¶ Comitium, tii, singulari numero, locus erat Romæ juxta forum & curiam, ita dictus à coëundo (teste Varrone) eò quòd populus tùm litium, tùm curiatorum comitiorum causa eò soleat coire. Cic. 4. in Verr. Quid? hoc ferendum cuiquam putas? hujus argento domus vestras, hujus signis & tabulis forum, comitium ornari? Idem pro Sestio: Quum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent, impetum faciunt in Fabritium. Tempus comitiorum habendorum id erat quod augures designabant. ¶ Antiqui præterea commune, & amplissimum concilium, Comitium appellabãt. Vnde est illud in XII. tabulis, De capite civis, nisi per maximum comitium, ne ferunto. Ex Cic. 3. de Leg.

Cōmĭtĭă, Comitiorum tria genera Romæ diversis temporibus instituta: curiata primùm à Romulo: centuriata deinde à Serv. Tullio, sexto Romanorum rege: postremò tributã, à tribunis pl. De curiatis comitiis illa significant, quæ scripta sunt apud Pomponium Iurisconsultum. Romulus, *inquit*, populo in triginta partes diviso, quas *curias* appellavit, quòd tunc reipubl. curam per sententias earum expediebat; leges quasdam curiatas ad populum tulit: tulerunt & sequentes reges. Centuriata Servius Rex, ut diximus, majorum rerum, patriciorumq; magistratuum causa induxit: iisq; comitiis ad extrema reipubl. tempora patricios magistratus creatos esse legimus. Tributa, regibus ejectis, tum primùm instituta, quum Coriolanus in judicium populi vocatus est: posteaq; cum Volerone Publilio Lætorius legem tulerunt, ut tributis comitiis plebeii magistratus fierent, qui antea curiatis fieri solebant. Tributorum autem comitiorum aucta maximè vis est ea lege, quam L. Valerius, & M. Horatius cos. tulerunt, ut, quod tributis comitiis plebs sanxisset, eo Quirites omnes æquè tenerentur, ac si centuriatis comitiis perlata lex esset: ita centuriatis tributa sunt æquata: &, quod ait Livius, tribunitiis rogationibus acerrimum telum, hac lege datum est: quum, quidquid tribuni pl. ferrent, ad deinde ab omnibus civibus servati necesse esset. Quanquam & Publilius dictator, lege lata, centuriata, quæ patriciorum causa instituta diximus, imminuit: sanxit enim, ut omnium legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres autores fierent: ne scilicet roboris minus haberet, si quid populare, patribus invitis, latum esset. De jure autem & tempore comitiorum ita cognosci poterit, si, quæ duarũ legum Aeliæ, & Fusiæ, fuerit sententia, consideretur: quare loca ipsa proponemus, ac primùm, quòd ait in ea pro Sextio: Iisdem consulibus sedentibus atq; inspectantibus, lata est lex, ne auspicia valerent, ne quis obnũtiaret, ne quis legi intercederet, ut omnib. fastis diebus legë ferre liceret, ut lex Aelia, lex Fusia ne valeret: dicendũ est, quatuor illas partes, de auspiciis, de obnuntiatione, de intercessione, de fastis diebus, omnes duab. legibus, quæ subijciuntur, Aelia, & Fusia, cõprehendi, sed tres priores Aelia, posteriorẽ aũt Fusia: rursus è tribus prioribus, ejusdẽ generis, & quasi naturæ duas esse, tertiam separatã, & tanquã alienã: nã auspicia ideò erãt, ut esset obnuntiatio: quũ enim de cœlo servatũ esset, tùm ferentibus legem obnuntiabatur: itaq; auspiciorũ quasi partus quidã erat obnuntiatio: nec unquã servatũ est de cœlo, quin obnuntiatum sit, sive prospera, sive adversa signa essent, quum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, adversa impedirent: propterea sublatũ esse à Clodio morem de cœlo servandi, ut scripsit Dio. lib. XXXVIII. quũ tamẽ antea ita diligenter

diligẽter auſpicia ſervata eſſent, ut M. Druſi legibus: quia cõtra auſpicia latæ judicarentur, ſenatus decreverit populũ non teneri. quod Cic. lib. 11, de Legibus, & Pædianus in commentario Cornelianæ tradidit: ergo cum hoc auſpiciorum genere quaſi cognatione quadam cohæret obnuntiatio: at interceſſio nihil habet commune cum auſpiciis: auſpicia enim ad religionem referebantur: quòd à cœlo: id eſt, à deorum numine, pendere viderentur: interceſsio autem humanæ poteſtatis erat, & cùm à voluntate ſemper, nulla religionis obſervatione, manabat, tum ab ea voluntate nonnũnquam, quæ ab omni religione diſſentiret, & cum ipſa quaſi deorum voluntate pugnaret: præterea, ſervare de cœlo, augurum, atq; omnium planè magiſtratuum fuit: quod ſuprà notavimus: intercedere verò, duntaxat ad tribunos pl. tùm veteri ſacratarũ legum jure, tùm, ut ego exiſtimo, legis Aeliæ juſſu pertinuit: loquor autem de interceſsione ad populum, quùm lex ferretur: nam in ſenatu, quùm S. C. fieret, non tribunos pl. tantùm, ſed omnes, qui eadem poteſtate, qua ii, qui S. C. facerẽt, majoréve eſſent, intercedendi facultatem habuiſſe, diximus in libro de Senatu: atque etiam, quod in eo libro non diximus, forenſis, ut ita dicam, erat interceſsio, quum prætori de privata controverſia decernenti prætor intercedebat: cujus generis idoneus locus erit in libro de judiciis. nunc perſequamur inſtitutum. Dixi, legis Aeliæ fuiſſe triã illa membra, de auſpiciis, de obnuntiatione, de interceſsione; quæ Clodius ſua lege ſuſtulit: quartũ de faſtis diebus Fuſia lege ſancitum: itaque in oratione de provinciis conſularibus, in extremo, paulò diſtinctiùs locutus eſt Cicero, quùm caput illud, de faſtis diebus, ſeparatim à reliquis poſuit: reliqua verò tria ſeparatim quidem & ipſa ab eo cãpite, ſed ipſa tamen inter ſe conjuncta, ut dubitandum minimè ſit, quin hęc in una lege ſimul fuerunt, ſicuti ſimul ſunt à Cicerone pronuntiata: quòd ſi in una lege, ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Aelia ſcilicet, & Fuſia, utrum intelligatur: nam ſi de tribus conjunctis unum aliquod in Aelia lege fuiſſe docuero: Aeliæ legi & reliqua duo tribui debere, concedendum, ut opinor, erit: docebo autem Pædiani verbis obnuntiationem Aeliæ legis fuiſſe: nam illud in Piſonem. A P. Clodio, fatali portento prodigioq; reip. lex Aelia & Fuſia everſa eſt, ipſe ſic interpretatur: Legem tulit P. Clodius tribunus pl. ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſervaret: propter quam rogationem, ait, legem Fuſiam, & Aeliam, propugnacula, & muros trãquillitatis, atq; otii, everſam eſſe: obnuntiationẽ, quæ perniciosis legibus reſiſtebat, quam Aelia lex confirmaverat, erat ſublata: miror autem, cur eo loco nihil de ſententia Fuſiæ legis addiderit Pædianus, quum tamẽ ipſam legem ſimul cum Aelia nominarit: non enim tantùm tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſervaret: quod contrà lex Aelia jubebat: ſed etiam, ut omnibus faſtis legem ferri liceret: ut apertè demõſtrant illa, quæ ſunt à nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea de provinciis: Aut ſtatuendum nobis eſt, legem Aeliam manere, legem Fuſiam nõ eſſe abrogatam, non omnibus faſtis legem ferri licere: quũ lex feratur, de cœlo obſervari, obnuntiari, intercedi licere. Verùm, ut fortaſſe mutilus Pædianus: quia prætermiſerit id, quod Fuſia lege ſancitum Clodius abrogavit: non item mendoſus in eo, quod de lege Aelia poſuimus: ſatis enim planè loquitur, atq; ita, ut cur de mendo ſuſpicemur, cauſam eſſe nullam videamus. quare habemus quod volumus, obnuntiationem ad legem Aeliam pertinere. quòd ſi hoc, ergo & illud, auſpicia quoq;, à quibus obnuntiatio derivatur, & interceſſionem ad eandem legem pertinere. &, ſi hæc tria ad legem Aeliam: unum illud, quod reliquum eſt, de faſtis diebus, ad Fuſiam pertineat, neceſſe erit: eandem utriuſq; legis ſententiam; niſi fallor, attigit in epiſtola, Quæris, lib. 1. ad Atticum, quum ait: Lurco autem tribunus pl. qui magiſtratum ſimul cum lege Aelia iniit, ſolutus eſt & Aelia, & Fuſia, ut legem de ambitu ferret: inibant enim veteres Romani magiſtratum auſpicatò: neq; omnino quicquam publicè, nec domi, nec militiæ, ſine auſpiciis gerebatur: quod autem in tribunatu pl. Lurconi mandando factum erat, ut auſpicia ſervarentur, id ut ipſe in lege de ambitu ferenda ne ſervaret, neq; auſpiciorum ullam omnino rationem haberet, decretum eſt à ſenatu: neq; hoc ſolùm, ſed illud ſimul, ut omnibus faſtis legem ferre poſſet. quod lex Fuſia vetabat: ideò enim ſolvit eum ſenatus & Aelia lege, & Fuſia, ut neque auſpiciorum religio, neq; dierum ratio impedimento eſſet, quo minus primo quoq; tempore perferri lex de ambitu poſſet. Has ipſas leges & in oratione pro Sextio lege Clodia ſignificat abrogatas, quum ait: Mitto eam legem, quæ omnia jura religionum, auſpiciorum, poteſtatum, omnes leges, quæ ſunt de jure, & de tempore legum rogandarum, una rogatione ſuſtulit. Nam etſi non nominat: legem tamen Aeliam ſignificari certum eſt, quũ ait: Quæ ſunt de jure: Fuſiam autem, quum ſubjicit: Et de tempore: jus enim intelligit auſpicandi, obnuntiandi, intercedendi, quæ ſanxerat Aelia lex: tempus autem quo legem perferri non liceret, faſtos videlicet dies, de quibus caverat Fuſia lex: nec dubito, quin, quum dixit: Omnia jura religionum, auſpiciorum, poteſtatum, ad ſententiam potiùs Aeliæ legis, quàm Fuſię, ſpectaverit: nihil enim horum video, quod ad Fuſiam referri poſsit: nam ego quidem in verbo Poteſtatum, obnuntiationem, & interceſsionem ſignificari puto: quæ legis Aeliæ fuiſſe jam diximus. &, quanquam Auſpiciorum, Poteſtatum, dixit, ad interpretationem antecedentis verbi, Religionum: quòd ſæpè facit: & in dictione Poteſtatum, & obnuntiatio, & interceſsio ſimul includitur: ſolam tamen obnuntiationem ad religionem refero: nam interceſsioni cum religione nihil erat cõmune: quod paulò antè demõſtravi. Ex iis quæ attulimus, ſatis, opinor, conſtat auſpicandi, obnuntiãdi, intercedendi morem apud Romanos fuiſſe: quæ pertinent ad jus comitiorum: quo de genere lex Aelia loquebatur: conſtat illud quoque faſtis diebus non licuiſſe haberi comitia legum ferendarum cauſa, ſed comitialibus tantùm, quod Fuſia lege ſancitum erat. Impediebantur autem comitia multis modis, primùm Jove fulgente tonante: deinde, ſi ſiniſtrum fulmen eſſet: tum ſi quis eo morbo, qui inſputatur, corruiſſet: ex quo comitialis morbus dictus eſt: poſtremò ſi tribunus pl. interceſsiſſet: quod fiebat hac voce prolata, Veto. Notavimus etiam illud apud Gellium, lege cautũ eſſe, ut, quo die auſpicia capta eſſent, eodem ea dere, cujus rei cauſa auſpicatum eſſet, comitia abſolverentur. alioqui infirmum & inane populi juſſum erat. Hæc ex libro noſtro de legibus Romanis.

Cōmĭtĭālĭs, le, quod ad comitium pertinet: [κομιτιακός. Gall. *Des appartenances des aſſemblees du peuple ou des magiſtrats.* Ital. *Pertinente al aſſembramento.* Ger. Das zu ſolcher verſamlung eines Reichs oder Lands gehört. Hiſp. *Coſa pertenesciente à tales dias ò congregaciones.* Pol. *Do ſeimu przinalezący.* Vng. *Országgyülésre való.* Ang. *Perteining to the aſſemble of the people or magiſtrat.*] ut, Dies comitialis, quo cum populo agi licebat, ut inquit Macrob. & quo populus Romanus convenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. Cicer. ad Quint. Frat. Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Jove autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. ¶ Comitialis morbus: [ἐπιληψία. Gall. *Maladie qu'on appelle vulgairemẽt, le mal S. Iean, epilepſie, mal caduc.* Ital. *Mal caduco*, Venetiis, *la brutta.* Ger. Die fallend ſucht/ die böſe krancheit. Belg. Die valende ſiecte Hiſp. *Gota, coral, ò morbo caduco.* Vng. *Kórſagos.* Ang. *The falling ſickeneſſe.*] qui cum totius corporis convulſione principes cerebri operationes tollit; toto cerebro, vel duobus ejus ventriculis affectis. Gignitur ex craſsis humoribus, ſpiritus meatum in cerebri ventriculis obſtruentibus, nervorum principio ſeiptum concutiente, ut quod noxium eſt, excutiat. ¶ Dictus Comitialis, quòd comitia vitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidiſſet. Cato: Quod comitia prohibere ſoleat, nec id quidem mihi vitium fuit. Serenus: Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis ſuffragia juſta recuſat. Sæpè etenim membris ægri languore caducis Conſilium populi labes horrenda diremit. Ipſe Deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem ſæpè ruina profudit. ¶ Hic morbus alio nomine dicitur ſacer, & morbus major, propter gravitatem: quoniam homo ſubitò concidit, & ſpumæ ore moventur. Docet etiam Ariſtoteles hunc morbum à priſcis *Herculeum* fuiſſe nominatum: quia Hercules laboraſſe eo fertur: idq; ex atra bile pleriſque contingere tradit. Plato & Apulejus divinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem, quæ longè ſanctiſsima eſſe videtur, obſideat. Græci ἐπιληψίαν vocant, à verbo Græco ἐπιλαμβάνω, quòd ſenſus comprehendat & vincat, ita ut eo corripti à mortuis nõ magnopere differre videantur. ¶ Comitialis homo, ἐπίληπτος, qui hũc morbum patitur. Plinius: Fel teſtudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitq;. ¶ Plautus tamen Comitiales homines in Pœnulo appellat litigioſos, qui in comitio propter lites quaſi habitare videntur, qui ſi nihil eſt litium, litem ſerunt.

Cōmĭtĭālĭtĕr, adverb. [ἐπιληπτικῶς. Vng. *Ugyane vonyás, ſzegorodás képpen.*] Plin. lib 22. cap. 21: Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamſi id comitialiter accidat: id eſt, etiamſi contractiones fiant ex morbo comitiali.

Cōmĭtĭārĭus, adject. [ἀρχαιρεσιακός. Vng. *Gyülés mongyára való.*] ut, Comitiaria ſtatio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liv. 3. bel. Pun. In hac comitiaria jam duorum exercituum ſtatione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.

Cōmĭtĭātŭs, us, m. q. [ἀρχαιρεσία. Vng. *Országgyülésében való ſokaság, népgyülekezet.* Ang. *An aſſemble of people.*] Dicitur populi in comitio cõgregatio. Cic. 3. de Legib. Tũ leges præclariſsimę de x 11. tabulis tralatę duę, quarũ altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat.

Comĭtĭātĭ

Cōmĭlĭtātī, Tribuni militares, qui dicantur, docet his verbis Asconius Pædianus in 2. Contra Ver. Tribunorū militarium duo genera. Primū eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari solent. Alii sunt comitiati, q Romę comitiis designātur.

Comito, & Comitor, Vide COMES.

Cōmmă, atis, n.t. [קְצֵבָה *Kétseb*. Gall. *Incision, coupeure*. Ital. *Incisione, taglio, distintioné*. Ger. Zertheilung/vnderscheidung. Hisp. *Cortadura, medio punto en la scriptura*. Pol. *Rozdział'*. Vng. *Virgola, meg választo nota*. Ang. *A resting, or cutting in an oraison*.] per duplex m, κόμμα incisio: à κόπτω, incido, minutissimæ distinctionis genus est, quod incisum à Latinis dicitur; à Cicerone etiā Cæsum, eò quòd incidat Cola & Periodos. Constat enim periodus omnis ex commatibus & colis, tanquam partibus. Ex his cola, dicūtur partes majores periodi, quum scilicet oratio penè est perfecta, ita tamen ut animus audientis nondū conquiescat. Commata verò dicuntur minimæ periodi particulę, in quas cola rursus, velut in partes dissecantur. ¶ Commata etiam dicuntur aquarum emissaria, & incilia, primùm in Aegypto ad hoc inventa structaq;, ut pro arbitratu accolarum Nilus vicissim admittatur in campos arvales, aut intra alveum cōtineatur. Vlpian. de extraordinar. crimin. l. Sacculatii: Commata (inquit Budæus) & Diacopi, qui in aggeribus fiunt. ¶ Comma præterea (teste interprete Aristophanis in Pluto) est genus vilissimi numismatis. Vnde ortum Adagium: Mali commatis, πονηροῦ κόμματος, subaudiendum, ἀνθρώπου, homo. Dicebatur de improbo, contempto & rejiculo homine. Aristophanes in Pluto: Ἔοικε δ' εἶναι τῶν πονηρῶν κομμάτων: id est, Videtur esse non probati commatis.

Cōmmăcŭlo, as, Maculo, act p. [טִנֵּף *timmé* כִּבֵּן *tinnéph*. βυπαίνω. Gall. *Se maculer du tout, souiller*. Ital. *Macchiare*. Ger. Vermaßgen/verwûsten/verſudlen. Hisp. *Ensuziar*. Pol. *Mazę, plugawie*. Vng. *Megfórtódsztetődm, megrutitom*. Ang. *To mak foull, to steyne*.] Commaculare se ambitu, metaphoricōs. Cic. pro Cælio: Nunquam enim tam Cælius amens fuisset, ut si se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret. ¶ Commaculare manus sanguine alicujus. Virgil. de Medea, Aeglog. 8: Sęvus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Id est, polluere nece filiorum suorum.

Cōmmădĕo, mades, n. f. Madeo. [רָטַב *ratáb*. βρέχομαι, ὑγρός. Gall. *Estre trempé ou mouillé tout outre*. Ital. *Esser humido*. Ger. Naß seyn. Hisp. *Mojarse*. Pol. *Mokrzeie*. Vng. *Még ázom, vizesűlök*. Ang. *To be wette, to be moist*.] Cato cap. 156: Coquito usquedū ea commadebit bene, aquam defundito.

Cōmmălăxo, as, are, est exercere ac maturè facere. [Vng. *Gyakorlom*.] Varro: Nec dolorem adiaphoron esse, quod philosophia commalaxarē eam partem, neq; irato mihi habenas dedi unquā, neq; cupiditas mihi imposuit frenos. Ex Nonio.

Cōmmandūcārĕ, act. p. Dentibus molere: quod Cic. Mandare dicit. [מָחַן *tachán* μασσάομαι. Gall. *Marcher fort & tout ensemble*. Ital. *Mangiare, masticare*. Ger. Zerkeüwen. Hisp. *Comer ò mascar*. Pol. *Zuie*. Vng. *Megrágni*. Ang. *To chew all together*.] Plin. lib. 29. cap. 8: Quum priores ob religionē eam minimè commanducarent. Valerius: Protinusq; dentibus abscissam, & commanducatam linguam in eum exputt.

Cōmmāndūcātŭs cibus, dicitur à Plin. lib. 20. cap 3. multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quem Mansum Quintilianus vocat: [μεμασησμένον βεβρωκώς. Vng. *Rágot*. Ang. *Chewing of the cudde*.]

Cōncŭbĭum, n. ſ. [Gall. *Le temps de la nuiēt le plus coy, quand tout le monde ſ'eſt retiré.* Ital. *Il tempo della notte più ſilente, & più cheto.* German. Das theil in der Nacht/ wann es alles ſtill iſt/ vnd ſchlaffen ligt. Hiſpan. *El ſilencio de la nothe quando todos duermen.* Pol. *Pierwoſzpy, ta czeſzć nocy ktorey ſzie każda rzecz vſpokoia.* Vn. *Első álomkor.* Ang. *The moſt quiet tyme of the night when all is at reſt.*] Noctis primus ſomnus: ita dictum quòd eo tempore ferè omnes cubent: hoc eſt, illa pars noctis, quæ eſt inter primam facem, & noctem intempeſtam. μεσονύκτιον, ἡ μέση νυκτός. Secabatur enim apud veteres illos Romanos diei & noctis tempus in diverſas particulas, quas propriis ſuis nominibus diſcernebant. Incipiebant autem diem civilem à medio noctis: quòd illud tempus finis eſſet præcedentis diei, & principium ſubſequentis. Tempus proximum De media nocte vocabant. Deinde Gallicinium, quum Galli canere incipiunt. Indè Conticinium, quum canere deſinunt galli. Poſtea diluculum, tempus ante lucem vocatur. Poſt hoc proximum eſt Manè, quum lux Solis apparet. Sequitur deinde illud tempus quod Ad meridiem vocamus: deinde Medius dies, quem Meridiem, quaſi Medidiem vocamus. Tempus quod meridiem ſequitur, A meridie vocatur: deinde ex ordine ſubſequuntur Suprema tempeſtas, Veſper, Crepuſculum, quum crepera: hoc eſt, dubia lux eſt. Deinde illud tempus, quo lumina accēduntur, quod antiqui prima face appellabant. Proximū huic tempus vocatur Concubiū. Inde Nox intempeſta: ita dicta, quòd illud tempus intempeſtivum ſit rebus agendis. Quod reliquum deinde eſt temporis, Ad mediam noctem dicitur. Hæc ferè tradit Cenſorinus de Die natali, 10. cap. & Macrob. Satur. lib. 1. cap. 2. ¶ Nox concubia. Siſen. lib. 14. Hiſtor. Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi, jam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt. Plin. lib. 20. cap. 6: Alii excoquunt ipſum, & nocte concubia in plumbeum vas condunt. Cic. 1. de Divin. Qui ut cœnati quieſcerent, concubia nocte viſum eſſe in ſomnis ei, qui erat in hoſpitio, &c. ¶ Concubium etiam pro Concubitu capitur, [ἡ συνουσία. Vngar. *Eggyvel fekvés.*] Gellius libro nono, capite decimo: Tot verò & tam evidentibus ac tam prætextatis, ſed puris honeſtisque verbis venerandum illud concubii ſecretum, neminem quemquam alium dixiſſe.

Cōncŭbĭtŏr, Qui cum alio cubat. [συγκοιμητής. Pol. *Społ'użytkuiący.* Vn. *Valakivel hálo, nöſzö.*] Quamvis per tranſlationem accipiatur pro eo, qui rem veneream exercet.

Cōncŭlco, Calco, calcibus premo, obtero, protero. [דרך *darách* רמס *ramás* עס *has.* κατατατέω, ὑπόδομαι. Gall. *Pesteler, marcher ſus, fouler aux pieds.* Ital. *Conculcare, premere.* Germ. Zertretten/ mit Füſſen tretten. Hiſp. *Holla à acocear ò piſar.* Pol. *Depce nogami, t'oczę.* Vng. *Meg tapodom.* Ang. *To tread vpon, to trample.*] Cic. ad Attic. lib. 8: Conculcari, inquam miſeram Italiam videbis proxima æſtate ab utriuſque municipiis ex omni genere collectis. Proterere & conculcare aliquem, Cic. pro Flac.

Cōnculcātĭo, ōnis, f. t. [מדרך *midhrách* מרמס *mirmás.* κατατάτημα. Gall *Foulement de pieds.* Ital. *Gulpeſtamento de piedi.* Germ. Zertrettung/ das zerſtampffen mit den Füſſen. Hiſp. *Obra de hollar, ò acocear, ò piſar.* Pol. *Nogami podeptanie.* Vng. *Meg tapadás.* Ang. *Treading or ſtampingon.*] Plin. lib. 8: Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

Cōncŭpĭo, pīs, Cupio. [אוה *iavâh* חאב *taáb* חמד *chamádh.* ἐπιθυμέω. Gall. *Conuoiter, deſirer, ſouhaiter, appeter.* Ital. *Deſiderare.* Germ. Begeren. Hiſp. *Codiciar.* Pol. *Pożadam.* Vng. *Kévanom.*] Cic. pro Quintio: Sicut tu ſemper ſummè concupiſti.

Cōncŭpĭſco, ſcis, ejuſdem ſignificationis. [Pol. *Barzo żadam.* Vng. *Kévánok.*] Cic. 4. de Fin. Vt ſiquis obtumeſcere concupierit, nihil aliud legere debeat. Idem 1. Acad. Nihil enim deſyderabile concupiſcant.

Cōncŭpĭſcŏr, paſſivum. [Pol. *Ieſtem pożadani.* Vn. *Kévánta tom.*] Plin. lib. 16. cap. 6: Id ſe facturas conſcię, quòd concupiſci poſſit. Cic. 4. Tuſcul. Lætitia ut adepta jam aliquid concupitum efferatur & geſtiat.

Cōncŭpĭſcēntĭă, f. p. Quæ eſt bonarum æquè, ac malarum rerum appetitus. [תאוה *taavâh.* ἐπιθυμία. Polon. *Pożadliwoſt* Vng. *Kévanſág.*]

Cōncūro, as, Curo. [חרד *charádh* שקד *ſchakádh.* κατατροφοτίζω. Gall. *Auoir ſoin & ſouci.* Ital. *Hauer cura.* Germ. Sorgen/ ſorg haben. Hiſpan. *Curar.* Polon. *Staram ſzię.* Vng. *Gondot viſelök.* Ang. *To haue care.*] Plaut. Bacch. Pro dignitate obſonii hæc concuret coquus.

Cōncūrātŏr, ut Contutor. [Pol. *Społ'u ſzie ſtaraiący.* Vn. *Eggyvel valo tátor, gondviſelö.*] Vlpianus D. lib. 27. Tit. 7. l. 19: Actus ſui rationem concuratori reddere non eſſe compellendum.

Cōncūrro, rĭs, n. t. Simul curro [רץ *rats* נהר *nahár.* ὁμαδρομῶ, συνδέω. Gall. *Courir enſemble ou vers vn meſme lieu, choquer.* Ital. *Concorrere.* German. Zuſammen lauffen/ mit einander lauffen. Hiſpan. *Corer juntamente.* Pol. *Społ'u bieżę.* Vngar. *Egyvel futok, össue futok.* Ang. *To runne together.*] Cic. 4. Verr. Tantus in curia clamor factus, ut populus concurreret. Terent. in Eunucho: Concurrunt læti mi obviam cupedinarii. ¶ Concurrere dicuntur milites, quum irruunt in hoſtem. Cicer. ad App. libro 10: Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit, & ſine metu concurrit. Virgil. 1. Aeneid.: audetque viris concurrere virgo. ¶ Transfertur & ad inanimata. Terent. in Heavt. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant: id eſt, conveniunt & congruunt. ¶ Concurrere, συρρέω, confluere. Celſus libro 2. capite 11: Si in ſtomachum quædam bilioſa concurrunt.

Cōncūrrĭtŭr, imperſonale: ut, Concurritur undique ad commune incendium reſtinguendum. Cicer. 10. Phil. ¶ Concurritur, pro committitur prælium. Horat. 1. Serm. Satyr. 1: Militia eſt potior, quid enim? concurritur, horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. Virgil. 4. Georg. Erumpunt portis, concurritur.

Cōncūrſŭs, us, m. q. nomen verbale, Concurſio, congregatio. [מרובה *meruvâh* קרי *kerí.* συνδρομή. Gallic. *Accouvement & aſſemblement, rencontre, choc de l'vn contre l'autre.* Ital. *Venuta, aſſembramento, rincontro.* Germ. Das zuſammen lauffen oder mit einander lauffen. Hiſpan. *Aquel encuentro.* Polon. *Zchaćzka, zbiegenie.* Vn. *Egyben futás, gyülés.* An. *A running or gathering together.*] Plaut. Epid. Fit concurſus per vias. Cic. ad Brut. Concurſus eſt ad me factus.

Cōncūrſĭo, onis, f. t. aliud verbale, Concurſus. [מרובה *meruvâh* קרי *kerí.* συνδρομή. Vn. *Egybefutás, gyülés.*] Cic. 1. de Finib. Ille atomos quas appellat: id eſt, corpora individua, propter ſoliditatem, cenſet in infinito inani ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohærefcant.

Cōncūrſo, as, are, frequentativum. [περιτρέχω. Gallic. *Courir cà & là, courir de toutes pars.* Ital. *Correre quà & là.* Germ. Hin vnd her vmb einander lauffen. Hiſpan. *Correr de todas partes.* Polon. *Itam y ſam biegam.* Vngar. *Alaföl, ſzicſose.* Ang. *To runne often together.*] Cicero pro Sexto Roſ. Qui armati noctes dies que concurſabant. Huc illuc caſu, & temerè concurſare. Idem 2. de Nat. Deor. Lucret. lib. 2: Nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes Concurſant.

Cōncūrſātŏr, oris, m. t. [περίδρομος. Gall. *Coureur, rodeur, qui ne fait que courir cà & là.* Ital. *Corriero, che chorre ſempre quà & là.* Germ. Der hin vnd her laufft/ ein Gaſſenrenner. Hiſp. *Encontrador muchas vezes, el que corre de todas partes.* Pol. *Tul'acz, biegun.* Vng. *Alá ſöl ſutoſo.* Ang. *A runner into all partes.*] Liv. 2. bel. Maced.

Ita nec

Ita nec eques regius equi par erat, insuetus ad stabilem pugnam, nec pedes concursator.

Cōcūrsātĭo, onis, f. t. [מרוצה *merutsáh.* συνδρόμησις. Gallic. *Course de cà & là de plusieurs ensemble.* Ital. *Il correre quà & là, concorso di gente.* Germ. Das hin vnd her lauffen. Hisp. *Aquella obra de encontrar muchas vezes.* Polon. *Posmikanie, bieganie.* Vng. *Alá s'föl fatosás.* Ang. *A running of many together hither and thither.*] Cic. pro leg. Agrar. Quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio?

Cōncūrvo, [συγκάμπτειν. Pol. *Nakrzywiam, nachiliam.* Vng. *Meg horgasitom, haytom.*] in versib. Liberii apud Macrob. Satur. lib. 2: Non flexibilem me concurvasti ut caperes.

Cōncŭtĭo, tis, Vehementer commoveo, cōmoveo. [הרעיש *hirhísh.* διασείω. Gallic *Ebranler, secouër, hocher, faire trembler.* Ital. *Commouere, crollare.* German. Erschütten/ bewegen. Hisp. *Mouer à sacudir vno con otro.* Polon. *Strząsáam, potrząkuie.* Vn. *Meg rázom, összue rázom, összue verdöm.* An. *To shake, to mak, to tremble or quake.*] Terent. in Evnuch. At quem Deum? qui templa cœli summo sonitu concutit. Ovid. 1. Metam. Terrificam capitis concussit terquè quaterque Cæsariem. Valer. Flac. lib. 6: -quascunque libet nunc concute mentes. Virg. 5. Aen. -casu concussus acerbo. ¶ Concutere aliquādo est vi ac terrore pos testatis à civibus aut sociis exprimere. Vnde crimen Concussionis apud Iurisconsultos L. 1. D. de concuss. L. ult. C. de mod. mult. & aliis multis in locis. Ex Horom.

Cŏncūssŭs, us, ui, m. q. Commotio. [רעש *rahasch.* σύναγμα. Gal. *Secoußement, esbranlement, emotion.* Ital. *Crollamento, conquassamento, commossione.* Germ. Erschütterung/ bewegung. Hisp. *Sacudimiento.* Polon. *Struząenie, strząesienie.* Vng. *Meg rázás, összue rázás, verés.* Ang. *A shaking or mooving.*] Plin. lib. 35. cap. 16: Coquitur in calicibus crebro concussu.

Cōncūssĭtā, pro concussione utitur Tertul. in lib. de Fuga in persecutione. [Polon. *Strząesienina.* Vn. *összue rázás, verés.* An. *A shaking.*]

Cŏndălĭum, Anuli genus, teste Festo. [δακτύλιος. Pol. *Pierscień.* Vn *Gyűrű*] Plaut. in Trinum: Inter eósne homines cōdalium redipisci postulas? Et paulò antè: In Thermopolio condalium est oblitus. Dictum autem videtur condalium ἀπὸ τῶν κονδύλων: hoc est, à digitorum articulis, sive nodis, qui annulis exornantur: quanquam & Condyli: sive conduli nomine etiam anulum significari, idem Festus autor est.

Cōndĕcĕt, pen. cor. à Decet compositum: idem significans quod simplex. [יאות *raúi.* πρέπει. Gallic. *Il appartient bien, il fied bien, il conuient.* Ital. *Conuenire, star bene.* Ger. Es gezimpt sich. Hisp. *Honestamente conuenir.* Pol. *Godzi ſię, przystoy.* Vng. *Illik.* An. *It becometh, it is decent and seemelie.*] Plaut. Pseud. Sed vide an ornatus hic me satis condecet. Idem Amph. Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

Cōndĕcēntĕr, [πρεπόντως. Gall. *Proprement, seamment, conuenablement.* Ital. *Conuenevolmente, propriamente, acconciamente.* Ger. Wie es sich gezimpt vnd wol steht. Hisp. *Conuenientemente.* Pol. *Przystoinie.* Vng. *Illendo képpen.* Ang. *Seemelie, comelie.*] Gell. lib. 6. cap. 12: Commodè hæc quidem omnia & condecenter.

Cōndĕcentĭă, Concinnitas, decorum, ornatus. [מתכנת *mathchónéth.* ἁρμοστών. Gall. *Proprieté & bien seance.* Ital. *Conuenevolezza, proprietà* Germ Wolstand. Hisp. *Conuenientia.* Polon. *Przystoi noßc.* Vn. *Illendőség, ekesség.* An. *Comelinesse, seemelinesse*] Cic. 3. de Orat. Sic verbis quidē ad aptam dispositionē & condecentiam, sententiis verò ad gravitatem orationis utatur.

Cōn ĕcoro, pen. cor. act. p. Orno, honesto, cohonesto: [תכן *tichchén* הידיב *hetíb.* κοσμέω, περάω. Gall. *Orner & parer, embellir.* Ital *Ornare.* German. Zieren. Hisp. *Hermosear con alguna gracia.* Pol. *Zdobie.* Vng. *Meg ékesítöm, tiszta öltöm.* An. *To beautifie or pollishe.*] Terent. in prolog. Hecyr. Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos. Plinius lib. 35. cap. 10: Dignis digna loca picturis condecoravit.

Cōndĕcŏrē, adverb. [ἁρμοστῶς, σεμνῶς. Gall. *Honorablement, honnestement.* Ital. *Honorevolmente, ornatamente.* Ger. Zierlich/ ehrlich. Hisp. *Hermosa y graciosamente.* Pol. *Ozdobnie.* Vng. *Ekessen, illendo képpen.* Ang. *Honestlie, beautifullie.*] Gell. lib. 14. cap. 4: Condigne me hercule & condecorè Chrysippus, &c. depinxit.

Condēmno, as, act. p. ex con & Damno, propriè judicis est cùm multam reo vel pœnam per sententiā irrogat. [הרשיע *hirschiáh* חיב *chajéb* κατακρίνω, καταψηφίζω, καταδικάζω. Gallic. *Condamner.* Ital. *Condennare.* Ger. Verdammen. Bel. Verdoemen. Hisp. *Condenar.* Pol. *Potepiam.* Vng. *Kárhoßtatom.* An. *To condemne.*] Et constituitur cū ablativo vel genitivo. Cic. 1. de Orat. Cujus responso exarserunt judices, ut capitis hominē innocentissimum condemnarent. Idem pro L. Flac. Scævola aliis multis criminibus condemnatus. ¶ Extenditur etiam interdū condemnandi verbum etiā ad accusatorem, ut idem sit quod reum peragere, vel efficere ut quis damnetur. Cicer. 2. Verr. Ego hoc uno crimine illum condemnem necesse est. ¶ Item extra forum: ut condemnare aliquem negligentiæ, inertię, vel impudentiæ vitio cum affinem vel obnoxium judicare. Cic. 2. de Orat. Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare, pòst etiam impudentiæ. Cic. Tironi: Etiam sceleris condemnat generum suum. Idem Curioni: Quare si iniquus es in me judex, condemnabo ego te eodem crimine.

Cōndēmnātŏr, [מרשיע *marschiah.* κατακριτής.] etiam pro accusatore qui reum peregit, apud Tacit. lib. 4, ubi Domitium Afrum vocat condemnatorem Claudiæ Pulchræ, quum antè retulisset fuisse ab eo accusatam.

Cōndēmnātŭs vŏti, Vide latè in verbo DAMNO.

Cōndēnso, as, are, act. p. Cogere, spissare. [עבה *hibbáh.* συμπυκνώω. Gall. *Espessir, rendre ou faire espez.* Ital. *Condensare, inspessire.* Germ. Dick machen. Hisp. *Espessar.* Pol. *Zgęszczam.* Vn. *Meg sűrűtöm.* An. *To mak thick.*] Col. lib. 7: Torrido sale contingitur, rursusque ponderibus condensatur. Cato cap. 40: Hæc unà bene condensato, quàm maximè uti lutum fiat. Pro eodem etiam apud antiquos legitur.

Cōndēnsĕo, ses, set. [עבה *habáh.* Pol. *Gęścieie.* Vn. *Meg sűrűtöm.*] Lucr. lib. 1: Quòd si fortè aliquis, quum corpora dissiluêre, Tum putat id fieri quòd se condenseat aër, Errat.

Cōndēnsĭtās. [πυκνότης. Pol. *Zgęszczenie.* Vn. *Sűrűség.*] Apuleius libro de Mundo: Ignis ex aëris condensitate conflatur.

Cōndēnsŭs, a, um, [עב *hab.* πυκνός. Gall. *Espez, serré & amassé.* Ital. *Spesso ferrato insè.* Germ. Das dick gemachet ist. Hisp. *Espesso.* Pol. *Gęsto vczyniony.* Vng. *Sűrű'.* Ang. *Thick ha de closed together.*] Plin. lib. 10. cap. 73: Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore. Condensa acies, Condensa turma, Livius libro 6. bell. Pun. & Hirc. libro 5. Condensæ columbæ, Virgil. 2. Aenеid. Condensa arboribus vallis, Liv. 5. bel. Pun.

Cōndĕpso, is, ere, [מסך *masách.* καταμαλάττω. Gall. *Pestrir & manoller, mistionner.* Ital. *Mescolare, mischiare.* German. Vermischen. Hisp. *Mezclar.* Polon. *Zdąme, mięszam.* Vng. *összue elegyitom, dagaszszom.* Ang. *To knead and mak sofie.*] Commiscere, à Græco ἀψῶ, tractum. Pomponius nuptiis, Partem insipui, concluſi, condepsui. Hæc Nonius. Cato cap. 76: Postea farinæ l. 11. cōspergito, condepsitoque.

Cōndĭco, is, pen. prod. act. t. Simul determino, constituo, denuncio, dicto convenio & significo. [יעד *jahádh.* ὁμολογέω, ἀποφαίνω. Gallic. *Determiner, denoncer.* Ital. *Determinare, annunciare.* Germ. Bestimmen/ anzeigen/ zusagen. Hisp. *Determinar ò denunciar.* Polon. *Oznaimiam, obiecuie, naznaczam.* Vn. *Igyenlő akaratból végezők, ki hirdetöm.* Ang. *To appoint or ordeine, to agree vpon a thing.*] Iustin. libro tertio: Nam inducias quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant. Idem: Hi per epistolas invicem se confirmantes, locum, tempusque condicunt, bellum communibus viribus instruunt. Livius libro 2. ab Vrbe: Hoc anno induciæ, quæ antea semper negatæ fuerant, cum Latinis condictæ sunt. ¶ Dicimus etiam Condicere cœnam: id est, promittere, Sueto. in Tib. Sex. Claudio libidinoso ac prodigo seni cœnam ea lege condixit, nequid ex consuetudine immutaret. Inde condicta cœna: hoc est, promissa, vel denunciata. Suet. Velut ad subitam, condictamque cœnulam invitaret populum. ¶ Condicere rem aliquam Iureconsultis usitatissimum est, pro repetere personali actione rem aliquam. Iul. l. Si alienum. ff. de mortis causa donat. Si alienam rem mortis causa donavero, eaque usucapta sit, verus dominus condicere eam non potest. Plaut. Hic licit sibi posse condici, si cōvaluerit donator. ¶ Condicere rerum aut litium, antiqui dixerunt pro denunciare res aut lites. Livius lib. 1. ab Vrbe: Quarum rerum, litium, causarum condixit Paterpatratus populi Romani Quiritium, Patripatrato priscorum Latinorum: hoc est, quas res, lites, causas Paterpatratus denunciavit. ¶ Condicere inducias, inducias pangere, vel potius ex compacto facere atque pacisci. Iust. Hist. lib. 3: Nam inducias quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant.

Cōndīctum, n. s. Quod in commune est dictum: id est, promissio vel pactum invicem factum. [ὁμολογημένον. Pol. *Przyrzeczenie.* Vn. *Szűetség.*] Festus.

Cōndīctĭo, f. t. (ut docet Festus) in diem certum eius rei, de qua agitur, denunciatio est. [παραγγελία, ἐπαγγελία. Gall. *Denonciation à partie action personnel.* Ital. *Actione personale.* German. Ein vertündigung auff ein bestimpten Tag. Hisp. *Denunciacion en persona.* Pol. *Pozwanie, Oznaimienie.* Vng. *Bizonyos nap vetés.* An. *An action personall requiring any thing of our aduersarie.*] Condicere enim prisca lingua est denunciare. ¶ Hinc Actio in personam Condictio appellatur. Vlpian. in l. actionum genera. ff. de action. & oblig. Actionum genera duo sunt. In rem, quæ dicitur Vendicatio: & in personam, quæ Condictio appellatur.

Cōndīctĭtĭŭs, a, um: [Polon. *Przypozwani.*] ut, Actio condictitia, qua aliquid condicimus, & repetimus: in jure civili Condictio vocatur. Vlpianus in l. Si duo. §. idem Iulianus, ff. de jurejurando. Idem Iuljanus scribit, eum qui juravit fur-

tum ſe non feciſſe, videri de toto juraſſe, atque ideo neq; furti, neque condictitia tenetur: quia condictitia, inquit, ſolus fur tenetur. De condictione furtiva intelligit.

Cōndīgnum, n. ſ. Pro digno ab aliquibus uſurpatur. [ראוי *raúi. ἄξιον.* Gallic. *Digne.* Ital. *Degno.* Germ. Wirdig. Hiſpan. *Digno.* Polon. *Godno.* Vngar. *Mélto.* Ang. *Worthie.*] Plaut. in Amph. Aecaſtor condignum donum, qualis eſt qui donum dedit. Gell. lib. 3. cap. 7: Pulchrum facinus, Græcarumque facundiarum eloquentia condignum.

Cōndīgnē, adverbium. [*ἀξίως.* Gall. *Dignement, comme il appartient.* Ital. *Degnamente, come ſi conuiene.* German. Wirdiglich. Hiſpan. *Dignamente.* Pol. *Godnie.* Vngar. *Méltán.* Ang. *Worthelie.*] Plaut. Caſ. Noctu ut cōdignè recubes, curabitur. Condigne, & condecorè, Gel. lib. 14 cap. 4.

Cōndĭo, dis, condivi, vel condii, conditum, penult. prod. act. q. Sapidum facio, aliquo ſapore commendo: quod fit cum epularum ſapor, ſale, aut pinguedine, ſeu aromatibus cōmendatur. [תבל *hetib* טבד *taphál. ζωμεύω, παρχεύω, ἀρτύω.* Gall. *Aſſaiſonner, adoucir, confir, donner ſaueur.* Ital. *Condire far ſaporito.* Germ. Geſchmackt machen / ein Speiß mit Saltz / Gewürtz ꝛc. eynmachen. Hiſp. *Adoba ò guiſar manjares.* Pol. *Zprzyſmaki czynie, zaprawiam.* Vn. *Valaminek iſzt ddok. meg fwſzerſzámozom.* An. *To ſeaſon meat, topounder.*] Iuvenalis: Et quadringentis numis condire guloſum Fictile. Cic. ad Gal. libro 7: Herbas omnes ita condiunt. Idem 5. Tuſculan. Labore in venatu, ſudore, curſu fame, ſitu condiebant epulas Lacedæmonii. ¶ Et per tranſlationem Condire triſtitiam hilaritate. Cicer. ad Atticum. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi.

Cōndītŭs, pen. prod. nomen ex participio: [מוחבב *mutáb* טבד *taphúl. ἀρτυτὸς, ἡδυσμός.* Gallic. *Confit, aſſaiſone, adouci, aſſauouré.* Ital. *Aſſagionato, condito addolcito fatto ſaporoſo.* German. Wolgeſchmackt / mit Gewürtz eyngemacht oder eyngebeitzt. Hiſp. *Adobado, hecho dulce.* Polon. *Zaprawiony, opieprzony.* Vng. Aż *minek iżi vagyon, meg fwſzerſzámozot.* Ang. *Seaſoned, poudred.*] ut, Condita oratio, per metaphoram, Salibus quibuſdam aſperſa. Cicero 1. de Orator. Nec enim concio unquam major fuit, nec apud populum gravior oratio, quàm hujus contra collegā in cenſura nuper: neque lepore & feſtivitate conditior. Idem de Senect. Faciunt conditiora cibaria, aucupium & venatio.

Cōndītĭo, onis, ſecunda ſyllaba producta, Actus ipſe cōdiendi, condimentum. [תבלין *mathám* טבד *téphel. ἄρτυσις, ἡδυσμός.* Gall. *Aſſaiſonnement, ſaulſe, confiture.* Ital. *Condimento, aſſaggionamento.* German. Das eynmachen / daß ein ding wol geſchmackt vnd lieblich werde. Hiſpan. *Aquel adobo, el adobado ò guiſado.* Pol. *Zaprawa, ſmaczna.* Vngar. Iż *adás.* Ang. *A ſeaſoning or poudring of meate.*] Cicero 1. de Natur. Deor. Perſpicuum eſt enim quò compoſitiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia proceſſerint.

Cōndītŭs, us, pen. prod. idem quod conditura. [*ἡδυσμός.* Pol. *Zaprawa.* Vn. Iż *adás.*] Col. lib. 2. cap. 22: Vvas itemque olivas conditui legere licet.

Cōndĭtŏr, oris, pen. prod. [טפל *tophél. ὀψαρτυτής.* Gall. *Qui ſait faire ſaulſes ou confitures.* Ital. *Chi fa condire, ò aſſaggionare le coſe.* Germ. Eynmacher / Eynſaltzer / vermenger einer Speiß. Hiſp. *El que haze adobado ò guiſado, el que adoba aſſi.* Pol. *Zaſſálacz, zaprawca.* Vngar. Iż *adó.* Ang. *A ſeaſoner of meates.*] Qui fercula condit. Cic. poſt reditum: Hi ſunt conditores inſtructoresque convivii: iidem expendunt atque æſtimant voluptates.

Cōndīmēntă, Dicuntur gulæ irritamenta, quæ ad condienda obſonia fiunt. [תבשיל *mathammím. ἀρτύματα, ἡδύσματα.* Gallic *Confiture, aſſaiſonnement, ſaulſe.* Ital. *Che ſerue à conditure.* Ger. Gewürtz oder Saltz / was man an die Speiß macht / daß ſie wolgeſchmackt werden. Hiſp. *Aquel adobo.* Pol. *Przyſmaky.* Vng. Iż *adó ſzerſzám.* Ang. *Sauce pikele ſirrupe.*] Cic. lib. 3. Officior. Nam ut tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortaſſis nonnihil, utilitatis certè nihil habebit. Plaut. Caſ. - coquos equidem nimis Demiror, qui tot utuntur condimentis: eos eo Condimento uno non utier, quod præſtat omnibus. Cicero 1. de Finib. Audio dicentem: Cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim. ¶ Facetiæ omnium ſermonum condimenta apud eundem 3 de Orat.

Cōndīmēntārĭŭs, dicitur qui condimenta conficit, aut vendit. [*παραψωπώλης.* Pol. *Lakotki czyniaci y przedaiaci.* Vn. *Specziários, fwſzerzám áros.* An. *That maketh ſauce to ſeaſon meate with.*] ¶ Eſt & Condimentarius, ria, rium, adjectivum, Quod ad condimenta pertinet. [*ἀρτυματώδης* Pol. *Do przyſmakow lubri.*] Plin. libro 19 cap. 8 Hæc apud nos habet vocabulum aliud, Satureia dicta, in condimentario genere.

Cōndītānĕŭs, modò à condendo: hoc eſt, recondendo, ſive reponendo: modò à condiendo, & ſignificat, quod condi, vel condiri poteſt: [*ἀρτυτὸς, ἀρτυματώδης.* Polonicè, *Do przyſmakowdobori.* Vngaricè, Aż *minek iſzt ad hatni (auagy) aż mit el te hetni.*] unde apud Varronem: Conditaneam oleam in agro craſſo & calido maximè ferre convenit.

Cōndītūră, æ, f. p. Condimentum. [טבד *téphel. σκεύασία, ἄρτυμα.* Pol. *Przyſmak.* Vn. Iż *adás.* An. *Sauce pickle.*] Col. lib. 12. cap. 4: Vaſa autem fictilia, vel vitrea plura potius, quàm ampla: & eorum alia picata, nonnulla tamen pura, pro ut cōditio condituræ exegerit. Seneca Epiſt. 96: Inventæ ſunt mille conditūræ, quibus aviditas excitaretur.

Cōndīſco, is, ire, n. t. idem quod Diſco. [למד *lamádh. μανθάνω, συμμανθάνω.* Gal. *Aprendre.* Ital. *Imparare.* Germ. Lernen. Hiſp. *Deprender.* Polon. *Vczyć ſię, przyiwicam.* Vng. *Meg tanúlom.* An. *To learne.*] Plaut. Pſeud. Ego iſtuc aliis dare condidici: mihi obtrudere non potes Palpum. Cicer. pro Planc. Cōndiſcas cenſeo, mihi paulò diligentiùs ſupplicare.

Cōndīſcĭpŭlus, li, Qui cum alio diſcit. [*συμμαθητής.* Gall. *Compagnon d'eſchole, compagnon d'eſtude ou d'apprentiſſage.* Ital. *Compagno ad imparare* Germ. Ein Mitjünger oder Schulgeſell. Hiſp. *El que es diſcipulo con otro.* Pol. *Towarzyſz ſzkolny, Spol'ni vczen.* Vn. *Tanulo deák társ.* Ang. *He that learneth with me.*] Cic. 1. Tuſc. Dicæarchum verò cum Ariſtoxeno æquali & condiſcipulo ſuo, doctos ſanè homines omittamus.

Cōndīſcĭpŭlātŭs, us, [*συμμαθητεία.* Vn. *Tanulo deákoknak társaſága.*] Iuſtin. li. 12: Multū profuêre & Calliſthenis philoſophi preces, condiſcipulatu apud Ariſtotelem familiaris illi.

Cōndīſcĭpŭlă, æ, fœmininū apud Martialem lib. 10: Hac condiſcipula, vel hac magiſtra eſſes doctior, & pudica Sappho. [*συμμαθήτρια.* Vng. *Tanúlo aſzony társ.*]

Cōndo, dis, didi, act. t. In interiorem locum ad cuſtodiā do, repono, recondo. [טמן *tſaphán* אמר בצן *atſár bará. κατάθημι, κρύπτω, κατακρύζω, κατακρύπτομαι, περιδύω.* Gall. *Cacher, ſerrer, muſſer.* Ital. *Aſcondere, riporre.* Germ. Verbergen / behalten / hinder ſich legen. Hiſp. *En cerrar, eſconder.* Pol. *Chowam, odkł adam na ſtrone.* Vn. *El reytém el teſzém.* Ang. *To hide, to lay vp.*] Plinius: Formicæ condunt æſtate, quibus hyeme fruantur. Virg. 2. Aen. - & nota conduntur in alvo. Plin. Si libeat credere, ut ſub una ficu turmæ condantur equitum. ¶ Quandoque conſtituo, ędifico, quaſi ſimul do: *ſυνίζω.* Pol. *Buduie, zakł ad.* Vng. *Tſinalok, teremtók, epitók.*] ut Trojani Romam condiderunt. Et Cicero: Multos libros condidit: id eſt, compoſuit, *συγγέγραφε.* Saluſtius in Catil. Vrbem Romam ſicut ego accepi, condidêre, atque initio habuêre Trojani. Cic. 2. de Divin. Nempe eò Romulus regiones dixerit, tùm quum urbem condidit. Virg. 2. Aeglog. - Pallas quas condidit arces Ipſa colat. ¶ Quandoque potior: ſic enim interpretatur Nonius illud Virgil. lib. 7. Aeneid. - optato condūntur Tybridis alveo. Hujus compoſita ſunt Abſcondo, & Recondo.

Cōndĭtŭs, à condendo, pen. corr. Reconditus, repoſitus, [Polon. *Odłożony, zachowany.* Vng. *El réytetet, el tétetet.*] Cicero pro Muræn. Sic ut ei jam exploratus & domi conditus Conſulatus videretur. ¶ Aliquando idem ſignificat quod ædificatus & conſtitutus. Idem in Tuſc. Homerus fuit ante Romam conditam.

Cōndĭtŏr, pen. corr. m. t, à verbo Condo, Qui aliquid facit, vel rei alicujus autor: [בורא *boré* בנין *bahál. ἄρξας, δημιουργὸς, κτίστης, ἀρχηγός.* Gall. *Auteur, fondateur, inuenteur.* Ital. *Autore, fattore.* Germ. Ein Macher / ein Anfenger oder Schöpffer eines dings. Bel. *Een mater.* Hiſpan. *Componedor de obra autor.* Polon. *Stworzyciel, winalazca.* Vn. *Tſinaló, teremtő, keſzitő, ſzerző, epitő.* An. *Autour or inuenter.*] ut Conditor legum, Plaut. in Epid. Conditor diſciplinæ militaris, Plin. in Epiſt.

Cōndĭtōrĭum, à condendo, Locus in quo aliquid reponitur. [אוצר *otſár* שאול *ſcheól. ἀποθήκη.* Gall. *Vn Lieu à ſerrer quelque choſe, & ſpecialement vn ſepulchre.* Ital. *Sepulchro, auello, monumento.* Ger. Ein Ort dahin man etwas legt oder behaltet: *item*, Ein Grab / ein Behaltnuß. Hiſp. *La ſepultura* Pol. *Miejſce na ktore nieco chowamy, grob.* Vng. *Reytek hely.* Ang. *A place to lay vp or to hide any thing in.*] Vnde & pro ſepulchro ponitur, in quo mortuorum corpora, aut cineres reconduntur. Pætronius Arbiter: In conditorium etiam proſequuta eſt defunctum, poſitumque in hypogæo: Græco more corpus cuſtodire cœpit. Suetonius accipit pro ipſa capſa, in qua mortui reconduntur, quum ait: Alexandri magni conditorium aureū fuiſſe. ¶ Conditorium muralium tormentorum, apud Ammianum, pro repoſitorio machinarum. Plin. Epiſtol. 96: Tam rara in amicis fides, tam parata oblivio mortuorum, ut ipſi nobis debeamus conditoria extruere, omniaque hæredum officia præſumere.

Cōndĭtĭtĭŭs, a, um, Quod conditum eſt, & ſervatum. [טמון *tſaphún. κατάθετος.* Gall. *Serré, caché, gardé.* Ital. *Coſa condita y ſeruata.* Ger. Das behalten oder hinderſich gelegt iſt. Hiſp. *Coſa guardada en lugar.* Pol. *Czokolwiek ieſt zchowanego.* Vn. *El teytetet, el tetetet.* An. *Meate poudred, preſerued or keeped.*] Col. lib 9. de Columbis: Duobus aut tribus modò menſibus acceptant condititia cibaria, cæteris ſeipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.

Cōndĭtīvŭs, a, um, Quod conditum ſeu repoſitum eſt, ſive quod aptè condi, & ſervari poteſt: [*ἀποχῆς δωτέμενος, ἀποκείμενος.*

κάμβυσ. Gallic. De garde, bon à garder, on qu'on ſerre pour garder. Ital. Coſa facile da conſeruarſi. Germ. Das zu behalten iſt/oder das man ſonſt behalten vnd hinderſich tegen kan. Hiſpan. Coſa buena à ſergardada y ſeruada. Polon. Dobri do chowania. Vn. Allandó, aż mit mázgora el tehetnek. An. That is or may be poudred or keeped.] Varro lib. 1. de Re ruſt. Poma mala ſtruthea, cotonea, ſcantiana, quiriniana, idem alia condiriva, mala muſtea & punica eo lotium ſuillum aut ſtercus ad radicē addere oportet, uti ſtabilia mala fiant. Col. lib. 8: Itaque manè, priuſquam procedant in paſcua, conditis cibis ſuſtinendæ ſunt, ne immaturis herbis citetur alvus.

Cōnditīvum, vi, ſubſtantivum, pro ſepulchro. [Vng. Koporſo.] Senec. Epiſtol. 61: Qui verò latitant & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditivo.

Cōnditĭo, ſine c, à Condo, is, fit: Modus, ratio, lex, pactum, pactio, fortuna, ſtatus. [חק chók. κατάςασις. Gall. Eſtat & condition. Ital. Conditione. Germ. Ein Stand/ein Weſen. Belg. Beſcheyd. Hiſp. El eſtado y condicion. Pol. Stan, ſtonowienie, vſtawa. Vn. Allapat. Ang. Eſtate or condition.] Cic. O miſeram conditionē adminiſtrandi Conſulatus. Idem 3. Tuſc. Nihil eſt enim quod tam obtundat elevetque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil eſſe quod accidere non poſſit, quàm meditatio conditionis humanæ. Conditiones pacis: hoc eſt, conventiones, pacta, leges. Cic. in Epiſt. Feruntur omnino conditiones pacis ab illo, ut Pompeius eat in Hiſpaniam. ¶ Homo bonæ cōditionis, qui in bona fortuna eſt: hoc eſt, qui dives eſt. ¶ Aliquando electionem & conventionem denotat. Sic apud Terentium amatores Chryſidis, tulerunt conditionem (πρόκλησιν) ſi vellet eis morē gerere, ſed daturos illi pretium: ipſa verò accepit conditionem: id eſt, pactioni promiſſionique conſenſit. Terent. Heavt. Harum duarū conditionum nunc utram malis vide. ¶ Aliquando conditio accipitur etiam pro ipſis verendis. Lampridius in Heliogabalo: Romæ denique nihil egit aliud niſi ut emiſſarios haberet, qui & benè naſatos perquirerent, eosque ad Aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui poſſet.

Cōnditĭo, qualitas ea dicitur, quâ aliquid condi: id eſt, fieri aptum eſt. Alciat. in l. debitori. C. de pact. vel, Conditio dicitur, quum quid in caſum incertum; qui poteſt tendere adeſſe & non eſſe, confertur. Fer. inſt. de verb. obl. Conditio vera, intelligenda ea eſt, quæ omnino incerta eſt, ante cujus eventum non oritur obligatio nec actio. Conditio dividitur in eam quæ eſt facti, & eam quæ eſt Iuris. l. multum intereſt. de Condit. demonſtrat.

Cōnditĭōnālis, le, Quod conditiónem habet adjuńctā. [ὑποθετικός. Gall. Conditionel, mis auec condition. Ital. Conditionale. Ger. Das ein gebind oder underſchend hat. Hiſp. Coſa de tal partido, eſtado y condicion. Pol. Bedacy pod vſtawam. Vng. Bizonyos ok alat valo. Ang. That hath a condition whith it.] Mart. in l. Quum hæres. ff. de acquir. hær. Solus hæres futurus eſt omnino, niſi habeat in conditionalem partem ſubſtantivum.

Conditionales in Cod. ſunt tabularii huic conditioni addicti & mancipati, adeò ut non poſſit ad aliam aſpirare militiam vel dignitatem. l. ſcripturas. Cod. Quid pot. in pig. hab.

Cōnditĭōnālĭter, adverbium, ſub vel cum conditione, lege. [ὑποθετικῶς, ἢ συνθήκῃ. Gallic. Conditionellement, auec condition. Ital. Conditionalmente, ſotto conditione. Ger. Mit einem geding/anhang oder underſchend. Hiſpan. Conditionalmente, con condicion. Pol. Pod obowiaskiem. Vn. Pod obowiaskiem. An. With a condition.] Inſtit. de leg. §. longè malis. Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa, aliud juris eſt.

Cōndŭs, m. ſ. [סכן ſochén. ὀταμίας, ταμιεῖον. Gall. Celuy qui ſerre pour garder, deſpenſier. Ital. Deſpenſiero. Germ. Ein Käuer/ welcher die Speiß verſichert/ vnd behaltet. Hiſp. El que encierra los mantenimientos. Polon. Kluczník, ſtaffarz ktori potrawe widaie y chowa. Vn. Koiſár, terhes háznak gondviſelöie, ta Bargato. An. A ſteward.] Dicitur is, qui condendis: hoc eſt, reponendis cibis præpoſitus eſt, quemadmodum Promus qui cibum promit: hoc eſt, profert. Et quia ejuſdem ferè officium eſſe ſolet, cibos promere & recondere, factum eſt, ut qui ei muneri præeſſet, compoſito nomine Promuſcundus diceretur. Plaut. Pſeud. Conduſpromus, procurator peni.

Cōndŏcĕo, ces, act. ſ. Doceo. [למד limmádh. διδάσκω. Gall. Enſeigner, inſtruire. Ital. Inſegnare, inſtruire. Germ. Lehren/ vnderweiſſen. Hiſp. Enſennar. Pol. Vczę. Vng. Tanitom. An. To teach.] Hirc. lib. 5: Eoque frænato: uti condocuerat.

Cōndŏcĕfăcĭo, act. t. inſtruo, aſſuefacio. [למד limmádh. συμπαιδεύω, ἰθίζω. Gall. Enſeigner & faire apprendre, inſtruire. Ital. Inſtruire, ammaeſtrare, inſegnare. Germ. Lehren/ vnderrichten. Hiſ. Enſennar doctrina. Pol. Zwicżaiam, czwiczę. Vng. Meg tanitom, Reá ſzoktatom, valóba meg tanitom. An. To mak to knawe.] Cic 5. Tuſ. Nemo eſt enim qui eorum bonorum animum putet eſſe judicem, eumque condocefaciat, ut ea quæ bona malâve videantur, poſſit contemnere.

Cōndŏlĕo, les, Doleo, dolore afficior. [דאב dadgh רחם richám נדב nadh. ἀλγέω, πυθῶ, πάσχω. Gallic. Se douloir, auoir douleur grande. Ital. Dolerſi. German. Mitleiden tragen/ trawren oder ſchmertzen haben. Hiſp. Dolerſe. Polon. Żal' nie ſpolna żaloſćmam. Vng. Bánom. Ang. To be much pained, to be verieſick.] Plautus in Truc. Nam mihi de vento miſerè condoluit caput. Cic. 3. de Orat. Nanque tum latus ei dicenti condoluiſſet, ſudoremque multum conſecutum eſſe audiebamus.

Cōndŏlēſco, is, idem. [Pol. Zalmam. Vng. Eggyvt bánkodom ſzomorkodom.] Cicero Acad. Quumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque & condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, & efferri lætitia dicerent.

Cōndōno, as, idem quod Dono. [נתן nathán חנן chanán זבד zabádh. δωρέομαι. Gall. Donner volontairement, donner à pur don. Ital. Donare. Germ. Schencken. Hiſp. Dar gratioſamente. Pol. Przepuſćzam, przegladam. Vng. Aian dekozom. An. To giue freelie.] Plaut. Menæch. Ego illam non condonavi, ſed ſic utendam dedi. Cic. ad Philip. Proconſulem: Vt ejus filius, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimùm condones. Cic. 2. Offic. Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant. ¶ Condonare ponitur non rarò pro ignoſcere. [נשׂא ſalách. συγγινώσκω. Gal. Pardonner, remettre & quiter. Ital. Perdonare. Ger. Nachlaſſen/ verzeihen/ vberſehen. Hiſp. Perdonar. Vn. Met botſátom. An. To forgiue.] Saluſt. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam. Cæſar monet, ut reliquum tempus omnes ſuſpiciones vitet, præterita Divitiaco fratri condonare dicit.

Cōndōnātĭo, f. t. [מתנה mattáth מתנה mattandh זבד zébedh. χάρισμα. Gal. Donation, largeſſe. Ital. Donatione, larghezza. Ger. Ein Schencke. Hiſp. Donacion. Pol. Odpuſzczenie. Vng. Aiándékozás, meg bortſátás. Ang. Geuing forgeuing.] Cic. 2. Verr. Simul in jure dicendo bonorum poſſeſſionumq; contra omnium inſtituta adjectio, & condonatio.

Cōndōnātŭs, particip. [συγγνωσθείς. Vn. Meg botſáttatot, aiándékozatot, en getteteſt. An. Forgeuen, pardonned.] Condonandum judicium alicui, quo reus abſolutus aut condemnatus eſt in gratiam alicujus, Cic. ad Attic. libro 2.

Cōndōrmĭo, mis, Simul dormio. [Συγκαθεύδω. Gallic. Dormir auec, ou quand les autres. Ital. Dormire inſieme. Ger. Mitſchlafen. Hiſp. Dormir vno con otro. Pol. Spie ſpol'em. Vng. Eggyvt halok, eggyvt aluſzom. An. To ſleep with others.] Plautus Moſt. Abimus omnes cubitum, condormivimus.

Cōndōrmīſco, is, ere, [Vng. Eggyvt aluſzom, el aluſzom.] Plaut. Rud. Obſecro hoſpes, da mihi aliquid loci, ubi cōdormiſcam parùm. S. Iſtic ubiubi vis condormiſce, nemo prohibet, publicum eſt. Idem Milite: Qui libitum eſt illi, condormiſcam.

Condrillon, ſive Condrilla, Plinio, κονδρίλλη Dioſcoridi, Herba eſt caule & flore ambubaiæ: hoc eſt, agreſti intubo ſimilis, unde & intybi ſpeciem aliqui eſſe dixerunt: tota tamen tenuior eſt. Invenitur q; in imis ramulis gummi, fabæ magnitudine, ſimilitudine maſtiches, quod tritum, & cum myrrha in linteolo olivæ quantitate fœminis ſubditum, menſes earum ducit. ¶ Eſt & alterum condrillæ genus, folium habens veluti circumroſum, oblongum, per terram ſtratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenuem in mucronem deſinentem, inanem, rotundam, flaveſcentem, eodem liquore plenam. Ytriuſque Condrillæ meminit Dioſc. lib. 2. cap. 125.

Cōndris, ſive potiùs Chondris, herba eſt, quā nonnulli Pſeudodictamū vocant: & ferè ubique creſcit, dictamo folio ſimilis, ramulis minoribus. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

Conduco, is, penult. prod act t. Simul duco, congrego, cogo. [לקח hillćch הביא hebi אסף aſaph. συνάγω. Gal. Amener, mener, ou apporter auec ſoy. Ital. Congregare, condurre. Germ. Mitführen/ zuſammen führen oder treiben. Bel. Vergaderen. Hiſp. Llevar ò traer. Pol. Zwodzę, zgromiam. Vng. Egybe gyvtom, vagy viſzöm, eggyvt hozom. Ang. To bring or carie together, to hire.] Varr. Mane ſuſcitat roſtra, populum in foro conducit. Cicero 2. de Invent. Tunc Crotoniate publico de conſilio virgines in unum locum conduxerunt; & pictori, quas vellet, eligendi poteſtatem dederunt. ¶ Interdum converto. Lucil. Et virtute tua & claris conducere chartis. ¶ Item ſignificat ad tempus redimo, fructus alicujus fundi emo, operam alicujus mercede comparo, μισθόομαι. Cicero pro Cælio: Cælius domum conduxit in palatio. Idem pro Muræn. Si mercede conducti obviam candidatis iſſent. Plaut. Cædendum conduxi ego illum. Idem in Pſeud. Quantulo argenti te conduxit Pſeudolus? ¶ Conducere etiam is dicitur, qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere dicitur, μισθοῦσθαι. Vlpianus: Si quis ſervum docendum conduxerit. Cic. de Divin. 2: Qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. ¶ Conducit, in tertia perſona, vel conducere in infinito, ſignificat utile eſſe. συμφέρειν, συμβάινειν. ¶ Et ſi de homine loquamur, cum dativo tantùm conſtruitur. Columella libro 1: Nam id minimè, conduxit agricolæ. ¶ Sic autem de re alia, tunc quoque accuſativum mediante præpoſitione admittit.

mittit. Plautus in Capt. Vt potissimum quod in rem rectè cõducat tuam, id petam, id prosequar corde, animo, atque viribus. Et iterum ibidem: Nam si ea memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora est. Cic. Lentulo: Et Reipub. rationibus putem cõducere. ¶ A' Conduco, fit participiũ Conductus, a, um, [משכר *mischár* משחכך *mischachchér.* μεμισθωμένος. Gall. *Loé, prins à loage.* Ital. *Tolto à prezzo.* Ger. Gedingt/bestellt. Hisp. *Cosa alquilada.* Pol. *Naiety, stanowiony.* Vng. *Meg fogadot.* Ang. *Hyred or taken for hire.*] Plaut. Epid. -parabo Dolosam fidicinam nummo conducta quæ sit. Idem Aul. Abi, opera huc conducta est vestra, non oratio. Cic. pro Sest. Erat autem contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis.

Cõnductum, substantivum: ut, Habere aliquid cõducti. Cic. pro Cluent. Solet enim extra portam aliquid habere conducti.

Cõnductor, oris, verbale, m. t. Qui rem aliquã, aut operam alicujus pecunia conducit: [שכר *schécher.* μισθοδότης. Gal. *Qui prẽd à loage d'vn autre.* Ital. *Che prende alcuno à prezzo per suo bisogno.* Ger. Ein Bestseller/oder der einen dinget vmb Gelt. Hisp. *El alquilador que alquila de otro.* Pol. *Naimacz.* Vng. *Vinczeler, béres, bérbe fogado.* Ang. *He that hireth.*] ut, Fundi conductor: hoc est, inquilinus. ¶ Item qui pretio opus aliquod faciendũ suscipit. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 3: Nicephorũ villicum tuum sanè probavi: quæsiviq; ex eo quid ei de illa ædificatiuncula Laterii, de qua mecum loquutus es, mandavisses. Tum is mihi respondit, seipsum ejus operis H-S XVI, conductorem fuisse: sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretiũ: itaque id se omisi[illegible]e.

Cõnductio, onis, f. t. Redemptio. [משכרת *maschóreth.* μίσ[illegible]. Gal. *Loagé, ou alloage de besongne ou autres choses.* Ita. *Esso prend[illegible] fitto, à nolo:* Germ. Dingung/bestellung. Hisp. *Alquiler ò arr[illegible]miento.* Pol. *Naieczie.* Vn. *Meg szerződés, szegődés, fogadás:* Ang. *Abyring.*] Cic. pro Cec. Qui colonus habuit conductũ de Cęcennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. Conductio, pro collectione, Cic. 1. de Invent. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in brevibus id solum, quod conficitur exponere.

Cõnductĭlis, le, om. t. Vtilis, [מועיל *mohíl* טוב *tob.* λυσιτελὴς, εὔωνος. Vn. *Hasznos.*] Plaut. in Bacch. Non ego istuc facinus mihi conducibile esse arbitror. ¶ Item quod conduci potest.

Cõnductĭtĭus, a, um, Quod conduci solet, sive ex eorũ numero est, quæ conducuntur. [משכר *mischchár.* μισθωτός. Gall. *Qui se loë, mercenaire.* Ital. *Che è solito à condursi.* Germ. Das man dinget oder bestellet. Hisp. *Cosa alquiladiza.* Pol. Rzecz która iest naiemna. Vng. *Bérbe fogadot.* Ang. *Hired, or to be gotten for hire.*] Plaut. in Epid. Sed una res me turbat, ratioque, Apœcidi quomodo ostendam fidicinam aliquam conductitiam. ¶ Conductitia domus tamen dicitur, quæ conducta est. ὑπόμισθος οἶκος. ¶ Sic conductitia opera, dicitur mercenaria, quæ conducta est. Varro: Omnes hi agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utriusque: liberis autem, quum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercenariis & conductitiis liberorum operis.

Cõndŭlus, Anulus, teste Festo: [טבעת *tabbáath.* δακτύλιος. Gall. *Aneau.* Ital. *Anello.* Ger. Ein Ring. Bel. Een vingertinck. Hisp. *Anilo.* Pol. *Pierśczien.* Vng. *Gyw'rw.* Ang. *A ring, a thimble.*] ità dictus, ut videtur, ἀπὸ τῶν κονδύλων: hoc est, à digitorũ articulis, aut nodis: sive quod anulis digiti exornari soleant, sive quod in digitis anuli veluti nodi quidam emineant. Prisci etiã Vngulum vocaverunt, & Symbolum, teste Plin. lib. 33. cap. 1.

Cõnduplĭco, as, are, act. p. Duplico. [כפל *chaphál.* διπλόω. Gal. *Redoubler.* Ital. *Raddopiare.* Ger. Zweyfach machen/Doppten/mehren. Hisp. *juntamente, doblar.* Pol. *Dwoie, dwa razi wiecey przyczyniam.* Vn *Meg béllõm, kettőszetõm.* An. *To double.*] Terent. in Phorm. Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit. ¶ Divitias conduplicare, Lucret. lib. 3. Cicer. 1. de Divin. Tenebræ conduplicantur.

Cõnduplĭcātĭo, onis, f. t. Duplicatio. [כפל *chéphel.* διπλασιασμός. Gall. *Redoublement.* Ital. *Dopplamento.* Germ. Zweyfaltung. Hisp. *Dobladura.* Polón. *Dwotenie.* Vn. *Meg béllés, kettőszetés.* Ang. *A doubling.*] Plaut. in Pœn. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio? ¶ Est & conduplicatio figura Rhetorum. Autor ad Heren. lib. 4: Conduplicatio est unius verbi vel plurium iteratio.

Condurdon, Herba est solstitialis, flore rubro, quæ è collo suspensa comprimit strumas. Vide Plin. lib. 26. cap. 5.

Cõndŭs, Vide CONDO.

Cõndylŏmă, atis, penult. prod. n. t. κονδύλωμα. Tuberculũ insanabile (ut Iulius Pollux inquit) quod nascitur circa coronã ani, sive podicis, sanguinem jugiter profundens: ita dictum à similitudine condylorum: hoc est, nodorum, qui in digitis, stricta in pugnum palma, eminent. Curationem hujus morbi vide apud Celsum lib. 6. cap. 18. Vulgus vocat *Morbum S. Fiacri.*

Cõndўlŭs, penultima correpta, m. t. [κόνδυλος. Gall. *Ce qui est bossu & eminent ès os: comme les nœuds & les cheuilles, & les iointures des doigts, des piés & autres parties.* Ital. *Giontura, nodo della ditta.* German. Die Knoden vmb die Gleych/als die an Fingeren sind/wañ man ein Faust machet. Hispan. *Iuntura ò nudo de los artejos.* Polon. *Kl'ikieć, przestęg.* Vngar. Az vyoknak az ízei. Ang. *The roundnesse or knottes of bones in the knee, el bow, ankle and knuckles.*] Iunctura, & nodus articulorum in digitis eminens, stricta in pugnum palmã. Nam quatuor digiti, ut scribit Aristoteles ternos habent condylos, pollex verb duos. Græci etiam κόνδυλον pugnum vocant, qui fit complicatis digitis in condylos. Vnde Plutarchus scribit, eum quem Castor condylo percussisset, statim mortuũ. Martialis lib. 1: Caput illi virga comminuens, ejusdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris, complicatisque in condylos digitis vulnerabat.

Cõnfabŭlo, as, are, & confabulor, aris, Colloquor. [שעה *schahàh.* συμμιλῶ. Gallic. *Parler, raconter fables & fornettes.* Ital. *Fauellare.* German. Fabten erzehlen/oder sich mit einem anderen vnderreden oder ersprachen. Hispan. *Hablar.* Polon. *Baie.* Vngar. *Beszélgetõk.* Ang. *To talk together, to tell tayles.*] Plautus Mostellaria: Hisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Plautus Cistellaria: Salvam eccam, sed ego rem magnam tecum Confabulari volo.

Cõnfămŭlārī, [συνδουλεύειν. Vngar. *Szolgálni, rabotálkodni.*] Macrobius Satur. lib. 2. cap. 16: Signa duo æquè fœminea, quibus ambitur, hylen naturamque significant confamulantes.

Cõnfarrĕātĭo, f. t. Genus erat sacrificii inter virũ & uxorem, in signum firmissimæ conjunctionis: sicut Diffareatio, simile erat sacrificium, quo conjuges per confarreationem conjuncti dissolvebãtur. Sed hujusmodi matrimonii, aut divortii genus solis sacerdotibus erat in usu. Autor est Boëthius in Top. Cic. Plin. lib. 18. c. 3: Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant. Corn. Tacit. lib 4: Nam patricios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis unus legeretur vetusto more: neque adesse, ut olim, cam copiam, omissa confarreandi consuetudine, aut inter paucos retenta.

Cõnfatālĭs, Quod eadem fati necessitate tenetur. [συνειμαρμένος. Vng. *Azon élteni végezésből való.*] Cic. de Fato: At si ita fatum sit. Nascetur Oedippus Laio: non poterit dici, sive fuerit Laius cũ muliere, sive non fuerit: copulata res est, & cõfatalis.

Cõnfĕctŏr, Confectio, & Confectura, Vide CONFICIO.

Cõnfĕrcĭo, is, act. q. ex Con, & Farcio, significat compleo. [חבר *chibbér* קבץ *kabáts* בבר *tsabár* מלא *malé* דחק *dachák.* ἐμφορέω, συμπεδάζομαι. Gall. *Emplir, farcir, entasser.* Ital. *Impire.* Ger. Außfüllen/ vollschoppen. Bel. Toevullen. His. *Hinchir, embutir, ò recalcar.* Pol. *Nadziewam, natkiwam.* Vn. *Meg tőltõm.* Ang. *To fill or stuffe.*] Plin. li. 12. cap. 15: Myrrham passim à vulgo coëmptam in folles conferciunt. Varr. de Re rust. Quo facto non modò desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes.

Cõnfĕrtŭs, participium, Condensatus. [בבור *tsabúr* מלא *malé* דחוק *dachúk* עב *hab.* συνεσπειγμένος, συμπεπυκνωμένος. Gallic. *Entassé, ée, serré' ensemble, rempli, plein.* Ital. *Pieno, ripieno.* German. Außgefüllt/Vollgeschoppet Hispan. *Recalcado, hinchido.* Polon. *Natkany, nadżany.* Vng. *Sw'rw, meg dugot, dugua meg tőltetet.* An. *Stuffed full.*] Cæs. Neque à tanta multitudine conjecta tela cõferti vitare poterant. Cic. in Cat. Vino languidi conferti, cibo sertis redimiti, unguentis obliti.

Cõfĕrtŭs, a, um, à quo Confertior, Cõfertissimus. ἀθρόος, συνεσταλμένος. Liv. 9. ab Vrb. Præterquam quòd confertiores steterant. Ibidem: In confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibidem: Eò se in confertissimam turbam recepit.

Cõfĕrtim, adverbium, Densè. [ἀθρόως, συνεσφιγμένως. Gallic. *En vn tas, ensemble, serreement.* Ital. *In vno mucchio, insieme.* German. Vollgeschoppet/ dick/ hauffechtig. Hispan. *Recalcadamente.* Polon. *Gęsto, czżbam.* Vng. *Dúgua, tőltue, sw'rw'n.* Ang. *In one heap together.*] Liv. Quum confertim Romani, ut solent, densatis excepissent scutis. Idem de Bel. Maced. Confertim pugnant & cædunt.

Cõnfĕro, conferś, In unum fero, congero. [נשא *naśi.* συμφορέω. Gallic. *Porter plusieurs choses en vn lieu.* Ital. *Portare in vn luogo.* German Zusammen tragen. Belg Tesamen tragen. Hisp. *juntamente traer à lugar.* Polon. *Znaszam, zgromadzam.* Vngar. *Össze hordom.* Ang. *To bring many thinges together into one place.*] Columella libro primo: Sitque utrique proximum horreum, quò conferatur rusticum instrumentum. Cicero libro tertio Offic. Omnes curas cogitationesque meas conferebam. ¶ Ponitur aliquando pro confero: hoc est, conjungo. Vnde confero pedem, ὁμόσε χωρεῖν τινι, est pedem pedi conferre, & loco non cedere. ¶ Conferre manum, est pugnare, manũ conferere. Virgilius 9. Aeneid. Et conferre manum, & procurrere longiùs audent. Et paulò antè: conferre manum furor, iraque monstrat. ¶ Conferre gradum, est gradum conjungere, & æquis passibus incedere. Idẽ 3. Georg. Iunge pares, & coge gradum conferre juvencos. Idem 6. Aeneid. juvat usque

morari,

morari, Et conferre gradū, & veniendi diſcere cauſas. ¶ Conferre ſigna, Eſt duorum exercituum ſigna in eundē locum ferre; animo ineundæ pugnæ. Liv. libro 1. ab Vrbe: Aliquoties Latinus exercitus conminus cum Romanis ſigna contulerat. ¶ Conferre etiam cum accuſativo loci ſæpè ſignificat idē quod Eo, vel Accedo. Cicer. in Epiſt. Excluſus ab Antiochia Dolabella, in Laodiceam ſe contulit. Idem 3. de Orat. Quum Aeſchines ceſſiſſet Athenis, & ſe Rhodum contuliſſet. ¶ Conferre, aliquando ſignificat Comparare, & Contendere. Cicer. in Offic. Tamen ne minima ex parte Licurgi legi conferendi ſunt. Ovidius: Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis, Muricе cum Tyrio, turpius illud erit. ¶ Quandoque pro paro, diſpono. Plautus in Curculione: Ita tuum confertо amorem ſemper, ſi ſapis, Ne id quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro. ¶ Quandoque pro impono, injicio, transfero: ἐπιφέρω. Idem in Amphitr. Ne poſteriùs in me culpam conferas. ¶ Quandoque pro communico. Terentius in Heaut. Syrus cum illo veſtro conſuſurrat, conferuntq; conſilia adoleſcentes: id eſt, ſimul cōmunicant, κοινωνοῦσι. ¶ Quandoq; pro conjungo, συνάπτω: Cicero ad Octavium: Nam ut ordiar à principio, & perducam ad extremum, & noviſſima conferam primis. ¶ Conferre verba in pauca, ἀλλὰ βραχέων, ἐπεῖν, pro concludere, reducere, & verborum compendio uti. Plautus: Nunc verba in pauca conferam. ¶ Quandoque pro transfero, traduco, alio fero, μεταφέρω. Terentius in Eunuch. Metuet ſemper, quem ipſa nunc capit fructum nequando iratus tu aliò confera. Idem ibidem: Vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba, verba dū ſint. Verùm enim ſi ad rem conferentur, vapulabit: id eſt, deducentur. ¶ Quandoq; pro utilitatem affero, ſeu proſum, συμφέρω, ὠφελέω. Columella libro 1: Cæterùm & ad æſtivos temperandos calores, plurimum conferunt ſalientes rivi. ¶ Conferre beneficium in aliquem, eſt aliquem beneficio afficere, vel beneficium apud aliquem collocare. Exempla paſſim occurrunt apud Cic. in Offic.

Conferre item ſtipendium translatè pro adjuvare atque oppitulari: Colum. Agricult. lib 1. cap. 1: Et alii tamen obſcuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod ſtipendium noſtro ſtudio contulerunt.

Crīmĕn, Publica sunt crimina, & privata, publica capitalia, & non capitalia, privata aut cum infamia, aut sine infamia. Capitalia crimina publicis judiciis omnia cognoscebantur: non item publica judicia de capitalibus omnia criminibus fiebãt: nam, ut Instit. lib. 1111. traditum est, si quam infamiam irrogabant publica judicia cum damno pecuniario, publica quidẽ erant, non tamen capitalia, quod quidem si de causis publicis, in quibus cum detrimento rei familiaris famæ jactura cõjungeretur, verum est: multò magis de privatis, & hoc ipsum declarat Cicero satis apertè in epistola ad Pætum his verbis: Iudicia non solemus omnia tractare uno modo: privatas causas, & eas tenues agimus subtiliùs: capitis aut famę scilicet ornatiùs: sejunxit enim à causis capitalib. causas famę, sive publicas, sive privatas. sed ipse me in dubitationem revoco. Si causæ famæ capitales non sunt: cur Quinctii causam, quæ famæ est, capitalem Cicero significat? ait enim in exordio: Quid hoc iniquius, aut indignius, quàm me qui caput alterius, famam fortunasque defendam, priore loco causam dicere? & infrà: Clamabat Quinctius: sese iccirco nolle satisdare, ne videretur judicasse bona sua ex edicto possessa: sponsionem porrò si istiusmodi faceret, se, id quod nunc evenit, de capite suo priorem causam esse dicturum. & in extrema oratione: Horribile est, causam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere, sanè non leviter aliquandiu hæc me loca, & alia hujusmodi in ea oratione perturbarunt: eoq; magis, quòd causa Quinctii ad recuperatorem agitur. ex quo sequitur, ut privata sit: recuperatores enim, & centumviri, & arbitri, judices sunt (liceat hîc arbitros inter judices, vocabulo minimè proprio, nominare) civilibus in controversiis ab urbano prætore dati, causam porrò capitalem ad recuperatorem agi ita mihi absurdum, ita non rationi consentaneum videbatur, ut persuaderi nullo modo posset: sed fortasse, ut sæpè distinctione veritas illucescit, idem hîc quoque potest evenire: cogitavi, nunquid, causam esse capitalem, & agi de capite, sive capitis esse causam, idem sit: non enim dubito quin causæ capitales quæ vocantur, eædẽ causæ capitis vocari omnes possint: quæ verò capitis, fortasse non omnes item capitales: nam causa capitis Quinctiana dicitur: quam tamen nullo modo capitalem fuisse concedo, quum in ea neque de libertate, neque de civitate adimenda, quæ capitalia fuisse judicia notum est, agatur: & causa Mancini, quem, ut Cicero & alii prodiderunt, à patre patrato ex S. C. Numantinis deditũ, Numantini non receperũt, causa quidem capitis est (agitur enim in ea de civitate, de libertate, de capite) capitalis tamẽ non est: in capitalibus enim quæritur de crimine, & damnatos diminutio capitis ex judicum sententia sequitur: in aliis autem capitis causis agitur quidem de capite, non tamen quæritur de crimine: capitisq; diminutio vel nulla sequitur, ut in causa Quinctii, vel, si sequitur, ut in causa Mancini, non sequitur uti pœna à judicibus irrogata, sed ideo sequitur: quia is, qui jam deditus erat ex S. C. Numantinis, capite fuisse diminutus ostenditur: ita ut judex non iudicaret, fit, nécne, capite minuendus: quod fit in causis capitalibus: sed fuerítne antea, an non fuerit, capite diminutus: & status hominis nõ tunc mutatur, sed qualis sit, cognoscitur, itaque, quum de eo dixit Cicero libro de Oratore: Quã possumus repetire ex omnibus rebus civilibus causam, contentionemque majorem, quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consularis? crimen nullum significavit, cujus criminis causa vocatus in judicium Mancinus, periculũ amittendæ civitatis, aut libertatis in eo judicio subiret, sed facultatẽ judicib. cognoscendi, ac statuendi datam intellexit, eásne res quèd Mãcinus possideret, arq; antea quàm à patre patrato esset deditus, an verò, quia deditus esset, amisisset, etiam si receptus à Numantinis non esset, quare capitalis causa non fuit: actum tamen esse de capite, ob eam, quam exposui, causam rectè Cicero dixit: At, quod ad Mancini causam attinet, ferri potest: extat enim ratio, cur in ea de capite agi dicatur: in causa verò Quinctii, in qua nullo modo neque de civitate, neq; de libertate agebatur, mentio capitis unde ducta? an ex eo, quia caput pro existimatione usurpari posse videatur. repugnat vetus loquendi consuetudo: nec hujus generis exempla licet invenire. potiùs igitur, ex orationis licentia, crediderim: ut exaggeretur res, ad invidiam, adversus Nevium ex ejus crudelitate, & misericordiam erga Quinctium ex ejus periculo quærendam: atque hoc eò magis constat, quòd Cicero nec in eo verè ac propriè loquitur, quum eam vocat accusationem, quæ sponsi causa est: nec, quum ait: Quem nunc interficere nefariè cupis: quandoquidem civibus Romanis eripi nullo crimine vita posset: causam verò non esse capitalem, propriis ipse verbis clarè demonstrat in eo loco: Iudicium. C. Aquilli, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunisq; P. Quinctii vides. & quum dixit: Hortensius partes accusatoris obtinet: oratoriè loquitur. nec enim re vera accusabat Hortensius, sed accusare videbatur: nec est, nisi capitalibus in causis, accusator. Redeo unde diverti. Publicorum criminum alia capitalia, alia non capitalia: quodque notandum magis est, ne majestatis quidem judicium capitale semper fuit, quum tamen publicum semper esset: nam Claudiæ Vestalis, Appii Cæci filiæ, C. Fundanius, & Tit. Sempronius ædiles pleb. quod populo R. calamitatem esset imprecata, multam dixerunt æris gravis xxv. millia. quæ capitalis pœna non fuit: judicium autem illud & publicum fuisse, inde patet, quòd ad populum factum est, idq; etiã Ateius Capito propterea inter publica judicia retulit, & majestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat his verbis: Claudia novo more judicium majestatis apud populũ mulier subiit, quòd in conferta multitudine, ægrè procedente carpento, palàm optaverit, ut frater suus Pulcher reviviscéret, atq; iterum classem amitteret, quòd minor turba Romæ foret. Publica verò capitalia crimina hæc erant, incestus, majestas, repetundæ, vis publica duplex, ea, quæ in rempub. ac magistratus inferebatur, de qua lex Lutatia fuit, & ea, quæ in privatos cives, de qua Plotia, & aliæ leges: tum, peculatus, de residuis, inter sicarios parricidium, veneficium, ambitus pecuniæ ob judicandum captæ, adulterium, de falsis, de plagiariis, de tutorum fraude, de famosis libellis, de furto, clandestina coitio: quibus de criminibus aut ad prætorem aut ad judicem quæstionis, aut ad populum notio pertinebat. de majestate perduellione excepto, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu prætor quærebat: de incestu, & perduellione populus, sed tributis comitiis de incestu, tribuno pl. populum per tribus in forum cogente, centuriatis autem de perduellione, quum in campum consul centuriatim populum advocasset, de veneficio autem & prætor, qui judex quæstionis idem dicebatur, & judex quæstionis, etiamsi prætor non esset, cognoscebat. Prætores, quæ cujusque futura esset quæstio, ante sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, prout sors tulisset, cum consilio quærerent: unum excipio prætorem urb. qui nullo de crimine publico quærebat, itaque nec quæsitor dicebatur, tantùm, civilibus controversiis ad eum delatis, jus dicebat: hoc est, judices, & judicii formulam, quam sequerentur, dabat: nec enim prætor ipse judicare solitus erat, sed, quum judices, ab ipso dati, de controversia cognovissent, ac judicassent, exequebatur: ideò in omnibus fermè edictis prætorum legitur, Iudicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliùd, jus dicère, aliud, judicare: contrà quàm qui veterum jurisconsultorum libros ignorant: & quemadmodum civilibus in rebus prætor non cognoscit, neque judicat, sed jus dicit: sic, qui ab ipso judices dati sunt, non jus dicunt, sed cognoscunt, ac judicant. Verùm & hæc ipsa, & alia paulò plenius in dictione Prætor: de criminibus autem, quæ erant ejusmodi, ut cognitione digna viderentur, ea ferè diximus. singula autem crimina tractare, ut incestum, majestatem, repetundas, non videtur esse proprium hujus loci. Ex libro de Legibus Romanis.

Criminalĕ, Quod est criminis. [ἐγκληματικόν. Vn. *Verkes.* Ang. *That wherein is offence.*] ut Criminalis causa.

Crīmĭnālĭtĕr, ut Criminaliter agere, cui opponitur civiliter ágere, apud Vlpianum D. lib. 47. Tit. l. ult. [Pol. *Zwielkim*

przewinnienim gdźie opuſczwoſtè idze. Vngar. *Embőrẽgtelenwl, vétkeſſön.*]

Crīmĭnōsĭſsĭmē. [Pol. *Vſzczipliwie*. Vn. *Igőn vétkeſſen embőrte lenw'l.*] Suetonius in Tiberio: Ita ambſumptam criminoſiſſimè infectatus eſt.

Crīmĭnōsŭs, a, um, Suſpicioſus, quod criminis ſuſpicionem adfert. [רכיל *holéch rachil.* Συκοφαντικός. Gal. *Impoſeur de crimes & cas reprochables, grand accuſeur & blaſmeur, grand calomniateur.* Ital. *Ingurioſo.* German. Schmäher / der einem ein laſter oder ſchmach zuiegt Hiſ. *Accuſador.* Polon. *Tenktori rad odrzucich źle mowu, obżwacz.* Vng. *Vétkes.* Ang. *Readie to accuſe, reburk full, reprochefull.*] Cic. pro Cluent. Hic Tribunus plebis, modeſtus, prudens, non modò non ſeditioſus, ſed etiam ſeditioſis adverſarius. Ille autem acerbus, criminoſus, popularis homo, ac turbulentus. ¶ Criminoſum, quod in ſe crimen habet. Col. lib. 1: Criminoſum tamen ſenatori fuit ſupra quinquaginta jugera poſſediſſe.

Crīmĭnōsĭſsĭmŭs, ſuperlat. [Polon. *Wſ'oczliwi, wſzczipliwi.* Vngaricè, *Igőn vétkes, bwnős.*] Sueton. in Cæſare: Auliſque Cecinnæ criminoſiſſimo libro, & Pitholai carminib. maledicentiſſimis laceratam exiſtimationem ſuã civili animo tulit.

Crīmĭnōsē, adverbium, Suſpicioſé. [רכיל *rachil.* Συκοφαντικῶς. Gal. *En impoſant crime & blaſme, criminellement.* Ital. *Impoſtando colpa & biaſmo.* Germ. Mit zutegung einer ſchandt oder laſters. Hiſpan. *Criminalmente.* Polon. *Zelżenim, Żwł'okã.* Vng. *Vékeſſen.* An. *Rebuskefullie, in the way of accuſation.*] Cicero pro Roſcio Amerino: Quum enim aliquid habeat quod poſſit criminosè ac ſuſpicioſè dicere, apertè ludificari & calumniari ſciens non videatur.

Crīmĭnārī, Eſt culpare, accuſare, contumelioſè reprehendere. [רכיל הלך *rachil halách* שמן הוביא דבה *ſatán hotsí dibbáh.* Αἰτιᾶσθαι, ἐπεγκαλεῖσθαι, διαβάλλειν. Gal. *Blaſmer & reprocher, accuſer.* Ital. *Incolpare, accuſare, calonniare.* German. Leſteren/von eines laſters wegen fetſchlich beklagen. Belg. Scheiden. Hiſp. *Acuſar, culpar.* Polon. *Obł'igac, falſżiwie oskarżac.* Vngar. *Meg vétkeſtetes, vádolni.* Ang. *To blame and rebuke, to accuſe falſelie.*] Cicero ad Attic. Me tantùm comperiſſe omnia criminabatur. Et dicimus; Criminor te furti illi, vel apud illum. Terent. Hoc metui, ne me criminaretur tibi. Cicer. 3. Offic. C. Marius, Qu. Metellum apud populum Romanum criminatus eſt, bellum illud ducere. ¶ Criminat pro criminatur apud Ennium libro tertio Satyr. Nam is non breve vult tibi, qui falsò criminat apud te.

Crīmĭnātĭo, ſ. f. Objectio, reprehenſio, accuſatio. [שמצה *ſitnáh* דבה *dibbáh.* Διαβολὴ, ἔγκλησις. Gal. *Blaſme reproche, accuſation.* Ital. *Colpa, biaſmo.* German. Leſterung/ ſchmehung / zutegung eines laſters. Hiſ. *Aquella accuſation de crimen.* Pol. *Obel'ganie, oskarga, przyßoczka fal'ſzywa.* Vng. *Vétkeſztés, vádolás.* An. *Blaming, reproching or accuſing falſelie.*] Cic. pro lege Agrar. Nunquid eſt cauſæ, Quirites, quum illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt, non ſolùm meam, ſed etiam veſtram diligẽtiam, prudentiamq; deſperexerit.

Crinantemon, [κρινανθεμον. Vng. *Lilion.*] Flos notiſſimus, quem Dioſc. κρίνον βασιλικὸν, Romani *lilium* appellant.

Crīnēs, Capilli. [שער *ſéhár* לחה *tshmmáh.* τρίχες. Gal. *Cheueux, perruque.* Ital. *Crini, capelli.* Germ. Haar. Belg. Haer. Hiſpan. *Cabellos.* Polon. Wł'oſtj. Vngar. Háy. Ang. *The heare of the head.*] ἀπὸ τῦ κρίνειν: hoc eſt, à diſcernẽdo dicti. Virg. 4. Aeneid. Et crines flavos. Cic. 5. Verr. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Tacitus de moribus Germ. Acciſis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus. ¶ Capere crines, Plautus in Moſtell. dixit, pro arripere occaſionem oblatam, & arreptam retinere. Crinis etiam piſcium dicitur. Plin. lib. 9. cap. 30, de polypo piſce: Nanq; & afflatu terribili canes agebat; nũc extremis crinibus flagellatos, *&c.* ¶ Crinis etiam videtur eſſe genus vinculi ex crine equinæ caudæ confecto. Plin. lib. 17. cap. 21: Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculóve, ut in Hiſpania Brunduſioq;.

Crīnālĭs, le, adject. [ὁ τὴν τρίχων. Gallicè, *Des cheueux, des appartenances des cheueux.* Italicè, *Pertinenti à capelli.* German. Das zu dem Haar gehört. Hiſpan. *Coſa perteneciente à los cabellos.* Polon. Dowł'oſzow przynależący. Vngaricè, Háyhoz valo. Anglicè, *That belongeth to heare.*] Quod pertinet ad crines: ut, Vitta crinalis. Ovid. 9. Metam. Crinalem capiti vittam natæque ſibique Detrahit.

Crīnālĕ, ſubſtantivum, neut. gen. [τὸ ἐπίχρυσον. Vngaricè, *Hay fono.* Angl. *An hear leace, a caule.*] Ovid. 5. Meram. ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrha curvum crinale capillos.

Crīnĭgĕr, ra, rum, Qui multos habet crines. [βοστρυχοφόρος. Gal. *Qui porte perruque, chenelu.* Ital. *Caueglinto.* German. Haarechtig/ der viel haar hat. Hiſpan. *Coſa que tiene ò trae cabellos.* Pol. Wł'oſjaſtij. Vng. *Haias, hay ryſeld.* Ang. *That hath much heare.*] Lucan. lib. 1: Et vos crinigeros bellis arcete Caicos Oppoſiti, petitis Romam.

Crīnīrĕ, Eſt crines emittere: [κρηγνύναι. Gall. *Mettre cheueux.* Ital. *Mettere capelli.* German. Haar vbertommen. Hiſp. *Encabellecer ò criar cabellos.* Polon. Wł'oſzi puſzczac. Vng. *Meg haraſodni.* Ang. *To grow hearie.*] quod verbum legitur apud Statium 4. Thebaid.: vatem cultu Parnaſſia monſtrant Vellera, frondenti crinitur caſſis oliva.

Crīnītŭs, a, um, Quod crines habet. [צמיד *tſammíd.* κομώντες. Gal. *Cheuelu.* Ital. *Crinito, che ha i capelli.* German Haarechtig. Hiſpan. *Coſa de luengos cabellos.* Pol. Wł'oſzi maiacy. Vng. *Haias.* Ang. *Hearie, that hath heares.*] Virgil. 1. Aeneid.: cithara crinitus Iopas Perſonat aurata. Crinita ſtella. Cic. 2. de Nat. deor. Tum ſtellis his quas Græci *Cometas*, noſtri *Crinitas* vocant. Idẽ 6. Verr. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, revellit atq; abſtulit. Galea crinita triplici juba, Virg. 1. Aen. Malè crinita mulier, Ovid. 3. de Arte.

Crīnīna, Vnguenti genus, valetudinis cauſa comparatum. Pomponius L. 21. de auro & arg. Vnguentis, *inquit*, non tantùm ea legata videntur, quibus ungimur voluptatis cauſa, ſed ut valetudinis, qualia ſunt commagena, glaucina, crinina, rhodina, *&c.*

Crīnŏmĕnŏn. τὸ κρινόμενον, à Rhetorib. appellatur contentio quæ ex ſtatu efficitur, & circa quod verſatur certamen totius controverſiæ. Latini Quæſtionem vocant, teſte Cicer. in Topic.

Crīnŏn, [κρίνον. Pol. *Polna roża.* Vng. *Béka liliom.*] Plin. lib. 21. cap. 5: Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syria & Phaſelide laudatiſſimum proveniens. Dioſcorides tamen Græciq; ferè omnes nullo diſcrimine τὸ κρίνον appellatione omnia lilii genera intelligunt. Theophraſtus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox poſt violam album, peculiari nomine κρίνον appellat.

Crīnonia, [κρινωνία. Vn. *Liliom ſzár.*] Frutex eſt lilii, teſte Suida: nam Lilium Græci κρίνον appellant.

Crios, κριὸς, Ciceris genus, quod Latini Arietinum appellant, ab arietini capitis figura: à qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κριὸν appellant. ¶ Fuit etiam Crios κρῖος proprium nomen Athletæ cujuſdam ex Aegina Inſula, apud Græcos cantatiſſimi.

Κριοῦ μέτωπον, Id eſt, arietis frons, Cretæ inſulæ promontoriũ eſt ad Occidentem, verſus Cyrenas, ut ſcribit Rufus ex Dionyſio: hic procul ingens Inclinat rupes ſeſe, obvia fluctibus altis. Et paulò pòſt: ut ferus ora Eſt aries, ultroque minax petit obvia fronte. Vide Pomp. Melam lib. 2, in deſcriptione Cretæ inſulæ: & Plin. lib. 4. cap. 12.

Criſion. Bugloſſum magnum, Dioſc. lib. 4. cap. 120.

Criſim, patiuntur omnes morbi habituales & chronici, ut podagra, chiragra, φθίσις.

Criſpina, lege OXYACANTHA.

Crīsis, [דין *dín.* κρίσις. Vn. *Itilet.*] Iudicium, judicatio, ſententia. Vnde Dies Critici dicti (ſive ut Cenſorino placet) Criſimi, κρίσιμοι: hoc eſt, judiciales & decretorii, de quibus infrà.

Crīſpŭs, a, um, adjectivum eſt: [ἕλικος, τριχώδης. Gal. *Creſpe, creſpu, ondoyant, madré.* Ital. *Creſpo, riccio, riccuto.* Ger. Krauß Haar. Belgice, Gecroit haer. Hiſpan *Creſpo.* Pol. *Kedzierzaſty.* Vng. *Fodor.* Ang. *Curled, wrinckled, braide.*] ut, Criſpus capillus: id eſt, intortus. Plautus [illegible] Compoſitos, criſpos cincinnos tuos unguentatos. Criſpum folium. Plin. lib. 12. cap. 15: Folium olivæ, verùm criſpius & aculeatum. Criſpiſſimum foliũ, apud Colum. libro 11. capite 3 Criſpa abies. Cic. 3. Tuſc. Criſpioris elegantiæ materies: & ob id Perſis gratiſſima, Plin. libro 13. cap. 9.

Criſpŭlŭs, diminutivum à Criſpus, [ὑπέλικος, ἑλάπτερος. Polon. *Kedzioreka.* Vng. *Fodrotska.*] Martialis lib. 5: Criſpulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhærens Qui Mariane tuæ? criſpulus iſte quis eſt?

Criſpo, as, are, act. p. Criſpum reddere. [ἑλάω, ἕλον ποιῶ. Gal. *Faire creſpe.* Italicè, *Increſpare.* Germ. Krauß machen. Hiſp. *Creſpar otra coſa.* Polon. *Kedzíory czynie.* Vngar. *Meg fodoritom.* Ang. *To wrinckle and courle the heare.*] Plinius libro 28. capite 8: Fimi cinere criſpari capillum. ¶ Criſpari terra herbis, dicitur per translationem. Colum. libro 10: Nunc apio viridi criſpetur florida tellus.

Crīſpāns, tis, [Vngar. *Fodorgatuán.* Ang. *Brandiſhing or ſhaking.*] participium. Virgil. 1. Aeneid. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Crīſpātŭs, a, um, [Vngaricè, *Fodoritatot.* Anglicè. *That is curled or wrinckled.*] ut Buxus criſpata cacumine, Claud. 2. de rap. Proſerp.

Crīſpĭſŭlcāns, adjectivum: ut, Criſpiſulcans fulmen. Cicero in Top. At quum in Ajacis navim criſpiſulcans igneum fulmen injectum eſt; inflammatur navis neceſſariò.

Crīſsāre,

Crīsārĕ, πλεονάζειν, & Cevere non niſi poſito pudore exponi poſſunt. Eſt enim primùm mulierum aptè ſe motantium, dum in re venerea ſunt. Iuven. - frictum criſſantis adorat. Alterum maſculorum dum pædicantur. Martial. Sed pędicaris, ſed pulchrè Nævole ceves. Cevere etiam adulantium geſtus ſignificat. Perſius: An Romule ceves?

Crīſtă, f. p. Dicitur conus ille in vertice galli, & aliarum quarundam avium. [λόφος. Gal. *Creſte, penmache.* Ital. *Creſta, pennachio.* German. Der Kam auff der Vögſen Haupt. Hiſ. *La creſta des aues, el penacho ò cimera del yelmo.* Pol. *Grzebien nagł owier, ptaſzey.* Vng. *Czimetoł.* Ang. *The coppe on a birdes heade, a combe.*] Plin. lib. 10. cap. 29: Vpupa obſcœna aliàs paſtu avis, criſta, viſenda plicatili. ¶ Ad hujus ſimilitudinem etiam Criſtam, vocamus, conum galeæ. Virg. 12. Aeneid. Tum galeam Meſſapi habilē, criſtisq; decoram Induit. ¶ Criſta etiam herbæ ſpecies eſt, cujus meminit Plin. lib. 27. cap. 5: Alectorolophos, quæ apud nos *Criſta* dicitur, folia habet ſimilia gallinaceī criſtæ, plura, caulem tenuem, & ſemen nigrum in ſiliquis. Ruellius eādem eſſe credit cum ea quæ Gallicè *Veruene* dicitur.

Crīſtŭlă, læ, diminut. [λοφίδιον. Vng. *Czimeretske, tollatiska.* An. *A litle combe or feathers in the crowne of birdes.*] Colu. lib. 8. cap. 2: Rectis, rutilisq; criſtulis.

Crīſtātŭs, ta, tum, [λόφον ἔχων. Gal. *Qui à creſte, qui eſt creſté où creſtu.* Ital. *Che ha creſta.* German. Der ein Kamb hat. Hiſpan. *Coſa con creſta, penacho ò cimera.* Polon. *Grzebieniaſty.* Vngar. *Czimeres, tollas.* Ang. *Cõpped, combed or creſted.*] Qui criſtas habet: ut, Criſtatæ aves: eſtque periphraſis gallorum gallinaceorum. Martial. lib. 14: Criſtatæque ſonant undique lucis aves. Criſtata gàlea, Livius.

Crĭtæ, κριταί, à Græcis dicuntur judices, qui muſicis, agonicis & ſcenicis certaminibus præerant.

Crĭtĭcŭs, a, um, pen. cor. [κριτικός. Gal. *Iudiciel, qui iuge, donne iugement.* Ital. *Giudiciale, chefa giudicio.* German. Vrtheilen / ein Vrtheil fellen. Hiſpan. *Iudicial, el que haze iuyzio.* Polon. *Wirokczyniacy, ortel widaiecy.* Vngar. *Itélő.* Ang. *Iudiciall, that giueth iudgement or iudgeth.*] Idem quod judicialis, vel judicem agens, ἀπὸ τῦ κρίνειν: hoc eſt, à judicando: unde & poëmatum cenſores, & judices alienorum operum, olim Critici dicti ſunt: quales fuerunt Ariſtarchus & Ariſtophanes Grammatici: qui tantùm ſibi in ipſum etiam Homerum permiſerunt, ut plurimos etiam verſus, tanquam nothos & ſubditiios, ex ejus operib. ſummoverint: Cicero ad Dolabellam lib. 9: Ego tanquam criticus antiquus judicaturus ſum. Horat. 2. Epiſt. Ennius & ſapiens & fortis & alter Homerus, Vt critici dicunt. ¶ Critici dies vocantur, qui à medicis *judiciarii* dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione ferri judicium poteſt: quos noſtri *Decretorios* vocare poſſunt.

Crithe, [κριθή. Gal. *Vn orgeol.* Ital. *Orzolo.* Ger. Ein Wärtzle ſo ob dem Haar des Augaſpds wachßt. Hiſpan. *Orcuelo que nace cerca del ojo.* Polon. *Iecżmuck.* Vng. *Arpa.* Angl. *A wart or ſuch likthing in the eye lide.*] Tuberculum parvum eſt in palpebra ſuper pilorum locum: ita dictum à ſimilitudine hordei: unde & Hordeolum à recentioribus quibuſdam nominatur. Vide Celſum lib 7. cap. 7.

Crithaſis, equorum morbus.

Critumon, Vide ſuprà BATIS.

Crŏbўlŏs, κρώβυλος, Aureus vel argenteus corymbus, ex capillis pendens idque propriè in viris: nam in mulieribus potiùs Corymbum, & in pueris Scorpium vocamus.

Crobyſſum, Aizonum minus, apud Dioſcoridem libro 4. capite 91.

Crocallis, Gemma eſt ceraſum repræſentans, teſte. Plin. libro 37. cap. 10.

Crŏcārĕ, & Crocire, Verba fictitia à voce corvi, κρώζειν. Autor Philomela.

Crŏcĭto, tas, frequentativum. [πολλάκις ἢ συχνὰ κρώζω. Gal. *Corbiner par pluſieurs fois, crier ſouuent en corbeau.* Ital. *Gridare ſpeſſo come vn coruo.* German. Viel vnnd offt grappen / oder wie ein Rapp ſchreyen Hiſpan. *Graznar el cueruo.* Polon. *Krakam.* Vngaricè, *Kákogok, korrogok.* Angl. *To crie lik a rauen, to crooke often.*] Plaut. Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat ſua.

Crŏcātĭo, teſte Feſto, & Crocitus, tus, pen. prod. Ipſa vocis corvi prolatio. [κρωγμός. Pol. *Krakanie kákogás, karogás.* Ang. *A crooking of a rauen.*]

Crŏcĕātŭs, ta, tum, Vide CROCVS.

Crocias, κροκίας, Gemmę ſpecies, à croci ſimilitudine ſic dicta. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Crŏcĭnum unguentum, n. ſ. [κρόκινον μύρον, Quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo macerato: ut docet Dioſcorides lib. 1, Propert. lib. 3: Et crocino nares murrheus ungat onyx. Vide Plin lib. 13. cap. item 13.

Crŏcĭnŭs, Vide CROCVS.

Crŏcĭs, κροκὶς, Herba eſt, cujus contactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori ſententia tradit Plin. libro 24. capite 17.

Crŏcŏdīlĭnŭs, Vide CROCODILVS.

Crŏcŏdīlŭs, pen. prod. [צב *Iſab.* κροκόδειλος. Gal. *Vn crocodile.* Ital. *Crocodillo.* German. Ein Crocodill / iſt ein Thier in Egypten. Hiſp. *Crocadrz.* Pol. *Krokodil.* Vng. *Sárkány, krokodillus.* Ang. *A crocodile.*] Animal quadrupes, ex genere amphibiorum, tàm in terra, quàm in aqua vivens, figura lacertæ non admodum diſſimile, incredibili magnitudine, armatum unguibus, ſoli Aegypto, & iis regionibus, quæ Nilo alluūtur, cognitum, cute uſqueadeò dura, ut in nulla ſui parte niſi in ſolo ventre penetrari poſſit. Vnde etiam delphini, qui perpetuum cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes qua potiſſimùm parte hoſtis lædi poſſit, aquam ſubeunt, pinnaque, quam in dorſo gerunt, illi alvum ſubſecant. Habet & alterum hoſtem Ichnevmonem, qui in apertas dormientis fauces teli in morem illapſus, inteſtina ejus erodit. Nullum eſt animal quod à tam parvis initiis in tantam excreſcat magnitudinem. Ponit ſiquidem ova anſerinis non majora: ſed hoc huic animali peculiare creditur, ut quandiu vivat, nullum creſcendi faciat finem. Quatuor menſes hyemales non comedit, & ſola beſtiarum non habet linguam. Terribilis hæc bellua cõtra fugaces eſt, fugax contra inſequentes. Oculos habet in aqua hebetes, extra acerrimi viſus. Conſpecto homine emittit lachrymas, mox appropinquantem devorat. Vnde factus eſt locus proverbio: Crocodili lachrymæ: κροκοδείλου δάκρυα: quod de iis dici ſolet, qui ſub ſpecie pietatis alios fallunt. Ex eo dictum autumant, quòd κρόκου ὀσμᾶται: id eſt, crocum fugit, ac ejus odorem reformidat, quod mella conficientes in Aegypto ſternunt, ne mel abſumant crocodili: quoniam mirum in modũ eo delectantur. ¶ Eſt & alterum crocodili genus, quem Scincum vocat Dioſcorid. lib. 2. ſuperiori multò minus, in terra tantùm, nec niſi odoratiſſimis vivens floribus, cujus inteſtina jucundi nidoris fimo referta ſunt, quo ad faciei medicamenta, coloriſq; conciliationem mulieres, & viri molliores, olim utebantur. Horatius in Epod. - colorque Stercore fucatus crocodili.

Crocodilinus, na, num, Quod ad Crocodilum pertinet: [κροκοδείλινον. Polon. *De krokodila naliez acy.* Vng. *Sárkányhoz való.* Ang. *That belongeth to a crocodile.*] ut, Crocodilinæ ambiguitates, Quint. lib. 1. cap. 10.

Crŏcŏdīlĕă, κροκοδείλεια, Fimus eſt crocodili terreſtris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem. ¶ Crocodilorum enim duo commemorantur genera: quorũ alterum aquaticum eſt, Nilo tantùm familiare, & lacubus Nilo vicinis. Alterum terreſtre, odoratis tantùm veſcens herbis, quem Scincum σκίγκον Dioſcorides appellat. Hujus excremẽta in primis odorata ſunt, mulierumque fucis expetita. Plin. lib. 28. cap. 8, ubi crocodili aquatici naturam multis explicuit, ſtatim ſubdit: Alter illi ſimilis, multùm infra magnitudinem, in terra tantùm odoratiſſimis floribus vivit: ob id ejus inteſtina diligentiſſimè exquiruntur, jucundo nidore farcta, Crocodilæam vocant.

Crŏcŏdīlĭum, κροκοδείλιον, Herbæ ſpecies eſt, chamæleontis figura, radice longa, guſtu naſturtii, ſemine rotundo, duplicis clypeoli forma. Plin. lib. 27. cap. 8: Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter craſſa, odoris aſperi.

Crŏcŏmagmă, atis, [κροκόμαγμα. An. *Dregges of the oyle offtſion.*] Vnguenti crocini fæx, & retrimentum, quod ſupereſt crocino unguento ex croco, cæteriſq; aromatis expreſſo. Nã in confectione crocini unguenti, oleum ante omnia quibuſdam aromatibus ſolet ſpiſſari, poſteaque crocum eò conjici, idq; poſt dies aliquot effundi: ex aromate & croco oleum poſt hæc exprimi ſolet, quodque reliquum erat, Crocomagma dicebatur: idque in paſtillos conformari conſuevit, & multum in tempus aſſervari. Optimum eſt, quod guſtatum ſalivam dentesque inficit. Vide Dioſcor. lib. 1, & Plin. lib. 21. cap 20.

Crocomerion, κροκομήριον, Herba, quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

Crŏcŏpeplŏs, κροκόπεπλος, Auroræ epitheton eſt, quaſi croceam habens veſtem: nam eum colorem imitatur, quum primùm incipit apparere. Poſtea enim, adveniente jam die rubeſcens, à roſeo colore *ῥοδοδάκτυλος* appellatur.

Crŏcōtă, [κροκωτός. Ger. Ein gůt Frawẽkleid bey den Alten gebraucht.] Veſtis muliebris eſt, crocei coloris. Cicer. de Aruſp. reſp. P. Clodius à crocota, à mitra, à mulierib. ſoleis, purpureisque faſciolis, à ſtrophio, à pſaltrio, à flagitio, à ſtupro, eſt factus repentè popularis. ¶ Feli crocoton. γαλῇ κροκωτόν. Subaudiendum das aut addis. Dici ſolitum, quoties honos additur indigno, & quos haudquaquã decet: Aut quum datur quicquam iis, qui munere non norunt uti.

Crocotula diminutivum. κροκώτιον, Plaut. in Epid. Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Crŏcōtŭlārĭŭs,

Crŏcōtŭlārĭŭs, Crocotarum vestium infector. Idem in Aul. Quum incedunt infectores crocotularii.

Crŏcŏtĭlum, n.s. Veteres Valde exile dicebant. Plautus: Extortis talis cum crocotilis crusculis. Festus.

Crocotĭtium, Genus operis pistorii.

Crŏcŭs, vel Crocum, [כרכם *charchóm*. κρόκος. Gal. *Saffran.* Ital. *Zaffranos.* Ger. Saffran. Belg. Goffraen Hispan. *Acafran.* Polon. *Szafran.* Vng. *Sáfrány.* An. *Safron.*] Flos est, qui *purpureum* vulgò dicitur: à Croco puero (ut poëtæ fabulantur) dilectus, qui quum Smilacem puellam tenerrimè deperiret, amoris impatientia versus est in florem sui nominis. Ovid. 4 Metam. Et crocon in parvos versum cum Smilace flores. Virg. 4. Georg. Et glaucas salices, casiamq; crocumq; rubentem. Salust. Pulsus nemore, in quo crocum gignitur. Præstantissimum nascitur circa Coricum Ciliciæ montem: proximum in Olympo Lyciæ monte: mox in Centuripino Siciliæ agro. Provenit & in Gallia Narbonensi, licet bonitate inferius.

Crŏcĕŭs, a, um, [κρόκινος. κρόκεος. Gal. *De couleur iaune ou rougeastre.* Ital. *Giallo.* German. Saffrangélb. Hispan. *Cosa de acafran.* Pol. *Zołtawy.* Vngar. *Sáfrányos sárga színű.* Ang. *Of or like saffron.*] pro colore: ut, Vestis crocea Virg. 1. Aeneid. Et circumtextum croceo velamen acantho Plin. lib. 22. cap. 18: Murat enim cum terra colores: hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus.

Crŏcātŭs, ta, tum, Croco tinctus. [κροκωτός. Gal. *Fait à la couleur iaune.* Ital. *Tinto in giallo.* German. Gelbfarbt. Hispan. *Cosa dado en color de acafran.* Pol. *Zołtawy.* Vng. *Sáfrányozott.* Angl. *Safroned, or like saffron.*] Plin. lib. 16. cap. 34: Alicui & femen nigrum, alii crocatum.

Crŏcĭnŭs, na, num, & Croceus, Quod est lutei coloris. [κροκωτός. κροκωτώδης. Gal. *De saffran, de couleur de saffran.* Ital. *Di zaffrano, di color di zaffrano.* Germ. Saffrangélb. Hispan. *De acafrán, de color de acafran.* Polon. *Zołtawy.* Vng. *Sáfrányszínű.* Angl. *Yalow or of saffron.*] Plin. lib. 21. cap. 19: Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius, & in umbra siccatum.

Crocuphantĭa, opinor esse ornamenta villosa, quæ sub reticulis contexta per eorum plagulas apparent, id enim origo vocabuli κροκυφαντῶν declarat. Vlpian. in l. 2. D. de auro & argen. legat. Ornamentorum hæc, *inquit*, vittæ, mitræ, semimitræ, reticula, crocuphantia. Alciatus autem & alii eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur. Hæc ex Hotomani lexico.

Crŏcŭtă, f.p. Fera est, Aethiopiæ familiaris, ex hyæna & leæna Aethiopica nascens, quæ & ipsa hyænæ more humanas voces imitatur. Plin. li. 8. ca. 30, ubi hyænæ naturam multis explicuit, statim subdit: Hujus generis coitu leœna Aethiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum pecorumq;. Acies ei perpetua in utraque parte oris, nullis gingivis, dente continuo, qui nec contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur.

Coralla, plectilis, detractione secundæ literæ o, pro corolla: id est, parva corona, apud Plaut. in Bacchid.

Cronomĭon, alii Polydos vocant, Magi Caloboim, Romani *Cebam.*

Crono, Magicæ conycæ species tertia apud Dioscoridē lib. 3. cap 137.

Crŏtălĭă κροτάλια, à Plin. lib. 9. cap. 35, dicuntur margaritæ, ita in ornamentis collocatæ, ut ex collisione sonum generent. Subeunt, *inquit*, luxuriæ ejus nomina, & tædia exquisita perditiore portatu. Siquidem quum id fecêre, Crotalia appellāt, ceu sono quoq; gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crŏtălum, penult. corr. n.s. [κρόταλον. Gal. *Vn instrument qu'on frappe auec la main, semblable à la cymbale.* Ital. *Campanella, naccara.* Germanicè, Ein Schällen oder Kläffitn. Hispan. *Chapas ò sonaja ò tarrena.* Pol. *Dzwonek, cymbał.* Vngar. *Kelepölő, Zörgettyű.* Ang. *A rattle.*] Crepitaculum ex ligno, ære, aliáve materia ita concinnatum, ut efficere sonum queat, siquis manu verset. Vnde & Aegyptiorum sacerdotum sistra, quibus in Isidis sacris utebantur, à nonnullis etiam Crotala appellantur: ἀπὸ τῦ κρέμειν: hoc est, à percutiendo. ¶ Quidam putant fuisse annulum æreum, qui ferreo baculo quateretur. Alii circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, sive orbiculos mobiles, qui collisi sonum edebant: qualibus etiam hodie Lusitanos nautas in saltationibus suis uti videmus. Virgilius in Copa: Crispum sub crotallo docta movēre latus.

Crŏtălus, [κρόταλος. Pol. *Krasomowcza.* Vn. *Tsitsogo.*] mascul. gen. dicitur, Qui lingua est expeditiore, & voce sonanti, ac propè tinnula, quiq; loquacitate sua neminem non obtundit. Ducta est metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crŏtaphĭtæ, κροταφῖται, Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini Temporales appellāt, quòd tempora vestiant: unde etiam Græcum nomen traxerunt: nam κρόταφος illi appellant, quæ nos *tempora.*

Crŏtŏn, onis, [κρότων. Ger. Wundetbaum. Pol. *Skrzydłowiec, drzewnedrzewo.*] Frutex est ad nucis nitudinem parva folia similia gens folio platani, sed lævore ac nigrore, ramis a cortice arundinum modo concavis, semine uvarum aspero, quod purgatum effigiem ricini animalis repræsentat. unde & nomen accepit: nam ricinum vermem Græci etiam κρότωνα appellant. Hoc semine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris utile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cicinunde etiam oleum ipsum Cicinum, & Ricininum appellatur.

Crŭcĭātŭs, Cruciamentum, Crucio, Crucifico, Vide CRVX. (lib. 33. cap. 3.

Crudĭtĭa, Argenti vena, quæ in summa fodina reperitur, Plin.

Crudĭtus, a, um, Quod coctum non est [חי *chai*. Gal. *Cru, encor vert, qui n'a point receu cuyre.* Ital. *Crudo, acerbo.* Ger. Rau ungekocht. Belg. Rou. Hisp. *Crudo.* Pol. Surowy. Vng. Nyers. Ang. Raw *pol.* Surowy *mięso.*] Vnde carnes crudæ dicuntur quæ neq; elixæ sunt, neq; assa, neq; aliquo suavis modo cibum apparatum reddunt. Crudus item creditos appellamus qui justam coctionem non fecit, nondum tarnen omnium affectum. Cicer. de Senect. Poma quæ crudiora sunt, vix evelluntur: quæ autem cocta, & matura, decidunt. Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti sunt in ventriculo. Iuvenal. & crudum pavonem in balnea portas, & crudum item hominem dicimus, cujus ventriculus probo concoctionis officio non fungitur. Cic. 2 de Finibus: Sfoti qui in mensam vomant, crudiq; postridie se rursus ingurgitent. Idem pro Cluentio: Dico illum, quum ad illud prandium crudior venisset, & sibi non pepercisset, ægrotasse. ¶ Crudum vulnus: hoc est, recens, & adhuc cruentum. Plin. Epist. 3: Vt enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultrò requirit: sic recens animi dolor consolationes rejicit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admodum acquiescit.

Crudĭgās, atis, f.t. Ventriculi vitium cibum egrè concoquentis. [κακοχυλία Gal. *Crudité, mauuais conduict ou concoction de l'estomach, indigestione.* German. Böse Dewung des Magens. Hisp. *Crudeza de estomago, indigerido.* Pol. *Surowiecz.* Vn. *Emésztetlenség.* An. *Rawness, evil digestion.*] Cic. 5 Tusc. Caret ergo etiam crudelitas & crudilate, & inhumanis Cerberus. Virg. Crudilatis signa sunt, crebri ructus, & ventris sonitus, fastidia cibi.

Crudĭlĭtās, tatis, f.t. Est crudū vel crudius fieri, à Crudeo, es. [ὠμότης. Gal. *Crudelité, cruauté, aspreté.* Ital. *Crudelità, crudeltà.* Ger. Rawheit. Hisp. *Crueldad.* Pol. *Okrutnosć.* Vn. *Kegyetlenség.* An. *Rawness, cruelty.*] Virg. 3. Georg. Sin in progressu coepit crudescere morbus Idem 11. Aeneid. dejecta crudescit pugna Camilla. ¶ Inde Incrudescere & Recrudescere, quasi renovari, & ad pristinam acerbitatem redire.

Crudēlis, om. t. Immitis, atrox, durus, inhumanus, ferus, [אכזרי *achzerí*. ὠμός. Gal. *Cruel, inhumain, barbare.* Ital. *Crudele.* Ger. Grawsamm. Hisp. *Cruel.* Pol. *Okrutny.* Vng. *Kegyetlen.* Ang. *Cruell.*] Cic. pro Dejot. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos avum diem natalem sanguine respersum celebravit. Virg. 2. Aeneid. O crudelis Ithacus, nihil meæ cædis curas. Quidam a Cruore dictum volunt, quem crudeles effundunt: ego malim à Cruditate deriv. re. Nam quemadmodum in pomis, quæ mitia non sunt, cruda dicuntur: ita & homines immites, Crudeles dicuntur. Virg. 6 Aeneid. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.

Crūdēlĭtās, tatis, f.t. Sævitia, inhumanitas, feritas, crudelitas, atrocitas. [אכזריות *achzerijúth*. ὠμότης. Gal. *Cruauté.* Ital. *Crudelità.* Ger. Grawsamkeit / grimme. Hisp. *Crueldad.* Pol. *Okrutnosć, frogość.* Vng. *Kegyetlenség.* An. *Cruelty.*] Cic. pro Rosc. Am. Verum nemo est quin intelligat pop. Romanum, qui quōdam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare.

Crūdēlĭtĕr, adverbium, Atrociter, durè, acerbè. [ὠμῶς. Gal. *Cruellement.* Ital. *Crudelmente.* Germ. Grawsamlich / grimmiglich. Hispan. *Cruelmente.* Pol. *Okrutnie.* Vng. *Kegyetlenül.* Ang. *Cruelly.*] Cic. 1. Offic. De evertendis autem, diripiendisque ædibus valde considerandum est, nequid temerè, nequid crudeliter fiat.

Crŭēnto, Cruentus, Vide CRVOR.

Crūmēnă, pen. prod. Loculus: [כיס *chis*. Gal. *Bourse, ou gibecière.* Ital. *Borsa.* German. Ein Seckel, Beutel oder Borse / tesche. Hispan. *Bolsa para dineros.* Polon. Sakiewka. Vn. *Erszény.* Ang. *A purse, a bag or scrip.*] Varro. Ipse, quòd plerunque suspenta gestetur. Plaut. Epid. Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocavit. Idem Truculento homo crumenam sibi de collo detrahit. Horat. 1. Epistol. Et mundus victus nō deficiente crumena. ¶ Generosus es ex crumena,

mena, ῥοιτῶ· ἃ ὀπ βαλαυτὶς. In eum jaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis.

Cruniſmos, Est torrentis modo cum ſtrepitu & murmure demanante embrocatio. Vtitur eo vocabulo Paul. libro 2. capite 53.

Crŭŏr, oris, Sāguis è vulnere ſparſus & fusus. [דם *dam* בלח *nátſách.* αἷμα, ἰχὼρ. Gal. *Sang ſortant d' vne playe.* Ital. *Sangue che eſce d' vna piaga.* Germ. Blut/der blutig ſchweiß auß einer Wunden Belgicè, Bloet. Hiſpan. *Sangre fuera delas venas.* Pol. *Krew poſſoka.* Vng. *Vér.* Ang. *The bloode iſſuing out of a wound.*] Virgil. 8. Aen. -tepidusq; cruor fumabat ad aras. Idem lib. 4. usurpavit in numero plurali. -atque atros siccabat veste cruores. Quod Servius tanquam novè dictum annotavit, quum alioqui neque sanguines dicamus, neque cruores.

Crŭentŭs, a, um, Sanguinolentum, quod cum cruore est. [αἱματηρὸς, αἱματώτος. Gall. *Enſanglanté, ſanglant, cruel.* Ital *Sanguinoſo, ſanguinolento.* Ger. Blutig/ſchweissig. Hiſpan. *Sangriento.* Pol. Krwawy. Vng. *Vêres.* Ang. *Bloodie, cruell.*] ut Cruenta victoria: Saluſt. in Catil. Cavete ne inulti animam amittatis, neu capti potiùs, ſicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam, atque luctuoſam victoriam hòſtibus relinquatis. ¶ Aliquando ponitur pro crudeli: ut, Cruenta vox, & cruenta oratio. ¶ Cujus contrarium est, incruentus a, um, αἱματώδης, quod est sine sanguine. Idē: Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam victoriā retulit.

Crŭentĭŏr, Comparativus à Cruentus. [Polon. *Krwawnieiſzi.* Vng. *Vérſzopob, vérösb.*] Iustinus Hiſtor. libro 3: Itaque tantis animis concussum est ut rarò unquam cruentius prælium fuerit.

Crŭentē, adverbium. [Pol. *Krwawlo.* Vng. *Vérösſen.*] Iustinus Hiſtor. lib. 23: Quamquam uxor diu, ne ab agro divelleretur, deprecata est, ne discessus suus adjungi nepotis parricidio posset, & tàm cruentè hæc deseruisse virum, quàm ille impugnasse virum videretur.

Crŭentĭus, adverbium. [Pol. *Krwawiei.* Vng. *Vérösben.*] Seneca de Benefic. lib. 5. cap. 17: Cæteri arma cruentiùs exercuerunt, satiati tamen aliquando abjecerunt.

Cruento, as, Cruore inficio, sanguine imbuo, funesto. [αἱματόω, αἱμάσσω. Gal. *Enſanglanter, meurtrir à ſang, faire ſanglant.* Ital. *Inſanguinare.* German. Blutig machen/mit Blut beſudlen. Belg. Bebloyen. Hiſ. *Enſangrantar.* Pol. Vkrwawiam. Vn. *Meg vérehtöm.* An. *To imbrue or ſprinkle with bloode.*] Cic. de Aruſp. respon. Secures suas cruentari sceleri noluit. Idem 1. de Divin. Atq; etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari. Idem 1. Philipp. Hæc te, si ullam partem habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Cruentati oculi. Plin. li. 28. cap. 7: Mulieris quoque salivam jejunæ potentem dijudicant oculis cruentatis.

Crupellarii, Quantum ex Cornelii Taciti lib. 3. possumus conjicere, milites erant arma gestantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, sed eo pondere, ut in ferendis ictibus non essent idonea. [Pol. *Zolnierze wkiriſzie.* Vngar. *Fegyverös.*] Verba Taciti sunt hæc: Cęteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt, adduntur è servitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Crūs, cruris, Tota illa pars quæ à coxendicis cervice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit: [שוק *ſchök.* σκελὸς. Gal. *La iambe depuis le genouil iuſques en bas.* Ital. *Gamba.* Germ. Der Schenckel/Schinbein. Belg. Dat been ſchenke. Hiſp. *Pierna.* Polon. *Golen.* Vn. *Szár.* An. *The legge frome the knee downe.*] à currendo dictum nonnulli putant, quòd crurū ministerio in cursu utamur: sive (ut alius placet) à Græco verbo κρέω, quòd inter ingrediendum huc atque illuc feriant. Sunt autem Crura à genibus usq; ad imum pedem. Cels. Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia & sura.

Crūscŭlum, n. s. diminut. [σκελίδιον. Gal. *Iambette, petite iambe.* Ital *Gambetta.* German Schenckelin/Schinbeinlin Hiſpan *Pequenna pierna.* Polon. *Golienka.* Vng. *Száratska.* Ang. *A litle or ſmall legge.*] Martial. Pectus cicadæ, crusculumq; formicæ.

Crurierepidæ, arum, Plauto in Trinummo dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro, ut dicit interpres.

Crurules, quod Beroaldus major elegans vocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpianum, in l. argumento. de Auro & de argent. legat. nam pro eo vulgati codices habent fasciæ crinales. Crurules autem & pedules Vlpianus appellat à cruribus scilicet & pedibus vestiendis.

Crŭſmă, atis, n. t. [צלצל *tſiltſál.* κρῦσμα, σῖστρον. Gal. *Vn ſiſtre ou cloche.* Ital *Cembalo.* German. Ein Cymbel/ein Instrument/mit welchem man vorzeiten den Weyberen zu tantz gemacht hat. Hiſ. *Sonaja ò terranna.* Pol. *Cimbal' wktori brzakano niewiaſtam wtaniecz.* Vngar. *Doromb.* Ang. *A rattle, a kind of rattling inſtrument.*] Propriè dicitur sistrum, & velut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabant dictum ἀπὸ τῦ κρούειν: hoc est, à pulsando, quòd sonum emitteret dum pulsaretur. Mart. lib. 6: Edere lascivos & Bætica crotata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis. Bætica aurem vocat, quòd iis mulieres Hiſpanæ uti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ: Vocāt autem sua lingua, *Vn cymbal*

Crŭſtă, æ, f. p. significat id excrementum, quod vel ob putredinem, vel concretionem super alicujus rei superficie nascitur. [τὸ ἐπὶ ὀστράκῳ Gal. *Crouſte.* Ital. *Croſta.* Ger. Ein rinden oder rannfft Bel. Die croſte/oft ſchale. Hiſ. *Corteza dura node comer.* Pol. *Skorka, brzeg, Pyana.* Vng. *Vdlaminek az héia.* Ang. *The cruſt of bread.*] Virg li. 4. Georg. Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ. ¶ Item Crusta, qua quid integitur, ut Crusta locustæ. Plin. lib 9. cap. 30: Locustæ crusta fragili muniuntur in eo genere quod caret sanguine. ¶ In parietibus itē, atq; in pavimētis Crustę dicūntur tenuia marmoris, vitri, alteriúsve materię segmenta, quib. illa integebantur. Plin. li. 36. c. 6: Secādi marmora in crustas, nescio an Cariæ fuerit inventū. Et paulò pòst: Primùm Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurrā. Idem li. 36. c. 25: Lithostrota cœptavêre jam sub Sylla, parvulus certè crustis. ¶ In vasis item aureis argenteísve Crustæ dicebantur, quæ ex diversi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis, exempli gratia, laminæ aureę, vel emblemata innectebantur: quæ inde Crustata, κρουόενδετα, appellabant. Cic. lib. 5. in Verr. Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur. ¶ Crustas item, ἐκβλάσεις, medici appellant, duros quosdam veluti cortices, quibus vulnera ulceráve obducuntur, medicamento aliquo caustico adusta. ¶ Crusta soli, gleba. [Pol. *Brel'aziemie.*] Alphenus D. l. 39. Tit. 2. l. 9: Si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum.

Crūstŭlă, læ, f. p. diminut. à crusta. [πλακίδιον. Gal. *Crouſtelette, petite crouſte.* Ital. *Croſtetta.* Ger. Ein rennfftle. Hiſpan. *Pequenna corteza.* Polon. *Skzorecżka.* Vng. *Heiatska.* Ang. *A litle cruſt.*] Apuleius: Parvas marmoreas crustulas parieti adjungens.

Crūstārĕ act. p. Crustam inducere, & materiā aliqua dura integere. [ΠΙΟ *tſách.* κρυσταῖν. Gal. *Crouſter, bailler ou donner crouſte ou couuerture à quelque choſe.* Ital. *Incroſtare.* German. Glaſüren/ein rannfft oder rinden einem ding machen: *Item*, Etwas vberziehen. Belgicè, Glaſieren/marmeren. Hiſpan. *Sobreponer corteza.* Pol. *Nakric' ſkora, ocziagnac ſkora.* Vngaricè, *Be kenni, be fődni, be héaxni.* Ang. *To bring a cruſt or hardneſſe ouer a thing.*] Plinius libro 15. cap. 17: Mala verò generosissima eadem ratione crustant gypso vel cera.

Crūstātŭs, a, um, participium: ut Crustati parietes: id est, crusta marmoris intecti. [κεκρυσταλλωμένοι τοῖχοι. Pol. *Marmurowa ſczciana.* Vn. *Be héiaſztatot.* An. *Thath hath a cruſt or hardneſſe broght ouer it.*] Secabātur. n. marmora in laminas, & parieti apponebant. ¶ Primus apud Romanos Mamurra vir Equestris ordinis, præfectus fabrorum Cæsaris, Formiis natus, domus suæ, quæ in Cælio monte erant, parietes crustā marmoris tradituri operuisse: ut ex Cornelii Nepotis sententia tradit Plin. lib. 36. cap. 6 ¶ Item vasa argentea, quæ auro illigabantur, etiam Crustata dicebantur, quæ Græco nomine, κρουόενδετα vocantur. ¶ Et Crustata animalia, crustis intecta. Plin. lib. 11. cap. 37: In marinis crustata & cartilaginea priores dentes habent.

Crūstārĭus, m. s. Qui incrustat. [κονιάστης. Vng. *Be héazo.* Ang. *A pargeter, a plaiſterer.*] Plin. lib. 33. cap. 12: Habuit & Teucer crustarius formam.

Crūstārĭus, a, um, Quod ad crustas pertinet. [Vngaricè, *Héyhoz valo.*] Vnde crustariæ tabernæ, in quibus crustata opera venduntur.

Crūstōsŭs, a, um, quòd crustam habet. [πλακώδης. Gallicè, *Crouſteux, qui a la crouſte fort groſſe.* Italicè, *Chi ha la ſcorza groſſa.* German. Rindechtig/rannfftechtig Hiſpan. *Coza llena de cortezas.* Polon. *Skorzaſty.* Vng. *Héias.* Ang. *Cruſtie, that hath a thicke cruſt.*] Plin. lib. 12. cap. 9: Facilius hoc & crustosius amariusque & gummosum.

Crustŭlată, æ, f. p. Placentæ genus, quod & Crustulū. [Pol. *Oſſiech.* Vng. *Héias.* Ang. *A wafer or thinne cake.*] Spartianus: Pentaphaemadum edulii genus est ex quinque confectum, quod reperisse dicitur Aelius Verus Romanorum Imperator: hoc est, fumen, phasianus, pavo, crustulata, & aprugna.

Crūstum, n. s. Est Frustum eorum quæ comeduntur, sive sit pars panis, vel placentæ, vel alterius edulii. [חלה *challáh.* ψωμίον, πλακοῦς. Gal. *Vngaſteau, pain d' eſpice, ou telles patiſſeries, ou piece & morceau d' iceux.* Italicè, *Piezzo di pane ò d' altra viuanda che ſi da à fanciulli.* German. Ein ſtuck einer äſſigen Speiß. Hiſp. *La corteza de comer como turron.* Polon. *Kaſſek kabal'ek, skibka, ſtuczka.* Vngaricè, *Falat, darab.* Anglicè, *A piece or morſell, a bitte.*] Virg. 7. Aeneid. -patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Vnde per diminutionem Crustulum. Horat. lib. 1. Epist. -pueris dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima. Quę genus dulciarii esse putat Porphyrio. Varr. 4.

de Ling. Lat: Cruſtulum à cruſta pultis, eò quòd ut corium exuritur, Cruſta dicta.

Crūſtŭmĭnă, Pyra ſunt ex parte rubentia, *Glaciola* nunc dicta: à Cruſtumino agro, qui Tyberi fluvio à Vejenti dirimitur, ſic appellata. De his Plinius libro 15. cap. 15. & lib. 23. cap. 7. Item Colum. lib. 5. cap. 10, & libro 12. cap. 10. Virgil. Cruſtumia pyra vocat, 2. Georg. Cruſtumiis, Syriisq; pyri: gravibusque volemis.

Crūx, f. t. Furca, patibulum in quo damnati figuntur, dicta à κρούειν, quod eſt Ferire, pulſare. [עֵץ *hets.* σανρός. Gal. *Croix, gibet, tourment, affliction.* Ita. *Croce.* Ger. Ein Creutz. Bel. Een Cruyſ. Hiſpan. *La cruz.* Polon. *Krzyż, ſtubieniča.* Vngar. *Kereſztfa, akaſztófakereſſt.* Ang. *A creſſe, a gibbet or gallowſe, affliction.*] Plaut. in Cur. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Cicer. 7. Verr. Statim deinde juſſu prætoris in crucem eſſe ſublatum. ¶ Crux etiam dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terent. in Evnuch. Et illis crucibus, quæ nos, noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatam. Hanc veteres Gabalum vocavêre. Varro: Nos barbari, quòd innocentes in Gabalum ſuffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios abſolvitis. ¶ Crucis Chriſti encomion lege apud D. Chryſoſtomum in Oratione contra genteis, quòd Chriſtus ſit Deus, &c.

Crŭcĭo, as, n. p. Torqueo, affligo, Excrucio. [הִמְאִיר *himeir* הִדְאִיב *hidheib.* ὠδύω. Gal. *Tourmenter, affliger.* Ital. *Affligere, cruciare, exercere.* German. Peinigen/martern. Hiſ. *Atormentar ò fatigar* Pol. *Drecze, trapie.* Vng. *Kénzom, gyötröm.* An. *To torment, to afflict.*] Plautus in Bacch. Vt ipſius ſe cruciat ægritudine. Terent. in Evnuch. Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. Cicer. de Arato: Dolore capitis cruciatur & conſumitur.

Crŭcĭātŭs, tus, m. q. Tormentum, afflictio. [דְאָבָה *dobháh.* λύπη. Gal. *Tourment, affliction.* Ital. *Afflittione.* Ger. Pein/plag/marter. Hiſp. *Tormento.* Pol. *Drecżenie, meka.* Vng. *Kén, gyötrelöm.* Ang. *Torment, affliction, paine.*] Cic. Offic. 3: Dionyſius maximo cruciatu mortis angi ſolitus eſt.

Crŭcĭāmĕntum, n. ſ. ejuſdem ſignificationis. [Polon. *Vtrapienie.* Vng. *Kén, gyötrelöm.* Ang. *Torment, paine.*] Cicer. Philip. 6: Nec graviora ſunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum.

Crŭcĭābĭlis, le, [βασανιστικὸς, πικρητικός. Vngar. *Kénzo.*] Apul. de Aſin. aur. libro 10: Sed illo cruciabili ſilentio diutiſſimè fatigata.

Crŭcĭābĭlĭtās, tatis, f. t. [βασανιστηρίότης, πικρότης. Gal. *Tourment.* Ital. & Hiſpan. *Tormento.* German. Peinigung / martet. Polon. *Trapienie.* Vng. *Kénzás, kénlodás.* Ang. *Torment.*] Plaut. Ciſtel. Qui omnes homines ſupero, atque antideo cruciabilitatibus.

Crŭcĭābĭlĭtĕr, adverbium. [βασανιστικῶς, πικρητικῶς. Gal. *En grand tourment.* Ital. *Crudelmente, in gran tormẽto.* German. Peinlichen. Hiſpan. *Con mucho tormento.* Pol. *Zutrapienim.* Vng. *Kénoxua, gyötrelömmel, kénzás képpen.* Angl. *With great torment.*] Hirc. 5. belli Afric. Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti.

Crŭcĭārĭŭs, a, um. [Vng. *Kénra melto.*] Cruce dignus, apud Apuleium de Aſino aureo lib. 10.

Dĕcŭrĭārĕ, act. p. Est milites cõscriptos in decurias distinguere. [συντάσσειν, καταλογάζειν, διατάττειν, συνιστᾶν συμμορίας. Pol. *Na dziesiatki rozdielic.* Vng. *Tized allyara osztani.*] Vnde Decuriati milites: hoc est, in decurias distincti. καταλελογισμένοι. Cic. pro Domo sua: Quũ desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Quanquam commune potiùs verbum videtur de omnibus iis, qui quamlibet ob causam ita congregantur, ut eorũ ordo quidam ac descriptio sit: atq; nõ solùm de decẽ, sed etiã de pluribus usurpatur. Cic. in Sext. nomine collegiorum delectus habebatur quũ vicatim homines conscriberentur & decuriarentur. Nam quod Cicero hic per decuriare, in ea post reditum per centuriare dixit: de eadem re verba faciens. Ego, *inquit*, quũ homines palàm conscribi centuriariq; vidissem. Idem lib. 2. ad Qu. Frat. Eodem die S. C. factum est, ut sodalitates decuriatiq; discederent: quibus locis Decuriare est in collegia conscribere, & in ordines cogere.

Dĕcŭrĭātĭo, verbale, Distinctio & descriptio in curias. [διαδιαρρία, καταλόχισις. Pol *Na dziesiatki podzielenie.* Vng. *Tized alá valo irás.*] Cic. pro Plancio: Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione devincta, &c.

Dĕcŭrĭātŭs, us, ui, Ipsa decuriatio. [διάταξις. Vng. *Tized alá valo irás.*] Liv. 1. bell. Pun. Et ubi ad decuriatum, & centuriatum convenissent, sua voluntate ipsi inter sese decuriati equites, centuriati pedites conjurabant sese fugæ atq; formidinis ergò non abituros.

Dĕcŭrĭŏnātŭs, id est, Decuriatus. [Pol. *Miedzi dziesiaci policzoni.* Vng. *Tizedalá valo osztás, irás, rendbles.*] Macrob. Satur. lib. 2. ca. 3: Cùm rogaretur, ut decurionatũ privigno ejus expediret.

Dĕcŭrro, is, decurri, & interdũ decucurri, decursum, n. t. Deorsum curro. [רץ *rats.* καταθέω. Gall. *Courir de haut en bas.* Ital. *Correre in giu.* Ger. Hinab lauffen. Bel. Afstoopen. Hisp. *Correr ayuso ò passar.* Pol. *Zbiegam.* Vng. *Alá futok* Ang. *To runne downe.*] Virgil. 2. Aeneid. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Apud Suet. in Nerone c. 11, prẽteritũ decucurri: Nobilissimus eques Romanus, elephanto supersedens per catadromum decucurrit. ¶ Item decurrere, idem quod currẽdo accelerare, & festinare. Plin. Iun. Ad tacita suffragia, quasi ad remediũ decurrerunt. Livius: Qui positus fortè in statione pontis, quũ captum repentino impetu janiculũ, atq; inde citatos decurrere hostes vidisset. ¶ Interdum idem quod cẽfugere. Cicero pro Quintio; Ad hæc extrema & inimicissima jura tàm cupidè decurrebas. Plin. Epist. 64: Ad tacita suffragia, quasi ad remedium aliquod decurrerunt. ¶ Decurrere etiã milites dicuntur, quum proposito certamine exercent sese. Liv. Mos erat lustrationis, sacro peracto, decurrere exercitũ, & divisas bifariã acies concurrere ad simulachrũ pugnæ. Virg. 1. Aeneid. de Pallantis funere: Ter circum accensos cinctì fulgentibus armis Decurrêre rogos, ter mœstũ funeris ignẽ Lustravêre in equis. ¶ Interdũ Decurrere idem est, quod ad finẽ usq; currere. Cic. de Senect. Nec verò velim, quasi decurso vitæ spatio, à carcere ad calces revocari. Idem pro Quint. Propè acta jam ætate decursaq;.

Dĕcŭrrĭtŭr, impersonaliter, pro confugitur. [Ang. *They runne or flie for refuge.*] Cæs. 1. bel. Civil. Decurritur ad illud extremũ atq; ultimũ Senatusconsultũ. Liv. 2. bell. Maced. Decurrebatur tamen eò, ut ovans urbem iniret.

Dĕcŭrsŭs, us, m. q. Actus ipse decurrẽdi. [מרוּצה *meruts'ah* אטיק *aphik.* καταδρομή. Gall. *Cours, course, courement.* Ital. *Corso, giostra.* Ger. Das hinab lauffen. Hisp. *Corrida de arriba abaxo.* Pol. *Zbiżenie.* Vng. *Alá futás.* Ang. *A running downe.*] Liv. 1. ab Vrbe: Itaq; ne subitò ex collibus decursu Albanorũ intercluderẽtur ab oppido, terga vertũt. ¶ Decursus pro simulachro pręliorũ. Gell. lib. 7: Vt in decursibus ludicris, aut simulachris præliorũ fieri videmus. ¶ Decursus itẽ ponitur pro fine cursus. Suet. in Ner. ca. 24: Sed excussus curru, ac rursus repositus, cùm perdurare non posset destitit ante decursum, nec eo secius coronatus est.

Dĕcŭrsĭo, f. t. Aliud verbale ejusdem significationis. [κατάδρομος. Ger. Ein lauff oder das lauffen. Vng. *Alá futás.*] Cic. 5. de Finib. Quem Tyberina decursio Festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum quum regem Persen captum adduceret eodem flumine invectum. ¶ Ponitur aliquando pro excursionẽ. Cicer. in Epist. Necesse est Antonius Apennino Alpibusq; se teneat, & decurionibus per equites quos habet multos, vastet ea loca, quæ incurrerit.

Dĕcŭrsōrĭum, Locus in quo decurritur: [Græci καταδρόμους. Gall. *Licias* vocant. Ger. Ein Turnier oder Stechplatz. Vng. *Pallya futo hely.* Ang. *The place where the iusts, be kept, the lists.*]

Decurtātŭs, participiũ à decurto, Mutilatus, curtatus. [קוּצ *qhadhúah.* κολοβός, κεκολοβωμένος. Gall. *Acourci, rongné par vn bout.* Ital. *Accorciato, troncato.* Ger. Gekürtzt. Hisp. *Mocho ò desmochado.* Pol. *Skrocony.* Vng. *Meg rövidítetet.* Ang. *Made short, abbrid ged.*] Cicero in Oratore: Mutila sentit quædam & quasi decurtata. Plin. lib. 25. cap. 5: Leguntur aũt tenuissimæ radices, breves q;, ac veluti decurtatæ etiam hæ.

Dĕcŭs, Vide DECOR.

Dĕcussĭs, m. t ut ex ipsa statim compositione apparet, decem asses valebat. [Gall. *Dix asses, vne dixaine, vne croix Bourguignonne en forme d'vn X.* Ital. *Dieci assi, vna decina, diuisione fatta in croce.* Ger. Zehen plappart. Hisp. *Diez asses moneda de cobre, orden como en cruz.* Pol. *Grosz dziesiec piemedzi wsobie maiacy.* Vng. *Tiz pensert aż kinaiott.* Ang. *A piece of money of the valeur of ten shillinges.*] Vitruvius pro numero denario, quẽ δεκάδα vocant Græci, nõ semel usurpavit. Ita enim scribit lib. 1. cap. 3: Platoni placuit denariũ numerũ ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quę *monades* apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ simul ac undecim aut duodecim sunt factæ, quot superaverint non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim pervenerit. Reliqua vide in verbo DECVSSO.

Dĕcŭsso, as. are, act. p. Est ad decussis figuram redigere. [χιάζω. Gall. *Croiser l'vn sur l'autre & disposer en forme d'vn X ou comme vne croix Bourguignonne.* Ital. *Diuidere encroce.* Ger. Creützweyß zerschneiden. Hisp. *Ordenar en partes como en crux.* Pol. *Nakrzyż rzecze.* Vng. *Kőrőszt vel teszőm.* Ang. *To crosse one thing on another and mak like this letter X.*] Hoc est, res aliquas eo ordine collocare, ut inter se literæ Græcæ χ, aut Latinè X, speciẽ præbeãt. Ea enim figura apud Latinos vocatur Decussis: quia ut nos hodie, ita veteres quoq; hac figura numerũ denariũ significabãt. Quòd si literã x, per medũ feces, relinquetur v, quæ figura denarii dimidiũ: hoc est, quinarium numerum commonstrat. Vnde etiam Latini eam figuram quincũcem vocaverunt: & eas arbores, quæ ita erant collocatæ, ut hujus figuræ v, speciem referrent, dicebantur in quincũcem digestæ. Sed de hoc plura suo loco. Decussis verò, ut diximus, constabat ex duobus quincũcibus ita collocatis ut X literæ imaginem exprimerẽt. Inde Decussare, est aliquid ad ejus figuræ imaginem redigere. Cic. de Vniversitate: Hanc igitur conjunctionẽ duplicẽ in longitudinẽ diffidit, mediæq; accõmodans mediam quasi decussavit. Colum. lib. 4: Nam duas regulas ejus latitudinis, quo pastinator sulcũ facturus est in speciem Græcæ literæ χ decussabimus.

Dĕcŭssātim,

Dēcūſsātim, ſignificat per decuſſes. [κατὰ χιασμόν. Gall. *En forme d'vn X, en croix Bourguignonne.* Ital. *In forma di croce.* Ger. Creutzweyß / oder in ſternen weyß. Hiſp. *Partiendo en tajadas como en cruz.* Pol. Nakrzyż. Vng. Kôrôſztôn. Ang. *In maner of this letter X.*] Col. lib. ult. Rapam in alveo aut ſeria cōponito: deinde ſicut conſueverunt Salgamarii, Decuſſatim ferramento lunato incidito.

Dēcŭtĭo, is, act. t. pen. corr. ſſi, ſſum, ex de, & quatio, Quatiēdo dejicio, demeto, decido. [נקף *nakáph.* ἀποτίθημι. Gall. *Abatre, faire cheoir, ruer ius.* Ital. *Crollare, gettare à terra.* Germ. Abſchlahen. Bel. Afſlaen Hiſp. *Sacudir, echar de arriba.* Pol. *Obiiam, otrzęſſuie.* Vng. *Lewtôm, le verôm.* Ang. *To shake downe, or strike of.*] Liv. lib. 1: Rex velut deliberabūdus in hortū ædiū tranſit, ſequente nuntio filiū ibi inambulans tacitus ſumma capita papaverū dicitur baculo decuſsiſſe. Col. lib. 11. cap. 2: Dum prorepentes oculi digito decuti poſſint. Liv. 5. bell. Pun. Munus turresq; quædam Cumis non ictæ modò fulminibus, ſed etiā decuſſę.

Dēcŭſſŭs, us, u, m. q. Decutiendi actus. [נקף *nôkeph.* ἀπόθεσις. Gall. *Abatement, abatage.* Ital. *Abatimento.* Germ. Das abſchlahen oder abſchutten. Hiſp. *Aquel ſacudimiento.* Pol. *Otrzęſienie.* Vng. *Lewtés, le verés.* Ang. *A shaking or striking of.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Aliqui tunc ſcribunt decidere eum, rurſusq; decreſcere, facilem decuſſu.

Dedĕcĕt. pen. corr. Indecorū eſt, non decet. [ἀπρεπές ἐστι. Gall. *Il mesſied, il ſied mal, il eſt mal conuenable.* Ital. *Disconuiensi, non sta bene.* Ger. Es gezimpt ſich nicht/es ſteht vbel. Hiſp. *Disconuiene, no eſt a bien.* Pol. Nieprzystoy, niegodzi ſię. Vng. Nem illik. Ang. *It is vnſeemlie and vnbecometh.*] Et modò perſonale eſt. Cic. 1. Offic. Vt ſiquidem dedeceat in illis, vitemus & ipſi. Ovid. 6. Metamorph. Admovitq; preces, quarum me dedecet uſus. Cicer. 1. Offic. Nam & ratione uti, atque oratione prudenter, & agere quod agas conſideratè, omniq; in re quid ſit verum videre & tueri decet: cōtraq; falli, errare, labi, decipi tàm dedecet, quam delirare & mente captum eſſe.

Dēdĕcŭs, penult. corr. Ignominia ex re turpiter geſta, probrū, turpitudo. [חרפה *cherpáh* קלון *kalón* כלמה *chelimmáh.* αἰσχύνη, ἀκοσμία. Gall. *Deshonneur, infamie.* Ital. *Infamia, dishonore.* Ger. Ein ſchand oder vnehr. Hiſp. *Vituperio, deshonora.* Pol. *Sramota, zelżywoſzc.* Vng. Szégyén, *gyalázat.* Ang. *Dishoneſtie, diſhonorſhip, shame, dishonour.*] Cic. 2. Tuſc. Dolorem exiſtimo maximum malorum omnium. M. Etiámne majus quàm dedecus? Idem Att. lib. 16: Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non poſſum, flagitii ſcilicet plenum & dedecoris. Idem pro Roſc. Amer. Sumptus effuſi cum probro & dedecore.

Dēdĕcŏr, is, Inhoneſtus. [נקלה *niklé.* ἄτιμος, αἰσχρός. Gall. *Deshonneſte, laid, vilain, meſſeant.* Ital. *Laido, ſconco, dishoneſto.* Germ. Entehret/geſchmächter/verſchmächet. Hiſp. *Coſa ſin honra.* Pol. Zelżony. Vng. *Gyalázatos tiſzteſségtelen.* Ang. *Dishoneſt, vncomelie and vnſeemelie.*] Saluſt. Dedecores multiq; terga ab hoſtibus cædebantur.

Dēdĕcŏrŭs, a, um, pen. cor. Idem. [Ang. *Vnhoneſt, that is to others dishonour.*] Tacit. lib. 3: Sextus Pompeius M. Lepidum ut ſocordem, inopem, & majoribus ſuis dedecorū, eoq; etiam ſorte Aſiæ depellendum incuſavit.

Dēdĕcŏro, as, are, p. Dedecore afficio. [קלקל *kiklláh.* ἀτιμάζω, κατατραχύνω. Gall. *Diffamer, deshonorer.* Ital. *Diffamare, vituperare, dishonorare.* Ger. Entehren/ſchendē/ſchmähē. Hiſp. *Deshonrar.* Pol. Lży, *ſramoce.* Vng. Meg gyalázom, *meg rutitom.* Ang. *To dishonour, to diſtaine ones honeſtie, to defile and defame.*] Plaut. Bacch. Qui de decorat te, me, amicos, atq; alios flagitiis ſuis. Terent. Hecyr. Et me, & te, & familiam dedecoras. Cic. 3. Offic. Dedecorantē & nobis autoritatē & magiſtri. Sueton. in Nerone, Tanquā aliter illi non poſſint niſi morte ſuccurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dēdĕcŏrōsē, [ἀτίμως, αἰσχρῶς. Turpiter. Pol. Zſramotam, żelżywoſzią. Vng. Rútúl, illetlenül. gyalázatoſſam.] In Epitom. Sexti Aurel. Victoris: Dedecorosè vixi, turpiùs peream. Sunt verba Neronis ſua manu pereuntis.

Dēdĭcŏ, as, pen. corr. act. p. Conſecro, religioſum facio, religione devincio. [חנך *chanách* קדש *kiddéſch.* ἐνδιάζω, ἀφιερόω. Gal. Dedier. Ital. *Dedicare, conſecrare.* Ger. Weyhen/heyligen/zuegnen. Hiſp. *Dar, applicar, ò conſagrar à Dios.* Pol. *Oſſiarute, oddawam.* Vng. Szentélem, *valakinek aiándlom, dedikálom.* Ang. *To dedicat, to giue for euer.*] Liv. 1. ab Vrbe: Multa alia ſacrificia, locaq; ſaceris faciendis quę Argeos pontifices vocant, dedicavit. Cic 2. de Leg. Nam qui ſe ipſe nosit, primùm aliquid ſe habere ſentiet divisum, ingenium in ſe ſuum ſicut ſimulachrum aliquod dedicatum putabit. Ibidem: Mens, Fides, Virtus, Concordia conſecratæ, & publicè dedicatæ ſunt. ¶ Apud antiquos etiā legitur pro exponere. Cæcil. lib. 1. Annal. ut citat Nonius. Legati quò miſſi ſunt, veniunt, dedicant mandata.

Dedicare, & Dicare propriè eſt dicendo deferre, ac obſequi, dare alicui numini, ac in perpetuum conſtituere. C. de Sacroſancta Eccleſ. aur ingreſſi. In Pontificio jure pro cōſecrare, quemadmodum & à Plinio in Epiſt. uſurpatur. Tametſi ex M. Tullio pro Domo ſua, ubi, quid interſit inter conſecrata & dedicare, colligi poteſt. Fiebat autē dedicatio templi, aut per Conſulem, aut per Imperatorē, præeuntibus verbis Pontificis Maximi. Ex Catanæo.

Dēdĭcātĭo, f. t. Cōſecratio. [חנכה *chanuchcháh.* ἐγκαίνισις, ἀφιέρωσις. Gall. *Dedicement, dedication, dedicaſſe.* Ital. *Dedicatione* Ger. Einweyhung/zueignung. Hiſp. *Conſagracion* Pol. *Poświęcenie, oſſiarowanie.* Vng. Szenteles, *aiándlás dedikálás.* Ang. *A dedication, a geuing for euer.*] Cic. pro Domo ſua: Niſi quem fortè illius calliſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret.

Dēdignŏr, aris, d. p. Indignū reputo, contēno. [נקל בעיני *nakál beenáis.* ἀπαξιόω. Gal *Deſdaigner, auoir en deſdaing* Ital. *Sprezzare, ſdegnare.* Ger. Vnwirdig achten/verachten. Hiſp. *Menoſpreciar, deſdegnar.* Pol. Gardzę. Vng. *Méltatlannak itélôm.* Ang. *To diſdaine, to conténe, not to vouchaffe.*] Plin. in Paneg. Vt appareat, nō ſuperbia & faſtidio te ampliſſimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Virg. 1. Aen. Quos ego ſum toties jam dedignata maritos. Ovid. 1. de Ponto: Is me nec comitem nec dedignatus amicum eſt.

Dēdīgnātĭo, verbale, f. t. [ἀπαξίωσις. Gall. *Deſdain.* Ital. *Sdegno.* Ger. Verachtūg/vnwirdigūg. Hiſp. *Menoſprecio, deſden.* Pol. Vżgarda. Vng. *Méltatlannak valo ſtilés, meg vtálás.* Ang. *A diſdaining, anhaiting.*] Plin in Pan. Quàm ſpecioſum eſt enim, quòd diſcipli nā caſtrorū lapſam, extinctāq; refoviſti, depulſo prioris ſeculi malo, inertia & contumacia & dedignatione parendi.

Dedĭſco, is, dedidici, n. t. Quod didici obliviſcor. [μανθάνω, ἀπομανθάνω. Gall. *Deſaprendre et oublier ce qu'on a apris.* Ital. *Dementicare quello che ſi ha imparato.* Ger. Entlernen/das einer erlernet hat/allgemach wider vergeſſen Bel. Verleeren. Hiſp. *Deſaprender, olvidar lo deprendido.* Pol. *Po mat'u ſie oduczam.* Vng. Vżza tanulok, *el felejtém azt mit tanultam.* Ang. *To forgett that one hath learneth.*] Plaut. Amph. Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit. Cic. 3. de Orat. Ob eamq; cauſam juventus noſtra dediſceret penè diſcendo. Ovid. 2. de Rem. amoris: Intrat amor mentes uſu, dediſcitur uſu. Idem 3. Triſt. Verba mihi deſunt dedidiciſque loqui.

Dēdo, is, didi, ditum, act. t. Significat in perpetuū do, vel totū ſubdo, ſive in manus, poteſtatémve & arbitrium do. [נתן *náthán* תן *mighghen.* ἐκδίδωμι. Gall. *Rendre ou mettre ſous la puiſſance d'autrui.* Ital. *Darſi in tutto.* Ger. Sich ergeben/auffgeben Bel. Begeven. Hiſp. *Darſe del todo.* Pol. *Poddaie ſię.* Vng. *Mindenbŏlwel ſoa gua valaks hatalma alá adom.* Ang. *To betake him ſelf into the power of another.*] Vnde dedere ſe hoſtibus dicitur qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit. Et traditio ipſa deditio dicitur. Et qui ita ſe dedunt, dedititii vocātur. Plaut. in Amph. Convenit, utri victi ſint eo prælio, urbem, agros, aras, focos, ſeq; uti dederēt. Liv. lib. 1: Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. Cæſar libro 1: Helvetii omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt. ¶ Forma deditionis deſcribitur apud Liviū in deditione Collatiæ. Ita enim Rex interrogavit: Eſtiſne vos legati, oratoresq; miſſi à populo Collatino, ut vos populumq; Collatinū dederetis? Sumus. Eſt'ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditisne vos populumq; Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, delubra, utenſilia, divina, humanaq; omnia, in meam, populiq; Romani deditionem? Dedimus. Et ego recipio. ¶ Aliquando dedere eſt ſimpliciter dare. [Ang. *To giue him ſelfe to a thing.*] Terent. And. Verberibus te cælum in putrinum Dave dedam. ¶ Dedere ſe angoribus aut voluptatibus, Cic. 2. Offic. Dedere ſe libidinibus, Idem 1. Tuſc. Dedere ſe languori & deſidiæ, Idem 1. Offic. Dedere aures ſuas Poētis, idem pro Archia.

Deditus, particip. Addictus. [נתון *nathún.* ἐκδοθεὶς ἐπιχειρεῖν. Gall. *Adonné, qui s'eſt rendu.* Ital. *Dedito, rendutoſi.* Ger. Ergeben. Hiſp. *El que ſe rindio al vincidor.* Pol. *Ten ktori ſię poddał' wmoc drugiego.* Vng. Azki *magát valamire atta, valamihez ragaſztkodot.* Ang. *Geuen to any thing yeelded.*] ut, Deditus amori animus, Terent. in Hecyr. Deditus amatoriis levitatibus, Cic. 1. de Fin. ¶ Deditus voluptatibus, aut Epicuro, Cic. 1. de Fin. Deditus literis à pueritia, Cicer. ad Lentulum lib. 1. ¶ Dedita opera, idē quod data opera. Cic. pro Roſcio Amer. Quæ facitis, ejuſmodi ſunt, ut ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini. Terent. in Evnuch. Apud Antiphonem utercq;, pater & mater, Quaſi dedita opera domi erant.

Dedĭtim, adverb. teſte Diomede Grammat. lib. 1.

Dēdĭtĭtĭŭs, a, um, Qui ſe in alterius imperiū dedidit, deditus. [נתין *nathín.* ἔνδοτος, ὑποχείριος. Gal *Qui s'eſt rendu à la merci d'vn autre.* Ital. *Rendutoſi all'altrui mercè & diſcretione.* Germ. In eines andern gewalt ergeben Hiſp. *El quel ſe rindio al vincidor.* Pol. *Poddany, wmoc inſzygohem.* Vng. *Valaki hatalma alá adatot.* Ang. *That hath betakenhim to an others power, & yeeldeth.*] Curtius: Multitudo dedititiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data eſt. Cæſ. 2. bell. Gall. Quum ex dedetitiis Belgis, reliquisq; Gallis complures Cæſarem ſequuti, unà iter facerent.

facerent. Cicer. ad Brutum: Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos sive captivos, sive dedititios pertinere.

Dēdĭtĭo, verb. f. t. Dedendi actus, traditio, subjectio, quum quis se in hostis potestatem tradit. [ἔκδοσις, ἐγχείρησις. Gall. *Quand on se rend, ou qu'on se met à la merci de quelqu'vn.* Ital. *Il rendersi ad alcuno.* Ger. Ergebung/auffgebung. Hisp. *La rendicion del vencido ò cercado* Pol. *Poddanie wmoc nieprzyiacielskam.* Vng. *Ellenség kezébe meg adás.* Ang. *A yeelding.*] Cic. pro leg. Manil. Spem deditionis non demit, obsidesq; imperavit.

Dēdŏcĕrĕ, act. s. Est secus atq; quis doctus est docere, ab eo, quod quis edoctus est, deducere. [μισοδιδάσκειν. Gall. *Desenseigner, faire apprendre le contraire de ce qu'on a apprins.* Ital. *Insegnare il contrario di quanto alcuno ha imparato.* Ger. Entlernen/ anderstlernen weder einen gelehrt worden ist. Bel. Ontleerē. Hisp. *Desensennar lo ensennado.* Pol. *Oduczacz, znaczey rzeczy tego com vmiał.* Vng. *Kitanítom tanitam, vizza tanitani.* Ang. *To teache the contrare, or to mak to forgett thatt was taught.*] Quintil. lib. 3: Quāta in eluendis, quę semel insederūt vitiis, difficultas consequatur, quū geminatū onus succedentes premat, & quidē dedocendi onus graviùs, ac priùs, quàm docendi. Propter quod Timotheū clarū in arte tibiarū ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitū exigere mercedes, quàm si rudes traderentur. Cic. 1. de Fin. Si à Polyeno familiari suo Geometriam discere maluisset. quàm illam etiam ipsum dedocere.

Dēdŏlĕo, les, pen. cor. Non doleo, vel dolore me privo, vel dolere desino. [ἀπαλγέω. Gall. *Laisser à se doulour, passer sa douleur.* Ital. *Non dolersi.* Ger. Verschmirtzen Hisp. *Non dolerse.* Pol. *Odboliwam.* Vng. *Nem bánkodom, bánattúl megszűnöm.* Ang. *To cease frome sorie and paine.*] Ovid. libro 3. Fast. Quid me in desertis morituram Liber arenis Servabas? potui dedoluisse semel.

Dēdŏlo, as, act. p. Dolabra vel ejusmodi ferramento, quæ scabra atq; impolita sunt, levigo. [ῬΟΟ *pasál.* λαξεύω. Gall. *Doler & vnir vne piece de bois auec vne doloire ou tel instrument, l'esbaucher.* Ital. *Polire.* Ger. Vberhobten/abhobten. Bel. Wavelschaven. Hisp. *Dolar.* Pol. *Hebluie, gładze.* Vng *Meggyalulom.* Ang. *To chip, to hew with any instrument, to square.*] Col. lib. 5: Hæc eorumq; similia pedamenta post putationem retractāda sunt, partesq; eorum putres dedolandæ. Compositum est à verbo dolo: unde mediam habet brevem. Martial. lib. 11: Fractaq; fabrili dedolat ossa manu. Nam syllaba prior in verbo dolo corripitur. Iuvenal. I nunc atq; animam ventis committe, dolato Confisus ligno. Errant itaq; qui producendam esse præcipiunt.

Dēdūco, cis, pen. prod. act. t. deduxi, deductum. Multiplex ejus usus est, sive constructionem spectes, sive significationem. Propriè enim significat ex superiori loco in inferiorem ducere. [הוֹרִיד *hôríd* הוֹרִיד *holích* שְׁחָה *schilléach*. ἐξάγω, καθέλκω. Gall. *Conduire & mener de haut en bas, convoyer.* Ital. *Scorgere, tirare, condurre al basso.* Ger. Hinab führen/hinab ziehen. Bel. Afstrecken/ afleidē. Hisp. *Sacar ò traer abaxo, traer guiando.* Pol. *Odwodze.* Vng. *Alá vizżm, el vizżm.* Ang. *To bring downe, to bring honorably, to a place.*] Et in ea significatione interdum habet ablativum sine alia præpositione, quàm quæ in verbo includitur. Virg. in Pharmaceutria: Carmina vel cœlo possunt deducere Lunā. Sæpiùs tamen cum præpositione a, de, vel ex. Cæs. 3. bel. Civil. Deducere de rostris conantē cōcionari. Cato de Re rust. ca. 157. de brassicæ utilitatibus: De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet. ¶ Aliquādo de loco ad locū, sive de re ad rē ducere. Cicero Att. lib. 7: Probata cōditio est, sed ita ut ille de his oppidis, quæ extra eam provinciā occupavissēt, præsidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præsidiis, & aliis locis cohortes, Cæsar 3. bell. Gallic. Deducere ex hortulis in Academiā, Cic. 2. de Nat. deor. Hircius de bel. Alexand. lib. 4: Deducere ex regno, pro privare auferre regnū potuit. ¶ Deducere de fundo. Cic. pro Cecin. Placuit Cecinnę de amicorū sententia constituere quod in rem præsentem veniretur, & de fundo Cecinna moribus deduceretur. ¶ Deducere de via. Cicero de Fato: Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus fatū extimescat, & ab atomis petat prę sidiū, easq; de via deducat. Atq; hæc quidem magis propriè dici videntur, quàm quæ sequuntur, quæ translata potiùs sunt. Cic. Famil. 1: Quod dat accipimus: quod instituit referre de religione, & sæpē jam retulit, ab eo deduci nō potest: id est, retrahi, abduci, removeri, revocari. Quintus Cicero de Pet. Consul. Quj sinē causa nō amant, eos aut beneficio, aut spe, aut signi ficādo tua erga illos studia futura delinies, dans operā ut de illa animi pravitate deducas. Lactan. lib. 4: Diximus nomē religionis è vinculo pietatis esse deductū, quòd hominē sibi Deus religaverit. ¶ Habet etiam interdum accusativū cum præpositione In. Cæs. bell. Civil. lib. 3: Spe enim cōficiendi negotii propè in noctē rem deduxerāt. Plaut. Nunc ne quis erret vestitum, paucis in viam Deducam, siquidem operā promittitis dare. Livius: Petebant enim ne se temerè in causam deduceret. Ad eundem modū dicimus aliquem deducere in controversiā, in judicium, in jus. Item Deducere in fraudem, in discrimen, in periculū. ¶ Item cum præpositione ad. Cæs. lib. 8: Siqua hominū æquitate res ad otium deduci posset: id est, traduci. Cicer. pro Flacco: Sed sunt in illo numero multi boni, dōcti, prudentes, qui ad hoc judiciū deducti non sunt: id est, adducti. Idem ad Att. lib. 9: De gratia & de opę quid significares, mecū ipse quęrebā: spe tamen deducebar ad eam cogitationē, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de cōcordia civiū agi velle arbitrarer. Lactant. lib. 2: Homines aūt ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, ut vivo ac vero Deo, mortuos præferant. ¶ Interdum etiā deducere idem est, quod subtrahere. Vnde deducere cibum, est parciùs solito cibum suppeditare. Terent. in Evn. Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres studēt demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient: Siqua est habitior paulò pugilem esse aiunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. Vbi propriè (*inquit Donatus*) deducunt pro subtrahunt, vel subducunt, quemadmodum hi faciunt, qui fame accurare solent quò sint graciliores, formosioresq;. ¶ Cicer. lib. 1. Acad. Vt cōtra omnium sententias dies plerosq; deduceret: id est, prolongaret: translatione sumpta ab araneis fila deducentibus. ¶ Pomponius in Attel. Vocem deducas oportet, ùt mulieris videantur verba. Vbi deducere significat quasi in tenuitatem ducere. ἰγναίνειν. Vnde & pro subtiliter, & nihil subrusticum proferre ponitur, χωδωνᾶν. Horatius: Quū lamentatur nō apparere labores Nostros, & tenui deducta poëmata filo. Metaphora sumpta à lana, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiā modum dicimus Deducere rivos, quū ex majoribus fluminibus aquam per rivulos in prata derivamus. Virgil. 1. Georg. rivulos deducere, nulla Religio vetuit: id est, divertere. ¶ Significat item deducere, de summa aliquid demere. Cicero offic. lib. 1: Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioq; capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & addendo, deducendoq; videre, quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuiq; debeatur intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur, qui alicui officii gratia vel honoris præstat comitatum. Liv. Frequentesq; eum domum deduxerunt. Cic. Fam. 10: Quumq; magna multitudo optimorum virorum, & civium me de domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis. ¶ Deducimus quoq; sponsam marito, vel ad maritū, vel amicam ad amantem. Cic. 4 Verr. Hic est Docimus ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam. Tibullus: Vt juveni primùm virgo est deducta marito.

Dēdūctĭo, onis, verbale, f. t. à deduco, est actus deducendi. [שְׁלוּחַ *schillúach*. παραγωγή, ὁδηγία. Gall. *Conduitte.* Ital. *Sottratione, condotta.* Ger. Beleitung/hinabführung. Hisp. *Sacamiento de lugar, trahimiēto.* Pol. *Odwiedzenie.* Vng. *Alá, viués, el késéré.* Ang. *A conueighing or conducting.*] Vnde aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte aut flumine per rivos aqua deducitur. Cicero pro leg. Agrar. Tum quæ erit in istos agros deductio? Idem de divin. lib. 1: Ex quo illa admirabilis à majoribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ Non inelegantèr etiam deductio significat detractionem minoris summę à majori. Cic. in Verr. Certis nominibus deductiones fieri solebant.

Dēdūctŏr, oris, m t. Quj honoris causa aliquē deducit. [מוֹלִיךְ *molích* מְשֻׁלָּח *meschalleach*. ὁ τὴν ὁδὸν καθηγεμών, ὁ καταγωγεύς. Gall. *Conducteur, qui conduit.* Ital. *Conduttore, chi conduce.* Germ. Ein beleitter/der auff dem weg etwan hin einen beleitet. Hisp. *Guiador.* Pol. *Przewodnik, przeprowadzac.* Vng. *Alá vivő, el késéré.* Ang *One that conducteth or accompanieth another.*] Quint. Cicer. ad M. fratrem: Hujus autem rei tres sunt partes: una salutatorum, quum domum veniunt: altera deductorum: tertia assectatorum.

Dēdūctĭŏr, Gracilior. [Pol. *Cienszi.* Vng *Vékomb.*] Suetonius in Augusto: Nasum à summo eminentiorem & ab imo deductiorem.

Dēērrārĕ, n. p. est De via, sive ratione declinare. [תָּעָה *tahdh* טָעָה *tilteil*. ἀφαμαρτάνειν, ἀποπλανᾶσθαι. Gall. *Se fourvoyer, faillir, s'esgarer.* Ital. *Errare, vagare.* Ger. Verirren/irrgehen. Bel. Afwycken. Hisp. *Dexar ò perder el camino.* Pol. *Obłędzic, zabłąkac sżie.* Vng. *El téveły edni.* Ang. *To erre and go astraye.*] Quint. lib. 10. cap. 3: Frequenter etiā fortuita hoc cogitatio præstat, ut obvios non videamus, & itinere deerremus. Virgil. Aeglog. 3: vir gregis ipse caper deerraverat. Autor ad Herenn. lib. 1: Si transitionibus nullis utemur, & si non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere.

Dēfæco, act. p. cum diphthōgo, Significat à fæce purgo, quasi fæcem detraho. [נִקָּה *nikkáh*. καθαρίζω, ἀφελίζω. Gall. *Oster la lie, faire rassoir & esclarcir.* Ital *Purgare, levar la feze.* Ger. Von der trüsen seuberen / teutteren. Hisp. *Sacar las hezes.* Pol. *Zdrożdżic obedoze.* Vng. *Meg szűrőm tiszitom.* Ang. *To scoone, to take away the lies and fome.*] Plinius libro 18: Per brumam vitem ne colito, vina tamen defæcari, etiam diffundi Higinus suadet.

¶ Hinc

¶ Hinc vinum defæcatum dicitur, quando est à fæce repurgatum, & similiter omnia pura inturbata, & sine sordibus, defæcata dicuntur, ἐμίαντα, κεκαθαρμένα. Plautus in Aulular. Nunc defæcato demum animo egredior domo: id est, ab angore purgato. Propriè Colum. lib. ult. Et defæcatum vinum in amphoras bonas adjicito.

Dēfălcārĕ, act. p. Significat tollere & amputare, quasi falce abscindere. [ἀποκόπτειν. Gall. *Defalquer, oſter & rabatre.* Ital. *Diffalcare, tagliare.* Ger. Abſchneiden/hinweg oder dannen thun. Hiſp. *Alcar à quitar, cortar à podar.* Pol. *Odcziąc.* Vng. *Le kaſaliuk.* Ang. *To shreed or cüet away.*]

Dēfāmo, as, pen. prod. act. p. Fama privo; sicut Diffamo. [חרף *cheréph* גדף *ghiddeph.* βλασφημέω. Gall. *Vituperer, diffamer.* Ital. *Vituperare, infamare.* Germ. Verleümbden. Bel. Diffameren. Hiſ. *Infamar.* Pol. *Poczwoſzczę vimuie, zelżywam.* Vng. *Meggyalazom.* Ang. *To defame, to diſtaine ones honeſtie.*] Gell. Ut vocabula eorum quoq; defamata atq; deformia cũ rebus ipsis viderentur.

Dēfāmātus, infamis. [Pol. *Zelżom.* Vng. *Gyalázatos, meggyalázſtatot.*] Gel. lib 9 cap 2: Ut vocabula quoq; eorum defamata, atq; demortua cum ipsis viderentur.

Dēfătigo, as, act. Cum verbum est, com. prim. Significans lassum, & labore defectum reddo, defatigationē & laborem affero. [הטריח *hitriách* הלאה *heledh* κοπιαν̃, κάμνειν. Gall. *Laſſer, defatiguer, trauailler.* Ital. *Affaticare ſtancare.* Ger. Ermüden/müd machen. Hiſp. *Canſar mucho à otra coſa.* Pol. *Vmęczam ſię, mordzuie.* Vng. *El fáraſztom.* Ang. *To wearie, to tyre.*] Cic. 3. de Orat. Profectò nũquam conquiescam, neq; defatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesq;, & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. Idem pro Marcell. Noli in conservandis bonis viris defatigari. Defatigare aliquem assiduo labore, Cæsar 7 bell. Gall. Cic. 3. de Legib. Ille verò etsi tuus totus est ordo, gratissimamq; memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modò Censores, sed etiam judices omnes potest defatigare.

Dēfătīgātŭs, participium, Languens, lassus, labore confectus, [מאה *mileah*. κεκμηκώς. Gall. *Laſſé, trauaillé.* Ital. *Stanco.* Ger. Ermüdet. Hiſp *Canſado.* Pol. *Vmęczony.* Vng. *El fáradot, fárat.* Ang *Wearied, tyred.*] Terent. in Andria: Deceptus sum, non defatigatus.

Dēfătīgātĭo, verbale, ſt Lassitudo. [תלאה *teledh.* κάματος, ἐκκάκησις. Gall. *Laſſement, laſſeté.* Ital. *Stanchezza.* Ger. Ermüdung. Hiſp. *Conſancio.* Pol. *Vſtanie, vmęczenie, ſpracowanie.* Vng. *El fáradás, meglankadás.* Ang. *Wearineſſe.*] Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationem defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur.

Defectīo, Defectívus, Defector, Vide DEFICIO.

Dēfendo, dis, di, sum, act. t. Tueor, tego, protego, propugno. [נהן. ἀπέχω, ἀμύνω, προβάλλομαι. Gall. *Defendre.* Ital. *Defendere.* Ger. Beſchirmen/bewaren. Bel. Beſchermen. Hiſp. *Defender.* Pol. *Bronię, ochraniam.* Vng. *Otalmazom, meg mentöm.* Ang. *To defend.*] Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono nostro, vel defensore: ut quum dicimus Sext. Roscium fuisse defensum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab adversario: hoc est, ab injuria, vel contra injuriam adversarii. Ut si nobis adversarentur judices, & Cicero tueatur, rectè dicemus, defendi nos à judicibus: non quòd illi nos defendant, sed quòd præsidio Ciceronis ab illorum injuria defendamur. Cic. lib. 1. Offic. Qui autem non defendit, nec obsistit si potest injuriæ, tàm est in vitio, quàm qui, &c. Differt tamen defendere à propugnare: quia defensio est, quocunq; modo fiat: propugnatio autem, nõnisi per contentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: &, defendo te à frigore. Virg. Aeglog. 7: Solstitium pecori defendite, jam venit æstas. Et paulo antè: dum teneras defendo à frigore myrtos. ¶ Accipitur etiã interdum defendo pro arceo, sive depello. Gellius: Quint. Claudius defendebat hostes à pinnis facillimè.

Defensŏr, oris, m. t. Qui defendit, propugnator, patronus. [נצר. φύλαξ, σωτήρ. Gall. *Defendeur, protecteur, defenſeur.* Ital. *Defenditore.* Germ. Ein beſchirmer. Hiſp. *Defendedor.* Pol. *Obronca.* Vng. *Otalmazó.* Ang. *A defendour.*] Cicer. 3. Verr. Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorē maximè laudari volo. ¶ Paterni juris defensor, & quasi patrimonii propugnator fui: apud eundem 1. de Orat. Et pro Rabirio: Custos defensorq; juris & libertatis. ¶ Defensor (tametsi à Procuratore non usquequaq; distet) dicitur, qui absq; mandato cum sola satisdatione alterũ in judicio defendit, atq; tuetur, ut est in l. minor. cum duabus proximè sequentibus. ff. de Procurat. Vnde defensores civitatum, appellant Imperatores minorem illum magistratum, qui parẽtis vicem plebi exhibere videtur, curareq; debet, ne innocens & subita rusticitas prægravetur. C. & in Aut. de Defens. Civit.

Dēfensĭo, f. t. Propugnatio, patrociniũ. [משגב *maghen.* προστασία, ἀντίληψις, σωτηρία. Gall. *Defenſe.* Ital. *Difeſa.* Ger. Beſchirmung. Hiſp. *Defenſion.* Pol. *Obrona.* Vng. *Otalmazás, otalom.* Ang. *Defence.*] Cicer. 4. Acad. Vt ea pars defensionis relinquatur. Et pro Cluent. Innocentiæ defensio sæpè multorum improbitate intercluſa respirat. ¶ Defensio est instantis, imminentisve offensionis propulsatio. Vbi hæc cessat, non est quod propulsari queat: ab offensione enim omnis defensionis pendet ratio. Vide Salomon. in l. ut vim. de just. & jur. quo verò jure defensio nitatur, Bartol. explicat in ea. l. & quam variè accipiẽda sit, refert ipse in l. de pupillo. §. 1. & fin. 1. ff. de Oper. no. nunc. Defensio pro accusatione apud Iurisconsl. in l. sed si Reipub. de Vsur. Itẽ pro exceptione usurpatur. l. 3. C. de jur. & facti ignor. l. siquidem. De except. Alb. Defensio illicita dicitur, quum offensio licita censetur. Bald. tex. singularis est, in l. si pignore. §. furem. de fur.

Dēfenso, as, are, frequentativum. [Gall. *Defendre ſouuent.* Ital. *Difenſare.* Ger. Sich beſchirmen etwo beſchirmens der. Pol. *Vſtawnie obronie.* Vng. *Otalmazom.* Ang. *To defend often.*] Plautus in Bacch. Nostrer esto dum ego potero defensare injuriã. Salust. Arma capientes alios ab hostibus defensabant.

Defensĭto, tas, act. p. aliud frequentativum. [προστατεύειν. Gall. *Defendre fort ſouuent.* Ital. *Difendere bene & ſpeſſo.* Ger. Sich viel vnd offt beſchirmen. Hiſp. *Muy mucho defendido.* Pol. *Vſtawnie, gęſto bronię.* Vng. *Otalmazogatom.* Ang. *To defend very often.*] Cicer. lib 1. Offic. Si igitur non poterit, sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere: illa tamen præstare debebit, quę erũt in ipsius potestate. ¶ Defensitare causas, apud eundem, de Clar. Orat.

Dēfensŭrĭ, pro defensum iri, vetustè dicitur; quemadmodum debitu iri, pro Debitum iri: datuiri, pro datum iri. Vlpian. dot. præleg. Et mulierem agentem ex testamẽto cavere debere adversus maritum defensuiri hæredem: ergo maritus item debebit cavere adversus mulierem defensuiri si prior agat.

Defĕro, penultima correpta, a. irreg. conf. detuli, delatum, Verbo confero, offero, tribuo. [נשא *naſa* הוביל *hobil.* φέρω, κομίζω. Gal. *Deporter, porter de l'vn a l'autre.* Ital. *Portare, portare.* Ger. Bringen/tragen. Hiſp. *Traer, llenar.* Pol. *Dam, obdarzam, dofarmie.* Vng. *El hozom, bordom.* Ang. *To bring frome one to another.*] Plaut. in Amph. Quid si è portu navis huc nos dormientes detulit? Regitq; semper accusativũ casum, & hoc aliquãdo cum dativo. Plaut. in Trin. Dimittã, ut te velle videro, sed mõlitis hosce homines mihi. Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas. ¶ Aliquando cum præpositione Ad. Idem in Asin. Egòn' ut non modò uxori meæ Sumptuariam in delicias pallam quam habet, atque ad te deferam? ¶ Aliquando cum præpositione In. Plin. lib 12. cap. 19. Hi recto cursũ per fauces impellunt, atq; à promontorii ambitu Argestæ deferuntur portum Gebanitarum. Et Plin. Jun. Defertur Meganus in Ravennat. Sic deferri in errorem, deferri in præceps. ¶ Significat quoq; nuntiare, certiorem facere Cicero Famil. 15 Quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putavi. Idem Famil. 5: Quod scribis de beneficiis, scito à me & Trib. milit. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Vbi deferre communiter pro denuntiare exponunt. παραγγέλλειν. Solebant autem provinciis præfecti decedentes, quum jam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina, qui se cum illis præclarè gessissent, deferre quò & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu consequerentur. ¶ Interdum habet hoc verbum accusationem, præsertim quum post se habet accusativum nomen. ἀπαγγέλλω, ἐπιφέρω δίκην τινὶ γραφὴν, ἐπάγω φωνήν. Plaut. in Aulul. ad Trelviros jam ego deferã tuum nomen. Cicero in Verr. Servi cujusdam nomen defertur: is accusatur, ficti testes in eum dantur. Differunt tamen deferre nomen & accusare. Nam deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud magistratũ, ut si interrogatus neget, ejus nomen in reos referatur: deniq; deferre nomen idem est, quòd reum facere. Accusare verò est agere causam, & suum reum in judiciũ adducere. Hinc delatores qui crimina deferunt, & delatio, criminis denuntiatio. Ex Hotomano. ¶ Deferre quoq; causam dicitur cliens ad patronum, quum eum consulit, & illi controversiæ ordinem argumentumq; exponit. Cic. in Verr. Itaq; a me præter cæteros, hanc quærimoniam Sicilia detulit lacrimis. ¶ Pertinet etiã ad dignitatem, & honorem, & veneration-nem, & officium, ἀποδείκνυμι, ἀπονέμειν, καταπέμπειν πρός. variisq; modis ponitur ac constituitur. Liv. lib. 1: Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt: id est, offerendum atq; tradendum. Cic. Octavio: Quæ tibi non antequam postulares majora, quàm velles, plura quàm sperares, detulit Senatus. Idem Trebatio: Vniversum studium & benevolentiã ad te defero: id est, tibi attribuo.

Dēferrĕ appellatione in jure pontificio, idem est. quod admittere appellationem. Vide Archid. extr. de appellat. cap. cum appellat. libro 6: Deferre hæreditatem, deferre jusjurandum,

deferrĕ

deferre judicium, notæ & frequentes apud Iurisconsultos locutiones. Deferre causam ad patronum dicitur cliens, quum eum consulit, & ei controversiæ ordinem argumentumq; exponit. [Ger. Den handel anzeigen.] Deferre in ærarium, item deferre in principis Commentarium quid sit, Budæus explicat in l. abesse, de Minori. cujus sensum Accursius non intellexit. Deferre nomen propriè non est accusare, sed apud magistratum, vel judicem de aliquo crimine ante accusationẽ denuntiare, & alium in capitis discrimen rapere. Deferre reum, idem est, quod postulare, & ut cognitionem suscipiat, petere. l. d. ferre. de jur. fisc. Quomodo autem id fiebat, docet Altiatus in l. indicasse. de verb. signif.

Dēlātus, a, um, participium passivum. Navis in portum delata est: id est, devecta. [נוּבָל *mubál.* κομιζόμενος. Gall. *Amené.* Ital. *Portato.* Ger. Getragen. Hisp. *Trahido.* Pol. *Przywieziony, przyniesiony.* Vng. *El hozattatot.* Ang. *Brought, caryed.*] Hic delatus est lectica: id est, deportatus. Cic. 1. de Orator. Divinitus ad nos delatus vir. ¶ Delatus item, Accusatus. [מְשׁוּן *meloschán.* ἐγκληθείς, αἰτιαθείς. Gall. *Accusé.* Ital *Accusato.* Germ. Vertragen/ anklagt. Hisp. *Accusado.* Pol. *Oskarżony.* Ang. *Accused.*] Cicero de Invent. Ut in quodam judicio, quum venefici cujusdam nomen esset delatum, &c.

Dēlātŏr, oris, m. t. Occultus accusator dicitur, & calumniator. [הֹלֵךְ רָכִיל *holéch rachíl* מְשׁוּן *meloschén.* συκοφάντης. Gall. *Accusateur, mouschar, delateur & denunciateur à iustice.* Ital. *Accusatore, rapportator.* Germ. Ein ohrentrager/ der einen heimlich verretschet/ vnnd vertregt Bel. Verrader/ aenbrenger. Hisp. *Accusador, malsin.* Pol. *Tayemny oskarca, donosnik.* Vng. *Arúló, fondorlo, vádolo.* Ang. *A secret accuser or complainer.*] Plinius in Panegyr. Delatorum classis permissa omnibus ventis. Martial. Et delator habet quod dabat, exilium. Suetonius de Domit. Defletebaturq; vox ejus, Princeps qui delatores non castigat, irritat. Vide Alexand. ab Alexand. cap. 21. lib. 14.

Dēlātĭo, onis, f. t. Accusatio. [κατήγορος. Gall. *Accusation ou denonciation à la iustice.* Ital *Accusatione.* Germ. Das heimlich vertragen oder verretschen/ anklagung. Hisp. *Accusation de aquel que malsina.* Pol. *Oszcha skarga.* Vng *Arulás, fondorlás, vádolás.* Ang. *An accusation or complainte secretlie made.*] Cic. pro Cluent. Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat. Cælius Cicer. lib. 8: Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem, uxor à Dolabella discessit.

Dēfĕrvĕo, n. s. Fervere desino, refrigeror, calorẽ amitto. [ἀποζέω. Gall. *Laisser à bouillir, cesser de bouillir, ne bouillir plus, se refroidir.* Ital. *Cessare di bollire.* Germ. Nyffhören stedend seyn. Bel. Wederomb cant werden. Hisp. *Dexar de heruir.* Pol. *Przestawam wrzec.* Vng. *Forrástul meg állok.* Ang. *To cease frome seething or boyling, to lose heat and waxe cold.*] Gellius: Interea puer venit, & olla deferbuerat. Per metaphoram, mitesco, placidus fio, πραΰνομαι, καταψύχομαι. Plinius in Epist. Quum jam saris ille primus impetus defervisset, & languidior in dies ira ad justitiam redisset. Cicero pro Cælio: Si splendor, si nitor, jam ista deferbuerint, jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit.

Dēfervēscĕrĕ, n. t. Fervorem amittere. ἀποζέειν. Et per translationem, ardorem animi deponere. [ἀποθυμέομαι. Pol. *Oppi'onac.* Vng. *Forástul meg állani.* Ang. *To lose the heat.*] Cicer. 4. Tuscul. Aut rogandi, orandiq; sunt, ut siquam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. Sed hoc per translationem, quasi ira sit ignis quidam animum incendens. Colum. propriè pro refrigerari posuit, lib. 2. de fœno loquens: Prudentes agricolæ, quanvis jam illatum tecto nõ antè componunt, quàm per paucos dies temerè congestum in se concoqui, & defervescere patiantur.

Dēfervēfăcĭo, act. t. Non significat refrigerare, ut nonnulli existimant, sed valde fervere facio, ut D E significationem verbi augeat. [רִתֵּחַ *rittéach.* ζεμαίνω. Gall. *Faire bouillir.* Ital. *Far bollire forte.* Germ. Sůttigheiß machen. Hisp. *Hacer heruir.* Pol. *Obwarzam.* Vng. *Fől forralom, rotyogtatom.* Ang. *To make, to boyle and seeth greatlie.*] Cato de Re rustica cap. 157: Brassicam macerato bene, postea in ollam conjicito: defervefacito bene: ubi cocta erit, bene aquam defundito. Plin. lib. 23. cap. 7: Radix caprifici, defervefacta in vino, dentium dolores sedat.

Dēfĕrīscŏr, deponens, compositum ab antiquo verbo fatiscor per mutationem a literæ in e, significat labore deficio. [נִלְאֵיתִי *nileáh.* κάμνω, κοπιῶ. Gall. *Se lasser, estre lasse.* Ital. *Stancarsi, stracciarsi.* Germ Von arbeit můd oder machtloß werden. Bel. Mue worden. Hisp. *Ser fatigado, ò cansarse, ò desfallecer.* Pol. *Od roboty mdleie.* Vng. *El lankadok, fáradok.* Ang. *To be tired and weavie, to fayne.*] Terent. in Phorm. Hæc res mihi solicitudini est, Neque defetiscar unquam ego experier, Donec tibi id quod pollicitus sum effecero. ¶ De hujus verbi præterito inter Grammaticos non convenit. Priscianus enim vult ejus præteritum esse defessus sum, sicuti à fatiscor fessus sum. Contrà Diomedes fessus & defessus nomina esse vult, non participia, cujus sententia videtur verisimilior. Neq; enim fessus aut defessus tempus ullum importat more participiorum, neque actionem aut passionem, sed idem omnino significat quod lassus, quòd certè nomen esse nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus & passionem significat, illud solam qualitatem. Sic fatigatus dicitur ille, quem res aliqua fatigavit: fessus autem & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc compositum Indefessus, idem quod indefatigabilis. ἀκμάτος. Claud. lib. 1. de Rapt. Proserp. Indefessa ferar, nulla cessabimus hora, Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum Inveniam, ¶ Verba aũt hęc fatiscor & defatiscor, in usu non sunt, sed eorum loco utimur verbo neutro fatisco, quod ejusdem est significationis. Colum. lib. 2: Sed omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adjuves, & absumptas vires hoc pabulo refoveas.

Dēfĭcĭo, deficis, ex de & facio, n. t. Desum, desciscо, defero. [חָסַר *chasér* אָפַס *aphés* סָפַח *saphh.* ἐπιλείπω, ἐκκάμνω. Gall. *Defaillir.* Ital. *Mancare.* Germ. Gebrásten/ nicht gnugsam seyn. Belg. Gebreken. Hisp. *Defallecer, ò faltar.* Pol. *Niedostawamy, vbiwamy.* Vng. *El fogyok,* (item) *el haylok, el állok, el szakadok, el hasomlom, el pártolok.* Ang. *To faile, to lacke.*] Cicer. 3. in Verr. Vererer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresq; deficerent. Idem Servio Sulp. Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quantum mihi exempla propono) simili in fortuna non defuerunt. Et more suo hic fecit Cicero, ut per Desum, deficio exposuerit. Hinc Defectus, pro privatione deducitur: de quo infrá. ¶ Legimus etiam Deficere absolutè positum pro deesse. λείπομαι, ὑστερῶ. Hircius: Quare neq; tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda censeam: neq; tanti timoris, ut ipse deficiã. Hoc paulò pòst alio modo dixit: Deficere animo, λειποψυχῶ. Martius (*inquit*) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiant: id est, terreantur & animus desit. ¶ Invenitur etiam cum accusativo pro derelinquere, sive destituere positum: quanquam in sensu idem sit cum deesse, κατολείπω. Cicer. 4. in Verr. Iam me vires deficere cœperunt. Idem 3. de Orat. Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæsar: Frustrà meæ vitæ subvenire conamini, quoniam sanguis viresq; deficiunt: id est, ἐξαποθνήσκω. Similem omnino usum habet verbum Defero Salust. in Iugurtha: Sed de studiis partium, deq; omnibus civitatis moribus, si sigillatim atque pro magnitudine parem differere, tempus quàm res maturiùs me deseret. Habet autem deficio in ea significatione ferè semper ante se nominativum rei inanimatæ: ut, Dies me deficit, Vox te deficit. ἐπιλείπει. & Oratio illum deficit. Lactantius lib. 7: Non enim verendum, ne tàm in bona causa deficiat oratio, qui sæpè etiam malos copiosè ac fortiter defendisti. Cæsar lib. 2: Ipsos res frumentaria deficere cœpit. Siquis tamen in his dativo pro accusativo utatur, non culpandus erit: frequentiùs tamen cum accusativo usurpatur. Non rectè autem ita dicas per nominativum rei animatæ: Vxor me deficit: sed, à me deficit. ¶ Item Deficere cũ accusativo significat non suggerere. Virg. 1. Georg. - quum jam glandes atq; arbuta sacræ Deficerent sylvæ: id est, non suggererent glandes atq; arbuta. Sic enim exponunt hunc locum plerique interpretes: quanquã non malè ibi deficerent pro deessent accipere possimus: ut Arbuta & glandes, nominativos esse intelligamus: sylvæ autem, dativum. ¶ Interdum absolutè ponitur pro finire, desinere, καταλήγω: ut, Hic præ mœrore defecit. ¶ Martianus: Tum demum id agere consilium erat, quum vita defecit. ¶ Construitur quandoq; cum ablativo sine præpositione, & sic sumitur pro carere sive privari. στερῶ. Columella lib. 3. de vite loquẽs: Quumq; transtuleris (*inquit*) de humido in aridum locũ, vide ne pristino alimento deficiat. Idem: Cõmodè fluunt, nec deficiunt sacro solo. Idem lib. 3, passivo usus est, Iugatũ quadam parte deficitur: quadã superat. Et lib. 8: Qui si memoria deficitur quo minus agnoscat cujusq; progeniẽ, pice liquida eandẽ notam scrofæ & porcis imponat. ¶ Item: Deficere debitores dicũtur, quorũ facultates ita imminutæ sunt, ut jam solvendo non sint. L. 3. D. de jur. fisci. unde defectus facultatibus apud Vlp. L. si extraneus. D. de im. dot. ¶ Capitur & pro dissentire, recedere seu rebellare, desciscere, deferere: [מָרַד שָׁשַׁע *marádh paschá.* ἀφίσημι. Gall. *Se revolter, se rendre du parti contraire.* Ital. *Rebellare.* Ger. Abfallen/ abtrunnig werdẽ. Hisp. *Rebellar.* Pol. *Odstawam, opuszczam.* Vng. *El pártolok, el hasolok.* Ang. *To mak defection or yeelde to the contrare parte.*] & tunc ablativo jungitur cum præpositione. Salust. in Iugurt. Quod oppidum primùm omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his quorum sub imperio sunt desciscunt, & in hostium numerũ se conferunt. Cic. Lælio: Difficile est amicitiam manere si à virtute dececeris. Liv. libro 2: Eodem anno duæ coloniæ, Pomeria & Cora ad Aruncos defiçiunt. Hoc est, Romanos deserunt transeuntes ad Aruncos.

Dēfectŏr, verbale, m.t. [משש *poschéah*. ἀποστάτης. Gall. *Rebelle, celuy qui s'eſt revolté, apoſtat.* Ital. *Ribello.* Ger. Abfellig/Abtrünnig. Hiſp. *Ribellador.* Pol. *Odſtępca, odſtępca, odſtępca.* Vng. *El hasonló, el pártolo.* Ang. *A revolter or yeelder to the contrare part.*] Suetonius in Neron. capite 43: Revocatisq; ad pœnitentiam defectoribus, &c.

Dēfectŭs, a, um, particip. à deficio vel deficior, habet ſignificationem activam in voce paſſiva: [ἐκλελοιπώς. Pol. *Niedoſtatecznoſc.* Vng. *El fogyatkozot, el erőtelenült.*] ut Defectus robore animi, ἀνίσχυρος. Colum. Diligentis patrisfamiliâs eſt, primam quanq; arborem ſenio defectam tollere: id eſt, quæ deficit. Quint. lib. 3: Vt ſi obſeſſi & impares, & aqua ciboq; defecti, de facienda ad hoſtem deditione deliberent. i. qui defecerunt. ¶ Defectus, paſſivè, ἐκλελειμμένος. Cic. in Oratione antequam iret in exilium: Nũc vel ſolus defectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos jure debeo commovere. Defectæ ſenectutis homo. i. ſenectute confectus. Vlpianus de Vſufruct. Vt puta ægrotanti ſervo, vel infanti, vel defectæ ſenectutis homini. Eodem modo defectus ætate dicitur pro confectus. ¶ Defectus poni videtur aliquando pro perfectus. Cic. ad Att. Libri ad Varronem non morabuntur: ſunt enim defecti. id eſt, perfecti.

Dēfectĭŏr, cõparativus, & Defectiſſimus ſuperlativus. [Vng. *El fogyatkozottab, erőtelenültebb.*] Colum. in præfat. Sed ſive fundũ locuples mercatus eſt turba pediſſequorum lecticariorumq; defectiſſimum quenq; annis & viribus in agrum relegat, &c. Apulcius in Apologia: Cur in planis quidem ſpeculis fermè pares obtutus ac imagines videntur, in tumidis verò & globoſis omnia defectiora, at contrà in cavis auctiora?

Dēfectŭs, us, nomen, m.q. ſignificat penuriam, non vitium aut culpam, aut morbum: [חסר *chóſer*. ἔκλειμμα. Gall. *Defaut, defaillance.* Ital. *Diſagio, defetto, mancamento.* Ger. Ein präſten/mangel. Hiſp. *Falta ò mengua.* Pol. *Niedoſtatek, chudoba, defect.* Vng. *Fogyatkozás.* Ang. *A lacke, a failing.*] ut Defectu ciborũ dedimus nos hoſtibus. Liv. lib. 4: Defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosq; ſtragem ſiti pecorum morientium dedit. ¶ Interdum dicitur diminutio. Gell. lib. 2: Sed de Lunæ motibus Solisq; defectibus. Vnde Defectio Solis & Lunę dicimus. Defectus animi, ſive defectus animæ (ut Celſo moris eſt loqui) λειποψυμία, λειποψυχία Græcè dicitur. A' noſtris etiam animi deliquium, & verba linqui animo, & interiri, & deficere, & extinctæ animæ ſpeciẽ præbere: quos Plinius & defectos animo quandoq; appellat. Defecta verò corpora, & defecti, ſunt quos Græci παρειτὰς, quaſi reſolutos, & reſolutionem ipſam, πάρεσιν dicunt: qui & ſyntectici vocantur, & ſyntexes, defectiones. Plinius: Genus unum quod *bion* vocamus, prodeſt ſtomacho diſſoluto, & prægnantibus & defectis. Martial.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Dēfectĭŏ, f.t. Receſſio ſeu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel civitatis à domino: qui dicuntur deficere, quum ab eorum gubernatione diſcedunt. [מרד *méredh* משעה *péſchah*, ἀπόστασις, ἀποστασία. Gall. *Revoltement, rebellion.* Ital. *Ribellione.* Germ. Abfall. Hiſp. *Rebeldia.* Pol. *Odſtąpienie, odſtępienie, odſtanie, odpadnienie.* Vng. *El pártolás, el hasonlás.* Ang. *A defection, revolting or yeelding to the contrare parte.*] Livius lib. 1: Ob reſiduas bellorum iras maximè ſolicitatis ad defectionem animis voluntarios traxêre. Cicero 4. Tuſcul. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt temperantiam, quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio. ¶ Aliquando dicitur diminutio & decretio, defectus, ἔκλειψις. Idem in Catone: Quoniam delectabantur ad defectiones Solis & Lunæ, multò nobis antè prædicere. ¶ Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus à conceptu accidere ſolent. [חמס הלב *hamas halléb*. λειποθυμίαι. Gall. *Debilités, defaillances de cœur.* Ital. *Debolleżze.* Germ. Onmachten. Hiſp. *Flaquezas.* Pol. *Mdłoſće.* Vng. *Erőtlenség, gyengeség.* Ang. *Infirmities, a fayling of hart or courage.*] Plinius in Proœm. lib. 23: Pampini ſanguinem excreantibus, & mulierem à conceptu defectione diluti potu proſunt. Quod genus etiam malaciam, μαλακίαν, in prægnantibus vocare Plinius ſolet. Eſt enim malacia in ſtomacho debilitas. Et in mari malacia. pro tranquillitate capitur.

Dēfectīvŭs, a, um, Quod eſt mancum. [חסר *chaſér*. ἐλλειπτικός. Gall. *Defaillant, mutilé.* Ital. *Manco.* Germ. Das da manchet/ein mangel vnd bräſten hat. Hiſp. *Coſa que ſuele ò puede faltar.* Pol. *Niepełny.* Vng. *Fogyatkozot, tſonka.* Ang. *That lacketh, manck and mutilat.*] Cicero 1. Offic. Etenim cognitio contemplatioq; naturæ manca: id eſt, defectiva quodam modo.

Dēfīgo, is, act. t. penúlt. prod. defixi, Deorſum figo, implãto, immitto, colloco, pono. [תקע *mahdéh* תקע *takáh* טבע *tabáh*. πηγνύω. Gal. *Ficher, atacher à cloux ou autre choſe.* Ital. *Impiantare, ficcare, piantare.* Ger. Vnderſich hefften/anhefften. Hiſp. *Hincar.* Pol. *Przytikam.* Vng. *Le vtõm, le verõm, le gyakom, le figeſzlem.* Ang. *To ſtick in or faſten with nayles.*] Colum. lib. 2: Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Virgil. libro 2. Georg. Altiùs & penitùs terræ defigitur arbos, Eſculus in primis. Cæſar bell. Civil. 2: Aſſeres pedum duodecim cuſpidibus præfixi, atque hi maximis baliſtis miſſi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Defigere ſicam in corpore, apud Ciceronem. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium jugulo, apud Livium. ¶ Ex hac verbi ſignificatione elegantes ſimul ac variæ translationes exiſtunt: ut quum aliquem dicimus pavore defixum eſſe, aut ſtupore mœſtitiáve. Habetq; ſingularem cum his nominibus Animus & Oculus elegantiã. Cic. 4. Acad. Adverſantur enim primùm, quòd parum defigũt animos. Idem pro Domo ſua: At quam ſententiam dixi? primùm eam quam populi ſermo in animis veſtris jam antè defixerat. Lactantius lib. 2: Oculos ſuos ab alto dejicĩt, ſoloq; defigunt. Cicero Philip. 11: Quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus ſanguinem non bibere cenſeris? in cujus poſſeſſiones atq; fortunas non impudentiſſimos oculos ſpe & mente defigere? Plin. lib. 8. cap. 16: Quum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expaveſcat. Cic. in Verrem, Act. 2: Vt non modò in auribus veſtris, ſed in oculis omnium ſua furta atq; flagitia defixurus ſim: hoc eſt, ita depromptus & relaturus, ut non modò audiri, ſed etiam fieri videantur: vel ſic, ut non modò auditui & intellectui perſpicua ſint, ſed etiam viſui ſubjici videantur: id eſt, ſub oculos poni. ¶ Aliquando pro ferio vel transfodio, κατατιτρώω. Perſius: Ore teris modico, pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Dēfixŭs, a, um, Infixus, hærens in aliquo. [Germ. Gehefft Pol. *Wetknieni.* Vng. *Legyakatos, beléfogyeſztetõt.* Ang. *Faſtened, fixed or ſticked in.*] Cic. de Art. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia.

Dēfīnĭo, is, act. q. Termino, finiendo certos rei de qua agitur terminos præſcribo. [גבל *ghabal* גדר *ghadhár* גזר *ghazár*. κατοριζω, ἀφοριζω, ἀφορίζω. Gall. *Limiter & borner, determiner, aſſigner.* Ital. *Definire, terminare.* Germ. Eynzyten. Hiſp. *Determinar, diffinir.* Pol. *Oznaczam, opiſſuie.* Vng. *Meghatározom meg magyarázom.* Ang. *To limite, to bounde, to appoynte the end of a thing.*] Cic. de Somn. Scipion. Sic habeto omnibus qui patriam conſervaverint, adjuverint, auxerint, certum eſſe in cœlo, ac definitum locum, ubi beati ævo ſempiterno fruantur. Idem de Amic. Altera ſententia eſt, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Sic Definire imperium, prædia, hortos: pro dimenſa inter ſe dividere. ¶ Definire præterea eſt rei alicujus vim deſcribere & explicare finitione, quæ conſtat genere, ſpecie, differentibus, propriis, ut autor eſt Quintil. libro 7. cap. 4. & lib. 5. cap. 10. Cic. lib. 1. de Invent. Quum autem nominis cõtroverſia eſt: quia vis vocabuli definienda verbis eſt, conſtitutio definitiva nominatur.

Dēfīnītĭo, onis, f.t. [Ger. Ein kurtze beſchreibũg/ was ein ding/etgẽtlich fur ſich ſelbs ſeye. Pol. *Opiſſanie.* Vng. *Határozás, magyarázás.* Ang. *A definition.*] ſecundum aliquos, eſt oratio demonſtrans cujuſmodi eſt illud de quo fit ſermo. Vel ſic: Definitio eſt oratio mentis contentum aperiens. Hanc alii ſic definiunt: Definitio eſt, quæ compendioſa ſubmonitione nos in rerum cognitionem vocibus ſubjecta adducit. Aut hoc modo: Definitio eſt oratio, id eſſe quod eſt monſtrans. Aut, Definitio, eſt oratio, quæ declarationem & intelligentiam rei demonſtrat, & elucidat. Definitio item eſt rei quaſi in univerſum dicta, nõ tamen univerſalis, in præpoſitione per ſingulas partes, ſive in univerſum deductio. Definitio propriè dicitur quæ conſtat ex genere & differentiis. Vide Bartolum in l. j. ff. de teſta. Multa autem ſunt definitionum genera, quæ Boërius breviter & eleganter lib. 2. Topic. Ciceron. exponit. Obſervandum autem, quod Finitio nominis, præcedit definitionem rei. Neq; enim probè definieris canem, niſi primùm conſtitueris, an de animali, ſive terreſtri, ſive marino, an verò de cœleſti ſydere loquaris. Gloſſ. quoties de Verbor. obligat. Vt res exemplo pateat. Quæris, an Publiciana actio detur adverſus eum qui pro hærede poſſidet? Ab initio perſtringendum erit tibi, quid hac loquendi formula, pro hærede poſſidere, intelligi velis. Vide Ioannem Appell. præſtanti doctrina virum in Meth. Dial. Rat. opuſculo ſanè aureo. Iuriſprudenti & ſtudioſo, nullo non tempore, donec ediſcat, verſando. Sed nec id prætereundum, quod Virgil. animadvertit, non vulgam modò, ſed doctos pleroſq; viros, non diſtinguere Diffinitionem à Definitione, ſed Librariorum errore jam olim iſta confuſa eſſe Salomonis: Conſidera *inquit*, Diffinitionis eſſe, explicare quid eſt: Etymologiæ verò, rationem nominis explicare. Porrò veluti aliud eſt nomen, & aliud res ipſa quæ nominatur: ſic alia cognitio nominis, & alia rei nominatæ. Hinc à noſtris non reperitur paſſim ab Etymologia ſyllogiſmus, ſed vix negativè: & tunc quum ab eſſentia traducitur rei quæ nominatur, ut juris vocabulum è iuſtitiæ viſceribus ductum. Definitio pro

tio pro regula accipitur interdum, ut in illa vulgata regula: Omnis Definitio, in jure Civili periculosa est, quod vel titulus demonstrat. Neq; enim tam est difficile, rem aliquam in jure Civili exactè definire, quàm est rarum regulam ex legibus colligere, quod nulla in parte infirmari queat. Adde Vig. instit. de Testa. ord. & vide Budæũ in Annot. Quanvis hoc ipsum quoque Accursius declaravit. Definitio est earum quæ sunt, ejusq; rei propriè, quam definire volumus, brevis & circumscripta quædam explicatio, in qua hæc præcipit ratio atq; doctrina, ut vis ejus rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam, neq; supersit. Cicero de Finib. 2: Patefactio, quasi rerum operta rũ, quum quid quidq; sit aperitur, definitio est. Cicero de Finib. 1: Definitio est oratio, quæ quid sit id, de quo agitur, ostendit quàm brevissimé. Cicero in oratore: Definitio est oratio, quæ id quod definitur explicat, quid sit. Definitionum duo sunt genera prima, unum earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur. Esse ea dico, quæ cerni tangive possunt, ut fundum, ædes, parietem, &c. Quo ex genere quædam interdum nobis definienda sunt. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrative non possunt, cerni tamen animo, atq; intelligi possunt. Vt si usucapionem, si tutelam, si agnationem definias, quarũ rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita, & impressa in intelligentia, quam notionem voco: ea fæpè in argumentandi definitione explicanda sunt. Atq; etiam definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ divisionum. Partitionũ quum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur, &c. Divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur, &c. Dicendum qui sit definitionis modus. Sic igitur veteres præcipiunt, quum sumpseris ea quæ sunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, usq; eò persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit, Cicero in Topicis. Et ibidem: Definitionis controversia est, quum in scripto verbum aliquod est positum, cujus de vi quæritur. Cicero de Invent. 2: Mala definitio: genus vitiosæ argumentationis. Mala definitio est, quum aut cõmunia describit, aut falsum quiddam dicit, aut aliquid nec grave, nec magnum continens. Cicero de Invent 2: Definitio est oratio, explicans quid sit id de quo disputatur. Est enim coactæ atq; complicatæ rei explicatio, velut quum dicimus: Homo est animal rationale & mortale. Quint. Finitio, est rei propositæ propria & dilucida, & breviter cõprehensa verbis enunciatio, aliàs descriptio dicitur, & fit multis modis.

Dēfīnītum est, pro eo quod dicimus Decrevi, vel constitui, [Vng. *El vegeztetőt, rendeltetőt.*] Plautus in Cistel. Perge dicere. A. An'ne ut etiam quid consultura est sciam? M. Perge eloqui: non remittam, definitum est.

Dēfīnītŭs, a, um, Certus, constitutus, attributus, assignatus. [בלתי *mighzár.* ὡρισμένος, διωρισμένος. Gall *Defini, limité, borné.* Ital. *Limitato, terminato.* Germ. Eyngezyfet/bestimpt. Hisp. *Determinado.* Pol *Naznaczony.* Vng. *Meg hataroztator, el rendeltetőt.* Ang. *Limited, bounded.*] Cicero de Somn. Hic certus est in cœlo ac definitus locus,

Dēfīnītē, adverbium, Finitè, strictè. [ὡρισμένως, ἀφωρισμένως. Gall. *Expressément, determinement, distinctement.* Ital. *Expressamente, con misura & limitatione.* Ger. Außtruckentlich/heiter/grundtlich vnnd klarlich. Hisp. *Determinadamente, expressa y claramente.* Pol *Znacznie, grzetelnie.* Vng. *Bizonyosan, egy átallyában.* Ang. *Expresselie, namelie, precislie.*] Cicero pro Corn. Balb. Lex id Gellia & Cornelia, quæ definitè potestatem Pompeio civitatem donãdi dederat, sustulisset. Plin. in Paneg. Nec magis definitè, distinctéq; designat, qui Trajanũ, quàm qui optimũ appellat.

Dēfīnītĭo, Vide DIFFINITIO.

Dēfīnītīvŭs, a, um, [ὀριστικός. Gall. *Definitif, qui definit & limite.* Ital. *Difinitivo, limitatore.* Germ. Das zu der eynzeynung / entscheidung oder bestimmung gehört Hisp. *Definidador.* Pol. *Rzecz dowodi przyna leżąca.* Vng. *Meg hatarozo.* Ang. *That limiteth and boundeth.*] Cic. 1. de Invent. Cùm facti controversia est, quoniã conjecturis causa firmatur, constitutio conjecturalis appellatur: quum autem nominis: quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.

Dēfĭōcŭlŭs, m. s. Dicitur qui est caprus uno oculo, quem luscum alio nomine vocitamus. [ἑτερόφθαλμος. Gall *Borgne, qui n'a qu'vn œil.* Ital. *Losco, senza vn' occhio.* Germ. Einäugig. Hisp. *Tuerto de vn ojo.* Pol. Oczko, iednooki. Vng. *Kătsal fel szőmwl (auagy) egy szőmw.* Ang. *That lacketh one eye.*] Martial. lib. 12, de importunis basiatoribus: Hinc defioculus & inde lippus.

Dēfĭt, Deest, cum dativo construitur. [חסר *chaser.* λείπει. Gall. *Il y a faute.* Ital. *Manca, non ciè.* Germ Es mangelt/es gebrist. Bel. Het gebreet. Hisp. *Falleśce.* Pol. *Niedostaie.* Vng. *El fogy hia vagyon.* Ang. *Thair is lacke, thair wanteth.*] Terentius in Evnuch. Nihil quum est, nihil defit tamen. Idem in Hecuba: Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit, benignè præbeatur. Virgil. Aeglog. 2: Lac mihi nõ æstate novum non frigore defit. Vnde Priscianus, Deficio loco passivi defio facit, & deinde defectus.

Dēflāccārĕ, act. p. Vetus ac prorsus obsoletũ verbum est, quo antiquissimi usi sunt pro atterere: autor est Nonius. Nisi fortè defloccare quis malit legere, & à flocco ejus originem trahere: ut Defloccare proprie sit, floccos consumere: quod fit quũ vestes nimio usu atteruntur. Huic coniecturæ illud fidem potest astruere, quòd apud Plautum in Epid. vocantur defloccati senes, qui decrepiti sunt, & ita attriti, ut vestis quæ floccos suos nimio usu amisit.

Dēflāgro, aũ, n. p. penultima producta, Comburor, igne consumor, conflagro, ardeo: [בער *bahár.* κατακλέγομαι, ἐμπρήθομαι. Gall. *Ardre & bruśler, estre ars & bruślé.* Ital. *Ardere, abbruściare fortemente.* Germ. Verbrennen/mit fewr verzehrt werden. Belg. Verbranden Hisp. *Mucho arder.* Pol. *Zgoriwam, spalam śię.* Vng. *Meg égők.* Ang. *To be burned.*] & semper ablativum postulat. Cicero 4. Academ. Fore tamen aliquando ut omnis hic mundus ardore deflagret. Idem lib. 3. Offic. Ictu fulminis deflagravit. Et 2. de Natura deorum: Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse. ¶ Significat & per translationem languescere, defervescere. [καταμύω. Ang. *To waxe colde.*] Lucanus lib. 4: sic de flagrare minaces In cassum, & vetito passus languescere bello. Liv. 10. bel. Maced. Sed interdum spes animum subibat deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

Dēflāgrātĭo, onis, f. t. Cõbustio, exustio, flãma, ardor. [תבערה *tabberah.* ἐμπυρισμός, ἐμπρησμός. Gall. *Bruślement, embrasement.* Ital. *Essa ardere & abbruśiare.* Germ. Brunst. Hisp. *Aquél ardor.* Pol. *Zapalenie, zgorzenie.* Vng. *Meg égés* Ang. *A burning.*] Cicer. 3. de Finib. Quoniamq; illa vox inhumana & scelerata ducitur eorũ, qui negant se recusare quominus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.

Dēflĕcto, is, ãct. t. torqueo, curvo. [כפף *chapháph* עוה *hivvâh* נטה *natâh.* κατακάμπτω, διακλίνω. Gall. *Destourner, tourner arriere, flechir & plier.* Ital. *Torcere, piegare.* Ger. Biegen. Belg. Afteeren. Hisp *Doblegar.* Pol. *Nachilam.* Vng *Meg haytom, horgasitom.* Ang *To crooke, to auoyde and turne away.*] Colum. lib. 3: Quum jam satis amplum incrementum susceperit, ramum olivæ qui videtur nitidissimus deflecte, & ad eius arboris ficulneæ religa. Cic. lib. 3. Offic. pro declino per translationem posuit. Hoc autem de quo nunc agimus, id ipsum est quod utile, in quo verbo lapsa, consuetudo devia deflexit. ¶ Deflectere pro divertere apud Suet. in Augusto cap. 93: At contrà non modò in peragranda Aegypto, paulò deflectere ad visendum Apin supersedit, &c.

Deflexŭs, a, um, participium. [כפוף *chaphúph* נעוה *nahavéh.* κατακεκαμμένος, ὁ λοξός. Gall. *Flechi & plié, destourné.* Ital. *Piegato.* Germ Abgebogen. Hisp. *Doblegado.* Pol. *Nachilony, skł'onioni.* Vng. *Meg haytatot, horgasitatot.* Ang *Bowed, turned away.*] Plin. lib. 17. cap. 23: Altera deflexa vite, vel palmite juxta suam arborem. Amnes in alium cursum contorti & deflexi, Cic. 1. de Divinatione.

Dēflexŭs, us, nomen, Curvatio, inflexio. [אכף *écheph.* κατακαμψις. Gall. *Pliement, fleschissement.* Ital. *Piegamento.* Ger. Biegung. Hisp. *Doblegadura.* Pol. *Nachil'wośc.* Vng. *Meg haytás, horgasitás.* Ang. *A bowing or crooking.*] Colum. Ne deflexu frangatur.

Dēflĕo, es, ere, n. f. Deploro. [בכה *bachâh* סטר *śuphâdh.* κατακλαίω. Gall. *Plaindre quelque chose en pleurant, regretter.* Ital *Piangere.* Germ. Beweynen. Hisp *Mucho llorar.* Pol. *Opł akuie.* Vng. *Meg śiratom.* Ang. *To weepe, to waile for any thing.*] Plautus Capt. -egóne nõ defleam Talem adolescentem? Ciceni. Asinius Pollio lib. 10: Itaq; illud initium civilis belli deflevi. Cic. 13. Philip: Sed hæc satis diu multumq; defleta sunt.

Dēflo, as, are, act. p. Flo, vel flando depello. [השיב *hiśhśhîb.* πνέω, πνέω. Gall. *Souśfler.* Ital. *Soffiare.* Germ. Hinab blasen. Hisp. *Soplar.* Pol. *Odmuchie.* Vng. *El fúvom, le fúvom.* Ang: *To blowe, or blowe away.*] Plinius libro 28. cap. 2: Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, utiq; per mensas, vetabantq; mundiriarum causa deflare.

Dēflōccārĕ, atterere est, tractum à floccis. [Pol *Zmickczenie chrypta.* Vng *El tórődni, el aunlni*] Plautus in Casina: Perii, defloccavit jam illic homo lumbos meos. Ita enim legendum, non ut est apud Nonii flocco habebit. Nõnulli legũt Deflaccare.

Dēflōccātī senes, Qui florem viriũ deposuêre, quasi attriti. [γέροντες παραγεγηρακότες. Ger. Die jhr sterck vnd krafft verloren haben. Vng. *El tórődőt ven emberek.*] Metaphora tracta videtur à vestibus, quæ multo usu floccos suos amittunt. Plaut. in Epid. Nã per urbem adeò defloccati senes Quæritant me.

Dēflōrārĕ, idem est quod conspurcare, contaminare, vitiare, quasi floribus & ornatu spoliare. [נוד *tsmmé* טנף *tinnéph.* μιαίνω. Gall. *Deflorer, oster la fleur, souiller.* Ital. *Sporchare, macchiare.* Germ. Die ersten blumen abbrechen / verwüsten/geschenden. Hisp. *Quitar la flor de lo florido enśuziar.* Pol. *Przerżły kwiat odrzwano, śpęte, sramoce.* Vng. *Virágától, szépségetől, meg fosztani.* Ang. *To defile, to deflore, to take away the floure.*] Livius libro septimo, bell. Mace-

bell'. Macedon. Erant qui fama id majus bellum, quàm difficultate rei, fuisse interpretantur: uno memorabili prælio fuisse debellatum, gloriamq; ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas esse.

Dēflōrēscĕ, sive Defloresscere, Flaccescere, flores venustatemq; amittere. [בבל *nabél.* ἀπανθῶν, ἀπανθίζομαι. Gall. *Se deffleurer, perdre sa fleur.* Ital. *Sfiorire.* Ger. Verblůen. Bel. Verbloyen. Hisp. *Decaer de florecer.* Pol. Okwiac. Vng. *Szépeségét és ékeſségét el hagyni.* Ang. *To leese floure or beautie, to decaye, to fadde away.*] Plin. lib. 17: Pessimum inter omnia, quum defloresscentem vitem, & oleam percutit imber: quoniam simul defluit fructus. ¶ Autor ad Herennium per translationem pro eo posuit quod dicimus, Vigorem amitto. παρακμάζειν. Formæ (*inquit*) dignitas, aut morbo defloresscit, aut vetustate extinguitur. ¶ Defloresscere apud Col. lib. 2. cap. 12. accipitur pro flores producere, ac deinde amissis floribus fructum producere. [ἐξανθῶν, ἐκανθῶν. Ang. *To burgen or put out floures.*] Quum (*inquit*) totam spicam edidit, octo diebus defloresscit, ac deinde grandescit diebus quadraginta. Vbi defloresscere non simpliciter accipitur pro flores acquirere, ut quidam interpretantur, sed potius flores acquisitos amittere: ut hic fit sensus. Postquam frumentum edidit spicam, statim flores acquirit, & eosdem intra octo dies amittit. Sic effloresscere, est valde floridum fieri. Cicer. in Læl. Quæ tamē effloresscit amicitia, etiāsi tu minus eā secutus sis.

Dēflŭĕrĕ, n. t. Deorsum fluere, labi, delabi, influere, propriè de liquidis rebus, & translatè de aliis quoq; dicitur. [יָרַד *nighshár* נָזַל *nazál.* κατάῤῥειν. Gall. *Decouler, se dechoir.* Ital. *Scorrere à lingua.* Ger. Hinab fliessen. Belg. Afvloyen. Hisp. *Correr lo liquido de arriba abaxo.* Pol. Zeyśc, ozsiec. Vng. *Le folyni, le hullani.* Ang. *To flow downward, to flow away, to come to nothing.*] Plin. lib. 6. cap. 7: Defluit in Rhenum Moganus. ¶ Per translationem significat decurrere, delabi. Cic. in Læl. ad leves amicitias defluxit oratio. Salust. in Iugurth. Vbi per socordiam vires, tempus, ætas, ingeniū defluxēre: hoc est, quasi cecidēre, & periēre. Lactant. libro 3. pro in nihilum redigere posuit: Navis sine gubernatore abit pessum: & corpus relictum ab anima, defluit. ¶ Quandoq; defluere est secundo amne fluere: id est, deorsum & versus locum inferiorem fluere. Sunt enim fluminum alvei, quò mari propinquiora, eò devexiora. Virgil. libro 3. Georg. -udisq; aries in gurgite villis Mersatur, missusq; secundo, defluit amni. ¶ Defluere etiam dicitur quod ætate morbóve solvitur, διαῤῥυεῖν. Vnde Defluere capillus dicitur.

Dēflŭŭs, & Dēflŭvĭum, [διάῤῥοια. Gall. *Decoulement, cheute.* Ital. *Stillamento, cadimento.* Germ. Der runß oder das fliessen nbersich. Hisp. *La caida.* Pol. Zrzutek, obłazł'e. Vng. *Le folyo, le hullo.* Ang. *A flowing downeward or away.*] Capillorum fluxus. [ἀλωπεκία. Gall. *Cheute de cheueux.* Ital. *Cadimento de capilli.* Hisp. *La caida de los cabellos.*] Sed defluvia comarum facere dicitur. Idem: Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis jubet.

Dēflūxŭs, us, idem quod defluvium. κατάῤῥυσις.

Dēfŏdĭo, is, penult. cor. act. t. Sepelio, obruo. [חטר *chaphár* חתר *chathár* כרה *charáh* κατορύττω. Gall. *Enfouir, enterrer.* Ital. *Sepelire.* Ger. Vergraben/eyngraben. Belg. Begraven. Hisp. *Enterrar alguna cosa so tierra.* Pol. Wziemie jadze, wgrzebam. Vng. *Le ásom, el temetőm.* Ang. *To diche or digge downe into.*] Liv. Fuerātq; defossi annis quindecim supra quingentos, loquitur de libris Numæ. Plaut. in Prol. Aulul. Domi suæ defossam multis cum opibus aulam invenit. Colum. lib. 8, pro fodiendo plantare & inserere posuit, quum dixit: Confestim scrobem defodiamus in lūmine stabuli, & vivam pecudem, quæ sit pulluloſa, resupinam obruamus. ¶ Defodere item est infrà, sive deorsum fodere, κατασκάπτειν. Idem lib. 2: Pastinatur terreni jugerum, ita ut solum in altitādinem trium pedum defodiatur.

Dēfŏssŭs, a, um, particip. [כבר *nichréh.* κατωρυγμένος. Gall. *Enfouï, enterré.* Ital. *Sepolto.* Ger. Vergraben/eyngegrabē. Hisp. *Enterrado, sepelido.* Pol. Wgrzebiony wgadzony dołemie. Vng. *Le ásott, el temetett.* Ang. *Diched or digged downe.*] Cic. 2. de Orat. Aurum multifariam defossum. Plin. lib. 30. cap. 3: Talpæ cæcitatis perpetuæ tenebris etiámnum altis defossæ.

Dēfossŭs, us, ui, m. q. [מחתרת *machtēreth.* κατορυγή. Gall. *Enfuissement, enterrement.* Ital *Sotterramento.* Ger. Vergrabung/eyngrabung. Hisp. *Enterramiento, sepultura.* Pol. Wgrzebienie. Vng. *Le ásás, el temetés.* Ang. *A diching or digging downe into a thing.*] Plin. lib. 19. cap. 8: Area in defossu cavata.

Dēfœtŭs, si Latinum sit, idem erit quod effœtus: hoc est, fœtui per ætatem inidoneus. [Pol. Wirodzoni. Vng. *Nemzésre alkolmatlan, el erőtelenő.* Ibr. Ang *Which is past bringing forthe any more.*] Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet, quod ex Ibide Ovidii adduci solet: Sit quoq;, quod rarū est, solito defœta favore Fortunæ facies invidiosa tuæ: in castigatioribus exemplaribus defecta legitur, non defœta. Similiter apud Columellam in præfatione libri primi defectissimum legi debet, non defœtissimum.

Defomĭcatum, n. s. lignum dixerunt antiqui, quod à fomitibus quibus confoveri solet, erat succisum. Festus.

Dēfŏrĕ, penult. corr. compositū a fore, idem significans quod defuturum esse. [ἐκλείψειν. Vng. *Nem lesendő.*] Cicer. de Lege Agrar. contra Rullum: Verùm arbitrantur non defore qui illam restituerent.

Dēformŏ, as, act. p. Fœdo, turpo, maculo. [ἀποσχηματίζω, ἀπαισχρύνω. Gall. *Deffigurer.* Ital. *Far bruto, difformare.* Ger. Vngestalt machen. Belg. Leelyck maken. Hisp. *Desfigurar ò afear.* Pol. Szkaradze, ośpecam. Vng. *Megrutitom, otsmányitom.* Ang. *To disfigure, to defile, to deface.*] Lactan. de Opif. Dei: Quàm mirabili, quam divina ratione moltus est, ut tamen hiatus ipse nasi, oris speciem nō deformaret. Autor ad Heren. lib. 1: Qui sunt qui Italiam deformaverunt? Cic. de Arusp. resp. In qua Pompeium ornat, an potiùs deformat? ¶ Item, Deformare est figurare, delineare, & nova forma insignire. [תאר *téer.* διατυπῶν. Gall. *Bailler forme, former.* Ital. *Formare, lineare, dissegnare.* Ger. Etwas mit seinen Linien oder eygenschafften entwerffen. Hisp. *Tracar ò figurar.*] Vitruv. lib. 6: Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Idem: Architectus graphidis peritus, ut deformare possit lineis imitationem, quam velit, ædificiorum.

Dēfōrmātŭs, a, um. fœdatus, cùm aliàs deformare sit formare. [Pol. *Poszpecyoni.* Vng. *Megrutitatot.*] Sueton. in Caligula cap. 27: Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnavit.

Deformātĭo, onis, verbale, f. t. Fœditas, macula. [מום רע *mum rah.* ἀπαισχύνσις, αἰσχρότης. Gall. *Desfigurement.* Ital. *Dishonore, vituperio, figuramento.* Germ. Vngestaltung/e tehrung/ entwerffung. Hisp. *Aquella fealdad ò deformidad de.* Pol. Oszpecenie, szkaradzenie. Vng. *Megrutitás, otsmányitás.* Ang. *A disfiguring, defacing or deforming.*] Liv. 9 ab Vrbe: Vt suæ quoq; conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majestatis, velut à nefando spectaculo averteret oculos.

Dēfōrmĭs, & hoc deforme, om. t. Turpis, fœdus: cui cōtrarium, formosus. [רע *rah.* αἰσχρός. Gall. *Difforme, deffiguré, laid.* Ital. *Difforme, sozzo, brutto.* Ger. Vngestaltet/ vngeschaffen/ wüst/ häßlich. Hisp. *Cosa fea ò desfigurada.* Pol. *Szpetny, szkaradny.* Vng. *Rúth, otsmány.* Ang. *Deformed, foule.*] Plin. in Epist. Placuit locus in quo fuit aliquando domus (ut audio) pulchra, nunc deformis ruinis. Cic. pro Cælio: Id nunquam tam acerbè ferret M. Cælius, ut eum pœniteat non deformem esse natum. Liv. 1. ab Vrbe: Quòd vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. Cicero Marcello libro 4: Nec eam diligere minus debes quòd deformior est. Deformius nihil est, ardelione sene.

Dēfōrmĭtās, atis, f. t. Turpitudo, pravitas, quod & de corpore & animo dicitur. [מום רע *mum rāh.* ἀμορφία, αἰσχρότης. Gall. *Difformité, laideur.* Ital. *BruteZZa, deformità.* Ger. Vngestaltte. Bel. Leelyckeyt. Hisp. *Fealdad ò deformidad.* Pol. *Szpetnosse.* Vng. *Rúthság, otsmánság.* Ang. *Deformitie, foulnesse.*] Cicer. 1. de Legib. Deformitas animi, & corporis pravitas. Idem in Offic. Nullum est majus malum turpitudine: quę si in deformitate corporis aliquid habeat offensionis, quāta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri?

Dēfōrmĭtĕr, adverbium. [αἰσχρῶς. Gall. *Difformement, laidement.* Ital *Bruttamente.* Ger. Vnformlich/häßlich. Hisp. *Fea ò deformamente.* Pol. *Szpetnie.* Vng. *Rutúl otsmányul.* Ang. *Foulie, without forme.*] Quintilianus libro 8. capite 3: Iunctura deformiter sonat.

Dēfrænātŭs, a, um, idem quod effrænatus: hoc est, indomitus, quasi sine fræno. [ἀχάλινος. Gall. *Desbridé, effrené.* Ital. *Sfrenato.* Ger. Vngezeumpt. Hisp. *Desenfrenado.* Pol. Wyuzdany. Vng. *Vád, enyhitetetlen.* Ang. *Disebridled, vndantoned.*] Ovid. 1. Metamorph. Et defrænato volvuntur in æquora cursu.

Dēfrāudārĕ, act. p. vel per syncopen Defraudare, est per fraudem cuiquam aliquid intercipere, vel circunvenire aliquem. [עשק *hasbak* παρανομέω, ἀδικοσφίζω. Gall. *Defrauder, chifrer, priuer vn autre de ce qui luy appartient.* Ital. *Defraudare, ingannare.* Ger. Einen mit betrug berauben. Bel. Bedreegen/ bevooven. Hisp. *Engannar.* Pol. Oszukać, zdradzić, podeyść. Vng. *Meg tsalni.* Ang. *To deceiue, to beguile.*] Plaut. Asin. Nunc verba in pauca conferam quid te velim, Viginti jam usus est filio argenti minis, Face id ut paratum jam sit. L. Vnde gentium? D. Ne defraudato. L. Maximas nugas agis: Nudo detrahere vestimenta me jubes, Defrudem te ego? ageśis, tu sine pennis vola. Téne ego defrudē, cui ipsi nihil est in manu? Nisi quid tu porrò uxorē defraudaveris. ¶ Defraudare geniū, est interrumpere voluptatē, & naturæ quod appetit negare. Terent. in Phorm. Quòd ille unciatim vix de demenso suo, Suum defraudans geniū, comparsit miser. Contrà, Indulgere genio, est voluptati operam dare, & quocunq; nos naturæ appetitus trahat, subsequi. Quæ loquendi formulæ inde tractæ sunt, quòd antiqui Geniū vocabant naturæ deū, hospitalitatis præsidē. Vnde etiā Homo genialis,

nialis, dicitur liberalis & hoſpitalis, & ſplendido apparatui aſſuetus.

Dēfrāudātŏr, verb.m.t. Fraudator. [משוק *haſhōk.* κλοπεύς. Gal. *Fraudeur, endommageur, chifreur.* Ital. *Fraudatore.* Germ. Betrieger/betrieger. Hiſp. *Amenguador, engannador.* Pol. *Zdrayca, oſzuſt.* Vng. *Megtſalo.* Ang. *He that deceiueth or begulleth.*] Senec. de Benefic. li. 4: Huic ingrato, qui beneficiorum defraudator eſt, non magis dabit beneficium quàm aptatori.

Dēfrĭco, as, act. p. penul. corr. Frico. [חכך *ghárádh.* κατατρίβω. Gall. *Defroter, frotter.* Ital. *Fregare.* Germ. Abreiben. Hiſp. *Fregar.* Pol. *Ocieram.* Vng. *Meg vakarom.* Ang. *To rubbe hard or frette together.*] Colum. lib. 2: Totumq; eorum palatum ſale defricato. Autor ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas venit, cœpit, poſtquam perfuſus eſt, defricari.

Dēfrĭcātē, adverbium, idem quod facetè & ſuaviter. Nævius in Tarentilla: Facetè & defricatè hoc induxit. Soſipater in ſuis Gram. lib. 11.

Dēfrīgēſcĕrĕ, Frigeſcere. [κατατρύχω. Gall. *Deuenir froid, ſe refroidir.* Ital. *Diuenir freddo, raffredarſi.* Ger. Erkalten oder kalt werden. Hiſp. *Enfriarſe.* Pol. *Oziebic.* Vng. *Meg hidegwl'ni.* Ang. *To waxe cold.*] Col. lib. 12. cap. 20: Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eò uſq; dum defrigeſcit.

Defrigo, gis, xi, κατατρύχω. Vide in dictione DECOQVO.

Dēfringo, is, act. t. Frango, vel decerpo. [נתק *ſeeph.* ἀναῤῥήγνυμι. Gall. *Rompre ou arracher de quelque choſe.* Ital. *Rompere, frangere.* Ger. Abbrechen. Belg. Afbreken. Hiſp. *Quebrantar.* Pol. *Odl'amuie.* Vng. *El tŏrŏm, le tŏrŏm.* Ang. *To break downe, to break of.*] Col. lib. 6: Plerunq; fit ut aut cruce aut cornibus boum ramuli vitium defringantur. Virg. 2. Georg. aut ſummas defringe ex arbore plantas. Cic. pro Cecin. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Dēfrūgo, as, penult. prod. act. p. Omnem fructum exhaurio. [κεφαλίζομαι, ἐκκαρπίζομαι. Gall. *Tirer la graiſſe & ſubſtance de quelque choſe, la degraiſſer.* Ital. *Tor via tutti fruti, far ſterile la terra, cauarle il graſſo.* Germ. Außnutzen/die beſte frucht vnd krafft herauß ziehen. Hiſp. *Desfrutar, coger la frutta.* Pol. *Sok albo ſmak wyſzſtek wiczyskam, wiczyagam co lepſzego.* Vng. *Gyŏmwltsét haſznát el veszŏm, el veszŏm, gyŏmwltstelenné teszŏm.* Ang. *To drawe or ſucke the ſubſtance out of any thing.*] Vt faciunt quædam legumina, quæ etiam Theophraſtus καρπίζομα appellat. Agricola itaq; agrũ defrugare dicitur, quum id genus ſeminis ſerit, vel quum nimia fœtura exinanit agros, vel per inſcitiam aut negligentiam perdit, laceſſítve fruges: ut quum vel feſtinata ſementis eſt vel ſerotina, præpropereq; aut præpoſterè quid agit. Plin. lib. 18: Oraculum illud magnopere cuſtodiendum, Segetem ne defrũges. Columella: Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

Dēfrŭtum, n. ſ. à defervendo (ut inquit Palladius) vinum decoctum, Plinio autore, uſq; ad mediam partem. [ἕψημα, ἑψητὸν, παρέφθημα. Gall. *Vin cuit iuſques à la conſumption de la tierce partie.* Ital. *Vin cotto.* Germ. Geſottner Wein. Belg. Gheſoden Wyn. Hiſp. *Vinò cozido haſta la tertia parte.* Pol. *Przewarzone winno.* Vng. *Fŏzéſſel el apat bor, torſia.* Ang. *Wine wherof the thrid parte is ſodden in.*] Sapa verò à ſapiditate, muſtum eſt ad tertiam partem decoctum. At Columella aliter: Muſtum, *inquit*, quàm dulciſſimum, decoquitur ad tertias: & decoctum, ſicut ſuprà dixi, defrutum vocatur. Sic Nonius: Sapa, quod nũc mellacium dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum: defrutum, ſi ex duabus partibus ad tertiam redigatur defervefaciendo.

Dēfrŭtārĕ, act. p. Muſtum decoquere, ut inde defrutum fiat. [ἑψεῖν. Gall. *Faire du vin cuit.* Ital *Far vin cotto* Germ. Geſottnen Wein machen. Hiſp. *Hazer vin cozido.* Pol. *Winno przewarzic.* Vng. *Bort fŏzéſſel el apaſztani.* Ang. *To mak ſodden wine.*] Col. lib. 2: Sed defrutum quóq; facere & defrutare vinum licet.

Dēfrŭtārĭus, a, um, Quod ad defrutum pertinet: [ἑψητικός. Gal. *Seruant à faire du vin cuit.* Ital. *Pertinente à vino cotto.* Ger Das zu dem geſottnen Wein gehört. Hiſp *Coſa perteneſciente para hazer vino cozido.* Pol. *Do przewarzenia przinalezacy.* Vng. *Fŏzŏt borhoz valo.*] Ang. *Belonging to mak ſodden wine.*] ut Vaſa defrutaria apud Colum. lib. 12. cap. 9, dicuntur, quæ ad defrutum idonea ſunt. Sic Cella defrutaria, apud eundem lib. 1. cap. 6: Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torcularíam, cellam vinariam, defrutariam.

Dēfŭgĕrĕ, act. t. Recuſare, refugere. [מאן *meén.* ἀναχάζομαι, ἀποφεύγω. Gall. *Euiter, s'enfuir: eſchaper.* Ital. *Recuſare.* Ger. Fliehen/meiden. Belg. Schouwen/myden. Hiſp. *Mucho huyr, rehuſar.* Pol. *Strzecz ſzie, warowacſzie.* Vng. *El futok tule, el tauoſztatom.* Ang. *To flee back, to eſchue, to auoyde.*] Cæſar 6. bell. Gall. Aditum eorũ ſermonemq; defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant. Cic. pro Sylla: Itaq; attende jam Torquate, quàm ego defugiam autoritatem Conſulatus mei. Lactant. libro 5: Non defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non eſt exequutus.

Dēfundo, act. t. Effundo, & interdũ idem quod Fundo. [שטך *ſchaphách* κατατρίβω. Gall. *Eſpandre dedans, mettre quelque liqueur dedans.* Ital. *Verſare.* Germ. Abſchütten/abgieſſen. Belg. Afgheiten. Hiſp. *Derramar coſa liquida.* Pol. *Wilżewam.* Vng. *Kitŏltŏm, le tŏltŏm.* Ang. *To poure out any licour.*] Cato de Re ruſt. Aquam defundito non omnem, eò addito oleum. Columella: Poſtea quum refrixerit, in vaſa defundas, & operias.

Dēfŭngŏr, defungeris, defunctus ſum, defungi, Exantlo, fungor, perfungor. [בצל *nitſtsál.* ἀπαλλάττομαι, ἀφεστάμαι, ἔρημαι. Gall. *Eſtre deliuré, ou ſe deliurer & eſchapper de quelque choſe, en eſtre hors.* Ital. *Eſſer liberato, campare da qualche periculo & eſſerne fuori.* Germ. Außrichten / einer müy oder arbeit ledig werden. Hiſp. *Acabar de hazer.* Pol. *Praca odprawiam.* Vng. *Le teszŏm, tiszteret, el hagyom, végèt vetŏm.* Ang. *To be ridde, deliuered and no more charged of a thing.*] Explicari negotio aliquo aut moleſtia, & ei finem imponere. Cic. pro Seſtio: Vt omni populari concitatione defungerer. Cælius ad Cicer. libro 8: Et hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impẽderent, ut defungeremur optavi. Id eſt, liberaremur.

Dēfūnctŭs, a, um, partic. [בצל *nitſtsál.* ἀπαλλαγείς, ἀπηλλαγμένος, ἀφειμένος. Vng. *Valamit wl meg menekedŏt.*] Virg. 6. Aeneid. O' tandem magnis pelagi defuncte periclis. Defunctus fato, Liv. lib. 9. bell. Maced. & 10. ab Vrbe. ¶ Defunctus vita, Virgil. 6. Aeneid. ¶ Defunctum etiam more Græcorum pro cadavere, intelligimus ſubſtantivè. Plin. lib. 2. cap. 68.

Dēfūnctōrĭē, Languidè & remiſſè. [ἀφειμένως. Gall. *Par maniere d'acquit, tellement quellement, laſchement.* Ital. *Con negligentia, rimeſſamente.* Ger. Hinläſſigtlich/nur oben hin. Hiſp. *Floxamente.* Pol. *Ledaiako.* Vng. *Laſſan, ſzorgalmatlanül, aluſzékonyúl.* Ang. *Lightlie, without care or diligence.*] Vlpian. lib. 11, ad Senatuſconſultum Tertul. Non ſolùm autem, quæ non petit, coërcetur, ſed etiam quæ defunctoriè petiit, ut privilegio munitũ vel oneratum tribus tutelis.

Dēgĕnĕr, penultima correpta, om. t. Qui majorum ſuorũ virtuti non reſpondet. [זר *zar* סורר *ſorér.* ἀγενής. Gall. *Baſtard forlignant, declinant de ſa race.* Ital. *Tralignо, baſtardo.* Germ. Der auß dem geſchlecht ſchlecht. Belg. Boerachtich/onardich. Hiſp. *Lo que no reſponde à ſu caſta y genero.* Pol. *Wirodek, przotkow nienaſzladuiacy.* Vng. *Az ki attya terméſzetit'l táuul eſet, el fayzot.* Ang. *That goeth out of his kind.*] Virg. 2. Aeneid. Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. ¶ Ponitur quandoq; pro ignobili & vili, ἀνδροποδώδης, δειλοπρεπής. Virgil. 4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. Plin. lib. 11. cap. 50: Canum degeneres ſub alvum reflectunt caudam. Eſt autem adjectivum generis omnis, præſertim in obliquis ſingularis numeri. Vnde etiam more aliorum adjectivorum tertiæ declinationis facit in ablativo degenere, vel degeneri. Lucan. lib. 4: Si me degeneri ſtravíſſent fata ſub hoſte.

Dēgĕnĕrārĕ, n. p. A' genere decidere, deflectere, veteres majorum laudes obterere. [סורר *ſorér.* ἐξίστημι, κατατρίπτειν, ὑπατρίπτειν. Gal *Forligner, s'abaſtardir, degenerer, ne ſuiure point ſa race.* Ital. *Degenerare, tralignare.* Ger. Auß dem Geſchlecht ſchlahẽ. Belg. Ontaerden. Hiſp. *No reſponder à ſu caſta y genero, deſfalleſſer de la nobleza de ſus anteceſſores.* Pol. *Od cnoty ſwich przotkow wiſtepic.* Vng. *El fayzani.* Ang. *To go out of kinde, not to follow the good conditiones of his parentes.*] Cicero de Provin. Conſ. Patrem dico, cujus urinam filii non degeneraſſent à gravitate paterna. Virg. lib. 2. Georg. Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores: id eſt, deterioris fiunt ſaporis. Propert. Dii mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis. Dicimus autem, Degenerare tàm à maſo quàm à bono. Liv. lib. 9: Ne degeneraveris à familia imperioſiſſima & ſuperbiſſima.

Dēgĕro, is, ere, act. t. Defero, gero. [φέρω. Gall. *Prendre d'vn lieu & porter en l'autre, tranſporter.* Ital. *Portare.* Germ. Tragen. Hiſp. *Traer.* Pol. *Wywoʒ'ocze winaſzam.* Vng. *Vizŏm, hordom.* Ang. *To tak out of one place and bring to another.*] Plaut. in Menæh. At ille mihi ſuppilat aurum, & pallas ex arcis: Modò me ſpoliat, mea ornamenta ad meretrices degerit: id eſt, defert. Quidã legunt, Apud meretrices: & degerit, pro abſumit, exponunt. Idem: Atque illud tuæ degeris amicæ.

Dēglābrārĕ, Depilare & glabrum facere. [קלף *pitstsél.* ἀποξέω. Gall. *Oſter l'eſcorce, peler.* Ital. *Pelare.* Ger. Ein Bawm ſchinden vñ glatt machẽ. Hiſp. *Deſcortezar.* Pol. *Obl'upuie, ogl'adzam.* Vng. *Meg kopaſztani, ſimitani.* Ang. *To make balde, to pluck away the heare.*] Paulus in l. cædere. ff. Arbor. furtim cæſ. Cædere eſt nõ ſolùm ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi cauſa: Cingere eſt deglabrare.

Dēglŭbo, is, deglubi, deglubitum, ere, act. t. Corticem eximo, ſiliquam aut folliculum excutio. [קלף *pitstsél.* ἀποδέρω, ξυέω. Gall. *Eſcorcer, ou eſcoſſer, oſter la peau ou l'eſcorſe.* Ital. *Sglanare, ſcorticare.* Ger. Entſchellen/auß den hülſen klauben. Bel. Schellen/onboſſen. Hiſp. *Quitar el cuero ò holleja, deſcortezar.* Pol. *Wil'uskuie, oſkubuie.* Vng. *Meg nyuzom, hiabol és tokabol ky feytŏm.* Ang. *To pill or pell, to pull of the skinne or bark, as of a tree.*] Varro 1. de Re ruſtica, cap. 48: Quod eo folliculo deglubitur granum. ¶ Ponitur etiam

etiam pro excoriare. Vnde proverbiali ſententia dici ſolet: Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere, quaſi pellem detrahere.

Dēglūtĭnārĕ, act. p. Eſt diſſolvere quod glutinatũ erat. [ἀναγλάω. Gall. *Deſcoller, deſgluer, deſerdre d' enſemble.* Ital. *Diſſoluere, diſcollare.* Ger. Etwas zuſammen geklimbts von einander löſen. Hiſp. *Deſempegar, deſengrudar.* Pol. *Rozkleic.* Vng. *Fŏl olmaſztani, fŏl feyteni, fŏl ázlalni.* Ang. *To diſſolue that which was glued.*] Plin. lib. 25. cap. 13: Purgat enim ulcera oculorum, expletq; & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

Dēglūtĭo, is, ivi, itum, ire, ex De & Glutio. [עלע *lah* עלע *hilláh* בלע *baláh.* καταπίνω, βρόχιζω, ἀναγλάω. Gall. *Avaller gloutement, degloutir, engloutir.* Ital. *Inghiottire, traggugiare.* Ger. Verſchlinden. Hiſpan. *Mucho tragar.* Pol. *Pol'kam.* Vng. *El nyelŏm.* Ang. *To ſwallie and deuoure.*] Verbum medicis familiare.

Dēgo, is, n. t. ex de & ago, abjecto a, præteritum facit degi, ſine ſupino, Ago, vivo. [נהג *nahágh.* ἄγω. Gall. *Mener à fin, conduire, continuer.* Ital. *Condurre, menare.* Germ. Vollſtrecken/verſchleyſſen/bleiben/ꝛc. Belg. Volvueren leven. Hiſpan. *Guiar,* Polon. *Zĭie, mieſzkam.* Vng. *Lakom, élŏk.* Ang. *To paſſe through, to liue, to bring to an end.*] Et ferè habet poſt ſe accuſativum tempus denotantem: ut Degere vitam, ætatem, annum, diem, horam. Cicer. de Senect. Degere omne tempus ætatis ſine moleſtia. Idem 2. de Finibus: Degere omnem ætatem in tranquillitate. Virgil. 4. Aeneid. Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam Degere more feræ. Terentius: Nam hunc diem miſerè nimis cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere. Cicero pro Roſcio Amer. Inter feras ſatius eſt ætatem degere, quàm in hac tanta immanitate verſari. ¶ Ponitur interdũ etiam abſolutè ſine aliquo accuſativo. Lactant. lib. 5: Idcirco eũ voluit ſub aliena ditione atque imperio degere, ut ne rerum proſperitate corruptus, in luxuriam laberetur. ¶ Legitur & paſſivum Degitur, idque in tertiis tantùm perſonis. Cic. 1. de Natur. deor. Quæ vita deorum ſit, quæq; ab iis degatur ætas. Lactant. libr. 4: Quo rectiùs vita degatur, non eſt neceſſe omnes circuire. ¶ Accipitur item Degere pro Demere, detrahere. Plaut. in Aulul. Nunc ego iſtum ſoror laborem degã & diminuam: id eſt, demam. Idem in Epid. Degitur corium de tergo meo.

Dēgrāndĭnāt, pœnultima correpta, Imperſonale. [ἐπιχαλάζει. Gall. *Il greſle fort.* Ital. *Tempeſta fieramente.* German. Es hagiet. Hiſpanicè, *Granizа mucho.* Polonicè, *Grad pada.* Vngar. *Kŏ eſŏ eſik.* Ang. *It bayleth.*] Ovid. 4. Faſtor. Da veniam culpæ: nec, dum degrandinat, obſit.

Degraſſŏr, degraſſaris; degraſſatus ſum, degraſſari. [ἐγκαταπλήσσω, λεηλατέω. Gallicè, *Se ruer deſſus & piller, outrager.* Italicè, *Aſſallire alla ſtrada, oltraggiare.* Germanicè, Berauben/ vächten/ ſchädigen/ grewlich anfallen. Hiſpanicè, *Mucho ſaltear.* Polonicè, *Lupie, plundruie,* Vngar. *Széllel koborlok.* Anglicè, *To robbe or ſtea by the high wayes.*] Stat. 1. Achilleid. -ubi tanta injuria primos Degraſſata duces.

Dēgrăvo, as, are, act. p. Gravem, & ponderoſum reddo, gravo, deprimo. [כבד *chibbedh.* βαρύνω, καταβαρύνω. Gall. *Appeſantir, affaiſſer, charger.* Italicè, *Aggrauare, premere.* German. Beſchweren/ beleſtigen. Belg. Overladen. Hiſpan. *Apeſgar.* Polon. *Obcżiążam.* Vngar. *El nehezitŏm.* Angl. *To make heauie and of weight, to burden.*] Livius 4. ab Vrbe: Alios in aquam compulſos gurgites ferunt: etiam peritos nandi laſſitudo & vulnera & pavor degravant. Labore operis degravari, apud Colum. libr. 6. cap. 2: Paulatim degravatum ponderę ſuo præceps attrahetur, apud eundem lib. 1. cap. 5.

Dēgrĕdĭŏr, eris, penult. corr. degreſſus ſum, degredi. Deorſum gradior. [καταβαίνω. Gall. *Deſcendre, ſe deſtourner vers en bas.* Ital. *Deſcendere ò ſmontare.* German. Hingehen/ hinabgehen. Hiſp. *Deſcender abaxo.* Polon. *Odſtępuie.* Vngar. *Allá megyŏk.* Ang. *To go or paſſe downe.*] In ſpecum degreſſus ſacerdos hauſta fontis arcani aqua. Tacitus lib. 2.

Dēgrūmmārī, d. p. Ad grummæ menſurã dirigere. [ἀπευθύνειν κατάμετρον. Pol. *Wiprawiczam wieden czel.* Vngar. *Czernára vetni, megigyeneſiteni.*] Eſt autem Grumma, teſte Nonio, mẽſura quędam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur. Lucilius: Viamque degrummari vis, ut caſtris menſor fecit olim.

Dēgŭlo, as, penultima correpta, Gula abſumo, abligurio. [לע *lah* עלע *hillah* בלע *balah.* καταλαμφάω, καταλιχνεύω.] Gall. *Engloutir.* Ital. *Inghiottire.* German. Verſchlemmen/ verpraſſen/ durch die Weinſtraß jagen. Hiſpan. *Tragar ò engloſinar.* Pol. *Przez garl'o przepuſzczam, márnie trawie.* Vn. *Meg iſzom, fŏl lakom, el tékozlom.* Ang. *To deuoure, to waſt.*] Plaut. Poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus.

Dēgŭlātŏr, guloſus. [ἄπληστος. Polon. *Zarl'ok.* Vng. *Tobzódó.*] Apulcius in Apologia: Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator ſtudioſè in ventrem condidit.

Dēgumĭārĕ, Antiquum planè verbum, idem ſignificans quod devorare, aut deguſtare. [Vng. *El nyelni, meg kóſtolni.*] Legitur autem malè apud Feſtum degunere, ut rectè advertit Scaliger in Varronem. Deducitur enim à Gumia, de qua voce infrà ſuo loco.

Dēgŭſto, act. p. Guſto, delibo, leviter attingo. [טעם *tahám.* γεύομαι, ἀπογεύομαι. Gall. *Gouſter de quelque choſe, en taſter.* Ital. *Guſtare, aſſaggiare.* German. Verſuchen. Hiſpan. *Guſtar.* Pol. *Koſztuie.* Vng. *Meg kóſtolom.* Ang. *To taſt, to touche ſoftlie with the lippes.*] Plinius libr 18. cap. 2: At ne deguſtabant quidem novas fruges aut vina. Cato capite 148: Vinum boni viri arbitratu deguſtato. Deguſtare pabulum, Varro 2. de Re ruſtica, capite 5. Quintilianus libr. 4. capite 1: Deguſtanda tamen hæc proœmio, non conſummanda: id eſt, breviter indicanda. Cicero 5. Tuſculanar. Viſne igitur, *inquit*, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meam? Huc etiam referendum eſt illud Lucretii libro primo: Ignes deguſtant tigna celeri flamma: hoc eſt, leviter attingunt. ¶ Ponitur aliquando pro explorare. Cicero libro 4. Epiſtol. ad Attic. Velim Fabium, ſiquem habes aditum odorere & iſtum convivam deguſtes.

Dēgŭſtātĭo, [ἀπόγευσις. Pol. *Koſztowanie.* Vngar. *Meg kóſtolás.*] Vlpianus D. lib. 18. Tit. 6. l. 1: Periculum vini uſque ad deguſtationem ſuſtinere.

Dēhaurĭo, is, ire, Idem quod ſimplex Haurio. [שאב *ſihadh.* αὐτλέω. Gall. *Eſpuiſer.* Ital. *Cauar fora.* German. Erſchöpffen. Hiſp. *Sacar fuera lo liquido.* Pol. *Czerpam.* Vng. *Meritŏk, ki meritŏm.* Ang. *To draw water or thinges liquide.*] Cato cap. 66: Quum oleum ſuſtuleris cortina, amurcam dehaurito.

Dēhīnc, Poſthac, abhinc. [עתה *hattáh.* νῦν δὲ, ἀπὸ τοῦ νῦν. Gall. *Deſormais, doreſenauant, par ci apres, ci apres, d' icy en auant.* Ital. *Dipoi, per lo innanzi.* Ger. Furhin/ dannethin/ demnach. Belg. Hiernaeh. Hiſp. *Deude ò deſpues.* Pol. *Potim.* Vng. *Ez után, ettŏl fogua.* Ang. *Frome henceforth.*] Terentius Andria: Dehinc ut quieſcant porrò moneo. ¶ Item ſignificat deinde, ut ſit adverbium ordinis. ἔπειτα. Saluſtius: In primis arduum videtur res geſtas ſcribere: primùm quòd facta dictis exæquanda ſint: dehinc quia plerique delicta quæ tu reprehenderis, malevolentia atque invidia putant eſſe dicta.

Dēhīſcĕrĕ, n. t. Aperiri, findi, rimas agere. [χαίρειν. Gall. *Baailler, s' eſpanir, s' ouurir.* Ital. *Aprire forte, ſpalancare.* German. Auffgyuen/ ſich auffthun/ zerſpalten. Hiſp. *Henderſe, ò abrir.* Polon. *Ziewam/ rozwieram ſie.* Vng. *Meg haſadni.* Ang. *To gape.*] Plinius lib. 8: Acus, ſive belone, unus piſcium dehiſcente propter multitudinem utero, parit: hoc eſt, ſe aperiente.

Dēhŏnēſtŭs, a, um, Non honeſtum. [ἀσχήμων. Vngar. *Tiztefségtelen.*] Gell. lib. 19. cap. 10: Dehoneſtum, deculpatumque verbum.

Dēhŏnēſto, as, cui opponitur Honeſto. [כבד *nibbĕl* חסה *chittá.* ἀτιμάζω. Gall. *Villener, honnir; enlaidir.* Ital. *Dishonneſtare, dishonorare.* Ger. Vnehr anthun/ entehren. Belg. Onteeren. Hiſp. *Denoſtar ò deshonrar a otro.* An. *Lże vimuie poczĭwoszczi.* Vng. *Meg ſzégyenitŏm, gyalázom, meg rutitom.* Ang. *To make vnhoneſt, to ſoyle.*]

Dēhŏnēſtāmēntŭm, n. ſ. Dicitur id quod gratiam & honeſtatẽ alicui rei adimit. [ערוה *herváh.* αἰσχύνη. Gall. *Enlaidiſſement, deshonneur.* Ital. *Dishoneſtà guaſtamento.* Germ. Vnehr/ ſchmach. Hiſ. *El denueſto.* Pol. *Zelżenie, oſramocenie.* Vn. *Szómerŏm, ſzégyŏn, éktelenſeg.* Ang. *A ſoyling or dishoneſtie.*] Vnde vultus dehoneſtamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans: aut oculi effoſſio. Gell. libro 2: Quo dehoneſtamento corpori, maximè lætabatur. Pro contumelia uſus eſt Tacit. lib. 12: Atque ille non propinquum, neque Arſacis de gente, ſed alienigenam & Romanum increpans, auribus deciſis vivere jubet, oſtentui clementiæ ſuæ, & in nos dehoneſtamento.

Dēhortŏr, aris, diſſuadeo, deterreo, avoco. [μετανάγω. Gall. *Deſenhorter, deſconſeiller, deſtourner.* Ital. *Sconfortare.* Germanicè, Abmahnen/ mißrhaten. Hiſpan. *Diſſuadir alguna coſa con razones.* Polonicè, *Odradzam, odwodze.* Vngar. *Valamitŏl el in tŏm, meg intŏm vola, el tanátſolom.* Angl. *To call bak, to giue a contrare counſayle, to diſſuade.*] Terent. Phorm. At hic dehortatus eſt me ne illam illi darem. Cicer. in Piſon. Res ipſa, & Reipublicæ tempus, aut meipſum, quod nolim, aut alium quempiam aut invitabit, aut dehortabitur.

Dēhortātĭo, f. t. [ἀποτροπή. Polon. *Odradzanie.* Vng. *Valamitŏl valo el intés, el tanátſlás.*] Diomedes Gram. lib. 2: παράδειγμα eſt enarratio exempli, vel rei præteritæ relatio: ſignificans adhortationem dehortationémve.

Dējĕrō, penultima correpta, n. t. Sanctè juro, jurejurando affirmo. [שבע *aláh.* ὀμνύω, διόμνυμι. Gallicè, *Iurer fort & ferme, faire grand ſerment.* Italicè, *Giurare ſantamente.* Germanicè, Thewr vnnd hoch ſchweren. Hiſpanicè, *Mucho y ſanctamente jurar.* Polon. *Przyſzięgam.* Vngar. *Eskŭſzŏm.* Ang. *To ſweare with a great othe.*] Gell. lib. 1: Nam quũ amicus eum rogaret ut pro re cauſaq; ejus falſum dejeraret, his ad eum verbis uſus eſt. Terent. in Evnuch. Illum liquet mihi dejerare, his menſibus Sex, vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis. Idem in Hecyr. Phidippe, Bacchis dejerat perſanctè, &c.

Dējūro, as, are, Dejero. [ἐπομόω, διόμνυμι. Vngar. Erős eskűésséel eskwźm.] Plautus in Castor. -per deos omnes, & deas dejuravit. Idem in Rudente: Dejura te mihi argentum daturum.

Diacapregias, ex stercore caprino medicamen.

Diacalanthos, compositionem & usum lege apud Gal. lib. 5. de Valetudine tuenda.

Diacheron, Spina est, magnitudine arboris modicę, flore rosæ, cujus radix unguẽtis expetitur: qui alio nomine aspalatus appellatur. Plin. lib. 24. cap. 13: Est spina sylvestris frutex humilior atq; spinosus in Nyso & Rhodiorũ insulis, quem alii erysisceptrum, alii adipsatheon, sive dipsacon, sive diacheron vocant Quo ramen in loco eruditi malunt legere diaxilon, quæ nomenclatura etiam à Dioscoride huic frutici tribuitur.

Dĭăcōdĭŏn, n. s. [*διακώδιον.* Ger. Ein salb auß Magsamẽ gmacht.] Medicamentũ quod ex capitibus papaveris fit Plin. l. 20. c. 18.

Dĭăcŏnŭs, m. s. [מְשָׁרֵת *mescharéth* *διάκονος*. Gal. *Diacre.* Ital. *Ministro.* Ger. Ein diener / oder helffer. Hisp. *Diacono, el que ministra à otros.* Pol. *Dźiak*, item *katechista.* Vngar. *Egyházi szolga káplan.* Ang. *A deacon.*] Est minister, à *διακονέω* ministro: quo cognomine Mercurius appellatus fuit, quê communẽ esse voluerũt, deorum tum superorum, tum inferorum ministrum.

Diacostum, à costo radice dicta confectio, apud Nicol. in Antidotario.

Dĭăcōpi, [*παρὰ τὸ διακόπτειν.* Polon. Row. Vngar. *Folyamat árkolása*] Incisa, sive incilia: id est, aditus in aggeribus Nili patefacti per quos in arvum fluere aqua possit. Vlp. l. pen. de extraord. crimin. Commata etiam & Diacopi qui in aggeribus fiunt. Hotoman.

Diacrommium, [*διακρέμμιον.* Vngar. *Hagymabol tsinált ossag.*] Medicamentum ex cæpis. Nam Græci *τὸ κρόμμιον* cæpum vocant. Apud Gal. in Comment. in lib. Hæresewn legitur Diacrassimos, sed mendosè.

Dĭăctŏr, m. t. [*διάκτωρ διάκτορος*. Pol. *Goniec, wprzod posłaniec.* Vng. *Követ.*] quasi internuntius, quod nomẽ datum est Mercurio, quem deorum internuntium Poëtæ finxerunt.

Dĭădēmă penult. pro d. n. t. Apex, insigne regis { צָנִיף *tsaníph* מִצְנֶפֶת *mitsnépheth* עֲטָרָה *hatarah* כֶּתֶר *chether*. *διάδημα*. Gal. *Vn diademé, qui estoit vn certain tocquement ou garniture de chef de Roy ou Royne fait de pourpre par entre lassemens.* Italicè, *Diadema.* Germanicè, Ein hauptzierd der Königen / war vor zeiten ein binden auß purpur. Hispanicè, *Corona real.* Polon. *Krolewskieÿ głowy nakrycie, iaka u starich bywała binda z purpury nostru korona.* Vngaricè, *Korona.* Anglicè, *A diademe a crowne of a prince.*] Gestamen capitis, regum insigne. *διὰ τὸ διαδεῖν*: hoc est, à circunligando. Erat enim fascia quædam, qua caput circunligabatur. Cicero 2. Phil. Diadema ostendis, gemirus toto foro. Plinius lib. 11. cap. 16: Regibus apum in fronte macula quondam diademate candicans.

Dĭădēmātŭs, Diademate ornatus: [*διαδεδεμένος*, *ὁ τὸ διάδημα κοσμούμενος*. Gallicè, *Qui a le diademe sur la teste.* Ital. *Chi ha in capo lo diadema.* Germ. Der ein solche hauptzierd tregt / getrönt. Hispan.

Hiſpan. *El que tiene tal corona ſobre la cabeça.* Polon. *Koronowany.* Vng. *Koronás, koronázot.* Ang. *That weareth a crowne on his head.*] ut diadematus Apollo. Plin. lib. 34 cap. 8.

Diădŏchŏs, Διάδοχος, Gemma beryllo ſimilis. Plin. lib. 37. ca. 10: Apud Athenienſes autem Diadochi dicebantur, οἱ πεντακόσιοι hoc eſt, quingenti viri, quorum conſilio de rebus publicis privatisq; ſtatuebatur: ita dicti quaſi ſucceſſores, ad differentiã Areopagitarũ, quorũ perpetuus erat magiſtratus. Διαδέχομαι enim inter cæteras ſignificat ſuccedo, & vices alterius excipio.

Diatragantum, à Dragacantho confectio pectoralis, apud Nicol.

Dĭærĕsĭs, is, f. t. διαίρεσις, Apud Grammaticos figura eſt, qua una ſyllaba in duas dividitur: ut apud Horat. Nunc mare, nunc ſyluæ: ubi dictio diſſyllaba ſyluę, dividitur in tres ſyllabas. Sic Aulai, Pictai, pro aulæ, pictæ. Nomen autem habet diæreſis ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, quod eſt dividere: unde & Latinè diviſionem vocare poſſumus.

Dĭætă, Locus in quo cibus ſumi ſolebat, cœnaculum, cœnatio. [διαιτα, ἀγωγή. Gal. *Lieu pour boire & manger.* Ital. *Stanza in alto da mangiarui.* Germ. Ein Saal in dem man iſſet/ ein Lauben oder Sommerhauß. Hiſp. *Parte de la caſa que ſe mora parua beuer y comer.* Polon. *Sala.* Vngar. *Ebédlő hely.* Ang. *A diet or place for eating or drinking.*] Plin. in Epiſt. Ex triclinio in diætam ſive cœnatiunculam tranſitus. Idem. Hîc turris erigitur, ſub qua diætæ duæ, totidemque in ipſa: præterea cœnatio, quæ lætiſſimum mare, longiſſimum litus, amœniſſimas villas proſpicit: Dicta diæta ἀπὸ τοῦ διαίτων: hoc eſt, à conviviis quæ in ea peragebantur. Quanquam Varro Latinam vocem eſſe exiſtimat, ita dictam quòd in ea per diem ederet. Lampridius in Heliogabalo, zetã appellat, ἀπὸ τοῦ ζῆν, quòd in ea hilarius viveretur. Plin. Iun. etiã zeraculam. ¶ Sumitur item diæta pro victus ratione, & præſcripta vivendi formula. [διαιτα. Gall. *Diete, regime de viure.* Ital. *Gouerno di viuer regalatamente.* German. Ein gewiſſe ordnung ſo einer in eſſen vnd trincken tegtich hattet. Hiſpan. *Dieta, regla de bien biuir.* Polon. *Pewne ſtanowienie, ktore wpiciwij wiadlie zachowuie.* Vngar. *Az ételbe bizonyos, ſzabot régula zyeta.* Ang. *Diete.*] Vnde διαιτᾶσθαι verbum Græcum, quod eſt certa victus ratione utor. Et diatetice, διαιτητικὴ, medicinæ pars, quæ victus ratione medetur. Apud Græcos ſumitur pro loco quo arbitri ad judicandum conveniunt: unde & διαιτέω, judico ut arbiter. ¶ Alia vita, alia diæta, ἄλλος βίος, ἄλλη διαιτα. In eos quadrabit qui commutata in melius fortuna pariter & vitæ rationem moresque commutant. Tranſlatum ab iis qui lautiùs incipiunt vivere, ubi res lautior obtigit.

Dĭætārĭī, Servi in diæta ſervientes. [διαιτητικοί. Gall. *Seruiteurs de chambre ou qui seruent la viande sur table.* Ital. *Seruitori nel cenacolo.* German. Tiſchdiener. Hiſpan. *Seruidores que ſieruen à la meſa.* Pol. *Sługi ſtoł owy.* Vng. *Aſztal hoz ſzolgálok.* Ang. *Which serueth in the diet place.*] Horum meminit Vlpian. de fund. inſtr. ¶ Diætarii fures à Iureconſultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia ſe dirigebant, quos Vlpianus ſcribit plus quàm fures eſſe puniendos. Itaq; aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fuſtibus cædendos. Titul. de injuriis & famoſis libel. l. Sacculatii.

Dĭætētæ, [פלילים *pelilim.* διαιτηταί. Gall. *Arbitres, inges arbitres.* Ital. *Arbitri.* Germ. Scheidtleut. Hiſpanicè, *Iuezes arbitrarios.* Polon. *Rozieymcy.* Vngar. *Kőzbirák, fogbas.* Ang. *Arbitrers iudges.*] Latinè appellantur arbitri, ἀπὸ τοῦ διαιτᾶν, quod eſt arbitri officio fungi.

Dĭætētĭcă, [διαιτητική. Gall. *Celle partie de medicine qui guarit par diete & regime de viure.* Ital. *Medecina che ſana è al go verno della vita.* Germ. Ein ordnung vnnd regiment ſo man in Eſſen vnnd Trincken braucht/ zu erhaltung der geſundtheit. Hiſp. *Medecina de dieta.* Pol. *Pewna miara wiadlie y wpiciu.* Vng. *Azetelbe regula zabas, diétával gyogitó oruoßág.* Angl. *A parte of medicine that healeth by diete.*] medicina dicitur quæ victu medetur, teſte Celſo libro 1. in Procœmio, nempe quæ ex moderata victus ratione ſanitatem tuetur: vulgus, *regimen* vocat.

Diagalanga, ex galanga confectio.

Dĭăglāŭcĭŏn, Genus collyrii, ex glaucio herba temperatum. Plin. lib. 27. cap. 10.

Dĭăgōnĭŏs. Διαγώνιος, Lineæ genus eſt quam Latini nonnulli angularem vocaverunt, quòd ab uno angulo ad alterum perducatur. Vitruv. libr. 6. cap. 3: Tertium, *inquit*, uti latitudo in quadrato paribus lateribus deſcribatur, inque eo quadrato diagonii linea ducatur, & quantum ſpatii habebit ea linea diagonii, tanta longitudo atrio detur.

Dĭăgrāmmă, atis, n. t. [διάγραμμα. Pol. *Napis.* Vng. *Kónyw tituluſſa.*] Græcis *inſcriptionem* vel *titulum libri* ſignificat. Item decretum, formulam, vel edictum in ſcripturam redactum. Item Geometricam figuram, ſive ea triangularis fuerit, ſive quadrangularis, aut alterius formæ, cujuſmodi apud Euclidẽ demonſtrãdi cauſa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodã in loco à Plutarcho appellantur, quę vulgò *Prognoſtica* vocantur. ¶ Eſt etiam diagramma perſcriptio & breviarium quoddam in publicis collationibus fieri ſolitum, ut ex cenſu tributa conferantur. Cic. in Verrem, Scripturam vocat. ¶ In muſica item diagramma vocatur menſurarum proportio notis quibuſdam deſcripta. Vitruv. libr. 6. cap. 1: Vti in diagrammate muſico, medianę vocis habent ſonitum, &c. Reliqua vide in Budæi Commentariis. Nam ad Latinum dictionarium parum conducunt.

Dĭăgrăphĭcē, hujus diagraphices, pen. corr. Διαγραφική. Plin. libr. 35. cap. 10: Et hujus autoritate effectum eſt, Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicem: hoc eſt, picturam in buxo docerentur, reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium. Διαγραφή, Deſcriptio, antiquatio & peremptio rei cœptæ vel jam peractæ.

Dĭairĭs, ab iri confectio, apud Nicol. ſcripta. [Ger. *Confect von blawen Bulgen.*]

Dialacca, ab Lacca ſic dicta, apud Nicol. in Antid.

Dĭălēctĭcă, f. p. Διαλεκτική, Ars diſſerendi, cujus finis eſt verũ à falſo diſcernere. ita dicta ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι: hoc eſt, à diſputando. Cicer. in Topic. Iudicandi enim vias diligenter perſecuti ſunt ea ſcientia quam dialecticen appellant. Idem 4. Academ. Dialectica veri & falſi quaſi diſceptatrix & judex. De hac arte lege Ciceronem ad Brutum. ¶ Dialectica, Diog. Laërt. in vita Platonis: Dialectica (*inquit*) eſt diſputandi ars, per quam aliquid aut probamus, aut improbamus, ex interrogatione itidem & reſponſione diſſerentium.

Dĭălēctĭcă, orum, plur. num. gen. neut. Cic. Attic. libr. 14: Accubans apud Veſtorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum.

Dĭălēctĭcē, adverb. Διαλεκτικῶς, Cic. 1. Acad. Multa admixta ex intima philoſophia, multa dicta dialecticè, &c. Quintil. libr. 1. cap. 10: Orator etiamſi rarò, non tamen nunquam probabit dialecticé.

Dĭălēctĭcŭs, tici, m. ſ. ſubſtant. Διαλεκτικός, Qui tractat dialecticam. Cic. in Orat. Diſputandi ratio, & loquendi, dialecticorũ ſit: oratorum autem, dicendi & orandi. Idem 4. Acad. Quid ſit verum, aut falſum, dialecticus judicabit.

Dĭălēctĭcŭs, a, um, adject. Quod pertinet ad dialecticum: ut, Dialecticæ captiones, apud Cicer. 2. de Finib. Diſputationes dialecticæ. Quint. lib. 5. cap. 14.

Dĭălēctŏs, Διάλεκτος, Linguæ alicujus proprietas, quod ſcilicet unaquæque lingua peculiare habet, & à cæteris diſtinctũ. Vnde quinque dicimus eſſe Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & Communem.

Dialexis, is, f. t. Διάλεξις. Latinè diſputatio,

Dĭălĕŭcŏn, n. ſ. [Διάδυνον. Polon. *Szafran bial'awi.* Vngar. *Sáfrány.*] Croci ſativi genus, in medio candidum: unde & nomen accepit. Plin. lib. 21. cap. 6: Eſt & per ſe genus ſativi, blandiſſimum, vulgò, quum ſit medio candidum, *dialeucon* vocant.

Dĭăllăgē, f. t. Διαλλαγή, à noſtris transfertur *Conciliatio.* Figura eſt quum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quintil. lib. 9.

Dialoes, medicamenti confectionem lege apud Galen. de Tuenda valetud. lib. 3.

Dĭălŏgŭs, gi, m. ſ. [Διάλογος. Gall. *Dialogue, diſpute entre quelques vns, deuis entre perſonnes, oraiſon par perſonnages.* Ital. *Dialogo, libro ò opera doue due ò piu perſone parlano inſieme diſputando ò altrimente.* Ger. Ein Geſprech. Hiſp. *Libro, ò tractado, endonde ſe introduzen algunas perſonas que diſputan, ò hablen juntamente.* Pol. *Rozmowa, dialog miedzi dwiema albo trzema.* Vngar. *Egy néhány zómély kőzt valo beszélgetés, vetekedés, (auagy) beszédlés.* Ang. *A dialogue, a comunication and talking betwene many or diuerſe perſonnes.*] Sermocinatio ſive diſputatio, duorum vel plurium interrogationem mutuamque reſponſionem continens, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod eſt diſputare, ſive ſermocinari. Quintil. definit eſſe ſermonem ex interrogatione reſponſioneq; compoſitum, de ea re quæ vel Philoſophiam, vel Reipub. partes attingat, diſceptans, cum appoſita verborũ perſonarumq; expreſſione. Cic. de Claris Orat. Quum diſputatio eſt inter eos, ut eſt conſuetudo dialogorum. ¶ Diog. Laërt. in vita Platon. defin. Dialog. Eſt autem Dialogus (*inquit*) ex interrogatione & reſponſione compoſitus, de ea re, qua vel philoſophiam vel Reip. partes attingat cum decenti & congrua expreſſione perſonarum quæ aſſumuntur, accurataq; compoſitione verborum.

Dĭălŏgĭſmŭs, m. ſ. Διαλογισμός, à Rufiniano refertur inter ſchemata διανοίας, quum ſcilicet quis ſecum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquẽs, interrogat & reſpondet. Exemplum inſigne eſt illud in Evnuch. Terent. Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem Quum accerſor ultrò? an potiùs ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Excluſit, revocat, redeam? non, ſi me obſecret.

Dĭălĕŭrĕnſēs, Pelagiæ ex purpuratum genere ſunt, quę vario ſoli genere paſcuntur. Autor Plin. lib. 9 cap. 37

Dĭălŷtŏn, Διάλυτον, Figura eſt quæ alio nomine aſyndeton, ſive

siue asyntheton appellatur, qua plures dictiones, orationésve sine copula junguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud Virg. lib. 4. Aeneid. -ite Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

Diamanna, ex manna confectio apud Nicol.

Diamargariton, ex margaritis confectio cordalis apud Nicol.

Dĭămĕtĕr, pen. corr. m. s. [Διάμετρος. Gall. *Vn diametre, vne ligne passante tout à trauers vne figure de bord en bord.* Ital. *Linea che diuide giustamente vna figura.* Ger. Ein schnur schlechte linien so die figurē in zwey gleiche theil durchschneidet. Hisp. *Linea para partir ygalmente vna figura, diametro.* Pol. *Linia ktora rowno przecżina circul'y* [illegible]. Vn. *Haſon két fele vdaſzo linea (anagy) altaloſzto.* Ang. *A line going ouerchortwaral thar frome bordour to bordour, or margent to margent.*] Est recta linea, figuram qua longissimè patet ex æquo secans: veluti diameter orbis est linea, quæ sic à summo ad imum tendit ad circulum, ut per centrum eat, definitore Macrobio in Somn. Scipion. lib. 2. Sic in quadrangula diameter vocatur linea à superiori lateris dextri angulo ad inferiorem lateris sinistri perducta: hoc dissentit ab Euclidis definitione. Latini demetientem vocant: nam Græcis Διάμετρος παρὰ τὸ Διαμετρᾶν: id est, à dimetiendo dicitur. Colum. lib. 6: Est area rotunda, cujus diametros habeat pedes septuaginta. ¶ Vnde proverbialiter olim dicebatur ex diametro opposita: &, Diametro distare, ἐκ Διαμέτρου, de vehementer inter se pugnantibus. Lucianus in Tyranno.

Diamottes, mandragora, apud Dioscor. lib. 4. cap. 59.

Diamoron, à moris Celso dictum electuarium, & describitur à Nicolao in Antid.

Dĭănœă, f. p. Mens, intellectus. [דעת *dáhath*. Διάνοια. Gall. *Entendement.* Ital. *Mente, intelletto.* Ger. Die vernunfft oder verstand. Hisp. *Entendimiento.* Pol. *Rozum, dowcżip.* Vng. *Esz, elme, okosság.* Ang. *The vnder standing.*] Vnde Figuras dianœas vocant Rhetores quæ sensum magis, quàm verba spectant. Quintil. lib. 1: Figuras quæ lex eos, quæq; dianœas vocantur.

Diaolibanum, ex opiatis (ut vocant) electuarium, ac Olibano sic inscriptum à Nicolao compositorum consarcinatore.

Dĭăpāsĭmă, atis, n. t. Διάπασμα. Ger. Ein gemengt pulver von gutem geschmack vnd trockner Natur / das man auff den Leib streicht / den schweiß zu vertreiben.] Inspergimen siccis odoribus constans, ut scribit Plin. lib. 13. cap. 2. cujus præcipuus usus est in coërcendis sudoribus, ut inarescant corpora à balneo: quanquam nō ob hoc solùm, verùm etiam ad fovendam, vel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem soleat adhiberi. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem lib. 1. cap. 21. Dicitur autem διὰ τῦ Διαπάσσω, inspergo. Mart. lib. 1: Quid quod olet gravius mistum diapasmate virus?

Dĭăpāsōn, Διὰ πασῶν, Musicæ mensuræ genus, cōstans ex diapente & diatessaron: hoc est, ex quinq; tonis & duobus semitoniis minoribus. Qua de re vide Commentarium Macrobii in Somn. Scipionis.

Diapenidion, à penidiis dictum, pectorale est medicamentū.

Dĭăpēntĕ, Διὰ πέντε, Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis, & hemitonio minore. Vide Macrob. in Somn. Scipionis.

Dĭăphănum, pen. corr. n. s. [Διαφανές. Vng. *Tiszta kŏlŏ, világosság.*] Latinè dicitur transparens, sicut & crystallum, ἀπὸ τῦ Διαφαίνω, quod sit translucens.] Ger. Durchsichtig.]

Dĭăphonĭă f. s. [Διαφωνία. Vng. *Kŭlömb bŏzés.*] Dissensio, discordia: Διαφωνέω, discordo, dissono.

Dĭăphŏrĕă, pen. corr. [דקדוק *machalóketh*. Διαφορά. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* Ger. Vnderscheid. Hisp. *Differencia.* Pol. *Rożnosć.* Vng. *Kŭlömbŏzés.* Ang. *Difference.*] Latinè differētia, ἀπὸ τῦ Διαφέρω, quod est differre.

Dĭăphŏrĕtĭcă medicamenta, Διαφορητικὰ φάρμακα. A Latinis vocātur discussoria, quæ scilicet collectiones incipientes nō ad pus, aut ad saniē perducunt, (quod Græci vocant πυοποιεῖν) sed sine suppuratione aliqua disjiciunt, & dissolvunt. Id enim medici Διαφορεῖν appellant.

Dĭăphrāgmă, atis, n. t. [Διάφραγμα. Germ. Ein vnderschlacht: *Item*, ein fäl im Leib oder netze von einer seiten zu der andern zwischen dē oberen eyngeweiden / Hertz vnd Lungen / vnd zwischen den Nieren. Pol. *Bl'anka ktora ferce ij pl'uca dzeli od watrob ij ij śliedzonij.* Vn. *Agyék hártya.* Ang. *The midriffe that deuideth the hart and lightes frome the other bowels.*] Quanvis ex vi vocabuli omne illud significet quod in re aliqua medium est, (unde & cartilaginē illam quæ nares dirimit, Græci Διάφραγμα appellent) peculiariter tamen medici hac voce utuntur pro musculo quodam rotundo qui spiritalia viscera à naturalibus: hoc est, cor, & pulmones à jecore & liene, velut paries quidam interjectus, interscpit & dirimit. Hujus autē musculi summum caput in costarum extremis statuitur, ubi multæ carnis est particeps: desinit autem in medium, quod membranosum est, & tendoni finitimum. Ab anteriori parte malo punico annectitur, circunductumq; per notharum costarū extrema, retrò ad duodecimam spinæ vertebram adhæresc it. Tunicas habet duas, superiorē à membrana costas succingente, inferiorem verò à peritonæo. Vsus ejus est triplex: nam & primùm est respirationis instrumentū: deinde non leve ad alvi exonerationem affert momentum: postremò vitalia (uti jam diximus) à naturalibus separat: unde etiam nomen accepit: Διάφραγμα enim aliud nihil est quàm interscpire. Qua ratione etiam à Latinis septum transversum appellatur. Corn. lib. 4: At sub corde atq; pulmone transversum ex valida membrana septum est. Idem in Procœ. libri 1: Simulatq; verò ferrum ad præcordia accessit, & discissum transversum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (Διάφραγμα Græci vocant) hominem protinus animam amittere.

Diaponi, orum, m. s. dict. Cretensium canum aliqui, quasi qui semper in certamine congrederentur fortes.

Dĭăpŏrēsĭs, penultima producta, Dubitatio. [Διαπόρησις. Gall. *Doutance, doute.* Ital. *Dubitanza.* Ger. Zweiffung. Hisp. *Duda.* Pol. *Watpienie.* Vng. *Ketélkedés.* Ang. *A doubting.*] Figura oratoria, quæ fit quoties omnia & magna videntur, & paria, ita ut orator nesciat à quibus potissimùm dicere incipiat. Terent. in Evnuch. Quid cōmemorem primùm, aut laudem maximé? Illum qui dedit mihi consilium ut facerē, an me qui ausus sim Incipere? an fortunā collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Dĭăprāsĭum, ex prassio herba medicamentum: cujus descriptionem vide apud Nicol in Antid.

Dĭăpsălmă, atis, n. t. [סלה *sélah*. Διάψαλμα.] Commutatio rhythmi, aut vicissitudo canendi, ut quidam volunt. Alii pausationem spiritus interpretantur: alii alterius sensus exordiū: alii rhythmi distinctionem: alii verò cujusdam musicæ varietatis silentium. Autor Hieron. in Epist. ad Marcellum.

Dĭărĭum, arii, n. s. à die fit, & significat victum quotidianum: id est, quod in unius diei cibum datur. [דבר יום ביומו *debar jom bejomó.* ἐφημέρισμα. Gal. *Pitance d'vn iour, ou ce qu'on despend en vn iour.* Ital. *Il viuer d'ogni giorno.* Ger. Ein tägliche speiß / was man in einem tag isset oder verthut. Hisp. *La dietta comida de vn dia.* Pol. *Pokarm ktori na dzien trawimii albo widaiemii.* Vng. *Mindennapi abrak.* Ang. *The allowance of one day.*] Mart. lib. 11: Sed lupus usuram, puerig; diaria poscunt. Horat. 1. Epist. Cum servis urbana diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana perscribuntur. [Græci ἐφημερίδα appellant. Gall. *Papier iournal.* Ital. *Giornale.* Ger. Ein büchlin in welches man eines jeden tags Geschicht verzeichnet. Hisp. *Historia que procede dia en dia.* Pol. *Kśięga, ktora do ktorey sprawi nasze co dzien wypisuiemy.* Vng. *Egyes konyvetske, kbe mindennap, dolgot fölirnak.* Ang. *A reckening booke.*] Iuvenal. diurna, plurali tātùm numero. ¶ Legitur & Diarius, a, um, ἐφήμερος: ut, Diaria febris: hoc est, febris unius diei: quanvis nō rarò in quartū usq; diem producatur.

Dĭārrhœă, [Διάῤῥοια. Ger. Der durchlauff des Bauchs. Pol. *Biegunka.* Vng. *Has ménes.*] Alvi purgatio, ventris fluxio. Cic. Gallo: In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, ut hodie primùm videatur cœpisse consistere.

Dĭārrhўtŏn, [Διάῤῥυτον. Vng. *Nedues vizes.*] Græcis significat aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, *Hipponem dilutum* vocaverunt. Autor Plin. lib. 5, cap. 4.

Dĭăsătўrĭŏn, Διὰ σατύριον. Compositio quædam medicorum ad excitandam Venerem: ita dicta quòd satyrion herbam recipiat, excitando Veneris appetitui in primis efficacem.

Dĭāstēmă, atis, n. t. Græca dictio, spatium, intervallum, sive intercapedinem significans. [מרוח *rúach*. Διάστημα. Gall. *Interualle, espace.* Ital. *Interuallo.* Ger. Vnderscheidende weyte. Hisp. *Espacio.* Pol. *Szerokosć y rożnosć a rożdzielna, taka iest miedzy liniami.* Vng. *Köz.* Ang. *Space, or distance.*] Vtitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est, quòd penultimam syllabam corripuerit, quæ apud Græcos per η longam vocalem scribitur, Sic, *inquit*, placidam Paphien servare diastema quintum.

Dĭāstŏlæ, dicuntur rationum correctores, seu distinctores, vel quod magis erit, gratiæ divisores: Διαστέλλω enim est divido ac distinguo.

Dĭāstŏlē, f. t. Διαστολή, Figura est dictionis qua brevis syllaba contra naturam producitur: ut, Italiam fato profugus: ubi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura brevis est, extenditur. ¶ Diastole itē apud medicos vocatur dilatatio thoracis, quæ fit quum spiritum attrahimus, quemadmodum & systole ab iisdem vocatur illa cordis, thoracisq; contractio quæ fit inter expirandum.

Dĭăsўrmŏs, Διασυρμὸς, Figura est qua una dictio ad duo diversa significata distrahitur. Virg. 9. Aeglo. -argutos interstrepere anser olores: id est, malus Poëta inter bonos. Fit à verbo Græco Διασύρω, quod inter cætera significat distraho.

Dĭătĕssărŏn, Διὰ τεσσάρων, autore Macrobio, Musicæ mensura est constans duobus tonis & semitonio minore.

Diăthēcă, cæ, f. p. [דברים אחרנים *debarim acharonim.* Διαθήκη. Gall. *Testament.* Ital. & Hisp. *Testamento.* Ger. Ein Testament. Pol. *Testament.* Vng. *Testamentom.* Ang. *A testament.*] & Diatheca, orum, pro testamẽto ponitur, & pro hæreditate quę testamento obvenit. Quum autem testamentũ significat, pluraliter plerunq; effertur. Mart. lib. 11: O quantum diatheca valent, & quinq; comati, Tũc quũ pauper erat, nõ sitiebat Aper.

Diătrētŭs, Tornatilis, Διάτρητος, ut Diatretus calix, *διατρέω* enim aut perforo significat, aut torno conficio. [Pol. *Toczoni, krecony.* Vng. *Eſztergárba faragot.*] Vlpian. l. Si Servus, ad legem Aquil. Si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni injuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone & Salustio ferè torevmata vocantur. Hinc Diatretarius cælator, qui tornata opera facit, in l. 1. C. de excus. artific. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 7.

Diăthĕsĭs, pen. corr. Διάθεσις, Affectus: & unum ex accidentibus verbi, quod Latini Genus vocant.

Diatreon, pipereon, medicamentum, quod ex tribus piperibus conficitur. Compositionem docet Galenus de valetudine tuenda, lib. 4.

Diaturei, Græcè Διατρεῖοι, Custodes navis sunt, qui non precio conducti, sed solo victu navem custodiebãt. Vox est composita, *διὰ τῆς διαίτης*: id est, à victu, *ἐξ ἐφέδρων*, quod custodem notat. Alciat. l. ff. Naut. caup. stab.

Diaŭlŏs, Διαυλος, Spatium duorum stadiorũ. Stadium enim, ut Hieronymo placet, pedes in longitudinẽ sexcentos habet: diaulos, mille ducentos: milliariũ, stadia octo: dolichus, Δολιχὸς, stadia duodecim. Vitruv. lib. 5: In palæstris, peristylia quadrata, sive oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorũ habeant ambulationis circuitum, quam Græci vocant Διαυλον. ¶ Item Diaulus vir erat ex medico factus cadaverũ funerator: de quo Martialis: Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Dibalo, as, are, Verbum ab animaliũ voce ad homines translatum. Dibalare rem, est quod Græcè dicitur *μεταφαγεῖν τὰ ἀσίτων*. Varro lib. 6. de lingua Latina.

Dĭbăphă, sive Dibaphos, [תולעת שני *tolahath schanni.* Βάφα, ἢ δίβαφος. Gall. *Teint deux fois, renforcé de teinture cõme estoit la pourpre.* Ital. *Porpora tinta due fiati.* Ger. Zwey mal eyngetũcket purpur. Hisp. *Cosa dos vezes tennida de color bermejo.* Pol. *Purpura szarl'at dwa razy omoczony.* Vng. *Ketzer feſtet bársony, sinumbársony.* Ang. *Twiſeas purp le died.*] Purpura Tyria bis tincta: ita dicta παρὰ τὸ δὶς βάπτεσθαι. Plin. lib. 9. cap. 39: Huic successit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in prætexta usus improbabatur, anno Vrbis cõditæ septingentesimo, Cicerone Consule. Cicero Cælio: Curtius noster Μάφορ cogitat: sed cum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretii hominem, qui immaturè aspirabat ad magistratum.

Dĭcă, f. p. Iudicium, actio, libellus actionem continens. [Δίκη. Gall. *Vne cauſe ou pro ceż, vne action.* Ital. *Petitione ò dimanda in iudicio.* Ger. Ein brieff in welchem ein Rechtshandel begriffen oder verkundt wird / ein Manungs brieff. Hisp. *Demanda en juyzio.* Pol. *Pogew wktorim skarga ieſt opiſana.* Vng. *Pórbely feleletet leuél, (auagy) feleleť.* Ang *An cauſe, action, or proceſſe.*] Terent. in Phor. En unquam injuriarũ audisti mihi scriptam dicam? Cic. 4. Verr. Scribitur Heraclio dica: hoc est, Ecquando audisti me injuriarum nomine in judicium fuisse vocatũ. Ibidem: Cognatum te meũ esse dicam, & tibi scribã dicam. Δίκλω ἐπάξω. Δίκλω Græci Deam esse finxerunt judiciorum præsidem, eamq; virginem & Iovis filiam: (qualem etiam Latini fingunt justitiam,) ejusq; ministri δικασταὶ dicebantur: hoc est, judices & lituum diremptores. Budæus.

Dicæodotes, is est, qui jura reddit & jurisdictionem habet, & in cujus potestate sunt judicia.

Dīcācĭtās, f. t. [Pol. *Swiekotliwoſć.*] Dicaculus, Vide DICO, dicis.

Dĭcæŏlŏgĭă, [Δικαιολογία. Vng. *Beſelelés.*] Iuris sui in mediũ prolatio, quũ scilicet jure nostro freti, æquitatem causæ quàm brevissimè complectimur. Rutilius Lupus.

Dīcāx, Vide DICO, dicis.

Dĭchŏræŭs, Διχορεῖας, Pedis genus est, ex duobus cõstans trocheis: ut Audiamus: quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

Dĭchŏtŏmŏs, [בחלה *nechotsáh.* Διχότομος. Gall. *Diuiſé en deux parties.* Ital. *Partito in due parti.* Ger. In zwey theil zerschnitten. Hisp. *Partito en dos partes.* Pol. *Na dwoie rozerżniony.* Vng. *Fél, ketté metszetet.* Ang. *Deuided in two partes.*] Apud nos idem est quod dimidiatus, sive per medium sectus: qualis septimo quoque die post plenum orbem Luna videtur.

Dĭcĭs, causa, Vide DICO.

Dĭco, as, priore correpta, act. p. Consecro, dedico. [חנך *chanách* קדש *kiddésch.* Αἰνάζομαι, ἀφιερόω. Gall. *Dedier, conſacrer, donner à perpetuité.* Ital. *Dedicare, conſecrare.* Ger. Zueignen / widmen. Hisp. *Dedicar ò conſagrar.* Pol. Wieczynie oddaie. Vng. Szentelők, *ſtiánlok, dedikálok.* Ang. *To conſecrat, to giue ouer for euer.*] Plin. lib. 12. cap. 1: Priscoq; ritu simplicia rura etiam nunc deo præcellentem arborem dicant. Cic. 1. Tuscul. Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiã pro addicere, offerre, & se totũ alicui tradere. Cic. Cæl. lib. 1: Balbum quanti faciã, quamq; me ei totum dicaverim, ex ipso scies. Idem 3. de Orator. Non vidit eorũ ipsorum qui tum adolescentes Crasso se dicarent, horribiles miserosq; casus. Dicare se in aliquam civitatem, & Dicare se civitati, Cic. pro Corn. Balbo. ¶ Hujus verbi composita sunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent pen. corr.

Dĭcātĭo, onis, f. t. Cõsecratio, addictio. [חנכה *chanuchcháh.* Αἰνάζησις, ἀφιέρωσις. Gall. *Dediement, donnaiſon ſpeciale, addonnement.* Ital. *Essò donare & dedicare.* Ger. Zueignung. Hisp. *La dedicacion.* Pol. *Offiarowanie.* Vng. *Szentelés, aiánlás, dedikalás.* Ang. *A vowing, a promiſing or conſecrating.*] Cic. pro Corn. Balbo: Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest. Non esse hujus civitatis civis qui se alii civitati dicârit, potest. Neq; solùm dicatione, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio.

Dĭcātūră, æ, [Αἰνάζησις, Dicatio.] Vn. *Szentélés, aiánlás, dédikalás.*] Plinius in præfat. Nec fiducia operis hæc est: sed dicaturæ: Sic enim legi debet non verò indicatura.

Dico, is, priore prod. act. t. dixi, dictum, Loquor, eloquor, verba facio, narro, orationẽ habeo, cõmemoro, profero. [אמר *amár.* Λέγω. Gall. *Dire, parler.* Ital. *Dire, parlare.* Ger Sagen / reden. Bel. Seggen Hisp. *Hablar, dezir, artificioſamẽte, deſir ſimpliciter.* Pol. *Mowie, powiedam.* Vng. *Mondom, beſzéllem.* Ang. *To ſay, tell, or ſhew.*] Cicer. pro Quintio: Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest? Apud Oratores verò, Loqui, est qualiacũq; verba proferre: dicere verò, eleganter & facundé. Quintil. lib. 10: Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè, copiosè dicit. Cic. in Oratore: Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen utrũq; in differendo est: disputãdi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem dicendi, & orandi. Hinc Dictio, λόγος, φράσις, vocatur oratoria & facunda oratio, licet etiam pro parte minima orationis significativa accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. ¶ Dicere etiam, vocare, nominare est. Virg. 1. Aeneid. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. ¶ Quandoq; indicare. Virg. 3. Aeglog. Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Melibœi? ¶ Quandoque denuntiare. παραγγέλλειν. Terent. Andr. Sed dico, ne temerè facias. ¶ Quãdoq; promittere, ἐπαγγέλλομαι. Pomp. in Pistoribus: Numos certos dico quinquaginta millia. Salust. lib. 2. Histor. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coëgit. ¶ Quãdoq; pro affirmare. Martial. in Amphit. Quum verus patriæ diceris esse pater. ¶ Quandoq; dicare. Virg. 6. Aeneid. Iunoni infernæ dictus sacer. ¶ Quandoq; pro significare. Terent. in Evnuch. At nesciebam id dicere illam. Et alibi: Quasi tu dicas factum id meo consilio. ¶ Quandoq; accipitur pro cantare. Virg. 3. Aeglog. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Quandoq; pro pronuntiare. Hinc fit Dicere sententiam, quum tanquam consiliarii, quid nobis videtur, pronuntiamus, ἀποφαίνεσθαι. Quintil. Apud judices quidem secundum legem dicturos sententiã, de confessis præcipue, ridiculũ est. ¶ Dicere leges aliud est quàm Ferre leges, ἐπιτίθεσθαι νόμους. Feruntur enim leges apud suos. Dicuntur autem victis: hoc est, imperantur. Liv. Quando perinde ac victo jam sibi leges dicerentur. ¶ Dicere diem, est citare, vel in jus vocare, & diem præfigere, quo ad causam dicendam præstò sit. ἐπάγειν δίκλω. Liv. 3. ab Vrbe: Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus Patriciis juvenibus in forum descendit. Interdum etiam extra judicium dicere diem, est certum diem præfigere, constituere, sive assignare. Terent. Andr. Hic nuptiis dictus est dies. Cæs. 1. bell. Gall. Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conveniant. ¶ Dixti per syncopen, pro dixisti. Terent. Evnuch. Dixi evnuchum velle te. ¶ Dicere causam dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Liv. de bell. Macedon. Scipio jussus dicere causam, orationem, &c. Cæs. 1. bell. Gall. Orgentorigem ex vinculis causam dicere coëgerunt. ¶ Dicere dotem filio, vel filiæ, est promittere in dotem. Terent. Heaut. Quid dotis dicam te dixisse filio? Et paulò pòst: Sed ita dictu opus est, si me vis salvum esse, & rem & filium, Me mea omnia bona doti dixisse illi. Cicero pro L. Flac. Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. ¶ Dicere cœnam. Plaut. Stic. Fero convivam Dionysium, mihiq; Et tibi, nanq; Aedepol cœna dicta est, locus liber datus est mihi, & Tibi apud vos. ¶ Jus dicere, est magistratuum. Cic. de Provin. consul. Emisti grandi pecunia ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Idem pro L. Flac. Qui anno antè Romæ jus dixerat. ¶ Dicere Magistrum equitum, pro creare. Liv. 5. ab Vrbe: Is sibi magistrum equitum Posthumium Ebutium

tium dicit. ¶ Dicere multam antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitiis multa disceptāda irrogabatur, quod ipsi Certare multa dicebant. Liv. 2. bell. Punic. lib. 5: Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carvilii quum rem invisam, infamemq; cernerent, ducentū millium æris multam M. Posthumio dixerunt: cujus certandæ quum dies advenisset, &c. Dicere multationem, sive multam pecoris. Plin. lib. 18. cap. 3: Multatio quoque non nisi ovium, boumq; impendio dicebatur. Varro: Sed quum ejusmodi multa pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat, abigebantur oves bovesq;. ¶ Dicere Musam alicujus, Virgil. Aeglog. 8: Damonis Musam dicemus & Alphesibœi. ¶ Dicere nomen alicui, pro imponere. Livius 1. ab Vrbe: Brevi stirps quoq; virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixêre nomen. ¶ Dicere repudium. Tacitus libro 3: Quirinus post dictum repudium adhuc infensus, quanvis infami, ac nocenti miserationem addiderat. ¶ Dicere sacramento dicebantur milites, quum ad jusjurandum adigebantur, Rempublicam se non deserturos. Liv. 2. bell. Punic. lib. 5: Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut majores milites facti essent. Idem 4. ab Vrbe: Hoc decreto Cōsul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixêre. Dicere sacramentum. Liv. 4. bell. Punic. Hodie Consules creati, quibus sacramenta liberi nostri dicant. Horat. 2. Carm. Ode 17: -non ego perfidum dixi sacramentum. ¶ Dicere de scripto. Cic. pro Plan. Reciteturq; oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de scripto est. ¶ Dicere sententiam senator dicitur, quum suam in senatu sententiam exponit. Cic. 6. Verr. Mos est Siracusis, ut si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Cæl. Ciceroni: Consulem designatum primùm sententiam dicentem. Dicere pro sententia, idem quod dicere sententiam: sicut, Dicere testimonium, & pro testimonio. Liv. 2 bel. Maced. Et quando nemo vestrūm qui in hoc consilium convocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum externo die pro sententiis, dictas percenseamus. ¶ Dicere extempore. Plinius Epistol. 27: Dicit semper extempore, sed tanquam diu scripserit. Quintil. lib. 6. cap. 3. ¶ Dicere testimonium, & testimonia, est testificari & probare. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3: Quum testimonium secundum finem & religionem gravissimè dixissem. Idem pro Sylla: Qui in illum testimonia gravia dixerunt. ¶ Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus *Deponere*. Cic. 7. Verr. Dicetis pro testimonio de missione nautarum, de fame, *&c.* Dicere ad voluntarem alicujus, est assentari, adulari. Cicero de Amicitia: Semper auget assentatio id quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. ¶ Dicere salutem alicui. Cicero Attico lib. 5: Cicero meus puer tibi salutem dicit. Plautus Curculione: Veneri verbis meis salutem dicito. ¶ Dicitur, impersonale. Cicero 3. de Natura deorum: Quartus in quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. ¶ Vt dicitur. Cicero 3. de Oratore: Quanvis sphæram in scenam (ut dicitur) attulerit Ennius: tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. ¶ Diceret, pro dicere posset. Terentius Andria: Nec satis ad objurgandum causæ, diceret, Quid feci, quid commerui, aut peccavi pater? ¶ Dicere volui, correctionis genus est, quum quis in loquendo faltus est, ac verbum unum pro altero protulit. Plautus Milite: Sorbet dormiens. P A. Quí sorbet? V. Illud, stertit volui dicere. ¶ Dicassis, pro dicas: Dice pro dic, apud Comicos frequētia. Plaut. Curculione: Haud in me malè meditantem malè dicassis. Idem Ruden. Tu siquid opus est, dice. ¶ Hujus verbi composita sunt, Addico, Antedico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, Prædico, quæ habent penultimam productam.

Dictum, n. s. & nomen esse potest. [אמר *émer* אמר *ómer*. ῥῆμα, ἀπόφασις. Gall. *Vn mot, vne parole, vn dire.* Ital. *Parola, motto, detto.* Ger. Ein Wort / ein Red. Bel. Een Woort / oft pruect. Hisp. *El dicho.* Pol. *Mowa, powieść.* Vng. *Mondás.* Ang. *A worde, a saying.*] & participium, ἐιρημένον. Terentius utrunq; complexus est quum dixit: Nullum est jam dictum quod non dictum sit priùs: nam prius est nomen, secundum participium. Dictum nomen accipitur pro quovis sermone. Plaut. Cistel. Pergo illò, subagito blandis prius & benedicis dictis. Idem Asin. -an tu tibi verba blanda esse aurum rere? dicta docta prodatis? Ovid 13. Metamorph. -neq; abest facundis gratia dictis. ¶ Vernile dictum: hoc est, scurrile, & procax. Tacit lib. 18: Vernile dictum omnē invidiam in eum vertit. ¶ Dicto audiens: hoc est, obediens. Quintil. lib. 3. cap 6: Minus dicto audientem filium licet abdicare. Cicer 6. Ver. Quæsivi an missset: respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prętori. ¶ Dictis aliquem aggredi. Virg. 4. Aeneid. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. ¶ Et quanvis Dicta generaliter de quovis sermone dicantur, apud veteres tamen pro facetiis & jocis poni solent. σκώμματα. Cic. lib. 2. ad Attic. Itaq; nostri, quum omnia dixissemus dicta, essentq; facetè & breviter & accuratè jocati, ea proprio nomine appellari dicta voluerūt. Terent. Evnuch. Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà: Tuum obsecróne hoc dictum erat? Vbi Donatus: Dictum id, quod proverbium, sive adagiū quod facetis hominibus adscribitur.

Dictūrĭo, ris, pen. corr. n. q. verbum desyderativum: ac ἐφετικόν. Dicere cupio, sive dicere molior. [λεξάω. Pol. *Swiekoce.* Vng. *Mondani, szólani kenánok.*] Macrob. Satur. lib. 7. cap. 3: Sed perge, Aviene, ne ultra te dicturientem retardem. Idem lib. 7. cap. 1: Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dicturiunt.

Dictĭo, f. t. Oratio, dicendi genus, actio. [דברה *imrâh* דבר *dabberâh* מאמר *maamár.* λεξις. Gall. *Parole, mot.* Ital. *Voce.* Ger. Ein Wort. Bel. Een Woert. Hisp. *Vna palabra.* Pol. *Słowo.* Vng. *Beszéd, szóllás, mondás, ige.* Ang. *A word.*] Dictio testimonii id est, jus testimonii dicendi. Terent. in Phorm. Servum orare causam leges non sinunt, neq; ei testimonii dictio est. ¶ Sententiæ dictio, Cic. 2. de Invent. Aliud enim laus, aliud vituperatio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio, aliud recusatio conficere debet. ¶ Item pro facunda & oratoria oratione. [φράσις. Gall. *Oraison, raisonnement.* Ital. *Ragionamento.* Ger. Ein wolgesetzte Red / Ein gewohnlicher brauch zu redē. Hisp. *Razonamiento.*] Cic. 2. Tusc. Itaq; quum ante meridiem dictioni operā dedissemus. Idem de Clar. Orat. Malim mihi L. Crassi unam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos. ¶ Dictio, pro oraculo. Liv. 8. ab Vrb. Accito ab Tarentinis in Italiā data dictio erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamq; urbem: ibi fatis ejus terminum dari.

Dicāx, om. t. Qui dictis abundat, qui facetè & acutè dicta jacit. [מחץ *metsachék* מליץ *malhîb.* σκωπτης, φιλοσκώμμων. Gall. *Mocqueur, iaseur, railleur.* Ital. *Dicace, maldicente.* Germ. Schwetzig / spetzig / schimpfflich / spöttisch. Bel. Schimpachtich. Hisp. *Dezidor y parlero demasiado.* Pol. *Ten ktory vśtawicznie żarty mowy.* Vng. *Tsátsogotska.* Ang. *A prater, a babler.*] Plaut. in Asin. Satis dicacula es amatrix.

Dicācĭtas, Est sermo, cum risu alios incessans, inquit Quintil. libro 6 cap. 4. [לעג *tsechók* לעג *laháyh* שביבה *scheninah* משל *maschâl.* Φιλολοιδορία. Gall. *Propos qui rencontre, mocquerie facetieuse, raserie, brocarderie.* Ital. *Cianciamento.* Ger. Spottred / speyung / schwetzung. Hisp. *Demasiada, parleria.* Pol. *Szczebiotanie, blekotanie.* Vng *Tsátsogás, trefállás.* Ang. *Prattling, chatting.*] Cicer. in Orat, Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent: quorum duo genera sunt, unum faceriarum, alterum dicacitatis. Idem 2. de Orat. Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est.

Dictĭōsus, idem quod dicax. [Vng. *Tsátsogós.*] Varro lib. 5. de Ling. Lat. Hinc appellatum, *inquit*, in minorino dictum, & dictiosus.

Dictō, as, frequentativum à verbo Dico: quod tamen à primitivi significatione nonnihil recedit. Est enim Dictare, aliquid tractim pronūtiare, ut calamo excipi possit [ὑπαγορεύω, ὑπαγορεύω. Gall. *Nommer & dicter à vn autre qui escrit.* Ital. *Dettare.* Germ. Angeben oder Vorteden auffschreiben. Bel. Voorlesen dat iemant opschryft. Hisp. *Dezir lo que otro escriue.* Pol. *Leko mowiąc do pissania podaie.* Vng. *Mondogalona, beszeldegblem, pronunciálom.* Ang. *To tell an other what sould be written, to endite.*] ¶ Accipitur etiam dictare, pro suggerere: ut, Ratio dictat: hoc est, suggerit, ὑφηγεῖται, ὑπαγορεύει. Plin. in Epist. O Sylva, ô litus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Boëthius: Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ. Camœnæ enim litus, ac solitudo tacitè suggerunt nobis quod scribamus, quemadmodum ratio, & nonunquam indignatio dictat: quod etiam annotavit Valla in Raudensem. Plin. lib. 26. cap. 4. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adjiciemusq; quas ratio dictaverit. ¶ Dictare, pro edicere, seu polliceri. Quintil. lib. 11, cap. ult. Aut cum sodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur. ¶ Dictare actionem sive judicium, apud Iurisconsultos significat actionem adversario voce edere, quum actor adversario quam actionem intenturus sit denuntiat.

Dictātă, n. s. Dicuntur veluti themata atq; præscripta quæ magister ludi pueris præbere consuevit. [Gall. *Ce que le maistre donne à escrire à ses disciples.* Ital. *Quello che il maestro da in nota à i suoi discepoli.* Ger. Das ein Schulmeister seinen Lehrjüngeren auffzuschreiben angegeben hat. Hisp. *La lection que se da al discípulo para escreuirla.*

eſcrimirla. Pol. *Rzecz ktora powieda miſtrz do piſſania ſwoim vczniom.* Vng *Az mit az meſter tanituánynak beſzelget-ei magyaráz (anagy) Nyelueſzet.* Ang. *That which the maiſter enditeth, to his ſcholers.*] Cicer. ad Attic 13: Non modò Tironi dictare, ſed nè ipſe quidem auderem ſcribere. Horat. Sic iterat voces & verba cadentia tollit; Vt puerum ſævo credas dictata magiſtro. ¶ Nec in literis tantùm, ſed in aliis quoq; armis dictata dicuntur. Iuven. - peragit dictata magistri Omnia. Suet. in Cæſa. Vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiq; dictata exercentibus darent. Vbi per dictata gladiatoria præcepta, documentaq; ſignificantur. Dictata autem dicuntur hujuſmodi themata, quoniam, quæ docemus, inculcamus, ut penitùs excipiantur & ediſcantur.

Dictātĭo, nis, dictata. [Pol. *Powiedanie.* Vng. *Magyaráſzat, oluaſás, nyeluezés, nyeluezet.*] Paulus D. l. 29. Tit. 1. lib. 90: Lucius Titus miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictavit & antequam literis præſcriberetur, vita defunctus eſt. Quæro an hæc dictatio valere poſſit.

Dictātŏr, m. t. *διικήτωρ, διοικητὴς τῶν λοιπῶν,* Apud Romanos ſummus erat magiſtratus, qui periculoſiſſimis reipub. temporibus à cõſule de nocte captis auſpiciis dici ſolebat. unde & Dictator dictus eſt: Et quia cæteris omnibus magiſtratibus, præterquam Tribunos plebis, ceſſantibus, Dictatoris ſumma poteſtas erat in populum, is quoq; Magiſter populi appellatus eſt, ut ſcribit Varr. Cic. 3. de Finib. Rectiùs magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magiſtratus habens jus animadvertendi in cujuſcunq; civis Romani caput, nec ab eo provocandi jus erat: nec alio pacto creari ſolebat quàm quum vis aliqua major repentè oborta ingentem urbi cladem minitari videretur. Dicebatur autem Dictator a Conſule, qui deinde Magiſtrum equitum dicebat. Liv. lib. 9 ab Vrbe: Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Iuven. Sat. 8. Fumoſos equitum cum Dictatore magiſtros.

Dictātŏr, [Vng. *Eméng.*] cujus in urbe Roma ſummum jus, ac planè regia poteſtas fuit, lege lata, ut opinor, T. Lartio Flavo 11. Q. Cloelio coſs. ſine provocatione creatus, & de conſularibus lectus. Porrò, quum de conſularibus eum legi lex jùberet, ſequebatur, ut de patriciis crearetur: conſules enim tunc, & per annos deinde multos, patricii fuerunt: nec priùs de patriciis legi dictator deſiit, quàm creari duo conſules patricii deſſerunt: non enim cõſul patricius dictatorem quenquã de plebe dixiſſet: itaq; qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcius Rutilus, is à M. Popillio Lenate cõſule plebeio dictus eſt: ita communicata plebi dictatura, anno ab urbe condita CCCIC. idq; contra veterem conſuetudinem, nõ tamen contra legem factum eſt: nõ enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, ſed de conſularibus jusſerat: at C. Marcius conſularis: ſatisfecit igitur legi Popilius, quum conſularem hominem dictatorem dixit: patricius non ſatisfecit, quia cõſularem de plebe dixit: quum omnes antea de patriciis dici conſueviſſent. Eadem fortaſſe lege ſancitum eſt, (legem certè, quæ hoc ſanxerit, nominat Plutarchus in Fabio) ne dictator equo poſſet uti, idq; vel ob eam cauſam, quòd, quum plus ineſſe roboris in pedeſtribus copiis putaretur, propterea in legione permanere, nec locum deſerere deberet imperator, vel quòd, quũ ad alia omnia dictatoris eſſet ſingularis poteſtas, in hoc uno voluerunt eum populo inferiorem videri. Senatus tamen petenti Fabio Maximõ Vetrucoſſõ contra veterem legem conceſſit, ut equo vehi poſſet, datumq; id hominis virtuti, ac tempori, quum cæſis ad Cannas Romanis, in uno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ ſpes repoſita videretur. Dictaturæ ſpatium ſemeſtre fuiſſe, nec longius eſſe per leges potuiſſe ſatis conſtat: duo tamen, propriam potentiam legibus ac libertati anteponentes, L. Sylla, & C. Cæſar, uterq; patricius, perpetuam dictaturam armis invaſere: verùm Sylla modeſtior: dictaturam enim ſponte depoſuit, ſolusq;, aut cum paucis comitibus in publico verſari ſolitus eſt: eumque à quodam ingenii ſatis liberi adoleſcente convitiis acerbiſſimis vexatum hiſtoriæ produnt. Syllamq; tum dixiſſe: Hic adoleſcens nequis unquam poſthac in deponenda dictatura me imitetur, efficiet: Cæſar etiam illud ſæpè in ore habuit: Sylla neſcivit literas, quum ejus inſcitiam imprudentiamq; in omittenda dictatura notaret. Ex Aldi libro de legibus Romanis.

Dictātrix, icis, f. t. quæ dicit agẽda, præcipit & imperat. [Vng. *Parantſolo aſzonyũ.*] Plaut. Perſa: Tu hìc eris dictatrix nobis.

Dictātōrĭus, a, um, [*ὁ τῦ διικήτωρ.* Vng. *Eméng hõz valo, eméngi.*] Quod ad dictatorem pertinet, ſeu quod eſt Dictatoris. Liv. 6. ab Vrbe: Poſtremò dictatorium fulmen in ſe intentatũ. Dictatorius gladius, Cic. pro Cluent. Dictatorius juvenis. Dictatore patre natus, Liv. 1. Deca. lib. 7.

Dictātūrā, f. p. Dictatoris dignitas. [*διικήτωρ-ος ἀρχή.* Vng. *Eménségé.*] Plutarch. *κατάσχημα τῆς ἀκροτάτης ἀρχῆς.* Livius: Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit: Nam à Dictatoribus non erat jus provocandi, quibus etiam animadverſio capitis data eſt. Dictaturã gerere. Cic. 2. Offic. Quòd is paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet.

Dictĭto, as, pen. corr. à dicto, ſecundum à dico frequentativũ, Paſſim & frequenter dico. [*שנן ſchinnén, σοχνὰ καὶ πολλάκις λεγω.* Gall. *Souuent, ou en pluſieurs lieux, dire ou raconter quelque choſe.* Ital. *Dire ſpeſſo.* Ger. *Offt ſagen/ſagen eins ſagens.* Hiſp. *Dezir à menudo.* Pol. *Vſtawnie cos mowie.* Vng. *Beſzelgetõm, mondogalom.* Ang. *To endite often and in ſundrie places.*] Cic. 3. Verr. Vt hoc jam palam dictitent. Idem ad Lentul. Quem poſt reditum dictitant tracto animo & demiſſo fuiſſe. Idem 3. Officior. Dictitabat ſe hortulos aliquos emere velle.

Dictĭtō, āre, n. t. Dicta ſæpe dicere.

Dictĭtō, āre, n. t. Dicta ſalſa & acuta, & quodam quaſi aculeo pungentia. [*שנינה ſchinináh, σκωμμάτων.* Gall. *Paroles de moquerie.* Ital. *Motti che pongono, motti, piacevoli.* Ger. *Spoeyreden/ſchmutzwort/Schmachwort.* Hiſp. *Donayre motejando.* Pol. *Mowki oſtre a przeraźliwe.* Vng. *Trefa, gunyolo beſzéd.* Ang. *Merie quippes and taunts.*] Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. Varro: *ὀνὰ ἀπὸ τοῦ λύειν,* Quã mobile neq; orto pſalticiũ attulit pſalterio quibus ſonãt in Græcia dicteria. ¶ Dicteria petulantius jacta Priſci Mæſonica vocabãt, *σκωμμάτων μαισωνικὰ,* à Mæſone quodam hiſtrione comœdiarum Magirenſi.

Dicis cauſa, Varro locutionem antiquam eſſe ſcribit, & ab eadẽ origine deductam ut verbum dico, fortaſsis à recto Dex, dicis, ex Dico: item ut Iudex, judicis, à Iudico, & Index, indicis, ab Indico. Nam ſi juncto verbo, autore Varrone, Iudex dicitur qui jus dicit, veriſimile eſt voce ſimplici ſimiliter eum qui dicit, Dicem appellatum. Dicis autem cauſa id fieri dicimus, quod nulla alia de cauſa fit, quàm ut factum eſſe dicatur. Cajus l. 4. D. Commodati. Sæpè enim, *inquit,* ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedant. Vlpian. in l. 1. D. ad S. Syll. Excuſantur ſervi qui auxilium tulerunt ſine dolo malo. Nam ſi finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit. Hæc omnia ex Lexico Hotomani.

Dictamnum, n. ſ. ſive Dictamus, [*δίκταμνον-ος,* Dioſcoridi. Gall. *Vne herbe appelee dictam, ou gingembre de iardin.* Ital. *Dittano.* Ger. *Ein kraut diß namens / etlich ſagen es ſeye ein gattung der wilden poley.* Hiſp. *El ditamo yerua conoſcida.* Pol. *Dyptani, ielenĭ korzen.* Vng. *Diptamos.*] Herba eſt in Creta præcipuè naſcens, acris, lævis, pulegio ſimilis, ſed majoribus foliis, quæ tomento quodam ſpiſſaq; lanugine pubeſcunt. Florem nullum aut ſemen profert. Produnt in Creta capras ſagittis percuſſas, hujus herbæ paſtu eas excutere. Virg. 12. Aeneid. Dictamnum genitrix Cretea carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis & flore comantem, Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres hæsere ſagittæ. Cicer. 1. de Natur. deor. Capras auditum in Creta feras: quum eſſent confixæ venenatis ſagittis herbam quærere, quæ dictamnus vocatur: quam quum guſtaviſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore.

Dictātŭr, m. t. Dictatura, Vide DICO, dicis.

Dictĕrĭum, Dictĭo, Dictĭto, Dicto, Dictum, Vide DICO.

Dicrŏtum, pen. corr. n. ſ. *Δίκροτον,* Latinè dicitur biremis, quæ duobus tantùm remorum ordinibus regitur, à prora ſcilicet & à puppi. [Ger. *Ein Meerſchiff/ das auff jedem banck zwey Ruder hat.* Ang. *A ga ey that hath twoo oares in a ſeate.*] Iulius Pollux lib. 1: Dicrota ſunt naves quæ duobus gubernaculis pariter à prora & puppi regĭtur & puppi. Cicer. Attic. lib. 5: *ἐφόδοις τοῖς* Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud cataſcopion. Idem libro 16: Nam & ipſe Domitius bona planè habet dicrota. ¶ Dicroton item medici vocant pulſus quoddam genus in arteriis, à geminato percuſſu. Galenus in tractatu de Pulſibus.

Dictўotă. [*δικτυωτὰ.* Vng. *Tenyér czerippel ék ſitetőt alkotmány.*] Opera quæ noſtri *ruticulata* vocant, ita dicta quòd in hoc ædificii genere teſſellæ, maculariũm quæ in reti conſpiciuntur, ſimilitudinem referant: *δίκτυα* enim Græci vocant retia Plinius lib. 36. cap. 22: Dictyoton vocat reticulatam ſtructuram, quam frequentiſsimè Roma ſtruunt nimis opportunam. Vbi tamen in vulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

Dĭdăſcălĭă, f. p. [תורה *tórăh. διδασκαλία.* Gall. *Doctrine.* Ital. *Dottrina.* Ger. *Die lehr/vnderweyſung.* Hiſp. *Doctrina ò enſeñança.* Pol. *Pokaz, wante nauky.* Vng. *Tanulság, tudomány.* Ang. *Doctrine.*] Latinè doctrina, ſive eruditio, *ἀπὸ τοῦ διδάσκειν,* quod eſt docere ſive inſtituere. Cæl. Cicer. lib. 7: Genere tamen quod ad nos pertineat, & *διδασκαλίαν* quandam, ut verſetur inter manus habeat.

Dĭdăſcălŭs, m. ſ. [תורה את *morĕh* או *melammédh. διδάσκαλος.* Gall. *Docteur, maiſtre.* Ital. *Maeſtro.* Ger. *Ein lehrer/Vndermeiſter/ lehrmeiſter.* Hiſp. *Maeſtro que enſeña.* Pol. *Nauczyciel, miſtrz.* Vng. *Meſter, tanito.* Ang. *A maiſter or teacher.*] Nobis præceptorẽ ſonat, *ἀπὸ τοῦ διδάσκειν:* hoc eſt, à docendo.

Dĭdo, didis, dĭdĭdi, dĭditum, Diſtribuo, divido. [חלק *chalák.* *διανέμειν.*

διανέμομαι. Gall. *Bailler, distribuer, departir.* Ital. *Distribuire, dividere.* Ger. Außtheilen. Hisp. *Partir en partes, repartir.* Pol. Rozdzielam. Vng. *Eloszlom.* Ang. *To distribute and give.*] Dictumq; videtur dido, quasi divido, ablata media syllaba. Horat. 2. Serm. Sat. 2: Abluti senis exemplo dū munia didit: id est, dividit. Frequenter accipitur pro divulgo, sive dispergo. Virg. 7. Aeneid. Diditur hic subitò Trojana per agmina rumor. Idem 8. Aen. Cognatiq; patres, tua terris dicta fama. Est autem hoc verbū Lucretio in primis familiare.

Dĭdŏrŏn, pen. prod. [δίδωρον. Gall. *De deux palmes.* Ital. *Di due palmi.* Ger. Zweyer hand breit/oder lang. Hisp. *De dos palmos.* Pol. *Na dwie dłoni szeroky.* Vng. *Két tenérn.* Ang. *Of two hand broad.*] Quod est duorum palmorum: unde lateris quoddam genus sesquipedali longitudine, Plin. didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum majorum, quorum singuli valent palmos minores tres: hoc est, digitos duodecim. Verba Plinii sunt hæc ex lib. 35. cap. 14: Genera laterum tria: didoron quo utimur, longum sesquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pentadoron. Græci enim antiqui *doron* palmum vocabant: & ideo *dora*, munera: quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Hæc ille.

Dĭdrāchmum, n. s. δίδραχμον, Numus est duas drachmas continens, ut refert Bud. in lib. de asse.

Dĭdūco, is, pen. prod. act. t. In diversas partes & diversa loca duco, distraho, dirimo. [בדל *naphâts.* διαιρέω, διαλαμβάνω. Gal. *Desioindre, separer, & faire aller vne part cà & l'autre là.* Ital. *Dipartire, guidare in diuerse parti.* Ger. Zerziehen/ von einander thun. Bel. Verscheyden/ byden. Hisp. *Partir en partes diuersas.* Pol. Rozdzielă, rozdwoiam. Vng. *Két fele voszlom.* Ang. *To conueighe to sundrie partes and places, to disioyne and separat.*] Cæs. 6. bell. Gall. Dimittendæ plures manus, diducendiq; erant milites. Colum. lib. 6. de bobus domandis: Post hæc diductis malis educito linguam. Idem libro. 4: Validam vitem in ramos diducere censeo. Pers. Quumq; iter ambiguum est, & vitæ nescius error, Diducit trepidas ramosa in compita mentes. Virgil. lib. 1. Georg. - quiq; paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Propert. Non ego complexus potui diducere vestros.

Dĭdўmŭs, [DINT *teom.* δίδυμος. Ger. Zwyling. Pol. *Dwoiści.* Vng. *Kettős.*] Latinè geminus dicitur. Quo nomine vir Alexandrinus dictus est, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, divinas tamen literas optimè callebat, & inter Ecclesiasticos scriptores illustris fuit: quumq; propter cęcitatem etiam elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit. Autor Hieronymus. ¶ Fuit & alter Didymus Alexandrinus falsamentarii filius, quo nemo (ut Quint. inquit) plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti tempora pervenit: ob assiduam circa libros moram, χαλκέντερος, appellatus: nam aū tria millia librorum & quingentos scripsisse dicitur. ¶ Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. ¶ Alius item Poëta qui Georgica scripsit. ¶ Alius præterea philosophus Academicus.

Dies, [יום *ióm.* ἡμέρα. Gall. *Iour.* Ital *Il giorno.* Ger. Ein tag. Bel. Een dach. Hisp. *El dia.* Pol. *Dzień.* Vng. *Nap.* Ang. *A day.*] Tàm masculini quàm fœminini generis est in numero singulari: plurali verò tantùm masculinum. Illud tamen interest, quod dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideò diminutivum ejus est diecula, quod significat breve tempus & moram. Dies verò quum tempus significat viginti quatuor horarum, vel etiam spatium illud ab oriente Sole ad Solem occidentē, generis masculini est: nā illud tēpus est determinatū. Sic diem hesternum, & diem hodiernum, potiùs dicimus quàm hesternam, vel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies. Iuvenalis: Longa dies igitur quid contulit? id est, longum tempus. Virgil. 11. Aeneidos: Multa dies, variusq; labor mutabilis ævi Rettulit in melius. Iurisconsulti item bina, trima, quadrima die usurpant pro tempore biennii, triennii, quadriennii. Sed confunditur quandoq; hæc differentia. Virgil. 2. Aeneid. Iamq; dies infanda aderat. Cicero ad Quintum Fratrem: In qua primum erat, quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis quàm in Cæsaris. Plin. lib. 13. cap. 24: Mirum quòd eadem die germinat, qua injectum est. ¶ Dies qui civilis dici solet, à media scilicet nocte in sequentem (ut Macrob. lib. 1. cap. 3. tradit) ita dividitur. Primùm diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, sive galli cantus, ἀλεκτρυοφωνία, quòd tum galli cantent. Inde conticinium, ἀμφιλύκη νὺξ, quum & galli conticescunt, & homines quiescunt. Deinde Diluculum, quum incipit dignosci dies. ὄρθρος. Inde manè, quum dies est clarus, πρωΐ. Inde meridies, diei medium. ἡ μεσημβρία, μεσοῦσα ἡμέρα. Inde jam suprà vocatur occiduum tempus, δείλη: quod & serum diei vocatur: ὀψὲ: & mox suprema tempestas: hoc est, diei novissimum tempus: sicut est expressum in duodecim tabulis, Solis occasus suprema tempestas esto. Deinde Vespera, seu Vesper, ἑσπέρα, à stella quam Græci ἕσπερον, Plaut. Vesperuginem, Ennius Vesperum, Martialis Phosphorum, Virgil. Hesperon appellant. Inde crepusculum vespertinum, δείλη ὀψία. dictum à crepero, quod dubium significat, tanquam lux dubia, quòd incertum sit, id tempus noctis an diei existat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tùm primum faces: hoc est, lumina inferri incipiant. νυκτὸς ἀρχή. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempesta quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes distribuebant diem, qui constat ex viginti quatuor horis, & lucem tenebrasq; continet: eumq; diem, civilem vocabant, quòd in aliis atq; aliis civitatibus & regionibus alio atq; alio modo observaretur. Athenienses enim diem civilem auspicabantur à Sole occidente, ad Solem iterum occidentem: Babylonii ab ortu Solis ad Solem secundò exorientem: Umbri à meridie ad meridiem subsequentem. Romani autem à media nocte ad mediam noctem: quorum à nobis quoque consuetudo observatur, adeò ut siquid ante mediam noctem gestum sit, id præcedenti diei ascribatur, quòd à media nocte, subsequenti diei annumeretur. ¶ Interdum diem dicimus, ut solam lucem intelligamus: tenebras verò sub noctis nomine. Virgil. 6. Aeneid. Noctes atq; dies patet atri janua Ditis. ¶ Est & dies naturalis ab ortu ad occasum Solis. ¶ Dies totius anni ex institutione Numæ, aut festi erant, aut profesti, aut intercisi. Festi dies aut sacrificiorum, aut epularum, aut ludorum causa fuerunt instituti. Profesti autem dividuntur in fastos, comitiales, competendinos, statos, præliares. Intercisi verò dicebantur, qui & humanis & divinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis suis. ¶ Hujus nominis genitivus est diei, dii, dies, & die. Cicer. pro Sex. Equites non daturos illius dies pœnas. Virgil. 1. Georg. Libra dies somniq; pares ubi fecerit horas. Idem 1. Aeneid. Munera, lętinamq; dii. Sal. in Iug. Vix decima parte die, pro diei. ¶ Die crastini, die septimi: pro die crastino & septimo. Plaut. Most. Hanc rem die crastini quum herus resciverit. Idem Menæh. Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Vide Macrob. 1. Sat. cap. 2: Diequinti, dieproximi, diepristini: pro quinto, proximo, & pristino. Vide Gell. lib. 10. cap. 24. ¶ Derivativa & composita à dies, sunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiustertius, nudiusquartus, diarium, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. ¶ Dies qui hebdomadem constituunt, à septem Planetis cognominati sunt. Primus septimanę dies à Sole, dies Solis, sive Phœbi dicitur, ἡλίου ἡμέρα, πρώτη, κυριακή. Secūdus à Luna, Lunę, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurii, ἑρμοῦ. Quintus à Iove, Iovis, διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶ Dies critici, sive crisimi. κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur *judiciarii*, in quibus, scilicet de ægritudine ferri judicium potest. Vide suprà Crisimi dies. ¶ Per antiquum diem. Ἀρχ. παλαιὰς ἡμέρας, proverbialiter olim de re admodum obsoleta priscaq;. Refertur à Diogeniano. Finitimū illi, Magno Platonis anno. ¶ Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; noverca est, ἄλλοτε μητρυιὴ, πάλαι ἡμέρης, ἄλλοτε μήτηρ. Versus est Hesiodi, quo significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atq; alio malè. Inde translatum, quòd matres bene vólunt liberis, noverçę oderunt privignos. ¶ In diem vivere, est præsentibus rebus contentum vivere, atq; ex parato, minimè solicitum de futuris, Quæ vita Græcis dicitur καθημέρου βίου: & καθημερόβιος, qui ad eum vivunt modum. ¶ Diei civilis divisionem à Romanis observatum, lege in scholiis Beroald. super Apul. Asaure, fol. 35.

Dĭēcŭlă, diminutivum à die, gen. fœm. quod ferè pro exigua temporis mora accipitur. [ἡμερίδιον. Gall. *Vn petit iour, vn iour seulement, vn petit de temps.* Ital. *Picciol spacio di tempo.* Ger. Ein zeitlein. Hisp. *Pequenno espacio de tiempo.* Pol. *Dzionek.* Vng. *Napotska.* Ang. *A shor day, one day only, a litle while.*] Terent. in And. Non satis habes quòd dieculam addo? id est, aliquam temporis dilationem. Asconius Pedianus in 2. Orat. in Verrem: Diminutivè diecula dicitur.

Dĭēscĭt, n. t. Dies fit. [ἡμέρα γίνεται. Gall. *Il se fait iour.* Ital. *Si fa giorno.* Ger. Es taget/ es wird tag. Hisp. *Y a viene el dia.* Pol. *Dnieie.* Vng. *Meg verrad.* Ang. *It waxeth day.*] Sicut nocteſcit, nox fit, quibus solùm utimur in tertiis personis absolutè & impersonaliter.

Dĭēspĭtĕr, diespittis, Diei pater, ζεὺς, ζῆν. Id est, Iupiter: sicut Dijovis, quasi die juvans, quòd homines die & luce quasi vita ipsa juvaret. Horat. lib. 1. Carm. Nanq; diespiter Igni corusco nubila dividens. Macrob. Ipsi quoq; Romani diespitrem Iovem appellant.

Dĭēquārtī, & Diequartè, pro diequarto. Diequinti & diequintè, pro diequinto. Diepristini vel pristinè, pro diepristino, quod nos converso compositionis ordine dicimus pridie. Diecrastini, pro die crastino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam fecisse inter diequarto & diequartè: ut illud, pro

lud,pro præterito ſit,quod nos nudiuſquartus dicimus: hoc de futuro. Vide Macrob. Satur. libro 1, & Gell. lib.10.cap.24. Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro adverbiis accipiuntur.

Dĭērēctī,teſte Nonio,à die vocati ſunt crucifixi, quaſi ad diem erecti.Feſtus ſcribit dierectum per antiphraſin dici apud veteres, volentes ſignificare malum diem. Vnde Dierectà adverbial.dicimus. Plaut. Quin tui dierectà cũ ſuccula & cum porculis. Dierectà(*inquit*)quaſi in malam diem. Vnde proverbialiter:In dierectum jubemus ire,quibus precamur exitium.

Dĭūrno,n.p.Diu vivo,teſte Nonio. [Gal.*Viure longuement.*Ital. *Viuer lungo tempo.*Ger.Lang leben.Hiſp.*Durar mucho tiempo.*Pol. *Dl'ugo żiie.*Vng.*Sokat élõk.*Ang.*To liue long.*] Eſt autem verbũ à die deductum,ſicut perennare ab anno.

Dĭūrnŭs,a, um, à die ſit, ſicut nocturnus à noctu, Quod ad diẽ pertinet,quod die fit.[ἡμερήσιον. Gall.*De iour,ou d'vn iour.*Ital. *Diurno,di giorno.* Germ.Teglich. Hiſp.*Coſa del dia.* Pol.*Dniowi.* Vng *Nappali.*Ang.*Belonging to the day.*] Cicer. de Senect. An centes (ut de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosq; domi, militiæq; ſuſcepturum fuiſſe,*&c.* Plaut. in Menæh. Inde uſq; ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.

Dĭūrnum,ni,n.ſ.Liber continens acta ſingulorum dierum,diarium. [ἐφημερίς. Gall.*Papier iournal.*Ital.*Giornale.*Germ Tagbuch / ein Buch in welches man verzeichnet / was auff ein jeden tag geſchicht. Hiſp.*Hiſtoria que procede de dia en dia.* Pol.*Kſięga do ktorei ſprawi każdego dnia piſzemy.* Vng.*Ietczõ kõnyuetske,aż kibenin demnapi dolgot fõl ietczw'nk.* Ang.*A booke conteining the actes of euerie day.*] Iuven. longi relegit tranſacta diurni. Aliàs Diurnum accipitur pro victu atq; mercede unius diei.Seneca:Diurnum accipit, in centunculo dormit. Idem lib.2. Controv. Conſors modò omnis fortunæ diurnum petam.

Dĭŭtĭnŭs, a, um, pen. corr.Longus, diuturnus. [ארוך *arúch.* δίμερος,χρόνιος. Gal.*Qui dure long temps,de durée.*Ital.*Longo,continuo.* Ger.Langwirig. Hiſp.*Coſa de mucho tiempo.* Pol.*Dl'ugiį.* Vng.*Hoszudeiw'.* Ang.*That indureth long.*] Cic.lib.10.Epiſt. Libertatis deſiderio, tædioq; diutinæ ſervitutis. Sic Cæſar, Diutinus labor:& Livius, Diutinum bellum.

Dĭŭtĭnē,adverb.idem quod diu. [δηρὸν, πολλὰ χρόνον. Gall.*Long temps,longuement.* Ital.*Longamente,di giorno.* Ger.Langezeit/ langwirigtlich. Hiſp. *Luengo tiempo ò en luengo tiempo.* Pol. *Dl'ugo.* Vng.*Sokideig.* Ang.*A great while, a long tyme.*] Plaut. in Rudens. Ille qui conſultè,doctè, atq; aſtutè cavet, Diutinè uti benè licet partum benè.

Dĭŭtŭlē, pen. corr. diminut. à Diu, ſignificat aliquandiu. [ἐπ' ὀλίγον. Gall.*Quelque temps,aſſez long temps,non pas trop.*Ital.*Vn pochetto di tempo.* Ger.Langlächt/zimlich lang. Hiſp.*Poco tiempo,ò en poco tiempo.*Pol.*Przedl'uższim.*Vng.*Egy ideig.*Ang.*A litle while.*] Gellius: Quum diutulè tacitus cogitando fuiſſem. Apul. in Flor. At non itidem major meus Socrates, qui quum decorum aduleſcentem & diutulè tacentem conſpicatus foret,*&c.*

Dĭŭtĭŭs, comparativum ab adverbio diu. [χρονιώτερον, μακρότερον. Gall.*Plus longuement.* Ital.*Più allongo piu longamente.* Ger. Länger. Hiſp. *Mas tiempo.* Pol.*Dl'użey.* Vng.*Keséhben, towdb.* Ang.*Longer.*] Cic.7.Verr. Potero hoc ego onus tantum, aut in hoc judicio deponere,aut diutiùs tacitus ſuſtinere.Plautus Rud. Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui: Eò vos amici detinui diutius. Cic.Non obtundam diutiùs aures veſtras.

Dĭŭtĭſſĭmē,Longiſſimo tempore. [שׁוּלַיִם מֵאֹד *leholám vahédh.* πλεῖον χρόνον. Gall.*Fort long temps,treslonguement.* Ital.*Longhiſſimamente* Ger. Treffentlich/lãgwerig/oder vielzeits Hiſp.*Longiſſimo tiempo.*Pol.*Barżo dl'ugo,czas wielky.* Vng.*Hoszudeig,igõn késén.* Ang *Very long.*] Cic.de Amic. Catonem induxi ſenem diſputantem: quia nulla videbatur aptior perſona quæ de illa ætate loqueretur, quàm ejus qui & diutiſſimè ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet.

Dĭŭtūrnŭs,a,um,Diutinus,à diu derivatum: [ארוך *áruch.* χρονιαῖος,χρόνιος. Gall.*Qui dure long temps.* Ital.*Che dura longo tempo.* Ger.Langwirig. Hiſp.*Coſa de mucho tiempo.* Pol.*Barżo dl'ugy.* Vng. *Hoszúideiw'ſokáig tarto, ſók ideig valo.* Ang.*That indureth a long tyme.*] ut, Vſus diuturnus,ſilentium diuturnũ,apud Cic.Idem de Senect. Quas quidem ſic avidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.

Dĭŭtūrnĭtās,ratis,f.t. Longinquitas temporum, numerus dierum: [אֹרֶךְ יָמִים *órech jamim.* πολυχρονία Gall.*Longue durée, longue eſpace de temps.* Ital.*Longa du rata, longheſſa di tempo.* Ger. Langwirigkeit.Hiſp. *Longura de tiempo.*Pol.*Dl'ugiczas.* Vng.*Hoszu widõ,widõnek hoszus volca.* Ang.*Lengh or continuãce of tyme.*] ut Diuturnitas belli, Cæſar. Diuturnitas temporum, Cic.Idem de Senect. Semper enim in his ſtudiis laboribusq; viventi non intelligitur quãdo obrepat ſenectus:ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſenescit,nec ſubitò frangitur,ſed diuturnitate extinguitur.

Dŭētĕrĭs, pen. prod. Tempus duorum annorum: [שְׁנָתַיִם *ſchenatáim.* διετία. Gall.*Eſpace de deux ans.* Ital.*Il ſpatiò di due anni.* Ger.Die zeit zweyer jar lang. Hiſp.*Tiempo de dos annos.* Pol. *Czas dwuletny.* Vng.*Két eſztendõ.* Ang.*The ſpace of two yeares.*] ſicut Trieteris,τριετηρὶς, trium annorum, vel certè (ut elegantèr docet Cenſorinus) quod tertio quoq; anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris conſtabat ex quinq; & viginti menſibus:hoc eſt, ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menſes,alter tredecim.Sic etiam Penteteris, πενταετηρὶς, dicitur tempus hoc duplicatum: hoc eſt,quadriennii ſpatiũ: ita dictum,quòd quinto quoq; annò recurrat.

Dĭffāmo, pen. prod. act. p. Per diverſas partes famam divulgo,ſiniſtram famam de re quapiam ſpargo. [רָכִיל רָגַל *righghél rachil.* διαφημίζω. Gall.*Diffamer.*Ital.*Divulgare mala fama.* Ger.Verleümbden/in ein böß geſchrey außbringen. Hiſp.*Diffamar.* Pol.*Sramoce,obmowiam.* Vng.*El hireſitõm,mindõnwt gyalázom.* Ang.*To diffame,to report ill of.*] Sumitur enim ferè in deteriorem partem.Tacitus:A' Nerone probroſo carmine diffamatus,contumelias ultum ibat.Adulteriũ diffamatum,Ovid. lib 4 Metam.

Dĭffārrēātĭo, [Pol *Rożwod.*] Sacrificii genus inter virum & uxorem, quo conjugium diſſolvebant per confarreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam ſolennitas, quam ſoli ſacerdotes obſervabant in uxore ducenda. Soli enim ſacerdotes, autore Boëthio, per cõfarreationem uxorem ducebant. Qua de cauſa divortium per diffarreationem ſolis quoq; ſacerdotibus proprium fuit. Dicitur autem Confarreatio, quòd farreo libo adhibito conjungerentur: & è contra diffarreatio,quòd ſimili libo adhibito disjungerentur.

Dĭffĕrcĭo, Compoſitũ eſt à farcio, Impleo,& diſtendo. [מָלֵא *malẽ.* συμπληρόω. Gall.*Remplir de tous coſtez.* Ital.*Empire diſtendere.*Ger.Auffullen/vollſchoppen.Hiſp.*Emputipò recalcar.*Pol.*Rożtikam,nadżewam.*Vng.*Meg tõltõm.* Ang.*To fearce,to ſtuffe or powre in.*] Horat.lib.1.Satyr.5:Inde forum Appi Differtum nautis. Idem lib.1.Epiſt.Differtum tranſire forum.

Dĭffĕro, a. incon. Spatium temporis extendo. [אָחַר *echár.* αὐξάνω,πλατύνω. Gall.*Differer,delayer,prolonger.*Ital.*Differire,prolongare.* Ger Verziehen/auffſchieben.Bel.Vertrecken.Hiſp.*Dilatar el tiempo.*Pol.*Odkl'adam.*Vng *El halaſztom.*Ang.*To delay,to prolong.*] Virg.lib.6. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. ¶ Interdum eſt in diverſa loca ferre, ἀφέρειν. Plautus in Rud. Nos cum ſcapha tempeſtas dextroverſum differt ab illis. Idẽ in Cur.Iam ego te faciam,ut hinc formicę te fruſtulatim differant. ¶ Interdum diffamare, divulgare. Lucil. Gaudes, quum de me iſta foris ſermonibus differs. Plaut. in Trin. Nolo ego mihi te jam proſpicere, qui meam egeſtatẽ leves: ſed ut inops infamisq; ſim,ne mihi hanc famam differant. ¶ Interdum dividere,ſcindere, diſſipare. διαφέρειν. Terent.in Adelph.Me miſeram, differar doloribus. Simile Græcis eſt ἀφέρεσθαι. ¶ Interdum in ordinem ponere, ἀπονέμειν. Virgil.lib.4.Georg.Ille etiã ſeras in verſum diſtulit ulmos. ¶ Interdum diſtare, ἀλλαχόθεν, ἀφέρειν. Cic.Divin.in Verr.At vide quid differat inter meam opinionem & tuam.

Dĭffĕrēntĭă, f. p. Diſcrimen, diſſimilitudo. [אֲחִלְקוּת *machalóketh.* ἀφορά. Gall.*Difference.* Ital.*Differenza.* Ger.Underſcheid. Hiſp.*Differencia.*Pol.*Rożnosć.*Vng.*Kwlõmbség.*Ang.*Difference.*] Cic.4.Acad.Quòd videretur eſſe quędam in viſis differentia.Idem 5. de Fin.Ita fit,ut quanta differencia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorumq; diſſimilitudo. Indifferens, ἀδιάφορον, quod ſcilicet per ſe neq; bonum eſt,neq; malum.

Dĭffĕrĭtās, pro differentia, quo antiqui utebantur. [ἀδιαφορία. Vng.*Kwlõmbség.*] Lucr. lib.4: Tantaq; in his rebus diſtantia, differitas q; eſt. Nonius.

Dĭlātŭs, participium, Prolatus, productus. [מְאֻחָר *meuchár* מְעֻכָּב *mebukkáb.* αὐξηθεὶς,πλατυνθείς. Gall.*Differé,dilayé.* Ital.*Differito,prolongato.* Ger.Verzogen/oder auffgezogen. Hiſp.*Dilatado, prolongado.* Pol.*Przedl'użony.* Vng.*Halaſztatot.* Ang.*Delayed, prolonged.*] Cic.4.Verr. Quaſi metueret ne Petilius privato illo judicio tranſacto, aut dilato, cum cæteris in conſilium reverteretur. Pœna dilata in tempus mortis, Ovid.3.Triſt.

Dĭlātĭo,f.r.Temporis prorogatio,ſive extenſio.[עִכָּבָה *hikkebáh.* διαδοχή. Gall *Delay,dilation,attente* Ital *Dilatione,prolongamento.* Germ.Verzug/oder auffzug/verlengerung. Hiſp. *Dilacion.* Pol.*Przedl'użenie odwl'oka.* Vng.*El halaſztás,haladék.* Ang.*Delaying,differring.*] Plin.lib.18. cap.10: Nec ulla ſegetum minus dilationem patitur. Cicer.3.Philip. Quæ eſt igitur expectatio, aut quæ nimia dilatio temporis?

Dĭlātŏr, oris, m.r. Cunctator. [מְאַחֵר *meachér.* μελλητής. Gal. *Delayeur,qui differe,faitard.*Ital.*Prolongatore,indugiatore.* Germ. Ein auffzieher/ſeümiger/auffſchieber. Hiſp. *Prolongador del tiempo.*Pol. *Przedl'użacz.* Vng.*Halogato, késedelmes.* Ang.*A delayer,or prolonger.*] Horat.in Arte: Dilator, ſpe longus, iners, avidusq; futuri.

Dĭffĭbŭlārĕ, Aperire, diſcingere, fibulam reſolvere. [ἀναπορπᾶν. Gall.*Desboucler.* Ital.*Diffibbiare.* Ger.Die hafften auffthõ/ auffbreiſſen. Hiſp.*Quitar la hemilla ò candado.*Pol.*Rożpinã.*Vng.

Ki kaptsolom, meg nyitom. Ang. To lowse, to vnbükle or vnbutton.] Papin. Emicat, & torvè chlamydem diffibulat aura.

Dīffĭcĭlĭs, le, Laboriosus, operosus, habens multum difficultatis & laboris. [קשה kascheh יגע jagheah. δύσκολος, δυσχερής. Gall. Difficile, malaisé. Ital. Difficile, malegeuole. Germ. Schwär. Hisp. Difficilde azer. Pol. Trudny. Vng. Nehéz. Ang. Hard, vneasie.] Terent. in Heavt. Nihil tam difficile quin quærendo investigari possit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod Morosum. Cic. de Senect. Moderati enim, nec difficiles senes.

Dīffĭcŭltās, ātis. abstractum, Labor, angustia, asperitas. [קשי keschi. δυσκολία. Gall. Difficulté, malaisance, empeschement. Ital. Difficultà. Ger. Die schwäre/beschwärdt. Hisp. Difficultad de hazer qualche cosa. Pol. Trudnosc'. Vng. Nehézség. Ang. Difficultie, vneasinesse.] Cic. pro Cluentio: Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantū laboris sit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: ut, difficultas rei numariæ, aut frumentariæ. Cic. 4. Verr. Et simul ostendi se in summa difficultate esse numaria.

Dīffĭcĭlè, Difficiliter, & difficulter, Aegrè, vix, cum labore. [בקשה bekascheh. δυσκόλως. Gall. Difficilement, malaisément, à grand peine, auec difficulte. Ital. Difficilmente, malageuolmente. Ger. Schwärlich/ kümmerlich. Hisp. Difficilmente. Pol. Trudno, ledwo. Vng. Nehezen. Ang. With difficultie.] Plin. lib. 27. cap. 12: In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile evellatur. Liv. lib. 5. bell. Pun. Circundati pedites haud difficulter impetum incursantium Numidarum arcebant.

Dīffĭcĕl, antiqui dicebant pro difficilé. Autor est Nonius, qui adducit testimonium Varronis: Quod utrum sit magnum an parvum, facul, an difficul.

Diffĭdo, is. pen. prod. Non fido, desperо. [ἀπιστέω, ἀπελπίζω. Gall. Se deffier. Ital. Diffidarsi, non hauer speranza. Ger. Mißtrauwen/vbel trauwen. Bel. Wantrouwen. Hisp. Desconfiarse. Pol. Watpie, nie vffam. Vng. Nem bizom. Ang. To mistrust, to despayre.] Cicer. 2. de Divinat. Nihil affirmabo: quæram omnia, dubitans plerunq;, & mihi ipse diffidens. Ibidem: Eudemus ita graviter ægrotus fuit, ut omnes medici diffiderent. ¶ Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Ser. Sulp. Ciceroni: Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

Dīffīsŭs, part. [ἀπιστήσας, ἀπελπίσας. Pol. Watpiaci. Vng. Nem bizo. Ang. Mistrusting.] Cic. pro Muræ. Fatebor enim Cato, me quoq; in adolescentia diffisum ingenio meo, quæsisse adjumenta doctrinæ.

Diffĭdēntĭă, æ, cui opponitur Fidentia. [ἀπιστία, δυσελπισία. Gal. Deffiance. Ital. Diffidenza Ger. Mißtrewūg His. Desconfianca. Pol. Nieufnosc, watpliwosc. Vng. Hihetetlenség, bizodalmatlanság. Ang. Mistrust.] Cic. 4. Tusc. Est si fidentia: id est, firma animi contilio, scientia animi quædam est, & opinio gravis non temerè assentiēs, metus quoq; est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Invent. Quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est. Ovid. 2. de Remed. amor. Fit quoq; longus amor, quem diffidentia nutrit.

Dīffĭdēntĕr, adverb. Timidè: cui contrarium Fidenter. [ἀπίστως, δυσελπίστως. Gall. Auec deffiance, sans grande esperance. Ital. Con desconfidanza, senza esperanza. Ger. Mißtrewlich/ohn gute zuversicht. Hisp. Con desconfianca. Pol. Zwatpienim, watpliwie. Vng. Felelmesen, bizodalmatlanul. Ang. With mistrust, without hope.] Cic. pro Cluent. Altera tantumodo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere rationem veneficii criminum.

Diffĭndo, diffidi, pen. prod. præteriti corr. diffisum, act. t. Findo, divido. [בקע bikkéah. σχίζω, διαχίζω. Gall. Fendre & mettre en pieces. Ital. Fendre, tagliare in più pezzi. Ger. Zerspalten/zertheilen. Bel. Van den anderen clieven. Hisp. Hender en diuersas partes. Pol. Rozszczepiam, rozlupuie. Vng. Meg hasitom, két felé vágom. Ang. To cutt or cleaue a sunder.] Virg. 9. Aeneid. Et media adversi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. ¶ Diffindere diem, teste Budæo, est id quod nos Rem in crastinum continuare dicimus, vel remittere. Tria enim, inquit idem, erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur: hoc est, res in posterum diem rejiciebatur, aut comperendinabatur: id est, in tertium diem differebatur: aut amplıabatur, quum res non in posterum neq; in perendinum, sed in longiorem diem pro judicum arbitrio rejiciebatur. Vlpian. l. ij. Si quis caution. Et ideò etiam lex xii. tabul Si judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, jubet diem judicii esse diffisum. Gell. lib. 14. cap. 2: Iussi igitur diem diffindi, atq; inde à subselliis pergo ad Phavorinum philotophum.

Diffĭngo, is, ere, Corrumpo, & destruo quod fictum & formatum est. [שחת schichéth. ἀφθείρω. Gall. Desfaire ce qui est fait, luy oster sa forme & figure. Ital. Guastare, corrompere. Ger. Etwas gemachts zerbrechen vnd anderst machen. Hisp. Gastar, destruir, desfigurar. Pol. Zepsowanei rzeczi znowu inaczei czinie. Vng. El bontom, rontom, tetetőm. Ang. To vnmak, to vndoe that was made.] Horat. 3. Carm. -neq; diffinget, infectumq; reddet, Quod fugiēs semel hora vexit. Vbi Acron. Diffinget: id est, confundet, immutabit, sive divellet. Idem Carm. - ô utinam nova Incude diffingas retusum in Massagetas, Arabesq; ferrum. Vbi Acron, Diffingas, contusum reformes: nam sicut fingere, formare dicitur, sic & diffingere, est quassatū reformare. Idem 2. Serm. - equidem nihil hinc diffingere possum: id est, non possum negare rem sic non se habere.

Diffīnĭo, diffinis, pen. pro. act. q. ex dis, & finio, Definio, [גזר ghazár. ὁρίζω. Gall. Definir, determiner. Ital. Diffinire, terminare. Ger. Entscheiden. Bel. Verclaren. Hisp. Diffinir, ò determinar. Pol. Opissuie. Vng. Meg határozua. Ang. To define, to determine.]

Dīffīnītē, Finitè, definité. [Vng Meg határozua.] Cic. pro Balbo: Quæ diffinitè civitatē donādi Pōpeio potestatē fecerat: sic enim in antiquo manuscripto hoc loco & multis aliis legitur.

Dīffīnītĭo, quæ & definitio, & finitio appellatur, constans ex genere & differentiis: ut Homo est animal rationale, mortale. [ὅρος, ὁρισμός. Gal Definition, determination. Ital. Definitione. Ger. Entscheidung / die beschreibung eines dings was es von natur seye. Hisp. Definicion ò determinacion. Pol. Opissanie rzeczi iako, iestsama wsobie. Vng. Meg határozas, magyarázás (anagy) kimondas. An. A definition.] Quint. Finitio, est rei propositæ propria & diluicida, & breviter comprehēsa verbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio sumpta translatione ab his qui fundos prædiaq; dividunt alia ab aliis. Nam ut illi agrum ab agro diffiniunt, atq; habitam de finibus controversiam distinguunt: sic per definitionem res à rebus distinguuntur, & veluti certis quibusdam finibus circunscribuntur.

Dīffĭtĕŏr, ex dis, & fateor, d. p. Nego, inficior. [אמן mahén. ἀπαρνέομαι. Gall. Ne vouloir pas confesser, denier. Ital. Non voler confessare. Ger. Verneinen/nicht wöllen bekennen/leugnen Bel. Vooden. Hisp. Negar ò non confessar. Pol. Prze, wiznac nechce. Vng. Tagadom. Ang. To dente.] Cic. Itaq; nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore. Col. lib. 4. cap. 10: Nam quòd in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoque non diffitemur.

Dīfflo, as, Est flatu prosterno. [נשב nischschéb. ἀημονία. Gall. Espandre ou abatre par souffler, faire aller en vent. Ital. Gettare à terra soffiando. Ger. Zerblasen/niderblasen. Hisp. Derribar soplando. Pol. Rozdmā. Vng. El fuuom. Ang. To blowe away.] Plaut. in Mil. Cujus tu legiones diflasti spiritu, quasi ventus folia.

Dīfflŭo, act. t. est in diversas partes fluo, Liquesco. [ἀφίημι. Gall. Couler de toutes pars, se dissoudre & ne pouuoir tenir ensemble. Ital. Scorrere in più parti. Ger Zerfliessen. Hisp. Correr lo liquido en partes. Pol. Rozpływanie sie, rozpiekanie sie. Vng Idestoua folyok. Ang. To loose and fall a sunder.] Plin. lib. 21. cap. 13: Qui edere, abjiciut se humi, refrigerationē quærentes: nam & tudore diffluunt. ¶ Diffluere otio, vel luxuria, est immodico otio, vel immodicæ luxuriç indulgeo. Terent. in Heavt. Vt ejus animum, qui nunc luxuria & lascivia Diffluit, retundam.

Dīffrĭngo, is, act. t. In varias partes frango. [רעע schibbér רעע rah. ἀφηγνυμι. Gall. Rompre en pieces, briser. Ital. [illegible] in più parti. Ger. Zerbrechen. Hisp. Romper in muchas partes. Pol. Lamie. Vng. El törödelöm. Ang. To break in pieces.] Plautus in Asin. Cruta hercle diffringentur.

Dīffŭgĭo, is, pen. cor. In diversas partes fugio, huc illuc fugio, dilabor. [ברח barach. ἀφεύγω. Gall. Fuir çà & la, reculer, euiter. Ital. Fuggire in diuerse parti. Ger. Von einander hin vnd her fliehen. Bel. Van den anderen vlien. Hisp. Huir en diuersas partes. Pol. Vczekā ÿ tam ÿ sam. Vng. Széllel futok, idestoua futok. Ang. To flie here and there, to eschew.] Virg. lib. 3. Georg. - quò tota exterrita sylvis Diffugiunt armenta. Cæsar 8. bell. Gall. Hirepentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia. ¶ Ponitur etiam translatè pro vitare. Cic. 5. Ver. Diffugerūt enim permulti, id quod ostendā. ¶ Item pro refugere, renuere. Var. 2. de Re rust. Nec tamē diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore.

Dīffŭgĭum, gii, n. s. [מנוס manús. ἀφυγή, ἀφοπέδασις. Gal. Fuite çà & là. Ital. Rifugio, ridotto. Ger. Zuflucht/ausflucht. Hisp. Huida. Pol. Vczieczka. Vng. A szélle futosás, idestoua futás. Ang. Flying to sundrie partes.] Tacit. Proximorum diffugia languentibus jam studiis.

Diffŭndo, act. t. diffudi, diffusum, Huc illud fundo, dispergo, dissipo. [זרה zaráh פשה paschàh. ἀφχέω. Gall. Espandre. Ital. Versare, spargere in più parti. Ger. Zerspretten/hin vnd wider giessen. Hisp. Derramar en diuersas partes. Pol. Rozliewam. Vng. Széllel öntözöm. Ang. To powre out and scatter abroade.] Columm. lib. 2: Nam vel respuit duritiam soli dens aratri, vel si qua parte penetravit, non minutè diffundit humum. ¶ Accipitur pro dilatare. Cic. li. 1. de Orat. Diffusa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animum alicujus, est exhilarare aliquem. Ovid. 1. de Arte am. Spectabunt juvenes lęti, mistæq; puęllæ: Diffundetq; animos omnibus ista dies.

Dīffūsŭs, partic. [עזוּר *pazúr* נזרה *nizréh*. Ἀφχυσός. Gall. *Espandu, espars* Ital. *Sparso*. Ger. Zerſpreitet oder außgeſpreitet. Hiſp. *Derramado*. Pol. Rozſypagniony, rozſierzony. Vng. *Széllel ontóZtetet*. Ang. *Powred out abroade.*] Cic. 2. de Orat. Eſt enim heri nobis ille noſter Catule pollicitus, ſe jus civile quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera coarctaturum.

Dīffūsē, adverb. Diſperſè. [Ἀφχυμένως. Gall. *Eſparſement, largement, & avec eſtendue, d'vn coſté & d'autre.* Ital. *Sparſamente*. Ger. Spreitechtig/weitleuffig. Hiſp. *Derramadamente*. Pol. *Szeroce*. Vng. *Széllel*. Ang. *Scatteringly, without order.*] Cic. 1. de Inven. Enumeratio eſt, per quam res diſperſè & diffusè dictæ, unum in locum coguntur.

Dīffūsĭo, onis, f. t. Dilatatio, diſparſio: [נתיכה *natzará*. Ἀφχυσις. Gall. *Effuſion cà & là, eſpartement*. Ital. *Il ſpargere, ſparſamẽto*. Ger. Zerſpreitũg/zerthũung. Hiſp. *Derramamiento*. Pol. Rozſzerzenie, rozpuſzczenie. Vng. *Széllesítés, ſzéllel ontózés*. Ang. *A powring out or ſprinkling abroade.*] ut, Diffuſio animi, pro exhilaratione. Seneca de vita beata: Ex cognitione veri gaudium grande & immotum, comitasq; & diffuſio animi.

Dĭgamma, δίγαμμα: ſive Digamma Aeolicum, dicta eſt F litera, quòd duplicis Γ imaginem referre videatur. Cicer. ad Attic. lib. 9. fundum ſuum Formianum vocat digamma, quòd nomẽ ejus ab F litera initium ſumeret. Delicũ, *inquit*, digamma venderem, quantum in ſolo ſolerem quærere non ſolùm Romæ, ſed etiam delicium digamma viderem. Locus corruptus.

Dĭgămŭs, pen. corr. m. f. [δίγαμος. Gal. *Qui a deux femmes, deux fois marié*. Ital. *Quell che ha hauuto due mogliere*. Germ. Das zwey Weyber hat/oder der zwey mal geweybet hat. Hiſp. *El caſado dos vezes*. Pol. *Ten ktori dwie żeniemia, albo ktoryſze dwakroc ożenił*. Vng. *Két feleségű*. Ang. *That hath bene twiſe maried.*] Qui duas duxit uxores. Hieron. contra Iovin. Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

Dĭgĕro is, pen. corr. act. t digeſſi, digeſtum, Ordino, diſpono. [נתיכה *tsibéh*. ערך *harak*. Διατάττω, διάθεσις, Ἀφχοσμῶ. Gall. *Porter cà & là, ordonner & diſpoſer, mettre par ordre*. Ital. *Ordinare, diſporre*. Ger. Ordnen/in ordnung ſetzen. Bel. Ordineren. Hiſp. *Ordenar, diſponer*. Pol. Rozrządzać, rozkładam. Vng. *El rendelõm*. Ang. *To ſett in order, to diſpoſe.*] Virg. Aeneid. 3. Quæcunq; in foliis deſcripſit carmina virgo, Digerit in numerũ. Ita dicimus aliquid digeſtum: id eſt, loco ſuo compoſitum. εἰς χώρας κεῖσθαι. ¶ Quandoq; Dilucido interpretor, ἐξηγοῦμαι. Virgil. lib. 2: -ita digerit omnia Calchas. Quandoq; Divido, diſtinguo. Plin. lib. 18: Poma ſerantur, inſerantur q;, vineæ paſtinentur, ſemina digerantur. ¶ Quandoq; concoquo: [πεπτύνω. Pol. *Trawie*. Vng. *Megemésztem*.] ut, Digere paulìſper vinum quo mades. Cic. ad Attic. lib. 4: Stomachus concaluit ut digerat multa cruda facilius. Macr. Igitur in ventre fit prima digeſtio. Sed hoc ad primum ſignificatum reduci poteſt, quum digeſtio ſit diſtributio cibi ordinata. Diſtribuitur enim alimentum per venas totum in corpus, juſtaq; quadam œconomia tantum unicuiq; particulæ impertitur quantum illi nutriendæ ſatis ſit. Quatuor autem in quoq; corpore fiunt digeſtiones: quarum prima fit in ventriculo: ſecunda ab hepate: tertia in venis: quarta in ſingulis membris, dum quod unicuiq; membro utile eſt, ipſi membro fit nutrimentum: inutile autem per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macrob. cap. 4. lib 7. ¶ Per translationẽ, Cic. ad Qu. Fratrẽ, li. 2 Facias ut mea mandata digeras.

Dĭgĕro, verb. f. t. Ordinato. [ערך *hérech* מערכה *maarachâh*. Ἀφμοζω, Ἀφμογη. Gall. *Ordonnance, diſpoſition, ordre*. Ital. *Ordinãza, diſpoſitione*. Ger. Ordnung. Hiſp. *Repartimiento, ordenança*. Pol. Rozrządzenie. Vng. *Rendelés*. Ang. *A ſetting in order, a due placing of things.*] Plin. lib. 3 cap. 1: ſtaq, interiori in parte digeſtionem in literas ejuſdem nos ſequentes, colomarum mentione ſignata, quas ille in eo prodidit numero. Cic. 3. de Orat. Digeſtio quæ exoratio eſt. ea eſt partitio. ¶ Concoctio & digeſtio, πῶς ἡ Ἀφφόφησις. [Pol. *Strawienie*. Vng. *Megemésztés*.] Celſ. in proœmio. ſive hæc de cauſa concoctio incidat, ſive de illa: & ſive concoctio ſit illa, ſive tantùm digeſtio.

Dĭgĕrĭes, ſ. t. Digeſtio, diſpoſitio. [Ἀφμόσεσις, Ἀφμῆξις. Vng. *Rendelés*.] Macrob. Nec minum ſi digeries motum reprehenſionis evaſit.

Digeſtorum liber, ideo duplici ff. ſignatur, quòd Græci Pandectas per ππ cum accentu circumflexo notabant, ſub quibus & Digeſtorum libri comprehenſi ſunt: unde facilè litera π in ff. Latinè inolevit. Alciat. lib. 3. Diſpunct. cap. 12. Digeſtorũ autẽ nomen primus Salvius Iulian. invenit, qui jus civile, cùm olim confuſim traditum eſſet, tanquam in quandam artem illud redegit. Alciat. in Rub. C. de Edendo.

Dĭgĭtŭs, m. ſ. à digerendo quidam derivari putant, quòd natura miro decentiq; ordine digitos digeſſerit: id eſt, diſpoſuerit. [אצבע *etsbâh*. Δάκτυλος. Gall. *Doit*. Ital. *Dito*. Ger. Ein finger. Bel. Eenen vinger oft teen. Hiſp. *Dedo*. Pol. *Paliec*. Vng. Vy. Ang. *The finger.*] Plaut. in Perſa: Næ ſi me uno digito attigeris, te ad terrã affligam ſcelus. Digitorũ nomina ſunt hæc, Pollex: ὐπίχαρις, ἢ μέγας: Index, λιχανὸς, δεικτικὸς: Infamis, ſive famoſus μεσος, σφέκελος: Medicus, παραμέσιος, δακτυλιώτης, ἰατρὸς: id eſt, medicinalis, ſeu anularis, quòd in eo anuli primùm geſtari cõ ſueverũt: Minimus, μικρὸς, qui & auricularis, ὠτίτης. Indicẽ qui pollici proximus eſt alio nomine ſalutarẽ veteres vocaverũt. Mart. lib. de Nupt. Phil. Quidã redimitus puer ad eos cõpreſſo digito ſalutari, ſilentium cõmonebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus eſt verpus; à verrendo podice. Ob quam etiã cauſam impudicus, & infamis vocatus eſt. Et quando porrigebatur, ſignum deriſionis & contumeliæ erat. Mart. Oſtendas digitum, ſed impudicum Alconti, Daſioq;, Symmachoq;. Iuvenal. -ipſe minaci Præberet laqueũ, mediũq; oſtenderet unguem. Perſius: -frontem atq; uda labella Infami digito, & luſtralibus antè ſalivis Expiat. ¶ Digitum tollere, ſignificat favere, ſuffragari: ſicut Digitum deprimere, ſuffragio derogare. χειροτονῶ. Horat. Vulgus utroq; ſuum laudabat pollice ludum, Digitũ exere, peccas: proverbialiter dicitur de iis quos ut vitia ſua fateantur cogimus. Tractum à gladiatoribus, qui victi oſtentione digiti veniam à populo poſtulare cogebãtur. Perſius Satyr. 5: Nil tibi conceſſit ratio, digitum exere, peccas. ¶ Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodã aquæ modulo, quo ex caſtello in vicos, aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua dividebatur. Habebant enim aquæ ductus ſua caſtella ad divortia vicorum, ex quibus aqua à caſtellario per uncias & digitos dividebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. Autor Frontinus. ¶ Cœlum digito attingere, proverbiali nimirum hyperbole dicuntur, qui longè ſupra mortaliũ conditionem, ac diis proximi eſſe videntur. Cic. ad Attic. lib. 2: Noſtri autem principes digito ſe cœlum putant attingere, ſi muli barbati in piſcinis ſint qui ad manum accedant. ¶ Extremis digitis attingere, eſt leviter attingere. Cic. pro Cæl. ¶ Meuri digitis dicitur qui rem accuratiùs expendit, quàm oporteat. ¶ Monſtrari digito, δάκτυλος τῷ δακτύλῳ, pro eo quod eſt, inſignem eſſe. Luc. in Hermonide, Horat. 4. Carm. Od. 3. & Perſ.

Digitus aquæ, ſexta decima pars pedis, uncia verò duodecima. Paul. de Serv. Ruſt. præd. l. Lucius Titius, Digitum tibi dono aquæ,

Dĭgĭtŭlŭs, & Digitellus, diminutiva. [δακτυλίσκος. Gall. *Petit doit*. Ital. *Deto piceiolo*. Ger. Ein fingerlein. Hiſp. *Dedo pequenna*. Pol. *Palieczek, paluſzek*. Vng. *Vyotska*. Ang. *A litle finger.*] Ter. in Eunuch. Sine biduum hoc prætereat, Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.

Dĭgĭtālĭs, & hoc digitale, Quod habet menſuram digiti. [δακτυλιαῖος. Gall. *De la groſſeur, eſpeſſeur, largeur & longueur d'vn doit*. Ital. *Di miſura d'vn dito*. Germ. Fingerm ſſig/das eines fingers dick oder lang iſt. Hiſp. *Coſa que tiene quantidad de vn dedo*. Pol. *Co ieſt długo na puliec*. Vn. Egy vyni. An. *That is of the meaſure of a finger or inche.*] Plinius lib. 22: Et anchuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine.

Dĭgĭtāl'ă, n. ſ. ſubſtantivum, Digitorũ tegmenta dicũtur. [δακτυλήρεις. Gall. *Doitier, dequoy on couure les doits, gant*. Ital. *De guanti*. Ger. Fingerhut/hendſchuch. Hiſp. *El dedal ò dedil del dedo*. Pol. *Paluch, rekawice*. Vng. *Gyűſzű*. Ang. *A thymble or any thing couering the fingers, as finger ſtalles.*] Varr. lib. 1. de Re ruſt. Olea manuſtricta, melior: ea quæ digitis nudis legitur, laudabilior quàm illa quæ cum digitalibus.

Dĭgĭtēllŭs, ſive Digitellũ. [Pol *Rożenwnik*.] Herba eſt quæ alio nomine ſedum, ſive ſempervivum majus appellatur. ἀείζωον. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Dĭgĭtātŭs, m. f. Qui digitos habet. [ὁ ἐχων δακτύλους. Gall. *Qui a doigts*. Ital. *Chi ha diti*. Ger. Der finger hat. Hiſp. *Que tiene dedos*. Pol. *Palczaſtý*. Vng. *Vyas, ujjas minek vya vagyon*. Ang. *That hath fingers.*] Plin. li. 11. cap. 47: Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Dĭgladĭŏr, Gladiis certo, certo, contendo, diſſentio. [Ἀφξιφίζομαι, Ἀφμαχέμαι. Gall. *Debatre par armes & comme tirer à couſteaux, noiſer*. Ital. *Far' alle coltellate*. Ger. Fechten/ſtreyten/mit ſchwerteren ſtreyten. Bel. Schermen. Hiſp. *Acuchillar*. Pol. *Szermuie, fechtuie*. Vng. *Harczolok, hásártoskodom*. Ang. *To fight with ſwordes, to contend or ſtriue.*] Cic. Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

Dĭgnātĭo, Dĭgno, Dĭgnitas, Dĭgnor, Vide DIGNVS.

Dĭgnōſco, act. t Agnoſco, cognoſco, aut diſcerno. [הכיר *hichchir*. Ἀφγνώσκω. Gall. *Cognoiſtre entre autres, diſcerner*. Ital. *Cognoſcere, diſcernere*. Ger Vor einem/und eben keſen/vnderſcheiden. Hiſp. *Conoſcer entre coſas diuerſas*. Pol. Rozpoznawam. Vng. *Megiſmerõm*. Ang. *To diſterne, to knaw amang otheris.*] Lactant. lib. 6: Invicẽq; ſe dignoſcunt. Sueton. in Othon. Vulſo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignoſceret. Col. lib. 2. cap. 2: Dignoſcere terram ſapore. Plin. lib. 12. cap. 17: Dignoſci vix poteſt à maſtiche vera.

Dĭgnōro, tas, act. p. σημειώμαι, ſigno, imprimo, ut fieri ſolet in pecoribus ut dignoſcantur.

Dĭgnŭs, a, um, Qui aliquid meretur, cui aliquid merito debetur: [ראוי

tur:[ראוי *raúi* כשר *caschér.* ἄξιος. Gall. *Digne.* Ital. *Degno.* Ger. Wirdig/würt. Bel. Werdich. Hiſp. *Digno.* Pol. *Godnÿ.* Vng. *Mélto.* An *Meete or conuenient, worthie.*] ut, Dignus laude, qui meretur laudẽ. ἀξιοπαίνετος. Dignus caſtigatione, qui meretur caſtigationẽ. Plaut. in Rud. Neq; digniorem cenſeo vidiſſe anũ me quanquã, Quos deos atq; homines cenſeam benefacere magis decere. Terent. in Heavt. Ego te meũ eſſe dici tantiſper volo, Dum quod te dignum eſt facias. ¶ Hujus contrariũ eſt Indignus. Mart. Digna tuo cur ſis, indignaq; nomine dicã: hoc eſt, dicam cur mereris & non mereris hoc nomen.

Dīgnẽ, adverb. pro dignitate. [ἀξίως. Gall. *Dignement, cõme il appartient, honneſtement.* Ital *Degnamento, come s'appartiene.* Germ. Wirdigtlich Hiſp. *Dignamente.* Pol. *Godnie.* Vng *Méltán.* An. *Honeſtlie, worthelie.*] Id eſt, honeſtè, uti honeſtum decet. Plaut. Mil. quàm dignè ornata incedit, aut meretriciè. Cicer. de Senect. Nunquã igitur ſatis laudari dignè poterit philoſophia: hoc eſt, ſatis pro dignitate. ¶ Dignè etiam ſignificat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita. ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ovid. Leniter, ex merito quicquid patrare, ferendum eſt: Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Dīgnāntẽr, adverb. Digné. [ἀξίως. Pol. *Godnie.* Vng. *Méltán.*] Vopiſcus in Tacit. Ipſum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audire.

Dīgnĭtas, ātis. Honeſtas, honor, amplitudo, ſplẽdor. [מעלה *mahaláh* שאת *ſeéth* יתר *jéther.* ἀξία, ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Gall. *Dignité, honneur, reputation* Ital. *Dignità, ampleza, honore.* Ger. Wirdẽ/ wirdigkeit. Bel. Weerdicheyt. Hiſ. *Dignidad, honra, reputacion.* Pol. *Godnoſć.* Vng. *Méltoság.* An. *Worthineſſe, honour doone to ones merites, manly maieſtie or comelineſſe in fauour.*] Gell. Cujus dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. Cicer. Thermo, lib. 13: Vt omnibus in rebus ei te cõmodes, quoad ſi des dignitas; tua parietur. ¶ Interdum ſumitur pro virili pulchritudine, τὸ ἀξίωματικὸν, σεμνοπρεπωπία. Idem lib. 1 Offic. Pulchritudinis duo ſunt genera: unum muliebre, quam venuſtatem appellamus: alterum virile, quam dignitatem dicimus. Idẽ de Orat. In formis aliis dignitas ineſt, aliis venuſtas. ¶ Eſt etiam dignitas in ſermone, quum ſcilicet oratio eſt gravis, & voce remiſſa, de qua Autor ad Herenn. σεμνοπρέπεια, σεμνότης. Hujus contrarium eſt indignitas, pro dedecore, ſive ignominia, & quod indignũ eſt, ſive quod eſt contra dignitatem. Lib. 4. ad Herenn. Nequeo verbis conſequi in dignitatem rei. Cic. pro Qu. Ligario: Quum ad ſecundum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum veniſſem manè ad Cæſarem, atque omnem adeundi atq; conveniendi illius indignitatem & moleſtiam pertuliſſem. Autor ad Herenn. lib. 3: Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat, eadem lædit auditorem. habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potiùs vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum. ¶ De privatæ dignitatis gradibus, Vide Lag. de Method. jur. Civil. part. 2. cap. de privat. dignit. &c.

Dignitatum ſpecies, recentiores Iuriſconſulti quatuor eſſe tradunt, Illuſtres, Superilluſtres (quæ dictio non ſatis Latina eſt) Spectabiles & Clariſſimos. Sed Alciati doctrina verior, cujus elegans cap. extat de ea re in lib. Diſputat. 3. Dignitates in jure noſtro propriè, quæ clariſſimatus, Equitatus, perfectiſſima gradibus continentur; quos Alciatus non uno loco attigit, oſtendens quantum hac in re aberratum hactenus ſit.

Dīgno, as, act. p. Dignum judico, & æſtimo. [ἀξιῶ. Gall. *Iuger & reputer digne, daigner.* Ital *Giudicare degno, degnare.* Gerim. Würdigen / wirdig achten. Hiſp. *Tenere por bien, hazer ò reputar por digno.* Pol. *Godnie mniemam.* Vng. *Méltonak vélõ, méltoſztatom.* Ang. *To thinke worthie, to vouchſafe.*] Pacuvius: Quis deos infernos, quibus cœleſtes, dignet decorare honoribus?

Dignōro, as, are, Græcè σημαίνω. Signũ inuro, quemadmodum fieri ſolet ſceleratis, & pecoribus. [Pol. *Piatnuie.* Vng. *Meg belyegzõm.*] Feſtus: Sic & equi quadam nota inſigniebantur. Anacreon: εἰ γὰρ ἵππος ἦν, ἵππου κύριος ἂν ἐγενόμην.

Dīgnŏr, paſſivum. Dignus habeor. [ἀξιοῦμαι. Gall. *Eſtre reputé & eſtimé digne.* Ital. *Eſſer tenuto degno.* German. Wirdig geachtet ſeyn. Hiſp. *Ser tenido por bien y digno.* Pol. *Zagodnego ſiẽ, rachuam mie.* Vng. *Méltonak itilteſzõm, méltoſztattatam.* Ang. *To be eſtemed and holden worthie.*] Virgil. 3. Aen. Conjugio Anchiſa Veneris dignare ſuperbo. Cicer. Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur: id eſt, digni habentur.

Dīgnŏr, deponens, pro Dignum judico, ſeu habeo: uſitatius. [ἀξιῶ. Gall. *Eſtimer & reputer digne, daigner.* Ital. *Giudicare degno, degnare.* Ger. Wirdig achten. Hiſp. *Tener por bien, hazer ò reputar por digno.* Pol. *Zagodnegomam.* Vng. *Méltoſztatom, méltonak itilẽm.* Ang. *To think worthie, to vouch'affe.*] Virgil. 1. Aeneidos: Tum Venus. Haud equidẽ tali me dignor honore: id eſt, dignam judico, inquit Servius. Suet. in Auguſt. Vniverſum denique genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt: id eſt, dignum judicavit, & dignatione ſua proſequutus eſt.

Dīgnāndŭs, Cic. 1. Acad. Quæ autem ſecundùm naturã eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat.

Dīgnātĭo, onis, f. t. idem quod Græci ἀξίωμα dicũt: id eſt, dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratũ, vel propter oris, motumq; majeſtatẽ. [מעלה *mahaláh* שאת *ſieth* יתר *jésher.* ἀξίωμα. Gall. *Dignité, bonne reputation.* Ital. *Dignità.* Ger. Wirdigung/das wirdig achten Bel Eeerweerdicheyt. Hiſ. *Dignidad, reputacion.* Pol. *Godność, raczenie, czczenie.* Vng. *Méltoság, böſzwlet.* An. *And good reputation, reuerence shewed to a man.*] Cic. Att. lib. 4: Etſi meus quidem eſt fortior, nec quicquam niſi de dignatione laborat. Suet. Veſp. Exin' ſortitus Aphricam, integerrimè, nec ſine magna dignatione adminiſtravit. Liv. 2. ab Vrb. pro gratia & familiaritate poſuiſſe videtur: Appius (*inquit*) interpres lectus, haud ita multo in principũ dignationem pervenit, Indignatio, ex rei alicujus indignitate collecta, ἀγανάκτησις. Iuve. Sat. 2: Si natúra negat, facit indignatio verſũ.

Dīvīnŭs,ſubſtantivum, Qui divinat, prædicit, vates. [קסם *koſém. μάντις,* θεοπρόπος. Gall.*Deuin,qui predit,prediſeur.* Ital.*Indouino,che predice le coſe occulte,* Diuino. German. Ein Wahrſager. Hiſpan. *El que à deuina.* Pol. *Wieſzczek.* Vngar. *Iśuendőlő.* An. *That geſſeth,a ſoothſayer or teller of thinges to come.*] Martialis: Non ſum divinus, ſed ſcio quid facias. Cic. de Fato: Hoc loco Chryſippus æſtuans, falli ſperat Chaldæos, cæterosque divinos. ¶ Avis divina imbrium: id eſt, divinatrix & prænuntia. Horatius lib.3. Carmin. Antequam ſtantes repetat paludes. Imbriũ divina avis imminentium. Cornicem intelligit, imminentium imbrium præſciam, vel Virgilio teſte: Tum cornix plena pluviam vocat improba voce.

Dīvīnĭpŏtēns, Qui in divinis poteſtatem habet. θεοκρατής. Apuleius: Saga & divinipotens cœlum deponere.

Dīvīno, as, pen.prod. Vaticinor, auguror, conjicio, futura ſignifico, præſagio. [קסם *kaſám* נחש *nichéſeh.* μαντεύομαι. Gal.*Deuiner,predire les choſes à venir.* Ital. *Indouinare.* German. Wahrſagen/rhaten. Belg. Waerſeggen. Hiſpan. *Adeuinar.* Pol. *Gadam,prorokuie.* Vng. *Iśuendőlők.* Ang. *To coniecture, to ſoothſay,to tell thinges to come.*] Dictum videtur à nomine divinus: quia divinum quiddam, & ſupra mortalis ſagacitatis ſortem eſſe videtur, futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. Terent. in Hecyr. Planè hic divinat. Cic. de Senect. Cujus ſermone ita tum cupidè fruebar, quaſi jam divinarem id quod evenit, illo extincto fore unde diſcerem, neminem. ¶ Hujus cõpoſita, addivino, prædivino, quod Plinius poſuit pro præſentio, quum ait lib. 10: Tum univerſæ provolant, ſi dies mitis futurus eſt: prædivinant enim ventos, imbres q,, & tunc ſe continent tectis.

Dīvīnātŭs, participium paſſivum. [Vngaricè, *Meg iśuendőlteteős.* Ang. *Geſſed,deemed.*] Ovid. de Nuce: Vt divinatas auferat augur opes.

Dīvīnātĭo,ſ.t. Augurium, vaticinatio, prædictio, præſentio, rerum futurarum ſcientia. [קסם *kéſem* נחש *náchaſch.* μαντεία, μαντική. Gall.*Deuinement,prediction des choſes à aduenir.* Ital. *Indouinamento.* German. Wahrſagung oder Weiſſagung. Hiſpan. *Adeuinacion.* Polon. *Prorokowanie.* Vngar. *Iśuendő mondás, iśuendőlés.* Anglicè, *ſoothſaying telling of thinges to come.*] Cic. 1. de Divinat: Verſari quandam inter homines divinationem, quã Græci μαντικὴν appellant: id eſt, præſentionem, & ſcientiam rerum futurarum: Chryſippus divinationem definit eſſe vim cognoſcentem, & videntem, & explicantem ſigna quæ à diis hominibus portenduntur. Officium autem eſſe ejus, pregnoſcere dii erga homines mente qua ſint, quidque ſignificent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Hæc Cicer. de Divinat. libro 2. ¶ Dicitur etiam divinatio, judicium, ſive cognitio de conſtitutione accuſatoris, quum ſcilicet ex duobus, pluribúsve accuſationem ambientibus, deligendus eſt qui maximè ſit idoneus. Quemadmodum in accuſatione Verris certamen erat inter M Tullium & Cæcilium quendam, uter in accuſando deberet præferri. Vnde etiam prima illa inter Verrinas oratio Divinatio appellatur. Ratio nominis hæc eſt: quia in aliis judiciis judex ea quæ teſtibus, tabulis, vel argumentis probata ſunt, ſequi debet. Quum autem accuſator eſt eligendus, ex levibus quibuſdam & exilibus judiciis & conjecturis judicare debet, & penè divinare quis ad accuſandum maximè ſit idoneus.

Dīvīnĭtās, tatis, f. t. Numen, majeſtas divina: cui opponitur Humanitas. [θεότης. Gal. *Diuinité.* Italicè, *Diuinita.* German. Gottheit. Hiſpan. *Diuinidad.* Polon. *Boſtwo.* Vngar. *Iśtenſég.* Ang. *Diuinite,god head.*] Plin. libro 19. capitè 12: Opus ingens, occultumque divinitatis, & quo nullum reperiri poſſit majus.

Dīvīnē, adverbium, Ad deorum ſimilitudinem, deorum more, & ſupra humanas vires, quaſi divini numinis inſtinctu. [θείως, θεῖος. Gal *Diuinement.* Ital. *Diuinamente.* German. Göttlichen. Hiſpan. *Diuinamente.* Polon. *Bosko.* Vng. *Iśtenőyől, Iśtenől.* Ang. *Godly,by inſpiration.*] Cic. Attic. lib. 4: Præclara igitur conſcientia ſuſtentor, quum cogito me de Repub. aut meruiſſe optimè quum potuerim: aut certè nunquam niſi de ea divinè cogitaſſe. Quint. lib. 1. cap. 10: Quæ Tullius in Oratore divinè, ut omnia, exequitur.

Dīvīnĭtŭs, penult. corr. adverbium, à deo, ſive à divis: [מיהוה *meadhonái. Ieoüeu.* Gal. *De Dieu, venant de Dieu, diuinement.* Ital. *Da Dio, diuinamente.* German. Von oben herab. Belg. Van Godt. Hiſpan. *Diuinamente.* Polon. *Od boga.* Vng. *Iśtenől.* An. *Frome God, by goddes wil.*] ſicut humanitus, ab hominibus, cœlitus á cœlo. Virg. 4. Georg. Haud equidẽ credo, quia ſit divinitus illis Ingenium. Cic. 2. de Orator: Quæ divinitus accedunt. Ibidem: Divinitus ad nos delatum. ¶ Interdum idem eſt quod divinè: hoc eſt, deorum, vel divorum more, inſigniter & quaſi humanis viribus excellentius, θεῖος. Cic 2. de Orat. Ille locus inductus eſt à me divinitus. Idem Attic. lib. 1: Varro mih. fatetur: Pompeius loquitur divinitus.

Dīvōrtĭum, Diremptio matrimonii, inter virum & uxorem. [διαμετρία. Gal. *Diuorce, ſeparation de mariage.* Italice, *Ripudio.* Ger. Die verſchuppffung eines Eheweibs/ein Eheſcheidung. Hiſpan. *El deſecho.* Polon. *Rozł'aczenie męża zżona, rozwod.* Vn. *Hazaſzkinak el válaſa.* Angl. *A divorce, a putting away of one wife.*] A diverſitate mentium dictum eſt, vel quia in diverſas partes eunt qui diſtrahunt matrimonium. Intereſt autem divortium & repudium, quòd divortium ſit inter conjuges: repudium inter ſponſos.

Dĭūrnŭs. Diurno, Vide DIES.

Dĭŭtĭŭs, Diutile, Diutinus, Diutiſsimè, Diuturnus, Vide DIES.

Divulgo, divulgas, act. p. eſt Vulgò notum facere, vel rem alicujus in vulgus ſpargere. [יצא *hodiah.* προκαλέω, ἐκφέρω. Gal. *Diuulguer, publier quelque choſe.* Ital. *Diuolgare, publicare.* Germ. Gemein machen/vnder das gemein Volck außbringen. Hiſp. *Diuulgar ò publicar.* Polon. *Nawat widaie, opowiedam iawnoćzinie.* Vngaricè, *Ki hirdetőm.* Anglicè, *To publiſh, to make knawen abroade.*] Cicer. Balbo: Quare viſum eſt occultius agendum, neque ullo modo divulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti legunt, Dimulgandum. Idem 2. Philipp. Quàm multa ſeria nec tamen ullo modo divulganda.

Dīvŭlgātŭs, nomen ex participio. [Polon. *Widani na ſwatł'o.* Vngar. *Hirbs.* Ang. *Made common, publiſhed.*] Cicer. Fulvio libro 10: Te adipiſcendi magiſtratus leviſſimi, & divulgatiſſimi, ſi ita adipiſcare ut plærique, præpropera feſtinatio abduceret à laudibus.

Dīvŭs, vide DIVS.

D . . ante O.

D. O. in notis antiquorum, dis omnibus, vel Deo optimo. D. DOMIC. COS. XIII. LVD. SAEC. F. C. Domicius Cõſul. XIII. ludos ſæculares faciendos curavit. DO. TR. A. vel TRIN. divo Trajano. D. O. VAL. divo Valerio vel Valeriano. D O T. Dotem. D O T. R. dotem recuperavit. D. P. Divus pius, vel dis penatibus, vel patrius, vel dotis promiſſio, vel

dotem

dotem P. petit, vel devota persona, vel de pecunia. D. P E C. R. de pecuniis repetundis. D. P. F. denuntiandi potestatem fecit. D. P P. Deo perpetuo. D P O. depositio. D. P F. de præfecto. D. P. O R T. de parte orientis. D. P S. de Principibus. D. P. O C. de parte occidentis. D P S. discipulus. D. P. S. D. L. D P. Deo posuit sibi, dis locum dedit publicé. D. Q. dis Quirinalibus, vel disque. D. Q. R. de qua re D. Q. S. de quo suprà, vel die quo suprá.

Do, das, dedi, datum, dare. [נתן *nathán.* Δίδωμι. Gal. *Donner.* Ita. *Dare.* Germ. Geben. Belg. Geven. His. *Dar simplemente.* Pol. *Dáse.* Vng. *Adok.* Angl. *To give.*] cujus composita, si sint ex monosyllabis præpositionibus, sunt tertiæ conjugationis, & præteritum geminant: ut Reddo, dis, reddidi. Perdo, dis, perdidi. Cætera simplicis servant declinationem, ut Circundo, as, circundedi, datum: Pessundo, as, pessundedi, datum. ¶ Variam habet constructionem. Quandoque duos dativos exigit, pro ascribere, seu imputare: quanvis alter eorum non semper ponatur, sed nonnunquam subintelligitur. Cicero libro 2. Offic. Nec Marco quidem Seio vitio datum, quod in caritate annonæ asse modium dedit populo. Terentius unum tantùm expressit, Nunc quam rem vitio dent, quæso, animadvertite, subintelligitur poëtæ. Plaut. in Amph. Nunc tibi hanc patera, quę dono mihi ob virtutem data est, Alcumena tibi condono. Aliquando ultra dativum ponitur accusativus cum præpositione ad. Cicer. Cornif. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. Idem ad Qu. Fratrem: Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas & caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit. ¶ Aliquando præter dativum ponitur accusativus cum præpositione In. Terent. in Phorm. Dic quid velis dari tibi in manum, ut herus his desistat litibus. Nonnunquam loco dativi ponitur accusativus cum præpositione ad. Cic. 2. Philip. Ad sepulturam corpus victrici sui negat à me datum. Interdum accusativus cum prępositione in. Plaut. in Capt. Hoc si faxis, dabo in Caveam. Cicer. Terentiæ: In viam quòd te des hoc tempore, nihil est, Id est, non est causa quare te viæ committas. ¶ Dare cuipiam pecuniam à trapezita, est pecuniam à trapezita sumere, & alteri dare, vel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare, δανείσασθαι παρὰ τῆ τραπεζίτου. Plaut. in Capt. Sequere me hac, viaticum ut dem à trapezita tibi. ¶ Quandoque plures habet accusativos, à diversis pendentes præpositionibus. Columel. lib. 9: Ascensus deinde avibus ad tabulata per utranque cellam datur. Sæpiùs tamen post accusativum regit dativum, & hoc variis artibus applicari solet. Plaut. in Epid. Si æquum sit, me plus sapere quàm vos, dederim vobis consilium cautũ quod laudetis. Idem in Curc. Nunc rei divinæ operam dabo. Idem in Merc. Me toxico morti dabo. Idem in Capt. Do tibi operã, si quid est quod me velis. Gellius: Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, &c. ¶ Item pro offerre, objicere, παρέχειν. Terent. in Hecyr. Profectò hoc sic est, ut puto, Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. ¶ Item inferre, inducere. Virgil. 12. Aeneid. - magnam dabit ille ruinam Arboribus. item dicere, φράζειν. Terent. in Heavt. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item obtemperare, ἑαυτὸν σοὶ δοῦναι & ἐπιτρέπειν τινί. Terent. in id Adelph. Da te mihi: id est, accommoda te meæ voluntati. ¶ Dare etiam mulieres dicuntur, quum copiam sui faciunt. Martialis: Casta igitur nulla est? castæ sunt mille. quid ergo? Casta fuit, non dat, non tamen illa negat. Idem: Non solet accipere. quid solet ergo? dare. ¶ Item facere. Terent. in Adelph. O Aeschine, pol haud paternum isthuc dedisti. ¶ Itẽ concitare, ut apud eundem in Evnuch. Ludum jocumque dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit, ὅσην ἡ τύτη μανίαν ἔσται. ¶ Dare manus, est se victum fateri, τὰ χεῖρε παρέχεσθαι. ¶ Dare pœnas, est sustinere, δίκην ἐπέχειν. Lactan. libro 8: Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impii sunt daturi. ¶ Dare veniam, interdum est agnóscere, interdum concedere quod petitur. συγγνώμην δοκιμεῖν. Terentius: Da veniam quæso filio tuo. Cicer. de Orator. Dabis hanc veniam, mi frater. ¶ Dare operam, est adjuvare, inservire, παρασκευάζειν. Terent. in Phorm. Nos operam dabamus Phædriæ. Sæpè etiam invigilare: ut quum dicimus: Literis operam dare. ¶ Dare potestatem, est rem in alterius arbitrio permittere, αὐτὸν ἐξουσίαν. Plin. Vt qui suarum omnium rerum potestatem avunculo dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus: Facere potestatem. ¶ Dare fidem, est aliquid sanctè promittere. πίστιν δοῦναι, ἐμπηδῆσαι. Cicero de Amic. & Terent. Evnuch. ¶ Dare actionem vel judicium, est actorem ad intendendam actionem admittere. Cicer. 4. Verr. Si quis eum pulsasset, edixit se judicium injuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, judicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem sese daturum. ¶ Dare linteamentum in plagam, est festucas lintei in vulnus inserere, cũ oleo, aliísve medicamentis liquidis, quæ Græci ἔμπλαστρα appellant. Celsus libro 7. cap. 9: Vlteriores verò, lunatasque in plagas linteamentum dandum est, ut caro increscẽs vulnus impleat. ¶ Dare in manum, significat de manu in manum tradere. ἐγχειρίζειν. Terent. In And. Hanc mihi in manum dat. ¶ Dare se in disciplinam, est se alicui instituendum permittere. Gell. libro 5. cap. 10: Is in disciplinam Protagoræ sese dedit. ¶ Dare verba alicui, est decipere. Plautus Aulul. Nimisque ego hanc metuo malè, Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. ¶ Datum est: id est, fato decretoque concessum est. δεδόσθαι. Terent. Evnuch. Est istuc datum profectò, ut grata mihi sint quæ facio omnia. Sic Virgil. 7. Aeneid. Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis. ¶ Datur cernere: id est, potest cerni, vel licet cernere. Plinius Epistol. 10: Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant, & afficiant. ¶ Duint pro dent, vel dederint. Terent. in Andr. At tibi Dii dignum factis exitium duint. Plaut. Amphit. Sive qui ipse ambisset, sive per internuntium, Sive adeò Aediles perfidiosè cui duint. Duit, pro Det. Plautus Aulul. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas, pro Des. Ibidem: At nihil est dotis quod dem. M. ne duas. Danunt, pro dant. Plaut. Curc. Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. ¶ Hujus verbi composita sunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Satisdo, Pessundo, Trado, Venundo. Sedo & Mando (quæ falsò inter composita hujus verbi erant relata) huc non pertinẽt: sunt enim simplicia: quod vel ex eo solo constat, quòd à litera figurativa primæ conjugationis, quæ in compositis verbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Dătŭs, participium: [נתון *nathún.* δοθὲς, δωρηθὲς. Gal. *Donné.* Ital. *Donato.* Germanicè, Gegeben. Hispan. *Donado.* Polon. *Dany.* Vngar. *Adattatot.* Ang. *Geven.*] ut Reddere data. Ovid. de Arte aman. Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt.

Dătŭs, us, ui, m. q. [מתנה *mattanáh.* δώρεὰ, δόμα. Gal. *Donaïson, don.* Ital. *Donatione.* German. Gebung. Hispan. *Don, dadiua, donacion.* Polonicè, *Dar.* Vngar. *Adás.* Angl. *A geuing.*] Plaut. Trin. - nimis pergraphicus sycophanta: Is mille nummũm se aurum meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico ajebat meo.

Dătum, dati, substantivum, Expensum: cui opponitur Acceptũ. [נתון *nathún.* δοθὲν, δωρηθὲν, δόσις. Gal. *Chose dõnee ou baillee.* Ita. *Cosa donata.* Germ. Ein Gab/das einem gegeben ist. His. *Don dadiua.* Pol. Widatek. Vng. *Aymi adatot.* An. *A gift or a thing gewin.*] Cicer. de Amic. Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.

Dătŭrĭo, Vetustè, apud Iurisconsultos reperitur pro datum iri. [Pol. *Danim bic.*] Vlpianus de verb. oblig. Si quis stipulatus à Mevio fuerit, fundum Titi datuiri. Hotomanus.

Dăto, as, are, frequentativum. [Polon. *Vstawnie daie.* Vngar. *Adogatok.*] Plaut. Mostel. Tu solus credo fœnore argentum datas.

Dătŏr, datoris, m. t. [נתן *nothein.* δώτης, vel δωτὴς. Gal. *Donneur.* Ital. *Donatore.* German. Ein Geber. Hispan. *Donador.* Polon. *Dawca.* Vng. *Adó.* Angl. *A giuer.*] Plautus Trucul. Semper datores novos. Virgil. 1. Aen. Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

Dătĭo, onis, f. t. [מתנה *mattanáh.* δόσις, δώρημα. Gal. *Donaison, donnement.* Ital. *Donamento, donatione.* German. Ein Gab. His. *Donacion.* Pol. *Danie.* Vn. *Adás.* Ang. *A gewing.*] Cicer. pro lege Agr. Cujus judicium, legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur.

Dătārĭŭs, a, um, Gratuitum, aut quod gratis datur. [ἄμισθος, χαριστήριος. Polon. *Durowni.* Vng. *Aiándékon adatot.*] Plautus Pseudol. Ego annon prius salutas. S. nulla est salus mihi dataria.

Dătātim, adverbium. [ἀναλοδότως. Gal. *En s' entredonnant & baillant l'vn à l'autre.* Ital. *Dando à vincenda.* German. Mit geben. Hispan. *Dando à vezes.* Polon. *Daiac', daruiac.* Vngar. *Egy másra haygálua, fõl adogatua.* Anglicè, *By gewing one to an other.*] Plaut. Cur. Tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via. Ludere datatim: hoc est, invicem dando: quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim, mittitur, & remittitur.

Dŏcĕo, ces, docui, doctum, n. f. Instituo, erudio, præcepta do. [אזר *limmádh* אלף *illẽph* הורה *hordh.* παιδεύω. δεδάσκω. Gal. *Enseigner.* Ital. *Insegnare.* Ger. Lehren/vnderweisen. Belg. Eenen anderen leeren. His. *Ensennar.* Pol. Veze. Vn. *Tanitok.* An. *To teache.*] Construitur autem cum duobus accusativis: ut, Docco te literas. Aliquando cum uno tantùm, licet aliter possit intelligi. Pretiũ aũt quod à discipulo exolvitur doctori, ponitur in ablativo. Excipiuntur hi quatuor genitivi, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipsorum compositis. Cicero 2. Philip. Iam

invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta jam proferam nihil sapere docuit. Iuvenalis: Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Aliquando cum ablativo. Cicero Pæto: Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli volunt intelligi verbum Canere vel aliquod simile. ¶ Interdū idem est quod ostendere, vel declarare. Virgil. 5. Aeneid. docuit pòst exitus ingens. ¶ Interdum idem, quod monere, sive certiorem reddere, παραινῶ. Salust. in Iugurtha: Tametsi legatos miserat qui Senatum de cæde fratris, deque fortunis suis docerent. Cicer. Appio Pul. Ne literas quidem ullas accepi quæ me docerent quid ageres, aut ubi te visurus essem. ¶ Hujus composita sunt, Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significāt perfectè doceo, ἐκδιδάσκω, Salustius in Catil. Cic. per legatos cūcta edoctus. Plautus in Stich. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, priùs doceo, προδιδάσκω. Salustius in Iugurtha: Cæterùm illi qui Centuriis præerant prædocti à duce arma ornatumque mutaverunt. Subdoceo, loco alicujus doceo. ὑποδιδάσκω. Cicer. ad Atticum lib. 8: Ciceronesque nostros potius meo labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Dōctŭs, cta, ctum, Scientia imbutus, literatus, doctrina excultus, eruditus, intelligens. [חָכָם *melammédh* חָכַם *limmúdh* נָבוֹן. ὁ ἐν τοῖς λόγοις δεδιδαγμένος, πεπαιδευμένος. Gal. *Enseigné, bien apris, docte, savant.* Ital. *Dotto.* German. Gelehrt. Belg. Gheleert. Hisp. *Docto y ensennado.* Pol. *Vczony, madry.* Vng. *Tudos, bölts.* Angl. *Theached, learned, cunning.*] Cicer. lib. 2. Offic. Nec me angoribus dedidi quibus essem confectus, nisi his restitissem: nec rursus indignis docto nomine voluptatibus. Idem in Orat. Itaque & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Sueton. de claris Grammat. Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græcè quā Latinè doctus. Artes doctæ, Ovid 9. Metam. Dicta docta, Lucret. li. 2: & doctis rationem reddere dictis. Docti doli, Plaut. Mil. Et nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucomo ob oculos objiciemus. Facies docta, Ovidius 2. Amor. O facies oculos docta tenere meos. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, διὰ τῆς πείρας: id est, experientia. Itaque minus est doctus, quàm peritus. Cicer. in Salust. Satis doctè atque peritè fecisti. Idem lib. 3. Offic. Itaque quum sint docti à peritis, facilè desciscunt à sententia. Majorem tamen vim habet doctus, quàm eruditus. Idem lib. 1. Offic. Nec solùm vivi, ac præsentes, studiosos discendi eruditi, atque docent, sed hoc idem etiam pòst monumentis literarum assequuntur. ¶ Nec mirum est quòd minus sit eruditus quàm doctus: quoniam rudis & eruditus contraria sunt. Plinius: Sedere cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Quint. li. 1, à pædagogis exigit ut sint eruditi, quò adolescentes erudire queant: aut si se non eruditos esse sciant, ne quippiā tradant cujus ipsi sint ignari, quodque postea sit dedocendum. ¶ Est autem doctus in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus, ἀπαίδευτος, quod quum verbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, ἡμιμαθής. Cicer. Cornelio: Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à judicio nostro, sicut doctum hominem à non indocto, paulùm dissidere. Plautus in Asin. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te removes.

Dōctē, adverbium, Scitè & eleganter. [ἐπιστημόνως. Gal. *Doctement, savamment.* Ital. *Dottamente.* Ger. Kunstlich/ artlich/ wercklich. Hisp. *Docta y ensennadamente.* Polon. Vczenie. Vn. Böltsen, sudoßán. Ang. *Cunningly, learnedly.*] Cic. lib. 3. de Oraror. Tum ad te ludibunda doctè & delicatè detulit. Doctè & Peritè facere, Cic. in Salustium.

Dŏcĭlĭs, pen. corr. om. t. Qui facilè disciplinam apprehendit, aptus ad disciplinam. [לִמּוּד *limmúdh*. εὐμαθής. Gal *Qui apprend aisement, qui se laisse enseigner.* Ital. *Che apprendre facilmente.* Ger. Gelehrig. Belg. Leerachtich. Hisp. *Cosa habil para ser ensennada.* Pol. *L'atwi do vczenia.* Vn. *Kinnyen tanúlo.* An. *Apt to learning.*] Cic. Trebatio, lib. 7. Epist O medicum suavem, meq; docilem ad hanc disciplinam. Idem. 2. Tusc. Dehinc ad hanc enervatā, muliebremque sententiam satis docilē se Epicurus præbuit. Lactant. de Opif. Nam si te in literis, nihil aliud quàm linguā instruentibus, auditorem satis strenuū præbuisti: quantò magis in his veris, & ad vitam pertinentibus docilior esse debebis? Varro lib. 1, de Re rust. Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum vigintiduorum, & ad agriculturā dociles. Cic. 2. de Orat. Iubent enim exordiri ita ut eum qui audiat, benevolum nobis faciamus. Docilem autem facio, non tum quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano.

Dŏcĭbĭlĭs, le, pen. cor. Qui idoneus est ut doceatur. [לִמּוּד *limmúdh* διδακτός. Gal. *Aisé à enseigner.* Ital. *Habile à ensegnarli o maestreuole.* Germ. Geschickt vnd tugentlich gelehrt zu werden. Hisp. *Cosa che presto se puede ensennar.* Polon. *Ten ktori sie da vczic.* Vng. *Tan vihato, tanitásra alkolmatos.* Anglicè, *Apt to be taught.*] Hieronymus: Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus: Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. ¶ Priscianus autem vult significare docibile id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potius. Valla lib. 6. cap. 26.

Dŏcĭlĭtās, tatis, f. t. Apprehendendæ doctrinæ facilitas, discendi facilitas. [εὐμάθεια. Gal. *Docilité, bonté d'esprit qui est dut à apprendre.* Ita. *Bonta di spirito, l'esser dedito ad imparare, disposizione d'ingegno ad imparare.* German. Gelehrnige art / die ein ding bald ergreifft vnnd fasset. Hispan. *Habilidad para ser ensennada.* Polon. *Spoßob do poiecia naukyl' atwy.* Vngarice, *Kinnyen valo tartúlás.* Angl. *Aptnesse in learning.*] Cicer. pro Sestio: In perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenii dissipatos unum in locum congregaverunt. Idem libro 5. de Fin. Prioris generis est docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingenioſi vocantur.

Dŏctrīnă, f. p. Eruditio, quatenus à præceptore proficiscitur. [תּוֹרָה *lékach*. διδασκαλία. Gal. *Doctrine, instruction, enseignement.* Ital. *Dottrina.* Germ. Lehr/ vnderweisung. Bel. Leeringe. Hispan. *Doctrina ò ensennanca.* Pol. *Nauka, vmieiętnoſe.* Vng. *Tudo mány, böltseség.* Ang. *Doctrine, teaching.*] Nam ut à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cic. pro Arch. poēta: Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè divino, per seipsos & moderatos, & graves extitisse fateor: etiam illud adjungo, sæpiùs ad laudē atq; virtutē naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Idem in Orat. Quo fit ut veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab illis rerum ab illis verborum doctrina quæritur.

Dŏcŭmēntum, n. s. à præterito docui, sicut à monui monumentum. Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores. [אוֹת *oth*. δεῖγμα. Gall. *Enseignement exemple, monstre, experience.* Ital. *Documento, amaestramento.* Germ. Lehr/ erweisung/ ein Beyspiel das vns etwas lehrt. Hisp. *Ensennanca.* Pol. *Nauka, ktora śpieśławamy medrśimy.* Vng. *Tanulság.* Ang. *A lesson, a proofe, an experiment.*] Cicer. 6. Philip. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Salust. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpiùs vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnaverant.

Dŏctŏr, verbale, in t Qui docet, magister, præceptor, interpres. [חָכָם *melammédh* עֵר *her* διδάσκαλος. Gal. *Docteur, maistre, enseigneur.* Ital. *Dottore, maestro.* German. Ein Lehrer. Hispan. *Ensennador.* Pol. *Vczyciel, mistrz.* Vngar. *Doktor, tanito.* Ang. *A teacher, a maister.*] Plin. in Paneg. Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? Tacit libro 14: Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat: hoc est, Philosophis.

Dŏctrīx, cis, [ἡ διδάσκαλος, magistra. Vng. *Tanito, doctor, mestr a zzony.*] Apuleius lib. de Philosophia: Illæ vero vitiorum doctrices, iracundia & libido, ratione sub jugum missa dominantur.

Dŏchĭmŭs, mi, pen. cor. δίχημος, Pedis genus in numeris oratoriis: de quo Cicero in Orato. Dochimus (*inquit*) è quinque constat syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa: ut est hoc, Amicos tenes: item hoc, Reipublicæ. Quovis loco opus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit.

Dŏcŭs, m. s. [קוֹרָה *hab*. δοκός. Gal. *Vne poultre ou soliue, vn sommier.* Ital. *Trane.* Ger. Ein Balck. Hisp. *Viga.* Pol. *Balka.* Vn. *Mester gerenda, Gerenda.* An. *A beame, any great piece of timber.*] Latinis trabem significat: unde ignitæ quædam aëris impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, δοκοί à Græcis appellantur: qua voce etiam usus est Plin. lib. 2. cap. 26: Emicant & trabes simili modo, quas docos vocant, quales quum Lacedæmonii classe victi, imperium Græciæ amiserunt.

Dodecatheos. δωδεκάθεος, Herbæ genus proximam à moly Homerico autoritatem obtinens. Folia habet septem, lactucę foliis simillima, à lutea radice exeuntia. Autor Plin. lib. 25. ca. 4. ¶ Dodecatheos item à Suetonio in Augusto, appellatur cōvivium quoddam Octavii secretius, ex duodecim constans convivis utriusque sexus, ad imitationem cœlestis convivii, cui Iupiter parem deorum dearumque numerum fertur adhibere. Verba Suetonii sunt hæc: Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit, quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur.

Dŏdră, f. p. Potionis genus, quæ ex novem rebus fiebat. Ausonius: Dodra, ex dodrante est: sic collige, jus, aqua, vinum, sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem

Dodrāns,

Dodrāns, m. t. Pondus vel mensura constans ex novem unciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans. [τριμοιρία. Gal. *Les trois pars, comme neuf onces de douze.* Ital. *Nove oncie.* Germ. Drey quart oder viertheil eines jeden Gewichts/ oder Maß. Hispan. *Nueue oncas.* Polon. *Waga maiaca wsobie dziewiec vncy.* Vng. *Kilencz nehêzek.* Ang. *The third parte, as nyne ounces of twelfe.*] Martial. lib. 8: Solvere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.

Dōdrāntālis, le: [ὁ τριμοιρεαῖος. Vngar. *Kilencz nehezekni.*] ut, Dodrantalis stirps: apud Colum. lib. 11. cap. 3: hoc est, trium palmorum, seu digitorum duodecim, cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram desit quadrans.

Dōgmă, atis, Decretum, præceptum, scitum, placitum. [חק *chok.* δόγμα. Gal. *Decret, opinion & sentence ou proposition deliberée, conclue & arrestée qu'on n'ose desdire.* Italicè, *Dottrina affermata da per Filosofi, opinione ferma d'vne secta, Cosa deliberata per giudici.* Germanicè, Ein Gesatz/ein sonderbare seibs erwöhlte Meynung die ein jede Secte hat. Hispan. *Doctrina ò decreto* Polon. *Nauka ossobliwa ktora sobie obierzesz.* Vngar. *Vallás vegezés tudomány.* Ang. *A decree or opinion agreed vpon and concluded.*] Sunt dogmata uniuscujusque sectæ decreta, quæ (ut inquit Cicero) prodere scelus est, non minus quàm patriam: sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec religionum vires constare possunt. Vnde Laërtius ait sectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. Cicero 4. Tuscul. Quoniam id enim haberent Academici decretum (sentitis enim jam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idem 4. Acad. Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis quæ Philosophi dogmata vocant? Græcè etiam ψήφισμα, & δρέπτον dicitur, teste Budæo. Habent & cæteræ artes sua dogmata, ut in re medica alia Hippocratis, alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerunt. A Plinio frequenter placita appellantur: ut, placita Magorum, & placita Babyloniorum libro 2. Dicitur autem Dogma, ἀπὸ τῦ δοκεῖν, quod opinari significat.

Dōgmătīstēs, m. t. Qui aliis dogmata præscribit, [δογματεύς Polon. *Nauk wzaci.* Vngar. *Prædikator.*] à verbo Græco δογματίζω, quod est decreta præscribo, dogmata trado. Hieronymus: Nunc verò quum interpres magis Apostoli fuerim quam dogmatistes.

Dolabella, Dolabra, Vide DOLO.

Dŏlentĕr, Dolentia, Doleo, Vide DOLOR.

Dōlĭă, orum, Vasa majora, vino servando præcipuè idonea, quę olim fictilia potissimùm erāt. [אשיש *aschisch.* πίθοι. Gal. *Vaisseaux à serrer le vin, tonneaux.* Ital *Botte, doglie.* German. Fäß ser. Belg. Wynvaten. Hispan. *Tinajas ò vasijas grandes de barro.* Polon. *Fassa, kuffa beczka.* Vngar. *Négely, boros hordó.* Angl. *Tunnes great wessells.*] Plaut. Cas. Dabitur tibi amphora una, & una scmita, Fons unus, unum ahenum, & octo dolia. Terent. in Heavton. Relevi omnia dolia, omnes serias. ¶ Veteres dolia fictilia in cellis vinariis servabant, quæ si duas aures haberent, diotæ dicebantur. Iureconsulti scribunt, Vino legato cum vasis, dolia legata non videri: quia scilicet ea mente vinū in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras vel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur. Iuven. Ille capillato diffusum Consule potat. Cicero de clar. Orat. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? ¶ Vnde etiam, E dolio haurire, ἐκ πίθυ εὐτυχεῖν, proverbio olim dicebatur, qui abundabat rebus optatis. ¶ Inexplebile dolium, ἄπληςον πίθον. Varius est hujus adagii usus. Quadrat enim primùm ἐς τὸς ἀδηφάγυς: hoc est, in gulosos edacesque. Quadrabit & in oblivioſum, cui siquid eruditionis infundas, protinùs effluit, quique priùs obliviscatur quàm didicerit. Cōpetet etiam in homines præter modum profusos. Aristot. Oeconomicōn 1. Congruit item in avaros, quorum cupiditatibus nihil est satis: verùm quò magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. ¶ Volvitur dolium, κεκύλισται ὁ πίθος. In eum qui commovetur alieno exemplo sine instinctu ad stultè quid faciēdum. Nam dolium facili impulsu quò velis volvitur. At sapiens semper fixus est & immotus.

Dolium exuditorium. Laconici species, Germanis hodie in usu nec improbatum. Vsi sunt olim & veteres, ut inquit Aetius ser. 13. cap. 54.

Dolia, cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Dōlĭōsă, n. s. diminutivum à doliis. [πίθιοι. Gal. *Petis muys ou tonnelets.* Ital. *Botticini.* German. Fäßlin. Hispan. *Tinajuelas.* Polon. *Beczoka, fal'seczka.* Vngaricè, *Atalag, négelyetske, hordotska.* Anglice, *Little tunnes, or hogsheades.*] Locus in urbe fuit sic vocatus, eo quòd post Allienscm cladem Gallis Vrbem invadentibus, doliola in quibus sacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco fuerint defossa à flamine Quirinali, sicut T. Livius lib. 5. scribit. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Festus.

Dōlĭārĭus, si, & hoc doliare, Quod dolii capacitatem habet. [πιθώδης, ὁ τῦ πίθυ. Gal. *De tonneau ou de muy.* Ital. *Ciò che s'appartiene à doglio* German. Das zu den Fässern gehört. Hispan. *Cosa de tinaja.* Pol. *Majaci wsobie tak wiolie iako fassa.* Vngaricè, *Négelni hordomi.* Ang. *That belongeth to a tunne.*] Plaut. in Pseudulo, festiviter appellat anum ventricolam, doliarem: Ego devortor extra portam huc in tabernam tertiam. Apud anum illam doliarem, claudam, crassam. ¶ Vita doliaris, ζωὴ πίθυ, Proverbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni strepitu atque ambitione semota, breviter qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur: poterit torqueri & in eos qui nimium sordidè, nimis durè atque immundè vivunt. ¶ Vinum doliare, quod adhuc in dolio est, necdum diffusum: cujus vendendi legem Cato de Re rust. cap. 148, exponit: hujus fit mentio in l. i. §. ult. D. de peric. & com. Si doliare vinū emeris, nec de tradendo eo quicquam convenerit, &c.

Dōlĭārĭŭs, Significat eum qui dolia facit, & componit. [πιθοποιὸς, κεραμοποιὸς, κεραμεύς. Gall. *Celuy qui fait muys ou tonneaux.* Ital. *Bottaro.* German Ein Küffer/Bänder/Bütner. Hispan. *El que haze tenajas.* Polon. *Bednarz.* Vngar. *Négely, hordó: sinálo, kádár.* Ang. *He that maketh tunnes, a cooper.*] Plin. lib. 3. cap. 6: Aenaria insula à statione navium Aeneæ, Homero Inarime dicta. Græcis *Pithecusa*, non à simiarum multitudine, ut aliqui existimant, sed à figlinis doliariorum.

Dōlĭārĭum, rii, substantivum, Apud Iureconsultos pro ipsis doliis, vel cella in qua dolia vinaria sunt. [πίθος. Polon. *Komora gdzie fassi chowaia.* Vngaricè, *Borhos hordo (auagy) puincze.* Anglicè, *A wine celler.*] Si (*inquit*) ex doliario pars vini venierit.

Dŏlĭchŭs, m. s. δόλιχος. Spatium est duodecim stadiorum, vel (ut Suidas tradit) viginti quatuor. Iulius Pollux Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant; dolichodromi dicebantur. ¶ Est præterea dolichus, leguminis genus, Caule tenerrimo: sed si perticam adjunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui vitiosum & infrugiferum. Alii cicerculam interpretantur, alii phaseolum. Vide Galenum lib. 1, de Alimen. facul.

Dŏlo, as, act. p. Dolabra, sive ascia lævigo, vel cælo, sculpo. [δολῶ *pasál.* πελεκάω, ἀπεξέω. Gall. *Doler, vnir, esbaucher.* Ital. *Dolare, pulire.* German. Hobten/glatt machen. Belgicè, Schaven Hispan. *Dolar, aplanar.* Polon. *Hebluie, gładze.* Vngaricè, *Gyalulok.* Ang. *To cutt or hew with an axe or other instrument, to chip, to square.*] Propert. Stipes acernus eram properanti falce dolatus. Cic. 4. Acad. Non enim est ex saxo scalptus, aut ebore dolatus. Colum. lib. 1. cap. 2: Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum xx. Idem libro 8. capite 3: Dolare perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam in usu fuit Dolio, dolis, dolivi, dolitum. Varro in Agatone, ut citat Nonius: Numnam cælatus in manu dextera scyphus, cælo dolitus, artem ostentat Mentoris? Hujus verbi composita sunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis suis.

Dolitus, aut dolatus, participium pass. dolabra scalptus. [Polon. *Heblowani.* Vng. *Meggyalult.*] Varro: Numnam cælatus in manu dextera scyphus, cælo dolitus, artem ostentat Mentoris? Cicero Academ. lib. 4. dolatus: Non enim ex saxo scalptus aut ebore dolatus.

Dŏlābră, bręn. cor. f. p. Instrumentū fabrorum quo ligna dolant. [אתבז *mahatsádh* קרדם *kardóm.* ἀξίνη. Gal. *Doloire, hache.* Ital. *L'ascia.* Germ. Ein Hobel. Belg. Een Schave Hispan. *Seguron ò aculea para dolar.* Pol. *Hebel.* Vng. *Gyalu* Ang. *An instrument to pearse with, a carpenters axe, a chip axe, a wombell.*] Columel. lib. 3: Quæ falce amputari non possunt, acura dolabra abradito. Paulus in l. Quum de lanionis. de Fund. instrum. leg. vocat etiam hoc nomine instrumentum lanionum quo carnes dissecant.

Dŏlābēllă, diminutivum à dolabra. [ἀξινάριον. Gal. *Petite doloire ou hachette, hachon.* Italicè, *Picciola ascia.* German. Ein Höbelin. Hispan *Acuela.* Pol. *Heblik.* Vng. *Gyalutska* Ang. *A little chip axe or pearsing instrument.*] Columel. lib. 5: Semper circa crus dolabella dimovenda est terra. Hoc etiam cognomine usa est familia Cornelia, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dŏlābēllārĭă, pyra longissimi pediculi, ab insitore Dolabella sic dicta. Plin. lib. 15. cap. 15.

Dŏlōnēs, m. t. δόλωνες. Pol. *Kostur zakrytim strzemieniem.* Vngar. *Dolenyeg hancsár, pácza azkiben bolól hanczúr vagyon.*] ita dicti à fallendo, quòd ingentes contis, ferro brevissimo, quum speciem præferant ligni, intùs ferrum acutum habeant. Virg. lib. 7: Pila manu, sævosque gerunt in bella dolones. Servius ait dolonem flagellum esse, intra cujus virgam lateat pugio. Plutarchus in Tiberio, δόλωνα interpretatur ficam latronum. Verba ejus sunt hæc: ὃς περιπλακεὶς νεανίσκῳ ληστῇ ἀγροῦλῳ καὶ ζώνην ξιφίδιον λυ-

λον λυσιτελῆ, ὁ δόλιον κομίζει. Apud Suetonium dolon pro callidolo. Claud. cap. 13. Reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes. In instrumento autem navali Dolones dicuntur vela minora, quæ supra acatia(eo enim nomine vela majora dicuntur)celeritatis causa solent erigi. Liv.lib.46: Dolonibus erectis altum petere contendit. Ibidem: Sublatis dolonibus effusè effugere contendit.

Dŏlŏr,m.t.est animi vel corporis cruciatus. [מכאוב *macheób* דאבה *deabáh*.ἄλγος,ος. Gal. *Douleur fascherie,ennuy*. Ital. *Dolore,doglia*.Ger. Schmertz/teid.Bel.Weedoem.Hispan. *Doler*. Pol. *Bolieść,trapienie*. Vng. *Fáydalom*. An. *The ache or paine of body or mynd*.] Cicero 2.Tuscul. Dolor est motus asper in corpore,à sensibus alienus.Terentius in And.Ejus labore,atque ejus dolore gnato ut medicarer tuo.. Cicero Sulpitio lib.4:Est omnino vix consolabilis dolor:tanta est omnium rerum amissio,& desperatio recuperandi. ¶ De dolore naturæ, Vide Hipp.& Gal.lib.2.cap.2.& lib.3.cap.1.de locis affectis. ¶ Dolor pulsatorius,sive turgidus, est qui à parte primario affectu, velut in radice incipiens celeriter in partes adjacentes transfertur. Galen.lib.2.de locis affectis, cap.2.

Dŏlēntĭă,f.p.antiquis fuit in usu pro dolore. [מכאוב *macheób* דאבה *deabáh*.ἀλγηδών. Pol. *Bolienie*. Vn. *Fáydalom*.] Cujus compositum est Indolentia: hoc est, absentia doloris: in qua Philosophorum nonnulli summam fœlicitatem posuerunt. Cicero: Vt qui rem expetendam vel voluptate,vel indolentia metiuntur.

Dŏlĕo,es,dolui,dolitum,n.f.Dolore afficior, corpore vel animo crucior. [כאב *chaáb* דאב *daáb*.ἀλγέω. Gal. *Se douloir,estre dolent,estre faschè & desplaisant*. Ital. *Dolere*. Germ. Weh thun/ schmertzen teiden. Hispan. *Doler ò dolerse*. Pol. *Boleie troske mam, żal'uie*. Vng. *Bánkodom,fáydalomban vagyok*. An. *To be sorie*.] Terent. in Eynuch. Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero. Cicer.in Vatin. Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reipub.casum? Hoc verbum si ad corpus referatur, neutrum acquisitũ est: ut, Oculi dolent viro tuo. Plaut.in Amph. Mihi etiam misero nunc malæ dolent.Sin de rebus alienis,affectivum est: ut, Doleo tuis rebus adversis: id est, propter res tuas adversas. ἄχθομαι. Aliquando etiam cum accusativo: ut Doleo tuam miseriam.Doleo tuam vicem, διὰ χάριν ἄχθομαι. Dŏlĕo vicem Reip.ὑπεραλγῶ τὴν κοινήν. Salust. Quasi dolens ejus casum.. ¶ Hujus composita sunt Condoleo,quod est simul,vel in totum doleo,συναλγῶ,συμπάσχω,συμπάσχω.Plaut.in Truc. Date jam soleas, atque intrò me ducite actutum: Nam mihi de vento miserè cõdoluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dŏlēntĕr,adverbium. [ἀδυνηδῶς,ἀξιαλγῶς. Gal.*Dolentement,par douleur,en tristesse*. Ital.*Dolentemente,con dolore, tristezza & affanno*.Germ.Mit schmertzen/mit bekummernuß. Hispan.*Doliendose ò dolorosamente*.Pol.*Żal'osćia,żboleśia*.Vng *Bankodua,fáydalommal*. Ang. *Sorifully*.] Plancus Ciceroni libro 10: Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. Plinius Epistol. 185: Vnicè probo quòd Pompeii Quintiani morte tam dolenter afficeris, ut amici charitatem desiderio extendas. Ovidius 4, Metam. Nihil illo fertur volucrum moderator equorum Post Phaethontæos vidisse dolentius ignes.

Doloro,as,act.p.dolore afficio.

Dŏlōrĭfĭcŭs,ca,cum, Quod dolorem facit. [ἀλγηδής. Vngar. *Fánkottato*.]

Dŏlŭs,doli,m.s.Fraus,fallacia,machinatio, insidiæ. [ארמה *mirmáh*.δόλος. Gal.*Dol,fraude,tromperie,cautelle,finesse*.Ital.*Inganno,fraude*.Ger Ein tiść/ beschiś oder betrug. His, *Astucia ò enganno*. Polon *Zdrada,chitrość*.Vngar.*Tsalárdság*.Anglicè, *Guile,deceit,falsehode*.] Plautus in Capt.Nam doli non doli sunt,ni astu colas.Terent.Andr.Simul sceleratus Davus,siquid consilii Habet,ut consumat nunc, quum nihil obsint doli. Cicero pro domo sua: Illud in primis, ne qua calumnia, nequa fraus, ne quis dolus adhibeatur.Veteres etiam in bonam partem accipiebant,pro solertia & calliditate, unde dolum malum dixerunt discriminis causa, quòd & bonus quidam dolus diceretur.κακόεργμα.Terentius in Evnuch.Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia.Vlp.de Dolo malo.l. j. Dolum malũ Servius quidem ita definit, machinationem quãdam alterius decipiendi causa,quum aliud simulatur, & aliud agitur. Cicero 3. Offic. Nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus pertulerat formulas,in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset dolus malus,respondebat:Quum aliud simulatum est,aliud actum.

Dŏlōsus,fraudulentus,malitiosus. [איש ארמה *isch mirmáh*. δολερός. Gal.*Trompeur, cauteleux,plein de finesse*. Ital. *Ingannatore, cauteloso*. Ger.Betrugtich/ voll böser tiśten. His. *Engannoso, astuto*. Polon.*Chitri,zdradliwy*. Vngar.*Tsalárd*. Angl. *A deceiuer, full of guiles*.] Plaut. in Epid. Ego aliquam parabo dolosam fidicinam,nummo conducta quæ sit.Cicero pro Rab.Posth.Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis,Romam venit.Ovid.15.Metam.Attes dolosæ.

Dŏlōsē,adverbium, Fraudulenter, malitiosè. [δολερῶς,δολίως. Gal.*Par tromperie, cauteleusement*. Ital. *Con inganno*. Germ.Betrugtich en.Hispan.*Astuta y enganosamente*. Polon. *Zdradliwie*. Vn.*Tsalárdul*.An *Deceitfully,with guile*.] Cic. 3. Offic. Quum dicitur inter bonos benè agier, quicquam agi dolosè an malitiosè potest?

Dŏmă,tis, [בית *ghagh*. δῶμα,δόμος. Gal.*Troict,couuert*.Ital. *Tetto piano*. German. Ein Dach das eben vnd nicht haldechtig oder spitz ist. Hispan.*Casa ò tejado de casa*. Polon. *Dach rowny,pol'ożisty*. Vng.*Ház,pallás*.Angl.*The roofe of an house*.] Hieronymo usitatum verbum.

Dŏmăbĭlĭs, Vide Domo, domas, in DOMVS.

Dŏmēstĭcātim, Domesticus, Vide DOMVS.

Dŏmĭcĭlĭŭm, Domicœnium, Dominium, Dominor, Dominus, Vide DOMVS.

Dŏmĭpŏrtă, Cochlea dicitur, quòd domum suam perpetuò circumferat: Vnde etiã Græci φερέοικον vocant. [Polon.*Zol'w*. Vng. *Tsiga*.] Cicero 2. de Divinatione: Vt si quis medicus ægroto imperet ut sumat terrigenam, tardigradam, domi portam, sanguinecassam, potiùs quàm hominum more cochleam.

Dŏmĭtŏr, Domitura, Vide Domo, domas, in DOMVS.

Dŏmo, domas Vide DOMVS.

Dŏmŭs,f.q.Propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat:Impropriè pro quocunque habitaculo. [בית *báyth*.οἶκος,δόμος. Gal.*Maison*.Ital. & Hisp. *Casa*.Germ.Ein Hauß.Bel.Een Huyß. Pol. *Dom, chał'upa*. Vn. *Ház*. Ang.*An house*.] Vnde & templa, & avium nidi, domus dicuntur. οἰκήματα. Virg.lib. 6: Ostia jamque domus patuêre ingentia centum Sponte sua.Idem 8, Aeneid. Antiquasq; domos avium cum sturpibus imis Eruit. ¶ Aliquando domus dicitur familia. οἶκος. Idem libro 5:Sergestusque domus tenet à quo Sergia nomen. ¶ Aliquando sumitur pro tota aliqua gente.Idem 1. Aeneid.Quum domus Assaraci: volens intelligi Romanos, qui ab Assaraco per Trojanos originem ducũt. ¶ Aliquando pro patria. Idem 3. Aeneid. Da propriam Tymbræe domum,da mœnia fessis. ¶ Facit autem genitivum, domus, & domi, dativum domui, accusativum domum, vocativum domus,ablativum domo. Differunt tamen duo hi genitivi,domi & domus, ut Domus ædificium ipsum significet quod ex tecto & parietib.constat.Aptè itaq; dicemus partem domus sum demolitus? non,partem domi.Pro eodem etiam apud veteres legitur Domuis.Varro: Perrexit in interiorem partem domuis. Domi maneo, οἴκοι. Terentius in Adelph. Quid ais bone vir,est frater domi? ¶ Invenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitivus domi pro domus. Plautus in Trinummo: Non fugitivus est homo:commenmit domi. ¶ In numero plurali facit nominativum domus, dativum & ablativum domibus,accusativum domos,vel domus, genitivum domorum, & nonnunquam domuum. Plinius libro 8.capite 57:Quo in genere multi & hoc inclusas domuum posuêre muros. ¶ Legitur etiam nonnunquam in ablativo singulari domu.Plautus in Milite:Ait,sese Athenas fugere cupere ex hac domu.Domi,& In domo,idem significat,ἐν τῷ οἴκῳ.Quintil In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit. ¶ Revertor domũ,& ad domum οἴκαδε.Exeo domo, vel è domo,οἴκοθεν. ¶ Admittunt autem obliqui hujus nominis adverbialiter positi sex tantùm adjectiva,Mea,Tua,Sua,Nostra, Vestra, & aliena:ut,Eram domi meæ. Tu eras domi tuæ,& sic de cæteris. Cicero pro domo sua: Quid tibi necesse fuit anili superstitione,homo phanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret,invisere?Aliquando non solent apponi,sed subintelligi:ut.Domi ero,scilicet meæ. ¶ Domus amica,domus optima,οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.Nusquam commodiùs,nusquã liberiùs,nusquam lautiùs homini vivere contingit,quàm domi. ¶ Domi conjecturam facere οἴκοθεν ἀνάζειν. Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur, Plautus Cistel. ¶ Domi pugnans more galli. In eum qui semper domi desidens, non audet vel in bellum,vel in certamina proficisci foras. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est.sed domi. ¶ Vna domus non alit duos canes, εἰς οἶκος δ' οὐ δύναται τρέφειν δύο κύνας. Proverbio jactatus senatius in eos, inter quos parum convenit propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Refertur ab Aristophanis interprete. ¶ Domi manere oportet bellè fortunatum, εὖ χρὴ μένειν ὅστ' εὖ πεπλοῦσθαι δεδαίμονα. Cui suppetit copia facultatum,is si velit fortunatam agere vitam,domi vivat. ¶ Ad eandem pertinet metaphoram, Domi habere. ¶ Hujus nominis diminutiva sunt, Domuscula, Domuncula. οἰκίσκος,οἰκημάτιον.

Dŏmūncŭlă, æ, diminutivum. [οἰκίδιον. Polon. *Domek*. Vngar.*Házatska*.] Vlpianus. D. lib. 47. Tit. 12.l.3: Si domunculam habeat, &c.

Domĕstĭcŭs, ca, cum. Quod ad domum pertinet, quodq; ex domo oritur est: [אישׁ ביתו *iisch baÿth*. οἰκειακός. Gal. *Domestique, de la maison.* Ital. *Domestico, di casa.* Ger. Ein Haußgenoß od Hauß gehörig Hiſpan. *Cosa casera ò de casa.* Pol. *Domowy.* Vngar Házi *házbeli.* Ang. *Pertaining to houſeholde.*] ut, Domeſtica negotia, domeſtica exempla, domeſticum lenocinium. Domeſticus uſus, & conſuetudo, apud Ciceronem. Domeſticum funus, Domeſtica furta, domeſticũ teſtimonium. ¶ Aliquando domeſticus dicitur manſuetus ac mitis. ἥμερος. Plin. Mite animal, atq; domeſticum.

Dŏmĕstĭcŭs, ci, Qui in eadem domo nobiſcũ habitat. [οἰκεῖος, ἐνδιαίτος. Vn. *Házi, házbeli.*]

Dŏmĕstĭcātim, adverbium, ſignificat per varias domos, ſive per domeſticos. [κατ' οἰκήματα. Gal. *De maiſon en maiſon, par les maiſons.* Italicè, *Di caſa in caſa, per le caſe.* Germ. Von Hauß zu Hauß. Belg. Van huys te huyſe. Hiſ. *De casa en casa* Pol. *Zdomudo domu.* Vn *Házankint.* An. *From houſe to houſe.*] Sueton. in Cæſ. Quorum ut quàm maxima expectatio eſſet, ea quæ ad epulum pértinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Dŏmĭcēnĭum, Cœna quæ fit domi. [οἰκογαστία. Polon. *Domowe wieczerzanie.* Vngaricè, *Házunkndl valo vatſan.*] Apud Martia. lib. 9: Si triſti domicœnio laboras Torani, potes eſu[illegible].

Dŏmĭcĭlĭum, n. ſ. t. [Gal. *Retour en la maiſon.* Ital. *Ritornata à caſa.* Germ. Heimgang. Hiſ. *Tornada à caſa.* Pol. *Nawrot do domu.* Vngaricè *Haza menés.* Anglicè, *A returning home or to the houſe.*] Dictio compoſita ex domo, & itio, quaſi reverſio ad domum. Cicer. libro 1. de Divin. Sed Rhodiorum claſſi propinquante reditum, ac domuitionem dari. Apul. libro 3: Denique nec ſtata requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dicit, & redditiones, & abitiones, teſtis eſt Terentius, qui in Eunucho ait: Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diuturnæ?

Dŏmĭcĭlĭum, n. ſ. Habitatio longi temporis, unà cum omnibus ſuis rebus & fortunis. Itaque domicilium non domus aut habitatio facit, ſed ubi quis larem, rerumque ſuarum ſummam conlocavit, unde rurſus non ſit diſceſſurus. [משון *mahón.* οἰκητήριον. Gal. *Domicile, le lieu de la demeure ou habitation.* Ital. *Domicilio, habitatione, di longo tempo.* German. Ein Behausung/langwirige Wohnung Belgicè, Bewooninge. Hiſ. *La caſa, ò la morada della de[illegible]o.* Pol. *Mieſzkanie, przybitek.* Vng Lakás (auagy) ſok ideig valo lakáſra keſzitetet ház. Ang. *A dwelling place.*] Vnde mutare domicilium dicuntur qui migrant, ut aliam urbem habirent, tanquam illius cives futuri: nam qui ad tempus habitat, mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cicero 7. Verr. Sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit. Gellius: Qui domicilium in Italia non haberet. Cicero de Senect. Animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in terram.

Dŏmo, domas, domui, domitum, & interdum domavi, domatum, olim tertiæ conjugationis fuit, ſi Priſciano credimus, quemadmodum & omnia primæ conjugationis verba quæ præteritum faciunt per ui, diviſas ſyllabas. Inde manſerunt domui, domitum & domitor. Manſuefacio, condocefacio, edomo. [כבש *chabáſch* ורד *tirmádh.* κατατονεῖ, δαμάζω. Gal. *Domter, ſurmonter, rendre ſubiet.* Ital. *Domare, ſottomettere, ſar ſuggetto.* German. Demmen/zam machen. Belg. Temmen. Hiſ. *Domar.* Polon. *Skrocam. zdzikiegocznie ſwoiskim, vskramian, obiezdzam.* Vngaricè, *Meg enyhitóm, meg ſzeleditóm.* Ang. *To ſubdue, tame, or van quiſhe.*] Virgilius 3. Georg. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graii meminêre Poëtæ, Martis equi bijuges. Plaut. in Caſ. Sed quid ais? jam domuiſti animum? Plin. de viris illuſtr. Prætor Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam, altero Conſulatu Sardiniam. Hinc Domitos hoſtes dicimus: id eſt, victos: & domitos populos, in poteſtatem redactos. Cic. de Provinc. Conſul. Atque hanc Macedoniam domitis jam gentibus finitimis, barbariaq; cõpreſſa, pacatam ipſam per ſe, & quietam. ¶ Equorum domitores, πωλοδάμναι. Virg. 7. Aeneidos: Lauſus equũm domitor, debellatorq; ferarum. Domiti equi, ἀδάμαστοι: atque Indomiti, ἀδάμαστοι. Indomitæ gentes, feroces. Idem 7. Aeneidos: -raptis concurrunt undique telis Indomiti agricolæ. Et 8. Aeneidos: Indomitique Daci. ¶ Hinc componitur Perdomo, pen. corr. quod eſt valde domo, vel ad finem domo. Martial. libro 1: Herculeæ laudis numeretur gloria, plus eſt, Bis denas pariter perdomuiſſe feras.

Dŏmĭtūră, ræ, Domandi actus. [δάμασις. Gal. *Domtement, apriſonſem nt.* Ital. *Domatione, domamento.* Germanicè, Zeumung/ Zammachung Belg Een tammackinge. Hiſpan. *Domadura, aquella obra de domar.* Polon. *Vskromienie zawczłagnienie, zaprawienie.* Vn. *Meg enyhités, ſzeléditės.* Ang. *A taming or breaking.*] Plin. libro 8, cap. 46: Domitura boum in trimatu, poſtea ſera, antea præmatura. Colum. lib. 6: Curandum ne in domitura bos, calce, aut cornu quenquam contingat.

Dŏmĭtŭs, tus, tui, m. ſ. Eadem ſignificationis. [Polon. *obrzędzenie, vskrotenie* Vngarice *Megenyhites.* Ang. *A taming.*] Cic. lib. 2. de Natur deor. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

Dŏmĭtŏr, oris, m. t. Qui domat: hoc eſt, cicurem, & manſuetum reddit. [מעבה *mehanneh.* δαμάστας, ὁ ἡμερῶν. Gal. *Domteur, qui domte.* Ital. *Domatore.* Ger. Ein Zämer/ der einen dempt vnd zam macht. Hiſpan. *El domador.* Polon. *Powczięgacz, vskramacz, obiezdzacz* Vn. *Enyhitő, ſzeléditő.* Ang. *He that tameth.*] Ovidius 2. Triſt. Quid tibi de tetrico referam domitore Chimæræ? ¶ Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus: -converſus terga domator.

Dŏmĭtrīx, cis. [δαμάστειρα, δαμάζουσα. Gal. *Celle qui domte.* Ital. *Donna che doma, vince & ſupera.* Ger. Ein Zämerin. Hiſpan. *Domadora.* Polon. *Taktora vskramia.* Vn. *Szeléditő aZZony.* Angl. *She that tameth.*] Virgil. 3. Georg. -domitrixque Epidaurus equorum.

Dŏmābĭlĭs, le, om. t. Qui eſt aptus ad domãdum. [ἡμερωτός. Gal. *Domtable, aiſé à domter.* Ital. *Coſa che ſi può domare.* Germ. Zämtig/ das wol zu zwingen vnd zu zämen iſt. Hiſpan. *Coſa que ſe puede domar.* Polonicè, *Vatwi do vskromienia.* Vng. *Szeleditesre alkolma enyhitos, meg.* Anglicè, *Eaſie to be ouer come or tamed.*] Horat. lib. 4. Carm. Ode 14: Te Cantaber non antè domabilis Miratur. Ovid. 9. Metam. Atque immune necis, nullaque domabile flamma.

Dŏmĭto, tas, tare, frequentativum. [σύχνα δαμάζω. Pol. *Vſtawnie skrocam.* Vn. *Meg enyhitóm, ſzeléditőm.* An *To mak tame, to ſubdue.*] Virg. 1. Georg. Et preſſos domitare boves. Idem 7. Aeneid. -domitant in pulvere currus.

Dŏmĭnŭs, m. ſ. A domo ſit: & is propriè dicitur qui domui præeſt, & qui in familiam imperium habet. [אדון *adhón* בעל *báhal.* κύριος, δεσπότης. Gal. *Seigneur, maiſtre.* Ital. *Patrone, ſignore.* Ger. Ein Herr/ Haußherr Belg. Een Meeſtre. Hiſ. *Semor como de ſieruos.* Pol. *Pan, oczięc czeladni.* Vn. *Vr, gazda.* An. *A maiſter, a lord.*] Sunt enim dominus & ſervus, ἐκ τῶν πρός τι: hoc eſt, ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. in Eunuch. Apparet ſervum hunc eſſe domini pauperis. Plaut. in Ciſtel. Quis iſtic habitat? L. Demipho dominus meus. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicujus proprietatem habent, etiamſi uſusfructus alienus ſit. Abuſivè tamen & filiifamiliâs, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarii, domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano. ¶ Item Dominus vocatur qui in regnum vel civitatem imperium habet, & cui populi ſubſunt. Virgil. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentemque togatam. ¶ Rurſus Dominus dicitur maritus. Idem libro 4: -connubia noſtra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit. ¶ Sunt etiam amantium verba dominus & domina, blanditiis apta. Ovid. Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo. Et iterum: Nam furor in dominam temeraria brachia movit. ¶ Item ponitur pro convivii exhibitore. Varro: Aut dominum, aut vinum, aut aliud quid laudato. Cicer. in Vatin. Quũ ipſe epuli dominus Q. Appius albatus eſſet. ¶ Dominus quoque & domina, ſumi ſolent pro deo ac dea. Ovid. Et domino ſolvere vota Iovi. ¶ Dominus ſimpliciter appellatur in Iure Civili, qui quoque tempore uſu cœpit. l. ſi finit. §. Iulianus de damno infecto. Quamvis & vetereſ honoris cauſa dominum aliquem dicere ſolebant, ut quum Neſennius ad Paulum ſcribens. l. Neſennius ad L. Falc. Ex facto, inquit, Domine talis ſpecies incidit. Sic & mariti uxores ſuas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plinius: Trajanum dominum eadem ſcilicet conſuetudine, cujus & Martialis quoque & Seneca meminerunt. Dominus fit is, cui traditur ex cauſa emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, ſolutionis, tranſactionis, ſententiæ, vel ſimilibus. l. traditionibus. C. De pactis l. nũquam nuda. De acquirendo rerum dom. Domini appellatio, à domo deducitur, οἰκεῖον, proprium Græci vocant: & à domo derivant. Vlpian. in titul. Inſtitut. de hæred. qual & different. Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicujus proprietatem habent, etiamſi uſusfructus alienus ſit. Vlpian. Domini abuſivè dicuntur filiifamiliâs, & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarii. Ex Vlpian.

Dŏmĭnă, næ, f. p. Hera, domini uxor, quæ in familiam, aliámve rem imperium habet. [גבירה *bahaláh.* δέσποινα. Gal. *Dame, maiſtreſſe.* Ital. *La ſignora, la maeſtra* Ger. Ein Frau/ Herrin. Hiſp. *Sennora como de ſieruos.* Pol. *Pani.* Vng. *Aſszony.* An. *A ladie or maiſtres.*] Cic. in Parad. Cupiditas honoris, dura domina. Idẽ libro 2. de Finib. Dominę rerum omnium virtutes. Virgil. libro 3. Aeneid. Et vincti currum dominæ ſubiêre leones. Cic. libro 3. Offic. Hæc enim una virtus omnium eſt domina & regina virtutum. De juſtitia loquitur. ¶ Domina, κατ' ἐξοχὴν

quandoque

quandoque pro Proserpina legitur. Virg. 6. Aeneid. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Dŏmĭnĭcŭs, derivatum, [κυριακός. Polon. *Panski.* Vng. *Vri.*] ¶ Dominicæ habitationes, apud Colum. libro 9. cap. 1. Et, Rationes dominicas pecuarias conficere apud Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 10.

Dŏmĭnŏr, aris, Ius, & imperium in rem aliquam habeo, rerum potior, regno, dominatum teneo: [רדה *radhâh* משׁר *sar* ממשלה *maschâl.* δεσπόζω, κρατέω. Gal. *Maistriser, dominer.* Ital. *Signoreggiare.* German. Herrſchen Bel. Heerſchappyen Hiſpan. *Enſennorear.* Pol. *Panuie.* Vngar. *Vralkodom.* Ang. *To hawe dominion or maister ship, to beare rule.*] & frequentiſſimè habet dativum. Virgil. 1. Aeneid. Victis dominabitur Argis. Modò accuſativum, cum IN præpoſitione. Ovid. libro 1. Metamorph. & quod dominari in cætera poſſet. Cicer. in Catone: Felix ſenectus, ſi uſque ad ultimum ſpiritum dominatur in ſuos. Modò ablativum cum præpoſitione IN. Sulpit. Ciceroni: Quum caſus & natura in bonis dominatur. Virgilius lib. 2. Aeneid. incenſa Danai dominantur in urbe. ¶ Interdum etiam cum genitivo invenitur, ſed nonniſi in ſacris literis. ¶ Dominor aliquando paſſivè accipitur. Cic. primo Officiorum: O' domus antiqua, quam diſpari domino dominaris.

Dŏmĭnātŭs, m. q. Principatus. [משרה *miſrâh* ממשלה *memſchalâh* עבר *hetſer.* κυριότης, κυρεία. Gallicè, *Domination, ſeigneurie, maiſtriſe.* Ital. *Signoria, tirannide.* Germ. Ein Herrſchafft. Hiſ. *Sennorio.* Pol. *Panowanie.* Vn. *Vralko dás.* An. *Dominion, lordship, maiſtership.*] Cic. 4. de Finib. Quum autem aſſumpta ratio eſt, tăto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ hujus tutelæ ſubjiciantur. Idem 1. de Divin Quę erat urbs in Theſſalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dŏmĭnātŏr, oris, m. t [משׁר *meſchél* שׁר *ſar.* κοιρανοκράτης, κυρεύων. Gal. *Dominateur & ſeigneur.* Ital. *Il Signore.* Ger. Ein herrſchender Herr. Hiſ. *El que enſennorea.* Pol. *Tenktori panuie.* Vn. *Vralkodo.* An. *That hath dominion, a lord.*] Cic. 2. de Natura deorum: Dominator rerum Deus.

Dŏmĭnātrīx, f. t. [שׂרה *ſaráh.* κυρία, κυρεύουσα. Gal. *Celle qui domine.* Ital. *Donna che ſignoreggia.* Germ. Ein Herrſcherin. Hiſp. *La que enſennorea.* Pol. *Ta ktora panuie.* Vng. *Vralkodo aszony.* An. *She that hath dominion.*] Cicer. 1. de Invent. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dŏmĭnātĭo, Imperium. [משרה *miſrâh* ממשלה *memſchalâh* עבר *hetſer.* δεσποτεία. Gal. *Seigneurie, domination.* Ital. *Signoria, dominio.* Ger. Beherrſchung oder Herrſchafft. Hiſpan. *Sennorio.* Pol. *Panowanie.* Vn. *Vraſág, vralkodás.* Ang. *Lordship, maisterships impire.*] Cic. 5. Verr. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus ſit? Tacit. lib. 13: Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, *&c.* Cic. 2. de Invent. Dominatio rationis in libidinem. ¶ Interdum dicitur Dominatio, cùm filius familiâs jus patriæ poteſtatis exit, ſuiq; dominii & juris paterq; familiâs efficitur. Feſtus: Regalia exta appellantur, quæ potentibus inſperatum honorem pollicentur: privatis & humilioribus hæreditates: filio familiæ dominationem.

Dŏmĭnĭum, nii, n. ſ. Imperium, & principatus. [משרה *miſrâh* ממשלה *memſchalâh* עבר *hetſer.* δεσποτεία.] Gall. *Seigneurie, domination, maiſtriſe.* Ital. *Dominio, ſignoria.* German Herrſchafft. Hiſpan. *Sennorio.* Polonicè, *Panowanię.* Vng. *Vraſág hatalom malkodás.* Ang. *Lordship, impire, dominion, rule.*] Varr. 2. de Re ruſt. cap. 6: In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Dŏmĭnĭum, dominii, eſt Ius de re corporali perfectè (quod ſi... va Legum prohibitione fiat) diſponendi. Alciat. l. tradi... bus. Codice de Pact. Dominium, inquit Bartol. eſt jus de re corporali perfectè diſponendi, niſi lege prohibeatur. Apellus noſter Plinius definit hoc modo: Eſt jus de re corporali perfectè diſponendi, ſi rei copiã habeas, ſin minus vĕdicandi: niſi vel lege, vel cõventione prohibearis. Eſt erenim Dominium ipſiſſima cauſa rei vendicationis quum videlicet alius quiſpiam nobis invitis, vel poſſidet, vel detinet. Dominium dividitur in directum, & utile. l. j. §. fin. Si ager vectig. vel emphyt. pet. Partitur in proprietatem & uſumfructum, l. iiij. de Vſufruct. l. qui uſumfructum. de Verborum obligat. Sed & alias in Iure inveniri Dominii ſpecies, indicat Alciatus, in Parergis. Quoddam enim Dominiũ eſt κατ' ἐλπίδα: id eſt, in ſpe, ut quum in l. in ſuis de Lib. & poſthum. filius familiâs rerum paternarum dominus vocatur, unde & ſui hæredes dicuntur tanquam ſibi ipſis ſuccedant: erant enim vivente quoque patre domini. Aliud eſt dominium κῆ προλήψεν: id eſt, per anticipationem dicere poſſumus, ut quum mulier rei ſuæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus. C. de Iur. dotium. Aliud eſt Dominium quod vidua habet, quam maritus relictis liberis decedens, in teſtamento juſſit eſſe dominam uſufructuariam, adminiſtratricem (dominium enim illud ἀκριβὲς & imaginarium eſt) eam ſolùm in domo præeminentiam conſecuta, quã vivente marito habebat. Ideoque ad alimenta tantùm contrahitur: eſt igitur & hoc dominium ἰχνηλατούμενον. Aliud eſt quod ſummum, ſeu majus dominium vocant: quædam ſcilicet majeſtas, cujus obſervationem fœderati ſupremo Principi, vel Reipubl. debent, l. non dubito. de Capt. & poſtlim. rev. Effectus autem majoris dominii, quos non paucos referant ab interpretibus petendi ſunt. Dominium item dividitur in id quod Iure Gentium acquiritur, & in id quod Iure Civili. Prius autem ſine poſſeſſione acquiri non poteſt, poſterius poteſt maximè, l. à Titio in fin. de Furt. l. quum hæredes, in princip. de Acquirend. poſſeſſione. l. facta ad S. C. Trebellian. l. 1. de B. poſſeſſion. §. 1. Inſtitut. de Acquiſ. per adrog. & titul. proximè ſequenti cum ſimilibus. Dominium, proprietas, & uſusfructus, quæ duo ſunt partes dominii, & non minùs perfectiones, quàm Dominium ipſum ſunt ex pluribus cauſis. l. iij. §. ex pluribus. de Acquirend. poſſeſ. l. non ut ex plurib. ut de Regul. Iur. §. ſic itaque diſceretis Inſtit. de actionibus. Quaſi dominium. IVS in re, & obligatio, ſæpenumerò ſunt ex pluribus cauſis. l. & an eadem l. penultima. de Except. rei judic. dicta l. non ex pluribus, quum ſint quædam imperfectionis. Dominium acquiritur tum Iure Gentium, tum Iure Civili. Iure gentium, occupatione, inventione, alluvione, traditione, *&c.* Iure civili autem, uſucapione, præſcriptione, legato, additione hæreditatis, arrogatione, & nonnullis aliis modis. Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipſius traditionis juſta cauſa. Dominium quaſi dominium, & Ius in re ſpecificum, affinia ſunt inter ſe, & ſpecies diſtinctę ipſius Iuris in re genetici. Directũ verò & utile ſpecies ipſius Dominii. Dominii duo eſſe officia Bartol. in l. 1. ff. de Acquir. poſſeſ. explicanda, Poſſeſſionis definitionem tradit. Vnum diſponendi: alterum vendicandi, per l. in rem actio, de rei vend. l. ſi quis. vide §. differentia, jam dicto titulo de Acquir. poſſeſſ.

Dōnārĭă, Donativum, Vide DONVM.

Donātŭs, participium à Donor. Vide Dono in DONVM.

Dŏnax, [δόναξ. Germanicè, Ein gattung eines groſſen Rohrs. Pol. *Trcſina miaſga a gibka.* Vng. *Szittyo, Nád.* Ang. *An angling rodde of a cane.*] Eſt calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & nonniſi in aquaticis naſcens, ſagittis aptiſſimus. Longiſſima internodia habet, & dum calefactus eſt, facilè flectitur. Hinc apud Plin. lib. 16. cap. 36: Calamus fruticoſiſſimus, donax dictus eſt.

Dōnĕc, adverbium, Significans quoad, vel quouſque. [עד *hadh.* ἕως, ἐς' αὖ, ἄχρις ἕ. Gal. *Iuſques à ce que, tandis que.* Ital. *Fin che, mentre che.* Ger. Biß das. Bel. Zot dat. Hiſp. *Haſta que.* Pol. *Pokad, azdotad.* Vngar. *Miglen, mig.* Ang. *Vntill.*] Terent. in Andr. Nunquam deſtitit orare uſque adeò donec perpulit. ¶ Jungitur autem tàm indicativo modo, quàm ſubjunctivo, & cuivis etiam tempori. De præſenti exemplum eſt apud Plautum in Ciſtel. non deſtiti inſtare uſqueadeo donec adjurat ſe anus, *&c.* De præterito ſuprà poſitum eſt exemplum ex Terentio. Exempla futuri nuſquam non occurrunt. Virg. 1. Aeneid. donec regina ſacerdos Marte gravis, geminam partũ dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus ſubjunctivi temporibus jungitur. Columell. Donec ea aqua, quam adjeceris, decoquatur. Cato de Re ruſtic. Donec pecuniam ſatisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori ſunto. Terent. in Phorm. Donec tibi quod pollicitus ſum effecero. ¶ Accipitur etiam donec pro quandiu. Ovid. de Ponto lib. 3: Donec eris fœlix, multos numerabis amicos. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicum. Cato de Re ruſt. Sed uſq; licebit vellas, donicum ſemen videris ire. Livius quoque ita uſurpat: Ibi manens ſedeto donicum videbis me carpento vehentem domum veniſſe. Plaut. Inimicus eſto donicum ego revenero.

Dōnum, hujus doni, n. ſ. Ex Græco eſt (inquit Feſtus) quod illi vocant δῶρον. [מנחה *minchâh* שׁחד *ſchochádh.* Gal. *Don, preſent.* Ital. *Dono preſente.* Ger. Ein Schencke oder Gaab. Bel Giſte. Hiſpan. *Don que ſe da come guiera.* Pol. *Dar.* Vn. *Ajándék.* Ang. *A gift or preſent.*] Plin. lib. 35. cap. 14: Græci enim (ait) antiqui δῶρον palmum vocabant, & ideo dôra munera, quia manu darentur. Eſt autem donum, quod aut propitiandis Diis datur, aut hominibus pro benefactis, quæ nulla neceſſitate juris, ſed ſponte præſtantur. Ovid. de Arte: Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque: Placatur donis Iuppiter ipſe datis. ¶ Differt donum à præmio, ut præmium ſit quod datur ex præcedenti merito: donum, quodvis munus quocunque modo datum. ¶ Donatus in illud Terentii in Eunuch. Quodvis donum] & præmium à me optato, id optatum feres: diſtinguit donum à munere, ut donum deorum ſit: munus, hominum: quæ tamen differentia nullo modo obſervatur Nam & dona dicuntur quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offeruntur. Itaque vera differentia hæc videtur, ut Donum di-

num dicatur majorum esse rerum: Munus verò minorum. Nã & regna, & regiones, & oppida, & prædia, cæterasq; res immobiles, dono dari passim legimus: muneri dari non item. ¶ Aliquãdo donum dicitur de rebus perniciosis. Virg. Eclog. 6: Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. ¶ Donum honorarium: id est, quod datur patrono, ab honore dictum, quòd hujusmodi muneribus clientes patronos suos solerent honorare. Neque enim, ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant, quod illo tempore ignominiosissimum putabatur: grati tamen clientis erat acceptum à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium vocabant. Nostri autem seculi advocati (ut non infacetè ait Budæus) arbitraria, non honoraria dona accipiunt: quippe qui pro suo arbitrio litigatoribus mercedem præscribunt, nullumque suæ rapacitati faciunt modum.

Dõno, as, act. p. Donum in aliquem confero, largior, munere afficio, munus do. [נתן *nathán* זבד *zabádh* חנן *chanán* שחד *shachádh*. δωρέομαι. Gal. *Donner*. Ital. *Donare*. German. Schencken/begaaben. Hispan. *Dar graciosamente*. Polon. *Darmie*, Vng. *Aiándékozok*. Anglicè, *To giue, or present à gift*.] Plaut. in Aulul. Ab eo donatur auro, uxore & filio. Idem in Amphitr. Quo pacto sit donis donatus plurimis. Cicer. 1. de Orat. Inseri quidem & donari ab arte non possunt: omnia sunt enim illa dona naturæ. Senec. de Benefic. lib. 3. capite 14: Vt circunspectiùs donaremus, circumspectiùs eligeremus eos, in quos merita conferuntur. Cicer. in Pison. Mihi populus Rom. universus illa in concione non unius dici gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit. ¶ Donare civitate, est efficere cives, & jura civium dare. πολίτειαν δίδωμι, πολιτογραφῶ, μεταδίδωμι τῆς ἰσοπολιτείας. Cicer. pro Archia Poëta: Quid? à Qu. Metello Pio familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neq; per Lucullos impetravisset. ¶ Hujus verbi compositum est, Condono, quod quandoq; pro simplici usurpatur: quandoque significat quicquam ad aliorum petitionem do: quandoque ignosco. συγχωρέω. Terent. in Phorm. Argentũ quod habes condonamus tibi. Salust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Dõnãtus, participium munere affectus, cui aliquid donatum est. [נתן *nathán*. δωρητός. Polon. *Vdarowani*. Vngaricè, *Meg aiandékozíatot*.] Virgil. 5. Aen. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. ¶ Hujus contrarium Indonatus. ἀδώρητος.

Dõnãtĭo, f t. Est doni alicujus in alterum collatio, & propriè ea, quæ nullo urgente jure, sed ex mera liberalitate fit, idque ea quidem mente, ut statim qui dat velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti. [מתנה *mattanáh*. δόσις, δώρημα. Gal. *Donaison*. Ital. *Donatione*. German. Ein freywillige schencke / vergabung. Hispan. *Donacion*. Polon. *Darowanie*. Vngar. *Aiándékozás*. Ang. *The presenting or geuing of a gift*.] Quòd si sub conditione fiat, non est vera donatio. Cicer. in Orat. Vt corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro populo convocato. Dicimus autem, dono tibi munus, & dono te munere. ¶ Donatio onerosa dicitur, cùm donatus revocat donationẽ propter ingratitudinem. Zasius. §. Item si quis. Institut. de Action. Donatio dividitur in eam, quæ fit mortis causa, & in eam quæ fit simpliciter, l. Senatus. §. de mort. causa don. l. alienatum. §. Sin. de verb. signif.

Dõnãtĭă, n. s. Sunt ipsa (ut Valla docet) dona, quæ deo offeruntur: [מחה *minchádh* שי *shai* זבד *zébedh*. ἀνάθημα, ἀφιερώμα. Polon. *Podarki*. Vngar. *Istennek rendeltetet aiándék*. Angl. *Gifies and presentes or sacrifices offered to god*.] quæ scilicet dicata diis, ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis suspenduntur. Macrob. Ornamenta verò sunt clypei, coronæ & hujusmodi donaria. Nonnunquam locus est, in quo dona reponuntur, & pro ipso etiam templo. Virgil. libro 3. Georg. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæsitas ad sacra boves Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gell. lib. 2. cap. 10: Vbi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis consecrata. Apul. Ibi donarium deq; perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & hujusmodi utẽsilibus. Quod est contra Laurent. Vallam, qui. Servium reprehendit, quòd donaria interpretetur loca, in quibus dona suspenduntur.

Dõnātīvum, n. s. Munus quod à principe vel imperatore militibus donatur. [מחה *minchdh* שי *shai* זבד *zébedh*. ἐπίδοσις. Gal. *Largesse de Prince, donaison generale*. Ital. *Dono fatto da vn Principe* German. Ein Gaab oder Verehrung so ein Fürst oder Hauptmañ seinen Kriegsleuten thut. Hispan. *Don hecho de Principe*. Polon. *Podarek*. Vngar. *Feiedelmi'l vitézeknek adattatot aiándék*. Angl. *A gift or dole of a prince or noble man*.] Suetonius in Domitiano: An duplum donativum militi donaret. Plin. in Paneg. Nam mihi cogitandi eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Tacit. lib. 20: Et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctę legiones donativum poscunt.

Dõnātĭvus creditor, qui donationem facit. [Polon. *Podarca*. Vn. *Aiándékozo*.] Paulus Iureconsul. Si de duobus debitoribus mortis causa donativus creditor uni acceptum tulit, & convaluerit, eligere potest utri condicat.

Dõnātĭcæ coronæ, Dicebantur quibus victores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus, quali amplitudine fiunt, quum lares ornantur. Festus.

Dorcadias, herba, quæ alio nomine mustium vocatur, & passioni hepatis confert.

Dŏrcăs, dorcadis, f. t. [צביה *tsebiyjdh*. δορκάς. Pol. *Sarna*. Vng. ὅς, (*auagy*) *vadketske*. An. *Aroe*.] Dama, seu caprea, ἀπὸ τῆς ὀξέως δέρκεσθαι: hoc est, ab eo quòd acutè videat. Plin. lib. 28. cap. 8: Dorcadis pelle collo suspensa. Martial. lib. 13: Delicium parvo donabis dorcada nato.

Dorcidion, Dictamnum, Dioscor. lib. 3. cap. 35.

Doriphagi, orum, m. s. Appellantur quasi donivori, & dona hæstantes, nostro tempore nonnulli *visceripetæ* & *cupedipotæ*, vel etiam *cupedivori* appellari possunt.

Dŏrĭs, idis, [δωρίς. German. Ein stechend Kraut mit einer rotfarben Wurtzen.] Herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum, & in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. lib. 22. cap. 20.

Dŏrmĭo, is, n. q. verbum absolutum, Somnum capio, sopitus sum. [ישן *yaschán*. κοιμάομαι, κοιμῶμαι, καθεύδω. Gal. *Dormir*. Ital. *Dormire*. German. Schlaffen. Belg. Slapẽ. Hispan. *Dormir*. Pol. *Spie*. Vng. *Aluszom*. Ang. *To sleepe, to be a sleepe*.] Plaut. in Trin. Egomet autem quum extẽplò arcum Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput, dormibo Placidè in tabernaculo. Aliquando cum accusativo, & præpositione IN. Plin in Epistol. Nihil est quod in dextrã aurem fiducia mei dormias: non impunè cessatur. ¶ Dormire in utramvis aurem, est animo otioso, securo, vacuoq; esse. Terent. in Heaut. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, In aurem utramvis otiosè ut dormias. ¶ Dormire in utrumvis oculum idem significat. Plaut. in Pseud. De ista re in oculum utrumvis conquiesco. ¶ Hujus composita sunt, Addormio, à quo Addormisco: Edormio, Obdormio, Prædormio, & Redormio, de quibus vide suis locis.

Dōrmīto, as, penult. product. n. p. frequentativum est: quanvis diminutionis significatum quandoque habeat. [נם *nam*. νυστάζω, ὑπνῶττω. Gal. *Sommeiller, auoir faim de dormir*. Ital. *Hauer sonno*. German. Hefftig schlaffen. Hispan. *Entre dormir y velar*. Pol. *Zasipiam*. Vngar. *Szunnyadok*. Ang. *To sleep often, to haue a desire of sleeping, to slumber*.] Horat. - quandoque bonus dormitat. Homerus. Est autem propriè Dormitare, somno detineri. Plaut. in Amphit. Te dormitare ajebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.

Dōrmīsco, is, Dormio. [κοιμάδδα, κοιμῶμαι. Pol. *Poczinam, spac'*. Vn. *Alanni fogok*.] Plaut. Curc. Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco anulum.

Dōrmītātŏr, m. t. Qui solet dormire, & omnia negligentiùs ágere. [נם *nam* נרדם *nirdám*. νυστάζων. Gal. *Dormeur, dormart, endormi & negligent en ses affaires, songeart*. Ital. *Dormiglione, da poco*. Germ. Ein schläfferiger / der so liederlich zu seinen sachen thut als wann er schliefe. Hisp. *Dormidor*. Pol. *Ospaliec*. Vng. *Szunnyadozó, aluszékony*. Ang. *A sleeper, a slug gard, a slumberer*.] Plautus in Trin. - mira sunt, Ni illic homo est aut Dormitator, aut sector zonarius.

Dōrmītōrĭŭs, a, um, adjectivum: ut, Cubiculum dormitorium ubi dormitur. [κοιτών. Gal. *De dormir, qui sert à dormir*. Ital. *Che serue à dormire*. Germ. Das zů schlafen gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à dormir*. Pol. *Dospania przina, lezaci*. Vng. *Aluasbor, valo*. An. *That serueth for sleeping*.] Plin. Iunior in Epist. Est in hac dicta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit.

Dōrmītōrĭum, n. s. subst antivè, Dormitorium cubiculum. [τὸ κοιμητήριον, τὸ κοιτῶν. Gal. *Dortoir, lieu où on dort*. Ital. *Luoco da dormirui, dormitorio*. Germ. Ein Schlaffkammer. Hisp. *El dormitorio*. Pol. *Komora do spania*. Vng *Aluo hely*. Ang. *A dortour, a bed chamber*.] Plin. li. 30. ca. 6: Post hæc jubent eum in pariete dormitorii, tectóve includi.

Dorodocía, æ, fœm. p. Corruptio est muneribus facta, quam Iurisconsulti sordium verbo significare solent: dicitur autem & de corrupto, unde Dorodocos judices Demosthenes appellat, quos *Nummarios* nos appellamus: id est, sordidos.

Dōron, [מחה *mtnchdh* שחד *schochádh*. δῶρον. Gal. *Don, present*. Ital. *Dono*. Germ. Ein Gaab oder Schencke. Hisp. *Don*. Pol. *Dar*. Vngar. *Aiándék*. Angl. *A gift, a present*.] Donum à Græcis dicitur, quòd munera ferè manu dẽtur. Apud antiquos enim

Græcæ

Græcæ linguæ ſcriptores, δῶρον pro palmo, ſive manu invenitur. Plinius libro 35. cap. 14: Græci (*inquit*) antiqui *dôron* palmum vocabant, & ideo dôra, munera, quia manu darentur. Vnde Antidora, ἀντίδωρα, remunerationes. Vetus autem illa ſignificatio adhuc remanſit in compoſitis, Didôron, Tetradô ron, & Pentadôron, pen. prod. quib. lateres in ſtructuris additiciorum ſignificantur, qui duorum, quatuor, aut quinq; palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine menſuram intelligimus duodecim digitorũ, quem palmum majorem, ſive dodrantem vocant.

Dorſum, ſi, n. ſ. Tota poſterior corporis pars, à collo uſq; ad os ſacrum. In qua ſignificatione legitur & dorſus maſcul. gen. [Ɜ] *gáb. νῶτον.* Gal. *Dos, eſchine.* Ital. *Dorſo, ſchiena.* Germ. Der Rucken. Hiſpan. *El eſpinazo, ò el lomo.* Polon. *Grzbiet.* Vngaricè, *Hát.* Anglicè, *The backe.*] Plaut. in Milite: Timeo quid rerum geſſerim: ita dorſus totus prurit. Non ſolùm autem dicitur de hominibus, cæteriſque animalibus, ſed etiam de inanimatis: ut de littoribus, aquis, montibus, & hujuſmodi. Virgil. 1. Aeneid. Dorſum immane mari in ſummo. Idem 10. Aeneid. Namque inflicta vadis, dorſo dum pendet iniquo. Quibus in locis ſignificat duriorem arenam (ut inquit Servius) quæ meantibus ultrò citroque fluctibus denſatur: quòd à nautis pulvinus vocatur. ¶ Antiqui tamen doſſum dicebant quod nunc dorſum dicimus. Vnde doſſuaria jumenta à Varrone dicta libro 2o. capite 1o, quæ doſſo vehunt. Ad quam rem (*inquit*) habent jumenta doſſuaria domini, alii equas, alii pro his quid aliud, quod onus dorſo ferre poſſit.

Dorſuălĭă, n. t. Tegumenta quibus equi & boves teguntur. [ἐπιτώματα. Gal. *Couuertures de cheual.* Ital. *Coperte de caualli.* Germ. Ein Ruckendecke/Reitdecke. Hiſp. [illegible] *ò caualos.* Pol. *Deka, na konie albo naw ols.* Vng. [illegible] Ang. *Sadle clothes.*] Iulius Cap. Proceſſerunt centeni albi boves, cornibus auro jugatis, & dorſualibus apricis diſcoloribus præfulgentes.

Dorx, de hac ferè in verba Barbarus: Non placet, *inquit*, eorundam diſtinctio inter Dorcadem & Dorcem, quod Dorcas cervinus pullus ſit. Dorx animal diverſum: cùm Dorcas Ariſtoteli, non cervum, ſed capram ſignificet. Certè Dioſcor. in Coaguli mentione Dorcadem à dorce ſeparavit. Hęc Barbarus.

Dŏrўcnĭum, δορύκνιον, Strychni genus eſt Theophraſto, radice candida, longa, cubitali, cavaque, folio erucæ majuſculo, caule quadricubitali, capite gethyi majore, piloſioreque, pilulæ platani non abſimili. Drachmæ pondere datur, ut ſibi quis placeat, & pulcherrimum ſe exhibeat: duplicatum pondus majorem infamiam creat, [illegible] animo ſervantibus: triplicatum perpetuos [illegible] cui ponderi ſiquid adjiciatur, præſertim [illegible] effectib. à quibuſdam manicon eſt appellatũ. Dorycnium autem dictũ putatur, quòd lancearum cuſpides [illegible] confingerentur.

Dŏrўphŏrus, penult. corr. m.t. [illegible] Pol. *Strąż albo garda krolewska.* Vng. [illegible] Ang. *A gard[illegible] prince that vea[illegible].*] Satellites qui lanceam, aut ſpiculum geſtans, tuebatur corpus regium. Nam δόρυ lancea eſt, vel ſpiculum. Curt. libro [illegible] Darii regis turbam quindecim millia hominum [illegible] uhebriter propemodum cultam, luxu magis, quàm decoris armis conſpicuam, doryphori vocabantur: Peculiare enim erat illius agminis inſigne. ¶ Eſt etiam viri proprium apud Quintilianum.

Dōs, tis, f. t. Propriè dicitur quod marito cum uxore datur. [מהר *móhar.* φερνή. Gal. *Douaire, le mariage d' vne fille.* Ital. *Dote.* German. Ein Eheſteur oder heimſteur. Belg. *Houwelyck goet.* Hiſp. *Dote del caſamiento* Pol. *Posąg.* Vng. *legy ruha.* Angl. *The dowrie which the woman doeth giue vnto hir husbande.*] Plaut. in Amphit. Non ego illam mihi dotem duco eſſe quæ dos dicitur: Sed pudicitiam, &c. Terentius in Andr. Dos eſt Pamphile decem talenta. Idem in Adelph. Vxor ſine dote venit: intùs pſaltria eſt. ¶ Duo autem dotium genera enumerantur à Iuriſconſultis, profectitia ſcilicet, & adventitia. Profectitia dos eſt, quæ à parentibus profecta eſt de bonis eorum: Adventitia verò, quæ aliundè advenerit: ut ſi quis patri certam pecuniam dederit quam filiæ nubenti reddat. ¶ Tranſſumitur præterea latiùs hujus nominis ſignificatio pro omni eo quod alicui datum eſt vel à natura, vel ab hominibus. πεφυκὸς. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, juſtitia, fortitudo, & hujuſmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his ſimilia. Martialis libro 13: Nec poteris ſimilæ dotes numerare, nec uſus. Cic. lib. 1. de Orat. Cujus artem quum indotatam eſſe, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletaſti, & ornaſti. Ovid. 3. Triſt. Nam tibi quum facilis mores natura pudicos, Et raras dotes, ingeniumque dedit. ¶ Dotes etiam prædiorum dicuntur pro adventitiis emolumentis quibuſdam & aliunde quæſitis, non ipſis innatis: quæ inde appellationem ſumpſerunt, quòd prædiorum oneribus ac ſumptibus tolerandis attributa ſunt, ut dotes in matrimoniis. Ex Hotomano.

Dōtālĭs, le, om. t. Quod ad dotem pertinet, vel in quo dos conſiſtit. [προικῶος, ὁ πρὸς προῖκα. Gal. *Douairier, de douaire.* Ital. *Dotale* Germanicè, Das zu der Eheſteur gehört. Hiſpan. *Coſa que ſe da en dote y caſamiento.* Polon. *Posagni.* Vngar. legy *ruhához valo.* Ang. *Perteining to dowrie.*] Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. in Aſin. Dotalem ſervum Sauriam uxor tua Adduxit, cui plus in manu ſit quàm tibi. Idem in Mil. Haſce ædes dicas dotales tuas. Liv. libro 26: Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Dōto, tas, act. p. Dotem do. [מהר *mohár.* ἐδώσατο Gal. *Douer.* Ital. *Dotare, dar dote.* Ger. Außſteweren / mit einer Eheſteur begaben Belgicè, Butſetten/ten houtick gheven. Hiſpan. *Dotar la muger de caſamiento.* Polon. *Posąg albo wiano daie.* Vng. legy *ruhát adok.* Ang. *To giue dowrie, to endowe.*] Sueton. in Veſp. Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritavit, dotavitq; etiam, & inſtruxit.

Dōtātŭs, a, um, adjectivum, Vnde dotatam mulierem dicimus, quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis ad maritum nihil attulit. [illegible] Pol. *Posągiem opatrzony.* Vng. legy *ruhás* (item) *[illegible] taxdag.* Anglicè, *Endowed, which giueth dowrie [illegible]* Plaut. in Aſin. Hæ ſunt, atque aliæ multæ incommoditates, ſumptuſq; intolerabiles. Nā quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri: dotatæ mulctant & [illegible] anno & malo viros. ¶ Dotatum etiam latiùs intelligimus eum qui bonis quibuſdam animi, corporis, aut fortunæ [illegible] ditus eſt. Manilius lib. ult. Tertia Pleiadas dotabit forma [illegible] rores Ovid. 11. Metam. Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma Mille procis placuit.

Dōtis, δόσις, à verbo Græco δίδωμι, quod eſt dare. [Polon. [illegible]] Hac voce noſtri hodie medici utuntur pro proportione ſimplicium medicamentorum compoſitionem ingredientium.

Dŏthĭen, enis, δοθιήν. Polon. Wzdecie ſię ciała.] Abſceſſus cum tumore qui ex craſſis humoribus in carnoſis plerunque locis ſitimitis, quum in ſola cute coeunt: maleficus autem, nec facilè curabilis, quum ex alto in ſummam cutem emerſerit. Vide Marcellum Virg. in Dioſc. lib. 2.

Dŏxă, doxæ, fœm. p. δόξα, Latinè opinio dicitur. Vnde & paradoxa, παράδοξα, quæ admiratione digna ſunt, & opinionem hominum ſuperant, vel potiùs præter opinionem. ¶ Interdum majeſtas dicitur. ¶ Item gloria. Vnde Eudoxa, vera gloria.

D ante R.

DR. In notis antiquorum, Druſus. D R. P. dare promittit. D. R S. de regibus. D. R M. de Romanis. D. R P. de republica. D. T. S. P. Diem tertium, ſive perendie, vel ſive per eundem, vel ſive perendinum. D S. Deus. D S. Diis. D. S. P. O. de ſua pecunia obiit. D. S P. S. P. de ſapientia ſua perfecit. D. S V P. P. de ſupina pila. D. S. Plato ſolo. D. S P. de ſapientibus. D T. duntaxat. D T. durat. D. T B. de tribubus. D. T R I B. T L. S. De tribunali tulit ſententiam. D. T. G. Q. S. De tuo genio quod ſentis.

Drăbē, [illegible] Polon. *Polni kmin.*] Herba eſt cubiti altitudine, gracilibus virgulis, quarum latera utrinque veſtiunt folia, quæ planè Lepidii viderentur, niſi teneriora eſſent, candidioraque. In cacumine ſambuci umbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti *Ortale Naſturtium*, alii *Babylonium* vocaverunt. Vide Ruellium lib. 2. capite 89.

Drăcænă, δράκαινα, cum diphth: draconis fœmina: ſicut leonis fœmina, leæna.

Drāchmă, f. p. [דרכמון *darchemón.* אדרכן *adharcón.* δραχμή. Gal. *Dragme, huitiéme partie d' vne once.* Ital. [illegible] *denaro.* Ger. Ein quintlein / der vierdte theil eines lods. Hiſpan. *Drama peſo, ò adarame.* Polon. *Dragma, to eſt. ośma cz[illegible] od vncy.* Vngaricè. *Garás.* Ang. *A dramm, the eight part of an ownce.*] Genus ponderis ex decem & octo ſiliquis: id eſt, tribus ſcrupulis conſtans. ¶ Eſt & genus numiſmatis, denarium valens Romanum: hoc eſt, (ut Budæus docet) ſolidos Turonenſes tres cum ſemiſſe. Terent. in Andr. Vix, *inquit*, drachmis obſonatus eſt decem. Cic. 1. de Divinat. Quibus divitias pollicentur ab his drachmas ipſi petunt.

Drăco, onis, m. t. [תנין *tannín* δράκων. Ger. Ein Drach. Bel Een draate. Pol. *Smok.* Vn. *Sárkány.* An. *A dragon.*] Serpens annoſus, qui multa ætate in inſolitam magnitudinem excreviſſe: ita dictus ἀπὸ τῆ δέρκεσθαι, quòd hoc animal acutiſſimi viſus eſſe credatur: unde etiam à Poëtis theſaurorum cuſtodiis fingitur præeſſe. Plin. lib. 8. cap. 11. autor eſt Dracones in India in tantam excreſcere magnitudinem, ut perpetuum cum elephantis bellum gerant. ¶ Dracones etiã dicuntur à Plin. li. 17. cap. 23.

à tortuositatis similitudine palmites emeriti, pluribusq; annis indurati: Nuper (*inquit*) repertum draconem serere juxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum, pluribusque induratum annis. ¶ Draco marinus etiam Piscis est, qui & Araneus piscis vocatur. de quo Plin. libro 9. cap. 48. Vide Araneus.

Drăcŏnītēs, δρακοντίτης, sive Dracontias, gemma est quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viventibus abscisso gemmescit, invidia animalis mori se sentientis: quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore translucido, nec poliri potest, aut artem admittere. Plinius libro 33. capite 10.

Drăcōntĭum, n. s. [δρακόντιον. Gal. *Herbe appellee serpentine.* Ita. *Dragontea.* Ger. Tractenwurtz. Hispan. *Dragontia.* Pol. *Obraski: herbario, wężownik.* Ang. *Dragons or dragonwort.*] Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ, magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis respersо purpureis, ita ut anguem planè referat. Officinæ *Serpentariã* & *Colubrinam* appellãt. ¶ Est etiã hoc nomine genus vitis apud Colum. lib. 3. cap. 2, quod vini generositate cum Ammineis conferri possit. Vham (*inquit*) vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine *dracontion* vocari comperimus, quæ fœcunditate jucunditateq;, arcellatæ, basilicæque & Bituricæ comparari posset: generositate vini, Ammineæ.

Drăcūncŭlŭs, penult. corr. δρακόντιον, herbæ genus est quod *dracontion* Græci, pharmacopolæ *Serpentariam* appellant: utroque nomine à caulis figura deducto, qui maculis quibusdam variegatus, quandam serpentis similitudinem referre videtur. Vide paulò antè in dictione DRACONTION. ¶ Est etiã Dracunculus piscis ex concharum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

Drāgmă, atis, [δράγμα. Polonicè, Rzecz ktora wgarść zaczapić możemy. Vngar. Marok, egy marokni. Ang. *A handfull, a bundell.*] Apud Græcos dicitur quod nos *rapinam*, aut *manipulum* dicimus: hoc est, quantum una manu comprehendere possumus.

Dramă, atis, [δρᾶμα. Polon. Grawkomedy.] Est actus vel repræsentatio fabularum, in quibus Poëtæ persona non admiscetur.

Drămătĭcŭs stylus, Dicitur qui mixtus non est, ubi Poëta nusquam loquitur: ut sunt comœdiæ & tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus Poëta: Mixtus, ubi promiscuè & Poëta & persona. Dictus dramaticus, δραματικὸς, quasi activus, à δράω ago.

Drŏmās, ădis, [בכרה *bichrâh.* δρομάς. Germ. Ein Camel oder Dromedary. Pol. *Dromedarz, zwierze.* Vng. *Gyors teve.*] Cameli species est, à velocitate cursus nomen habẽs. Liv. li. 7. bel. Maced. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ; & cameli, quos appellant Dromadas.

Drŏmŏnes, Genus piscium est apud Plin. li. 32. cap. ult. à pernicitate ita appellatũ. δρομάδες. ¶ Dromones item navigia celerrima, quasi cursoria à Iustiniano vocantur in l. 2. C. de offi. præf. præt. Afr. quos celoces Latini appellant à celeritate ut scribit Nonius. Milites, *inquit*, constituas, qui possint & ipsum trajectum servare, & omnia quæcunque in partib. Hispaniæ, vel Galliæ, sive Francorum aguntur, viro spectabili duce denuntiare. In quo trajecto etiam Dromones quantos provideris ordinari facias.

Drŏmŏs, [δρόμος. Pol. *Miesce do zawodu.* Vngar. *Futás, (anagy) futo hely, pállya.*] Latinè cursus: quanvis nonnunquam accipiatur pro loco ipso in quo curritur. ¶ Hinc Catadromus, de quo suo loco.

Drŏpăx, acis, pen. gen. cor. m. t. [δρώπαξ. Po. *Plaster ktori wlosi wzrywa.* Vn. *Kenposztó szőr mellyel szőrös orvosság, kenet.*] Vnguenti genus est quod ad evellendos è corpore pilos solet adhiberi. Vnde δρωπακίζειν Græci dicunt pro eo quod est unguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Martial. li. 3: Psilothro faciemque lavas, & dropace calvam. Idem lib. 10: Lævis dropace tu quotidiano.

Drupæ, arum, [δρυπεῖαι. Germ. Oliven die noch nicht gut zu essen sind. Pol. *Przestałe oliwki.*] Baccæ oleæ jam nigrescentes, & mox ab arbore casuræ: unde & nomen apud Græcos acceperunt, παρὰ τὸ πίπτειν ἀπὸ τῆς δρυός.

Dryophyte, es, f. p. Ranæ genus est apud Plin. li. 32. ca. 7: Ranę (*inquit*) quas dryophitas & calamitas vocant. [Pol. *Zaby zeddżem sie rodzące.* Vng. *Vz mely bèkák azokból le esnek.*] Item cap. 10. Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pellicula gruis alligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere diopetes & diopetis: ut ranas illas intelligas, quæ aut cum pluvia de cœlo decidunt, aut certè ex pluvia nascuntur. Græci enim διοπτὰς vocant quicquid ex aëre est delapsum, quasi à Iove missum.

Drўŏphŏnŏn, penult. corr. δρυόφονον, Herba est dryopteri similis, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis utrinq; foliis oxymyrsinæ similibus, sed candidioribus & mollioribus, flore sambuci. Edunt decoctos cauliculos, semine verò propere utuntur. Officinæ *Nemoralem myrtum* appellant.

Drўŏs hўphĕăr, δρὺς ὕφεαρ, Genus visci est, copiosissimè in quercu nascens: unde & nomen accepit Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper virens, gravis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, tactum sequẽs, nunquam in terra nascens. Vide Plin. lib. 16. cap. ult.

Drўŏptĕrĭs, f. t. [δρυόπτερις. Germ. Ein Kraut/so sich dem Engelsüß/steinfarb oder baumfarb vergleicht.] Herba est filici similis, in arboribus nascens, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plin. li. 27. cap. 9. Vulgus *Osmundam arboream* appellat.

Drўpĕtæ, [δρυπεῖς. Pol *Doirzałe oliwki.* Vn. *Eert oley mag.*] Olivæ sunt maturæ & adultæ, ita dictæ à πίπτω & δρῦς, quasi jam ex arbore decidentes.

D ante V.

D. V. In notis antiquorum, Devotus vir, vel vester, vel Diis voluentibus, vel devotus Vestæ, vel dies Quintus. D V C. D V C. Ducum Ductore, vel ducum ductio, vel ductorum ductor. D V L. vel D O L. vel D V L C I S. dulcissimus. D. V I I I I. Diebus novem. D V. I. S. Devotu istorum servatur. D V. vel D V S. Devotus. D V L. dulcis. D V L M S. dulcissimus. D. V. M. T. dolo vel malo tuo. D. V S. deæ virgines, vel de virtutibus, vel de verbis.

Dŭă, in neut. gen veteres dixerunt pro duo. δύο. Quint lib. 1. cap. 10: Dua pondo & trepondo usque ad nostram ætatem dictum est, & rectè dici Messala confirmat. Sic etiam apud Ciceronem, in Orat. Video sepulchra dua, duorum corporum.

Dŭălĭs, le, Quod est duorũ. [δυικός. Gall. *Duel, qui signifie deux, de deux.* Ital. *Numero di due.* Germ. Zweyig/zweyfach. Hispan. *Numero de dos.* Pol. Dwoyści. Vn. Kettős. Ang. *Of two.*] Servius in illud Virg. 2. Aeneid. Conticuêre omnes: Conticuêre (*inquit*) pro conticuerunt: nec est (ut quidam dicunt) dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitùs invenitur.

Dubenus, teste Festo, pro domino veteres dixerũt. [Pol. *Pan.* Vn. Vr.] Pacu. Tũ dubenus servos ligatos pessimè verberat.

Dŭbĭo, ās, Apud antiquos legitur pro dubito, sive in dubio sum. [δοιάζω. Polon. Watpie. Vng. Kételkedõm.] Plautus: Dubitat quid agat.

Dŭbĭŭs, m. f. Dicitur, qui duas vias habet, & utram eligat, nescit: sicut ambiguum, quod in ambas agi partes possit. [ספק *talúi, ἀμφίβολος, ἄπορος.* Gal. *Doubteux, incertain.* Ital. *Dubbio.* Ger. Zweiffelhafftig. Bel. Twyfelachtig/onseker. Hisp. *Cosa dudosa.* Pol. Watpliwi. Vn. *Kétséges.* Ang. *Doubtfull, uncertane.*] Livius 4. ab Vrbe: Quum equites procul visi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti, &c. Virg. 2. Aeneid. Nec dubiis ea signa dedit. Terentius: Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. Lib. 1. ad Herenn. Dubium genus est, quum habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro ancipiti periculo. Vnde in dubium venire, idem est quod in discrimen adduci. Terentius in Adelphis: Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet. Sic Salutem dubiam dixit Cicero in Epistol. ad Ligarium, pro ea quæ in periculo versatur. ¶ Cœna dubia dicitur, quum tanta apponitur ciborum copia, ut cogaris dubitare quid potissimùm debeas sumere. Terentius in Phorm. Ille ringitur, tu rideas: Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. G. Quid istuc verbi est? S. Vbi tu dubites quid sumas potissimúm. ¶ Dubia causa dicitur, quæ (ut voce utamur forensi) semiplenè probata est. Gl. est celebris in l. admonendi. ff de jurejurand. Dubiis interpretandis ad mitiora deflectendum esse, Schola nostra omninò recepit.

Dŭbĭē, adverbium. [ἀμφιβόλως. Gal. *Douteusement, en doute, incertainement.* Ital. *Dubbiosamente.* German. Zweiffelhafftiglich. Bel. Twyfelyck. Hisp. *Dudosamente.* Polon. *Niepewnie, watpliwie.* Vngaricè, *Kétségesseen* Angl. *Doubtfully.*] Cicer. 1. de Divinat. Potest autem accidere ut aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum. Livius 2. ab Vrbe: Nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Hujus contrarium est Indubiè, ἀναμφιβόλως, sine dubio.

Dŭbĭōsŭs, a, um, adjectivum, Incertus, dubius. [ספק *talu'ę. ἄπορος, ἀμφίβολος.* Gal. *Doubteux, plein de doubte.* Ital. *Dubbioso.* Ger. Voll zweiffel/ungewiß. Hisp. *Dudoso.* Polon *Niepewni.* Vng. *Kétséges.* An. *Very doubtfull or uncertane.*] Gel. lib. 3. cap. 3: Quas à cæteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant. Idem lib. 5. cap. 10: Dubiosum hoc, inexplicabileq;.

Dŭbĭto, as, Dubius sum. [ספק *talâh* עם *pan.* ἀμφιβάλλω, ἀπορέω. Gal. *Doubter.* Ital. *Dubbitare.* Ger Zweiffeln Bel. Twyfelen Hisp. *Dudar.* Pol. Watpie. Vn. *Kételkedõm.* An. *To doubte.*] Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii: dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Idem libro 10. Epistolarum: Nam de tua erga me voluntate non dubitant. ¶ Dubitare item ponitur pro vereri, cunctari. ὀκνεῖν. Plautus in Epidico: Quid istuc dubitas dicere? hoc est, Quid times, aut vereris? Cicero de Amicitia: Nec dubitare illum in

lum in omni ſermone appellare ſapientem. Iuvenalis Satyr.7: -quis tam Pérditus ut dubitet Senecã prę ferre Neroni? ¶ Hujus compoſita ſunt Addubito, Subdubito, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Dŭbĭtātŭr, impersonale: Cic.4. Verr. Idĕ Attic.lib.4: Sed utrum fronte, an mente dubitatur.

Dŭbĭtāns, particip. [תֹּלֶה tolèh פָּן pan. διϑιάζων, ἀμηχανέων. Gal. *Doubtant, qui doubte ou eſt en doubte.* Ital. *Dubitante.* German. Zweifflend. Hiſ. *Dudoſo.* Polon. *Watpiaci.* Vngaricè, *Kételkôdwén, kételkôdô.* Angl. *That doubteth, doubting.*] Cicero pro domo ſua: Identidem ſe ipſe revocando dubitans, timens, hæſitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis & pronuntiarit & fecerit.

Dŭbĭtātŭs, partic. [ἀπορηϑέις. Pol. *Watpiaci.* Vn. *Az kirôl kételkôdw'nk.*] Ovid.2.Metam. Venit, & intravit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor apud eundem ad Liviam.

Dŭbĭtātĭo, f.t. Hæſitatio, ſcrupulus. [ἀπορία. Gall. *Doubte.* Ital. *Dubitatione.* Germ. Zweifflung. Hiſ. *Duda.* Pol. *Watpienie.* Vn. *Kételkedés.* Ang. *Doubt.*] Cicer.2 de Orat. Quis timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tranſactusq; verborũ? Idem ad Trebonium: Nullam enim dubitationẽ apud me reliquiſti quantum me amares.

Dŭbĭtāntĕr, quod eſt à dubitans: Dubitatim à dubitatus, Dubiè, timidè. [ἀπορηϑέις. Gal. *Doubteuſement.* Ital. *Dubbioſamente.* Germ. Mit zweiffel. Hiſ. *Dudoſamente.* Pol. *Watpliwie.* Vn. *Kétselkedue kétségeſſen.* Ang. *Without hope, or doubtefully.*] Cæcil. Imperator clamat de medio, ut milites à ſiniſtro cornu removeant, & Gallis non dubitanter immittant. Siſenna apud Nonium: Quòd hoſtem non dubitatim cum pluteis & ſcalis ster facere cernebat.

Dŭbĭtābĭlĭs, le, [διϑιαϛὸς, διϑιάσιμος. Pol. *Watpiaci.* Vn. *Kétséges.*] Ovid.13.Metamorph. Atque ego ſi virtus in me dubitabilis eſſet, Nobilitate potens eſſem. Idem lib.1: -nec erit dubitabile verum.

Ducatus, Vide DVCO.

Dŭcēnārĭŭs, m.ſ. Qui duas centurias: id eſt, ducẽtos milites, ducebat in acie ſecũda, qui & primus haſtatus dicebat. [Δεκαδάρχης. Gal. *Capitaine de deux cens hõmes.* Ital. *Capitano di ducento ſoldati.* Germ. Ein Hauptmañ vber zweyhundert Kriegsknecht. Hiſpan. *Capitan de dozientos hombres armados.* Pol. *Rotmiſtrz nad dwiemaſty żoł'nierzow.* Vngar. *Kétſazvitéz hadnaggya.* Ang. *A Capitane of twoo hundred men.*] Apud Suetonium legitur quartam judicum decuriam ab Auguſto additam eſſe, quæ Ducenariorum diceretur, judicaretque de levioribus ſummis. Ducenarii autem videntur nominari à cenſu ducentorum ſeſtertiorum.

Dŭcēnārĭŭs, a, um, adjectiv. Quod cõſtat ducẽtis: [Διακοσιαῖος. Gal. *De deux cents.* Ital. *Di dugento.* Ger. Das zweyhundert hat. Hiſpan. *De dozientos.* Pol. *Dwuſty.* Vng. *Kétſzázbol valo fereg.* An. *Of twoo hundred.*] ut, Ducenaria pondera: hoc eſt, ducentarum librarum, apud Plin.lib.7. cap.20.

Dūco, is, duxi, ductum, Deduco, capio, ſumo. [נָהַל nahágh נָהַל nahál נָחָה nachál. ἄγομαι, συμπέμπω. Gal. *Mener, conduire, guider.* Ita. *Guidare, condurre.* Ger. Führen. Bel. Leyden. Hiſ. *Guiar, lleuar guiando.* Pol. *Wiode.* Vn. *Viszôm, vezetôm.* An. *To lead, or guide.*] Propriè ducimus volentes, trahimus invitos. Seneca: Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ Quandoque ſignificat reſpicere, judicare, exiſtimare, ἄγειν quoque Græcis & ἡγεῖσϑαι. Cicero Trebatio: Ego ſi mei commodi rationem ducerem, te mecum eſſe maximè vellem. Virg.10.Aeneid. -tantón' me crimine dignum Duxiſti? ¶ Quandoque in paſſivo ſignificat delector, afficior. Cic.in Verr. Act. 2: Si quis honore aut gloria ducitur. ἄγεται. ¶ Quandoque volvere, pertractare. Virgil.lib.6.Aeneid. Sic equidem ducebam ánimo, rebarq; futurum. ¶ Quandoque nudare, educere, ἕλκειν. Idem lib.12: Ille tamen clypeo objecto converſus in hoſtem ibat, & auxiliũ ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque contrahere. συνάγειν. Idẽ 9. Aeglog. Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus uva colorem. ¶ Ducere ſomnos, eſt dormire. Virg.4.Aeneid. Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? ¶ Ducere muros, eſt ſtruere. τειχίζειν. Idem 1.Aeneid. -pars ducere muros, Molirique arcem. ¶ Quandoque contraho, συνάγειν. Martialis: Quj ducis vultus, & non legis iſta libenter. ¶ Quandoque in longum protrahere. ἐκτείνειν. Cicero ad Cæſarem Iun.lib.1: Ne res duceretur, fecimus ut Herculeſ Antianus in alium locum transferretur, ex Nonio. ¶ Quãdoque demittere, deſcendere. Plautus in Aulul. Vbi ille abit, ego me duco ab arbore. ¶ Quandoque gerere. Virg.lib.Aen. 9: Hi bellum aſſiduè ducunt cum gente Latina. ¶ Quandoque cædere, ut Ducere pugnum, pro Cædere pugno Paul. l.4. de injuriis: Si cum ſervo meo pugnum ducere vellem, in proximo teſtantem invitus percuſſerim, injuriarum non teneor. ¶ Dicitur & de re obſcœna, virilia ſua turpiter contrectare. Plaut. Si tendetis, ducite, ne diſrumpamini. ¶ Item de funeribus, ut Ducere funus idem ſit quod efferre. Virg.4.Georg. -& triſtia funera ducunt, ubi ſcribit Servius illud Perſii Satyr.2: -Nerio jàm tertia ducitur uxor, in eadem ſignificatione intelligendum eſſe. ¶ Dicitur etiam in condemnatis, in addictis, & in iis quibus à magiſtratu manus injecta eſſet. Terent. Ducent damnatum domum. Cicer. in Rull. Ego is conſul qui concionem metuam, qui Tribunos pleb. perhorreſcam? ſæpè & ſine cauſa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribuni plebis duci juſſiſſent. ¶ Hinc & genus locutionis quo uxorem ducere aliquis dicitur, ortum. Coëmptio enim inter virum & uxorem fiebat: & in auctionibus emptori dicebatur, ut rem emptam ſibique addictam duceret. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt Abduco, adduco, quæ ſunt contraria: conduco, circunduco, deduco, diduco, educo, induco, introduco, obduco, perduco, produco, reduco, ſeduco, ſubduco, ſuperduco, & traducto: quorum ſingula vide ſuis locis.

Dūco, vetus locutio fuit: ducere ſe, pro latenter abire, ac diſcedere. Terentius in Hecyra: Vxor, *inquit*, ubi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras. & Plautus in Aululari a: Ego me deorſum duco de arbore. & in Bacchidibus: Duc te ab arbore. & Aſinius in epiſtola ad Ciceronem: Balbus, quæſtor, magno pondere auri, majore argenti coacto de publicis exactionibus, ne ſtipendio quidem militibus reddito, duxit ſe à Gadibus. Ex Aldi ſcholiis in epiſt. fam.

Epiglŏſſis, f. t. ſeu Epiglottis, Lingua eſt quæ aſperæ arteriæ meatum obſtruit, ne cibus aut potus per œſophagum ad pulmonem deſcendat. [ἐπιγλωττὶς. Gal. *Languette ou petite langue, comme celle qui garde que ce qu'on boit & mange ne tombe és poulmons.* Ital. *La linguetta che cuopre il collo ò la bocca del polmone.* German. Das Zäpfflin im Halß/ſo die Lufftröhren beſchleußt. Hiſpan. *El galillo.* Polon. *Ieziczek ktori zamika krztan, abi na pl'uca napoy albo pok armnie przyſiedl'.* Vng. *Nyeldeklő, nyelw tsap.* Ang. *A litle tongue as that which keepeth meate to pas into the winde pipe.*] Plinius libro 11. capite 37: Tonſillę in homine, in ſue glandulæ. Quod inter eas uvæ nomine ultimo dependet palato, homini tantùm eſt. Sub ea minor lingua epigloſſis appellata, nulli ova generantium. Opera ejus gemina, duabus interpoſita fiſtulis, exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſpiritu ac voce illac meante, ſi potus cibúsve in alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur ſanè gula, qua cibus atque potus devoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, inde ad ventrem. Hanc per vices operit, quum ſpiritus tantùm, aut vox commeat: ne reſtagnatio intempeſtiva alvi obſtrepat.

Epigoni, ἐπίγονοι, Dicti ſunt autores ſecundi belli Thebani, quaſi fœtus illorum qui primùm confecerant bellum. [Ger. *Die anfenger des andern Thebaniſchen Kriegs.*] Græcè enim ἐπίγονοι poſteri appellantur. Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento compoſitam, Epigonos inſcripſit, quæ agi expoſcebat voce magna ſcenicorum, & ſonora. Ob hoc dixit Cicero libro 1 Offic. quòd hiſtriones voce freti, agunt Epigonos, Medeamque. Errant qui exiſtimant Epigonos apud Strabonem eſſe populos, à quibus fabulæ nomen inditum ſit: quum Epigoni dicti ſint generali vocabulo omnes illi, qui ex diverſis populis conflati, ſecundum bellum Thebanũ duce Alcmæone confecerunt: quaſi pòſt geniti, & filii eorum qui in primo bello ad Thebas mortem oppetierant. Nam ex Statii lectione conſtant nomina ducum, qui in eo loco occubuerunt: quorum filii ut mortem parentum ulciſcerentur, communi conſilio contra Thebanos iterum arma moverunt. Acceperant enim reſponſum ab Apolline, eam ſe civitatem expugnaturos ſi Alcmæonem Amphiarai filiũ imperatorem rei bellicę feciſſent. Igitur Alcmæon exercitu ex Græcis collecto, cõtra Thebas duxit copias, acerrimeq; commiſſa pugna potitus eſt victoria, & Thebæ captæ ac dirutæ ſunt. ¶ Epigoni etiam dicti ſunt ſucceſſores Macedonum veteranorum, qui ſub Alexandro Magno ex Aſiaticis fœminis ſobolem ſuſceperant: quæ ſoboles (ut hiſtorici memorant) nomen habuit Epigonorũ, qui in caſtris nati, in armis educati, à parvula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorſus invicti extiterunt.

Epigramma, n. t. ἐπίγραμμα, ſeu Epigrãmatum, ti, Dicitur inſcriptio, vel ſuperſcriptio: ἀπὸ τῆς ἐπιγράφειν, quod eſt ſuperſcribere. [Ger. *Ein Vbergeſchrifft od' Titel.* Vn. *Purgo ma, (anagy) purgoma vers.*] Cicero pro Archia poëta: Quòd epigramma in eũ feciſſet, tantummodo alternis verſibus longiuſculis. Idem ad Atticum, lib. 1. Epiſt. 11: Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus.

Epigrammatographus, Epigrammatum ſcriptor. [Vngar. *Purgoma iro.*]

Epigryphus, ἐπίγρυφος, habens aduncum naſum.

Epigraphe, pen. cor. [Ἐπιγραφή. Vn. *Fölvol valo irás.* An. *A title or inſcription.*] Titulus, inſcriptio: item cenſus: id eſt, dinumeratio civium: & luſtrum.

Epilepſia, [Ἐπιλημψία. Gal. *Mal caduc, le mal ſainct Iean.* Ita. *Mal caduco.* German. Die fallend ſucht oder ſiecht tag. Hiſpan. *Gota coral.* Polon. *Caduk.* Vngarice, *Kórſág.* Angl. *The falling ſeakneſſe.*] Morbus eſt, quem Latini comitialem appellant, propterea quòd comitia dirimeret, ſiquis eo in campo fuiſſet correptus. Epilepſiæ autem nomen à Græco ἐπιλαμβάνεσθαι deductum eſt, quòd in eo capiantur, & vincantur ſenſus, adeò ut à mortuis nihil abſint. Nam unà cum convulſione totius corporis principes cerebri operationes auferuntur, toto videlicet cerebro, vel duobus ejus præcipuis ventribus, affecto. Hinc etiã ἱερὰ νόσον: hoc eſt, ſacrum morbum, quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum ſanctiſſimam noſtri portionem, quoddamq; mentis veluti ſacellum, peculiariter infeſtet. Quidam etiam Herculeum, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuiſſe tradunt. ¶ Qui hunc morbum patiuntur, epileptici, ἐπιληπτικοὶ, dicuntur.

Epiligna, Vnguenti genus utiliſſimum, quo paſſim utebantur.

Epilogiſmus, [ἐπιλογισμὸς. Vng. *Summoba vékeſztés.*] Cogitatio, computatio: à verbo Græco ἐπιλογίζομαι, quod eſt excogito, & rationem ſubduco.

Epilogus, penult. corr. m. ſ. Peroratio, concluſio, poſtrema orationis pars. [ἐπίλογος. Gallicè, *Concluſion.* Ital. *Conchiuſione.* German. Die Beſchlußred. Hiſpan. *Concluſion.* Polonicè, *Zamknienie mowy.* Vngaricè, *Vegezö benkeſztö beſzéd.* Angl. *A concluſion.*] Cicero 4. Tuſcul. Num etiam Rhetorum epilogum deſideramus? Rhetores tripartitum epilogum faciunt, conſtantem enumeratione, amplificatione, & commiſeratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græcè dicitur ἀναπεφα-

ἐπαναφορὰ, id eſt recapitulatio: per amplificationem concitatur animi auditorum: per commiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

Epimedion μηδικὸν, Caulis eſt non magnus, hederæ foliis denis duodenisve, neque florem, neque fructum ferens, radice tenui, nigra, graveolente. Romani *Vindictam* appellant.

Epimelis, Gēma candida eſt, nigricante ſupernè colore. Plin. lib. 37. cap. 10.

Epimēlis, idis, ſ. ἐπιμηλὶς. Vngar. *Naſolyiſa.*] Meſpili genus eſt mali magnitudine, folio tantùm latiore ponimi ferens rotundum, eſculentumque, fundo in latitudinem retuſo, aſtringentis naturæ, & tardè matureſcentis. Galenus πυρομηλίδα vocari refert, à tribus granis ſive oſſib. quæ in ſe cōtinet.

Epimenidium (ut Plin. lib. 27. cap. 9, ſcribit) eſt tertiū bulbi genus, cibis gratum, anguſtius folio, minusque aſpero, quàm cæteræ ſatiuæ ſpecies.

Epimonē, pen. cor. Græca vox, Latinè perſeverantia. [ἐπιμονὴ. Gal. *Perſeuerance.* Ital. *Perſeueranza.* Ger. Verzug oder beharrung. Hiſp. *Continuacion, ò perſeuerancia.* Pol. *Zaſtanowienie, zatwierdzenie.* Vn. *Allatatoßtó.* An. *Perſeuerance, ſtedfaſtneſſe.*] figura quando ad majorem affectum denotandum in eadē dictione perſeveratur: ut Virg. - ſic ſic juvat ire ſub umbras. Hæc etiam Epizeuxis, ἐπιζεῦξις vocatur.

Epimythion, n. ſ. [ἐπιμύθιον. Germ. Die außlegung / lehr vnnd vnderweiſung einer Fabel. Vngar. *Magyarazat, ertelōm.*] Fabulæ eſt expoſitio, ejusque utilitas: ut quum apologi rationem & ſententiam autores mythologici attexunt: ut ſunt apud Aeſopum appendices fabularum, quaſi affabulationes. Budæus.

Epinicia, orum, n. ſ. [ἐπινίκια. Gal. *Vers, louanges, feſte ou celebrité qu'on celebre, ou fait, pour la victoire gaignee, cōme les ieux de ieux.* Ital. *Canti & feſte per le vittorie.* German. Ein Faſt oder Geſang ſo man auß frewden eines erlangten Sigs hattet. Hiſp. *Cantos ò fieſtas por alguna victoria como huegos de alegria.* Pol. *Piesni o zwycięſtwie wanie za otrzymanim zwycięſtwa.* Vngar. *Gyōzēdelmeret vagi ēnekelendōk, es dalyā enekgymōſtelemerēk mit ſiretire vratot verſek (quagy) Gyōzēdelmi vers.* Anglicè, *Verſes or ſonge of victorie.*] Græci vocant celebritates pro parta victoria: ἐπινίκια. cujuſmodi ſunt ignes nocturni, pyræque quæ ad proximum victoriæ nuntium in teſtimonium publicæ lætitiæ accēduntur: ſolennes præterea ſupplicationes, & quæ id genus ſolennitates, quibus partæ victoriæ gaudium ſolemus teſtari. Suetonius accipit pro carminibus in laudem victoris compoſitis, in Nerone. Sequenti, *inquit*, die lætum inter lætos cantaturum epinicia quæ jam nunc ſibi componi oporteret.

Epinyctides, ἐπινυκτίδες, Puſtulæ minutæ, ſeu varices: dicti à nocendi qua maximè proveniunt. Iulius Pollux: Epinyctis puſtula ſublivida, modicè tumeſcēs, & plena ſanguinis in tibiis, & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. Plin. li. 20. cap. 6: Illitis foliis ſanantur & ambuſta, & epinyctides: ita vocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epiodium, ſeu Epiedium, ii, n. ſ. canticum quod dicitur cadaveri donum ſepulto: alio nomine Nęnia dicitur, ex ἐπὶ ſuper, & ᾠδὴ canticum.

Epipatron, ſimilis ocimaſtro herba. Vide de hac Barbari Corollarium de Ocimaſtro.

Epiphania, ἐπιφάνεια. Pol. *Zwiaſtowanie.* Vn. *Vizkereſzt.*] Apparitio ſeu manifeſtatio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐπιφαίνεσθαι: hoc eſt, ab apparendo. Inde Epiphania, orum, à Chriſtianis dicuntur feſta, quæ nos *Apparitionem Domini* vocare poſſumus. Hieron. Dies epiphaniorum Græco ſermone ſic vocatur. Quod enim apud nos *apparitionem* vel *oſtenſionem* dicimus, Græci *epiphaniā* vocant. Hoc autem ideo: quia Dominus noſter eo die Servator apparuit è tenebris. Licet enim olim natus eſſet ex Maria, & triginta annorum expleſſet ætatem, tamen ignorabatur à mundo. ¶ Epiphania quoque vocatur, quum latitudo menſuratur cum longitudine. Vide in dictione Grammæ.

Epiphonēma, n. t. [ἐπιφώνημα, Rei narratę, vel probatæ ſumma acclamatio. Epiphonematis poſt rem narratam exemplum eſt apud Virg. lib. 1. Aeneid. Tantæ molis erat Romanā condere gentem. Poſt rem autem probatam apud Cic. pro Ligario: Quorum igitur Cæſar impunitas tuæ clementiæ laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem acuet oratio? ¶ Dicitur etiam epiphonema clauſula arguta, quæ in fine poſita aurem ferit, quales plerunq; ſolent eſſe clauſulæ quæ epigrammata claudunt.

Epiphora, pen. cor. f. p. [ἐπιφορά. Ger. Ein gäher fluß in den Augen.] Morbus oculorum quem vulgò *Lacrymam* vocāt, quum deſcenſus humoris cujuſdam mordacis oculos angit: ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν: hoc eſt, ab inferendo. Plin. lib. 20. cap. 2: Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. Colum. lib. 6. cap. 16. de maguderi: Eadem radix contuſa, & cum oleo lentiſci inuncta, vitium oculorum expurgat, epiphoram ſuppri-

primit, polenta, conſperſa multa aqua. Dicitur & de aliis mēbris. Plin. lib. 20. cap. 13: Teſtium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris adeò peculiaris eſt, &c.

Epiplexia, f. p. ἐπιπληξία, ſive Apóplexia, dicitur ſubita percuſſio: πλήσσειν enim percutere eſt.

Epiplocēle ἐπιπλοκήλη, Herniæ ſpecies, quum omentum deſcendit in ſcrotum. Vide ENTEROCELE.

Epipampholon, eſt exceſſus omenti, per ipſum umbilicum.

Epipteron, Lens paluſtris, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 90.

Epirhedium, Vehiculi genus, non diſſimile bennæ: compoſitum nomen ex ἐπὶ, & rheda. Iuven. Sat. 8: - tritoque trahunt epirhedia collo.

Epiſchidion, [ἐπιχείδιον. Gal. *Coin pour fendre bois.* Italicè, *Cuneo da fender legni.* Germanicè, Ein Weck mit dem man das Holtz ſpattet. Hiſpan. *Cuña ò cuño para hender.* Polon. *Klin.* Vngar. *Ek.* Ang. *A wedge to cleaue woode.*] Apud Vitruv. accipitur pro cuneo quò ligna finduntur. Nam χεῖν Græcis eſt findere.

Epiſcopus, pen. corr. m. ſ. [עֵבֶר *Heb.* ἐπίσκοπος. Gal. *Eueſque, ſurintendant, qui à la ſuperintendence en quelque lieu.* Ita. *Veſcouo.* Ger. Ein Biſchoff oder Auffſeher. Bel. Een Biſſchop. Hiſp. *Obiſpo, prelado de yglesia.* Pol. *Biskup, dozorca.* Vng. *Proſpōk.* Ang. *A buſhope.*] Magiſtratus nomen fuit apud veteres, cujus officium erat panis & cæterarum rerum, quæ ad cibum pertinent, curam habere: ut colligi poteſt ex verbis Arcadii, ff. de Muner. & honorib. Latine interpretatur ſpeculator, ab ἐπισκοπεῖν, quod ſpeculor ſignificat, vel conſidero. Vnde etiā hodie ad Antiſtites translatum eſt, quòd illorum præcipuè munus ſit, gregis ſibi commiſſi vitam explorare. Hac voce uſus eſt Cic. lib 7. Epiſt. ad Att. Vult enim (*inquit*) Pompeius me eſſe quem tota hæc Cāpania & maritima ora habeat epiſcopum, ad quē delectus & negotii ſumma referatur.

Epiſcopium, n. ſ. [ἐπισκοπεῖον. Gal. *Maiſon epiſcopale, Eueſché.* Ital. *Veſcouato.* Germ. Eines Biſchoffshof / die Wohnung eines Auffſehers oder Wächters. Hiſpan. *Obiſpado, ò caſa del obiſpo.* Pol. *Biskupſtwo.* Vn. *Pwſpōk lako helye.* Ang. *A biſhops houſe or mannſion place.*] Epiſcopi habitatio dicitur: ſicut Prætorium appellatur ubi Prætor jus reddit.

Epiſcopius, a, um, Exploratorius, ſpeculatorius. [ἐπισκοπικὸς. Gal. *Eſpion.* Ital. *Spiatorio.* Germ. Das zu dem auffſehen oder wachen gehört. Hiſpan. *Coſa para eſpiar.* Polon. *Kudozenſki, ſzpiegowſki.* Vng. *Vigyazo, kemlelō, ſzemlelō.* An. *Belonging to a ſpie, or to eſpy a farre off.*] Cicero ad Atticum: Quinto Nonas conſecutas ſcio hostis Cumanis in phaſelum epiſcopatum: id eſt, navem exploratoriam.

Epiſtatium id eſt, commiſſio principis, per mandati ſubſcriptionem facta. Accurſ. in C. pactum de pace.

Epiſpaſtica, ἐπισπαστικὰ, Medicamenta, quæ pertinent ad hulcus purgandum, pusque extrahendum: dicta à verbo Græco ἐπισπάω, quod idem eſt quod attraho.

Epistates, [בן משק *ben meſchek Heb.* ἐπιστάτης. Gal. *Gouuerneur, procureur de maiſon.* Ital. *Gouernatore, ò maſtro di caſa, procuratore.* Ger. Ein Schaffner. Hiſp. *Mayordomo, procurador.* Pol. *Stárſzy.* Vn. *Falusbiro.* An. *A ſteward, a bailif.*] Græce dicitur qui a nobis villicus, procuratorque ac præpositus rei faciendæ vocatur. Is omnino genere epiſtata, villica dicitur, quæ præeſt diligenter familiæ ruſticanę: qua voce utitur Cato de Re ruſt. cap. 56.

Epiſtolæ, [סִפְרֵי *Heb.* ἐπιστολαὶ. Gal. *Lettres missiues, lettres.* Ital. *Epiſtola, lettera.* Ger. Ein Sendtbrieff. Bel. Een Brief. Hiſp. *Carta mensajera.* Pol. *Lyſt.* Vn. *Leuél.* An. *A letter.*] Litera ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod eſt mittere, quia ad abſentes mittitur. Plautus in Epid. Quia quotidie ipſe ad me è legione epiſtolas Mittebat. Idem in Pſeud. Herus me tibi ſalutem multā voluit dicere: Hanc epiſtolam accipe à me, hanc me tibi juſſit dare. Cicero Quinto fratri, lib. 1: Illud quod eſt epiſtolæ proprium, ut is ad quem ſcribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum eſſe non puto.

Epiſtolium, n. ſ. [ἐπιστόλιον. Gal. *Petites lettres, petites miſsiues.* Ital. *Epiſtoletta.* Germanicè, Ein Sendtbrieffle in. Hiſpan *Pequenna carta mensajera.* Polon. *Liſtek.* Vngar *Leueletske.* Ang. *A litle lettre.*] Parva epiſtola. Catullus: Conſcriptum hoc lacrymis mittis epiſtolium.

Epiſtolaris, re, Quod ad epiſtolam pertinet: [ἐπιστολικὸν. Gal. *Des appartenance de ſeruant aux miſsiues.* Italicè, *Coſa pertinente à lettere miſsiue.* German. Das zu einem Sendtbrieff gehört. Hiſp. *Coſa perteneſciente à carta mensajera.* Polon. *Czo przinalezi do piſſanialiſtow.* Vngaricè, *Leuélhez ualo.* Ang. *That belongeth, to wryttinges.*] ut, Epiſtolaris charta, Martial. libro 14. Hieronym. Neque enim epiſtolaris anguſtia evagari longiùs patiebatur.

Epiſtomium, n. ſ. [ἐπιστόμιον. Ger. Ein Hane oder Zapff an Faſſen vnd andern dingē. Pol. *Kurek przez ktory puſzczamy wino.* Vn. *Szjuarany.*] Dicitur inſtrumētum illud ęneū, quo in fontib. ora ſalientiū obturantur, vertibulū in medio pertuſum habēs, quod admittit

admittit vel arcet aquã: Galli ſua lingua, *Fontem* vocant. Hoc etiam inſtrumento utimur ad vinũ ex dolio hauriendũ. Seneca ad Lucil. Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint: & adhuc plebeias fiſtulas cloquor. Varro lib. 3. de Re ruſt. Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo, menſaq; quam dixi in primis radiis eſſe, epiſtomiis verſis ad unumquenq; actum, ſic ut influat in convivium. Vitruv. lib. 10: De hydraulicis organis loquens accepit epiſtomium pro eo obturaculò, quod in muſicis organis ſpiritum continet, & laxat ut opus eſt. Motione, *inquit*, vectium vehementioꝛe ſpiritus vehemens compreſſus, epiſtomiorũ aperturis influit, & replet anima canales.

E᷑pīſtrŏpheus, *ἐπιστροφεύς*, à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex ſeptem colli vertebris, omnium ut latiſſima, ita & tenuiſſima, duplicem habens concavitatem, capitis convexitatem, ſive proceſſus recipiẽtem: cujus articulationis beneficio caput ad latera circumagitur. A᾽quo uſu vertebra hęc epiſtropheus appellatur, à verbo Græco *ἐπιστρέφω*, quod inter cætera ſignificat converto, circumago.

E᷑pīſtrŏphē, *ἐπιστροφή*, Rufiniano figura eſt *λέξεως*, quum eadẽ in verba plures deſinunt ſententiæ. Rutilius tamen Lupus hãc inter ſchemata ſententiarum refert, epiphoramq́ue appellat.

E᷑pīſtўlĭum, n.ſ. [כותרת *chothéreth*. *ἐπιστύλιον*. Gal. *Le chapiteau d᾽vne columne ou pilier*. Ital. *Capitello*. Germ. Ein Deckel oder Knopff ſo man obẽ auff ein Gaut ſetzt. Hiſp. *Capitel ſobre la columna*. Polon. *Nakric᾽ie ſł᾽upa albo gał᾽ka naſł᾽upie*. Vng. *Agas, (auagy) oſzlop feies tabláia, (vagy) oſzlop feie*. Ang. *The chapter of a pillor, a litle pillor ſet vpon a greater*.] Capitellum quod ſuper columnam ponitur. Corpus enim columnæ, ſcapum vocant: fundamentum, baſim: illud verò quod columnæ ſuperponitur, epiſtyliũ appellant. Vide multa de epiſtyliis apud Vitruvium.

E᷑pīſўnălœphē, es, f.t. *ἐπισυναλοιφή*, Figura eſt dictionis, eadem cum ſynæreſi, qua duæ ſyllabæ iiſdem literis remanentibus, in unam conglutinantur: ut, Aeripidem cervam apud Virgilium, pro Aẽripidem. Huic opponitur diæreſis, qua una ſyllaba in duas reſolvitur: ut, Siluæ, triſſyllabum apud Horatiũ, pro diſſyllabo Sylvę. Inter epiſynalœphen & ſynalœphen hoc intereſt, quòd ſynalœphe propriè fiat in diverſis dictionibus, prima ſequentis dictionis vocali ultimam præcedentis abſumente: ut, Carthag᾽ Italiam. Epiſynalœpha verò nonniſi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte: ſed duabus tantùm in unam coaleſcentibus.

E᷑pĭtăphĭum, phii, n.ſ. [*ἐπιτάφιον*. Gal. *Epitaphe, l᾽eſcriture qu᾽on met ſur vne tombe*. Ital. *Epitafio di ſepoltora*. Germ. Ein Grabſchrifft. Hiſpan. *Epitaphio de la eſcriptura*. Polon. *Napu nagrobie*. Vngar. *Koporſora meeczet iras, koporſouers*. Anglicè, *An epitaphie, or ſcripture on a graue*.] Dicitur inſcriptio quã ſepulchris incidi videmus in laudem defunctorum: quale eſt illud apud Virgilium in Daphnide: Daphnis ego in ſylvis, hinc uſque ad ſydera notus, Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe. Item illud apud Ovidium in Epiſt. Phyllidis: Phyllida Demophoon leto dedit, hoſpes amãtem: Ille necis cauſam præbuit, illa manum. Dictum epitaphium, quòd humato jam corpore, *ἐπὶ τῷ τάφῳ*: hoc eſt, in ſepulchro ſoleat inſcribi. Nam quod cadavere nondum humato in defuncti laudem accinebatur, epicedium dici conſuevit.

Epitheca, Græcis eſt, quod Dos Romanis. Vnde prædiorum epithecę apud Iureconſultos, quas Papinianus impoſitiones interpretatur, quamvis pro Epithecis vitioſè legatur Eotici, ut apud Vlp. Leg Rhod. lib. 22. cap. 13. Ant. lect.

E᷑pĭthălămĭum, n.ſ. [*ἐπιθαλάμιον*. Vngar. *Valakinek, halalara irattatot vers (az, ax) formenzõ*.] Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam *ἐπιθαλάμιος*, Græcis idem eſt quod conjugalis.

E᷑pĭthĕmăta, n.t. *ἐπιθέματα*, Medicamenta ſunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco *ἐπιθέναι*, quod eſt imponere.

E᷑pĭthĕſis, is, *ἐπίθεσις*, præter vulgatas illas apud Græcos ſignificationes, quibus pro impoſitione, ſive aggreſſione ſumitur, apud Iuriſconſultos etiam uſurpatur pro inſcriptione quadam appoſititia, in contumeliam, fraudémve alicujus facta. Vlp. l. Lex Cornelia. ff. de injur. & famoſis libellis, Eadem pœna ex Senatuſconſulto tenetur is qui epitheſin, aliúdve quid, ſive ſcripturam in aliorum notam produxerit.

E᷑pĭthĕtŏn, pen. corr. *ἐπίθετον*, A᾽ Quintiliano dicitur appoſitum, ab aliis adjectivũ: *παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὀνόματι*: hoc eſt, ab eo quòd ſubſtantivo apponatur. Epitheta tribus de cauſis nominibus addũtur: Diſcretionis: ut, Phrygiæ molimur mõtibus Idæ. Eſt enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis: ut, Terribili impleꝛum ſetaq́ue & dentibus atris. Ornatus, ut, Alma Venus. Differt autem epitheton ab antonomaſia, quòd illud nunquam ſolum ponitur, ſed nomini proprio alicujus adjicitur: antonomaſia autẽ per ſe proprii nominis vice ponitur.

Epithymbrum, pro eo accepit Paulus quod eſt in Thymbro, modo, quo Epithymum vocamus, quod eſt in Thymo.

Epithymos, Thymus apud Dioſcor. libro 3. capite 43. Plin. libro 21: Epithymum, flos eſt thymi, ſed non omnis.

E᷑pĭthўmĭă, miæ, [*ἐπιθυμία*. Gal. *Concupiſcence, deſir*. Ital. *Concupiſcenza, voglia ardente, brama*. Germ. Begird. Hiſpan. *Codicia*. Polon. *Zadża*. Vng. *Gonoz kéuánſág*. Ang. *Concupiſcence*.] Latinè dicitur concupiſcentia, deſideriũ: à verbo *ἐπιθυμέω*, quod eſt concupiſco.

E᷑pĭtīmĭă, æ, [*ἐπιτιμία*. Vng. *Eep hirnéut*.] Fama uniuſcujuſq; integra, nulla infamiæ nota labefacta. Vtitur hac voce Modeſt. l. Scire. ff. De tutoribus & cura. Siquis (*inquit*) à parentib. prohibitus fuerit, tutor eſſe, neque creari hunc oportet: & ſi creatus fuerit, nec recuſaverit, prohiberi eum eſſe tutorem manente epitimia: hoc eſt, famæ integritate. Huic opponitur *ἀτιμία*: hoc eſt, infamia, vel ignominia.

E᷑pĭtŏgĭum, Genus palli quod ſupra togam ferebatur. [Ang. *An hoode that coueꝛeth the ſhulders*.] ab *ἐπί*, & toga. Quint. lib. 1. cap. 5.

E᷑pĭtŏmē, mes, f.p. & Epitoma, mæ, pen. corr. [*ἐπιτομή*. Vn. Rծuid ſumma. Ang. *An extract or ſhort draught*.] Breviarium, abbreviatio, vel compendium: à verbo Græco *ἐπιτέμνω*, quod eſt abbrevio. Cic. ad Attic. lib. 13: Epitomen Bruti Cællanorum velim mihi mittas. Eidem lib. 12: In Bruti epitoma Fauniorum ſcripſi quod erat in extremo.

E᷑pĭtŏnĭă, orum, *ἐπιτόνια* ab *ἐπιτείνειν*, ſunt inſtrumenta, quibus funes intenduntur, rota inſtructa & puteis adplumbata, eo ordine, ut terni & quaterni ſimul aquam eodem ex puteo haurire poſſint, funiculo per rotam dimiſſo. Vlpian. L. 17. §. 5. D. de act. empt. Caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia fiſtulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quanvis non ſint affixa, ædium eſſe conſtat. Hotomanus in Lexico.

E᷑pītrăgĭas, *ἐπιτραγίας*, Piſcis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epitragi, *ἐπίτραγοι*, Vermes vitibus infeſti: ita dicti quòd hircorum more vitium frondes prærodant.

E᷑pĭtrăpĕzĭă, *ἐπιτραπέζια*. Dicuntur generaliter menſis apta, quæ ſunt vaſcula & potoria & eſcaria, ab *ἐπὶ* & *τράπεζα*.

E᷑pĭtrĭtŭs, pen. corr. m.ſ. *ἐπίτριτος*, Pes ex quatuor ſyllabis cõſtans, quarum una ſemper ab aliis tribus diſcrepat. Eſt autem in quadruplici differentia. Primus conſtat ex jambo & ſpondeo: id eſt, ex prima brevi & tribus longis: ut ſãcerdotes. Secundus ex trochæo & ſpondeo: id eſt, ex ſecunda brevi, aliis longis: ut conditores. Tertius ex ſpondeo & jambo: id eſt, tertia brevi, aliis longis: ut, hæreditas. Quartus ex ſpondeo & trochæo: i. ex quarta brevi, cæteris lõgis: ut, Prænestinus. ¶ Epitritus etiam proportio dicitur, continens aliquem numerum, & ejus partem tertiam: ut quatuor epitriti proportionẽ habent ad tria: duodecim, ad novem: quadraginta ad triginta.

E᷑pītrŏchāſmŭs, *ἐπιτροχασμός*, Figura eſt ſententiarum, teſte Aquila, qua plura inter ſe diſtantia velociter percurrimus, eo conſilio ut adverſarium perturbemus. A᾽ verbo *ἐπιτροχάζω*, quod eſt velociter percurro.

E᷑pītrŏpē, es, pen. corr, *ἐπιτροπή*, Schema eſt *ἀλληγορίας*, teſte Rutilio, quum rei alioqui vehementer confidentes, judici permittimus, ut quemadmodum illi viſum fuerit, conſtituat, eiq; nos parituros pollicemur. Rufinianus epitropen eſſe ait, quum alicui figuratè permittimus, ut faciat quod velit, quum tamen id minimè ſentiamus. profertq; exemplũ ex 4. Aeneid. I, ſequere Italiam ventis pete regna per undas. Ibi enim Dido, quanvis liberum abitum Aeneæ permittere videatur, re tamen ipſa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens. Dicta epitrope. à verbo Græco *ἐπιτρέπω*, quod eſt rem alicujus arbitrio permitto. Latinè conceſſionem vocare poſſumus.

E᷑pĭtўrum, n.ſ. *ἐπίτυρον*, Genus eſt edulii, Siciliæ frequentius, quàm Italiæ, teſte Varr. li. 6. de ling. Lat. Plaut. in Milite: Si unũ epityrum edam apud illum, eſuriens inſanè. Quidam exiſtimarunt cibi caſeati genus eſſe, ab eo quòd Græci *τυρὸν*, caſeũ appellant. Quib. apertè refragatur Columellæ autoritas, qui epityrũ in olivis condituræ genus eſſe docet, in Græcis civitatib. potiſſimùm uſurpatũ: docetq; rationẽ qua id fieri ſoleat. Idem ſentit & Cato, qui lib. de Re ruſt. cap. 19, ejus confectionem præſcribit his verbis: Epityrum album, nigrum, variumq; ſic facito. Ex oleis albis, nigris, variisque nucleos ejicito, ſic condito: concidito ipſas: addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham. In orculam condito: oleum ſuprà fiet: ita utitor. Sunt qui hoc condituræ genus pityrum vocare malint: itaque tàm apud Catonem quàm Columellam legendum cenſeant: vocis originem repetentes à pityri olivæ genere, condituræ hujuſmodi aptiſſimo. Verùm hi parum diligenter Catonis verba videntur expendiſſe; qui non ex certo quopiam olivæ genere, cui pityris nomen fuerit, epityrum ſive pityrum fieri docuit: ſed ex quavis oliva tàm alba, quàm nigra aut varia. Columella quoque ex pauſia vel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum

ſciendum præcipit, nulla pityris facta mentione. Potiùs itaq; iis aſſentiendum putaverim, qui genus hoc condituræ δὰ τὸ πτύειν: hoc eſt, à furfure dictum exiſtimant: cujus ſimilitudinem quandam referre videntur tùm ſymini, coriandri, fœniculi, & lentiſci ſemina, tum rutæ menthæque folia minutim conciſa.

Epizeuxis, ἐπιζεῦξις, Combinatio, figura, quum dictio in verſu abſque medio aliarum combinatur. Virg. 9. Aeneid. Me me adſum qui feci, & apud Terent. in Andr. O Myſis Myſis.

Epodus, Vide EPOS.

Epops, m. t. ἔποψ, Avicula ſordidiſſima eſt, eaque criſtata, unde & ἀλεκτρυὼν ἄγριος à Græcis appellatur. [Pol. *Dudek.* Vn. *Szarbabuk, bwdós babuk, ſzarakakota.* Angl. *A lapwincke, a baſtard or blak ploouer.*] Latini à ſono quem edit, conficto nomine Vpupam vocant.

Epoptæ, ἐπόπται, In ſacris dicebantur myſtæ, qui totum jam annum initiati, ad ſpectanda ſacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύω, quod eſt ſpectare ſive inſpicere. Vnde & ſacrorum inſpectionem ἐποπτείαν Græci appellant.

Epos, neut. gen. [ἔπος. Vn. *Vers.*] quamvis Græcis generale ſit nomen, modò verbum ſignificans, modò verſum: κατ' ἐξοχὴν tamen pro carmine heroico accipitur, quod & Longum Ennius appellavit. Diomedes: Epos, *inquit*, eſt carmen exametron, divinarum rerũ & heroicarum, humanarumq; comprehenſio. Martialis: Scribebamus epos, cœpiſti ſcribere, cecili: Aemula ne ſtarent carmina noſtra tuis. Horat. 1. Sermon. Sat. 10: forte epos acer Vt nemo, Varius ducit.

Epodus, epodi, pen. pd. ἐπῳδός. Eſt genus carminis in quo ſingulis verſib. ſingulæ clauſulę ſubjiciuntur, & veluti accinũtur: idque ferè alio genere carminis, & plerunque breviori: cujuſmodi ſunt pleraque apud Horat. Iambico dimetro poſt heroicum, aut trimetrum Iambicum ſtatim ſuccedente. Quint. lib. 10. cap. 1: Iambus non ſanè à Romanis celebratus eſt, ut proprium opus: à quibuſdam interpoſitus, cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illi epodos intervenire non reperiatur.

Epoto, as, are, Potando exhaurio. [ἐκπίνω. Gall. *Boire tout, ne rien laiſſer.* Ital. *Votar beuendo, beuer tutto.* Germ. Außtrincken/ außſauffen. Hiſ. *Vaziar beuiendo, beuier todo.* Polon. *Wypiiam, wipi'ikam.* Vng. *Ki iſzom.* Ang. *To drink out all at ones.*] Martialis libro 2: Quæque Tyron tonies epotavêre lacernæ. Plautus Menæch. Confecto prandio, vinoque epoto. Cicer. pro Cluentio: Quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis. Liv. 8. ab Vrbe: Epoto medicamento ſuametipſi fraude perierunt. Venenum epotum. Cic. pro Cluent.

Epulæ, arum, f. p. quaſi edipulæ, Sunt cibi in quotidianum hominum uſum comparati. [מַטְעַמִּים *mathammim.* σιτία. Gal. *Viandes.* Ital. *Viuande.* Germ. Speiß. Hiſ. *Manjar ò comida.* Pol. *Pokarm.* Vng. *Etek, étel, éledel.* Ang. *Daylie meate, or foode.*] Cic. 3. Philip. Vino & epulis retentus & alea eſt: ſi epulæ potiùs quàm popinæ nominandæ ſunt. ¶ Epulæ etiam beſtiarum cibus quotidianus dicitur. Virgil. 4. Aeneid. epulasque draconi Quæ dabat. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: cui ſtrágula veſtis Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca. ¶ Epulũ verò propriè publicum convivium ſignificat, quale exhiberi ſolebat aliquando civibus vel a tribunis, hariolis, vel in honore magni alicujus civis mortui, vel in dedicatione templi. [מִשְׁתֶּה *miſchteh.* ἑστιάσεις, συνδεῖπνα. Gal. *Banquet feſtin.* Ital. *Conuito ſolenne.* Ger. Ein Banckett/ ein herrliche offne Mahlzeit. Hiſp. *El combite publico, ò ſiaa real.* Pol. *Col'lacia obeczna.* Vn. *Lakoda lom, kóżónséges wendégség.* An. *A bankett, or deintie fare.*] Iuven. Satyr. 3: Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis. Cicer. pro Muræn. Is quum epulum Q. Maximus Africani patrui ſui nomine populo Romano daret rogatus eſt. Sed confunduntur quandoq; nam epulum pro privato convivio invenitur, & epulæ pro convivio publico & communi. Cicer. pro Cn. Plancio: Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audaciſſimorum ac domeſticorum hoſtium conventu, epulisq; celebratum eſt. Idem de Clar. Orat. Carmina in epulis cantata à ſingulis convivis de clarorum virorum laudibus. ¶ Epulam quoque in ſingulari numero Veteres dixêre, teſte Feſto Pompeio.

Epulones, m. t. Dicti ſunt apud antiquos, teſte Livio lib. 3. bel. Maced. Triumviri, quorum munus erat Iovi, cæterisque diis epulas inſtruere. ἑπτάνδρες. Romæ (*inquit*) eo anno primùm Triumviri epulones facti: hi epulas Iovi cæterisque diis inſtituendi poteſtatem habebant. Cicero de Aruſp. reſp. Patres cõ ſcripti, vosq; Pontifices, ad quos epulones Iovis opt. max. ſi quid eſt prætermiſſum, aut commiſſum, afferunt: quorũ ſententia illa eadem renovata atque inſtaurata, celebratur. Auguſtinus lib. de Civit. aſſeruit epulones perpetuos fuiſſe, qui ad auream Iovis menſam ſtatuæ oppoſitam perpetui erant convivæ, ut mimorum potiùs & paraſitorum contubernia, quàm Dei ſacra celebrarentur. ¶ Dicuntur etiam epulones qualeſcunque convivæ qui epulis interſunt, quos etiam Veteres epulonos dixerunt, per ſecundam inflexionem. [Ang. *Gullygottes, gluttons.*] ¶ Inde Coëpulonus, dicitur convictor, & iiſdem epulis veſcens. Plautus Perſa: O mi Iupiter terreſtris & coëpulonus.

Epulari, d. p. Eſt in convivio eſſe, ſeu convivari. [δαιτυμόνα, σιτᾶσθαι. Gal. *Banqueter, manger en banquet.* Ital. *Mangiar in conuito.* Ger. Zächen Hiſp. *Comer en combito.* Pol. *Bies iadowacz, wgoſcinie vżywac.* Vn. *Vendegeskedni, lakni.* An. *To eat at feaſtes, to bankett.*] Liv. libro 25: Vulgò apertis januis in propatulis epulati ſunt. Cic. 2. de Fin. Quum in voluptate ſint qui epulentur. Idem de Senect. Epulabatur igitur cũ ſodalibus omnino modicè: ſed erat tamen quidam fervor ætatis.

Epulatus, part. [δαιτυμόνας. Gal. *Qui a fait bonne chere qui a mangé & pris ſon repas.* Ital. *Chi a mangiato.* Ger. Der gezächt hat. Hiſ. *El que à comido.* Vn. *Vèdegeskedet, iól lakot.* An. *That hath made good cheere.*] Cic. 2. Tuſcul. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe.

Epulatio, onis, f. t. Convivium, victus. [ἑστιάσεις. Gall. *Banquetement.* Italicè, *Il far de conuiti.* German. Zächung/ Gaſthaltung. Hiſp. *A quella obra de comer ò hazer combite.* Pol. *Bies'iada.* Vng. *Vendegeskedés, lako.* Anglicè, *A banketting, a feaſting.*] Colum. lib. 12. cap. 3: Quæ ad menſam quotidianam atque epulationem pertinerent.

Epulatis, re, Quod ad epulas pertinet: [ἑστιατικός. Gal. *De banquet, appartenant à feſtin ou banquet.* Ital. *Chi ò che à viuande ſi conuienne.* German. Das zu einer Zäch oder Gaſtmal gehört. Hiſp. *Coſa que ſe come ò pertenece à ella.* Polonicè, *Do bies iadi przinalezacy.* Vng. *Etkekhez ialo* Anglice, *That belongeth to a bankett.*] ut, Epulare ſacrificium: epularis ſermo, qui in convivio fit. Cicer. 3. de Orat. Quum eſſent ipſi à Numa ut etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Apul. Iam illatis luminibus epularis ſermo percrebuit. ¶ Epulares etiam vocabantur, qui in ſacris epulabantur ἱερόγεροι. Varr. Dum epulares nocte epularentur.

Epulatorius, a, um, quod aptum eſt ut in epulis comedatur. [δαιτυμονικός. Gall. *Ce qu'on peut manger.* Ital. *Coſa mangiatiua.* Ger. Dao zur Speiß fügtich iſt. Hiſ. *Coſa que ce puede comer* Pol. *Do bry do iadl'a.* Vn. *Az mietekbe meg theto.* Angl. *That ſerueth for banketting.*]

Epulis, idis, [ἐπουλίς. Vngaricè, *Meg ſölt iny.*] Dicitur quoties juxta dentes in gingivis caro excrevit. Paulus Aegineta parvum abſceſſum eſſe ait circa gingivas, qui niſi diſcutiatur, ſuppuratur.

Epulotica, medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ cicatricem obducunt. Nam ἐπουλοῦν, Græcis eſt ad cicatricem perducere.

E ante Q.

EQ. C. In notis antiquorum, Equeſtris cohortis. EQ M. S P. P O M. equitum magiſter Spurius Pompejanus. EQ P. eques publicus. EQ R. eques Romanus.

Equa, equę, Equarius, Eques, Equeſter, &c. Vide EQVVS.

Equapium, Nonnulli appellarunt herbam, quam Latini olus atrum nominant. exiſtimantes ita transferri poſſe Græcã vocem. [ἱππομάλινον. Pol. *Czarna kapuſta.* Vngar. *Feketeparé kékparé.*] Quam nomenclaturam apud idoneum ſcriptorem non facilè reperias. Neque ἱππομάλινον, tàm equinum, quàm magnum aut pergrande apium ſonat. Nam ἱππος, & βᾶις in compoſitione ſæpè vocabulorum ſignificata intendunt, amplitudinemq, & magnitudinem important.

Equeſtris, Vide EQVVS.

Equicervus, Animal in Oriẽte habens cornua & jubas poſt collum deſcendentes uſque ad ſcapulas, & barbam ſub mento, ungulas, & corpus ad cervi quantitatem. ἱππέλαφος. Vtitur hac voce Ariſtotelis interpres lib. de Animalibus.

Equidem, Affirmativa conjunctio eſt, Certè. [אָכֵן *ach, γέ, ἔμπαν.* Gal. *Quant à moy, certes, certainement.* Ital. *In vero, certamente.* Ger. Zwar/ fürwahr/ warlich. Bel Voorwaer. Hiſ. *Cierto, ciertamente, en verdad.* Polon. *Zaiſte, zaprawde.* Vng. *Nyiluán, bizonyara.* An. *Surelie, truelie*] Cic. de Amic. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis poſſit comparari. Sunt qui exiſtimẽt compoſitum eſſe ab ego & quidem, quòd frequentiſſimè inveniatur junctum cum verbis primæ perſonæ: ut apud Virgil. 12. Aen. equidem merui, nec deprecor, inquit. Quo in loco equidem item videtur ſignificare quod ego quidem. Hoc tamen nihil urget, quum ſemper in verbo primæ perſonæ, ſingularis numeri, intelligatur nominativus ego. Præterea quũ inveniatur conjunctũ cum verbis cujuſvis perſonæ in utroq; numero, conſtat certè ubiq; nõ poſſe exponi per ego. Perſius Satyr. 5: Non equidẽ hoc dubites amborũ fœdere certo Conſentire dies. Vbi cum ſecunda perſona conjunctum eſt. Idem etiam cum verbo tertiæ perſonæ poſuit Satyr. 1: Per me equidem ſint omnia protinus alba. Cic. ad Attic. Sic ages igitur:

equidem

equidē id erit primum proximum Clodiæ. Hue accedit quod interdum invenitur simul positum in oratione cum ego, ut apud Salust. Ego equidem sic existimo. Quo in loco si velis equidem explicare per ego & quidem: ineptissimam confeceris perissologiam. Satiùs itaq; erit dicere, equidem nihil aliud significare quàm quidem.

Ĕquus, Animal, nemini non notum. [סוס *sus.* ἵππος. Gall. *Cheual.* Ital. & Hispan. *Caualio.* German. Ein Ross, oder Pferd. Belg. Een peerdt. Pol. Koń. Vng. Lo. An. *An horse.*] Sunt qui ab æqualitate dictum putentur, quasi æquũ detracta prima litera quæ diphthongum efficiebat: quòd equi pares eligi solerent, qui bigis, quadrigisque jungerentur. Sed hæc etymologia ut pleræque aliæ, admodum videtur frivola. Cic. de Amic. Nemo est qui non equo quo consuevit, libentiùs utatur, quàm intractato & novo. Idem in Verrem: Eum nemo unquam sedentem in equo vidit. Virg. 2. Aen. & equorum agitator Achilles. Ovid. 3. Metam. Vt fremit acer equus, quũ bellicus ore cruento Signa dedit tubicen. ¶ Equorum alii gradarii, qui molli gradu, & sine succussura incedunt: contrà, succussores sessorem frequenter inquietant. Alii dicuntur veredi, in cursu velocissimi, quibus majores usi sunt in venatione. ¶ Equus Trojanus, proverbium, de occultis latebris, conspirationibusque ad perniciem alicujus tendentibus. Cicer. pro Muræn. Intùs, inquam, est equus Trojanus, à quo nunquã me Consule dormientes opprimemini. ¶ Equis & quadrigis: id est, omni conatu. Cicer. ad Quint. Frat. libro 2: Sic ego qui in isto homine colendo tàm indormivi diu, te mehercule sæpè excitante, cursu corrigam tarditatem, cùm equis, tùm verò (quoniam scribis poëma ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. ¶ Velis equisque. Cic. 2 Offic. Cum his velis equisq; (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Quo tamẽ in loco nonnulli malunt legere viris, equisque. ¶ In planitiem equum, *ἐς πεδίον τὸν ἵππον.* Quoties quis ad id provocatur, in quo plurimùm valet, quoq; vel maximè gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est arena. Lucia. in Captivo, & Plato in Theæteto. Translatum videtur à militia. Nam quoties res est pediti cum equite, pedes fugit campestria, sectaturq; loca impeditiora. ¶ Equi senectus, *ἵππου γῆρας.* Proverbium in eos dici solitum, qui præclarè rebus gestis in juventa posteaquam consenuerint, ad sordidas curas semet abjiciunt. Sumptum à generosis equis, qui senio facti segnes, in pistrinũ aut currum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum integris viribus essent. Plutarch. L. qui sacri V. Sacer. ¶ Quod equus ornet campum. Vide Liberin. Quæ maximè in equo spectanda. Vide Apul. de Deo Socrat.

Ĕquă, æ, in dativo & ablativo pluralibus equabus, Equini generis fœmina: [סוסה *susáh.* ἵππος, ἡ. Gall. *Iument.* Ital. *Caualla.* Germ. Ein Stůdt. Hisp. *Yegua.* Pol. *Klacza, kobel'a.* Vng. *Kabala ló.* Angl. *A mare.*] Ovid. 2. Metam. Nobiliumque greges custos servabat equarum. Ibidem li. 9: Nec vaccam vaccæ, nec equas amor urit equarum.

Ĕquĕs, gen. comm. Insidens equo. [פרש *paráshi.* ἱππεύς. Gal. *Cheuaucheur, qui est à cheual, cheualier, homme d'armes.* Ital. *Caualliere, caualcatore, che è à cauallo, caualliero, huomo d'arme.* Germ. Ein Reuter. Belg. Een Ruyter. Hisp. *Varon ò muger à caua lo, caualliero.* Pol. *Iezdziec, raitar.* Vngar. *Louagos, louag.* Ang. *A man of armes, an horse man, a knight.*] Plaut. Mil. neque eques neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est, Qui æquè faciat confidenter quàm mulieres faciunt. Virg. Aen. 8: Interea præmissi equites ex urbe Latina. ¶ Sumitur quandoque pro equo. Virgil. 3. Georg. Imposiri dorso atque equitem docuêre sub armis Insultare solo, & gressus glomerare superbos. ¶ Equites etiam dicebantur à Romanis qui Equestrẽ dignitatem erant adepti, aut ex Equestri ordine prognati: quorum ordo, quãvis dignitate Senatoria aliquãto erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neque solùm dignitate, verum etiam censu distinguebantur equites à senatoribus. Cẽsus enim Senatorius duplo major erat censu Equestri. Nam ante Augusti tempora census Senatorius erat octingentorũ millium: hoc est, coronatorum XX. M. Census autem equestris quadringentorum millium: hoc est, coronatorum X. M. quanquam postea pro arbitrio principum sæpiùs auctus fuit census, & imminutus. Mart. lib. 8: Vescitur omnis Eques tecũ populusq; Patresque.

Ĕquĕs, Tria genera loquẽdi Latini scriptores usurpãt, eques, equestris ordinis, equestri loco natus, quæ utrum idẽ significent, an verò differant & quatenus differant, considerandum. Eques & equestris ordinis, idem sunt: nam & eques quicunq; est, & dicitur idẽ equestris ordinis, & est, & dicitur. & contrà Quòd si eques patre natus est equite, qui nunquam senator fuerit: is equestri loco natus dicitur: sin patre natus est senatore: eques quidẽ, sed nõ equestri loco natus. qui porrò, quum eques fuisset, in senatũ est allectus, eques nõ ampliùs dicitur, sed assumpto nobilioris ordinis nomine, senator: ornamenta tamẽ retinet equestria, anulum aureũ, & equũ publicũ. Itaq; M. Cicero quum equite Romano natus esset, nunquã postea quàm in senatũ pervenit, eques appellatur, sed senator: atque ipse suis in scriptis, quum de ordine senatorio loquitur, nostrũ appellat: quũ de equestri, non itẽ: is igitur nõ eques, neq; equestris, sed senator, & senatorii ordinis jure dicebatur. Ac mihi venit in mentẽ, quod in quadã epistola scripsit M. Cęl. ad Cic. Nostri, *inquit*, equites nisi acutiùs vidissent: nostri ob eã causam dixit, quia uterq; patre equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques equestri loco natus & eques nõ equestri loco natus: itemque potest esse senator equestri loco natus, & senator non equestri loco natus: cujus verò pater eques fuit, is, si senator factus est, desinit appellari eques, & equestris ordinis, eadem tamen retinet insignia, nisi si ea, ignominię causa, notatus à Censorib. amisit. Ex Aldi observationib.

Ĕquestĕr, hujus Equestris, & hic & hæc Equestris, & hoc Equestre: ab eques fit, Quod pertinet ad equitem: [ἱππικός. Gal. *De cheual ou cheualier, des appartenances d'hõmes d'armes ou de gens à cheual.* Ital. *Equestre cio che à caualiere si conuiene.* Germ. Reuterisch / das zu den Rossen vnd der Reuterey gehört. Hispan. *Cosa de caualleria.* Pol. *Iezni do iazdi prinalezaci.* Vng. *Louaghóz valo, louage.* Ang. *Of an horse, that belongeth to knightes or horsemen.*] ut, Equestres copiæ. Cic. 2. de Fin. Equestris disciplina. 6. Verr. Equestris ordo. ad Brutũ: Equestris ordinis princeps. Equestrẽ verò ordinem, *ἱππικὸν τάγμα.* medium fuisse constat inter patritios & plebem: hi olim sub Romulo regibusq; Celeres dicebantur, teste Plin. lib. 33. cap. 2, à Celere (ut quidam putant) Remi interfectore: deinde à flectendis equis, Flexumines vocitati: postea Trossuli, à Trossulo oppido Tusciæ, quòd id sine ullo peditum adjumento equites cepissent. ¶ Hujus ordinis ornamenta & insignia fuerunt, equus publicè datus, & anulus aureus. Census item ad hunc ordinem obtinẽdum requirebatur 400000. nummûm, quæ omnia dignitas, splendor & ornamentum equestris ordinis dicebantur. Vnde illud Cic. in Sextiana de quodam Gellio: Ornamenta confecit equestris ordinis, nomen retinet.

Ĕquestrĭă, um, n. t. Erant quatuordecim ordines graduum in Orchestra, in quibus sedebant Equites. *ἱππικά.* Senec. lib. 7. de Ben. Equestria omnia Equitum Romanorum sunt. Et iterum: Sed quum in theatrum veni, si plena sunt equestria, *&c.* Sic Popularia dicebantur, ubi plebs ipsa in theatro sedebat. Suet. in Domit. Et quia pars major intra popularia decederat, quin quagenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorii ordinis pronuntiãvit.

Ĕquĭto, as, Equo iter facio. [רכב *rachab*, ἱππεύω, ἱππεύομαι. Gal. *Cheuaucher, aller à cheual.* Ital. *Caualcare.* Ger. Reiten. Hisp. *Caualgar.* Pol. *Iade na konni.* Vng. *Louagolok, loual iárok nyargalok.* Ang. *To be on horseback, to ride.*] Horat. Ser. Sat. 3: Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cicer. pro Domo suâ: Quum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. Idẽ 2. Tusc. Apud quos autem venandi & equitandi laus viget. Macrob. Satur. lib. 6. cap. 9, autor est, veteres etiã equitare de ipso equo dixisse, & equitẽ pro equo nonnunquã acceptum inveniri. Lucil. Nempe hunc currere equum nos, atque equitare videmus. Quanquam alii distinctionem post dictionem equum faciant, ut nos, sit accusativus, ad hunc modum: Nempe hunc currere equum, nos atque equitare videmus: ut sit sensus, Videmus equum currere, & nos equitare. ¶ Hujus composita sunt, Adequito, Obequito; & Perequito, de quibus vide suis locis. ¶ Equitandi peritus ne cantet, *ἱππολύλω δεδαὼς μὴ ἄδῃ.* Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res serias versatur in nugis. Greg. Theol. in Epist. ad Eudoxium Rhetorem.

Ĕquĭtārĭ, passivé. Plin. lib. 8. cap. 18: Omnes autem in iis terris jumentorum dorso funguntur, atq; etiam equitantur in præliis, De camelis loquens.

Ĕquĭtātĭo, onis, f. t. [ἱππεία, ἐλασία, ἔλασις. Gal. *Cheuauchement.* Ital. *Esso caualcare.* Germ. Reitung / ritt. Hispan. *Obra de caualgar.* Vngar. *Louaglás nyargalás.* Angl. *A riding.*] Plin. lib. 28. cap. 4: Equitatio stomacho & coxis utilissima.

Ĕquĭtātŭs, us, m. q. Equitũ manus & turmę: huic opponitur peditatus copię [τὸ ἱππικόν. Gal. *Cheuallerie, gendarmerie, gens à cheual.* Ital. *Caualleria.* German. Ein Reissiger Zeug / oder reittung. Belg. Dat Peerdtvolck. Hisp. *Caualleria ò gente de cauallo.* Pol. *Iazda konna.* Vn. *Louag sereg.* Ang. *A companie of horsemen.*] Tacit. li. 19: Nutantem exercitum victor equitatus incursat. Idem li. 33: Quinetiam ipsum equitum nomen sæpè variatum est, in iis quoque qui ad equitandum trahebantur. ¶ Ponitur aliquando pro equitatione, sive equitandi actu. Plin. lib. 33: Fœmina equitatu atteri & aduri solet.

Ĕquārĭŭs, ria, rium, Quod ad equũ pertinet: ut Equarius medicus, qui equis medetur. [ἱππιατρός. Gal. *De cheuaux seruant à cheuaux.* Ital. *Qualcunque cosa che setuà à caualli.* Ger. Das zu dem Ross

[illegible] Hisp. *Cesar [illegible] apartarse à caualleo.* Pol. [illegible] *Vinegar. [illegible] Italy, [illegible] an horse.*] Valer. Max. libro vlt. Heroplus equarius medicus, C. Mar. ium septies consulem ayum sibi vendicando, se extulit

Equa la sp. Magnus equorum grex est [ἵππος, ἵππος, ἵππος Gal. *Vne [illegible] de cheuaux.* Ital. *Gregge de [illegible] caualle.* German. Ein hauffen Rossz. Hisp. *Hato de [illegible] yeguas.* Pol. *Stado konyy.* Vn. *Manes.* An. *A great [illegible] of horses.*] Varro in Proœm. 2. de Re rust. Quo & ipse pecuniose habui grandes, in Apulia oviarias, in Reatino equarias.

Equarius, ria, penultima correcta, m. s. Equus ferus: id est, non manuetus: [ἵππος ἄγριος. Gal. *Cheual sauuage.* Italicè, *Caualito seluatico.* German. Ein wild Rossz. Hispan. *Caballo [illegible] rauo, fiero, syluestre.* Polon. *Dzyki koń.* Vngar. *Vad lo.* Ang. *A wyld horse.*] cujusmodi in Septentrionalibus regionibus nasci, autor est Plin. lib. 8. cap. 815. Idem lib. 28. cap. 6: In primis efficax equarum sanguis. Et ibidem cap. 10: De equiferis non sentiunt Græci.

Equisimentum, n. s. Merces quæ datur pro admissura equi. [ὁ μισθὸς τῆς ἵππου εἰς βάτον. Gal. *Le salaire d'vn estallon qui a saillí vne [illegible].* Ital. *Prezzo dello stallone, che cuopre vna caualla.* Ger. Der lohn so man gibt/ wann man den Hengst zu ß Stůdt gelassen hat. Hispan. *Iornal de garannon cauallo.* Polon. *Zapłata od stadnika.* Vngar. *Bikaber.* Angl. *The reward of a stalion that hes lopen a mare.*] Varr. An si equam emisses quadrupedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum popposcisses dedissem equimenti?

Equile, pen. prod. Stabulum equorum. [ἱππόστασις, ἱππαγωγία. Gal. *Estable à cheuaux, escurie.* Ital. *Stalla de caualli.* Germ. Ein Rossz/stall. Bel. Een peerdstaat. Hisp. *Caualleriza ò establo de caballos.* Pol. *Stayna konska.* Vn. *Louilallo.* An. *An horse stable.*] Sicut ab ove ovile. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7, suadet frænos in equili suspendere, ut oculi equuleorũ consuescant videre eorum faciem, & è motu crepitus audire.

Equinus, na, num, possessivum, Quod est equi, quod pertinet ad equu. [ἱππικός. Gal. *De cheual, qui est d'vn cheual.* Ital. *De cauallo, caualino.* Ger. Rossin/oder/das des Rossz ist. Hisp. *Cosa de caballos.* Pol. *Konsky.* Vn. *Loeshoz valo.* An. *Of an horse.*] Horat. in principio de Arte poët. Humano capiti cervicem pictor equinam Iungere si velit. Idem 2. Epist. Vtor permisso, caudæq; pilos ut equinæ Paulatim vello. Virg. 10. Aeneid. Aere caput fulgens, cristaq; hirsutus equina.

Equiso, ōnis, m. t. [ἱππεύς. Vng. *Louag louon idro.* An. *A rider.*] qui ambulat pedibus equinis: id est, qui equitat: sicut qui in lectica gestatus, ambulat pedibus lecticariorum. Hunc melius simplici voce sessorem vocamus.

Equisetum, ti, Herba est à caudæ equinæ similitudine nomen habẽs, aliis nominibus ephedra, & anabasis appellata. [ἵππουρις. Gal. *Queue de cheual, asprele, ou prele.* Ital. *Coda di cauallo, asprella.* Ger. Schafft hew Hisp. *Cola de mula, rabo de mula.* Pol. *Koczy ogon, zoła.* Vng. *Lofark.*] Vulgus *Prelam* appellat pectinum opificib. in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt, & mulierculis, quæ vasa lignea ea extergunt. Vide Plin. libro 26. cap. 13.

Equitio, onis, m. t. Qui equorum curam gerit, eosque instituit. [ἱππονόμος. Gal. *Donteur & piqueur de cheuaux, escuyer.* Ital. *Coxzone de caualli.* German. Ein Rossz tãmer / der die Pferd mit bereiten anführt/ Marstaller. Hispan. *Caullarizo de caballos.* Polon. *Koniuszy.* Vngar. *Loudsz mester.* Ang. *An horse breaker or keeper.*] Varr. Nam ut equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equiso doceat tollutim incedere. Veteres autem (ut Nonius annotavit) non modò equorum magistrum, sed aliarum etiam rerum, gubernatorem equisonem vocabant. Vt equisones nautici dicebantur, qui navim ducebant.

Equitabilis, le, Equiti pervius. [ἱππάσιμος. Gal. *Cheuauchable, qu'aiseement on peut cheuaucher.* Ital. *Luogo doue si può cauallare.* Ger Da man wol reiten mag. Hisp. *Lugar donde se puede caualgar.* Pol. *Dorazdi wolny.* Vn. *Louagolásra valo alkolmas hely.* An. *Easie to ride.*] Vt locus equitabilis, in quo equi facilè inambulare possunt. Liv. Opportuna explicandis copiis regio erat equitabilis, & vasta planities. Hujus contrarium est inequitabilis. Idem: Imber violentiùs quàm alias fusus, campos lubricos inequitabilesq; fecerat.

Equitium, tii, n. s. Equorum armentum. [ἱπποφόρβιον. Gal. *Vne troupe de cheuaux, vn haras.* Ital. *Mandra de caualli.* German. Ein hauffen oder schar Rossen. Hisp. *El alto de cauallos ò yeguas.* Pol. *Stado końskie.* Vn. *Ménes, lo tsorda.* An. *An heard or race of horses.*] Vlpian. l. Plenum. §. Equitii. ff. de Vsufructu legato: Equitii usu legato videndũ an & donare possit, & ad vehendum sub jugo uti. Tacit. de Germania: Mos est civitatibus ultrò equitium conferre principibus.

Eſula, æ, [Pol. *Saſnika, mlecz ſ'wini.* Vng. *Ebtey.*] Hujus varia genera à perito rei herbariæ diſtinguenda erunt. *Evonymus*, vulgò apud Barbaros, item Gallos & Italos *Fuſaria* vel *fuſarius* appellatur ab uſu fuſorum, propter materiæ ſoliditatem: à nonnullis ſcorta ſacerdotum, à figura fructus. Tragus Tomo 3. fuſariam nulla ratione evonymum eſſe negans, carpinum facit, Geſnerus in Capra lit. C. [Pol. *Trimiel:* quibuſdam *ſ'widwiná.*] Coqui etiam verucula transfigendis lardo carnibus ex ea conficiunt.

E ante T.

ET. In notis antiquorum Etiam. ET. N C. & nunc.

Ĕt, [ἴν. χ. Gall. *Et meſmes.* Ital. *Eſe.* Ger. Bnd. Bel. Ende. Hiſp. Y. Pol. *Iesz.* Vng. *Es, ſ.* Ang. *And.*] Conjunctio eſt Græca π, quam Latini inverſione literarum ſuam effecerunt. Eſt autem copulativa: ut, Cicero eloquens fuit, & Philoſophus. Duplicaturque interdum, ac completiva eſt in diverſis rebus: ut, Te admirantur & cives & hoſpites. Virgil. 1. Aeneid. -multùm ille & terris jactatus & alto. ¶ Modò accipitur pro etiā. Idem 2. Aeneid. -quorū Iphitus ævo Iam gravior, Pelias & vulnere tardus Vlyſſi. Modò interrogativa, ſeu expletiva. Virgil. 1. Eclog. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? Modò indignativa, ἔτι. Virg. 1. Aeneid. -& quiſquam numen Iunonis adoret Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem? Cic. pro Milone: Et ſunt qui de Appia loquantur, taceantur de Curia? Virg. 6. Aeneid. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? ¶ Ponitur interdū ἐξηγητικῶς, pro hoc eſt, videlicet, Plaut. annos natus jam ſexaginta, & ſenex. Interdum pro quia Virg. in Buc. Audieras, & fama fuit. Quintil. lib. 1. c. 1: Has primum audiet puer, harū verba effingere imitando conabitur: & natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ mollibus animis percipimus. Plerunque ſententiarum initiis competit, quemadmodum & Græcis καί. Idem: Et finitæ quidem ſunt partes duæ quas hæc profeſſio, &c. ¶ Interdū ponitur pro adverbio ordinādi. Virg. corpusque lavant frigentis, & ungunt: id eſt, deinde ungunt. ¶ Item pro quamvis, ſive tamē. Cic. de Senect. Defendi legem Voconiam magna voce, bonisq; lateribus, & videtis annos meos: id eſt, tamen videris quàm ſim jam ſenex. ¶ Item interdum pro quod, ſi ſequatur, ſi. Cic. Catil. 3: Et ſi non minùs nobis jucundi atque illuſtres ſunt ii dies quibus conſervamur, quàm ii quibus naſcimur: profectò apud vos in honore debebitis, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamq; ſervavit. Terent. in Phorm. Et ſi tibi res ſit cum eo lęnone. Vbi Donatus: Et, *inquit*, non connexiva, ſed inceptiva particula eſt. Hujus compoſita ſunt, etſi, ἐάν, & tametſi.

Ĕtĕnim, Nam, enim, quia: & ferè primum ſibi in oratione locum vendicat. [כִּי *chí.* ἀμέλει, γάρ. Gall. *Pource, car.* Ital. *Certo, perciocche, perche.* Germ. Dann. Bel. Want/ voerwaer. Hiſp. *Porque, ciertamente.* Pol. *Bowiem.* Vng. *Mert.* Ang. *For, becans.*] Cic. 4. Verr. Etenim quoniam numerum injuriarū vobis non poſſum exponere, ſigillatim autem de uniuſcujuſq; incommodo dicere infinitum eſt, genera ipſa injuriarum quæſo cognoſcite. Idem 2. de Divinat. Etenim ex diviſione hoc ſecundum eſt. Plin. Etenim multa de hac Magi prodiderunt, quæ non ſunt nobis commemoranda. Invenitur tamen & ſecundo loco. Seneca: Quis etenim inter tot corporis cruciatus, fœlicē quenquam eſſe poſſe exiſtimat? ¶ Accipitur aliquando pro quippe. Cic. pro Flacco: Neque in toto Aemonenſium teſtimonio commovebor: etenim quibus ego iſtam laudationem remittam: id eſt, quippe quibus, &c. ¶ Nonnunquam diviſa compoſitione per duas dictiones effertur, vocula aliqua in medio interjecta. Cic. de Clar. Orat. Et dicere enim benè nemo poteſt: hoc eſt, etenim dicere bene.

Etefocrithon, Genus hordei, à rubigine, & quoniam incurvum naſcitur.

Ethanion, ἠθάνιον, Vaſis ænei genus eſt, quo Aegyptii uti cōſueverunt. Nam (teſte Athenęo) in Aegyptiorū omnibus penè domibus tria erant vaſa ænea, cyathus, phiala, & ethanium.

Etheſios, teſte Plin. lib. 36. cap. 28: Lapis eſt ex quo confici ſolent mortaria.

Ēthĭcē, es, vel Ethĭca, æ, f. p. pars philoſophiæ ad mores pertinens, De moribus, moralis, [ἠθικός. Gall. *Philoſophie morale.* Ital. *Filoſofia morale.* Germ. Das [illegible] Philoſophey / ſo von gutten ſitten tehret. Hiſp. *Philoſophia moral.* Pol. *Częſczta philoſophy, ktora dobrich obiczaiow uczy.* Vn. *Erkwölts formálo tudomány.* An. *Morall philoſophie.*] Cic. de Fato: Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus: ſed decet ingentem linguam Latinam, nominare mortalem.

Ēthĭcŭs, pen. corr. Moralis. [ἠθικός. Gallic. *Moral.* Ital. *Morale.* Ger. Das zu der Zuchtlehr dienet. Hiſp. *Moral, y perteneciente à coſtumbre.* Pol. *Do obiczaiow przinależący.* Vng. *Erkölts formalo.* An. *Morale.*] Cicer. in Orat. Duo ſunt etiam quæ benè tractata ab Oratore,

Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

Ēthĭcă, orum, ἠθικὰ, τὰ, Opus moralem tractãs philosophiam: quo nomine Aristoteles libros de moribus inscripsit.

Ethmoides: id est, cola: vocantur narium meatus, quibus olfactus percipitur. Gal. lib. 2. de Olfactus sensorio.

Ethnearches, æ, m. p. ἐθνάρχης, Gentis princeps.

Ethnearchia, Principatus, vel Præfectura.

Ēthnĭcŭs, pen. cor. m. f. [גוי goi. ἐθνικός. Pol. Pogánskÿ. Vng. Pogdny. Ang. An ethnick.] Gentilis, ab ἔθνος, quod gentẽ significat. Hieronymus contra Iovinianum: Et si ducendæ essent uxores, Christianas tantùm accipi juberet, an & Ethnicas?

Ēthŏlŏgŭs, pen. corr. [ἠθολόγος. Gall. Bouffon, farſeur, badin. Ital. Hiſtrione, Buffone. Germ. Der ein ding mit weiß vnd gebärden ſo er führet / außtruckt / daß man es ſchier verſtünd / ob er ſchon ſonſt ſchwiege. Hiſp. Repreſentador, ò fingidor de perſona agena, como quien repreſenta comedias y tragedias. Polon. Figlarz wirazaiący przez ſpaſzkowanie ludzkie obyczaie, ktore, chocz milczą, rozumieią mężoſz. Vng. A zkiképe hanyásával geſtalaſaval azerkölcsöket ki mutattya. An. A ſawcie ſcoffer, a flattering ieſter.] Morum expreſſor, qui geſtu ipſo corporis, & ſono vocis ita exprimit mores hominum, ut geſtibus loqui videatur. Cicero 2. de Orat. Mimorum est enim & ethologorum si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c. Quibus verbis Cicero nimiam in Oratore imitationem reprehendit, quasi mimicam, non oratoriam. Budæus.

Ēthŏlŏgĭă, æ. ἠθολογία, f. p. Est affectuũ, morumq; personæ alicujus effictio. Quintil. lib. 1. cap. 9: Ethologia personis continetur. ¶ Ethologia Rutilio Lupo figura est sententiarum, quũ verbis sonoque vocis exprimitur ac describitur hominis alicujus consuetudo & mos.

Ēthŏpœī, ἠθοποιοὶ, Dicuntur histriones qui mores & gestus imitantur ejus personæ quam sustinent.

Ēthŏpœĭă, f. p. [ἠθοποιία. Gall. Repreſentation des facons & manieres d'autruy. Ital. Imitatione delle maniere d'altri. German. Außtruckung eines anderen weiß vnd gebärden Hiſpan. Repreſentacion de maneras y cõſtumbres de alguno. Polon. Wirazanie obyczaiow drugiego. Vngar. Termézetnek és erkoltſinek ki formaláſa mutatáſa. Ang. A repreſentation of an otheris maneris.] Est morum, affectuumque alicujus expressio, quæ ethologia à nonnullis appellatur. Differt à prosopopœia, teste Aquila, quòd in hac personas fingimus quæ non sunt: in Ethopœia verò certis quibusdam personis vel ad improbitatem vel ad dignitatem sermonem accommodatè effingimus.

Ēthos, (ut inquit Quintilianus) uno verbo Latinè dici non potest, hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam & statuarii Ethici dicti sunt. Budæus.

Ĕtĭam, Conjunctio est idem significans quod quoque. Plautus: Túne etiam id rescisti miser? ¶ Aliquando significat adhuc. [עם gham. ém. Gall. Auſſi, dauantage, encor. Ital. Anchio, ancora, etiamdio. Germ. Auch/noch. Belg. Ock. Hiſpan. Tambien. Pol. Ieſz, przitim ieſz. Vng. Iſmet meg es. Ang. Alſo, moreouer.] Terent. in Andr. Nihil suspicans etiam mali. Ibidem: Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. ¶ Aliquando præterea. Idem in Andr. Etiam puerum inde abiens conveni Chremis. Ibidem: Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas, Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Etiam, responsio est affirmativa, quemadmodum & ita. Plinius Tacito: Studes, inquam? Respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. ¶ Aliquando & affirmandi vim habet, nulla tamen præeunte interrogatione: ut idem sit quod sic. Cicer. pro Rosc. Comœd. Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem quum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomẽ triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversariis relinquebas? ¶ Accipitur & pro quin potiús. Plinius in Paneg. Nullius ab eo magistratus jus, nullius autoritas imminuta est, aucta etiam. ¶ Ponitur quoque interdum ita, ut ab eo intelligatur non solúm. Cicer. ad Leat. Quumque ea contentio mihi magnum etiam foris, fructum tulisset: hoc est, non solùm domi & in urbe, sed foris etiam & extra urbem. Idem Att. lib. 9: Etiam hęc me solicitant, quasi dicat, non solùm maxima ista, sed etiam minima. ¶ Etiam atque etiam, pro valde, summopere. Cicer. 6. de Finib. Atqui iste locus est Piso tibi etiam atque etiam confirmandus. ¶ Etiamdum, pro adhuc. Terent. Hoc ego mali non priùs etiam inveni, atque etiamdum scit pater. ¶ Etiamne. Plaut. in Asin. Teque obsecro hercle, ut quæ loquutus, despuas. D. Fiat, geratur mos tibi. L. agè excrea. D. Etiámne? L. Agè quæso hercle usque ex penitis faucibus. D. Etiam? L. Amplius. D. Nam quousque? L. usque ad mortem volo. Cicero Attico lib. 10: Etiámne Balbus in Senatum venire cogitet? ¶ Etiamnũ idem quod Adhuc, vel ad hoc usq; tempus. Plautus Trucul. Mihi etiamnum quid sit negotii, falsus, incertusque sum nisi quia Timeo tamen: ¶ Pro eodem etiam legimus Etiamnunc. Idem in Amph: Lassus sum hercle è navi, & vectus huc sum, etiãnunc mansĕo. ¶ Ponitur & pro statim, illicò, vel extemplo. Plaut. in Aulul. Abscede hinc etiamnunc. ¶ Etiam tum, pro usque tunc, vel usque ad id tempus, vel tunc adhuc. Terent. Hecyr. M. educit foras, narratque ut virgo ab se integra etiamtum siet. Cic. de Orator. Omnes etiamtum retinebant illum Periclis succũ. Adria. Cardin. Quod multi, inquit, inscitè quidem & minùs Latinè dicunt, usque nunc, usque tunc, usque ad id tempus, perfecti illi Romani sermonis parentes, etiamnunc, etiamtunc, vel etiamnum, etiamtum, dicebant.

Ēt si, [כי chi. אעפ"י. Gallic. Combien que, iacoit que, toutesfois que. Italic. Benche, tutto che, anchor che. German. Wiewol / obſchon. Hiſpan. Aunque. Polon. Acżkolwiek. Vngar. Iöllehet. Ang. Albeit, ſuppoſe.] Conjunctio adversativa est, indicativum exigens, quemadmodum & quanquam: quum tamen quamvis & licet magis subjunctivo gaudeãt. Plaut. in Trinum. -ibo huc Quò mihi imperatum est etsi odi hanc domum. Terent. in Andr. Ibo: etsi hercle sæpè jã me spes hæc frustrata est. Cic. pro Milone: Etsi vereor Iudices, &c. ¶ Interdum etiam cum subjunctivo invenitur. Cicer. de Amic. Etsi illis planè orbatus essem. ¶ Nonnunquam etiam interrogativè profertur. Cicero Attic. Do, do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? ¶ Interdum Etsi invenitur junctum cum quamvis. Cicero ad Attic. lib. 16: Etsi quamvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

Ētymŏlŏgĭă, f. p. ἐτυμολογία, Latinè veriloquium sonat: ab ἔτυμος verus, & λόγος sermo, vel loquutio. [Vng. Igazán valo zollásnak moggya.] Cicero 1. Acad. Verborum etiam explicatio probatur: id est, qua de causa quæque essent ita nominata, quam Etymologiam appellant. Sed quia veriloquium (ut inquit Boëthius in Topica Ciceronis) minùs in usu Latini sermonis habetur. Cicero etymologiam vocat notationẽ, quia notam facit rem de qua prædicatur. Aristoteles symbolũ nominat: quidam etiam originationem, teste Fabio.

Ētymŏn, etymi. ἔτυμον, Idem quod Etymologia. Varro 3. de Re rust. capite 48. de gluma loquens: Videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum.

Ētymŏlŏgŭs, ἐτυμόλογος, Qui rationem verborum indagare solitus est.

Ētymŏlŏgĭcŭs, ἐτυμολογικὸς, Vt etymologica ratio. Gellius libro 1. capite 18: Resolvit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

E ante V.

EV. In notis antiquorum Ejus. E.V.V.N.V.V.E. Ede ut vivas, ne vive ut edas.

Ēvăcŭārĕ, Exinanire. [ערה herâh. הריק herik. טבה pinndh. κενοῦν. Gall. Vuider hors, euacuer. Ital. Euacuare, votare. Germ. Außtáren. Bel. Ydel maken. Hiſp. Vaziar, euacuar. Polon. Wiprożnic. Vng. Meg wreſiteni. Ang. To emptie, to mak voyde.] Vnde evacuare alvum. Plin. lib. 20. cap. 6: Diocles hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad evacuandum alvum.

Ē vādo, dis, si, sum, act. t. Effugio, exeo, erumpo. [נמלט nimlat. כוס nus. διαδύομαι, ἐκφεύγω. Gallic. Paſſer outre, paruenir, venir au deſſus, eſchapper. Ital. Scampare, fugire. Germ. Entgehen/ entrinnen. Belg. Ontgaen. Hiſp. Eſcapar de peligro, ſalir hecha alguna coſa. Pol. Zbiel'em, zbiel'ęm vchodzę. Vng. Ki ſzabadulok, ki menekedõm. Ang. To eſcape, to paſſe without danger.] Virgil. Aeneid. 9: -noſtrásne evadere demens Sperasti te posse manus? Cicero pro Cælio: Potuerúntne meliori tempore prosilire, quàm cum Licinius venisset, quum in manu teneret veneni pyxidem? quæ quum jam erat tradida servis, si evasissent subitò ex balneis mulieris amici, Liciniumque comprehendissent, &c. id est, si è balneis erupissent. Cæsar: Reliquos equites cõsectati, paucos qui ex fuga evaserant, reliquerunt. Sic Evadere è manibus hostium, apud Liviũ: & Evadere ex judicio aliquo, apud Ciceronem, liberationem quandam præ se ferre videtur: quemadmodum & Salustius dixit: At ni Marius signa inferre, atque evadere oppido properavisset, profectò cuncti, aut magna pars fidem mutavissent. ἀφικνοῦμαι, ἀφικνέομαι. Cicero 1. Tuscul. Accedit, ut eò faciliùs animus evadat ex hoc aëre. Idem de Senect. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos dum in corporibus essent mortalibus, vivere: quum exiissent ex iis, emori: nec verò non animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore evasisset. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro eo quod est ad finem perduci, vel exitum habere. Terent. in Andr. Quàm timeo quorsum evadas: id est, ad quem finem perveniat oratio tua. Ibidem: Et heri semper lenitas verebar quorsum evaderet. Cicero Attic. libro 16: Tu quidem & prudenter, & amicè suades, ut in his locis sim potissimùm, quoad audiamus, hæc quæ commota sunt quorsum evadant. Plautus in Asin. Demiror quid sit, & quò evadat sum in metu. ¶ Item pro fieri. γίγνεσθαι. Cicero in Verrem: Tu ejusmodi evasisti, in furis ac divisoris disciplina educatus. Idem in Brut. In dicendo pauci digni nomine evadunt.

Liv.lib.1.ab Vrbe: Iuvenis evasit verè indolis regiæ. ¶ Evadere in muros, vel in cacumen montis, est ascendere, sive potiùs scandendo pervenire. *αὐξάνειν, ἐλαύνειν.* Virgil.2.Aeneid. Evado ad summi fastigia culminis. ¶ Evadere ardua, apud Livium. ¶ Evadere ante oculos, pro apparere. Virgil.2.Aeneid. Vt tandem ante oculos evasit, & ora parentis. ¶ Evadere ad conjecturam: id est, consequi conjectura. Plaut. Nunquā hodie quivi ad conjecturam evadere. ¶ Evadere in malum. Terent. in Adelph. -verùm nimia illæc licentia Profectò evadet in aliquod magnum malum.

Ē vāgŏr, aris, d. p. Latiùs vagor, exspātior. [בדד *nadhádh* בשה *tsahâh*. *πορεύομαι, ἀφίεμαι.* Gallic. *Sortir de son lieu, ordre ou place, vaguer çà & là, sortir de propos.* Ita. *Vagare, andare vagabonde.* Germ. Außschweiffen. Hisp. *Andar fuera vagando.* Pol. *Dalesʼie wiriwam.* Vn. *Ki lovaglok, kiniárok kinbúdosom.* An. *To wander abroade.*] Liv. 2. bel. Pun. Frontibus enim adversis concurrendum erat, quippe nullo circà ad evagandum relicto spatio. ¶ Per metaphoram evagari est aliquid extra propositum dicere, & veluti à via instituta digredi. Quint. lib. 2: Verùm hactenus evagari satis fuerit.

Ē vāgātĭo, verbale. [בדוד *nadhúdh*. *περίδασις.* Vng. *Ki lovaglás táras.* Ang. *A roning or wandering abroade.*] Plin lib. 2. cap. 17: Ac spatia longitudinis, latitudinum evagatione pensat.

Ē vāgīno, as, vagina diripio atque educo. [Vn. *Hüvelyebŏl ki vonyom.* An. *To drawe a weapon out of the sheath or scaberd.*] Iustinus Histor. li. 1: Gladio sua sponte evaginato in fœmore graviter vulneratus occubuit.

Ē vălĕo, es, pen. corr. n. s. Validior, & potentior fio. [גבר *ghabár* חזק *chazák* אמץ *amáts*. *ἐπιῤῥώννυμαι, ἐπισχύω.* Gall. *Pouuoir.* Ital. *Ingagliardirsi.* Germ. Vermuglich seyn. Hisp. *Mucho poder.* Pol. *Dużere, mocznieie.* Vng. *Erŏt hatalmat veszŏk.* Ang. *To waxe more strong and heall.*] Stat. 5. Syl. -tibíne illa nefanda Pocula lethales q; manu componere sucos Evaluit? Lucan. lib. 1. Ovid. Epist. 24. ¶ Evalere dicitur de precio, & significat ut valere simplex. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 7: Cùm ipsa margarita centies sistertiûm sine contentione evaluisset.

Ē vălĕsco, Robur & vires acquiro. [גבר *ghabár* חזק *chazák* אמץ *amáts*. *κραταιόομαι.* Gall. *Retourner en vigueur.* Ital. *Ristorarsi, ripigliar forza & vigore.* Ger. Starck werden. Hisp. *Tornar en fuerca.* Pol. *Moci nabiwam.* Vng. *Erŏt hatalmiat veszŏk.* Ang. *To recouer health or strenth.*] Plin. li. 35: Quæ postquam evaluit, flaccescente patritia Marsico bello, languida autoritas Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatē emarcuit majestas. Quint. lib. 2. cap. 9: Adjuta cura natura magis evalescit.

Ē vāllo, as, act. p. Excludo, & quasi extra vallum ejicio. [פרש *gheresch*. *ἐκβάλλω, ἐξελαύνω τοῦ φραπτέου.* Gall *Chasser dehors.* Ital. *Dacciar fuori.* Germ *Hinauß stossen oder werffen.* Hisp. *Echar à fuera.* Pol. *Precz wypchàm, wyrzucam.* Vn. *Ki vkedŏm.* Ang *To exclude or shute out.*] Verbum est obsoletum. Varro apud Nonium: Donec soras non intus evallaverunt.

Ē vāllo, is, Est purgare frumentum. [הבין זרה *heníph zerâh*. Gall. *Vanner, cribler.* Ital. *Vagliare, criuellare.* Ger. Das Korn wannen oder seuberen Hisp. *Criuar, acriuar.* Pol. *Wiwiewam.* Vng. *Meg roštálom.* Ang. *To cleanse wheat, or to winnow.*] Plin. li. 18. cap. 10: Et ipsa quæ evalluntur, variam pisturarum rationem habent. Ibidem: Triticum autem perfundi aqua multa jubet, postea evalli, deinde Sole siccatum pilo repeti.

Ē vānĕo, es, n. s. secunda syllaba prod. à quo Evanesco, quod est pereo, E᷑ conspectu abeo. [הבל *habál* עלה *haláh*. *ἀφανίζομαι.* Gal. *Deuenir à neant, se perdre, s'esuanouir.* Ital. *Suanire, farsi vano, spartire.* Germ. Vergehen/ verschwinden. Bel. Te niet werden. Hisp. *Desuanescerse, desaparescer.* Pol. *Zoczuginę.* Vng. *El enyezŏm, el veszŏk.* Ang. *To come, to nothing, to vanish away.*] Plin. li. 9. cap. 51: Vere pectines, limaces, hirundines eodem tempore evanescunt. Cic. de Claris Orat. Isque & orationes reliquit quæ jam evanuerunt. Idem ad Attic. lib. 3: Postquam extenuari & evanescere spem nostram vidi, mutavi consilium.

Ē vānĭdŭs, a, um, Inanis, caducus, & citò periturus. [הבל *hobél*. *ἀβρωνὸς, ἐξίτηλος.* Gall. *Qui n'a point de vertu, qui soudain s'esuanouit.* Ital. *Caduco, smarito.* Ger. Hinfellig/ zergengtlich. Hisp. *Desuanecido.* Pol. *Doczesny.* Vng. *Veszendŏ, mulandŏ, hiába.* Ang. *Vaine, frayle, that will soone perish.*] Col. lib. de Arbo. cap. 17: Nam quæ in proceritatem extenduntur, evanidæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin. li. 37. ca. 5: Quædam ex iis senescunt, paulatim viriditate evanida. Ovid. 5. Metam. Pectoraq; in tenues abeunt evanida rivos.

Ē vāngĕlĭum, n. s. [בשורה *beforáh*. *εὐαγγέλιον.* Gall. *Euangile, bonne nouuelle.* Ital. *Euangelio, buona noua.* Germ. Ein gute Botschafft/ frölliche zeitung. Belg. Een blijde tijdinge. Hisp. *Euangelio, ò buen mensage.* Pol. *Wesołe zwiastowanie.* Vng. *Euangeliom, örvendetes izenet.* An. *The gospell.*] Lætus nuntius: Vnde non immeritò à Christianis Evangelium appellatum est, salutiferū illud nuntium, à Christo veracissimo Patris nuntio nobis allatum.

Ē vāngĕlĭă, orum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur sacrificia & supplicationes quæ pro jucundo nuntio decerni consueverunt: vel etiam merces allati jucundi nuntii. Cicero Attic. libro 2: O᷑ suaves duas epistolas, quibus evangelia debeti fateor. Idem ad eundem: Itáne nuntiat Brutus, illum ad bonos viros evangelia? sed ubi eos? nisi fortè se suspendit. Vlpianus in l. Fallsus. ff. de Furt. Ergo si ea quæ dicunt Græci *evangelia*, petat: id est, mercedem pro rei inventæ vel repertæ nuntio.

Ē vānno, is, ere, act. t. Vanni motu evĕtilo. [הבין זרה *heníph zerâh*. *διαλικμάω* Gall. *Vanner & vetter hors en vannant.* Ital. *Suentolare.* Ger. Außwannen. Bel. Wtwannen. Hisp. *Carandar ò auentar.* Pol. *Opal'am.* Vng. *Eg szórom.* Ang. *To fanne or winnow.*] Varro 1. de Re rust. Ita fit, ut quod levissimum est in eo, atq; appellatur acus, evannatur foràs extra aream. ¶ Per translationē usurpat pro amovere. Pompon. ex Pannuceatis: Dixi ego illud futurum: in prima valva est: vix hæret misera: evannetur, & mea ocyus opera ut fiat fecero. ¶ Apud Nonium legitur evannetur, ut ventiletur: tanquam esset ordinis primi, quemadmodum etiam usque adhuc creditū fuit. Sed si quis simplex vanno consideret, de quo infrà exempla posuimus, videbit pro evannetur, evannatur apud Nonium legendum esse.

Evapelos, stolidos & amentes dictos refert Phocion Grammaticus.

Ē vāporātĭo, onis, f. t. Vaporis expiratio. [אד קיטור *edh kitór*. *ἐξατμισμός.* Gall. *Euaporation.* Ital. *Vapore.* German. Ein Außdempffung/ verrtechung. Hisp. *Obra de abahar.* Pol. *Parodzienie.* Vng. *Gőzölgés.* An. *A steeming, a breathing or euaporation.*] Seneca lib 2. Nat. quæst. Nec mirum, si terris omnis generis & varia evaporatio est Idem lib. 3: Nec trahit saporem evaporatio, quia clausa perlabitur.

Ē vāsto, stas, stare, act. p. Vasto. [בתס *nathás* בתץ *nathâts* בתש *ntshásch* שדד *schadhádh* השם *heschém*. *δενδροτομέω.* Gal. *Destruire, gaster.* Ital. *Guastare, dare il guasto.* Ger. Verwüsten/ zerstören. Hisp. *Desolar ò mucho destruir.* Pol. *Pustoszę, rozburzam.* Vng. *Pusztitsok.* Ang. *To destroy, to waste.*] Liv. 10. ab Vrbe: Ibi duo Consulares exercitus diversis vagati partibus, omnia quinque mensium spatio evastaverunt.

Ē văx, *εὐοῖ*, Interjectio exultantis. Plaut. in Menæch. Evax, jurgio uxorem tandem abegi. ¶ Fuit etiam nomen regis Indiæ, qui de virtutibus gemmarum scripsit ad Neronem.

Euchorica, Ebulus apud Dioscor. lib. 4. cap. 185.

Ē ucærĭă, Græca dictio, Latinè opportunitas. [*εὐκαιρία.* Gal. *Opportunité, occasion.* Italic. *Opportunità, occasione.* German. Gelegenheit/ tonligkeit / guter anlaß. Hisp. *Sazon, occasion.* Pol. *Prawiczas.* Vng. *Alkolmatosság.* An. *Occasion, opportunitie.*] Cic. 2. de Fin. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus *εὐκαιρίαν*) non fit major productione temporis. Idem 1. Offic. occasionem interpretatur.

Ē ucharĭstĭă, [תודה *thodháh*. *εὐχαριστία.* Vng. *Vr vatsoráia, (avagy) hala adás.*] Vox est Græca, quā nos *Gratiarum actionem* vertere possumus: unde & *εὐχαριστῶ* Greci dicunt pro gratias agere. Hieronymus gratiam sive gratuositatem vertit: ab adjectivo *εὐχάριστος*, quod jucundum sonat & gratiosum.

Ē uchўlă, n. ſ. [*εὔχυλα.* Vng. *Iótáp'.*] Dicuntur quę sunt boni succi: ut carnes avicularū montanarum, & piscium saxatiliū. His opponuntur *κακόχυλα*, quæ malum generant succū: ut caseus vetus & salsamenta. *χυλὸς* Græcis succus est, sive liquor.

Ē uchўmă, *εὔχυμα*, Græca appellatione dicuntur, quæ boni sunt succi, sive præstantis saporis. Nam *χυμὸς* Græcis modò succum significat, modò saporem.

Euchўmŏn, mi, n. ſ. *εὔχυμον*, ellebori species sic dicta.

Euctería, orum, n. ſ. Sunt loci, in quibus orationes, actaque provinciarum continentur. Alc. in l. immutatis C. de Agricolis & censitis lib. 11.

Ē udōxĭă, [שם טוב *schem tob*. *εὐδοξία.* Gallic. *Bonne renommee.* Ital. *Buona fama.* German. Ein gut lob oder guter Leumbden. Hisp. *Buena fama.* Polon. *Dobra sława, dobre imiono.* Vng. *Jó hir nev.* Ang. *Good renowme.*] Claritas nominis, laus, existimatio, & bona fama. Cic. 3. de Finibus: De bona autem fama, quam appellant *εὐδοξίαν*. Aptiùs enim est hoc loco bonam famam appellare quam gloriam.

Ē veho, is, act. t. Extra veho, asporto, aufero. [נשא *nasá* עמס *hamás* *ἐξαγω.* Gal. *Enleuer, porter hors.* Ital *Condur fuori, portar fuori.* Germ Außführen. Bel Wtvoeren Hisp *Leuar à fuera.* Pol. *Wywożę.* Vng. *Kiviszŏm ki vonszom.* An. *To cary out.*] Varro li. 1. de Re rust. Quarò eundem fructuosiorem faciunt vecturæ, si viæ sunt qua plaustra agi facilè possint, aut flumina propinqua quæ navigari possint, quibus utrisq; evehi atque invehi multa ad prædia scimus. Liv. 5. bell. Pun. Vbi primùm tranquillitas maris in altum evexisset. Et lib. 1. ab Vrbe: Vt in collem Exquiliarum eveheretur. ¶ Per translationem significat extollo. [נשא *nasá* *προάγω.* Gall. *Hausser, esleuer.* Ital. *Inalzare.* Germ. Erheben/ herfür ziehen vnd hoch dran bringen. Hisp. *Alcar arriba.* Pol. *Wywyszam.* Vn. *Föl magaszitalom, dicsŏrŏm.* An.

To lifte

To liſte vp.] Virg. 6. Aeneid. - pauci quos æquus amavit Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus, Diis geniti potuêre.

E vectĭo, f. t. Evehendi actus. [משא *maſsi* תרומה *terumáh.* ἐξαγωγή. Gall. *Portement dehors.* Ital. *Portamento di fuori.* Ger. Hinaus führung. Hiſp. *Obra de lleuar afuera.* Pol. *Wiwiezenie.* Vn. *Kivonyas, ki vitel* An. *A carying out.*] Evectiones etiam, teſte Budæo, dicuntur diplomata, ſive Chartulæ ſigno principis obſignatę, quibus poteſtas permittitur aliquid evehĕdi. Vnde C. de Curſu publ. cavetur, ut evectiones ab omnibus poſtulĕtur.

E vectūs, tus, m. q. Evectio & portatio, quæ fit vel navibus, vel curribus in aliquem locum. [Vng. *Ki hordás, ki vitel.* An. *A carying away to any place.*] Plinius libro 18. cap. 5: Malus eſt ager cum quo dominus luctatur. Cato inter prima ſpectari jubet, num ſolum ſua virtute valeat qua dictum eſt poſitione, ut operariorum copia propè ſit, oppidumque validum, ut navigiorum evectus, vel itinerum.

E velābrum, Veteres dixêre pro eventilato. [מזורה *mezoréh.* Gallic. *Eſuenté.* Ital. *Suentolato.* German. Erſufftet/Erſeubert. Hiſp. *Auentando.* Pol. *Wiwiane.* Vng. *Meg ſzorgt.* Ang *Winnowed.*] Vnde velabra dicuntur quibus frumenta eventilantur. Autor Feſtus.

E vĕllo, is, evelli, & evulſi, evulſum, act. t. Extraho, Extirpo: [נתש *nathásch* נתק *nathák.* ἐκτίλλω, ἐκτινάσσω. Gall. *Arracher.* Ital. *Sturpare, ſueuere.* Ger. Außrupffen/außreiſſen. Bel. Wtrecken. Hiſp. *Arrancar algo de lugar.* Pol. *Wirwam, wicziagam.* Vng. *Ki ſzaggatom, ki gyomlálom.* Ang. *To pluck vp or away.*] ut, Evellere ſibi capillum præluctu, apud Ciceronem 3. Tuſc. Idem ad Att. 5: Exciſa enim eſt arbor, non evulſa: itaq; quàm fruticetur vides. Sic. Evellere ſe ex complexu, apud eundem: &, Evellere ſeſe ex cœno, apud Plin. lib. 8. cap. 42. ¶ Per tranſlationem Evellere ſibi ſcrupulum ex animo. Cicero pro Roſc. & pro Cluentio: Evellere opinionem aliquam ex animis hominum.

E vulsĭo, verbale, f. t. [נתוש *maſsách.* ἐκκαθαιρμός, ἀποβλάσησις. Gall. *Arrachement.* Ital. *Eſſo ſuellere.* German. Außrupffung/außreiſſung. Hiſp. *Obra de arrancar algo de lugar.* Pol. *Wirwanie.* Vn. *Kivagatás kigyomlálás.* Ang. *A plucking vp, a pulling away.*] Cicero de Natur. deor. Qui primus purgationes alvi, dentisque evulſionem invenit.

E vĕnĭo, evenis, penult. corr. eveni, eventum. Venire, accedere. [קרה *karáh.* ἀπαντάω, ἐκβαίνω. Gall. *Aduenir.* Ital. *Venire, accoſtarſi, accadere, auuenire.* Germ Begegnen/widerfahren. Bel. Geſchien. Hiſp. *Aconteſcer.* Pol. *Trafiamſie, przychodzę.* Vng. *Kimegyök* (item) *történém.* Ang. *To happen by chaunce, to come to paſſe.*] Plautus Caſina: Sine modò rus eveniat, remittam ad te vitum. ¶ Nonnunquam etiam ſignificat evadere: hoc eſt, per quamcunque difficultatem ad aliquid pervenire, exitum habere. Plaut. in Moſtel. Hei mihi, commiſta hæc blanda dicta quò eveniant, madeo metu. Idem in Epid. Expectando exedor miſer, atque exenteror, quo mihi Epidici blanda dicta eveniant: nimis diu maceror. ¶ Sæpiùs tamen ponitur pro contingere, accidere, συμβαίνειν, ἐπιβαίνειν. & tàm in malam quàm in bonam partem accipi ſolet. Plaut. in Aſin. Opta id quod ut contingat tibi, vis. A R. Quid ſi optaro? L E. Eveniet. Idĕ in Perſa: Quid agitur? T. Vivitur. S. Satin' ergo ex ſententia? V. Si eveniunt quę opto, ſatis. Idem in Mercat. Omnia mihi hodie eveniunt præter ſententiã: non vivam veſperi, Niſi illanc à me ſceleſtam abigam. Cic. 3. Offic. Quod autĕ in poëmatibus, & in picturis uſu evenit, in aliisq; compluribus, ut delectentur imperiti. Idem Fam. 2: Ex quo vereor, ne idem eveniat in meas literas. ¶ Quandoq; eſt obvenire, & ſorte alicui obtingere. Saluſt. in Iug. Metellus & Syllanus COSS. deſignati provinciam inter ſe partiverant, Metelloque Numidia evenit.

E vĕnit, impersonaliter pro ita cecidit. [Vn. *Történt.*] Terent. in Andr. Quid tu Athenas inſolens? C. Evenit.

E vēntum, eventi, neutro genere, quod in plurali eventa facit. [מקרה *mikréh.* ἐκβαῖνον, συμβεβηκός. Gall. *Euenement, la fin & iſſue de quelque choſe.* Ital. *Riuſcimento di qualche coſa.* Ger. Zutragung eines dings/ein beſchehung eines handels. Hiſp. *Aconteſcimiento, ò laſalrda de lo que aconteſce.* Pol. *Trafmeia kiey rzeczy.* Vng. *Ki menetel, vég.* Ang. *The end, the euent, that followeth of.*] Lucret. lib. 1: Eventum dici poterit quodcunque erit actum. Cic. in Partition. Si cujuſque facti, & eventi cauſa ponetur. Idem de Divinat. Si eventa quærimus quæ exquiruntur avibus. Idem ad Atticum: Semper cauſæ, eventorũ magis movent, quàm ipſa eventa. ¶ Eventum præſtare, eſt periculum alicujus rei in ſe recipere, ἐγγυᾶσθαι τὸ μέλλον ἔσεσθαι.

E vēntŭs, gen. maſcul. & quarti ordinis, tàm in plurali numerõ quàm in ſingulari dicitur quod caſu aut fortuna nobis evenit, tàm in bonum quàm in malum. [מקרה *mikréh.* σύμβαμα, ἐπίβασις. Gall. *Euenement.* Ital. *Euente, accidente, caſo.* Germ. Der außtrag oder außgang. Bel. Een geſchiedenisſe. Hiſ. *Aconteſcimiento.* Pol. Jakie kolwiek wyczie, dzie[illegible]zenie. Vng. *Történet, eſet.* Ang. *Happe, chaunce, ſucceſſe, that followeth of any thing.*] Cicer. lib. 1. de Orat. Vt enim quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variosque eventus orationis, expectationemq; hominũ perrimeſcit. Virg. 6. Aen. - cæcosq; volutat Eventus animo ſecum. Ovid. 2. de Ponto: Nam timor eventus deterioris abeſt. Ovid. in Epiſt. Phyllidis: - careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab eventu facta notanda putat.

E ventĭlo, as, act. p. Ventilation purgo. [זרה *zeráh.* λικμάω. Gallic. *Eſuenter.* Ital. *Criuellare, ſuentollare.* Ger. Mit werffen oder wannen erſeubern. Hiſpan. *Derramar al viento, auentar.* Pol. *Wiwiewam.* Vn. *Meg ſzórom.* An. *To cleanſe by winnowing, to fanne corne.*] Colum. libr. 1: Et celeriter frumenta deteruntur, non cedente ſolo pulſibus ungularum, tribularumque: & eadem eventilata, mundiora ſunt.

E vērbĕro, act. p. Verbero. [הכה *bichcháh.* τύπτω, μαστιγόω. Gall. *Batre.* Ital. *Battere, percuotere.* German. Schlahen/ſchwingen. Hiſpan. *Herir, ò acotar.* Pol. *Wibitam.* Vng. *Ki verdm.* An. *To ſcourge, to whippe.*] Quint. lib. 2. cap. 4: An credibile ſit, ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe corvum, qui os oculosq; hoſtis Galli roſtro atque alis everberaret? Ovid. 14. Metam. - & cineres pulſis everberat alis.

E vĕrgo, is, Emitto. [נשׁ *ſchillách.* πρωχύω. Gal. *Enuoyer dehors.* Ital. *Mandar fuori.* Ger. Herfürgeben. Hiſp. *Embiar à fuera.* Pol. *Widaie, wiſzcziniam.* Vng. *Kibotsátom.* Ang. *To ſend forth.*] Liv. lib. 45: Montes ingentis altitudinis ſpem faciebant, eò magis quòd nullos apertos evergerent rivos, occultos cõtinere latices, quorum venæ in mare permanentes, undæ miſceremur.

E vĕrro, is, everri, eversũ, act. t. Scopis expurgo. [נדד *teté* בער *bihér.* σκηνοβατέω, σκοπεύω. Gall. *Balier & nettoyer.* Ital. *Spazzare.* Ger. Außwiſchen. Bel. Wteren/wtveghen. Hiſ. *Barrer.* Pol. *Wimiatam.* Vng. *Ki sdrdm, ki tiſztitom.* Ang. *To ſweepe cleane away.*] Colum. li. 8: Stabula frequenter everrenda & purganda, humorque omnis urinæ deverrendus eſt. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ſpolio, expilo. Cicer. 3. Ver. O' Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, quò non attuleris iſtũ diem. Etenim quam tu domum, quam tu urbem adiiſti, quod fanum denique, quod non everſum atque exterſum reliqueris?

E vērrĭātŏr, m. t. Dicitur is qui jure accepta hæreditate, juſta facere defuncto debet: quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbaverit, ſuo capite luat. Id nomen ductum à verrendo: nam Exverræ, ſunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturã ferendus eſt, quæ fit per everriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictæ.

E vĕrriculum, li, n. t. Rete ex piſcatorium à Græcis dictum: & à verrendo in aqua ſic appellatum. [חרם *chérem.* σαγήνη. Gall. *Filé verne. d, ſeine.* Ital. *Rete da peſcare.* Ger. Ein Zuggarn oder Streitgarn der Fiſcheren. Bel. Een Net. Hiſp. *La red barredera de peſcadores.* Pol. *Siecz wl'ok.* Vn. *Suhé varſa.* An. *A drag net.*] Varro 3. de Re ruſt. c. 17: Quum neq; everriculo illi in littus educere poſſent vivam ſaginã plebei cœnæ piſces. Cic. 6. Verr. Expilatorẽ Siciliæ Verrem, everriculum appellat. Quod unquam (*inquit*) Iudices, hujuſcemodi everriculum in illa provincia fuit? Idem lib. 3. de Nat. deor. Doli mali actionem everriculum appellat omniũ malitiarũ: quòd ſcilicet ea everrantur omnes fraudes, è vita hominum civili. Eſt enim ea actio prodita ad terrorem hominum ſubdolorum, qui ignominiã ejus judicii reformidant. Verba Ciceronis ſunt hęc: Inde everriculum malitiarum omnium, judiciũ de dolo malo quod C. Aquilius familiaris noſter protulit: quem dolum idem Aquilius tùm teneri putat, quum aliud ſit ſimulatum, aliud actum. Hæc Budæus.

E vērto, is, everti, everſum, act. t. Excindo, diruo, demolior. [הרס *harás.* נתס *nathás.* καθαίρεσις, παραλύω, ἀναστρέφω. Gall. *Renuerſer ce qui eſt, ſus deſſoubs, abolir, deſtruire.* Ital *Rouinare, volgere ſotto ſopra.* Germ. Vmbkehren. Hiſp. *Reboluer ò traſtornar, ſubuertir, deſtruyr.* Pol. *Wywracam.* Vng. *Töneböl, kiforditom.* Ang. *To turne vp ſyde downe, to ouerthrowe.*] Cic. lib. 1. Offi. De evertendis diripiendisq; urbib. valde illud cõſiderandum eſt. Vir. 3. Aen. - Priamique evertere gentem Immeritam viſum ſuperis. Idem 1. Aeneid. Disjecitque rates, evertitque æquora ventis. Cic. 3. Verr. Nec per ſummam injuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur evertere. Idem 1. de Orat. Qui duorum ſcalmorum naviculam in portu everterit.

E vērsĭo, verbale, f. t. Ruina, caſus, pernicies. [מהטכה *mahpecháh.* ἀναστροφή, καταπτῶσις, ἀναστάτωσις, καθαίρεσις. Gall. *Renuerſement, deſtruction.* Ital. *Abbarimento, diſtruttione.* Germ. Vmbkehrung/vmbwerffung. Hiſp. *Obra de traſtornar alguna coſa.* Pol. *Wiwrocenie.* Vngar. *Töneböl, kiforditás el rontás.* Ang. *An ouerthrowing, a turning vpſide downe.*] Plin. lib. 22. cap. 17: Everſiones vehiculorum. Cic. de Senect. Hinc Rerump. everſiones. Everſio vitæ, Cic. 4. Acad.

E vērsŭs, a, um, Dirutus, deſtructus. [נהפך *nehpách.* ἀναστραμμένος, ἀναστραπείς, καταπεπτωκώς. Gall. *Renuerſé, ietté par terre, deſtruit.* Ital. *Riueſciatto, atterato, diſtrutto.* Germa[illegible]. Vmbkehrt. Hiſp. *Traſtornado, deſtruydo.* Vng. *Tönéböl, ki forditator.* Ang. *Ouerthrowen, turned vpſide downe.*] Vt everſa urbs, Plin. lib. 15. ca. 18. Everſus fortunis, Cic. pro Flacco.

Ēversŏr, oris, m.t. [הרס חתך hophéch בוזם nothés. ἀναστροφέας. Gall. Renuerſeur, deſtruiſeur. Ital. Riueſciatore, deſtruttore. Ger. Ein Vmbkehrer oder Zerſtörer. Hiſp. Traſtornador, deſtruydor. Pol. Tenktori wiwraca. Vng. Tőueből ki fordito. Ang. A deſtroyer, an ouerthrower.] Cic. pro domo ſua: Everſor hujus imperii. Virg. 12. Aen. Priami regnorum everſor Achilles. ¶ Everſor item pro prodigo & diſſoluto ponitur, qui patrimonium ſuum profundit. Cajus libr. Inſtitut. 1: Sub curatore ſunt minores ætate, majores everſores, inſani: qui everſores aut inſani ſunt, omni vitæ ſuæ tempore ſub curatore ſunt.

Ēvēstīgātŭs. [Vng. Megh kereſtetőt.] Seneca Controverſ. lib. 2: Tu Craſſe poſt eveſtigata illa fugitivorum arma urbis Romanæ ditiſſimus.

Ēvēstĭgĭo, adverbium, Confeſtim, properanter: unica dictio eſt compoſitâ, aut certè duæ dictiones per ſubunionem conjunctæ. [טהאם pitheóm. παραχρῆμα, αὐτίκα. Gall. Tout incõtinent apres, tout ſoudain, ſubit. Ital. Incontinente, ſubitó. Germ. Eins wegs/ von ſtund an / auff den Fuß nach. Belg. Opten ſtaenden voet. Hiſp. Luego, ſin algun medio. Pol. Hned, natichmiaſt, zaraz. Vng. Mingyárást, azonnal Ang. Forthwith, by and by, quickelie.] Cicer. Fam. libr. 4: Poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe qui hæc nuntiaret, & rogaret uti cogerem medicos: coëgi, & eveſtigiò eò ſum profectus prima luce. Plin. in Epiſt. Nunquam ſuni magis de occupationibus meis queſtus, quæ me non ſunt paſſæ aut proficiſcentem te valetudinis cauſa in Campaniam proſequi, aut profectum eveſtigiò ſubſequi.

Ēugalactos. Glaux herba, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 141.

Ēugĕ, [הבה hahah האח heách. εὖγε. Vng. Iggyól.] Interjectio aſſentientis, laudantis & gratulãtis. Plaut. in Epid. Euge, corpulentior videre atque agilior. Idem in Mercatore: Euge mi Demipho ſalve.

Ēugĕniæ, pen. prod. Vvę quædam ſunt à generoſitate ſic dictæ. Nam εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. Colum. lib. 3. ca. 2: Frigidum ſolum ac roſcidum cœlum commodiſſimè ſuſtinent, ſicut eugeniæ dum ſunt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini ſuo reſpondent.

Ēugĭum, Pellicula quædã in pudendo muliebri, quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putaverunt. [ὑμήν. Vng. Szűzeſség kapuia, hartyáia.] Quamvis revera conſtet inter Anatomicæ rei peritos pelliculam ejuſmodi commentitiam eſſe & in virginum diſſectionibus non inveniri. Nonius: Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Nævius: Sine eugio puellam invenit. Laberius: Quare tàm arduum aſcendiſtan concupiſcis eugium ſcindere?

Ēvĭdēns, pen. corr. Clarus, apertus, perſpicuus. [ברא niréeh ברור barúr בחיר tſaeh בחיוח tſachiach. σαφὴς, ὀναγνὼς. Gal. Euident, clair, manifeſte. Ital. Euidente. Ger. Offenbar/ klar vnd heiter. Belg. Openbaer. Hiſp. Viſible, clar y manifeſto. Pol. Iaſni, iawny. Vn. Nyluán valo. Ang. Plane, manifeſte.] Cic. de univerſ. Atq; ut eſſet menſura quædam evidens, quæ in iſtis octo curſibus celeritates; tarditates q; declararet. Sic evidens ratio, evidens argumentum.

Ēvĭdēntĭă, Perſpicuitas. [ראי roi מראה mareéh. Gal. Euidence. Ital. Euidenza Ger. Klarheit/ heitere eines dings. Hiſp. Aquella claridado manifeſtacion. Pol. Iawnoſcz, iaſnoſcz. Vng. Nyluán valo ság. Ang. Planeneſſe, clearneſſe.] Claritas, perſpicuitas, quo nomine figura quędam Sententiarum à Rhetoribus dicitur, quę & ὑπάργεια à Græcis appellatur, quum ſcilicet res ita oculis ſubjicitur, ut coràm geri, non commemorari videatur. Cic. 4. Acad. Propterea quòd nihil clarius ὑπαργέια, ut Græci perſpicuitatem aut evidentiam nos, ſi placet, nominemus, fabricemusque, ſi opus erit, verba.

Ēvĭdēntĕr, adverbium, Clarè, perſpicuè. [ὑπαρχῶς. Gall. Euidemment, clairement. Ital Euidentemente, chiaramente, manifeſtamente. Ger. Klärlichen/ augenſcheinlich. Hiſp. Clara y manifeſtamente. Pol. Iawnie, iaſnie. Vng. Nyluan, láthato képpen. Ang Planely, clearly.] Livius 6. ab Vrbe: Vel fateri nobis ea, quum tàm evidenter pœnituerit, tutum eenſemus.

Ēvĭdēntĭſsĭmē, Adverb. [Vng. Zám látomaſt, nyluán.] Paulus D. lib. 30. Tit. 1. l. 33. Si quidem evidentiſſimè apparuerit.

Ēvĭgĭlo, as, pen. cor. n.p. Expergiſcor, excitor. [ער ir. ἐγείρομαι. Gall. Veiller, ne dormir plus. Ital. Deſtarſi ſnegliarci. Ger. Auffwachen/ erwachen. Hiſp. Velar deſpues del ſuenno. Pol. Ocucamſie. Vng. Idl ébredők föl ſerkenők. An. To wake, to take paine or be diligent.] Plin. Epiſt. 5: Evigilaveram: nuntius à Spurina, &c. Stat. 5. Sylva. Graius qua puppe magiſter Excidit, & mediis miſer evigilavit in undis. ¶ Nonnunquam ſignificat elucubro, & elaboro ſive vigiliis conficio. Ovid. 7. Triſt. ad librum: Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres, Quos ſtudium cunctos evigilavit idem. Cic. ad Attic. lib. 9: At quàm honeſta, at quàm expedita tua conſilia, quàm evigilata tuis cogitationibus.

Ēvīlēsco, n.t. Vilesco, vilis fio, & in contemptum abeo. [בזה nakál. φαυλίζομαι Gall. Auilir, deuenir vil. Ital. Deuenir vile, auilire. Ger. Vernichtet werden. Hiſp. Valer poco, ſr à menoſprecio. Pol. Potroſſeimna gardza. Vng. Meg rozzúlok meg aulok. Ang. To become vyle.] Suet. in Claud. Cæſ. cap. 15: Propter quæ uſque eò eviluit, ut paſſim ac propalàm contemptui eſſet.

Ēvīnctĭo, is, ire, Vincio, ligo, circuligo, corono. [אסר aſár. αὐαδεσμέω, αὐαδέω. Gal. Lier & ſerrer. Ital. Ligare. Ger. Binden/ zuſammen knupffen. Hiſ. Atar. Pol. wiązę krepuie. Vn. Meg kőtőzőm. An. To bind, to knitt hard.] Virg. 8. Aen. -evincti tempora ramis. Tacit. lib. 5: Surena patrio more Tiriditatem inſigni regio evinxit.

Ēvīnctŭs, participium. [אסור aſúr. αὐαδεδεμένος. Gall. A qui on a lié & accouplé quelque choſe, lié. Ital. Ligato, cinclo. Ger. Gebunden. Hiſp. Atado. Pol. Skrepowani, związany. Vngar. Meg kőtőzetet. Ang. Bound hard.] Virgil. 5. Aen. Ipſe caput tonſæ foliis evinctus olivę. Ibidem: Puniceis ibant evincti tempora tenis. Idem 7. Ecglog. -lævi de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Ēvīnco, act. t. Vinco, cõvinco, vel vincendo extorqueo. [נבח vitstseach הוכיח hochiach ἐλεγχάω. Gallice. Conuaincre, ſurmonter, vaincre. Ital. Vincere. Germ. Vberwinden. Hiſp. Vencer. Polon. Zwiczięzam wigratwam. Vngar. Meg győzőm, győzéſſel meg nyerőm. An. To ouercome, to vanquiſhe.] Liv. 2. ab Vrbe: Omne id tempus cum conjuratis conſultando abſumunt, evincuntque inſtando ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur. Horat 2. Serm. Satyr. 3: Si pueriliùs his ratio eſſe evincet amare. Colum. lib. 6. cap. 5: Evincendi ſunt autem, quamvis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi. ¶ Evincere item apud Iuriſconſultos, eſt eandem rem quam adverſarius jure legitimo acquiſierat, per judicem recuperare. Hinc Evictio, talis recuperatio. Itaque propter periculum evictionis moris fuit olim, ut ſi res non Quiritium, ſed Gentium jure abalienaretur, is qui eam acquirebat, duplam aut ſimplam ſtipularetur ſibi ab autore dari, ſi ea ſibi judicio adimeretur: quemadmodum ex Varr. lib. 10. de Re ruſt. intelligitur.

Ēvīctŭs, participium, Victus, convictus. [נוכח nochách. ἐπιχρατηθέις. Gall. Conuaincu, vaincu. Ital. Conuinto. Germ. Vberwunden/ vberzeugt. Hiſp. Vencido. Pol. Zwiczięzony, przeſwiaczony. Vn. Meg győzettetőt. An. Vanquiſhed.] Cicer. 2. Verr. Qui tam nefariis criminibus, tàm multis teſtibus evictus, ora judicum aſpicere, atque os ſuum populo Romano oſtendere auderet. Virgil. 4. Aeneid. Tu lacrymis evicta meis, tu prima furentem His germana malis oneras, atque objicis hoſti.

Ēvĭrō, as, act. p. Caſtro, virilitatem execo. [נתק mathák. ἐνορχίζω. Gal. Chaſtrer, effeminer, oſter la virilité. Ital. Caſtrare, tagliare i genitali. Germ. Außhawen/ münchen. Hiſp. Caſtrar, enflaqueſcer à otro. Pol. Trzevie, wirzęznie. Vng. Meg herélőm. Ang. To geld.] Et per tranſlationem, mollem & effœminatum reddo. ἐκθηλύνω. Varro Marcipore, ut citat Nonius: Eviravit omnes veneri vaga pueros.

Ēvĭrātŭs, m. ſ. Caſtratus, quaſi virilib. ſpoliatus. [נתוק natúk. ἐξενουχισμένος. Gall. Chaſtré, effeminé. Ital. Caſtrato, priuato de i genitali. Germ. Dem da außgehawen iſt. Hiſp. Caſtrado, ò aſſi enflaqueſcido. Pol. Wirzęzani, otrzębiony. Vng. Herelteteet. An. Gelded.] Per metaphoram accipitur pro molli & effœminato. Plaut. Adoleſcens eviratus ac mollis. Martial. lib. 5: Spadone quum ſis eviratior fluxo.

Ēvĭrātĭo, onis, f. t. Virilium exectio, & per tranſlationem, effœminatio. [αὐανδρία, ἐνουχισμός. Gall. Chaſtrement. Ital. Il caſtrare. German. Munchung/ außhawung. Hiſpan. Aquella ebra de caſtrar ò enflaqueſcer. Pol. Otrzębienie. Vng. Heréles. Ang. A gelding.] ¶ Evirationem pilorum, dixit Plin. li. 29. cap. 1, pro depilatione qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarum. Nam viros hirſuta decent corpora: iis enim robuſtiores ſunt, & naturæ calidioris.

Ēvĭrēſco, is, [רטב ratáb. διΐχνεύομαι, ἐκχλωρίζω, ἐκθάλλω. Gall. Deuenir verd, verdoyer. Ital. Diuenir verde, ò verdeggiare. Ger. Grun werden/ grün werden. Hiſp. Reuerdecer. Pol. Zielenieie. Vn. Ki zőldűlők. Ang. To waxe grene.] Viride fieri, Varro Prometheo: Atq; ex ſanguinibus dolore evireſcat colos.

Ēvĭſcĕro, as, act. p. Viſceribus ſpolio. [ἐκκαταγχίζω. Gal. Eſbouueller, oſter les entrailles & le dedans. Ital. Suiſcerare, ſuientrare. Ger. Entweyden/ das Eyngeweyd außnehmen. Hiſ. Deſollar, ò deſembuchar. Pol. Kal'dam weimuie, wipaprocam. Vn. Belit ki veiőm. Ang. To pull out the garbuhe or guttes, to bowell.] Vir. 11. Aeneid. Compreſſamq; tenet, pedibusq; eviſcerat uncis. Cic. 1. Tuſc. ex Enniо: Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis, eviſceratus latere pendes.

Ēvĭto, as, pen. prod. act. p. compoſitũ à vito, effugio, vito, devito. [ברח barách נשמר niſchmár. ἀλαβοῦμαι, φυλάττομαι. Gal. Fuir, euiter. Ital. Schifare. Germ. Vermeyden. Hiſp. Eſquiuar. Pol. Wiſtrzegam ſie, vchodzę. Vn. El távoſztatom. An. Foeſchetw, to auoyde.] Cic. de Amic. Eſt enim varius & multiplex uſus amicitiæ, multæq; cauſæ ſuſpicionũ, offenſionumq; damnantur, quas tum evitare, tùm levare, tùm ferre ſapientis eſt. Horat. lib. 1. Carm. -metaque fervidis Evitata rotis. Cælius Ciceroni: Periculoſam, & gravem illam dimicationem evitarent. ¶ Legitius & Evito apud antiquos, pro vitam eripio, occido. ὠφαίρω, Cic. 3.

Cic.3.Tuſc ex vetuſto quopiã Poëta: Hæc omnia vidi inflammari,Priamo vitam evitari.

Evītātĭo, onis, f.t. [משחית *meſthmár.* Ὀλόθευμα, ἄκλεισις. Gall. *Euitement,eſcheuement,fuite.* Ital. *Schiuamento.* Ger. Vermeydung/ fliehung. Hiſp. *Eſquiuamiento.* Pol. Vńrzęzenie. Vng. *El táuoſztatás.* Ang. *An eſchewing.*] Quintilianus:Malorum evitationem, liberationem,*&c.*

Evītābĭlĭs,le. [Φυκτὸς, Φιλακτὸς. Gall. *Euitable,qu'on peut euiter.* Ital. *Che ſi puo ſchiuare.* Ger. Das zu vermeiden iſt. Hiſp. *Coſa que ſe puede eſquiuar.* Pol. *Ktwo do vńrzęzenia.* Vng. *El táuoztatando.* Ang. *Eaſie to be eſchew.*] non evitabile telum, apud Ovid.6.Metam.

Evlabes,Negotiorũ ſuſceptorẽ ſignificat,ut eſt apud Suidã.

Evlŏgĭă,evlogiæ, [ברכה *berachâh.* Εὐλογία. Gall. *Benißon,louange.* Ital. *Benedittione:* Ger. Ein ſägen/benedeyung. Hiſp. *Benediciõs,raxonamiento,obra de raxonar.* Pol. *Błogoſławienie.* Vng. *Aldás.* Ang. *A bleſſing,a louing.*] Benedictio,munificentia,beneficentia, vel etiam rationabilitas: ἀπὸ τοῦ εὐλόγου, quod ſignificat rationabile.Cic.ad Attic.lib.13: Locum nõ ſanè probo,quòd eſt hominibus deſertior,ſed habet εὐλογίαν.

Evmēcēs,Balſami genus lævi cortice:ita dictum quòd cæteris ſit procerius. [Vng. *Sima balſamum fa.*] Εὐμήκης enim Græcè procerus & prolixus dicitur.Plin.lib.12.cap.25.

Eumetris, Gemma eſt apud Bactros naſcens,ſilici ſimilis,quę capiti ſuppoſita nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit Plin.lib.37.cap.10.

Evnŏmĭă,æ,Εὐνομία. Eſt recta juris legumq; conſtitutio,quo nomine Dea illa vocatur, quam Demoſthenes alteram judicium præſidem facit: duplex eſt Evnomia, una quidem recta juris conſtitutio: altera verò rectè conſtituto juri obtemperatio: & Εὔνομοι evnomi populi dicuntur, qui recta legum inſtitutorumq; ratione utuntur.Budæus.

Evnūchŭs, pen. prod. m. ſ. [סריס *ſaris.* Εὐνοῦχος, Εὐνοῦχος. Gall. *Eunuque,chaſtré des ſon ieune aage.* Ital. *Eunucho,caſtrato,ſenza genitale.* Ger. Ein verſchnittener. Hiſp. *Capado,ò caſtrado.* Pol. Trzębieniec,wirzęzaniec. Vng. *Herelt baſa.* Ang. *A gelded man.*] Caſtratus:ab Εὐνὴ, quod eſt cubile,& ἔχω cuſtodio: quia id hominum genus adhibebatur ſervandis cubilibus Regum.quaſi Evnœchus, & per ſynæreſin Evnuchus. Cic. in Orat. Evnuchi è Syria Aegyptoq;, *&c.* Iuvenal. Satyr.12: -decidere jactu Cœpit cum ventis,imitatus caſtora, qui ſe Evnuchum ipſe facit,cupiens evadere damno Teſticulorum.

Evnūchīzo,as, [נתק *nathák.* Εὐνουχίζω. Gall. *Chaſtrer.* Ital. *Caſtrare,eſtirpare i genitali.* Germ München/ verſchneyden/ außhauwen. Hiſp. *Caſtrar.* Pol. Wirzęznie,trzebie. Vng. *Meg herélłm.* Ang. *To geld.*] Caſtro:Hieronymus contra Iovin. Sunt Evnuchi qui de utero matris ita natl ſunt, & ſunt evnuchi qui ab hominibus evnuchizati ſunt, & ſunt evnuchi qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum.

Evnūcho, as, Ejuſdem ſignificationis.' [נתק *nathák,* Εὐνουχίζω. Vng. *Meg herélłm.* Ang. *To geld.*] Varrõ in lege Mævia apud Nonium: Sic qui patriam majorem parentem extinguit,in eo eſt culpa:quod facit pro ſua parte is qui ſe evnuchat,aut alibi liberos producit.

Evŏco,as,pen.cor.act.p.Extra voco. [קרא *kará* זעק *záhák.* Ἐκκαλέω, παρακαλέω. Gall. *Hucher pour venir dehors,appeller.* Ital. *Chiamar fuori.* Ger. Hinauß berüffen. Bel. Buytroepen. Hiſp. *Atraer y llamar affuera.* Pol Wiwołuie. Vng. *El hiuom,ki hiuom.* Ang. *To call forth*] Plaut.in Amph. Evocate huc Soſiam. Terentius in Evnuch.Num quẽ evocari hinc vis foras?Plautus in Amph. Tu gubernatorẽ è navi huc evoca meis verbis Blepharonem, ut te divina facta mecũ prandeat. ¶Sic evocare ad cœnã,evocare ad colloquiũ evocare ad pugnã,*&c.* Cic.Attic.li.2: Tuas Numeſio literas dedi,ſic te his evocabam,ut nihil acrius,neq; incitatius fieri poſſet. Evocare aliquẽ Romã, aut aliũde ad urbẽ accerſere.Sic qui in provinciis erant, ſæpè ad dicendã cauſam Romam evocabantur. Cicer.3. Verr.Pericles Epheſius homo nobiliſſimus Romam evocatus eſt, quòd autor injuriæ illius fuiſſe argueretur. ¶ Evocare item eſt ad ſubditam tumultuariamq; militiam vocare.Cæſar.1.bell.Civil.Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. ¶ Evocare deos ſive ſacra, veteres dicebant pro precibus elicere numina illa in quorũ tutela urbs obſeſſa eſſe putabatur, ut ea relicta,in eorum qui obſidebant, urbem tranſirent. Nefas enim ducebant, urbem aliquam niſi prius evocatis diis tutelaribus, oppugnare: ne aut adverſus deos pugnare, aut capta urbe ipſos etiam deos captivos habere viderentur. Hujuſmodi autem evocationes fiebant conceptis verbis, & carmine quodã in eum uſum cõpoſito,cujus formulam deſcribit Macrobius Satur.li.3. cap.9. ¶ Per translationem ponitur pro averto. Ἀποτρέπω. Cic.1.Tuſc.Nam quid aliud agimus, quum à voluptate: id eſt, à corpore, quum à re familiari quę eſt miniſtra & famuſa corporis, quum à Republ, quum à negotio omni evocamus animum? Quo tamen in loco potiùs legendum videtur,avocamus.

Evœ,per duas ſyllabas, [Εὐοῖ. Vng. *Hoe.*] Interjectio bacchãtis eſt, quam in Liberi patris Orgus identidem inculcabant Bacchæ.Ovid.6.Metam.Exululant, evœq; ſonant.

Evŏcātī, m. ſ. Dicuntur non qui iuſti militês ſunt,ſed qui repẽtina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuariè vocantur. [קרואים *keruim* מזעקים *mzhakim.* Ἐκκλητοι. Gall. *Appelez à la guerre par neceſſité.* Ital. *Chiamati à biſogno per ſolitati.* Germ. Kriegsleut die man eilends in der noht von hymel in das feld hinauß berüfft. Hiſp. *Llamados todos à la guerra.* Pol. Zołnierzy kroni wprzygodzie do potrzebi na prętce ieść wiwołany. Vng. *Hadra fołt irrattatot nép.* Ang. *Souldiers choſen & called to warre of neceſſitee.*] Hi pro militibus ducebantur.Sueton. in Galba: Delegit & Equeſtris ordinis juvenes, qui manente antiquorum auxiliorum uſu, evocati appellarentur, excubiasq; circa cubiculum ſuum vice militum agerent. Cic.ad Appium: Antonium præfectum evocatorum miſit ad te, cui,ſi videbitur, cohortes traderes.

Evŏcātĭo,f.t. [Vng. *Ki hiuás,hiuatál.*] Hircius de bello Alexandrino: Edictum tota provincia propoſuerat, ut quibus pecunias imperaſſet, neq; contuliſſet ſi adirent: quæ evocatio vehementer omnes turbavit.

Evŏlo,as,are,n.p.Extra, vel in altũ volo, dẽvolo,avolo. [עוף *haph* נדד *nadádh.* Ἀφίπταμαι. Gall. *S'envoler,voler hors.* Ital. *Volar fuori, volar in alto.* Ger. Außfliegã/darvon fliegen. Hiſp. *Volar de vn lugar à otro.* Pol. Wylatuie. Vng. *Ki rópołók fół rópołók* Ang. *To flee out or away, to eſcape.*] Plin. lib.10: Vultur, & ferè gravior evolat, niſi ex procurſu,aut altiore tumulo immiſſæ non evolant. Cicer.de clar. Orat.Itaq; tantos proceſſus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur.Idem 1.de Legibus: Quare glandifera illa quercus,ex qua olim evolavit Nuntia fulva Iovis mirandã viſa figura, nunc ſit hæc. ¶ Et per translationem ponitur pro effugere.Cic.3.Verr.Ille qui ſuæ cupiditate tantos tumultus cõcitatos videret,cupere aliquò evolare,ſi poſſet. ¶ Evolare pœnam.Cic.de Prov.Conſul.Quam pœnam ſi tùm aliorum opibus,nõ ſuis, invitiſſimis vobis evolarunt: at aliã multò majorem gravioremq; ſubierunt.

Evŏlĭto,as,are,frequentativum. [ἐκπέτομαι,πολλάκις ἀφίπταμαι. Gall. *S'envoler ſouuent.* Ital. *Speſſo volare.* Ger. Offt hinauß fliegen. Hiſp. *Volar muchas vezes de vn lugar à otro.* Vng. *Ki rópołóka* Ang. *To flee out or auoyd often.*] Colum.l.6. cap.8: Patentibus feneſtris per quas ad requirendos cibos evolitat.

Evŏlātĭcŭs,ca,cum, [πτηνὸς, πτερωτός. Gall. *Volage,qui vole.* Ital. *Volatile.* Germ. Außfliegig. Hiſp. *Coſa que vola.* Pol. Odlatuia cy. Vng. *Lékzegő.* Ang. *That fleeth away.*] ut,Evolatici homines. Plaut.Pœnulo: Ita ut occœpi dicere de illac pugna pentethronica, qua ſexaginta hominũ uno die evolatrcorum manibus occidi meis,*&c.*

Evŏlo,as,are,à vola, volæ,Furari,rapere,quaſi in volam recipere. [גזל *ghazál* משך *piſchſchét.* Ἁρπάζω. Gall. *Deſrober, voler.* Ital. *Rubbare,inuolare.* Ger. Rauben/ ſtälen/ mit trummen henden etwas angreyffen. Hiſp. *Robar, arrebatar.* Pol. Reka *do ſiebie przyłączam teradnie.* Vng. *Markomban ſzorituan el lopom.* Ang. *To ſtcall, to tak away by ſtealth.*] Plaut. Ciſtel. Quid quæritas?G.ciſtellam adoleſcens hic mihi evolavit.

Evŏlvo,is,ere,act.t.De loco volvo. [גלל *ghalál.* Κυκλόω, ἐξελίττω. Gal. *Deſrouller,deſplier.* Ital. *Voltare.* Ger. Hinauß weltzen oder troten. Hiſp. *Sacar volviendo.* Pol. Wywalam. Vng *Ki mozditom ki feytőm*(item) *által oluaſom.* Ang. *To tomble or roll out of a place.*] Lucret. lib.3: -nudis evolvunt ſæva lacertis. Ovid. 12. Metamorph. -modò ſe ſuper æra fruſtra Tollere conatur, jactasq; evolvere ſylvas. Plin. lib.4. cap.12: Evolvitur in Pontum ſex fluminibus Danubius. Terent. Evnuch. Hac re & omni te turba evolves, & illi gratum feceris. ¶ Ponitur etiam pro explico & expono. Cic.ad Attic. Evolvi velamen epiſtolarum tuarum. Idem in Offic. Si quis voluerit animi ſui complicationem evolvere. Et translatè pro perlego & diligenter perpendo. Cic.1.Tuſc.Evolve diligenter ejus eum librum qui eſt de animo. ¶ Evolvere,meditari. Virg.4.Georg. Eleviſſe, & gelidis hæc evolviſſe ſub antris.

Evŏlūtŭs,participium. [גלל *naghól.* Ἀπολιγμός. Gall. *Deſuelopé,deſplié.* Ital. *Diſpiegato,ſuelupato.* Ger. Hinauß gewelzt/ außgewortfet. Hiſp. *Sacado,voluiendo.* Pol Wywałony, wimołany. Vng. *Kifeytetet, ki mozditatot.* Ang. *Rolled out.*] Livius lib.26, de anguem: Interventuq; hominum evolutam repentè, atque ex oculis elapſam.

Evŏlūtĭo,onis,f.t. Lectio. [ἐξέλιγμός. Gall. *Deſploiement,explication.* Ital. *Diſpiegamẽto,ſuolgimento.* Ger. Außwicklung. Hiſp. *Obra de ſacar voluiendo.* Pol. Odwinięcie. Vng. *Altal oluaſás.* Ang. *A rolling out or vnfolding.*] Cic.li.1,de Finibus: Quid hiſtoriæ cognitioq; rerum? quid Poëtarum evolutio? quid tanta tot verborũ memoria voluptatis affert?

Evŏmo, is, ere, act.t. Vomendo ejicio. [קאה *kaáh* נקיא *nekí.* Ἐξεμέω, ἀναλίσκω. Gall. *Vomir,& ietter dehors.* Ital. *Vomitare.* Germ. Herauß tozen. Hiſp. *Vomitando* rendre

rendir. Pol. Wèrzucam ſiebie, ſrzucam. Vng. Ki okádom. Ang. To vomite, to caſt out his gorge, to parebrake.] Cicer. 2. de Natura deor. Eademq; hæc avis ſcribitur conchis ſe ſolere implere: easq; quum ſtomacho concoxerit, evomere, atq; ita eligere ex his quæ ſunt eſculenta. Teren. in Adel. Vt iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens. Cicer. de Amic. Apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ.

Eupatorium, εὐπατόριον: ſive Eupatoria, Herba eſt ab officinis Agrimonia appellata: cujus deſcriptionem vide apud Plin. lib. 25. cap. 6. ¶ Eupatorium aquaticum. [Pol. Zatwiec, żadziec.] quidam trifolium cervinum cognominant. Geſ. in Cervo. Dicta eſt autem Eupatoria ab Eupatore rege ejus inventore, ex quo eam regiam habere dignitatem ſcribit Plin. libro 25. cap. 6. Vide quoq; Dioſc. lib. 4. cap. 38.

Eupatorium praſſium & Marrubium apud Dioſc. li. 3. cap. 118.

Eupetalos, εὐπέταλος, Gemma eſt, quatuor habens colores, igneum, cæruleum, minii, & mali. autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Euphonia, æ, f.p. [εὐφωνία. Gall. Bon accord, harmonie. Ital. Buona conſonanza. Ger. Wollautung/gute thönung. Hiſp. Canto accordado. Pol. Pięknie tonąc. ek. Vng. Ekes, eggyezö ſzeng hang. Ang. A good agreing or tune.] Vocalitas, ſive ſonoritas vocis, jucunda verborũ prolatio: quæ quibus adeſt, εὔφωνοι à Græcis dicũtur.

Euphorbium, bii, n. ſ. εὐφόρβιον, Dioſcoridi, ſive, ut apud Plinium legitur, Euphorbia, biæ, Arbor eſt in Mauritania naſcẽs, non procul ab Atlante monte, ferulæ ſpeciem referens: ſuccum verò habens tantæ acrimoniæ, ut accolæ eam expaveſcentes, ovillos utres elutos arbori circumligent, & eminùs caulem contis incidant. Quo facto, ſtatim è plaga copiosus humor profluit, lacti ſimilis, qui & ipſe euphorbium dicitur. Quod nomẽ ei impoſuiſſe putatur Iuba Mauritaniæ rex, à nomine Euphorbi medici ſui, qui frater fuit Antonii Muſæ, cujus ope Auguſtum ſervatum fuiſſe tradit Plin. lib. 25. cap. 8.

Euphoria, non difficilis morbi vel febriculæ ſublatio.

Epilides, cui in gingivis, in quibus ſit, caro naſcitur. Eſt autem excreſcens caruncula, quæ ab inflammatione ſit. ad intimos molares dentes, cum febre & dolore nonnunquam. A parulidibus differunt, quòd parulides inflammationes ſunt in aliqua gingivarum parte factæ, quæ niſi diſcuſſæ fuerint, ſuppurant, & quum ſuppuraverint, ſecantur, inſertisq; linamentis aperiuntur. Aegin. de Parulidib. Cel. lib. 6. cap. 13.

Euplecton, Structuræ genus in ædificiis tantummodò frontibus politis, quaſi εὔπλεκτον: id eſt, bene cæſum.

Euprepia, εὐπρέπεια, Latinè decor, ex εὖ, bonũ, & πρέπον, decẽs.

Eurechnemon, μαχαιρᾶς, plantago.

Euphroſynum, [εὐφρόσυνον. Pol. Wol'owi ieżik, albo wielka miodunka. Vng. ökör nyelv. Ang. Bourage, or bugloſſe.] Herba eſt, quam notiori nomine bugloſſam vocamus: ita dicta ἀπὸ τῆ εὐφραίνειν, quod eſt lætificare, quod ſcilicet in vinum dejecta, animi curas pellat, hilaritatẽq; inducat. Autor Plin. li. 25. ca. 2.

Eureos, Gemma eſt nucleo olivæ ſimilis, ſtriataq; modo concharũ. minus tamẽ habẽs candoris. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Eurotias, æ, εὐρωτίας, Gemma eſt quæ ſitu videtur operire nigritiem, ita dicta à Græco verbo εὐρωτιᾶν, quod eſt ſitum trahere. De hac Plin. lib 37 cap. 10.

Eurythmia, εὐρυθμία, Decens & aptus corporis motus. [Vng. Modła valo teſt mozgasás.] Quintil. lib. 1. cap. 30: Corporis quoq; decens & aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, eſt neceſſarius.

Euſebes, Gemma ex qua Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua facilè dii ſurgebant. Plin. lib. 37. cap. 10.

Euphroſine, Helxyne apud Dioſcor. lib. 4. cap. 142.

Euſterialis, à Dioſcor. vocatur Siſymbrium, quo verò etymo, non video.

Euſtron, Hordeum montanum.

Euthymia, f.p. [εὐθυμία. Gall. Tranquillité d'eſprit. Ital. Tranquillita d'animo. Ger. Ein guter mut/rũwigkeit des gemüts. Hiſp. Soſſiego de animo. Pol. Spokoina mul'. Vng. Lelki tſindeſség. Ang. Quietneſſe of mind.] Animi tranquillitas. Laërtius in vita Democriti definit Euthymiam eſſe rectum quietumq; animi ſtatum, dum nullo metu, nulla ſuperſtitione, aut aliqua quavis perturbatione agitatur. Cicero lib. 5. de Finibus: Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eò ſeparãda fuit ab hac diſputatione: quia iſta animi tranquillitas eſt ipſa vita beata.

Euthyoria, εὐθωρία. Rectæ lineæ correctio & menſura non per diverticula itinerum (quæ objectu montium, & interventu convallium, aut fluminum flexu plerunq; neceſſaria ſunt) ſed in directum acta.

Eutrapelia, æ, εὐτραπελία. Dictio eſt Græca, idem ferè ſignificans, quod apud nos urbanitas, lepor, feſtivitas. [Pol. Nieobrazliwi żart, dworny żart. Vng Emberséges tréfálas. Ang. Gentleneſſe in ſpeach and behaviour, pleaſant teſting.] Ariſtoteles in Rhetoricis εὐτραπελίαν interpretatur πᾶσαν ὑβρίδα ὕβρεν: hoc eſt, eruditum convicium.

Evulgo, gas, gare, act. p. In vulgus edo, occulta omnib. prædo. [ἐξαγορεύω. Vng. Ki hirdetöm, ki hirdetöm. Ang. To publiſhe, or mak knawen abrode.] Liv. lib. 9. ab Vrbe: Civile jus repoſitum in penetralibus Pontificum, evulgavit.

Euzomos, ſive Euzomon, pen. prod. εὔζωμος, ἡ εὔζωμον, Eruca herba, ita dicta, quòd juris ſaporẽ commender. ζῶμον enim jus appellant Græci. Plinius libro 20. capite 13: In condiendis obſoniis tanta erucæ eſt ſuavitas, ut Græci Euzomon appellaverint.

E ante X.

Ex. In notis antiquorum Ejus, vel exigitur. Ex. B. ejus bona. Ex C. ex conſuetudine, vel ex concione, vel ex conditione. EX CVR. excurſo. EX D.A. vel EX D O. A V G. ex domo Auguſti. EX M. ex militia. E.M.D. ejus memoria dixit.

Ex [ἀπὸ min. ἐκ, ἐξ Gall. De, par, depuis, ſelon. Ital. Da, de, di. Ger. Auß/von. Bel. Wt. Hiſp. De. Vng. Ki. Ang. Of, from, according.] Prępoſitio: ut aliis atq; aliis verbis jungitur, ita aliâ atq; aliam ſortitur ſignificationẽ. ¶ Interdum enim ſignificat locum: ut, Ex cœlo, apud Catullũ: Spectatũ ex cœlo Mars pater ipſe veni. ¶ Interdũ tempus, ut idẽ ſit quod poſt. Cic. 1. Philippica: Ex eo die quo in ædem Telluris convocati ſumus. Sic etiã dicimus, Ex illo: hoc eſt, poſt illud tempus. Virgil. 2. Aeneid. Ex illo fluere, & retrò ſublapſa referri Spes Danaûm. ¶ Nonnunquã etiã perſonã: ut quum dicimus, Audivi ex patre meo. ¶ Aliquando cauſam, ut ferè idem ſit quod propter. Seneca de Benefic. Siquis patriæ meæ pecuniam crediderit, non dicam me illius debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor: id eſt, non propterea profitebor æs alienum. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro cum. Plautus in Mercat. Reſinam ex melle Aegyptiam vorato, ſalvum feceris. Quod locutionis genus frequens eſt apud Medicos. ¶ Alias præterea infinitas habet ſignificationes pro ratione adjunctii: ut, Ex abundanti, idem eſt quod præter neceſſitatem, vel plus quàm neceſſe erat. Quint. li. 5. cap. 6: Adjicit ex abundanti hanc quoq; fiduciã. ¶ Ex æquo, idẽ eſt quod æqualiter. Tacitus lib. 18: Diſcrimẽ ac periculũ ex æquo, partiemur. Vel ex æquitate. Liv. li. 2. quintę Decad. Et ſi in animum inducerent, ut ex æquo fœdus fieret, & ſe viſurum quid ſibi faciendum eſſet. ¶ Ex animo. hoc eſt, non ſimulatè. Terent. in Evnuch. Vtinam iſtud verbũ ex animo, ac verè diceres. ¶ Ex animi ſententia, idem eſt quod pro voto. ¶ Ex animo, vel ex animi ſententia jurare, pro ſyncerè, liquidò, & ex animo, ac ſine dolo malo. Liv. lib. 22: Ex animi mei ſententia juro, ut ego Remp. non deſeram, neq; alium civem deſerere patiar. Cicero Academ. 1: Majores primum jurare ex animi ſententia quenq; voluerũt, deinde ita teneri ſi ſciens falleret. Hotomanus. ¶ Ex ante diem Nonarum: hoc eſt, ante Diem Nonarum finitũ. Cicero Attic. lib. 3: De Quinto fratre nuntii nobis triſtes, nec varii venerant, ex ante diem Nonarum luniarum, uſq; ad pridie Calend. Septembres. ¶ Ex cõpoſito: hoc eſt, ut compoſitum erat, vel ut convenerat, vel dedita opera. Livius lib. 1. ab Vrbe: Tum ex compoſito orta vis, ſignoq; dato, juventus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. ¶ Ex conſuetudine: hoc eſt, ſecundum conſuetudinem. Plin. Epiſt. lib. 2: Hunc oro ex conſuetudine tua & legas, & relegas. ¶ Ex cõtinenti, idem eſt quod ſtatim. Iuſtinus lib. 1: Septem tantùm hujus conjurationis conſcii fuerunt, quę ex continenti, ne data in pœnitentiam ſpatio, res per quenquam enarraretur, &c. ¶ Ex dignitate: hoc eſt, pro dignitate, vel ut dignitas poſtulat. Cicero Licinio lib. 5. Epiſt. Quamobrem tu, quantùm tuo judicio nobis tribuendũ eſſe pures, ſtatues ipſe: & ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. ¶ Ex facili, idẽ eſt quod facilè. Plin. lib. 22. cap. 15: Hippocrates tantùm ſorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili haurirentur. ¶ Ex fide: hoc eſt, fideliter. Suetonius in Galba: Numulario nõ ex fide verſanti pecunias, manus amputavit. ¶ Ex induſtria: hoc eſt, dedita opera. Liv. 1. ab Vrbe: Ergo ex induſtria factus ad imitationẽ ſtultitiæ, quum ſe, ſuaq; prædę eſſe regi ſineret. ¶ Ex inſperato: id eſt, præter ſpem & opinionem. Liv. lib 8. bel. Pun. Quem ex inſperato repentè miſiſtis nobis huc P. Scipionem. ¶ Ex integro, vel De integro, quod barbari dicũt, De novo, Plin. in Epiſt. Ego quia ſciebã acta Baſſi reſciſſa, datumq; à Senatu jus omnibus de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi. ¶ Ex profeſſo: id eſt, ſeriò, conſultò, nõ diſſimulate, & quaſi ex profeſſione. Quintil. lib 12. cap. 1: Ex profeſſo Philoſophiam oſtentantibus parũ decori ſunt pleriq; orationis ortus. ¶ Ex præſcripto: hoc eſt, ſecundum id quod nobis præſcriptum eſt. Colum. lib. 1. cap. 1: Neq; enim ſemper eũndem velut ex præſcripto habitum gerunt. ¶ Ex quo: id eſt, poſtquam, vel poſt quod tempus. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Duodequadrageſimo ferme anno ex quo regnare cœperat. ¶ Ex tempore aliquid agere, vel dicere: hoc eſt, abſq; ulla præcedẽte præmeditatione. Plin. in Epiſt. Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit. ¶ Ex vicini, pro ex fundo vicini. Vlpian. l j. de aquæd Aquam ſuperficientem in ſuum ex vicini derivare.

Exacerbo,

Exăcerbo, as, are, act.p. Irrito, & ad iracundiam provoco. [הֵמַר hemár. παροξύνω. Gal. Irriter, faire courroucer & aigrir. Ital. Acerbare, provocare ad ira. Ger. Verbitteren/erzürnen. Hisp. Molestar y exasperar. Pol. Poruszam, rozgniewuie, rozdrażniam. Vng. Meg keseritém szomoritom. Ang. To mak angrie, to kendle wrath.] Livius 8. ab Vrbe: Quum omnes affirmarent infestiùs Papyrium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatumq; clàm ex castris Romam profugit. Sueton. in Galba: Atque eo quidem nomine omnes qui ubiq; erant, exacerbavit.

Exacerbatio, onis, f.t. παροξυσμός.

Exăcerbātŭs, irritatus, [παροξυνόμενος. Vng. Meg keseritetőt, szomoritatot.] Sueton. in Tib. cap. 60: Auxit intenditq; sævitiam, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi.

Exăcerbĕsco, cis, Valde acerbus: id est, asper fio. [מַר mar. παροξύνομαι, πικραίνομαι. Gall. Deuenir aspre, s'enaigrir. Ital. Inacerbire, farsi aspro. Ger. Hefftig verbittert/oder erzürnt machen. Hisp. Exasperarse, hazerse aspero. Pol. Barzo rozdrażnic, rozgniewacz, zjatrzyć. Vng. Meg kegyőt lenni/lőkmeg keserődőm. Ang. To waxe angrie or sower.] Quod ab exacerbeo, bes, fieri constat, licet acerbeo rarò inveniatur. Apul. in Apolog. Quis est tam mitis, quin exacerbescat?

Exăcēsco, is, ere, n.t. Acidum fieri. [חָמַץ sar. ὀξύνομαι. Gal. Deuenir aigre, s'enaigrir. Ital. Inacetire. Ger. Sawer werden/zu essig werden. Hisp. Azedarse. Pol. Kwaśnieie. Vng. Meg ecetesű lők. Ang. To waxe sower, eger or tarte.] Columell. lib. 12. cap. 17: In dolium, vel in amphoras conditur: deinde quum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti, diligenter colatur, &c.

Exacinario, onis, f.t. racemorum pestis non bona, acinorum scilicet defluentia.

Exacon, Secunda cætaurii species à Gallis appellata est, quòd omnia mala medicamenta exigat per alvum. ἀκοντωφόρον λεπτόν. Dicitur & fel terræ, ob insignem amaritudinem. Autor Plin. lib. 25. cap 6.

Exactor, Exactio, Exactus, Vide EXIGO.

Exăcŭo, act. eidem est quod simplex Acuo: id est, Acutum facio. שָׁנַן shanán, שָׁחַז shahán. ὀξύνω. Gall. Aiguiser, faire aigu & pointu. Ital. Aguzzare. Ger. Anßwetzen/Außspitzen. Hisp. Aguzar. Pol. Zaostrzyć. Vng. Meg fenőm, meg elesitőm. Ang. To whete, to wak sharpe.] Virgil. 3 Geor. Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus. ¶ Ad hominem translatum, idem ferè est quod incitare, vel inflammare. Claudian. de bel. Getico: At juvenem stimulis immanibus æmula virtus Exacuit. ¶ Exacuere animũ, est acutiorem, & perspicatiorem reddere. Plin. lib. 20. cap. 13: Nasturtium venerem inhibet, animum exacuit.

Exăcūtŭs, nomen ex partic. [שָׁנוּן schanún שׁוּחַ latúsch. ὀξυμβόλος, ὀξυωπής. Gall. Aigusé. Ital. Molto acuto. Germ. Außgescherpfft/außgespitzt. Hisp. Aguzado. Pol. Zaostrzony. Vng. Meg elesitetőt, meg senettetőt. Ang. Wheted, sharpe edged.] Plin. lib. 18. cap. 18: Latior hęc quarto generi, sed exacutior in mucronem fastigiata.

Exăcūtio, onis, f.t. [ὀξυσμός. Gall. Aiguisement. Ital. Esso far acuto. Ger. Außspitzung/ Außwetzung. Hisp. Agusamiento, obra de aguzar. Vng. Meg fenés. Ang. The making of a thing sharpe.] Plin. lib. 17. cap. 14: Calami exacutio medullam ne nudet.

Exadvĕrsum, Vnica est dictio, Ex oppositio, eregione. [נֹכַח pochách נֶגֶד negued. ἀντικρύ. Gall. A l'opposite, au contraire. Ital. All' incontro. Ger. Gegen uber/ gestracks dorgegen. Hisp. Enfrente. Pol. Przeciwko. Vng. Ellembe. Ang. Against, right against.] Terent. in Phorm. In quo hæc discebat ludo, exadversum ei loco Tonstrina erat quædam. ¶ Pro eodem etiam legimus Exadverso. Plautus in Mercat. Respice huc ad dextram Charine, nónne exadverso vides? Plin. lib. 4. cap. 13: Exadverso intrantibus geminæ cernebantur.

Exædĭfĭco, as, are, act.p. Aedifico, domum construo. [בָּנָה banáh. ἐξοικοδομέω. Gall. Edifier & bastir, acheuer de bastir. Ital. Edificare, fabricare compiutamente. Ger. Außbauwen. Hisp. Edificar hasta el cabo. Pol. Budnie. Vng. Meg épitőm fől épitőm. Ang. To build vp.] Cæs. 1. bel. Civilis: Quod oppidum Labienus constituerat, suaq; pecunia exædificaverat. Cicer. 1. de Orat. Non gravare exædificare id opus quod instituisti. ¶ Aliquando significat domo privo, domo ejicio. Plaut. in Trinum. Nam exædificasset me ex his ædibus, si absq; te foret. ¶ Exædificare inchoatam ignaviam, per translationem: hoc est, augere, perficere, & ad summum perducere. Plaut. ibidem: Quid interest, dare te in manus argentũ amanti homini adolescentulo, animi impoti, Quj ædificaret suam inchoatam ignaviam?

Exædĭfĭcātio, verbale, f.t. [בִּנְיָן bimján ἀποικοδόμησις, ἐξοικοδόμημα. Gall. Edification, bastissage, acheuement de bastir. Ital. Edificatione. Ger. Außbauwung. Hisp. Aquella obra de edificar. Pol. Zbudowanie. Vng. Fölépités me épités. Ang. A building vp.] Ciecro 2. de Orat.

Exæquo, as, act.p. Aequalem facio. [הִשְׁוָה hischvàh. ἐξισόω, ἐξομαλίζω. Gall. Egaler, faire tout vn, applanir. Ital. Agguagliare, far vguale, Ger. Gleichmachen. Hisp. Ygualar vna cosa à otra. Pol. Rownam. Vng. Igyen lőué teszőm. Ang. To mak smoth or plane, to pullishe] Cæsar 1. bell. Civilis: Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab ejus amicitia averterat. Cicero post reditum in Senatu: Propterea quòd superiorem esse cõtra improbos, minus est negotii, quàm bonis exæquari. Salustius: In primis arduum videtur res gestas scribere: primùm, quòd facta dictis exæquanda sint.

Exæquātŭs, ta, tum, [מְשׁוָה muschvéh. ἐξομαλισθείς. Gall. Esgal, applani. Ital. Ragguagliato, pianato. Germ. Vergleichet. Hisp. Hecho ygual. Pol. Wirownany. Vng. Igyenlőué tetetőt. Ang. Made smoth or plane.] Lucretius: Exæquataq; sunt creperi certamina belli.

Exæquātĭo, verbale, f.t. [ἐξίσωσις, ἐξομάλισις. Gall. Esgalement, esgalation, perequation. Ital. Ragguagliamento. Ger. Gleichmachung. Hisp. Obra de ygualar. Pol. Wirownanie. Vng. Igyenlőué tétés. Ang. A making plane or smoth.] Liv. 4. bell. Macedon. Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuplex, [illegible]

Exæstŭo, as, [יָעַף záhaph. ἐκχυμαίνω, ὑπερβράζω. Gall. Ietter ondes, se desborder, bouillir par dessus. Ital. Onderg[illegible]e. Germ. Vngestüm seyn/von hitz vnd bewegung über tauffen Hisp. Hervir, rebosar. Pol. [illegible]. Vng. [illegible]lők, ibuzgok, heuw' lők. Ang. To boyle, to cast vp great waues and jourges.] Acuum emitto & exhalo. Liv. 6. bel. Pun. Incertæ altitudinis ut cunque exæstuat mare. Plin. lib. 37. cap. 2: Exæstuante Oceano. Exæstuat mens ira, Virgil. 9. Aeneid.

Exævĭo, act.q. Desęvio sævire desino. [ἐκμαλάττω, ἀγριαίνειν παυόμαι. Gall. Passer sa fureur, s'appaiser, cesser d'estre rigoureux & cruel. Ital. Lasciar la crudelta, disfurore ire. Ger. Verwüten, außtoben. Hisp. Dexar de ser cruel. Pol. Wściekłem. Vng. Kegyetlenkődésttől megszűnőm. Ang. To cease to be angrie.] Livius: Confusę Claudium atrox vix tempestas adorta, in metum ingentem adegit. Populoneos inde quàm pervenisset, stetit ibi dum reliquum tempestatis exæviret.

Exăggĕro, as, act.p. Idem est quod in unũ veluti aggerẽ congero, & coacervo. [צָבַר tsabár אָסַף asaph. συσσωρεύω. Gall. Mettre en vn tas, entasser, augmenter. Ital. Accumulare, ampliare. Ger. Auffhauffen, zusammen hauffen Hisp. Amontonar cosa à otra, multiplicar. Pol. Na kupę zgromadzam. Vng. Fől tőltőm öregbitőm. Ang. To heap vp together, augment.] Ovid. lib. 10. cap. 8: Exaggerando aliam accumules. ¶ Et præterea exaggerare idem quod amplificare, & verbis extollere, cujus contrarium est extenuare. Cic. 5. Tusc. Xenocratem illum gravissimũ Philosophorum exaggerantem tantoperè virtutem & ex[illegible] rem cetera. Exaggeratus virtutibus animus, Cic. in Pa[illegible]is.

Exaggĕrātĭo, nis, f.t. Magna coacervatio: [illegible] συσσώρευσις. Gall. Amoncellement, accumulation, amplification. Ital. A[illegible]e, ampliatione. Germ. Auffhauffung: Item, Erhebung: Beboogung. Hisp. Aquella obra de amontonar, aggrandar y ampliar. Pol. Powiększenie, podniesienie przez sucie. Vng. [illegible]. Ang. Heaping vp together.] ponitur q; pro altitudine & excellentia, translatione sumpta à terra quæ in aggerem erecta, sustollitur in fastigium. Cic. lib. 2. Tusc. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, & quasi quandam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maximè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. ¶ Oratores exaggerationem (δέησιν, δεινολογίαν) facere dicuntur, quàdo pluribus verbis unam eandemq; rem vehementer dicunt, quæ res maximè venustat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio est: Succidas humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta causa, in judicatis, indemnatis. ¶ Exaggeratio, aggeris constructio. Iustinus Histor. lib. 2: Quæ sine exaggerationibus regum sint.

Exăgĭto, tas, act. p. Vexo, divexo, infector, exerceo, jacto. [עָבַר hinnáh. σπλαντέω. Gal. Tormenter, trauailler quelqu'vn, persecuter. Ital. Inquietare, turbare. Ger. Vmbtreiben/ vnruhig machen/ einen zu schaffen machẽ. Hisp. Commouer y cõturbar y molestar. Pol. Trybuluie, czechrzęszdzac, noszę drzewo gortowanie. Vng. Gybirőm. Ang. To vexe, to tosse.] Plaut. in Mercat. Mala bilis cruciat me, atq; exagitat. Cicer. 5. Verr. Spoliati, & exagitati aratores. Lactan. lib. 6: Poëtæ, tres Furias esse dixerunt quæ mentes hominum exagitent. ¶ Nonnunquam sumitur pro exasperare sive ad iram provoco. παροξύνω. Salust. in Catil. Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quàm exagitanda videbatur. ¶ Ponitur etiam nonnunquam pro excutere. Cic. pro Cluentio: Exagitabantur omnes ejus fraudes, atque fallaciæ: omnis vita in ejusmodi ratione versata apertebatur.

Exăgĭtātŭs, particip. [מְעֻנֶּה mehunnéh. διαπραγματεύομαι, ἀλγοφορέω. Gall. Trauaillé & vexé. Ital. Trauagliato, vexato. Ger. Hin vnd wider getriben/wol bemühet. Hisp. Trabajado y molestado. Pol. Vnoszony. Vng. Gybirtetőt. Ang. Vexed, tossed.] Cicero post reditũ in Senatũ: Qui causam Senatus exagitatã concionibus improborum, ũc sua diligentia multitudini commendavit, &c.

Exăgĭtātŏr,

Exăgĭtātŏr, m.t. Vexator. [מעבה *mehanneh*. διώκτης, ἐλαύνης. Gall. *Tourmenteur de gens*. Ital. *Chi da dafare ad vn'altro & lo trauaglia*. Ger. Ein vmbtreiber/der einen vertert vnnd zuſchaffen macht. Hiſp. *Conturbador*. Pol. *Szidercz, ten ktori dobrze vmie tribulowac*. Vng. *Gyötrö*. Ang. *A vexer, a tormenter*.] Cicer. in Orat. At ea de ſeniore ſcribit Plato, & ſcribit æqualis, & quidem exagitator omniũ Rhetorum: hunc miratur unum.

Exăgōgă, æ, pen. prod. maſc. generis. [ἐξαγωγεύς. Gall. *Qui porte dehors* Ital. *Collui che porta fuori*. Ger. Ein außtrager oder außführer. Hiſp. *El que saca afuera*. Pol. *Wiſmikacz, wicziegacz*. Vng. *Kihordozo, kihordo*. Ang. *A carier out*.] Qui educit & exportat. Exagoga bonorum. Plautus in Trucul. Ite hac ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones, Bonorum exagogæ. ¶ Exagoga fœmin. gener. [ἐξαγωγή. Pol. *Wiſmik*. Vng *Kihordás ki vivés*. Ang. *Carying out*.] Exportatio; evectio, eductio, proventus, reditus. Plautus in Trucul. iſte dum ſic faciat domum Ad te exagogam. Idem in Rud. teq; oro & quæſo, ſi ſperas tibi. Hoc anno multum futurum ſirpe & laſerpitium, Eamq; eventuram exagogam ſalvam & ſoſpitem.

Exagogica vect. galia. Ex Cicerone liquet pro lege Manilla, vectigalium tria fuiſſe genera ex Agricolatione: mercibus exportatis, vel importatis, unde Exagogica dicebantur & Iſagogica: deniq; ex agris paſcuis. Primum decimas complectitur: ſequens portorium: poſtremò nomen ſit ſcriptura.

Eragonia dicuntur, quæ ad cauſam non pertinẽt, velut extra certamen.

Exālbēſco, is, ere, n.t. Palleſco, expalleſco, extimeſco. [חלבין *halbin*. ὠχριάω, ὠχριόομαι. Gall. *Blemir, deuenir bleme: pallir, deuenir palle*. Ital. *Impallidire, diuentar bianco*. Ger. Weiß werden/erbleichen. Bel. Wit worden. Hiſ. *Amblequecerſe*. Pol. *Bielieie, bledniecie*. Vng. *Meg fecérödöm el fiéredöm*. Ang. *To waxe pale or white*.] Cicer. 4. Acad. Siqui fremerent, & exalbeſcerent. Idem 1. de Orat. Equidem & in vobis animadvertere ſoleo, & in meipſo ſæpiſſimè experior, ut exalbeſcam in principiis dicendi, tota mente, atq; omnib. artubus cõtremiſcã. Exalbeſcere metu, Cic. 3. de Orat.

Exalbĭdŭs, da, dum, Albidus. [לבן *labán*. ὑπόλευκος. Gall. *Bleme, blanchaſtre, palle*. Ital. *Bianco* Ger. Weißlechtig Hiſp. *Emblanquecido, ò vn poco blãco*. Pol. *Bial'awy*. Vng. *Feier*. Ang *Somewhate white, pale*.] Plin. lib. 24. cap. 19: Folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempora rota rubentia.

Exālbūrno, as, are, Alburnum detrahо. [ξύω *pitsísel*. οἷον σχίζω τὸ ξύλα ἐξαιρῶ, ῥήγνυμι ἢ μελαύδρυον καθαίρω. Gall. *Oſter l'aubier, ou l'aubour d'vn bois*. Ital. *Tor via il bianco da vn legno con arte, come chi fa tarſie*. Ger. Den ſchein eines baums abſchinden. Hiſp. *Debaſtar la madera*. Pol. *Obl'upuie skore przi drzewie bliſke, gl'odże zdrzemaſmiażge*. Vng. *Meg hántom*. Ang. *To tak away the ſapor white of a tree*.] Eſt autem alburnum ea arborum pars quæ proxima eſt cortici. Plin. lib. 16. cap. 40: E reliquis arboribus ſicciſſima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color. Solent autem robora exalburnari: hoc eſt, alburno ſuo ſpoliari, eo quòd ea pars materiæ ſit inutilis, propterea quòd facillimè cariem ſentiat: eo autem detracto, quod reliquum eſt, adverſus omnem corruptionis injuriam ſe præbet invictum. Id nonnulli eſſe exiſtimant, quod à Theophraſto μελαύδρυον appellatur: quanquam illi hoc nomine potiùs quandam roboris ſpeciem videtur deſignaſſe.

Exālto, tas, act. p. Elevo, extollo. [רים *herím* נשא *nasá* μετεωρίζω, αἴρω ψῶ. Gall. *Eſleuer haut & par deſſus*. Ital. *Eſſaltare, eleuare, inalzare*. Ger. Erhöhen. Hiſ. *Enſalcar de abaxo arriba*. Pol. *Podnoſze*. Vng. *Föl magaſztalom, föl emelöm*. Ang. *To exalt; to lyft vp*.] Col. lib. 3. cap. 13: Senũm pedum latitudinis ſulcos dirigunt, fodiuntq;, & exaltant in tres pedes. ¶ Per tranſlationem ſignificat magnificè laudo.

Exălŭmĭnātŭs, ta, tum, Denominativum ab alumine. [ὁ μὴ συνεληλαδώς. ut Vnio exaluminatus. Gall. *Perle qui ne tire point ſur l'alum*. Ital. *Perla ch'a bel colore, ſenza punto di alume*. Ger. Ein ſchön tauter bärle / das ſich nicht auff weiß trübe farb zeücht. Hiſp. *La perla desbaſtada y limpia*. Pol. *L'ſnaci ſie iako perl'a*. Vng. *Szép feiér, ſima mint az ſzém ſo*. Ang. *A pearle of the colour of alme*.] Plin. li. 9. cap. 35. de uniombus: Summa laus coloris eſt, exaluminatos vocari. Id eſt, ad colorem aluminis accedentes.

Exāmĕn, inis, n.t. Nova apum ſoboles, quam parentes ex ſuis alvearibus ad novas ſedes querendas extre cogunt: quòd hæ ita unjantur, ut ſimul ligatæ videantur [דבש *bedáh*. ἰσμὸς σμῆνος. Gall. *Vn ietton de mouſches à miel*. Ital. *Schiera d'api*. Ger. Ein ſchwarm der Jmmen/ oder Bienen. Bel. Een ſwarm Bien. Hiſp. *Enxambre de las abejas*. Pol. *Roy peczelny*. Vng. *Ray*. Ang. *A ſwarme of bees*.] Cicer. de Senect. Nec verò ſegetibus ſolùm, & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt: ſed hortis etiam & pomariis, tum pecudum paſtu, & apum examinibus, & florum omnium varietate. ¶ Nec ſolùm de apibus dicitur, ſed etiam ad alia refertur: ut, Examina piſcium. Plin. lib. 31. cap. 1: Rapiunt cò ſecum piſcium examina. Examina infantium. Plinius in Paneg. Adventante congiarii die, obſervare principis egreſſum in publicum, inſedere examina infantium, &c. Examina ſervorum, Cic. ¶ Rurſus examen, ſtylus eſt in lance ſive ſtatera, qui quò pondus ſe vergit, exit. [γλῶσσα. Gall. *La languette d'vne balance*. Ital. *Lingua della bilancia*. Ger. Das züngle oben in der wag. Hiſp. *La fiel ò lengua de la balanca*. Vng. *Serpenyö, (auagy) mértékn yelv, igaz wtö vezzö*. Ang. *The tounge of a balance*.] Virg. 10. Aeneid. Iupiter ipſe duas æquato examine lances Suſtinet. Hæc ab aliis, bilancis, ſeu ſtateræ lingua: ab aliis æquamẽtum: ab aliis libramentum: ab aliis æquilibrium & trutina dicitur. Vnde metaphoricè ponitur pro exacto judicio, & penſiculata alicujus rei inveſtigatione. [αὐάκρισις. Ang. *A triall or proofe*.] Perſius: examenq; improbum in illa Caſtiges trutina.

Exāmĭno, penult. corr. act. p Scrutor, inveſtigo, perpendo, expendo, pondero, excutio. [חקר *chakár* בחר *bachár* צרף *tsaráph*. ἐξετάζω, αὐάκρινω, Gall. *Examiner, peſer, enquerir diligemment*. Ital. *Eſſaminare, inveſtigare*. Ger. Erforſchen/erdawren Hiſp. *Examinar, iuzgar, peſar*. Pol. *Pilnoſie wiwiaduie, badam*. Vng. *Meg viſgálom*. Ang. *To ſearche, to weigh, to trye*.] Plin. in Epiſt. Examina ſingula verba, & expende. Cic. 2. de Orat. Ad ea probanda quę non aurifices ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. ¶ Examinare dicuntur apes: id eſt, vernare. Colum. li. 11. capite 14: Ab exortu Vergiliarum ad ſolſtitium examinant alvei.

Exāmĭnātĭo, verbale, f.t. idem quod examen & inveſtigatio. [Pol. *Wibadiwanie*. Vng. *Meg viſgálás meg kérdezés*.] ¶ Itẽ examinatio pro judicio privato & pecuniario ponitur. Vlp. l. j. D. de abigeis: Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controverſiam, abegit, ad examinationem civilem remittendus eſt.

Exămūrcārī oleum, Dicitur, quando ſublata amurca defæcatum ſit. [ἀπαμυργόω. Gall *Oſter la lie de l'huyle*. Ital. *Leuar la fece de l'oglio*. Ger. Die truſen vnd grobe materý vom öl thun. Hiſp. *Quitar el alpechin del azeyte*. Pol. *Drożdże zoleiu zbieram*. Vng. *Olay taytékat sűprödétel hányom*. Ang. *To tak away the lies of oyle*.] Apuleius lib. 4: Ac dum cœleſtis vaporis flãmis examurcátur.

Exămūſim, Vide AMVSSIS.

Exānclo, clas, ſive potiùs Exantlo, Priſciano docente, verbum Græcum eſt, idem ſignificans quod exhaurio. [שאב *ſchaáb*. ἐξαντλάω. Gal. *Eſpuiſer, ſurmonter en endurant*. Ital. *Cauar fuori, ſuperare*. Ger. Erſchöpffen/mit arbeit erarnen. Hiſp. *Sacar afuera, padecer haſta el cabo, vencer*. Pol. *Dodna wiczyagam*. Vng. *Ki meröm*, (item) *el viſelöm, el viſelöm, el végezöm meg gyözöm*. Ang. *To pumpe water out of a ſhippe*.] Plaut. in Stic. Næ iſte ædepol vinum poculo pauxillulo Sæpè exantlavit. ¶ Inde per metaphoram accipitur pro ſuperare, perpeti, & perfungi. Cic. lib. 1. Tuſcul. Quod quum exantlaviſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. Lucil. lib. 30: -quantasq; modò ærumnas quantosq; labores Exantlatis. ¶ Aliquando perficere. Pacuvius in Peribœa, ut Nonius citat: Non poteſt Menalippe hic ſine tua operâ exantlari clavus.

Exangelus, Cæho errante, Angelũ eſſe ſcribit Ammon. eum, qui extrinſecus quippiam nunciat Exangelum, qui quæ intùs fiunt', extimis promit', quem Dyangelum vocat Thucydides: Antangelum, qui ex ſe nunciat, non ab alio miſſus.

Exānguĭs, gue, Quod ſine ſanguine eſt, exanimatus. [ἔξαιμον, ἀναιμον. Gall. *Sans ſang, qui n'a point de ſang*. Ital. *Senza ſangue, eſangue*. Germ Ohne blut / blutloß. Bel. Bloetloß / doodlyck. Hiſp. *Coſa ſin ſangue ò muerta*. Pol. Beze krwie. Vng. *Véretlen, vérnekül valo*. Ang. *Without bloode, pale for anger*.] Cicer. 7. Verr. Ne deniq; etiam exanguium corporum mortuorum, ne mœror, &c. Idem pro Seſtio: Quem quum jacentem & conciſum pluribus vulneribus extremo ſpiritu exanguem & confectum viderent, &c. Liv. 3. bel. Pun. Propè exanguis ruina ſuperincidentium. ¶ Accipitur etiam pro pallido: quòd pallentes videantur ſanguine carere, quum ſanguis per extrema diffuſus, ſit cauſa ruboris: contrà, recedente ſanguine, rubitò palleſcimus, ut in metu videmus accidere, quum ſanguis ſe recipit ad interiôra. Ovid. 3. Triſt Aſpicis exangui chartam pallere colore. Sic etiàm Horatius cuminum dixit exangue, quòd ſemen illius epotum pallidos reddat bibentes, Epiſt. 1: -quod ſi Pallerem caſu, biberemq; exangue cuminum.

Exănĭmis, a, um, & Exanimis, exanime, & Exanimatus, ata, atum, ambo duplicẽ, eandemq; ſignificationem habent, licet Servius voluerit hæc inter ſe differre. [ἄψυχος. Gal. *Sans ame, ſans vie, mort, à demy mort, eſtonné, eſpouuanté*. Ital. *Sbigottito, ſpauentato, morto*. Ger. Todt/oder vor forcht halb todt. Bel. Doot Hiſ. *Desmaydado, medio muerto, ò del todo muerto*. Pol. *Napol'i vmarl'i*. Vng. *El hólt, holtelenen*. Ang. *Dead, half dead for feare, aſtonied*.] Nam ut exanimus, ſive exanimis, modò idem eſt quod mortuus, ut apud Livium libro 8: Vt uno ictu exanimem equo præcipitaret. Virg. 1. Aeneid. Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles. Modò idem eſt quod exterritus, & veluti animi deliquio conſternatus. Idem lib. 4: Audiit exanimis, trepidoq; exterrita curſu, Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit:

dios ruit. ¶ Sic & exanimatus, ἄψυχος, ἄλογος, non solùm pro exterrito, sive perturbato. Terent. in Andr. Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem & celatum indicat: sed etiam pro mortuo accipitur, ut apud Liv. lib. 22: Vnam ex his ipsa porta lospite filio repentè oblato, in cõspectu ejus expirasse ferunt: alteram, cui mors filii falsò nuntiata erat, mœstam sedentem ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Lucret. lib. 6:

Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses, retroq; videre.

Exănĭmālis, Quod non est animal, vel quod est sine anima. [ἄψυχος. Gall. *Sans ame, mort.* Ital. *Senza anima, non animale.* Germ. *Das kein leben hat.* Hisp *Sin anima, no animal.* Vng *Lelketlen állat.* Ang. *Dead, without life.*] Plautus in Bacch. Nãneq; Bellona mihi unquã, neq; Mars creduat, ni illum exanimalem faxo, nive exhæredem fecero vitæ suæ. Idem etiam in Ruden. posuit pro eo quod animã eripit: Ita (*inquit*) malè vivo, ita multæ in pectore sunt curæ exanimales.

Exănĭmo, mas. act. p. Perterreo, perturbo. [בהל *bihêl.* ἐκπλήσσω, ἐκφοβέω. Gal. *Oster le cœur, troubler grandement.* Ital. *Spaventare, perturbare, sbigottire.* Ger. Hefftig erschrecken/bis auff den tod erschrecken. Bel. Bervaten. Hisp. *Desmayar à otro.* Pol. *Straszie aż do śmierci, bydz śmiertelnie straszie.* Vng Elháltá ezẽm, el rettentõm, ijeszt̃om. Ang. *To make afrayde, to astonish that one can not tell what to do.*] Plautus in Aulul. Nimis malè timui, priusquam intus redii exanimatus fui. Terent. in And. Oratio hæc me miserum exanimavit metu. Quandò verò ab anima est, significat anima privo, sive necdum existente. Curtius: Multos exanimavit rigor insolitus nivis, multorum adussit pedes, plurimorumq; oculis præcipuè pernicialis fuit Gell lib. 3. cap. 15: Anus repentè filio viso, copia nimia arcq; turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudii oppressa, exanimataque est.

Exănĭmātĭo, onis, f. t. Perturbatio, metus, [בהלה *behalilh.* ἔκπληξις, ἔκφοβος. Gal. *Troublemẽt d'esprit auec grande peur et frayeur.* Ital. *Perturbatione di animo, & gran timore.* Ger. Geschwindung/ wann einer von sinnen kompt. Hisp *Aquella turbacion de espiritu con temor.* Pol. *Zawrocenie mysli.* Vng *Ijesztõ dolgokban való háborodás.* Ang. *Trouble of mynde, astonying.*] Cic. 1. Offic. Nam perturbationes, atq; exanimationes incidamus. Idem lib. 4 Tusc. Exanimatio est metus subsequens & quasi comes pavoris.

Exănĭo, nias, act. p. Est saniem, vel pus, aut aliud quemvis inutilem liquorem exprimo, [ἐκπυόω, ἐκχέω ἐκ τινος, ἢ ἐκπιέζω. Gall. *Faire sortir le sang ou la boue d'vne playe.* Ital. *Cauar fuori la marcia.* Ger. Das eyter außlassen/vom eyter seubern. Hisp. *Sacar la sangaza ò podre.* Pol. *Ropę wyciąskam, czyszczę, wyprożniam.* Vng *Kiszẽtyomom.* Ang. *To presse and thrust matter out of a wound.*] Columm. lib. ult. Vt omnem amaritudinem ejus pallore exanier. Et alibi: Patimur autem nonnunquam tota nocte, & postero die baccam velut exaniari.

Exānthēmătă, [ἐξανθήματα. Pol. *Ospice po wszystkim ciele.* Vng. *Rih, himlõ.*] A' medicis appellantur tumores, sive papulæ per totam curem efflorescentes, præcipuè in pueris, idq; beneficio naturæ corporis profunda expurgantis. Horum duo sunt genera, Sublimia, quæ cutem in manifestum attollunt tumorem, eamq; exulcerant, & pruritum excitant. Vulgus *Morbillos* appellat. Et Láta, quæ exiguum quidem faciunt tumorem, non tamen exulcerant, neq; pruritum excitant. Vulgò *Varioloe* dicuntur, quòd maculis per totum corpus sparsis, varius cutem inficiant coloribus. [Ang. *The smalle pockes.*]

Exāntlo, Vide EXANCLO.

Exāptŭs, Aptus. [מכון *nachón* ἐξηρμοσμένος. Gal. *Apte, conuenant.* Ital. *Atto.* Ger. Bast geschickt/ganz füglich. Hisp. *Idoneo y atauiado.* Pol. *Do rzeczy spossobny.* Vng. *Akalmatos, illendõ.* Ang *Apt, conuenient, meete.*] Lucr. lib. 4: Brachia nec potrò validis exapta lacertis Esse, manusq; datas utraq; à parte sinistras, Vt facere ad vitam possimus quæ foret usus.

Exārdĕo, es, Inflammor, incendor. [דלק *dalák* יקד *jakádh.* ἐκφλέγομαι. Gall *Ardre, estre enflambé.* Ital. *Ardere grandemente, essere infiammato fuor di mesura.* Germ. Hefftig brennen/entbrünnen. Bel. Zeerbranden. Hisp. *Mucho arder.* Pol. *Zgorzeiwam.* Vng. *Felgyuladok, meg égek.* Ang. *To be houte, to be one fyre.*] Transfertur ad multas res: ut si dicatur in aliquo exardere injuriam, dolorem, ambitionem. ¶ Item exardere aliquem ira, & indignatione: sive exardere in iras, ut apud Martialem, quod est veluti excandescere. Cic. 5. Tusc. Contra quorum disciplinam ingeniũ ejus exarserat. Idem 4. Verr. Exarsit iracundia ac stomacho. Idem Attic. lib. 2: Nunc verò sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiæ vereor ne exarserint. Idem pro Rab. Posthumo: Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat.

Exārdēsco, is, ere, n. t. inflammor. [דלק *dalák* יקד *jakádh.* ἐκπυροῦμαι, ἐκκαίομαι. Gal. *S'allumer & brusler.* Ital. *Farsi ardente.* Ger. Brennend werden. Hisp. *Arder mucho.* Pol. *Zapalam sie.* Vng. *Felgyuladozok meg egdegelõk.* Ang. *To be inflammed, to waxe one fyre.*] Cic. 2. de Orat. Nulla materies tã facilis est ad exardescendum, quæ nisi admoto igni, ignem concipere possit. Plin. lib. 13. cap. 25: In igne autem ut ferrum exardescentes. ¶ Transfertur etiam ad animum pro accendi, & inflammari. Cicer. 3. Verr. Homo ut hæc audivit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam viderat. Sic exarsit, *inquit*: hoc est, tanto amore inflammatus est. Idem de Amicit. Ex quo eorum exardescit sive amor sive amicitia.

Exārēfĭo, Exaresco, aridus fio, exiccor, exhaurior. [יבש *jabéfsch* חרב *charáb.* ξηραίνομαι. Gal. *Deuenir sec, tarir.* Ital. *Diuentare arido, seccarsi.* Ger. Außdorren. Hisp. *Secarse.* Pol. *Wyschnąć.* Vng. *Megszáradok.* Ang. *To be made drye.*] Nisi quòd exaresio, passionem quandam videtur importare, quam non habet exaresco: ut exarescere dicatur quod sponte sua aridum fit: exarefieri, quod vi aliqua externa redditur aridum. Sed hæ differentiæ à doctioribus ridentur magis, quàm observantur. Plin. lib 26. de fuco marino: Sed omnibus articulis morborum impositis, antequam exaresiat.

Exārēsco, n. t. aridus fio. [יבש *jabéfsch* חרב *charáb.* ξηραίνομαι. Gall. *Deuenir sec, tarir.* Ital. *Seccarsi.* Ger. Dürr werden. Bel. Dorr worden. Hisp. *Secarse.* Pol. *Schnę.* Vng. *Megszáraddogalok.* Ang. *To waxe drye, to be made drye.*] Col. lib. 4: Et Sole, ac vento penitus siccari, atq; exarescere. Cic. Papyr. Deinde ipsa illa, siqua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset: hoc est, omnino arida facta fuisset.

Exārēno, as, are, act. p. est expurgare, & veluti arenas auferre. [ἐκκαθαίρω, ἐκφαιρῶ. Gall. *Oster l'arene & le sablon.* Ital. *Ingarenare, disarenare.* Ger. Vom sand seuberen. Hisp. *Quitar la arena.* Pol. *Zarzekam, wyrzucam.* Vng. *Homoktol megtisztítom.* Ang. *To purge from sande.*] Plin. lib. 33. cap. 3: Postea exarenatur, an tanta decoctã sit sapientia: deprehendente, iterumq; exhalatur ignis.

Exārmo, as, are, act. p. Armis spolio. [ἀφοπλίζω. Gal. *Desarmer.* Ital. *Disarmare.* Ger. Wehrlos machen. Bel. Ontwapenen. Hisp. *Desarmar lo armado.* Pol. *Orężo odymam.* Vng. *Megfegyverkezem.* Ang. *To vnarme, to take armes from one.*] Sic Virgo Minerva, qua tu, ni fallor, coreas, somniavit excedere fanis, negantẽ ultra se eum tuen posse, quod exarmasset Ilienses. ¶ Exarmare feras: hoc est, dentes, ungues eripere, & vecordiis mansuetas reddere. ἡμερῶ. Vnde Exarmatę bestiæ pro ciuribus & mansuefactis accipiuntur. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis. ¶ Exarmare accusationem. Plin. lib. 3. Epist. metaphoricõs dixit, pro debilitare & infirmare.

Exăro, pen. cor. n. p. Arando eruo. [חרש *charáfsch* רשם *rafshám.* ἐξαρῶ. Gal. *Labourer, en labeur recueillir.* Ital. *Arare, cauar fuori arando.* Ger. Herfürcerren/hinaußerren. Bel. dren. Hisp *Arar, sacar a fuera arando.* Pol. *Wiorusię.* Vng. *Kiszantom.* Ang *To eare or plowghe land.*] Cic. 2. de Divin. Est' ne quisquam ita desipiens, qui credat exaratũ esse, Deum dicam an hominẽ? hoc est, aratro erutũ fuisse, vel inter arandum è sulco emersisse. Loquitur de Tage quodã, quem antiquitas fabulata est in agro Tarquiniensi aratro altiùs impacto, repentè ex sulco emersisse. Plin. lib. 17. cap. 19: Qui olivetũ sæpius miscebit, is tenuissimas radices exarabit. ¶ Est etiam exaro idem quod ex aratione percipio. Cic. 5. Verr. Quũ ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant. Ibidẽ: Nónne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararant? ¶ Per translationem significat scribo. [ἀναγράφω. Pol. *Pisse.* Vng. *Irok, megirom* Ang. *To drawe with the penne, to write.*] Qui enim stylo scribũt in codicibus, hi quasi sulcos more aratorum ducere videntur. Inest autem in hoc verbo tacita quædam festinationis & brevitatis significatio, quum scilicet paucis & obiter aliquid scribimus. Cic. Cornif. Hæc quum essem in Senatu, exaravi Idem Att. lib. 12: Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularum exaravi, egrediens e villa ante lucem. ¶ Exarare idem aliquãdo quod excindere & delere, ductũ ex more aratri ducendi de rutis urbibus. Cic. de leg. 11: Quũ multa in eo loco sepulchra finitsõt, exarata sunt: id est, excita & deleta. Paul. 4. §. 4. D. de fin. regun. Si dicantur termini dejecti vel exarati; judex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest.

Exarticulatio, est ossis secundum naturam moti ex concavitate profunda excussio, in locum minimè natura[illegible]

Exăsĭo, as, are, act. p. Dedolo, dolabra & ascia paro. [ξέω. Gal. *Esbaucher, faire le gros de quelque vesongne.* Ital. *Polire, pianare.* Ger. Behauwen/rauch werckẽ. Bel. Behouwen. Hisp *Dolar y labrar de seguron ò acuela.* Pol. *Nasiekam, wyciosuię.* Vng. *Meggyalulom.* Ang. *To cutte out grossely, to rough hew.*] Trãslatio à fabris lignariis sumpta, qui ligna priùs dolant, deinde polliunt. Plautus in Asin. Iam hoc opus est exasciatum: id est, utcunq; dolatum, nondum tamen undequaq; expolitum.

Exāspĕro, as, act. p. Exacuo, valde asperũ facio. [חמר *hemár.* ἐξαγριόω, ἐκκαλέομαι. Gal. *Faire aspre et rude, irriter et corroucer.* It. *Exasperare, inasprire, incrudelire.* Ger. Scharpff oder rauch machẽ. Bel. Scherpẽ. Hisp. *Exasperar ò enfunnar à otro.* Pol. *Ostrzę, nasiekam.* Vng. *Meg eleſitõm, megdaraboſitom;*

daraboſitom, item, *meg kefergetem*. Ang. *To mak rough, to prouok and ſtirre vp to anger.*] Sil. -ſaxoq; exaſperat enſem. Tacit Saxo exaſperatur ferrum. ¶ Exaſperare fauces, eſt aſperas & inæquales reddere. Plin. lib. 23. cap. 4: Fauces exaſperat & venena omnia hebetat. ¶ Per metaphoram pro irritare, ſive concitare ponitur. παροξύνω, ἐξαγριαίνω. Colum. lib. 9. cap. 15: Neq; enim convenit æſtu medio exaſperatas apes laceſſiri. Livius 8. bell. Pun. Ad quorum primum adventum exaſperati animo, mox ipſis placido ſermone permulcentibus notos, cum quibus congreſſi erant, leniti ſunt. Quintil Rem verbis exaſperavit.

Exătĭo, as, act. p. Satio, exaturo. [Vng. *hubíah.* κορεσθῆναι, κορεννύω, κορεσάνυμι. Gal *Raſſaſier, aſſouuir, ſaouler, contenter.* Ital. *Satiare, ſatollare, contentare.* Ger. Erſettigen/erfullen. Hiſ. *Hartar y enhaſtiar.* Pol. *Naſicam.* Vng. *Meg elégitem.* Ang. *To fill.*] Liv. li. 8. bel. Maced. Populũ Rom. ne morte quidẽ Scipionis exatiari, niſi & ipſius fama ſepulti laceretur.

Exătŭro, as, are, act. p. Saturo. [Vng. *Meg elegitõm.* Ang. *To ſatisfie and fill him ſelf with meete.*] Ovid. 5. Metam. Sed quæ viſceribus veniebar bellua ponti Exaturanda meis. Tranſlatè apud Cic. 7. Verr. Quum ejus cruciatu atq; ſupplicio paſcere oculos, animumq; exaturare vellent, poteſtas aſpiciendi nemini facta eſt. Idem 6. Tuſcul. de Sardanapalo: Hæc habui quæ edi, quæq; exaturata libido Hauſit.

Exāudĭo, dis, act. q. Audio, admitto. [עבה *hanáh* שמע *ſchamáh.* ἐξακούω. Gall. *Ouir entierement, exaucer, ottroyer.* Ital. *Eſſaudire, concedere vna dimanda.* Ger. Erhören. Bel. Verhoorẽ. Hiſ. *Bien òyr, conſentir à lo que ſe dize.* Pol. *Wiſl'uchuie.* Vng. *Meg halgatom, meg haltom.* Ang. *To heare entirly.*] Virg. 1. Aeneid.- & nulli exaudita deorum Vota, precesq; meæ. Ovid. 2. de Pon. Eleg. 9: Supplicis exaudi juvenum mitiſſime vocem. Liv. lib. 6: Equitem clarâ increpans voce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium jubet. Ter. in Hecyr. Vereor ſi clamorem ejus hic crebrò exaudiat'ne parturire intelligat.

Exāudītŭs, pen. prod. partic. Auditus. [נשמע *niſchmáh.* ἀσπασμός, ἐξακουσθείς. Gall *Exaucé.* Ital. *Eſſaudito, chi ha ottenuto.* Ger. Erhört. Hiſp. *Oydo, conſintiendo.* Pol. *Wiſl'uchany.* Vng. *Meg hagaltattatot, hallattatot.* Ang. *Heard.*] Clamores exauditi, Cic. Att. lib. 1. Vox naturæ exaudita, Idem 1. de Fin. Vox exaudita per lucos, Virg. Geor.

Exāugĕo, es, act. f. Augeo. [הרבה *birbáh.* ἐξαύξω, ἐπαύξω. Gal. *Accroiſtre, augmenter.* Ital. *Accreſcere grandemẽte.* Ger. Hefftig mehrẽ. Hiſp. *Mucho acrecentar.* Pol. *Mnoże, barzo rozmnażam.* Vng. *Meg bregbitõm.* Ang. *To increaſe, to augment.*] Plaut. Sticho: -egẽti Heræ ſubveni, benefacta majorum tuorum exauge. Ter. Heavt. Concurrunt multę opiniones quæ mihi animum exaugeant, Locus, occaſio, ætas.

Exāugŭro, as, pen. cor. act. p. [οἰωνιζόμενος βεβηλῶ, ἐξ ἱερᾶς αὐτέον ποιῶ. Gall. *Deſſacrer, deſgrader.* Ital. *Diſconſecrare.* Ger. Entweyhen/degradieren. Hiſp. *Deſconſacrar, deſagradar.* Pol. *Zurzędu żkl'adam.* Vng. *Szentſegebõl ki intõm.* Ang. *To vnhallow, to diſgrade.*] Propriè ſignificat ex ſacro profanũ facio: huic opponitur Inauguro, per auguriũ ſacrũ facio. Non ſolebãt enim veteres niſi addicente augurio, templũ dedicare, aut ſacerdotẽ cõſecrare: neq; etiã quod ſacrũ fuit, niſi addicẽtibus avibus profanare. Liv. 1. ab Vrb. Et ut libera cæteris religionib. area eſſet, tota Iovis tẽpliq; ejus quod inædificaretur, exaugurare fana ſacellaq; ſtatuit: quę aliquot ibi à Tatio rege primùm in ipſo diſcrimine adverſus Romulũ pugnæ vota cõſecrata, inauguratq; poſtea fuerãt. Et paulò pòſt: Nã quũ omniũ ſacellorũ exauguratione admitterẽt aves, in Termini fano non addixêre.

Exauguratio, verbale, f. t. Livius.

Exāuſpĭco, exauſpicas. κατοίχομαι. Plaut. Capt. Exauſpicavi ex vinculis, nunc intelligo Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuó.

Excŭtĭo, tis, penult. corr. act. t. Excuſſi, ſſum, ab ex & quatio. ſignificat propriè quatiendo ejicio, vi elicio, dejicio, profero. [נער *nahár* חבט *chabát.* ἐκτείνω. Gal. *Secouer & faire cheoir.* Ital. *Scotere.* Ger. Auß ſchwingen/auß ſchlahen. Belg Wtſlaen. Hiſ. *Sacoudir.* Pol. *Witraſam, obiiam, wibiiam.* Vn. *Ki wtöm, ki veröm.* Ang. *To ſhake of or out.*] Perſius Satyra 6: calidumque trientem Excutit è manibus. Ovidius de Nuce: Atque utinam ſubitæ raperent mea poma procellæ: Aut poſſem fructus excutere ipſa meos. Cicer. 2. de Natura deorum: Hoc qui exiſtimat fieri potuiſſe, non intelligo cur non idem putet: ſi innumerabiles unius & viginti formæ literarum vel aureæ, vel qualeſlibet aliquò conjiciantur, poſſe ex his in terram excuſſis, Annales Enniì, ut deinceps legi poſſint, effici. Plinius libro 6. cap. 140: Quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. ¶ Excutere oculos, apud Plautum, pro eruere. Et: Excutere clavum lapide, apud eundem, pro expellere. Idem in Aulul. Quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta foror: lapides loqueris: id eſt, concutiunt, feriunt, quatiunt, commovent. Idem dixit: Navem malleo excuſſam: id eſt, percuſſam. Terentius in Heavt. Lacrymas excuſſit miſer: id eſt, elicuit, fecitque ut ſubitæ excíderent. Cicero pro Syl. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari: id eſt, ejectos, evulſos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mentem, pro adimere. Excutere jugum, pro nolle obedire. Plin. Excuſſo Circenſibus auriga: hoc eſt, de curru dejecto, & in terram proſtrato. Virgilius 7. Aeneid. Quinetiam patria excuſſos infeſta per undas Auſa ſequi. Vbi excuſſos dixit, pro expulſis. ¶ Excutere aliquem, pro ſpoliare, & in alicujus facultates inquirere. Cicero de Aruſp. Non ignovit, mihi crede, non: niſi fortè ignotum putas, quòd te Iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum: id eſt, ſpoliatum pecuniis, quibus eos corrupiſti: & (ut vulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Paulus Iureconſul. Non priùs pupillus ad magiſtratus reverti poteſt, quàm omnes tutores excuſſi fuerint: id eſt, quàm actione tutelæ expertus ſit an ab eis ſuum jus ſervare poſſit. Plinius in Epiſtol. Tuſci grandine excuſſi, in regione Tranſpadana ſumma abundantia, ſed par utilitas nuntiatur. ¶ Aliquando ineſt in hoc verbo diligens quædam inquiſitio, & ſcrutatio. Suetonius in Claud. Neque ægrum quenquam viſitavit, niſi explorato priùs cubiculo, eulcitriſque & ſtragulis prætentatis & excuſſis: id eſt, diligenter contrectatis & diventilatis, ut ſi in eis gladius tegeretur, excideret. Plautus in Aulular. Quid abſtulifti hinc? ST. Dii me perdant, ſi ego quicquam abſtuli, Nive adeò abſtuliſſe vellem. EV. Agedum, excutedum palliũ. Quintilianus libro 7. cap. 2: Excuſſérũt illi patrem, & aurum in ſinu ejus invenerunt. Cicero pro Roſcio Amer. Nihil eſt Glaucia quod metuas: non excutio te: id eſt, non inquiro ea diligentia qua poſſem. Vlpian. l. Si mandavero. ff. Mandati. Si tibi mandavero ut vires excuteres hæreditatis: id eſt, diligentrùs æſtimares, exactiùs expenderes. Cicero 2. Offic. Explica atque excute intelligentiam tuam: id eſt, ingenium tuum, ſenſusque omnes ad intelligentiam collige, & excita. ¶ Excutere debitorem, frequens eſt apud Iuriſconſultos, pro eo quod eſt auctionem bonorum ejus facere, & experiri an ſit ſolvendo. Vnde jure noviſſimo ſancitum eſt, ne fidejuſſori moleſti ſimus, niſi priùs excuſſo debitore.

Excūſsĭo, f. t. Diligens inquiſitio eſt, ac detentio rerum bonorumque principalis debitoris per judicem uſque ad peram (ut vocant) & ſacculùm: id eſt, noviſſimum quadrantem effecta. [Vngar. *Szorgalmatos veſgálás.* Ang. *A diligent ſearching or trying.*]

Excūſsŭs, participium. [נשוי *nahúr* בחבט *nechebát.* ἐκπεπαγμένος, ἀναρριπτισθείς. Gal. *Secoué, chaßé hors.* Ital. *Spinto, cacciato fuori.* German. Außgeſchlagen Hiſpan. *Saccudido, ecchado fuera.* Polon. *Wibity, zapomniony.* Vng. *Ki wettetöt, ki verettetöt.* Ang. *Shaken of or out.*] ut, Excuſſus, pectore noſtro is dicitur cujus obliti ſumus. Virgil. 5. Aeneid. piget incœpti lucisque, ſuosque Mutatæ agnoſcunt, excuſſaque pectore Iuno eſt.

Excūſsē, adverbium. [ἐκπεπαγμένως. Gal. *Auec force & violence.* Ital. *Con forza.* Germ. Mit erſchüttung/mit einem ſtarcken ſchwang. Hiſpan *Con fuerca.* Polon. *Zwielkim zatrzeſieniem.* Vngar. *Erőſzakkol, erőſſen.* Ang. *With force.*] Seneca de Benef. libro 2. cap. 17: Si cum tyrone & indocto non tàm rigidè, nec tàm excuſsè, ſed languidiùs, & in ipſam ejus dirigentes manum remiſsè occurremus.

Excūſsōrĭŭs, a, um, Quod ad excutiendum pertinet: [ἐκτικός. Gal. *Dequoy on ſecouë & fait cheoir.* Ital. *Inſtrumento daſcuotere, ſcotitoio.* German. Das zu dẽ außſchwingen oder außſchlahen gehört. Hiſ *Coſa para ſacudir.* Polon. *Rzecz ſitora do witraſania przinależy, ten ktori zmiata, wirzuca.* Vngaricè, *Ki wtéſre valo, ki verésbőz valo.* Ang. *That wherewith any thing is ſhaken out.*] ut, Excuſſorium cribrum, quod excutit, & tranſmittit farinam ignobiliorem, ex qua fit panis ſecundarius. Pollinarium verò tenuius eſt flori farinæ accommodum: nam farinam, in pollinem, & ſecundarium, & furfures partitur. Plin. libro 18. cap. 11: Cribrorum genera Galli ex ſetis equorum invenére: Hiſpani è lino excuſſoria & pollinaria: Aegyptus è papyro atque junco.

Exdĕcĭmo, as, act. p. ἐκδεκατόω, decimum quenque eligo, interprete Feſto: à verbo Decimo, quod eſt decimam partem detraho.

Exdíſpoſito, ἐκπαρασκευάζω, dicimus: hoc eſt, de induſtria, & quemadmodum à nobis conſtitutum eſt.

Exdōrsŭo, as, act. p. Dorſum confringo, exoſſo, verba Plautina. [ἀπονωτίζω. Gall. *Rompre le dos, eſpauler.* Ital. *Rompere il doſſo, ſpallare.* German. Den Rucken brechen oder öffnen. Hiſ. *Quebrar el eſpinazo, ò hueſſo.* Pol. *Grzbietl' amie, otwieram.* Vng. *Hátát le tőröm, derekái le ſzegöm.* Ang *To breake the bakke.*] Plautus in Aulul. Tu Machærio, congrum, murænam exdorſua quantũ potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum ex. Alioquin enim non ex, ſed e, componitur cum d, ut Educo.

Exĕco, cas, pen. corr. act. p. Ab ex & ſeco, Seco, reſeco. [ברת *caráth* חתב *chatáb* גזר *gazár.* ἀποτέμνω Gal. *Couper, fendre, enciſer, rongner.* Ital. *Tagliar via.* Ger. Außſchneiden/außhauwen. Belg. Wtſnyden. Hiſp. *Cortar.* Pol. *Wirzezuie, wiſiekam.* Vng. *Ki vágom.* Ang. *To cutt of.*] Colum. libro 3: Arborem quam inſerere voles, diligenter execato ea parte quæ maximè nitida, & ſine cicatrice eſt: dabisque operam ne librum lædas. Sic execare linguam, idem eſt quod excindere. Cicero pro Cluent. Nam Stratonem quidem Iudices, in crucem actum eſſe execta ſcitote lingua. Execare teſtes, eſt virilia amputare. Vnde execti dicuntur quibus detracti ſunt teſtes Cicero 2. de Natura deorum: Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit, ſcilicet exectũ Cælum à filio Saturno. ¶ Execti etiam dicuntur quos veteres cæſares, aut cæſones vocaverunt, qui ſcilicet ex matris mortuæ ſecto utero ſunt extracti. Paulus in l. Anniculus. ff de Verborum & rerum ſignif.

Exĕctĭo, verbale, f. t. [גזר *gezér.* ἀποτομή, ἐκτόμησις. Gal. *Coupure, coupement.* Ital *Eſſo tagliare, taglio.* Ger. Außſchneidung. Hiſp. *Cortadura.* Pol. *Wiſiecienie, wirznienie.* Vn. *Ki vágás* Ang. *A cutting of.*] Cicero pro Cluent. Quum exectio illa fundi in armario animadverteretur, &c.

Exĕcrŏr, aris, deponens, p. ſignificat deteſtor, imprecor, malè precor. [אלה *alah* אר *ar.* προσεύχομαι, κατεύχομαι, ἐπεύχομαι τὰς παλαμναστόπους ἀράς. Gal. *Maudire, execrer, auoir en horreur.* Italicè, *Maledire, beſtemiare, augurare male.* Ger. Verfluchen Bel.

Verbannen. Hiſpan. *Allommar y maldezir*. Pol. *Wirzekam ſie, ſl'orzeczenie, ſie przeklinam*. Vng. *Atkozom, vtálom*. Ang. *To curſe, to mak an execrable othe*.] Virg. 3. Aeneid. Et terram altricem ſævi execramur Vlyſſis. Cicero 3. Offic. Itaque accepimus Socratem execrari ſolitum eos, qui primùm hæc natura cohærentia diſtraxiſſent.

Exĕcrātĭo, f. t. Imprecatio, malæ preces. [אלה *alâh* מארה *meerâh*. κατάρα, βδέλυγμα. Gall. *Maudiſſon, execration, ferment & iurement execrable*. Ita. *Maledittione, ſacramento execrabile*. German. Verfluchung/fluch. Hiſp. *Aquella maldicion*. Pol. *Zl'orzeczenie, wirzekanie, przeklinanie*. Vng. *Atkozás, vtáldás*. Angl. *A curſing, an execrable othe*.] Saluſtius in Catil. Fuêre ea tempeſtate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum ad jusjurandum populares ſceleris ſui addiceret, humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circuntuliſſe: inde quum poſt execrationem omnes deguſtaviſſent (ſicut in ſolennibus ſacris fieri cõſuevit) aperuiſſe conſilium ſuum, atque eò dictam rem feciſſe, quò inter ſe magis fidi forent alius alii. Vbi ſignificat Saluſtius: Catilinam cum ſuis dira quædam verba & imprecatoria protuliſſe, quibus caput ſuum devoverent: hoc eſt (ut vulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem feciſſe, cui eſſet, obnoxius, ſiquis in ea conjuratione fidem falleret, proditorque eſſet.

Exĕcrābĭlis, & Execrandus, Deteſtandus, deteſtabilis. [אלה *neeláh*. κατάρατος, βδελυκτός. Gal. *Horrible, execrable, deteſtable*. Ita. *Horribile, eſſecrabile, deteſtabile*. German. Verflucht/grewlich. Hiſpan. *Coſa abominable y de maldicion*. Polon. *Sprokſai, przeklety*. Vngar. *Atkozot vtálatos*. Angl. *Execrable*.] Cicero ſecunda Philip. Deinde quum Pompeii ſector eſſes, non te execrãdum pop. Romano non deteſtabilem, nõ omnes tibi deos, omnes homines tibi inimicos eſſe & futuros ſciebas? Livius 6. bell. Pun. Vetus atque uſitata res eſt in oppugnanda hoſtium urbe, labores & pericula pati: illud iræ atque odii execrabilis indicium eſt.

Exĕcrābĭlĭtās, [Vng. *Atkozotſág, vtalatoſſag*.] Apuleius lib. de Philoſophia: Quapropter peſſimo deterrimoque non ea tantùm vitia quæ ſecundum naturam ſunt, pariunt execrabilitatem, ut eſt invidia.

Exĕcrātŭs, participium, aut nomen ex participio. [אלה *neeléh*. βδελυχθείς. Gal. *Maudit & execré*. Ital. *Maledetto*. German. Verflucht. Hiſp. *Coſa maldicha*. Pol. *Przeklety*. Vng. *Atkoſztatot*. Ang. *Curſed*.] Horatius Epod. 16: Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorum Velut profugit execrata civitas. Plinius lib. 28. cap. 2: Et ſunt condita auguria, quid loquenti, cogitantive id acciderit, inter execratiſſima.

Exĕdo, penultima correpta, exedis, vel exes, act. t. Conſumo, conficio, corrodo. [אכל *achál*. κατέδω, κατεσθίω. Gal. *Manger tout, ronger, conſumer*. Ital. *Mangiare, rodere, conſumare*. German. Außeſſen/zernagen Belg Opeten. Hiſp. *Gaſtar comiendo*. Polon. *Wiiadám*. Vng. *Kirágom, kieſzem*. Ang. *To eat vp, to waſt*.] Plinius lib. 26: Naſcuntur quoque in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Cic. 2. Tuſcul. Aegritudo lacerat, exeſt animam, planeque conficit. Idem 1. de Finib. Animi autẽ morbi ſunt cupiditates immenſæ & immanes divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinoſarum etiam voluptatum: accedunt ægritudines, moleſtiæ, mœrores qui animos exedunt, conficiuntque curis. Lucret. lib. 3: Sed Tityus nobis hic eſt, in amore jacentem Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor. ¶ Aliquando exedere accipitur pro peredere, & totum abſumere. ἐκφαγεῖν. Terentius in Phorm. Tu tibi hoc intriviſti, tibi omne eſt exedendum.

Exēsŭs, participium. [אכל *neechál*. βεβρωκώς, βρεμήσας. Gall. *Mangé, rongé*. Ital. *Mangiato, roſo*. German. Außgeſſen / verzehrt. Hiſ. *Gaſtado comiendo*. Pol. *Wiiedzony*. Vngar. *Kirágattatot, kiétettetõt*. Ang. *Eaten vp*.] Cicero 5. Tuſcul. Apparebat epigramma, exeſis poſterioribus partibus verſiculorum dimidiatis ferè. Idem in Topic. Si ædes exeſæ corruerunt, vitiúmve fecerunt, quarum uſus fructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet.

Exēsŏr, ſoris, m. t. [אכל *ochél*. φάγος, κατεσθίων. Gal. *Mangeur, rongeur*. Italicè, *Mangiatore, roditore*. Germanicè, Zerfreſſer. Hiſpan. *Comilion, gaſtador comiendo*. Polonicè, *Tenktori wiliſuie, wiiadacz*. Vngar. *Kirágo, kievõ*. Angl. *A great eater*.] Lucret. libro 4: æſtus ab undis Aequoris exeſor murorum littora circum.

Exĕdră, [ἐξέδρα. Ger. Ein ort voll Geſtüen / da man gewohntich ein Geſpräch hattet / ein Capitelhauß.] Apud veteres locus erat in porticibus patens, & Soli pervius, plurimas habens ſedes in quib. Philoſophi, Rhetores & reliqui, qui ſtudiis delectabant, ſolebant diſputare. Vitruvius libro 5: Conſtituantur autem in tribus porticibus exedræ ſpatioſæ. Budæus in Annot. in Pand. oſtendit exedras hodie non ineptè dici poſſe loca illa in monachorum, aut canonicorum periſtylis, quæ illi barbarè *Capitula* vocant. Dicta eſt autem exedra à ſedium frequentia, & ſedendi commoditate, quòd hujuſmodi loca circunquaq; ſuas habebant ſedes. Cicer. lib. 3. de Orat. tunc dedita opera quieſcentibus aliis, quum in eam jam exedram veniſſem, in qua Craſſus poſito lectulo requieviſſet. Vide Alex. ab Alex. Genial. dies. lib. 5. cap. 11.

Exĕgēmătĭcŭs character, ἐξηγηματικὸς χαρακτὴρ, Latinè narrativus vel expoſitivus dici poteſt, quum ſcilicet narrationis ſeries nullius perſonæ interpellatione interrumpitur. Cujuſmodi eſt apud Virgil. in tribus primis libris Georgicôn & in duabus Eclogis, quarum initia ſunt: Sicelides Muſæ, paulò majora canamus: &, Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu. Dictus ἐξηγηματικὸς, ἀπὸ τῦ ἐξηγεῖσθαι, quod inter cætera ſignificat narrare, ſive exponere.

Exĕgētĭcŏn, ἐξηγητικὸν, expoſitivum vel narrativum.

Exĕmplum, n. ſ. [משל *maſchâl*. παράδειγμα, ὑπόδειγμα. Gal. *Exemple, patron, monſtre & eſchantillon*. Ital. *Eſſempio, monſtra di qualche ſaggio ò mercantia*, German. Ein Exempel oder Beyſpiel. Hiſ. *Exemplo que ſe toma de otra coſa* Pol. *Przikl'ad*. Vngar. *Példa*. Angl. *An exemple, paterne*.] ut Valla docet libro 6.) Eſt virtus vel vitium, vel aliud quidvis quod in alio nobis imitandum, vel vitandum proponitur. Ille autem in quo ſunt hujuſmodi virtutes, vel vitia, dicitur exemplar. Cicer. 7. Verr. Vetus eſt quod dicam, & propter ſeveritatem exempli nemini fortaſſe veſtrûm inauditum. Idem pro Flacco: In hoc ego, nequòd pernicioſum exemplũ prodatur pertimeſcam? Cicero pro Cecinna: Falcula exemplar antiquę religionis. In Saluſtium: Ejus enim partis exemplar erat Saluſtius. Nonnunquã tamen confunduntur. Ovidius ad Liviam: Occidit exemplum juvenis venerabile morum. Quo in loco Druſum ipſum vocat exemplum morum. Terentius in Adelphis: Exemplum omnibus curarem ut eſſes. Sic etiam Cicero pro Muræna, pro eodem dixit exemplum & exemplar. Nam quum antea dixiſſet: Domeſticum te exemplum habere dixi ad imitandum: ſubdit paulò pòſt: Ad imitandum verò tàm mihi propoſitum eſt exemplar illud, quàm tibi. Feſtus ita diſtinxit exemplar ab exemplo, ut exemplum ſit illud quod nobis proponimus ut ſequamur aut vitemus, παράδειγμα: Exemplar, ex quo ſimile faciamus ἀφομοίωμα. Plinius libro 35: Sunt qui Venerem Anadiomenem illo pictam exemplari putant. Sed ſæpè confunduntur, ut Exemplum ſit ex quo ſimile faciamus. Quintilianus libro 10: Sic literarum ductus, ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur: ſic Muſici vocem dicentium, pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturam in exemplũ intuentur. ¶ Ponitur etiam aliquando exemplum pro deſcriptione, quam barbari *Copiam* vocant. Saluſtius in Catil. Literas quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earum infrà ſcriptum eſt. Cicer. Appio: Ex literis, quarum ad me exemplum miſiſti. Ovidius de Triſtibus: Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe teor. ¶ Quandoque pro gravi pœna, quæ poteſt cæteris documento eſſe. Terentius in Evnuch. Quę futura eſſe debent exempla in eum indigna. Idem: Vteique in te exempla edent. Vbi Donatus, nova ac mira tormenta quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta ſint cæteris ne delinquant, exempla dicuntur. Cicero ad Quint. Fratrem lib. 1: Simile in ſuperiore parte provinciæ edere exemplum ſeveritatis tuæ voluiſſe. Cæſar bell. Gall. libro 1: Obſides nobiliſſimi cujuſque liberos poſcere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, ſiqua res non ad nutum aut voluntatem ejus facta ſit. ¶ Rurſus dicitur illud quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ cauſa. Vnde pars probationis vocatur ab exemplis: & in elocutione, exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici non poteſt. Quintilianus libro 10. cap. 2: Iis quæ in exemplum aſſumimus ſubeſt natura & vera vis. ¶ Similiter exemplum dicimus ſpecimen alicujus rei, quam venalem habemus: ut quum ex acervo frumenti aliquantulum in vaſculo aliquo afferimus, ex quo reliquum emptor poſſit æſtimare. δεῖγμα, δεῖξις. Autor ad Herennium libro 1: Siquis purpuram, aut aliud quippiam vendens dicat: Sume à me: Sed hujus exemplum aliundè rogabo, tibi quod oſtendam, aut ſi acervos dicant ſe tritici habere, & eorum exemplum pugno non habent quod oſtendant. ¶ Exempli cauſa, & exempli gratia. Cicer. in Officiis: Exempli cauſa ponatur aliquid quod pateat latiùs. Idem: Exempli cauſa paucos nominavi. Plin. lib. 2. cap. 17: Multa promi amplius circa hæc poſſunt, ſecreta naturę legesque quibus ipſa ſerviat: exẽpli gratia, In Martis ſydere, cujus, &c. ¶ Exemplũ continentię, diſciplinæ, innocentiæ, apud Terentium & Ciceronẽ: Singularis exempli mulier, Rariſſimi uxor exẽpli, Singularis exẽpli juvenis, &c. ¶ Exemplum, id quod aliquando fuit. Tacitus: Omnia, quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuêre: inveteraſcet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Plin. lib. 28. ca. 9: Sunt inter exempla, qui aſininũ lac bibendo liberati ſunt podagra, chiragráve: id eſt, ſcriptum legimus aliquos fuiſſe. ¶ Exemplar, pro eo quod ex aliquo

ſcripto tranſcribitur. [משתבן *niſchtebán.* ἀντιγραφή. Gall. *Le double ou copie de quelque choſe* Ital. *Copia.* Germanicè, Ein Abgeſchrifft oder Copey. Hiſpanicè, *La copia y lo que ſe ſaca del original.*] Plinius Epiſt. 291: Exemplar teſtamenti, quanquam mendoſum, miſi tibi. Aſinius Pollio Ciceroni: Ex literis quas Pańſæ miſi, cognoſces omnia: nam tibi earum exemplar miſi.

Exēmplārĕ, hujus exemplaris, pro exemplar. [Vng. *Eredet példa.*] Lucr. lib. 2: Duntaxat rerum magnarum parva poteſt res Exemplare dare, & veſtigia notitiai.

Exēmplārĭum, rii, pro exemplo reperitur. Valla libro 6. [Vngar. *Pelda.*]

Exēmptŭs, Exemptĭlis, Vide EXIMO.

Exēntĕro, ras, penult. corrept. Interiora aufero: quod propriè de piſcibus dicitur quum apparantur. [ἐξεντερίζω. Gall. *Oſter le dedans, comme les entrailles d'vne beſte, euentrer.* Ital. *Suentrare, tor via l'interiora.* Germ. Das Eyngeweyd außnemmen / entweyden. Belg. *Dat ingewandt wtnemen.* Hiſp. *Sacar las tripas.* Polon. *Wiwnetrzam, pitwam.* Vng. *Bélit ki vetőm.* Ang. *To tak out the guttes of a beaſt, to bowell.*] ¶ Sic per trāslationem dixit Plaut. in Epid. acutum cultrum habeo, Qui ſeni exenterem marſupium. ¶ Exenteror, pro angor, & crucior. Plautus Epid. Expectando exedor miſer, atque exenteror.

Exĕo, exis, Extrà eo, egredior, prodeo, progredior, pedem effero. [יצא *jatsá.* ἐξέρχομαι, ἐξίημι. Gal. *Sortir hors, iſſir.* Ital. *Vſcire fuori.* Germ. Hinauß gehen / außgehen. Belg. Wtgaen. Hiſp. *Salir afuera.* Pol. *Wichodze.* Vn. *Ki megyők.* Angl. *To go forth or abroade.*] Terent. Adelph. Fieri potis eſt ut nequa exeat. Idem in Eynuch. Exi foras ſceleſte. Et conſtruitur tàm cum accuſativo, quàm cum ablativo: ut Exeo domum, & Exeo domo. ¶ Per translationem eſt liberari. Cicero: Vt tandem ex tot ærumnis atque miſeriis exeamus. ¶ Idem vitare. Virgilius 5. Aen. Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit. ¶ Item erumpere, ut apud Virgil. 2. Aeneid. Non ſic aggeribus ruptis quũ ſpumeus amnis Exit. ἐξάγνυμι. ¶ Dicitur etiam Exit in laudem, exit in vituperationem, exit in acta, exit in fabellas, & ſimilia: id eſt, fit, vel efficitur. Plinius libro 7: Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturæ duram & inflexibilem. ¶ Exire in tertium diem, Plinius Iunior dixit, pro differri: Hujus (*inquit*) actionem veſpera incluſit: non tamen ſic, ut abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. ¶ Exire de poteſtate, ſignificat mentis impotem fieri. ἐξεστηκέναι. Cicer. lib. 4. Tuſcul. Itaque iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate: id eſt, de conſilio, de ratione, de mente. ¶ Exire in altitudinem dicitur arbor. Plin. libro 13: capite 4: Religant comas, ut in altitudinem exeant. Virgil. 2. Georg. Exiit ad cœlum ramis fœlicibus arbos. ¶ Exiit dies, pro præterijt: Liv. lib. 5: Induciæ inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant. ¶ Exeunt libri. Cic. ad Att. lib. 13: Libri quidem ita exierunt (niſi fortè me cõmunis φιλαυτία decipit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quiddam. Id eſt, editi ſunt, & in lucem emiſſi. ¶ Exire, è vita, pro mori. Cic. 1. de Finib. Aequo animo è vita, quum ea non placeat, tanquam è theatro exeamus. ¶ Exire in eaſdem literas: id eſt, terminari. Quint. lib. 1. cap. 5: Quia hoc noſtris nominibus accidebat, quorum prima poſitio in eaſdem quas Caſtor, literas exit. ¶ Sors exit. Cic. Attic. lib. 1: Quum de Conſularibus mea prima ſors exiſſet, una voce Senatus frequens retinendum me in Vrbe cenſuit. ¶ Exire de Patritiis, eſt ex Patritio plebeium fieri: cujus exemplum habes apud Ciceronem in Oratione pro domo ſua.

Exĭens, exeuntis, participium. [יצא *jotsé.* ἐξερχόμενος. Vng. *Ki menueh, (vagy) ki menő.*] Cic. 1. de Divin. Quinto autem anno exeunte, quum eſſet ex illo ſomnio, &c.

Exĭtŭs, aliud participium apuſ antiquos: unde apud Feſtum: Ad exitam ætatem, ad ultimam ętatem. [Vngar. *Ki menetelt őt.*]

Exĭtŭs, us, ui, m. q. Egreſſio, eventus, caſus. [מוצא *motsá.* ἔξοδος, ἔκβασις. Gal. *Iſſue, ſortie, la fin.* Ital. *Vſcita, ſucceſſo, riuſcimento, fine.* Germ. Außgang. Hiſpan. *El fin ò ſalida de lo incierto.* Polon. *Wichod.* Vng. *Ki menetel, veg.* Angl. *A going forth, an iſſue or end.*] Cicero Sulpit. libro 4: Neque ſolùm ea perſpicis quæ geruntur, quæque jam geſta ſunt: ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Idem Tuſcul. 1: Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat, ſic exitum mors. Idem pro lege Manil. Hujus autem orationis difficilius eſt exitum, quàm principium invenire. ¶ Fœlix exitus. Cicer. Cæljo libro 2: Hæc æſtas habuit hunc exitum ſatis fœlicem: ea quæ ſequitur magno eſt in timore. ¶ Incertus exitus, & anceps fortuna belli, Cicero pro Marcello. Horatius 4. Carm. ode 14: Fortuna luſtro proſpera tertio Belli ſecundos reddidit exitus.

Exĭtĭum, tii, n. ſ. Calamitas pernicies, clades, mors: ab exeũdo, ut Feſtus innuit. [אידה *edh* שבר *ſchebér.* ὄλεθρος. Gal. *Malencontre, piteuſe & mauuaiſe fin & iſſue de quelque choſe.* Ital. *Calamità, rouina, morte.* Germanicè, Verderbnuß. Hiſpan. *Deſaſtre, aduerſidad, tormento ò muerte.* Polon. *Skaza, zguba.* Vngar. *Veſzedelőm.* Anglicè, *Vtter decay, ruine.*] Antiqui enim (*inquit*) exitium pro exitu ponebant: nunc exitium, peſſimum exitium dicimus. Terentius Phorm. Quod ego nunc ſubitò huic exitio remedium inveniam miſer? Columella libro 1: Sic emunita ſola, & latera horreorum prohibent curculionem: quod genus exitii quum incidit, multi opinantur arceri poſſe, ſi exeſæ fruges in horreo ventilentur & quaſi refrigerentur. Cic. 1. in Cătil. Qui de noſtro omnium interitu, qui de hujus urbis, atque adeò orbis terrarum exitio cogitent.

Exĭtĭālĕ, lis, Mortiferum, calamitoſum, damnoſum. [θανάσιμον. Gall. *Mortel, pernicieux, qui tue & fait mourir.* Ital. *Mortifero, dannoſo, calamitoſo.* German. Verderblich / tödtlich. Hiſp. *Coſa aſſi deſaſtrada.* Pol. Szkodliwie. Vng. *Halálos, veſzedelmes.* Ang. *That cauſeth death or deſtruction, deadlie.*] Plin. li. 8: Ille contra urinam ſpargit prudens: hanc quoque leoni exitialem. Virgil. lib. 6. Aeneid. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ, His merſêre malis. Idem 2. Aeneid. Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ.

Exĭtĭābĭlĭs, le, Exitialis, [ὀλέθριος, ἐξώλης. Vngar. *Halálos veſzedelmes.* Ang. *That cauſeth death or deſtruction.*] Livius 7. bell. Punic. Exitiabilis prodigiorum eventus venit. Plautus Epid. Si inveniam, exitiabilem ego illi faciam ut hunc ſciat diem. Ovid. lib. 6. Metamorph. Dumque manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exĕquŏr, penult. corr. d. t. Perficio. [עשה *pahál* עשה *haſdh.* ἐπιτελέω, ἀπεργάζομαι, διεξέρχομαι, ἀφιικνέομαι. Gal. *Executer, mettre en execution, paracheuer.* Ital. *Eſſequire, finire, compire, mandare ad eſſecutione.* German. Vollſtrecken / außrichten / vollführen. Hiſpan. *Acabar, poner en execution.* Polon. *Wiprawuie konczę.* Vngaricè, *El iárok benne, meg mtw uelőm, végbez viſzőm.* An. *To execute, to put to execution, to end.*] Plautus in Truc. Nullam rem oportet aggredi doloſè, niſi aſtutè, accurateque exequare. Apuleius: Neque in tenebris, ſed in propatulo juſſa domini exequebar. ¶ Accipitur etiam nonnunquam pro perſequi: unde Exequor injurias, idem eſt quod perſequor, vel ulciſcor. Plinius libro 3, Epiſtol. Veniebat in mentem, priores noſtros eſſe ſingulorum hoſpitum injurias accuſationibus variis executos. Sic exequi verbis, idem eſt quod exprimere. διεξελθεῖν. Cicer. Varr. Habeo multò occultiora quæ vix verbis exequi poſſum.

Exĕquēns, nomen ex participio. [διεξερχόμενος. Vn. *Veghez vőnő, meg mtw uelő.*] Gell. lib. 10. cap. 12: Philoſophus memorarum veterum exequentiſſimus.

Exĕcūtĭo: id eſt, actio judicati, quam tertius, quod mitari poſſis, impedire poteſt, ratione intereſſe quod præſendit. Et dicitur vulgò iſte caſus Contradictionis, qui & cauſa emergens appellatur, ut Zaſius indicavit. Executio ſententiæ, nunc officio Iudicis, nunc actione in factum fieri dicitur. leg. intra de Re Iudic. Vbi Bart. quandoque & utili actione. l. fin. eod.

Exĕcūtĭo, onis, f. t. perfectio, confectio. [עשיה *pohél* עשה *hoſeh.* ἀπεργασία, τελείωσις. Gal. *Execution, pourſuite et achenement de quelque entrepriſe.* Ital. *Eſſecutione.* Germ. Vollſtreckung / außrichtung. Hiſp. *Aquella obra de executar, de execution.* Pol. *Odprawienie, executia, wikonanie.* Vn. *Meg mtw uelés, végbez vitel.* An. *Execution, an achieuing of any thing.*] Tacit. libro 3: Executionem ejus negotii lubens ſuſcepit.

Exĕcūtŏr, oris, m. t. [ἀπεργαστικὸς, διανυτικὸς. Gal. *Executeur, paracheueur.* Ital. *Eſſecutore.* German. Ein vollſtrecker / der einem ding nachgehet / vnd ſicht daß es geſchehe. Hiſp. *El executor.* Pol. *Dozorca abi rzecz bel'a odprawiona, wikonawacz.* Vngar. *Meg mtw uelő, végbez viuő.* An. *An executour.*] Sueton. in Veſp. Inimicitiarum & offenſarum minimè memor, executórve. ¶ Executor item dicitur qui poſt ſententiam prolatam rei judicatæ vigorẽ ad effectum perducit. L. penult. C. de execut. L. 3. D. de negot. geſt. &c. ¶ Executores negotiorum in jure dicuntur viatores, qui quæ ad judicium conſtituendum, exercendum & exequendum pertinebant, agere ſolebant. L. ult. D. de teſtibus & multis aliis in locis qui recenſentur in Commentario de verbis Iuris Romani.

Exĕquĭæ, rum, Funebre officium, quod ſcilicet in funere exequimur: ab eo dictæ quòd homines pompam pòſt ſequuntur. [קבורה *kéburáh.* ἐναγισμοὶ τάφοι. Gal. *Funerailles.* Ital. *Eſſequie, pompe funerali.* German. Geelgrät / volge der Leych / beſtattũg / Begängnuß. Belg. *Lyck eeringhe.* Hiſpan. *Exequias, honras de los muertos.* Pol. *Pogrzeb, prowadzenie do grobu.* Vng. *Halot temetésének tiſztesſége.* Angl *Funerailles at burialles, offices done to the dead, dirge.*] Cicero 2. de Legib. Sepultura, ac juſtis exequiarum caruerunt. Terentius in Phorm. Exequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, jam tempus eſt. Carere exequiis. Ovidius ad Liv. Exequiis caruit Livia penè ſuis. Exequias celebrare, apud Livium,

Livium, 2. ab Vrbe. Cohonestare exequias. Cicero pro Quintio: Si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. Ducere exequias. Plin. lib. 8. cap. 42. Prosequi exequias funeris, Cicero pro Cluentio.

Ex-ĕquĭālĭs, adjectivum: [*σὐνηφρι⊙.* Gall. *Des appartenances de funerailles.* Ital. *Funerale, di mortorio.* Germ. Das zu der Leych volge gehört. Hispan. *Cosa de exequias.* Vng. *Halot temetésse tiszteſségehez valo.* Angl. *Tha perteineth to funeralles.*] ut Carmen exequiale. Ovid. 14. Metamorph. Carmina jam moriēs canit exequialia cygnus.

Ex-ĕquĭŏr, quod est exequias facio. [*σὐναγέζω.* Gall. *Faire funerailles.* Ital. *Far essequie.* German. Geleyt̃ oder Leychvolge halten / bestatten. Hispan. *Zer exequiàs ò comer en aquellas.* Polon. Do grobu prowadze. Vngar. *Halot temetésének tiszteſségét meg adom.* Angl. *To mak funeralles.*] Varr. Ipsum propter jus libertí semiatrati exequiantur: hæc etiam parentalia & justa dicebantur.

Ex-ercĕo, ces, exercui, exercitum, act. s. ab ex & arceo, quasi extrà arceo, premo, fatigo. [עָלַץ *yighgháh* יְגוֹן *hoghiah* הָרַל *hirghil* זוּל *limmádh*, *κοπιαζάω.* Gal. *Exercer, tourmenter, trauailler.* Ital. *Essercitare, tormentare, trauagliare.* Germ. Vben / trey ben / mũd machen. Belg. Oeffenen. Hisp. *Exercitar ò fatigar.* Polon. Cżwicze. Vngar. *Gyakorlom.* Ang. *To exercise, or do a thing often.*] Terentius in Adelph. Isanè ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. ¶ Quandoque est in opus cogere: quod vulgò dicitur *facere, laborare.* [*ἀσκεῖν.* German. Etwas thun / arbeiten. Polon. Robicʒ, pracowacʒ. Vngar. *Munkáual gyakorlom.*] Virg. lib. 3. Georg. Exercete viri tauros. ¶ Quandoque tractare. *ἐπιτηδεύειν.* Colum. libro 4: Qui urbanas & delicatas artes exercuerit. ¶ Quandoque habere. Salustius in Procœmio Iugurthæ: Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebat. ¶ Quandoque lucrari. Terent. in Heavt. Ancillas, servos, nisi eos qui opere rustico Faciundo facilè sumptum exercent suum. Omnes produxi, ac vendidi. ¶ Quandoque probè terram colere. *ἐξασκεῖν.* Virgil. lib. 1. Georg. Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis. ¶ Quandoque insequi. *ἐλαύνειν.* Virg. lib. 4. Aeneid. Tum vos, ô Tyrii, stirpem & genus omne futurum Exercete odiis.

Ex-ercĭtŭs, ta, tum, participium: ut Homo exercitus, qui multis negotiis assuetus sit, & experientia doctus, & detritus. [יָדַע *jadhuádh* זוּל *limmádh.* *κοπιαγυμνασμὸς*, *περιμελὴς.* Gal. *Exercé, vsité & duit, ruse' trauaille'.* Ita. *Essercitato.* Ger. Geübt / wol gebraucht. Bel. Wel geoeffent. His. *Exercitado.* Pol. Wicżwiczony. Vng. *Gyakorlassal meg eszesedõt, sokbaforgot.* An. *Exercised, practised.*] Plin. in Epist. Vidistine unquã quemquã tãm laboriosum, tãm exercitum, quàm Varenum meum? Cicero libro 5. Tusc. usus est Inexercitus, *ἀγύμναστος*, - pro non exercitato, quũ ait: Asclepiadem ferunt non ignobilem nec inexercitum philosophum. ¶ Aliquando sumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis assueto, perito denique & experto. Virgilius libro 3. Aeneid. - nate Iliacis exercite fatis. Cic. pro Planc. Quo quidem etiam magis sum non dicam miser, sed certè exercitus.

Ex-ercĭtŏr, m. t. Qui alterum in re aliqua exercet. [מָרַל *marghál* מָזַל *melammédh.* *γυμνασιάρχης, ἀσκητής.* Gal. *Qui exerce, duit & vsite à quelque chose.* Ital. *Chi essercità ò auezza vno à qualche cosa.* German. Der einen übt vnd braucht. Hispan. *El que exercita.* Polon. Ten ktori cżwiczy. Vngar. *Gyakorlo (auagy) ax, ki mást gyakorol valamibe.* Ang. *An exerciser, an practiser.*] Plautus in Trin. - hic quisquis est, Curculio est exercitor: is hunc hominem cursuram docet. ¶ Est etiam exercitor, teste Vlpiano, libro 1. ff. de exercit. actione, ad quem reditus & obventiones navis perveniunt, sive is sit dominus navis, sive à domino navem per aversionem conduxit vel ad tempus, vel in perpetuum.

Ex-ercĭtōrĭŭs, adjectivum est, formatum à nomine exercitor, quo significatur quicquid ad exercitorem attinet: [*γυμνασιαρχὸς, ἀσκητικός.* Gal. *D'exercice.* Ital. *Cosa ch' appartiene à esser citatione & vso.* German. Was zu einem Gutferger gehört. Hispan. *Cosa de fatoria.* Polon. Ten ktori towari przesłe'y. Vngar. *Gyakollóhoz valo.* Ang. *That perteineth to an exerciser.*] ut, Navis exercitoria. Actio exercitoria. Afric. in l. j. §. Exercitorem. ff. de exercit. act. Quæsitum est annon aliter L. Titius exercitoria teneretur.

Ex-ercĭtĭum, n. s. Exercitatio, actio. [*γυμνασία, ἄσκησις, ἐπιτήδευμα.* Gall. *Exercice, trauail.* Ital. *Essercitio.* German. Ein übung. Belg. Een oeffeninge. Hisp. *Aquella obra de exercitar.* Pol. Cżwiczenie. Vng. *Gyakorlás.* Ang. *Exercise, vse, custome.*] Gellius li. 17. cap. 2: Erat hoc sanè quàm utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi venisset usus, verborum, sententiarumque elegantium recordationes.

Ex-ercĭtĭo, verbale, f. t. *ἄσκησις, ἐπιτήδευσις.* Idem quod exercitium. [Vngar. *Gyakorlás.* Angl. *Exercise, vse, custome.*] Vlpian. in l. Si tamen. ff. de exercitoria actione, Si tamen plures per se navem exerceant, proportionibus exercitionis conveniuntur.

Ex-ercĭtus, tus: nomen, m. q. Manus, copiæ militum: ab exercendo, quia (ut inquit Varro) exercendo fit melior. [צְבָא *tsaba.* *στρατὸς, στρατία.* Gal. *Ost de gens de guerre, exercite.* Ital. *Essercito da guerra.* German. Ein Kriegsheer. Belg. Een Krygsheyr. His. *La hueste, exercito.* Pol. Woysko. Vng. *Sereg.* An. *An armie, an hoste.*] Veget. lib. 2: Numerus militum exercitatur, unde & re ipsa atque opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci quod vocabatur. Solebant enim Romani milites, tàm veterani, quàm tyrones exerceri ad omne genus armorum. Vt autem exercitus dicatur, teste Vlpiano, opus est magno militum numero. Neque enim una aut altera cohors, sed plurimę conjunctæ exercitũ conficiunt. Virg. 9. Aen. Iamque omnis campis exercitus ibat apertis. Cicero de Provin. consul. Iam verò exercitus noster ille superbissimo delectu, & durissima conquisitione delectus, omnis interiit.

Ex-ercĭto, exercitas, frequentativum. [הָרַל *hirghil* זוּל *limmádh.* *γυμνάζω.* Gal. *Exerciter, accoustumer.* Ital. *Essercitare, auezzare, accostumare.* German. Hefftig oder streng üben. Hispan. *Exercitar.* Pol. Vstawnie cżwicze. Vng. *Gyakorlom.* Angl. *To exercise often.*] Cicer. pro Cluent. Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Terentius in Hecyr. O' fortuna, ut nunquam perpetùò es bona. Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit. Liv. 5. ab Vrbe: Is tum jam non promptus ingenio tantùm, sed usu etiam exercitatus talem orationem habuit.

Ex-ercĭtātĭŏr, Exercitatissimus. [מָרַל *murghál* מָזַל *melammádh* זוּל *limmádh.* Polon. Wicżwiczony. Vng. *Inkáb gyakoroltatot, forgottab.* Angl. *Of better practise, more exercised.*] Cicero 2. Offic. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Idem pro leg. Manil. Omnibus navalibus pugnis Carthaginenses, homines in maritimis rebus exercitatissimos peritissimosque, vicerunt.

Ex-ercĭtātŏr, oris, m. t. [מָרַל *marghál* מָזַל *melammédh.* *ἀσκητὴς, γυμναστὴς.* Gal. *Qui duit & vsite quelqu' vn à faire quelque chose, le maistre de quelque exercice & art.* Ital. *Chi vsa di fare qualche cosa.* Germ. Ein über / der einen übt vnd seßtet. Hisp. *El que exercita.* Polon. Ten ktori cżwiczy. Vngar. *Gyakorlo.* Angl. *The maister of any exercise.*] Plin. libro 35. cap. 11: Lecythion agilitatis exercitator.

Ex-ercĭtātrīx, icis, f. t. [מָרַל *marghelèth* מָזַלת *melammédheth.* *γυμνὰς, ἀδ⊙, ἀσκητὰς, τδ⊙.* Vng. *Gyakorlo.*] Quint. lib. 2. cap. 15: Quòd duas partes civitatis corpori assignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.

Ex-ercĭtātĭo, f. t. Vsus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, consuetudo quotidiana. [הָלַיוֹן *highghajón.* *γυμνασία, μελέτη.* Gal. *Exercitation, vsage, exercice.* Ital. *Essercitatione, vso.* Germ. Ein übung. His. *Obra de exercitar.* Pol. Cżwiczenie. Vng. *Gyakorlás.* Ang. *Exercise, vse, custome.*] Cic. 2. de Nat. deorum: Motu & exercitatione recalescunt corpora nostra. Quintil. li. 1. cap. 2: Nam & maximè necessaria est oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atque alitur exercitatione.

Exercio, is, ire, n. q. ab ex & sarcio componitur, & significat Sarcio.

Ex-ĕro, is, penult. corr. exerui, exertum: act. t. Ab ex, & sero, Emitto, produco. [הוֹצִיא *hotsí.* *ἐξάγω, ἐξέλκω.* Gall. *Tirer hors, mettre hors.* Ital. *Cauar fuori.* Germ. Hinauß ziehen / herfür strecken. Belg. Vtrecken. Hispan. *Saca afuera.* Pol. *Dobiwam, weimuie.* Vng. *Ki vónászom ki nyuytom.* Ang. *To draw or pull out.*] Statius: - fulgentemque exerit ensem. Ovid. lib. 1. Fastor. Credibile est illos pariter vitiisque jocisque Altius humanis exeruisse caput. Plin. lib. 10. cap. 23: Glottis prælongam exerit linguam, unde ei nomen.

Ex-ertus, a, um, participium: [מוֹצִא *mutsá.* *ἐκφαίνων.* Gal. *Sorti, & mis hors, fortant, & apparoissant dehors.* Ital. *Sporto in fuori, & mis hors, fortant, & apparoissant dehors.* Germ. Außgezogen / herfür gestrecket. His. *Casa falida afuera.* Pol. *Dobity.* Vng. *Ki vonyattatot, ki nyuytatot.* An. *Put forth, shewed.*] unde Exerti dentes dicuntur extra os producti, ut apro. *ἐκφαίνοντες.* Plin. lib. 11. cap. 37: Dentes exerti sunt apro, hippopotamo, elephanto.

Ex-ertĭssĭmē: id est, gnaviter aut admodum. [Vng. *Igón embórtol, serényón.*] Spartianus in Suetonio: Tribunatum severissimè exertissimeque egit. Legendum fortè expertissimè

Ex-ĕrto, tas, frequentativum. [הוֹצִיא הרא *hotsí hereáh* *ἐκφαίνω, ἐκφαντάζω.* Gal. *Tirer & mettre hors, monstrer & faire apparoir dehors.* Ital. *Scoprire, monstrare, cauar spesso fuori.* Germ. Stäts oder offt herfür strecke. His. *Sacar afuera muchas vexes, axer apareser afuera.* Pol. Vstawnie dobiwam, wicżiagam. Vn. *Ki vonyogatom, ki nyuytogatom.* An. *To put forth and shew often.*] Virg. 3. Aen. At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris Ora exertantem, & naves

in saxa trahentem: Stat. 1. Theb. Exértare humeros nudamque lacessere pugnam.

Exetasticon, ἐξεταστικὸν, Latinè inquisitivum dicitur.

Exfĭo, Purgo. [בקה nikkáh זיך zikkék. καθαιρέω. Gal. Purger, perfumer. Ital. Purgare, profugare. Germ. Außseuberen. Hisp. Purgar. Polon. Vmiatam. Vng. Meg tiſztitom. An. To purge.] à quo fit exfitus, hujus exfitus, pro purgatione. Veteres quoque Exfit pro purgamento posuêre, teste Festo.

Exfŏdĭo, dis, act. 3. Fodendo eruo. [כרה charáh חפר chaphár חתר chathár. ἐξορύσσω. Gal. Tirer hors en fouissant, deterrer. Ital. Cauar la terra. Ger. Außgraben/herfür graben. Hisp. Cauar para sacar algo. Pol. Wikopuie. Vn. Ki kapállom, ki ásom. An. To delue vp, to digge out.] Plaut. Aulul. Exfodio aulam auri plenam.

Exgrūmo, as, are, Dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes. [ἀναθρομβῶσαι. Germ. Vnder einem Erdschotten herfür kriechen oder schleichen. Vng. Ki mászok, magan ki túrom.] Grumus enim, terræ collectio est, à congerie dicta. Varr. 3. de Re rust. cap. 14. Denique ipsæ exgrumantes ad propalam vitã diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interjiciant, & aspergant furfures non multos.

Exgurgĭtāre, act. p. [הקיא heki. Gal. Vomir, regorger. Ital. Vomitare, ruttare. Germ. Herauß tretzen. Hispan. Gomitar, regoldar. Polon. Wimignac. Vngar. Ki szapallani, ki hagigálni. Ang. To parbreake, to vomite.] Per metaphoram Plautus in Epidico dicit Exgurgitare pecuniam domo, Proh deûm atque hominum fidem, quid ego Lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domis, Atque argentum exgurgitem domo prorsum?

Exhærēdo, as, are, act. p. Exhæredem aliquem scribo, hæreditate aliquem privo, ad quem ab intestato ea ventura erat. [ἀποκληρόω. Gal. Desheriter, priuer d' heritage & succession. Ital. Diredare, priuare della heredità. Germ. Enterben. Hispan. Desheredar. Pol. Wydziedzicz am. Vng. Iószágombol ki tagadom. Ang. To disherite.] Cicero pro Cluentio: Ille quum filium exhæredaret quem oderat, ei filio homines alienissimos cohæredes conjunxit. Martial. lib. 3: Exhæredavit te Philomuse pater. Cicero 2. Philip. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredẽ. Ad Herennium lib. 4: Sed à necessariis omnibus exhæredatus est. Quintil. libro 7. cap. 2: Tu impiè fecisti, quum exhæredationem meruisti.

Exhærēs, dis, com. t. Qui privatus est hæreditate quæ ad eum pertinebat. [ἀποκληρος. Gal. Desherité, priué de succession. Ital. Priuato della heredità. Ger. Enterbt. Hisp. Desheredado. Pol. Widziedziczony. Vn. Iószágbol ki tagattatot. An. One that is disherited.] Cic. 1. de Orat. Nempe in ea causa quæsitum est de jure civili, possétne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim. Plaut. Mostel. -utinam nunc meus mortuus pater nuntietur, Vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc sit hæres.

Exhærēdātĭo, legis implet voluntatem: præteritio secus. Illa solidat testamentum, ista infirmat: illa lege permittitur, ista prohibetur. [Ang. A disheriting] Salom. in l. Galbus,

Exhærēsĭmus, penult. correpta, dies dicitur. [ἐξαιρέσιμος ἡμέρα. Vng. Mattiás vgrászi.] Id est exemptilis: propterea sic dictus, quòd ex mense eximi solebat, ut annus cum Solis ac Lunæ ratione congrueret. Cic. 4. Verrin. Consuetudo Siculorum est cæterorumque Græcorum, quod suos dies menses congruere volunt cum Solis Lunæque ratione, ut nonnunquam siquid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant. Bud. in Annot.

Exhālo, as, pen. prod. act. p. Expiro, & veluti per halitum aërem emitto. [הסיח hippiach עשן hafschán', ἐξαλίζω, ἐξερεύγομαι. Gall. Halener, ietter hors vn vent, esprit, fumée ou vapeur. Ital. Esalare, spirare. German. Außdempffen/herauß athmen/ außblasen. Bel. Wtblasen. Hisp. Echar de si vapor ò baho. Pol. Wikurzam, widmuchuie. Vng. Lehellök, ki fuok, ki gőzölgök. Ang. To puffe or breath out.] Virgil. libro 7: -fævamque exhalat opaca Mephitin. Plin. lib. 17. cap. 4: Quæ tenues exhalat nebulas. Cicero 5. Verr. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani convivii crapulam exhalassent. Idem 2. Philip. Quanquam tu quidem (ut tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, nõ acuendi ingenii causa declamitas. ¶ Exhalare animã, est mori. Ovid. 6. Metam. -simul suprema jacentes Lumina versarunt, animam simul exhalarunt. Ovid. 11. Metam. in ventos anima exhalata recessit. Pro exhalare vitam. Virgil. 2. Aeneid. Vt regem æquævum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.

Exhālātĭo, f. t. Expiratió. [מטח mappách אויר edh. ἀποφορά, ἀτμός. Gal. Vapeur & exhalation. Ital. Vapore, essalatione. Ger. Ein dampff Hisp. Aquella obra de echar baho, baho. Pol. Kurzawa. Vn. Ki lehellés, fumás, fuvódzés, gőzögés. An. An exhalation or fumor risen vp.] Plin. lib. 31. cap. 3: Certior multò nebulosa exhalatio est. Exhalationes terræ, sunt tenues spiritus, qui per æstum maximum terra diffusa exhalantur, & sursum in aëra feruntur. Cic. 1. Tusc. Quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.

Exhalabilis, sunt corpora quæcunque humorem habent: sic tamen habent ut evaporare, nisi ignitis addantur nõ possint.

Exhāurĭo, is, exhausi, exhaustum, ire, act. q. Humorem evacuo, ebibo, exinanio, exicco: [שאב schaáb דלה daláh דלל. ἐξαντλάω. Gal. Espuiser, vuider. Ital. Vacuare, trar fora, cauare. Ger. Erschöpffen/außtäuen/außschöpffen Belg. Wtputten/wtlegen. Hispan. Sacar ò vaxiar. Pol. Wyczerpiagam, dopiam, wysuszam. Vn. Ki meritőm meg wresitőm, ki merőm. Ang. To drawe out, to emptie.] diciturque exhaurire tàm ipse humor, quàm id quo humor continetur. Aequè enim usitatè dicimus, Exhaurire vinum, & exhaurire dolium. Cicero 2. Philip. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani cõspectu vomere postridie. Exhaurire poculum, Livius. ¶ Habet hoc verbum multas elegantes translationes. Cicero pro Sex. M. Crassus eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem sæpè obtulit hostibus. Idem in Vatin. Aerarium exhaurire, Remp. compilare. Et in Pisonem: Civitates omnibus rebus exhaustæ. Ad Attic. lib. 2: Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria: id est, deleri. Ad Qu. Fr. 1: Exhaustus enim est sermo hominum: id est, de ea re jam loqui est desitum. Et ad Attic. lib. 1: Multa enim sunt quæ me solicitãt, anguntque, quæ mihi videor, aures nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse: id est, deponere. Ad eundem 5: Reliquum est, ut antequam proficiscare, mandata nostra exhaurias: id est, exequaris. Virg. 4. Aeneid. -heu quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat? id est, finita, & quasi exantlata.

Exhāustum, sti, substantivum, [בדל nidléch דל dal. ἐξωλληρδίον. Vn. Ki merités.] Virgil. 2. Georg. Est etiam ille labor curandis viribus alter, Cui nunquam exhausti satis est. Exhausti: id est, (inquit Servius) exhaustionis, finitionis: quòd quia asperum visum est, se ad figuram transtulit: & ait, Exhausti, ut Servantissimus æqui, pro æquitatis. Inexhaustus, ἀνεξάντλητος, pro infinito: quasi (ut ita dicam) inexhaurabilis.

Exhĕbĕnus, ni, ἐξάεδρον, Gemma speciosa, & candida qua artifices aurum poliunt, ut ex Zoroastris sententia tradit Plin. lib. 37. cap. 10.

Exhedra, æ, f. p. cubiculum erat columnis fultum & epistyliis pluribus, excisis spaciis, quibus prospectus in viam erat, aliquando sub dio, nonnunquam sub tecto. Alex. de Alex. de Gen. dier. lib. 5. cap. 11: Exhedram in l. Si verò. ff. de his qui de incer. procella studiaria accipi posse. Budæo videtur Accursius divinam conjectura fenestram interpretatur. Exhedra autem Græcè, à sedium frequentia, & sessitandi commoditate nomen accepit.

Exhērbārĕ, act. p. Est herbas extirpare. [ἐκβοτανίζειν. Gal. Arracher & oster les herbes de quelque lieu. Ita. Stirpare l'herbe, suellere, sbarbare. Ger. Kraut außjetten. His. Arrancar quitar las yeruas. Pol. Trawe wirtwã, wigl' adzam. Vn. Ki gyomlálni. An. To plucke vp the grasse by the rootes.] Columella lib. 5: Et quum geminavit ad unam perticam summittitur, crebroque foditur, atque exherbatur, nec minus quàm vinea pampinatur. Et alibi: Exherbandus est locus.

Exhĭbĕo, es, pen. corr. act. 2 Profero in publicum, deduco, ostendo. [הוביא hotsí הראה hereáh. ἀποφαίνω, παρέχω, φανερόω. Gal. Exhiber, bailler, representer, monstrer, présenter. Ital. Dare in publico, rappresentare, monstrare. German. Herauß geben/dargeben/erzeigen Hispan. Dar, traer publicamente. Polon. Pokazuie. Vngar. Szőm elebe hozom, meg adom, ki matatom. Ang. To giue, to shew, to offer, to represent.] Paulus: Exhibere est facere in publicum potestatem, ut ei qui agit, experiundi sit copia. Cicero 7. Verr. Is omnino servus in familia non erat, eum statim exhiberi jubet. Exhibere reum, locutio est Iurisconsultis familiaris, pro sistere. Siquis (inquit jurisconsultus, l. Si quis. de exhibitione reor.) reum criminis de quo satisfecit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur, puto tamen si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandũ. ¶ Vtuntur etiam Iurisconsulti hoc verbo in alia significatione pro vitæ necessaria suppeditare. Paulus in l. Nesennius. ff. de Negot. gest. Pone, peregrè patrem ejus abiisse, & matrem dũ in patriam reverteretur, tàm filium quàm filiam ejus exhibuisse. Vlpian. l. j. D. de Offic. præfect. urb. Sed & patronos egentes de suis libertis querentes audiet, maximè si ægros se esse dicant, desiderentque à libertis exhiberi. ¶ Exhibere negotium, est labore vel molestia afficere, πράγματα παρέχειν. Cic. lib. 3. Offic. Quod quum audivisset adolescens, negotium exhiberi patri. Sic Exhibere laborem: Exhibere molestiam, &c.

Exhĭbĭtĭo, nis, f. t. [מוצא motsá. παράστασις. Gall. Representation, ex-

tation, exhibition. Ital. *Rappresentatione.* German. Dargebung/ furhaltung/darſtellung. Hiſpan. *Preſentation como perſona.* Polon. Oddanie. Vng. *Szȫm eleibe valo hozás, meg adás.* Ang. *A repreſenting or offering.*] Gell. Probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis, expenſi latione, menſæ rationibus, chirographi exhibitionibus.

Exhilàro, as, act. p. Lætum & hilarem reddo, idem quod ſimplex hilaro. [שׂחק *ſchimméach.* εὐφραίνω. Gall. *Eſiouir, recreer.* Ital. *Rallegrare, far allegro.* German. Frölich machen Hiſpan. *Alegrar à otra perſona.* Polon. *Obweſſèliam.* Vngar. *Meg vigaſztalom.* Ang. *To delight, to mak merrie.*] Colum. lib. 6 cap. 24: Quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciviunt. Plin. lib. 17. cap. 25: Nam neque ilex, picea, larix, pinus uno flore exhilarantur, natalésve pomorũ recurſus annuos verſicolori nuntio promittunt. ¶ Exhilaratus, particip. Cicero Pæto lib. 1: Miraris tàm exhilaratam eſſe ſervitutem noſtram.

Exhŏmŏlŏgēſis, is, f. t. ἐξομολόγησις, Latinè dicitur confeſſio. Qui criminum ſuorum ſorde pollutus eſt, exhomologeſis ſatisfactione mundetur.

Exhŏrrĕo, res, n. ſ. à quo Exhorreſco, pro expaveſco, Præ timore horreo, & contremiſco. [חרד *charádh.* φρίττω. Gall. *Avoir grand frayeur, & friſſon, craindre fort, ſe heriſſonner.* Ital. *Tremare di paura.* German. Ergrauſen / von forcht erzitteren. Belg. Beven. Hiſpan. *Tomer algun mal.* Polon. Lekam ſie, zdrigam ſie. Vngar. *El iſzonyodom.* Ang. *To quake for dreade and feare ſo that ones heares ſtare withall.*] Plancus Ciceroni: Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri curarique poſſit. ¶ Nonnunquam etiam ponitur activè cum accuſativo à tergo. Virg. 7. Aeneid. Adveniat, vultus néve exhorreſcat amicos.

Exhortŏr, aris, d. p. Vehementer hortor. [הזהיר *behir* הסיר *hesith* טתח *pittách.* παρακέλλω, παραπείθω. Gall. *Exhorter, enhorter.* Ital. *Eſſortare.* German. Vermanen / anhalten. Hiſpan. *Induzir con razones.* Polon. *Napominam.* Vngar. *Iſȫbtete igen intȫm.* Angl. *To exhorte, to encourage, to cherishe, to cheere.*] Cicero 1. Acad. Omnis ejus oratio tùm in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis ſtudium exhortandis conſumebatur. Ovid. 13. Metamorph. Erigor, & trepidos cives exhortor in hoſtem. ¶ Aliquando accipitur Paſſivé. Cic. de Senect. Ille enim quum eſſet Conſul in Gallia, exhortatus eſt in convivio à ſcorto, ut ſecuri feriret aliquem eorum, *&c.*

idemque de Verre Pædianus significat, & in commentario Milonianæ, quum ait: Multi præsentes, & quum citati non respondissent, damnati sunt) tamen, quum quod ad corpus attinet, aut ad præsentem ignominiam, ipse sibi jam reus caverat: leviora ducebat reliqua, sive sibi absenti aqua & igni interdiceretur, sive bona publicarentur, sive aliqua infamiæ nota inureretur. At idem Cic. ipse sibi quasi repugnare in Paradoxis videtur: ubi de exilio tanquam pœna legum, ita loquitur: Omnes scelerati, atque impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt: an, quum omnes leges exulem te esse jubeant, non eris tu exul? in oratione autem pro Muræna, nova ambitus lege, quam ipse tulit, senatores in exilium missos, his verbis demonstrat. Legem ambitus flagitasti: quæ tibi non deerat: erat enim severissimè scripta Calpurnia: gestus est mos & voluntati, & dignitati tuæ: sed tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse armasset, petitioni verò refragata est: pœna gravior in plebem alta voce efflagitata est: commoti animi tenuiorum. exilium in nostrum ordinem: concessit senatus postulationi tuæ, sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te autore constituit. Atque hac ipsa de lege, deque exilio x. annorum loquitur & Dio lib. xxxvIII. nec desunt alia de civibus Romanis exulantibus exempla: quos tamen à lege, vel à judicibus, qui ministri legum sunt, nominatim in exilium esse ejectos, non debemus opinari. quomodo igitur exules? ¶ Sciendum est, exilii duo genera fuisse, voluntarium, & legitimum & voluntarii rursus duo genera: unum, quum reus ante latas à judicibus sententias in exilium abibat, vel ut legis pœnam vitaret, quod jam diximus, vel quia, quum se damnatum iri perspicuè videret, sponte vellet eam pœnam subire, quam paulò pòst leges ei sine dubio illaturæ viderentur: quod ii, quos paulò antè nominavi, Verres, Fabriciusq; omni prorsus absolutionis abjecta spe, fecerunt. non enim ante damnationem ideò discesserunt, ut legis pœnam vitarent: quandoquidem Fabricius nihil exilio gravius timere à judicibus poterat: quum Oppianicum, qui mox eodem crimine præsens damnatus est, nullam omnino, præterquam exilii, calamitatem tulisse constet: nec de repetundis, quo crimine damnatus est Verres, alia præter exilium, & litis æstimationem, nocentes reos pœna sequebatur. quam utranque pœnam, post profectionem damnatus Verres tulit. ¶ Alterum exilii voluntarii genus fuit, quum reus post damnationem, quia multam à judicibus dictam solvere non posset, ex urbe discedebat. quod ut putem ei legibus ad effugiendam multæ solutionem, fuisse permissum, adducor iis verbis, quæ sunt in oratione pro Cæcinna: In colonias Latinas sæpè nostri cives aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multam si sufferre voluissent, tamen manere in civitate potuissent. ¶ Legitimum autem exilium erat, quum reus non ille quidem vergibo, re tamen ipsa in exilium mittebatur: vetus enim consuetudo fuit, inducta legibus, more confirmata, quæ non modò in repub. sed imperatorum quoque ætate, multisq; post seculis, viguit: ut, siquis exilii pœna dignus videretur, ei nulla exilii facta mentione, tecto, aqua, igni interdiceretur: ita earum rerum, quæ maximè sunt ad vitam sustentandam necessariæ, usu privatus cum uno aëris alimento contentus esse non posset, abire cogebatur. ex quo exulare cives Romani dicebantur: patet hoc in oratione pro domo: in qua ita scriptum est: Qui erant rerum capitalium condemnati, non priùs hanc civitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quo vertendi: hoc est, mutandi soli causa venerant, id autem ut esset faciundum, non ademptione civitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. Ac ne cives quidem omnium improbissimi, atque audacissimi, quum in suos inimicos, acerrimo incitati odio, non leges, sed privilegia ferrent, exilium nominabant: sed iis aqua & igni interdicebant. itaque & de ipso Cicerone, quod in eadem oratione legimus, P. Clodius tribunus pl. cui nihil in tota vita modestiæ fuit, qui in tribunatu pro sua libidine, neglecto more majorum, abjectis legibus, cuncta gessit, ita populum rogavit: Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdicatur. neque solùm Clodius, sed antea quotquot homines maximè seditiosi, C. Gracchus, & L. Apuleius Saturninus de suis inimicis eodem modo tulerunt: est enim eadem in oratione ita scriptum: Ne tum quidem quum aberam, negare poteras esse me tua lege senatorem. ubi enim tuleras, ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popilio, Saturninus de Metello tulit: & minorem, sive mediam capitis diminutionem, quum civitas etsi non verbo, re tamen adimebatur, ita fieri solitam, tradit Iustinianus Instit. libro 1. de capitis diminutione, his verbis: Minor, sive media capitis diminutio est, quum civitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est. Ergo quum dixit Cicero adversus Clodium in Paradoxis: Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in operta Bonæ deæ accessisses, exulares, hoc significavit, ut tibi aqua & igni interdiceretur, &, quum de ambitu damnatis x. annorum exilio puniendis Dio loquutus est, non aliud intellexit, quàm, ut iis in x. annos aqua & igni interdiceretur. Erat autem, ut neque flagitia sunt paria, sic hoc pœnæ genus neque loci spatio, neque temporis æquale: quibusdam enim tantùm intra urbem: hoc est, intra pomerii fines, aliis longiùs, aqua & igni interdicebatur. crediderim tamen, actum satis leniter ac misericorditer cum reis, neminemque aut certè paucos admodum extra Italiæ terminos aquæ & ignis interdictione summotos, qui videam Oppianicum de veneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impunè tamen ad urbem habitare potuisse: notavimus enim hæc in oratione pro Cluentio: Quum vagus & exul erraret Oppianicus & huc ad urbem profectus esset, cecidisse ex equo dicitur, & latus offendisse vehementer, & postea quàm ad urbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Quid, quòd Q. Pompeium Rufum, & T. Plancum Bursam utrunque de vi damnatum, quod ex Dionis historia constat, alterum, Baulis fuisse, alterum Ravennæ scribit M. Cælius in epistola ad Ciceronem? nam Cicero ipse quadringentis millibus passuum, non ulla communi lege, neque judicum sententiis, sed iniquissimo P. Clodii privilegio, per operas Clodianas lato, abesse jussus est, aqua & igni citra illum terminum interdictis. Milonis autem Massiliæ exulantis exemplum vix cum altero licet exemplo conjungere: grave enim facinus occiso in Appia via Clodio, à senatu judicatum est: & fuit satisfaciendum populo, Clodii cæde concitato. ideoque nova lex perlata, & extra ordinem quæsitum, nec tamen satis habeo compertum, Massiliámne sedem exilii Milo delegerit, quòd citra esset interdictum aqua & igni, an verò, quòd quum propius urbem, concedente lege, posset habitare. Massiliam tamen probaverit, ac voluerit. nec puto leges, aut judices præscripsisse cuiquam, ubi esse deberet, sed non posset: nec verò iis, de quibus & Cicero in oratione pro Balbo, & historiæ loquuntur, Qu. Maximo, P. Popilio, Qu. Philippo Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Qu. Cæpioni & P. Rutilio Smyrna locus exilii definitus est: sed ipsi, quum Romæ esse non liceret, eas urbes, ut jucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse benevolas, ad habitandum legerunt. ¶ Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio: Capite damnatis egredi palàm ex urbe licuisse: quòd si tribuum una, quæ scilicet ad damnationem deesset, suffragium de reo nondum tulisset, facultatem reo esse datam exilii suo sibi arbitratu deligendi: exulibus autem commorari tutò licebat in qua vellent urbe fœderata, ut Neapoli, Præneste, Tybure. hæc Polybius: cujus ætate populus de capitalibus criminibus judicabat. Nam postea prætores quæsierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus plebis diem alicui diceret, suffragiumque de reo mallet à populo: quàm sententias à judicibus, & prætore ferri. ¶ Quod autem exilii tempus disparibus in culpis diversum fuisse dixit: id ita verisimile est, ut exemplis probari multis non debeat: quare unum ponam, etsi minimè necessarium. Damnatis de ambitu aqua & igni per decem annos tantùm interdicebatur: quod antea demonstravi: at damnatis de corrupto judicio, in universum vitæ tempus: quòd in oratione pro Cluentio licet conjicere: hujus in extremo, periturum extra patriam Cluentium, si damnatus erit, his verbis significat. Quid enim profectũ, nisi ut hujus ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reservata, mors sepulchro patris privata esse videatur? Ac de duobus exiliis, voluntario ac legitimo, utrum fuerit gravius, venit in mentem quæri posse, legitimum existimo: primùm quod eos, quibus aqua & igni interdictum est, recipi tecto intra spatium interdictum leges vetant: quod iis non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt: deindè, quòd, ut ego arbitror, aliquanto turpius est, exulare legibus ejectum, quàm, exulare non ejectum: ejicitur enim civitate, cui aqua & igni interdicitur: qui verò sua voluntate discedit, non is civitate pellitur, sed eam ipse deserit, ac relinquit. Hûc adde, quòd quibus interdicitur, ii senatores postea non sunt, & eos legi suo loco à censore in senatum leges prohibent: quibus verò non interdicitur, ii, etiam si urbe carent, senatores tamen sunt. hoc in oratione pro domo didicimus, in qua hæc sunt: Ne tum quidem, quum aberam, negare poteras esse me senatorem: ubi enim tuleras, ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus, non ut esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed ut interdiceretur. ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Ergo

bus. Ergo, quum de pœnis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas nominandum non eſt: quod lex nulla, nullum ob malefactum irrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod etſi non nominaretur, neceſſariò tamen, quum damnatis interdiceretur aqua & igni, conſequebatur. Hæc ex libro Aldi, de legibus Romanis.

Exilicus, a, um, φυγαδικὸς, quod ad exilium pertinet: ut exilica cauſa, quæ adverſus exules agitatur.

Exŭlo, as, pen. corr. act. p. Patria privatus ſum, exul ſum. [גָּלָה *ghaldh.* φεύγω, ἄποδος ἐμι. Gall. *Eſtre banni, eſtre en exil.* Ital. *Eſſere in eſtilio, eſſer in bando.* Germ. Im elend ſeyn / ein vertribner ſeyn. Bel. Gebannen zyn. Hiſp. *Eſtar deſterrado ò fuera de ſu tierra.* Pol. Ieſtem wignaniec. Vng. *Száműkluettet ót vagyok, ſzámkiuetesben iárok.* Ang. *To be baniſhed.*] Et duobus modis dicitur, ſcilicet de loco in quo exul eſt, & de quo ejectus eſt. Terent. in Eunuch. Perii, nam domo exulo. Plaut. in Moſtel. An id mavis, ut abeat foras urbẽ, exuletq; à patria ſua, cauſa tui? Ovid. 3. Triſt. - per externas profugus pater exulat oras,

Exŭlāns, exulantis, participium. [לֹעֵז *ſoheh* גָּלָה *gholéh.* μετοικῶν. Vng. *Száműkiuettet ót.*] Cic. 2. de Divinat. Rex Pruſias quum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat ſe audere quod extra prohiberent.

Exŭlcĕro, as, act. p. ſive potiùs Exhulcero, Vlcus facio. [מָחַץ *machâts.* ἑλκόω. Gall. *Exulcerer, bleſſer & entamer la peau.* Ital. *Impiagare, tagliare la pelle.* Ger. Die haut verſeren oder erſchwårend machen. Hiſp. *Llagar ò enconar la llaga tratondola.* Pol. *Puchniaco czynie, owrzedzam.* Vng. *Meg ſebeßüdöm.* Ang. *To mak ſore, to break the skinne.*] Plin. lib. 20. cap. 6: Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. Varr. lib. 2. de Re ruſt. cap. 9. de canibus loquens: Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures & inter digitos, quò muſcæ, ricini, & pulices ſoleant (ſi hoc unguine non ſis uſus) ea exulcerare. ¶ Per translationem accipitur pro exaſperare, vel exacerbare. Cicero 2. de Orat. Aut ea quæ ſanare nequeunt exulcerant Idem pro Dejot. Forẽ putabant, ut in exulcerato animo facilè fictum crimen reſideret.

Exŭlcĕrātĭo, tionis, f. t. [מַחַץ *máchats.* ἕλκωσις. Gall. *Naurure, bleſſeure, entameure de peau.* Ital. *Eſſo ferire, impiegare.* Germ. Verſerung der haut. Hiſp. *Llago, ò obra de enconar la aſsi.* Pol. *Puchlina, owrzedzenie.* Vng. *Meg ſebeſités.* Ang. *A making of a botche.*] Plin. libro 20. capite 3: Sed omnium conſenſu, ſtomacho utiliſſimæ judicantur, & interaneorum veſicarumque exulcerationibus.

Exŭlcĕrātōrĭŭs, a, um, Exulcerandi vim habens: [ἑλκωτικός. Gal. *Qui naure ou a vertu d'entamer la peau.* Ital. *Che ha virtu d'impiagare.* Germ. Das die haut verſeret vnnd auffſchwerend macht. Hiſp. *Lo que llaga è puebe enconar la llaga.* Pol. *Czyniacy puchline.* Vng. *Meg ſebeſitő.* Ang. *That hath power to mak a botche.*] ut, Exulceratorum medicamentum. Plin. lib. 32. cap. 7.

Exŭlcĕrātrīx, cis. [מַחֲבַת *mochétſeth* ἐξελκόουσα. Gall. *Qui entame & naure.* Ital. *Donna che empiaga.* Germ. Ein geſchwermacherin. Hiſp. *La que llaga ò encona la llaga.* Pol. *Czyniaca wrzody.* Vng. *Seb-ſuő.* Ang. *That hath power to mak ſore, eat and frete.*] Plin. lib. 27. cap. 12: Vis ei ſtiptica, & exulceratrix.

Exŭlto, as, are, n. p. ab ex & ſalto, a, in i mutata, Immoderatè jacto, voluptate & lætitia nimia geſtio. [עָלַז *halâts* גִּיל *ghal.* ἀγάλλομαι, γαυριάω, καυχάομαι, τῇ ψυχῇ πλειστάομαι. Gall. *Sauter & treſſaillir de joye, s'exalter & glorifier.* Ital. *Allegrarſi grandemente, giovire.* Germ. Auffſpringen vor frewden. Bel. Opſpringen van vrechden. Hiſp. *Saltar de allegria ò plazer, alegrarſe.* Pol. Od radoscz yskacze. Vng. *Vigadok, örvendök, örömembe vgyan tombolok.* Ang. *To leap for ioye, to glorifie and boaſt foolishly.*] Cic. lib. de Repub. Eſt igitur quiddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod vel exultat voluptate, aut moleſtia frangitur. Idem in Catone: Annibalem juveniliter exultantem patientia ſua molliebat: hoc eſt, jactantia juvenili gloriantem. Virgil. lib. 5: - exultantiaq; haurit Corda pavor. Cicer. lib. 4. de Repub. Quæ ſanguine alitur, quæ omni crudelitate ſic exultat, ut vix hominum acerbis vulneribus ſatietur. Quo in loco (ut Nonius interpretatur) accipitur pro ſævire: quanvis alii malint ibi pro gaudere & delectari accipi. Exſulto ſcribendum, & cætera ab eodem deducta.

Exŭltātĭo, onis, f. t. [עֲלִיצוּת *halitsúth.* ἀγαλλίασις, ἀγιερμὸς. Gall. *Sautement de ioye, ou autrement.* Ital. *Gioia, piacere.* Germ. Groſſe frewd / frewdſprung / frolockung. Hiſp. *Aquella alegria.* Pol. *Radoscwielka.* Vng. *Vigadás, örvendés.* Ang. *A leaping through ioye, a triumphing.*] Plin. lib. 8. cap. 54: Mutianus luna cava triſtes eſſe: quibus in eo genere cauda ſit, novam exultatione adorare. In decora exultatio, Quint. lib. 2. cap. 2.

Exŭltāntĭă, tiæ, f. p. Exultatio. [Pol. *Radowanie.* Vng. *Vigadás. örvendés.*] Gell. l. 12. cap. 5: Cum petulantia morbi doloriſq; exultantia colluctantem.

Exŭltāntĕr, adverbium. [ἀγιερμικῶς, ἀγαλλομένως. Gall. *En ſautant de ioye.* Ital. *Saltando di contento & gioia.* Germ. Mit ſonderbarer frewdigkeit. Hiſp. *Saltando por alegria, alegramente.* Pol. *Zwielkim weſſelim.* Vng. *Vigadua örömmel.* Ang. *Braggingly, as it were leaping for ioye, ioyouſly.*] Plin. Epiſtol. 62: Quum ea potiùs quæ preſſiùs & aſtrictiùs, quàm illa quę hilariùs & quaſi exul tantiùs ſcripſi, poſſint videri accerſita, & inducta.

Exŭltim, adverb. Id eſt, exultando, & ſaliendo. [ἀγιερμικῶς, γαυροειδῶς. Gall. *En ſautant, en treſſaillant.* Ital *Saltando di gioia.* Germ. Mit auffſpringen. Hiſp. *Alegrandoſi ſaltando.* Pol. Skacząc. Vng. *Tombolua, örömmel.* Ang. *By reioyſing and leaping.*] Horatius 3. Carm. Ode 11: Quę velut latis equa trima campis, Ludit exultim, metuitq; tangi, Nuptiarum expers, & adhuc protervo Cruda marito.

Exultabundus, valde exultans, lætitiamq; geſtu oſtendens, γαυρεῶν.

Exŭlŭlo, as, act. p. Valde ululo. [ὀλολύζω. Gall. *Vrler & crier comme vn loup & telles beſtes.* Ital. *Vrlare, gridar forte.* Germ. Gehr heülen. Hiſp. *Aular.* Pol. *Wiie.* Vng. *Igen orditok.* Ang. *To howll lik a dogge or wolf.*] Ovid. lib. 1. Metamorph. Territus ipſe fugit, nactusq; ſilentia ruris Exululat.

Exŭlŭlātŭs, participium, voce paſſiva activè ſignificãs. [Vng. *Orditattatot.*] Ovid. 4. Triſt. Vtq; ſuum Bacche non ſentit ſaucia vulnus, Dum ſtupet Idæis exululata jugis.

Exum, Extra ſum. [ἄπειμι. Gall. *Eſtre dehors.* Ital. *Eſſere fuori.* Germ. Auſſen ſeyn. Hiſp. *Eſtar y ſer de fuera.* Pol. Przed domem ieſtem. Vng. *Kwttwl vagyok.* Ang. *To be forth.*] Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat: Hoſtis victus, mulier, virgo exeſto. Hoc eſt, non introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur.

Exundo, das, Alveum exeo, ſive extra alveum undas effundo, inundo. [πλημμύρω, ὑπερβάλλω. Gall. *Se desborder, s'eſcouler par deſſus.* Ital. *Inondare, vſcire delle riue.* Germ. Vberlauffen / vberflieſſen. Bel Overvloyen. Hiſp. *Manar ò reboſſar lo liquido.* Pol. Przelewam, zbrzegowowylanie. Vng. *Ki arradok.* Ang. *To ouerflow, to ſurrounde.*] Plin. lib. 2. cap. 103: In Tenedo inſula fons ſemper à tertia noctis hora in ſextam ab æſtivo ſolſtitio exundat. Colum. lib. 8. cap. 16: Vetùm meminiſſe oportebit, ut rivis per quos exundat piſcina, præfigantur æneci foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur piſcium fuga. ¶ Transfertur etiam ad alia. Tacitus in Dialogo de oratoribus: Exundat, atque exuberat admirabilis illa eloquentia. Hoc eſt, abundanter affluit.

Exundātĭo, onis, f. t. Inundatio, eluvio. [שִׁטָּפוֹן *ſchéphah.* κατακλυσμός. Gall. *Deshordement d'ondes.* Ital. *Spargimento, inondatione.* Germ. Außgieſſung / außflieſſung Hiſp. *Aquella obra de manar ò reboſſar.* Pol. Przelanie. Vng. *Ki árradás.* Ang. *A Surrounding, an overflowing.*] Plin. lib. 19 cap. 3: Negant Naici, niſi exundatione fluminum invecto ſemine ab Tiaris.

Exungo, is, ere, act. t. Vngo, inungo. [מָשַׁח *maſchách.* χρίω Gall. *Oindre.* Ital. *Vngere.* Ger. Wol ſalben. Hiſp. *Vntar.* Pol. Namazaie. Vng. *Meg kenöm.* Ang. *To beſmere, or anoynt.*] Plaut. in Rud. - ante pœnitet In mari quod delavi, ne hic in terra quoq; eluam? s. Eluas tu, an exungare ſiccus?

Exungŭlo, as, are, Vngues aufero. [ἐξονυχίζω. Gall. *Couper ou oſter les ongles.* Ital. *Tagliar l'ungie.* Germ. Die klauwen oder negel dannen thun. Hiſp. *Cortar las vnas.* Pol. *Kopita albo paznokczie zbiam.* Vng. *Körmét meg ſzgdöm.* Ang. *To tak away the nayles or hooſes.*] Plaut. in Trucul. Hem, tuos exungula, malè vivitis.

Exŭo, is, exui, exutum, act. t. Propriè eſt indumenta detraho. [שָׁסַם *paſchât.* ἐκδύω. Gall. *Deſueſtir, deſpouiller.* Ital. *Spogliare.* Germ. Außziehen. Bel. Wtdoen. Hiſp. *Deſnudar el veſtido, deſpojar.* Pol. Zwłoze, wizuwam. Vng. *Le vetkőzöm, (avagy) meg toſzom.* Ang. *To vncloth, te deſpoylle.*] Lactant. lib. 1: Exuuntur etiam veſtibus flagitante populo. Exuere ſe fortunis paternis, idem eſt quod ſpoliare. Liv. lib. 1: Primò ſe agro paterno, avitoq; exuiſſe: deinde reliquis fortunis. ¶ Sæpè etiam accipitur pro ſolvo. λύω. Virgil. 2. Aeneid. Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. ¶ Quandoq; etiam accipitur pro denudo. γυμνόω. Virgil. 5. Aeneid. - magna oſſa, lacertoſq; Exuit.

Exŭpĕro, as, penult. corr. act. p. ab ex, & ſupero, Supero, excello. [הִשְׁתַּרְעָה *hiſchtaréah* נִצַּח *nitstséach* הוֹתִיר *hothír.* ὑπερεκπίπτω, ὑπερβαίνω. Gall. *Surpaſſer, ſurmonter, outrepaſſer.* Ital. *Superare, auanzare.* Germ. Vbertreffen. Bel. Te boven gaen. Hiſp. *Sobrar, vencer, ſobrepujar à otro.* Pol. Przewyſzam. Vng. *Felyw'l haladom.* Ang. *To paſſe, to excede, to ſurmont.*] Plaut. in Mil. Me quo ne predicatio tua nunc meam formam exuperet. Cicero 4. Tuſculan. Quis homo te exuperavit unquam gentium impudentia?

Exŭpĕrāntĭă, f. p. pro eminentia. [שְׁפַל שְׁפִי *ſchephâh* יִתְרוֹן *jithrón.* ἐξοχή, ὑπερβολή. Gall. *Surmontement, outrepaſſe, excellence par deſſus.* Ital. *Trapaſſamento auantamento.* Germ. Vbertreffenheit. Hiſp. *Aquella obra de ſobrepujar, excellentia.* Pol. Przewyſzenie. Vng. *Felyw'l, haladás.* Ang. *Surmonting, a paſſing.*] Cicero 5. Tuſcul. Nónne omnem exuperantiam virtutis oderunt?

Exŭpĕrātĭo, onis, f. t. Superlatio. [מוֹתַר *mothár* יִתְרוֹן *jithrón.* ὑπεροχή, ὑπερβολή. Vngar. *Felyw'l haladás.*] Idem ad Herenn. lib. 4:

lib.4: Significatio est, quæ plus in suspicione relinquit, quàm positum est in oratione: ea fit per exuperationem. Et paulò pòst: Per exuperationem quum plus dictum est, quàm patitur veritas, augendæ suspicionis causa.

Exŭpĕrābĭlis, le, Qui potest superari. [ὑπερβλητος, ἀήττητος. Gall. *Que peut estre surmonté.* Ital. *Cosa che si puo vincere.* Germ. Das vbertroffen mag werden. Hisp. *Cosa que se puede sobrepujar.* Pol. *Do przewyższen iał atwy.* Vngar. *Meg győzhető.* Ang. *That may be surmonted and passed.*] Statius 1. Thebaid. nec exuperabile diris Ingenium mortale queror. Vallum non exuperabile, Claudianus. ¶ Exuperabile, significatione activa, quod potest superare. Virgilius 3. Georg. tortosque Ixionis angues, Immanemque rotam, & non exuperabile saxum. Servius.

Exŭpĕrātus, part. Superatus, victus. [ἡττημένος, ὑπερβληθείς. Gall. *Outrepassé, vaincu.* Ital. *Trapassato, vinto.* Germ. Vbertroffen. Hisp. *Sobrepujado, vencido.* Pol. Zwyciężony. Vng. *Meg győzetet.* Ang. *Surmonted, ouercomed.*] Lucil. lib. 2: Sed citius cedunt gravioribus exuperatæ.

Exŭpĕrāntissĭmus, Superlat. [ὑπερφυέστατος. Vngar. *Föltörhetö, meg halado.*] Apuleius in Hermetis Asclepio: Gratias tibi agimus summe & exuperantissime.

Exūrdo, das, activum, p. Surdum reddo: [ἐκκωφόω. Gall. *Assourdir faire sourd.* Ital. *Assordare.* Germ. Dumm machen. Hisp. *Ensordar á otro.* Pol. *Głuchim czynić.* Vng. *Meg süketitöm.* Ang. *To make deaffe.*] cujus passivum posuit Valerius Max. lib. 21: Græcis actionibus aures curiæ exurdantur: id est, obtunduntur. Plin. lib. 32. cap. 10: Panniculę flos, si aures intraverit, exurdat. ¶ Exurdare palatũ, dixit Horatius pro sensu gustus spoliare, & stupefacere, Sermon. lib. 2. Satyr. 8. Fervida quòd subtile exurdant vina palatum.

Exūrgo, gis, n. t. Surgo. [קום *kam* ἀνίστημι. Gall. *Se leuer, sourdre.* Ital *Leuarsi.* Germ. Auffstehen Hisp. *Leuantarse.* Pol. *Powstaie.* Vng. *Föl kelök.* Ang. *To arise out of some place*] Plautus in Mostel. Quæso exurge, pater advenit. Idem Epid. Lumbos extollite, atque exurgite. Cicer. pro Cluent Paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis non necessariæ. Per translationem ponitur pro erigere se, & recreare ex diutina afflictione: ἀναφέρομαι. Cic. pro Lege Agrar. Hæc quæ procul erant à conspectu imperii, non solùm afflixerunt, sed etiã nequando recreata exurgere, atque erigere se possent, funditùs (ut dii) sustulerunt. Idem ad Attic. Nos autem ubi exurgere poterimus, aut quando? Idem ad Cassium: Autoritate vestra Respublica exurget, & in aliquo tolerabili statu consistet. Exsurgo scribendum.

Exūro, ris, pĕ. prod. exussi, exustũ, Igne prorsus cõsumo, comburo. [קדח *jakádh* שרף *saráph.* καταφλέγω. Gall. *Bruſler.* Ital. *Abbrosciare.* German. Verbrennen/außbrennen Hisp. *Mucho quemar.* Pol. *Wipalam.* Vn. *Meg égetöm.* An. *To burne out.*] Cicer. in Pisone. Epirus exusta, Locri, Phocii, Bœotii exusti. Ex animo exuri. Idem 3. de Natura deor. Mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos. Sed fortè legendum exui, aut etiã igni exuritur scelus. Virg. 6. Aen. aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Exūstus, participium, Combustus, igne planè consumptus. [שרף *saráph.* ἐκπυρόω, ὀπτάω & ἑφθάω Gallic. *Bruſlé, ars.* Ital. *Abbruggiato, arso.* Germ. Gar verbrunnen. Hispan. *Quemado mucho.* Pol. *Wipalony.* Vn. *Meg égetetet.* Ang. *Burned, parched, dried.*] Plin. lib. 2. cap. 68: Media verò terrarum, quà Solis orbita est, exusta flammis, & cremata. Vinus exustus est, Cicero 3. Verr. ager exustus morientibus æstuat herbis, Virg. 1. Georg. Exustus Sole caseus. Colum. lib. 7. cap. 8. Quorum vitiorum primum solet accidere si parum pressus: secundum, si nimio salẽ sit imbutus: tertium, si Sole exustus est.

Exūstĭo, onis, f. t. [שרטה *serephâh* חריך *behir* עורך *horér.* ὀπτέον ἕψεως, κατάκαυμα. Gall. *Bruſlement.* Ital. *Esso ardere, abbruggiamento.* Germ. Brunſt/ außbrennung. Hisp. *Aquella obra de mucho quemar, quemadura.* Pol. *Wipalenie.* Vng. *Meg égés (auagy) égeris.* An. *A burning out*] Cicer. in Somnio Scip. Propter eluviones & exustiones quę terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, &c. Exustio Solis, Plinius lib. 14. capite 24.

Exūscĭto, ras, act. p. Suscito. [קום *hekím.* ἀνεγείρω. Gal. *Faire dresser, faire leuer, esueiller* Ital *Suscitare, far leuare, drizzare, destare.* Ger. Auffwecken Hisp. *Despertar.* Pol. Wzbudzam. Vng. *Föl költöm, serkentöm.* Ang. *To make to arise, to wake from sleepe.*] Cic. pro Muræna: Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Idem lib. 1. Offic. Quę cura exuscitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit. ¶ Exuscitare se. Brutus ad Ciceronem: Quare non Octavius est rogandus ut velit nos salvos esse, magis tu te exuscita, ut eam civitatem, in qua maximã gessisti, liberam atque honestam fore putes.

Exŭvĭæ, arum, f. p. Spolia hosti detracta: ita dicta, ab exuendo: [שלל *schalál.* ἔνδυμα, λάφυρα. Gall. *Despouilles de l'ennemy, la peau & despouille d'vne beste.* Ital. *Spoglie, nimiche, & la pelle de vna bestia.* Ger. Die außgezognen Kleyder der Feinden/ der Raub. Hisp. *Los despojos, como de enemigos y de bestias.* Pol. Zwleczone szaty z mieprzyiacioł, łup. Vng. *Preda, nyereség.* Ang. *Spoile taken from enemies, beotie, the hid of a beast.*] sicut induviæ, ab induendo. Cicer. pro lege Manil. Quum eum vobis majores vestri exuviis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Virg. 2. Aeneid. -qui redit exuvias indutus Achilli. ¶ Et non solùm hominum tegmina, aut vestes dicuntur, sed etiam cæterorũ animalium. Virg. lib. 2 Georg. de serpente: Quum positis novus exuviis, nitidusque juventa Volvitur. Plautus in Mostel. Mane castigabit eos exuviis bubulis.

F



LITERA à Prisciano inter mutas numeratur, ab aliis inter semivocales, eò quòd à vocali incipiat, & in seipsam terminetur. Hæc alio nomine digãma Aeolicum, quòd duplex gamma imagine referat. Eundem sonum habet quem apud Græcos φ. Vnde etiam dictiones aliquot Græcæ, in Latinorum usum receptæ, quæ apud illos per φ, scribuntur apud Latinos per f: ut, Fama, Fanum, & similia. Vetustissimi hac litera loco aspirationis uti solebant. Dicebant enim Fordeum, trafo, vefo, pro hordeum, traho, veho. Fuerunt præterea apud antiquissimos, qui loco literæ f utebantur b, Bruges dicentes, pro quo posteri fruges dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæsar inversam, ut consonantis vicem voluit præstare: quod etiam hodie in plerisque vetustis monumentis conspicitur: nunquam tamen efficere potuit, ut omnium consensu recipęretur. Sonat aliquando asperiùs quàm u consonans: augetque sonum & minuit pro qualitate loci, & alterius literæ subsequenus. In notis antiquorum F. fecit, vel felix, familia, fuit, fit, figura, fides, filius, Fulvius, Februarius. fur. Faustum quoque declarabat diem. Ⅎ. pro V. ut SERⅎVS, ⅎVLGVS, ⅎIXIT. pro Servus, Vulgus, Vixit, in digamma Aeol. g. ut in multis sepulchris. SERⅎVS, ⅎVLGVS, ⅎALE, ⅎIXIT, pro Servus, vulgus, vale, vixit. Fab. Fabius. Fab. Fabricavit. FAB. Fabrûm, vel fabrorum, vel fabricabant. FAV. F. Faustinæ factum. F.C. Fidei commissum, vel fiducię causa, vel fidei causa, vel fraude creditoris, vel faciendum curavit, vel fecit, vel fecerunt. F.C D. fraude credentes. F. C. L. fraudatoris causa Latina, vel fraude clientis. F. D. Fides data, vel fecit divęs, vel fecit Deus. F D. C. Fideicommissum. F D. M. Fides mundi. F D. A G. Fundum agri.

Făbă, æ, f. p. Genus leguminis, notius quàm ut egeat descriptione. [ⅡⅤ *pol.* κύαμος. Gallic. *Vne feue.* Italic. *Fava.* Germ. Ein Bon. Hispan. *La hava.* Polon. *Bob, wielogroch.* Vngar: *Bab.* Ang. *A beane.*] A Falisцis hoc vocabulum Latini sumpserunt una immutata litera. Dicebant enim illi Habam, quam Latini Fabam, propter cognominationem literarum F. & H. Q. Terent. Scaur. de Orthograph. Terent. Evnuch: Atenim isthæc in me cudetur faba. ¶ Faba Græca λωτὸς dicitur: Plinius libro 16. capite 30: Faba Græca quam Romæ à suavitate fructus sylvestris quidam, sed cerasorum penè natura, *lóton* appellant. ¶ Faba porcina, herba quam vulgus vocabulo depravato vocat *Iusquiamum*, ὑοσκύαμος. Vide latiùs in dictione HYOSCYAMVS. ¶ Fabarum arrosor. κυαμοτρώξ, proverbio dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat suã suffragia, eoque quæstus gratia sedulò versabatur in Comitiis. ¶ Qui circa fabam & salem, περὶ ἅλα καὶ κύαμον. In eos dicebatur, qui se simularent scire quod nescirent. ¶ In me hæc cudetur faba, Terent. in Evnuch. Donato interprete: hoc est, In me hæc vindicabitur culpa, In me malum hoc recidet. Faba nummus, Dictum est olim fabis ferri solita suffragia: quod innuisse Pythagoram existimant, quum vitaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia hoc lepidissimo tropo significavit M Tull. lib. 6. epist. 1.

Făbŭlă, læ, f p. diminut. [τὸ κυάμιον Gall *Petite feue.* Ital. *Picciola fava.* Germ. Ein Bönte. Hilp. *Pequenna hava.* Pol. *Bobik.* Vng. *Babotska.* Ang. *A litle beane.*] Plaut. in Stich: Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Făbŭlum, li, n. ſ. pro faba, apud Gellium lib. 4. ca. 11: Opinio vetus falsa occupavit, & convaluit, Pythagoram philosophum non esitavisse ex animalibus, item abstinuisse fabulo, quem κύαμον Greci appellant. [Vn. *Bab.*] Cicer. 1. de Divin. Ex quo

etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam in cibis, trãquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Făbāgĭnŭs, a, um, adjectivum, Quod est ex fabis: [κυαμικός. Gal. *De Feues.* Ital. *Di fava.* Germ. Das von Bonen ist. Hisp. *Cosa de materia de havas.* Pol. *Wiel'ogrochowi.* Vng. *Babbol valo.* An. *Of beanes.*] ut, Fabaginũ acus, apud Catonem de Re rust. c. 54.

Făbārĭŭs, a, um, adject. Quod ad fabam pertinet: [κυαμικός. Gall. *Propre & conuenable à feues.* Italic. *Cio che à fava si conviene.* Germ. Das zu den Bonen gehört. Hisp. *Cosa perteneciente a las havas.* Pol. *Do bobuprinalezący.* Vn. *Babhoz valo.* Ang. *That belongeth to a beane.*] ut, Fabariæ calendæ: hoc est, calendæ Iuniæ, quia hoc mense adultæ fabæ divinis rebus adhibebantur, teste Macrob. in Saturn. Pilum fabarium, apud Catonem, ca. 12.

Făbālĭă, lium, Sunt stipulæ fabarum: hoc est, culmi illi ex quibus siliquæ fabaceæ dependent. [κεφάλαια τῶν κυάμων. Gallic. *Vn fauat des feues.* Ital. *Stopie de fave.* Germ. Bonenstraw. Hisp. *Las canas de havas.* Polon. *Sl'oma bobowa.* Vng. *Babszalma, babszár.* Ang. *The stalkes of beanes.*] Plin. lib. 18. cap. 12: Sed major pars malunt fabalia maturę sationis, quàm trimestrem fructum ejus. Nam siliquæ, caulesque gratissimi sunt pabulo pecori. Col. lib. 2: Veteres rusticos pleruhque dicentes audio, malle se matura fabalia, quàm fructum trimestrem.

Făbālĭs, & hoc le, adject. [κυαμικός. Gall. *De feues.* Ital. *Fauale.* German. Das von Bonen ist. Hispan. *De hava.* Pol. *Bobiasty.* Vng. *Babos.* An. *Of beanes.*] ut, Stipula fabalis. Ovid. lib. 4. Fast. Certè ego de vitulo cinere, stipulamque fabalem Sæpè tuli plena februa tosta manu. Ac paulò pòst declarat quid sit stipula fabalis: Sanguis equi sutilmen erit, vitulique favilla, Tertia res duræ culmen inane fabæ. Culmen verò pro stipula usurpavit. Sicut autem cinis vituli & vituli favilla, res est eadem: sic culmen fabæ & stipula fabalis, quæ & fabalia substantivæ dicuntur. Plin. lib. 22. cap. 25: Fabalium etiam siliquarum cinis ad coxendices & nervorum veteres dolores cum adipis suilli vetustate prodest.

Făbācĭă, fabaciæ, f. p. A veteribus dicebatur genus libi ex fabis. [κυαμίτης. Gall. *Vne sorte de gasteau ou torteau fait de feues.* Ital. *Favata, focaccia, torta di fava.* Germ. Ein gattung Kuchen von Bonen gemacht. Hisp. *Manja à potuje de havas.* Pol. *Placzek bobowi.* Vng. *Babból tsinált pogatsa.* An. *A kind of bread made of beanes.*] Plin. lib. 18. cap. 12: Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

Făbēllă, Vide FABVLA.

Făbĕr, [חרש *charăsh.* δημιεργὸς, τεχνικὸς, τέκτων. Gal. *Tout ouurier besongnant en dure matiere, comme en bois, fer, pierre, & semblables choses.* Italic. *Fabro, artefice di cose dure, come legno, ferro, pietre.* Ger. Ein Werckmann in harter Matery/als da ist/Eysen/Stein/ Holtz/wie da sind/ Schmid/ Steinmetz/ Zimmermann. Hisp. *Official de qualquier arte.* Pol. *Rzemiesnik wssĕliaky kol'o twardei roboty, iaki iest kowal, slosarz, cżieslia, muliarz.* Vng. *Kovács, ats.* Ang. *All craftes man that worketh in hard stuffe, as yron, woode, stone.*] Generale est nomen, communeque iis omnibus qui circa duram versantur materiam, in opificioque suo malleo utuntur: quæ tamen significationis amplitudo restringitur ex significatione adjectivi adjuncti. ¶ Est enim faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit, σιδηρεργὸς: faber tignarius, qui tigna ad ædificia adaptat, οἰκοδόμος, τεκτονικός: faber aurarius qui ex auro aliquid excudit, χρυσοποιὸς χρυσουργὸς, χρυσοχόος: & sic de cæteris. Qui verò ex gypso, argilla, cera, aliave molli materia aliquid conficiunt, plastæ dicuntur. Plautus in Most. Venit imber, lavat parietes, perpluunt tigna, putrefacitque; operam fabri: nequior jam factus est Vsus ædium, atque fabri culpa. Idem in Rud. -ut fortunati sint fabri ferrarii, Qui apud carbones assident, semper calent. Idem Mostell. Tacesis faber, qui cudere solos nosti plumbeos nummos. Horat. 2. Epistol. 1: Marmoris aut eboris fabros, aut ęris amavit. Cic. de Clar. Orat. Ego me Phidiam esse malim, quàm vel optimum fabrum tignarium. ¶ Faber quũ sis, opera haud facis fabrilia, τεκτὼν γὰρ ὢν, οὐκ ἐπιστάτης ξυλουργικός. Congruet in eum qui tentat ad quæ non est idoneus, vel, ob imperitiam, vel ob naturam alienam. ¶ Faber etiam piscis est, qui & zeus χαλκεὺς Athenæo lib. 1: Est planus cui pinnæ nigricant, latera aurea, in medio corpore utrinque fusca macula nummuli instar, lineaque obliquè à capite ad caudam protenta est. Colum. lib. 8: Faber qui in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus annumeratur, cumque prisca consuetudine *Zeum* appellamus, Dalmatæ *Fabrum* vocant: quia in eo omnia fabrilia instrumenta reperiantur.

Fabrûm in genitivo plurali, usitatius erat Ciceronis ætate, quàm fabrorum. Cicer. in Orat. Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Idem ad Att. lib. 9: Iam duo præfecti fabrûm Pompeii in meam potestatem venerunt.

Fabrē, adverbium, Idem est quod artificiosè, affabrè, scitè. [σὺν τέχνῃ. Gallic. *Artificieusement, ingenieusement, de main de maistre.* Ital. & Hisp. *Artificiosamente.* Germ. Wercklich/meisterlich/künstlich. Bel. *Konstlick.* Pol. *Kunsz townie, mistrznie.* Vng. *Mesterségesen.* Ang. *Cuningly, crafftily, workmanly.*] Plautus in Pœnul. Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallacias. Idem in Menæh. Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabrè. Hodie usitatius est compositum ejus Affabrè, quod ejusdem est significationis. ¶ Contrarium ejus est Infabrè. Pacuv. Barbaricam, *inquit*, pestẽ nostris manibus obtulit, nova figura factam, commissam infabrè: hoc est, fœdè & turpiter, ut interpretatur Nonius. ¶ Omnia hæc originem ducunt ab antiquo adject. Faber, ra, rum, quo usus est Ovidius 8. Metamorph. pro fabrilis: Dædalus, *inquit*, ingenio fabræ celeberrimus artis. Hinc etiam Apulcius libro 2. Floridorum deduxit superlativum Fabberrimus. Et anulum, *inquit*, in læva aureum faberrimo signaculo.

Fabrēfăcĭo, is, act. t. Aedifico, artificiosè compono. [κατασκευάζω, κατασκεδάζω, πεπαίνομαι. Gall. *Faire artificieusement, besongner en maistre & ingenieusement.* Ital. *Fabricare, edificare, comporre, lauorare con arte.* Ger. Wercklich machen/ künstlich bauwen. Bel. Meesterlick maken. Hisp. *Edificar, obrar por artificio, componer.* Pol. *Kunstownie kuduie.* Vng. *Epittök, mesterségesen tsinalok.* Ang. *To builde and work or make a thing cuningly or workmanly.*] Plaut. in Capt. Nec fallaciam astutiorem ullus fecit poëta, atque ut hæc est fabrefacta à nobis. Plin. de Viris illust. Quum videret eos multum mari posse, classem magis validam quàm decoram fabrefecit: hoc est, ædificavit. Vnde fabrefactum opus: id est, artificiosè factum, κατασκεύασμα, πεπανσμένον.

Fabrĭco, as, pen. cor. & fabricor, aris, deponens, Fabrili arte aliquid conficio, architector. [בנה *banáh.* πεπαίνομαι, σκευοποιῶ, κατασκεδάζομαι. Gall. *Forger, faire, bastir.* Ital. *Fabricare, edificare.* Germ. Schmiden/Zimmeren/machen. Belg. Maten. Hisp. *Fabricar, obrar por artificio.* Polon *Budowie, kuie.* Vng *Faragok, eppitök.* Ang. *To forge or fraame.*] Ovid. lib. 13. Metam. Craterem Aeneæ quem jam fabricaverat Alcon. Cicero 3. de Orator. Capitolii fastigium illud, & cæterarum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Quintil. lib. 3. cap. 2: Nisi quis dicit, etiam gladium fabricatum ab eo, priùs qui ferrum in tutelam sui, quàm in perniciem alterius compararit. ¶ Transfertur etiam ad animum. Curtius: Multa interea fabricatus ingenio, quomodo avertere inde hostem posset.

Fabrĭcātŭs, particip. [עשוי *hasúi.* πεπαινόμενος. Gall. *Fait, forgé, edifié* Ital. *Edificato, fabricato.* Germ. Geschmidet / gezimmeret/ gemacht. Hisp. *Obrado por artificio, edificado.* Pol. *Vbudowani.* Vn. *Faragtatot, epittetet.* Ang. *Forged, framed, wroght.*] Cicero 1. de Vniversi. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Graeci vocant.

Fabrĭcātŏr, ris, m. t. Aedificator, architectus, artifex. [עשה *hoséh* פעל *pohél.* τεχνίτης, κτίστης. Gall. *Forgeur, ouurier.* Ital. *Fabricatore, operario.* Germ. Ein Schmid der etwas auß harter Matery macht. Hispan. *El que artificiosamente obra.* Pol. *Budowonik.* Vng. *Ats, eppitö farrago.* Ang. *A forger a fraamer.*] Quintil. lib. 2. cap. 16: Et hercle Deus ille princeps, parens rerum, fabricatorq; mundi, nullo magis hominem separavit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabrĭcātĭo, nis, f. t. Fabrica. [מעשה *maaséh* מעשׂה *miphhál.* δημιουργία, κτίσις, πτίσις. Gall. *Forgement, façon, edifice.* Ital. *Fabrica, edificio.* Germ. Schmidung/ machung. Hisp. *Aquella obra de fabricar.* Polon. *Budowanie.* Vng. *Faragás, eppitès.* Ang. *A framing or making.*] Cicero 2. de Nat. deor. Si erit tota hominis fabricatio perspecta.

Fabrĭcă, cæ, propriè fabri lignarii officina, quanvis & de aliis officinis dicatur. [ἐργαστήριον, τεκτονικόν. Gall. *Bastiment, ouurage, vne forge.* Ital. *Bottega del lignaiuolo, fabrica.* Germ. Ein Werckstatt. Bel Een Werckpiaetse. Hisp. *Botica ò tienda de carpintero, fabrica.* Ang. *A forge or shope wherein any thing is forged or fraamed.*] Nam fabricam ferream dixit Plinius lib. 7. cap. 56: Fabricam ferream invenêre Cyclopes. ¶ Ponitur pro ipsa fabicatione sive arte fabrili. [μηχανή. Ang. *A working in hard stuffe.*] Vnde & ædificium fabricam dicimus & machinationem. Plautus in Pœn. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo, ut filias dicas tuas. Cicero 2. Offic. pro coagmentatione sive compactione sumpsit: Hanc (*inquit*) tam diligentem naturæ fabricam imitata est hominum verecundia.

Fabrīlĭs, le, pē. prod. Quod est fabri sive quod ad fabrũ ptinet. [τεκτονικός. Gal. *Appartenant à vn forgeur.* Ital. *Fabrile, pertinente à magnano.* Ger. Das zu einem Schmid oder anderen dergleichẽ Werckmann gehört/ Schmidgezeug. Hispan. *Cosa perteneciente à tal obra.* Pol. *Kowalsky, rzĕsitunek kowalsky.* Vng. *Atshoz (uagy) kouatshoz valo.* Ang. *Belonging to a smith or carpenter.*] Horat. 2 lib. Epistol. -quod medicorum est Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Fabrile scalprum, Liv. 8. bel. Pun. Fabrile erratum, Cicero ad Attic. lib. 6. Fabrile glutinum, Plin. lib. 28. ca. 11. Fabrilis manus, Martial. lib. 11: Factaque fabrili dedolat ossa manu.

Fabrē, Fabricatio, Fabrica, Vide FABER.

Fabrĭco, Fabrīle, Vide FABER.

Fābŭlă

Fabŭlā,æ;f.p.Propriè eſt ſermo & rumor populi,ꝰ& res paſſim divulgata,à fando dicta. [משל *maſchāl* שביבה *ſcheninah*.μῦθος. Gall.*Fable,conte, deuis, farce, comedie,tragedie.* Ital.*Fauola,nouella.* Ger.Ein fabel/ein gemeine gaſſenred/ein erdichte red. Hiſpan. *Ficion,ò nouella fingida.* Pol.*Fabul'a, baika, mowa zmyslona,wymyſł.* Vngar.*Beſzéd,koz hirmes.* Ang.*A tale,a fable.*] Iuvenal.It nova,nec triſtis per cunctas fabula cœnas. Martial. libr.1:Quòd nunquam maribus junctam te Baſſa videbam, Quodque tibi mœchum fabula nulla dabat, Eſſe videbaris, fateor, Lucretia nobis. Terent.Hecyr. odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis: E' medio æquum eſt excedere:poſtremò jam nos fabulæ ſumus, Pamphile,ſenex atque anus. ¶ Dicitur etiam fabula,narratio ad delectationē inventa, rerum nec veratū: nec veriſimilium: ut quòd Daphne verſa ſit in laurum,& Tantalus apud inferos fugientia captet flumina. Horat.in Serm.Satyr.1:-quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. Cicer.3. de Nat. deor. Iam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum, exectum à filio Cælum,vinctum itidem à filio Saturnū?¶ Apologus autē differt à fabula, ut ſpecies à genere.Dicūtur enim apologi fabulæ quæ ſub tectorio ridiculæ alicujus narrationis,& inter bruta animantia colloquii, recōdit aliquid, quod ad vitam & mores pertineat: quales ſunt fabellæ illæ quæ Aeſopi nomine circunferuntur, quāvis ab Heſiodo primùm profectas conſtet. Comœdiæ & Tragœdiæ fabulæ ſunt,non apologi.Hujuſmodi autem fabulę diverſa ſortiuntur nomina pro habitu & qualitate perſonarū.Aliæ enim togatæ dicebantur, quarum perſonæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ palliatæ, cùm perſonæ Græco more palliis indutę,in ſcenam prodibant.Erat enim pallium Græcis peculiare,quemadmodum Romanis toga.Togatarum genera quatuor. Sunt enim togatæ, quæ prætextatæ dicuntur,in quibus reges Romani, vel duces inducuntur,perſonarum dignitate & ſublimitate Tragœdiis ſimiles. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè Regum vel magiſtratuum prætexta utentium in hujuſmodi fabulis perſonæ introducebantur. Secundum genus togatarum, tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine Comœdiis pares:in quibus non magiſtratus, ſed humiles & privatæ perſonæ induci ſolebant:quales ferè ſunt mercatores,aut inſtitores, qui in tabernis merces ſuas vendere cōſueverunt. Erant præterea fabulæ Attellanæ, jocis & ſalibus quamproximè ad Satyram accedētes: ab Attellis Campanię oppido, in qua plurimùm actitatę ſunt,nomē ſortitæ.Aliæ erāt planipediæ, à planis actorum pedibus dictæ,qui ob humilitatē argumenti,& vilitatem perſonarum neque cothurnis utebantur, neque ſoccis.¶ Sine capite fabula, ἀκέφαλος μῦθος, dicitur imperfectus ac mutilus ſermo. Zenodotus ex Platone & Plutarcho.

Fābēllă, diminutivum eſt à fabula. [τὸ μυθίδιον. Gal.*Petite fable, petite farce.* Ital.*Fauoletta, fauoluccia,nouelletta.* Germ.Ein märle. Hiſp.*Pequenna ficion ò nouella fingida.* Pol.*Bayeczka.* Vng.*Beſzedetske,meſétske.* An.*A litle fable.*] Cic.pro Cęlio:Verùm hęc tota vetus, & plurimarū fabellarū poëtrię. Idē 5.de Fin. & 2.de Divin. Nihil debet eſſe in philoſophia cōmentitiis fabellis loci.

Fābŭlŏr,laris, à fando derivat & ſignificat loqui. [שׂחה *ſchalyāh* השתחה *hiſchtahah* סטר *ſipper*. μυθολογέω, ὁμιλέω. Gall. *Conter des fables,deuiſer,caqueter,babiller.* Ital.*Ragionnare, fauollare, fauolegiare.* Germ. Schweţen/reden. Belg.Couten. Hiſp.*Dezir ò contar nouellas.* Pol.*Rozprawiam,baie.* Vngar.*Beszellök,meſéllök.* Ang.*To babble,to pratte or chatter.*] Plaut.in Capt.Quid fabulabor?quid negabo?aut quid fatebor?Idem in Ciſtel.Hęc noſtrā rem fabulatur, hanc ſcire oportet, filia tua ubi ſit.Id eſt,de re noſtra loquitur. Idem in Mere. Quid illud quod ſolus ſecum fabulatur filius?¶ Fabulari pro ineptè garrire. Liv.li.5.Decad. 5: Et tu centurio, miles, quid de Imperatore Paulo. Senatus decrevit potiùs, quàm quid Sergius Galba fabuletur, audi. ¶ Ejus compoſitum eſt Confabulor.συνομυθολογέω.

Fābŭlo in activa voce, pro eodem. [Vngaricè, *Beſzellök.*] Plaut. in Milite:Mala es. P. Imò æcaſtor ſtulta multùm, Quæ vobiſcum confabulem.

Fābŭlātŏr,oris,m.t. [שׂחה *ſchoheh* השתחה *miſchtahèh* סטר *meſſipper*. μυθητὴς, λογοποιός. Gall. *Vn faiſeur de contes,raconteur de fables.* Ital.*Narratore di fauole.* Germ.Ein ſchweţer/tandter/märter ţager. Hiſpan. *El dezidor y contador de nouellas.* Pol.*Bay,pliotka, ţmiſtiacz.* Vngar. *Beſzellö.* Ang.*A babler or pratter.*] Facetus colloquutor.Sueton.in Auguſt. Si interruptum ſomnum recuperare,ut evenit,non poſſet, lectoribus,aut fabulatoribus accerſitis reſumebat,producebatque ultra primam ſæpè lucem

Fābŭlārĭs,are,adjectivum,Fabuloſus: [μυθώδης. Vng.*Beſzédime.*] ut Hiſtoria fabularis, in qua multa falſa, & minimè vera ſcribuntur.Suet.in Tiberio:Maximè tamen curavit hiſtorię fabularis notitiam uſque ad ineptias & deriſum.

Fābŭlōsŭs,a,um,Dicitur quod commentitium eſt:vel quod fabulis & figmentis celebratur: vel de quo multa finguntur. [μυθώδης. Gall. *Fabuleux.* Ital. *Fauoloſo.* German. Erdichtet/davon man viel ſagt vnnd aber erdichtet fabelwerck iſt. Hiſp. *Fingido.* Pol *Pel'ny baiek.* Vngar. *Hamis beszélléshez illendö.* Ang.*Full of fables or inuentiones,fayned.*]Horat.lib.1.Carm.Vel quæ loca fabuloſus lambit Hydaſpes.Plin.lib.10.cap.49: Pegaſos equino capite volucres,& gryphas auritos,aduncitate roſtri, fabuloſos reor.¶ Fabuloſior. Plin.lib.33.cap.1: Midæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabuloſiorem fateatur?

Fābŭlōsē, adverbium, Falsò, vel per fabulas. [μυθικῶς, ψευδῶς. Gallicè,*Par menſonge, fabuleuſement.* Ital.*Fauoloſamente.* Germ. Falſchlich/ lugenhafftigtlich. Hiſp. *Fingidamente.* Pol. *Kl'amliwie.* Vng.*Hazugon,meſe módgyára.* Ang.*Feynedlie.*]Plin.lib.32. cap. 11:Accedat his Taprobane, inſulæque aliæ Oceani fabuloſè narratæ. Idem libr.5. cap.1: Colonia à Claudio Cæſare facta Lixos,vel fabuloſiſſimè ab antiquis narrata.

Fābŭlōsĭtās,ſ.t.Hoc eſt,fabulantium vanitas. [τὸ μυθῶδες.Gall. *Conte de menterie,menſonge.* Ital. *Il contar fauole,menzogne.* Germ. Ein erdichtung/ fabelwerck. Hiſp.*Aquella obra de fingir.* Polonicè, *Baianie.* Vngar.*Hazug tetteteſség beſzedi haziſág.* Ang.*A telling offables or lies.*] Plin. libro 36.cap.13:Sed quum excedat omnia fabuloſitas, utemur ipſius M. Varronis in expoſitione ejus verbis. Idem libr.7. cap.52: Reperimus inter exempla, Ariſtæi etiam viſam evolantem ex ore animam in Proconneſo corvi effigie,magna quidem fabuloſitate.

Fabulum, Vide FABA.

Făcēſſo, Vide FACIO.

Făcētŭs,ti,m. ſ. Dicitur qui ſalibus & ſermonis urbanitate,citra ſcurrilitatem tamen, abundat, Salſus, urbanus, venuſtus, ſcitus,cōcinnus,feſtivus,argutus,dicax. [εὐτράπελος,κομψός. Gall. *Facetieux, plaiſanteur,railleur,recreatif en parolles.* Ital.*Faceto, piacevole,chi ragiona piacevolmente per ridere.* Ger. Schimpflich/ höflich vnnd boſſechtig mit reden. Hiſp. *Coſa ſalada à donoſa.* Polon. *Zartowny,mowni.* Vng.*Tſufos,tréfás.* Ang. *That ſpeaketh or doeth to mak men laughe,merie,pleaſant.*]Cic.ad Qu.Fratrem:Nam neq; parum facetus ſcurra Sextus Nævius. Plaut. in Mil.Cavillator facetus,vel commodus conviva item ero. Cic.lib.2.de Legib. Facetiſſimus Poëta veteris comœdiæ Ariſtophanes. Quidā.à faciendo derivant, ut is ſit, qui geſtibus aut verbis ita alium imitatur,ut ſe illum faciat. Alii à fando deducunt. Cic.de clar. Orat.Acuti,elegantes,faceti,breves homines. ¶ Veteres facetum dixerunt quicquid venuſtum eſſet, & elegans. Horatius facetum dicendi genus Catoni, Virgilio decens tribuit.

Făcētē, adverb. Elegantei,urbanē. [κομψῶς, χαριέντως. Gall. *Plaiſamment,par raillerie.* Ital *Piacevolmente.* Ger. Schimpfflichen/ mit höflichen worten. Hiſpan.*Donoſa y gracioſamente.* Pol.*Prekmm ţartem.* Vngar.*Tréfáſon.* Angl.*Pleaſantly,merely.*] Cic.6.Verr. Nunquam tantū mali eſt Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicant. Idem pro Roſc.Amerin. Nosque ab iſto nebulone facetiùs eludimur.

Făcētĭæ,arum,f.p.Sunt quaſi deliciæ quædam ſermonis, & dicta urbana ſine ſcurrilitate, jocus, ſal, lepos, urbanitas,feſtivitas,arguriæ. [εὐτραπελίαι,τὰ γελοῖα. Gall.*Plaiſanteries,ioycuſetez de paroles,railleries* Ital.*Facette, burle piacevole.* Ger. Schimpffreden/hoflichteit mit reden. Hiſp.*Los donayres de palabras.* Pol.*Zartowna mowa,ţarti.* Vng.*Tſuffágok,tréfás beſzedek.* Ang.*Merie ieſtes or conceites.*] Plautus in Milite: Nam tu quemvis potis es facere ut fluat facetiis. Catullus:Eſt enim leporum Diſertus pater, & facetiarum. Cicer. 1. Offic. Sale verò & facetiis Cæſar Catuli patris frater vicit omnes. Idem 2 de Orat. Etenim quum duo genera ſint facetiarum: alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum: alterum peracutum, & breve: illa à veteribus ſuperior cavillatio:hæc altera dicacitas nominata eſt.¶ Reperitur & in ſingulari facetia apud Apuleium in Apologia:Atque ego ſcio nonnullos, & cum primis Acmilianum iſtum facetiæ ſibi facere res divinas deridere.

Făcētōsŭs,ſa,ſum, Iucundus,facetiis abundans. [κομψόπικος, εὐτραπελώδης. Gal.*Facetieux,plein de plaiſanteries & railleries.* Ital. *Pieno di piacevolezze.* Ger.Voll ſchimpfflicher vnd kurtzweyliger redē. Hiſpan.*Lleno de gracias y donayres.* Pol. *Pel'ni ţartoro.* Vngar. *Tſufos,tréfás.* Ang. *Full of merie conceites.*] Cic. 2.de Finib.Quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantam hominū facetoſam urbanitatem incurratis non dico. Quamquam alii hanc lectionem apud Ciceronem ſuſpectam habent,& pro ea facetorum urbanitatem legendum cenſent.

Făcĭes,faciei,f.q.Species oris. [טבי *panim*. Gal.*La face,le viſage.* Ital. *Faccia.* Ger Das angeſicht. Belg.Die gedaente des aengeſichts. Hiſp.*La cara ò fruente.* Pol.*Twarz.* Vngar.*Orcza,ábrázat.* Ang.*The face,the viſage.*]προσώπον: & Vultus,προσωπὰς, differūt, quòd vultus, voluntatis indicium ſit,quod pro motu animi, in facie oſtenditur. Vnde Servius: Vultus eſt voluntatis indicium,qui pro voluntatis varietate mutatur.Virg.4.Aen.Spem vultu ſimulat,premit altum corde dolorē.Facies eſt pars anterior capitis humani,cōſtans ex frōte,oculis,naſo,malis,ore,& mento.Saluſt.in Cat.Prorſus in facie,vultuq; vecordia inerat.

¶ Sumitur

¶ Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. Terent.in Evnuch. O` faciem pulchram. Vt enim ab aſpectu ſpecies, à fingendo figura: ita à faciendo, vel à factura corporis dicitur facies.Plaut.in Pœnulo: Sed earũ nutrix qua ſit facie, mihi expedi.M Statura nõ magna,corpore aquilino.P.Atq; ipſa eſt.M. Specie venuſta, ore parvo,atq; oculis peregrinis. ¶ Neque ſolùm de hominibus dicitur,ſed etiam de rebus inanimatis. Saluſt.lib.2.Hiſtor.Sardinia in Aphrico mari facie veſtigii humani,in Occidentẽ, quàm in Orientem latior. Idẽ: Quibus rebus permota civitas, atq; immutata urbis facies erat. ¶ Accipitur tamen nonnunquam vultus pro facie,præſertim apud Poëtas: qui pro eodẽ dicunt, Fœdato vultu, & fœdata facie. ¶ Quandoq; etiam facies,pro ſpecie dicitur: εἶδος. Virgil.libr.6.Aen. Quæ ſcelerum facies, ô virgo, effare. Idem libr.1.Georg. -tot bella per orbem, Tam multæ ſcelerum facies. ¶ Facies etiam pro corporis longitudine ponitur.Pacuvius in Niptra: Aetate integra,feroci ingenio,facie procera. Vide Gel.lib.13.cap.28. ¶ Antiqui declinabant, hæc facies, hujus facies, vel facii,pro faciei,ut teſtimoniis aliquot docet Gell.lib.9.cap.14. ¶ Vertere ſe in omnes facies: id eſt, experiri omnia cõſilia,aut vires. Virg.lib.12.Aen.Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid, Sive animis ſive arte vales. ¶ De facie noſſe, eſt leviter cognitum habere, quaſi quẽ ſemel atq; iterum videris duntaxat: non qui cum ſis familiariter verſatus.Id ſi transferatur ad res animi,fiet venuſtius.Cicer.in Piſonem:Habet hoc ipſa virtus, quàm tu ne de facie quidem noſti:id eſt, ne tenuiter quidem.¶ Simile huic eſt, prima facie, pro primo aſpectu, & priuſquam preſſiùs ac diligentiùs conſideres. ¶ Faciem proverbio perfricuiſſe dicuntur,qui pudorem omnem dedidicerunt, velut abſterſo manu à vultu pudore.Plinius.

Făcĭlis,Făcĭlĭtas,Facinus,Vide FACIO.

Făcĭo,cis,ci,ctum,cujus paſſivum eſt fio. [עשה *haſdh.πράττω, ὁράω, ποιέω* Gall.*Faire.* Ital *Fare.* Ger *Machen/thun.* Belg. *Doen/maken.* Hiſp.*Hazer.* Pol.*Czinie.* Vng.*Tſelekedõm,mivelõk.* Ang. *To mak any thing,to do.*] Apud antiquiſſimos in uſu fuit facior, quod adhuc remãſit in verbis iis quę ex prępoſitionibus fiũt: ut Afficio, paſſivum facit afficior: Conficio, cõficior, & ſic de reliquis.Quæ vero ex aliis partibus componuntur, paſſiva faciunt,per verbũ fio:ut, Fabrefacio,fabrefio:Madefacio, madefio.Sic etiam pinguefacio, aſſuefacio, calefacio, candefacio, excandefacio,cõdocefacio,cõmonefacio,frigefacio, fervefacio,conſuefacio,repefacio,diſſuefacio,manſuefacio, ſtupefacio,ſatisfacio, vacuefacio, patefacio, putrefacio, pudefacio, labefacio,expergefacio, torrefacio, & ſiqua alia reperiantur. ¶ Vbi illud obiter notandũ eſt, compoſita à facio, habentia e ante f, quę fiunt ex verbis ſecundę cõjugationis, habere quartam à fine indifferentẽ.Horat.lib.2.Serm.Immatris jugulo ferrum tepefecit acutum. Catullus: Alta tepefaciet permiſta flumina cędę.¶ Eſt aũt facere propriè, in opere eſſe: id eſt,rei alicui faciẽ quandã inducere.Vnde etiã facies dicitur. Qui enim facit vas, vaſis faciem illi imponit: qui veſtimentũ, veſtimenti faciem.¶ Interdũ ſumitur pro ſcribere:id eſt, cõponere. ποιῶν. Donatus in Terentium : Facit qui materiam componit,ut Menander.¶ Pro ęſtimare. ποιεῖσθαι.Plautus in Curcul.Migrare certum jàm nunc è fano foras, Quando Aeſculapii ita ſentio ſententiam,Vt me nihil faciat, nec me ſalvum velit.Sic magni facio, πολλοῦ ποιοῦμαι. Parvi facio, ὀλίγου ποιοῦμαι, περὶ μικρὸν ἡγοῦμαι. Tanti facio, magno pretio ęſtimo, nullius æſtimo,tanti æſtimo.Nec cõpoſita ſunt hæc,quũ manifeſtè diviſa inveniantur. Plaut. in Curc.Reſpicio vos nihil meam gratiam facere. Idem in Rud. Minacias ego iſtas flocci nõ facio tuas. Cic.Cecinnę:Vtebar familiariſſimè Cęſare, Pompeium faciebam plurimi.¶ Iungitur & cũ genitivis lucri, & ſumpti:ut Lucrifacio idem ſit quod facio lucrũ: ἐργάζομαι. & ſumpti facere, idem quod facere ſumptum: ἀναλίσκειν. Plautus in Perſa:Non ædepol trecentis cara eſt,feciſti lucri.Idẽ in Caſin. Si nunc me ſuſpendo,meã operam luſerim,& præter operam reſtim ſumpti fecerim. ¶ Transfertur porrò verbum facio ad innumeros propemodum uſus.Nam & facere verba dicimus:id eſt,loqui: ποιεῖσθαι λόγους. Facere iter,eſt ire. ὁδοιπορεῖν. Facere aliquem certiorem,eſt ſignificare alicui rem aliquam. Facere gratum: χάριν φέρειν. Facere ludos,exhibere. Facere lucrum,lucrari.¶ Facere etiam,pati eſt:ut,Facere jacturam,damnum,naufragium: ζημίαν ὄφλειν.¶ Item facere pro ſacrificare: ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν. Virgil 3.Aeglog.Quum faciam vitulam pro fruge,ipſe venito:id eſt,quum ſacrificabo.Cic.pro Mur. Nolite à ſacris patriis Iunonis ſolpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum Conſulem potiſſimùm avellere. Plaut. Plenam faciam tibi fideliam:id eſt,implebo. ¶ Item convenire: συμπελᾶν. Martialis: Non facit ad ſævos cervix niſi prima leones. ¶ Item rem obſcœnam facere. Plaut. Mavult ancillæ facere,quàm liberæ. ¶ Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur,quũ cogitur,ſeu colligitur.Saluſt.Iugurt. Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. ¶ Denique facere (ut Papinianus inquit)omnem omnino faciendi cauſam complectitur,dandi,ſolvendi,numerandi, judicandi,ambulandi, reddendi.Vnde qui otioſus ſedet, ſi rogetur quid faciat: rectè reſpondere poterit te nihil facere, quandoquidem otioſus eſt. Rectè etiam ſe ſedere : quoniam & ſedere ipſum aliquid facere eſt:ut jacere,navigare, quieſcere. ¶ Faciam te ut plurimum amem:id eſt,plurimũ amabo.Faciam ut tibi proſim:id eſt,tibi prodero. ¶ Fac te eſſe qui ſum:id eſt,finge te eſſe me,vel pone te eum eſſe qui ſum,πλάττε. ¶ Facto opus eſt,fieri opus eſt. ποιῆσαι δεῖ, ποιητέον. quod etiam dicimus,Opus eſt factu. ¶ Factum iri audio illi injuriam: hoc eſt, audio futurum ut illi fiat injuria. Factum itur mihi contumelia. Cato pro ſe contra Caſſium: Atq; evenit ita Quirites, ut in hac contumelia quæ mihi propter hujuſmodi petulantiam factum itur, Rei quoq; publicæ mediusfidius miſerear Quirites. ¶ A` facio item fiunt verba primæ conjugationis in co terminata, quæ propè infinita ſunt:ut Sacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, vivtfico,mortifico,juſtifico,falſifico,& hujuſmodi. ¶ Facere are, apud Lucretium,lib.6,pro arefacere,ξηραίνειν. Principio terrã ſol excoquit, & facit are. ¶ Factũ,in reſponſione affirmativa, pro Ita,ſive etiã.Terent.in Evnuch.Chęreáne tuam veſtem detraxit tibi?D O.Factũ.P H.Et ea eſt indutus?D O.Factũ. Ibidem: Dic mihi,aufugiſtin'?C H.Hera,factũ.¶ Facere ęgrè alicui: hoc eſt,facere alicui rem moleſtam. Terent.in Evnuch. Miles verò ſibi putare adductum ante oculos æmulum:Voluit facere cõtra huic ægré.¶ Facere animum alicui,eſt incitare, & animum alicui augere. Liv.5.bell.Pun.Miſſum à Metaponto præſidiũ. Romanis fecit animum,ut nocte ex improviſo opera hoſtium invaderent.Ovid.5.Triſt. Quæ tibi res animos in me facit improbe? ¶ Facere argentariam, eſt facere quæſtum argentarii: hoc eſt, trapezitæ, ſive menſarii. Cic.7.Verr.Is quem ille argẽtariam Lepti feciſſe dicit. Facere auſpicium dicitur axis è qua auſpicium capitur.Liv.1.ab Vrbe: Eam alitem ea regione cæli,& ejus diei nuntiam veniſſe, circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe. ¶ Facere cadaver,occidere.Apul.libr.8: Cadaver quod ipſe fecerat, avidè complexus eſt. ¶ Facere copiam & poteſtatẽ alicui,Plaut.Capt. -gratiã habeo tibi, Quũ copiam iſtam mihi, & poteſtatẽ facis, Vt ego ad parentes hũc remittam nuntium. ¶ Facere cum aliquo eſt partes illius fovere,aut ſequi.Gell.lib.15.cap.22:Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quũ multis præliis ſuperatus eſſet,neminẽ unquã ab eo deſciviſſe. Cic.pro Quint. Quũ veritas cũ hoc faciat,&c. ¶ Fac eſſe, permittentis & concedentis eſt locutio,ac ſi dicas,eſto,vel pone ita eſſe.Cicer.in Verr. Fac ita eſſe,tamen hoc ferendum nullo modo eſt. ¶ Facere fidem, eſt facere ut quis credat,perſuadere:πίστιν ποιεῖν vel παρέχεσθαι. Cic.in Catil.V: quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinẽ, ſceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum eſt ambulare.Cic.2.de Orat.Quin prodis mi Spuri,ut quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem? Plautus in Curc. Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obſecro:Id eſt,propera ad me accedere.Gradum ad aliquid facere, eſt per quoſdã veluti gradus ab una re paulatim ad aliam tranſitum facere.Quintil lib.3.cap.6:Nanque & illud frequens eſt, ut ea quibus minus confidimus, quum tractata ſint, omittamus: interim ſponte noſtra veluti donantes, & ad ea quæ ſunt potentiora,gradum,ex his feciſſe contenti. Facere gradum,pro promovere. Liv.6.ab Vrb. Accingendum ad eam cogitationem eſſe, conando, agendoq;,jam eò gradum feciſſe plebeio:unde ſi porrò annitãtur, pervenire ad ſumma, & partibus æquari tàm honore,quàm virtute poſſent. ¶ Facere gratiam jurisjurandi:id eſt, ſolvere vinculo jurisjurandi. Plautus in Rudente:Nihil hercle hîc tibi eſt,ne tu ſperes:jurisjurandi volo gratiam facias. Facere gratiam, pro onus quod ſubire quis teneatur,ei remittere, privilegioq; ab eo eximere. Suetonius in Othone,cap 38: Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui majores annorũ quinq; triginta retinere eum nollent. Facere gratiam delicti, pro ignoſcere,Saluſt in Iugurtha: Cæterùm Boccho, quoniam pœnitet delicti,gratiam facit: Id eſt,ignoſcit. ¶ Facere gratũ pro gratificari. Terent.in Evnuch. Hac re,& omni te turba evolves, & illi gratum feceris.¶ Facere injuriam, eſt verbo factóve aliquem injuſtè lædere. Plaut. Mercat. Filio ſuo innocenti qui fecit tantam injuriam.¶ Facere initium,incipere,ἀρχὴν ποιήσασθαι, ἄρχεσθαι. Cic.ad Attic. libro 9: Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget ſyncerè,temperatè,prudenter,valde videro. ¶ Facere largitionem, ſeu largitiones, eſt largiri, & profundere, ac diſſipare Cicero 3. Tuſcul. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciſſet,& effudiſſet ęrarium,verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Ne longum faciam:id eſt, ut breviter dicam, apud Horat.1.Serm.Satyr.3.¶ Facere ludos, irridere. σκῶπτειν. Plautus in Aulul.Quem tu ſenecta ætate ludos facias. ¶ Facere magni, eſt magni æſtimare. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. Plautus in Aſin.Nunè neque quid velim facitis magni peſſimæ. ¶ Facere maxim.

maximi. Terent.in Phor. Meritò te ſemper maximi feci Chreme. ¶ Nihili facere, eſt nihili æſtimare. οὐδενὸς ποιεῖσθαι. ¶ Facere parvi. Plaut. Rudente: Illos ſceleſtos qui tuum fecerunt fanum parvi, & auſi ſunt violare nos. ¶ Ne pili quidem facere. Catullus: Ludere hanc ſinit ut lubet, nec pili Facit uni. ¶ Pluris facere. Cic. Att. lib. 8: Ego pro Pompeio libēter emori poſſum, facio pluris omnium hominū neminem. ¶ Facere manū, pro colligere milites. Cic. in Verr. Illi nocte, facta manu, armataq; veniunt. Idem pro Cecinna: Quū manum fecerit, copias parārit, &c. ¶ Facit mecū: hoc eſt, ſentit mecū, ac meæ eſt opinionis, Ovid. Vt fatear, mecum ſola Corinna facit. Horatius: Et ſapit, & mecum facit, & Iove judicat æquo. Ad eundē etiam modū dicimus, tecum, ſecum, nobiſcum, aut vobiſcum facere. Cicer. pro Sylla: Quid tum? Craſſus ſi reſpondiſſet idem ſentire, & ſecum facere Syllam. Idem pro A. Cecin. Videatis autoritatem ſapientiſſimorum hominū facere nobiſcum. ¶ Facere mentionem, cōmemorare. Cic. de Senect. Lyſandrum Lacedæmoniū (cujus modò mentionem feci) dicere ajunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. ¶ Facere miſſum, idem quod dimittere. Cicer. 3. Offic. Iuravitq; ſe illum ſtatim interfecturum, niſi jusjurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturū. ¶ Facere modum alicujus rei, eſt ſibi temperare, & modum non egredi. Cic. 1. de Legib. Ipſiſq; magnoperè autorem fuiſſe, ut aliquando controverſiarum aliquem facerent modum. Facere modos, eſt inter actus fabularum intercinere. Terent. in Prologo Andr. Flaccus, Claudii filius modos fecit tibiis paribus, dextris & ſiniſtris. Cic. de Orat. Neque id actores priùs viderunt, quàm ipſi poëtæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum cum aliquo. Plaut. Trin. Benè vult tibi. I. Aedepol mutuum mecum facit. Idem Curc. ea me deperit: Ego autem cū illa nolo facere mutuum: id eſt, nolo eam deperire ut me deperit. ¶ Naufragium facere. Cic. ad Tironem: Qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Facere nomen, eſt nominare. Liv. 8. ab Vrbe: Scelerato campo, credo ab inceſto id ei loco nomen factum. Facere nomē alicujus amplum, eſt cōciliare famā & celebritatem. Liv. 8. bel. Pun. Vbi per aliquot annos maximis rebus gerendis ampliſſimum nomen apud exteras gentes, pop. Rom. familiæq; veſtræ fecerant. Facere nomina, idem quod debitorem ſe conſtituere. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples, tanti quāti Pythius voluit, & emit inſtructos: nomina facit, negotium conficit. Accipitur etiam pro pecuniam mutuā dare, aut aliàs debitorem ſibi aliquem facere. Cic. Gallo, lib. 7: Accepi Aviani literas, in quibus hoc inerat liberaliſſimum, nomina ſe facturum qua ego vellem die. Id eſt, pecuniam creditum, in eam diem ſolvendam, quam ego poſtulaſſem. ¶ Facere nomen cū vineis: hoc eſt, facere ſupputationem reditus vinearum. Colum. lib. 3. cap. 3: Quod quaſi nomen ſi ut fœnerator cum debitore, ita ruſticus cū vineis ſuis fecerit, ejus ſummæ, ut in perpetuum, &c. ¶ Facere otium: id eſt, dare. Virgil. 1. Aeneid. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. ¶ Facere ova, pro patere. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 9: Neq; ferè in villis ova ac pullos faciunt, ſed in ſylvis. ¶ Facere par. Plaut. Trinū. Feceris par tuis cæteris factis, patrem Tuum ſi pereoles. ¶ Facere periculum, eſt tentare, & experiri. Terēt. Andr. Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? ¶ Facere poteſtatē, permittere, cōcedere. Cic. in Catil. Siquid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem. Facere poteſtatem, ſive copiam ſui, eſt aditum ad ſe præbere, & permittere ut ſecum agatur: ut, Facere omnibus ſui conveniendi poteſtatem. Cicer. 8. Philip. ¶ Facere progreſſum in ſtudiis. Cicer. 4. Tuſc. Philoſophiæ denique ipſius principes nunquā in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. ¶ Facere proventum majorem: hoc eſt, uberiores fructus dare. Colum. libro 2. cap. 15: Nec ſolùm ea res, majorem facit proventum, ſed etiam ſaporem & odorem vini pomorumq; reddit meliorem. ¶ Facere quæſtum, lucrari. Plaut. Capt. Aegrè eſt mihi hunc facere quæſtum carcerarium propter ſui gnati miſeriā. Quæſtū ſuo corpore facere, id quod meretricis eſt. Liv. 6. bell. Pun. ¶ Quid me faciam neſcio. Terent. in Andr. Quid iis fiet, ſi hue Paulus venerit? Cic. ad Attic. lib. 6: Quid tu huic homini facies? Idem pro Cecin. Quid de P. Clodio fiat, reſcribe. Idem ad Att. lib. 2. ¶ Facere ratione: hoc eſt, ob aliquam certam cauſam. Cic. ad Att. lib. 12: Quòd domi te incluſiſti, ratione feciſti. ¶ Ratum facere, eſt cōfirmare. Liv. 8. bell. Pun. Quæ nobis Imperatores veſtri commoda tribuerunt, ea rata atq; perpetua veſtra autoritate facias. ¶ Facere rem, eſt quærere & parare. Terent. in Adelph. Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines Sannio. ¶ Facere rem divinam, ſacrificare. Plaut. in Amphit. Ego rem divinam intùs faciam, vota quę ſunt. ¶ Facere reum: hoc eſt, accuſare, ſive reum agere. Tacit. lib. 1: Violatorem fœderis veſtri Arminium, apud Varum qui tum exercitui præſidebat, reum feci. ¶ Facere ſacrificium, & ſacra, Cicer. de Clar. Orat. Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio ſuſpicari, qui quum Conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret. Liv. 1. ab Vrbe: Qui ſacra publica pop. Rom. faceret. ¶ Facere ſanguinē, pro effundere. Liv. 5. bell. Maced. Nondum indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinem uſquam factum audiſſent. ¶ Facere ſatis, eſt debitum perſolvere. Plaut. Aſin. Sed vina quæ vendidi heri vinario. Exærábo, Iam pro his ſatisfecit Sticho? LI. Feciſſe ſatis opinor id eſt, ſolviſſe. ¶ Facere ſatis alicui, pro ejus voluntati obtemperare. Cicer. de Clar. Orat. Ego verò, inquam, ſi potero, faciam vobis ſatis. ¶ Facere ſtipendia ſub aliquo, idem quod militare. Plin. de Viris illuſtr. Sub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit. Facere ſtipendiarios, eſt cogere ad ſolvendum tributum. Cæſ. 1. bell. Gall. Heduos, ſibi quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi & ſuperati eſſent, ſtipendiarios ſibi factos. ¶ Facere ſtomachum alicui, eſt commovere aliquem, & bilem excitare. Cicer. Lent. lib. 1. Epiſt. Non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerēt. ¶ Facere ſumptum, quod aliàs facere expenſas, vel expendere dicitur. Plautus Capt. Quin ita faciam, ut te cupias facere ſumptum, etſi ego vetem. ¶ Facere vadimonium, pro promittere. Plaut. Epid. Ilicet, ut vadimonium mihi hic ultrò facit. ¶ Facere vela: id eſt, velificare. Virgil. 5. Aeneid. Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis. ¶ Facere veſtigium, ambulare & progredi. Cic. pro Rab. Poſthum. Hic vos aliud nihil orat, niſi ut rectis oculis hanc urbem ſibi intueri, atque in hoc foro veſtigium facere liceat. ¶ Facere vitium, eſt corruere, vel vitiari, & aliqua parte labefactari: & propriè de ædificiis dicitur. Cicer. in Topic. Si ædes exeſæ corruerunt, vitiúmve fecerunt. Facere vitium, pro vitiare & corrumpere. Vitruvius: Si venti frigidi ſunt, lædunt: ſi calidi, vitiant: ſi humidi, nocent: iidem faciunt vitia pavimētis ¶ Facere volupe animo ſuo. Plaut. Aſin. Hic ſenex ſiquid clam uxore ſuo animo fecit volupe, Neq; nov[illegible], neque mirum fecit, nec ſecùs quàm alii ſolent. ¶ Facere vota, eſt ſupplicare. Plin. libr. 17. cap. 2: Ergo qui dixit hyemi serenas optandas, pro arboribus vota fecit. ¶ Facere uxorem, ducere. Colum. libro 6. capite 30: Plerunque jumenta ambos concipiunt laſſitudine & æſtu: nōnunquam & frigore, & quū ſuo tempore urinam non fecerint. ¶ Quid faciemus hoc homine? hoc puero? pecunia? Loquendi mos eſt perelegans, & veteribus ſolùm uſitatus, in quo ellipſis eſſe videtur præpoſitionis, cum. Terent. Neutra in re vobis à me difficultas erit. Sed quid faciemus puero? Citer. Quid factum eſt Strabone & Nicoſtrato? quid te futurum putas?

Fāctum, cti, n. g. ſubſtantivum, Res geſta. [מעשה *maaſéh* מעשׂה *miphhál.* πρᾶξις. Gall. *Vn faict, vne choſe faicte.* Ital Fatto. Germ. Ein that Belg Een geſchiedenisſe/oft daet. Hiſp. *El echo.* Polon. Vczynek. Vngar. *Meg tétt, tzelekedet.* Ang. *A thing doone, a deed.*] Virgil. lib. 1. Aeneid. Fortia facta patrum. Terent. in Andr. dictum ac factum, invenerit Aliquam cauſam, quamobrem ejiciat oppido. ¶ Factum mutare, pro ſententiam mutare. Terent. in Andr. Haud muto factum.

Fāctūs, us, m. q. Confectio. [מעשה *peʜullah* מעשה *maaſéh.* πρᾶσις. Gall. *Vne choſe faicte.* Ital. *Fatto.* German. Ein ding. Hiſpan. *El echo.* Pol. *Vczynienie.* Vng. *Tſinálás.* Ang. *A making.*] Vnde factus olei dicitur, quantum una vice conficitur. Cato de Re ruſt. cap. 67: Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios, & in lucernam quod opus ſiet: hoc eſt, in ſingulas olei confectiones, vel quoties oleum conficitur. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 24: Hoſtum vocant, quod ex uno facto olei reficitur: Factum dicunt quod uno tempore conficitur. ¶ Factus villæ, pro ſtructura, opere, & ædificatione. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 1: Ego quoque quò exornatior villa eſſe poſſet fructu, quàm factu, hæc ad te miſi.

Făcĕſſo, ſſis, faceſſi, ſupinum in uſu non eſt: legitur tamen participium faceſſitus, tanquam ſupinum eſſet faceſſitum. Cicer. in Verrem: Quum audiſſet ſibi negotium faceſſitum. Significat autem propriè ad faciendū eo, viſo, ad videndum eo. [עשה *haſáh.* Gall. *Faire, aller faire.* Ital. *Andare à fare.* German. Thun/machen/hingehen zu thun. Belg. Doen Hiſpan. *Andar para hazer.* Polon. *Bioreſie do vczynienia.* Angl. *To go about to dooe, to dooe.*] Virgil. 4. Georgic. Haud mora, continuò matris præcepta facessit. ¶ Interdum eſt diſcedere. [הלך *halách.* ἔρχεσθαι, ἀπέρχεσθαι. Vng. *Dolgátzenni, megyék.*] Terent. in Phorm. Dic quid velis dari tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus, Hæc hinc faceſſat. Id eſt, ſua curatum abeat. Donatus, Faceſſat. pro hinc ſe faciat: id eſt, abeat. Cic. in Horten. Faceſſant igitur qui docere nihil poſſunt quo melius ſapientiusq; vivamus. ¶ Negotium faceſſere, eſt cuipiam moleſtum eſſe. [טרח כָּרַך *tſirár.* πρόβλημα παρέχειν. Gal. *Molester, ſ'eſber, enuyer, Faire deſplaiſirs à quelqu'vn.* Ital *Eſſere moleſto, moleſtare.* German Zu ſchaffen machen/zu thun geben. Hiſpan. *Moleſtar ò enojar à alguno.* Pol. *Nieprzyiadate.* Vngar *Bántáſa lenny.* Ang. *To vexe with buſineſſe.*] Cicer. Appio Pulch. Quum eſt nobis allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent. Et periculum alicui faceſſere id eſt, creare, parare. Cic. in Verrem: Profectò metuere incipies ne

innocenti periculum facẽsseris. ¶ Hujus passivum extulit Cic. Pro Cluent. Sed hoc polliceor omnibus, sicuti fortè hac lege negotium facẽsseturꝰ qui lege non teneatur: si is uti me defensore voluerit, me ejus causam legis præsidio defensurum.

Facto, as, act. p. debebat esse frequẽtativ. à facio: sed pro eo utimur Factito, quod est aliud frequentativum.

Fāctĭto, as, penult. corr. Sæpè facio. [σπερχῶ. Gall. *Faire souuent.* Ital. *Fare spesso.* Ger. Offt thun oder machen. Hisp. *Hazer amenudo.* Polon. Częstorzinie. Vngar. *Teddegelõm, tselekõddegelõm.* Ang. *To mak or do often.*] Cic. lib. 2. Offic. Hæc apud majores nostros factitata. Terent. in Eunuch. Idem hoc Pyrrhus factitavit. Horatius in Arte: Nec satis apparet cur versus factitet.

Fāctĭtātŏr, ris, apud Tertull. adversus Valent. significat conditorem creatoremque. [Vngar. *Terõmtõ, épitõ.* Polon. *Stworzyciel.*] Ergo & factum intelligebat & factitatorem facti esse quemcunque. Ibidem mox: Saltem suspectus de aliquo factitatore?

Fāctĭtātĭ'o, nis, f. t. apud eundem Tertull. adversus Hermog. creatio, conditio. [Vngar. *Terõmtés, épités.*] An & hæc in hominis factitatione censentur?

Fāctŏr, ōris, m. t. nomen à verbo facio, Qui aliquid facit. [עשה *hoseh* פעל *pohel.* ποιητής. Gall. *Faiseur, maneuure.* Ital. *Fattore.* Ger. Ein macher. Belg Een mater. Hisp. *Hazedor.* Pol. Vczinca. Vng. *Tselekedõ, mũvelõ, téuõ.* Angl. *A doeer or maker.*] Cato de Re rust. cap. 13: Lectum stratum: ubi duo custodes liberè cubent, & tertius servus unà cum factoribus ubi cubet. Idem cap. 64: Leguli volunt uti olea caduca quàm plurima sit, quò plus legatur: factores, ut in tabulatu diu sit, ut fracida sit, quò facilius oleũm efficiant. ¶ Factores item pro criminum autoribus ponuntur. Macer L. 7. D. de custod. & exhib. Solent præsides provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur.

Fāctĭtĭus, ta, tum, Quod arte aliqua effectum est: hoc est, quod naturale non est: [עשוי *hasüi.* ἀκδοτος, παρέσχεται, τεχνικός. Gall. *Faittus, qui est fait de main, non de nature.* Ital. *Fatto à mano, non da natura.* German. Gemacht mit henden. Hispan. *Cosa hecha ò hechiza.* Polon. *Rękami vrobioni.* Vngar. *Sinált, épitetet.* Ang. *Made to the likeneſſe of another thing.*] ut, Vinum factitium, Color factitius, Sal factitius. Plin. lib. 12. cap. 17; Ergo in utraque genere bina laudavi genera, terrenum & factitium. ¶ Factitia verba dicuntur quæ & fictitia appellantur, quæ ad soni alicujus similitudinem efficta sunt: ut Crocire, Hinnire, Classis, Tintinnabulum, & similia.

Fāctĭ'o, onis, f. t. ab initio (ut autor est Festus) honestum vocabulum fuit. αἵρεσις, unde factiones histrionum, & quadrigariorum dicebantur. Nunc verò (*inquit*) nomine factionis seditio, & arma dicuntur. [קשר *késcher* חבר *cheber.* σύστις. Gall. *Vne bande & ligue, vne faction, vne secte.* Ita. *Fattione, parti, congiura setta.* German. Ein Rott/ Auffrur. Meuterey. Belg. Een Secte. Hisp. *Vando en la ciudad.* Pol. *Rozruch, zburzenie.* Vng. *Pártolkodás, haborusag.* Angl. *A bande or faction of one opinion.*] Nam est divisio civium in diversa studia, quum aliqui se principes in civitate efficere conantur, inter quos est æmulatio: utroq; quàm maximam corradere potest, civium trahẽte multitudinem, quos clientes vocant. Nonius: Factio dicitur malorum consensus, & conspiratio. Salust. de bel. Iug. Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem hujusmodi factiones exercent, factiosi appellantur. ¶ Interdum factio est potentia, & autoritas alicujus in civitate: quod & Nonius annotavit. Titinnii loco: Sed jam hercle metuo ne nimis stultè fecerim, qui ex tanta factione atque opibus ea ausus sum aggredi. Plaut. in Aul. Istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror. Idem in Cistel. Neque nos tanta factione sumus neque opes nostræ tàm sunt validæ. ¶ Quatuor apud antiquos ferunt aurigantium factiones, Veneta, Prasina, Alba, Rosea, à coloribus nominatæ. Cassiodorus quatuor colores harum fictionum, cũ partibus anni quaternis assimilat. Prasinus, virenti veri dicatus erat. Roseus, flammeæ æstati: Venetus, nubilæ hyemi: Albus, pruinoso autumnõ. Suetonius scribit his addidisse Domitianum duas, alteram Aurati, alteram Purpurei panni. Hæ certamine curuli & pernicitate cursus inter se decertabant, favoreque populari, sive Imperatorio, victoriæ præmia adjudicabantur eis qui vicissent. ¶ Factio interdum est jus faciendi: unde factionem testamenti dicimus pro jure, seu potestate conficiendi testamenti. Cicero Topic. Quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset: hoc est, qui conficiendi testamenti non haberet potestatem. ¶ Testamenti autem factio non modò testamenti faciendi, sed etiam capiendi ex testamẽto facultatem significat, quam Iurisconsulti testamenti factionem passivam vocant.

Fāctĭōsŭs, Factiosi, m. s. Appellatur qui proclivis est ad factionem: id est, discordiam & seditionẽ. [איש ריבים *isch gedhudhim.* χαμαιτικὸς, φιλοχρεσιώτης, ἀκροδωκής. Gal. *Seditieux, factieux, faiseur de menees.* Ital. *Seditioso.* German. Auffrürisch. Hispan. *Vendejador ò vendeviso.* Pol. *Rozruch, rozstarguienie cziniacy.* Vng. *Párt w'tõ, hâborúsúg szerzõ.* Ang. *Geuen to sedition, seditious.*] Sallust. in Catil. Cn. Piso adolescens nobilis, summæ audaciæ egens, factiosus: quem ad perturbandam Rempub. inopia atque mali mores stimulabant. ¶ Factiosus, dives & potens. Plautus in Aulul. Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem divitem, Factiosum: me item esse hominem pauperem pauperrimum.

Fāctĭōsĭssĭmŭs, superlativus. [Polon. *Nayżbit rozruchi cziniaci.* Vngar. *Fõlsõttéb párt w'tõ, vrzkauohyo.*] Plin. Epist. l. 4. Vrso: Dicerim causas, quibus factiosissimum quemque & illum ipsum Theophanem ostendisset.

Fāctūrā, æ, f. p. Compositio rei quam facimus. [מעשה *mahaséh* משפה *miphhál.* ποίησις. Gall. *Facture, facon, ouurage.* Ital. *Opera fatta per besogno.* German. Ein gemächt/ machung. Hispan. *Hechura.* Polon. Vczinienie. Vngar. *Tsinálás.* Ang. *The making of any thing.*] Plin. libr. 34. cap. 14: Aliubi vena bonitatem hanc præstat, aliubi factura, ut Sulmone aqua, uti diximus.

Fāctūrĭ'o, ris, n. q. [ποιησάω. Vngar. *Tsinálni meg szõrzeni kewan.*] Facere desidero, quod nonnulli ad rem veneream transferunt. Plaut. Facturire postquam ancillam aspexerit: hoc est, coire cupit.

Fāxo, is, pro faciam, ποιήσω. Virg. 12. Aen. - ego fœdera faxo Firma manu. Verbum est defectivum, quod tantùm habet futurũ indicativi, nec id omnino integrum, Faxo, is, it: & in futuro optativi, & præsenti subjunctivi, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Terent. Heavt. Vtinam dii faxint. Ennius apud Cicer. de Sen. Nemo me lachrymis decoret, nec funera faxit.

Făcĭlĭs, le, penult. corr. Quod expeditum est & nullius negotii, proclivis, expeditus. [נקל *nakel.* ἀσχερὴς, ἄπονος, ῥᾴδιος. Gal. *Facile, aisé à faire.* Ital. *Facile, agenole.* German. Leicht zu thun/ring. Belg. Licht. Hispan. *Cosa que ligeramente se puede hazer, facil, tratable.* Polon. *Latwi do vczinienia.* Vng. Konyw. Ang. *That may be doone easily or lightly.*] Terent. in Heavt. faciet omnia. S. Hæc dum incipias gravia sunt, dumque ignores: ubi cognoris, facilia. Ibidem: Bonam atque justam rem oppidò imperas, & factu facilem. Hujus cõtrarium est Difficilis: hoc est, multum habens negotii & molestiæ. χαλεπός. Vnde difficiles terræ dicuntur, quæ non sine labore fructũ producunt. Virg. 1. Georg. Difficiles primùm terræ collesque maligni. ¶ Aliquando facilis ponitur pro exorabilis, lenis & placabilis. Virgilius 4. Georgic. -faciles venerare Napæas. Terent. in Heavt. Mihi si unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre. Plinius libro 7. cap. 6: Melior color marem ferenti & facilior partus. Ibidem cap. 16: Incipiente autem hoc statu, aut definente, conceptus facillimi traduntur. ¶ Ex facili pro facilé. ῥᾳδίως. Colum. libro 6. cap. 1: Quæ vitanda non ex facili dixerim. Plin. lib. 30: Eorundem cinis exesis dentibus cõjectus, ex facili eos cadere cogit.

Făcĭlĕ, adverbium, Nullo negotio, nullo labore. [ῥᾳδίως, ἀσχερῶς. Gall. *Facilement, aiſement.* Ital. *Facilmente, ageuolmente.* German. Leichtlich. Hispan. *Legeramente, facilmente.* Polon. *Latwie, snadno.* Vngar. *Könyen.* Angl. *Easily, lightly.*] Cicero lib. 1. Epist. Cæteris injuriis quæ propositæ sunt à Catone, facilè, spero, resistemus ¶ Est etiam confirmantis adverbium, significãs haud dubiè, liquidò, certò, nullo adversante, ἀμφίλεκτα. Iungiturque eleganter cum nomine Princeps. Cic. lib. 3. Epist. Tu qui esses ordinis tui facilè princeps. ¶ Admittit & superlativum, ut Facilè doctissimus, facilè primus. Item adjectiva diversitatem importantia: ut Facilè dissimilis. ¶ Aliquando & verba cum præpositione Præ composita: ut Facilè præstat æqualibus. ¶ Nonnunquam accipitur pro libenter. Cicer. 4. Tuscul. Sed te aberrare proposito facilè patiebar: id est, non invitus. ¶ Antiqui pro facilè facul & faculter dixerunt, ut suprà ostendimus in dictione DIFFICILIS.

Făcĭlĭtās, tatis, f. t. est inclinatio quædam & propensio ad aliquid promptè dicendum faciendúmve: fereque in meliorem partem accipitur: nam propensio in deteriorem partem usitatiùs proclivitas dicitur. [ῥᾳθυμία. Gall. *Facilité, aiſance.* Ital. *Facilitá, ageuolezza.* Ger. Leichte/ ringthätigkeit. Belg Lichtichevt. Hisp. *Facilidad, aquella ligereza de hazer algo.* Pol. *Snadnosc.* Vn. *Haylandosag, alkolmatosság.* Angl. *Gentleneſſe, eaſineſſe, readineſſe.*] Cic. 4. Tusc. Proclivitas ad ęgrotandũ: sed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut significet lapsionem. Sic facilitatem ingenii dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. ¶ Facilitas carminis vel orationis, est perspicuitas quædam & claritas, qua mẽtem scribentis facilè assequimur. ¶ Accipitur etiam pro lenitate & humanitate. Terent. in Hecyr. Etsi ego meis me omnibus scio etiam adprimè obsequentem, Sed non adeò ut facilitas mea illorum corrumpat animos: id est, indulgentia, exorabilitas.

Facul adverbium, antiquitate obsoletum. Lucil. Peccare impunè rati sunt posse, & nobilitate facul propellere iniquos. Afranius: Haud facul fœmina invenietur bona. Huic contrarium est Difficul.

Făcūltās,tatis,f.t. propriè facilitas agendi. [כוח *choách* רשיון *rischjón.ῥᾳστώνη.* Gall. *Faculté,pouuoir & puiſſance,aiſance.* Ital. *Facultà,arbitrio, poteſtà.* Ger. Vermögenheit oder teechte etwas zu thun. Belg. Macht. Hiſp. *La hazienda ò poſsibilidad.* Pol. *Mozność.* Vn. *Valamiuek tſelekedéſére valo erð, tehetség.* Ang. *Facultie,habilitie,power.*] Terēt. And. -dii date facultatem obſecro Huic pariundi, atq; illi in aliis potius peccandi locum. Cujus contrarium eſt difficultas. ¶ Aliquando pro poteſtate ſeu cōmoditate. ἐξουσία. Plin. Si mihi facultas daretur utrum mallem eligendi. ¶ Prętera facultas eſt vis quædā quæ facit, ut id faciliùs fieri poſſit, quod de unaquaque arte præcipitur. *δυνάμεις.* Eſt enim genus omnium artiū, quòd in ōmniū artiū definitione uti poſſumus: ut quū dicimus: Dialectica eſt facultas diſſerendi: Rhetorica eſt facultas dicendi,& ſic de aliis. ¶ Facultates quóq; in plurali tantùm numēro dicuntur opes: quoniam quum dives quis exiſtit,facilè quod vult agit. Cicer.ad Att.lib.11: Siquas habuimus facultates,eas tum Pompejo, quū id videbamur ſapienter facere,detulimus. Itaq; tum à tuo villico ſumpſimus & aliunde mutuati ſumus, *&c.* Cæſar 6 bel. Gall. Tantas videri Italiæ facultates,ut ſi quid eſſet in bello detrimenti acceptū, non modò, *&c.* Quare nō abſq; ratione facultates à nonnullis ita dictæ putantur, quòd rerū omnium facultatē ac veluti quandam facilitatē præbeant, Græcorū imitatione, qui facultatē & opulentiam uno verbo ſignificant. Hinc ait Horat.lib.2.Serm. Satyr.2: -omnis enim res Divitiis paret,quas qui conſtruxerit, ille Clarus erit,fortis, juſtus,ſapiens,etiam rex. ¶ Facultatem à facilitate diſtinguit Plin. illam vocans vim & energiam eloquentiæ:hanc,promptitudinem duntaxat. Sic enim epiſt. 115. inquit: Quia ſcilicet nimia aſſiduitate facilitas magis, quàm facultas:nec fiducia,ſed temeritas paratur. ¶ Omnem facultatem indutus eſt, *ἄπασάν τὴν ἕξιν ἠμφίεσται.* De paupere qui præter veſtitum nihil præterea rerum poſſidet: alioqui *αὐτάρκη καὶ αὐόλβιον.*

Făcĭnŭs,noris, pen.cor.n.t. A facio deductum, vocabulum eſt medium, quo tàm in bonā quàm in malā partē uti poſſumus. Eſt enim facinus inſigne aliquod factū,ſive bonum ſive malū. [מעשה *maháſeh* טוב *pobál.* Gall. *Vne entreprinſe, vn haut faict.* Ital. *Fatto rileuato,coſi in buona come in mala parte.* Ger. Ein namm hafftige that/ſie ſey dañ gut oder böß. Belg. Een thaet/een feyt. Hiſ. *La hazanna en buena y en mala parte.* Pol. Vczinek znaczny,bądź ziy *albo dobry.* Vng. *Hires és nagy tſelekedet.* Ang. *A fact or deed.*] In bonam partem accipitur apud Saluſtium, pro virili & ſtrenuo facto, quod Græci *ἀνδραγάθημα* appellant.] Qui aliquo negotio intenti,præclari facinoris,aut bonæ artis famam quærunt. Sæpiùs in malam, *κακέργημα.* Cicer.libr.3.Offic. Ab hoc nulla fraus,nullum facinus aberit. Terent.in Adelph. Proh dii immortales, facinus indignum. Idem in Heavton. -is mihi ubi adbibit plus paulò,ſua quæ narrat facinora?

Făcĭnŏrōsŭs,oſa,oſum, Sceleſtus & flagitioſus. [רשע *raſcháh. κακοῦργος.* Gall. *Plein de toute meſchanceté.* Ital. *Scelerato,maluagio, ſeditioſo.* German. Ein laſterhafftiger/Schalck. Hiſpan. *Hazannoſo en mala parte,lleno de peccado y deſtruicion para otros.* Pol. Złośliwy,*niecnotliwy.* Vng. *Ganoz,teuð, lator.* Ang. *Wicked,naughtie, miſchieuous.*] Cic.in Catil. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, deniq; omnium facinoroſorum. Vita facinoroſa, Idem 1.de Legibus.

Facula,facularii, Vide FAX.

Fācūndŭs,di,m.f. Diſertus:à fando,quòd ea quę mēte concepit,ad audiētes facilè & ornatè ꝓfert. [מליץ *melíts. ἐπαίμων, ῥᾴδιος λέγειν.* Gall. *Facond, eloquent, qui parle bien.* Ital. *Facundo,eloquente.* Ger. Wolberedt. Belg. Wel ſprekende Hiſp. *Elegante* Pol. Wimowny,rozтropni. Vngar. *Ekeſſen ſzóllo.* Angl. *Eloquent,well ſpoken.*] Ovid. de Arte: Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes. Quintil.lib.12: In ōmnibus gentibus alius alio facundior habetur: & in eloquendo dulcis magis.

Facundĭă,f.p. Eloquentia,orationis elegantia. [מליצה *melitsáh. λογιότης* Gall. *Grace de bien parler, eloquence, faconde.* Ital. *Gratia di bendire.* Germań. Wolredenheit/ geſchickligkeit zu reden. Hiſpan. *Elegantia en las palabras.* Pol. *Lagodnoſc,wmowie.* Vngar. *Ekeſſen ſzollás.* Ang. *Eloquence, a good grace in ſpeaking.*] Plin.libr.7.cap. 30: Facundiæ,Latiarumque literarum parens Cicero.

Fācūndĭă cānīnă, f.p. Veteribus dicebatur,quæ forenſi oblatrāt̄ione Advocatorum, omnia fora perſtrepebat. Quam Plato rapinę accipitrum aſſimulabat. Hi enim Philodici,non tantùm tondere cliens,ſed deglubere & totos vorare cupiunt,refert Zaſius l.2.ff.de Orig.jur.

Fācūndē,adverbium, Diſerté. [*φῥονίμως,λογίως.* Gall. *Faconde-ment,de bonne grace.* Ital. *Con eloquenza.* German. Mit zierlicher feiner red. Hiſpan. *Elegantemente.* Polon. *Wimownie.* Vngar. *Ekeſſen.* Ang. *Eloquynt ly,with a good grace and readely.*] Liv.8.bel. Pun. Tanta autem inerat comitas Scipioni,atq; ad omnia naturalis ingenii dexteritas,ut non Syphacem modò barbarum, inſuetumq; moribus Romanis,ſed hoſtem etiam infeſtiſſimū facundè alloquendo ſibi conciliaret.

Fācūndĭſsĭmē,adverb [Pol. *Barzo l'agodnie.* Vng. *Igðn ðkðſſen.*] Gell.lib.13.cap.78: Nihil enim fieri poſſe indignius neq; intolerantius dicebat, quàm quod homines ignavi ac deſides operti barba & pallio, mores & emolumenta philoſophiæ in linguæ verborumq; artes converterent, & vitia facundiſſimè accuſarent,intercutibus vitiis ipſi madentes.

Fācūndĭōsŭs,adjectivum, Sempron. Aſel.referente Gell.libr.4. cap. 9: Facta ſua ſpectare oportere, dicta non, ſi minus facundioſa eſſent.

Fæx,fęcis,f.t.per æ diph. ut Apul. docet, ut differat in dativo à præt.hujus verbi Facio: & eſt excrementū cujuſcunq; rei: cujus diminutivū eſt fęcula, deduciturq; à facio. [שאר *ſchemér. τρύξ, ἐκπυάθιον.* Gal. *Lie, fondrille,bourbe ou limon.* Ital. *Feccia,l' ordura di qualche coſa.* Ger. Truſen/hepffen. Belg. Droeſem/ghiſt/heffen. Hiſ. *La hez.* Pol. Drożdże. Vng. *Sðprð,gaz.* Ang. *The dregges,lies or grounds.*] Horat.1. Car. Ode 35: Diffugiunt cadis cū fæce ſiccatis amici. Fæces unguēti eſt materia craſſior, ex qua expreſſum eſt unguentum: *magmata* Græco vocabulo appellantur,teſte Plin. lib.13.cap.2: Fæcem civitatis (*τὴν συγκλύδα*) homines viles & abjectos, quòd vitā agant ſordidā & abjectam, vocamus. Cic. pro Flac. Opifices & tabernarios, atq; illam omnē fæcem civitatū quid eſt negotii cōcitare? Sordes & fæx urbis, Cic. Att lib. 1: Fæx Romuli, pro plebe Romuli, quā ideò fæcem vocat Cic. quòd collecta eſſet ex cōfuſa & turbulenta multitudine, Att. l. 2. Epiſt. 1. Loquitur aūt illic de Catone, quē reprehendit, quòd ita ſe gereret quaſi eſſet in Republ. Platonis, & nō in fæce hoc eſt, Romuli fæculenta plebe. ¶ Mali bibunt improbitatis fæcē, *οἱ πονηροὶ πίνουσι τῆς πονηρίας τὴν ἀμυχλίαν.* Dici ſolitum ubi pœna maleficis digna meritis contigiſſet. Tranſlatū apparet ab iis qui vino limpido epoto, tandem ad fæcem uſq; perveniunt. ¶ De fæce haurire, figura nimirum proverbiali. Cicero in Catalog. illuſtrium orator. dixit, pro eo quod eſt, ſordida quæpiam ac plebeia, nimisq; humilia perſequi.

Fæcŭlēntŭs,a,um, Quod eſt fæcis plenum. [*τρυγώδης.* Gall. *Plein de lie, de fondrilles,bourbe ou limon.* Ital. *Fecioſo,pien di feccia* Germ. Voll truſen/hepffechtig. Hiſp. *Lleno de hezes ò borras.* Pol. *Drożdżiſty.* Vng. *Sðprðs, gazos.* Ang. *Full of lies or dregges.*] Vt fæculenta aqua apud Plin.lib.31.

Fæcātum vinum, n. ſ. Quod è fæcibus eſt expreſſum. [*τρυγώδης οἶνος.* Gal. *Du vinot, vin de deſpenſe.* Ital. *Vino mal purgato.* Germ. Truſechtiger trüber Wein / ſack Wein. Hiſp. *Vino non purgado.* Pol. *Sekwino.* Vngar. *Sauoros, sðprðs bor.* Ang. *Wine vnſetled or not fined.*] Cato de Re ruſt. cap. 154: Vinum fæcatum ſic facito: Fiſcinas olearias Campanicas duas illi rei habeto: eas fæcis impletō, ſub prælumq; ſubdito, exprimitoq;. Plin. lib. 14. cap. 10, de vini operarii generibus agens. Tertium, *inquit,* eſt fæcibus vini preſſum, quod fæcatum Cato appellat.

Fæcŭlŭlēntŭs,pen.prod. Fæcatus. [*τρύγινος.* Gall. *Plein de lie.* Ital. *Pieno di feccia, non purgato dalla feccia.* Germ. Vnlauter von trüſen. Hiſp. *Coſa llena de hezes ò borras.* Pol. Drożdżaſty. Vngar. *Sðprðs, gazos.* Ang. *Full of lies or dregges.*] Gell.lib.13.cap.19: Non eas finitiones prærancidas, neq; fæcutinas grāmaticas ſpectaveris: ſed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere.

Fæciniæ uvæ, Dictæ ſunt quæ plus quàm cæterę fæcis afferunt, *τρυγερὰ ἀμπελίς.* Alio nomine à colore rubellanæ vocantur: & à loco Nomentanæ, autore Colum. lib. 3. cap. 2.

Făgŭs,gi,f.f. [*φηγός.* Gall. *Vn arbre qu' aucuns appellent fau, les autres fouſteau, & les autres heſtre.* Ital. *Faggio.* Ger. Ein Buchbawm. Hiſp. *La haya arbol conocido.* Pol. *Bukowe drzewo.* Vngar. *Bik fa.* Ang. *A beeche tree.*] Arbor eſt glandifera, quam ruſtici in Gallia vocant *vn fau*: ita dicta *ἀπὸ τοῦ φάγειν*: hoc eſt, à comedendo, quòd ante invētas fruges (ut fabulantur poētæ) homines ejus arboris glandibus ſolerent victitare. ¶ Sunt qui ſcribant Phagus, ad Græcam originem ſpectantes: id tamen magis ſuperſtitioſum eſt, quàm neceſſarium: eſt enim hæc dictio ita jam apud Latinos recepta, ut meritò Latinorum more ſcribi poſſit.

Făgĭnĕŭs,Faginus, & Fageus, Qui ex fago eſt [*φήγινος.* Gal. *Qui eſt de fau,de fouſteau,ou de heſtre.* Ital. *Di faggio.* Germ. Büchin/vom Büchbawm. Hiſ. *Coſa de haya.* Pol. Bukowy. Vng. *Bik fábol valo.* Ang. *Of the beeche tree.*] Ovid. 4. Faſt. Bis ſua fagínea tempora fronde tegit. Sic Faginus axis. apud Virgilium tertio Georgicôn: Pòſt valido nitens ſub pondere faginus axis. Et pocula fagina, apud eundem, 3. Eclog. Glans fagea, apud Plin. lib. 16. cap. 5: Alia fageæ glandis figura, alia querneæ.

Făgūtăl, Fuit Romæ ſacellum Iovis, in quo erat fagus arbor, quæ Iovi ſacra habebatur. Plin.libr.16 cap.10. A Plin. videtur diſſentire Varro, qui lib. de ling. Lat. Fagutal locum fuiſſe ſcribit urbis in regione Eſquilina, cui nomen à fagis, ut lauteto à lauris, eſculeto ab eſculis. In hoc tamen loco templum eſt Iovis fagutalis.

Faldam, vocem origine Teutonicam Alberic. indicat in Iure Longobardorum, modò pro injuria, ut l. Si caballos, tit. de paupere, modò pro hoſtilitate, inimicitia, ut l. in omnib. tit. de plag. liberor. homin. uſurpari. Accedit Comitum Germaniæ

undequaq; doctissimus Hermannus Nuenarius, qui observavit ex Const. Caroli Magni ad Leg. Salaciam adjectis, cap. 4. πολέμιος. appellari Faldosum, qui hostis est publicus. Fal enim bellum significat.

Fălæ, Turres ligneæ, ob altitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnationibus, & in spectaculis utebantur: à falando: Tusci enim *falandum* cœlum vocabant.

Falarica, Vide PHALARICA.

Falcārĭus, Falcatus, Falcula, Vide FALX.

Falcĭdĭă lex, φαλκιδίου νόμος, Quæ amputat legata, quando ad minimum quarta pars bonorum non supereſt hæredibus.

Falco, onis, m. t. [Græcè ἱέραξ. Gall. *Vn faucon.* Ital. *Falcone.* Ger. Ein Falck. Hiſpan. *Halcon.* Polon. *Sokol'.* Vng. *Solyom.* Ang. *A falcon.*] Avis eſt ex accipitrum genere: ita dicta (ut Feſtus inquit) quòd ungues more falcis habeat introrſum flexos. Avis hujus volatus à veteribus in auguriis maximè obſervabatur. Fœlicissimum siquidem omen ad res agendas putabant, ſi falco à ſiniſtra volaſſet: unde & à Græcis ἱέραξ, quaſi ſacra avis vocatur. Campani *capyn* olim vocabant: à qua etiam nonnulli volunt Capuæ nomen eſſe impoſitum: quod ex volatu falconis, de ea ædificanda ſumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (ut hodie à principum aucupibus obſervatum eſt) fœminæ: mares verò ſunt quos vulgus hodie vocat *Moſcardinos.*

Fălĕrĕ, neutri generis. Varro de Re ruſtic. cap. 5: Intra rete aves ſunt omne genus, maximè cantrices, ut luſciniolæ, ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculum, cibus objicitur ſub rete. Subter columnarum ſtylobaten eſt lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinque, *&c.* Verbum architecturæ nobis hodie incognitum.

Faliſcæ. Sunt in quibus ponitur pabulum gramineum & herbareum, ut fœnum, farrago, & reliqua. Quod quidĕ præſepe genus *raſtellatum* vulgò vocamus. Faliſcis utitur Cato, cùm inquit: Bonas præſepes, faliſcas clatratas.

Fallo, lis, fefelli, falſum, Decipio, induco, fraudo. [שׁטה *pittâh* בגד *baghâdh* התן *bethêl.* ἐξαπατάω, παραγράω. Gal. *Decevoir, abuſer & tromper.* Ital. *Ingannare, gabbare.* Ger. Betrieger. Hiſpan. *Engannar.* Polon. *Zdradzam, oſzukuie.* Vng. *Meg tſalom.* Angl. *To abuſe a man, to deceiue, to beguile.*] A fando deductum verbum, ut inquit Varro: quū cōtra quàm diximus, facimus: nam ſiquis re decipit, impropriè fallere dicitur. Terent. in Heaut. Per aliū quemvis ut des, falli te ſinas Technis per ſervulum. Idem in Andr. Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar. Cic. pro Roſc. Amer. Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet. ¶ Ponitur & pro lateo. λανθάνω. Liv. Speculator Carthaginenſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehēſus, præciſis manib. dimittitur. ¶ Fallit me: id eſt, ignoro. Cic. de Orat. Neq; hoc te Craſſe fallit. Et in Orat. Quem quæſo noſtrū fefellit, ita vos eſſe dicturos? Idem Attic. libr. 2: Tamen in lege nulla eſſe hujuſmodi capita, te non fallit. Tacit. lib. 12: Quę mutatio neq; Neronem fefellit. ¶ Fallere ſpem, fallere opinionem, eſt ſecùs facere quàm quis opinatus fuerit. Cic. in Catil. Si vis improborum ſpem meam fefellerit. Idem Lentulo libr. 1. Epiſtol. Non fallam opinionem tuam.

Fālsŭs, ſum, Deceptus ſum, lapſus ſum. [Polon. *Oſzukano mnie.* Vng. *Meg tſalatot.* Angl. *Beguyled, deceiued.*] Plautus in Aulul. Quanquam haud falſa ſum nos odioſas haberi. Terent. Andr. Heu me miſerum, quid tuum animū ex animo ſpectavi meo. P. Falſus es: Id eſt, erras, aliter eſt atq; tu putas. Plautus in Truc. Mihi etiamnū quid ſit negoti, falſus incertusq; ſum: niſi quia timeo tamen. Hujus compoſitum eſt Refello.

Fālsŭs, ſă, ſum, nomē activè accipitur, Quod fallit, adulterinus, inanis, mēdax, vanus. [כחש *chechâſch* כזב *chozēb* התן *huthâl.* ψεῦδος. Gal. *Faux* Ital. *Falſo.* German. Falſch. Hiſpan. *Enganoſo.* Polon. *Fal'ſziwy, zdradliwy.* Vng. *Salard, hamis.* Ang. *Falſe.*] Terent. Evnuch. Quæ vera audivi taceo, & contineo optimè: Sin falſum, aut vanū, aut fictum eſt, continuò palàm eſt. Plaut. in Milit. Aecaſtor ergo mihi haud falſum evēnit ſomnium. Sic falſus tutor dicitur, qui ſe pro tutore gerit, quum verus tutor non ſit. Falſum teſtamentūm, quod ſuppoſititium eſt, vel corruptum. Sic Falſum judicium, Falſam ſententiam, Falſum nomen dicimus, pro eo quod verum non eſt: non quòd fallendi gratia aut dictum aut factum ſit: ſed quòd hominum opinionem fallat. Quando verò participium eſt, paſſivè accipitur pro deceptus. Terent. in Andr. Falſus es: hoc eſt, deciperis, ut interpretatur Donatus.

Falſus paſſivè apud Virgilium pro eo qui fallitur. Aeneid. 1. Falſi implevit genitoris amorem. Significat enim qui fallebatur, inquit Diomedes lib. 1. Grammat.

Falſum habere, eſt fallere. [παραγράω. Pol. *Oſzukac.* Vng. *Meg tſalni.*] Saluſt. in Iugurtha: Neq; ea res me falſum habuit.

Fālsō, adverbium, Falsè, fallaciter. [ψεύδως. Gall. *Fauſſement*, à *tort.* Ital. *A torte, fălſamente* German. Fälſchlich. Hiſp *Falſamente, engannoſamente.* Pol. *Fal'ſziwie.* Vng *Salárdul, hamiſſan* Ang. *Falſelye.*] Saluſtius in Procœmio Iugurthæ: Falsò queritur de natura ſua genus humanum. Plaut. in Bacchid. Non manco, neq; tu me habebis falsò ſuſpectum.

Fālsē, aliud adverbium. [Vngar. *Han iſſan, tſalárdul.*] Plaut. in Capt. Tace modò ego Philocrates Falsè faciam, ut verus hodie repertiare Tyndarus.

Fālsĭdĭcŭs, ci, pen: cor. m. f. & Falſiloquus, Qui falſa loqui conſuevit: huic opponitur Veridicus. [כחש *chechaſch* כזב *chozēb* התן *huthâl.* ψευδολόγος, παραπλόγος. Gall. *Qui dit & raconte choſes fauſſes.* Ital. *Huomo che dice il falſo.* Ger. Ein luguer, der falſche ding ſagt. Hiſp. *El que dize falſedad.* Polon *Kl'amca, l'garz.* Vng. *Hazug tſalárdſág, beſzellō.* Ang. *A falſe ſayer, a lier.*] Plaut. in Capt. Me meamque rem, quod in te uno fuit, Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis dilaceraviſti. Idem: Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.

Fālsĭfĭcŭs, m. f. Qui facit fallacias. [התן *huthâl* עקב *hakób.* ψευδοποιός. Gall. *Qui fait fauſſetez, fauſſaire.* Ital. *Falſario.* Germ. Ein falſchmacher, der mit betrug vmbgehet. Hiſp. *El que haze la falſedad.* Polon. *Kl'amliwy, metlarz.* Vng. *Hamiſſág tſelékedō, tſalárd.* Ang. *That worketh deceat and guile.*] Plaut. in Mil. Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſijurium.

Fālsĭjūrĭŭs, a, um. [ἐπίορκος, ψευδόμνυος. Gall. *Pariure.* Ital. *Spergiuro.* German. Meineydiger. Hiſpan. *El que jurá falſedad.* Pol. *Krziwoprzyſięzca.* Vng. *Hamu huwo, hamiſſan elkuuō.* Ang. *That forſweareth.*] Plaut. Milit.

Fālsĭlŏquŭs, a, um. [ψευδολαλός. Gall. *Qui dit fauſſetez.* Ital. *Qui parla il falſo.* Germ. Der falſchheit fürgibt. Hiſp. *El que habla falſedad.* Polon. *L'gzwy.* Vngar. *Hamiſſág beſzellō hazug.* Ang. *A falſe ſpeaker, a lier.*] Plaut. Mil. Idem Capt. Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.

Fālsĭmōnĭum, nii, n. f. Fraus, fallacia. [ארמה *mirmâh* תוך *toch.* ἐξαπάτη. Gall. *Fraude, dol, fallace.* Ital. *Frode, fallacia.* German. Falſchheit, betrug Hiſp. *Engañno.* Pol. *Kl'amſtwo, l'garſtwo.* Vng. *Salárdſág.* Angl. *Fraude, guile.*] Plaut. in Bacchid. Multi more iſto atq; exemplo vivunt: quos quum cenſeas Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.

Fālsĭpărēns, rentis, Qui falſum habet parentem: hoc eſt, cujus pater is eſſe creditur, qui minimè tamen eſt. [ψευδοπατήρ, ὁ τὸν γονέα ψευδόμενος. Vngar. *Hazug atyain.*] Sic Catullus vocat Herculem, quem ex Iove & Alcmena natum, plurimi credebant Amphitryonis eſſe filium, qui verus erat Alcmenę maritus. Catul. ad Mallium, epigram. 63: Quod quondam cæſis montus fodiſſe medullis Auſus falſiparens Amphitryoniades.

Fālsĭtās, tatis, f. t. Vanitas, mendacium: [שקר *ſchéker.* ψεῦδος. Gall. *Fauſſeté.* Ital. *Falſità.* German. Falſchheit. Hiſpan. *Falſedad.* Pol. *Kl'amanie.* Vngar. *Hamiſſág, hazugſág.* Ang. *Falſhoode, falſneſſe.*] Cui contraria eſt Veritas, quæ oſtendit id quod eſt. Cic. pro Cluent. Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa invidia imbecilla eſſe debet.

Fallax, cis, om. t. Fraudulentus, mendax: [ἀπατεών. Gall. *Trompeur, deceveur, faux.* Ital. *Fallace, ingannatore, gabbatore.* German. Betrugtich. Hiſp. *Engañoſo.* Polon. *Kl'amliwy.* Vngar. *Salárd, hamis, hazug.* Ang. *Deceatfull, beguiling.*] ut Fallax interpres, apud Cic. ad Brutum. Plin. libr 22. cap. 23: Quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis conjecturam ſæpiùs fallacem. Martial. lib. 1: Sic avidis fallax indulget piſcibus hamus. Cic. de amic. Novitates autem ſi ſpem afferunt, ut tanquā in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illæ quidem repudiandæ.

Fallācĭæ, ciarum, f. p. Fraus, præſtigiæ, dolus malus, laqueus. [ארמה *mirmâh* תוך *toch* מהתלות *mahatallót* עקבה *hokbâh.* φροφαὶ, ἐξαπάται. Gall. *Fallaces, tromperies.* Ital. *Fallacie, inganni.* German. Betrug, beſchiß Belg. Bedroch. Hiſp *Engannos.* Pol. *Zdrada oſzukanie.* Vng. *Tſalárdſag, czigánſág.* Ang. *Deceat, guile.*] Cicer. 2. de Divinat. Tota res eſt inventa fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. Terent. in Andr. Fallacia alia aliam trudit. Colum. libr. 11. cap. 2: Sed hæc ipſa res habet aliquam fallaciam.

Fallācĭtĕr, Fraudulenter, malitioſè. [δολίως. Gall. *Fauſſement, par deception & tromperie* Ital *Fallacemente, fraudolentemente.* Germ. Betrueglicher weyß Hiſp. *Engannoſamente.* Pol *Zdradliwie.* Vng. *Tſarádul hauiſſan.* Angl. *Deceatfullye, falſly.*] Cic. 1. de Divin. Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. Offic. Ratio igitur hoc poſtulat, nequid inſidioſè, nequid ſimulatè, nequid fallaciter. Vendicare ſe alicui fallaciſſimè, Cic. de Aruſp. reſpon.

Fallācĭōsŭs, a. um, Fallaciis plenus. [התן *huthâl* עקב *hakób.* ἀπατηλός. Gall *Plein de fallaces.* Ital. *Pieno d' inganni.* German. Voll liſt vnnd Betrug. Hiſpan. *Lleno de engannos.* Polon. *Zdradliwy.* Vngar. *Sabárdſaggal tellyes.* Angl. *Full of falſneſſe.*] Gellius: Veterum teſtimonia quibus hujuſmodi ambages fallacioſæ confutantur.

Fallam pro fallacia dixêre veteres, ut annotavit Nonius: Nonii antiqui

antiqui Poëtæ locum citans ex Desumis: Me non vocabit ob eam rem: hanc feci fallam.

Fāllācĭlŏquēntĭ'ă,tiæ, f.p. [Vngar. *Tſalardſag beſzelles.*] Cic. de Finib. lib. 2: Quæ diligentiſſimè contra Ariſtonem dicuntur à Chryſippo ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.

Fālſo,as,act. p. falſum facio. [*παραγραφω, μεταγράφω.* Gall. *Fauſſer, faire faux.* Ital. *Falſare.* Germ. Falſch machen/ felſchen. Hiſp. *Falſar.* Pol. *Fal'ſzuie.* Vng. *Meg hamiſſitom.* Ang. *To mak falſe.*] Modeſt. leg. penultima. ff. ad l. Corn. de falſ. Decretoque divi Adriani præceptum eſt in inſulam eos relegari, qui pondera aut menſuras falſaſſent.

Fālsārĭ'ŭs,rii, m. ſ. Qui falſa in ſcripta publica & inſtrumenta refert. [*μεταγράφων, ψευδογράφος.* Gall. *Fauſſaire.* Ital. *Falſario.* German. Ein Felſcher. Hiſp. *El que en la eſcriptura haze falſedad.* Pol. *Fal'ſzi wich liſtow zmiſliac.* Vng. *Irás hamiſſito.* Angl. *A forger of wrytinges.*] Sueton. in Neron. cap. 17: Adverſus falſarios tum primum repertum, ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina trajecto obſignarentur.

Fallonĭa, eſt culpa, injuria, propter quam vaſallus amittit Feudum: nomina barbara.

Fālx, cis, f. t. Ferramentum aduncum quo ſegetes & herbę ſecātur: item illud quo vites & arbores putantur. [חרמש *maghghal chermeſch. δρέπανον, ἄρπη.* Gal. *Vne faux ou faucille, vne ſerpe.* Ital. *Falce.* German. Ein ſichten / rebmeſſer / oder ein ander krumb ſchneidmeſſer. Belg. Een Getſſen. Hiſp. *Hoz.* Pol. *Koſſaſiekacz winny.* Vng. *Kaſza, ſarlo, kacxor metcxő kés.* Ang. *A ſickle, an hooke.*] Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 50: In Vmbria falce ſecundū terram ſuccidunt ſtramentum. Virg. 3. Aeglog. Tum credo, quum me arbuſtum videre Myconis, Atq; mala vites incidere falce novellas. Plin. lib. 18. cap. 28: Falcium duo genera: Italicū brevius, ac inter vepres quoq; tractabile: Galliarum latifundia majoris compendii, quippe medias cedunt herbas, brevioresq; præterеunt. Cic. 5. Tuſc. Immiſſi cū falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locū. Falces in Campania, ſeculæ dicuntur à ſecando. ¶ Falcium varia enumerātur genera à Catone, cap. 110. & 111. Sunt enim falces quædam fœnariæ, quædam ſtramentariæ, quædā arboratiæ, aliæ vineaticæ, ſylvaticæ, & ruſcariæ ¶ Falx etiam appellabatur bellica machina quæ aduncō præfigebatur ferro: ſic dicta quòd incurvata eſſet ad ſimilitudinē falcis, ut ex muris lapides extraherentur. Cæſar 3. bell. Gall. Vna erat magno uſui res præparata à noſtris falces præacutæ, inſertæ, affixæq; ſongurnis, non abſimili forma muraliū falcium. ¶ Falces poſtulabam, *ἄρπας ἀπήτουν.* In eos qui reſpondent id quod ad rem nihil attinet. Videtur hinc nātum, quòd agricolæ cuipiam à vicino falcem commodato petenti, negaverit ille ſibi ligonem eſſe domi. Plutarchus, Zenodotus, & Suidas referūt.

Fālcŭ'lă,æ, diminutivum, Parva falx. [*δρεπάνιον, δρεπανὶς.* Gal. *Vne faucille, ſerpe, ſerpillon, vn crochet.* Ital *Falceta, coltellacio da bruſcare.* Germ Ein kleine ſichel oder rebmeſſertin. Hiſp. *Pequenna hoz, hocexilla.* Pol. *Koſſęczka.* Vngar. *Koſzátsk ſarlotſka, metcxő késetske.* Ang. *A litle ſickle or hooke.*] Col. libr. 12. cap. 18: Nec minus falculę, & ungues ferrei quāplurimi parandi. Cato cap. 54: Quod falcula ſecueris non renaſcetur. ¶ Dicuntur etiam falculę, pardorum & pantherarū extremitates unguium in falcis formā incurvatæ, quibus dum appetunt, integra corpora dilaniant: à quibus falculis falcones dictos putat Feſtus. Plin. li. 8. cap. 15: Mirum pardos, pantheras q;, leones, & ſimilia, condito in corporis vaginas unguium mucrone ne refringantur, hebetenturq;, ingredi, averſisq; falculis currere, nec niſi appetendo, protendere. ¶ Falculæ ruſcariæ, apud Caton. cap. 11. ſunt quibus rubi, ſentesq; ſecantur. Ita Turnebus.

Fālcārĭ'ŭs,ria,rium, Quod al falcem pertinet. [*δρεπανικός.* Gall. *Appartenant à vne faux.* Ital, *Pertinente a falce.* Germ. Das zu den ſichlen oder rebmeſſeren gehört. Hiſp. *Coſa perteneſciente à hoz.* Pol. *Koſſowy.* Vngar. *Az mi kaſzához valo.* Angl. *That perteineth to a ſickle.*] ut, Cotes falcāriæ quibus falces acuuntur.

Fālcārĭ'ī, Homines falcibus armati: quemadmodum à ſica dicuntur ſicarii. [*δρεπανηφόροι.* Pol. *Koſſarże.* Vng. *Kaſzás emberek.*] Cic. 1. Catil. Dico te prima nocte veniſſe inter falcarios.

Fālcātŭs,a,um, Quod formam falcis habet. [*δρεπανοειδής.* Gall. *Courbé comme vne faux ou faucille.* Ital. *Che a forma di falce.* Germ. Krumb wie ein ſichel. Hiſp. *Coſa encoruada en manera de hoz.* Pol. *Krziwi iako koſſa.* Vngar. *Kaſza formáju, horgas.* Ang. *Hooked or crooked like a ſickle.*] Plin. lib. 10. cap. 21, de gallo loquens: Sola, *inquit*, volucrum in cœlum aſpicit crebrò, in ſublime caudam quoq; falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ, apud Plin. lib. 17. cap. 10. ¶ Rurſus falcatū, dicitur falcibus inſtructū: unde falcati currus dicti ſunt, quos Macrobius per circumloquutionem, Currus cū falcibus, appellat, quū ait: Inducebat etiam, currus cū falcibus, & elephantos cum turribus. Stat. lib. 10. Thebaid.

Antea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper Ogygiæ pepulit gravis impetus haſtæ.

Fālcĭfĕr,m.t. Falcem ferens. [*δρεπανηφόρος.* Gall. *Qui porte vne faux ou faucille.* Ital. *Che porta la falce.* German. Ein ſichelntrager.

Hiſp. *Coſa que trae hoce.* Pol. *Zkoſſa chodzący.* Vng. *Kaſza hordozó.* Ang. *That beareth a ſickle.*] Vnde perpetuo epitheto Saturnus Falciſer à poëtis appellatur: cui idcirco falx tribuitur, quòd primus in Italia agriculturæ uſum credatur indicaſſe, autor Macrob. libr. 1. Satur. Mart. lib. 5: Nam ſi falciferi defendere templa Tonantis.

Fāmă,mæ, f. p. à fando, dictio media. [שמע *ſchemdh. φήμη.* Gall. *Renommee, bruit, renom.* Ital. & Hiſp. *Fama.* German. Ein geſchrey/ein Red ſo von einem ding außgehet. Belg. Dat gerucht/die eere. Pol. *Sł'awa, powieſc.* Vng. *Hir.* Ang. *Fame, brute.*] Eſt enim quicquid de aliquo divulgatur, ſive in bonum, ſive in malum. Virg. lib. 4: -neq; enim ſpecie famáve moveturvid eſt, infamia, ut exponit Nonius. Idem 4 Aen. Fama malū, quo nō aliud velocius ullum, Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo. Terent. in Andr. -omnes uno ore omnia Bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio prædituū. Quid verbis opus eſt? Hac fama impulſus Chremes Vltrò ad me venit. Cic. 14 Philip. Hoc triduo, vel quatriduo triſtis a Mutina fama manarat. Idem aūt ſunt, rumor & fama, præterquā quòd alterum Latinum eſt alterum è Græco, Valla. ¶ Et fama fuit, & eras: -ἦ μᾶν καλῶς, ἠδὲ κῆ πάλαι: id eſt, & dicebatis eras que. Hemiſtichion proverbiale, quoties facta reſpondent opinioni. Suidas è poeta quopiam. ¶ Fama etiam dicitur de re inveterata, firmataq; in hominum opinione, quāvis inepta. Mart. lib. 1 Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quint. Fama eſt olim lovē in imbrem aureū cōverſum, puellę in gremium deſcendiſſe. Plin. Iunior in Epiſt. Huc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat. Sic fama Scipionu, fama Camilli eſt laus, celebritas. Virg. 1. Aen. Sum pius Aeneas fama ſuperæthera notus. ¶ A' fama diffamo, & infamo deducuntur. de quibus alibi.

Famoſĭ'tas,tis, f. t. in bonam partem pro celebritas. [Pol *Sł'awa, ſławnoſc.* Vngar. *Hirnév.*] Apuleius lib 9: Hic uxorem generoſam, & eximia famoſitate prædītam. Vide tamen ne formoſitate legendum ſit vel reclamantibus codicibus.

Fāmōsŭs,a, um, Frequentiùs in deteriorē partem accipitur pro infami. [*δύσφημος.* Gall. *Fameux, fort renommeé ſoit en bien ou en mal.* Ital. *Famoſo, di gran fama.* Ger. Berümpt/oder verſchrayt vnnd verleümbdet. Hiſp. *Famoſo en buena y mala parte.* Pol. *Oſł'awiony.* Vng. *Hires.* Ang *Much ſpoken of ather for goode or euill.*] Saluſt. Largitionē famoſam, impudentēq;. Inde famoſa mulier, quæ eſt famæ parū integræ: hoc eſt, quę impudicitiæ nomine malè audit. Cic. 2. de Orat. ex Poëta: -quid tu, Aegilia mea, Quando ad me venis, cū tua colu & lana? Non pol inquit audeo: Nam me ad famoſas vetuit mater accedere. Quem locū in id expendit Nonius Marcellus. Ita Sueton. in Tiberio cap. 35: Fœminæ famoſæ ut ad evitandas legū pœnas jure ac dignitate matronali exolverentur, lenocinium proferre cœperant. Mart. lib. 2. Epig. 39: Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ. Et rurſus Epig. 47: Subdola famoſæ (moneo) fuge retia mœchæ. ¶ Interdū in activa ſignificatione accipitur pro eo quod vulgo dicunt *Diffamatorium.* Vnde famoſi libelli apud Iuriſconſultos, qui alicujus famā lædunt. [Pol. *Vſzczypliwi paskwil.*] ¶ Et famoſa judicia, quæ & turpia dicuntur, quòd turpitudinem damnatis adferant, ut judicium tutelæ, fiduciæ, ſocietatis *&c.* ¶ Sueton. in Tiberio cap. 35: Famoſi judicii notam ſponte ſubibat. Et famoſa cauſa in lege. Sed ſi hac § prętor ait. ff de dol. mal. Et famoſum interdictū in l. Neque ff. de vi & vi arma. Sic Famoſum carmē dicitur apud Horat. lib. 1. Epiſt. 20. ad Mecęnatem: Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit. Et Suet. in Tiberio cap. 28: Famoſa carmina dixit. Eadem ratione famoſi verſus apud Horat. libr. 2. Ser. Satyr. 1: Famoſiſque lupo cooperto verſibus. Et famoſa Epigrammata apud Sueton. in Cęſ. cap. 73. Famoſa ſcripta apud eundē in Domitiano. Famoſi libelli apud eundem in Auguſto cap. 55. Famoſi gladiatores apud Apul. libr. 10. Metamor. ¶ Invenitur interdum in bonam partem acceptum, præſertim apud Plinium Iuniorem, & ejus ſeculi ſcriptores. Nam Ciceronis ſeculo vix quiſquam aliter, quàm in malam partem uſus eſt. Plin. lib. 6. Epiſt. Impensè petis ut cauſam tuam pertinentem ad curā tuam, pulchram alioqui & famoſam faciam. Tacit. libr. 21: Sed quia famoſæ urbis (de Hieroſolyma loquitur) turpi & vili ſupremam diem tradituri ſumus, congruum videtur primordia ejus aperire.

Fāmōsĭſſĭmŭs,in Superlativo. [Pol. *Oſł'awiony.* Vng. *Igen hirős.*] Lactant. lib. 3. cap. 15. ubi de Ariſtippo loquens: Quid ergo interfuit quo animo Philoſophus ad meretricem famoſiſſimam conveniret?

Fāmĭ'gĕro, as, act. p. Divulgo. [השמיע *hiſchmiáh. ἀγγελίζω.* Gall. *Diuulguer.* Ital *Diuulgare.* German. Ein geſchrey außkommē. Hiſpan. *Derramar, ò diuulgar fama.* Polon. *Roſzławiam.* Vngar. *Ki hirdetőm.* Ang. *To mak or forge newes.*] Famigeratus, divulgatus, fama celebratus. *Ἀγγελτός.*

Fāmĭ'gĕrātŏr, Qui rei alicujus famam ſpargit. [משמיץ *meſchmiáh. ἀγγελιαφόρος.* Gall. *Semeur ou porteur de bruit.* Ital *Quello che divulga la fama di qualche coſa.* Ger. Einer ő new geſchrey außbringt.

Hiſpan. *Aquel diuulgador defuma.* Pol. *Roſtawiacz.* Vng. *Hir hordozo, hireſitő.* Angl. *A forger of newes.*] Plaut. in Trinummo: Ego de verbis eorum famigeratorum inſcius proſilui.

Fāmĭgĕrātĭo, onis, ſ. t. Famæ diſſeminatio. [השמעות *haſchmahúth.* Διάδοσις. Gall. *Bruit ſemé ou porté çà & là.* Ital. *Diuulgatione di fama.* Ger. Außſprettung einer Sach oder Leümbdens. Hiſp. *Aquella obra de derramar ò diuulgar fama.* Pol. *Rozſiáwienie.* Vng. *Hireſitités.* Ang. *A forging of newes.*] Plaut. in Trinum. Hæc famigeratio te honeſtet, mecum conlutulet.

Fāmĭgĕrābĭlĭs, le, Celebris, clarus, fama notus. [איש השם *iſch haſchſchém.* Δοξαστός. Gall. *Bien famé, renommé.* Ital. *Celebre, illuſtre, conoſciuto per fama.* Germ. Berümpt Hiſp. *Bien enfamado, ſolenne, famoſo.* Pol. *Sławny.* Vn. *Hireſitenes.* Ang. *Famous, renowmed.*] Apuleius de Aſino aureo: Satis famigerabilis confector.

Fāmĭgĕrātŭs, fama celebratus. [Δοξασθείς.] Polon. *Sławni.* Vngar. *Hirős neues.*] Apul. Florid. lib. 2: Fanum lunonis antiquius famigeratum.

Fāmĕllă, diminutivum eſt à fama. Feſtus. [Vngar. *Hieretske.*]

Famen, faminis, n. t. φατὶς, βάξις, locutio & ſermo, à fando ductum eſt: ut illud: Ne levi ſaltē, maculare viam famine poſſes.

Fāmēs, hujus famis, f. t. edendi cupiditas. [רעב *rahâb.* λιμὸς, ἔδεσις. Gall. *Faim, famine.* Ital. *Fame.* German. Hunger. Hiſpan. *Hambre.* Polon. *Głod.* Vngar. *Ehség.* Angl. *Famine, hunger.*] à φάγω, edo: & differt ab inedia, quòd fames eſt ſemper cum cupiditate edendi, inedia etiã ſine appetitu, ut in ægrotis. ¶ Eſt enim propriè inedia, abſtinentia à cibo, à non edendo dicta: ἀσιτία. Vnde ſummos aliquot viros legimus aliquot dierum inedia ſe enecuiſſe. Cicero pro Aul. Cluent. Iam hoc ignoratis, judices, ut etiam beſtiæ, fame dominante, plerunq; ad eum locum ubi paſtæ aliquando ſint, revertantur. ¶ Accipitur interdum fames, pro caritate ex annonæ penuria, quum ſcilicet plerique aliquo in loco alimento deficiente de vita periclitantur. Cicero pro Flac. In fame frumentum erat exportare auſus. ¶ Multa docet fames, πολλὰν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλον. ¶ Fames Melia, λιμὸς μηλιάς. De fame extrema, deque rebus difficilimis. Eſt enim Melus oppidum Theſſaliæ quod Nicias Athenienſium dux obſedit expugnavitq; non tàm machinis bellicis, quàm fame. Suidas ex Ariſtoph.

Fāmēlĭcŭs, a, um, pen. corr. Qui fame laborat. [רעב *rahéb.* βουλιμιῶν, βουλιμιάζων. Gall. *Affamé, qui a faim.* Ital. *Famelico, affamato.* German. Hungerig / oder hungerſtettig. Hiſpan. *Hambriento.* Polon. *Łacny.* Vngar. *Ehező.* Ang. *Hungrie, hunger ſtoruen.*] Plaut. in Caſin. Poſt id quum laſſus fueris & famelicus, Noctu ut condignè recubes, curabitur. Terent. Eunuch. Ille ubi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem, Et tam facilè victum quærere, ibi homo, &c. Plaut. Pſeud. Dumque ridebunt ſaturi, mordebunt famelici.

Fāmēlĭcōsŭs, a, um, Qui frequēter fame cõflictatur. [βουλιμιώδης. Vng. *Gyakran éhező.* Ang. *That is very or often hungrie.*] Vnde famelicoſam terram paluſtrem veteres vocabant, teſte Feſto.

Fămĭlĭæ appellatione comprehenduntur tàm liberi, quàm ſervi utriuſque ſexus, unius, quem patrem familiâs vocamus, juri ſubjecti. [משטחה *miſchpachâh* בית *bajith.* πᾶς οἰκίας. Gal. *Famille.* Ital. *Famiglia.* Ger. Hauß geſind. Hiſpan. *La familia, coſa y perſonas de caſa.* Pol. Czelatka. Vng. *Salád, (anagy) tſeléd.* Ang. *A familie, a kinred.*] Apud antiquiſſimos famelia ſcribebatur per e literam, tantumque de ſervis dicebatur: ab Oſca dictione Famel, qua illi ſervum appellabant, ut autor eſt Feſtus: poſtea cõmutata e in i, familia appellata eſt. Quo vocabulo Varronis etiam ſeculo ſervi ſignificabantur. Ita enim ait, libro 1. cap. 16: Si ab fundo longiùs abſunt oppida aut vici, fabros parent quos habent in villa: ſic cæteros neceſſarios artifices: ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac pro feſtis diebus ambulet, feriata potiùs, quam opere faciundo agrum fructuoſiorem reddat. Deinde tamen paulatim invaluit uſus, ut etiam liberi familiæ nomine, & quicunque ſub unius patris familiâs jure viverent, comprehenderentur. Plautus in Trucul. Hæc una opera circumit per familias, puerum veſtigat. ¶ Poſt hæc ad eos quoque tranſlatum eſt, qui ex eadem ſunt cognatione: ut Cæſarum familia, Scipionum familia. Sueton. in Nerone: Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Corvinorum, & Aenobarborum. ¶ Familia pro Secta. αἵρεσις. Cicero 2. de Divinat. Magnus locus, philoſophiæque proprius, à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrimé. Vnicus verò ſervus familiæ nomine non continetur, nec duo faciunt familiam. Eſt enim collectivum nomen, pluralitatem in ſe continens. Vide latiùs nominis hujus ſignificationem apud Paulum Iuriſconſultum l. Pronuntiato. ff. de verb. ſignif.

Fămĭlĭārĭs, com. t. quando adjectivum eſt, ſignificat quod ad familiam pertinet, quod eſt ex familia. [οἰκιακὸς, οἰκεῖος. Gal. *Familier, domeſtique, de la maiſon.* Ital. *Famigliare, di caſa.* Ger. Das zu dem hauß geſind gehört. Hiſp. *Famigliar.* Pol. Czeladny. Vng. *Tſeledehez valo.* Angl. *That belongeth to the familie, familier, houſhold.*] Vnde familiaria negotia, res familiares, res domeſticæ. Autor ad Heren. in operis præfatione: Etſi negotiis familiaribus impediti, vix ſatis otii ſtudiis ſuppeditare poſſumus. Gell. lib. 13: Memóriæ mandatum eſt, Platonem philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. ¶ Familiaris focus, Col. lib. 11. cap. 1: Conſueſcat ruſticos circa larem domini focum q; familiarem ſemper epulari. ¶ Sepulchra familiaria, quæ quis ſibi ac familiæ ſuæ conſtituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur quæ quis ſibi & hæredibus extruit, Autor Cajus Iuriſconſultus. l. familiaria. de Relig. & ſumpt. funerum. ¶ Interdũ idem eſt quod neceſſarius amicus, intimus, arctaque familiaritate conjunctus. [רעה *rehéh.* συνήθης, ὁμόφυλος, γνώριμος, ἑταῖρος, συνεταιρικός. Gall. *Familier, ami & priué, qui hante ſouuent auec.* Ital. *Famigliare, amico.* German. Ein geheimer / ein guter freund auß beywohnung her. Hiſpan. *Familiar, ò amigo de caſa.* Polon. *Towarzyſz / wierny.* Vngar. *Barátságos.* Angl. *A freind, one that me another haunteth.*] Cicer. Attic. Homo familiariſſimus mihi, & omnibus in rebus conjunctus. Idem de Amicitia: Vidimus P. Aemilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe. Idem pro Cælio: Mulier illa quadrantaria permutatione familiaris facta erat balneatori. ¶ Familiares etiam olim dicebãtur, qui ſervi erant. Macrob. libr. 1. cap. 2: Nam & noſtri majores omnem Dominis invidiam, omnem cõtumeliam ſervis detrahentes. Dominum patrem familiâs: Servos familiares vocabant. Idem ſcribit Seneca lib. Epiſt. 6. epiſt. 47. ¶ Arbor familiaris Italiæ id eſt, protrita, & paſſim naſcens, apud Plin. lib. 23. cap. 5. ¶ Quandoque etiam hoc nomine intelliguntur domeſtici, quíve ſunt ex familia. Plautus in Amph. Ne qui eſſem, familiares quærerent, Verſari crebrò hîc quum viderent me domi. ¶ Familiaris ſella, à veteribus appellata fuit ſella perforata, ejiciendis alvi excrementis accommodata. ἀφεδρών. Varro 1. de Re ruſt. cap. 13: Itaque periti, ut cò aqua influat, eo nomine faciunt. quidam & ſellas familiares ponunt.

Fămĭlĭārĭtās, tatis, ſ. t. Conſuetudo ipſa, quę eſt inter familiares & amicos. [συνήθεια. Gal. *Acointance, familiarité, amitié familiere & priuee, priuauté.* Ital. *Famigliarità, domeſticheza.* Germ. Freündtſchafft / Beywohnung / beheimē. Belg. Gheneinſchap. Hiſp. *Familiaridad.* Pol. *Towarzyſtwo.* Vngar. *Barátſág.* Ang. *Familiaritie, acquaintance.*] Terent. in Heavt. Mihi magna cum eo jam inde uſque à pueritia ſemper fuit familiaritas. Cicer. de Amic. Sic quum accepiſſemus à patribus, maximè memorabilem C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem.

Fămĭlĭārĭtĕr, adverbium, liberè, amicè. [συνήθως. Gall. *Familierement, priuement.* Ital. *Famigliarmente, domeſticamente.* Germ. Freundtlich / beheimtlich. Belg. Gemeintyck. Hiſ. *Amigable y familiarmente.* Pol. *Towarzyſko.* Vng. *Barátſágoſon.* Ang. *Familiarlye, by acquaintance.*] Plaut. in Rud. Ah nimiũ familiariter me attrectas. Terent. in Heavt. Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas (Quod ego in propinqua parte amicitię puto) Facit ut te audacter moneam, & familiariter. Cic. 6. Verr. Præſertim quũ is L. Sitenna defenſore tuo tam familiariter uteretur. Familiariter ferre mortẽ alicujus: id eſt, graviter & moleſtè: nam quę ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt chara, inquit Donatus. Terent. in Andr. Hujus mortem tam fert familiariter.

Faminor, ſecunda perſona multitudinis Imperativi futuri, à verbo faris, quod veteres pro dicis uſurpabant.

Fāmōsŭs, Vide FAMA.

Fămŭlŭs, li, m. ſ. Originẽ habet ab Oſcis Italiæ populis, apud quos ſervus *famul* dicebatur. [עבד *hébed* משרת *meſcharéth.* ὑπηρέτης. Gall. *Seruiteur, varlet ou valet.* Ital. *Famiglio, ſeruitore. famigliare.* Ger. Ein Knecht oder Diener. Hiſp. *Seruidor.* Pol. *Sługa.* Vn. *Szolga.* Ang. *A ſeruand, a houshold ſeruand that attendeth on his maiſters buſineſſe.*] Martial. Argolico famulũ non te ſervire tyrãno Vidiſſent gentes, ſævaq; regna pati. Lucret. lib. 3: Oſſa dedit terra, proinde ac famul infimus eſſet. Item uſus eſt Ennius famul pro famulo, ut autor eſt Nonius: mortalẽ ſummũ fortuna repentè Reddidit, ut ſummo regno, famul optimus eſſet.

Fămŭlŭs, a, um, adjectivum. Idem quod famularis. [οἰκιακός. Gall. *Appartenant à vn ſeruiteur ou ſeruante.* Ital. *Pertinente à ſeruitore.* Ger. Das der Dieneren iſt / oder zu den Knechten gehört. Hiſp. *Coſa pertineſciente a ſeruidor.* Polon. *Służebniczy.* Vngar. *Szolgay, ſzolgához valo.* Ang. *That belongeth to a ſeruand.*] Ovidius 3. de Pont. Nec dedignata eſt abjectis Illyris armis Cæſareum famulo vertice ferre pedem. Idem 1. de Faſt. Tradiderat fameas jam tibi Rhenus aquas.

Fămŭlă, læ, f. p. Ancilla. [שטחה *ſchiphchâh* אמה *amáh.* ὑπηρέτις. Gall. *Chambriere, ſeruante.* Ital. *Serua, fanteſca.* German. Ein Dienerin / Dienſtmagdt. Hiſpan. *Seruidora.* Pol. *Służebnica.* Vng. *Szolgádo leany.* An. *A maid ſeruand that attendeth on hir maiſtreſſe.*] Cic. 5. Tuſc. Sin autem virtus ſubjecta ſub varios incertosque caſus, famula Fortunæ eſt. Virg. 8. Aen. Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo Exercet penſo.

Fămŭlŏr, aris, d. p. Famuli officio fungor, ſervio. [עבד *habâdh.* ὑπηρετέω. Gall. *Seruir.* Ital. *Seruire.* Germ. Dienen. Hiſp. *Seruir el*

que es libre. Pol. Sługe. Szolgálok. Ang. To serue.] Plin. lib. 2. cap. 63: Vt alimentis nostris famuletur. Ibidem cap. 7: Famulantur æternis sacris. Fortuna famulante aliquid agere: id est, adjuvante fortuna. Claud. de bell. Get. A magno Stilicone cave, qui semper iniquos Fortuna famulante premit.

Fămŭlārē, in activa significatione. [Pol. Sługic. Vng. Szolgálok.] Papinius in suo Hercule Surrentino: Pacatus mitisque veni, nec turbidus ira Nec famulare timēs. ¶ Et Tertul. adversus Gentes: Elementa ipsa famulant.

Fămŭlāntĕr, adverbium, Suppliciter & in modum famuli. [ἱκετικῶς, ὑπηρετικῶς. Gall. Seruilement, humblement. Ital. Sopplicevolmente, humilmente. Ger. Dienſtlicher/vnderthenigklich. Hiſp. Seruilmente, humilmẽte. Pol. Lóddanie. Vn. Alázatoson. Szolgai módra. An. After the maner of a houshold seruand.] Nonius: Famulāter, suppliciter. Accius Tereo: Semela natum affare, & famulanter pete.

Fămŭlāris, re, Quod pertinet ad famulum sive famulam, servilis. [οἰκιακός. Gal. Appartenant a seruiteur, ou seruante. Ital. Pertinente à seruitore. Ger. Das zu einem Dienſtknecht oder Dienſtmagdt gehört. Hiſpan Cosa perteneſciente à seruidor Polon. S'luzebnicży. Vn. Szolgay. An. That belongeth to a manseruand or maidseruand.] Cic. 1. Tuscul. Qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio. ¶ Iura famularia dare, pro imperare populo regia potestate. Ovid. 15. Metamorph. Si Romam intrarit, famularia jura daturum. Manus famularis, Senec. Herc. Oetæo. Turba famularis mensas instruit, Stat. 2. Achil.

Fămĭlĭārĭŭm, rii. [Pol. Obecżni dowżiuania. Vngar. Zolgahoz illendò żerzam, fegyuer.] Cornelius Fronto, lib. de nominum verborumq; different. Familiarium est quod servo competit, ut sagum, gladius, &c.

Fămŭlāre, neutrum pro adverbio, serviliter. [Vngar. Szolgai modra.] Stat. 3. Syl. - nec turbidus ira, Nec famulare timens. Id est, more famuli.

Fămŭlātŭs, us, m. q. & Famulitium, servitus. [עבודה habodhâh. δουλεία. Gal. Seruitude, seruage. Ital. Seruitù. Ger. Dienſt oder Dienſtbarkeit. Belg. Dienſtbaerheyt. Hiſ. Seruidumbre. Pol. Sługba. Vn. Szolgála. Ang. The seruice of houshold seruandes.] Cicer. de Amic. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. Offic. Quàm miser virtutis famulatus servientis voluptati. Varro: Apud ignavum dominum duro famulitio adstrictus. ¶ Dicitur etiã famulitium, servorũ copia. [עבודה habodhâh. τὸ οἰκέτικὸν, τὸ ὑπηρετικὸν, ἡ ὑπηρεσία. Gal. Cõpagnee de seruiteurs. Ital. Multitudine di serui. Ger. Viele der Knechte. Hiſ. Aquellos meſmos seruidores. Pol. Sługą zgrodmażenie. Vng. Szolgáknak serege. An. The whole company of houshold seruandes.] Macrob. Vnus è famulitio cui provincia erat, admittere volentes dominum cõvenire. ¶ Item famulitas pro servitute antiqui dixerunt. Accius in Andromeda: Nam postquam parvas tiqui dixerunt. Accius in Andromeda: Nam postquam parvas opressit famulitas, vis atque egestas, fama, formido, pudor. Pacuvius: Quæ famulitas.

Fămŭlātŭs, f. t. Famulorum, famularumq; multitudo. [עבודה habodhâh. δουλεία. Gal. Compagnee de seruiteurs. Ital. Moltitudine di serui. Ger. Ein hauffen Knecht Hiſ. Los seruidores. Pol. Kupa sługebnikow. Vng. Szolgáknak sokſága. Ang. The whole companie of houshold seruandes.] Apul. lib. 2: Et ecce mulierem quampiam frequenti famulatione.

Fanaticus, Vide FANVM.

Fāndŭs, Vide FARIS.

Fānnĭă lex, φανιὰ νόμος, à Macrobio lib. 2. ca. 24, numeratur inter leges sumptuarias quæ ad nimium conviviorum luxũ compescendum à Fannio Consule lata fuit, anno post Vrbem conditam quingentesimo octavo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeis, Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemq; aliis diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris autem omnib. diebus denos. Vide & Gellium lib. 2. cap. 24.

Fānnĭānă pyra, Vide FAVONIANA.

Fānum, ni, n. f. Templum, [בית bamáh. σηκὸς, νάος. Gal. Temple. Ital. Tempio, chieſa Germ. Ein Tempel/ein Kirch. Hiſ. Templo donde ſe dauan reſpueſtas. Pol. Koſciół. Vn. Templom, kápolna, Egyház. An. A temple, a church.] à Faunis Latinorum diis, qui indormientibus responsa dare solebant, ut ait Martianus Capel lã. vel à Fauno, qui (autore Probo Grammatico) primus oraculi conditor fuit. Festus: Fanum à Fauno, vel à fando, quòd pontifex in dedicatione templi certa verba præfari solebat. Cic. 2. de Legib. Illud vitiosum Athenis quòd Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. Sunt tamen qui hoc nomen per ph scribant, ἀπὸ τῦ φαίνεσθαι, quod significat manifestum, quòd è phano aperta responsa dabantur. Differunt autem, fanum, templum, sacellum, delubrum & lucus. Quòd fanum sit locus Fauno consecratus: Templum in loco augurato: Sacellum parvulum ædificium diis consecratum: Delubrum in quo homines peccula sua deluunt: Lucus, locus fulmine ictus & arboribus tectus. Corn Fonto de differ. vocab. ¶ Ab hoc nomine adjectivũ deducitur profanus sive prophanus, a, um: id est, nulla religione obstrictus, tanquam porrò fanum: id est, procul à fano.

Fānātĭcŭs, a, um, adjectivum à fano deductum. [מלאכי meſchughghah. German. Von einem Geiſt beſeſſen / er ſey gleich gut oder böß / vnſinnig. Polon. Zachwicenie wiakim biwaia nowokrzczency tak że też kroliami ſie bic powiedaia. Vn. Iſtentöl ihletet. An. Mad or poſſeſſed with a propheſing or ſome euill ſpirite.] ¶ Dicuntur autem fanatici quos Græci vocant ἐνθέους aut θεοφορημένους, quòd non sua sponte, sed divino numine ferri credantur. Fanatici autem dicti sunt idcirco quòd in fanis: hoc est, in templis sacerdotes oraculum edituri, hujusmodi furore corripiebantur. Virgil. 6 Aeneid. & Lucã. Pharsali. 5. Liv. 8. bel. Maced. Galli Matris magnæ à Pessinunte occurrêre cum insignibus suis vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis viam belli & victoriam dare. Quintil. libro 11: Frequens etiam capitis nutus non caret vitio: adeò caput jactare, & comas excutientem rotare fanaticum est. Iuvenal. Satyr. 2: & crine senex fanaticus albo, Sacrorum antistes. Cicer. pro Domo sua: Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, &c.

Făr, farris, n. t. olim generale nomen fuit ad omnia genera frumenti: ita dictum à ferendo: quòd à terra proferatur: sive (ut Varroni placet) à faciendo, quòd in pistrino fieret: id est, præpararetur & contunderetur. Hinc triticeum far, pro tritico veteres dixerunt, & hordeaceum far pro hordeo: & far adoreũ pro certo frumenti genere, quod alio nomine ador appellabatur. Colum. lib. 8. capite 5: Post hæc caveæ cum matre claudendi sunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino respersо modicè alendi. Et paulò pòst: Vva labrusca de vepribus immatura lecta cum farre triticeo minuto cocta objicitur esurientibus. ¶ Proptiè autem farris nomine certum quoddam frumenti genus intelligimus quod primùm ab edendo edor, deinde literæ primæ immutatione ador appellatum fuit, quodque paulò antè etiam far adoreum dici indicavimus. [חטה chittáh. Gall. Toute ſorte de blé, mais principalement fourment. Ital. Farro. German. Dinckelkorn/ Kern. Hiſpan. Farro ò eſcandia. Polon. Zboże. Vngar. Buza liszt. Ang. All maner of corne, properly meale of wheate and barley.] Plin. lib. 18. cap. 8: Vulgatiſſima frumenti genera, far quod adoreũ veteres appellavêre, siligo & triticum. Et paulò pòst. Qui zea ututur, non habent far. Et rursum: Ex omni genere duriſſimum far, & contra hyemes firmiſſimum: primus antiquo Latio cibus. Et iterum libro eodem, cap. 7: Populum Romanum farre tantùm è frumento CCC. annis usum, Verrius tradidit. ¶ Farris quatuor sunt genera, clusinũ, vermiculum duplex, & trimestre, quod & alicastrum vocatur. Vide Colum. lib 2. cap. 6.

Fārĭcĕŭs, a, um. Quicquid ex farre confectum est: [σπικὸς, ὁ τῆς ζειᾶς, ζείνεος. Gal De fourment. Ital. Di formento. Germ Kernen/ auß Kernẽ oder Dinckel gemacht. Hiſp. Coſa de farro ò eſcandia. Pol. Zżita uczi niony Vng. Liszthöl ſwtot bélsc. Ang Meade of wheate or corne.] ut, Panis farreus. Colum. lib. 7. cap. 12: Farreo vel triticeo pane satiandi sunt.

Farraceus, a, um, ζείνεος. Idem quod farreus, ut farraceum pollen. Plin. lib. 24. cap 7.

Farreum, rei, n. s. Genus libi ex farre factũ. [τὸ σπικὸν, τὸ ἐκ τῆς ζειᾶς. Gal. Gasteau de fourment. Ital. Foccatia di formento. Ger. Ein Küchen auß Kernen gemacht. Hiſ. La oblada ò torta de farro ò trigo. Pol. Placżek. Vng. Liszthöl ſwtot bélsc. An. A wheaten cake.] Plin. lib. 18. cap. 3: Novæ nuptæ farreum præferebant. ¶ Farreum quoque veteres vocabant horreum à farre: sicut granarium à grano, & hordeum ab hordeo.

Fārrĕātĭo, f. t. Genus sacrificii erat quo sacerdotũ nuptiæ confirmabantur. Nam (ut autor est Boëthius in Topica Ciceronis) tria erant genera uxorum: unum quum uxor tantùm in lecti partem veniebat, quam matronam vocabant: Alterum quum in manum mancipiumque viri conveniebat, omniumque ejus fortunarum fiebat particeps & marito suo intestato ut hæres succedebat, & maritus vicissim illi: cujusmodi uxores matresfamiliâs vocabantur. Tertium quum adhibito libo farreo, certa sacrificii solennitate nuptiæ contrahebantur. Sed hujusmodi solennitate in cõtrahendis nuptiis soli sacerdotes utebãtur. Porrò matrimonium per farreationem contractum, non nisi per diffarreationem poterat dissolvi. Erat autem diffarreatio aliud sacrificii genus, quo nuptiæ per confarreationem contractæ, contrario ritu dissolvebantur.

Fārrāgo, penult prod, hujus farraginis, f. t. Quod ex multis satis, ut hordeo, vicia, & leguminib. fit, pabuli causa. [מספוא mispó belil, χόλος, ἄχρηστος. Gal. Meſlange, dragee pour les bẽtes. Ital. Commiſtione di diuerſe coſe. Ger. Ein gemiſcht Fütter dem Vieh/ auß Kernen / Gerſten/ Haber/ Wicken / ꝛc. Hilpan. Herren de centeno

centeno y otra cosas. Polon. Mieszanina, dlia pice. Vngar. Sok féle magbol elegitetot abrak. Ang. Fodder for beastes mingled and made of diuerse sortes of cornes.] Varro: Inde quòd far ferro cæsum, farrago dictum, aut quòd primùm in farracea segete seri cœptum sit. ¶ Diversarum quoque rerum commistio farrago dici potest. Iuvenal. Satyr. 19: Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus nostri est farrago libelli. Pers. autem Sat. 5, Farraginem pro farre vel frumento posuit: Vappa & lippus & in tenui farragine mendax.

Fărīnă, æ, f.p. Frumentum mola comminutum, & in pulverem redactum: [קֶמַח kemach. ἄλευρον, ἄλφιτον. Gal. Farine. Ital. Farina. Germ. & Belg. Mãt. Hispan. Harina. Pol. Maka. Vngar. Liszt. Angl. Meale.] quod nomen à farre deductum tradit Plin. lib. 18. cap. 9: Nam (inquit) quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ salsa aqua sparsa, candidiorem medullam: verùm plus retinent in furfure. Farinam à farre dictam, ex nomine ipso apparet. Hæc ille. Scribitur tamen unico r, quanvis far in obliquis, r, geminet. Corripit enim primám syllabam. Martial. libro 13: Pascitur & dulci facilis gallina farina. Ovid. de Med. faciei: Nam quæ pulvereæ fuerint confusa farinæ. Pers. Satyr. 5: . cribro decussa farina. ¶ Quid ad farinas? τί πρὸς τ' ἄλφιτα; id est, quid attinet ad parandas facultates? ¶ Concupivit assam farinam, ἤρατο ὀπτῆς ἀλεύρου. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem vitam quæsisset. Theocritus in Cynisc̃is farinam assam, novam & lautiorem victus rationem vocat, propterea quòd priscos illos pulte duntaxat victitasse legimus, videlicet clibano coquendi panis usu nondum reperto. ¶ Exigit è statuis farinas, αἰτεῖγε κἠ τὰς ἀνδριαύντας ἄλφιτα. In eum dicebatur qui nullius misertus, undecunque quòd potest avellit: vel ab ipsis mortuorum statuis. ¶ Nostræ farinæ, dicuntur inter quos est indiscreta similitudo, Persiús in 5. Satyra. ¶ Ne verba pro farina: - μὴ λόγους ἀντὶ ἀλφίτων: id est, ne verba pro farinis. Adversus eos jaciebatur, qui beneficium verbis, non re dabant. Qui ferè magnatum mos est, uti suos splendidis promissis alant.

Fărīnācĕŭs, a, um, Quod factum est ex farina. [ἀλευρώδης. Gal. De farine. Ital. Di farina. Germ. Auß Mãt gemachet. Hisp. Cosa de materia de harina. Pol. Maczisti. Vngar. Liszt bõl valo. Ang. Of meale.]

Fărīnārĭum, n. s. Locus ubi servatur farina. [ἀλευρών. Gal. Lieu pour garder la farine. Ital. Luogo da tener farina. Germ. Ein Mãt kast/ein ort da man das Mãt hinbehattet. Hisp. Lugar donde se guarda la harina. Pol. Maczna skrzinia. Vng. Liszt tartò. Ang. A place wherein meale may be keept, a boulting house.]

Fărīnārĭus, a, um, Quod ad farinam pertinet. [ὁ τῆς ἀλεύρου, ἀλευρίτης, ὁ τῆς ἀλφίτου. Gal. Seruant à farine. Ital. Che serue à farina. Ger. Das zu dem Mãt gehört. Hisp. Cosa perteneciente à harina. Vn. Liszt hõz valo. Ang. That belongeth to meale.] Plin. lib. 18: Farinario cribro succernunt.

Farcĭo, is, farci, fartum, act. q. Sagino; pinguefacio, saturo, quasi farre impleo. [מָלֵא hubidh הִשְׁבִּיעַ hibrí מָלֵא mille. συμπληρόω, σιτίζω. Gal. Farcir, remplir. Ital. Ingrassare, impire. German. Füllen/mesten. Hispan. Embutir ò recalcar. Pol. Natika, nadziewam. Vngar. Hizlalom, meg tõltõm. Angl. To fill, to stuff, to fatt, or cramme.] Colum. lib. 8. cap. 7: Hæc enim ferè communis est cura farcientium: nam illi qui volunt non solùm optimas, sed etiam teneras aves facere, mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt & ita farciunt. ¶ Significat & quovis modo implere, idque per metaphoram. Plin. in epist. Præterea architectus sanè æmulus ejus, à quo opus inchoatum est, affirmat parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) imposita onera sustinere non posse: quia sint cæmento medii farti, nec testaceo opere præcincti. ¶ Farcire alicui centones. Plaut Epid. - hîc non est locus: Quin tu alium quæras cui centones farcias: id est, quem tu glorioſis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis expleas. ¶ Hujus verbi composita sunt, Confercio, Effercio, Infercio, Offercio, Refercio. Quorum significata vide suis locis.

Fărtŭs, seu Farctus, participium. [מָלֵא malé. ἐμφορηθείς, σιτισθείς, πεπλεσμένος. Gal. Farci, rempli. Ital. Guarnito, riempito. Ger: Gefüllt/voll geschoppet. Hisp. Embutido ò recalcado. Polon. Natkany, nadziani. Vngar. Meg tõltetet. Angl. Stuffed, crammed.] Cicero 7. Verr. Lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitensi rosa fartus. Martial. libro 5: Hîc farta premitur angulo Ceres omni. Plin. lib. 29. cap. 5: Fartus ventriculus coriandro.

Fārcīmĕn, pen. prod. hujus farciminis, n. t. Intestinum variè ac minutim concisa carne refertum. [ἀλλᾶς. Gal. Saucisse, andouille ou boudin. Ital. Salcissa, lucanica. Ger. Ein Wurst. Hisp. Longaniza, salcicia, ò relleno. Pol. Ielito, kielbassa. Vn. Kolbasz, tõltõt hurka. An. A sawsige, a pudding.] Var. lib. 6. de ling. Lat. Ab eadem fartura farcimina extis appellata.

Fārtōrēs, m. t. Qui farcimina faciunt ex insecta carne & adipe, & hujusmodi [ἀλλαντοπῶλαι. Gal. Pastissiers, faiseurs de saucisses. Ital. Scalciai, che fanno salcicie. German. Wurstmacher. Hisp. Los que hazen salcicias. Polon. Kiel'basnicy. Vng. Kolbász tõltõt, tõltelekõ tsinálok. Angl. Pudding makers, crammers of geese or capons.] Aut certè qui aves macras ab aucupibus emptas, lucri gratia farciunt: hoc est, saginant. σιτεύω. Terent. in Eunuch. Cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores, aucupes. Colum li. 8. cap. 7: Pinguem quoque facere gallinam, quamvis fartoris, non rustici sit officiũ. ¶ Hoc etiam vocabulo, autore Festo, appellati sunt nomenclatores, quòd obviorum nomina candidatis in aurem infarcirent.

Fārtĭlĭs, fartile, pen. cor. Fartus. [בְּרִיא bari. σιτευτός. Gall. Engraissé. Ital. Ingrassato. Ger. Gefüllt/gemest. Hisp. Embutido, relleno, recalcado Pol. Okarmiony, obetkani. Vn. Meg tõltolt, hizlalt. Ang. Made fate, francked or crammed.] Plin. li. 10. cap. 22, de anseribus & eorum jecore loquens: Nostri sapientiores, qui eos jecoris bonitate novêre, fartilibus in magnam amplitudinem crescit. Vbi fartiles anseres vocat fartos & saginatos.

Fārtum, ti, n. s. Genus libi, à farciendo dictum: quòd multis variis rebus farciretur. [Pol. Nadzienie. Vn. Vágot boltsinalt béles.] Pers. Satyr. 2: Attamen hic extis, & opimo vincere farto Contendit. Veteres enim (ut Cato de Re rust. scribit) struem farris, tritici hordei, fabæ, seminis rapacii, ture ac vino additis, ante messem parabant in porcæ præcidaneæ immolationẽ, Ianoque & Iovi ac Iunoni sacrificabant: quæ diversarum rerum cõgeries fartum appellabatur. ¶ Scribitur etiam fertũ, & Cornutus dici putat à ferendo: quod genus hoc libi diis infertur à pontificibus: quanquam nonnulli (ut inquit idem) vas putant esse quod ornatum certis speciebus & refertum sacris diis infertur. ¶ Est & fartum quo quid farcitur, vel fartum est. [τὸ ἐμφορηθὲν, τὸ σιτευτὸν, τὸ σύμπλεγμα. Angl. Stuffe wherewith any thing is stuffed.] Col. lib. 3: Semper proderit, simulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructũ & fartum fici speciosiùs & pleniús. ¶ Fartum vestis pro ipso corpore posuit Plautus in Mostel. Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

Fārtūrā, æ, f.p. dicitur actus modúsve farciendi altilia. [ἐμφόρησις, σίτεμα, σίτευσις. Gal. Engraissement. Ital. Ingrassamento di bestie. German. Füllung / mestung. Belg. Die vollinge/oft mestinge. Hisp. Aquella obra de embutir relleno. Pol. Karmienie ptaszwa. Vng. Tõltés, hizlalás. Ang. A cramming or makinh fatt.] Colum. lib. 9: Sed si fastidiet cibum, totidẽ diebus minuere oportebit quot jam farturæ præcesserunt.

Fārtim, adverbium, penè idem quod acervatim, acaumulatim. [חֳמָרִים חֳמָרִים chomarim chomarim. συμπεφορημένως. Gal. A monceaux. Ital. A muchi. German Hauffechtig/schollechtig. Hisp. A montones. Polon. Hufcem, wgromadze. Vngar. Tõltue, darabonkent. Angl. By heapes.] Apuleius: Parabat fiscum fartim concisum.

Farsenum, Virgulti genus est, inquit Festus.

Fārfŭgĭum, gii, n. s. Herba est nymphæę non absimilis, circà fluvios nascens, populi folio, sed ampliore, χαμαιλύκη. Alio nomine farranum dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Fārĭs, vel fare, fatur, fatus. A Fero deductum est: quod inter alia significata significat loqui. [דָּבַר dibér. φάσκειν. Gal. Parler. Ital. Parlare. Germ. Reden. Belg Spreken. Hispan. Hablar. Pol. Pocżecie mowy. Vng. Szollok, szollaloc. Angl. To speak.] Quãquam fari, teste Varrone minus sit quàm loqui. Pueri enim quum primùm vocem edere incipiunt; quæ intelligi potest fari dicuntur. Plin. lib. 11. ca. 51: Qui celeriùs fari cœpêre, tardiùs ingredi incipiunt. Loqui autem nemo dicitur, nisi qui servato quodam verborum ordine perfectè quæ sentit efferre potest. Vnde pueri qui nondum fari didicerunt, infantes dicuntur. Hæc tamen Varronis differentia non observatur. Virgilius lib. 6: Sic fatur lachrymans, classique immittit habenas. ¶ Legitur & in significatione passiva. Suetonius: Prætorum fasti dies sunt quibus jus fatur: id est, dicitur, sicut nefasti, quib. non dicitur, θέμις φθέγγεσθαι. Hujus verbi prima persona deberet esse for, ut inquit Priscianus, quæ tamen non est in usu. ¶ Ejus composita sunt, Effari, Eloqui, Affari; Alloqui, προσεπεῖν. Cicero in Catone: Licet mihi iisdem versibus affari te, ô Attice, quibus affatur Flaminium ille vir. Præfari, antè fari. προλέγειν. Columella in præfatione: Quos ordine suo tunc demum persequar quum præfatus fuero, quæ reor ad universam disciplinam maximè pertinere. Profari idem quod effari. Virgil. 1. Aeneid. Tum breviter Dido vultum demissa profatur.

Fando, gerundium. Plautus Amph. - quæ neque fieri possunt, neque fando unquam accepit quisquam, profers Carnufex. Cicero pro Quintio: Non denique ulla unquam intercessit postulatio, omitto æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita.

Fāns, participium, [דָּבַר dobér מְדֻבָּר medhabbér. φὰς, λέγων. Gal. Parlant,

Parlant, qui dit. Ital. *Parlante.* German. Redend. Hiſpan. *El que habla.* Polon. *Mowiący.* Vngar. *Szóllo, beſzéllő.* Ang. *That ſpeaketh.*] Propertius lib. 3. Elegia 7: Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.

Fātŭs, participium. [ἐσθλὸν, φάξμακον. Vn. *Szoluán.*] Virg. 2. Aen. -ſic fatus deinde comantem Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.

Fāndŭs, fanda, fandum, quanvis ratione originis videatur ſignificare quod fatu dignum eſt: ferè ſemper tamen accipitur pro eo quod juſtum, æquum, rectumque eſt. [ῥητὸς, φατὸς, ῥητός. Gal. *Qu' on doit, ou qu'on peut dire.* Ital. *Coſa degne di che ſe ne parli.* Ger. Das wirdig oder billich iſt darvon man rede. Hiſpan *Coſa de hablar.* Pol. *Sł'uſzni do mowienia.* Vngar. *Beſzélléſre méltó, igaz.* Angl. *Which may or ought to ſpeake, lawfull, meete.*] Quemadmodum è contrario infandum, & nefandum dicimus quod injuſtum eſt, & minimè rectum. Livius: Ita reſperſę fando, nefandoque ſanguine aræ. Cic. 1. de Divin. ex vetuſto Poëta: Neq; me Apollo fatis fandis invitā ciet. Virg. 1. Aenei. At ſperate deos memores fandi, atq; nefandi: hoc eſt, juſti atque injuſti, interprete Servio.

Fārrāgo, Farreatio, Farreum, Farina, Farinaceus, Farinarius, Vide FAR.

Fārtĭlis, Fartim, Fartores, Fartum, Fartura, Vide FARCIO.

Fās, neutrius generis, Nomen eſt defectivum, tres tantùm caſus habens, cosque in ſingulari numero, nominativum videlicet, accuſativum & vocativum. Eſt autem Fas, idem quod jus, quod pium, & fando dignum: & putant referri ad deos, quemadmodum juſtum ad homines. [ῥητὸς, ὁσία. Gal. *Ce qui eſt loiſible, licite & permis.* Ital. *Ciò che è giuſto, lecito & honeſto* German. Göttlich / billich vnd recht. Belg. Recht / geoorloft Hiſpan. *Lo que es licito por religion.* Polon. *Sł'uſznie, prziſtoinie.* Vngar. *Szabad.* Ang *Lawfull, ſtãding with the lawe.*] Virgil. 1. Georg. Fas & jura ſinunt: id eſt, divina & humana jura permittunt. Et paulò pòſt: Quippe ubi fas verſum, atque nefas, tot bella per orbem, Tam multæ ſcelerum facies. ¶ Fas eſt: id eſt, licitum. Plaut. in Aſin. Neque pol te accuſo, neque id me facere fas exiſtimo. Cicer. pro Mil. Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. Tacit. lib. 14: Ex hominum fibris conſulere deos fas habebam. Quintil. lib. 3. cap. 8: In judiciis enim vulgò fas habetur, indulgere aliquid ſtudio ſuo. Hujus contrarium eſt Nefas, quod eſt impium & execrabile. ἀθέμιτον.

Fāſcĭă, æ, f. p. Genus linteoli quo pueri vel aliud quid ligari ſolet. [חתול חדק chathullāh chittūl. ἐπίδεσμος, σπάργανον. Gal. *Vne bande ou autre piece de linge, comme pour emmaillotter les petis enfans, ou vn gorgias ou bauette, ou vn brayer, ou des gueſtres.* Ital. *Faſcia.* Germ. Ein Wiegenband / Windlen. Belg Bandel. Hiſp. *La faxa.* Pol. *Pielucha, ᵴwiaska, binda.* Vn. *Paló.* An. *A bandé lyk vnto that where with litle babes ar bound in thair ſwathling clothes.*] Cic. 2. de Divin. Defert ad conjectorem quidam ſomniaſſe ſe ovum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. ¶ Et propriè, pro tegumento crurum pedumque faſciæ poni conſueverunt: ideoq; crurules, pedulesque dicuntur. Vlpianus: Faſciæ crurules, pedulesq; veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt. Scribit Plin. lib. 8: Mures portendiſſe exitium Carboni Imperatori, arroſis faſciis quibus in calceatu utebatur. Colum. lib. 7: Rectè genibus applicantur ac faſciis circundantur. ¶ Faſcia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt, Martial. li. 14. ¶ Ité faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quæ ab Aſtrologis ζῶναι, ſive *plagæ* appellātur. Martian. Orbis terræ in quinq; zonas, ſive melùs faſcias diſcernitur. ¶ Ponitur pro nube, in modum faſciæ cœlum percurrente. Iuven. Satyr. 14: Nil color hic cœli, nil faſcia nigra minatur.

Fāſcĭŏlă, diminut. f. p. Parva faſcia. [ἐπίδεσμιον. Gal. *Bandelette, petit gorgias, drappeau.* Ital. *Picciola faſcia.* German. Ein Bindle. Hiſ. *Pequenna faxa.* Polon. *Związeczka.* Vng. *Pálotska.* Angl. *A litle bande, a garter.*] Cic. de Aruſp reſpon. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus ſoleis, purpureisque faſciolis, à ſtrophio, à pſalterio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis. Horat. lib. 2. Sermon. Satyr. 3: -ponas inſignia morbi, Faſci olas, cubital, focalia.

Fāſcĭo, as, are, act. p. Eſt faſcia ligare. [חבש חתול hechethīl chabáſch. σπαργανοῦν. Gall. *Bander, emmaillotter, lier de bandes: enueloppper.* Ital. *Faſciare, bendare.* Ger. Binden / eynbinden. Hiſpan. *Faxar ò emboluir al cuerpo la faxa.* Pol. *Obwiam, obwieźuie.* Vngar. *Pépálólom.* Angl. *To knitt or binde with a bande, to ſwadle.*] Spartianus de Antonino Pio: Sed quum eſſet longus & ſenex, incurvatusque, tiliaciis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectiùs incederet. Mart. lib. 12: Nec faſciato naufragus loquax trunco.

Fāſcĭculŭs, Vide FASCIS.

Fāſcĭnum, pen. corr. n. ſ. Quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpeque ad extremam maciem, deveniant. [כשף chaſchāph. βασκανία, γοητεία. Gal. *Sorcellerie, enchanterie, enchantement.* Ital. *Malia, incantamento* German Verzauberung zauberey Bel. Een betooveringe. Hiſ. *Ojo, encantacion, aojadura.* Pol. *Oczarowanie.* Vn. *Igézet, meg kötés.* Ang. *An inchantement, bewitching.*] Horatius pro virili membro poſuit in Epode, Ode 8: Illiterati num minus nervi rigent, Minúsve languet faſcinum?

Fāſcĭno, as, pen. corr. act p. Faſcino noceo, [כשף chiſchſchéph. κατεγοητεύω. Gal. *Enſorceler, enchanter.* Ita. *Amaliare, ſtregare.* Ger. Verzauberen. Bel. Betooveren. Hiſp. *Aojar con mal ojo.* Pol. *Czarute.* Vng. *Meg igézöm.* Ang. *To bewitch, to foreſpeak.*] Virgil. 3. Aegl. Nescio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Lingua mala faſcinare aliquid, Catullus ad Lesb. Fit autem à verbo Græco βασκαίνω, quod ſignificat invideo, indignor, iraſcor, accuſo. Hujus compoſitum eſt Effaſcino.

Fāſcĭnāns, tis, partic. [מכשף mechaſchſchéph βασκαίνων. Gal. *Enſorceleur, ſorcier.* Ital. *Strigante, amaliante.* German. Verzauberēd. Hiſ. *El que aoja.* Pol. *Oczarowany.* Vng. *Igezö* Ang. *One that bewitcheth or foreſpeaketh.*] Plin. lib. 13. cap. 4: Dente contra faſcinantes religione politum.

Fāſcĭnātĭo, onis, f. t. [כשף chaſchāph. βασκανία, γοητεία. Gall. *Enſorcellement, ſorcelerie.* Ital. *Lo ſtrigare & amalare, amaliamento.* Ger. Verzauberung. Bel. Betooveng e Hiſ. *Aquella obra de aojar con mal ojo, aojadura.* Pol. *Oczarowanie.* Vng. *Igézés, (anagy) igézés.* Ang. *A bewitching, a foreſpeaking.*] Plin. lib. 28. cap. 2: Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem lib. 19. cap. 4: Hortosque & fores tantùm contra invidentium faſcinationes dicari videmus.

Fēlĭs, hujus felis, maſcul. gen. t. Animal quadrupes, quod domi alimus ad murium venatum, Vulgò *Catus* dicitur ab inſigni aſtutia. [αἴλουρος. γαλῆ. Gal. *Vn chat.* Ital. *Gatto.* Germ. Ein Katz. Bel. Een catte. Hiſ. *Gatto.* Pol. *Kotka.* Vng. *Matska.* Ang. *A cat.*] Veteres enim catos dicebant eos qui cauti & aſtuti erant: unde etiam Catones primò volunt appellatos. Quod etiamnum apud Germanos in uſu eſt: ſic enim de aſtuto homine verba facientes, dicunt: Er iſt ein liſtige Katz. Plinius libro 10. cap. 73: Feles quo ſilentio, quàm levibus veſtigiis, quàm multo ſpeculatu in muſculos exiliunt: excrementa ſua obruunt terra, intelligẽtes odorem illum, indicem ſui eſſe. Varr. lib. 3: Omnes parietes tectorio lævigantur, ne felis aliáve beſtia introire ad nocendum poſſit. Seneca libro 20. Epiſt. Quid eſt quare tàm pavonem, quàm anſerem gallina non fugiat? at tantò minorem eis, nec notum ſibi accipitrem? quare felem pulli timeant, canem non timeant? De animalis hujus natura ſic ſcribit Aelian. libro 7. capite 40: Quemadmodum ex felibus mas eſt libidinoſiſſimus, ſic amantiſſima catulorum fœmina: quæ veneream idcirco maris conſuetudinem refugit, quòd is calidiſſimum, ignisque ſimile ſemen emittat, genitale ut fœminæ adurat: Ejuſce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc autem novorum catulorum deſiderio permota, ejus libidini morem gerit. Quòd autem ab omni tetro odore feles abhorreant, eò excrementa ſua, foſſa prius facta, in terra occultant. Hæc ille. ¶ Sunt & feles feræ, domeſticis aliquantò majores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domeſticum noſtrum animal videtur propagatum. ¶ Feli crocoton, χαλῇ κροκωτὸν, ſubaudiendum das, aut addis. Dici ſolitum quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: aut quum datur quippiam iis, qui munere non norunt uti. Veluti ſiquis à muſis alieniſſimo belliſſimum donaret librum. Crocoton veſtis genus eſt rotundæ ac fimbriatæ, qua divites utebantur Matronæ. ¶ Minervæ felem, ἀθλωῇ τὸν αἴλουρον, ſubaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præſtantioribus comparantur, quòd levicula quadam in re conveniant. Quid enimi habet Minerva dea cum fele, præter glaucoma oculorum? Refertur à Zenodoto & Suida.

Fēlix, icis, penult. genitivi product. om. t. Proſper, beatus, fortunatus. [אשרי *aſchré.* εὐδαίμων, εὐτυχὴς, μακάριος. Gal. *Heureux.* Ital. *Felice, fortunato.* German. Gelig/ glückſelig. Belg. Gaſtich/ gelucktich. Hiſpan. *Bienauenturado.* Polon. *Szczesliwi, bl'ogoſ'awiony.* Vng. *Bodog.* Ang. *Happie, bliſſed, luckie.*] Virgilius 3. Aeneid. Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. ¶ Interdum propitium ſignificat, qui ſcilicet àlios felices reddit. Virgilius 1. Aeneid. Sis felix, noſtrumque leves quæcunq; laborem. Vbi Servius: Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit eſſe felicem. Vnde & deos felices vel infelices dicimus ex rebus quas præſtant. Idem in Daphnide: Sis bonus ô, felixque tuis. ¶ Aliquando idem eſt quod utilis, ſive commodus. σύμφορος. Martialis: Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum, Et felix domino, notaque Cæſaribus. ¶ Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis, ὄγκος, ὄφορος. Virg. 2. Georg. Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos. Martialis libro 13: Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. ¶ Hujus contrarium eſt Infelix, infortunatus, δυστυχής. Cic. 4. Philip. Si quis Reipublicæ ſit infelix, is felix eſſe non poteſt. ¶ Accipitur pro adverſario. Virg. 7. Aeneid. Aſt ego magna Iovis cõjunx nil linquere inauſum Quę potui infelix. Vbi Servius: Infelix: id eſt, adverſa Trojanis. ¶ Aliquando pro ſterili & infœcundo. Virg. Infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ.

Fēlĭcĭ'tās, atis, f. t. Proſperitas, beatitudo. [אשר *óſcher.* εὐδαιμονία. Gal. *Bon heur, proſperité.* Ital. *Felicità, proſperità.* Ger. Glückſeligkeit/ wolſtandt. Belg. Voer ſpoet/ welvaert. Hiſp. *Bienauenturanca, felicidad.* Pol. Szczeſcie. Vn. *Bodogság.* An. *Happineſſe, proſperitie.*] Cicero pro Fonteio: Videor hoc leviter vobis pro mea autoritate præcipere poſſe, ut ex eo genere homines, quorũ induſtria, virtus, felicitas cognita in re militari ſit, diligenter vobis retinendos exiſtimetis. ¶ Felicitas terræ, fœcunditas, fertilitas, apud Plin. in Epiſt. εὐφορία. ¶ Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum proſperos rerũ inſtitutarum ſucceſſus ſacra fiebant. Auguſt. 4. de Civit. Quid felicitas? Dea eſt, ædem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua inſtituta ſunt. Hujus contrarium eſt Infelicitas. ¶ A Deo felicitas, Θεοῦ ἡ δοῦναι ἐστι δυτυχεῖν βροτούς: id eſt, felicitas datur Deûm homini munere. Vt res noſtræ benè cedant, id in nobis ſitum non eſt, ſed à ſuperiûm arbitrio pendet. Hominum eſt conatus, Dei eſt eventus. ¶ Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολύφιλος. Finitimum eſt illi, τὸν δυστυχούντων πάντες ἀεὶ συγγενεῖς: id eſt, felicib. cognatus eſt vel quilibet. Notior eſt ſententia quàm ut requirat interpretem.

Fēlĭcĭ'tĕr, adverbium, Proſperè, beatè, fortunatè. [εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς. Gall. *Heureuſement.* Ital. *Feliceмente.* Ger. Glücklingen oder glückſeltig. Belgicè, Gelucktelyck. Hiſpan. *Bien auenturada y fertilmente.* Polon. Szczesliwie. Vngaricè. *Bodogul.* Ang. *Proſperouſlie, happelue, with good lucke.*] Cicero 3. de Finibus: Neceſſariò ſequitur omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè

fortunatè vivere, nulla re impediri, nulla re prohiberi, nulla egere. Plautus Mercat. Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Virg. 1. Georg. H. cfegetes, illic veniunt felicius uvæ.

Fēlīcĭto, as, pen. corr. Felicem ac beatū facio. [אשר *ischscher.* εὐδαιμονίζω. Gall. *Rendre heureux, faire heureux.* Ital. *Felicitare, far felice.* Germ. Glückſelig machen. Hiſp. *Hazer bienaventurado.* Polon. *Szczęśliwim czinie.* Vngar. *Meg bodogitom.* Ang. *To mak happie.*] Huic opponitur Infelicito: hoc eſt, bonis omnibus ſpolio, infelicem reddo, de quo ſuo loco.

Felles virginalis, à Plauto dicitur virginum raptor, à fellis rapacitate. Sic felles pullaria, raptor eſt puerorum & corruptor. Nam veteres pueros etiam pullos vocabant. Auſon. in Marcum pullariam: Quid Marcus? felles nuper pullaria dictus.

Fellĭco, as, Lac exugo. [יבק *janák.* θηλάζω. Gallic. *Tetter.* Ital. *Tettare, poppare.* Germ. Außſaugen/oder außmelcken. Hiſp. *Mamar leche.* Pol. *Doie wißiwam.* Vng. *Szopok.* Ang. *To ſucke milk out of a dugge.*] Solinus in Collectan. Nequaquam mater pullo præbet ubera fellicanda. Fortaſſis legendū vellicanda. Apud Nonium eſt fellare pro exugere. Varro: Tum eum ad quem veniunt in hoſpitium lac humanum fellaſſe.

Fellicopes, homines mali & nullius uſus.

Fĕmĕn, minis, n. t. Sumitur in eadem ſignificatione qua femur. [ירך *jarech.* μηρός. Gall. *Le dedans de la cuiſſe.* Ital. *La parte dentro della coſcia che ſi tocca con l'altra.* Ger. Das inner theu der dicke an Schencken oben bey der Scham. Hiſpan. *El muſlo por la parte de dentro.* Polon. *Ledźwice.* Vngar. *Agyék.* Ang. *The inner parte of the thigh.*] Propriè tamen femina, teſte Valla libro 4. ſunt interiores partes: femora, exteriores: femina, poſteriores: femora anteriores. Plinius libro 11, ſic de apibus ſcribit: Prioribus pedibus femina onerant propter matura ſcabra. Et lib. 28: Femina, *inquit*, atteri aduriquè equitatu, notum eſt. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Lucretius libro 4: ideo faſtigia poſſe Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. ¶ Hinc Apuleius finxit vocabulum, Interfemineum, pro pudendis mulieribus, veluti poſitis inter femina. Columella lib. 7: Vtile quoque & ſub femina manum ſubjicere, ne ad hujuſmodi tactum poſtmodum paveſcant. ¶ Exiſtimat Servius femen in nominativo non reperiri. Priſcianus docet eſſe in raro uſu. ¶ Femina etiam inferiores partes ſignificant: nam à flexu dicta videntur. Vbi igitur junctura cum flexu pedis eſt, femina dicūtur. Plautus in Aſin. Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas, vetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant ungulæ. Col. lib. 6: Femina ſecari, & interdum inuri ſolent.

Fĕmĭnālĭă, Tegumenta feminum, & ſubligacula. [περιζώματα. Gall. *Le dedans de la cuiſſe.* Ital. *La brache.* Ger. Badehr/ Schurtzchuch/ mit welchen die Weyber jhr ſcham bedecken. Hiſp. *Las bragas.* Pol. *Fartuch.* Vng. *Gatya, berbe, alſo ing, (anagy) ing kebél.* Ang. *Breeches or ouer ſtockes.*]

Fĕmŭr, oris, quod & Femor dicitur ſecundum Phocam à ferendo, quòd his præcipuè partibus ſuſtineatur animal, atque feratur. [ירך *jaréch.* μηρός. Gallic. *La cuiſſe, ou le dehors de la cuiſſe* Ital *Il di fuor de la coſcia.* German. Die außwendige dicke des Schenckels/von oben herab biß auff die Knie. Belg. Een dye. Hiſp. *El muſlo por la parte de fuera.* Pol. Had. Vng. *Agyek czom.* Ang. *The out warde part of the ligh, the hamme.*] Vide latiùs in dictione FEMEN. Plautus in Mil. Ecce autem advortit, nixus læva, in femore habet manum: Dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Livius 4. bell. Pun. Scipionis femur tragula confixum.

Fĕmōrālĭă, n. t. femorum tegmina, ſubligaculum. [מכנסים *michneſaïm.* περιζώματα. Gall. *Des brayes, haut de chauſſes.* Ital. *Brache.* German. Ein Brüch/ Ridertleid. Hiſp. *Las bragas, caraguelles, muſlos de calças.* Pol. *Spodnice, famuraly.* Vng. *Nadrág, berbe, gatya.* Ang. *Slopes or ouer ſtockes, breeches.*] Suetonius de Auguſto: Quare quaſſato corpore neque frigora, neque æſtus facilè tolerabat: hyeme quaternis cum pingui tota tunicis, & ſubucula, & thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminalibus.

Fĕnēſtră, ſtræ, f. p. Locus apertus ad lumen accipiendum. [חלון *challon.* διὰ τὸ φαίνειν. lucere. θυρίς. Gall. *Feneſtre.* Ital. *Feneſtra.* German. Ein Fenſter/ Tagloch. Hiſpan. *La fineſtra à ventana.* Pol. Okno. Vng. *Ablak.* Ang. *A window.*] Ovidius: Quà lumen thalamis, parva feneſtra dabat. ¶ Interdum ponitur pro aditu, & via, & occaſione. Terent. in Heaut. Hui quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.

Fĕnēſtrīnŭlă, Parva feneſtra. [Polon. Okienko. Vngar. *Ablakotska.*] Hieronym. Sit autem una vel plures feneſtrinulæ, juxta diſpoſitionem Epiſcopi. Et per detractionem mediæ ſyllabæ, feneſtra, quod eſt oſtium parvum in ſacrario, ut ait Macrobius.

Fĕnĕſtĕllă, & Feneſtricula diminutiva ſunt à feneſtra. [θυρίδιον. Gall. *Petite feneſtre.* Ital. *Feneſtretta.* German. Ein Fenſterlein. Hiſpan. *Pequenna fineſtra.* Polon. Okienecżko. Vng. *Ablakotska.* Ang. *A litle window.*] Columella lib. 1. cap. 1: Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.

Fĕnĕſtro, as. [θυρίδω θυρίδας ποιέω. Gall. *Faire feneſtres & ouurir quelque choſe.* Ital. *Aprire qualche coſa fur una feneſtra.* German. Ein Fenſter machen/ein Tagloch machen. Hiſp. *Abrir alcuna coſa, hazer fineſtras.* Pol. Oknoczinie. Vn. *Ablakoznyitok, ſinálok* Ang. *To mak windowes.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Media oculorum cornea feneſtravit pupilla.

Fĕnēſtrātŭs, ta, tum, Feneſtris ornatus abundans, perforatus. [πολύθυρος, θυροδωτός. Gal. *Percé, & feneſtré.* Ital. *Aperto, fatto à feneſtre.* German Durch fenſteret / oder das Fenſter hat. Hiſpan. *Coſa con ventanas y fineſtras.* Pol. *Ten ktori pel'ni okien ieſt.* Vng. *Ablakos, ablakkal bő ü.* kődő. Ang. *That hath windowes, bored through.*] Plautus: Nulla eſt feneſtrātior domus.

Fĕnēſtrārĭus, penult. prod. adjectivum. [θυρίδος, ὁ τῆς θυρίδος. Gall. *De feneſtre.* Ital. *Coſa de feneſtra.* German. Das zu den Fenſteren gehört/oder von Fenſteren den Namen hat. Hiſp. *Coſa de finieſtra.* Pol. Okienny. Vng. *Ablak ſzabáſu.* Ang. *Of windowes.*] Vt, porta feneſtralis, Ovid. 6 Faſtor.

Feniculum, li, n. ſ. Condimentis idonea & uſitata herba, nota celebris. Iuvamenta ejus lege apud Dioſcoridem, libro 5. capite 179.

Feniculum equinum, ſylveſtre erraticum, Dioſcoridi, Hippomaratrum lib. 1. cap. 80.

Fĕrābĭtes, pen. prod. dicitur agreſtis. [Vng. Mezei.] Siſenna apud Nonium: Partim ferabite, partim ſauro ac pinu abundant.

Fĕræ, arum, A` ferendo dictæ ſunt, quòd cum impetu, & ſine ratione ferantur: aut quòd naturali utantur libertate, & pro deſiderio ferantur. [חיה *chajáh.* θῆρες. Gallic. *Beſtes ſauuages.* Ital. *Fiere, beſtie ſalvatiche.* Germ. Wilde Thier. Hiſp. *Las beſtias bravas y fieras* Polon. Dźikie zwierzęta. Vn. *Vadak.* Ang. *Wylde beaſtes.*] Propriè autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent ut leones, pardi, lupi, quæ ubi manſuefactæ ſunt, cicures appellantur. Ovidius in Epiſtol. Ariad. Mitiùs inveni quàm te genus omne ferarum. Idem 2. Metamorph. Vaſtarumque videt trepidus ſimulachra ferarum. Quintil. lib. 1. cap. 10 Non feras modò, ſed ſaxa etiam, ſylvasque duxiſſe memoriæ proditum. ¶ Interdū feræ ſignificatio latiùs extenditur, ut omnia ferè bruta terreſtria complectantur. Cic. 1. Offic. Expertes rationis & orationis feræ. ¶ De fera comediſti, ἀγρίου βεβρωκας. Dicebatur olim oſcitanti. Nam vulgò creditum, carnem ferinam comeſam crebras oſcitationes excitare. Venuſtius erit, ſi commodè transferatur ad ſupinos, oſcitabundos, & negligentes.

Fĕrīnŭs, a, um, penult. prod. Feralis, quod eſt ferarum. [θήρειος, θηριώδης. Gall. *De beſte ſauuage, comme beſte ſauuage.* Ital. *Ferino* German. Thieriſch / das von wilden Thieren iſt / oder jhnen gleich iſt Hiſpan. *Coſa pertinecinte à fiera.* Polon. Zwirzęcy, dźiky. Vngar. *Vadi, vadbol valo.* Ang *Of a wilde beaſte, reſembling a wilde beaſte.*] Apuleius: Ferino, ac beluino ritu. Saluſtius in Iugurt. Getulis cibus erat caro ferina. Ibidem: Numidæ plerumque lacte & ferina carne veſcebantur. Columell. lib. 10. in Proœm. Largior tamen pauperibus fuit uſus lactis copia, ferinaque, ac domeſticarum pecudum carne. Cicer. 1. Invent. Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur, & ſibi victu ferino vitam propagabant. ¶ Ferina abſolutè aliquando uſurpatum: & ſubintelligitur caro. Virgil. 1. Aeneid. Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

Fĕrŭs, a, um, Agreſtis, & indomitus. [טורף סורר *pere forér.* ἄγριος. Gall. *Sauuage, farouche, cruel.* Ital. *Fiero, ſelvatico, indomito.* Germ. Grimm/ wild/ grawſam. Hiſpan. *Niero, brauo y cruel.* Polon. *Srogy, okrutny, dźiky.* Vng. *Kegyetlen.* Ang. *Wyld, cruel, fierce.*] Cui opponitur Cicur: & per tranſlationem atrox, ſævus, qui ferinum animum habet, vel qui durioris eſt vitæ, & animi crudelioris. Virgil. 2. Aeneid. -ferus omnia Iupiter Argos Tranſtulit. Cicero ad Attic. lib. 12: O` fera tempora, quum dubitet Curtius conſulatum petere. ¶ A` ferus componitur Semiferus, penult. correp. Vnde ſemifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidoque naſcuntur, ut ex apro & ſue: aut certè quæ nec placida nec fera ſunt, ſed mediæ inter utrunque naturæ, ut in volucribus hirundines: in campo lepores, cuniculi: in mari, delphini. Perferus, valde ferus. παράγριος. Varro lib. 2. de Re ruſt. Boves perferi etiam nunc multi ſunt in Dardania, & Media, & Thracia. ¶ Et per tranſlationem, fera ulcera, fera ſcabies, feræ papulæ, quę manu chirurgica non poſſunt perdomari.

Fĕrĭtās, tatis, f. t. Immanitas, naturæ aſperitas: huic cōtraria eſt manſuetudo. [ἀγριότης. Gall *Farouche & ſauuage maunſtien, brutieté & cruauté ſauuage.* Ital. *Fierezza, crudeltà.* Germ. Wilder grimmigkeit / grawſamkeit. Hiſpan. *Fiereza, brauеza, ò crueldad.* Polon. *Srogoś'c, dźikoś'c.* Vng. *Kegyetlenség.* An. *Wyldneſſe, cruelties, fierceneſſe.*] Cæſar 8. bell. Gall. Cultu & feritate non mul-

tum à Germanis differebant. Martialis lib. 1: Poſtquam inter nos eſt, plus feritatis ineſt. Livius 4. bell. Macedon. Lacetanos deviam, & ſylveſtrem gentem cùm inſita feritas continebat in armis, tùm, &c. Ovidius 4. Faſtorum: Depoſita ſequitur taurus feritate juvencam, Quem toti ſaltus, quem nemus omne tremit.

Fĕrālĭă, orum, n. ſ. Feriæ erant Romanis, diis Manibus ſacratæ: ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. [νεκύσια, ἐναγίσματα, Gall. *Iour dedié és morts.* Ital. *Giorno dedicato ad officij mortorij.* Ger. Feyrtag bey den Heyden/ den lieben Seelen zu ehren/ Aller Seelen tag. Hiſ. *Dia conſegrado à los muertos* Pol. *Dzien duſzyczek, dzien swego naradzenia.* Vng. *Halottoknak ſzentelt napiky.* Ang. *Allſoules day, a day dedicated to godde for the dead.*] Ovid. 2. Faſt. Hanc quia juſta ferunt, dixêre Feralia lucem, Vltima placandis Manibus illa fuit. Cic. Att. li. 7: Eodem enim die video Cæſarem à Corſinio poſt meridiem profectum eſſe: id eſt, feralibus, quo Canuſio mane Pompeium.

Fĕrālĭs, le, adjectivum, Funeſtus, dirus, exitialis: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum ſepulcra inferebantur. [ϑανάσιμος, νεκρικὸς, ἐπιτάφιος. Gall. *Mortel, peſtifere, pernicieux.* Ital. *Mortale, crudele.* Germ. Das zu der todten Feyrtag gehört/ tödtlich/ tägtlich/ grawſam. Hiſp. *Mortal, cruel.* Pol. *Dzien oppl'akania ymarl'ich.* Vng *Iſzonyu, veſzedelmes.* An. *Deadlie, mortall.*] Virg. 4. Aeneid. Solâque culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Generaliter dicitur de omni re ad defunctos pertinente. Vnde Ferales vittæ, quæ ſunt funeri accommodatæ. Feralia amicula, ſunt veſtimenta quibus cadavera defunctorum veſtita ſepulcro conduntur. Feralia fœdera, Tedæ ferales, & arma feralia: hoc eſt, mortifera. Feralia officia, quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis item arbor. Plinius lib. 26. cap. 10: Picea montes amat, atque frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſita. Et ferales præcones, quos anteambulones atratos Latinè appellare poſſumus, ex quorum grege ſunt funerum indictores. Bud.

Fĕrāx, Ferculum, Vide FERO.

Ferbĕo, bui, n. ſ. Bullio. [ζέω. Pol. Wrzm. Vng. *Forrok, buſzogok.* An. *To bubble as water in ſeething.*] Horat. 1. Carm. Velatumque ſtola mea cum deferbuit ira. Vnde & Ferbeſco, ſcis. Hujus compoſita ſunt Deferbeo, quod eſt à bulliendo ceſſo. Gellius propriè: Puer interea venerat, & olla deferbuerat, tempusque eſſe cœperat edendi. Efferbeo, ἐκζέω. Extrà & valdè bullio. Vide FERVEO.

Fĕrē, adverbium, Fermè, propè, propemodum, penè: [כמעט *chimhat.* πυγὸν μικρὸν, χαδόν. Gall. *Preſque, il ne s'en faut gueres.* Ital. *Quaſi.* Germ. Schier/ garnah. Hiſp in. *Quaſi, ò poco mas ò menos.* Pol. *Bezmal'a* Vng. *Maid, tſaknem.* Ang. *Almoſt*] ut, Fere hominem occidiſti: id eſt, parum abfuit, quin hominem occideris. ¶ Ferè, pro plerunque. Terentius Phorm. - quippe homo jam grandior, Pauper, cui opera vita erat, ruri ferè ſeſe continebat: id eſt, non ſemper, ſed plerunque. Quintilian. lib 2 cap. 5: Nam in omnibus ferè minùs valent præcepta quàm experimenta. ¶ Interdum in oratione iſta conſtituitur, ut intelligatur quædam univerſitas. πᾶς. Quintil. Hæ ferè ſunt emendatè loquendi ſer bendiq; partes. Id eſt, ferè omnes. Cic. de Amic. Memini in eum ſermonem incidere qui tùm ferè mulus erat in ore. Id eſt, ferè ſemper, vel ferè omnibus.

Fĕrentārĭi, Vide FERO.

Fereola, læ, Vitis cujuſdam genus eſt apud Columellam lib. 3. cap. 2. Irtiolam (*inquit*) fereolamque non facilè aſſeverem quo gradu habendæ ſint.

Fĕretrum, Vide FERO.

Fĕrĭæ, arum, Dies ceſſationum ab opere: ita dicti vel à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum frugumque proventibus. [עֲבֹדָה *hatſereth* שַׁבָּת *ſhabbáth* חַג *chagh.* ἑορταί, πανηγύρεις. Gall. *Feries, feſtes, iours de feſtes.* Ital. *Ferie, iorni quieti.* German. Feyrtag/ Feſtstag Bel Vierdach. Hiſp. *Las fieſtas dias de guardar.* Pol. Szw eto, dzien wolny od prace. Vng. *Innepek.* Ang. *Holy dayes, dayes vacant from labour.*] Cic. 2. de Legibus: Feriis jurgia amovento. Feſtus: Ferias antiqui feſta vocabant: & aliæ erant ſine die feſto, ut nundinæ: aliæ cum feſto, ut Saturnalia: quibus adjungebantur epulationes ex proventu fœtus, pecorum, frugumque. ¶ Feriarum autem apud Antiquos multa erant genera quæ pollui dicebantur, ſi in his aliquod opus fieret. Erant enim inter ferias aliæ publicæ, aliæ familiis quibuſdam propriæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, ut docet Macrobius libro 1. Saturn. cap. 16: Statuæ, univerſo populo communes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè ſervabantur Agonalia, Carmentaria, Lupercalia. Conceptivæ, quæ quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus cõcipiebantur in certos ſive incertos dies, ut ſunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cicero 1. de Natura deorum: Nam quum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu, accerſitusque veniſſem. Imperativæ, quas Conſules vel Prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem pro ſalute Reipublicæ aut principis, aut ob rem fœliciter geſtam. Nundinæ paganorum erant ac ruſticorum, quibus ad negotia & merces conveniebant. Erant præterea propriæ familiarum feriæ quas quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſervabat, ut Claudiæ feriæ, & Aemiliæ. Item ſingulorum, ut natalium dierum, quæ Natalitiæ dicuntur, & fulgurum & funerum expiationes. ¶ A' feriis feſti dies dicti ſunt Feriati: hoc eſt, in quibus feriæ celebrabãtur. ¶ Ignavis ſemper feriæ ſunt, ἀεργοῖς αἰὲν ἑορταί. Aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non cauſantur aliquid quò ſint in otio, quique optant dies feſtos, quò liceat otiari, ventrique & voluptatibus indulgere.

Fĕrĭo, & Ferior, aris deponens, p. Vaco ab opere, ceſſo, quieſco. [שבת *ſhabáth* חג *chagh.* σχολάζω, σχολὴ ἄγω. Gall. *Ceſſer, ſe repoſer, feſter, ne faire rien.* Ital. *Far feria. far vacanza.* Germ. Feyren. Bel. Vieren. Hiſpan. *Guardar ſin obra la fieſta.* Pol. Swiece, odpoczywam. Vng. *Innenplek, henyélök (anagy ünnezhan) ſzünni dolgokban nyugoſzom.* Ang. *To keepe holy day, to be vnoccupied.*] Vacare ab aliquo opere vel ſtudio. Vt feriari ab ſtudiis: Trebonius ad Cic. lib. Epiſt 12.

Fĕrĭātŭs, a, um, Quietus, otioſus, nihil agens. [שבות *ſhobéth* חג *chogheygh.* σχολάζων. Gall. *Qui fait la feſte, qui ne faut rien, qui eſt oiſeux.* Ital. *Otioſo, che non fa nulla.* Germ. Gefeyret/ müſſig. Hiſp. *El que es de fieſta, otioſo y ſin obra.* Pol. Prozniuiacy. Vng. *Innepli.* Ang. *That keepeth holy day, idle.*] Trebonius Ciceroni: Illud quoque nobis erit curæ, ut Cratippus unà cum eo ſit, ne putes in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Plautus in Mil. Tibi ego dico, feriatus ne ſis. Martial. Nec feriatus ibat ante carrucam. Cicer. 1. de Natura deorum: Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere. ¶ Feriati dies, in quibus feriæ aguntur. ἑορταί. Plinius in Epiſtol. Nam & menſtruum meum Calendis Septembris finitur, & ſequẽs menſis complures, dies feriatos habet. Plin. lib. 18. cap. 6: Malum patrem familiâs quiſquis interdiu faceret quod noctu poſſet, niſi tempeſtate cœli: pejorem qui feſtis diebus ageret quod feriatis deberet: peſſimum, qui ſereno die, ſub tecto potiùs operaretur, quàm in agro. Contrà, Profeſti dicuntur, qui feriati non ſunt.

Fĕrĭātĭcŭs, idem quod feriatus, vel feſtus: ut, dies feriatici, pro feria. [Vn. *Innepli.*] Vlpian. L. 2. de feriis: Divus Marcus effecit de aliis ſpeciebus Prætorem adiri, etiam feriaticis.

Fĕrĭo, ris, ire, ſine præterito & ſupino, idem quod percutio. [הכה *hichchâh* כרת *charáth.* πατάσσω, τύπτω. Gall. *Ferir, frapper.* Ital. *Percuotere, ferire.* German. Schlahen. Hiſp. *Herir.* Pol. *Bic, yderzam.* Vngar. *Meg vàm meg verõm.* Ang. *To ſtrike or ſmite.*] Virgilius 9 Aeglog. Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto. Plaut. in Amphitryone: Non tu ſcis, Bacchæ bacchanti ſi vis adverſarier, Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpiùs. ¶ Ferire item, eſt faneire, firmare. Vnde ferire fœdus dicimus. Virg. 10. Aeneid. - haud mora, Tarchon lungit opes fœdusque ferit. Cicero pro domo ſua: Sed uno tempore cautiones fiebãt pecuniarum, fœdera feriebantur provinciarum. Origo harum locutionum inde tracta eſt, quòd antiqui fœdus & pacem ſolenni pompa cum hoſtibus ineuntes, porcam ſilice feriebant. id conſtat ex libro 1. Livii, ubi vetuſtiſſimi fœderis ritus deſcribit. ¶ Ferire itẽ pulſare eſt, κόπτειν. Plaut. in Amphitryone: Feriam fores, aperite. Ferire jugulum, eſt interre mortem, jugulare. ¶ Ferire munere, eſt mulctare munere, ſeu munus emungere. Terent. Phorm. Porrò autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit: Porrò autem alio, ubi erit puero natalis dies. ¶ Spectris feriuntur oculi, Cicero Caſſio lib. 15. Epiſt. Ferire aures, pro excitare. Quintilianus libro 9. cap. 3: Quæ etiam ſi fuerint crebriores, aures conſuetas minùs ferient. ¶ Hujus compoſitum eſt Referio, quod eſt repercutio. ἀνατύπτω. Plaut. in Aſin. Patitor tu idem ẽquum ego te refe[illegible]

Ferio feriàs, Vide FERIAE.

Fĕrĭtus, Vide FERVS.

Fermè, adverbium, Ferè, penè, propè, propemodum. [כמעט *chimhâth* כחדו. Gall. *Preſque, peu s'en faut, à peu pres.* Ital *Quaſi, poco meno.* Germ Schier/ garnah Bel. Bicans Hiſp. *Quaſi ò poco mas ò menos.* Pol. *Bez mal'a.* Vng *Maid, tſaknem.* An. *Almoſt.*] Terentius in Andr. Iam fermè moriens me vocat: id eſt, quum paũm abeſſet, quin moreretur. ¶ Ponitur quandoque pro facilè. ῥᾳδίως. Teren. in Andria: Fidelem haud fermè mulieri invenias virum. Vbi Donatus: Fermè pro facilè poſuit: fermè facilitatem ſignificat: quia ſunt adverbia extenuationis. Plautus Pœnul. Facio quod manifeſtè deprehenſi mœchi haud fermè ſolent.

Fermentum, ti, n. ſ. Farina quæ ſubigitur priuſquam addatur ſal, ad pultis modũ decocta, & relicta donec aceſcat. [שאר *ſeor.* ζύμη, ζύμωμα. Gall. *Levain.* Ital *Fermento, leuito.* Germ. Hefen/ Sawerteig. Bel. Hevel/ ſuerdech/ deeſem. Hiſ. *La leuadura.* Pol.

Kwas. Vng. Kwáſz. An. *Leauen or ſower dowgh.*] Dictum quod fervendo creſcat. Plinius lib. 18. cap. 7: Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Iacere in fermento, ὡς τῇ ζύμῃ κεῖσθαι, per tranſlationem dicebantur qui animo eſſent ægro, quique iracundia turgerent. Plautus in Merc. Nam mea uxor propter illum tota in fermento jacet: id eſt, inflata eſt & irata. Idem in Caſ. dii te ſervaſſint mihi. Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi: Aedepol ego illam mediam diruptam velim. ¶ Fermentum tranſlatum ad terram, id ſignificat quod glebas reſolvit, tumidamque terram ac raram reddit: quemadmodum conſperſionem rarefacit fermentum. Columella lib. 3. cap. 11. Parum quod ſupereſt inferioris ſoli, raſtris licet effodere, & in fermentum congerere atque componere. Idem lib. 4. cap. 1: Repaſtinata humus, dum eſt recens, ſoluta, laxataque, velut fermento quodam intumeſcit.

Fērmento, tas, act. p. Fermento miſceo, ſeu creſcere facio. [חמץ *chamáts.* ζυμόω. Gall. *Mettre du leuain, faire leuer ou enfler la paſte, aſſaiſonner de leuain.* Ital. *Far leuiter la paſta.* Ger. Hebẽ/ Verſeweten. Bel. Heveten/ ſueren. Hiſp. *Leudar.* Pol. Kwaſze. Vng. *Meg kouaſzoſzom, meg élesztöm.* Ang. *To leauen, to mixe leauen with dowe.*] Plinius: Quum fieret panis hordeaceus cicerculae farinae admiſtione, fermentabatur. ¶ Transfertur etiam hoc verbum ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur, quum rarefit & ſpiſſæ illæ glebæ reſolvuntur, & augentur, & veluti inflantur: quemadmodum conſperſio: hoc eſt, farina illa ſubacta, & in maſſam redacta, intumeſcit, addito fermento. Varro lib. 1. de Reruſtic. cap. 38: Stercus optimum ſcribit eſſe Caſſius volucrum, præter paluſtrium, ac nantium. De hiſce præſtare columbinũ, quòd calidiſſimum ſit, & fermentare poſſit terram. Columell. lib. 2. cap. 15: Maximè tamen columbinum probamus, quòd modicè ſparſum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli expoſuerunt fermentare pro ſtercorare, & pinguefacere, quòd viderent Columellã de ſtercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credunt. Sed eam non eſſe mentem autoris, ex diverſis ejus locis facilè poteſt deprehendi. Ita enim habet lib. 4. cap. 1: Quid quòd repaſtinata humus, dum eſt recẽs ſoluta, laxataque, velut fermento quodam intumeſcit: quum deinde non longiſſimam cepit vetuſtatem, condenſata ſubſidit? Quo in loco vocat terram fermento intumeſcentem, quam alibi vocat fermentatã. Pro eodem etiam dixit Humum reſolutam, eique oppoſuit denſam libro 2. cap. 2: Sed ex his nihil non melius reſoluta humo quàm denſa provenit. Quod noſter quoque Virgilius, quum & alias fœcundi arvi laudes retuliſſet, adjecit: Et cui putre ſolum: nanque hoc imitatur arando. Neque enim aliud eſt colere quàm reſolvere & fermentare terram. Ex quibus Columellæ verbis clariſſimum eſt, fermentare terram, nihil aliud eſſe, quàm diligenti cultura, paſtinatione, ſive etiam calidis ſtercoribus, quale eſt columbinum, terram putrefacere, reſolvere, & rariorem reddere.

Fērmēntēſcĕrĕ, Eſt creſcere, & rareſcere additò fermento: & propriè de pane dicitur. [בצק *batsék.* ζυμοῦσθαι. Gall *Eſtre leué on enflé de leuain, s'enfler ou leuer comme la paſte.* Ital. *Leuitarſi, enfiare.* Germ. Auffgehn oder geſchwellen von dem Sawerteig. Hiſp. *Leudarſe.* Pol. Wzruſzanie ciaſta od kwaſſu. Vng. *Meg kelni, meg dagadni.* Ang. *To ſwell by leauen.*] Quanvis etiam ad terram transferatur quæ tunc fermenteſcere dicitur quum denſitas illa glebarum rarefit, & reſolvitur. Plinius libro 28. capite 8: Quum teratur inter digitos, fermenteſcens. Idem lib. 17. cap. 2: Tellus quoque illo modo fermenteſcit: & ſucci plena, ac lacteſcentibus ſatis non effœta, quum tempus aperit, tepidis arridet horis.

Fĕro, fers, tuli, latum, Propriè ſignificat porto. [נשא *naſa* סבל *ſabál.* φέρω. Gall. *Porter.* Ital. *Portare.* German. Tragen. Hiſpan. *Llenar à traer.* Pol. Nioſſe. Vng. *Viſzök, Hozok.* Ang. *To carie, to beare.*] Virgil. lib. 5. Aeneid. Vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant. Facit etiam præteritum tetuli ut apud Terentium, teſte Diomede libro 1. Grammat. Huc retuliſſem pedem. ¶ Aliquando tolero, patior. Terentius in Heauton. Nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? ¶ Aliquando duco, dirigo. ἄγω. Livius lib. 1: Pergit ad proximam ſpeluncam, ſi fortè eò veſtigia ferrent. Virgilius 6. Aeneid. Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad undas. ¶ Sæpè etiam accipitur pro dicere, præſertim in tertiis perſonis. λέγειν. ut, Sic ferunt homines: hoc eſt, ſic loquuntur, aut dicunt. Tacit. lib. 15: Ex Caio Cæſare ſe genitum ferebat. Livius lib. 1. ab Vrbe: Fauſtulo fuiſſe nomen fertur. Cicero de Amic. Quod Tarquinium dix. ſſe fertur tùm quum eſſet exul. Virgil. 1. Aeneid. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Poſthabita coluiſſe Samo. ¶ Aliquando exhibeo. Virg. 3. Aeneid. Sacra Dioneæ matri, diviſque ferebam. ¶ Aliquando concupiſco. γλίχομαι, ἐπιθυμέω. Saluſt. in Catil. Tunc Catilina polliceri tabulas novas, proſcriptiones locupletum, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, atque alia omnia quæ bellum & libido victorum fert. Lucan. lib. 1: Fert animus cauſas tantarum exponere rerum. Ovid. 1. Metamorphoſ. In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora. ¶ Aliquando extollo. αἴρω. Saluſt. Conſulares omnes itemque Senatus magna pars ſententiam ejus laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt: ¶ Aliquando gigno, produco. γεννάω. Virgil 11. Aeneid. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros. ¶ Aliquando habeo. Virgil. 5. Aeneid. Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris. ¶ Aliquando affero. Virg. 11. Aeneid. Legati reſponſa ferunt. ¶ Aliquando confero. συμφέρεσθαι. Virgil. 5. Aeneid. quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum. ¶ Aliquando diſturbo. διαφέρω. Virgilius lib. 1. Aeneid. Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras. ¶ Aliquando oſtento. ὑποδείκνυμαι. Virgil. 11. Aeneid. captivo ſive ut ſe ferret in auro, Venatrix. ¶ Aliquando conſulo. χρηματίζω. ut Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, eſt Senatum aliqua de re conſulere. ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον. ¶ Aliquando aufero. ἀποφέρω. Virg. in Daphnyde: poſtquam te fata tulerunt. Idem 9. Aeglog. Omnia fert ætas: id eſt, aufert. ¶ Aliquando refero, ſeu recipio. Terẽt. in Adelphis: Pro labore ab his fero odium: id eſt, φέρω, ἢ φέρομαι φθόνον. ¶ Aliquando aſſequor. Terent. in Evnucho: Hoc ſi effeceris, quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Et in Adelphis: Ni faciant quod illos æquum eſt, haud ſic ferent: id eſt, obtinebunt. ¶ Quòd ſi cum hoc verbo, præ me, præ te, vel præ ſe, addatur, ſignificat dicto, vel facto, vel geſtu aliquid oſtendo, confiteor. δηλόω, ὑποδείκνυμαι. ut, Præ te fers iram. Quintil. Fiduciã igitur præ ſe ferat orator, ſemperq; ita dicat tanquã de cauſa optimè ſentiat: id eſt, ex ipſo aſpectu oratoris, ex ipſa voce, ex ipſa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi ſunt, in vultu & geſtu indicant tacitam vel formidinem vel fiduciã: hoc eſt, præ ſe ferunt fiduciam, formidinemvé. Cicero: Nam ille qui accipit injuriam, meminit, & præ ſe fert: id eſt, ſe mentem perſequendæ injuriæ habere oſtendit. ¶ Ferre auras eſt aſſueſcere aëris varietati quæ obeſt. Virgil. lib. 2. Georg. Quum ſemel hæſerunt arvis, aurasque tulerunt. ¶ Ferre tribum, ferre centuriam dicitur is qui tribum vel centuriam habuit ſibi ſuffragantem. Cicero pro Plancio: An tandem una centuria prærogativa tantum habet authoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit quin renunciatus ſit? Idem 4. Philip. An tùm quum es factus, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? Ferre ſuffragium, eſt ſuffragari, judicare, ſententiam ferre. Cicero Attico lib. 1: Idemque refert ut univerſus populus in campo Martio ſuffragium de cæde P. Clodii ferat. ¶ Ferre ſententiam, eſt pronuntiare. Cicero pro Cluentio: Vos autem Iudices de hominum fortunis ſententiam fertis. ¶ Ferre fortunam, pro uti. χρῆσθαι τῇ τύχῃ. ¶ Ferre expenſum, eſt id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur referre acceptum, quod eſt, id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re noſſe cupit, videat Adrianum Cardinalem, qui diligentiſſimè hæc explicuit. ¶ Ferre judicem alicui, pro judicio aliquem laceſſere, & judicem offerre. Cicero pro Q. Roſcio: Quem ego ſi ferrem judicem refugere non deberet, quum teſtem producam reprehendere audebit? ¶ Ferre conditionem pro offerre & præſcribere. Cicero pro Quintio: Conditionem tuli, ſi vellet pecuniam petere, Quintium judicatum ſolvi, ſatisdaturum. Idem pro S. R. Hanc conditionem miſero ferunt. ¶ Compoſita ſunt affero, aufero, anteferо, confero, circumferо, defero, differo, effero, infero, offero, perfero, præfero, profero, referо, ſuffero, ſuperfero, transfero, quæ habent penultimam correptam.

Lator, oris, verbale: [נשא *noſe* סבל *ſobel.* φορεύς, κόμιστής. Gall. *Porteur.* Ital. *Latore, portatore.* German. Ein Trager. Hiſpan. *El portador.* Pol. *Tragarz, tenktori winoſzy.* Vng. *Hoſzo, viuő.* Ang. *A caryer, or bearer.*] ut, Lator legis, qui & legiſlator uno verbo dicitur, ille eſt qui promulgavit, vel inſtituit, vel tulit legem. νομοθέτης. Cicero 2. de Natura deorum: Ferretné civitas ulla latorem iſtiuſmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. ¶ Aliquando ponitur pro tabellario. γραμματοφόρος. Sueton. in Caligula: Quaſi univerſa tradita inſula magnificas Romam literas miſit, monitis ſæpè latoribus, vehiculo ad forum uſque & curiam pertenderent.

Fĕrax, feracis, Fertilis, fœcundus. [טרה *porĕh.* εὔφορος. Gall. *Qui porte & rapporte beaucoup, fertile, de grand rapport.* Ital. *Fertile, fecundo, abondante.* German. Fruchtbar Hiſp. *Coſa fertil.* Pol. *Rodny, obſiry.* Vng. *Termő, tenyiſző.* An. *Fertile, fruitfull, rancke.*] Plautus in Epidic. Nullum eſſe agrum opinor in agro Attico, Aequè feracem, quàm hic noſter Periphanes. Col. lib. 1. cap. 3: Nullus feracior, & uberior locus, &c. Plinius: Vt tam ferax bonarum artium ſeculum videremus.

Fĕrācĭſsĭmŭs, ſuperlativus, Fertiliſſimus. [εὐφορώτατος. Pol. *Vrodzaini.* Vng. *Igen termet.*] Plinius in Panegyrico: Tantis ſegetibus induebatur, ut cum feraciſſimis terris quaſi nunquã ceſſura certaret.

Fĕrācĭtās, tatis, f. t. Fertilitas, fœcunditas. [סבע *sobâb.* Φορία, Gall. *Fertilité, planté, abondance.* Ital. *Fertilità, abondanza.* Germ. Fruchtbarkeit. Hisp. *Fertilidad.* Pol. *Obfitość.* Vng. *Termetség, tenyiszés.* Ang. *Fertilitie or fruitfulneſſe.*] Col. lib. 3. cap. 2: Vbi nihil erit, aut non multum quod prontet feracitatem, potiùs sequemur, *&c.*

Fĕrtĭlis, le, adjectivum, penultima correpta, Ferax. [טרה *poréh.* Φόρος. Gall. *Fertile, abondant, de grand apport.* Ital. *Fertile, abondante, grasso, fruttuoso.* German. Fruchtbar / das viel tregt. Hisp. *Fertile, abondante, fructuoso.* Polon. *Vrodzainy.* Vngar. *Termet, tellyiszó.* Ang *Fertile or fruitfull, rancke.*] Columella lib. 4: Vt ex his partibus tiunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Vberrimos, maximeque fertiles agros incolere. Cicero 1. de Divinat. Virgil. 2. Georg. -hîc fertilis uvæ, Hîc laticis, qualem pateris libamus & auro. Plinius li. 14. in Procem. Tanto priscorũ cura fertilior, aut industria felicior fuit. Ovid. 4. de Pont. Fertile pectus habes, interque Helicona colentes Vberius nulli provenit ista seges. Plin. Captatio in quæstu fertilissimo. Ovid. 1. de arte: Fertilior seges est alienis semper in agris. Hinc,

Fertĭlĭtās, f. t. sicut à ferax feracitas, Vbertas agrorum, bonitas agrorum. [שובע *sabah* מוסך *motab.* Εὐετηρία, Εὐθηνία, Φορία. Gall. *Fertilité, abondance.* Ital. *Fertilità, abondanza.* German. Fruchtbarkeit. Hisp. *Fertilidad.* Pol. *Vrodzay.* Vng. *Termetség, temisztés.* Ang. *Fertilitie, pleintie, abundance.*] Columella: Id enim non accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci, Cæsar 2. bell. Gall. Cic. 1. de Divinat. Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.

Fĕrentārĭi, orum, m. s. Levis armaturæ milites, auxiliatores: à ferendo auxilio, ut quicquid opus esset auxilio ferrent, ex cursu leves, armis gravibus non impediti, sed ense & telis tantùm instructi. Hæc Nonius. [ἀκροβολισταί. Pol. *Lanczknechcyi.* item *Pieszi liua.* Vng. *Kinyi feguertö viteznek: (anagy) sziged vitez.*] Varro autem ferentarios vocat milites, qui fundis, lapidibusque pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. Salust. in Catil. Postquàm eò ventum est, undè à ferentariis prælium committi posset: Hi & velati vocabantur, ut inquit Festus, quòd vestiti inermes sequerentur exercitum.

Fĕrcŭlum, n. s. Teste Nonio, Missus cibi, ita dictus quòd ad mẽsam inferatur. [παρατίθεμαι, παραφερόμαι, παράθεσις. Gall. *Vn mets de viande, qu'on porte & met sur la table.* Ital. *Viuanda, che si porta in tauola.* German. Ein Tracht / Gericht. Hisp. *Manjar ò cosa que se lleua en plato.* Polon. *Pokarm, przimieszenie iadł.* a. Vng. Etek. Ang. *A messe or dish of meate borne to the table.*] Iuven. Satyr. 2: -quis fercula septem Secretò cœnavit avus. Horatius 2. Sermon. Satyr. 6: Multaque de magna supererent fercula cœna. ¶ Aliquando sumitur pro gestamine, quo pompæ deferri solet. Φορεῖον. Suetonius in Cæsare: Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum: VENI, VIDI, VICI. Hoc est inter pompæ triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia quæ fieri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, quæ in ludis: sacrorũ, quæ in sacris. Acron etiam docet fercula esse pulpita, in quibus deorum simulachra reponebantur, quia in pompa Circensi (hoc est celebritate ludorum Circensium) hujusmodi simulachra deorum ferebantur. Cic. lib. 1. Offic. Cavendum est ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ac similes pomparum ferculis esse videamur.

Fĕrĕtrum, tri, pen. corr. à fero, Lectus, vel quid aliud quo mortuus efferri solet, capulus. [Φέρετρον. Gall. *Vn farcueil ou biere à porter les morts, lictiere.* Ital. *Feretro, barra, cataletto.* German. Ein Todtenbar. Bel. Een baer. Hisp. *Las andas para leuar muertos.* Pol. Mary. Vng. *Koporsó, sellye, szeni mihály lova.* Ang. *A bier or cophin whereon de ad me nar caried.*] Pli. l. 7. c. 52: Varro quoq; autor est xx. viris agros dividentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. ¶ Feretra item dicebantur quibus fercula spoliáve in pompis gestabantur. Livius 1. ab Vrbe: Spolia ducis suspensa, fabricato ad id aptè feretro, gerens, in Capitolium descendit.

Fĕrox, cis, pen. gen. prod. om. t. Elatus, fævus, crudelis, vehemens, immanis. [טרא *pére* אכזר *achzár* זד *zedh* סורר *sorér.* ἄγριος, ὠμός, θρασύς, τολμητίας, αὐθάδης. Gall. *Fier, courageux, orgueilleux, farouche.* Ital. *Feroce, fero, coraggioso.* Germ. Frãch / stoltz / grim. Bel. Wreedt / wildt. Hisp. *Braue y fuerne con desatino.* Pol. *Srogy, okrutny.* Vn. *Kegyetlen, keményr terméſzetw.* Ang. *Fierce, cruell, outrageous.*] Horatius: Vrbes gentesque & Latium ferox. Sallustius: Ille animo feroci negat se fusum toties Numidam pertimescere. Virg. 4. Aeneid. Stat sonipes, & fræna ferox spumantia mandit. Φρενοβλαβής. Ferox animo. Plaut. in Mil. Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

Fĕrōcŭlŭs, adjectivum. [ὑπάγριος. Gal. *Vn peu trop fier & orgueilleux.* Ital. *Al quanto feroce.* Germ. Stoltzlechtig / etwas frãch. Hisp. *Braue vn poco.* Pol. *Przisrosztim.* Vng. *Kegyetlenetske, keményetske,* Ang. *Somewhat fierce.*] Hircius de bel. Afric. Quid tu inquit miles tyro tàm feroculus es.

Fĕrōcĭă, æ, f. p. Ferocitas [אכזריות *achzeriúth.* Θράσος. Gall. *Fierté & orgueil.* Ital. *Ferocità, crudeltà.* German. Grimme / stoltze / Hisp. *Braueza sin tino.* Pol. *Srogosc, hardosc.* Vng. *Kegyetlenseg, kemenség.* Ang. *Fierceneſſe, cruelti.*] Cic. lib. 6. de Repub. Qui comprimit ejus vim, & effrænatam illam ferociam. Idem de Arusp. resp. Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi. Tacit. lib. 2: Per communes liberos oravit, exueret ferociam.

Fĕrōcĭtās, tatis, f. t. Superbia, elatio animi, crudelitas, sævitia, & (ut inquit Speusippus) excessus audaciæ, haud metuens quæ metuenda sunt. [אכזריות *achzeriúth.* Θράσος. Gall. *Fierté, orgueil.* Ital. *Ferocità, fierezza, orgoglio.* Ger. Hochmut / frächheit / grimmigkeit. Bel. Wreetheyt / stuerheyt. Hispan. *Braueza con desatino.* Pol. Okrutnosc, frogosc, mul wisſoka. Vngar. *Keuelség, keménség, keggyetlenség.* An. *Fierceneſſe, arrogancie in shewing cruelties.*] Cicero 1. Offic. Sicut equos propter crebras contentiones, præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilioribus possint uti, *&c.* Idem in Catin. Ferocitatem tuam istam comprimerem & audaciam frangerem. Et de Senect. Infirmitas puerorum, ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis ætatis.

Fĕrōcĭtĕr, Superbè, elatè, immaniter. [ἀγρίως, ὠμῶς. Polon. *Hardzie, srodze.* Vng. *Kemenyön, kegyetlenül.* Ang. *Fiercelie, cruellie.*] Plautus in Amph. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Livius 3. ab urbe: Legatique caput ferociter ostentantes. Idem 3. bel. Pun. Cum quo ferocissimè pro Romana societate adversus Punicum fœdus steterat. Multò ferocius, Cicero Quinto frat. lib. 2.

Fĕrōcĭo, cis, civi, vel ferocii, citum, n. q. Ferox fio, vel ferociam exerceo. [סורר *sorér.* ἀγριοῦμαι, ἀγριαίνομαι. Gall. *Estre fier & farouche.* Ital *Farsi feroce, inerudelire.* Germ. Frãch seyn / grim vnd vngestüm seyn. Bel. Stuer oft wreedt syn. Hisp. *Embrauecerse.* Pol. *Srogeyszie, dzicyeie.* Vng. *Kegyetlen kedöm.* Ang. *To waxe fierce, cruell or hastie.*] Gellius lib. 1: Nihil adeò in cõgrediendis hostibus, atque in principiis præliorum ad salutem, virtutemq; aptius rati, quàm si permulti sonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Ovid. Disce bonas artes nullis assueta juventus, Mox intractari more ferocit equi.

Fĕrrum, ri, n. s. vel à ferendo, quòd in agro colendi gratia feratur: vel a feriendo, quòd cætera eo feriantur: hoc est, domentur. Sua enim sævitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & extendit. [ברזל *barzél.* σίδηρος. Gall *Fer, ferrement, ferrailté.* Ital. *Ferro.* Germ. Eyſen. Bel. Yser. Hisp. *Hierro.* Pol. *Zelazo.* Vng. *Vas.* An. *Yron.*] Plinius lib. 12. cap. 25: Ferro lædi vitalia odit. Cicero de Natura deorum: Nos ex terræ cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Quintilianus lib. 2. cap. 4: Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem: quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse. ¶ Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cicer. 1. Tuscul. In servorum ferrum & manus incidisset. Sic pro Rosc. Amer. Vulneratus ferro Phrygio. ¶ In ferrum atque in vincula conjecti. Cic. 7. Verrina: Vbi ferrum videtur posuisse pro compedibus ferreis. ¶ Ferro & flamma rem geri quadam proverbii specie dicimus, quum exitiale bellum significamus. Cicero pro Luc. Flacc. O dii immortales quid hoc miserius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus imperitæ multitudinis judicio confidimus. Sic pro Sylla. ¶ Ferrum natare doces, σίδηρον πλεῖν διδάσκεις. De iis qui rem conantur, quę repugnante natura, nequaquam fieri possit. ¶ Ferro damnata & ad ferrum dicuntur, non qui ad bestias damnantur, sed qui damnantur ut cum gladiatoribus pugnent. Itaq; Sueton. de munere gladiatorio loquens in Nerone: Exhibuit, *inquit*, ad ferrum etiam quadringentos Senatores.

Fĕrrĕŭs, a, um, Quod ex ferro est: [σιδηρεος. Gall. *De fer.* Ital. *Di ferro.* German. Eyſin. Bel. Yseren. Hisp. *Cosa de materia de hierro.* Pol. *Zelazny.* Vng. *Vasas, vasbol valo.* Ang. *Of yron.*] ut, Massa ferrea, Annulus ferreus. Plinius lib. 50. cap. 42: Hæc quum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Ferream fabricam invênere Cyclopes. Plinius lib. 7. cap. 56. Virgilius 3. Aeneid. confixum ferrea texit Telorum seges. Idem libro 12: it toto turbida cœlo Tempestas telorum, ac ferrens ingruit imber. ¶ Ferreus per translationem pro duro, & inexorabili. Cicero ad Trebatium: Ferreus essem, si te non amarem. Idem ad Atticum libro 13: O te ferreum, qui illius periculis non moveris.

Fĕrrārĭŭs, a, um, Quod ad ferrum pertinet: [σιδηρικός. Gall. *Des apartenances de fer.* Ital. *Cio che à ferro si apartiene.* German. Das zu dem Eyſen gehört. Hispan. *Cosa pertenciente à hierro.* Polon. *Dozelazia przinalezacy.* Vngar. *Vashoz valo.* Ang. *That belongeth to yron.*] ut, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. Plinius libro 34. capite 14: Quum fer-

saria metalla in his locis non sint. ¶ Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Plinius lib. 28. cap. 16: Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Fĕrrārĭă, æ, substantivum, Locus in quo ferrū foditur: [σιδηρουργία. Gall. *Vne mine de fer, vne forge.* Ital. *Minera del ferro.* German. Ein Eysengrub. Hispan. *Herreria, lugar do se haze ò labra el hierro.* Pol. *Miesce gdzie dobi waia kruszca nazelazo.* Vng. *Vas bánya.* Ang. *An yron mine.*] sicut auraria, argentaria, æraria, in quibus aurum, argentum, & æs effoditur. Cæsar lib. 7. bell. Gall. Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liv. 4 bel. Maced. Parata provincia, vectigalia instituit ex ferrariis, argentariisque.

Fĕrrātŭs, a, um, Nomen est, non participium, quum verbi originem non habeat, sicut tunicatus, manicatus, & similia: significatque id cui ferrum inductum est. [σιδηρόδετος. Gall. *Ferré.* Ital. *Ferrato.* Germ. Mit Eysen beschlagen. Hispan. *Cosa herrada por defuera.* Pol. *Zelazem obity.* Vng. *Vasfas.* Ang. *Hauing yron vpon it.*] Vnde ferrata spicula, & ferratas lanceas dicimus. Virg. lib. 3. Georg. Vndique jam tergo ferratos sustinet orbes. ¶ Hujus compositum est Præferratus, de quo suo loco.

Fĕrrāmĕntum, ti, n. Instrumentum ex ferro. [σιδήρεον. Gall. *Instrument de fer, ferraille, ferrement.* Ital. *Ferramento, instromento fatto di ferro.* Germ. Eysenwerck/ Eysenwerckzeug. Hisp. *Herramiento ò instrumento de hierro.* Pol. *Zel'azne naczynie.* Vng. *Vas fegerszám.* Ang. *An instrument or toole of yron.*] Vnde Ferramenta fabrilia, & Ferramenta tonsoria. Cicero 1. de Natur. Quæ mollitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Columel. lib. 3: Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina sici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

Fĕrrūgo, inis, penultima producta, Rubigo ferri: [ἰὸς σιδήρου. Gall. *Rouillure de fer.* Ital. *Ruggine del ferro.* German. Eysenrost. Hisp. *Orin color morado scure ò de hierro.* Polon. *Rdza na zelezie.* Vng. *Rosda.* An. *The rouſt of yron.*] sicut ærugo æris, Plinius lib. 23. cap. 8: Sudor virgæ corni arboris, lamina candente fertea exceptus, non contingente ligno, illitaque inde ferrugo, incipientes lichenas sanat. ¶ Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri rubigine exesi. Virgil. lib. 9: Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Flŏcĕs vini, Vvarum purgamenta: hoc eſt, fæx vini ex vinaceis expreſſa: ſicut fraces olivarum. [שמרים *ſchemarím.* σἰμφυλα. Gal. *Lie de vin.* Ita. *Feccio de vino.* Ger. Treſterwein. Hiſ. *Hezes del vino.* Pol. *Pezky po wiciu'nieniu winna.* Vn. *Bor, sōprō, sāk bor.* An. *The lies of wyne, or dreggis.*] Gell. lib. 11. cap. 7: Item floces audierat priſca voce ſignificare vini fæcē è vinaceis expreſſam, ſicuti fæces ex oleis. Cæcil. Aedepol. Ego neque florem, neq; floces volo mihi, vinum volo. Gell. Apludam edit, & floces bibit. Vox eſt obſoleta.

Floccŭs, flocci, Lanarum particula diviſa à velleribus inutiliter evolans. [χροὶς. Gall. *Vn lopin ou floquet de laine qui vole en l'air ou s'attache quelque part.* Ital. *Fiocco di lana ò d'altro.* Germ. Wollōck / kleine fāṅte die von der Wollen ſtieben. Hiſp. *Flucco como de panno ò coſa ſemejante.* Polon. *Kośmek żwel'nu wibity.* Vn *Pih.* An. *A locke of woll.*] Varro: Diligentiores tegeticulis ſubjectis oves tondere ſolent, ne qui flocci intereant. ¶ In veſtibus item flocci dicuntur lanæ particulæ eminentiores, quæ filum tegunt. Vnde Celſus ſigna mortiferi morbi eſſe ſcribit, ſi quis in febre & acuto morbo manibus in veſte floccos legit (quod

Græci κροκιδίζειν appellant) fimbriásve deducit. Plin.lib. 10. cap.33: Hirundines nidum mollibus plumis floccisque consternunt. ¶ Et quia floccus res est nullius pretii, factum est ut dicamus Floccifacio, & Floccipendo, pro contemno, & in nulla æstimatione habeo. οὐδὲν ὑδατος πυῤῥωτερ. Plaut. in Epid. Dum tibi ego placeam, atque obsequar, meum tergum floccifacio. Terent. in Eynuch. Invidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non floccipendere. Idem autem significant Floccifacere aliquem, & nō facere flocci, divisa compositione. Cic. ad Att. lib. 4: Totam denique Rempubl. flocci non facere. Idem ad eundem lib. 13: Hoc ipsum quantum acceperit, prorsus aveo scire: nec tamen floccifacio.

Flōccŭlŭs, diminutivum. [τὸ κροκίδιον. Gal. *Vn lopinet ou floquet.* Ital. *Picciolo fiocco.* German. Ein Wollflöcklein. Hispan. *Pequenno floco.* Polon. *Kosmeczek zwel'niany gal'ganek.* Vng. *Pihetske.* Ang. *A litle locke of woll, a floke.*] Plinius lib. 16. capite 7: Nascuntur in robore pilulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos: nam & sine oleo flagrant.

Flomus: id est, φλῆμος, Enulæ campanæ cognomen apud Dioscor. lib. 1. dictum Helenium.

Florus, Authus vocata avis apud Aelian.

Flōs, hujus floris, m. t. à Græco nomine φλόξ, ut quidā putant: quia emicat, scintillatq; ut flamma. [טֶרֶם *pérach* בְּלָח *nitstsáh* בְּלָן *nitstsán.* ἄνθος. Gal. *Fleur.* Ita. *Fiore.* Ger. Ein Blum oder Blust. Belg. Een Bloeme/dat Bloeysem Hisp. *Flor.* Pol. *Kwiat.* Vng. *Virág.* Ang. *A floure.*] Plin. l. 11. cap. 10: Flos arboribus suavitate inenarrabili. Ovid. 9. Meta. Najades hoc pomis, & odore flore repletū, Sacrarunt. Virg. 4. Aeglog. Ipsa tibi blandos fundēt cunabula flores. ¶ Per translationem accipitur pro ornamento, sive decore. Cic. 2. Philip. Nobilitatis, ac flos juventutis. Plaut. in Casin. Ea tempestate flos poëtarum fuit: id est, excellentissimus inter poëtas. Flos ætatis: id est, vigor, sive integra ætas, qualis est iis, qui jam justum incrementum sunt adepti. ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. Cic. 4. Philipp. Gratia non virtute, sed ætatis flore collecta. Flos juventæ, apud Virgil. 5. Aen. - & primo flore juventæ. ¶ Nonnunquam etiam pro virginitate. Catul. in Epithalamio: Sic virgo dùm casta manet, tùm chara suis: sed Quum castum amisit polluto corpore florem, Nec pueris jucunda manet, nec chara puellis. ¶ Flos vini, dicitur exigua quædā quasi spuma, quæ vino in doliis supernatare solet, in modum pollinis farinæ, eodem ferè tempore, quum in vitibus florent futuri racemi. Plin. lib. 14. cap. 21: Flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini color sit. Aliquando etiam Flos vini accipitur pro vini odore. Plaut. in Curc. Flos veteris vini naribus meis objectus est. ¶ Flos æris, est portio æris tenuissima, quæ ab ære expuitur, quum frigida affusa extinguitur. χαλκοῦ ἄνθος. Solet autem inveniri in fundo vasorū instar granorum milii, colore æris rubri. Est autē hoc omnino diversum à calchanto. Vide Galenum lib. 9. de facul. simplicium medicament. Flos salis, portio salis leviissima & candidissima, favillæ ritu efflorescens. ἅλος ἄνθος. Hoc præterea nomine ab antiquis dicebatur res à superiori diversissima, humidioris que naturæ, & coloris crocei, & salis quasi quædam rubigo, odore quoque ingrato, ceu gari. Invenitur in Aegypto, Nilo fluvio, & fontibus quibusdam innatans. Naturam asperam, excalfactoriam, & stomacho inutilem. Vide Plin. lib. 31. cap. 7, & Dioscor. lib. 5. cap. 83.

Flōscŭlŭs, diminutiv. [ἀνθήλιον, μικρὸν τὸ λεπτὸν ἄνθος. Gall. *Vne fleurette ou petite fleur.* Ital. *Fior picciolo.* Ger. Blümlein/ Blüstlein. Hisp. *Pequenno flor.* Pol. *Kwiatek.* Vng. *Virágotska.* Ang. *A blossome, à litle floure.*] Cicer. 2. Offic. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.

Flōrĕŭs, a, um, Quod est ex floribus: [ἀνθινος. Gal. *De fleurs.* Ital. *Cosa che sia di fiore.* Ger. Von Blumen gemacht. Hisp. *Cosa florida.* Pol. *Kwiecisty.* Vng. *Virágbol valo.* Ang. *Of floures.*] ut, Florea corona. Plaut. in Menæch. Non ego te modò hic ante ædes cum corona florea Vidi astare? Martial. - & cingant florea serta caput.

Flōrĭdŭs, a, um, Quod floribus abundat, sive quod ex floribus confectum est. [ἀνθώδης. Gall. *Florissant, plein de fleurs.* Ita. *Di fiori.* Ger. Blūend/voll Blust oder Blumen. Hisp. *Cosa florida, ò florecida.* Pol. *Kwiecisty, kwiecia pełny.* Vn. *Virágos.* An. *Freshe, lustie, florishing.*] Tibul. l. 1. Eleg. 2: - quum post florida serta darē. Floridus homo. Cic. de Cla. Orat. At est floridior, ut ita dicā, quàm Hyperides, quàm Lysias. Floridus color. Plin. l. 35. cap. 6: Sunt aut colores austeri, aut floridi.

Flōrĭdŭlŭs, diminutivum: [ἀνθηρούδης. Vng. *Virágosotska.* An. *A litle beautifull or florishing.*] ut, Ore floridulo nitens, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Flōrĭgĕr, & Florifer, m. t. ferens flores: [ἀνθοφόρος. Gal. *Portant fleurs.* Ital. *Che produce fiori.* Ger. Der Blumen oder Blust tregt. Hisp. *Cosa che trahe flores.* Pol. *Kwitniacy.* Vn. *Virág viselő, virágozó.* An. *Bearing floures.*] ut, Saltus floriferi, apud Luctet. lib. 3.

Flōrĭlĕgŭs, a, um, Qui flores legit: vel qui aliquid ex floribus colligit: [ἀνθολόγος. Gal. *Cueillant fleurs.* Ital. *Che raguna fiori.* Ger. Das Blumen abbricht/oder auß den Blumen zusammen liset. Hisp. *El que coge flores.* Pol. *Kwiecie rodzący.* Vng. *Virágszedő.* Ang. *That gathereth floures.*] út, Apes florilegæ. Ovid. 15. Metam. Florilegę nascuntur apes.

Flōrŭlēntŭs, Floribus plenus. [ἀνθηρός. Gall. *Plein de fleurs.* Ita. *Pieno di fiori.* German. Voll Blust oder Blumen. Hispan. *Lleno de flores.* Polon. *Kwieczie zbieraiacy.* Vngar. *Virágos.* Ang. *Full of floures.*]

Flōrĕo, res, rui, n. s. Est floridū esse, seu flores producere. [הִבְלִין *benéts* טָרַח *parách.* ἀνθῶ. Gal. *Fleurir, estre en fleur.* Ital. *Fiorire.* German. Blüen/grunen. Belg. Bloyen/groeyen. Hispan. *Florescer.* Pol. *Pokwitniese.* Vn. *Virágozom.* An. *To floruh, to have flours.*] Cic. 1. Tusc. Segetes largiri fruges, florere omnia, fontes scatere. Plin. li. 19. ca. 6: Florent verò cum fraxino serpillum, abrotonum, &c. Translatè ponitur pro vigeo, emineo, clarus sum. ἀκμάζω, διαπρέπω. Cicer. in Epl. Magnaq; Græcia, quæ nunc quidem deleta est, tum florebat institutis & præceptis. Cic. 11. Philip. Nihil enim semper floret: ętas succedit ętati, &c. Ovid. Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus. Florentissima fortuna, Cic. Att. li. 10. Idē 1. de Leg. Qua nihil à diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. ¶ Hujus composita sunt, Defloreo, Effloreo, & Refloreo, de quibus suis locis. Est & floro, floras. ἀνθίζω. Vnde & Præfloro, ἀπανθίζω. Gellius: Et expectatio te spei suspensum fatigabit, & futuri gaudii fructum spes tibi jam præflorarit.

Flōrēsco, is, re, n. t. Est florē dum fieri. [הִבְלִין *benéts* טָרַח *parách.* ἀνθῶ. Gall. *Deuenir fleuri, fleurir.* Ital. *Fiorire.* Ger. In Blust komen / anfahen blüen. Hispan. *Florescer.* Polon. *Poczinam kwitnąc.* Vngar. *Virágozom.* Angl. *To beginne to florish, to budde.*] Col. lib. 5: Ventique nebulam & rorem pestiferum celeriter assiccant, multumque ad florescendum & ad bonitatem vini cōferunt. Varro li. 1. de Re rust. Pratum aqua defendi debet antè, quàm florescere incipiat. ¶ Per metaphoram pro augeri, sive crescere. αὐξάνεσθαι, ἀκμάζειν. Cic. pro Marcello: At verò hæc tua justitia, & lenitas animi florescet quotidie magis, ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus. Cic. pro Cælio: Nolite Iudices hunc nunc primum florescentem firmata jam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate pervertere.

Flōrĭfĕrĭum, Dies erat festus apud Romanos, ita dictus quòd eo die spicæ ad sacrificium ferebātur. Festus. ἀνθοφορία.

Fluctŭārĕ, Fluctuosus, Fluctus, Fluito, Flumen, Vide FLVO.

Flūmentānā porta, quam Tiberis in urbem intrans, in sinistræ ripæ parte relinquit: dicta quòd Tiberis quandoque in eam influxerit.

Flŭo, is, xi, xum, n. t. Propriè decurro. [נָזַל *nazál* נָזַב *zab.* ῥέω, ῥέω. Gal. *Couler, fluer.* Ital. *Correre, scorrere.* German. Fliessen/runnen. Belg. Vloeyen. Hispan. *Correr la cosa liquida.* Pol. *Płine, cżyńke.* Vng. *Folyok.* Ang. *To flowe.*] Virg. lib. 1. Georg. Hæc eadem argenti rivos, ęrisque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. Cic. 1. de Divinat. Fluminaque in contrarias partes fluxerunt. Idem 6. Verr. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. ¶ Quoniam verò ea quæ fluunt, latiùs diffundi videntur, fluere quandoque capitur pro latiùs atque uberiùs excrescere. Virg. 2. Geor. - tum denique dura Exerce imperia, & ramos compesce fluentes. ¶ Rursus, quia quæ decurrunt, quodammodo minui videntur, fluere pro deficere sumitur. Virgil. 2. Aen. Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri Spes Danaūm. Hinc fluxa dicimus quæ instabilia, ac momentánea sunt, & citò peritura. ¶ Item procedere, nasci. Lactant. lib. 2: Ab hac gente proximi quique populi multitudine increscente fluxerunt. ¶ Hujus composita sunt Affluo, Cōfluo, Defluo. de quibus suprà, Circunfluo, περιῤῥέω. ¶ Diffluo, variè fluo, καταῤῥέω. Lactant. lib. 7: Nam si terrenum & fragile corpus, post secessum animæ non statim diffluit in terram, tabescitque, ex qua illa origo. Per translationem luxurior, corrumpor, ἀβρύνομαι, φθείρομαι. Terent. in Heavt. Vt illius animū qui nunc luxuria & lascivia diffluit, retundam, & redigam. ¶ Influo, de quo suo loco. ¶ Interfluo, in medio fluo, μεταῤῥέω. ¶ Perfluo, Transfluo, per medium fluo, nō contingo, διαῤῥέω. Terent. in Evnuch. Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. ¶ Profluo, de quo alibi. ¶ Præfluo, antè fluo, προῤῥέω, vel præterfluo. Plin. lib. 4. cap. 5: Præfluente Alphæo amne. Idem lib. 5. cap. 20: Et parte læva in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, circa eum præfluenti in fusus Tigri. ¶ Præterfluo, fluendo prætereo, vel antè fluo, παραῤῥέω. Liv. li. 1: Infima valle præterfluit Tibris. Quintilianus per translationem libro 1: Omnis disciplinæ memoria constat, frustraque docemur, si quicquid audimus præterfluat. ¶ Refluo, retrò sive rursus fluo, ἀναῤῥέω. Vnde fluxus, & refluxus pro accessu, & recessu

aquæ

aquæ in Oceani æstuariis. ¶ Superfluo superabūdo, ἐπιῤῥέω, à quo superfluus, superflua, fluum. Colum. lib. 4: Per medullam transmittit quicquid aquarum cœlestium superfluit. ¶ Superfluo, inferiùs fluo ὑποῤῥέω.

Flŭēntum, ti, n. s. Parvum flumen, sive decursus aquæ. [נחל nozelim. ῥεῖθρον. Gal. *Cours d' eau, petite riuiere ou ruisseau d'eau.* Ital. *Fiumicello, torrente.* German Ein Fluß/ Wasser runß. Hispan. *El rio ò el corriente del agua.* Polon. *Sciek, struga.* Vngar. *Folyam, patak.* Ang. *A riuer or fludde*] Virg. 4. Aen. Qualis, ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

Flŭēntĭsŏnŭs, a, um: [הגה homeh. ῥεῖθρῳ ἠὲ κύμασιν ἀντιτυπῶν. Gal. *Qui par abordement d' eau rend grand bruit.* Ital. *Che fa gran strepito.* German. Das von dem Fluß tõset. Hispan. *Cosa que suena con aquel chorro.* Polon. Czerczący od czieczenia. Vngar. Zörgõ, tsergedõ. Ang. *That giueth the sound of a riuer.*] ut, Littus fluentisonum, apud Catul. in Argon. κυμοστυγὴς, τόνῳ βρέμουσα ὠκεανίτιδος ἀκτή.

Flŭēsĉĕ, ĕ, καταῤῥεῖν, Est fluidum fieri, resolvi. Augustin. lib. 21. de Civit. Dei: Agrigentinum Siciliæ salem perhibent, cùm fuerit admotus igni, velut in aqua fluescere.

Flŭctŭs, us, ui, m. q. Moles aquę vi venti concitatę, unda, procella. [לג ghal. κῦμα. Gal. *Le flot.* Ital. *Onda.* Germ. Ein Wasserwãsten. Bel. Een bare. Hisp. *La onda dela mar ò dela agua.* Pol. *Wal'y wodne.* Vngar. *Hab.* Ang. *A waue or fourge of watter stirred by tempeste.*] Cic. 6. Ver. Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidum mari disjunctus esset ¶ Fluctus, pro impetu. Cic. ad Attic. lib. 7: Fluctum enim totius barbariæ una ferre urbs non poterat. ¶ Fluctus fortunæ. Plin. lib. 5. cap. 17: Quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Flŭctĭcŭlŭs, diminutivum à fluctu. [κυμάτιον. Polon. *Wal'ek nawodzie.* Vngar. *Habotska.*] Diomedes Grammat. lib. 1. Apuleius in Apologia: Hæc enim frivola nominastis, pleraque in littoribus omnibus congestim, & acervatim jacent, & sine illius opera quamlibet leviter motis flucticulis ultrò foràs evolvuntur.

Flŭctĭfrăgŭs, ga, gum: [κυμαιορῥαγὴς. Gal. *Le bord de la mer qui rompt l' impetuosité des flots.* Ital. *Che rompe le onde.* Germ. Das die Wällen des Wassers zerschlecht. Hisp. *Que quiebra las ondas.* Pol. *Wal'y lamiacy.* Vng. *Hab ronto, tõrõ.* Angl. *The shore that breaketh the waues.*] ut, Littus fluctifragum: hoc est, fluctus ipsos frangens. κυμοστυγὴς. Lucretius: Denique fluctifrago, suspensæ in littore vestes.

Flŭctĭvăgŭs, Quod fluctibus vagatur, aut agitatur. [πονταπόρος. Gal. *Qui vague par les ondes & par la mer.* Ital. *Cosa che va vagando per l'onde.* Germ. Das in den Wällen hin vnd her fahrt / oder das von den Wässer hin vnd wider getriben wird. Hisp. *Cosa que anda por las ondas.* Pol. *Waly pezdonarzecz.* Vng. *Habon lábbo.* An. *That is tossed by the waues and flutteth.*] Vnde Nautæ fluctivagi, & Vnda fluctivaga appellatur à Papinio.

Flŭctŭo, as, act. p. Fluctibus jactor, agitor, vacillo, fluito. [בלרש nighráfch דמ mat. κυμαίνειν, κυμαίζεσθαι. Gal. *Faire vagues & ondes, flotter sur l'eau.* Ital. *Ondeggiare.* Germ. Schwencken/ Wällen geben. Bel. Dryven/ schweynen. Hisp. *Ondear ò hazer ondas en la mar.* Pol. *Odwalow burzliwich ieszem noszony.* Vng. *Haboszok, lábbok.* An. *To rise in waues, to flitte.*] Plaut. in Rud. Atq; ut nunc validè fluctuat mare, nulla nobis spes est. Cic. 7. Verr. Quadriremẽq; in salo fluctuantem reliquerat. ¶ Per metaphoram etiam pro jactari, dubitare & diversis cogitationum quasi fluctibus, & veluti marino quodam æstu agitari. [Pol. Wetpicą. Vn. *Habozok idesztoua kupok.* Ang. *To be wauering in mynd.*] Virg. 8. Aen. -magno curarum fluctuat æstu. Liv. 3. bell. Maced. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello. ¶ Pro eodem fluctuor deponens. Liv. 3. bel. Maced. Fluctuantur incerti animi. Curtius: Fluctuari animo Rex, & modò suum, modò Parmenionis consilium expendere. ¶ Accipitur nonnunquam fluctuare pro fluitare & supernatare. Plin. li. 36. cap. 17: Lapidem è Scyro insula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Flŭctŭātĭus, m. s. particip. [בלרש nighráfch שמ mat. κυμαντὸς, κυμαινόμενος, σαλευόμενος. Gal. *Ietté & agité du flot.* Ital. *Trauagliato dalle onde.* Germ. Geschwancket/ von den Wällen getriben. Hisp. *Ondeado, echado, por las ondas.* Polon. Odwal'ony kol'atany. Vng. *Habozkod, lábboz.* Ang. *Tossed by the waues.*] Plin. lib. 4. cap. 12: Delos diu fluctuata, ut proditur, sola motum terræ non sensit. Idem lib. 9. cap. 8: Et sopitus (ut apparuit) odoris novitate, fluctuatusq; similis exanimi, caruit hominum cõversatione.

Flŭctŭātĭo, s. t. [דמ mot. κύμανσις, ζάλη. Gal. *Agitation du flot cà & là, doute, incertitude.* Ital. *Ondeggiamento dubio.* Ger. Schwanckung/ schwãbung. Hispan. *Aquella obra de hazer ondas, duda.* Pol. Watpienie. Vng. *Habozás, láblás.* Angl. *A flotting, vncertaintie.*] Fluctuatio stomachi. Plin. li. 20. cap. 8: Validiùs cocta fluctuationes stomachi sistit, & ventris. ¶ Fluctuatio animorũ. Liv. 9. ab Vrbe: In ea fluctuatione animorũ opprimi incautos posse.

Flŭctŭōsŭs, Vndosus, procellosus, inquietus: [κυματώδης. Gal. *Plein d'onde & de vagues.* Ital. *Procelloso, tempestoso.* Germ. Wätechtig/ vngestum. Hisp. *Lleno de ondas, ondoso.* Pol. *Burzli wy, niespokoiny.* Vngar. *Habos.* Angl. *Full of waues and sourges.*] ut, Mare fluctuosum, Gemmæ fluctuosæ, quæ maculas habent fluctuũ quandam similitudinem referentes. Plin. lib. 37. cap. 5: Ii sunt fluctuosi & rerum imagines complexi, ut verbi gratia, papaverum aut avium, pinnarumque, vel catulorum, & similium. Loquitur de smaragdis.

Flŭctŭātim, adverb. lactanter, solutè. [κύμασιν, ὄγκῳ, κυμαινομένως. Gal. *En maniere de flot, orgueilleusement.* Ital. *Ondeggiando con trauaglio.* Ger. Vngestümigtlich/ wie ein Wällen Hisp. *En guisa de ondas, vanagloriosamente.* Pol. *Niespokoinie.* Vn. *Habozua.* An. *By flitting and houering.*] Afranius: Volo fluctuatim ire ad illum. Nonius.

Flŭxŭs, a, um. Quod fluit. [זב zab נוזל nozél ῥευστικός. Gall. *Qui a coule, qui est de petite duree & passe legerement.* Ital. *Che fiorre, che passa testo.* German. Flussig oder flesslig. Bel. Wechvloyen/ vergancke tyd. Hisp. *Lo liquido que corre.* Polon. *Sciek, nie czas mal'y trwaiacy.* Vng. *Folyam, kfolyo.* Angl. *That dureth but a while.*] Plin. li. 9. cap. 38: Quoniam quum fœtificavêre, fluxos habent succos. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est instabile, momentaneum, & citò periturum, ὀλιγοχρόνιον: tracta est metaphora ab aqua fluviali, quæ nunquam in eodem loco consistit, sed citò præterfluit. Virg lib. 10. Aeneid. Nósne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur? Sal. in Catil. Nam divitiarum & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur. ¶ Aliquando capitur pro laxo, ac minimè astricto. Vnde Parthorum vestimenta fluxa fuisse Lucanus scribit: Illic & laxas vestes, & fluxa virorum Velamenta vides. Sic Suetonius in Cæs. cap. 45: Fluxiore cinctura cingeretur. Et Virg. 1. Aen. vestium sinus fluentes dixit. Apuleius lib. 2, accepit passivè: Fontanos, *inquiens*, latices, de corporibus humanis fluxos. ¶ Et fluxi dicũtur remissi, soluti, libidinosi, molles, effœminati. Sueton. in Tiberio: Diffusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat. Mart. Cinædo evitatior fluxo.

Flŭxē, adverbium, affluẽter, abundanter. [ῥεόντως, ῥευστικῶς. Gal. *En abondance, abondamment, largement.* Ital. *Abundantemente.* Ger. Vberflussigtlich. Hisp. *Abundantemente.* Pol. *Nazbit.* Vng. Bvvõn. An. *Abundantlye.*] Varro lib. 1. de Re rust. cap. 11: Et eò magis fluxè ex herba, quæ eadem ipsa sumpta, perpurgare corpora nostra solet.

Flŭxĭo, s. t. fluxus, cursus: [זוב zob. ῥοῦ μέσ. Gal. *Flux, coulemẽt.* Ital. *Flusso, colamento.* Ger. Fluessung. Hisp. *Corrimiento delo liquido, fluxo.* Pol. Czieczenie. Vng. *Folyás.* An. *A flowing.*] ut, fluxio aquarum, apud Cicer. l. 1. de Divin. & fluxiones sanguinis, apud Plin. lib. 20. cap. 14.

Flŭĭto, as, pen. corr. Frequentativum, Sæpè sive continuè fluo. [ἐπιῤῥέω. Gal *Flotter, nager sur l' eau.* Ital. *Scorrere di continuo.* Ger. Stättig fliessen/ immerdar fliessen. Hisp. *Correr continuamente lo liquido.* Pol. Vstawnie czieke. Vng. *Foldogolok, (item) lábbok.* An. *To flite or houer aboue the water.*] Liv. lib. 1: Tenet fama, quem fluitantem alveum in quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro supernatare. ἐπινᾶν, ἐπινήχεσθαι. Plinius: Omnes pisces, quum sunt extincti, fluitant, exceptis anguillis. ¶ Aliquando fluitare est nutare, quod Terentius vocat labascere. Tacit. lib. 18: Vnde primùm creditur Cecinnæ fides fluitasse. Horat. 2 Serm. Satyr. 3: -in amore hæc sunt mala, bellum, Pax rursum: hæc siquis tempestatis propè ritu Mobilia, & cæca fluitantia sorte laboret Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si Insanire paret certa ratione.

Flŭĭdŭs, a, um, pen. cor. Liquidus & diffluens. [זב zab חלק chalák. ῥευματικός. Gal. *Coulant, qui coule & gliisse aisement.* Ital. *Humido, liquido.* German. Flussig. Hispan. *Liquido, que corre assi como agua.* Polon. Czciekacy. Vngar. *Folyo, lágy.* Ang. *Flowing, relented, without stiffenesse or strenth.*] Plin. lib. 9. cap. 30: Vnum hoc animal nisi vivum ferventi aqua coquatur, fluida carne non habet callum. ¶ Nonnunquam pro languidus sive marcidus ponitur. Liv. lib. 4. bel. Maced. vocat corpora Gallorum emollida & fluida.

Flūmĕn, nis, n. t. Fluvius: hoc est, aqua continuè decurrens, & perennis: & major est quàm rivus. [נהר nahár יאור jeór. ποταμός. Gal. *Vn fleuue, vne riuiere.* Ital. *Fiume.* German. Ein Wasserfluß/ fluß Belg Een Vloet/ een Riviet/ lopende Water. Hispan. *El rio.* Polon Rzeka. Vngar. *Folyo vix.* Ang. *A fludde, a riuer.*] Torrens contrà, qui æstate siccatur. Horat. 2. Carm. Ode 6: Pulcè pellitis Ovibus Galesi Flumen, & regnata petã Laconi Rura Phalanto. Virgil. 4. Georg. At mater sonitum thalamo sub fluminis alti Sensit. ¶ Sed quando hoc nomen genitivo jungitur, capitur pro fluxu, seu cursu ῥοῦ μέσ. Plin. Ne flumini ejus rivi esset impedimento. ¶ Hinc flumentana porta Romæ, quã Tyberis urbem intrans, in sinistra ripæ parte relinquit: ita dicta quòd pars Tyberis per eam partem ubi, nunc hæc porta

sita est, fluxisse creditur. Autor Festus. ¶ Magno flumini rivulũ inducis. πσταμῷ μεγάλῳ ὀχετὸν ἐπάγῃς. Id est, maximis rebus pusillum & inutile momentum addis. ¶ Flumen etiam vocabulum est Iurisconsultorum in servitutis constitutione, ut stillicidiorum. Paulus D. lib. 8. Tit. l. 28: Foramen in imo pariete conclavis, vel triclinii quod est proluendi pavimenti causa, id neq; flumen esse neq; tempore acquiri placuit.

Flūmĭnĕus, a, um: ut, Aqua fluminea, quæ ex flumine est. [ποτάμιος. Gall. *De fleuue ou de riuiere.* Ital. *Di fiume.* Germ. Dem Fluß zugehörig. Hisp. *Cosa de rio.* Polon. Rzeczny. Vng. *Folyo vizbeli.* Ang. *Of a riuer.*] Ovid. 4. Fast. Ne sua fluminea corpora mergat aqua. Idem 2. Metam. Fluminea volucres medio caluére Caystro.

Flūmĭnōsus, a, um, Quod fluminibus abundat: [ποτα μώδης. Gal. *Plein de riuieres* Ital. *Pieno di fiumi.* German. Das viel Flüß hat. Hispan. *Lleno de rios.* Polon. Rzeką pełny. Vngar. *Folyo vizes.* Ang. *Full of riuers.*] ut, Regio fluminosa: id est, fluminibus multis irrigua.

Flŭvĭus, m. Quòd fluat semper, flumen. [נהר *nahár* יאור *jeór.* ποταμός. Gal. *Vn fleuue, vne riuiere.* Ital. *Fiume.* Germ. Ein Fluß. Belg Een vloet. Hisp. *El rio.* Pol. Vstawnie ziekacy. Vn. *Folyo vizes.* An. *A fludde, a riuer.*] Plaut. in Curc. Quisnam hic fluvius est quem non recipiat mare? Virg. 3. Georg. & acri Carpere prata fuga, fluviosque innare rapaces. Horat. 4. Carm. Ode 12: Nec fluvii strepunt Hyberna nive turgidi. ¶ Fluvius cum mari certas: ποταμὸς θαλάσσῃ ἐρίζεις. Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Suidas. ¶ Fluvius non semper fert secures, οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Non protinùs tibi speres idem quod aliis feliciter cessit. Natum ab apologo Aesopico: Cuidam sylvam cædenti securis è manibus excidit, Mercurius invocatus reddidit argenteam. ¶ Iuxta fluvium puteũ fodit. παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει. De stultam & inanem sumẽte operam. Putei enim fodiuntur ob aquarum inopiam. ¶ Fluvius quę procul absunt irrigat, ποταμὸς τὰ πόῤῥω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον κατακλύζει: id est, Fluvius quæ longè dissita sunt irrigat: quæ proxima sunt præterit. De iis dici conveniet, qui benè merentur de externis & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Apparet inde ductum, quòd ubi fluvius oritur, minor esse solet, minusque argillæ secum trahens: & quò longiùs recessit à fronte: hoc est, copiosior uberiorque. Diogenianus. ¶ Per fluvium traducere, διαβιβάζειν τὸν ποταμόν, dicebantur qui difficultatem explicabant rei, quam ineruditiores aut invalidiores explicare non poterant. Translatum à torrentibus aut fluviis profundioribus, quàm ut cuivis tutum sit trajicere. Plato lib. de leg. 10.

Flŭvĭālis, le, Quod ex fluvio est, fluviatilis: [ποτάμιον. Gal. *De fleuue, de riuiere.* Ital. *Fluuiale, di fiume.* Ger. Das auß dem Fluß ist. Hisp. *Cosa de rio.* Pol Rzeczny. Vn. *Folyo vizbeli* An. *Of a fludde or riuer.* Jut, Aqua fluvialis, & fluvialis lupus: hoc est, fluviatilis, qui in fluvio vivit, Col. lib. 8. cap. 16. Virgil. 4. Ath. Dic corpus properet fluviali spargere lympha. Idem 2. Georg. Vimina per sylvam, & ripis fluvialis arundo Cæditur.

Flŭvĭātĭlis, le, pen. corr. om. t. Fluvialis, quod in fluvio vivit: [ποτάμιον. Pol. Wrzecze przebiwaiacy wodny. Vn. *Folyo vizben lako.*] ut, Pisces fluviatilis, fluviatilis avis, fluviatilis arena, quæ in fluviis est. Plin. lib. 36 cap. 23: Arenæ tria sunt genera, fossitia, cui quarta pars calcis addi debet; fluviatilis ac marina.

Flŭvĭātĭcŭs, m. s. Fluviatilis. [Vngar. *Folyo vizben lako.*] Colum. lib. 8. cap. 15: Vbi delitescentibus fluviaticis animalibus insidientur.

Flŭvĭātŭs, a, um, In flumine maceratus. [ὁ ἐν ποταμῷ βεβρεγμένος, ὁ ἐν ὑδατόκλυστος. Gal. *Trempé dans vn fleuue.* Ital. *Bagnato nel fiume.* German. Im Fluß geneßt oder geweicht/gewässeret. Hispan *Mojado nel rio.* Pol. Wrzece moczony. Vng. *Folyo vizben aztatot.* Ang. *Soked in water, and made leane.*] Plin. lib. 16. cap. 39: Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hacque quam diximus ratione decorticatur. Sic dicere possumus cannabem fluviatam.

Fluus, a, um, quasi fluens, sed in compositione magis in usu, ut mellifluus, μελιῤῥόος, quasi fluens melle.

Flūstrum, stri. [שקם *schekét.* Gal. *Bonace, calme.* Ital. *Bonaccio.* Germ. Stille des Meers. Hisp. *Bonanca, calma.* Pol. Morska spokoyność. Vn. *Tengernek tsendessége.* Ang *Calmeneſſe of the sea.*] Status & tranquillitas maris, quũ fluctibus non agitatur, hanc Græci μαλακίαν vocant. Autor Festus.

Flūtæ, arum, f. p. Anguillæ, sive murænæ dicebantur in freto Siculo, propterea quòd sole torrefactæ, quum se curvare, aut mergere non possint, aquis superfluant. [πλώτας. Vn. *Ingola.*] Macrob. lib. 3. cap. 15: Accersebantur murænæ ad piscinas nostræ urbis ab usq; freto Siculo, quod Rhegium ã Messana despicit, Græcè πλώτας vocãtur, Latinè flutæ, quòd in summo supernantes, sole torrefactę, curvare se posse, & in aquã mergere desinunt. Col. li. 8. ca. 17: Item flutas, quæ maximè probãtur, murenas, & siquę sunt saxatiles norę, quarũ pretia vigent.

Flŭvĭus, Fluvius, Fluxio, Fluxus, Vide FLVO.

F ante O.

FO. In notis antiquorum, forum. FOR. fortè, vel fortis, vel foras, vel fortuna. FOR. RED. fortuna reduci FO. S. V. P. XX. IN V. M M. L D B I. E. fode sub via pedes viginti, invenies monumentum laudabile.

Fōcāle, lis, pen. prod. Genus est ligaminis, & fascia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronuntiationi conducens. [περιαυχένιον, λάρυγγος σκεπαστήριον. Gall. *Vn linge dequoy on enueloppe la gorge.* Ital. *Fascia da inuiluppare la gola.* Ger Ein binden/in welcheman den halß verwicklet. Hisp. *La beca que se rodea al collo.* Pol. *Obwiaska na szyie kadturek kol'o szyie.* Vn. *Ormangallér.* An. *A tippit defending the thaukes frome cauld, a mufflet.*] Dictum focale à faucibus, au in o mutata, quod etiam cõtingit in verbis suffoco, & præfoco. Sen. lib. 3. Natur. quæst. videbis quosdam graciles, & palliolo, focalique circundatos, pallentes & ægros. Quint. lib. 11: Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo. ¶ Sunt qui putant aliquando accipi pro ferramento quo crispantur capilli, & à nomine Focus derivari, cò quòd videant primam corripi apud Horat. 2. Serm. Satyr. 3, ubi sic legunt: - ponas insignia morbi Fasciolas, cubitale, focalia. Quo tamen in loco doctissimorum judicio legi debet cubital. ¶ Quod autem attinet ad significationem, hullo modo assentior iis qui hoc loco pro ferramento exponant: nam quum Horatius numeret ibi fascias, & cubital inter morbi insignia: quo pacto hoc de ferramento potest intelligi, quo capilli crispantur, quum ægri soleant cultum omnem negligere? Itaque siquis attentiùs hunc Horatii locum secum expendat, intelliget profectò in eadem significatione accipi apud Horatium, in qua accipitur apud Quintil. loco jam citato quum ait fascias & focalia sola valetudine excusari.

Fōcānĕus palmes, dicitur, qui ex fauce vitis: hoc est, ex bifurco medius erumpit. Col. lib. 4. cap. 24. Vocatur etiam Focaneus palmes, qui solet in bifurco melius prorepere, & idcirco cum prædicto vocabulo rustici appellant, quòd inter duo brachia, quà se dividit vitis, enatus, velut fauces obsidet, ac utriusque duramenti alimenta præripit.

Fŏcīllo, as, act. p. significat calefacio, recreo, instauro, reficio, confirmo. [רוח *ravách* הרגיע *hirghíah* נשם *nippách.* ἀναλαμβάνω. Gal *Esiouir, resiouir, recreer, conforter.* Ital. *Riscaldare, ristorare.* German. Erwermen/erquicken. Belg. Vermaten/voeden. Hisp. *Recrear, calentar.* Polon. Ogrzewam, odżywiam. Vn. *Meg melegitöm, taplálom, meg elestöm, meleg getöm.* Ang. *To keep warme, to cherish, to conforte.*] Plin. lib. 3. Epist. 16: Focillata dixeram, *inquit*, vobis inventuram me quamlibet duram ad mortem viam, quando vos facilem negassetis. Suetonius in Augusto, capite 16: Antonii societatem semper dubiam & incertam, variisq; reconciliationibus malè focillatam abrupit. ¶ Pro eodem etiam quandoque legitur Focillor deponens: quod & Nonius annotavit, Varronis testimonio de vita populi Roman. Propter secundas res sublato metu, non in communi spectant, sed suũ quisque diversi, commodum focillatur: id est, fovet. ¶ Hinc cõponitur Refocillo, recreo. ¶ Focillationes, inquit Festus, à fovendo dicuntur: hoc est, à calefaciendo.

Focula, Foculus, vide FOCVS.

Fŏcus, ci, m. s. à fovendo, dicitur id in quo ignis servatur. [אח *ách* מוקיד *mokedh* יקוד *jakádh.* ἐσχάρα. Gal. *Le fouyer ou on garde le feu.* Ital. *Focol aro, guarda fuogo.* Ger. Ein Herdstatt oder Fewrstatt. Bel. Eenen Heert / een vierstede. Hisp. *El hogar donde se haze huego.* Pol. *Ognisko.* Vn. Tűzhely. An. *An hearth.*] Ovid. lib. 6. Fast At focus à flammis, & quòd fovet omnia dictus. Idem: Ture vacent aræ, stentque sine igne foci. Tibullus: Dum meus assiduò luceat igne focus. Cato de Re rust. Folia subdito in foco calido, sub testa coquito leviter. ¶ Ponitur etiã quandoq; pro privatis domibus, sicut ara pro templo. Plaut. in Amph. Convenit, victi utri sint eo prælio, Vrbem, agrum, aras, focos, seq; uti dederent.

Fŏcŭlus, culi, diminut. [ἐσχάριον. Gal. *Petit fouyer, reschaut.* Ital. *Focarello.* German Ein kleine Fewrstatt. Hispan. *Pequenno hogar.* Pol. *Male ognisko.* Vng. Tűzhelietske pucząk. An *A litle hearth.*] Gell. li. 1. cap. 19: Tum illa foculum coram Rege cum igni apposuit, & tres libros ex novem deurit. Valer. lib. 1: Quum ... basum quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit.

Fŏcŭlă, lorum, n. s. Nutrimenta. [מזון *mazón.* τροφαί. Gal. *Nourrissemens.* Ital. *Nodrimenti.* German. Nahrung Hispan. *Mantenemiento.* Polon. *Obżywienie.* Vngar. *Taplálas.* Ang. *Nutriments.*] Plautus in Persa: Nam jam imùs ventris fumant fo-cula. Ex Nonio.

Fŏcārĭus panis, Qui in foco coquitur: [ἐγκρυπτὸς ἄρτος. Gal. *Pain cuit sous les cendres & au fouyer.* Ital. *Pane cotto sotto al cenere.* Germ. Küchen. Hisp. *Pan cozido en padel a ò al hogar.* Pol. *Piecze.*

Vng.

Vng. *Parasaba swrdt kenyér, hamuba swrdt pogatsa.* An. *Bread baken on the hearth.*] qui & subcinericius appellatur, ἐπιγυφιας.

Fŏcārĭă, æ, A veteribus dicebatur concubina quam domi habebant ad curam rei domesticę. [פילגש *pilehgesch.* οἰκοδέσποινα παλλακὶς, quasi πρὸς ἡδονὴν σωματικὴν. Gal. *Concubine ordinaire à pot & à feu.* Ital. *Concubina.* Ger. Ein Kŏchin/ein Mägt. Hiſ. *Manceba abarraganado.* Pol. *Kuchark a.* Vng *Haz gond viselő azzony.* Ang. *A concubine for the pott and fyre.*] In l. iij. C. de donat. inter virum & uxorem: Si ancillam nummis tuis comparatam esse, præsidi provinciæ probaveris, donationisq́, causa focariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui jubebit. Nam licet cessante jure matrimonii, donatio perfici potuerit, milites tamen meos à focariis tuis hac ratione, fictisque adulationibus spoliari nolo.

Focarii servi, qui focum curant dicuntur in L. i. de naut. caup. stabu. l. 12 & 15. D. de instit.

Fŏdārĕ, pro fodere dixerunt veteres, teste Festo.

Fŏdĭo, dis, fodi, fossum, act. t. Pala alióve ferramento terram, alióve quid eruo. [חטר *chaphár* כרה *charáh* חתר *chathár.* ὀρύττω. Gal. *Fouir & creuser la terre, percer.* Ital. *Cauare fossare.* Ger. Graben. Belg. Graven. Hiſ. *Cauar o horadar.* Pol. *Kopam, orzebe.* Vn. *Asók kapalok.* An. *To dig ge or dithe.*] Plautus in Rudent. Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Liv. 28. bel. Pun. In Meleſſum finibus est sita, Hiſpanię gentis, ager frugi fer: argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere metallũ, Plin. lib. 2 cap. 63. Fodere ense jugulum: hoc est, percutere seu ferire, Martialis lib. 1. Fodere stimulis, est pungere, Cic. 2 Philip. Fodere calcaribus. Virgil. Aeneid 6. Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. ¶ Dicitur etiam fodire per quartã foderet calcaribus armos. ¶ Dicitur etiam fodire per quartã verborũ conjugationem. Col. li. 11. ca 2: Runcari & adhuc fodiri possunt. Idem de arboribus: Sed omnibus annis ante cal. Mart. fodiri & interputari oportet. Hinc fovea, de quo infrá. ¶ Hujus composita sunt, Affodio, vide suo loco. Confodio, quod est cavo, sive in totum foro, διορύττω. Plaut. in Aulul. Hic apud me confodere hortum jussi. Interdum transverbero, occido. Salust. in Catil. Inter confertissimos incurrit, ibique pugnando confoditur, διελαύνεται. ¶ Circumfodio, terram circũquaque eruo, περιορύττω. Colum. lib. 1: Arborem quam deposueris, sæpiùs circumfodito. Defodio, κατορύττω: vide suo loco. ¶ Effodio, extra fodio, vel fodiendo ejicio, ἐξορύττω. Plaut. in Aulul. Oculos hercle istos improba effodiam tibi, ne me observare possis si quid rerum geram. ¶ Infodio, intùs planto seu defodiendo sepelio, ἐνορύττω. Col. lib. 4: Campestris locus altè duos pedes infodiendus est. Virgil. lib. 2. Georg. Antè supinatas aquiloni offendere glebas, Quàm lætum infodias vitis genus: id est, obruas. ¶ Perfodio, rumpo, ferio, perforo, ἀνορύττω. Plautus in Asin. Vbi parietes perfoderis. Col. lib. 11: Tu gravibus rastris cunctantia perfode tergà. Lactant. lib. 4: Sed tantummodo latus ejus perfoderunt. Gell. li. 2: Quadringenti omnes tum unum perfossi gladiis aut missilibus operti caduñt. ¶ Præfodio, antè fodio. Plin. lib. 17. cap. 11: Præfodere scrobes antè, si fieri posset, tantò, donec pingui cespite obducantur. ¶ Refodio, rursus fodio, ἀνορύττω. Plin. Mus marinus in terras, scrobe effossa, parit ova, & rursus obruit terra, triceſima die refossa, parit, fœtumque in aquam ducit. ¶ Suffodio, subtercavo, ὑποκόπτω. Colum. lib. 2: Neque suem velimus imfubtercavo, ὑποκόπτω. Colum. lib. 2: Neque suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat & cespites excitet. ¶ Transfodio, transverbero, ab uno latere ad aliud fodio, διελαύνω, διορύττω. Ovid. - gemino fodit ulcere pectus. Et hæc omnia habẽt fo syllabam correptam in omnib. temporibus à præsenti manantibus. Nam quæ à præterito fiunt, eandem producunt.

Fŏdĭco, as, penult. cor. Stimulare, pungere, vellere sive fodere. [התאיר *himeir* תחן *machátz, νύσσειν.* Gal. *Piquer, percer.* Ital. *Stimulare, pugnere, cauare.* Ger. Grübten. Hiſp. *Puncar, pecilgar ò escauar.* Pol. *Rozgrzebam.* Vn. *Gyakdosom, furdalom, ásogatom.* An. *To pricke, to peatse.*] Horatius: - emamus Qui fodicet latus. ¶ Per translationem accipitur pro angere, sive dolore afficere. Cicero 3. Tuscul. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus his rebus quas malas esse opinamur, dissimulatio vel oblivio. ¶ Fodicare animũ. Plaut. Bacch. - quia isthæc lepida sunt memoratui: Eadem in usu, atque ubi periculum faciat aculeata sunt, Animum fodicant, bona destimulant facta, & famam sauciant.

Fŏdĭnă, næ, pen. prod. f. p. Locus ubi quid effoditur. [מכרה *michréh.* μέταλλον. Gall. *Vne mine, vne carriere, où on tire quelque metal ou autre chose.* Ital. *Minera.* German. Ein Grub in deren man etwas grabt/als ein Ertzgrub. Hiſ. *Lugar donde algo se saca y se caua.* Pol. *Dol', gruba iaka iest gdze soli albo krusyca dobiwaia.* Vng. *Banya.* An. *A mine.*] Vt Auri fodina, ubi foditur aurum: argenti fodina, ubi effoditur argentum. Plinius lib. 33. cap. 6: Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Fŏssă, æ, f. p. Locus est unde effossa est terra. [טחרת *pachátha* בור *bór.* τάφρος, βάραθρον. Gal. *Fosse, ou fossé.* Ital. *Fosse.* Germ. Ein Graben oder ein Grub. Hiſ. *Caua ò hoyo.* Pol. *Przekop.* Vng. *Asot verem, lyul.* Ang. *A diche, dike or moate.*] Colu. de Arbor. Priusquam pomarium constituas, quàm magnum habere voles, circummunito maceria aut fossa. Cic. 5. Tusc. Transitum fossæ ponticulo ligneo conjungere. Vlpian. scribit fossam esse receptaculum aquæ manufactum, ad castra, seu urbes oppidáve, aut alia hujusmodi munienda. Cic. ad Attic. lib. 4: Popul. Roman. exercitus Cn. Pompeium circũsidet, fossa & vallo septum tenet. Cæsar 2. bell. Gall. Castra in altitudinem pedum duodecim, vallo fossaque duodeviginti muniri jubet.

Fŏssŭlă, pen. corr. diminutivum, parva fossa. [ὀρυγμάτιον. Gall. *Fossette, petit fossé.* Ital. *Fossicella, fossetta.* German. Ein Grãbtein. Hiſpan. *Pequenna cava ò hoyo.* Pol. *Przekopek.* Vng. *Vermetske, liukatska.* Ang. *A litle diche.*] Cato de Re rust. cap. 161: Deinde fossulas facito qua radices asparagi demittas. Col. li. 11. ca. 3: Singulis fossulis disponas.

Fossatum, ti, idem quod fossa. Plin. li. 17. cap. 21: Fossatum purgari & extendi ne crudum relinquatur.

Fŏssŏr, m. t. Qui fodit. [חטר *chopher* כרה *coreh.* διχελλίζης, σκαπανεὺς, ὀρυκτής. Gal. *Fouisseur, fossoyeur, pionnier.* Ita. *Zappatore, cauatore.* Ger. Ein graber/ein frieß. Hiſ. *Cauador.* Po. *Kopacz.* Vn. *Kapás.* Ang. *A dicher.*] Virg. 2. Georg. Et labefacta movens robustus jugera fossor. Rigidus fossor, Mart. lib. 7.

Fŏssĭo, f. t. Ipsa fodiendi actio. [ὄρυξις. Gal. *Fouissement.* Ital. *Cauamento.* German. Grabung. Hiſpan. *Cauazon ò la obra de cauar.* Pol. *Kopanie.* Vng. *Asas, kapalas.* Ang. *A diching.*] Col. lib. 5: Deinde malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus pastinatum resolvere.

Fŏssūră, æ, f. p. Fossio. [ὄρυγμα, διορυγή. Gal. *Fouissure fouissement.* Ital. *Cauatura.* Ger. Grabung. Hiſpan. *Cauazon, cauadura.* Polon. *Kopanna.* Vng. *Asas, kapálas.* Ang. *A diching.*] Colum. l. b. 5: Hanc planam fossuram maximè nos probavimus. Numerus autem fossionis, aut idem debet esse qui primi anni, aut una minus.

Fŏssĭlĭs, le, pen. cor. Quod foditur, sive quod fodi potest. [ὀρυκτὸς. Gal. *Qu' on fouit & tire, ou qu' on peut fouir & tire de terre.* Ita. *Che si puo cauare.* Ger. Das gut zu graben ist. Hiſpan. *Cosa cauadiza.* Pol. *Do kopania sposobny.* Vn. *Asot vayot, asható, vayható.* An. *That is or may be digged out of the earth.*] Plin. li. 36. cap. 18: Theophrast. autor est & ebur fossile candido & nigro colore inveniri, & ossa è terra nasci. Idem lib. 33. cap. 6: Tum salem fossilem adjiciunt id est, qui foditur. Var. 2. de Re rust. Melior fossilis sal, quàm marinus.

Fŏssĭtĭtĭŭs, a, um, Fossilis, quod scilicet è terra effoditur. [ὀρυκτὸς. Polon. *Rzeczwo kopana ziemie.* Vngar. *Vayot foldből asatot.* Ang. *Digged out of the earth.*] Plin. lib. 36. cap. 23: Arenæ tria genera: fossitia, cui quarta pars calcis addi debet, fluviatilis aut marinæ tertia.

Fœcĭālis. vide FEGIALIS.

Fœcundŭs, da, dum, Ferax, fertilis. [טרה *poréh.* εὔφορος. Gal. *Fecond, fertile.* Ital. *Fecondo, fertile, abondante* Germ. Fruchtbar. Belg. Bruchtbaer. Hiſpan. *Cosa fertil, o copiosa* Polon. *Rodzi uny.* Vng. *Temxtő* Ang *Fruitfull, fertile, ranke.*] Ovid. lib 4. Fast. Forda ferens bos est fœcundaque, dicta ferendo. Colum. libro 8. cap. 14: Id neque æquè fœcundum est, nec tam pretiosum. Plautus in Cistel. Namque æcastor amor & melle & felle est fœcundissimus. ¶ Interdum sumitur pro abundanti & pleno. Horat. Fœcundi calices quem non fecêre disertum. Huic opponitur Infœcundus: id est, non ferax: inde infœcunditas.

Fœcūndĭtās f. t. Abundantia, ubertas, feracitas. [שבע *sobáh.* πολυφορία, εὐετηρία, εὐθηνία. Gall. *Fecondité, fertilité.* Ital. *Fertilita, abondanza.* Ger Fruchtbarkeit/völle. Hiſ *Fertilidad o copia.* Polon. *Obfitość.* Vng. *Termőség, temxes bwség.* Ang. *Fruitfulnesse, fertilitie.*] Pli. li. 20. cap. 6: Fœcunditatem etiã fœminarum hoc cibo augeri. Cicer. 1. de Natur. deor. Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi, Plinius in præf. lib. 3.

Fœcūndē, adverbium. [εὐφόρως, γονίμως, εὐτόκως. Gal. *Fertilement, plantureusement, abondamment.* Ital. *Fertilmente, abondantemente.* German Fruchtbarlich. Hiſpan. *Fertil y copiosamente.* Pol *Pomnie.* Ang. *Fertilly, abundantly.*] Plin. l. b. 6. cap. 36: Atque etiam recisa fœcundiùs resurgit.

Fœcūndo, das, Abundãtem seu fructiferum facio. [הטרה *hiphráh.* πιάνω, γόνιμον ποιῶ. Gall. *Faire fertile.* Ital. *Far fertile, abundante.* Ger Fruchtbar machen. Hiſpan *Hazer fertile y copioso* Polon. *Wrodzaino czinie.* Vngar. *Temxtóne tesxöm.* Angl. *To mak fruit full.*] Virgil. lib. 4. Georg. Et vnidem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Fœdŭs, fœderis, n. t, ut quibusdam placet, cum œ diphthongo, ut e longa sit, quoniam ferio e breve habeat. [ברית *berith.* σπονδὴ, συνθήκη, τὸ ἰσοσκελὲς. Gal. *Alliance, confederation, appointement et traité de paix.* Ita. *Lega, cõfederatione.* Ger. Ein Bundt/ Bündtnuß. Belg. Een verbondt. Hiſ. *Confederacion ò alliança.* Pol.

Przimierze. Vng Frigy, kötés. Ang. *A league, couenant, or bande of peace.*] Propriè.n.fœdus pacem significat, quæ feritur inter dimicantes. Quidam hujus nominis etymologiam manasse putant à Fecialibus, per quos fiebant fœdera. Alii à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Itaque Ennius, ut est apud Varronem fidus dixit pro fœdus. Alii à fœdè cædendo: nam ad fœdera sancienda utrinque Fecialés adhibebantur, qui firmato fœdere porcam cædebant silice: ejusmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior fœdus violasset: de qua re vide Liv. l. 1. ubi ritum & formulam antiquissimi fœderis inter pop. Rom. Regem & Albanorum Dictatorem icti latissimè exequitur. Tria autem (ut idem Livius ostendit libro 34.) erāt fœderum genera, quibus populi & reges mutuas amicitias inibant. Vnum, quum bello victis dicebantur leges. Vbi enim omnia ei qui armis plus posset, dedita essent quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos vellet, victoris arbitrium erat. Alterum quum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant, redditis per conventionem iis rebus quarum bello turbata erat possessio. Tertium, qui quum hostes nunquam fuissent, ad amicitiam sociali fœdere jungendam coibant. ¶ Accipitur etiam fœdus pro necessitudinis alicujus vinculo: ut fœdera amicitiæ dicimus pro necessitudine illa quæ est inter amicos. Ovid. 3. Trist. Eleg. 6: Fœdus amicitiæ non vis charissime nostræ: Nec si fortè velis dissimulare potes. ¶ Fœdera lecti, pro conjugali vinculo. Lucanus libro 2: -da fœdera prisci Illibata tori, da tantùm nomen inane Connubii. Fœdus conjugale, Ovid. 11. Metamorph. ¶ Accipitur etiam quandoque pro lege, ut apud Virgilium libro 1. Aeneid. Regemque dedit qui fœdere certo, Et premere & laxas sciret dare jussus habenas. ¶ Facere fœdus cũ aliquo. Cic. de Senectute: Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho non dubitavit. ¶ Ferire fœdera. Cicero pro Cælio: Idcóne ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera. Virg. lib. 12. Aeneid. -firmabant fœdera dictis. ¶ Fœdus pro fœditate legitur apud Paulum in l. 3. D. de ritu nuptiar. Nec enim honos ei servatur, quæ se in tantum fœdus deduxit. Nisi rectiùs ibi legatur; Scelus, quemadmodum vulgati codices habent.

Fœdĭfrăgŭs, penult. corrept. m. f. Qui fœdera fregit. [*ὁ παραβαινων δηκας.* Gal. *Qui rompit l'alliance ou appointement.* Ital. *Che rompe patti.* German. Bundtbrüchig. Hispan. *Que brantador de pazes.* Polon. *Ten ktori przimierze l'amie.* Vng. Hüti szeget, *frigi föl bonto.* Ang. *A breaker of leagues.*] Cic. 1. Offic. Pœni fœdifragi crudelis Annibal.

Fœdĕrātī, dicuntur populi qui fœdere & amicitia sunt conjuncti. [אנשי ברית *ansché berith.* συνασπισται, σύμμαχοι. Gal. *Confederez, alliez.* Ital. *Confederati, vniti.* Germ. Bundtgenossen/ Endtgenossen. Hispan. *Confederatos o ariados.* Pol. *Czi ktorzi spolne przimierze maia.* Vng. Az kik egy *frigy alat vadnak.* An. *Thay bath made a league together.*] Namque inter civitates provinciarum, aliæ civium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ fœderatorum, aliæ stipendiariæ dicebantur, συμμαχίδες πόλεις. Suetonius in Caligula: Domi, foris que civilis, libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat. Cicero 1. de Orat. Si quis apud nos servisset ex populo fœderato, sese que liberasset. Idem 5. Verr. Fœderatæ civitates duæ sunt, Mamertina, & Tauromenitana. Idem pro Archia: Si qui fœderatis civitatibus ascripti essent.

Fœdĕro, fœdere facto concilio. [Polon *Przimierze czinie.* Vngar. *Friget* wtök, *vetök.*] Cornelius Tacitus lib. 20: Donec egregia erga populum Rom. merita, mox rebelles fœderant.

Fœdŭs, da, dum, Quod est deforme. [שטר *schohár* נוא *tamé* נוא *tso.* αἰσχρὸς, ἀμορφος. Gal. *Laid, ord, infect, vilain.* Ital. *Sozzo, laido, bruto.* German. Wüst/häßlich/vnflätig Belg Leelick/ feandelyck. Hispan *Cosa fea, ò feada.* Polon. Szpetny, *sbkaradni, zadny.* Vngar. Vndok. Ang *Defiled, ioyled, deformed.*] Terentius in Eunucho: Nunc eò tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Cicero ad Atticum libro 15: Parumque fœda persona est senectutis? Plin. lib. 11. ca. 18: Odêre fœdos odores, proculque fugiunt. ¶ Ponitur quandoque pro execrando, Virg. li. 7. -aversusque refugit Fœda ministeria. ¶ Quandoque pro crudeli. Terentius in Eunucho: O facinus fœdum. Donatus, Fœdum, crudele. Ea enim quæ crudelia sunt & nefaria, ipsa crudelitate fœda & maculosa dici possunt. Sic dicimus fœdum exemplum, quod crudelitatis, & turpitudinis plenum est. Liv. 7. bel. Pun. Qui neque magistratum continuari satis civile ajebant, & multò fœdioris exempli eum ipsum creari, qui comitia haberet.

Fœdo, as, are, Polluere, inquinare. [נוא *timmé.* μολυνειν, μιαίνειν. Gal. *Vilenner, honnir, enlaidir, maculer, souiller, deshonnorer.* Ita. *Bruttare, imbrattare.* Germ. Verwüsten/häßlich machen. Hispan. *Ensuziar, ò afear lo hermoso.* Polon. *Szpece, sbkaradze.* Vngar. *Meg vndokitom, otsmányotom.* Angl. *To defyle, to deforme, to work villanie.*] Virgil. 2. Aeneid. -quæ causa indigna serenos Fœdatur vultus? ¶ Per translationem accipitur pro dehonestare. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1; Nos quoque dictitant Barbaros: & spurciùs nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant: hoc est, conspurcant, & dehonestant. ¶ Accipitur etiam pro dilacerare, frangere vel corrumpere. Virg. 2. Aen. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infesta populatione venit: fœdati agri terror injectus urbi est.

Fœdè, adverbium, Turpiter. [αἰσχρῶς. Gall. *Vilainement, ordement, laidement.* Ital. *Bruttamente, crudelmente.* German. Vnflätigtlich/ schandtlich. Hispan. *Fea y deshonestamente, ò cruelmente.* Polon. *Sprosnie, sbpetnie.* Vngar. *Vndokúl otsmanyul.* Ang. *Filthelie.*] Livius 3. ab Vrbe: Non minore motu animorum Sicciī cędis memoria renovata, quàm quòd nova fama de Virginia adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Fœdè divexari. Cic. 1. Tuscul. Fœdè interemptus, Livius 5. bell. Pun. Admissum fœdè, dictumque superbè, Luc. lib. 5. Fœdissimè causam agere, Cic. Attic. lib. 9.

Fœdĭtās, atis, f. t. Turpitudo. [שערורה *schaharuráh* נואה *tumedh.* αἰσχος. Gal. *Laideté ou laideur, vilenie, ordure.* Ital. *Bruttezza.* German. Häßligkeit/wüste. Hisp. *Suziedad, afeamiento.* Pol. *Szkaradosć.* Vngar. *Vndokság, otsmánsác.* Angl. *Filthinesse, dishonestie, ill fauouredeneesse.*] Liv. lib. 31: Divisa à corpore capita, patientiaq; viscera, & fœditatem aliam vulnerum viderunt. Cic. lib. 3. de Finib. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Liv. 1. ab Vrbe: Avertêre omnes à tanta fœditate spectaculi oculos.

Fœlīx. Cum suis derivatis, vide suprà in dictione FELIX.

Fœmĕn. Vide FEMEN.

Fœmĭnă, næ, f. p. Latioris significationis est quàm mulier. Nam non solùm de hominũ genere, verumetiam de brutis & plantis dicit, descenditq; à fœtu. [נקבה *nekebáh.* γυνὴ, θήλεια. Gal. *Femelle, femme.* Ital. *Femina.* German. Ein Weibsbild/ein Frauw. Bel. Een Wyf. Hisp. *Hembra en todo genero de animales.* Po. *Niewiasta, bial'agl'owa, zona.* Vng. Azzony allat, nőstény. Angl. *The female.*] Plautus in Persa: -qui Atticam hodie civitatem Majorem feci, atque auxi civi fœmina. Plin. in Epist. Habebat illa pantomimos, fovebatque effusiũs, quàm principi fœminæ conveniret. Plin. lib. 9. cap. 50: Fœmina piscis coitus tempore matrem sequitur. Idē lib. 22. cap. 18, de chamæleonte herba: Ex nigris aliqui marem dixêre, cui flos purpureus esset: & fœminam, cui violaceus.

Fœmĭnāl, is, pudendum muliebre, interfemineum. χοίρος: Apuleius in Apologia: Sed enim fœminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit.

Fœmĭnĕŭs, a, um, & Fœmininŭs, a, um. [θηλυκὸς. Gal. *De femelle, ou de femme.* Ital. *Cosa da femina.* German. Weibisch. Hisp. *Cosa de hembra.* Polon. *Niewieszciuch bial'ogl'owsky.* Vng. *Azzonyallati.* Angl. *Of the female kinde.*] Virg. 11. Aeneid. Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore. Vbi Servius: Fœmineo, impatienti, irrationabili. Ibidem: Fœmineum cœli clamorem ad sidera tollunt Plin. lib. 2. cap. 101: Fœmineum Lunæ, ac molle sidus. Quintil. lib. 1. cap. 4: Quæ aut fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. ¶ Diminutiva Fœmella, & Fœminula. γυναῖον, γυναικάριον. A fœmina, etiam fit Effœmino, ἐθηλύνω: de quo suo loco.

Fœnārĭŭs, Vide FOENVM.

Fœnebrĭs, Fœneratĭtius, Fœnero, Vide FOENVS.

Fœnĭcŭlŭm, li, n. f. Herba est nota, à fœnore, ut quidam existimant, dicta quòd semen hoc terræ mandatum magno fœnore reddat fructum. [μάραθρον. Gall. *Fenouil.* Ital. *Finocchio.* Ger. Fenchel. Hisp. *Hinoio* Pol. *Kopr wl'osky.* Vn. Kömeny. An. *Fenell.*] Plin. lib. 20. cap. 23: Fœniculum nobilitavêre serpentes, gustatu senectam exuendo oculorumq; aciē succo ejus reficiendo. Vnde intellectū est hominũ quoq; caliginē præcipuè eo levari. Ejus juvamenta lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 179

Fœnum, fœni, n. s. Herba in pabulum resecta ita dicta à fœnore, quòd sine cura fœnus præbeat: vel à fœtu, quòd herbæ eædem manentes quotannis novas pariant. [חציר *chatsír.* χόρτος. Gal. *Du foin, herbe seche & mangeaille pour les bestes.* Ital. *Fieno.* Ger. Heuw. Bel. Hoy. Hisp. *El heno.* Pol. *Sziano.* Vn. Széna. An. *Haye.*] Col. li. 2. cap. 19: Sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluviis. Horatius 1. Serm. Satyr. 4: Fœnum habet in cornu, longè fuge. ¶ Fœnum esse, proverbiali figura dixit Cic. lib. 2. de Orat. in indoctos ac brutos homines, scilicet pecudibus sunt æquandi: nam fæno victitant boves. ¶ Fœnum habet in cornu. In homines maledicos ac feroces dicitur. Horat. in Serm. Inde translatum, ut Acroni placet, quòd antiquitùs bubus cornipetis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cavērent qui fortè occurrissent.

Fœnārĭŭs, ria, rium, ὁ τὰ χόρτα. Quod ad fœnũ pertinet: ut, Falces fœnariæ, quibus fœnũ secamus. [χορτοκόπικα δρεπάνια. Gal. *Faux a faucher le foin.* Ital. *Falcida fieno.* Ger. Gägensen. Hisp. *Las guadannas.* Pol.

nas Pol *Do ſiana przinależący.* Vngar. *Szénához valo.* Ang. *A ſtieth to mowe haye with.*]

Fœnĭcŭlārĭum, rii, n. ſ. (ut quidam interpretantur) Eſt ipſa fœni reſectio, vel tẽpus illud quo fœnũ ſecatur. [Vng *Kaſzálásnak ideie, (anagy) kaſzálás.* Ang. *The mowing, or mowing tyme of haye.*] Cic. lib. 12. ad Att. Scribe, quæſo, quid referat Celer egiſſe Cæſarem cũ candidatis: utrum ipſe in fœnicularium, an in campũ Martium cogiter. Quem locum ſic exponit interpres, In fœnicularium. id eſt, in aciem ad exercitum, quando fœnum ſuccidĭtur à militibus falculariam facientibus.

Fœnīlĕ, n. t. Locus eſt in quo aſſervatur fœnũ. [χορτών. Gall. *Fenil, feniere, où on garde le foin.* Ital *Fenile, doue ſe tiene il fieno.* Germ. Ein Scheuren/ein Stadel oder Heuwhauß. Hiſpan. *El almear, lugar donde ſe guarda el heno.* Pol. *Kolnia gdzie ſiano chowaia, ſtopa, ſtodoła.* Vng. *Széna tarto hely* Ang. *An haye houſe or loft, an hay mowe or ricke.*] Ovid. 6 Metam. Non ſecus exarſit conſpecta virgine Tereus, Quàm ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis, Aut fiondẽ, poſitasq; cremet fœnilibus herbas. Virg. lib. 3. Georg. nec tota claudas fœnilia bruma. Col. lib. 1. cap. 6: Pars autẽ fructuaria dividĭtur in cellã olearĭam, torcularĭam, cellam vinarĭam, defrutarĭam, fœnilia, palearĭaque.

Fœnĭſĕx, fœniſecis, Qui fœnũ ſecat. [χορτοκόπος. Gall. *Faucheur de prez.* Ital. *Segatore da fieno, fenaiuolo.* Germ. Ein Mäder Hiſp. *El que ſiega ò corta el heno.* Pol. *Kośnik.* Vng. *Kaszás.* Ang. *A mower of haye.*] Plin. lib. 18. cap. 29: Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat.

Fœnĭſĕcă, cæ, pen. cor. Idem. [Pol. *Kośarz* Vng. *Kaszás.* Ang. *A mower of haye.*] Perſius Satyr. 6: Fœniſecæ craſſo vitiarunt unguine pultes. Varr. de Re ruſt lib. 1. cap. 49: Ita necubi ferramẽtum fœniſecæ poſſit offendere. Idem paulò pòſt: Sicĭlienda prata id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſecæ præterirent.

Fœnĭſĕcĭum, ſecii, ipſa fœni ſectio, & veluti meſſis fœni. [χορτομία. Gall. *Fauchement de prez, ou la ſaiſon de les faucher.* Ital. *Raccolta del fieno* Ger. Der hewend oder mäyend. Hiſp. *Segazon del heno con guadana.* Polon. *Siecżba ſiana.* Vng *Kaszálás.* Ang. *The haye harueſt, or haye time.*] Varr. de Re ruſt. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbę vellantur, obtrituq; hebetentur. Col. lib. 2. cap. 18: Altero tamen anno minora pecora pòſt fœniſecia permittemus admitti.

Fœnĭſĭcĭă, æ, f. p. Fœniſecium. [Pol. *Sieżenie ſian.* Vng. *Kaszálás.* Ang *The haye harueſt.*] Var. de Re ruſt. lib. 1. cap. 49: Primũ de pratis ſummiſſis herba quũ creſcere deſiit, & æſtib areſcit, ſubſecari falcibus debet, & quoad perareſcat, furcillis verſari: quũ peraruit, de ea manipulos fieri ac vehi ad villam. Tum de pratis ſtipulam raſtellis cradi, atq; addere fœniſiciæ cumulũ.

Fœnũmgræcum. [τῆλις. Gall. *Vne herbe nommee Senegré.* Ital. *Fieno græco.* Germ. Griechiſch heüw oder bockshorn. Hiſp. *Las alholuas.* Pol *Boża trawka.*] Genus herbæ eſt, (ut inquit Plin. lib. 24. cap. ult.) quam alii telin vocant, alii carphos: aliqui buceras, alii ægoceras, quoniam ſiliquas habet corniculis ſimiles: unde & ſiliquam vocat Colum. lib. 11. cap. 2.

Fœnŭs, ŏris, n. t. (ut oſtendit Gell. ex libr 3 Varr de ling. Lat.) idem eſt quod uſura, ita dictũ à fœtu. [בשך *neſchech* תרבית *tarbith.* τόκος. Gal. *Vſure.* Ita. *Vſura.* Ger. Wucher. Belg. Woeker. Hiſp. *El logro o renueuo, ò vſura.* Pol. *Lichwa.* Vng. *Vſora (anagy) oſora.* Ang *Gaine by money lent, vſurie.*] Nihil enim aliud eſt fœnus, quàm fœtus: hoc eſt, partus pecunĭæ. Quidã tamen a fundo, quod cũ o, non cum u, apud antiquos ſcribebatur, quòd proventus propriè eſſet ex naturali terræ fructu: poſtea verò ad uſuram eſt tranſlatũ, quaſi pecunia per ſe fructũ producat, ſicut terra. Plaut. in Aſin. Nam ſi mutuo non potero, certũ eſt ſumã fœnore. Cic. pro Cælio: Parcat juventus pudicitĭæ tuæ: ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam. Propert. lib. 1. Eleg. 7: Sæpe venit magno fœnore tardus amor. Ovid. 1. Faſt. Hordeaq; ingenti fœnore reddat ager.

Fœnūſcŭlum, li, diminutivum. [τόκισμα, τοκίδιον. Gal. *Petite vſure.* Ital. *Piccola vſura.* German. Ein kleiner Wucher. Hiſpan. *Pequenno logro ò renueuo ò vſura.* Polon. *Lichwiczka.* Vng. *Vſoracska (anagy) Oſoracska.* Ang. *Small vſurie or gaine.*] Plautus Pſeud. ad danĭtam devenires, adderes fœnuſculum.

Fœnĕro, as, pen. corr. & Fœneror, aris, deponens, Fœnori do, in fœnore colloco, Vulgò ad uſuram do: [בשה *naſchâh* לוה *laוה.* δανείζω. Gall. *Bailler à vſure.* Ital. *Dare & preſtare ad vſura.* Ger. Wucheren/auff Wucher außthẽn. Hiſpan *Dar à logro ò vſura ò renueo.* Polon. *Lichwie, daiena lichwe.* Vngar. *Vſoraſkodom, vſorára adom.* Ang. *To lende out to vſurie.*] & modò dativo junguntur, modò accuſativo. Plin. lib. 2. cap. 6: Fœnerat Sol lumẽ ſuum cæteris ſideribus: id eſt, mutuat. Cicer. de Amic. Vt enim beneficĭ liberales ſimus, non ut exigamus gratiam: neque enim beneficium fœneramur, ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus: id eſt, fœnori damus. Martialis: Hæc ſapit, hæc omnes fœnerat una dros. ¶ Fœneror, cum ablativo, ſignificat fœnori accipio. [δανείζομαι. Gall. *Prendre à vſure.* Ital. *Pigliar ad vſura* German. Auff Wucher nemmen. Hiſp. *Tomar à logro ò vſura.* Pol. *Lichwa ſie param.* Vng. *Vſorát beveſzök* Ang. *To borowe or tak money lent to vſury.*] lib. Dig 31: Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem ſuam, vel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat vendere cohæredi ſuo, & fœnerari ab eo. ¶ Beneficium fœneratum dicĭtur quod cum fœnore redditur. Terent. in Phorm. Fœneratũ iſtuc beneficium tibi pulchrè dices. Et paulò pòſt hoc ipſum exponens: Idem hoc tibi quod benè promeritus fueris, cõduplicaverit. Vbi Donatus: Fœneratum: hoc eſt, cum fœnore redditum, & multiplicatum. ¶ Interdum fœnerare eſt cum fœnore reddere, vel refundere. Terent. Adelph. Metuiſti, ſi nunc de jure tuo conceſſiſſes paululũm, atq; Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſimè, Ne non tibi iſtuc fœneraret?

Fœnĕrātŏr, toris, m. t. Qui fœnus exercet. [נשה *noſchéh.* δανειστής. Gall. *Vſurier.* Ital *Vſuraio* Ger. Ein Wucherer Belg Een woecheraer. Hiſ. *Logrero, ò vſurero.* Pol. *Lichwarz* Vn *Vſorás, vſoráskodo.* Ang. *An vſurer, or lender for gaine.*] Cic. 1. Offic. Primũ improbant hi quęſtus qui in odia hominũ incurrũt, ut portitorĭi, ut fœneratorum. Idem Seſtio Famil. libr. 5: Nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui fœneratores ex obſidione exemerit.

Fœnĕrātĭo, onis, f. t. verb. Fœnoris exercitatio, pecuniæ nundĭnatio. [δανεισμός. Gall. *Vſure.* Ital. *Vſura.* Germ. Das Wucheren/ Wucher Belg. Woecheringe. Hiſpan. *Logro, ò obra de dar ò tomar à vſura.* Pol *Lichwárſtwo.* Vng. *Vſoráskodás.* Ang. *Vſurie, the practiſe or feate of vſurie.*] Colum. in Præfat. An fœneratio probabilior ſit, etiam iis inviſa quibus ſuccurrere videtur. Cicer. pro Flac. Hæc pecunia ab honoribus tranſlata in quæſtum & fœnerationem, recuperata eſt multis pòſt annis.

Fœnĕrātŭs, tus, fœneratio: id eſt, mutuatio ad uſuram. [δάνεισις, δανεισμός. Vngar. *Vſoralkodás.*]

Fœneratò, adverbium, cum fœnore. [Gall. *Auec vſure, au double.* Ital. *Con vſura.* Ger. Mit Wucher. Hiſp. *Con logro.* Pol *Zlichwam.* Vngar. *Vſoráual.* Ang. *With vſurie and gaine.*] Fœneratò reddere, σὺν ἐπικοκρηΐᾳ ἀποδόσθαι. Plaut. in Menæch. Næ illam męcaſtor fœneratò abſtuliſti: hoc eſt, gravi uſura, velut à fœneratore, quam multo cum fœnore reſtituas.

Fœnĕrātĭtĭŭs, ia, um, Quod datum eſt fœnori, vel quod ad fœnus pertinet: [δανειστικός. Gall. *Donné ou prins à vſure.* Ital. *Dato ò tolto ad vſura.* German. Auff Wucher gegeben oder genoñen/ das zu dem Wucher gehört. Hiſpan. *Pertineſiente à logro, ò vſura, tomado ò preſtado à vſura.* Pol. *Lichwiarsky nalichwe dany.* Vng. *Vſorához valo.* Ang. *That is giuen or taken to vſurie.*] ut, Fœneratitia pecunia, quæ ex uſuris collecta eſt.

Fœnĕrātĭvă, orum, Tempus quo fœnus ceſſabat, & finiebatur, reddebaturq; pecunia [Vng. *Az vſora meg adáſnaki deie*] Liv. 35: Ita libero verò fœnore obruebantur debitores: cujus coërcendi quũ ratio quęreretur, diem finiri placuit: fœneralia quæ proxima fuiſſent, ut qui poſt eam diem ſocii civibus Romanis credidiſſent pecunias, profiteretur, & ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus, creditori jus redderetur.

Fœnĕbrĭs, bre, penultima indifferenti, om. t. quod ad fœnus pertinet: [δανειστικόν. Gall. *D' vſures, des appartenances d' vſures.* Ital *Pertinente ad vſura.* German. Dem Wucher zugehörig Hiſp. *Coſa perteneſciente à logro.* Polon *Do lichwy przynależący* Vngar. *Vſorához valo.* Ang *That belongeth to vſurie*] ut Lex fœnebris, quã fœneratorum avaritia coërcetur. Liv. 35 bell Macedon. Inſtabat enim cura alia quod civibus fœnore laborabat, & quũ multis fœnebribus legibus cõſtricta avaritia eſſet, via fraudis inita erat ut in ſocios, qui non tenerentur his legibus, nomina tranſcriberẽt. ¶ Fœnebres res Liv. 7. ab Vib. Inclinatis ſemel in concordiam animis, novi Conſules fœnebrem quoque rem, quæ diſtinere unanimes videbatur, levare aggreſſi ſolutionẽ alieni ærĭs in publicam curam verterunt. Malum fœnebre Tacit. lib 5 Sane vetus Vibi fœnebre malum.

Fœtĕo, es, n. ſ. Malè oleo. [באש *baſh* באיש *neelách.* δυσωδίω, βδωμιόομαι Gal. *Puir, ſentir mauuais.* Ital *Putire, puzzare.* Ger. Stincken Hiſp. *Heder.* Pol *Smierdzę.* Vng *Bwdós vagyok* Ang. *To ſtinck to get an ill ſauour.*] Plaut. in Aſin. Dic amabò, an fœteat anima uxori tuę? Mart lib. 5: Fœtet re multo Myrtale ſolet vino.

Fœtĭdŭs, a, um, Malè olens. [באיש *nibeaſh* באש *neelách.* δυσώδης. Gall. *Puant.* Ital *Fetido, puzzolente* German. Stinckend. Hiſp. *Coſa hedienda.* Pol. *Smierdzący.* Vng. *Bwdós.* Ang. *That ſtincketh, or ſauoureth ill.*] Plautus in Merc. tanto minus: Quum ſis jam ætatis plenus, anima fœtida, Senex hircoſus. Idem in Capt. Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos. Cic. in Piſonem: Et cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes.

Fœtŭlēntŭs, idem quod fœtidus. [δυσώδης. Vng *Bwdós ſzagos.*] Apul. in Apolog. Quid in crimen haud contemnendum philoſopho nihil in ſe fordidum ſinere, nihil uſpiam corporis apertum, immundum pati ac fœtulentum.

Fœtŏr, oris, m. t. Malus odor. [אש *mak* באש *hiſh* δυσωδία. Gall. *Puanteur.* Ital. *Fetore, puzza, lezzo.* Germ. Geſtanck. Hiſp.

Hedor ò mal odor. Pol. *Smrod.* Vng. *Bwdðſſeg.* Ang. *Stinck an euill fauour.*] Col. lib. 12. cap. 18: Cella quoque vinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda, ne quem redoleat fœtorem, acorémve.

Fœtĭdĭtās, ſ. f. verbal. Fœtor. [בְּאֵשׁ *boéſch.* ἀγωδία. Gall. *Puanteur ou puantiſe.* Ital. *Fetore, puzza, lezzo.* Ger. Geſtanck. Hiſp. *Hedor ò mal odor.* Pol. *Smrodliwosc.* Vng. *Rutſág bwdðſség.* Ang. *A ſtinck.*] Senec. Epiſt. 111: At mehercule iſta ſolicitè ſcrutata, varieque condita, quum ventrem ſubierint, una atq; eadem fœtiditas occupavit.

Fœtŭs, tus, m. q. à fovendo, quoniam & dum in utero eſt, & poſtquam eductus fœtus eſt, à matre fovetur: vel ἀπὸ τῦ φοιτᾶν: quo verbo veteres rem veneream ſignificarunt pudenter. [עֻבָּר *gholém* תְּאֵנָה *tſeetſa* עֻבָּר *hul.* γόνη. Gall. *Le fruict ou portee des beſtes ou plantes.* Ital. *Il parto, il frutto che le beſtie partoriſcono.* Ger. Die frucht eines jeden Thiero oder eines anderen dings. Hiſp. *El frutto ò lo que la hembra pare.* Pol. *Vrodzay, owoc badź zwierzecy albo inſzich rzeczy.* Vng. *Magszat, az mi maſtol vagy letik mag.* Angl. *The young or fruite of euerie creature that liueth.*] Eſt autem fœtus generale nomen ad omnia penè quæ naſcuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, ſive feræ ſint, ſive cicures: præterea etiam avium & piſcium, atq; adeò ipſorum etiam hominum. Plin. Legimus mulierem Aegyptiam binos fœtus quater enixam. Idem lib. 8. cap. 18: Totus tigridis fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiatore rapitur equo. Cic. 3. de Finib. Atq; etiam in beſtiis vis naturę inſpici poteſt, quarũ in fœtu & educatione laborem quũ cernimus, naturæ ipſius vocẽ videmur audire. ¶ Neque animalium tantùm fœtus dicuntur, verùm etiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus paſſim legimus: & fœnũm, terræ fœtum vocamus. Cicer. 2. de Orat. Edit fœtus meliores & grandiores ager, non ſemel aratus, ſed novatus & iteratus. Virg. 1. Georg. Hic ſegetes, illic veniunt fœliciùs uvæ, Arborei fœtus alibi. Id eſt, fructus, ut poma. Idem 2. Georgic. Nec minùs interea fœtu nemus omne graveſcit. Vbi Servius: Fœtu: id eſt, utilitate: nam omnis utilitas fœtus eſt. ¶ Fœtus animi, per tranſlationem. Cicero 5. Tuſcul. Ex quo triplex ille animi fœtus exiſtet: unus in cognitione rerum poſitus, & in explicatione naturæ: alter in deſcriptione expetendarum, fugiendarúmve rerum: tertius in judicando, quid cuique rei ſit conſequens, quid repugnans.

Fœtŭs, ta, tum, Propriè de minore pecõte dicitur: [הָרֶה *horéh* עֻבָּר *hal.* ἔγκυος. Gall. *Qui a le ventre plein de petis, gros.* Ital. *Pieno, grauido, pregno.* German. Voll junger / tragend. Hiſpan. *Coſa hembra prennado.* Pol. *Pł'od.* Vng. *Terhes, haſas tölgyelő.* Angl. *That hath the wombe full of young ones.*] ut, Ovis fœta: id eſt, gravida, & in utero ferens. Virg. 1. Aegl. Non inſueta graves tentabunt pabula fœtas. Col. lib. 8: Huic pecudi nocet æſtus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Dicitur & partu liberata: hoc eſt, quæ peperit. Virg. 9. Aen. Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro. Enixam autem fuiſſe, lac quod pueris præbebatur, oſtendit. ¶ Transfértur & ad alia: ut, Loca fœta furentibus Auſtris, apud Virgil. 1. Aeneid. id eſt, plena. ¶ Hujus compoſita ſunt, Confœtus. Feſtus: Confœtus, ſus dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Deſœtus, & Effœtus, de quibus alibi.

Fœtæ, abſoluto vocabulo dicuntur puerperæ, & quæ jam partu abſolutæ ſunt.

Fœtŭōsŭs, ſa, ſum, Quod eſt plenum fœtu. [ἔγκυος. Pol. *Płodni.* Vng. *Haſas, fias.*] Hieronymus contra Iovin. Lippientem jam deformem, atq; fœtuoſum ſynagogæ typum prætuliſſe. Retinet hoc nomẽ u, quoniã fœtus eſt quartæ declinationis. ¶ Sic ſumptuoſus, fructuoſus, luctuoſus, actuoſus, quæſtuoſus: quæ autẽ veniunt ab aliis declinationibus, nõ habent u ante o: ut Fabuloſus, Doloſus, Vitioſus, Porteñtoſus, & hujuſmodi.

Fœtūrā, ræ, f. p. Pecoris proventus, à fœtando dictus. [מַאֲמָא *tſeetſa.* τόκος. Gall. *La portee ou porture des beſtes ou plantes.* Ital. *Il tempo dal partorire.* Ger. Die gebärung / die zeit des gebärens. Belg. Die baringe / draginge. Hiſp. *Parizion, ò tiempo de parir.* Pol. *Bidlat-kocenie, albo czielenie, rodzenie.* Vng. *Szaparodas.* Ang. *Hatching or bring forth of younge.*] Virg. Aeglog. 7: Si fœtura gregem ſupplexerit, aureus eſto. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 1, accipit pro ipſa fœtatione, ſive pro illo toto tempore ab admiſſione uſque ad partum. Secunda (*inquit*) pars eſt de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. ¶ Transfertur etiam ad inanimata: ut, Fœtura pratorum. Plin. in Præfat. totius op. Opus natum apud me proxima fœtura licentiore epiſtola narrare conſtitui.

Fœtĭfĭco, as, n. p. Fœtum facio, pario. [הוֹלִיד *holidh.* γονοποιέω. Gall. *Faire ſes petis, faonner.* Ital. *Partorie, far figliuoli.* German. Gebären / junge machen. Hiſp. *Emprennar ò parir.* Polon. *Vrodzay czynie, zadzal'iwam.* Vngar. *Szvölök, ſzaparitok.* Angl. *To bring forth litle ones.*] Plin. libro 10. cap. 8: Accipitres totius Maſſiliæ humi fœtificant. Idem libro 9. capite 38: Qui quum fœtificavére, fluxos habent ſuccos. Ibidem cap. 15: Intrant è magno mari in Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificãt

Fœtĭfĭcŭs, a, um. [יוֹלִיד *molidh.* γόνιμος. Gall. *Generatif.* Ital. *Generatiuo.* German. Gebärig oder fruchtbar. Hiſpan. *Coſa que empreuna.* Pol. *Vrodzainy.* Vng. *Teniſztő, ſzaparito.* Ang. *That maketh fruitfull.*] Plin. lib. 19. cap. 5: Nuper cõpertum in oſtreaiis humorem iis fœtificum lactis modo effluere.

Fœtĭfĕr, pen. cor. Adject. [יוֹלִיד *molidh.* ὁ ἢ κυοφόρος κυοφορῶν, γόνιμος. Gall. *Qui porte fruict, qui donne fecondité.* Ital. *Che fa generare.* Ger. Das da machet frucht zu bringen. Hiſpan. *Coſa que haze engendrar.* Polon. *Vrodzai cżyniacy.* Vng. *Szaparito.* Ang. *Fruitfull.*] Plin. lib. 7. cap. 31: Vbi fœtifer potu Nilus.

Fœto, tas, Fœtum emitto. [הוֹלִיד *holidh.* πάπτω. Gall. *Faire ſes petis.* Ital. *Partorire.* German. Gebären. Hiſpan. *Parir.* Polon. *Rodzę.* Vngar. *Szvölök, tenizsök.* Ang. *To bring out litle ones.*] Col. lib. 8: Circa paludes, in quibus plerunq; fœtant. Ibidem cap. 8: Minùs enim ſuas impares diligunt, & ideo nec multùm ineunt, nec ſæpiùs fœtant.

Fŏlĭum, lii, n. ſ. [עָלֶה *haléh.* Gall. *Fueille.* Ital. *Foglia.* German. & Belg. Ein blat. Hiſp. *Hoja.* Polon. *Liſt.* Vngar. *Levél.* Ang. *A leaf of a tree.*] autore Feſto, à Græca dictione φύλλον: ſed ideo per ſimplex l ſcribitur: quia antiqui non geminabant conſonantes. Eſt autem folium, teſte Valla, & arborum, & herbarum, & florum: quum frondes arborum tantùm dicantur. Cicero 3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus non truncus, nõ rami, non folia ſunt deniq;, niſi ad ſuam retinendam, conſervandamq; naturam? Plin. lib. 21. cap. 17: Iaſione unum folium habet, ſed ita implicatum, ut plura videantur. Virgil. 2. Georg. -folia haud ullis labentia ventis. ¶ Folia etiam appellantur chartæ librorum quas revolvimus: à palmarum foliis in quibus olim ſcribi ſolebat, quæ Græca voce φίλυρα appellantur: quarũ extremitas margo dicitur: & pagina, utraq; pars folii: nam folium duas paginas habet. σελίς. ¶ Hinc componuntur Trifolium, τριφύλλον. Quinquefolium. πεντεφύλλον. Latifolium, quod habet lata folia, πλατύφυλλον. Millefolium, μυριόφυλλον, herba, & hujuſmodi multa.

Fŏlĭācĕŭs, a, um, Quod ex foliis factum eſt, vel foliis ſimile eſt. [φύλλινος. Gall. *Semblable à fueilles.* Ital. *Simile à foglie.* German. Auß bletter gemacht / oder / dē bletteren gleich. Hiſp. *Coſa de materia de hojas, ò ſemejante à las hojas.* Polon. *Liściaſty.* Vng. *Levelből valo.* Angl. *Reſembling leafes.*] Plin. lib. 19. cap. 7: Paucis ſunt ſemina foliacea & lata ut atriplici ſunt ſemina.

Fŏlĭōsŭs, a, um, Foliis plenus. [φυλλώδης. Gall. *Plein de fueilles, fueillu.* Ital. *Pieno de foglie, fogliolo.* German. Voll bletter Hiſp. *Lleno de hojas.* Pol. *Liſcia pel'ny.* Vng. *Levelés.* Ang. *Full of leafes.*] Plin. libr. 24. cap. 15: Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramulis quinis ferè, folioſa.

Fŏlĭātum, n. ſ. Vnguenti genus, quod & nardinum vocat Plinius, à nardi folio, quo cõfectum eſt: [μαλαβάθρινον. Pol. *Maſcz ſpikanardu.*] Mar. lib. 11: At mea me libram foliati poſcat amica. Hoc Plin. ſcribit conſtare omphacio, balanino, junco, nardo, amomo, myrrha, balſamo. Plaut. in Curc. Graca voce vocat *petalion:* πιτάλον enim Græci vocant folium.

Follĭco, Follicas, Vide FOLLIS.

Fōllĭs, lis, m. t. Inſtrumentum quo attrahitur ventus, atq; emittitur ad ignem excitandum. [נְפֻחַ *mappuach.* φύσα. Gall. *Soufflet, ſac ou ſachet de cuir, bourſe, bale à iouer, groſſe pelotte enflee de vent.* Ital. *Mantice, folle, ſoffietto, borſa, ſacco ò altro ſimil coſa fatta di cuoro.* German. Blåßbalck. Hiſpan. *La bolſa ò correa para llenar dinéro, ò bola di viento para jugar.* Polon. *Miechy.* Vngar. *Fuuo.* Ang. *A bellowes.*] Virg. 8. Aeneid. -alii ventoſis follibus auras Accipiunt, redduntque. His utuntur ferrariæ, argentariæque officinæ. Vtuntur & coqui, ſed parvulis ne opus ſit ignem inſufflare buccis: quod qui faciunt, ſuffitores vocantur. Primus Anacarſis philoſophus folles ignis exſuſcitatores invenit, ut refert Strabo lib. 7. ¶ Eſt item follis, pilæ genus omnium maximum, conſtans ex aluta vento inflata: quod etiam hodie Italis plurimo eſt in uſu: puerorũ præcipuè & ſenum luſibus conveniens, utpote quo minùs fatigẽtur ludẽtes quàm harpaſto. Nam & lentius fertur follis, magisq; reſilit, tardiusq; deſcendit, veluti ex induſtria percuſſorem expectans. Mart. lib. 14: Ite procul juvenes, mollis mihi convenit ætas: Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Quoniam verò hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quãdoq; vocatur. Plaut. in Rudẽte: -extemplò hercle ego te follẽ pugillatorium faciã. ¶ Quãdoque accipitur pro marſupio, receptaculoque numorum, ex pelle aut corio confecto. Iuvenal. -& tenſo folle reverti. Nam ſicut folles pilæ vento intumeſcunt, ita crumenæ pecunia turgent: à qua ſimilitudine inditum nomen. Vegetius autor eſt, ex diſciplinæ militaris conſuetudine decem folles: hoc eſt, decem ſaccos, per ſingulas cohortes ſolere diſponi, in quibus militum pecunia condebatur.

Fōllĭcŭlŭs, li, m. ſ. parvus follis, & quodcunque turgidum eſt & laxum in morem follis. [βυλάκιον. Gall. *Sachet, bourſette, cuiror, petite peau ou bource, ou eſtuy qui couure le grain des froumens ou autres fruicts.*

fruictꝰ. Ital. *Sachetto, borſetta, picciola guſcia che cuopre il grano del frumento & altri grani.* German. Ein jedes auffgebla ſen ding/ alß die hulſen ſeind an dem getreyde: *Item,* die baſſen mit weichen man ſpylet/ ꝛc. Hiſpan. *El fardel ò talega ò mochilla, del hollejo de panes y legumbre.* Pol. *Miefiki, nadeta rzecz.* Vng. *Funotska domboru.* Ang. *A ſatchell or purſe, the ſmall huske that coſereth the corne of wheate and other graynes.*] Vnde frequentiſſimè accipitur pro theca, ſeu ſiliqua leguminum frũmenti, vel lini, vel cujuſlibet alterius rei quæ granum cõtinet involutum: ἔλυτρον. Colum. lib. 2. cap. 8: Quoniam folliculum quo continetur, firmum & durabilem adverſus longioris temporis humorem habet. ¶ Accipitur item folliculus pro majori pilæ genere: quod ex aluta conficiebatur, ſoloque implebatur vento: quod & follem frequentiùs invenimus appellari. Sueton. in Auguſt. Poſt bella civilia ad pilam primò, folliculumque tranſiit. ¶ Quandoque pro pelle ſeu ſacculo: ut lib. 1. Rhet. ad Heren. Malleolus judicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato, ſtatim folliculo lupino os obvolutum eſt, ſoleæ ligneæ pedibus indutæ. Liv. 9. ab Vrbe: Eques in caſtra folliculis frumentum veheret. ¶ Non invenuſtè aliquãdo transfertur ad corpus humanum, ſive quòd ad follis ſimilitudinem ſemper attrahat, & emittat ſpiritum: ſive quòd ad ſacci coriacei ſimilitudinem pelle ſit circundatum. Veteres enim ſaccos ex corio factos folles appellabant. Lucil. libr. 26. ut citat Nonius: Et quo folliculo nunc ſum indutus, nõ queo.

Fŏllĭco, as, pen. corr. [נתר *naphách.* Gall. *Souffler.* Ital. *Soffiare col naſo.* German. Durch die naſen ſchnauffen. Hiſp. *Soplar.* Pol. *Gegne.* Vng. *Azorrommal ſunok.* Ang. *To ſnuffe, to fetche the breath lowde at the noſe.*] Follium more reciproco ſpiritu nares agito. Apuleius lib. 9 Metam. Nares follicantes languidas. ¶ Eſt item follium laxitatem & cavitatem imitari. Vnde Hieronymus caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritæ geſtare ait, ut humani cultus contemptores videantur.

Fŏllĭcŭlārĕ, Pars remi quæ folliculo tecta eſt. A quo vita follicularis dicta eſt. Autor Feſtus.

Fomes, Fomentum. Vide FOVEO.

Fomentatio, is, ſ. t. propriè eſt, quæ fit ex decoctione herbarum, vel in aqua vel in vino: tametſi nonnulli id vocant embrocationem: embrocatio autẽ vocatur, cùm ex alto, in membrum infinitum demittimus ejus decoctionis ſtillicidium.

Fŏns, fontis, à fundendo, quòd fundat aquam, tantùm maſc. gen. [עין *haiin* מעין *mahjáin.* πηγή, πηγή. Gall. *Vne fontaine.* Ital. *Fonte, fontana.* German. Ein Brunn. Belg. Een fonteyne. Hiſp. *Fuente.* Pol. *Rozdło, ſtudnia.* Vng. *Forras, Kut fw.* Ang. *A ſpring, a fontaine.*] quanquam non deſunt qui olim etiam fœminino fuiſſe velint: cujus tamen rei nullum proferunt teſtimonium. Plin. libr. 12. capit. 1: Nunc eſt arbor clara in Lycia ſocia gelidi fontis amœnitate. Hirtius 8. bell. Gall. Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. ¶ Fons per tranſlationẽ accipitur pro origine & cauſa. Cic. 3. Tuſc. al. Non rem ipſam cauſam atque fontem eſſe mœroris. Idem ad Brutum: Nec in Senatu ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire dubitavi. ¶ Fontem pro aqua fontana poſuit Virgil. 12. Aeneid. pro parte totum uſurpans: -alii fontemque ignemque ferebant. ¶ Fontes ipſi ſitiunt, proverbium in eos qui petunt ab aliis quod ipſis affatim abundet domi, Cicer. ad Quint. Frat. ¶ Ipſe ſibi mali fontem reperit, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν πηγὴν. In eos dici ſolitum, qui ſibiipſis miniſtraverint exitii cauſam. ¶ Omiſſis fontibus conſectari rivulos, non ſine proverbii ſpecie dixit. Cic. 2. de Oratore, pro minùs ad rem pertinentia dicere, omiſſo eò quod eſt negotii caput.

Fŏntĭcŭlŭs, li, diminutivum, Parvus fons: à quo fonticellus. [πηγίδιον. Gall. *Petite fontaine.* Ital. *Fonticello.* German. Ein Brünnlein. Hiſp. *La fuente pequenna.* Polon. *Studzienka.* Vngar. *Forráſotska kut feietská.* Ang. *A litle ſpringe.*] Plin. Vbicunq; moveris humum, fonticuli ſcatent. Idem lib. 31. cap. 50: Lacus eſt nitroſus, exiliente è medio dulci fonticulo.

Fōntānŭs, a, um, Quod ex fonte eſt. [πηγαῖος. Gall. *De fontaine.* Ital. *Fontano, di fonte.* Germ. Das von Brunnen iſt. Hiſp. *Coſa de fuente.* Pol. *Studzienny.* Vngar. *Forrásbeli kutfwből valo.* Ang. *Of a fontaine.*] Plin. Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Colum. lib. 12. cap. 9: Sed extrinſecùs vaſa pertergere, & aqua fontana quàm recentiſſima refrigerare.

Fōntālĭs, le, Fontanus, quod ſcilicet ex fonte eſt. [πηγαῖος. Vng. *Forrásbeli, kutfwből valo.* An. *Of a ſpring or fontaine.*] Plaut. in Sticho: Vide, utram tibi lubet etiam nunc capere, Cape provinciam. Quid iſtuc eſt provinciæ. T. Vtrum fontali, An libero imperium te inhibere mavis? Vbi interpres: Id eſt, num velis imperium habere, an præeſſe aquæ an vino præbendo? Fontalem aquam dixit è fonte ſcaturientem.

Fōntānālĭă, Varroni, Fontinalia Feſto. Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conjici, & putei coronari ſolebant.

Fora, vaſa, quibus antiqui utebantur in torcularibus. Colum. lib. 12. cap. 18: Tum lacus vinarii, & torcularii, fora, omnisque vaſa, ſi vicinum eſt mare, aqua marina: ſin minùs dulci eluenda ſunt, & commundanda, & diligenter aſſiccanda, ne humorem habeant.

Fŏrāgo, penult. prod. Filum eſt. [Ang. *A ſlippe or yarne.*] autore feſto, quo textrices opus diurnum diſtinguunt: à forando dictum.

Foramĕn, Vide FORO, as.

Fŏrās, Extrà. [חוץ *chuts* חוצה *chutſá.* ἔξω, & Foris ἔξωθεν. Gall. *Hors, dehors.* Ital. *Fuore, fuors.* Ger. Hinauß/ außhin. Belg. Buyten waert. Hiſpan. *A fuera, de fuera.* Pol. Wen, precz. Vng. *Kivul.* Ang. *Forth abrode, out of the dores.*] Adverbia loci ſunt à foris: hoc eſt, ſpectaculis derivata, ut Servio videt: ſive (quod verisimilius eſt) à foro: quòd domo exeuntes ferè ad interiorẽ partẽ urbis in quâ forũ eſt, ſoleamus accedere: in qua etiã ſententia eſt Feſtus. Differũt aũt inter ſe hæc duo adverbia, ut foras motum importet ad locũ. Plaut. in Ciſt. Foras tacitus exeo cũ ornatu quo vides. Idem in Amph. Sed quid tu foras egreſſa es? Foris, motũ in loco & de loco ſignificat. Terent. in Evn. Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, Nec magis compoſitũ quicquã. Plaut in Aſin. Ille opere foris faciundo laſſus, domũ noctu advenit. Plin. lib. 9. cap. 33: Margine in Mucronẽ emiſſo, foris effuſo, intùs replicato. Cic. in Partit. Illa verò indigna, & nec eo dicuntur ſine arte, quòd ita ſunt, ſed quòd ea non parit Oratoris ars, ſed foris ad ſe delata, tamen arte tractat.

Fŏrĭs, quandoq; pro paſſim uſurpatur. Cic. ad Quint. Frat. Foris valde plauditur: id eſt, non ſolum in ſenatu: ſed apud cæteros etiam, & in epiſtola longa ad Lentul. Quũ ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tuliſſet. In vulgus, idem alibi dixit, eadem ſententia. Ex Aldi commentario ad Quint. Frat.

Fŏrĭnsĕcŭs, pen. corr. Foris, ab exteriori parte. cui opponitur Intrinſecus. [לחיצון חיצון *michúts lachitſón.* ἔξωθεν, ἐξωτικὸν. Gall. *Par dehors.* Ital. *Eſtrinſeco, ciò che è di fuora.* German. Auſſerhalb/ von auſſen. Belg. Van buyten. Hiſpan. *De parte de fuera.* Polon. Zwierzchu. Vngar. *Kivul valo.* Ang. *Without.*] Plin. lib. 13. cap. 82: Lignum omne cortice ſuo loco habent: hoc eſt, forinſecus. Colum. lib. 8. cap. 3: Sed ab cohorte forinſecus prædictis feneſtellis ſcandulæ ſimiliter jungantur.

Foracia, à foro, mulier villatica, quæ fructus villæ venales: ut pullaſtros, pipiones, poma, nuces, & hujuſmodi in forum defert.

Fŏrātŭs, nomen, vide FORO, as,

Forbĕă, Genus cibi à veteribus dicebatur, quo calido veſci ſolebant. Græci φοιβεῖα vocant. Feſtus.

Fŏrcĭpēs, penult. corrept. quaſi forvicapes dictæ ſunt, quòd iis fórva: id eſt, calida capiantur. [מלקחיים *melkachaym.* πυρόγρα. Gall. *Tenailles, pincettes.* Ital. *Tanaglie, molle da fuoco.* Ger. Zang. Belg. Een tange. Hiſpan. *Las tenazas o inſtrumento para aſir.* Pol. Kleſzcze. Vng *Fogo.* Ang. *A payre of tonges or pincers.*] Virgil. 8. Aeneid. Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt In numerum, verſantq; tenaci forcipe maſſam. Et tàm maſculini quàm fœminini generis, ſecundum Priſcian. Ovid. 12. Metamorph. Terribilem ſtridore ſonum dedit, ut dare ferrum Igne rubens pleruncque ſolet, quòd forcipe curva. Quum faber eduxit, lacubus demittit. Colum. lib. 16. cap. 26: Deinde priuſquam ferrum admoveas, duabus anguſtis ligneis tegulis, veluti forcipibus apprehendere teſtium nervos. Plin. libro 7. cap. 56: Autorem & inventorem forcipis fuiſſe tradit Cinyram Cyprium Agriopæ filium.

Fordă dæ, Bos prægnans, à ferendo. [עלה *hal.lih.* βοῦς ἐγκυμων, πεγνῶν. Gall. *Vne vache qui eſt pleine, qui porte vn veau en ſon ventre.* Ital. *Vacca pregna.* Ger. Ein tragende Kuh. Hiſp. *Vacca preñada.* Pol. Krowa brzemienna. Vng. *Hasſonló, ló, borjas vnó.* Ang. *A cowe with calfe.*] Ovid. 4 Faſtor. Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo. Colum. lib. 6. cap. 24: Poſt unum coitum forda non admittit taurum.

Fŏrem, fores, foret, & in tertia perſona pluralis numeri forent, & in futuro infinitivi fore, pro futurum eſſe. Forem autẽ idem omnino ſignificat quod eſſem. [אהיה *ehjéh.* ἐσοιμὶ.] Saluſtius in Iugurth. Nam ego quidem vellem, ut & hæc quæ ſcribo, & ea quæ antea in ſenatu queſtus ſum, vana forent. Fore verò habet ſignificationem participii futuri, unà cum infinito eſſe, ἐσόμενος. Idem enim eſt fore quod futurum eſſe. Ideo jungitur cum nomine, vel interdum cum participio, quod in nomen tranſmigravit: ut ſpero te amicum fore: non amaturum fore. Cicero Trebatio: Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis propter occupationes ſuas, ſed citò fore. Cæſar de bell. Gall. 1: Nonnulli etiam Cæſari nuntiabant, quũ caſtra moveri, aut ſigna ferri juſſiſſet, non fore dicto audientes milites. ¶ Compoſita ejus ſunt Abfore, Adfore, Confore, Defore & Profore, quę fæpiùs ſola ponuntur: hoc eſt, ſine nomine aut particip. à tergo. ¶ Abfore quid ſignificet, quemq; in oratione uſum habeat, explicuimus ſuprá. ¶ Adfore idem eſt quod adfuturum eſſe. Ovid. 14 Metam. Eſſe quoque infatis reminiſcit, adfore tẽpus. Adforem, adeſſem. Virg. 1. Aen. Arq;

utinam

utinam rex ipſe Noto compulſus eodem Adforet Aeneas. ¶ Confore, conventurum eſſe. συμπλέσεσθαι. Terentius in Andria: Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore: id eſt, conventuros eſſe. ¶ Defore, defuturum eſſe, ἐκλείψειν. Cicero contra Rullum: Verùm arbitrantur non defore qui illam reſtituerent. ¶ Profore, profuturum eſſe, συμφέρειν. Horatius in Epiſtol. Quæ nocuêre ſequar, fugiam quæ profore credam.

Forenſia, Forenſis, vide FORVM.

Fŏrēs, f. t. Propriè (inquit Servius) quæ foris aperiuntur. [דֶּלֶת *delathóth.* θύρας. Gall. *Huys, porte.* Ital. *Porta.* German. Thüren. Belg. Een duere. Hiſpan. *Las puertas con que cerramos la caſa.* Polon. Drzwi, wrota. Vngar. *Ayto.* Angl. *The gates, the doores.*] Vnde Plutarchus memorat, primùm Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triumphaſſet, domum publicè edificatam, cujus fores extrà aperirentur: quum antea cæterarum ædium intrò referãdo impellerẽtur: ut ex hac cõceſſione honoris appareret, quotidie eum domũ aliquid publicè admiſſurũ. Terent. in Adelph. Fores effregit? reſtituentur. Cic. ad Brutum: In omnibus novis conjunctionibus intereſt qualis primus adirus ſit, & qua cõmendatione quaſi amicitia fores aperiantur. Idem 2. de Nat. deor. Foresq; in liminibus prophanarum ædium, januæ nominantur. Valvæ autem dicuntur quæ intùs revolvuntur, quanquam uſus hodie obtinuit ut omnia oſtia fores appellentur. Hoc nomen etiam ſingulariter hæc foris, hujus foris, declinatur. Ovid. 1. Amorum: Difficilem moro cardine pande forem. Cic. pro Cornel. Aperuit forem ſcalarum. Terent. in Adelph. Sed quídnam foris crepuit? Vbi Donatus, foris ſingularis numeri, nominativi caſus. Plaut. in Amph. Orationẽ comprimam, increpuit foris. Idem Bacch. - hanc forem pauxillulum Aperi placidè, ne crepet. Horat. libr. 1. Serm. Satyr. 2: Excluſus fore, quum Longarenus foret intús. ¶ Fores aperire, ἀναίγειν τὰς θύρας, proverbio dicebatur qui rei cujuſpiã ingreſſum initiumque patefaceret. Plin. lib. 2. cap. 8. ¶ In foribus adeſſe, ἐπὶ ταῖς θύραις, dicitur allegoria proverbiali, quod inſtat, jamq; in proximo eſt. Plutarch. πυρετὸς ἐπὶ θύραις ὄντος: id eſt, Quum febris in foribus adeſt.

Fŏrĭcŭlæ, arum, diminutivum: [θύραιον. Gall. *Huiſſet, guichet, petit huis.* Ital. *Poticello.* German. Thürlein. Hiſpan *Perquennas puertas.* Polon. Drzwiſky. Vngar. *Ablakotska, aytotska.* Ang. *Litle wickettes or dores.*] Varro libro 1. de Re ruſtic. capit. 59: Et ideò oporothecas qui faciunt, ad aquilonẽ ut feneſtras habeant, atque ut aëre perflentur, curant: neq; tamen ſine foriculis, ne quum humorem amiſerint, pertinaci vento victa fiant.

Fŏrfĭcēs, penultima correpta, f. t. Quibus telam ſeu fila incidimus. [מִקֵּחַיִם *melkachajim.* ψαλίδες. Gall. *Ciſeaux, forces.* Ital. *Forbici, forfici, ceſore.* German. Schär Hiſpan. *Las riſeras.* Polon Nożyce. Vngar. *Ollo.* Ang. *Sheares.*] Servius: Forfices ſunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid forvum tenemus, quaſi forvicapes: nam forvum eſt calidum. Columell. libro 12. capit 43: Alii quum legerunt uvam, ſiquą ſunt in ea grana vitioſa forficibus amputant. ¶ Forfices etiam vocabulum militare de inſtructa acie forficum inſtar. Gellius libro 10. cap 9: Vocabula ſunt militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet: Frons, ſubſidia, cuneus, orbis, forfices, ſerta, alæ, turres.

Fŏrfĭcŭlæ, arum, diminut. [ψαλίδια. Gall. *Forcettes, ciſelets.* Ital. *Forficette.* Ger. Ein ſchärtein. Hiſp. *Perquennas tiferas.* Pol. Nożyczky. Vng. *Ollótska.* Ang. *Litle sheares or ciſers.*] Plin. libr. 25. cap. 5. de helleboro: Præterea mirum inventum eſt, quòd inciſum forficulis (ut diximus) crebrant, cortex remanet: hoc inanito, medulla cadit. ¶ Ab hujùs inſtrumenti ſimilitudine, etiam forficulæ dicuntur extremitates brachiorum, & veluti manus cancrorum, ſcorpionũ, & quarundã locuſtarum Plin. libr. 31. cap. 11: Elephanti locuſtarum generis, nigri pedibus quaternis biſulcis: præterea brachia duo, binis articulis: ſingulisq; forficulis, denticulatis. Hæ ab eodem Plin. lib. 9. cap. 31, forcipes vocantur: Fœminæ, *inquit*, primus pes duplex, mari ſimplex: præterea bina brachia denticulatis forficibus.

Fŏrī, orum, numero plural. m. ſ. Sunt tabulata navium, vel locus in navi aptior, qui iter navem perambulantibus præbet: ita dicti (ut Servio placet & Feſto) quòd per eos ferantur inceſſus. [κατάστρωμα, ζυγά. Gal. *Le tillac ou beiſle d' vn nauire.* Ital. *Tauolati de naui, la corſia, luoco da mirare gli ſpettacoli.* German. Brügе in einem Schiff/ auff welcher man hin vnd her gehen kan. Hiſp. *La tilla de la naue.* Pol. Burta, Łodzi, *poktor ey może chodzicz.* Vng. *Hayo tſattya* Ang. *The hatches of a shippe to walk vpon.*] Cicer. in Catil. Quũ alii malos ſcandant, alii per foros curſitẽt, alii ſentinã exhauriant. Virg 4. Aen. -faces in caſtra tuliſſem, Impleſſemq; foros flammis. Idẽ 6. Aen. -laxatq; foros, ſimul accipit alvo Ingentẽ Aeneam. ¶ Itẽ fori dicũtur Circẽſia ſpectacula: id eſt, loca recta, ut ex his ſpectetur. Liv. li. 1: Tum primũ Circo, qui maximus dicit' deſignatus eſt locus, diviſa loca patribus, equitibusq;, ubi ſibi ſpectacula quiſq; faceret, fori appellati. ¶ Fori etiam in hortis ſunt anguſtiores quidam ſulci & oblõgi, iter prębentes circa porcas (ita enim vocãt terram editiorẽ inter duos ſulcos) quemadmodum fori in navibus facultatẽ præbent nautis ultrò citroq; diſcurrẽdi. Col. lib. 10: Anguſtosque foros adverſo limite ducens, Rurſus in obliquum diſtinguat tramite parvo. ¶ Legitur etiam forus in ſingulari numero pro via alla in navibus. Ennius: Multa foro ponens, agea que longa repletur. Gellius libro 17. cap. 10: Stansque in ſummę puppis foro, carmen quod Orthium dicitur voce ſublatiſſima cantavit.

Fŏrŭlī, orum, diminutivum, Armariola, ſive capſulæ in quibus aliquid reponimus. [τὰ θυλάκια. Gall. *Coffres à liures, armoires.* Ital. *Armari da libri.* German. Buchtenſtertem. Hiſpan. *Caxas ò fundas de libros.* Polon. *Pulpit albo mieſcze l'ożenia kſiąg.* Vngar. *Almariom.* Angl. *Cafes for bookes.*] Sueton. in Auguſt. cap. 31: Quicquid fatidicorum librorum, Græci Latinique generis, nullis vel, &c. ac ſolos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis ſub palatini Apollinis baſi.

Fŏrĭă, orum, n. ſ. Stercora liquidiora, quòd facilè ferantur foras. [מוֹצָאוֹת *motſaóth.* τὰ ὑγρότερα ἀφοδεύματα. Gall. *Foure, excremens de ventre humides.* Ital. *Sterco liquido.* Germ. Dünn dreck. Hiſp. *Eſtiercol liquido y ralo.* Pol. Rzalkiegowno. Vng. *Fos.* Ang. *Thinne excrements.*] Inde conforire Verbum, quod eſt ſtercore liquido fœdare. Autor Nonius ex Pomponio in Macco: Conforiſti me Diomedes.

Fŏrĭŏlŭs, li, cum accentu in antepenult. Qui ventrem ſolutum habet, & foria facilè emittit. [ὑγροκοιλίων, ὑγροκοιλίων. Gall. *Foireux.* Ital. *Di ventre ſciolto, lubrico, che facilmente lo ſciarica.* Ger. Scheiſſig/blütterig. Hiſp. *El que haze eſtiercol liquido.* Pol. *Sraczkemaiacy trząkaiacy.* Vng. *Looſe in the wombe.*] Laberius: Foriolus eſſe videris, in coleos cacas. Nonius.

Fŏrĭcă, penult. corr. Locus in quem alvi ſtercora dejicimus. [ἀφεδρών. Gall. *Vn retraict public.* Ital. *Condotto, chiauiggia.* Ger. Ein offen ſcheißhauß. Hiſp. *La priuada ò albanar publico.* Polon. *Poſpelity wichod, ſtracz.* Vngar. *Peruata, arnyek ſzek kőzőnſziges ſzaroſzek.* Ang. *A common draught.*] Iuvenal. Satyr. 3: -inde reverſi Conducunt foricas. Et propriè de publicis dicitur, latrina de privatis, à latendo.

Fŏrĭcārĭŭs, Qui foricas eluit. [Polon. *Ten ktori wichod chedoży.* Vngar. *Arnyerkſzek teſtito.*] D. libr. 2. tit. 1. l. 17: Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet à foricariis, qui tardiùs pecuniam inferunt. Budæus tamen legit fornicarios.

Fŏrĭcŭlæ, vide FORES.

Fŏrīnsĕcŭs, Foris, vide Foris adverbium in FORAS.

Fŏrĭs, hujus foris, vide FORES.

Fōrmă, æ, f. p. Figura ſive facies uniuſcujuſque rei. [תֹּאַר *to'ár.* σχῆμα, μορφή, τύπος. Gal. *Forme, pourtrait, patron, beauté.* Ital. *Forma, bellezza, faccia, apparenza.* Ger. Ein geſtalt/ form. Belg. Een gedaente Hiſp. *La forma, de la coſa, la hermoſura.* Pol. Kſztałt, *forma, ſpoſob.* Vng. *Forma, kép, ábrázat.* Ang. *A ſhape, a forme, beautie.*] Intereſt tamen autore Cornelio Frontone, inter figuram & formam, quòd figura artis eſt opus: forma naturæ bonum: unde etiam formoſus dicitur. Cic. 1. de Nat. deor. Omnium animantium formã vincit hominum figura. Idem 2. de Divinat. In nubibus nunquam animadvertiſti leonis formam, aut Hippocentauri? Cicero 1. de Natur. deor. Rotunda forma ullam negat eſſe pulchriorem Plato. Quintil. libr. 1. cap. 10: Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Idem libro 1. cap. 1: Neque enim mihi illud ſaltem placet quod in plurimis video, ut literarũ nomina & contextum prius formas parvuli diſcant. ¶ Eſt aũt hoc vocab. mediũ, quod nõ nisi cũ laude, modò cũ vituperio dicitur ratione adjuncti. And. Et quia erat forma præter cęteras honeſta & liberali, Puer egregia forma, Cic. 4. Tuſcul. Sic etiam è contrario infœlicem, vitioſam & illaudatã formã dicimus pro deformitate. ¶ Interdum tamẽ forma abſolutè ponitur pro pulchritudine. Horat. 2. Carm. Movit Ajacem Telamone natum Forma captivæ dominum Tecmeſſæ. Virgil. 9. Aeneid. Senſit læta dolis, formæ ſibi conſcia conjux. ¶ Stata forma, quæ eadem & uxoria dicitur, eſt mediocris pulchritudo, & media inter extremã deformitatem, & ſummam pulchritudinem. Gell. lib. 5. cap. 11: Inter ènim pulcherrimam fœminam & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis odio vacat. Qualis à Q. Ennio Menalippa, perquàm eleganti vocabulo ſtata dicitur, quæ neque κομψὴ futura ſit, neque μισὴ: quam formam modicam & modeſtam Favorinus non mehercle inſcitè appellat uxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixi tragœdia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. ¶ Transfertur ad incorporea pro effigie & ſpectro quodam, ſeu idea, quã de re quaque mente concipimus. Cicer. lib. 1. Offic. Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides. Idem

De fini-

De finibus: Habes undiq; expletam, & perfectam Torquate, formam honeſtatis, quę tota ex his quatuor virtutibus, quæ à te quoq; cõmemoratæ ſunt, cõtinetur. ¶ Forma itẽ apud Col. lib. 7. cap. 8, dicitur inſtrumentũ in quo exprimitur caſeus. Liquor, *inquit*, in fiſcellas, aut in calathos vel in formas transferendus eſt. Ibid. Deinde ubi formis aut calathis exemptus eſt. ¶ Forma pro ſpecie frequẽter accipitur apud Rhetores. Quint. lib. 7. cap. 3: Abdicationũ formæ ſunt duę: altera criminis perfecti, altera imperfecti, *&c.* ¶ Forma pro regula. Virgil. 6. Æn. Quam pœnã, aut quæ forma viros fortunáve merſit. Vbi Servius forma, regula. Singulis enim ſceleribus ſtatura ſunt ſupplicia ex more Romano, quẽ ſequitur. ¶ Accipere formam: id eſt, modũ. Quint. lib. 2. cap. 4: Ita quũ jam formã rectæ, atq; emendatæ orationis accipient. Virg. 1. Georg. Continuò in ſylvis magna vi flexa domatur In burim; & curvi formã accipit ulmus aratri. ¶ Hinc compoſita fiunt Conformis, *ὁμοιοχήμων*, Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis, & hujuſmodi adjectiva: de quibus vide ſuis locis.

Fōrmŭlă, læ, f. p. diminutivum. [*χημάτιον, ῥαμματεῖον, ῥαμματώδιον.* Gall. *Maniere, facon, formule.* Ital. *Maniera, ò fazzone.* Germ. Ein geſtältlein. Hiſp. *La forma de cada coſa.* Pol. *Kſztał'cząk.* Vng. *Formatska, abrazatoska.* Ang. *The fashion and forme of a thing.*] Aliquando pulchritudinem ſignificat, cum quadam tamẽ diminutione, ſive blandimento. Plaut. in Perſa: Tempori hanc vigilare oportet formulam atq; ætatulã, Ne ubi capillus verſipellis fuat, fœdè ſemper ſervias. ¶ Aliquando notam. Cic. de Orat. Sequitur ut cujuſq; rei nota quæratur & formula. ¶ Aliquando genus & rationem. Cicer. de Opt. orat. Genus & formula dicendi. ¶ Sæpiſſimè verò ponitur pro certis & ſolennibus conceptionibus verborum, quales in judiciis & omnibus publicis actionibus eſſe ſolebant. ¶ Etiam formulæ dicuntur quæ nos *inſtrumenta* vocamus: ut Teſtamentorum formulæ, apud Cic. 2. de Orat. Hinc formulam intendere apud Suet. in Vitel. Quum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti injuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intẽdiſſet. ¶ Cadere formula, vel Excidere formula, eſt aliquid de conceptis formulæ verbis immutare. Erãt enim juris formulę certis quibuſdam verb. conceptæ, à quibus ſi quis vel minimum receſſiſſet, cadebat cauſa: hoc eſt, amittebat cauſam. Quint. lib. 3: Neq; ignoro multa transferri, quum in omnibus ferè cauſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, *&c.* Sunt qui pro eodem accipiant Cadere formula, & Cadere cauſa: quibus non facilè aſſentior: etiamſi unum ſequi ſolet ex altero. Nam qui formula cadebat, idem etiam cadebat cauſa. Quod & ipſum non obſcurè oſtendit Quintil. libro 7. quũ ait: Eſt enim certa ſervitus ad certa ſe verba adſtringendi: idque ne fiat in lib. Ciceronis de Orat. vetat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum, quũ ſi uno verbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe videamur.

Fōrmŭlārĭŭs, rii, dicebatur cauſidicus, qui ex formula juris agere conſuevit. [*διαῤῥάφων, διγλάδων, διαβολικός.* Gall. *Vn practicien en proces.* Ital. *Pratico, procuratore, auocato.* German. Ein Redner ſo nach form des Rechten handlet. Hiſpan. *Abocato de pleitos.* Polon. *Prokurator ktori wedleprawa mowy.* Vngar. *Prokátor.* Ang. *A practiſer in the law to drawe out writtes.*] Quintil. libr. 12. Quorum alii ad rubricas vel ad album ſe tranſtulerũt, & formularii: vel (ut ait Cicero) leguleii eſſe maluerunt. Qui formularii eſſent. V. Rubrica.

Fōrmōſŭs, moſa, moſum. Pulcher, ſpecioſus, bona forma præditus. [יפה *japheh. εὐειδής, εὔμορφος.* Gall. *Beau.* Ital. *Bello di forma.* German. Wolgeſtaltet/hübſch. Belg. Schon. Hiſp. *Hermoſo de formo.* Polon. *Piekny, cudny.* Vngar. *Szép, ékes.* Ang. *Beautif full, faire, well fauoured.*] Semper enim cum laude dicitur: quanvis forma, unde originem ducit, medium ſit vocabulũ. Cicero 1. de Natur. deor. Eſt tanta vis naturæ, ut homo nemo velit niſi hominis ſimilis eſſe: ſed tamẽ cujus hominis? quotus enim quiſq; formoſus eſt? Virg. 2. Aegl. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. Cic. 6. Verr. Mulierum nobilium & formoſarum gratia.

Fōrmōſĭtās, tatis, f. t. [יפי *jóphi. εὐμορφία, καλλονή.* Gall. *Beauté.* Ital. *Beltà.* Ger. Wolgeſtaltung/ ſchöne/ hübſche. Hiſp. *Hermoſura.* Pol. *Cudnoſc, piekności, oźdoóność.* Vng. *Szepſeg, ékeſség.* Ang. *Well fauredneſſe.*] Cic. 1. Offic. Idq; poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Fōrmālis, *e, ἀδικός.* Suetonius in Domit. Pari arrogantia, quum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit: Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet. Epiſtolam formalem accipit pro ea quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à ſcribis. Pro quo prioris ſeculi homines dixiſſent Concipere epiſtolam. Plinius lib. 34. cap. 9: Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarii viceſima, maximeq; ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Fōrmĭtĕr juratur, quando cum cauſa adjecta, vel cum expreſſione contractus juratur. Informiter verò, quum cauſa juramenti non exprimitur. Zazius de Act. §. item ſi quis poſtulante. inſtit. dè Act.

Fōrmo, formas Formam alicui induco, figuro, fingo, effingo. [יצר *jatſár* תאר *teár. χηματίζω, κατάσημι, τυπόω, μορφόω.* Gall. *Former, faconner.* Ital. *Formare.* German. Formieren/ ein geſtalt machen. Belg Geſtalt maken/ faſſo eneren. Hiſpan. *Formar ò dar figura à la coſa.* Polon. *Czynie, kſztał'tdaie.* Vngar. *Formalok, abrázolok.* Ang. *To forme, to faſhione.*] Cicero 4. Acad. Parmenides ignem qui moveat terram, quæ ab eo formetur. Plin. libr. 10. cap. 93: Quò majus eſt animal, tantò diutiùs formatur in utero. Virg. 9. Aeneid. Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida Aeneas claſſem. Suetonius in Domit. Epiſtolas, orationeſq;, & edicta alieno formabat ingenio. Id eſt, in iis componendis aliena opera utebatur, ſive per alium componebat. Horat. 3. Carm. -eradenda Cupidinis Pravi ſunt elementa: & teneræ nimis Mentes aſperioribus Formandæ ſtudiis. ¶ Formare juventutem, & inſtituere, & veluti à rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. Plinius in Panegyr. Quid vitam? quid mores juventutis quam principaliter formas? ¶ Hujus compoſita ſunt Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Fōrmātŭs, participium. [נוצר אתאר *notſár mathóar. μορφωθές, πλασθές.* Gall. *Fait, formé.* Ital. *Formato, fatto.* German. Geſtaltet/ geformiert. Hiſpan. *Hecho, formado.* Polon. *Vczyniony.* Vng. *Formáltatot abrázoltatot.* Angl. *Formed, faſhioned.*] Cicero 3. de Nat. deor. Nam Cleanthes, ut dicebas, quatuor modis formatas in animis hominum putat deorum eſſe notiones. Ovid. 3. Metamorph. -vultuque immotus eodem Hæret, ut è Pario formatum marmore ſignum.

Fōrmātŏr, m. 3. Qui inſtruit & format: [יצר *jótſer* אתאר *mathaér. πλάστης, ἐδάμιος.* Gall. *Formeur, faconneur, qui inſtruit.* Ital. *Chi forma & inſtituiſce.* German. Ein geſtalter. Hiſpan. *El que forma ò da figura à la coſa.* Polon. *Sprawca, dozorca.* Vngar. *Formálo, ábrazolo.* Angl. *A ſhaper or faſhioner.*] ut, Formator animi, formator morum. Col. in Præfat. lib. 1: Deniq; animi ſibi quiſq; formatorem præceptoremque accerſat. Plinius in Epiſtol. Latum clavum in domo mea induerat, ſuffragio meo adjutus in petendis honoribus fuerat, ad hoc, ita me dilexerat, ita verebatur, ut me formatore morũ, me quaſi magiſtro uteretur.

Fōrmātūrā, ræ, f. p. Conformatio, ſive forma uniuſcujuſque rei. [תאר *tóar. μορφώσιμος, μορφή.* Gall. *Facon, faconnement.* Ital. *Forma, fazzone.* German. Geſtaltung. Hiſpan. *Forma ò figura.* Polon. *Dogladanie, dawanie kſztał'tu.* Vngar. *Formálás, ábrázolás.* Ang. *A faſhioning of a thing.*] Lucret. lib. 4: Formaturaque laborum pro parte figurat. Et paulò pòſt: Servat enim formaturam, ſervatque figuram.

Fōrmīcă, micæ, à ferendis micis dicitur. [נמלה *nemaláh μύρμηξ* Gall. *Fourmi, ou fourmis.* Ital. *Formica.* German. Ein Ameyß. Hiſpan. *Hormiga.* Polon. *Mrowka.* Vngar. *Hangya.* Ang. *An ant, emote, or piſmire.*] Mica verò propriè eſt pulviſculus ille qui in arena quaſi argentũ fulget, à quo & panis, & omnium rerũ minimæ partes, micæ dicuntur, quaſi minutim cadentes. Vel ſimpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentiùs ponderа convehat, neq; ſi menſuram corporis reſpicias majora. Cic. 3. de Nat. deor. Num idcirco exiſtimas formicã anteponẽdam eſſe huic pulcherrimæ Vrbi, quòd in Vrbe ſenſus ſit nullus, in formica nõ modò ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria? Plautus Trin. -quid factum eſt eo? S. Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis, piſcator, piſtor abſtulit, lanii, coqui, bolitores, myropolæ, aucupes, confit citò, Quã ſi tu objicias formicis papaverem. ¶ Inde fit diminutivum Formicula. *μυρμήκιον.* ¶ Formicæ Indicæ, *μύρμηκες ἰνδικοί*, animalia ſunt Aegyptii lupi magnitudine, & felium colore, ſed cornuta, aurum ex terræ cavernis eruentia, in regione Septentrionalium Indorũ qui *Dardæ* vocãtur, erutumq; ſumma cura aſſervantia. Accolæ æſtivos fervores maximè obſervant, illisq; præſtu in cuniculis latitantibus, aurum ſurripiunt. Sæpè tamen odore admonitæ formicæ, è cavernis provolant, crebroque lacerant, quanvis præ velocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritasq; eſt cum amore auri. Hæc Plin. lib. 11. cap. 31. ¶ Formicã camelus, *μύρμηξ ὑπὸ καμήλου.* De vehemẽter inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quod perinde ſit, quaſi repentè camelus in formicam vertatur. Lucian. ¶ Ineſt & formicæ & ſerpho bilis, *ἔνεστι καὶ μύρμηκι καὶ σίρφῳ χολή.* Admonet proverbium nõ eſſe contemnendum inimicum quempiam, nec ullũ temerè laceſſendũ: quandoquidẽ nullum animal eſt tam minutum aut imbecillum, quod irritatum non excandeſcat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes, ira ut ſolet, animos ſuppeditante. Serphus minutulum animal, non diſſimile formicæ.

Fōrmīcīnŭs, a, um, pen. prod. Quod ad formicã pertinet. [*μυρμήκινος.* Gal. *De formis, ou formi.* Ital. *Cio che à formica s' appartiene.* Ger. Den ameyſſen zugehörend. Hiſp. *Coſa pertinecsente à la hormiga.* Pol.

ga. Pol. *Mrowczany.* Vng. *Hangyához való.* Ang. *Of an emote or ant.*] Plautus in Menæch. -nunc cogito Vtrum me dicam ducere medicum an fabrum: Atq; eccum incedit, movet formicinū gradum: hoc est, incedit more formicæ.

Fōrmīcōsŭs, a, um, Plenum formicis. [*μυρμηκώδης.* Gall. *Plein de formis, formillant.* Ital. *Pieno di formiche.* German. Voll ameyssen. Hiſpan. *Lleno de hormigas.* Poloñ. *Mrowczaſty.* Vngar. *Hangyás.* Angl. *Full of emotes or antes.*] Plin. libr. 10. cap. 74: Diſſident thoes & leones, & minima æquè ac maxima: formicoſam arborem forices cavant.

Fōrmīcātĭo, onis, f.t. [*μυρμηκίασις.* Gall. *Certaines verrues es parties du corps qui formillent & demangent, formilliere.* Ital. *Mal della formica.* Ger. Die beiſſigs raud. Hiſp. *Aquella obra de hormigar el cuerpo.* Pol *Swierzb.* Vngar. *Számolſów.* Ang. *Certaine wartes the in bodie which it cheth as the byting of antes.*] Extuberatio, quædā eſt parva & calloſa, in ſumma cute latiſſimis radicibus inhærens, ſupernè anguſtior, quæ inter ſcalpendum mordentis formicæ ſenſum præbet: unde etiam ex Græcis nōnulli hoc mali genus *μυρμήκια*: hoc eſt, formiculas appellarunt. Plin. lib. 8. cap. 7: Cinis muliebrium crinium quum fuerint combuſti, addito melle ſanguinem ſiſtit illicò, formicationem corporum. Inde libr. 30. cap. 8: Verendorum formicationibus, verrucisque medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies.

Fōrmīcāns pulſus, Exiguus eſt, debilis, & frequens, omniumque maximè lethalis. [*σφυγμὸς μυρμηκίζων.* Vngar. *Laſſú ér levegés.*] Ita dictus quòd veluti formicas per arteriam diſcurrentes tactui repræſentet. Plin. libr. 7. cap. 51: Vænarum inæquali aut formicante percuſſu.

Fōrmīdo, dinis, ſecunda ſyllaba prod. Metus vehemētior, pavor. [יִרְאָה *jiréáh* פַּחַד *páchad.* *φόβος, δέος.* Gall. *Crainte, peur.* Ital. *Paura, tema.* Ger. Forcht/ſchrecken. Belg. Vreeſe. Hiſp. *Miedo ò temor demaſiado.* Pol. *Lekknienie, boiazn, ſtrach.* Vng. *El remwles, felelõm, rettegés.* Ang. *Feare, dreade.*] Cicer. 4. Tuſcul. Formidinem metum permanentem definiunt. Horat. Oderūt peccare mali formidine pœnæ. Plaut. in Amph. Neque miſer me commovere poſſum præ formidine. Cic. Attic. libr. 8: Omnino intelligo, nullum fuiſſe tempus poſt has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum eſſe literis. Virg. 3. Aen. Tùm verò ancipiti mentem formidine preſſus Obſtupui.

Fōrmīdo, das, penult. prod. Metuo, timeo. [יָרֵא יָרֵא *jaré* פָּחַד *pachád* חָרַד *charádh.* *ὑποπτεύω, φοβέομαι.* Gall. *Craindre, redoubter.* Ital. *Hauer grand paura, temer forte.* German. Hefftig förchten. Belg. Vreeſen. Hiſp. *Temer demaſiadamente.* Polon. *Barzoſie l'ekam, boieſie.* Vng. *El remwlõk, felõk, rettegõk.* Ang. *To be affrayde, to haue a feare and dread.*] Plaut. in Capt. Nimisque hercle illum malè formidabunt Idem in Ciſtel. Nam & intùs paveo, & formido foris. ¶ Hujus compoſita ſunt, Afformido, Deformido, & Reformido, quæ vide ſuis locis.

Fōrmīdāns, particip. [יָרֵא יָרֵא מִתְפַּחֵד *mephachédh.* *φοβέμενος, ὑποπτεύων.* Gall. *Craignant.* Ital. *Temente.* German. Förchtend. Hiſp. *Temeroſo, medroſo.* Pol. *Boiaci ſie.* Vng. *Félõ, rettegõ.* Angl. *Fearing.*] Plaut. Amph. Ego cunas receſſim rurſum prorſum trahere & ducere, Metuens pueris mihi formidans.

Fōrmīdātŭs, particip. Formidabilis. [בּוֹרָא *norá.* *πεφοβημένος.* Gall. *Redoubté.* Ital. *Temuto.* German. Geförchter. Hiſp. *Temido.* Pol. *Straſzlini.* Vngar. *Félelmes, azkitol iélni kel.* Ang. *Dread, feared.*] Horat. 3. Carm. Ode 6: Penè occupatam ſeditionibus Delevit urbem Dacus, & Aethiops, Hic claſſe formidatus, ille Miſſilibus melior ſagittis.

Fōrmīdātĭo, f.t. [יִרְאָה יִרְאָה חֲרָדָה *charadhdh.* *φόβος, τὸ δέος.* Gall. *Crainte.* Ital. *Eſſo temere.* German. Forcht. Hiſpan. *Aquel temer.* Pol. *Strach, boiazn.* Vngar. *Rettegés, félelem.* Ang *Feare, dread.*] Cic. in Partition. In ſuaſione autem aut ſpem aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria alia reformidationem, reformationem.

Fōrmīdŏlōsŭs, a, um, modò activè ſumitur pro eo qui timet. [חָרֵד *charédh* יָרֵא *jaré'.* *φοβερός.* Gall. *Vn homme eſtonné de peur, craintif.* Ital. *Timoroſo, che è temuto.* Ger. Forchtſam. Hiſpan. *Temeroſo ò medroſo.* Pol. *Boiaci ſie, l'ekaiacyſzie.* Vng. *Félelmes (auagy) rettentõ.* Ang. *That feareth or dreadeth much.*] Terent. Eunuch. -num formidoloſus obſecro es mi homo. C. Apagesis, egón' formidoloſus? id eſt, timidus, vel meticuloſus. Modò paſſivè, pro eo qui formidatur. *φοβερός.* Saluſt. Regibus boni quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt: id eſt, quę formidatur. Cic. 4. Tuſc. Conſervatio ſtabilis judicii in iis rebus quæ formidoloſæ videntur.

Fōrmīdŏlōsē, adverb. [*φοβερῶς.* Gall. *Auec crainte, en craignant.* Ital. *Con timore.* Ger. Forchtſamlich. Hiſpan. *Con miedo y temor.* Pol. *Straſzliwie, boiazliwie.* Vngar. *Félelmeſſen, rettentue.* Ang. *Fearfullye, dreadfullye.*] Cicer. pro Seſtio: Eos qui plurimùm poſſent opponi omnibus concionibus falsò, ſed formidolosè tamen, autores ad perniciem meam.

Fōrmīdābĭlĭs, le, om. t. Quod eſt formidandum. [בּוֹרָא *norá.* *φοβητόν.* Gall. *Qu'on doit craindre, qui eſt à craindre & redoubter.* Ital. *Formidabile, del quale ſi teme.* Ger. Das zu förchten iſt. Hiſp. *Coſa que ſe puede ò deue temer.* Pol. *Boiazliwy, ſtraſzliwy.* Vng. *Azmitól félni, rettegni kel, retteneves, iſzonyú.* Ang. *That is to be feared.*] Ovid. 2. Metam. Nullæ in fronte minę, nec formidabile lumen.

Fōrmīdāmĭnà, ab Apuleio vocantur ſpectra. [*φοβητρα.* Polon. *Straſzny nocznę.* Vng. *Látás késértet.*] Apuleius in Apol. Omnia buſtorum formidamina.

Fōrmo, formas, Formoſus, Formula, Vide FORMA.

Fōrmĭcōnēs, *φόρμων* ſive *φόρμια*, ſtoreę. [Pol. *Rogoża, maty.* Vng. *Gyékeny.*] Vlpian. D. lib. 33. Tit. 7. l. 12: Formiones, & ſpongias, & amas, & ſcopas, contineri plerique & pegaſos ajunt.

Fōrnāx, fornacis, f.t. [כִּבְשָׁן *chibſchán* תַּנּוּר *tannúr.* *κάμινος.* Gall. *Fournaiſe.* Ital. *Fornace.* German. Ein Ofen. Hiſpan. *Horno, ò hornaxa.* Polon. *Piec.* Vng. *Kemenczę.* Ang. *An ouen, fournaiſe or chymney.*] Quæ rei alicujus coquendæ, aut calefaciendæ gratia igni ſuccenditur: cujuſmodi ſunt, quibus calx aut lateres coquuntur, quibusque hypocauſta calefiunt. Cic. 2. de Nat. deor. Sunt quædam etiam quæ igne naſci putentur, apparentq; in ardentibus fornacibus ſæpè volitantes. Plin. lib. 9. cap. 8: Longinquæ fornacis cuniculo.

Fōrnācŭlă, diminut. Iuvenal. Satyr. 10: Magna eſt fornacula. [*μικρὸς κάμινος.* Gall. *Petite fournaiſe.* Ital. *Fornace picciola.* Ger. Ein öfelein. Hiſp. *Pequenno horno ò hornaxa.* Pol. *Piecek.* Vng. *Kemenczétske.* Angl. *A litle furnaiſe or ouen.*] ¶ Fornacula tranſlatè Apuleius in Apologia: Hic advocatorum conductor, hic teſtium exemptor, hic totius calumniæ fornacula.

Fōrnācĕŭs, a, um, Factum in modū fornacis. [*καμινοειδής.* Gall. *Fait en facon de fournaiſe.* Ital. *A foggia di fornace.* Ger. Gemacht wie ein Ofen. Hiſp. *Hecho en guiſa de hornaxa.* Pol. *Iako piec vczimiony.* Vngar. *Kemenczę formáiu.* Angl. *Made lyk an ouen or furnaiſe.*] Plin. lib. 35. cap. 14: Quid? non in Africa, Hiſpaniaque ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati utrinque duabus tabulis, infarciuntur veriùs, quàm inſtruuntur) ævis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus omnique cæmento firmiores?

Fōrnācārĭŭs, fornacarii, m. f. Cui accendendæ fornacis, coquēdique panis cura incumbit. [*καμινευτὴς, ἀρτόπλης.* Gal. *Fournier, boulenger.* Ital. *Fornaio.* Ger. Ein Ofen heitzer/oder Beck. Hiſp. *Hornero.* Pol. *Piecuch, xdun.* Vngar. *Kemenczę fiztõ, be gyuyto.* Ang. *A baker of bread.*] Vlpian. l. Si Servus. ff. Ad leg. Aquil. Si fornacarius ſervus coloni ad fornacem obdormiſſet, & villa fuiſſet exuſta.

Fōrnācālĭă, fornacaliorum, Feriæ farris torrendi gratia inſtitutæ, quòd ad fornacem quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Ovidius libro 2. Faſtorum: Facta dea eſt Fornax, læti Fornace coloni. & paulò pòſt: Curio legitimis tunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit. Budæus poſt Feſtum.

Fōrnīx, cis, pen. genitivi corr. & gen. m. t. Arcus in ædificiis, & quodcunq; opus concameratum. [אוֹלָם אוּלָם *eldm* אוּלָם *vlám.* *καμάρα.* Gall. *Voute, arc ou arche, la ploye ou arc d'vne voute.* Ital. *Volto, arco.* German. Ein ſchwibogen oder geweib. Belg. Een welfſel/eenen welfboge. Hiſp. *Arco ò boueda ò coſa ſemeiante.* Pol. *Sklep.* Vng. *Bóltozat.* Ang. *An arche or vault.*] A furvo, atro: nam loca in arcum ædificata ſubobſcura ſunt. Cicer. in Topic. Non debebit præſtare quod fornix vitiū fecerit. Virg. 6. Aen. Mœnia cōſpicio, atq; adverſo fornice portas. Idem 10. Aen. Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi. Plin. lib. 33. cap. 4: Relinquuntur itaque fornices crebri montibus ſuſtinendis. ¶ Quoniam verò meretrices in hujuſmodi locis: id eſt, ſub fornicibus habitare conſueverunt, ponitur fornix pro lupanari, ſeu meretricia cella. *καμαρωτὸν.* Senec. libr. 1. Controver. Redoles adhuc fuligínem fornicis. Et in Priapeia: Nigri fornicis oblitus favilla. Iuven. Sat. 3: Lenonum pueri quocunq; in fornice nati. Horat. 1. Serm. Sat. 2: -ſunt qui nolunt tetigiſſe, niſi illas, Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte: Contrà, alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem. ¶ Erant etiam fornices, arcus in memoriam rerum à triumphalibus viris geſtarum extructi, quaſi monumenta victoriarum. Cic. 2. de Orat. Etiam illa ridentur, quæ minuendi aut augēdi cauſa ad incredibilem admirationem efferuntur: velut tu Craſſe in concione, ita ſibi ipſi magnū videri Memmium, ut in forum deſcendens caput ad fornicem Fabii demitteret. Idē 4. Verrin. Hujus fornix in foro Syracuſis eſt, in quo nudus filius ſtat. Hujuſmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos *Arcus triumphales* vulgò vocant, quorum antiquiſſimus eſt D. Veſpaſiani nomine erectus in triumpho Iudaico. Alii autem duo maximè inſignes, quorū alter Septimii Severi, alter Conſtantini memoriæ erectus eſt.

Fōrnĭco, cas, pen. cor. act. p. Fornices extruo, vel fornicis figurā rei alicui induco. [*καμαρόω* Gal. *Vouter, faire en maniere d'arche.* Ital. *Fabricare in volto.* Ger. Welben/ein ſchwibogen oder geweib machen. Belg. Welven Hiſp. *Hazer arco ò boueda.* Pol. *Sklepie.* Vng. *Boltozok, meg bóltozom.* Ang. *To build an wault, or archeroofe.*] Plin. libr. 11. cap. 10: Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis à ſolo

ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad ſarciendum. Idem libro 16. cap.42: Populus contra omnia inferiora panditur, palma ecõtrariò fornicatur: hoc eſt, ſurſum incurvatur, quum fornicis cornua deorſum ſoleant inclinari.

Fōrnĭcātŭs, participium, Quod ad fornicis modum ædificatum eſt, quod & concameratum opus, & arcuatum vocamus. [κεμαρωτὸς, κεμαρωτός. Gall. *Fait en voute.* Ital. *Fatto in volto.* German. Gewelbt/ zuſammen geſchloſſen wie ein ſchwibogen. Hiſp. *Hecho en arco ò boueda.* Polon. *Sklepiſty.* Vngar. *Meg boltozot.* Ang. *That is builded lyk an vault.*] Cic. in Top. Omnibus jus eſt, parietem directum ad parietem communem adjungere vel ſolidum, vel fornicatum.

Fōrnĭcŏr, caris, d.p. Meretricor: hoc eſt, cum meretricibus rem habeo. [זנה *zanáh.* πορνεύω. Gall. *Paillarder.* Ital. *Hauer à fare con meretrice.* Ger. Hurerey treyben. Hiſp. *Fornicar ò endar en puterias.* Pol. Zkurwami obuie, kureſtwa patrze. Vng. *Baraxnálkodom.* Ang. *To play the harlotte.*] Dictum fornicari à fornicibus, in quibus meretrices proſtare conſueverunt.

Fōrnĭcārĭus, rii, ſubſtantivè, m. ſ. ὁ ἀπὸ τοῦ κεμάρους, ἢ ταῖς ἀμφιπλίσιν. Proprièdicitur opifex, aut propola, ſive inſtitor qui tabernas à fiſco conducit ſub fornicibus, ut ibi merces ſuas vænales habeat: cujuſmodi eſſe ſolent in porticibus fori vęnalĭũ: id eſt, macelli, quas *falas* appellant. [Vngar. *Boltos kalmár.*] In Pandectis l. Quũ quidam de Vſuris: Fiſcus ex ſuis cõtractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet à fornicariis, qui tardiùs pecuniam inferunt. Budæus in Annotationibus.

Fōrnĭcātĭo, onis, f.t. Fornicis ſtructura. [κεμάρωσις. Gall. *Voutement, vouture.* Ital. *Edificio in volto.* Ger. Welbung/ zuſammen ſchleſſung wie ein ſchwibogen. Hiſp. *Edificio à boueda.* Pol. *Zasklepienie.* Vng. *Boltozás.* Ang. *A vaulting or making an arche roofe.*] Senec. Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, quæ caſura, niſi invicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur. ¶ Fornicatio item accipitur pro ſcortatione, præcipuè apud ſacræ Scripturæ interpretes: à verbo deponente fornicari, quod eſt cũ ſcortis rem habere, quę ſub fornicibus proſtare ſolebant, Græcè πορνέω.

Fŏro, ras, Penetro, ſive pertundo. [נקב *nakáb.* πτερόω, τρύω. Gal. *Percer, forer, trouer.* Ital. *Forare, pertugiare.* Ger. Boren. Hiſp. *Horadar.* Pol. *Przewiertuie.* Vn. *Meg furom.* Ang. *To pearſe, to mak an hole through.*] Col. lib. 5. cap. 9: Amygdala ſi parùm ferax erit, forata arbore lapidẽ adigito, & ita librũ arboris inoleſcere ſinito. Plaut. Moſtel. O carnificinũ cribrum quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per vias. Colum. lib. 8. cap. 3: Foratis duobus adverſis parietibus. ¶ Hinc Inforo, & perforo, penult. cor. quod eſt perterebro, & ab uno latere ad alterum foro. τρυπάω, πεφάνω, διατετράω. Col. Sed aliud eſt ferramentũ, quo priores vitem perforabant. Liv. Vna tamen perforata navi.

Fŏrābĭlĭs, le, om. t. Quod perforari poteſt. [τρητὸς, διάτρητος. Gall. *Perceable, qu' on peut forer & percer.* Ital. *Che ſi puo forare.* Germ. Gut zu boren. Hiſpan. *Coſa que ſe puede ligeramente horadar.* Polon. *L'atwy przewiercenia.* Vngar. *Altal furhalto.* Ang. *That may be pearced.*] Ovid. 12. Metam. Contemptor terri, nulloque forabilis ictu.

Fŏrāmĕn, pen. prod. inis, n.t. Quicquid perforatũ eſt. [חר *chor.* τρώγλη, ὀπή. Gal. *Vn trou ou pertuis.* Ital. *Forame, buco.* Ger. Ein loch das geboret iſt. Belg. Een gat. Hiſp. *Horado ò agujero.* Pol. *Dziura przewiercona.* Vng. *Lyuk (anagy) lik.* Ang. *An hole.*] Col. de Arb. cap. 8: Itaq; cavatum foramen quũ purgavimus, undiq; adraſos ſurculos inſerimus. Cic. 1. Tuſc. Nam nunc quanquam foramine illa quę patent ad animum à corpore, calidiſſimo artificio natura fabricata eſt: tamen terrenis concretisq; corporibus ſunt intercepta quodammodo. Plin. lib. 10. cap. 70: Piſces quidem, auditus nec membra habent, nec foramina. Foramen ad excrementa corporis, apud Plin. lib. 11. cap. 12.

Fŏrāmĭnōsŭs, a, um, Quod foraminibus abundat. [τρηματώδης. Vng. *Lyukas.* Pol. *Dziurawy.* Ang. *Full of holes.*]

Fŏrātŭs, us, ui, m. q. foramen, vel potiùs ipſa perforatio. [נקוב *nakúb* τρῦμα, τρῆσις. Gall. *Trou ou pertuis.* Ital. *Forame, buco.* Ger. Worung/ das boren. Hiſp. *Horado.* Pol. *Przewiercenie.* Vng. *Lyuk, lyukaztás.* Ang. *An hole.*] Lactant. libr. de Opif. Oculorum orbes concavis foraminibus cõcluſit: à quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimavit.

Fornēx. forpicis, quibus pili inciduntur. [Vngar. *Nyirõ ollo.*] Forfices enim ſarcinatorum, forcipes fabrorum quibus ferrum c[illegible]n capiunt: & forpices tonſorum, Soſipater libro 1. ſuæ Gram.

Fŏrs, ô fors, à forte, fœm. gen. Fortuna, caſus. [גד *gadh* טוך *pur.* ἡ τύχη, δόξαν. Gall. *Fortune, cas, auenture.* Ital. *Fortuna, coſa.* German. Ein glückfall/ zufall. Hiſp. *Fortuna, auentura.* Polon. *Szczeſcie, przypadek.* Vngar. *Szerentſe.* Ang. *Fortune, chance.*] Caſus eſt extemporalis: Fortuna autẽ ipſa dea: ut annotavit Nonius, citans locum Accii ex Andromeda: Multi quibus natura prava magis, quàm fors, aut Fortuna obfuit. Cicer. ad Attic. lib 14: Fors in aliquibus rebus pluſquam ratio poteſt. ¶ Interdum tamen pro Fortuna ponitur. Cic. 4. ad Att. Sed de illa ambulatione Fors viderit: aut ſi quis eſt qui curet Deus. Terent. in Hecyr. Fors ſuat pòl, Fortuna faveat, vel bona eveniat. Idem Phorm. Dii voſtram fidem, quàm ſæpè Forte temerè Eveniunt quæ non audeas optare.

Fors fortuna, Vide FORTVNA.

Fōrsăn, dubitandi adverbium eſt. [אולי *ulái.* ἴσως. Gal. *Parauanture, de fortune.* Ital. *Forſe.* Ger. Villeicht. Hiſp. *Por auentura.* Pol. *Snadź.* Vngar. *Talám netalántán.* Ang. *Peraduenture, perchance.*] Virg. 1. Aen. Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit. Terent. in Andr. Aliquis forſan me putet non putare hoc verum.

Fōrsĭtăn, dubitandi adverbium, Fortè, forſan, & fortaſſe. [אולי *uldi.* ἴσως. Gall. *Par auenture.* Ital *Forſe.* Ger. Villeicht/ es mag ſeyn. Hiſpan. *Por augntura.* Pol. *Podobno.* Vng. *Netalám, netalántán.* Angl. *Peraduenture.*] Cicer. de Orat. Major ars aliqua forſitan eſſet requirenda.

Fōrtāsĭs, ſive fortaſſe, dubitandi adverbium. [אולי *ulái* ἴσως. Gall. *Par auenture.* Ital *Forſe.* Ger Villeicht Hiſp. *Por auentura.* Pol. *Snadź.* Vng. *Talám.* Ang *Perchance.*] Cic. Cæl. lib. 2. Epiſt. Sed ego fortaſſis vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. Terent. Eun. Tu fortaſſe quæ facta hic ſunt, neſcis. Cic. Marco, li. 7: Habes epiſtolam verboſioré fortaſſe quàm velles.

Fōrtĕ, adverbium, Fortuitò, caſu. [אולי *ulái.* τυχόν Gall. *Parauenture, de cas fortuit.* Ital. *Per auentura.* Ger. Ohngefehrd Hiſpan. *Por auentura.* Polon. *Bezmal'a, przygody, ſtrafunku.* Vng. *Tõrtinet, ſzerént.* Ang *Peraduenture, by chance.*] Virg. Aeglog. 7: Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis. ¶ Aliquando autem dubitandi adverbium eſt. Cicer. 2. Orat. Nec fortè hoc magnum ac memorabile videatur.

Fōrtĭs, te, om. t. tàm de corpore quàm de animo dicitur. Nam & eum ſignificat qui validis viribus, eſt præditus, & qui infractum in adverſis habet animum. [גבור *gibbór* אדיר *addir* עז *haz* חזק *chazak* איתן *eitán* אביר *abbir.* ἀνδρεῖος. Gal. *Fort, robuſte, gaillard.* Ital. *Forte, gagliardo.* Germ. Starck/ mañlich/ dapffer. Hiſp. *Fuerte.* Pol. *Mocżny, duży.* Vng. *Erõs, vaſtag.* Ang. *Strong in bodie, valyant of courage.*] Cic. pro Mil. Vir fortis & animoſus, & acriter morti ſeſe offerens. Idem 2. Tuſcul. Fortes Fortuna adjuvat, ut eſt in proverbio. Idem de Senect. Senectus animoſior eſt, quàm adoleſcentia, & fortior. Idem pro S. Roſcio: Vir contra audaciam fortiſſimus. Idem de Orat. Inflexio laterum fortis & virilis. Plaut. in Aſin. Quj me vir eſt fortior ad ſuffereẽdas plagas? Virg. 1. Aen. -fortemq; Gyam, fortemq; Cloanthum. ¶ Quandoq; celer. Virg. 11. Aen. Quid tàm egregium, ſi fœmina forti Fidis equo? ¶ Quandoque formoſus. Plaut. in Milite: Ecquid fortis viſa eſt? ¶ Quandoque dives. Plaut. Trinummo: Eum ſororem ſpopondiſſe ſuam in tam fortẽ familiam. ¶ Fortis in alium fortiorem incidit, ἐσθλὸς ἐὼν, ἄλλου κρείσσονι δ' αἰτιτυχών. Dici ſolitum, ubi quis nimiùm fretus ſuis viribus, aliquandò nanciſcitur à quo vincatur. Zenodotus.

Fōrtĭcŭlŭs, li, diminutivum. [τυφιχυς. Gall. *Forcelet, vn peu fort.* Ital. *Aliquanto forte.* Germ Starcklechtig/ etwas dapffer. Hiſpan. *Fuerte vn poco.* Pol. *Duży, mocżny.* Vngar. *Erõſſetske.* Ang. *A litle ſtrong, ſometwhat hardie.*] Cicer. 2. Tuſc. Quamvis idem Epicurus forticulum ſe in torminibus, in ſtranguria ſua præbeat.

Fōrtĭfĭco, cas, act. p. Munio, roboro, fortem facio, confirmo. [חזק *chizzék* עז *haz.* ἰσχυρίζω. Gall. *Fortifier.* Ital. *Fortificare.* German Stercken/ ſtarck machen. Hiſp. *Fortalecer.* Polon. *Vmocżniam, grunture.* Vngar. *Meg erõſitõm.* Angl. *To ſtrenthen or mak ſtronge.*] Plaut. Fortifica animum.

Fōrtēſco, ſcis, n.t. Fortis fio. [חזק *chazák.* κραταιοῦμαι. Gall. *Deuenir fort, s' enforcir.* Ital. *Diuenir forte.* Ger. Starck oder dapffer werden/ erſtarcken. Hiſp. *Fortalecerſe.* Pol. *Dużeie.* Vng. *Meg erõſödõm.* Ang. *To waxe ſtronge.*] Nęvius: Creſcit annis, & forteſcũt vires. Hoc verbũ à Gell. li. 19. cap. 7, refertẽ inter antiqua & obſoleta.

Fōrtĭtūdo, dinis, f.t. Magnitudo animi, robur, animi exceſſiras, præſentia animi. [חזק חזק *chezek chozek* עוז *hoz* גבורה *geburáh.* ἰσχὺς, ἀνδρεία. Gall. *Force, bon courage, vaillantiſe.* Ital. *Forte ζza.* Ger. Mañheit/ dapfferkeit/ ſtercke. Belg. Stercheit. Hiſp. *Fortelezа virtud del animal.* Pol. *Mocżnoſcż, duzoſcż.* Vngar. *Erõſség.* Ang. *Strenth, courage, manhoode.*] Cic. 2. de Inven. Fortitudo eſt conſiderata periculorũ ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Vel (ut idẽ 4. Tuſc. deſinit) eſt ſcientia rerũ perferendarũ, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummę legi parens ſine timore. Macrob. Fortitudinis eſt, animũ ſupra periculi metũ agere; nihilque niſi turpia timere, tolerare fortiter vel adverſa vel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem. Cic. 13 Philip. Eſt omnino fortium virorũ, quales vos eſſe debetis, virtute præſtare tantum, ut poſſint fortunæ culpam non extimeſcere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo ſolùm, verùm etiam ſapientia poſtulatur, quanquam videntur hæc non poſſe ſejungi, &c. Idem 1. Offic. Sunt ergo domeſticæ fortitudines non inferiores militaribus.

Fōrtĭtĕr, adverb. Animosè, infracto animo. [בחזקה *bechozkáh.* ἀνδρικῶς. Gall. *Fort vaillamment, puiſſamment, courageuſement.* Ital. *Fortemente,*

Fortemente, animosamente. German. *Mannlich/ dapfferlich.* Hisp. *Fuerte y esforcadamente.* Polon. *Mocznie, tego, mesko.* Vng. *Erõs, ember, modra, vaſtagon.* Angl *Manly, ſtoutlye.*] Cicer. de Senect. Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum. Idem 4. Philip. Nec ſolùm id animosè, & fortiter, ſed conſideratè etiam ſapienterque fecerunt. Plaut. Merc. Non abſtulit modò, ſed in amorem conjecit fortiús. Plin. lib. 16. cap 40: Fortiſſimè ulmus ſervat rigorem.

Fōrtŭĭtō, adverbium, Vide FORTVNA.

Fōrtūnă, næ, f. p. Eſt accidentium rerum ſubitus atq; inopinatus eventus, Sors, fors, caſus, temeritas.. [ז'ד *gadh* טוך *pur.* τύχη Gall. *Fortune, auenture.* Ital. & Hiſp *Fortuna.* Ger. Glück/ein zufall er ſey gut od böß. Pol. *Szczeſcie, fortuna.* Vn. *Szerentſe.* Ang. *Fortune, chance:*] Cic. 2. de Divin. Quid eſt enim aliud fors, quid fortuna, quid eventus, quid caſus, niſi quũ ſic aliquid cecidit, ſic evenit, ut vel non cadere, atq; evenire, vel aliter cadere atq; evenire potuerit? Eſt autem fortunæ vocabulum medium: ſed quum fortunam ſolam dicimus, intelligimus fœlicitátem. ¶ FORTVNA dea credita eſt antiquis, quę apud Prænestinos & Anciates præcipuè colebatur. Iuven. Satyr. 10: Nullum lumẽ abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te Nos facimus Fortuna, deam, cœloque locamus. Terent. Phor. O fortuna, ô Fors fortuna, quãtis commoditatibus, Quàm ſubitò hero meo Antiphoni ope veſtra hũc oneraſtis diem. Donatus: Aliud fortuna, aliud fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res: fors fortuna. evẽtus fortunæ bonus, εὐτυχία, εὐπορία. Nam Fors fortuna Dea, trans Tyberim ædem habebat, cujus feſtũ colebant qui ſine arte aliqua vivebant. Cic. de Amic. Nõ enim ſolùm ipſa Fortuna cæca eſt, ſed eos etiã plerunq; efficit cæcos quos cõplexa eſt. ¶ Accipitur etiã fortuna in utroq; numero pro divitiis, copiis, opibus Cic. in Divin. in Verrem: Cur, de quibus in provincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris evertere? Tacit. libr. 13: Nec ſi Iturius & Calviſius adeſis omnibus fortunis, &c. Cic. de Amic. Sæpè enim quibuſdam aut animus abjectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior. Horat. 1. Epiſtol. 5: Quò mihi fortuna, ſi non conceditur uti? ¶ Fortunæ, rum, pluraliter pro fœlicitate. Terent. in Andr. Cùm id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatũ haberem tali ingenio prædituin. Cic. pro Sylla: Hic vos orat Iudices parvus, ut ſe aliquando, ſi nõ integra fortuna, at afflicto patri ſuo gratulari ſinatis. ¶ Fortuna æſtuaria: τύχη ὕφαλος. Quod viciſſim huic favere ſoleat, nunc illi. ¶ Manum admoventi fortuna eſt imploranda, τὴν χεῖρα προτείνοντα δεῖ τὴν τύχην ἐπικαλεῖν. Admonet adagium ita fidendũ eſſe divino auxilio, ut nihilo ſegnius, quantũ in nobis eſt, etiam ipſi noſtra adnitamur induſtria: alioqui nõ audituros Superos inertium ac deſidioſorum vota. Plutarch. ¶ Sui cuique mores fingunt fortunam. E medio vulgo videtur ſumpta ſentẽtia apud Cornelium Nepotem in vita Pomp. Attici: Nam plerunque videmus mala malis evenire, digna dignis: idque vulgò dictitant, Malus malum reperit. Atteſtatur & verſiculus proverbialis: Ἐσθλῷ γὰρ ἐσθλὰ καὶ δίδωσι θεός. Viro bono fortuna ſuppeditat bona. ¶ Cujuſmodi portento me involvit fortuna! οἷον μ' ὁ δαίμων πέρατα συγκατεῖρξεν! Dici cõveniet, ubi negotium incidit cum homine moroſo difficiliq;, cum quo non queas vivere, nec à quo te poſſis extricare. Zenodotus. ¶ Præſentẽ fortunam boni conſule, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. Quo admonemur ne nos alienarum rerum cupiditate maceremus, ſed quæcunque contigit ſors, eam velut optimam amplectamur. Plato in Gorgia.

Fōrtūno, nas, act. p. Proſpero, ſecundo, ſervo, augeo. [הִצְלִיחַ *hitſliach.* εὐδαιμονίζω. Gall. *Conduire à bonne fin, donner bonne iſſue, bien fortuner ou proſperer.* Ital. *Felicitare, proſperare.* German Glücken / gluckluch machen Hiſpan. *Hazer bien auenturado.* Polon. *Szczeſcidaie.* Vngar. *Meg ſzerentsésitöm, bodógitom* Angl. *To proſper, or to giue proſperitie.*] Cicer. Curioni: Tibi patrimonium dii fortunent. Idem M. Marcello: Maxima ſum lætitia affectus, quum audivi te Conſulem factum eſſe, eumque honorem deos tibi fortunare volo.

Fōrtūnātŭs, ta, tum, Proſper, felix. [מַצְלִיחַ *mutſlách* מאשר *meuſchſchár* אשרי *aſchré.* εὐδαίμων, εὐτυχής. Gal *Heureux, proſpere.* Ita. *Proſpero, auenturoſo, felice.* Ger Glückhafftig/glückſelig. Belg. Geluckelich. Hiſ. *Dichoſo y bienauenturado.* Pol. *Szczeliwy, fortunny.* Vng. *Szerentsés bodog.* Ang. *Proſperous, that lucketh well.*] Terent. in Adelph. Derides fortunatus qui iſtoc animo ſies. Virgil. in Daphnide: Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Idem 1. Aeglog. Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt. ¶ Aliquando idem eſt quod propitius. Afranius: Deos ego omnes, ut fortunati ſint, precor Inter fœlix & fortunatus hæc tamen differentia traditur à Corn. Front. Fœlix, *inquit*, eſt, qui ita eſt natus. Fortunatus cum opibus nomen accipit: ita fœlix naturæ bono, fortunatus temporis commodo fruitur.

Fōrtūnātē, adverbium, Fœliciter, proſperé. [εὐτυχῶς. Gall. *Heureuſement.* Ital. *Felicemente, proſperamente.* Germ. Glückhafftiglich/ glückſeliglich. Belg. Geluckelich. Hiſp. *Bien auenturadamente* Pol. *Szczliwie.* Vng. *Szerentséſſen, budogul.* Ang. *Proſperouſlie, with good lucke.*] Cic. 3. de Fin Neceſſariò ſequitur, omnes ſapiẽtes ſemper fœliciter abſolutè, fortunatè vivere.

Fōrtūnātĭm, adverbium. Idem quod fortunatè. [εὐδαιμόνως. Vngar. *Szerentséſſen.*] Plaut. Si dederit Iupiter ut fortunatim omnia ſuccedant.

Fōrtŭĭtŭs, ta, tum, Quod caſu accidit: [τυχηρός. Gall. *Fortuit, caſuel, auenu, d' auenture.* Ital. *Ciò che auiene altrui per caſo prexigody, per ſorte.* Germ. Zufellig. Hiſp. *Coſa que viene à caſo y fortuna.* Pol. *Przipadl'y natraſzony.* Vngar. *Történetből valo.* Ang. *That cometh by chance.*] ut, fortuitus concurſus. Cic. 1. Tuſcul. Democritum enim illum, magnum quidem virum, ſed levibus, & rotundis corpuſculis efficientem animum concurſu quodam fortuito, omittamus. Quintil. lib 6. cap. 6: Inſidiarũ invidiam in Clodiũ vertit, quanquam revera fuerat pugna fortuita. Idem libr. 10. c. 7: Nec tumultuarii, nec fortuiti ſermonis contextũ mirabor.

Fōrtŭĭtō, Caſũ, temerè, fortè fortuna. [בִּקְרִי *bekéri.* τυχόν, κατὰ τύχην. Gall. *D' auenture, par fortune.* Ital. *A coſa per ſorte.* German. Ohngefehrd. Hiſpan. *A coſa ò per auentura.* Pol *Zprzigody.* Vngar. *Történet ſzerent.* Ang. *By chance.*] Cicero de Lege Agrar. contra Rullum: Paucas tribus non certa conditione juris, ſed fortuitò, ſortisque beneficio, ad uſurpandum libertatem vocare. Idem 5. de Finibus: Sive hæc ita fiunt fortuitó. Pro eodem legitur & fortuitu. Cicero 6. Philip. Quod verbum tibi non excidit (ut ſæpè fit) fortuitu, ſed ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti.

Fŏrum, ri, n. ſ. Propriè dicitur locus, quò res vænales afferuntur, à ferendo nomen habens. [שׁוּק *ſchuk* שער *ſchábar.* ἀγορά. Gall. *Halles, lieu public où on vend & achete.* Ital. *Foro, piázza.* Ger. Ein Marckt. Hiſp. *Mercado, lugar donde compran y venden.* Polon. *Rinek.* Vng. *Piacz.* Ang. *The merkat place.*] Vnde forum ſuarium, Romæ dictum, in quo ſues vendebantur: boarium, in quo boves: piſcarium in quo piſces: ἰχθυοπωλεῖον: olitorium, λαχανοπωλεῖον, in quo olera: cupedinis forum, in quo cupediæ: hoc eſt, lautiores cibi vendebantur. Quæ omnia, teſte Varrone, lib. 5. de lingua Latina, poſtea in unum locum ſunt contracta, quem macellum appellaverunt. ¶ In foro veritas, ὦ ἀγορᾷ ἀψευδεῖν: id eſt, in foro abſtinendum eſt à mendacio. Lex erat apud Athenienſes, ut in foro rerum vænalium vanitas omnis abeſſet. ¶ Eſt præterea forum, quod Græco vocab. vocamus *emporium*: hoc eſt, oppidũ, vel alius quivis locus, quò undique mercatores convenire ſolent ad emendũ aut vendendum. Saluſt. in Iugur. Erat haud longè ab eo itinere quò Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum vænalium, totius regni maximè celebratum, ubi & incolere & mercari cõſueverant Italici generis multi mortales. Hinc pleriſq; etiam oppidis nomen à foro etiam manſiſſe videmus, ut forũ Cornelii, dicta eſt Aemiliæ urbs, quã nunc *Imolam* vulgò vocant, à nomine ejus, qui eo in loco primus nundinas inſtituit. Ad hunc etiam modũ forum Livium, forum Iulium, forũ Aurelium. forũ Sempronii inde ſua nomina acceperunt. quòd à Livio, Iulio, Aurelio, vel Sempronio in his locis inſtitutæ ſunt nundinæ, ad quas totius provinciæ mercatores merces ſuas afferebant. Cic. in Catil. Quanquã quid ego te invitem, à quo jam ſciam eſſe præmiſſos, qui te ad forũ Aurelij prętolarentur armati. ¶ Fora, vaſa quibus antiqui utebantur in torcularibus. Col. libr. 12 cap. 18: Tum lacus vinarii & torcularii, & fora omniaq; vaſa, ſi vicinũ eſt mare, aqua marina: ſin minus, dulci eluenda ſunt, & commundanda & diligẽter aſſiccanda, ne humorem habeant. ¶ Dicitur etiam forum, locus in quo judicia exercentur. [שער *ſchá'har* דין *din.* δικαστήριον. Gall. *La cour, l' audience.* Ital. *Foro iudiciale, palazzo, corte.* Germ. Ein ort an dem man Gericht haltet. Hiſ. *Lugar donde ſe reſponde de derecho.* Pol. *Mieſce gdzie ſady, biwaia.* Vngar. *Törueny tenö hely, tábla* Ang. *The courte where maters ar pleaded for.*] Cicer. ad Attic. Quòd me in forum vocas, eò vocas unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quintil. libr. 3: Rarum eſt autem ut in foro judicia propter id ſolum conſtituantur, ſicut divinationes quæ fiunt de accuſatore conſtituendo. Fora tria judiciaria antiquitus Romæ fuiſſe manifeſtum eſt. Forum Latium ſive Romanum antiquiſſimum. Forum Cæſaris Dictatoris, in quo loricatam ſibi fieri ſtatuam paſſus eſt: & forum Auguſti, quod cum ædem Martis ultoris extruxit. ¶ Foro uti, eſt preſentem rerum ſtatum bõni conſulere & utcunque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. in Phorm. Cœpi his omnia facere, obſequi quæ vellent. D. Sciſti uti foro. Donatus vulgare proverbium admonet eſſe: ductamq; metaphoram à mercatoribus, qui nõ ante locum commercii præſcribunt quanti vendant quæ advehunt: ſed ſecundum annonam fori quam deprehenderint, conſilium de non vendendis aut vendẽdis mercibus ſumunt. Seneca: Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Ex Eraſmo. ¶ Agere forum dicitur, qui provinciæ præeſt, quum civitates vocat & de controverſiis earum cognoſcit.

Cicero

Cicero Appio, lib. 3: Qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, judicare dicerent. ¶ Forum à subsellijs & judiciis distinguit. Cicer. 1. de Orat. Age verò ne semper forum subsellia, rostra, curiamq; mediteris, &c. id est, causas civiles, publica judicia, & conciones, & sententias in Senatu dicendas. ¶ Forum triplex sive trinum, Cùm fuerint fora multa Romæ, tamen hoc loquendi genere intelligitur de tribus in quibus causas orabant: quorum primum Romanum nuncupatur. Secundum Caii Cæsaris. Tertium Augusti. Martial. Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.

Fŏrensĭs, & hoc se, adjectivum est à foro derivatum, quo significatur omne illud, quod ad forum judiciale pertinet. [δικανικός. Gall. *Seruant aux plaids & proces, ou des appartenances.* Ital. *Ciò che al foro iudiciale s' appartiene.* Germ. Das zu dem Gericht gehört. Hisp. *Cosa perteneciente ad consistorio, ò derecho.* Pol. *Do sadow prżinależący.* Vng. *Törvénihez való.* Ang. *Perteining to the commone place of iudgement.*] Vnde forenses causæ dicuntur, quæ in foro judiciali agitantur. Cicer. 3. de Natur. deor. Nec si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Forensis homo qui in foro versari, & causas agere consuevit. Forensis, rhetorica quæ foro judiciisq; est accommodata. Cicer 2. de Finib. Sed hæc Rhetorica philosophorum, nõ nostra illa forensi, quam necesse est quum populariter loquitur, esse interdum paulò hebetiorem. Sic etiam forensia vestimenta dicebantur ea, quibus in foro utebantur: de quibus paulò pòst. Lucilius masculino genere dixit: Forus olim ornatus lucernis, autore Sosipatro lib. 1.

Fŏrēnsĭă, Vestes erant quibus in foro utebantur: sicut cœnatoria quibus domi utebantur in cœna. [δικανικά. Vng. *Piacsi kŏntŏs.*] Suetonius de Augusto: Forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit. Alio nomine dicuntur togæ forenses, vel vestimenta forensia. Col lib. 12. cap. 45: Arculæ fagineæ vel etiam tiliaceæ: quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur.

Fōssă, Fossio, Fossor, Fossūra, vide FODIŌ.

Fŏvĕă: f. p. à fodiendo, Fossa. [בור *bor.* βόθυνος, βόρβορος. Gall. *Fosse, ou fossé.* Ital. *Fossa, cauerna.* Ger. Gruben. Hisp. *Hoyo ò cava.* Pol. *Gruba, dol.* Vng. *Verõm, lyuk, árok.* Ang. *A pitte, denne, or caue.*] Cicer. 1. Philip. Bellua, quæ quoniam in foveam incidit, obruatur. Plautus in Pœnulo: Ita decipiemus fovea lenonem Lycum. Plin. lib. 10. cap. 38: Itaq; anates in foveas quibus feras venamur, delapsæ solæ evadunt.

Fŏvĕō, ves, vi, tum, propriè est calidum teneo, aut calefacio. [יחם *jcham* חמם *chimmem.* ἄγομαι, θάλπω, ἀλεαίνω, θάλπω. Gall. *Eschauffer & entretenir en chaleur, couuer, eſtuuer.* Ital. *Tenir caldo, couare.* Ger. Warm halten/enthalten. Bel. Woeden bewaren. Hisp. *Calentar.* Pol. Wrzieplechowam. Vng. *Tapláłom, meleghtöm.* Ang. *To cherushe, to keep in the armes and besome.*] Plaut. in Capt. Iubeā', án nō jubes astitui aulas, patinas elui, Laridum arq; epulas foveri foculis ferventibus? Plinius libro 8. capite 36: Fœtus rigentes apprimendo pectori fovent, non alio incubitu, quàm ova volucres. ¶ Aliquando ponitur pro nutrio, alo. Plautus in Merc. Alios enecat & extinguit, alios suo lacte fovet & erigit. Virgil. lib. 3. Georg. Progeniem, nidosq; fovent. ¶ Est etiam fovere medicorum vocabulum, pro partem læsam vel morbosam tepefacere humidis calidisve fomentis foris applicatis, humectare, & dolorem lenire, κατατλᾶν, πυελᾶν. Virgil. 12. Aeneid. Fovit ea vulnus limpha longævus Iapix. ¶ Interdum pro constituo. Virgil. lib. 4. Georg. Sæpè etiam effossis (si vera est fama) latebris, Sub terra fovêre larem. Sic enim legit Nonius: quanquam in vulgatis exemplaribus quibusdam legatur fodêre. ¶ Interdum pro tueor, ut apud eundem libro 9: -non obvia ferre Arma viros, sed castra fovere. ¶ Interdum pro amplector, seu in deliciis habeo. Virgil. 3. Eclog. Infelix ô semper ovis pecus, ipse Neæram Dum fovet, ac ne me sibi præferat, illa veretur. ¶ Hujus composita sunt, Confoveo, circunfoveo, Refoveo, fo syllaba correpta: quorum significata vide suis locis.

Fōtŭs, fota, fotum, participium. [חמים *mejucham.* πεπυελαμένος, κατατλαθείς. Gall. *Eschauffé, couué, eſtuué, fomenté.* Ital. *Scaldato, fomentato, couato, ſtuffato.* Germ. Gewermt/ warm gehalten/gebrütet. Hisp. *Calentado, couado.* Pol. Ogrzany, przepiekły. Vng. *Meleggetetet, táplátta tot.* Ang *Cherished, nurished, keepe warme.*] Cic. 2. de Natura deorũ: Quinetiam anatum ova gallinis sæpè supponimus, ex quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus excluſi fotiq; sunt.

Fōtŭs, hujus, fotus, nomen substantivum, m. q. Fomentum, ipsa fovendi actio. [πυελισμός, ἀλεασμός. Gall. *Eſtuuement, fomentation, couuement, eſchauffement.* Ital. *Effo ſcaldare, fomentare, couare, ſtuffare.* Germ. Warmhaltung/brütung Hisp *Obra de calentar ò cauar.* Pol. *Grzanie, przepieczenie.* Vng. *Táplálás, meleggetés.* Ang. *A cherishing or keeping warme.*] Plinius libro 23. capite 1: Decoctura eorum, veteres dysentericos & cæliacos juvat & potione & fotu.

Fōmĕs, fomitis, m. t. à fovendo: hoc est, nutriendo igne dicitur. Est enim assula ex arbore excussa dum cæditur. ¶ Ponitur & pro omni materia sicca, quæ facilè igni inflammatur. [ἰνωτός, ζώνυξ. Gall. *Allumette, ce qui fait allumer ou entretient le feu.* Ital. *Eſca ogni cosa per accendere & lumare il fuoco, come ſcheggie & ſimili.* Germ. Zundel/ alle matery die gern fewer empfahet. Bel. Bouck. Hisp. *Y esca ò astillas para encender fuego.* Pol. *Prochno y wśelka materia ktorey śie ogien chwita y zachowuie go, żagrzew.* Vng. *Taplo, auagy, toplo.* Ang. *Any thing that nourisheth the fyre or inflammeth, as matches, cloutes in a tinder boxe.*] Virgilius 1. Aeneid. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates: Suscepitq; ignẽ foliis atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam. Plinius libro 6. capite 40: Excipiente materia aridi fomitis. ¶ Per translationem fomes dicitur quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendum. Gell. lib. 15. cap. 1: Fomitem esse quendam dicens & incitabulum ingenii virtutisq;, timens & corpus hominis vino flagraret.

Fōmentum, ti, n. s. à fovendo: id est, calefaciendo vel nutriendo. [ארוכה *aruchâh* מזור *mazór.* πυέλισμα, κατατλασμός. Gall. *Ce qui eſt propre à appaiſer douleur, adoucissement, rechaufement.* Ital. *Cosa per leuare il dolore, cosa che accheta & tranquilla.* Germ. Ein warme oder feuchte Artzney/ so man uber ein ding schlecht/ zu mitterung des schmertzens. Hisp. *Emplastre para mitigar dolor, emplastradura.* Pol. *Lekarstwo mokne ktore na plastr przykladami dla vlzenia bolescy.* Vng. *Táplálo, meleggetõ szerszám.* Ang. *Fomentation, any thing layde to the bodie plaisterwise to mitigate dolour.*] Inde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum & humidarum ad partes corporis læsas medendi gratia. Plinius Iuniore Cujus gravissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Colum. lib. 6 cap. 30: Frigori fomenta adhibentur, caputq; & spina repenti adipe vel vino illinuntur. ¶ Hinc ponitur translatè pro remedio & mitigatione. Cic. 2 Tuscul. Hęc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorũ. Idem 2. de Fin. Fortitudinis fomentis dolor mitigari solet.

F ante R.

FR. In notis antiquorum fronte vel fratres, vel forum. F. R. forum regendorum, vel regum vel finium regendorum, vel finibus regnandis. FRA. C. fraude creditoris. FR. COR. forum Cornelii. F. E D. factum esse dicebatur. FRES. AR. fornaces aurificum. FR. F. fratris filius. FR. I. forum Iulium. FR. L. forum Livium. FR M S. fortissimus. FR. P O M. forum Pompilii vel Pomponii. FR. S. forum Sempronii, vel FRS fortia. vel FR S. fraude sine sua, FR T. forsitan. FS. fratres. FS. E factus est. F. S. E. factum sic est. F. T. C. familia vel famula testis causa.

Frăcĕo, ces, cere, n. s. à quo Fraceſco. corrumpor, & quasi vetustate putrefio. [בסרח *nisrách* באש *baásch.* σήπομαι σαπφυλᾶς, ἐξίσχνος. Gall. *Se moiſir, ſe rancir, ſe fleſtrir.* Ital. *Corrompersi, marsire.* Germ Faul vnd murb werden von ẽcke. Hisp. *Corromperse, podrirse.* Pol. *Prochniese plesnieie od gnina.* Vng. *Meg akasodom, megrothadok. meg senyuedõk.* Ang. *To putrefie, to waxe mouldie.*] Colum. l. 12: Oleum quod minùs provenit, si congelatur, fraceſcet: id est, putreſcet. Varro l. 1. de Re ruſt. cap. 55: Hæc de qua fit oleũ, congeri solet acervatim per dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraceſcat.

Frăcĭdŭs, a, um. penult. corr. à fraceo, Plusquam maturum & jam putrescens. [בסרח *nisrach.* σαπρός. Gall *Fleſtri, moiſi, & rancé.* Ital. *Che gia si commincia à corrumper la maturità.* Germ. Halb faul/teig/matt. Hisp. *Rancioso.* Pol *Napoł'y zgniel'y, sprochnial'y.* Vng. *Poshat, rothat senyuet.* Ang *Mouldy, hoary.*] Cato de Re ruſt. cap. 64: Factores voluat ut oliva in tabulato diu sit, ut fracida sit, quò faciliùs efficiant.

Frăcēs olei. [טסלת *pesóleth* שמרים *sihemarim.* τὰ τῶν ἐλαιῶν ἀπόμυγμα. Gall. *Le mare des olives apres qu'elles ſont preſſorees, ou la lie qui en ſort.* Ital. *Polpa d'oliua, fece d'oglio.* Germ. Oel trusen. Hisp. *Las borras del azeyte.* Pol. *Drożdże oliwne.* Vng. *Az olayna'k az sõpreje, gazza.* Ang. *The lies of oliues.*] Dicuntur carnes, & fæces olivarum quæ in oleo subsidunt. Plin. libro 15. capite 6: Oleum in tabulato minui, deterriusq; fieri: item in amurca & fracibus: eæ sunt carnes, & inde fæces. quare sæpiùs die decapulandum. Colum lib. 6. cap. 13: Quidam fraces vino & adipe commiscent, eoq; medicamento post fomenta prædicta utuntur.

Fractŭs, Vide FRANGO.

Frænum, ni, cum æ diphthongo, in plurali numero tàm masc. quàm neutrius generis, secund. decl. Instrumentum quo equus coërcetur, ita dictum à frangendo, quòd equorum ora frangat. [מתג *méthegh* רסן *résen.* χαλινός. Gal. *Frein, bride, morts.* Ital. *Freno, morso.* Germ. Ein zaum/ oder das gebiß am zaum Bel. Eenen toom/ breydel/ een gebit. Hisp. *El freno de cauallo ò mula.* Pol. Vzda. Vng. *Fék, zabola.* Ang. *A bridle or bitte of a bridle.*] Seneca: Hippolytus arctis continet frænis equos. Ovid. 1. de Arte: Tempore lenta pari fiæna docentur equi. Virgil. 3. Georg. -& stabulo frænos audire sonantes. Ovid. 2. Metamorph. Quadrupedes

drupedes ducunt adduntq; ſonantia fræna. Fræna Pelethronii invenêre, qui & ſtrata equorum primi monſtraverunt, Plinius libro 6. capite 56. ¶ Hinc componuntur Effrænus, a, um, & effrænis, & hoc effræne, idem quod indomitus, quaſi ſine fræno. ἀχάλινος. Virgil. libro 3. Georg. Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro. Vbi Servius Gens effræna: id eſt, ſæva, rectorem recuſans. Infrænus, ſive infrænis, ejuſdem ſignificationis. Virgil. 4. Aeneid. Hinc Numidæ infræni cingunt. Quo in loco Numidæ vocantur infræni, quod illorum equi nullis frenis coërceantur. ¶ Frænum mordere ſignificat obluctari, & oſtendere nos graviter aliquid ferre, quod tamen ferendũ eſt. ὡς ὁ λύων μάχαις, τὸν χαλινὸν δάκνειν. Translatio ſumpta eſt ab equis, qui quum frenum excutere non poſſint, perpetuò tamẽ mordent & arrodunt, oſtenduntq; coactos & invitos frænum ore recipere. D. Brutus ad Ciceronem: Si frænum momorderis, peream, ſi te omnes quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. ¶ Accipere frænum, per tranſlationem, eſt dedere ſe alicui, Virgil. 12. Aeneid. Ni frænum accipere, & victi parere fatentur.

Frænō, as, act. p. Equo frænum injicio. [חסם chásam בלם balám. χαλινόω. Gall. Brider. Ital. Frenare. Germ. Zeumen/hinder ſich halten. Hiſp. Enfrenar. Pol. Ujeździam. Vng. Meg zabolázom, fékezém. Ang. To bridle.] Cæſar 8. bell. Gal. Equites ſuos frænatis equis in ſtationibus diſponit. Liv. 1 bell. Pun. Inſtructus, frænatusq; equus. ¶ Per tranſlationem accipitur pro cohibere, continere, Cicer. 5. Verr. Quum ejus animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, avaritiæq; ſuæ frænaret. Virgil. 1. Aeneid. Luctantes ventos, tempeſtatesq; ſonoras Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat. Liv. 10. bel. Pun. Quij eas voluptates ſua temperantia frænavit, ac domuit, multo majus decus, majoremq; victoriam ſibi peperit, quàm nos Syphace victo habemus. Idem 7. bell. Maced. Vbi demerſis navibus frænaſſet clauſtra maris. Virg. lib. 3. Georg. & glacie curſus frænaret aquarum. ¶ Hinc compoſita, Defræno & Effræno, quod eſt fræno detraho, ſive abſq; fræno rectoréve duco, ἀποχαλινόω. ¶ Hinc Defrænatus, & Effrænatus, participia ſive nomina ex participio, quæ de iis dicuntur, qui veluti fræno excuſſo regi nõ poſſunt. Ovid. lib. 1. Metamorph. Et defrenato volvuntur in æquora curſu. Cic. 4. Tuſc. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi atq; fugam lætitia perfugam, hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. ¶ Refræno cohibeo, & quaſi fræno retineo. Lactant. lib. 6: Virtus eſt, iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrænare. ¶ Suffræno, arcto, conſtringo. Vnde verbale Suffrænatio. Vide ſuo loco.

Frænātŏr, ris, [χαλιναγωγός. Qui refrænat. Pol. Ujdacz. Vng. Meg zabláza enyhitő. Ang. A bridler or refrainer.] Plinius in Panegyrico: Infinitæ poteſtatis domitor & frænator animus ipſa vetuſtate floreſcit.

Fragă, orum, n. ſ. Mora quę in herbis humi repentibus naſcuntur. [τὰ πόμαρα. Gall. Freſes. Ital. Fragole. Germ. Erdbeer. Hiſp. Mieza ſo, mayuelas. Pol. Poziemky. Vng. Epery.] Virg. 3. Æglog. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. Ovid. 13. Metamor. Mollia fraga leges.

Frăgilis, Fragmen, Fragor, Fragoſus, Vide FRANGO.

Fraginoſa, Coniza apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 135.

Fragro, as, are, n. p. Redoleo, oleo, odorem emitto frangendo: quia res fractæ vehementiùs olent. [בתן ריח nathán réach. ὄζω. Gall. Rendre grand odeur, fleurer fort, ſentir bon. Ital. Rendere odore. Germ. Riechen/ein guten geruch oder geſchmack geben. Bel. Goeden rueck maken. Hiſp. Oler echando deſi olor. Pol. Wdzięczna woonoſć wypuſzczam. Vng. Io ſzagot botsátok. Ang. To ſauour ſweetely as floures doe.] Virgil 1. Aeneid. redolentq; thymo fragrantia mella. Mart. lib. 1: Ne gravis heſterno fragres Peſcennia vino.

Frāgrāntĭă, æ, f. p. [ריח réach. ὄσφρησις, τὸ εὐῶδες. Gall. Bonne odeur. Ital. Buon odore. Ger. Ein guter geruch oder geſchmack. Hiſp. Bueno olor. Pol. Woonoſć. Vng. Io ſzag. Ang. A ſweet ſauour or ſmell.] Valer. Maximus.

Frămĕă, cæ, p. penult. corr. f. p. Germanicum verbum eſt, quo illi haſtam ſignificabant. [רמח rómach ὄπλον. Gall. Vn dard ou iaueline. Ital. Haſta, iauerina. Ger. Ein ſpitzig gewehr wie ein gidn oder ſchäfelin. Hiſp. El rito ò eſpada. Pol. Oſzczep, wł'ocznia. Vng. Kopia, dárda, ſzablya. Ang. A gleaue, iauelin, or ſpeare.] Tacitus de Germ. Ne ferrum quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur: haſtas vel ipſorum vocabulo frameas, gerunt anguſto & brevi ferro, ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent: & eques quidem ſcuto frameaq; contentus eſt. Iuvenal. Satyr. 13: Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula vatis.

Fūnĭs, Reſtis ex cannabe aut alio materia contorta. [חבל *chebél* מתג *pathíl* יתר *jéther.* πόλος, χοῖνος, μέζων. Gall. *Chable ou corde.* Ital. *Corda, ſune.* German Ein Seil/ Schnür. Bel. Een ſeel/ coerde/ ſnoer. Hiſp. *La cuerda* Pol *Powroz, ſznur.* Vng. *Kŏtél.* An. *A rope or corde.*] Hodie tantùm maſcul. gen. eſt, olim etiam fœminini. Virgilius 5. Aeneid. Volucrem trajectam in fune columbam, Quò tendant ferrum, malo ſuſpendit ab alto. Lucretius apud Gellium libro 13. cap. 20: Haud, ut opinor, enim mortalia ſecla ſupernè Aurea de cœlo demiſit funis in arva. Plinius libro 6. cap. 1: Vlva & paluſtri junco funes nectunt. Columella libro 16. cap. 2: Cannabinisq; funibus cornua juvencorum ligato. ¶ Funis abrumpitur nimiũ tendendo, ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ κηλώδιον. In eos dici ſolitum, qui dum extrema experiuntur, alienant à ſe eos cum quibus agunt, &

universæ rei jacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrū. Lucianus. ¶ Hic funis nihil attraxit, *οὗτος μὲν μέλανος ἐδὲν ἕλκυσεν*. Senarius, quo significabant operam frustrà sumptam, neq; ex sentētia evenisse quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus qui sæpè hamū retrahunt inanē. ¶ Funem reducere proverbialiter videtur dici de illo qui libertatem quā dederat, aut beneficia adimit. Persius Sat. 5: Quod dederam suprà repeto funemq; reduco.

Fūnālĭă, lium, n. r. Dicuntur faces ex contortis funibus, cera, aut pice circundatis. [*δᾷλοι*. Gal. *Torches*. Ital. *Torchi*. Ger Ein fackel/ein tortsch̄. Hisp. *Hachas ò antorchas de cera*. Pol. *Lana swieca, fakla*. Vng. *Szȫvétnek, fáklya*. Ang. *Torches*.] Cic. de Senect. Delectabatur crebro funali, & tibicine: quæ sibi nullo exemplo privatus sumpserat, tantū licentiæ dabat gloria. Plin. de Viris illust. Duillio concessum est, ut prælucente funali, & præcinente tibicine à cœna publicè rediret. ¶ Funales verò equi sunt qui funes: hoc est, reste juncti, currum triumphalem præcedunt. *σειραφόροι*. Suetonius in Tib. Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est finisteriore funali equo, quum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur. ¶ Funalis cereus. Valerius Max. lib. 3. cap. 6: Cajus autem Duillius, qui primus navalem triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunq; epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum reverti solitus est.

Fūnāmbŭlŭs, pen. corr. m. f. Qui graditur per funes. [*χοιροβάτης*. Gall. *Vn danseur sur corde, qui va & marche sur vne corde*. Ital. *Quello che camina sur le corde*. Germ. Der auff dem seil gehet. Hisp. *El trepador que anda sobre maroma*. Polon *Kuglarz biegaiacy po powroziech*. Vngar. *Kȫtélen idro, mufti*. Ang. *A tumbler which daunceth trough an hoope*.] Terent. in Prologo Hecyræ: Ita populus studio stupidus in funambulo.

Fūnārĭŭs, *χοιροσκόπος*, restio. [Pol. *Powrozn̄k*. Vngar. *Kȫteles*.] Vocatus est autē Valentinianus imperator funarius, eò quòd venalitium funem portanti quinq; milites nequiverint extorquere. Sextus Aurelius victor in Valentiniano: Funarius appellatus est, eò quòd venalitium funem portanti quinq; milites nequiverint extorquere.

Fūnĭrĕpŭs, pi, funambulus. *χοιροβάτης*. Apul. Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, funirepus periclitatur.

Fūnĭcŭlŭs, li, m. s. diminutivum à fune. [DIN *chut*]חוט *pathil*. *κλῶδιον, χοινίον*. Gall. *Cordelette, petit chable*. Ital. *Cordicella, funicella*. Germ. Ein klein seil/schnur. Hisp. *Pequenna cuerda*. Polon. *Powrozek, sznurka*. Vngar. *Kȫtelecske, gyeplȫ*. Angl. *A little rope or small corde*.] Cicero 2. de Invent. Vsq; adeò ut dominus navis quum idem gubernator esset, in scapham confugeret: & inde funiculo qui à puppi religatus scapham annexam trahebat, navim quoad posset, moderaretur. ¶ Ponitur quoq; funiculus pro mensura quadam Persica, sexaginta continente stadia, ut placet Herodoto: quanquam Plinius ex Eratosthenis sentētia quadraginta tantùm stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione frequentiūs utuntur Græco nomine *Schœnus*. ¶ Funiculum fugiunt miniatum, *τὸ χοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον*. Aptè dicetur ubi quis properat officio suo fungi non ex animo, sed ne in mulctam incidat. Miniato enim funiculo notabantur Athenis, qui ad concionem non accedebant, atque mulctam pendere cogebantur.

Fūnŭs, neris, n. t. Pompa quę fit in exequiis mortuorum, exequię, supremi diei celebritas. [DN *meth* קבורה *keburáh*. *κηδεία*. Gall. *Funerailles, conuoy d' obseques*. Ital. *Funerale pompa funebre*. German. Ein teych/ein teychvolge. Belg. Een tijck. Hisp. *Mortuorio del exequias del muerto*. Pol. *Pogrzeb*. Vngar. *Halot, halottas hálhoz, valo gyȫlés, halot kȫuetese*. Ang. *Funeralles, solemnitie of burying*.] A` funalibus dictū funus, quod incensi fanes mortuis præferebantur: quoniā noctu efferebātur cadavera. Vel potiūs quòd *φοδνῶσι* Iones dicunt Ionicè, pro *φόνῳσι*, quod cædem, vel cladē significat. Ennius: Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Terent. in Andr. Funus interim procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus. Cic. de Amic. Quām autem civitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. ¶ Interdum ponitur pro cadavere. *νεκρός*. Terent. in Andr. Effertur funus. ¶ Interdū significat mortem. Virgil. 4. Aeneid. Nec moritura tenet crudeli funere Dido ¶ Quandoq; pro sepulchro. *τάφῳ*. Virgil. 3. Aeneid. Ergo instauramus Polydoro funus.

Fūnĕræ, arum, f. p. Apud veteres dicebantur mulieres ad quas funus pertinebat: ut sunt mater & soror defuncti. [Vng. *Halottas aszszonépek*.] Nam Præficæ ut planctus sunt principes, ita doloris sunt expertes. Virgil. 9. Aen. -nec te tua funera mater Produxi, pressiq; oculos, aut vulnera lavi. Quem locū Servius: Funeræ, *inquit*, dictæ sunt quasi funereæ, ad quas ptinet Funus.

Fūnĕrārĭŭs, & funeratitius, quod fit ob funus, ut funeraria & funeratitia actio dicit̄ à Iurisconsultis, quæ ob impensas funeris causa factas conceditur. [Vngar. *Halottás*. ¶ *Κτερικὸς, κηδευτικός*. Vlpianus Dig. lib. 11. Tit. 7. l. 14: Hæc actio quæ funeraria dicitur ex bono & æquo oritur.

Fūnĕrĕŭs, a, um, Funebris: [*πενθικός*. Gall. *De funerailles, de dueil*. Ital. *Funerale, cio che apartiene à mortorio*. Ger. Das zu der teych oder begrebnuß gehȫrt. Hisp. *Cosa para mortuorio*. Pol. *Do pogrzebu przynależący*. Vng. *Halothoz valo*. Ang. *Perteining to funeralles*.] ut Funerea fax. Martial. libro 8: Funereamque toris quassat utrque facem. Virgil 4. Aeneid. Intenditq; locum sertis, & fronde coronat, Funere. Ovid. 10. Metamorph. -ter omen Funereus bubo lethali carmine fecit.

Fūnĕbrĭs, funebre, pen. cor. om. t. Quod ad funus pertinet: [*πενθικός*. Gall. *Funebre, de funerailles, de dueil*. Ital. *Funebre, funesto*. Ger. Der teych oder begrebnuß zugehȫrig Hisp. *Cosa pertineciente al mortuorio*. Polon. *Pogrzebowy*. Vngar. *Halothoz valo*. Ang. *Perteining to funeralles*.] ut, Funebris pompa. Funebre carmen, *ἐπικήδειον, ἐπικήδιον*. Quintil. Quid sibi velit ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres tibię, quibus in funere canebatur. Funebris oratio, Cicero 2. de Orat. Funebre vestimentum, Cicero 2. de Legib. Funebria justa, Liv. 1. ab Vrbe. ¶ Interdum accipitur pro exitiali seu pernicioso, quodque multa affert funera. Sic funebre bellum, *φθισήνορα πόλεμον*, Homero, legitur apud Horatium in Sermon.

Funĕro, as, pen. cor. n. p. Iusta mortuo persolvo, pompam funebrem duco. [קבר *kabár*. *κηδεύω, κατακηδεύω*. Gal. *Enseuelir, enterrer*. Ital. *Sepelire, far il funerale*. Ger. Die teych volge halten/begraben. Belg. Begraven. His. *Enterrar cuerpo muerto, hazer mortuorio*. Pol. *Na pogrzeb ide, I'ogrzebam*. Vng. *El temetȫm, temetés tiszteßégát meg adom*. Ang. *To burie*.] Plin. lib. 33. cap. 10: Qui funerari se jussit sestertiis undecim millibus. Suetonius in Domit. Cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funeravit. Horat. 3. Carm. Ode 8. funeratum dixit pro occiso: id quod sequitur pro eo quod præcedit: -prope funeratus Arboris ictu.

Fūnĕstŭs, sta, stum, Pernicios̄us, exitialis, inquinatus. [NND *tamé*. *ὀλεθρίῳ*. Gall. *Pollu pour auoir touché vn mort, mall ureux*. Ital. *Funesto, che apporta morte, rouina*. German. Tȫdtlich/schedtlich/verderblich Hispan *Mortifero, mortal*. Polon. *Szkodliwy*. Vngar. *Veszedelmes, halálos*. Ang. *Mortell, cruell, deadlie*.] Cicero ad Attic. Majores nostri funestiorem esse voluerunt diem Allien̄sis pugnæ, quàm Vrbis captæ. Idem in Catil. Hoc tibi perniciosum esse confido, & funestum futurum. Senec. Vox illa funesta Reipub. Item quod funeribus adhibetur: ut, Funesta tibia, qua ad funera canebant. ¶ Funesta arbor dicitur à Poëtis cupressus, cujus ramus poni ante domum funeream solitus sit, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens polluer̄etur. ¶ Funesta familia dicebatur tantisper dum cadaver humatum non esset, neque justa persoluta. Nam his rebus factis pura dicebatur. Cajus l. 28, de stip. serv.

Fūnēsto, stas, stare, Cæde polluo, funere inquino. [NND *timmé*. *μιαίνω*. Gall. *Polluer, contaminer*. Ital. *Funestare, contaminare, violare*. German. Beflecken mit todtschlag. Hisp. *Ensuziar con la muerte de alguno*. Pol. *Mordem ofiepecam*. Vng. *Meg fȫrtȫztetȫm, halállal meg rutitȫm*. Angl. *To pollut, to defile*.] Cicero pro Fonteio: Qui etiam siquando aliquo metu adducti, deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant. Idem pro Rabirio: Funestari concionem carnificis contagione vero. Vnde domus funestata, quæ aliquo funere affecta est. Plautus: Paternam domum funestavi.

Fŭo, fuis, fui, futum, Antiquissimi dixerunt pro sum. Plautus in Amphit. Nequis tam audax fuat homo, qui obviam obsistat mihi. Hinc mansit præteritum Fui. Vide suprà FVAT.

Fŭr, generis com. t. Notæ significationis est, à ferendo, ut quidam putant: hoc est, ab auferendo, dictus. [גנב *gannab*. *φὼρ, κλέπτης*. Gall. *Larron*. Ital *Ladro, rubbatore*. German. Ein dieb/es sey ein Mann oder Weib. Belg. Een dief. Hisp. *Ladron que hurta descondidas*. Pol. Zł'odzey. Vng. *Lopo*. Ang. *A theefe*.] Vel (ut docet Varro lib. 14, rerum divinarum) à furvo, nigro: quòd furta clàm fiant, & plerunque nocte. Aut certè, quod Gellio magis placet, à Græco nomine *φὼρ*. Ita enim antiqui vocabant quē nunc *κλέπτω* dicunt. Plautus in Aulular. Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. Idem in Rud. Fures mihi estis: hoc est, furamini res meas. Cic. pro Milone: Nocturnum furem quoquomodo, diuturnum autem si se telo defenderit, interfici impunè voluerūt. ¶ Fur item à Varrone dicitur qui fucus in aptbus nominatur lib. 3. de Re rust. cap. 16. ¶ Interdum fur capitur pro servo. Virgilius 3. Aeglog. Quid domini facient, audent quum talia fures? ¶ Compositа sunt Bifur & Trifur. *τρίφωρ*. Plaurus: Verberabilissime etiam rogitas? non fur, sed trifur: hoc est, summè fur. Aurifur, qui furatur aurū. *χρυσοκλέπτης*. ¶ Diminutiva sunt, Furunculus, de quo infrà: & Furculus secundum Priscianum.

Fŭrfŭncŭlŭs, diminutivum à fur. [*ὁ μικρὸς κλεπτὸς κλέπτης*. Gall. *Larronneau, petit larron*. Ital. *Ladroncello*. Germ. Ein kleiner dieb. Hispan. *Pequenno ladron ò ladroncillo*. Pol. Zł'odzeiek. Vngar. *Lopotska*. Ang. *A litle theefe*.] Cicero in Pisonem: Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Accipitur etiam quandoque pro

mustella sylvestri, qua in cavernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur viverra, Græcè ἰκτὶς. ¶ Est & furunculus tuberculum acutum, cum inflammatione ac dolore in carnolis maximè partibus, ut scribit Galen. ἀθηλώ. Provenit ex humoribus crassis, differtq; à phymate, quod hoc majus est furunculo, rotundius atq; planius. Plin lib. 26 cap. 12: Passim & in quacunq; parte, ac maximo incommodo nascuntur qui furunculi vocãtur, mortiferum aliquando malũ confectis corporibus. ¶ Est præterea furunculus in vitibus tuberculum in modum verrucæ eminens: quod fit dum ex cicatrice germen procedit. Col. libro 4. cap. 22: Plerunq; autem germen de cicatrice procedit, quod sive longiùs prosilierit, in flagellum submittitur: sive breviùs, in pollicem: sive admodũ exiguum: in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Idem cap. 14: Sed si resecis facultas non erit, circunspictendus est furunculus, qui quanvis angustissimè præcisus, in modum verrucæ proximo vere materiam exigat. Dictus furunculus, quòd quasi furtum nascatur.

Fūrtīnŭs, a, um, Quod ad furem pertinet. [ὁ κλεπτικός. Gall. *De larron, des larrons.* Ital. *Ciò ch' appartiene à ladro.* German. Das zu den dieben gehört. Hispan. *Cosa perteneciente à ladron.* Polon. Do zł'odzeca przynależący. Vngar. *Lopohoz valo lopoić.* Angl. *Of a theefe.*] Plautus Pseud. Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.

Fūrtum, ti, n. s. ut Paulus Iureconsult. definit, est contrectatio rei fraudulosa lucrifaciēdi gratia, vel ipsius rei, vel etiā usus ejus, possessionisve, quòd lege naturali prohibitum est admittere. [גנבה *genebáh.* κλοπὴ, κλέμμα. Gall. *Larrecin* Ital *Furto.* Ger. Ein diebstal. Belg. Dieverye. Hisp. *Hurto.* Pol. Zł'odzeistwo. Vng. *Lopás.* Ang *Theft, a crafitie wyle to deceiue one.*] Cicer. pro Cluent. Hoc ipso ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem ejusmodi. Idem 3. de Nat. deor. Consilio tuo furtũ factum esse ajo. Veteres tamen dicebant furtum, quicquid clàm committeretur: unde furta pro adulteriis, coituq; clandestino frequenter legimus apud poëtas. Virgil. 4. Georgic. Inter quas curam Clymene narrabat inanem Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta. Tibull. Celari vult sua furta Venus. ¶ Item pro insidiis. Virgil. 11. Aeneid. Furta paro belli convexo in tramite sylvæ, Armato ut bivias obsidam milite fauces. Salustius lib. 2. Histor. Metu gentis ad furta peridoneæ. ¶ Furta domestica vocantur, quæ servi dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii illis apud quos degunt, surripuerunt.

Fūrtim, adverb. Significat latenter, clàm. [λαθραίως. Gall. *En cachette, secrettement.* Ital. *Nascosamente, celatamente.* Ger. Heimlichen/ verstolen. Hispan. *Hurtiblemente, escondidamente.* Pol. *Kritomko, poczichu.* Vngar. *Lopua.* Ang. *Quietlye, by stealth*] Virgilius lib. 3. Aeneid. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infœlix Priamus furtim mandarat alendum. Cicero de lege Agrar. Quid Alexandria? quid cuncta Aegyptus? ut occultè latet? ut recondita est? ut furtim tota Decemviris traditur? Furtim habere servum alienum, est occultare: cui opponitur palàm habere.

Fūrāx, racis, dicitur qui proclivis est ad furandum, qui à furto abstinere non potèst: [גבב *gannáb.* ἐπίκλοπος. Gall. *Grand larron, adonné & enclin à desrobber* Ital. *Furace, nato ad rubbare.* Ger. Diebisch/ auff diebstal geneigt. Hispan. *El que mucho hurta à escondidas.* Pol. *Skł'onni do zł'odzeistwa.* Vngar. *Lopós.* Ang. *Theeuish, naturallye geuen to stealing.*] ut Furax aleator, Furax servus, Furaces manus. Cicero 2. de Orat. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit obsignatum & occlusum. Idem in Pisonem: Nam quũ tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam cruentis fascibus lauream, &c.

Fūrācĭtās, tatis, f. t. Proclivitas, seu inclinatio ad furandum. [κλεπτοσύνη, τὸ κλεπτικόν. Gall. *Enuie de desrobber & faire larrecin, inclination à larreciner & desrobber.* Ital. *Rubbamento, inchinatione à robbare.* German. Ein diebische art. Belg. Steelachticheit. Hisp. *El habito de mucho hurtar aśi.* Polon. *Zł'odzeistwo.* Vngar. *Loposság, lopo termeszet.* Ang. *An inclination to stealing.*] Plinius libro 10. cap. 29: Cui soli avi furacitas auri argentique præcipuè mira est.

Fūrācĭtĕr, adverbium. [κλεπτικῶς, κλοπαίως. Gall. *Auec affection ou intention de desrobber.* Ital. *Con affetto di rubbare.* Germ. Mit tust zu stälen. Hispan. *Con gana de hurtar.* Vngar *Lopo szandekkal, lopo kippen.* Ang. *Theeuishly.*] Cic. in Vatin. Quumq; omnium domos, apothecas, naves furacissimè scrutarere.

Fūrtīvŭs, a, um, penultima producta, Quod furto ablatum est. [גנוב *ganúb* מגנבב *mighnáb.* κλοπιμαῖος, κλοπικός. Gall. *Fait en cachette, furtif, desrobbé, prins par larrecin.* Ital *Furtivo, rubbato* Ger. Gestolen. Hisp. *Cosa hurtible ò hurtada.* Pol. *Vkradziony.* Vng. *Lopot, dlnok, alattomba valo.* Angl. *Doone by stealth or priuely stollen.*] Plautus in Curcul. Qui scias mercari furtivas, atq; ingenuas virgines, Ambula in jus. Idem in Persa: Adduxi simul forma expetenda liberalem mulierem, Furtivam, abductam ex Arabia penitissima. ¶ Quandoq; furtivum dicitur clandestinum. Vnde & furtivæ literæ, & furtiva scripta, quæ artificio quodam fiunt ne legi ab alio quàm ab eo ad quem scribuntur possint: quales erant quas Lacedæmonii σκυτάλας vocabant. Gell. lib. 17. cap. 9: Res quasdam occultas nuntiare Regi furtivo scripto volebat. Sic furtivæ excusationes, Liv. libr. 4. bell. Pun. Et furtivum iter apud Ciceronem in Pisoniana.

Furtivē, d. erb Pro furtim. [κλεπτικῶς, κλοπιμαίως Gall. *Furtivement, en cachette* Ital *Furtuamente, di nascosto* German. Diebischlichen/verstoten. Hisp. *Hurtiblemente, à escondidas.* Pol. *Vkradzeme, potaiemnie.* Vng. *Lopua, alattomba.* Ang. *Quietly, by stealth.*] Plaut. Pœn. certiorem esse te volui Nequid furtivè, aut clàm accepisse censeas.

Fūrtĭfĭcŭs, a, um, Quod furtum facere solet. [גנבני *gannáb.* ἐπικλοπος. Gall. *Qui fait ou est coustumier de faire larrecin.* Ital. *Che suole far furto.* Germ. Das da stäten gewohnt ist. Hispan. *El que haze hurto.* Pol. *Ten ktori zł'odzeistwa przywikł'.* Vng. *Lopo.* Ang. *That vseth to steall.*] Plautus in Persa: Vbi illa altera est furtifica læna. Idem in Pseud. Vt prærodatis vestras furtificas manus.

Fūrŏr, aris, d. p. Furtum facio, clàm alienum aufero, compilo, expilo, clàm eripio. [גנב *ganáb.* κλέπτω. Gall. *Desrobber, larreciner, faire larrecin.* Ital. *Furare, rubbare.* Ger. Stälen. Hisp. *Hurtar de escondidas.* Pol. *Kradne.* Vng. *Lopok.* Ang. *To steale.*] Cicero 6. Verr. Tum primùm intellexi ad eam rem istos fratres Cybiratas fuisse, ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. Plin. lib. 12. cap. 12: Nemo furatur alteri. Cic. 3. Verrin. Verres solet hæc quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. ¶ Furari pro furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicero pro Cornelio Balb. Non enim furatus esse civitatem, genus suum mentitus, non in aliquo impudenti mendacio dilituisse, non irrepsisse in censum dicitur.

Fūrcă, cæ, f. p. Instrumentum quo stramenta feruntur. [קלשון *killeschón.* κάτασκάπτης, σκέλγμα. Gall. *Fourche.* Ital. *Forcella furcina.* German. Ein gabten. Belg. Een gaffel/vorcke. Hisp. *Horca de los gajos ò puntas.* Polon. Widł'y. Vngar. *Villa.* Angl. *A gibbet or gallowes.*] Horatius in Epist. Naturam expellas furca licet, usq; recurret, Et mala, perrumpet furtim vestigia victrix. Virgilius libro 1. Georg. Exacuunt alii vallos, furcasq; bicornes. Dicitur etiam furca id, quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Plin. lib. 14. cap. 2: Furcas subdere his necessarium. Idem libro 9. cap. 8: Tunc piscatores circundant retia, furcisq; sublevant. ¶ Vnde Bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcatim. ¶ Furca quoque crucem significat aliquando. Sub furca vinctum esse. Liv. libr. 1: Figebantur furca grassatores, Calistratus in l. Capitalium. §. famosos. ff. de Pœnis.

Fūrcĭlĭs, Instrumentum bidentatum, tridentatúmve, quo utimur ad extrahendum fimum. [Vngar. *Ciane vonyo geréblye.*]

Fūrcŭlă, diminutivum. [τὸ μικρὸν δίδυμον ξύλον. Gall. *Fourchette, petite fourche.* Ital. *Forcheta.* Germ. Ein gäbetein. Hisp. *Perquenna horca* Pol. Widelky. Vngar. *Villátska.* Ang *A litle gibbet.*] Liv. 38: Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro provenerunt.

Fūrcīllă, læ, aliud diminutivum, à furcula, & significat instrumentum quo frumenta cillentur: hoc est, moventur: (nam cillere movere est) & quo fœnum, stramenta & id genus reliqua jumentis ministrantur. [Vngar. *Szena vonyohorog, villátska.* Angl. *A corne or hay forke.*] Hoc rustici in fœno colligendo utuntur. Varro libro 1. de Re rustic. Herba quum crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari debet, & quoad perarescat, furcillis versari; Columella lib. 2. cap. 10: Baculis, furcillisve contundant.

Fūrcĭfĕr, m. s. dicebatur servus qui ob leve delictum cogebatur à domino ignominiæ magis, quàm supplicii causa in vicinia furcam in collo ferre subligatis ad eam manibus. & prædicare peccatum suum, simulque monere cæteros nequid simile admitterent. [ὁ δίδυμον ξύλον αἰρόμενος, ὁ σκέλγμα φερόμενος, κατασκάπτης. Gall. *Qui porte vne fourche.* Ital. *Portante la forca.* German. Ein galgenbub / galgenschwenget/ ein knecht der von wegen seiner missethat zur schand ein gabten wie ein galgen tragen muss Hispan *El que trae horca ò corma.* Pol. *Lotrzyk ktori dlanie zgnoti za krzyż musiał' na zgi nosić z widł'y miasto zgubienice, zgubienicznik, wisielec.* Vng. *Hitudn lator, villára, akaszlofára valo.* Ang. *A slaue for punishment, bearing a gallowes through, the citie or forke with his handes tied vnto it.*] Vnde Plutarchus in vita Coriolani: Furcifer huic nomen est, quod maxima pœna apud antiquos servo peccanti erat, ut is plaustri lignũ, cui remo affigitur, spectante vicinia, ferens circumageret: quod ubi factum erat, infidus à domesticis, & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellant. Plautus in Amph. Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer Accipiam. Cicer. in Vatin. Quod in illo viro & tum ferendum esset, & maximis rebus quas postea gessit, obliterandum, id tu tibi furcifer sumes? Terent. in Andr. Oh, tibi ego ut credam furcifer? Hinc Trifurcifer, insignis furcifer dicitur: sicut trivenefica, insignis venefica.

Fūrfŭr,

Fūrfŭr, furfuris, penultima genitivi correpta, m. t. Purgamentum farinæ. [}ɔn *mappál.πίτυρον.* Gall. *Du ſon, le bran de la farine.* Ital. *Semola, cruſca.* Germ. *Kleyen/Krüſch.* Belg. *Gruys/Semeten.* Hiſp. *El ſaluado.* Pol. *Otreby.* Vngar. *Korpa.* Ang. *Branne, skourfe.*] Plautus in Captivis: Tum piſtores ſcrophi paſci, qui alunt furfure ſues. ¶ Furfures item Latini appellant vitium capitis, quod & Græci *πίτυρας*, ſive *πιτυρίασιν* vocant, quum ſcilicet quædam quaſi furfuraceæ ſquamulæ abſque ulceratione à cute reſolvuntur, præſertim in capillo, ſive barba, nonnunquam etiam in ſuperciliis. Celſus & Serenus porriginem nominãt. Plin. lib. 20. cap. 9, de ſcilla herba: Diſcutit & foliis ſtrumas, quadrinis diebus ſoluta. Furfures capitis, & ulcera manantia illita ex oleo cocta.

Fūrfŭrĕŭs, a, um, ſive Furfuraceus, quod ex furfure conſtat: ut panis furfuraceus, ſive furfureus. [*πιτυρίας, πιτυρίτης ἄρτος.* Vngar. *Korpás.* Ang. *Of brame.*]

Fūrfŭrōſŭs, a, um, Quod furfures habet admiſtos, aut quandam furfurum ſimilitudinem referre videtur. [*πιτυρώδης.* Gall. *Plein de ſon, ou de telles petites ordures blanches.* Ital. *Pieno di ſemola, ò de paglinole.* German. *Voll Kleyen oder Krüſch.* Hiſpan. *Coſa llena de ſaluados.* Polon. *Otrebiaſty, napoły zottebamy.* Vngar. *Korpás.* Angl. *Full of branne or skourfe.*] Plinius libro 12. cap. 25: Colos in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfuroſus.

Furiæ, Furialis, Furioſus, Furibundus, Furio, Furo, Vide FVROR, furoris.

Fūrnĭānŭs, a, um, adject. ut, Furniana vaſa, à Furnio inventore fortaſſis dicta. Plin. libro 33. cap. 11: Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc anaglypta, *&c.*

Fūrnus, ni, m. ſ. In quo panis coquitur: ita dictus à furvo: id eſt, nigro colore propter fuliginem, vel propter obſcuritatem quam intùs habet, ut inquit Porphyrio. [תַּנּוּר *tannúr.* *ἰπνὸς, κλίβανος, πυγδὸς.* Gal. *Four.* Ital. *Forno.* German. *Ein Ofen/oder Bachofen.* Belg. *Een Backoven.* Hiſp. *Horno para cozar pan.* Pol. *Piec chlebowy.* Vngar. *Swtô kemenexe.* Ang. *An ouen.*] Differtq; à clibano, quòd clibanus mobilis eſt, & quaſi parvus furnus, teſtaq; aliquando tegitur, ſed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide conſtat, non tàm pani quàm aliis lapidibus coquendis ſerviens. Furnus verò ex cæmentis ſeu lateribus & calce conſtat, magnusq; & immobilis eſt. Plin. lib. 19. cap. 1: Cortices quoque decuſſi ligni clibanis & furnis præbent uſum. Plautus Caſin. Vna ædepol opera in furnum calidum condito. Os furni, Præfurnium dicitur. Sipont. ¶ In frigidum furnum panes immittere, *ἐπὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τὰς ἄρτας ἐπιβάλλειν*, dicuntur & hodie qui docent indocilem, qui monent averſum, aut qui alioqui inanem ſumunt operam. Refertur apud Herodotum in Terpſichore.

Fūrnācĕŭs, cea, ceum, Quod in furno coctum eſt: ut panis furnaceus. [*κλιβανίτης ἄρτος.* Gall. *De four, cuit au four.* Ital. *Cio che è cotto in forno.* German. *Das im Ofen gebachen iſt.* Hiſpan. *Coſa coxida en horno.* Polon. *To co wpiecznie ieſt wpieczono.* Vng. *Kemenexében ſwlt.* Ang. *Of an ouen or baken in the ouen.*] Plin. libr. 19. cap. 9: Nam furnaceis panibus binas adjiciunt libras.

Fūrnārĭă rĭæ, abſolutè dicitur. [*ἀρτοπλική.* Gall. *Boulengierie, l'art de faire du pain.* Ital. *L'arte del fornacio.* Germ. *Das Brotbecken handtwerck.* Hiſpan. *Arte del horno.* Polon. *Pie karſtwo.* Vng. *Kinyer ſwtés.* Ang. *The craftie of baking breade in an ouen.*] Sicut cœnicularia, & ſagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisq; coctura quæſtum facit, vel qui furnos locat conductoribus. Suetonius de Vitellio: Cujus filius ſectionibus & conſuturis uberius compendium nactus, & muliere vulgari Antiochi cujuſdam furnariam exercẽtis filia, equitem Romanum genuerit.

Fūrnārĭŭs, Qui furnariam exercet, ſive qui furno exercendo & coquendo operam dat. [Vngar. *Kinyérſwtô.* Ang. *A baker of breadé.*] Vlpian. l. 24. D. de dam. inf. Si furti nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit.

Fŭrŏr, fureris, Vide FVROR, furoris.

Fŭrŏr, furaris, Vide FVR.

Furĭnālĭă, Sacra ſunt Furinæ deæ, cujus etiam feſta furinales feriæ vocabantur, & Sacerdos qui hæc ſacra peragebat, flamen Furinalis dictus eſt. Autores Varro & Feſtus, quanquam apud Feſtum corruptè, ut arbitror, legamus furnalia.

Fŭrŏr, furoris, m. t. Gravior, diuturnior q; mentis alienatio, ex vitiato principis animæ facultatis inſtrumento originem habens. [עֲבֵרָה *zaháph* חֲרוֹן *hebráh* שִׁגְעוֹן *charón* שִׁחְיוֹן *ſchighghahón.* *μανία, τῆς ψυχοίας παραφορά.* Gall. *Fureur, rage, freneſie, folie incenſee.* Ital. *Furore, impeto, pazzia.* German. *Wütigkeit/vnſinnigkeit.* Belg. *Raſernye/onſinicheit.* Hiſpan. *Ira con furia, locura.* Polon. *Szalenſtwo, zapalenie.* Vngar. *Dwhôſség.* Ang. *Madneſſe, rage, furie.*] Quomodo autem differat ab inſania docet

Cicero libro 3. Tuſcul. his verbis: Itaq; non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Inſaniam enim eſſe cenſuerũt inconſtantiam ſanitate vacantem, quæ tamen poſſet tueri officium, & vitæ communem cultum, atque uſitatum: furorem autem rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum majus eſſe videatur quàm inſania, tamen ejuſmodi eſt ut furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. Virgil. 2. Aeneid. Inſtamus tamen immemores, cæciq; furore, Et monſtrũm infœlix ſacrata uſtimus arce. Cicero de Aruſp. reſp. A dîis quidem immortalibus quæ poteſt homini major eſſe pœna furore atq; dementia? ¶ Pro mente vi quadam divina concitata, qualis eſt furor Poëtarum. Negabat enim Democritus quempiam Poëtarum magnum eſſe poſſe ſine furore. Cic. libr. 1. de Divinat. Idem paulò antè: Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus injecta atq; incluſa divinitùs: ea ſi exarſit acriùs, furor appellatur, quum à corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur. Dictus furor, quòd eo correptus, huc atq; illuc temerè feratur.

Fŭrĭæ, arum, f. p. [*ἐρεννύες, ἀλάστορες, Εὐμενίδες.* Gall. *Furies.* Ital. *Furie,* German. Die Göttinen der wütigheit/von welchen die Heyden hielten daß jhren drey weren/ ſo die Wbeltheter in der Hell peinigten. Hiſp. *Las furias del inferno.* Polon. *Trzyboginy ſzalieńſtwa, ktore wpiekliemiecta ſłoſniky.* Vngar. *Furiák dwhôſségre vonyo pokolbeli ördög aszonyok.* Angl. *Furies, goodes of furie.*] Deæ furoris, Noctis, Acherontisq; filiæ, quæ tres eſſe putabantur, Alecto, Tiſiphone, & Megæra. Virgilius 12. Aeneid. Dicuntur geminæ peſtes cognomine Diræ, Quas & Tartaream Nox intempeſta Megæram Vno eodemque tulit partu. Servius: Diræ *inquit*, in cœlo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. Vnde & tres eſſe dicuntur. Vocantur etiam canes, ut eſt apud Virgilium libro 6. Aeneid. -viſæque canes ululare per umbram Adventante dea. Lucanus 6. Pharſal. -Stygiasque canes in luce ſuperna Deſtituam. Hactenus Servius. Furiæ ab Athenienſibus *κατ' ἐυφημισμὸν* Eumenides dicebantur, quaſi placabiles, & benignę: apud quos & fanũ habebãt ſolennibus ſacrificiis, celebratum, quemadmodũ & lucũ in Latio, qui Furinæ dicebatur. Numen aũt earum præcipuè in ſcelerũ cognitione & vindicta, & in animorũ malè ſibi conſciorũ exagitatione verſari putabatur: id, quod poteſt intelligi apud Euripidem in Oreſte. Cicero 3. de Natur. deor. Sin hæc dea eſt, cur non Eumenides? quæ ſi deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ, Furiæ deæ ſunt ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum & ſceleris. Virgil. 3. Aeneid. -& ſcelerum furiis agitatus Oreſtes Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras. Idem libr 4. Aeneid. Hæc furiis incenſa feror. Cic. pro Roſc. Amerino: Furiarum nomine à Poëtis nihil aliud ſignificari ait, quàm animum ſibi malè conſcium, & ſcelerum quibuſdam quaſi ſtimulis aſſiduè exagitatum. Nolite (*inquit*) putare quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè ſceleratèq; commiſerunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenq; fraus & ſuus terror maximè vexat: ſuum quenq; ſcelus exagitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæq; animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæq; furiæ, quæ dies noctesq; parentum pœnas à ſceleratiſſimis filiis reperant. Trium autem Furiarum numerus triplicem animi denotat affectum, iram, cupiditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira ultionem deſiderat, cupiditas opes, libido voluptates: quod Furiarum proprium eſt, aut eorũ qui furiis exagitantur. ¶ Semper virgines furiæ, *ἀεὶ παρθένοι ἐρεννύες.* Proverbium obſcurius deterret à peccando. Erynnes enim malefactorum ultrices corrumpi nõ queunt, quominus pœnas ſumant de iis, qui commeruerunt, atq; hac gratia dictę virgines. Suidas è Sophocle.

Fŭrĭālĭs, le, om. t. [מְשֻׁגָּע *meſchughghdh.* *μανιώδης, ἔμφρων κακῶς.* Gall. *Furieux, forcené.* Ital. *Furioſo, coſa furioſa.* German. Wütig. Hiſpan. *Furial.* Polon. *Szal'ony, wſzetecki'y.* Vng. *Dwhôs.* Ang. *Furiouſe, mad.*] Liv. libr. 7. ab Vibe: Inde terror maximus fuit, quòd ſacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusq; prælatis inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbayerunt ſpecie. Idem libr. 10: Et dira execratio ac furiale carmen deteſtandæ familiæ ſtirpiq; compoſitum Cicero 2. Tuſcul. Hæc me irretivit veſte furiali inſcium.

Fŭrĭālĭtĕr, adverbium. [*μανικῶς, ἐμμανῶς.* Vngar. *Dwhôſſen.*] Ovid. 3. Faſt. Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Fŭrĭōſŭs, a, um, Furens, furibundus, veſanus. [מְשֻׁגָּע *meſchughghdh.* *μανιώδης.* Gall. *Furieux, forcené, enragé.* Ital. *Furioſo.* Germ. Wütig/vnſinnig. Belg. Raſende/dol. Hiſp. *Loco furioſo.* Pol. *Szala, zapalczywy.* Vng. *Dwhôs.* Angl. *Furiouſe mad, wood.*] Differt autem furioſus ab inſano mali magnitudine: inſanus enim is dicitur, cui mentis ſanitas non ſatis conſtat, ita tamen ut & officium tueri poſſit, & communem vitæ cultum: furioſus autem qui omnino mente alienatus eſt. Servius in illud Virgilii lib. 2. Aeneid. Non tulit hanc ſpeciem furiata mẽte Coroebus.

Furiatus (*inquit*) dicitur qui ex causa furit, furiosus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamen omnino verum non est: sunt enim furiosi qui intermissionem habent, morbiq; & sanitatis intervalla. Vlpian. l. Qui testamento, Digest. Qui testamentũ facere non possunt. Nec furiosus adhiberi testis potest quum compos mentis non sit: sed si habet intermissionem, adhiberi potest. In hoc autem furiosus differt à mente capto, quòd furiosus rabie quadam animi agitur: is verò qui mente captus est, in quiete agit, nullaq; furoris ostendit indicia. Vnde mente captus videtur dici, qui eo morbo laborat, quem Græci vocant μώρωσιν, quum scilicet λογικὴν: hoc est, pars rationalis animæ vitiata est.

Fŭ. fōsē, adverbium, Dementer, insanè, furenter. [μανικῶς, μανιωδῶς. Gall. *Furieusement.* Ital. *Furiosamente.* German. Wütigtlich/ vnsinnigtlich. Hispan. *Furiosamente*, y *locamente.* Polon. *Szalenie.* Vngar. Dwhŏssēn. Angl. *Ragingly, lik a mad body.*] Cicero ad Atticum: Etsi solet eum, quum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

Fŭro, is, ere, n. t. Furiosus sum, furore exagitor, insanio, bacchor. [השתגע *hischtaghgheah.* μαίνομαι. Gall. *Forcener, enrager, estre insensé, & hors du sens.* Ital. *Furiare, essere furioso.* German. Wütten/ toben. Belg. Rasen. Hisp. *Enloquescer.* Polon. *Szaleie.* Vngar. Dwhŏskŏdŏm. Ang. *To be mad or out of his witte.*] Cic. 2. de Divinat. Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. Idem libro 3. Tuscul. Quo genere Athamantem, Alcmęonem, Ajacem, Orestem furere dicimus. Cicero libro 1. Offic. Versutum & callidum factũ Solonis, qui quò turior vita ejus esset, & plus aliquando Reip. prodesset, furere se simulavit. Idem de claris Orator. Eos furere, & bacchari arbitrabatur. ¶ Aliquando idem quod vehementer irasci, & præ iræ magnitudine furioso similem fieri. Cicero Qu. Fratri: Clodius furebat, à Racilio se contumaciter, urbaneq; vexatum. Idem in Epist. Nunc furit Domitius tam gavisos homines suum dolorem. ¶ Transfertur etiam ad alia: ut quum dicimus quempiam furere audacia, scelere, aut libidine: hoc est, præ audacia, scelere, aut libidine, præcipitem ferri, & à furioso non admodum differre. Cic. in Catil. Furens audacia, scelus anhelans Catilina. Idem 4. Tuscul. Inflammatus & furens libidinibus.

Fŭrĕntĕr, adverbium, insanè, more furiosi. [μανικῶς. Gall. *A la facon d'vn insensé, & enragé, furieusement.* Ital. *Furiosamente.* Ger. Wütigtlichen / mit wůten. Hisp. *Locamente, furiosamente.* Polon. *Szalenie.* Vng. Dwhŏssēn. Ang. *Ragingly, lik a mad body.*] Cicero Attic. lib 6: Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem ajunt eum furenter irasci.

Fŭrĭo, as, Furore concito, in furorem ago. [שגע *schigéah.* ἐκμαίνω. Gall. *Faire deuenir furieux, faire forcener & enrager.* Ital. *Infuriare.* German. Wůtig oder vnsinnig machen. Hisp. *Hazer à otro loco.* Pol. *Szalonim czynie.* Vng. *Meg dwhŏsĭtŏm.* Ang. *To mak one mad.*] Horat. lib. 1. Carm. Quum tibi flagrans amor & libido Quæ solet matres furiare equorum.

Fŭrĭātŭs, a, um, Furore concitatus. [משגע *meschughghah.* ἐκμαινόμενος. Gal. *Forcené, enragé.* Ital. *Infuriato.* German. Zu grimm vnd wůtigkeit bewegt/ertaubet. Hispan. *Enloquescido.* Polon. *Do szalenstwa zapalony.* Vng. *Meg dwhŏsĭtetet.* Ang. *Made mad.*] Virgil. 2. Aeneid. Non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus. Vbi Servius: Furiatus dicitur, qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit.

Fŭrĭbūndŭs, furens. [משגע *meschughghah.* ἐξεστόμενος, παροινικὸς, μανιώδης. Gall. *Forcené, plein de rage, enragé.* Ital. *Infuriato grandamente, furibondo.* Ger. Hefftig wůtend. Belg. Rasende/ wůtende. Hisp. *Mucho enloquescido.* Polon. *Szaleiacy, wściekaiacy sie.* Vngar. Dwhŏskŏdŏ, *dulofulo.* Ang. *Mad or raging woode.*] Salust. in Catilin. Tum ille furibundus: Quandoquidem circumventus, *inquit*, agor, incendium meum ruina extinguam. Cicero pro Sestio: At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset, &c. Idem 13. Philippic. Cæsaris enim incredibilis ac divina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit.

Fŭrtim, Furtivus, Furtum, Furunculus, Vide FVR.

Fūrvŭs, a, um, Niger, ater, obscurus. [חום *chum* שחור *schachór.* μέλας, ἀμαυρὸς, σκοτεινός. Gall. *Noir, tenebreux.* Ital. *Oscuro, nero, bruno.* German. Schwartz. Hispan. *Negro, escuro.* Polon. Czárny. Vngar. *Fekete, kormos.* Angl. *Blak, darke.*] Ovidius libro 5. Metamorph. Ascalaphus vidit quem quòndam dicitur Orphne, Inter Avernales haud ignotissima nymphas, Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris. Hostiæ furvæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hostiarum genus diis inferis gratissimum putabatur.

Fūscĭnă, næ, penultima correpta, f. p. Telum tridens, sive trisulcum, aut bisulcum quo piscatores figunt anguillas, & ea quæ in imo aquæ fundo natant. [שלש קלשון *schelóschh killschón* δίκραν, τρίαιναν. Gall. *Vne fourchefiere à trois pointes.* Ital. *Tridente fóscina.* German. Ein gebete mit dreyen zincken/ein fischergeere oder stachel. Hispan. *El arrexaque de tres puntas de hierro.* Polon. *Oscktora ribylitca.* Vngar. *Szigony.* Ang. *A forke or trout spear with three pointes.*] Erat autem hoc insigne, & veluti sceptrum Neptuni, ut in Priapæa, Neptuni fuscina telum. Cic. 1. de Nat. deor. Dant etiam Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Hoc etiam retiarii in gladiatoriis ludis utebãtur. Iuvenal Satyr. 2: Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. Martial. lib. 1: Fuscina dente minax.

Fūscĭnŭlă, diminutivum, Parva fuscina. [δικραγίδιον, ἰχθυκεντρον. Vngar. *Szigonyotska.* Angl. *A fleshe hooke or litle trouts speare.*]

Fūscŭs, a, um, Color subniger: id est, non planè niger: qualis est Indorum Meridionalium, & Aethiopum color. [שחרחר *schechrachór.* φαιός. Gall. *Brun, obscur, tenebreux.* Ital. *Fosco, bruno, oscuro.* Germ Braunschwartz Belg. Bruyn. Hispan. *Baco o pardo en color.* Pol Czarnawy. Vngar. *Szŭrke fekerés barna feketeszŭrke.* Ang. *Dunne or darke colour.*] Fuscus pilus, Plin. lib. 8. cap. 21. Fuscum Falernum, Martialis. Fuscus equus, Ovid 2. Fast. Hesperus & fusco roscidus ibat equo. Fusca vox est ea quæ clara aut canora non est. Cicer. 2. de Nat. deor. Et vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: grave, acutum: flexibile, durum. Fusca laterna. Martial. libr. 14: Cornea si non sum, nunquid fusca fuscior?

Fūscō, as, act. q. Est fuscum: hoc est, subnigrum facio. [σκοτιζω, φαιὸν ποιῶ. Gal. *Offuscquer, rendre noir & tenebreux.* Ital. *Infoscare, far fosco, ò bruno.* German. Schwartzlecht oder braunfarb machen. Belg. Bruyn maken. Hispan. *Embacar y descolorar à otra cosa.* Polon. *Przyciemniam.* Vngar. *Meg szŭrkŭtŏm, feketéssé teszŭm.* Angl. *To mak dunne, or duskie.*] Ovidius 1. de Arte amandi: -fuscantur corpora campo.

Fūscātŏr, oris, m. t. [σκοτίζων, φαιὸν ποιῶν. Gall. *Celui qui offusque, rend tenebreux.* Ital. *Che fa bruno ò fosco.* German. Der da dunckels farb oder schwartzlecht macht. Hispan. *Aquella obra de embacar y descolorar.* Pol. *Tenktori ociernia, farbierz.* Vng. *Szŭrkesĭtŏ, feketĭtŏ.* Ang. *That maketh dunne or duskie.*] Lucan 4: -quicquid cœli fuscator Eoi Intulerat corpus.

Fūsĕ. Fusĭlis, Fusĭm, Vide FVNDO, fundis.

Fusĭo, Fusor, fusoris, Vide FVNDO, fundis.

Fūsternă, næ, Pars abietis superior, durior, & nodosior: nam inferior, minusque nodosa Sapinus dicitur. Plinius libro 16. cap. 30: Abietis quæ pars à terra fuit, eo dis est, hacq; quam diximus ratione, fluviata decorticatur, atq; ita Sapinus vocatur: superior pars nodosa durioráque, Fusterna. Non desunt qui malint legere Substerna. Vide ABIES.

Fūstĭs, hujus fustis, m. t. Baculus, stipes. [שבט *schébet* מקל *makkél.* βάκτρον, βακτηρία. Gall. *Vn baston.* Ital. *Bastone.* German. Ein tolb/ stáck Belg. Eenen stock. Hispan. *Pala ò vara como para hostigar.* Polon. *Kiey.* Vngar. *Fustély, bót.* Angl. *A cudgell.*] Plautus in Amphit. Auferêre, non abibis, si ego fustem sumpsero. Plinius libro 14. capite 13: Invenimus inter exempla Egnatii Mecennii uxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interemptam fuste à marito. Cicero pro Cecinna: Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?

Fūstŭārĭum, rii, n. s. Pœna quæ fuste infligitur, verberatio & castigatio quæ fit fustibus. [ξυλοκοπία. Gall. *Bastonnade, coup de baston.* Ital. *Bastonata, colpo di bastone.* German. Die straaff mit tolben oder stácken zu schlahen. Hispan. *Hostigamiento con vara.* Polon. *Kiiowanie, kiiem zbicie.* Vngar. *Fustly zás botolás.* Angl. *A beating with a staffe or cudgell.*] Cicero 3. Philipp. Nam si ille Consul fustuarium meruerunt legiones quæ Consulem reliquerunt.

Fūstŭrā. Fustus, Vide FVNDO, fundis.

Fūsŭs, si, m. s. Instrumentum quod mulieres nendo digitis volvunt: à fundendo dictum, quòd dum trahitur, volvendo quasi liquefieri videtur. [פלך *pélech.* ἄτρακτος. Gall. *Vn fuseau.* Ital. *Fuso.* Germ. Ein spindel. Belg. Een spille. Hisp. *El huso para hilar.* Pol. Wrzeciono. Vng. *Orsó.* Ang. *A spindell.*] Plin lib. 11. cap. 23: Lanificia mox in fila tenuantur junceo fuso. Idem lib. 28. cap. 2: Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant. Ovidius libro 4. Metamorph. -versato ducentem stamina fuso. Virgilius 4. Georgic. -dum fusis mollia pensa Devolvunt.

Fūtĭlĭs, le, penultima correpta, A fundendo, ut Festo videtur: aut certè, quod Vallæ placet, ab antiquo verbo futio: à quo & effutire propriè dicitur, quòd liquorem sibi commissum non satis fideliter continet, sed protinùs effundit. χυτρὰ. Futile, vasis genus dicebatur, autore Donato, latissimi oris, ex altera parte arctum quod statim positum effundebatur. Utebantur eo in sacrificiis Vestæ: quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur: quòd si fiat, piaculum est. Vnde excogitatum vas est quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. ¶ A quo futilis homo dicitur, qui continere tacenda non potest, sed ea effundit. [ריק *rek.* χυτρὰ, φλύαρος. Gall. *Qui ne peut contenir ce qu' il tient ou scait; languart, inutile, vain, de nulle*

nulle importance, leger. Ital. *Che no può tener secretto, da poco, inutile, leggiero.* German. *Ein Klaffer / oder Klappermann / schwetzmaul.* Belg. *Een klappaert.* Hisp. *Vano, loco, sin prouecho.* Pol. *Szczebiot, ten ktori nic zatraic, nie może, szczebiot.* Vngar. *Fötsögö, hiába valo.* Angl. *A babler or lying teltayle.*] Terentius in Andr.-tam iners, tàm nulli consilii Sum: servón' fortunas meas me commisisse futili? Idem in Adelph. Tu quantus, quantus es, nihil nisi sapientia es: Ille futilis, somnium. ¶ Accipitur etiam futilis pro vano, levi, & inutili. Cic. 1. de Nat. deor. Futiles, commentitiæque sententiæ. Sic Plin. lib. 33. cap. 2, causam futilem vocat, quæ levis est, & nullius momenti.

Fūtĭlĭtās, atis, f. t. Vanitas, levitas. [ריק רִיק *rik* הֶבֶל *hébel.* *φλυαρία, ματαιότης.* Gall. *Legereté, vanite en parler.* Ital. *Leggierezza, vanità.* Germ *Leichtfertigkeit / vnnutze taderten.* Hispan. *Locura, vanidad en palabras.* Polon *Lekkomiślnosć wmonie.* Vngar. *Fötsögés, heaba valoság.* Ang. *Lightnesse, foolish babling.*] Cic. 2. de Nat. deor. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæq; levitatis.

Fūtĭlĕ, adverbium, Pro futiliter. [ריק *rik.* *ψυχρῶς.* Gall. *En vain, inutilement.* Ital. *In vano, inutilmente.* German. *Leichtfertigklich / vnnützlich.* Hispan. *Loca, y vanamente.* Polon. *Lekomiślnie, nie-*

potrzebnie. Vngar. *Trágával, fötsögesen.* Ang. *Vainely, babblingly.*] Ennius in Phœnice, ut citat Nonius: Vt quod factum est futile, amici nos feramus fortiter.

Fūtĭo, is, Effundo. [שטף *schaphách.* *ἐκχέω.* Gall. *Espandre dehors.* Ital. *Mandar fuori.* German. *Ausgiessen.* Belg. *Wtcoopen.* Hisp. *Echar de fuero.* Pol. *Szczebiece.* Vng. *Ki fötsögöm, ki töltöm, ki futsyogatom.* Ang. *To bable foolishlye.*] A quo componitur Effutio, de quo paulò antè in dictione FVTILIS.

Fūtis, Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Sipontinus.

Fūto, as, Redarguo: à quo Confuto, & Refuto. [הוכיח *hochiach.* *ἐλέγχω.* Vngar. *Meg czéfolom.*] Vide in dictione REFVTO. Cato futavit usus est, pro sæpiùs fuit.

Fūtātim, adverbium antiquum, idem est quod profusim. Plautus in Trucul. Futatim nomen meum commemoravi ter.

Futum, tis, Vas aquarium quo in triclinio aquam infundebant, à fundendo dictum. Varr. 4. de ling. l. t.

Fŭtūrŭs, a, um, Consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens. [עתיד *hathidh.* Polon. *Przyszły.* Vngar. *Iövendö, Ismetkövendö.*] Cicer. Attic. 93: Sed illum cum futurum puto quis esse debet.

G



LITERA muta est, quæ in verborum præteritis mutatur in c: ut, Legor, lectus, Agor, actus. Aliquando in s: ut Spargo sparsi, Mergo, mersi. Aliquando in x: ut Rego, rexi, Pingo, pinxi. In Græcis quibusdam dictionibus nos G pro K substituimus: nam quod illi *κύκνον*, nos *cygnum*: quod illi *κόκκυγα*, nos *gobium*, vel *gobio* scribimus. ¶ In notis antiquorum, G. gaudium, gens, Genius, vel Gellius, Gajus, gratia. G A. gravis. G V G. gemo augmenti. G A V. gravitas verà, vel vestra. G. B. gens bona. G D. gaudium. G. D. gens dolosa.

G ante A.

Gabalum, nostro orbi tantùm nomine cognitum. Nascitur in Arabia, cum cassia & cinnamomo. Plinius libro 12. capite 21.

Gābălŭs, penultimâ producta. Apud veteres crux, sive patibulum dicebatur. [*σταυρός.* German. *Ein galg.* Polon. *Szubienica.* Vng. *Akasztofa.*] Varro: Nos barbari quòd innocentes in gabalum suffigimus: hominés vos, non barbari, quòd noxios absolvitis? Nonius.

Găbăta, æ, penultima correpta. [קערה *kearáh.* *τὸ μαζονόμιον, ἀγγεῖον κοῖλον ἐς μίαν ξύλινον.* Gall. *Vn plat creux à mettre viande, vne gatte ou iatte.* Ital. *Vaso concauo di viuande, piatto.* German. *Ein Schüssel oder Platt.* Hispan. *Axayfor ò escudilla de faldas.* Polon. *Missa gl'ebeka.* Vngar. *Mély tál, burito tál.* Angl. *A platter, or a brode dishe lyk a charger.*] Vas concavum, eduliis, pulmentariisque aptissimum. Martial. libro 7: Transcurrunt gabatæ, volantque lances. Et alibi: Sic implet gabatas, paropsidesque.

Găbīnŭs cinctus. [Pol. *Pásc sperokí.*] Toga erat (sicut docet Servius) sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingeret: quo vestimenti genere utebatur Consul bella indicturus. Virgil. 7. Aeneid. Ipse Quirinali trabea cinctuq; Gabino Insignis reserat stridentia limina Consul. Eodem etiam Decios indutos fuisse legimus, quum se pro Republica devoverent.

Gadira, Punicum vocabulum est, teste Plinio libro 4. cap. 22: quo illi septum significant. [Pol. *Przegrodzenie* Vng. *Rekesz.*] Vnde insulæ duæ non procul ab ostio maris mediterranei, Gades appellatæ sunt: & insigne in illis insulis oppidum, Gadir est appellatum.

Gagates, m. t. [*γαγάτης.* Gall. *Agathe, certaine pierre precieuse.* Ital. *Pietra pretiosa.* German. *Ein edelgestein / etlich wöllen es sey ein schwartzer agstein.* Hispan. *El azauaje.* Polon. *Gagatek.* Vngar. *Gagates kö.* Angl. *A jeat stone.*] Nomen lapidis in Gage Lyciæ fluvio primùm reperti: quanvis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quanvis rudis & rusticus videatur, divini tamen nescio quid in se habet. Ignem enim alit in laternis, solo oleo extinguibilem. Plinius lib. 36. cap. 19: Gagates lapis, nomĕ loci & amnis habet Gagis Lyciæ. Niger est, planus, pumicosus, non multùm à ligno differens, levis, fragilis: odore, si teratur, gravis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Quum uritur, odorem sulphureum reddit: mirumque accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreatque vulvæ strangulationes. Deprehendit sonticum morbum, & virginitatem suffitus. Hæc Plinius, cui per omnia ferè convenit cum Dioscoride, eo tamen excepto, quòd gagatem aqua accendi tradit, & oleo restingui: quod à Dioscoride & Nicandro Thracio lapidi veriùs tribuitur: cujus naturam Plinius cum gagate videtur confudisse.

Gagītes, Lapis est in aquilarum nidis repertus, ad multa remedia utilis, nihil verò igne deperdens. Est autem lapis iste intùs prægnans, quem si quatias, alius quasi in ute. o tonat. Fulvus est & tereti figura. (Hunc Zoroastes magnus omnibus lapidibus prætulit, maximamque illi tribuit potestatem. vocaturque alter *ἀετίτης*, ab aquilarum nomine: *ἀετὸς* enim Græcè aquilam significat.

Gajoli, & Lagunculi dulciarii panes, à Gajo & Lagunculo pueris dicti.

Galaction, idem quod Galion apud Dioscoridem libro 4. capite 95.

Galactis, Tithymallus apud Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Galactites, m. t. *γαλακτίτης*, Gemmæ genus lactei coloris, teste Plinio libro 37. cap. 10. Est præterea galactites lapis cinericii coloris, qui coti madefactæ attritus, liquorem reddit colore & sapore lacti non dissimilem. Hic melititæ per omnia similis est, hoc uno differt, quòd succus in quem dissolvitur, remissiorem habeat dulcedinem. Vide Galen. libro 9. Simpl. & Dioscoridem lib. 5.

Galactobadalon, Apud Plinium libro 27. cap. 9, idem quod Galeobdolon, & Galiopsis apud Dioscoridem libro 4. capite 95.

Galactopota, æ, Colum. [German. *Ein Milchtrincker.*]

Gălāxĭās, *γαλαξίας*, Gemma est lactei coloris, incurrentibus sanguineis venis distincta. Plin. lib. 37. cap. 10.

Galbă, bæ, f. p. Vermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in esculis: [German. *Besundere Wurmlein / wachsen in den Eychöpffen / vnnd werden Esculi genannt.* Polon. *Iodl'owi robak.* Vngar. *Tölgy bogarak.*] à quo qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita vocitatus est: quem alii econti.uo, quòd præpinguis fuerit, ita nominatum scribunt. Talem enim Galli vocant *Galbam.* Alii quòd oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illatis demum galbano facibus, succenderit. Nonnulli quòd in diuturna valetudine galbeo: hoc est, remedius lana involutis assiduè uteretur.

Galbeæ, arum, Festo armillæ sunt, quibus etiam triumphantes utebantur, atque adeò milites donabantur virtutis ergò: A colore nomen habentes: nam galbus in Latino-græco Lexico explicatur *χλωρὸς*: id est, viridis, pa.l.d.s, flavus: hinc galbula avis, quæ hujus coloris erat: inc. .. l. banus color, & galbinus, ut apud Iuvenalem: I.g.l.b.na rasa.

Gĕmmă, mæ, f. p. Oculus vitis quem primò emittit. [בלטה *nitstsáh* טרח *pĕrach.* ὀφθαλμός. Gall. *Le bourgeon ou bouton de la vigne.* Ital. *L'occhio della vite.* German. Ein Rábaug Belg. Botten / Knotten. Hispan. *Yema del sarmiento, que es capullito do sale la flor de la vua ò del fructo.* Polon. *Pek na winney macycy, oczka, pepe.* Vngar. *Fakadás, bimbo, szöm.* Angl. *A young budde of a wyne.*] Virgil. turgent in palmite gemmæ. Cicer. de Senect. Itaque incunte Vere in his quæ relicta sunt, existit tanquàm ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens uva sese ostendit. ¶ Ab hujus similitudine, gemma vocatur omnis lapis pretiosus, sive pellucidus sit, sive non. [אבן יקרה *eben jekarâh.* λίθος τίμιος. Gall. *Pierre polie ou pretieuse.* Ital. *Gemma, pietra pretiosa.* German. Ein Edelgesteín. Hispan. *Piedra preciosa* Polon. *Perł a, drogi kamien.* Vng. *Drága kö, gyöngy.* Ang. *A pearle, a margarite.*] Virgil. 5. Aeneid. & tereti subnectit fibula gemma. Idem 7. Aeneid. Regalesq; accensa comas, accensa coronam Insignem gemmis. Plin. de viris illustr. Vnde Romam legatione repetitus, hausto, quo sub anuli gemma habebat, veneno, absumptus est.

Gĕmmŭlă, diminutivum. [ὀφθαλμίδιον, λιθίδιον. Gal. *Petit bouton de vigne, petite pierre precieuse* Ital. *Picciolo, bottone della vite picciola gemma.* German. Ein Rábăugtein / ein zart fürwachsend Blümlein / oder ein Edelgesteinlein. Hispan. *Pequenna yema del sarmiento ò otro arbol, pequenna piedra preciosa.* Pol. *Paczek, pereł ka.* Vng. *Dimbotska, drága köuetske gyöngötske.* Ang. *A litle budde of a wyne, a litle pearle.*] Quo etiam flores significantur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata vestiuntur. Apul. lib. 10: Planè tenui specula solabor clades ultimas, quod ver in ipso ortu gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gĕmmĕŭs, a, um, Quod ex gemma est, vel quod in formam gemmæ factum est. [λιθώδης, λιθοειδής. Gall. *De pierres precieuses.* Ital. *Di gemma.* German. Edelgesteinin / von Edelgestein. Hispan. *Cosa de piedras preciosas.* Polon. *Perłowy.* Vngar. *Drága, köböl valo, (anagy) draga kö fordiára valo gyöngy, formáiu.* Ang. *Of pretious stones.*] Cicer. 6. Verr. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c. Radix gemmeæ rotunditatis: id est, rotunda in modum gemmæ, Plinius libro 18. capite 7.

Gĕmmo, ās, are, n p. Est gemmas in vitibus, & arboribus emittere. [הבין *benits* טרח *parách.* ὀφθαλμιᾶν. Gal. *Produire, ou auoir pierres precieuses, bourgeons ou boutons, bourgeonner, boutonner.* Ital. *Pullulare, gemmare.* German. Trucken / Augen herfür tæssen / Bollen herfür bringen. Belg. Botten / Wispruyten. Hisp. *Hincharse las yemas enel arbol.* Polon. *Paczky wipuszczam.* Vng. *Bimbozom.* Ang. *To budde or spring.*] Columel. Quum primùm vites incipiunt gemmare. Cicer. 3. de Orat. Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt. Sic Colum. lib. 4. cap. 24.

Gĕmmāns, antis, instar gemmæ resplendens: [מוטיע *mophiáh.* λιθίζων, ὀφθαλμίζων. Gal *Reluisant ou clair, ou autrement ayant espece de pierre polie, ou de bourgeons de vignes.* Ital. *Rilucente come vna gemma.* Germ. Glantzend wie ein Edelgestein. Hisp. *Resplandeciente como yema.* Polon. *L'sniacisie.* Vng. Twndöklö *mint egy drága kö és gyongy.* Angl. *Budding, or bright lyka pretious stone.*] ut Gemmantes alæ pavonis: id est, lucentes in modum gemmarum. Martial. libro 13: Miraris quoties gemmantes, explicat alas: Et potes hunc sævo tradere, dure, coquo? Herbæ gemmantes rore: id est, coopertæ rore, tanquam lucidis gemmis, Lucret. lib. 2.

Gĕmmātŭs, a, um, Gemmis instructus, & ornatus. [ἐγλιθώδης. Gal. *Orné ou enrichi de pierreries.* Ital. *Ingemmato, imperlato, adornato di gemme.* Germ. Mit Edelgesteín gezieret. Hisp. *Cosa ornada de piedras preciosas.* Polon. *Perł'ami obsadzony.* Vngar. *Drága köuel meg ékesittetet (anagy) Gyöngyös.* Ang. *Sett with pretious stones budded.*] Plin. libro 37. capite 2: Quinimò etiam jus videmur perdidisse corripiendi gemmata potoria, & variæ supellectilis genera, annulos transeuntes. Monilia gemmata, Ovid. 10. Metamorph. Gemmati magna specie annuli, Liv. 1. ab Vrbe.

Gĕmmāsco, scis, scere, n. t Est gemmas emittere, vel pullulare. [הבין *benits* טרח *parách.* ὀφθαλμίζειν. Gal. *Bourgeonner, boutonner.* Ital. *Pullulare, gemmare.* German. Trucken / voll Bollen werden. Hispan. *Hincharse las yemas enel arbol.* Pol. *Poczinam paczki puszczac.* Vngar. *Bimboszom.* Ang. *To begimne to budde.*] Plinius lib. 17. cap. 15: Atque ut gemmascere incipient, ligetur calamus. Columell. libro 5. capite 10: Nucem Græcam serito circa Calend. Ianuarias, quæ prima gemascit. ¶ Accipitur item gemmascere, pro gemmæ duritiem & formam acquirere. Plinius libro 37. capite 10: Draconites, sive draconitas è cerebro fit draconum, sed nisi viventibus abscisso nunquam gemmascit. In aliquibus tamen codicibus legitur gemmescit.

Gĕmmĭfĕr, a, um, ut Gemmiferi amnes. [λιθοφόρος, πρίκες λίθους φέρων. Gal. *Qui porte ou a pierres precieuses.* Ital *Qui porta pietre preciose.* Germ. Das Edelgesteín hat oder tregt. Hisp. *Cosa que trahe ò tiene piedras pretiosas.* Pol. *Perł'y rodzący.* Vng. *Drágakö termö, gyöngy termö.* Ang. *That beareth or hath pretious stones.*] Plinius lib. 37. cap. 13: Gemmiferi amnes sunt Aceſinus & Ganges, &c. Corona gemmifera, Valer. Flacc. Argon. 5. Mare gemmiferum, Propert lib. 3 Eleg 4.

Gĕmmōsŭs, sa, sum, Quod multis gemmis est ornatum, quod gemmis abundat. [Polon. *Pepeł'pełen.* Vngar. Gyöngyös, *drága köues.* Angl. *Sett with many pretious stones.*] Apuleius libro 5: Auro facto, gemmosisque monilibus onustas eas tradit reportandas.

Gĕmo, is, ui, itum, n. t. Est præ animi angustia in sonum erumpo, lugeo, doleo, luctum & dolorem voce ostendo. [נאנח *neenách* אנק *anák.* στενάζω. Gall. *Gemir.* Ital. *Gemere.* Germ. Seufftzen. Belg Suchten. Hispan *Gemir como doliente.* Pol Wzdycham. Vng. Nyögök, *fohászkodom*, kesérgök. Ang. *To sobbe, or grone, to sighe.*] Vnde Gemitus. στεναγμός. Plaut. in Amph. Dum hæc aguntur, interea uxorem tuam Neque gementem, neque plorantem nostrûm quisquam audivimus. Martial. libro 9: Quæ mala sunt domini, quæ servi commoda, nescis Condile, qui servum te gemis esse diu. Cicer. ad Attic. Eandem virtutem istam, veniet tempus quum graviter gemes. ¶ Per metaphoram etiam de jumentis, & rebus inanimatis dicitur, quum nimio pondere pressa, sonum edunt. Virgil. 6 Aeneid. - gemuit sub pondere cymba. Plin. in Epist. Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, quum placido, & quum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius, subit portum. At quum stridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt: tunc ille clarus, & diis maris proximus. ¶ Legitur etiam Gemor passivum, pro deploror. Cic. ad Attic. lib. 2: Atque hic status una voce omnium gemitur, neque verbo cujusquam sublevatur. ¶ Quandoque gemere ponitur pro flere, & quandoque pro canere, de iis solùm avibus quæ flebilem cantum habent, ut turtur. & columba. Virgil. 1. Aeglog. Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. Hinc fit Ingemo, de quo infrá.

Gĕmĭsco, is, ere, n. t. gemo: [נאנח *neenách* אנק *anák.* στενάζω. Pol. Wzdycham. Vn. Nyögök *suhaytok.*] ut, Ferale gemiscunt, Claudianus 3. de rapt. Proserp.

Gĕmĭtŭs, us, m. q. Suspirium. [אנחה *anachâh* אנקה *anakâh.* στεναγμός. Gal. *Gemuissement, souspir.* Ital. *Gemito, sospiro.* Ger. Ein seufftz. Bel. Suchtinge. Hisp. *Gemido.* Pol. Westchnienie. Vng. *Nyögés, fohászkodás suhaytas.* An. *A sobbing, a pitiefull grone or sighe.*] Cic. 6. Verr. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ, & commemoratione, &c. Idem 5. Verr. Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimonias q; audiret.

audiret. Gemitus delphini est similis humano, Plin. lib. 10. cap. 36. ¶ Legitur & Gemiti antiqua declinatione in genitivo. Plaut. in Aulul. Tantum gemiti, & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.

Gemebundus, m.s. Abundè gemens. [נאנח *neendch nesnak*. Gall. *Gemissant & soufpirant aſprement*. Ital. *Che geme aſpramente*. German. Hefftig vnnd ernstlich seufftzend. Hispan. *Cosa que mucho geme*. Polon. *Tchnacy*. Vngar Nyögö, *fohaskodo, suhayto*. Angl. *That wayleth or sobbeth greatly*.] Ovid. 14. Metamorph. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam.

Gemoniæ, [Pol. *Hakami cyiagnienie*.] Scalæ dicebantur Romæ, ad quas corpora damnatorum impacto unco trahebantur. Cornel. Tacitus: Tunc confossum, collaceratumq;, & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Plin. lib. 8. cap. 40, scribit canem à corpore servi non recessisse, abjecto in gradibus Gemoniis. Alludens ad has scalas Tertullianus adversus Valent. ait: Aliud ex alio per gradus revera Gemonios structum. Erant in Aventino in decima tertia regione urbis.

Gemonides, Gemmæ quas quidam pæantidas vocant. Prægnantes fieri, & parere dicuntur, mederique parturientibus: nam tales in Macedonia juxta monumentum Tiresiæ inveniuntur, speciesque est eis aquæ glaciatæ. Plin. libro 37. capite 10.

Gemursa, [Germ. Ein Gewächß vnder den kleinsten Zechen/vorzeiten zu Rom außgangen/ jetz aber vnbekannt. Polon. *Pecherz*. Ang. *A corne in the toes, an agnaill*.] Tuberculum sub pedum digitis nascens: ita dictum quòd gemere faciat eum qui id gerit, inquit Festus. Plin. libr. 26. cap. 1: Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem *gemursam* appellavêre prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

Genæ, æ, f.p. Est membrana tàm superior, quàm inferior, quæ tegit oculum. [חי] *lechi βλεφαρον, ὀμματόφυλλον*. Gal. *La ioue, la peau qui couure l'œil quand on le cligne, la paupiere*. Ital *Guancia, gota*. German. Ein Augdeckel/oder Augglid. Hispan. *Maxilla o el carillo*. Polon *Powieka, ktora oko okriwa*. Vng. *Szém heia*. Ang. *The eye lidde, the ball of the checke*.] Terentius: Hodie non compressi genam genæ. Plinius: Aquatilia dormire existimant, non oculorum argumento, quia non habent genas: sed ipsa quiete placida, seu soporata. Idem lib. 11. cap. 37: Omnia talia, & pisces, & insecta non habent genas, nec integunt oculos. Ex his Plinii locis luce clariùs ostenditur genas esse duo illa oculorum opercula, quibus coëuntibus, pupilla obtegitur, quas vulgus imperitum vocat *palpebras*: quum palpebræ, eodem Plinio teste, sint pili illi in ciliis: hoc est, in extremo ambitu genarum: quas etiam defluere tradit iis, qui plus satis Veneri indulgent. ¶ Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba vestiuntur, quas radi in fœminis, vii, Tabularum interdicto antiqui vetuerunt, pudoris sedes esse arbitrati, quòd ibi maximè ostendatur rubor. [German Die Backen oder Wangen/ das vnder den Augen ist biß auff das Kyn.] Dictæ genæ, quòd in his pili gignantur. Virgil. 8. Aeneid. Tum mihi prima genas vestibat flore juventus. Apuleius in Magia: Purpuris infectas genas, & oculos illæsos illices. Hæ quoniam in mali speciem factæ sunt rotundæ, dictæ sunt etiam malæ. Vide plura apud Plin. libro 11. capite 37.

Genavius, a, um, Idem quod gulosus, a, um, [Polon. *Obżerca*. Vn. *Tunya, lusnya*.] Varro: Hæc novissimè in triclinium genavium introierunt è culina, propter fastidium.

Genca, cæ, f.p. Ala est mille equitum, estq; cujusdam temporis spatium, autore Heracleto.

Genearcha, æ, m.p. *γενάρχης*, generis princeps. [Vn. *Nemnek l esleti, fate*.]

Genealogia, æ, f. giæ, Oratio generis originem ostendens. [יחש *yich us γενεαλογία*. Gal. *Genealogie, denombrement des ancestres*. Ital. *Genealogia, descendimento di parentato*. Germ. Ein Geburtsregister/ Geschlechtsregister/ vnderzehlung. His. *Description ò lignea del lignage ò generacion, que tambien en Castellano se dize genealogia ò lignea*. Polon. *Rodzaiu opissanie, wiliczanie*. Vngar. *Nemnek laistroma, eleiuknok eleszámlálása*. Ang. *A pedigre, a reckening of forebeares*.] Cicero 3. de Natura deorum: Quod si ita est, Cœli quoque parentes, ou habendi sunt, Aether & Dies: eorumque fratres & sorores, qu. à genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus.

Gener. Generalis, Generatim, Genero, Generosus, Vide GENVS

Generona, pyra, sic dicta ab insitore. Sipont.

Generis, penult. corr. hujus geneseos. Generatio, nativitas. [תולדות *toledoth. γένεσις*. Gal. *Generation*. Ital *Generatione*. Ger. Engeburt/ ankunfft. Hispan. *Generacion*. Polon. *Rodzay*. Vng. *Nemzés, szwletés*. An. *Generation, birth*.] ¶ Accipitur etiam pro sidere natalitio quod conversione cœli oritur eo momento quo quis nascitur. Iuven. Sat. 14: Nota mathematicis genesis tua. Idem Satyr. 6: si prurit fructus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Sueton. in Vesp. Monentibus amicis cavendum esse Metium, quòd vulgò crederetur genesim habere imperatoriam, insuper Consulem fecit: id est, quòd opinio esset, à mathematicis prædictum esse, fore ut imperaret. Budæus.

Genethlē, genethles, fœminini generis, *γενέθλη* Venus.

Genethliaci, orum, m.s. qui ex die & hora nativitatis sortunam hominis ostendunt. [תרמים *chartummim. γενεθλιακοί*. Gal. *Dresseurs de natiuitez, astrologues, qui considerent les dispositions des astres és natiuitez & les constellations*. Ital. *Colore che pronosticano della natività*. German. Ein Wahrsager von dem Tag vnnd Stund der Geburt her. Hispan. *Los astrologos de los nascimientos*. Polon. *Wieszczkowie z przyszłego dnia ktoregoście rodzicmy*. Vngar. *Vardslok, az kik valaki szwletéséből tsuendölnek*. Ang. *Fortune shewers by the day and houre of nativitie*.] Gellius libro 14. capite 1: Adversum istos qui se Chaldæos, seu genethliacos appellant: ac de motu, deque positu stellarum dicere posse, quæ futura sunt, profitentur, audivimus quondam Phavorinum philosophum Romæ Græcè differentem egregia oratione.

Genethliacus, a, um, *γενεθλιακός*, natalitius.

Genethlia, orum, [*γενεθλια*. Polon. *Obchod narodzenia*. Vngar. *Mayalo, pusztarik*.] Dicuntur celebritates, quæ fiunt natali die.

Genethlius, *γενέθλιος*, Latinè natalis dicitur: unde Genethliaci dicti sunt: de quibus suprà jam diximus. ¶ Erat etiam Genethlius Iovis cognomen, quòd ei incumberet cura omnia propagandi. ¶ Fuit præterea, teste Suida, hoc nomine Palæstinus quidam Sophista, discipulus Minutiani & Agapeti: qui quanvis in ipso ætatis flore occiderit, plurima tamen scripta reliquit: ex quibus Suidas recenset *λαλιὰς* & *ἀγγελίας* & *μελέτας*, & multa alia, ut mirabile sit dictu, tam paucis annis vitæ, tanta scripsisse.

Genialis, vide GIGNO.

Genianes, Gemma quam Magorum vanitas inimicorum pœnas efficere promittit. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Geniculum, Geniculatus, vide GENV.

Genista, æ, f.p. Arbuscula quedam humilis est, fronde minuta, flore luteo, apibusque gratissimo, semine lenticulis haud absimili, quod phaseolorum modo siliquis innascitur: ita dicta quòd in modum genu flexilis sit adnexus, idcircoque vitibus ligandis idonea: vel quia genibus medeatur dolentibus. [רתם *róthem. σπάρτον*. Gall. *Du genest*. Ital. *Ginestra*. German. Ginsten. Hispan. *Hinestra*. Polon. *Zarnowiec* quibusdam, *ptasia ruta*. Vngar. *Ganya fa bokor*.] Vide Ruell. libro 1. capite 84, & lib. 3. cap. 142. Plinius libro 21. cap. 9: Florem esse dixerim genistas, nanque ex iis decerpitur luteus. Martialis: Non pyra quæ lenta pendent religata genista. Virgil. 2. Georg. molle siler, lentæque genistæ. Humiles genistæ, ibidem.

Genitalis, Genitor, Genitura, Genitivus, Genitus, Genius, vide GIGNO.

Genitalis, Xiphion apud Dioscor. lib. 4. cap. 23.

Genitura, Heros, polygonum, Dioscor. lib. 4. cap. 5.

Genitura, Titani, Sideritis apud Dioscoridem libro 4. capite 36.

Geno, is, genui, genitum, ere, Antiquis in usu erat pro gignere, generare. [יהולד *holidh. γενάω*. Gall. *Engendrer*. Ital *Generare*. Germ. Gebären. Hisp. *Engendrar*. Polon. *Rodzę*. Vngar. *Szwlök, nemzök*. An. *Lo begete*.] Priscian. lib. 10: Gigno, genui: pro quo Geno vetustissimi protulisse invenjuntur. Varro in Andabat. Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de Re rustic. cap. 40: Quædam enim ad genendum, &c. Ex vetusto codice. Infinitum passivum Lucretius protulit libro 3: tantò magis inficiandum Totum posse extra corpus durare, genique. Item Genitur aliquoties apud Iurisconsl. l. 17. D. de leg. 1: Si qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato. & l. 13. D. de reb. dub. Si quis mihi filius aut filia genitur, hæres mihi esto.

Genochia, Bestia paulò minor vulpecula, colore internigrum & croceum, maculis nigris interpositis, mansueta est, si non lacessitur.

Genon, Cæpæ genus, cui acutus est sapor, & lachrymosus.

Gens, gentis, vide GENVS.

Gentiana, nanæ, f.p. [*γεντιανή*. Pol. *Horiczka*.] Dioscoridi herba est folio fraxini, sed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis crassitudine, cavo & inani ex intervallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, aquosa, & sine odore. Nascitur ubique, copiosissimè tamen in Illyrico, ubi à

ubi à Gentio rege nomen accepit, qui primus eam invenisse dicitur, ut tradit Dioscorides libro Sylvæ medicinalis 3. capite 3. & Plin. libro 25. cap. 7. quod etiam hodie servat in officinis.

Gentiana pumila, flosculo cæruleo instar calathi, in pratis humidis, radiculis albis, caule puniceo, foliis tenuibus vestito, florens in Octobre. [Pol. *Nozdrzek modry.*]

Gĕntĭās. γεντιὰς, vide CISSVS.

Gentĭlēs, Gentilitas, Gentilia, vide GENVS.

Gĕnu, [דֶּרֶךְ *bérech.* γόνυ. Gal. *Genouil.* Ital. *Ginochio.* German. Das Knie. Belg. Die Knie. Hispan *Rodilla.* Polon. *Kolano.* Vngar. *Térd.* Ang. *The knee.*] neutri generis, q. & indeclinabile in numero singulari & in plurali genua. Sunt curvaturæ illæ quibus crura & femora committuntur. Dicta genua quòd hæc dum infans est in utero matris, genis opposita sunt: sive à generando quòd in genibus est vitalitas. Plinius lib. 11. cap. 45: Hominis genibus religio quædam inest, observatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras, adorant, fortassis quia inest iis vitalitas. Nanque in ipsa genu utriusque commissura, dextra lævaque à priori parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa, ceu jugulo spiritus fugit. Hæc Plin. Virgil. libro 5. Aeneid. Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus. Ovid. 3. Metamorph. Et genibus pronis supplex, similisque roganti. ¶ Genua submittere pro flectere. Plin. libro 8. capite 1: Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. ¶ A genu fit nomen adjectivum Geniculatus, ta, tum, de quo infrà. ¶ Veteres dixerunt genus, masculino genere. Lucil. lib. 4. Sat. ut citat Nonius: Hæret ventriculis affixum in posteriore Parte, atque articulis novus ut talusque genusque. Legitur etiam genus neutri generis in eadem significatione. Cicer. in Arato: At propter lævum genus omni ex parte locatas Parvas Vergilias tenui cum luce videbis. Et paulò pòst: Atque inter flexum genus, & caput alitis hæsit. ¶ Ne genu quidem flexo. *οὐδὲ γόνυ κάμψας.* Dictum est *παροιμιωδῶς*, pro ne tantulum quidem. Philostratus.

Gĕnŭālĭă, n. t. Indumenta genuum. [*τὰ ἀνακτήρια.* Gal. *Genouilleres.* Ital. *Internodij, ligame de calze, ò ginocchi.* German. Hosenbendel. Hispan. *Los enojales ò fenogiles para calcas.* Polon. *Podwiazka.* Vngar. *Salauári, harisnya.* Ang. *The clothing of the knees.*] Ovid. 10. Metam. -quæque Poplitibus suberant picto genualia limbo.

Gĕnĭcŭlum, li, n. diminutivum. [γόνυον. Gal. *Genouillet, le neud d'vn chaume, ou rofeau, ou herbes.* Ital. *Piccolo ginochio, nodo de canne ò herbe.* German. Ein Gleychte oder Knödle an einem Halm oder Stengel. Hispan. *Pequenna rodilla el nnudo de la cánna ò otra cosa.* Pol. *Cz'onek wdzblie ftaw.* Ang. *The knott of a ftraw.*] Genicula dicuntur stipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli ac nodi quidam. Plin. li. 16. cap. 39: Arundini in geniculo. Idem libro 18. cap 7: Genicula autem tritico sunt quaterna, hordeo octona. Quandoque Geniculum accipitur pro germine. [βλαστὸς. Vngar. *Terdetske, az fw fzárdba valo bőrkök.*]

Gĕnĭcŭlātŭs, a, um, Dicitur quod frequentibus geniculis constat, ut heliotropium, quæ ob id genicularis herba vocatur. [πολυγόνατον. Gal. *Qui a neuds, noué.* Ital. *Chi a molti nodi.* German. Voll Gleych oder Knödle. Hispan. *Cosa que tiene nnudos come canna.* Polon. *Pel'ni ftawow.* Vngar. *Bőrkős, ízés.* Ang. *Full of knottis or ioyntes.*] Cic. de Sen. Deinde tepefactum vapore & compressu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur.

Gĕnĭcŭlātim, adverbium, significat per genicula. [κατὰ γόνυ. Gall. *De neud en neud.* Ital. *Di nodo in nodo.* German. Von Gleych zu Gleych. Hisp. *De nnudo en nnudo.* Polon. *Odftawu do ftawu.* Vngar *Bőrkönként ízenként.* Ang. *Frome ioynt to ioynt, or by knottes.*] Plinius libro 21. capite 11: Foliis geniculatim circundata.

Genicularis, lychnis coronaria apud Dioscor. lib. 3. cap. 11. Item lychnidis herbæ flos apud Plin. lib. 3. cap. 24.

Gĕnĭtrīnŭs, vide GIGNO.

Gĕnĭtŭs, n. t. à Græco γόνος. [יחש *jáchas* זרע *zerdh* מין *min.* Gal. *Geure, race, lignee.* Ital. *Genere, generatione.* German. Ein Geschlecht / der Stamm vnnd anfang einer Geburt. Hispan. *Genero ò linnage* Polon. *Rodzay, poczatek vrodzenia.* Vngar. *Nem, nemzetség.* Angl. *A ftock, linage, a kinred, fort, kynd or manner.*] Propriè principium est uniuscujusque generationis, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitus est: ut Orestes à Tantalo ducit genus, & Plato genere Athenienfis est: patria enim generationis uniuscujusque principium est, quemadmodũ & parentes. Plaut. in Capt. Nam eccum hìc captivũ adolescentulum alium, prognatum genere summo, & summis divitiis. Plin. de Viris illust. Pyrrhæus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriũdus. Terent. in Adelphis: Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere nostro? ¶ Præterea etiam genus Vocamus multitudinem, aliquorum ad unum aliquid, & ad se invicem quodammodo se habentium, ut Romanorum genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationem in se habet, per quam à cæteris distinguitur. In hac significatione accipimus genus, quum genus humanum vel genus hominũ dicimus: quandoquidem omnes homines ad unum principium referuntur, ad omnium rerum conditorem Deum: & inter se habent quandam cognationem qua à reliquis animantibus distinguuntur. ¶ Rursus appellatur genus, cui subjicitur species, & quod convenit pluribus differentibus specie. Quæ significatio tracta videtur à prima significatione. Est enim genus hoc modo acceptum principium omnium quæ sub ipso sunt, specierum: utputa animal genus est, quod de homine, elephãto, equo, avibus, piscibus, reptilibus, aliisque specie differentibus: homo species, quoniam de Socrate, Platone, Aristotele, Fabio, Catone, Cicerone, aliisque non specie, sed numero differentib. dicitur. ¶ Ità genus dicitur quicquid est per quod alicujus rei qualitas indicatur. *εἶδος.* Vnde genus mortis, genus vitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, & hujusmodi. Senec Suminum genus infelicitatis misero est, fuisse aliquando felicem. Terent. in Evnucho: Est genus hominũ qui se primos esse omnium rerum volunt. Virgil. 1. Aeneid. Quod genus hòc hominum? quæve hunc tam barbara morẽ Permittit patria? ¶ Nonnunquam sumitur pro accidente partium orationis, ut quum dicimus animal est generis neutri. Composita vide suis locis.

Gĕnĕrōsŭs, a, um, Quod est nobile & præclaro genere ortum. [בן חורים *ben chorim* γενναῖος, εὐγενὴς. Gall. *Genereux, noble, de noble race, vaillant.* Ital. *Generoso, nobile.* Ger. Edel, wolgeboren, ritterlich, dapffer, mannlich. Hispan. *De buen linage noble.* Polon. *Szlachetny, vrodzony zludzi zacnich, maz prawy.* Vng. *Nemös, fő nemből valo.* Ang. *Of a noble linage or ftocke.*] Papyr. 5. Syl. -titulis generosus avitis. Sueton. in Tyb. Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam in gratiam Quirini, consularis prædivitis, & orbi. Differt igitur generosus & nobilis: quòd generosus ex genere & cognatione est: nobilis ex nobilitate rerum. Sic enim Cornelius Fronto distinguit. ¶ Latius itaque patet nomen nobilitatis quàm generositatis: nobilitatem enim dicimus & eam quæ ex genere est, & propriè quæ ad reliquas res pertinet. Quę distinctio deprehendi potest etiam ex Ovid. lib. 4. Trist. Eleg. 3: O qui nominibus quum sis generosus avorum: Exuperas morum nobilitate genus. Sed tamen hæc differentia non adeò religiosè observatur. Est enim nobilitas ex genere quoque & cognatione. ¶ Per translationẽ accipitur pro magnanimo. Cicer. lib. 3. Offic. Quumque de imperio certatum esset cum rege generoso atque potenti. ¶ Trãsfertur etiam ad inanimata, ut quum dicimus arbores generosas, & vitem generosam, & ipsum etiam vinum generosum. Horat. lib. 1. Epist. Ad mare quum veni, generosum & lene requiro, Quod curas abigat. Virg. lib. 3. Geor. Continuò pecoris generosi pullus in arvis Audet, & ignoto sese committere ponto. Col. lib. 4: Atque ubi multa invitabunt regionis commoda, ut nobilem vitem conseramus, generosam requiremus. Idem li. 3: Vitem maximè populus alit: & postea ulmus, quam *Atiniam* vocant rustici, generosissima est. ¶ Sic florẽ generòsum vocat Ovid. li. 5. Fastor. Nunc meus implevit generoso flore maritus. Ita uvã generosam vocat lib. 2. de Remed. amoris: Est tibi rure bono generosæ fertilis uvæ Vinea. Sic quoque pruna generosa apud eundem libr. 13. Metamor. Prunaque non solùm nigro liventia succo, Verùm etiam generosa.

Gĕnĕrōsĭssĭmŭs, a, um, superlat. γενναιότατος. Polon. *Sliachetni.* Vngar. *Igön nemös.*] Sueton. in Tiber. capite 49: Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam: id est, nobilissimam.

Gĕnĕrōsē, adverb. Fortiter: [γενναίως. Gal. *Noblement, vertueusement, vaillamment.* Ital. *Virtuosamente, nobilmente, valorosamente.* Ger. Adelich / mannlich / dapfferlich. Hisp. *Noblemente, virtuosamente.* Polon. *Mężnie, sziachetnie.* Vngar. *Fő modra, emberül, nemessen.* Ang. *Noblie, courageouslie.*] ut Perire generosiùs, Horat. 1. Carm. Ode 36.

Gĕnĕrōsĭtās, generositatis, f. t. Nobilitas. [εὐγένεια. Gal. *Nobleſſe, vaillãce, bonté & vertu naturelle.* Ital. *Generosita, nobilita.* Ger. Ein gut herkommen / Adel oder Edle art. Hisp. *Aquella hidalguia de linnage.* Polon. *Szlachetne, vrodzenie.* Vngar. *Nemesség, fő nem.* Ang. *Nobilitie, gentlemanlineſſe, kindelineſſe.*] Columell. libro 3: Qui vineam vel arbustum constituere volet, seminaria priùs facere debet: sic enim scier cujus generis vitem positurus sit. Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet: quum dubium est an is qui vendidit,

vendidit legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam. ¶ Interdum idem eſt quod magnanimitas. Generoſitas tauris eſt in aſpectu, Plin. lib. 8. cap 45.

Gĕnĕrālĭs, le, om. t. Vniverſalis, ad omnes pertinens. [γενικὸς, καθολικός. Gal. *General, vniverſel.* Ital. *Generale, vniverſale.* Germ. Allgemein. Hiſp. *Coſa general.* Pol *Poſpolity.* Vng. Közönséges. Angl. *Generall, vniverſall.*] Quintil. lib. 9. cap. 1: Quædam ex iis ſpecies planè diſtant, manente tamen illa generali ſocietate. Cicero 1. de inventione: Quum de genere negotii controverſia eſt, conſtitutio generalis vocatur. Idem 1. Offic. Generale quoddam decorum intelligimus quod in omni honeſtate verſatur: & aliud huic ſubjectum quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis.

Gĕnĕrālĭtĕr, adverbium, Vniverſè, indefinitè. [γενικῶς, καθόλου. Gall *Generalement, vniverſellement.* Ital. *Generalmente, vniverſalmente.* German. Allgemeintich. Hiſpan. *Generalmente.* Polon. *Poſpolicznie, obecznie.* Vngar. Közönſegeſſén. Ang. *Generallie.*] Cic. 1. de Invent. Nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt. Plin. in Epiſt. Memini quidem te jam quædam notaſſe, ſed generaliter.

Gĕnĕrātim, Per ſingula genera, ſeu per ſingulas ſpecies. [κατὰ γένη. Gal. *En general, chaſcun genre ou ſorte à part.* Ital. *In ciaſcun genere per ſe.* Ger. Durch alle Geſchlecht oder gattũg/vberal. Hiſp. *En partes, y generos.* Pol. Wſſędzie. Vng. *Nemenkent.* Ang. *In generall, by euerie kinde.*] Virgil. li. 2. Georg. Quare agite ô proprios generatim diſcite cultus Agricolæ. Varr. Non in volucribus generatim ſervatur analogia. Cic. 4. Acad. Igitur exponam generatim argumenta eorum, quoniam ipſi etiam illa ſolent nõ confusè loqui. Generatim diſtributi in civitates, Cæſar 7. bel. Gall. ¶ Aliquando generatim ponitur pro generaliter, confusè & indeterminatè, κεφαλαιωδῶς. Cic. lib. 2. de Orat. Infinitum mihi videtur id dicere in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo: Expetendáne eſſet eloquentia, expetendíne honores.

Gĕnĕro, as, are, Gigno, fœtum procreo, & propriè de maribus dicitur. [יָלַד *holidh.* γεννάω. Gal. *Engendrer.* Ital. *Generare.* Germ Gebären. Belg. Baren/voortbrangen. Hiſp. *Engendrar.* Polon. *Rodze.* Vng. *Szwlök, nemzök.* Ang. *To begette, to engender.*] Virg. 8. Aeneid. At Majam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cœli qui ſydera fulcit. Cic. in Partit. Quemadmodum quiſq; generatus, quemadmodum educatus. Invenitur tamen etiam de fœminis dici. Plin. lib. 8. cap. 44: Et quæ non primo initio generare cœperit. Ibidem; Contradj; mulos quos aſini & equę generarent. Et de herbis. Gell. lib. 5. cap. 6: Obſervari ſolitum, ut fieret è gramine quod in olea generatum eſſet. ¶ Per translationem accipitur, pro invenire & excogitare. Quintilianus lib. 10, cap. 2: Illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt, ut tam multa generarent. ¶ Hujus compoſita ſunt Congenĕro, pro adjungo, aſſõcio. συγγενάω. Ennius: Quem mihi congenerat affinitas. ¶ Degenero, de quo in dictione Degener. ¶ Ingenero, quod modò ſignificat genero, modò gignendo infero, ἐγγενάω, ἐμποιέω. Lactant. lib. 6: Deus itaque quum hominem primùm fingeret, mirabili providentia ingeneravit ei priùs iſtas animi commotiones, ut poſſet capere virtutem. ¶ Progenero, generationem prorogo. Colum. Nam humidæ res & ſiccæ, quas terra progenerat, facilè vitiantur. Hinc progenies pro genere & familia. ¶ Regenero, rurſus genero, ἀναγενάω. Lact. lib. 4: Ex eorum ſemine regenerari eum juſſit.

Gĕnĕrāſco, is, ere, Naſcor. [יָלַד *jaládh.* γίγνομαι. Gal. *Naiſtre.* Ital. *Naſcere.* German. Geboren werden. Hiſpan. *Naſcer.* Polon. *Rodze ſie.* Vngar. *Szwlettetõm.* Ang. *To be borne.*] Lucret. libro 3: cur omnia membris Ex ineunte ævo generaſcunt, ingenioque.

Gĕnĕrātĭo, onis, f. t. Quæ eſt (ut Speuſippus ait) motus ad eſſentiã, acceptio eſſentiæ, proceſſus in eſſe. [יְלֵדָה *ledhdh* תּוֹלְדָה *toledhdh.* γένεσις. Gal. *Generation.* Ital. *Generatione.* Ger. Gebärũg. Hiſ. *Generacion, obra de engendrar.* Pol. *Rodzenie.* Vng. *Szwletés*, vel, *niemzetſeg.* Ang. *Generation or engendring.*] Plin. li. 10. ca. 52: Avium generatio ſimplex videtur eſſe.

Gĕnĕrātŏr, oris, m. t. Genitor, procreator, parens, ſator. [יָלַד *molidh* הוֹרֶה *horeh.* γεννητής. Gal. *Engendreur.* Ital. *Generatore, genitore.* German. Ein gebärer. Hiſpan. *Engendrador.* Polon. *Rodzićiel.* Vng. *Szwlö, nemzö.* Ang. *A begetter or engenderer.*] Cic. de Univerſ. Noſſe autem generatores ſuos optimè poterant.

Gĕnĕrābĭlĭs, Quòd facilè generatur. [γεννητός. Gal. *Quis s'engendre facilement.* Ital. *Che ſi genera facilmente.* German. Das leichtlich geboren wird oder entſtehet. Hiſpan. *Coſa que facilmente ſe engendra.* Pol. *Vrodzainy.* Vn. *Szwletheto.* An. *That is lightly ingendred.*] Plin. lib. 2. cap. 43: Hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus.

Gĕnĕr, ri, m. ſ. Filiæ meæ vir, quaſi generis propagator: adhibetur enim ad genus augendum. [חתן *chathan.* γαμβρός. Gal. *Gendre, le mari de ma fille.* Ital. *Genero.* Germ. Tochtermann. Hiſp. *Yerno, marido de hija ò nietta.* Pol. *Meiey corky maż, ſiec.* Vng Vő. Ang *A ſonne in law.*] Plaut. in Ciſtel. Iſthic quidĕ ædepol mei viri habitat gener. Cicer. 1. Offic. Cum ſoceris generi non lavantur. Perſ. Sat. 2: Hunc optent generum rex & regina. Tacit. li. 1: Mox defuncto Marcello generum ſumpſit. ¶ A` quo Progener: ita appellat avus neptis ſuæ virum.

Gĕns, gentis, f. t. A` genus deducitur, u litera detracta, idem fere quod natio, quanquam gentis appellatio generalior eſſe videtur, multasque ſub ſe comprehendere nationes. [γένος. ἔθνος. Gall. *Vne gent, nation.* Ital. *Gente, natione.* Ger. Ein Volck oder Geſchlecht. Belg. Een geſchlecht. Hiſp. *Tota la gente de vna nation.* Polon. *Rodzay, pokolenie, dom.* Vng *Nemzetſeg.* Ang. *A nation, a people.*] Gens enim Itala Latinos habet, Hetruſcos, Campanos, Vmbros, Picentes, & hujuſmodi. Cic. de Natura deor. Deum non curare ſingulos homines, nec civitates, nec nationes, nec gentes. Cic. 1. Offic. Propior eſt ejuſdem gentis, nationis, linguæ conjunctio. Virgilius 1. Aeneid. Gens inimica mihi Thyrrenum navigat æquor. Plinius de Viris illuſt. Mithridates rex Ponti oriundus à ſeptem Perſis, magna vi animi & corporis, ut ſex juges equos regeret, duarum & viginti gẽtium ore loqueretur, bello ſociali, diffidentibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit. ¶ Interdum pro familia & domo ponitur, φῦλον. ut gens Aelia, gens Valeria, pro Aeliorum & Valeriorum familia, Inde gentiles dicti, ex eadem gente: id eſt, familia oriundi. Quanquam accuratiùs cogitans videbit hoc intereſſe inter gentem & familiam, quod intereſt inter totum & partem. Gens enim multas familias comprehendere poteſt, ut in gente Cornelia, familia eſt Syllarum, Scipionum, Dolabellarum, Cinnarum, &c. quæ quidem omnes inter ſe ſunt gentiles, non autem agnati. Scipiones enim tantùm Scipionib. Syllæ Syllis agnati ſunt. Itaque quod intereſt inter totum & partem, quod inter agnatos & gentiles, hoc intereſt inter gentem & familiam. ¶ Sine gente: id eſt, ignobilis. Horat. 2. Serm. Satyr. 5: Qui quavis perjurus erit, ſine gente, cruentus Sanguine fraterno, &c. ¶ Gens per translationem de apibus dicitur. Colum. lib. 9, cap. 9: Inteſtino bello totæ gentes conſumuntur. ¶ Et de piſcibus, Virgil. 4. Georg. Quum Proteus conſueta petens è fluctibus antra Ibat: eum vaſti circum gens humida ponti Exultans, &c. ¶ Vbicunque terrarum & gentium, Cicero 7. Verr. Idem in Catil. O` dii immortales, ubinam gentium ſumus? quam Remp. habemus? in qua urbe vivimus? Nuſquam gentium: id eſt, nuſquam omnino. Terentius in Adelph. Næ ego homo ſum infœlix, primum fratrem nuſquam invenio gentium.

Gens & familia: Inter gentem & familiam illud intereſt, quòd gens ad nomen, familia ad cognomen refertur: itaque illa quaſi totum continere videtur, hæc quodam modo partem. exempli gratia: Valerii omnes unius gentis eſſe dicuntur, qui uno nomine continentur omnes: at verò partes gentis hujus ſunt plures, quæ ex cognominum varietate diſtinctæ ſunt, eąque familiæ nominantur, ut in gente Valeria Maximi, Meſſalæ, Flacci, Lævini, Faltones. In Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ. In Aemilia Mamercini, Lepidi, Pauli, Scauri, Barbulæ: itemque in cæteris. At verò Valerii omnes unius ſunt gentis: itemque Cornelii & Aemilii. Itaque rectè Feſtus gentem definit eam, quæ ex multis familiis conficeretur. Quod autem Intereſt inter gentem & familiam, idem intereſt inter genus & ſtirpem: quæ quidem ita eſſe ex his veterum hiſtoriarum verbis intelligitur. Suetonius in Galba: Imagines univerſi generis exequi longum eſt, familię breviter attingam. Qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur: & Livius lib. 37: Scipio Naſica orationem habuit plenam veris decoribus non communiter Corneliæ gentis, ſed propriæ familiæ ſuæ: & apud Suetonium Cæſar: Ab Anco Marcio ſunt Marci Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Iulii, cujus gentis familia eſt noſtra. & in Auguſto: Gens Octavia à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta, mox à Servilio Tullio inter patricias traducta: primus ex hac magiſtratũ cepit C. Rufus. Is quæſtorius Cneũ & Caium procreavit, à quib. duplex Octaviorũ familia deduxit, conditione diverſa. & Cicero in Brut. Funebres orationes ipſæ familiæ quaſi ornamenta ſervabant ad uſum, ſi quis ejuſdem generis occidiſſet. & Liv. lib. 9: Duodecim Potitiorum familias fuiſſe, quum gẽs Potia tot interiit: & libro primo: Iulia gens autorem ſui nominis nuncupat: & lib. 7, ſic loquitur Valerius Corvus: Non ſi mihi novum hoc Corvi cognomen diis autoribus homines dediſtis, Poplicolarum vetuſtum noſtræ familiæ cognomen memoria exceſſit. & libro 40: Inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur. & Catullus: Non decet tam vetus ſine liberis nomen eſſe: id eſt, tam veterem gentem qualis erat Manlia. Hæc de gente, familia & genere, nunc de ſtirpe dicam. Cicero pro Rabirio: qua in familia laus aliqua fortè floruerit,

floruerit, hanc ferè qui sunt ejus stirpis, cupidissimè persequũtur. & primo de Legibus: Hac orti stirpe antiquissima sumus. & in Lælio: Quia aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in fabulatu fuerunt. & libro primo de Oratore: Quid, qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumviri judicarunt? Quum Marcelli à liberti filio stirpe, Claudii patricii ejusdem hominis hereditatem gente ad se rediisse dicerent: nónne in ea causa fuit de toto stirpis, & gentilitatis jure dicendum? Et Suetonius in Claudio: Claudius Cneo Pompeio antiquissimæ stirpis Magni cognomen ademit. Quæ autem ratio est inter gentem & familiam, eadem est inter gentiles & agnatos. Vt enim familia, aut stirps nos propius attingit, quàm gens aut genus, sic agnati quàm gentiles. Siquidem gentilis, autore Festo, dicitur qui eodem ex genere natus, & is qui simili nomine appellatur rectè: quatenus enim ait: Ex eodẽ genere, eos intelligit qui ejusdem gentis eundẽ principem habent: quatenus simili nomine, eos qui quanquam uno gentis nomine omnes utuntur, tamen alium atque alium autorem sui generis nuncupant. Quo modo Cicero in prima Tusculana, se gentilem esse ait Ser. Tullii regis, quòd uterque simili gentilitio nomine uteretur, quum tamen è diverso uterque fonte manaret. Quum autem ad Herennium scriptum sit: Si furiosus existat, agnatorum gentiliumque in eo, pecuniaq; ejus jus esto. item: Si paterfamilias intestato moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum, gentiliumque esto. Agnati profectò videntur esse, qui ex eadem familia sint, quibus deficientibus, gentiles subeant. Nam Cicero dixit lib. 1, de Oratore: Iura gentilitatum & agnationum. item: Ius gentilitatis, & stirpis. Et de Legibus lib. 1: Homines deorum agnatione & gente tenentur: quum utramque conjunctionem complecti vellet. Qui autem librum scripsit ante nos de nominibus, idem esse censet gentem & familiam, gentiles & agnatos. ait enim: Agnomen familiæ est appellatio, & gentis: unde agnati & gẽtiles dicebãtur, qui ex eadẽ erant familia, ut Cicero in Topicis ait. & idem in Bruto: Ser. Tullii regem gentilem suũ ea causa nominat: mea autẽ sententia, Ciceronis sententiam percepisse nõ videtur, qui in Topicis gentiles eos definit, qui inter se eodẽ nomine sunt: id est, ex eadẽ gente: familiæ verò, aut agnatorum non meminit. Est præterea intelligendum, Pliniũ gentiles novo quodam modo appellare: siquidem servos gẽtiles esse dominorum ait: quia eodem prænomine appellarentur, quo dominus, ut Marcipor, Quinctipor: id est, Marci, & Quincti puer. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum.

Gẽntĭcŭs, pen. cor. gentilitius. [πάτριος. Gall. *De mesme gent ou nation.* Ital. *Di quella istessa gente.* Germ. Das eines Volcks ist. Hisp. *Del mesmo nombre lignage y parentesco.* Pol. *Iednego rodzaiu.* Vng. *Az mi valami nemzetnek tulaydona.* Ang. *Of the same nation.*] Vnde genticus mos: id est, gentis vel patriæ consuetudo. Corn. Tacit. lib. 3: Adduntur è servitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles.

Gẽntīlēs, com. t. Qui ex eadem gente sunt, quiq; idem nomen habent, etiamsi cognomina habeant diversa. [שֵׁלִישׁ *modhiáh.* οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ οἴκου, γένους. Gal. *De mesme race ou maison.* Ita. *Della medesima famiglia.* Ger. Die eines Geschlechts vnd Nammens sind. His. *Dela mesma familia y nombre.* Pol. *Iednego miona y rodzaiu.* Vng. *Egy nemből valok, egy neurok.* Ang. *To one stock or kinred.*] Vnde Cincius: Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Cic. lib. 1. Tusc. Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominũ esse sempiternos, antiquus sanè: fuit enim meo regnante gentili: hoc est, Servio Tullio, quia ejusdem nominis erat. Idem Cicero in Topicis ad Trebatium authoritate Scævolę pontificis gentiles esse ait qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt diminuti. Et cum locum enarrans Boëtius: Gentiles, *inquit*, sunt qui eodem nomine inter se sunt ut Scipiones, Bruti, & cæteri, Quid si servi sunt? Num nulla gentilitas esse potest? Minimé. Quod si libertinorum civium Romanorum eodem nomine nuncupentur? Nũ gentilitas ulla est? Ne id quidem: quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas dicitur. Et huc alludit illud Ovidii de Fabiis loquens lib. 2. Fast.

Vna domus vires & onus susceperat urbis,
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab iisdem,
E' queis dux fieri quilibet aptus erat.

Autor ad Heren. li. 1: Si paterfamiliãs intestatus moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum, gentiliumque esto. ¶ A' gentilis deducitur nomen Gentilitas, quod accipitur pro origine hominũ ingenuorum qui sunt ejusdem nominis: servorũ autẽ, aut libertinorũ nulla est gentilitas. ¶ Interdum etiam Gentiles dicuntur qui sunt ejusdem nominis tantùm, etiamsi ex eadem gente non sint. Vnde etiam servi dicebantur gentiles dominorum: quoniam dominorum nomine vocabantur. Plin. libro 33. cap. 1: Singuli Marcipores, Luciporésve dominorum gentiles omnes victum in promiscuo habebant: nec ulla domi custodia à domesticis opus erat. ¶ Item Gentile dicitur, quod est gentis alicujus peculiare, & proprium: ut, Iuvenalis gentilia tympana dixit: id est, gentis propria Suetonius de Tyberio: Capillo ponè occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in eo videbatur. Scriptores rerum sacrarũ Gentiles vocant idolorum cultores, qui aliter quàm Christiani de Deo sentiunt, quos nonnulli voce Græca malunt *Ethnicos* appellare. Qui loquendi ritus à Iudæis manavit, qui nationes omnes, præter suam, *Gentes* seu *Gentiles* vocitabant. [גּוֹיִם *goiim.*] Vide Gens.

Gẽntīlĭtĭŭs, a, um, [πατρῷος, ἐθνικός. Gal. *Qui appartient à une mesme race, commun où propre à la race.* Ital. *Di quella istessa gente ouero famiglia.* German. Das eines Geschlechts eigen ist / das von einem Geschlecht oder Volck herkompt. Hispan. *Cosa del mesmo nombre y familia.* Polon. Rzecz która wł'a'sna iest temu rodzaiowy. Vn. *Nemzetseg valo.* An. *Of the same nation or kinne.*] Quod est ex gente, aut familia: ut. Gentilitia nomina dicuntur, quæ originem gentis declarant, ut Porcius Cornelius, Gentilitia sacra, quæ genti alicui sunt peculiaria. Cic. de Arusp. Multi sunt etiã in hoc ordine, qui gentilitia sacrificia, illo ipso in sacello statuto loco anniversaria faciebant. Gentilitium sacerdotium, quod ad jus familiæ pertinet, & nunc vulgò *patronatus* dicitur. ¶ Gentilitium hoc illud est, hoc illa gente sua pr. prium est. Plin. in Epist. Passenius Paulus, splendidus eques Romanus, & in primis eruditus scribit elegos: gentilitium hoc illi: est enim municeps Propertii, atque etiam inter majores suos Propertium numerat. Plin. lib. 19. cap. 1: In Serranorum familia gentilitium esse fœminas linea veste non uti. ¶ Interdum etiam gentilitium id vocamus, non quod familiæ alicui, sed populo aut nationi cuipiam est peculiare: ut Gentilium nomen: hoc est, nationis, vel populi nomen. Gel. lib. 14 cap. 1: Vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, mathematicos nominat.

Gẽntīlĭtās, f. t. Gentilium conjunctio, & necessitudo. [יַחַשׂ *iáchas* זֶרַע *zérah* מוֹלֶדֶת *modhãbath.* ἡ τῶν ἐθνικῶν κοινωνία, συγγένεια, ὁμοφυΐα. Gal. *Parenté ou race, affinité, communauté de mesme nom.* Ital. *Multitudine di gente, ò di famiglia d'una nation.* Germ. Verwandtschafft des Geschlechts / viele des Geschlechts. Hisp. *Gentilidad, communidad de la gente.* Polon. Z [illegible] w. Vng. *Nemzetseg kõzt valo kõtel.* Angl. *Affinitie or kindred of one nation or one name.*] Cicero de Arusp. resp. Io caeca mente fatear oportere de toto stirpis & gentilitatis jure disputandum. ¶ Interdum accipitur pro ipsis gentilibus: hoc est, pro [illegible] ipsa vel familiæ, vel gentis, sive nationis alicujus [illegible] viris Illustribus: Gentilitas ejus Manlii cognomen ei [illegible] quis posteà Capitolinus vocaretur. Plin. in Pan[illegible] Ex quo intelligi potest quantæ benignitatis, quanti spiritus [illegible] parsas, atque (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere atque componere.

Gĕōdæsĭă, γεωδεσία, Terræ dimensio, & scientia earum quæ in se. Hab[illegible] as sunt corporibus magnitudinum & figurarum, circa divisionem & compositionem versans.

Gĕōdæ̆tes, γεωδαίτης, Qui geodæsiam novit: terræ divisor, & agri mensor, inquit Budæus.

Gĕōdēs, γεώδης. Lapis in concavitate sua terram habẽs, quemadmodum ætites lapidem: unde & auribus admotus sonitũ edit, sed dilatiorem, quàm ætites. Facultatem habet astringendi & siccandi: unde & ea quæ claritati oculorum officiunt, purgat. Ex aqua quoque inunctus, mammarum genitaliumque inflationes sedat. Autor Dioscor. lib. 5.

Gĕōgrăphĭă, [γεωγραφία. Gall. *Description de la terre, geographie.* Ital. *Descriptione della terra.* German. Beschreibung der Erdtrichs. Hispan. *Geographia, traco ò debuxo de la tierra.* Polon. *Ziemie oppissanie.* Vngar. *Az földnek meg iràsar méresé (auagy) Ergosia.* An. *The description of the earth.*] Dicitur terræ descriptio: γαῖα enim sive γέα sive etiam γῆ terram, & γράφω scribo significat. Cicer. Attic libro 2: De geographia dabo operam ut tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor: magnum opus est, sed tamen ut jubes, curabo ut hujus peregrinationis tibi opus exter.

Gĕōmāntĭă, penult. prod. γεωμαντία, Divinatio ex terra. Inde geomantes, γεωμάντης, qui ex terra divinat.

Gĕōmetrēs, & Geometra, pen. corr. terræ mensor sive divisor [γεωμέτρης. Gal. *Geometre, arpenteur, mesureur de la terre.* Ital. *Mesuratore ò diuisore della terra.* Germ. Ein mässer vnnd außtheiler des Erdtrichs. Hispan. *Medidor de la tierra.* Pol. *Ziemie rozmierzaiąc, wymiernik.* Vn. *Föld mérõ, ergosiás.* Ang. *A measurer of landes.*] Cicer. 4 Acad. Quomodo aut geometres ea cernere potest, quæ aut nulla sunt, aut internosci à falsis non possunt. Idem 4 Academ. Geometræ provideant qui se profiteantur non perituros: non persuadere, sed cogere.

Gĕōmētrĭă, æ, f. p. terræ dimensio. [γεωμετρία. Gal. *Geometrie, l'art de*

art de mesurer la terre. Ital. *Geometria, scientia da mesurare la terra.* German. Mäſſung des Erdtrichs. Hiſpan. *Geometria, la arte de medir la tierra.* Polon. *Rozmierzenie ziemie.* Vng. *Földnek meg méréſe (auagy) Ergoſia.* Ang. *The meaſuring of the land, geometrie.*] Eſt autem mathematicæ pars, quemadmodum Aſtrologia, Muſica, & Arithmetica, circa formas præcipuè ſeu figuras verſans. Cic. 3, de Finibus: Quanquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica: quæ, nam ea Latinè dici poterant, tamen quoniam uſu percepta ſunt, noſtra ducamus.

Gĕōmetrĭcŭs, a, um, adjectivum, quod ad geometriam ſpectat. [γεωμετρικός. Gal. *Seruant à mesurer & arpenter la terre, appartenant à geometrie.* Ital. *Coſa che ſerue à miſurare la terra.* Ger. Das zu der mäſſung des Erdtrichs gehört. Hiſpan. *Coſa deſta arte de medir la tierra.* Polon *Do rozmierzenia ziemie przinalezący.* Vngar. *Az föld méréſre tartozo (auagy) Ergoſiahoz valo.* Ang. *That perteineth to the meaſuring of landes.*] Cicer. 1. Tuſcul. Socrates interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. Idem 2. de Divin. Si velim geometricum quiddam, aut Phyſicum, aut dialecticum explicare. Idem 4. Acad. Quod ſi geometricis rationibus non eſt crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longè aberit, ut rationibus credat Philoſophorum.

Gĕōmetrĭcă, orum. [γεωμετρικὰ, τά. Vng. *Ergoſia tudománya.*] Sunt ipſa de geometria præcepta. Cic. 1, Tuſc. Ita faciles interrogationes ſunt, ut gradatim reſpondens, eò perveniat, quaſi geometrica didiciſſet.

Gĕōmetrĭcē, es, f. p. [γεωμετρική. Vng. *Ergoſia tudomanuya.*] Ars terram, alióvve quid dimetiendi: quæ & geometria dicitur. Plin. lib. 35. cap. 10: Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè, & Geometricè: ſine quibus negabat artem percipi poſſe.

Gĕōrgĭcă, orum, γεωργικὰ, τά, dicuntur libri tractantes ea, quæ ad agrorum cultum pertinent.

Gĕōrgĭcŭs, a, um, [γεωργικός. Vng. *Meżő mwuelésére valo.*] Quod ad agriculturam ſpectat: ut, Carmen georgicum. Col. lib. 7. cap. 5: Sed georgicum carmen affirmat, nullam eſſe præſtantiorem medicinã, Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os, &c.

Gĕrānĭŏn, [γεράνιον. Gal. *Eſguille à berger, pié de colomb, herbe robert* Ital. *Roſtro di grua.* German. Storchen ſchnabel / Kranchshalß / Taubenfuß. Hiſp *Pico de ciguenna, anguias pamplos.*] Herbarum duarum nomen eſt: quarum altera foliis eſt anemones, diviſuris longioribus, radice ſubrotunda: quum eſtur, dulci. Hanc Officinæ *Acum paſtoris* appellant. Altera caules habet ſeſquipedales, tenues & piloſos, folia malvæ: in ſummis autem alis ſurſum ſpectantia gruum capitula cum ſuis roſtris: à quibus etiam nomen accepit. Nam γεράνιον Græci *gruem* appellant. Hanc noſtræ ætatis herbarii *Pedem columbinum* nominant.

Geranogeron, Geranion apud Dioſc. lib. 3. cap. 129.

Geranopodion, Lychnis coronaria Dioſc. lib. 3. cap. 113.

Gĕrmānŭs, pen. prod. vide GERMEN.

Glăbretă, orum, n. ſ. Loca ſatis, ſtirpibusque nuda: quæ & Calveta à nonnullis appellantur: in quibus ſcilicet propter noxium aliquem humorem nihil gignitur. [φαλάκρωμα. Gal. *Terre où il ne croiſt rien.* Ital. *Terreno oue non naſce biada ne altro.* Germ. Dürre vnd vnfruchtbare Ort/an welchen nichts wachſt. Hiſp. *Terruno donde no nace nada.* Pol. *Suche miejſce ze naktorim nicz ſie nie rodzy.* Vng. *Kopaſzhely, kopár.* Ang. *Bare places without corne or graſſe.*] Colum. lib. 2. cap. 9: Solet autem ſalſam nonnunquã, & amaram uliginem vomere terra: quæ quamvis matura jam ſata, manente noxio humore corrumpit, & locis glabrẽtibus ſine ulla ſtirpe ſeminum areas reddit: ea glabreta ſignis adhibitis notari convenit, ut ſuo tempore vitiis ejuſmodi medeamur.

Glăbro, as, are, act. p. Pilos auferre. [קָרַח *karách. ψιλόω, μαδίζω.* Gall. *Peler, ou oſter le poil.* Ital. *Pelare, ſpelare.* Ger. Das Haar auß raffen oder ab ſchaben/glatt machen. Hiſp. *Pelar y hazer lampinno.* Pol. *Golse, obskubie.* Vng. *Meg koppaſztom.* Ang. *To make bare, or pilde.*] Colum. lib. 12. cap. 53: Quum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt, poſtero die mactantur: & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glăbrĕo, es, Glaber ſum & depilis: quanquam etiam ad terram transfertur, quæ etiam glabrere dicitur, ubi ſatis ſtirpibusque nuda eſt, nihilque gignit. [חָלַק *chaláḳ. μαδάω, ψιλαγρῶμαι.* Gall. *Se peler, perdre ſon poil, eſtre ſans poil.* Ital. *Eſſere senza pili.* Ger. Glatt vnd ohne Haar ſeyn/ Kaal ſeyn. Hiſp. *Ser ſin pelos.* Pol. *Oblazł'y.* Vng. *Kopáſz vagyok.* An. *To be pilde or without heare.*] Vnde loca glabrentia, apud Colum. lib. 2. cap. 9.

Glăbrĕſco, ſcis, n. t. glaber fio, pilos apud capillos ſive plumas amitto: quod evenit nonnunquam morbo aliquo. [חָלַק *chaláḳ. μαδάω, ψιλοῦμαι.* Gall. *Deuenir pelé, perdre ſon poil.* Ital. *Diuenir ſenza peli.* Germ. Kaal werden. Bel. Kael worden. Hiſp. *Pelarſe, y hazerſe lampinno.* Pol. *Oblezám.* Vn. *Meg kopaſzulok, ſimulok.* Ang. *To waxe pilde.*] Transfertur quandoque ad alia: ut Glabreſcere dicitur area, quum herbis attritis vel evulſis complanatur, & quaſi glabra redditur. Col. lib. 2. cap. 20: Nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam ungulis atteruntur, atque ita glabreſcit, & fit idonea ſeminibus area: id eſt, fit glabra, mundaque.

Glăbrĭōnēs. Dicti ſunt qui corpus glabrum, & pilis nudum habent. [μαδῶντες. Gall. *Pelez, qui ſont ſans poil.* Ital. *Coloro che non hanno peliſſo la perſona.* Germ. Die ein glatten Leib haben ohne Haar. Hiſp. *Varrones lampinnos y ſin pelos.* Pol. *Gol'otwaſſowie, gols na cżielie.* Vn. *Sima teſtw, az ki nem ſzőrös.* Ang. *Thay that hath no heare on there bodyes.*] Vnde Glabrionum non ignobilis Romæ familia nomen accepit, ex qua fuit M. Glabrio, M. Scauri ex ſorore nepos: cujus meminit Aſconius in orationem Ciceronis pro M. Scauro. Ejuſdem familiæ M. Attilius Glabrio fuit.

Glăcĭes, glaciei, f. q. Aqua concreta gelu, quaſi gelacies. [קֶרַח *kérach. κρύσταλλος.* Gal. *Glace, glaſſon.* Ital. *Ghiaccio.* Ger. Eyß. Bel. Yo. Hiſp. *Y elo ò la elada.* Pol. *Lod.* Vng. *Jég.* Ang. *Yce.*] Plin. li. 5 cap. 38. Aure ad glaciẽ appoſita. Virg. 10. Aegl. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Idem 3. Georg. -filicumq; manipls Sternere ſubter humũ, glacies ne frigida lædat Molle pecus, ſcabiemq; ferat, turpeisq; podagras: ¶ Glacies æris, Lucretius: Cum glacies æris flamma devicta liqueſcit. Hic glacies æris dixit audacia in loquendo penè temeraria, pro ſolidítate, rigore & duritie, quòd talis glacies ſit: vel potiùs Græcos imitatus eſt, quibus πάγος: id eſt, glacies, etiã ſaxum ſignificat ſolidum & durum, ſed & frigus.

Glăcĭo, glacias, Verbum eſt activũ, frigore aſtringo, in glaciem converto. [συμπήγνυμι. Gall. *Glacer.* Ital. *Agghiacciare, ghiacciare.* Germ. Zu Eyß machen. Hiſp. *Elar à otra coſa.* Pol. *Vmarzom, lodowacżeie.* Vng. *Meg fagyalom, iegeſitöm.* Ang. *To mak any thing freeze and congeale.*] Horat. Car. lib. 3. Ode 10: Audis quo ſtrepitu janua, quo nemus Inter pulchra ſitum tecta remugiat Ventis, & poſitas ut glaciet nives Puro numine Iuppiter. ¶ Inde paſſivum Glacior, in glaciem convertor. κρυσταλλοῦμαι. Plin. lib. 14 cap. 13: Flore ejus aquam glaciari Pythagoras tradit. Idẽm lib. 14. cap. 21: Glaciatæ moles prodigii modo Caſeus glaciatus: id eſt, coagulatus, & concretus. Col. l. 7. c. 82: Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caſeus jucundiſſimè ſapiat.

Glăcĭfĭcŭs, le, om. t. A glacie deducitur, id quod congelatur, & in glaciem convertitur. [κρυσταλλώδης, κρυμώδης. Gall. *Gelé, glacé.* Ital. *Di ghiaccio.* Ger. Eyßechtig. Hiſp. *Coſa que ſe yel a ò puede elar.* Pol. *Lodawaty.* Vn. *Ieges, fagyos.* Ang. *Where yce is, that may or is wont to be froſen.*] Iuven. Satyr. 2: Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum. Col. l. 3. c. 1: Per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali, vel præfervida, curæ mortalium reſpondet. Fretum glaciale, Claud. in Paneg. Frigus glaciale, Ovid. 9. Metamorph.

Glăcĭtārĕ, Proprium eſt vocis anſerum. [κλαγγάζειν. Gall. *Vn mot propre és oyes quand elles crient.* Ital *Far voce d'oca.* Ger. Gagen oder ſchnateren wie die Gänß. Hiſp. *Hazer la voz del pato.* Pol. *Gegacz iakoges.* Vng. *Gaggogok.* Ang. *To gagle or creake lyk a gooſe.*] In carmine de Philomela, quod Ovidii nomine circunfertur: Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer. Alii legũt Glocitat, alii Gratitat.

Glădĭŭs, di, m. ſ. Enſis, à clade dici videtur, c in g mutata, ut ſcribit Varro, quòd ad cladem ſit inventus. [חֶרֶב שְׁלַח *cheréb ſchélach. ξίφος, μάχαιρα.* Gal. *Vn glaiue, vn couſtelas, vne eſpee.* Ital. *Spada, coltello, ò eſpada.* Pol. *Miecz.* Vn *Kard, ſzablya, tör, fegyver.* Ang. *A ſworde.*] Plaut. in Trin. Dedititio hoc pacto ei gladii, qui ſe occiderent: id eſt, miniſtrati materiã ad perniciem. Cæſ. 7. bel. Gallici: Gladiis diſtrictis, portas occupaverunt. ¶ Terent. in Adelphis: Suo ſibi hunc gladio jugulo. Eraſmus: Suo gladio, ſuóve telo jugulari dicitur, qui ſuis ipſius dictis revinciturꝫ aut qui ſuopte invento, dolóve capitur: denique, in quem quocunq; modo ſeu dictũ, ſeu factum retorquetur quod ab ipſo profectum ſit. ¶ Tranſlata metaphora ab iis qui in pugna ſuis ipſorum telis aliquoties cõfodiuntur. ¶ Gladio plumbeo jugulare, eſt levi argumento nulloq; negotio cõvincere quempiam. Cicero ad Attic. Quum illum plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret. ¶ Gladii poteſtas dicitur à Iuriſconſ. pro jure in facinoroſos animadvertendi. Ad gladiũ damnari, idem eſt, quod ad ferrum, ad ludum gladiatorium. ¶ Antiquiſſimi gladium dixerunt in neutro genere: ut probat Varro hac Lucilii autoritate: Hærebat gladium mucrone in pectore totum. ¶ Eſt & gladius, genus piſcis marini roſtro mucronato, quo naves perfodit & demergit, in Atlantico Oceano. ξιφίας. Plinius lib. 32. cap. 2. & 11. ¶ Gladium acutum avertas, ἐξῶσαι μάχαιραν ὀπισθόφορον. Opinor innui, à periculoſis negotiis abſtinendum. ¶ Huic finitimum eſt, Ne puero gladium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, ſubaudiendum commiſeris. Allegoria proverbialis, admonens, non eſſe mandandam poteſtatem vel adoleſcentibus, vel imperitis ac ſtultis, qua tùm in ſuam tùm aliorum perniciem ſunt abuſuri. ¶ Ficulnus gladius. συκίνη μάχαιρα. De frivola cauſa dici poteſt, quę́q; minimo negotio queat refelli. Dictus eſt autem ficulnus gladius ſycophanta, quòd idem & mollis ſit, & calumniator. Heſychius. ¶ Ne gladium tollas mulier, μὴ μάχαιραν αἶρε γύναι. Hoc eſt, ne ſuſcipias negotii molem, quum nequeas auxiliari.

Glădĭŏlŭs, li, m. ſ. Parvus gladius. [ξιφίδιον. Gall. *Couſtelet, petite eſpee.* Ital. *Coltellino.* Germ. Ein Schwertlin/Dägelin. Hiſp. *El*

eſpadannà. Pol. *Miecżik*. Vn. *Hanczar, tőrőtske, feguer őtske*. Ang. *A litle ſword, a knyfe*] Quo etiam nomine à Romanis dicta eſt herba quædam, quam & Græci ξίφιον appellant, propterea quòd folium habeat gladii figuram referens. Iridi perſimilis eſt, niſi quòd folio minore ſit, & anguſtiore, & gladii modo mucronato, nervoſumque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digeſti. De hoc Plin. lib. 21. cap. 11.

Glădĭātōrēs, m. t. Servi erant, quos laniſtæ armorum artem edocebant, ut poſtea & pugnandi & in ludis populi delectandi cauſa in arena depugnarent. [μονομάχοι. Gal. *Ioueurs d'eſpee, eſcrimeurs*. Ital. *Schermitori, coltellatori*. Germ. Ein Fechter/mit dem Schwert beſonder. Bel. Schermers. Hiſp. *Eſgremidores de eſpada*. Pol. *Szermierze*. Vng. *Harczolók, harsolók, bayuiuók*. Ang. *Fencers ſworde players*.] Cic. 3. Philip. Quòd ſi jam (quod dii omẽ avertant) fatum extremũ Reipub. venit, quòd gladiatores nobiles faciunt, ut honeſtè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiumque omnium, &c. Quoniam autem gladiatores neque ſuam, néque eorum cum quibus pugnabant vitam curabant, factum eſt, ut ſanguinolenti & interfectores civium gladiatores quoque odioſo vocabulo appellarentur. Cicer. 7. Philip. Gracchorum potentiam majorem fuiſſe arbitramini, quàm hujus gladiatoris futura ſit? quẽ gladiatorem non ita appellavi, ut interdũ etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed ut appellantii, qui planè & Latinè loquuntur. Idem ad Caſſium: Cædem enim gladiator quærit. ¶ Inter gladiatores erant retiarii qui adverſus mirmillones pugnabant. De quibus loco ſuo. ¶ De gladiatorum origine ac cauſa Iulius Capitolinus habet hoc pacto: Multi dicunt, apud Veteres hanc devotionem contra hoſtes factam, ut civium ſanguine litato, ſpecie pugnarum fortunã ſatiarent. Alii hoc literis tradunt quod veriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter ſe coeuntes, ne in bello armati, hoſtes timerẽt, aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur ut Imperatores ad bellum proficiſcentes, munus darent gladiatorium.

Glădĭātŏr, plura genera gladiatorum erant, Samnites, Provocatores, Retiarii, Mirmillones: ex his oppoſiti in pugnis Samnites, & Provocatores: quod illa Ciceronis verba in oratione pro Sextio videntur oſtendere: quũ ne de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & fortitò alios Samnites, alios Provocatores fecerit. Retiarii autem & Mirmillones componebantur: id quod Valerius Maximus libro 1, & Quinctilianus libro 11. declarat: Samnites ad pugnãdum primo lenti: Provocatores ex ſe nomẽ ſumpſerunt: quia certaminis initio provocare adverſarios ſolerent. unde Horatius in epiſtola quadã: Lento Samnites ad limina prima duello. Mirmillones & Secutores dicebantur: quod, ſi quis Feſtũ, & Quintilianum libro 6, & Suetonium in Caligula legerit, facilè poterit cõjicere. De Secutoribus meminit & Cicero libro 7. ad Attic. & Iuvenalis Satyr. 8. Ex commentario Aldi in orationem pro Sext. Quum munus gladiatorum ſignificare vellent, gladiatorium dicebant, ut libro 1. epiſt. ad Attic. item li. 11. bis, & Philippica 9. Item in epiſtola Aſinii, quæ eſt lib. 10. fam. Pędianus: Date gladiatorium, dixit cùm ſubintelligeret munus. Ex Aldi cõmentario in epiſt. ad Attic. Genera gladiatorum plura: quorum primum luſus equeſtriũ: duo enim equites, præcedentibus priùs ſignis militaribus, unus à porta Orientis, alter ab Occidentis præcedebant in equis albis, cum aureis galeis, minoribus & habilioribus armis. Retiarius, ab armaturæ genere, in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occultè ferebat rete, quod jaculum appellatur, ut adverſarii cuſpide inſequentem operiret, implicitumq; viribus ſuperaret, quæ armatura ſacra erat Neptuno, tridentis cauſa. Secutor eſt ab inſequendo retiarii dictus: geſtabat enim cuſpidem & maſſam plumbeam, quæ adverſarii jaculum impediret, ut, antequam ille feriret rete, iſte ſuperaret: hæc armatura ſacrata erat Vulcano: ignis enim aquam ſemper inſequitur: ideoq; cum retiario componebatur: quia ignis & aqua ſemper inter ſe inimica ſunt. Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines, injecto laqueo impedito proſtrare, amictos umbone pelliceo. Velitũ pugna erat, ut ultrò citroque telo objectarent: erat autem eorum varia pugna, & ſpectãtibus gratior quàm reliquę: Velites autem vocati ſunt, ſive à volitatione, ſive à civitate Etruſcorum, quæ Veletes vocabatur. Iſidorus de etymologiis.

Glădĭātōrĭē, adverbium. [Polon. *Poſzermierſku*. Vngar. *Hafartoſſan, harczoſon*.] Lampridius in Commodo: Habuit præterea morem, ut omnia quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè, quæ lenocinè faceret, actis urbis indi juberet.

Glădĭātōrĭŭs, ria, rium, Quod ad gladiatores pertinet: [μονομαχικός. Gall. *Seruant au ieu d'eſpee ou aux eſcrimeurs*. Ital. *Cio che à ſchermitori ſi appartiene*. German. Das zu dem Fechten gehört. Hiſpan. *Coſa perteneſciente à eſgremidor*. Polon. *Szermierſky*. Vng. *Harczolokhoz hasártoſokhoz való*. Ang. *Belonging to fencers*.] ut, Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorium. Cicero in Catil. Nemo eſt in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. Plinius lib. 15. cap. 18: Ara inde ſublata gladiatorio munere Divi Iulii quod noviſſimè pugnavit in foro. ¶ Terent. in Phorm. Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Animum gladiatorium vocat Terentius, animum tàm pertinacem, ut vel magno ſuo periculo rem inſtitutam perficere non dubitet, certus aut omnino ſuperare, aut labori ſuccumbere. Gladiatoribus enim, ubi ſemel in arenam deſcenderint, ea neceſſitas imponitur, ut adverſarium victum occidant, aut idem ab illo expectent. Cicero 4. Tuſcul. An verò vir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt fortis eſſe? Gladiatorium id quidem: quanquam in eis ipſis videmus eſſe ſæpè conſtantiam. Saluſt. Idem ex Senatus conſilio decrevére, ut gladiatoriæ familiæ Capuam, & inter cætera municipia diſtribuerentur.

Glădĭātūrā, ræ, f. p. Congreſſus gladiatorum. [μονομαχία. Gal. *Ieu d'eſpee, eſcrimerie, l'art d'eſcrimer*. Ital. *Abbattimento & conteſa de gladiatori, arte di ſcrima*. German. Ein gang den die Fechter zuſammen thun. Hiſpan. *Aquella arte de eſgremir*. Polon. *Sciecze ſzermierſkie, gauek ſzermierſki*. Vn. *Harczolas, bay viadal*. An. *Fighting of ſworde players*.] Corn. Tacit. libro 3: Adduntur è ſervitiis gladiaturæ deſtinati.

Glans, glandis, f. t. Fructus quercus, roboris, eſculi, cerri, ilicis, fagi, ſuberis, & ſiqui ſint ſimiles. [βάλανος. Gall. *Du gland*. Ital. *Ghianda*. Ger. Ein Eychel. Bel. Een Eecket. Hiſp. *Bellota de ciertos arboles*. Pol *Zol'ądź*. Vn. *Mak*. An. *Okecorne or maſte*.] Plin. lib. 16: Dulciſſima eſt omnium glans fagi. Virg. 4. Georg. Nec de concuſſa tantùm pluit ilice glandis. Col. lib. 4. cap. 33. Glandem magis quàm caſtaneam poſtulabant. Plin. lib. 7. cap 56: Ceres frumenta invenit, quum antea glande veſcerentur. Sed quia ex his homines quondã vivebant, glandis appellatione (ut Vlpianus ſentit) omnes fructus cõtinentur. ¶ Glans etiam dicitur plumbum, in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum, in hoſtem torquebant, & ad ſe trahebant. [Ang. *A pellet of lead*.] Saluſt. in Iugurtha: Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Hircius de bell. Afric. Sagittasque & tela uti fierent complura curare, glandes fundere, fudes comparare. ¶ Item glans pars ſumma colis dicitur, quæ præputio tegitur, oculo ſimilis. Præputium enim pellis eſt, qua glans tegitur. coles, ipſe penis, à quo colei pendent.

Glandŭla, æ, f. p. diminut. à glans, Significat carnem glandoſam in fuc. cujus ſapor ab antiquis commendabatur. [ὁ μικρὸς, ἀπὸ τῆς ἀκρίδος, ἢ λεπὶς χοιρός. Gall. *Glande, ſoit de pourceau ou autres beſtes*. Ital. *Piccrola ghianda de porci ò altre beſtie*. Germ. Trüſechtig oder grußechtig ſchweinin Fleiſch ſo am Halß bey dem ſtich ſtehet. Hiſ. *Landre ò landrezilla de puercos ò otras beſtias*. Pol. *Poliedwica, podgarl'ek ſwins*. Vng. *Ikrás hús, torka alat valohús*. Ang. *A litle okecorne or a kernell that groweth in hogges*.] Plaut. in Men. Iube nobis tribus, apud te prandiũ accuratì, Atque aliquid ſit amentorum de foro obſonarier, Glandionicam ſuillam, laridum, peronitidem. Mart. Partitur apri glandulas palæſtritis. Idem lib. 7: Terpoſcit apri glandulas, quater lumbum. ¶ Glandulæ, arum. Plin. lib. 11. cap. 37, in ſuibus glandulas appellari teſtatur quæ in homine vocantur tonſillæ: hoc eſt, partes illas faucium quæ utrinque juxta gargareonem ſitæ, à Græcis παρίδες appellantur. ¶ Quidam etiam glandulas appellant, tumores ex pituita naſcentes, quos Græci χοιράδας, Latini ſtrumas appellant: quæ nihil aliud ſunt quàm adenes indurati, præcipuè in collo, alis, vel inguinibus.

Glāndŭlōsŭs, a, um, Plenum glandibus. [ἀδενώδης. Gall. *Glanduleux, plein de glandes*. Ital. *Che ha molte ghiande*. German. Trüſechtig. Hiſpan. *Coſa llena de landrezillas*. Polon. *Garl'owaty*. Vngar. *Makkos, ikrás*. Ang. *Full of kernelles, or maſte*.] Colum. lib. 7. cap. 9: Qui porcum laudat, qui eſt amplæ & glanduloſæ cervicis.

Glāndŭlum, dii, n. ſ. Pars apri glāduloſa, quæ eſt circa cervicem: vel ipſa cervix: in hac enim glādulæ poſitæ ſunt. [ἀδένες. Gal. *Glandes de pourceau, ou le lieu où ſont les glandes*. Ital. *Copa ò gola del porcò*. Germ. Ein ſuet trüſechtigs Fleiſchs. Hiſp. *La cogullada ò papada del puerco*. Pol *Stuka podgarl'ka*. Vn. *Az diznonal'krás torka*. Ang. *A kernelle in ſwine or the place where thay be*.] Plautus in Capt. Prætruncavit tribus tergoribus glandia. Plin. lib. 8. cap. 51: Hinc Cenſoriarum legum paginæ, interdictaq; cœnis abdomina, glandia, teſticuli. Idem lib. 6. ca. 38: Quibuſdam ſunt tubera, ſicut ſunt in carne glandia.

Glāndĭfĕr, ra, rum, Quod glandes producit. [βαλανοφόρος. Gall. *Qui porte gland*. Ital. *Che produce ghiande*. Germ. Das Eychen tregt. Hiſpan. *Coſa que trae ò cria bellotas*. Pol. *Zol'adź rodzący*. Vn. *Makferm8*. Ang. *That beareth or bringeth forth okecornes, or maſte*.] Plin. in Proœm. lib. 16: Proximum erat narrare glandi-

diferas quoque. Cic. 1. de Legib. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit Nuntia fulva Iovis. Idem 2. Philip. Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini in pop. Romani patrimonio glandiferæ, & fructuosæ ferebantur.

Glāndārĭŭs, a, um, denominativum à glande: [βαλανώδης, βαλανοειδής. Gall. *De gland.* Ital. *Di ghiande.* Germ. Das zu den Eychen gehört. Hisp. *Cosa de bellotas.* Pol. *Zoł'edziśty.* Vngar. *Makos.* Ang. *Of okecornes.*] ut, Glandaria sylva, quæ servatur glandis ferendæ causa. Cato de Re rust. cap. 1: Secundo loco hortus irriguus, &c. octavo arbustum, nono glandaria sylva. Sic Varr. 1. de Re rust. cap. 7.

Glāndātĭo, f. t. Glandium collectio, & pastio suum ex glandibus. [βαλανίτης Gal. *Cueillette de glands.* Ital. *Amassamento & ravviamento di ghiande.* German. Eychen samlung / oder mestung mit Eychen. Hispan. *Cogimiento de bellotas.* Pol. *Zoł'edzin zbieranie.* Vng. *Makszedés, makkon valo hizlálás.* An. *A gathering of okecornes.*] Sipontinus.

Glārĕă, æ, pen. corr. f. p. terra lapidosa, qualis in fluviorum ripis, vel maris littoribus esse solet. [ψηφίς. ψαμμος. Gall. *Gravier, grauois.* Ital. *Ghiara, terra sassosa.* Germ. Kiß / sandechtig vnd grießechtig Erdtrich / alß gewöhnlich ist an den Gestaden der Wasseren. Hispan. *Cascajo, arena con guijas.* Polon. *Piaszczyśte albo kamieniśte miesczę wad rzekamy, burk.* Vng. *Követses föld.* Ang. *Gravell, course sande.*] Columella lib. 2. cap. 3: Qui quum parte dimidia lapides minutos, vel nudam glaream repererint. Idem lib. 6. cap. 23: Stabula sunt optima saxo, aut glarea strata, non incommoda etiam fabulosa: illa, quòd imbres respuant: hæc, quòd celeriter sorbeant, transmittantque. Lucanus: Aut impulsa levi turbatur glarea vena. Virgil. 2. Georg. Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.

Glārĕŏlă, diminutivum est, cum accentu in antepenultima. [ψαμμίον, μικρὸν καὶ λεπτὴ ψηφίς. Gall. *Petit & menu grauois.* Ital. *Picciola ghiara.* Germ. Klein Kiß oder Grieß. Hisp. *Pequenno cascajo ò arena con guijas.* Pol. *Piaś'czyśky kamikamy.* Vn. *Apro követs.* An. *Smal gravell.*] Plaut. Glareolam manu effundens.

Glārĕōsŭs, a, um, Quod abūdat glarea. [ψηφιδων ἐμπλεως, ψαμμώδης. Gall. *Plein de grauois.* Ital. *Ghiaroso.* Ger. Kißechtig / grießechtig / sandechtig. Hisp. *Cosa llena de guijas arena.* Pol. *Praszczyśty, kamieniśty* Vng *Követsös.* Ang. *Fuell of grauell.*] Plinius lib. 26. cap. 8: Si laus nascitur glareosis & perennibus rivis, cubitalis, apii similitudine. Colum. de arbor. Glareosa & saxosa amat ficus. Liv. 1. bel. Pun. Ad hæc saxa glareosa volvens, nih. l stabilis, nec tuti ingredienti præbet.

Glāstum, sti, n. s. Herba similis plantagini, qua Britanni se inficiunt (ut autor est Cæsar li. 5. bell. Gall.) quo horridiori sint aspectu in pugna: efficit enim cæruleum colorem. [ἴσατις. Gall. *Herbe appellee gueśde ou paśtel de Languedoc.* Ital. *Gnodo herba.* Germ. Weidt / ist ein Kraut. Hisp. *Paśtel yerua, ò color de anuir.* Polon. *Farbownik, farbowne ziele,* Græcis *Isatis.* Ang. *Wad, an hearbe wherewith clothe is died blue.*] Plinius lib. 22. cap. 1: Simile plantagini *glastum* in Gallia vocatur: quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Aethiopum colores imitantes. Glasto infectores cæruleum colorem pannis inducunt. Maximus ejus est proventus in agro Tolosate, ubi vulgi vocabulo *Paśtellum* appellant.

Glaucĭă, Chelidonia, Dioscor. lib. 2. cap. 206.

Glāucĭŏn, Corniculatum papaver, dictū à quibusdam haud propriè.

Glāucĭŏlŭs, Dicitur equus qui felineis oculis est. [Pol. *Kon śzarichoczi.* Vng. *Matska śzemw'.* Ang. *An horse with a wall eye.*]

Glaucīscŭs, Piscis est, alius quàm glaucus. γλαυκίσκος. Plinius lib. 32. cap. 10: Mulieribus lactis copiam facit glauciscus, è jure sumptus.

Glāucĭto, as, apud autorem carminis Philomelæ, verbum est proprium catulis. [Pol. *Piśczeia kośćinie.* Vng. *Nyawkolok.*] Glaucitat (*inquit*) & catulus, at lepores vagiunt.

Glaucĭum, [γλαυκιον. Germ. Ein Kraut / Safft / in den Apotecken *Memitha* genannt.] Species est rhœæ herbæ sylvestris, & erraticæ (ut autor est Plin. libro 20. cap. 19.) quæ alio nomine dicitur paralion. Nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco, unde nomen assumpsit. Nam glaucus cæruleū significat, qui color est maris. Plin. l. 20. c. 19. Hodie hanc herbam pharmacopolæ vocant *Memitham*: ut docet Ruellius libro 3. Herbę hujus folia fictili olla in tepidis clibanis calfaciunt, donec flaccescant: deinde exemptis ac tusis succum exprimunt, qui & ipse glaucion appellatur, teste Dioscoride.

Glaucōmă, Glaucopis, Vide GLAVCVS adjectivum.

Glāucŭs, a, um, [חכלת *techéleth.* γλαυκός. Gall. *Verd vn peu meślé de blanc, de couleur d'azur & d'eau.* Ital. *Colore meschio tra'l bianco e'l verde.* German Grawblaw. Hispan. *Color entre verde y blanco.* Pol. *Szarawyna pol'zzoł'tim.* Vng. *Kék, ecgszinw'.* Ang. *Gray of colour.*] Color dicitur qui admistum habet viridi aborem: qualis in noctuarū (quas Græci γλαῦκας appellant) oculis apparet. Gell. libro 2. cap. 26: Sed ne viridis quidem color pluribus, quàm à nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius colorem equi significare viridem, volens cæruleum magis dicere equum, quàm glaucum: sed maluit verbo uti notiore Græco, quàm usitato Latino. Sic etiam alibi vocat frondes salicis, glaucas, & olivas glaucas. ¶ Item in hominibus & equis glauci oculi pro viridibus dicuntur: quales sunt, felis, leonis, & noctuæ. Plin. lib. 8. ca. 21: Oculis glaucis, colore sanguineo, &c. Hic color à Latinis vocatur cæsius, quasi cęlius, ut ex Nigidio probat Gellius. Nam à veteribus illis linguæ Latinæ autoribus Minerva cæsia vocatur, quę ab Homero γλαυκῶπις dicta est. Præterea maris color etiam glaucus dicitur, quem & cæruleum passim appellatum invenimus.

Glāucĭŭs, a, um, pen. corr. [γλαύκιος, γλαυκοειδής. Gall. *De couleur verde, ou entre azur & eau.* Ital. *Di colore far bianco & verde.* Ger. Das grawblauw oder eysenblauw ist Hisp. *Cosa de color verde vn poco.* Pol. *Szarozoł'ty.* Vng. *Kék śzinw'.* Ang. *Gray coloured.*] Quod glaucum habet colorem: unde Glaucinæ vestes, quæ & glaucina absolutè dicuntur. Mart. li. 9: Pallia donavit glaucina Cosme tibi. Glaucinam Pomponius in l. 21. D. de aur. & arg. numerat inter ea unguenta, quæ valetudinis causa parata sunt, fortassis confectum ex Glaucio. Nisi fortè Gleucina legendum sit. Nam Gleucini olei factitii Plin. meminit, ejusque conficiendi rationem. Col. lib. 12. cap. 51. demonstrat.

Glāucōmă, aris, n. t. [γλαύκωμα. Gall *Vne tache en l'œil.* Ital. *Humor detto cristallino nell' occhio.* Germ Ein grauwer Fläck in dem Aug. Hisp. *La cequedad que dando los ojos claros.* Pol. *Szarzyzna wokw.* Vn. *Szem homalyossága.* Ang. *A spotte in the eye.*] Vitium humoris ejus qui crystallinus appellatur, in colorem glaucum mutantis oculum. Serenus: Si verò horrendum ducent glaucomata plumbum, Spiritus alterius prodest, qui grana cymini Palleutis mandens visus exhalat in ipsos. Plin. lib. 29. ca. 6: Glaucomata dicunt magi, cerebro catuli septem dierū emendari, specillo demisso in dextram partem, si dexter oculus curetur, in sinistram si sinister, aut felle recenti asionis. Hypochyses verò, sive (quod idem est, hypochymata, quæ nos *suffusiones* vocamus oculorum, fiunt ex humore inter corneā & crystallinam partem concreto. Interdumq; oculi potentiæ, qua cernitur, se opponunt. ¶ Legitur & Glaucoma, æ, fœm gen. Plautus in Milite: Glaucomam ob oculos objiciemus, eumque ita faciemus, ut quod viderit, non viderit.

Glāucōpĭs, pen. prod. f. t. [γλαυκῶπις. Gall. *Femme ayant les yeux vers.* Ital. *Femma d'occhi verdeggianti.* German. Ein Frow die grawe Augen hat. Hispan. *Muger que tiene los ojos garcos.* Polon. *Pani śzarego wzroku.* Vngar. *Tsökaszemw'.* Ang. *That hath fyrie bright eyes lyk a catt.*] Glaucopis, habens oculos cæsios. Quo nomine dicta est Pallas, quæ à Latinis dicitur cæsia, à colore cœli, quasi cœlia. Diodorus scribit aërem nominatum esse Pallada: & ideò dici glaucopin, quoniam aër glauci: hoc est, cæruleī sit aspectus.

Glāux, γλαῦξ, Herba est folia habens cytiso, & lenticulæ similia, quæ supernè virent, aversaque candidiora spectantur. Ramuli à terra exiliunt quini senive, tenues ab radice, dodrantem alti: flores ceu violæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. Nascitur ad mare. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Glēbă, bæ, f. p. Fustum terræ, ita dictum quòd sit quasi globus. [גרש *megraphâh* גוש *ghusch* רגב *régheb.* βῶλος. Gall. *Vne blesśe ou motte de terre.* Ital. *Zolla, cespuglio di terra.* Germ. Ein schollen Erden. Hisp. *El terron de tierra.* Pol *Skiba roley.* Vng *Darab föld, göröngyeg, hant.* Ang. *A clod or clot.*] Plinius lib. 18 cap. 19 Scanna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Cicero pro Cecin. Quid igitur si glebis aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? Ibidem: Vinces profectò non fuisse armatos eos qui saxa jacerent, quę de terra tollerent: non esse arma cæspites, neque glebas. Virg. 1. Georg. Multùm adeo rastris glebas qui frangit inertes, Viminaque trahit crates, juvat arva. ¶ Gleba arvum, βῶλος ἀγρου, subaudi αὐξάνει, auget. Vbi quis exigua maximis apponit, credens se nonnihil juvare.

Glēbŭlă, diminutivum est. [βωλίον. Gall. *Mottette de terre.* Ital. *Picciolo cespuglio.* Germ. Ein schöllein Erden. Hisp. *Pequenno terron de tierra.* Pol. *skibka roley.* Vng. *Hantotska, göröngyetke.* An. *A litle clod.*] Colum. lib. 1. cap. 6: Eadem eventilata mundiora sunt, lapillisque carent & glebulis, quas per triturum ferè terrena emittit area.

Glēbōsŭs, a, um, quod glebæ in morem est convolutum, vel quod glebis abundat. [βωλώδης, ἀδρόβωλος. Gall. *Plein de blettes ou mottes de terre.* Ital. *Che abonda di zolle.* Germ. Schollechtig. Hisp. *Cosa llena de terrones.* Pol. *Gruzł'owaty.* Vng. *Hantos, göröngyeges.* An. *Full of clodes.*] Plinius lib. 35. cap. 15, de sulphure loquens: Genera quatuor, vivum, quod Græci ἄπυρον vocant, nascitur solidum: hoc est, gleboſum.

Glēssum, n. s. Idem quod succinum, vel electrum, quo Glessaria insula abundat. [ἤλεκτρον. Gall. *Ambre.* Ital. *Ambro.* Germ. Agstein. Hisp. *Ambar.* Pol. *Burštin.* Vng *Gyanta, máz.* Ang. *Amber.*] Plinius lib. 37. cap. 3: Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari *glessum*: itaque & à nostris unam insularum ob id glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austraneam à Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia, densatur rigore, vel tempore Autumnali. Hæc Plin. Compertiora tamen hac de re tradidimus suprà in dictione ELECTRVM.

Gleucinum, γλεῦκινον, Olei factitii genus, mustum & aromata admixta habens. Rationem cōficiendi vide apud Columellam lib. 12. cap. 51. Dictum gleucinum à musto, quod à Græcis γλεῦκος appellatur. Plin. lib. 15. ca. 7: Gleucino mustum incoquitur vapore lento.

Glīnon, Aceris genus, quod aliter crassivenium dicunt, campestre, candidum, nec cuspum Plin. lib. 16. cap. 10.

Glīs, glīris, m. t. Animal unum simile, majori tamen corpore, nutritur in arboribus, & bonam anni partem somno consumere dicitur. [ἔλλιος. Gall. *Vn loir, ou loirot, vn rat veul.* Ital. *Ghiro.* Ger. Ein Reutmauß. Hisp. *Liron animal noto.* Pol. [illegible] Vng *Pelyeh.* An *A dormous.*] Vide Plin. lib. 8. cap. 57. Mart. Somniculosos ille porrigit glires. Idem lib. 13: Totā mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore sum, quo me nil, nisi somnus, alit.

Glīrārium, n. s. pro loco in quo nutriuntur glires. [ἐλλιών. Gal. *Le lieu où on nourrit les loirs ou loirots.* Ital. *Luogo da nodrirui tighiri.* Ger. Ein ort da diese Thier sind. Hisp. *El lugar donde se crian los lirones.* Polon. Szczur kow gdzie. Vng. *Pelyeh tartó.* Ang. *A place where dormyse be nurished.*] Varro 3. de Re rust. ca. 15: Glirarium dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed maceria locus sepitur.

Glīsco, scis, n. t. Cresco, augeor, invalesco. [חזק *gadhál* חזק *chazák* עצם *hatsám* רבה *rabáh* רב *rab.* αὐξάνω, ἐπιτείνομαι. Gall. *Croistre* Ital. *Crescere, augmentare* Germ. Wachsen / zunemen. Hisp. *Crescer.* Pol. *Mnożes ie, párzesie.* Vng. *Neuekedöm, öregbödöm.* Ang. *To growe, to increase more.*] Liv. lib. 6. ab Vrbe: Glisce nte in dies seditione. Gell. lib. 2. cap. 7: Eadem autem ipsa, quæ crescente luna glisc unt, deficiente contrà luna deficiunt. ¶ Glisc re etiam terra dicitur, quum pinguescit. δόβλωσις, δόμασις. Colum. lib. 2: Priùs tamen, quàm exilem terram iteremus, stercorare conveniet: nam eo quasi pabulo glisc it. Idem lib. 8. de asino loquens. Palèis quæ penè omnibus regionibus abundant, etiam glisc it. ¶ Item ardeo, vehementer cupio. [חמד *chamád* חשק *chashák.* προθυμοῦμαι. Gall *Desirer ardemment.* Ital. *Desiderare.* Germ Hefftig begeren Hisp. *Codiciar.* Pol. Wielce pożądam. Vng. *Fölötte igen kivánom.* An. *To desire greatly.*] Papin. lib. 3: Et consanguineo glisc is regnare superbo Exule. ¶ Hujus compositum est, Perglisco. Colum. lib. 8: Quæ prima luna saginari cœpit, vigesima perglisc it: hoc est, crescendi vel pinguescendi finem accipit.

Glŏbus, bi, m. s. Est corpus solidum, undequaque rotundum. [כידור *hidhór.* σφαῖρα. Gall. *Vn globe, chose ronde comme vn globe.* Ital. *Globo, sfera, cosa rotunda, balla.* German. Ein Kugel / ein runder Klotz. Hisp. *Pelota ò goma ò ouillo de hilado* Pol. *Kula, okkrag.* Vng. *Golyobis teke.* Ang. *A boule.*] Virgil. 6. Aeneid. Principiò cœlum, ac terras, camposq; liquentes, Lucentemq; globum lunæ. Cic. 2 de Nat. deor. Quumq; duæ formæ præstantissimę sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis, circulus, *&c.* Idem 1. Tusc. Globus terræ eminens è mari. Globum definiunt geometræ esse corpus solidum, unica superficie contentum, in medio habens centrum, à quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt æquales. ¶ Ponitur quandoque pro multitudine hominum in unum collecta, & quasi conglobata. Salust. Alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi, alii globis eruptionem tentaverunt. Liv. 8. libro ab Vrbe: Extrema coucio, & circa Fabiū globus, increpabant inclementem Dictatorem.

Glŏbŭlus, diminutivum, Parvus globus. [σφαιρίδιον. Gall. *Petit globe, boulette, petite boule.* Ital. *Picciola balla.* Germ. Ein Kügelein / rundes Klötzlein. Hisp. *Pequenna pelota.* Pol. *Kuleczka.* Vng. *Golyobiscska, tekétske.* Ang. *A litle boule.*] Plinius lib. 33. cap. 5: Quum tinxêre pictores orobitin vocant: ejusque duo genera faciunt, luteam quæ servatur in lomentum: & liquidam globulis sudore resolutis. Accipitur pro genere edulii in globi modum convoluti. Cato de Re rust. cap. 79: Globulos sic facito, caseum cum alica ad eundem modum misceto.

Glŏbōsĭtās, [σφαιρωμα. Pol. Okragłosc. Vn. Kerekség.] Macrobius Comment. lib. 1. cap. 15: Globositas terræ habitationes omnium æquales sibi esse non patitur.

Glŏbōsus, a, um, rotundus, spissatus. [σφαιρικός. Gal. *Rond comme vne boule.* Ital. *Rotundo comme balla.* Germ. Rund / Kugelecht ig. Hisp. *Cosa rotundà pelota.* Pol. Okkragły. Vn. Gömbölig. Ang. *Round lyk a boule.*] Cic. de univers. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.

Glŏbo, as, are, act. p. aliquid rotundum facio, & in formā globi redigo; conglobo. [σφαιρόω. Gal. *Faire rond comme vne boule, arrondir.* Ital. *Agomitolare, far rotundo.* Ger. Rund oder Kugelechtig machen Hisp. *Deuanar ò redondear.* Pol. Okkrążam. Vng. Gömbölytöm. Ang. *To make rond lyk a boule.*] ¶ Plin. lib. 2. ca. 2 Formam ejus in speciem orbis absoluti globatā esse, nomen in primis, & consensus in eo mortalium orbem appellantium. Ibid. ca. 65: Nanque dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus. Globari in rotunditatem, Idem lib. 18. cap. 13.

Glocĭdo, as, pen. corr. [κακκάζω, κακκαβίζω. Gall. *Glosser ou cluper comme vne poule qui couue.* Ital. *Chiocciare, far verso di gallina che covano.* Ger. Gagsen oder glucken wie ein Henn. Bel Klocken Hisp. *Cloquear, la gallina clueca.* Pol. *Gdacze.* Vng. *Kotyogok.* Ang. *To clok lik an henne sitting abrode.*] Proprium est vocis gallinarum, quum ovis incubituræ sunt, quod fit crebris singultibus, interjecta voce acuta. Festus.

Glocĭo, cis, glocido. [Pol. *Kwokam.* Vn. *Kotyogok.*] Col. lib. 8. cap. 5: Observare debet custos, dum edant ova, ut ea quæ nata sunt, recolligantur, notenturque quo quæque die sint edita, & quàm recentissima supponantur glocientibus.

Glŏmus, glomi, m. t. & glomus, glomeris, n. t. Est filū, vel aliquid simile in globi figuram convolutum. [גלם *ghólem.* ἀγαλίς. Gall. *Vn plotton de fil.* Ital *Gomitolo, ghiomo, gomiscello.* Ger. Ein kneuwle Faden. Bel. Een kleuwen. Hisp. *Ouillo ò pelota ò monton.* Pol. Kłębek. Vng. *Gombalyag.* Ang. *A clew or bottome of threed.*] Plin. lib. 36. cap. 13: Inde basi quadrata intùs labyrinthum inextricabilem: quò si quis improperet, sine glomere lini exitum invenire nequeat. ¶ Bonorum glomi, ἀγαθῶν ἀγαλίδες. De opibus extructis & affatim accumulatis.

Glŏmĕro, ras, pen. corr. Implico, & in globi speciem formo, sive filum in globi figuram convolvo. [גלם *ghalám.* προσπλέκω. Gall. *Amasser en plotton, amonceler en rond, assembler rondement.* Ital. *Inuolgere, auuiluppare.* German. An ein kneuwle Faden auffwinden. Hisp. *Emboluer en redondo, ò deuanar.* Pol. *Na kłębek wzięć, zaciąm.* Vng. *Gombolyitom, gömbölygetöm.* Ang. *To winde threed in bottomes.*] Ovid. 6. Metamorph. -lanam glomerabat in orbes. ¶ Per translationem pro cogere, congregare, accumulare. Virgil. 9. Aeneid. Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. Varr. 3. de Re rust. cap. 5: Cibatui offas positas, eæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto. Glomerata clades, Cic. 2. Tusc. Virg. lib. 4. Georg. -magnum mistæ glomerantur in orbem: Compositū est Agglomero, Vide suo loco.

Glŏmĕrātĭus, [Pol. Zwyaez. Vn. Gömbölget ö.] Seneca controversi. 1. in ult. Quod pater (militis) efficaciter dicat, detrahere illum operibus suis, glomerarium, sanguinarium.

Glŏmĕrātĭo, onis, f. t. [τρόμβωσις, ἑιλλημα. Gall. *Amas en rond, amoncelemēt en rond.* Ital. *Il dispannare. suolgere, ingomare il fi'o.* Ger. Auffwindung an ein kneuwle Faden Hispan. *Aquel emboluer.* Pol. Wzięcie wkłębek. Vng. *Gombolyitás, gömbölygetés.* Ang. *A making rounder winding threed.*] Plinius lib. 8. cap. 43: Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glŏmĕrāmĕn, inis, n. t. monticulus glomi formam referens. [σφαίρωμα, τρόμβωμα. Gal. *Monceau rond.* Ital *Mucchio.* Ger. Ein auffgehauffet oder auffgewunden ding alß ein kneuwle Faden. Hisp. *Emboluimiento en redondo.* Pol. *Gorka okkrągła.* Vn. *Gombalyag.* Ang. *A round bottome, a pike.*] Lucret. lib. 2: Dissimiles igitur formæ, glomeramen in unum, Conveniunt.

Glōrĭa, æ, f. p. Est frequens de aliquo fama cum laude. [כבוד *cabódh.* κλέος, δόξα. Gall. *Gloire & los qu'on acquiert bar bien faire.* German. Lob / Ehr / Rhum Ital. & Hisp. *Gloria.* Polon. *Sława, chwala, poczciwosc.* Vngar. *Dwtsösség, ditsíret hirnév.* Ang. *Glorie, praise gotten by well doing.*] Quintilianus: Consentiens laus bonorum, gloria appellatur. Cicero 1. Offic. Vix invenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Idem pro Plancio: Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimùm præstat. Idem in Philip. Ea autem est gloria & laus rectè factorum, & magnorum in Rempublicam meritorum. ¶ Inter gloriam, & claritatem hoc interest, ut inquit Seneca, libro 3. Epist. quòd gloria multorum judiciis constat: claritas bonorum. ¶ Gloria Senuri, τὸ δὲ τοῦ κλέος εὐσωμάτου. Refertur in Plutarchi Collectaneis. Admonet famam laudemque rectè factorum contingere, potissimùm apud posteros.

Glōrĭŏlă, riolæ, diminutivum. [δοξάριον. Gall. *Gloirette, petite & legere gloire.* Ital. *Picciola gloria.* German. Ein kleiner Rhum. Hisp. *Pequenna gloria.* Pol. *Máła chwała poczciwosc.* Vn. Dwtsösségetske, *ditsíretutske, hirnevetske.* An. *Small glorie.*] Cicer. Lucceio: Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo sumus, ut

cæteri,

cæteri, viventibus nobis, ex libris tuis nos cognoscant, & nos metipsi vivi gloriola nostra perfruamur. Idem ad Cæsarē lib. 7: Hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

Glŏrĭōsŭs, a, um, Gloria dignus, præclarus, cui laus & gloria tribuitur: [כבוד *nichbádh.* σύδοξος. Gal. *Glorieux, digne de grand louange, plein de gloire.* Ital. *Glorioso, pieno di gloria, degno di laude famoso.* Ger. Ehrlich/berümbt/lobreich. Hisp. *Famoso, glorioso.* Pol. *Sl'awny, wielkiey chwal'y.* Vng. *Ditsirendő, ditsiretes, (anagy)* kerkődekeny. Ang. *Worthie of glorie or praise.*] ut, Gloriosus homo, gloriosus triumphus. Plaut. in Epid. Magnus miles Rhodius; raptor hostiū gloriosus. Cic. 2. de Div. Magnificū etiam illud; Romanisq; hominibus gloriosum. Idē 1. de Finibus: Illustria & gloriosa facta. ¶ Hujus contrariū est Inglorius: de quo suo loco. ¶ Hieronymus in Prologo Sophiæ prophetæ gloriosum pro nobili posuit, cùm dicit: Glorioſa majorū suorū stirpe generatus est. ¶ Interdum significat Ostentatorem, & qui nimiùm se prædicat. [καυχησεώδης, κενόδοξος, ἀλαζών. Gall. *Glorieux & outrecuidé.* Ital *Ventatore.* Germ. Ehrgeitzig/vhumsuchtig/prachtig. Hisp. *Glorioso en mala parte.* Pol. *P'yszny, sam siebie chwalacy.* Vng. *Korkedeken, magna hanyo.* Ang. *A glorious persone, a cracker.*] Vnde miles gloriosus inscribitur Plauti Comœdia. Idem in Trucul. Vos nequam & gloriosæ, malæq;, &c. Plin. in Epist. Miserat etiam epistolas Romam ad aniculam quandam jactantes, & gloriosas.

Glŏrĭōsē, adverbium, Cum gloria & laude. [ἐνδόξως, ἀξιολόγως. Gall. *Glorieusement, auec gloire.* Ger. Ehrlichen/mit lob vnd ehr. Ital. & Hisp. *Gloriosamente.* Pol. *Slawnie, Spoczt woscia.* Vng. *ditsiretessen.* Ang. *Glorieously, boastingly.*] Plin. de viris Illustribus: Ipse quadragies quater accusatus, gloriosè absolutus. Cic. ad Cælium: In quam satis gloriosè triumpharent. ¶ Accipitur & in malam partem. Cic. 2. de Finib. Quid ergo attinet gloriosè loqui, nisi constanter loquare?

Glŏrĭŏr, aris, d. p. Iacto, me effero & prædico. [התהלל *hithallél.* גאה *ghaáh.* μεγαλαυχέω, καυχάομαι. Gall. *Se glorifier & vanter.* Ital *Gloriarsi.* Ger. Sich rhümen. Hisp. *Gloriarse por algun hecho.* Pol. *Chl'ubieste, chwaleste.* Vng *Ditsekedőm.* Ang. *To boast, to cracke.*] De re aliqua gloriari. Cic. 3. de Finibus: Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata? Idem de Senect. Vt de me aliquid more senū glorier in re aliqua. Cicero in Officiis: Nobis quoq; licet in hoc quodāmodo gloriari. Gloriari absolutè. Cicer. 5. Verr. Vt tu multis in epistolis tuis ad amicos gloriaris. Cæsar 8. bel. Gall. Propterea quòd insolentet adversarii sui gloriarentur. Accusandi casui adjunxit Cicero de Senectute: Equidē posse vellē idem gloriari quod Cyrus. Salust. in Cic. Quasi verò togatus, & non armatus; ea quæ gloriaris, confeceris.

Glōrĭābĭlĭs, idem est, quod gloria & prædicatione dignus. [כבוד *nichbádh.* σεμνοπρεπής, καυχητέος. Gal. *Digne de gloire.* Ital. *Degno di gloria.* Ger Das zu rhümen ist/das lobens vnd preisens wärt ist. Hisp. *Digno de gloria.* Pol. *Sl'awy godny.* Vng. *Ditsirendő.* Ang. *Worthie of glorie.*] Cicer. 5. Tusc. Beata vita glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est. Ibidem: Prædicabile aut gloriandum, nec in misera vita quicquam est.

Glo. rĭātĭo, verbale, f. t. Gloriosa prædicatio. [תהלה *ghaón* גאוה *ghaavah* גאות *gheúth* καύχησις. Gall. *Vanterie, glorifiement.* Ital. *Gloriatione, laudatione.* Ger. Rhümung/lobpreisung. Hisp *Aquella obra de glorificar, glorificamiento.* Pol. *Chwalenie.* Vng. *Ditsiret, ditsikalés.* Ang. *A boasting, a cracking.*] Cicero de Finibus: Virtus est digna gloriatione. Et lib. 4: Illud verò minimè consectarii. sed in primis hebes: illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam.

Glŏrĭātŏr, ris, m. t. dicitur qui inaniter se effert ipse & jactat. [Pol. *Chl'ubca.* Vng. *Maga hanyo.* Ang. *A boaster or cracker.*] Differt autem à glorioso, quòd Gloriator absq; causa semper gloriatur. Glorioſus autem pluribus de causis esse cogitur, Corn. Fronto de different. vocab. quæ tamē differentia nescio an recipi possit. Nam cùm glorioſus in malam accipiatur partem, necesse est gloriandi causam non subesse.

Glŏrĭābūndŭs, di, m. f. Qui abundè gloriatur. [תהלה *mithallél.* καυχημονίας. Gall. *Qui se glorifie, glorieux.* Ital. *Chi si gloria, vantatore.* Ger Ganz rhumsüchtig/stolz. Hisp. *Cosa que mucho se glorifica.* Pol. *Chl'ubny, pyszny.* Vng. *Kerkedékeny diseked.* Ang. *That cracketh greatly.*] Gel. li. 5. cap. 5: Contemplatione tanti, & tam ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aspicit.

Glōs, ☞. [צרה *tsarah.* γάλως. Gall. *La sœur de mon mari, ma belle sœur, ou la femme de mon frere.* Ital. *Sorella di mio marito, & moglie di mio fratello.* Ger. Ein Geschwey/des Mañs Schwester. Hisp *La cunada muger del hermano.* Pol. *Mego, bratzona.* Vng. *Angzi basenyám feleségye (anagy) nénnye.* Ang. *The hus bandes sister, or brothers wyf.*] Appellatur soror, atq; item fratris uxor, Nonius.

Glōssă, sæ, f. p. [לשון *laschón.* γλῶσσα. Gall. *Langue.* Ital. *Lingua.* Ger. Ein Zung. Hisp. *Lengua* Pol. *Iezyk.* Ang. *A tounge.*] Per duplex ſſ, lingua dicitur. Vnde Glossæ à quibusdam pro interpretationibus ponuntur, quod vice linguæ: hoc est, vice doctoris fungantur. [לשון *pésher.* Gall. *Gloses.* Ital. *Ghiose.* Ger. Ein auſlegung/erklärung. Hisp. *Glosas ò interpretationes delo escuro.* Pol. *Wikl'ad, glozowanie.* Vng. *Magyarazat.*] Quint. li. 1. cap. 1: Protinùs enim potest interpretationem linguæ secretioris (quas Græci *glossas* vocant) dum aliud agitur, edisceſe. Quem locum Quintiliani sic vulgò interpretantur, ut glossæ dicantur interpretationes linguæ secretioris. Quod certè neq; verum est, neque Fabii sententiæ conveniens: ut latiùs docebimus in dictione GLOSSEMA. Hic illud sufficerit dicere, glossas & glossemata esse voces obscuriores, & minùs usitatas, quæ interpretatione indigent. Neq; in Quintiliani exemplo relativum referendum est ad interpretationem, sed ad vocem linguæ secretioris.

Glōssarĭă, [γλωσσοκομεῖα, Feretra mortuorum conditoria. Pol. *Skrzynia vmarlich.* Vng *Sellye.*] Gell. lib. 18. cap. 7: Vos philosophi mera estis (ut M. Cato ait) mortuaria glossaria.

Glōssēmătă, n. t. γλωσσήματα. Dicuntur voces occultiores, abstrusiores, & minùs usitatę, quę scilicet interpretatione egent, quales sunt voces aliquotiē tragœdiis, heroicis versibus, & simili genere gravioris poëmatis. Quintil. lib. 1. cap. 14: Circa glossemata etiam: id est, voces minus usitatas, nō ultima ejus professionis diligentia est. His verbis Fabius innuit glossemata voces esse quæ expositione indigent: non ut vulgò accipitur, ipsas expositiones. Sic Varro lib. 6. de lingua Latina exponens versum Ennii: Cælitum Camilla expectata advenis, &c. Camillā, *inquit*, qui glossemata interpretati sunt, dixerūt administrā: hoc est, qui voces priscas, & minùs usitatas sunt interpretati. Ejusdē etiā significationis est glossa, quod facilè deprehendet, qui locū Quintiliani, quē suprà in dictione Glossa, ex li. 1. ca. 1, citávimus, diligētiùs cùm hoc velit cōferre. Ibi enim Linguám secretiorē appellat, quas hîc Voces minùs usitatas.

Glōssŏgrăphī, [γλωσσογράφοι. Gall *Glossateurs.* Ital *Glossatori.* Germ. Erklärer der dunckelen wörtern/die so Glossen über die Bücher schreyben. Hisp. *Los que glosan los libros, glosadores.* Pol. *Wikladacze slow trudnyszich bądz pissanim albomowieniu.* Vng. *Magyarázatiro.* Ang *Writers of commentaries, exponers of harde wordes.*] Dicuntur qui glossas: hoc est, obscuriores & minùs usitatas voces interpretantur.

Glōssŏpetră, γλωσσόπετρα. Gemmæ species linguæ humanæ similis. Magi eam credunt nō nasci in terra, sed decrescente lunā de cœlo decidere. Plin. lib. 37. cap. 10.

Glōtŏrārĕ, [κλάγξαι. Pol *Klapac iako bocian.* Vn *Kelepőlny.*] Voce Ciconiæ clangere. Autor Philomelæ carminis: Glotorat immenso de turre Ciconia rostro. Plin. dicit Ciconias inter se commurmurare. Solinus: Ciconias ferunt non habere verum sonum quo crepitant, oris potiùs quàm vocis esse.

Glōttĭs, idis, f. t. γλωττίς, Lingula asperā arteriam operiēs, quæ & epiglottis dicitur. [Pol. *Czopek.* Vng. *Nyelőklő, nielwo tsap.*] Hinc Plin. lib. 10. cap. 23, avem, quæ rex coturnicū appellatur. Hinc Plin. lib. 10. cap. 23, avem, quæ rex coturnicū appellatur. Glottida vocavit, quòd prælongā linguam habeat. [Gall. *Vn oiseau qui tire la langue quand il a soif, qu'on dit le Roy des cailles.* Ital. & Hisp. *Butor.* Ger. Der wachtlen König/ist ein vogel. Ang. *A birde which hangeth out the tongue when it is thirstie.*]

Glŭbo, is, act. t. Pellem vel corticem detrāho, deglubo, excortico. [גזז *pitsél.* ξυέω. Gall. *Escorcer, ôster l'escorce, peler, ôster la peau.* Ital. *Scorticare.* Ger. Die rinden abschelen/schinden/die haut abziehen. Bel. Willen schellen. Hisp. *Deshelojar, desortezar.* Pol. *L'upié, odzieram.* Vng. *Meg nyuzom, meg hántom.* Ang. *To draw of the skinne or heare.*] Vnde & pecus glubi dicitur, quum pellis detrahitur: & arbores, quū cortices denudantur. Cato de Re rust. cap. 33: Salictum suo tempore cædito, glubito, arcteq; alligato, librū conservato. Catullus: Nunc in quadriviis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Glubi pecus dicitur (ut Festus ait) cujus pellis detrahitur. ¶ Glubere ramos, distringere, valde stringere, inquit Nonius. Varro de Re rust. Durities enim ea, non solùm stringit baccā, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

Glucĭdatum, suave & jucundum, γλυκύ, dulce.

Gluchon, pulegium apud Dioscor. lib. 3. cap 34.

Glūmă, mæ, f. p. Folliculus grani frumentaria glabendo, quòd eo folliculo deglubatur granum: hoc est, decorticetur. [קמץ *mótz* ὄλυρα. Gal. *La petite paille ou peau dont est vestu vn grain d'orge ou autre grain.* Ital. *La tega doue sta chiuso il grano del formento.* Ger. Ein Kornhülsen. Hisp *El hollejo del grano ò cosa semejante* Pol. *L'uska skoueszka naźicie.* Vng. *Azhuzdnak axtoka, polyua.* Ang. *Caffe or huske of wheat.*] Varr. li. 1. de Re rust. ca. 48, de frumento loquens: Granū dictū est, quod est intimū, solidū: gluma, qui est folliculus ejus: arista, quæ ut acus tenuis, longa eminet ē gluma. Proinde ut grani theca sit gluma: & apex, arista.

Glŭo, is, Nonnulli interpretati sunt pro distringo, decepti corrupta lectione Varro. de Re rust. li. 1. ubi sic legunt: Durities enim ea nō solùm stringit baccā, sed etiā ramis gluit, ac relinquit ad gelicidiū retectos. Quo in loco proculdubio legendū est, ramos glubit: & sic ferè omnia habent exemplaria.

Glūtĕn, inis, n.t. & Glutínum, ni, n.s. id vocant Latini quod Græci κόλλαν. [דבק *debék.* Gall. *Colle, glu.* Ital. *Colla.* Ger. Leym. Hisp. *El engrudo, ò cola.* Pol. *Kley.* Vng. *Enyw (vagy) enyδ.* Ang. *Glue, paaſte, ſoulder.*] Plin.lib.11.cap.39: Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumq;, & id præcipuum. Idem lib.26.cap.8: Laudatur Colophonium natione, Myſium, Prienenſe: ſpecie autem nitidum, & quàm ſimillimum taurino glutini.

Glūtĭnōſus, ſa, ſum, Tenax, [κολλώδης, κολλητικός. Gall. *Gluant.* Ital. *Incollato.* Ger. Leymechtig/etáberechtige. Hiſp. *Coſa pegajoſa ò con engrudo.* Pol. *Kleiowaty.* Vng. *Enyues, ragado.* Ang. *Clammie, glewsh.*] Plin.lib.35.cap.16: Prioris laus, ut recens lit & levis, linguaq; glutinoſa. Colum. in Præfat. lib.1: In Aſia Myſiaq; denſa, etiam glutinoſa terra maximè exuberat.

Glūtĭno, nas, pen.corr.act.p. Conjungo, ferrumino. [חדביק *heidhbik* חבר *chibbér.* κολλάω, συγκόλλω. Gall. *Coller, gluer, conioindre.* Ital. *Congiugnere, incollare.* Ger. Leymen/zuſammen fügen. Hiſp. *Engrudar ò pegar con cola.* Pol. *Skleiam.* Vng. *Meg enyuezδm.* An. *To glue, to ſoulder.*] Plin.lib.35. cap.15: Vis bituminis quæ ſulphuris: ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. Idem: Quo genere ſiſtitur ſanguis, & vulnus glutinatur. ¶ Hujus compoſita ſunt: Agglutino, Cōglutino, Deglutino, Reglutino: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Glūtĭnāmēntum, ti, n. ſ. Compactio, conjunctio. [דבק *debék* מחברת *machbéreth.* κόλλημα, κόλλησις. Gal *Collement, collure.* Ital. *Incolamento, congiuntione.* Ger. Leymung. Hiſp. *Embra de engrudar ò empegar.* Pol. *Skleienie.* Vng. *Enyuezés.* Ang. *A glowish matter, a paaſt.*] Plin.li.13.cap.12: Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerta glutinamētis tenuia. Logtur de chartis. κόλλησις.

Glūtĭnātŏr, oris, m.t. [מחבר *mechabbér.* κολλητής. Gall. *Colleur.* Ital. *Incolatore.* Ger. Ein Leymer. Hiſp. *Engrudador ò pegador.* Pol. *Skleiacz.* Vng. *Enyuezδ.* Ang. *A gleuer.*] Cic. Attic.lib.4: Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus tyrannio utatur glutinatoribus: ad hoc, cætera adminiſtris, iisq; imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

Glutĭo, tis, tivi, titum, act.q. Devoro. [לע *lah* בלע *baláh.* καταπίνω. Gall. *Engloutir, avaler gloutement.* Ital. *Deuorare, inghiottire.* Ger. Schlucken/verſchlinden. Hiſp. *Tragar.* Pol. *Połykam.* Vng. *El nyelδm.* Ang. *To ſwallow.*] Iuvenal. Satyr.4: Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem?

Glūto, nis, guloſus. [λαιμάργος. Pol. *Połakacz.* Vng. *Torkos, tobzódo, luhnya.*] Ambroſius: Sic amat Diabolus filios ſuos ut perdat: ſicut amat gluto porcellum ut comedat.

Glutto, λίχνος, λαίμαργος, guloſus.

Glūtŭs, a, um, apud antiquos invenitur pro coacto, unito, & bene ſubacto. [Pol. *Rożdżiał any.* Vn. *δszue vert.*] Cato cap.45: Locus bipalio ſubactus ſiet, beneq; glutus ſiet. Eadem hæc verba repetit Plin.lib.17.cap.18.

Glycea, narium ulcera apud Paul. Aegin.

Glyceraton, glycyrrhiza, Dioſc.lib.3.cap.6.

Glycymerides, γλυκυμηρίδες, Piſcis genus: quod à Macrobio enumeratur inter delicias in adjiciali cœna Lentuli Flaminis appoſita. Plin.lib.32.cap.11: Inter cancrorum genera enumerat chamæglycymeridas, majores quàm pelorides. Quo nomine videtur ſignificare, vel glycymeridas nondum adultas, vel genus aliquod juſta glycymeride minus.

Glycyſide, [γλυκυσίδη. Pol. *Piwonia.*] Dioſcoridi, Herba quæ notiore nomine Pæonia vocatur. Plin.lib.27.cap.10: Glycyſide, quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant, &c.

Glycyrrĭza, æ, f.p. [γλυκόρριζα. Gall. *Regaliſſe.* Ital. *Regolitia.* Ger. Süßwurtz/ſüßholtz. Hiſ. *Regaliza.* Pol. *Lákricya.* Vn. *Liquiriczia, edes gyökér.* Ang. *Liqueres.*] Frutex eſt exiguus, ramos habens duorum cubitorum, folia lentiſco ſimilia, florem accedentem ad hyacinthum: fructum pilularum platani magnitudine, ſed aſperiorem, eumq; ineluſum ſiliquis, lentis modo rubeſcentibus: radices autem longas colore buxeo, ſapore dulci: unde & nomen accepit, quaſi dulcis radix. Theophraſt.lib.9.plantarum, Scythicam radicem appellavit. Officinæ hodie corrupto nomine vocant *Liquiritiam.* Maxima ejus copia provenit in agro Franconienſi.

Glycíſaucon, abrotonon, apud Dioſc.lib.3.cap.27.

Glycythymus, victus ratio animum demulcens ac ſuave ingenium.

G ante N.

Gnaphalĭum, n.ſ. [γναφάλιον. Ger. Ruttraut/Ror. Pol. *Kocánki.* An. *Cudworde.*] Herba quam quidam chamæzelon nominant, cujus folia ita alba, ac mollia ſunt, ut iis utantur pro tomento. Plin.lib.27.cap.10.

Gnaphalon, [γναφάλον. Pol. *Oſtrużki ſukna.* Vn. *Nemez.*] Genus tomenti, ex lana illa ſcilicet brevi, atq; conciſa, quæ veſtibus à fullone poliendo detrahitur. Vnde ea, quorum natura mollis, candida, & omnino lanea eſt γναφαλώδη appellantur. [Pol. *Mażioch, rożkoſznicżek.*]

Gnaphalus, γνάφαλος Ariſtoteli, Avis eſt vocalis ac pulchri coloris, cui à gnaphalo tomenti genere nomen eſt.

Gnaphos, Frutex eſt ſpinoſus, & naſcens in eo carduus, quo pannis recenter textis lana inducitur. Hæc Perottus. quæ tamen nullius eorum qui de ſtirpium differentiis aliquid conſcripſerunt, teſtimonio confirmat.

Gnārŭs, ri, m.f. & Narus, Navus, Sciens, peritus. [ידע *jodheah* חכם *chácham.* ἐπιστήμων. Gall. *Sauant & expert, bien entendant.* Ital. *Dotto, inſtructo, eſperto, intendente.* Ger. Erfahren/verſtendig. Bel. Verſtandich. Hiſp. *Sabio, y eſperimentado.* Pol. *Biwał y, wiadomy.* Vng. *Tudos.* Ang. *Expert, skilfull.*] Plin.lib.9. cap.35: Concha ipſa quum manum videt, comprimit, operitq; opes, gnara propter illas ſe peti. Cicero in Oratore: Pericles gnarus quibus orationis modis animi moveātur. Idē pro Seſtio: Gnarus & prudens impendentium malorum. Plautus in Aſinar. Tortoresq; acerrimos, gnarosq; noſtri tergi, Qui ſæpè ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. ¶ Accipitur aliquando paſſivè, pro cognito. Tacit.lib.1: Trudebanturq; in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſciis. Idem lib.12: At nobis ea pars militiæ maximè gnara eſt. Idem lib.15: Idq; nulli magis gnarum quàm Neroni. ¶ Veteres narus dixerunt ſine g, etiamſi in compoſito ignarus, prius n, vertebant in g. Cicero in Oratore: Noti erāt & navi, & nari: quibus quum IN præponi oporteret, dulciùs viſum eſt, ignoti & ignari dicere, quàm ut veritas poſtulabat.

Gnārĭtās, tatis, f.t. Sciētia, peritia, aſtutia. [דעה *deháh* מדע *maddáh.* ἐπιστήμοσυνη. Gall. *Scauoir & experience.* Ital. *Scienza, ſapere, intelligenza, eſperienza.* Ger. Wiſſenheit/erfahrung. Hiſp. *Experiencia, aquella ſtiencia experimentada.* Pol. Wiadomość, biwałość. Vn. *Tudomány, okoſſag.* Ang. *Skilfulneſſe.*] Saluſt. Nanq; alii fiducia gnaritatis locorum, occulta fuga ſparſi, alii globis eruptionē tentavēre. Horum contraria ſunt Ignarus & Ignaritas.

Gnārē, adverbium, Peritè, & quandoque apertè. [ἐπιστημόνως. Gall. *Doctement, apertement.* Ital. *Dottamente, apertamente.* Ger. Wiſſentlich/gantz heiter. Hiſp. *Sabia y claramente.* Pol. *Wiadomie, iawnie.* Vng. *Eszeſſen, tudoſon.* Ang. *Skilfullie.*] Apuleius: Qui gnarè in noſtris oculis contemplati ſumus. Vide in dictione IGNORO.

Gnarĭtĕr, pro gnarè antiqui dixerūt: à quo Prognariter, de quo ſuo loco. [Vn. *Eszeſſen.*]

Gnarures, hac voce uſus eſt Plinius in Prologo Pœnuli: Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare, ut æquè mecū ſitis gnarures: id eſt, gnari. In Lexico etiam Latinogræco dicit Turnebus ſe reperiſſe gnarurē γνάεσμον, & gnarurat, γνωεζει.

Gnāthŏs, [לחי *lechi.* γνάθος. Gall. *Ioue, bouche.* Ital. *Guancia, gota, maſcella.* Ger. Ein back oder wang. Hiſp. *Boca, maxilla de la cara.* Pol. *Policzek.* Vng. *Poſa.* Ang. *The checke.*] Latinè gena, maxillāve dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnato paraſitus. Hinc componitur Tetragnathius, τετραγνάθιος, genus araneorum, ita dictum à diſcurſu linearum, quatuor maxillarum ſpeciem referentium. Autor Plin.lib.29.cap.4.

Gnātŭs, ti, m.ſ. Filius: [בן *ben, úés.* Gall. *Fils, enfant.* Ital. *Figliuolo.* Ger. Ein Sohn. Hiſp. *El hüjol.* Pol. *Syn.* Vng. *Fiu.* Ang. *A ſonne.*] cui eadē ratione præponitur g, qua & gnaro. Cicero pro Planco: Quanquam ad præcepta ætas non eſt gnati, ex poēta. Idem 1.de Divin. O gnata, &c. Dulces gnati, Lucr.lib.4.

Gnāvŭs, vi, m.ſ. & Navus, Celer, ſtrenuus. [אביר *abír* גבור *ghbbór* שקד *ſchokédh.* δραστήριος, φίλεργος. Gall. *Diligent, habile.* Ital. *Preſto, diligente.* Ger. Frutig/geſchiſſen/hurtig. Hiſp. *Prompto, vigilante, preſto.* Pol. *Ochotny, czerſtwy.* Vng. *Serény gyors, ſzorgalmatos.* Ang. *Valiant, luſtie, actiue and quicke.*] A navium celeritate, ut quibuſdam placet. Grammatici proteſin figuram appellant, quando apponitur litera principio dictionis: ut Gnatus, pro natus, gnotus, pro notus. Plautus Moſtel. Simul autē gnavos eſſe ad hanc rem mecum vos omnes volo. Horat.1. Epiſt.6: Gnavus manè forum, & veſpertinus pete tectū. Ovid. 1.de Ponto, Eleg.11: Nectar, & ambroſiam, latices, epulasque deorum Det mihi formoſa gnava juventa manu.

Gnāvĭtĕr, adverbium, diligenter, accuratè, ſtudioſè. [δραστικῶς, δραστηρίως. Gall. *Diligemment, habilement.* Ital. *Diligentemente, valoroſamente.* Ger. Fleiſſigtlich/frutigtlich. Hiſp. *Prompta y diligentemente.* Pol. Czerſtwie, żochota. Vng. *Serényĕ, ſzorgalmatoſon.* Ang. *Valiantlye, luſtelye.*] Liv.10.ab Vrbe: Ibi aliquandiu nec ceſſatū ab armis, nec gnaviter pugnatum. Plaut. Ciſtel. Vt me, quem ego amarem gnaviter, ſineret cum eo vivere.

Gnēſĭŏn, [γνήσιον. Vn. *Kożép ság.*] Aquilę genus, à Latinis ſyncerū interpretatur, velut verū ſolūq; incorruptæ originis: media magnitudine, colore ſubrutilo, raro viſum. Plin.li.10.ca.3.

Gneus, corporis inſigne, & prænomen à generando dictum: ut ex Græco γίγνεσθαι apparet. Feſtus.

Gnide, ſive potiùs Cnide, κνίδη. Piſcis genus, quod Latini Vrticā appellant. Nomē accepit ἀπὸ τῆς κνιδάσθαι: hoc eſt, à mordēdo.

Gnítur. Pro gignitur Veteres dixerunt, & gnixus, pro genitus.

Gnōmă, inqt Feſtus, Genus eſt machinulę, qua regiones agrorū dignoſcūtur: quod Græci dicunt [γνώμονα Pol. *Kamien albo ſłupik granice dzielacy.* Vng. *Föld méró ſing, réf.* An. *An inſtrument*

or rule or measure land.] ¶ Gnomę item, [מְשְׁלִים *meschalim* γνῶμαι.] dicũtur memorabiles sententiæ omnium judicio, & assensu comprōbatæ. Vide Quintil lib. 8. cap. 5.

Gnōmōn, onis. [γνώμων. Pol. *Rączka na zegarze, pokazatel.* Vng. *Arnyek ora mutato veszszie.* Ang *That which sheweth the houres in a diall.*] Est stylus in medio horologii solaris, umbra suâ horas indicans, quem Plinius Vmbilicum Solis vocat: ita enim ait lib. 2. cap. 72: Solis itaq; umbilici, quem gnomonem appellant: umbrâ in Aegypto, meridiano tempore, æquinoctii die paulò plus, quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit: in urbe Roma, nona pars gnòmonis decst umbræ. In oppido Ancona supereſt, quinta trigesima, *&c.* Gnomon & regula, ὁ γνώμων, καὶ κανὼν, proverbio vocatur quod in re quapiam est præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia tanquam ad regulam referuntur. ¶ Gnomones, γνώμονες, etiam dicuntur dentes jumentorũ, quibus ætas illorum dignoscitur. [Ang. *The to othe where by the age of beastes is knawē.*] unde agnomones, ἀγνώμονες, dicuntur, quorum ętas dentibus perspici nō potest.

Gnōstĭci, γνωστικοὶ, Hæretici quidam erant, de quibus frequens est mentio in Epistolis D. Hieronymi.

G ante O.

GOTHI. In notis antiquorum. Gothicus. G. P. gula parentũ.

Gōbĭus, bii, m. s. [κωβιὸς. Gall. *Vn poisson nommé goujon.* Ital. *Gobio, pesce, go, goato.* Ger. Ein Gób/ist ein Meerfisch. His. *Cierto pescado.* Pol. *Kiel'bik.* Vng. *Kolcz* An. *A gugion.*] Piscis exiguus, qui & gobio dicitur. Iuven. Satyr. 11: Nec nullum cupias, quum sit tibi gobio tantùm In loculis, Martialis lib. 13: Principium cœnæ gobius esse solet.

Gŏētĭă, [כשוף *chaschâph.* γοητία. Pol. *Oczarowanie.* Vng. *Varáslás, bwbávolás.*] Incãtatio, impostura, præstigiatura. Quomodo autem differat à pharmacia, vide apud Cælium Rhodig. lib. 5. cap. 62.

Gŏmŏr, γόμος, propriè mensura vini est, ut interpretatur Ambros in Epist. ad Iust.

Gŏnagra, genuum podagra.

Gōngri, rotunda interno dia.

Gŏnorrhœă, [זוב זוֹב מקרה *mikkereh lâjelah.* γονόῤῥοια. Pol. *Czerwonaniemoc, bieganka.* Vng. *Ondo folyás.*] Vitium est membrorum genitalium, quum præter voluntatem sperma collaboranti effluit: quod genus vitii provenire solet ex retentricis facultatis imbecillitate. Qui verò hoc vitii patiuntur, gonorrhœi, γονόῤῥοιοι, appellantur. γονὴ nanq; semen significat, ῥέω fluo. Vide Galenum de Locis affectis lib. 6.

Gōrgŏnĭă, [γοργόνεια. Ger. *Corallen.*] teste Plin. lib. 39. cap. 10, nihil aliud est quàm corallium: ita dictum, quòd ex aquis exemptum, protinus in duritiem lapidis convertatur, quemadmodum illi qui gorgonas aspexerant.

Gorgonion, ξύλον, eryngion, Dioscor. lib. 3. cap. 23.

Gossipium, [Ger. *Bauwmwoll.* Ang. *The tree that beareth cotton, also cotton.*] Frutex est, ex superiori parte Aegypti, quę in Arabiã vergit, primùm allatus, nũc etiã in quibusdã Italiæ locis nascẽs: ex quo lina fiunt quæ gossipina dicũtur. Alio nomine dicitur xylon, ξύλον, & lina ex eo confecta, xylina. Plin. lib. 19. cap. 1: Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticẽm, quem aliqui gossipion vocant: plures, xylon, & ideo lina inde facta, xylina. Parvulus est, similemq; barbatę nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo nitur. Nec sunt ulla eis in candore, mollitiáve præferẽda Ex quibus Plinii verbis satis constat gossipion fruticem esse, qui lanam illam mollissimam profert; quam vulgò vocant *Cotonium*, quod & ipsum Latinè vocare possumus linum gossipinum, vel xylinũ. Hunc fruticem nos aliquando in Italia vidimus, pomumq; ejus mali cotonei similitudine, quod matureſcens, lanæ, quam includit, copia dirumpitur, linumq; inclusum detegit.

G ante R.

G. R. In notis antiquorum, Genus Regium, vel rerum. G R. gerens, vel gerit. G R A. Gracchus. G R. A T. R S. B. genitor autem reservator bonus, vel gerit rem Senatus benè. G R C. Græcus. G R. D. gratis dedit, vel datum. G R. E gratia ejus. G R T. gerit. G R M. H I. R Q. genus regium hic requieſcit. G S. gesserunt. G S. genus, vel gessit. G. S. genio sacrum. G T. gentẽ vel gentes.

Grab, Fistula, oculi morbus.

Grăbātŭs, ti, m. s. [ערש *hêres.* κράββατος, Suidæ. Gall. *Vn petit lit sur quoy on se repose sur le iour.* Ital. *Letticello.* Ger. Ein gantsch/ oder taterbett. His. *Lecho pobre.* Pol. *Łożnica, łoszkomal'e, pielesz.* Vng. *Aagy.* Ang *A litle bedde or couche.*] pen. prod. Lectus exiguus, in quo meridiari solent: dictus quasi carabatus, quòd in eo capite recumbamus. κάρη enim caput, βάτον pervium Græci dicunt. Alii κράββατον, παρὰ τὸ κερμᾶν τὰς βάσεις: hoc est, à suspendendis pedibus dictum malunt. Vnde & pro lectis pauperum & mendicantium grábati accipi solent. Cicer. lib. 2. de Divinat. diversa facit lectos, & grabatos, quum ait: Venit enim jam in contentionem utrum sit probabiliùs, Deósne immortales, rerum omnium præstantia excellentes, circumcursare omnium mortalium, qui ubiq, sunt, non modò lectos, verùm etiam grabatos; & quum stertentes aliquos viderint, objicere, iis visa quædam tortuosa, & obscura. Apud Latinos primam corripit: sed apud Græcos eandem producit, & duplici β scribitur, Virg. in Moret. Membra levat sensim vili demissa grabato. Mar. l. 6: Sed si nec focus est, mũdi nec spōda grabati.

Grăcĭlĭs, le, adject. penult. corr. om. t. gracilentus, Tenuis, macilentus. [דק, *dak* דל *dal*, כחוש *chachúsch.* ἰσχνὸς, λεπτός. Gal. *Grefle, maigre, mince, menu, delié.* Ital. *Sottile, magro, scarno, tenue.* Germ. *Ran/klein/mager.* Bel. *Raen/smal.* His. *Magro, sutil, delgado.* Pol. *Szczupły, cienky.* Vng. *Vékony, ósztonér, keskeny.* Ang. *Slender, thinne, leane, small.*] Terentius in Evnucho: Haud similis virgo est virginum nostrarũ, quas matres student Demissis humeris esse, vincto pectore, ut grácules sient. Turpilius: Nosti quàm sit gracilis corpore. Gracilis lapis. Gracile marmor. Gracili nucleo glans. Graciles vindemiæ, apud Plinium leguntur. Gracilis liber. Martialis lib. 8: Siquid fortè petam timido graciliq; libello. ¶ Gracilis ponitur pro molli, ἁβρὸς. Horat. li. 1. Carm. Quis multa gracilis te puer in rosa.

Grăcĭlĭtās, tatis, f. t. Corporis habitus tenuior. [דלות *dallûth* כחש *chachâsch.* ἰσχνότης. Gall. *Gratsieté, maigreté, maigreur.* Ital. *Sottilezza, magrezza, tenuità.* Ger. Dünnheit dünne. Bel. Smalte. His. *Magreza, sotileza, delgadez.* Pol. Szczupłość, cienkość. Vng. *Keskenység, ósz tduerség, vékonyság.* Ang *Leanesse, slendernesse.*] Cic. 2. de Claris Oratoribus: Habet enim certos tui studiosos, qui non tàm habitus corporis opimos, quàm gracilitates confectentur. Ibidem: Erat eo tempore in nobis summa gracilitas; & infirmitas corporis.

Grăcĭlĭtūdo, dinis, gracilitas. [Vn. *Vekonsźke konység.*] Accius in Amphytrionem: Tamen & statuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Nonius.

Grăcĭlēns, tis, omn. gen. Antiquis idem erat quod gracilis. Nævius in Protesilao: Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Nonius.

Grăcĭlentŭs, a, um, gracilis, [ὁ καὶ ἡ λεπτομερὴς, ἰσχνός. Vn. *Vékony, keskeny,*] Ennius lib. 7: Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nonius.

Grăcĭlēsco, is, ere, gracilis & tenuis fio. [כחש *chachasch.* ἰσχναίνομαι. Gall. *Deuenir gresle & menu, amaigrir.* Ital. *Dimagrare, diuenir magro, scarno.* Ger. Ran vnd klein werden/mager werdẽ. His. *Enmagrecer.* Pol. *Cienczeie, szczupleie.* Vng. *Meg kekenyedem ès, keresdem, vékonyodom.* Ang *To waxe leane or slender.*] Plin. lib. 17. cap. 22: Quum alias festinatione pariendi gracilescat.

Gracŭs, sive quod usitatius est, Graculus, Nomen avis, cornici simillis, nisi quòd minor est: à voce quam édit, vel à gerendo dicta, quòd jacta segetum semina gerat: vel quia ex olivetis cubitu se recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat; seu etiam quòd gregatim volitet: sive à gracilitate corporis. [κολοιὸς, ὁ κορακίας. Gall. *Vn gay ou guay* Ital *Cornacchia.* Ger. Ein hätzel oder dull. His. *El grajo.* Pol *Kawka.* Vng *Fulka, szarka.* Ang. *A dawe conghe, or cadesse.*] Est huic furandi natura, ex quo nõnulli monedulam eam appellavere, à furandis moretis. Exprimit sermonem humanũ, & cavea emissus revertitur. Harum aviũ tria sunt genera: Majuscula similiores sunt corvicibus, nisi quòd nigriores: minimæ & inter eas mediæ quibus rostra & pedes rubent. Plin. lib. 10. cap 29: Transpadana Italia juxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbusto agrũ, ad quem ciconiæ non transmeant, sicuti nec octavum circa lapidem ab eo, immensa alioqui finitimo insubriũ tractu examina graculorum monedularum: cui soli avi furacitas auri, argentiq; præcipuè mira est. Quo ex loco facilè apparet monedulam esse speciem graculi. ¶ Aesopicus graculus, Αἰσωπικὸς κολοιὸς, dicitur qui aliena sibi usurpat, aliorumq; bonis se vendítat. Lucianus & Horat. Tractum ab Aesopi apologo. ¶ Sẽper Graculus assidet graculo, ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιῷ ἵζανει. Hoc est, Simile gaudet simili. Refertur à Diogeniano, notatúque ab Aristotele. ¶ Sumitur etiam Graculus pro pisce genere, qui & monedula dicitur à Plinio, Græcè κολίας.

Grădātim, Gradatio, Gradior, Gradivus, Vide GRADVS.

Grădŭs, hujus gradus, m. q. à gradiendo: id est, eũdo. [מדרגה *madhreghâh* מעלה *mahalâh* כבש *chébesch.* κλιμαξ Gall. *Degré, pas, marche.* Ital. *Scaglione, grado.* Ger Ein trit: item, ein staffel/setget. Bel. Een trappe. His *Escalon, grada.* Pol. *Stopien, poszlepienie.* Vng. *Garádits.* Ang. *A degre, or steppe.*] Sunt etiã gradus ex quibus scalæ constant, & quibus ad ędificiorũ altiora conscenditur. Cic. ad Att. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Idem pro Sestio: Gradus ejusdem templi tollebantur. Virg. 1. Aeneid. Aerea cui gradibus surgebant limina Gradus etiam idem interdũ est quod gressus, βῆμα: hoc est, gradientiũ pedum vicissitudo, ut apud Virgil. 3. Georg. Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare Compositis. Addere gradum, pro accelerare. Liv. lib. 26: Alacresq; milites alius alium ut adderet gradum, memor ad defendendum ire patriam, hortabantur. ¶ Pleno gradu quadã proverbii specie dicũtur ingressi,

ingressi, qui aliquid magno studio instituerunt: contrà, qui leviter rem quampiam attigerunt, ingressi summo pede, Trebonius Ciceroni lib. 12. ¶ Gradum facere dicimus, ut si in arborem tectúmve scandere velim, ex saxo, aut scamno, aliquáve alia re, gradum facio, *βάσιν, κλίμακος ποιεῖν*. Valla lib. 5. cap. 26: Gradum facere non est transitū facere, sed aliquā rem gradū & quasi scalam ad alia facere. Ovid. 4. Metamorph. Notitiam, primosq; gradus vicinia fecit. ¶ Gradum jacere ad aliquam rem, metaphoricè, quod vulgò, *Facere ingressum* dicunt. Cicero contra Rullum: Hunc quasi gradum quendam, atq; aditum ad cætera jactum intelligetis. ¶ Gradum inferre. Livius: Tandem gradum Romani acriùs intulerunt, cesitq; Lusitanus. Tacitus libro 19: Gradum inferunt quasi recentibus auxiliis aucti. ¶ Gradu movere, est retrò agere, propellere retrorsum. Livius: Primùm gradu moverunt hostem: deinde pepulerunt: postremò haud dubiè avertunt. ¶ Dejici de gradu, est amittere constantiā, & animi magnitudinē. *λύειν τῆς φρονήματος καὶ καθαιρεῖσθαι*. Cic. 1. Offic. Fortis enim animi est, nō perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, uti dicitur: sed præsentis animi uti consilio. Sic etiā Gradu dimoveri, est ab existimatione pristina dejici, & deturbari. Cic. 2. Tuscul. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel si sentiunt, se mori malunt, quàm turpitudinis modò de dignitatis gradu dimoveri: id est, quàm indignum sese aliquid admittere. ¶ Venire gradibus. Cic. 1. de Nat. deor. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. ¶ Interdum etiā Gradus accipitur pro existimatione, & loco honoris. Cic. 2. Philip. Est enim querela mihi necessaria pro hoc gradu, in quo me *S. P. Q. R.* collocavit. ¶ Gradus quoq; cognationis dicti sunt, ad similitudinem scalarum, locorúmve declivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum: id est, in illum qui quasi ex illo nascitur, veniamus. Quapropter graduum hujusmodi alios superioris ordinis esse Cajus scribit, ut sunt pater & mater, qui sunt in proximo gradu: in secundo, avus & avia: in tertio, proavus, & proavia. Alios inferioris, ut liberi. Alios ex transverso, sive latere, ut fratres & sorores, liberiq; eorum. ¶ A gradus fiunt Tardigradus, da, dum, pen. corr. qui tardè graditur. *βραδύπους*. Vnde testudinem tardigradam dicimus. Spissigradus, pro frequenti graduum motu incedente. Plaut. Pœn. Spissigradissimos, tardiores multò, quàm corbitæ sint in tranquillo mari.

Grădĭŏr, eris, gressus sum, d.t. Vado, incedo, ambulo, eo, progredior. [הָלַךְ *halách* צָעַד *tsahádh*. *βαίνω*. Gall. *Marcher*. Ital. *Andare, passeggiare*. Ger. Gehen/tretten. Bel. Gaen/treden. Hisp. *Andar passo à passo*. Pol. *Lekopośtępuie*. Vng Megyök, iárok. Ang. *To go or walk*.] Virg. 1. Aeneid. -ipse uno graditur comitatus Achate. Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò alia animalia gradiēdo, alia serpendo ad pastum accedunt. Idem 1. Tuscul. Fidenti animo, si ita res fert, gradietur ad mortem. ¶ Hujus composita sunt Aggredior, antegredior, congredior, digredior, egredior: de quibus alibi. Ingredior, introgredior, prætergredior, progredior, regredior, subtergredior, supergredior, & transgredior: quorum significata vide suis locis.

Grēssŭs, sa, sum, participiū à gradior. [הָלַךְ *holéch* צָעַד *tsohédh*. *βεβηκώς*. Vng. *Ment, járt*.] Virg. 6. Aeneid. - & pariter gressi per opaca viarum.

Grĕssŭs, sus, Progressus, incessus, ambulatio. [צָעַד *tsahádh* *βάσις*. Gall. *Marchure, marche, pas, allure*. Ital. *L'andare, passo*. Ger. Ein gang/tritt. Hisp. *El passo ò la obra de andar*. Pol. Krok. Vng. *Iárás, menés*. Ang. *A steppe or going*.] Cic. 1. Offic. Cavendum est autem ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, &c. Virgil. 3. Geor. Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Grădātŭs, a, um, In modum graduum factū. [*κλιμακωτός*. Gall. *Fait en degrez*. Ital *Fatto in gradi*. Germ. Wie die staffeln gemacht. Hisp. *Echo en escalones*. Pol. *Wśl'opnie wćziony*. Vng. *Garádit-sos*. Ang. *Made by degrees and steppes*.] Plin. lib. 13. cap. 4: Densis, gradatisq; corticum pollicibus. Plin. in Epist. Omnia maceria muniuntur: hanc gradata buxus operit & subtrahit.

Grădātĭo, Apud Rhetores dicitur, quum ex prima sententia oritur secunda, & ex secunda tertia, atq; ita deinceps. *κλῖμαξ*. Cic. 3. de Orat. Est etiam Gradatio quędam & conversio, & verborum concinna transgressio. Autor ad Herennium lib. 4: Gradatio est in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius conscensum est: hoc modo: Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod liber, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, faciunt: & quod faciunt, vobis molestum non est?

Grădārĭī equi qui sine succussatione molliter incedunt,] *ἱπποφοραῖς*. Gall. *Cheuaux qui vont vn bon pas, qui vont à l'amble*. Ital. *Caualli che hanno buono andare*. Ger. Zeltross, Bel. Een hackeney. Hisp. *Caualos ambladores*. Pol. *Inochodnik, lekonos*. Vng. *Poroszka lo*. Ang. *Ambling horses*.] Lucil. lib. 14: Ipse equus non formosus, gradarius optimus.

Grădātim, adverbium, per gradus, ordine. [*κλιμακηδόν*. Gall. *Par degrez, de degré en degré, petit à petit, pas à pas*. Ital. *Passo passo, à passo à passo*. Germ. Von einem tritt oder staffel zu der andern/fuß für fuß/gemächlich. Hisp. *De passo en passo*. Pol. Lekko, *porzatkiem, poźle puiac, ziednego śl'opnia na drugy*. Vng. *Rendel, garadi tsoreként*. Ang. *By degrees, in order by litle and litle*.] Varr. lib. 1. de Re rust. Cato quidem (*inquit*) gradatim alium præponens alii, agrum meliorem dicit esse in novem discriminibus. Plinius libro 33. capite 4: Fossæ in quas perfluat, cavantur: agogas vocant: eæ sternuntur gradatim. ¶ Gradatim, pro sensim, paulatim, ordinatè, & lentè. *βάδην*. Cic. Dolabellæ: Ita pedetentim & gradatim tùm accessus à te ad causam facti, tum recessus. Idem 1. Tuscul. Tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eò perveniat quasi geometrica didicisset.

Gradivus, & Gradivicola, Vide in PROPRIIS.

Græcari, græcula rosa, Vide GRAECIA in PROPRIIS.

Græca salix, dicitur salix rubra.

Grăllæ, rum, [*τὰ κηλοβατῶν βάθρα, ἢ τὰ σκωλοβατιζόντων ἐδράσματα*. Gall. *Eschasses*. Ital. *Zanche*. Germ. Stältzen. Hisp. *Cancos*. Pol. *Grelle, szczudl'a*. Vng. *Falább*. Ang. *Crutches or stiltes*.] Fustes furculas habentes sunt, quibus nituntur qui super iis ambulant.

Grăllātŏr, m. t. qui grallis graditur, ac passus ingentes facit. [*κηλοβάτης, σκωλοβατίζων*. Gall. *Qui va sur des eschasses*. Ital. *Chi camina con scalle ò Zanche*. Germ. Der auff stältzen geht / Stältzentretter. Hisp. *El que ast anda en cancos*. Pol. *Szczudl'o, naszczudlowy chodzący*. Vng. *Fa labon iáro*. Ang. *He that gooth on stiltes*.] Plautus in Pœnul. At si ad prandium in ædem vos dixissem ducere, vinceretis cervum cursu, & grallatorem gradu. Grallatores (inquit Festus) appellantur pantomimi, qui ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adjectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ob similitudinem crurum ejus generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi.

Grăllātorĭŭs, a, um, [*ὁ τῆς κηλοβάτου*. Vng. *Fa lábas*.] ut, Grallatorius gradus: id est, magnus, quales solent esse grallatorum: [Ang *A great long stride as u were with stiltes*.] cui opponitur testudineus gradus: hoc est, lentus, quali incedunt testudines. Plautus in Amph. Abstine, quæso, non potuimus Nostros grandius grādire gradus. A. Sive grallatorius, sive testudineus fuerit, certum est mihi, hunc scelestum perdere.

Grāmĕn, minis, n.t. Herba vulgatissima, sic dicta à gradiendo: hoc est, progrediendo, sive serpendo, quòd geniculatis internodiis mirificè serpat, crebroq; novas spargat radices. [עֵשֶׂב *heséb* דֶּשֶׁא *desché* אֹחַז *áchu*. *ἄχρωστις*. Gall. *Dent de chien*. Ital. *Gramigna*. Ger. Graß. Hisp. *La yerua que dixen grama*. Pol. *Trawa*. Vng. *Páfit, fw, perie*. Ang. *Grasse*.] Hæc herba (ut autor est Plin. lib. 24. cap. 19.) jumentis est gratissima, sive viridis sit, sive in fœno siccata. Virg. in Buc. - nulla neq; amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Cicer. 2. de Finibus: Tua sint Puteolis gramina. Liv. 1. ab Vrbe: Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Gramen floreum. Martialis lib. 9: Sic in gramine floreo reclivis.

Grāmĭnĕŭs, a, um. Quod ex gramine est factum: [*ὁ τῆς ἀχρώστεως, χλοηφόρος*. Gall. *D'herbes, de verdure, herbu*. Ital. *Gramignoso, dè gramigna*. Ger. Von graß oder krant gemacht. Hisp *Cosa de grama*. Pol. *Trawiany, ztrawi wćziniony*. Vng. *Fwből valo, pafitbol valo*. Ang. *Of grasse*.] ut, Graminea corona. Gell. lib. 5. cap. 6: Obsidionalis corona est, quam ii qui liberati sunt obsidione, dant ei duci qui liberavit: ea corona graminea est, observariq; solitum, ut fieret è gramine quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. Sic Plin. lib. 22. cap. 3. & Liv. 7. ab Vrbe. Cespes gramineus, Ovid. 2. Amor. Eleg. 15. Campus gramineus, Ovid. 3. Fast.

Grāmĭnōsŭs, a, um, Plenus gramine, gramine abundans. [*χορτώδης*. Gall. *Herbu, plein d'herbes*. Ital. *Gramignoso, pieno di gramigna*. Germ. Grasechtig/voll graß. Hisp. *Lleno de grama*. Pol. *Trawy pełny*. Vng. *Fwües, pásitos*. Ang. *Full of grasse*.] Col. in præfat. lib. 1: Quid sylvester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus, & spurcus recusaret? Sic lib. 7. cap. 9.

Grămĭæ, sive Gramæ, sunt oculorum pituitæ. [*λῆμαι, γλαύμαι*. Ger. Verhertete oder vnhè feuchtigkeit in den Augen/welche das Gemein Volck ziger in den augen nennt.]

Grămōsŭs, mosa, sum, sive Graminosus: id est, lippus. [Pol. *Lipkich oczi*. Vng. *Kantsal, fandal*.] Cæcilius apud Nonium: Gramosis oculis ipsa, attritis dentibus.

Grāmmă, matis, penult. corr. n.t. [אוֹת *oth*. Vng. *Betw'*.] Latinè litera dicitur.

Grāmmătĭcă, cæ, vel Grammatice, ces, f.p. [דִּקְדּוּק *dikdúk*. *γραμματική*.] Est rectè loquēdi scribendiq; scientia, quæ usu, ratione, autoritateq; cōstat. Latini numero plurali Literas vocant. Cic. 3. de Fin. Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa Philosophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Musica, quanquam Latinè ea dici poterant, tamen quoniam usu recepta sunt, nostra

ducamus. Quintil. lib. 2. cap. 14: Grammatice, literatura est, nõ literatrix. Et cap. 1: Et Grammatice, quam in Latinum transferentes, Literaturam vocaverunt, fines suos horit.

Grãmmăticã, corum, Studium literarum, quod profitentur ii qui grammatici vocantur. Cic. 1. de Orat. in Grammaticis poé tarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grãmmăticẽ, adverbium, γραμματικῶς, ut Grammaticè loqui, est in loquendo Grammaticorum observare regulas. Latinè loqui, est pura & latinis auribus, usitata oratione uti. Quintil. lib. 1. cap. 6: Quare mihi non invenustè dici videtur, aliud est Latinè, aliud grammaticè loqui.

Grãmmăticŭs, ca, cum, γραμματικός, Quod ad grammaticã pertinet, ut Figuræ grammaticæ, Grammaticus stylus, Grammatica oratio, Ars grammatica. Ad Heren. lib. 4: Hæc qua ratione vtare possimus, in arte grãmatica dilucidè discemus. ¶ Grãmaticus substantivum, qui grammaticam docet: Latinè dici potest Literatus. Suet. de Clar Grammat. Appellatio Grammaticorũ Græca consuetudine invaluit: sed initio Literati vocabantur. Corn. quoq; Nepos in eo libello, quo distinguit literatos ab eruditis. Literatos quidem vulgò appellari ait eos, qui aliquid diligenter, & acutè, scienterq; possint aut dicere aut scribere. Cæterùm propriè sic appellandos Poëtarum interpretes, qui à Græcis *Grammatici* nominantur, eosdem Literatos vocitatos. Hactenus Suet. Cic. 2. Tusc. Vt enim si grãmaticum se professus quispiam, barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit haberi Musicũ, hoc turpior sit, quòd in eo, ipso peccet, cujus profitetur scientiã: sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quòd in officio, cujus magister esse vult, labitur: artemq; vitæ professus, delinquit in vita. Horat. in Arte: Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est. ¶ Grammatici à veteribus etiam Critici dicti sunt, eò quòd sibi de omni genere scriptorum dijudicandi sumebant potestatem. Eosdem Literatores vocitatos; Messala Corvinus autor est. ¶ Sunt tamen qui Grammaticũ à Grãmatista distinguunt, ut Literatum à literatore, tanquã Grãmaticus sit absolutè & perfectè doctus, sicut Literatus: Grammatista, sicut Literator, tenuiter eruditus: in malam enim partem accipitur. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud Majores (*ait*) quum familia alicujus vænalis produceretur; nõ temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum in literis, sed imbutum.

Grãmmăticălĭtĕr, adverbiũ. Spartianus in Regilliano: Tum is qui aderat scholasticis cœpit quasi grammaticaliter declinare & dicere Rex regis, regió regionis:

Grãmmătĕus, Scriba publicus, qui publicas tabulas scribit, & custodit. [סופר *sopher.* γραμματεύς. Gall. *Escriuain.* Ital. *Scriuano.* Ger. Schreiber. Bel. Een Stryver. Hisp. *Escriuano.* Pol. *Pisarz.* Vng. *Notárius, iro deák.* Ang. *A scriuener or notarie making commone writtinges.*] Apul. lib. 11: Quum ex his unus quem cuncti Grammatea dicebant. Suidas ait Grammatea esse notariũ, & ἀπόῤῥητων: id est, arcanorũ participem. Hinc Archigrammateus, princeps scribarum, quem hodie vocamus *Cancellarium*: Budæus. Hoc nomen non semper fuisse honorificum apud Græcos ex eo apparet, quòd eo veluti contumelioso Demosthenes subinde vocat Aeschinem.

Grãmmătŏphȳlăcĭum, cii, n. s. [בית הספרים *beth hassepharim.* γραμματοφυλάκιον. Gall. *Le threser des Chartres, le lieu où on garde les lettres & registres publics.* Ital. *Luogo doue si conseruano gl' alti publici, cancellaria.* Ger Ein Cantzley / ein ort da man gemeine Bücher / geschrifften oder bteff hinbehaltet. Hisp. *Lugar donde se guarnan las letras publicas.* Pol. *Gmod gdzi chowaia ksiegy, albo papiści.* Vng. *Kaptalan.* Ang. *A place where commone wryttinges vekept.*] Locus ubi tabulæ & instrumenta publica, monumentaq; rerum gestarum, actorumq; asservantur: quod tabularium Latinè appellatur. Iunsconsultus in tractatu de pœnis: ἀρχεῖα fortasse, vel grammatophylacio.

Grammanæ, gemmæ quæ per transversum alba linea præcinguntur.

Grãmmatĭās, Gemma est ex jaspidum genere, similis smaragdo, per trãsversum linea alba præcincta: quæ ab Orientalibus populis pro amuleto gestari solet, Hæc & polygrammos (πολύγραμμος) dicitur. Plin. lib. 37. cap. 9.

Grãmmē, f. p Græci dicũt quam Latini lineam: [קו *kav.* γραμμή. Gall. *Vne ligne.* Ital. & Hisp. *Linea.* Ger. Ein linien. Pol. *Linia.* Vng. *Linnya.* Ang. *A lyne.*] γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατὲς: hoc est, gramme, sive linea, longitudo est sine latitudine. Emensa verò cum longitudine latitudo, ἐπιφάνεια: id est, superficies dicitur. Augustin. Si omissa latitudine, solùm quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subjecta, gramme dicitur. Non quòd sit longitudo aliqua quæ careat latitudine, sed quòd solam quis metiẽs longitudinem, grammen metiri dicitur.

Granărĭum, Granatus, Vide GRANVM.

Grāndĭs, de, om. t. Propriè ætatis magnitudinem denotat: [גדול *ghadhól.* μολυσπὴς. Gall. *Grand.* Ital. *Grande.* Ger. Groß / erwachsen. Bel. Groot / hoch. Hisp. *Cosa grande en quantidad ò en edad.* Pol. *Wielki, wrodziwy.* Vng. *öreg, nagy.* Ang. *Bige, great.*] Terent. in Adel. An sedere operiunt domi virginem tam grandem? Cic. pro Cluent. Reliquit hunc annos xv. natum grandem autem, & nubilem filiam. Quod si NATV addatur, provectiorem ætatẽ significat, & jam senẽ. Plin. Iun. Mulier natu grãdior, & tot liberorũ parens. Cic. pro Rosc. Com. Quid expectas quàm mox ego Luciũ & Manliũ dicam ordine esse Senatores, ætate grandes natu: natura sanctos. ¶ Dicitur & de quavis alia magnitudine: neq; de solo homine grandis dicitur, verumetiam ad inanimata refertur: ut, Grande æs alienũ. Plin. lib. 7. cap. 38: Grandi Gnidiorũ ære alieno permutare cã conati. Grãde pondus argenti, Cicer. pro Cecinna. Grande gaudium, Plaut. in Sticho. Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande.

Grāndĭŭscŭlŭs, la, lum, diminutivum. [μεγαλοπρεπὴς. Gall. *Grandelet, vn peu grandet.* Ital. *Grandetto, grandicello.* Ger. Großlecht. Hisp. *Poquillo grande.* Pol. *Rosły.* Vng. *Nagyotska, öregetske.* Ang. *Somewhat bigge.*] Terent. in And. Nam ferè grandiuscula profecta est illinc.

Grāndĭtās, tis, f. t. Propriè ætatis magnitudo. [גדלות *ghodhlel.* μολυσπία. Gall. *Grandeur.* Ital. *Grandezza.* Ger Grösse / dicke / höhe. Hisp. *Grandeza como quiera.* Pol. Wzrost, wrodzaiy. Vng. *öregség, nagyság* Ang. *Biggenesse, greatnesse.*] Silenna lib. 4. Hist. Neq; ætatis granditatem, neq; ea merita, neq; ordinis honestatem; aut dignitatem sibi esse excusationi. ¶ Ad orationem Cic. transtulit de Claris Orat. Idq, apparet ex genere, & granditate verborum. Plin. in Epist. Non illi vis, non granditas, non subtilitas; non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Quibus in locis granditas accipitur pro sublimitate, vel grandiloquentia verborum vel orationis.

Grandævŭs. Qui est provectioris ætatis, quasi grandis ævi, senex. [זקן *zaken* שב בימים *sub ba bayamim.* πολυσπὴς. Gall. *Qui est fort aagé.* Ital. *Di molta età.* Ger. Eines grossen alters. Hisp. *Cosa de grande edad.* Pol. *Wielky, przestarzały.* Vng. *Vénség, vénülésség, eldemodbt ember.* Ang. *Oldenesse.*] Accius: Ne quia hæc vos nec illi impunè irriderent meam grandævitatem.

Grāndĭlŏquŭs, pen. corr. m. f. Qui grãdi & sublimi dicẽdi genere utitur, quive nihil humile loquitur. [μεγαλοῤῥήμων. Gal. *Qui dit choses grandes, qui parle d'vn haut style.* Ital. *Che ragiona de cose grande.* Ger. Der hoch einher redt, der von grossen dingen redt, hertze che wort braucht. Hisp. *El que siempre habla grãdezas.* Pol. *Wimowny mowiacy owiel kich rzeczach.* Vng. *Iemyen szollo.* An. *That vseth ample wordes and speaketh with great magnificence.*] Cic. in Orat. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla, & sententiarum gravitate, & majestate verborum vehemẽtes. Idem 5. Tusculan. Quid tandem isti grandiloqui contra hæc duo? ¶ Hinc grandiloquentia μεγαλοῤῥημοσύνη.

Grāndĭcŭllŭs, pen. corr. diminut. [ὀγκοπρεπὴς. Gall. *Grandelet, vn peu grand.* Ital. *Grandicello.* Ger. Größlecht. Hisp. *Poquillo grande.* Pol. *Przy wieczemu.* Vng. *öregetske, nagyotska.* Ang. *Somewhat bigge.*] Plaut. Pœn. In fundas infundebam grandiculos globos.

Grāndĭo, dis, divi, ditum, act. q. Grandẽ facio. [גדל *ghadhdel.* μεγύνω, αὔξω. Gall. *Agrandir faire grand.* Ital. *Aggrandire.* Ger Groß machen. Hisp. *Hazer grande otra cosa.* Pol. *Wielkim czynic, rozszerzam.* Vng. *Meg öregbitöm nagyobbitom.* Ang. *To make birge or greate.*] Plautus in Aulul. Si hodie Hercle fustem cepero, aut stimulum in manum, Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. Idem in Amphit. abstine quæso: non potumus nostros grandiùs grandire gradus.

Grāndēsco, scis, n. t. Crescо, grandis fio. [גדל *hadhál.* αὐξάνομαι, φύομαι, μεγαλύνομαι Gall. *Deuenir grand, croistre.* Ital *Crescere, diuenir grande.* Ger. Groß werden. Bel. Groot worden Hisp. *Hazer se grande.* Pol. *Rozrastam sie, tosne.* Vng. *Meg öregbödöm.* An. *To waxe greate.*] Plin. lib. 18: Crescente luna frumenta grandescunt. Colum. lib. 2. cap. 12: Omne autem frumentum spicam à restio ad quartum nodum emittit, & quum totam ediderit, octo diebus defloreseit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem pervenit. Cic. 1. de Divin. Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. ¶ Hinc Ingrandesco, de quo suo loco.

Grāndigro, as, Antiquum verbum est, quo Plautus in Trucul. usus est, pro grandi gradu eo, magnũ gradũ facio. [Pol. *Szeroko kroczę.* Vng. *Nagyokat lépöm.*] Quid, *inquit*, clamitas insane?

Abire

Abire hinc ni properè grandigras, jam ego istos fictos, Compositos, crispos, cinnos tuos unguentatos usque ex cerebro Expellam.

Grando, dinis, f.t. Pluvia in aëre gelu concreta: sic dicta, quòd granis similis sit. [ברד *barádh.* χάλαζα. Gall. *Greſle.* Ital. *Tempeſta, grandine.* Ger. Haget. Hiſp. *El granizo.* Pol. *Grad.* Vng. *Kő eſső.* Ang. *Hayle.*] Cic. 3. de Natura deorum: Atenim minora dii negligunt, neq; agellos singulorum, nec viticulas persequuntur: nec si uredo aut grando quippiam nocuit, id Iovi animadvertendum fuit: ne in regnis quidem reges omnia minima curant. Virg. 1. Geor. - crepitans salit horrida grando. Horatius 3, Carminum, Ode 1: Non verberatæ grandine vineæ. Plin. lib. 2. cap. 60: Grandinem conglaciato imbre gigni, & nivem eodem humore molliùs coacto: pruinam autem ex rore gelido. Plaut. in Mostel. Ea mihi advĕtu suo quamprimùm grandinĕ, imbremq; attulit. ¶ Drachmę grando. *δραχμὴ χαλαζῶσα*: id est, Drachma grandinās. De lucro quod tanquā cœlitùs emissum obtigit. Nā olim theatrale præmiŭ erat drachma, quæ veluti grandinis in morem in populum spargebatur. Zenodotus & Hesychius. ¶ Grando item morbus est, sive vitium oculorum, quod Græci *χαλάζιον* appellant: quum scilicet in extrema ciliorŭ ora, unde pili oriuntur, tuberculum enascitur mobile, quod digito huc illuc impelli possit. ¶ In suibus item Grando dicitur, quum sub lingua venulę varicosæ fiunt ac nigrescunt Autor Actius lib. 13. cap. 120.

Grandĭnōsŭs, sa, sum, Quod abundat grandine, [*χαλαζώδης.* Gall. *Subiet à la greſle, qui y eſte ſouuent.* Ital. *Tempeſtoſo, che abonda di tempeſta.* Ger. Zu dem haget geneigt/ das gern hagtet Hiſp. *Lleno de granizo, ò el que abunda de granizo.* Pol *Grad u pel'ny.* Vng. *Kő eſső.* Ang. *Full of hayle, which haileth often.*] Colum. lib. 3. cap. 1: Post hæc non ignorabit dominus loci, plus posse qualitatem cœli frigidam vel calidam, siccam vel rosidam, grandinosam, ventosamq; vel placidam, serenam vel nebulosam.

Grandĭno, nas, pen. cor. Grandinaré dicitur Deus. [ברד *barádh.* *χαλαζῶν.* Pol. *Grad puſti.* Vng. *Kő eſső ſtetőt.* Ang. *To haile.*]

Granum, grani, n.s. Propriè semen frugum dicitur, ut tritici, hordei & hujusmodi. [גרגר *gharghár* טרדה *perudhâh* טרם *péret.* *κόκκος.* Gall. *Grain.* Ital. *Grano, granello.* Ger. Ein Korn oder Kern. Bel. Graen. Hiſp. *Grano de ſimiente qualquiera.* Pol. *Ziarno.* Vng. *Mag.* Ang *Grayne or a corne.*] Plaut. in Sticho: Videlicet illum fuisse nequam adolescentem, qui ilicò, Ubi ille posci, dare denegavit se granum tritici. Varro 1. de Re rust. cap. 48: Granum dictum, quod est intimum solidum. Et paulò pòst: Granum à gerendo: id enim seritur, uti spica gerat frumentŭ. Cic. 1. de Divinat. Fiunt certè divinationum conjecturæ à peritis. Midæ illi Phrygio, quŭ puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt: ditissimum fore prædictum est, quod evenit. ¶ Granum etiam generaliter dicitur, quicquid minutŭ est, & similitudinĕ aliquam habet cŭ grano frumenti. Vnde & mali punici acinos, grana, ipsumq; malum, granatum dicimus. Fructus quoq; arboris cujusdā ilici similis, quē Dioscorides *κόκκον βαφικὸν* appellat, à quibusdam granŭ dicitur. Quod quia copiosissimè nascitur in Bætica provincia, factum est, ut ea regio ab eo Granata dicatur.

Grānārĭum, rii, n.s. Locus in horreis servandis seminum granis paratus, vel in quo grana frugum reponuntur. [אוצר *otsár* מסכנה *miſchenáh* גרן *ghóren.* *σιτοφυλακεῖον, σιτοβολών.* Gall. *Grenier, vn lieu à ſerrer les grains.* Ital. *Granajo* Ger. Ein Kornhauß/ Korn ſchütte. Bel. Eenen Korn ſolder/ oft Spijcker. Hiſp. *Lugar para guardar los granos.* Pol. *Szpichlers, miescze gdzeżito chowaia.* Vng. *Gabonás ház.* Ang. *A barne or granar to keep corne in.*] Varro 1. de Re rust. cap. 57: At triticŭ condi oportet in granaria sublimia quæ perflentur vĕtis ab Exortu, & Septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aspiret. Pro granariis quidem habent sub terris speluncas quas vocant syros, alii puteos. Pers. Satyr. 5: Iam nunc astringas, jam nunc granaria laxes. Horat. 1. Serm. Satyr. 1: Cur tua plus laudes cucumeris granaria nostris? Colum. lib. 2. cap. 10: Repositum in granario patitur ævum.

Grānātŭs, a, um, Quod abundat granis: ut malum granatum. [*ῥοιὰ κοκκώδης.* Gall. *Grené, qui a force grains.* Ital. *Granato, che ha molti grani.* Germ. Das viel kernen hat. Hiſp. *Granado de muchos granos.* Pol. *Pomarancżowi.* Vng. *Magos.* Ang. *Thath hath many graynes.*] Col. libro 12. cap. 41: Et integra mala dulcia granata quæ Punica vocantur.

Grānātum, ti, n.s. Substātivè accipitur pro malo punico. [רמון *rimmón.* *ῥοιὰ, vel ῥοά.* Gall. *Pomme de grenade.* Ital. *Pomo granato.* Germ. Ein granatapffel. Hiſp. *La granada fruto de granado.* Pol. *Granatowe iabl'ko.* Vng. *Pomagránát.* Ang. *A pomegarnette.*] Plin. lib. 20. cap. 41: Singultus & vomitus sistit cum succo granati.

Grānōsŭs, sa, sum, Quod granis est refertum, [*κοκκώδης.* Gall. *Grenu, qui a beaucoup de grains.* Ital. *Granelleſo, di molti grani.* Ger. Kernecht tig / voll kernen. Hiſp. *Lleno de granos.* Pol. *Ziarn pel'ny.* Vng. *Magos. ſok magú.* Ang. *Full of graynes.*] Plin. lib. 21. cap. 31: Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, & alii callion.

Grānĭfĕr, ra, rum, Ferens & producens grana. [*κοκκοφόρος, σπερμοφόρος.* Gall. *Qui porte grains.* Ital. *Che porta grani.* Germ. Das Kernen tregt. Hiſp. *Coſa que trae ò tiene granos.* Pol. *Ziarna rodzący.* Vng. *Mag termő.* Ang. *That beareth graynes.*] Ferens granŭ: ut, Agmen graniferum, dictæ formicæ ab Ovid. 7. Metam. Graniferumq; agmen subjectis spargere in armis.

Grăphē, f. p. Scriptura. [כתב *chetáb* שטנה *ſitnáh.* *γραφή* Gal. *Eſcriture, accuſation.* Ital. *Scritura, accuſa.* Ger. Ein geschrifft. Hiſp. *Eſcriptura, accuſacion.* Pol. *Piſmo, pozew.* Vng. *Iras.* Ang. *Wryting.*] Aliquando etiam (ut inquit Suidas) Genus est publicæ accusationis, quando scilicet lex aliqua ut iniqua, aut perperam lata accusatur.

Grăphĭcē, ces, f. p. Ars pingendi, pictura, sculptura. [*γραφική.* Gall. *L'art de peindre.* Ital. *Arte del dipingere.* Germ. Die kunſt des malens. Hiſp. *Arte de pintar.* Pol. *Nauka malarſtwa.* Vng. *Szép iraſnak meſterſége.* Ang. *The art of pinting or pourtraiting.*] Plin. lib. 35. cap. 10: Et hujus autoritate effectum Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen: hoc est, picturam, in buxo docerentur. ¶ Graphice item dicitur, teste Budæo, cura, usus, meditatio elaborandi, limandiq; ea quæ scribimus: Cicero stylum appellat, lib. 2. de Orat. Huic opponitur extemporanea dicendi, scribendive facultas, quam Græci vocant *αὐτοσχεδιαστικὴν.*

Grăphĭs, phidis, f.t. [*γραφίς.* Gall. *Proiet de peinture, degroſſement, delineament.* Ital. *Diſegno, abozzamento.* Germ. Entwerffung eines gemähls. Hiſp. *El debuxo.* Pol. *Czien malarsky.* Vng. *Kepiraſnak kő ietezése.* Ang. *The a draught or delineation before the peinting.*] Est delineatio futuræ picturæ, quæ & *ἐγγραφίς* à Græcis dicitur. Frequens hujus dictionis usus apud Vitruvium lib. 1: Graphidem verò accipit pro primo illo linearum ductu, & umbrarum delineatione in instrumentis sciothericis, quam & sciographiam identidem appellat. Dicta graphis à stylo, quē Græci *γραφεῖον* & *γραφίδα* quoq; nominant. Plin. lib. 35: Graphidis vestigia extant in tabulis, ac membranis ex quibus proficere dicuntur artifices.

Grăphĭum, phii, n.s. [*γραφεῖον.* Gall. *Pinceau ou autre inſtrument dequoy on peint ou eſcrit ſur tablettes.* Ital. *Stilo da ſcriuere in tauolette.* Germ. Ein griffel. Hiſp. *El puncon para debuxar.* Pol. *Graſka.* Vng. *Vas penna, ón penna.* Ang. *A pensill for a peinter.*] Stylus ferreus, quo veteres in cereis pugillarib. solebant scribere. Ovid. lib. 1. Amorum, Eleg. 11: Quid digitis opus est graphium lassare tenendo.

Grăphĭcŭs homo. [*γραφικός.* Gall. *Fait comme qui l'auroit peint, bien & naifuement fait.* Ital. *Ben fatto, & come de eſſere.* Germ. Ein wolgestalter Mensch an dem nichts vergessen ist. Hiſp. *Bien y perfettamente hecho y compueſto, lindo.* Pol. *Cżł'owiek zew, ześtkime godny, doskonał'y.* Vng. *Ekes, ſzép teremtw.* Ang. *A perfyte man as if ware peinted.*] Dicitur ad unguem factus, absolurusq;, & quasi pictoris manu expolitus. Plaut. in Epid. Næ tu habes servum graphicum, & quantivis pretii, si servat fidem.

Grăphĭcē, eleganter, politè, venustè, accuratè [*γραφικῶς.* Gall. *En bonne peinture, naifuement, fort bien.* Ital. *Elegantemente, galantemente, polidamente.* Germ. Zierlich, artlich. Hiſp *Linda, galanta y gentilmente.* Pol. *Pieknie, ozdobnie, żkunſtu.* Vng *Szépen, ékeſſen.* Ang. *By maner of paſsing well painting.*] Plaut. in Persa: Nunc huic ego graphicè facetus fiam, Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloribs é. Idem in Trin. Exornetur graphicé.

Grăphĭārĭum, rii, n.s. Theca in qua graphia & styli reponūtur, quibus scribere & pingere solebant. [קסת *késeth.* *γραφιοθήκη.* Gall. *Vn calmar ou eſtuy de peintre ou eſcriuain.* Ital. *Pannaiuolo.* Germ. Ein ſchreibzeüg. Hiſp. *La caxa de aquellos puncones.* Pol. *Kał'amarz, pernal.* Vng *Pennaualis, pĕna tarto.* Ang. *A caſe wherein te inſtrumentis of peinting ar keepſt.*] Mart. lib. 14: Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro, Si puero dones, non leve munus erit. Eadem & theca graphiaria dicitur.

Grăssŏr, saris, d. p. Si originem spectes, nihil aliud est, quàm cŭ impetu & vehementia incedo. Creditur enim frequentativum esse à verbo gradior. [Pol. *Iakoś buica odzieram.* Vng. *Kuritolok, koſlatok.* Ang. *To go or come on with a violent rage, to robbe and ſlay by the high wayes.*] Frequentissimè tamen accipitur pro eo quod est vias obsidere, obviosq; vestibus, aut pecunia, aut alia quavis re spoliare. Festus: Grassari propriè dicuntur latrones vias obsidētes. Gradi siquidem ambulare est: undè tractŭ grassari, ab impetu gradiendi. Sed quum quis grassatur: id est, quum impetu sive frequenti gradu vadit in aliquē, & bono & malo animo grassari potest: ideo & in bonā & in malam partem accipi potest: ut apud Salust. in Iugur. Sed dux atq; Imperator vitę mortaliŭ animus est, qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abundè potens, pollensq; & clarus est. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Iam à vi tuta erat, quum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait, se jure grassari: non vi: hoc est, jure progredi. Nævius Pœd. Nunc me res ipsa reprimit, sæpè hac eadem

grassatus via. Sæpiùs tamen in deteriorem partem accipitur pro sævire in aliquem, vel vi aliquem adoriri. [דשו *paschát.* προπετεύομαι, ἐγκατεπίπτω, λωποδυτέω. Gall. *Assaillir, courir sus, brigander, destrousser.* Ital *Assassinare, strugere.* Germ. Wüten/vngestümtzeit/rauberey. Hisp. *Aquella obra de saltear.* Pol. *Obieranie na drogach, plundrowanie.* Vng *Toluaylás fól verés.*] Plaut. in Rud. Acta hæc est res: certum est mori quàm hunc pati lenonem in me grassari. Lactant. lib. 2: Suis enim vitiis perditis sæviunt, & grassantur ut perdant. Idem lib. 5: Archipirata quispiam vel latronum ductor, si suos ad grassandum cohortetur. Cæsar: Grassari in hostes vetat. Livius lib. 2: Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur. Grassatur pestis: hoc est, cum ingenti clade hominum invalescit. ¶ Hujus compositum est Oggrassor, quod est obvium, seu contrà cum impetu gradior. Plaut. in Pœn. Nisi cum impudicis condiciscis oggrassari gradu.

Grassātŏr, oris, m. t. Propriè dicitur, qui vias obsidens, obvios aut vestibus aut pecunia spoliat: quales sunt qui prima face in majoribus ubibus, ministris vestes detrahunt, aut cœnas quas dominis ferunt vi eripiunt, metu verberum aut mortis intentato. [דשו *poschét* פרץ *parits.* λωποδύτης. Gall. *Brigant, destrousseur de gens, guetteur de chemins.* Ital. *Malandrino, ladrone, assassino da strada.* Ger. Ein räuber der mit gewalt einen anfallt. Bel. Een Roover. Hisp. *Salteador de caminos y robador.* Pol. *Lotr, zbiiácz na drogach, zbuica.* Vng *Toluay, vt állo lator, fozto, vtoniátóra rohanó.* Ang. *A robber or sleyr by the high wayes.*] Iuven. Interdum & ferro suspitus grassator agit rem. Callistratus, leg. Capitalium. Digest. De pœn. Grassatores qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur. Suetonius in Augusto: Nã & grassatorum plurimi palàm se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa. Et paulò inferiùs: Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. Cic. de Fato: Hoc enim modo viator quoq; bene vestitus causa foret cur à grassatore spoliaretur.

Grāssātĭo, tionis, verbal. f. c. Dicitur actus ipse grassandi. [לץ *pérets.* λωποδυσία. Gall. *Course sur vn homme, destrousssement, brigauderie, vollerie.* Ital *Assassinamento.* Germ. Das wüten/vngestümtzeit/rauberey. Hisp. *Aquella obra de saltear.* Pol. *Obieranie na drogach, plundrowanie.* Vng *Toluaytás, vtoniárokra valo rohanás.* Ang. *A robbing or slaying by the high wayes.*] Plin. lib 3. cap. 22: Nero Cæsar claritatem ei dedit, initiò imperii nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum thure cĕraq; & sequente die contra famam cutem synceram circunferens Budæus.

Grāssātūrā æ. f. p. Idem quod grassatio. [Pol. *Zbuiśtwo.* Vng. *Toluaylás fól verés.*] Suetonius in Tiberio: In primis tuendę pacis à grassaturis, & latrociniis, seditionũq; licētia curã habuit.

Grātē, Grates, Vide GRATIA.

Gratĭă, tiæ, f. p. Interdum idem est quod beneficium: inde dictum quòd gratis nobis detur. [חן *chen* חסד *chéfedh* תודה *todhàh.* χάρις μου. Gall. *Grace, plaisir, bien faict.* Ital. *Gratia, beneficio.* Germ. Guad oder danck. Hisp. *La gracia, ò gracioşidad.* Pol. *Laska, dżek.* Vng. *Kegyelőm, pigyen valo so tételnény, kedv.* Ang. *Favour, thank, grace, respect.*] Cic. lib. 1. Epist. Quum præsertim confiderem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus, vel in accipiendo, vel remunerando, cumulandoq; illustrare posset. Terent. in Andr. Ego Charine neutiquam officiũ esse liberi puto, Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi: hoc est, postulare ut sibi habeatur gratia, vel ut pro beneficio reputetur. ¶ Gratia gratiam parit, ἡ χάρις χάριν τίκτει. Sophocles in Oedip. Colon. Sententia qua monemur, neminem fermè mortalium inveniri, qui velit in quempiam beneficium collocare, à quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturum. ¶ Frequenter item gratia accipitur pro memoria accepti beneficii, & voluntate referendi. Hinc dicimus agere gratias, pro verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Habere autem gratias (χάριν ἔδοναι) pertinet ad animũ, quum memorĕ accepti beneficii mentem animumq; habemus, & invicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, est facto acceptũm beneficium remetiri. ἀντιδοῦναι χάριν. ut si à me sublevatus aliquo beneficio, alio me vicissim subleves, gratiam mihi refers. Accipitur & in malã partem, pro eo quod est injuriam injuria compensare, & par pari reddere. Cic. in Salust. Quòd ista inusitata rabie in uxorem & [illegible] meã invasisti, (quæ se mulieres faciliùs à viris abstinuerunt, quàm tu vir à viris) satis doctè ac peritè fecisti. Non enim speraşti mutuam me tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarẽ. Terent. Evnuch. Illis crucibus, quæ nos nostrãq; adolescentiã habitam despicatui. Nunc referam gratiam, atq; eas itidẽ fallã ut ab eis fallimur. Referre igitur gratiã, tàm in meliorẽ, quàm in deteriorẽ partẽ sumitur: quum sit, ipso facto acceptũ beneficiũ, vel injuriã cõpensare. Rectiusq; huic verbo accusativũ singularem GRATIAM jungimus, quàm pluralẽ gratias. Et cõtrà usitatiùs dicimus, teste Valla, Habere gratias, quàm gratiã. Nunquam aũt, vel rarissimè, agere gratiam, sed semper ferè, agere gratias. Liv. 5. bell. Maced. Satiatus tandem complexu filii: Renuntiate, *inquit*, gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc nõ posse, quàm ut suadeam, non antẽ in aciem descendat, quàm in castra me rediisse audierit. Cicero pro Planco: Cui pro me Senatus gratias agendas putavit; ego à me gratiã referendã non putẽ? ¶ Habere & referre gratiam conjunctè dixit Terent. in Eunuch. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita ut merita es, gratia. Vbi Donatus: Qui habet apud se gratiam, nondum retulit: retulit, qui destitit habere. Multùm ergo hîc dixit: Et habetur gratia & refertur. Quem sensum transtulit Salustius in bellum Iugurth. Armã, pecuniã sume, utere, & quoad vixeris, nunquàm reddendam tibi gratiam putaris: semper apud me integra erit. ¶ Cum illo magna est mihi gratia, Cic. ad Lent. hoc est, magna intercedit mihi cum illo familiaritas: vel, inter nos amamus plurimũ. ¶ Cum bona, & cum mala gratia. Terent. in Phorm. cur non, inquam, Phormio, Vides, inter nos sic hæc potiùs cum bona Vt componãtur gratia, quàm cum mala? ¶ Est gratia, pro ago gratias. Plaut. in Menæch. Eamus intrò, ut prandeamus. MEN. bene vocas: tum gratia est. Idem in Mercat. SA. Ve mi sodalis Eutyche: EVT. tibi gratia est. Bene Vt valuisti? quid parentes mei, valent? EVT. tibi gratia est. Bene vocas, benignè dicis, eras apud te cœnaverò. ¶ Esse in gratia pro gratioşum esse, & gratia aliquid valere. Cic. Attic. lib. 2: Erit nebulo iste cum iis dynastis in gratia. ¶ Facere gratiã: hoc est, ex jure strictiori aliquid imminuere, vel remittere aliquid quod sibi debeatur. Vnde facere gratiã jurisjurandi, est jusjurandum remittere. Plaut. in Rud. Nihil hercle hîc tibi est, ne tu speres: jurisjurandi volo gratiam facias. Liv. lib. 3: Omniũ tibi Appi Claudi, quę impiè nefarieq; per biennium alia super alia es ausus, gratiam tibi facio. ¶ Accipitur interdum gratia pro benevolentia & favore. Salust. in Iugurth. Ita bonum publicè est privata gratia devictum. Hinc inire gratiam ab aliquo, est favorem ejus emereri. Teren. in Eunuch. Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam video velle, imbo. Vbi Donatus: Gratiã inire, est, dare beneficium, ac per hoc, inire gratiam: id est, amicitiam. ¶ Recipimus in gratiam eum qui vult nobis recõciliari, quum aliquando fuerit inimicus. Cicero pro Rab. Quem enim ex tantis inimiciţiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. ¶ Redire in gratiam est reconciliari Cic. Attic. lib. 1: Cum Luctatio in gratiam redi. ¶ Gratia pro causa, ratione, sive occasione: idq; in ablativo duntaxat. χάριν οὕνεκα. Ter. in And. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciã portare, & ea me hîc retinuisse gratia. Vbi Donatus: Gratia veteres pro causa ponebant. Salust. Rem omnem aperit, cujus gratia mittebatur. ¶ Poëtæ tres GRATIAS finxerũt, Iovis & Autonoës, sive potiùs Liberi patris & Veneris filias, quæ & χάριτες à Græcis appellantur: [Ger. Die Göttin des gunsts oder gutthätigkeit] quarũ unam Aglaiam nominarũt, ab hilaritate, seu lætitia: propterea quòd hilariter præstandum sit beneficiũ. Secundam, Thaliam, à viriditate: quòd beneficii memoria semper virere debeat, & nunquà marcescere. Tertiã, Euphrosynem, ab oblectatione, eò quòd non minùs in dando beneficio, quàm in accipiendo nos delectari conveniat. Harum una aversa pingitur, duæ ad nos conversę: quo illud significatur, duplicẽ pro accepto beneficio gratiã rependi oportere. Nudæ sunt: beneficia enim sine fuco esse oportet: Vnde locus factus proverbio: Nudæ gratiæ, αἱ χάριτες γυμναί. Quo admonemur, ut candidè ac benignè ĕr impertiamus amicis. ¶ Connexæ, quòd beneficium semper beneficiũ pariat: quodq; perpetuũ esse debeat benevolentię fœdus. Hilares: tales enim esse debemus in dandis accipiendisq; beneficiis, Iuvenes: beneficii enim accepti gratia senescere non debet, sed perpetuò florere. Virgines sunt, & in Acidalio Orchomeni fonte lavãtur, vel quòd pura beneficia esse, nullamq; retributionis spem habere, vel quòd nihil turpe rogare oporteat.

Grātŭs, ti, m. s. Qui meritã gratiam persolvit, qui beneficia accepta meminit. [חסד *chasidh* אוהב *modhéh* אוהבן *mithbönen.* εὐγνώμων, εὐχάρις, κεχαριτωμένος. Gall. *Agreable, qui n'est point ingrat, mais recognoist le plaisir qu'on luy a fait.* Ital. *Grato, recognoscente del riceuuto beneficio.* Ger. Danckbar Bel. Danckbaer Hisp. *Agradecido ò aplazible.* Pol. Wdzięczny Vng *Halaado.* Ang. *Thankfull, kynde, gentle.*] Cic. 1. de Legib. Gratus est, qui in referenda gratia non commodum: sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit. Idem: Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Brutus Cic. lib. 11: Gratiorem me esse in te posse, quàm isti perversi sint in me exploratum habeas. Cicero Planco: Re ipsa, atq; animo gratissimus. Terent. in Adelph. Scio non te usum antehac amicitia mea: Memorem me dices esse, & gratũ Plin. in Paneg. Nam liberalitatẽ jucundiorẽ debitor gratus, clariorem ingratus facit. Cic. 5. Verrina: Sed quòd sua interesse putabant, se memores, gratosq; existimari, gratias illi egerunt. ¶ Gratus interdum idem est quod acceptus & jucundus:

[דבוי]

[רצוי *ratsúi* ברכה *nirtséh*. *χαρίεις*.] cui opponitur Ingratus, non acceptus. Livius 2. ab Vrbe: Gratæ in vulgus leges fuêre. Terent. in Andr. Et id gratum fuisse adversùm te, habeo gratiam. Horat. 2. Ser. Satyr. 2: Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem Vicinus. Gratum facere, obsequi, & inservire. *χαρίζομαι*, Cicer. lib. 13. Epistol. Si hunc juveris, gratissimum mihi feceris. *ἀγνώμων*, *ἀχάριστος*. A' quibus Gratitudo, *εὐχαριστία*, & Ingratitudo, *ἀχαριστία*, *ἀγνωμοσύνη* Gratè, & Ingratè, Gratis, & Ingratis adverbia: de quibus suis locis.

Grātē, adverbium, Grato animo. [*εὐγνωμόνως*. Gall. *Agreablement, auec recognoissance du plaisir ou du bien fait.* Ital. *Gratamente.* Ger. Danckbarlich. Hisp. *Agradecidamẽte.* Pol. Wdzięcznie. Vng. Kedueſſen, hálá adoſzw'uel. Ang. Kyndely thankefully.] huic contrarium est Ingraté. Cic. pro Plancio: Audi atq; attende Laterensis, ut scias quid Plancio debeam: confitearecq; aliquando, quod faciã, me & gratè & piè facere. Idem lib. 1. de Finib. Nam & præterita gratè meminit, & præsentibus ita potitur, ut, *&c.*

Grātĭōsŭs, sa, sum, Qui gratia apud omnes plurimum valet, vel qui omnium gratiam & favorem sibi facilè conciliat, quod ferè fieri solet obsequio, & morum comitate. [חן טוב *tob chén* רצוי *ratsúi*. *χαρίεις*, *χαριτόβλης*. Gall. *Agreable, fauori, qui est en grace & credit, courtisan, gratieux.* Ital. *Gratioso, gratiato, fauorito, di gran credito.* Germ. Gunſtreich / angenem / huldreich. Hisp. *Gratioso, que recibe aquellas gracias.* Pol. Wdzięczny, vładzy wzięty. Vng. Kednes. Ang. *Very thankfull, in great fauour and credite.*] Cicer. 3. Offic. Tum Pythius, ut argentarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus. Idem Lentulo: Vehementer confidit se his nostris literis apud te gratiosum fore: id est, valde gratum. Cic. pro L. Muræna: Nihil tibi Consulatum petenti à me defuit, quod esset aut ab amico, aut à gratioso, aut à Consule postulandum.

Grātĭōsē, adverb. Cum gratia. [*χαριτώτως*. Gall. *Gracieusement, par faueur.* Ital. *Gratiosamente, per fauore.* Germ. Mit gunſt. Hisp. *Graciosamente, por fauor.* Pol. Wdzięcznie, łaskawie. Vng. Kedueſſen. Ang. *For fauour.*] Vlpian. l. Tutor qui repertorium. §. Competet. ff. de Adminiſt. tut. Competet adversus tutores tutelæ actio, si malè contraxerunt: si prædia non idonea comparaverunt per sordes, aut gratiam. Quid ergo, si neq; sordidè, neque gratiosè, sed non bonam conditionem elegerint? Rectè quis dixerit, solam latam negligentiam eos præstare in hac parte debere.

Grātĭs, adverbium, Gratuitò, sine præmio, aut pretio. [חנם *chinnám*. *δωρεάν*, *κενῶς*. Gall. *Pour neant, gratis, sans espoir de recompense.* Ital. *Senza premio, senza pagamento.* Germ. Auß tauterem gunſt / vmbſunſt / vergebens. Bel. Omniet. Hisp. *Debalde, de gracia, ò sin merito ò precio.* Pol. Darmo, zł'aſky. Vng. *Ingyen, erdõm nékwl.* Ang. *Freely, for nothing.*] Plautus in Cap. Nunquam erit tam avarus, quin te gratis emittat manu. Cicero 3. Verr. Is repentè, ut Romam venit, gratis Prætor factus est. Idem 2. de Finibus: Vt æquitatem, modestiam, virtutes omnes per seipsas gratis diligant. Sueton. de Clar. Gramm. Sunt qui tradant, tanta cum honestate præditum, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, & sine mercede ullâ in disciplinam receperit. ¶ Gratis Pretio contraria. Cicero pro Roscio Com. Hîc primùm questus est non leviter Saturius, communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii. ¶ Aliquando significat sponté. *αὐθαίρως*. Vnde deducitur compositum Ingratis, invitè, non ultrò: quia quæ quis sua sponte facit, grata sunt: ingrata, quæ ab invitis recusantibus fiunt. *ἀκουσίως*. Plautus in Amphit. Hæc heri immodestia coëgit me, qui hoc noctis ingratis excitavit. Terentius in Evnuch. Opus faciam ut defatiger usq;, ingratis ut dormiam. Cic. pro Quintio: Exprimendum est invito atque ingratis, quod non debet.

Grātŭĭtŭs, ta, tum, penult. corr. Quod datur gratis: id est, sine præmio aut pretio. [*ἄμισθος*. Gall. *Gratuit, donné sans espoir de recompense.* Ital. *Gratuito, cosa donata senza recompensa.* Germ. Vnverdienet / ohn anſehung einer widergettung. Hisp. *Gracioso, ò sin precio.* Pol. Zł'aſky *dani, vetimony, nienagrodnè.* Vng. *Ingyen valo érdõm nékwl valo.* Ang. *Thats geuen freely.*] Cicer. lib. 1. de Legibus: Quid liberalitas? gravitânc est, an mercenaria? Si sine præmio, benigna est, gratuita est: si cum mercede, conducta. Idem 1. de Natura deorum: Prata, & arva, & pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est. Id est, non ad fructum relata, sed ad illius commoda qui diligitur: alioqui mercatura est, nõ amicitia.

Grātŭĭtō, adverbium, Gratis, sine pretio. [חנם *chinnám*. *ἀμισθί*. Gall. *Sans loyer & recompense, gratis.* Ital. *Senza premio, senza aspettar ricompensa.* Ger. Vnverdientlich / freywilliglich / vmbſunſt. Hisp. *Debalde, sin precio.* Pol. *Darmo, beznágrody.* Vng. *Ingyen, fizetés nékwl.* Ang. *Frely, for nothing.*] Sueton. in Cæsare: Omnibus verò circa eum, atq; etiam parte magna Senatus gratuitò aut levi fœnore obstrictis. Cicero 2. Offic. Diserti igitur hominis & facilè laborantis, quod dq; in patriis est moribus, multorũ causas, & non gravatè & gratuitò defendentis, beneficia & patrocinia latè patent.

Grātēs, Numero tantùm plurali, & in hac tantùm terminatione, gratia, quæ referri debet pro accepto beneficio. [תודה *todhah*. *χάριτες*. Pol. Dzięk. Vng. *Hala adás* Ang. *Thankes.*] Virgil. lib. 1. Aeneid. - grates persolvere dignas Non opis est nostræ, Dido. Cicero in Som. Scipion. Et grates (*inquit*) tibi ago summe Sol. Plaut. Mil. Inde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ laras laudes Gratesq; agam. Quint. Curt. Grates habebant, veluti præsenti deo. Liv. 7. bell. Pun. Discursum inde ab aliis circa templa Deûm, ut grates agerent. Tacit. lib. 20: Sed præcipuo deorum Marti grates agimus.

Grātĭfĭcŏr, aris, d. p. Rem gratam facio. [חנן *chanán*. *χαρίζομαι*, *χάριν φέρω*. Gall. *Faire bien, plaisir ou seruice, faire au gré ou chose agreable.* Ital. *Far cosa grata, far piacere ad alcuno.* Germ. Ein dienſt thun / etwas dienſtlichs beweiſen. Bel. Eenen dienſt doen. Hisp. *Gratificar al menor en gracia.* Pol. Wdzięk czynie, posł'uge czynie. Vng. *Kelnedet teszõm kednes kõdõm.* Ang. *To do or ſhew, pleſour.*] Cicer. Lentulo: Quòd Pompeio se gratificari putant. Idem Valerio Famil. lib. 1: Cur tibi hoc non gratificer nescio. Differunt tamen gratificari, & gratum facere: quòd gratificari in se contineat quiddam majus: est enim beneficum Esse. Cic. lib. 1, de Natur. deorum: Deum hominibus gratificari, non gratum facere: quasi gratificari sit beneficia conferre: gratum facere, obsequi & inservire. Cic. lib. 13. Epist. Si hunc juveris, gratissimũ mihi feceris.

Grātĭfĭcātĭo, onis, f. t. [חנינה *chanindh* חסד *chéſedh*. *χάρισμα*. Gal. *Plaisir fait, bien fait, gracieuseté.* Ital. *Piacere, fatto per gratificarsi alcuno.* Germ. Ein dienſt beweiſung. Hisp. *Aquella obra de gratificar al menor, bien hecho.* Pol. *Posł'ugi wzięnienie.* Vng. Kedueskedés. Ang. *A doing or ſhewing of pleaſour.*] Cicer. 1. de Natura deorum: Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem & benevolentiam ponitis? Impudens gratificatio, Idem 3. de lege Agrar.

Grātŏr, aris, Gratulor, lætor ob felicitatem vel commoda, gaudeo. [ברך *berách*. *συγχαίρω*, *συνήδομαι*. Gall. *S'esiouir du bien aduenu, remercier.* Ital. *Ringratiare, allegrarsi.* Ger. Frolocken / von wolfahrt wegen / die vns oder einem anderen begegnet / frõtlich seyn. Hisp. *Alegrarse con otro por su bien.* Pol. *Raduiecu'ie, wcſſeles'ie.* Vng. örwlõk, *vigadok.* Ang. *To be glade, to giue thankes to.*] Virg. 4. Aeneid. Inveni germana viam, gratare sorori. Ovid. 8. Metamorph. - toto q; libens mihi pectore grator. Gratari superis, est diis gratias agere, & ob fœlicem rei alicujus successum sacrificare: quod Græci dicunt *χαριστήριον ῥέζειν*. Ovid. 2. Fast. Quisquis ades, castæq; colis penetralia Vestæ, Gratare, Iliacis thuraque pone focis.

Grātābūndŭs, a, um, Gratulabundus. [מברך *mebaréch*. *συγχαίρων*. Gall. *Qui monstre face de se resiouir du bien aduenu à soy ou à quelqu'vn.* Ital. *Qualunque che sia lieto del bene auenuto à se ò ad altri.* Ger. Frolockend / ſich frewend. Hisp. *El que mucho se alegra con otro por su bien.* Pol. *Raduiecu'ie.* Vng. örwendõzõ. Ang. *That sheweth him ſelf to be glade for the good luk that is happened to him or another.*] Tacitus libro 17: Et proximi militum gratabundi respondent.

Grātāntĕr, adverbiũ. [Pol. Zdzięk*iem*. Vng. *Kedueſſen*, örömeſt] Iulius Capitolinus in Macrino: Mortem Antonini Senatus gratanter accepit.

Grātŭlŏr, aris, ri, d. p. Grator, gratulationem facio, lætor. [ברך *berách*. *συνήδομαι*, *συγχαίρω*. Gall. *Dire & monstrer qu'on s'esiouit du bien & prosperité aduenue.* Ital. *Rallegrarsi, congratularsi, monstrare di rallegrarsi del bene di alcuno.* Ger. Frolocken / frewd erzeigen. Bel. Verblidem. Hisp. *Alegrarse con otro por su bien, y gozarse de algun bien.* Pol. Weſſele'ſie, radoſc pokazuie. Vng. örwendözök örwlõk. Ang. *To shew him ſelf glade for the luck that is happened him ſelf or another.*] Triplicem ferè habet constructionem. Interdum enim absolutè ponitur sine aliquo casu à tergo. Ovid. 3. de Arte am. Prisca juvent alios, ego nunc me deniq; natum Gratulor. Interdum solo dativo contentum est. Trebonius Cic. lib. 12: Iraq; tibi (quod verè facere possum) libenter quoque gratulor. Nonnunquam etiam accusativum habet cum dativo. Cicer. 2. Verr. Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Invenitur etiam aliquando cum solo accusativo, ita tamẽ ut dativus subaudiatur. Terent. in Evnuch. Salutant, ad cœnam vocant, adventum gratulantur. Convertitur aliquando accusativus in ablativum mediante præpõsitione. Cic. Lentulo: Quod mihi de nostro statu, & de Milonis familiaritate, de levitate & imbecillitate Clodii gratularis, minimè miramur. Interdum etiam sine præpositione. Cælius Cic. lib. 8: Gratulor tibi affinitate viri mediusfidius optimi. ¶ Aliquando significat, pro re bene gesta gratias diis agere, quemadmodum triumphantes solebant, qui equis albis, currusq; aurato in Capitolium vecti, Iovi pro fœlici rerum successu taurum immolabant, quod Græci dicunt *χαριστήριον ῥέζειν*. Ennius in Hecuba: Iupiter tibi summe, tandem malè rei gesta gratulor.

gratulor. Liv. Triumphantes in Capitolium ascendebant, Iovi Optim. Maxim. cæterisq; diis gratulaturi. ¶ Hujus compositum est Congratulor.

Grātŭlātĭo, onis, f. t. Testatio gaudii ob fœlicem successum. [ברכה *berachâh. σύγχαρμα, φιλοφροσύνη.* Gal. *La ioye qu' on mesme du bien & prosperité auenu aux autres où à nous.* Ital. *Allegramento, allegrezza, congratulatione, il allegrarsi di prosperità auenuta à suoi ò ad altri.* German. Frolockung / glückwünschung. Hispan. *Aquella obra de alegrarse con otro.* Po. Winszowanie ſzczęśćia, radośći. Vngar. Örwlés örvendezés. Ang. *A reioſing in ones be half.*] Cicer. Attic. Mihi facta statim est gratulatio. Idem 2. Verr. Nuntiatur mihi, maximam gratulationem huic esse factam. ¶ Aliquando significat lætam supplicationem & gratiarum actionem, χαριστήριον, quæ à Senatu nomine alicujus Imperatoris, qui rem in bello fœliciter gesserat, ad omnium deorum templa solet decerni. Cicer. in Catil. Cæteris semper bene gestis, mihi uni conservatæ Reip. gratulationem decreviſtis. Idē ad Brutum: Sed tamen tàm recenti gratulationi, quàm tuo nomine ad omnium deorum templa fecimus, *&c.*

Grātŭlābundŭs, Valde gratulans. [מברך *mebarèch. ὁ συγχαίρων ἢ σωνδιάθρων ἰσχύς.* Gal. *Qui s'esiouit ou monstre signe de s'esiouir de sa prosperité ou de celle d' autruy.* Ital. *Che sta lieto del ben auenuto à sè ò ad altri.* German. Hefftig frolockend. Hiſp. *El que mucho se alegra con otro por su bien.* Polon. Bardzo ſzczęśćia życzący. Vng. örvendözö. Ang. *That rewyseth greattie for the good luck that is lappenes to him self or another.*] Gell. lib. 3. cap. 15: Quumque populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, *&c.*

Grăvĭs, & hoc grave, om. t. Significat ponderosum, quod scilicet suapte natura deorsum fertur: huic opponitur Levis, quod sursum fertur. [כבד *chabêdh. βαρὺς, βαρέα, βαρύ.* Gall. *Pesant, fascheux, grave.* Ital. *Graue, ponderoso.* Ger Schwär/gewichtig. Belg Schwaer/wichtig. Hiſpan. *Cosa grave, molesta y pesada.* Polon. Ciężky, ważny. Vngar. *Nehéz,* Ang. *Heauie of weight.*] Virgilius 1. Georgic. Vomis & inflexi primùm grave robur aratri. ¶ Per translationem dicitur morbus gravis, senectus gravis: id est, molesta: quoniam qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisque hujusmodi sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupidè velint deponere. *δεινὸς, βαρὺς, χαλεπός.* Cicero in Catone: Quod nunquam senectutem tibi gravem esse senserim. ¶ Gravis item accipitur pro constanti & severo, quadamq; autoritate & gravitate prædito, quod Græci dicunt σεμνόν. [יקיר *jákkir* נכבד *nichbádh.* Gal. *Modeste, graue.* Ital. *Modesto, graue.* German. Ernsthafftig / standthafftig. Hiſp. *Modesto, no liuiano.* Polon. Statecżny, poważny. Vng. Erterkölt sző' meltoságos. Ang. *Sage and modest.*] Quæ significatio inde ducta est, quòd quemadmodum gravia & majora onera non facilè loco moventur, ita homines severi & constantes nec minis, nec precibus ab æquitate avelluntur. Cicero de Orat. Vir autoritate gravis. Idem alibi: Vir prudens & gravis. Idem in Hortensio: Quid enim aut Herodoto dulciùs, aut Thucydide graviùs? ¶ Variis aliis modis dicitur grave, sed ad hos reduci possunt. Nam ponitur pro pernicioso, acerbo, nocente. Cicero 3. Officior. Magnum illud bellum, & gravem adversarium imperii sustulissent. ¶ Pro forti & robusto. [חזק *chazâk. ἰσχυρός.*] Virg. libro 5: Prima pares ineunt gravibus certamina remis. ¶ Pro grandævo. idem 5. Aeneid. Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes. ¶ Pro solido, firmo, constante, *στερεὸς ἀξιόχρεως.* Cicero libro 1. Officior. Vt jam sint alia graviora, atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metimur. ¶ Pro tristi. Virgil. lib. 8: -gravior ne nuntius aures Vulneret. ¶ Aes grave à Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat signatum: idcirco quod non numero, quemadmodum hódie, sed pondere in solutionem cederet. Livius libro 4: Patres bene cœptam rem perseveranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, ęs grave plaustris quidam ad ærariũ convehentes, speciosam collationem faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur à Plinio libro 33. cap. 3: Servius, *inquit*, rex primus signavit æs: antea rudi usos Romæ Remeus tradit. ¶ Pro necessario. Lucil. li. 29: Habeasque animo mihi admodum causam gravem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo. ¶ Pro pleno. Virg. 1. Aen. Tum pietate gravẽ ac meritis si fortè virum quẽ Conspexêre, silent. ¶ Pro fœcundo, & frugifero. Virg. Quid labor aut benefacta juvant? quid vomere terras Invertisse gravi? ¶ Pro multo. Varro apud Nonium: Vbi graves pascantur & alantur pavonum greges. Salust. lib. 3: Cœpit per omnem provinciam grave pretium fructibus esse. ¶ Pro amaro. Var. Quinquatribus, ut citat Nonius, Absinthium ut bibam grave & castoreum. ¶ Nonnunquam etiam pro gravida. Virg. 1. Aen. -donec regina sacerdos Marte gravis. Idem 1. Aeglo. Nõ insueta graves tentabant pabula fœtas.

Grăvĭtās, atis, f. t. Pondus, ponderositas. [כבד *chóbedh. βάρος, βαρύτης.* Gall. *Pesanteur, grauité.* Ital. *Grauezza, peso.* Ger. Schwäre. Hiſpan. *Grauezza, pesadumbre y molestia.* Polon. Ciężar. Vngar. Nehezség. Ang. *Heauinesse, weigtinesse.*] Cicer. 1. de Natur. deor. Tanta contentio gravitatis, & ponderum. Idem de Fato: Atomos gravitate & pondere moveri. ¶ Accipitur & pro constantia, & severitate, quam Græci σεμνότητα vocant. [אדר *édher.* Angl. *Sageneſſe, discretneſſe.*] Cic. Att. Tu cum Sexto servasti gravitatem eandem quam mihi præcipis. Idem 1. Offic. Catoni incredibilem tribuit natura gravitatem. ¶ Gravitas morbi: id est, magnitudo, apud Cic. 2. de Nat. deor. ¶ Gravitas cœli: id est, intemperies aëris. Idem Attic. Corpore vix sustineo gravitatem cœli hujus.

Grăvĭtĕr, Molestè, ægrè. [*βαρέως, ἀνιαρῶς.* Gall. *Griefuement, grauement.* Ital. *Grauemente, molestamente.* German. Schwärlich / vast vbel. Belg. Zeer schwaerlyck. Hiſpan. *Graue y pesadamente,* Pol. *Zetrudnościa, zobrazenim.* Vngar. *Nehezen.* Angl. *Greuouſlie.*] Salust. in Cic. Graviter & iniquo animo paterer maledicta tua, M. Tulli, *&c.* Cic. de Arusp. respons. Id graviter equidẽ, sed aliquantò leviùs ferebam, quòd, *&c.* ¶ Accipitur item graviter, pro constanter, severè, & cum quadam autoritate. Cicer. de Orat. Thucydides res gestas narrat graviter, sanè, & probé. ¶ Interdum etiam pro valde, sive vehementer. [מאד *meód. σφόδρα.*] Cæcilius Plotio, ut citat Nonius: Placere occœpit graviter, postquam est mortua. Cicer. in Catil. Si me meis civibus suspectum tàm graviter atque infensum viderem, *&c.* Sic Graviter ægrotare: id est, vehemẽter, & periculosè, apud eundem lib. 1. Offi. & lib. 2. de Fin.

Grăvēdo, inis, f. t. Capitis morbus, quum humor crassior ex cerebro in nares decumbit, easque claudit, vocem obtundens, & tussim siccam movens. [κόρυζα. Gal. *Pesanteur de teste, distillement de cerueau, catarre.* Ital. *Pesamento di testa, distillatione, freddore.* German. Ein fluß des Haupts so dasselbig schwär macht / vñ pfnüsel. Hiſpan. *El romadizo.* Polon. *Sapka, ſznupka.* Vng. *Nyátúl valo nehéz fiwſás, fw' nehezedés.* An. *Heauineſſe or dizzineſſe of the head, a murre or distillation of the brayne.*] Cels. lib. 4. cap. 2: Aliud à destillatione malum, quanvis non multùm distans, gravedo est. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet: sub eadem falsa est saliva, sonant aures, venæ moventur in capite, turbida urina est. Hæc omnia κορύζας vocat Hippocrates: nunc video apud Græcos in gravedine hoc nomen servari, destillationes κατασταγμὸς appellari. Plautus in Asin. Quod illa autem simulet, quasi gravedo profluat: hoc ne sic faciat tu labellum abstergas. Cicero Attico libro 16: Gravedini, quæso, omni ratione subveni. Plinius libro 23: Gravedinem enim capiti, morbumque lethargicum faciunt.

Grăvēdĭnōsŭs, sa, sum, Qui gravedine infestatur, quique ad eum morbum est proclivior. [κορυζῶδης, κορυζώδης. Gal. *Qui est subiet & coustumier d' auoir pesanteur de teste, catarreux.* Ital. *Sogetto à pesamento di testa.* Ger. Pfnußtechtig. Hiſ. *Cosa arremadizada, que tiene peso de cabeca.* Pol. Nażdrżały ſzapke mietwaiący. Vng. Az kinèk feie el nehezedik. An. *That hath an heauie head, that hath the murre or poxe.*] Cic. 4. Tusc. Itaque dicimus quosdam gravedinosos, quosdam torminosos: non quia jam sint, sed quia sæpè sint. Plin. li. 8. cap. 15, appellat eruum gravedinosum, quòd bubus in pabulo gravedinem facit.

Grăvĕŏlēns, tis, omn. t. Quod malè olet, quod gravem habet odorem. [באש *boésch* נמק *namák. δυσώδης.* Gal. *Qui sent fort, qui sent mal.* Ital. *Che ha cattiuo odore.* German. Vbel riechend / vbel stinckend. Hiſ. *El que hiede de la boca.* Polon. *Smrodliwy, ſmierdiący.* Vn. *Nehézszagu.* An. *That hath a strong stinking sauour.*] Virgil. 4. Aen. - ad fauces graveolentis Averni. Plin. lib. 27. cap. 8: Graveolentibus foliis.

Grăvĕŏlēntĭă, æ, f. p. Gravis odor. [באש נחמה *beoſch tſchanáh* מק *mak. δυσωδία.* Gal. *Manuais* [illegible] *aiſe senteur.* Ital. *Puzza, lezzo.* German. Ein starcker böser geschmack. Hiſpan. *Hedor de la bocca, mal olor.* Polon. *Smrodwielky.* Vngar *Nehézszag.* An. *A strong stinking sauour.*] Plin. libro 20. capite 9: Sylvestris, sive erraticæ brassicæ effectus multò plus laudat Cato, adeò ut aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantùm naribus rapto, vitia earum, graveolentiamque sanare affirmet.

Grăvo, gravas, act. p. Onero, sive grave reddo. [הכביד *hichbídh. φορτίζω, βαρύω.* Gal. *Greuer, charger.* Ital. *Grauare, caricare.* Ger. Beschwären / beleſtigen. Belg Beschwaren / belastigen. Hiſ. *Agraviar, hazer pesado à otro.* Polon. *Obciążam.* Vn. *Meg nehezitöm, terhelöm.* An. *To greiue, to burden, to lode.*] Cicero 2. de Divinat Iam verò semper viridis, semperque gravata Lentiscus triplici solita grãdescere fœtu. Liv. 25: Gravatis omnibus vinò somnoq;. Caput gravatum: hoc est, gravedine laborans. Colum. lib. 6. cap. 9: Signa febricitantis, manantes lachrymæ, gravatum caput, oculi compressi. ¶ Interdum gravare accipitur pro molestia afficere. Virgilius 2. Aeneid. -nec me labor iste gravabit. ¶ Nonnunquam etiam pro graviùs & molestiùs aliquid reddere. Ovidius 5. Tristium, Eleg. 11: At tu fortunam, cujus vocor exul ab ore, Nomine mẽdaci parce gravare meã. ¶ Hujus com-

jus composita sunt, Aggravo, Degravo, Ingravo, & Prægravo: De quibus suis locis.

Grăvŏr, ris, d. p. Molestor, offendor. [יָרַע *jaráh.* βαρύνομαι, ἀνιῶμαι. Gal. Estre greué, faire à regret & ennuy. Ital. Aggravarsi, fare à male. German. Sich beschwären / ein verdruß haben / mit beschwärd etwas thun. Belg. Verdrieten. Hispan. Ser graue, hazerse pesado. Polon. Obciążam s'ię. Vngar. Mehezitetődm, terheltetődm. Ang. To begreiued.] Plaut. in Trinum. Non gravabor, Fàciam ita ut vis. Idem id Rud. Cur tu aquam gravere amabo quam hosti hosti cõmodat? Cic. de Amic. Ego verò non gravarer, si mihi ipse confiderem. Liv. 1. ab Vrbe: Minus tamen plebs gravabatur se templa deûm exædificare manibus suis. ¶ Gravari, cum accusativo. Quintil. libro 1. capite 2: Quæ siquis gravabitur, non rationi defuerit, sed oneri. Lucan. Romanos odêre omnes, dominosque gravantur: hoc est, graviter ferunt dominos. ¶ Est etiam gravor verbum passivum à verbo Gravo: ut, Lentiscus triplici fœtu gravato, apud Cicer. 2. de Divinat.

Grăvātŭs, particip. [βεβαρυμβός, ἀνιχερωνόμβος. Gall. Greué, chargé, qui fait quelque chose à regret. Ital. Granato, carico, huomo che fa alcuna cosa mal volentiere. German. Beschwärt. Hispan. A graviado, que haze alguna cosa con peso. Polon. Obciążony, z atrudniony. Vngar. Nehezitetőt, terheltetőt. Ang. Greiued, burdeined, loded.] Plaut. in Rudente: nam vox me Precantum huc foras excitavit, bonam atque obsequentem deam, atque haud gravatam Patronam exequuntur, benignamque multùm. Id est, quæ ex animo facit, quod ab ea petitur, non invita, aut ægré.

Grăvātĕ, adverb. Invitè, non libenter, cùm molestia, ægré. [לֹא בְרָצוֹן *lo beratsón.* ἀηδυσίως, ἀνιχερῶς. Gal. A regret. Ital. Gravosamente. Germ. Mit beschwärd / vnwilligklich / vngern. Hisp. Grauamente. Pol. Strudnościa. Vngar. Nehezen. Ang. Greuously.] Plaut. in Bacch. Quàm gravatè pater dedit: id est, quàm ægro animo & invito. Cicer. pro Balbo: Qui erranti comiter monstrant viam, benignè, non gravaté. Idem lib. 2. Offic. Gravatè ille primò: quid multa? impetrat.

Grăvātim, aliud adverbium, gravaté, [ἀηδυσίως. Vngar. Nehezen.] Livius 1. ab Vrbe: Haud gravatim socia arma Rutulis junxit.

Grăvĕsco, scis, n. t. Gravis fio, oneror. [כָּבַד *chabádh.* βαρύνομαι, βαρέμαι. Gal. Deuenir pesant, se rengreger, s'appesantir. Ital. Aggrauarsi, farsi graue. German. Schwär werden. Hispan. Hazerse pesado. Polon. Cżieżeie. Vngar. El nehezedőm, treheltetődm. Ang. To waxe heauie.] Virgil. libro 2. Georg. Nec minus interea fœtu nemus omne gravescit: id est, oneratur. Plin. libro 11. cap. 41: Cameli lac habent, donec iterum gravescant: hoc est, gravidæ fiant & prægnantes. Valetudo gravescit: id est, gravior fit. Tacit. lib. 1: Hæc atque talia agitantibus gravescere valetudo Augusti. Idem libro 14: Malis publicis in dies gravescentibus. ¶ Hinc Aggravesco, & Ingravesco, de quibus suo loco.

Grăvĭdŭs, a, um Onustus, gravis. [כָּבֵד *chabédh.* ἔμφορτος. Gal. Plein & pesant. Ital. Carico di peso. German. Schwär / beläffiget. Hispan. Cosa pesada. Polon. Ciężky, obciążony. Vng. Terhes, nehezitetődi, terheltetőt. Ang. Burdened, heauie.] Plaut. in Trucul. Neu qui manus attulerit steriles intrò ad nos, Gravidas foràs exportet. Sed hoc tránslatitium est: propriè enim mulier dicitur gravida, quæ jam concepto fœtu gravatur. [הָרָה *haráh.* ἐγκυος, ὑπ γαστρὶ ἔχουσα. Gal. Gros ou grosse, preings. Ital. Grauida. German. Ein schwangere oder tragende Fraw. Belg. Een Vrou die da groot gaet. Hisp. Muger pexada de premex.] Plaut. in Amph. Et quum te gravidam, & quum te pulchrè plenam aspicio, gaudeo. Cic. pro Cluent. Quum mulier esset gravida, & jam appropinquare partus videretur. Alvus gravida. Ovid. 2. Amor. Eleg. 14: Si Venus Aeneam gravida temerasset in alvo, Cæsaribus tellus orbâ futura fuit. Plaut. Amph Ex concubitu gravidam feci filio. Terent. Andr. Iamprimùm hæc se è Pamphilo gravidam dixit esse: inventum est falsum.

Grăvĭdĭtās, tatis, f. t. Prægnatio, conceptio. [הֵרָיוֹן *herajón* הֵרוֹן *herón.* κύησις. Gal Grosseße, engroßissement de femelle, portee. Ital. Grauidezza, ingrossamento di donna. German. Schwangerheit. Hisp. Prennez. Polon. Poczęcie płodu w żywocie. Vng. Terhesség hasasság. Ang Greatneße with chylde or younge.] Cicer. 1. de Natur. deor. Ipse sol, mundum omnem suâ luce compleat, ab eoque luna illuminata graviditates, & partus afferat, maturitatesque gignendi.

Grăvĭdo, das, act. p. propriè est mulierem gravidam reddo: quamvis etiam ad alia transferatur. [עִבֵּר *hibbár.* ἐγκύμονα ποιῶ. Gall. Engroßir vne femelle. Ital. Ingrauidare. German. Schwanger machen Hispan. Emprennar. Polon. Brzemiennam czynię, ml'ode z aczynam. Vng. Meg hasasitom, terhesitőm, terhbe eytőm. Ang. To mak great with chylde or younge.] Cicer. de Natur. deor. Quip pe quæ gravidata seminibus omnia pariat, & fundat ex sese. Cæcilius in Tyche, translatè: Per mysteria hic te inhoneste gravidavit probro: id est, oneravit.

Grăvĭcŏr, ris, o m. t. βαρύφρων. gravis cordis.

Grăvĭdāri, gravidam fieri. [Pol. Brzemieniem obciężyć. Vng. Meg nehezkősödni.] In Epitome Sex. Aurelii Victoris in Adriano: Hujus uxor Sabina dum propè injuriis servilibus afficitur, ad mortem voluntariam compulsa, quæ palam jactabat, quàm immane ingenium pertulisset, & elaborasse ne ex eo humani generis pernicies gravidaretur.

Grăvĭlŏquŭs, Graviter loquens. [ἀηνολόγος. Polon. Powąż nomowca, Vngar. Nehezen szóló.] Inde Graviloquentia, ἀηνολογία.

Grăvāstĕllŭs, Senior: [Pol. Powąska. Vng. Ert erkőltsű öreg ember.] à gravitate dictus, ut Festo placet. Plautus in Epidico: Sed quæ est hæc muliercula, & ille Gravastellus, qui venit? Quidam legunt ravastellus, à ravo colore.

Grĕgālis, Gregarius, Gregatim, Vide GREX.

Grĕīsŭs, Vide GRADIOR.

Grex, gregis, m. t. Differt ab armento, teste Valla lib. 4. cap. 24, quòd grex minorum animalium sit congregatio, ut ovium, porcorum, caprarum. [עֵדֶר *hédher* צֹאן *tsón.* ἀγέλη, ποίμνη. Gall. Troupeau de bestes. Ital. Gregge, greggia. Germ. Ein schaarf ein Herd. Belg. Een kudde. Hispan. Grey ò manada, rebanno, como de ouejas ò cabras Pol. Stado. Vn. Nyay, tforda. An. A flock of beaſtes.] Armentum, majorum, ut camelorum, boum, equorum. Ovid. 4. Metamorph. Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Pascebant. Virgil. 3. Georg. Hæc satis armentis: superat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas. Invenitur tamen quandoque grex de majoribus dici, ut de bobus, equabus, & similibus: sed tunc ferè habet adjunctum nomen adjectivum, aut genitivum determinantem, aut potiùs detorquentem ejus significationem ad rem aliquam, pro qua, si solùm positum esset, non ita aptè acciperetur. Virgil. Aeglog. 6: Aut aliquam in magno sequitur grege. Vbi adjectivum magno, efficit ut grex accipiatur pro armento. Sic Horat. quum vellet significare boum armenta, dixit: Greges mugientium. Item Cic. 3. Philip. Cædit greges armentorum, reliquique pecoris quodcunque nactus est. Idem 3. Verr. Præterea greges equarum ejus istum abigendos curasse. Ex his exemplis omnino dicendum videtur gregis appellationem generaliorem esse, quàm armenti. Hoc enim de majoribus duntaxat animalibus dicitur: illud autem, quoties solum ponitur, ferè de minoribus: cum adjuncto autem, etiam de majoribus. ¶ Neque solùm pro quadrupedum congregatione, verumetiam pro avium, atque adeò ipsorum hominum multitudine accipitur. Horat. 1. Epist. 3: Ne, si fortè suas repetitum venerit olim Grex avium plumas, moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus. Plaut. in Aulul. Etiam introduce, si vis, vel gregem vænalium. Terent. in Evnuch. Vnum etiam hoc vos oro, ut me in gregem vestrum recipiatis. Idem in Heaut. ancillarum gregem Ducunt secum. Sed hę significationes impropriæ sunt, & translatitiæ.

Grĕgo, as, act. p. A Grex deductum, colligo, congrego. [ἀγείρω. Polon. Zgromadzam. Vng. Nayba gywytőm. Ang. To gath er into flockes.] Hujus tamen composita magis in usu sunt, ut Abgrego, Congrego, Disgrego, quæ vide suis locis.

Grĕgārĭŭs, ria, rium, Quod est ex grege: [ἀγελαῖος. Gal. Du troupeau, de la troupe. Ital. Di gregge. German. Auß der Schaar / Gemein oder Geschlecht. Hispan. Cosa de manada. Polon. Do stada prżinależący. Vn. Nyáybol valo. An. Of the flocke.] ut, Gregarius bos, qui adhuc in grege pascitur, nondum jugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, sed tumultuariè undecunque collectus: Cicer. pro Plancio: At id etiam gregarii milites faciunt inviti. Salust. Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu atque cultu vitam agerent. Col. in Præfat. lib. 6: Gregariorumque pastorum velut minutam professionis suæ disciplinam constantissimè repudiasse.

Grĕgālis, le, Quod ex eodem grege est. [ἀγελαῖος. Gall. Qui ést du troupeau. Ital. Di vno istesso greggo, di vna istessa razza. Ger. Auß der schaar / zu der schaar gehörend Hispan. Cosa rebannada y de vn mesmo grey. Polon. Stadowy. Vn. Azon nyáybol, tarsaságbol valo. An. Of the same flocke.] Varr. lib. 2. de Re rust. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendet in currendo. ¶ Dicitur quoque de hominibus, & ponitur pro sociis & sodalibus, idque ferè in deteriorem partem. Cic. pro domò sua: An ut crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales dicere solebatis. Idem pro Archia: Nec Clodius, nec quisquâ de gregalibus ejus, aut consiliariis.

Grĕgātim, adverbium, Per greges: id est, conjunctim, simul unâ. [ἀγηλαδὸν. Gal. Par troupeaux, & bandes. Ital. Aggregi. Germ. Schaarechtig / mit hauffen oder schaarē. Hisp. De rebanno en rebanno, ò manadas. Polon. Wkupie, spolnie. Vn. Nyáianként, seregenként. An. By flockes.] Varro lib. 4. de ling. Lat. Merula quòd merà: id est,

id est, soli volitet contrà ab eo graculi, quòd gregatim. Plin. lib. 8. cap. 5: Elephanti gregatim semper ingrediuntur. ¶ Trãsfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen grex, à quo derivatur. Cic. 7. Verr. Vides cives Romanos gregatim conjectos in latomias, &c.

Grĕmĭum, ii, n. s. [חֵיק *chótsen* חיק *chek.* ὸ κόλπος. Gal. *Le giron.* Ital. *Grembo, seno.* German. Die schoß. Hispan. *El regaco.* Pol. *Luno.* Vng *Kebél.* Ang. *The lappe, the space betwene the thighes.*] Est inter complexum femorum, feminúmve, in quo cõplexu mulieres concipere solent: Differt autẽ à sinu: quoniam sinus est intra pectoris brachiorumq; complexum: unde sinus vestium, quales erant tunicæ Romanorum. Litora quoq; curva, & quasi brachiis mare amplectentia, sinus vocamus. ¶ Et per translationem gremium terræ appellamus, quum semen susc ipit conceptumque retinet, quasi viventem fœtum pòstea paritura. Quare quum lactantur infantes, ad sinum admovẽtur: pueri verò jam facti à sedentibus matribus, utique quum illis blandiuntur, ad gremium accipi solent: ut Cic. de Clar. Orat. Filius in gremio matris educatus. Virg. 1. Aeneid. de Cupidinè sub imagine pueri Ascanii: Hæret, & interdum gremio fovet insci a Dido. ¶ Quinetiã matres nutricésve quum super genua collocant infantem, aut extremis vestibus repositum, & ad uterum usq; sublatum gestant, in gremio magis, quàm in sinu tenere aut gestare dicuntur. Vt idem de eodem: & fotum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos. ¶ Gremia, surculi aridi & minuti. Vlpian. L. 55. De legat. & fideicom. lib. 32: Sed si voluntas non refragatur, & virgulæ, & gremia, & sarmenta, & superamenta materiarum continebuntur. Col. lib. 12. cap. 19: Mustum in vasa defrutaria deferemus, leviq ue primùm igne ex tenuibus admodum lignis, quæ *Gremia* rustici appellant. Hinc arbores Gremiales, quæ surculos illos suppeditãt, & unde fasciculi componuntur. Vlp. L. 7: Soluto matr. puto autẽ si arbores cæduæ fuerint, vel gremiales, dici oportere in fructu cedere.

Grĭphŭs, phi, m. s. [חִידָה *chidhãh.* γρῖφος. Gal. *Vne question ou propos obscur, difficile à soudre.* Ital. *Questione ò sententia difficile da soluere.* Germ. Ein Netz: *item,* ein verborgne vnd verwirrte Red / ein Räterschen. His. *Questio ò sentencia escura, difficil de declarar.* Pol. *Lapka, sziatka, zawieł a mowa.* Vng. *Mese.* Angl. *An intricate question, a ridle.*] Rete, sagena. Item ænigma: hoc est, sermo ita implicitus atque intricatus, ut facilè dissolvi non queat. Gel. lib. 1. cap. 2: Aliosque id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissolvere.

Groma, Genus machinulæ est, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα. [Pol. *Rozmiar.* Vngar. *Föld mérték.*] Apud Non. Gruma scriptum est, in eadem significatione, de qua infrá. Hinc Gromaticus, a, um, quod ad Groma pertinet. Hyginus scripsit libri Gromaticum, in quo castra metandi & loca opportuna in bello capiendi rationem tradidit.

Grōssŭs, ssi, masculini vel fœminini gen. Ficus immatura. [לוֹג *pagh.* ὀλυνθος. Gall. *Vne figue qui n' est encores meure, figue sauuage, qui ne paruient à maturité.* Ital. *Fico che non si matura mai.* German. Ein vnzeitige Feygen. Hispan. *Higo aun no maduro.* Polon. *Figa niezrzał a.* Vngar. *Eretlen fwge.* Ang. *A greene fig ge not yet rip.*] Plin. lib. 13. cap. 7: Grossus ejus non maturescit. Cels. lib. 5: Grossi in aqua cocti. Plin. lib. 15, cap. 18: Deprehensasque in his hyeme grossos. Idem lib. 23. cap. 7: Crudæ grossi verrucas tollant.

Grōssŭlŭs, diminut. [μικρὸς ὁ λεπτὸς ὀλυνθος. Gal. *Petite figue qui n' est encore meure.* Ital. *Fico picciolo non maturo.* German. Ein kleine vnzeitige Feygen. Hispan. *Pequenno higo aun no maduro.* Pol. *Mał a a niezrzał a figa.* Vngar. *Eretlen fwgecske.* Ang. *A litle vnrype figge.*] Col. de Arboribus, cap. 21: Si voles ficum, quanvis non natura, seram facere, quum grossuli minuti erunt, fructum decutito. Sic lib. 5. cap. 10.

Grŭēs, f. t. Aves minimè solivagæ, quæ non se segregant, neque quum volant, neque quum pascuntur: à sono vocis ita dictæ. [γέρανος. Gal. *Vne grue.* Ital. *Gru.* German. Krantich oder Krey. Belg. Eenen Kraen. Hispan. *La grulla.* Pol. *Zoraw.* Vngar. *Daru.* Ang. *A crane.*] Excubias nocte dividunt, capite subter ălam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes. Volantes autem ordine quodam, y literam faciunt: quod Palamedem primùm deprehendisse ferunt. Vnde & Palamedis aves appellantur à Martiale: Turbabis (*inquit*) versus, nec litera tota manebit, Vnam perdideris si Palamedis avem. Virgil. libro 1, Georg. Strymoniæ dant signa grues. Horat. 1. Serm. -decerpta ferentes Membra gruis sparsi. Mira de gruibus habes apud Plin. lib. 10. cap. 23. & apud Cic. lib. 2. de Natur. deor.

Grŭo, gruis, grui, n. t. Gruum more sonitum edo, & de gruibus solis propriè dicitur. [κλαγγάζω. Gall. *Gruir, chanter comme la grue.* Ital. *Far la voce di gru.* Germ. Wie ein Kranich schreyen. His. *Cantar la grulla.* Pol. *Krukam iako żoraw.* Vngar. *Korrogok, daru modra szollok.* Ang. *To crie lyk a crane.*] ¶ Congruo, pro convenio. Terent. in Heaut. Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere sentiant: id est, concordare. ¶ Hinc etiam deducuntur, Congruus, a, um, & verbum Ingruo: quorum significationem, vide suis locis.

Gruina, Geranium apud Dioscor. lib. 3. cap. 130.

Grūmă, mæ, Mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum & similium. [γρόμμα. German. Ein Creutzgassen / oder ein Richtscheit damit man die krummen Weg abmisset. Polon *Miara ktora krzywe drogi wiprasza ią iam.* Vngar. *Vt mérték f öld mérték.*] Apud Ennium lib. 17, referente Nonio, legitur grumam dirigere. ¶ Hinc fit verbum compositum, Degrumor, de quo suprá. ¶ Grumæ item sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ. Nonius.

Grumŭs, mi, Terræ collectio minor tumulo, quem etiam clivulum vocamus. [רֶגֶב רגב עוש *régheb* עוש *gusch.* βῶλος. Gall. *Grumeau, petit monceau ou amas.* Ital. *Mucchio, grumo, monticello.* Ger. Ein Bühetein. Hispan. *El cerro, mota ò monton de tierra.* Pol. *Brel'a.* Vng. *Domb, (auagy) gõbõn gyeg, hant.* An. *An hillock, a moll hill.*] Col. lib. 2. cap. 18: Grumos quos ad versuram plerunque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, ut nec ubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. Grumus salis. Plin. lib. 33. cap. 4: Torretur & cum salis grumo, pondere triplici.

Grūmŭlŭs, diminutivum: [τὸ βῶλιον. Gall *Petit grumeau, petit monceau, ou amas, grumisseau.* Ital. *Mucchietto.* German Ein kleins heufflein Grund in einem Acker. Hisp. *Pequenno cerro, mota ò monton de tierra.* Pol. *Brel'ka.* Vng. *Dombotska, gõbõngyegetske.* An. *A litle hillocke, a clot of any thing.*] Plinius lib. 19 cap. 6 Quidam ulpicum, & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

Grūndīrĕ, n. q. Veteres dicebant quod nos *Grunnire.* [γρυλίζειν. Gal *Gronder, grongner comme les pourceaux.* Ital. *Far la voce del porco.* Ger. Schreyen oder tüchten wie ein Schwein. His. *Grunnir el puerco.* Polon. *Krzakam.* Vngar. *Nyikorgani.* An. *To grunt as swyne dooe.*] Claud. lib. Annalium 15, ut citat Nonius: Grundibat graviter pecus suillum. ¶ Hinc Grundules Lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ, quæ triginta peperierat porcos. Cassius Hemina: Sus parit porcos triginta, cujus rei fanum fecerunt Laribus grundulibus.

Grūnnĭo, is, nivi, & grunnii, itum, n. q. proprium est vocis porcorum. [γρυλίζω, ὑίζω. Pol. *Krzakam.* Vn. *Nyikorgok, röhögök.*] Plin. lib. 32. cap. 2: Grunnire eum quum capiatur. Iuven. Satyr. 15: Et cum temigibus grunnisse Elpenora porcis.

Grūnnītŭs, tus, m. q. [γρυλισμός. Gal. *Grongnement, grondement.* Ital. *Grunimento.* Ger. Das rüchten oder Sawgeschrey. His *Aquel grunnido.* Polon. *Krzak.* Vng. *Nyikorgás.* An. *The grunting of swyne.*] Cicer. 5. Tusculan. Nec grunnitum audit, quum mactatur sus.

Grўllŭs, li, m. s. [γρύλλος. Gal. *Vn gryllon ou crinon.* Ital *Grillo.* Ger Ein Muckheim / Grysl. Belg. Eenen cricket. His. *El grillo animal conocido.* Pol. *Swierc.* Vn. *Szi fereg.* An. *A kind of locust.*] Genus est locustæ, simile cicadæ, longiori tamen corpore ubique gentium pernicies agris: retrò ambulat, terram terebrat, & noctu strident: unde & nomen accepit. Plin. libro 29. cap. 6: Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus, & illitus. Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, majorem Magi: quoniam retrò ambulet, terramque terebret, stridat noctibus.

Gryphĕs, m. t. [כְּרוּב *peres.* γρύφις. Gal. *Gryffons.* Ital. *Griffi, grifoni.* German. Greyffen. Hispan. *Gryphos.* Polon. *Gryf.* Vngar. *Grifmadar.* Angl. *Gryffons or grypes.*] Qui & gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones: alis tantùm & facie aquilis similia, equis vehementer infesta. Virgil. Aeglog. 8: Iungantur jam gryphes equis. Plinius libro 10. capite 49: Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Idem libro 33. capite 4: Aurum invenitur in nostro orbe, ut omittamus Indicum, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutũ. Singularis nominativus est Gryps, gryphis: vel gryphus, gryphi. Prioris jam dedimus aliquot exempla. Posterioris testimonium est apud Plin. lib. 7. cap. 2: Sed & juxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, produntur Arimaspi, quos diximus uno oculo in fronte media insignes. Quibus assiduè bellum esse circa metalla cum gryphis, ferarũ volucri genere, quale vulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris custodiẽtibus, & Arimaspis rapientibus, &c.

Grўpŭs, [γρυπός. Gal. *Qui a le nez aquilin ou crochu.* Ital. *Colui che ha il naso aquilino.* Ger. Der ein Habichs nasen hat. His. *El que tiene la nariz corua ò aguilena.* Polon. *Ten ktori nossa krzywego iest.* Vn. *Horgas ortu.* An. *One that hath an hawked nose.*] sine aspiratione, Dicitur qui nasum habet aduncum. fortassis à gypho-

rum ſimilitudine, quos Græci γρῦφας vocant. Feruntur enim gryphes roſtrum habere incurvatum in morem aquilæ.

G ante V

GV. In notis antiquorum genus. G. V. gravis Valerius. G X. grex.

Guardia, dicitur cuſtodia: & Guardiani, cuſtodes: ut quibus caſtra & territoria cuſtodienda traduntur, & Guarentare, pro defendere, in uſibus feudor. d. l. Contra dict. capite, pares ſunt vocabula Longobardica & ab origine, *Vuhaten, verunhaten.*

Hōſtĭo, is, Aequam compenſationem retribuo, vicem reddo. [שלם *ſchillém* חמל *ghamál.* ἀμείβω. Gall. *Egaler, vnir, rendre la pareille.* Ital. *Aggvagliare, ricompenſare.* German. Widergelten/ vergleichen Belg. Betalen. Hiſpan. *Y gualar, raſar la medida, remnerar.* Pol. *Oddaie, od pł'acam.* Vngar. *Meg fizetőm, meg teritőm.* Angl. *To recompenſe the lyk.*] Plaut. in Aſinaria: Quin promitto, *inquam*, hoſtire contra, ut meruēris: id eſt, æqua reddere & talionem referre. ¶ Quandoque comprimo, coërceo. Pacuvius in Teucro, ut citat Nonius: Niſi coërcuero protervitatem, atque hoſtiero ferociam. ¶ Quandoque offendo, cædo. Pacuv. Erotopægniōn, libro 2. ut citat idem Nonius: Nunc id mihi moleſtum eſt, quòd hoſtit voluntatem tuam. ¶ Hujus compoſitum eſt Rehoſtio, quod eſt vicem refero, ut inquit Feſtus. Vtrunque eſt obſoletum.

Hōſtĭmēntum, ti, n, ſ. Aequamentum, retributio, compenſatio: ab antiquo verbo hoſtire, quod inter cætera ſignificat æquare, vel æquum reddere, vel compenſare. [שלום *ſchillúm.* ἀμοιβὴ, αὐτάμειψις, αὐτιπαλάξησις. Gall. *Vniement & egalité, la pareille, recompenſe de tant pour tant.* Ital. *Aggvagliamento.* German. Ein widergeltung/ vergleichung. Hiſp. *Y gualdad, como la raſadura.* Polon. *Odpł'ata.* Vng. *Meg fizetés.* Ang. *A recompenſing of the lyk.*] Plaut. in Aſin. Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. Feſtus: Hoſtimentum eſt beneficii penſatio.

Hōſtōrĭum, rii, n. ſ. [מזרק *mózhak.* Gall. *Vne reſoire, baſton pour raſer le blé quand on le meſure.* Ital. *Il baſtone da radera il grano, deto randa.* German. Ein ſtreichholtz. Hiſpan. *El raſero de la medida.* Pol. *Strichulec.* Vng *El ſapo, el v'to'vezᵹő (vagy) deſzka.* Angl. *A ſtaff to meaſure wheat or other graine.*] Lignum æquatorium, baculus quo modius & cæteræ menſuræ æquantur. Alio nomine radius dicitur.

Hōſtĭs, is, [איב *oyéb* לחם *tſar.* πολέμιος. Gall. *Ennemi mortel.* Ital. *Inimico commune.* German. Ein Feind. Belg. Een Vyant. Hiſp. *El enemigo publico.* Pol. *Nieprzyiaciel.* Vng. *Ellenség.* Angl. *An enemie.*] communis generis, ab hoſtio, ſtis, quod inter alia ſignificat comprimere & retundere. Dicuntur autem hoſtes illi, cum quibus publicè bellum habemus: Inimici autem, cū quibus privata odia exercemus. ¶ Apud antiquos tamen hoſtis dicebatur, quem nunc vocamus *peregrinum*. Cicer. 1. Offic. Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante: hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc *peregrinum* dicimus. ¶ Hoſtis non hoſtis, ἀπολεμος πολέμιος, dicitur qui nulla laceſſitus injuria, tamen quæ ſunt hoſtium facit: aut qui pacis obtextu facit hoſtilia. Conveniet etiam in illos, qui priùs quàm expoſtulaverint de injuria cum amico, jam lædunt inimicé. ¶ Hoſtes quīnam olim dicti ſint. l. Hoſtes. ff. de cap. & poſtlim. reverſis. Et, l. hoſtes. ff. de verb. & rer. ſig. Et noſtris temporibus quīnam nobis Chriſtianis hoſtes dicendi, colligi poteſt ex c. Ad menſam 11. q. 3.

Hoſtĭcŭs, a, um, penult. corr. Hoſtilis, inimicus, adverſus, hoſtilis. [πολέμιος, ἐχθρός. Gall. *D' ennemi ou ennemis, ennemi.* Ital. *Coſa da nemico, inimico.* Ger. Feindtlich Hiſp. *Coſa de enemigo, enemigo.* Polon. *Nieprzyiacielsky.* Vng. *Ellenséges.* Angl. *Of an enemie.*] Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 9: Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis. Colum. in Præfat. libri 1: Quanquam inter ferrum & ignes, hoſticis incurſionibus vaſtatæ fruges: largiùs tamen cōdidêre, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem ruſticam.

Hōſtīlĭs, le, penultima producta, om. t. Quod eſt hoſtis, hoſticus. [πολεμικὸν. Gall. *D' ennemi ou d' ennemis.* Ital. *Ciò che ò d' inimico.* German. Feindtlich. Hiſpan. *Coſa de enemigo.* Polon. *Nieprzyiazny, aduerſarz.* Vngar. *Ellenkező.* Angl. *Of an enemie, pertayning to an enemie.*] Virg. 11. Aeneid. Indurosque jubet truncos hoſtilibus armis Ipſos ferre duces. Hoſtilis in Remp. animus, Cicero ad Brut. Idem pro Cluentio: Hoſtile odium & crudelitas. Facere hoſtilia, vel pati omnia hoſtilia, eſt facere, vel pati omnia quæ ab hoſtibus poſſint expectari. Tacit. lib. 15: Quo pro Armenis hoſtilia faceret. Hoſtilia referre. Liv. libr. 1. bell. Pun. Legati retulerunt omnia hoſtilia: & Sagunti excidium nuntiatum.

Hōſtīlĭtĕr, adverbium, Ad modum hoſtium. [πολεμικῶς. Gall. *En ennemi.* Ital. *Ad vſo di inimico.* German. Feindtlichen. Hiſpan. *Enemigablamente.* Polon. *Nieprzyiacielsko.* Vng. *Ellenségesőn.* Angl. *Like an enemie or aduerſarie.*] Cicero 5. Philipp. Ergo Annibal hoſtis? civis Antonius? quid ille fecit hoſtiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet?

Hōſtīlĭtās, atis, pen. corr. f. t. [איבה *ebáh.* ὀλισθρία, ἀπέχθεια, τὸ πολέμιον. Gall. *Inimitié, haine d' ennemi mortel.* Ital. *Inimicitia.* German. Feindtſchafft. Hiſpan. *Enemiſtad.* Polon. *Nieprzyiazn, nienawiſć.* Vngar. *Ellenség zᵹve.* Ang. *Deadly hatred.*] Senec. de vita beata: Adverſus hoſtes inhumana crudelitas, adverſus ſuos etiam hoſtilitas eſt.

Hōſtĭmēntum, Vide HOSTIO, hoſtis.

Hoſtĭum, Vide OSTIVM.

Hōſtōrĭum, Vide HOSTIO, hoſtis.

Hōſtŭs, teſte Varrone, libro 1. de Re ruſt. cap. 24, dicitur tantum olei, quantum uno factu conficitur. Factum autem vo-

cant, quod uno tempore conficiunt. Vide item Caton. cap. 6.

H ante V.

H V. In notis antiquorum Hujus. H. V. honesta vita. H. V. B. P. Herus verus bonorum possessor.

Hubĕr, huberis, Fœcundus, fertilis, ferax, secundum Apuleium cum n ab i, pluo. [טרה poréh שבע sabéah שמן schamén דשא tob. εὔφορος, εὔπορος. Gall. *Plantureux, abondant, fertile, ample.* Ital. *Abondante, fruttifero, grasso, diuitioso.* German. Fruchtbar/ vberflussig. Hispan. *Cosa fertil y copiosa.* Polon. *Vrodzainy, obfity.* Vngar. Bŵ', *tenixtŏ*, kŏuĕr. Ang. *Fertile, fruitefull, plentifull.*] Alii magis ab humeo, sicut tuber à tumeo, m in b converso. Loca enim arida, infœcunda sunt, contrà, quæ humecta sunt, feracia. Non desunt tamen hodie qui sine aspiratione scribere malint. Est adjectivum omnis generis: quamvis in plur. numero neutrum genus non inveniatur. Cat. lib. 2. Orig. Ita res huber fuit Cicer. ad Quint. Frat. Multis locis aquam profluentem, & eam uberem vidi. Idem lib. 2. de Nat. deor. Huberrimi, lætissimi; fructus vitium. Idem 1. de Nat. deor Majore expectatione, huberiore spe commoveri. Idem de Clar. Orat. Nemo plenior & huberior & ad dicendum fuit. Neutro genere usus est Seneca: Et omne id, *inquiens*, quod huberi cingitur solo. ¶ Hujus contrarium est Inhuber. Gellius: Inhuberes, & multæ quidem, macræque essent. ¶ Huber verò substantivum, idem ferè est quod mamma. [שד *schadh*. δῆμυς. Gall. *Mammelle, tette.* Ital. *Mammella, tetta.* Germ. Brust. Belg. Een huyer/ mamme. Hisp. *La teta.* Pol. *Pierśy, cecżek.* Vng. *Tsets, tŏlgy.* Ang. *An vdder, a pape.*] Virg. 3 Aegl. -binos alit hubere fœtus. Propriè hubera videntur dici interiora mammarum: mammæ verò, huberum eminentiæ. Virgil. libr. 3. Georgic. lata magis manabunt hubera mammis. ¶ Invenitur etiam quandoque huber substantivum pro hubertate aut fœcunditate. εὐθωία, εὐφορία. ut, Huber agri: id est, hubertas & fertilitas, quo pacto & Græci ἔδαφος ἐὐγεων dicunt. Virgil. libr. 1. Aeneid. Terra antiqua potens armis, atq; hubere glebæ. Pallad. libro 1. cap. 33: Pratis verò recentia stercora sufficient ad huber herbarum.

Hūbertās, atis, f. t. Fertilitas, abundantia, copia. [שבע *sabáh* מטב *metáb*. εὐθωία. Gall. *Planté & abondance, fertilité, fecondité.* Ital. *Abondanza, fecondità, fertilità.* German. Fruchtbarkeit/ vŏllig vberflussigkeit. Hisp. *Copia y fertilidad.* Polon. *Vrodzay dobry, obfitosc.* Vngar. *Bŵ'ség, termŏség.* Ang. *Abondance fertilitie, plentie.*] Plin. lib. 7. cap. 2: Hæc facit hubertas soli temperies cœli, aquarum abundantia. Cic. 2. de Nat. deor. Nuper nati mammas appetunt, earumque hubertate saturantur.

Hūbĕrĭŭs, & huberrimè, adverbia sunt comparativi & superlativi gradus, ab adjectivo huber deducta, idem significantia quod copiosè, & copiosiús. [Pol. *Obficzie.* Vng. *Bwuebben.*] Cic. ad App. lib. 3: Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ literæ: non solùm quia planiùs loquebantur, & huberiùs, quàm vulgi sermo: sed etiam, quia magis videbar tibi gratulari. Idem 2. de Divinat. Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos tunc scripsimus, quum gubernacula Reipublicæ tenebamus: magnus locus, philosophiéque proprius à Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus huberrimè.

Hūbĕro, as, act. p. Huber, & fœcundum facio. [הטרה *hiphrdh* השביע *hasbiah*. κυρηνίζω, εὔφορον ποιῶ. Gall. *Rendre plantureux & fertile, engrasser* Ital. *Far abondante, far diuitioso, fecundare.* Ger: Fruchtbar oder vŏllig machen. Belg. Vruchtbaer maken. Hispan. *Hazer fertil y copioso.* Polon. *Obfito czynie, naprawiam dla wrodzaiu.* Vngar. *Tenisztŏué teszŏm.* Angl. *To mak fruitfull or plentifull.*] Pallad. lib. 4: Hoc velut coitu steriles arbores huberātur. ¶ Huberare pro exhuberare, seu huberem & fœcundum esse, dixit Colum. lib. 5. cap. 9: εὐθωῦν, καρποφορεῖν. Optimum est, *inquiens*, etiam constitutas plantas circummunire caveis: deinde constitutum jam & maturum olivetum in duas partes dividere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio huberat: id est, fœcunda est & fertilis.

Hūbērtim, abundanter, cōpiosé. [πολλῶς, εὐθωῶς. Gall. *Plantureusement, fertilement, copieusement, abondamment.* Ital. *Abondantemente, copiosamente.* Germ. Völligteit/ vberflussigtlich. Hispan. *Copiosa y fertilmente.* Pol. *Hoinie.* Vngar. *Bwŭen.* Angl. *Aboundantly, with great plentio.*] Catullus.

Hūbērtŭs, a, um, Abundans. [טרה *poréh* שבע *sabéah* שמן *schamén* טוב *tob*. εὔπορος. Gall. *Abondant, plantureux.* Ital. *Abondante.* Ger. Vberflussig/ fruchtbar/ völlig. Hisp. *Copioso, fertil.* Polon. *Dostatny, obfity.* Vng. *Tenisztŏ bwuelkodŏ.* Ang. *Fruitfull, seplentifull.*] Gell. lib. 7. cap. 14: Sed ea ipsa genera dicendi jam antiquis tradita ab Homero sunt, tria in tribus: magnificum in Vlysse, & hubertum: subtile in Menelao, & cohibitum mistum moderatumque in Nestore.

Hūc, adverb. ad locum. [הנה *poh*. δεῦρο. Gall. *Ci, en ce lieu.* Ital. *Qua.* German. Hieher. Belg. Herwaert. Hisp. *Aca, donde yo estŏ.* Polon. *Sam.* Vngar. *Ide.* Ang. *To this place.*] Terent. in Evn. Ego cum illo, quocum uno rem habebam tum, hospite, Abii huc Idem in Heeyra: Nam senex ius abdidit se: huc rarò in urbem commeat. ¶ Huc & illuc, ἀλλοῦ ποῦ κἀκεῖσε, incertum iter ostendunt: quod etiam dicimus sursum & deorsum. Cicero ad Att. Ne cursem huc & illuc deterrima via. Idem in Offic. Pars quæ hominem huc & illuc rapit. ¶ Hucusque: hoc est, usq; ad hunc locum, vel usque ad hoc tempus. Plin lib. 6. cap. 29: Hucusque Nestoris exercitum duxit.

Hŭccĭnĕ, interrogativum est, compositum ab huc & ne, per interpositionem syllabæ. Cic. 7. Verr. Huccíne tandem omnia reciderunt.

Hūī, interjectio est admirātis, inquit Don. βαβαί, ὦ, φεῦ. *Hui, oh.* Terent. in Heavt. Hui tam graveis hos quæso. M. Sic meritum est meum. Cic. ad Att. Hui totiésne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem? ¶ Hui, hem, & cæteris ejusmodi, utimur adversus eos, quibus irascimur, interprete Donato. Terent. in Evn. Scibis. Principiò eam esse dico liberam. THR. Hem. CH. Civem Atticam. THR. Hui. Idem in And. Iuno Lucina fer opem, serva me, obsecro. S. Hui tam citò? ridiculum.

Hŭīc, dativus pronominis, Hic, hæc, hoc. [τούτῳ, ταύτῃ. Polon. *Temu.* Vn. *Ennek.*] Qui in carmine ferè unica syllaba effertur: ut apud Virgil. Huic conjunx Sichæus erat. Quandoq; etiam per duas, sed rariús. Stat. lib. 1. Theb. Lætus huic domino videas dare jura nepotes.

Hūjūscĕ, genitivus ab hic, hæc, hoc, compositus cum syllabica adjectione ce. Cic. 7. Ver. Quos tamen fructus hujusce necessitudine in istius imperio tulit.

Hūjūsmŏdī, & Hujuscemodi, Nomina adjectiva omnis generis indeclinabilia, cōpositā ex genitivis hujus, vel hujuice, & modi à modus, idem significant quod talis. [כזה *chazéh*. τοιοῦτος. Gall. *De ceste sorte, tel.* Ital. *Di questa guisa, di questa manera.* German. Söicherley/ dererley/ dergleichen. Belg. Alsulckens/ zoodavighe. Hisp. *Desta manera.* Pol. *Taky, temu podobny.* Vng. *Illyen, illyetén.* Angl. *Of this sor or fashion.*] Plautus in Bacch. Homo adolescentulus penetrare hujusmodi in palæstram, ubi damnis defudascitur? Terent. in Heavt. Hujusmodi, obsecro, aliquid reperi. Ibidem: Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices. Cic. 3. de Leg. Nec miror, sed mœreo casum hujusmodi.

Hūlcŭs, Vide VLCVS.

Hulula, Vide VLVLA.

Hululo, Vide VLVLO.

Humānŭs, na, num, denominativum est ab homine deductŭ, Benignus, mitis, lenis, facilis, affabilis, blandus: [נדב *hanáv*. φιλάνθρωπος, αὐθρώπινος, αὐθρώπειος. Gall. *Humain, d' homme doux, courtois.* Ital. *Humano, benigno.* German. Menschlich. Belg. Beleeft. Hispan. *Cosa humana y benigna.* Pol. *Ludsky.* Vng. *Ember séges, nyáias.* Ang. *Courteus, gentle, benigne, gracious, bounteous, pertaining to men.*] sicut à fera ferinus. Cic. 4. Verr. Quod est aliud in illa provincia genus humanum? Plin. libro 11. cap. 49: Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua: id est, calculo quum in homine generatur. Cicero pro Rosc. Amer. Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantùm immanitate bestias vicerit, ut propter quos hāc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce privarit: quum etiam feras inter sese partus atque educatio, & natura ipsa conciliet, &c. Terent. in And. Hæc ego putabam esse omnia humani mansuetiq; animi officia. ¶ Accipitur etiam interdum humanus pro eo, quod ab hominis natura non abhorret. Terent. in Adelph. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo est, Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. Vbi Donatus: Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus.

Hūmānĭtās, atis, f. t. Propriè naturam humanam significat. [אנוה *hanaudh*. φιλανθρωπία, αὐθρωπισμός, αὐθρωπότης. Gall. *Humanité, courtoisie.* Ital *Humanita.* German. Menschheit: item, Freundtlichteit. Belg. Beleeftheyt. Hispan. *Humanidad.* Polon. *Ludskosc.* Vngar. *Emberség, nyáiasság.* Ang. *Humanitie, courtesie.*] Cic. pro Rosc. Amer. Magna est vis humanitatis, communio sanguinis, natura ipsa. Idem pro Sylla: Peterem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus & ex humanitate communi. ¶ Et quoniam eruditio, & bonarum artium disciplinæ soli homini sunt propriæ, factum est, ut humānitas accipiatur pro eruditione, & bonarum literarū scientia, quam Græci vocant παιδείαν. [Ang. *Learning, liberall knawledge.*] ut apertissimè ostendit Gell. lib. 13. cap. 16, adducens locum Varronis ex lib. 1. Rerum humanarum, qui sic habet: Praxiteles propter artificium nemini est paulum humaniori ignotus. Cic. in Verr. Tu sine ulla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis solus judicas? Idem de Orat. Homo non hebes, neque inexercitatus neq; communium literarum & politioris humanitatis expers. ¶ Præterea quia homo inter omnia animalia maximè mitis est, idcirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facili-

pro facilitate, lenitate, comitate, manſuetudine, clementia, benevolentiaq;, quam Græci φιλανθρωπίαν vocãt, quaſi amorem in homines. Cicer. lib. 1. Offic. Non modò id virtutis non eſt, ſed eſt potiùs immanitatis, omnẽ humanitatẽ repellentis.

Hūmānē, adverbium, Humano affectu; hoc eſt, benignè, manſuetè, comiter, leniter. [ἀνθρωποπαθῶς. Gall. *Humainement, comme vn homme doit faire, courtoiſement.* Ital. *Benignamente, humanamente, corteſemente.* Ger. Menſchlichen. Belg. Beleefdelyck. Hiſ *Humana y benignamẽte.* Pol. *Ludsko.* Vng. *Emberségeſſen, nyájaſon.* An. *Freindly, courteouſtie gently.*] Terent. in Adelph. Nam ita eſt homo, Cùm placo adverſor ſedulò, & deterreo. Tamen vix humanè patitur. Cic. Attic. libr. 15: Ille quòd Puteolos proſequitur, humanè: quòd queritur, injuſtè. Humanè ferre morbum, Cicer. 2. Tuſcul.

Hūmānĭtĕr, adverbium, benignè, manſuetè, æquo animo. [φιλανθρώπως. Gall. *Humainement, auec humanité.* Ital. *Con humanità, come ad huomo ſi conuiene.* German. Menſchlichen / dultigtlichen. Hiſpan. *Humana y benignamente.* Polon. *Lʼudkawie, ludſkie.* Vngar. *Emberſeggel.* Ang. *Gently, with humanitie.*] Cicer. ad Marium lib. 7. Epiſt. Propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro, docebo profectò quid ſit humaniter vivere. Idem ad Att. lib. 1: Sin aliter acciderit, humaniter feremus: id eſt, æquo animo, & ut hominem decet, mille fortunæ telis expoſitum.

Hūmānĭtŭs, adverbium, More humano. [ἀνθρωπικῶς. Gall. *Comme il aduient aux hommes, à la facon des hommes.* Ital. *Come deue far l' huomo.* German. Menſchlicher weyß nach. Hiſpan. *Humanamente.* Polon. *Poliud. ku, ludskim zwyczaiem.* Vng. *Emberi modra.* Angl. *After the fuſhion of men, as it hapneth vnto men.*] Plin. lib. 10. cap. 63: Vrſi autem (ut dictum eſt) humanitùs ſtrati: id eſt, ut ſolent homines. Cicero 1. Phil. Si quid mihi humanitùs accidiſſet: id eſt, ſi fortaſſe morerer.

Humarium, ſacrificii genus.

Hūmātĭo, Humatus, Vide HVMVS.

Humĕo, mes, mui, n. ſ. Madidus ſum. [רטב *ratáb, νοτίω.* Gall. *Eſtre ou deuenir moite ou humide.* Ital. *Eſſer humido, humidire.* Ger. Naß oder feucht ſeyn Hiſp. *Humedecerſe.* Polon. *Mokrzeie.* Vng. *Nedues vagyok.* Ang. *To be moyſt or wett.*] Nicandro. ὑγρός ἐιμι. Ovid. 10. Metam. Dat gemitus arbor, lachrymisq; cadentibus humet. Col. lib. 3. cap. 11: Verùm eſt in opere difficilior, quòd neq; humentem fodere poſſis, quò ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccam: quia ultra modum prædura.

Hūmēſco, ſcis, n. t. Humectus ſio. [רטב *ratáb. ὑγραίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι.* Gall. *Deuenir moite ou humide.* Ital. *Diuenir humido.* Ger. Naß oder feucht werdẽ. Belg. Vocht worden. Hiſpan. *Humedecerſe.* Polon. *Mokrzeie.* Vng. *Nedues vagyok.* Ang. *To be moyſt or wett.*] Virgil. lib. 3. Georgic. humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum. Plin. in Paneg. Vidimus humeſcentes oculos tuos, demiſſumque gaudio vultum: tantumque ſanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Humĕcto, as, act. p. Humidum reddo, irrigo. [שחף *ſchatáph* רוה *rivváh* הרוה *hirváh. δίημαι, βρέχω.* Gall. *Ramoſtir, mouiller.* Ital. *Bagnare, far humido.* Germ. Naß oder feucht machen. Belg. Vocht maten / wateren. Hiſp. *Mojar humedecer.* Polon. *Omokrzam, poliewam.* Vng. *Meg nedueſitẽm.* Ang. *To mak moyſt or wett.*] Virgil. lib 4. Georg. Qua niger humectat flaventia culta Galeſus. Col. lib. 7. cap. 3: Agnus, quum eſt editus, erigi debet atque uberibus admoveri: tum ejus diductum os preſſis humectari papillis, ut condiſcat maternum trahere alimentum.

Hūmĕctŭs, a, um, adjectivum, humidus: [רטב *ratób* רוה *ravéh. ὑγρός.* Gall. *Mouillé, ramoiti, relent, humide.* Ital. *Humidito, humido.* Germ. Naß gemacht / befeuchtiget. Belg. Gewateret. Hiſp. *Coſa humida.* Polon *Pomokrzony.* Vng. *Nedues.* Angl. *Moyſt or wett, danke.*] ut, Humectus locus. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 24: Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorũ ſerunda & arundinetũ.

Hūmĭdŭs, a, um, penultima correpta, Quod humorem inducit, vel quod humorem habet. [רטב *ratób* רוה *ravéh. ὑγρὸς, νοτερός.* Gal. *Humide.* Ital. *Humido.* German. Naß / feucht / oder das feucht machet. Belg. Vocht. Hiſp. *Coſa humida ò mojada.* Pol. *Odmokrzaiacy, odwilżaiacy.* Vng. *Nedues, vizes.* Angl. *Moyſt, wett, danke.*] Virg. 2. Aeneid. & jam nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos. Cicer. in Verr. 3: Ignem ex lignis viridibus, atq; humidis in loco anguſto fieri juſſit.

Hūmĭdŭlŭs, diminutivum, ut Linum humidulum apud Ovid. 3. de Arte amandi: Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini. [ὑγρόν, ὑφυγρόν. Gall. *Vn peu humide.* Ital. *Aliquanto humido.* German. Naß / lechtig. Hiſp. *Coſa humida vn poco.* Pol. *Wilky.* Vng. *Neduesetske.* Ang. *Somewhat moyſt, or danke.*]

Hūmĭfĕr, ra, rum, Humectus, humorem afferens. [רטב *ratób* רוה *ravéh. νοτοφόρος.* Gall. *Ramoitiſſant, humide.* Ital. *Che da humore & bagna.* Germ. Das fencht vnd naß machet. Hiſp. *Coſa humida ò que haze humido.* Pol. *Wilgotnoś c ẽzyniacy.* Vng. *Neduesitő.* Angl. *That bringeth wettneſſe or dankeneſſe.*] Cic. 1. de Divinat. Naribus humiferum duxére ex aëre ſuccum.

Hūmĭgĕrŭlus, Humore perfuſus. [רטב רוה *ratób ravéh. βεβρεγμένος.* Gall. *Bagné, mouillé.* Ital. *Bagnato.* German Befeuchtiget. Hiſpan. *Mojado.* Polon. *Odwilżony.* Vngar. *Mad nedueſitetet.* Angl. *Moyſted, made wett.*] Apul. libr. 1. Flor. Vel enim collicullus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cæſpes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.

Hŭmĕrŭs, ri, penultima correpta, m. ſ. Eſt pars illa corporis, à qua dependent brachia: quæ alio nomine vocatur armus, autore Feſto, quòd ab ea parte arma dependeant. [שכם *ſchechém* כתף *chathéph. ὦμος.* Gall. *L' eſpaule.* Ital. *Homero, ſpalla.* Ger. Schulter oder Achſten. Belg. Een Schouder. Hiſp. *El ombro.* Pol. *Ramie, plieca.* Vngar. *Vál.* Angl. *The ſhoulder.*] Terent. in Eunuch. quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe. Cicer. in Verr. 6: Ab humero pendebant ſagittæ. Virg. 2. Aeneid. Hæc fatus, latos humeros, ſubjectaque colla Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle leonis. ¶ Humeri etiam de bobus dicuntur. Cicero 2. de Nat. deor. Quid de bobus loquar? quorum ipſa terra vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda, &c. ¶ Dicuntur etiam humeri, in avibus partes illæ à quibus dependent alæ. Colum. lib. 8. cap. 2. de gallinaceis: Iubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ per colla cervicesque in humeros, diffuſæ. ¶ Humeris ſuſtinere ii dicuntur, quorum authoritas diligentiaque plurimùm valet in conſervanda ſalute, cujuſpiam. Cicero pro L. Flacco: De ſumma Reip. taceo, quam vos univerſam hoc judicio, veſtris, inquam humeris, judices, ſuſtinetis.

Hŭmĕrōsŭs, Quod latos humeros habet. [ὀβριμός. Gall. *Eſpaulu, qui a hautes eſpaules.* Ital. *Di alte ſpalle.* German. Das groſſe vnnd breite Achſel hat. Hiſpan. *Corcouado, que tiene los ombros altos.* Polon *Ramienisty, wielkich plieca.* Vng. *Vállas.* Ang. *That hath broade ſhoulders.*] Humeroſus locus. Col. libr. 3. cap. 10: Itaque cuſtodiemus, ut à prædictis locis, quos *humeroſos* ruſtici vocant ſemina legamus.

Hŭmĕrāle, ralis, n. t. Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale, tegumentum tibiarum. [ἐπωμίς. Gall *Eſpauliere.* Ital. *Veſte da ſpalla.* German. Ein Kleid das man zu bedeckung der Achſten antegt. Hiſpan. *Cierta veſtidura del ombro.* Polon. *Humeral'.* Vng. *Váll ſódó.* Ang. *Any thing to were on the ſhoulders.*] Paul. Nam ſi tibiale, vel humerale miles alienavit, caſtigari verberibus debet.

Hŭmĕſco, Humidus, Vide HVMEO.

Hŭmĭlĭs, le, penultima correpta, om. t. Depreſſus, non altus, & à terra ſublatus. [שפל *ſchaphál* עבי *hanáv. χαμαιλὸς, ταπεινός.* Gall. *Humble, humilé, rabatſſé, bas.* Ital. *Humile.* German. Nider / nidertrechtig. Belg. Leech / neder. Hiſp. *Coſa haxa ò abatida, ò humilde.* Pol. *Nizky, pokorny.* Vngar. *Alatſon, ſzekély,* (item) *alázatos.* Ang. *Lowe, ſimple, of lowe condition.*] Cic. in Tuſc. Vites, & ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere à terra altiùs poſſunt. Colum. lib. 4. cap. 1: Humili ſtatu vitis plerumque juxta terram coërcetur. Virgil 2. Aegl. Atque humiles habitare caſas. Idem 4. Aegl. Non omnes arbuſta juvant, humilesque myricæ. ¶ Accipitur etiam humilis pro contempto, abjecto, demiſſo, quod & Græci ταπεινὸν dicunt. [Polon. *Poniżoni, wzgardzony.* Angl. *Poore, vile.*] Cic. 3. de Finib. Qui altiore animo ſunt, nihil abjectum, nihil humile cogitant. Idem de amic. Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum ſuſcipere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamq; contemptam Idem ad Attic libr. 7: Dicam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo.

Hŭmĭlĭtas, atis, f. t. contrarium Altitudini [שפלה *ſchéphel* עבוה *hanaváh. ταπεινότης, χαμαιλοτης.* Gall *Bleſſeure, baſſeſſe, petitteſſe.* Ital. *Baſſezza humiltà.* Ger Nidere / nidertrechtigkeit: *item,* demut. Belg Nederheit / leechheit. Hiſp. *Baxeza ò humildad.* Pol *Pokora, poniżenie ſie.* Vngar. *Alázatoſság, alatſonſág.* Ang. *Humilitie, baſſneſſe of condition, lowlineſſe.*] Cicero 5. Tuſc. Sydera inter ſe altitudine & humilitate diſtantiã. Idem 2. de Divinat. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas ponitur etiam pro obſcuritate, tenuitate, & ignobilitate. Cicero 1. Offic. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur. Idem 13. Philip. Is autem humilitatem deſpicere audet cujuſquam qui ex eadem ſuſtulerit liberos? ¶ Humilitas cùm opponitur ſuperbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur à Speuſippo, quòd ſit facilitas animæ omnis expers iracundiæ. Verùm in hac ſignificatione uſitatiùs Modeſtiæ vocabulo utimur.

Hŭmĭlĭtĕr, adverbium: hoc eſt, demiſsè, ſubmiſsè: contrarium habet Altè, ſuperbè. [ταπεινῶς. Gall. *Petitement, baſſement.* Ital. *Humilmente, baſſamente.* German. Nider / nidertrechtigkeitlich Hiſp. *Baxa y humilmente.* Polon. *Pokornie.* Vng. *Alatſonon, alázatoſon.* Ang. *Lowly, humbly.*] Plin. in Epiſt. Eadem enim facta claritate, vel obſcuritate facientium, aut attolluntur altiſſimè, aut humilimè deprimuntur. Liv. 4. bel. Pun. Hæc natura multitudinis eſt, aut ſervit humiliter, aut ſuperbè dominatur.

Hŭmĭlĭo, lias, act. p. Humilem facio, & quasi abjectum ac vilem reddo: [השׁח *hischpíl.* ταπεινόω. Gall. *Abaisser, humilier.* Ital. *Far humile, humiliare.* Germ. Ernideren/ nidertrechtig/ schlecht vnnd vnachtsam machen. Belg. Vernederen. Hispan. *Abaxar ò abatir, o humiliar.* Polon. *Poniżam.* Vngar. *Meg alatsonitom, meg alázom.* Ang. *To mak humble, or lowe.*] ut est illud: Humiliavit seipsum, formam servi accipiens. Frequens est hujus verbi usus in Sacris literis: alioqui apud probatos Linguæ Latinæ scriptores vix invenies, in hac præsertim significatione. ¶ Legitur tamen Humiliatus, participium pro eo quod est depressus, & humilis effectus, ita ut à terra parùm attollatur. Cic. 2. de Nat. deor. Alia animalia humiliata, ut cibum terrestrem facilè rostris contingant: alia altiora sunt, &c.

Hŭmo, Vide HVMVS.

Hūmŏr, ris, m. t. Aqua, liquor, ab humus fit: quia aquæ terris inclusæ sunt. [לח *léach* שׁכר *leschádh.* νοτὶς, ὑγρότης. Gall. *Humeur.* Ital. *Humore, liquore.* German. Feuchte/ feuchtigkeit. Belg. Vochtigheit. Hispan. *Humor.* Polon. *Wilgotnosc.* Vngar. *Nedvesség.* Ang. *Moysture, licour.*] Cicero de Divinat. Et humor allapsus extrinsecùs, ut in tectoriis videmus, Austro, potest sudorem imitari. Idē 2. de Nat. deor. de astris loquens: Et terrenis maximisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. Ibidem: Humor, & calor, qui est infusus in corpore. Virgil. 1. Georgic. Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam. Humor pro portione vini accipitur. Virgil. 1. Georg. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Sic alibi humida vina vocavit tenuia, quæ q; plurimū aquosæ substantiæ haberent admistū.

Hŭmŭs, mi, fœminini gen. Terra, ab ὕω, υ in u mutata, Scaliger. [אדמה *adhamáh* ארץ *eréts.* γῆ, γῆ. Gall. *La terre.* Ital. *Terra.* German. Ein Erd/ das Erdtrich. Belg. Die Erde. Hispan. *Tierra.* Pol. *Ziemia.* Vng. Föld. Angl. *The moyst earth, the ground.*] Cic. de Senect. Humus subacta atq; pura: Idem 2. de Legib. Quos humus injecta contegit. Virgil. 1. Georg. Necnon & lini segetem, & cereale papaver Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratris. Idem 2. Georgic. At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta. ¶ Humi vice adverbii ponitur. [ἐπὶ γῆς, χθὲς γῆς, χαμαὶ, χαμαὶζε. Gall. *A terre, sur la terre, en bas.* Ital. *In terra.* Germ. Auff der Erden/ auff dem Boden. Hisp. *In tierra, baxamente.* Pol. *Nadnie.* Vng. *Az földön.* Ang. *On the ground, a lowe.*] Plin. lib. 9. cap. 13: Humi quoque vice pedum serpunt. Colum. libro 6. cap. 14: Ineunt autem non ut priores aves, de quibus diximus, insistentes humi. Ovid. 5. Metam. Sternit humi juvenem. Virgil. 1. Aeneid. Nec priùs absistit quàm septem ingentia victor Corpora fundat humi. ¶ Humi hauris, χαμαὶ ἀντλεῖς. De inaniter laborante. Nihil est enim quod è solo haurias: hoc est, ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia non multùm supereſt quod haurias. Zenodotus. ¶ Humi serpit oratio, quæ pressior humiliorq; est quàm oportet, semper quasi jacens, nunquam assurgens. Horat.

Hŭmo, mas, act. p. Humo contego, sepelio, terra condo, terra obruo. [קבר *kabár.* θάπτω. Gall. *Enterrer.* Ital. *Sepelire, coprire di terra.* Germ. Mit Erden bedecken/ begraben. Belg. Graven. Hisp. *Enterrar los cuerpos.* Pol. *Okrywam ziemia, pogrzebam.* Vngar. *El temetőm.* Angl. *To interre, to burie, to hide.*] Cicer. lib. 1. Tusc. Majorum est mos, non humare corpora suorum, nisi à feris sint antè laniata. Ibidem: In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis (ex quo dictum est humari) sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. lib. 7. cap. 54: Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus: humatus verò humo contectus. Gell. lib. 7. cap. 8. de delphino: In sui pueri sepulchro humatus est. ¶ Hujus compositum est, Inhumo, de quo suo loco.

Hŭmātĭo, f. t. Sepultura. [קבורה *keburáh.* ταφὴ, ἐνταφιασμός. Gal. *Enterrement, ensevelissement.* Ital. *Essò sepelire.* Ger. Begrebnuß/ bestattung zu der Erden. Hispan. *Enterramiento.* Polon. *Pogrzeb.* Vngar. *El temetés.* Ang. *A burying or interring.*] Cic. 1. Tuscul. Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

H ante Y.

Hўăcīnthŭs, ὑάκινθος, Suidæ. [Gall. *Vaciet, ou oignon de chien.* Ital. *Cipola canina.* German. Ein blawe Hornungs oder Mertzen Blum/ Violblum. Hispan. *Los majos flores.* Pol. *Fial'ka ies'senna.* Vng. *Hiaczintos.* Ang. *A iacinct pretious stone.*] Est genus violæ vernæ, colore obscuræ purpuræ, quam à Romanis *vacinium* appellari autor est Dioscorides. Galli, teste Ruellio lib. 3. cap. 4, servato Latini nominis vestigio vocant *vacietam*: herbam autem *capam agrestem*. Hoc violæ genus venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarum literarum α & ι figuram referant: quæ res Poëtis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci jactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interjectionemq; dolentis αι, quæ ex duabus illis literis conficitur, velut testimonium doloris, quem Apollo ex ejus morte conceperat, habere inscriptam. Præterea Ajacem in eundem florem conversum ajunt, dum impatientia prælati sibi Vlyssis seipsum in eremit: duasque primas ejus nominis literas in hoc flore manssisse impressas. Ovidius utranque fabulam complexus est lib. 13. Metam. -rubefactaque sanguine tellus Purpureum viridi genuit de cæspite florem, Qui priùs Oebalio fuerat de vulnere natus. Litera communis mediis pueroque viroque Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querelæ. ¶ Est etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethysto gemmæ non absimilem, sed tamen dilutiorem. Vide Plin. lib. 34. cap. 9.

Hўăcīnthĭă, orum, ὑακίνθια, substantivum (ut autor est Hieronymus contra Iovinianum) dicebantur quædam sacra nocturna, à Lacedæmoniis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci jactu interfecti. Ovid. lib. 10. Metamorph.

Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque
Durat in hoc ævi: celebrandaque more priorum,
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hўăcīnthĭnŭs, a, um, penult. correp. [תכלת *techéleth.* ὑακίνθινος. Gall. *De couleur de vacet, de couleur de pourpre.* Ital. *Del color d' hyacintho.* German. Violbraun/ geferbt alß ein Hyacinth. Hisp. *Cosa de color de aquella violeta ò de jacintho.* Polon. *Fial'kowey ko-lowy.* Vngar. *Hiaczint szinw'.* Ang. *Of the colour of purple.*] Quod habet colorem hyacinthi. Persius Satyr. 1: Hic aliquis, qui circum humeros hyacinthina læna est. Flos hyacinthius, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Hўăcīnthizōntĕs, ὑακινθίζοντες, Dicti sunt smaragdi quidā, ad hyacinthi colorem accedentes: quorum meminit Plinius libro 37. cap. 5.

Hўænā, ὕαινα, cum diphthongo, & pen. prod. Animal ferum, & crudele, quod sermonem humanum assimilat, pastorumque nomina addiscit, ut eos foràs evocatos dilaniet. Plin. libr. 8. cap. 30: Hyænis utranque esse naturam & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere sine mare vulgus credit, Aristoteles negat, &c. Et paulò pòst: Multa præterea mira traduntur: sed maximè, sermonem humanum inter pastorum fabulas assimilare, nomenque alicujus addiscere, quem evocatum foràs laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad solicitandos canes, quos invadat. Hyænæ etiam meminit Ovid. lib. 15. Metam. -& quæ modò fœmina tergo Passa marem, nunc esse marem miramur hyænam.

Hyalĭnus color, lege color varius.

Hyalurgus, pro Vitreario.

Hўălŭs, pen. corr. [ὕαλος Ger. Ein Glaß. Pol. *Zielonawi.* Vng. *Üveg.* Ang. *Of the colour of glasse.*] Vitrum: Vnde color hyalinus dicitur color viridis, qualis est color vitri. Virg. 4. Georg. -lesia vellera nymphæ Carpebant hyali saturo fucata colore. ¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑαλουργὸς, pro vitreario. ¶ Est item HYALVS, Asiæ fluvius, in Tmolo monte nascens, & non procul ab Hermi ostio in mare Aegæum influens. Vide Strab. lib. 11.

Hўbĕrnŭs, a, um, Quod est hyemis, hyemalis. [χειμερινός. Gall. D' *hyuer.* Ital. *Inuernale, d' inuerno.* German. Winterisch/ das des Winters ist. Hisp. *Cosa de inuierno.* Pol. *Zimny przin alezący.* Vng. *Téli.* Ang. *Of winter.*] ut Hyberna facies: quod nomen ab hyeme deduci aspiratio indicat. Plin. lib. 8. cap. 47: Multi hybernos agnos præferunt vernis. Stores hyberni. Virg. 2. Georg. Qui tantùm Oceano properent se tingere soles Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet.

Hўbĕrnă, orum, numero plurali, n. s. Dicuntur loca in quibus milites hyeme, sicut Aestiva, in quibus æstivo tempore, commorantur. [χειμάδια. Gall. *Le lieu où on se retire l' hyuer, ou l' on iuerne.* Ital. *Luoghi doue inuernano i soldati.* German. Winterlä. Hispan. *Lugar para inuernar.* Polon. *Zymowanie.* Vng. *Telelő hely.* Angl. *Wintering places for souldiers.*] Cæsar: Post hibernis omnibus in hyberna deductis, in Italiam profectus est. Cic. ad Catonem: Exercitum in hyberna dimisi. Tacit. libr. 1: Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hўbĕrnāculă, hybernaculorum, n. s. Castra hyberna. [τὰ χειμάδια χωρία. Gall. *Le lieu où on se retire l' hyuer.* Ital. *Luoghi da inuernare.* German. Oerter an denen man im Winter ist vnd wohnet/ alß in den Stuben. Hisp. *Lugar para inuernar.* Pol. *Mießkanie dla zimy, iakie zbyßa.* Vngar. *Telelés, telelő hely.* Ang. *Wintering places for souldiers.*] Liv. lib. 5. ab Vrb: Hybernacula etiam, res nova militi Romano ædificari cœpta. Tacit. Cohortes, alæque novis hybernaculis locatæ.

Hўbĕrno, as, n. p. Hyemo, hyemē ago, stationē hyberno tempore aliquo in loco ago. [חרף *charáph.* χειμάζω. Gall. *Hyuerner, passer l' hyuer en quelque lieu.* Ital. *Inuernare.* German. Das Winterläger haben/ sich im Winter halten. Hispan. *Inuernar ò tener el inuierno.*] Liv. lib. 7. ab Vrbe: Quia procul ab domo ac rebus suis hybernassent. Cic. pro Lege Manilia: Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. ¶ Dicitur etiam de mari & navibus, aliisque rebus, quæ hyeme quiescunt. Pers. Satyr. 6: -mihi nunc Ligus ora In-

pet hybernatque meum mare, qua latus ingens Dant sco- & multa littus se valle receptat.

Hybris, idos, f. t. vel Hybrida, æ, f. p. Propriè dicitur sus imparibus prognata parentibus: hoc est, ex altero fero, & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus cõvenit, teste Porphyrione, atque adeo ipsis hominibus, imparibus editis parentibus. [Polon. *Wpol'i dziki, zrodzinich rodzi czowrodzoni.* Ang. *A mungrell, which is engendred betwene two of diuerse kindes.*] Plin. lib. 8. cap. 53: In nullo genere æquè facilis mistura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas vocabãt, ceu semiferos: ad homines quoque, ut in Cn. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio videtur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quædam quasi adulterii species, quum aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinem. Suetonius in Augusto: Themasinum quendam Epicardum vocat hybridam, quòd natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις, Avis ex accipitrum genere, quæ interdiu minus apparet: quia non clarè videt, sed nocte venatur more aquilæ. [Pol. *Lielek.*] Pugnat etiam cum aquila adeò acriter, ut sæpiùs ambæ implexæ deferantur in terram.

Hycca, Sturio. Manardus lib. 9. Epist. 3.

Hydatides: id est, vesiculæ aqua plenæ.

Hyderica, Corpora quæ plurimo humore prægravantur.

Hydĕros, ὕδρος, Aqua subter cutem, quam & Hydropen Græci appellant, utroq; nomine, ἀπὸ τοῦ ὕδατος: hoc est, ab aqua deducto. Vide HYDRVS.

Hydra, dræ. [ὕδρα. Polon. *Wodny waz.* Vng. *Vizi kigyo.* Angl. *A water adder.*] Serpens in aquis vivens: de quo vide plura in dictione HYDRVS. ¶ Est & HYDRA promontorium Aeolidis, quod Hermatunti alteri promontorio adversum, Elaiticũ sinum efficit. Autor Strabo lib. 13. ¶ Item Aetoliæ oppidum, quod postea Lysimachiam appellarunt: teste eodem Strab. lib. 10. ¶ Est præterea hujus nominis insula juxta Carthaginem, ut ex Ephori sententia tradit Steph.

Hydor, ὕδωρ, Hydas & Hydos, Latinè aqua: unde fiunt quæ sequuntur.

Hydragogos, Vinca, pervinca, apud Dioscoridem libro 4. cap. 150.

Hydrăgōgus, ὑδραγωγὸς, Qui aquas ducit, aquę ductor. [παρὰ τὸ ἄγειν τὸ ὕδατος Pol. *Przi wodowod.* Vngar. *Viz veuõ, viz hozo.*] Vnde & hydragogiæ dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydrargyrum, n. s. [ὑδραργυρος. Gall. *Vif argent.* Ital. *Argento viuo, mercurio* German Quecksilber. Hispan. *El azegue.* Polon. *Zywe strzebro.* Vng. *Kenesõ.* Ang. *Quicke syluer.*] Genus est metalli liquidi, argenteum colorem, liquida verò consistentia aquam referens: unde & nomen accepit. Latini argentum vivum appellant: argentum quidem à colore: vivum autem à motu. Aristoteles ἄργυρον χυτὸν: hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. Hujus duę sunt species: nativum sive fossitium, & factitium, quod ex minio excoquitur: quod solum Galeno fuit cognitum. Dioscorides utriusque meminit. Plin. libro 33. cap. 3, argentum vivum ab hydrargyro videtur distinguere, quum ait: Aes inaurari argento vivo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controversia facilè potest tolli, modò intelligamus Plinium illic, quod nativum sive fossile esse diximus, argentum vivum: quòd verò ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Vtraque species pestilentem exhalat odorem, auramq; planè exitialem.

Hydrastina, sylvestris cannabis apud Dioscoridem libro 3. cap. 66.

Hydraulax, cis, sulcus aquaticus.

Hydraulos, masc. gen. [ὕδραυλος. Pol. *Wodna muzika.* Vng. *Vizi orgona.* Angl. *A paire of organs.*] Musicum organum, aquæ decursu sonum reddens. Plin. lib. 9. cap. 1: Delphinus non tantùm hominis amicum animal, verùm musica arte mulcetur, symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono.

Hydraulicus, a, um. [ὑδραυλικὸς. Vngar. *Vizi organa.* Ang. *Belonging to organs.*] ut, Hydraulicum organum. Plinius libro 6. cap. 37: Laudatus Cresibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Hydrelæum, ὑδρέλαιον, Oleum aquæ commistum, humectandi, molliendi & penetrandi vim habens, ut est autor Gal. lib. 3. Simpl.

Hydria, f. p. Vrna, vas aquarium. [ת *chadh.* ὑδρία. Gall. *Cruche à porter eau.* Ital. *Vrna d' acqua.* Germ. Ein Wasserkrug. Hisp. *Tinaja ò vaso para tener agua.* Polon. *Wodny dzban.* Vng. *Veder.* Angl. *A pitcher or potte for water.*] Cic. 4. Verrina: Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argẽteas, pretiosam vestem, stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. Ibidem quum in hydriam sortes conjiceretur.

Hydrocele, [ὑδροκήλη. Polon *Wodi wpacharzinie zebranie.* Vng. *Tokõsség.* Angl. *A burstinge when water falleth into the coddes.*] Hernia aquosa, quum scilicet aqua in scroto colligitur. Mar. libr. 12: Quem cuncti modò olei timebant Dicentem tumidas in hydrocelas. Inde hydrocelicus, ὑδροκηλικὸς, qui hydrocele laborat. Vide in dictione HERNIA.

Hydrocephalos, [ὑδροκέφαλος. Polon. *Zaskornia bolieść gł'owi.*] Dolor capitis, nascens ex humore inter cutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium collecto. Vide Celsum lib. 4. cap. 2.

Hydrolapathon, ὑδρολάπαθον, Lapathi genus quod in aqua nascitur. Plin. lib. 20. cap. 22: Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydromantia, ὑδρομαντία, Divinatio quæ fit per aquam August. libro 7. de Civit. scribit Numam Pompilium hydromantiam fecisse, ut videret imagines deorum vel ludificationes dæmonium: à quibus audiret quid in sacris constituere atque observare deberet. Quod genus divinationis Varro à Persis dixit illatum, quo & ipsum Numam, & Pythagoram Philosophum fuisse usum commemorat.

Hydromeli, [ὑδρόμελι. Polon. *Miod pity.* Vngar. *Meser.* Ang. *Meade or methegline made of water and honie sodden together.*] Aquæ mulsæ genus, ex imbre purissimo, & melle temperatum, & jam vetustate vini saporem referens. Nam quod recens est, & ad præsentem usum confectum, melicraton potiùs nominatur. [Vngar. *Mezes viz.*] Plin. lib. 31. cap. 6: Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris. Vide Marcellum Virg. in Dioscorid. lib. 5 cap. 9.

Hydromelon, ὑδρόμηλον, Liquoris genus ex melimelitis portione una, & duabus aquæ confectum, insolatis simul per Canis ortum. Dioscor. libr. 5. cap. 21.

Hydromphalos, ὑδρομφαλὸς, Torpidi humoris in umbilico collectio.

Hydrophantă, ὑδροφαύτης, qui aquarum scaturigines perquirit, sive irrigandis agris, sive potus causa. [Polon. *Zdroiow nadduk.* Vngar *Forras keresõ.*] Hinc Hydrophantica, cæ, aquæ inquisitio, quo vocabulo usus est is, qui de re rustica ad Constantinum Cæsarem scripsit. libro 1. capite 5. Alciat. libro 11. παραδόξων. cap. 4.

Hydrophobia, f. p. ὑδροφοβία, Quam Latinè interpretari possumus Aquæ fugam: morbi genus, quum æger supra modum aquam expavescit: quod accidere solet iis qui à rabido cane fuerunt morsi. [Polon. *Przed woda vciekanie.*] Hoc morbi genus attigit Ovid. de Remed. amoris: Tollere nodosam nescit medicina podagram: Nec formidatis auxiliatur aquis. Hinc hydrophobi, ὑδροφόβοι, dicti ægri, qui aquam expavescunt: hoc est, quos canis rabidus momorderit. παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ: Plinius libro 29. capite 5: Est limus salivæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. ¶ Cornelius Celsus libro 6. capite 27, genus morbi esse dicit in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur. Alii mutata una litera Hygrophobiam vocant, quod omnem liquorem metuat. Alii Synolysson veluti ex rabie canina morbum conceptum. Qui hoc morbo laborant, vocantur à Plinio libro 24 capite 5, Hydrophoni. Ab aliis Phovodipsi quòd cum timore sitiant. Polybius Pheugydros vocat, quòd aquam fugiant, Aurelianus Aquifugas. Tertul. in libro de Bap. Lymphatos vocat, quos aquæ necaverunt, aut formidine, vel metu exercuerunt.

Hydropiper, [ὑδροπίπερι. Polon. *Rzepik, stárzec.* Veriùs, *rdest, plesnik.* Vng. *Balha fw'.*] Herba circa stagnantes aquas, aut quæ pigro lapsu fluunt, nascens, caule geniculato, robusto, multis alis concavo: foliis menthæ majoribus, candidioribus, tenerioribus que gustu piperis amaro. Fructum gerit acrem in ramulis secundum folia, continenti acinorum serie congestum, uvæ modo. Dictum hydropiper, teste Galeno, à piperis sapore, & locis aquosis in quibus nascitur, quasi piper aquatile. Ruellius eam esse existimat, quam vulgus herbariorum falso nomine *Eupatorium* appellat.

Hydropotes, Aquæ potator, qui aquam bibit. [ὑδροπότης. Gall. *Boy-l' eau.* Ital. *Beuitor d' acqua.* German. Ein Wassertrincker. Hispan. *Bevedor de agua.* Polon. *Wode piiacy.* Vngar. *Viz iuuo.* Angl. *A drinker of water.*] Cyrus apud Xenophontem, monet suos, ut consuescant aquam bibere, ut fiant hydropotæ.

Hydrops, is, m. t. [ὕδρωψ. Gall. *Hydropisie.* Ital. *Hydropisia.* German. Die Wassersucht. Hispan. *Hydropesia, enfermedad de humor aguoso.* Polon. *Puchlina.* Vngar. *Viz korság.* Angl. *The dropsie.*] Morbum significat, qui Latinè dicitur aqua intercus, quod sub cute aqua nascatur, qua corpus turgescit. Horat. 2. libr. Carm. Crescit indulgens sibi durus hydrops: Nec sitim pellit, nisi causa morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor. Hujus tria sunt genera, tympanites, nomen habens à tympano instrumento musico, quum corpus spiritu magis, quàm aqua distenditur, pulsatumque tympani sonum reddit.

reddit. Aſcites, ἀπὸ τοῦ ὕδατος: hoc eſt, ab utre, quum alimenta in aquam convertuntur, quæ inter inteſtina & tunicam, quam peritonæon vocant, velut in uttrem colligitur. Tertium genus omnium periculoſiſſimum, & penè incurabile vocant leucophlegmatian, vel hypoſarca, quum ſolidæ corporis partes in aquam reſolvuntur, adeò ut corpus pallidum reddatur, & cadaveri ſimile. Vide Celſum libro 3. cap. 21. ¶ Ab hydrops ſit hydropicus: [ὑδρωπικός. Gall. *Hydropique.* Ital. *Idropico.* Ger. Waſſerſuchtig. Hiſp. *Enfermo de hydropeſia.*] qui hydrope laborat. Horat. 1. Epiſt. 2. Si noles ſanus, cures hydropicus.

Hydrōpĭsĭs, is, f. t. ὑδρωπισις, idem quod hydrops: hoc eſt, aqua intercus. [Vng. *Vizkorſtig.*] Plin. lib. 20. cap. 1: Sic & contra phthiriaſim bibitur, & hydropſes.

Hydrorŏſăra, ſunt ea quæ Nicolaus curtato vocabulo, droſatà appellat: inde primùm appellata, quòd in eorum confectionem aqua & roſa mitteretur: deinde longè longiùs propagata vox eſt, ut ſyrupos ſignificet.

Hydrŏsĕlīnum, ὑδροσέλινον, Apium paluſtre, quod & eleoſelinum appellatur.

Hydrūntĕrŏcēle, [ὑδροωτεροκήλη. Vngar. Tökéſség.] Herniæ genus, quum & inteſtinum in ſcrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

Hydrus, i. Hydra, [ὕδρος, ὕδρα. Polon. Wodni waż. Vngar. Vizi kigyo. Ang. *A water ſerpent.*] Genus anguium in aquâ degentium, quorum hydrus mas, hydra fœmina. Plinius libro 29. cap. 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt: quod in aqua vivit: hydri vocantur; nullis ſerpentium inferiores veneno. Adamus lib. 9. autor eſt, in Corcyra hydras procreari, quæ ſe retrorſum ad inſequentes retorquent, & gravem odorem exhalantes, inſectatores reprimunt. ¶ Magis varius quàm Hydra, ποικιλώτερος ὕδρας. De callidis ac doloſis, quòd hydra ſerpens ſit verſicoloribus notulis diſtincta. Aptè dicetur in vafros ac verſipelles, aut etiam parùm ſibi conſtantes. ¶ Hydram finxerunt poëtæ eſſe multorum capitum in Lerna palude: quorum aliquot excisis, totidem continuò renaſcebantur: quæ tandem ab Hercule & ſagittis & igne interfecta fertur. ¶ Hydram ſecare, ὑδραν τέμνειν, eſt, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in ejus locum alia plura recipias. Accommodari poterit ad eos, qui litibus involvuntur: nunquam finiendis.

Hyĕms, mis, f. t. Pars anni frigidiſſima, media inter Autumnum & ver. [חרף *chóreph* חמה *ſethâv.* χειμών. Gall. *Hyver.* Ital. *Inverno, invernata.* German. Der Winter. Hiſpan. *El invierno.* Pol. Zymá. Vngar. Tél. Ang. Winter.] Virgil. 1. Georgic. -hyemes optare ſerenas Agricolæ, ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo, quòd id tempus anni pluvioſum ſit: Varr. ab hiando derivat, quòd anima quæ à nobis efflatur, tum appareat. Spiritus enim noſter quum ſpiramus hyeme, quaſi in nebulam concretus cernitur. ¶ Interdum accipitur pro tempeſtate, procella, ſive ventorum impetu.

Hyĕmo, as, are, Hyemem perago, ſtationem hybernam aliquo in loco habeo, Hyberno. [חרף *charáph.* παραχειμάζω. Gall. *Hyverner, paſſer son hyver.* Ital. *Invernare.* German. Wintern/das Winter tåger halten; im Winter wohnen. Hiſpan. *Invernar ò tener invierno.* Polon. *Zymuie.* Vngar. *Telelök.* Angl. *To winter, to lodge, reſt, or mak abode in winter tyme.*] Cæſar 1. bell. Gall. Duasque ibi legiones conſcribit, & tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cic. pro Font. Cn. Pompeius maximus atque ornatiſſimus hyemavit in Gallia, M. Fonteio imperante. Horat. 1. Epiſt. 17: -mediis hyemet mercator in undis. ¶ Hyemare item in tertiis duntaxat perſonis, interdum verbum eſt ex iis, quæ Grammatici exceptæ actionis appellant: quorum actio ſoli Deo, vel naturæ convenit: cujuſmodi ſunt, pluit, ningit, & ſimilia: quæ interdum ſola ponuntur ſine nominativo, qui facilè in iis intelligitur: interdum eundem habent expreſſum. Sic aliquando dicimus hyemat, abſolutè, χειμάζει: id eſt, hyems viget, vel frigus vehemens eſt. Colum. lib. 11. cap. 2: Quinto Calendas Novembris Vergiliæ occidũt, hyemat cum frigore & gelicidiis. Interdum expreſſo nominativo Deus, natura, ventus, ſydus, vel dies hyemat. Plin. lib. 18. cap. 28: Delphini veſpertini Occaſu continui dies hyemant. Colum. libro 11. capite 2: Auſter aut Africus hyemat. ¶ Hyemare interdum pro affligi incommodo hyemis, quam vocem in Saluſt. notavit Seneca in Auguſt. cap. 72: Aſſidueque in urbe hyemaret.

Hyĕmatĭo, onis, f. t. Hyemis traductio. [παραχείμασία. Gall. *Hyvernage, quand on paſſe l' hyver.* Ital. *Il paſſare l' inverno.* Germ. Winterung/ erhaltung vber den Winter. Hiſpan. *Obra de invernar.* Polon. *Zymowanie.* Vng. *Telelés.* Ang. *A wintering.*] Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16: Vt ne pluris tertia pars eximatur melitis, reliquum hyemationi reliquatur.

Hyĕmālĭs, le, om. t. Hybernus: ut hyemalis dies. [χειμερινός. Gall. *D' hyver.* Ital. *Invernale, coſa da inverno.* German. Winterlich. Hiſpan. *Coſa del invierno.* Polon. *Zymowé.* Vngar. *Teli.* Ang. Winterly, *belonging to winter.*] Colum. lib. 11. cap. 1: Hyemalis ver: Cicero 5. Tuſc. In certamen gerate primùm hi quiſ ſapientes habentur, rudi aetate. Item aiunt Cauſi nives hyemales quæ tempeſtate ferunt ſine dolore. Hyemalis navigatio, & minime portuna, apud Cic. in Epiſt. famil.

Hyĕtus, Vide IMBER.

Hygrēmplāſtră, ὑγρὰ ἔμπλαστρα. Liquida emplaſtra: ſicut xeria, ξήρα, quæ ſunt arida. Ex Galeno.

Hygromira, liquida unguenta fœminarum auribus expetita.

Hygrotes, in arboribus: ab aliis mucus, ab aliis dacryon, δάκρυον, id eſt, lachryma appellatur.

Hylactor, ὁ ὑλακτῶν, Dictus eſt canis à latratu. Nam ὑλακτέω latrare ſignificat.

Hymĕn, ĕr, bris, Vide IMBER.

Iātralĕptĭce, ἰατραλειπτική. Medicinæ genus, quæ unguentis & perfrictionibus curat, quaſi medicina unguentaria: ἀλειπτὴν enim medicina, ἀλοιφὴς, unctor dicitur.

I ante B.

I. B. In notis antiquorum, In brevi.

Ibērĭcā, herba, *ſpartum* dicebatur antiquis. Quint. lib. 8. cap. 2: Vt ille qui in actione Ibericas herbas, ſe non nequicquam intelligente, dicebat, niſi irridens hanc vanitatem Caſſii Veteris ſpartum eum dicere velle indicaſſet. [Germ. *Pfrimmen oder Ginſtern.*]

Ibĕris, idis, ἰβηρὶς, Herba eadem cum lepidio ſylveſtride qua vide Plin. lib. 25. cap. 8.

Ibi, adverbium loci, Significat in eo loco: quo propriè utimur in demonſtrando. [שם *ſcham.* ἐκεῖ. Gal. *Illec, en celuy lieu là.* Ital. *Iui, en quel luogo là.* Germ. *Daſelbſt.* Bel. *Daer.* Hiſ. *Allà, alli, alla, alli, alla, alla, alla

compoſita, Inibi, & alibi, ſeu aliubi, & ibidem: quæ ſuis locis explicantur.

Ibĭces, Capræ ſylveſtres ſunt, pernicitatis mirandæ. [Vn. *Vad ketske.*] Plin. libro 8. cap. 53: Sunt capreæ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite, vaſtis cornibus, gladiorumque vaginis: in hęc ſe librant; ut tormento aliquo rotati in petras, potiſſimùm è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recuſſu perniciùs, quò hibuerit, exultant.

Ibidem, penultima producta, In eodem loco. [αὐτόθι. Gal. *En ce meſme lieu, là meſme.* Ital. *In quello iſteſſo luogo.* German. Eben daſelbſt. Hiſpan. *En el meſmo lugar.* Polon. *Tamże.* Vngar. *Vgyan ottan.* Angl. *In that ſame place.*] Virgilius 1. Aeneid. -ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Cicer. pro Quintio: Quod ibi rectè cuſtodire poterunt, id ibidem cuſtodiãt.

Ibis, ĭbis, Avis ſoli Aegypto peculiaris, quæ ſerpentibus veſcitur. Hæc duplex eſſe fertur: altera nigra tota eſt, altera ciconiæ non abſimilis, diverſa tamen à ciconia. [Vng. *Gém.*] Cic. lib. 2. de Natura deorum: Ibes maximam vim ſerpentium conficiunt, quum ſint aves excelſæ, rigidis cruribus, corneo proceroque roſtro: avertunt peſtem ab Aegypto, quum volucres angues ex vaſtitate Lybiæ vento Africo invectas interficiunt atque conſumunt: ex quo fit, ut illæ vivæ nec morſu noceant, nec odore mortuæ. Hæc ille. Traditur autem ibis clyſteris uſum prima commonſtraſſe, quòd conſuetudinem habeat ſe purgandi roſtri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. Autor Plin. lib. 8. cap. 27.

I ante C.

I. C. In notis antiquorum Iuxta catulum, vel intra circulum, vel Iulius Cæſar, vel juriſconſultus. I. C. E. V. Iuſta cauſa eſſe videtur. I. CL. Intra clivum.

Iccĭrco, vel idcirco, ideo, ob eam rem, vel ea re.

Ichnēumōn, [ἰχνεύμων. Gal. *Vn rat d'Inde.* Ital. *Sorice ò topo d'India.* German. Ein Indianiſche Mauß. Hiſp. *Ratonn de India.* Polon. *Indyska myſz.* Vngar. *Indiai egér* Angl. *A rat of Inde.*] Animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris. vulgò nunc *Murem Indicum* vocant. Naſcitur in Aegypto, & cum aſpide pugnat. Ichneumona Aegyptii ádorânt: quoniam ova crocodilorum conterit: & luto convolutus, quùm os aperiunt, ita in ventres eorum inſilit, ut exeſis inteſtinis eos interimat. Plin. lib. 8. cap. 24.

Ichneumon ſed ſerpens, ei aſpis. Le Rat excrable pugnat.

Ichnēutās. Quandoq; Nicander vocat Ichneumones.

Ichnŏgrăphĭă, [ἰχνογραφία. Polon. *Poznaczenie rzeczy do opiſſania.*] Quaſi veſtigii deſcriptio, eſt futuri operis delineatio, quàm Galli *Planam formam* vocant. Vide Vitruvium lib. 1.

Ichtei aſinus, Majorana & ſamſuchus quondam magis ſic vocata, ut annotat Dioſc. lib. 31. cap. 45.

Ichĭa, Inſtrumentum, quo demortuus fœtus ex utero præciditur.

Ichthўŏcŏllă, [ἰχθυόκολλα. Gall. *Colle faite de peau de poiſſon, colle de bouche.* Ital. *Colla di peſce.* German. Hauſßblaſen / iſt ein Leim von einem Fiſch. Hiſpan. *Colá de peſce.* Polon. *Kley ryby.* Vng. *Hál enyv.* Angl. *Glewade of fish skinnes, moutglew.*] Gluten ex piſce, à Dædalo primùm inventum, ut tradit Plinius lib. 7. cap. 56. ¶ Eſt item ichthyocolla, piſcis cujuſdam nomen, corium habens glutinoſum, ex quo glutinum conficitur. Autor Plin. lib. 32. cap. 7.

Ichthўŏpōlă, pen. prod. Piſcium vénditor. [ἰχθυοπώλης. Gal. *Vendeur de poiſſon.* Ital. *Venditore de peſci.* Germ. Ein Fiſchverkeuffer. Hiſ. *Vendedor de peſces.* Pol. *Ribni przekupien.* Vn. *Hal árros.* Ang. *That ſelleth fishes.*] Locus autem vendendis piſcibus deſtinatus Ichthyopolion, n. ſ. [ἰχθυοπωλεῖον appellatur. Pol. *Ribni rinek.* Vng. *Hal piacz.*]

Ichthўŏtrŏphĭum, [ἰχθυοτροφεῖον. Gall. *Eſtang, vivier.* Ital. *Peſciera, vivaio.* Germ. Ein Fiſchgrub / ein Weyer in dem man Fiſch behattet. Hiſp. *Eſtanque de peſcez.* Pol. *Staw dla chowania ryb, alkierz.* Vn. *Hal tarto, bárka.* Ang. *A fishe ponde or ſtew.*] Piſcina à lendis piſcibus accommodata: quod & vivarium à Latinis dicitur. Col. lib. 8. cap. 1: Atque etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφέια ſedula cura exercentur: ea ſunt omnia (ut Latinè potiùs loquamur) ſicut avium cortalium ſtabula, nec minùs earum quæ conclavibus ſepta ſaginantur, vel aquatilium animalium receptacula.

Ico, cis, ici, ictum, act. t. ferio, percutio. [הכה *hichchâh.* πλήσσω τύπτω. Gall. *Frapper, ferir, toucher.* Ital. *Percuotere, ferire.* Ger. Schlahen. Belg. Slaen. Hiſp. *Herir.* Pol. *Bic.* Vng. *Meg vtöm, tſapom.* Ang. *To ſtrike, te touche.*] Plautus in Truc. Hoc vide, dentibus Frendit, icit femur. Cæcilius: Si unquam quiſquam vidit quĕ catapulta, aut baliſta icerit. Plinius libro 2. cap. 55: Lauri fruticem non icit. ¶ Icere colaphum, κολαφίζειν, eſt impingere alicui colaphum. Plaut. Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit, malum vobis dabo. ¶ Icere fœdus. Cicer. in Piſonem: Tu ſcilicet homo religioſus & ſanctus, fœdus quod meo ſangui in pactione provinciarum iceras, frangere voluiſti. Legitur & paſſivum Icor. Plin. lib. 16. cap. 30: Arborum manu ſatarum, receptarumq; in domos, fulmine laurus ſola non icitur. Liv. lib. 1: Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ictŭs, us, m. q. percuſſio. [מכה *machchâh.* τυπή, ὄρασις, πλαγή. Gal. *Coup, frappement.* Ital. *Colpa percoſſa.* Ger. Ein ſtreich oder ſchlag. Hiſp. *Colpe ò herida.* Pol. *Raz, uderzenie.* Vng *Tſapás, vtés.* An. *A ſtripe or ſtroke.*] Cic. 3. Offic. Optavit Phaëton, ut in patris currum tolleretur: ſublatus eſt inſanus: antequam conſtitit, ictu fulminis deflagravit. Virg. 5. Aeneid. - aut gravis ictu Semineçem liquit ſaxo, lacerumque viator. Plaut. Moſtel. Perfacilè ego ictus perfero argenteos. Ovid. 5. Metam. Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas. ¶ Legitur & icti, genitivus à nominativo ſecundæ declinationis. Claud. Quadrigarius apud Gellium: Ne Gallus impetum icti haberet.

Ictŭs, a, um, participium. Percuſſus, verberatus, læſus, pulſatus. [מכה *muchchéh.* πεπληγμένος, τετυμμένος. Gal. *Frappé feru, touché.* Ital. *Percoſſo, ferito* German. Geſchlagen / getroffen. Hiſpan. *Golpeado, herido.* Pol. *Vderzony.* Vn. *Meg vttetet tſapatot.* Ang. *Stricken.*] Ovidius 1. Triſt. Nõ aliter ſtupuit, quàm qui Iovis ignibus ictus Vivit.

Icōn, onis, f. t. [צלם *tsélém* תבנית *tabnîth* דמות *temunáh.* εἰκών. Gal. *Image, ſtatue, ſemblance.* Ital. *Imagine, effigie.* Ger. Ein Bildtnuß. Hiſpan. *Imagen.* Pol. *Obraz.* Vngar. *Abrazat, kép.* Ang. *An image or lyknes or a thing.*] Effigies, imago, & ſtatua ex membris ipſis à pictoribus, ſeu ſtatuariis expreſſa. Plin. lib. 24: Eorum verò, qui ter ibi ſuperaviſſent, imagine ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant. ¶ Eſt & icon figura, quum formæ ad formam cum quadam ſimilitudine fit collatio, aut laudis, aut vituperationis cáuſa. Exemplum extat apud Virgilium 4. Aeneid. Omnia Mercurio ſimilis, vocemque coloremque, Et flavos crines, & membra decora juventæ.

Icōnĭcŭs, a, um, Ad vivum expreſſus, vivam imaginem referens. [ἀκριβής. Gal. *Tiré au vif, peint ou pourtrait ſur le vif.* Ital. *Ritratto dal naturale.* Ger. Das alſo eigentlich vnnd weſentlich abgebildet iſt / alß ob es lebte. Hiſp. *Debuxado de lo natural facando.* Pol. *Wirazony tak iakoby wy.* Vngar. *Elõ ábrazat, igaz kép.* Ang. *That repreſenteth the liuelie image of a thing.*] Sueton. in Caligul. Simulachrum ſtabat in templo aureum, iconicum, amicieba-turque quotidie veſte, quali ipſe uteretur. Plin. lib. 36. cap. 8: Adeo jam colorum uſus increbuerat, adeoque ars perfecta erat, ut eo in prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur. Atheniẽſium, Milciadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Darium, T. ſſapherneem.

Iconcula, ἐικόνιον, Diminutiv. parva icon.

Icōnĭſmŭs, [εἰκονισμός. Pol. *Prawdziwe wimalowanie.* Vn. *Abrazatnak igazán ki iráſa.*] Veræ, vivæque imaginis expreſſio: à verbo Græco ἐικονίζω, quod eſt effingo, ſeu imaginem rei alicujus exprimo. Seneca lib. 15. Epiſt. Iconiſmus deſcriptiones interpretatur, aitque eſſe verbum Publicanorum.

Icteriades fibris, Vide FEBRIS.

Icterĭcius color, Lege Color varius.

Ictĕrŏs, penult. correpta. [ἴκτερος. Gal. *La jauniſſe.* Ital. *Itteritia, malattià, che fa diuentar giallo.* Ger. Die Gälſucht. Hiſ *La icterícia dolencia.* Pol. *Zoltá choroba.* Vng. *Sárgaſág.* Ang. *The iaundis.*] Eſt ſuffuſio bilis flavæ, vel nigræ per totum corpus. Plinius & Varro regium morbum appellant, quòd mulſo præcipuè, regio planè potu, curatetur. Celſus & Apuleius vocant auriginem, à colore auri: & hominem hoc morbo laborantem, auriginoſum. Marcel. Virgilius ex Dioſcoride arquatum vertit, à colore cœleſtis arcus. [ἴκτερος. Gal. *Vn certain oyſeau qui eſt de couleur iaune.* Ital. *Vccello giallo.* Hiſp. *La oropendola aue.*] ¶ Eſt item icteros avicula quædam flavi coloris, quam Lãtini galgulum vocant, ſolo aſpectu regium morbum ſanans: unde & nomen habet. Plin. libro 30. cap. 11: Avis icterus vocatur à colore; quæ ſi ſpectetur, ſanari id malùm tradunt, & avem mori. Hanc puto Latinè vocari galgulum.

Ictĕrĭcŭs, penult. corr. qui ictero laborat. [ἰκτερικός. Gal. *Qui a la jauniſſe.* Ital. *Itterico.* German. Gälſuchtig. Hiſpan. *Enfiermo de aquella dolencia.* Polon. *Zoltá niemoc maiacy.* Vngar. *Az kinſdrgaſág vagyon.* Angl. *That is ſick of the iaundis.*] Κατὰ τῦ ἰκτερῦς: hoc eſt, à milvo, quòd oculi bile ſuffuſi; milvinis ſimiles videantur. Plinius libro 20. capite 9: Icteticis, necnon & phreneticis radicis crudæ ſuccum gargarizandum bibendumque demonſtrat. Idem libro 21. capite 20, vocat velle ſuffuſos. Iuvenalis Satyra 6: Conſulit ictericæ lento de funere matris.

Ictĭs, idis, ἰκτὶς, inquit Ariſtoteles, Sylveſtris muſtelæ genus eſt, magnitudine Melitẽſis catelli: ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtelæ ſimile. Manſueſcit majorem in modũ, & officit alveariibus: mellis enim avida eſt: aves etiam petit, ut felis. Hanc *martam* ſpeciali vocabulo vocãt. Genitale ei oſſeum eſt, medicamento urinæ ſtillationibus.

Plinius

Plinius lib.29.cap.4.[Germ. Ein Marter oder Ittis. Pol. *Marda.* Vng. *Er dei menyét.* Ang. *A kind of weesell.*]

Ictus, Vide I C O.

I ante D.

ID. In notis antiquorum, Iudex, Interdum, idus, judicatum. I. D. inferis dis, vel in dimidio, vel juris dicendi, vel juri dicēdo, vel in domimo. I D. C. Iuris dicendi causa. ID. ID. judicium judicandum. I D. E. Idem est. I D I. D. Iudicium dabo. I. D. P. Iure dicendo præerit, vel juri dicendo præfuit, vel jure dicendo præcepit. I. D. T. S. P. In die tertio sive perendinum. I D. S. Iudicatum solvi. I D Q. Idemque.

Id, neutrum genus pronominis is, varium in oratione usum habens, [זה *zeh.* τοῦτο. Gal. *Cela.* Ital. *Ciò, questo.* German. Das. Hisp. *Ello.* Pol. To. Vng. Az, ez. Ang. *That.*] Eleganter adjunctum habet genitivum: ut, Id ætatis, id temporis: id est, ea ætate, eo tempore. Cic. in Epist. Id ætatis jam sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. Idem in Catil. Quos ego id temporis ad me venturos prædixeram. ¶ Id quod res est, idē est acsi diceremus quod verum est. Terentius in Adelphis: Verùm cogito id quod rés est. τὸ ὄν. ¶ Idipsum, idem est quod hoc. Cicer. Lentulo: Multi rogabantur, atque idipsum Consulibus invitis. ¶ Ab id, fit ideo. [τοῦτο. Polon. Przeto. Vng. *Azért.*] ob eam causam: & idcirco, propter hoc, ὑπὲρ ὧν, ἀνθ' οὗ τοῦτο, quæ declarantur suis locis. ¶ Id est, pro veluti apud Iurisconsultos aliquando ponitur. Vlpian. de pact. Pacta in personam sunt quoties paciscor ne petam: id est, ne à L. Titio petam. Et puto interdùm permittendum: id est, si grande damnum sit minoris.

Id quòd, pro ideò quòd veteres dicebant. Sic loquutus est Terent. in Heaut. Id quòd est consimilis moribus, convinces facilè ex tenatum. Et in Hecyra: Illicò lætæ exclamant, venit, id quod me repentè aspexerant. Et Livius lib. 41: Id quòd erat vetusta conjunctio cum Macedonibus. Et lib. 3. ad Qu. Fratrem: Teneo ab accusando vix mehercule, sed tamen teneo, id quòd judices nullos habemus. Ex Aldi commentario ad Qu. Fratrem.

Idæa, radix acérba gustu, Dioscor. lib. 4. cap. 47.

Idæus, lapis Dactylus in Creta, apud Solin. cap. 19.

Idcirco, vel Iccirco, cōjunctio, ideo, eā ob causam [על כן *hal chen.* διὸ, διόπερ, ὑπὲρ ὧν, ἀνθ' οὗ τοῦτο. Gal. *Pource, pourtant.* Ital. *Perciò, per tanto.* German. Darumb / derhalben. Hispan. *Porende.* Polon. *Przeto, dlia tego.* Vngar. *Amak okaért, azokaért.* Ang. *Therefore, for that cause.*] Terent. in Andr. Nam idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit. Cicero 7. Verr. Reperietis idcirco hæc in uno homine constituta, ut cæteris formidines, &c.

Idĕă, æ, penult. prod. [ἰδέα, ἀπὸ τοῦ ἅδεσθαι. Pol. *Kształt na vmyśle poieti.* Vngar. *Adia.*] est prima rerum species, & inchoata intelligentia. Cicero in Oratore: Has rerum formas appellat ideas illé non intelligendi sōlùm, sed etiam dicendi gravissimus autor & magister Plato, eaq; gigni negat, aitque semper esse, ac ratione & intelligentia contineri: cætera nasci, occidere, fluere, labi: nec diutiùs esse uno & eodem statu. Ideas (inquit August. libro 7o. Quæstionum) Latinè possumus vel formas, vel species dicere, ut verbum è verbo transferre videamur. Ideas primus Plato appellasse perhibetur. Sunt autem Ideæ exemplaria æterna eorū quę naturaliter fiunt, immortales, immutabiles, inviolabiles. Et ut res apertior fiat, opus est, præter omnes homines intelligere quendā hominem: & præter omnes equos, equum: & præter animal, animal ingenitū. Et quemadmodum ex uno sigillo complures fiunt impressiones, sic ex uno homine sexcenta millia hominum. Et hæc est Platonis idea: à quo Aristoteles dissentiens, nullas putat esse Ideas. Eusseb. libro Præp. ideam sic definit: Idea est perpetua substantia, causa & principium, ut singularia talia sint, qualis est ipsa: & quemadmodum sensibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt, sic quę omnia in seipsa continet pulcherrima atque perfectissima, hujus mundi exemplar est, ad quam à creatore Deo ab universa substantia mundus similimè formatus est.

Idem, componitur ex is, & demum. [עֶצֶם *hetsém.* ὁ αὐτὸς, τὸ αὐτό. Gal. *Le mesme.* Ital. *Quello istesso, quel medesimo.* Ger. Eben der. Hisp. *Ello mesmo.* Pol. *Tenże.* Vngar. *Azon.* Ang. *The same.*] In masculino genere nominativi singularis producit priorem, quam in neutro genere corripit, tàm in nominativo, quàm accusativo. Virg. 4. Aeneid. Idem ambas ferro dolor, atq, eadem hora tulisset. Iuvenalis: Sic fecisset idem, caderet sub judice morum. Accusativus masculini & fœminini generis mutat m in n ante d, euphoniæ causa: ut Eundem, eandem. Cæteri verò casus ex integro & corrupto compositi inveniuntur: ut Eadem, ejusdem, eidem, eodem: iidem, eadem, eisdem, vel iisdem, eosdem. Itaque per duo ii, vel per e, & i, regula exigit scribi, tàm nominativum pluralem masculinum, quàm dativum & ablativum plurales. Solent tamen poëtæ per synæresin duo ii, in unum contrahere. Vnde iidem & iisdem in carmine sunt dissyllaba. ¶ Habet nonnunquam venusti quandam vim & rationem repetendi, quæ jam sunt dicta. Cicer. 1. Offic. & huic conjuncta beneficentia, quam eandem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet: id est, quam etiam. Quintilianus: Si causam veneficii dicat adultera, non M. Catonis damnata judicio videtur, qui nullam adulteram non eandem esse maleficam dixit. ¶ Ab Idem fit itidem, quasi item idem, quod est similiter, eodem modo. Vide suo loco.

Identĭdem, penult. corr. Componitur ex idem geminato: [טְעָמִים רַבּוֹת *pehamim rabbóth.* ἅμαπὰ, αὖθις, καὶ αὖθις. Gall. *Souvente fois.* Ital. *Souvente spesse fiate* Ger. Stets / immerdar / eins vber das ander. Hisp. *Muchas vezes.* Pol. Vstawnie, iodno podrugim. Vngar. *Mind vtutan, gyakorta.* Ang. *Oftentymes.*] sed prius m in n mutatur, & t interponitur euphoniæ causa, significatque frequenter, & (ut inquit Valla lib. 2.) cum quodam intervallo. Livius libro 1: Vnam longè ante alias insignem specie, & pulchritudine, à globo, Thalassii cujusdam raptam ferunt, multisq; sciscitantibus cuinam eā ferrent, identidem, nequis violaret, Thalassio ferri calamitatum. Plinius: Centum millia numorum pro domo ejus identidem promittens. Suetonius in Cæsare: Quum M. Cato identidem, nec sine jurejurando denuntiaret, delaturum se nomen ejus simul ac primùm exercitum dimisisset: id est, frequenter, subinde, crebrò.

Idĕo, Conjunctio collectiva, sive rationalis, significans idcircò, eam ob causam. [עַל כֵּן *hal chen* διὸ, διόπερ, ὑπὲρ ὧν, ἀνθ' οὗ τοῦτο. Gal. *Pource, pourtant.* Ital. *Perciò.* German. Darumb / derhalben. Belg. Daeromb. Hispan. *Porende.* Polon. *Przeto.* Vngar. *Annak okáért.* Ang. *Therefore.*] Cicero 6. Verrina: Ideo Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres auferre posset. Idem 1. de Inven. Hæc ideo diligentiùs inducitur præscriptio, ut apertè, &c. Ideo quòd. Idem Lentul. Famil. 1: Re quidem ipsa mihi ideo non satisfacio, quòd nullam partem tuorum meritorum, &c. Et in Verr. 5: In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio, ideo quòd eum, qui hoc facit avarum possumus existimare, crimen in eo constituere nō tam facilè possumus. Ideo quoque pro Cælio: Non si justa causa est oppugnandi, ideo quoque justum est, &c.

Idiographum, penul. corr. n. s. [ἰδιόχειρον. Polon. *Własne, rękí pismo.* Vngar. *Tulaydon kez irás.*] Latinè privata scriptura.

Idiom, atis, n. t. [שִׂפָה *laschón* שְׂפַת *saphah idiwma.* Gall. *Propriété de langage.* Ital. *Idioma, lingua, stile.* Germ. Einer Sprach eigenschafft. Hisp. *Propriedad de lengua.* Pol. Własnosć mowy. Vng. *Vala mély nyelvnek tulaydonsága.* Ang. *A proper forme of speach.*] Proprietas sermonis. Hæ sunt quinque idiomata Græcorum, quæ & dialecti vocantur.

Idiotēs, sive Idiota, pen. prod. com p. [ἰδιώτης. Gal. *Idiot, lourdaut, sot, ignorant, prud'homme.* Ital. *Ignorante, idiota.* Germ. Ein schlechte Person / so kein Amt tregt. Hisp. *Necio, rustico, indocto, loco.* Pol. *Osoba prostá, prostak, gadnego niemiejąca.* Vn. *Tudatlan, parasztember.* Ang. *An idiot, a foole.*] Propriè idem est quod privatus, nulloque munere publico fungens. Vnde ἰδιωτεύειν dicunt Græci, pro eo quod est privatam vitam agere. Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito. Lucil. Quid? & tu idem illiteratum me, atque idiotam diceres? Cicero, Verrin. Quæ non modò istum hominem ingeniosum, intelligentem, verumetiam quenvis nobilem, quos nitas appellat, delectare possent.

Idiōtismŭs: Seneca Controversiarum libro 7: Id inter oratorias virtutes, res quæ rarò procedit. temperamento opus est, & occasione quadam, mirum est si difficulter apprehenditur vitio tam vicina vi

Idōlum, li penultima producta, Simulachrum, statua, go. [צֶלֶם *tsélem* תְּמוּנָה *temundh* אֱלִיל *elil.* εἴδωλον le, *image.* Ital. *Idolo, simulacro.* German. Ein Bild oder Gē Een Afgopt. Hispan. *Idolo.* Polon. *Stpał'ek, obraz.* Vng. ny, *faragot kép.* Ang. *An idole, or image.*] Cicer. 1. de Finib. tomi, inane, Imagines, quæ idola nominant. ¶ Nonnunqu accipitur pro spectro sive phantasmate. Plin. in Epistolis apparebat idolon, senex macie & squalore confectus, p missa barba.

Idōlŏlatrā. ἀνδρολάτρης, Idolorum cultor. [Pol. *Bał'wochwalca.* Vn. *Baluány imádo.*]

Idōlŏlatrĭă, [ἀνδρολατρία. Pol. *Bał'wochwalstwo.* Vng. *nymádás.*] Simulachrorum cultura: compositum ex & λατρεία.

Idōlŏpœĭă, εἰδωλοποιΐα, Figura est qua introducimus personam notam, sed mortuam, & quæ loqui desierit: sicuti in Hecuba Euripidis, Polydori introducitur idolum: & Appii Cæci in oratione Ciceronis pro M. Cælio.

Idōlŏthўsĭă. [εἰδωλοθυσία. Vn. *Báluannak valo áldozat.*] cum accentu in penultima, immolatio quæ fit idolis.

Idolum,

TARIFFA

To iest

Sposob rachowánia:

Przez ktory

Káżdy kupuiący, ábo przedáiący, bárdzo łátwie ználeść może wßelkiey rzeczy ſummę.

Jáko go używáć.

Przemowie do Czytelnika dostáteczna náuka ábaczyß.

W KRAKOWIE.

W Druk: Francißzká Cezárego, I. K. M. y I. M. X. Biskupa Krak: Xciá Siewierskiego, tákże Przesławney Akademiey Krák: Typog.

Roku Páńskiego 1701.

1	—	2	26	—	52
2	—	4	27	—	54
3	—	6	28	—	56
4	—	8	29	—	58
5	—	10	30	—	60
6	—	12	31	—	62
7	—	14	32	—	64
8	—	16	33	—	66
9	—	18	34	—	68
10	—	20	35	—	70
11	—	22	36	—	72
12	—	24	37	—	74
13	—	26	38	—	76
14	—	28	39	—	78
15	—	30	40	—	80
16	—	32	41	—	82
17	—	34	42	—	84
18	—	36	43	—	86
19	—	38	44	—	88
20	—	40	45	—	90
21	—	42	46	—	92
22	—	44	47	—	94
23	—	46	48	—	96
24	—	48	49	—	98
25	—	50	50	—	100

I˘dōlŏthўtum, penult. prod. [ἀδυλόθυτον. Pol. *Ofiara bal'wanam.* Vng. *Baluának áldotatot.*] Immolatum idolo.

Idonĕor, Familiaris vox est Iurisconsultis. Super quo vide Albertum.

I˘dōnĕŭs, a, um, Conveniens, aptus. [ראוי *raúi.* ἐπιτήδειος. Gal. *Idoine, prepre & conuenant.* Ital. *Atto, conueniente.* German. Geschickt/fügtich/taugtich. Hispan. *Cosa decente y idonea.* Polon. *Spoſſobny, godny.* Vng. *Illendő, alkolmas.* Ang. *Apt, meet proper.*] Terent. in And. Adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem in Hecyra: Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum. Idoneus autor, Fidelis, ἀξιόπιστος. Cic. ad Atticum: Non mihi satis idonei sunt autores ii, qui à te probantur.

I˘donĕă, orum, Tacit. lib. 4: At apud idonea provinciarum: id est, apud idoneos locos provinciarum.

I˘dōnĕē, adverbium Aptè, commodè, convenienter. [ἀρμοδίως, ἐπιτηδείως. Gal. *Conuenablement, comme il appartient.* Ital. *Conuenouelmente, ſufficientemente.* Germ. Geſchicklichen/fügtichen. Hiſ. *Digna y decentemente.* Polon *Spoſſobnie, wzięſnie.* Vng. *Alkolmaſſan, illendő képpen.* Ang. *Aptelie, properlie.*] Cicer. 1. de Invent. Exordium, est oratio, auditoris animum idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Idŭlis, Ovis quæ omnibus Idibus Iovi immolabatur. Festus.

Iduărĕ, Lingua Hetruscorum dividere est. [Pol. *Dzielic.* Vng. *Meg oſztani.*] Inde Viduam dictam putat Gellius, quasi væ viduum: hoc est, valde divisam.

Idŭs, iduum, idibus, [ἰδοί. Pol. *Wpoł i przedzielenie mieſiaca.* Vn. *Sudos napok.*] pluralis tantùm numeri, & fœm. gen. in Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies est decimusquintus: in reliquis decimustertius. Dictæ idus, ut quidã existimãt, ab antiquo verbo iduare, quod est dividere: propterea quòd ad mediũ mẽsem existentes, in duas partes propemodum æquales mensem dividere videantur. Varro vocis hujus etymon è lingua Sabinorum, aut Hetruscorum ductum putat, lib. 4. de lingua Latina. Ab idibus autem denominationem sumunt septem dies nonas immediatè subsequentes: non quòd ipsæ sint idus, sed quòd eas antecẽdant. Vndę octavo, septimo, sexto, quinto, quarto, tertio, & pridie idus dicimus: hoc est, octavo vel septimo die ante idus. Ab idibus, idules dictæ sunt oves, quæ singulis idibus Iovi immolabantur. Vide Idulis.

I ante E.

I E. In nõtis antiquorum, interest. I. E. In eum, vel Iudex esto, vel In ære. I F. Iulii filius, vel in foro, vel interfuit. I. F. B. In foro boario I. F. CS. In foro Cæsaris. I. F. C. S. A. In foro Cæsaris Augusti. I. F. H A. In foro Hadriani. I. F. IV. In foro Iulii. I. F. L. In foro Livii. I. F. F L A M. In foro Flaminii. I. F. N. In foro Nervæ. I. F O R. CS. A. In foro Cæsaris Augusti. I. F O R. F L A M In foro Flaminii. I. F O. P. In foro Pacis, vel Palladis. I. F O. P O P. In foro Popilii, vel Pompeii, vel populi. I. F O. P. R. In foro pro rostris, vel in foro populi Romani. I. F O. T R. In foro Trajani.

Iĕcŭr, iecoris, & iecinoris, n. t. qui genitivus (ut inquit Priscianus) videtur esse à nominativo iecinus, qui non est in usu. [כבד *chabédh.* Gal. *Le foye.* Ital. *Fegato.* Germ. Die Läber Belg. Die Lever. His. *El higado* Polon. *Watroba.* Vngar. *Máy.* Ang. *The liuer.*] Est autem iecur, viscus incrassato sanguini simile, sedes concupiscentiæ, venarum omnium principium, & primum sanguinis generandi instrumentum, ventriculum lobis quibusdam, quasi digitis, circunquaque complectens. A' Græcis dicitur ἧπαρ. Plaut. in Curcul. Lien necat: renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur iecur, radices cordis pereunt. Horat. 1. Carm. Ode 13: -væ meum, Fervens difficili bile tumet iecur. Martialis libro 13: Aspice quàm tumeat magno jecur anſere majus. Plinius libro 11. cap. 37: Iecur in dextra parte est in eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. Ibidem: Sex victimarum iecinora replicata intrinsecùs reperta sunt.

Iĕcŭscŭlum, li, diminutivum, n. s. Parvum iecur. [ἡπάτιον. Gal. *Petit foye.* Ital. *Fegatello.* German. Ein Läberlein. Hiſpan. *Higadillo.* Pol. *Watropka.* Vng. *Mányatska.* Ang. *A litle liuer.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.

Iecorosus, qui ex iecore laborat.

Iēiūnĭum, nii, n. s. Abstinentia à cibo, vel dies quib. à cibo abstinemus. [צום *tſom* תעניית *tahanith.* νηστεία, ἄσιτία. Gall. *Ieuſne, abſtinence de manger.* Ita. *Il digiuno, il digiunare.* Ger. Faſtĩg/ abbrechung eſſens vñ trinckens. Bel. Waſtinge. His. *El ayuno.* Pol. *Poſt.* Vngar. *Böyt.* Ang. *A faſting.*] Livius 6. bell. Macedon. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex S. C. Decem viri quum adiissent, renuntiaverunt jejunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno servandum esse. Iejunio laborare, apud Columellam libro 3. capite 12. Ovidius 1. Metamorph. Longa domant illos inopi jejunia victu. Idem 15. Metamorph. Carne feræ lædant jejunia.

Iēiūno, penult. prod. A' cibis abstineo. [צום *tſam.* νηστεύω. Polon. *Poſcicz ſie.* Vng. *Böyt/bök.* Ang. *To faſte.*] Hieronymus ad Lucinium: Atque utinam omni tempore jejunare possimus, quod in Actibus Apostol. diebus Pentechostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus.

Iēiūnŭs, a, um, Qui cibum nondum gustavit. [צום *tſam.* νῆστις, ἄσιτος, ἄγευστος. Gal. *Ieun, qui eſt à ieun.* Ital. *Digiuno, che non ha ancora mangiato.* Ger. Nüchter. His. *Coſa ayuna, que non ha comido.* Pol. *Ten ktori ieſzcze nieiadł, czczy.* Vn. *Ehiomra valo.* An. *That faſteth, faſting.*] Plaut. in Pseudolo: In cœnam qui jejunus venerit, aut sitiens, Is risu, & ventre raso vigilabit seduló. Idẽ Capt. Neque jejuniosiorem, neque magis effractum fame vidi. ¶ Iejunus animus, per translationem pro langurdo & imbecillo, apud Ciceronem 4. Philipp. Quoniam qui jejuni sunt, nimiũ habent virium, Iejuna aviditas: hoc est, maxima, & qualis jejunis esse solet. Plinius lib. 10. cap. 3: Ea jejunę semper aviditatis, & quærulæ murmurationis. Iejuna oratio, cui opponitur copiosa & plena. Iejuna glarea, apud Virgilium, pro sicca & sterili terra. Iejuna saliva, apud Columellam, quæ ab homine jejuno expuitur.

Iēiūnum intestinum, Medium inter ecphysin, & ileon situm obtinet: inde nomen habens, quòd perpetuò inane reperiatur. [νῆστις. Gal. *Le boyau culier, boyau qui touſiours eſt ieun.* Ital. *Ieiuno in teſtino ò bodello.* Ger. Ein Darm der tein Speiß behattet / sonder allweg lär iſt. Hiſpan. *La tripa ayuna.* Polon. *Kiſzka vſtawnie ſ'akonaca.* Vngar. *Bres bél.* Ang. *One of the puddings euer emptie.*] Nulla enim cunctatione expellit quicquid acceperit, affluentis in se bilis acrimonia lacessitum. Hoc antiqui *hiram*, & per diminutionem *hillam* dixerunt, ut inquit Festus: & hillum neutro genere.

Iēiūnē, adverbium, Exiliter, frigidé: [ἀπαδῶς, ἀπίθως. Gal. *Sans boire ne manger, maigrement, petitement.* Ital. *Magramente, à digiuno.* German. Schlechtlichen/taw/ ohn rechten ernſt vnnd geſchickligkeit. Hiſpan. *Magramente, ſin beuer y comer.* Polon. *Sł'abie, kiſialie, niepotężnie.* Vngar. *Ketlenwł, alaualoul.* Ang. *Barely, coldly.*] ut, Iejunè de re aliqua disputare, agere, dicere. Cicero in Oratore: Quod quum statuerit, tum ut quicquid erit dicendum, id dicet: nec satura jejunè, nec grandia minutè, nec item contrà.

Iēiūnĭtās, tatis, f. t. Propriè est abstinentia à cibo. [צום *tſom.* νηστεία. Gall. *Ieuſne, abſtinence de manger.* Ital. *Digiuno, abſtinenza dal cibo.* Germ. Faſtung/nüchterkeit Hiſpan. *El ayuno.* Pol *Poſzcżenie.* Vn. *Böytelés, (anagy) ẃzetlenség, alánaloſág.* An. *Faſting, bareneſſe or nabedneſſe in ſtile.*] Quanquam per translationem pro exilitate, & ariditate accipitur: qui contraria est Vbertas, & copia. Cicero 2. Tuscul. Sed reperiebantur nonnulli, qui quum obruerentur copia sententiarum, atque verborum, jejunitatem & famem sẽ malle, quàm ubertatem & copiam dicerent. Cicero de clar. Orat.

Iēntācŭlum, taculi, n. s. Cibus qui ante prandium sumitur. [ἀκρατισμός. Gal. *Le deſieuner.* Ita. *Collatione, mangiare inanti dizinare.* Ger. Das Morgeneſſen/Morgenſupp. Belg. Ontbijdt. Hiſp. *Almuerzo de mannana.* Pol. *Sniadanie.* Vn. *Főlöſlökőm.* Angl. *A breakfaſt.*] Plautus Truculento: -1 on novisti, obsecro, Qui illic apud me erat, hujus pater? usq; ad jentaculum Iussit ali. Sueton. in Vitel. Epulas trifariani semper, interdum quadrifariam disparriebat in jentacula, & prandia, & cœnas, comessationesque. Martialis in Distichis:

Surgite jam vendit pueri jentacula pistor:
Cristatæq; sonant undique lucis aves.

Iēnto. jentas, Ientaculum sumo. [ἀκρατίζομαι. Gal. *Deſieuner.* Ital. *Far collatione.* German. Zu morgen eſſen. Hiſpan. *Almorzar de mannana.* Polon. *Sniadam.* Vngar. *Főlöſlökömet eszőm.* An. *To breakfaſt.*] Varro Marcipore, ut citat Nonius: Vt eat, ac Rempub. administret, & quod pulli jentent. Afranius: Dum exeò domum, jentare nulla invitat. Vsus est eo verbo Suet. in Vitellio.

I ante G.

I˘gĭtŭr, Collectiva vel rationalis conjunctio est, ex præcedentibus conclusionem inferens, adhibeturque (ut inquit Valla) breviorib. conclusionibus. [לכן *lachén* על כן *hal chen.* ἀρα, τοιγαροῦν. Gal. *Donc, doncques.* Ita. *Adunque, dunque.* Ger. Darumb/ders halben. His. *Aßique.* Polon. *Przeto.* Vn. *Annak okáert.* An. *Therefore.*] Cicero pro Ligario: Habes igitur Tubero, quod accusatori maximè optandum, confitentem reum. ¶ Ponitur interdum pro inde, sive postea, *oũ.* Terent. in Evnuch. Quid igitur faciam? Cic. Acad. Quid ergo esset id? visum credo, quale igitur visum? Plaut. in Amphit. Sin aliter sient animati, neque dent quæ petant: Sese igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere.

I˘gnārus, Vide IGNORO.

I˘gnāvĭă, æ, f. p. ab ignavus fit: Inertia, formido, timiditas: & est

contraria

contraria Fortitudini: quum quod ratio aggredi fortiter suadet, id nos formido aggredi dissuader, & ab audendo retinet. [עַבְהָה *hatsláh* עַבְּוּת *hatslúth*, ἀνανδρία, δειλία. Gal. *Couardise, lascheté, paresse.* Ital. *Paura, pigritia, dapoccaggine.* Ger. Faulkeit/ vnfrůtsamkeit/ forchtsame/ zagheit. Bel. Trenghelt/ luyheit/ vreese. Hisp. *Negligentia ò perezа.* Pol *Lenistwo, gnuśnośc.* Vn. *Restség, tunyaśág, felelmeség.* Ang. *Slouth, slugishnesse, cowardnesse.*] Sallust. in Catil. Scitis quidem, milites, socordia, atq; ignavia Lentuli quãtam sibi nobisque cladem attulerit. Cic. in Lælio: Vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Idem, ignaviam pusilli & abjecti animi vitium esse ostendit, ad Cælium scribens: Etenim memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum Hortensium, quòd nunquam bello civili interfuisset: hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignaviæ, de nobis id existimari non posse arbitror. Quid autem sit fortitudo, docet autor ad Herennium lib. 4: Ista non est fortitudo, *inquit*, sed temeritas: propterea quòd fortitudo contemptio est laboris, & periculi cum ratione utilitatis, & compensatione commodorum. Temeritas est cum inconsiderata dolorum perpessione gladiatoria periculorum susceptio.

Ignāvĭtās, f.t. Ignavia. [Polon. *Lenistwo.* Vngar. *Tunyaśág.*] Iustinus Histor. libro 43: Namque Focenses ex ignavitate ac macie terræ eo acti: studiosius mare quàm terras exercuerunt.

Ignāvŭs, m.f. Iners, socors, remissus, timidus: cui opponuntur Sortis, industrius. [עַבְ *hatsél.* ἀργὸς, μαθυμος, ἀνανδρος. Gal. *Coüard, laschе, paresseux, faitneant.* Ital. *Codardo, dapoco, ville de cuore.* Ger. Faul/ vnfruttig/ forchtsam/ zag. Hisp. *Cosa negligente ò perezosa.* Polon. *Gnuśny, boiaźliwy, nieśmiały.* Vngar. *Rest, tunya, félénk.* Ang. *Slouthfull, a coward, a fearfull dastard.*] Virgil. 4. Georg Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent: hoc est, inutile, & nullius artis. Cic. 1. Tusc. Vt enim fit in prælio, ut ignavus miles ac timidus, simulac viderit hostẽ, abjecto scuto fugiat. Liv. 5. ab Vrbe: Quum concione advocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignavissimo & fugacissimo hoste. Differt hoc tamen, quantũ intelligo, inter gnavũ & industrium, quòd gnavus propriè sit is, qui ad subeunda pericula, ac labores tolerandos, sapiens & fortis est: industrius qui ingenio quum multùm valeat, ut artifex bonus, aliquid struere & negotiari, non otiari studet. Cic. pro Pomp. Deinde cæteris ex ordinibus homines gnavi & industrii, partim in Asia negotiantur, quibus absentibus vos consulere debetis, partim suas & suorum in ea provincia pecunias magnas collatas habent. Salust. in Catil. Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, nec fortem ex timido oratione Imperatoris fieri. ¶ Componitur ignavus ex in & gnavus: sive ex in, & navus, ablato g. Vide Gnavus.

Ignāvĕ, sive Ignaviter, adverbium, Lentè, & segniter, sine industria. [μαθύμως. Gal. *Couardement, laschement, paresseusement.* Ital. *Pigramente, lentamente.* German. Faulticlich/ liederlich/ ohne ernst. Hisp. *Perezosamente.* Polon. *Gnuśno, leniwo.* Vngar *Restlen, tunyan.* Ang. *Slouthfullie, cowardlie.*] Cic. 2. Tusc. Sed hoc quidem in dolore maximè est providendum, nequid abjectè, nequid timidè, nequid ignavè, nequid serviliter, mulierbriterve faciemus. Hircius ad Ciceronem: Rure jam redierint, quæris? An ego, quum omnes calcant, ignaviter aliquid faciam?

Ignāvĭt, teste Nonio, antiqui dixerunt pro ignavum fecit. Afranius Aeneadis decimo, ut citatur à Nonio: In parte inferiori hîc multiplicabitur caput fateor: sed sæpè ignavit fortem in spe expectatio. Verbum est omnino obsoletum.

Ignĭs, ignis, m. t. Ab in privativo, & gignendo dicitur, quòd in eo nihil nascatur. [אֵשׁ *esch* πῦρ. Gal. *Feu.* Ital. *Fuoco.* Ger. Fewer. Bel. Viet. Hisp. *Huego.* Pol. *Ogien.* Vng. Twz, *fzén.* Ang. *A fire.*] Virgil. 4. Georgic. Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis. Cæsar 3. bel. Civilis: Suosque omnes castris continuit, ignesque fieri prohibuit, quò occultior esset ejus adventus. Cicero 3. Verrina: Cædere januam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subjicere cœperunt. ¶ Per metaphoram accipitur pro amore. Virgilius 4. Aeneid. Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Virgilius 3. Aeglog. pro exoleto, & quem quis amat vehementiús. At mihi sese ultrò offert meus ignis Amyntas. Terentius in Eunucho: Accede ad ignem hunc, & calesces plus satis. ¶ Ignis sacer, quis dicatur, explicat Celsus libro 5. his verbis: Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. [Polon. *Piekielni ogien.* Angl. *S. Iohnes fire.*] Ejus duæ species sunt: alterum est subrubiculum, aut mistum rubore, atque pallore, exasperatumque per pustulas continuas, quarum nulla altera major est. In his semper ferè pus, & sæpè rubor cum calore est. Fit maximè in pectore aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueq; in plantis. Alterum autem est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, sublividum, &c. Servius in illud Virgilii 3. Georg. - contractos artus sacer ignis edebat. Sacer, *inquit*, ignis est, quem Græci ἱερὸν νόσον appellant. Quod tamen manifestè falsum est. Nam ἱερὸν νόσον, ut inter medicos omnes convenit, idem est morbus cum epilepsia, sive morbo comitiali, quem & Latini morbum sacrum appellant. Rectiùs quidem sentit Manardus, ignem sacrum à Latinis appellari, quod *erysipelas* dicunt Græci. Plinius lib. 26 cap. 11: Ignis sacri multa asserit esse genera, inter quæ periculosissimum est, quod Græcè *Zoster* vocatur: hominem medium ambiens, &, si cinxerit, enecans, ¶ Ignis ad torrem veniens, πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθὸν. De negotio quod raptim facileque conficitur, quasi quum ultrò ignis ad torrem transvolat. Diogenianus. ¶ Ignem dissecare, τὸ πῦρ ξαίνειν, est sterilem operam sumere. ¶ Igni ferroque minari dicuntur, qui extremas denuntiant inimicitias. Quod verbum & hodie tritissimum est, Cicero Philippica 13. ¶ Ignem igni ne addas, Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ: id est, Nec incendium incendio addas, Plato.

Ignĭcŭlŭs, culi, m. s. Propriè diminutivum est ab ignis. [πυρίδιον. Gal. *Petit feu, eſtincelle de feu.* Ital. *Picciol fuoco, picciol stimolo.* Germ. Fewerlein/ funcklein. Hisp. *Pequenno huego.* Pol. *Ogieniek.* Vn. *Tűzetske, szenetske.* An. *A little fire.*] Iuvenal. Satyr. 3: - igniculum brumæ si tempore poscas. ¶ Per metaphoram accipitur pro incitamento, & stimulo quodam, quo accendimur ad capessendam virtutem. Cic. 3. Tusc. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Ingenii igniculi. Quint. lib. 6. in Procem. Desiderii igniculus, Cicero ad Trebonium lib. 15. Epist. Virilis igniculus, idem lib. 15. ad Atticum.

Ignĕŭs, a, um, Quod est ex igne, sive quod ignis aut naturam, aut colorem habet: [πύρεος, ἔμπυος. Gal. *De feu.* Ital. *De fuoco.* Germ. Fewrig. Hispan. *Cosa toda de materia de huego.* Pol. *Ogniśti.* Vng. Twzes, *fzenes.* Ang. *Of fire.*] Cic. 2. de Nat. deor. Nam omne quod est calidum, & igneum, cietur, & agitur motu suo. Igneus color, qui ignem imitatur. Plinius lib. 10 8. cap. 38: Arefsitve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes. Igneus fervor. Idem libro 9. capite 60: Hunc tam igneum fervorem esse tradunt, ut omnia in mari contacta adurat.

Ignītŭs, a, um, Nomen adjectivum, ardens, candens: [אִשָּׁה *schschéh.* πυρόεις, λάμπυος. Gall. *Ardent & embraſé.* Ital. *Affocato, infocato.* German. Glűend/ fewerig. Hispan. *Cosa encendida de huego.* Pol. *Gorąciaci, ogniśty.* Vng. Twzes, *fzenes.* An. *Fired.*] ut, Ferrum ignitum. ¶ Aliquando id significat quod quandam ignis similitudinem refert: quodque calidæ, igneæque est naturæ. Sic Apuleius ignitam esse Martis stellam dixit. ¶ Ignitius vinum: hoc est, vehementius & generosius. Gell. lib. 17. cap. 8: Tum ego respondi, conjectare me vinum ideirco minus coalescere, quòd semina quædam caloris in sese haberet, esseteq; natura ignitius.

Ignēsco, scis, scere, ab antiquo Igneo, gnes, Accendor, ignitus fio. [לָהַט *lahát* בָּעַר *baháar.* πυρέμαι. Gall. *S'embraſer, s'alumer.* Ital. *Diuenir de fuoco* Germ. Fewrig werden Hispan *Encenderſe.* Polon. *Rozpaliam śie.* Vngar. *Meg twzesedŏm, langalok.* An. *To be on fire, to waxe to fire, to burne.*] Plin. lib. 34. cap. 8: Idemque in uncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. Cic. 2. de Nat. deor. Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panætium addubitare dicebat, ut ad extremum omnis mundus ignesceret. ¶ Per translationem accipitur pro excandescere, vel vehementer irasci. Virgil. 9. Aeneid Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti, Ignescunt iræ & duris dolor ossibus ardet. Col. lib. 10: Antè amor ignescit menti, sævitque medullis.

Ignĭārĭum, ri, n. s. Est quo ignis elicitur, constatque è silice, & ferro, quæ collisa ignem emittunt: unde scintillæ decussæ, & in fomite, linteoque adusto exceptæ, flammam excitant. [πυρεῖον, σίδηρος, ἐμπύρευμα.] Gal. *Fuſil, ſoit de bois ou autrement,* Ital. *Foccile, battifuoco.* German. Ein Fewerzeug. Belg Een Vierschlag. Hispan. *Instrumento para hazer huego.* Polon. *Krzesiwo,* Vng. *Koua, az mibŏl twzet wthetnek.* Ang. *A tinder boxe with an yron to ſtrike fyre.*] Olim & ex lignis fiebat, mutuo attritu ignẽ concipientibus. Plinius lib. 16. cap. 40: Calidæ morus, laurus, hedera, & omnes, è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris pastorumq; reperit: quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis.

Ignĭfĕr, a, um, Ferens ignem. [πυροφόρος. Gall. *Qui porte feu.* Ital. *Che porta fuoco.* German Das Fewer bringt/ angezundet. Hispan. *Cosa que trae ò tiene huego.* Pol. *Ogien dający.* Vngar. Twz, *hordozó, twzes, langalo.* Ang. *That bringeth fire.*] Aether ignifer. Lucret. lib. 5: Inde mare, inde aër, inde æther ignifer, ipse. Ovidius 2.

vidius 2. Metamorph. Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe Me valet excepto. ¶ Ne ignifer quidem relictus eſt, ἀλλὰ πυρφόρῳ ἐλάφῃ. Vbi ſignificamus omneis ad unum interiiſſe, adeò ut ne eidem ſit parcitum, qui ignem præferat exercitui.

Ignĭflŭus, flua, fluum: [πυριβόλος, πυρίπνοος, ους. Gal. *Qui iette ſe feu.* Ital. *Che cola fuoco.* Ger. Dadurch das Fewr flewßt oder fahrt. Hiſ. *Coſa que hècha de ſi huego.* Pol. *Ogien wibuiaiacy.* Vn. *Lángalo, tüzzel folyo.* An. *That caſteth fire.*] ut, Cavernæ ignifluæ, apud Claudianum lib 6. Panegyr.

Ignĭpēs, pedis, om. t. Igneos pedes habens: [πυρόπους. Gal. *Qui porte le feu aux pieds.* Ital. *Che ha piedi di fuoco.* Germ. Das fewrige Füß hat. Hiſpan. *Coſa que viene los pies de huego.* Pol. *Ogniſtenogi maiacy.* Vngar. *Tüzes, lángas lábu.* Ang. *That hath fyrie feete.*] quod epitheton Solis equis tribuit Ovid. 2. Metamor. Tunc ſciet ignipedum vires expertus equorum Non meruiſſe necem qui non bene rexerit illos. Martialis lib. 1: Ignipedes poſſet ſine Colchide vincere tauros. Sic enim legunt nonnulli: quo tamen in loco legendum eſt, Aeripedes tauros. Sic enim legunt nonnulli: quò tamen in loco legendum eſt, Aeripedes tauros cum diphthongo in prima ſyllaba. Loquitur enim Poëta de tauris illis Aetæ Colchorum regis, quos Poëtæ fabulantur habuiſſe pedes æneos. Quod & ipſum indicat Ovidius in Epiſtol. Medeæ ad Iaſonem his verſibus: Martis erat tauri, plus quàm per cornua ſævi, Quorum terribilis ſpiritus ignis erat: Aere pedes ſolidi, prætentaque naribus æra, Nigra per afflatus hæc quoq; facta ſuos.

Ignĭpŏtēns, tis, pen. nominat. corr. Dictus eſt Vulcanus, quòd ignis poteſtatem habeat. [πυροδότης. Vng. *Tüzzel hatalmas.*] Virg. 8. Aeneid. Illam inter ſedes pallentem morte futura Fecerat ignipotens, undis & Iapyge ferri.

Ignīſpĭcĭum, n. ſ. Ea forma dicebatur ab antiquis qua aruſpicium. [πυροσκοπία, πυρομαντία. Gal. *Deuinement par le feu.* Ital. *L'arte dello indouinare per fuoco.* Ger. Ein Wahrſagung ſo von des Fewers brennen genommen wirdt. Hiſ. *Diuinacion en huego.* Polon. *Prorokowanie ztatrzania na ogyen.* Vng. *Tüzből valo iwulendö mondás.* Ang. *Diuinacion by fyre.*] Erat autem divinationis genus, quod ab ignis inſpectione ſumebatur. Plin. lib. 8. cap. 56: Aruſpicium Delphus, ignifpicia Amphiaraus, auſpicia avium Tireſias Thebanus invenit.

Ignĭtābŭlum, ignis receptaculum πυρεῖον. Feſtus.

Ignĭvŏmŭs, pen. corr. Ignem vomens. [πυρεκβόλος. Gall. *Qui vomit le feu.* Ital *Che vomita il fuoco.* Ger. Der Fewer außwirfft oder außſpeuwet. Hiſ. *Coſa que hecha de ſi huego.* Po. *Wimiatuiecy ogien.* Vng. *Szikrázo, láng botſáto, tüzokádo.* Ang. *That vometh fire.*] Lactāt. in Carm. de Reſurrectione Chriſti: Altiùs ignivomum Solem cœli orbita ducit.

Ignōbĭlis, bile, om. t. Dicitur ignotus, incognitus, vilis, & abjectus: ejus cōtraria ſunt Nobilis, clarus, celebris, cōſpicuus. בְּקֹהֶ *nikléh* זוּל *xolél* חָשׁוּךְ *chaſchóch.* ἄγνωστος, ἄσημος. Gal. *Incognu, de bas eſtat & condition.* Ital. *Ignobile, vile, incognito.* Ger. Vnedel/vnachtſam/ſchlecht/kleinfüg. Hiſp. *Coſa obſcura y no conocida.* Pol. *Nieſlachetny, podl'y.* Vn. *Kösz, paraſzt, alá valo, nemtelen.* Ang. *Vnknowen of lowe birth of na eſtimation, vnnoble.*] Virg. lib. 7: Solus ubi in ſylvis Italis ignobilis ævum Exigeret. Plaut. in Pſeud. Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Cic. 1. Tuſcul. Quid, Cyrenæum Theodorum philoſophum non ignobilem, nónne miramur? Virg. 1. Aeneid. - ſævitque animis ignobile vulgus.

Ignōbĭlĭtās, tatis, ſ. t. Vilitas, humilitas, obſcuritas, conditio, atque fortuna hominum infirmorum: huic opponuntur Nobilitas, dignitas, generis antiquitas. [זוּת *xulóth.* ἀγνωσία. Gall. *Petiteſſe de nom, baſſe condition.* Ital. *Ignobilità, humilità.* Ger. Vnachtſame oder vnachtbarkeit/ſchlechte/kleinfüge. Hiſp. *Aquel eſcureſtimiento.* Polon. *Podl'oſc, nieſl'awnoſc.* Vngar. *Nemtelenség, alávaloſág, paraxtſág.* Angl. *Baſeneſſe of birth, vnnobleneſſe.*] Cic. pro Roſcio Amer. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt. Idem 5. Tuſcul. Nunc igitur ignobilitas, aut humilitas, etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit? Ignobilitas generis. Cic. pro Muræn. Quanquam ego jam putabam, Iudices, multis viris fortibus, ne ignobilitas generis objiceretur, meo labore eſſe perfectum. Ovidius 6. Metamorph. Res obſcura quidem eſt ignobilitate virorum, Mira tamen.

Ignōmĭnĭōsē, Qui laude & gloria carent, quaſi ſine nomine. [בִּקְלִים זוּלֵי *xolelím.* ἀνώνυμοι, ἀνωνύμως. Gal. *Sãs nom, ſans louange.* Ital. *Che non hanno laude, ſenza nome.* German. Vnnamhafftig/vnberhümpt. Hiſpan. *Sin loor, ſin nombre.* Polon. *Nieſl'awny.* Vng. *Nemtelenök, kösz, paraſztok.* Ang. *Without name or eſtimation.*]

Ignōmĭnĭă, æ, f. p. Nominis nota, interprete Nonio, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. [קְלוֹן *kalón* חֵרְפָּה *cherpáh.* ἀτιμία, ἀνυφηνία. Gal. *Honte, diffame, deshonneur.* Ital. *Infamia, vituperatio, vergogna, biaſimo.* German. Schmach/ſchand/eines ehrlichen Nammens verletzung Belg. Schmat/ſchande. Hiſp. *Infamia ò mal nombre, verguenca.* Pol. *Sramota, zelzywoſc.* Vn. *Gyalázat.* An. *Reproche, infamie, ſclander.*] Componitur ex in, & nomē, n litera commutata in g. Dicitur enim ignominia, quaſi boni nominis amiſſio. Cic. lib. 4. de Republ. Itaque quum omnis ea judicatio verſetur tantummodo in nomine, animadverſio illa ignominia dicta eſt. Idem Thermo: Oſtendi graves te ſuſceptum inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis, ignominia affectus eſſet. Et hercle ſine dubio erit ignominia: habes enim neminem gradu ſuperiorem. ¶ Ignominia, pro eo interdum qui ignominia afficit. Cic. de pro. conſul. Albutius una plaga cōcidit ignominia Senatus: intelligitur enim ignominia qua eum Senatus affecit, quum denegavit ſupplicationem. ¶ Longè autem aliud eſt atque infamia: hæc enim ex multorum ſermone oritur: ignominia verò imponitur ab eo qui animadverſione notare poteſt, autor eſt Corn. Fronto de vocab. differ.

Ignōmĭnĭōsē, adverbium, Cum ignominia, & dedecore. [ἀτίμως. Gal. *Auec infamie, honteuſement.* Ital. *Vergognoſamente, con infamia.* Ger. Schmählichen/ehrverletzlichen. Hiſp. *Con verguenca y infamia.* Pol. *Zelzywoſcia, ſramota.* Vn. *Gyalázatoſſan.* An. *With reproche, infamie or ſclander.*]

Ignōmĭnĭōsŭs, a, um, Qui ignominia eſt affectus. [מְחֹרָף *mechoráph* בְּקֻלָּה *nikléh.* ἄτιμος. Gal. *Plein d'infamie & dē deshonneur, infame.* Ital. *Vituperato, infame, moſtrato à dito, ſvergognato.* Germ. Schandtlich/vnehrlich/dem man ein ſchmach angethan hat. Hiſpan *Infame y de mal nombre.* Ang. *Full of infamie and ſclander, reprochefull.*] Quintil. lib. 7. cap. 2: Tibi, inquit accuſator, illos non licuit occidere: exul enim eras & ignominioſus. ¶ Accipitur etiam ignominioſus, pro eo quod affert ignominiam. Liv. 3. ab Vrbe: Hos ignominioſa fuga, domum ſe recipientes Romanus conſul Algido cōſequutus, ad unũ omnes occidit.

Ignōmĭnĭo, as, Ignominia afficio: [חָרַף *cheréph.* ἀτιμάζω. Gal. *Diffamer, deshonnorer, faire honte.* Ital. *Far vergogna, far vituperio.* Ger. Schmähen/ehr verletzen. Hiſp. *Hazer verguenca ò vituperio.* Pol. *Lżę.* Vn. *Meggyalázom.* An. *To diffame and ſclander.*] verbũ eſt parùm uſitatum: legitur tamē participium Ignominiatus, pro ignominia affectus. Gell. lib. 9. cap. ult. Quibus modis ignominiatus, tractatusque ſit à C. Cæſare Laberius poëta.

Ignōrō, as, penult. prod. Neſcio, imperitus ſum, non ſcio, non compertum & cognitum habeo. [לֹא יָדַע *lo jadháh* שָׁגָה *ſchaghhágh* שְׁגֵה *ſchaghàh.* ἀγνοέω. Gal. *Ignorer, ne cognoiſtre & ne ſauoir pas.* Ital. *Non ſapere.* Germ. Nicht wiſſen. Hiſpan. *No ſaber ò no conoſcer.* Polon. *Niewiem.* Vngar. *Nem tudom.* Ang. *To be ignorant or vnskilfull.*] Cic. pro Milon. At verò tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe verſaris? tuæ peregrinātur aures? neque in hoc pervulgato civitatis ſermone verſantur? Terent. Heavton. Hoc primùm, ut nequid ignores, &c. Ibidem: Erras, Clitipho, & me ignoras, Clinia. ¶ Ignoror, paſſivè. Ovid. 1. Triſt. eleg. 4: Si tamen hæc navis vento ferretur amico, Ignoraretur forſitan iſta fides.

Ignōrātĭo, ſ. t. & Ignorantia, à verbo dēducta nomina. [דַּעַת אֵין *en dahàth* שְׁגֶלָה *ſcheghághdh* מִשְׁגֶה *meſchughàh* מִשְׁגֶה *miſchghèh.* ἄγνοια. Gal. *Ignorance, faute de cognoiſſance.* Ital. *Il non ſapere, ignorantia.* German. Vnwiſſenheit. Hiſpan. *Aquel no ſaber, mengua de ſaber.* Polon. *Niewiadomoſc.* Vngar. *Tudatlenſág.* Ang. *Ignorance, vnskilfulneſſe, lack of knowledge.*] Atque ignoratio quidem ad actum, & rem pertinet, quæ penitùs neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur. Cic. lib. 3. Offic. Quotus enim quiſque reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium propoſita abſtinere poſſit injuria? Idem de Amic. Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis & generis, in famulatu fuerint. Quo in loco in nonnullis exemplaribus corruptè legitur ignorantiam. Idem pro Aul. Cluent. Quod erat odium dii immortales, quæ ſuperbia, quanta ignoratio ſui? Ignorantia verò ingenii vitium eſt, quum quis ignorat quid facere debeat, aut dicere. Quint. lib. 7. cap. 2: Ignorantia prætendi non poteſt. Cicer. pro Flac. Vbi adoleſcentes, nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. Quid autem interſit inter imprudentiam & ignorantiam, docet Donatus his verbis: Imprudens, per ſe: ignarus per alios. ἀπειρόκακος. Ita & imprudentia per ſe, ignoratio per alios.

Imāgo, inis, f. t. Simulacrum & alicujus rei repræſentatio. [תמונה *temunáh* תבנית *tabnith.* εἰκών. Gall. *Imago, repreſentation, ſemblance.* Ital. *Imagine, figura, ſimulachro, ſembianza.* Ger. Ein Bildnuß. Bel. Een Beeldt. Hiſp. *Imagen ò ſemejanza.* Pol. *Obraz.* Vn. *Kép, Abrázat, haſonlatoſság.* An. *An image or lykines of any thing.*] Cicer. de Amic. Nemo unquam animo aut ſpe majora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriã atq; imaginem proponendam putet. Virg. 2. Aeneid. atq; ipſius umbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos, & nota major imago. Cicer. in Orat. Demoſthenis imaginem ex ære vidi. Idem de Natura deorũ: Fac imagines eſſe quibus pulſantur animi, ſpecies duntaxat objicitur quædam. ¶ Olim nobiliores majorum ſuorũ imagines ad vivum expreſſas, in atriis ponere ſolebant, quibus ad virtutem

tutem & similia facta excitabantur: & quibus populo cõmendabantur. Solebant enim eorum poni imagines, qui præclari aliquid in Rep. gesserant: quo factũ est, ut imagines pro nobilitate accipiãtur. Cic. de Lege Agrar. significare volens se novum hominem: id est, nulla generis nobilitate commendatũ, Consulem tamen factum, ita ad populum inquit: Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis autores generis mei commẽdarunt: sic siquid deliquero nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Idem in Pisonem: Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habes, præter colorem. Vbi fumosas imagines appellat Cicero antiquissimi generis stemmata. Plin. in Epist. lib. 9. ad Prosocerum: Neque enim ardentiùs tu pronepotes, quàm ego liberos cupio: quibus videor à meo, tuoque latere pronũ ad honores iter, & audita latiùs nomina & non subitas imagines relicturus: nascãtur modò, & hunc nostrum dolorem gaudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parùm antiquam, sed repentè, fortunæque beneficio quæsitam, quomodo nostris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti, qui ne avum quidem, aut etiam patrem ciere aut possent, aut auderent qui subitariis principũ beneficiis, & aulicorum suffragationibus, supra civile fastigium evecti, ingentium splendidarumque gentilitatum fundamenta jecerũt. Hæc ex Budæo. ¶ Imago pro vagina: quòd veluti sit imago ejus rei quam claudit. Virg. lib. 8. curvam servans sub imagine falcem. ¶ Rhetores imaginem, *ἐκφάσεις*, vocãt quandam orationis figuram, quum res gesta non simpliciter judicatur, sed ut gesta sit ostenditur, ut est illud: Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

I*māgĭnŭlă, f. p. diminutivum, parva imago. [*εἰκόνιον.* Gal. *Petite image.* Ital. *Picciola imagine.* Germ. Ein kleine Bildnuß. Hisp. *Pequenna imagen.* Polon. *Obrazek.* Vngar. *Képetske, abrázatotska.* Ang. *A litle image.*] Suetonius in Cæsare: Nactus puerulem imagunculam.

I*māgĭnārĭŭs, a, um, Quod verum non est, sed ita imaginamur & animo concipimus acsi verum esset: cujusmodi apprehensionem propriè dicimus imaginationem. [*φανταστικὸς, σκιαγραφικός.* Gall. *Imaginaire, contrefait, feint.* Ital. *Imaginario, contrafatto.* Germ. Das durch einbildung des Gemüts gefasset ist. Hisp. *Ymaginado, fingido.* Pol. *Zmisliony.* Vng. *Haxug tettetés, tettetét gondolat.* Ang. *Imagined, counterfait.*] Sueton. in Claud. Cæsar. Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam: post alam, Tribunatum legionis daret: stipendiaque instituit, & imaginatiæ militiæ genus: quod vocatur super numerũ, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Imaginariis fascibus cedere. Liv. 3 ab Vrbe. Emptio imaginaria. Vlp. l. Is qui suis. ff. de manumiss. Si ab ignoto emptus sit, postea autem pretium suum obtulerit: dicendum erit non esse audiendum: ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, & per fidem contractus inter emptorem & servum agatur. Est autem imaginarius emptor, qui servum illius nummis emittit.

I*māgĭnōsŭs, nosa, nosum, In quo sunt plures imagines. [*εἰκονώδης.* Gall. *Plein d'images.* Ital. *In cui sono molte imagini.* Germ. Voll Bildnussen. Hisp. *Cosa llena de imagines.* Pol. *Pełnt obrazow.* Vng. *Képes, abrázatos.* Ang. *Full of images.*] Vnde speculum imaginosum, à Catullo dicitur ab imaginibus, quæ in speculo numerosæ videntur.

I*māgĭno, nas, act. p. Imagines facio, seu repræsento. [יָצַר *jatsár.* *εἰκονίζω, ἀπεικάζω.* Gal. *Representer ou rendre la semblance d'aucun, faire images.* Ital. *Far' imagini, rappresentare.* Ger. Ein Bildnuß geben oder machen. Hisp. *Hazer imagines.* Pol. *Obrazicznie.* Vng. *Képet, abrázatot mutatok, képet faragok.* Ang. *To make images, to represent the likenesse.*] Gell. lib. 15: Vt speculum in loco certo positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines.

I*māgĭnŏr, aris, d. p. rem aliquam mente concipio, mente aliquid fingo. [יָצַר *jatsár* הָגָה *hagháh.* *φαντάζομαι, ὑποτυπόω, ὑποτυπόομαι.* Gall. *Imaginer, comprendre en sa pensée.* Ital. *Imaginarsi, pensare.* Germ. Einbilden / ein Bildnuß mit dem Gemüt fassen. Hisp. *Imaginar, ò fingo visiones.* Pol. *Wśiniáć sobie biore.* Vng. *Gondolkodom, tettetet képet gondolok: elmelkódom.* Ang. *To imagine, to conceiue, to muzeon.*] Plinius lib. 20. cap. 13: Ideo profluvio genitali datur, & Venerem crebrò per somnia imaginantibus. Plinius in Epist. Cajus quidem Fannius quod acidit, multò antè præsensit: visus est sibi per nocturnam quietem jacere in lecto suo compositus in habitu studentis, habere ante se scrinium (ita solebat) mox imaginatus venisse Neronem, in toro sedisse.

I*māgĭnātĭo, f. t. Alicujus rei conceptio & fictio, quæ mente fit: [יֵצֶר *jétser.* *φαντασία, ὑποτύπωσις.* Gall. *Imagination.* Ital. *Imaginatione.* German. Einbildung. Hisp. *Obra de imaginar, imaginamiento.* Polon. *Zmislenie.* Vngar. *Gondolkodás, tettetét kép, gondolat, elmelkódes.* An. *Imagination, conceiuing of any thing in mynd.*] ut, Imaginationes libidinum apud Plinium lib. 20. cap. 7.

¶ Imaginabile, quod mente concipi potest. *καταληπτόν.*

I*māgĭnātŭs, a, um, Quod est ad alicujus imaginem factum. [*ἀπεικονισμένος.* Gall. *Imaginé, fait à la semblance ou image de quelqu'vn.* Ital. *Fatto ad imagine d'alcuno.* Germ. Eyngebildet. Hisp. *Imaginado ò fingido, hecho ala imagen de alguno.* Pol. *Zmisliony.* Vn. *Valakinek képére ſsinaltatot.* Ang. *Made after the lyknes of any thing.*] Lactant. lib. 15: Sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent.

Imbĕcīllĭs, & hoc imbecile, & imbecillus, ă, um, Debilis, languidus, infirmus: quasi bacillo destitutus: quæ significatio tracta videtur à tenerioribus plantis, quæ citra bacilli adminiculum vix possunt subsistere. [אֻמְלָל *umlál* חֻלְשָׁה *challaſch* דַּוָּי *davvái.* *ἀδύνατος.* Gall. *Imbecille, foible, debile, laſche.* Ital. *Debole, languido.* Ger. Schwach / Blöd / Machtlos. Belg. Kranck / onsterck. His. *Debil y flaco.* Pol. *Słaby.* Vng. *Gyenge, erőtlen.* An. *Feble, weake.*] Plin. in Paneg. Quis enim est tã imbecilli ingenio, qui nõ tantò meliorem Consulẽ speret, quantò sæpiùs fuerit? Cic. de Amic. Vt si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo, vel fortuna: eorum augeant opes, eisque honori sint, & dignitati. Horat. 1. Serm. Imbecillus, iners: siquid vis, adde popino. Cicer. de Amic. Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam, &c. Plin. in Epist. Sed hæc fœlicitas terræ, imbecillis cultoribus fatigatur.

Imbĕcīllĭtās, tis, f. t. Debilitas, infirmitas, defatigatio: & tàm ad animum quàm ad corpus refertur, sicut & Imbecillus. [חֻלְשָׁה *chalußcháh* דַּוַּי *davái* מַדְוֶה *madhvéh.* *ἀδυναμία, ἀδύνατον.* Gall. *Imbecillité, foiblesse, debilité, laſcheté.* Ital. *Debolezza, infirmità.* Germ. Schwachheit / Blödigkeit / Machtlose. Hispan. *Flaqueſa ò impotentia.* Pol. *Słabość, nieduzość.* Vng. *Erőtlenség, gyengeség.* Ang *Feblenes, weakleneſſe.*] Cic. de Amic. Sepissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud considerandum vìderi solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desideranda sit amicitia. Imbecillitas materiæ murorum, Cæsar 2. bel. Civil. Imbecillitas consilii, Cic. 1. Offic. Imbecillitas ætatis, Cic. ad Brutum.

Imbĕcīllĭter, adverbium, Debiliter, & remissè, ac languidè. [*ἀδυνάτως.* Gall. *Debilement, foiblement, laſchement.* Ital. *Debolmente, languidamente.* Ger. Schwachlich. Hisp. *Flacamente.* Pol. *Słabie.* Vn. *Erőtlenwl gyengéwl.* Ang. *Feblelie, fayntlie.*] Cicer. 4. Acad. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum, hisque quæ videntur, imbecillius assentiuntur. Idem 5. Tuscul. Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbellĭs, & hoc imbelle, om. t. Timidus, ignavus, quasi bello parùm aptus. [חֻלְשָׁה *challáſch* רַגְזָנִי *ragzanáz.* *ἀπόλεμος, ἄμαχος, ἀνανδρος.* Gall. *Coüard, laſche en bataille, debile.* Ital. *Inetto à la guerra, timido.* German. Vnkriegisch / verzagt / forchtsam. Hispan. *Flaco para poder pelear, indiſpuesto para batallar.* Polon. *Boiaźliwy.* Vngar. *Erőtelen, gyenge tsátsw'.* Ang. *Cowardous, weake, fearfull.*] Cicero 1. Offic. Nunquam periculi fuga committendum est, ut timidi imbellesq; videamur. Ovidius in Epist. Tres sumus imbelles numero, sine viribus, uxor, Laërtesque senex, Telemachusque puer. Imbelles, inermisque fœminarum turba. Liv. lib. 28, & 38. Imbelle telum. Virg. 2. Aen. Sic fatus senior, telumque imbelle sine ictu Conjecit. Imbelles damæ, Martial. lib. 13. Imbellis cithara: hoc est, molle quiddam & effœminatum resonans, & à Martio tubæ strepitu plurimùm distans. Ita imbellis lyra, Horat. Carm. libr. 1. Od. 6. dum pudor imbellisque lyræ musa potens vetat, laudes egregii Cæsaris, & tuas culpas deterere ingeni.

Imbellĭă, Ignavia, inertia, & belli reique militaris imperitia. [חֻלְשָׁה *chalußcháh.* *ἀνανδρία.* Gall. *Coüardise en guerre, debilité & faute de courage.* Ital. *Viltà, poca ſperienza di combattere.* Germ. Zagheit / Vnmannheit. Bel. Blödicheit. Hisp. *Flaqueſa para pelear.* Pol. *Niéśmiał'osc, leniſtwo.* Vng. *Erőtlenség, tunya tudatlánság.* Ang. *Coüardneſſe, letherneſſe, lack of courage.*] Macrob. libro 3. Saturn. Tunc Pœnus eludens ignaviam, imbelliamque militum ejus pretiosè armatorum: Planè inquis, satis esse credo Romanis hæc, etsi avaritissimi sunt.

Imbĕr, bris, m. t. in ablativo imbre, vel imbri. [גֶּשֶׁם *géſchem* מָטָר *matár.* *ὄμβρος.* Gall. *Pluye.* Ital. *Pioggia.* Germ. Ein grosser Regen. Belg. Schlachregen. Hisp. *El agua llnuia, llnuia.* Pol. *Walni deſzcz.* Vng. *Zápor esső.* An. *A shower of rayne.*] Virg. 4. Aeneid. & ventis pulsatur & imbri. Lucretius: Ex igni terraque animæ nascuntur & imbre. Est autem imber agmen aquarũ largiùs ex concretis effusum nubibus: nimbus verò repentina, & vehementior pluvia: quæ quantò est improvisior, tantò est præcipitatior, & breviore astringitur casu. Virg. 1. Georg. Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber. Plautus in Mostell. Venit imber, lavat parietes, perpluunt tigna, Terentius in Evnuch. Quo pacto Danaë mississe ajunt quondam in gremium imbrem aureum. Virgil. lib. 4. Georg. ipse feraces Figat humo plantas, & amicos irriget imbres. ¶ Per translationem pro quovis humore aqueo accipitur, Virgil. lib. 1. Aen.

pro aqua-

pro aquarum copia uberiore vehementioreq; usurpavit: Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. ¶ Imber pro lacrymarum effusione. Ovid. 3. Amor. Eleg. 5: Spargebat tepido flebilis imbre sinus. ¶ Lactis, lapidum, sanguinis, & terræ imber, Cicero 1. de Divin. Ferreus imber, Virgil. 12. Aenecid. Tempestas telorũ, & ferreus ingruit imber. ¶ Sunt tamen qui hoc nomen cum h & y scribant, quod à Græco verbo ὕειν, quod est pluere, deduci arbitrentur: unde & hyemem dictam esse suprà ostendimus. Verisimiliùs tamen videtur à Græco ὄμβρος derivari, quod imber Latinis est. Sine aspiratione autem scribi debere ex compositis apparet, quæ sunt September, October, November & December.

Imbrĭcŭs, ca, cum, Pluviosus, & imbres ferens, aut generans. [ἀμβροφόρος. Gall. *Pluuieux.* Ital. *Piouoso.* Germ. Rägenechtig/ zum Rägen geneigt. Hisp. *Lluuioso.* Pol. Dżdżowy. Vng. *Záporos.* Ang. *Full of showers or rayniè.*] Plaut. in Merc. Hic Favonius serenus est, hic Auster imbricus: Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.

Imbrĭfĕr, ra, rum, penult. corr. Pluvius, pluvias afferens. [ἀμβροφόρος. Gall. *Qui apporte ou ameine la pluye, pluuieux.* Ital. *Che apporta pioggia.* Germań. Dao Rägen bringt. Hisp. *Cosa que trahe agua/ lluuia.* Polon. Deszcz przynoszący. Vng. Záporos. Ang. *That bringeth rayne, stormie.*] Vt, Auster imbrifer, Cœlum imbriferum. Colum. lib. 5. cap. 5: Hoc ego siccis locis fieri utiliter non negaverim: sed ubi aut uliginosa regio est, aut cœli sunt imbriferi, minimè faciendum censeo. Virgil. 1. Georg. -vel quum tuet imbriferum ver.

Imbērbĭs, & hoc imberbe, Barba carens, non barbatum. [ἀγένειος, ἀπώγων. Gall. *Qui n'a point de barbe.* Ital. *Senza barba, sbarbato.* Ger. Vngebartet/ohn ein bart. Bel. Ongebaert. Hisp. *Lo que no tiene barba.* Pol. Bez bordy, nie brodaty. Vng. Szakáltalan. An. *Beardeles.*] Horatius de Arte: Vel quia turpe putant parêre minoribus, & quod Imberbes didicêre, senes perdenda fateri. Cicero pro domo sua: Quæ major calumnia est, quàm venire imberbem adolescentulum, &c. Idem 1. de Natura deorum: Isto enim modo dicere licebit Iovem semper barbatũ, Apollinem semper imberbem.

Imbĭbo, is, pen. corr. n. t. Bibo, humorẽ attraho. [שתה *schatháh* רוה *ravàh* ἐμπίνω. Gall. *Boire, emboire.* Ital. *Beuere.* Germ. Trincken/ inn sich trincken. Hisp. *Embeuer en si.* Pol. Napicamsie. Vn. *Iszom fol iszom.* Ang *To drink or, receiue in.*] Plin. l. 20. c. 14: Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. Idem lib. 24. ca. 15: Radix ejus imponitur carbonibus cupressi, atq; is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi. ¶ Imbibere item per metaphoram apprehendere significat, & concipere [דרה *hardh.* ἐκλαμβάνω, σὺν λαμβάνω. Gall. *Prendre, conceuoir.* Ital. *Apprehendere.* Ger. Inn sich fassen. Hisp *Prender.*] Cic. 2. Verr. An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Liv. lib. 2. ab Vrbe: Nec ulla vi domari poterat, tantum certamen animis imbiberat.

Imbrex, icis, pen. corr. f. t. Canalis est, vel tegula curva & obtorta, per quam imber defluit. [σωλήν. Gal. *Tuille creuse & à demi ronde.* Ital. *Imbrice, copa, tegola da coprire la case.* Ger. Ein Dachrenet oder hoter Zieget. Bel Een dackgoot/ een hole tichel. Hisp. *La teja ò canal del texado.* Pol. Rinna. Vng. Tserép tsatorna, esö tsatorna. Ang. *The tile called gutter tile being half crooked.*] Plaut. in Milite: Quod meas confregisti imbrices & tegulas. Ibi dum condignam te sectaris simiam. Sisenna lib. 3. Histor. Dissipatis imbricum fragminibus, ac testis tegularũ. Ex quibus locis constat, imbrices genus esse tegularum incurvum ex opere figlino, quo etiam hodie in plerisque locis utimur ad arcendum imbrem. Vnde imbricata tecta appellamus, quæ ex imbricibus sunt confecta. Vide infrà.

Imbrico, as, act. p. In modum imbricis facio, & quasi imbricibus tego. Vnde

Imbrĭcātus, a, um, Imbricis modo incurvatus, imbricum figuram referens. [σωληνοειδής. Gall. *A demi rond comme tuille d'esgouts.* Ital. *Che a figura d'embrice, fattò à forma di tegole.* German. Gekentet/ oder aneinander gesetzt wie die hoten Ziegel. Hispan. *Cosa canalada con canales.* Polon. Wrżtune vżławiony. Vngar. *Horgas tsatorna mogydra tsinaltatot.* Ang. *Crooked lyke gutter tile.*] Plinius lib. 11. cap. 1: Supernè tantùm imbricatas flexibilibus vertebris. Vitr. lib. 2: Inserta verò cæmenta, alia super alia sedentia, inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quam reticulata, præstant structuram. Quo in loco imbricata cæmenta, quæ imbricum in morem inter se ligata sunt & composita. Budæus.

Imbrĭcātim, adverbium, Imbricũ modo. [γεισοειδῶς, γεισοκρηδόν. Gall. *A la facon des tuiles des esgouts.* Ital. *A foggia di tegole.* Germ. Auff die weiß wie die Hotziegel oder Renel. Hisp. *Como à canales.* Pol. Wkanał. Vng. Tekergősen. Ang. *In the maner of gutter tile.*] P. in lib. 9. cap. 34: Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Imbrĭcĭnus, n. f. idem quod Imbrex. Martial. Cùm sint crura tibi simulent quæ cornua Lunæ, Imbricium poteras Sexte lavare pedes.

Imbrĭcĭtor, ris, qui imbres ciet. [ὄμβριος. Vn. *Zapor eszö hozo.*] Ennius in 17. apud Macrob. lib. 6. cap. 2: Concurrunt veluti venti cum spiritus Austri Imbricitor.

Imbūlbĭtārĕ, Est pueri li stercore inquinare. [βολβιτίζειν. Vng. *Gyermök szarral bé, kenni.*] ¶ Imbubinare autem est menstruo mulierum sanguine polluere. Lucilius apud Nonium: Hæc te imbubinat: at hic contrà te imbulbitat. Deductum autem est imbulbitare à Græco βόλβιτον: quo nomine fimus vel stercus significatur.

Imbŭo, is, bui, butum, act. t. Liquore vel odore aliquid inficio, & ut quid aliquid imbibat, vel hauriat, efficio. Fit autem à præpositione in, & Græco verbo *Buo*, quod priscũ est βύω, & significat infercio. [טבע *tsabál* טבל *tabál* רוה *rivvàh* חבך *chanách.* ἐμβρέχω, ἐμβάπτω. Gal. *Abreuuer de quelque liqueur.* Ital. *Tingere, empire, immergere.* Germ. Eyntuncken/ eynnetzen Bel. Instecken/ nat maken. Hisp *Embeuer ò empapar ò enchir.* Pol. *Namoczam.* Vn. *Beltöltöm.* An. *To imbrue or die with some colour or licour.*] Col. lib. 10: Quibus liquoribus mundam lanã imbuere oportebit, ut insistentes apes, quasi per syphonem succum evocent. Horat. lib. 1. Epist. Quo semel est imbuta recens servabit odorẽ Testa diu. Cic. 14. Philip. Imbuti sanguine gladii, P. C. legionũ exercituumq; nostrorum, vel madefacti potiùs duorum Consulũ, tertio Cæsaris prælio. ¶ Per translationem pro initiare, instituere, erudire. Hinc imbutum literis, imbutũ bonis moribus, dicimus: id est, præditum, & ornatum ac perfusum. Imbutum vitiis: hoc est, inquinatum. Salust. Avaritia pecuniæ studiũ habet, quam nemo sapiens cõcupivit: ea quasi malis venenis imbuta, corpus animumq; virilẽ effœminat. Cic. lib. 1. Offic. Plerunq; autem parentũ præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moresque deducimur. Gellius: Farinam fermento imbutam: id est, cõditam ¶ Aliquando prætermittitur ablativus. Cato de re rust. Dolia olearia nova sic imbuito, amurca impleto: id est, infundito, vel illinito. Virg. 1. Aeglog. -illius aram Sæpè tener nostris ab ovilibus imbuet agnus: id est, insperget, vel inficiet suo sanguine.

Imĭtŏr, aris, penult. corr. d. p. Sequor, alium mihi imitandum propono. [חנא אחר *malé áchar.* μιμέομαι. Gall. *Imiter, contrefaire, resembler.* Ital *Imitare, contrafare, rappresentare.* Germ Nachfolgen eines anderen Beyspyl/ eines worten / sitten vnd gebärden nachthun. Bel. Navolgen. Hisp in *Remedar, assemejar, conformarse, contrahazer.* Pol. *Naśladuie.* Vn. Követöm Ang. *To follow, to countrefait, to do like.*] Sed imitor ad mores tantùm, dicta, factaq; pertinet. Sequor, & ad corpus, & ad mores spectat. Neque enim rectè dixeris: Tu præcedis, ego te imitor: Tu sequeris præcepta patris, & rectè, & ex Latinæ linguæ usu dicis. cõsuevit Plin. in ëpist. Quam sanè quũ componerem, illos habui in manibus, ut non æmularer, (improbũ enim ac penè furiosum) sed tamen imitarer & sequerer, quantũ id diversitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ dissimilitudo pateretur. Cic. de claris Orat. Quem Cotta cùm verbis, tùm sono ipso subrustico imitabatur. ¶ Imitari chirographum alterius, sua manu alterius manum effingere & mentiri. Cic. de Natur. deor. Chirographum sex primorum imitatus est. ¶ Imitari pro simulare. Tacit. lib. 1: Quanquam mœstitiam imitarentur, contumaciæ propiores.

Ĭmĭtātus, participium passivè sumptũ. [ἀπομεμιμημένος. Gall. *Imité, contrefait* Ital. *Contrafatto.* Germ Nachgemachet/ nachgefolget. Hispan. *Contrahecho.* Pol. *Naśladowany.* Vng. Követett. Ang. *Followed, contrefaited.*] Cicero de univers. Quum autem ingressa est, imitata & efficta simulacra, bene agi putat si similitudinem veri consequatur. ¶ Ità imitatus activè, μιμητικός. Cicero ex Platone: Vtrum imitatus est exemplar fabricator? πρὸς πότερον τῶν παράδειγμάτων, ὁ τέκτων ὁμοιος ἀπειργάζετο;

Ĭmĭtātĭo, onis, f. t. exemplũ [μίμησις. Gall. *Imitation.* Ital. *Imitatione, conformamento.* Germ. Nachfolgung. Hisp. *Aquella obra de remedar, remedamiento.* Pol. *Naśladowanie.* Vn. Követés. Ang. *A following its maners, a doing of the like.*] Cic. 4. Philip. Excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent.

Ĭmĭtātŏr, oris, m. t. [μιμητής. Gall *Imitateur, contrefaiseur.* Ital. *Imitatore, chi contrafa.* Germ. Ein Nachfolger. Hisp. *Remedador.* Pol. *Naśladownik.* Vng. Követő. Ang. *A follower.*] Cicero 3. de Leg. Nec enim tantum mali est, peccare principes (quanquam est hoc magnum per seipsum malum) quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. Martial. lib. 1: Siquis erit recti custos, imitator honesti.

Ĭmĭtātrix, icis, f. t. [ἡ μιμητική, ἡ μιμερδών. Gall. *Celle qui imite, ensuit & contrefait.* Ital. *Donna che contrafa altri.* Germ. Ein Nachfolgerin. Hispan. *Remedadora.* Pol. *Taktora naśladuie.* Vng. Követő aszszony. Ang. *She that followeth or contrefaited.*] Cicero 1. de Legib. Penitùs in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas.

Ĭmĭtābĭlĭs, le, om. t. Quod quid potest imitari. [μιμητός. Gall.

Qui aiſement ſon imite, aiſé à contrefaire. Ital. *Che ſi può imitare, imitabile.* Ger. Nachfölgig/ das gut nach zu folgen oder nach zu thun iſt. Hiſpan. *Coſa que ſe puede remedar.* Polon. Rzecz ktora może naśladoważ. Vng. Követhető An. *That may be followend.*] Cic. in Orat. Nam orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa videtur, eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.

Ĭmĭtāmĕn, inis, n.t. Imitatio. [*μίμησις.* Gal. *Imitation, ſuite.* Ital. *Imitatione.* German. Nachfolgung. Hiſp. *Aquella obra di remedar.* Polon. *Naśladowanie* Vng. Követés. Ang. A *following.*] Ovid. 4. Faſt. - priſciq́ue imitamina facti, Aera deæ comites, raucaque terga movent.

Ĭmĭtāmĕntum, ti, n. ſ. Imitatio. [*μίμησις.* Gall. *Imitation, ſuite.* Ital. *Imitatione, conformamiento.* Ger. Ein gleißnete Nachfolgung. Hiſp. *Remedamiento.* Vng. Követés. Ang. A *following.*] Gellius lib. 7. cap. 5: Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus, oſſa atque urnam è ſepulchro tulit filii: & quaſi Oreſtis amplexus, opplevit omnia, nō ſimulacris, nec imitamentis, ſed luctu atque lamentis veris & ſpirantibus. Tacitus libro 13: Cæterùm peractis triſtitiæ imitamentis, curiam ingreſſus, *&c.* Idem lib. 3: Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lacrymas, vel doloris imitamenta.

Ĭmmădĕō, es, ere, n f Madidum eſſe. [רוה *ravdh.* ὑγράτεσθ. Gall. *Eſtre mouille'.* Ital. *Eſſere humido.* Germ. Gantz feucht vnd naſſ ſeyn oder werden. Hiſpan. *Mojarſe.* Pol. Mokrzeie. Vng. *Meg vizesedŏm, meg ázom.* Ang. *To be móyſt and wett.*] Plinius lib. 17. cap. 5: Et quum à ſiccitate continuo immaduerit imbre, tunc emittit illum ſuum habitum divinum ex ſole conceptū. Ovid. 3. Triſt. Credibile eſt lacrymis immaduiſſe genas. Terra immaduit, Idem 6. Metam.

Ĭmmānĭs, & hoc immane, pen. prod. om. t. Significat crudele, aſperum, barbarum, nocens, ferum. [אכזר *achzár.* ἄγριος, ἀπλώτος. Gall. *Deſmeſuré', cruel.* Ital. *Crudele, fiero, grande oltra miſura.* Ger. Grawſam/ Grūſ Bel. Gronlyck/ teetyck/ groot. Hiſ. *Cruel, grande, inhumano* Pol. *Srogy okrutny.* Vng. *Kegyetlen, fene.* Ang. *Cruell, fearce, exceading, great.*] Virg. 4. Georg. Immanē ante pedes hydrū moritura puella Servantem ripas alta non vidit in herba. Idem 1. Aen. Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes. Cic. ad Quint. Frat. lib. 1: Quòd ſi te ſors Aſiæ, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet immanibus ac barbaris nationibus, *&c.* Immania ſaxa, à Virgilio dicuntur pro aſperis & horrendis, 1. Aen. - tenet ille immania ſaxa, Veſtras Eure domos. ¶ Immane uſurpatur aliquando pro ingenti, magno, ſive immenſo. ὑπερμεγέτης, ὑπερμήκης. Virg. li. 6. Aen. - poſuitque immania templa. ¶ Sumitur aliquando immane, pro fœdo. Sic enim interpretatur Nonius illud Accii in Androm. Immane te habet templum obvallatum oſſibus. ¶ Immanè, pro immaniter. Saluſtius: Immanè quantùm animi exarſēre.

Ĭmmānĭtās, atis, f.t. Sęvitia, crudelitas. [אכזריות *achzerüjúth.* ἀπλώτεια, ἀγριότης. Gall. *Cruauté'.* Ital. *Crudeltà.* Ger. Grawſamkeit Hiſp. *Crueldad.* Pol. *Srogosc, okrutnosc.* Vng. *Iszonyu kegyetlenség.* An. *Cruelt, ehuggeneſſi beyonde meaſure.*] Cicer. lib. 1. Offic. Quō deteſtabilior illorum immanitas, qui laceraverunt omni ſcelere patriā. ¶ Immanitas pretii: id eſt, magnitudo. Plin. lib. 35. cap. 11: Nec ullius in pictura velocior manus fuit: artis verò tantum, ut immanitate pretii antecelleret celeberrimos eadem ætate imaginum pictores.

Ĭmmānſuētŭs, a, um, Aſper, indomitus: cui opponitur Manſuetus, mitis. [אכזר *achzár* קשה *kaſcheh* טרא *perè.* ἀήμερος, ἀνήμερος, ἄγριος. Gall. *Intraittable, farouche* Ital. *Intrattabile, crudele, feroce.* Germ. Vnmilt/ vngezeumpt/ wild. Hiſp. *Coſa brana ò no manſa.* Pol. *Nieugl'asany, dźiky.* Vng. *Vad termésżetw.* An. *No wyſe meek nor gentle.*] Cic. 1. de Leg. Ipſiſq; in hominibus nulla gens eſt, neq; tàm immanſueta, neq; tā fera, quæ non, etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendū ſciat. Ovid. 15. Metam. At quibus ingenium eſt immanſuetūq; ferumq;. Idem epiſt. 17: At tu de rapidis immanſuetiſſime ventis, Quid mecum certa prælia mente geris?

Ĭmmānſuētĭ-ŏr, cōparativus. [Vng. *Naddb.*] Seneca de conſolatione ad matrem ca. 6: Quid ad homines immanſuetius.

Ĭmmārcĕſco, is, ere, n t. Corrumpor, putrefio. [משחת *niſchchâth* באש *neelâch* באש *baáſib.* διαφθείρομαι, σήπομαι, μαραίνομαι. Gall. *Se fleſtrir & faner, ſe pourrir.* Ital. *Ammarcirſi.* Germ. Etwarin verfauten oder verderben. Hiſp. *Marchitarſe.* Pol. *Schne, prochmeie.* Vn. *El hernadok, poshadok, rothadok.* Ang. *To putrefie, to rotte.*] Horat. 2. Serm Sat. 7: Nempe immarceſcunt epulæ ſine fine petitæ, Illuſiq́; pedes vitioſum ferre recuſant Corpus: id eſt, corrumpuntur in ſtomacho cibi.

Ĭmmātūrŭs, a, um, Non maturus, incoctus, propriè de fructibus, & frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur. [ἄωρος. Gal. *Qui n'eſt point meur, vert.* Ital. *Non maturo, acerbo.* Germ. Vnzeitig. Hiſp. *Coſa no madura en ſu tiempo.* Pol. *Niezrzał'y.* Vn. *Eretlen.* An. *Not yet ripe.*] Plin. lib. 12. ca. 13: Eſt & quæ vocatur amomis, minùs venoſa atque durior, ac minùs odorata: quo apparet, aut aliud eſſe, aut colligi immaturum. ¶ Aliquando idem eſt quod intempeſtivus, inconſideratus, præceps: ut, Conſilium immaturum: id eſt, præcipitatū. Liv. lib. 22: Se, quæ conſilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum. Immaturus amor: id eſt, intempeſtivus. Liv. 1. ab Vrbe: Abi hinc cum immaturo amore ad ſponſum, *inquit,* oblito fratrum mortuorum, vivtque, oblita patriæ. Immatura mors, qua quis ante conſtitutū vitæ tempus, & confectam ætatem ſenio eripitur ac monitur. Cic. 2. Philip. Etenim ſi ab hinc annos propè viginti hoc ipſo in templo negavi poſſe mortem immaturam eſſe Conſulari: quantò verius nunc negabo ſeni?

Ĭmmātūrĭtas, atis, f.t. [ἀωρία. Gall. *Trop grand auancement deuant le temps & ſaiſon, indeūe meuretē'.* Ital. *Troppo gran fretta.* Ger. Vnzeitigung. Hiſp. *No madureſa ò madurezano en ſu tiempo.* Pol. *Niezrzał'osc.* Vng. *Eretlen, idetlenség.* Ang. *Vnrypeneſſe.*] ut apud Suet. in Aug. Immaturitas ſponſarum quæ nondum conjugio aptæ erant. Cicer. pro Quintio: Quid hæc feſtinatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat?

Ĭmmĕdĭātē, adverb. [ἀμέσως. Vng. *Eſzkőz nekwl, hamarſaggal.*] Citò ac celeriter. Gellius lib. 10. cap. 11: Incuriosè, & immediatè, ac propriè etiam ſubruſticè, ex ipſo loco ac tempore hybernarum vigiliarum, Atticas noctes inſcripſimus. Quo tamē in loco crediderim rectiùs legi poſſe immeditatè, ἀπεμελετήτως, ἀπερεμπερέμενως, ἀφρόντιστως.

Ĭmmĕdĭcābĭlĭs, le, om. t. Quod medicaminibus non poteſt ſanari. [ἀνίατος, ἀθεράπευτος. Gall. *Incurable, qu'on ne peut guerir.* Ital. *Che non ſi può medicare.* Germ. Vnheilſam/ das mit Artzneyen nicht wider zu bringen iſt. Hiſpan. *Coſa que no ſe puede ſanar.* Pol. *Nieuleczony.* Vn. *Gyogithatatlan.* An *Incurable.*] Ovid. 2. Metam. Vtque malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere. Telum immedicabile, Virgil. 12. Aeneid.

Ĭmmĕdĭtātŭs, participium ſine verbo, non meditatus. [ἀμελέτητος. Vn. *Gondolatlan.*] Cicer. lib. 1. Offic. Id ſe in foro optimè jam immeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

Ĭmmĕjo, is, imminxi, imminctū, immejere. [Vn. *Belé huddŏ.*] Vlpianus his verbis: De eo qui urinam facit morbi genus ſignificavit, quod à Græcis ὑσπερᾶν dicitur: id eſt, immejere Latinè. Budæus.

Ĭmmĕmŏr, immemoris, pen. corr. om. t. Qui non meminit. [שכח *ſchocheach.* ἀμνήμων, ἐπιλήσμων. Gall. *Non memoratif, qui a oublié.* Ital. *Obliuoſo, non ricordeuole.* Ger. Vneyngedenck. Hiſp. *Coſa oluidadiza, que oluida.* Pol. *Niepamietliwy.* Vn. *Feledéken, nem emlékező.* An. *Vnmyndfull, forgetfull.*] Cic. pro Sylla: Adeóne immemor rerum à me geſtarū eſſe videor? Terēt. in Andr. Num immemor es diſcipli? Cic. de clar. Orat. Magna hęc immemoris ingenii ſigna. Idem ad Attic. In alia incidi, nō immemor iſtius mandati tui. Virgil. 9: - meriti tanti non immemor unquam. ¶ Immemor beneficium, paſſivè. Terent. in Andr. Iſtæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Vbi Donatus: immemoris, cujus nemo meminerit.

Ĭmmĕmŏrābĭlĭs, le, Quod commemorari non debet, aut non poteſt. [ἀθέφατος. Gall. *Indigne de qui on face memoire.* Ital. *Coſa della qualle non ſe deue tener memoria.* Ger. Des man nicht eyngedencke ſeyn ſoll oder kan Hiſp. *Coſa que no ſe deue ò puede recordar.* Polon. *Trudni do wspomnienia.* Vn. *Meg emlitésre méltatlan, az mit ele nem zámlál hatni.* Ang. *Vnworthie to mak mention of.*] Plaut. Capt. Neque ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles. Spatium immemorabile: id eſt, maximum, Lucret. lib. 4.

Ĭmmĕmŏrātŭs, ta, tum, adject. Non commemoratus. [ἀμνημόνευτος. Gal. *Choſe nouuelle de laquelle on n'ouit iamais parler.* Ital. *Coſa nuoua.* Ger Das nie erzehlt/ oder gehört worden iſt. Hiſp. *Coſa nueua.* Pol. *Niesł'ichany* Vn. *Ele nem ſzamlaltatot.* Ang. *Not mentioned*] Horat. 1. Epiſt. - juvat immemorata ferentem. In genis, oculisque legi, manibusque tenere.

Ĭmmĕmŏrĭā, [ἀμνημοσύνη, ἀμνησία. Vn. *Feledékönség, elmétlenség.* An. *Forget fulnes, vnmyndfulneſſe.*] Papinianus D. lib. 41. Tit. 2. lib. 44: Peregrè profecturus pecuniam in terra cuſtodiæ cauſa condiderat, cùm reverſus locum theſauri immemoria non repeteret, an deſiiſſet pecuniam poſſidere.

Ĭmmēnsŭs, ſa, ſum, Quanvis à participio menſus ſit compoſitum, nomen tamen eſt, non participium. Infinitū, valde magnum, quod nulla dimenſione poteſt comprehendi. [הגדול *haghghadhól.* ἀμέτρητος Gall. *Deſmeſuré, grand outre meſure.* Ital. *Smiſurato, grande.* Ger. Baſt groß/ vberſchwenckltch/ oder vbermäſſig groß. Hiſp. *Coſa ſin medida.* Pol. *Barzowielky, niezmierny.* Vng. *Meg mérhetetlen, vegheteilen.* Ang. *Without meaſure, hugge greato.*] Cic. 1. de Divin. Obſervata ſunt hæc tempora immenſo: hoc eſt, infinito & vix menſurabili. Idem 1. de Divin. Pòſt Anaximenes aëra deum ſtatuit, eumque gigni, eſſeque immenſum & infinitum, & ſemper in motu. Virg. 3. Aen. Clamorem immenſum tollit, quo pontus, & omnes Intremuēre undæ, penitusque exterrita tellus Italiæ.

Ĭmmēnsĭſſĭmŭs, Superlativus. [Vng. *Kőlötte igőn nagy, mertekhetetlen,*

tekhetetlen, vég hetetlen.] Spartianus in Adriano: Post immensissimàs voluptates, *&c.*

Immēnsĭtās, atis, f.t. Infinitas. [*ἀμετρία, ἀπειρία.* Gall. *Grandeur, longueur, ou largeur desmesuree.* Ital. *Infinita.* Germ. Vnermäßigkeit. Hisp. *Infinidad. sin medida.* Pol. *Niezmierność.* Vng. *Véghetetlenség, meg merhétetlenség.* Ang. *Passing greatnes.*] Cic. 1. de Nat. deor. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. Idem 2. de Nat. deor. Saxorum asperitates, impendentiũ montium altitudines, immensitates q; camporum, *&c.*

Immĕo, as, are, n. p. Meo, innato. [בוא *ba. ἔρχομαι, ἐπιβαίνω, εἰσέρχομαι.* Gal. *Entrer, aller dedans.* Ital. *Intrare, andar d'entro.* Ger. Hineyn gehen oder schwimmen. Hisp. *Entrar, ir adentro.* Pol. Wierchem pływam. Vng. *Be megyök, be fólyok.* Ang. *To enter or pas in.*] Plin. lib. 8. ca. 25: Itaq; & Delphini immeãtes Nilo, quotũ dorsum, *&c.*

Immĕans, partic. [Vng. *Be menő, be fólyo.*] Plin. lib. 11. cap. 39: Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

Immĕrens, Innocẽs, qui nihil cõmeruit. [אין *nakí. ἀκακώτατος.* Gall. *N'ayant point merité ny deserui.* Ital. *Chi non a meritato.* Ger. Vnverdient/vnschuldig. Hisp. *Cosa que no lo meresce.* Pol. *Niewinny.* Vng. *Bűntelen, ártatlan.* Ang. *Innocent, that hath not deserueth.*] Suet. in Tito: Multum quæstus, eripi sibi vitam immerẽti. Plin. Epist. 9: Honestissimum credidi nõ premere immerentem. Horatius 2. Carm. Ode 13: Te triste lignum, te caducum In domini caput immerentis.

Immĕrĕntĕr, adverbium. Innocenter. [חנכם *chinnám. αἰκαίως.* Gall. *A tort, sans l'auoir merité.* Ital. *Immeritamente, ingiustamente, à torto.* Ger. Ohn alle verdienst/vnschuldigtlich. Hisp. *No mereciendolo.* Pol. *Niewinnie.* Vng. *Bűntelenül, ártatlanúl.* Ang. *Without deserte or cause.*] Valerius lib. 6. cap 3: Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quæ à Philippo Rege temulento immerenter damnata: Provocarem, *inquit*, ad Philippum, sed sobrium.

Immĕrĭtŭs, a, um, Qui nihil commeruit, innocens, inculpatus. [*αἰάξιος, ἀκακώτατος.* Gall. *Qui ne l'a point merité ne deserui.* Ital. *Che non ha meritato.* Ger Das nicht verdienet oder verschuldet hat. Hisp. *Indigno ò sin merescimiento, ò que no meresce.* Pol. *Niezasłużony.* Vng. *Pegyhetetlen, ártatlan, bűntelen.* Ang. *That hath deserueth no thing.*] Virg. 3. Aeneid. Postquam res Asiæ, Priamiq; evertere gentem Immeritam visum superis. ¶ Hinc deducitur superlativum immeritissimus, & adverbium Immeritò: hoc est, præter meritum, *αἰαξίως.* Terent. Phorm. Iamdudũ te omnes nos accusare audio immeritò, & me omniũ immerritissimo.

Immĕrgo, is, immersi, mersum, act. t. mergere, Intingo. [טבע *tibbéah* השקע *hischikah. ἐμβάπτω.* Gall. *Plonger, mettre auant dedans.* Ital. *Bagnare, immergere.* Ger. Eyntuncken/ hynunder tuncken. Hisp. *Cabullir ò anegar.* Pol. *Ponorzam.* Vng. *Belé buritom, bé ẽrõm.* Ang. *To plunge or diepe in.*] ut, Immergere panem aceto. ¶ Interdum idẽ quod submergo, *καταδύω.* Virg. 3. Aeneid. vastoq; immergite Ponto. Liv. 3. bel. Pun. Et eo impẽsiùs, quò avidiùs ex insolentia in eas se immerserant.

Immĕrsābĭlĭs, ile, Quod mergi non potest. [*ἀβάπτιστος.* Gall. *Qu'on ne sauroit submerger ou noyer.* Ital. *Che non può essere summerso.* Ger. Das man nicht hynunder tuncken kan. Hisp. *Cosa que no puede anegarse.* Pol. *Trudno doponorzenia, ktori ponorzoni bicz niemoże.* Vn. *Aż mit el nem burithatni, el meritetlen.* Ang. *That can not be plunged or dieped.*] Per translationẽ sumitur pro forti, firmo, & erecto, quiq; nullis adversarũ rerum fluctibus mergi potest. Horat. 1. Epist. de Vlysse:

Et mores hominum inspexit, latumq; per æquor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, alpera multa.
Pertulit adversis rerum immersabilis undis.

Immĕrĭtātŭs, pen. prod. Non metatus. [*ἀόριστος, ἀπερίγραπτος, ἀδιόριστος.* Gall. *Qui n'est point mesuré, ne limité, ne borné.* Ital *Non limitato, senza confine.* Ger. Vnaußgezeitet/nicht außgemachet. Hisp. *No deslindado.* Pol. *Nie wymierzony.* Vng. *Határnelkűl való.* An. *Vnmeasured.*] Horatius 3. Carmin. Ode 24: Vivunt & rigidi Getę, Immetata, quibus jugera, *&c.*

Immīgro, as, are, n. p. In aliquem locum migro, ingredior, invado. [נסע *nasah* הלך *ghalah. μετοικίζομαι, μετοικέω.* Gall. *Aller loger ou habiter.* Ital. *Mutar stanza, andare ad habitare.* Ger. Eynziehen in ein hauß oder wohnung. Hisp. *Mudar casa à otro lugar.* Pol. *Przeprowadzam sie.* Vng. *Bele költözõm.* Ang. *To go in, to go dwel in a place.*] Cicero Phil. 2: Nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit. Idem ad animum transtulit, Tuscul. libro 1: Neque ea planè videt animus, cùm repentè in tam solitum, tamq; perturbatum domicilium immigravit. Plaut. ad ingenium in Mostel. Posteaquam immigravi in ingenium meum, perdidi operam fabrorum Illico. Postquam me mihi penitùs permisi ingenio indulgentiùs obtemperare cœpi.

Immĭnĕo, nes, pen. cor. n. f. Insto, impendeo. [קרב *karáb. ἐπίκειμαι, ἐπιπέσημαι.* Gall. *Pencher dessus, estre pres de tomber dessus.* Ital. *Sourastare.* Germ. Vber etwas hineyn hangen/nahe seyn. Bel. Ghenaten/aenstaen. Hisp. *Sobrecstar, ò sobre parescer.* Pol. *Blisko iestẽ, iestem nad ssią.* Vng. *Reá kőnyekezém, reá fólőt vagyok.* Ang. *To hang ouer some thing as though it were ready to fall.*] Cicer. 1. Tusc. Mors propter incertos casus quotidie imminet. Liv. 2. ab Vrbe: Quum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omniũ serius fuit. ¶ Imminere exitio alterius, est vigilare, & insidiari ad inferendum alteri exitium. *ἐφεδρεύειν.* Ovid. lib. 1. Metam. Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.

Immĭnēntĭă, æ, f. p. [*ἔπειτα.* Vn *Kőnyekőzés, kőzel valoság.* An. *An hanging above as gif it were to fall.*] Gellius lib. 9. cap. 12: Infestus dicitur ab infantia, atq; imminentia fraudis, quam vel facturus cuipiam vel passurus est.

Immĭnŭo, is, ere, act. t. Attenuare, diminuere. [חסר *chiszér* לדע *ghadhah* המעיט *himhit. ἐλαττῶν.* Gall. *Apetisser, diminuer, amoindrir.* Ital. *Menomare, diminuire, scemare.* Ger. Mindern/ringer machen. Hisp. *Amenguar ò diminuir.* Pol. *Vmnieyszam.* Vng. *Meg kisebbitőm, gyalázom.* Ang. *To diminish, to mak lesse.*] Cicer. 4. Acad. Ac vereor interdum ne talium personarum quum amplificare velim, imminuam etiam gloriam. Plaut. Cistel. Neq; pudicitiã meam mihi alius imminuit quisquã. Ovid. in epist. Sapphûs: Postquam se dolor imminuit, nec pectora plangi, Nec puduit scissis exululare comis. Cic. Attic. lib. 1: Dolor accessit bonis viris, virtus non est imminuta.

Immĭnūtĭo, f. t. detractio, diminutio. [חסר *chéser. ἐλάττωσις.* Gall. *Diminution, appetissement, amoindrissement* Ital. *Diminutione, scemamento.* Ger. Hinderung. Hisp. *Obra de amenguar, amenguamiento.* Pol. *Vmnieyszenie.* Vng. *Meg kisebbités, gyalázás.* Ang. *A dimnishing, a making lesse.*] Cic. Pulchro, lib. 3: Sine illa imminutione dignitatis.

Immĭnūtŭs, Non diminutus. [Vn. *Kisebbitetlen.* An. *Not made lesse.*] Iulianus D. lib. 24. Tit. 2. l. 6: Ita tamen ut bona gratia dissolutum videatur pristinum matrimonium, & unusquisq; suũ jus habeat imminutum.

Immiscĕo, es, ere, Admisceo, cõmisceo, confundo, conjũgo. [ערב *harab* מסך *masach* מזג *mazagh. ἐμμιγνυμι.* Gal. *Mesler parmi.* Ital. *Mescolare.* Ger. Eynmischen. Hisp. *Mezclar in vno.* Pol. Przymieszam. Vng. *Össze elegyitőm, össze zavarom.* Ang. *To mingle or mixe with other.*] Liv. 3. ab Vrbe: Et immisti turbę militum rogati, *&c.* Idem 5. ab Vrbe: Falisci propria etiam causa infesti, quòd Fidenati bello se jam antea immiscuerant. Virg. 11. Aeneid. Contentus q; fuga, mediis se immiscuit armis. Ovid. 7. Metamorph. Summis immiscuit ima.

Immiserābĭlĭs, le, Qui nullius misericordia sublevatur. [*αὐοικτος, ὁ ἐλέως αὐάξιος.* Gall. *Indigne de misericorde, de qui on ne doit auoir pitié, ne compassion.* Ital. *Da cui niuno ha misericordia.* Ger. Vnerbärmdtlich/mit dẽ man kein erbärmd hat. Hisp. *Al que no se haze misericordia.* Pol. *Niemiel'osierny.* Vng. *Irgalmatlan, kegyötlen.* Ang. *Vnwórthie of pitie or compassion.*] Horat. 3. Carm. Ode 5: Si non periret immiserabilis Captiva pubes.

Immĭsĕrĭcōrs, is, immitis, crudelis, atrox, sine misericordia. [אכזר *achzár. αὐελεήμων.* Gall. *Immisericordieux, qui n'a ne pitié ne misericorde.* Ital. *Che non ha misericordia, non misericordioso.* Germ. Vnbarmhertzig/vngnedig. Hisp. *Cosa sin misericordia.* Pol. *Nielitościwi.* Vng. *Irgalmatlan, kegyötlen.* Ang. *Vnmercifull.*] Cic. de Invent. Ipsum immisericordem fuisse.

Immisericordia, æ, f. p. [*αὐελεημοσύνη.* Ger. Vnbarmhertzigkeit.] Liv. 7. bell. Maced. Plus ita, quàm immisericordia, id causa eorum valebat: quia non ut hostibus. Alii legunt misericordia.

Immĭsĕrĭcōrdĭtĕr, adverb crudeliter, atrociter. [*αὐηλεώς, αὐοικτῶ, αὐοικτως, αὐελεημόνως.* Gall *Immisericordieusement, sans pitié ne misericorde.* Ital. *Senza pieta & misericordia.* Ger. Vnbarmhertzigkeitlich / ohne erbärmd Hisp. *Sin misericordia.* Pol. *Niemiel'osiernie.* Vng. *Irgalmatlanul, kegyetlenül.* Ang. *Vnmercifullie, cruellie.*] Terent. Adelph. factum à vobis duriter, Immisericorditerq;.

Immītĭs, penult. prod. com t. Asper, crudelis, immisericors: [אכזר *achzár. ἀπηνὴς, ἄγριος.* Gal. *Sans douceur, rebelle, rude, cruel.* Ital. *Crudele, senza misericordia.* Ger. Vnmilt/rauch. Hisp. *Cosa cruel y sin misericordia.* Pol. *Srogy, ferowy.* Vng. *Kegyetlẽ, kemeny.* Ang. *Rygorous, cruell, vngentle.*] ut, Virgil. 1. Aeneid. Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli. ¶ Accipitur nonnunquam pro acerbo, & immaturo, *ἄωρος, ῥυφρός.* ut Immitia poma, apud Plinium libro 15. Immite pelagus: id est, procellosum, & inquietum. Apulejus: Erat enim turbidum, atque immite pelagus.

Immittro, tis, act. t. Insero, intromitto, introduco, intùs duco. [חלש *schalách. ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐπαφιεμαι.* Gal *Mettre dedans.* Ital. *Mettere d'entro.* Germ. Eyntassen Bel. Inseynden / intaten. Hisp. *Meter adentro.* Pol. *Wpuszczam.* Vng. *Bé botsasom bé eresztöm.* Ang. *To put or send in.*] Plin. in Epist. Dices immissa tenis nova flumina. Ovid. 5. Metamorph. Illic & lentum filis immittitur aurum. Idem in Epistol. Phyll. Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas Mens fuit. Virgilius libro 9. Aen. Rumpere clausta manu, sociosq; immittere portis. Cic. pro Sexto: Servio; & egentes in tecta nostra cum facibus immissi.

missi. Idē 6 Verr. Eóne tu servos ad spoliandū fanū immittere ausus es? Immissa barba, pro prominenti, prolixa. καθειμένη. Virg. 3. Aeneid. Respicio: dira illuvies, immissaq; barba. ¶ Accipitur etiā immittere pro eo quod vulgò dicimus *subornare*. Salust. in Catil. Alii Tarquinium à Cicerone immissum ajebant, ne Crassus suscepto malorū patrocinio Rēpub. turbaret.

Immīssĭo, verbal. f.t. Insertio, introductio. [משחה *mischlachath*. ἐνεσις, ἐφεσις. Gall. *Ennoy, laschement*. Ital. *Esso mettere d'entro*. Ger. Eintassung. Hisp. *A quella obra de mettre adentro*. Pol. Wpuſzczenie. Vng. *Belé botsatás, bé eresztés*. Ang. *Putting or sending in*.] Cicer. de Senect. Sarmentorumq; ea quam dixi aliorum amputatio.

Immīssum, si, n.s. [ἐμβεβλημένον. Vng. *Szomszéd hazára botsattatot*.] Differt à projecto (ut Labolenus de verborū significatione inquit) ut projectū dicatur, quod ita provehitur, & extenditur ex aliquo ędificio, ut nusquā quiescat: qualia sunt mœniana & suggrūdia: immissum verò quod ex nostro ędificio protensum, in alieno recumbit: ut sunt tigna, & trabes, quę ex nostro pariete in parietem vicini immittimus.

Immōbĭlis, le, Quod moveri non potest, fixus, immotus, hęrēs. [ἀκίνητος. Gall. *Immobile, immeuble, qui ne se peut mouuoir*. Ital. *Immobile*. Ger. Vnbewegtich. Hisp. *Lo que no se puede mover*. Pol. *Nieruchomy*. Vng. *Mozdit hatatlan*. Ang. *That can not be moued*.] Plin. lib. 11. cap. 37: Aŭres homini tantūm immobiles. Virg. 7. Aeneid. -soloq; immobilis hæret Intentos volvens oculos. Ovid. 13. Metamorph. Scopulis immobilior.

Immōbĭlĭtĕr, adverbiū, [ἀκινήτως. Vn. *El noxdithatatlanul*.] Eutropius lib. 3: In summo Apennino tempestate conceptus biduo continuo immobiliter stetit.

Immŏdĕrātŭs, a, um, Intemperans, vel nimius in re aliqua. [ἄμετρος. Gall. *Desreiglé, desmesuré*. Ital. *Immoderato, nō temperato*. Ger. Vnmässig. Hisp. *Destemplado, desmesurado*. Pol. *Niemierny*. Vng *Mértekletlen*. Ang. *Vnruly, without measure*.] Cicer ad Attic. lib. 13: Alexandriū, postquam Rex appellatus fuit, superbū, crudelem, immoderatū fuisse. Idem pro Sext. Rosc. Ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, *&c*.

Immŏdĕrātĭo, nis, f.t. [ἀμετρία. Gall. *Desreiglement, desarroy, desmesurement* Ital. *Licentia, sfrenata di fare ò dire ciò che non conuenga*. Ger. Vnmaaß/vnmässigkeit Hisp. *Destemplanca*. Pol. *Niemiernosc*. Vng. *Mertekletlenség*. Ang. *Vnmeasurableneſſe, vnrulineſſe*.] Cic. pro Sylla: Interdum efferatur immoderatione verborum.

Immŏdĕrātē, adverbiū, Immodicè, extra modū [עלחק *halchok*. ἀμέτρως, ἀχολάστως. Gall. *Immoderement, desreglement, desmesuremẽt*. Ital. *Immoderatamente*. Ger. Vnmässigtlich. Hisp. *Destampladamente*. Pol. *Niemiernie, bezmary*. Vng *Mértekletlenül*. Ang. *Beyonde measure, vnmeasurablie*.] Cic. 2. Tusc. An temperantia sinette immoderatè facere quicquam.

Immŏdĕrātĭssĭmē. [Vng. *Igen mértékletlenül*.] Spartianus in Suetonio: Immoderatissimè cùm moreretur lætatus.

Immŏdēstŭs, a, um, Immoderatus, nō temperans. [ἄμετρος. Gall. *Desreiglé, desmesuré, desbordé*. Ital. *Immodesto*. Ger. Vnmässig/vnzuchtig Hisp. *No templado*. Pol. *Nie obiczainy, wſzetecznỳ*. Vng. *Embersegtelen, szemtelen*. Ang. *Vnmodeſt, not sober, without temperance, vnmanerly*.] Terent. Heavt. Vel heri in convivio quàm immodestus fuisti. Cic. 1 Offic. Ipsum q; genus jocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuū & facetum esse debet.

Immŏdēstĭă, f.p. Intemperantia, immoderatio: cui cōtraria est Modestia. [ἀμετρία. Gall. *Immodestie, desreiglement, desordre*. Ital. *Immodestia*. Ger. Vnmässigkeit/vnzucht/vnbescheidenheit. Hisp *Destémplanca*. Pol. *Niemiernosc, nieobiczainosc*. Vng. *Emberségtelenség, szemtelenség*. Ang. *Lack of maners and modeſtie*.] Plaut. Merc. Sed amori accedunt etiam ultra hæc quę diximus, incogitantia, excors immodestia, petulantia, cupiditas, *&c*.

Immŏdēstē, adverb. Immoderatè. [עלחק *hal chok*. ἀμέτρως. Gall. *Immodestement, desreiglement*. Ital. *Immodestamente, sfacciatamente*. Ger. Vnmässigtlich/vnzüchtigtlich. Hisp. *Destempladamente*. Pol. *Niemiernie, nieobiczainie*. Vng. *Embertelonül, szemtelenül*. Ang. *Vnmanerly, out of measure*.] Plaut. Pœn. - cur ego apud te mentiar? Amo immodestè.

Immŏdĭcŭs, a, um. Nimius. [ὑπερμέτρος. Gall. *Qui ne garde point mesure, desreiglé*. Ital. *Fuor di misura, smisuriato*. Ger. Vnmässig/der in einem ding kein maß haltet. Hisp. *Desmedido, desconcertado*. Pol. *Bezmierny*. Vng. *Modtelkül valo mértékletlen, fölöttéb valo*. Ang. *Without meane or measure*.] Colum. lib. 1. cap. 3: Suaq; lege C. Licinius damnatus est, quod agri modū, quem in magistratu rogatione tribunitia permulgaverat, immodica possidendi libidine transcendisset. Ovid. 3. de Ponto, eleg. 1: Cuncta sed immodicum tempora frigus habent. Idem 1. de Ponto, eleg. 5:

Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis:
Immodicus contrà capit utrunq; labor

Immŏdĭcē, adverb. Nimis immoderatè. [עלחק *hal chok*. ὑπερμέτρως. Gall. *Excessivement, par trop*. Ital. *Smisuramente*. Ger. Vber die maaß. Hisp. *Destempladamentè, sin medida*. Pol. *Niezmiernie*. Vng. *Fölöttéb, mértékletlenül*. Arr. *Excessiuelio, beyonde measure*.] Columella lib. 2. cap. 16: Magisq; conducere agricolæ frequēter id potiùs quàm immodicè facere. Immodicè ferre aliquē casum, pro immoderatè. Cic. 4. Tuscul.

Immŏdŭlātŭs, a, um, Nō modulatus, vel parū aptè modulatus: ut Poëmata immodulata. [ὁ οὐ ἡ ἄρρυθμος, ὐκ ἐμμελής. Gal. *Qui n'est pas fait par mesure, mal sonnant*. Ital. *Non fatto con ragione de verſi*. Ger. Nicht wol außgedichtet vnd in ein guten thon gestellet. Hisp. *No hecho con medida*. Pol. Wzon nieuſſadzony. Vng. *Tudatlanul szerzetet*. Ang *Without proportion or melodie*.] Horatius in Arte Poëtica: Non quivis videt immodulata poëmata.

Immŏlītŭs, pen. prod. Constructus, ædificatus. [בנוי *banuj*. οἰκοδομημένος. Gall. *Edifié*. Ital. *Edificato*. Ger. Gebauwen. Hisp. *Edificado*. Pol. *Zbudowany*. Vng. *Eppittetöt*. Ang. *Builded*.] Livius lib. 31: Aquam publicam omnem in privatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt: & quæ loca publica inædificata, immolitáve privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt.

Immŏlo, las, penult. corr. Sacrifico, sacram rem faciō: quod verbum tractū est à consuetudine sacrificantiū, qui victimis jam mactandis molam salsam solebant inspergere. [זבח *zabách* שחט *schachátb*. Ἰνῶ. Gall. *Immoler, sacrifier*. Ital. *Sacrificare*. Ger. Opfferen. Bel Offeren. Hisp. *Sacrificar*. Pol. *Offiaruie*. Vng. *Aldozni*. Ang *To offer in sacrifice*.] Festus: Immolare, est mola: id est, farre molito, & sale hostiam susam sacrificare. Cic. 2. de Divinat. Quid cum pluribus dris immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, alus non litetur? Horat. Epod. 5: Libidinosus immolabitur caper, Et agna tēpestatib. Cicero pro Fonteio: Consuetudo hominum immolandorū apud Gallos. ¶ Accipitur aliquādo pro interficio, quemadmodum & macto. Virgil. 12. Aeneid. - Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat, & pœnas scelerato ex sanguine sumit

Immŏlatĭo, f.t. Sacrificatio. [זבח זבחה *zebcháh zébach*. ἡ θυσία. ἡ σφαγή, τὸ θῦμα. Gall. *Sacrifice*. Ital. *Sacrificio*. Ger. Ein opffer/oder opfferung. Hisp. *Sacrificio*. Pol. *Offiara*. Vng. *Aldozás*. Ang. *Offering in sacrifice*.] Cic. 1. de Divin. Immolationis tempus.

Immŏlātŏr, oris, m.t. Qui immolat & sacrificat. [זבח *zobéach* שחט *schochéth*. Ἰνήτης σφαγεύς. Gal. *Sacrificateur*. Ital *Sacrificatore*. Ger. Ein Opfferer. Bel Offerer. Hisp. *Sacrificador*. Pol. *Offiernik*. Vng. *Aldozó*. An. *That offereth*.] Cic. 1. de Divinat Hæc decessio capitis, aut accessio subitóne fieri potest, ut se extra ad immolatoris fortunam accommodent.

I˘naūrītŭs, a. um, Carens auribus. [*ἄωτος.* Gall. *Qui n' a point d' oreilles, eſſoreillé.* Ital. *Che non ha orecchie.* German. Der keine ohren hat. Hiſpan. *Coſa que no tiene orejas.* Polon. *Nieuſzati.* Vngar. *Fw'letlen.* Ang. *That hath not eares.*] Gell. libr. 5. cap. 6: Quædam animalium alia alio carent ſenſu: & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáve: id eſt, ſine auribus: ita enim in quibuſdam legitur. Sed oſtendi ex Nonio, Inaudita legendum eſſe.

I˘nauro, as, act. p. Auro tego, vel aurum induco. [זהב זהב *tſippáh záhább.* *χρυσόω.* Gall. *Dorer, enrichir d' or.* Ital. *Dorare, indorare.* German. Vergülden oder vbergülden. Hiſpan. *Dorar por defuera* Polon. *Pozł'acżam.* Vngar. *Meg aranyazom.* Ang. *To gilt or couer with gold.*] Per metaphoram accipitur pro divitem facio. Cicero ad Trebat. lib. 7: Puto te malle à Cæſare conſuli, quàm inaurari. Horat. 1. Epiſt. 12: ut te Confeſtim liquidus fortunæ rivus inauret.

I˘naūrātŭs, inaurata, inauratum, Auro tectus & obductus. [זהב זהב *metſuppéh záhább.* *ἐπιχρυσωμένος, χρυσοκαφὴς, χρυσοφαὴς.* Gall. *Doré, enrichi d' or.* Ital. *Indorato.* German Vbergüldet. Hiſpan. *Dorado por défuera.* Polon. *Pozł'oczony,* Vngar. *Meg aranyaztatot.* Ang. *Gilded, gilde.*] Cicero in Piſonem, Ovidius 2. Faſtor.

Corvus inauratum pedibus cratera recurvus
Tollit, & aërium pervolat altus iter.

I˘naūrātŏr, inauratoris. [*χρυσοχόος.* Vngar. *Aranyazo.* Angl. *A gilder.*] Iulius Firmicus Matheſeos lib. 4: Facit aurifices inauratores, bractearios argentarios, *&c.*

I˘naūſpĭcātō, Non captatis auſpiciis, malo auſpicio. [*ἀποφράδως.* Gall. *A la malheure.* Ital. *Senza auſpici, con importuni auſpici.* German. Zu einer vnglücklichen bösen Stund oder zeit. Belg. Ongeluckelijck. Hiſpan. *Malauenturadamente.* Polon. *Niefszczęśliwie.* Vngar *Szerencſetelenül.* Ang. *Vnluckely, vnfortunately.*] Cic. 11. de Divin. Qui quũ tabernàculũ vitio cepiſſet imprudẽs, quod inauſpicatò pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Conſulibus abrogandis habuit. ¶ Et quia veteribus ita perſuaſum erat, nihil feliciter ſuccedere niſi aves addixiſſent, factum eſt, ut Inauſpicatò accipiatur pro infeliciter. Ita Crito ille Terentianus dicit ſe inauſpicatò Athenas contuliſſe, quòd magnam moleſtiam ſuſcepiſſet, ſine ulla commodi compenſatione.

I˘nauſŭs, inauſa, inauſum, quod non audetur, quod nemo audet. [*ὁ τολμηθὲις, ἀτόλμητος.* Gall. *Que perſonne n' oſe entreprendre ou faire.* Ital. *Che non ſe ardiſce.* Ger. Das niemandt hat thun dörffen. Hiſp. *No atreuidoni oſado.* Pol. *Nie ſmial'y, nie ważacisie.* Vngar. *Az mit ſenki meg nem mert probálni, kéſértení.* Angl. *Which no man darre interpriſe.*] Seneca Thyeſte: Ac mè innocentem faciat, & inauſa audeat. Id eſt, quæ alii non ſint auſi. Virgil. 8. Aen. At furiis Cæcimens effera, nequid inauſum, Aut intentatum ſceleriſve dolive fuiſſet.

I˘ncæ̆dŭŭs, dua, duum, cum diphthongo. Quod non cæditur: ex in, & cæduus: [*ἄτμητος.* Gall. *Qu' on ne coupe point, qui n' eſt point tondu.* Ital. *Che non ſi taglia.* Germ. Das man nicht abhauwet. Hiſpan. *Coſa que no ſe corta.* Pol. *Las ktorego nierebia.* Vng. *Nem vágatot gagatlã.* Ang. *Which no man cutteth.*] ut, Incædua ſylva. Lucanus libr. 3: Stat vetus, & multa incædua ſylva per annos. Sic Incædui montes, dicũtur ſylvoſi, quos intonſos Virg. appellat. Servius: Intonſi montes, ſylvoſi, incædui.

I˘ncălĕſco, cis, incalui, n. t. Valde calidus fio. [חם *jachám,* *ἀλεξεμάτομαι.* Gall. *S' eſchauffer.* Ital. *Scaldarſi, diuenir caldo,* Ger. Warm oder heiß werden. Belg. Warm oft heet worden. Hiſp. *Calentarſe.* Pol. *Zgrzewam ſie, ciepleie.* Vng. *Meg heuẅ lõtágatéan,* Ang. *To waxe or be verie hoat.*] Plin. lib. 14. cap. 21: Item vaſis incaleſcentibus, operculisque ſudantibus. Col. lib. 2. cap. 4: Pingues campi, qui diutiùs continent aquam, proſcindendi ſunt anni tempore jam incaleſcente. Livius libr. 9. bell. Maced. Fortè epulantibus iis, quum jam vino incaluiſſent, nuntiatum in convivio eſt.

I˘ncălfăcĭo, cis, act. t. Calidum facio. [חם *jichém.* *θερμαίνω,* Gall. *Eſchauffer.* Ital. *Scaldare.* German. Erwermen/ warm machen. Hiſpan. *Calentar.* Polon. *Zgrzewam.* Vngar. *Meg melegitõm.* Angl. *To mak very hoate.*] Ovid 4 Faſtor. Quantum ſi culmos Titan incalfacit udos. Idem 15. Metamorph. Iactaq; conjectos incalfacit hoſtia cultros.

I˘ncălli˘dŭs, a, um, per duplex l, Nõ aſtutus. [תם *petbí.* *ἄδολος,* *ἀπλοῦς.* Gall. *Qui n' eſt pas fin, caut ne ruſé.* Ital. *Simplice, non aſtuto.* Ger. Vngeſcheyd/ nicht liſtig. Hiſp. *No aſtuto ni malicioſo.* Pol. *Nie chitry.* Vng. *Nem rauaſz eggyw'gyw'.* Ang. *Simple, vn ſubtile.*] Cic. 1. de Invent. Sed quum à ſummis viris maximè res adminiſtrarentur, arbitror alios fuiſſe non incallidos homines, qui ad parvas controverſias privatorum accederent.

I˘ncăllĭdē, Simpliciter, non aſtutè. [*ἀπλῶς.* Gall. *Sans ruſe, pen finement, ſottement.* Ital. *Senza accortezza, ſemplicemente.* German. Vngeſcheydtglich / ohne liſt. Hiſp. *No aſtutamente.* Pol. *Nie chitrze.* Vngar. *Eggyw' gyw' képpen.* Ang. *Not ſubtillie, ſimplie.*] Cic. 3. Offic. In his tribus generibus, quoquo modo poſſunt, non incallidè tergiverſantur.

I˘ncălo, as, pen. corr. Voco, teſte Feſto. [*καλῶ.* Vng. *Hiuom.*]

I˘ncāndĕſco, ſcis, incandui, n. t, Candens & ignitus fio. [*ἐκπυροῦμαι, πυρόεις γίνομαι.* Gall. *S' eſchauffer fort vehementement.* Ital. *Diuenir affocato,* German. Glühend oder fewrig werden Hiſp. *Encenderſe.* Polon. *Rozpaliam ſ'ie.* Vngar. *Meg tw'zſedõm.*

Angl. *To be angrie, to be all as a fire.*] Ovid. 7. Metam. Non secùs exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda jacit: volat hoc, atque incandescit eundo: Et quos non habuit, sub nubibus invenit ignes. ¶ Per metaphoram accipitur pro vehementer irasci, & iracundia quodammodo accendi.

Incānto, as, act. p. Verbis sõlis, vel etiam rebus quibusdã adjunctis aliquid supra naturã molior. [כשף *chisch schéph.* ἐπῳδὰς, γοητεύω. Gall. *Enchanter.* Ital. *Incantare.* Ger. Verzauberen/bezauberen. Belg. Besweren. Hisp. *Encantar con palabras.* Polon. *Sl'owi czaruie.* Vng. *Meg bw'uelõm báiolom.* Ang. *To inchaunt.*] Plin. lib. 28. cap. 2: Qui malum carmen incantasset.

Incāntātĭo, ſ. t. & Incantamentum, ti, n. ſ. [כשף *chaschâph.* ἐπῳδὴ, γοητεία. Gal. *Ench.antement.* Ital *Incantesimo.* Ger. Zauberey/hexenwerck. Hisp. *Encantamiento.* Polon. *Czarowanie.* Vng. *Bw'uelés, baiolás.* Angl. *Enchauntment.*] Plin. lib. 28. cap. 21: Valeántne aliquid verba, & incantamenta carminum.

Incāntātŏr, [γοητὴς. Vn. *Bw'báios.*] In prima Scorpii parte quicunq; habuerit horoscopũ, erit incantator, qui latentes dolores mitiget potestate verbõrum. Iul. Firmic. Mathes. lib. 1.

Incānŭs, na, num, Canus, aut valde canus, Servio teste. [שׂיב *sab.* πολιὸς. Gall. *Chenu, blanc de vieillesse.* Ital. *Canuto, bianco di vecchiezza.* German. Gantz weyß oder grauw alters halb. Hisp. *Cosa muy cana y blanca.* Pol. *Siwiuchny.* Vng. *ősz waxe.* Ang. *Very hoare for age.*] Plaut. in Rudente: Ecquem tu hîc hominem crispum, incanum videris. Virgil. 3. Georg. noſco crines, incanaque menta. Incana herba: id est, subalbida, lanugine canitiem referens. Col. libr. 8. cap. 2: Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ herbæ dependent.

Incānēſco, verbum, Canus fio. [שׂיב *sab.* πολιοῦμαι. Gall. *Devenir blanc ou chenu.* Ital. *Venir canuto.* German. Grauw werden. Hispan. *Encanescer.* Polon. *Siwieiá.* Vngar. *Meg ősz wolok.* Ang. *To waxe hoare for age.*] Catul. in Argon. Tortaque remigio spumis incanuit unda.

Incāpīstrārĕ, act. p. Illigare, à capistro formatum verbum: [חסם *chasám.* φιμόω, κημόω. Gall. *Lier, enchenestrer.* Ital. *Ligare.* Ger. Die halffter anlegen. Hisp. *Atar.* Pol. *Ogl'ow kl'a.* Vng. *Meg kõtmifekeszin.* Ang. *To halter.*] quod tamen apud classicos scriptores vix invenies.

Incāsŭm, adverbium, Frustra, inaniter. [ריק *rik.* φρέδως, μάτην. Gall. *En vain.* Ital. *In vano.* German. Vergebens. Hispan. *En vano.* Polon. *Prożno, nadarmo.* Vngar. *Hiában.* Ang. *In vaine.*] Tractum à cassibus, ut ait Servius. Salust. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitentur: quæ profectò incasùm agerentur, si priùs quàm vos serviendi, finem illi dominationis facturi erant. Virg. 7. Aeneid., Turne tot incasùm fusos patiêre labores? Incasùm tela jactare, Liv. 10. ab Vrbe. Ignis incasùm furit, Virg. 3. Georg.

Incāstīgātŭs, a, um, Non castigatus. [ἀνεπανόρθωτος. Gall. *Non corrigé.* Ital. *Non castigato.* German. Vngestrafft/vngezüchtiget. Hisp. *No castigado incorregido.* Polon. *Nie karany.* Vng. *Meg nem dorgáltato.* Ang. *Not casticed, vncorrected.*] Horat. 1. Epist. 10: Nec me dimittes incastigatum, ubi plura Cogere, quàm satis est, ac non cessare videbor.

Incăvo, as, pen. corr. Cavo, excavo, effodio. [כרה *charáh.* κοιλόω, κοιλαίνω Gall. *Cauer dedans, creuser.* Ital. *Cauare, incauare.* German. Außhöhlen/hol machen. Hispan. *Cauar à fuera.* Polon. *Dl'ubie.* Vngar. *Meg vaio.* Angl. *To mak holow.*] Colum. libr. 4. cap. 25: Nam quum in adversum pressa manu desecare quid debet, cultro utitur: quum autem retrahere, sinu: quum allevare, scalpro: quum incavare, rostro.

Incautŭs, ta, tum, Imprudens, non cogitans, inconsideratus: [ἀνόητος, ἄφρων, ἀφρόνως φύλακτος, ἀ δύλακτος. Gall. *Imprudent & negligent.* Ital. *Incauto, non aueduto.* German. Vnbehutsam/vnfürsichtig Hispan. *No acuto, ni astuto.* Polon. *Nie oppatrzny, nie ostrożny.* Vngar. *Goromba, esztelen.* Angl. *Vnware, vncircumspect.*] Cicero pro Plancio: Qui te, incautum fortasse, nunc tuo loco dimovere potuerunt: providentem antè, & præcaventem nunquam certè movebunt. Virgil. 3. Georgicon: Continuò ferro culpam compesce, priùs quàm Dira per incautum serpant cõtagia vulgus. Ovid. 4. de Ponto, Elegia 14: Plectar & incauto semper ab ingenio.

Incautē, adverbium, Improvidè, imprudenter. [ἀφρονόπως, ἀφρόνως. Gall. *Par mesgarde, imprudemment.* Ital. *Senza accorezza, imprudentemente.* German. Vnbehutsamlich/ vnbewarlich. Hispan. *No prudentemente, sin cuidado.* Polon. *Nie ostrożnie.* Vngar. *Gorombául, esztetentől.* Angl. *Vncircunspectlie, without taking heade.*] Cicero 7. ad Atticum: Nisi ego insanio, stultè omnia & incautè agi judico. Liv. 4. ab Vrbe: Primo prælio, quod ab Sempronio incautè imprudenterque commissum est, *&c.* Legitur & incautè, inconsultèq; Idem 9. belli Maced. Sed dum incautiùs subit muros, ictus, ex vulnere paucos post dies moritur.

Incēdo, dis, penultima producta, cessi, cessum, Ingredior, procedo, sed ferè cum pompa, & quodam fastu. [הלך *hithalléch* צעד *tsahádh.* ἐπέρχομαι. Gall. *Se marcher, aller.* Ital. *Andare, caminare pomposamente.* German. Hereyn tretten / daher gehen. Belg. Eingaen. Hispan. *Andar con pompa.* Polon. *Stapam, ide.* Vngar. *Iárok, setálok.* Angl. *To go or walk.*] Virgilius libro 1. Aeneidos: Aſt ego, quæ divùm incedo regina, Iovisque Et soror & conjux. Livius libro 2: Ipse ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Seneca: Tenero ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. ¶ Aliquando significat simpliciter ire. βαδίζειν. Plaut. in Mercat. Flagitium est, si sequatur, quando incedit per viam. Idem in Curcul. Caùtè ut incedas via. Liv. lib. 5. bel. Pun. secundi: Cum signis prima luce motis, segniter agmen incedere.

Incessŭs, sus, m. q. Ingressus. [צעד *tsahádh.* βάδισμα, βάδισις. Gall. *Allure auec grauité, marchement.* Ital. *Caminar con grauità.* German. Der gang/ das hereyn tretten. Hispan. *Andadura con pompa.* Polon. *Chodzenie, Stapanie.* Vngar. *Iárás, setálás.* Angl. *A walking, a maner of going.*] Valla: Incedere, est ambulare: inde Incessus sive tardus, sive festinus; sive commotus, incompositus, immoderatusque: propriè tamen sublimior quidam, & fastum præ se ferens. Cicero 2 de Finib. Quòd si vultum si incessum fingeres, quo gravior videretur, non esses tui similis. Virgil. 1. Aeneid. Et vera incessu patuit dea. ¶ Accipitur tamen quandoque pro quovis gressu, sive hominum, sive aliorum animantium. Plin. lib. 10. cap. 38: Incessus omnibus animalibus certus, & uniusmodi, & in suo cuique genere.

Incĕsso, is, ssi, vel ivi, act. t. à supino verbi incedo formatum. Lacesso, convitiis insector, provoco, concito, maledictis peto. [גרה *gharáh* חסיתי *hesith.* ἐπεγκαλέω. Gall. *Venir sus, assaillir, molester, vexer.* Ital. *Molestare, prouocare.* German. Anfallen / anreitzen mit testerworten. Belg. Tergen/schelden. Hispan. *Enojar, desafiar al enemigo.* Polon. *Złorzeczac pobiedzam, napadam.* Vng. *Szidalmazom, átkozom, ingerlõm, bozontom.* Ang. *To prouoke, to exasperat the mynd and mak angrie.*] Lactant. libr. 3: Quid ergo te magistra illa vitę docuit? an ut potentissimùm Consulem maledictis incesseres? Quint. lib. 7. cap. 3: Satius est omni se anteactæ vitæ abstinere convitio, quàm aut levibus, aut frivolis, aut manifestò falsis reum incessere: hoc est, lacerare, vel accusare maledictis. βάλλειν λόγῳ. ¶ Dicimus etiam, Incessit me cupiditas, vel incessit mihi cupiditas: hoc est, invasit, vel cepit me cupiditas. Livius lib. 1: Timor deinde patres incessit, ne civitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Et iterum: Perfectis patris mãdatis, cupido incessit animos juvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Valerius Maximus dativo junxit: Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Aliter Terent. in Adelph. Nova, *inquit*, nũc religio in te Isthæc incessit? ¶ Aliquando significat ingruo. ἐπιβάλλω. Col. lib. 2. cap. 21: Si verò procellæ ventorum, aut turbines incesserint, major pars ad terram defluit. Idem cum dativo posuit: Famem quoq; si sterilitas annorum incessit hominibus, commodè propulsat. ¶ Interdum significat ingredior. Idem li. 3: Et quum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet.

Incĕlebrĭs, bre, pen. corr. Non celebre: [ἀδοκίμαστος, ἄσημος. Gal. *Incognu, sans renom.* Ital. *Non frequentato.* German. Vnberümpt. Hisp. *No famoso, no diuulgado.* Polon. *Nie sl'awny.* Vng. *Nem hires, hiretlen neuetlen.* Ang. *Vnkmawen, without estimation.*] ut, Vallis incelebris, apud Silium lib. 8.

Incĕlebrātŭs, Non celebratus. [Vng. *Hirtelen, neuetlen, ditsires nékwl valo.*] Cornel. Tacit. lib. 5: Nobis pleraque digna cognitu obvenêre, quanquam ab aliis incelebrata.

Incēndo, dis, act. t. inflammo, accendo. [דבעיר *hibhír.* ἐμπυρίζω, ἐμπρήθω, κατακαίω. Gal. *Faire bruſler, metre le feu, allumer.* Ital. *Inflammare, abrusciare.* Germ. Anzünden. Belg. Aenstecken. Hisp. *Encender.* Polon. *Zapaliam.* Vngar. *Től gyuytom.* Ang. *To set on fier, to kendle, to mak to burne.*] Plaut. in Menæch. Sternite lectos, incendite odores. Cic. 7. Verr. Inflammari navem, incendique jussit. ¶ Hinc per translationem dicimus, Incendere aliquẽ ira, vel amore: hoc est, ad amandũ, vel irascendũ inducere. Plaut. in Asin. Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit.

Incēnsĭo, onis, f. t. Inflammatio. [בערה *beheráh* תבערה *tabheráh.* ἔμπρησις, ἐμπύρωσις. Gall. *Embrasement, bruſlement.* Ital. *Abbraggiamento di fuoco.* German. Anzündung. Hisp. *Encendimiento.* Pol. *Zapalenie.* Vn. *Től gyuytás.* Ang. *A burning, a setting on fire.*] Cic. pro P. Sylla: Incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu Rempublicam liberavit.

Incēnsē, ardenter. [Vng. *Lángazua, gyulua, gőriedue.*] Gell. libr. 10. cap. 3: Detestationeque apud cives Romanos incensè atq; acriter, atque inflammanter facit.

Incēnsĭŏr, comparat. magis incensus atque iratus. [Vng. *Től gyullattab, gőrietteb.*] Claudianus libr. 3. de raptu: Phlægraque nobis incensior æther.

Incēnsŏr, is. [ἐμπρησὴς, φευκτωρός. Vngar. *Gyuytogato, gőriesztő.*] Apul. libro 1. de mundo: Nocturni exploratores & nuntii speculatorum incensoris assidui. ¶ Dicitur etiam incensor incendiarius.

diarius. [Vngar. *Gyuytogato egetŏ.*] Vlpian.D.lib.48.Tit.19. lib.16 Mūnium incensores, *&c.*

Incēndĭum, dii, n. s. Inflammatio. [בערה *beheráh* תבערה *tabherah. ἔμπρησις, ἐμπύρωσις.* Gall. *Embrasement de feu, vn grand feu bruslant vne maison ou autre chose.* Ital. *Incendio, abbruggiamento.* German. Ein brunst. Hispan. *El huego quando algo se enciende.* Pol. *Zagorzenie.* Vng. *Gyultadás, égés.* Ang. *Burning, a light fyre that burneth an house.*] Plin.libr.12.cap.19: Donec id delubrum incendio consumptum est. ¶ Per metaphoram etiam accipitur pro vehementia amoris. Plaut. in Asin. Nam ni impetro, regem perdidi: ex amore, tantum est homini incendium.

Incēndĭārĭŭs, rii, m. s. Qui tectis, ædificiisve ignem injicit. [אבעיר *mabhír. σκεπαλευτής.* Gall. *Boutefeu.* Ital. *Incendiario.* German. Ein brenner. Hispan. *El que pone huego por hazer danno.* Polon. *Cżi ktorzi łapalaia.* Vngar. *Gyuytogato, házégetŏ.* Angl. *That fyreth buildings.*] Quintilian. Declam.9: Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus est) homicidas, inclusus turpiore custodia. Vtuntur etiam hac voce Suetonius in Vitellio, & Tacit.lib.15. ¶ Incendiaria, avis quædam infausta, alio nomine Spinturnix dicta, cujus conspectus tam inauspicatus habebatur, ut eam solam ob causam, urbem sæpiùs lustratam fuisse memoriæ proditum sit. Quidam incēdiariam avem esse volunt, quæcunq; apparuerit ex aris vel altaribus carbonem auferens. Vide Plin.lib. 10.cap.13.

Incēnsŭs, a, um, Qui non est census: hoc est, qui censum suum non est professus: quod criminis gravissimi loco habebatur apud Romanos, adeò, ut qui censum non esset professus, libertate spoliaretur. [ἀπίμητος. Polon. *Spacunku nie oddaiacy.* Vngar. *Meg nem számlattatot.* Ang. *Not registred, one that wald not be registred or enrolled in the nomber of the citizens.*] Cicero pro Cec. Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iam populus quum eum vendidit qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui ut liber sit, adire periculum noluit. Quum autem incensum vēdidit, hoc indicat quum ii qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur, cum qui cùm liber esset, censeri voluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.

Incēntĭo, Incentivus, Vide INCINO.

Incēptĭo, Incepto, Inceptor, Vide INCIPIO.

Incerno, nis, n. t. Compositum à Cerno, significat cribro. [הבין *beniph.* ἀλεύω, διακρίνω, σήθω, ἀλωτόω. Gall. *Cribler, sasser, bluter ou tamisser.* Ital. *Crivellare, cernere.* German. Wber etwas rāden oder beutten. Belg. Sisten. Hispan. *Cerner como harina.* Pol. *Przestewam, przetrząsiam.* Vngar. *Meg rostálom.* Ang. *To sifte, to range, or serce.*] Cato de Re rust.cap. 48: Tum semen serito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde Incerniculum, cribri genus quo frumenta purgantur. Vitruv. Super fricaturam, lævigationibus, & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

Incernĭcŭlum, li, n. s. Est instrumentum quo frumenta purgantur antequam molantur. [נטה *naphâh.* πλίνθος. Gall. *Vn crible, sas ou bluteau.* Ital. *Crivello, staccio, tamiso.* German. Ein beutel oder rennen. Hispan. *Cedaco para cerner harina.* Angl. *A ranging siue, a serce.*] Plin.lib. 8.cap.44: Decretum fecēre, quo caveretur ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent. Cato de Re rust. cap. 3: Cribrum unum, incerniculum unum, securim unam, scamnum unum.

Incēro, as, pen.prod.act.p. incerare, aliquid cera tego. [κηρόω. Gall. *Encirer, couurir ou enduire de cire.* Ital. *Incerare.* German. Wberwichsen. Hispan. *Encerar cubriendo de cera.* Pol. *Obwoszczam woskiem okl'adam.* Vngar. *Meg viaszom.* Ang. *To dresse with waxe.*] Iuven. Satyr. 10: -genua incerare deorum. Cornutus in Pers. Satyr. 1: Apud antiquos citreis tabulis parietes ornabantur, quas & cera incerabant, ut quicquid in animum veniebat statim notaretur.

Incertŭs, a, um, Dubius, anceps. [ἄδηλος, ἄπορος. Gall. *Incertain, douteux.* Ital *Dubbio, incerto.* German. Vngewiß. Belg. Onseker. Hispan. *Dudoso, no cierto.* Pol. *Niepewny, nie istý.* Vngar. *Bizontalan.* Ang *Vncertaine, doubtfull.*] Plaut. in Pseud. Certa amittimus, quum incerta petimus. Terent. in Heavt. Domum revertor mœstus, atq; animo ferè perturbato, atq; incerto præ ægritudine. Incertū vulgus: hoc est, non sibi constans. Cic. pro L. Muræna: Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.

Incērtē, [ἀσαφῶς, ἀδήλως. Vngar. *Bizontalanul.*] Ennius apud Gell. libr. 19.cap.10: Incertè errat animus præter proteriam vivitur.

Incērto, as, act.p. Incertum, seu dubium reddo. [ἀδηλόω, ἐις ἀπορίαν καθίστημι. Gal. *Faire ou rendre incertain.* Ital. *Far dubbio.* Ger. Vngewiß machen. Hisp. *Haxer dudoso y no cierto.* Pol. *Nieupewniam.* Vng. *Meg bizontalanitom, bizontalanná teszŏm.* Ang. *To make vncertaine.*] Plaut. in Epid. Longa dies meum incertat animum. Verbum est derivatum à nomine incertus.

Incēsso, Incessus, Vide INCEDO.

Incēstŭs, stus, m. q. & Incestum, sti, n. s. [ἡ αἰδοῖου συμπλοκία, ἡ αἰδοιομῖξία. Gall. *Inceste, cognoissance ou assemblee charnelle illicite comme auec parentes.* Ital *Incesto, congiontione carnale illecita, come tra parenti.* German. Ein blutschand. Hisp. *Ayuntamiento con parienta.* Polon. *Obcżowanie, ż' acżenie ż krewna.* Vngar. *Attyafiak kŏzt valo paraznaság.* Angl. *Incest.*] Dicitur flagitium, quòd committitur cum ea, cum qua sanguinis ratio aut religio matrimonium contrahere prohibet, ut cum matre, sorore, sacris virginibus, aut similibus: ita dictum (ut Nonius putat) quasi non castum. Alii Incestum deducunt à cesto Veneris cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur: ut Incestus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulū illud, justarum nuptiarum insigne, non adhibetur. ¶ Papinianus l. Si adulterium. ff. ad legem Iuliam, de adult. Incestum autē quod per illicitam matrimonii conjunctionem admittitur, excusari solet vel sexu, vel ætate, vel etiam puniendi correctione, quæ bona fide intervenit. Cicero 4. Tusculan. Omnibus enim animi perturbationibus est profectò nulla vehementior: ut si jam ipsa illa accusare nolis, stupra dico & corruptelas, & adulteria: incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Incestŭs, sta, stum, Pollutus, impurus, nefarius. [ממא *timmé'. μιαρὸς, αἰσχρὸς, βδέλυγος* Gall. *Vsdin, souille.* Ital *Macchiato, violato* Ger *Mit blutschand befleckt* Hisp. *Ensuziado.* Polon. *P. mażanni krewnim ż acżenim* Vng *Meg fertezetŏ, vndok* Ang *Incest, defiled.*] Propert.lib. 3 Eleg.11. Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Cic. pro domo sua. Istius qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro pollut ea templum. *&c.*

Incestē, adverb. Fœdè, turpiter. [ἀσελγῶς, βδελυγερῶς, αἰσχρῶς. Gal. *Par vilanie, infame & illeitre paillardese.* Ital. *Con tale sporcamente, & corrotamente.* Ger. Schandtlichen. Hisp *Con ayuntamiento con parienta.* Polon *Spros'nie, zgrzechem.* Vng *Meg fertezetue, vndokul.* Angl *Filthelie, as by incest.*] Cic. pro Cælio: Ideo aquam adduxi, ut ea tu incestè uterere?

Incesto, as, act.p. Polluo, cōspurco. [ממא *timmé'* μιαίνω. Gall. *Polluer, corrompre.* Ital. *Macchiare, violare.* Germ Ein blutschand begehen/beflecken. Hispan. *Ensuziar, violar.* Polon. *Dopuszczam s'ie ż krewnam.* Vng. *Meg fertezetŏm.* Ang. *To pollute, to defile.*] Tacit. lib. 5: Post quos Sextus Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & è saxo Tarpeio dejicitur. Virgil. 6. Aen. -toramque incestat funere classem.

Incestŭōsŭs, m. s. Qui incestum commisit: hoc est, qui incesto concubitu se polluerit: cujusmodi sunt, qui cum sanguine junctis sese commiscent. [Vngar. *Az ki vér szerént valo atyafiával paraználkodik.*]

Incēstĭfĭcŭs, a, um. [φονεύσιος, φονεύς. Gall. *Corrompeur de femmes ses parentes.* Ital. *Che giace con parenti.* Ger. Der ein blutschand begehē oder begangen hat. Hisp. *El que comete pecado de ayuntamiento con parientes.* Pol. *Pomażani krwia wł'asna.* Vn. *Parakua, vndok, fertelmes.* Ang *An incestuous personne.*] Senec. Thyeste: Ego castā manum Nefandus, incestificus, execrabilis Attrecto.

Inchŏo, as, act.p. A' nomine Chaos, ut autor est Festus, quòd Hesiodus omnium rerū initium dixerit esse chaos. Incipio, ordior, exordior. [הוחל *hechíl* ἄρχομαι. Gal. *Commencer, entreprendre.* Ital. *Cominciar, dar principio.* Ger. Anhebē/anfahē Belg. Beghinnē. Hisp. *Comencar.* Pol. *Poczinam.* Vng *Kezdem.* Ang *To begynne.*] Est aūt inchoare idē quod incipere. Virg. 3. Georg. Te sine nil altum mens inchoat. Cicer. de Clar. Orat. Meos liberos quos expectas, inchoavi, sed cōficere nō possum his diebus. ¶ Quādoque perficere est, πλεῖν. Virg. 6 Aen. Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Serv. Inchoat, perficit: & est verbū sacrorum. ¶ Idem Serv. in illud 2. Georg. Te sine nil altum mens inchoat: autor est, antiquos olim scripsisse Incoho, aspiratione interposita inter duas vocales, quòd putarent nullum verbū esse Latinum quod ante o haberet alterū o in fine: quòd tamē hodie videmus in verbo Boo, & cōposito Reboo. In secunda autē syllaba verbi Inchoo nullā scribebant aspirationē, quòd tres tantùm putarent esse voces Latinas, quæ post c literam aspirationem reciperent, sepulchrum, orchus, & pulcher: ex quibus, inquit Servius, pulcher tantùm hodie recipit aspirationem. ¶ Martianus Capella neutrum protulit, quum ait: India ab Emodiis montibus inchoat.

Inchŏātĭvă verba, A' Prisciano appellantur, quę à verbis secūdę potissimùm cōjugationis, aut à nominibus quibusdā adjectivis deducta, in sco syllabā desinunt: cujusmodi sunt calesco, & frigesco, à caleo, & frigeo: itē mitesco, dulcesco, sterilesco, à nominib. adjectivis mitis, dulcis, & sterilis deducta ἀρκτικῶς ῥήμασιν. Hujus generis autem verba Priscianus Inchoativa appellavit, quòd putavit per ea significari inchoationē actionum, quæ per verba primitiva denotantur. Quem ob id non immeritò reprehendit Valla lib. 1. Elegantiarū docens ea augmentativa potiùs appellāda, quū incrementū potiùs important, quàm inchoationē. Aliquando tamen cōparativè: id est, majori cum augmentatione sumuntur. Virgil. Sin in processu

cœpit

cœpit crudeſcere morbus. Vbi Servius exponit, Crudeſcere validior fieri. Aliquando comparatio apponitur. Terent. in Heavt. Nam mihi quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Virg. lib. 7: Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Quòd aũt ſignificent incrementũ, interpretum autorũq; idoneorum autoritate ſimul, & ratione probandũ duxi. Nonius in priſcis dictionibus: Albicatur, candidatur, exalbeſcit, purpuraſcit, purpureum fit. Cic. lib. 2. Acad. Quid mare? nónne cæruleũ? aut ejus unda, quũ eſt remis pulſa, purpuraſcit? Nigidius: Dicemus quæ vetuſtate deteriora fiunt vetuſteſcere, inveteraſcere, quæ meliora. Similiter apud Virg. lib. 2. Georg. Aëriaq; diſſiliunt vulgò, veſtesq; rigeſcunt. Servius: Rigeſcunt, durantur. Feſtus: Remorbeſcat, in morbũ recidat. Et Obherbeſcere, herbam increſcere. Cic. lib. 4. Tuſc. Deferveſcere, pro decreſcere, exponit. Aut rogandi, *inquit*, orandiq; ſunt ſi quam habent ulciſcendi vim, differãt in tempus, dum deferveſcat ira. Deferveſcere autẽ, decreſcere ſignificat ardorẽ animi, invita ratione excitatũ. Ex quo illud laudatur Architę, qui cùm villico factus eſſet iratior: Quo te modo (*inquit*) accepiſſem, niſi iratus eſſem? Idem pro Marcel. Nihil opera & manu factum, quod non aliquando conficiat, & conſumat vetuſtas: at verò hæc tua juſticia & lenitas floreſcit quotidie magis. Quis ibi interpretatur, Floreſcit, pro incipit florida fieri, quũ illud potiùs velit, Cæſaris lenitatem, tùm quidẽ floridam, in dies tamẽ magis ac magis floridam fieri. Si quotidie magis fiebat, profectò iſta continuatio dierum, dum hoc fieret, jam ab initio rem inchoatam ſemel fuiſſe, nõ quotidie incipi, apertè demonſtrat. Cic. etiam in Catone: Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. Si ætas ſenſim ſeneſcit, aut ſenſim incipit ſemper feneſcere Si ita eſt, ergò plus millies iſta inchoatio fiet. Et ſic toties deſinet fieri ſenex, quoties ſenſim ſeneſcit. Sed quoniam ab initio, quo cœpit ſenex fieri, nunquã omnino deſiit fieri ſenex, patet quòd Seneſco, ſignificat ſenex fio, nõ, incipio fieri ſenex. Plin. quoq; lib. 21, de ortu roſæ: Paulatim (*inquit*) rubeſcens dehiſcit. Iungimus autem hæc duo verba iſtis verbis in ſco terminatis, ſicut & aliis, quum aliquid inchoari ſignificare volumus, quæ ex hoc potiſſimùm inventa eſſe intelligimus, ut prędictis verbis, & omnibus aliis jungi poſſent, cùm actus inchoationẽ deſignari neceſſe foret: quod non fieret, ſi ex ſe inchoationẽ ſignificarẽt. Quare Virg. dixit: Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Cato de Re ruſt. Et ubi primũ incipiunt hiſcere, tùm legi oportet. Cæſ. in Comm. Cùm matureſcere frumẽta inciperẽt. Cic. de Nat. In his animãtibus, quę lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Et alibi dixit: Orationem ſuam caneſcere cœpiſſe. Formantur hæc verba utplurimũ à verbis neutris ſecundæ conjugat. à ſecunda perſona, junctа co ſyllaba, ut Albeo, albes, albeſco, Caleo, cales, caleſco. Quædã tamen ab activis, vel neutris tranſitivis deducuntur, quæ paſſivam nihilominus ſignificationem innatam habent: ſicut illa quæ à neutris ſecundæ conjugationis ſunt, ut Augeſco, ab augeo: Integraſco, ab integro: Saneſco, à Sano, a in e mutata. Siccеſco, crudeſco, molleſco, marceſco, matureſco, hilareſco, graveſco, grandeſco: quæ tametſi à nominibus venire poſſe videantur, tamen à verbis eorum vel activis, vel neutris tranſitivis ferè omnia venire magis credo. Quædam verò à nominibus formari cõvenit, ut Miteſco, dulceſco, crudeſco, ſterileſco, lapideſco, rareſco, crebreſco. Sunt etiam quædam ambigua & varia, quæ ſignificationem paſſivam habent innatam, & à neutris veniunt, & nihilominus etiam activam habere reperiuntur: ut Horreſco, Perhorreſco. Virgil. 3. Aeneid. Ne tu menſarum morſus horreſce futuros. Alia ſunt quæ primitivorum ſignificationẽ habent: ut Labaſco, extimeſco, pertimeſco, adhorreſco, præſentiſco, contimeſco, præſciſco, reſciſco, aſciſco, & conſciſco, & ſi qua ſunt alia. Alia terminantur in ſco, licet non ſint derivata: ut, poſco, diſco, gliſco, offuſco, ineſco. Sciendum etiam quod hæc verba, de quibus agimus, habent præteritum perfectum, quamvis multi negent, ſed falluntur: quoniam cum primitivis eorum aut ea communia habent, aut certè mutuò ab illis accipiunt. Quod Priſcianus in verbis Aſciſco, & deſciſco non diſſimulavit: Aſciſco, *inquit*, aſcivi, aſcitum: Deſciſco, deſcivi, deſcitum. Vbi Livii exemplum ponit: Deſcitum ab Romanis. Poſtea verò ſubdit: Abſciſco, & Deſciſco compoſita ab inchoativo Sciſco, habere præterita à primitivo Scio. Quo in loco Priſcian. malè appellat Sciſco inchoativum, quum tamen inchoativum non ſit, neque habeat ſignificationem verborum in ſco deſinentium. Diomedes quoq; præteritũ oſtendit verbi adoleſco: Adoleſco (*inquit*) adolevi facit. Virg. -mox cùm matura adoleverit ætas. A permatureſco eſt: ſignificat enim permaturum factum eſt. Colum. lib. 10: At circa Calend. Martias locis apricis licet porrum, ſi jam ingranduit transferre, Ab ingrandeſco eſt, nõ ab Ingrandeo, quod neſcio ſi inveniatur: nec ſi inveniretur, ab eo eſſet: quia ingranduit, grande factũ eſt ſignificat, non autẽ grande fuit, quod ſignificaret, ſi ab ingrandeo eſſet, ſed ſenſui non conveniret. Saluſt. Hi poſtquam convenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more viventes, incredibili memoratu eſt, quàm facilè coaluerint. Vbi coaluerint, eſt à Coaleſco, quod ſignificat concreſco, nõ à Coaleo, cujus ſignificatio activa repugnaret ſenſui orationis. Lactant. lib. 5: Decet eos ſuſcipere defenſionem Deorum ſuorũ, ne ſi noſtra invaluerit, uti quotidie invaleſcunt, cũ delubris ſuis ac ludibriis deſerãtur. Invaluerint, validiora fiant, ab invaleſcunt: quoniam ſubditur, uti quotidie invaleſcunt. Quint. lib. 5. Inſtitut. Orat. Iam illa flamma, quæ magna congerie, convaluerat, diductis quibus alebatur. Vbi cõvaluerat, idẽ ſignificat quod creverat, ſive valida facta erat, nõ valida fuerat, à convaleſco, nõ à Convaleo. Cicer. lib. 6. de Repub. Hoc ſonitu omnes ferè completæ aures hominũ obſurduerunt: ſignificat ſurdę factæ ſunt, ab Obſurdeſco nõ aũt ſurdæ fuerunt, ab Obſurdeo, quaſi nõ ampliùs ſurdæ tunc forent. Hoc modo omnia prętерita perfecta ejuſmodi interpretata ſunt. Et ſi ambigua videbuntur, diſquirendũ erit, an à primitivis an derivativis veniant, quod ſignificatio & res de qua tractabitur, commonebunt. Poſſunt nihilominus ſic diſcerni: ut ſi dicam Canui, pro canus factus ſum, tunc à caneſco erit: ſi verò dixero, Hæc veſtis canuit, pro cana fuit, quæ ampliùs cana nõ ſit, ut ſi eam pullam feceris, tunc à Caneo erit. Similiter, Hæc arbor floruit, ſi de tempore quo florida fuit, loquar, tunc à Floreo erit: ſin eam floridam factam eſſe intelligi voluerò, à floreſco ſumetur. Hoc enim florida facta eſt ſignificat, illud verò florida fuit. De his plura vide apud Vallam libro primo Elegant.

Incĭdo, dis, incidi, inciſum, pen. prod. ex in, & cædo, act. t. ſeco, reſeco, amputo. [חסב *chatáb* בצע *bitsáh* גזר *ghazér* נתח *nitthéach* בתך *bittér* חק *chák* חקה *chikkáh*. Ἀγκίπρω, κοπτικῶπλω, ἐγγλάπλω. Gall. *Entailler, couper, inciſer, trancher, engrauer*: Ital. *Tagliare, intagliare*. Ger. Anſchneiden/ eynſchneiden. Belg. In ſnicken ſnyden. Hiſ. *Cortar, entallar, exculpir*. Pol. *Narebuie, naryznam*. Vng. *El metczõm, föl metczõm*. Ang. *To cut, to graue, to intayle*.] Virg. 3. Aegl. Atque mala vites incidere falce novellas. ¶ Accipitur etiam Incĭdo pro inſculpo. Cic. de Senect. Notum eſt ejus carmen inciſum in ſepulchro.

Incīsus, a, um, Inſcriptus, inſculptus. [חסוב *chatúb* מחקה *mechukkéh*. ἐγκεκγλαμμένον. Gall. *Coupé, entaillé, engraué*. Ital. *Tagliato, ſcolpito*. Germ. Eyngehauwen/ eyngeſchnitten. Hiſp. *Cortado, eſculpido, entallado*. Pol. Wirzniony. Vngar. *Föl metczetõt*. Angl. *Graued, intayled*.] Liv. 3. ab Vrb. Leges in æs inciſas in publicò propoſuerunt. Cic. in Orat. de ſignis: Id non modò cõſcripſerunt, verumetiã in ære inciſum tradiderunt. ¶ Inciſum aliquãdo ſignificat amiſſum, ademptum. ἀπηκεκομμένον. Liv. lib. 3: Itaque ſpe inciſa priùs quàm prædicta dies adeſſet, Appius mortem ſibi conſcivit. ¶ Inciſum, Oratores vocant ſenſum nõ expleto numero concluſum: quod plerisque pars membri eſſe videtur. κόμμα. ut, Domus tibi decoratæ habebas pecunia ſuperabat? egebas, Fiunt autem ſingulis verbis inciſa. Cicer. in Orat. Quæ neſcio cur quum Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè *inciſa* & *membra* dicamus.

Incīsĭo, onis, f. t. Eſt actus ipſe incidendi. [בתך *ghézer* בתח *béther* נתח *néthach*. Ἀγκοπή. Gall. *Inciſion, coupure*. Ital. *Taglio, intaglio*. Ger. Eynſchneidung in ein ding. Belg. Een ſnidinge. Hiſ. *Cortadura, intalladuræ*. Pol. Wirznienie. Vn. *Metczés*. Ang. *A cutting or grauing*.] Col. lib. 3: Infra inciſionem & alligaturam, falce acuta leviter vitem vulnerato ex utraq; parte, ut his potiùs plagis humor defluat, quàm ex inciſione abundet. ¶ Inciſio aliàs in oratione pars membri eſt, quod Græci κόμμα nominãt. Cic. in Orat. In inciſionibus verò multò magis, & in membris.

Incīsūra, æ, f. p. Ipſa inciſio. [בתך *ghézer* בתח *béther* נתח *néthach*. Ἀγκοπή. Gall. *Coupure, entailleure*. Ital. *Taglio*. Germ. Ein ſchnitt. Hiſp. *Cortadura*. Pol. *Narzezanie*. Vng. *Metczés, vágás*. Ang. *A iagge, gashe or cutte*.] Plin. lib. 11. cap. 39: Pili reciſi, nõ ut herba, ab ipſa inciſura augentur, ſed ab radice exeunt. Col. lib. 12. cap. 54: Tum ſalem inter inciſuras raporum non nimium minutum aſpergito. ¶ Inciſuræ etiam dicũtur in manibus, quę vulgò *lineæ* vocantur. Plin. libr. 11. cap. 52: Contrà longæ eſſe vitæ incurvos humeris, & in manu duas inciſuras longas habentes.

Incīsus, pen. prod. [Vng. *Metczés*. Angl. *A cutting, a iagging*.] Plin. libr. 16. cap. 52: Fructum quædam proximo anno ab inciſu largiuntur.

Incīse, adverbium, Inciſim, minutatim. [κατὰ κόμματα. Gall. *Par coupures, par morceaux, par pieces*. Ital. *Minutamente, in piu parte*. German. Stücklechtig. Hiſpan. *Acortaduras, ò cortando*. Polon. *Drobno*. Vngar. *Vagdalua, metélne, darabonkent*. Ang. *By pieces*.] Cicero in Orat. Quo autem pacto debeat inciſè, membratimve dici, jam videmus.

Incīsim, ſignificat per inciſiones, minutatim, inciſè. [κῶλα κόμματα, διηκεκομμένως. Gal. *Par coupures, par inciſions*. Ital. *A tagli*. Ger. Stücklechtig/ von ſtuck zu ſtuck. Hiſp. *Acortaduras, cortando*. Polon.

Postuete. Vngar. *Vagdalwa, aptonként darabon kent.* Ang. *In cuttes and gashes, shortly.*] Cic. in Orat. Hæc quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas.

Incīdŭus, dua, duum, Quod cædere, vel incidere non licet. [ἄτμητος. Gall. *Qu'on ne coupe point, ou qu'on n'est licite de couper.* Ital. *Che non si dee tagliare.* German. Das man nicht abhauwen darff. Hispan. *Lo que no se deue cortar.* Pol. *Czego sie rebac niegodzi.* Vngar. *Azmit nem szabad lovagni.* Ang. *That can not be cutte.*] Ovid. 2. Fast. Monte sub Exquilio, multis inciduus annis. Iunonis magnæ nomine lucus erat. Idem 3. Amor. Eleg. 1: Stat vetus & multos incidua sylva per annos.

Incĭdo, dis, incidi, pen. cor. Ex in, & cado: supinum facit incasum, licet parum usitatū, Cado, accido, irruo. [נפל *naphál.* ἐμπίπτω. Gall. *Tomber d'aduenture dessus, chevir dessus ou pres.* Ital. *Accadere, incorrere.* Ger. Eynfallen. Hisp. *Caer en algo ò acontescer.* Pol. Wpadam. Vng. *Reá ofzóm, tórtinóm.* Ang. *To happen, or fall in.*] Omnia enim à cado composita proferunt supinum cū a, sicut cado: quę verò à cædo pro ferio, mutant e in i, ut incisum, recisum. Vnde ab incido, incasum, incasurus. Plin. li. 2. cap. 27: Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror, verùm hæc ideo facta: quia incasura erant illa. Est autē incidere, propriè idem quod in aliquid, seu supra aliquid cadere. Liv. lib. 2. bell. Pun. secundi: Sagunti ruinæ (utinam falsus vates sim) vestris capitibus incident. ¶ Sumitur tamen frequenter Incidere pro eo quod est casu incurrere. [συμπίπτειν. Vng. *Reá ak adok.* Ang. *To happen.*] aut de improviso labi: ut Incidi in latrones. Incidi in errorem. Cic. Curioni: Quòd in id Reipublicæ tempus non incideris, sed veneris. Incidere ergo, casu venire est: venire verò, certo judicio, & sententia, & consulrŏ. Quod ipse Cicero in eo quod sequitur declarat: Iudicio enim tuo, nŏ casu in ipsum discrimen rerum contulisti Tribunatum tuum. Iungitur quādoque cum dativo: ut, Mihi incidit suspicio. Quandoque absolutè ponitur: ut Incidunt sæpè multæ causæ: Objurgationes incidunt necessariæ: & Incidit de uxoribus mentio. item: Incidit quæstio, Aliud ex alio incidit.

Incĭens, dicitur Propinqua partui, quòd fœtus ejus sit incitatus. Festus.

Incīlĕ, hujus incilis. [תעלה *tehaláh.* διώρυξ Gall. *Vne trenchee, fossé, canal ou conduit, par lequel on fait couler l'eau en quelque lieu.* Ital. *Canale, condotto, comme per condur via l'acqua.* German. Ein graben oder bin oder teuel / dardurch man das wasser auß einem fluß in ein ort hin leitet. Hispan. *El cauo de algun rio o acequia para regar.* Polon. *Kanał albo kopiec to kędy woda ściekawody.* Vngar. *Assis.* Ang. *A gutter to conueigh water.*] Teste Vlpian. l. 1. ff. de Rivis, est locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Scindi tur enim lapis vel terra, unde primùm aqua ex flumine agi possit, quemadmodum in pistrinis fumentariis videmus. Quod autem ad incile apponitur aquę derivandæ, compellendæve ex flumine causa (quòd vulgò *Clausa* dicitur) sive id ligneum sit, sive lapideum, sive ex qualibet alia materia, ad continendam transmittendamque aquam excogitatum, Latinè (Vlpiano teste) septum dicitur. ¶ Item Incile dicitur locus per quem primùm deducitur ex quocunque rivo aqua, irrigandi causa. Apud Festum pro eodem in plurali numero lēgimus incilias, siqua tamen fides haberi debeat libro à sciolo quodam tam fœdè contaminato. Ego certè incili legendum puto.

Incīlēs, inquit Festus, canales sunt, in quos aqua confluit in viis lapide stratis: ab eliciendo dicti. Sic enim habent omnia exemplaria. Quo tamen in loco non inciles, sed inlices, sive illices legendum est. [Vng. *Tsatorok.*]

Incīlo, las, penultima product. Increpo, vel improbo [תוכיח *bochiach* ענר *ghahár* ἔγκλειν, ψέγω. Gall. *Reprendre.* Ital. *Riprendere.* German Scheiten / verweiffen. Hispan. *Reprehender.* Pol. *Ganić, ganienie.* Vngar. *Szidalmazom, kárhoztatom, dorgálom.* Ang. *To reproche or reprehend.*] Plautus: Melius tamen est ita vivere, ne quis nostra incilet facta. Lucr. lib. 3: Iure (ut opinor) agat, iure increpet, incilerque.

Incĭngo, n. t. Cingo, & circumligo, circundo. [סבב *sabáb* חשק *chischchák.* περιζώννυμι. Gall. *Ceindre, enuironner.* Ital. *Cignere.* German. Vmbgürten / engürten / vmbgeben. Hispan. *Ceñir.* Polon. *Obtaczam, obliegam, opassuie.* Vngar. *Környŏl veszŏm meg környékezŏm.* Ang. *To girde, or to enuironne.*] Liv. 8. ab Vrbe: Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equū insiluit, ac si in medios hostes immisit. Virgil 7. Aeneid. Pampineasq; gerunt incincti pellibus hastas. Ovid. 3. Amor. Eleg. 7: Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes?

Incĭno, nis, penultima correpta, act. t. Cum quadam modulatione cano. [זמר *zimmér.* ἄιδω. Gall. *Chanter, soit par voix ou par instrumens.* Ital. *Cantar per ragione.* German. Singen / auff einē Seitenspiel schlahen. Hispan. *Cantar para incitar y con razon.* Pol. Wdzięcznie przy pieśnie. Vngar. *Enekl ŏk, dudolok.* Angl *To sing by voice or instrument.*] Gel. libr. 4. cap. 13: Creditum est hoc à plerisq; Ischiaci, quum maximē dolēant; tum si modulis levibus tibicen incinat, minui dolores. Propertius: Seu varios incinit ore modos. Gellius libro 1. cap. 11: Et frequenter memoria quædam varia tibīcen incineret. ¶ Hinc fit frequentativum Incanto, tas. de quo suprà: & Incentio, de quo mox.

Incĕntĭo, nis, f. t. Cantio, seu cantilena. [ἐπῳδή. Gall. *Chanson.* Ital. *Canzone.* German. Ein gesang Hispan *Cancion.* Pol. *Spiewanie.* Vngar. *Eneklés.* Angl. *A song.*] Gell. lib. 4. cap. 13, docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. ¶ Incentio, Incantamentum, quod vocis modulatione fiebat. Gell. lib. 26. cap. 11: Vt serpentum virulentorum domitores sint, & incentionibus, herbarumque succis faciant medelarum miracula.

Incĕntīvus, va, um, [ἐπαυλητικός. Vngar. *Eneklo, iob kéz felől szóngó.*] ut Tibia incentiva, apud Varronem, quę à dextra canit: sicut Succentiva, quæ ad sinistra succinit. lib. 1. de Re rust. cap. 2: Et ut dextra tibia alia, quàm sinistra: ita ut tamen sit quodammodo conjuncta: quod est altera ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva. ¶ Accipitur etiam incentivum pro incitativo, sive irritativo, propterea quòd milites incentione tubarum ad bellum solent incitari. παροξυντικόν. Plin. in Paneg. Non tubæ solùm, sed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquid feruntur habuisse.

Incĭpĭo, pis, penultima correpta, ex in, & capio, act. t. Inchoo, initium capio, ordior, exordior. [חחל *hechél.* ἄρχομαι, ἀπάρχομαι. Gall. *Commencer, encommencer.* Ital. *Cominciar, incominciare.* German. Anfahen / anheben. Belg. Beghinnen. Hispan. *Comenzar.* Polon Poczynam. Vngar. *Et kezdŏm.* Ang. *To beginne.*] Terent. in Adelph. Perii hercle: hac spe illi hoc inceperunt. Potest tamen esse sine infinito. Plaut. in Capt. Quandiu id factum est? S. T. hic annus incipit vigesimus.

Incœptum, ti, n. s. Institutum, principium. [תחלה *techillah.* ἀρχή. Gall. *Commencement, encommencement.* Ital. *Comminciamento, principio.* Ger. Ein anfang / furnemmung. Hispan. *Comienco* Polon. Poczęcie. Vng. *El kezdés, kezdet.* Ang. *A beginning, an enterprise.*] Cicer. in Catil. Cujus ego si non modò factum, sed incœptum ullum, conatúmve contra patriam deprehendero.

Incœptŏr, oris, m. t. Auctor. [חחל *mechél* ἐξαρχος, ἐπιβαλλόμενος. Gall. *Entreprenent, celuy qui commence ou à commencé quelque chose.* Ital. *Chi comincia ò vero chi ha comminciato qualche cosa.* Germ. Ein anfenger / anheber. Hispan. *El que comienca alguna cosa.* Pol. *Ten ktori poczina.* Vngar. *Kezdŏ.* Angl. *A beginner.*] Terent in Evnuch. O Parmeno, ô mearum voluptatum omnium inventor, incœptor, perfector.

Incœptĭo, onis, f. t. Principiū. [תחלה *techillah.* ἀπαρχή, ἐπιβολή. Gall. *Commencement.* Ital. *Comminciamento.* Ger. Anfahung oß anfang. Hispan. *Comienco.* Pol. Początek. Vngar. *El kezdés, kezdet.* Angl. *A beginninge, a doinge.*] Terent. in Andr. Nam incœptio est amentium, non amantium.

Incœpto, as, frequentativum. [ἐπιχειρέω, ἐπιβάλλω. Gall. *Encommencer.* Ital. *Incominciare.* German Embfā anfahen Hispan. *Comentar.* Pol. *Pilnie poczynam.* Vngar. *Et kezdŏge ŏm.* Ang *To beginne, to go about.*] Plaut. in Amphit. Quæque incœpisti res, quasque incœptabitis. Terent. in Heaut. Vah, video, quod incœpret facimus. Gell. libr. 1. cap. 11. Tibicines inter exercitum positi canere incœptabant.

Incīsē, Incīsim, Incīsĭo, Incīsum, Incīsura, Vide INCIDO, penultima prod.

Incĭtus, ta, pen. cor. f. p. Paupertas. [מחסר *machsór* דלות *dallúth.* ἀπορία Gal. *Poureté* Ital. *Povertà* Ger. Armut Hisp. *Pobreza.* Pol. Vbostwo. Vng. *Szegénség.* Ang *Powertie.*] Plaut. in Trinum. Hic cujus est? ut ad incitas redactus. Ideñ in Pœnulo: tace modò: Profectò ad incitas lenonem rediget, si has abduxerit.

Incĭtēgă, pen. prod. Pro machinula, in qua amphora vini cōstituebatur, unde subinde vina in convivia subministrarent. [Vngar *Boros fetely.*] Festus.

Incĭto, as, pen. cor. ab in, & cito, act. p. quod est frequentativū à verbo cieo. [הסית *hesith* דרה *gherah* בהל *bihél.* κεκινηλέω, ἐκπαροξύνω, κατεπείγειν, ἐπάγειν. Gall. *Inciter, prouoquer.* Ital. *Incitare, pronocare.* Ger. Bewegen / anreitzen / antreyben. Belg Verwecken. Hisp. *Incitar, mouer.* Pol. *Pobiedzam, porussam.* Vngar. *Izgatom.* Ang. *To stirre vp, to prouoke and encourage.*] Vnde & pro irritare, & provocare sumitur. Cæs. 3. bel. Gall. Sed multa tamen Cæsarem ad bellū incitabāt. Plin. lib. 20. cap. 7: Nec ulla res majorem in cibis aviditatem incitat, inhiberque eandem. Treb. ad Cic. libr. 12. Epist. Ne putes in Asia feriatum illum ab his studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.

Incĭtātŭs, partic. Commotus, perturbatus. [נבהל *nibhál.* κινούμενος, παροξυνόμενος. Gall. *Incité, esmeu, prouoqué.* Ital. *Incitato, smosso.* German. Bewegt / angereitzt. Hispan. *Incitado, mouido.* Polon Poruszoni, rozdrażniony. Vng. *Föl háborodot, föl inditatot.* Ang. *Stirred, moued and encouraged.*] Cic. 1. Offic. Iracundia inhibitatus populus. Idem lib. 4. Acad. Et tamen isti physici, rarò admodum, quum hærent aliquo loco, exclamant, quasi mente incitati. ¶ Incitatum pro vehementi, nomen ex participio. Cic.

in Bruto: Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem in Som. Scipio. Hic verò tantus est totius mūdi incitatissima cōversione sonitus, ut cum aures hominum capere non possint.

Incĭtātĭo, onis, f. t. Instigatio, cómmotio. [בהלה *behaláh.* ὄρμησις, παρόρμησις. Gall. *Roideur, viſtleſſe, inſtigation.* Ital. *Incitamento.* German. Bewegung/anreitzung. Hiſpan. *Incitamiento.* Polon. *Poruſzenie, pobudka.* Vngar. *Fŏl háborodas, fel indulás.* Ang. *A ſtirring, mouing or prouoking.*] Cic. 2. de Orat. Languentis populi incitatio, & effrænati moderatio. Idem 1. de Orat. Sic evolavit oratio, ut ejus vim atque incitationem aſpexerim, veſtigia ingreſſumque vix viderim.

Incĭtātē, adverbium. [ὁρμητικῶς, σπουδαίως. Gall. *De grande roideur, viſtement.* Ital. *Incitamente.* Germ. Strengklich. Hiſpan. *Incitadamente.* Polon. *Popedliwie.* Vngar. *Gyorſaſágoſon.* Angl. *Swiftlie, with a vehemencie and quickneſſe.*] Cicer. 2. ad Attic. Quas Numeſtio literas dedi, ſic te his evocabam, ut nihil acriùs, neque incitatiùs fieri poſſet.

Incĭtābŭlum, li, n. ſ. Incitamen, inis, n. t. & Incitamentum, ti, n. ſ. [בהלה *behaláh.* ἔνασμα, ὀρμητήριον. Gall. *Incitement, eſguillon.* Ital. *Incitamento.* German. Anreitzung/tryb. Belg. Een verwectinge. Hiſp. *Incitamiento.* Pol. *Pobudzenie.* Vng. *Ingerlés (anagy) ingerlő, ixgato.* Ang. *A ſtirring vp or mouing an encouragement.*] Gell. lib. 15. cap. 15: Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii, virtutisque. Cic. pro Archia: Hoc maximum & periculorum incitamentum eſt, & laborum.

Incĭtŭs, verbale, Incitatio. [בהלה *behaláh.* παρόρμησις. Vng. *Fŏl haboritás, ixgatás.*] Plin. lib. 2. cap. 45: Qui ſine aſſiduo mundi incitu & contrario ſiderum occurſu, naſcuntur, ſive hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus, &c.

Incĭtŭs, compoſitum ex in & Citus, idem quod velox & celer. [מהיר *mahír.* παρόρμητος. Gall. *Leger, eſmeu.* Ital. *Veloce, ſmoſſo.* German. Schnell/durch anreitzung. Hiſpan. *Incitado, ligero.* Pol. *Pretky.* Vng. *Gyors, ſerény.* Ang. *Swyft, ſpeedie and quicke.*] Cic. de Nat. deor. Sicut inciti atq; alacres roſtris perfremunt Delphini. Ex Accio. Lucret. lib. 6: -validi vis incita venti.

Incīvīlĭă verba, appellat Gell. petulantiora, nihil prorſus habentia civilis modeſtiæ. [ὠμά. Vngar. *Embertelen goromba beſzéd.*]

Inclāmo, as, pen. prod. n. p. Eſt clamore objurgare. [זעק *Zahák* קרא *kará.* ἐγκαλῶ. Gall. *Hucher, appeller à haute voix.* Ital. *Riprendere gridando, ſgridare.* Ger. Beſchreyen/ mit ſchreyen einen beſchelten. Belg. Roepen. Hiſp. *Reprehender con grito, dar grande vozes.* Pol. *Wołam l'aiac, bakam.* Vng. *Meg dorgálom (anagy) be kialtom.* Ang. *To cry out.*] Plaut. in Aſin. Nimis ægrè riſum continui, ubi hoſpitem inclamávit, qui ſe abſente mihi fidē habere noluiſſet. Idem in Sticho: Tuos inclama, tui delinquūt. ¶ Aliquādo accipitur prō intrō vocare. Ovid. lib. 2. Faſtor. Fit ſonus inclamat comites & lumina poſcit. Valer. Maxim. lib. 1: Perterritus deinde tām tetro viſu & nomine horrendo, ſervos inclamavit, ſciſcitatusque eſt, ſiquem talis habitus aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent.

Inclāmĭto, as, are, frequentativum. [ἐπιβοᾶμαι. Gall. *Souuent hucher.* Ital. *Chiamar ſpeſſo.* Ger. Offt beſchreyen. Hiſp. *Llamar muchas vezes.* Polon. *Vſtawnie wołam.* Vng. *Kiáltozok.* Angl. *To cry out often.*] Plaut. Epid. Etiam inclamitor quaſi ſervus.

Infūmĭbŭlum, n. ſ. Spiraculũ per quod fumus exit. [καπνοδόχη. Gall. *Cheminee.* Ital. *Fornace, camino.* Germ. Ein Rauchloch. Hiſp. *Cheminea.* Pol. *Kadzielnica, komin.* Vng. Kvvrtő (anagy) kemencze lyuka. Ang. *The tunnell of a chimney.*]

Infundo, dis, dere, act. t. Introfundo. [יצק *jatsák.* ἐκχέω, ἐγχέω. Gall. *Verſer dedans.* Ital. *Infondere, gettare dentro.* German. Eyn gieſſen, hineyn ſchutten. Hiſpan. *Derramar à dentro.* Polon. *Nalie wam.* Vngar. *Bétöltöm* Angl. *To powre in.*] Columell. libro 6. cap. 4: Ac poſtero die ſpicas ulpici, vel allii, cum vino conteras, & in naribus infundas. Cicer. 11. Philip. Atque hic nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit. ¶ Quandoque infundere eſt ſuprafundere. ἐπιχέω. Virgil. 1. Georg. Certatim largos humeris infundere rores.

Infūſĭo, ſ. t. Infundendi actus. [מוצקות *mutséketh.* ἔγχυσις, ἐπίχυσις. Gall. *Verſement dedans.* Ital. *Verſamento.* Ger. Eyngieſſung, eynſchüttung. Hiſpan. *Obra de derramar à dentro.* Pol. *Nalianie.* Vng. *Bétöltés.* Ang. *A powring in or vpon.*] Plin. libr. 20. cap. 21: Valvas & cibo & infuſione mollit in oleo.

Infūſŭs, us, m. q. Infuſio. [Vngar. *Bétöltés.* Angl. *A powring in or vpon.*] Plin. libro 24. cap. 6: Sonitus aurium emendat infuſu, ſtrumas illitu.

Infundibŭlum, li, n. ſ. Inſtrumentum quo in vaſa liquores infundimus. [מוצקות *mutséketh.* χώνη, ἐπίχυσις. Gall. *Vn entonnoir, vne tremuye de moulin.* Ital. *Imbotatoia, piria.* Germ. Ein Trächter. Hiſp. *Embudo, ò tolua de molino:* Polon. *Lejk.* Vn. *Tölcsér.* Ang. *A funnell where into locour is powred when veſſelles ar filled, a mill hopper.*] Cato: In cella olearia hæc opus ſunt, dolia olearia, & opercula, electarium olearium unum, labellum unum, infundibula duo. Colum. lib. 24. cap. 15: Atque is nidor per infunibulum imbibitur in vetere tuſſi. Ruſtici noſtrates *luram* vocitant. Antiquiores autem os utris, *luram* dicebant. Vnde Lurcones, capacis gulæ homines nomen acceperunt, quia à Græcis appellantur λάμιαργοι & χαιρίμαργοι.

Infūrnĭbŭlum, n. ſ. Pala qua Panes in furno diſponuntur. [Gall. *Paelle pour enfourner.* Ital. *Pála di infornare.* German. Ein Brotſchüſſel. Hiſp. *Pala de horno.* Pol. *Łopata chlebowa.* Vngar. *Kinyér bényo lapat.* Ang. *A peelle to ſett bread in the ouen.*] Plinius libro 24. cap. 15: Radix ejus ponitur in carbonibus cupreſſi, atque is nidor per infumibulum imbibitur in vetere tuſſi. Quo tamen in loco vetuſti codices, teſte Hermolao, habent, Per infunibulum. Non malè tamen infumibulum legi poſſe idem Hermolaus fatetur, eo quòd Græci hoc genus hauriendi fumi, aut nidoris ὑποκαπνισμὸν vocant.

Infūſco, as, are, Fuſcum reddo. [ὑπομελανίζω. Gall. *Brunir, noircir.* Ital. *Offuſcare.* Ger. Braun oder ſchwartzlecht machen. Belg. Swertmaken. Hiſp. *Embacar ò ennegreſcer à otro.* Pol. *Poczerniam.* Vng. *Meg ſketitöm.* Ang. *To mak dimme, duskie or dark.*] Plin. li. 9. cap. 29: Infuſcata aqua abſcõduntur. i. obſcurata, & turbida facta, vel turbata. Infuſcare vellera, Col. lib. 7. cap. 3. ¶ Infuſcari barbaric, tranſlatè pro inquinari. Cic. de Clar. Orat. Sed omnes tum ferè qui nec extra urbẽ hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat, rectè loquebantur.

Infuſcŭs, Fuſcus. [שחור *ſchachór.* φαιός. Gall. *Noirastre.* Ital. *Foſco.* Ger. Schwartzlecht. Hiſp. *Baco ò pardo en color.* Pol. *Poczernioni.* Vng. *Feketés.* Ang. *Dimme, duskie.*] Colum. lib. 9. cap. 10: Quidam etiam infuſci atque hirſuti reperiuntur.

Ingĕlābĭlis, le, om. t. Quod non gelatur. [ἄπηκτον, πήγνυσθαι & ἀναπάγιον. Pol. *Nie zamarzaiaci.* Vngar. *Fagyhatatlan.* Angl. *That freezeth not.*] Gell. lib. 17. cap. 9: Cur fluviorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile ſit. Quædam exemplaria habent incongelabile.

Ingĕmĭno, as, are, Gemino, aut frequẽter gemino. [כפל *chaphál.* διπλασιάζω, διπλόω. Gall. *Doubler, redoubler.* Ital. *Radoppiare.* Ger. Zwey mal oder offtermal etwas auffeinander thun / mit widerdferẽ wol eynbilden. Hiſp. *Repetir ò doblar.* Pol. *Powtarzam.* Vn. *Meg ketőſzretőm.* Ang. *To double.*] Virg. 1. Georg. Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces, Aut quater ingeminant. Ovid. 6. Faſt. Hoſtiles ingeminavit opes. Ingeminare neutrũ, Virg. 1. Georg. -ingeminant Auſtri & denſiſſimus imber. Vbi Servius, ingeminant pro ingeminantur poſitum eſſe ait.

Ingĕmo, mis, ſecunda ſyllaba correpta, ui, itum, n. t. Vehementer gemo, & graviter fero. [באנח *neenách* אנק *anák.* στενάζω, στενάχω, ὀλοφυρμοῦ. Gall. *Geindre, gemir, ſe gvementer.* Ital. *Gemere.* Ger. Erſeufftzen. Belg. Suchten. Hiſp. *Muche gemir.* Polon. Wzdicham. Vn. *Foházkodam, nyögök.* Ang. *To grone or wayll heauelie.*] Cic. Som. Scip. Hîc cùm exclamaſſet Lælius, ingemuiſſentq; cæteri vehementiùs, leniter arridens Scipio, *&c.* Idem 5. Philip. Vna illa in re civitas ſervitutis oblita ingemuit. Habet aliquando poſt ſe accuſativum. Virgil. in Daphnide: Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones Interitum.

Ingĕmīſco, cis, ejuſdem ſignificationis. [Vn. *Fölfoházkodom.* Ang. *To lament and wayle.*] Cicer. in Epiſt. Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati. Ingemiſcere malo alicui, eſt malo alicujus gratia ingemiſcere. Idem 2. Tuſc. Quem vidit nemo illi ingemiſcentem malo.

Ingĕnĕro, as, Ingigno, gignendo inſero, indo. [נתן *nathán.* ἐγγεννάω, ἐμφυτεύ. Gall. *Engendrer.* Ital. *Ingenerare.* German. Eyngebären. Hiſpan. *Engendrar à dentro.* Polon. *Wrodzam.* Vngar. *Bé olton nemzöm.* An. *To engender.*] Cic. 1. Offic Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & vitæ ſocietatem: ingeneratque in primis præcipuum quendã amorem in eos qui procreati ſunt. Idem 5. de Finib. Et illum appetitum rerum à natura accommodatarum ingeneratum putaverunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua ſeipſi diligunt. Idem de L. Agrar. Ingenerantur hominibus mores à ſtirpe generis vel ex his rebus id eſt, procreantur.

Ingĕnĭcŭlāri, Significat genu flectere. [ברך *barách.* γονυπετῶν. Gall. *S' agenouiller.* Ital. *Inginocchiarſi.* German. Sich neigen / die Knye biegen. Hiſpan. *Arrodillar, ò hincar las rodillas.* Polon. *Kl'aniam ſie.* Vngar. *Térdet haytogatni.* An. *To kneele, to bowe the knee.*] Lampridius in Heliogabalo: Ita ut ſubitò veſtes ad pedes defluerent, nudusque una manu ad mammam altera pudendis adhibita, ingenicularet.

Ingĕnĭum, nii, n. ſ. à Gignendo, propriè natura dicitur cuiq; ingenita, indoles. [φύσις. Gall. *La nature qv' vn chacun a, engin, eſprit & entendement.* Ital. *Natura, ingegno.* Ger. Die angeborne art oder natürliche neigung. Belg. Verſtant. Hiſpan. *Naturaleza, o ingenio natural.* Pol. *Dowcźip wrodzoni.* Vng. *Elmé.* An. *Witt, nature, inclination.*] Saluſt. lib. 3. Hiſtor. Caſtrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebantur: hoc eſt, natura & ſitu loci. Plaut. in Stícho: Vbi facillimè ſpectatur mulier quæ ingenio bono eſt. Terent. in Andria: Nam qui cum ingeniis conflictatur ejuſmodi id eſt, cum hominibus ejus naturæ. ¶ Eſt etiam ingenium, vis quædam naturalis nobis inſita, ſuis viribus peracris ad inveniendum, quod ratione indicari poſſit. δύφυια, ἐγχείνοια. Cicero 5. de Finibus: Prioris generis eſt docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur uno ingenii nomine, easque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. Vnde præclara ingenia, & obtuſa ingenia dicimus: id eſt, acuta & rudia. Peracre ingenium, Cicero 3. de Orat. Rude, Quint. lib. 1. cap. 2.

Ingĕnĭōsŭs, a, um, Acutus, cautus, bona indole prædirus. [δύφυής, δεξιός. Gal. *Ingenieux, qui a bon eſprit.* Ital. *Ingenioſo.* Ger. Sinnreich / verſtendig. Hiſp. *Ingenioſo, y agudo de ingenio.* Polon. *Dowcźipni.* Vng. *Elmés.* An. *Wittie.*] Cicero pro Cluentio: Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Idem pro Roſcio Comœdo: Quo quiſque eſt ingenioſior, & ſolertior, hoc docet itacundiùs & laborioſiùs.

Ingĕnĭōsē, adverbium, Subtiliter & acutè. [δύφυῶς. Gall. *Ingenieuſement, ſubtilement.* Ital. *Ingenioſamente, ſottilmente.* Germ. Sinnreichlich / künſtlich. Hiſpan. *Sotil y ingenioſamente.* Polon. *Dowcźipnie.* Vn. *El méſſen.* An. *Wittely.*] Cicer. 1. de Inventione: Nam ſatis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniosè, & diligenter electas res collocaſſe.

Ingēns, tis, om. t. Magnus & immenſus. [רב *rab.* ὑπερφυής, ὑπερμέγας. Gall. *Mout grand, fort grand.* Ital. *Molto grande.* Germ. Sehr groß. Belg. Groot. Hiſp. *Coſa muy grande en ſu genero.* Pol. *Barzow ielki.* Vn. *Nagy.* An. *Great, huge.*] Plus enim eſt Ingens, quãm magnus. Terent. in Evnuch. Magnas verò agere gratias Thais mihi? G. Ingentes. Virg. 1. Georg. -populatq; ingentem farris acervum Curculio: Idẽ 2. Georg. -qui me gelidis in vallibus Hæmi Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra. Ingens animus, Fortis, magnus, & conſtans. μεγαλοψυχία. Horat. lib. 2. Serm. Ingens virtus atque animus. Virgil. 3. Georg. Ingentes tollent animos.

Ingĕnŭŭs, a, um, Qui in libertate natus eſt: cujus antitheton eſt Libertinus. [בן חורים *ben chorim.* ἐλεύθερος, γνήσιος. Gall. *Noble & honneſte, franc, debonnaire.* Ital. *Libero, gentile.* Ger. Frey ertboren / freymütig. Hiſp. *Libre, hidalgo.* Pol. *Sliachetni.* Vn. *Nömös erkölt ſzü.* An. *Free borne, noble, honeſt.*] Eſt enim libertinus, qui ex juſta ſervitute manumiſſus eſt: aut certè qui liber quidem natus eſt, ſed ex parẽtibus libertis. ἀπελεύθερος. Vnde interrogare hoc modo ſolemus, Ingenuúsne, an libertinus eſt? id eſt, liber natus, an ſervitute liberatus, ſive ex libertorum genere ortus?

Plautus in Pœnulo: Quja Adelphasium, quàm herus deamat tanus, ingenua est. Terent. in Phorm. Vt ne addam, quod sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus est. Cic. 3. Verr. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, &c. Ingenuus tamen antiquitùs dicebatur is solùm qui patrē ciere poterat: hoc est, qui ex legitimo matrimonio susceptus erat. Liv. lib. 10: An Romę unquam fando est auditum, patricios primò esse factos non de cœlo demissos, sed qui patrem ciere possent: id est, nihil ultra quàm ingenuos. Ingenuus idem est aliquando quod honestus & elegans, ut Ingenua facies, quæ & liberalis dicitur atque elegans. Plaut. in Pœn. Facies quidem pol ingenua est. Artes sive disciplinæ ingenuæ: id est, liberales, & ingenuis: hoc est, liberis dignæ. Cic. 2. de Finib. Sint ista Gręcorum, quanquā ab his philosophiam, & omnes ingenuas disciplinas habemus. Idem: Vt omittam has artes elegantes & ingenuas.

Ingĕnŭĭtās, tis, f. t. Libertas, nobilitas, honestas. [ἐλευθεριότης. Gal. *Ingenuité, honnesteté, noblesse.* Ital. *Nobiltà, honestà.* Ger. Anerborne freyheit/ ehrsamme vñ adeliche art. His. *Hidalguia, honestidad, libertad.* Pol. *Stiachetne przitodzenie.* Vng. Nömös erköltség. Ang. *Nobleness, honestie of free men borne.*] Cic. 3. Verr. Vestitus enim neminem cōmovebat, is quē illi mos & jus ingenuitatis dabat. Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem, Cicer. 1. Academ. Idem 3. Verr. Detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis.

Ingĕnŭē, adverbium, Liberè & simpliciter. [ἐλευθερίως, ἁπλῶς. Gall. *Franchement, noblement, simplement.* Ital. *Francamente, da huomo da bene.* Ger. Frey/adelichen. His. *Libre y hidalgamente.* Pol. *Poczciwie, stiachetnie.* Vngar. *Igazán, nyiluán.* An. *Freely, simplie, gentlemanly.*] Ingenuè loqui dicimus, quum quis ita loquitur ut liberum hominem decet: hoc est, ut nihil timidè dicat, aut quod se minus dignum sit. Sic ingenuè fateri, est liberè & audacter, simpliciterque fateri. Cic. ad Metellum: Quòd me abste cupisse laudari apertè atque ingenuè confitebar. Ingenuè educari: hoc est, liberaliter, & quemadmodum hominē libe rum decet. Idem 3. de Finib. Quis autem honesta in familia institutus & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiamsi eum læsura non sit, offenditur?

Ingĕnŭātŭs, Ingenuis moribus dotatus. [ἐλευθέριος. Gall. *Noble, franc.* Ital. *Nobile, libero.* German. Der freyer Ehrsammer oder Adelicher Sitten ist. His. *Libre, hidalgo.* Pol. *Stiachetnimi ozdobioni obyczaymi.* Vngar. Nömös erköltsü. Angl. *Free borne, that hath gentle maners.*] Plaut. in Mil. Itidem divos divertisse vitam humanam æquum fuit, Qui lepidè ingenuatus esset, vitam longinquam darent.

Ingĕro, is, penult. cor. act. t. Infero, impono, injicio, immitto. [הביא *hebi* שלח *schalách.* ἐμφορέω. Gall. *Porter, mettre ou ietter dedans ou contre.* Ital. *Portare dentro.* Germ. Hineyn tragen. His. *Meter por dentro.* Pol. Wnosze, wpuszczam. Vngar. Bé dugom, hozom. Ang. *To beare in, to cast against.*] Plautus in Pseudol. Tu qui urnam habes, aquam ingere: face, plenum ahenum sit citó. Ingerere cibum vel potionem ægroto, pro porrigere, Celsus. Convitia ingerere alicui, Horatius 1. Serm. Satyr. 5. Ligna ingerere foco, Tibul. 2. Eleg. 1. Mala multa in aliquem ingerere, Plaut. Bacchid. Osculum ingerere, Suet. de Clar Grammat. Semen solo ingerere pro seminare, Colum lib. 2. cap. 10. Ingerere dicta in aliquem pro maledicere & convitiari. Plautus in Asinaria: Nunc uxorem me esse meministi tuam? Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.

Ingĕstum, Quod violenter oblatum est. [מזון *natún.* ἐμέρσον, ἐπιφερόμενον. Polon. Wtraconi. Vng Bé dugattatot, reá vetett bt.] Tacitus libro 1: Nomen patris patriæ Tiberius à populo sæpiùs ingestum repudiavit.

Ingĕstābĭlĭs, le, om. t. Quod gestari nō potest. [ἀφέρετος. Gal. *Qu'on ne peut porter.* Ital. *Che non si può portare.* Germ. Untragtich. His. *Cosa que no puede ser trayda.* Pol. *Nie noszliwi.* Vn. *Hordozhatatlan.* Ang. *That can not be borne.*] Plin. libr. 7. cap. 6: Ingestabile onus crurum & inguinum levis tumor.

Ingīgno, is, ingenui, ingenitum, act. t. Inter gignendū infero, ingenero. [ἐνγονάω. Gall. *Engendrer dedans.* Ital. *Ingenerare, generare di dentro.* German. Eyngeboren / mit der geburt in die Natur pflantzen. His. *Engendrar à dentro.* Polon. Wrodzam. Vng. Bé oltom, nemzöm. Ang. *To engender in.*] Cicero 5. de Finib. Sive ut doctissimis viris visum est, major aliqua causa atq; divinior hanc vim ingenuit. Idem lib. 2: Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi, &c. Natali & ingenita sterilitate laborantibus, Colum. libro 3. cap. 7. Ingenita nobilitas, Ovid. ad Pison.

Ingĭtās, quasi indigitas: id est, paupertas. [חסר מחסור *chesér machsór* הבורח *benúth* דלה *dall.ih.* ἔνδεια. Gall. *Povreté.* Ital. *Povertà.* German. Armut/manget. His. *Pobreza.* Polon. Vboszwo, niedostatek. Vngar. Szegenség. Ang. *Poouertie.*] Plautus in Pœn. Profectò ad ingratem lenonem rediget, si eas adduxerit. Alii legunt incitas. Vide suprà.

Inglŏmĕro, as, are, Accumulo, coacervo, & veluti in glomi formam involvo. [גלם *ghalám.* συσσωρεύω. Gall. *Emmoneceler, enuelopper.* Ital. *Agomitare, accumulare.* German Vbereinander winden oder tugen. His. *Embolver.* Polon. Zwiiam. Vngar. Össze gömbölyget öm. An. *To fold or roll together.*] Statius 1. Thebaid. sed plurimus auster Inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquet.

Inglōrĭŭs, ria, rium, Qui nullam laudem aut gloriam sua virtute, aut fortitudine consequutus est, & veluti ignobilis. [ἄδοξος, ἀκλεής. Gall. *Qui n'a point de bruit, sans honneur.* Ital. *Senza gloria, ignobile.* German. Vnverrümpt/ vnnamhafftig/ der noch nie mit tugend ehr eyngelegt hat. His. *Cosa sin honra y alabanca.* Polon *Nie sławni.* Vn. *Ditsöret nekül valo.* Ang. *Of no enowme or estimation.*] Virgil. 9. Aeneid. Ense levis nudo, parmaque inglorius alba. Cicero 1. de Legibus: Præterquam honestatis & gloriæ similitudinem, beati qui honorati sunt, videntur; miseri autem qui sunt inglorii.

Ingluvĭēs, ingluvici, f. q. Insatiabilis voracitas. [λιχνεία, καφυγμός, λαιμαργία. Gall. *Gourmandise, gluttonnie.* Ital. *Ingordigia.* German. Fressigkeit. Belg. Gulsicheit. Hispan. *La garganteza ò tragonia.* Polon. Obzarstwo. Vngar. *Meg tobzodas.* An. *Gluttonie, a greadie eating.*] Terent. in Evnuch. Quæ cum amatore suo quum cœnant, liguriunt: Harum videre ingluviem, sordes, inopiam, &c. ¶ Accipitur etiam pro sinu gutturis in quē aves cibos recēter devoratos demittunt. [German. Der Kropff.] Colum. lib. 8. cap. 5. de gallinis loquens: Nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat. ¶ Apul. pro curculione posuit: Restis ad ingluviem astricta.

Ingrandĕsco, cis, dui, n. t. Augeor, grandior fio, cresco, fueresco. [גדל *ghadhál.* μεγαλώνομαι. Gall. *Deuenir grand, s'aggrandir, accroistre.* Ital. *Diuenir grande, aggrandirsi, farsi grande* Germ. Groß werden. Belg. Groot worden. His. *Engrandecerse.* Polon. Wielkim, sie stawam, rozastam sie. Vn. *Meg öregödöm.* Ang. *To waxe great.*] Colum. libro 11. cap. 3: At circa Calendas Martias, locis apricis, licet potium (si jam ingranduit) transferre. Idem libr. 2. cap. 10: Quæ ut celeriter prodeat & ingrandescat antequam seratur, fimo arido permisceri debet.

Ingrātŭs, a, um, Insuctundus, non gratus, nō acceptus. [ἀνδής. Gal. *Ingrat, mescog noissant le bien qu'on luy a fait, non agreable.* Ital. *Ingrato, non grato.* Germ. Vnangenem/ vnliebtich. His. *Desagradecido.* Polon. *Nie wdzięczny, nie miely.* Vngar. Kenanatlan, keduem ellen valo (auagy) hálátatlan. Angl. *Vnthankefull, vnkinde, vnpleasant.*] Plinius libro 15. cap. 25: Minus quinquennium est quod prodiêre quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis. Ioci non ingrati, Ovid. 3. Fast. Onus ingratum, Catul. Ingrata oratio, cui opponitur injucunda, Quint. libr. 8. cap. 3. Ingrati saporis caseus, Col. libr. 7. cap. 8. ¶ Ingratus item dicitur qui non meminit accepti beneficii, nec gratiam ullam habet. ἀχάριστος, ἀγνώμων. Terent. in And. Ad. ône me ingravū putas? Adcóne porrò ingratum aut inhumanum, aut ferum, &c. Cic. ad Attic. Nihil cognovi ingratius, in quo vitio nihil mali non inest. Ingratus animus. Senec. Epist. 1: Nec mirum est inter plurima maximaq; vitia nullum esse frequentius, quàm ingrati animi. ¶ Ingratus, invitus & coactus, inquit Donat. Terent. Evnuch. Opus faciam ut defatiger usq;, Ingratus ut dormiam.

Ingrātē, adverbium. [ἀχαρίστως. Gall. *Ingratement.* Ital. *Ingratamente.* German. Vndandbartich. His. *Desagradecidamente.* Polon *Nie wdzięcznie.* Vngar *Haládatlantib.* Angl. *Vnthankefully, vnkindly.*] Plinius libro 27. cap. 2: Quòd si quis illa fortè ab homine excogitari potuisse credit, ingratè deorum munera intelligit. Idem libro 18. cap. 5: Non ingratè nominando M. Varronem: id est, grato animo.

Ingrātĭs, Invitè, ingrato animo. [ἄκων, ἀκουσίως, βία, παρὰ γνώμην. Gall. *Contre le gré, malgré, à regret.* Ital. *Contra il mio volere.* German. Mit vnwillen. His. *Contra la voluntad de alguno.* Polon. *Nie chętliwie.* Vngar. *Akaratom kenanságom ellen.* Angl. *Vnwillinglie.*] Plautus in Amph. Ingratis exeitavit. Cic. pro Quintio: Extorquendum est invitò atque ingratis, quod non debet. Vide Gratis.

Ingrātĭīs, adverbii loco positum, pro ingratis. [Vngar. *Akaratom ellen.*] ut Ingratiis tuis: id est, præter gratiam tuam, quasi dicas, non est quòd tibi agam gratias. Plaut. Mercat. Nimiùm multum scis. EV T. Tuis ingratus. Idem in Cas. Si tu nobis, filiusque etiam tuus, Vobis invitis, atque amborum ingratiis Vna libella liber possum ego fieri.

Ingrăvo, as, penult. cor. Exaggero & gravius facio. [הכביד *hichbid.* ἐπιβαρύνω. Gall. *Faire plus pesant, appesantir, affaiser.* Ital. *Aggrauare, far piu graue.* Ger. Beschweren. His. *Agrauiar ò hazer pesado.* Pol. *Obcżiażem.* Vng. *Meg nehezitöm.* An. *To mak more heauie.*] Virgil. 11. Aeneid. Ingravat hæc sævus Drances.

Ingrăvĕsco, is, n. t. Gravior & molestior fio. [כבד *chabádh.* ἐπιβαρύνομαι. Gall. *Deuenir pesant, s'appesantir, se r' engreger.* Ital *Diuenir più graue, più molesto.* Ger. Beschwertlich werden. His. *Hazerse pesado.* Polon. *Cżięższim sie stáie, cżiężsie.* Vngar. *El nehezödöm.* Ang. *To waxe heauie.*] Cicero de Senect. Et corpora quidem de-

dem defatigatione & exercitatione ingravescunt; animi autem se exercendo levantur. Idem ad Brutum: Ingravescit indies malum. Ingravescentem morbum prævidere, Cic. 2. de Divin. Ingravescens ætas. Cic. de Amicit. Mutari etiam mores hominum sæpè dicebat, aliàs adversis rebus, aliàs ætate ingravescente.

Ingrĕdĭŏr, eris, d. t. introĕo. [בוא *bá. εἰσέρχομαι, εἰσβαίνω.* Gal. *Entrer.* Ital. *Entrare.* Germ. *Hineyn gehen.* Hispan. *Entrar.* Pol. *Wchodze.* Vngar. *Bé megyök.* Ang. *To go in.*] Propert. li. 2. - novus ingreditur tua templa sacerdos. ¶ Accipitur aliquando pro simplici gradior, sive incedo. Virg. 1. Georg. Continuò pecoris generosi pullus in arvis Altiùs ingreditur. Plautus: Nihil te pudet scelestè in conspectum ingredi. ¶ Ingredi consulatum pro inire. Marcellus in l. 36. D. de condit. & demõstrat.

Ingrĕssĭo, onis, f. t. Actus ipse ingrediendi. [בוא *bo. ἔισοδος.* Gal. *Entrée.* Ital. *L'entrata.* Ger. *Der eyngang.* Hisp. *Entrada.* Pol. *Wstąpienie.* Vng. *Bé me vetel.* Ang. *A going in.*] Cic. 5. Philip. Vt quomodo aditus hostium prohibetur castellis & aggeribus: ita ab ingressione fori populum Tribunosq; plebis propulsari videres. Idem de Orat. l. 1: Ac video hanc primam ingressionem meam è media philosophia repetitam.

Ingrĕssŭs, us, m. q. Incessus, ambulatio. [בוא *tsahádh. βαδισμός.* Gall. *Marchure, allure.* Ital. *L'andare.* Germ. *Eyngang* Hisp. *Obra de andar, andadura.* Pol. *Wstąpienie, wchod.* Vn. *Bé menes, iárás.* Ang. *A going or entrance.*] Cic. 1. de Natur. deor. Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. Idem 1. de Orat. Orationis vestigia, ingressumque non vidi. ¶ Ingressus, initium. ἀρχή. Quintil. lib 9. cap. 4: Si pars posterior in clausula deprehenda tur, rursus prior in ingressu.

Ingrŭo, ŭis, n. t. Est confertim & cum clamore impetum facio, more gruum, qui nonnisi magno agmine & vehementi clangore volitant, ir ruo, incurro, incursionem facio. [בוא *ba* נטן *naphal* משם *paschat* דהם *ghad. ἐπιβάλλω, ἐπιπίπτω.* Gall. *Assaillir auec impetuosité.* Ital. *Assalire.* Germ. *Hauffechtig oder vngestümigklich hineyn fallen.* Hisp. *Arremeter con impetu.* Polon. *Zokrzikiem y zągiel'kiem wpadam.* Vngar. *Rea rohanok.* Ang. *To inuade, to be at hand.*] Plaut. in Amph. Nostri contrà ingruunt, vicimus vi feroces. Colu. lib. 2: Etiam ingruente hyeme frumenta jacimus. Dicitur enim de bello, de pluvia, de tempestate, de ruina, & hujusmodi.

Inguĭnă, pen. corr. n. t. A rei Anatomicæ peritis propriè dicuntur partes illæ corporis concavæ, pubi utrinque vicinæ, tumoribus quibusdam contra naturam, qui etiam *bubones* Græco nomine appellantur, maximè obnoxiæ. [ὁ βουβών, ἡ ἥβη. Gall. *L'einne, le bas du ventre ou sont les parties honteuses.* Ital. *Inguinaglia.* German. *Die theil des Leibs zu nechst neben der Scham/ an Weyb vnd Mann.* Hispan. *La ingle.* Polon. *Część między ciałem a wedle wstidu lamiego.* Vngar. *Agyek hayléka.* Ang. *The inferiour partes of the belly where the secret members be.*] Passim tamen à scriptoribus inguina accipiuntur pro ipsis pudendis, tàm fœminarum quàm virorum, πὰ αἰδοῖα. Liv. 7. ab Vrbe: Vno atq; altero subinde ictu ventrem atque inguina hausit. Obscœnũ inguen. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. Candida inguina. Virg. 6. Aeglog. - quam fama secuta est Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Inguĭnārĭă, æ, Herba est frequens in vepribus nascens, quæ & aster Atticus dicitur, à capitulis quibusdam, quæ in cacumine habet stellarum modo radiata, βοῶνιον, ἀστὴρ ἀττικός. Inguinariam autem inde appellari. Plin. lib. 26. cap. 9, quòd inguinis dolores sedet.

Ingurgĭto, as, pen. corr act. p. Avidiùs gulam infercio, cibo aut potu intemperanter me obruo. [עלה *heláh. γαστρίζω, λαιμάω, ἰγγλύω, ἰμφορέω, κατακορέχθίζω.* Gall. *Remplir par dessus fourrer & mettre dedans iusques à creuer.* Ital. *Traguggiare.* German *Geitzigklich hineyn schlucken/ vberfullen mit Speiß vnd Tranck.* Bel. *Insloken/ opvullen* Hispan. *Tragar.* Pol. *Łakomie połknąm, obżeram, śie.* Vng. *Moholkodom, tobzodom.* An. *To deuour, to cast in as in a bot someleße pitt.*] Plaut. in Curculione: Vide ut ingurgitat impura in se merum, avariter, plenis faucibus. Cicero in Antonium: Idem cùm se cibis ingurgitasset. Ingurgitare ingeniũ poculis, Gell. lib. 14. cap. 2. Ponitur etiam pro immergo, & in aliquam rem conjicio. Ingurgitare se in flagitia. Cicer. in Pison. Ingurgitare se in philosophiam, Gell. lib. 5. Lactant. lib. 4: Sicut sus quæ se ingurgitat cœno.

Ingŭstabĭlis, le, om. t. Quod gustari non potest. [ἄγευστος. Gall. *Dequoy on ne sauroit ou on n'oseroit gouster.* Ital. *Ingustabile, che non si puo gustare.* German. *Das man nicht versuchen mag.* Hispan. *Cosa que no se puede gustar.* Polon. *Ten ktorego kosztowacz nie śmiem.* Vngar. *Kostolhatatlan.* Ang. *That may not be tasted.*] Vt ingustabilis fons, Plin. lib. 2. cap. 106. Idem lib. 16. cap. 26: Fœmina post autumnum fert baccas acerbas & ingustabiles cunctis animantibus.

Ingŭstātŭs, a, um, nomen adjectivum est, compositum ab in, particula negativa, & participio gustatus, idem significans quod non gustatus. [ὁ μήπω γευσθὲις, ἄγευστος. Gall. *Dequoy on n'a point encor gousté ou taßté.* Ital. *Non gustato.* Ger. *Vnversucht.* Hisp. *Cosa no gustata al gusto.* Pol. *Nie vkuśioni, nie kosztowani.* Vn. *Kostolatlan.* Ang. *Vntasted.*] Horatius 1. Serm. Satyr. 8: Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi: id est, quæ antè nunquam gustaveram.

Inhăbĭlis, le, om. t. Ineptus, incompositus, non habilis. [ἀσκηθής. Gall. *Inhabile, qui n'est point propre à quelque chose.* Ital. *Inhabile, non atto.* Ger. *Vngeschickt/ vnhandsam.* Hispan. *No abil, no auiado.* Polon. *Nie sposobni.* Vng. *Alkolmatlan.* Ang. *Vnable, not feate in doing a thing.*] Colu. lib. 2 cap. 1: Progenerandis esse fœtibus inhabilem. Inhabilis magnitudo, Liv. 3. bel. Maced. Inhabile telum, Idem lib. 4. bel. Pun.

Inhăbĭto, as, are, In loco aliquo habito. [ישב *jasháb. οἰκέω.* Gall *Habiter ou de meurer en quelque lieu.* Ital. *Habitare* German. *Eynwohnen.* Hisp. *Morar.* Polon. *Przemießkuie.* Vng. *Lakom.* Ang. *To dwell in any place.*] Liv. 4 bell Pun. Procul aberraut vici qui inhabitantur. Inhabitat animus in oculis. Plinius lib. 11. cap. 37.

Inhăbĭtābĭlis, le, om. t. Quod habitari non potest, incultus, infrequẽtatus. [ἀοίκητος. Gal. *Inhabitable, où on ne peut habiter.* Ita. *Che non si può habitare.* Ger. *Vnbewöhnlich / das man nicht bewohnen kan.* Belg. *Onwoonluck.* Hisp. *Cosa que no se puede morar.* Pol. *Nie obni eßkani, puśty.* Vn. *Lukhatatlan.* An. *Which can not be inhabited.*] Cic. 1. de Nat Deor. Atque terræ magnas regiones inhabitabiles, incultasque videmus. Sic Plin. lib. 6. cap. 17.

Inhærĕo, es, n. s. Ad rem aliquam hæreo, vel affixus sum. [דבק *dabák. κολλῶμαι.* Gal. *Tenir à ou contre, y herdre.* Ital. *Acostarsi, appoggiarsi.* German. *Anhägen/ ankleben.* Hisp. *Allegarse.* Pol. *Przywięzuję, trzymam śie.* Vngar. *Valamire meg torpadok.* Ang. *To cleaue to, to stick to or in.*] Col. l. 3. Cacumina deinde olivæ, sicut matri inhærent, utraque parte abradito, & ita fissuræ fici aptato, cuneumque eximito. Inhærebat oculis memoria imaginis: hoc est, semper, præ oculis erat & versabatur ob oculos, apud Plin. in Epist. Inhærere vestigiis, Col. lib. 9. ca. 8. Inhærere voluptatibus, Cic. 1. de Finibus.

Inhærĕsco, scis, n. t. Adhæreo, affigor. [דבק *dabák. κολλῶμαι, κολλάομαι.* Gal *Tenir ou herdre, ou estre conioint auec.* Ital: *Attacarsi.* German. *Anhangen/ et warnn kleben.* Hispan. *Allegarse.* Polon. *Przylgnąć, przymáśnąć.* Vngar. *Valamihez ragaszkodom.* Ang. *To stick to, or in some thing.*] Colum. lib. 2. cap. 2 Perexigua conspergitur aqua gleba, manuque subigitur, ac si glutinosa est, quanvis levissimo tactu pressa inhæresci t, & picis in morem ad digitos lentescit habendo. Cic. lib. 3. de Nat. deor: Provisum etiam, ut si qua minima bestia conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in viscò inhæresceret. Poëtæ leguntur, ediscuntur, inhærescunt penitùs in mentibus, Cicer 3 Tusc.

Inhālo, as, penult. prod. Halitum inspiro, inflo, afflo. [נשם *naphách. ἐμπνέω, ἀναπνέω.* Gal. *Souffler, respirer.* Ital *Fiatare, spirare.* German. *Eynhauchen.* Hisp. *Soplar y espiar.* Pol. *Wthchuam.* Vngar. *Bé le hellök.* Ang. *To breath or blowe in.*] Cicer. in Pison. Quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.

Inhĭbĕo, es; secunda syllaba correpta, ex in & habeo compositum. Contineo, retineo, impedio. [מנע *manáh* עצר *hatsár. κωλύω, ἀποτρέπω.* Gal. *Retenir, engarder, empescher, inhiber, defendre.* Ital. *Prohibire, vietare.* Ger. *Auffhalten/ hinder halten/ verhinderen/ nicht fürtrucken.* Hisp *Vedar à defender.* Pol *Zatrzymuję.* Vn. *Megtartoztatom, tiltom.* An. *To hinder, to stoppe or withhold.*] Virgilius 12. Aeneid. Parcite jam Rutuli, & vos tela inhibete Latini. Ovidius ad Liviam: Sustentabat aquas, cursusque inhibebat equorum. Mentem inhibere à turpi probro, Catullus. Eletus alicujus inhibere, Ovidius 5. Tristium. Inhibere alvum: id est, sistere: cui contrarium est solvere. Plinius libro 19. cap. 18: Mira differentia, si vera est, candidis solvi alvos modicè, nigris inhiberi: hoc est, astringi. Inhibere imperium, est alicui, qui in magistratu est, interdicere ne utatur potestate. Livius libro 1. bell. Macedon. Et ad populum & in Senatu magnis cõtentionibus certatum est, & imperia inhibita ultrò citrò que, & pignora capta, & mulctæ auctæ & tribuni appellati. Inhibere remos, est in re aliqua cœpta subsistere, & ulteriùs non progredi. Quintilian. libro 12. in Præfat. Vnum modò in illa immensa vastitate cernere videmur M. Tullium: qui tamen ipse quanvis tanta, tamque instructa navi hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibetque remos: hoc est, ulteriùs progredi non audet.

Inhĭo, as, are, act. p. Luporum proprium est, qui aperto ore, linguaq; exerta cibum appetere dicũtur. [ἰπταίω. Gal. *Baailler, & ouurir la bouche pour prendre quelque chose, desirer à bouche ouuerte.* Ital. *Star con la boca aperta, desiderare à bocca aperta.* German. *Etwarüber geynen* Bel *Geewen/ gapen.* Hisp. *Codiciar con la boca abierta.* Pol. *Ziewam.* Vngar. *Szám, tátua kévanom, szorgal massan kévánom.* Angl. *To gape, to cleave, to gape gredely for.*]

¶ Frequen-

¶ Frequenter tamen per translationem eſt, rem aliquam vehementer appeto, eique adipiſcendæ nervis omnibus incumbo. Modò autem dandi caſui, modò accuſandi adjungitur. Corn. Tacit. Pariter hortis inhians. Plaut. in Sticho: Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus.

I˘nhĭātĭo, nis, f. t. magna aviditas. [Polon. *Pożadliwość wielka.* Vngar. *Ahytatos kiuánſág.*] Iulius Capitol. in Galieno: Scrutantes omnia atque unuſcujuſque vultum mira inhiatione mirantes.

I˘nhŏnēſtŭs, a, um, Turpis, fœdus, vilis, inglorius. [αἰσχρός. Gal. *Deshonneſte, vilain, ord & ſale.* Ital. *Diſhonneſto, brutto.* Ger. Vnehrlich. Hiſp. *Coſa fea y deshoneſta.* Pol. *Nie poczciwi.* Vn. *Tiſztteſſégtelen, embertelen.* An. *Vnhoneſt, filthie.*] Terent. in Evnuch. Illúmne obſecrò inhoneſtum hominem? Cicero ad Qu. Ft. li. 1: Inhoneſtiſſima cupiditas. Idem pro Domo ſua: Profectò illum Attilium hominem turpiſſimum atque inhoneſtiſſimum judicares.

I˘nhŏnēſtās, tis, f. t. deformitas, turpitudo. [Polon. *Spotnoſć.* Vngar. *Rutſág.*] Tertull. contra Iudæos: Et omni inhoneſtate proſtratus.

I˘nhŏneſtamentum, n. ſ. dehoneſtamentum, dedecus. [αἰσχυμσύνη. Pol. *Zelżiwość.* Vn. *Tiszteſſégtelenſeg.*] Apuleius in Apologia: Sedulò laboro, ut ne quid maculæ aut inhoneſtamenti in me admittam.

I˘nhŏnēſtē, adverb. Turpiter. [αἰσχρῶς. Gall. *Deshonneſtement, vilainement.* Ital. *Bruttamente, diſhoneſtamente.* Germ. Vnehrlichen/ſchandtlich. Hiſp. *Deshoneſtamente.* Pol. *Nie poczciwie.* Vng. *Tiſzteſſégtelenwl, embertelenwl.* An. *Vnhoneſtlie, lewdlie.*] Terent. in Andr. Quæ ſe inhoneſtè optavit parare hic divitias Potiùs, quàm in patria honeſtè pauper vivere. Cic. ad Attic. lib. 2: Favonius meam tribum tulit honeſtiùs, quàm ſuam Lucceii perdidit: accuſavit Naſicam inhoneſtè.

I˘nhŏnēſto, as, are, act. p. Dedecoro. [ἀτιμάζω. Gall. *Deshonorer, vilainer, diffamer.* Ital. *Infamare, ſporcare.* German. Entehren. Hiſpan. *Deshoneſtar, ò afear algo.* Polon. *Sramoce.* Vng. *Megrutitom, ſzegyenitém.* Ang. *To diſhoneſt or ſhame.*] Ovidius 4. Triſt. Eleg. 7: Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas.

I˘nhŏnōrātŭs, a, um, honorato contrarium. [ἀτίμητος. Gall. *Qui n'eſt point honoré, meſpriſé.* Ital. *Diſhonorato.* German. Vnverehrt. Hiſp. *Deshonrado ò ſin honra.* Polon. *Nie vczony.* Vng. *Tiszteletlen.* Ang. *Vnhonored.*] Cicero 3. Tuſculan. Multi inhonorati proferuntur, & quidem propter idipſum beatiores. Inhonoratior triumphus, Livius 3. bell. Maced. Suetonius in Claud. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac ſine grata mentione tranſmiſit. Inhonorata dea, Ovid. 8. Metamorph.

I˘nhŏnōrŭs, m. ſ. Qui ignobilis eſt, & ſine honore. [ἄτιμος, ἄδοξος, ἄνημος. Gall. *De qui il n'eſt point de bruit.* Ital. *Ignobile, ſenzá honore.* Germ. Vnehrſam/vnverrümpt. Hiſp. *No noble y ſin honra.* Pol. *Nie poczciwi.* Vn. *Tiszteletlen, bötſület nékül valo.* An. *Without honour or renowme.*] Plin. lib. 5. cap. 30: Aliquæ inhonoræ civitates. Facies inhonora, Silius lib. 10. Sacerdos inhonorus, Statius lib. 3. Theb.

I˘nhŏrrĕo, res, n. ſ. Horridus ſum. [סער ſimmér. Φρίττω. Gall. *Se heriſſonner & dreſſer le poil de froid, frayeur ou courroux.* Ital. *Miſrizzano i peli, ſentir ribrezzo.* Germ. Rauch oder zitterend werden. Bel. Beven/verſchricken. Hiſ. *Eſpeluzarſe ſer aſpero.* Pol. *Zdrżgam ſię.* Vng. *Iszonyu vagyok.* An. *To quake for feare, to become rough.*] Liv. 8. ab Vrbe: Haud ſecus quàm vallo ſepta inhorret acies. ¶ A' quo inhorreſco, valde horridus fio. Plin. li. 10. cap 41: Inhorreſcunt edito ovo, excutiuntque ſeſe, & circumactæ purificant. Ad meſſem tranſtulit Virg. 1. Georg. Spicea jam campis quum meſſis inhorruit, & quum Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.

I˘nhŏſpĭtŭs, a, um, Quod hoſpitio aptum non eſt, aut aecom modum, vel propter aſperitatem, vel propter incultum loci ſtatum, vel propter inhumanitatem incolarum. [ἄξενος. Gal. *Inconmode & mal propre à loger.* Ital. *Inhoſpito.* Ger Oed/vnbewohnet/das niemandt zu herberg auffnimpt. Hiſpan. *Coſa de mal apoſentamiento.* Pol. *Mieſzże do mieszkania niebes pieczne, puſtinia.* Vng. *Szállás fogadáſra alkolmatlan.* Ang. *That is not apte for lodging harbowleſſe.*] Ovid. 1. Metamorph. Arcadas hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni Ingredior: id eſt, in quibus non ſit tutum hoſpitari. Virg. lib. 4 Æneid. Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis. Horatius: & inhoſpita teſqua: hoc eſt, aſperrima loca, acceſſu difficilia.

I˘nhŏſpĭtālĭs, le, om. t. Qui nullos recipit hoſpites, inhoſpitus. [ἄξενος. Gall. *Qui ne recoit nuls hoſtes, ou traitte mal.* Ital. *Che non accetta alcun' hoſpite.* Ger. Vngaſtfrey / vngehewr / oder vnſicher jedermann. Hiſ. *Coſa de mal apoſentamiento, que non apoſenta algo.* Pol. *Nie ludski wdomnieprzimuiaci.* Vn. *Szállás tagadó.* An. *That receiueth none in lodging.*] Plin. lib. 6. in Præf. Pontus Euxinus antè ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus.

I˘nhōſpĭtālĭtās, atis, hoſpitalitati contraria. [ἀξενία, ἀκοινοξενία. Gall. *Mauuais traittement d' hoſtes, cruauté & rudeſſe à traitter ou loger les eſtrangers.* Ital. *Mal trattamento, crudelta verſo foreſtieri.* Germ. Vngaſtfrey / vnfreundtlichkeit frembde Leut auffzunemmen. Hiſpan. *Aquel mal apoſentamiento.* Polon. *Nie ludskość do przyiecżia czużich ludżi wdom.* Vngar. *Szállás tagadás.* Ang. *Euill intertayning of gueſtes.*] Cicero 4. Tuſculan. Quæ autem his ſunt contraria, ea naſci putantur à metu, ut inhoſpitalitas eſt.

I˘nhūmānŭs, a, um, Crudelis, humanitatis expers, & vitæ communis ignarus. [אכזר achzár. ἀπάνθρωπος, μισάνθρωπος. Gal. *Inhumain, cruel.* Ital. *Inhumano, crudele.* Ger. Vnmenſchtlich. grauſam. Bel. Onvrindelyck/onbeleeft. Hiſ. *Agreno de humanidad, inhumano, cruel.* Pol. *Nie ludski, frogy.* Vng. *Embertelen* Ang. *Vngentill, without humanitie, vncourteous.*] Cic. 4. Verr. Inhumanus homo Idē pro Quintio: Inhumanus præco. Terent. in Phorm. Hiccine homo inhumaniſſimus Pamphilam meam vendidit? Idem in Evnuch. Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea, Neque tam imperita, ut quid amor valeat neſciam. Inhumana vox, Cic. 3. de Finibus.

I˘nhūmānē, adverb. Inciviliter, duriter, & contra legem humanitatis. [ἀπανθρώπως, μισανθρώπως. Gall. *Inhumainement, cruellement.* Ital. *Crudelmente, inhumanamenté.* Germ. Vnmenſchtlichen/gantz vnfreundtlich. Hiſ. *No humanamente, cruelmente.* Pol. *Nie ludsko, frodze.* Vng *Embertelenwl.* Ang. *Vncourteouſlie.*] Terent. in Heavt. Enimverò Chremes nimis graviter cruciat adoleſcentulum, Nimisq; inhumanè. Cic. 3. Offic. Nam ſiquid ab homine ad nullam partem utili, utilitatis tuæ cauſâ detraxeris, inhumanè feceris, contraq; naturæ legem.

I˘nhūmānĭtĕr, aliud adverb. ejuſdem ſignificationis. [Vn. *Embertelenwl.* An. *Vn courteouſlie.*] Cic. ad Qu. Frat. Non poſſum ſcribere me miratum eſſe, illum tam inhumaniter feciſſe, ut ſine meis literis proficiſceretur.

I˘nhūmānĭtās, tatis, f. t. Crudelitas, incivilitas. [אכזריות achzerijúth. ἀφιλανθρωπία, ἀπανθρωπία, μισανθρωπία. Gal. *Inhumanité, cruauté.* Ital. *Diſcorteſia, inhumanità, crudelta.* Ger. Vnmenſchlichkeit/vnfreundtlichkeit. Hiſp. *Inhumanidad, crueldad.* Pol. *Srogosc.* Vn. *Embertelenſég.* An. *Inhumanitie, vncourteouſneſſe.*] Cic. 2. Phil. Sit hoc inhumanitatis tuæ. Idem 1. de Orat. Quod ego non ſuperbia, atque inhumanitate faciebam.

I˘nhŭmo, as, penult. corr. Humo intego, terrâ obruo, ſepelio. [קבר kabár. ἐνθάπτω. Gal. *Enterrer, enſeuelir.* Ital. *Sotterrare.* Ger. Vergraben. Hiſp. *Enterrar.* Pol. *Pogrżebam.* Vn. *El temetőm.* An. *To burie.*] Plin. lib. 17: Non inhumare taleas, aut ſiccare priùs, quàm ſerantur, utilius compertum.

I˘nhŭmātŭs, a, um, Inſepultus. [ἄταφος, ἀθαπτος. Gall. *Non enterre'ne enſeueli.* Ital. *Inſepulto, non ſepulto.* Get. Vnvergraben. Hiſ. *Coſa no ſoterrada.* Pol. *Nie pogrżebioni.* Vng. *El temetetlen.* Ang. *Vnburied.*] Cic. 4. Tuſc. Diogenes juſſit ſe projici inhumatum. Idem de Divin. Is quum eſſet projectus inhumatus; amica ejus texit corpus ſuo pallio.

I˘nĭbĭ, penult. corr. Ex in, & ibi, quaſi intùs ibi; vel in eo ipſo loco. [שם ſcham. αὐτόθι. Gal. *En ce lieu-là meſmes.* Ital. *In quello iſteſſo luogo.* German. Eben daſelbſt. Hiſpan. *En el meſmo lugar.* Pol. *Tamże.* Vngar. *Ott, vgyanottan.* Ang. *In that ſame place.*] Plautus: Nos domum properamus: vos inibi adeſte. ¶ Aliquando ſignificat mox. Cæcil. Plotio, ut citat Nonius: Libérne es? non ſum, verùm inibi eſt. ¶ Aliquando ſignificat inter iſtos. Plaut. in Capt. Pater captivos commercatur alios, Tantùm ſtudens, ut natum recuperet, Et inibi emit olim amiſſum filium. ¶ Aliàs ponitur pro Sic. Pacuvius Ilione, apud eundem Nonium: Profectò aut inibi eſt, aut jam potiuntur frugum.

I˘nĭgo, gis, penult. correpta, Verbum ruſticorum, qui dicebant inigere pecudes, ut contrà exigere cùm è ſtabulis educebant. Varro de ling. Lat. 4: Vicus ſceleratus dictus à Tullia Tarquinii Superbi uxore: quòd ibi quum jaceret pater occiſus ſupra eum, ut inigeret carpentum mulio, juſſit, quam tamen lectionem malè editio Romana corrupit, in qua, mitteret, legitur.

I˘nĭjĭcĭo, is, penult. corrept. act. t. Propriè intrò jacio, immitto. [שלח ſchaldch ירה jardh. ἐπιβάλλω, ἐμβάλλω: Gal. *Ietter dedans, mettre dedans ou deſſus.* Ital. *Gettare dentro.* Germ. Hineyn werffen. Belg. Inwerpen. Hiſp. *Echar en algo à dentro.* Pol. *Wrzucżam.* Vngar. *Bé vetőm, reá vetőm.* Ang. *To caſt in or vpon.*] Plaut. Antequam hæc in domum injicias. Terentius in Andr. Quæ ſeſe in ignem injicere voluit, prohibui. ¶ Injicere manus, eſt manibus apprehendere, & tanquam rem ſuam ſibi vendicare, ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. Vnde Manus injectio, dicitur vendicatio rei ſuæ ſibi debitæ nulla judicū autoritate expectata. Quintil. Patri in filium patrono in libertum manus injectio ſit. Paul. l. penul. ff. de Servis export. Si Titius ſervum vendidit ea lege, ut ſi Romæ moratus eſſet, manus injicere liceret: emptor aliis eadem lege vendidit, & ſervus fugit à ſecundo emptore,

& Ro-

& Romæ moratur: quærò, an sit manus injectio, & cui. Virg. 10. Aeneid. Injecere manum Parcæ: hoc est, tanquam rem suã sibi vendicarunt, & abstulerunt. ¶ Aliquando est cum impetu jacere, seu impetum facere. Ovid. -qua centum quisque parabat Injicere anguipedum captivo brachia collo. . ¶ Aliquando simpliciter jacere. Vt tela, missilia, tragulam apud Plaut. ¶ Aliquando idem quod innectere, vel ligare. Idem in Capt. Injicite huic manicas mastigiæ: id est, innectite. Et in Cas. Iam pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum: id est, immittam. Livius lib. 11. ab Vrb. Injectæ Turnò catenæ: id est, impositæ. ¶ Hujus compositum est Superinjicio, de quo suo loco.

I-injectŭs, hujus ctus, m. q. Injectio. [משלחת *mischlóach* משלחת *mischláchath*. ἐπιβολή, ἐπίθεσις. Gall. *Iettement dedans ou dessus.* Ital. *Esso gittare dentro.* German. Ein wurff Hispan. *Echamiento en algo.* Pol. *Wrzucenie.* Vng. *Be' vetés.* Ang. *A casting in or vpon.*] Plin. lib. 8. cap. 16: Vix credibili modo torpescente tantâ illa feritate, quanvis levi injectu aperto capite, ita ut devinciatur non repugnans.

I-injectĭo, ōnis. f. t. [משלח *mischlóach* משלחת *mischláchath*. ἐπιβολή, ἐπίθεσις. Vng. *Be' vetés.* Ang. *A casting in.*] ut, Manus injectio, jus domini in re capienda & vindicanda quã agnoscit suam. Seneca 2. de Tranq. vitæ: Habebant ergo secum vera bona, in quæ non est manus injectio. Loquitur de bonis, quæ Fortuna non potest injecta manu tanquam sua reposcere.

I-injectō, ās, are, frequentativum. [ἐπιβιβάζομαι, συχνάκις ἐπιβάλλω. Vng. *Be' hányom, reá vetém.* Ang. *To cast or put in often.*] Stat. 9. Thebaid. Ausus erat furto dextrã injectare Leonteus.

I-inimīcŭs, ci, Adversarius, hostis. [איב *oyéb.* ἐχθρός. Gall. *Ennemi.* Ital. *Inimico, nemico.* German. Ein Feind Belg. *Een viant.* Hispan *Enemigo.* Pol. *Nie przyiaciel.* Vng. *Ellenség* Ang. *An enemie.*] Est tamen inimicus propriè privatus, Hostis publicus. Sueton. in Tib. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter, necdum planè inimicus, aut hostis. Plaut. in Persa: Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt. Cicer. 5. de Finib. Necesse est quidem, siquis sibiipsi inimicus est, cum quæ bona sunt, mala putare.

I-nīmīcŭs, a, um. adject Infestus, malus, contrarius. [עין רע *hèph* רע *rah.* ἐχθρὸς, ὀλοωδὴς. Gal. *Ennemi, chose d' ennemi.* Ital. *Cosa da inimico.* German. Feindtlich. Hispan. *Enemigo, cosa de enemigo.* Pol. *Nie przyiacielski.* Vng. *Ellenség.* Ang. *Hurtfull, noysome.*] Cicer. 4. Verr. At videte, quàm non inimico animo sim acturus. Plaut. in Capt. Viden' hunc, quàm inimico vultu tuetur? Plin. libro 11. cap. 53: Inimicæ oculis vomitiones, maximè autem dentibus.

I-nīmīcĭtĭă æ, f. p. Singulari numero. [איבה שטנה *eebáh* שטנה *sitnáh.* ἐχθρα, ἐπιχθεια Gall. *Inimitié.* Ital. *Inimicitia.* Ger. Feindtschafft. Hisp. *Enemistad.* Polon. *Nie przyiazn.* Vngar. *Ellenkôzés.* Ang. *Enimitie, hatred.*] Cic. lib 4. Tusc. Inimicitia; ira ulciscendi tempus observans. Cæsar lib. de Annal. plurali semper numero dicendas putat inimicitias. Terent. in Phorm. Ni ita existimassem, nunquam tam graves Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam. Cic. 1. Offic. Nã aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt.

I-nīmīco, as, cum accusativo, Inimicum facio. [ἐχθραίνω. Gall. *Estre ennemi, haïr.* Ital. *Inimicare, diuentare inimico.* German. Zum Feindt machen Hispan. *Enemistár, ò hazer enemigo.* Polon. *Nie przyiazn stroic.* Vngar. *Ellenség esse teszém.* Ang. *To be an enemie.*] Horat. libro 4. Car. Ode ult. - non furor Civilis, aut vis eximet otium, Non ira quæ procudit ensèis, Et miseras inimicat urbes.

I-nīmīcŏr, aris, deponens, p. Inimicitias exerceo. [שטן *satán.* ἀπεχθανόμαι Gal. *Estre ennemi, haïr.* Ital. *Diuentare inimico.* Ger. Feindtschafft treiben. Hisp. *Ser enemigo.* Pol. *Nie przyiazni nabiwam.* Vng. *Ellenkôzóm.* An. *To be an enemie.*] Apud Quint. Ciceronem de petitione consulatus: Sin autem id neges, statim alienant sese, & inimicantur.

I-nīmīcē, adverbium, Hostiliter, adverso animo & contrario. [ἐχθρῶς. Gall. *Odieusement, en ennemi, haineusement.* Ital. *Da inimico.* German. Feindtlichen. Hispan. *Enemigablemente.* Polon. *Nie przyiacielskie.* Vngar. *Ellenségesseen.* Angl. *Lyk an enemie*] Cicer. 2. Philip. Ego autem vide quàm tecum agam non inimicè.

I-nīmīcĭtĕr, adverbium obsoletum, ejusdem significationis. [Vng. *Ellenségesseen.*] Accius Didascalicorum li. 1. ut refert Nonius: Pacare hostem ferocem inimiciter accensum. Vsus est Tubero histor. lib. 4, ut autor est Sosipater lib. 2: Inimiciter itascendum est.

I-nīmĭtābĭlĭs, & hoc inimitabile, om. t. Quod nemo facilè queat imitari. [ἀμίμητος. Gall. *Inimitable, qu' on ne peut imiter.* Ital. *Che non si può imitare.* Ger. Das niemandt leichtlich nachthun kan. Hispan. *Cosa que no se puede remedar.* Pol. *Trudny do naśladowania.* Vn. Kŏuethetetlen. Ang. *That can not be followed easilie.*] Quint. lib. 2. cap. 17: Opera quædam nobis inimitabilia. Idem lib. 10. cap. 2: Quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non sufficit, aut diversitas repugnat.

I-nĭndĕ, Ex eo loco. [משם *mischschám.* ἐκεῖθεν. Gall. *De ce lieu.* Ital. *Daquel luogo.* Ger. Von dannen. His. *De aquel lugar* Polon. Zstad. Vng. *Onnan, vgyan onnan.* An. *Out of that place, from thence.*] Liv. Ita exercitus inde domos abducti.

I-nĭquo, ās, verbum antiquitate obsoletum, quo usus est Laberius poëta antiquus: Æquum animum indignanti iniquat contumelia.

I-nĭquŭs, a, um, ab in, & æquus: æ in i productam conversa: idem est propriè quòd inæquàlis: hoc est, non plànus. [גשור *nahavéh* מעקש *mehukkál.* ἀνώμαλος. Gall *Inegual, mal vni.* Ita. *Disuguale.* Germ. Vngleich/ vneben. Belg. Oneften. His. *Cosa no ygual.* Pol. *Nie rowni.* Vngar. *Hamis (anagy) igyenetlen.* An. *Vnequall, vneuē.*] Vnde Iniquus locus dicitur qui æqualis non est. Liv. 2. ab Vrbe: Cum equis pòst aliquantò pugnatum est, invito quidem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. ¶ Per translationem verò dicitur de hominibus parùm æquis, aut faventibus, minimeque indulgentibus suis, quique totius æquitatis sunt expertes. [רשע *rashâh* עון *havál.* ἀδικος, ἀγνώμων. Gal. *Inique, iniuste.* Ital. *Iniquo, ingiusto, irragioneuole.* Germ. Vnbillich Bel. Onredelyck/ boos. His. *Iniusto.* Pol. *Nie sprawiedliwy.* Vng *Hamis, alnok.* Ang. *Vniust, partiall.*] Terent. in Andr. - sed ea nunc me exquirere, Iniqui patris est. Idẽ in Heaut. Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes, judices. Cic. 2. Tusc. Quod hi fuerunt iniquo animo, qui certis, &c Hinc iniqui, improbi, mali. Cic. pro Planc. Homo natura asper atque omnibus iniquus. Accius apud Cic. de Offic. 3: Multi iniqui atque infideles regno, pauci boni sunt. ¶ Aliquando capitur pro magno, seu immenso, ἄκαιρος. Virgil. 1. Georg. iniquo pondere rastri. ¶ Aliquando pro angusto. Idem 4 Georg. Verùm hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis Prætereo.

I-nĭquĭtās, ātis, f. t. Injustitia, injuria. [רשע *réshah* עולה *hávlah* עון *havón.* ἀγνωμοσύνη, ἀδικία, πανουργία. Gal. *Iniquité, mauuaistié, iniustice.* Ital. *Iniquità, iniustitia.* Ger. Vnbilligkeit/ vngerechtigkeit His. *Injusticia ò maldad.* Pol. *Nie sprawiedliwość.* Vn. *Hamisság.* An *Partialitie, vniustice.*] Plin. lib. 12. cap. 19: Id acciderítne ob iniquitatem prępotentium, an fortè, non satis constat. Iniquitas loci, inæqualitas. Liv. 7. ab Vrbe: Si ab eo consilio iniquitate loci deterrentur. Iniquitas temporis, difficultas, & angustia. Liv. 5. bell. Maced. Nam si quòd aliquando servierunt temporum iniquitate pressi, &c.

I-nĭquĕ, adverbium, Injustè. [ἀγνωμόνως. ἀδίκως. Gal. *Iniquement, à tort & sans cause.* Ital. *Iniquamente.* German. Babillichen. Hispan. *Iniustamente.* Polon. *Nie sprawnie.* Vng. *Hamissan.* Ang. *Vniustlie, partiallie.*] Cicero ad Brut. Atque hoc ipsum inquies, iniquè fatis, qui hostilis animi in Rempub. homines, cives appelles.

I-nĭtĭum, tii, n. s. Cœptum. [תחלה *techillâh.* ἀρχή. Gal. *Commencement, entree.* Ital. *Principio, commincíamento.* German. Ein Anfang. Bel. Een begintsel. Hisp. *Comienco notablè y principal.* Pol. *Początek* Vri Kezdet. An. *The beginning.*] Valla: Principium rei majoris, initium vocatur: ut, Initium orationis Quintil. lib. 4. cap. 1: Quod principium Latinè, vel exordium dicitur, majore quadam ratione Græci vidèntur *proœmium* nominasse: quòd à nostris *initium* modò significatur, illi satis clarè partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Terent. in Hecyra: Hic adeò his rebus anulus initium fuit inveniundis. Ibidem: Nequeo mearum rerum initium ullum invenire. - ¶ Initia item dicebantur. Cereris sacra, quæ & μυστήρια Græco nomine appellantur. Varr. lib 2. de Re rust. A fullo pecore immolandi initium primum sumptum videtur. Cujus vestigia, quòd initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis, fœdus quum feritur, porcus occiditur. Alio nomine initiationes nuncupantur, quæ (ut ait Tertullianus) semper arcent profanos & arbitris carent.

I-nĭtĭo, as, act. p. Sacris imbuo, inaugurb. [חנך *chanách.* μύω. Gal. *Initier, bailler commancement en la religion.* Ital *Ordinare nelle cose sacre.* Ger. Der ersten anfengen vorauß in Göttlicher Lehr berichten/ weyhen. Belg. Wyen. Hisp. *Consagrar ò dar orden sacra.* Pol. *Poświęcam.* Vn. *Föl szentélém* An. *To beginne, to lay the ground or fondation.*] Cic. 1. de Nat. deor. Vbi initiantur gentes orarum ultimæ. Plin. lib. 30. cap. 2: Magicis etiam cœnis eum initiaverat. Vnde Initiatus, sacris imbutus. μεμυημένος. Cic. 2. de Legibus, ait mysteria appellari initia, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitæ principia. Propriè tamen Initia dicebantur Cereris sacra, quibus neminem interesse fas erat, nisi initiatum. Varr. de Re rust. libro 1. cap. 1: Cui consentaneum est, quòd initia vocantur potissimum quæ Cereri fiunt sacra. Liv. 1. Decad. Acarnanes duo juvenes per initiorũ diẽs nõ initiari templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi sunt. Pueri quoq; Eduliæ, Potiñæ, & Cubæ, edendi, potandi, & cubandi deabus

initiaban-

initiabantur, teſte Varrone lib. 4. de Lingua Latina, quum à lacte & cunis, ad ſolidiores cibos & lectulos tranſibant. ¶ Aliàs Initiari, eſt inchoare & auſpicari. κατάχεσθαι. Firmicus: Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingreſſus.

Invĕho, his, penult. corr. act. t. Intrò veho, navi vel vehiculo importo. Cujus contrarium eſt Eveho. [הביא *hebí.* ἐμφορῶ, ἐπάγω. Gall. *Porter dedans, apporter, amener.* Ital. *Menare dentro.* Ger. Hineyn führen. Bel. Invuren. Hiſp. *Meter ò traher adentro.* Pol. Wwoże. Vng. *Bé hordom, bé viszőm.* Ang. *To bring or carie in.*] Plin. lib. 6. cap. 19: Alii tellurem exercent, militiam alii capeſſunt, merces alii ſuas evehunt, res externas invehunt. Invectus portum, Invectus urbem, pro in portũ, & in urbem. Plin. lib. 6. cap. 22: Aquilonibus raptus præter Acarnaniam x v. die Hippuros portum ejus invectus. Livius 4. ab Vrbe: Præpoſito COS. caſtris, ipſe triumphãs invectus urbem, Dictatura ſe abdicavit. ¶ Aliquando invehere, idem eſt quod in navi currúve vehere. Virgil. 5. Aeneid. Centauro invehitur magna.

Invĕhŏr, eris, deponens, t. Maledictis aggredior, & veluti quodam impetu ſermonis in aliquem feror. [דבר ק֫ *dabár k.* λοιδορέομαι. Gall. *Outrager quelqu'vn de parole, Crire contre luy.* Ital. *Dir male, far impeto contra alguno con male parole.* Ger. Mit beſcheltung vnd rauhen worten anfahren. Hiſp. *Ir con furia de palabras contra otro.* Pol. *Słowi ſie na drugiego puſzczam.* Vng. *Szidalommal valakit kárhoſztatok.* Ang. *To go furiouſlie, againſt ſome bodie, tò rate or defame with wordes of anger.*] Cicero Epiſt. lib. 3: Itaq; in ea palàm vehementer invectus. Idem lib. 3. Tuſcul. Itaq; & Aeſchines in Demoſthenem invehitur. Et 2. de Natura deorũ: In Stoicos invehebatur. ¶ In eadem ſignificatione aliquando legimus Inveho. Cicero 3. Philipp. Quum ille in me abſentem invehens, non intelligebat, &c.

Invĕctĭo, onis, f. t. Ipſe invehendi actus. [ἀσωμιδή, ἀσωρωγή, κακηγορία. Gall. *Portage, parlement, outrage de paroles.* Ital. *Il portar dẽtro, impeto di parole.* Ger. Eynfůhrung. Hiſ. *Obra de meter adentro, acómetimiento.* Pol. Wnieſienie. Vng. *Bé hordás, bé viues,* (item) *ſzidalommal valo kárhoſztatas.* Ang. *A caryng or bringing in, outrage of wordes.*] Cicero 2. Offic. Iam verò & earum rerum quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, invectio certè nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerentur. ¶ Invectio, pro inſectatione & impetu animi in aliquem. Cicero 2. de Invent. Clementia per quam animi temerè in odium alicujus invectio concitata comitate retinetur.

Invĕctŭs, us, ui, m. q. idem quod invectio. [Vng. *Bé hordas, be viués.*] Plinius libro 4. capite 1: Amnis Achelous Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, & Artemitam inſulam aſſiduo terræ invectu continenti annectens. ¶ Invecta illata conjunctim à Iuriſcõſultis dicuntur, quæ ab inquilinis in ædes conductas importata ſunt, quæ tacitè ædium domino pro habitatione obligantur. L. 1. D. de migr. L. 4. de pactis. L. 2. 3. 4. 7. in quib. cauſ. pign.

Invĕctĭtŭs, a, um, Quod invehitur.] מובא *mubá* ἐσαγώμενος. Gall. *Qui eſt porté.* Ital. *Chi è portato.* Germ. Anderſtwoher hineyn gefůhrt Hiſp. *Coſa traida.* Pol. Wwiecżoni. Vng. *Azmi bé hordatik.* Ang. *That is caryed in.*] Plinius libro 10. capite 29: Quum Theophraſtus tradat invectitias eſſe in Aſia etiam columbas.

Invĕctīvŭs, a, um, Quo in aliquem invehimur: hoc eſt, quo quis maledictis inceſſitur. [συλιτοδικός. Vng. *Szidalommal kárhoſztato.*] Vnde invectivæ orationes dicuntur adverſus aliquem ſcriptæ, quibus in illius mores, vel ingenium, aut vitam invehimur.

Invĕndĭtŭs, penult. corr. adjectivum, Non venditus, non abalienatus. [ὁ κὴ ἀπρίατος, ὁ πρασθέις. Gall. *Qui n'eſt point vendu.* Ital. *Non venduto.* Ger. Vnverkaufft. Hiſp. *No vendido.* Pol. *Nie przedani.* Vng. *El adatlon.* Ang. *Vnſelled.*] Scævola in L. Seius. ff. de Reſcind. vendit. Quæſitum eſt quum neq; fidejuſſor datus, neq; omnis pecunia ſecundum legem ſuis diebus ſoluta ſit: an prædia invendita ſint.

Invĕnĭo, nis, penult. corr. act. q. Compĕrio, quaſi in aliquid venio. [מצא *matsá.* εὑρίσκω, εὑρίσκομαι. Gall. *Trouver, inuenter.* Ital. *Ritrouare, trouare.* Ger. Finden / oder erfinden. Hiſp. *Hallar.* Pol. *Naiduie.* Vng. *Meg találom.* Ang. *To finde.*] Plautus in Ciſtel. Quod quæritabam, filiám inveni meam. ¶ Invenire, cominiſci, excogitare. Terentius in Evnuch. Cæterùm idem hoc tute melius quanto inveniſſes Thraſo! Virgilius 4. Aeneid. Inveni germana viam. ¶ Invenire, acquirere. Terentius in Evnuch. Vtinam tàm aliquid invenire facilè poſſis Phædria, Quàm hoc peribit. ¶ Invenire, adipiſci, & quidem in malam partem: Cicer. 3. Philip. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemq; cordis cognomen ex contumelia invenit. ¶ Differunt (ſecundum aliquos) Invenio & reperio: quòd invenire, ſit rem quæſitam offendere, repetire caſu. Ovid. 2. Metam. tu non inventa reperta es.

Invēntĭo, f. t. & Inventum, ti n. ſ. [εὕρημα, εὕρεσις. Gall. *Inuention.* Ital. *Inuentione.* Ger. Erfindung. Hiſp. *Hallazgo.* Pol. *Należenie.* Vng. *Meg találás.* Ang. *Inuention, a finding.*] Plinius lib. 5. cap. 12: Ipſa gens Phœnicum in gloria magna literarum inventionis, & ſyderum. Idem lib. 23. cap. 1: Vinum jejunos bibere novitio invento utiliſſimum eſt.

Invēntŭs, us, ui, m. q. Inventum. Plin. lib. 17. cap. 10: Ex eodem inventu eſt ſurculos abſciſſos ſerere.

Invēntĭŭncŭlă, diminutivum. [τὸ εὑρημάτιον. Gall. *Petite inuention.* Ital. *Picciola inuentione.* Germ. Ein ſchlechte oder kleinfůgige erfindung. Hiſp. *Pequenno hallazgo.* Pol. *Mał analiezka.* Vng. *Meg találásotska.* Ang. *A ſmall inuention.*] Quintilianus libro 8: Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent.

Invēntŏr, oris, m. t. Qui quippiam primus invenit: [אב *ab.* εὑρέτης, εὑρήτωρ. Gall. *Inuenteur.* Ital. *Inuentore, trouatore.* Ger. Ein erfinder Hiſp. *Hallador.* Pol. Wynalieżca. Vng. *Találó.* Ang. *An inuenter, or finder.*] ut, Inventor olei Deus, Cicer. 6. Verr. Scelerumq; inventor Vlyſſes, Virg. lib. 2. Aeneid.

Invēntrīx, icis, f. t. [ἡ εὑρέτις. Gall. *Trouueresſe, inuenteresſe.* Ital. *Inuentrice.* Ger. Ein erfinderin. Hiſp. *Halladora.* Pol. *Ta ktora znaiduie.* Vng. *Találó ażżony.* Ang. *She that findeth or inuenteth.*] Plinius lib. 35. cap. 11: Amavit in juventa Glyceram municipem ſuam, inventricem coronarum. Cic. 2. de Nat. deor. Princeps & inventrix belli Minerva.

Invēntārĭum, rii, n. ſ. Repertorium. [אוצר *midráſch.* τὸ ὄθεν ζητέμενον ἔξεσιν εὑρεῖν, ἀνταγραφή, ἀπόφασις. Gall. *Inuentaire.* Ital. *Inuentario.* Ger. Ein Regiſterbuch / in dem man etwas von ſtuck zu ſtuck verzeichnet findet. Hiſp. *El enuentario de los bienes.* Pol. *Spiſſanie, regiſtr, inuentarz.* Vng. *Találó szerszám.* An. *Inuentory or regiſter.*] Vlp. in l. Tutor qui repertorium ff. de adminiſtr. tut. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò *Inventarium* appellatur, dolo feciſſe videtur.

Invēntĭbĭlĭs, & in plurali inventibilia, [Græcè ἀνεξερεύνητος. Vng. *Meg találhatatlan.*] apud Tertullianum in libello contra Hermogenem, pro incompertibilia, nempe quæ inveniri nequeant, & cognoſci quamlibet annitamur, quemadmodum & inveſtigabile apud eundem ſignificat quod inveſtigari non poteſt.

Invĕnŭſtŭs, ſta, ſtum, Illepidus, & ſine venere (ut inquit Donatus) id eſt, ſine gratia, quem omnes reſpuunt & repudiant. [ἀνάφροδίτος, ἄμυστος. Gall. *Mal plaiſant, mal gratieux, mauſſade.* Ital. *Senza gracia poco gracioſo.* Ger. Vnhold ſeltig / vntiebtich / heßtich. Hiſp. *Coſa no hermoſa ni gracioſa.* Pol. *Nie wdzięczni, nie miel's.* Vng. *Ektelen, rut, nem ékős, nem szép.* Ang. *Vnpleaſant, with out grace.*] Terentius in Andr. Adeóne eſſe hominem invenuſtum, aut infelicem quenquam, ut ego ſum? Cicero de claris Orat. Cenſorinus Græcis literis ſatis doctus, quod propoſuerat explicans expeditè, non invenuſtus actor, ſed iners & inimicus fori.

Invĕnŭſtē, adverb. Ineptè, ineleganter, impolitè. [ἀχαρίτως, ἀμύστως, ἀπροσδιτως. Gall. *Sans grace ne beauté.* Ital. *Senza gratia.* Germ. Vnholdſeltigtlich / vntieblichen. Hiſp. *Fea y deſgraciadamente.* Pol. *Nie wdzięcznie.* Vng. *Rutul, éktelenwl, otsmánivel.* Ang. *Without grace or faireneſſe.*] Gellius libro 17. capite 12: Inibi in eiſdem laudibus non hercle hac ſententiola invenuſtè luſit.

Invĕrĕcŭndĭă, æ, f. p. [Pol. *Niewſtidliwoſć.* Vng. *Szémérmetlenség, szégyentelenség, orczátlanság.*] Seneca Controverſiarum lib. 3. in ultimo.

Invĕrĕcŭndŭs, da, dum, Impudens, totius verecundiæ expers. [עז פנים *haż panim.* ἀναιδὴς, ἀκαίχυντος, ἀσπαλίχυντος. Gall. *Eshonté, qui a perdu toute honte.* Ital. *Senza vergongna.* Germ. Vnſchamhafftig / vnverſchampt. Hiſp. *Deſuergonçado.* Pol. *Niewſtidliwi.* Vng. *Szémérmetlen, orczátlan.* Ang. *Impudent, shameles.*]

shameles.] Sueton. de clar. Gram. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Salustium historicum, quòd eum oris improbi, animo inverecundo scripsisset, &c. Plaut. Rud. -legirupa, impudens, impurus, inverecundissimus. Cic. 1. de Invent. Sin inverecundum animi ingenium possidet, tamen eum accuses: non enim probus est.

Invĕrĕcūndē, Sine verecundia. [ἀναιδῶς. Pol. *Nie wstidliwie.* Vn. *Szemermetlenül, orczátalanul.*] D. lib. 20. Tit. ult. l. 8. Marcianus: Si voluntate creditoris fundus alienatus est, inverecundè applicari sibi eum creditor desiderat.

Invĕrgo, gis, inversi, inversum, n. s. secundum Diomedem, invergere, Illabi, influere. [נטה *natá* נגל *nagál* חזיל *hizzíl.* ἐπιχεῖν, ἐπιπλίπτειν. Gall. *Incliner, espandre de sua.* Ital. *Inclinare, riuerstiare.* Ger. Hineyn kehren/eynstiessen. Hisp. *Enclinar, trastornar una cosa en otra.* Pol. Wezrzekam. Vng. *Bé folyok.* Ang. *To slip or slyd in; to inclyne.*] Plaut. in Curc. Ipsum expeto te tangere: invergere in me liquores tuos Sino ductim.

Invĕrsum, In ordinem, [ἐς ὄιχον, ἐς ὄρχον. Vn. *Rendel.*] Virgil. 4. Georg. Ille etiam seras in versum distulit ulmos.

Invĕrto, is, act. t. in contrariũ verto, converto, anteriora postpono: [הטה *haphách.* κατασρέφω, παρακινῶ. Gall. *Renuerser, tourner à l'enuers ou au rebours.* Ital. *Riuoltare, riuesciare.* Ger. Vmbtehren. Bel. Omteren. Hisp. *Boluer lo de dentro à fuera.* Pol. Wiwracam. Vng. *Meg forditom.* Ang. *To turne vp syde downe, to turne the insyde out.*] ut pro Lavo, Vola. Terentius in Heavt. Ego autem te novi quàm esse soleas impotens, Inversa verba, eversas cervices tuas. Plin. lib. 32. cap. 2: Infixam hamo invertere se, quoniam sit dorso cultellato. Virgil. 3. Georg. Et campum horrentem fractis invertere glebis. ¶ Invertere negotium aliquod, est perturbare. Cicero ad Qu. Frat. Quid quæris? probè premitur, nisi noster Pompeius diis hominibusq; invitis negotium invertit.

Invĕrsŭs, participium: ut Manus inversa, Cervix inversa, Inversa consuetudo. [הטוך *haphúch.* αἰσχρομμβρῶν. Gall. *Changé, renuersé.* Ital. *Riuerscio, mutato.* Ger. Vmbtehrt. Hisp. *Boluído.* Pol. Wiwroczoni. Vng. *Meg forditatot.* Ang. *Turned vp side down, or the inside turned out.*] Quint. lib. 3. cap. 11: Nónne nos hęc inversa consuetudo deceperit?

Invĕrsĭo, f. t. [תהטכה *tahaphuchá.* αἰσχροφή. Gall. *Renuersement.* Ital. *Riuersamento.* Ger. Vmbtehrung. Hisp. *Reboluimiento.* Pol. Wiwroczenie. Vng. *Meg forditatás.* Ang. *A turning contrari wise.*] ut, Inversio verborum, apud Cic. 2. de Orat. pro transpositione.

Invĕspĕrāscĕrĕ, Vesperum fieri. [הערים *heherím,* ἐσπερόζω. Gall. *Se faire tard, se faire nuict.* Ital. *Farsi sera.* Ger. Anfahen abent oder spat werden. Hisp. *Hazerse tarde, anochescer.* Pol. Wieczora sie przibliżanie. Vng. *El estueldni.* Ang. *To waxe euening.*] Liv. 9. belli Maced. Iam invesperascebat.

Invĕstigo, gas, penult. prod. act. p. Exquiro, inquiro. [חפש *chaphás* חקר *chakár.* ἐξιχνιάζω. Gall. *Cercher à la trace, suiure au trac, trouuer.* Ital. *Inuestigare, trouare, la traccia.* Ger. Mit fleissiger nachsuchung erfinden / erspuren. Bel. Mit neerstichent soeken. Hisp. *Busca! por el rastro.* Pol. Śpilnoszczia wynaidzie. Vng. *Keresém, tudakozom.* Ang. *To finde by trace, to search diligentlie.*] Tractum à venatoribus qui per vestigia feras quærendo inveniunt. Terentius in Heavt. Nihil tam difficile est, quin quærendo investigari possit. Cicero pro Ligar. Sed quoniam diligentia inimici investigatum est quod latebat, confitendum est, ut opinor. ¶ Accipitur etiam invĕstigare pro quærere & indagare. αἰχνεύειν. Cicero 6. Verr. Qui investigabant, & perscrutabantur omnia.

Invĕstīgātŏr, m. t. Inquisitor. [חפש *chophés* חקר *chokér.* αἰχνευτής. Gall. *Cercheur, qui suit à la trace & descouure quelque chose.* Ital. *Cercatore con diligente inquisition.* Ger. Ein nachsucher/nachgründer. Hisp. *Buscador por el rastro, y con diligencia.* Pol. *Pilni badacz.* Vn. *Keresö.* Ang. *An searcher by trace.*] Cicero de Vniversi. Acer investigator, & diligens earum rerum, quæ à natura involutæ sunt.

Invĕstīgātĭo, f. t. Exquisitio, inquisitio. [חקר *chekér.* αἰχνεύσις. Gall. *Cerchement, enqueste, suite à la trace, trouuement.* Ital. *Cercamento, trouamento.* Ger. Erfindung/ein fleissige nachsuchung. Hisp. *Busca por el rastro, hallamiento.* Pol. *Pilne patrzanie.* Vng. *Keresés.* Ang. *A diligent searching.*] Cicer. lib. 1. Officiorum: In primisq; est hominis propria, veri inquisitio atq; investigatio.

Invĕstīgābĭlĭs, Pro minus vestigabili. [αἰχνίας. Vng. *Kereshetetlen.*]

Invĕstĭo, is, ire, act. q. Orno, quasi speciosam vestem induo. [עטה *atáh* לבשה *tsippáh.* κοσμέω. Gall. *Vestir, orner.* Ital. *Adornare.* Ger. Bezieren als mit einem angelegten kleid. Bel. Berzieren. Hisp. *Afeytar, ornar.* Pol. Przyodziewam. Vng. *Föl ruházom.* An. *To garnish, to deck.*] Plin. lib. 35. cap. 7: Publicas porticus investivit pictura.

Invĕstĭs, & hoc investe, idem est quod impubis, cui scilicet inguina nondum prima lanugine sint vestita: ejus contrarium est Vesticeps. [ἄγνος. Gall. *Sans barbe.* Ital. *Senza barba.* Ger. Der jugent halb noch vngebartet ist. Hisp. *Mancebo aun no barbado.* Pol. *Mł'od nieporaśtaiaca.* Vng. *Szakálsalan iffiu.* Ang. *A young man or woman without heares or beard.*] Macrobius Satur. lib. 3: Romani quoq; pueros puellásve nobiles, & investes Camillos & Camillas appellant. Palladius lib. 11. cap. 14: Investis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat. Nonius impuberes appellatos esse scribit investes, quòd sint quasi in Vesta: id est, in pudicitia & castitate. Quanquam alii à vestiendo dictum putent, unde etiam receptum est ut investis vocabulum apud authores pro imberbi frequenter usurpetur. Vt apud Tertullianum de virgin. veland. Musculus investis dicitur, cujus Etymologiam ibidem explicans ait, ut pudor, inquit, ubique vestitur.

Invĕtĕro, ras, are, act. p. Ad vetustatem servo, inquit Budæus. [בלה *billáh.* παλαιόω. Gall. *Garder pour l'arriere saison. faire enuieillir, accoustrer pour garder.* Ital. *Conseruare affine che inuecchi.* Ger. Alt machen oder veralten. Bel. Out maken. Hisp. *Adobar alguna cosa para guardarla, hazer enuegescer.* Pol. *Staro czynie.* Vng. *Hozzuidöre tartom.* Ang. *To waxe or be come olde.*] Plin. lib. 23. cap. 2: Aquæ marinæ sextarios quinq; pariter coquebant, decies defervescente cortina, atq; ita defundebant, inveterabantq;. Idem lib. 19. cap. 6: Si diutiùs allium cæpeq; inveterari libeat. Columella: Nonnulli quibus non fuit curæ cœlestem inveterare aquã, recentem sumunt, eamq; usq; in quartam diem decoquunt. Sic inveteratum vinum. Plinius lib. 14. cap. 2. ¶ Inveterare pro invalescere. ἐπιῤῥωνύμαι. Cicero 2. de Nat. deor. Nec unà cum seculis ætateq; hominum hæc opinio divinitatis inveterare potuisset. Budæus: Inveteratum malum, antiquum. Cicero de Amicitia: Omne malum nascens facilè opprimitur: inveteratum sit plerunq; robustius. Inveteratus dolor, Cicer. 5. Tuscul. Inveterata invidia. Idem pro Cluent. & 2. Offic.

Inveterati, πεπαλαιωμένοι, dicuntur, qui in malis insenuerunt, ut in sacris literis: Inveterare dierum malorum.

Invĕtĕrātĭo, onis, f. t. Vetustas, antiquitas. [תבלית *tablíth.* ἐγκαινισμός, παλαίωσις. Gall. *Enuieillissement.* Ital. *Inuecchiamento.* Ger. Veraltung. Hisp. *Enuegescimiento.* Pol. *Zastarzenie.* Vng. *Agság, regiség.* Ang. *A growing in vse or age by loung custome.*] Cicero in Tuscul. Inveteratio autem, ut in corporibus, ægrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio: citiusque oculorum repentinus tumor fanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur.

Invĕtĕrāsco, is, ere, n. t. Vetustatem acquiro, invalesco, in consuetudinem venio. [בלה *baláh* נושן *noschán.* ἐπιῤῥώννυμαι, παλαιῶμαι. Gall. *S'enueillir.* Ital. *Inuecchiarsi.* Ger. Alt werden Bel. Out werden. Hisp. *Enuegescerse.* Pol. *Starimsie stawam.* Vng. *Megaggok.* An. *To waxe olde.*] Columell. lib. 7. de morbo loquens: Sed si jam inveteraverit, vehementioribus est opus remediis. Terentius in Prol. Hecyr. Novas qui exactas feci, ut inveterascerent: ne eum Poëta scriptura evanesceret. Cicero in Catil. Res nostræ sermonibus crescent, literarum monumentis inveterascent, & corroborabuntur.

Invĭcem, penult. corripta, ex in, & vicem, Propriè significat mutuó. [ἀντὶς ἀλλήλων. Gall. *L'vn apres l'autre, chacun sa fois.* Ital. *Auicenda, scambieuolmente.* Ger. Vndereinander/gegen einander/einer vmb das ander. Bel. Tegen mal canderen. Hisp. *A vezes.* Pol. *Wespol'.* Vng. *Viszontag, kölcsön.* Ang. *One after another, by course.*] Quint. Qui se ardentissimo amore invicem dilexerunt. Plin. Iunior: Habes res urbanas, invicem rusticas scribe.

Invīctŭs, a, um, Qui vinci nõ potest, insuperabilis, invincibilis. [ἀνίκητος. Gall. *Inuincible, qu'on ne peut vaincre ne surmonter.* Ital. *Inuitto, che non si può vincere.* Ger. Vnüberwindtlich. Hisp. *Cosa nunca vencida.* Pol. *Nie zwyciężony.* Vng. *Győzhetetlen.* Ang. *Inuincible, that can not be ouercome.*] Cicero pro Marcel. Rectè igitur unus Invictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, visq; devicta est. Invictum se à labore præstare: id est, indefessum. ἀκάματος. Cicero 1. Offic. Non est autem consentaneum qui invictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Armis invictus Annibal, Cicero 3. de leg. Agrar. Dux invictus, Ovid. 4. Trist. eleg. 2.

Invīncĭbĭlĭs, idem quod invictus. [ἀνίκητος. Pol. *Nie zwyciężony.* Vng. *Győzhetetlen.*] Apuleius in Apologia: Invincibilia argumenta.

Invīncĭbĭlĭtĕr, [ἀνικήτως. Vng. *Győzhetetlenül.*] Apuleius Floridor. lib. 4: Ratio concluśa judicibus acriter & invincibiliter videbatur.

Invĭdĕo, es. secunda syllaba corrupta, n. s. Aemulor, alterius felicitate offendor. [קנא *kinné* התחרה *hitcharáh.* φθονέω, βασκαίνω. Gall. *Auoir enuie, estre marri du bien qu'a vn autre.* Ital. *Hauer inuidia, inuidiare.* Ger. Vergunnen/ vergunstig seyn. Hisp. *Hauer embidia.* Pol. *Zazdrzę.* Vng. *Irigykedöm, irillöm.* Ang. *To enuie, to haue spitte at an others prosperitie.*] ¶ Nonnunquam cum accusativo constructum invenitur. Ovidius Epistol. 13: Troadas invideo. ¶ Sæpiùs cum dativo. Cicero pro Cornelio Balbo:

Balbo: Est hujus seculi labes quædam & macula, virtuti invidere. Idem 6. Philipp. Nemo alterius qui suæ confidit, virtuti invidet. ¶ Iacerdum cum dativo personæ, & accusativo rei. Virgil. 7. Aegloga: Liber pampineas invidit collibus uvas. Idem 8. Aeneidos: Sed mihi tarda gelu, seclisq; effœta senectus Invidet imperium. Sic etiam decenter dicimus: Invideo tibi doctrinam, φθονῶ σοὶ τῶν λόγων. Fortuna mihi invidet divitias. Plinius: Neq; ego (ut multi) invideo aliis bonum quo ipse careo. Apuleius: Mihi fortuna divitias invidit. Cicer. 3, Tuscul. an. Vt nobis optimam naturam invidisse videantur. ¶ Sunt qui dicant, Invidere aliquando accipi pro non videre, adducentes illud Ciceronis ex secundo libro de Oratore: Itaq; ne hoc possim dicere me omnino ignorare quid possideat: neq; planè nosse atq; invidisse. Quo tamen in loco, ut in plerisque aliis, decepti sunt corruptis exemplaribus, qui Dictionarium hoc consarcinaverunt. Nam in hoc loco apud Ciceronem, Inaudisse legendum est, non invidisse. ¶ Ejus passivum est invideor, φθονοῦμαι. Horatius in arte Poëtica: -ego cur acquirere pauca Si possim, invideor? ¶ Aliquando etiam legitur Invidetur, impersonaliter. Plautus in Trucul. Mavelim mihi inimicos invidere, quàm inimicis meis. Nam invidere alii bene esse, tibi malè esse miserum est. Quj invident, egent: illi quibus invidetur, rem habent.

Invĭdĭă, æ, f. p. Dolor cōceptus ex aliena prosperitate. [קִנְאָה *kineáh*. φθόνος, βασκανία. Gall. *Enuie, haine & male grace.* Ital. *Inuidia.* Ger. Vergunst. Bel. Vergonnelycheyt. Hisp. *Embiadia, ò odio, ò ennemistad.* Pol. *Zazdrosc.* Vng. *Irigység.* Ang. *Enuie and ill will for an other mans prosperitie, spite.*] Cic. 14. Philipp. Hæc interposui P. C. ut quosdam monerem, uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. Horat. 1. Epistol. 2: Invidia Siculi nō invenêre tyranni Majus tormentum. ¶ Est autem invidiæ verbum ambiguū, quòd tàm in eum cadit, qui invidet, quàm in eum cui invidetur. Invidentia autem activè solùm accipitur. Cic. 4. Tuscul. Ab invidendo invidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius. Cadit enim in utrunque, & in eum qui invidet, & in eum cui invidetur. Et paulò antè: Aegritudini subjicitur invidentia: utendum est enim docendi causa verbo minùs usitato: quoniam invidia non in eo solùm qui invidet, dicitur, sed etiam in eo cui invidetur. ¶ Aliquando pro odio & malevolentia sumitur: ut si quis calamitates suas referat, ostĕdátve, ut autori calamitatum concitet odium cæterorum, tunc dicitur invidiam facere, vel vocare, vel adducere in invidiam. Quintilianus: Nec ei tot scelerum commemoratione concitarem invidiam. Terentius in Andria: -ita ut Sine invidia laudem invenias, & amicos pares. ¶ Bonum nulla tangi vel affici invidia, Timæus apud Plat. de Deo loquens sic extulit τἀγαθῷ δὲ ἐδεὶς πρὸς ἐδενὸς ἐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. De hac Horat. lib. 1. Epist. 2: Invidia Siculi nō invenêre tyranni Majus tormentum. Idem ibid. Invidia alterius macrescit rebus opimis. Cui non absimilis Græcus ille versus: ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἰοῖς βελέεσσι δαμάζει: hoc est, Invidus ipse seipsum propriis suis (vel sempiternis) telis conficit. ¶ τοῖς μὲν γὰρ δυσχήμασιν ἕλεος. τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος παρέπεται: hoc est, Infelices miserdia, potentes invidia sequitur. Hæc Antonin. apud Herodian. lib. 4. fol. 310.

Invĭdĭŏlă, diminutivum. [τὸ φθονάκιον, ὁ μικρὸς ἢ ἀσθενὴς φθόνος. Gall. *Petite enuie.* Ital. *Picciola inuidia.* Ger. Ein vergünstlein. Hisp. *Pequenna embidia.* Pol. *Mal'a zazdrosc.* Vng. *Irigységetske.* Ang. *A small enuie, or il will.*] Cicero: Quum nescio quid inter eos invidiolæ exortum fuisset. Apud Sipontinum.

Invĭdēntĭă, æ, f. p. Aegritudo animi, ex alterius rebus secundis susceptæ, quæ præsertim nullam jacturam afferunt invidenti. [קִנְאָה *kineáh*. φθόνος. Gall. *Enuie.* Ital. *Inuidia.* Ger. Vergunst eines anderen wolfahrt. Bel. Vergonnelycheyt. Hisp. *Embidia.* Pol. *Zawisc, zazdrosc drugiego.* Vng. *Irigykedés.* Ang. *Enuie, hatred, spite, malice.*] Cic. 4. Tusc. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. Ibidem, ab invidendo invidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunā alterius: cadit enim in utrunq;, & in eum qui invidet, & in eum cui invidetur. Vbi invidentiam potiùs quàm invidiam dicere maluit, tanquam invidentia invidi sit, invidia utriusq;, tàm ejus qui invidet, quàm ejus cui invidetur. Sed in frequenti usu est invidia magis, quàm invidentia apud doctos indoctosq; indiscriminatim. Invidia distat ab odio, quòd invidemus fortunato, odimus vitiosum: invidiam profiteri erubescimus, odisse palàm, deicorum est: invidia hominum tantum est, odium reliquarum etiam animantium, ut inquit Plut. in lib. de Invidia & Odio.

Invĭdŭs, penult. corr. m. f. Malitiosus, lividus, qui alicui invidet: hoc est, qui ex alterius secundis rebus dolore afficitur. [מִקְנָא *mekanné* מִתְחָרֶה *mitcharéh*. φθονερὸς, βάσκανος. Gall. *Enuieux.* Ital. *Inuido.* Ger. Vergünstig. Bel. Vergonnelyck. Hisp. *Embidioso.* Pol. *Zawistni.* Vng. *Irigy.* Ang. *Malitious, enuious, spitefull.*] Horat. Invidus alterius macrescit rebus opimis. Plin. in Paneg. Alienisq; virtutibus tunc quoq; invidus.

Invĭdē, adverbium, Ex invidia vel instinctu invidiæ: [φθονερῶς. Gall. *Enuieusement, par enuie.* Ital. *Inuidamente.* Ger. Vergünstigtlich. Hisp. *Embidiosamente.* Pol. *Zazdrosliwie.* Vng. *Irigyw'l.* Ang. *Of enuie, or by enuie.*] unde invidè aliquid facere dicitur is, qui invidia ductus aliquid facit, quod alterius aut ludi aut prosperitati obfuturum arbitratur.

Invĭdĭōsŭs, a, um, Invidiæ obnoxius, cui invidetur, & in quem homines odio atq; invidia feruntur. [מִקְנָא *mekanné*. ἐπιφθονος. Gall. *Enuié, plein d'enuie, à qui on porte enuie.* Ital. *A cui si ha inuidia, chi è inuidiato.* Germ. Voller vergunste von anderen her/dem man vergünstig ist. Bel. Nydich. Hisp. *Cosa de que se ha embidia.* Pol. *Zazdrosliwi.* Vn. *Irigységes, az kire irigykednek.* Ang. *He that is enuied of other, enuious.*] Ovid. 11. Metamor. Pactolumq; petit: quanquam non aureus illo Tempore, nec caris erat invidiosus arenis. Sic potentia & opes, invidiosæ dicuntur. Cicero pro Cornelio Balbo: Pecunia L. Cornelii neq; invidiosa est, & quantacunq; est, &c. Hoc est, non est tanta ut meritò ei quis possit invidere. ¶ Invidiosum etiam dicitur quod invidiam: hoc est, odium alicui conciliat. Cicero de leg. Agrar. contra Rullum: Qui possessiones invidiosas tenebant. Idem 2. de Invent. Hoc tibi invidiosum futurū est. Idem de Amicitia: Quare sibi habeant sapientiæ nomen & invidiosum & obscurum. Invidiosus etiam agendi notione accipitur (ut quidam volunt) pro invido: hoc est, pro eo qui invidet. Ovidius 15. Metamorph. Tempus edax rerum, tuq; invidiosa vetustas Omnia destruitis. Quo tamen in loco nōn absurdè vetustas invidiosa accipi potest: hoc est, odiosa, cuiq; omnes malè cupiant.

Invĭdĭōsĭssĭmŭs, superlativus. [Pol. *Zazroslíwi.* Vn. *Igen irégséges.*] Seneca Controversiarum lib. 10: Res invidiosissimas quærebatur de patre meo.

Invĭdĭōsē, adverb, ut invidiosè aliquid dicere vel facere, est eo animo quippiam dicere vel facere, ut aliquem in invidiā: hoc est, in odium adducamus. [ἐπιφθόνως. Gall. *Par enuie, pour mettre en male grace.* Ital. *Per rendere odioso.* Ger. Vergünstigtlich. Hisp. *Embidiosamente.* Pol. *Zazdrosliwie.* Vng. *Irigyseségesen.* Ang. *By enuie, spitefully.*] Cic. 4. Acad. Num minus hæc invidiosè dicūtur? Idem pro Milone: Conciones illæ quibus invidiosè potentiam meam criminabare.

Invīsŏr, m. t. Qui alteri invidet, osor. [μισητὴς. Pol. *Zawistni.* Vn. *Bozzulo, irég, gyülölö.*] Apuleius Floridor. lib. 1: Si quis fortè in hoc pulcherrimo cœtu ex illis invisoribus meis malignus sedet.

Invĭgĭlo, as, pen. cor. n. p. Cum cura & solicitudine vigilo, vel rei alicui incumbo. [שׁוֹקֵד *schakádh*. ἐπιμελοῦμαι. Gall. *Veiller.* Ital. *Veghiare.* Germ. Wachbar obligen. Bel. Neestlicheyt doen. Hisp. *Velear ò trabajar.* Pol. *Pilno czuie.* Vng. *Zorgalmatoson vigyázok.* Ang. *To wake, or to giue diligence to any thing.*] Colum. lib. 10. cap. 10: Invigilate viri: tacito nam tempora gressu Diffugiunt, nulloq; sono convertitur annus. Virg. 4. Georg. Nanque aliæ victu invigilant, & fœdere pacto Exercentur agris.

Invīnĭŭs, m. f. Abstemius, quasi sine vino: [ἄοινος, ὑδροπότης. Gall. *Qui ne boit point de vin.* Ital. *Che non bee vino.* Ger. Vnweinig/der kein Wein trinckt. Hisp. *El aguado.* Pol. *Ten ktori winna nie pija.* Vn. *Bornemizzka.* An. *Temperat, that drinket no wine.*] sicut Invius sine via. Qui enim vinum non bibit, invinius dicitur. Apuleius lib. ult. Neq; ullum animal essem, & invinius essem. Vox nova est, & ut pleræq; aliæ, asino Apulcii aptissima, qui rudere interdum maluit quàm loqui.

Invĭŏlābĭlĭs, le, om. t. Sanctum, inviolatum, quod violari nō potest, aut vulnerari. [ἀβλαβὴς. Gall. *Inuiolable.* Ital. *Che non si può violare.* Ger. Vnverletzlich. Hisp. *Cosa que no puede ser corrumpida.* Pol. *Nie zgwalcżoni.* Vng. *Meg serteszthetetlen.* Ang. *That can not be violated or broken.*] Silius lib. 16: -velut inviolabile telis Servabant, sacrumq; caput.

Invĭŏlātŭs, a, um, Integer, incorruptus, illæsus. [תָּמִים *tamím*. ἄῤῥατος, ἄῤῥωστος, ἀμόλυντος. Gall. *Non violé ne gasté.* Ital. *Inuiolato, incorrotto.* Ger. Vnverletzt/vnverschrt/vngeschendt. Hisp. *No corrumpido.* Pol. *Zupel'ni, nie naruszoni.* Vng. *Meg nem fertezteto.* Ang. *Whole, not corrupt or hurt.*] Cicero pro Rabir. Qui castam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum defendo servari oportere. Idem pro Sestio: Omnino invulnerati, inviolatiq; vixerunt. Colum. lib. 12. cap. 1: Quæ domū autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata atq; inviolata recipere.

Invĭŏlātē, adverbium, Incorrupté. [ἀδιαφθόρως. Gall. *Entierement, sans corruption, inuiolablement.* Ital. *Intieramente, senza corrottione.* Ger. Vnverletzlich/gäntzlich. Hisp. *Enteramente, no podiendo ser corrumpido.* Pol. *Nie naruszenie.* Vng. *Eppen, tiszton.* Ang. *Without corruption or hurt.*] Cicero de Senectute: Memoriam nostri piè, inviolateq; servabitis.

Invíso,is,ere,n. t. Viso, niſi quid addat compoſitio vehementiæ. [שָׂטַן *pakádh.* ἐπισκοπομαι. Gall. *Aller veoir, viſiter.* Ital. *Ire à vedere.* Ger. Beſuchen/heimſuchen. Belg. Beſoecken. Hiſp. *Yr a ver alguna coſa.* Pol. *Nawiedzam.* Vng. *Meg látogatom.* Ang. *To come or go to ſee, to viſite.*] Cic. ad Att. lib 1: Et ut jam inviſas nos, non ſolùm rogo, ſed etiam ſuadeo. Virgil. 1. Georg. -incertum eſt urbísne inviſere Cæſar, Terrarumque velis curam.

Invīsŭs, a, um, Non viſus. [ἀόρατος. Gall. *Qu' on n' a point veu.* Ital *Non viſto.* Ger. Vngeſehen. Hiſp. *No viſto.* Pol. *Nie widziany.* Vng. *Lathatatlan.* Ang. *Not ſeene, or viſited.*] Cic. de Aruſp. reſpon. Occulta & majoribus non inviſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere pervertit. Aliàs utunſ pro odioſo, & quem æquo animo videre non poſſumus. [μισητός. Gall. *Odieux, hay, qu' on ne voit point volontiers.* Ital. *Odioſo, veduto mal volontieri.* Ger. Verhaßt/dz man ſchier nicht anſehē mag. Hiſp. *Coſa odioſa y aborreſcida.* Polon. *Ten ktori wnienawiſzi ſieci.* Vngar. *Gyúlólséges.* Ang. *Hated.*] Cicero pro lege Manilia: Ne aut inviſa diis immortalibus oratio noſtrà, aut ingrata eſſe videatur. Plaut. in Merc. Ego me ubi inviſum meo patri eſſe intelligo Atque odioſum, &c. Cic. 2. Offic. Quò enim quis verſutior & callidior eſt, hoc inviſior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. Plinius libro 2. capite 13: Vrtica quid eſſe inviſius poteſt?

Invīto, as, pen. prod. Ad cœnam epulásve voco. [קָרָא *kará.* μεταγγίδω, ἀριστοδομαι. Gall. *Inuiter.* Ital. *Inuitare.* German. Laden/zu gaſt laden. Belg. Nooden/vermanen/aenlocken. Hiſpan. *Combidar.* Pol. Wzywam, *na bieſiade.* Vng. *El hiuom, (auagy) kénalom, vnzollom.* Ang. *To call, bidde or deſire.*] Cicero 3. Offic. Et ſimul ad cœnam hominē in hortos invitavit in poſterum diem, Invitare in hoſpitium, & hoſpitio. Liv. lib. 8. bell. Pun. Vt eos peridoneos homines benigno vultu ac ſermone, in hoſpitiū invitatos ſopitoſque vino, vincirent. Cicero 12. Philip. Poſſeſſiones enim ſunt P. Clodii, tota familia occurret, hoſpitio invitabit prōpter familiaritatem notiſſimam. ¶ Invitare aliquem poculis majoribus, eſt propinare, & ad largiùs bibendū provocare: quod Cicero dixit Majoribus poculis páſcere. Plaut. Rud. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. Sic invitare ſe, eſt ſeipſum ingurgitare nullo urgente. Plaut. ibidē: Mira ſunt, niſi ſe invitavit in cœna pluſculum. ¶ Et apud Suetonium in Auguſto, cap. 77: Invitare ſe largitēr, pro multum bibere, poſtea quoties largiſſimē ſe invitáret, ſenos ſexantes non exceſſit. ¶ Per tranſlationem invitare accipitur pro allicere, attrahere, & incitare. [הָסִית *hesit.* ἐπάγειν.] Cic. de Senect. Ad quem fruendum non modò non retrahit; verumetiam invitat atque illectat ſenectus. Virgil. 1. Georg. Invitat genialis hyems, curasque reſolvit.

Invītātŭs, us, n. q. Invitamentum, & invitatio, illectamentum, incitatio, allectio, provocatio. [קְרוּא *karú.* πρόσκλησις, ὑπόθεσις. Gall. *Inuitation, ſemonce, conuoy.* Ital. *Inuitamento, allettamento.* German Ladung/reitzung. Hiſpan. *El combite.* Pol. Wzywanie. Vng. *El hiuás, hitegetés.* Ang. *A bidding, a calling or deſyring.*] Cicero Cæſari: Mitto ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea ſponte, pòſt autem invitatu tuo mittendum duxerim. Idem in Hortēnſio: Voluptates autem nulla ad res neceſſarias invitamenta afferunt ſenibus. Idem pro Plancio: Is autem qui verè appellari poteſt honos, non invitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium. Idem ad Atticum libro 9: In Epirum verò invitatio quàm ſuavis, quàm liberalis, quàm fraterna?

Invītābĭlĭs, le, om. t. Pellax, blandus, delectabilis, jucundus. [מְסִית *maſsith.* ἐπαγωγός. Gall. *Allichant, attrayant.* Ital. *Dilettuole, coſa che muita, che adeſca.* German. Anreitzig/ turtzweilig. Hiſpan. *Lo que attrahe halagando, ò que da plazer.* Pol. Przynętliwi. Vng *Hozzá vono, hitegető.* Ang. *Alluring, delectable, far ſpeaking.*] Gell. lib. 13. cap. 11: Sermones jucundos, & invitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate utiles. ¶ Interdum etiā invitabile dicitur quod vitari non poteſt, ἀλίαστον, ἀλύτιον, quod frequentiùs uſitatiusq; inevitabile dicimus.

Invītŭs, a, um, Qui non libenter, ſed tergiverſando, & invitus coactusq; aliquid facit. [ἄκων, ἀβούλητος. Gall. *Qui fait à regret, maugré ſoy & enuy, contraint.* Ital. *Suo malgrado, contra ſua voluntà.* Ger. Vngern/vnwillig. Hiſp. *Coſa contra ſu voluntad.* Polon. *Nierad.* Vngar. *Akarattya ellen való.* Ang. *Vnwilling, conſtrained.*] Cui contrarium eſt libens. Terent. in Andr. Feci hodie, ut fierēt inſperante atque invito Pamphilo. Idem in Heavt. Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis fiet, Quam invitus facias. Autor ad Herenn. Sin eſt probus, cur talem invitam invitum cogis linquere? Ex poëta.

Invīte, adverb. Non libenter, coactē [ἀκουσίως. Gall *Enuy, à regret.* Ital. *Contra vaglia, mal volentieri à mal grado.* Germ Vngern/ mit vnwillen. Hiſp: *Contra ſu voluntad.* Pol *Nie zchcęzia.* Vngar. *Akarat ellen.* Ang *Not willinglie.*] Cicero ad Atticum lib. 8: Invitè cepi Capuam, non quò minus illud defugerem, &c. Idem 2. de Orat. Quem ego paulò ſciebam vel pudentiùs, vel invitiùs (nolo enim dicere de tàm ſuavi homine faſtidioſiùs) ad hoc genus ſermonis accedere. ¶ Dicitur etiam invito, & numero plurali, Invitis adverbialiter. Plautus in cæco: Neque eam unquam à me invito abduces. Cicero pro Quintio: Extorquendum eſt invito atque ingratis quod non debent, eripiendum atque exprimendum eſt.

Invn ūnĭvĕrsum, [ὅλως, καθόλω. Gal. *Generalement, vniuerſellement.* Ital. & Hiſpan. *Generalmente, vniuerſalmente.* German Vberal. Polon. Wſzędzie. Vng. *Kőzönségeſſen, mindenestűl fogua* Ang. *Generallie, wholle.*] Quintil. In univerſum autem præcipuè ſit, generaliter.

Invĭus, a, um, Quà ultrò citroq; iri non poteſt. [ἄπορος, ἀδιέξοδος, ἄβατος. Gall. *Sans chemin, par où on ne paſſe pas aiſément.* Ital. *Senza via, oue non ſi può ire.* German Vnwegig / vnwegſam/ vngebauet. Hiſp. *Coſa ſin camino, ò no paſſadera.* Pol *Mieſcze przez ktori drogi niemaſz.* Vng. *Vtnélkűl való.* Ang *That hath no paſſage.*] Plinius lib. 12. cap. 14: Saba regio undique rupibus invia. Virgil. 4. Aeneid. Poſtquam altos ventum in montes, atque invia luſtra. Invii ſaltus, Liv. 9. ab Vrb. Ovid. 5. Faſt. Et non acceſſis invia fluminibus.

Invnŭla, f. p. Herba eſt folia ferens, verbàſci foliis non diſſimilia, ſed anguſtiora & oblongiora, radice ſubcandida, ad rufum colorem nonnihil tendente, ex qua grātiſſimum condimentum fieri ſolet, Iuliæ Auguſtæ quotidianō cibo maximè illuſtratum. [ἐλένιον Dioſcoridi. Gall. *Enula campana, aulnée* Ital. *Enola, enoa.* Ger. Alentwurtz Hiſpan *Raiz de alla.* Polon. *Oman.* Vngar. *órueny gyóker.* Angl. *Elecampane*] Rationem autem eam condiendi docet Colum. lib. 12. cap. 46. Vulgus *Enulam campanam* vocat.

Invnultŭs, a, um, Impunitus, non vindicatus, impunis. [ἀτίμητος, ἀπαράδοτος. Gal. *Qui n' eſt point venge'.* Ital *Non vendicato.* Ger. Vngerochē Belg. Vngewroecken. Hiſp *(illegible) de injuria.* Pol. *Nie pomſzczoni.* Vng. *Bűntetétlénkűl való.* Ang. *Vnreuenged.*] Cicero pro Cluent. Cur hunc meſſe intuitum tam diu ſinis? Cic. 1. de Divin. Mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur. Terent. in Andr. Ego pretium ob ſtultitiam fero, ſed inultum hoc nunquam auferet. ¶ Interdum etiam Inultus de eo dicitur qui accepit injuriam, de qua nulla ſumpta eſt vindicta. Ovid. 4. Faſt. -nos hęc patiemur inultę? Virg. 2. Aen. -nunquam omnes hodie morieмur inulti.

Invnumbro, as, are, act. p. Opaco, & umbra tego. [הִצֵּל *hetsál.* ἐπισκιάζειν. Gall. *Vmbrager, faire vmbre à quelque choſe.* Ital. *Far ombrá, adombrare.* Ger. Beſchattigen/oder vberſchattigen. Hiſpan. *Hazer ſombra à otra coſa.* Pol. *Cieniem okł adam.* Vng. *Bévarnyákozom.* Ang. *To caſt a ſhadow vpon, to giue a ſhadow vnto.*] Colum. lib. 4. cap. 14: Nam utique frequenter ſolum exercendum eſt, dum id incremento ſuo vites inumbret. Virgil. 11. Aen. Extructoſq; thoros obtentu frondis inumbrāt. ¶ Inumbrata quies, falſa, opinata tantùm, ſed falsò credita. Celſus: Si furioſo quē mentis ſuæ eſſe exiſtimas; eò quòd fortè in conſpectu inumbratæ quietis fuit conſtitutus, rem trādideris: id eſt, quia tum erat eō ſtatu & figura, ut mente conſtare videretur. ſed falló. L. 18. D. de acquir. poſſeſſ. Hotomanus. ¶ Per metaphoram tamen uſurpatur pro tueri atque defendere: quę tranſlatio ſumpta eſt ab arboribus, quæ ſua umbrā nos tuentur ab injuria Solis. Autor Sipontinus, à quo exemplum afferri æquū erat.

Invnūmbrātŭs, Apparens, non verus. [Polon. *Iakobi ktien pokazani.* Vng. *Tettetős.*] Celſus D. 41. Tit. 2. l. 18: Si furioſo, quem ſuæ mentis exiſtimas, eò quòd fortè in conſpectu inumbratæ quietis fuit conſtitutus.

Invnūnco, as, act. p. Rapio, & quaſi unco ad me traho. [עָזַל *ghazál* חָלַשׁ *ghalásch.* ἁρπάζω, συναγκρεμάω. Gall. *Acrocher.* Ital. *Arrampinare.* Germ. Hinzu hacken/ alß mit einem hacken erwuſchen. Hiſp. *Arrebatar.* Pol. *Hakiem przyciągam.* Vngar. *El horgázom, hozzám rántom.* Ang. *To drawe to me as it were by a crooke.*] Lucil. -aut qui nummos triſtis inuncat. Colum. lib. 7. cap. 3: Tum etiam quotidie minuitur lana, quæ quantò prolixior in pectore concreſcit, tantò magis obnoxia eſt rubis, quibus velut hamis inuncata, à paſcentium tergoribus avellitur. Apuleius lib. Flor. Vnde roſtro transfodiat, unde unguibus inuncet.

Invnūndo, das, Exundo, diffluo, effundor, excurro. [שָׁטַף *ſchatáph* הָשִׁיט *heſchík.* ὑπερρέω. Gall. *Se desborder, s' eſpandre.* Ital. *Verſare, ſpanderſi fuore, inondare.* Ger Vberflieſſen/ vberſchwemmen/ vberwäſſeren. Belg. Overvloyen. Hiſp. *Reboſſar, creſcer ò venir como rio.* Pol. *Zbrzegow wilś wam.* Vng *Kiáradok.* Ang. *To ouerflowe, to ſurround.*] Plinius: Antequam Nilus inundaret. Virg. 10. Aen. -inundant ſanguine foſſæ. ¶ Per tranſlationem copiosè accurrere, & undarum more quaſi affluere. Virgilius 12. Aen. -hinc denſi rurſus inundant Troës Agyllinique, & pictis Arcades armis. ¶ Quandoque undis obruere, vel aqua operire. ἐπικλύζειν. Cicer. de Clar. Orat. Terram inundat aqua. Plinius: Agros & ſata omnia inundavit.

Invnūndātĭo, onis, f. t. Exundatio, illuvio, diluvium. [שִׁטְפָּה *ſchetéph* מַבּוּל *mabbúl.* ἐπίκλυσις, κατακλυσμός. Gall. *Desbordement, inundation.*

undation Ital. *Piena d' acqua, diluvio.* Germ. Ein vberſchwemmung/ ein außgieſſung des Waſſers. Hiſpan. *Reboſſadura, anauio.* Pol. *Powodź, potop.* Vn. *Karadás.* Ang. *A ſtrounding, a deluge.*] Col. lib. 8. cap. 11: Vel etiam valles, quæ fluminum alluvie, & inundationibus concreverint aptas eliè vineis aſſeverat.

I'n ūnguem, Ad unguem, perfectè: ita Ad unguem factum dicitur, quod ità elaboratum eſt, ut in eo nihil poſſit reprehendi [ἐξωνυχισμένον. Gall. *Parfaittement.* Ital. *Perfettamente.* Germ. Wey einem Nägelin. Hiſpan. *Perfectamente.* Pol. *Dokaśka.* Vng. *Tokelleteſſen.* Ang *Perfytlie.*] Arbores in unguem poſitæ id eſt, ita ordine ſuo collocatæ, ut nulla extra alias emineat. Virg. 2. Georg. - nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Tranſlatio à lapicidis, qui ungue marmoris lævitatem experiuntur.

I'nungo, is aſt. t. Illino. [משח *maſchách* מח *tách.* ἐπιχρίω. Gall. *Oindre* Ital. *Ongere.* German Beſalben/ abſalben. Hiſp. *Vntar.* Pol. *Namazuie.* Vng. *Meg kenöm.* Ang *To anoynt.*] Plin. lib. 8. cap. 54: Mira ſolertia viſco inungunt oculos. Idem libro 18. cap. 30: Sunt qui lentem ſiccatam oleo inungant.

I'nūnctĭo, onis, f. t. Illitus, illitio. [משחה *miſchchâh* סיח *tiach.* ἐπάλειμμα. Gall. *Onction, oincture.* Ital. *Vntione.* German. Anſalbung/ vberſalbung. Hiſpan. *Ventadura.* Polon. *Namazanie.* Vngar. *Meg kenés.* Ang *An anoynting.*] Plinius libro 28. cap. 8: Felle glaucomata & ſuffuſiones corrigi propriè creditur tridui inunctione.

I'nunctus, a, um. [Polon *Nie ząſ acżoni.* Vngar. *Belé bely, hozzatet, ol. vaj, egyéb tettèt vele.*] ab inuniendo, quod Græci dicunt ἔνυξιν. Tertul. adverſus Valent. Et tamen inunitam in Adam.

I'nvŏco, as, penultima a corripitur. Intrò voco: & nonnunquam non voco quanquā poſterius hoc rarius eſt. [קרא *karâ.* ἐσκαλῶ. Gall. *Appeller dedans.* Ital. *Chiamare dentro.* German. Hinein rüffen Hiſpan *Llamar para venir dentro.* Pol. *Wołam.* Vng. *Bé hivom.* Ang. *To call in or on.*] Plautus in Capt. utramque ligneam statuam complexus eſt, quum inquit: Nam ſortita invocantur, & non parasiti invocamur. ¶ Aliquando ſignificat in auxilium voco, & ſubſidium peto. [ἀναγκάζω ἐπικαλέω. Gall. *Invoquer, reclamer appeller à ſecours.* Ital. *Invocare, chiamare, per aiuto pregare.* German. Vmb hilff anrüffen. Belg. *Om hulp aenroepen bidden beſchermen.* Hiſpan. *Llamar à ayuda.* Vngar. *Segitségre hivom.* Ang *To call for help.*] Plaut. in Aſin. Deam ibi invocet, quam lubebit, propitiam. Cicer. 2. de Nat. deor. Apud noſtros Iunonem Lucinam in pariundo invocant.

I'nvŏcātus, adjectivum. Non vocatus, inacceſſitus. [ἄκλητος. Gall. *Non appellé.* Ital. *Non chiamato.* Germ. Vnberüfft Hiſp. *No llamado.* Polon. *Nie wezwani.* Vngar. *Hivatlan.* Angl *Not called on.*] Plautus Capt. Iuventus nomen indidit ſcorto mihi, Eò quia invocatus ſoleo eſſe in convivio. Cælius ad Cicer. Epiſt. libro 8: At ego ſimulatque audivi, invocatus ad ſubſellia rei accurro.

I'nvŏlo, as, are, à Vola fit, quæ eſt manus & pedis concavitas. Id eſt, concavam manum injicio, rapaciter ſubtraho, cum impetu aliquem aggredior. [תעים *behît* חעל *ghazál.* ἁρπαγῇ ἄγω, ἁρπάζω. Gall. *Rauber.* Ital. *Involare, rubbare.* German. Darauff ſtoſſen. Hiſpan *Hurtar.* Pol. *Gwałtem zdzierżam.* Vngar. *El ragadom, reá vohanok.* Ang. *To ſteall, to runne violentlie vpon one.*] Tullius libro 6: - quid corpore magni Projecto rapiat, quos Cæſaris involet artus. Plinius libro 9. cap. 59: Singulos involat verùm, quàm capit. Terent. Evnuch. Vix me contineo, quin ei involem in capillum. ¶ Aliquando Involare compoſitum eſt à verbo Volo, as, idemque eſt quod intrò volare ἐσπέτομαι. Columella libro 8 cap. 3: Neque enim debent ipſis nidis involare, ne, dum adſiliunt, pedibus ova confringant. Varro 3. de Re ruſtica: At in villam intrò involant columbæ, de quibus merula, &c.

I'nvŏlĭto, as, are, frequentativum. [πολὺς ἐφίσταμαι. Vng. *Reá röpdösök.* Ang. *To flee in often.*] Horat. 4. Carm. Ode 10: Et quæ nunc humeris involitant, deciderunt comæ.

I'nvŏlūcris, cre, om. t. Quod adhuc volare non poteſt. [ἀπέτης. Gall *Qui ne vole pas encore.* Ital. *Che non può volare.* German. Vngefidert. Hiſpan *Que aun no puede volar.* Polon. *To co ieszcze lietać nie może.* Vng. *Szárniatlan, repülésre kelkwel valo* Ang. *That can not flee.*] Gell lib. 2. cap. 29: Pulli tunc involucres erant.

I'nvŏlucrĕ, involucrum, Vide INVOLVO.

I'nvŏlvo, is, ere, act. t. In ſeu ſuper aliquid volvo, vel volvendo impono, aut injicio. [חלל *ghalál* חלם *ghalám* חתל *chittél* עטף *hatáph* ἐπινυλίνδω. Gall. *Enueloper, entortiller, rouller deſſus.* Ital. *Inuolgere, auilluppare.* German. Etwarauff weltzen: *item,* einwinden, einwickeln. Hiſpan. *Embolver.* Polon. *Obwiiam, wwaliam.* Vngar. *Reá hengeritém, reá von ſzom:* (item) *meg homalyoſitom.* Ang. *To roll or wrape together or vpon.*] Virgil. 1. Georg. Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam, Scilicet atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum. Ovidius 12. Metam. Saxa, trabesq; ſuper totosque involvite montes, ¶ Sæpè accipitur pro circūplico, circumvolvo, & re aliqua intego. Plin. libr. 11. cap. 24. de aranéis: Nam & lacertarum catulos venantur, hos primùm tela involventes, & tunc domum labra utraque mortu apprehendentes. - Cæſar in Bello civili callide Silius libro 7. Ovidius 4 Faſtor. - ſpongiam pulpa, ferroque involvit, & ignes Admovet Horat. lib. 2. Carm. Ode 29: - Sic mea Virtute me involvo, probamque Pauperiem ſine dote quæro. ¶ Per tranſlationem tenebras eſſe indere, obſcurare. Virgil 3. Aeneid. Involvere diem nimbi, & nox humida cœlum Abſtulit. Idem 6. Aen. Obſcuris vera involvens.

I'nvōlvŭlŭs, li, penultima correpta, Vermiculus qui & convolvulus dicitur, quòd ſeſe foliis arborum & vitium circumvolvat, & implicet. ἰψ, ἴουλος, Suid. [Gall. *Vercoquin ou hurbec.* Ital. *Verme che rode i germogli delle vite, volvolo.* German. Ein Raupt ein Würmlein ſo ſich in die bletter wicklet. Hiſpan. *El guſano rebolton.* Pol. *Robak wliśki zawiti.* Vngar. *Hirnyo.* Ang. *A caterpiller or worme eating the leaues of trees.*] Plaut. Curcul. - imitatus nequam beſtiam, Et damnificam. P. Sed quamnam amabó? L. involvulum, Quæ in Pampini folio intorta implicat ſeſe.

I'nvŏlūcrĕ, is, ſubſtantivum, Eſt linteum illud, quo tonſores hurneros tondendorum involvunt, ne veſtes capillorum ſegmētis ſordidentur. [חתלה *chathullâh* חתול *chittûl.* τὸ ἔλυτρον τῶν κουρέων. Gal. *Enuelopoir, vn linge ou couurechef qu'vn barbier eſtent ſur celuy à qui il fait la barbe.* Ital. *Panno che 'l barbiere pone alle ſpalle di coloro che ſi fanno toſare.* German. Ein ſchürtzluch das man vmb einen ſchtecht. Hiſpan. *Touaja para el cuello.* Polon. *Szata balwierska krora goliaczna czerwieſza.* Vng. *Az barbelnok nyaklo ruhdia.* Ang. *A linnen cloth wherewith barbours couer thame which they sheare.*] Plaut. in Capt. Ne is quidem involuere injicere voluit, veſtem ut ne inquinet.

I'nvŏlūcrum, cri, penult. producta, ſ. ſ. Quo quippiam involvitur, aut integitur. [חתלה *chattullâh* חתול *chittûl* ἔλυτρον, ἐνείλημα. Gall. *Enuelopoir.* Ital. *Inuoglio.* German. Darein man etwas wicklet Hiſpan. *Embolvedor para embolver.* Polon *Zawiiia.* Vn. *Betakaro.* Ang. *Any thing that ſerueth to cloke, couer or hide.*] Cic. 1. de Orat. Sic modò in oratione Craſſi divitias atque ornamēta ejus ingenii, per quædam involucra atque integumenta perſpexi: ſed ea quum contemplari cuperem, vix aſpiciendi poteſtas fuit. Involucris ſimulationum tegi: hoc eſt, ſimulatis affectibus. Cicero ad Qu. Fr. lib. 1: Multis enim ſimulationum involucris integitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujuſque natura. ¶ Fit autem involucrum à verbo involvo, vis, cujus ſupinum eſt involutum, mutata tum in crum, fit Involucrum. ἐνειλέω, ἐνειλίττω, περιπέπλω. Sic fiunt multa alia, ut Lavacrū, Simulacrum, Ambulacrum, Aratrum, Sepulchrum, quæ habent penult. producta.

I'nvŏlūtē, adverbium. [Pol. *Zawiele.* Vng. *Bé takarva, homályoſan.*] Spartianus in Caracalla: Quæſtus eſt de fratris inſidiis involute, & inconditè ad illius accuſationem.

I'nvŏlūtĭſſĭmŭs, ſuperlat. [Pol. *Barzo zawiſły.* Vng. *Igen homályos.*] Seneca Quæſt. Natural. lib. 6 cap. 5: Nec in hac tantum re omnium maxima atque involutiſſima.

I'nūrbānŭs, a, um, Incultis Inventuſtus, ruſticis moribus præditus [ἄγροικος, ὁ ἀστεῖος, ἀπαίδευτος, ἀμαθής. Gall. *Inciuil, ruſtique.* Ital. *Incivile, roſtico, rozzo.* Germ Vnhöfflich/ bewriſch. Hiſpan. *Ruſtico y deſcortes.* Pol. *Nie obiczainy, grubi, nie nauczony.* Vng. *Paraſzt, embertelen.* Ang. *Vnmanerly, vncourteis.*] Cic. 2 de Orat Inopem quendam humanitatis, & inurbanum. Idem de claris Orat. Sed omnium oratorū ſive rabularum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuerunt, &c. Horat. in Arte: - ſi modò ego, & vos Scimus inūrbanum lepido ſuppone dicto.

I'nūrbānē, adverb. Inſulsè, ruſticé. [ἀπείρως, ἀνάνδρως, ἀγροίκως. Gall. *Sans courtoiſie, inciuilement, ruſtiquement.* Ital. *Diſcorteſemente, inciuilmente* Germ. Vnhöfflichen. Hiſp. *Ruſtica y decorteſamente* Polon. *Grubie.* Vng. *Paraſztul, embertélenül.* Ang. *Vnmanerlie, vncourteouſlie.*] Cic. 3. de Nat. deor. Alabandenſes quidem ſanctiùs Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quàm quenquam nobilium deorum, apud quos non inurbanè Stratonicus, ut multa, &c.

I'nūrgĕo, es: id eſt, Contra aliquem urgeo. [נגף *nagâch* נגף *naghâph.* ἐπωθέω, πρόσκρουσμα, προσπταίω. Gall. *Pouſſer & heurter contre* Ital. *Premere, urtare, ſpingere.* Germ. Treyben/ ſtoſſen Hiſp. *Empuxar.* Pol. *Pobiedzam.* Vng. *Öklelök, valaki ellen tuſakodom.* An. *To force againſt any.*] Lucr. lib. 5: Cornua nata priùs vitulo, quàm frontibus extent. Illis iratus petit, atq; infenſus inurget.

I'nūrīno, as, penult. prod. idem quod urinare: id eſt, in aquam mergi, & natando emergere. [שחה *ſachâh* טוף *tſúph.* ἐμπίπτω, κολυμβάω. Gall. *Se plonger en l' eau.* Ital. *Nuottar ſotto acqua.* German. Vnder das Waſſer ſchieſſen oder ſchwimmen. Hiſp. *Nadar y ſalir de lagua nadando.* Pol. *Pod wode nurzam.* Vng. *Az vizben el bujom.* Ang. *To plunge in water*] Colum. lib. 8. cap. 14: Lacus, piſcinaq; manu fiant, ut ſint quibus inuinare poſſint aves.

I'nūro, is, ere, act. t. ignito ferro ſtigma imprimere, ut ſervorum fronti & equorum coxis, ut cognoſcantur à domino. [חרך *charách.*

Iſatis, [ἴσατις. Gall. *Guede, paſtel en Languedoc.* Ital. *Guado.* Ger. Weidt/ ein krautt. Hiſpan. *Paſtel.* Polon. *Farbownik, farbownezelie.* Ang. *Wad.*] Græcis vocatur herba quam Latini glaſtum appellant. Ejus duo ſunt genera: Iſatis ſylveſtris, folia habet lactucæ, ſed majora: caules prætenues, multifidos, quadantenus rubentes: in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus ſemen habet flore tenui & luteo: ſativa, folia habet plantagini ſimilia, verùm pinguiora, nigrioraque, caulemque duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc truſatilibus molis premunt, ut herbaceam ſaniem excludant: deinde abacto liquore digerunt in magnos globos, quos in tabularis in cinerem putreſcere ſinunt. Toloſates *paſtellum*, ab effigie paſtillorum, in quos glomeratur, nominant.

Iſca, cæ, f. p. medulla nucis, quæ in ligno ipſo continetur, teſte

Aetio, ſed depravatè ut ſuſpicamur, quemadmodum multa alia, atq; fortè legendum eſca: quoniam pro ignorario & cauterio quoq; eſt medicis.

Iſchădĕs, [ἰσχάδες. Polon. *Suche figi.* Vngar. *Aszu ſwge.*] Græco nomine fici aridi appellantur, teſte Polluce: nam *σῦκα* propriè de recentibus dicuntur.

Iſchăs, adis, *ἰσχὰς*, Raphani agreſtis genus quod apion nōnulli, alii agrioraphanum appellant, autor Plinius. ¶ Geſnerus de ſue, liter. C. & H. Sylveſtris quoddam leguminis aut viciæ genus, nō diſſimile aſtragalo, panē porcinū in multis Germaniæ locis vocāt, quod radiculas ejus dulces & rotūdas, ſues agris effoſſis requirant. [Pol. *Ziemni orzech.* Vngar. *Repcze.*]

Iſchæmōn, *ἰσχαίμων*, Herba à Thracibus primùm inventa, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modò vena, verumetiam præciſa. Serpit è terra milio ſimilis, foliis aſperis & lanuginoſis. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

Iſchiās, adis, *ἰσχιὰς, λυσηκοωλη*, Herba quædam radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem ſedat: alii leucocantham vocant, alii polygonaton: alii Sigillum Salomonis. [Pol. *Krowka.*] Plin. lib. 22. cap. 16.

Iſchĭă, *ἰσχία*, Oſſa duo ſunt in poſteriore hominis parte oſſi ſacro, in anteriori mutuò *κῳ σύμφυσιν* cohærentia. [Vng. *Tſipō eſont.* Ang. *The hanche bones.*] Latinè coxendices appellantur. Vtrunq; horum grandi cavatum eſt acetabulo, in quo infertum femoris caput circumvolvitur.

Iſchĭăs, [*ἰσχίας*. Gall. *Vne goute ſciatique.* Ital. & Hiſpan. *Sciatica.* Germ Hufftweh. Pol. *Lupanie whudziech.* Vn Kōſzuény. Ang. *A goutt in the hanche bones.*] Arthritidis ſpecies eſt apud Aeginetam, coxendices (quæ *ἰσχία* vocant Græci) præcipuè infeſtans. Vulgò corrupto nomine *Sciaticam* vocant. Plin. lib. 27. cap. 1: Bibitur propter iſchiada & ſtranguriam in vino.

Iſchĭăcŭs, ſive iſchiadicus. [*ἰσχιαδικός*. Gall. *Qui eſt malade d'vne goutte ſciatique.* Ital. *Chi patiſce di ſciatica.* Germ. Der hufftweh hat. Hiſpan. *El doliente de ſciatica.* Pol. *Maiaci whudziech l'upanie.* Vngar. Kōſzuényes. Ang. *That is ſick of this kind of goutt.*] Qui iſchiadè morbo laborat. Plin. lib. 23 cap. 1: Prodeſt ſtomacho, &c. Vertigini, torminibus, iſchiadicis. Cato de Re ruſt. cap. 123: Vinum ad iſchiacos ſic facito, &c.

Iſchŭrĭă, [*ἰσχουρία*. Pol. *Moczu zatrzymanie.* Vng. *Vizelet meg állas.*] à Græcis dicitur urinæ ſuppreſſio: quæ octo modis fieri ſolet, inflammatione, duritia, ſanguinis collectione, reſolutione, lapidis procidentia, ulceratione, & lithiaſi.

Iſchyros, Latinè fortis dicitur: *ἰσχὺς* fortitudo eſt.

Iſicium, Farciminis genus.

Iſia, Emplaſtrum conferens in atra bile, apud Aetium Sermon. 12. cap. 24.

Iſocinnămŏn, *ἰσοκίνναμον*, Frutex eſt præſtantiſſimi odoris, in ultiſſimis ferè locis naſcens, in quibus & cinnamum naſcitur & caſia. Dictum iſocinnamum, quòd cinnami præſtantiam adæquare videatur. Alio nomine daphnoidem appellant. Vide Plin. lib. 12. cap. 20.

Iſocōlŏn, *ἰσόκωλον*, à rhetoribus vocatur ſchema, quod Latinorum nonnulli compar appellaverunt: quum ſcilicet periodus duabus aut pluribus ſententiis brevibus, & inter ſe paribus exigitur.

Iſodŏmŏn, *ἰσόδομον*, Vocabant genus ſtructuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis ſunt craſſitudinis. Nam ubi craſſitudo eſt inæqualis, pſeudiſodomon appellāt. Plin. lib. 36. cap. 23: Græci è lapide duro ac ſilice æquo conſtruunt, veluti lateritios parietes: quū ita fecerint, *iſodomum* vocāt genus ſtructuræ At quum inæquali craſſitudine ſtructa ſunt, *pſeudiſodomon.*

Iſonŏmĭă, [*ἰσονομία* Polon. *Iednota wprawie.* Vng. *Igaztörueny.*] Cum accentu in penultima, Latinè juris æqualitas dicitur. Cicer. 1. de Nat. deor. Summa verò vis infinitatis magna ac diligenti contemplatione digniſſima eſt: in qua intelligi neceſſe eſt eam eſſe naturam, ut omnia omnibus, paria paribus reſpondeant: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus: id eſt, æquabilem tributionem.

Iſophagus, pro Oeſophagus.

Iſopyrŏn, [*ἰσόπυρον*. Vng. Tōrök *bab.*] Herba quam aliqui vocant phaſeolum, quoniā ejus folium, quod eſt aniſo ſimile, in pampinos torqueſcit. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthii. Plin. lib. 27. cap. 11.

Iſopleurŏn *ἰσόπλευρον*. Figura cujus latera omnia ſunt æqualia. Nam *ἰσον* Græcis æquale ſonat, & *πλευρὰ*, latus.

Iſoſtătes, *ἰσοστάτης*, Aequalitatis recognitor. [Pol. *Sprawiedliwoscze wprawca.* Vngar. *Eggyeſztetō itelō biro.*] ¶ Co. de Pond. & aur. ill. l. Quoties. Quoties de æqualitate ſolidorum orta fuerit contentio, placet quem ſermo Græcus vocat *Iſoſtatem*, pro ſua fide & induſtria, ut neque fallat neque fallatur, contentionem dirimere.

Iſoſtathnios, confectionis nomen tuſſi & tabi conferentis, apud Aet. Serm. 8. cap. 55.

Iſotheos, idem, Vide eodem loco.

Iſtă, adv

Iſtĕ, iſta, iſtud, genitivo iſtius, pen. indifferente. [זה *zeh.* οὗτος. Gall. *Ceſtuy-ci, celuy qui eſt auprés de toy.* Ital. *Coteſto.* German. Der. Hiſp. *Eſſe* Pol. *Ten.* Vn. *Imez.* Ang. *This.*] Propriè dicitur de eo qui apud te eſt, aut de quo loqueris. Terent. in Evnuch. Mirum ni tu credas quod iſte dicat. Cic. Cælio lib. 2: Putarésne unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent, neq; ſolùm iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam levia noſtratia?

Iſtō, adverbium ad locum, idem ſignificans quod iſtuc. [*σὺ τοῦτο, σὺ τοῦτον.* Gall. *Là où tu es.* Ital. *Coſtà.* German. Dahin, do ſelbſt hin. Hiſpan. *De ay donde tu eſtas.* Polon. *Tamize.* Vngar. *Oda.* Ang. *To this place.*] Plin. Epiſt. 50: Deſtino enim, ſi tamen officii ratio permiſerit, excurrere iſtò.

Iſtæc, iſtæc, iſtoc, pro iſte hic. [Polon. *Vwas.* Vngar. *Ott.*] Terent. in Heavt. Quid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitipho? itáne fieri oportet?

Iſtŭccĭnĕ, penultima correpta, pro iſtúdne. [Polon. *Tozto.* Vngar. *Azs.*] Terent. in Evnuch. Iſtúccine interminata ſum hinc abiens tibi?

Iſtĭūſmŏdī, pen. corr. [כזה *chazéh.* τοιοῦτος. Gall. *De ceſte maniere, tel, de ceſte ſorte.* Ital *Cotale, di queſta ſorte.* Ger. Dergleichē ſolliches. Hiſpan. *Coſa de eſſa manera.* Pol. *Ta kowi.* Vng. *Ollyan, ollyatán.* Ang. *Such, of this ſort.*] Plaut. in Moſtel. - nihil moror mihi clientes iſtiuſmodi. Idem Epid. - malim iſtiuſmodi mihi amicos furno merſos, quàm foro.

Iſtīc, adverbium eſt loci, quietem vel motum ſignificans eo in loco in quo tu es. [*οὗτος.* Gall. *Là où tu es.* Ital *Coſti in coteſto luogo.* German. Daſelbſt. Hiſpan. *Ay donde tu eſtas.* Polon. *Tamize.* Vng. *Ott.* Ang *In that place.*] Terent. in Evnuch. Omitte, jam iſtic adero. Idem Adelph. Tibi verò quid iſtic rei? Cic. Valer. lib. 1: Et tibi malis eſſe ubi aliquo numero ſis, quàm iſtic, ubi ſolus ſapere videare.

Iſtīnc, adverbium de loco. [*οὐτόθεν, σὺ ἔνθεν.* Gall. *De là où tu es.* Ital. *Di coſta.* German Da dannen. Hiſpan. *Ay donde tu eſtas.* Polon. *Stadtam.* Vngar. *Onnan, onnat.* Ang. *Out of that place.*] Cic. ad Att. libr. 7: De malis noſtris tu priùs audis, quàm ego, iſtinc enim emanant.

Iſtōc, adverb. Ab iſto loco. [Gall. *De là où tu es.* Ital. *Di done tu ſei.* Ger Des hinaus. Hiſpan. *Ay donde tu eſtas.* Pol. *Stego mieiſca.* Vngar. *Onnat, onnan.* Ang. *From me yat place.*] Terent. in Adelph. accede iſtuc Parmeno: Nimium iſtoc abiiſti.

Iſtāc, adverb. per locum. [*Διὰ τῆδε τῆ τόπου, τῆδε, ὧδε.* Gal. *Par là où tu es.* Ital. *Per coſtà.* Germ. Daſelbſt hindurch. Hiſpan. *Por ay donde tu eſtas.* Vng. *Arra.* Ang. *By that place.*] Terent. in Heavt. Abi deambulatum. G L. deambulatum, quò? S. - vah, quaſi deſit locus. Abi ſanè iſtac, iſtorſum, quò vis.

Iſtōrſum, adverbium, Verſus eum locum ubi tu es. [*πρὸς τόνδε, τὸν τόπον.* Gall. *Vers là où tu es.* Ital. *In coſtà.* German. Gegen dem ort. Hiſpan. *Hazia alla donde tu eſtas.* Polon. *Na totam mieiſcze.* Vngar. *Azfelé, oda felé.* Angl. *Towardes yat place.*] Terent. in Phorm. Concede hinc à foribus paululùm iſtorſum ſodes Sophrona.

Iſthmĭă, *ἰσθμία*, inter quatuor ſacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari ſolebant, in honorem Neptuni inſtituta à Theſeo, ut Plutarcho videtur: aut certè in honorem Palæmonis, ut ex Archiæ Poëtæ Græco Epigrammate colligitur, quod etiam hodie circumfertur. Hujus certaminis victores pinu coronabantur. De inſtitutione horum ludorum ſic ſcribit Plutarchus in vita Theſei: Theſeus primus Neptuno certamen inſtituit, gloriatique eſt ſolitus, ob Herculem Jovi, & ſe verò Iſthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ honorem inſtitutum eſt, noctu agebatur, initiandi magis, quàm ſpectaculi ſpeciem præferens. Hactenus ille. Dicta autem ſunt Iſthmia, à Peloponneſi iſthmo, in cujus faucibus celebrabantur, non procul à Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

Iſthmŭs, mi, m. *ἰσθμὸς*, Eſt anguſtia illa media inter peninſulam, & continentē, & veluti quædā cervix, quæ à continente, velut à corpore gracileſcens, peninſulam cum continente, tanquam caput cum reliquo corpore, connectit. Iſthmo opponitur porthmus: id eſt, fretum anguſtum inter duas continentes, quale eſt fretum Gaditanum, exiguo intervallo Europam ab Africa dirimens. Iſthmus omnium celeberrimus eſt ille, quem & Corinthiacum & Achaicum vocamus, quinque tantùm millium ſpatio Aegæum mare ab Ionio ſubmovens, anguſtoque tramite Helladi Peloponneſum annectens. In hujus Iſthmi faucibus Corinthus olim ſita fuit, totius Peloponneſi urbs clariſſima. ¶ Iſthmum perfodere dicebantur, qui magno quidem conatu, ſed irrito molirentur aliquid. Dictum ab hoc Iſthmo Corinthiaco, qui efficiebat ut naves longo & ancipiti ambitu juxta peninſulam circumagerentur. Vnde complures illum adorti ſunt, quà erat anguſtiſſimus, perfodere, nempe Demetrius Rex, Dictator Cæſar, C. princeps, Domitius Nero, infauſto, ut omnium patuit exitu, incepto. Autor Plin. lib. 4. cap. ..

I ante T

Ĭtă, adverb. eſt ſimilitudinis, idem valens quod ſic. [כֵּן *chen* כֹּה *choh.* οὕτως. Gal. *Ainſi, tellement, voire, ouy.* Ital. *Si, coſi, a queſto modo, in tal maniera.* German. *Ja/alſo.* Hiſ. *Si, tambien.* Pol. *Tak.* Vng. *Vgy.* Ang. *Yea.*] Cic. in Verr. Eſt ita, ut dicitur, Iudices. ¶ Cum negatione idem ferè valet quod valde. Cic. lib. 3. Epiſt. Caſſius non ita multùm furore utitur. Idem 2. de Fin. A — ſione utuntur non ita probabili. Idem de Clar. Orator. Illo nō ita pridem abiit. Terent. in And. Non ita diſſimili ſunt oratione ac ſtylo. ¶ Quandoque optantis. Pacuvius: Ita te dii ament, ita tibi pro voto ſecundent omnia. ¶ Quandoq; illativa conjunctio eſt, pro igitur. Cic. Ita nobiliſſima civitas Græciæ & olim potentiſſima, ſepulchrum civis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. ¶ Quando componitur cum que, conjunctio eſt, que rem concludit, & conficit, & habet accentum in prima ſyllaba, idemq; ſignificat quod ergo, vel igitur. οὖν, ὥστε Si autem duæ partes ſunt, habent accentum in penultima, & dicimus itaque, καὶ ὥστε. Terent. in Andr. Imò ita volo, itaque poſtulo, ut fiat. Plautus in Amph. Verùm ita animatus fui, itaque ſum nunc, ut ea te patera donem. ¶ Ita ſanè, concedentis eſt particula cum affirmatione, ναί, πάνυ γε.

Ĭtem, adverb. Significat ſimiliter, quaſi iterum idem. [אַף *aph* גַּם *gham* עוֹד *hodh.* ὁμοίως, ὡσαύτως. Gal. *Auſſi, ſemblablement, pareillement.* Ital. *Similmente.* Germ. Desgleichen. Hiſpan. *Eſſo meſmo, ſemejantemente.* Polon. Także też. Vngar. *Iſmét, (auagy) iſmég.* Ang. *Alſo, lykwiſe.*] Autor Donatus & Valla libro 2. capite 51.

Ĭtĕr, iteris, ſecundum Priſc. & itineris, ab antiquo nomin. ativo Itiner, quo veteres uſi ſunt. [דֶּרֶךְ *dérech* אֹרַח *órach* הָלִיךְ *halich* הֲלִיכָה *halicháh* מַהֲלָךְ *mahalách.* πορεία, ὁδοιπορία. Gal. *Chemin.* Ital. *Camino, viaggio.* Germ. Ein Reyß oder Wägfahrt. Hiſp. *Camino.* Polon. *Droga.* Vngar. Vt. Ang. *The way, a iourney.*] Plaut. in Mercator. Ergo itinerem meum exequi me ſines? Varr. Expectant itiner longo ſermone levare. Genitivus etiam iteris, quamvis hodie non ſit in uſu: legitur tamen ablativus itere apud Lucret. libro 5: Concuſſos itere, & labefactos aëre multo. Dictum iter, ab eundo, cujus ſupinum eſt itum: ſive ab ito frequentativo, autore Varrone lib. de ling. Lat. 4 Eſt autem iter idem ferè quod via, vel profectio ipſa, vel etiam navigatio: ut apud Terent. Aiṅ' tu tibi incommodum evenisſe hoc iter? Non hercle Parmeno verbis dici poteſt, quantum re ipſa navigare incommodum eſt. ¶ Iter facere, ὁδοιπορεῖν, eſt ire: quod & Iter tenere. τῆς ὁδὸς ἔχεσθαι dicimus. Virgil. 1. Æneid. Quóve tenetis iter? Habere iter, idem quod iturum eſſe: ut, Iter habeo ad Cæſarem. At viam facere, ὁδοποιεῖν, non eſt iter facere, ſed aperire & munire viam. ¶ Iter pro incœpto, & inſtituto. Cicer. ad Qū. Frat. libro 3: Quare neque ego impediri Ciceronis iter atque illam diſciplinam volo: & ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & deſtari videtur: in quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus: id eſt, noſtro hoc genere dicendi.

Ĭtĕro, as, pen. corr. act p. Repeto, reſumo: quaſi iterum aliquid ago. [הוֹסִיף *hoſiph.* ἀναλαμβάνω. Gal. *Reprendre & repeter quelque choſe, la reiterer.* Ital. *Rifare, replicare.* Ger. Widerāferen/ widerumb thun oder anheben. Belg. Wederom doen. Hiſ. *Repetir algo la ſegunda vez, iterar.* Pol. *Powtarzam.* Vng. *Iſmet elöl kezdöm.* An. *To repeat, to beginne agayne.*] Liv. lib. 1. ab Vrb. Reſiſtere atque iterare pugnam jubet. Iterare æquor, apud Horatium libro 1. Carm. Ode 7. pro iterum navigare. Iteratu ridiculum. Plaut. Caſin. Iterandum eadem iſta mihi. Cic. ad Attic. lib. 14: Iterare campum, terram, agrum, pro iterum proſcindere. Colum. lib. 2. cap. 4: Igitur uliginoſi campi proſcindi debent, poſt Idus menſis Aprilis, quo tempore quum arati fuerint diebus interpoſitis circa ſolſtitium, quod eſt nonum & octavum Calendas Iulias, iteratos eſſe oportebit: ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos. Idem: Colles pinguis ſoli, &c. Februario ſtatim proſcindendi ſunt: deinde de Aprili medio uſque in ſolſtitium iterandi, tertiandique.

Ĭtĕrātĭo, onis, f. t. Repetitio, reſumptio. [שְׁנִיָּה *ſchenináh.* ἀνάληψις. Gal. *Reprinſe & repetition de quelque choſe.* Ital. *Il replicare qualche coſa* Ger. Ein widerāferung Hiſp. *Obra de repetir algo la ſegunda vez.* Polon. *Powtarzanie.* Vngar. *Azon dologuak elemondogalaſa, elölkezdés.* Ang. *Repeating or doing agayne.*] Cic. in Orat. Itemque ſi quæ verborum iterationes contemptionem aliquam, & clamorem requirent, erunt ab hac ſummiſſione orationis alienæ. Iteratio, arationis genus qua ager ſecundò proſcinditur apud Plin. lib. 18. cap. 20. ¶ Iteratio præterea ſecunda olearum preſſura dicitur, apud Colum. lib. 12. cap. 50. Apud Gell. lib. 3. cap. 18. legitur iterare pro iter facere. Sed eos (*inquit*) Senatores qui Magiſtratum curulem nondum accepe-rant pedibus iteraviſſe in Curiam. Quo tamen in loco omnino legendum puto, itaviſſe.

Ĭtĕrātō, adverbium, Iterum. [Pólon. *Powtarzaiac.* Vng. *Iſmég* Ang *Agayne eſt ſoones.*] Iuſtinus Hiſtor. lib. 5: Quibus accitis i, terato prælıantur.

Ĭtĭnĕrārĭum, n. ſ. Deſcriptio itineris: hoc eſt, commentarius earum rerum, quæ in itinere acciderunt, & locorum per quæ iter eſt faciendum. [ὁδοιπορικόν. Gall. *Charte à voyager, liure pour monſtrer les chemins & diſtances des lieux.* Ital. *Charta del viaggio.* Ger. Ein verzeichnung oder beſchreibung einer Reyß oder Wägfahrt. Hiſ. *Libro de los lugares del camino.* Pol. *Opiſſanie drogi.* Vngar. *Vtnak megirása.* Ang. *A deſcription of the way.*] Adhuc extat Antonini itinerarium, de cujus ratione inſcriptionis pronuntiandum puto.

Ĭtĭnĕrārĭŭs, adjectivum. [Pol. *Podrożni.* Vn. *Vti, vtra valo.*] ut, Sumptus itinerarius. Lampridius in Commodo: Simulavit ſe in Africam iturum, ut ſumptum itinerarium exigeret: id eſt, viaticum, ἐφόδιον.

Ĭtĭnĕrŏr, neraris, d. p. Iter facio. [אָרַח *arách.* ὁδοιπορέω. Gall. *Voyager.* Ital. *Far viaggio.* Germ. Reyſen/ wanderen Hiſ. *Hazer camino.* Pol. *Wędruie.* Vn. *Vtan iárok.* Ang. *To tak iourney.*] Vtitur hoc verbo Apul. & recentiores quidam. Alioqui apud claſſicos ſcriptores non temerè occurrit.

Ĭtĕrum, adverbium, Rurſus. [עוֹד *hodh.* αὖθις, αὖ. Gal. *Encor, derechef, pour la ſeconde fois.* Ital. *Vn altra volta, di nuouo, anchora.* German. Widerumb. Belg. Wederom. Hiſp. *La ſegunda vez.* Polon. *Zaſie.* Vngar. *Iſmét, (auagy) iſmég.* Ang. *Yet once agayne.*] Virg. 4. Aeglog. Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles. ¶ Interdum ſignificat ſecundò. [שְׁנִית *ſchenith.* ἐπὶ δεύτερον.] Cic. lib. 1. de Invent. Primò quidem decipi incōmodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe. Sic iterum Conſul dicitur à Latinis autoribus qui alterum conſulatum gerit, nonnunquam ſecundò Cōſul, id quod ex Livio & Cicerone præcipuè conſtat.

Ithyon, Græci vocant ad naturam, & ad mores, & ad omnem conſuetudinem accommodum, Cic. 1. Offi..

Ithytherion, hedera apud Dioſc. lib. 2. cap. 199.

Iriadentros, hippuris, apud Dioſc. lib. 4. cap. 49.

Ĭtĭdem, pen. corr. Similiter, eodem modo, quaſi iterum idem. [כֵּן *chen* גַּם *gam.* πως-πλησίως. Gal. *Pareillement, ſemblablement.* Ita. *Medeſimamente, ſimilmente, parimente.* Ger Zugleich. Bel. *Dieſe* Ita. *Medeſimamente, ſimilmente, parimente.* Ger Zugleich. Bel. *Dieſe* Hiſ. *Otra y otra vez, ſemejantemente.* Pol. *Także.* Vn. *Azon-*
gelyck. Hiſ. *Otra y otra vez, ſemejantemente.* Pol. *Także.* Vn. *Azon-*
képpen. An. *So, after the ſame ſorte, lykwiſe.*] Ter. And. Ibo ad eum, atque hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Suetonius de Auguſt. Centuriones ſtatione deſerta, itidem ut manipulares, capitali animadverſione punivit.

Ĭtĭo, onis, f. t. Profectio, actus eundi. [הֲלִיכָה *hélech* הֲלִיכָה *haliſcháh.* πορεία. Gal. *Partement, allee.* Ital. *L'andare, il partirſi.* Germ: Ein gang/ ein wandlung. Hiſp. *Andadura, partida.* Pol. *Chodzenie.* Vn. *Ménés.* An. *A going, a walking.*] Ter. Phorm. Hæccine eranę itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni?

Ĭtŏ, itas, vide EO, is.

Itus, us, & Itio. [Vn. *Menetel.*] Suetonius in Tiberio 1. cap. 58: Ad extremum vota pro itu, & reditu ſuo ſuſcipi paſſus. Vide Eo.

Itrion, panis placentarius, qui conſtat ſeſamo, melle & farina.

Itus, us, verbale, Vide EO.

I ante V.

IV. In notis antiquorum, vel. IIII. quatuor I.V. Iuſtus vir. IVD. Iudicium. IVNON. ET. PROSER. Iunoni & Proſerpinæ: IVR D. Iuriſdictio. I V V. Iuvenalis, vel Iuventus.

Iŭbæ, arum, f. t. Crines animalium à collo pendentes. [χαίτη. Gall. *Les crins.* Ital. *Crini.* Ger. Die Mäne oder langen Haſſhaar an den Thieren/ alß Roſſen/ Löwen/ &c. Hiſ. *Las cerneias ò crines.* Pol. *Grziwa.* Vngar. *Serény, nyakon, valoſág.* Ang. *The mane of an horſe, or other beaſtes.*] Plin. lib. 10. cap. 63: Equarum jubas tondere præcipiunt. Cæſar 1. bel. Gall. Equorum jubis ſublevari. Plin. lib. 8. cap. 16: Leonis præcipua generoſitas tunc, quum colla armosq; veſtiunt jubæ.

Iŭbātŭs, a, um, Quod jubas habet. [ὁ χαῖταν ἔχων, ὁ χαιτήεις, χαιτόεις. Gal. *Crinu, qui a des crins.* Ital. *Zazzeruto, chi ha crini.* Ger. Das lang Haſſhaar hat. Hiſ. *Coſa con aquellas crines.* Pol. *Grziwiaſti.* Vng *Serényes.* An. *That hath a mane.*] Vnde Iubati leones dicuntur, qui jubas habent, ad differentiam eorum, qui jubas non habent. χαιτοφόρος. Iubati angues: id eſt, criſtati, & cervicibus erecti. Plaut. in Amphit. Devolant angues jubati deorſum in impluvium duo.

Iŭbăr, aris, pen. corr. n. t. Propriè eſt ſplendor Solis, aliorúmve ſyderum, jubarum quandā ſimilitudinē referēs. [יִשְׁעָה *iphhdh* זֹהַר *zóhar.* αὐλος. Gal. *Lueur & reſplandiſſeur, cõme du ſoleil & eſtoiles.* Ital. *Lo ſplendor del ſole ò d'altra ſtella.* Germ. Der ſchein vnnd glantz der Sonnen/ Sternen/ oder auch anderer dingen. Hiſpan. *La claridad del ſol ò otras eſtrellas.* Polon. *Glancz od ſłonca albo gwiazd.* Vn. *Fény, világoſság.* An. *The brightneſſe of the ſonne or ſtarres.*] Virg. 4. Aen. It portis jubare exorto delecta juventus. Hoc

est, exorto Sole, vel solaribus radiis, non autem Lucifero, ut quidam interpretantur: quod ex eo quod præcedit, facilè potest intelligi: -ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan, radiisq; retexerit orbem. Ovid. 1. Fast. Et tremulum summa spargit in æde jubar. Et non tantùm de Solis seu stellæ claritate dicitur, sed etiam de cujuscunque rei splendore, ut auri, argenti, gemmarum, aut similium rerum. ¶ Hinc ad majestatem hominis transfertur. Claudianus: Per fratris regale jubar.

Iŭbĕo, jubes, jussi, jussum, n. s. Impero, præcipio, mando, quasi jus habeo. [צִוָּה *tsivváh.* κελεύω, ἐντέλλω. Gal. *Commander.* Ital. *Comandare.* Germ. Heissen/befehlen. Bel. Beveelen. Hispan. *Mandar como sennor.* Polon. Kaze, rozkazuie. Vng. *Parantsolom, hagyom.* Ang. *To bidde.*] Terent. in Eunuch. Iubésne? & H. jubeo, cogo, atque impero. Quintil. 9. Decl. Nam quamvis infestum latronibus mare jussus intravi: neque dissimulaverim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret. ¶ Interdum ponitur pro rogare. Virgil. lib. 2, Aeneid. Infandum regina jubes renovare dolorem. ¶ Interdum pro precari, optareque: ut Iubeo te salvere, Iubes me bene sperare. Ter. in And. Iubeo Chremetem salvere. ¶ Interdum pro decernere, ψηφίζεσθαι. ut Populus jussit: id est, decrevit. ¶ Invenitur aliquando hoc verbum cũ accusativo. Lucan. lib. 2: Iamq; secuturo jussurus classica Phœbo. Iubere est, inquit Fest. nonnunquam decernere. Hinc illud apud Imperat. Neq; ii, quos leges jubent improbos intestabilesq; esse, possunt in numerum testium adhiberi: id est, quos statuunt ac decernunt. Cajus li. 26. D. de testam. Cùm lege quis intestabilis jubetur esse, eò pertinet, ut, &c. Hotomanus. Apud Cicer. sæpè lex jubet, & quod illi contrarium est, lex vetat.

Iūssŭ, onis, s. t. Iussus, us, m. q. & Iussum, si, n. s. Id est, mandatũ. [מִצְוָה *mitsváh.* πρόσταγμα, ἐπιταγή. Gal. *Commandement.* Ital. *Comandamento.* German. Ein Geheiß. Belg. Een gebodt / bevel. Hispan. *El mandamiento.* Pol. Rozkazanie. Vng. *Parantsolás, hagyás.* Ang. *A bidding or commanding.*] Plaut. in Amph. Iovis jussu venio. Plaut. in Curcul. Postquàm suo jussu profectus pervenit in Cariam. Virg. 4. Aen. Ille patris jussa exequitur. Sisenn. lib. 3: Tamen Tudertibus senatusconsulto & populi jusso dat civitatem. ¶ A' jussus componitur injussus, us, Ter. in Hecyr. Quamobrem incendor ira, te esse ausum facere injussu meo, ἀπροαγγέλτως.

Iūbĭlum, li, n, s. Dicitur id quod ex gaudio voce significatur: nec tamẽ verbis explicatur. [תְּרוּעָה *teruháh.* ἀγαλλίαμα. Gal. *Escri de ioye.* Ital. *Gioia.* Ger. Ein frewd geschrey/Jauchtzũg vor frewd. His. *La grita ò alborbolas como de Moros.* Pol. Wiskanie od radoszci. Vng. öröm, örwlés. Angl. *An out cry for ioye.*] Silius lib. 43: Et lætus scopulis audivit jubila Cyclops.

Iūbĭlo, as, pen. corr. Est rustica & incondita voce gaudium testari. Descendit à Græcis particulis ἰὼ ἰὼ, qui erant voces triũphatorum: superstites enim vitam Apollini acceptam ferebant, cui canerent pæana in victoria ἰὼ βιός, παιάς. Scaliger. [יִבֵב *jibbéb* הִתְרוֹעֵעַ *heráh hitrohéah.* ἀγαλλιάομαι. Gal. *S'esiouir d. ioye.* Ital. *Iubilare, far festa.* Germ. Jauchtzen vor frewden wie die Bawren. Hispan. *Hazer arbolbolas, congrito como los Moros.* Pol. Wiskam iako chł'op. Vng. örw'lök, *vigalok.* An. *To shout for ioye.*] Iubilare (inquit Fest.) est rustica voce inclamare.

Iūbĭlātŭs, est clamor rusticorum. [Polon. Wysk. Vng. *Parasztkaltás.*] Quiritatus, urbanorum, ut ostendit Valla ex Varronis autoritate.

Iucipellum, Lege Iuníperos parva.

Iucundŭs, a, um, Suavis, gratus, lætitiam & voluptatem afferens: à juvando dictum, teste Cicer. 2. de Fin. propterea quòd quæ jucunda sunt, mentem, & sensus juvent. [נָעִים *nahím* טוֹב *tób* κατατερπνός, ἡδύς. Gal. *Plaisant, ioyeux, recreatif, qui donne plaisir.* Ital. *Suaue, giocondo, dilettoso, dolce.* Germ. Liebtich/kurtzweilig/ergetzlich. His. *Cosa que da plazer à otro.* Pol. Wdzięczni, miel'ś. Vng. Gyönyörw'séges, kedues. Ang. *That maketh sport to another, pleasant, delectable.*] Vnde jucundæ literæ, jucunda oratio, jucundus aspectus. Cic. ad Att. Fuit mihi sæpè & laudis nostræ gratulatio tua jucunda, & timoris consolatio grata. Idem 4. in Catil. Est mihi jucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas.

Iūcundĭtās, f. t. Oblectatio quædam ex qua nascitur voluptas. [נְעִימָה *nehimáh* נֹעַם *nóham.* ἡδύτης, ἡδονή, τερπνότης. Gal. *Resiouissance, plaisir, recreation.* Ital. *Piacere.* Ger. Liebligkeit / ergetzligkeit/tyst. His. *Aquel plazer y alegria.* Pol. Rozkosz, ochł'oda. Vng. Gyönyörw'ség, keduesség. Ang. *Pleasantnesse, reioycing, mirth which is doone to some body.*] Cic. ad Atti. Nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meam Tulliolam diligentissimè coluisti.

Iucundè, adverb. Suaviter, dulciter. [ἡδέως, τερπνῶς, θεσπλῶς. Gal. *Ioyeusiment, festamment, auec recreation.* Ital. *Giocondamente, con diletto.* Ger. Liebtichen/ergetzlichen. His. *Plazentera y alegramente.* Pol. Wdzięcznie, rozkosznie. Vngar Gyönyörw'ségesé, keduessen. An. *Pleasantlie, merilie.*] Cic. 1. de Fin. Clamat Epicurus is, quẽ vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honestè, justeque vivatur, &c.

Iūcūndŏr, aris, d. p. voluptate, & delectatione afficior. [נעם *nahám.* ἡδύνομαι. Gal. *Se recreer, se resiouir.* Ital. *Hauer piacere, riceuer dilettatione.* Ger. Belustiget oder ergetzt werden. His. *Alegrarse.* Pol. Ochł'odzam sie. Vng. Gyönyör ködöm. Ang. *To make ioyefull or merie.*] Lact. lib. 4: Quotidie autem jucundabat ante faciem ejus, quum lætaretur orbe perfecto gaudio affici. ¶ Invenitur etiam jucundo, das. August. lib. 17. de Civitate Dei: Exaltasti dexteram, jucundasti omnes inimicos ejus. Apud Classicos neutrum facilè invenias.

Iūdāĭcus lapis, [אבן יהודית *eben jehudhith.* λιθος Ἰουδαϊκός. Pol. *Zidowski.*] Inde nomen accepit, quòd in sola Iudæa nascatur. Candidus est, figura glandis, lineis distinctus intes se æqualibus, velut torno factis, Autor Dioscor. li. 5. Retinet nomen in officinis.

Iudex, Iudicatio, Iudicium, Vide IVDICO.

Iūdĭco, as, act. p. Ius dico, judicium exerceo, statuo, decerno. [שָׁפַט *schaphát* דָּן *dan.* κρίνω, δικάζω. Gal. *Inger.* Ital. *Giudicare.* Ger. Richten/vrtheilen. Bel. Ordeelen/ vonnis oft Sententie geven. His. *Iuzgar.* Pol. *Sadze.* Vn. *Itilők.* An. *To judge.*] Cic. pro Flacco: Itaque recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione judicarunt. Cicer. Attic. lib. 6: Consulibus permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, judicarent. ¶ Interdum idem est quod æstimare, & opinionem de re aliqua in animo concipere. Cicer. pro M. Marcello: Servi itaque etiam iis judicibus, qui multis pòst seculis de te judicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quàm nos. ¶ Cum accusativo personæ idem valet quod condemnare: ut, Iudicare aliquem capitis. Terent. in Adelph. Hominem maximi pretii esse hodie te judicavi animo meo. Cicer. de Amic. Sed ut mihi videris, non rectè judicas de Catone. Liv. lib. 6. ab Vrb. Centurionem nobilem militaribus factis, judicatum pecunię quum duci vidisset, medio foro accurrit. Iudicatum pecuniæ, dixit, pro eo quod est, judicatum, vèl condemnatum, actione pecuniæ. κατακεκριμένον χρημάτων. Gell. lib. 20. cap. 1: Quantæque pecuniæ judicati essent, prædicabatur. ¶ Hujus composita sunt, Abjudico, Adjudico, Dijudico, & Præjudico, de quibus suis locis. ¶ Iudicatum facere, est parère judicato, & persolvere quod judex dependendum esse pronuntiavit. ὑποτελῶσαι τὸ κριθὲν, κατακύσαι ἢ ὑπάγειν τῷ κατακλίνοντι. Cicer. pro Flacc. Quũ judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. ¶ Iudicare quempiã creditori, est debitorẽ ei addicere ita ut abduci possit & vinciri. Plautus Menæch. Nam ego ad Menæchmum, cui jamdiu sum judicatus, ultrò eo, ut me vinciat. ¶ Iudicassit, pro Iudicaverit: antiquũ. Cic. 3. de Legibus. Quum magistratus judicassit, interrogasitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Iūdĭcātŭs, a, um, participium, Cognitus, cõdemnatus. [משפט *mischpát* בדין *nadhón.* κεκριμένος, κατακεκλιμένος. Gal. *Iugé.* Ital. *Giudicato.* Ger Geurtheilt. His. *Iuzgado.* Pol. *Osądzoni.* Vn. *Meg itiltetetős.* An. *Iudged.*] Cic. 4. Verr. Atque ut aliquando de rebus ab isto cognitis judicatisque, & de judiciis datis dicere desistamus. Ne judicatum sit: id est, ne valeat sententia, apud Vlp. de Feriis.

Iūdĭcātĭo, onis, f. t. Actus vel facultas judicandi. [משפט *mischpát* דין *din.* κρίσις. Gal. *Iugement.* Ital. *Giudicio.* German. Ein vrtheilung/entscheidung. His. *Iuyxio.* Pol. *Osądzenie.* Vng. *Meg itilés.* Ang. *A iudging.*] Quintilian. lib. 6. cap. 5: Consilium est ratio quædam altè petita, habetque in se inventionem & judicationem. ¶ Interdum Iudicationis nomine id dicitur, quod in judicium venit, & in quo præcipuus causæ totius cardo versatur. τὸ κεκριμένον. Cicer. 2. de Invent. Quæstio in conjecturali eadem quæ judicatio.

Iūdĭcātŭs, us, ui, m. q. Iudicatio, judicandi facultas, vel officiũ judicis. [משפט *mischpát* דין *din.* κρίσις, ἐπίκρισις. Gall. *Iugement, pouuoir & autorité de iuger.* Ital. *Giudicio.* Ger. Das Ampt oder Gewalt zu vrtheilen. His. *Iuyxio.* Polon. Mocz do rozsądzenia. Vn. *Itilés.* An. *A iudging or power to iudge.*] Cicer. ad Attic. lib. 12: De Cocceio & Libone, quæ scribis, approbo: maximè quod de judicatu meo respondsum sit. Gel. lib. 14. cap. 2: Iuravi mihi non liquere, atque ita judicatu illo solutus sum.

Iūdĭcātum, ti, n. s. In judicio statutum. [משפט *schephót.* τὸ κεκριμένον, τὸ κεκριμένον πρᾶγμα. Gal. *Chose iugee & decidee.* Ital. *Cosa giudicata.* Ger. Eines Gerichts rechtlicher außspruch. His. *Cosa juzgada.* Polon. *Ortelius widanie.* Vng. *Meg itiltetős.* An. *That is decreed by iudgement.*] Est ut ait Cic. 2. de Invent. de quo jam antè sententia alicujus aut aliquorum constitutum est. Ibidem lib. 1: Iudicatum est res assensione, aut autoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum comprobata. Idẽ pro Flacco: Frater meus pro sua æquitate, prudentiaq; decrevit, ut si judicatum negaret, in duplum iret.

Iūdĭcātō, adverb. Maturo judicio, & non temerè. [σπουδαίως, μὴ κρίσεως. Gal. *Auec iugement.* Ital. *Con giudicio.* German Mit

geltigem Brtheil. Hiſpan. *Conjuyzio*. Polon. *Zroſſalkiem oſſadzenie*. Vngar. *Itilteteel*. Ang. *With faking aduiſement, not rashly.*] Gellius libro 14. capite 1: An ita ſeriò judicato que pronuntiaret.

Iudex, cis, m. t. Cognitor controverſiæ & diſceptator: dicitur autem judex quaſi jus dicens, aut jure diſceptans [דַּיָּן *ſchophêt* שָׁפַט *daijan.κριτής, δικαστής.* Gal. *Iuge* Ital. *Giudice.* Germ. Ein Richter. Hiſp. *El juez.* Pol. *Sedzia.* Vng. *Itilßiro.* An. *A iudge.*] Iure autem diſceptare, eſt juſtè judicare. Eſt itaque judex, qui ex juriſdictione propria, aut ſibi delegata & commiſſa, jus habet cauſas litigantium cognoſcendi. Et qui ex propria juriſdictione illud habet, dicitur judex ordinarius: qui verò ex delegata, dicitur delegatus, ſeu extraordinarius. Itaque olim omnes judices fuerant extraordinarii. Nõ enim ex propria ſua poteſtate judicabant, ſed pro poteſtate ſibi à prætore commiſſa. Prætor enim omnium privatarum cauſarum judices dabat. Cic. pro Sext. Roſc. L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum judicem putabat, ideati dem in cauſis quærere ſolebat, cui bono fuiſſet. ¶ Judex rerum pro æſtimatore. Hor. 2. Serm. Sat. 7: at ipſe Subtilis veterum judex & callidus audis. Cic. 3. de Finib. Quia te æquiſſimum habeo eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt æſtimatorem & judicem.

Iudicium, cii, n. ſ. Eſt legitima diceptatio duorum aut plurium coram judice. [דִּין *m. ſ.* דַּיָּן *dia.κρίσις δίκη.* Gall. *Iuzement* Ital. *Giudicio.* Ger. Ein Gericht Bel Vonniſſe. Hiſ. *El juyzio.* Polon. *Sad.* Vng. *Itilet, törvéntéues.* An. *Iudgement.*] Cic. pro Cecinna: Omnia judicia aut diſtrahendarum controverſiarũ, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. Idem Qu. Roſc. Aliud eſt judicium, aliud arbitrium: judicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Capitale judicium, Quintilian. lib. 4. cap. 4. Judicium capitis, Cic. 1. Tuſcul. ¶ Accipitur etiam judicium pro exiſtimatione ſive opinione alicujus. Cicer. de Clar. Orat. Intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo judicio eſt conſequutus.

Inextricatus eſt obſcura & perturbata judiciaria cognitio: itaque ſtudioſis utile futurum putamus, ſi, quæ legendis veterũ libris obſervavimus, afferantur: ſic enim aut tota res patebit, aut certè minus obſcura videbitur. Ac primùm illud ponam, decem leges à me eſſe notatas, quæ diverſis temporibus Romæ de judiciis latæ ſint, Semproniam, Serviliam, Liviam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aureliam, Pompeiam, Iuliam, Antoniam: quibus de ſingulis agendum eſt. Ante C. Sempronii Gracchi tribunatum ſoli ſenatores, vetuſtiſſima, ut opinor, Romuli lege, judicabant, exceptis cauſis, in quibus de pecuniis ob judicandum captis agereturnam de his ad equites quæſtio pertinebat, idque non antiquum fuiſſe, ſed tributum eſſe equeſtri ordini ætate Tit. Sempronii Gracchi Tiberii, C. patris, qui etiam ſenatum, quòd id fieri paſſus eſſet, reprehenderit, quum futuras ex eo publicas diſcordias calamitatesque prædiceret, Appianus hiſtoriæ ſuæ lib. 1. ſcriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberii filius, tribunus pl. Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Fannio Nepote coſs. legem tulit, quam paucis antè annis frater ejus Tiberius ferre conatus erat, ut equites ſoli judicarent: ſic enim ex Velleio, Pædiano, Appiano, Cicerone ipſo cognoſcitur. Poſtea Q. Servilius Cæpio conſul, qui poſtea cum Cimbris malè pugnavit, legem rogavit, ut cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi ſoli judicaverant, etiam ſenatores judicarent: hanc tamen legem, quam & Caſſiodorus, & Obſequens, & Cicero ipſe latam ſignificãt, non multò pòſt eſſe abrogatam, ex eo ſuſpicor, quòd paucis pòſt annis C. Norbanum, quo accuſante Cæpio damnatus erat, non ab equitibus, & ſenatoribus, ſed à ſolis equitibus eſſe judicatum, Cicero libro de Oratore declarat his verbis: Animos equitum Romanorum, apud quos tum judices cauſa agebatur, ad Qu. Cæpionis odium, à quo erant ipſi propter judicia abalienati, renovabam, atque revocabam. Facit etiam mecum illa ratio, quòd cùm M. Livius Druſus trib. pl. Philippo & Cæſare coſs. legem tulerit, ut cum equitibus ſenatores judicarent, quod proximè probavimus: manifeſtum eſt, ſolos equites ante Druſi tribunatum judicaſſe. Præterea, ſcriptum eſt apud Ciceronem in oratione pro C. Cornelio, non ante legem Plotiam ſenatores cum equitibus judicaſſe: at legem Plotiam Pompeio Strabone & Porcio Catone coſs. latam eſſe, Pædianus docet: ex quo, legis Serviliæ de communicandis inter equites & Senatores judiciis nullam habitam eſſe rationem, ac ne Liviæ quidem, quæ id ſanxit, facilè eſt cognoſcere. Poſt Cæpionem M. Livius Druſus tribunus pl. ejus Druſi filius, quo tribuno pl. ad labefactandam C. Gracchi potentiam ſenatus uſus erat, L. Marcio Philippo, Sex. Iulio Cæſare coſs. tulit ad populum, ut cum equitibus ſenatores cauſas cognoſcerent: cujus legibus, Philippo conſule referente, S. C. ſublatis, in eundem, quo antea fuerat, ſtatum re judiciaria reſtituta, ſoli equites ex lege Gracchi judicarũt. Anno deinde interjecto, M. Plautius Silanus tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coſs. qui fuit annus belli Italici ſecundus, tulit ad populum, ut ſinguiæ tribus è ſuo numero quinos denos, per annum judicaturos, ſuffragio crearent: quo factum eſt, ut ſenatores quoque in eo numero eſſent, & quidam etiam ex ipſa plebe. Poſt victor Sylla, dictator primus reipub. conſtituendæ cauſa factus, intenſus equitibus: quia pro Cinnanis partibus ſteterant, legem tulit, ut nemo, niſi qui ſenator eſſet, judicare poſſet, quod ante C. Gracchi tribunatum fieri ſolitũ eſſe, diximus. Sylla mortuo, quod ille ſanxerat, per annos XL. ſervatum eſt: hoc eſt, uſq; ad Cn. Pompeii & C. Craſſi primũ cõſulatum: quo anno L. Aurelius Cotta prætor populum rogavit, populusque juſſit, ut tres ordines, ſenatores, equites, tribuni ærarii ſimul judicarent, tamen & centurionibus aditum ad res judicandas paruiſſe hac ipſa lege, & ſequentibus duabus, de quibus dicemus, Pompeia, & Iulia, cenſu tamen præfinito, Cicero docet in Philippica prima. Videtur autem Paterculi textus mendoſi libri ſint, neque tempus, neque ſententiam hujus legis perfectè noviſſe qui libro 11. legem à Cotta latam per id tempus ſignificet, quo Gabinius tribun. pl. rogationem tulit, ut Pompeius contra piratas ſummo cum imperio mitteretur. quod falſum eſſe conſtat: nam Gabinius biennio poſt Pompeii conſulatum (hoc eſt, Piſone & Glabrione coſs.) eam legem tulit: quod & Velleius ipſe aſſerit, & inde facilè licet exiſtimare, quòd ad ſoluto bello piratico, ſtatum C. Manilius tribunus pl. tulit ad populum ut Mithridaticum bellum Pompeio mandaretur. id Plutarchus, Velleiusque confirmant. Manilium autem legem Cicerone prætore latam eſſe, inculenta ipſius oratio declarat: potrò Ciceronem geſſiſſe præturam Lepido & Tullo coſs. qui fuit annus poſt Piſonis & Glabrionis conſulatum proximus, quis eſt qui ignoret? teſtem habemus Pædianum: ut alia, quæ facilè probarent, argumenta prætermittam: tulit igitur de piratico bello rogationem Gabinius tribunus pleb. Piſõne & Glabrione coſs. at Cotta, cùm rogationem de judiciis eo anno tulerit, quo deſignatus ædilis Cicero Verrem accuſavit, defendente Hortenſio conſule deſignato, planè videtur eo anno tuliſſe: quo Pompeius & Craſſus conſules fuerunt: quod apertè Dion narrat. Hoc de tempore, quod ad ſententiam attinet, non video, quî probari poſſit id, quod idem narrat, Cottam judicandi munus inter equites & ſenatum æqualiter eſſe partiũ, cùm eam poteſtatem non his modò, ſed præterea tribunis ærariis eſſe permiſſam, ſexcenti loci demonſtrent, niſi fortè illud (libenter enim tueor antiquitatem) æqualitatem inter utrunq; ordinem partitus eſt: ideò Paterculus dixit, ut ſignificaret, non ſolùm ſenatum, ut antea, ſed equeſtrem pariter ordinem poſt legem Aureliam judicaſſe: ut ærarios tribunos, qui deinde cum ſenatoribus & equitibus judicarunt, etſi non nominavit, non tamen excluſiſſe videatur. quomodo & Ciceronem lib. 5. in Verrem locutum videmus: ait enim, cùm Cottæ legem tulificet: Iudicium de judicibus, & de re futurum eſt. at quo tempore futurum eſt? nempe eo, cùm Populus Rom. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res judicandas requirit, nempe ea lege de judiciis judicibusq; novis promulgata. Alium ordinem, dixit, cùm tamen non uno de ordine, ſed de tribus. hoc eſt, de ſenatoribus, equitibus, tribunis ærariis in ea lege mentio fieret. Eodemq; modo, cùm cenſorum judicia reſciſſa eſſe judicium ſententiis ſignificare vellet, in oratione pro Cluentio locutus eſt. Senatores, *inquit*, equitesque Romani in compluribus jam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt, fuę potiùs religioni, quàm cẽſorum opinioni paruerunt. & in Divinatione: Iudiciorũ levitate ordo quoque alius ad res judicandas poſtulatur. Pædianus etiam in commentario 11. orationis in Verrem: Cottã, *inquit*, prætorem ſignificat, qui legem promulgarat de reſtituendis equeſtri ordini judiciis: cùm tamẽ Cottę lex nõ de uno equeſtri ordine, ſed de ſenatoribus, equitibus, tribunis ærariis mẽtionem faceret. Plutarchus etiã in Pompeio judicia ad equites ait eſſe translata: cũ tamẽ lege Cottæ inter tres ordines eſſent communicata. Quòd ſi quis putat in uno ordine, quem Cic. ad res judicandas requiri ſignificat, ſimul cũ equitibus tribunos ærarios intelligi, opinione fallitur: nã ſenatores, equites tribuni ærarii, nõ ordines duos, ſed tres à ſcriptoribus antiquis appellantur: itaq; Pædianus in cõmentario Corneliano, L. Cotta, *inquit*, lege ſua judicia inter tres ordines cõmunicavit, ſenatũ, equitẽ, tribunos ærarios: & in cõmentariis duarum orationũ in Piſonem, in extremo: pro Milone, in principio. Lex Vatinia ſecuta eſt: tulit enim eam, ut opinor, P. Vatinius tribunus pl. Cæſare & Bibulo coſs. qua ſententia nondũ invenire potui, ſed fuiſſe popularẽ, cùm Vatinius ſenatũ, ſenatus illũ vehementer oderit, facilè poſſum exiſtimare. Lex Pompeia, quam tulit Cn. Pompeius Magnus in conſulatu ſuo, nihil ab Aurelia de tribus ordinibus diſcrepabat (nam poſteà de tri-

de tribus ordinibus judicantibus exempla multa sunt, maximeq; apud Pedianum)sed ex amplissimo censu,è centuriis legi judices jubebat.Iulia,quam C.Iulius Cęsar,rerum potitus, tulit,judicia ad duo genera judicum redegit,equestrem ordinem,ac senatorium:tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Antonia consularis, M Antonii, qui III. vir fuit,hoc sanxit, ut ad duas judicum decurias accederet tertia è centuriodibus:hoc est,ut cum equitibus,& senatoribus (tertium enim ordinem, tribunos ærarios lex Iulia sustulerat)centuriones judicarent, quod genus hominum ne superiores quidem leges,Iulia ; Pompeia,Aurelia judicandi jure excluserant, sed præscripserant, quo censu eos esse oporteret:sicuti senatorib. quoq;, & equitibus & tribunis ærariis census erat præfinitus: cùm in judice,ut ait Cic. & fortuna spectari deberet,& dignitas. Antonii verò lex plus æquo impudens & dissoluta, quæ rationem census nullam habuit,omnibus;quicunq; ordinem duxissent,judicandi potestatem permisit,atq; hanc Antonii legem de tribus decuriis non esse abrogatam cùm ille hostis judicatus est,cùm ejusdem legem de sacerdotiis abrogatam esse videam,è Suetonio cognoscitur:qui in Augusto ita scripsit: Ad tres judicum decurias quartam addidit, ex inferiore censu,quæ ducenariorum vocaretur, judicarentq; de levioribus summis.Hæc de ordine judiciorum, pro variis legibus vario. De numero autem judicum,lex Gracchi CCC fecit, omnes ex equestri ordine, totidem, quod antea senatores judices fuerant:lex Drusi CCC equites, & CCC senatores numero pari: lex Plautii DXXXV. jussit enim ex singulis tribubus , quæ XXXV erant, quinos denos creari : lex Syllæ CCC omnes ex ordine senatorio : lex Aurelia cum lege Syllæ de numero, ut opinor,congruebat, cùm in ordinibus discreparet : nam lib. epist. fam. VIII, de judicibus CCC, cùm lex Aurelia servaretur,mentionem fieri video:quod si ita est, auctum deinde numerum esse lege Pompeii verè dicemus : quia Velleius suum inter CCCLX. à Pompeio lectum esse narrat, eumque numerum Plutarchus in Pompeio tradidit : lex Cottana, cùm de tribus ordinibus unum,ut diximus, sustulisset, rursus rerum simul judicum, ut ego sentio, commutavit. lex Aurelia cùm tertiam decuriam addiderit, satis liquet eorum, qui res judicarent,amplioremnumerum esse factum, quem rursus & ab Augusto esse auctum, cùm ad tres decurias quartam addidit,facilè cognoscitur. De judicum ætate legem fuisse, ne quis intra XXX ætatis annum judicaret, facilè possum ex eo conjicere, quod Sueton. de Augusto scripsit: Iudices à XXV ætatis anno elegit:id est, quinquennio maturius, quàm solebant. Callistratus quidem jurisconsultus, lege Iulia cautum esse ait,ne minor annis XX judicare cogeretur,néve minorem annis XX compromissarium judicem liceret eligere. Sanxit idem eadem lege, ut opinor,de numero patronorum : nam antè L. Domitii Ahenobarbi & Ap. Claudii Pulchri consulatum rarò quisquam pluribus, quàm quatuor patronis usus erat:his consulibus M. Scaurum , de repetundis accusatũ, sex defenderunt : eoq; progressa res est, ut eadem causa post bella civilia nõnunquam à duodecim patronis ageretur : cui licentiæ, ut in Pædiano scriptum est, C. Cæsar dictator lege modum imposuit.Et fortasse idem Cæsar, qua in lege de numero patronorum,in eadem tulit de ratione judicandi:quod Gellius libro XIIII. cap. II, significare videtur his verbis:Atque in rerum quidem diffissionibus,comperendinationibusque, & aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia,& ex Sabini Massurii,& ex quorundam aliorum jurisperitorum commentariis commoniti sumus. Legimus etiam apud Priscianum de Lege Lætoria, quæ minorem annis XXV. stipulari vetabat. Addatur aliquid de personis, quæ facinus judicare possent, & de causis, in quibus possent, tàm de judiciis; deque testimonii dicendi potestate, ac primum illud ponatur,legibus eos jure judicandi non esse exclusos,quos ignominia censores notassent. id Cicero significat his verbis in oratione pro Cluentio:In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut judicem legi, aut alterum accusare , hæc ignominiæ causa prætermissa est:timoris enim causam , non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt. Et ibidem, paulò pòst : Prætores urb. qui jure debent optimum quemque in selectos judices referre, nunquam sibi ad eam rem cẽsoriam ignominiam impedimento esse duxerunt. Postea tamen inductum video lege Iulia,ut senatu moti judicare non possent, quod & lege Cassius de senatoribus ; traditum est , & Paulus quoque, ut proximè docebimus,significat.Turpi autem judicio damnatis ademptam esse judicandi potestatem , idem Cicero in eadem oratione paulò antè demonstrat . Quod si, *inquit*, illud judicium putaretur: ut cæteri; turpi judicio damnati, in perpetuum omni honore ac dignitate privantur, sic hominibus ignominia notatis , neque ad honorem aditus , neque in curiam reditus esset, turpia verò, famosaque judicia erant, calumniæ, prævaricationis, furti , vi bonorum raptorum,injuriarum,de dolo malo,pro socio,mandati, tutelæ, depositi, & alia quædam à Iuliano memorata digest.lib. III. Famosos etiam non minùs, quàm qui turpi judicio damnati essent, Pegasus & Nerva filius eos judicaverunt, qui quæstus causa in certamina descẽdissent, aut propter prœmium in scenam prodiissent, athletas autem, quia ludicram artem non facere, sed virtutis gratia exerceri viderentur, infamia liberabant Sabinus & Cassius, quæ scripta sunt apud Vlpianum. Præterea, cùm ab eodem ita traditum sit lib. digest. XLVIII, qui judicio publico damnatus esset, eum jus accusandi non habuisse, nisi si libertorum, vel patronorum suorum mortem, vel rem suam exequeretur , consentaneum videri potest , eundem judicandi munere exclusum, quanquam ad rationem accedit autoritas : nam ita scriptum postea comperi apud Marcellum jurisconsultum:Omnes etiam de vi privata damnatos judicare lex Iulia prohibebat. qua de re Martianus his verbis lib. digest. XLVIII. De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum est,ne senator sit, aut decurio,aut ullum honorem capiat, néve in eum ordinem sedeat, néve judex sit. Huc illa pertinent, quæ tradita sunt à Paulo jurisconsulto : quæ servata credimus etiam reip. temporibus, nihil enim à jure, aut æquo dissentiunt. Quidam *inquit*, lege impediuntur, ne judices sint: quidam moribus, quidam natura.natura, ut surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & impubes : quia judicio carent : moribus , ut fœminæ, & servi, non quia non habeant judicium , sed quia receptum est,ne civilibus fungantur officiis: lege, qui senatu motus est: qui verò possunt esse judices, nihil interest in potestate, an sui juris sint. Cum judicibus rectè conjungentur testes : itaque subscribemus ea, quæ de testimonio dicendo idem Paulus tradidit : Lege, *inquit*, Iulia & Papia judiciorum publicorum cavetur, ne cui invito denuntietur, ut testimonium dicat adversus socerum, generum, vitricum, privignum. Cassius etiam Longinus, cujus libri non extant,sed eorum testimonio Martianus digest. lib. I. utitur, putabat, ei, qui ob turpitudinem senatu motus, nec restitutus esset non licere neque judicare, neque testimonium dicere : quia lex Iulia repetundarum ea fieri vetaret. Calumniæ damnatis publico judicio quid licuerit, satis apertè Papiniani præclara sanè verba demonstrant. Quæsitum, *inquit*, scio, an in publicis judiciis calumniæ damnati testimonium judicio publico perhibere possint,sed neque lege Rhemnia prohibentur: & leges Iuliæ de vi repetundarum, peculatus, eos homines testimonium dicere non vetuerunt. veruntamen quod legimus omissum est, non omittetur religione judicantium : ad quorum officium pertinet,ejus quoq; testimonii fidem,quod integrę frõtis homo dixerit, perpendere.Multerib. quoq; videtur licuisse testimonium dicere: siquidem , non licuisse de adulterio damnatis,Paulus indicat his verbis:Ex eo,quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur; etiam mulieres testimonium in judicio dicendi jus habere.Dictum est de judicio & testimonio:superest de indicio.Senatori indicium profiteri salvis legibus non licebat : aliis impunitas dabatur, nec tamen omnibus in causis, sed proditionis,majestatis,& siquid hujusmodi : in causa repetũdarum non dabatur : itaque nec per judices agi solitum esse legimus.Non est ab hoc genere aliena Memmia lex,quę,si vocarentur in judicium ii,qui reipub. causa abessent, eorum recipi nomina vetabat. itaque C. Cæsar, cùm in provinciam, peracto consulatu,abiisset,& ab L. Antistio tribuno pleb. Romę appellatus esset,appellato collegio obtinuit,ne,cùm reip. causa abesset, reus fieret. Non abhorret à legibus de judiciis lex illa,quam C.Calpurnio Pisone, M.Acilio Glabrione coss. C.Cornelius tribun. pleb.tulit,ut prætores ex edictis suis perpetuis jus dicerent:cùm antèà, ut quisque avaritia aut ambitione ducebatur, variè jus dicere consuesset. de quo scriptũ est apud Pædian.in comment.Cornelianæ. Sortiebantur autem judices de tribus ordinibus : id est, Senatoribus, equitibus , tribunis ærariis, primùm quæstores urb. deinde prætor urb. ita fiebat, ut non modò prætorii, verùm etiam consulares interdum unà cum iis, qui nullos gesserant magistratus, judicarent.Dies autem,quos reo, prætor dabat, ut adesset in judicio,decem erant.Sic lib. III.ad Qu. Fr. Decimus erat Cælio dies,& Pædianus in comment. Cornelianæ: Cùm , *inquit*, L. Cassius prætor decimo die, ut mos est, reum adesse jussisset, eoq; die ipse non affuisset, circũventi sunt ante tribunal ejus accusatores à notis operarum ducibus. Ex Pauli Manutii lib.de legibus Rom.& ex comment.ad Qu.Fratrem.

Iūdĭcĭālĭs,& hocle, om.t. quod ad judicium pertinet judiciarius:ut,Iudiciale genus causarum. [*δικαστικός.* Gal. *Iudicial, des appartenances de iugement.* Ital. *Ciò che à giudicio s'appartiene.* Ger. Das zu dem Gerichț gehöret. Hisp. *Cosa perteneſciente al juyzio.* Pol. *Do sądu prżinależący.* Vng. *Törvénihez, itilethez valo.* Ang. *That perteineth*

perteineth to iudgement.] Cic. 1. de Inven. Iudiciale eſt, quod poſitum in judicio, habet in ſe accuſationem & defenſionẽ, aut petitionem & recuſationem, Iudiciales ſuppreſſiones, Cicer. pro Cluentio. Iudiciális moleſtia, Cic. ad Atticum.

Iūdĭcĭārĭŭs, a, um, Quod ad judicem, ſive ad judiciũ pertinet: ut, Controverſiæ judiciariæ. [δικαστικός. Pol. *Sądowi.* Vngar. *Iuilethez, itelő birohoz valo.*] Cic. 3. Vertina: Vt finis aliquando judiciariæ controverſiæ conſtitueretur. Cic. pro Cluentio: Hic ille planus improbiſſimus quæſtu judiciario paſtus, &c. Idem in Piſonem. Eſquid vides, ecquid ſentis, lege judiciaria lata, quos poſthac judices ſimus habituri?

Iuga fracta, genus vineæ, Vide I V G V M.

Iŭgālĭs, Iugamentum, Vide I V G V M.

Iugere, dicuntur milvi, quum vocem emittunt. Feſtus.

Iŭgĕrum, ri, pen. corr. n. ſ. [מעבה *mahanáh.* τὸ πλέθρον, τὸ πλέθρον. Gal. *Autant de terre que deux bœufs accouplez peuuent labourer en vn iour, deux arpens de terre.* Ital. *Campo, ſpatio di terra che vn giorno ſi ara con vn paio di buoi.* Germ. Ein Juchart / iſt ein Feld 240. Schuh lang / vnd 120. Schuh breit. Hiſp. *Vna obrada de vn par de buyes, eſpacio de tanto campo quanto puede arar vn par de buyes en vn dia.* Pol. *Staie albo morg rolei, wdł u3 maiaci dwieſcie y ſześćdieſiąt ſtop a wſześć pol'owicze tak wielte.* Vng. Egy held f'old An. *Half an acre, ſo much land as two oken yeled tegether can ſ lough in a day.*] In ſingulari frequentiùs eſt ſecundæ declinationis, & in plurali ſæpiùs per tertiam declinatur, jugera, jugerum, jugeribus: ab antiquo nominativo juger vel jugus, à quo adhuc in uſu ſunt genitivus jugeris, & ablativus jugere. Similiter à nominativo jugerum legitur adhuc dativus & ablativus pluralis jugeris. Varro lib. 1. de Re ruſt. In Hiſpania ulteriore metiuntur jugis, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. De genitivo jugeris, teſtimonium eſt apud Pomponium Melam. Sed ultrà (*inquit*) quàm canalẽ habet, evehi plus jugeris ſpatio ſublimis. Ablativo jugere uſus eſt Tibullus: Vt multo innumeram jugere paſcar ovem. Eſt autem jugerum, menſura, quam Hieronymus Mathematicus ducẽtis pedibus contineri ſcribit. πλέθρον. Quintilianus autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidii in latitudinem: à jugo dictum, teſte Plin. lib. 8, eò quòd tantum ferè ſpatii uno jugo boum in die arari poſſit. Varro li. 1. cap. 10: Iugerũ, quòd quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus, pedes centum viginti, & longus totidem: is modius, ac mina Latinè appellatur. Iugeri pars minima dicitur ſcrupulum: id eſt, decem pedes, & longitudinẽ & latitudine quadratum. Alii jugerum inde dictum putant, quòd conſtet ex duobus actibus quadratis ſimul junctis. Col. lib. 5. cap. 1. loquens de actu quadrato: Hoc duplicatum facit jugerum: & ab eo quod erat junctum, nomen jugeri uſurpavit. ¶ A' jugerum fit compoſitum ſemijugerum, quod continet dimidium jugeri: hoc eſt, centum & viginti pedes in longitudinem, & ſexaginta in latitudinem. Galli olim etiam vocaverunt *Arepennum*, ut teſtatur Colum. lib. 5. cap. 1.

Iūgĕrātim, Per ſingula jugera. [κατὰ πλέθρα. Gal. *Par demi arpents.* Ital. *Per ciaſcun coſi fatto ſpatio.* German Von juchart zu juchart / durch alle juchart. Hiſpan. *De obrada en obrada.* Pol. *Od ſtaiado ſtaia.* Vng. Holdonként. Angl. *Acre by acre.*] Col. lib. 3. cap. 3: Vt primæ vineæ centenas amphoras jugeratim præberent.

Iŭges, Iugis, Vide I V G V M.

Iuglāns, ſ. f. Eſt quæ per antonomaſiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet: [ἐγκέφαλος κάρυον βασιλικόν. Gal. *Noix.* Ital. *Noce.* Ger. Ein Bawmnuß. Hiſ. *La nuez.* Pol. *Orzech włoski.* Vn. *Dio.* An. *A wall nut.*] dicta quaſi Iovis glãs, teſte Macrobio. Creditum eſt enim hoc nucis genus Iovi ſacrum eſſe, quòd hæc arbor inter omnes nuces ſuaviſſimum ferat fructum. Cloatius, referente Macrobio, Diuglandẽ primò vocatam ſcribit, quaſi διὸς βάλανον: poſtea detractione primæ literæ, juglandem. Cic. 5. Tuſc. Inſtituitq; ut candentibus juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent. Conſtat ſanè apud antiquiſſimos maximo in honore fuiſſe glandem antequam mortales ad mitiorem vitæ cultũ ſe converterent, ut quæ ſola ſimplici vitæ atque innocuæ alimenta præbebat. Hinc veteres quaſi honoris gratia, Iuglandem quaſi Iovis cibum nuncupavêre. ¶ Hanc nucem ob excellentiam Græci *baſilicam* appellant, quaſi nucem regiam. Plinius: Et juglandes è Perſide à regibus translatis, indicio ſunt Græca nomina. Optima earum genera ſunt, quæ Perſica atque baſilica vocant. Perſica quidem intantum augentur, ut putamen rumpant, ideoque molluſcæ nuces, à putaminis mollitie vocantur. ¶ Eſt aliud nucis juglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, ut vix attrectata frangatur, & avium furto ſemper expoſita. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd nuces juglandes, & pineas molles habeat, ac ſimiliter oves. Tarentum autem Sabini vocant, quod nos dicimus molle, ad quod alludens Horat. molle Tarẽtum vocavit. Secundum intẽ nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens, quamvis totius corporis magnitudine alias ſuperet. Hæc Sylveſtris pinus dicitur ad differentiam alterius, quæ urbana vocatur. Eſt & tertium genus ejus, quæ pinus picea appellatur, quòd piceæ potiùs quàm pino ſimilis ſit: idcirco etiam apinam vocant, quaſi minimè pinum. Nux hæc cutem veriùs quàm putamen, adeò mollem habet, ut ſimul mãdatur. Quartum genus, apinaſtrum vocant. Tertio loco numerãtur avellanæ, quas antea *abellanas* patrio nomine conſtat vocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido, ubi abundant, cæteris minores: unde à Satyrico poẽta Numæ nuces vocantur. Proprium arboris nomen eſt corylus. Eædem & Prænestinæ vocantur, quòd his Prænestini abundent: vel quòd à Pœnis obſeſſi hoc nucis genere famẽ toleraverint: ut refert Macrob. l. 3. Satur. & Ponticæ, quòd in Aſiam Græciamq; primò è Ponto venêre, inquit Plin. Hinc illud Papinii ex Hẽdecaſyll. Quicquid nobile Ponticis nucetis. Dehinc ſequitur amygdala, nucletum habens diſſimilem latitudine. Hæc & nux Græca vocatur, & Thaſia à Thaſo inſula Thraciæ adjacente, è regione Neſſi fluvii, olim Aeria, & Aethria dicta: cujus populi Thaſii vocantur. Poſtea nux caſtanea armata echinato calyce, quæ & Heracleotica. Sunt & caſtaneæ triangulari forma, quæ in aqua naſcuntur, & coctivæ vocantur. ¶ Dacia [illegible] in lexico rei herbariæ contra Iuglandem dictam, quòd homines jugulet, propterea quòd nativum quoddam diſſidium inter juglandem & quercum, ut quercus emoriatur, ſi juglandi ſit vicina. Plin. lib. 14. cap. 1. Sunt verò Iuglandes duæ, Guliaca, Carina, Nauci. Guliocæ juglandium ſunt nucleo valde aperti. Carinæ apud veteres nominantur. [Pol. *Orzech ... zgrzechu.*] Carina, metaphoricè loculamentum ſeu cortex durior in juglande. [Pol. *Łupina na orzechu wł'oſkim.*] Nauci membranula quæ in nucis juglandis eſt medio. [Pol. *Serce kl... rozdzielaiąca cząſtki owocſa ...*]

Iugo, Iugas, vide I V G V M.

Iŭgŭlŭs, li, m. ſ. penult. corr. vel in neutr. gen. Iugulum ferè accipitur pro colli parte anteriori, in qua aſpera arteria cernitur eminere. [Δειρή. Gal. *Le goſier ou gauion.* Ital. *Gola ſpecialmente.* Ger. Das Gürgletin vmb den Knopff am Hals. Belg. Den keel. Hiſp. *Cuello ò garganta, ò aſilla.* Pol. *Gardziel.* Vng. Torok. Ang. *The forepart of the neck where the windpipe is, the throte.*] Periti tamen rei anatomicæ jugulos appellant concavitates duas in ſumma thoracis parte ſub clavibus ſitas: quorum alterum dextrum, alterum ſiniſtrum jugulum nominant, Græcè σφαγὴ dicuntur. Plin. lib. 11: Vni homini ſunt duo juguli, dextrum, & ſiniſtrum. Corn. Celſus lib. 8: A' dextro jugulo ſi id factum eſt, ad alam ſiniſtram: à ſiniſtro, ad dextram. Neutro genere uſus eſt Cic. de Fato: Quòd jugula concava non haberet. Paſſim tamẽ jugulus pro parte anteriore colli accipitur: qui locus quia maximè lethalis eſt, & penetrabilis, factum eſt, ut Iugulare accipiatur pro quovis modo interficere, & perdere. ¶ Dare, præbere jugulum, & petere jugulum. Cicero pro Mil. Quem ſi ita putaſſet, certè optabilius Miloni fuiſſet dare jugulum P. Clodio, non ſemel ab illo neq; tum primùm petitum: quàm jugulari à vobis: quia ſe illi non jugulandũ [illegible] Offerre jugulum pro capite alicujus, eſt ſe objicere periculo capitis pro vitâ alterius. Cic. ad Attic. lib. 1: Me verò teſte pro facto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audiſſe, quæ conſurrectio Iudicum facta ſit, ut me etiam circunſteterint, ut apertè jugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint. ¶ Virg 10. Aeneid. Hæc loquitur jugulóq; haud inſcius accipit enſem. Ovid. 1. Metamor Obſidis unius jugulum mucrone reſolvit. ¶ In agendis cauſis jugulum petere dicitur Orator, cùm id, quòd firmiſſimum in cauſa adverſarii habent, invadit, ut illius tanquam jugulum petere videatur. Κατηγορεῖν. Quint. lib. 8. ca. 6: Nam illa agendis cauſis jam detrita, Pedem conferre, & Iugulum petere, & Sanguinem mittere, inde ſunt, nec offendit tamen.

Iŭgŭlo, as, act. p. Iugulum incido, interficio. [שחט טבח *tabách schachát.* σφάττω, σφάζω. Gal. *Couper la gorge, eſgorger, eſgorgeter.* It. *Scannare.* Germ. Die Burget oder den Hals abſtechen / tödten. Belg. Een Hals afſlaen. Hiſpan. *Degollar, cortar el cuello.* Polon. *Garło przerżnąć, dawić.* Vn. *Torkat metszõm.* An. *To kill, to cutt a throte.*] Cic. 5. Tuſcul. Nec grunnitum audiunt, quum jugulatur ſus. Liv. 4. bell. Pun. Inter hæc abſtractam penetralibus jugulant. ¶ Et non ſolùm de gladio, ſed etiam de morbo dicitur. Celſ. lib. 3: Quartana neminem jugulat. ¶ Transfertur interdum ad inanimata Martialis: Scelus eſt jugulare Falernum. ¶ Iugulare hominẽ ſuis verbis. Terent. Evn. Pulchrè mehercle dictum, & ſapienter, papæ! Iugularas hominem, quid ille? Sic apud Cic. 7. Verr. Iugulari ſua cõfeſſione. Iugulari ſuo gladio, ſuoq; telo dicitur, qui ſuis ipſius dictis revincitur, aut qui ſuo invento, dolóve capitur: denique in quem quocunq; modo ſeu dictum, ſeu factum retorquetur, quod ab ipſo profectum ſit. Vide Adagia Eraſmi. Iugulare gladio plumbeo: hoc eſt, facilè, nulloque negotio aliquem convincere, ſeu

reum peragere. Cic. ad Attic. li. 1: Quum illum plumbeo gladio jugulatum tamen iri dicere.

Iŭgŭlātĭo, tionis, f. t. Cædes, interfectio. [סבחה *tibchâh* סבח *tébach*. σφαγή. Gall. *Esgorgement, coupement de gorge.* Ital. *Lo scannare.* Ger. Erwürgung/tödung Hiſp. *Degollamiento, obra de cortar el cuello.* Pol. *Vdawienie.* Vng. *Meg ölés, torka meg metczés.* An. *A trotsecutting.*] Hirtius ſeu Oppius 6. bell. Hiſpan. Iugulatione oppidanorum facta.

Iŭgum, jugi, n. ſ. Vertex ſive cacumen montis. [ראש *roſch.* κορυφὴ ὄρεως. Gal. *Le ſommet ou coupet d' vne montagne.* Ital. *Sommità di monti.* German. Der Spitz oder Gipffel eines Bergs. Belg. Ασσ. Hiſp. *La cumbre del monte alto.* Pol. Wierzchgori. Vngar. *Hegy tetô.* Ang. *The toppe of a montane.*] Virgil. 5. Aeglog. Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit. Cæſar 4. bell. Gall. Tandem Germani à dextro latere ſummum jugum nacti, hoſtem loco depellunt. Ovid. 1. de Remed. amor. Nunc tua frondoſis retia tende jugis. ¶ Eſt & ligneum inſtrumentum, quo junguntur boves, & arctantur. ¶ Deductum à Græco ζεῦγος, z in i & d in u mutata. [עול *hol.* ζυγὸς, ζεῦγος. Gal. *Vn joug, vn couple.* Ital. *Giogo, pajo.* Germ. Ein Joch. Hiſp. *El yugo para vnir les animales.* Pol. *Iarzmo.* Vng. *Iárom, iga.* Ang. *A yoke or couple.*] Plin. lib. 8. cap. 16, de leonibus: Iugo ſubdidit eos, primusque Romæ ad currum junxit M. Antonius. Idem libro 10. cap. 45: Leones jugum ſubeunt. ¶ Accipitur & pro pari boum. [צמד *tſémed.* Gal. *Vn couple de bœufs, vn paire de bœufs.* Ita. *Vn pajo di buoi.* German. Ein par Ochſen oder Rinder. Hiſp. *La yuntade vn par de buyes ò otros animales.* Pol. *Para wol'ow.* Vng. *Egy iga bárom.* Ang. *A yoke of oxen.*] Cic. 5. Verr. Quid qui in ſingulis jugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, &c. Plin. li. 9. cap. 15: Nec niſi boum jugis extractus. ¶ Ad ſervitutis malum atque incommodum crebrò Cicero transfert, 1. Philip. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus à cervicibus jugũ ſervile dejecerant. Hinc jactare jugum apud Iuvenalem, pro, incommodè ferre ſervitutis neceſſitatem. Translatum à bubus nondum aſſuetis jugo. ¶ Item lignum quo textores telam convolvunt. Ovid. lib. 6. Metam. Tela jugo juncta eſt: ſtamen ſecernit arundo. ¶ Præterea jugum dicebatur, ſub quo ignominiæ gratia victi hoſtes traducebantur. Nam fixis in terra duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia: tunc victi hoſtes diſcingebantur, & ſub illa tranſire cogebantur inermes. Cic. 3. Offic. At. Tit. Veturius & Sp. Poſthumius, quum iterũ Conſules eſſent: quia quum malè pugnatum apud Claudium eſſet, legionibus noſtris ſub jugum miſſis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti ſunt his. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Sed ut exprimatur tandem confeſſio, ſubactam, domitamque eſſe gentem, ſub jugum abituros. Tribus haſtis jugum fit, humi fixis duabus, ſuperq; eas trãſverſa una deligata. Sub hoc jugo Dictator equos miſit. Hinc ſubjugare, pro debellare, ac ſubjicere, χειροῦσθαι. ¶ Item jugum in vinea dicitur, quum duabus aut pluribus perticis fixis aliæ ſuper alias alligantur, in quibus vites conjunguntur, & quaſi jugum: id eſt, ſummitatem quandam faciunt: à quo vites ipſæ ſeu vineæ jugatæ dicuntur. Quòd ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſverſæ perticę in unam tantùm partem ordinis annectantur, unijugæ vineę dicuntur: & genus ipſum jugi, *canterium* ruſtici võcant. Plin. lib. 16. cap. 37: Salices quædam in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum perticas. Idem lib. 17. cap. 21: Simplici jugo conſtat porrecto ordine, quem canterium appellant. Hinc jugari vineę dicuntur quæ in jugum cõſtituuntur. Columella: Sequitur jam adminiculandæ, jugandæq; vineæ cura. ¶ Item jugum (ut Varro inquit lib. 1. de Re ruſt. cap. 10.) in Hiſpania ulteriore vocatur, quod juncti boves uno die exarare poſſunt, quod Romani vocant *jugerum*. ¶ Dicitur etiam jugum, ferrum, vel lignum tranſverſum in libra, à quo lances dependent, quod & Græci ζυγὸν appellant. ¶ Rurſus juga, ζυγὰ, ſunt tabulæ navium in quibus remiges ſedent, quæ & Tranſtra vocantur. Virg. lib. 6. Aeneid. Inde alias animas, quæ per juga longa ſedebant, Deturbat, laxatque foros. ¶ Bos ſub jugum, βοῦς ὑπὸ ζυγόν. Vbi quis aſſiduè laborat, aut ubi ſe quis laborioſo involvit negotio. Ductum à bubus agricolis. Zenodotus refert: Ego ac tu idem trahimus jugum, ἐγώ τε & σὺ τὸν αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν. De iis qui ſimilibus vitiis aut malis obnoxii ſunt. Translatum à bubus arantibus.

Iŭgo, gas, act. p Cõjungo: quaſi ad unum jugum alligo. [בחר *iſſmmédh* הבחיר *hitſmidh* הדביק *hidbik.* ζεύγνυμι. Gall. *Accoupler, lier enſemble.* Ital. *Congiungere.* Ger. Zuſammen jochen/ zuſammen fügen. Bel. Τεſamen voegen. Hiſp. *Ayuntar.* Pol. Wiarzmo sprzągam Vn. *Egybe fogom.* Ang. *To yoke, to couple, to tie together.*] Col. lib. 12. cap. 39: Inter quaternos pedes figere, & perticis jugare. Cic. 2. Tuſc. Hoc quidem eſt commune virtutum: omnes enim inter ſe nexæ & jugatæ ſunt. ¶ Dicitur etiam de iis qui maritali jugo, inſtar boum colla ſubjiciunt. ¶ Hujus compoſita ſunt, abjugo, adjugo, conjugo, dejugo, ſubjugo: quæ omnia habent penult. corr.

Iŭgōsŭs, ſa, ſum, Quod in jugum acuitur, arduus, acclivis. [ὁ πολλὰς ἀκρωρείας, ἔχων, ὀρεινὸς, πολυόρεις. Gal. *Montagneux.* Ital. *Pieno di monti.* Ger. Gipffelechtig/ſtotzechtig. Hiſ. *Leno de cumbres ò de montes.* Polon *Przykrego woniſczna.* Vng *Meredek, magaſt.* Ang. *Full of ridges or hilles.*] Iugis abundans. Ovid. 1. Amor. Eleg. 1: Quis prohibet in ſylvis Cererem regnare jugoſis? Lege pharetratæ virginis arva coli?

Iŭgālĭs, & hoc jugale, om. t. Vt jugale vinculum, copula matrimonii. [ζύζυγος, ὁμόζυγος. Gall. *Accouple de ioug.* Ital. *Accopiato, adungiogo.* Ger. Das des jochs iſt. Hiſp. *Coſa de yugo ayuntado.* Pol. Zł'aczenie. Vng. *Igás, egybefzörkötetés.* Ang. *Coupled or yoked.*] Virg. 4. Aeneid. - cui vincla jugalia curę. Idem 4. Aeneid. Si cui me vinclo vellem ſociare jugali. ¶ Iura jugalia. Ovid. 7. Metamor. Eſſe metus cœpit, ne jura jugalia conjux Non benè ſervaſſet. Lectus jugalis. Virg. 4. Aeneid. - exuviasque omneis, lectumq; jugalem, Quo perii ſuperimponas. Tori jugales, Stat. 3. Syly.

Iŭgālēs, dicuntur equi eidem jugo ſubacti. [ὁμόζυγες, σύζυγες. Gall. *Compagnons de ioug, accouplez ſous vn meſme ioug.* Ital. *Sotto vni ſteſſo giogo.* Ger. Zuhroſſe / Röſſer die zuſammen eyngeſpannet ſind. Hiſpan. *Ayuntado en vn meſmo yngo.* Pol. *Sprzaż koni albo wolow.* Vn. *Egy hamba, valo lovak.* Angl. *Horſes of ove yoke.*] Virgil. 7. Aeneid. Abſenti Aeneæ currum geminoſq; jugales Semine ab ætherio ſpirantes naribus ignem.

Iŭgāmēntă, n. ſ. in ædificiis dicuntur feneſtrarum ſtructuræ, ſive eæ lignęæ ſint, ſive lapideæ: ita dictæ à jugi militaris ſimilitudine. [τὰ ζυγώματα. Vng. *Ablak eppök.*] Solebat enim jugum ita fieri, ut duabus perticis erectis tertia ſuperimponeretur. Ad eundem etiam modum in feneſtris duobus tribúsve erectis poſtibus limen ſuperinjectum, quãdam jugi ſpeciem exhibet. Cato de Re ruſt. cap. 15: Iugamenta & antepagmenta, quæ opus erunt ex lapide indito.

Iŭgārĭŭs: id eſt, bubulcus & auriga boum, ſive arator qui juga ducit & regit. [βοώτης. Gal. *Celuy qui accouple les bœufs ou cheuaux, bouuier.* Ital. *Biffolco, aratore.* Ger. Der die eyngejochten Rinder weis ſet vnd führet. Hiſp. *Carretero, boyero.* Pol *Wol'ownik ktori pogania wol'ow.* Vn. *Ökör hayto.* An. *He that yoketh the oxen or horſes.*] Col. lib. 1. cap. 6: Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem vel minimùm novem: quæ menſura & ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat.

Iŭgatōrĭŭs, a, um, ut Iugatorius bos, qui jugo ſubditur. [ζυγομόσβους. Gal. *Vn bœuf de harnois, qui tire la charrue.* Ital. *Bue che tira il carro ſottol giogo.* Germ. Ein eyngejochet Rind. Hiſp. *Buey que trae el carro.* Pol. *Iarzmowiwol'.* Vng. *Iarmos.* Ang. *An oxen that is accuſtomed with the yoke.*] Varro 2. de Re rùſt. cap. 5: Boni enim generis in Italia: plerique Gallici ad opus: contrà, jugatorii Liguſtici.

Iŭgēs, dicuntur ejuſdem jugi pares: [ὁμόζυγες. Vn. *Azon iga belie.*] à quo injuges boves, qui nunquam jugo juncti ſunt. Cõjuges vir & uxor. Bijuges ſive bijugi δίζυγες, ξυωρίδες. Quadrijuges, Quadrijugi, equi bigas vel quadrigas trahentes.

Iŭgĭs, ge, om. t. Aſſiduus, continuus, quaſi ſemper jugo affixus. [תמיד *tamídh* תרד *torédh.* διωκὴς, συνεχής. Gall. *Continuel, perpetuel.* Ital. *Continuo.* Germ. Embſig/ſtätig. Hiſp. *Perenal, continuo, manantial.* Pol. Wſtawiczni. Vng. *Szwntelen valo.* An. *Continuell.*] Plautus Pſeudol. Iſtoccine pacto me adjutas? do id quod mihi eſt; Nam is mihi theſaurus jugis in noſtra eſt domo. Cic. 1. de Divin. Qui quum vidiſſet exhauſtam aquam de jugi puteõ, terræmotus dixit inſtare. Idem 2. de Divin. Etiámne futurum eſſe, aquæ jugis colore præſentiunt.

Iŭgĭtĕr, adverbium, Continué. [תמיד *tamídh* διωκὴς. Gal. *Continuellement.* Ital. *Continouamente.* Ger. Stäts/ ohn vnderlaß/ aneinanderen. Hiſpan. *Perenalmiento.* Polon. Wſtawnie. Vngar. *Szwtelenw'l.* Angl. *Continuallie.*] Plaut. in Mil. Venerem, amorem amœnitatemq; accubanã exerceo. Et quidem ædepol omneis mores ad venuſtatem jugitèr.

Iŭgātă vitis, à jugo, quod ad ſimilitudinem militaris jugi fiebat: [ἱπποζυγιδὴν. Vn. *Homlitot haytot ſzöló.*] ut ſuprà videre licet in dictione IVGVM.

Iūlī, ἰούλοι. [Germ. Die käſerte oder kätzle an Nußbäumen/ ꝛc. an ſtat der blüſt Pol. *Mechna otoczach przed kwitniemi.* Vngar. *Fek bimboianak axpithe.*] Propriè dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antècedunt, ut in ficu groſſuli. Plin. lib. 16 cap. 29: Ferunt & avellanæ iulos compactili callo ad nihil utiles. ¶ Hinc per translationem dicuntur iuli teneræ illæ lanugines quæ in juvenum genis primæ enaſcuntur. ¶ Hinc Servius Aſcanium Aenææ filium Iulum cognominatum exiſtimat, quòd adhuc adoleſcens quum primam cœpiſſet emittere lanuginem, Mezentium ſingulari certamine ſuperarit: quanquam Virgilius non uno in loco etiam antequam in Italiam appelleret, Iulum fuiſſe cognominatum oſtendit. ¶ Eſt item Iulus vermis multipes & lanuginoſus, arboribus paſſim adrepens.

Iumēntum, ti, n. ſ. à juvando: id eſt, operã prębendo. [בהמה *behemáh.*

behemdh.κτῶ. Gal. *Iument, tout bestiau qui est apte à porter ou tirer.* Ital. *Giumento, bestia tolta per ogni sorte di animali che portano.* German. Ein jettlich arbeitsam Thier als Rossz/ Esel/ Camel/ Ochsen Hiſpan. *Bestia de carga ò cosa mansa.* Polon. *Bydlatwo, Krowe robotne iako kon oſioł, woł, muł.* Vng. [illegible] Ang. *All manner of beastes that serue to beare burdens or do any labour.*] Cujus appellatione continentur animalia, quæ vel ſarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt. Columella in præfatione lib. 6. cap. 3: Nec tamen ulla regio eſt, in qua modò frumenta germinantur, quæ non ut hominum, ita armentorum adjumento juvetur. Vnde etiam jumenta nomen à re traxêre, quòd noſtrum laborem vel onera ſubvectando vel arando juvarent. Plin. li. 8. ca 8. de camelis: Omnes autem jumentorum ita iis terris dorſo funguntur. Columella ſerè jumenti nomine intelligit equos, non autem boves, ut lib. 1. cap. 6: Nec altiùs edita eſt præſepia cõvenit, quàm ut bos aut jumentum ſine incommodo ſtans veſci poſſit. Idem libro 6. capite 19: Machina fabricanda, qua clauſa jumenta bovesque curentur. ¶ Eſt & jumentum vehiculi genus, ζεῦγλη, quod adjunctis pecoribus trahebatur, quod à jungendo quidam dictum exiſtimant. Gellius libro 20. cap. 1: Iumentum non id ſolùm ſignificat quod nunc dicitur, ſed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim noſtri jumentum à jungendo dixerunt. ¶ Suo jumento ſibi malùm accerſere, dicitur qui ipſe ſibi malorum eſt autor, tanquam ſuo ſumptu, ſua opera, quaſi ſuopte plauſtro malorum ſarcinam apportet ſibi. Plaut. in Amphytrione.

Iuncus, ci, m. ſ. à jungendo, quoniam uſus ejus ad junctiuras utilis eſt. [יגון *yágón* אגמון *agmón* ἑλεία, χοίνος, βούτομον. Gal. *Ionc.* Ital. *Gionco.* Germ. Ein Binß. Belg. Een Bieſe. Hiſ. *Iunco.* Polon. *Sitowie.* Vngar. *Káka, ſás, ſzittyo.* Ang. *A bulrushe.*] Iuncorum autem multæ ſunt ſpecies, de quibus vide Plinium libro 21. capite 18. Molli junco detexere aliquid, Virg. 1. Aeglog. Paluſtres junci, Ovid. 8. Metamorph. Limoſus juncus, Virg. 1. Aeglog. Tibullus lib. 2. Eleg. 3: Et ſiſcella levis detexta eſt vimine junci.

Iuncŭlus, diminutivum, [χαμαίον. Gal. *Petit ione* Ital. *Piccolo giunco.* German. Ein Binſtein Hiſpan. *Pequeño junco* Pol. [illegible]. Vng. *Safotska, kakatska, ſzittyotska.* Ang. *A [illegible]*] ¶ Iunculos item vocabant cibi genus ex opere dulciario, qui ad ſimilitudinem juncorum figuratas erat, quales hodie in opere piſtorio venales conſpiciuntur. Eſt etiam opus lactarium, ſive coagulatum inſtar metæ formatum, juncis recluſum, quæ meta lactis à Martiale dicitur. Vulgus *Iuncatam* à juncis nominat.

Iuncĕus, a, um, Quod eſt ex junco, juncinus: [βεβλίνος, χοίνος. Gall. *De jonc.* Ital. *Di giunco.* German. Binſin. Hiſpan *Caſa de iunco.* Pol. *Sitowi.* Vngar. *Kakabol valo.* Ang. *Of rushes.*] ut Iuncea cratis, Plin. lib. 21. cap. 14. Et apud Columel. libro 12. cap. 6: Iuncea ſporta. ¶ Per translationem virgo juncea: id eſt, tenuis, gracilis, & in modum junci tenera. Terent. in Evnuch.: deducunt cibum, Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas.

Iuncĕus, adjectivum, Iunceus, ex junco factum. [ἐξ ἰσχίου. Gal. *Fait de ionc.* Ital. *Fatto di giunco.* Germ. Auß Binſen gemacht Hiſ. *Hecho de junco.* Polon. *Zſitu vpleciony.* Vng. *Kakabol ſin ittatot.* Ang. *Made of a bulrushe.*] Plin. lib. 15. cap. 7: Sic & Rhodinum, è roſis, juncinum è junco.

Iuncōsus, a, um, Iuncis plenum. [πολύβοτος. Gal. *Plein de jones.* Ital. *Pieno di giunchi.* German. Binſicht. Hiſp. *Lleno de juncos.* Vng. *Kakas ſzittyos.* Ang. *Full of bulrushes.*] Plin. lib. 18. cap. 6: Iuncoſus ager verti pala debet. Litora juncoſa, Ovid. lib. 7. Metamorph.

Iuncētum, ti, n. ſ. Locus juncis conſitus. [χηλὸς ἑλώδης. Gal. *Ioncaye, lieu où croiſſent les jones.* Ital. *Luogo doue ſono molti giunchi.* Ger. Ein ort da viel Binſen ſtehen/ ein Nidet. Hiſ. *Lugar donde ſe crian muchos juncos.* Polon. *Sitowie.* Vngar. *Kakas hely, ſzittyos.* Ang. *A place where bulrushes groweth.*] Varro 1. de Re ruſt. cap. 7: Primum genus quod dixi, maximè quærit ſalicta: ſecundum arundineta: tertium junceta.

Iuncŭs odoratus, à roſæ odore, quem ſpirat, nomen accepit, χοῖνος ἀρωματικός. Scapo eſt exili, rubente, flore copioſo, vinoſo, ſapore linguam mordicans. Præſtantiſſimus naſcitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. Vide Plin. lib. 12. cap. 22.

Iūngo, gis, xi, ctum, act. t Connecto, cõpono, conjungo, quaſi in unũ ago. [חבר *chibbér* הדביק *hidhbík* הלחיץ *hulſmidh.* ζεύγνυμι. Gal. *Ioindre, accoupler.* Ital. *Giungere, congiungere.* Ger. Zuſammen/ oder zuſammen fügen Belg. Teſamen voegen. Hiſp *Ayuntar.* Polon. *Złączami.* Vng *Összue foglalom.* Ang *To ioyne or couple together.*] Plin. lib. 11. cap. 32: Cervix articulorum nodis jungitur. Sapientia juncta eloquentiæ, Cicero de claris Oratoribus. Virg. 8. Aeneidos: Queis neque mos neque cultus erat: nec jungere tauros, Aut componere opes norant; aut parcere parto. ¶ Hujus compoſita ſunt, Abjungo, Adjungo, Conjungo, Disjungo, Dejungo, quod eſt ſeparo. Plaut. in Aſin. Ne vos dejunge amantes. Injungo, interjungo, ſubjungo & ſejungo.

Iūnctŭs, participium, [מחבר *mechubbér* מדבק *midhbék* בלחוץ *bilchuts* ἁρμοσθείς, συμβιβασθείς. Gall. [illegible] Ital. [illegible] Ger. Zuſammen gefügt Hiſp [illegible] Polon. [illegible] Vng. *Összefoglaltatot.* Ang. *Sett or ioyned together.*] Amor junctus, Ovid. 2. Triſt. Elegy 9. Puella juncta marito, Ovid. 10. bell. Pun.

Iunctiſſĭmus, ſuperlativus. [Pol. *Barzo złączony.* Vngar. *Igẽn összefoglaltatot* (vel) *igẽn bensőſegẽs.*] Senec. Controverſ. lib. 1: Si vera nomina Lucreno junctiſſima, bellè ſe habebat.

Iunctĭo, onis, f. t. Conjunctio. [מחברת *mechubbéreth.* Gal. *Conjonction.* Ital. *Congiuntione* Germ. Zuſammenfügung. Hiſp. *Ayuntamiento.* Pol. [illegible] Vng. [illegible] Ang. *A ioyning or ſetting together.*] Cicero 1. Tuſcul. Dies enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio earum partium, quę antè junctione aliqua tenebantur.

Iūnctūrā, ræ, f. p. Commiſſura, conjunctio. [דבק *débek* σύνδεσις. German. Ein füg. Pol. *Złączenie.* Vng. *Foglalas.*] Colu. lib. 2. cap. 2: Hoc enim genus junctura maximè probatum eſt. Genuum junctura, Ovid. 2. Metam. Iunctura verborum eſt, compoſitio, Quint. lib. 9. cap. 4.

Iūnctim, adverbium, Sine intervallo. [ἁρμοστῶς. Gal. *Tout enſemble, ioignant, tout enſemble.* Ital. *Inſieme, giuntamente.* Germ. [illegible] Hiſpan. *Ayuntadamente.* Polon. [illegible] Vngar. *Egyben, ſzoros.* Ang. *Ioyntly, with a continuance.*] Sueton. Magnitudinis & maturitûs incboavit, & pene junctim perfecit.

Iuncus pro prod. Teneræ ætatis boves fœmin. quæ jam ceſſare operibus æſtivæ ſolent, necdum tamen ad fœminei generis venerem dictæ ſunt juvencæ, à juvando [illegible] *pa. Dictionarium.* Gal. *Genisse qui n'a encore labouré.* Ital. [illegible] German. Kůhlbem Hiſ. [illegible] Pol. *Iałowka.* Vng. *Tinó, ſzuz.* Ang. *Iuuice.*] Perſius: Portibus ſinum flamma junicum omenta liqueſcant. Nonius: vas ſingularis eſt junix. Plaut. in Mil. Quam mox ad ſtabulum junix recipiat ſe de pabulo. Mares autem in eadem ætate, juvenci, μόσχοι, appellantur.

Iūnĭcŭlus, Palmes vetus in magnàm longitudinem, & ad quartum uſque pedamentum porrectus, quod alio nomine draconem vocant, ad maſculeta cõficienda idoneum [German. Der groß alt Stock vnnd Stammen einer Rebe/ von Pol. *Stary pień winny.* Vngar. *Nemes tó, [illegible]* Plin. lib. 17. cap. 25: Nec veteremi locupletem in longum, & ad quartum uſque pedamentum porrectum, quod alii draconem, alii, anſiculos vocant, ut faciant quæ maſculeta appellant.

Iuni or, vide IVVENIS.

Iunĭpĕrus, ri, penult. corr. f. [יחם *ithém* ἄνηθον. Gal. *Genevre, ou genevrier.* Ital. *Ginepro.* German. Wacholter ſtaud. Hiſpan. *El enebro.* Polon. [illegible] Vng. [illegible] Arbuſcula quæ in locis arenoſis ſegnaſcit, pro ſolis ſpinas habens perpetuò virentes: unde & topiario operi donea eſt: materiamque habet cariei non obnoxiam. Vide Plin. lib. 8 cap. 25.

Iunis & hoc Iune, quod eſt æſtate viride: [νέος. Polon. *Młodi.* Vngar. *Iſtu.*] unde junior comparativus fit, inquit Cornutus.

Jūnix, Vide IVNICES.

Iūrāmēntum, Iuratus, vide IVRO.

Iurea, æ, f. p. Plautus: Quaſi (*inquit*) juream eſſe, ut dee collyricum. Sic noſtræ Europæ [illegible] edidit, ubi juream intelligo, tanquam placentam ſuperficiem tota conſtet: ut jus collyricum non ſequidem ſit requalicium, ſed tàm craſſum & conſertum quam ſi è jure placenta fieret. Iurea igitur cum dicitur, placenta ſubauditur: ut apud Marcum Catonem, ſphærita tacito quidem placentæ nomine, intellecto tamen.

Iurgo, jurgas, n. [ἐρίζω. Contendo, litigo, rixor, controverſiam cum aliquo habeo, eſt ſpes, ἀμφισβήτησις [illegible] *Φιλονεικία.* Gal. [illegible] Ger Zancken/ haderen/ tobten Bel [illegible] Hiſp [illegible] Pol. [illegible] Vng. [illegible] Ang. [illegible]] Terent. in Andr. Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam. Differt autem iurgare à litigare, & Iurgium a lite; quoniam jurgium leviorres eſt. Siquidẽ inter benevolos aut propinquos diſſenſio, vel concertatio, jurgiũ dicitur: inter inimicos diſſenſio, lis appellatur. Cic. 3. de Repub. Apud Nonium: Admiror nec rerum ſolùm, ſed verborum etiam elegantiam. Si jurgant, *inquit*, benevolorum concertatio, non lis, ſed jurgium: inimicorum lis dicitur. Et in ſequẽti: Iurgare igitur lex jubet inter ſe vicinos, nõ litigare. Iurgare

gare enim,à jure dictum eſt,ut autor eſt Varro lib. 6. de Ling. Lat.& ſignificat jure agere,aut jure litigare. ¶ Eſt & jurgor deponens.Horat.2.Serm.Sat.2.-jure inquit Thraſius iſtis Iurgatur verbis. ¶ Ab his fiunt compoſita,Objurgo, & Objurgor:de quibus alibi.

Iūrgĭum, gii,n. ſ. Contentio, diſſentio, & levior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter amicos ſolet accidere. [ריב *rib* מצה *matstsáh*. φιλονεικία, ἔρις. Gal.*Noiſe & debat*. Ital. *Contentione, lite*. German. Ein zanck/haber. Hiſpan. *Renzilla, contencion*.Polon.*Poſwarek*. Vngar.*Feddődés,morgás*. Ang. *Brauling or chiding*.] Cicero de Senect. Vt Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam in jurgio reſpondiſſe.Idem 4. Tuſcul.Ira,cujus impulſu exiſtit etiam inter fratres tale jurgium. Inter jurgium autem & litem quid interſit,his verbis oſtendit Cic.in lib.4.de Republic. Admiror nec rerum ſolùm, ſed verborum elegantiam.Si jurgant,*inquit*,benevolorum concertatio, non lis,ſed jurgium inimicorum lis dicitur. Et ibidem: Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos,non litigare.

Iūrgĭōsŭs,a,um,Contentioſus,litigioſus.[φιλόνεικος. Gal.*Noiſif,noiſeux*. Ital.*Contentioſo*.Ger.Zänckiſch/häderiſch.Hiſ.*Renzilloſo*. Pol.*Swarliwi*.Vn.*Garázdas.feddődő*. An.*That brauleth or chideth muche*.] Gel.lib.1.cap. 17: Mulier moroſa admodum fuiſſe fertur,& jurgioſa De Xantipe Socratis uxore.

Iūrĭdĭcŭs.Iuriſdictio, Vide IVS.

Iūro,as,act.p. Iurejurando aliquid affirmo,vel nego:quòd verbum à jure deductum putatur,quòd jurare propriè ſit aliquid ita ſanctè promittere,acſi jus eſſet. [נשבע *niſchbáh*. ὀμόω,ὄμνυμι. Gal. *Iurer*. Ital.*Giurare*. Germ. Schweren.Hiſpan. *Iurar*. Polon. *Przyſięgam ſie*. Vng.*Eskw'ſzóm*. Ang.*To ſweare*.] Cicer. ad Metel.Iurâvi jusjurandum veriſſimum. ¶ Iurare conceptis verbis, eſt jurare certa verborum formula, quam juraturo præit is,qui juramentum defert. Plautus in Ciſtel. At ille conceptis jurâvit verbis apud matrem meam, Me uxorem ducturum eſſe. ¶ Iurare corporaliter in principiũ Conſtitutionibus dicitur de iis, qui cùm ethnici eſſent, aras jurando tenebant: vel de iis,qui cùm Chriſtiani eſſent, Evangelii codicem tenebant,vel attingebant.¶ Iurare in leges alterius: id eſt,jurare ſe ſervaturum leges alterius: Plut.de Vir.Illuſtrib. Aqua & igni interdixit ei,qui in leges ſuas non juraſſet. ¶ Iurare in litem: id eſt,juramentum de calumnia præſtare. Cic. pro Roſc. Comœdo:Quod in codicem injuratus referre noluit,id jurare in litem non dubitet?Iurare in verba.Cæſ.1.bell. Civil. Princeps in hæc verba jurat ipſe:ad idem jusjurandum agit Afranium. ¶ Hujus compoſita ſunt, Abjuro, Adjuro,Conjuro, Dejuro, Exjuro,Dejero,Pejero,Objuro,Præjuro,& Ejuro, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Iūrātŭs, activè, accipitur pro eo qui juravit: ejus antheton eſt Injuratus. [נשבע *niſchbáh*.ὀμωμοκὼς,ἐγκοτὴς. Gal *Qui a iuré*. Ital:*Che ha giurato*.Germ.Geſchworen/der geſchworen hat/beeydiget. Hiſpan. *El que ha iurado*. Polon. *Przyſiegł'ſ*. Vngar. *Meg eskw't*. An.*That hath ſworne*.] Autor ad Heren. Ex eo quòd ait ſe non potuiſſe adeſſe ita ut juratus fuerat: id eſt, juraverat. Sic injuratus,qui non juravit.αὐώμοτος. Idem in Verr. Malo ei jurato ſuam, quàm injurato aliorum tabellas committere. Plaut in Amph.Nam injurato,ſcio, plus credet mihi,quàm jurato tibi.Paſſivè protulit Lucan.lib. 8:-mihi per latium jurata tonantem.Idem lib.5 uſus eſt verbo paſſivo juror, Et lætæ jurantur aves bubones ſiniſtræ.

Iūrāmēntum, ti,n.ſ. Iusjurandum, affirmatio, vel negatio rei alicujus ſacra atteſtatione firmata,ſancta & religioſa affirmatio. [שבועה *ſchebuháh*.ὅρκος. Gal.*Iurement, ſerment*. Ital. *Giuramento*.Germ.Ein Eydſchwur.Belg.Een Eedt.Hiſp.*El juramẽto*.Pol.*Przyſięga*.Vngar.*Eskw'nés*.Ang.*An othe*.] Senec. lib. 2, de Clem. O' vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba principes regesque juramentum faciant:hoc eſt,in cujus verba reges & principes jurent. ¶ In obligatione votorum & juramentorum, mentem potiùs jurantis quàm verba ſpectanda eſſe docere voluit Ovid. his verſibus: Conſilium prudensque animi ſententia juvat, Et niſi judicii vincula nulla valent. Fac. etiam reg. Iuris : Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum.Et illud:Non ſunt facienda mala,ut eveniant bona.

Iūrāndum,di,n.ſ.Iusjurandum. [שבועה *ſchebuháh*. ὅρκος.Gal. *Iurement, ſerment*. Ital. *Giuramento*. German. Ein Schwur / ein Eydſchwur.Hiſ.*El juramento*. Pol.*Przyſięga*. Vng.*Eskw'nés*. An. *An othe*.] Plaut. in Ciſtel. Verùm haud metuo ne jurandum noſtrum quiſquam culpitet. Et paulò pòſt: Abi quærere, uti tuo jurando ſatis ſit ſubſidii.

Iūrātŏr,ris,m.t. [Pol.*Przyſięgacz*. Vng. *Eskwuś*. An. *A ſwearer*.] utitur præter Senec.Macrob.li.5, cap.19: Teſtamentum faciebat eſſe jurator,de quo juraret.

Iū.ātĭo,nis,f.t. [ὀρκωμοσία. Vn.*Eskw'nés*. An. *A ſwearing*.] Macrob.Satur.lib.1.cap.6:Verba jurationis concipit,nullam eſſe in villa ſua ſcropham.

Iūrējūrāndŭ, Iurare, juramentum præſtare. [נשבע *niſchbáh*.ὀμνύω. Gall. *Iurer*. Ital. *Giurare*. German Schweren. Hiſpan. *Iurar*. Polon. *Przyſiąc*. Vngar. *Meg eskwnni*. Ang.*To ſweare*.] Livius Decad. 5. libro 1: Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt.

Iurulentus, Vide IVS pro liquore.

Iūs,juris,n.t.Liquor eorum quæ coquuntur [מרק *marák*.ὁ ζωμός. Gal.*Brouet,potage*.Ital *Brodo*. Ger. Ein Brue. Hiſpan. *El caldo de la carne ò peſcado*. Pol.*Polewka*. Vn. *Léu*. Ang. *Brothe*.] Plaut. Moſtel. Itidem olent quaſi quum unâ multa jura confundit coquus. Terent. in Evnuch. Quo pacto jure heſterno panem atrum vorent. Vocare piſces in jus. Varro 3 de Re ruſt. Sic hos piſces nemo coquus in jus voeare audebit. Ius conditum. Cic. 5. Tuſcul.Quid victum Lacedæmoniorum in Phiditiis,nónne videmus, ubi quũ tyrannus cœnaviſſet Dionyſius, negavit ſe jure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum? Tum is qui illa cœperat,Minimè mirum condimenta enim defuerunt.

Iūrŭlēntŭs,a,um, Quod cum jure coctum eſt. [ζωμώδης. Gal. *Qui eſt accouſtré en potage*.Ital.*Cotto con brodo*. Ger Brüyecht/in der brüy gekochet.Hiſpan.*Coſa guiſada con ſu cumo*. Pol. *Wpolsewie wwarzoni*. Vng.*Leues, lébef ős*. Angl. *That is ſodden in broth*.] Corn. Celſ.lib.2.cap.10: Tum res eadem magis alit jurulenta, quàm aſſa,magis aſſa,quàm frixa. Varro: Vbi pultem aut jurulenti quid ponebãt,à capiendo catinum nominarunt.Apuleius verò in Magiæ Apolog. juſſulentum, non jurulentum formâvit, ſic de Ennio dicens: Oſtendit qualiter quiſque piſcium aſſus aut juſſulentus optimè ſapiat.

Iūſcum, ſive quod uſitatius eſt, juſculum, n. ſ. Liquor eorum quæ coquuntur. [מרק *marák* ζωμίδιον. Gal.*Vn chaudeau,vn petit brouet*.Ital.*Brodetto,guaxxetto*.Germ. Ein brüyteln. Hiſ.*El caldo*.Pol.*Zuwka*.Vn.*Léu*.An.*Potage gruell*.] Cato de Re ruſt.ca. 156:Poſtcà inde juſculum frigidum ſorbere.

Iūs, juris,à juſſu,ut quidam volunt, deducitur,n.t. [תושיה *twſchüjáh* תורה *toráh* משטם *miſchpát* צדק *tſédhek* צדקה *tſedhakáh* דרך *dath*. δίκη ἡ δίκαιον. Gal. *Droit, raiſon, iuſtice*.Ital.*Ragione,dritto,giuſtitia*.Ger.Das recht oder billich.Hiſp.*Razon,derecho*: Pol.*Sprawiedliwoſć*. Vn.*Törvény, ſzokás*. An. *Law,right*.] Nihil enim aliud eſt jus,quàm quod vel natura,vel civitas, aut populus,vel gens,vel conſuetudo jubet. Terent.in Heavt. Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum ſciunt? Et differt à lege, quod jus,generale eſt: lex,juris ſpecies. Rurſus jus ad non ſcripta etiam pertinet,lex tantùm ad jus ſcriptum.Dividitur autem jus,in naturale,gentium,& civile.Naturale,quod eſt commune omni nationi, eò quòd ubique inſtinctu naturæ habetur, non aliqua conſtitutione facta ab homine, ſed ab ipſo naturæ conditore:ut maris & fœminæ conjunctio, liberorum ſucceſſio in bonis parentum, puerorum educatio,communis omnium poſſeſſio: quia jure naturali omnia hæc omnibus nationibus ſunt communia: quemadmodum & rei depoſitæ vel commodatæ reſtitutio, violentiæ per vim repulſio, quod tibi vis fieri ut alteri facias, & econtrario. Ius gentium, quo gentes humanæ utuntur, quod à naturali proceſſiſſe facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe convenit:ut ſcilicet Deo,religioni, patriæ & parentibus pareamus, ut vim atque injuriam propulſemus.Ius civile, quum aliquid communi juri vel additur vel detrahitur: hoc eſt, quum populus ſibi conſtituit quaſi proprium jus civitatis. Hoc autem ſcripto conſtat,ut ſunt leges,plebiſcita,Senatuſconſulta, principum decreta: aut ſine ſcripto, ut ea quæ autoritate prudentium fiunt: quæ legum interpretationes rectiùs dici poſſent, quàm leges. Vnde qui hoc profitentur, Interpretes juris, & Iureconſulti,& Iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Iuris antiſtites nominantur. ¶ In civili jure Prætorium jus continetur, quod prætores ſupplendi, vel corrigendi juris civilis gratia introduxerunt, ob publicam utilitatem. Hoc à Prætoris honore,honorarium appellatur. ¶ Eſt etiam jus ſingulare, quod contra tenorem rationis, ob aliquam utilitatem autoritate conſtituentium introductum eſt. ¶ Ius conſuetudinis,quod in morem vetuſtas vulgi approbatione produxit. ¶ Ius militare, quo ſoli milites ſunt adſtricti, ut belli inferendi ſolennitas,fœderis faciendi cæremonia, ſigno dato egreſſio in hoſtes, & pugnæ commiſſio, ſigno dato receptio, ſtipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor,prædę diviſio pro perſonarum qualitatibus.¶ Iuris præcepta tria ſunt,honeſtè vivere,alterum non lædere, jus ſuum cuique tribuere. ¶ In noſtra etiam religione eſt jus divinum,in quo divina oracula comprehenduntur: & jus principum, quod principes ſingulis ſuis regnis præſcripſerũt. ¶ Aliquando jus ponitur pro autoritate, omnium conſenſu alicui conceſſa ἐξουσία. Cicero pro Archia: Quare ſuo jure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas: id eſt,ſua quadam autoritate,& pro libertate ſibi omnium conſenſu, ut graviſſimo Poë-

tæ,con-

tæ, concessa. Idē pro meo jure dico, quasi confidēter. Hinc sui juris esse dicūtur, qui nullius imperio sunt subjecti, αὐτεξούσιοι, αὐτόνομοι. ¶ Aliquando pro necessitudine: ut, Est mihi cum illo jus cognationis, vel amicitiæ. ¶ Aliquando pro loco in quo jus redditur, appellatione collata ab eo quod fit in id, in quo fit: quem locum definiunt, ubicunque Prætor salva majestate imperii sui, salvoque more majorum dicere jus constituit. Ius suum obtinere non posse dicebant veteres eum, cui pervenire ad suum non liceret. Cicero: Hic Philodamus, postquam jus suum obtinere non potuit, ut humanitatem, consuetudinemque suam retineret, laborabat. Idem Cic. in Antonium actione 4: Hoc edicto non Siculi, sed isti ipsi equites Romani, qui jus suum retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis Prætoribus gratiosi, vincti Apronio traditi sunt.

Iūrĕ, aliquando adverbialiter ponitur pro Merito. [Pol. *Słusznie.* Vngar. *Törvény szerint.*] Quintil. Quis eum id non meruisse, quis non jure passum affirmet?

Iūsjūrāndum, n. s. Est affirmatio religiosa, ut inquit Cicer. lib. 3. Offic. Iuramentum. [שבועה *schebuháh.* ὅρκος, ὁ ἔνορκος. Gall. *Iurement, serment.* Ital. *Giuramento, sacramento.* Germ. Ein Eydtschwur Bel. Eenen Eedt Hisp. *Iuramento.* Polon. *Przysięga.* Vngar. *Eskwués.* Angl. *An othe.*] Plaut in Pseud. Qui item, ut nos, jurejurando quærunt rem. Cic. 3. Offic. Nullum enim vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.

Iūrīsdictĭo, onis, f. t. Iuris dicendi potestas [δικαιολογία, διοίκησις Gal *Iurisdiction, puissance de iuger.* Ital *Giurisdictione.* Germ. Gewalt oder Gerechtigkeit Recht vnd Gericht zu halten/Oberste Herrligkeit. Hisp. *Iuridicion como señorio.* Pol. *Sprawiedliwość prawo.* Vng Törvény szolgáltatásra való hatalom. Angl *Iurisdiction, power to iudge.*] Servius Sulp. Ciceroni: Postero die quum ab eo digressus essem eo consilio ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque jurisdictionem absolverem. Cic. 4. Verr. Is venalem jurisdictionem in Sicilia habuit.

Iūrīscōnsūltŭs, ti, m. & sive Iureconsultus, Iuris sive legum interpres. Vtrumque enim dicitur: quanvis Sosipater lib. 1. Iurecōsultus rejiciat. [סופר *sopher.* ὁ νομικός, ὁ δικαιοσύνης, συμβουλευτικός. Gall: *Iurisconsulte, iuriste, sauant ès loix.* Ital. *Giurista, dotto in leggi.* Ger. Ein Rechtskündiger/ein Rechtsgelehrter. Hispan. *Letrado en la ley y por pleytos.* Pol. Wprawiech nauczony. Vng. Törvéni, tudo. An. *A lawyer.*] Cic. 2. de legibus: Sed jurisconsulti, sive ergoris objiciendi causa, quò plura & difficiliora scire videantur: sive (quod similius veri est) ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid artis est, sed quædam ars etiam docendi) sæpè quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur: velut in hoc ipso genere, quàm magnum illud Scævolæ faciunt Pontifices ambo, & iisdem jurisperitissimi. Consultus juris, apud Horat. de Arte. ¶ Est enim (inquit Crass. lib. 1. de Orat.) sine dubio domus Iurisconsulti totius oraculum civitatis. Et paulò pòst eodem libro Antonius: Et enim sine controversia, *inquit*, & magna est ars illa (de Iurisprud. loquens) & latè patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit, & clarissimi cives eo studio etiam hodie præsunt. ¶ Hos dici magistros legum, testimonio est locus in procem. ff. §. His igitur solis, juncta gl. in verb. Magistri legum. ¶ De usu & necessitate atque laudibus Iureconsult. lege Ferrar. Montan. de Rep. lib. 4. cap. 4. Et Cic. alicubi domus, inquit, Iureconsi. civitatis totius oraculum est.

Iūrĭdĭcŭs, ca, cum, pen. cor. Quod jurisdictioni destinatum est, vel quod secundum jus est. [δίκαιος. Gal. *Iuridic, appartenant au droit.* Ital *Giuridico, pertinente al dritto.* German. Rechtlich/das nach dem Rechten oder Gesatz ist. Hispan. *Perteneściente al derecho.* Polon. *Czo wedlie prawa iest.* Vngar. Törvényre rendeltetet. Ang. *That is according to right and reason.*] Hinc juridicus dies, quo ritè jus dici potest. Et juridica actio, quæ secundum jus est. ¶ Dicitur etiam juridicus, qui jus dicit. [δικαστής. Gal. *Iuge.* Ital. *Giudice.* German. Ein Richter. Hisp. *Iuez.* Vng. Törvény ki mondo. Ang. *That doeth right vnto the parties vpon the thing that they striue for.*] Seneca in Herc. fur. Flentes Eurydicem juridici sedent. Iuridici conventus dicuntur in quibus jus redditur. Plin. lib. 3. cap. 1: Iuridici conventus ei quatuor: id est, in quibus jura redduntur.

Iūrĭdĭcĭālĭs, le, om. t. Iudicialis, quod pertinet ad judicium. [δικαστικός. Gal. *Appartenant à iuge ou à iuger.* Ital. *Ciò che à giudice, ò à giudicio s' appartiene.* Germ. Das zu dem Rechten gehört. Hispan. *Cosa perteneściente al juyzio, ò juez.* Polon. *Prawni, do prawa przinależący.* Vng. Törvénhez való. Ang. *That belongeth to the iudge or iudgement.*] Cicer. 1. de Invent. Huic generi Hermagoras partes quatuor suppositi, deliberativam, demonstrativam, juridicialem, negotialem. Iuridicialis status apud. Quint. lib. 3. cap. 8.

Iurisprudentia, Est divinarum rerum & humanarum notitia, justi atque injusti scientia: hoc est, ipsa ἐγκυκλοπαιδεία disciplina rotunda, integra, & sine offensione, Budæus in lib. 1. de just. & jur. vel est ars boni & æqui. Neque enim voluit Iurisconsultus hac posteriore definitione Ius definire, sed ipsam Iurisprudentiam quæ est habitus animi, ipsius, videlicet intellectus. Ius verò nihil aliud est quàm relatio. Nam & Obligatio & Ius, & actio est jus, & Dominium, & usus fructus, & pleraq; in legib. infinita nimirum specie ipsius Iuris. Ex Appello. ¶ Quantum hæc scientia cæteris præstet artibus, videris in Procem. ff. § Pro responsis autem in fin. juncta gl. in verbo, finem. ¶ Ars ne an scientia, an verò neutrum sit Iurisprudentia, videris multa & eleganter disputātem Ehemium de Princip. Iurisp.

Iūscŭlum, Vide IVS pro liquore.

Iussŭs, participium à IVBEO, & Iussum, vide IVBEO.

Iustinum, à Iustino imperatore primò inventa descriptio adversùm malum calculi. Citatur ab Nicolao.

Iūstŭs, Probus, sanctus, bonus, qui jus obtervat, & à jure non discedit. [צדיק *tsaddik.* δίκαιος. Gall. *Iuste.* Ital. *Giusto* Germ. Gerecht. Belg. Rechtveerdich. Hisp. *Cosa iusta è ygual.* Pol. *Sprawiedliwy.* Vng. Igaz. An. *Iust, vpright.*] Cicero 1. Offic. Iustus homo, isq; quem bonum virum dicimus. Idem pro Sestio: Aristides, qui unus omnium justissimus fuisse traditur. Interdum ponitur pro satis magno & mediocri, quum & ipsum mediocritas quædam sit. Vnde justam magnitudinem alicujus rei dicimus, quum nec debita minor est, nec modum excedit. Iustum opus satis magnum, nō exiguum Plinius Iunior. libri 8: Opere justo temporum nostrorum historiam o li. Sic justum prælium, justum exercitum, historici dicunt magnum, & non contemnendum Sic etiam Asconius, justas inimicitias, pro magnas apud Ciceronem exposuit. ¶ Interdum pro vero, γνησίως. Vnde apud Iureconsultos, qui filium adoptat, interrogatus an velit eum, quem adoptat, justum sibi filium esse: id est, verum filium Iustus dominus, pro vero, cui contrarius est alienus. Cicero lib. 1. Offic. Quare L. Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarum translatio à justis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Iusta hæreditas, inquit Horomanus, ea propriè dicitur, quæ jure legitimo: id est, agnato proximo obvenit. Varro latiùs accipit 2. de Re rust. pro ea quæ jure, & quovis modo alicui obvenit. Est præterea Iusta ætas, cui ætas pupilli opponitur. Et rursus justa ætas, pro cujusque quæstionis ratione, ea quam leges in ea causa exquiruntur, veluti in nuptiis xij. aut xiiij. annorum. Iusta possessio, quæ possessio bonæ fidei dicitur. Iavolenus. Iusta matrefamilias, & Pellex contraria. Livius 9. bell. Macedon. Nam etsi minor ætate quàm Perseus esset, hunc tamen justa matrefamilias, illum pellice ortum esse. ¶ A justus deducitur iniustus, qui contra jus facit, & qui justam magnitudinem excedit, ὑπέρογκος. Cic. 5. Tuscul. quæstion. Vir maleficus natura & injustus. Virgil. 3. Georg. Injusto sub fasce viam dum carpit. ¶ Iusti dies qui fuerint apud veteres, apertissimè docet Gell. lib. 20. cap. 1, his verbis: Confessi itaque æris, ac debiti judicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent. Eosq; dies Decemviri justos appellaverunt, velut quoddam justitium: id est, juris inter eos quasi interstitionem quandam & cessationem; quibus diebus nihil cum his agi jure posset. ¶ Dicebantur præterea in bellis suscipiendis dies justi numero tres & triginta, ab eo scilicet die, quo res repetitæ erant per Fecialem: quibus elapsis, nisi redditæ res essent, hasta in fines hostium conjecta, bellum indicebatur. Liv. li. 1. ab Vrbe.

Iūstē adverb Rectè, legitimè, juré [δικαίως. Gal. *Iustement.* Ital. *Giustamente.* Germ Gerechtiglich/billigklich. Hisp *Iusta ò ygualmente.* Polon. *Sprawiedliwie.* Vng. Igazan. An. *Iustlie; vpright-lie.*] Brutus. Cicer. At hoc ipsum, *inquies;* iniquè facitis: imò justissimè. Declamat. in Salust. Id vos si fortè offendimini, justiùs huic quàm mihi succensere debetis. Iustè & legitimè imperare, Cic. lib. 1. Offic.

Iūstō, ablativus pro adverbio: ut, Longius justo: id est, longius quàm par est. Quint. lib. 9. cap 4: Membrum longius justo tardum: brevius, instabile est.

Iūstă, n. f. Exequiæ, sive parentalia; quæ mortuis impenduntur, ita dicta quòd jure fierent his, qui de nobis vivētes bene meriti fuerant. [ἐναγίσματα, νομίζόμενα, νενομισμένα. Gal. *Les obsèques, funérailles, sacrifices & ceremonies qu' on fit faisoit aux trespassez.* Ital. *Essequie, pompe funerali.* Germ. Bestattung der Todten / Seelgrädt oder Opfferung für dieselbigen. Hisp. *Las exequias de los muertos.* Pol. *Ob chód prá pogrzebie vmarłego.* Vn. *Halottaknak tiszteséggel való temetése,* (*auagy*) *tor.* An. *Funeralles, sacrifices and ceremonies for the dead.*] Salust. in Iugurtha: More regio justa magnificè fecerant. Ovid. Hāc quia justa ferunt, dixēre Feralia lucem. Cicer. 2. de legibus: Non solùm vita cruciati atque dedecore, verùm & sepultura, & justis exequiarum carùerunt. ¶ Iusta pro constitutis, quæ necessariò præstari debent. Colu. lib. 11. cap. 2: Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorumq;

rumq; ſive putatio, ſive alligatio ſumenda eſt, quorum juſta certa eſſe non poſſunt Ad juſta perducere: id eſt, ad juſtum laborem, Col. lib. 6. cap. 14: Iuſta reddere, opus debitum & conſuetum perficere, Col. lib. 1. cap. 8. Cic. Offic. 1: Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum, quibus non malè præcipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis ad operam exigendā & juſta præbenda.

Iūſtĭtĭă, æ, f. p. ut inquit Cic. 5. de Finib. Eſt habitus animi, communi utilitate ſervata, ſuum cuique tribuens, atque ſocietatem conjunctionis humanæ munificè, atq; æquè tuens. [צְדָקָה *tſĕdhakáh. δικαιοσύνη.* Gall. *Iuſtice.* Ital *Giuſtitia.* Germ Gerechtigkeit. Hiſp. *La juſticia que yguala las partes.* Polon. *Sprawiedliwoſć* Vng. *Igaßág* Ang. *Iuſtice.*] Virgil. 1. Aeneid. O regina, novam cui condere Iuppiter urbem, Iuſtitiaque dedit gentes frænare ſuperbas. Ovid. 3. de Ponto: Iuſtitia vires temperat ille ſuas. Vide in verbo Explico, quę de Iuſtitia diſſeruntur.

Iūſtĭfĭcŭs, a, um, Qui æqua & juſta agit. [מַאְדִּיק *maiſdik. δίκαιος.* Gall. *Qui fait iuſtice.* Ital. *Che fa giuſticia.* Ger Der Gerechtigkeit übt Hiſp. *El que haze iuſticia.* Pol. *Sprawiedliwie czyniący.* Vng. *Igazán tſelekŏdŏ.* Ang. *That doth iuſtlie and vprightlie.*] Catull. Argon. Iuſtifica mens deorum.

Iuſtĭtĭum, tii, n. i. Quaſi juris ſtatio dicitur. Eſt enim juris dicendi intermiſſio, quæ fieri ſolet in publico luctu, & Reipublicæ inſigni aliqua calamitate. [ἀπραξία Plutarcho. Gall. *Vacation quand on ceſſe de plaider.* Ital. *Vacatione da tener ragione.* German. Auffſchtahung oder anſtellung des Gerichts. Hiſp *Las vacationes de los juyzios.* Pol. *Odłożenie ſadow.* Vng *Törvenkŏdéſnek, pŏrléſnek meg allâſa (anagy) zek allás.* Ang. *A vacation or ceaſing from e miniſtration of iuſtice.*] Liv. Dictator quum juſtitium edixiſſet, omnes juniores ſacramento adegit. Idem: Iuſtitium edicit: claudi tabernas tota urbe jubet: vetat quempiam privatæ quicquam rei agere. Triſti juſtitio clauſa fora. Lucan. lib. 5. Dicitur & juſtitium remittere, juſtitio finem imponere. Liv. lib. 10: Vt Romam reditum eſt, juſtitium remiſſum eſt.

Iuſum. Adverb. loci. idem quod deorſum. Et contrarium eſt ei quod ſuſum vel ſurſum. Quanquam hæc & hujuſcemodi alia quædam adſcribenda fortè non erāt, cùm non ſint Latina, ſed merè Gallica: quia tamen ſubindè in lectione quorundam non infimi nominis autorum occurrunt, eorum vel meminiſſe ſaltem libuit, variarum ſcilicet artium ſtudioſis ut conſuleremus.

Iuvamen, Vide IVVO.

Iuvenalis, Iuvenalia, Vide IVVENIS.

Iŭvĕncŭs, ci, m. ſ. Bos junior, qui jam vitulus eſſe deſiit, nondum tamen in juſtam magnitudinem excrevit: [טַר *par. μόχος, πόρτις.* Gal *Vne ieune beſte, vn ieune bœuf ou taureau* Ital. *Manzetto, giouenco.* German Ein junger Ochß oder Stier. Hiſp. *El mancebo ò buey nouillo.* Pol. *Mł'odi woł'ek.* Vng. *Tulyok.* Ang. *A yong oxe.*] Dictus à juvando, ut Varroni placet, quòd jam dominū in agro colendo adjuvare poſſit. Colum. lib. 6. cap. 2: Nam ubi plauſtro aut aratro juvencum conſueſcimus, ex domitis bubus valentiſſimum, eundemque placidiſſimum cum indomito jungimus, qui & procurrentem retrahat; & cunctantē producat. Sociare juvencos impoſito aratro, Stat. 1. Thebaid Virgil. 3. Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmę Paſcit equos: ſeu quis fortes ad aratra juvencos ¶ Propriè tamē juvenci dicuntur boves qui jam deſierunt eſſe vituli Varro enim lib. 2. cap. 5. de Re ruſt. quatuor diſtinguit bubuli generis ætates: quarum prima eſt vitulorum: ſecunda juvencorum: tertia boum novellorum: quarta vetulorum. ¶ Iuvĕcus quoque de homine adoleſcente dicitur. Horat. 2. Carm. Ode 8: Te ſuis matres metuunt juvencis, Te ſenes parci, miſeræq; nuper Virgines nuptæ. In quem locum annotavit Porphyrion, juvencum non ſolùm de bobus, verumetiam de hominibus adoleſcentulis dici: quanvis in ea ſignificatione frequentiùs juvenculos dicamus, & juvenculas. Neq; mihi tamē Porphyr. perſuaſerit, tametſi venuſta imprimis Horatius allegoria ſit uſus, ob id rectè juvencum de hominibus dici.

Iŭvĕncŭlŭs, diminutivum, [μοσχάριον. Pol. *Mł'odźik.* Vng. *Tulykotska.*] Catul. ad puerum: Qui floſculus es juvenculorum.

Iŭvĕncă, æ, f. p. Vacca junior, quæ jam vitula eſſe deſiit, nondū tamen in juſtam magnitudinem excrevit. [טְרָה *parâh. δάμαλις, πόρις.* Gal. *Geniſſe, ieune vache.* Ital. *Manza, manzuola* Germ. Ein Kuhkälbtin Hiſp. *Manceba ò nouilla.* Pol. *Iał'owica.* Vngar. Üsző. Ang *A yong cowe.*] Virgil. 3. Georg. Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca.

Iŭvĕnĭs, com. t. à juvando, quòd ea ætas maximè ſit apta ad laborem tolerandum, adoleſcens, integra & ſpectata ætate. [בָּחוּר עֶלֶם בָּחוּר *bachúr hêlem. νέος* Gal. *Ieune, iouuenceau.* Ital. *Giouane.* Ger. Jung/ein jung Mañns oder Weibsbild. Bel. Jouck. Hiſp. *Mancebo ò manceba en edad, jouen.* Pol. *Mł'okos.* Vng. *Iffiu.* Ang. *Yong, a yong man.*] Et à jureconſultis juvenes dicuntur, qui adoleſcentiæ exceſſerunt ætatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari. Virgil. 5. Aeneid Hoc juvenem egregium præſtanti munere donat. ¶ Iuvenes fervidi. Horat. 4. Carm. Ode 13: Poſſent ut juvenes viſere fervidi, Multo non ſine pulvere, diſlapſam in cineres facem. Plin. lib. 7. cap. 36: Cornelia enim juvenis eſt, & párere adhuc poteſt. ¶ Hinc formatur comparativum junior. Nam quod apud Colum. lib 9. cap. 11. legitur juveniori examini arbitror librariorum culpa accidiſſe: præſertim quum in venerandæ cujuſdam fidei exemplaribus legatur juniori. Horat. 2. Epiſt. 1: Qui vel menſe brevi, vel toto eſt junior anno. Iuniores ſervi. Plin. lib. 8. cap 32: Alioqui ante frontem prominere ſolitos junioribus. ¶ Iuvenis de ove. Colum. lib 7. cap. 3: Fœmina poſt bimatum maritari debet, juvenisque habetur quinquennis. ¶ Iuvenis, pro juvenili. Ovid. 7. Metamorph. & admonitus juvenes nutricibus annos Poſſe ſuis reddi.

Iŭvĕnīlĭs, le, adjectivum, Quod ad juvenem pertinet: [νεανικός. Gal. *De ieuneſſe, appartenant à iouuenceau.* Ital. *Da giouane, giouanile.* Germ. Das zu der jugendt gehört. Hiſ. *Coſa de mancebo.* Polon. *Mł'okoſy.* Vng. *Iffiui, iffiuhoz valo.* Angl. *That belongeth to youth, yonge.*] Iut, Aetas juvenilis. Iuvenile robur, Col. lib. 4. ca. 3. Iuvenilis ludus vel jocus, Liv. 1. ab Vrbe. Virg. 5. Aen. Et mihi quę fuerint juvenili in corpore vires. Ovid. li. 5. Triſtium, Eleg. 3: Integer & lætus, læta & juvenilia luſi. Idem lib. 14. Metam. Silenusque ſuis ſemper juvenilior annis.

Iŭvĕnīlĭtās, tatis, f. t. Iuventus. [Pol. *Mł'odość.* Vng. *Affiuſág.*] Varro Tithono ἀβὲ γήρως: Quam dereliquit multicupida juvenilitas. Ex Nonio.

Iŭvĕnīlĭtĕr, adverbium, More juvenum [νεανικῶς. Gal. *A la façon des ieunes gens.* Ital. *Da giouani.* Ger. Nach der jungen art Hiſp. *En manera de mancebo.* Pol. *Iako mł'okos.* Vngar. *Iffiu képpen, iffiu módra.* Ang. *Youthfullie, like a yong man.*] Cicero in Catone: Et Annibalem juveniliter exultantem patiētia ſua mollichat. Ovid. 7. Metam. Venatum in ſylvas juveniliter ire ſolebam.

Iŭvĕnālĭs, le, adjectivum, νεανικός. Iuvenilis. [Pol. *Do mł'odich przinależaci.* Vng. *Iffiui, iffiuhoz valo.*] Plin. lib. 33. cap. 2: Quum C. Sulpitius Galba juvenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur. Iuvenalis dies dicebatur feſtum quoddam, quod à juvenibus præcipuè celebrabatur primo die poſt elapſa Saturnalia, à Caligula primùm inſtitutum. Sueton. de Calig. Adjecit diem Saturnalibus, appellavitque juvenalem.

Iŭvĕnālĭă, n. t. Erant ludi, qui pro ſalute juvenū celebrabantur. [νεανικά. Pol. *Gry zdrowie mł'odich ludźi narządzone.* Vn. *Iffiak egeſtségeiert valo iátek.*] Sidonius: Iam verò juvenalibus peractis, Quem te præbueris ſequente in ævo, Chartis poſteritatis loquemur. Tacit. lib. 14: Ne tamen adhuc publico theatro dehoneſtaretur, inſtituit ludos juvenalium vocabulo, in quos paſſim nomina data.

Iŭvĕnēſco, is, n. t. Iuvenis fio, ad ætatem & conſtitutionē priorem redeo. [νεανιεύομαι. Gal. *Raieunir.* Ital. *Ingiouanirſi, farſi giouane.* Ger Jung werdē. Belg. Jonck worden. Hiſpan *Hazerſe mancebo.* Polon. *Odmł'adzam ſie.* Vng. *Meg ifiudom.* Ang. *To waxe or be yonge.*] Ovid. 3. Amor. Illius à tactu Pyliūs juveneſcere poſſet. Plin. lib. 34. cap. 14: Vites ſqualore deciſo annis omnibus cogimus juveneſcere Idem lib. 8. cap. 57. de gliribus: Rurſus ætate juveneſcunt.

Iŭvĕnārī, Temerè & inconſideratè, & juvenum more aliquid dicere, vel facere. [νεανιζεσθαι. Gal. *Faire comme ieunes gens, parler comme eux.* Ital. *Parlare inconſideratamente, parlare da giouane.* Ger. Narrechtig vnd vnbeſinnt reden wie die jungen. Hiſp. *Hablar ò parlar no bien mirando, como mancebo.* Polon. *Gł'upie ſobie poczynać iakobi mł'odi.* Vng. *Vakmerŏwl, magagondolātlanul, iffiu modra valamit mondani, tſelekedni.* Angl. *To do or ſay any thing rudely after the faſhion of yeuth.*] Horat. in Arte: Aut nimium teneris juvenentur verſibus unquam.

Iŭvĕntŭs, tutis, f. t. Aetas juvenilis, quæ & juvenilitas & juventa dicitur, νεότης. Saluſt. Ibique juventutem ſuam exercuit. ¶ Sæpiùs accipitur pro multitudine juvenum. [בְּעוּרִים *neburím* בָּעַר *nâhar* בְּעוּרֹת *neburóth* עֲלוּמִים *halumím. νεολαία.* Gal. *Ieuneſſe, ieunes gens.* Ital *Giouentu.* German Die jugent. Belg. Joncheit. Hiſ. *Mocedad ò mancebia.* Pol. *Mł'odź.* Vng. *Iffiuság.* Ang. *Youth, yonge age, a companie of yongemen.*] Servius Sulpitius Ciceroni: Licitum eſt tibi, credo, pro tua dignitate ex hac juventute generum eligere. Cic. 2 Tuſc. Iuventutem laboribus erudiunt. ¶ Aliquando ponitur pro dea quæ præeſſe putabatur huic ætati: hoc eſt, Hebe Iunonis filia & Herculis uxor. Liv. 4. Decad. lib. 6: Iuventutis ædem in circo maximo C. Licinius Lucullus Duūmvir dedicavit. Plin. lib. 35. cap. 10: Pinxit hic raptum Proſerpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Minervæ delubro, ſupra ædiculam Iuventutis.

Iŭvĕntă, tæ, f. p. Aetas juvenilis juventus. [בְּעוּרִים *neburím* בָּעַר *nâhar* בְּעוּרֹת *neburóth* עֲלוּמִים *halumím. νεότης.* Gall. *Ieuneſſe.* Ital. *Giouentù.* Ger. Die zeit der jugent / das alter der jugent. Hiſp. *Mocedad ò mancebia.* Pol. *Mł'odość.* Vngar. *Iffiuság.* Ang. *Youth, yonge age.*]

yonge age.] Plin. lib. 7. cap. 13: Aliis sterilis est juventa: aliis semel in vita datur gignere. Idem lib. 9. cap. 55: Nec nisi juventa constat ille qui quæritur vigor. Viridis juventa, Virg. 5. Aenei. Audax juventa, idem 4. Geor. Imbellis juvēta, Horat. 3. Carm. Ode 2. ¶ Iuventa pro juvenum multitudine, quæ & juventus dicitur. νεολαία. Martial. lib. 2: Quintiliane vagæ moderator summe juventæ. Iuventa dea melioris ætatis & juventutis, apud Vallam lib. 4.

Iuvēntās, Dea quæ juventuti præesse putabatur. ἥβη. Horat. 1. Carm. Ode 30: Et parum comis sine te juventas. Vbi Acron: Aliud est juventa, aliud juventas, aliud juventus: Iuventa, ætas putatur: juvētas ipsum numen: juvētus, ipsi juvenes. ¶ Accipitur tamen juventas, pro ætate ipsa juvenili. Lucret. lib. 5: Tum demum puerili ævo florente juventas Occipit, & molli vestit lanugine malas.

Iuvo, as, juvi, jutum, act. p. Opem fero & auxilior, adsum, defendo, præstò sum. [עזר hazár. ὠφελέω, ἀφελέω. Gal. Aider. Ital. Giouare. Ger. Helffen. Bel. Helpen. His. Ayudar. Pol. Pomagam. Vng. Megsegytöm. Ang. To aide, to help.] Plautus in Trinummo: -nunc ego te quæso, Vt me opera & consilio juvēs. Terent. in Heavt. Crede, inquam, mihi, Aut consolando aut cōsilio, aut re juvero. ¶ Iuvare pro beneficio & misericordia prosequi. Cic. 4. Verr. Legis Corneliæ meminit, quæ proscriptum juvari vetat. Livius: Iuvisse eos omni commeatu classem hostium. ¶ Iuvat impersonale: delectat, τέρπει. Virgil. 3. Aeneidos: -juvat evasisse tot urbes. Iuvat me & juvat mihi æquè Plautus dixit in Captivis: Neque unquam quicquam me juvat quod edò domi. Idem in Cistel. Quando ita tibi juvat, vale atque salve. ¶ Iuvari pro adjuvari, auxilio levari. Plin. lib. 17. cap. 17: Quod sic etiam juvatur. Ovid. 1. de Pònto, Eleg. 4: Sed vereor ne me frustra sanare labores: Nec juver admota perditus æger ope.

Iuvāns, participium. [עזר hozér. ὁ ἀφελῶν, ὁ ἐπικουρῶν. Gal. Aidant. Ital. Aiutante. Germ. Helffend. His. Ayudador. Pol. Pomagaiaci. Vn. Segitő. An. Aidung, helping.] Cic. ad Treb. Meq; diis juvantibus ante brumam expectabis.

Iuto, as, frequentativum, de quo ADIVTO.

Iuvāmēn, Iuvatio & Iuvamentum, idem significant, scilicet auxilium. [עזר hézer עזרה hezráh. ἀφέλημα, ὄνημα. Gal. Aide Ital. Giouamento. Ger. Hülff/helffung. His. Ayuda. Pol. Pomoc. Vng. Segitség. Ang. Aide, help.]

Iūxtā, Prope, propter. [יד hál. παρά. Gal. Aupres, iouxte, ioignant. Ital. Apresso. Ger. Bey/öder nah darbey. His. Cerca. Pol. Podle. Vng. Mellet (& cum affixis) mellettem, melletted, mellette An. Nere or nigh to.] Virgil. libro 4. Aeneid. -humilis volat æquora juxta. Plautus: Iuxta te sum, ut piè tueari, oportet. ¶ Aliquando significat simul, conjunctim, ἅμα. Varro de vita pop. Rom. Quum interea lucubrando faceret juxta ancillas lanam: id est, simul cum ancillis. ¶ Quando verò adverbium est, significat æquè, similiter, eodem modò, ὡσαύτως. Plautus: Dixi tibi, mater: juxtà mecum rem tenes: id est, æquè atque ego. Salust. in Iugurtha: Hyemem atque æstatem juxtà pati. Cicero in Planciana: Reliquis officiis me juxtà ac si meus frater esset sustentavit. ¶ Apud veteres juxtim pro juxtà invenitur. Sisenna: Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. Livius Andronicus in Aegistho: In sedes collocat se regias, Clytemnestra juxtim, tertias natæ occupant. Ex Nonio. ¶ Interdum etiam secundùm vel post. Gellius lib. 4. capite 9: Nigidius Figulus, homo (ut ego arbitror) juxtà Marc. Varronem doctissimus: hoc est, secundum Varronem vel post Varronem.

Iūxtim, adverbium, significat propé. [יד hal. παρά. Polon. Podlie. Vng. Melle.] Suetonius in Tib. Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerunque se offerebat consiliarium, assidebatq; juxtim, vel ex adverso in parte priori.

I ante X.

IXIX. In notis antiquorū, Duodeviginti. IXI. nonus decimus.

Ixĭă, [ἰξία. Pol. Zawciąrzepka, dzięwięcił.] Herba quædā, cū terra colorem mutans: unde & Chamæleonē appellarunt. Ixias autem dicitur κατὰ τῦ ἶξος: hoc est, à viſco, quòd quibusdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro mastiche utuntur mulieres. Hujus duæ sunt species, candido & nigro colore distinctæ. Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

Ixine, interpretatione Theod. Chamæleon albus.

Ixŏn, [ἰξός. Pol. Liep. Vng. Lép.] Græci appellant viscum, quo aves capiuntur: unde & chamæleonem herbam ixiam vocavêre, quòd quibusdam in locis ad radicem ejus viscum inveniatur, quo mulieres vice masticbes utuntur.

Iynx, iyngis, [ἴυγξ. Germ. Ein Windthalß oder Raterhalß. Pol. Iemiol'ucha. Vn. Tekerveny.] Avis quæ verticilla à colli versura vocatur. Hæc paulò major est quàm fringilla, colore vario, linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rursumque contrahit intra rostrū, collum circūagit in adversum, reliquo quiescente corpore: unde & Torquilla à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinem vocant, putantque avem esse amatoriis medicamentis infamem. Frequens âvis hujus mentio est apud Theocritum in Pharmaceutria.

DE LITERA K.



LITERA, Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi κάππα nominant. Ea Latini non utuntur, nisi in Kalendis, quam tamen vocem non incommodè per C scribimus. Nam & Priscianus testis est, K apud Latinos esse supervacuum: & Quintilianus non obscurè innuit loco ejus nos habere literam C, quæ ad omnes vocales vim suam perferat. ¶ In notis antiquorum K. Calendę, vel caput, vel charissimus, vel cardo, vel castra, clarissima, vel Cælius. K A R. Carthago. K A P. Calen. Aprilis. K A L. I A N. Calendis Ianuarii. K A V G. Calendas Augusti. K A R O. Carthago. K A R O. C. Carthago civitas. K A R. M. cardo maximus. K A R. F. cardo finalis. K. Carthago, civitas, vel capite, census vel censum, vel cæsus vel calumniæ causa. K. D D. Castra dedicavit, vel dedicamus, vel dedicata, vel dedicanti, vel dedicaverunt. K. F X. castra fixit. K. F E B. Calendis Februarii. K L. Calendæ vel Calendis. K L D. Calendis. K A L. S E P. Calendis Septembris. K L. N O V. Calendis Novēbris. K L. O C T. Calēdis Octobris. K L. D E C. Calēdis Decēbris. K. M. carissimus vel cardo maximus. K. M A. Calēdis Mati. K. M A R T. Calēdis Martii. K. M R. Cara memoria. K. M T. Cælius mortuus. K O. Carolo. K P. Carolo positus, vel castra ponit, vel posuit, vel castra ponti. K. P R. Castra peregrina. K. Q. Calēdę Quintilis vel Quintileis. K R. Chorus. K R. C Cara civitas. K R M. carmen. K R A. C. M. Cara cave me. K R. A M. N. Carus amicus noster K. R. N. Carus rex noster. K S. Chaos. K. S. Calēdę Sextileis, vel Sextilis. K. T. capite tōsus.

L



LITERA Latinorum est, Græcorum lambda sono & potestate respondens, una ex iis quæ à Græcis ἀμεταβόλως: hoc est, immutabiles, à Latinis liquidæ appellātur. Quo fit, ut mutam immediatè subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si brevis fuerit, reddat indifferentē. Hinc fit ut Atlas priorem syllabā habeat indifferentem, quū natura brevis sit. Martial. Non aliter ridetur Atlas cum comparе mulo. Et alibi: Conturbabit Atlas. Virg. eandem producit 8. Aen. -Majam maximus Atlas. ¶ Nomina verbaq; ab hac litera incipientia, si cum præpositione AD vel IN componantur, posterior litera præpositionis cōvertitur in l: ut allabor, alluo, illino, illustris, pro adlabor, adluo, inluo, inlustris. ¶ In notis antiquorum L. Lucius, vel Lucia, vel Lælius, Lælia: libertus, locus, lex, lector, Lolius, Quinquaginta. L. A. lex alia. L A. C. Latini coloni. L. A. D. locus alteri datus. L. AE L. Lucius Aelius. L. A G. lex Agraria. L. A N. Quinquaginta annis, vel Lucius Annius. L. A P. ludus Apollinis, vel Apollineus, vel Apollinaris. L A T. P. V I I I. E. S. latum pedes octo & semis. L. A D Q. locus adquisitus. L B. liberi. L. B I B. Lucius Bibulus. L. B. M. D. locum bene merenti dedit. L. B O. lex boaria. L. B. P. locus bene possessus. L C. locus. L. C. Latini coloni, vel Lucius Cattius, vel Lucius Cornelius, libertatis causa; Latini cives, vel cōsules. L. C. D I V. lucrum divinum. L. S. lucum sacrum, vel locus sacer. L. C A E. vel L. C O E. Lucius Cælius, vel Lucius Cœlius. L. C E N. Lucius Censorianus. L. C I N. lex Cinica. L D. laudandum. L. D. locum deditum, vel lucrum dedititicum, vel locum dedit, vel legem dat, vel locus divinus. L. D. AE. B. M. locum dedit Aelius bene merenti. L. D D. locus deditus. L. D. D. locus dono datus, vel locum dono dederunt, vel dedit. L. D. D. D. locus datus decreto decurionum, vel libens dono dedit, dicavit, vel libens dato decreto decurionum. L. D. D D. locum diis dedicavit. L. D I V. locus divinus.

Lăbărum, pen. cor. λάβαρον, Vexillum erat militare ante imperatorem gestari solitum, auro intertextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum: tantæ olim existimationis, ut à militari turba adoraretur. Hujus deinde loco Constantinus

crucis insigne jussit præferri. Meminit hujus vexilli Ambrosius in Epist. Septimius in Apologetico, Sozomenus Historiæ Tripar. lib. 1. cap. 5. Et præterhos Cassiodorus, Rufinus, & Prudentius in Symmachum. [Pol. *Poporczik.*]

Lăbasco, vide LABO.

Labefacio, Labefacto, vide LABES.

Labellum, vide LABRVM.

Lābēs, hujus labis, f. t. Ruina, lapsus: à labendo. [מום *mum* מאדה *tumeáh. πῶμα, κηλὶς, φθορὰ, λύμη.* Gall. *Tache, macule, souillure.* Ital. *Rouina, macchia.* Ger. Ein eynfall: *stem*, ein masen oder fleck. Belg. Eenen vat/schade. Hisp. *Manzilla ò caymiento.* Pol. *Vpadek, Zmasa.* Vn. *Vétökefet.* Ang *A soiling, a spot, a blemish.*] Virg. 2. Aeneid. Hinc mihi prima mali labes. ¶ Est quoq; Labes violenta quædam illuvies aquæ: aut tempestatis, grandinisve ruina: aut quum terra in altissimum hiatum aperitur. Cic. 1. de Divinat. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, quũ ad infinitam altitudinem terra desedisset. Ibidem: Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræq; desederint. Labes, atque eluvies civitatis, Cicero pro Domo sua. Labes atque pernicies provinciæ, Idem 2. Verrina. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet, aut oleo, aut simili liquore in vestem delapso. *κηλὶς, ἀτιλία.* ¶ Frequentiùs tamen per translationem pro quovis animi vitio fœdiore accipitur. Cic pro Domo sua: Hanc labem turpitudinis, & inconstantiq; poterit pop. Rom. dignitas sustinere? Ovid. in Epist. Dejanitæ: Lætaq; sit vitæ labe noverca tuæ. Cicer. 3. Offic. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera?

Lābēcŭlă, diminutivum. [*ῥύπος ἀύτελὴς, κηλίδιον.* Gal. *Petite tache ou souillure ou rouine.* Ital. *Picciola macchia, picciola rouina.* Ger. Ein mõsslein. His. *Pequenna manzilla ò caymiento.* Polon. *Zmæka.* Vngar. *Vékétske, efetetske.* Angl. *A little spot or blemish.*] Cicer. in Vatin. Sed quum Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, *&c.*

Lăbĕfăcĭo, is, act. t. Rumpo, frango, perdo, mobile & instabile reddo. [חשל *hippíl* בתם *nathás* בתן *natháts* השחית *hischchith πτοῆσαι, λυμαίνομαι.* Gal. *Rompre & gaster perdre & corrompre.* Ital *Destruggere, rouinare, crollare.* German. Verderben/ schwechen/ geschenden/ wackend machen. Belg Omwerpen/ waggelens de maken. Hispan *Hazer caer à otro destruyr, quebrar.* Pol. *Wikol'issie, osl'abiam, pssuie.* Vngar. *Meg tántoritom el eytõm tõrõm.* Ang *To breake, to make feble.*] Terent. in Adelph. Omnes dentes labefecit mihi. Præterea colaphis tuber est totum caput. ¶ Aliquando pro deterrere, & à constantia abducere. Cic. pro Sestio: Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. ¶ Labefacere fidem suam dicitur debitor, quum malè solvendo, efficit nequis ei quippiam velit credere. Sueton. Rediit sanè nihilo opulentior, ut qui propè labefacta fide, omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro enervare, frangere, debilitare, resolvere. Lucret. -usque adeò Veneris compagibus hærent Membra voluptatis dum vi labefacta liquescant.

Lăbĕfăctĭo, onis, f. t. Debilitatio. [משלה מפלה *mappaláh* חלושה *chalúschdh. ἡ λύσις, ἡ λύμη, ἡ βλάβη.* Gal. *Gastement, branslement.* Ital. *Rouina, crollamento.* German. Wacklung/ erschüttung. Hispan. *Cayada, caymiento.* Pol. *Osl'abienie.* Vng. *Meg tántoritás eytés tõtés.* Ang. *A breaking, or making weake.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Tussim veterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem.

Lăbĕfactŭs, particip. [בתן *nittáts. λωβηθὲς, λυμανθὲς.* Gal. *Rompu, gasté.* Ital. *Rotto guastato.* German. Verderbt/ erschüttet vnd bewegt. Hispan. *Rompido gastado.* Pol. *Osl'abioni.* Vng. *Meg tántorttatot, tõretõt.* Ang. *Broken, made weake.*] Virg. 4. Aeneid. -animum labefactus amore. Robora labefacta, Ovid. 12. Metam.

Lăbĕfăcto, as, act p. frequẽtativum, Affligo, perdo, corrumpo, concutio, convello, quatio. [חשל *hippil* בתם *nathás* בתן *natháts* השחית *hischchith. λυμαίνομαι, πτοῆσαι.* Gal. *Gaster, ruiner, corrompre.* Ital *Rompere, guastare, corrompere.* German. Verderben/ geschenden/ erschütten vnd bewegen. Hisp. *Hazer caer à otro, destruyr, gastar, corrumper.* Pol. *Pssuie, kaze, porussam.* Vng. *El tántorgatom el vesztõm, el rontom.* Angl. *To destroye, to corrupt, to vndooe.*] Colum. lib. 2: Igitur in opere bõves arctè junctos habere convenit, quò speciosius ingrediantur sublimes, & latis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cicero in Catil. Quòd si legere vel audire velitis, externas maximas Respub. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. ¶ Aliquando pro commovere, & à proposito avertere. Cicero ad Cornif. Nec verò postea destiti labefactare eum. qui summa cum tua injuria, contumeliaq; Reip. provinciam absens obtinebat.

Lăbĭum, bii, & Labrum, bri, n. s. Ejusdem sunt significationis. [שפה *saphdh. χεῖλος.* Gal. *Leures, baulieure.* Ital. *Labro.* Germ. Ein lãffzen. Bel. *Lippe.* His. *El beco ò labio de la boca.* Polon. *Wargi.* Vng. *Ajak.* An. *A lip.*] Sunt enim extremitates, & opercula oris, & veluti vallum quoddam ad tegendam dentium deformitatem à natura datum. Sosipater tamen distinguit ex Veterii Flacci sententia ita, ut modica sint labra, labia immodica, & inde labeones dici. Persius: Nec fonte labra prolui Caballino. Terentius in Evnucho: Labiis demissis. Cæsar 5. bel. Gal. Capilloq; sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput, & labrũ superiùs. Martial. lib. 2: Basia dimidio quòd das mihi Posthume labro, *&c.* ¶ Admovere labra poculis. Virgil. 3. Aegloga: Necdum illis labra admovi, sed condita servo. ¶ Primoribus seu primis labris aliquid degustare, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod est leviter & perfunctoriè aliquid attingere. Cic. 1. de Natura deorum: Hũc censes primis, ut dicitur, labris gustasse philologam? Idẽ 2. de Orator. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. ¶ Mordere labrum *ἐσθίειν τὰ χείλη*, vel hodiernis temporibus vulgò dicitur, qui stomachatur animoque ringitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristophan. in Vespis. ¶ Labra item dicũtur rei cujusvis extremitates: unde summi fossarum & fluviorum margines, labra appellantur. Cæsar 7. bel. Gall. Fossam pedes viginti latam directis lateribus duxit, ut ejus solum tantundem pareret, quantum summa labra distabant. ¶ In vulneribus quoq; extremæ oræ, quę acu junguntur, labra dicuntur. ¶ Labrum item dicitur vas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Plin. Epist. 101: Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumjectasq; platanos, & subjecta platanis leni aspergine fovet. ¶ Est & labrum genus vasis in balneis ad lavandum aptum, quasi lavabrum, *ἀπόμιμα*. Cic. Terent. Labrũ si in balneo non est fac ut sit. ¶ Itẽ quodvis aliud vas amplum & patulum. Virgil. 8. Aen. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis, Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ. ¶ Hinc labra vinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini conduntur, & in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato: Oleum in labrum primùm indito. ¶ A labrum in primo significato fit sublabro: de quo infrà. ¶ Apud antiquos etiam labias legimus in fœminino genere. Plaut. in Stich. Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gellium: Labias sensim primores emovemus.

Labellum, & labrosus, vidè paulò infrà.

Lăbo, as, n. p. Cado, vacillo, nuto. [מעד *mahádh* מם *mat* נטן *naphál. πτοῆσαι, κατοκλάζομαι.* Gal. *Branler, chanceler, vaciller.* Ital. *Cadere, vacillare.* German. Fallen/ zu dem fall sencken. Hispan. *Caer, bumbanear.* Polon. *Walie sie, vpadam.* Vng. *El tántorodom, el esõm.* An. *To fall, to slide, to stipe.*] Ovid. lib. 11. Metam. Iamq; labant cunei, spoliataq; tegmine ceræ Rima patet. Virg. li. 2. Aeneid. -labat ariete crebro Ianua. Horat. 3. Carm. Ode 6: -delicta majorum immeritus lues Romanæ, donec templa refeceris, Aedesque labantes deorum. Virg. 12. Aeneid. Genua labant, gelidus cõcrevit frigore sanguis. ¶ Et per translationem Labare sermone: pro inconstanter & timidè loqui. Plinius libro 14. capite 22. Labant animi: hoc est, deficiunt, Livius 6. bell. Maced. Labat consilium meum, Cic. ad Attic. lib. 8. Mens labat, Celsũs lib. 2. cap. 7.

Lăbăsco, scis, scere, n. t. verbum inchoativum, Casum minari, & ruinæ vicinum esse. [מעד *mahádh* מם *mat* נטן *naphál. κατοκλάζω, κατοφέρομαι.* Gal. *Commencer à cheoir, vaciller, chanceler.* Ital. *Minacciare rouina, cascare.* German. Endenteht sein/ anfahen fallen/ wõllen sincken. Belg. Waggelen/ weeck worden. Hispan. *Caer, amenazar cayda.* Polon. *Walie sie pomal u pochilam sie.* Vngar. *El tántorgaky fogok el esõ félbe veigyok.* Ang. *To beginne to fall.*] Lucretius libro 4: Vincitur in longo spatio tamen atq; labascit. ¶ Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de pristina constantia excidere. [חתת *chathádh. ἀθυμεῖν.*] Terent. Evnuch. Labascit victus uno verbo, quàm citò! ¶ Reperitur & labascor, deponens pro neutro. Varro rerum divin. libro 7: Postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi. Nonius.

Lăbor, eris, lapsus, d. t. Cado, ruo, corruo, dilabor. [נטן *naphál. πίπτω, ὀλισθάνω.* Gal. *Cheoir peu à peu, defaillir.* Ital. *Cascare; sdrucciolare, scorrere.* German. Fallen/ hinsincken. Belg. Vallen. Hisp. *Caer, desfiarse, delenarse.* Polon. *Vpadam, chile sie.* Vng. *El tantorodom, sikamom, esõm.* Ang. *To fall, to slide, to decaie, to do amisse.*] Cicero de Arusp. resp. Vt aliquis lapsus de cœlo cœtus hominum adeat. ¶ Interdum idem est quod in desuetudinem abire, sive exolescere. Liv. in præfat. lib. 1: Labente deinde paulatim disciplina. ¶ Aliquandò errare, falli, peccare. Cicero 1. de Finibus: Epicurus autem, in quibus sequitur Democritũ non ferè labitur. ¶ Labi etiam dicuntur ii, qui in lubrico figentes vestigia in terram ruunt.

Lābĭlĕ, lis, n. t. Quòd facilè labitur.

Lāpsŭs, us, m. q. Ruina, casus. [מפלה *mappeláh. πτῶσις, ὀλίσθημα.* Gal. *Cheute, coulement, glissement.* Ital. *Rouina, errore.* Ger. Ein fall/ schlipffung. His. *Resualadero, cayda.* Pol. *Vpadek, posliznienie.* Vn. *Eset roinlás vétök* An. *A fall, a sliding.*] Plin. li. 7. c. 37: Et victor suprema in senecta lapsu scalarũ exanimatus est. ¶ Per trãslationem cũ

nem etiã accipitur pro errore vel culpa per imprudentiam admissa. Plin.lib.5.cap. 1: Haud alio fidei proniore lapsu, quàm ubi falsæ rei gravis autor exiſtit. ¶ Item lapsus, ſerpẽtum progressus apud Virg.2.Aeneid.At gemini lapsu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. ¶ Lapsus rotarum à Virg.2. Aeneid. dicuntur, quaſi labiles rotæ, quibus ſcilicet ſubjectis, facilius labereturingens ille equus ligneus.

Lāpsābūndŭs, [Pol.*Vpadaiaci.* Vng.*El esõ, el iſzamo, haylo.*] Seneca Epiſt. 53: Alterius fundamenta lapſabunda in mollem ac fluidam demiſſa humum.

Lāpsĭo, f. t. lapsus, ruina. [נְפִילָה *mappelâh.* ὀλίσθημα. πλῆσμα. Gall.*Cheute.* Ital.*Rouina.* Germ. Ein fal. Hiſ.*Cayda.* Pol. *Vpadek.* Vng.*El esés, romlás.* Ang. *A fall, a ſlyding.*] Cic.4. Tuſc. Sed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut ſignificet lapſionem: in neutris habeat ſuperius nomen.

Lāpso, as, frequentativum, Lubrico, & nutanti gradu incedo. [יָקַח *hecholik* ὀλισθαίνω. Gall.*Se couler, gliſſer ſouuent.* Ital.*Scorrere.* Germ Schwancken/ gehen alß wann einer alle tritt fallen wolte. Hiſpan *Delexnarſe.* Pol. *Chwieiacz ſie ide.* Vngar. *Tantorgok ſikamodom.* Ang. *To ſlide or ſlip often.*] Virgil. 2. Aeneid. - hæc dicens altaria ad ipſa trementem Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati. ¶ Lapſantem greſſum firmare, Silius lib.3.

Lăbŏr, oris, m.t. Opera, defatigatio, diligentia, cõtentio. [עִמָּל *hamál* יְגִיעַ *jeghiah.* πόνος, κάμος. Gall.*Labeur, peine & trauail.* Ital.*Fatica.* Ger. Arbeit/ mũhe. Hiſ.*Trabajo con afan.* Pol. *Praca, robota.* Vng.*Muka.* Angl.*Labour, trauayll or paine.*] Nec me laboriſte gravabit, Valla. Labo primam brevem habet: labor primam longam. Hinc labor, oris, & laboro, as, prima brevi: quod an ab altero illorum derivetur, an ab utroque potiùs, liberum opinaturis relinquo. Cicero de Senectut. Nónne melius fuiſſet otioſam ætatem & quietam ſine ullo labore, aut contentione traducere? Ovid. 1. de Arte: - pars eſt exhauſta laboris. Cic. pro Archia: Quid eſt quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos laboribus exerceamus? Labor exercet apes, Virg. 1. Aen. ¶ Labor apud poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio quovis incommodo. Vir. 1. Aen. Me quoq; per multos ſimilis fortuna labores Iactatam hac demum voluit cõſiſtere terra. Idẽ 3. Aen. - requies ea certa laborũ. Ovid. Epiſt. 9: - ſeries immenſa laborũ. ¶ Dicitur etiam labos, ſicut lepos, arbos. Plautus Trinummo: Quahquam ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos, Valerius ſexto Argon. ¶ Laborem ſerere, πόνον σπείρειν, vulgò dicebãtur qui fruſtra laborarent, quaſi nihil fructus è labore reportaturi præter laborem. Diogenianus.

Lăbōro, as, penult. prod. n.p. Contendo, nitor, operam do, laborem adhibeo. [יָגַע *jagháh.* πονέω, πλαυπωρέω. Gal.*Labourer, trauailler, pener, ahanner.* Ital *Affaticarſi, faticare, durar, fatica.* German. Arbeiten/ wercken. Hiſp. *Trabajar, fazer lo.* Polon. *Pracuie, robie,* Vngar. *Mukálkodom.* Ang *To labour, to work.*] Seneca: Iugiter fodiẽdo laborat. Cic. 5. Verrina: Omnibus enim nervis mihi contendendum eſt, atque in hoc laborandum, ut omnes, &c. ¶ Ambitioſè in re aliqua laborare, Quintil. lib. 3. cap. 11. ¶ Vnde & per translationem laborare pro malè habere ſumitur: ut quum aliquem laborare quartana, πλαπλατίζειν, aut laborare podagra dicimus. Plinius: Succus ejus podagra laborantibus prodeſt. Laborare ex renibus, Cicero 2. Tuſc. Laborare ex dolore puerperii, Terent. in And. Laborare à frigore, Plin. lib. 32. cap. 10. ¶ Interdum idem quod angor, ſolicitus ſum. φροντίζω. Cic. Epiſt. 110: Nam de judiciis quod quæris, multò laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei: ſit vel Selius tam eloquens ut probare poſſit ſe liberum, non laboro. Idem Quinto Fratri: De filii tui eruditione quod labores nihil eſt. Idem D. Bruto: Senatum, populumq; Romanum de te laborare non ſolùm ſalutis ſuæ cauſa, ſed etiam dignitatis tuæ. ¶ Aliquando pro arte conficere, colore. ἀσκεῖν, λαγανεῖν. Virgil. 2. Aen. Arte laboratæ veſtes. Et laboratus ager, dicitur qui probè cultus eſt. ἀσκητὸν χωρίον. Laborati libri, elucubrati. Martial. li. 1: Plena laboratis habeas quũ ſcrinia libris, Emittis quare Soſibiane nihil? ¶ Non laboro de hac re: hoc eſt, non curo, neq; anxius ſum, inquit Budæus. Cicero pro Roſc. Amerino: Quoniam cujus conſilio occiſus ſit invenio: cujus manu ſit percuſſus, non laboro. Idem 4. Academ. Sed quia non laboro quàm valde ea, quæ dico, probaturus ſis, eo minus conturbor. ¶ Laborare re frumentaria. Cæſar 3. bel. Civilis: Illi omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborabant. ¶ Laborare vitiis, Liv. 4. bel. Maced. Diverſisque duobus vitiis, avaritia & luxuria civitatem laborare. ¶ Laboratur, in magnum diſcrimen eſt ventum. Cic. ad Lentulum lib. 1: Laboratur vehementer, inclinata res eſt. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt, allaboro, & elaboro: de quibus egimus ſuprà ſuis locis. ¶ A laboratus fit cõpoſitũ Illaboratus, illaborata, illaboratũ, quod ita ſecernitur ab inelaborato, quòd inelaboratũ dicitur, quòd non ſatis artificio excultum eſt, ἀνεξεργαστον. Illaboratũm verò, quod ex tempore & ſine labore factum videtur, αὐτοσχέδιον. Illud vitio dari ſolet, hoc laudi. Quint. de Cicer. Quum interim hæc omnia, quæ vix ſingula quiſquam intermiſſa cura conſequi poſſet, fluunt illaborata. ¶ Laborantibus Deum adeſſe teſtatur hic Alexidis Senarius: πᾶσι γὰρ πόνοις ὁ θεὸς συναμβαίνει.

Lăbōrāti ŏr, comparativus pro elaboratior: hoc eſt, operoſior. [Pol.*Pracżowitſzi.* Vng.*Baiosb, nagyob mukáual valo.*] Terrull. de Virg. velãdis: Tãto cõtinentia majoris ardoris laboratior.

Lăbōrĭōsŭs, a, um, duplici ſignificatione dicitur. Nam & laborioſum dicitur quod multum laborat, & in quo multum laboratur. [יָגֵעַ *jagheáh.* ἐπίπονος, κοπιαστικός. Gall. *Laborieux, penible.* Ital. *Faticoſo.* Ger. Arbeitſam. Hiſ. *Trabajoſo con afan.* Pol. *Pracżowity.* Vn. *Mukás.* An. *Painfull, full of labour.*] Cic. pro Cælio: Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis, nec in communi quidem otio liceat eſſe. Laborioſus ager, in quo colendo plurimùm laboratur. Cæcilius durum rus fugit, & laborioſum. Laborioſum opus, difficile, & quod non ſine labore perficitur. Plaut. in Merc. Laborioſi nihil tibi quicquam operis imperabo. Laborioſæ exercitationes. Cic. 1. de Fin. Quis noſtrũm exercitationem ullam corporis ſuſcepit laborioſam, ni ſi ut aliquid ex ea commodi conſequatur? ¶ Hinc laborioſior, laborioſiſſimus.

Lăbōrĭōsē. [ἐπιπόνως. Gall. *Auec peine & trauail.* Ital. *Faticoſamente, con afanno.* Ger. Mit arbeit/ tümerlich. Hiſ. *Trabajoſamente.* Polon. *Pracż wcżie.* Vng. *Mukáſſan.* Ang. *Painfullie, with great labour.*] Laborioſus, laborioſiſſimè, adverbia. Quod eſt cum maximo labore, ἐπιπονώτατα. Cic. 1. Verr. Itaque ſemper hi diligentiſſimè, laborioſiſſimeque accuſarunt, qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt. Idem pro Roſcio: Quò quiſque eſt ingenioſior, hoc docet tracundiùs, & laborioſiùs.

Lăbōrĭfĕr, pen. corr. adjectivum idem quod laborioſus, ſeu laboris patiens: ἐπίπονος. Gall. *Laborieux, qui porte peine en luy trauail.* Ital. *Sauio ada fatica.* Ger. Arbeitſam/ der arbeit lac. Hiſ. *Trabajoſo, que trae labor.* Pol. *Robotni.* Vng. *Mukaſzeandó.* Ang. *Laborious, that indureth labour.* Jur. Herculis labentia Ovid. 9 Metam. Nanque labo..feri quam..am nata..adeſſet Herculea. Idem 15, Metam. - numénque ſuperbum Cæde laboriferi credunt gaudere juvenci.

Labrum, bri, Vide LABIVM.

Lăbellum, li, n.ſ. diminutivum: ſicut à flabro, flabellum. [χάλαζον. Gall. *Petite leure.* Ital. *Labretto.* Ger. Ein läfftzlein. Hiſp. *El beco.* Polon. *Warzeczki.* Vng. *Haiakatska.* Ang. *A litle lip.*] Cic. 1. de Divin. At Platoni quum in cunis parvulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt, ſingulari illũ ſuavitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro vaſculi genere ponitur, facto ad ſimilitudinem labri, quo in balneis uti ſolemus ad lavandum. Plin. Cineremq; in labellis aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur.

Lăbōsŭs, a, um, veteres à labe dixerunt. Lucil. Præterea omne iter hoc eſt laboſum atque lutoſum.

Labrōsŭs, a, um, Quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes. [χάλοωδης. Gall. *Lippu, qui a groſſes leures ou gros bord.* Ital. *Coſa con orlo ò con cornice.* Ger. Das ein port oder läfftzen hat. Hiſp. *Coſa de grandes becos.* Pol Wargacż. Vng. *Aiakas.* Angl. *That hath great lippes.*] Celſus lib. 7. cap. 26: Ferramentum fecit in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum.

Labrum venereum, Herba eſt ex genere aculeatarum, echinata ferens capitula, quibus fullones pannis veſtibusque lanam inducunt, [δίψακος. Pol. *Szczotki, polnaſzczet.* Vng. *Daptaſzya.*] Dioſcorides dipſacum appellat. Vulgus Herbariorum *Virgam paſtoris.*

Labrŭs, Piſcis genus, cauda placens, ab uno Ovidio memoratum, referente Plin. lib. 32. cap. ult.

Labrūſcă, æ, f.p. Vitis agreſtis, quæ & arratica dicit. [בְּאֻשָׁה *boſthâh.* ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία. Gall. *Vigne ſauuage.* Ital. *Lambruſca.* Ger. Ein wilde Weinreb. Hiſp. *La vua de la vid ſilueſtre.* Pol. *Leſna maczicza winna.* Vngar. *Vad ſzöllö.* Angl. *A wilde wine.*] Labruſca dicta, teſte Servio, quòd in agrorum labris: hoc eſt, marginibus, & ſepibus naſcatur. Virgilius in Buc. Sylveſtris raris ſparſit labruſca racemis. Legitur & labruſcum neutri generis. Virgil. in Culice: Denſaque virgultis avidè labruſca petuntur.

Laburnum, Arbor eſt Alpina, dura candidaq; materia, aquas refugiens, cujus florem cubitali longitudine non attingunt apes. Autor Plin. lib. 16. cap. 18.

Labȳzŭs, λάβυζος, Aromatis genus, ex quo myrrhæ commiſto Perſicorum regum diademata ſolent parari. Eſt autem labyzus gummi quoddam myrrhæ non diſſimile, ſed lõgè pretioſius, odoratiusq;. Cel. Rhodig. lib. 18. cap. 18.

Lac, lactis, Succus maternus, quo animalia nutriuntur, dictum à laciendo, quod admotis mammis infantes alliciantur. Vel potiùs à Priſco recto: dicebant enim Lacte, à Græco amputa-

tis duabus literis γάλακτ⊙. [חלב *chaláb.* γάλα. Gal. *Du lait.* Ital. *Latte.* Ger. *Milch.* Bel. *Melck.* Hi *Leche.* Po. *Mlieko.* Vn. *Téy.* An. *Milke.*] Vir. 3. Aegl. - & lac subducitur agnis. ¶ Lacte, gen. neut. in nomin. dixit Plaut. in Mil. Tam simílem quàm lacte lacti est. Idem in Mæn. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, mihi crede, usquam similius. Hanc terminationem Sosipater lib. 1. approbat, quod omnino nullum, ut inquit ille, nomen in C. mutam, aut in duas mutas CT. (scribebât enim veteres etiam lact) finiatur. Vsus etiam Cato est eodem autore Sosipatro. Et in Italiâ atrâs capras lâc albúm habere. Lac schiston, γάλα χιστὸν appellatur, in qua pars caseosa separata est à serosa. ¶ Lac Cyrenaicum, laserpitii succus, quod & Laser appellatur, in Cyrenaica regione primùm repertum. Vide infrà in dictionibus LASER & LASERPITIVM.

Lārgĭŏr,ris,com.g Dono,concedo,permitto,relinquo. [נדב *nadháb* חנן *chanán* נתן *nathán.* δίδωμι, χαρίζομαι. Gall. *Donner largement, & abondamment.* Ital. *Donnare largamente.* Ger. Reichlich außgeben/ schencken. Belg *Overvloedelyck geven.* Hisp. *Dar largamente* Polon. *Dare, pozwalam.* Vng. *Adok, ny rytok.* Ang. *To giue largelie.*] Largiri civitatem. Cic. pro Corn. Balbo: Homo, tùm gravitate & prudentia præstans, tùm vel nimiùm parcus in lar-

in largiẽda civitate. Largiri cœnam. Plaut. in Amphytrion. Proin tu istam cœnam largire,si sapis, esurientibus.Largiri libertatem populo. Cic.3. de leg. Sed ego,etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio,tamen libertatem illam largior populo,ut autoritate valeant,& utantur bonis: sic enim à me recitata lex est de suffragiis. Largiri vitam. Plaut. Asin. -jam ipse Vitam meam tibi largiar,& de mea ad tuam addam. Si tempus non largitur:id est,non permittit,non concedit. Colum.lib.5.cap. 9:Largiri se ultrò. Plaut.Mil.Nam tu te vilem feceris,si te ultrò largibere.Largibere,pro largiêris.Sicut idem Plaut. in Bacch. Tùm libertatem Chrysolao largibere.

Lārgĭtŏr, m. t. Donator, liberalis, populi corruptor. [נדב *nodheb* חבן *chonén* בתן *nothén.δότης,χορηγός.* Gall.*Liberal donneur.* Ital.*Prodigo è profuso in donare.* Ger.Der reichlich außgibt ohn dauren.Hisp.*El que da largamente.*Pol.*Podarczą hoini.* Vngar. *Adakozo,ado.* Ang. *A liberall giuer.*] Liv.6.ab Vrbe: Quum urbem impetu cœpisset Dictator , prædam militi dedit, quò minùs sperãtam,minimè largitore duce,eo mĩliti gratiorem: ¶ Cic. in malam partem utitur, pro eo qui largitione populum corrumpit:pro Cælio: Non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum , ipse impunè unquam esse largitor.Idem 1.Offic.Existuntque in Rep.Plerunque largitores,& factiosi,ut opes quàm maximas consequantur.

Lārgĭtās,tis,f.e. Liberalitas,munificentia [נדבה *nedhabáh.δεδοκότα.* Gall. *Largesse.* Ital. *Liberalita,larghezza.* German Ein freywillig reichliche Gaab ohn entgas gesuch des gunsts. Belg. Een overvloedicheyt ofte gevinge.Hispan *Liberalidad,largueza* Polon. *Dobrowolne podanie* Vng *Bőkezűség,adakozás.*Angl. *La generosse, freenesse in yeuing.*] Largitas, & largitio, onis, ἀγορεμα. inter se differunt: quòd largitas (ut Agretius ait) humanitatis sit:largitio ambitionis.Est enim largitas rationabilis & definitus habendi status.largitio,expensa quæ fit ad aurupandum favorem ac petitionem magistratuum.Terent.in Adelph.Quę ista subita est largitas? ¶ Quandoq; tamen largitio pro liberalitate ponitur. Cæsar 1.bel.Civil.Simul à Tribunis militum, centurionibusque mutuas pecunias sumpsit,has exercitui distribuit:quo facto duas res confecutus est;quòd pignore animos centurionum devinxit , & largitione redemit militum voluntates.

Lārgŭs,a,um, Copiosus,multus,amplus,latus. [רב *rab.*] Plin. lib.11.cap.39:Pili equis in juba largi,in armis leoni. ¶ Accipitur etiam pro eo qui multa largitur, qui liberalis est, vel etiam prodigus,profusis,splendidus [נדיב *nadíb* שוע *schóah.λαμπρὸς,δαψιλὴς* Gall *Large,al ondant* Ital.& Hispan. *Largo.*Ger. Gebig/gendig Belg. Ryckelijck, overvloedich. Polon: *Hoinie, item szczodry.* Vngar. *Bőv.*Angl. *Large,liberall.*] Cic.lib.2.Offic. Omnino duo sunt genera largorum,quorum alteri prodigi,alteri liberales.

Largĕ,adverb.Liberaliter, abundanter. [דרוך *beróh. δαψιλῶς.* Gal *Largement,abondamment.*Ital. *Largamente,copiosamente.*Ger. Reichlichen/vberflüssiglich.Hispan.*Larga y copiosamente.* Polon. *Hoinie,obficie,szczodrze.* Vngar. *Bőv.* Angl. *Largelie,plentifullie.*] Horat.lib.1. Carm.Ligna super foco largè reponens.

Lārgĭtĕr aliud adverbium, quamvis non ita in usu sit. [Vng. *Bőven.*] Brutus Attic. Sed persuade tibi de voluntate propria mea nihil esse remissum,de judicio largiter.

Lārgĭtŭs, penultima corr. teste Nonio, pro largè sive largiter: sed antiquum est & obsoletum. [Polon. *Szczedrze.* Vngar. *Bőven.*] Afranius: Quid isthuc est? quid fles? quid lacrymas? largitus proloquere.

Lārgĭlŏquŭs,m.f.Qui abundanter loquitur. [πολυλόγος.Gall. *Grand parleur.*Ital.*Gran parlatore.* Germ. Ein Tandmann/der viel schwetzt/ ein Klapperer. Hispan. *Que largamente hable.* Polon. *Mielgeba,pliapacz.*Vng.*Bőbeszédű.*Ang.*That speaketh muche.*] Plautus in Cistel.-quæ ubi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplò sumus:plus loquimur quàm fat est. ¶ Sic etiam largifluum dicimus pro eo quod largè & abundanter affluit. Cic. 5.de Orat.ex poëta: Grando mista imbri largifluo subita , & præcipitans cadit.

Lārgīsĭmē, [Polon. *Hoinie.*Vngar. *Igőn bőven.*] Sueton.in August.Quoties largissimè se invitaret.

Laricĭna, Resina gracilis, mellei liquoris virus redolens.Plin. libr.24.cap. 6. In officinis pro terebinthina , sed rarior est:hæc non virosa,sed suaviter odorata.

Lārimnŭm, Nascitur apud Scabæos, inquit Strabo libro 6. suffitu odoratissimum.

Larinæ sues,Lege Petalides & Barb. Corol.lib.2.

Lărix, f.t. *πίτυς* Theophrasto, si Theodoro credimus, Arboris genus cognatum abieti & pino , nullam quantumvis longa senecta cariem sentiens, neque ignem per se concipiens , neq; ulla ratione ardens , eò quòd plurimum terrestris, aquæque habeat substantiæ:minimum autem igneæ, aut aëriæ. Nec est alia ratio eam consumendi , quàm si magna lignorum copia uratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas,& maris Adriatici littora,vix alibi nota. Vide Plin.lib.16.cap. 10. Lucan.lib.9: Et larices fumoque gravem serpentibus urunt Abrotanum.

Lārvæ,arum, f. p. Noxiæ inferorum umbræ , furiæ, erynnes, à Laribus,ut quidã putãt,dictæ. [μορμολύκειαι,μορμολύκαι.Gall. *Espritz qu' on dit aller de nuit, loups garous.* Ital. *Spiriti che vanno di notte.* Germ. Ein Nachtgespenst/ Boldergeist/ Rumpelgeist. Belg. Een Momaensicht.Hispan.*Fántasma que parescе de noche.* Polon. *Nocżne pokuśi.* Vng. *Meg holtaknak budosó lelkők.* Ang. *Fayries or the lady of the fayries.*] Plautus in Amphyt. Nam hæc quidem ædepol larvarum plena sunt.Hinc Larvati,*νυμφόληπτοι,* dicuntur furiosi & mente moti, quasi à larvis exterriti: quales sunt quos vulgò *Dæmoniacos* appellant. Plautus : Larvatus ædepol hominem miserum mendicum quæritat. Hi etiam Cerriti dicuntur à Cerere,quasi Cereris ira animo vexati. Plautus: Certè, larvatus aut Ceritus.¶ Larva etiam persona,quam Barbari vocant *mascam.* [προσωπεῖον, μορμολύκειον. Gall.*Masque, fauxvisage.*Ital. *Volto finto,maschera.* Germ.Ein Butzenantlitz. Hisp. *La mascara,ò carratula,ò carantonna.*Pol.*Larwa,maśkara.*Vngar. *Al orcza.* Ang. *A masking visour.*] Hinc larvatum dicimus personatum.Horat.2. Serm.Satyr.3: Nil illi larva,aut tragicis opus esse cothurnis. Apul.in Apolog. larvas appellat noctium occursacula, bustorum formidamina , sepulchrorum terriculamenta. August.lib.4. de Civitate Dei:Larvæ dicuntur animæ hominum depravatæ,& in malis vitæ meritis maculosæ, quæ à corpore separatæ terriculamentum sunt mortalibus. Cum larvis luctari dicuntur ii,qui vita defunctos infectantur maledictis:qua re nihil posset esse indignius ingenuo viro.

Lārvātŭs, vide in LARVAE.

Lārvālĭs,le,or.t.Deformatus,pallens. [μόρμω. Pol *Wmaśkari vbrani.* Vngar. *Al orczai,halovány.*] Sidonius:Facies veluti umbris mœstificata larvalibus.

Lărŭs, ri, Avis est aquatica , colore furvo,magnitudinem columbæ non multum excedens. [λάρος.Polon.*Lyska.* Vng. *Szartyą.*]Quidam fulicam interpretantur.¶ Larus hians,λάρος ἀσχημόνως, proverbium in fures.Est enim hæc avis mirum in modum rapax & vorax. Suidas.

Lasănum, pen. cor.n.s. Vasculum evacuando ventri accommodatum.[λάσανον.Gall.*Pot à chambre,pot à pisser.*Ital.*Cantharo,orinale,sella,scranna,banchetta, Zangola.* German. Ein scheiß tübel/oder kachel Hispan *Orinal.*Pol.*Vrinal'.*Vngar. *Szaro,matula.*Angl.*A water pot,a cloose stoole.*] Horat.1.Sermon.Satyr.6: Quum Tiburte via Prætorem quinque sequuntur Te pueri, lanatum portantes,cœnephorumque.

Laschĭston, appellant quasi fossile ac dimidium,quoties videlicet concretum ejus partem , quæ Cascalis dici potest, abfersa(ut Galeno placet)separamus.Impropriè tamen, *inquit,* Schiston lac nonnulli appellant id,in quo aut litorales calculi aut ferrum ardens restinctum sit , de cujus juvamentis vide Dioscor.lib.2.cap.77.

Lāscīvŭs, a, um, penult.product. Protervus,salax,plus mollitiei(ut inquit Valla in Raudensem) quàm roboris aut constãtiæ habens. [סורך *sorér* סרך *sarár.ἀσελγὴς,λάγνος.*Gall.*Lascif, femeillant, saffre,luxurieux.*Ital.*Lascivio,molle,lussurioso.* German. Geil/mutwillig/vppig.Belg.Broodtdroncken/dertel. Hisp.*Dissoluto, locano,retocon.*Pol.*Mieł'osnik,ł'ekcyiwi,wśfetecznik.*Vngar. *Szilay, buyia,faytalan.*Ang.*Lecherous,wanton,sawcie.*] Virg.3. Aeglog. Malo me Galatea petit lasciva puella. Plin. libr. 8.cap.40:Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis , uxore ejus Consingi lacerata , propter lasciviorẽ ejus cum marito jocũ. ¶ Dicitur etiam de brutis animantibus.Virg.2.Aeglog. Florentem cytisum sequitur lasciva capella.¶ Aliquandò ponitur pro impudico.Martial.lib.1: Lasciva est nobis pagina,vita proba.

Lāscīvĭssĭmŭs,superlat. [ἀσελγέστατος. Pol. *Barzo gamratliwi.* Vng.*Igőn buyia,szilay,taytalan.*] Sueton.in Tiberio: Cubicula plurifariam deposita tabellis ac sigillis lasciviissimarum picturarum & figurarum adornavit.

Lāscīvĭă,æ, f.p. Mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi. [סרח *saráh.ἀσέλγεια,λαγνεία.* Gall.*Incontinance & lasciveté paillardise.*Ital.*Lascivia,lussuria.*Ger.Mutwill/geilheit/vppigkeit.Belg. Dertelheit/broodtdroncken heit. Hispan. *Locania,obra de retocar.*Pol:*Nieposwcyiagliwośc,odmiel'oszi,wśfetecznśtwo.*Vng. *Szilaysag,buyiasag,faytalansag.* Ang. *Lecherie,wantonnesse, sawcinesse.*] Procedit enim lascivia ab animi alacritate.¶ Aliquando pro joco,petulantia & procacitate usurpatur.Plin.lib.26.cap. 1: Gravissimum ex his morbis lichenas appellavêre Græco nomine: Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur , joculari primum lascivia(ut est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & usurpato vocabulo , mentagram, occupantem in multis totos utique vultus. ¶ Lascivia maledicendi , apud Quintilian. libro 9. capite 2, pro maledicendi voluptate: Assistentes , *inquit*, oderint hanc maledicendi lasciviam , ¶ In oratione quoque ludibunda & exultante dicitur esse lascivia. Idem Quintilian. Ne recentis hujus lasciviæ

flosculis

floſculis capti, voluptate quadam prava deliniantur.

Lāſcīvĭbūndŭs, adject. [Vn. *Faytalankodo,*] Plautus: Quídnam dicam Dinacium laſcivibundam tam libenter mœterę?

Laſcīvē, adverb. id eſt, petulanter, procaciter, molliter, nequiter. [Pol. *Wßetecznie.* Vn. *Szilaion, faytalanul.*] Livius ἐφυπνωγνίων ſexto laſciviter dixit, pro laſcivè, ut autor eſt Soſipater li. 1. Inſtit. Grammat.

Laſcĭvĭo, is, n.q. Petulanter ago, petulans ſum, exulto. [סורר *ſorér* סרר *ſarár.* ἐξυβρίζω, ἀσελγαίνω. Gall. *Rager, folaſtrer eſtre laſcif, ſ'esbaudir.* Ital. *Gongolare.* Ger. Geil oder mutwillig ſeyn. Bel. Brootdronken zyn/dertel zyn. Hiſp. *Retorcar ò burlar.* Pol. Wßzetecznie ſkacze. Vng *Buralkodom, ßilaykodom, faytalankodom.* Ang. *To be wanton, to growe to rankely.*] Vt equi indomiti ſolent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter ſolitum, aut luſitare exultareq; ſolent. Colum. lib. 7: Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciviunt. ¶ Laſcivire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli hubertate luxuriant Budæus.

Lāsĕr, ĕris. Succus laſerpitii, eximii in medicamētis uſus. [ὁ τῆς σιλφίου. Gall. *Beniouin.* Ital. *Belgiouino.* Ger. Teufelsdreck. Hiſp. *Menzoin, aſſa frabacar.* Pol. Czartowe gowno.] Plin. lib. 19 cap. 3: Ab his proximū dicetur autoritate clariſſimum laſerpitiū, quod Græci *ſilphion* vocant, in Cyrenaica provincia repertum, cujus ſuccum vocāt laſer, magnificum in uſu medicamentis q;. Colum. lib. 5. cap. 10: Nos exiguum admodum laſeris vino diluimus, & ita cacumina arboris ſumma oblinimus.

Lāsĕrpĭtĭum, tii, n ſ. Virgultū herbidum, ex cujus culmo exudat ſuccus roſcidus, quem vocant laſer, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica provincia laudatiſſimum. [σίλφιον. Vn. *Veritékbŏdi gyengye vezŏ.*] Hinc Catullus ad Lesbiam, laſerpitiferas vocat Cyrenas. Caulem laſerpitii magudarim vocari autor eſt Galenus, quanquam non deſunt, qui ſemen etiam eodem nomine appellant. A laſerpitio Cato formavit Laſerpitiatus, a, um, cap. 116. de Re ruſt. Lentum quomodo ſervari oporteat: laſerpitium aceto diluito, permiſto lentum aceto laſerpitiato. & in ſole ponito. Plin. lib. 18. cap. 30: Sunt qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant.

Laſibus, pro Laubus protuleriunt veteres.

Lāſſŭs, nomē eſt adjectivum, Feſſus vel fatigatus: hoc eſt, corporis vel animi labore fractus. [יעף *jaheph* נלאה *nileéh* κεκμη-κώς. Gall. *Las, laſſé* Ital. *Stracco, aſſaticato, laſſo* Ger. m Müdt laſſig. Hiſ. *Canſado con trabajo fatigado.* Pol. *Zmordowani, vßtali.* Vng. *Fárasztatot, lankatat.* Ang. *Wearie, tyred.*] Plaut. in Amph. Laſſus ſum hercle, è navi ut vectus huc ſum: etiā nūc nauſeo. Terent in Heeyra: Etenim laſſam oppidò tum ajebant: eò ad eā non admiſſa ſum. Plaut. Pſeud. nam ut laſſus veni de via, Me volo curare. Amore laſſus, Ovid. 3. Amor. Eleg. 6.

Lāſſŭlŭs, li, diminutivum, Parum fatigatus. [ὁ σμίκρον, κοπωθὲις, ὑποκάμνων, κεκμηκὼς, ἀπόνος. Gall. *Qui eſt vn peu ou aucunement las.* Ital. *Alquanto ſtanco.* Ger. Müdlechtig. Hiſp. *Canſado ò trabajado vn poco.* Pol. *Trochę; mordowani, vßtali.* Vng. *Parattaska, lankattaska.* Ang. *Somewhat wearie.*] Catul. Itaq; ut domū Cybeles tetigerunt, laſſulæ, nimio è labore ſomnum capiunt ſine Cerere.

Lāſſĭtūdo, is, f.t. Defatigatio, languor ex labore perceptus. [לאה *telaáh.* κόπος, κάματος. Gal. *Laſſeté.* Ital. *Stracchezza & fiacchezza.* Ger. Müde. Hiſp *Canſancio por trabajo.* Pol. *Zmordowanie.* Vng. *Faraſzag, lankadas.* Ang. *Wearineſſe.*] Saluſt. Non famem aut ſitim, neq; frigus, neq; laſſitudinem operiri. Plaut. in Capt. illic ibi demum eſt locus, ubi labore laſſitudo omnis exigunda ex corpore. Cic. ad Corniſ. Sed nulla laſſitudo impedire officium & fidem debet. Cæſ. 2. bel. Gal. Curſu ac laſſitudine exanimatus.

Lāſsēſco, is, Laſſus fio, fatigor. [לאה *nileáh.* κάμνω, κοπόω, ἀπονέομαι. Gall. *Se laſſer, devenir las.* Ital. *Diuenir laſſo, ſtancharſi.* Ger. Müd werden. Hiſp. *Canſarſe.* Pol. *Vßtawam.* Vng. *El farradok, lankadok.* Ang. *To waxe wearie.*] Plin. lib. 10. cap. 16: Non laſſeſcere in ullo labore qui nervos ex alis & cruribus gruis habeant. Idem lib. 14. cap. 2: Si non præpinguis ſoli hubertas laſſeſcentem ſuſtineat.

Lāſſo, as, act. p. Fatigo, exerceo, defatigo, labore obtuo. [לאה *heleáh.* κοπόω, κάτεγω, κατατρύω. Gall. *Laſſer.* Ital. *Stancare, affaticare.* Ger. Ermüden/müd machen. Bel. Moede maken. Hiſp. *Canſar ò otro.* Pol. *Morduie praczą.* Vng. *El farraſztom lankaztom.* Ang. *To wearie or tire.*] Ovidius 3. de Ponto: Mitius ille perit ſubita qui mergitur unda, Quàm ſua qui tumidis brachia laſſat aquis. Hujus compoſitum eſt delaſſo, vehemēter laſſo. Plaut. in Aſinar. Eum etiam hominem in Senatu dare operam aut clientibus ibi labore delaſſatum, noctem totam ſtertere.

Lāſſŏr, aris, paſſivum. [κατατρύομαι. Vn. *El farraztatom.*] Ovid. 2. Met. in molli nequicquam laſſor arena.

Lāſsātŭs, participium. [יעף *jaheph* נלאה *nileéh.* κοπωθὲις, κατατρυθέις. Gall *Laſſé.* Ital. *Fatticato.* Ger. Ermüdet. Hiſp. *Canſado.* Pol. *Zmordowany.* Vng. *El farraztatot.* Ang. *Wearied or tired.*] Iuvenal. Satyr. 6: Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit,

Lătĕo, es, latui, n. ſ. In occulto ſum, me abſcondo, abditus ſum. [בסתר *niſtár* מחבא *nechbáh.* λανθάνω. Gal. *Se cacher, eſtre caché, n'eſtre veu ne cogneu.* Ital. *Eſſere naſcoſo, naſconderſi.* Ger. Verborgen ligen. Bel Schuylen. Hiſp. *Eſconderſe.* Pol. *Skrył'em ſie.* Vng. *Lappangok.* Ang. *To lurke or lie hid.*] Virgil. 3. Aeglog. latet anguis in herba. Cic. 3. Verrin. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ quam hæ quæ latent in ſimulatione officii. Horatius 1. Epiſt. Vejanius, armis Hercules ad poſtem fixis, latet abditus agro. ¶ Et quoniam ea quæ in occulto ſunt, ferè ignoramus, factum eſt ut latere accipiatur pro incognitum eſſe, vel ignorari. ¶ Et in hac ſignificatione plerumq; accuſativum habet. Virgil. 1. Aeneid. Nec latuêre doli fratrem Iunonis & iræ. ¶ Sic dicimus, Hæc res latet me: hoc eſt, me fugit, præterit. Latet pleroſq;: id eſt, in occulto eſt pleriſq;, vel pleriq; ignorant. Plin. lib. 2. cap. 20: Latet pleroſque magna cœli aſſectatione compertum à principibus doctrinæ viris ſuperiorum trium ſyderum ignes eſſe. ¶ Aliquando etiam in hac ſignificatione cum dativo legitur. Lucan. lib. 10: Tu mihi cauſa lates. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt, Deliteo, de quo ſuprà: Obliteo & Obliteſco, de quibus ſuis locis.

Lătĕntĕr, adverb. Clàm, occultè. [κρύβδην. Gall. *En cachette, ſecrettement, couvertement.* Ital. *Naſcoſamente.* Germ. Verborgentlich. Hiſp. *Eſcondidamente.* Pol. *Skrycznie, tajnie.* Vng. *Lappangua.* Ang. *Quietlie.*] Cicer. in Topic. Cùm enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunæ evētus obſcura cauſa, quæ latēter efficitur.

Lătĭto, as, pen. corr. n. ſ. Sæpè aut ferè ſemper lateo. [בסתר *niſtár* מחבא *nechbá.* λανθάνω, ἐκδοχᾶ. Gall. *Se cacher, ne ſe monſtrer point.* Ital. *Naſconderſi quà & là.* Ger. Stäts verborgen ligen vnnd nergends herfur kommen. Hiſp *Eſconderſe à menudo.* Pol. Wkrzeßiu mieſzkam. Vng. *Lappangdogalok.* Ang. *To lurk or lie hid often.*] Cic. pro Cluen. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. Horat. 3. Carm. Ode 12: Catus idem per apertum fugientes Agitato grege cervos jaculari, & Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. ¶ Cato tamen latitaverunt dixit, pro frequenter tulerunt. alterū frequentandi verbum à fero. ¶ Latitare, inquit Budæus, dicuntur qui ad judicium vocati fruſtrantur & ludificantur. Cic. pro Quint. Ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit. ¶ Latitare eſt, ait Vlpian. nō ut Cicero definit, turpis occultatio ſui. Poteſt enim quis latitare non turpi de cauſa, veluti qui Tyranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones. Hotomanus.

Lătĭtātĭo, onis, f.t. [מחבא *machabé* חבין *chebjón.* κατάκρυψις. Gall. *Cachement.* Ital. *Naſcondimento.* Ger. Das inntigen/verborgung. Hiſp. *Eſcondimiento.* Pol. *Skrycznie, tajaiewie.* Vng. *Lappangdogalás.* Ang *A lurking.*] Quint. lib. 7. cap. 3: Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & ſimilia.

Lătēbră, bræ, penult. corr. f. p. & Latebræ, arum. Locus ubi aliquid latet. [סתר *ſéther* מחבא *machabe* φωλεός. Gall *Cachette.* Ital. *Luoco da appiatarſi, aſcoſagna.* Ger. Ein ort in dem ſich einer verborgē hattet. Bel Schuylinge. Hiſp *Eſcondrijo, lugar de eſconder.* Pol. *Kat do skrycznia, tama.* Vng. *Ritek hely, barlang.* Ang. *A lurking corner.*] Lucan. lib. 1: Cedendum eſt bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbus erit. Quint. Et quāvis odio everſoris noſtri evocatus ex latebris ſuis, populus ſubſellia non implet. Plaut. in Aul. Non metuo ne quiſquā inveniat, ita probè in latebris itum eſt. Dicuntur & latebræ pro ferarū cubilibus: quāquam nonnulli ita diſtinguunt, ut latebræ de hominibus dicantur: latibula de feris. Sed nō ſemper obſervatur. Nā & latebræ paſsim apud receptæ autoritatis ſcriptores pro ferarū luſtris invepiuntur accipi. Liv. lib 46: Inter vepres, & latebras ferarum noctem unam delituit. Plin. lib. 10. cap. 19: Oenanthe quidem etiam ſtatos latebrę dies habet. ¶ Ponitur interdū latebra pro excuſatione, & prætextu. παρόχημα. Cic. 3. Offic. Sed ſi hoc ſibi ſumant, nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit, viderint, ne quæratur latebra periurio.

Lătebrĭcŏlă, læ, pen. corr. Latebras incolens. [φωλεπής. Gall. *Qui ſe tient & demeure en cachettes.* Ital. *Chi ſi occulta in luochi naſcoſti.* Ger. Der in einem verborgenen ort ſich enthattet. Hiſp. *Morador en eſcondrijos.* Pol. *Iamka.* Vng. *Ritek helßn barlangba lako.* Ang. *That remaineth in a lurking place.*] Plaut. Trinummo: Latebricolarum hominum corruptor.

Lătebro, bras, ἐμφωλεύω, abſcondo, quamvis non ſit in uſu. A quo fit compoſitum Illatebro, de quo ſuprá

Lătebrōsŭs, ſa, ſum, ut, Latebroſus locus, in quo frequentes latebrę ſunt, obſcurus, tenebricoſus. [אפל *aphél.* φωλεώδης Gal. *Plein de cachettes.* Ital. *Doue ſono molti luoghi da appiatarſi.* Ger Ein ort voll heimlicher ſchlüpffen/oder verborgner wohnungen Hiſp. *Coſa llena de eſcondrijos.* Pol. Czemne mieiſcze, ajam pełne. Vng. *Ritek helyes, barlangos.* Ang. *Dark and full of lurking corners.*] Plaut. in Bacch. Nam huic ætati nō conducit mulier latebroſus locus. Latebroſus locus ad equites tegendos, Liv. 1. bell. Pun. Colles latebroſi, Silius lib. 5. Flumina latebroſa, Virgil. 8. Aeneid. Nox latebroſa, Lucan. lib. 6.

Lătebrōsĕ, adverb. Occultè, clā [κρύβδην. Gall. *En cachette.* Ital. *Ascoſſamente.* Ger. *Verborgentlich/heimlich.* Hiſp. *Eſcondidamente.* Pol. *Taiemnie.* Vng. *Titkôn, titkon.* Ang. *Secretlie.*] Plaut. Trinum. -pater adſum, Impera quid vis, neq, tibi ero in mora: neque latebrosè me abs tuo conſpectu occultabo.

Lătĭbŭlum, li. n. ſ. In quo aliquid delitescit. [סתר *séther* מחבא *machabá* φωλεός. Gall. *Cuerne, taſniere, cachette.* Ital. *Luogo doue ſi ascondi.* Ger. *Ein hüle oder loch darin ſich ein thier verſchtiefft.* Hiſ. *Eſcondrijo.* Pol. *Iama.* Vng. *Ritekhely.* Ang. *A lurking place.*] Valla diſtinguit latibulum à latebra, quòd latebra hominum ſit, latibulum ferarum. Sed hæc differentia non ſemper obſervatur. Nam quemadmodum ſuprà oſtendimus, latebram etiã pro ferarum luſtris accipi: ita etiam latibulum aliquando de iis locis dicitur, in quibus homines ſe occultant. Cicer Attic. lib. 12: Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei.

Lătĭbŭlo, as, neutrum, p. & latibulor, aris, deponens, p. ſignificat Lateo. [בסתר *nistár* מחבא *mechbá* חבה *chabáh.* φωλεύω. Gall. *Se cacher, ſe muſſer & tapir.* Ital. *Naſconderſi.* Ger. *Verborgen ligen.* Hiſp. *Eſconderſe.* Pol. *Wkrieżowiáć ſię.* Vng. *Lappangok, magam el rejtőm.* Ang *To lurk to be hid.*] Varr. Vide ne ſervus dominis latibulet. Accius: Progredere, & nequis latibuletur proſpice. Antiquum eſt.

Lather, Hyſſopus apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 28.

Lăter, m. t. laterem, latere: & lateres in plurali integrum invenitur pro terra excocta, & in lapidem durata: genitivus & dativus ſingulares rarò legũtur. [לבנה *lebenáh.* πλίνθος. Gall. *Brique ou tuille.* Ital. *Quadrello, mattone.* Ger. *Ein ziegelſtein/oder backenſtein.* Bel. *Eenen backſteen.* Hiſp. *Ladrillo.* Pol. *Cegła.* Vng. *Tégla.* Ang. *A bricke or tile.*] Cic. 2. de Divin. Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta eſt, potuit valere? Colum. lib. 6. cap. 14: Itaq; quum id accidit, veteri lateri later conteritur, eoq; interito, &c. Idem lib. 9. cap 6: Reliquã ſunt alveorum genera duo, ut vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur. Valla lib. 1. Elegant. Coctiles lateres, qui cocti ſunt, & non crudi. Vitruvius: Sive ſilex, ſive cæmentum, aut coctus later, ſive crudus, his erit utendum. Plautus: Latere firmior. Laterũ tria genera ſunt: didoron, δίδωρον, à longitudine duorum palmorũ ita dictum, palmorum (inquam) majorũ, quorum ſinguli valent palmos minores tres: hoc eſt, digitos duodecim: quæ menſura geminata cõficit ſeſquipedem: quæ erat didori longitudo: latitudo autem pedis unius. Alterum tetradoron, τετράδωρον: tertium pentadoron, πεντάδωρον nominabant, à menſura quatuor & quinque palmorum. Græci enim antiqui δῶρον palmum vocabant, & ideò δῶρα munera, quòd manu darentur. Vide Plin. lib. 35. cap. 14. ¶ Laterem lavare, proverbio dicitur, pro operam ludere. Inde tractum, quòd rubedo illa in lateribus abſui non poſſit. Ter. Phorm. Purgẽ me? laterem lavem: id eſt, fruſtrà agam.

Lătercŭlus, li, diminutivum, parvus later. [πλινθίον. Gall. *Petite tuille.* Ital. *Matoncello.* Ger. *Ein ziegelſcherb, bachenſtein.* Hiſp. *Pequeno ladrillo.* Pol. *Cegiełka.* Vng. *Teglatska.* Ang. *A little bricke or tile.*] Plin. Crudis lateribus ad formam camini. Curtius lib. 5. ſcribit, latercŭlo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonis. Colum. lib. 18. cap. 14: Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur.

Lătĕrĭtĭus, a, um, quod eſt confectum ex lateribus. [πλίνθινος. Gall. *Fait de tuille ou de brique.* Ital. *Mattonato di mattoni.* Ger. *Ziegelin/auß ziegelſteinen gemacht.* Hiſ. *Coſa obrada de ladrillos.* Pol. *Zrżegl'ny, z cegieł.* Vng. *Téglabol tſinált.* Ang *Made of bricke or tile.*] Plin. Lapide duro, ac ſilice æquo conſtruunt, veluti lateritios parietes. Idem lib 35. cap. 14: Græci præterquam ubi è ſilice fieri poterat ſtructura, parietes lateritios prætulêre.

Lătĕrārĭus, Lateritius. [πλινθουργός. Pol. *Cegliani.* Vn. *Téglabol tſinált.*] Plin. li. 7. cap. 56: Laterarias domos conſtituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit Calepinus: quum tamen omnia Plinii exemplaria, quæ quidem nobis videre contigit, hunc in modum legendum oſtendant, laterarias, ac domos conſtituerunt, &c. ut laterarias intelligamus officinas fornacesq; fingendis, coquendisq; lateribus aptas. ¶ Laterarium, genus tigni. Vitru. lib. 1. cap. 20: Ipſi autem laterariis circa fixis contineantur, teganturq; tabulis maximè palmeis.

Lătĕrcŭlum, li, n. ſ. ſubſtantivum. [Pol. *Kſiega do wpiſiwania ſtanow moznieiſzich.* Vn *Orſzág rendinek laſztroma.*] Libri nomen eſt in quo dignitatum omnium, tàm militarium, quàm civilium cognitio continebatur. Hic erat penes primicerium notariũ. Porrò duplex fuit laterculum majus & minus. Majus laterculum dignitates civiles continebat, cujus picturam in volumine (quod deſcriptionem imperialium officiorum cum Orientis tum Occidentis cum imaginibus complectitur,) cernere eſt. Minus laterculum fuit quod dignitates militares continebat. Hujus fit mentio in Codice lib. 1. de Offic. quæſt. l. Totius minoris laterculi curam. Vide Tertull. contra Valent.

Lătĕrcŭlēnsēs ſunt præfecti laterculorũ. [Pol. *Stroże kſiąg wktore ſa ſtanowione wpiſſani.* Vn. *Orſzág layſztromanak órzői, orzágiro dekia.*] D. lib. 1. in l. Cõperimus, & in l. fin. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, cęterisq; qui in ſacris ſcriniis militant, lib. 12.

Lătĕrālĭs, Vide LATUS, ſubſtantivum.

Laterculum, Iuſtin. in Conſtit. 17. cui tit. eſt, ſecundum Haloandrum, præcepta præſidum, aliàs de Offic. præſid. Eadem mandata (*inquit*) in libris legum transcribere, & in ſacro laterculo deponi præcipitur.

Laterna, næ, ſ. p. a lateo, licet lateo habeat primam cor. laterna verò prod. [λύχνος, φανός. Gall. *Lanterne.* Ital. & Hiſp. *Laterna* Ger. *Ein latern.* Bel. *Een lanterne.* Pol. *Latarnia.* Vng. *Lámpás.* Ang. *A lanterne.*] Matt. lib. 14: Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis: Et tuta eſt gremio parva lucerna meo. Dicta laterna, quòd lumen in ea incluſum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à vento extinguatur. Plaut. in Amph. Quò ambulas tu, qui Vulcanum incluſum in cornu geris.

Lătĕrnārĭus, rii, m. ſ. Qui alteri laternam præfert. [λυχνοῦχος, λαμπαδοῦχος, λυχνοφόρος, λαμποφόρος. Gall. *Qui porte la lanterne.* Ital. *Che porta la lanterna.* Ger. *Ein laternen trager/der einem mit der laternen vorzündt.* Hiſp. *Lanternero, el que lleua la lanterna.* Pol. *Swieczacż laternia.* Vng. *Lampás hordozo.* Ang. *That beareth the lanterne.*] Cic. in Piſ. An cum altero barbaro Epicureo, cum altero Catilinæ laternario.

Lătĕſco, Vide LATUS, adjectivum.

Lătex, cis, m. t. Omnis humor dicitur, ab eo quod intra aliquid lateat [משקה *maſchkéh* νᾶμα. Gal. *Toute liqueur.* Ital. *Ogni humore.* Ger. *Ein jede feüchtigkeit.* Hiſp *Toda humor.* Pol. *Wſzeliaka wilgotnoſcż.* Vng. *Belől valo nedueſſeg.* Ang. *All kind of licour, iuice.*] De aqua, Virg. 4. Aen. Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni. De vino, Idem 1. Aen. Regales inter menſas, laticemq; Lyæum. Sic Ovid. Palladios latices dixit, quum oleum dicere vellet. Et Lucret. Abſinthii laticẽ. Liquoris vitigeni latex, Lucret. lib. 5. Cærulei latices, Ovid. 3. Triſt. Eleg. 10. Calidi latices, Virg. 6. Aen. Abſinthii amarum peiportare laticem, Lucr. li. 4.

Lăthyrĭs, [λάθυρος. Pol. *Skorzek, & terlicż.*] Herba quæ cataputia major appellatur, de qua ſic Plin. lib. 27. cap. 11: Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur, ut capparis.

Latialis Vide LATIVM.

Latibulum, Vide LATEO.

Laticlavium, Latifolia, Latifundium, Vide LATUS, adjectivum.

Latio, Vide FERO.

Latito, Vide LATIO.

Lātĭtūdo, Vide LATUS, adjectivum.

Lātŏmĭæ, vel latumiæ, arum, f p. [λατομίαι. Gall. *Quarrieres.* Ital. *Luogo doue ſi scarpellano ſaſſi, miniera di ſaſſi.* Ger. *Steinbruch/ſteingrub.* Hiſp. *La cantera, minera de cantos.* Pol. *Mieſzczegdze kamiẽ łamia.* Vng *Kő bánya.* Ang *Quarrey of ſtones.*] à Græcis dicuntur, quas nos vocamus *lapicidinas*, autore Aſcanio: hoc eſt, loca unde exciduntur ſaxa. Τάξ enim Græcis eſt lapis: & τέμνω, ſectio Liv. 6. bel. Pun. Comprehenſa poſtea privata ædificia, comprehenſæ latomiæ, forumq; piſcariũ. Ad latomias damnari dicebantur ii, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. in Capt. Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur. Inde, *in latomias*, ibis porrò in latomias lapidarias. ¶ Latomię locus etiã fuit Syracuſis, in quem rei & ſceleratí conijciebantur: ita dictus quod primùm in ea ſit à Dionyſio Tyranno excitſus. Cicer 7 Verr. Carcerille qui eſt à crudeliſſimo Tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Latomiæ vocantur, in iſtius imperio domicilium Romanorum fuit.

Lātŏmŭs, m. ſ. [לבנה *lebenáh* λατόμος. Gall. *Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre.* Ital. *Spezzapietra, tagliapietra.* Ger. *Ein ſteinbrecher/ſteinhauwer.* Hiſp. *Cantero que ſaca las piedras y labra.* Pol. *Lamacż kamienia.* Vng *Kő vágo.* Ang. *A quarrier, a digger of ſtones.*] Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus ſaxa excindit, aut ad opus adaptat

Lator, Latoris, Vide FERO.

Latrīă, æ, pen. prod. f. p. Latinè Cultus qui debetur Deo, obſequiũ, ſervitus. [עבודה *habodháh.* λατρεία. Gall. *Seruice, reuerence.* Ital. *Seruitù, oſſeruanza.* Ger. *Ein verehrung/dienſt.* Hiſp. *Honra ò acatamiento al mayor.* Pol. *Służba boża.* Vng. *Iſteni tiſztelet, és ſzolgálat.* Ang. *Worſchiping or ſervice to god.*] Vox uſt noſtris Theologis uſitata: à quibus ejus vis eſt atq; explicatio petenda. Auguſt. lib. 10. de Civit. Dei: Latriam noſtri, ubicunq; ſanctarũ ſcripturarũ poſitum eſt, interpretati ſunt ſervitutem. Sed ea ſervitus quæ debetur hominibus: ſecundũ quam præcipit Apoſtolus ſervos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græcè nũcupari ſolet. Latria verò ſecundum conſuetudinem qua locuti ſunt qui nobis Divina eloquia condiderũt, aut ſemper, aut frequẽter, aut penè ſemper ea dicitur ſervitus quæ pertinet ad colendum Deum.

Latrinã,

Latrīnă, næ, f.p. Cloaca, locus privatarū sordiū, & ad exonerandū ventrē accōmodatus: à latēdo, sive potiùs à lavādo, ut mox Varronis testimonio docebimus. [מחראות *mechoraóth* מוצאות *motsaóth*. ἀφεδρὼν, βόθυνος. Gall. *Vn retrait, latrine.* Ital. *Cacatoio, necessario, cesso, luoco da scaricare il vētre.* Ger. Ein profeyt/heimlich gemach. Bel. Een profey. Hisp. *La privada ò necessaria ò casa casa.* Pol. *Wychod.* Vng. *Arnyikszék.* Ang. *A draught, iakes, or iohn.*] Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrē exonerare. Cloaca, aquæductus subterraneus dicitur; ad eluendas urbis sordes accommodatus. Antiqui lavatrinā dixerūt: quæ postea, syllabā una sublata, latrina est appellata. Varro lib. 2. de Analogia. Deinde quū brevitatis causa nomina contraherent, quò essent aptiora, pro lavatrina latrinā nominarunt: sicut ex maxillis axillis, & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Ex quo apparet, latrinā à lavando dictam esse; proprieq; significare colluviem omnium sordium quæ ex tota domo in unū locum confluunt. Plaut. in Curcul. Istas tuas magnas minas non pluris facio, quàm ancillam meā, quæ latrinam lavat Videturq; latrinę differre à cloacis, tanquā privatæ à publicis. Col. lib. 10: Immundis quacunq; vomit latrina cloacis. ¶ Invenitur etiā apud veteres Latrinum in neutro. Liberius in compilatibus: Sequere in latrinum ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucilius: Hoc tum ipse, credit, quanquā latrina petisse. Ex Nonio.

Latro, as, n.p. Propriùm est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquē impetū faciens. [נבח *nabách.* ὑλακτέω. Gall. *Abbayer, tapper.* Ital. *Abaiare.* Ger. Bellen. Bel. Basson. Hisp. *Ladrar propriamente las perros* Pol. *Szczekam.* Vng. *Vgatok.* Ang. *To barke as a dogge.*] Virg. 3. Aegloga: -multùm latrante Lycisca. Plaut. in Pœnulo: Etiámne meæ in me latrant canes? Cicer. pro Roscio Amerino: Quòd si luce quoq; canes latrent, quū deos salutatū aliqui venerint. ¶ Latrare ad homines transfertur, pro vociferari, & intentiore voce clamare. Cicer. 2. de Oratore: Quid enim hic meus frater ab arte adjuvari potuit, quū à Philippo interrogatus quid latraret, furē se videre respondit? ¶ Hujus verbi cōposita sunt, allatro, & oblatro, de quibus vide suis locis. ¶ Latrare aliquando poscere est, sumpta translatione à canibus, qui cùm quid poscunt, latrāt. Lucr. 2: -nónne videre Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut quo Corpore conjūctus dolor abfit, &c. Eadē aūt significatione Enniū usum Varronis testimonio & Festi Pompeii intelligitur: quorū ille: Multa, *inquit*, ab animaliū vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim quę sunt obscuta. Perspicuā, ut Enniī: -animus cū pectore latrat. Ita autem legendum Victorius docet, rātione fretus & Festi testimonio. Malè enim antea lactāt pro latrat, legebatur.

Latror, latratus passivum. [Vn *Megvgattatom.*] Plin. lib. 25. cap. 10: Hanc habentes negant latrari à canibus.

Latratur, impersonale. Ovid. 2. Trist. Scit cui latretur, quum solus deambulat ipse.

Latrans latrantis, participip. [נבחה *nobéach.* ὑλακτῶν. Gall. *Qui abbaye* Ital. *Che abbaia.* Ger. Bellend. Hisp. *Cosa qué ladra.* Pol. *Szczekaiący.* Vng. *Vgató.* Ang. *Barking.*] ut, Colla latrantia canis, Propert. lib. 5 eleg. 18.

Latratūs, participio passivo latror. [ὑλαχθεὶς. Gall. *Abbayé* Ital. *Abaiato.* Ger. Angebullen. Hisp. *Landrado.* Pol. *Szczekanie.* Vng. *Vgattatot.* Ang. *Borket at.*] Stat. 1. Achil. -juxtaq; Cepharetus Latratum pelago tollens caput.

Latrator, m.t. [נבח *nobéach* ὑλάκτης. Gall. *Abbayeur.* Ital. *Abaiatore.* Ger. Ein beller. Hisp. *La dradora.* Pol. *Szczekacz.* Vng. *Vgato.* Ang. *A barker.*] Virg. 8. Aeneid. -& latrator Anubis.

Latrātūs, us, m. q. Ipsa vox canum, sive ipse latrandi actus. [ὑλαχή, ὑλαγμός. Gall. *Abbayement.* Ital. *Abbaiamento.* Ger. Das bellē. Hisp. *Ladrido de perros.* Pol. *Szczekanie.* Vng. *Vgatás.* Ang. *A barking of dogges.*] Virg. 3. Aeneid. -sævit canum latratus in auras. Ovid. 2. Fastor. Sicut aper lōgè sylvis latratibus actus Fulmineo celeres dissipat ore canes. Plin. lib. 8. cap. 40: Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini, laniatu & latratu abductum ut cogeretur fateri scelus.

Latrones, com. t. Grassatōres, raptores, prædones, viarum obsessores, qui viatores aut vita aut pecunia spoliant. [טריים *parítsim* לוזים *lestim.* λῃσταί. Gall. *Larrons.* Ital. *Ladroni.* Ger. Mörder/Strassrenber. Bel. Moordets. Hisp. *Ladrones.* Pol. *Zbuicy, morderze.* Vng. *Latrok, hasartosok, tolvaiok.* Ang. *Throcutters, robbers by the high wayes.*] Horat. lib. 1. Epist. Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones. Ita dicti, autore Festo, quod à latere adoriantur: vel à Latendo, quò latenter insidientur. Cic. 2. Philipp. Erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Horatius 2. Sermon. Satyr. 1: -quē cur distringere coner Tutus ab infestis latronib. ¶ Vsurpant poètæ latronem pro venatore. Virg. lib. 12: -fixumq; latronis Impavidus frangit telum: quum superiùs dixisset: Saucius ille gravi venantū vulnere pectus. ¶ Apud antiquos etiā, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεύω inservio: nam serviebāt mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Varro autem hujusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniam latera tegerent. Hos nunc *satellites* vocant, qui principis alicujus latus tuentur, qui & stipatores, & σωματοφύλακες vocantur. Plaut. in Milite: Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum, Vt latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum ducerēt, Qui ejus regiam tutarentur.

Latrūncŭlus, diminut. m.s. Parvus latro. [τὸ λῃστάριον. Gall. *Larronneau.* Ital. *Ladronello.* Ger. Ein strassrenberlin. Hisp. *Ladro pequeno.* Pol. *Zbuiszka, l'otrzok.* Vng. *Latrotska, tolvaiotska.* Ang. *A little robber or throtcutter.*] Cicero de Provincns Consularibus: Res in Sardinia cum mastrucatis latrūculis à Proprætore una cohorte auxiliaria gesta. ¶ Sunt etiam latrunculi sive latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie utrinq; directis; in quibus duo Reges sunt invicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidē centuriones. [Gall. *Eschecs.* Ital. *Scacchi.* Ger. Ein schachstein. Hisp. *Axedrez.* Pol. *Szachi.* Ang. *A cheffe man.*] Martialis: Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca: Latrunculis ludimus.

Latrūncŭlātŏr, ōris, m.t. Qui latronibus conquirendis & supplicio afficiendis præest, vulgo *Iudex malefactorum.* [ἄρχων λῃστῶν κολάζων. Gall. *Preuost des marechaux.* Ital. *Giudice di ma[illegible] ò Barigello di campagna.* Ger. Ein Blutrichter/ein Vnterregt Hisp. *El juez delos ladrones.* Pol. *Sedzia nad zbuiczami.* Vng. *Latorto[illegible] kereső kénzo.* Ang. *That searcheth robbers to punish.*] Vlpianus lib. 5. Pand. l. Solemus de Iudic. Latrunculator de re Pecuniaria judicare non potest.

Latrōcĭnŏr, aris, penult. corr. d.p. Latronū more prædor, grassor, occido, interficio, neco. [גבב *ghanáb* גשם *pasá* גזל *ghazál* λῃστεύω. Gall. *Defrobber, brigander, destrouſſer.* Ital. *[illegible]ubare.* Ger. Mörderey oder rauberey treyben Bel. Röven, moorden Hisp. *Robar.* Pol. *Morderstwem sie bawie zbiiam.* Vn. *Latorkodni[illegible] lokni, rablókodom, kóborlok.* Ang. *To robbe, to take preys or booty.*] Cicero pro Milone: Quasi Appius ille Cæcus viam straverit, non qua populus Romanus uteretur, sed in qua posteri sui impunè latrocinarentur. Cicero primo de Natura deorū: Tot millia latrocinātur morte proposita: alii omnia quæ possunt, fana conpilant. ¶ Significat & mercede milito. Plautus in Milite: an quia latrocinaris, arbitramini. Quidvis vobis licere facere, verbero? Idem in Cure. Latrocinatus annos decē mercedem accipio.

Latrōcĭnātĭo, f.t. Latrocinium. [גבבה *ghenebah.* λῃστεία. Gall. *Brigandage, destrouſſement de gens, volerie.* Ital. *Assassinamento, latronitio.* Ger. Mord/diebstal Bel. Roverye moordene. Hisp. *Aquel robo publico.* Pol. *Morderstwo, rozboy.* Vng. *Latorsag, latorkodás.* Ang. *A robbing or stealing by the high wayes.*] Colum. Eris ipso facto latrocinium. Cæsar 5. bel. Gall. Quia repentino latrocinio atq; impetu incolæ illorum erant oppressi. Cic. pro Dejot. Tueri fines tuos ab excursionibus hostium, & latrocinijs. ¶ Apud veteres pro ipsa militia. Plaut. Qui apud Regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

Latrōcĭnĭum, f.t. Latrocinium. [λῃστεία. Pol. *Zbóystwo.* Vn. *Tolvayság, latoság.*] Plin. lib. 19. cap. 4. Multitudinis innumeræ læva latrocinatio.

Latŭs, a, um, Spatiosus, amplus, laxus: cujus contrariū est Angustus. [רחב *rachább.* εὐχαρὴς, πλατύς. Gal. *Large, de grand estendue* Ital. *Lato.* Ger. Weit/breit/vnd groß. Bel. Breet. Hisp. *Ancho en respecto de luengo.* Pol. *Szeroki.* Vng. *Szélös.* Ang. *Wide, large, broade.*] Plin. lib. 12. cap. 7. Lata radice arbor. Terent. in Heauton. Huc est intrò latus lectus. Cicer 6. Verr. Vna via lata perpetua, multæq; transversæ Syracusis. Ibidem: Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosoq; disjuncta.

Lātŭs etiam aliquando participium est à fero, ferot, idem valens quod portatus. [נשוא *nissá.* φερόμενος, κομιδῆς. Gall. *Porté.* Ital. *Portato.* Ger. Getragen. Hisp. *Llevado* Pol. *[illegible]pion.* Vng. *Vitetót.* Ang. *Borne or carried.*] Cicero pro Q. Ligario. Latus lectica.

Latè, adverbium, In multis locis, per multos locos. [εὐρέως, πλατέως, διεξοδικῶς. Gall. *Largement, au large, amplement.* Ital. *Largamente, ampiamente.* Ger. Weit vnd breit/an vielen orten Hisp. *Largamente, anchamente.* Pol. *Szeroco.* Vng. *Széllel, szélössen.* Ang. *Broadly, widlie.*] Cicero pro Lege Manil. Latè longeq; diffusa laus Pompeii. Idem pro M. Marcel. Vagabitur nomen tuum longè, atq; latè. Virg. 8 Aeneid. Lucus latè sacer. Cic. in Catil. Latiùs opinione dissemination est hoc malum. Idem 1. Offic. Hoc latissimè pateat, ad plurimosq; pertineat. Idem lib. 5. de Fin. In omni autem honesto de quo loquimur, nihil est tàm illustre, nec quod latiùs pateat, quàm conjunctio inter homines hominum

Latĭtūdo, f.t. Spatiositas, superficies, [רחב *róchab* מרחב *merchább.* πλάτος, εὐρυχωρία. Gall. *Largeur, estendue.* Ital. *Larghezza.* Ger. Breite/weite. Hisp. *Anchura, largura.* Pol. *Szerokość.* Vng. *Szélesség.* Ang. *Largenesse, broadenesse.*] Cic. 1. de Nat. deor. In hac imensitate

mẽnſitate latitudinum, longitudinũ, altitudinũ. Cic. 3. de lege Agrar. Qui latitudinem poſſeſſionũ tueri, qui invidiam Syllanorũ agrorum ferre nõ poſſunt. Idem 2. de Orat. Oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur.

Lătēſcŏ, n.t. Latus fio, & in latum extendor. [רחב *racháb.* πλατύνομαι. Gal. *S'eſlargir, deuenir large.* Ital. *Dilattarſi, allagarſi.* Ger. Breit werden/weit werden. Hiſp. *Enſancharſe, ſer ancho.* Pol. *Roſzerzam ſie.* Vng. *Meg ſzéllesedõm.* Ang. *To waxe wide or broade.*] Colum. lib. 2: Iugerum agri non ampliùs quatuor ſextariis raporum ſeminis obſerẽdum eſt, quarta parte ampliùs napis ſpargendum, qui non in ventrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. Cic. in Arat. Hic equus à capite & longa cervice lateſcit.

Lātĭfŏlĭă, Arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putãt cum æſculo: à latitudine foliorũ nomen habens. [πλατύφυλλος. Ger. Das breite bletter hat/breitbletterig. Vn. *Széllõs levelw tölgyfa.*] Plin. li. 16. cap. 6: In querna glande alia dulcior, molliorq; fœminæ, maris ſpiſſior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia. apud. Plin. lib. 15. cap. 7

Lātĭfŭndĭum, dii, n. ſ. Magnus & amplus fundus. [εὐρυχωρία. Gall. *Vn fond d'heritage de grand' eſtendue.* Ital. *Gran fondo, gran poſſeſſione.* Ger. Ein breit vnd groß ligend Gut. Hiſp. *Heredad entera y grande.* Pol. *Szeroki folwark.* Vng. *Széllõs mezõ, örökség.* An. *A broade or wide ground ỏ field of heritage.*] Plin lib. 27. cap. 22: Latifundiis non legitima naturę feſtinatio: id eſt, non poteſt una certa ratio præſcribi putandæ vineæ in magnis prædiis: quòd aliæ ſeriùs id, aliæ maturiùs deſiderant. Idem lib. 18. cap. 6: Latifundia perdidêre Italiam.

Lātūſclāvŭs, Tunica erat purpurea prætexta, latior tunica vulgari, qua Senatores utebantur. [πλατυσήμων. Pol. *Giermak ſenatorſki.* Vn *Bársony palást.*] Hoc veſtis genere primus uſus eſt Tullus Hoſtilius Romanorum Rex, teſte Plinio lib. 9. cap. 39. Vtebantur eo & ſacerdotes: ut non obſcurè oſtendit Silius Italicus lib. 3: Sacrificã lato veſtem diſtinguere clavo. Et quoniam hac veſte utebantur præcipuè Senatores, factum eſt ut Latuſclavus accipiatur pro dignitate Senatoria. Plin. in Epiſt. Ego Sexto latumclavũ à Cæſare noſtro, ego Quæſturam impetravi. ¶ Ab Ovidio Clavus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate, illo verſu: Curia reſtabat, clavi menſura coacta eſt.

Lātĭclāvĭī, Senatores appellati ſunt, à lato clavo. πλατύσημοι. Sueton. in Auguſto: Ac ne expers, caſtrorum eſſet, binos plerunq; laticlavios præpoſuit ſingulis alis Laticlavia tunica. Valer. lib. 5: Et tunica laticlavia donatum, ad Maſiniſſam remiſit.

Lātŭs, eris, n. t. Quod eſt infra alam. [לצע *tsélah* צד *tsád.* πλευρόν. Gall. *Le coſté* Ital. *Lato, fianco, coſtato.* Ger. Die ſeyt. Bel. Een ſijde. Hiſp. *Lado ỏ coſtado.* Pol. *Bok.* Vng. *Oldal.* Ang. *A ſide.*] Virg. 2. Aeneid. Lateriq; Argivum accommodat enſem. Quintil. li. 1. ca. 11: Inclinatio lateri fortis & virilis. Cic. pro Cluent. Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. ¶ Hinc lateris dolor, quẽ Græci πλευρίτιδα vocant. Cic. 3. de Orat. Craſſus laterum dolore conſumptus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9: Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis, Nec laterũ dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra. ¶ Aliquando latus pro viribus & ſpiritu ponitur. Cic. de Senect. Quum legem Voconiã magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem. Idem de Senect. Neq; enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus, & lacertis tuis. ¶ A latere, dicuntur chari & amici principũ, qui eorum lateribus ſemper adſunt. Liv. lib 4. bel. Pun. Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita viliſſima fingenti inter dolores gemitusq; occurrerunt. Curtius lib. 5: Quum ad perniciem ejus etiam à latere pecunia ipſius ſolicitaret hoſtis.

Lătūſcŭlum, li, diminutivum, n. ſ. Parvum latus. [πλαγιδίδιον. Gall. *Petit coſté.* Ital. *Picciolo lato.* Ger. Ein ſeytlin. Hiſp *Pequenno lado ỏ coſtado.* Pol. *Boczek.* Vng. *Oldatotska.* Ang. *A litle ſyde.*] Catullus ad Thallum: Ne laneum latuſculum, manuſq; mollicellas Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. Speculorum latuſcula: id eſt, parva latera. Lucret. lib. 4: Quinetiam quæcunq; latuſcula ſunt ſpeculorum.

Lătĕrēnsēs, à Latere novè dixit Tertullianus, quos alioqui laterones appellamus. [Pol. *Wodzowie podlie bokow chodzący.* Vn. *Oldalaſtag valo, (auagy) oldal mellet állo örzỏ ſzolgák.*] Tert. li. 4. contra Marcion. Tot ferè laterenſibus uti ſolebat in duobus teſtibus, conſiſtens Dei ſermo. Dicti ſunt laterenſes quod latus claudant.

Lătĕrālĭă viatoria, Capſulæ videntur eſſe in quibus ad ephippium utrinq; loro ſuſpenſis, ea quę nobis in itinere neceſſaria ſunt, recondimus. [Pol. *Bieſſagi, ſonki.* Vn. *Iſzák.*] Scævola l. 102. D. de leg. & fideicommiſſ. 32: Vxori meæ lateralia mea viatoria & quicquid in his conditum erit, quæ membranulis mea manu ſcriptis continebantur. Item: Hic chirographa debitorum & pecuniam cùm eſſet profecturus in urbem, in lateralibus condidit. Ex Hotomano.

Lăvācrum, Vide LAVO.

Lavacrum Veneris, Dioſcor. lib. 3. cap. 12. Dipſocos.

Laudemium, Quidam accipiunt præmium illud, nempè quinquageſimam, quod præſtatur juxta ſanctionem Iuſtiniani in l. 3. C. de jur. empt. pro renovatione emphyteutica, à verbo Laudo deducentes, quum Latiniùs eſſet Laudativum, ſicut Donativum.

Laudo, das, act. p. Commendo, extollo. [הלל *hillél* שבח *ſhibbách.* ἐπαινέω, ἐγκωμιάζω. Gall. *Louér, dire bien, nommer en bien.* Ital. *Laudare, lodare.* Ger. Loben. Bel. Loven. Hiſp. *Loar ỏ alabar.* Pol. *Chwalic.* Vng. *Ditſirỏm.* Ang. *To praiſe, to commend.*] Virgil. 2. Georgic. laudato ingentia rura, Exiguum colito. Differt autem à verbo Probo: quòd re magis probemus, laudemus verbis. Plautus in Trin. utrunq; conjunxit: Laudo (*inquiens*) conſilium, & probo. ¶ Aliquando Laudare, eſt nominare. Plaut. in Capt Id ſcias, Iovem ſupremum teſtem laudo. Laudare, inquit Macrob. lib. 6. ca. 7. Saturn. ſignificat priſca lingua nominare appellareq;. In qua ſignificatione uſus eſt Pomponius in L. 6. de action. empt. Si tibi iter vendidero, ita demum autorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus. Item Modeſtinus in L. 65. de evictionibus. ¶ Nonnunquam etiam citare, & in teſtem adducere. ἐπάγομαι. Laudare teſtẽ, quo eſt Fabius uſus in declamat. eſt nominare: quem enim quis teſtem nomĩnat, laudet eundem neceſſe eſt, ne videatur parum dignus cujus teſtimonium audiatur. Turnebus. Gell. lib. 3. cap. 16: Varro undecimo menſe naſci hominem poſſe dicit, ejusq; ſententiæ tàm de octavo, quàm de undecimo menſe, Ariſtotelẽ laudat autorem. Cicero 3. de Orat. Atq; hæc quidem ab his philoſophis, quos tù maximè diligis Catule, dicta ſunt: quod eo ſæpiùs teſtificor, quòd autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam: id eſt, his philoſophis nominatim citandis, & tanquam ad teſtimonium dicendum evocandis, quos autores harum rerum habeo. ¶ Laudare cum exceptione: id eſt, non integrè. Cicero li. 1. Epiſt. ad Quint. Fratr. Vnum eſt quod tibi ego præcipere non deſinam, neq; te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim qui iſtinc veniunt, ita de virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis ſummis laudibus excipiant unam iracundiam. ¶ Hujus compoſita ſunt, Allaudo, Collaudo, Elaudo, de quibus ſuprà.

Laūdātŭs, a, um, participium, ſive nomen ex participio. [מהולל *mehullál* משבח *meſchubbách.* ἐπαινετός. Gall. *Loué.* Ital. *Laudato.* Ger. Gelobt. Hiſp. *Allabado.* Pol. *Chwaliony.* Vng. *Ditſiretett.* An. *Praiſed, commended.*] Abundè laudatus, Ovid. 1. Triſt. eleg. 6. Falſo laudata fœmina, Idem 3. Amor. Eleg. 11. Laudatiſſima forma, Idem Epiſt. 18.

Laūdātŏr, oris, m. t. [מהולל *mehallél* משבח *meſchabbéach* שבח *ſchabbéach.* ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. Gall. *Celuy qui loue & dit bien de quelqu'vn.* Ital. *Chi lauda altrui.* Ger. Ein lober. Hiſp. *Alabador.* Pol. *Chwalca, wiel'awiacz.* Vng. *Ditſiro.* An. *A praiſer, a commender.*] Ad Her. li. 4: Nolo eſſe laudator, ne videar adulator. Laudator voluntarius, Cic. 6. Verr.

Laūdātrīx, cis, f. t. [מהולל *mehallèleth* משבחת *meſchabbáchath.* ἐγκωμιαστική. Gall. *Celle qui loue.* Ital. *Donna che lauda.* Ger. Ein loberin. Hiſp. *Alabadora.* Pol. *Táktora chwali.* Vng. *Ditſiro aszszony.* Ang. *She that praiſeth.*] Cic. 3. Tuſcul. Vitiorum laudatrix fama popularis.

Lāudāndŭs, gerundivum: ut loci nõn laudandi, Ovid. 1. Triſt. eleg. 8.

Lāudātĭo, onis, f. t. Commendatio. [תהלה *tehillâh.* ἐγκώμιον. Gall. *Louange.* Ital. *Laude, lode.* Ger. Lobung. Hiſp. *Loor, alabanca, ỏ obra de allabar.* Pol. *Chwalenie.* Vng. *Ditſiret, ditſirés.* Ang. *Commendation or praiſing.*] Cic. 4. Verr. Præclara laudatio. Item 2. de Finib. Lege laudationes Torquate, nõ eorum qui ſunt ab Homero laudati, &c.

Lāudātĭŏr, compar. [ἐπαινετώτερος. Pol. *Chwaliebnieiſzy.* Vng. *Ditſiretesb.*] Gell. lib. 4. cap. 9: Quantò majora auctioraq; ſunt, etiam tantò laudatiora ſunt.

Lāudābĭlĭs, le, om. t. Quod meritò laudari poteſt. [ἐπαινετός, ἀξιέπαινος. Gall. *Louable, digne d'eſtre loué.* Ital. *Lodeuole.* Ger. Loblich/lobs wärt. Hiſp. *Coſa digna de ſer alabada.* Pol. *Chwaliebni.* Vng. *Ditſiretes.* Ang. *Worthie of praiſe.*] Plautus in Perſa: Aedepol dediſti virgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam. Laudabilis vita, apud Ciceronem de Amic. Rectæ & laudabiles res, Idem lib. 1. de Finib. Opus laudabile. Lucret. lib. 5. Carmen laudabile, Horat. de Arte.

Lāudābĭlĭtĕr, adverbiũ, Cum laude & commendatione. [ἀξιοζήλως. Gall. *Louablement, auec louange.* Ital. *Lodeuolmente.* Ger. Lobluchen. Hiſp. *Loablemente.* Pol. *Chwaliebnie, ſchwal'am.* Vng. *Ditſiretesſen.* Ang. *Praiſe worthely.*] Cicer. 5. Tuſc Quid? ad rectè, honeſtè, laudabiliter, poſtremò ad bene vivendum, ſatísne eſt præſidii in virtute?

Lāudātīvŭs, a, um, Quod laudationi eſt accommodatũ. [ἐγκωμιαστικός. Pol. *Chwal'igodni.* Vng. *Ditſiretre alkolmatos.*] Vnde Laudativũ genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonſtrativum vocant Rhetores. Quintil. libro 2. cap. 16

cap.16: Laudativam totam, quæ est pars Rhetorices tertia. Et laudativus casus, dictus est accusativus: quia per hunc videmur vel accusare, vel laudare.

Lāus, dis, f.t. Præconium, commendatio, gloria. [תְּהִלָּה *tehilláh.* ἔπαινος. Gall. *Louange, los.* Ital. *Laude, lode, gloria, honore.* Ger. Ehr vnd lob. Bel. Eer tof/ prijs. Hisp. *Loor, alabança, ò honra.* Pol. *Chwała.* Vng. *Dicsíret.* Ang. *Praise, commendation.*] Terent. in Adelph. Vti vostram fidem, Verum studiónem id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Propriè virtus est, non aliunde proveniens, sed suis nixa radicibus. Virg. 5. Aen. - primâ merui qui laude coronâ. Dicta ἀπὸ τοῦ λαοῦ: hoc est, à populis, quòd propriè laus sit populi, de aliquo recta loquêtis. Certare laudibus alicujus. Virg. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hæmus, Laudibus Italiæ certent. Concedere laudē alicui. Cic. 1. de Oratore: Vt eorū quibus summa dicendi laus à nostris hominibus cōcessa est, &c. Conciliare laudē. Quint. li. 2. cap. 7: Et laudē sæpè majorē, quàm si nostra sint, cōciliant. Ponere in laude. Cic. 3. de Oratore: Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne cōtinuum sit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Cicero Metell. lib. 5: Ego dolori non solùm ignoscо, sed summam etiam laudem tribuo. ¶ Interest autē inter laudem & honorem, quòd honor dignitatis consummatio vel publicè, vel privatim. Laus secunda existimatio rectè factorum.

Laudicœna, æ, Plin. Epist. lib. 2. Maximo: Sequuntur auditores actoribus similes conducti, & redempti mancipes in media basilica, tàm palam sportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex judicio in judicium' pari mercede transitur. Inde jam non inurbanè σοφοκλῆς vocantur: iisdem Latinum nomen impositū est Laudicœnis.

Lavendulam, Nardum Gallicam, vel spicam Celticam primus M. Virgil. in Comment. pronunciavit: verùm an ad rem, alii viderint.

Laver, eris, neut. gener. & aliquando fœm. [σίον. Gall. *Berle.* Ital. *Gorgoleßro.* Ger. Bachpungen wasser/ gaucheyt Hisp. *Rabaças.* Vng. *Iſten korſókáta.*] Herba est in aquis nascens, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus, sed minoribus & odoratis. Dioscor. Plin. lib. 26. cap. 8: Laver quoq; nascens in rivis, condita & cocta torminibus medetur.

Lăvo, as, act. p. Abluo, purgo, mundo, nitidum reddo. Descendit à verbo Greco λάω, quod ejusdem est significationis. [רָחַץ *rachás* כָּבַס *chibbés.* λάω, νίπτω, πλύνω. Gall. *Laver.* Ital. *Lauare.* Ger. Wáſchen. Bel. Waſchen. Hisp. *Lauar.* Pol. *Myie.* Vng. *Meg mosom.* Ang. *To wash.*] Plaut. in Aulul. Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere. Idem in Truculento: Vise illam, atq; operire ibi, jam exibit: nam lavabat. Virg. 3. Aeglog. - omnes in fonte lavabo. Ovid. Epist. 2: Membra lavabis aqua. Idem 3. de Arte: - lacrymis vulnera sæva lavat. Præteritū facit lavi. Terent. in Heavt. Atq; illa, si jam laverit, mihi nuntia. Supinū est lotum: unde deducitur participium lotus: Mart. lib. 5: Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit, & idem Invētus manè est mortuus Andragoras. Olim etiam lavatum faciebat, & per syncopen lautum. Terent. in Evnuch. Abeunt lavatum, perstrepunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 6: Aſt ubi me fessum sol acrior ire lavatū Admonbit. Ovid. 3. Fast. Sacra lavaturas manè petebat aquas. ¶ Veteres hoc verbum per tertiam conjugationem inflectebant. Virg. lib. 10. Aeneid. Viscеribus superinfundēs lavit improba teter. Ora cruor. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: Ora manusq; tua lavimus Feronia lympha Quibus in locis quum prima syllaba hujus verbi corripiatur, certum est nō esse præteriti temporis, quum dissyllaba præterita priorem necessariò producāt. Simile est illud apud Virg. 3. Aeneid. Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem. ¶ Interdum significat madefacere, humectare, βρέχειν. Plaut. in Pseud. Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lavit. ¶ Hujus composita, Abluo, alluo, colluo, circumluo, deluo, diluo, eluo, perluo, proluo, præluo, reluo, & subluo, quorum significata vide suis locis.

Lăvācrum, n. f. Balneum, in quo quis lavari commodè potest. [רָחַץ *rachats* רַחְצָה *rachtsáh.* λουτρόν. Gall. *Lauoir, vn lieu à se lauer.* Ital. *Lauatoio.* Ger. Ein bad. Hisp. *Lugar do se lauan.* Pol. *Lázuia.* Vng. *Feredő.* Ang. *A washing place.*] Gell. lib. 1. cap. 2: Propulsabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentiū, longis ambulacris & mollibus, ædium positum refrigerantibus lavacris. Hujus dictionis media producitur quum à supino lavatum derivetur.

Lăvātus, ta, tum. Purgatus, lotus, mundatus. [רָחַץ *rachats* מִכְבָּס *mechubás.* λελουμένος. Gall. *Lauē.* Ital. *Lauato.* Ger. Gewáſchen/ gebadet. Hisp. *Lauado.* Pol. *Zmiti.* Vng. *Meg mosatot.* An. *Washed, cleane, tricke.*] Ter. Téne asymbolum, venire unctum atque lautum è balneis? Horatius 2. Sermon. Satyr. 3: Libertinus erat qui circum compita siccus Lautis manè senex manibus currebat. Cic. pro Dejot. Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? ¶ Aliquādo idem ferè quod mundus & splendidus. [עָנֹג *hanógh* עָדִין *hadhín* יָקִיר *jakkir* בָּדִיד *badhíd* שָׁוֹעַ *schóah.* πολυτελής. Gall. *Magnifique & somptueux, honneſte, honorable.* Ital. *Delicato, polito, magnifico.* Ger. Gauber/ zierlich/ wolzugerüſtet. His. *Aſeytado ò delicado.* Pol. *Cżudni, chedogi.* Vng. *Frus.*] Hinc lauta cœna, apud Plin. in Epist. 194. dicitur, quæ magnificè, opipareq; est instructa. ¶ Homo lautus dicitur, qui elegans est, mundus & splendidus. λαμπρός. Cicer. 3. Verr. Quum iste atq; istius amici, homines lauti, atq; urbani, sermones hujusmodi dissiparent. ¶ Aliquando divitem & potentem. Terent. in Heavt. Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cicer. Acil. lib. 13: In Halesina civitate tàm lauta, quàm nobili conjunctissimos habeo. Lautum & copiosum patrimoniū, apud eundem pro Rab. Posthumo.

Laūtē, adverbium, Eleganter, splendidè, magnificé. [λαμπρῶς. Gall. *Mignonnement, iolyment, gentement.* Ital. *Delicatemente, gentilmente, magnificamente.* Ger. Herrlichen/ tóstlichen. Hisp. *Aſeytada y delicadamente.* Pol. *Heinie, ozdobnie.* Vng. *Frissen, kázdagon.* An. *Minionly, costely deintely.*] Plaut. in Casina: Lautè vestitus, exornatusq; ambulat. Idem in Mil. Loquitur lautè, & minimè sordidé. A' lautus fit diminutivum lautulus: à quo adverbium lautulé.

Laūtĭtĭă, æ, f. p. Epularum magnificentia, à lavatione dicta, ut Festo placet: quia apud antiquos elegantiæ studiū quod nūc est, nō erat, & rarò quis lavabat. [תַּעֲנוּג *tahanúgh* מַעֲדַנִּים *mahadanim.* πολυτέλεια. Gall. *Magnificence en habits ou banquets.* Ital. *Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi.* Ger. Stettigkeit/ tóstlichkeit. Hisp. *A feyte ò delicadeza en manjares.* Pol. *Ochędo-wo.* Vng. *Fris lakodalom.* Ang. *Finesse, deintineſſe.*] Lautitia igitur munditia est in vestitu & in epulis. Plin. li. 9. cap. 35. Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, lautitia ejus omnem, apparatūq; detrectant. Cic. in Epist. Fama ad te mea nova lætitia veniet. ¶ Antiquitùs etiam lautitia dicebatur, teste Festo, farina ex tritico aqua conspersо.

Lāutĭă, orum, n. s. Munera dicebantur quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum, Regibus amicis, ac viris claris advenientibus mittebant. λαύτια, ut inquit Plutarch. in Probl. [Gall. *Preſens & dons que les Romains enuoyent aux ambaſſades des eſtrangers.* Ital. *Doni & preſenti che ſi facean ano di Romani à gli ambaſciatori de principi eſterni, & ad altri grandi ſonauangi.* Ger. Gaben oder Schenckinen ſo der Römiſch gewalt fremden Botſchafften zuſchickt / ſie zu verehren. Hisp. *Las dadiuas que dan en los Romanos à los embaxadores eſtrannos.* Pol. *Podarki krorey. mamia obczym posłom dawáli.* Vn. *Idegenből embernek adott ajándék, Idegen nek valo ajándék.* Ang. *Preſents that the Romanes ſent to the ambaſſadours of other realmes.*] Vnde scribit Livius: Lautia Attalo fuisse decreta. Festus: Daucia dicebant veteres quæ Lautia dicimus, dabantur legatis hospitii gratia. Liv. 8. bell. Pun. Locus inde, lautiaq; legatis præberi jussa. ¶ Legimus & Lautias fœminini generis in eadē significatione. Liv. 8. bell. Pun. Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta. ex Bud. Lautia dicūtur, quæcunq; ad lautitiā atq; elegantiā cultus & mensę pertinēt. Iurecōsult. de Aur. & arg. l. argumēto. Mūdo, *inquit*, muliebri cōtinentur lautica, arcus, reticula, & hujusmodi. Lautica, vocē, ni fallor, nihili Nebriss. interpretatur, ac pro ea reponendū putāt vocabulū Calentica, ut habet editio Norenberg. cujus non tantùm hîc, sed & alibi meminit Vlp. Erat autem tegmen muliebre capitis, ut Bayfius ex Cic. docet.

Laūrĕă. Vide LAVRVS.

Laūrĕŏtĭs, hujus laureotis, pen. prod. Spodii genus est ex argento. [Pol. *Popioł ze ſtrzebra naſzyanach zawoł.* Vng. *Ezüs tayo tok.*] Est autem spodiū cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur, favillæ modo evolans, & in fornacis pavimentum recidēs: ut docet Galen. lib. 9. Simp. medic. qui ea ratione distinxit spodium à pompholyge, quòd hæc ob lævitatem ad summas usq; fornacū cameras evolaret, iisq; adhæresceret: illud neque tam altè evolaret, & mox in pavimentum recideret. Plinius tamen spodion etiam illud appellat, quod summis fornacum testudinibus adhæret: distinguitq; à pompholyge solo colore, quòd pompholyx minùs candida sit.

Laūrĭcēs, Fœtus sunt cuniculorum è matre execti, vel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti, gratissimis in cibis habebantur. [Pol. *Pſod zkrolikow wirzgani.* Vn. *Házi nyulfiak.*] Autor Plin. lib. 8. cap. 55.

Laūrŭs, ri, f. f. [אֶזְרָח *ezrách.* Gall. *Laurier.* Ital. *Lauro, alloro.* Ger. Ein Lorberbawm. Hisp. *Laurel arbol.* Pol. *Bobkowe drzewo.* Vng. *Borostyán fa.* Ang. *A laurell or baye tree.*] Aliquando quartæ classis fuit, & lauru in sexto casu, & in recto numeri multit. laurus, efferebatur. Est autem genus arboris, perpetua virens

cõma. Itaque & Apollini sacra esse putatur, eo quòd is Deus semper juvenis & imberbis esse existimetur. A' Græcis Δάφνη dicitur: quæ res poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse, Daphnen puellam ab Apolline adamatam, quum vim ejus effugere non posset, deorum miseratione in laurum fuisse mutatã Laurus (inquit Plin.lib 15.ca.30)triumphis propriè dicatur,vel gratissima domibus,janitrix Cęsarũ,pontificumque:quę sola & domos exornat,& ante limina excubat. Duo ejus genera tradit Cato,Delphicã & Cypriã. Delphica laurus dicta, quòd victores Delphis ea coronarẽtur;& est viridior laurus, maximis baccis,& è viridi rubentibus. Cypria,folio brevi,nigro, subcrispo. Quidam mustaceam addiderunt, ita dictam,quoniam mustaceis subjiceretur. Hanc esse folio maximo cõstat,flaccidoq;,& albicante. ¶Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli sylvestrem laurum intelligunt,nonnulli sui generis arborem. Differt colore,est enim ei cærulea bacca. ¶ Itẽ regia laurus,quæ & augusta, cognominatur, amplissima & arbore, & folio baccis quoque gustatu non asperis. ¶ Sunt & alia lauri genera.Plinius lib.15.cap.30.ex quo hęc paucis verbis immutatis: Laurus Apollinea, quòd Apollini dicata sit. Ovid. 6 Fast. Venit Apollinea longas cõcordia lauro Nexa comas.Delphica lauro comam cingere. Horat. 3. Car. Ode 30. Fatidica laurus, Claudian.3.Paneg.Vel quòd Apollini fatidico Deõ est dicata:vel quòd ex ejus crematę strepitu futura colligebãt,ut Porphyrius philosophus, & Iliad.1.scribit Eustathius. Fragosius enim combusta fœlicitatem portendere credebatur, Tibul. lib.2.Eleg 6:At laurus bona signa dedit, gaudete coloni. Cõtrà si tacitè conflagrasset, tristia portendebat. Propert.lib.2. Eleg.29 Et jacet extincto laurus adusta foco. Vide Cæl.Rhodig.lib. 5.cap.7. Plin.lib.15. cap 30: Laurus ipsa pacifera, ut quã prętendi etiam inter armatos hostes quietis sit indiciũ.

Laurĕă, f.p.propriè lauri folium perpetuò virens, & topiario operi accedens. [Δάφνη. Gal.*Fueille de laurier* Ital. *Foglia di lauro.* Ger.Ein torbeerblat. Hisp. *Hoja de laurel.* Pol. *Liscie bobkowe.* Vng *Borostyán leuél.* Ang. *The leafe of a baye tree.*] Ovid 3.Fast. Cedit ab Iliacis laurea cana focis. Plin lib 15. cap 30:.Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris : unius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Quem Plinii locum sic intellige,Nullam esse arborem à quâ viris nomen sit impositum prætor unam laurum : deinde nullam esse arborem, cujus folia habeant distinctam appellationẽ, prætor unius lauri folia,quæ laureæ dicuntur.Virg.7 Aeglog.Populus Alcidæ gratissima vitis Iaccho, Formosæ myrtus Veneri,sua laurea Phœbo. Horat.libro 2. Carm. Tum spissa ramis laurea fervidis. ¶ Aliquando corona est, ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur, [Gal. *Chapeau de fueilles de laurier.* Ital. *Ghirlanda con foglie di lauro.* Ger Ein torbãwminer krãtz. Hispan.*Corona ò guirnalda de laurel.* Pol.Wieniec z bobkowego listu. Vng. *Borostyán, koszoró* Ang. *A garland of laurell leaues.*] Martial.lib.2:Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est. Cato de Re rust.lib.1:Lauream & Laurum,& mutata diphthongo, au, in o literam,Loream dixit.

Laurĕŭs,a,um,Quod est ex lauro: [Δάφινος. Gal. *De laurier.* Ita. *Di lauro.* Germ torbãwmin. Hisp. *Cosa de laurel.* Pol. *Bobkowi.* Vng. *Borostyánbol valo.* Ang. *Of the baye tree.*] quomodo roseus,myrteus,quod ex rosa,myrtóve confectum est:ut, Laurea corona,& serta laurea.Plin.lib.15.ca.30.Ovid.2. Trist. Ponat & in nitida laurea serta coma.

Laurētum, n.s.Locus cõsitus lauris: [Δαφνών. Gal. *Vn lieu planté de lauriers* Ita.*Luogo piantato d'alloro.* Germ.Ein ort da viel torbãwm stehn Hisp.*Lauredal, lugar de laureles.* Pol.*Miesisce drzewa, bobkowego pel'ne.* Vn.*Borostyános hely.* Ang. *A place planted with baye trees.*] veluti rosetum, myrtetum, spinetum:Locus rosis, myrtis,spinisve consitus.Plin.lib.15.cap.ult.Durat & in urbe nomen impositum loco,quando lauretum in Aventino vocaut,ubi sylva lauri fuit.

Laurĕŏlă,læ,accentu in antepenultima,à laurea diminutivum nomen, Coronula ex lauro. [Δάφινος στεφανὶσκος, Δαφνὶς μικρά. Gal. *Petit chapeau ou guirlande de laurier.* Ital.*Ghirlanda di lauro.* Ger Ein torbãwmin krentzlin. Hisp. *Corona ò guirnalda de laurel.* Pol.*Wieniec bobkowi.* Vn. *Borostyán koszo rotska.* Ang. *A garland of the baye tree*] Cic. lib 2. Epist. Famil. Qualemcunq; triumphum sive ovationem Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantùm modò ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. Laureolam in mustaceo quærere, est ex re frivola insignem laudem captare. Cic.ad Atti.Bibulus,credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par:in eodẽ Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere.

Laurĕātŭs,a,um,nomẽ,Lauro ornatus Latinum non est.Hinc laureati,qui laureis coronati sunt. [Δαφνηφορεωῦτες. Gall. *Couronnez de laurier.* Ital. *Inghirlandati di lauro.* Germ.Mit einem torbãwminen oder torbletterin krentzlin bekrõnt Hisp. *Coronados de laurel.* Pol. *Korowowani wienczem bobkowym.* Vng. *Borostyán koszorós,* Ang. *Crowned with the baye tree.*] Cic.pro Muræn.Qui imaginem parentis sui laureatam in gratulatione sua conspexit Sic fasces laureatos dixit idem Cicero 2. de Divinat.id est,fasces laurea vel lauro circumvolutos.Plin.lib.35.cap. 18:Tãtumq; non cum laureatis fascibus remitti illò, unde creatis pedibus advenissent.

Laurĭfĕr,ra,rum,& Lauriger,Ferens seu gerens laurum. [Δαφνηφόρος. Gal. *Qui porte lauriers.* Ital *Luoco che produce lauri.* Ger. Der etwas torbãwmins tregt. Hisp. *Que tiene ò trae laurel.* Pol. *Nosiczi bobek.* Vn. *Borostyán hordozo.* An. *That beareth baye trees.*] Plin.lib.15.cap.30: Lauriferam terram illam osculatus exresponso. Lucan.lib.5:Lauriferos nullo comitetur vulnere currus.Martial.lib.3: Laurigeros ageres quum læta triumphos. Ovid.3.de Arte:Visite laurigero sacrata palatia Phœbo.

Laurĭcŏmŭs,a,um: [ὁ καὶ ὁ δαφνόκομος,ὁ δαφνήεις. Gal *Qui porte ou a du laurier.* Ita. *Inghirlandato d'alloro.* Ger. Das viel torbãwm hat Hisp. *Cosa que tiene hojas de laurel.* Pol. *Pel'ni bobku.* Vng. *Borostyanos.* Ang. *That beareth baye trees.*] ut, Montes laricomi: id est,lauricomis ornati,Lucret lib.6.

Laŭrĭnŭs,na,num, penul.prod.Quod ex lauro factum est,laureus. Δαφνινος.ut Laurinum oleum. [δαφνίλαιον. Gall. *De laurier.* Ital. *D'alloro.* Ger. torbãwmin. Hisp. *Cosa de materia de laurel.* Pol.*Zbobku.* Vng *Borostyánbol valo.* An. *Made of the baye tree.*] Plin.libro 23.cap.4: Oleum laurinum utilius, quò recentius. Item lib.12.cap.8: Item laurino folio. Idem lib.19.cap.8 : Exit & in cubitalem altitudinem,foliis laurinis,sed mobilibus.

Laŭs,dis,Vide LAVDO.

Laŭtĭă.Lautitia.Lautus,Vide LAVO.

Lāxāmentum,Laxare,Laxatus, Vide LAXVS.

Lāxŭs,xa,xum,Laxatus,remissus,nõ cõtentus,aut adductus: [נשאם *nischmát* ברעה *nirpéh* נטתח *niphtách* אדך *muttár.* χαῦνος Gall.*Lasche,large* Ita.*Rallentato* Germ Weit/lucht/abgetassen. Belg. Slap los/ontbonden. Hisp *Floxo,ancho.* Pol. *Szeroki,przestrzeni.* Vng.*Tág.bõ'.* Ang.*Loose, slack.*] ut,Laxæ fides,laxæ rudentes,laxus arcus. Virg 11.Aeneid.Sed laxos referunt humeris languẽtibus arcus. Idem 3.Georg. Et primùm laxos tenui de vimine circlos Cervici Subnecte. Sic laxa vela dicimus,quæ ventorum flatu non tenduntur. ¶ Item Laxas habenas, pro molli & leni imperio , translatione ab equis sumpta, quæ habenis adductis molestiùs & laboriosiùs incedũt, quàm iisdem relaxatis. ¶ Accipitur item laxus pro amplo & capaci. εὐρύς.Colum.lib.1.cap.3:Nec dubium quin minùs reddat laxus ager,non rectè cultus, quàm angustus eximié. ¶ Laxum tempus:id est,longum : cui opponitur breve,& angustum. Plin.in Epist. Fecit enim hoc quoque,ut cætera, imprudentissimè, quòd post duos & Consulares, & dissertos. tempus sibi & quidem laxius vindicavit : id est,longiùs. Cic. ad Attic.lib 6:Ego sic diẽ statuo satis laxam:id est,tempus satis longũ. Proculus l.quum stipulatus. ff. de Verborum obli. Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim:id est, quum diem protulerim. ¶Hinc Prolixũ, quasi porrò laxum. ¶ Invenitur & Laxũ,adverbium, pro latè. Mart.Et adhuc superet centies tibi laxúm.

Lāxẽ,adverbium,Remissè,latè. [χαώνως. Gal.*Laschement,au large* Ital.*Largamente,rimessamente* Germ.Weit/oder nicht eng Hispan *Floxamente,anchamente.* Pol.*Szeroko. nie czciasno,przestrzenie.* Vn. *Tágan,bwúen.* An. *Looselie,largelie.*] Cicer. pro Domo sua: Habitare laxè & magnificè voluit. Laxè & angustè sunt contraria. Varro 2.de re Rust. cap. 10 : De numero pastorum alii angustiùs,alii laxiùs constituere solent.

Lāxĭtās,atis, f.t. Remissio. Propriè opponitur Contentioni. [שחה *schemittah* אחזא *marpé* פתחון *pithchón.* χαώνωσις. Gal.*Estendue au large,largeur.* Ital. *Rallentamento,remissione,allentamento.* Germ. Weite Hisp. *Floxura, anchura.* Pol.*Szerokosc.* Vng. *Meg tágulás.* Ang. *Looseneſſe, slakeneſſe.*] ut, Laxitas in fidibus esse dicitur, quum tensæ non sunt. Accipitur tamen nõ rarò pro amplitudine,seu magna capacitate. εὐρυνσις: cui opponitur angustia:ut Laxitas domus. Cicer. 1.Offic. Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cujusq; modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis.Laxitas viarum,Col.lib.4 cap.3.

Lāxo, laxas, act. p. Laxum reddo,remitto:ejus contraria sunt, Contendo, intendo , adduco : [רטה *rippáh* פתח *pittách* התיר *hittír* χαωόω. Gal.*Mettre au large,lascher,relascher.* Ital.*Rallentar,rilasciare.* Ger. Weit oder luct machen/ nachlassen. Bel. Wijden opdoen/ verloffen obdoen/ vermaten. Hisp. *Afloxar, ensanchar,* Po.*Rozpuszczam,rozprzestrzemam.* Vn. *Meg tagitom,meg ereszthm.* Ang.*To loose, to slake.*] ut, Laxare arcum,laxare fides citharæ, laxare rudentes. Usus est Cicero pro dilatare & proferre. δῐερώω. Cic.Attic.lib.2:Ut monumentum illud eousque laxaremus, & usque ad atrium libertatis explicaremus. Plin.lib.12. cap.14:Laxatur hîc plaga, non admittur. ¶Aliquando accipitur pro relaxare,& ex eo quod debebatur, aliquid remittere ἀφίημι. habetque antitheton astringere.Cic.ad Attic. Tantùm eb-

rùm abeſt ut ex eo, quo aſtricti ſumus, aliquid laxari vĕlim, ut &c. ¶ Aliquando pro libero. Lucilius ad Cicer. lib. 5. Epiſt. Vt iſtis te moleſtiis laxes. Cic. in Catone Majore: qui ſe à libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſtè ferrent. Idem i. Tuſc. Quodque nunc facimus, qui laxati curis, &c. ¶ Aliquando pro aperio. Virg. 2 Aen. Laxat claustra Simon. ¶ Inde relaxo, quod eſt rursus laxo, recreo, remitto. Cic. lib. 1. Offic. Atq. etiã quum relaxare animos voluerint, caveant intemperantiam.

Lāxā mentum, ti, n. ſ. Relaxatio remiſſio, requies, recreatio. [מרגוע *margoa. מרפא marpe.* Gall. *Relaſche, rea ſchement, eſtaeg ſoment, recreation.* Ital. *Rallentamento, relaſſamento di fatica, ripoſo, recreatione.* Ger. Ein nachlaſſung/ vnderleibung. Hiſp. *Folgura, anchura recreation.* Pol. *Popuſzczenie, rozciągnienie, ſtrzenienie.* Vng. *Meg tagitás, meg nyugouás.* Ang. *Releaſe, recreation, refreſhing.*] Cic. lib. 7. Epiſt. Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum. Idem pro Cluentio: Non modò cauſæ, ſed ne legi quidem quicquam per Tribunos laxamenti datum eſt.

L ante E.

L E G. E. D. In notis antiquorum, Lege ejus damnatus. L E G. legio. L E G. III I T L. legionis tertiæ Italicæ. L E G. X. legione decima. L. E M. locus emptus. L. F. Lucii filius, vel Lucius Flavius, vel Lucius Flaminius. L. F I L. Lucii filius. L. F V. Lucius Furius. L G. legavit, vel leges, vel legatum. L G. D. legem dat, vel dedit, vel legio decima. L. G. E G. legē egiſſe. L G. F. S. legē fecit ſuam. L G. P M. legē promiſit. L G. S. F. legem ſuam fecit. L G. S. I. legem ſervare juſſit. L G S. P. legem ſuam promiſit, vel percepit. L. H. locum hunc, vel locus hæredum, vel locum hæredibus.

Lĕă, Leonis fœmina eſt, quæ & Leæna dicitur. [לביא *lebiiâ. λέαινα.* Gall. *Lionne.* Ital. *Leona, leoneſſa.* Ger. Ein Löwin. Hiſp. *La leona.* Pol. *Lwicza.* Vng. *Nőſtény oroſzlán.* Ang. *A lioneſſe, or ſhe lion.*] Lucret. lib. 5: Irritant læ jaciebant corpora ſaltu. Ovid. Nec lea cum catulis lacteutibus ubera præbet. Rarius eſt & infrequentius. Itaque leænam vocis potius quàm lea dicendũ. ¶ Lea item braſſicæ genus, latis foliis è caule exeuntibus: unde & καυλάδη quidam vocavêre. Græci item λέαν appellant: hoc eſt, lævem, a ſolutum lævitate. Plin. lib. 10. cap. 9.

Lĕænă pen. prod. [לביא *lebiiâ. Aeaina.* Poſtw. 31. Vng. *Nőſtény oroſzlán.* An. *A lioneſſe, or ſhe lion.*] Leonis fœmina, itidem ut lea appellatur. Vir. 2. Aegl. Torva leæna lupũ ſequitur: lupus ipſe capellam. Plin. lib. 8. cap. 16: Ariſtoteles tradit leænam primo fœtu parere quinq; catulos, ac per annos ſingulos uno minus, ab uno ſterileſcere: informesq;, minimasq; carnes eſſe initio magnitudine muſtellarum: ſemeſtres vix ingredi poſſe, nec niſi bimeſtres moveri.

Leapetes, Ayzoum apud Dioſc. lib. 4 cap. 91. Leperides: Lege Hiſpani lepores.

Lĕbēs, tis, pen. prod. m. t. Vas æneum in quo igni apponitur aliquid ut ebulliat, autore Porphyrio in 9 Iliad. [סיר *ſir* דוד *dudh. λέβης.* Gal. *Chaudron ou marmite.* Ital. *Caldaro.* Ger. Ein öttner Haf oder Keſſel/ den man vber das Fewr henckt. Hiſp. *El caldaron de cobre.* Pol. *Kocżel.* Vng *Serpenyw', vas fazek.* Ang. *A pan, kettle, or caudron.*] Ovid. in Epiſt. Briſeidos ad Achillem: Viginti fulvos operoſo ex ære lebetes. Virg. 5. Aeneid. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

Lecanomantia, [*Λεκανομαντία.* Pol. *Wieſzczba znarządzones ktomumiednice.* Vng. *Metőnczeből valo iővendőles.*] cum accentu in penultima, Divinatio quæ fit per pelvim. Vnde Strabo, lecanomantas & hydromantas in Perſide frequentes fuiſſe tradit lib. 6. Geographiæ.

Lecte, vide L E G O, legis.

Lĕctĭcī, Lecticarius, vide L E C T V S.

Lĕctĭo, & Lectus, participium, vide L E G O.

Lĕctŭs, m. ſ. Cubile, grabbatus, dictus (ut Varro inquit) quòd lectis herbis frondibus, & ſtramentis fieri ſolebat. [מטה *mittáh* ערש *herés. κλίνη, δίνη.* Gall. *Lit ou couche.* Ital. *Letto.* Ger. Ein Bett. Bel. Een Bedde. Hiſp. *Lecho.* Pol. *Łoże.* Vng. *Agyas, haz, kanorátska, ágy.* Ang. *A bedde.*] Vel (ut alii putant) ab alliciendo, quod fatigatos ad quieſcendum alliciat. Alii à Græco deducunt: Nam quem nos *lectum* dicimus, antiqui Græci vocabant *λίκλεον*, Cic. ad Pætum, lib. 9. Epiſt. Dixi te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. Idem 7. in Verr. Nam patet grădis jam diu lecto tenebatur: id eſt, decũbebat, jacebat, & morbo vexabatur. ¶ Lectos etiam habebant in tricliniis, in quibus recumbentes cibũ ſumebãt: quos ab uſu diſcubitorios, & triclinares appellabãt: ad quorum differentiam Cic. 2 de Divin. inquit: Quos nocturnæ quietis cauſa in cubiculis habemus.

Lĕctŭlŭs, diminut. m. ſ. Parvus lectus. [*κλινίδιον, κλινάριον, κλιτίς.* Gall. *Vn petit lit, vne couchette.* Ital. *Letto, picciolo.* Ger. Ein Bettlein. Hiſp. *Pequenno lecho.* Pol. *Łożko.* Vng. *Agyatska.* Ang. *A little bedde.*] Cic. Att. li. 14: A' ducenda autem uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquam jucundiús. Teren. in Adelph. Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit.

Lectīca, pen. prod. Cathedra aut ſedes, qua ferebantur divites & potentes, in qua pulvinar & lectulus ſtratus erat. [כבד *iſab. φορεῖον, κλίνη.* Gall. *Littiere ou on ſe fait porter.* Ital. *Lettica.* Ger. Ein Tragbett/ Senffte/ Roſſbaar. Hiſ. *Las andas ò litera.* Pol. *Stol'ek nakterim chore noſza.* Vng. *Zetczel ſz, k lektika.* Ang. *A litter where in great lordes made tham ſelfes to be borne.*] Iuven. Satyr. 3: Nanque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra. Græci modò *ἐξαφόρον*, modò *ὀκταφόρον* appellant, à numero ſex aut octo ſervorum lecticam geſtantium.

Lectīcŭlă, diminut. f. p. Parva lectica, [*κλινάριον.* Gall. *Petite littiere.* Ital. *Picciola lettica.* Ger. Ein Tragbettlein. Hiſp. *Pequennaá andas ò litera.* Pol. *Lekticzka.* Vng. *Kis zetczel, lekőskaiska.* Ang. *A litle litter.*] Suet. in Auguſt. A' cœna in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat. Cicer. Mario: Vt noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula circumcurſare poſſis.

Lectīcārĭŭs, m. ſ. Qui lecticã ferebat. [*κλινοφόρος.* Gal. *Qui porte on aide à porter la littiere.* Ital. *Portatore di lettica.* Ger. Einer ſő ein Bett oder Senffte hilfft tragen. Hiſp. *El que à cueſtas lleua las andas.* Pol. *Tragarze lekticzni.* Vng. *Zetczel hordozo, lektika hordozo.* Angl. *That beareth the litter.*] Servius Sulpitius ad Cic. Coactus ſum in ædem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre.

Lectīcārĭŏlă, læ, à Martiale vocatur mulier, quæ lecticariorum (id erat viliſſimum ſervorum genus) amores ſectatur: quemadmodum contrà ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum conſuetudinem appetit. Locus eſt Martialis in li. 12. in Alaudam: Ancillariolum tuate vocat uxor: & ipſa Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares.

Lectīſternĭum, nii, n. ſ. Quum ſacrorum gratia lecti in templis ſternebantur ad diſcumbendum in epulo publico. [מרבד *marbádh. Λεκτιστόνη* apud Athenæum. Pol. *Poſcżel.* Vng. *Kereuet.*] In Capitolio enim ſtratis tribus lectis, convivium apponebatur tribus diis, Iovi, Iunoni & Minervæ. Iuppiter id eſt, Iovis ſimulacrum, ſtatuebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerva in ſellis conſidebant: ſed appoſitis epulis, non ipſi diis, ſed ſeptem epulones fruebantur, Liv. lib. 5.

Lectīſternĭātŏr, m. t. Lectiſtrator, qui lectum ſternit. [*ὁ λεκτόν στρωννύων ἢ ἐπιβάδα ποιῶν.* Gal. *Qui fait le lit.* Ital. *Chi fa'l letto.* Ger. Ein Bettſpreiter. Hiſp. *Que haze el lecho ò ſtrado.* Pol. *Posżel acz.* Vng. *Agy vető, poſczielac kereuet iſta illo.*] Plaut. in Pſeud. Tu elo lectiſterniator: tu argentum eluito.

Lēcўthŭs, pen. corr. m. ſ. [אסוך *aſúch* בטחת *tſnnáchath. λήκυθος.* Gall. *Bocal à tenir l'huile, goutteron ou buccette.* Ital. *Ampolla da l'oglio.* Ger. Ein öltrug/ ein gefäß zu mit einem weiten bauch vnd einen hals in dem man öl hat. Hiſp. *El azeytera.* Polon. *Banka oleiowa.* Vng. *Korſo.* An. *A pitcher or lyk veſſel to conteine oyle.*] Vaſis genus ventre protuberante, oreque anguſtiore, oleo aſſervando accommodatum: quod A. Gellius guttum appellat. Iulius Pollux Lecythum etiam inter unguentaria vaſa annumerat. ¶ Lecythum habet in malis *ἔχει λήκυθον ἐν τοῖς γναθίοις*: id eſt, lecythum habere ad malas. Tectum & ænigmaticum convitium eſt in anus, quæ rugas illitis pigmentis diſſimulant. Ariſtoph. in Concio. ¶ Non eſt oleum in lecytho, *ἔλαιον οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ληκύθῳ.* Scilicet quum ſignificamus non eſſe precibus locum apud inexorabilem. Ariſtophan. in Avibus. Eſt autem alluſio ad vocem: nam *ἔλεος*, oleum ſignificat: & *ἐλεῶ* miſericordiam.

Legālis, Vide L E X.

Legarium, Vide L E G O, legis.

Legitarius, Legator, Legitum, Vide L E G O, legas.

Legifer, Vide L E X.

Legio, onis, f. c. A' delectu militum dicta eſt: [*λεγεών.* Gal. *Legion.* Ital. *Legione, ſquadra di ſoldati.* Ger. Ein Legion/ oder hauffen außerleßner vnd gemuſterter Kriegsleuten bey 6000. Hiſ. *Legion.* Pol. *Huffiludu żol'nierskiego kolo ſześći tiſięcy.* Vng. *Sereg.* An. *A legion.*] teſte Varrone lib. 4. de lingua Lat. eò quòd legionis milites viritim legi ſoleant. Dividiturq; legio in decẽ cohortes: cohors in quinq; manipulos: manipulus in viginti quinque milites. Legiones Romanæ, à numero atque ordine nomina ſumebant: ut Primani, Secundani, Decumani milites vocabantur, qui erant primæ, ſecundæ, & decimæ legionis. Liv. 7 bell. Maced. Romana acies unius propè formæ fuit, & hominum, & armorum genere: duæ legiones Romanæ, duæ ſociorum è Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos ſingulæ habebant. Vide Vegetium de Re milit. lib. 4. cap. 2. & ſeq.

Legio, In quavis legione erant, ætas prima, triariorum: altera, principum: tertia, haſtatorum: ultima, velitum: quæ, velitibus exceptis, dividebantur ſingulæ in decem centurias, ſingulis autem centuriis primarii centuriones præerant: eæq; in triariis ita appellabantur, primum pilum, ſecundũ pilũ, tertium pilum, & deinceps uſque ad decimum pilum: in principibus, primus princeps, ſecundus princeps, uſq; ad decimũ: in haſtatis primus haſtatus, ſecundus haſtatus, item uſque ad decimum.

duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita usq; ad decimũ: velites verò in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cicer. in Epistol. ad M. Brutum: Nasennius, *inquit*, octavum principem: id est, octavam centuriam principum duxit, Metello imperatore. Ex P. Manutii comment. ad Qu. Fratrem.

Lēgĭūncŭlă, læ, diminut. Parva legio. [*παγμέτιον*. Gal. *Petite legion*. Ital. *Picciola legione*. Ger. Ein schlechte oder kleine Legion / oder Heerhauffen. Hisp. *Pequenna legion*. Pol. *Mal'a legia, buffik*. Vn *Seregetske*. Ang. *A little legion*.] Liv. lib. 5. bell. Macedo. Vix duarum malè plenarum legiuncularum instar in castris regis.

Lēgĭōnārĭŭs, Qui est ex legione, quod ad legionem pertinet. [*παγμοτικός*. Gal. *Appartenant à legion*. Ital. *Pertinente à legione*. Ger. Das zu einem solchen kriegsvolck gehört Hisp. *Pertenesciente à legion*. Pol. *Dolicżbi takich żol'nierzow przmalezący*. Vng. *Seregheż valo*. Ang. *That perteineth to a legion*.] Asinius Pollio Ciceroni lib. 10. Epist. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidẽ ullum quoquam misi. Cæs. 3. bell. Civil. Et legionarii interioris munitionis defensores, scalis admotis, *&c*. Legionariæ cohortes, Livius 4. bel. Maced.

Legirupa, Legislator, Legitimus, Vide LEX.

Legiuncula, Vide LEGIO.

Lēgo, legas, act. p. In legationem mitto, oratorẽ decerno, aliquem negotii expediendi causa aliò lego. [ח֫לַשׁ *schalách*. *πρεσβεύω, ἐπιτηρυκεύομαι*. Gal. *Envoyer en ambassade*. Ital. *Mandar legati, ambasciatori*. Ger. Außschicken / außsenden / mit befeht abfertigen. Belg. Seynden. Hisp. *Embiar embaxador*. Pol. *Wyśśel'am wposśel'stwie*. Vn. *Követségre kwldöm*. An. *To send in ambassage to pequeath*.] Varius est apud scriptores veteres hujus verbi usus. Plaut. in Amph. Delegit viros primorum principes: eos legat Telebois. ¶ Sæpiùs loco dativi accusativum habet cũ præpositione Ad. Cic. 5. Verr. Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium ¶ Cum nominibus locorum constructum, eandem habet constructionem, quã cætera verba motum ad locum includẽtia. Nam si ea fuerint civitatum, castellorum, aut vicorum nomina, in accusativo collocabuntur sine præpositione: ut, Legare quempiam Carthaginem, vel Corinthum: sin regionum ea fuerint nomina, in accusativo ponentur, mediante præpositione. In Salust. in Iugurt. Legantur tamen in Africam majores natu. ¶ Interdum legare, verbum est rei militaris, & ponitur, pro sibi aliquẽ substituere, vel adjungere, qui belli & imperii sit administer & socius, Cic. Attic. libr. 8: Dolabella me sibi legavit. Idem A. Cecinnę: Cassium sibi legavit. Brutum Galliæ præfecit. ¶ Quandoq; pro committere: Plaut. in Cas. quin ruri es in præfectura tua? Quin potiùs quod legatum est tibi negotiũ, id curas? ¶ Quãdoque pro decernere, & testamento aliquid alicui relinquere. *διατιθέναι, καταλέπειν*. ut Testator liberto suo argenti pondo decem legavit: hoc est, decrevit ex hæreditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Numitori qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Sylviæ gentis legat. Et in hac significatione præter dat. & accus. interveniẽte præpositione accedit ablativus, qui personã significat ejus à quo testator legatum dat. Cicer. in Top. Si paterfam. uxori ancillarum usumfructum legavit à filio, neque à secundo hęrede legavit, mulier usumfructum non amittet. ¶ Aliquando assignare, adscribere, dare & vertere vitio. Liv. 8. bel. Pun Patere nos omnia quæ prospera tibi, & pop. Rom. imperio evenêre, tuo consilio assignare: adversa, casibus incertis belli, & fortunæ legare. ¶ Hujus verbi composita sunt, Ablego, allego, delego, relego, sublego, quæ habent pen. pro. Derivativa sunt, Collega, & Collegiũ: de quibus omnibus vide suo loco.

Lēgātŭs, legati, m. s. Qui legationẽ suscepit, qui mandata perfert. Nomẽ deductũ à verbo lego: quia legatorum officiũ est legere: id est, dicere. [מַלְאָךְ *maleách* לִיר *ifsir*. *πρεσβευτὴς, πρεσβεύς*. Gal. *Legat, ambassadeur*. Ital. *Ambasciatore, legato*. Ger. Ein Gesanter bott / der mit etwas gewalts vnd befelchs abgefertiget isst. Hisp. *Legado ò nuncio ò embaxador*. Pol. *Legat, posśel'*. Vn. *Követ*. An. *An ambassadour*.] Virgil. 11. Aeneid. Legati responsa ferunt. Cic 9. Phil. Lartes Tolumnius Rex Vejentum, quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit. ¶ Legatus item in bello dicebatur qui imperatoris potestate fungebatur, maximamq; eo absente in exercitu obtinebat autoritatẽ, quive ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. *ὕπαρχος, αὐτοκράτωρ*. Cęsar lib. 2. bel. Civil. Neq; se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum verò propterea fiduciariam operã obtinere dixit, teste Budæo: quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eam oportet. Legatũ mittere de aliqua re, est mittere aliquem qui de aliqua re, cũ alio nostro nomine agat. Cic. 2. de Orat. Quũ Athenienses ad Senatũ legatos de suis reb. maximis mitterẽt. Legatos decernere, est censere legatos mittẽdos esse, sive legatos sententia sua eõstituere. Cicer. ad Lentulum: Crassus tres legatos decernit.

Lēgātĭo, ōnis, verbale, f. r. Munus, officium, vel functio legati. [*πρεσβεία, πρεσβεύσις*. Gal. *Ambassade, legat, ou l'office d'vn ambassadeur*. Ita. *Ambascieria, ambasciata, legatione*. Ger Bottschafft / das ampt eines Gesanten. Hisp. *Legacia'ò embaxada*. Pol. *Legana, posślstwo*. Vn. *Követség*. Ang. *Ambassage, or office of an ambassadour*.] Cic. 9. Phili. Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, ejus monumentum extare voluerunt: ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. ¶ Legatio interdũ pro ipsis legatis qui mittuntur, ponitur. Quint. libr. 10. cap. 1: Missa ad Achillẽ legatio. ¶ Legatio quoq; quędam erat quę libera dicebatur. Legationes, inquit Budæus, liberæ olim ornamenti tantùm causa ab Senatu impetrabãtur: quemadmodum honorarii magistratus à principibus honestamenti causa conceduntur, titulo; tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ii Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hæreditates persequi, aut legata, aut quã nomina exigere volebant in provinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controversias haberent, atq; favorabiliores. Quamobrem lege XII. tabularum id vetitum erat his verbis: Rei suæ ergò nequis legatus esto. Cic. contra Rullum: Legatos vestros autoritate tenui, qui quanquam rerum privatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Grave est enim nomen imperii: idq; etiam in levi persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine abutuntur Brutus ad Cic. li. 11: Quũ in his angustiis versarer, placitum est, ut postularem liberam legationẽ mihi, reliquisq; nostris, ut aliqua proficiscendi causa honesta quæreretur ¶ Libi & Legatio votiva, quę voti prętextu suscipitur. Cic ad Attic libr 15: Votiva ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum, quæ si stetisset Resp. vovissem, ea me, eversa illa, vota dissolvere. Legationem dare, est alicui abeundæ legationis munus injungere. Cic. contra Rullum: Quibus vos legationem dedistis. Legationem accipere: id est, suscipere onus legationis obeundæ. Cic. pro Flacco: Qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit à suis civibus, *&c*. Legationem gerere: Id est, fungi legatione, & legatum esse. *πρεσβεύειν*. Quint. lib. 7. cap. 5: Malæ gestę legationis apud Græcos.

Legatio libera, qui sui negotii causa, ut exigendæ pecuniæ, visitandi templa deorum, abesse ab urbe diutiùs volebant, legatione libera à senatu impetrata, utebãtur. Erat autem ex hoc genere votiva legatio: nam ad Attic. lib. 11: Libera, *inquit*, legatio voti causa datur. Harum legationum definitum fuisse tempus, lege à C. Cæsare lata ostenditur his verbis libr. xv. ad At. Et habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi potest ante legẽ Iuliam annuum fuisse tempus lege ea quam Consul M. Cic. tulit, ipse declarat li. 3. de legibus: Hoc, *inquit*, genus legationis ego cõsul, nisi mihi leviśimus tribunus pl. intercessisset, sustulissem: tamen minui tempus, & quod erat infinitum, annuum feci: quo in loco liberas legationes, quasi turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut repub. dignas multis verbis exagitat. ¶ Nomen autem liberæ legationis inde ortũ videtur, quòd introire in urbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus liceret, quod eodem in loco ostenditur, quem attigi jam libr. xv. ad Attic. Cæteri porrò honores, qui extra urbem gererentur, ingredientibus in urbem deponebantur. Ex cõmentario Paulĭ Manutii ad Quintum Fratrem.

Lēgātīvum, vi, n. s. Dicebatur id quod dabatur legato nomine viatici, & impensæ. [*τὸ πρεσβεῖον, τὸ πρεσβευτὴν ἐφόδιον*. Gall. *Ce qu'on baille à vn aml assi. deur pour despendre & faire son voyage*. Ital. *Spessa d'vno imbasciatore*. Ger. Das man einem Gesanten für sein belohnung vnd kosten gibt. Hisp. *El gasto ò despensa del ambaxador*. Pol. *Naki'ad ktori na legata daiem*. Vng. Az követnek ados költség. An. *That which, is giwen to the ambassadour to spend*.] Vlp. in l. Munerum. ff De munerib. & honor. Legati quoq; qui ad sacrarium principis mittuntur: quia viaticum, quod legativum dicitur, interdũ solent accipere: sed & nicostrategi, & pistrinorũ curatores personale munus ineunt. Idẽ l. 2 ff. de Legat. His qui nõ gratuitam legationẽ susceperunt legativum ex forma restituitur. Sic legit Budæus: alii legatitium legunt.

Lēgātum, ti, n. s. Donum quod in testamento testator ab hęrede alicui dat. [*τὸ καταλειπόμενον*. Gal. *Vn legat, vn legs, chose laisśee par testament*. Ita. *Vn lascito in testamento*. Ger. Ein vermachung oder erbgemecht Hisp. *La manda enel testamento*. Pol. *Wtestamencie odkazanie*. Vng. *Testamentomba hagyatot*. An. *A bequeśt or legacie*. [Modest. l. Legatum. ff. de leg. 2: Legatum, est donatio quædam testamento relicta: & Legati appellatione, fideicõmissum, & mortis causa donatio continentur. Plin. Epist. 442 Illa ut in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit. Petere legatum ex testamento, Quint lib. 4. cap. 14.

Lēgātārĭŭs, m. s. vel Legataria, f. p. Dicitur cui ex testamẽto aliqd legatũ est. [*λεγατοδόμφος* etiã *λεγατάριος*. Gal. *Legataire, à qui on laisśe quelque chose par testamẽt*. Ita. *A cui è lasciata qualche cosa per*

per teſtamento. Ger. Dem oder deren zu ſeinem erbtheil etwas vermacht worden iſt. Hiſ A quel a qui ſe dexa vna tal māda. Po. Ten ktoremu niecso ieſt odkazano. Vngar. Az kinek teſtamentomba valamit hattak. Ang. He to whome any thing is bequeathed.] Iuſtin. Inſtit. de legat. Sed ſi rem legatarii quis ei legaverit, inutile eſt legatū. Legataria provincia, dicitur quæ alicui delegata eſt. Cic. ad Attic. lib. 15: O rem miſeram, primùm ullam ab iſtis legationem: dein, ſi aliquam, hanc legatariam provinciam.

Lēgātŏr, m. t. Qui aliquid legat per teſtamētum, teſtator. [διατίθεις ἀφ' ἑαυτοῦ. Gall. Teſtateur qui laiſſe quelques legts. Ital. Teſtatore, chiunque laſcia per teſtamento. Germ. Der ein vermecht auffricht/ein Vermacher. Hiſ Teſtador qui dexa la tal manda. Pol. Ten ktory odkazuie, leguie. Vng. Teſtamentom tévő. Ang. He that beqeatheth.] Suet in Tibeno: Iterum eo cedente ut Trebianes legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntaſ legatoris eſſet.

Lĕgo, gis, gi, ctum. act. t Propriè colligo, hinc atque illinc decerpo. [אסף aſáph קבץ kabáts ארה aráh. ἀναλεγομαι. Gal. Recueillir, & amaſſer. Ital. Raunare. Ger. Samlen/leſen. Hiſp. Coger lo derramado. Pol. Zbieram, zgromadzam. Vng Szedők. Ang. To gather.] Virg. 3. Aeglog. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. Col. lib 2: Optimam quanque ſpicam legere oportet, ſeparatumq; ex ea ſemen reponere. Virg. 2. Aeglog. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Hinc & ad homines transfertur Liv. lib. 21: Scipio pater dux lectus adverſus Annibalem. Idem libr. 24: Cùm qui eſt in civitate ſummus dux, cum legerimus, tùm repentè lectus imperator creatum, &c.

¶ Apud eundem crebrò, ſi natum legere, & in Patres legere, & in ſenatum. Cæſ. de bel. Gal. Hos poſſe confitere armata millia centum: poſtremus ex eo numero lecta millia ix. ¶ Hinc tractu eſt ut Legere etiam ſit oculis ſcripta percurrere: quoniam literæ oculis legi: colligi videntur: noſ malis verbum Lego, deductum eſſe à Græco nomine λεξις dictio. [קרא kará λεγομαι, ἀναγινώσκω. Gal. Lire. Ital. Leggere. Germ. Leſen. Hiſp. Leer. Pol. Czitam. Vng. Iráſt olvaſás. Ang. To reade.] Cic. Mario lib. 7: Dummodò is tibi quivis potiùs quàm orationes meas legerit. Virg. 4. Aeglog. At ſimul heroum laudes & facta parentis Iam legere. Ea quoque quæ picta ſunt, legere dicimur. Virgil 6. Aen. quin protinùs omnem Perlegerent oculis. Tractum à Græcis, qui γράφειν ſcribere & pingere dicunt. ¶ Item, quoniam nautæ dum aſpera loca prætereunt, legere: id eſt, colligere vela conſueverunt, quandoq; accipitur pro præterire, vel præternavigare. παραλεγομαι. Liv. 5 bell. Maced. Oram Italiæ legens. Virg. 3. Aen. Littoraq; Epiri legimus. ¶ Aliquando pro furripere, quòd ea quæ furantur, colligimus, κλέπτειν. Virg. 10. Aeneidos: Quid ſoceros legere, & gremiis abducere pactas? Quo in loco Servius exponit legere pro furari. Idem Aeglog 9: Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. ¶ Hinc ſacrilegium, ἱεροσυλία.

Lēctŭs, ta, tum, participium, Quod interdum comparatione, & temporis amiſſione in nomen migrat: idemq; ſignificat quod ſelectus, ſive ex aliorum numero ſeparatus, eximius, egregius, excellens. [בחור bachúr מבחיר mibchár בחיר bechír. ἐκλεκτος. Gal. Eſleu, choiſi. Ital. Scelto, eletto tra gli altri. Ger. Erläſen/ oder außerläſen. Hiſp. Elegido. Pol. Wybrani. Vng. Válaſztot, válogatot. Ang. Choſen, read.] Horat. in Carm. ſeculari, Virgines lectas, puerosq; caſtos, Dis quibus ſeptem placuêre colles, Dicere carmẽ. Virg. 9. Aeneid. Præterea bis ſex genitor lectiſſima matrum Corpora, captivosq; dabit. Cic. 5. Verr. Lectiſſimus adoleſcens, dixit. Erat is: Lectiſſimi viri, atque ornatiſſimi. Idem in Cat. 5. & ad Att. lib. 10: Lectiſſima fœmina.

Lēctē, lectiùs, lectiſſimè, adverb. [Pol. Przebranie. Vng. Válaſztua.] Cic. in Orat. Sententiis, verbisq; lectiſſimè dicere.

Lēctĭo, lectionis, f. t. Propriè eſt actus legẽdi. [קריאה kerúah מקרא mikrá. ἀνάγνωσις. Gal. Lecon, lecture. Ital. Lettione. Ger. Das leſen. Belg. Een teſinge. Hiſpan. La lecion, obra de leer. Pol. Czitanie. Vng. Olvaſás, lekezé. Ang. Areading.] Cic. ad Attic. Quotus enim quiſq; eſt, qui epiſtolam paulò graviorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem relevarit? Quin. lib. 2. cap. 12: Et ipſius lectionis tædium vicibus levatur. ¶ Accipitur etiã lectio pro recitatione poëmatis: quæ ſic definitur à Diomede: Lectio eſt artificialis interpretatio, vel varia cujuſq; ſcripti pronũtiatio, ſerviens dignitati perſonarum, exprimensq; animi cujuſq; habitũ. ¶ Aliquandǫ pro electione. [מבחר mibchár מבחיר mibchír. ἐκλογη, αἵρεσις. Gall. Election. Ital. Elettione. Ger. Auſerläſung/erwehlung. Hiſ Elegimiento. Po. Wibranie. Vng. Válaſztás. Ang. A choſing.] Cic in Antonio: Vt hos judices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus. Livius: Et eam lectionem nemo ratã habuerat. ¶ Aliquando pro collectione. συλλογη. Col. libr. 2. cap 2: At ſaxorum facilè eſt expedire lectione lapidum.

Lēctŭs, ctus, ctui, m q Electio ſive collectio. [אסף ósiph אספה aſuppáh אספה aſephdh אספון aſaphſúph קבוץ kibbúts. ἐκλογη, συλλογη. Gall Eſlite, choix, election. Ital. Scielta, cletta. Ger Erläſung/ auſerläſung/muſterung. Hiſp. Elegimiento, obra de elegir. Pol. Przebranie, pokazowanie. Vng Vallaſztás. Ang. A choſing or gathering.] Tacit. lib. 20: Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, veterano pedite, atq; equite firmavit.

Lēctĭto, tas, pen. corr. Frequenter lego. [ἀναγιγνώσκω. Gal. Lire ſouvent. Ital. Leggere ſpeſſo. Ger. Viel vnd offt läſen. Hiſp. Leer à menudo. Pol. Vſtawnie czitam. Vng. Olvaſdogolok, olvaſgatok. Ang. To read often.] Cic. Pæto: Pyrri te video libros lectitaſſe. ¶ Aliquando pro colligere. Valerius lib. 8: Conchulas, & calculos in littore lectitaſſe.

Lēctŏr, lectoris, m. t. Qui aliquid legit, recitator. [קרא koré. ἀναγνώστης. Gal. Lecteur. Ital. Lettore. Ger. Ein leſer Hiſp. El lector. Pol. Czitelnik. Vng. Olvaſó. Ang. A reader.] Cic. de Orat. Brutus duos lectores excitavit: & alteri Craſſi orationem legendum dedit, alteri de Leg. Servil. Idem lib. 3. Epiſt. Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas, & fortunæ viciſſitudines.

Lĕgŭlŭs, vel rectiùs Leguleus apud Varr. & I. [illegible] qui nec legulus dici putant.

Lĕgŭlŭs, guli, pen. corr. Qui uvas aut oleas colli[illegible] Gal. Cueilleur, vendengeur. Ital Raccoglitore. Ger. [illegible] / abbrecher. Hiſ. Cogedor de coſas menudas. Pol. Owoc zbieraiacz. Vng. Szedő. An. A gatherer.] Cato ca. 144: Legulos quot opus erit, præbeto: id eſt, collectores. Var. lib. 4. de ling. Lat. Legulus & vindemiator: alter ab oleis, alter ab uvis. D. lib. 7. Tit. 1. lib. 13, ubi de olivetis: Magnum apparatum ſint deſyderaturi, opificum fortè vel leguleorum.

Lĕgūmĕn, pen. pro. hujus inis, n. t. Quicquid ex terræ ſatis in ſiliquis naſcitur: ut ſunt fabæ, piſa, cicer, lentes, & ſimilia. [ירק yeróah. ὄσπριον. Gal. Tout ce qu'on cueil le en arrachant de terre, comme pois, feues & choſes ſemblables, legume. Ital Legume. Ger. Alter'ley gemüß das in hülſen wechßt Hiſp. Legumbre. Pol. Iarzyna wſzelaka, na ktorej ſupina ieſt. Vng Vetemény. An. All maner of pulſe, as peaſe, beanes.] Dictum eſt autem legumen à legendo, quòd manu legatur. Var. li. 1, de Re ruſt. de cicere: Hoc enim quoq; legumen, ut cætera, quæ evelluntur è terra, nõ ſubſecantur ut fruges: quæ quod ita legantur, legumina dicta ſunt. Virg. 1. Georg. Vnde priùs lætum ſiliqua quaſſante legumen.

Lĕgūmĕntum, ti, & Legarium, rii, n. ſ. idem quod legumen. [ירק yeróah. χέδροψ. Vn. Vetemény.] Varr. de Re ruſt. lib. 1. ca. 32: Viciam, lentem, cicerculam, ervilia, cæteraq;, quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant, &c. Gellius quoq; eo uſus eſt lib. 4. cap. 11: Opinati enim ſunt pleriq; κύαμον legumentum vulgò dici.

Lĕmă, f. p. [λήμη. Gal. La chaſſie des yeux. Ital. Dacrima congelata. Ger. Die buzen der augen ſo auß grober feuchte entſtehen. Hiſp La grima velada, dolencia de los otos Pol. Gnoi woczach. Vng Halyag, ſzem ſárái. Ang. Bleareduelſe of the eyes, a white diſtilling frome the eyes.] Humor albus in oculis concretus. Plin. libr. 23. cap. 1: Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi, vel ſi lemæ in oculis erunt. Inde Lemoſi λημῶντες, λημαλέοι. Cælius lib. 7. cap 6.

Leucōmēnĭdēs. [λευκομηνίδες. Vn. *Peterke.*] Pisciculi exigui: q & βῆκες appellãtur, ut ex Speusippo annotavit Hermolaus.

Leucŏn, λεύκον, Latinè album dicitur.

Leucŏnĭum, λευκόνιον, Tomentum sive xylinum, quod & Leuconicum dicitur. Mart.al.li 21: Accipe Leuconicis vellera rasa sagis. Idem lib.24: Coloma leuconico quam viduata tuo.

Leucŏpăĭyphos. [λευκοπαιφος. Pol *Wbiałe płaszczem.* Vn. *Fehér ruhában öltözött.*] Candidis vestibus indutus, nulloq; pretioso fuco inebriatus. Est enim παιφη vestium contextus. Vnde ortum est apud Græcos proverbium: ἔξωθεν λευκοπαιφοφορεῖται, τὰ δὲ ἔνδον ὅλος ἐστὶ φυσῶν: in eos dici solitum, qui in vestiũ quidem sumptu frugi sunt, animi verò luxu diffluunt. Vide Cælium Rhodig.lib 16 cap 7.

Leucŏpĕtălŏs, λευκοπέταλος, Gemma quæ candorem nivis auro distinguit. Plin.lib.37.cap.10.

Leucŏphæŭs, Cum diphthongo, color ex albo & fusco mistus, subniger. [λευκόφαιος. Gall. *Couleur meslée de blanc & gris, cendré, gris blanchastre.* Ital *Fosco, quasi nero.* Ger. Grauw. Hisp. *El pardillo.* Pol. *Szarafar, ba.* Vng. *Barna Fekete Zeg, szwrke.* Ang. *Gray of colour.*] Nam λεύκον albũ dicunt Græci, & φαιὸν fuscum: hoc est, subnigrum. Plin.lib.32. cap.10: Iecur rubetæ, vel cor adalligatum in panno leucophæo, & quartanis prodest. Vitruvius de his coloribus scribens: Fontes, *inquit*, & flumina sunt, quorum potu pecora, quamvis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. Idẽ: In campis Trojanis, proximè flumen, armenta rufa & pecora leucophæa nascuntur. Nos *colorem cineritium* vocamus: hunc verò alii Gallia *griseum* appellat.

Leucŏphæum. [Quod est ex leucophæo indutus, ut Frãcis, Anglis, Polonis [λευκοφαιωτος. Gall. *Vestu de gris* Ital. *Vestito di fosco* Ger. *Braun bekleidet/ uß die Barfusser Münch.* Hisp. *Vestido de pardillo.* Pol. *Wśiarzi, ne obłoczom, kako francuzi, kamznich.* Vn. *Cyák rueában valo, Szwrke.* Ang. *Clothed in gray or ruffett.*] Mart. lib.1: Amator ille tristium lacernarum, Et bæticatus, atq; leucophæatus.

cophæatus. ¶ Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quasi subfusca, sive subcandida.

Leucophlegmătĭă, λευκοφλεγματία, Species est hydropis, qua aqua subter cutem inæqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Alio nomine hyposarca, ὑποσαρκώς, appellãt. Vide Celsum lib. 3. cap. 21. [Pol. *Zakornia puchlina.* Vng. *Víz korság.*]

Leucŏphŏrŭm, λευκοφόρον, Glutinum, quo aurum ligno inducitur, Fit ex sinopidis Ponticæ selibra, silis lucidi libris decem, & melini Græciēsis libris duabus, mistis, & per dies duodecim unâ tritis. Plin. lib. 35. cap. 6.

Leucŏphthalmŏs, λευκόφθαλμος, Gemma quæ candidã, nigramq; oculi speciem cohibet, aliàs rutila. Plin. li. 37. cap. 10.

Leucŏpȳgi, λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quasi candidis natibus, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur melampygi: hoc est, fortes & viriles, quibus nates pilis nigricant.

Leucŏstrĭ ŏs, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis interventientibus punctis.

Leucrocuta, Aethiopica fera est perniciſsima humanas imitãs voces, asini feri magnitudine, cruribus cervinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, bisulca ungula, ore ad aures usq; rescisso, dentium locis osse perpetuo. Autor Plinius lib. 8. cap. 21.

Lĕvĭdēnsă, (autore Servio) Vile genus vestis: sic dictum quoniam filo admodum raro esset textũ. [Pol. *Sukniamatrem podbita.* Vn. *Ritka rosz ruha.* An. *A course garment of great rough thredes thinnely wrought.*] Cic. Dolabellæ: Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi esse solent ipsius munera. Ibi Cicero parum elaboratã, atq; expolitam orationem pro Dejotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, vocat proverbii figura Munus levidense: hoc est, munus vile, & minimi pretii, cujusmodi solent esse Regis Dejotari munera. Quondam inter hospitum xenia vestes in primis erant.

Levigo, Vide LAEVIS.

Lēvir, leviri, penult. genit. corr. affinitatis nomen. Frater uxoris, vel mariti. [יבם *iabám:* δαὴρ, Gal. *Le frere du mari, le beau-frere, ou le mari de la femme.* Ital. *Cognato* Ger. Der Ehemañ oder des Ehemañs Bruder Schwager Hisp. *El marido de la hermana, o el cuñado* Pol. *Brat zonin, albo mezow szwagier.* Vng. *Az feleségnek atyafia.* Ang. *The husbande brother.*]

Lĕvis, leve, om. t. Exigui ponderis res, expeditus, celer: huic opponitur Gravis. [קל *kál:* ποδὶξ, ἐλαφρὸς, κοῦφος, ὀξύς. Gall. *Leger*, Ital. *Leggiero, lieue, senza peso.* Ger. Leicht/gering. Bel. Leicht. Hisp. *Liuiano de peso/ligero.* Pol. *Lekki.* Vng. *Könyü.* Ang. *Light.*] Virg. lib. 12: Corytiq; leves humeris, & lethifer arcus. Leve illud propriè dicitur esse, quod facilius sursum attollitur, quàm deorsum tendat: ut ignis. Leve etiam dicitur quod licet nõ prorsus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis. ut Levis armatura. Cic 10. Philip. Nostrę sunt legiones, nostra levis armatura, nostri æquitatus, &c. Levis armaturæ, milites sunt pedites expediti, non magno armorũ pondere onerati. Eadem quoq; ratione Levis armaturæ equites dicuntur. Et à Cic. 2 de Divinat. Levis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorũ leviorũ textura: Sed hæc, *inquit*, fuerit nobis tanquã levis armaturæ prima orationis excursio, nũc cominus agamus, experiamurq;, si possimus cornua cõmovere disputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum: unde Leves homines, vocantur inconstantes, qui facilè opinionem mutant, viles, & nullo honore digni. ἀνεύθυνοι, quemadmodũ econtrariò graves dicimus, constantes, severos; prudentes. Plaut. Menæch. Quid ais homo levior quàm pluma? Hinc Levis autor, à Liv. lib. 5. ab urbe, dicitur cui nulla sit adhibenda fides. Sed, *inquit*, autorem levem, nec satis fidũ super tanta re esse patres rati. Et à Terẽtio in Hecyr. ea dicũtur levia, quę vana sunt, & nullius, aut certè parvi momẽti: Levia, *inquit*, hæc sunt, quæ tu pergravia esse in animum induxti tuũ. Et Cic. ad Attic. lib. 4, quod indiligenter agitur, levi brachio agi, dixit: Consules, *inquit*, qui illud levi brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. ¶ Levis quandoq; accipitur pro parvo: ut Levis dolor. Cicer. 1. de Finib. Quòd mors sensu careat, dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis soleat esse. Plaut. in Pœnulo: - verùm ita sunt omnes isti nostri divites: Si quid bene facias, levior pluma est gratia: hoc est, nullam aut paryam habent gratiã. Plin. lib. 11. cap. 53: Mortem illicò affert levi tactu. Levi admodũ vomere sauciare summã partem terrę, dixit Col. li. 2. ca. 2. pro leviter terrã arare. Levis esse sententiæ, dicũtur ii qui sententiã sæpè mutant. Terent. in Hecyr. Itidem mulieres illæ sunt fermè, ut pueri, levi sententia. ¶ Leve interdum pro inefficaci ponitur: ut quum dicitur, Leve nomẽ. Cicero pro Roscio Amerino: Sin eos, quos qui leviore nomine appellant, percussores appellant, &c.

Lĕvĭcŭlŭs, a, um, diminutivum à levis. [ὑποβίβαζων, ὑπόκουφος. Gall. *Vn peu leger.* Ital. *Alquanto leggero.* Ger. Etwas leichtfertig. Hisp. *Liuiano de peso/ligero.* Pol. *Lekiusienki.* Vng. *Könyü.* Ang. *Light.*] Plin. Epist. lib. 1: Facit versus quosdã sanè, sed data opera molliusculos leviusculosq;, durusculos quosdam. [Vn *Konywskayonge k.*]

Lĕvĭtas, f. t. Exilitas, item inconstantia, mobilitas: huic opponitur Gravitas. [קלות *qdcha* כבדות *cabdut.* Gall. *Legerete inconstance.* Ital. *Leggierezza, inconstanza.* Ger. Leichtsinnigkeit, Leichtfertigkeit. Hisp. *Liuiandad de peso ò de seso.* Pol. *Lekomyslność.* Vng. *Könywség, álhatatlanság.* Ang. *Lightnesse, inconstancie.*] Plin. lib. 12. cap. 12: Syncerum quidem deprehenditur levitate. Modò de vitio gravitati & constantiæ contrario. ἀστασία. Cicero: Quum in Antonio genus quoddam sordidissimũ vitæ demonstrare vellet, quòd in caupona delitesceret, quòd ad vesperum potaret, quod ore involuto iter faceret ne cognosceretur. Videte (*inquit*) hominis levitatem: tanquã prorsus illa dedecora hoc vitio notarentur.

Lĕvĭtĕr, adverbium, Negligenter [ἀλαφρῶς, κούφως. Gall. *Legerement, follement, inconsiderement, brieuement.* Ital. *Leggiermente, da buffone.* Ger. Leichtlichen, schlechtlich, oder kurtzlich. Hisp. *Liuianamente.* Pol. *Lekomyślnie.* Vng. *Könnyen.* Ang. *Lightly, rashly, sodainly, &c.*] Suetonius de Claris Gramm. Functusq; militia, studia repetit, quæ jam inde à puero non leviter attigerat: id est, non paivo tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à pueritia attigerat, & multo plùs quàm à limine salutaverat. ¶ Aliquãdo ponitur pro breviter. Cic. in Catone: Tamen, ut levissimè dicam, &c. Idem pro Rosc. Amer. Non omnia dicam, & leviter unumquodq; tangã: hoc est, obiter, & quod dicitur, in transcursu. Idem pro eodem: Sed in animo est quemadmodum antè dixi, leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquanq; rem: hoc est, succinctè, & breviter tractare. ¶ Dicitur etiam pulchrè in eadem significatione, Leviter in transitu attingere aliquid: ut apud Quint. lib. 7. cap. 4. ¶ Ponitur aliquãdo pro parum, & pro ejus diminutivo secundo paululum sive admodum parũ. Plaut. in Pœnulo: Et quanquam bene vocamus leviter lenonibus. Plin. in Epist. lib. 6: Ea tamen quæ tantæ pretiosiora, aut integra manent, aut levissimè læsa sunt: id est, admodum parum. Cic. 2 de Nat. deor. Genæ oculis subjectæ, leviterq; eminentes: id est, paululum. Idem lib. 2. de Orat. Leviter eruditus homo: id est, parum, & vix mediocriter. ¶ Aliquando ponitur pro facilè, patienter, sive æquo animo. Cic. de provinc. consul. Atq; hoc velim probare omnibus P.C. sed levissimè feram, si fortè his minus probaro, qui inimicũ meũ repugnante vestra autoritate rexerunt. Idem ad Attic. Id graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam.

Lĕvĭfĭdŭs, a, um, pen. corr. Qui facilè fidem violat [ἄπιστος. Gall. *Qui est de leger foy, qui est point fermé.* Ital. *Chi non ha fermezza di fede.* Ger. Der sein glauben oder zusagen nicht helt. Hisp. *Cosa de mala y liuiana fe.* Pol. *Lekomyślnowiarny.* Vng. *Könnyü hitü meg szegö.* Ang. *Light of faith.*] Plaut. in Persa: Omnes sunt lenæ levi fidæ.

Lĕvĭpĕs, pen. corr. hujus levipedis, omnis generis, Celer, & pedibus levis. [κοῦφος. Gall. *Qui est leger de pié, qui va tost.* Ital. *Che ha i piedi in fuga.* Ger. Ring zu fuß. Hisp. *El que ha los pies ligeros.* Pol. *Brzki.* Vng. *Könnyü labu.* Ang. *Light of foote.*] Varr. 3. de Re rust. cap. 1. Accius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset.

Lĕvĭssŏmnus, a, um, Qui de levi somno est. elegans canũ epitheton, qui levi somno præmuntur. [κουφόπνους. Gall. *Qui est aisé à esueiller, de leger somme.* Ital. *Che ha il sonno subtile.* Ger. Leichtschläfftig. Hisp. *El que ha el sueño ligero.* Pol. *Cząstosenny.* Vng. *Könnyü, álmu.* Ang. *That sleepeth not deeply, easie to waken.*] Lucr. lib. 5: Et levisomna canum fido cum pectore corda.

Levistĭcum: id est, ἄγνον, vel vitex. Existimo legendum Ligusticum, quod & Herm. Barb. & M. Virgil. videtur.

Lĕvo, vas, penult. corr. In alium tollo, elevo, extollo, erecto. [נשא *nasá* הרים *herim* αἴρω. Gall. *Hausser, esleuer.* Ital. *Leuare, alzare.* Ger. Aufheben aufrichten. Bel. Opheben. Hisp. *Alcar.* Pol. *Podnosić.* Vng. *Föl emelni.* An. *To lift vp, to lighte, to make light, to deliuer and tak away.*] Liv. Mox aqua levata vento, quũ super gelida montium cacumina concreta esset. ¶ Interdum est auferre. Virg. 2. Aeneid. - atq; arcta levari, Vincla jubet Priamus. ¶ Interdum exonerare, & quasi relevare. Virgil 9. Aegl. - ego hoc te fasce levabo. cum dativo, Plaut. in Mil. Levandum morbum mulieri video. ¶ Interdum extenuare, minuere. κουφίζειν. Virgil. 1. Aeneid. - nostrumq; leves quæcunq; laborem. Plautus in Epid. - virgini pauperculæ, Tuæque matri me levare paupertatẽ. Cic. pro Milone, & pro Corn. Balbo: Gaditani populum Rom. in caritate, frumento suppeditato levaverunt. Aliquãdo pro recreare & relaxare animum. Cic. in Catone: Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingravescũt:

animi

animi autem se exercendo levantur. ¶ Ad corporis Levationem transtulit Plin. lib.28. cap.4: Levatur illicò percussus à pœna. Levare opinione. Cic. de Amic. Qui hac opinione non modò verbis, sed etiam opere levandi sunt. ¶ Aliquando ponitur pro curare, sive sanare. Plin. lib.7. cap.2: Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentum ictus contactu levare solitos. ¶ Composita hujus verbi sunt, Allevo, elevo, relevo, & sublevo, de quibus suis locis.

Lĕvassŏ, Antiquum verbum pro Levo, sicut abjurasso, pro abjuro. Cic. de Senect. ex Ennio: O Tite si quid ego adjuto, eurámve levasso.

Lĕvātĭo, f.t. Levamen, mitigatio, consolatio, animi remissio & relaxatio, aberratio à dolore, solatiũ. [ארכה *aruchâh* ארטא *marpe.* ἀναψυχή, ἀνάπαυσις. Gall. *Allegement.* Ital. *Alleuiamento.* Germ. Ein leichterung/ein trost. Hisp. *El aliuio.* Pol. *Pocięcha, vlżenie.* Vng. *Meg könyebbités, vigasztalás.* Ang. *An easing of paine or sorow.*] Cic. ad Attic. lib. 12: Levatio quædam est, si minus doloris, at officii & debiti. Idem 1. Tuscul. Quæ levationem habent ægritudinum.

Lĕvamĕn, inis, n.t. Levatio, levamentũ. [ארכה *aruchâh* ארטא *marpé.* ἀναψύξις, ἀνάπαυσις. Gall. *Soulagement, allegeance, soulas.* Ital. *Alleuiamento, alleggiamento.* Ger. Ein leichterung/ das einen etwas leichter vnd ringer macht. Bel. Een verlychtinge Hisp. *El aliuio.* Pol. *Vlżenie.* Vng. *Meg könnyĕles, könnyebség.* Ang. *An easing or diminishing of paine.*] Cic. ad Attic. lib. 12: Quod si esset aliquod levamẽ, id esset in te uno. Virg. 3. Aeneid. Heu genitorem omnis curæ, casusq; levamen Amitto Anchisen.

Lĕvāmĕntum, ti, n.t. Levamen. [Pol. *Vlżenie.* Vng. *Könny ebség.* Ang. *An easing of paine or sorow.*] Cicer. 5. de Finib. Nos autem non solùm beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiã levamentum miseriarum. Plin. lib. 8. Epist. Studia unicum doloris levamentum. Tacit. lib. 3: Sed revertentibus post laborẽ, quod honestius quàm uxorium levamentum.

Levor, Levus. Vide LAEVUS.

Lex, f.t. [Pol. *Prawo.*] In urbe Roma nec nisi à magistratibus, nec nisi comitiis ferebantur: sed quia nec unus magistratus, nec una comitia erant, antiùs ab uno, an ab omnibus magistratibus, & utrùm unis, an omnibus comitiis ferrentur, aperiendum videtur. Ferebãtur leges à magistratibus majoribus quatuor, uno minore: à majoribus, prętore & consule, qui ordinarii magistratus erant, item à dictatore, & interrege, qui majores quidem, ordinarii tamen magistratus non erant: neque populi comitiis creabantur. Censor autem, etsi erat inter majores magistratus, jus tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat, minor magistratus, qui leges ferret, tribunus pl. erat: nam ædiles curules, quæstores, ædiles pl. III. viri capitales, III. viri monetæ cudendæ, tribuni militum tàm Rufuli, quàm Comitiati, etsi magistratus erant, leges tamen non ferebant. Legislatores autem vel tributis comitiis, vel centuriatis, vel etiam, ut in imperio mandando, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant. si tributis, aut cum S.C. aut sine: si centuriatis, è S.C. semper. plus omnino dignitatis, atq; auctoritatis in centuriatis, sed potestatis non minùs erat in tributis, æquè enim populus universus tenebatur iis legibus, quæ tributis comitiis ferebantur, atq; iis, quæ centuriatis: idq; sancitum esse lege à Q. Hortensio dictatore lata, Lælius Felix memoriæ prodidit: cum antè jure eò, quod statuisset plebs, patricii non tenerentur; non enim advocare patricios tribuni pl. neq; ad eos referre ulla de re poterant, ita ne leges quidem propriè, sed plebiscita dicebantur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta erãt. Hortensius, quæ rogata plebs sanxisset, ea pertinere ad omnes Quirites voluit: sive, ut jura plebis augeret, quum plebeius ipse esset: sive utili reip. consilio, quòd in libera civitate difficilem civium cõditionem discordię semina putaret. Legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cum peritis consultabat, ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret, ne fortè pugnantia capita simul ferret, néve quid quod vetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmumq; juberet esse (etsi, quæ postea ferretur lex, superiores omnes, præter sacratas, abrogabat) ne curationem, potestatẽ, commodúmve aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinibus mandaret: quod leges duæ, Licinia, & Aebutia, fieri vetuerunt. Contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim (quod in oratione pro domo traditum est) ut sibi Ciceronis ædes liceret possidere. etiam illud in scribenda lege cavebatur, ne pluribus de rebus, quæ non ejusdem generis viderentur, una rogatione ferretur: quod fieri cùm lex Cæcilia & Didia vetabat, itaque à Clodio factum accusat Cicero pro domo sua, tum, faciendum non esse, indicat idem in suarum legum lib. III. his verbis: Qui agent, non plùs quàm de singulis rebus consulunto: nam, consulunto est, populum roganto: consulitur enim populus, cùm lex rogatur. itaq; in oratione pro Milone: Nihil, *inquit*, de ejus morte populus cõsultus, nulla quæstio decreta à senatu est & pro domo sua: Si populus de ista re consultus esset. & Festus: Rogatio est cùm populus consulitur. Addebatur illa exceptio, ut siquid jus non esset rogari, ne esset rogatum. quod in oratione pro domo notavimus. Item: si quid contra alias leges ejus legis ergô latum esset, ut ei, qui eam legem rogasset, impunè esset: Hæc dicebatur à Græcis νομοφυλακία, quod fuisse translatitium: hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit Cicero lib. III. Epist. ad Atticum. Hæc igitur, quæ præposui: quasi legitima à bonis viris in ferenda lege omnia cavebantur. sed, ubi rationem vicit libido, spreta bonorum consuetudine, nihil præter suam potentiam, & utilitatẽ in lege spectarunt: ideo sæpè leges Clodii, aut Vatinii, alienas à more majorum, acerbè reprehensas à Tullio videmus: Scripta lege, legislator bene de republica sentiens, antè quàm eam promulgaret, referebat ad senatum, ut quò plus ponderis majoremque vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret: popularis verò, ac seditiosus magistratus sæpè, prætermissa senatus auctoritate, aut etiam contra senatus auctoritatem, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex: id est, in publico ponebatur: est enim promulgare, ut ait Festus, quasi provulgare: id autem & fiebat, ut inspiceret qui vellet, inspectam consideraret, non solùm, ut intercedi posset antè quàm ferretur, verumetiam, ut aliquanto antè statuere cuivis liceret, utrum cùm ferretur, antiquanda an accipienda lex esset: adde etiam illud, ut quivis monere legislatorem posset, vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Spatium autem promulgationis, ut ex Dionysio, & aliis patet, quacunque de re ferretur lex, erat trinundinum: id est, per trinas nundinas. Quum enim nundinarum causa ex agris in urbem cives convenirent, per trinundinũ leges patere, ut à rustica plebe ter legi cognosciq; possent, voluerunt. quòd cùm M. Antonius non servasset, invehitur in eum Cicero Philippica v. his verbis: Vbi lex Cęcilia, & Didia? ubi trinundinum? & idem pro domo sua: Hora fortasse sexta diei quæstus sum in judicio, cùm C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de rep. quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere, hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longè aliter, atq; à me dicta erant, detulerunt. hora nona, illo ipso die tu es adoptatus, si, quod in cæteris legibus trinũ nundinũ esse oportet: id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo: sin eadem observãda sunt, ut decrevit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ essent, populum non teneri: jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quòd in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum pl. non fuisse. Neq; verò trinundinum ita interpretor, ut ipso tertiarum nundinarũ die latas esse leges existimem: cùm & Macrobius lib. I: Comitia nundinis haberi non potuisse, neque concionem advocare: id est, cum populo agere, licuisse, veterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solùm inter ferias, sed etiam inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat: inter ferias, ne cum populo agi liceret, inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, *inquit*, feriatum diem esse voluerunt antiqui, quò rustici mercandi vendendiq; causa in urbem convenirẽt, eumq; nefastũ, ne si liceret cũ populo agi, interpellarentur nundinatores. Aliud aũt erat, cũ populo agere: aliud lege agere: cũ populo agere, populũ est ad cõsiliũ, aut concilia vocare, ut ait Festus: lege agere, jus experiri, in judicio cõtendere. libro etiam IIII. Epist. ad Attic. per duos nundinarum dies neq; comitia esse habita, neque concionem ullam, his verbis Cicero declarat. Ante x. cal. nundinę, concio biduo nulla. Trinundinum igitur in eam sententiam dictum accipio, ut inter eum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent, quò & sæpius, & à pluribus, urbem mercandi vendendiq; causa visitantibus, promulgata lex cognosci posset. Post tertias nundinas magistratus in eum locum, ubi legem laturus erat, sive in forũ, sive in campum Martium, populum convocabat, ibi cùm legem præco, subjiciente scriba, recitasset, tum (fortè etiam in toto trinundino, quotiescunq; populus coiisset, vel suadebant legem, vel dissuadebant; sed, maximè ac vehementer fieri solitum quo die ferenda lex erat, cõsentaneum est) primùm quidem is, qui legem promulgaret, populo suadebat, ut rogationem acciperet: sed post eum alii, nõ privati modò, quibus ab aliquo magistratu concio daretur: (nam alioqui concionandi potestas privatis non erat) verùm etiam quandoque magistratus, pro suo quisque sensu, vel suadebant. vel dissuadebant: suasorem rogationis eum, qui rogabat, fuisse, ita verisimile est, ut exemplis, quæ multa suppetunt, mihi esse utendum in re minimè dubia nõ existimem. quod autem minùs verisimile est, ut aliquis ejus rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit, id nisi testimoniis probem, credibile non erit: atq; hoc tum fiebat, cùm magistratus non è sua, sed è senatus sententia rogationẽ ferebat. neq; enim prohibebatur dissuadere ad populũ, quod non probaverat in senatu. Pisonis consulis exemplum habemus in

mus in epistola, Vereor. Ad Att. lib. 1: Piso, *inquit*, consul lator rogationis, idē erat dissuasor. quod Attico, ut novū & iniquū scripsit Cicero, cùm suadere suas rogationes reliqui solerent: unde illud Attici ad Ciceronem lib. 11. de legibus: Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, ut ego, uti rogas, possim edicere: loquitur enim Atticus cum Cicerone, ut cum magistratu legem rogante, & quemadmodum in eo libro personam Cicero sustinet magistratus legem rogantis, quod proxima superiora verba declarant, Si quæ fortè leges à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra rep. nec fuerint, tamen erant ferè in more majorum, qui tum ut lex valebat: sic Atticus civem agit de ipsa lege suffragium ferentem. quod indicat illud: Vt ego, uti rogas: possim edicere. refert enim modum illum tabellarum, quibus scisebatur lex: quæ his duabus erant literis signatæ, V. R. id est, uti rogas: cùm ea, quibus lex rejiciebatur, una litera, A, essent inscriptæ: quæ valebat, antiquo: hoc est, nihil novari volo, antiqua probo. Privatus legem Cinciam de donis & muneribus Q. Fabius Maximus suasit, Ogulniam de sacerdotiis P. Decius Mus, Voconiam de hæreditatibus M. Cato ille Cēsorius, Corneliam de reditu Ciceronis, Cn. Pompejus. Nec verò, qui privati item leges dissuaserint, invenire non facilè est. exemplum habemus in oratione pro lege Manilia, Q. Hortensii: in libro De amicitia, C. Lælii, & minoris Africani. Manilium legem, de bello Mithridatico Cn. Pompejo extra ordinē mandato, dissuasit Hortensius. Papiriam, de tribunis pl. reficiendis, Lælius, & Africanus. atq; hanc ipsam consuetudinem, ut privati legem suaderent, aut dissuaderent, indicat Livius lib. XLV. his verbis: Ita traditum erat, ne quis priùs intercederet legi, quàm privatis suadendi dissuadendiq; potestas facta esset: quò melius aut commoda legis aperirentur, aut vitia. quo persæpè evenit, ut aut ii, qui ad intercedendum venerant, desisterent, aut intercederent, qui non professi essent se intercessuros. & eodē libro infrā: Cùm in Capitolio rogationem eam Tit. Sempronius ferre vellet, & privatis lege dicendi locus esset: neq; ad suadendum, ut in re minimè dubia, quisquam procederet. Ser. Galba repente processit. item Cicero in oratione pro C. Cornelio, cujus extant reliquiæ quædam, cum Asconii commentariis editæ. Est, *inquit*, jus vetandi, dum privati dicunt, dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum fortitio fit: quibus in locis quū & Livius & Cicero de solis privatis meminerint, nō tamen eam potestatem solis privatis fuisse debemus existimare: partem enim pro toto posuerunt: quia privati & sæpiùs, & plures quàm magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solerent. Magistratuum porrò vel suadentium vel dissuadentium legē exempla habemus hæc. M. Porcius Cato, ille sapiens, prætor Luciniam de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuasit: legem Manilium prætor Cicero luculenta, quæ extat, oratione suasit: Agraria Rulli iis, quæ extant orationibus consul idē dissuasit. Verùm hęc, quę paulò longius, ut illustriora fierent, produximus, paucis admodū verbis libro de Legibus III. Cicero comprehendit. Populum, *inquit*, docento, doceri à magistratibus privatisque patiuntor. in quo significatur, ut & ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant: hoc est, de ipsa lege dicant, & dicere alios quoq; tùm magistratus, tùm privatos patiantur. Infrà verò, eodē libro, cùm dixit: De promulgatione, de singulis rebus, de privatis, de magistratibus audiendis, privatos posuit ante magistratus cùm suprà primùm magistratus, deinde privatos nominasset. quod si ad veritatem ordo referatur, priùs nominari privatos, deinde magistratus oportuit: prior enim privatis locus in suadenda dissuadendáve lege ideo datus est, ne si eos, qui magistratum gerebant, antè audissent, ab iis dissentire non auderent: idq; Dio historiæ suę libro XXXIX. scriptum reliquit: quos autem suadere, aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in oratione pro Flacco legis autores Cicero appellat: cùm autores intelligat vel accipiendæ legis, vel antiquandæ. Hęc de suadentibus dissuadentibusque legem: nunc de loco, unde suaderent aut dissuaderent. Nemo ad populū, nisi de loco superiore, concionabatur, sive is privatus esset, sive magistratū administraret: id autem ob eam causam, quò longiùs à stantibus in cōcione tùm exaudiri vox, tùm intelligi verba possent. concionabantur igitur, si in foro, de Rostris: quæ ad Comitium fuisse, propè juncta curiæ, Pędianus ait: si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editiore aliquo loco: concionari autē magistratibus pro ea, quam habebant, potestate, omnibus licebat: privatis, quod jam diximus, nisi concionem: id est, concionandi potestatem, à magistratu aliquo acciperent, non licebat. & quia sępiùs in foro, ubi Rostra fuisse diximus, quàm in campo, leges ferebātur: ideo sæpiùs pro Rostris, quàm in campo, cōciones habebantur: multò enim plures tributis comitiis, quæ, legum quidem causa, in foro, interdum & in Capitolio habebantur, quàm centuriatis, quæ in campo latas esse constat, cùm tribuni pl. qui comitia tributa, non centuriata, habebant, facillimè ad leges rogandas adducerentur, quippe qui leges non ferrent ex senatus autoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Cùm suaserant dissuaserántve legem primo loco magistratus, qui legem ferebat: secundo privati: tertio reliqui magistratus: tùm præsentibus sacerdotibus, ut scribit Dionysius, & divina exponentibus, sitella, quam nominat Pędianus, deferebatur: in quam sive tribuum, si tributis comitiis lex ferretur: sive centuriarum, si centuriatis, nomina conjiciebātur: deinde, sortibus æquatis: hoc est, ita agitata sitella, nequa sors subsultaret, atque exiliret, sed pariter omnes æquatæ jacerent, sortitio fiebat, quæque prima vel tribus, vel centuria, quæ secunda, quæ tertia de sitella exiisset, eundem, quem sors dederat, in suffragio ferendo locum atque ordinem tenebat, hæc dum agerentur, siquis tribunus pl. legi vellet intercedere, locus erat: numquam autem ante situsionem dissuasionemque legis intercessionem fuisse, declarant illa proximè recitata, quæ Livius lib. XLV. Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Et quoniam de intercessione, quæ legem impediebat, mentionem fecimus (neque enim legi tantùm verùm & senatusconsultis, & prætorū decretis, aut judiciis intercessum esse, animadvertimus) omnibus de caussis, quæ, quò minùs promulgata lex perferri posset, impedimēto fuerunt, dicendū nobis est. Hę quinq; traduntur: prima, Intercessio, cùm tribuni pl. quorum propriè intercedendi jus erat, edita voce illa: Veto, de qua meminit Livius, intercedebāt: cujus generis exempla suppetunt. altera: Cùm is qui promulgaret, vel amicorum precibus adductus, vel senatus autoritate commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cæcilius, uterque tribunus pl. diversis temporibus fecerunt: ille in lege de libertinorū suffragiis, hic in ea, quā de minuenda ambitus pœna promulgavit. tertia ratio fuit: Cùm neq; intercedente tribuno, neq; eo, qui promulgaverat, consilium mutante, comitiales dies: id est, eos quibus agi cum populo licebat, consul eximebat, vel supplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, nō solùm iis, quæ Latinæ dicebātur, quas indicere soli consules poterant, sed etiam iis, quæ imperativæ quas non modò consulibus, verumetiam prætoribus ipsorū arbitratu licebat imperare, quo genere usum esse Marcellinū consulem, ut C. Catonis tribuni pl. legibus obsisteret, videmus in epistola, Placiturum, lib. II. ad Quintū Fratrem. Quartam causam, quæ & ipsa comitiis, quacunque de re haberentur, impedimento esset, Obnuntiationem inveni: quam omnes planè magistratus, ut ego arbitror, habebant: nam, quod oratione secunda in Antonium ita legitur: Nos nuntiationem solùm habemus, consules, & reliqui magistratus spectionem: duas dictiones, Nuntiationem & Spectionem, alteram alterius sedem, occupasse facilè crediderim, ut augures spectionem duntaxat habuerint, magistratus si modò augures essent, ut erat Antonius, idem consul, & augur, simul cum spectione etiam nuntiationem: hoc est, obnuntiationem: idque cùm ad ipsam Ciceronis sententiam magis quadrare, qui diligenter animum intenderit: intelliget: tum Festus Pompejus ita esse, depravatis ille quidem verbis, satis tamen apertè significat in dictione spectio: legamus igitur in ea oratione sic: Nos enim spectionem solùm habemus, consules & reliqui magistratus etiam nuntiationem, ut augures intelligat cùm: Nos. dicit: erat enim ipse augur: cùm verò, Consules, subjicit, in eo notet Antonii consulis insciti am qui se id auguratus jure posse diceret, quod, quia consulatum gerebat, multò facilius poterat: præterea ut de magistratibus obnuntiantibus, ita de auguribus de cœlo servantibus haud parum sæpè legimus: quod quidem spectionem significat: quæ tolleretur, si verum illud esset, Nos nuntiationem solùm habemus. Quod si quis dixerit ideò verum esse, nuntiationem solùm habuisse augures, quia spectionē, nisi jussi à magistratibus, non haberent: facilè refelletur: nam si augurum spectio non est, quia pendet à magistratuum voluntate: ne nunciatio quidem erit, quia pendet à spectione: quì enim esse potest nuntiatio, nisi spectio antecedat? præterea, si spectionem augur non habet nisi jubente magistratu: ne nuntiationem quidē habet: nisi eodē volente: neutram igitur habebit: quandoquidē non ipsius, sed magistratus in utraque potestas est. quomodo igitur consistit illud, Nos nuntiationem solùm habemus sive nuntiationem pro renuntiatione, sive pro obnuntiatione accipias? Quinta impediendi ratio fuit, Cùm de cœlo vel fulgebat, vel tonabat: erat enim in augurum disciplina, ut, Jove fulgente, tonante, comitia dimitterentur, quo genere impedimenti Pompejus Magnus in secundo consulatu, ne M. Cato prætor crearetur, comitia dissolvit. Redeo ad institutum. Sortitione tribuum aut centuriarū facta, dicebat is, qui legem ferebat: Si vobis videtur, discedite Quirites. de quo Pædiani verba subscribam: Cùm, *inquit*, id solùm superest, ut populus sententiam ferat, jubet unumquēque is qui fert legem discedere, quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, ubi lex

fertur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium laturus: populus enim confusus, ut temperatius, ita & in concione. Livius autem libro II, ubi de lege Icilia sua loquitur: Consul, *inquit*, Appius negare jus esse tribuno in quēquam, nisi in plebeium: non enim populi, sed plebis cum magistratum esse, nec illum ipsum tum movere posse nisi prio patre more majorum quia ita dictum: Si vobis videtur, discedite Quirites. ubi, Discedite, dictum apparet, ad suffragia ferenda. libro verò III, ubi de Terentia lege agit, item significat, cùm ait: Quemadmodum se tribuni gessissent in probando delectu, sic patres in lege, quæ per omnes comitiorum dies ferebatur, impediunda gerebant. mirum erat vocæ, cùm discedere populū jussissent tribuni, quòd patres se submoveri haud sinebant. Cùm igitur de concione missi discederent, in suam quisque tribum, aut centuriam abiisset privatos homines invenio, qui de lege laborarent, non modò populum ut legem acciperet, ante lata suffragia rogasse, verumetiam, ne qui fallaciæ committeretur, ipsos aut tabellas distribuisse, aut distribuentibus alios præfuisse. idque, dubitare, proprio vocabulo dicebatur. quod muneris, quia fere obiri curaq; ab iis soleret, qui neq; ætate graves, neq; gestis honoribus insignes admodum essent, id tibi & à senibus, & à dignitate præstantibus præcipuè contigisse, gloriosè commemorat Cicero in Pisonem Hoc, *inquit*, certè video, quod indicāt tabellæ publicæ, vos rogatores, vos dubitores, vos custodes fuisse tabellarum: & quod in honoribus vestrorum propinquorum non facilis, vel ætatis excusatione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis, eodemq; verbo eadē de re alibi est in oratione post reditum in senatu. Nec dubito, quin legendum sit, Dubitantur non Pupianum, in ea in Pisonem, in eo loco, An expectas, dum de te LXXV. tabellæ dubitantur? Primus quoq; libro XXXVI cap XV. hoc verbum usurpavit. Si [illegible] *inquit*, ille dominator orbis populus, qui gentes & aequavit. Cistis autem suffragiorum custodiendis certos homines à comitiis præfuisse, qui nomenclatores sint appellati, idem Plin. lib. XXXIII cap. II. scriptum reliquit. Tabellis dedebatur, primo loco centuriis, aut certe tribus suffragium ferebat, quę omnium tribuum aut centuriarum nominibus in sortem conjectis, prima dicebatur, de qua jam diximus, sorte exierat. eaque prærogativa dicebatur, quia prima rogaretur à magistratu, eiusque rei cum ea habebatur. Ab in prima tribu, aut centuria, quis primus videretur is, quē magistratus legem ferens deligebat, deligebat aūt, quē & dignitate præstare & rogationi suæ præter cæteros favere judicabat. utrumq; cognoscitur in oratione pro Plancio, in qua ita scriptū est: Nam quod primus se tribu legē de publicanis, tùm, cùm vir amplissimus consul id illi tribui per populum dedit, quod per senatū, si licuisset, dedisset, in eo crimen est, quam suffragium tulit, quis non tulit publice, nescio, quia primus scivit ratum id sortis esse vis, an ejus, qui tam legem ferebat? Si sortis, nullū crimen est in casu: si cōsulis, splendor etiam Planci, hunc ab summo viro principem ordinis judicatum. quo constat, ideo primū Plancium ad suffragium ferendum a Cæsare consule lectum esse, quia primus ordinis equestris judicaretur. quod ipsum confirmant illi pro domo sua Consuli ut homini P. Clodius eversa repub. civitatē adimere potuit, concilio advocato, conductis operis non solum egentium, sed etiam servorum, Sedulio principe: dixit enim, Sēdulio principe, pro primo omnium suffragium ferente, quod apertiùs proximè offendit, cùm ait: Sin autem is primus scivit: erat enim quodammodo legis ornamentum, cùm is eam scisceret primus, cujus in civitate non levis esset auctoritas, quod erat tatis clarè indicarent et, quæ ex oratione pro Plancio recitavimus: tamen in hac ipsa pro domo sua ita scripsit illustrius subjungit enim postea quæ proximè ad exemplū attuli, non magno intervallo: Tu hujus, ut ita tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes, auctoritatem amplectaris quasi Clodius Sēdulii, tanquam clari hominis, nomen, publicis in tabulis ad legem honestandam scripsisset, aut fortasse etiam in æs simul cum ipsa lege incidisset. Cùm igitur ab eo, quem magistratus ipse primum delegisset, deinceps que ab aliis eisdem tribus, aut centuriæ pelata suffragia erant, tùm suffragiis in utramque sententiam dinumeratis, &, quomodo verecies loquebantur, dirempti, numeroque eorum cognito, ejus tribus aut centuriæ voluntas cognoscebatur, eaq; à præcone renuntiabatur, & eadem in reliquis tribubus aut centuriis ratione servata, ex majore tribuum cēturiarumve numero vel antiquabatur, vel scisce batur lex: ac de antiquata quidē lege nihil est dicendū. sciam autem, atq; acceptam, omnium civium jurejurando confirmari solitam legimus. itaque Q. Metellus, ille Numidicus, nec in legem Saturnini pervelatam juraret, in exilium abire malui, sibique potiùs de patria, quam de sententia decedendum putavit. quē anno pòst DXLIII imperatus non est M. Cato, is quem Uticensem hujusmodi nominant: qui cùm leges P. Clodii nullo neque jure, neque more rogatas putaret, in eas tamen juravit, consilio usus optimo ut Cicero ait in oratione pro Sextio: nam ab eo, quod omnes [illegible] fieri nō potest, cùm periculo desentire, temeritatis est deterre. Post jurejurandū, ut æs lex incideretur, quod indicat Livius lib III. his verbis: Cum quām in urbē haberetur, quod inde [illegible] leges decemvirales, quibus tabulis duodecim tabulæ egrederent, leges decemvirales, quibus tabulis duodecim tabulæ egrederent, & S. C. ubi cum publicis pecuniis, omniumq; publicarum rationum libris conditæ asservabantur. Fiat autem ærarium in Saturni Opisq; templo: templum autem in vico Ingario, ad Capitolii radices: unde septies millies H S. a Cæsare dictatore depositum, postillius interitum M. Antonius consul abstulit. & si tantum Opis in Philippica I. & II. ubi hac de re Cicero loquitur, mentio fit: puto, quod duabus cellis simulachra Opis & Saturni separatim dedicata colerentur. & ad Opis cellam propius, quàm ad Saturni, eam pecuniam Cæsar locasset. Primus tamen reipub. temporibus legē Iuliam in templo Divæ, quod in Aventino monte fuit, repositā esse, legimus in historia Dionysii. Quorum ratione perferendæ legis attulerint, q fere ponderis ad eos esse viderent, omnia ut arbitramur, persecuti sumus: perq; verò legis, quę vis esset, primum ut ū maximū ferendæ, proxima, utrum perpetua brevi dubitemus. Erat in lege summa vis, nō solùm, quia quod erat lege sanctū, ei Quirites omnes tenebantur, quod tribus legibus, una consulum Valeria Horatia, duabus dictatoris, Publilia, & Hortensia, cautum est: paucas tamen exceptio quibus non omnes planè cives astringebantur, quo lex esset. Est illi legem derogandis, animadvertendum. lata enim est post duas leges, consularem unam, dictatorias duas, à nobis proxime nominatas. N, quodcunq; postea cum populus jussit. id rata rumq; esse XII tab lege sanctum est) verumetiam, quia non, ut prætoris edictum, item lex annuo spatio terminabatur sed vigebat usq; dum alia lege abrogaretur: abrogatur verò omnes licet, præterquam quæ vi facta sunt, abrogatæ nunquam obligant. Irritè verò non facere, neque violanti legem, pœna fatetur cæteræ leges, [illegible] nes potuerunt, & abrogatæ multæ tamen tamen si nunquam [illegible]

cū,

Librārĭŭs, rii, substantivum, m. ſ. Qui libros manu sua mercede describit: [βιβλιογράφος. Gal. *Libraire, eſcriuain de liures*. Ita. *Cappiatore, copiſta*. German. Ein Buchſchreiber / der vmb lohn bücher ſchreibt. Hiſpan. *Librero ò el eſcriuano que eſcriue los libros*. Polon. *Ten ktori zarobſ ate tekſiegi przepiſſuie*. Vng. *Kõnyv iro, kõnyv áros*. Ang. *A ſcriuener, a booke writer*.] nam qui eos vendit, Græco nomine *bibliopola* dicitur. βιβλιοπώλης. Cicer. pro leg. Agrar. Aliquando tandem me designato, lex in publicum proponitur, concurrũt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. Livius 8. bell. Maced. in L. Scipione malim equidem librarii mendum quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atque argenti. Horat. in Arte: Vt scriptor si peccat, idem librarius, usque Quanvis est monitus, venia caret. Plin. lib. 7. cap. 25. de insigni memoria Iulii Cæsaris: Epistolas verò tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas.

Librārĭŏlŭs, li, diminutivũ à librario, m. ſ. [ὁ γραμματοκύφων. Gal. *Petit libraire ou eſcriuain de liures*. Ital. *Picciolo librario ò ſcrittore de libri*. German. Ein Buchſchreiberlin. Hiſpan. *Pequenno librero ò eſcriuano de libros*. Polon. *Piſſarzik kſiąg*. Vngar. *Kõnyv irotska, áro fotska*. Ang. *A litle ſcriuener or writer of bookes*.] Cicero ad Att. lib. 4: Et jam velim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyranno utatur glutinatoribus. Idem 1. de Legib. Cujus loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Librārĭă, æ, substantivum, f. p. Taberna in qua libri prostant. [βιβλιοπωλεῖον. Gall. *Libraire, bibloteque* Ital. *Libraria*. German. Ein Buchſtaden. Hiſp. *La libreria de libros*. Pol. *Libr[illegible] kſiąg[illegible]*. Vng. *Kõnyv árulo mwhely*. Ang. *A ſhope wherein bookes are ſold*.] Gell. lib. 5. ca. 4: Apud Sigillaria fortè in libraria ego & [illegible] Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, cõsederamus.

Librārĭum, rii, n. ſ. Theca eſt, ſive ſcrinium quo libri continentur. [τὸ βιβλιοφυλάκιον. Gall. *Vn garde liures, ou regiſtre, ou bien gros regiſtre.* Ital. *Caſſa ò altro luoco da guardare i libri.* German. Ein Buchkammer/Liberey. Hiſpan. *Grueſſo regiſtro, lugar para gardar libros.* Polon. *Librarya.* Vngar. *Könyv tarto hely.* Ang. *A cheſe to keep bookes or any lik thing.*] Cic. pro Domo ſua: Exhibe, quæſo, Sexte Clodi, librarium illud legum veſtrarum, quod te ajunt eripuiſſe è domo, & ex mediis armis, turbaq; nocturna, tanquam Palladium, ſuſtuliſſe.

Lĭbĕt, verbum impersonale, idem ſignificans quod Placet: à labendo (ut Varro inquit) quòd quæ placent in mentem prolabantur. [אוֹת *jaáth.* δοκεῖ, ἐπιχαίρει. Gall. *Il plait.* Ital. *Piace.* Ger. Es gelieht mir/es geluſt mich. Belg. Het believt/het luſt. Hiſp. *Antoja, à plaze.* Polon. *Podoba mi ſie.* Vngar. *Kell.* Ang. *It pleaſeth, it lyketh well.*] Duo habet præterita, libuit, & libitum eſt. Plaut. in Pſeud. Cur id auſus facere? B. Libuit: id eſt, ſic volui, ſic placuit mihi. Idem in Aſinaria: Siquid te volam, ubi eris? L. Vbicunque libitum erit animo meo. ¶ Hinc fit Collibet, penult. correpta, vel Collubet, collibuit, collibitum eſt, collibere, idē quod libet. Terentius in Evnuch. Siquid collibuit, novi te. Columella libro 11. cap. 1: Facturus mox, ſi collibuiſſet, quod nunc aggredior.

Lĭbens, tis, Volens, voluntarius, gaudens. [רָצָה בְּרִיב *nadhíb rotséh.* ἑτοίμως, ὀπάν. Gall. *Qui volontiers & de ſon bon gré fait quelque choſe, volontaire.* Ital. *Che fa da ſe & voluntieri, facile.* Ger. Gutwillig/gern. Hiſpan. *Aplazible y de buena gana.* Polon. *Barzo rad.* Vngar. *Keduem, akaratom ſzerent.* Angl. *Willing, that hath a good will to do any thing.*] Cicero ad Atticum libro 10: Si vera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente eripies mihi hunc errorem. Idem pro Cluent. Eamq; animis veſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. Liv. libro 9. belli Pun. Vt modicas injurias nō æquo animo pati, ſed propè libenti videri poſſent. Cicero ad Att. lib. 4: Illam porticum redemptores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis omnibus.

Lĭbens, autore Donato, interdum adverbii ſignificatione ponitur pro libenter. [ἑτοίμως. Vn ὀρθμεστ.] Terent. in Andr. Fugín' hinc? B. Ego verò ac libens.

Lĭbēntĕr, Non gravatè, æquo gratoque animo. [ἑκουσίως, ἀπροθύμως. Gall. *Volontiers, debart.* Ital. *Volontieri.* German. Gern. Hiſpan. *Plaſentera y ganoſamente.* Polon. *Zchcezia.* Vngar. ὀρθμεστ. Angl. *Willinglie, with a good will.*] Cicero 4. Academ. Itaque quum aliud diceret atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, *&c.* Horat. 2. Epiſt. Dicit enim citiùs meminitq; libentiùs illud: Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur. Libenter vivere, & cœnare, autore Donato, eſt bonorum ciborum edacem eſſe. Terentius in Evnucho: -tu hercle cum illa Phædria Et libenter vivis: etenim bene libenter victitas.

Lĭbēntĭă æ, f p. Voluptas, illecebræ. [עֹדְנָה *hedhndh* רָצוֹן *ratſón.* ἡδονή. Gal. *Volupté.* Ital. *Voluptà.* German. Wolluſt. Hiſpan. *Deleyte.* Polon. *Rozkoſz.* Vngar. *Teſti gyön örwſeg.* Angl. *Will, pleſour.*] Gell. lib. 15. cap. 2: Cui libentiæ, gratiæq; omnes conviviorum incognitę ſint.

Lĭbīdo, penultima producta, genitivo libidinis, f. t. Cupiditas, extraordinarium deſiderium. [עֶלְבָּה תַּאֲוָה *haghbáh taavádh.* ἐπιθυμία, ἡδυπάθεια. Gall. *Plaiſir, voluptē deſordonnée, appetit deſreiglé, paillardiſe.* Ital. *Libidine, appetito diſordinato di luſſuria.* German. Mutwill/ein jede vngezeumpte vnd vnordentliche begierd. Belg. Wolluſt. Hiſpan. *Gana, antoje, luxuria.* Polon. Wſzeteczność. Vngar. *Buyiaſag.* Ang. *Luſt, ſenſualitie, vnlawfull appetite or will.*] Fere ſemper in deteriorem partem accipitur. Plautus in Epid. Nequàm es homo Epidice, cui libido eſt malè loqui. Tametſi verò multarum rerum libidines ſint, tamèn quum libido dicitur, neque cujus rei libido ſit, additur, non ferè ſolet animo occurrere niſi illa qua obſcœnę partes corporis excitātur. Cic. 4. Tuſc. Voluntas eſt quæ quid cū ratione deſiderat: quæ autem adverſus rationem incitata eſt vehementiùs, ea libido eſt, vel cupiditas effrænata: quæ in omnibus ſtultis invenitur. Saluſt. in Catilin. medium vocabulum eſſe oſtendit, quòd tàm in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi poſſit: hoc eſt, pro voluptate tàm honeſta, quàm inhoneſta. Magisque (*inquit*) in decoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis, & conviviis libidinem habebant. ¶ Libido nauſeæ id eſt, cupiditas vomendi. Cato capite 156: Vbi libido veniet nauſeæ, eumque apprehendet, decumbat, purgetque ſeſe.

Lĭbīdĭnōſus, ſa, ſum, Qui in libidinem propenſus eſt, venereus, ſalax. [עֶלְבָּה *hoghéb.* ἀσελγής, ἀκρατής, ἀκόλαστος, ἀφροδίσιος. Gall. *Impudique, ſuiet à ſon plaiſir, deſordonné, adonné à paillardiſe.* Ital. *Luſſurioſo, libidinoſo.* German. Geil/ mutwillig/böſen geluſten ergeben. Hiſpan. *Luxurioſo.* Polon. Wſzeteczník. Vngar. *Buyálkodo.* Ang. *Luſtfull, bent to pleſour.*] Cicero de Senect. Libidinoſa enim & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Plinius libro 11. cap. 39: Libidinoſiores hominum quoque hirtos colligens. Quintil. libro 6. cap. 4: Libidinoſior es quàm ullus ſpado. Libidinoſas ſententias Cicero pro domo ſua dixit, quæ pro libidine cujuſque feruntur. Libidinoſæ dapes, dicuntur exquiſitæ, & curioſæ. Columel. in præfat. libri 10: Mox quum ſequens, & præcipuè noſtra ætas dapibus libidinoſis pretia conſtituerit, *&c.*

Lĭbĭdĭnōſĭſſĭmus, ſuperl. [Pol. *Zbitnie wſzeteczni.* Vng. *Igön buyia, fertelmes.*] Lampridius in Heliogabalo: Vaſa nonnulla ſchematibus libidinoſiſſimis inquinata.

Lĭbĭdĭnōsē, adverbium, Impotenter, crudeliter, & pro animi libidine. [ἀκράτως. Gall. *Impudiquement, d' vn appetit deſordonné.* Ital. *Crudelmente.* German. Mutwilligerweiß. Hiſpan. *Luxuriosamente.* Pol. Wſzeteczenie. Vngar. *Buyálkodua.* Ang. *Vnchaſtely, with an immoderat luſt.*] Saluſtius in Iugurth. Pòſt ubi paulatim licentia crevit, juxta bonos & malos libidinosè interficere. Cic. 1. Verr. Vt quę ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Idē 1. Offic. Cavetq; nequid libidinosè aut faciat, aut cogitet. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Abſtinebatur à patribus, in humiliores libidinosè, crudeliterq; conſulebatur.

Lĭbĭdĭnŏr, aris, d. p. Libidinem perago, voluptati indulgeo. [עָלַב *haghább.* ἡδυπαθέω. Gall. *S' adonner à paillardiſe.* Ital. *Darſi alla luſſuria.* Ger. Mutwillen vnd geilheit treyben. Hiſpan. *Luxuriar.* Pol. Wſzeteczeńſtwa patrzę. Vn. *Buyálkodom.* Ang. *To giue him ſelf to ſenſualitie or luſt.*] Suetonius in Nerone, cap. 28: Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceſtè, ac maculis veſtis proditum affirmat.

Lĭbĭdĭnoſus, Lĭbĭdo, Vide LIBET.

Lĭbĭtīnārĭŭs, narii, m. ſ. Propriè dicitur is, qui locat aut vēdit ea, quæ ad pompam funebrem ſunt neceſſaria, vel qui curam habet perficiendorum funerum. [κηδεστὴς, ταφεύς. Gall. *Celuy qui fait meſtier d' enſeuelir les morts, & faire ſepultures & funerailles.* Ital. *Colui che vende, ò preſta à prezzo, & da à nollo quello che ſi appartiene alla pompa di morti.* Germ. Der die ding/ſo zu einer begrebnuß von nöhten ſind/ zurüſtet/ verſihet oder verkaufft: ein Todtengreber. Hiſpan. *El que appareja coſa del mortuorio.* Pol. *Ten ktori dla pogrzebu potrzebi gotuie ij przedaie, grubarz.* Vng. *Halot temetésére valo ſzükséges dolgoknak árosa.* Angl. *He that ſelleth which be needefull for burialles.*] Tractum eſt nomen à Libitina dea, in cujus æde aſſervabantur ea, quæ ad inſtructionem funebris pompæ erāt neceſſaria. Vlpian. l. Quicunque. ff. de Inſtitor. action. Si libitinarius, quem Græci κηδεστὴν vocant, ſervum polinctorem habuerit, isque mortuum ſpoliaverit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarii munus honeſtius fuiſſe, quàm polinctoris. Habebant enim libitinarii domi ſuæ ſervos, quorum opera utebantur ad polinciendа: hoc eſt, ad abluenda, ungenda, & conſuenda cadavera. Itaque & polinctores vocabāt, à poliendis cadaveribus. Deſignatores autem dicebantur, qui pompam funebrem inſtruebant, & cuique incedendi præſcribebant locum: quos Græci βεσσόδους appellant. De quibus latiùs ſuis locis. Seneca de benefic. An tu Aruntium, & Ateium, & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores & libitinarios, vota?

Lĭbĭum, Lege Iuniperus parva.

Lĭbo, as, act. p. Leviter deguſto, & quaſi primis labris attingo. [נָסַךְ *naſách.* λείβω. Gall. *Gouſter d' vne choſe, comme en mouiller ſeulement ſes leures.* Ital. *Guſtare legiermente, aſſaggiare.* German. Bloß verſuchen/mit den läfftzen antüpffen. Belg. Lecken/proeven/verſoecken. Hiſpan. *Guſtar.* Polon. *Koſztuie.* Vngar. *Meg kóſtolont.* Ang. *To taſt.*] Sunt qui libare dictum putant, quaſi labiare: quum tamen conſtet verbum eſſe Græcum. Illi enim dicunt λείβω, quod nos, ει diphthongo in i longū commutata, vertimus libo. Virgilius libro 4. Georgic. Purpureosque metunt flores, & flumina libant. ¶ Quandoq; ponitur pro leviter tango. Virgilius 2. Aeneid. Oſcula libavit gnatæ. ¶ Quandoque pro ſacrificare. πεσθύμεσαι, ἢ πεσπομπέχομαι πατέρος. Virgil. 3. Aeneid. -tendoque ſupinas Ad cœlum cum voce manus, & munera libo, Intemerata focis. Cic. libro 3 de Legib. Certas fruges, certasque baccas ſacerdotes publicè libanto. ¶ Aliquando ponit pro decerpo, excerpo, & colligo. Autor ad Herenn. lib. 4: Vide ne facias impudēter, qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudem. Cicero libro 5. Tuſc. Sed à te impetrare libenter velim, niſi moleſtum ſit, quòniam nulla vincula te impediunt ullius certæ diſciplinæ, libasque ex omnibus quodcunque te maximè ſpecie veritatis movet. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt, Delibo, prælibo, prolibo, penultima producta.

Lībātŭs, participium, Decerptus. [מָסַךְ *muſách.* λειφθάς. Gall. *Gouſté, extrait ou cueilli.* Ital. *Guſtato, ſcielto.* German. Geſammlet/abgeleſen. Hiſpan. *Guſtado, cogido.* Polon. *Zebrani.* Vngar. *Meg kóſtoltatot.* Angl. *Taſted, taken out of.*] Cic. lib. 2. de Divin. Naturale quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex divinitate, unde omnes animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

Lībāmĕn,

Lībāmĕn, inis, n.t. Libamentum, ti, & Libatio, onis pro eodem sumuntur, significantque quicquid in sacris libatur: à Libero patre (ut nonnulli putant) qui primus Iovi libavit. [נסך *nésech.* λοιβή, σπονδή, σπονδὴ χοή. Gal. *Ce qu'on offre en sacrifice.* Ital. *Cosa offerta in sacrificio.* Ger. Ein Opffer. Hisp. *Cosa offrida en sacrificio, offrenda.* Pol. *Kredencowanie, offiara.* Vngar. *Koſtoldás.* An. *A sacrifice, any ting taſted and sacrificed.*] Ovidius lib. 5. Fast. Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Liber enim qui Bacchus dictus est, quum victor de Scythis, aliisq; nationibus extitisset, rerū primitias magno Iovi obtulit. Verisimiliùs tamen videtur, hæc omnia deducta esse à verbo Græco λείβω. Cicero 1. de Legibus: Quod tempus ut sacrificiorum libamenta serventur, fœtusque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Plinius libro 37. cap. 10: Præterea in aras addita ea, traditur libamenta non amburi. Virgil. 6. Aeneid. Ignibus imponit sacris libamina prima. Valerius Flac. 1. Argon. pingui cumulat libamine flammam. Stat. 3. Syl. Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras Libamenta tuli. Vide DELIBO.

Lībātĭo, f.t. Libamentum, degustatio quæ in sacrificiis fieri solebat. [נסך *nésech.* λοιβή, σπονδή. Gal. *Offrande ou offerte qui se fait à Dieu, sacrifice.* Ital. *Offerta che si fa à Dio, sacrificio.* Ger Opfferung/ versuchung. Hisp. *Offrenda que se haze à Dios, sacrificio.* Pol. Zkoſtowanie przed ofiarą. Vng. *Koſtoldás.* Ang. *A taſting in sacrifices.*] Cicero de Arusp. respōnsis: Te appello Lentule, tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

Lībum, bi, n.s. Genus dulciarii cibi, ex farre, caseo, melle, & oleo. [חלה *challáh.* ψαιστός. Gal. *Vn gasteau ou vne tarte.* Ital. *Focaccia, torta.* Ger. Ein gattung eines süssen Kuchens/ein Opfferkuch. Hisp. *Torta.* Pol. *Kol'acz miodowi.* Vng. *Mézes saytos bélös.* Ang. *A wafer made of cleane wheat with hony and eile.*] Virgilius lib. 7. & adorea liba per herbam Subjiciunt epulis. Dictum est autem libum à verbo Græco λείβω, quod nos mutata ει diphthongo in i longum, dicimus libo. Solent enim liba sacrificiis adhiberi. Alii volunt à Libero patre dictum esse libum: quod etiam indicat Ovidius libro 3. Fast. Liba deo fiunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Et paulò pòst: Melle pater fruitur, liboque infusa calenti lure repertori candida mella damus. Quo pacto autem fieri soleat libum, docet Cato de Re rustica, capite 75, his verbis: Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario: ubi bene triveris, farinæ siliginеæ libram, aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solùm eodem indito, permisceto que cum caseo bene: ovum unum addito, & permisceto unà bene. Inde panem facito, & folia subdito: in foco calido sub testa ea coquito leniter.

Lībrā, libræ, f.p. Quæ & As, & Mina, seu Mna & pondo dicitur, duodecim constat unciis. [מנה *maneh.* λίτρα. Gal. *Vne liure.* Ital. & Hisp. *Libra.* Ger. Ein Pfund. Belg. Een Pondt. Pol. *Funt.* Vng. *Font, (auagy) mérték.* An. *A pound weght.*] Libra tamen unciarum varietatem accepit, pondo semper idem fuit. ¶ Erat præterea libra apud Romanos mēsuræ genus, constās ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter uncias vocabant. Hanc autem mensuram ad differentiam ponderis, libram mensuralem vocabant, vel libram mensuram: alteram autem qua res appenduntur: hoc est, pondus ipsum, Libram ponderalem, vel libram pondo. Erat autem libra mensuralis, teste Galeno lib. 1. de Compos. medicament. mensura cornea qua oleum admetiebātur Romani, intersecta lineis quibusdā dividentibus ipsam in duodecim partes. ¶ Hujus verò libræ pars duodecima: hoc est, interstitium inter duas lineas, uncia vocabatur. ¶ Porrò quantum differat libra mensuralis in pondere à libra ponderali, docet idem Galenus ejusdem operis libro 6, ostendens libram mensuralem, æqualem, esse decem unciis ponderalibus: hoc est, duabus unciis minorem esse libra ponderali. Corneis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consueviſſe, ostendit etiam Horatius libro 2. Serm. Satyr. 2: Ac nisi mutatum parcit diffundere vinum: &, Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit Ille repotia, natales, aliósve dierum Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri Caulibus instillat, veteris non parcus, aceti. ¶ Propriè autem libra, instrumētum est quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depressione, vel elevatione justum rei pondus deprehenditur. Vnde etiam bilancem vocant. Cicer. 5. Tusculan. Quo in loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram & maria deprimat. Persius Satyr. 4: Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. Cicero libro 5. de Finibus: Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Statera verò instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. ¶ Est & libra cœleste signum, quod Cæsaris ætate octavo, hodie decimotertio Calend. Octob. Sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. Virg. 1. Georg. Libra die, somnique pares ubi fecerit horas. Plinius lib. 18. cap. 25: Alterumq; æquinoctium libræ. Ovid. 4. Fast. Pendula cœlestes libra movebat aquas. Seneca Hercul. furen. Libra Phœbeos tenet æqua currus. ¶ Libra etiam instrumentū est fabrile, seu potiùs geometrica machina, qūa exploramus altitudinem maris, fontiū, lacuum, vel fluviorum, num scilicet altiora sint eo loco quò ea ducere constituimus. Quanquam etiam non rarò Libræ vocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machina hujusmodi deprehendimus. Vnde lacum dicimus esse pari libra cum mari: id est, æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cujus scaturigo monte est inferior. Columella lib. 8. cap. 1: Sin autem locus ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes novem defodiatur piscina. Et paulò pòst: Quoniam modus ille aquæ jacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quàm si major recentis freti vis incesserit. ¶ Idem instrumentum & libella appellatur per diminutionem. Columella lib. 8. cap. 1: Hos autem meatus fieri censemus per imam concepti partem, si loci situs ita competit, ut in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimiùs esse maris æquor ostendat. ¶ Ponitur quoq; pro libramento. Plin. li. 10. cap 36: Contra flatus quoq; pervicax libra Bononiensibus calamis.

Lībĕllă, bellæ, diminutivum, f. p. Stater, instrumentum quo ponderamus. [ὀβολὸς אזנים *péles* μοχλός. ζυγός. Gall. *La balance.* Ital. *Bilancia.* Ger. Ein wāgtin. Hisp. *Balanca.* Pol. Wāzki. Vng. *Mértéketske, fontotska.* Ang. *A balance.*] ¶ Aliquando pro pondere duodecim unciarum. [מנה *maneh* λίτρα. Gall. *Le poix d'vne liure.* Ital. *Peso di vna libra.* Germ Ein gewicht zwölffen vnzen/ ist das alt Römisch pfund/ thut vnserer gewicht 24. lot. Hisp. *El peso di vna libra.* Ang *A pound weight.*] ¶ Aliquando etiam pro numulo argenteo qui & as dicitur. Cicer. 4. Verr. Equitis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam de[illegible] lam pro asse dixit, quòd libram æris valebat: id est, assem. Quum autem minimam pecuniam significare volebant, assem & libellam dicebant. Plautus in Captivis: At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, quòd numulus erat argenteus decima pars denarii. Cicer. ad Attic. libro 7: Fecit palàm te ex libella, me ex centesimo: hæredem, nimirum. ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum quod nostrates, autore Budæo, *Nivellam* appellant. [אמך *anách* ἡ χάθμη, ἡ μολυβδίς. Gall. *Vn nyueau, vn plomb.* Ital. *Trombino da giustare.* Ger. Ein richtscheyt oder bleywag. Hisp. *El nuel para nuelar.*] Plin. lib. 7. cap. 56: Fornicem autem, & libellam, & tornum, & clavē Theodorus Samius invenit. Idem lib. 36. cap. 22: Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet.

Lībrālĭs, & ale, om.t. Quod est unius libræ. [λιτρεῖος. Gall. *D'vne liure.* Ital. *D'vna libra.* Ger. Pfundig. Hisp. *Cosa de [illegible] vna libra.* Pol. *Funtowi.* Vng. *Egy fontni.* Ang. *That is a pound weight.*] Plin. lib. 19. cap. 2: Excedunt sæpè magnitudinem mali coronei, etiam librali pondere. Librales offæ, quarum unius pondus exæquant. Colum. lib. 6. cap. 2: Post hæc didactis malis, educito linguam, totumq; eorum palatum sale perfricato, libralesq; offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demitito.

Lībrārĭŭs, ria, rium, à Libra, Quod est ponderis unius. [λιτρεῖος. Gall. *De liure.* Ital. *De libra.* Ger. Das eines pfunds [illegible] Hisp. *De libra.* Pol. *Ieden funt wazacyi.* Vng. *Egy font [illegible]* Ang. *Of a pound weight.*] Columell. lib. ultim. cap. 12: Cauliculi libraria frusta cōciditur. Hoc est, quorum singula singulas libras pondere adæquarent.

Lībrārĭă, à libra, Quo nomine significatur ancilla, quæ præficitur partiendis pensis. [Polon. *Szafarka ktora do przedzenia rozdawa.* Vngar. *Sáfárlo lean.*] Iuven. Satyr. 6: Si mechæ maritus Aversus jacuit, periit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas.

Lībrīlĕ, pen. prod. Scapus libræ, inquit Festus: hoc est, tabula transversa, ex qua lances dependent. [ζυγοστάτης. Gall. *La brayette d'vne balance.* Ital. *Il fondo di vna bilancia.* Germ. Ein joch/ oder vberzwerch ding daran die wag hangt. Hisp. *Astil de balanca.* Pol. *Zelasko u wagi przeczne* Vng. *Mérték jukos*, (i. augy) *által, vezzö az kirösi fw'gnuk az serpenyök.* Ang. *The beame of the balance.*]

Lībrĭpēns, dis, m.t. Antiquitus dicebatur, qūi ante argentum signatum, quum Romani adhuc ære gravi uterentur, ex libra pendebat ænea, unde & libripens dictus est. [ζυγοστάτης. Gall. *Qui poise tenant la balance.* Ital. *Che pesa tenendo in mano la bilancia* Ger. Ein Wagmeister. Hisp. *El que pesa con balanca.* Pol. *Wagmistrz, wagnik.* Vng. *Fontal merö.* Ang. *A weigher or holder of the balance.*] Plin. lib. 33. cap. 3: Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralibus (unde etiam nunc libella dicitur) & dupondius appēdebatur

assis. Quare ęris gravis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere. Quin & milliũ stipendiorum: hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripẽdes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quę mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinii verbis clarissimè ostenditur, eum primum dictum fuisse libripendem, cujus officium erat militibus appendere æs grave in stipendium. Postea verò libripendis nomen transisse ad eum, qui in mancipationibus: hoc est, in rerum mancipi venditionibus æneam tenebat libram. Nam apud veteres (ut docet Boëthius in tertia parte Commentariorum in Top. Ciceronis) res mancipi: hoc est, quæ nostri sunt dominii, alienari non poterant, nisi adhibitis, ut minimum quinq; testibus civibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui vocabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat, docet Caius lib. 1. Instit. his verbis: Est autem mancipatio, venditio. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritiũ meum esse ajo, isq; mihi emptus est hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram: idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretii loco.

Lĭbro, as, act. p. Pondero, trutino, æstimo, examino. [ὁλῦ *pilés* שקל *schakál*. πάλλω. Gal. *Poiser, balancer, contrepeser*. Ital. *Pesare, ponderare, essaminare*. German. Wägen. Hisp. *Pesar con peso*. Pol. Waże. Vng. *Meg mérõm*. Ang. *To weighe, to lewell, to trie by plumbe rule*.] Plin. lib. 19. cap. 5: In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. ¶ Aliquando grave reddere. Plin. lib. 11. cap. 11: Apes, si oriatur procella, apprehensi põdusculo lapilli se librant. Virg. 4. Georg. Excursusq; breves tẽtant, & sæpè lapillos Tollunt, his sese per inania nubila librãt. ¶ Aves etiam se librare dicuntur, quum velut sagitta arcu excussa, ex alto in terram se præcipitant. Plin. lib. 10. cap. 3: Supereſt haliætus clarissima oculorum acie, librãs ex alto sese, *&c.* Ovid. 8. Metamorph. - corpus libravit in alas. ¶ Aliquando æquare. Colum. lib. 4: Sic permensum & libratum opus in similitudinem vervacti semper procedit. Idem lib. 16: Et paribus Titan orbem libraverat horis. Librare ponderibus. Cicero 5. Tusc. Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat, *&c.* Librare malleum. Ovidius libro 2. Metamorph. Lactentis vitulo dextra libratus ab aure, Tempora discussit claro cava malleus ictu. ¶ Ponitur interdum prò jaculari, & magna vi aliquid jacere. Virg. 9. Aeneid. - hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Librātĭo, nis, f. t. Ponderatio. [Polon. Ważenie. Vngar. *Mérés*.] Diomedes Grammat. libro 3: Autor hujus librationis Agretius.

Lĭbrātŏr, m. t. [ζυθμώμφος. Gal. *Poiseur, fontenier*. Ital. *Scandaglare*. Germ. Ein Wäger / ein fleissiger erwäger der Wasseren vnd Brunnen / wie hoch man sie hineyn leyten köndte. Hispan. *Niuelador*. Polon. Ważnik *wodi ktori ważi iakogl'eboko wodabieg mawiedziona*. Vng. *Nizhozo (auagy) merõ, tsatornás, mester*. Ang. *That weigheth*.] Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi: hoc est, expendendi, & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quanto scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducere constituimus. Plin. in Epist. Supereſt ut tu libratorem vel architectum, si tibi videtur, mittas, qui diligenter exploret, sítne lacus altior mari, quem artifices regionis. hujus quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ¶ Libratores etiam dicuntur, qui eminus cum hostibus pugnant, tela, aut lapides, aut glandes torquentes. Tacit. lib. 13: Libratoribus, funditoribusque attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent. Idem lib. 2: Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paulùm legionibus, funditores, libratoresq; excutere tela, & prõturbare hostem jubet.

Lībrāmēntum, ti, n. s. Aequamentum. [ἰσοῤῥοπία. Gal. *Niuellement, contrepoix*. Ital. *Aggualiamento, pareggiamento*. German: Gewicht. Bel. Gheycheit der Wagen. Hispan. *El niuel*. Pol. Ważenie. Vng. Eggyentetõ. Angl. *Equall poyze or weigh, the tounge of a balance*.] Columella lib. 1. cap. 5: Nam ejusmodi positio medium libramentum, temperamentumque ventorum hyemalium, & æstivorum tenet. Plin. lib. 31. cap. 6: Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici minimum erit. ¶ Libramenta tormentorum, sunt habenæ & lora, seu funes quibus librantur, seu vibrantur tormenta. Tacit. lib. 19: Vincula, & libramenta tormentorum abscidissent. ¶ Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in arietes conjectæ & vibratæ. Liv. lib. 8. Decad. 4: In arietes telonibus libramenta plumbi, aut saxorũ, stipitésve robustos incutiebant.

Lībrīllæ (inquit Festus) instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem, in modum flagellorum, loris revincta: inde dicta quòd librari manu: id est, ponderari videãtur.

Libraria, Librarius, Vide LIBER & LIBRA.

Librile, Librilla, Librípens, Libro, Vide LIBRA.

Libum. Vide LIBO, libas.

Liburna & Liburnum, Vide in PROPRIIS.

Libyca citrus, Lege Mala medica.

Libycontes, Carbunculi sive gemmæ, quæ languidiùs lucẽt.

Libyon, Lotus urbana apud Dioscor. lib. 4. cap. 112. Vocatur & sylvestris.

Lĭcĕo, es, cui, citũm, [יקר *jakár*. πλέω πολλοῦ ἄξιον, αὐξαπμόρμαι. Gal. *Estre mis à pris, estre apreciè*. It. *Essere estimato, essere appretiato*. Ger. Geschetzt oder angeschlagen werden. Hisp. *Ser puesto in precio*. Pol. *Czenie, targuie*. Vng. *Arrankérõm*. Ang. *To be sett to a price*.] Antiquum verbum est, sub voce neutra passivam habens significationem: unde à Grammaticis neutrum passivum esse dicitur: quemadmodum veneo, & vapulo: quæ quum voce neutra sint, significationem tamen habent respõdentem vendor, & verberor. ¶ Licere itaq; res aliqua dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà liceri dicitur is, qui rei alicujus emendæ animo pretium pro ea offert. αὐτωνέομαι. ¶ Indicare autem dicitur venditor, quum merces suas empturo certo æstimat pretio. ὑπερβάλλω. Plaut. in Menæch. - die septimo Auctio fiet. MES. Menæchme. MEN. manè sanè Venibunt servi, supellex, fundi, ædes, omnia Venibunt, quiqui licebunt præsenti pecunia: hoc est, quantulumcunque eorum nomine offeretur. Horat. 1. Serm. Contra Levinum Valeri genus, unde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis Non unquam pretio pluris licuisse. Martial. lib. 6: Parvo quum pretio diu liceret. Cic. ad Attic. lib. 12: De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram: &, ut opinor, heri ad te scripseram.

Lĭcĕor, eris, d. f. Pretiũ offero: huic opponitur Indico. [הזקיר *hokír*. ἐπιβάλλω, αὐτωνέομαι. Gal. *Priser, ou mettre enchere, aprecier* It. *Mettere all' incanto*. Germ. Auff ein fell ding bieten. Hisp. *Poner en precio, en almoneda*. Pol. *Nazaczenienie podaie*. Vng. *Awán kerõm*. Ang. *To offer the price, to prise, to cheapen*.] Plautus Sticho: Io... ridiculos vendo, agite licemini. Persius Satyra 3: Et cent... Græcos curto centusse licetur. Hujus verbi præteritum ratione analogiæ deberet esse licitus sum, quod teste Valla, non est in usu. Eo tamen usus est Cic. 3. Verrin. Herbitenses quum viderent, si ad Aeschrionem pretium rediisset, se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt usque eò, quoad efficere posse arbitrabantur. ¶ Liceri contra aliquem. Cicer. 3. Offic. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Lĭcĭtātŏr, oris, m. t. Qui crebrò licetur, quique pro re emenda conducendáve pretium alio majus pollicetur. [ὁ αὐτωνέμενος, πλειστηριαστής. Gall. *Encherisseur, celuy qui met enchere sur ce qu'on vent*. Ital. *Chi mette prezzo all' incanto*. Ger. Der stãts auff ein ding mehr bietet / ein anbieter. Hisp. *El que pone precio en almoneda*. Pol. *Pytiaci targ drugiego*. Vng. *Arra fõl werõ*. Angl. *He that priseth, or cheapeth*.] Licitatorem apponere, est subornare aliquem, qui coram emptore majus pretium offerat, ut res pluris æstimetur, vendaturque. Cicer. ad Mariũ lib. 7: Nunc quoniam tuum pretium novi, licitatorem potiùs apponam, quàm illud minoris veneat. Idem lib. 3. Offic. Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Lĭcĭtŏr, aris, d. p. Liceor. Quamvis enim frequentativum videatur à verbo liceor, ejusdem tamen omnino est significationis, ut autor est Valla lib. 3. [הזקיר *hokír*. αὐτωνέομαι, ἐπιβάλλω. Gal. *Mettre prix, mettre enchere*. Ital. *Mettere prezzo*. Germ. Auff etwas bieten. Hisp. *Poner en precio, en almoneda*. Pol. *Targuie*. Vng *Arrán kerõm*. An. *To prise, to cheape*.] Curtius de rebus Alexandri: Quum habeatis arma, hostium capita. ἐπικηρύττει χρήματα. Plin. lib. 7. cap. 38: Artistidis Thebani picturis unam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. ¶ Licitari item, teste Nonio, congredi, & pugnare significat. Cecilius in Hymn. Quin machæra licitari adversum eum cœpisti sciens. Ennius: Pars ludicrè saxa jactant, & inter se licitantur.

Lĭcĭtātĭo, f. t. Oblatio pretii, auctio. [αὐτώνησις. Gall. *Enchere, mise sur ce qu'on vent au plus offrant*. Ital. *Prezzo, offerta sopra cosa che si vende* German. Ein bott auff etwas / ein schetzung was etwas wärt sey. Hisp. *Aquella postura de precio*. Pol. *Podwyszenie ceny*. Vng. *Arrán kerés*. Ang. *A Prising, cheaping*.] Licitationem facere Cicero 4. Verr. Exquisitis palàm pretiis, & licitationibus factis describebat Censores, *&c.*

Lĭcĕt, impersonale, Fas est, conceditur, potestas datur. [ἔξεστι, ἔξεσι, ἐνδέχεται, ἐπιτρέπεται. Gall. *Il est permis, il est licite*. Ital. *E lecito, gli è lecito*. Germ. Es zimpt sich / es wird zugelassen / man darff das. Bel. Het wehoort / dat is geoorloft. Hisp. *Es licito, conuiene*. Pol. *Wolno iest*. Vng. *Szábad*. Ang. *It is lefume, it is permitted*.] Cicero: Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio contaminare. Virg. 9. Aeneid. Quandoquidem Ausonios cõjungi fœdere Teucris Haud licitum, nec vestra capit, discordia finem. Martialis: Piscinam peto, non licet natare. Cicero 1. Tusc. Idq; cum multis aliis rebus, tum è Pontificio jure, & ceremoniis sepulcrorum intelligi licet. Cicero 1. Tusc. Licuit enim

enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminundæ. Cicero pro Cornel. Balbo: Si civi Romano licet esse Gaditanum. Quibus in testimoniis hoc animadvertendum est, utroque modo rectè dici, Licet mihi esse otioso, & otiosum. Cicero Attic. libro 1: Quo in genere mihi negligenti esse non licet. Idem pro Flacco: Cur his per te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? ¶ Si per te licet: id est, si permiseris, vel si potero, à te non impeditus. Plautus in Asin. Asinaria vult esse, si per vos licet. Terentius in Prolog. Heavt. Date potestatem mihi statariam agere, ut liceat per silentium: id est, ut ego possim agere, vobis tacentibus. ¶ Licet absolutè, pro poteris facere. Cicer. lib. 1. de Invent. Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagoram licebit: id est, poterit sequi, vel licet, ut sequatur. ¶ Aliquando significat facile est. Cic. lib. 2. Offic. Licet enim ora ipla cernere iratorũ, aut eorum, qui aut libidine, aut motu commoti sunt, &c. id est, facilè est. ¶ Aliquando adverbium concedentis est, idem significans quod esto. Virg. 6. Aeneid. licet ingens janitor antro Aeternum latrans exangues terreat umbras. ¶ Est conjunctio adversativa pro quamvis. [ἀε κ. Gall. *Iacoit que, non obstant que.* Ital. *Ben che.* Ger. Wie wol/ob schon. Hisp. *Auuque.* Pol. Acz kolwiek. Vng. *Iollehet.* Ang. *Albeit, althoght.*] Cic. pro Sext. Rosc. Licet omnes in me terrores impendeant subibo.

Licĭtum est, licet. [ἐξὸν. Vn. *Szabad.*] Plaut. in Amphitr. Quin introire in ædes nunquam licitum est: id est, nunquam permittitur.

Licĭturum. Cic. ad Attic. lib. 2: Quòd nihilo magis ei liciturum esset plebeio Rempublicam perdere, quàm similibus ejus, *etc.*

Licentĭa, æ, f. p. Libertas immodica, impunitas agendi, dicendi; quicquid velis. [רשׁיון *rischjón.* ἀϋτεια, ἄδεια. Gall. *Licence, abandon.* Ital. *Licenza.* Ger. Erlaubung / nachlassung / gestattung. Hisp. *Licentia, la soltura para mal hazer.* Pol. Swoboda. Vng. *Szabadsag.* Ang. *Licence, leane.*] Terentius: Deteriores omnes sumus Licentia. Lucan. lib. 1: Quis furor ô cives, quæ tanta licentia ferri? Quint. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, ut idem sit quod libertas. Cic. 3. Offic. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunq; probabile maximè occurrat, id nostro jure liceat defendere. Idem lib. 1. Offic Magnis enim illi, & divinis bonis licentiam hanc assequebantur.

Licentĭor, oris, & Licentius, Quod immodicè liberum est. [παῤῥησιαςικώτερος. Gal. *Trop abandonné.* Ital. *Piu licentioso.* Ger. Das mehr erlaubung hat / fräfentlicher / meisterhafftiger. Hisp. *Mas suelto de regla.* Pol. Rzecz ktora zbitnia ma swobode. Vng. *Föllöttéb szabad.* Ang. *Ouer dissolute.*] Vt, Licentior epistola, in qua nimis liberè scribimus. Plinius in Præfatione Natural. histor. Licentiore epistola narrare constitui. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quasi mũlta per licentiam facientia. Licentior vita: id est, dissoluta. Valerius lib. 9. cap. 1: Licentior dithyrambus. Cicer. 3. de Orat. Inde ille licentior & divitior fluxit dithyrambus. Idem de Orator. Quid verò licentius, quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora?

Licentĭōsŭs, a, um, Qui nimia utitur licentia. [παῤῥησιαςής. Gall. *Trop licentieux, trop hardi.* Ital. *Licentioso.* Ger. Das zuviel freyheit oder erlaubung hat / mutwillig. Hisp. *Suelto de regla.* Pol. Swowolni. Vng. Föllöttéb valo szabadságban élő. Ang. *Dissolute, licentious.*] Quintilianus libro 1. cap. 10: Nam ebor dicere, non minùs est licentiosum, quàm si sulphuri, & gutturi subjicerent ornediam in genitivo. Tacitus: Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentiosus.

Licentĕr, adverbium, Liberè, audacter. [ἀδρῶς. Gall. *Licentieusement, abandonnéement.* Ital. & Hisp. *Licenciosamẽte.* Ger. Nachlässiglich / fräfentlich. Pol. *Swowolnie, swobodnie.* Vng. *Szabadon.* Ang. *With licence or leaue.*] Cicer. in Orat. Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter videatur errare. Idem 1. de Nat. deor. Tanta est impunitas garriendi, ad quam licenter fluentium frequenter, transitio fit visionum, ut à multis una videatur. ¶ Ab hoc Gellius formavit Præ licenter, quod est quasi nimis licenter: Quæ verba (*inquit*) finxit prælicenter.

Lĭchās, [חרת *Zéreth.* λίχας. Pol. *Piadź.* Vn. *Elsõ araſz.* An. *A ſpanne.*] Mensura est quam Galli sua lingua impropriè *palmum* vocant: hoc est, illud interstitium quod est inter pollicem & indicem quàm maximè extensos.

Lichēn, enis, m. t. [λειχὼ, vel Lichenes, plurali numero, f. λειχῆνες. Gall. *Dartre ou feu volage, qui est vne maladie sur la peau de l'e personne.* Ital. *Mentagra.* Ger. Die verwüstung des angesichts mit schüppechtiger raud / zittermaal. Hisp. *El empeyne.* Pol. *Mentagra, pucblina od garl a pochodzącza.* Vng. *Szeplő.* Ang. *A diſeaſe called a tetter, ringworme, or wildfire.*] Morbi genus faciem præcipuè infestans, quem Latini quòd à mento potissimùm oriretur, mentagram appellarunt. Irrepsit in Italiam Tiberii principatu, antea universæ propemodum Europæ incognitus, sine ullo quidem dolore, & sine vitæ pernicie, tanta tamen fœditate, ut quæcunque mors præferenda esset. Hæc Plinius libro 26. capite 1. Galenus tamen, cæteriq; Græci, lichenum nomine levius quoddam mali genus videntur intellexisse, quàm quòd à Plinio describitur: illud scilicet, quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam Plinius ipse libro 20. capite 11 Lichenas impetiginem interpretatur, sicut psoram, scabiem. Vide Manardum Epistol. Medic. libro 7. ¶ Est & Lichen herbæ genus, singulari adversus lichenas remedio: unde & nomen accepit. Ejus duo sunt genera: quorum alterum in locis nascitur saxosis, folio uno ad radicem lato, caule uno, parvo, longis foliis dependentibus: alterum petris roscidis adhæret, ut muscus. Autor Plinius libro 26. capite 4. [Ger. Ein kraut wie meß / wechßt an feuchten felsen / vnd schatechtigen Brunnen / Läberkraut.]

Licĭa, orum, Sunt fila quibus in telis textrices implicant stamina: quamvis nonnunquam etiam pro ipsis accipiuntur staminibus. [ערב *hèreb.* μίτος. Gall. *Les fils de la treme d'vn tiſſerant,* Ital. *Lici, fili da tramare.* Ger Das Wäbergeschirr / gerüst dardurch der zettet auff dem stul gezogen wird. Hisp. *Los lisos dela tela.* Pol. Osnowa, item *przedziwo.* Vng. *Nywźl fonal.* Ang. *Threades in the wooliers beame.*] Plinius libro 8. capite 48: Plurimis verò liciis texêre, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. Virgil. 8. Aeglog. Terna tibi hæc primùm triplici diversa colore Licia circundo. Ovidius 2. Fast. Tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo. Vnde Trilicem dicimus vestem, quæ ex tribus liciis constat. Et Titivilicia, fila de tela decidentia. Plaut. in Casin. Non ego verbum emptitem titivilicio: id est, re admodum vili.

Liciatorium, μεσολάβιον τῶν ὑφαινόντων, Lignum circa quod licia involvuntur. Hieron. lib. 1. Regum: Hastile hastæ ejus erat quasi liciatorium texentium.

Licĭnĭa, æ, Genus olivæ, quæ & Liciniana dicitur, ab inventore. Cato de Re rust. cap. 6: Qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Colum. lib. 11. cap. 49. Videntur autem, & alia genera huic rei magis esse idonea, sicut Liciniæ & culmineæ.

Licitator, Licitor, Vide LICEO.

Licion, Medicamentum, cujus descriptionem vide in Plin. lib. 12. cap 7.

Licoctonica, Herba ex etymo nominis sic dicta: quoniam si lupi eam attingerent, morirentur.

Lictŏr, oris, m. t. Apparitor magistratus, viator, carnifex. [שׁכר *schotér.* ῥαβδοῦχος. Plutarchus in Romulo. Gall. *Sergeant, bourreau.* Ital. *Birro, boia, sergente.* Ger. Stantnecht oder scherg / ein diener der Oberkeit. Bel Een Scheriant. Hisp. *El macero real,* Pol. *Mieuku l'uga, sierga.* Vng. *Porosźlo, hohér.* Ang. *A sergeant or like minister to execut corporall punishment.*] Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantùm, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistratus præibant, ac quoties jussi erant, fasciculos solventes, primò virgis cædebant damnatum, mox securi feriebant. Livius: Missique lictores ad sumendum supplicium nudatos virgis cædunt, securiq; ferlunt. Hos primus instituit Romulus, ut est autor Plutarchus. Dicti autem sunt lictores à ligando, eò quòd magistratus popul. Rom. priusquam quempiam verberari jussisset, pedes & manus à ministris illi jubebat ligari: quod & ipsum non obscurè indicat Cic. in Orat. pro Rab. Lictor, *inquit,* colliga manus. Differunt tamen Lictor & Viator, ut Lictores dicantur qui jussi in damnatos animadvertunt, & sunt ministri Consulum, Prætorum, Præconsulum, Præsidum cæterorumq;, qui cum imperio sunt. Viatores verò non cædunt aut animadvertunt, sed jussu tribunorum, quorum sunt, ministri tantummodo vocant, aut impediunt. Liv. lib. 2. ab Vrbe: Ardens itaq; ira Tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gell. lib. 13. cap. 12, ex lib. 21. Rerum human. Varronis: In magistratu habent alii vocationẽ, alii prehensionem, alii neutrum. Vocationem, ut Consules, & cæteri qui habent imperium: Prehensionem, ut Tribuni plebis, & alii qui habent viatorem: Neque prehensionem, neq; vocationem, ut Quæstores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neq; viatorem.

Lictōrĭus, a, um, Quod ad lictorem pertinet. [ῥαβδοῦχικός. Gall. *Appartenant à bourreau ou sergeant.* Ital. *Pertinente à birro, à sergente.* Ger. Das zu den Stantnechten oder schergen gehört. Hisp. *Pertenesciente à macero real.* Pol. Szergowi. Vng. *Porasźlohoz, hohérhez valo.* Ang. *Belonging to a sergeant.*] Plinius libro 7. capite 30: Fasces lictorios januæ summisit is, cui se Oriens Occidensque summiserat.

Lictus, Vide LINCTVS.

Lido, dis, κρούω, Verbum antiquum, significat Conftingo, deleo, cujus composita sunt, Allido, collido, illido. [Vng ὄλαε *routom.*]

Lĭen,

Lĭēn, lienis, m.t. [σπλήν. Gall. *La rate ou ratelle.* Ital. *Milza.* Ger. Das miltz. Bel. Die Mitte. Hisp. *El baco.* Pol. *Sledziona.* Vng. *Lép.* Ang. *The milte.*] Viscus est in humano corpore sinistram partem occupans, concava sui parte in dexterã, hepar versus, gibba verò ad spinalium costarum extrema conversum, humoresq; melancholicos ex hepate per vas venosum ad se attrahens, quorum partem tenuissimam in sui alimentum convertit, reliquam per proprium quendam meatũ, quem *stomachum* vocant medici, in ventriculum eructans. Alio nomine splen dicitur. Pers. Satyr. 1: -sed fum petulãti splene cachinno. Hoc est, proclivior sum ad risum. Tradunt enim Physici lienis magnitudinẽ, risus intemperantiã gignere. Intumescit quandoq; lien, ut cingere hominẽ videatur. Plaut. in Curcul. Nam quasi zona, liene cinctus ambulo, Geminos in ventre habere videor filios: Nihil metuo, nisi medius disrumpar miser.

Lien capræ. Secundum Prophetas, quos alii Magos interpretantur. Malva hortensis.

Lĭēnōsus, Qui liene laborat. [σπληνικὸς, σπληνιῶν. Gall. *Qui a douleur de rate* Ital. *Che patisce di milza.* Ger. Miltzensuchtig. Hisp. *El que cria baco.* Pol. *Chorowacy na sledzione.* Vng. *Dagadot lépw.* Ang. *That hath a disease in the milte.*] Accidit autem hic morbus (ut inquit Aristoteles lib 3. de partibus animalium) quoties plus excrementi in lienem diverti, quàm calor ejus visceris possit conficere. Plin. lib. 7. cap. 2: Quorundam in corpore, partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cujus tactu lienosis medebatur. Lienosum cor, lienis naturã habens, ut turgeat sicut lien. Plaut. in Casin. -ubi sim nescio: Perii, cor lienosum, opinor, habeo: jamdudum salit.

Lĭēnĭcŭs, Lienosus. [Vn. *Dagadot lépw.*] Plinius lib. 29. cap. 3: Hæc & illita lienicis, *&c.*

Lĭēntĕrĭă, æ, f.p. [λειεντερία. Gall. *Flux de ventre.* Ital. *Flusso di ventre.* Ger. Die rur/der bauchlauff. Hisp. *Fluxo de vẽtre.* Pol. *Biegunka, trzebiączka.* Vng. *Has folyás.* Ang. *The fluxe, laxe, or lewesenesse of the bellie.*] Fluxus ventris ex lævitate intestinorũ: quum scilicet intestina ob lævitatem cibum non continent, sed talem propemodum excernunt, qualis est ingestus. Nam λεῖον Græci læve dicunt, & ὄπτερα intestina. Hoc morbo qui laborãt, Lienterici dicuntur.

Ligamen, Vide LIGO.

Ligeon, Græci vocant & arborum & herbæ quoddam genus, quod (ut inquit Athenæus) in nidos suos pariturі cygni interunt.

Lĭgellum, li, Breve domicilium & tuguriolum. [משכה *melunah* καλύβα, οἰκίδιον Gall. *Loge ou logette.* Ital. *Casetta, casupola.* Ger. Ein hutlein ein schlechts heußlin. Hisp. *Choca ò casa pequeña.* Pol. *Mał'a chał'upinka.* Vng. *Kunnyo, kis fűtős házatska.* Ang. *A litle house or cotage.*] Plautus in Aulul. Divûm atq; hominum clamat continuò fidem, De suo ligello fumus si quà exit forâs. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domunculam sive tugurium intelligit. Quanquam non invenustè ligellum intelligere possumus diminutivum esse à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno. Legitur autem in vulgatis libris Nonii tigello non ligello.

Ligĭlium, Genus herbæ, de qua apud rei rusticæ scriptores fit mentio quomodo seratur.

Ligneum, Putamen nucis, quod nucleum nucis immediatè continet.

Lĭgnārĭŭs, ria, rium, Quod ad ligna pertinet. [ξυλικός. Gall. *Apartenant à bois.* Ital. *Pertinẽte à legno.* Ger. Das zu dem holtz gehört. Hisp. *Pertenesciente à lenna.* Pol. *Dodrzewa przinależący.* Vng. *Fahoz való.* Ang. *Belonging to wood.*] ¶ Lignarius, ii, substantivũ. [ξυλιγὸς, ξυλοκοπ@. Gall. *Boscheron, charpentier.* Ital. *Legnaiuolo.* Ger. Ein Holtzhawer/holtzer. Hisp. *Cortador de madera.*] qui lignũ secat, aut qui lignatum it. Liv. 5. bell. Maced. Et iidem porticũ extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Lĭgnum, ni, n.s. A legendo (inquit Varro) quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum uterentur. [עץ *hets.* ξύλον. Gall. *Bois.* Ital. *Legno.* Ger. Holtz. Bel. Een hout. Hisp. *Lenna ò madera.* Pol. Drzewo. Vng. *Fa.* Ang. *Woode.*] Plin. lib. 12. cap. 11. Quoniam fructus is constat radice, frutice, cortice, ligno, *&c.* Cic. 3. Verrin. Cædere januam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subjicere cœperunt. Horatius 3. Carm., Ode 17: -dum potes aridum Compone lignum, cras genium mero Curabis. Virgil. 1. Georg. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Idem 2. Georgic. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaq;, & baccas semper frondentis acanthi? ¶ Ligna cocta dicuntur: quibus humiditas exempta est, ut fumare nequeant. Vlpianus l. 55. D. de legat. 3: Sed & titiones, *inquit*, & alia ligna cocta ne fumum faciant, utrum ligno an carboni an suo generi adnumerabimus. ¶ Lignum aliquando pro tabulis ligneis in quibus scriptum est. Triphonius. L. 19. de bonor. possess. contra tabul. Quòd vulgò dicitur liberis datam bonorum possessionem contra lignum esse sic intelligendum est, *&c.* Paulò pòst dixit contra tabulas Ex Hotomano. ¶ In sylvam ligna ferre, est aliquem iis rebus augere velle, quibus ipse maximè abundet. Horat. ¶ Lignum curvum, haud unquam rectum, ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν. Distorta pravaq; ingenia vix unquam ad bonãm frugem traducuntur. Usurpavit Galenus.

Lĭgnĕŭs, a, um, Quod ex ligno est: [ξύλιν@. Gall. *De bois.* Ital. *De legno.* Ger. Höltzin. Hisp. *Cosa de madera ò de lenna.* Pol. *Drzewiany.* Vng. *Fából való.* An. *Made of woode.*] ut, Ligneus equus. Plaut. Rud. Nempe equo ligneo per vias cæruleas estis vectę. Ovid. 12. Metamor. -quo multa facerdos Ligulea contulerat veterum simulacra deorum. Cicer. 2. de Invent. Materiam ligneam flamma uri posse necesse est. Soleas ligneas in pedes inducere, Idem 2. de Invent. Ponticulus ligneus, idem 5. Tusc. Lignea turris, Liv. 3. bell. Pun.

Lĭgnĕŏlŭs, diminutivum. [Vng. *Fátska.* Ang. *A litle thing made of woode.*] Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3: Hanc scripsi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignilĕ, hujus lignilis, penult. prod. & neutr. gen. [ξυλάν. Gall. *Lieu à tenir bois.* Ital. *Legnaio, stiua di legno.* Ger. Ein holtzhauß oder holtzlege. Hisp. *Lugar do se guarda la lenna.* Pol. *Skł'adnia drzewo.* Vng. *Fa tarto hely.* Ang. *A woode house, or woode pile.*] Dictum est ubi ligna in domo ad comburendum parata sunt: sicut fœnile, ubi servatur fœnũ. Sic bovile, equile, caprile, & hujusmodi.

Lĭgnōsŭs, sa, sum, Quod instar ligni durum est. [ξυλώδης. Gall. *Abondant en bois, reſſemblant à bois, dur comme bois.* Ital. *Legnoso, duro come legno, simile à legno.* Ger. Höltzin/hart wie holtz. Hisp. *Cosa llena de lenna ò de madera, ò dura come madera, ò semejante à ella.* Pol. *Twardi iako drzewo.* Vng. *Fás.* Ang. *Full of woode.*] Plin. lib. 12. cap. 7: Arbor radice lata, lignosaq;.

Lĭgnŏr, aris, ari, d.p. Verbum est castrense, idem significans, quod ligna colligere sive congerere. [ξυλεύ@. Gall. *Aller querir du bois, ou en coupper, ou apporter.* Ital. *Far legne, ir per legna alla foresta.* Ger. Holtzen/in das holtz gehen oder fahren. Hisp. *Hazer lenna, yr por lenna ò madera.* Pol. *Podrzewoiade.* Vng. *Fát szedńk.* An. *To go to purueigh or gett woode.*] Proprè enim milites lignari dicuntur, quum in sylvam profecti ligna cædunt, quæ in castra convehant. Livius lib. 10. ab Vrbe: Respondentibusq; lignatum se ire: An tandem, *inquit*, nunc castra vallata non habetis? Plaut. Capt. Ite istinc, afferte lora, C. num lignatum mittimus?

Lĭgnātĭo, onis, f.t Lignorum collectio, comportatio, delectio. [ξυλισμὸς, ξυλεία, ξυλοφορία. Gall. *Apport de bois, taillis, le lieu où on coupe le bois.* Ital. *Il far legna.* Ger. Holtzung/holtzsamlung. Hisp. *Aquella obra de yr por lenna, el lugar donde se haze lenna, cortadura de lenna.* Pol. *Zgromadzanie drzewa.* Vng. *Fa szedés.* Ang. *An hewing fetching or pursueighing of woode.*] Cæsar 5. bell. Gall. Vt nonnulli milites, qui liguationis munitionisq; causa in sylvas discessissent, repentino equitũ adventu interciperentur. ¶ Lignatio pro loco unde ligna accipi possunt. Col. li. 1. cap. 5: Sit aũt vel intra villam, vel extrinsecùs inductus fons perennis, lignatio, pabulumq; vicinum.

Lĭgnātōrēs, m.t. Dicti sunt milites, qui lignatum eunt. [עֹבְרִים חֹטֵב *chotéb hetsím.* ξυλοτρά. Gall. *Qui vont querir ou apportent du bois, boscherons.* Ital. *Soldati che vanno a far legne.* Ger. Die außgehen/oder außfahren zu holtzen. Hisp. *Los que van por lenna parasemar.* Pol. Drzewo zgromadzaiacy. Vng. *Fa szedők, fa gywytők.* Ang. *A woodmoiger, a prouyder of woode.*] Livius libro 10. ab Vrbe: Paucis citra militibus lignatores ei cum præsidio occurrunt. Cæs. 5. bell. Gall. Subitoq; oppressis lignatoribus, magna manu, *&c.*

Lĭgo, as, act. p. Vincio, constringo, colligo. Descendit à Græco λύγ@, vimen: non autem à Legendo, ut Varro voluit, u in i brevi mutato. [אסר *asár* קשר *kaschár* צרר *tsarár.* רכב *tsár* δεσμέω. Gal. *Lier.* Ital. *Legare.* Ger. Bindẽ Hisp. *Atar.* Pol. *Wiązę, opasuie.* Vng. *Meg kötöm.* Ang. *To bende, to tie.*] Quintilianus lib. 5. cap. 14: Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solum nobis pejus faciunt) in catenas ligant, & inextricabili statu connectunt. Guttura ligavit laqueo, Ovid. 6. Metamorph. Vulnera ligare, Ovid. 7. Metamorph. Legibus ligare aliquem. Statius 4. Syl. Cicero 4. in Catil. Filium ejus impuberem ligatum à Prætore missum. ¶ Hujus composita sunt, Alligo, colligo, circunligo, deligo, illigo, obligo, præligo, religo, subligo, quorum quę sint significata, vide suis locis

Lĭgāmĕn, inis, n.t. Ligaculum, li, Ligamentum, ti, significat id quo aliquid ligatur. [אסור צרור *esúr tserór.* ἄμμα, δεσμός. Gal. *Lien, liaison, liement.* Ital. *Legame, legatura.* Germ. Ein band. Hisp. *Atadura.* Pol. Związek. Vng. *Kötél.* Ang. *That wher by any thing is tied.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari. Propertius lib. 2. eleg. 30: -nocturna ligamina mitræ.

Lĭgātūra, [φυλακτήριον, amuleta. Pol. *Oczarowanie* Vn *Nyakra kötözöt kantair.*] Fabius Victorinus, 1. Rhet. Cic. Medici officium est curare, sed quia multi & incantatione & ligaturis curant.

Ligo,

Lĭgo, onis, m.t. Rusticum Instrumentum ad extirpandas herbarum radices accommodatum. [מחרשה *macharefchâh*. Σκαλμα, μακελλα. Gall. *Vn hoyau.* Ital *Zappa.* Ger. Ein hauw/oder hauw. Bel. Een hauwe. Hisp. *El acada ò el acadon.* Pol. *Motika.* Vng. *Kapa.* Ang. *A shouell or spade.*] Plinius lib.18 cap.6: Adduxit graves ligones, vomeres ponderosos. Ovid.3. Amor. Quum bene jactari pulsarunt arva ligones

Ligographi, Rationibus publicis conficiendis, perscribendisq; dicti sunt, quanquam apud Oratores hæc dictio aliter accipiatur, iidem fermè qui tabularii, qui tabulas publicas referunt, quæ ad Rempubl. pertinent.

Ligula, Vide LINGVA.

Lĭgŭrĭo, ris, ivi, vel rii, itum, n.q. Abligurio, consumo, devoro, dilapido, helluo. [אכל *achál* לעג *laás* בלע *baláh*. Λιχνεύω, λιχνάζω. Gall. *Gourmander, lecharder, ou prendre les meilleurs morceaux.* Ital. *Consumare il suo in pacchia.* Ger. Verschlecken / Verschlemmen. Bel. Verslampampen / verdoen. Hisp. *Comer y gastar en golosinas.* Pol. *Nadakotkach przadam.* Vn. *Eltzlik zlem.* Ang. *To waste, or spend to playe the glutton.*] Personæ duæ labæ horum verbi penultimam producunt, contra consuetudinem eorum, quæ sunt ejusdem terminationis. Horatius lib.2 Sermon. Satyr 2: -puer unctis Tractavit calicem manibus, dum furta ligurit. ¶ Est etiam ligurire, suavissima quæque degustare paulatim, & cum quadam mora atque elegantia comedere, quasi sinēdo ut per se cibus in stomacho liquēfiat. Terent. in Eunuch. Quæ cum amatore suo, quum cœnant, liguriunt. Dictum λαπὸ τῦ λιγυρῦ, quod Græci *suave* dicunt, inquit Donatus. Cicero D. Bruto, ad supplicationem rerum transtulit. Quum quidam (*inquit*) de collegis nostris agrariam ligurirent curationem, disturbavi rem, totamq; nobis integram reservavi: hoc est, cùm appeterent, & præpropera quadam spe quasi devorarent. ¶ Ligurire lucra, pro sensim depeculiari. Cicero per translationem dixit 5. Verr. Commissa est, *inquit*, pecunia tanta Prætori: non reperietis hominem timidè, nec leviter hæc improbissima lucra ligurientem, &c.

Lĭgŭrĭtŏres, m.t. Dicūtur gulosi, & voratores eduliorum dulciorum, qui consumptis dapibus catillos etiam linguntur, quos antiqui catillones appellabant. [לצים *lotzelim*. Λιχνοι. Pol. *Lakomcie.* Vng. *Tekozlo, nyalakodo.*]

Lĭgŭrĭtĭo, onis, f.t. Aviditas, immoderata appetentia. [Ἡ λιχνεια, τὸ λιχνον, ἡ φιλοψια. Gall. *Gourmandise & friandise, appetit desfor tonné de lecharder & manger bons morceaux.* Ital. *Auidita grande, ardente appetito.* Germ. Verschleckung / oder schleckerhafftigkeit. Hispan *Agueda obra de comer goſi nes.* Polon *Przeżarstwo.* Vngar. *Tekozlasia valo kénáſág, fékéteb valo abnatos kenáſág.* Anglic. *Licorousnes & gluttonie.*] Cicero 4. Tusculan. Aegrotationi autem talia quædam subjecta sunt, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

Lĭgŭstĭcum, n.s. [Germ Liebſtickel.] Herba est in ea Apenini parte præcipuè nascens, quæ Liguriæ imminet: unde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quod Panaceam Heracleoticam caule referat, & radice, & effectu. Galenus literæ unius immutatione Libysticum vocat. Officinæ *Levisticum* appellant.

Lĭgŭstrum, stri, n.s. à lego, quasi legustrum. [λύγος quibusdam, alius φιλυρέα. Gall *Du troesne.* Ital *Ligustro.* Germ. Beinholtz / oder mundweiden / Mundholtz Hisp. *El arbol dela alhenna.* Pol. *Krużyna.* Vng. *Fagyal fa.* Ang. *Priuet.*] Arbos, ex cujus ligno tesseræ fiunt aptissimæ, olivæ similis foliis, semine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque, quod postea cyprinum vocatur, ab arbore sua, quæ dicitur cypros alio nomine: à cujus ubertate Cypro Cilicii maris insulæ nomen inditum est. Plinius libro 24. capite 10: Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente Cypros. Suos in Europa usus habet. Vide de hoc Plin. lib.24. cap.10. Item lib.12 cap.24.

Lĭlĭum, lii, n.s. [שושנה *schoschannáh*. Κρίνον. Gall. *Herbe ou fleur qu'on appelle lis.* Ital. *Giglio.* Germ. Ein gilgen oder lilien. Hisp. *Acucena.* Pol. *Lilia.* Vng. *Liljon.* Ang. *A lillie.*] Flos est notissimus, proximam (teste Plinio) à rosa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, & semine, frantibus in medio crocis. Ex hoc flore conficitur oleum, sive unguentum, quod Græci λείριον vocant. Nam illi λείριον vocant florem, quem nos *lilium* dicimus. Sunt autem diversa liliorum genera. Vide Plin. lib.21. cap.4. Virgilius 6. Aeneid. & candida circum Lilia funduntur. Idem 4. Georg. Hic rarum tamen in dumis olus, albaq; circum Lilia verbenasq; premens, vescumq; papaver.

Lĭlĭācĕus, a, um, adjectivum: [λείριον. Gall. *De lis.* Ital. *Di giglio.* Ger. Gilgin/auß gilgen gemacht. Hisp. *Cosa de acucena.* Pol. *Liljowi.* Vng. *Liliombul valo.* Ang. *Of lillies.*] ut, Oleum lilia-ceum, Palladius libro sexto, capite decimoquarto.

Lĭlĭum, Vnguentum sive oleum ex lilio. [λείριον. Gall. *Huyle ou onguent de lis.* Italic. *Oglio ò vnguento di giglio.* Germ. Gilgensalb/oder öl. Hisp. *Azeyte ò vnguento de acucenas.* Pol. *Liljowi olesek.* Vng. *Liliombal ſinált olay.* Ang. *An oile of lillies.*] Plinius libro 21. capite 5: Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione unguenti, oleique, quod litinon appellatur. Idem lib.23. cap 4: Larinum, quod & Phalernum, & Syrium vocavimus, renibus utilissimum est, sudoribusq; evocandis, &c.

Lĭlĭētum, ti, n.s. Locus in quo sunt lilia consita. [κρινών. Gall. *Lieu où croiſſent les lis.* Ital. *Luogo dove sono molti gigli.* Ger. Ein ort da viel gilgen stehen. Hisp. *Lugar de muchas acucenas.* Pol. *Miesce pel'ne lelye.* Vng *Liliom termö hely.* Ang. *A place where lillies.*] Palladius: Lilieta, canneta ponenda sunt. Idem libro 3. cap. 21: Nova lilieta formabunt.

Līmă, æ, f.p. Instrumentum fabrile, quo ferrum aut aliquid aliud terendo expolitur. [טבירה טים *peſirâh pim, ſive.* Gall. *Vne lime* Ital *Lima* Ger. Ein feile Bel. Een vyle. Hisp. *La lima de hierro, inſtrumento para limar.* Pol. *Pilka.* Vng. *Reſz.* Ang. *A file.*] Quintil. lib 10. cap. 3: Opus politura limæ. ¶ Hinc nova ineleganter dicimus, Scriptis deesse ultimam limam, quum significare volumus, non satis tersa esse, & expolita. ¶ Item lima uti, pro castigare, & expolire. Ovid. lib. 1, de Ponto: Scilicet incipiam lima mordacius uti, Vt sub judicium singula verba vocem.

Līmă, veteres dicebāt omnia transversa: à quo & limina ostiorum: per quæ foris & intùs itur: & limites, quòd per eos foris & intùs eatur.

Līmo, limas, act. p. Lima polio, lęvigo [ξύω σκληρὸν ἢ ξύλον, λεαίνω. Gall. *Limer, polir à la lime.* Ital. *Pulire, limare.* Ger. Feilen. Bel. Vylen. Hisp. *Polir, limar con lima.* Pol *Pilnuie* Vng *Megreſzelem.* Ang. *To file, to polish with a file.*] Plinius libro 36. cap. 6: Scalpere atq; limare gēmas. ¶ Ponitur per translationem pro expolire, exornare, & supervacanea resecare. Cicer. 1. de Orator. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit, neque enim ignoro, & quæ bona sunt, fieri meliora posse doctrina. ¶ Aliquando est limis oculis aliquid intueri Horatius: Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. ¶ Aliquando est conjungere, teste Nonio. Plautus in Pœn. At videsis, cum illa nunquam limavi caput. Idem in Mercat. Nisi cum illo, aut ille mecum neuter stupri causa caput limavit. ¶ Hujus composita sunt, Delimo, & elimo, quæ habent penultimam productam.

Līmātŭs, a, um, nomen ex participio, Politus, expolitus, perfectus. [ἐξῃρημένος. Gall. *Limé, poli, orné.* Ital. *Limato, polito, ornato.* Ger. Gefeilet/außgebutzt. Hisp. *Limado, ornado, ſcomido.* Pol. *Opiel'owani, wipratwicm.* Vngar *Megreſzelretſt.* Anglic *Planed, filed.*] Cicero de clar Orat Nihil enucleate, quo hoc polsit aliquid limatius. Horatius 1. Serm. Satyr. 10: -fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem, Quàm rudis.

Līmātē, tiùs, adverbium, Politè, ornatè, perfectè. [Gall. *Ornément.* Ital. *Ornatamente.* Germ. Zierlichen/ gestreyfft. Hisp. *Ornadamente.* Polon. Wipolerowanie. Vngar. *Szép ſiman, reſzſelue.* Anglic. *Perfectlie.*] Cicero 5. de Fin. Vsum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod, &c.

Līmātŭlŭs, tuli, diminutivum. [ἐξῃρημένος. Gallic *Limé & polé.* Italic. *Aliquanto limato & polito.* German. Gestreyfft. Hisp. *Limado y ornado vn poco.* Pol. Troche wypolerowany. Vngar. *Reſzelretske, ſzépetske.* Ang. *Somewhat filed.*] Cicero Volumnio. Opus est hic limatulo, & polito tuo judicio. Id est, terso, & subtili.

Līmātūră, ræ, f.p. Scobs: hoc est, pulviſculus limando detractus. [ῥίνημα. Gall. *Limure, limaille.* Ital. *Limatura.* Ger. Feilen/feilenspän. Hisp. *Limadura.* Pol *Piaſſek ſpolerowania.* Vngar. *Zéſzgiés por.* Ang. *Filing, or duſt of filing.*]

Limax cis, f.t. teste Varr. lib 6. de ling. Lat. cochlea: nomenq; habet à limo, in quo per hyemem delitescit, Vere prodiens. [חמת *chómet* שבלול *ſchablúl* κοχλίας. Gall. *Limace ou limaçon.* Italic. *Lumaca.* German. Ein schnecck Hispan *Caracol.* Polon *Ślimak.* Vngar. *Sárba teleló iſiga* Anglic. *A snaile.*] Columell. libro 1: Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. Non nulli tamen contendunt limacis nomen patere latiùs quàm cochleæ: ut cochlea tantùm dicatur, quæ conchæ includitur, suamque secum domum circunfert: limax etiam illa, quæ testa caret.

Limbŭs, bi, m. f. Fimbria, Est pars ultima vestis muliebris imos pedes contingens: vel potiùs fascia extremitatē vestis circunquaque ambiens. [כנף *chanáph*. Κροσσὸς, Θύσανος. Gall. *Bord, bordure.* Ital. *Lembo, orlo.* Ger. Ein saum oder besetze / fürnemlich an Webstülen beren. Hisp. *El cabo ò borde de la vestidura.* Pol *Bram kol'o ſukni e niewiſcie.* Vng. *Perém.* Ang. *A gard or*

ment.

me of a garment.] Ovidius:-quam limbus obibat Aureus, ornabant aurata monilia collum. Virgil.4. Aeneid. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Vbi Servius: Limbus est fascia extremitatem vestium ambiens, secundum antiquum ritum. ¶ Hujus diminutivum est Limbulus, à quo limbellus, quorum oportet afferri exempla, è locupletibus autoribus sumpta.

Līmbŏlārĭŭs, rii, Qui limbum vestium consuit. [*Ὑφαντοῤῥάπτης.* Gall. *Brodeur, qui fait bords.* Ital. *Chi fa tali orli.* Ger. Beleggenäyer. Hisp. *Bordador ò bostador.* Pol. *Tenkto brami roby y kl' adje.* Vng. *Perém varro.* Ang. *An embroderer, or that soweth hemmes of garments.*] Plautus in Aulul. Textores limbolarii, arcularii, *&c.*

Līmĕn, minis, n.t. Quod ex transverso in janua statuitur: à limo: id est, obliquo, quòd ingredientibus, exeuntibusq; transversum sit, ut est apud Donatum, Festumq;. [סף *saph* מִשְׁתֶּן *miphthán.* *Φλιὰ, ἐσθὸς, βαθμός.* Gall. *Le linteau ou fuesl de l'huis, l'entrée d'vn huis ou porte.* Ital. *Soglia, soglio della porta, entrata di casa.* Ger. Die thürschwell/die ober vnd vnder. Bel. Eenen dorpel. Hisp. *El lumbral de la puerta.* Pol. Prog. Vng. Küszöb. An. *The treshould, an entry.*] Terentius in Hecyr. Iam ut limen exirem, ad genua accidit. ¶ Nec solùm inferiorem partem significat, quæ sub pedibus calcari solet in ingressu, sed etiam superiorem, quam Græci ὑπέρθυρον, ἢ ὑπερθύριον appellant. [מַשְׁקוֹף *maschkóph* כַּפְתּוֹר *chaphtór.*] Iuven. Satyr. 61 -pendentia liquit Vela domus, & adhuc virides in limine lauros. Nævius verò limen superum & inferum dixit, Exime limen superum, quod mihi misero sæpè confregit caput: inferum quoque, ubi ego omnes defregi digitos. ¶ Limen superum, inferumque discedentes salutabant. Plaut. Limen superum, inferumque salve, simul autem vale. ¶ Ponitur interdum limen pro ingressu. [אֵבוּס *mabó* בֵּיאָה *biáh.* *Εἴσοδος.*] Virgilius 2. Aeneid. Limen erat, cæcæq; fores, & pervius usus Tectorum. ¶ Interdum pro domo ipsa. Virgil.2. Georg.-penetrant aulas & limina regum. ¶ Interdum pro carceribus unde stadiodromi cursum aufpicantur. Virgil.5. Aeneid.-signoq; repentè Corripiunt spatia audito, limenq; relinquunt. ¶ Interdum pro amicitia, ut censet Servius, enarrans illud de Turno:-se limine pelli. Iuven. Satyr. 3: Limine submoveor: id est, repellor ab amicitia. ¶ Ad limina servus, pro atrienſi. Virgilius li.9:-fidusq; ad limina custos: id est, Ianitor, inquit Budæus. Limina imperii: id est, extremi fines. ¶ Musas vix à limine salutasse, proverbii metaphora dicuntur ii, quivix leviter & summis tantùm labris literas degustarunt. ¶ Ipsum ostii limen tetigisti, *αὐτὸν κέκρυκας τὸν βαπῆρα τῆς θύρας.* Dici solitum quoties ad rem ipsam pervenitur.


Liminaris, re, om. t. Vt lapis liminaris, qui in domus aditu transversus jacet. Item verbum elimino & nomen Postliminium: de quibus suis locis.

Limenarcha, æ, m.p. [*Λιμενάρχης.* Gall. *Celuy qui garde les passages sur mer, qui a la charge des ports de mer, maistre des ports.* Ital. *Ammiraglio di porto, chi guarda vn passo di mare ò vn porto marittimo.* Ger. Ein Oberster / so verordnet ist zu der Hut eines Meerhafens oder Passes in frembde Land. Hisp. *Gardador de los puertos marinos.* Pol. *Przełożony nad przepuszczaniem przez granicze, portowni starośta.* Vng. *Réusi tiszttarto.* Ang. *A constable, master of the watch or portes.*] Dictio Græca est, quam Latinè Præfectum portus interpretari possumus. *Λιμὴν* enim Græci portum dicunt. Erant autem Limenarchæ, qui portubus præerant ex quibus frequens erat trajectus ad exteras nationes. Hos Aristoteles lib. 6. Politicôn, *λιμενοφύλακας* appellat. Hæc ferè Budæus in l. Limenarchæ, ff. de servis fugit.

Līmes, ĭtis, m. t. Semita transversa, militari via angustior. [גְּבוּל *ghebúl* גְּלִיל *ghelíl.* *Ἀγρὸς, ὅρος.* Gall. *Frontiere ou lisiere, chemin trauersant les terres, sente.* Ital. *Via per trauerso, termino, confine.* Ger. Ein zwercher fußwäg durch ein acker. Hisp. *La linde ò termino.* Pol. *Steczka przez rolia.* Vng. *ösvény, gyalog ut, mezye, (anagy) mezgye, határ.* Ang. *A crosse path or way.*] Columell. libro 1: Semitas, novosque limites in agro fieri non patiatur. Virgilius 8. Aeneid. Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam. Idem 2. Aeneidos: -tunc longo limite sulcus Dat lucem. Quintil. libro 2. capite 13: Itaque & stratum militari labore iter sæpè deserimus, compendio ducti: & si rectum limitem rupti torrentibus pontes incideriut, circuire cogimur. Livius libro 1. bell. Maced. Intra portam, extraque latæ sunt viæ: ut & oppidani dirigere actem à foro ad portam possent: & extrà limes mille fermè passus in Academiæ gymnasium ferens, pediti, equitique hostium liberum spatium præberet. Budæus. ¶ Limites item in agris dicuntur ipsi termini quibus agrorum fines distinguuntur. Festus. Limites in agris modò termini, modò viæ transversæ dicuntur. Virgilius 1. Georg. Nec signare quidem aut partiri limite campum Fas erat. ¶ In agris limites duo maximi erant, cardo & decumanus. Limes decumanus est, qui ab Oriente in Occidentem spectat: Cardo à Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites angustiores, distantque inter se paribus intervallis. Vide Plinium libro 22. cap. 33.

Līmĭtēs, ait Siculus Flaccus in libro De conditionibus agrorum, ab liminibus vocabula accepisse. inquit enim sic: Quo modo limina introitus exitusque locis præstant, limites agris similiter introitus exitusque, qui in agris divisis & assignatis semper pervii esse debebunt, tàm itineribus quàm & mensuris agendis. Pergit idem Flaccus his verbis: Cùm omnes limites à mensura denûm actuum decimani dicti sint, si qui Orientem Occidentemque intuentur, qui Meridianum & Septentrionem tenent, unum vocabulum illis erat, decumanum nuncupabant matutini & vespertini, & meridiani & septentrionis cardinem: alii verò ob regionum positionem & naturam appellaverunt maritimos & montanos: postea verò, cùm agri dividerentur & assignarentur, decimani quidem vocabulum permansit, ut ii qui Orientem, Occidentemque intuentur, decimani dicerentur: ii verò, qui meridianum & septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, cardines sunt appellati. Et omnes limites dirimunt agros, centuriasque designant: qui, ut suprà diximus, in agris divisis & assignatis semper pervii esse debebunt, & itineribus, & mensuris agendis. Limitum autem nomina hæc invenimus in libello extremo ejusdem Flacci. Orientales, *ait*, dicuntur decumani: Septentrionales cardines: item, maximi, C.M. Actuarii, Intercisivi, Quintarii, Cultellati, Nonarii, Maritimi, Temporales, qui solis ortum secuti sunt, Gallici, Regales, Subroncivi, Linearii, Sextanei, Tessellati, Diagonales, Montani, Austrinales, qui per anticam & posticam dividuntur: Hypotenusales, qui angulis subjacent: Præfecturales, Egregii, Vndecimani, Duodecimani, Colonici, Passivi, Solitarii, Perpetui. Aggenus autem in libro De limitibus agrorum distinguit limitem à rigore his verbis: Limes est quodcunque in agro ad observationem finium opera manuum factum est: rigor verò suæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Rursus Hygenus in libello & ipse de limitibus constituendis: sic, Antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus incluserunt. primùm duos limites constituerunt, unum qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc appellaverunt duodecimanum, ideo quod terram in duas dividat partes, & ab eo omnis ager dividatur: alterum à Meridiano ad Septentrionem, quem cardinem nominaverunt, à mundi cardine. Duodecimanum postea decimanum appellaverunt quare à decem potiùs, quàm à duobus, sicut duo pondo nunc dicimus dupondium, & quod dicebant antiqui duo viginti: nunc dicimus viginti. Similiter duo decumanus, decumanus est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores. &, qui spectabant in Orientem, prorsos, qui ad Meridianum, transversos appellaverunt. ¶ Limites autem appellati à limo: id est, antiquo verbo, transversi: nam & limum cinctum, ideò quòd purpuram transversam habeat: item limina ostiorum. Postea prorsos & transversos limites appellaverunt à liminibus, quòd per eos agrorum limina servantur. postea apud quosdam nomina à loci natura acceperunt: & qui ad mare spectant maritimos, qui ad montem montanos appellaverunt. Omnis ergo hujus rectura longitudo rationalis, limes appellatur. nec interest quicquam, decumanum dicamus, an limitem. decumanum autem primus, maximus appellatur, item Kardo: nam latitudine cæteros præcedunt: sunt alij limites actuarii, alii linearii. Actuarius est limes, qui primus actus est ab eo quintus quisque: quem si numeres cum primo, erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites cludunt. reliqui medii limites linearii appellantur, in Italia subruncivi. Actuarii autem extra maximos, D. & K. latitu-

K. Quintarius.



dinem habent pedum XII, per hos iter populo, sicut per

cut per viam publicam debetur, ita enim cautum eſt lege Sempronia, Cornelia, & Iulia, quidã ex his latiores ſunt xii. pedibus, ut ſi qui ſunt per viam publicam militari actu habent enim latitudines viæ publicæ. lineárii milites menſurę tãtùm diſterminandæ cauſa ſunt conſtituti: &, ſi finitimi interveniũt, latitudinem ſecundum legem Manilliam accipiunt. in Italia itineri publico ſerviunt ſub appellatione ſubruncivorum. habent latitudinẽ pedum octônum. Hos conditores coloniarũ fructus aſportandi cauſa publicaverunt: nam & poſſeſſiones pro æſtimio ubertatis, auguſtiores ſunt aſſignatæ: ideoq; limites omnes non ſolùm menſuræ, ſed & publici itineris cauſa, latitudines acceperunt. Secundum antiquam conſtitutionem limites diriguntur: quare non omnis agrorum menſura in Orientem potiùs, quàm in Occidentem ſpectet. in Orientem, ſicut ædes ſacræ. nam antiqui architecti in Occidentem templa ſpectare rectè ſcripſerunt. poſtea placuit omnes religionem eò cõvertere, ex qua parte cœli terra illuminatur: ſic & limites in Orientem conſtituuntur. Hæc Frontinus in libro De limitibus agrorum.

Līmĭto, limitas, act. p. penult. corr. Termino, limitibus circunſcribo & diſtinguo: quemadmodum Semito, in ſemitas diſtinguo. [גבל *ghabal.* ἀφορίζω, ἀπεχθάνω. Gal. *Limiter, borner par ſentiers & voyes, diuiſer & partir par chemins & bornes.* Ital. *Limitare, terminare.* German. Mit Wegen vnderſcheiden/ vndermachen. Hiſpan. *Deſlindar ò poner lindes.* Polon. *Ograniczam.* Vngar. *Meghatározom.* Angl. *To bounde or limite.*] Vnde limitatus ager, dicitur in centurias diviſus, inquit Feſtus. Plin. lib. 17. cap. 22: Vineas limitari oportet decumano xviii. pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum tranſitus, aliisq; limitibus denũm pedum diſtingui per media jugera. Aut ſi major modus ſit, totidem pedum cardine quot decumano limitari: ſemper verò quintanis ſeminari: hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur. ¶ Per tranſlationem accipitur pro reſtringo, reſeco, adimo, præcido. Cicer. Appio Pul. De tua prolixa, beneficaque natura limitavit aliquid poſterior annus, propter quandam tui deſiderii tempora. Quo tamen in loco quędam exemplaria limavit habent non limitavit.

Līmĭtānĕi milites, Qui ſunt in limitibus. id eſt, in finibus Imperii in præſidio conſtituti, ad incurſus eorum arcendos. [ἔσχατοι, οἱ ἐπὶ τοῖς μεθορίοις. Gal. *Gentz d'armes qui ſeruent és frontieres d'vn pays.* Ital. *Gente d'arme che ſeruono ſu frontiere d'vn paese.* German. Kriegsleut ſo auff den Grentzen vnd vnderſcheiden zu Roß vnd zu Fuß ligen. Hiſp. *Hombres de armas en fronteras.* Polon. *Zołnierze przy granicach.* Vngar. *Határ ẽrzõ vitézek.* Ang. *Souldiers appointed to watch and defend the marches.*] ¶ Item agri limitanei, qui in limitibus alicujus provinciæ, proximè hoſtes ſunt ſiti. Iuriſconſultus in l. fin. de Fundis limitrophis: Agros limitaneos univerſos cum paludibus, omniq; jure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei limites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atque arare conſueverunt, &c. Limitanei fundi, ſunt limiti deputati.

Līmĭtātĭo, onis, f. t. Definitio, circunſcriptio ſive diſtinctio. [גבל *ghablúth.* ὁρισμὸς, ἀφορισμός. Gal. *Limitation, diuiſion de ſentiers & chemins.* Ital. *Diuiſione & partimento del terreno.* German. Vndermarchung/ vnderſcheidung. Hiſpan. *Obra de limitar ò poner lindes, apartimiento de caminos.* Polon. *Rozdźiał granic, przegrodá.* Vngar. *Meghatarozás.* Ang. *A bounding.*] Varro, lib. 3. cap. 12: Non intempeſtivè commemorabimus Gracchi Græcini conſcriptam, velut formulam, ad quam poſtea eſt limitatio terræ vinealis.

Liminium, nii, n. ſ. Cicer. in Top. Cum ipſius poſtliminii vis quæritur, & verbum ipſum notatur, in quo Servius noſter (ut opinor) nihil putat eſſe notandum, niſi poſt, & liminium, illud productionem verbi eſſe vult.

Limeum, Herba qua venatores ſagittas inficiunt: à nonnullis Venenum cervarium appellatur. Plinius libro 27. capite 11.

Līmnēsĭum, [λιμνήσιον. Polon. *Centuryą.*] Herba eſt, quam alio nomine Centaurium minus appellant, copioſiſſimè circa lacus proveniens, & paludes, quas λίμνας Græci appellant: unde & nomen accepit. Dioſcorides libro 3. capite 7.

Līmŏnĭă, æ, λιμωνία, Alterum genus anemones. Plinius libro 21. cap. 11.

Līmŏnĭātēs, λιμωνίτης, Gemma eadem videtur, quæ ſmaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Līmŏnĭŏn, λιμώνιον, Herba eſt ſimilis betæ, verùm foliis tenuioribus, & minoribus, numero circiter decem, caule tenui, recto, altitudine liliorum, pleno ſeminis rubri, quod guſtatu linguam aſtringit. Plinius betam ſylveſtrem appellat, lib. 20. cap. 8. Vulgò *beta pratenſis.*

Līmonium, Frutex eſt, nunquam cubito altior, criſtiq; foliorum ac radice nigra, ſed dulci, recipit ipſum in cibis o-

riens. Ex Plinio, libro 21. capite 22.

Līmpĭdŭs, a, um, Clarus, purus lucens. [בהיר *tsach* בהיר *bahír* טהור *bar* טהור *tahór* צלע. Gal. *Clair, net comme eaue de roche.* Ital. *Chiaro, limpido.* German. Lauter/ klar. Hiſpan. *Coſa limpia.* Polon. *Przezroczyſty.* Vngar. *Tiszta.* Ang. *Cleare as water.*] Columella libro 11. capite 28: Vere florente roſa, defæcatum quàm limpidiſſimum in vaſa bene picata & pura transfero. Lacus limpidi, Catullus ad Simionem peninſulam, Epigrammat. 29.

Līmpĭtudo, dinis, f. t. Puritas claritas. [בהיר *bahír* טהור *tahór* צלע. Gal. *Clarté d'eau ou d'autre choſe.* Ital. *Chiarezza d'acque.* Germ. Lauterkeit/ klarheit. Hiſpan. *Limpieza.* Polon. *Przezroczyſtość.* Vng. *Tiszta.* Ang. *Clearneſſe, water or other thing.*] Plinius libro 32. capite 11. Stant veluti ſub cristallo, in arena defixæ, biantesque qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio.

Līmŭs, mi, m. ſ. Genus veſtis, ab umbilico ad pedes pertingens, qua teguntur, ut ait Servius, pudenda poparum. Hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam: id eſt, flexuoſam: unde & nomen accepit: nam limum obliquum dicimus. Virgilius 12: Velati limo, & verbena tempora vincti. ¶ Limus præterea lutum ſignificat, ſeu cœnum illud mollius quod ab aquis deferri ſolet. [טיט *tit* יון *iaun.* ἰλὺς, πηλός. Gall. *Boue, fange.* Ital. *Fango, genter.* Germ. Kaat Sått. Hiſpan. *Limo de ſtiercol ò cieno.* Polon. *Gatunek, błoto.* Vngar. *Sár.* Angl. *Mudde and ſlime.*] Virgilius 8 Aeglog. Limus at hic durescit, & hæc ut herba quotannis eodem quæ ſignificet noſtro Daphnis amore. Idem 4 Georg. Tamen & levi in noſa cubilia limo Vnge Horat. 2. Serm. Satyr. 4: Sive gravis veteri cœnoque limoſus adhæſit.

Līmōsŭs, a, um, Limo plenus, & cœnoſus. [ἰλυώδης, πηλώδης. Gall. *Chaus, fangeux, plain de limon & de fange.* Ital. *Pieno di fango.* Germ. Lettechtig/ mûred tig. Hiſpan. *Cenagoſo, lleno de cieno.* Polon. *Błotny.* Virg. 12. Aeneid. Limoſoque lacu per noctem obtenditur ulva. Delatus Hinc illinc, & hoc illinc, pen. prod. quod eſt ſuccinctus, defæcatum, ſyncerum ἄκρατος. Ovid. lib. 4 Metam. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis. ¶ Hinc & Oblimo, de quo alibi.

Līmŭs, ma, mum, Obliquus, tranſverſus, obtortus: pro quo etiam Limis dicimus, teſte Feſto, per tertiam declinationem. [עקלתון *hakkalathon* עקלקל *lakakkl.* λοξὸς, πλαγιάζων. Gall. *Qui eſt de travers, tourné.* Ital. *Torto, storto.* German. Schieb/ Schlumm/ vberzwerch. Belg. Dwars. Hiſpan. *Coſa torcida ò atravesada.* Polon. *Obłudny, krzywy.* Vngar. *Horgas, keresztz.* Ang. *Crooked, awry, askew.*] Hinc Oculi limi, velimes dicuntur, quibus ex obliquo aliquid aſpicimus. Plautus in Milite: Atque oculis limis octies. Ennius libro 8. capite 16: Nec limis intuentur oculis: atque ut limi modo nolunt id eſt obliquis oculis. Vnde quod obliquè aſpicit, limis oculis ſpectare dicitur, παραβλέπειν, παραβλεπόμενος τοῖς ὀφθαλμοῖς, παρ' ὄμματα. Terentius in Eunuch. Ego limis aſpecto ſæpe: habebam clanculum. Vbi Donatus: Limis, ſi nominativus ſingularis eſt, tranſverſum ſignificat: ſi textus pluralis, deeſt oculis. Nam limis eſt tranſversus: unde limen dicitur quoque quod ingredientibus exeuntibusque tranſverſum eſt. Quum igitur diſſimulant homines ſe videre quod vident, & non recta facie, ſed tranſverſa intuentur, limes dicuntur aſpicere. ¶ Hinc limulus diminutivum Plautus in Bacchid. Vidén' limulis ut obſecro intueantur.

Linamentum, Vide LINVM.

Līnĕă, æ, f. p. A' Geometris propriè appellatur longitudo latitudinis expers. [קו *kav.* γραμμή. Gall. *Ligne, raye, cordeau de charpentier.* Ital. *Linea, il filo del legnaiuolo, ſegno tirato ſu qualche coſa.* German. Ein Linien/ ein Schnitschnur. Belg. Een Riete ſnoer. Hiſpan. *Linea, raya ò cuerda.* Polon. *Linia.* Vngar. *Vonal, nonyas.* Ang. *A line, rowe or ſtroke.*] ¶ Hoc eodem nomine dicitur filum quo fabri utuntur ad ſignandam materiam: quòd ex lino fieri ſoleat. Cicero Quinto Fratri: Aliquando perpendiculo & linea diſcet uti. ¶ Hinc linea dicitur filum omne ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columel. Ligato pede longa linea gallina cuſtoditur. Plinius: Muræna devorant hamum, admoventque dentibus lineas atque ita erodunt. Quo in loco accipitur Linea pro funiculo illo cui annexus eſt hamus, quo piſcatores utuntur ad decipiendos piſces. ¶ Lineam mittere, apud Plautum in Moſtell. videtur accipi pro expiſcari, vel explorare aliorum conſilium: Non (*inquit*) extemplò oſtendam meum ſenſum: lineam mittam: hoc eſt, explorabo illorum mentem. Sunt qui à nautis cubito paulò producto, qui ad explorandum locorum profunditatem funiculum mittunt in mare, cui plumbum in extremo adhæret. Graeci βολίδα vocant. Alii a piſcatoribus ductum putant, qui ad

qui ad capiendos piſces lineam hamatam in aquam mittunt. Sunt etiam qui à pictoribus, qui ubi quid pingere volunt, lineam priùs umbræ cuipiam ſimilem mittunt, per quam ipſi picturam dirigunt: ſed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi poteſt de picturæ forma. ¶ Nullam hodie lineam duxi, πήμεγον ἐδ' ἐμίαν γραμμὴν ἤγαγον. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat, quibus ceſſatur ab exercitio ſtudii artiſque ſuæ, Plin. lib. 35. cap. 10.

Līnĕŏlă, æ, f. p. Parva linea, diminutivum à linea. [γραμμίδιον. Vng. *Lineatiſka, venaſotſka.*] Gell. lib. 10. cap. 1: Tribus tantùm lineolis III. inciſis ſignificatus eſt.

Līnĕo, as, act. p. Eſt lineas duco, lineis rem aliquam figuro, delineo, informo. [חרת *teer.* ὑπογράφω, καθυπογράφω. Gal. *Aligner, marquer à la ligne, pourtraire par lignes, & traits.* Ital. *Tirar linee, lineare.* Germ. Linien ziehen/entwerffen. Belg. Een linie maken. Hiſp. *Tracar, debuxar.* Polon. *Linyuie.* Vng. *Linedlok.* Ang. *To draw lines, to deſcribe with lines.*] Cato de Re ruſt. cap. 14: Et quæ opus ſunt domui præſtabit, & ad opus dabit, ſuccidet, dolabit, lineabit, ſecabitque materiam ſolam duntaxat.

Līnĕāmēntă, n. ſ. Lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei uniuſcujuſque forma dignoſcitur: à lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebatur. [γραμμαί. Gal. *Traits, pourtraits, premiers lineamens.* Ital. *Lineamenti, figure tratte à linee.* German. Die Gliedmaß. Hiſp. *Tracas.* Polon. *Zeſpocziele rozpoſtrzenie.* Vngar. *Linedlás.* Ang. *Drawghtes, or delineations of any thing.*] Cic. 4. Verr. Contemnere etiam ſignum illud Himeræ jam videbatur, quod cum multò magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. Plin. lib. 35. cap. 25: Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inventus eſt. Lineamenta in Geometria ſunt linearum productiones. Cic. 1. de Orat. in geometria: Lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines, &c. ¶ Lineamenta animi metaphoricè dixit Cic. 3. de Finib. Animi enim lineamenta ſunt pulchriora quàm corporis.

Līnĭāmēntŭm, idem quod lineamentum. [Vngar. *Lineazás.*] Tertull. libro de Reſurr. carn. Talia interim divinarum virium liniamenta, non minus probabis operato Deò quàm locuto, &c.

Līnĕāmēntātĭo, Lineamentorum ductus. [ὑπογραφή. Polon. *Olnieowanie.* Vng. *Linea vonyás, lineazás.*] Iulius Firmicus Matheſeos lib. 1: Vnde enim ſeſe ſinguli propria corporis lineamentatione cognoſcunt.

Līnĕārĭs, re, om. ſ. Quod ad lineam pertinet. [γραμμικός. Gal. *Appartenant à la ligne.* Ital. *Lineare.* Ger. Das zu den linien gehört. Hiſpan. *Coſa pertenesciente à la linea.* Polon. *Liniowi.* Vngar. *Linealhoz valo.* Ang. *Belonging to a line.*] Vnde linearis pictura vocata eſt, quæ nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ ſimilitudinem ſolis lineis exprimebat. Primi hanc picturam exercuerunt. Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius, ſine ullo colore, ſpargentes tamen lineas intùs: unde & Græci hujuſmodi picturam γραφίδα appellarunt. vide Plinium libro 5. capite 3.

Līnes, Vaſa fuiſſe videntur ad fontes pertinentia. Vlp. 15. D. de act. empt. Lines & labra ſalientes fiſtulæ quæ ſalientibus jungùntur. Quo tamen loco Lenes corrigendum putarem. Nam apud Nonium Lenis vaſis genus eſt: ubi tamen corruptè Lenas legi, ex duobus autorum, quos citat locis, intelligitur. Ex Hotomano.

Līngo, gis, xi, ctum, act. p. Eſt aliquid lingua leniter delibo, deguſto, lambo. [לחך] *lachách* לק *lak.* λάχνω. Gal. *Licher, ſucer.* Ital. *Leccare.* German. Lecken. Hiſpan. *Lamer.* Polon. *Lize.* Vngar. *Nyalom.* Ang. *To licke, to ſucke.*] Plaut. in Caſ. Mel mihi videor lingere. ¶ Nonnunquam idem eſt quod paulatim deglutio: ut quũ aliquid ore tenentes guttatim demittimus in ventriculum. Plin. lib. 37. cap. 10: Tecolithos oleæ nucleo ſimilis videtur: neque eſt gemmæ honos, ſed lingentium calculos frangit, pellitq;. ¶ Hinc fit compoſitum Elingo, quod idem ſignificat cum ſuo ſimplici. Plaut. in Curcul. Hîc hodie apud me nunquam elinges ſalem.

Līnctŭs, us, m. q. Lingĕdi actus. [τὸ λεῖγμα, τὸ ἴκλειγμα, τὸ ἐκλειγμάτιον. Gal. *Lichement ou ſuccement.* Ital. *Il leccare.* Ger. Lecken. Hiſ. *Obra de la mer.* Polon. *Lizanie.* Vng. *Nyalás.* Ang. *A licking.*] Plin. libr. 31. cap. 9: Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſêre. Quæ verò in eum uſum fiunt ut delingantur, à Græcis vocãtur ἐκλείγματα, quaſi dicas delinctoria. Qua etiam voce uſus eſt Plinius: E ſemine lini fiunt eclÿgmata.

Līnguă, æ, f. p. Pars corporis nobiliſſima, voci formandæ, dignoſcendique ſaporibus deſtinata: ita dicta quòd ejus miniſterio lingentes utamur. [לשון] *laſchón.* γλῶσσα. Gal. *Langue.* Ital. *Lingua.* Ger. Die Zũg. Bel. Tonge. Hi. *Lengua.* Pol. Ięzyk. Vn. *Nyelv.* Angl. *A tounge.*] Plautus in Pœn. Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus, Vt quæſtui habeant malè loqui de melioribus. Cicero 3. de Orat. Hæc tibi eſt excidenda lingua, quæ vel evulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Coruſcare linguis dicuntur ſerpentes, Ovidius 4. Metam. Virgilius 3. Georg. Linguis micat ore triſulcis: Ovidius 7. Metamorph. Pervigilem ſupereſt herbis ſopire draconem, Quæ criſta linguiſque tribus præſignis & uncis Dentibus horrendus. Biſulca lingua, Ovid. 4. Metamorph. Aſpera lingua premit fauces. Virgilius 3. Georg. comprenſam forcipe linguam Abſtulit, Ovid. 6. Metamorph. Linguam convertere ad mores alicujus, eſt reprehendere. Plaut. in Pœn. reſpondebunt, Punicè pergam loqui: Si non, tum ad horum mores linguam divertero. ¶ Eſt & lingua minor, quæ à Græcis *epiglottis* dicitur, ἐπιγλωττὶς, operculũ cartilaginoſum, quod fiſtulam ſpiritalem in gutture claudit: ne quippiam in eã deerret. Hæc quũ ridemus, attollitur: quia riſus omnia concutit. Quapropter periculoſum eſt, ne nos riſus invadat, quum deglutimus. Hoc enim operculum natura inſtituit, ne quid eſculenti, poculentive ad pulmonem feratur: quod ſi acciderit, niſi rejiceretur, hominem ſtrangularet. ¶ Accipitur quandoque Lingua pro certo cuique genere & ratione loquendi. Plautus in Pœn. Eo is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. ¶ Quin etiam in una lingua ſermonis diverſitas, διάλεκτος, lingua dicitur: ut in Græca lingua quinque præcipuæ ſunt linguarum diverſitates, Attica, Aeolica, Ionica, Dorica, & Communis. ¶ Lingua, pro obloquutione, rumoribus, maledictis, obtrectatorum vocibus, & ſermonibus. Cicero ad Varronem libro 6: Tibi autem idem conſilii do, quod mihimetipſi, ut vitemus oculos hominum, ſi linguas minus facilè poſſumus. Telá linguæ. Ovidius 4. de Ponto: Hoſtibus eveniat, quàm ſis violentus in armis, Sentire, & linguæ tela ſubire tuæ. ¶ Eſt præterea Lingua, ſive lingula promontorium, vel alia quævis terra oblonga, & anguſta, quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit. Cæſ. 3. bell. Gall. Erant ejuſmodi ferè ſitus oppidorum, ut poſita in extremis lingulis, promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, &c. Budæus. Plinius libro 5. cap. 7: Inde in altum lingua mille paſſuum excurrit. ¶ Lingua item Plin. libro 24. cap. 19: Herba eſt, quæ circa fontes naſcitur, cujus radix combuſta & trita, alopecias emendat. ¶ Similiter lingua bubula, genus herbæ, quam Græci βούγλωσσον dicunt, boum linguæ ſimilis. ¶ Lingua canina, alia herba, quæ κυνόγλωσσον vocatur à Græcis. ¶ Lingua petræa, genus lapilli, quod inter gemmas connumeratur. ¶ Lingua amicus, ἀπογλώττης φίλος, qui verbis oſtendit, non re præſtat beneficium. Aut qui non amat ex animo, ſed benevolentiã oratione præ ſe fert. Theog. in ſentent. ¶ Lingua bellare, γλώττῃ πολεμίζειν, dicuntur qui maximè convitiantur, ac minantur hoſti, ſed quum tutum eſt. ¶ Lingua juravit, ἡ γλῶσσ' ὤμοσεν, ubi quis non præſtat fidem promiſſis: aut ubi non ex animo pollicetur. Euripides.

Līngŭlă, ſecundum Priſcianum, & per conciſionem ligula. [שרוך *ſerôch.* γλῶσσα δέλτου, γλωσσὶς. Gal. *Vne courroye, vne ſpatule, vne cuillere, vne eſcumoire, vn friquet, vne eſguillette.* Ital. *Picciola lingua, correggia d' vna ſcarpa, ſpatola, cucchiaio.* Germ. Ein Zũngetein. Hiſpan. *Pequenna lengua, la lengua ò puerta del capato, la eſpatula del aboticario, agujeta, cinta.* Pol. *Szpatuł'a, sęzyczek,* item *Wstęga.* Vng. *Nyeluetske.* Ang. *A litle tounge, a lingell, a litle tenon, a litle ſtiſe.*] Feſtus: Lingula per diminutionem dicta aliàs à ſimilitudine exertæ linguæ, ut in calceis: aliàs inſertæ: id eſt, intra dentes coërcitæ, ut in tibiis. Docti noſtræ ætatis Priſcianum ſequuti indifferenter ſcribunt lingula, vel abjecta n litera, ligula: Martialis tamen irridet ſuperſtitionem Grammaticorum ſui temporis, qui, quum Senatorum & equitum, eorumque, qui emendatiſſimè loquebantur, uſus obtinuiſſet ut ligula diceretur, etymologiæ tamen rationem ſequuti, lingula dicendum contendebant. Quamvis (*inquit*) me ligulam dicant Equitesque, Patresque, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Quo in loco prima ſyllaba corripitur: quemadmodum & apud Iuvenalem Satyr. 5: -& ligulas dimittere ſolicitus ne Tota ſalutatrix jam turba peregerit orbem. Martialis libro 2. eandem produxit: Non extrema ſedet lunata ligula planta. Vnde nonnulli putant ibi legendum eſſe lingula. Sed veriſimile non eſt Poëtam in idem vitium labi, quod in aliis reprehendit. ¶ Eſt etiàm ligula inſtrumentum cavum & oblongum, in ſpeciem linguæ factum: quale eſt illud, quo utuntur aromatarii ad extrahenda à vaſis unguenta. Plinius libro 21. cap. 14: Cera Punica fit hoc modo: ventilatur ſub dio ſæpiùs cera fulva: deinde fervet in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis adligunt florem. Columella libro 9. cap. 15, ligulam vocat inſtrumentum ad purgandum è vaſe ſpumam: Deinde (*inquit*) ubi liquatum mel in ſubjectum alveum defluxerit, transfertur in vaſa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta ſint, dum muſteus fructus effervescat: isq; ſæpiùs ligula eſt purgandus. ¶ Accipitur etiam ligula pro menſura quadam, quę alio nomine cochlear dicitur, quę eſt quarta pars cyathi. Nam quatuor ligulæ complent cyathum. De quo vide Agricolam lib. 1. Plin. lib. 20. cap. 5: Item opiſthotònicis, & jecinorum vitiis, & torminibus, & ſtrangurię, duarũ

aut trium ligularum mensura. Idem: Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, sexta, septima, ligulæ mensura: id est, cochlearis. ¶ Veteres etiam gladiolum oblongum in speciem linguæ factum, ligulam vocitavêre: cujus rei testis est Gell. lib. 10. cap. 25.

Līngŭlātŭs, adject. [γλωσσώδης. Vng. Nyelves.] ut Lingulatus tubulus, apud Vitr. lib. 8. cap. ult.

Līnguārĭŭm, Instrumētum quo lingua alicui occluditur. [φορβέα, χάμιον, ἀβελτόμιον. Vng Nyelv kötő.] Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 36: Ecce ut doleat tibi, ut postea cōsideratiùs loquaris, (quod dicere solemus) linguarium dabo. Linguarium appellat hîc tanquam linguarū thecam & repositorium, in quo se dicit linguam conditurum, ne temerè promittat. Natum est hoc verbum è joculari vulgi sermone, quo & Galli jocantes plerunq; utuntur.

Līnguāx, cis, om. t. Verbosus, multum loquens, qui nimium & stultè loquitur. [λάλος. Gall. *Languart, bauart, babillart.* Ital. *Ciancistore.* German. Schwätzig/klapperechtig Hispan. *Parlero, ò bombre deslenguado.* Polon. *Zwawi, bliegot.* Vngar. *Sátsigo, sók szauu, nyelues.* Kötő. Angl. *A blabler, prattler, or chatter.*] Gell. lib. 1. cap. 15: Hoc genus homines in verba provectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Līngŭlācă, cæ, Piscis, ex planorum genere delicatissimus, quē Germani *lingnam* vocāt, Galli à similitudine solearū, quæ calceis subsuuntur, *soleam* appellant. [Ang. *A sole.*] Plaut. in Casina: Vin' lingulacas? S. T. quid opus est? quādo uxor est domi, Ea lingulaca est nobis: nam nunquā tacet. Quo in loco Plaut. suo more concitandi risus occasionē quærit. Nam quū Olympio, cui à Stalinone hero negotium erat injunctū opsonandi: hoc est, opsonia coëmendi, quæsiviſſet, vellétne lingulacas, quod genus erat piscis delicatissimi: detorsit Stalino vocis ejus significationē ad mulierem linguacem: respondit́q; nihil sibi opus esse lingulacis, quū domi haberet uxorē linguacissimam. Esse autem lingulacam piscis genus apud Plautum, clarissimum est ex eo, quod statim subjicit Olympio: In re præsenti ex copia piscaria Consulere licebit quid emam. Varr. quoq; teste Non. Mar. lingulacam pro verboso posuit, in libro ἀβελ ἐγκωμίων, Quare resident lingulacæ, obtrectatores jam tui murmurantes dicunt: μωμήσεται τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Līnĭgĕr, Vide LINVM.

Lĭnĭo, is, ivi, itum, quartæ conjug. Vngo vel frico, aut aliquid simile, quod digito, aut aliquo instrumento alicui rei fricando superinducitur, vel imprimitur, sed tenuiter nō crassé. [מח *tach* משח *maschách* יסך *jasách.* χρίω, ἀλείφω. Gall. *Oindre.* Ital. *Vngere, fregare.* German. Bestreichen/salben/schmirben. Belg. Gesalven/bestrycken. Hispan. *Vntar.* Polon. *Smaruie, namazuie.* Vng. *Meg kenőm, sörsölöm.* Angl. *To anoynt or ouersmere.*] Colum. libro 8: Ferè autem per æstatem sic muscis aures canum exulcerantes, sæpè ut totas amittant. Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniendæ sunt.

Lĭno, is, lini, livi, vel levi, litum, act. p. Rem aliquam mollem alteri induco, illino, oblino, inungo, perungo. [מח *tach* משח *maschách* יסך *jasách.* ἀλείφω, χρίω. Gall. *Oindre, macules, tacher.* Ital. *Distendere, ò cera, ò tinta, o colla, ad altro sopra alcuna cosa.* Ger. Bestreichen. Hispan. *Vntar, manchar.* Pol. *Pomazuie.* Vngar. *Reá kenőm.* Ang. *To anoynt or ouersmere.*] Colum. lib. 7: Sed illius sanatur noxia, fibula ahena si locum læsum compungas, cretaque cimolia & aceto linas. ¶ Aliquando obturare. Virgil. 4. Georg. -neque illæ Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. ¶ Aliquando insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cic. ad Qu. Frat. li. 2: Lucretii poëmata, ut scribis, lita sunt multis luminibus ingenii: id est, insignita, & quasi fucata. Præterito lini usus est Quintilianus in Declamat. Cæci: Et ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. Colum. lib. 12. cap. 50: usurpavit præteritum livi: Multi (*inquit*) quū semel nova dolia vel serias crassa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt. Præteritum levi videtur mansisse ab antiquo verbo leo: quod tamen inter præterita verbi lino est usitatissimum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 20: Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa Conditum levi. Cato de Re rust. Postea dolium calefacito minus quàm si picare velis: tepeat satis est: lignis levibus facito calescat: ubi temperatè tepebit, cuminū indito, postea linito. Si rectè leveris in dolium quinquagenarium, pedū quatuor satis erit. Supinum unum tantū habet litum, penultima correpta. ¶ Ejus composita sunt, Allino, ad aliquid lino. Palladius: Si stercus primogeniti vituli allinamus oribus vasculorum. ¶ Collino. Gellius: Postea tabulas cera colliviſſe. ¶ Circumlino. Cic. 1. Tusc. Condunt Aegyptii mortuos, & eos servant domi. Persæ etiam cera circunlitos cōdiunt, ut quàm maximè permaneant diuturna corpora. ¶ Delino, illino, interlino, idem est quod deleo: hoc est, inducto atramento, aut alio liquore scripturam aliquam picturámve destruo, ἀπεγράφω, ἐξαλείφω. Sic interlitæ literæ dicuntur, quæ deletæ sunt, ita ut legi non possint. ¶ Elino, inquino, fœdo. Lucil. libro 6: Si hæc vestimenta elevit luto. ¶ Perlino, idem quod oblino, vel obduco. ἀλοιφεῖν, ἀλαλείφω. Columel. libro 8: Mox ulcera lavantur aceto, & tunc pice liquida, cum adipe suilla perlinuntur. Relino, quod obturatum erat aperio, ἀνοίγω, ἀνοιγεῖν. Terentius in Heavt. Relevi omnia dolia, omnes serias. ¶ Sublino, mediocriter fœdo, decipio, & pro ridiculo habeo, ὑπορχεῖν, ὑπορχοῦμαι. Plaut. in Epid. Senex tibi os sublitum est planè & probè: id est, verba, tibi data sunt. Et in Captivis: Quantò in pectore hanc rem meo magis voluto, tantò mihi Aegritudo auctior est in animo, ad illum modum sublitum os esse Hodie mihi: id est, ita me esse irrisum, vel ita mihi data esse verba.

Lĭtŭs, a, um, participium, Vnctus; oblitus, illitus: [כסוח *natóach* מישח *nimschách.* μυρίσμενος. Gall. *Oint, taschè, macule.* Ital. *Coperto, vnto, tinto.* German. Bestrichen/gesalbet/besprengt Hispan. *Vntado, ò manchado.* Polon. *Hamazani.* Vngar. *Meg kenetteto.* Ang. *Anoynted or ouer smered.*] ut, Litæ veneno sagittæ. ¶ Aliquando idem quod maculatus, sive maculis quibusdā aspersus. κατάσημος. Virg. 4. Georg. -elucent aliæ & fulgore coruscant Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Lĭtūră, Scripturæ macula, quū scilicet delendi aut expungendi verbi causa, atramento transversam lineam ducimus, aut deleto penitùs aliud superinducimus. [κατάσυμμα. Gall. *Effacement, effaceure.* Ital. *Cassatura.* Ger. Ein durchstreichung. Belg. Een wtwissinge. Hispan. *Borron ò raedura de letra.* Pol. *Przestrichowanie.* Vng. *El törlés, kenés* Ang. *A straik with a penne, a blott.*] Cic. pro Arch. Et unius nominis litura se commotum esse dixerit. ¶ Ponitur aliquando pro ipsa linitione vel linimento. [מיח *tiach.* χρίσις, ἐπίχρισις, ἄλειμμα.] Colum. libro 4. cap. 24: Nam & teredinem formicamque prohibet: solem etiam & pluvias arcet ejusmodi litura.

Lĭtūro, as, act. p. expungo, induco, deleo. [מחה *machàh.* ἀπεγράφω, ἐξαλείφω. Gall. *Effacer.* Ital. *Cancellare.* German. Durchstreichen/außtilcken. Belg. Wtwissen. Hispan. *Borrar ò raer la letra.* Pol. *Zamazuie.* Vng. *Ki törlöm.* Ang. *To crosse or straik out with a penne, to put away.*] Sidon. Apol. Tunc vel certiùs te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.

Lĭnŏstrŏphŏn, Herba est notissima, quam nonnulli prasion, alii marrubium vocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 22.

Lĭnŏzōstĭs, [λινόζωτις. Ger. Scheißkraut. Pol. Szczyr.] Dicitur herba quam Latini mercurialem vocant. Plin. lib. 25. cap. 5.

Līnquo, is, liqui, lictum, act. t. ut Prisciànus censet: quanvis in simplici supinum in usu non sit. [עזב *hazáb* דמש *schamát.* λείπω. Gall. *Abandonner, laisser, delaisser.* Ital. *Abbandonare.* Germ. Lassen oder verlassen. Belg. Verlaten. Hispan. *Dexar, desemparar.* Polon. *Opuscizam.* Vngar. *El hagyom.* Ang. *To leaue or forsake.*] Sunt qui putent, Nestorem sequuti, priorem præteriti liqui indifferentem esse, decepti (quod res ipsa loquitur) corrupta Virgilii lectione, quam sic adducunt: Namque suam patriam liquerat tellure sepultam. Quem tamen versum omnium tùm grammaticorum, tùm exemplarium consensu sic legendum constat: Nanque suam patria antiqua cinis ater habebat. ¶ Est autem linquere idem quod deserere, relinquere. Plautus in Amph. Vbi me liquisti? S. domi cum Alcumena conjuge. Virg. 1. Aeglog. -& dulcia linquimus arva. Idem 3. Aenecid. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus. Linqui animo: hoc est, deficere, & deliquium pati. Curtius: Linqui denique animo, & submitti genu cœpit. ¶ Hujus compositum est Delinquo & Relinquo.

Līnquēns, particip. ut Linquens animus, apud Curtium animus deficiens, & deliquium patiens. [Vngar. *El hagyo, el diúlo.*] Linquentem (*inquit*) revocavit animum, & nudum hostis latus mucrone hausit,

Līntĕārĭŭs, Linteatus, Linteones, Linteolum, Vide LINTEVM.

Līntĕr, tris, m. & f. t. Naviculæ genus ad flumina trajicienda, ex arbore excavata in navigii formam: æquè autem invenitur & virilis & muliebris generis. [σκάφη, σκαφίδιον. Gall. *Petit bateau.* Ital. *Batello, patischermo.* German. Ein weydling/ist eigentlich ein außgehölter bawm so man an statt eines schiffleins braucht. Hisp. *La canoa, barco de vn madero pequenno.* Polon. *Borito.* Vngar. *Tsonak.* Angl. *A litle boate.*] Virg. 2. Georg. -cavat arbore lintres. Cæs. libro 7. bell. Gall. Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Tibull. lib. 2. Eleg. Exiguus pulla per vada linter aqua. Plin. libro 6. cap. 23: Præterea longè à terra abest navium statio, lintribusque efferuntur onera quæ geruntur. Liv. lib. 1. bell. Pun. Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temerè ad vicinalem usum paratarum. Cic. pro Mil. Repentè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma convexit. Inde Lintrarii, quorum meminit Vlp. in leg. 1: Nautæ, cauponarii, stabularii, lintrium sunt exercitores. ¶ Linter etiam vas est uno ligno exculpto, ut navis quo utuntur alveo in vindemia. Na-

via dicitur à Festo Pompeio [Vng. *Savto vállu.*] Tibull.lib.1. Eleg 4: Aut mihi servabit plenis in horreis uvas.

Lintĕum linteum.n.s Pannus lineus: & supellectilium quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum [Pol. *Ubrus ręczny.* Gal. *Linceul, linge de quelque sorte qu'il soit* Ital. *Lenzuolo, sciugatoio.* Ger. Allerley leinwat/ein leinen thuch. Belg. Lynwaet Hisp. *Lienço, ò sauana de lino.* Pol. Scierka. Vng. *Kefkenyő, ruha* Ang. *All kind of linnen.*] Plautus in Motte l Linteum cape, teque extergetiorem manus. Martialis: Non tam sæpè teret lintea sullo tibi. ¶ Lintea etiam dicuntur vela quibus utuntur nautæ. Virgil.3 Aeneid. -certum est dare lintea retro. ¶ Item quæ in theatro tendi solent ad spectantium umbracula. Hinc legimus Cæsarem totũ forum linteis adumbrasse. ¶ Accipiuntur etiam lintea pro vestibus lineis.

Lintĕŏlum, linteoli, diminutivum, n.s. [ῥάκιον, ὀθόνιον. Gall. *Petit drapeau, drapelet, petit linceul.* Ital. *Linzuolo, picciolo.* Ger. Ein leinin thüchlein tumpfen Hisp. *Pequenno lienco.* Pol. *Scyrzeczka* Vn. *Kefkenyőcske* An. *A cloute.*] Plin. lib.21.cap.12: Vulneribus (*sanguis*) in linteolis imponitur. Idem lib.20.cap.17: Destillationem narium discutit tusum, in linteolo olfactum. Columel.lib.6.cap. 16: Præfractis cornibus linteola sale atque aceto & oleo imbuta superponuntur.

Lintĕātŭs, m.s. Linteis indutus: id est, lineis vestibus: quali habitu usus fertur Apollonius philosophus: quoniam hujusmodi habitus videbatur mũdior, quàm qui ab animalib. deglubebatur. [ὁ ὀθονίοις ἐνδεδυκώς. Gall. *Vestu de linge.* Ital. *Vestito con lenzuolo.* German. Mit leinwat bekleidet. Hispan. *Vestito de lienco.* Polon. *Wpl'otniami vbior oblecżoni.* Vngar. *Kefkenyőtt, (avagy) gyots ruhába őltőzőt.* Ang. *Clothed with linnen.*] Liv.10.ab Vrbe: Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.

Lintĕārĭŭs, m.s. Qui lintea conficit aut vẽdit. [λινουργός, λινοπώλης. Gall. *Linger qui vend linge.* Ital. *Che fa, ouero vende lenzuoli.* Germ. Einer der mit leinwat vmbgeht/ es sey der es mache/ oder allein verkauffe. Hisp. *Lienciero* Pol. *Kramarz płotnem kupczący.* Vng. *Kefkenyőt ifmerő.* Ang. *A linnen draper.*]

Lintĕōnes, m.t. Qui texunt linteamina in vestium usum: ut docet Servius libro 7. Aeneid. [ὅτι ὀπτικοί, καὶ ὁ σλοκός. Gall. *Tisserans de toiles, lingers.* Ital. *Tessitori di tele, lenzuoli.* German. Leinwatweber. Hispan. *Texidores de tela.* Polon. *Tkacz* Vngar. *Takats.* Ang. *Linnen weauers.*] Plautus in Aulul. Aut mancupem aut mutuicarii, aut mutuobrecarii, propolæ, linteones, calceolarii. Firmicus libro 2. Math. S. Lunam in Veneris signis constituta feratur ad Martem, ista conjunctio faciet linteones, aut tabernarios, atque colorum tinctores.

Lintĕŏus, a, um, adject. vide LINVM.

Līnum, lini, n.s. [פִּשְׁתָּה *pishtáh* בַּד *badh* שֵׁשׁ *shẽsh.* Gall. *Du lin, fil ou filet de lin.* Ital. & Hispan. *Lino.* German. Flachs/werck. Belg. Wert/vlas. Polon. *Len.* Vng. *Len.* Ang. *Flaxe or linnen.*] Herba est notissima quæ cannabis modo in tunicas molliem contusa, netur in usum intimarum vestium. Virgil. 1. Georg. Vrit enim campum lini seges urit avenæ. Plin.libr.19 cap.3: Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. ¶ Linum pro filo ponunt Celsus lib.7. cap.14: A' quibusdam, *inquit*, tumor ad imum acu trajectatur duo lina ducente: deinde utrinque lini duobus capitibus diversæ partes astringuntur.

Līnĕŭs, a, um, Linteus, quod ex lino est: [λινεῶν, λινοῦς. Gall. *Qui est fait de lin.* Ital. *Cosa di lino.* Germ. Flächsin. Hisp. *Cosa de materia de lino.* Polon. *Lnam.* Vngar. *Lenből valo.* Ang. *Made of linnen or flaxe.*] ut, Vestis linea, de lino facta. Plin.lib.12.cap. 6: Sed unde lineas vestes faciunt. Virgil.5. Aeneid. -nodos & vincula linea rupit.

Līnĭgĕr, ra, rum, Gerens vestes lineas. [λινοφοροφόρος. Gall. *Vestu de lin.* Ital. *Vestito di lino.* German. Das flächsin/oder leinin kleidung tregt. Hisp. *Vestito di lino.* Pol. *Welnianke obleczoni.* Vn. *Lenből tsinált ruka viselő.* An. *Cloted with linnen.*] Ovid. 1. Metam. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis vestibus indui solebant. Iuven. Satyr. 6: Quj grege linigero circundatus, & grege calvo Plangẽtis populi currit derisor Anubis. Ovid. 1. Amor. eleg. 2: Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isim Quæsieris.

Līnĭum, Filum est transversum cui stamina applicantur. [Pol. *Watek.* Vng. *Nywől* (vel) *nywől fonál.*] Gell.lib.2.cap.3: Licio transverso quod Linium appellatur, qui magistrãtibus ministrabant, cuncti erant.

Līntĕŭs, a, um, Lineus, quod ex lino est confectum: [λίνεος. Gall. *Chose faite de lin.* Ital. *Cosa fata di lino.* Germ. Auß flachß gemacht/ leinin. Hisp. *Cosa hecha de lino.* Polon. *Lniani.* Vngar. *Lenből tsinalt.* Ang. *Made of linnen.*] ut, Vestis linteа: id est, lino contexta. Cic.7.Verr. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, rhus alii atq; odores, vestemque linteã. Lintei libri, qui de lino fiebãt, cujusmodi Sibyllini quidã fuerũt. Liv.4.ab Vrb. Licinius Macer autor est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetę invętis. Plin.lib.13: cap.13: In plumbeis, linteisq; voluminibus scriptitatũ ędictum.

Līnāmĕntum, n.s. Penicillus ex linteo excerptus, qui vulneri imponitur ex linteo ve. spongia, vel lana ad exsiccandã saniem, & purulentiam extrahendam. [μαλλὸς πάσσων. Gall. *Drapeau ou charpie, tente de charpie, de drapeau, de laine, ou d'eſponge.* Ita. *Drapo de lino o de lana.* Ger. Ein teintner meissel so man in die wunden thut. Hispan. *El panno de lino, o lana hilaças de lienco, la mecha ò el paño.* Pol. *Zabáłniech ktori do ran kładą.* Vng *Pik kérő.* Ang. *A peece of linnen put in a wounde for to dry it il a tent.*] Celsus.lib. 5: Linamentum involutum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumq; in nares. Idem lib.7.cap.28: Et intùs implicitum in longitudinem linamentum, λήκιθον Græci vocant, in aceto tinctum demittere: supraq; succidam lanam aceto madentem deligare. ¶ Linamenta item dicuntur quęcunq; ex lino constant. Plin.lib.32.cap.10: Delphini adipe linamenta accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas.

Līnospermon, Lini semen.

Līnum, Thymelæa apud Dioscor.lib 4.cap.183.

Lipodermus, Est defectus & penuria pellis ejus, quæ penẽ velat, adeò ut ea non possit distrahi.

Lipopsychĭa, s.p. [λιποψυχία, vox Græca est, Latinè sonans animi defectionem, vel animi deliquium: quæ & συγκοπὴ dicitur. [Vng. *Elaulás.*]

Lipothymĭă, λειποθυμία, Latinè defectus animi, sive animæ, quæ & Lipopsychia dicitur. [Pol. *Omdlenie.* Vng. *El diulás.*]

Lippŭs, pi, m.s. Qui oculis est lachrymantibus, putri inde humore defluente. [λημῶν. Gall. *Chaſſieux, à qui les yeux pleurent.* Ital. *Lippo.* Ger Ein trieffaug. Hisp. *Cegaſoso.* Pol. *Cziekawy chorym.* Vngar. *Tsőpögő petsenyés szemű.* Angl. *Bleared.*] Plaut.in Milit. Cubare in navi lippam, atq; oculis turgidis nauclerus dixit. ¶ Lippus aliquando pro homine vili & nullius momenti. Persius Satyr.5: -hic dama nõ est tressis agaso, Vappa lippus & in tenui farragine mendax. ¶ Lippa ficus dicta, vel quòd succus foliorum ejus lacteus lippis prodest, vel quòd dum folia & ramuli truncantur, succum lacrymosum emittant. Martial.lib. 7: -& lippa ficus, debilisq; boletus.

Lippĭo, is, ivi, itum, Lippus fio: hoc est, marcorem in oculis cõtraho. [λημάω Gal. *Etre chaſſieux, auoir les yeux chaſſieux.* Ita. *Diuenir lippo* Ger. Triefend/ oder fliessige augen haben. Belg. Die oogen loopen Hispan. *Ser cegaſoso.* Polon. *Cziekami ocęp.* Vngar. *Petsenyes tsőpögőſzőm wáleſzők.* Angl. *Tod be bleared.*] Plinius libro 28: Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui, quũ pedes lavant, aqua inde ter oculos tangant. Cicero ad Atticum libro 7: Quum leviter lippirem, has literas dedi. Plautus in Curc. ad fauces transtulit, prospicio parum. Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, Ita cibi vacuitate venio laxis labris.

Lippītŭr, penult. prod. impersonale. Plin.libr.28.cap. 8: Aut ne omnino lippiatur decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & crocia uncia

Lipsănă, penult. corr. [עֶצֶם *ẽtzem* שְׁאֵרִית *shẽerith.* λάψανα. Pol. Reſzta. Vng. *Maradek*, dicit tu inus numero, Reliquiæ quæ ex toto corpore superfuerunt Vlpianus Siarum illegatum occiderit, puto teneri, non ut carnes præstet, vel cætera λειψανα: id est, cornua, corium, *&c.*

Liprotē, A' quibusdam recentiorum Grammaticorum vocatur figura, cum ubi vis verborum rei magnitudini non respondet. Vt apud Virgil. 1. Aeneid. Non ignara mali miseris succurrere disco. Vbi Non ignara mali, dixit pro eo quod est, in malis magnopere exercitata Originem autem hujus dictionis referunt ad verbum λείπομαι, quod est deficio, eò quòd ejusmodi orationibus vis quędam verborum deesse videatur. In antiquissimis codicibus Servii aliorumque commentariis manu scriptis, non Liptote legitur, sed Litotes λιτότης, quæ vox Græcis inter cætera tenuitatem significat, & simplicitatem. Hinc fit, ut credam recentiorum quorundam Grammaticorũ insciitia factum esse, ut figura quam vetustiores λιτότητα nominarunt, Liptote cœperit appellari.

Līquāmĕn, Liqueo, Liquesco, Liquefio, Vide Liquo, liquas, in LIQVOR.

Līquĕt, impersonale, vide post LIQVOR, eris.

Līquĭdŭs, vide LIQVOR, liqueris.

Līquŏr, eris, tertiæ conjugationis, absque pręterito & supino, Resolvor, defluo, destillo, liquefio, liquesco. [מַאס *namás* נָמַק *namák.* τήκομαι, ἀλίσκομαι. Gal. *Se fondre, couler.* Ital. *Eſſere liquefatto.* Ger. Zerschmutzen/ zerfliessen. Belg. Smelten. Hispan. *Derretirſe.* Polon. *Rozstapiam ſie.* Vngar. *El oluadok.* Ang *To be melted.*] Producit autem hoc verbum primam syllabam, quæ in verbis liquo,

liquo, liquesco, liquefio, & in nomine liquor corripitur. Lucanus lib. 9: -femorũ quoq; musculus omnis Liquitur, & nigra distillant ingunia tabe. Liquidius indifferenter est Lucretius uteris, eo quod rara liquor fieri possit, quàm a liqueo. Crassaque (inquit) conveniunt liquidis & liquida crassis.

Liquĭdus, da, dum pen. corr. Molle, duxu.m, humidum, fluidus. [כמס *namés* קמק *namák.* ὑγρός. Gall. *Liquide, fondu.* Ital. *Liquido.* Germ. zerflossen weich. Belg. Weeck Hisp. *Humido*, Pol. *Mieki, rozpuszczony.* Vng. *Olvadt, leolvasztot.* Ang. *Soft, liquate, melted.*] Plautus Mine: Liquidius cultus, quæ quàm ventus est Favonius. Liquidus venter dicitur à Martiale lib. 13, qui est fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. [חש *tsach* טהור *tahór.* καθαρός. Gall. *Clair, pur, sans lie.* Ital. *Puro, chiaro.* German. Klar/lauter/heller. Hispan. *Puro, claro, y sin heces.* Ang. *Pure, cleane, cleare.*] Virg. 6. Aeneid. -liquidumque per aëra lapsæ. Idem li. 4. Georg. Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantum Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem: id est, defæcata, & sine sordibus. ¶ Aliquando pro prospero sive optimo. Plautus in Pseud. Ab sinistra auspicio, atque ex sententia confidentia est, Inimicos me posse perdere.

Liquĭdum, di. [Pol. *Mieka rzecz.* Vngar. *Folyo viz.*] Pro aqua usurpavit Horat. 1. Serm. Satyr. 1: Vt tibi si sit opus liquidi nõ amplius urna vel cyato.

Liquĭdō, Purè, manifestè, certò, omninó. [ἀναγκαίως. Gall. *Liquidement, clairement, manifestement.* Ital. *Pramente, chiramente.* Ger. Klartlichen/gantz hetter Hisp. in *Claramente, manifestamente.* Pol. *Iasnie.* Vngar. *Nyilván, tisztán.* Angl. *Cleanlie, plainlie.*] Terent. in Andr. Quia si forte opus sit ad hetum jurandum mihi non apposu sse, ut liquido possim Cic. ad Catonem lib. 15: Gratissimum est te libenter amicitiæ dedisse quod liquidò veritati dares. Liquidò dicere id est, aperté. Cicer. 4. Verr. Nemo esset, quin hoc se audisse liquidò diceret.

Liquĭde, liquidiùs, liquidissimè, quod tamen non est in usu. [Vngar. *Nyilván, tisztán.*] Idem quod liquidó. Cic. ad Planc. lib. 10: Liquidiùs de toto sensu tuo judicavi: hoc est, apertiùs, certiùs, ac facilius.

Liquŏr, oris, m. t. Humor liquidus. [ὑγρότης. Gall. *Liqueur, humeur coulant.* Ital. *Liquore.* German. Allerley feuchte so da fleusst/als wasser/wein/safft/&c. Hispan. *Licor delo que cuela.* Polon. *Wilgotnosc, plinacza, siaka woda iest.* Vngar. *Nedvesség, léu.* Angl. *Liquour.*] Plin. lib. 10. cap. 52: Piscium ova ex liquore mollia. Cic. 1. de Natur. deor. Aquę admistum esse calorem, primùm ipse liquor. tum aquæ declarat effusio. Virg. 3. Georg. Rursus abundat fluidus liquor, omniaque in se ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Pellucidi amnium liquores, Cic. 2. de Nat. deor. Vitigeni liquoris latex, Lucretius lib. 5.

Liquĕo, es, licui, liquere, n. s. Liquidum & fluidum esse. [כמס *namés* קמק *namák.* τήκεσθαι. Gall. *S'amolir, se fondre* Ital. *Liquefarsi.* Ger. zerlassen/zerschmeltzen. Belg. *Smelten/van dẽ anderẽ vloeyen* Hisp. *Derretirse.* Pol. *Rozpuszczam sie.* Vng. *Oluat vagyok.* Ang. *To melt or to be melted.*] Vnde liquẽs, nomẽ ex participio, idẽ significans quod liquidus. Virg. 6. Aen. Principio cœlum, & terras, camposq; liquentes Spiritus intùs alit. Vbi campos liquentes dixit pro mari. ¶ Hinc fiunt composita colliqueò, & deliqueo, à quibus rursus fiunt augmentativa colliquesco, & deliquesco: quorum significata vide suis locis.

Liquĕsco, is, n. t. Liquidus, fluidusq; fio, mollesco, resolvo, dissolvor: ejus antithesis est Concresco. [כמס *namés* קמק *namák.* τήκομαι. Gall. *Devenir liquide, s'amollir, se fondre.* Ital. *Liquefarsi, & ammollirsi.* Germ. Weich werden/anfahen schmeltzen/zergehen. Belg. Weeck worden/ontsten. Hispan. *Derretirse.* Polon. *Rozpuszczam sie.* Vng. *Leolvadok.* Ang. *I readie or about to melt.*] Virg. 8 Aeglog. Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit. Idem 8. Aen. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. Vbi Servius: Liquescit, proprie dicimus ea quæ ferrum non solvitur, sed mollescit. Liquescere voluptate, & fluere mollitia, est mollem esse, & voluptati deditum. Cicer. 2. Tusc. Opinio est enim quędam esse effœminata & levis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liv. 1. bell. Pun. Vt verò tot hominum, jumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque labem liquescentis nivis ingrediebatur.

Liquo, as, priore syllaba correpta, act. p. Liquidum facio, liquefacio, quum scilicet aurum vel plumbum igni dissolvimus. [כמס *hemés* חמק *hemák.* τήκω, διαχέω. Gall. *Fondre, amollir, esfraindre & tirer le ius.* Ital. *Liquefare.* German. Schmeltzen/zerlassen. Belg. *Smelten/druypen/van den anderen vloeyen.* Hisp. *Derretir.* Pol. *Rozpuszczam.* Vng. *Meg oluasztom.* Ang. *To melt, or mak to melt.*] Lucan. libr. 7: -ereptaq; tela liquavit. Cic. 2. Tusc. Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt guttæ. Ovid. 4. Fast. Nec pigeat tritum niveo cum lacte papaver Sumere, & expressis mella liquata favis. Liquare alvum. Celsus lib. 4. cap. 4: Liquanda alvus, interdum etiam ducenda Alvus liquida, fluida & libera, non astricta. Ducta alvus, quæ liberius fluit quàm natura patiatur, ac multùm soluta. ¶ Hujus composita sunt, Deliquo & cinquo.

Liquāmĕn, inis, n. t. [τὸ χύλισμα, τὸ ἐγχύλισμα, ὁ χύλος. Gall. *Graisse, sein ou autre chose fondue &c.* Ital. *Grassa ò seuo colato.* German. Etwas das geschmeltzt oder zertassen ist/als schmaltz/feißte/&c. Hisp. *La manteca de cosa derretida.* Polon. *Tłuszcz rozpuszczenie.* Vng. *Oluadás, oluasztot hayisir.* Ang. *Dripping tryed, fues molten.*] Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in usum coquinarium servata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici potest, quibus non vescimur. ¶ Est etiam genus condimenti liquidi, ex putrefactis piscium intestinis confectum, & in usum coquinarium servatum ad condiendos cibos: γάρον. Colum. lib. 7. cap. 4: Succus excocti lupini, veteris vini fax, & amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur. Idem lib. 6. cap 2: Liberalesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctus lingula demittito.

Liquābĭlis, Qui liquescere potest. [πικτός. Polon. *Rozpuszczaiacy sie.* Vngar. *Meg oluazhato.*] Apuleius in Apologia: Virgilius (ad Magium) enumerat laurum fragilem, linum durabilem, ceram liquabilem.

Liquĕfăcio, cis, act. t. Liquidum & fluidũ facio, admoto ignis vel Solis calore: à quo liquefio, ejusdem cum liquesco significationis. [כמס *hemés* חמק *hemik.* διαχέω, διατήκω. Gall. *Faire fondre ou amollir.* Ital. *Liquefare, far liquido.* Germ. zerflissig machen/zertassen/schmeltzẽ. Hisp. *Derretir.* Pol. *Rozpuszczam, rozpuszczam.* Vng. *Elouasztom, meg oluasztom.* Ang. *To make or make to melt.*] Cic. in Catil. Et statuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta. Virg. 1. Georg. Hamaque umque globos, liquefactaque volvere saxa: id est, igne soluta, ut inquit Servius. ¶ Hujus verbi composita sunt, Alliquefacio & colliquefacio: quorum significata vide suis locis.

Liquĕfĭo, fis, Fundor, liquesco, dissolvor. [כמס *namés* חמק *namák.* διαχέομαι, τήκομαι. Gall. *Devenir liquide.* Ital. *Diuenir liquido.* German. Zerschmeltzen zerschmeltzet werden. Hispan. *Derretirse.* Polon. *Rozpuszczam sie.* Vngar. *Elouasztok.* Ang. *To be dissolved, be to melt.*] Cicero 1. de Natur. deor. Glaciem ex ore liquefactam & dilapsam dixandit. Idem in Catil. Quum & legum æra liquefacta sint.

Liquĕt, impersonale, Constat, sive manifestum & certum est: quoniam quæ resolvuntur, certa cõstantia & manifesta fiunt. [σαφὲς, δῆλόν ἐστι. Gall. *Il appert, il est manifeste.* Ital. *Egli è manifesto.* Germ. Es ist offenbar/es ligt hetter am tag. Belg. *Het is openbaer/blinckt/scheter* Hisp. *Es manifiesto.* Pol. *Iawno iest.* Vng. *Nyilvánualo vagyon.* Ang. *It is plaine or manifest.*] Terent. in Eunuch. Illum liquet mihi dejerare his mensibus sex non vidisse proximis, Nisi nunc quum minimè vellem. Cic. 1. de Nat. deor. Nec verò Protagoras, qui se negat omnino de diis habere quod liqueat sint, non sint, qualésve sint, quicquam videtur de natura deorum suspicari. Liquet inter nos: id est, compertum & certũ habemus. Cic. 1. de Nat. deor. Sed quod inter nos liqueat, nec tu quidẽ intelligis. Non liquere sibi de causa, dicebãt judices, quando non satis sibi constabat, condemnandúsne esset reus, an absolvendus: neq; commodè poterant judicare, nisi causa denuò diceretur. Quum itaq; illud significare volebant, sibi de causa non cõstare, reumq; esse amplandũ videbantur illis tabellis quæ ad colligendã sufflagia judicibus dabantur, duas hasce literas N. L. Hæ continebant nomina partionis, quemadmodum A. absolutionis, & C. condemnationis. Quòd si collectis suffragiis, paritas manus tabellarum ampliationis haberet inscriptionem, tum demum, &c. judicio præerat, Iudicibus de causa non liquere, rem judicandum videri pronuntiabat: hoc est, causam denuò dicendam, & reum in aliud tempus rejiciendum. Vlpianus Arbitr. Idem Pomponius. Proindè si fortè urgeatur ad ferendam sententiam arbiter, æquissimum erit, si juret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari. Gell. lib. 13: Vt absolverem tamen, inducere in animum non quiverim, & propterea juravi non liquere, atq; ita judicatu illo solutus sum.

Līrā, æ, prima syllaba producta, f. p. Sulcum significat, sive fossam rectam in agro, teste Nonio, in quam terræ uligo cõfluit. [תלם *telém* מעברת *mahanith* גדוד *ghedhúdh.* αὔλαξ. Gall. *Seillon, terre esleuée entre deux seillons, ou raions.* Ital. *Solco, linea di terra tra due solchi.* Germ. Ein wasserfurch eines ackers/dardurch das regenwasser hinauß geleitet wird. Belg. *Een voore.* Hispan. *La tierra entre dos sulco emelga.* Pol. *Brozda.* Vng. *Baráznia, (auagy) két baráznak közöt valo mosás.* Ang. *A rigde betwene two furrowes.*] Columella tamẽ liras easdem videtur facere cum porcis: hoc est, editiores terræ cumulos inter duos sulcos interceptos. Serenim scribit libr. 11. cap. 2: Liras rustici vocant, cum sic aratum est, ut inter duos latiùs distant, medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat: idem lib. 1. cap. 3: Est autem lyra similis ei porcę quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent.

Līrārĕ, act. p. [αὐλακας ἰλαύνω, αὔλαξι ἀλοκέω. Gall. *Faire seillons en vne terre laboure.* Ital. *Far tali elevature tra solchi.* Germ. Waſſerfurchen machen: *item,* Eggen. Hiſpan. *Emelgar la orado à sembrado.* Polon. *Brozdi cpicz wskibi orac.* Vngar. *Baráxdát tiſztitani, folyamatot ſinálni.* Angl. *To make ridges.*] Eſt lyras facere, ut in ſulcos ex porcis aqua defluat: quod fieri ſolet tertia aratione jacto jam ſemine. Solebant enim antiqui, teſte Varrone de Re ruſt. lib. 1. cap 29, tres facere arationes. Primò enim arabatur terra, idque vocabant proſcindere. Deinde ſecunda aratione excitatæ grandiores glebæ frangebantur, quod vocabant offringere. Tertia aratione jacto ſemine, boves lirare dicuntur, quum tabellis ad vomerem additis, ſimul & ſatum frumentũ operiũt in porcis, & ſulcãt foſſas quo pluvia aqua dilabatur. Plin. lib. 18. cap. 20: Aratione per tranſverſum iterata, occaſio ſequitur, ubi res poſcit crate, vel raſtro: & ſato ſemine iteratio hoc quoq; ubi cõſuetudo patit crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes ſemina: unde primùm appellata deliratio eſt. ¶ Lirare quoque confodere aliquando ſignificat per quandam ſimilitudinem. Pomp. Iámne abierunt? jámne obtundunt? jámne ego ſum in tuto ſatis? num quis hîc reſiſtit, qui nondum lirarit mihi: id eſt, confoderit: ex Nonio.

Lirātim, adverb. Per liras. [κατ' αὐλακας. Gall. *Par ſeillons.* Ital. *A ſolco à ſolco.* German. Den furchen nach. Hiſpan. *De emelga en emelga.* Polon. *Wskibi, wbrozdi.* Vngar. *Baráxdánként.* Angl. *By ridges.*] Columella: Eæque quum ſint diviſæ, liratim ſeri debent.

Lirīnum, Vnguentum, vide LILIVM.

Lis, tis, f. t. Controverſia: à limite dicta: quòd primæ inter homines lites de limitib. fuerint. [ריב rib מצדה maṣṣâdâh δίκη, ἔρις. Gall. *Noiſe, debat, proces.* Ital. *Piato, lite, controverſia.* German. Ein zanck oder ſpan. Belg. Twiſt/geſchil. Hiſpan. *Lid ò pleyto, ò contencion.* Pol. *Swar, zamowka.* Vng. *Viszavonyás feddés, háborgás, pörlés.* Ang. *Stryfe, contencion, debate.*] Lis & Iurgium ſic differunt, teſte Nonio: levior enim diſſenſio, vel diſcordia inter benevolos, aut propinquos jurgium dicitur: gravior diſceptatio inter inimicos, lis. Cic. de Rep. 4: Si jurgant benevolorum concertatio eſt: nam lis inimicorum, non jurgium dicitur. Et paulò pòſt: Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, nõ litigare. ¶ Litis inſtrumentum à Quintiliano pro ipſis actis, quas *productiones* vocamus. ¶ Dicimus elegãter, Litem habere cũ aliquo, litẽ alicui intendere, litẽ capitis in aliquẽ inferre. Litem ſuũ facere: id eſt, litis cauſam ſuſcipere, & tanquam ſuam defendere. Litem perdere: id eſt, ejus rei cauſam de qua agebatur, dimittere. Lite cadere, eſt ejus rei de qua agitur cauſam amittere, id quod ſæpè Cicero dixit, Cauſa cadere. Litem in rem ſuam vertere: id eſt, rem inter duos controverſam adjudicare ſibi, quod fit, quum judex ita cum litigatoribus agit, ut jure ſuo cedant. ¶ Litis conteſtatio, eſt hinc inde apud judicem negotii principalis facta narratio. Oritur enim litis conteſtatio ex petitione actoris, & exceptione rei.

Lītĭgo, as, penult. corr. n. p. Diſcepto, contendo, ſive id in foro ſit, ſive extra forum. [ריב rab הבצה hiṣṣâdâh. ἀμφισβητέω, ἐγκαλέω, δικάζομαι, ἀμφίεσμαι. Gall. *Auoir noiſe, debat, different ou proces contre quelqu' vn.* Ital. *Litigare, far lite.* German. Zancken/ſpennig ſeyn. Belg. *Kyven.* Hiſpan. *Pleytar ò contender.* Polon. *Swarzyć ſie.* Vng. Pörlök, *háborgok versönködöm.* Ang. *To ſtryue, to debate, to be at variance*] Cicero pro Cælio: Aliquot enim in cauſis videram cum fruſtra litigantem. Martial. libro 7: Ah miſer & demens viginti litigat annos Quiſquam, cui vinci Gargiliane licet? Plaut. in Rud. Qua de re nunc litigatis inter vos? Cicer. ad Att. Hircius cum Quinto acerrimè pro me litigavit. Idem Qu. Frat. Litigarem tecum, ſi fas eſſet.

Litigium, gii, n. ſ. Litis actio. [ריב rib מצדה maṣṣâdâh. ἀμφισβήτησις, ἔρις. Gall. *Noiſe, debat, proces.* Ital. *Lite, piato, controverſia.* German. Ein Spenniger handel/ein Rechtshendel eines ſpans halbẽ. Hiſpan. *La lid pleyto ò contencion.* Polon. *Prawowanie ſie.* Vngar. *Pörlödés feddödés, versönködés.* Ang. *Stryuing, debate, controuerſie in wordes.*] Plautus in Caſina: Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos? Idem Menæch. Litigium tibi eſt cum uxore. Plinius libro 37. cap. 10: Siderites ferro ſimilis, & litigio illata diſcordias facit.

Lītĭgĭōsŭs, a, um, Qui frequens in litibus verſatur, vel quavis de cauſa litem movet. [φιλόδικος, δύσερις, ἐγκληματικός, ἀμφισβητητικός. Gall. *Noiſeux, litigieux, plaidereau, contentieux.* Ital. *Litigioſo.* German. Zenckiſch / ſpanig / der gern rechtiget. Hiſp. *Pleyteado, contencioſo.* Polon. *Swarliwi.* Vngar. Pörlödö, versödö. Ang. *Full of ſtryfe or contention, a wrangler.*] Cic. in Verr. Hominẽ id ætatis minimè litigioſum, quàm tumultuoſiſſimè aggrediuntur. Idem pro Muræna: Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, unde petebantur. ¶ Litigioſa diſputatio, Cic. 5. de Finib. Fora litigioſa, plena litibus, Ovid. 4. Faſtor. ¶ Interdum litigioſum idem eſt quod controverſum: hoc eſt, de quo lis eſt & controverſia. ἀμφισβητήσιμον. ut, Litigiõſum prędium, apud Cic. de Orat. Litigioſus ager, apud Ovid. 2. Faſt.

Lītĭgātŏr, Qui litigat. [רב *rab.* ὁ διαφέζων, ὁ δικαιολογούμενος, ὁ ἀμφισβητῶν. Gall. *Plaideur, faiſeur de noiſes, grand debatteur.* Ital. *Chi fa lite, litigante.* German. Ein zancker/ der ein handel am Rechten hat/oder führt. Hiſpan. *Pley eador, contendedor.* Polon. *Prawo wiodacz, prawiaci ſie.* Vngar. Pörlödö, *háborgo, feddödö, versöködö.* Angl. *A ſtruer, a ſtutter in the law.*] Cicero pro Domo ſua: Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio cariùs quàm æſtimabat.

Lisœ, [σφαγεῖδες. Pol. *Pil'i kol'ogarl'a.*] Celſo lib. 4. cap. 1. Sunt autem liſæ, teſte Donato, venæ majores gutturis, quibus interſectis animal confeſtim emoritur. Unde eliſum, quicquid ex tali cauſa mortuum eſt.

Lĭtănīă, [תחנון *techanún* תחנה *techinnáh.* λιτανεία.] ſupplicatio: à verbo Græco λιτανεύειν, quod ſignificat ſupplicare, & vota ſuſcipere. Vulgus ineptè vocat *Letaniam.*

Lītĕră, teræ, f. p. Quanvis ratione etymologiæ primam videatur debere corripere (creditur enim Litera dicta, quaſi litura) ubique tamen apud veteres poëtas eandem producit. Alii tamen veram literæ appellationem ex figura emergere arbitrãtur, cùm eas certis lineis contineri videant, ut quæ primùm lineaturæ dicerentur, poſtea literæ dictæ ſint. [γράμμα. Gall. *Lettre.* Ital. *Lettera.* German. Ein buchſtab. Belg. Eenen letter. Hiſpan. *Letra.* Pol. *Litera.* Vng. Betü'. Ang. *A letter.*] Superflua itaque anxietas eorum poteſt videri, qui primam hujus dictionis ſyllabam producere non audent, niſi geminata conſonante: inſignis autem illorum temeritas, qui eam nullo veterum exemplo corripiunt, frivoloque atque incerto etymo freti, ab unanimi veterum omnium conſenſu non dubitant diſcedere. Propriæ autem literæ dicuntur minimæ atque individuæ partes orationis, ex quibus conſtituuntur ſyllabæ, & tàm ſingulari quàm plurali numero elementum ſignificat, videlicet A, B, &c. Cicero pro Sylla: Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt. Quintil. libro 1. cap. 4: Vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam ejus literam dicere non poſſet, irridet. Cic. 4. Verr. Huic etiam Romæ videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum, à communi Sicilia datas. ¶ Dicitur autem Littera quaſi legitera, ut quibuſdam placet, eò quòd legenti præbeat iter: vel quod in legendo iteretur, ut ait Servius: vel à lituris, quòd ſcripta deleri poſſit: in ceratis enim tabulis antiqui plerunq; ſcribere ſolebant, & deinde delebant. Alii à verbo Lino deducunt, quòd in ſcribendo atramentum illinitur: hoc eſt, leviter inducitur chartæ. ¶ Aliquando Litera capitur pro ſcribentis manu. Cicero ad Attic. Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. ¶ Plurali numero Literæ epiſtolam deſignant. [ספר *ſêphar* γράμματα. Gall. *Lettres miſſiues, epiſtre.* Ital. *Lettere.* Germ. Brieff/ ſendbrieff. Hiſpan. *La letra, carta meſſagera.* Polon. Liſt. Vngar. *Leuel.*] Apud poëtas tamen legitur Litera pro epiſtola, γράμμα quoque à Græcis. Ovid. in Epiſt. Quam legis abrapta Briſeide litera venit. ¶ Vocantur præterea Literæ, λόγοι, diſciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. Plautus in Trucul. Literas didiciſti, ſine alios diſcere. Hinc, Dare literis operam dicimus: hoc eſt, incumbere ingenuis artibus, quæ literis conſignatæ ſunt. ¶ Literis tinctus, vide Tingo. Ad literam, idem quod ad verbum. Quintil. libr. 9. cap. 1: Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam ſubjeci. ¶ Aliquando uſurpatur pro ſcriptura. Cicero in Verr. act. 3. ut Romam rediit, nullam literam pupillo, malam matri ejus, nullam tutoribus reddidit: id eſt, ſchedulam nullam ſcripſit, qua teſtaretur & agnoſceret ſe accepiſſe pecunias, &c. ¶ Ne literam quidem, pro nihil ſcripſit, nullas literas miſit. Cicero Caninio, libr. 2: Ille quum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunquam miſit: id eſt, tantùm abeſt ut ad me literas miſerit, ut ne literam quidem miſerit. Literas attingere, eſt ipſas tractare, ſeu verſari in ſtudiis literarum. ¶ Literæ interiores ſunt abſtruſiores, altioresque diſciplinæ. ¶ Literæ publicæ ſunt, quas barbari *regiſtra* vocant. Referre aliquid in literas publicas, eſt quod barbari *Inregiſtrare* dicunt. ¶ Apud Ciceronem pro ſcriptis, & monumentis literarum. Ad Attic. Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus: id eſt, meis omnibus ſcriptis.

Literæ, in terminis inventæ quid ſignificent, oſtenditur in libro variorum autorum de limitibus, in quo ſunt hæc. A, ſi in termino inveneris, finem in proximum ſignificat, aut aquam vivam deſignat. B, ſi in termino inveneris, bifurcium oſtendit, aut trivium ſignificat. C, ſi in termino inveneris, à cẽturia nunquam recedas. D, ſi in termino inveneris, decimanum oſtendit. E, ſi in termino inveneris, vallem ante ſe ſignificat, aut rivum, aut fluvium: & ſuper ſe ſubrectiore loco per planitiem limes excurrit. F, ſi in termino inveneris, finalem cauſam exponit, & in longinquo terminum oſtendit. G, ſi in termino inveneris, ſui termini autorem, limitem tortuoſum oſtendit. H, ſi in termino inveneris, grandes longitias limitum oſtẽdit, & ra-

riora

riora signa in fine invenies. I, si in termino inveneris, viam significat, aut collis rigorem ostendit: hoc est, jugum. K, si in termino inveneris, cardinem ostendit, quem terminum subtilissimum & speciosum invenies: hoc est, formosum. L, si in termino inveneris, suæ normæ facturam designat, limitem gammatum, & in longinquo arcam finalem ostendit & convallia ejus fundi finem vindicant. M, si in termino inveneris, fines quadras designat, & in proximo, signa finalia invenies. N, si in termino inveneris, proximam aquam significat, & quadras fines habentes aquæ, à Septentrione arcam marmoream invenies. O, si in termino inveneris, à Septentrionali parte sylvam demonstrat, & per ipsam sylvam rivus currit, & trans rivum signa demonstrat. P, si in termino inveneris, prædaturam significat, extra aliis signis finalibus, vel quòd literas finales continet: has per singulos titulos invenies, aliosque finales titulos sine nostris signis in agris posuimus, qui rationem ostendunt limitum, & causam dirigūt finalem. Q, si in termino inveneris à limite rivum. R, si in termino inveneris, per collicellum terminos invenies. S, si in termino invèneris, supra possessionem multas aquas vivas indicat, quæ alveum transeunt. T, si in termino inveneris, trifinium ostendit. V, si in termino inveneris, terminum in collem meridianum ostendit, per limitē Orientalem. X, si in termino inveneris, quadrifiniū exponit, & pro decumano finē habebis. Y, si in termino inveneris, sub se fontanam proximam habet. Z, si in termino inveneris, à sinistra parte fontem significat.

Lĭtĕrŭlă, diminut. f. p. [χαμμάριον. Gall. *Petite lettre.* Ital *Picciola lettera.* Ger. Buchſtäblin. Hiſpan. *Pequenna letra.* Polon. *Literka.* Vngar. *Bötü'tske leneletske.* Ang. *A little letter.*] Cicero ad Tironem lib. 16: Accipi tuam epistolam vacillantibus literulis. ¶ In numero plurali pro exigua epistola. Cicero ad Attic. libro 14: Et si novi nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas. ¶ Aliquando eodem numero, pro disciplinis aut earum studiis. Cic. ad Tironem lib. 16: Literulæ meæ, sive nostræ tui desiderio oblanguerunt.

Lĭtĕrātŭs, m. f. Qui literis præditus est. literis ornatus, eruditus, doctus. [ὁ φιλολογῶν, ὁ εἰδὼς λόγους Ἑλληνίδων Gall. *Lettré, & ſauant.* Ital. *Litterato, dotto.* German. Gelehrt. Hiſpan. *Letrado, hombre de letras.* Pol. *Nauczoni.* Vng. *Tudos, bölts.* Ang. *Learned cunning.*] Cic. in Verr. act. 3: Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Idem Famil. libro 9. ad Pæt. Frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facilè diceret. Hic versus Plauti non est, hic est. ¶ Literatus etiam dicitur, cui aliquid insculptum est, & superscriptū. Plautus in Pœnulo: Haud secùs tu videas literatas ibi epulas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus. Cicero 5. Tusculan. Quid est enim dulcius otio literato? hujus contrarium est, Illiteratus: de quo suo loco. ¶ Literatulus, diminutivū est.

Lĭtĕrātĭŏr, comparativus. [Polon. *Vczenſzi.* Vngar. *Tudósbölcſeb.*] Seneca Quæst. Natur. libro 4. cap. 13: Quid istas, *inquis*, ineptias quibus nec literatior fit quisquam, nec melior tam operosè persequeris?

Lĭtĕrātē, adverbium, Doctè, eruditè, eleganter. [πεπαιδευτῶς, γραμματικῶς. Gall. *Doctement.* Ital. *Dottamente.* Germ. Kunſtlich. Hiſpan. *Doctamente.* Polon. *Nauckenie.* Vngar. *Tudoſſa.* Ang. *Learnedlie, cunninglie.*] Cicero in Pison. Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, &c.

Lĭtĕrārĭŭs, ria, rium, Quod ad literam vel ad literas pertinet. [γραμματικός. Gal. *Appartenant aux lettres.* Ital. *Ciò che ſi appartiene à lettere.* German. Das zu den buchſtaben oder künſten vnd der geſchrifft gehört. Hiſp. *Coſa para letras, ò perteneſciente à letras.* Pol. *Donauki przinalezaci.* Ang. *Belonging to letters.*] Hinc dicitur Ludus literarius. παιδαγωγεῖον, διδασκαλεῖον, in quo adolescentes in literis instituuntur. Plin. lib. 9. cap. 8: Ex Bajano Puteolos in ludum literarium itantem, &c.

Lĭtĕrātŏr, oris, m. t. qui leviter literis tinctus est, vel qui prima literarum elementa docet, grammaticus. [γραμματικός. Gall. *Lettré tellement quellement.* Ital *Alquanto dotto.* German. Ein halbgelehrter, der ein wenig gelehrt iſt. Hiſpan. *El mal grammatico, ò letrado.* Polon. *Nauczycziel.* Vngar. *Dedkos.* Angl. *A ſmaterer, that hath litle skill of good letters.*] Literatorem enim non perfectum literis, sed imbutum tantùm esse docet Suetonius de Claris Grammat. Vnde apud majores, quum familia alicujus vænalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribere solebant, quasi non perfectum literis, sed imbutum.

Lĭtĕrātūră, ræ, f. p. Eadem quæ grammatica. [γραμματική. Gall. *Literature, cognoiſſance des lettres.* Ital. *Scrittura, ſcienza.* German. Die künſt der buchſtaben vnnd geſchrifft. Hiſpan. *El letrero, conoſcimiento de las letras.* Polon. *Vmeietnoſc liter.* Vng. *Irás tudomány.* Angl. *Learning, wryting, cuning.*] Quintilianus libro 2. cap. 15: Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, ut Grammatice literatura est, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. ¶ Aliquando invenitur pro literarum scientia, & cognitione. Cicero 2. Philipp. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæsare.

Lĭtĕrōsŭs, a, um, Literatus. [ἐσχηματισμένος. Polon. *Nauczoni.* Vng. *Tudós bölts.*] Callius Hemina Annal. lib. 4: Homo meritò literosus. Ex Nonio.

Lĭthărgўrŏs, [λιθάργυρος. Vng. *Ezüſt tayték.*] Corporis metallici genus, quod a Plinio argenti spuma appellatur, quanvis non ex solo argento, verùm etiam ex auri vena fiat, & ex plumbo. ¶ Sunt etiam tria ejus genera, Chrysitis, Argyritis, & Molybditis. Plin. lib. 33 cap. 6. & Dioſc. lib. 5.

Lĭthĭāsis 1s, [λιθίασις. Pol. *Kamien wnetrzny.* Vngar. *Hoyiſzabaſ valo kötermés.*] Calculi generatio in vesica per quem urinæ excretio prohibetur. A verbo Græco λιθιάω, quod est calculo laboro. ¶ Lithiasis præterea dicitur, quum in palpebris gignūtur albicantia quædam, & dura tubercula, lapillorum modo.

Lĭthizōntes, λιθίζοντες, Gemmæ quædam ex genere carbunculorum, lividiùs, & languidiùs lucentes: unde & nomen acceperunt, quòd ad lapidum potiùs, quàm ad gemmarum naturam accedant. Autor Plin. lib. 37. cap. 7.

Lithocolla, [λιθόκολλα. Polon. *Przyſpawanie wapno.* Vngar. *Köenyuezni valo enyö.*] Glutinum quo lapides conjunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. Hermol.

Lithoglyphus, penult. corr. m f. [λιθογλύφος. Gall. *Taillieur, eſculpteur* Ital. *Scarpellino.* German. Ein ſteinmawer, oder bildhawer. Hiſpan. *Sculpidor o entallador.* Polon. *Kamieniarz wrzynaiſzy.* Vngar. *Köfaragó.* Ang. *Graueur or entayour.*] Sculptor lapidum.

Lithoſpermon, [λιθόσπερμον. German. *Meerſaf.* Polon. *Wroble proſo.*] Herba est quæ candidis seminibus, ſimilibus milio, vulgo dicitur. Lithospermon ideò dictum, quòd semina tanquam calculos ferat, candore, & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. Vide Plin. lib. 27. cap. 11.

Lĭthoſtrotŏs, penultima prod. [λιθόστρωτος. Græcis Gall. *Paué de pierres.* Ital. *Terrazo, battuto, laſtricato di pietra viua.* German. Mit ſteinen oder einem eſterich beſetzt. Hiſpan. *El ſuelo ſolado de piedras.* Polon. *Kamieniem poſtoſone.* Vngar. *Köuelitſel plágyottontomozot, köuel hintöt.* Ang. *A place paued whith fine ſquare ſtones.*] Adjectivum significans quod lapide est stratum: à nomine λίθος, lapis, & verbo στόρνυμι, sterno. ¶ Hinc Lithostrota dicta sunt quædam pavimentorum genera, quæ ex minutis lapillis sternebantur, colorum diversitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Plinius libro 36 cap. 25: Pavimenta omnem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, deinde lithostrota expulère eam. Et paulo post. Lithostrota etiam jam tum Sylla, parvulis certe cultis: extatque hodie quod in Fortunæ delubro Præneste fecit.

Lĭthŏtŏmĭæ, ārum, Lapidicinæ, quæ & Latomiæ dicitur: à nomine λίθος lapis, & verbo τέμνω, cædo, ut Latomiæ. Vide. *Stadel'a gdzie kamien ociosuie.*] ¶ Fuit etiam carcer sub nomine Latomiæ, in quo nonnulli asservabantur. Meminit hujus carceris Thucydides lib. 6 & 7. Item Cic. in Verrinis.

Litigātor Lītigātrix Lītigo. Litigium, Vide LIS, litis.

Lĭto, as, act. p. Sacrificio fieri deos placo, divinam voluntatem, verbum à precibus dictum, teste Festo, quas Græci λιτανείας vocant. [כטר *chapper* καθαίρειν. Gall. *Impetrer de Dieu par ſacrifices.* Ital. *Placare con ſacrificio, & impetrare.* German. Mit opffern Gott versünen etwas zu erwerben. Hiſpan. *Impetrar y placar por ſacrificio.* Pol. *Ofiarnie.* Vng. *Aldoz attal, (auagy) köny[illegible]ſem.* Ang. *To ſacrifice, to obteine by ſacrifice.*] Sueton. in Cæsare: Deinde pluribus hostiis cæsis quum litare non posset, introit curiam. ¶ Inter Litare & Sacrificare tamen hoc interest, (inquit Nonius) Sacrificare est veniam petere: Litare est propitiare, & votum impetrare. Virgil. 4. Aeneid. Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis indulge hospitio. Sacris (*inquit*) litatis: id est, venia per sacrificia impetrata, vel felicem eventum promittente victima. Plaut. in Pœnul. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iupiter faciat, ut semper sacrificem, neque unquam litem. Cic. pro Flacc. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. ¶ Aliquando ponitur pro satisfacere. Plin. in Paneg. de statuis loquens: illa autem aureæ, & innumerabiles strage & ruina publico gaudio haverint. ¶ Litatio id est, addicentibus victimis: sicut Auspicatio avibus addicentibus avibus: hoc est, lætum rei institutæ exitum promittentibus. Liv. 5. ab Vrbe: Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicatò, nec litatò instruunt aciem deductam in cornua.

Lĭtātŏ, adverbium, vide LITO

Lĭtātĭō, onis, f. t. Voti per cæsam victimam impetratio, vel victimæ læta promittentis mactatio. [כטר *chapir.* καθαίρειν. Gall. *Impetration de ce qu'on demande à Dieu.* Ital. *Impetratione di ciò che ſi prega ſacrificando.* German. Ein erwerbung durch auffopfferung, ein versünung. Hiſpan. *Obra de impetrar y placar por ſacrificio.* Polon. *Ofiarowanie.* Vngar. *Aldozattal (auagy*

valo meg nyerés. Ang. *Apleasing of god with sacrifice.*] Liv. 7. bell. Pun. Per dies aliquot hostiæ majores sine litat. Quæ cum ita essent, nec quicquam non impetrata pax deum. Hujus compositum est Perlito, quod est perfectè lito. Gellius: Si næ res divinæ fictæ, atque perlitatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processisse esse.

Lithurgus, gi, m. s. Græcè dicitur, qui publicè operatur circa res sacras præsertim λειτουργὸς enim minister publicus est. Cujus etiam in Epist. Plin. Cæcil. meminit. Qui & Lituchus non absimili significatione dici potest, habens curam rei sacræ, ἀπὸ τοῦ λειτουργεῖν. Sicut etiam Rhabduchus dicitur præses, curatorque athletarum, ἀπὸ τοῦ ῥάβδον ἔχειν, Suidæ & cæteris. Alciatus in l. omnes judices. C. de Cupressis. lib. 11.

Litus, oris, n. t. Dicitur terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur: unde: & nomen invenisse putatur ab alluendo vel allidendo. Nisi si malis à Græcè λιτὸς, quòd scilicet sit terra tenuis. [חוף *choph.* ἀκτὴ, αἰγιαλὸς, ἠιὼν, ὄχθη, κυμαντόγη. Gall. *Le bord ou le rivage de la mer ou d'vn fleuue.* Ital. Lito. German. Ein gestad des Meers. Belg. Een over. Hispan. *La ribera del mar o tierra cerca della.* Polon. Brzeg. Vngar. Part. Ang. *The sea banke or shoare.*] Litus (inquit Celsus l. Titius. ff. de Verborum significat.) est quousque maximus fluctus à mari pervenit: idq; M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primùm constituisse. Propriè itaque litus de mari dicitur: ripa, de fluminibus. ὄχθη. Ovid. 1. Metam. -campoque recepti Liberioris, aquæ pro ripis littora pulsant. Sueton. in Neron. Dispositæ per litora & ripas diversoriæ tabernæ. ¶ Quandoq; etiam litus dicitur de fluminibus. Virgil. in Diris: Litora quæ dulceis auras diffunditis agris, id quod dixit quum de Mincio Mantuani agri fluvio loqueretur. ¶ Sumitur interdum pro agro mari vicino. Virg. 4. Aeneid. -cui litus arandum, Cuique loci leges dedimus. ¶ Interdum pro spatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur ostiæ. Nam (sicut docet Donatus) navigantes eundo & redeundo ad litore sacrificabant. Si itaque Donato à litando litus dici credimus, videtur unicon t, esse scribendum: quemadmodum etiam à nonnullis scribi vidimus. In carmine tamen omnes geminant consonantem. Sed ne hoc quidem videtur necessarium quum nusquam litus correptum in prima inveniatur. Itaque videtur potiùs natura longa esse, quàm ratione geminatæ consonantis licèter produci. Sed de eo Grammatici viderint.

Lītŏrĕus, a, um, adjectivum, Litoralis, maritimus, & Litorea domus, quæ in littore aut juxta litus constructa est. [ἀκτῶδης, ἠιόνης. Gall. *Qui est sur le bord de la mer.* Ital. *Che è alla spiaggia del mare.* German. Das zu dem gestad des Meers gehört. Hispan. *Cosa de ribera.* Pol. Brzeżny. Vngar. *Parti, part mellet való.* Ang. *That is by the shoare or cost of the sea.*] Martial. libro 10: Anxurus æquorei placidos Frontine recessus, Et propius Bajas littoreamque domum. Littoreæ aves apud Virgil. 12. Aen. Littoreas agitabat aves: id est, palustres.

Litŏrālis, le, Litoreus, ad mare, maritimus: ut, Litoralis piscis: id est, in litore vivens. [Vngar. *Parti, part mellet való.*] Plinius libro 9. capite 17: Nec litoralibus gratia. Dii litorales. Catul. de Phaselo. Neque ulla vota litoralibus duis sibi esse facta.

Litŏrōsus, a, um. [ὁ ἐν αἰγιαλοῖς. Gall. *Qui est fequent au bord.* Ital. *Che e appresso al lito del mare.* Germ. Das bey dem gestad des Meers ist. Hispan. *Que esta o si siempre à la ribera.* Polon. *Nad brzegiem położony.* Vng. Partos. Ang. *Often by the costes or shoares.*] Plinius libro 37. cap. 10: Calais sapphirum imitatur, candidior, & litoroso mari similis: id est, cum aquæ marinæ colorem referens, qui est circa litus.

Litura, vide LINO.

Lituus, litui, ὁ λίτυος, τὸ μακρὸν ξύλον ἐπιγεγραμμένον εἰς θεατὰς πίναξι, καμπύλη ῥάβδος, Plutarcho, Baculus incurvus quo sacerdotes Augures avibus templa designabant. [Gall. *Vn bastion ou vne verge dequoy vsoyent les augures anciennement, vn cor ou cornet.* Ital. *Trombetta picciola verga vsata da gli auguri.* Ger. Ein stab der oben auß krum ist/vor zeyten von den Weissagern gebrauchet/ die auff der vögten geschrey vnnd fliegen achtung trugen vnnd *augures* hiessen. Hispan. *La trompeta bastarda ò cuma, ò cierta verga que vsauan anticamente en los agueros.* Polon. *Laska krziwa vwierzchu ktora wieszcz kowie na ptaki kwadrat wieszczeli.* Vngar. *Iwuendöl ökhorgas botoyr.* Ang. *A crooked horne or trumpet.*] Gell lib. 5. cap. 8: Lituus est virga brevis, in parte qua robustior est, incurva. Primus litui usus à Romulo manasse creditur, qui dum urbem condereret, hujusmodi baculo regiones direxit. Cicero libro 1 de Divinat. Quid (*inquit*) lituus iste vester (quod clarissimum est insigne Auguratus) unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Quj quidem Romuli lituus: id est, incurvum, & leviter à summo inflexum bacillum (quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit) quum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Eadem ferè de hoc lituo scribit Plutarchus in vita Romuli: Lituus (*inquit*) consecratus est in Palatino colle usque ad Gallorum tempora, à quibus capta urbs recepta est. Sed postea expulsis à Camillo hostibus inter alienissimas favillas illæsus quum ignis omnia consumpsisset, inventus est. ¶ Est præterea lituus, autore Festo, bucinæ genus in curvum gracilem edens vocem, quo in bello utebantur equites: qui qui canebat, Luticen dicebatur. [σαλπιγκτὴς. Polon. Trąba. Vngar. *Hosszu kondulo.*] Virgilius libro 6: Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Lucan. lib. 1: -strideret lituus, clangorque tubarum. Ovid. 3 Fast. Jam lituus pugnæ signa daturus erat. Stat. 6. Thebaidos: Et lituis aures circumpultantur acutis.

Lívco, Livesco, Lividus. Vide LIVOR.

Livŏr, oris, m. t. Color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant: qualem in contusis corporis partibus videre est, quum fuste, alióve corpori duro ictu illato, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. [חבורה *chabburáh.* πελίωμα, σφῦδος. Gall. *Couleur de plomb.* Ital. *Livido e, livedura, color simile al piombo.* Germ. Die blutrunsti/ oder blawe/ als die streichmaasen sind/ Vberdecken sich wann jetwas ein mit dem andern. Belg. Een swert tuberecken. Hispan. *Morado color de plomo.* Polon. *Siność.* Vngar. Kekség. Ang. *The blew, of the colour of leade.*] Plinius libro 20. cap. 22. Jam et livoribus, suggillatisque cum melle. Hinc livore nigrescere, est nigrescere. Columel. libro 12 cap 47: Quanto nigrior est oliva, quàm ea quæ contusione livorem contraxit. ¶ Et quoniam talis est color invidorum, ideò livor accipitur pro invidentia. Luc. libro 1: Livor edax tibi cuncta negat. Claud. l. 3: -rabiem livoris acerbi Nulla potest placare quies.

Livĭdŭs, da, dum, Propriè is dicitur, qui ex ictu fustis, lapidisve plumbeum colorem in parte læsa contraxit: quod accidere solet exilibus venis ictu collisis, sanguineque ad cutem defluente, à Græco λίβας. [πελιδνός. Gall. *Qui a la chair meurtrie ou en est de la couleur, ou de couleur de plomb, terne.* Ital. *Livido, che ha lividezza, di colore simile al piombo ò con livedura.* German. Blawvnder vnd blawer streichmaasen hat. Hispan. *Amarillo ò negro de golpe, cosa cardena.* Polon. *Siny.* Vngar. Kekes. Angl. *Very pale or beaten with whippes, wanne.*] Plin. Tapsiæ succus suggillatis ac lividis prodest. Hinc lividum pro eo quod subnigrum ex ponitur: qualis est color plumbi. Virgil. 6. Aeneid. Quidve petunt animæ, vel quo discrimine ripas Hæ linquunt, illæ remis vada livida verrunt. Brachia livida armis, Horat. 1. Carm. Ode 8. Vorago paludis lividissima, Catullus ad Coloniam. Ora livida facta digitis, Ovid. Epist. 19. ¶ Quoniam verò qui invidia laborant, exedēres se dolore, hunc colorem contrahunt, lividus sæpè pro invido ponitur. βάσκανος. Martial. lib. 1: Omnibus invideas livide, nemo tibi.

Līvĭdŭlŭs, diminutivum, Sublividus. [ὑποπελιδνός. Gall. *Vn peu terne.* Ital. *Alquanto livido.* German. Bleichfeb tig auß sieht vergunst. Hispan. *Cardeno vn poco.* Polon. *Smutek.* Vngar. *kekes szabáſsu.* Ang. *Somewhat pale or wanne.*] Iuven. Satyr. 11. -oneo antè igitur Tusco ferrata catino Omnia tunc: quibus ut videas, si lividulus sis.

Lūdĭfĭ'co, as, act. p. & Ludificor, aris, d. p. seu per jocum & ludũ fallo. [התל *hethél* צחק *tſichék.* ψεύδομαι, σατυροῦ. Gall. *Se mocquer, abuſer, tromper & deceuoir.* Ital. *Beffare, burlare, dileggiare.* Ger. Verſpotten/äffen/betriegen/fatzen. Bel. Beſpotten/bedrieghen. Hiſp. *Eſcarnecer y burlar.* Pol. *Zartuiacz oſzukiwam, poſmiewam ſie.* Vng. *Megiátszottatom, megtſalom, meggunyolom.* Ang. *To mocke, to deceiue.*] Plautus in Casina: Iam hic est lepidè ludificatus. Terentius in Phormio. Ergo sic me ludificamini? Plaut. in Cistel. Meamq; rem perire, & ludificare filiam. Idem in Amphit. Rogásne improbe etiam, qui ludificas me? Cicero pro Rosc. Amer. Quum enim aliquid habeat, quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Liv. 1. ab Vrbe: An quicquam superbiùs esse, quàm ludificari sic omne nomen Latinum?

Lūdĭfĭ'cāns, tis, participium, Ludens, deridens. [מחץ *metſachék* התל *mehathél.* ψευδόμενος, καταπαίζων. Gall. *Qui ſe mocque.* Ital. *Chi beffa altrui, chi ſi burla.* Ger. Verſpottend/äffend. Hiſp. *El que ſe burla.* Pol. *Poſmiewaiaci.* Vng. *Megiátszottato, gunyolo.* Ang. *Mocking, deceiuing.*] Silius lib. 7: -ficci stimulabant sanguinis enses Ludificante ducem Fabio.

Lūdĭfĭ'cātŭs, aliud participium. [מחץ *metſachék* התל *mehathél.* καταπαίξας.] Silius lib. 7: -varie nunc lævus in orbem, Nunc dexter, levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo. Plautus Bachid. -neu quid ei succenseat Mea causa, de auro quod eum ludificatus est. Ludificatus passivé. [התל *mehathél.* καταπαιχθὲς, ἐμπαιχθές. Gal. *Trompé, moqué, abusé.* Ital. *Ingannato, beffato.* Ger. Betrogen/geäffet. Hiſp. *Eſcarneſcido, burlado, enganado.* Pol. *Poſmiechem oſzukani.* Vng. *Megiátszottatot, tſufoltatot, gunyoltatot.*

gunyoltatot. Ang. Mocked, deceiued.] Saluſt. in Iugurth. Ludificari incerto prælio.

Lūdĭfĭcātĭo, onis, f.t. Deriſio, deceptio. [הֹתֹן hathúl אהתן mahathál שחוק ſechók. ἔμπαγμα, χλεύασμός. Gall. Tromperie, mocquerie, abuſement. Ital. Inganno, ſcherno. Ger. Verſpottung/affung/betriegung. Hiſp. Eſcarneſcimiento, enganno. Pol. Poſmiech ſyderſtwo. Vng. Meg iáczottatás, tſalás, gunyolás. Ang. A deceiuing or mocking.] Liv. lib. 8. Dec. 4. Ferri jam ludificatio iſta nō poteſt.

Ludĭfĭcābĭlĭs, le, om.t. [ἐμπαικτος, ἐμπαικτέος. Gall. Qu'on peut touer, ou qu'on doit moquer. Ital. Che ſi può burlare. Ger. Betriegtich/ſpöttig/ſpewtig. Hiſp. Coſa que ſe puede jugar. Pol. Ten ktorego ſie ſmieiemi. Vng. Tsúfolo, gunyolo. Ang. That may be mocked.] Plaut. Caſ. Neq; uſquā ludos tàm feſtivos fieri, quàm Hîc intûs fiunt ludi ludificabiles Seni noſtro.

Lūdĭbrĭum, brii, n.ſ. Res vana & deridĕda. [הֹתֹן hathúl אהתן mahathál שחוק ſechók. τὸ καταγέλαστον. Gall. Moquerie, riſee. Ital. Scherno. Ger. Ein geſpött. Bel. Een gheſpot. Hiſp. Burla ò eſcarnio. Pol. Poſmiechowisko. Vng. Iáték, tſufság. Ang. A mockery or a triffling thing to be laughed at.] Virgil. 6. Aeneid. foliis tantùm ne nomina manda: Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Hinc haberi aliquid ludibrio dicimus. ὀνειδιζόμενος: id eſt, deriſui, & cōtemptui. Ter. in Hecyr. Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Eſſe alicui ludibrio: eſt derideri, vel illudi ab aliquo. Cic. ad Brutū: Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium populi Romani.

Ludĭcrum, cri, penult. corr. n.ſ. Ludus, & quæcunq; res, quæ joco, & nō ſeriò fiat. [שחוק ſechók משחק miſchák בחוק tſechók שעשועים ſchahaſchuhím. ἄθυρμα, παίγνιον. Gal. Ieu de baſteleur, farcerie, ieu de plaiſance. Ital. Coſa da ſcherzo. Ger. Ein ſchertz/ſchimpff ſpyl/kurtzweil. Bel. Een Spel/tyt verdrivinge. Hiſp. Coſa de burla, juego. Pol. Zart, pograwanie. Vng. Tréfa tſufság. Ang. Playe, or what ſoeuer is not done in earneſt.] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & à Palanteo urbe Arcadica Palanteū: deinde Palatinū montem appellatum. Ibidem: Turbato per metum ludicro mœſtæ patentes virginum profugiunt. Idem libro 7. bel. Pun. Simul quòd Olympię ludicrū ea ætate futurum erat, quod maximo cœtu Gręciæ celebraretur. Vertere in ludicrū proverbii: id eſt, joco ſo proverbio celebrari. Plin. li. 3. cap. 11: Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumq;, & urbes duas quæ in proverbii ludicrum vertêre, Apinam, & Tricam.

Lūdĭcĕr, a, um, locularis, levis. [παιγνιώδης. Gall. Appartenant à ieu. Ital. Pertinente à giuoco, ò à ricreatione. Ger. Schimpffig / ſchertzig / kurtzweilig. Hiſp. Perteneſciente à juego. Pol. Zartownik, kugl'arczyk. Vng. Játékos, ala való. Ang. Belonging to playe.] Virgil. 12. Aeneid. nec enim levia aut ludicrā petuntur Præmia. Artem facere ludicram: id eſt, hiſtrionicā exercere. Hinc in duodecim tabularum lege cautum erat, ne in quatuordecim gradibus ſederet, qui artem ludicram feciſſet. Plaut. in Aul. Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram: id eſt, ſubſilire. Ludicræ tibiæ, quibus in ludis uti ſolebant ad modos faciendos. Plin. lib. 16. cap. 38: Nunc ſacrificæ Tuſcorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, oſſibusq; aſininis, & argentò fiunt.

Lŭēs, f.t. Dicitur quū in urbe aut in agro febris, aliū ve morbi genus homines vel pecora, arboréſve aut ſegetes corripit. [דבר léber. λοιμός. Gall. Maladie contagieuſe qui court g[illegible] fureur de peſte entre hommes & beſtie, peſte publique. Ital. Peſtilenza contagioſa [illegible] huomini & beſtie. Ger. Ein Plag vnd Sucht ſo gemeinlich vber Leut vnd viehe außgeht. Hiſp. Peſtilencia, dolencia ò enfermedad que ſe pega. Pol. Choroba mieſaka wludzi albo wbidl'o wkorzeniona. Vng. Dög. Ang. Peſtilence in men, murraine in cattaile, a common and great deſtruction.] Differtq; à peſte, quod hæc aut citò perimit, quæ corripit, aut citò abit ab eo quem invaſit. Lues verò generaliùs accipitur etiam pro iis morbis qui lentè ea, quæ corripiunt, conficiunt. Dictam autem putat Feſtus luem à luendo, quòd omnia, quæ corripuit, ad nihilum uſq; diluat. Alii luem dictam putant λόω τῷ λύειν, quòd omnia diſſolvat. Cic. de Aruſpic. reſp. ad hominem tranſtulit. Vt eos ludos hęc lues impura pollueret. Virg. lib. 3. Aeneid.

subitò cum tabida membris
Corrupto cœli tractu, miſerandaq; venit
Arboribusq;, ſatisq; lues, & lethifer annus.

Lūgĕo, es, luxi, luctum, act.f. Deploro, lamentor, defleo, à verbo Græco λύω (ut quidā putant) quod eſt ſolvo: eò quòd continuo luctu vita hominis ſolvatur. [אבל abál סטר ſaphádh קונן konén ὀλοφύρομαι, θρηνέω. Gall. Pleurer abondamment. Ital. Piangere. Ger. Heülen vnd weynen/leid tragen. Hiſp. Llorar. Pol. Pł'acze, ſmetek noſze. Vng. Sirok, kesérgök. Ang. To lament, waille or to mourne.] Ovid. lib. 11. Metam. fratrem lugebat ademptum. Cicero ad Curium lib. 7. Epiſt. Sed mehercule & tum Remp. lugebam, quæ non ſolùm ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficiis mihi erat charior. Lactant. lib. 4: Quis tam facundus, & tam rerum verborumq; copia inſtructus exiſtet: quæ oratio tanta affluentiæ ubertate decurrens, ut illam tru-cem meritò deploret, quàm mundus ipſe, & tota mundi elementa luxerunt. ¶ Ponitur etiam abſolutè & ſimpliciter, pro in luctu eſſe. Cic. pro Plancio: Hos pro me lugere, hos gemere videbam. Idem pro domo ſua: Lugente Senatu, mœrētibus bonis omnibus. ¶ Aliquando lugere, eſt ob neceſſarii alicujus interitum veſte lugubri dolorem teſtari. Liv. lib. 2. ab Vrbe, de Bruto: Matronę annum ut parentē, eum luxerunt, quòd tam acer ultor violatæ pudicitiæ fuiſſet. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt Prolugeo, & elugeo, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Lūctŭs, us, m.q. Mœror, dolor, ex alicujus interitu perceptus. [אבל ébel מספד miſpédh קינה kináh. πένθος. Gall. Pleur, dueil, gemiſſement. Ital. Pianto. Ger. Ein heulung/ein leid/fürnemlich von wegen eines abgeſtorbnen. Bel. Een huytinge. Hiſp. Llorо, llanto. Pol. Zal'oſć, ſmietek. Vng. Siralom, keſergés. Ang. A wailing a mourning.] Cicero 4. Tuſculanarum: Luctus, ægritudo ex ejus qui charus fuerit, interitu acerbo. ¶ Idem pro Plancio: Quā quidem nunc multitudinem videtis, ludices, in ſqualore & luctu ſupplicem vobis. Ovid. 8 Metamorph. Per coacervatos pereat domus impia luctus. Virg. 2. Aeneid. crudelis ubiq, Luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago. ¶ Sæpè etiam ipſe habitus, vultusq; & veſtes, luctus dicitur. Is enim mutatione ſignificabatur. Nam in luctu atrati ſunt, purpura auroq; depoſitis: quum eluxerunt, nigram veſtem exuunt, purpuramq; reſumunt. Itaque poſt cladem illam Cannenſem Senatus conſulto cautū eſt, ne matronæ ultra triginta dies in luctu eſſent. Quo in loco luctus pro dolore accipi nō poteſt: quandoquidem in poteſtate Senatus non erat dolori imperare: ſed potiùs pro veſte lugubri, cæterisq; exterioribus doloris indiciis. ¶ Antiqui etiam efferebant Luctus, Lucti. Accius: Ceſſo hinc ire, & rapere lucti veſtem in lecto conjugis.

Lūctĭfĕr, a, um, Ferens vel nuntians luctum. [מאבל maabíl. γοώδης, ὀλοφυδνός. Gall. Qui apporte ou annonce dueil. Ital. Ch' apporta pianto. Ger. Das leid anſtattet / das heulen vnd weinen machet. Hiſp. Coſa que haze lloro ò luto. Pol. Zal'oſć zadaiaci. Vng. Siralom hozo. Ang. That cauſeth mourning and he[illegible]ſſe.] Cic. 2. Tuſc. Luctifica clades noſtro infixa corpori. ex P[illegible]eta. Lucan. lib. 7: Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos. Verba luctifica, Sen. Theb. Luctifici clangores, Stat. 10 Thebaid.

Luctĭſŏnŭs, a, um. Luctū ſonitu præ ſe ferens. [γοόφωνος. Gall. So[illegible]nifie dueil Ital. [illegible] ſignifica duolo. Ger. Klägtich thönend. Hiſp. Coſa que ſona luto ò lloro. Pol. Zal'oſnie brzmiaci. Vng. Siralómmal való zörgés. Ang. That hath the ſound of mourning.] Ovid 1. Metam.

Quos potuit ſolos, tend[illegible]us ad ſydera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu,
Cum Iove viſa queri cit, finemq; orare malorum.

Lūctŭōſŭs, a, um, luctu plenum, lugendus. [γλωώδης, γοώδης. Gall. Plein de dueil. Ital. Pieno di pianto. Ger. Voll leids. Hiſp. Lleno de luto ò lloro. Pol. Smetku pel'ni. Vng. Siralmas, keſerues. Ang. That cauſeth mourning and heauineſſe.] Saluſt. in Catil. Virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis. Horat. 3. Carm. Ode 6: Di multa neglecti dederunt Heſperię mala luctuoſæ Dicitur etiam Luctuoſum, quod luctum affert. Cic. de lege Agrar Quàm me hercle ego præconi huic ipſam luctuoſam, & acerbam prædicationem futuram puto.

Lūgubrĭs, & hoc lugubre, pen. corr. om.t. Quod ad luctū pertinet: [πενθικός. Gall. De dueil, appartenant à dueil. Ital. Da duolo, lugubre, funeſto. Ger. Leidtich/ das zu leid gehört. Hiſp. Coſa lloroſa ò enlutada. Pol. Zal'oſni, ſmetno. Vng. Siralomhoz való, gyáſz. Ang. Belonging to wailling or mourning.] ut, Veſtis lugubris, qua dolorem ob neceſſarii alicujus interitū teſtamur. Terent. in Heaut. Mediocriter veſtitam veſte lugubri. Cicero Poſt reditum, ad Quirit. Me fratris miſerrimi, atq; optimi, quotidianæ lacrymę, ſordesq; lugubres à vobis deprecatæ ſunt. Idem 1. Tuſc. Sed illa lugubris lamentatio, fletuſq; mœrens ex eo eſt, quod, &c. Idem Attic. lib. 8: O rem lugubrem, itaq; intercludor mœrore. ¶ Lugubria abſolutè, pro veſtibus lugubribus. Ovid 11. Metamorph. Surge, age, da lacrymas, lugubriaq; indue, nec me Indeploratum ſub inania Tartara mitte. Senec. Herc. fur. Amicta conjux lugubribus.

Lūgubrĕ, pen. corr. adverb. Lugubriter. [πενθικῶς. Gall. Anec pleur &

pleur & dueil. Ital. *Con pianto ò duolo.* Ger. Jämerlich. Hiſp. *Con luto ò lloro.* Pol. *Zal'oſnie.* Vng. *Siralmaſſan.* Ang. *With wailing or mourning.*] Plaut. Ciſt. Nam ſi hæc non nubat, lugubrè fame familia pereat.

Lūmă, lumæ, Genus ſpinæ quæ in pratis naſcitur, & locis uliginoſis: ſic dicta, quod agricolæ eam è terra luunt: id eſt, ſolvunt. ἄκανθος. ¶ Hinc Lumeta, loca lumis plena: & Lumaria falx, qua lumeta ſecantur: ut ait Varro de ling. Lat. lib 4

Lumbrĭcī, m. ſ. Vermes terreni, à lubricitate dicti. [תולעה *tolehàh* תולעת *tolàhath.* ἕλμινθες. Gal. *Vers de terre.* Ital. *Vermi di terra.* Ger. Erdwürm/mettel/oder Regenwürm. Bel Pierworm. Hiſp. *Lumbrizes.* Pol. *Gliſti.* Vng. *Galyſzta.* Ang. *Wormes of the earth or in manes body.*] Plaut. in Aul. Foras lumbrice qui ſub terra erepſiſti modò. Colum. li. 7. cap 9: Terrā rimentur, effodiantq; lumbricos. ¶ Lumbrici etiam vermes dicuntur, qui in ventre hominis, aut etiam aliorum animalium naſcuntur: qui teſte Galeno ad finem Methodi, in triplici ſunt differētia. Aut enim lati ſunt, aut teretes, aut omnium minimi, quos ἀσκαρίδας nominant. Colum. li. 6. cap. 24: Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui ferè naſcuntur cruditatibus. Idem li. 6. cap. 30: Solent etiam vermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis.

Lūmbŭs, bi, m. ſ. vel quod uſitatiùs eſt, Lumbi, orum, A' rei anatomicæ peritis dicitur pars inferior ſpinæ, quinq; conſtās vertebris, quæ mediæ ſunt inter os ſacrum, & vertebras dorſi. [מתנים *mothnàjim* חלצים *chalathsàjim.* ὀσφῦς, ψόα, ψοῖαι. Gall. *La partie du dos qu'on appelle le rable.* Ital. *Lombi.* Ger. Die lende. Hiſp. *Los lamos.* Pol. *Ledźwie.* Vng. *Agyék.* Ang. *The loine, the haunche.*] Plin. lib. 20. cap. 2: Lumborum verò dolori, ſemine ſole ſiccato. Plaut. in Epid. Plaudite, valete: lumbos extollite, atq; exurgite. ¶ Dicuntur etiam lumbi de brutis. Horat. lib. 1. Serm. Curto ire licet mulo, vel ſi libet, uſque Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret, atq; eques armos. ¶ Hinc fit Elumbus, a, um; vel Elumbis, elumbe, quod lūbis caret, ſeu potiùs quod lumbos cōfractos habet, aut invalidos. ἀπόψυχος. Bona enim pars virium in lumbis ſita eſt: ut qui ſoli, nullius alterius oſſis adminiculo, ſuperiorē corporis compagem ſuſtineant. Hinc factum eſt, ut elumbis accipiatur pro debili. Plin. lib. 10. cap. 33: Perdix prægravem, aut elumbem ſeſe ſimulans. ¶ Item delumbis pro molli & effœminato. Perſius Satyr. 1: -ſumma delumbe ſaliva, Hoc natat in labris. ¶ Inde Delumbe carmen, pro laſcivo, minimeq; virili. ¶ Et verbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. ἐξασθενίζειν. Plin. lib. 20. cap. 4: Hoc fæpè delumbata quadrupeda approbatur. ¶ Delumbare ſententias, per translationem eſt, nervis illas & robore ſuo ſpoliare. Cic. in Orat. Nec minutos numeros ſequens concitet, delumbetq; ſententias.

Lūmbŭlŭs, li, diminut. [ὀσφύδιον, ψοάδιον. Gall. *Petit rable.* Ital. *Picciolo lumbo, arnione, regnone.* Ger. Ein kleine lende. Hiſp. *Pequenna lomo.* Pol *Ledźwinka.* Vng. *Agyékotska.* Ang. *A litle loine.*] Plin. lib. 28. cap. 11: Sicca lippitudo, lumbulis ſuum toſtis, atq; contritis, & impoſitis tollitur.

Lumbifragium, gii, n. ſ. Fractura lumborum. [ψοάγιον. Gall. *Rompure de rable & reins.* Ital. *Rottura de gli arnioni.* Ger. Ein lende bruch. Hiſp. *Quebradura de lomos.* Pol. *Ledźwi przetracenie.* Vng. *Agyék ſzakadás.* Ang. *The breaking of the loines.*] Verbum eſt fictitium, quo uſus eſt Plautus in Amphitr. Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lūmbāgo, Vitium & debilitas lumborum, ut ait Feſtus. ὀσφύος, ἄλγημα.

Lūmbārĕ, Tegmen quo pudenda teguntur. [ערוה *ezór.* αἰδοῖον. Vn. *Berbe.*] Quo verbo uſus Bibliorū interpres in Ieremiā.

Lūmĕn, inis, n. t. Res aliqua ſplendorem diffundens: ita dictū quaſi lucimen. [אור *or.* φῶς. Gall. *Lumiere.* Ital. *Lume.* Ger. Ein liecht Bel Een licht. Hiſp. *Lombre ò lux, qualquiera.* Pol. *Swiatl'oſc.* Vng. *Világoſság.* Ang. *Light.*] Servius in 2. Aeneid. Lumen à luce diſtinguit, quòd in lumine ſit ſplendor, ſed cum fumo: in luce ſolus ſplendor. Virg. 7. Aeneid. -tum fumida lumine fulvo Involvi, ac totis Vulcanum ſpargere tectis. Idem 6. Aeneid. -nec fumea tedis Lumina. Idem 9. Aeneid. -piceum fert humida lumen Teda. Verùm hæc Servii differentia non eſt perpetua Nam & Solem & Lunam, & cætera cœleſtia corpora lumina appellamus, quę tamen fumi omnino ſunt expertia. Alii lumina intelligunt corpora ipſa, lucida, quæ claritatem à ſe diffundunt. Sic Solem ipſum lumen appellant, lucem autem claritatem à Sole profectā. Sed hoc, ut in Sole fortaſſe verum eſt, ita in cæteris locū non habet. Neque enim ſplendorem à candela, lychnóve per ędes diffuſum, ſtatim lucem appellaveris. Lucem itaq; alii uni Solis ſplendori proprium eſſe volunt: aliarumq; rerum claritati nonniſi per abuſum, aut per translationem tribui. ¶ Ponitur aliquando pro luce, ſive die. Cicero pro Rab. Poſthumo: Si te, ſecundo lumine hîc offendero, morieré. Virg. 6. Aeneid. -vix lumine quarto Proſpexi Italiā. ¶ Aliquando pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conſpiciamus. Quint. in Proœm. lib. 6: Prior alterum ex duobus eruit lumen. ¶ Doctorē ac lumen deſiderare, eſt deſiderare rei alicujus difficilis ac obſcuræ interpretationē. Cic. ad Trebat. lib. 7: Qui quanquā plurimi ſunt, doctorē tamen, lumenq; deſiderant. ¶ Lumen ponitur aliquando pro feneſtra, per quam lumen in ædes immittitur. Hinc luminibus obſtruere, eſt ædificando officere luci domus vicinæ, & quæ è regione eſt. Cic. pro Domo ſua: Quum ille negaret, primò ſe luminibus ejus obſtructurū minabatur. ¶ Per translationem quoq; alterius luminibus obſtruere dicimur, quum nominis ejus claritatem obſcuramus. Cicero in Bruto: Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorū, quaſi exaggerata altiùs oratio. Lumina præferre menti alicujus, id ſignificat, quod vulgò *inſpirare alicuem* dicimus. Cic. antequam iret in exilium: Vos, vos obteſtor dii immortales, qui meæ mentis lumina prætuliſtis, quum conſenſum extinxi conjurationis, arcemq; urbis ab incendio ac flamma liberavi. Lumina civitatis, dicuntur inſignes viri, & clari. Cicero in Catilinam. Oratione 3. in fine: Lumina civitatis extincta ſunt. ¶ Lumina in pictura umbræ opponuntur. Plin. lib. 35. cap. 5: Tandē ſe ars ipſa diſtinxit, & invenit lumen, atq; umbras, differentia colorum alterna vice ſeſe excitante: deinde adjectus eſt ſplendor alius hic, quàm lumen, quē quia inter hoc & umbram eſſet, appellaverunt tonon. ¶ Lumina orationis, ſunt ſententiæ & figuræ, quæ ſuis locis, velut emblemata quædam interjecta, orationem mirum in modum illuſtrant. ¶ Lumen ſoli mutuas, τὸ φῶς ἡλίῳ δανάζεις. Quū docemus doctiſſimum, monemus vehementer prudentem: aue quum conamur exponere quæ per ſe ſunt clariſſima'. Simile huic eſt, quod Quintil. refert: Lumen ſoli inferre. Luminis tremor, & lumen tremulum. Vide STELLA.

Lūmĭno, as, act. p. Illumino, illuſtro. [האיר *heír.* φωτίζω, καταλάμπω. Gall. *Eſclairer.* Ital. *Illuminare, alluminare.* Ger. Leüchten. Hiſp. *Alumbrar.* Pol. *Oſwieczam.* Vng. *Meg világoſitom.* Ang. *To light, or to giue light.*] Martianus: Quos ſtellātibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium luminabant. ¶ Relumino, lumen reddo.

Lūmĭnārĕ, aris, n. t. Ipſum lumē, aut id quod claritatem, ſplendorémve ex ſe diffundit. [מאור *maór.* φωστήρ. Gall. *Lumiere & clarté, luminaire.* Ital. *Lume, luminare.* Ger. Ein liecht. Hiſ. *Lumbrera, ò cuerpo luzio.* Pol. *Swiatl'oſc.* Vng. *Világoſitot, világ.* An. *Light or brightneſſe.*] Hieronymus in Geneſ. Fecit Deus duo luminaria magna, unum ut præeſſet dici, alterum ut præeſſet nocti. ¶ Luminaria per translationem viros eximios, in quibus ſingularis quidā virtutis ſplendor elucet, quiq; ſui ordinis hominibus decori eſt, & ornamento appellavit. Cic 2. Phil. In te aūt, M. Antoni, id decrevit Senatus: & quidē incolumis, nōdū tot luminaribus extinctis, &c. id eſt, tot egregiis viris, qui ſunt lumen & ſplendor, atq; ornamentum Senatus & civitatis.

Lūmĭnōſŭs, a, um, Quod eſt clarū, & apertū. [בהיר *tahór* בהור *bahir.* φωτηρός. Gal. *Plein de lumiere, fort reluiſant & eſclairant.* Ital. *Luminoſo.* Ger. Voll liechts/heiter. Hiſp. *Coſa llena de lumbre.* Pol. *Swiatl'y.* Vng. *Világos.* Ang. *Shyning, full of light.*] Cicero in Orat. Tum ſunt maximè luminoſæ, & quaſi actuoſę partes duę.

Lūnă, lunæ, £p. A' lucendo dicta, quòd noctu ſola luceat: vel certe à Lucina voce conciſa vox formata. [ירח *jaréach.* σελήνη. Gall. *La lune.* Ital. & Hiſp. *Luna.* Ger. Der Mon. Bel. Dte Maen. Pol. *Miesiąc.* Vng. *Hóld.* Ang. *The moone.*] Alii Lunā quaſi lucem alienā dicunt, quòd lumē à Sole recipiat. Cicero in Somnio Scipionis: Ex quibus erat minima, quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis diſcipula, obſequitur curſibus ſupernis, & prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole, creſcēs aut ſeneſcēs, diſpēſat lumē, ideoq; ſemper eſt inſtabilis. Ovid. 15. Metam. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianę. Eſſe poteſt uſquam, ſemperq; hodierna ſequēte: Si creſcit, minor eſt: major, ſi cōtrahit orbē. Luna (ut inquit Macrobius) diſpenſationibus ſeptenariis luminis ſui vices ſempiterna lege variando diſponit. Primis ſeptē diebus dimidiata ſemiorbē oſtendit, Græcoq; ſermone διχόμηνος & διχότομος vocatur, quaſi dimidia. Secundis totū orbē cōplet, fitq; pleniluniū, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertiis rurſus διχότομος efficitur. Quartis fit totius Lunæ cū Sole, quod interluniū vocant, & ſilentē lunam, & intermēſtruam coitio, Græcè σύνοδος dicitur. Hinc plenilunium, quod eſt, quū luna quintadecima & rotunda eſt, Soliq; ex diametro opponitur. Plin. lib. 18: Quū verò occidente Sole orietur (ſcilicet luna ex adverſo) ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit pleniluniū. Interlunium, quum apparere deſierit, & nova fit, & coēunte vel ſilenti luna. Vnde lunæ conjūctio dicitur dies ſilentis lunę. Luna vigeſima, prò vigeſimo die pòſt novam lunam. Plin. lib. 2. cap. 97: Aeſtus idē triduo in mēſe cōſiſtit, ſeptima, octava, nonaq; luna. ¶ Quarta luna nati, ἐν τετράδι γεγονότες, dicuntur qui parum feliciter nati ſunt, ut autor eſt Euſtathius in lib. Ilia. 2: Propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cujus omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici poteſt & in eos qui laboribus ſibi neutiquam frugiferis fatigantur, Herculis

culis videlicet exemplo, qui juvãdis aliis ſudavit, ſibi inutilis.
Lunŭla, diminut. [שהרין *ſaharón.* σελωνίδιον. Gal. *Petite lune.* Ital. *Picciola luna.* Ger. Ein Mönlin. Hiſp. *Pequenna luna.* Pol. *Mieſiąc* ząsk. Vn. *Holdformain* kősönyw. An. *A litle moone.*] Plaut. in epidic., Lunulam, atq; anellum aureolum in digito. Cæterùm hic Plauti locus indicat Lunulam ſive lunulas fibulas eſſe ad lunæ ſimilitudinem factas, quas Græci interpretes Lxx. apud Iſa. cap. 3. μηνίσκους verterunt: Hoc eſt quod ſcribit Hieronym. habere mulieres in lunæ ſimilitudinem bullas dependentes. [Vng. *Kösönyom, kapots.*]
Lūnā. ĭs, are, om. t. Quod ad lunam pertinet. σελωνιαῖος. ut, Lunaris ratio, Lunaris annus. Plin. lib. 15. cap. 39: Lunaris annus, qui menſe uno ſuum efficit curſum. Ovid. 15. Metamor. Cæruleus, & vultum ferrugine lucifer atra Sparſus erat: ſparſi lunares ſanguine currus. Idem 5. Faſt. Sol quoq; cum ſtellis nulla gravitate retẽtus: Et vos lunares exiluiſtis equi. Cic. in Somn. Scipionis: Quã ob cauſam ſummus ille cœli ſtelliferi curſus, cujus converſio eſt incitatior, acuto & excitato movetur ſono: graviſſimo autem hic lunaris & infimus.
Lūnārĭă, æ, f. p. minor à Fuchſio vocatur. [Pol. *Naſyegral'.*] Vetulæ ad phyltra utuntur, ſicuti & opioglosſo. Lege Geſn. de Lunaria minore ſive petrea, ut ipſe cognominat in commentario de admirandis herbis, ubi confutat eos, qui hanc herbulam epipactin vocant.
Lūno, as. are. act. p. In modum lunæ, quando in cornua curvatur, flecto, [σελωνοειδῆ ποιῶ. Gall. *Faire & tourner ou courber en la forme de la lune croiſſant.* Ital. *Torcere à guiſa di luna.* Ger. Nach des Mons geſtalt biegen. Hiſp. *Plegar en guiſa di luna.* Pol. *Wkrąg iakobi mieſiąc ogibam.* Vng. *Meg horgaſitom.* Ang. *To make crooked lyk the moone.*] Ovid. 1. Amor. Lunavitq; genu, ſinuoſum fortiter arcum: id eſt, intendit.
Lūnātŭs, a, um, Quod eſt ad lunæ ſimilitudinem factum, vel quod habet ſpeciem lunæ: [σελωνοειδής, μηνοειδής. Gal. *Cornu comme la lune.* Ital. *Ch' a forma di luna cornuta.* Ger. Geſtaltet oder gebogen wie der Mon: wañ er erſt neuw wordẽ iſt. Hiſp. *Plegado en guiſa de Luna.* Pol. *Wkrąg nagieti, iakmieſiąc na nowie bywa.* Vng. *Holdos, hodhoz haſonlo.* Ang. *Made lyk the moone, horned.*] ut, Lunatum ferramentum: Colum lib. 12. cap. 54: Deinde, ſicut conſueverunt ſalgamarii, decuſſatim ferramento lunato incidito. Tres enim ſunt figuræ creſcentis lunæ: nam modò curvatur in cornua, modò in orbem circumacta, ut quum eſt plena, & Soli adverſa: modò dimidio orbe cæſa: hoc eſt, quum æqua proportione dividitur: & ob id à noſtris *dividua*, à Græcis διχότομος vocatur. Virg. lib. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilea furens. Claſſis lunata, Lucan. libro 3. Cauda lunata delphinorum, Seneca Oedip. Frons lunata vituli, Claudianus de Rapt. Proſerp.
Lūnātĭci, m. ſ. dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, ſed intervallis quibuſdam recurrente. [οἱ σεληνιαζόμενοι. Gall. *Lunatiques, ou malades par lunes.* Ital. *Lunatici, che impazzano à punti di luna.* Ger. Monſuchtige. Hiſp. *Lunaticos. alunados, locos por lunas.* Pol. *Lunatik, ten ktori na nowie ſzaleie.* Vng. *Hauas.* Ang. *Lunatickes, ſick at certaine tymes of the moone.*] Quod mali genus inde nomen accepit, quod ii qui ipſo interlunio nati ſunt, familiare eſſe conſueverit: ſive quòd ſtatis lunæ ratione intervallis ſoleat reverti. Iulius Firm. 4. Math. Et ſi luna malè fuerit collocata, aut ſpaſticos, aut lunaticos, aut caducos facit.
Lūnāt[illegible], æ, f. p. Herbæ nomen, ſed quam nondum vidi. Mira de ea fabulantur Herbarii quæ tamen ita habeant, ut non inficior, ita eò proclivius crederem, ſi ejus rei periculum aliquod aut feciſſem, aut ab alio vidiſſem. A Mercurio exhibitã primùm, Marſilius Ficinus author eſt libro de Triplici vita 3. capite 14. cæruleis atq; rotundis foliis. Fertur creſcente Luna unum quotidie producere folium, decreſcente Luna deponere, & annos utenti promittere lunares.
Lŭo. luis. lui, n. t. Purificare, exolvere. Hẽdo [חשיב *hoſchíb* שלם *ſchillém* גמל *ghamál* טדה *padháh* גאל *ghaál* כטר *chippér* בקה *nikkáh.* λύομαι Gal. *Payer, ſatisfaire, ſouffrir punition.* Ital. *Purgare, pagare.* Ger. Bezahlen/büſſen Bel. *Betalen* Hiſp. *Laſtarò pagar la pena.* Pol. *Płacę. Zaſtępuie.* Vng. *Meg tizetõk.* Ang. *To paye, ſatisfie, to ſuffer punishment.*] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Vt tamẽ debito ſupplicio ſcelus lueret: id eſt, debitum ſceleri ſupplicium ſolveret. Dictum putatur à verbo Græco λύω, quod inter cætera ſignificat etiam purgo: aut ἀπὸ τῶ λύειν, quod eſt lavare ſive abluere. ¶ Luere pœnas, eſt dare pœnas, ſeu ferre ſupplicũ. Cicer. Attico li. 3: Itaq; mei peccati luo pœnas. Sic luere ſupplicũ, eſt ſupplicio affici. Iuſtin. lib. 1: Quicunq; capi potuerũt, ſupplicia crucibus luerunt. Luere capite, eſt capite plecti. Liv. 9. ab Vrb. Obſides etiam ſexcenti imperati capite luerunt. ¶ Luere maculas ſanguine, eſt abſtergere, purgare, eluere, & tũm à lavando quidam ductum volũt. Cic. in Verrem, Act 7: Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, ſociorũ innocentium ſanguine lucre arbitrabare. Luere peccata, eſt delictorum ſuppliciam ferre. Liv 8. bell. Maced. Ego tamen, & cum aliis pro dignitate imperii veſtri coactis luere peccata ſua, pacem pepigi. ¶ Luere aliquãdo eſt, precio redemptionis redemptori offerre, ait Bud. Vlp. Qui ſtatus controverſiam patiuntur, non debent per id tempus militare: ſed nec hi qui ab hoſtibus redempti ſunt, priùs quàm ſe luant. Item res oppigneratas ſoluta pecunia liberare. Imperator in Inſtitut. Sed etſi rem obligaram creditori aliquis legaverit, neceſſe habet hæres, eam luere, &c.
Lŭĭtŭr, impersonale, Lucanus lib. 2: hac cæde luatur Quicquid Romani meruerunt pendere mores.
Lŭĭtĭo, onis, f. t. Redemptio, liberatio. [טדיון *pidhjóm* פדיון *pidhjón* שלום *ſchillóm* גאולה *ghoulláh.* λύσις, λύτρα. Gal. *Rachat, payement de rancon.* Ital. *Pagamento che ſi fa per riſcato.* Ger. Bezahlung. Hiſp. *Pagamiento de deſtajo.* Pol. *Zapłata, wykupienie.* Vng. *Meg váltás, kabaditás, meg fizetés.* Ang. *Redemption, payment of ranſon.*] Vlp. de cap. & poſtl. rever. l. Si patre: Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius poſt mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum eſt ſuum ei poſſe hæredem exiſtere.
Lŭĭtūrŭs, particip. Luitura pœnas puppis, Claud. 4. Panegyr
Lŭĕndŭs, Ovid. 2. Triſt. Scilicet in ſuperis etiã fortuna lueda eſt.
Luto, as, are, frequentativum à luo. [ἐπιτιμᾶν τοῖς ἰδίοις. Vng. *Meg fizetgetõk.*] Habes quî & cujus rei cauſa fecerim Hecatomben, in quo, ut puto, quoniam eſt luere ſolvere, lutavi: id eſt, lui. Ex Nonio.
Lupa, Ricinum, vel Cnici apud Dioſcor. lib. 4. cap. 163.
Lŭpăr, Lupanar, Lupanarius, Luparum, Vide LVPVS.
Lŭpīnus, ni, & Lupinum, pini, ſubſtãtivum, Legumiuis genus eſt omnium amariſſimum, quod ſui circumactu agricolas horas etiam nubilo die oſtendit. [θέρμος. Gall. *Du lupin* Ital. *Lupino.* Ger. Feigbonen/ wolffsſchotten. Hiſp. *El altramuz.* Pol. *ſtonecznik.*] Dictus autẽ putatur lupinus, a lupi natura, quòd non minus terrã appetat, voraxq; illius ſit, quàm lupus, & tellurem adeò amat, ut quãvis frutetoſo ſolo conjectũ inter folia vepresq; ad terram tamen radice perveniat. Vide Plin. lib. 18. cap. 14. Horat. 1. Epiſt. 7: Nec tamẽ ignorat quid diſtent æra lupinis. Vide Eraſmum in Chiliad. Virg. 1. Georg. triſtisq; lupini Suſtuleris fragiles calamos.
Lŭpŭs, lupi, m. ſ. Animal rapax, quod nulli notã nõ eſt. [זאב *zéeb.* λύκος. Gall. *Vn loup.* Ital. *Lupo.* Ger. Ein wolff. Hiſp. *Lobo.* Pol. *Wilk.* Vng. *Farkas.* Ang. *A wolf.*] Hujus fœm. eſt lupa. Ovid. 1. Triſt. Excuſſa eſt avidi dẽtibus agna lupi. Horat. Epod. 15: Dũ pecori lupus, & nautis infeſtus Orion Turbaret hybernum mare. Virg. 3. Georg Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum, Atq; canum? Horat. Epod. 6: habitandaq; fana Apris relinquũt, & rapacibus lupis. Virg. 6. Aen. pleno lupus inſidiatus ovili. ¶ Eſt etiam Lupus, piſcis genus, quem Romani olim piſcibus omnibus prætulerũt, eosq; præcipuè, qui in Tyberi inter duos põtes capti eſſent: quos *catillones*: hoc eſt, liguritores vocabãt: metaphora ducta ab hominibus guloſis, & delicatis, quos ideo catillones vocabant antiqui, quòd abſumptis cibis ipſos etiam catillos lingerent. λάβραξ. Eſt enim hic piſcis voraciſſimus, ſtercorũq;, ac latrinarum aviditſſimus ſectator: à nullo ſordium genere temperans. Paulus Iovius in eo libello quẽ de piſcibus Rom. edidit, Spigolã vocari oſtendit: multisq; argumentis eorũ opinionẽ convincit, qui hunc Sturionem eſſe putaverũt. Plin. lib. 9. cap. 17: Poſtea præcipuã autoritatẽ fuiſſe lupo & aſellis Cornelius Nepos, & Laberius poẽta Mimorũ tradidẽre. Luporũ laudatiſſimi qui appellãtur lanati, à candore mollitiaq; carnis. Martial. lib. 13: Laneus Eugani lupus excipit ora Timavi, Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas. Idem lib. 2: Mullum dimidiũ, lupumq; totum. ¶ Itẽ lupus, genus eſt fræni aſperrimi, quod & lupatũ dicitur, a lupinis dentibus, qui inæquales ſunt, quorũ propterea morſus eſt aſperrimus. His frænis utebantur Galli. Ovid. lib. 4. de Triſtibus: Tẽpore paret equus lentis animoſus habenis. Et placido duros accipit ore lupos. ¶ Itẽ Lupus, eſt inſtrumentũ aduncum, quo vaſa quæ in puteũ fortè ecciderunt, extrahuntur. ἅρπαξ Græco vocabulo, & à noſtris *arpago* nominatur. Liv. 8. bel. Pun. In alios lupi ſupernè ferrei injecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murũ extraherentur. ¶ Itẽ aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 24: Luporũ nomine minumi nõ texunt. ¶ Hoc nomine etiã dicta eſt herba, quæ aſparagi vice mãdi ſolet: quę & lupus ſalictarius appellatur, quòd ſalices ad ſimilitudinem vitis aſcendat. Hanc herbã officinæ vocant *lupulum*, Galli *houbelon*. Ea utuntur Belgæ ad condiendã cerviſiam admiſtis frugibus. ¶ Itẽ lupus (ut Palladius autor eſt) ſerula manubriata vocatur. ¶ Ovem lupo cõmiſiſti, Terent. in Eunucho. Cõcinnè hoc utemur proverbio, quoties ei ſervandũ aliquid committitur, cujus gratia cuſtodẽ magis oporteat adhiberi. Cic. 3. Philip. Etenim in concione dixerat ſe cuſtodẽ futurũ urbis, uſq; ad Calendas Majas ad urbem exercitũ habiturũ. O præclarum cuſtodem ovium (ut ajunt) lupũ. Cuſtósne urbis an direptor

reptor & vexator esset Antonius? Quadrare videtur quoties inimico negotiũ cõmittitur: eiq; qui nobis pessimè velit: propterea quòd lupus & agnus genuino quodã odio dissident. ¶ Lupo agnũ eripere. Plaut. Pœn. Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. Hoc uti possumus proverbio, ubi quis frustra conatur prædã recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. Improbum enim videtur sperare futurũ, ut lupus agnum semel arreptũ amittat. ¶ Lupus est in fabula, proverbium est notissimũ, quo utimur quoties nostro sermoni supervenit is, dè quo loquebamur, & nobis sua præsentia amputat loquẽdi facultatẽ. Proverbium tractum est à lupi natura, quẽ ferũt iis, quos prior aspexerit, vocẽ intercludere. Ad quod alludit Virgil. 9. Aeglog. vox quoq; Mœrim lam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores. ¶ Lupũ auribus tenere, proverbium est, quod in re ancipiti periculosaq; dici solet. Nã qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. Sueton. in Tiberio: Cunctandi causa erant metus undique imminentium discriminum, ut sæpè lupum se auribus tenere diceret. ¶ Lupus aquilã fugit, λύκος ἀετὸν φεύγει. Vbi periculum eminens evitari nõ potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit. ¶ Lupus ante clamorẽ festinat, λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει. Vbi quis admissi cõscius, ultrò timet priusquã accusetur: siquidẽ lupus simulatq; prædã rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore, veniat in periculum. ¶ Ale luporum catulos, θρέψαι λυκιδέας. Proverbium est, teste Theocriti interprete, in eos qui læduntur ab iis, de quib. benemerìti sunt: aut in ingratos. ¶ Lupus hiat, λύκος ἔχανεν. Dicebatur si quis re multum sperata, multumq; appetita frustratus discederet. Ajunt enim lupum prædæ inhiantẽ rictu latè diducto accurrere: quasi frustretur, obambulare hiantẽ. Aristot. in Lysistrata. ¶ In laqueos lupus, ὡς παγεὶς ὁ λύκος. Quum improbus quispiam tandẽ in extremum adducitur discrimẽ. ¶ Ex ore lupi, ἐκ λύκου στόματος. Vbi res quæpiam præter spẽ recipitur, quæ jam planè perisse videbatur. ¶ Vt lupus ovem amat, ὡς λύκος ἄρνα φιλᾶ, qui sui cõmodi gratia simulat amorem: nã is vulgò dicitur amor, quum revera sit odium. Socrat. in Phædro. ¶ Lupus pilum mutat, non mentem, ὁ λύκος τὴν τρίχα, ἀ τὴν γνώμην ἀλλαττει. Senecta canitiẽ affert improbis, nõ item aufert malitiam.

Lupus, li, Salictarius memoratus à Plinio vulgariter *lupulus*. Græci hodie vulgò *Bryon* dicunt, nimirum, à Bryoniæ similitudine. Vtuntur eo ad coquendam cervisiam. [Pol. *Chmiel.* Vng. *Komlo.*]

Lŭpă, lupæ, f. p. [λύκαινα. πόρνη. Gal. *Louue, paillarde publique.* Ital. *Lupa, bagascia, putana.* Ger. Ein wölffin. Hisp. *Loba ò la puta del burdel ò ramera.* Pol. Wilczica. Vng. *Nőstény farkas.* Ang. *A she wolf, a common hoore.*] Plin. de Viris illust. Ad vagitum lupa accurrit, eosq; uberibus suis aluit. Ovid. lib. 3. de Arte amandi: rapidæ tradis ovile lupæ. ¶ Ponitur tamen quandoque pro meretrice, quòd ut lupa edendi, ita hæc quæstus appetens sit. Plaut. in Epid. Devorarunt mores virgini longè, ac lupæ. Cicer. pro Milone: Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Lŭpānăr, penult prod. n. t. Prostibulum, ganeum, in quo lupæ: hoc est, meretrices prostant. [πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον. Gall. *Bourdeau.* Ital. *Chiasso, bordello.* Ger. Ein Hurenhauß. Bel. Een Hoerhuys. Hisp. *El burdel.* Pol. *Zamtuz.* Vng. *Bordély ház.* Ang. *A brothels house, the common stewes of baudrie.*] Quintil. lib. 7. cap. 4: An deprehẽsus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit, quæritur. Iuvenal. Satyr. 6: Intravit calidum, veteri centone lupanar. Oblitum lupanar, Catullus.

Lŭpānārĭum, arii, n. s. Lupanar. [πορνοβοσκεῖον. Vn. *Bordély ház.* An. *A brothels house.*] Vlpian. de Petit. hæred Licet à lupanario præceptæ sint. Nam & in multorum honestorũ virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lŭpānārĭs, & hoc re, om. t. ut, infamia lupanaris, apud Apuleium, pro spurca & fœda fama, qualis esse solet meretricibus. [χαμαιτυπικός. Gall. *De bourdeau.* Ital. *Di bordello.* Ger. Das des Hurenhauß ist. Hisp. *Cosa de burdel.* Pol. Zamtuzy. Vng. *Bordelybeli.* Ang. *Of a brothels house.*] Ambros. Cum meretricibus scortabetis in contubernio lupanari.

Lŭpōr, aris, ari, d. p. Scortari, meretricari. [זנה *zanáh.* πορνεύειν. Vn. *Bordélyoskodom, paráználkodom.*] Turpilius apud Nonium: Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupatur. Antiquũ.

Lŭpārĭus, rii, Qui venatur lupos. [λυκηγέτης. Gall. *Chasseur de loups.* Ital. *Cacciatòre de lupi.* Ger. Ein wolffsjäger. Hisp. *Cacador de lobos.* Pol. Wilkoł owiec. Vng. *Farkas vadasz.* Ang. *That hunteth wolfes.*] Servius in comment. Georg. Cõstat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.

Lŭpātum, ti, n. s. lupus pro fræno asperrimo. [χαλινός. Gall. *Vn mors de bride fort rude, vn frein fort aspre.* Ita. *Morso, aspero, duro.* Ger. Ein scharpff gebiß wie man es den Rossen eyntegt. Hisp. *El freno de la brida ò de cosioja.* Pol. Wędzidło. Vng *Kemény zabola.* Ang. *A sharpe bitte for an horse.*] Virg. 3. Georg. -pressiq; negabunt Verbera dura pati, & duris parẽre lupatis. Dicta lupata (ut Servius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales sunt: unde & eorum morsus vehementer obest. Ovid. 1. Amor. Eleg. 2: Asper equus duris confunditur ora lupatis.

Lŭpīnŭs, a, um. Quod est lupi. [λυκεῖος. Gall. *De loup.* Ital. *Lupino, di lupo.* Ger Das des wolffs ist, oder von einem wolff. Hisp. *Cosa perteneściente à lobo ò loba.* Pol. Wilczy. Vng. *Farkashoz való.* An. *Belonging to a wolf.*] Cic. in Catil. Quem inauratũ in Capitolio parvum atq; lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Plin. lib 18. cap. 11: Lupino quoq; adipe, vel medulla suum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt.

Lūrā, (inquit Festus) Os culei sive utris ab antiquis dicebatur.

Lurco, as, Cibum cum aviditate nimia sumo. [λαφύσσω. Gall. *Gourmãder, manger auidemmẽt.* Ital. *Tragugiare* Ger. Geitig fressen/schlemmen. Hisp. *Tragar, mucho.* Pol. *Łakomie czynm.* Vng. *Tobzodom, toltelődőm.* Ang. *To eat gredely lik a glutton.*] Pompon. Syris, apud Nonium: Lardum lurcabat lubens.

Lūrcŏr, aris, d. p. Idem. [Vng. *Tobzodom.*] Lucil. Satyr. 2: Vt lurcaretur laridum & carnaria furtim.

Lūrcōnēs, m. t. Dicti sunt gulosi, & bonorum suorum cõsumptores, comedones, edaces. [λίχνοι. Gall. *Gourmands, qui dependent tout leur bien en gourmandise.* Ital. *Tragugiotori, golosi.* Ger. Schlemmer / Prasser / die jhr Hab vnd Gut vnnutzlich verdempffen. Hisp. *Golosos ò glotones.* Pol. *Marnotrawci.* Vng. *Tobzodo, nagy ebetű.* Ang. *Gluttones, gulliguttes.*] Plaut in Persa: Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax. Lucil. Satyr. li. 8, ut citat Nonius: Edite lurcones, comedones vivite ventres. Sueton. de clar. Gram. cap. 15: Lastaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemq; appellans, & vita scriptisq; monstrosum.

Luridus color, Vide FVLVVS.

Lūrĭdŭs, a, um, pen. cor. Quicquid est supra modum pallidũ, quasi loridum, seu loro percussum, & lividum factũ. [ירקרק *jerakrák.* ὠχρὸς, πελιδνός. Gall. *Fort pale & comme batu & meurtri d'escorgees, blaffard.* Ital. *Pallido molto.* Ger. Gantz bleich. Hisp. *Cosa de color amarillo.* Pol. *Barzo bl'adi.* Vng. *Kek.* Ang. *Pale as beaten with whippes, wanne.*] Horat. lib. 3. Carm. Mœretq; partus fulmine luridum Missos ad orcum. Ovid. 1. Metamor. -Luridæ terribiles miscẽt aconita novercæ. Horat. 4. Carm. 13: -& refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugæ turpãt & capitis nives. Ovid. 15. Metamor. -solis quoq; tristis imago Lurida solicitis præbebat lumina terris.

Lūrŏr, oris, m. t. Pallor, color subflavus. [ירקון *jerakon.* ὠχρότης. Gall. *Palleur.* Ital. *Pallidezza* Ger. Bleiche/todtenfarb. Hisp. *Amarillez.* Pol. *Blada barwa.* Vng. *Sargaság.* Ang. *Paleneße, wanneße.*] Lucret. lib. 4: Lurida præterea fiunt, quæcunq; tuentur Ai quati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt simulachris obvia rerum.

Luscĭnĭă, niæ, f. p. Avis cantus suavitate præcellẽs, quæ & philomela appellatur: ita dicta, ut volunt, quòd lugens canat, aut certè quòd canat ante lucem. [ἀηδών. Gal. *Roßignol.* Ital. *Roßignolo, lusignuolo.* Ger. Ein Nachtgall. His. *Ruysennol.* Pol. *Słowik.* Vng. *Fwlemile.* Ang. *The nightingale.*] Plin. li. 10. cap. 29: Luscinii diebus ac noctibus cõtinuis quindecim garrulus sine intermissu cantus dẽsante se frõdium germine, nõ in novissimũ digna miratu ave. Poëtæ fabulantur Philomelã à Tereo violatam, in hanc avẽ fuisse mutatam, ad quam fabulam alludit Martial. li. 14: Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ Muta puella fuit, gărrula fertur avis. Ob eandẽ causam & Atthis dicitur. Fuit enim Philomela patria Atheniẽsis, Pandionis regis filia. Martialis lib. 6: Sic ubi multisona fervet sacer Atthide lucus. Animadvertendum cõtrà, plures, qui hanc fabulam tradiderunt, existimasse Gorgiam Philomelam in hirundinẽ. Prognem sororẽ ipsius in luscìniam cõversam fuisse: quam etiam opinionẽ sequutus est Marcus Varro, Luscinìola luctuosè canere existimatur, atq; esse ex Attica Progne in luctu facta avis. Et Virgil. Aeglog. 6: Quas illi Philomela dapes. Ex comment. Petri Victorii in 3. li. Rhetoricorum Aristot. Nec quantum luscìniæ dormiunt, ὅσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν. In eos convenit, qui somni sunt parcissimi. Luscìniæ minimum dormire feruntur, vel propter Itin extinctum, vel propter timiditatẽ. Potiùs dictum videtur, quòd luscìniæ vernis mensibus per omnem ferè noctem perpetuo cantu garriant.

Lūscĭnĭŏlă, diminutivum. [ἀηδονίς. Gall. *Petit roßignol, roßignolet.* Ital. *Picciolo lusignuolo, lusignoletto.* Ger. Ein kleine nachtgall. Hisp. *Pequenno ruyseñol.* Pol *Słowicyk.* Vng. *Fwlemiléske.* An. *A litle nightingale.*] Plaut. in Bacc. Pol ego quoq; metuo luscìniolæ ne defuat cantio.

Lūscĭtĭōsŭs, sive luscitiosus, m. s. is dicitur, teste Nonio, qui ad lucernam non videt. [μυωψ. Gall. *Qui a courte veuë.* Ital. *Che ha corta vißa.* Ger. Vbersichtig/ ein blinzaug / der bey dem liecht nichts gesicht. Hisp *El que no vee si non con poca luz.* Pol. *Cziemnich oczy, albo ślepa przy świecy.* Vng. *Vaklátás gyertyánál nemlato.* Ang. *Poore blind.*] Varro disciplinarum lib. 8. ut citatur à Nonio, Vesperi nõ videre quos appellant luscìosos. Idem etiam Andabatis,

Aedepol

Aedepol idem cæcus, non luſcioſus eſt. Budæus in annot. luſcioſos, ſive luſcitioſos eos dici exiſtimat, qui propius admota oculis vident: remota verò nō: quod genus homines res intuendas oculis ſeiè cōtingere ſolent, & limis etiam clauſisq; oculis aſpicere, eoſdemq; à Græcis μύωπας vocari ait.

Luſcitus, a, um, μύωψ, Qui hebeti viſus eſt, & qui meliùs noctu quàm die videt.

Luſcus, ſci, m. ſ. Qui altero captus eſt oculo: [ἑτερόφθαλμος. Gal. *Louſche.* Ital. *Loſco.* Ger. Einäugig. Hiſp. *Tuerto, menguado de vn ojo.* Pol. *Iedno oki.* Vng. *Egy ſzemw, kanſal.* Ang. *That hath bot one eye, poore blind.*] qualis fuit Annibal, de quo Iuvenal. Satyr. 10: Quum Getula ducem geſtaret bellua luſcum. Cic. lib. 2. de Orat. Et tamen id dixit, quod in omnes luſcos conveniret. Martial. lib. 8: Oculo Philenis ſemper altero plorat: Quo fiat iſtud quæris modo? luſca eſt. ¶ Compoſitum Ehuſco, as, quod eſt luſcum facio, & oculum eruo, πηρόω. Scribit Iulianus Iureconſultus Aquilia lege teneri cum, qui eluſcaverit diſcipulum in diſciplina.

Luſio, vide Ludo in LVDVS.

Luſito, vide Ludo in LVDVS.

Lūſtrum, ſtri, n. ſ. Ferarum habitaculum in ſylvis., latibulum, latebræ, à luto, ut Servius putat, eò quòd apri ſuesq; ſylvestres in lutoſis ferè locis ſua habeant cubilia. [סתר *ſether* סבך *ſōbech.* καταλεκτρον, καταδυσεις. Gall. *Caverne où ſe retirent les beſtes ſauvages és bois.* Ital. *Habitatione di fere, caverna done ſe ritranno gli animali ſaluatichi.* Ger. Ein hüte der wilden thieren. Bel. Een hol. Hiſp. *Lugar de las fieras.* Pol. *Iaskinia dzikich zwierząt.* Vng. *Barlang.* Ang. *A caue or denne where wyld beaſtes haunteth.*] Alii putant luſtrum per antiphraſin dictum, quod minimè ſit luce illuſtratū, ſed obſcurum & immundum. Virgil lib. 2. Georg. Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum. ¶ A qua ſimilitudine ii, qui in locis abditis ac ſordidis deſidiæ & ventri indulgent, in luſtris agere vitam dicūtur. Propter quod & luſtra dicuntur popinæ & lupanaria, ubi ſcorta deliteſcunt. τὰ περιῤῥῶτα, τὰ περιῤῥοσυκεῖα. Cicer. 2. Philip. Quum omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis, vino luſtriſq; cōfectus. Idem Caſſio: Quę autem in luſtris & in vino commentatio potuit eſſe? ¶ Luſtrum item dicebatur ſacrificii quoddam genus, quo urbis luſtrandæ gratia, ſus, ovis & taurus immolabantur. Liv. lib. 2: Omnes centuriæ & equites in Campum Martium convocati, ſue, ove, tauro cæſis immolarunt: quod luſtrū eſt dictum, ſicq; à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri. Luſtrum autem quemadmodum Varro eſt autor à luendo dicitur: id eſt, ſolvendo, quòd quinto quoq; anno vectigalia per cenſores locata perſolvebātur, & à civibus tributa cōferebantur. ¶ Quia verò cenſus ipſe ſive luſtrum quinto quoq; anno habebatur (quo temporis ſpatio durabat Cenſorū magiſtratus) invaluit conſuetudo ut Luſtri appellatione ſpatium quinq; annorum appelletur: quod *Olympias* apud Græcos dicitur: id eſt, quinquenniū: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoq; anno ineunte, luſtrum peractum intelligatur. [ἡ πεντετηρία, ἡ πενταετηρὶς, πεντετηρὶς. Gall. *Eſpace de cinq ans.* Ital. *Spacio di cinque anni.* Ger. Ein zeit fünff jar begreiffend. Hiſp. *Eſpacio di cinco annos.* Pol. *Czas wichodzący na pięć lat.* Vng. *Öt eſztendő.* Ang. *The ſpace of fyue yeares.*] Plin. lib. 2. cap. 47: Omnium quidem (ſi libeat obſervare minimos ambitus) redire eaſdē vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempeſtatū magna ex parte. Et eſt principium luſtri ejus ſemper intercalari anno Caniculę ortu. Intercalarem annum dixit, quem biſſextilem dicimus. Vlpian. de rebus cred. Nam etſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat. Tacitus ſecundum luſtrum dixit, ut ſecundam Olympiadam, de ludicro quinquennali loquens Romæ inſtituto. Hæc Budæus.

Lūſtro, as, act. p. Perago, ambio, circumago, obeo, viſo. [סבב *ſabáb* סחר *ſachár.* περιπολέω, περίειμι, περινοστέω. Gal. *Enuironner, tournoyer.* Ital. *Circondare.* Ger. Durchgehen/vmbgehen/beſchauwen. Hiſ. *Andar en derredor de lugar.* Pol. *Przegladam, w patrzuie.* Vng. *Bé iarom, el ſzőmlelőm.* Ang. *To enuironne, to go about.*] Lactant. lib. 2: Sed luna quæ orbem illum ſignifervm triginta dierum ſpatio luſtrat. Cic. lib. 5. de Finib. Cur ipſe Pythagoras & Aegyptum luſtravit, & Perſarum magos adut? Virgil. lib. 3. Aeneid. -quò tutior hoſpita luſtres Aequora & Auſonio poſſis conſidere portu. Idem lib. 4. Georg. Arvaq; Riphæis nunquā viduata pruinis Luſtrabat. ¶ Interdū ſignificat expiare. [כטר *chippér* נקה *nikkáh.* ἁγνίζειν, ἀποκαθαίρειν. Gall. *Purger.* Ital. *Purgare.* Ger. Reintgen. Hiſp. *Purgar, alimpiar.* Vng. *Meg tiſztitom.* Ang. *To purge.*] Liv. lib. 3, ab Vrbe: Ibi inſtructum exercitum ove, ſue, tauris tribus luſtravit. Virgil. 5. Aeglog. -& quum ſolennia vota Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros. Idem libro 6. Aeneid. Idem ter ſocios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ, Luſtravirq; viros, dixitq; noviſſima verba. ¶ Interdū idem eſt, quod circumquaque aſpicio, circumſpicio, oculos circumduco, περιβλέπω. Virg. lib. 8. Aeneid. -ille os, oculosq; loquentis Iamdudum & totum luſtrabat lumine corpus. ¶ Luſtrare animo id eſt, perpendere & examinare. ἐξετάζειν. Cicer. lib. 3. Offic. Sed quum omnia ratione atque animo luſtraveris. ¶ Interdum luſtrare accipitur pro ſequi, ἀκολουθῶ. Virgil. 2. Aeglog. At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro: Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. ¶ Interdum patefacere, illuſtrare, illuminare, aperire. φωτίζειν, λαμπρύνειν. Virg. 3. Aen. Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras Orta dies. ¶ Luſtrare exercitū: id eſt, recognoſcere, recenſere. [טקד *pakádh.* ἐξετάζειν.] Cæſar lib. 7. bel. Gall. Legionibusq; omnibus ex hybernis ad fines Treverorū evocatis, eò profectus eſt, ibiq; exercitum luſtravit. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt Colluſtro, illuſtro, perluſtro, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Lūſtrŏr, aris, paſſivè, Purgor, expior, dīis reconcilior. [Vn *Meg tiſztitatom.*] Ovid. lib. 13. Metamorph. - ego luſtror ab illis, Et purgante nefas novies mihi carmine dicto, Pectora fluminibus jubeor ſupponere centum. Idem lib. 10. Metam. -magico luſtrabere ritu. Virgil. lib. 3. Aeneid. Luſtramurq; Iovi, votisq; incendimus aras Vbi Serv. Aut luſtramur: id eſt, purgamur, ut Iovi ſacra faciamus aut certè luſtramur Iovi: id eſt, expiamur.

Lūſtrŏr, aris, d. p. Scortor, in luſtris & lupanaribus verſor, lupor. A luſtris, quæ interdum pro meretricū latibulis accipiūtur. [זבה *zanáh.* πορνεύω. Gall. *Hanter le bordeau, bordeler.* Ital. *Pittaneggiare.* Ger. Hurey treyben/ zu böſen heüſeren gehen. Hiſp. *Andar por las puterias.* Pol. *Po Zamtuziech ſie tul'uke.* Vng. *Paraznalkodom, bordélyoskodom.* Ang. *To haunt the brothels houſe or bauderie.*] Plaut. in Pſeud. Luxuriantur, luſtrantur, comedūt quod habent. Plaut. item in Caſin. Vnde is nihil: ubi luſtratus? ubi bibiſti?

Lūſtrātŭs, participium, Purgatus, expiatus: [מכטר *mechuppár.* κεκαθαρμένος. Gall. *Purgé & nettoyé.* Ital. *Purgato.* Ger. Gereiniget. Hiſp. *Ampiado por ſacrificio.* Pol. Oczyszczony. Vng. *Meg tiſztitatot, ſzenteltetet.* Ang. *Purged, cleanſed.*] ut Luſtratum atq; purgatum Capitolium, Liv. lib. 2. ab urbe. Martial in præfat. libr. 8: Meminerit nonniſi religionis purificatione luſtratos accedere ad templa debere. Corpus luſtratum divino odore, Ovid. 14. Metamorph.

Lūſtrātĭo, verbale, f. t. Circuitio, peragratio. [περιόδευσις. Gall. *Aller à l'entour, tournoyement.* Ital. *Il torniare, l'andare quà & là.* Ger. Das vmbgehn/ das hin vnd her gehn. Hiſp. *Andadura en der. cedor.* Pol. *Przepatrowanie.* Vng. *Meg iaras, ſzőn leles.* Ang. *A compaſſing or going about.*] Cicer. 2. Philip. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? luſtratio municipiorum? ¶ Ponitur & pro ſacrificio expiationis. [כטר *chippúr.* ἁγνισμὸς, καθαρσμός. Gal. *Purgation.* Ital. *Purgatione.* Ger. Ein reinigung durch etwas opffer. Hiſp. *Purgacion.* Pol. *Offiarowanie.* Vng. *Meg tiſztitas, ſzenteles.* Ang. *A purging by ſacrifice.*] Colum. lib. 2. cap. 28: Hoc loco certum habeo, quoſdam, quum ſolennia feſtorum præcenſuerim, deſideraturos luſtrationum, cæterorumq; ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priſcis uſurpatum.

Luſtrātŏr. [περιοδευτὴς. Vn. *Szőmlélő, el niző, el iaro, budoſo.*] Apuleius in Apologia: Hercules luſtrator orbis, pugnator ferarū, gentium domitor.

Lūſtrāmĕn, inis, n. t. Luſtratio. [Vn. *Meg tiſztitas, ſzenteles.*] Valerius lib. 6 Argonaut. Semineces q; duces inter ſua tela, ſuosque inter equos ſævam miſero luſtramine verſant Cōgeriem.

Lūſtrāmĕntum, ti, n. ſ. [Vng. *Ki tiſztitas, bwbaio tiſztogatas.*] Purgatio facta per veneficium, aut ſacrificium, aut incantationem, à luſtrando dictum. Marcel. ad leg. Cornel. de Venef. & ſicar. l. ejuſdem. Si, quis, *inquit*, luſtramenti cauſa dederit cantharides.

Lūſtrālĭs, ſtrale, om. t. Quod luſtrandi: hoc eſt, purgandi, ſeu expiandi vim habet. [ἁγνιστικὸς, καθαρτικός. Gall. *Purgatif.* Ital. *Purgatiuo.* Ger. Das zu der reinigung/ oder verſünung gehört. Hiſp. *Coſa para alimpiar.* Pol. *Dotczyszczenia zpoſobni.* Vng. *Szenteló.* Ang. *Purgatiue.*] Vnde aqua luſtralis dicitur, quæ à ſacerdote luſtrationis: hoc eſt, purgationis cauſa aſpergebatur. Ovid. 3. de Ponto: Spargit aqua captos luſtrali Graia ſacerdos. Sic Luſtrale ſacrificium dicitur, quod luſtrationis cauſa fit. Liv. lib. 1: Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat. Luſtralia exta, veteres dixerunt præpinguia: eò quòd luſtralis: id eſt, quinquennalis bos dicitur eſſe perfectę ætatis. Adi vocem MOLA, ubi certa hujus rei ratio redditur.

Lūſtrĭcŭs, a, um, Luſtralis. [καθαρτικός. Vng. *Szentelő tiſztito.* Ang. *Perteining to purging o making holy.*] Vnde Luſtrici dies infantium appellantur: puellarum octavus, puerorum nonus: quia his infantes luſtrantur, & nomina eis imponuntur Hæc Feſtus. ¶ Et qui eos luſtrant, luſtratores vocantur, & fœminæ luſtratrices: & qui luſtrantur, luſtrati nominantur.

Luſtrĭfĭcŭs, a, um, idem quod luſtralis: [ἁγνιστικός. Vng. *Szentelő tiſztito.*] ut, Cantus luſtrificus, Valer. 3. Argon.

Lusŭs, vide Ludo in LVDVS

Lutamentum, Lutarius, vide LVTVM.

Lūtĕŏ,æ,f.p. Herba est in aquosis & palustribus locis nascens, flore rufo vel aureo, cauliculos spargens cubitales, eoq; majores, quorū è geniculis folia exeunt graciliа, salicis foliis non dissimilia. λυσιμάχιον quibusdā. Rustici *Cornicolam* vocant, pannorum infectoribus hoc nomine notissimam, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes, colorem viridem efficiunt. Nam ex flavi cæruleiq; commistione viridis color emergit. Quatione olim etiam adulterinam chrysocollam conficiebant, lutea herba cæruleo subtrita Plin. lib. 33. cap. 5: Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atq; fallacissimo.

Lūtĕr, eris, penult prod. [λυτήρ. Vng. *Borelegyisteni valo edény.*] Vasis genus est (ut quidam existimant) quo vinum diluitur: cujus meminit Hieronymus in Iovinianum. ¶ Alii hoc nomine pelvim significari arbitrantur, aut certè vas in quo vasa abluuntur. Quibus etiam vocis ipsius etymon suffragari videtur, quòd ἀπὸ τῆ λύσιν: hoc est, à lavando deducitur. [Vng. *Medencze.*] ¶ Vnde & λυτηρίον deminutum inde nomen vasis genus est, Iulio Polluci, in quo calces abluuntur. [Vng. *Pohar es kanna mosó edény.*]

Lutescere, Vide LVTVM.

Lūtĕŭs, tea, teum, prima syllaba producta, Quod est coloris rufi, sed dilutioris. [צָהֹב *tsahób.* ὠχρός. Gall. *Iaune.* Ital. *Di color d'oro, giallo.* Ger. Gelb/oder gelbfarb. Bel. Doryer verwe/geud gheel. Hisp. *Cosa de color amarillo.* Pol. *Zol'tawi.* Vng. *Verbenyós, sárga.* Ang. *Pale yealow lik the yelke of an egge.*] Vnde Luteum ovi, dicimus pro vitello, qui albumine ambitur. ¶ Hujus nominis primitivum est lutum priore syllaba producta, quo nomine herba quædam significatur, croceo colori tingendo idonea, quam & luteam nominat Plinius, ut paulò pòst latiùs fusius dicturi. Hoc colore nuptialia vela, quæ flāmea vocabant, olim tingebantur. Plin. lib. 21. cap. 8. Lutei video honorĕ antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Lucanus lib. 1 Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Lūtĕŏlus, diminut. [ὑπόχρους. Gall. *Vn peu saune.* Ital. *Alquanto giallo.* Ger. Gälblechtig. Hisp. *Vn poco de color amarillo.* Pol. *Zol'cziuchni.* Vng. *Verbenyós, sárgaska.* Ang. *Somewhat yealow, yealowyh.*] Virg. 2. Aegl. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Colum. lib. 12. cap. 47: Oliva pausea vel orchita, quum primùm ex albo dulcoratur, fitq; luteola.

Lūtĕŭs, priore correpta, Vide LVTVM, priore correpta.

Luto, as, vide LVTVM.

Lutra, æ, f.p. Animal est ex iis, quę Græci ἀμφίβια vel ἔνυδρα vocant, simile fibro, sola cauda ab eo differens. ἔνυδρις Herodoto. Nam fiber piscis caudam habet. [Gall. *Vn Loutre.* Ital. *Lodra.* Ger. Ein otter Hisp. *Nutria.* Pol. Wydra. Vn *Vidra* An *An otter.*] Plin. li. 8 cap. 30. de fibro loquēs: Cauda piscium iis: cætera pars lutræ. Vtrūq; aquaticum, utriq; mollior pluma pilus.

Lūtum, ti, pen. correp. n. s. Cœnum. [חֹמֶר *jaúm* דִּיד *tit* בֹּץ *bots.* πηλός. Gall *Boue, fange.* Ital. *Fango, loto.* Ger. Kōt/taat/teim. Bel. Leem/slyck. Hisp. *Lodo.* Pol. *Bl'oto.* Vng. *Sár.* Ang. *Claye, dirte.*] Iuvenalis Satyr. 6: Compositiq; luto nullos habuêre parentes. Horatius lib. 1. Epist. 2: Vixisset canis immundus, vel amica luto, sus. ¶ Per translationem dixit, Fictus ex argilla & luto homulus, Cic. in Pisonem. Volutatus in luto totius corporis vestigiis Verres, 6. Verr Tibullus lib 1. Elegia 4: Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitq; luto. ¶ In eodem luto hæsitare: id est, in eodem statu, eodemq; periculo manere. Terentius in Phormione: quid nunc porrò? Quid fiet? in eodem luto hæsitas, versuram solvis Geta: præsens quod fuerat malū, in diem abiit, plagæ crescunt. ¶ Huic penè contrarium est Extra lutum pedes habes, ἔξω τῆ πηλῆ πόδας ἔχεις: hoc est, emersisti è periculo, aut extra periculū constitutus es. A viatoribus sumptum. ¶ Lutum luto purgare, πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι, dicitur ubi res sordida sordibus tollitur: hoc est, quum sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiam. Apollonius. ¶ Per translationem Plautus in Persa lenonem vocat lutū. Possum, *inquit*, te facere, ut argentum accipias, lutum? Quemadmodum Cicero sæpè Antoniū & Pisonem vocat cœnum.

Lūtĕŭs, a, um, prima syllaba correpta, Quicquid ex luto confectum est: [πηλόδης. Gall. *Fait de boue ou de mortier, de terre.* Ital. *Di terra, di lotto.* Ger. Leimin/das auß kōt gemacht ist. Hisp. *Cosa toda de lodo.* Pol. *Bl'otem ubl' prout* Vng. *Sárbol valo.* Ang. *Made of clay.*] ut, Luteus paries, lutea vasa. Ovid. lib. 1. Fast. ignotaq; prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus. ¶ Per translationem luteum dicimus, quicquid vile est, & nullius pretii. Plaut. in Pœn. Neq; perjurior, neq; pejor alter usquā est gentiū, Quàm herus meus est, neq; tàm luteus, neq; tàm cœno collitus. Idem in Truc. Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suā. Cic. 6. Verr. Tum illos cœpisse Prętori dicere, putasse id se, quod audissent, alicujus pretii scyphos esse Pamphilii: luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet:

Lūtōsŭs, a, um, Cœnosus, luto plenus, vel luto infectus, lutulentus. [πηλώδης. Gall. *Boueux.* Ital. *Fangoso.* Ger. Lāutechtig/kaatechtig. Hisp. *Lleno de lodo.* Pol. *Bl'otnisty.* Vng. *Sáros.* Ang. *Full of dyr.*] Pand. lib 18 cap 19 Lutosam terram ne tangito. Colum. lib. 12. cap. 54: Raporū quam rotundissima sumito, eaq; si sint lutosa, detergito, & summam cutem novacula decipito.

Lūtŭlentus, a, um, Lutosus [πηλώδης, ῥυπόδης. Vng. *Sáros.* Ang. *Durte.*] Colum lib. 2. de Arboribus cap. 12: Lutulentam terram neq; arare, neq; fodere oportet. Declamat. in Salust. Itaq; nihil aliud fudet, quàm ut lutulentus sus cum quovis volutari. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. de Luciho: Quum flueret lutulentus, erat quòd tollere velles.

Lūto, as, act: p Luto inficio, sive oblino. [πηλόω. Gall. *Enduire ou faire de boue.* Ital. *Infangare.* Ger. Mit leim oder kāt bestreichen/mit kāt oder kaat mawren. Bel. Leymen. Hisp *Enlodar con lodo.* Pol. *Glinam oblepiam.* Vng. *Bé sározom.* Ang *To defile with clay.*] Cato de Re rust. cap 92: Postea conspergito amurca bene omne quod lutaveris. ¶ Ponitur etiam pro maculare. Mart. lib. 14: Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos.

Lūtātŭs, Particip. [Vng. *Bé sározot, sarozlatot.*] Lampridius in Heliogab. Sed ubi primùm lutati sunt tituli statuarum, milites omnes exarserunt.

Lūtēscĕre, Significat luteum fieri, & in luti morem molliscere. [πηλόομαι. Gal. *Se conuertir en boue* Ital. *Diuenir fango.* Ger. Zu kaat werden/vnd werden wie der kaat Hisp. *Ser enlodado.* Pol. *Zbl'otowanie obracza sie, bl'otniec.* Vng. *Sárra, lenni, sár mogyorá meg lesz dni.* Ang. *To waxe clay or lykuy.*] Colum. lib. 8. cap. 17: Nam quæ limo, cœnoq; lutescunt, ut antè jam dixi, conchyliis magis & jacentibus apta sunt animalibus. Nonius ex Poëta Vetere: Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.

Lūtāmentum, ti, n. s. Paries, aliúdve opus ex luto cōfectum, lutóve oblitum. [πήλωμα. Gall. *Chose faite de terre ou boue.* Ital *Cosa fatta di terra à lotto.* Ger. Ein leimine oder kaatige wand. Hisp. *Cosa hecha de lodo ò de tierra.* Pol. *Zbl'ota vliepions.* Vng *Sárbul tsinált.* Ang. *A wall or any thing made of clay.*] Cato de Re rust. cap. 128: Neque mures cava facient, neq; herbæ nascentur, neq; lixamenta scindent se.

Lŭtārius, a, um, quod in Luto degit: [πηλοφιλής. Gall. *Qui vit en bourbier.* Ital. *Chi viue nel fango.* Ger. Das in dem kaat oder mūt lebt. Hisp. *Cosa que viue enel lodo.* Pol. *Na bl'oczie mieszkaiący.* Vng. *Sárba lako.* Ang. *That liueth in the clay.*] ut, Testudines lutariæ, apud Plin. lib. 32. cap. 4. Lutarius mullus, qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere, teste Plin. lib 9. cap. 17.

Lūtum, pen. prod. n. s. Herba eadem est, quam & luteam diximus vocari, qua olim cæruleo subtrita chrysocollam adulterinam faciebant. λυσιμάχιον quibusdam. Virg 4. Aegloga: Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. Vitruvius, luteum appellat per tres syllabas. Vnde nonnulli etiam apud Virgilium, Lureo, legendum censent, duabus postremis syllabis in unam contractis.

Lūx, cis, f.t. Splēdor, fulgor, claritas, & propriè ea, quæ à Sole diffusa, orbem illustrat. [אוֹר *or* φῶς. Gal *Lumiere, clarté* It. l. *Luce splendore* Ger. Liecht Bel Licht. Hisp. *La lux.* Pol. *Swiatłość.* Vng. *Vil.-gosság.* Ang *Light, cleareneſſe*] Cic. de Divin. Si Deus erat, cur te cōtra naturā abdidit, ut pate factus aratro lucē aspiceret? Hinc lucē intueri dicimus, pro vivere, ac vita frui. ¶ Quoniam aūt dies clara est, quemadmodum nox obscura, usurpatur quandoq; pro die, sicut nox, pro tenebris. Gell. lib 2. cap. 29: Alta luce orta, avis in pastum profecta est. Mart. lib. 8: Quū facias versus nulla non luce ducentos. Cic. pro Mil. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, & opinor, ultra. ¶ Prima luce: hoc est, ubi primūm cœperit diluescere: sicut cōtrà, Primis tenebris: id est, incipiente jam nocte. Terent. Adelph. Cæterùm rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus, Cum primo lucu legit. ita enim ait: Cum primo lucu, veteres dicebant, Lucū pro luce, seu Sole ponentes. Ergo, Cum primo lucu, quùm primùm Sol cœperit lucescere. Liv. 1. ab Vrbe: Vt omnes cives Romani, equites, pedites q; in suis quisq; centuriis in campo Martio prima luce adessent. ¶ Lux autem ἀπὸ τῆς λύκης dicta est: λύκλω enim veteres Græci appellant primā lucem, quæ præcedit Solis exortum: quod etiam summū mane dicitur. ¶ Aliquādo idem est, quod splendor, & nitor. Lucret. li. 4: viridis cum luce smaragdi. Vng. 2. Aen. Exultat telis & luce coruscus ahena. ¶ Aliquādo est vitæ usus. Cic. 1. Tusc. Tamen objiciebatur interdū animo metus quidā, cogitanti fore aliquando finem hujus lucis, & amissionē omnium vitæ commodorū. ¶ Lucis usurā alicui dare, est finere eum vivere. Cic. in Verrē, act. 7: Cur, *inquam*, civibus Romanis, quos piratæ cœperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis usurā tam diuturnam dedisti? ¶ In luce, prò in Repub. vel In publico, dixit venustè Cic. in Cat. Majore: Nec verò ille in luce modò, atque in oculis civium magnus, sed intùs domiq; paulò antior. ¶ Lux mea; blandiendi vox, qua mulierculis blandimur Martial. ad

tial.ad Gell. Si non mentiris, si verum lux mea dicis. Cic. Terent.lib.14:Hem,mea lux,meum desiderium. ¶ Lux pro oculis, Stat.lib.11.Theb. & effossę squalent vestigia lucis.¶ Luces in plurali,pro stellis. Cic.in Arato: Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco.

Lūcī, adverbium,Interdiu,de die:cui opponitur noctu. [יוֹמָם *jomám.* Gall.*De iour.* Ital.*Di giorno.* Ger.Am tag/oder tageżeit. Hiſp.*Entre dia.* Pol.Wednie. Vng.*Nappal.* An.*In tyme of day.*] Cic.12.Philip. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?Plautus in Menæchmis: O facinus indignum & malum,Epidamnii cives, herum meum Hoc in pacato oppido luci deripier in via.

Lūcŭlēntŭs,a,um,Quod est luce plenũ,splendens,clarus,splendidus. [בָּהִיר *bahír* נָגַהּ *noghèah.* λαμπρὸς,φαεινός. Gall.*Fort clair, plein de lumiere.* Ital.*Rilucente, chiaro, splendido, pieno di luce.* Ger.Heiter/hẽll/liecht. Hiſp.*Claro, lleno de luż.* Pol.*Iasny.swietmi.* Vng.*Világos,tw'ndòklò.* Ang.*Bright,full of light.*] Cicer.Treb. Camino luculento utendũ. Plaut in Curc. Pulchrum & luculentum hoc nobis evẽnit prælium. ¶ Aliquãdo accipitur pro ornato,gravi,elegãti.Salust.in Catilina: Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & utilem Reipub. ¶ Ponitur aliquando pro probato,& optimo:ut quũ Cic.ad Attic.lib.7.dicit:Luculentus autor,& luculenta conditio:id est,optima,vel opima.Plautus in Rud.Vin'tibi luculentam conditionem ferme? ¶ Aliquando pro divite . Plaut. in Capt. Multos jam lucrum luculentos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno. Cic.7. Philipp . Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix.

Lūcŭlēntĕr, adverbium, Egregiè & splendidè, valde multum. [λαμπρῶς. Gal.*Clairement, gentement.* Ital *Chiaramente, splendidamente.* Ger.Fein/herrlich/scheinbarlich. Hiſp.*Clara y manifiestamiente.* Pol.*Iasnie,swietnie.* Vng.*Ielesen,nyiluan,vildgossan.* Ang. *Clearlie,planelie.*] Cicer.2.de Finib.Quum Græcè,ut videor,luculenter sciam.

Lūcŭlēntē, Idem. [Vn.*Nyiluán,ielessen.*] Cic.1.de Divinat.Quũ ipse paucis interpositis versibus dicas satis luculenté. ¶ Aliquando ponitur pro apertè. Cic. de Claris Orat. Et luculentè scripserunt,etiamsi minus quàm tu politè.

Lūcŭlēntĭtās,titatis,Antiquũ est. Laberius Tucca, ut citat Nonius:Dominus noster tua luculẽtitate captus. Cæcilius Hymniđe: Vide Luculentitatẽ ejus, & magnificentiã apud eundẽ.

Lūcĕo,ces,xi,n.s.Splẽdeo,lucem emitto. [אוֹר *ór* נָגַהּ *naghàh.* στλεγέω,λάμπω,φέγγω. Gall.*Luire,rendre lumiere & clarté.* Ital.*Lucere,risplendere.* Ger.Scheynen. Bel.Lichten. Hiſp.*Luzir ò resplendèscer.* Pol.*Swiecżesie.* Vng.*Vilagoskodom.* Ang.*To grue light,to shine.*] Cic.in Somn.Scipionis:Luna quæ luce lucebat aliena. ¶ Aliquãdo significat diem esse. Plaut.in Mil.Vigila,expergiscere,inquam, lucet. Cicer. pro Roscio Amerino: Occisus est cœna rediens:nondum lucebat,quũ Ameriæ scitum est.Idem 7.Verrina:Lucebat jam ferè. ¶ Lucere facem alicui aut cereũ, est alicui præferre facem aut cereũ.Plaut in Cas.Primũ omniũ huic lucebis novæ nuptæ facem. Idem in Curc.Tute tibi pueres lautus,luces cereum. ¶ Ejus composita sunt, Alluceo,colluceo,diluceo, eluceo, illuceo, interluceo, pelluceo, sive perluceo , reluceo , & transluceo : quorum significata suis explicantur locis.

Lūcēscĭt, vulgò *diescit.* [ἐλάμπει,ἡμεροῖ γίνεται. Gall.*Il fait clair,il fait iour,le iour poind.* Ital.*Se fa giorno.* Ger.Es taget/es fahet an hetter werden. Bel.Et werd licht. Hiſp.*Se haze dia.* Pol.*Dnieie.* Vng. *Meg virrad.* Ang.*It waxeth light for day.*] Plaut.in Amphit.Exire ex Vrbe priusquam lucescat volo. Liv.4.ab Vrbe:Et jam lucescebat,omniaq; sub oculis erant.

Lūcēns,particip.Splendens,conspicuus. [נָגַהּ *noghéah.* φαίνων. Gal.*Luisant.* Ital.*Lucente.* Ger.Scheinend. Hiſp.*Luzida cosa,resplandesciente.* Pol.*Swieczaci sie.* Vng.*Világos, tw'n dòklò, fenlò.* Ang.*Geuing light.*] Virgil.6.Aeneid.Lucentemq; globum lunæ.Faces lucentes, Ovid.3.Fast.Marmora lucentia,Stat.1.Syl. Tunicæ lucentes auro,Idem 9.Theb.

Lūcĭdŭs,a,um,Clarus,perspicuus,luculẽtus: [בָּהִיר *bahír* נָגַהּ *noghéah.* φαεινὸς,φωτινός. Gall.*Clair,plein de lumiere, rendant clarté.* Ital.*Lucido,chiaro.* Ger.Das heiter vnd hẽll ist/scheinbar. Bel. Klaer. Hiſp.*Claro,luzio y resplandesciente.* Pol.*Swiatl'e,iasni.* Vn. *Világos , tiszta twndòlkò.* Ang. *That giueth light ful of light.*] ut, Lucida nox,apud Plin. lib.2.cap.7.Ovid.Epist.21: Nec premit articulos lucida gemma meos. Idem 1.Fast. Lucidior visa est, quàm fuit antè,domus.Horat.1. Carm. Ode 3: Sic fratres Helenæ lucida sydera,*&c.* ¶ A quo Pellucidus,& Translucidus. λαμφανής.Quintil.lib.8: Similiter illa translucida,& versicolor quorundam elocutiores ipsas effœminat. Lucidum autem & luminosum differunt , quòd lucidum sit, vel per se splendidũ, vel facilè illuminetur : luminosum verò quòd multis foraminibus illuminatur.

Lūcĭfĕr,penult.corr. m.f. Stella Veneris,ita dicta,quũ antegreditur Solem:quũ subsequitur,Hesperus. Cic.li.2.de Nat.deor. & Varr.3. de Re rust. cap.5. [הֵילֵל בֶּן שָׁחַר *helél ben shahr.* φωσφόρος. Gall. *L'estoille du iour.* Ital. *Stella diana.* Ger Der Morgenstern. Bel. Die Morgensteren. Hiſp. *El eluzero del alua.* Pol *Dzięgielat.* Vng.*Haynal tsillag.* Ang.*The day starre.*] Infima est quæ antegreditur Solem. quum aũt subsequitur, Hesperus. Vng.li.2.Aen. Iamq; jugis summæ surgebat Lucifer Idæ, Ducebatq; diem. Ovid.8.Metam. Iam nitidum retegente diem, noctisq; fugãte Tempora Lucifero:cadit Eurus,& humida surgũt Nubila &c.

Lūcĭfĕrŭs,fera,ferum, Adferẽs lucẽ: [ὁ φωσφόρος. Gall *Qui porte lumiere* Ital.*Che porta lumen.e in luce* Ger Das liecht bringt Hiſ. *Cosa que baże ò trae luz.* Pol. *Swiat l'orodaiecz* Vng. *Vilagot hozo.* Ang.*That eringeth light.*] ut,Diana lucifera,Valer.Arg.7. Equi luciferi. Ovid. Epist.11 : Iam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi, Denaq; Luciferos Luna premebat equos. ¶ Luciferũ Poètæ filiũ faciunt Iovis & Auroræ,qui Trachymã nymphã amavit, & ex ea susceptit geminã prolem, Ceycen videlicet & Dædalionem.Dictus aũt est Auroræ filius,quia stella illa,quæ & Venus dicitur,manè Solem præcedens,quasi ex ejusdem sinu oriri videtur. Virg.Aeglog.8: Nascere præq; diẽ veniens age Lucifer almum.

Lūcĭfĭco,as,penult. corr. Lucidũ facio: à quo compositũ Elucifico,de quo suprà.Agnoscas verbum è Calepini officina.

Lūcĭfŭgŭs,& Lucifuga, pen.cor. Qui fugit lucẽ. [ὁ τὸ φῶς φεύγων,φιλόσκιος. Gal.*Qui fuit la lumiere.* Ital.*Che fugge la luce.* Ger. Ein liecht scheuw/der das liecht fleücht/vnd lieber in d'finstere ist Hiſp. *Cosa que huye de la luż.* Pol.*Przed swiatl'em uciekaiący* Vng. *Világosságtal futo.* Ang.*That fleth frome light.*] Cic.1.de Fin. Lucifugi,maledici,monstrosi, etiã aliis amatoriis levitatibus dediti.Virg.4 Georg..nam sæpè favos ignotus adedit,Stellio,& lucifugis cõgesta cubilia blattis. ¶ Seneca Lucifugas homines appellat,qui contra naturam nocte utuntur pro die:qui & λυγγοβίοι dicuntur,quasi lucernarii.

Lūcĭgĕnă,f.p.Luce genitus. [λυχνογόνος. Gall.*Engendré de lumiere.* Ital.*Generato di luce.* Ger.Vom liecht erboren Hiſp.*Engendrado de luż.* Pol.*Zwiatl'oszcżi vrodżoni.* Vng.*Nappal szwlettetet.* Ang. *Begotten of light.*]

Lūcĕrnă,f.p.Instrumentũ, in quo unũ pluráve ellychnia accensa,oleoq; fota,nobis lumen præbet, quanquã etiam non rarò pro ipso lumine accipitur.[נֵר *ner,* λύχνος. Gall.*Lampe lumiere.* Ital.*Lucerna.* Ger. Ein lertz oder ampel. Bel Een keerse oft lampe. Hiſ.*El candil.* Pol.*Swiecża,* item *lampa.* Vng.*Gierty.tartoggertya szduetnòk.* Ang.*A lampe or light.*] Hujus prima corripitur, quũ tamen in luceo producatur. Iuvenalis: Dispositæ per quẽ nebulam vomuêre lucernę. Cic.4.Acad.Itaq; Timagoras Epicureus negat sibi unquã , quũ oculũ torsisset, duas ex ellychnia formulas esse visas.Plaut.in Mostel Lucernã fortè oblicus fuerám extinguere.Plinius: Ex medulla ejus elegantiũ lucernariũ ellychnia fiunt. Lucernarum usum primi Aegyptii monstravêre,ut autor est Eusebius lib.10, Præparat.Evang.Lucernarũ alia simplex est: quæ habet partem unam tantùm exporrectã, & quæ uno ellychnio cõtenta est: quæ cubicularia dicitur de qua Martialis lib.14:Alia dimyxos,ad duo ellychnia ferenda, alia trimyxos,ad tria,alia polymyxos, ad plura. Ma...al li.14: Illustrem quum tota meis cõvivia flammis,Totq; geram myxos, una lucerna vocor. ¶ Lucernam adhibes in meridie,λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις. Id est, facis,non suo tempore: aut,explicas quæ per se sunt clarissima.

Lūcĕrnŭlă,diminutivum.[λυχνίον. Vn.*Szduetnòkòtske.*]

Lūcĕrnārĭŭs,Qui lucernam fert. [λυχνοῦχος Vn.*Szduetnòk hodozo.*] Lucernarium oleum,Vide in voce,OLEVM.

Lūcubro,lucubras,penult.corr. Vigilo,& nocte ad lucernã liquid compono. [νυκτιγραφῶ. Gall.*Veiller de nuit, besongner à la chandelle.* Ital.*Veg ghiare,comporre,scriuere qualche cosa a lume di candela.* Ger.Bey dem liecht zu nacht arbeiten. Hiſp. *Velar trabajar à la candela.* Pol.*Prisiwiecżi nocą,pisnuie.* Vng.*Vigyazok,éyel munkálkodom.* An.*To make any thing by candell light.*] Varro de Origin. Nõ solùm ad Aristophanis lucernam , sed etiam ad Cleanthis lucubravi.Livius lib.1.ab Vrbe:Sed nocte sera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. Cicero in Paradox. Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his jam contractioribus noctibus.

Lūcubrātĭo,onis,f.t. Vigilia, & opus quod fit lucubrando. [ἡ ἐκδὸς φῶς ἀγρύπνησις,ἀγρυπνία. Gal.*Veille ou besongne faite à la chandelle.* Ital.*Veg ghia ò compositione è scritto fatta alla candela.* Ger Ein arbeit zu nacht bey dem liecht. Hiſp. *Aquella obra de velar ò trabajar à la candela, cosa hecha à la candela.* Pol *Nauka albo practá prześwietlie.* Vng. *Eyeli vigyazás.* Ang. *A studying by candell, a worke made in the night by candell.*] Cicero lib.1.de Natura deorũ.Nam ista quæ vos dicitis,sunt tota commentitia,vix digna lucubratione ancillarum. ¶ Sunt & lucubrationes rusticanæ,vespertinæ & antelucanæ, quando à vespere & ante lucem conficiunt intra villam opera rei rusticæ conducibilia . Columella lib.11.

cap.2: Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

Lūcubrāt'ūncŭlă, diminutivum. [Vn. *Vigyázásotika.*] Gell.lib. 20.cap.ult. Voluptasq; erit lucubratiũculas iſtas cognoſcere.

Lŭcubrātōr'ĭă lectica à Tranquillo in Auguſto cap.78, dicitur in qua lucubrare ſolebat Auguſtus. [Vn. *Vigyázo lektika.*]

Lūxo,as, act.p. Membrũ aliquod intorqueo, & loco ſuo moveo, à verbo Græco λύω, ſolvo. [הוקיע *hokiah.* πρέφω, ἐξαρθρόω. Gall. *Deſmettre de ſon lieu, deſnouer.* Ital. *Slegare, ſeneſtrare, mouer di luogo.* Ger. Verrencke. Hiſp *Deſconcertar ò deſencaxar hueſſos.* Pol. Wywichać em, wytraczać em. Vng. *Ki menyit ðm, ki tekerðm, ki fizmitom.* Ang *To put out of ioint.*] ¶ Vnde luxa, ſive luxata membra dicuntur locis ſuis mota, & ſoluta. ἐξαρθρώματα. Plin.lib.38: Cato prodidit luxatis membris carmẽ auxiliari: M.Varro podagris. Idem lib.31. cap.6: Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cujuslibet generis aquam facillimè in artus redeunt. ¶ Et luxati, dicuntur quorum membra ſuis locis mota ſunt. ἐξαρθρώματα. Idem: Althææ radix decocta luxatis prodeſt. ¶ Stirpium quoq; radices luxari dicuntur, quum aratro aut ligone perſtrictæ mutilantur, locoq; moventur. Plinius lib.17. cap.24: Aut culpa vinitorum colentium ægrotant vites, quum perſtringuntur: aut circumfoſſor injurioſo ictu verberavit, vel etiam ſubarator imprudens luxavit radices corpũsve deſquamavit.

Lūxŭs,xi, [Vn. *Kificzamodás, ki tðrés, bélinulás.*] Probus in Catholicis: Luxus hujus luxus luxuriam ſcilicet ſignificans. Terentius: Adoleſcens luxu perditus. Nam luxus vacillans, luxi facit. Saluſtius in ablativo, luxo pede.

Lūxŭs, xus, m.q. Non ſolùm pro re venerea, ſed etiam, & ferè ſemper, proprieq; pro omni ſuperfluitate, & nimia profuſione, & ſumptuoſiore cibi, veſtitus, & aliarũ rerũ cura dici ſolet. [סרח *sérach* עגב *hagháb* עגבה *haghbáh* תזנות *taznúth.* ἀσωτία. Gall. *Superfluité, excez.* Ital. *Luſſuria, ſuperfluità.* Ger. Vberfluſſigkeit/ vnmäſſigkeit/ geilheit/ mutwill in eſſen/ trincken/ kleydũg/ ꝛc. Hiſp. *Luxuria, ſuperfluidad.* Pol. Rozpuſtność, wyzeczeństwo. Vng. *Buyálkodás, buyaság.* Ang. *Superfluitie, exceſſe.*] Cicerò lib.1. Offic. Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Et paulò pòſt: Turpe eſt diffluere luxuria. Idem pro Mutæna: Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Idem pro Sexto Roſc. In urbe luxuries creatur, ex luxuria avaritia, ex avaritia erumpit audacia. Idem 2. Verr. Luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis. ¶ In ſegetibus item, cæteriſq; ſtirpibus, luxuries dicitur, quum alimẽti ubertate quodammodo laſciviunt, herbarum frondiúmve copiam juſto majorẽ emittentes. ἐξόδεσις Virg.li.1. Geor. Luxuriem ſegetũ tenera depaſcit in herba.

Lūxŭrĭōſŭs, a, um, Immodicè voluptatibus, delitiisq; indulgens, & non ſolùm in rei venereæ uſu, verùm etiam in epularum apparatu, veſtiumq; ornatu modum excedens, in voluptate corporis profuſus, laſcivus. עגב *hagháb* זנה *zonéh.* ἄσωτος, ἐπιδυψιλοδόρμος. Gall. *Luxurieux, exceſſif, trop ſomptueux.* Ital. *Luſſuriozo, diſſoluto, ſontuoſo.* Ger. Dem vberflüß vnd mutwillen ergeben/ Vberflüſſig/ vnmäſſig/ geil. Bel. Dertel/ brootdroncken. Hiſ. *Viciozo, ſuperfluo, y luxurioſo.* Pol. Wyzeczony, zbytni, rozpuſtny. Vn. *Buyálkodo, tobzodó.* Ang. *Exceſſiue, or ſuperfluous, very coſtly.*] Quintilianus in Prooem. lib.1: Muliebris & luxurioſus cultus non corpus exornat, ſed detegit mentẽ. Cicero de leg. Agrar. contra Rullũ: Vt in ſuis rebus, ita in Rempubl. luxurioſus nepos. Idem 6. Philipp. Multa & lauta ſupellex, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. Cicer. 2. de Finib. Si ea quæ ſunt luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis, & doloris metu, *&c.* Ibidem: Luxurioſi reprehendendi ſunt ob eam ipſam cauſam, quòd ita vivant, ut perſequantur cujuſq; modi voluptates. ¶ Luxurioſa lætitia dicitur nimia, & profuſior quàm par ſit. Livius lib.2. ab Vrbe condita: Sed patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia. ¶ Luxurioſa frumento, quæ tam confertim, & copioſè nimis proveniunt, ut immitti in ea ſoleant oves ad depaſcendum. Cicero in Oratore de ruſticis agens: Siquidem eſt eorum gemmare vites, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. ¶ Luxurioſa vitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut ſarmenta. Colum.lib.4.cap.21: Siquidem luxurioſa vitis, niſi fructu compeſcitur, malè defloreſcit, & in materiam frondemq; effunditur. ¶ Luxurioſa pabula, quæ maximã herbarum copiam adferunt. Plin. lib.17. cap.4: Nec luxurioſa pabula, pinguis ſoli ſemper indicium habent.

Lūxŭrĭōſē, adverbium: [ἀσώτως. Gall. *Auec excez & ſuperfluité, exceſſivement.* Ital. *In ſuperfluità, exceſſivamente.* Ger. Vberflüſſigklich/ vnmäſſigklich/ in mutwillen vnd vberfluß. Hiſp. *Viciozamente.* Pol. Zbytnie, bezmiari. Vng. *Buyán.* Ang. *Exceſſiuelie ſuperfluouſlie.*] ut, Luxuriosè vivere: id eſt, molliter & delicatè. Cic.pro Cœlio: Cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxuriosè vivere.

Lūxŭrĭo,xurias, n.p. & luxurior, luxuriaris, d.p. Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti ubertate quodammodo laſciviunt, ramos, frondesq; juſto plures emittentes. [סרח *sarách.* ἐξυβρίζειν. Gall. *S'abandonner à toutes ſuperfluitez, delices & voluptez, croiſtre trop.* Ital. *Redondare, ſoprabondare, luſſuriare.* Ger. Wellen. Hiſ. *Enuſciarſe, ſer ſuperfluo.* Pol. Rozkrzewiamſie, Item zbilkowatrzeć. Vng *Buyálkodom.* Ang *To ſpring or grow rankelie, to exceede, to be wanton and geuẽ to riote.*] Col.lib.3: Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato. Plin.lib.18.cap.24: Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni: in calidis ſerius, ne ante hyemem luxurient. Agri quoq; præpingues luxuriare dicuntur, quum abundè ſtercorati præter modum feraces evadunt. Ovid.1. Epiſtol. Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus. ¶ Trãsfertur & ad homines, quos & ipſos luxuriare dicimus, quum rebus ſecundis, otióve laſciviunt. [Ger. Dem vberfluß/ mutwillen vnd geilheit pflegen. Bel. Dertel zyn/ broodroncken zyn.] Tibullus: Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis. Ovidius Epiſt.15: Deliciisq; decet luxuriare novis. Idem lib.5. Faſt. Nos quoq; idem facimus tunc, quum juvenilibus annis Luxuriant animi, corporaq; ipſa vigent. Liv.li.1: Poſitis exterorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hoſtiũ diſciplinaq; militaris continuerat. ¶ A luxurior fit compoſitum Eluxurior, de quo vide ſuo loco.

Lūxŭrĭāns,tis, partic. [סרח *ſoréach.* πανσφιγγία. Vn. *Buyálkodo.* An. *That vſeth things exceſſiuely.*] Horat.lib.2. Epiſt.2: Latium q; beabit divite lingua: Luxuriantia compeſcet, nimis aſpera ſano Levabit cultu.

Lūxŭrĭātŭs, participiũ. [סרח *ſoréach.* πανσφιγγίας. Vn. *Buyálkotot.* An. *That hath vſeth thinges exceſſiuely.*] Ovid.lib.5. Triſt. Non tamen ut luſit, rurſus mea littera ludet: Sit ſemel illa mea luxuriata joco. Fames luxuriata multo ſanguine, Stat.2. Theb.

L, ante Y.

Lybieſtaſon, Glyzirrhyza, Dioſcor.lib.3.cap.6.

Lycanthemon, Smilax apud Dioſcor.lib.4.cap.145.

Lycapſos, Anchuſa, teſte Actio, Serm.10.cap.2.

Lychene, Rubus apud Dioſcor.lib.4.cap.147.

Lychni fictiles, per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, trimyxi, polymixi: id eſt, angulorum fluminum, unius, duorum, trium, plurium: violæ ſimilis, quo corallæ factitantur. Vide Dioſcor.lib.3.cap.113.

Lỹcanthrōpĭă, λυκανθρωπία, Melancholicæ affectionis ſivè inſaniæ genus eſt, quo qui afficiũtur, lycanthropi, λυκανθρωποι dicuntur, teſte Aegineta, eò quòd lupos imitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diẽ uſq; inter ſepulchra diverſantes, facie interim pallida, oculisq; areſcẽtibus, & lingua ſitibũdi quoq;, cruribusq; immedicabiliter exulceratis. [Pol. *Wilkowie.*]

Lỹchnĭs coronaria. [λύχνις στεφανωτική. Pol. *Stokroc.*] Herba eſt quę à Romanis *genicularis* vel *bellaria* vocatur. Florẽ habet violę albę magnitudine, ſed purpureũ. Nectitur ad coronas. Plin. lib.21. cap.4. roſam Græcã appellat: vulgus hodie *Candelariam.* ¶ Lychnis ſylveſtris, λυχνὶς ἀγρία, herba eſt ſativæ lychnidi per omnia ſimilis, cujus radicẽ Aſiani *boliten* vocant. Dioſcorides à Romanis accipitrinũ pedem appellari teſtatur. Penitùs tãmen diverſa eſt à lyſimachia, ſive lutea, quã vulgus hodie *Accipitrini pedis* nomine cognoſcit. ¶ Plin.lib.25.cap.10: Lychnidem agriã ſcribit eſſe herbam lino ſimilem, radice nulla, flore hyacinthi, ſemine vitulinarum narium ſimilitudinem referente, alioq; nomine antirrhinon, ſive anarrhinon appellari.

Lỹchnītēs, pen.prod. [λυχνίτης Vn. *Eeier maruan kõ*] Marmor album, quod in Paro inſula effodiebatur: ſic cognominatum, quòd ad lucernam in cuniculis cæderetur, ſicut Plin.li.36. cap. 5. teſtatur. ¶ Eſt etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernarum accenſarum præcipua gratia. Plin.lib.37.cap.7.

Lỹchnĭtĭs, tidis, f.t. λυχνίτης, Herba eſt ex phlomidos generibus, alio nomine thryalis dicta: foliis tetris aut quaternis, craſſis, pinguibus, plumoſis, ad lumina lucernarum utilibus. Autor Plin.lib.25.cap.10.

Lỹchnŭs, ni, m.ſ. [נר *ner.* λύχνος, Græcis idem eſt quòd nobis *lucerna,*

lucerna, πυρὸς τὸ λύειν τὸ νύχθ. Gall. *Lampe, lumiere, chandelle.* Ital. *Lucerna, lume.* German. Ein liecht Kertz oder Ampel. Hiſp. *Candil, lumbre.* Polon. *Swieca, lampa.* Vngar. *Giertya, vilag, ſzȯuetnek.* Angl. *A lampe, light or candle.*] quòd tenebras ſolvat. Virg. 1. Aen. -dependent lychni laquearibus aureis. Plautus: Lucernam emunge parumper, ut videat anus ubi pedes ponat. Lychni penſiles, lucernæ erant multis lucentes myxis quę ex laquearibus ſuſpenſę, totum illuſtrabant triclinium. ¶ Hinc Ilychnium. *ἰλύχνιον*, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, ut affuſo oleo flammam nutriat.

Lȳchnŏbĭī, [*λυχνοβιοι.* Vngar. *Eyeli vilagnal vigiazok.*] Dicti ſunt, qui loco dierum noctibus utuntur, & ad lucernas vivunt, quaſi lucernarii. Apparetque proverbii jóco dictos, qui lucernariam vitam ducerēt, ut torqueri poſſit vel in nocturnū potorem, vel hominem ſupra modum ſtudioſum, qui (quemadmodum dictum de Demoſthene) plus abſumat olei quàm vini: vel in ſordidum & parcum, quaſi de lucernario oleo victitantem. Senec. ult. epiſt. Nil conſumebat, niſi noctem. Itaque crēbrò dicentibus illum quibuſdam avarum & ſordidum. Vos, *inquit*, & lychnobium dicetis.

Lȳchnūchŭs, m. ſ. [*מנורה menorāh. λυχνοῦχος.* Gall. *Vn chandelier, ou qui ſouſtient la lampe, qui tient la chandelle ou autre lumiere.* Ital. *Lucerniere.* Ger. Ein liechtſtock/alles das/darauff ein liecht ſteht/ein liechttrager der da zündet. Hiſpan. *Donde ſe pone el candil.* Pol. *Lichtarz albo to czokolwiek ſwiecze trzima.* Vngar. *Giertya tartok auagy gertya ſzȯuetnok hordoz emberek.* Ang. *A candleſtick.*] Græcè nominatur quicquid lucernas ſuſtinet, ſive id ſit candelabri genus, ſive homo quiſpiam lucernam geſtans. Plin. lib. 34. cap. 3: Placuēre & lychnuchi penſiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.

Lȳchnūchī, pro hominibus qui lucernas portabant, quique ab elephantis geſtabantur. Sueton. in Cæſ. dicta, cap. 37: Aſcenditque capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus.

Lȳcĭum, *λύκιον*, Dioſcoridi ſpinæ genus, folia habens buxeis ſimilia: unde & pyxacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum radicibus tuſis, ſuccoque expreſſo, fit medicamentum, quod & ipſum Lycium appellant. Naſcitur hæc ſpina copioſiſſimè in Lycia Aſiæ regione, teſte Dioſcoride: unde & nomen videtur accepiſſe. Plinius libro 24. cap. 14: Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam appellant.

Lȳcĭum, cii, n. ſ. Medicamentum ex radice rhami ſylveſtris factum. Plin. lib. 24. cap. 12: Hac radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocant Lycium.

Lȳcōctŏnŏn, *λυκοκτόνον*, Aconiti genus, ita dictum, quòd eo in crudæ cārnis oſſis occultato lupos necent venatores. Vide Dioſcor. lib. 4 cap. 66.

Lȳcōphthālmŏs, *λυκόφθαλμος*, Gemma eſt quatuor colorum ex rutilo & ſanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis, Plin. lib. 37. ca. 11.

Lȳcōpsĭs, *λύκοψις*, Anchuſæ ſpecies, longioribus quàm lactuca foliis, craſſioribus quę, caule longo, hirſutoque. Vide Plin. lib. 27. cap. 11. Galli *Linguam caninam* appellant.

Lȳcŏs, [*λύκος.* Vngar. *Apro pȯk.*] Minimum aranei genus à rapacitate dictum. Plinius libro 30. cap. 6: Araneus & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat, ut lib. 11. cap. 24: Luporū nomine minimi nō texunt.

Lȳdĭŭs lapis, Coticula eſt, cujus attritu aurum proditur cujuſmodi ſit: alio nomine Heraclius lapis vocatus, teſte Theophraſto de Nat. lapidum. [*βάσανος.* German. Ein Goldſtein/damit man das Gold probiert.] Latini etiam indicem appellant: in quem Batus ille paſtor apud Ovidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiamnum prodendi ſtudio. De hoc meminit Plinius libro 33. capite 8, his quidem verbis: Auri, argentique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quondam non ſolitus inveniri, niſi in flumine Tmolo, ut autor eſt Theophraſtus: nunc verò paſſim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Iis cōticulis periti quum è vena, ut lima rapuerint experimentum, protinùs dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti, vel æris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem proverbii habet in eos, qui vehementer acri, exactoque judicio ſunt, ut lapides Lydii, *λίθοι ἡρόκλειοι, ἢ λίθοι λυδοὶ* vocentur.

Lygæŭs, a, um, Latinè tenebricoſus, Inde Homer. Lygæam noctem vocat.

Lygos, ſeu, Lygus, *λύγος*, Frutex eſt ad juſtæ penè arboris magnitudinem excreſcens, in aſperis naſcens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia olivæ, ſed molliora. ¶ Duo ejus ſunt genera, unum flore partim albo, partim purpureo: alterum flore purpureo tantùm, & ſemine piperi non diſſimili. Ratio nominis ducta eſt à ramorum flexibilitate. Nam *λύγος*, à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationem à Latinis Vitex dicitur. Officinæ vocant *Agnum caſtum*.

Lymphă, f. p. [*מים māyim. νᾶμα.* Gall. *Eau.* Ital. *Acqua.* Ger. Waſſer. Hiſp. *Agua.* Pol. *Woda.* Vngar. *Viz.* Ang. *Water.*] A noſtris *aqua*, per mutationem n in l, quaſi Nympha. Nam Græcè dicitur *νύμφη*. Col. lib. 10: Doctaq; Parthenope Sebethide roſcida lympha. Virg. 4. Aen. Dic corpus properet fluviali ſpargere lympha. Horat. Epod. 16: -montibus altis Levis crepitante lympha deſilit pede. Virg. 9. Aen. - hauſit de gurgite lymphas. Reſtinguere pocula lympha, Horat. 1. Serm. Satyr 5.

Lȳmphātĭcī, m. ſ. Furioſi, inſanientes, quaſi Nympharum conſpectu in furorē verſi. [*משוגעים meſchughghahim. νυμφόληπτοι.* Gall. *Forcenez, troublez d' eſprit par quelque viſion.* Ital. *Matti, pazzi, ſtolti, furioſi.* Germ. Wnſinnig/verſcheucht. Hiſp. *Locos, rauioſos.* Pol. *Zawroczona gl'owe maiaci, ſzaleny.* Vng. *Fwȯes, bolondos, nem tellies eſzȯ, haudi.* Ang. *Which ar mad or out of wit by ſeing ſome thing in the water.*] Nam creditum eſt ab antiquis, ut inquit Feſtus, qui in fonte ſpeciem quandam: id eſt, imaginem nymphę vidiſſet, furore corripi, quos Græci *νυμφολήπτους*, Latini Lymphaticos vocant. Plin. lib. 25. cap. 5, de Ellebōro albo: Medetur itaq; morbis comitialibus, vertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis. Plin. lib. 26. cap. 8: Semen ejus potum lymphatica ſomnia facere dicitur. Liv. 10 ab Vrb. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor diſſipat. Tales ſunt ferè ii, qui ceriti & larvati dicuntur: quaſi Cereris ira, aut larvarū occurſatione vexati. Plautus: Larvatus certè es, aut ceritus. Et alibi: Iube hanc prò cerita circunferri. Lymphatici nummi apud Plautum. Vide verbum CONSISTO

Lȳmpho, as, act. p. In furorem ago. [*משגע ſchighghēah. νυμφόλητον.* Gall. *Mettre hors du ſens.* Ital. *Infuriare.* German. Wnſinnig oder verſcheucht machen / verwirren. Hiſpan. *Rauiar, y hazer rauiar à otro.* Polon. *Szalonim czinie.* Vng. *Meg bolondȯtom.* Ang. *To make mad.*] Valer. 3. Argonaut. Rupta quies: Deus ancipitem lymphaverat urbem. Id eſt, turbarat, & in belli furorem verterat. Ejus paſſivo uſus eſt Plin. lib. 34. cap. 17: Hac herba epota lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teſte Priſciano: ut apud Curtium: Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percurrente. Niſi fortè ibi malimus legere lymphati.

Lȳmphātŭs, ta, tum, Furioſus, inſanus, furore correptus. [*משוגע meſchughghāh. νυμφόληπτος, φρενόληπτος.* Gall. *Forcené troublé de ſon ſens pour quelque viſion.* Ital. *Inſano, furioſo, pazzo.* German. Wnſinnig. Hiſpan. *Rauioſo.* Polon. *Szaloni, zawroczone gl'owi.* Vngar. *Bolond. fwȯes, hanas.* Ang. *Mad, furious.*] Horat. lib. 1. Carm. Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in veros timores. Virg. 4. Aen. Immenſam ſine more furit lymphata per urbem: id eſt, mente commota, furiata. Plin. lib. 30. cap. 10: Rurſus magi tradūt lymphatos ſanguinis talpæ aſperſu reſipiſcere. Metu lymphato trepidare, Luc. li. 7. Pectora lymphata, Ovid. 11. Metamorph

Lȳmphātĭo, ōnis, f. t. [*שגעון ſchighghahōn. νυμφολήπτος, φρενολήπτος.* Gall. *Troublement d' eſprit, forcenerie.* Ital. *Pazzia, furia.* German. Wtung. Hiſpan. *Aquella obra de rauiar.* Polon. *Szaleniſtwo.* Vngar. *Bolondſag.* Ang. *Rage, madneſſe.*] Plinius libro 35. cap. 15: Et præfixiſſe in limine è ſepulchro evulſos clavos, adverſus nocturnas lymphationes.

Lyncūrĭum, *λυγκούριον*, Gemma eſt coloris ſubflavi, quam vetuſtas credidit ex lyncis urina concreſcere: unde & nomen videtur accepiſſe: in qua etiam ſententia fuit Plin. lib. 8. cap. 38. Item Ovid. 15. Metam. ubi ſic habet: E' quibus (ut memorant) quicquid veſica remiſit, Vertitur in lapides, & congelat aère tacto. Recentiores tamen aſſerunt lyncis urinam non concreſcere: quod etiam ſuperioribus annis compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam advectis.

Lynx, maſculini vel fœminini generis, genitivo lyncis. [*λύγξ.* Gall. *Lynx, vne eſpece de cerf de diuerſes couleurs, & ayant le cuir tacheté & de veue fort aigue.* Ital. *Lupo ceruiere.* German. Ein Luchs/iſt ein fleckechtig Thier/hat vberauß ein ſcharpff geſicht. Hiſpan. *Lobo cerual, animal de aguda viſta.* Pol. *Ryſ.* Vngar. *Hiuſz (anagi) Hiuz.* Ang. *A beaſt ſharpe of ſight called linx.*] Animal eſt ex luporum cervariorum genere, vario colore, & maculoſo tergore, acutiſſimoq; viſu. Plin. lib. 28. cap. 8: Peregrinæ ſunt & lynces, quę clariſſimè omnium quadrupedum cernunt. Horat. 2. Carm. Timidos agitare lynces. Virg. 1. Aen. -maculoſæ tegmine lyncis. Hujus urina in calculi duritiem verti olim credebatur, & in lapidem eum concreſcere, quem ob id lyncurium appellant. Quod tamen falſum eſſe nuper compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam advectis.

Lȳncĕŭs, a, um, adject. penult. corr. Quod eſt Lyncis, vel quod lyncis habet naturam *λύγκειος*. Horat. 1. Sermon. Satyr. 2: -ne corporis optima lynceis Contemplere oculis. Eſt enim prius hemiſtichium verſus dactylici finis: niſi per ſynæreſim malis duas ſyllabas in unam contrahi. ¶ Homo lynceus: id eſt, vehementer perſpicax, quem non facilè quis fefellerit. Cic. ad Varr. lib. 9. Epiſtol. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?

Lynoſtrophon, Vide Linoſtrophon.
Lynter, Vide Linter.
Lyparis, Vide Liparis.
Lypote, Vide Lipote.

Lȳră, f. p. [λύρα, χέλυς. Gall. *Vne harpe.* Ital. *Lira.* Ger. Ein Leyren. Hiſp. *Cierto inſtrumento muſico de cuerdas, come guitarra.* Pol. *Harfa.* Vng. *Hegedw', lant.* Ang. *An harpe.*] Inſtrumentum muſicũ in quo quot ſunt fides, tot reſonant voces. Lyra dicta, quaſi λύπα, propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inveniſſe) pro boum compenſatione fuerit data: quũ antè chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plin. lib. 9. cap. 10.) teſtudinis. Horat. 1. Carm. Ode 10: Te canam magni Iovis, & deorum Nuntium, curvęq; lyrę parentem. Ovid, 11. Metam. Diſtinctamque lyram gemmis, & dentibus Indis Suſtinet à lęva. Idem 10. Metam. Te lyra pulſa manu te carmina noſtra ſonabunt. ¶ Lyra etiam ſignum cœleſte eſt. Varro libr. 2. de Reruſt. cap. 5: Hoc ſecundum aſtri exortum facito, quod Græci vocant *Lyram*, *Fidem* noſtri. Lyra occidit quarto Nonas Februarii, vel certè Calendis Februariis, idq; noctu, teſte Higino, quando occidũt terga Leonis. Ovid. 3. Faſt. Illa nocte aliquis tollens ad ſydera vultũ Dicet, ubi eſt hodie, q̃ Lyra fulſit heri? Qui poëticam Aſtrologiam ſcripſerũt, volunt hanc lyrã eſſe à Mercurio primùm inventam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam: Apollinem aũt, inventa cithara Orpheo lyram conceſſiſſe: mortuo autem Orpheo, à muſis in cœlo fuiſſe collocatam. Alii dicunt eſſe lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omnium cithariſtarum.

Lȳrĭcŭs, ca, cum, adject. Quod ad Lyram pertinet. [λυρικός. Vng. *Lanthoz valo.*] Hinc Poëtæ Lyrici dicti, quòd ad Lyram ſua carmina cantabant, ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. Horat. 1. Carm. Ode 1: Quòd ſi me lyricis vatibus inſeris, Sublimi feriam ſidera vertice. Modi lyrici. Ovid. Epiſt. 20: - quum lyricis ſim magis apta modis.

Lȳrĭcă, orum, n. ſ. Pro carminibus lyricis. Plinius Iunior, libro 1. Epiſtol. 3: Scribit enim & utraque lingua lyrica doctiſſima.

Lȳrĭcĕn, nis, pen. cor. m. t. Qui lyra canit, cujus ſignificationis eſt etiam lyriſtes. [λυρῳδός. Gall. *Ioueur de harpe.* Ital. *Sonatore, de lira.* Ger. Ein Leyrer. Hiſp. *Tannedor de aquel inſtrumento.* Polon. *Gedek.* Vngar. *Hegedws, lantos.* Ang. *An harper.*] Plinius Iunior ad Genitorem: Quàm multi, quum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos ponunt?

Lyron, Alyſma apud Dioſc. lib. 3. cap. 170.

Lyſimachia, Plinio, Ἀνσιμάχιον Dioſcoridi, Herba eſt, quæ vulgò *Salicaria* dicitur, ſive quòd folia habeat ſalicis, ſive quòd ſubter ſalices naſcatur. Dicta Lyſimachia, ſive ab inventore Lyſimacho, ſive παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην. Refert enim Plin. tantam huic herbæ componendorum diſſidiorum vim ineſſe, ut diſcordantibus etiã jumentis jugo impoſita, aſperitatẽ eorum cohibeat. ¶ Hujus varię ſunt ſpecies. 1. Lyſimachia lutea, ſive flore luteo. [Polon. *Toieſc wielki*, item *Bazanowiecz*.] 2. Lyſimachium flore purpureo. [Polon. *Wilczy ogon*, item *Merkurya.*] 3. Lyſimachy genus, ſecundum quoſdam, dicitur herba quæ Antony vocatur, & filius ante patrem. [Polon. *Polne gwozdzyki.*]

Lȳſis, hujus lyſis, & lyſios, λύσις: Id eſt, ſolutio, à λύω, ſolvo. Cic. 3. Tuſc. Ex quo ipſam ægritudinem & λύσιν Chryſippus, quaſi ſolutionem totius hominis appellatam putat. ¶ Lyſis in architectura, hiatus eſt januarum: id eſt, ſolutio continui parietis. Vitruvius lib. 6. cap. 10.

Lȳttă, Λύσσα, Genus vermiculi, qui naſcitur in lingua canum. [German. Ein würmlein ſo den jungen hûnden vnder der jungen wachßt/ Taubwurm. Polon. *Robak czarni podpſim ieżykiem, ktori wirżezani vml'edich pſów, ingdi ſie mewſcieka.* Vngar. *Eb nyelvében termô fereg.* Ang. *A worme in a dogges tonge which maketh him mad if he be not taken out.*] Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.

M



LITERA una eſt ex iis quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἄτολα, & ἀμετάβολα: hoc eſt, ſemivocales ſimplices, & immutabiles, Latini Liquidas appellant. In compoſitione & derivatione migrat in n, ſequẽte d vel t, vel c, vel q: ut Tantũ, tantundẽ, Idem, identidem, Eorum eorundem, Num, nuncubi, nunquis, nunquã. Sic circunquaq;, tanquam, nanque, quenque, quanque, quicunque. Similiter Am præpoſitio ſequentibus f, vel c, vel q, mutat m, in n, ut anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. M. in interiori ejus parte ſonum colligit, compreſſis labris, concluſo ore: quem poſtea mugitu quodã non ſine moleſtia extrudit. Ejus potiſſimùm infelicitas apparet, quum claudit dictiones: quod quum Latina lingua nimis quàm ſæpè patiatur, habetur & ipſa infœlicior. Græca quum in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine cenſetur beatior. Hujus elementi mugientem ſonum fugientes Poëtæ Latini, curant id elidendum in carmine, ſequente vocali. Ejus ſoni tamen major & minor obſcuritas deprehenditur à loci ſitu: augetur & his modis, idemque minuitur, quibus & aliæ muræ, ut ſuprà dictum eſt. ¶ M. In notis antiquorum, Marcus, vel Mutius, vel Martius, vel monumentum, vel mulier, vel miles, vel meum, vel meam, mihi, moleſtus, modò, mors, munus. MA. Macuvius. MAG. magiſtratus. M. AG. militis ager. MAG. EQ. magiſter equitum, MAG MIL. magiſter militum. MAI. major. M. AEM. Marcus Aemilius. MAT. P. FEC. ETH. S P Q. mater piiſſima fecit, & hi, ſuis, poſteriſq; eorum. MARIT. Maritus. M. AVR. Marcus Aurelius. MAX. Maximus. M. B. Mulier bona. M C. Mancipio. M. C. Marcus Cicero, vel Marcus Cenſor, vel monumentum condidit, vel conſiſtit, vel cõſecravit. M. C. F. mortis cauſa fecit, vel fuit. M. C. M. mortis cauſa manumiſſus. M. C. V. manu conſertum vocavit. M. C S. Marcus Cæſ. M. D. O. mihi dare oportet. In numeris mille ſignificat, quod mala ſcribendi conſuetudine inductum eſt. Nam cùm his notis CIↃ, apud veteres mille ſignificarentur, errore quodam ex tribus iſtis notis M factum eſt.

Măcēllum, li, n. ſ. Locus Romæ, quo venalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. [ὀψωνιλεῖον. Gall. *Boucherie, marché.* Ital. *Piazza, mercato.* German. Ein ſpeiß marckt/ an dem man allerley eſſige ſpeyß/ alß fleiſch/ eyer/ tâß/ ꝛc feil hat/ Ein Meßg. Hiſpan. *Carniceria, ò peſcaderia.* Polon. *Rinek gdzie prędzaia wſſeliakie pokarmi*, item *mieſne catki.* Vngar. *Mészárſzék, piacz.* Ang. *The ſhambles or place where fleſh is ſold.*] Plaut. in Aul. Venio ad Macellum, rogito piſces: indicant caros: agninam caram, cara omnia. Cicero 2. de Divinat. Si Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore. Dictum Macellum, teſte Varrone & Feſto, à Macello quodam homine improbiſſimo, qui in urbe latrocinium exercebat, quo damnato, Cenſores Aemylius & Fulvius ſtatuerunt, ut in domo ejus obſonia venderentur, redactis in ærarium ejus bonis. Alii Macellum dictum putant, quòd ibi fuerit hortus, quem macellũ à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones oſtia hortorum *Macellotas* vocabant, ut ait Varro lib 4. De Ling. Lat. Donatus à mactandis pecoribus derivat.

Măcēllārĭŭs, rii, m. ſ. dicitur venditor eorum quæ ad victum pertinent: non ſolùm carnium, ſed omnium obſoniorum: quinetiam panis & frumenti venditor; nam hæc omnia in macello venundabantur. [ὀψοπώλης. Gall. *Vendeur de toutes viandes.* Ital. *Venditore d' ogni viuenda.* German. Ein Speiſverckauffer. Hiſpan. *El carnicero ò el que vende peſcado y otras coſas.* Polon. *Pokarmo przedawca.* Vngar. *Ele del arulo, kufar.* Ang. *A ſeller of all maner of victailles.*] Varro libro tertio, capite quarto: Duo ſunt ornithonis genera: unum delectationis cauſa, ut Varro hic fecit noſter ſub caſmo: quod amatores invenit multos: alterum fructus cauſa, quo genere macellarii, & in urbe quidem habent loca clauſa, & rure maximè conducta, in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. Suetonius in Cæſar. Ea quæ ad epulum pertinebant, quamvis macellariis oblocata etiam domeſticatim apparabat.

Măcēllārĭŭs, deductum nomen à macello, ut Macellaria taberna. [ὀψοπώλης ἐργαστήριον, ὀψοπώλιον. Vng. *Meskarſyeki, piakzi.*] Valerius Maximus lib. 3. cap. 4.

Măcĕr, cra, um, Exilis, extenuatus, gracilis, macilentus. [רזה *razeh.* ἰσχνός, λεπτός. Gall. *Maigre.* Ital. & Hiſpan. *Magro.* German. & Belg. *Mager/ dûn.* Polon. *Chudi wiſch.* Vngar. *ôſztouer.* Angl. *Leane.*] Virgil. 3. Aeglog. Heu heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo? Columel. libro 2. capite 9: Nam vel pinguiſſima vel macerrima humo jaciatur. Sipontinus à Græco μακρὸς, deduci putat. Illi enim μακρὰ longa dicunt: quæ autem tenuia ſunt, longiora videntur. ¶ MACER, μάκερ, eſt etiam poëtæ proprium, qui de herbarum viribus ſcripſit.

Măcĕllŭs, a, um, diminutivum à macer pro macilento. [Vng. *ôſztouerôtske.*] Lucil. lib. 6: Si noſti, nõ magnus homo eſt, natutus, macellus. Nonius. ¶ Fuit præterea Macellus hominis improbiſſimi, & ſeditioſi nomen, quo capitis damnato, redactisque in ærarium ejus bonis, ędes etiam ejus dirutę ſunt, eaq; in

aretũ extructum eſt ædificium, venundandis obſoniis deſtinatum: quod ab ejus nomine Macellum fuit appellatum.

Măcĭlēntŭs, m. f. Macie extenuatus, interprete Feſto, macer, gracilis. [רזה *razáh*, λεπτογέρων, σφακελίας Gal. *Fort maigre* Ital. *Macilente, edemato, terreno* Ger. Ermägeret/ganz mager Hiſpan. *Coſa muy magra* Pol. Nabawiony wegla/ty/ciemnoty/nadętoſciowaty. Vng. Meg böſzönerederes. Ang. *Very leane.*] Plaut. in Aſin. Macilentis malis rufulus, aliquantum ventrioſus. Idem in Captiv. Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? A R. dicam tibi, Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Măcĕrĭēs, f. q. Macritudo, & macror, ſive macor: Corporis extenuationem ſignificãt [רזון *razón* כחש *chachâſch*. λεπτότης, ἰσχνότης. Gall. *Maigreté, ou maigreur.* Ital. *Magrezza.* Germ. Die mägere/ oder wagerheit. Hiſpan *Magreza.* Polon. *Chudoſcz, wyſchnienie.* Vngar. *böſzönerſég.* Ang. *Leanenes.*] Plautus in Captiv. Oſſa atque pellis ſum miſera macritudine. Pacuvius: Corpusque meum tali mœrore, errore, macrore ſenet. Colum. lib. 6. cap. 14: Eſt etiam illa gravis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tuſſis & macies. Plin lib. 10. cap. 63: Verres ſubantis audita voce, niſi admittatur, cibum non capit uſque in maciem Virgil. 3. Aen. Quem ſubitò è ſylvis macie confecta ſuprema Ignoti nova forma viri, miſerandaque cultu Procedit. Idem 3. Georg. Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.

Măcĕo, ces, macui, n. ſ. Macreo, macer ſum, ſive fio, conſumor, & conficior. [כחש *chachâſch* רזה *nirzáh*. λεπτύνομαι, σωματόομαι. Gall. *Eſtre maigre.* Ital. *Dimagrare, ſmagrirſi.* German. Mager ſeyn. Hiſpan. *Enmagreſcerſe.* Pol. *Schne.* Vngar. *El böſzüredom.* Angl. *To be leane.*] Plautus in Aulul. Quia oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.

Măcĕſco, ſcis, n. t. Macer fio. [כחש *chachâſch* רזה *nirzáh*. ἰσχναίνομαι, λεπτύνομαι, μικραίνομαι. Gall. *Deuenir maigre.* Ital. *Dimagrare, diuenir magro.* Ger. Mager werden. Hiſp. *Emmagreſcerſe.* Pol. *Poczynam ſchnacz.* Vngar. *Meg böſzönerödöm.* Ang. *To waxe leane.*] Colum. lib. 1. cap 9: Conſtat arva ſegetibus ejus (ſcilicet hordei) macteſcere. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16: Tum propter laborem aſperantur & maceſcunt.

Măcĭo, as, act. p. Macrum facio. [רזה *razáh*. λεπτύνω, λεπτύνομαι. Gall. *Amaigrir.* Ital. *Immagrire.* Germ. Ermägeren/mager machẽ. Hiſp. *Emmagreſcer à otra coſa.* Polon. *Wycudzam.* Vngar. *Meg böſzönerítöm.* Ang. *To make leane.*] Cujus compoſitum eſt Emacio, de quo vide ſuo loco.

Macrĕo, es, n. ſ. Macer fio: à quo macreſco ejuſdẽ ſignificationis. [כחש *chachâſch* רזה *nirzáh*. λεπτύνομαι. Gal. *Deuenir maigre, s' amaigrir.* Ital. *Dimagrare, diuenir magro.* Ger. Mager werden. Hiſ *Emmagreſcerſe.* Pol. *Schne.* Vng *Meg böſzüredöm.* Ang *To waxe leane.*] Col. lib. 6 cap. 3: Dabimusq; operã, ne penuria cibi macreſcat pecus. Varro: Quia earum aſpectus ad deſiderium macreſcere facit volucres incluſas. Martial. lib. 13: Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus.

Măcĕro, as, act p. Conſumo, conficio, attenuo: & de corpore & animo dicitur, à macer. [דק *dak* כחש *chathâſch* הרך *herách*. λεπτύνω, ἀπαλύνω. Gall. *Amaigrir, rendre maigre, amollir, atendrir, destremper,* Ital. *Macerare, ammollire nel' acqua, ſmagrire.* Ger. Außmergen/außmägeren Belg. Mager oft dun/oft weech maken. Hiſp. *Enmagreſcer, curtir ò remojar.* Pol. *Wyſuſzam.* Vng. *Meg emeſztöm, meg konyorgetöm, gyötrötöm, lagitöm, porhonyitom.* Ang. *To make leane, to ſoke in water.*] Horat 1. Carm. Humor & in genas furtim labitur arguens, Quàm lentis penitùs macerer ignibus. Plaut. in Captiv. Multos iſte morbus homines macerer ignibus. Plaut. in Captiv. Multos iſte morbus homines macerat. Idem etiam Plaut. ſcribens in Milite: At hoc me facinus miſerũmacerat, Meũq; cor, corpusque cruciat. Terent. in Andr Tu modò animo mi, nolite macerare. Ibidem: Sed quid ego, cur me excrucio? cur me macero? ¶ Accipitur etiam frequẽtiſſimè pro humore aliquo emollire, vel in aqua quippiam aſſervare, quoad ſalſedinem aliúmve ſaporem deponat. [Ger Beitzen/ weich machen.] Terent. in Adelph. Salſamenta hæc, Stephanio, fac macerentur pulchré. Colum. lib. 1: Piſcinas duas alterã quæ anſeribus pecoribusque ſerviat: alteram in qua lupinum, ulmi vimina, & virgas atq; alia, quæ ſunt uſibus noſtris apta, maceremus. ¶ Eſt etiam macerare aliquando proluere, madefacere. [שטף *ſchatáph.*] Plin. lib. 11 cap. 41. de Poppea: Totum corpus illo lacte macerabat. Idem lib. 16 cap. 10: jubet podagricos macerare pedes in decocto verbenacæ. Vitruvius etiam jubet calcem coctam diu macerari antequam fabri ea utantur.

Măcĕrātŭs, a, um, part Mollis & tener factꝰ. [רך *narách* בשטף *niſchtáph*. ὑγρὸς, ὑγροβαρχής. Gall. *Deſtrempé, macteré.* Ital. *Macerato, immollato.* Ger. Geweicht/und gemacht. Hiſ. *Curtido ò remojado* Polon. *Zmiękczony, namoczony* Vng. *Lagtatot, porhonyttatot, konyorgetett.* Ang. *Made leane, ſoke.*] Plaut. Pœn. Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boves.

Măcĕrĭfĭco, Macerefacio: hoc eſt, macie facio, & mollificor. [רך *narách* בשטף *niſchtáph*. ὑγραίνω, ἁπαλύνω. Ital. *Ammorbidire & amolire* Ger. *Macerarſi.* Ger. Weich werden Hiſp. *Remojarſe* Pol. *Zmiękczam, wymoczam.* Vngar. *Meg gyöngyöm, lagyulok.* Ang. *To be made wett and ſoked.*] Cato de Reruſt. cap. 92: Frumento curculio ne noceat, non mures tangant, lutum de Amurca facito, palearum paulum addito, ſinito macereſcant.

Macro, as, Macereſcujus compoſitum eſt Emacro, quod eſt valde macrum facio. [כחש *chachâſch* רזה *nirzáh*. ἰσχναίνω. Gall. *Amaigrir.* Ital. *Dimagrare.* Germa. Außmägeren, Hiſpan *Emmagreſcer à otro.* Polon. *Wychudzam.* Vngar. *Meg böſzöneritem.* Angl. *To mak leane.*] Plin. lib. 18: Terram emacrari hoc ſatu, ſcilicet milii, exiſtimantes

Măcĕrĭă, æ, f. p. & Maceries, ei, f. q. Paries ſive murus, vel congeries lapidum in unum compactorum, ſive intrita, aut alio genere ferruminis, cujuſmodi parietes ferè eos eſſe videmus, quibus vineæ claudi ſolẽt. [דר *ghadhér.* τὸ τοιχίον, ἧμιχες. Gall. *Muraille ſeiche ſans mortier.* Ital. *Muro ſeco ſenza calcina.* German. Ein ſolche mawer/ in welcher die ſtein an einanderen nicht gepflaſteret ſind/ ein ſtemmawer. Belg. Een Muer. Hiſpan. *El albarada de piedras ſin barro.* Polon. *Scziana albo murszkamie niezwiedzone, przegroda.* Vngar. *Fal ſoueny.* Ang. *A wall of ſtone without morter made in ſteede of a mounde.*] Terent. in Adelph. Iube hanc maceriam dirui. Vario tamen aliter lib. 3. de Re ruſt. cap. 12: Quis ignorat ſepta è maceriis ita eſſe oportere in leporario, ut tectorio tecta ſint, & ſint alta? Cato de Re ruſt. cap. 15: Maceria ſi ex calce, & cæmentis, vel ſihce ædificetur. Maceriam ducere apud Cajum L. 17. D. Com. prędpro maceriã imponere, facere ſive agere. Si precario vicinus, *inquit*, maceriam duxeri: id eſt, impoſuerit. ¶ Legitur quandoq; Macteries apud antiquos pro macie vel macilentia, λεπτότης. Afranius: Si ille hæc nunc ſentit, facere illi ſatis vis, quãta illius mors ſit maceries tibi. Nonius.

Măchærā, æ, f. p. [חרב *chereb.* μάχαιρα. Gall. *Glaive ou eſpee.* Ital. *Spada, ſcimiterra.* German. Ein Degen. Hiſpan. *Eſpada.* Polon. *Kord, teſſák.* Vng. *Tör, kard, hancxar.* Ang. *A ſword, a falchon.*] Sica, gladius, culter. Quod nomen impoſitum eſt à Græcis, à verbo μάχομαι, quod eſt pugno. Iuvenal. Satyr. 7: ames nomen victumque machæræ. Apul. lib 9. de Aſin. Comminabatur, ſeſe conciſurum eum machæra fruſtatim.

Măchærŏphŏrŭs, m. ſ. Gladium ferẽs, ſicarius. [μαχαιροφόρος. Gall. *Eſpadaſſin, maiſtre d' eſcrime.* Ital. *Schermitore, ſpadaccino.* Ger. Der ein Degen tregt/ein Degenhauß. Hiſp. *Eſgremidor, que trahe eſpada.* Pol. *Kord vbo kunoſſacz.* Vng Tör bordozo. Ang *A ſword bearer.*] Cic. ad Quint. Fratrem lib. 6: Hominem portavi ad mãte octophoro, machærophoris centum ſequentibus.

Măchærŏpœŭs, m. ſ. Faber gladiorum. [μαχαιροποιός. Gall. *Fourbiſſeur, faiſeur d' eſpees.* Ital. *Spadaio.* Germ. Ein Meſſerſchmid. Hiſpan. *El que haze eſpadas.* Pol. *Miecznik.* Vngar. *Iſrar kardinalo.* Ang. *That maketh ſwordes.*] Quo nomine dictus eſt Demoſthenis pater: ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multisque opificibus ſervis inſtructam habebat.

Machæron, Viridis cujuſdam compoſitionis nomen, in re medica, ad morbos articulares & Iſchiada pertinens. Citatur ejus pharmacum in atræ bilis cura ab Actio, Serm. 12. cap. 82. Machærom on. Xiphion apud Dioſc. lib. 4 cap. 23.

Machalaum, nomen Græcum compoſitum ex μάχη, quod magnum ſignificat, & ἀλαὸς, cæcum & errantem. Oppidum Brixia agro inſubrum clade nobile.

Māchĭnă, pen. cor. f. p. Molitio, inventum, opus, inſtrumentũ. [מחי *mechí* כלי *cheli*. μηχανή. Gall. *Machine, ſubtile inuention.* Ital. *Inuentione, trouata, machina* Germ. Ein gerüſt oder rüſtzeug. Belg. Inſtrument. Hiſp. *Fabrica, ſotil inuencion.* Pol. *Winaidzona ſztuka-me iakaſdo riſztunka albo doſztrzelbi po riſztunek,* Vn. *Okos gondolat, ſzerzam.* Ang. *A ginne or engine.*] Hinc Mechanicus, faber ſeu opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis. Itaque artes dividuntur in liberales & mechanicas. Aſconius: Machina dicitur, ubi non tàm materiæ ratio, quàm manus atque ingenii ducitur. Plin. lib. 19. cap. 2, de Spartho loquens: Qui volet miraculum æſtimare, quanto ſit in uſu omnibus terris navium armamentis, machinis ædificationum. Et machinas bellicas, ἑλέπολεις, opera fabrilia vocantur quibus in bello utimur. Virgil 2. Aeneid. Quò molem hanc immanis equi ſtatuêre? quis autor? Quídve petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? Horat. 2 Epiſt. 2: Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Vitruv. lib. 10. cap. 19: Conſtituebatur autem in ea arctaria machina quæ Græcè καταπέλτη dicitur, in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo inſuper conſtituitus aries, &c. ¶ Murales machinæ, Plin. lib 7. cap. 56. ¶ Aliquãdo etiam ponitur pro dolo, fallacia & arte Plaut. in Bacch. Aliquam machinabor machinam. Cic. 3. de Nat. deor. Ne quid inde auferam, ne quem dolum ad eum, machinámve commoliar, ſcio quicquam. Idem ad Brut. Ad reliquos hic quoque mihi labor acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem.

Māchĭnālĭs, & hoc le, om. t. Quod ad machinas ſpectat. μηχανικός. ut Machinali ſcientia, apud Plin libr. 6. cap. 37: Grande & Archimedi Geometricæ & machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit.

Machĭnātŭs,

Māchĭnārĭŭs,rii,m.f:Qui machĭna traſtoria operatur onĕra in altitudinem ſublata collocans.Paul.l.ſi putator.ad leg.Aquil. Si machinarius hominem prætereuntem occiderit. Machinarius menſor, qui norma in metiendo utitur,ut ii qui probant opera à fabris materiariis facta.Vlp.l.7.D.ſi menſor machinarius fefellerit,hæc actio dabitur.Nam *μηχανῆς* verbo hanc normam nominavit, ut artificioſam à decempedali diſtingueret. Illius formam cognoſce ex Vitruvio lib. 9. cap.2. Hæc ex Hotomano. ¶ Machinarius aſinus,in Pandectis eſt molendarius, qui molit:id eſt, qui molam machina quadam incluſam volvit & torquet: quam & machinam frumentariam vocat Iuriſconſultus. Sic machinalia pondera vocat Auſonius, piſtrinalia pondera. Qui, *inquit*, machinali ſaxa volvunt pondere. Sic & amica de machinis empta à Q_Cicerone fortaſsè dicitur:id eſt,de piſtrina vel moletrina

Māchĭnŏr,aris,d.p.Cogito,per dolum aliquid molior. [מם: *kamám. ἐπινοῶμαι, μηχανῶμαι, μηχανάω*, Gall. *Machiner,trouuer quelque fineſſe.* Ital. *Machinare,imaginare.* Germ. Erdencken/vnderſtehn/zurüſten mit liſten. Belg. Onderſtaen om te vinden / toe ruſten. Hiſp. *Buſcar y penſar coſa de engenno.* Polon *Zmuſ'iam cos, zdrade kuie, zmiſ'iam.* Vng. *Gondolok, tſalardúl'yalamire igiekezem.* Ang. *To deuiſe or inuent ſome ginne or ingenicus work.*] Frequentiùs enim in malam partẽ accipitur. Plautus in Caſ. Illa nubet mihi: machinare quod lubet. Liv.lib.1.ab Vrb. Conſeſtim Turno necẽ machinatur. Saluſt.in Catil.Iam tum non conſulibus, ſed pleriſq; Senatoribus perniciem machinabatur. Dicitur autem machinari à *μηχανάομαι*, quod eſt invenio. Vnde *μηχάνημα*, inventum & molimen dicitur. Cic.3 de Natur.deor.Niobe patúmne ratiocinari videtur,& ſibi ipſa nefariam peſtem machinari? Machinari peſtem in omnes idem dixit Cicero in Catil. ¶ Accipitur etiam machinari in bonam partem, pro inire rationem & viam agendi aliquid. Cicero 2.de Divin. Nam primùm aliæ mares,aliæ fœminæ ſunt:quod perpetuitatis cauſa natura machinata eſt.

Māchĭnāmēntum, ti, n. ſ. pro machina capitur. [כלי מחי *mechí cheli. μηχανή.*] Liv. 4. bel. Pun. Turres contabulatas,machinamentaque,alia quatiendis muris portabant. Tacit. l.b. 15: Adiabeni quum promovere ſcalas & machinamenta incipererent,facilè detruſi.

Māchĭnātŏr,oris,m.t.machinarum inventor, & artifex. [חרש *charáſch. μηχανοποιός.*] Liv.4.bel. Pun. Archimedes is erat,unicus ſpectator cœli ſyderumq;, mirabilior tamen inventor ac machinator tormentorum bellicorum, operumq;, quibus ea quæ hoſtes ingenti mole agerent,ipſe perlevi momento ludificaretur. ¶ Machinator item dicitur, doli alicujus & fraudis conſutor. [מם: *zomém. μηχανορράφος.*] Cicero in Catil. Improbiſſimus machinator omnium ſcelerum: hoc eſt,inventor & autor.

Māchĭnātĭo,ſ.t.Inventio,aſtutia, fallacia.ars, inventum, conſilium,dolus.[חמה *zammáh* חליל *haliláh μηχάνημα.* Gall. *Inuention & ſubtil moyen,engin.* Ital. *Inuentione,aſtutia.* Germ Ein liſtige erdencken̄g oder erfindung. Hiſp. *Sotil inuencion de engenno.* Polon. *Zvadliw,w.mn'i winalazenie.* Vng *Tſalardſág, okos gondolat.* Ang. *A deuiſing or ſubtill working.*] Col.lib.6.cap.2:Hac machinatione conſequemur, ut etiam contumaces boves graviſſima onera non recuſent. ¶ Interdum etiam pro ipſa machina. Cæſ.2.bel. Gal.Primus irridere ex muro,atque increpitare vocibus quòd tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur.

Māchĭnātŭs,us,m.q.machinatio. [*μηχανή.* Vngar. *Tſalard igyekẽzet talalmany.*] Apul.in Apol. Itaq; apud omnes intemperantiſſimè gloriatur me ſuo machinatu reum poſtulatum.

Māchĭnātŭs,a,um, *μεμηχανημένος.* Saluſt. apud.Macrob.Satur. lib 3.cap.13:Præterea cùm ſedenti in tranſenna, demiſſum victoriæ ſimulachrum cum machinato ſtrepitu tonitruum, coronam ei imponebat.

Māchĭnōsŭs,a,um, *πολυμήχανος*, machinis confectus,vel dolis excogitatus: ut Navigium machinoſum, apud Sueton.in Neron.cap. 34: Repetentiq́ue Baulos in locum corrupti navigii, machinoſum illud obtulit.

Maclis,Fera eſt Scandinaviæ inſulæ peculiaris,alcę ſimilis,ſed nullo ſuffragium flexu. Vnde dormitura non cubat: ſed arbori ſe acclinans ſomnum capit: quæ à venatoribus antè ſucciſa,quum ſemel ceciderit, erigere ſe non poteſt:eaq; ſola ratione capitur:aliàs miræ velocitatis : labrum ei ſuperius prægrande:ob id retrograditur in paſcendo, ne in priora tendens involvatur.Vide Plin.lib.8.cap 15.

Măcĕr,atŭs,m.ſ.Liquoris infuſione madẽs. [נשמך *niſchtáph.* Gall. *Moüille,trempé.* Ital. *Bagnato.* German. Genetzt/ befeuchtiget. Hiſpan. *Mojado.* Polon. *Odmoczoni. Poliani.* Vngar. *Meg ázatot.* Ang *Wett.*] Apul.lib.8:Ille ſpongiis macidatis tumores comprimere.

Macir,Plinio, aliis Macer, *μάκερ* Dioſcoridi, Cortex eſt ſubruſus & magnę radicis, qui ex India advehit', detractus ex arbore ſui nominis. Vide Plin.lib.12.ca.8. Officinis *Macis* appellat'.

Mācrŏchīrā,f. p. *μακρόχειρα*, Tunica manicata, quæ & chirodota appellatur, Lamp.Macrochiras ex purpura ad uſum ſuũ revocavit.Has Romæ induere fuit indecorum, Auguſt. libr.1. de Doct. Talares ac manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat. [Pol *Fal'ſzura.*]

Mācrŏcōlă,orum,penultima producta. [*μακρόκωλα.* Ital. *Carta reale.* German. Regal papyr. Pol. *Regal'owi papier.* Vngar. *Regal pappyros.* Ang. *Paper royall.*] Teſte Hermolao in Plin.majores,& longiores chartæ; quas nos hodie *chartas regias* vocamus:quo etiam nomine Catullus chartę quoddam genus appellavit. Cic.ad Att.lib.13:Sed tamẽ ego non deſpero, probatum iri Varroni: & id quoniam impenſam fecimus in macrocola,facilè patior teneri. Arbitratur aũt Hermolaus Macrocolum dici, *ἀπὸ τῆ μακρᾶ & κώλα.* quaſi longũ membrũ,vel potiùs longam membranam. Quod ſi ita eſt,unico l, ſcribendũ videtur:quemadmodum & protocolon. Nam utriuſq; eadem videtur origo. Eſt enim Protocolon prima illa charta, in qua ſcribæ acta breviter delineant, ornatius, & amplius, quoties res popoſcerit,deſcripturi. Macrocolorum meminit Plin.libr. 13.cap.12,de generibus chartarum loquens:Præterea (*inquit*) in chartis ſpectatur tenuitas, denſitas, candor, & lævor. Primatum mutavit Claud. Cæſar. Nimia quippe Auguſtæ tenuitas tolerandis non ſufficiebat calamis. Ad hoc tranſmittens literas lituræ metum afferebat adverſis, & aliàs indecoro viſu pertranſlucida. Igitur & ſecundo corio facta ſunt ſtatumina è primo ſubtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat menſura,& cubitalis,macrocolis. Hæc Plin. Sunt qui Macrocollum ſcribant gemino l, putãtes dictum eſſe, *ἀπὸ τῆς κόλλης*:hoc eſt, à glutine quo chartæ glutinantur.

Macrocoſmus:id eſt,major Mundus.

Macrŏlŏgĭă, *μακρολογία*, Sermonis prolixitas:cui opponitur *βραχυλογία*, ſive Laconiſmus. *μακρολογῶ* enim Græcis eſt multa loqui,& prolixo ſermone uti.

Măctĕæ, f. p. Dicuntur pretioſa edulia. [מטעמים *matham.mím. μάζαι.* Gall. *Viandes exquiſes & de grand prix.* Ital. *Chè di molto prezzo.* German. Schteck/köſtliche ſpeiſſen. Hiſpan. *Manjar magnifico y coſtoſo.* Polon. *Pokarmi przebrane a drogie.* Vngar. *Draga ecek.* Ang. *Deintie dishes.*] Sueton. de Caligula:Multis venenatas macteas miſit. Quo in loco nonnulli legunt Mattyas, alii Metteas. Apud Martialem legitur Mactea pluralis numeri, & neutri generis. Mactea(*inquit*)ſola juvant. Vide exactiùs infrà in dictione MATTYA.

Măctĭcŭs, penult. cor. Qui habet magnas malas, & os patens, quaſi malacticus. Feſtus.

Măcto, ctas, act. p. Interficio. [מכה *tabách* שחם *ſchachát. σφάττω.* Gal. *Tuer,occire,mettre à mort.* Ita. *Vccidere,amazzare.* Ger. Metzgen/tödten/ſchlachtẽ. Belg. Dooden. Hiſ. *Matar.* Pol *Zabiiam, morduie.* Vn. *Meg ölöm, fel aldozom.* An. *To kill,to ſlaye.*] Mactare morte,ſupplicio, malo, damno, infortunio,& ſimpliciter etiã mactare. Cic.de Aruſp.reſponſis: Clodius diviſores omnium tribuum domi ſuæ crudeliſſima morte mactavit. Idem in Catil. Nónne hunc in vincula duci,non ad mortem rapi, nõ ſummo ſupplicio mactari imperabis? Plaut.in Aulul. Nam quæ indotata eſt,ea in poteſtate eſt viri. Dotatæ mactant & malo & damno viros. Plaut.in Pœn. Divitẽ audacter ſolemus mactare infortunio. Idem in Amph. At ego certè cruce excruciatum mactabo. Tractum videtur à ſacris: mactantur enim hoſtiæ quæ immolantur. Dicimus autẽ mactare hoſtiam alicui Deo. Vt, Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum: & mactare deũm hoſtia, minus quidem uſitatum, ſed tamen à veteribus dictum. Cicer.in Vatin. Quum inaudita & nefaria ſacra ſuſceperis,quum inferorum animas elicere, quum puerorum extis deos manes mactare ſoleas. Atque inde jocandi occaſionem arripuit. Plaut.in Amphyt. Sacrificò ego tibi. Amphit. Quî? S O S. Quia enim te macto infortunio.locus enim ex ambiguitate verbi quæſitus. ¶ Mactare Orco:id eſt,ad Orcum demittere,& præcipitare. Liv.lib.9.ab Vrb. Sacratos more Samnitium milites, eoq; candida veſte,& paribus cãdore armis inſignes, eos ſe Orco mactare Iunius dictitans, quum intuliſſet ſigna, *&c.* ¶ Dictum purant Macto, quaſi magis auctо:hoc eſt, Augeo. Nam priùs quàm victimam immolarent,thus,aut vinum ſuper eam fundebant. Vnde Mactum eſſe taurum dicebant, thure,vel vino cumulatã hoſtiam,quaſi magis auctam. ¶ Hinc mactare pro magis augere,veteres uſurparunt. Cicer.de Rep. Ferunt laudibus,mactant honoribus. ¶ Quandoq; pro præcipitare. Accius: Aut illorum copias fundam in campo,aut naves uram,aut caſtra mactabo in mare. ¶ Quandoq; pro honorare. Plaut. Tamen honeſtè mactatũ reducam domum. ¶ Quãdoque pro violare. Cic.6.Verr. Quum videant jus civitatis illo ſupplicio eſſe mactatum.

Măctātŭs,ta,tum, participium: [נשחם *niſchchát. ἱσφαγμένος, πεφονευμένος.* Gall. *Tué.* Ital. *Amazzato.* German. Geſchlachtet. Hiſp. *Matado.* Polon. *Zabiti.* Vng. *Meg öletet.* Ang. *Killed.*] ur, Hoſtia mactata. Horat.1.Carm. Ode 19:Mactata veniet lenior hoſtia.

hostia. Ovid. 15. Metam. Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras. Dicitur ultoris.

Mactāndus, mactanda, ctandum. Seneca Troad. Mactanda viro est Thessali busto ducis.

Mactatus, hujus mactatus, m. q. [מבחה *tibchah* מבח *tebach*. Θυσία, σφαγή. Gall. *Tuerie, assommement.* Ital. *Vecisione.* Ger. Schlachtung/Metzgung. Hispan. *Matanca.* Pol. *Zabicyie.* Vng. *Meg ölés.* Ang. *Killing, or slaying.*] Lucret. libr. 1: -nubendi tempore in ipso Hostia conciderat mactatu mœsta parentis.

Mactātŏr, oris, m. t. [מבח *tabbách.* Θύτης, σφαγεύς.] Senec. Troad. Perge mactator senum.

Mactra, Arca panaria. [משארה *máschordh.* quæ κάρδοπος à Græcis dicitur: à verbo Græco μάττω, quod significat tubigo vel pinso. [Gall. *Vne huche, ou may.* Ital. *Madia, panaia, arcella.* Germ. Ein Brotkorb oder Brottenstertin. Hisp. *Arca para guardar pan el.* Polon. *Szafa chlebowa* vel *koſz chlebowi.* Vngar. *Veka, gyrony.* Ang. *A kneading trough.*]

Mactus, cta, ctum. [רב *rab.* ἐπαυξηθείς. Gall. *Augmenté, amplifié.* Ital. *Accresciuto.* Ger. Fürtreffentlich/Gemehrt. Hisp. *Crescuto.* Pol. *Czerstwi, ochotni, rzeski.* Vng. *Vgy am vgy.* Ang. *Augmented, more increased.*] Putatur esse dictio composita ex adverbio Magis, & nomine auctus. Solus autem vocativus utriusque numeri ab hoc nomine est in usu: in numero singulari Macte, & in plurali macti: quibus propriè utimur, quum aliquem ob rem bene cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Virg. lib. 9. Aeneid. Macte nova virtute puer, sic itur ad astra. Mart. lib. 12: Macte animi quem ratus habet, morumque tuorum. Sil. lib. 5: -venerande pudici Doctor macte animi. Cic. Att. Macte virtute esto. Plin. lib 2. cap. 12, in laudem Astrolog. Macti ingenio este cœli interpretes, rerumque naturæ capaces. Stat. libro 7. Thebaid. Macte animo juvenis. Simillimū est illud apud Græcos, εἰς παιὰ, εἰς παιὰ, quibus utuntur re gnaviter & fœliciter gesta. ¶ His autem dictionibus Macte & Macti, quanvis vocativi sint, attamen ex usu autorum tàm pro nominativo, quàm pro accusativo licitè utimur, non ratione, sed autoritate. Liv. lib. 2. ab Vrb. Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Idem lib. 4. ab Vrb. Macte virtute Servili esto, Liberata Repub. ¶ Ponitur aliquādo adverbii significatione. Plaut. in Mil. Is amabat meretricem macte Athenis Atticis: id est, valde, vehementer, & quantum poterat amabat.

Măcŭla, læ, f. p. Sordes sive labes, nota, ignominia, infamia. [מום *mum* חברבורה *chabarburáh.* κηλὶς, στιλβών. Gall. *Tache, macule.* Ital. *Macchia.* Ger. Ein macket/ein masen oder fleck. Hisp. *Mancha ò manzilla.* Pol. *Maku'a, ſtek, pomazanie, blak.* Vng. *Folt, ſtény, makula.* Ang. *A ſpotte, reproche, or blemish.*] Plin. Fullones eas maculas è vestibus tollunt. Virg. 3 Georg. -ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. Lucentes maculæ, Stat. 1. Syl. Cic. Cujus ut adolescētiæ maculas, ignominiasq; pręteream. ¶ Quandoque pro retis foramine, seu plaga ponitur. Idem in Verr. act. 7: Reticulum ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Varro lib. 2. pro reti posuit: Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò involare aquila possit, néve ex ea evolare aves. ¶ Maculæ item in corpore dicuntur, colorum varietates, à reliquo corporis colore differētes. Plautus in Captivis: Vidén' tu illi maculari corpus totū maculis luridis? Atra bilis agitat hominē. ¶ Marmora itē variegata maculis, picta dicuntur. Seneca Epist. 116: Delectant nos ingentium maculæ columnarum. ¶ Eleganter dicimus, Delere maculam Cicero pro lege Man. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore susceptа. Eluere maculam. Cic. pro Sest. Quoniam illa in Repub. macula regni publicati manēret, quam nemo jam posset eluere. ¶ Inurere maculam. Cic. in Salust. Nónne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita eluere non possit? ¶ Afficere macula. Cic. pro Rosc. Com. Legationis ipsius cæremoniam polluerit, maculaq; affecerit. Id est, maculam imposuerit.

Măcŭlōsus, a, um, Sordidus, immundus, plenus maculis, notatus. [נקוד *nakúdh* טלוא *talúi:* טואם *tame.* ῥυπαρὸς, κατάσικτος. Gall. *Plein de taches & macules, tachete.* Ital. *Macchiato, taccato ſporco.* German. Masecht ig / wüſt. Hispan. *Manchado, manzillado.* Polon. *Pomazani, pel'ni maku'.* Vngar *Foltos ſzennyes, mutskos.* Ang. *Spotted here and there, full of ſpottes.*] Plaut. Sordida & maculosa facie. Cic. 2. Phil. Auctionis verò miserabilis aspectus: vestis Pompeii non multa, eaque maculosa. Maculosus, notis sive maculis conspersus. Virgil. 1. Aeneid. Succinctam pharetra, ac maculosæ tegmine lyncis. ¶ Maculosus homo, per translationem dicitur immundus & impurus. Cicero ad Att. libro 1: Non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, &c. Tacit. lib. 17: Avaritia & libidine fœdus, & maculosus. Horat. 4. Carm. Ode 5: -mos, & lex maculosum edomuit nefas.

Măcŭlo, as, act. p. Fœdo, turpo, conspurco, inquino. [טנף *tinnéph* טמא *timmé.* ῥυπαίνω, κηλιδόω. Gall. *Maculer, tacher, ſouiller.* Ital. *Macchiare, ſporcare.* German. Beſlecken/vermaſgen/verwüſten. Hiſp. *Manchar ò manzillar, enſuziar.* Pol. *Pomazuie, ſpleczie.* Vng. *Be-ſzeni nyeszem, mutskolom.* An. *To defile, to ſpotte.*] Plaut. in Cist. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Virg. Aeneid. Et terram tabo maculāt. Ovid. 7. Metam. -exiguo maculavit sanguine ferum. Virg. 10. Aen. transtatè. Idem ego nate tuum maculavi crimine nomen, Pulsus ob invidiam solio sceptrisq; paternis. Cic. pro Mil. Tuq; ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, cujus ille lacus, nemora, fines q; fœdè omni nefario stupro & scelere macularat. ¶ Hinc Commaculo, las, & Immaculatus, qui est sine macula.

Măcŭlātĭo, f. t. [μίανσις, στιλβώσις. Vngar. *Be rutitas otſinanyit ve.*] Iulius Firmicus Matheseos lib. 1: Vir omni infamia maculatione-que pollutus.

Mădĕo, es, n. ſ. Madidus sum, & humore aliquo conspersus. [משקף *niſchtáph* שתף *ſchuttáph* רוה *ravéh* רטב *ratáb.* διαίνομαι. Gall. *Eſtre trempé ou mouillé, eſtre moiſte.* Ital. *Eſſere bagnato, molle.* Ger. Feucht vñ naſs ſeyn. Belg. Nat oft nochtich ſijn. Hiſp. *Mojarſe.* Pol. *Pomokrzonim.* Vng *Nedues vagiok.* Ang. *To be wett or moiſt.*] Plin. lib. 8. cap. 25: Tergoris ad scuta garcas quę impenetrabilis. præterquam si humore madeat. ¶ Madere metu, est præ timore, sudore aspersum esse. Plautus in Mostel. Hei mihi quum istæc blanda dicta, quò eveniant; cogito, madeo, metu. ¶ Madere vino, est ebrium esse. Martial. lib. 11: Hic totus volo rideat libellus, Et sit nequior omnibus libellis, Qui vino madeat, nec erubescat. Ovid. 13. Metam. -arripit enim: rioi ait utendum est in me mihi: quique cruore Sæpè Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit. Idem 1 Fastor. -ad quæ cœlesti rore madebit humus. Idem 3. Trist. Eleg 5: Os que tradens fletus, pallidiusque meo.

Mădĕsco, scis, Habet significationem passivam innatam, idemque ferè est quod madidum fieri, humescere, sive humescere. [משקף *niſchtáph* שתף *ſchuttáph* רוה *ravéh* רטב *ratáb.* ὑγραίνομαι. Gall. *Eſtre mouille.* Ital. *Eſſere bagnato.* German. Naſs werden. Belg. Nat oft nochtich worden. Hiſp. *Mojarſe, ſe moiar.* Pol. *Mokrzeie.* Vng. *Neduesſw lök.* Ang. *To be wett or moiſt.*] Cornel. lib. 11. cap. 3: Hæc enim res efficit, ut in coctura calcis arena non diffluat, & viridem colorem sine nitro conservet. ¶ Alinuit se discriminis constituunt inter Madescere & Madefieri, Madescere nos sudore, vel alio humore ex nobis proveniente: Madefieri humore extrinsecùs veniente. Sed hoc non est omnino verum. Columel. lib. 7: Stabuletur sicco loco, ne humore madescant ungulæ. ¶ Hinc componitur Permadesco, quod est valde madidus fio. διάβροχος, χύτρα. Idem libro 2: In rem tam pus convenit inter peritos rei rusticæ, non esse arandum, nisi si magnis (ut fit nonnunquam) subitaneis imbribus, quasi hybernis pluviis terra permaduerit.

Mădĕfăcio, cis, act. t. Madidum facio, humore aspergo. [שתף *ſchatáph* רוה *rivváh.* ὑγρὸν, διυγραίνω, βρέχω. Gall. *Humecter, tremper.* Ital. *Bagnare, immolare, inhumidire.* Ger. Naſs machen/befeuchtigen/netzen. Hiſpan. *Mojar.* Polon. *Vmacziuie.* Vngar. *Meg neduesitem.* Ang. *To make wett or moiſt.*] Cic. 1. de Divin. Vaticinatum, madefactum iri minus ex duobus Græciam sanguine. Virg. 5. Aen. -humum vi dęorum madefecerat herbas. Colum. lib. 2. cap 4: Quum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit.

Mădĕfĭo, habet significationem passivam, idemque est quod madidus fio, vel humore aspergor, aqua perfundor. [משקף *niſchtáph* שתף *ſchuttáph* רוה *ravéh* רטב *ratáb.* διαίνομαι. Gall. *Se mouiller.* Ital. *Essere bagnato, essere immolato.* Germ. Naſs werden. Belg. Nat worden. Hiſp. *Sermojado.* Pol. *Mokrzeie.* Vng. *Meg neduesedem.* Ang. *To be made wett or moiſte.*] Suet. in Cæs. Quum decidisset in mare per ducentos passus, evasit ad proximam navem elata læva, ne libelli quos tenebat, madefierent. Ovid. 2. Metam. -madefactaq; terra cruore est. Idem 15. Metam. -tiúque iterum madefient cæde Philippi.

Mădĭdus, a, um, Aliquo liquore respersus: cui opponitur Siccus. [משקף *niſchtáph* שתף *ſchuttáph* רוה *ravéh* רטוב *ratúb.* ὑγρὸς, βρεκτὸς. Gall. *Humide, mouillé, moiſte.* Ital. *Humido, molle, bagnato.* German. Naſs. Belg. Nat. Hiſp. *Mojado.* Pol. *Vmokrzony.* Vngar *Nedues.* Ang. *Wett or moiſt.*] Ovid. 1. Metam. Tum quoq; ut ora madida rorantia barba Contigit. Virg. 5. Aen. -madidaq, fluēs in veste Menœtes. Ovid. 1. de Arte amād. Fac madidas videat, si potes, illa genas. ¶ Ponitur aliquando pro ebrio. Plaut. in Amph. Faciam ut si madidus sobrius id est, efficiam ut videat ebrius, quum nihil biberit. ¶ Quandoq; idem quod imbutus re aliqua. Mart. Si quis Cecropiæ madidus, Latiæq. Minervæ Artibus. ¶ Hinc Semimadidus, ἡμιβρεχὴς γλῶττα. Colum. lib. 2: Sed quandocūq; arabitur, observabimus ne lutosus ager tractetur, néve exiguis nimbis semimadidus.

Mădĭdo, das, act. p. Madidum facio. [שתף *ſchatdph* רוה *rivváh.* ὑγραίνω. Gall. *Mouiller.* Ital. *Bagnare, inhumidire.* German. Naſs machen. Hiſpan. *Mojar otra coſa.* Polon. *Namakrzam.* Vngar. *Meg neduesitem.* Angl. *To mak wett or dank.*] Claud. libro -rapt.

rapt. Proſerpinæ: -ille novo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

Mădĭfĭco, as, Madefacio. [שטף *ſchatáph* רוה *rivvah*. βέῤῥω, ὑγραίνω. Gall. *Mouiller*. Ital. *Bagnare, inhumidire*. German. Netzen/naſs machen. Hiſpan. *Mojar otra coſa*. Polon. *Mokro rymie*. Vngar. *Meg nedueſitem*. Angl. *To make moiſt*.] Plin. lib. 38. cap. 7: Et ſi contrà epiphoras ferventes oculorum anguli ſubinde madeficentur.

Mădŏr, oris, m. t. Humiditas: cujus contrarium eſt Siccitas. [רי *ri* שדי *leſchádh*. ὑγρότης, ὑγρασία. Gall. *Moiſteur, humidite*. Ital. *Humidità, bagnamento*. Ger. Neſſe oder feuchte Belg Mathent/vochtigheyt. Hiſpan. *Mojadura, humedidad*. Polon. *Mokrość*. Vngar. *Nedueſſeg*. Ang. *Moiſteneſſe, dankeneſſe*.] Saluſt. lib. 3. Hiſtor. Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur. Nam omnia oppida ſtagnabant redundantibus cloacis adverſo æſtu maris.

Mădūlsă, æ, f. p. Ebrius, quòd quaſi madidus ſit vino: apud Plaut. in Pſeud. [רוה *ravéh* שכור *ſchichchór*. Gall. *Yure, yurongue*. Ital. *Vbbriaco*. Germ. Trunken/voll Weins. Hiſpan. *Borracho, embriago*. Pol. *Nalwani, opárti*. Vng. *Reſzeg*. Ang. *Drunken*.] Feſtus legit Maduſa ſine l, his verbis: Maduſa, ebrius: à Græco μεθύω deductum, vel quia madidus ſit vino.

Madon, Herba eſt, quæ à Latinis Vitis, à Græcis ἀμπελοδόκη, dicitur. Hujus ſarmenta longis & exilibus internodiis geniculata ſcandunt. Folia habet pampinoſa ad ſimilitudinem hederæ. Plin. lib. 28. cap. 1.

Mæmăcterĭōn, μαιμακτηριών, Menſis Septembri ita appellatus à turbido aëre.

Mænă mænæ. f. p. [μαινίς. Germ. Ein Meerfiſch/wird zu Venedig *Venola* genañt.] Ariſtoteli, Piſcis eſt marinus, qui Latinis Aleccula, ſive Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo ſalſamenta fieri ſolent Plin. lib. 31. cap. 7: Quin è Muria ſalſamentorum recoquitur, iterumque conſumpto liquore ad naturam ſuam redit: vulgò è mænis jucundiſſimus. Cicero 2. de Finib. Qui enim voluptatem ipſam contemnunt, his licet dicere ſe accipenſerem mænæ non anteponere. ¶ Accipitur autem mæna aliquando pro ipſo ſalſamento, quod ex mæna conficitur, in qua ſignificatione uſus eſt Perſius Satyr. 3: Diſce: Neque invideas quod multa fidelia putet, In locuplete penu, defenſis pinguibus umbris. Mænaque quod prima nondum defecerit orca.

Mænŏmĕnŏn mel, μαινόμενον μέλι, Genus eſt mellis venenati, quod in Ponto ex Rhododendri flore contrahitur: ita dictum ab inſania quam gignit. Plin. lib. 21. cap. 13.

Mæræo, Mæſtus, & Mæſtĭtĭa, Vide MOEREO.

Mæsĭŭs, Oſca lingua majorem ſignificat. Quare Majus menſis qui à majoribus nomen habet, apud Oſcos *Mæſius* dicebatur, ut autor eſt Feſtus apud Varr. lib. 6. de lingua Lat. Eſt pappus Mæſius: id eſt, pater major aut ſenex.

Magar, Pœnorum lingua villam ſive tuguria paſtoritia ſignificat, quæ & Magalia Virgilio dicuntur, quanvis Magaria (ſecundum Servium) dici debeant. [כרות *cheróth* נאות *neóth*. German. Bawrenhof/Meyerhof. Polon. *Kuczya*. Vngar. *Kaliba, kunnyo*.] Virgil. 1. Aeneid. Miratur molem Aeneas magalia quondam.

Magas, adis, ſive Magadium, μαγὰς, ὁ μαγάδιον, Inſtrumentum eſt muſicum, tabula quadrata conſtans, leviter cõvexa, intentis in ea citharæ fidibus. ¶ Dicitur etiam ea pars lyræ: in qua plectrum illiditur: id eſt, ubi percuſſio chordarum fit manu dextra. Iugum verò dicitur, ubi ſiniſtra manu chordę premuntur. Budæus.

Magĭa, Vide MAGVS.

Magĭcæ, Magĭcus, Vide MAGVS.

Magida, Patinæ aut catini ſpecies. Varroni eſt maſor, unde & magida nomen habet.

Magĭdophŏri, Qui agonothetas in certaminibus comitãtur, Arcadius de muneribus & honoribus l. munerum.

Magĭnor, aris, Quaſi tardè conor, & nugor, inquit Feſtus.

Magīrŭs, penult. prod. [מבשל *mebaſchſchél* אטה *ophéh*. μάγειρος. German. Ein Koch. Polon. *Kuchmiſtrz*. Vngar. *Szakats*. Ang. *A cooke*.] Latinè coquus dicitur, Vnde Archimagirus, ἀρχιμάγειρος, princeps coquorum.

Măgĭs, idis. f. t. [משאדה *miſcheardh*. μαγὶς. Germ. Ein multen darinn man Brot knit: *item* ein Scheybentiſch. Pol. *Dzieża*. Vngar. *Dagaszto tekenő*. Ang. *A kneading trough*.] ut ex Polluce docet Bud. Idē eſt quod mactra: hoc eſt vas illud in quo farinę ſubigunt. ¶ Nonnunquā etiā rotundę mēſæ genus, tripodi impoſiti ſolitũ, ut ejuſdē Pollucis teſtimonio probat Budæus. ¶ Idē autor eſt hoc nomine etiā appellari poſſe orbiculatum inſtrumentum, quo panifices, & dulciarii piſtores, quos *paſtillarios* vocamus, ſubigendis farinis opificii ſui utuntur: *Rondellum* appellant. Eſt etiam genus lancis ejuſdē formę. Plin. lib. 33. c. 11. Cornel. Nepos tradit tympana, ſe juvene, appellata ſtateras & lances, quas antiqui *Magidas* appellaverũt, *Platellã* noſtri vocãt.

Măgĭs, adverbium, Plus [יתר *jother*. μᾶλλον, ἐπιπλέον, ἐπιπλέονως. Gall. *Plus, d'auantage*. Ital. *Piu*. Ger. & Belg. Mehr. Hiſp. *Mas en comparacion*. Pol. *Wiecey*. Vng *Inkab*. Ang *More*.] Unde Magis ac magis, ἐπιπλεον, ἐφεξῆς. deduciturq; à Magnus: & præter naturã aliorum adverbiorũ quæ vim cõparandi habent, termi natur in is, quũ reliqua omnia ſimilia ſint adverbio comparãdi neutri generis. ¶ Iungitur interdum comparativo. Plaut. in Stic. Imò enim hic magis eſt dulcius. ¶ Mage ponitur interdũ pro magis. Plaut. in Trucul. Quem ecaſtor mage amo, quàm dudum. A quo fit compoſitum Demagis, quod ſignificat valdè magis & pro nimis à veteribus ponebatur, teſte Feſto.

Măgīſtĕr, ſtri, m. ſ. Præceptor, pædagogus. [מורה *moréh* מלמד *melammédh* שלים רב *rab ſchallit*. διδάσκαλος, καθηγητής. Gall. *Maiſtre*. Ital. & Hiſp. *Maeſtro*. Ger. Ein Meiſſer. Belg. Meeſtres. Pol. *Miſtrz*. Vngar. *Meſter*. Ang. *A maiſter*.] Terent. in Andr. -nam antea Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere, Dum ętas, metus, magiſter prohibebant? Cic. de Amicit. Quæ diſputata ab eo meminiſſet, magiſter meus Scævola. Quanvis eriã magiſtri nomẽ ad omnes transferri poſſit, quibus præcipua cura rerum incumbit. Hinc magiſtri pagorum, ſocietatũ, vicorum, collegiorũ dicunt, ἐπιστάται, q pagis, ſocietatibus, vicis, & collegiis præſunt. ¶ Magiſter equitũ, ἱππαρχος, dicit, cui ſumma poteſtas erat in equites: vulgus Gallicum *Conneſtabilem* appellat. Varro 4. de lingua Latin. Magiſter equitũ dicebatur, quòd ſumma poteſtas ei eſſet in equites & Accenſos. Addebaturq; ſemper Dictatori, cui ſumma poteſtas erat in populum, à quo & magiſter populi dicebatur. Cicero 1. de Finibus: Rectiùs magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magiſter fuit. ¶ Magiſter pecoris, paſtor. Varro 2. de Re ruſt. cap. 10: Contrà pernoctare quenque ad ſuum gregem, eſſe omnes ſub uno magiſtro pecoris, eum eſſe majorem natu potiùs quàm alios, & peritiorem quàm reliquos. ¶ Magiſter ludi, & Ludimagiſter uno verbo dicitur, Cic. 1. Verr. Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi neſcio quis alienis orationibus compoſitũ dedit, uno verbo diſceſſeris. Magiſter morum, cenſor. Cicero ad Appium libro 3: Eò brevior eſt hæc epiſtola, & ut adverſus magiſtrum morum modeſtior. ¶ Magiſter navis eſt, cui totius navis cura mandata eſt, ut docet Vlpian. de Exer. act. libro 1. Cicero 5. Verrin. Miſit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum eſſet magiſter ſcripturæ, & ſex publicanorum. ¶ Magiſtri etiam dicuntur in auctionibus publicis qui bona vendebant. Cicer. ad Attic. lib. 2: Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus & Publius Scipio, & is quem putabant fore magiſtrum, ſi bona vænirent, L. Potius. Vide Cælium Rhodig. Antiquar. lect. lib. 11. cap. 5.

Măgīſtrā, æ, f. p. [מורה *moráh* מלמדה *melammedháh* שלמרת *ſchalléteth*. διδάσκαλος, ἡ. Gall. *Maiſtreſſe*. Ital. & Hiſp. *Maeſtra*. German. Ein Meiſterin. Belg. Meeſterin. Pol. *Miſtrzowa*. Vng. *Tanto*. Angl. *A maiſtres, a ladie*.] Cic. 1. de Finib. Magiſtra ac dux natura. Idem pro Roſc. Amer. Vita autem hæc ruſtica, quã tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, juſtitiæ magiſtra eſt. Quintil. lib. 1. cap. 3: Certiſſima loquendi magiſtra conſuetudo. Ovid. Epiſtol. 5: Quid gravis Antenor, Priamus quid ſuadeat ipſe Conſule: queis ætas longa magiſtra fuit

Măgīſtĕrĭŭlŭs, li, diminutivum, Parvus magiſter.

Măgīſtĕrĭum, rii, n. ſ. magiſtri dignitas ſeu officium. [שלמון *ſchilton* משמר *miſchtár*. ἀρχή. Gall. *Maiſtriſe & gouuernement*. Ital. *Magiſtero*. German. Ein meiſterſchafft. Hiſpan. *Dignidad del maeſtro*. Polon. *Miſtrzoſtwo*. Vngar. *Meſterſeg*. Ang. *A maiſters dignitie or office, maiſtership*.] Nam magiſteria ſic à magiſtro videntur deduci quomodo à miniſtro miniſteria. Sueton. in Auguſt. Avus municipalibus magiſteriis cõtentus: abundante patrimonio, tranquilliſſimè ſenuit: id eſt, magiſtratibus & muneribus municipii ſui. Cic. de Senect. Me verò & magiſteria delectant à majoribus inſtituta: & is ſermo, qui morte majorum à ſummo adhibebitur magiſtro in poculo. Plin. lib. 8. cap. 10: Inter ſe exercent etiam magiſteria.

Măgīſtro, as. [נהג *nahágh* רעה *raháh*. πεμπάζω.] Moderor, guberno. Autore Feſto.

Măgīſtrātŭs, tus, m. q. Hi qui in poteſtate aliqua ſunt conſtituti. [אלהים שרים *elohim ſarim* זקנים *zekenim* סגנים *ſeghanim* שפטרים *ſchoterim*. οἱ ἐν ἀξιώματι, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν τοῖς πράξεσιν, οἱ πολιτοδόρμοι. Gall. *Magiſtrat, ou officier*. Ital. *Magiſtrato*. German. Die Oberkeit/Oberen oder Oberherren. Belg Die Overheyt. Hiſpan. *El que tiene officio para regir ò ammaeſtrar*. Polon. *Magiſtrat*. Vngar. *Tiszt, viſelő zemely*. Ang *A magiſtrat*.] Vt ſunt Conſules, Proconſules, Prætores, Proprætores, & alii qui civitates & provincias regunt. Cic. ad Papyrium Pætum: Quem magiſtratus comprehendi & in vinculis teneri juſſerat. Idem lib. 3. de Legib. Videtis igitur hanc eſſe magiſtratus vim, ut præſit, præſcribatque recta & utilia, & conjuncta cũ legibus. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo prę ſunt magiſtratus: vereq; dici poteſt, magiſtratũ legẽ eſſe loquentẽ: legem autẽ,

mutum magiſtratum. Idem 1. de Offic. Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus ſuſtinere, ſervare leges, jura deſcribere, & fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. Atque in hac ſignificatione veteribus etiam uſitatum fuit, magiſtrates, ut optimates, & ſimilia. Autor eſt Soſipater libro 1. ¶ Modò ipſam poteſtatem ſeu officium. [שמשר משכון *ſchiltón miſchtár.* πολιτεύμ. πολ. German. Das Ampt der Oberkeit. Polon. Vrząd. Vngar. *Tiſzt.*] Cicero: Nam iſtum in urbe magiſtratum gerebat. Idem de Amic. Vbi eos inveniemus, qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes, amicitiæ non anteponant? ¶ Magiſtratuum alii majores ut Conſules, Cenſores, Prætores. Alii præter hos dicebantur minores: ut Aediles, Quæſtores, Tribuni. ¶ Venuſtè dicimus, Creare magiſtratum, Dare magiſtratum, Gerere magiſtratum, Habere magiſtratũ, Mandare magiſtratũ, Abire magiſtratu, Accipere magiſtratũ, Venire in magiſtratum, Magiſtratum imminuere: quod eſt derogare juri, & prærogativis officii.

Magiſtratus, L. Villius tribunus pl. rogationem tulit, quot annos nati quiq; magiſtratum peterent caperentq;: unde & ipſis & poſteris cognomen inditum, ut annales Villii dicerentur. Hoc à Livio traditum: ſed quoniam quis planè cuique magiſtratui petendo legitimus annus eſſet nominatum, hac lege expreſſum nõ invenio: quid ipſe legẽdo obſervaverim, breviter ſubjiciam. Omitto quæſturam, tribunatum pl. ædilitatem pl: quia curules tantùm magiſtratus in lege Villia nominatos exiſtimo: nam ſi quæſturæ (de tribus non curulibus magiſtratibus, exempli gratia unũ ponam) certum annum Villius ſua lege ſtatuiſſet: unde poſtea tam incerta ratio: geſſerunt enim quæſturã duo Gracchi, Tiberius & Cajus anno ętatis XXVII: M. Cicero anno XXXI, C. Cæſar, is qui perpetuam dictaturam invaſit XXXIII. M. Cato Vticenſis XXIX. Quòd ſi quis dixerit, liberã fuiſſe, quo quis anno vellet, quęſturæ petitionẽ, modò peteretur poſt annũ XXVI. qui eſſet ad petendum legitimus, ideò mirũ videri non debere, Cicero, Cęſar & Cato non eodem omnes anno petierint: quando quidẽ ſatis duxerint leges obſervare, quę petendę quęſturę annũ definiebant XXVI: gerendę XXVII: hoc ſi quis objecerit, ad conjecturã: id eſt, ad rationẽ ipſam confugiam. Quid enim? ſimiléne veri eſt, C. Cæſarem (omitto Ciceronẽ: cui tamen, quũ homo novus eſſet, laborandum maximè fuit de dignitate, nec, quę prima daretur, occaſio negligenda) ſed C. Cęſarẽ, quo nemo magis honores appetivit, nemo poteſtatis & imperii fuit avidior, cũ ne veriſimile eſt petitionẽ quęſturę anno XXVI. ſi is legitimus eſſet, in annum XXXII. diſtuliſſe? verùm habeo quò nitar aliud paulò firmius argumentũ: video enim Pompeium magnũ, quũ annũ ageret XXXV. conſulatum geſſiſſe: ſolutum videlicet legibus, meritorũ ingentium in Rempub. eximiæq; virtutis ergò: at eo anno magiſtratum peę leges capi nullũ potuiſſe, Cicero demõſtrat in ea oratione, qua rogationẽ Maniliam ſuaſit. Quomodo igitur dicet aliquis, Cicero ipſe, & Cæſar, & Cato quæſturam ante annũ XXXV, ceperunt? Nam obſcurũ eſt, leges loqui de curulibus tantùm honoribus, ędilitate, prętura, conſulatu: quæſturæ autem ędilitatis pl. tribunatus pl. rationem habuiſſe nullã. Sed recitentur verba Ciceronis: Quid, *inquit*, tàm ſingulare, quàm ut ex S. C. legibus ſolutus, conſul antè fieret, quàm ullũ alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Dicit ullũ alium magiſtratũ: quòd ſi de quęſtura leges locutę ſunt, falſum eſt, quũ ut oſtendi, quęſturã multi geſſerint ante annũ XXXV. quo anno geſtum eſſe primùm à Pompeio conſulatũ, quem Cicero ſignificat: tum ex Appiano conſtat, tum ex Velleii hiſtoria, in qua ſcriptum eſt, periiſſe Pompeium Cæſare & Servilio Conſulibus anno ætatis ſuę LVIII. à quo anno ſi retrorſum numeres, cadet primus ejus conſulatus in annũ ejus ætatis XXXV. ut tamẽ ita ſupputes, nõ ſimul cum anno ætatis Pompeii finiiſſe conſulatum: ſed quum ille jam annũ eſſet ingreſſus XXXVI. ita cũ faſtis Capitolinis, & cum Appiano Velleii congruet hiſtoria. Nam quod ait Plutarch. anno LIX. interiiſſe Pompeiũ, id quoq; poteſt eſſe verũ, hoc modo, ut primũ ejus ętatis annũ capiamus C. Attilio, Q. Servilio coſs. quo anno Pompeiũ eſſe natũ, Velleius affirmat: tametſi, cùm ait ipſe Pomp. periiſſe anno LVIII. non incipit numerare ab eo anno, ſed à proximo ſequẽti, quòd ſcilicet nõ ita multò ante exitum Conſulatus Attilii & Servilii natus eſſet Pomp. & exiguũ illud ſpatium in annorũ numero videretur omittendũ. Conſtat igitur legẽ Villiam nihil de iis honoribus ſanxiſſe, qui caperẽtur ante eum annũ, quo Pompeius primũ cõſul fuit, ſive eum velis eſſe XXXV. ſive malis XXXVI: nam ædilitatis curulis annus erat XXXVII. cujus rei argumentũ eſt, quòd eã petiit Scipio Aemilianus XXXVI. & ſolutus legibus, conſul factus eſt: annũ porrò fuiſſe ejus ætatis XXXVI. Velleius demonſtrat his verbis: Deceſſit M. Aquilio, C. Sempronio coſs. anno fermè LVI. de quo ſi quis ambiget, recurrat ad priorẽ conſulatũ ejus, in quẽ creatus eſt anno XXXVI: ita dubitarę deſinet: ut omittã,

quòd cùm ædilitas præturam biennio antecedat: & Prætura item biennio conſulatũ: conſulatus aũt geratur anno XLIII. quod paulò pòſt oſtendemus: neceſſe eſt ut gerendę ædilitati legitimus annus ſit XXXVII. Nũc agamus, quãdo ſatis de ædilitate dictũ eſt, de anno prætoræ: at hoc, ſi de ædilitate cõceditur, in dubium vocari nõ poteſt: geritur enim ædilitas anno XXXVII. ſequitur poſt biennũ prętura: quod indicãt & multorum exempla, & illa maximè verba Ciceronis in epiſtola ad Furnium: Si ædilis fuiſſes, poſt biennũ tuus annus eſſet: ergo geritur prętura anno XL. Nec de conſulatu difficilis probatio eſt: percurrãtur faſti: neminẽ invenies, niſi prętura biennio, ſaltem ante geſta, conſulẽ fuiſſe. Eſt igitur annus cõſulatus quadrageſimus tertius. Accedit Ciceronis teſtimoniũ in oratione quinta in Antonium: in qua ſunt hęc: Quid Macedo Alexãder? cũ ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nónne tertio & trigeſimo anno mortẽ obiit? quæ eſt ætas noſtris legib. X. annis minor, quàm cõſularis. Hãc, opinor, legẽ Dio ſignificavit, cùm ait lib. XXXIX: Conſules in ſenatu ſententiã dixerũt, ut ei prætura daret̃, licet nondũ per leges liceret: quò ſpectavit & Plutarchus, quum dixit: Decrevit Senatus, ut Catoni prætura extra ordinẽ daretur: & Valerius lib. III. quũ inquit: Cato Cypriacam pecuniã maxima cũ diligẽtia in urbẽ deportaverat: cujus miniſterii gratia ſenatus relationẽ interponi jubebat, ut prętoriis comitus extra ordinẽ ratio ejus haberetur: ſed ipſe id fieri paſſus nõ eſt, iniquũ eſſe affirmans, quod nulli alii tribueretur, id ſibi decerni. Quanquã eſt quiddã hac in re cur magnopere dubitem: nam cũ eo ſit anno decretum, quo Marcellinus & Philippus conſulatũ geſſerunt, certè per ætatẽ potuit Cato petere præturam: tribunus enim pl. ante annos quinq; Silano & Muręna Coſs. fuerat: prętura verò quadriennio tantùm à tribunatu diſtat: eoq; magis liquet, potuiſſe Catonẽ Marcellino & Philippo coſs. petere præturã, quòd anno ſequẽti, Pompeio & Craſſo coſs. petiit, nõ ut deſignaretur, ſed ut creatus magiſtratũ ſtatim intret, quòd anno proximo ſuperiore habita comitia nulla fuerãt: ideoq; conſules Pompeius & Craſſus ex interregno facti ſunt: qui deinde Prætores crearunt: quòd igitur ob domeſticas diſcordias Marcellino & Philippo coſs. producta in annũ ſequentẽ comitia ſunt, propterea Cato nõ petiit eo anno: petiit autẽ ſequenti, cõſulibus, ut dixi, Pompeio & Craſſo, creatis. Quare etiamſi Plutarchus dixerit, Licet nondũ per leges liceret: videndum tamẽ eſt, an Senatus potiùs decreverit, ut omninò Cato Prætor crearetur, neque à populi ſuffragiis penderet, quorũ dubius eſſet eventus: quam ſententiã illa quoq; vidẽtur cõfirmare Valerii verba: Campeſtrem experiri temeritatẽ, quàm curiæ beneficio uti, ſatius eſſe duxit. Verùm paulò altiùs repetamus, quò pateat illuſtrius hęc tota cognitio: prima fuit, ut opinor, lex de magiſtratibus hęc, ut de ſenatu: id eſt, de patritiis familiis omnes magiſtratus crearẽtur: idq; à Romulo inſtitutũ, reliqui deinde reges obſervarunt. Sanxit enim Romulus, quod ait Dionyſ. lib. II. ut patritii ſacra curarẽt, magiſtratus gererẽt, jus dicerẽt, plebeii, qui rudes inopesq; eſſent, agros colerẽt, quæſtuariisq; artibus operam darent: temperamentũ illud tamẽ, quo civitatũ cõcordia: id eſt, ſalus ipſa cuſtodiẽ, maximè quæſivit: nam ne nimis in ordinẽ patricium videretur eſſe propenſus, datũ aliquid populo voluit: &, ut is ſuis ſuffragiis magiſtratus crearet, leges ſciſceret, bella decerneret, curiatis comitiis tulit Regib. pullis, conſul P. Valerius Bruti collega, duas leges tulit, quib. plebis poteſtas aucta, ſenatus & magiſtratũ imminuta: primùm, ut magiſtratũ nemo caperet, niſi qui à populo imperium accipere: ſi quis aliter feciſſet, capitali pœna puniretur: qui eum occidiſſet, ei impune eſſet: deinde, ut adverſus magiſtratũ provocatio ad populũ eſſet: néve qs magiſtratus civẽ Romanũ adverſus provocationẽ verberare, aut necare vellet: quã legẽ cẽturiatis comitiis eſſe latã Valer. tradidit lib. IIII. De plebeis magiſtratibus in ſacro monte primùm lata lex eſt, quæ deinde Sacratæ nomen accepit, ut plebi quæ patritiorum injuriis nuda quodã modo pateret, ſui magiſtratus eſſent, tiq; ſacroſancti: quibus auxilii latio adverſus cõſules eſſet: néve cui patrum capere eũ magiſtratum liceret: qua lege tribuni pl. quinque primi creati ſunt. Plebeii autẽ magiſtratus curiatis primũ facti comitiis. Poſtea, tributis ut fierent, lege tribunitia, quam Publius & Lætorius tulerunt, cautũ eſt. Sed magiſtratũ omnino nullum ei gerere licebat, cujus pater in hoſtium poteſtate eſſet: quod ex Livio colligitur. Is enim lib. XXVII. Servilium, *inquit*, negabant, jure aut tribun. pl. fuiſſe, aut ædilẽ eſſe, quòd patrẽ ejus, quẽ tertium virum agrarium occiſum à Bois circa Mutinã eſſe, opinio per X annos fuerat, vivere. atq; in hoſtium poteſtate eſſe, ſatis conſtabat. & lib. XXX. de eodem: Latum ad populum eſt, ne Cn. Servilio fraudi eſſet, quòd patre, qui curuli ſella ſediſſet vivo, quum id ignoraret, trib pl. atque ædilis pl. fuiſſet contra quàm legibus ſancitũ erat. Verùm, quia ſatis conſtat, plebeios magiſtratus fuiſſe, trib. pl. ædilitatem pl. Patritios autem, ædilitatem curulem, prætoram, conſulatum:

primùm

primùm illum sciendum, plebeios magistratus appellatos, qui ab initio plebis causa sunt instituti: patritios item, qui patritiorum: deinde totâ hanc gerendorum magistratuum rationẽ paulatim esse permixtam, atq; cõmutatam: nam plebi cui tantùm plebeii magistratus patuerant, post etiam ad patricios omnes aditus fuit, nec tamen mutatum est nomẽ: sed patricii semper magistratus dicti, qui primis temporibus patritiorum causa facti, postea cõmunicati cum plebe sunt. Plebeios tamẽ magistratus patritii homines non gessêre: quia credo, contra dignitatem ducerent, quum majora consequi possent, minora persequi. Generale illud fuit, ne is qui comitiis præesset, suffragationem in petendo magistratu haberet: idque lege vetitum significat Livius lib. x: Etiam ne quis magistratum absens peteret, legem tulit Pompeius Magnus in tertio cõsulatu: in qua cùm neminem excepisset, mox soceri sui C. Cæsaris recordatus, lege jam in æs incisa, & in ærarium condita, correxit errorem, uno Cæsare excepto, quod à Tranquillo proditum legimus Ex libro Pauli Manutii de legibus Romanis.

Magmătă, pen. cor. n. t. [μάγματα. German. Das dick so vber bleibt/ nach dem etwas außtruckt ist.] Pastilli & massæ factæ ex unguentorum fæcibus odoris gratia: ἀπὸ τῦ μάττειν, quod est terere & miscere, & in massam redigere. Plin. lib. 13. cap. 2: Siccis odoribus constant: quæ diapasmata vocantur: nam fæces unguenti Magmata appellant. [Polon. *Perfumi.*]

Magmēntum, inquit Festus, veteres dixerunt, quasi majus augmentum. Varro de hac voce ita lib. 4. de lingua Latina: Magmentum, *inquit*, à magis, quod ad regionem magis pertinet. Itaq; propter hoc montana fana cõstituta certis locis quo id imponeretur macte: Erat autem daps quę profanabatur Iano Sylvano, Marti, Iovi dapali, &c. Meminit Arnob. lib. 1.

Magnanimus, Magnanimitas, vide MAGNVS.

Magnalia, lium, n. t. μεγαλεῖα, sicut ingenia facta, & admiratione digna. Vox est Bibliis tantùm & Theologis, aut parùm Latinis usurpata.

Magnariŭs, m. s. [μεγαλέμπορος. Gall. *Qui a grand maniement d' affaires, grand negotiateur.* Ital. *Che ha gran maneggio.* German. Ein grosser Gewerbsman / der mit grossen kauffmanschätzen vmbgehet/ ein Kauffherr. Hispan. *Grande negociador.* Polon. *Kupiec z możny.* Vngar. *Nagy emberek.* Angl. *That hath many affaires and byssines.*] Apud Apuleium, pro magno negotiatore ponitur, à negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Măgnates, penult. product. m. t. [חורים *chorim* שרים *sarim* סגנים *seghanim* רוזנים *rozenim.* μεγιστᾶνες. Gal. *Nobles, puissans, les grands.* Ital. *Nobili potenti.* Germ. Die grosz geachteten/ furnemen. Hispan. *Los grandes en dignidad, y nobles.* Pol. *Wielcy z panowie.* Vng. *Fő emberek.* Ang. *Noblemen.*] Dicuntur nobiliores, & potentiores, quorum magna est potentia, & autoritas.

Măgnes, etis, m. t. [μαγνὴς. Gal. *Vne pierre qu' on appelle aimant.* Ital. *Calamita pietra.* German. Ein Magnet/ ist ein stein dieser art das er eysen an sich zeucht. Hispan. *La piedra y manceno del hierro.* Polon. *Magnes kamień, ktorie żelazo ciągnaci.* Vngar. *Magnes kő, az ki az vasat hozza vonza.* Ang. *The lodestone, that hath property to draw yron to it.*] Generis masculini, Genus lapidis, ad se ferrum attrahentis. Plinius libro 36. cap. 16: Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, & patitur mores: trahiturq; nanque à magnete lapide: domitrix illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque ut propiùs venit, assistit, teneturq; & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inventore, ut ex Nicandri sententia tradit Plinius libro 36. cap. 16, qui cùm pecus pascens, pedem fortè haberet ferratum, & crepidas ferreis clavis compactas, animadvertit lapidem hunc ferro adhærescere. Alii à Magnesia dictum volunt Lydiæ regiuncula, in qua lapidem hunc primùm volunt esse inventum circa Heracliam urbem: unde & Heracleon appellarunt. In qua sententia est Lucret. lib. 6, ubi sic scribit: Quod supereſt, agere incipiã, quo fœdere fiat Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere possit, Quem magneta vocant patrio de nomine Graii, Magnetum quia sit patriis in finibus ortus. Cic. 1. de Divin. Vt si Magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat & trahat: at rationem cur ita sit, afferre nequeam.

Măgnētĭcŭs, a, um, Claud. De magnete: -Venerem magnetica gemma figurat.

Magneres, tum. [μάγνητες. Gall. *Senateurs.* Ital. *Senatori.* Ger. Rhatsherren/ Regenten Hispan. *Senadores.* Pol. *Senator, przełożoni pan.* Vng. *Tanacsbeliek.* Ang. *Senatours, elderfts.*] Apud Macedones erant, qui apud nos *Senatores* dicuntur, sive *principes* & *capita urbis*: unde & summum magistratum vocant *Magnetarchen*, teste Livio lib. 5. bel. Maced.

Măgnŭs, a, um, Grandis, arduus. [גדול *ghadhól* רב *rab* μέγας. Gall. *Grand.* Ital. & Hisp. *Grande.* Germ. Groß. Belg. Groote. Polon. *Wielki.* Vng. *Nagy.* Ang. *Great.*] Comparativum est Major, superlativũ Maximus. Virg. 1. Georg. Heu magnũ alterius frustra spectabis acervum. Idem 2. Aeneid. Tum magnum exitium (quod dii priùs omen in ipsum Convertant) Priami imperio, Phrygibusq; futurum. Cic. in Orat. Magnum opus & arduum Brute conamur. Idem 1. de Orat. Studio acriore, otio ac facultate discendi majore & maturiore, & labore atq; industria superiore. Ovid. 13. Metam. -quæritur istis, Quàm mihi major honos. Cic. Quint. Frat. lib. 2: Eum tibi commendo majorem in modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Idem de Amic. Sed hi ne comparentur Catoni maximo & spectato viro. Ovid. ad Liv. Maximus ille armis maximus ille toga. ¶ Major, ad ànnos relatum, pro longiore ævo. Terent. Evnuch. Verùm illa si vivit, annos nata est sedecim, Non major. Mart. libro 9: -major erat mensibus illa tribus. ¶ Magno natu. Liv. 3. ab Vrbe: Consurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Idem 6. bell. Pun. Inter hæc è media turba obsidum mulier magno natu, Mandonis uxor, &c. ¶ Major natu. Cicero 1. Tusculan. Anno ante natum Ennium, qui fuit major natu quàm Plautus & Nævius. ¶ Maximus natu. Liv. 1. bell. Pun. Ita enim maximus natu ex iis in consilio respondit. ¶ Magnum facere: id est, magnum aliquid præstare. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis Miscuit. Cic. 1. Acad. Magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum & simplex bonum: hoc est, magni laboris, vel magnæ utilitatis. ¶ Quod majus est. Cic. de Amicit. Quod si tãta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquã vidimus, vel (quod majus est) in hoste etiam diligamus. ¶ Cõcipere majora animo, Ovid. 15. Metam. Viribus majora audere. Virg. 10. Aeneid. Major morbus, qui & comitialis dicitur. Celsus lib. 3. cap. 23: Inter notissimos morbos est etiã is, qui comitialis, vel major nominatur. ¶ Magno, Absolutè, pro magno pretio. μεγάλου, Apul. Me deniq; pauperculus quidam hortulanus comparat quinquaginta numis, sed magno ajebat. Var. lib. 3. de Re rust. Piscinæ ædificantur magno. Virg. 2. Aen. Hoc Itacus velit, & magno mercentur Atridę. Cic. 5. Verr. Qui, ut ais, magno vendidisti. Ejusdẽ significationis est genitivus Magni, verbis æstimationẽ importantibus junctus. Cic. Cass. lib. 15: Magni erunt mihi literæ tuæ. Id est, habebo eas in pretio. Plin. Epist. 2. lib. 3: Itaque magni æstimo, dignitati ejus aliquid astruere. ¶ Magnũ, Prò valde. μέγα. Plaut. Mil. Eho, an dormit Sceledrus intús? L V C. Nõ naso quidẽ: nam eo magnũ clamat, tetigit calicẽ. Idem Mostel. Atq; ille exclamat derepentè maximum. ¶ Optimus maximus, non solùm de Deo dicitur, sed etiam de fundo, agro, domo, & aliis. Cel. in l. Quum venderes ff. de contrah. empt. Quum venderes fundum non dixisti: Vt optimus maximusq; est: verum est quod Qu. Mutio placebat, non liberũ, sed qualis esset, fundum præstari oportet. Pontifex Maximus, qui primus in Pontificum collegium venerat, qui omnem sacrorum potestatem, & cæteros sacerdotes sibi subjectos habebat. Minores aũt post illũ reliqui, & Minimus, qui adoptatus erat postremus. ¶ Maximæ dignationis Flamẽ (ut ait Festus) Dialis est inter quindecim Flamines: & quũ cæteri dicuntur majestatis suæ habeant nomen habet Pomonal[is] quo Pomona levissimo fructu agrorũ præsidet: hoc est, pomis. Majores Flamines appellabantur patricii generis. Minores plebeii. Maximus Curio, cujus autoritate Curiæ, omnesq; curiones regebantur. Maximi annales appellabantur, nõ magnitudine, sed quos Põtifex maximus cõfecisset. ¶ Majorẽ Comitiã L. Cælius apud Festũ putabat dici, vel eũ penes quem fasces sint, vel eu qui prior creãtus sit. Prætorẽ aũt majorẽ urbanũ minores, cæteros. Maximũ Prętorẽ putãt dici alii eũ, qui maximi imperii. Plerique, qui ætatis maximę in collegio: quo is Augurũ decretũ sit, quòd in salutis augurio Prætores majores & minores appellantur, nõ ad ętatẽ, sed ad [illegible] pertinere. ¶ Magnus annũ dicũt mathematici, quo septem errantia expletis propriis cursibus in eundẽ locũ redeũt, sive ad idem punctũ revertũtur. ¶ Maximã hostiam ovilli pecoris appellabat, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. ¶ Maxima multa, antiquitus erat boum triginta & ovium, μεγίστη ζημία, Sed quũ in fraudẽ multæ dictæ solverentur boves ovesq; patvi pretii, ideirco cõstituti sunt postea in singulas oves denę ęris, in boves verò æris centeni. Erat itaque multa maxima trium millium & viginti æris: hoc est, trecentarum & sexaginta drachmarum. ¶ Magnum socerum, appellat vir uxoris suæ avum. Magnam socrum, [illegible] Major socer uxoris meæ proavus. Major socrus, uxoris meæ proavia. Major patruus, avi [illegible] & aviæ unita Maior avunculus, [illegible] avunculus. Major matertera, [illegible]

Maiores [Hebrew] *abóth* [illegible] Gall. [illegible] German. Die Voreltern/ oder Altvordern. Belg. Voorouders. Hispan. *Los padres subiendo arriba.* Pol. Przodkowie. Vng. Elsynk, atyaink. Ang. *Forebeares.*] Intelligi possunt quicunq; avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & ante hos in infinitum: sicut Minores, qui

qui etiam post trinepotes futuri sunt. Declamat. in Salust. Ego meis majoribus virtute præluxi, ut si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Cæsar 4. bell. Gall. Quod Germanorum cõsuetudo hæc sit à majoribus tradita, quicunque bellum, &c. ¶ Accipiuntur etiam Majores indifferẽter pro omnibus qui ante nos fuerũt: quemadmodũ Minores pro posteris: utrumq; his duobus nominibus in duabus hisce significationibus, tantùm in numero plurali.

Mãgnănĭmŭs, mi, m. s. [גבה gbéeh. μεγαλήτωρ, μεγαλόψυχος. Gall. *Courageux, magnanime.* Ital. *Magnanimo.* Ger. Großmüttig / eines dapfferen gemüts Bel. *Hochmoedich.* Hisp. *De grande animo, magnanimo.* Pol. *Spanial'ego mysl'u, wielgies mysli.* Vn. *Nahy elmeiwe, nagy zivv.* Ang. *Stout, of a lofty harte.*] Qui magni est animi. Cic. 1. Offic. Itaq; viros fortes, & magnanimos eos dicimus bonos, & simplices, veritatis amicos, minimeq; fallaces esse volumus. Ovid. 3. Trist. Eleg. 5: Corpora magnanimo satis est prostrare leoni. Idem 12. Metam. Néve ea magnanimus frustra memoraverit heros. Virg. 4. Georg. Magnanimosque duces, totiúsque ex ordine gentis. Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

Mãgnănĭmĭtās, atis, f. t. Fortitudo, animi elatio. [גבה gbaón. μεγαλοψυχία. Gall. *Magnanimité, grãd cœur & courage.* Ital. *Magnanimità.* Ger. Großmüttigkeit. Bel. *Hoochmoedicheyt* Hisp. *Grandeza de animo, magnanimidad.* Po. *Wielkoś zemysl'u* Vn. *Bator zivv, nagy elme* Ang. *Valiantnesse of heart, & courage.*] Sic definit Speusippus: Magnanimitas est moderatus contingentium usus, urbana cum hominibus conversatio, magnificentia cum ratione. Cicero 1. Offic. Nam quum omnis honestas manet à partibus quatuor, quarum una sit cognitionis: altera communitatis: tertia magnanimitatis, &c. Plin. lib. 7. cap. 25: Idem magnanimitatis præbuit exemplum, cui cõparari non possit aliud, &c.

Mag nĭfĭcus, a, um, Liberalis, splendidus. [אדיר addir. μεγαλοπρεπής. Gal. *Magnifique, honorable.* Ital. *Magnifico, splendido.* Ger. Großthätig / herrlich / prachtig. Bel. *Grootdaedich / heerlyck.* Hisp. *Cosa magnifica y liberal.* Pol. *Wielmożni.* Vng. *Nagyságos.* Ang. *Magnifick, that doth great actes, sumptuous.*] Qui magnis in rebus pro dignitate, in ludis, in rebus diis sacris, in ædificiis, in epulo publico sumptũ facit. Plaut. Asinar. Extemplò facio facetum me, atque magnificum virũ, Dico me esse atrientem. Terent. Heavt. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Cic. 1. Offic. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæq; cultus cum elegãtia & copia. Magnifica verba; Terent. Evnuch. Vrbes magnificæ, Ovid. 2. de Pont. Magnifica domus, Plin. lib. 17. cap. 1. ¶ A Magnificus fit comparativus Magnificentior, & superlat. Magnificentissimus. Cicero 2. de Finib. Ad altiora quædam & magnificentiora, mihi crede Torquate, nati sumus. Idem 2. Offic. L. Crassus Qu. Mutio magnificentissima ædilitate functus est.

Magnĭfĭcentĭă æ. f. Est (ut inquit Cicero 2. de Invent.) rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, atque administratio. [אדר hédher גדלות gheduth. μεγαλοπρέπεια Gal. *Magnificence.* Ital. *Magnificenza* Ger. Großthätigkeit pracht. Hisp. *Magnificencia, grandeza de animo.* Pol. *Wielmożność.* Vng. *Nagyság* Ang. *The doing or achevement of great things, noble and sumptuous prouision.*] Idem de Amic. Nec metiamur eam, ut quidam indocti, verborum magnificentia. Idem contra Rullum: Hoc vix est liberi populi: vix vestrorum amicorum magnificentiæ. Quint. lib. 4. c. 2: His tribus narrandi virtutibus adjiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant.

Magnĭfĭcè, adverbium, Lautè, honorificè, liberaliter, splendidé. [μεγαλοπρεπῶς. Gall. *Magnifiquement.* Ital. & Hisp. *Magnificamente.* Ger. Herrlichen / prächtiglichen. Po. *Wielmożnie.* Vng. *Nagyságosan, fő modra.* Ang. *Noblie, sumptuously.*] Terentius in Adelph. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin superet tua. Brutus ad Cicer. Iuvat enim magnificè loqui: & certè decet adversus ignorantes. Plinius libro 13. cap. 7: Siccæ ficistomachum lædũt, gutturi & faucibus magnificè utiles. Cic. 1. Offic. Hæc præscripta servantem licet graviter, magnificè, animoséque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ hominum amicé. ¶ Magnificiùs Cato, pro Magnificentiùs dixit, servata recta formatione à positivo magnificé. Vide Festum.

Mãgnĭfĭco, as, act. p. Extollo, exalto. [רומם romém גדל higdíl. μεγαλύνω. Gall. *Magnifier, extoller.* Ital. *Essaltare, magnificare.* Ger. Groß machen / erheben Bel. *Groot maken / verheffen.* Hisp. *Engrãdescer.* Po. *Wywyśam.* Vng. *Fol magaztalom.* Ang. *To magnifie, to praise or extoll.*] Plin. lib. 28. cap 16: Magnificant & vituli, qui nondum herbam gustaverit, fimum. Plin. lib. 17. c. 9: Archesilaum quoq; magnificat Varro. Plaut. Men. Te unum ex omnibus Venus voluit me magnificare.

Mãgnĭfĭcātĭo, f. t. [μεγαλοπρέπεια. Vn. *Fől magaztaldś.*] Macrob. Satur. lib. 5. c. 13: Hinc diversarum inter heroas suos personarum varia magnificatio.

Mãgnĭlŏquŭs, Qui magna loquitur, [μεγαλορρήμων. Gal. *Qui parle d'vn haut style, beau & magnifique parleur.* Ital. *Che parla cose grandi.* Ger. Der grosse ding redt oder rümet / prachtig in der red. Hisp. *El que habla grandezas.* Pol. *Mowiący rzeczach wielkich.* Vng. *Fennyen zollo, nagy dolgokrol beZelő.* An. *That speaketh with an high style.*] Martial. lib. 2: Candida κυνὰ φίλων, hæc sunt tua, Candide *words*, Quæ tu magniloquus nocte diéq; sonas. Tacitus in vita Agricolæ: Atque illi modò cauti ac sapientes prõpti post eventum, ac magniloqui erant.

Mãgnĭlŏquēntĭă, f. p. [μεγαλορρημοσύνη. Gall. *Parole ou style de haut appareil, magnifique & hautaine parole.* Ital. *Il parlar de cose grãdi.* Ger. Ein red von hohen vnd grossen dingen. Hisp. *Grandeza de palabras.* Polon. *Mowa ô rzeczach wielkich.* Vng. *Nagy dolgokrol valo beszed, fennyen valo zollas.* Ang. *A speaking with an high style.*] Cicero in Orat. Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. Homeri magniloquentia, Cic. Cæs. lib. 13. Epist.

Mãgnĭpĕndo, is, act. p. Permagni facio, magnifacio, bene æstimo. [חקיר hokír. σφόδρα τιμᾶν τινὰ μεγάλου. Gall. *Fort estimer & priser.* Ital. *Estimar molto.* Ger. Groß achten / groß schetzen. Hisp. *Estimar ò apreciar mucho.* Po. *Wielczę sobie wagę, ſzacunek.* Vn. *Nagynak lótyvellem.* An. *To set muche by.*] Plaut. Curcul. Neq; eum ad me adire, neque me magnipẽdere Visus est. Livius: Romanorum nemo id authoritatis aderat, ut promissa ejus magnipenderentur. Terent. Adel. Ego quoque à meis me amari, & magnipendi postulo.

Mãgnĭtās, f. t. pro magnitudine apud antiquos. Accius: Namq; sat frugi: neque dici potest pro magnitate.

Mãgnĭtūdo, f. t. Copia, amplitudo. [גדלה ghedhullah רוב rob. μέγεθος. Gall. *Grandeur.* Ital. *Grandezza.* Ger Größe Bel Groote. Hisp. *Grandeza, generalmente.* Pol. *Wielkość.* Vng. *Nagyság.* Ang. *Greatnesse, biggenesse.*] Cic. pro Rosc. Amerin. Magnitudo æris alieni. ¶ Magnitudo animi: id est, excellentia, præstantia. μεγαλοψυχία. Cicero 4. de Finibus: Quæque ab iisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate loquuntur. Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollẽdis. Cicero in Partit. ¶ Magnitudo periculi pro gravitate. Cic. pro Quintio: Primùm magnitudo periculi summo timore hominem afficit.

Mãgnŏpĕrĕ, adverb. Valde, vehementer. [מאד meódh μέγα. Gal. *Grãdement, beaucoup.* Ital. *Grandemente.* Ger. Gröſtlich / hertiglich / sehr. Bel. *Zeer.* Hisp. *En grande manera.* Pol. *Wielce.* Vn. *erősſen, nagyon.* An. *Greatlie.*] Plaut. in Truc. Malam rem is & magnam: magnopere serva viaticum. Terent. Heavt. Memini me esse gravidam, & mihi te magnoperè interminatum, Si puellam parerem, nolle tolli? Lucretius lib. 3: Sed in omnibus rebus magnoperè à vera lapsi ratione videntur. Cic. ad Ca... lib. 15. Ego cæterarum rerum causa tibi Romam magnopere properandũ cẽseo. ¶ Magnoperè facere. Cic. 7. Verr. Quid, *inquam*, magnoperè potuit Cleomenes facere, ſstius avaritia navibus eximantis? Non magnoperè laboro: quod imperiti dicunt: Non multum curo. Cicer. pro Rosc. Comœd. Et quorsum recidat responsum tuum, non magnoperè laboro. ¶ Magno opere, separatim aliquando legitur. Plautus Casi. Atque id non tàm ægrè est jam vicisse villicum, Quàm id expetivisse opere tam magno senem.

Mãjūscŭlŭs, Grãdior, Cic. epist. In aliqua majuscula cura versari.

Mãxĭmè, Præcipuè, in primis, summè, vehementer, [מאד מאד meódh meódh. μάλιστα. Gall. *Grandement, principalement, sur tout.* Ital. *Massimamente, sopra tutto.* Germ. Vornuß / fürnemlich / zu Hisp. *Mayormente.* Pol. *Osobliwie, zwłaſzcza.* Vng. *Fő keppen igen erősſen.* An. *Greatlie, speciallie.*] Cic Lentulo: Vel etiã id, quod mihi maximè libet. Idem pro domo sua: Intuemini paulisper animis juventutem, & maximè eos qui, &c. Idem 1 de Nat. deor. Quæ ratio poëtas, & maximè Homerum impulit. Cicer. 1. Offic. Ut quisque maximè opis indigeat, ita ei primùm opitulari. Idem de Orat. Dicere quàm maximè ad veritatem accommodatè. ¶ Interdum est affirmantis respõsio. Teren. in Evnuch. Tu Parmeno huc facilli adducantur? Maximé.

Mãxĭmĕpĕtĕ, adverb. [מאד מאד meódh meódh. μάλιστα. Gal. *Grandement.* Ital. *Grãdissimamente.* Ger Gantz hefftig zum höchſten. Hisp. *Mayormente.* Pol. *Nade wſzystko, nabarzej.* Vng. *Feletteigen.* An. *Greatlie.*] Cic. Epist. A te maximoperè peto, & quæso

Mãxĭmĭtātem, Veteres pro magnitudine dixerunt. Lucilius: Neque ad hoc me rogas inani maximitate.

Mãgŭdăris, f. t. sive (ut alii scribunt) Magydaris. [μαγύδαρις. Ger Ein frembd kraut / soll / nach etlicher Meynung / ein geschlecht der Meisterwurtz oder Angelicken seyn.] Caulis esse creditur ex laserpitii radice enascẽs. Plin. lib. 19 cap. 3: Alii tradunt laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, rubétque in ea super terram. Hoc inciso profluere solitum succum, ceu lactis, supernato caule, quem Magydarin vocarunt. ¶ Est etiam Magudaris laserpitii species, ut testatur Plinius eodem libro & capite. Alterum, *inquit*, genus est quod Magydaris vocatur, tenerius & minus vehemens sine succo. Plaut. in Rudente: Si tibi confidis fore multam magudarim. Colum. lib. 6. cap. 16: Facit & radix, quam

Græci vocant μαγύδαριν. Vulgus noſtra conſuetudine vocat *laſerpitium*. Vbi tamen quædam exemplaria, σίλφιον habẽt, non μαγύδαριν.

Măgŭs, gi, m.ſ. [משכיל *mechaſchiſcéph*: μάγος. Gal. *Magicié, enchãteur*. Ita. *Mago, incãtatore*. Ger. Ein weiſer/ weiſſager: Itẽ, ein Zauberer. Hiſ. *Hombre ſabio enel arte magica*. Pol. Wieſzczek, *val czarownik*, vel Medrzec. Vng. Bölox, örd̃ngöx, *hweberos*. Ang *An enchanter, a witch*.] Dictio Perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens. Sic enim Perſæ *Magos* vocant, ut Græci *Philoſophos*, Latini *Sapientes*, Galli *Druidas*, Aegyptii *Prophetas*, ſive *Sacerdotes*, Indi *Gymnoſophiſtas*, & Aſſyrii *Chaldæos*, à Chaldæa Aſiæ regione. Eſt etiam Magus vulgò q̃ maleficas, & omnibus legibus vetitas artes exercet. Nam quum Magi apud Perſas potiſſimùm deorum cultui vacare ſolerent, in tantum poſtea aucta eſt eorum vanitas, ut non ſolùm obſervatione ſyderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdam, & maleficiis, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur.

Măgĭă, æ, cũ accentu in penult. f.p. [כשף *chaſchâph*. μαγέια. Gal. *Art magique, enchanterie*. Ital. *Magia, incanteſimo*. Ger. Weißheit vnd verſtand heimlicher vnd verborgner dingen. Itẽ, Zauberey oder zauberkunſt. Hiſp. *La arte magica*. Pol. *Madroſcz wrzeczach skriticli*, item czarnokſięſtwo. Vn. örd̃ngeſſég, *baioſſág*. An. *Sorcerie, witchcraffe*.] Vox eſt Perſica, quam illi ferè accipiunt pro ſapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde & Magi ab illis appellabantur, quos Græci vocant *Philoſophos*. Duplex tamen traditur Magiæ ſpecies: quarum altera, quã jam diximus, nihil aliud eſt quàm naturalis philoſophiæ ſumma & perfecta cognitio, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cæteríq; inter Philoſophos præſtantiſſimi, veluti ſanctiorem quandam diſciplinam, indefatigabili ſtudio, longinquíſque peregrinationibus conquiſiverunt. Altera, quam Goëtiam, γοητέιαν, vel Thurgiam vocant, dæmonum invocatione, infandísque incantationibus, conſtat, quam & leges omnes execrantur, & Plinius artem inteſtabilem vocat, irritam & inanem. Noſtri *Magicas præſtigias* vocant, eò quòd rerum veritatem ementiantur, hominũ mentes fallacia præſtringentes. ¶ Hujus Magiæ plures ſunt ſpecies: Hydromantia, ὑδρομαντέια, quæ fit ex aqua. ¶ Axinomantia, ἀξινομαντέια, quæ fit ſecuribus & aliis dolabris. ¶ Lecanomãtia, λεκανομαντέια, quæ fit pelvibus, quas Græci λεκάνας vocant. Nam apud Perſas erant Magi Lecanomantici dicti, ut lib. 15. docet Strabo, quaſi ex pelvibus divinãtes. Nã vaticinãtes pelvim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentem, in profunda tepentibus. Vbi autem dæmon illapſus erat, aqua edebat ſonum quendam fatidicum. ¶ Catoptromantia, κατοπτρομαντέια, quæ fit per ſpecula. De qua Spartianus in Iuliano intellexit, quum ait: Carmina profana incantaverunt, & ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando futura reſpicere dicuntur. ¶ Pyromantia, πυρομαντέια, quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus invenit. ¶ Geomãtia, γεομαντέια, quæ fit per terram. ¶ Chiromantia, χειρομαντέια, per lineamenta manuum. ¶ Necromantia, ſive Necyomantia, νεκρομαντέια, ἢ νεκυομαντέια, quæ fit per evocationes umbrarum, & per inferorum colloquia, à qua Necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitari, divinare, ad interrogata reſpondere videntur. Quam nonnulli etiam Sciomantiam vocari putant. Quidam inter Necyomantiam, Sciomantiámque diſtinguunt, quòd in Necyomantia ad erigendum cadaver ſit ſanguis neceſſarius: in Sciomãtia ſola ſufficiat umbræ evocatio. ¶ Capnomantia, καπνομαντέια, quæ fit ex fumo aræ, cujus motu futura cognoſcebant: à qua Capnomantæ dicuntur. ¶ Coſcinomantia, κοσκινομαντέια, quæ fit per cribrum. Quo genere etiam hodie mulieres aliquot in Gallia utuntur, ad inveſtigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte derivati ſunt apud Italos Hetruſci aruſpices, apud Indos Brachmanes & Gymnoſophiſtæ, apud Gallos Druidæ, & Bardi, apud Siculos Galeotæ: ubique autem terrarum Aſtrologi, qui & Chaldæi vocãtur: quamvis alibi ſint nati. ¶ De hac & ejus ſpeciebus lege Beroaldi præfat. in Corn. Apulcianos.

Măgĭcē, hujus magices, penult. corr. Magia, ars incantandi. [μαγική, γοητέια. Gal. *Art magique*. Ital. & Hiſ. *Arte magica*. Ger. Die zauberkunſt / ſchwartzekunſt. Pol. Czarowanie. Vng. örd̃ngeſſég. Ang. *Witchcraft, ſorcerie*.] Plin. lib. 30. cap. 1: Si nõ expers ſedes ejus tota Thrace magices fuiſſet.

Măgĭcŭs, a, um, adject. [μαγικὸς, γοητικός. Gal. *Appartenant à art magique*. Ital. *Pertinente ad arte magica*. Germ. Zauberiſch / das zu dem zauberer oder der zauberkunſt gehört. Hiſp. *Perteneſciente à arte magica*. Pol. Czarnokſięſki. Vng. örd̃ngös, *hwe bayos*. Ang. *Belonging to witchcraft*.] Quod ad magum, vel etiam magicen pertinet: ut, Magicas artes, Magicas herbas dicunt, quibus magorum vanitas gloriatur. Virg. 4. Aeneid. Teſtor chara deos, & te germana, tuúmque Dulce caput magicas invitam accingier artes. Virg. 8. Aeglog. Conjugis ut magicis ſanos avertere ſacris Experiar ſenſus. Plin. lib. 25. cap. 3: Nec alia dico magica portenta, niſi ubi cavenda ſunt aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. De magica arte vide Plinium lib. 30. capite 1. & 2.

Majālēs, m.t. Porci caſtrati [χοῖροι τομίαι. Gal. *Porcs chaſtrez*. Ital. *Porci caſtrati*. Ger. Barg Hiſp. *Puercos caſtrados ò marranos*. Pol. Wieprz. Vng Artan. Ang. *Gelded hogges or ſwyne*.] Varro 2. de Reruſt. cap. 4: Caſtrantur verres commodiſſimè anniculi. utriq;, nec minores quàm ſemeſtres. Quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur Majales.

Majĕſtās, tis, f.t. A' magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & dignitas vel populi, vel Senatus, vel Principis, Imperatoríſve, aut etiam privati magni viri, atque alterius adeò inanimatæ rei. [הוד *hodh* הדר *hadhár*. σεμνὸν, μεγαλειότης, ἐξιωματικὸν, ἀξίωμα. Gal. *Maieſté, excellence de dignité*. Ita. *Maieſtà*. Ger. Furtreffentliche Herrligkeit oder Wirdigkeit/ Majeſtat. Hiſp. *Majeſtad del Rey o principe*. Pol. Wielmożność, *maieſtat, god neſcz*. Vng. *Felſegh, meltoſag, bőcz wollet*. An. *Maieſtie, excellencie*.] Horat. 2. Epiſt. 1: ſed neque parvum Carmen majeſtas recipit tua: nec meus audet Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſent. ¶ Hinc Majeſtatis crimen, Iureconſulti definiunt, quod adverſus populum Rom. vel ſecuritatem ejus committitur. Et Rei majeſtatis dicuntur, qui ejuſmodi criminis accuſantur. ¶ Majeſtas etiàm dea credita eſt, Honoris & Reverentiæ filia, de qua Ovidius: Donec Honor, placidóque decens Reverentia vultu, Corpora legitimis impoſuêre toris, Hinc ſacra Majeſtas, quæ mundum temperat omnem, Quáque die partu eſt edita, magna fuit. Nec mora, conſedit medio ſublimis Olympo Aurea, purpureó cõſpicienda ſinu. ¶ Majeſtas, populi dicebatur: Autoritas autem, ſenatus. Populus enim ſciſcere ſolebat, & jubere: Senatus cẽſere, & autor eſſe. Cicero 3. Philip. Tantus autem conſenſus municipiorum, coloniarúmque provinciæ Galliæ, ut omnes ad autoritatem hujus ordinis, majeſtatémque Pop. Ro. defendendam conſpiraſſe videãtur. ¶ Majeſtas nominis, Eſt magnitudo, ſive dignitas. Martial. lib. 1: Quum pars libri & major, & melior ad majeſtatem ſacri nominis tui allegata ſit. ¶ Majeſtas alicujus loci, eſt ejus præſtantia, ſive excellentia. Liv. 1. Ab Vrbe: Concepit animo eam magnitudinem Iovis templi, quæ digna Deũm, hominúmque rege, quæ Romano imperio, quæ ipſius etiam loci majeſtate eſſet. ¶ Majeſtas in oratione, eſt gravitas. Cic. de Amic. Quanta in oratione majeſtas! ¶ Imminuere, vel minuere majeſtatem, Eſt aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem populi, aut principis. Hinc Lædere majeſtatem, vel Solvere majeſtatem. Cicero in partit. Majeſtas eſt imperii, atque in omni populi Romani dignitate: quam minuit is, qui per vim multitudinis, rem ad ſeditionem vocavit. Et deinde, Exiſtit illa diſceptatio, minuerit majeſtatẽ, qui voluntate populi Romani rem gratam, & æquam per vim egit. Idem 2. de Orator. Tamen ab illo majeſtatem imminutam negabam, &c. Sueton. in Claudio Cęſ. cap. 16. Ex quibus verbis apparet majeſtatem populi Romani læſam majores ob id exiſtimaſſe, quòd civis Romanus aſſeclam ſe regi, & comitem præbere non dubitaſſet contra morem majorum, ut creditam pecuniam reciperet. Contrà, Retinere majeſtatem, eſt quod vulgus ait *Servare autoritatem*. Cicero in Oratore: Ius omne retinendæ majeſtatis Rabirii cauſa continebatur. ¶ Conſtituere majeſtatem, eſt lapſam, aut labantem dignitatis amplitudinísque partam exiſtimationem confirmare. Saluſt. Majores noſtri parandi juris, & majeſtatis conſtituendæ gratia per ſeceſſionem armati bis Aventinum montem occupavêre. ¶ Conſervare majeſtatem, eſt idem quod retinere.

Majeſtas, Crimen hoc eſſe maximum nemo neſcit, interdum tamen Capitale non fuit: nam Claudiæ Veſtalis, Appii Cæci filiæ, C. Fun. & Ti. Sempronius ædiles pl. quòd populo Rom. calamitatem eſſet imprecata, mulctam dixerũt æris gravis xxv. millia, quæ capitalis pœna non fuit, judicium autem illud majeſtatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio ſignificat. Et majeſtas quidem multis modis lædebatur, his ferè: ubi quid in populum ſuum, ſuámve rempubl. aut in magiſtratus, perſonámve principis commiſſum eſt. In populum, ut ſi quis exercitum hoſtibus tradidit: ſi exercitum ſolicitavit, delectúmve injuſſu populi aut ſenatus habuit: ſi quis exercitum extra ſuam provinciam injuſſu populi duxit, aut ipſe, relicto exercitu provinciæ finibus exceſſit: ſi quis rempublicam ſua culpa malè geſſit: ſi ſtationem deſeruit: ſi contra libertatem conſilia iniit: ſi ſeditionem, aut bellum excitavit: ſi publicum hoſtem domi privatus habuit: ſi jus civitatis aut magiſtratus imminuit: ſi præter dignitatem populi R. regio in comitatu fuit: ſi contra bonum publicum locutus eſt: quod majeſtatis quidem crimen: non tamen capitale fuit, ut exemplo docuimus: præterea, ſi quis ad hoſtem tranſiit, aliúdve quid cum iis adverſus remp. pactus eſt: hæc in populum læſæ majeſtatis crimina. In magiſtratum autem, vel in principis perſonam, ſi quis vim omnino ullam attulit: ſi tribuno pl. intercedenti non paruit, aut ab eo cõcionem avocavit, eúmve privati loco habuit, ut puta, ſi occurrenti in via non ceſſit, ſi conſiliũ plebis diſturbavit,

bavit, & hujus generis alia: quę facilè possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita literis est: Majestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo cõstat. Hoc de crimine leges nominantur hæ, primùm illa XII. tab. de qua Polybius lib. 5. ut, qui hostem concitasset vel civem hosti tradidisset, capite pœnas daret: deinde, tribunitiæ, Appuleia, Varia: consulares, Cornelia, Iulia, Antonia. Appuleiam tulit, opinor, L. Appuleius Saturnina tribunus pl. quem postea cum C. Servilio Glaucia prætore C. Marius VI. consul. S.C. interfecit. Variam tulit Q. Varius Sucronensis tribunus pleb. qui Philippo & Cæsare Coss. in locum M. Livii Drusi interfecti tribunus pl. creatus est. hujus legis hæc sententia fuit, ut quæreretur de iis, quorum ope, aut consilio bellum Italicum esset concitatum: quo crimine cùm essent multi condemnati: & ad plures præterea, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videretur: fecit sapienter senatus, qui decreverit, ne dum tumultus Italicus esset, judicium ullum lege Varia fieret. Secuta est Cornelia, L. Syllæ dictatoris: inde Iulia. C Cæsaris, in primo, ut opinor, lata consulatu, aut post victum in Pharsalia Pompeiũ: nam consul iterum, bello Pompeii, aut Alexandrino impeditus, abfuit: hæc lex damnatis aqua & igni interdicebat. Postremò Antonia, & M. Antonii consulis, qui III. vir postea fuit: quæ damnatis de majestate provocationem ad populum dabat: quod antea in uno perduellione, omnium de majestate criminum gravissimo, licebat. In causa majestatis, & proditionis, impunitatem, iudici datam Pædianus ait: in causa repetũdarum negat: nulla verò prorsus in causa senatoribus licuisse indiciũ profiteri, ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur, affirmat. Ex libro P. Manutii de legibus Romanis.

Major, majores. Vide MAGNVS.

Majoranæ descriptionem lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 45. dict. Sampsuchum.

Mãĭus, m. s. [μάϊος ὁ ἐκβρόφορβάν. Gall. *Le mois de may.* Ital. *Maggio.* Ger. Der monat May. Hisp. *El mes de mayo.* Pol. May. Vng. *Pinkesd hana.* Ang. *The moneth of may.*] Mensis, à majoribus dictus, (ut inquit Macrobius) quorum consilio Respub. gerebatur: sicut Iunius à junioribus qui rem armis gerebãt. Postquã enim Romulus populum Roma. in majores, minoresq; divisit, ut altera pars cõsilio, altera armis Rempub. tuereturin honorem utriusq; partis hunc Maium, sequentem Iunium vocavit. Ovid. 5. Fasto. Hinc sua majores tribuêre vocabula Maio, Iunius à Iuvenum nomine dictus adest. ¶ Sunt qui Maium à Majestate dea denominatum velint, quòd flameu Vulcanalis Calendis Maiis huic deæ rem divinã faceret. Alii à Maia Mercurii matre: propterea quòd hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificare soliti erant. Quam opinionem etiam attingit Ovidius loco jam indicato: Aut ea materno donasti nomine mensem Inventor curvæ furibus apte fidis. Hoc mense Romæ Lemuria celebrabãtur: templaq; omnia clausa erant: putabaturq; id tempus nuptiis contrahendis parum esse idoneum: quæ opinio ad nostra etiam tempora permanavit Vide Ovid. lib. 3. Fast.

Mãlă, æ, pen. prod. f p. Est pars faciei eminens inter oculũ, nasum & buccã, quæ & gena dicitur. [לחי] *lechi χόρη, σιαγών.* Gal. *La ioue ou la maschoire.* Ital. *Guancia.* Ger Ein wange/der ober theil des backens so vmb etwas erhaben ist. Hisp. *La maxilla de la cara.* Pol *Policzek.* Vng. *Orcza.* Ang. *The cheek or cheek bone.*] Ita appellata, quòd rotundam speciem mali prę se ferat. Plin. lib. 11. cap. 37: Infra oculos malæ hominũ tantum, quas prisci *Genas* vocabant: ibi ostenditur pudor. Virg. tamẽ lib. Georg. 3 equino generi malas tribuit, quum ait: quo tempore Glauci Porniades malis membra assumpsêre quadrigæ. Plaut. in Trinũ. -at pol ego etiamsi vetet, edam, atq; ambabus Malis expletis vorem: & quod illi placeat præripiam potissimúm. Virgil. 5. Aeneid. -duro crepitant sub vulnere malę. Lucret. lib. 5: Inventas molli vestit lanugine malas. Cic. in Orat. Malam à maxilla dictam esse ostendit, abjectis medus literis. Quinetiam (*inquit*) verba sæpè contrahuntur, non usus causa. sed aurium. Quomodo enim ex Axilla, Ala facta est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, è vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellet.

Mălăbathrum, pen. cor. μαλάβαθρον, Dioscoridi foliũ est nardi odore, quod ex India advehitur: cujus duo sunt genera. Alterum in Indiæ paludibus quibusdã gignitur, nullisq; hærens radicibus, lenticulæ modo aquis innatat. Alterũ in Syria, copiosiusq; etiam in Aegypto arboribus ejusdem nominis detrahitur. Ex utroq; unguentum cõficitur odoratissimũ, quod Malabathrinum & foliatum appellatur. Scribitur & Malobathrum, per quartam vocalem in secunda syllaba.

Mălăbustum, aliàs Malavistũ, sed perperã Alberic. ait, habetur in l. ꝟ. specie. ff. de publica. Sũt enim qui Malobastrũ ibidẽ legunt. Tamen pro illis genitivum restituit Haloander, Malabarhrum scilicet.

Mălăchē, μαλάχη, pen. cor. f. p. [Ger. Papten traut/täfftetraut.] Species est malvę ventrẽ emolliens: unde & nomen habet Nã Græci μαλακὴν dicunt quod Latinis est molle. Plin. lib. 20. cap. 21. Duo malvarum genera amplitudine folii discernuntur. Majorem Græci *Malopen* vocant in sativis: alterã ab emolliendo ventre, dictam putant *Malachen*.

Mălāchīra, quã alio nomine Maldacon vocãt, arbor est in Bactriana regione, magnitudine oleę, folio roboris, fructu capri fici, gũmi genus exudãs, quod Bdelliũ vocãt. Plin. lib. 12. ca. 9.

Mălachītes, μαλαχίτης, Gemma spissius virẽs: ita dicta à colore malvæ, quæ Græcè μαλάχη dicitur. Eadẽ & molochites appellatur: nã Græci μαλάχιον & μολοχίτης pro eodẽ dicunt. Plin. lib. 37. cap. 9: Nõ translucet molochites spissius virẽs, à colore malvæ nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantiũ custodia quadã, innato contra pericula ipsorũ medicamine.

Mălăcus, a, um, Mollis, delicatus. [רך *rach* עבוּל *banógh.* μαλακός. Gall. *Mol.* Ital. *Delicato, molle.* Ger. Weich/zimd. Hisp *Muelle.* Pol. *Miekki.* Vng. *Lagy, puha.* Ang. *Soft, delicat.*] Plaut. in Bacch. Pro lorica malacum capiam pallium: id est, molle & effœminatum. Ibidem: Hic nostra agetur ætas in malacum modum: hoc est, molliter & suaviter.

Mălăcĭă, ciæ, f. p. [μαλακία. Gall. *Tranquillité de mer, quand la mer est calme, sorbleſſe.* Ital. *Bonaccia di mare, bonaccia calma, tranquillità.* Ger. Die Meerstille. Hisp. *Bonanca en la mar, ò calma.* Pol. *Vspokoienie morza, wczas ſpokoienie morskie.* Vng. *Tsendeſſeg, hax tengeren.* Ang. *Calmeneſſe of the ſea.*] Tranquillitas quum maris fluctus omnino quiescũt & languent, neq; ulla aura commoventur. Cæsar 3. bel. Gal. Ac conversis in eam partem navibus, quò ventus ferebat, tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit, ut se loco movere non possent. Lucretius pellaciã à pelliciendo appellat: Subdola quũ ridet placidi pellacia ponti. ¶ Est etiã malacia, mollities quædã prægnantium, & defectio, quum modò hoc, modò illud appetũt: adeò ut ne terra quidem, aut carbonibus extinctis abstinẽat, quod vitium alio nomine, κίττα: hoc est, pica vocatur. Provenit hoc incommodũ à conceptu potissimùm mense tertio, nequeunte fœtu omnia ad se delata alimenta absumere. Plin. li. 25. ca. 6: Malicorũ expetitur gravidarum malaciæ, quoniã gustatu moveat infantẽ. Ibidem: Horũ semen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. ¶ Malacia stomachi: hoc est, depravatus appetitus, propter otis vẽtriculi affectũ ab humorum erodentiũ copia. Plin. lib. 18. ca. 7.

Mălăcīsso, sas, Mollio, subigo. [רך *herách.* μαλακίζω. Gall. *Amollir & peſtrir, rendre laſche.* Ital. *Amollire, domare.* Ger. Weich machen. Hisp. *Amollentar.* Pol. *Zmiekczam.* Vng. *Lagitom.* Ang. *To mak ſoft.*] Plaut. in Bac. Ah nimium ferus es. P. mihi sum. S. malacissandus es.

Mălasso, sas, Mollio, subigo, maturo. [רך *herách.* μαλάσσω. Gall. *Amollir & peſtrir, rendre laſche.* Ital. *Far molle, maturare.* Ger. Erweichen/beeren. Hisp. *Hazer muelle, madurar.* Pol. *Zmiekczam.* Vng. *Meg lagitom, meg erlelem.* Ang. *To mak tender and ripe*] Commalasso, quod est mitigo, maturefacio. Vatro: In dolore adiaphoron esse, quòd philosophia commalassaret eam partem, quæ concuti cupiditatibus solet.

Mălăcostrăcŏn, μαλακόστρακον, Græci vocãt quod mollem habet testam. Vnde Malacostracos pisces, μαλακοστράκους ἰχθῦς vocamus, qui testam quidem habent, sed tamen molliorem, ut in cancrorũ genere animadverti potest. Pisces enim omnes aut squamis teguntur, ut mugil & cyprinus: aut molli cute, quos μαλακοδέρμους vocant Græci: ut polypus & sepia: aut testis durioribus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellantur, quales sunt ostreæ, purpuræ, & buccinæ: aut molliore testa, quos μαλακοστράκους jam diximus appellari.

Mălagmă, tis, n. t. μάλαγμα, Fomentũ, quum res dura per alterius admistionem molletcit, ficus emplastrum Nam malagmata contusa, & super cutem injecta, abundè mollificant: à μαλάττω, mollio. His molliuntur apostemata, & maturæ fiunt. Colum. lib. 7: Adjicitur exiguum picis liquidæ, & axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. ¶ Differunt autem emplastra à malagmatis, & pastillis. Emplastra imponuntur vulneribus: Malagmata in integram cutem injiciuntur: Pastilli aut illinuntur, aut alicui molliori cerationi miscentur. Malagma Ipoterium, inscriptum, quomodo cõficiatur, require apud Actium Serm. 30. cap. 12.

Mălē, adverb. vide MALVS, penul. cor.

Mălĕdico, Maledictum, Malefacio, vide MALVS, adject.

Mălĕvŏlentĭă, vide MALVS, adject.

Malicorium, n. s. Putamen mali granati. [σίδιον. Gall. *L'eſcorce d'vne grenade.* Ital. *Scorza di malagrana & di pomo granato.* Ger. Granatöpffel rinden. Hisp. *Corteza de granada.* Pol. *Skora na granatowim iabl'ku.* Vng. *Pomagranatnak haya* Ang. *The bark or paring of a pomegarnette.*] Plin. lib. 24. cap. 11: Hujus aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Idem lib. 23. cap. 6. Vulgus coria maximè perficere illo novit: ob id *malicorium* appellãt medici.

Malígno, Malignus, vide MALVS, adjectivum.

Malitia, vide Malus, adjectivum.

Mālleŭs, lei, m.ſ. Fabrile inſtrumentum notiſſimum, ita dictũ, quòd res duras molliat, quaſi molleus: vel quòd quæ dura ſunt, molliuntur ad ignẽ, ut malleis flagellentur. [ⲙⲁⲗⲗⲟⲥ *Coptiſch.* σφύρα. Gall. *Maillet ou marteau.* Ital. *Martello.* Ger. Ein hammer. Hiſp. *Martillo.* Pol. *Ml'ot.* Vng. *Verod, kalapats.* Ang. *An hammer.*] Varro de Re ruſtic. li. 1. ca. 22: Corbes, ſiſcinę, tribula, mallei & raſtelli. Plaut. in Menęch. -quã tu nũc mihi navẽ narras? MEN. ligneã, Sæpè tritã, ſæpè fixã, ſæpè excuſſam malleo.

Mālleŏlŭs, malleoli, m.ſ. diminutivum à malleus, Parvus malleus. [σφύριον. Gall. *Maillet.* Ital. *Martellino.* Ger. Ein hämmerlein. Hiſp. *Pequenno martillo.* Pol. *Ml'otecżek.* Vng. *Verotske.* Ang. *A little hammer.*] ¶ Ab hujus etiam ſimilitudine vocatur malleolus. [μόχλιμος. Gal. *Marquotte de vigne, ou le ſarment.* Ital. *Sarmento di vite.* Ger. Ein jung räbſchoß / ein ſchüzling / ein heurige räbgerten. Hiſp. *El ſarmiento.* Pol. *Ml'oda latoroſlodpnia winnego.* Vng. *Vyioues aẑſzolo neẑkon.* Ang. *A young ſhote or branche of a vine.*] Novus palmes vitis, innatus prioris anni flagello, dictus quòd in ea parte quæ deciditur, ex veteri ſarmento prominẽs utrinq; malleoli ſpeciẽ præbet & plantationi aptus eſt. In qua etiam ſentẽtia fuiſſe Plin. videtur li. 17. cap. 21, furculum utrinque capitulatum è duro ſeri cõſueviſſe, eoq; argumento malleolum etiã nunc vocari. Cicero de Senectute: Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines, nónne ita afficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? Dicuntur etiam malleoli, faſciculi ex pice, ſulphure, aliiſq; id genus ignis fomitibus confecti, ad incendenda ædificia accommodati. Cicer. in Catilin. Deſinant inſidiari domi ſuæ Conſuli, circunſtare tribunal Prætoris urbani, obſidere cum gladiis curiam, malleoloſq; ad incendendam urbem, faceſq; comparare. Idem pro Milone: Domus in clivo Capitolino ſcutis referta, plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum.

Mālleŏlārĭs, & hoc malleolare, om.t. à malleolus fit. [μοχδοφορικός. Gall. *Appartenant à marquotte ou ſarment.* Ital. *Pertinente à ſirmento di vite.* Ger. Das eines jungen räbſchoß iſt. Hiſp. *Pertenẽciente à ſarmiento.* Pol. *Latoroslni.* Vng. *Vy ioueſni.* Ang. *Belonging to the yonge branche of a vine.*] Colum. lib. 3: Virgam malleolarem non amplùs, quàm ſex gemmarum eſſe convenit.

Mallĕātŭs, ta, tum, Quod malleo factum aut contuſum eſt. [חלם *halám*, σφυρωτός. Gal. *Batu ou acouſtré au maillet, martellé.* Ital. *Martellato.* Ger. Gehemmeret / mit dem hammer geſchlagen. Hiſp. *Martillado ò hecho al martillo.* Pol. *Ml'otem zbite.* Vng. *Veronel meg vert, meg kalapaltator.* Ang. *Made or beaten with an hammer.*] Vnde malleati libri dicũtur, qui malleo percuſſi & complanati ſunt: quod ferè fieri ſolet, antequam libri compaginentur. Vlpian. l. librorum appellatione de Legat. 3. Sed & perſcripti libri, nondum malleati, vel ornati continebuntur. Colum. lib. 12. cap. 19: Isq; qui præerit huic decoquendo, cola juncea, aut ſpartea, ex crudo: id eſt, nõ malleato ſparto prępparata habeat.

Mālleo, las, n p. quaſi malleo operor, σφυρῆμαι Vnde

Mallĕātŏr, m.t. [חלם *holém, ὁ σφύρᾳ ἐλαύνων* Gal. *Qui vſe de mail ſer ou de marteau.* Ital. *Martellatore.* Ger. Ein hemmerer / der mit dem hammer ſchlecht. Hiſp. *Aquel que maja o martilla.* Pol. *Ten ktori ml'otem cebi.* Vng. *Aẑ ki verẽuel ver, kalapalo.* Ang. *That worketh with an hammer.*] Martial. lib. 12: Illinc paludis malleator Hiſpanæ Tritum nitenti fuſte verberat ſaxum.

Māllŭvĭum, vii, n.ſ. Vas in quo lavantur manus: [χειρόνιπτρον. Gall. *Baſſin ou vaiſſeau à laver les mains.* Ital. *Lauatoio da mani.* Ger. Ein handbecke. Hiſp. *El plato ò fuente para agua manos.* Pol. *Miedniczą.* Vng. *Moſdo.* An. *A baſon to wash the handes in.*] & fœminin. genere Malluviæ (ut Feſt. ait) ſicut Pelluvium & Pelluviæ, quo lavantur pedes.

Mālo, mavis, mavult, malui, malle, Magis velle. [בחר *bachár* רצה *ratsáh.* αἱρεομαι. Gall. *Aimer mieux.* Ital. *Voler più toſto, amar meglio.* Ger. Lieber wöllen. Hiſp. *Mas querer.* Pol. *Wolic.* Vng. *Inkab akarom.* Ang. *To loue or will rather.*] Cicer. de Clar. Orat. Meo judicio multò ſtare malo, quàm aliorum. Idem 1. Tuſcul. Næ ego haud paulò hunc animum malim, quàm omnium fortunas. Ad Attic. lib. 14: Tamẽ arbitror malle te, quietam ſenectutem potiùs agere, quàm ſolicitam. ¶ Legitur & Mavolo, mavellem, mavelim, pro malo, mallem, malim. Plaut. in Aſin. Amari mavolo, mi gnate, me abs te. Idem in Amphitr. Experiri iſthuc mavellem me, quàm mihi memorari. Idem in Aulul. Mortuum ego me mavelim letho malo, Quàm nõ ego illi dem hodie inſidias ſeni.

Măppă, æ, f.p. Linteum quo menſa ſternitur, aut certè qua manuum ſordes in menſa abſtergimus. [ὀθόνη. Gall. *Nape.* Ital. *Touaglia.* German. Ein Tiſchlach oder Tiſchzwehel. Belg. Een Ameſaten. Hiſpan. *Los manteles ò touajas.* Pol. *Obrus.* Vngar. *Abrosz kendõ keszkenyõ.* Ang. *A table cloth, a table napkin, a towell.*] Nam in convivium pro ſe quiſque mappam afferebat. Mart. lib.12: Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. Plin,lib. 19. cap. 1: Ardentes in focis conviviorum vidimus mappas, ſordibus exuſtis, ſplendeſcentes igni magis quàm poſſent aquis. ¶ Mappam (inquit Quintil.lib. 1. cap.9.) uſitatum Circo nomẽ Pœni ſibi vendicant. Idcirco autem dicit mappam Circo uſitatam, quòd in ludis Circenſibus Prætor ſoleat præſidere, qui mappæ miſſione ſignum dabat ineundi certaminis. Martial. libro 12: Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam, Prætori mappam ſurripit Hermogenes. ¶ A mappa verò fit diminutivum mappula.

Mărāſmŭs, μαρασμός, Tabes: hoc eſt, totius corporis, vel partis alicujus ſiccitas, quę accidere ſolet, humore nativo vi caloris abſumpto. A verbo Græco μαραίνομαι, quod eſt tabeſco. ¶ Hinc Febris *maraſmodes* à medicis appellatur hecticæ ſpecies, quæ cõtingit ex febri ardente adeò propagata, ut humorem totius corporis abſumat. Vide Galenum de Different. feb.lib.1.cap.10.

Maratha, quæ in rubris naſcuntur mora, quanquam corrupta Hippocratis lectio eſt, & fortaſſe pro μάραθρα δὰ βατοῦ, legendum μάρα δὰ βατοῦ.

Marathis, Hippomarathrum, Dioſc.lib.3.cap.80.

Mărathrŏn, [μάραθρον. Gall. *Du fenouil.* Ital. *Finocchio.* Germ. Fenckel. Hiſpan. *Hinojo.* Pol Wł'oski kopr. Angl. *Fenell.*] Latini fœniculum dicunt. De Marathro & Hippomarathro, vide Plinium lib.20. cap.10.

Mărathrītēs, [μαραθρίτης οἶνος. Gall. *Vin de fenouil.* Ital. *Vino di finocchio.* German. Fenckelwein. Hiſpan. *Vino di hinojo.* Polon. *Wino koprowe.* Vngar. *Feniculomos bor.* Ang. *Wyne of fenell.*] Vinum eo modo dictum quo Aromatites: nempe quòd marathrum infuſum habet: valetque ad viſus imbecillitatem adjuvandam. Col.lib.22.cap 35.

Mārcĕo,es,ui,n. ſ. Putreo. [בּוּק *namák* בָּבַל *nabál.σήπομαι,μαραίνομαι* Gall. *Eſtre fleſtri, pourri & gaſté.* Ital *Marcire* Germ. in Fauten/verwelcken: *Item*, abnemmen oder krafftloß werden. Belg. Wyt worden/vertotten. Hiſpan. *Marchitarſe.* Polon. *Schne, wiedne.* Vn. *El ôzi ôuerôdôm, el zaradok.* Ang. *To wither, to corrupt, to waxe rotten.*] Martial.libro 5: Marcentes tibi porrigentur uvæ. ¶ Nonnunquam idem quod langueo, tabeo & tabeſco. Ovid.1.Amorum, Eleg.13: Cur ego plector amans, ſi vir tibi marcet ab annis. Celſ.lib.2.cap.2: Si marcet animus, ſi corpus torpet, ſi moveri loquiq; piget Liv.3.bell.Pun. Sed qui pugnent, marcere Campana luxuria, *&c.*

Mārcēſco,n. t. Putreſco. [בּוּק *namák* בָּבַל *nabál.* ἀπομαραίνομαι. Gall. *Deuenir ou eſtre pourri ou gaſté.* Ital. *Marcirſi, guaſtarſi.* German. Anheben fauten: *Item*, krafftloß werden. Hiſpan. *Marchitarſe, ſer marchito.* Polon. *Gnije, ſi' abieie.* Vngar. *El apadok, ôzi ôuerôdôm, zaradok.* Ang. *To waxe rotten or withered.*] Plin.lib. 10.cap. 48: Corpus occiſæ ſtatim marceſcit. ¶ Ponitur quandoque pro langueſco. Suetonius in Calig. Marceſcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. Liv.8.bell.Pun. Ad hæc equitem marceſcere deſidia. ¶ Hujus compoſita ſunt, Emarceſco, & immarceſco, de quibus ſuis locis.

Mārcĭdŭs,a,um, adjectivum, Putridus, langueſcens. [נָבֵל *nabél.σαπρός, μαραινόμενος.* Gall. *Fleſtri, pourri.* Ital. *Marcio, marcito.* Ger. Faul/welck. Hiſpan. *Coſa marchita ò muſtia.* Pol. Zwiedniony. Vng. *ôzi ôuer apát, zárat.* Ang. *Rotten, vnluſtie, withered.*] Plin. lib 11. cap 37: Feſſis equis aures marcidæ. Plin. in Panegyr. Alii marcidi ſomno, heſternaq; cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuntios opperiebantur.

Mārcŏr,marcoris,m.t. Putredo, vel languor, & cõſumptio, quæ & Tabes dicitur. [מַק *mák.* σηπεδὼν, σῆψις. Gall. *Fleſtri, pourre ou pourri-*

vnpourriture. Ital. *Marcia.* Germ. *Feule / verweſung / verzehrung.* Hiſp. *Marchitura.* Pol. *Zwedniente, vſchnienie.* Vng. *ozrôuerſeg, zarafſág el apadas, el aſzás.* Ang. *Withering, vnluſtineſſe.*] Plin. lib.22.cap.22: Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel pāni marcor affuerit. Celſus de lethargo, lib.3.cap.20: In hac marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas.

Marchalita, Idem quod Pyrites, teſte Georgio Agricola. Nā quod Græci, & poſt eos Latini *Pyritem*, Arabes *Marchaſitam* appellant. Cæterùm ne id tibi imponat multa etiam genera Pyritis. De quo alibi Martianus Medicus Apher citatur ab Actio, Serm. 13.cap. 11. ſcripſit morborū remedia varia. Martiaton unguentum ab inventore ſic dictum.

Marchion, onis, m. t. Videtur Alciato Celticum vocabulum eſſe, quo Præfectus equitum ſignificetur, quod antè Rhenanus noſter admonuit: & Ahhamerus latiùs explicat, in Comment. Germaniæ, doctiſſimus vir Glareanus author eſt, hodie magna ex parte Celticè log Helvetios, Rauracos, Sequanos, Rheno proximos, Briſgoēles, ac Elſaticos noſtros. Annotavit in §. Alciati, & apud Gallos hodie uſurpare *Marcare*, pro eo quod eſt equitare: & Pauſaniā ſcribere, triplicem equitum ordinē è Celtis, qui in exercitu Brennis erāt. Trimarciſiam dictā, fuiſſeque hanc vocem, & rerum in Italia potientibus Longobardis, & deinde Francis Regibus (origine Germanis) magiſtri ſtabuli ſeu equitum nomen, deinde in propriæ juriſdictionis appellationem tranſiiſſe, ſicut & Duces, Comites, Marchiones ſeu Margraphii, ut Iuriſconſultiſſ. Bonifacius Amerbachius admonuit originem ex Limitaneis præpoſitis traxerunt, quòd limitibus, quos vulgò Marcken appellamus, graphi: id eſt, præpoſiti fuerunt. Vide Zaſ. in tit. Qui feud. clarè poſſ. ¶ Quidam à Marca, quod equum ſignificat, equorum ſtabuli Magiſtrum Marckſtaller, & equorum præfectum Marckgraven / exiſtimant appellatum. Sed magis eſt, ut Amerbachii ſentētiam ſequamur. Marchio autem & comes, propriè regni vel Regis capitanei dicuntur, qui ab his Feudum accipiunt: propriè Regis vel regni Valvaſores, quaſi ad valvas ſtantes, qui & ipſi capitanei nuncupari poterint. C. ſi capitanei. de Feud. Marchiæ. Rurſum Feudum capientes ab eis minores, Valvaſores appellantur. Vide Baronem à Tautenberg, de his, qui Feud dare poſſ.

Mārcĭpŏr, Marci puer: hoc eſt, famulus: ſicut Publipor, Lucipor, & alia hujuſmodi. Plin.lib.33. cap.1: Singuli Marcipores, Luciporésve, dominorum gentiles, victum in promiſcuo habebant. Quibus verbis ſignificat Plinius, priſcos Romanos ſingulis ſervis contentos fuiſſe: quare Marcipores, quaſi Marci pueri vocabantur: hoc eſt, miniſtri & aſſeclæ, ut Græci παῖδας, vocant ſervos. Quod in numeroſa familia poſtea fieri non potuit. Fabius lib. 1: In ſervis jam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: unde Marcipores, Publipores

Mārcŭlŭs, Eſt nomen inſtrumenti, quo fabri ærarii uti ſolent. [טפיש *pattiſch.* ἀρμίσκος, *χαλκέων σκεῦος.* Gal. *Vn marteau de chauderonnier* Ital. *Martello di magnano.* Germ. Ein hammer oder dergleichen werckgeſchirr der Artzſchmiden. Hiſp. *El martillo de hierro.* Pol. *Młot.* Vñ. *Kalapats.* An. *A coperſmithes hammer.*] Plin. lib.7.cap. 56: Tegulas invenit Cinyra Agriopę filius, & metalla æris, utrunque in inſula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Martial.lib. 12: Nec cogitandi ſpatium nec quieſcendi in urbe locus eſt pauperi, negant vitam ludimagiſtri manè nocte piſtores, ærariorum marculi die toto. Martulus ſcribit Turnebus.

Mărĕ, hujus maris, n.t. Pelagus, oceanus, æquor, dictum (ut putatur) ab amaritudine aquarum [ים *jam.* θάλασσα Gal. *La mer.* Ital. *Mare.* Germ. *Das Meer.* Hiſpan. *La mar.* Pol. *Morze.* Vng. *Tenger.* Ang. *The ſea.*] Virgil. 2. Aeneid. vaſtum maris æquor arandum. Idem 2. Aeneid.-quū Iupiter ęthere ſummo Deſpiciēs mare velivolum, terrásq; jacentes. Cicer. 1. Tuſcul. tranſlaté. Tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. ¶ Maximum autem illud mare, quod totam terram ambit, à velocitate Oceanum appellant. Illud verò quod inter Abylam & Calpen irrumpens, Africam dividit ab Europa, Mediterraneum mare vocatur. Vtriuſque autem maris partes à provinciis quas alluunt, varia ſortiuntur [illegible] na. Sic oceanum Atlanticum vocamus mare illud qu[illegible] Occidente Atlantem montem alluit. Britannicum, qu[illegible] tanniæ: Germanicum, quod Germaniæ eſt proximū. A[illegible] etiam modum ſinus ille maris, quem Mediterraneū mar[illegible] camus, à regionibus quas alluit, varia invēnit nomina. Nam ubi Hiſpaniam alluit, Ibericum appellatur: ubi Ligurian. Ligusticum: ubi Tuſciæ proximum eſt, Tuſcum mare, vel Tyrrhenū appellatur. Sed hæc latiùs ſuis locis. Mare cœlo miſcere, Eſt omnia turbare, nihilq; non facere. Virgilius de Iunone omnia adverſum Trojanos tentante: -maria omnia cœlo Miſcuit. Iuvenal. Satyr. 6: -clames licet, & mare cœlo Confundas, homo ſum. Mari terráque quærere: id eſt, ubique. Plaut. in Pœnul.-poſtquam eas perdidit, Mari terráque illas uſquequaque quærit. Sic Cicero: Terra mariſque conquirere. ¶ Mare quandoque pro ſinu maris uſurpatur. ¶ Mare rubrum, ἐρυθρὰ θάλασσα, ſinus maris eſt, Arabiam Felicem à meridie alluens, ab anguſtiis Arabici ſinus uſque ad ſinum Perſicum extenſus. Rubrum appellatum, non quòd aqua ejus re vera ſit, rubra (ut plerique putaverunt) ſed quòd ejuſmodi appareat, à ſubjectæ arenæ rubedine, vel Solis repercuſſu. Sive (quòd magis placet) imitatione Græcorum, qui mare hoc Erythræū appellarunt, ab Erythra rege Perſei & Andromedes filio, qui ea in ora imperavit: ubi etiam ſepulcrum ejus oſtendi ſolet. teſte Strab. lib. 16. Latini itaque rati Erythræum à Græcis dictum, quòd ἐρυθρὸν: hoc eſt, rubrum eſſet, ipſi quoque Rubrum mare appellarunt. Vide latiùs apud Strab. loco jam indicato. ¶ Mare mortuum, Iuſtinus Hiſt. lib. 30. de Iudæa: In ea regione lacus latus eſt, qui propter immobilitatem mortuum mare dicitur. Hic Aſphaltites lacus Ioſepho, Plinio, Solino.

Mărīnŭs, a, um, Quod mare incolit, vel quod eſt in mari, vel ex mari: [θαλάσσιος, ὑάλι Ͻ. Gal. *De mer, marin.* Ital. *Marino.* Ger. *Das in dem Meer wohnet.* Hiſp. *Coſa de mar.* Pol. *Morski.* Vng. *Tengeri.* An. *Of the ſea.*] Jut Piſcis marinus, Marina aqua, Oſtreæ marinæ. apud Plin. lib. 10. cap. 69. Cicer. 2. de natura deorum: Probabile eſt igitur præſtantem intelligentiam in ſyderibus eſſe, quæ & ætheream partem mundi incolunt, & marinis terrenísque humoribus longo intervallo extenuatis aluntur. ¶ Transmarinū autem dicimus, quod trans mare eſt. ὑπερθαλάσσιος. ut Tranſmarinæ merces, & Tranſmarinus triumphus.

Mărĭtĭmŭs, a, um, pen. corr. Quod ad mare eſt, vel quod ad mare vel in mari ſit: [ἐπιθαλάττιος Ͻ, παράλιος Ͻ. Gal. *Maritime, qui eſt ou demeure aupres ou ſur le bord de la mer* Ital. *Marittimo.* Germ. *Das an das Meer ſtoßt / das des Meers iſt.* Hiſp. *Coſa cerca de la mar.* Pol. *Nad morzem leżaci.* Ang. *That dwelleth by the ſea coaſt.*] Jut Ora maritima. χώρα ἐπιθαλάττιος Ͻ. Gens maritima, bellum maritimum. Cic. ad Attic lib. 2: Quod extremum eſt, te in Arpinati videbimus, & hoſpitio agreſti accipiemus, quia maritimum hoc contempſiſti. Plaut. Ciſt. Modò quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat. Maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum. Id eſt, periculum de me ita facit, ut mare quum jactatur variis fluctibus. ¶ Accipitur etiam aliquando maritimus, pro eo quod ex mari eſt, vel quod ad mare pertinet, pro marino. Cicer. 2. de Nat. deor. Aeſtus maritimi multum accedentes & recedentes. Sic etiam Plaut. in Rud Fluctus maritimos dixit, pro fluctibus marinis.

Mārgă, gæ, f.p. [Ger. *Mergel / iſt ein gattung weiſſes Erdtreichs / die Güter damit zu miſten.*] Genus terræ in modum cretæ albę, qua ruſtici utuntur ad agros ſtercorandos. Vide Plin lib. 17. cap. 6.

Mārgărĭdēs, μαργαρίδες, Palmæ ſunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breves & candidæ, & rotundæ ſunt, acinis, quàm balanis ſimiliores. Plin. lib. 13. cap. 4.

Margărītă, f.p. vel margaritū, ti, pen. pro. n.ſ. [חרוץ *bedhōlach* טביים *peninim.* μαργαρίτης. Gal. *Vne perle.* Ita. *Perla.* Ger. Ein pārlin Belg. Een perle. Hiſp. *Aljofar menudo ò perla grueſſa.* Pol. *Perł a.* Vng. *Druga kō. gyōngy.* Ang. *A pearle.*] Lapillus candidus eſt in conchis naſcens, quem Romani *unionem* vocant, quòd nulli duo reperiantur indiſcreti. Plin. lib. 9. cap. 35: Principium ergo, culménque omnium rerum pretii margaritę tenent. Et paulò pòſt: Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus: in tantum, ut nulli duo reperiantur indiſcreti. Cicero 6. Verr. Nego ullam gemmam, aut margaritam fuiſſe quin abſtulerit. Tacitus in vita Agricol. Ferè Britannia aurum & argentum, & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, ſed ſuffuſca, & liventia. Galli ſua lingua vocant *Perlam.* ¶ Margaritum in neutro genere, Soſipater tamen reprehēdit. Ita enim ait: Margaritum dicere vitioſum eſt, propterea quòd Græca nomina in ης terminata, tranſeūt in ι, ut ὁ χάρτης, charta, ὁ ἢ ἡ ἀθλητής, athleta, ὁ μαργαρίτης, margarita. Vſus eſt tamen, eodem teſte, & Varro ipſæ linguæ Latinæ κυρὸν libro 8. Epiſtol. Et præter eum Valgius in epigrammate.

Margărītārĭī, m.ſ. [μαργαροπρατήμονες. Gal. *Vendeurs de perles.* Ital. *Venditori di perle.* Germ. Pārlintrāmer / die mit pārlin vmbgehn. Hiſp. *Vendedores de aljofares menudos ò grueſſas perlas.* Pol. *Perł a-mi kupcżaci.* Vng. *Gyōngy mwᵒues.* Ang. *That ſelleth pearles.*] Negotiatores, mangonésque margaritarum, apud Firmicum.

Margărītĭfĕr, a, um, adject. Quod fert margaritas, [μαργαροφόρος Ͻ. Gall. *Produiſant perles.* Ital *Che produce perle.* Ger. Das pārlin tregt oder gebirt. Hiſp. *Coſa que trahe ò cria aljofar ò perlas.* Pol. *Perł i rodzący.* Vng. *Gyōngy termō.* Ang. *That beareth pearles.*] Plin. lib. 32. cap. 11: Cō charum genera, inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

Mārgo, tàm maſculini quā fœminini generis, uniuſcujuſq; rei extremitas.] כנף *chanáph* ץ *jadh.* ὄρλις κεφαλαιῶδον. Gal. *Le bord de quelque choſe que ce ſoit, la marge, la frontiere* Ital. *Margine.* Ger. Das euſſerſt an etwas jetlichen dings / das Bort Belg. Den cant.

Hiſ. L

Hiſ. *La margen ò cabo de alguna coſa.* Po. *Brzeg, krai, burta.* Vn. *Zél.* Ang. *The brimme or edge of a thing, the margent.*] Ovidius lib. 1. Metam.-nec brachia longo Margine terrarū porrexerat Amphitrite luven. Sat. 1: plena jā margine libri. Margines teſtudinis. Plin. lib. 9. cap 10: Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudēte pyxidum modo. Margines fluminum. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 5: Quum habeam ſub oppido Caſſino flumen, quod per villam fluat, liquidum, & altum marginibus lapideis, latum pedes LVII. ¶ Margines imperii. Plin. lib 12. cap. 20: Quin & in noſtro orbe ſentitur extremo in margine imperii, qua Rhenus alluit. Gramineus margo fontis, Ovid. 3. Metam.

Mārgĭnātŭs, a, um, & Marginatus, a, um: [*λωμοπωθὲς, πεζοπωθές.* Gall *margé, qui a grand bord.* It. d. *De grande orlo o margine.* Ger. Das ein groß bort hat. Hiſp. *Coſa que tiene margen.* Pol *Brzegiſti.* Vng. *Zélés, (anagy) az ki-nek zele vagy on.* Ang. *That hath a bordour or brimme.*] ut Marginata tabula, apud Plin. lib. 35. cap. 12. quæ marginem habet latiſſimum.

Marinus, Maritimus, Vide MARE.

Mărīſcæ, f. p. Ficus grādiores, ſed inſipidæ, quas à Græcis *βαύσυκα* appellari tradit Feſtus [טְאֵנִים *paghghim.* Gal. *Figues folles.* Ital *Fichi ſciapiti.* Germ. Bngeſchmackte feygen. Hiſp. *Vn cuerto genero de higo ſin ſabor.* Pol. *Figi nieſmaczne.* Vng. *Ongy iletlenfuge.* An. *Wild or vnſauory figges.*] Mart. lib. 14: Infanti melimela dato, fatuáſq; mariſcas. Plin. lib. 15, cap. 18. Cato de ficis ſerendis ita meminit: Ficos mariſcas in loco cretoſo, & aperto ſerito. Colum. lib. 10: Purpuræque chelidoniæ, pinguésque mariſcæ. ¶ A fructus hujus ſimilitudine etiam Mariſcæ dicuntur, tubercula ulceroſa, quæ ex præpoſtera libidine circa podicem naſcuntur: & fortaſſe eadem ſunt cum illis, quæ Martialis in Cæcilianum Ficos appellat. Iuven. 2. Satyr. Cæduntur tumidæ, medico ordente mariſcæ.

Mărīſcus, m. f. el. mariſcum, n. ſ. [Ger Groſſe binſen ſo in Seen vnd weyern wachſen.] Genus juncis majoris, quem *ὀλοχοινον* Græci vocant: hoc eſt, totum juncum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ naſſæ: ut ait Plin. lib. 21. cap. 18.

Mărītŭs, i, m. ſ. Vxoris vir, à nomine Mas, maris. [אִישׁ *báhal ſó ανὴρ, ἄνοιτος.* Gal. *Mary.* Ita. *Marito* Ger. Ein Ehemañ. Bel *Een gehoutman.* Hiſp. *Marido de muger legitima.* Pol. *Mal'żonek.* Vng. *Feri-ur.* An *An huſband or maried man.*] Plautus in Caſ. Quid agis tu marite, mi vir? unde ornatu hoc Advenis? ¶ Ignara puella mariti: hoc eſt, virgo, Horat. 2. Epiſt. 1. Iura violata mariti, Ovid. 2. de Arte. ¶ Ponitur aliquando ſimpliciter pro maſculo, & de aliis quoque animantibus dicitur: ut de gallinaceo apud Colum. lib. 8. cap. 15: Rarior eſt in his avibus, maritis bonitas. Olentis uxores mariti, dictæ capræ, Horat. 1. Carm. Ode 17. ¶ Maritæ, dicuntur mulieres nuptæ. [בְּעוּלוֹת *behulóth. σωοιχῶσαι.* Gal. *Femmes mariées.* Ital. *Donne maritate.* Germ. Eheweyber. Hiſpan. *Mugeres legitimas de alguno marido.* Pol. *Zona.* An. *Maried women.*] Ovid. lib. 2. Faſtor dura cum ſorte maritæ Reddebāt uteri pignora rara ſui. Hinc maritos pro conjugibus Papinianus poſuit in l. 52. in fin. D. de donat. inter virum & uxor. Nam quo caſu *inquit*, inter cæteras cōdictio naſcitur, inter maritos nihil agitur. ¶ Trāsfertur autem ad arbores vitiferas, quales ſunt ulmi & populi, cęteræq; id genus arbores, quibus vites applicantur, quásque ſuis claviculis complectuntur. Plinius lib. 14. cap. 1: Iam in Campano agro populis nubunt vites, maritásque complexæ, atq; per ramos earum procacibus brachiis, geniculato curſu ſcādentes cacumina æquant.

Mărīto, tas, act. p. Viro trado, ſeu aſſocio. [יבעל *bahál σωοιχίζω.* Gal. *Marier, cōioindre.* Ital. *Maritare,* Germ. Verehelichen Belg. Houwen/trouwen. Hiſ. *Ayuntar marido y muger.* Pol. *Zamąż daie.* Vn. *Fernek adom* Ang. *To marie.*] Suetonius in Veſp. capite 14: Vitelli hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritavit, dotavitq; etiam, & inſtruxit. Tacit. lib. 12: Capto rurſus initio, quando maritandum principem cuncti ſuaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis, ſanctimonia inſignem. ¶ Neque ſolùm de hominibus, ſed etiam de aliis dicitur: ut de arboribus, quæ vites ſuſtinent. Colum. lib. 3: Sexto anno ſi jam videbitur firma, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur. Et lib. 4. cap. 1: Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea ſirobem vitibus comparato. ¶ Maritari etiam dicuntur canes. Varr. 2. de Re ruſt. cap 9: Tum enim dicuntur catulire: id eſt, oſtendere ſe velle maritari.

Mărītālis, & hoc maritale, or. t. [*γαμήλιος, γαμικός.* Gal. *Appartenant à mariage ou mari.* Ital. *Pertinente à maritaggio, ò marito.* Ger Das zu dem Ehemann oder der verehelichung gehört Hiſ. *Coſa perteneſciente à caſamiento ò à marido y muger* Pol. *Mal'zenski.* Vng. *Haz aſſiho hoz ùuag feryhez valo.* Ang *Belonging to mariage or an husband.*] Colum in Procem. lib. 12. Xenophon. Atheniēſis eo libro P. Sylvine, qui Oeconomicus inſcribitur, prodidit maritale cōjugium ſic comparatum eſſe natura, *&c.* Capiſtrū maritale. Iuvenal. Sat. 6: Stulta maritali jam porrigit ora capiſtro. Veſtis maritalis, Ovid. 2. de Arte: Luſa maritali Gallica veſte manus.

Mărītŭs, a, um, adject. Idem quod conjugalis. [*σύζυγος.* Gal. *Marié, conioint ou liè auec.* Ital. *Coniugale.* Ger. Das der Eheleuten iſt, eheſtich. Hiſ. *Coſa de marido y muger.* Pol. *Do mal'żeńſtwa przinależaci.* Vn. *Feryes haz.* An. *Maried.*] Liv. lib. 7. tertii bel. Pun. Vagabatur cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctésque. Ovid in Epiſt. Paridis ad Helenam: An puder, & metuis Venerem temerare maritam, Caſtáque legitimi fallere jura tori? ¶ Sic maritum olivetum per tranſlationem dixit Colum. lib. 3. cap. 11: Rariſſimum (*inquit*) arbuſtum, vel olivetum, quod non fuerit maritum, vineis deſtinatur. ¶ Marita pecunia. hoc eſt, dotalis, apud Plaut. in Epid. Pulchra ædepol dos pecunia eſt P. Quæ quidem ædepol non eſt marita.

Mărmărītēs, [*μαρμαρίτης* Pol. *Polna ruta.*] Herba à quibuſdā appellatur, quam Dioſcorides, *καπνὸν* nos *Fumariam*, vel *fumū terræ* dicimus. Eſt autem ex iis nomenclaturis, quas inter notha Dioſcoridis rejiciunt eruditi.

Marmărītĭs, dis, pen. prod. *μαρμαρίτις*, Herbæ genus, quam alio nomine Aglaophotim vocant, propter admirabilem colorem. Naſcitur in Marmoribus Arabiæ: qua de cauſa Marmaritis vocata eſt. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

Mărmŏr, oris, pen. prod. [שֵׁיש *ſhájiſh μάρμαρος.* Gal. *Marbre.* It. *Marmo.* Ger. Ein Marmelſtein. Hiſ. *Piedra marmolēna, marmol.* Pol. *Marmurowi kamień.* Vng. *Mamankw'* Ang. *Marble ſtone.*] Genus lapidis duriſſimi, & ſolidiſſimi: cujus & diverſa ſunt genera. ¶ Quoddam enim album, Parium dicitur à Paro inſula: quare & in Liguria olim Lunenſium lapicidinæ dederunt. ¶ Aliud Lacovicum, quod eſt viride, & cunctis hilarius. ¶ Aliud Luculleum, quod ferè atrum erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. ¶ Aliud Ophites à maculis ſerpentum, quibus diſtinguitur, nomen accipit. ¶ Aliud Porphyrites, quod eſt rubrum, cādidis intervenientibus punctis, quod & Leucoſtictos vocatur. ¶ Baſalyes ferrei coloris & duritiæ, unde nomen mutuatur. ¶ Onychites, ex Arabiæ montibus eſt, ex quo vaſa potoria in Germaniam afferuntur. ¶ Alabaſtriten quoque candidum cavare ſolent ad myrotheca: quòniā unguenta incorrupta ſervare creditur. Sunt & alia marmoris genera, quæ brevitatis cauſa omitto. Vide Plin. lib. 36 cap. 7. Templum de marmore. Virg. 4. Aeneid. Præterea fuit in rectis de marmore templū. Inciſa notis marmora. Horat. 4 Carm. Ode 8. Virg. 6. Aeneid. ſolido de marmore templa.

Mārmŏrāre. [Vn. *Marma iy kwbbl epitesi.*] Lampridius in Alex. Severo: Hoc genere marmorandi ſtatuas Coloſſeas in urbe multas locavit.

Mārmŏrātĭo, onis, f. t. Conſtructio ex marmore. [*μαρμάρωσις.* Gal. *Baſtiment de marbre.* Ita. *Fabrica di marmo.* Germ. Ein bauw oder beſetzung auß Marmelſtein. Hiſp. *Encaladura de marmol.* Pol. *Zmarmoni bud.* Vng *Marvany kwbòl valo epites.* An *A building of marble ſtone.*] à Marmore, ras, quod eſt ex marmore conſtruo. Apuleius lib. 3 Flo.. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meę honorem? pavimenti marmoratio, nec proſcenæ contabulatio, nec ſcenæ columniatio, ſed nec culminis æris pretium, & artificis miniſterium, quæ mihi ne in mediocribus quidem civitatibus, iniquè defuêre.

Mārmŏrātŭs, a, um, Ex marmore factus, vel marmore obductus: [*μαρμαρωτόν.* Gall *Pauć ou reueſtu de marbre.* Ital *Coperto di marmo.* Germ. Mit Marmelſtein bedeckt / gemarmelt / Hiſp. *Edificio de piedra marmol, cubierto de marmol.* Polon. *Marmurem nakriti, marmurowi.* Vn. *Maruan, kwbòl tſinalt maruan kwues.* An. *Paued or ouerlayed with marble ſtone.*] ut Marmorata pavimenta apud Ciceronē 2. de Legibus. Varro lib. 3. de Re ruſt. ſubſtantivū uſurpavit. Intrinſecus (*inquit*) quaſi leviſſimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinuntur, & extrinſecus circum feneſtras. ne mus aut lacerta arrepere ad columbaria poſſit.

Mārmŏrĕŭs, a, um, Ex ſolido marmore factus: [*μαρμάρινος, μαρμάρεος.* Gal. *De marbre.* Ital. *Marmoreo, di marmo.* Ger. Marmelſteinen. Hiſ. *Coſa de marmol.* Pol. *Sſtuzerego marmoni żbudowani.* Vng. *Maruan kwbol tſinalt.* Ang. *Made of marble.*] ut Sepulcrum marmoreum: Plinius lib. 13. cap. 1. Varro autor eſt, Pitium quendam Prætura functum marmorei ſignificiem habuiſſe propter id vitium. Cicero pro domo ſua: Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inſpectante Populo Romano ad ſocerum Conſulis portabantur. Ovid. 4. Metam. Marmoreum ratus eſſet opes ¶ Tecta marmorea, & ſola marmorea, apud Ciceronem in Parad. Cervix marmorea: hoc eſt, cādida, nivei marmoris ſimilitudine, Virg. 4. Georg.

Mārmŏrōsŭs, a, um, adject. [*μαρμαρώδης.* Gal. *Plein de marbre, dur comme marbre, reſſemblant à marbre.* Ital. *Pieno di marmo, duro come marmo, ſimile à marmo.* Germ Dem Marmelſtein gleich / hart wie Marmelſtein. Hiſ. *Coſa llena de marmol, ò que tiene marmol, ò ſemejante à marmol.* Polon *Marmurowi podobni.* Vng. *Maruan kw moggyaran valo, maruan kwuw.* Angl. *Full of marble, reſembling marble.*]

marble.] Quod marmoream formam, vel duritiem habet. Plin. lib. 33. cap. 12: Sil propriè limus est: optimum ex eo quod Atticum vocatur. Pretium in libras XXXII. Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio.

Marmotæ, mures Alpini. [German. *Murmelthier.*]

Maronia, Centaurea è Maroniæ Thraciæ monte & Maronis civitate, quibus locis copiosè fortassè, vel præsegnis nascitur. Vide Dioscorid. lib. 3. cap. 7.

Mārplacĭdæ, Navigii genus, quo Siculj utebantur.

Mārrā, Ferreum instrumentum, ad excindēdas herbas accommodatum. [מחרשה *macharefchâh.* τὸ μάρπιον. Gall. *Vne marre de vigneron.* Ital. *Marra.* Ger. *Ein beckhewte/ein trauthauwe.* Hisp. *Almadana è marra.* Pol. *Graca.* Vng. *Zarnas, agas kapa aſo.* Ang. *A mattock or pikax.*] Col. lib. 10: Contundat marra, vel fracti dentes ligonis. Iuven. Sat. 3: Ne marræ, & farcula desint.

Mārrŭbĭum, bii, n. s. Herba satis nota, quæ exulcerare vesicā putatur. Græci πράσιον, alii Linostrophon, quidam Philopæda, nonnulli Philochares appellant. [Gall. *Herbe appelle du Marrubium.* Ital *Marrobio.* German. *Weisser Andorn/oder Marobet.* Hispan. *Marrubio, Marrojos.* Polon. *Santa.* Angl. *An herbe called marrubium, or horehound.*] Plin. lib. 20. cap. 22. ¶ Est & Marrubium nigrum, πράσιον μέλαν, & βαλλωτὴ à Græcis appellatum: quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominant, apud Dioscorid lib. 3. cap. 115. & 118.

Mars, Martĭus, Martĭgenus, Martialis, Vide MARS in PROPRIIS.

Mārsŭpĭum, pii, n. s. Loculi, sacculus numorum. [כיס *chis.* μαρσύπιον. Gall. *Gibbeciere, bourse.* Ital. *Borsa.* German. *Ein Seckel oder Täsch.* Hispan. *La bolsa.* Polon *Mieszek.* Vngar *Seb erszeny.* Ang. *A bagge of leather, a wallet.*] Cato de liberis: Et quod perspicuum est, majorem curā habere marsupii nostri, quàm vitæ nostræ. Plaut. Amph. Vt bene nummatū servaretur marsupium. Varro 3. de Re rust. cap. 17: Magis ad oculos pertinent, quàm ad vesicam: & potiùs marsupium domini exinaniunt, quàm replent.

Mārtēs, tis, f. t. Fera exigua, ex genere mustelarum: cujus pellis summo habetur in pretio. [German *Ein Marder.* Polon. *Kuna.* Ang. *A fulmer or polecatte.*] Mart. libr. 10: Venator capta marte superbus adest.

Mārtўr, martyris, com. t. [עד *hedh.* μάρτυς.] à Græcis dicitur, quem nos *testem* vocamus. Quo factum est, ut qui sanguinis sui pignore Christo divinitatis testimoniū dederunt, Martyres vocentur. ¶ Hinc martyrium μαρτύριον, testimonium. ¶ Item Martyriū pro templo martyribus dicato ponitur apud Impp. in lege 13. & lege decernimus C. de sacrosanctis ecclesiis.

Maruda, Mensuræ genus, quod heminas sex capiebat. Autor Iulius Pollux

Marum, μάρον Dioscoridi, Herba est surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliisq; multò candidioribus: quæ circa Magnesiam & Tralleis copiosa gignitur. Plin. quoq; lib. 12. cap. 24, in Aegypto marum nasci tradit, sed pejus, quàm Lydium, majoribus foliis, ac varis.

Mās, maris, m. t. Masculus: cui opponit Fœmina. [זכר *zachâr.* ἄρρεν, ἄρσεν. Gall. *Masle.* Ital. *Maſchio.* German. *Ein Mañ oder Mañsbild.* Hispan. *El macho.* Polon. *Mąż, pamięć.* Vngar *Ferfi.* Ang. *The male.*] Cicero 1. de Natura deorum: Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt. Liv. lib. 8. bel. Pun. Cæsi porcus biceps, & agnus mas, idemque fœmina. Colum. libro 8. cap. 2: Contumax ad concubitum dedignatur gallina admittere marem. Varro 3. de Re rust. cap. 12: Quis item nescit, paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, brevi tempore fore ut impleatur leporarium? Colum. lib. 6. cap. 24: Mense Iulio fœminæ maribus plerunque permittendæ

Masculēsco, is, ere, n. t. Est masculū fieri. [זכר *mitzkar* ἀρρενόω. Gall. *Deuenir maſle.* Ital. *Immaſchirſi* German. *Zu einem Mann werden* Hispan *Hazerſe macho ò mas rezio.* Polon. *Mężnie.* Vng. *Fe fizno lezők.* Ang. *To turne to the male kind.*] Plin. lib. 18. cap. 13, de rapis & napis loquens: Genera eorum Græci duo prima fecêre, masculinum, fœmininumq;: & ea serendi modo ex eodem semine. Densiore enim satu masculescere: hoc est, ex fœminis masculos fieri.

Masculo, las, act. p. Masculum animum induo, firmo, roboro. [חזק *chizzék* ἀρρενόω. Gall *Faire maſle.* Ital *Immaſchire.* Germ. *Mañlich vnnd geherzt machen* Hispan. *Hazer macho.* Pol. *Meska ſmiałość biore.* Vngar *Ferfiui zwuet viſelők.* Ang. *To mak of the male kind.*] A quo commasculo. Apuleius 2. de Asino: His cognitis, animum meum commasculavi.

Masculētum, ti, n. s. Locus in quo plantæ vinearum masculæ consitæ sunt. Plantæ autem masculæ sunt, quæ non subīguntur, ut palmites alios emittant: sed altiùs crescunt, & in altum attolli permittuntur. Plinius libro 17. capite 22: Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum usque pedamentum emitti: quod alii Dracones, alii Iuniculos vocant, ut faciant quæ Masculeta appellant.

Māsculŭlus, li, subst. m. s. diminutivum. [זכר *zachâr* ἀρρενικόν. Gall. *Maſle.* Ital. *Maſchio.* German. *Ein Männtin.* Hisp. *Macho.* Polon. *Mężczyzna.* Vngar. *Ferficzka a ferfi gyermek.* Ang *Male.*] Plaut. in Cistel. Bona fœmina, & malus masculus hic te volūt. ¶ Aliquando adjectivum est, idem significans quod masculinus, ut Masculæ facies. ἀρρενωπία. Masculæ Sappho, dicta est ab Horat. lib. 1. Epist. eò quòd tribas esset, & in portentoso mulierum concubitu viri vice fungeretur. ¶ Masculæ proles, Horat. 3. Carm. 6: Sed rusticorum masculæ militi proles, Sabellis docta ligonibus Versare glebas. ¶ Aliquando accipitur pro forti, & vehementi, & quod virum decet Sic masculæ bilis dicitur à Persio 5. Sat. - calido sub pectore masculæ bilis Intumuit. Plin. lib. 12. cap. 14, quandam thuris speciem Thus masculum appellat, ad differētiam fœminini. Idcirco autem thus masculum quidam dici putant, quòd testium speciem habeat.

Māsculīnŭs, na, num, Quod est maris, sive masculi. [ἀρρενικός. Gall. *De maſle.* Ital. *De maſchio.* German. *Männlich.* Hispan. *Cosa de macho.* Polon. *Męski.* Vngar. *Ferfiui.* Angl. *The male kind.*] Plinius libro 18. cap. 13: Genera eorum Graeci duo prima fecêre, masculinum, fœmininumque, & eâ serendi modo ex eodem semine.

Māspētum, maspeti, pen. cor. [μάσπετον Dioscoridi. Germ. *Die stengel oder bletter von einem frembden kraut Lasser genannt.*] Caulis est laserpitii ferulæ similis. Plin. autem lib. 19 cap. 3, folia laserpitii hoc nomine tradit appellari.

Mas.să, messæ, f. p. Farina macerata, & aqua subacta [עריסה *harisah* בצק *bâtzek* μάζα. Gal. *Paſte, maſſe de farine detrempee.* Ital *Paſta & ſimile coſe ſpeſſe.* Germ. *Ein teig, kuchen, etc.* Belg. *Een deych ofte clomp.* Hispan. *La maſſa de pan y cada cosa semejante* Pol. *Ciasto.* Vngar. *Texta.* Ang. *Paast, all thing that is made of paast, à maſſe or wedge.*] ¶ Significat etiam quicquid densum est, spissúmve ad similitudinem farinæ subactæ: ut Massa auri, Massa ferri: hoc est, pila, & veluti moles. Colum. lib. 12. cap. 5: Quidam ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant. Virg. 1. Georg. - massam picis urbe reportat.

Māssŭlă, ejus diminutivum est, [τὸ μαζίον, ἡ μαζίσκη. Gall. *Petite maſſe.* Ital. *Picciola maſſa.* Germ. *Ein teigtin oder klößlin.* Hisp *Pequenna pasta.* Pol. *Ciasteczko.* Vng. *Texta ska.* Ang. *A little maſſe.*] Col. lib. 12. cap. 38: Post hæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, *&c.*

Massarĭcĭæ, Vocabulum è vulgi trivio sumptum, ut pleræque ejus notæ apud Doctores reperiuntur. Bartolo dicuntur supellectilia ad domū pertinētia: quod & alicubi Zas. indicavit.

Māssārĭs, Vva est, quæ ex vite sylvestri cum flore in Africa decerpitur: medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. Plin. libro 12. cap. ult. & in Proœmio libri 23.

Mastĭchē, es, pen. corr. f. t. cum aspiratione in ultima syllaba, μαστίχη, Dioscoridi: [Gall. *Du maſtich.* Ital *Maſtice.* German. *Ein gummi auß dem baum lentisco.* Hisp. *Almaciga goma de Lentisco.*] Iuxta Plin. lib. 12. cap. 17, lacryma est, quam lentiscus arbor gummi modo sudat.

Mastĭ, pro fistulis, Vide MASTVS.

Mastix, pro flagello apud Nicandrum.

Mastix, igis, pen. obliquorum prod. m. t. Scutica, flagrum sive lora quibus mancipia cæduntur: [שוט *schot* שוט *schotét.* μάστιξ Gall. *Foüet, verges à fesser.* Ital. *Staffile, ſcorreggiata.* Germ *Ein geiſſel.* Hisp *Açote.* Pol. *Bicz.* Vng *Ostor, korbacs.* Ang. *A whip to whype seruandes with.*] à Græco verbo μάσσω, flagello cædo. ¶ Inde Homeromastix appellatus est Zoilus ille Homeri calumniator. Vide infrà in dictione ZOILVS.

Mastīgŏphŏrŭs, m. s. μαστιγοφόρος, Dicebatur servus flagellifer, qui scilicet agonothetas in sacris certaminibus comitabatur, virgas præferens, ad submovendam turbam, & cohibendas seditiones. Budæus.

Mastīgĭă, antep. prod m p. Verbero, verberibus dignus. [μαστιγίας. Gall. *Digne d'auoir du foüet batable* Ital. *Huomo da baſtone, pezzo d'aſino* German. *Der geiſtens wärt iſt.* Hispan. *Acotadizo.* Pol. *Biczowania godzien.* Vngar. *Verésegre melto.* Ang. *A knaue worthie to be ſcourged.*] Plaut. Crucior lapidem non habere, ut illi mastigiæ cerebrum excutiam

Mastīgĕŭs, mastigei, Mastigia. Plaut. in Trinum. Aggrediundus est hic homo mastigeus.

Mastrūcă, f. p. Vestis genus, qua Sardi utebantur [ἡ μαστρύκη. Gall. *Vne ſorte d'habillement duquel vſent les Sardes.* Ital *Veſte uſata da Sardi.* German *Ein gattung eines Kleids der Sardinier in der Insel Sardinia.* Hispan. *Veſtidura propria delos de Cerdeña.* Pol. *Czuha.* Vngar. *Zwr.* Angl. *A kind of garment which the Sardes vſeth.*] Ciceropro Scauro: Quem purpura regalis non commovit, cum Sardorum mastruca muravit.

Mastrucātŭs, Qui mastruca utitur [ὁ μαστρύκην ἐνδεδυκώς. Gall *Veſtu de tel habit Sardian.* Ital. *Veſtito di tale habito.* German *Mit einem solchen Sardinischen Kleid angethan.* Hisp. *Vestido de aquella vestidura.* Polon. *Wegnie vbrany.* Vngar. *zwrös.* Ang. *Clothed with a garment of the Sardinians*, Cicero de eo.

Conſ. Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis à Prætore una cohorte auxiliaria geſta.

Māſtrŭpāti, Eſt manu tractando virilia rem Veneream peragere. Νἰφομαι. Inde maſtrupatores dicti, quo verbo utitur Mart. Maſtrupabantur Phrygii poſt oſtia ſervi: hoc eſt, præputia ducebant. Nam à manu & ſtupro derivatur. Hi alio nomine ab Apoſtolo Molles dicuntur.

Māſtŭs, m.ſ. [ϖω ſchád. μαζός. Germ. Bruſt oder Tutten. Pol. Bebelse iarse woda rzyga.] Latinè mamma, & propriè animalium eſt. Per tranſlationem tamen Maſti etiam appellantur tubuli mammati in fontibus, & aquæductibus, quos Latinorum nonnulli Mammas, Varro etiam Papillas vocat. Vitruv. lib. 7: Athenis (inquit) ex hujuſmodi locis & fontibus maſti uſque ad portum Picæum ducti ſunt ſalientes. A Caſſiodoro etiam Vbera appellantur. Quanto (inquit) pulchrius eſt Claudiam aquam per tot ſicca montium juga lavacris, & domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus immiſiſſe. Plin. lib. 26. cap. 15, herbam etiam ejus nominis eſſe dicit, quæ potui indita pilos mammarum à parte naſcentium aufert.

Mătæŏtechnĭă, ματαιοτεχνία, Supervacua atque inutilis artis imitatio, & vanitas artis dicitur, quæ ſcilicet artifici nihil affert commodi. Ejuſmodi fuit ars ejus, qui ciceris grana ex ſpatio ſatis longinquo in acum ſine fruſtratione injiciebat. μάταιον enim vanum dicitur, τέχνη ars.

Mataxæ, inquit Budæus, Sunt manipuli & Faſciculi cannarũ, quos Vitruvius tomice alligari jubet. Ipſaque, inquit, tectoria abacorum & ſpeculorum diviſionibus circa ſe prominentes habent expreſſiones. Exiſtimo autem ex Aemari Rauconeti ſententia, diviſiones abacorum formas eſſe quadratas in tectorio prominentes: ſpeculorum autem diviſiones formas eſſe rotundas. Hæc Turnebus.

Matella, Matellio, Vide MATVLA.

Mateola, apud Plinium, & Catonem, Genus eſt ſarculi. Cato de Re ruſt. cap. 46: Quum taleam demittes, pede tantùm opprimito: ſi parùm deſcendit, malleolo aut mateola adigito: cavetoque ne librum ſcindas, quum adiges.

Măter, hujus matris, f.t. Notæ ſignificationis nomen eſt, à Græco μήτηρ. [ⲘⲎⲦⲈⲢ em. Gall. Mere Ital. & Hiſpan. Madre. Germ. Ein Mutter. Belg. Een Moeder. Polon. Matka. Vng. Anya. Ang. A mother.] Cic. pro A. Cluent. Nam Saſſia mater hujus Habiti (mater enim à me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio & crudelitate eſt, mater inquam appellabitur: neque unquam ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet ut naturæ nomẽ amittat, Virgilius 8. Aeneid. -crudelis tu quoque mater. Carentes matre privigni, Horat. 3. Carm. Ode 24. ¶ Aliquando tamẽ pro nutrice uſurpatur. Plautus utramque ſignificationem cõplexus eſt: Ita forma ſimili pueri, ut mater ſua Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat. Neque adeò mater ipſa, quæ illos pepererat. ¶ Sumitur etiam hoc nomen latiùs, ut & de brutis animantibus dicatur, quæ fœtum ediderunt. Mater, inquit Nonius, quæ quodvis animal partu edit. Virgil. 3. Georg. -excretos prohibent à matribus hœdos. ¶ Mater mellis apis. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5: Denique ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes, mellis matres. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur ob propagines, quæ ex ipſis naſcuntur. Plin. lib. 12. cap. 5: Superiores ejuſdem rami in excelſum emicant, ſylvoſa multitudine, vaſto matris corpore. ¶ Luxuries avaritiæ mater, Cic. 2. de Orat. ¶ Sapientia omnium bonarum rerum mater, Idem 2. de Legibus.

Matĕrcŭlă, æ, diminutivum à mater. [τὸ μητρίδιον, μητριδιον. Gall. Petite mere. Ita. Picciola madre. Germ. Ein Mütterlin. Hiſp. Pequenna madre. Pol. Matuchna. Vngar. Anyatska Angl. A litle mother.] Cic. pro Flacc. Nunc denique materculæ ſuæ feſtivus filius, aniculæ minimè ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtolam. Horat. 1. Epiſt. 7: Dum puetis omnis pater & matercula pallet.

Māternŭs, a, um, Quod matris eſt: [μητρικός. Gall. De mere. Ital. De madre. German. Mütterlich. Hiſpan. Coſa de madre. Polon. Macierzinske. Ang. Of the mother.] ut Maternus, paternusque ſanguis. Cicero pro Roſc. Amerin. Idem pro Cluent. Quo eſt nomen amantius indulgentiusque maternum. Ovidius 3. Metamorph. -maternaque tempora complet. Virgilius 4. Aeneidos: Materno veniens ab avo Cyllenia proles. Vbera materna, Statius 1. Thebaid. Maternus animus, Terentius in Heavton. Res maternæ atque paternæ abſumptæ, Horat. 1. Epiſt. 16.

Mātērfămĭlĭās, Vxoris ſpecies eſt. [בעלת הבית baháláth habbáyth. οἰκοδέσποινα. Gall. Mere de famille, la maiſtreſſe ou dame de la maiſon. Ital. Patrona di caſa, donna, madonna. Germ. Ein Hausmuter Belg. Een Huysvrouw. Hiſpan. Muger caſada parida. Pol. Domowa goſſpodini. Vngar. Gazda aſzon. Ang. The goodwif or maiſtreſs of the houſe.] Non enim quævis uxor ſtatim materfamilias eſt, ſed ea ſola, quæ in mariti manu mancipioque eſt, aut in ejus, in cujus manu, mancipioque eſt maritus: ita dicta, quoniam non in matrimonium tantùm, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum venit Feſtus dicit, non antè matrem familiæ dici, quàm vir ejus paterfamilias appelletur: nec poſſe hoc nomine plures in una familia appellari, ſed unam tantùm matrem familias dici. Vlpianus l. primo tutiatum ff. de Verb. ſignif. aliter hoc nomen interpretatur. Matremfamilias (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè, ſed honeſtè & cum dignitate vixit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant. Ideo inde nihil intereſt nupta ſit, an vidua, ingenua, an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamilias, ſed boni mores. Livius 4. bell. Maced. Et quum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragulata uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non ſines? Iuſta materfamilias, & Pellex, contraria. Livius 9 bell. Maced. Hunc juſta matrefamilias, illum Pellice ortum eſſe. Vide hac de re plura apud Gel. libro 18. cap. 6. & apud Boëthium in Comment. 3. in Topic. Cicero. Porrò quod ad vocis hujus compoſitionem attinet, Familias, antiquus eſt genitivus, Græcorum imitatione formatus: qui genitivum fœmininorum in a purum deſinentium, mittunt in as.

Mātĕr māgnă, Dicebatur Tellus, deorum (ut vetuſtas credidit) omnium mater, à Græcis Cybele dicta: cui ſus prægnans mactabatur, quæ hoſtia eſt propria terræ. κυβέλη. Dicitur & mater alma, quòd omnia alat. ¶ Item Mater deũm, quòd omnia generet. ¶ Vocatur item Mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant.

Mātĕr mātrĭmă, Illa quæ quum mater ſit, adhuc matrem habeo viventem. Vide infrà in dictione MATRIMVS.

Mātĕr Mātŭtă, Aurora dicitur, quam antiqui, teſte Feſto, ita appellarunt à vetuſto nomine Manũ, quòd illis bonum ſignificabat, λεύκοθέα. Hanc Poëtæ fingunt fuiſſe Ino Cadmi filiam, quæ Athamantis furorem metuens, unà cum Melicerta filio ſeſe in mare præcipitavit: qui quum nuſquam conſpicerentur, in marinos deos mutati credebantur, atque ipſa quidem à Græcis λεύκοθέα, & à noſtris Mater Matuta: Melicertes autem ab illis παλαίμων, & à Latinis Portunus appellatus eſt. Cicero 1. Tuſculan. Ino Cadmi filia λεύκοθέα nominata à Græcis, Matuta habetur a noſtris.

Matertera, f. p. Matris ſoror, quaſi mater altera, inquit Feſtus. [μητραδέλφη. Gall. La ſœur de ma mere, ma tante. Ital. Zia. Germ. Der Mutter Schweſter. Hiſpan. Hermana de la madre. Pol. Moiey matki ſiostra. Vng. Az anyamnak nenye. Ang. The ſiſter of my mother, myne aunte.] Cicer. 2. de Orat. Quocum noſtra erat matertera, &c. Idem 1. de Divinat. Puellam defatigatam petiſſe à matertera, ubi ſibi concederet pauliſper, ut in ejus ſella requieſceret. Ovid. 1. Metam. -tu tantùm fida ſorori Eſſe velis, prolisq; meæ matertera dici. ¶ Matertera magna aviæ, major proaviæ, maximá abaviæ meæ ſoror dicitur: de quibus Iuriſconſultus in L. Iuriſconſultus. D. de grad. & cognat.

Mātrālĭă, Matris Matutæ feſta, tertio Nonas Iunias celebrari ſolita μητρώα. Ovid. lib. 6 Fast. Ite bona matres, Matutæ ſistum Matralia feſtum, Lavaque Thebanæ reddite lucis aquæ.

Matrona, f. Dicitur, inquit Gellius 18. cap. 6 quæ in matrimonium cum viro convenit, etiamſi liberi adhuc non ſint ſuſcepti. [בעלת הבית baháláth habbáyth. οἰκοδέσποινα. Gall. Dame, femme a'vne maiſon. Ital. Patrona di caſa, matrona. German. Ein Ehrweib Belg. Een huysvrouw. Hiſp. Matrona, ſeñora de caſa. Pol. Pogiewa matrona. Vng. Hazasszony. Ang. The goodwif, houſewife.] Quippe, appellationem habet à matris nomine, non jam adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Vnde ipſum quoque Matrimonium vocatum eſt, quoniam eo vir & uxor conjungantur, ut illa mater fiat. Plaut. Caſ. Non matronarum officium eſt, ſed meretricum, Viris alienis, mi vir ſubblandirier. Cicero 3. de Natura deorum: Natio quoque dea putanda eſt: quæ quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus natio nominata eſt. Ovid. 2. Metamorph. Senſeras hoc olim magni matrona Tonantis. ¶ Diſtinguitur autem matrona à matrefamilias, quòd materfamilias dicatur, quæ per coëmptionem in manum mancipiumq; viri convenit, & in ſui hæredis locum: viroque inteſtato, veluti filia, ſuccedit. Matrona autem, quæ & uxor uſu dicebatur, quæ in lecti tantùm conſortium veniebat, non etiam bonorum. Vide Boët. in Top. Ciceronis. Vide ſuprà in dict. Materfamil.

Mātrōnālĭs, & hoc le, adjectivum, omn. t. apud Liv. 4. bel. Maced. Matronale decus apud Colum. libro 12. in Proœm. Matronalis labor, qui proprius matronæ eſt. Matronales genæ. Ovid. 2. Faſtor. de Lucretia: Quæque poteſt narrat: teſtabatur ultima, flevit, Et matronales erubuêre genæ. [γυναικῶν, τῶν οἰκοδεσποινῶν. Gall. De matrone, de femme d'honneur. Ital. Di ſignore honorata. German. Das eines ehren Weibs iſt. Hiſpan. Coſa de matrona. Pol. Matronski. Vng. Hazassonne. Ang. Of a matron or woman of honour.]

Matronālĭă, Qui erant dies matronis feſti, quibus viri pro conſervatione conjugii diis ſupplicabant.

Mātŭcīdŭs,

Mātrĭcīdă, æ, com. p. Qui patrem occidit: Hinc Matricidium, matris occiſio. [μητροκτόνος, μητραλοίας. Gall. *Homicide & meurtrier de ſa mere.* Ital. *Vccidtor della madre.* German. Der ſein Mutter ertödet. Hiſp. *El que mato à ſu madre.* Pol. *Morderz wł'aſnej matki.* Vngar. *Anya ölo.* Angl. *That killeth his mother.*] Cicer. ad Quint Fr. lib. 1: Quem ſcribis certiſſimum matricidam.

Mātrĭcīdĭum, ii, n. ſ. [μητροφονία, μητροκτονία. Gall. *Homicide fait de ſa mere.* Ital. *Micidio de madre.* Ger. Ertödung oder todtſchlag ſeiner Mutter/Mutter mordt. Hiſp. *Matanca de madre.* Pol. *Mordnad ſwa matha.* Vn. *Annyanak meg ölese.* An. *A killing or murdering of the mother.*] Cic. 1. de Invent. Oreſtes ſi accuſet matricidii, &c.

Mātrĭmōnĭum, nii, n. ſ. eſt maris & fœminæ cõjugatio. [חתנות *chatunndh.* συζυγία, ἐπιγαμία. Gal. *Mariage* Ital. *Matrimonio.* Ger. Die Ehe oder Eheſtandt. Belg. Dat houlick. Hiſp. *Caſamiento, matrimonio.* Pol *Mal'zenſtwo.* Vn. *Haxaſſag.* Ang. *Mariage.*] Cic. 5. Verr. Vectius affinis, cujus ſororẽ habes in matrimonio. Cic. pro Cluent. Saſſiam in matrimonium ducere cupivit. Idẽ, quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, ſed ſceleris ſocietate conjunctæ. Idem 2. Phil. Curio te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet in matrimonio ſtabili, & certo collocavit. Vide in voce MATRONA, & in voce NVPTIAE.

Mātrĭmōnĭālĕ, eſt adject. Quod ad matrimoniũ pertinet. [γαμικός. Gall. *De mariage.* Ital. *Di matrimonio.* Germ Das dem Eheſtandt zugehört. Hiſp. *Matrimonial coſa.* Pol. *Mal'zenſki.* Vngar. *Haxſzaghoz valo.* Ang. *Of mariage.*] Auguſt. lib. 13. de Civit. Quid concubitus conjugalis, qui ſecundũ matrimonialium præſcripta tabularum procreandorum ſit cauſa liberorum?

Mātrŭēlis, com. t. Dicitur qui ex matris fratre prognatus eſt. Vlpian. l. 1. ad Legem Pomp. de Parr.] ἀδελφιδοῦς ὁ ἐκ γυναικὸς, ὁ υἱὸς ἐκ μητραδέλφου. Gall. *Le fils ou la fille du frere ou de la ſœur de ma mere.* Ital. *Figliuolo ò figliuola del fratello di mia madre.* Germ. Meiner Mutter Bruders kind. Hiſp. *Eleunnade, hijo del hermano de la madre.* Pol. *Sin od moiei matki brata,* Vn. *Anyam battya fia.* Ang. *An auntes child, a mother ſiſters child.*]

Mātrēſcĕrĕ, n. t. Eſt matri ſimilem fieri. [μητρίζειν. Gall. *Eſtre fait ſemblable à ſa mere.* Ital. *Aſſimigliarſi alla madre.* Germ. Der Mutter gleich werden. Hiſp. *Semeiarſe a la madre.* Pol. *Matcze bicżpodobien.* Vngar. *Annyahoz wtni, haſonlatoſnak lenni.* Ang. *To be lik to the mother.*] Pacuv. Vtinam nunc matreſcam ingenio, ut meum patrem ulciſci queam. Nonius.

Mātrĭmŭs, mi, pen. corr. [ὁ ἔτι μητέρα ζῶσαν ἔχων. Gall. *De qui la mere eſt encor vivante.* Ital. *Colui che ha madre ancora viua.* Germ. Deſſen Mutter noch lebt. Hiſ. *El que tiene la ſu madre viua.* Pol. *Ten kori ma żiwa matke.* Vng. *Anyas.* Angl. *Whois mother lived yet.*] Qui matrem adhuc habet ſuperſtitem, quemadmodum patrimus qui patrem. Cicer. de Afuſp. reſp. Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua vide infrà in dictione PATRIMVS, & ſuprà, MATER MATRIMA.

Mātrīx, matricis, f. t. Fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. [Gall. *Vne portiere, vne femelle qu' on garde pour porter des petits.* Ital. *La femina di qualcunque animal che ſe tienne per rażża.* Germ. Ein jedes weibliches geſchlecht darvon man junge zeucht/als Zuchtmutter. Hiſp. *La madre ò que puede deſerlo.* Pol. *Mamka ktora dzieczi odchowuie.* Vngar. *Gyermek żwleſert befogadot ażżony.* Ang. *A damme or mother.*] Col. Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſę, magnis capitibus. Idem lib. 17. cap. 3: Vt eadem ratione matrices ineantur. ¶ Medici accipiunt pro utriculo, quiin fœminis junctus eſt veſicę, ad recipiendum ſemen, & continẽdum fœtum accommodatus. [רחם *réchem. μήτρα.*] Vide Gel. lib. 12. cap. 7. ¶ Matricem arborem dixit Suet. in Aug. ex qua ſtolones ſuccreverunt. Et ex ea arbore, *inquit,* continuò nata ſoboles, adeò paucis diebus adolevit, ut nõ æquipararet modò matricem, verumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni vel caudicis cõtinetur, à non nullis Cor, ab aliis Medulla dicitur, à Theophraſto μήτρα. Vide Ruellium lib. 1. cap. 2. ¶ Matrices etiam urbes dicuntur quę à Græcis appellantur μητροπόλεις, ex quibus multæ aliæ urbes natæ & ductæ ſunt.

Mātĕrĭă, riæ, f. p. ſeu Materies, ei, Eſt ex qua aliquid fit: [ὕλη. Gall. *Matiere, comme bois à baſtir, marrain ou autre choſe.* Ital *Materia, ſoggetto.* German. Allerley zeug oder matery daraus man etwas macht. Hiſp. *Madera, materia.* Polon. Wżeliaka *materia* żktorei nieco możebie wżiniono. Vngar. *Materia auagaż minõl valami lexe.* Ang. *Ael maner of ſtuffio work vpon.*] ut Materia libri, membrana eſt. & atramentum. Ovid. 2. Metam. Regia Solis erat ſublimibus alta columnis, Clara micante auro, &c. Et paulò pòſt: Materiam ſuperabat opus: nam Mulciber illic Aequora cælat media cingentia terras, &c. ¶ Materia domus, calx, lapides; ligna, ſaxa, & tegulæ: quanquam Materiæ appellatione præcipuè intelligantur ligna, quæ ædificiis apta ſunt. Liv. Multam materiam cæciderat miles. Quint. lib. 7. cap. 1: Operi extruentibus ſatis non eſt, ſaxa, & materiam, & cætera ædificanti congerere utilia, niſi diſponendis eis, collocandisque artificum manus exhibeatur. Col. lib. 3, vocat materiam lignum, quod eſt intra corticem. Quaſi cuneum ferreum (*inquit*) vel oſſeum inter corticem & materiam lene dimittito, næ lædas, aut rumpas corticem. Idem lib. 5. cap. 6: Materiam vocat palmitem, qui de novello naſcitur: & in tenero alligatus dependet. ¶ Materies de equis etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27: Equinum pecus tripartitò dividitur: eſt enim generoſa materies quæ circo ſacrisque certaminibus equos præbet. ¶ Accipitur etiam Materia pro argumento libri, aut orationis aut carminis. [ὑπόθεσις. Gall. *Argument, matiere, ſubiet.* Ital. *Argomento ſoggetto.* German. Der inhalt/alles das davon in einem Buch oder Geſchrifft gehandlet wirdt. Hiſpan. *Argumento, materia.*] Horat. de Arte Poët. Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam Viribus. Suet. de Cla. Gram. Ad exercitanda diſcentium ingenia, æquales inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolùm materia quam ſcriberent: ſed & præmium, quod victor auferret. Cicero ad Attic. lib. 2: Quòd me, ut ſcribam aliquid hortaris, creſcit mihi quidem materies, ut dicis, ſed tota res etiam nunc fluctuat, &c. ¶ Materia tamen & materies videntur aliquo modo diverſa eſſe. Materiam enim rectè appellamus arboris, panni, cerei, & aliarum omnium rerum quibus opifices utuntur: non autem materiem. Materies enim potiùs animum & ingenium ſpectat. Cornel Front. de differ. vocab.

Mātĕrĭālĕ, Quod eſt materiæ, ὑλικῶς, μετουσιωτικῶς. à quo Materialiter, πραγματικῶς adverbium. Vnde materialiter aliquid ſumi dicitur, quum non forma rei, ſed materia ſignificatur. ¶ Vtitur hac voce Macrobius Comment. lib. 1. cap. 12: Volens novum potum materialis allutionis intelligi. Ibidem: Materialis influxio. Vox minimè Latina, ſed in ſcholis philoſophorum trita: in quibus Latinè loqui capitale eſt.

Mātĕrĭārĭŭs, rii, m ſ. Dicitur qui materiam ad ædificia ſuppeditat: [ὑλοτόμος. Gall. *Charpentier ou boſcheron.* Ital. *Maeſtro de legnami, chi prepara la materia à i muratori.* German. Der das holtz eines Bauws zurüſtet oder hinzufertiget. Hiſpan. *El madero.* Pol. *Tonktori materia na budowanie gotuie.* Vngar. *Epöletreznik ſegedec oknak oztoia adoia* Ang *A carpenter.*] ſitque à materia, cujus nomine ligna ad fulciendum, ædificandumque neceſſaria, idoneáve ſignificantur. Plaut. in Milit. Adſunt fabri, architecti quoque etiam quidem ad rem haud imperiti. A. Si non nos materiarius remoratur, quo quidem opus eſt, Novi indolem noſtri ingenii, citò erit parata navis.

Mātĕrĭārĭŭs, adjectivum: [ὑλικός. Gall. *Appartenant à matiere.* Ital. *Pertinente à materia.* German. Das zu dem holtzwerck gehört. Hiſpan. *Coſa perteneſciente à materia.* Pol. *Materialni.* Vngar. *Epwlet nek żwkſeges ſzerkamiahoz valo.* Ang. *Belong, nig to mater.*] ut Materiarius faber. Faber lignarius: & Materiaria fabrica, lignaria. Plin. lib. 7. cap 56: Fabricam materiatam Dædalus, & in ea ſerram, aſciam, &c. invenit.

Mātĕrĭŏr, āris, Materiam cædo. Deponens, p. verbũ eſt caſtrenſe, ea forma dictum, qua Lignor. [ὑλοτομέω. Gall. *Charpenter.* Ital. *Fabricare.* Germ. Holtz fellen ſich mit holtz verſehen. Hiſpan. *Obrar de madera, madear.* Pol. *Materia nie ſadzam.* Vngar. *Epwletnek żwkſeges dolgainak faragoi.* Ang. *To dreſſe any ſtuff for building or other work.*] Propriè enim milites materiari dicuntur, quum materiam cædunt ad conficiendum vallum. Cæſar. bell. Gall. Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe.

Mātĕrĭātŭs, a, um, adjectivum, Quod ex materia confectum eſt. [ὑλικὸς ξυλοφορικτός. Gall. *Fait de marrein.* Ital *Fatto de legami.* German. Aus allerley zeug gemacht. Hiſpan. *Maderado de madera y otra coſa.* Ang. *That is made of any ſtuff.*] Sic Cicero lib. 3. Offic. vocat ædes malè materiatas, quæ ex mala, & improba materia ſunt confectæ.

Mātĕrĭātĭo, & Materiatura, deducta videntur à verbo Materio, quod tamen nuſquam (quod quidem ſciam) legitur. Vtroque tamen uſus eſt Vitruv. lib. 4. cap. 2.

Mātĕrĭs, hujus materis. [ἡ ξυλεία, τὸ ὕλημα, ἡ ὑλοτομία. Gall. *La charpenterie d' vn edifice.* Ital. *Legname d' vna fabrica.* Germ. Es langer pfeil/doch kurtzer dann ein gidn. Hiſpan. *Aquella obra de madera.* Pol. Oſżiep. Vng. *Materibol epwlethez valo żwkſeges dolgokbol valo.* Ang. *A dreſſing of timber for building.*] Teli genus poſt lanceam longius. Siſenna: Gallia materibus, Suevi lanceis cõfigunt Fœminini generis eſt. Nonius.

Māternŭs. Matertera, Vide MATER.

Māthēsĭs, ſis. f. t. μάθησις: vel Mathema, tis, pen. prod. μάθημα, diſciplina, fitque à verbo μανθάνω, quod & diſco ſignificat & doceo. Propriè autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonſtrationibus conſtant: cujuſmodi ſunt Geometria, Aſtrologia, Muſica & Arithmetica.

Māthēmātĭcŭs, m. ſ. μαθηματικός, A nomine Græco μάθημα, quod diſciplinam ſignificat. Dicitur propriè, qui Geometriæ, Muſicæ, Arithmeticæ, Aſtrologiæque diſciplinas novit. Nam hæ propriè Mathematicæ ſcientiæ vel diſciplinæ dicuntur, cò quòd diſcantur planè, & per demonſtrationem aliquam percipiantur.

cipiantur. Philosophia verò, ut Logica, cũ aliis, non dicuntur Disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, ut illæ, sed ratione quadam, & studii investigatione percipiuntur. Cic. 1. de Orat. Quis ignorat, ii qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recondita in arte, & multiplici, subtilique versentur? Iuven. Satyr. 14: Nota mathematicis genesis tua.

Matralia, Vide MATER.

Matresco, Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix, Vide MATER.

Matrona, Matronalis, Vide MATER.

Mātrĭcī, Festo, Homines dicuntur, malarum magnatum, atq; ore latè patenti.

Mātta, f. p. Storia, & teges, quæ fit ex cannabe, lino, junco, palma, scirpo, aut sparto: ubi stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut quid simile infertum est. [*κάρδοπος, σορία.* Gal. *Londiers, matelas ou matellats, natte.* Ital. *Stuoia, coperta imbotrita di stoppa, di gossi o di altra cosa.* Germ. Ein ſergen oder decke auß höw, ſtrow/ harſt binsen/vnnd dergleichen dingen gemacht. Hiſp. *Esteras de esparto y otras.* Polon. *Matta, rogoż.* Vngar. *Hyekes.* Ang. *A matt.*] Ovid. 6. Fastor. At dominus: Discedite, ait, plaustroq; morantes Sustulit: in plaustro scirpea matta fuit.

Mattici, lege MATRICI.

Mattyă, æ, quid sit, ostendit Cælius lib. 9. cap. 12, his verbis: Mazam (*inquit*) putant ex farina, oleo & aqua confici solitam: Sudas etiam ex lacte tunde mox paulò nata & mattyen est: dictaque eo nomine pretiosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Martial. lib. 10: Dives & ex omni posita est in lance mattea Cœna tibi, sed te mattya sola juvat. Suetonius in Caligula: Et multis venenatas mattyas misit.

Mătŭla, æ, f. p. Vas est in quod vesicam lævamus. quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium proprie mulierum esse volunt [*ἐφέτρα, ἐφεδρών, σκαφίον.* Gall. *Pot à pisser, urinal.* Ital. *Orinale, boccale da orinare.* Germ. Ein Brunſtkandt. Hiſp. *Orinal.* Polon. *Vrmal'.* Vng. *Matule hugyo eteny.* Ang. *A pysse-pot.*] Plaut. in Mostel. Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi matulam datis. ¶ Pro meticuloso, vanoque accipere videtur. Idem Plautus in Perse: Tacen', an' non taces? nunquã ego te tam esse matulam credidi. Quid metuis?

Mātellă, a matula, Vas in quod urinam reddimus [*ἐφετρὶς, ἀμὶς, ἀσσάριον, ἀγγεῖον.* Gal. *Pot à pisser.* Ital. *Orinale* German. Ein Brunſtkandt Hiſpan. *Orinal.* Polon. *Vrmalik.* Vngar. *Matrikuska, hugyo edeny-tske* Ang. *A pyssepot.*] Martialis lib. 10. Dispereant, si tu Pyla tu pauxillo matellam Dignus es. Græci σκαφίον vocant. ¶ Sunt tamen qui ita matellam distinguunt à scaphio, ut illa virorum sit, hoc mulierum, tàm ad ventris onus, quàm ad urinam excipiendam accommodatum. Matellam verò quòd angustiore esset ore, urinę tantùm excipiendę fusse utilem. ¶ Est item Matella, aquarium vas, teste Nonio. Plaut. Amphitrione: Næ tu postulas, matellam unam tibi aquæ infundi in caput. Varro Endymionibus, ut à Nonio citatur, Divitum aphocaschias ad communem revocat matellam.

Mătellĭo, Vasis aquarii genus, teste Varrone libro 4. de Lingua Latina, ita dictum à Matula, à cujus figura tamen nonnihil recedit. Varro de Vita past. Postularet truellum, matellionem, pelvim: Cicero in Paradoxis: Quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c. ¶ Matellio item Pompejo Festo vas est, in quod urina redditur: quod & Matella appellatur.

Mātūrŭs, a, um, pen. prod. Coctus, temperatus, & propriè de fructibus dicit. [בשל *boschél* מבשל *mubschál. πέπων, ὡραῖος.* Gall. *Meur, auancé, hâsté.* Ital *Maturo.* German. Zeitig. Hiſpan. *Cosa madura ò ligera.* Polon. *Zdrzał'y.* Vngar. *Erö* Ang. *Ripe, hasted.*] Cicero in Caton. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi velluntur: si matura, & cocta, decidunt. ¶ Per translationem ponitur quandoque pro sene: ut, Maturus ævi homo: id est, senex, & perfectam ætatem habens. Virgil. 5. Aeneid. ævi maturus Acestes. ¶ Matura ætas, Senilis: quasi omninò perfecta, & tempus debitum assecuta. *ὡραία ἡλικία, ὥρα τῆς ἡλικίας.* ¶ Ponitur interdum pro celeri, & festino, sive repentino: ut matura senectus. Celsus: Ignavia corpus hebetat, labor firmat: illa maturã senecturem, hic longã adolescentiam reddit. Cic. 7. Verr. Vt etiam illa vox, & illa imploratio, Civis Romanus sum, quæ sæpè multis in ultimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illius acerbiorem, & supplicium maturius ferret. ¶ Maturum malum, Plautus in Pseud. Mittam hodie huic suo Die natali malam rem magnam & maturam. ¶ Maturum facere, Est citò expedire. Gellius libro 3. cap. 6. ¶ Maturum censeo, si rem servare vis, facier dum. ¶ Quandoque pro gravi ac constanti. Cicero pro Cecinna: Si quis quod spopondit, quamvis verbo se uno obligavit: id non facit maturo judicio, sine ulla religione judicis condemnatur. ¶ Virgo matura viro Gell. lib. 12. cap. 7: Virginem habens jam maturam viro. Horat. 3. Carm. Ode 6: Motus doceri gaudet Ionicos matura virgo. ¶ Virginitas matura toris, apud Stat. 1. Achil. ¶ Ejus composita sunt duo, Immaturus, Præmaturus, de quibus alibi.

Mātūrĭssĭmŭs, superlativum. Colum. lib. 4. cap. 29: Fœcundos, & quàm maturissimos surculos viti detraxerit. Idem libro 11. cap. 3: Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet.

Mātūrrĭmŭs, aliud superlativum. Tacitus lib. 12: Robur ætatis quam maturrimum precari.

Mātūrĭtās, atis, f. t. Propriè est perfecta coctio succi in fructibus. [*πέπανσις* Gall. *Meureté, maturité.* Ital. *Maturità.* German. Zeitigung. Belg. Getydicheit. Hiſpan. *Madurezа, ò prestezа.* Pol. *Zdrzałość.* Vng. *Erség.* Ang. *Ripenesse.*] Cicero de Orat. Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. Idem de Natura deorum: Commutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugũ aptę. Colum. Nos quoque medicatam fabam sic comperimus, quũ ad maturitatem producta sit, minus à curculione infestari. ¶ Transfertur & ad alia: ut Maturitas orationis, Maturitas sceleris, Maturitas ætatis. Cicero Sulp. libro 4. Epistol. Tamen hoc studium quotidie ingravescit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. Idem de senectute: Sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. ¶ Maturitas virtutis. Cicero pro Cælio: Quæ studia in his jam ætatibus nostris contractoria esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. ¶ Accipitur item Maturitas pro tempore maturo, sive opportunitate. Cicero ad Attic. lib. 1: Inducendi senatusconsultum maturitas nondum est. Idem ad Quintum Fratrem lib. 3: Sed ejus rei maturitas nè dum venit, & tamen nunc appropinquat.

Mātūrē, adverb. Tempestivè, in tempore, opportunè. [*ἀγαίως.* Gall. *Meurement, de bonne heure, à temps, soudainement.* Ital. *A tempo, prestо.* German. Zeitlich/ bey zeiten. Belg. Getydelyck. Hiſpan. *Maduramente ò prestо.* Polon. Wczesnie. Vng. *Erestendeben* Ang. *In season, in dew tyme.*] Salustius in Catil. Prius quàm incipias, consulito: & ubi consulueris, maturè opus est facto. ¶ Aliquãdo significat citò, ante tempus. Plautus in Curcul. Qui homo maturè quæsivit pecuniam, nisi eam maturè parcit, maturè efflat. ¶ Comparativum Maturius. Cic. 4. Acad. Quo quidem & maturius venimus.

Mātūrrĭssĭmē, vel Maturrimè, superlativum. Cicero 3. de Orat. Quippe qui omnium maturrimè ad publicas causas accesserim. Idem pro Cecinna: Nam ut quæque res est turpissima, sic maximè, & maturissimè judicanda est. ¶ Pro eodem etiam legimus Maturaté. Livius 2. bell. Maced. Iussis cæteris, quantum maximè possent, maturatè sequi. Plaut. Mil. Iube maturatè illam exire huc. Idem Pseud. -at maturatè propera: vides jam diei multum esse.

Mātūro, ras, act. p. Maturũ facio, perficio. [בשל *baschál* מבשיל *mebschíl. πεπαίνω.* Gall. *Meurir, hâter, auancer.* Ital. *Maturare* Germ. Zeitig machen. Belg. Ryp maken Hiſp. *Maturar.* Pol. *Zdrzewać, spiesznie.* Vng. *Megerlelöm.* Ang. *To make ripe to hâst.*] Cicero in Catil. Primò est peracerba gustu, deinde matura dulcescit. ¶ Interdum maturare, est, accelerare, ita ut ostendatur ea lustrię celeritas, & dili gentiæ tarditas: ex quibus duobus cõsarius fit maturitas, ut neq; aliquid citiùs, neque serò fiat. Hoc temperamentum Aegyptius Græcè ita exprimere jubebat σπεῦδε βραδέως, quæ significant, Accelera tardè. Vnde Virg. lib. 1. Georg. aptè contraria, separavit Maturare, & Properare, quũ ait Frigidus agricolam tum quando detinet imber, Multa forent, quæ mox cœlo properanda sereno Maturare datur. ¶ Hinc maturescit, quod tempestive fit. Idem Aen. lib. 1. Maturate fugam, quod est, quam cum maturitate: id est, in tempore & cum commodo valete, o discedite. Salustius videtur simpliciter posuisse pro properare: quum ait: Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet. Sic Liv. lib. 10: Inde comitiorum causa Romam profecturus maturavit. His exemplis manifestum est, Maturare absolutè dici posse, & Maturare rem aliquam. ¶ Maturare cœpta, Est maturè absolvere. Liv. 4. bell. Pun. Domum ad cœpta maturanda, redire jubet. ¶ Maturare alicui mortem: hoc est, accelerare, ut apud Ciceronem pro Cluent. Hunc mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare iram, Est mitigare & lenire. ¶ Maturor, ejusdem significationis cum matureſco *πεπαίνομαι* Plin. li. 15. cap. 18: Contrà novissima sub hyeme maturatur chelidonia.

Mātūrātŭs, participium, Maturus factus, coctus. [בשל *boschél* מבשל *mubschál. πεπανθείς, ὠπέπωκα.* Gall. *Auancé, hâtement, meur.* Ital. *Affretato, maturato.* Germ. Zeitig worden. Hiſpan. *Madurado, maduro, prestо* Pol. *Dojrzały, dojrzały* Vng. *Meg erö meg jwt.* Ang. *Made ripe, hasted.*] Cicero in Catilinam: Deinde maturata dulcescit. ¶ Maturatũ negotium dicitur acceleratum aut maturè perfectum. Et apud Plin. Maturata concoctio: id est, perfecta. ¶ Maturato opus est: hoc est, Opus est celeritate & maturitate.

turitate. Liv. 4. bell. Pun. Sed quod volebant, non quam maturato opus erat, gnaviter expediebant. Item 1. ab Vrb. Vt cum singulis fidelibus amicis veniant: ita facto, maturatoq; opus esse, rem atrocem incidisse, &c.

Mātūrātē: id est, Festinanter, De hoc diximus in adverbio Maturè.

Mātūrēsco, à Maturo, Maturum fieri. [בשׁל *baschál.* πεπαίνομαι. Gall. *Se meurir, deuenir meur.* Ital. *Maturarsi.* Germ. Zeitig werden/reiff werden. Belg. Getydich oft ryp werden. Hisp. *Madurarse.* Pol. *Zdrzeie.* Vng. *Megerôm.* Ang. *To waxe ripe.*] Plin. lib. 11: Quum mella cœperint maturescere, abigunt fucos. Col. lib. 4 Nam & quæ maturescere incipient, tempestivè legūtur: & quæ nondū maturitatem ceperunt uvæ, sine dispendio differuntur. ¶ Maturescere dicitur homo, quum nondum gravis est, sed jam incipit grandior esse. ¶ Et apostema maturescere dicitur, quum non discutitur, sed perducitur ad Maturitatem, ut vel fiangi per se, vel ferramento aperiri possit.

Mātūrēscēns, participium. [בשׁל *boschél* חם *chomál.* ὁ πεπαιόμενος, ὁπωπεπαιόμενος. Gall. *Se meurissant deuenant meur* Ital. *Che si fa maturo.* Ger. Zeitigend. Hisp. *Que se haze maduro.* Pol. *Zdrzewaci.* Vng. *Megerô.* Ang. *Waxing ripe.*] Plin. lib. 20. cap. 3: Malus Assyria omnibus horis pomifera est: aliis cadētibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus.

Mātūtă, tæ, pen. prod. f. p. A nostris *Aurora*, à Græcis λάμπη: hoc est, alba Dea: [שחר *schâchar.* Gall. *L'aube du iour.* Ital. *Aurora.* Ger. Die morgenrôte. Belg. Den Morgenstonde Hisp. *Alua, madrugada.* Pol. *Zorza* Vng. *Haynal.* Ang *The break of the day.*] Ita dicta, eò quòd matutino tempori præsit: ut ait Cicer. lib. 1 Tusc. sic inquiens: Quid Ino Cadmi filia? nônne *Leucothea* nominata à Græcis, *Matuta* habetur à nostris? Hæc fuit filia Cadmi nomine Ino, Athamantis uxor, quæ mariti insaniam fugiens in mare sese præcipitavit unà cum Melicerta filio: quorum corpora quum nusquam inventrentur, pro diis marinis habiti sunt: & Ino quidem à Græcis λάμπη, à nostris *Matuta* dicta est: Melicerta autem à Græcis *Palæmon*, à Latinis *Portunus* est appellatus.

Mātūtīnŭs, na, num, & Matutinum tempus: [ἐωθινός. Gall. *De matin, matinal.* Ital. *De la matina, matutino.* Ger Die zeit des morgens vnd herbrechenden tags. Hisp. *De la madrugada.* Polon. *Poranni czas.* Vng Hajnal, eggel. Belg. *Vroegel. Ang. Earlie, soone in the morning.*] quum scilicet Matutus: hoc est, Aurora incipit apparere. Cic. ad Att. lib. 1: Itaq; quum bene completa domus est, tempore matutino, quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut jocari liberè aut suspirare familiariter possimus, Quare te expectamus, &c. ¶ Matutinis omnibus, pro quolibet mane, dixit Plin. lib. 10. cap. 43: Corvus omnibus matutinis evolans in Rostra. ¶ Matutino, pro mané Idē Plin. dixit lib. 9 cap. 10, & subauditur Tempore. Ferunt, *inquit*, & pastum egressas noctu, avideque saturatas lassari, atq; matutino summa in aqua obdormiscere. ¶ Matutinus homo. Virgil. 8. Aeneid. Nec minus Aeneas se matutinus agebat. Vbi Servius: Rem temporis ad personam transtulit.

Mātūtīnum, matutini, pen prod. Mané. τὸ πρωϊνόν. Quint. lib. 12. cap. 18: Pridie ad se venire, litigatorem, aut eodem matutino jubent.

Māvŏlo, mavis, Idem quod Malo: quod frequens est in Plauti Comœdiis.

Māxīllă, læ, f. p. Non est diminutivum à Mala (ut putavit Priscianus, sed Mala à Maxilla fit per detractionem mediæ syllabæ, sicut docet Cicero in Oratione ad Brutum. Vide supra in dictione MALA. [לחי *lechi.* σιαγών, γνάθος. Gall. *La mascheoire.* Ital. *Mascella.* Ger Ein kinbacke/so sey der vnder oder der ober Belg. Een wange/backe. Hispan. *La quixada ò maxilla dela cara.* Polon. *Czeluści.* Vngar. *Al, al tsont, al kapcza.* Angl. *The iauhone or cheekebone.*] ¶ Est autem Maxilla, in qua fixi sunt dentes: quanvis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Persius Satyr. 4: Tu quum maxillis balanarum gausape pectas, Inguinibus quare detonsus gurgulio extat? ¶ Hinc Maxillaris, & hocre, quod ad maxillam pertinet: ut dens maxillaris, γομφίος, qui etiam dicitur Molaris. Plin. lib. 11. cap. 37: Maxillares q; ita sanari dentes præcipuè putant.

Māxĭmātēs, Dicuntur primarii civitatis, qui & Summates, & Primates, & Optimates vocantur. ἄρχοντες, μεγιστᾶνες.

Māxĭmŭs, Maximoperè, Vide MAGNVS.

Māzā, μάζα. [Polon. *Posnik.*] Panis genus est constans farina, oleo & aqua, aut etiam ex lacte, teste Suida. Vide Cælium Rhodig. lib 9. cap. 12

Mazără, æ, f. p. [Ger. Ein artt gattung eines pfeils oder spiesslins.] Genus teli quo antiqui in bello utebantur. Cæs. 1 bell. Gall. Et nonnulli inter carros, rotasq;, mazaras, ac tragulas subjiciebant, nostrosq; vulnerabant.

Mazŏnŏmum, pen. cor. [μαζονόμον μαζονομεῖον. German. Ein grosse Platten. Angl. *A charger or great platter wherin meate is carued.*] Græca dictio, qua lanx grandior significatur ad ferēda opsonia in mensam. Horat. 2 Sermon. Satyr. ult. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gravis. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 4: Vt in eodem tecto ornithonis inclusum triclinii haberet, ubi delicatè cœnitaret, & alios videret turdos in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M ante E.

M. E. M. In notis antiquorū, Municeps ejus municipii. MENS. menses. MER. S. Mercurii sacrum. MENSIAN. mēsis Ianuarii. MES. FEBR &c. M. F. Marci filius, vel mala fide, vel male fidei. M F A. Marcus Fabius. M A. F. manifestum fecit. M A N. L. manifestus locus. MA. OPP. manifestum oppidum. M. TER. manifestum territorium. M H. malus homo. M. H. E. mihi hæres erit.

Mē, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui. Ennius libro 2: Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis, &c.

Mĕāptē, Compositum ex ablativo Mea, & particula Pte, extra compositionē nihil significante: ut Meapte causa, ἰμοθελέντως: id est, mea propria. Terent. in Heavt. Ita me dii ament, ut ego nunc nō tàm meapte causa Lętor, quàm illius: quam ego scio esse honore quovis dignam.

Meatus, tus, vide in dictione MEO, meas.

Mecaphroditon, μηκωφρόδιτον, Species est papaveris, spumeū habens semen: unde etiam à Dioscoride, μήκων ἀφρώδης: hoc est, spumeum papaver appellatur.

Mĕcastŏr, νὴ τὸν κάστορα, Iurandi adverbium. Mecastor, ait Festus & Mehercules jusjurandum erat, quasi diceretur: ita me Castor, ita me Hercules: ut subaudiatur Iuvet. Terent. in Hecyr. Salve mecastor Parmeno. Vbi Donatus: Olim salutantes addebant jusjurandum, ut hoc sedulò facere viderentur.

Mĕchănĭcŭs, m. f. Opifex, qui artē liberalem exercet. [חרש *charáschh.* δημιουργός, μηχανικός. Gall. *Mechanique, facteur de machines ou d'autres choses mechaniques.* Ital. *Ingegnero.* Germ. Ein Handwercker oder Handwercksman Hispan. *Official de qualquier arte.* Polon. Rzemieślnik. Vng. *Mester ember mwues ember.* Ang. *A handicraftes man, a man of occupation.*] ἀπὸ τῆς μηχανῆς. quod inventionem significat. Suetonius in Vesp. cap. 18: Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mĕchănĭcŭs, adjectivum: ut, Ars mechanica, βαναυσικὴ τέχνη, quæ manu exercetur: cujusmodi est ars fabrilis. Vnde artes dividuntur in liberales, & mechanicas: id est, ut Cicero vocat illiberales.

Mĕcōnĭum, μηκώνιον, Succus est papaveris, teste Dioscoride, adeò frigidus, ut epotus exitium afferat.

Mĕcōnītes, μηκωνίτης, Gemma est papaveris similitudinem exprimens: de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Mĕcōnĭs, μήκωνις Lactucæ genus: à copia lactis soporiferi: μήκωνα enim Græc. papaver dicunt. De hoc videas Dioscorid. lib. 2. cap. 17, & Hermolaum Barbarum in eundem lib. 4. cap 68. & Plin. lib. 8. cap. 19

Mĕcum, cum me per transpositionem præpositionis, Vnà, simul. [עם *himmi.* μετ' ἐμοῦ. Gall. *Auec moy.* Ital. *Meco, con meco.* Germ. Mit mir. Belg. Met my. Hisp. *Comigo.* Polon. *Zemna.* Vng. *Envelem.* Ang. *With me.*] Cicero in Orat. ad Brut. Ex eo Mecum & Tecum: non Cum me, & Cum te, ut esset simile illis Vobiscum, atque nobiscum. Interdum mecum, μετ' ἐμαυτοῦ, πρὸς ἐμαυτόν, significat intra me. Terent. in Hecyr. Haud propterea te rogo, ut hæc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiscum, & Vobiscum. ¶ Mecum pulchrè cum Simul jungitur. Plaut. in Bacch. Atque ut eum mecū ad te adducam simul. ¶ Similiter cū Vnà. Terent. in Hecyr. Vt colloqui mecum unà possit. ¶ Interdum hæc tria conjungimus, Mecum, Vnà, Simul. Terent. in Heavton. Clinia hæc fieri videbat? M. quidni? mecum unà simul. ¶ Mecum facere, significat mecum sentire: quod & Latinè dicitur, à me facere, barbarè, pro me facere. Cicero. pro Cecin. Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat.

Mĕddix, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius: Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

Mĕdergā, pro me erga: id est, Erga me, dixerunt antiqui, interposito d. propter hiatū vocalium. Plaut. in Epid. quasi quid filius meus Deliquisset mederga.

Mĕdĕŏr, deris, d. f. Medicinam do, medicinam alicui facio, aut adhibeo. [רפא *raphâ* חבש *ghabâh.* ἰάομαι, ἰατρεύω. Gall. *Medeciner, remedier* Ital. *Medicare.* German. Heilen/mit artzney gesund machen Belg. Meesteren/genesen. Hispan. *Amelezinar.* Pol. *Vlie gam.* Vngar. *Oruosolok.* Angl. *To remede, to heale, to cure.*] A Medius fieri videtur, quòd ad medium temperamentum, quoad fieri queat, eger debeat reduci. ¶ Est autem Mederi, remedium afferre. Et construitur ferè cū dativo. Cic. pro Quintio: Ira fit, ut ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, &c. ¶ Quandoq; cū accusat. Terent. in Phorm Quas, quū res id-

versæ sint, minus mederi possit. ¶ Invenitur etiam Medetur impersonale. Plin. lib. 27: Ex eo medetur oris ulceribus perunctis hoc succo foliis pusillis. ¶ Dicimus etiam Mederi contra morbum. Plin. lib. 9. cap. 13: Contra serpentium ictus medentur.

Mĕdĕndo, gerundium, quod etiam in passiva significatione invenitur, ut annotavit Servius in illud Virgilii 12. Aen. -exuperat magis, ægrescitq; medendo: id est, dum ei medetur. Hujus verbi compositum est, Immedeor, quod est intùs medeor. Colum. lib. 6: Si oportebit palorum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

Mĕdēlă, æ, f. p. Idem quod medicina, sive morbi remedium. [רטואה *rephuáh* רטאורת *ripheúth* ארטא *marpé* הרה *ghebáh* ארוכה *aruchâh*. ἰατρεία, ἄκεσις, ἀκεσμός. Gall. *Medecine*. Ital. *Medicina*. Germ. Ein artzney. Hisp. *Medicina*. Polon. *Liekarstwo*. Vng. *Oruosság*. Ang. *A remedie to cure*.]

Medĭcă æ, f. p. [μηδική. Gall. *Herbe appellee grand Treffle ou foin de Bourgogne*. Ital. *Medica trefoglie*. German. Burgundisch oder Medisch heuw. Hisp. *Trebol* Pol. *Wileği groch*.] Herba est trium solorum temper virens, in equorum pabulis laudatissima: quæ semel sata decem annos durat, singulisque annis quater aut interdum sexies demessa, sua semper sponte succrescit: ita dicta quòd in Media abundet. Servius scribit Medicam à Medis in Græciam fuisse translatam, quo tempore Romani eam invaserunt. Colum. lib. 7: Ad maciem nulla res tantum, quantum Medica, potest. Vide Catonem de Re rust. cap. 41. & Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 42. & Colum lib. 7. ¶ Hieronymus Tragus fœnogræcum sylvestre vocat. Idem lotum sylvestrem sive Lybicum esse suspicatur. Rustici quidē apud nos in Polonia, folia trifolii majoris sui ad vomitum provocandum edunt, adversus crapulam præsertim: nimia enim sui dulcedine & nescio qua incredibili qualitate nauseam ciet.

Mĕdĭastĭnŭs. Vide MEDIVS.

Mĕdĭco, as, & Medicor, aris, Medeor. [הרה *ghabáh* רטא *raphá* ἰατρεύω. Gall. *Medeciner, remedier*. Ital. *Medicare*. German. Hetten/ artzney. Belg. Genesen/ meesteren. Hispan. *Amelexinar, ò curar dolencia*. Pol. *Lieczyc goie*. Vng. *Oruosolok, giogyrok*. Ang. *To heale, to cure*.] Virgil. libro 1. Georgic. Semina vidi equidem multos medicare ferentes. Ovid. 1. Amor. Eleg. 14: Dicebam, desiste tuos medicare capillos, Tingere quàm possis, jam tibi nulla coma est. Ejus passivo usus est Plinius libro 16. cap. 27: Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur. Sed hoc rariùs. Frequentiùs enim utimur verbo deponente Medicor: quod modò cum dativo jungitur. Virgil. 2. Georg. -senibus medicantur anhelis. Terent. in Andr. Ejus labore, atque ejus dolore Gnato ut medicarer tuo. Modò cum accusativo. Idem lib. 11. Aeneid. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Evaluit.

Mĕdĭcātŭs, a, um, Quod medicamentis admistis est infectum: [ברטא *nirpá*. φαρμακεύθεις. Gall. *Medecine, mixtionné de quelque drogue ou liqueur*. Ital. *Medicato, mescolato di qualche liquore medicinale*. Germ. Mit artzneyen vermischet/ mit etwas vermengt. Hisp. *Amelexinado, mesclado con melezina*. Polon. *Zlekarstwo pomieszani*. Vngar. *Oruoslot*. Ang. *Healed, mixed with some drogge or receit*.] ut, Medicatæ fruges. Virgil. 6. Aeneid. Melle soporatam, & medicatis frugibus offam. ¶ Sic medicata pocula, Medicatæ ficus, Medicatus sapor, Medicatus odor Martial. lib 9: Santonica medicata dedit mihi pocula virga. Plin. lib. 23. cap. 7. de ficis: Novissimæ salubriores, quàm primæ: medicatæ verò nunquam. Plinius Epistol. 17: Color cæruleo albidior, viridior & pressior, sulphuris odor, saporq; medicatus, vis, qua fracta solidantur. Medicata suffitione vina, Colum. lib. 1. cap. 6. Tela medicata veneno, Silius libro 7. ¶ Medicatus pro venenatus, & toxico infectus. Suetonius in Claudio: Et veneno quidem occisum convenit. Alii domestico convivio per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat.

Mĕdĭcāmĕn, verbale, n. t. [רטואה *rephuáh* רטאורת *ripheúth* ארטא *marpé* הרה *ghebáh* ארוכה *aruchâh*. ἰατρεία, ἄκεσμος. Gal. *Medicament, medecine, remede*. Ital. *Medicamento, remedio*. Ger. Artzneyung/ heilung Hispan. *Melexina, medicina*. Polon. *Lecrzenie*. Vngar. *Oruoslas*. Ang. *Healing, curing*.] Colum. lib. 2. cap. 10: Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commodè servari.

Mĕdĭcus, ci, m. ſ Qui artem medendi novit. [רטא *rophé* ἰατρός. Gall *Medecin*. Ital *Medico*. Germ. Ein Artzet. Belg. Een medeyan meester. Hispan. *Medico, curador de dolencias*. Pol. *Liakarz*. Vng. *Oruos*. Ang. *A phisicion*.] Hujus duo sunt scopi, ut scilicet præter naturam affectos, quoad ejus fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut si id fieri non queat, ut saltem dignoscat qui sanabiles sint, & qui deplorati. ¶ Officium medici (ut inquit Asclepiades) est, ut tutò, ut celeriter, ut jucundè curet. Vocantur quoque medici, ἀποληπτοδῶν ποῆδες à Græcis. Plaut. in Rud Imò ędepol una litera plus sum, quàm medicus. C. tum tu medicus es? L. tetigisti acu. Cicero pro Cluentio: Iam hoc quoque probè iniquissimè comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quæritur: in periculis capitis, ut quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusq; patronus adhibetur. ¶ Cura solers medicorum, Ovid. 1. de Pont. Eleg. 7. Celer, atq; fidelis medicus, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Convocare medicos, Catullus.

Mĕdĭcŭs, a, um, Quod est medici. [ἰατρικός. Gal. *De medecin*. Ital. *Di medico*. German. Des Artzets. Hispan. *Cosa de medico*. Pol. *Liekarski*. Vngar. *Oruosto, oruosi*. Ang. *Of a phisicion*.] Virgil. libro 3. Georg. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. Ars medica, Tib. 2. Eleg. 3. Ope medica juvare aliquem, Ovid. 2. Amorum. Plin. lib. 8. cap. 16: Vnde medicas manus hominis sciunt?

Mĕdĭcum mâlum, Vide MEDIA.

Mĕdĭcīnă, æ, f. p. Ars medendi. [רטואה *rephuáh* רטאורת *ripheúth* ארטא *marpé* הרה *ghebáh* ארוכה *aruchâh*. ἰατρική. Gall. *L'art de medecine*. Ital. & Hispan. *Medicina*. German. Die kunst des Artzets / oder ein Artzney. Polon. *Liekarstwo*. Vngar. *Oruosság*. Ang. *The art of medicine*.] Cicero 5. de Finibus: Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudētia. ¶ Modò pharmaca, & remedia, quib. quis curatur significat. Idem ad Atticum libro 16: Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Idem 2. de Orat. Sicut medico diligenti priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solùm morbi ejus, cui mederi voler, sed etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscēda est. ¶ Somnus medicina curæ. Ovid. 1. de Ponto, Eleg 2: At puto quum requies, medicinaque publica curæ Somnus adest, solitis nox venit orba malis. ¶ Adhibere medicinam reip. Cicero pro Sest. Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos judices, ut aliquando essetis severi, aliquando medicinam adhiberetis reipub. Non ea est medicina, quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ, carnificina est ista, & crudelitas. ¶ Afferre medicinam. Cicero in Catilina: Deinde singulis medicinam consilii, atque orationis meæ, si quam potero, afferam. ¶ Facere medicinam. Cicero Terentiæ: Ita fum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur. Plautus Cistel. -confidam fore, Si medicus veniat, qui hoc morbo facere medicinam potest. ¶ Parare medicinam. Ovid. 1. de Remed. Principiis obsta, serò medicina paratur Quum mala per longas invaluēre moras. ¶ Medicinam, inquit Nonius, dicimus & venenum: tractum à Græcis, qui venenum φάρμακον, appellant. ¶ Medicinæ inventorem Chironem Centaurum perhibent: hic invēnit herbarum vires. Nonnulli Aesculapio hoc tribuūt. Apud Ovid. 1. Metamorph. Medicinæ inventionem sibi Apollo vendicat: Invētum (inquit) medicina meum est. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates: supremum autem fastigium Galenus imposuit. ¶ Medicinæ tria genera veteres fecēre: διαιτητικὸν, χειρουργικὸν, & φαρμακευτικὸν: quarū prima victus ratione: altera manu: tertia pharmacis medetur.

Mĕdĭcīnæ, arum, Medicorum tabernæ, vicus thurarius, tabernæ aromatariæ, ubi pharmacopolæ degunt & pharmaca venduntur. [ἰατρεῖον. Gall. *Boutiques de medecins ou apothicaires*. Ital. *Spetiarie, botteghe di medicine*. German. Ein Apotecke/ ein ort darinn man artzneyen feil hat Hispan. *Tiendas de especias, y medicinas*. Pol. *Aptek*. Vngar. *Patika*. Ang. *The phisicions shopes*.] Plautus in Amph. Nam omnes plateas perreptavi, gymnasia, myropolia: Apud emporium, in macello, in palæstra, atque in foro, in medicinis in tonstrinis, apud ædes omnes sacras.

Mĕdĭcīnālĭs, le, adjectivum, om. t. Quod ad medicinam pertinet [ἰατρικός. Gall *Medecinal*. Ital. *Medicinale*. German. Das zur artzney dienet Hispan. *Cosa pertenesciente a la medicina, medicinal*. Pol. *Liekarski*. Vng. *Oruossághoz valo*. Ang *Belonging to healing*.] ut Herba medicinalis, πόα ἰατρική. Curcurbita medicinalis, σίκυος ἰατρική, vasculum ore angusto, infernè latius, quo tanguis exugitur, cure prius scalpello incisa. Nomen accepit à cucurbita hortensi, quam similitudine refert. Plinius libro 32. cap. 10: Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora levanda sanguine. Celsus: Vix ulla perpetua præcepta ars medicinalis recipit. ¶ Medicinalis verò digitus dictus est minimo proximus, ut inquit Macrobius, quē & Anularem veteres appellarunt, quòd in eo digito veteres anulum potissimùm gestabant. Cujus rei rationem hanc reddit idem Macrob. lib. ult. nervum scilicet quendam à corde ad hunc digitum proficisci: ideoque potissimùm anulo, veluti corona quadam circundari.

Mĕdĭcābĭlĭs, le, om. t. Cui adhiberi medicina potest, curabilis, sanabilis [ἰάσιμος, ἰατρευτός. Gall. *Qui' on peut guerir, medicinable*. Ital. *Atto à essere medicato*. German. Das zu artzuen und zu heilen ist Hispan. *Cosa que se puede amelezinar*. Polon. *Latwi dolieczenia*. Vngar. *Oruoslhato*. Ang. *That mabe healed or cured*.] Ovid. 1. Metamorph. Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis

bilis herbis. Idem Epist. 5: -nulla medicabilis arte Læsa pudicitia est. Sunt tamen qui legant reparabilis. ¶ Quandoque ponitur pro medicinali. Colum. lib. 7. cap. 10: Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestini tumorem compescit.

Mĕdĭbĭlĕ, Medicabile. ἰάσιμῶς. Festus: Medibile, medicalile.

Mĕdĭcāmĕn, inis, n.t. Idem quod Medicina. [רטואה *rephuáh* רטאות *ripheúth* מרטא *marpé* הלה *ghehâh* ארוכה *aruchâh*. ἄκεσμα, φάρμακον. Gal. *Medecine, remede, medicament.* Ital. *Medicamento.* Ger. Artzney. Hisp. *Melezina.* Pol. *Lekarstwo.* Vng. *Orwossag.* Angl. *Medicine, emedie to cure.*] Plinius libro 7. cap. 16: Fœcunditatis in fœminis prærogativam accepimus, inunctis medicamine oculis, salivam infici. Ovid. 2. de Arte: Ergo age, & iratæ medicamina fortia præbe, Illa ferè requiem sola doloris habent. Cicero in Pison. Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, meministi excusatione te uti valetudinis: quòd diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. ¶ Accipitur & Medicamen pro colore, quo lanę medicantur: hoc est, inficiuntur, seu tinguntur: unde & pro succo purpuræ posuit Plin. lib. 9. cap. 38.

Mĕdĭcāmĕntum, ti, n. s. Medicina: quo videlicet homines, ac cętera animalia curantur. [רטואה *rephuáh* רטאות *ripheúth* מרטא *marpé* הלה *ghehâh* ארוכה *aruchâh* ἄκεσμα, φάρμακον. Gall. *Medicament, remede.* Ital. *Medicina.* German. Ein Artzney. Hispan. *Melezina.* Polon. *Lekarstwo.* Vngar. *Orwossag.* Ang. *Medicine, a remedie to cure.*] Cicero 3. Offic. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento unquam postea uteretur, *&c.* Idem 2. de Natura deorum: Medicamentorum salutarium plenissimæ terræ. ¶ Sumitur quandoque Medicamentum pro veneno, sicut venenum pro medicamento: quoniam Græci utrunque φάρμακον vocant. Cajus Iureconsultus de verb. sign. Qui venenum dicit, adjicere debet bonum vel malum: nam & medicamenta, venena sunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum, naturam ejus cui adhibitum est, mutat. Quum id quod nos *Venenum* appellamus, Græci *Pharmacum* dicunt; apud illos quoque tàm medicamenta quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adjectione alterius nominis distinctio fit. ¶ Medicamenta amatoria, dicuntur philtra, aut alia quævis venena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta soporifera, quibus somnus accersitur. ¶ Medicamentum autem à remedio quomodo differat, vide infrà in voce REMEDIVM.

Mĕdĭcāmĕntārĭŭs, ri, m. s. substantivum, Qui medicamenta conficit. [רפה *rophé* φαρμακοπώλης. Gall. *Medecin, qui appreste les medecines.* Ital. *Che fa medicine.* German. Der artzneyen macht ein Apotecker. Hispan. *Medico ò que adoba melezinas.* Polon. *Aptekarz, Lekarz.* Vng. *Patikaos orwossag tsinalo.* Ang. *That maketh or prepareth medicine.*] Plinius libro 19. cap. 6: Sectivi duo genera: hoc herbaceum, folio incisuris ejus evidentibus, quo utuntur medicamentarii. ¶ Medicamentaria, Ars conficiendi medicamenta. φαρμακοποιία. Plinius libro 7. cap. 56: Medicinam contendunt Aegyptii apud ipsos repertam: alii ab Arabo Babylonis, & Apollinis filio: herbariam & medicamentariam à Chirone.

Mĕdĭcāmĕntōsŭs, m. s. Quod remedium adfert, & medicamenti vice est. [ἰατρικός. Gall. *Medicinal, portant medecine.* Ital. *Medicinale, che porta medicina.* German. Heilsam / Krefftig zur artzney. Hispan. *Cosa medecinal.* Polon. *Do uleczenia dobri.* Vngar. *Orwossagos.* Ang. *That bringeth remedie.*] Cato capite 15: Et primùm scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.

Mĕdĭĕtās, Vide MEDIVS.

Mĕdĭmnŭs, [μέδιμνος. German. Bey anderthalben mût / oder vngefehrlich ein Straßburger viertheil. Ang. *A measure containing six bushelles.*] Genus mensuræ, teste Budæo, quæ senos capit modios: Galli sua lingua *Minam* vocant. Cicero 5. Verr. Sed tritici septem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pœna, *&c.* Dicimus & Medimnum neutr. gener. Idem ibidem: In jugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur.

Mĕdĭŏcrĭs, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus, Vide MEDIVS.

Mĕdĭŏn, μηδίον, Herba est Mediæ peculiaris (unde & nomen accepit) in locis umbrosis, petrosisque nascens. Romani *Trifolium odoratum* vocant. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 20.

Mĕdĭoxŭmī Dii, vide Mediocris in MEDIVS.

Mĕdĭpontŭs, Instrumentum funarium, quod apud Catonem capit. 3. numeratur inter ea quæ necessaria sunt ad conficiendum oleum. Medipontus in instrumento funario erat, quem Medi Xerxis pontem vocabant. γέφυραν. Herodotus appellat: ad cujus imitationem hic factus videri possit. Funium enim ponte Xerxes Hellespontum junxerat: cujus tamen qui usus in torculari esset, non facilè est dicere. Fortè ad traducendum usui erat. Verisimile etiam est vehementissimos funes fuisse, quibus ad premendum vehementiùs oleum uterentur. Ex Turnebo.

Mĕdĭtŏr, aris, penultima correpta, d. p. Quasi medio animo verso, cogito, & mente perpendo, considero, expendo, commentor. [הגה *haghâh* חשב *chashâb*. μελετᾶν, σφρονίζω, φιλοσοφεῖν. Gall. *Mediter, penser diligemment & attentivement.* Ital. *Pensare, curare.* German. Betrachten / Bedencken / Nachsinnen. Hispan. *Mucho pensar.* Polon. *Rozmisliam, rozważam.* Vngar. *Gondolkodom.* Angl. *To muse or studye on a thing, to recorde in ones mynde.*] Plautus in Amph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, quum illò advenero. Terentius in Andria: Venit meditatus, alicunde ex solo loco. ἐκπεμφθῶν. Plin. in Paneg. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore servamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, *&c.* Meditati, *inquit*: id est, præparata oratione. ¶ Interdum exercere. Virgil. 6. Aeglog. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Plaut. in Sticho: Simulque ad cursuram meditabor Me ad ludos Olympiæ. ¶ Inde Meditationes, μελέται, σκέμματα, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarii quidam conflictus, qui citra sanguinem fiebant. Nam ars militaris, teste Vegetio, ut cæteræ omnes artes, meditatione perficitur. ¶ Meditari alicui insidias, vel dolum, Idem est quod tendere insidias, vel dolum. Virgil. 5. Aeglog. Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis Vlla dolum meditantur. ¶ Servius putat Meditor dictum esse, quasi melitor. à verbo μελετᾶν, per immutationem l. in literam d. Interdum enim hæ duæ literæ sibi mutuò cedunt: ut Sella pro Sedda. Hinc meditari apud Virgilium pro canere. 1. Aeglog. Sylvestrem tenui musam meditaris avena. ¶ Reperitur etiam hoc verbum in passiva significatione. Terentius in Phormion. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. προφρονημένα. Cicero 1. Offic. Leviora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. Diomedes Grammaticus lib. 1: Medito, *inquit*, & meditor differunt. Nam ut putat Plinius (nempe in arte Grammatica, de qua se scripsisse testatur in historiæ præfatione) Meditare est secum cogitare, Meditari voce dicere.

Mĕdĭtātē, Cogitatè. [ἐκπεμφθέντως. Gall. *Pour y avoir pensé de long temps.* Ital. *Pensata mente per longo tempo.* German. Mit betrachtung / mit erwegung. Hispan. *Con mucho pensamiento.* Polon. *Zrozmiel'em.* Vngar. *Gondol kodua.* Angl. *Pensingly, with meditation and studye.*] Plautus in Bacch. Næ tu illorum mores, perquàm meditate tenes, quasi dicat, probè calles illorum mores, illosque ad unguem nosti ex longa meditatione, usu, & experientia.

Mĕdĭtātĭo, onis, f. t. Commentatio, exercitatio: [הגיון *highgháyon* μελέτη. Gall. *Grand penement.* Ital. *Gran pensiero.* German. Ein Betrachtung / übung. Hispan. *Grande pensamiento.* Polon. *Rozmisl'.* Vngar. *Gondolkodas.* Ang. *Great pansing an musing sadlie.*] Cicero 2. de Orat. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atq; expeditos habere debetis. Idem 2. de Divin. Multi naturæ vitium meditatione, atque exercitatione sustulerunt: ut Demosthenes. Idem 3. Tuscul. Stulta est meditatio futuri mali.

Mĕdĭtāmĕn, nis, n. t. Meditatio. [Vngar. *Gondolkodas, gondolat.*] Catullus in Carmine nupt. Ali: Atpice innuptæ ne cum ut meditamina quærant.

Mĕdĭtāmēntum, ti, Meditatio. Tacit. lib. 20: Et cæteris belli meditamentis militem firmabant. Idem lib. 15: Nomina summæ curæ, & meditamenta.

Mĕdĭtābundŭs, Cogitabundus. [σκυθρωπὸς καὶ σφρονιστικός. Gall. *Pensif.* Ital. *Pensoso.* German. Voll betrachtens vnnd nachsinnens. Hispan. *El que mucho piensa.* Polon. *Rozmyslnaiaci.* Vngar. *Gondolkodo.* Ang. *Pansive.*] Et adverbium Mirabundè, cogitabunde. φροντιστικῶς.

Mĕdĭtātīvum, Dictio fi[c]ta Grammaticis, qui meditativum verbum appellant, quod sensum quendam meditandi videatur habere, cujusmodi sunt Esurio, Micturio, & similia: quæ Valla desiderativa vocat, quod desiderium significent actus per verbum primitivum significatos.

Mĕdĭŭs, dia, dium, Quod mensuratum æqualiter distat ab extremis: [μέσος. Gall. *Qui est au milieu, moyen.* Ital. *Mezzo.* German. Das mittelst / das in mitten ist. Belg. Midden. Hispan. *Cosa media entre dos cabos.* Polon. *Srzędni.* Vngar. Közepső. Angl. *That is in the middest.*] quanvis etiam Medium dicatur, quicquid inter duo extrema est, etiamsi non æqualiter distet ab utroque. Virgilius 7. Aeneid. Interea medium Aeneas jam classe tenebat Certus iter. ¶ Quandoque idem valet quod in commune, sive in communem usum. Virgilius 1. Georg. Nec signare quidē aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. Idem 11. Aeneid. Consulite in medium, & rebus succurrite fessis. Cicer. 1. Offic. Et omnes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. ¶ Aliquādo id verum est e duobus temperatum quiddam & admistum, quæ inter se contra-

ria sunt. Livius libro 1. ab Vrbe: Medium erat Anco ingenium: hoc est, proclive tàm ad pacis, quàm ad belli artes: ita religione Numam avum suum exprimens, ut militarem disciplinam non negligeret. ¶ Aliquãdo pro dubio ponitur. Livius 9. bell. Macedon. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum patrum autoritati esse. ¶ Quandoque manifestum. Virgilius 2. Aeneid. -medioque ex hoste recepi. Ibidem: -quanquam in media jam morte tenetur. Vtrobique exponit Servius medium pro manifesto. In priore tamẽ exemplo, non ineptè interpretari possumus, E` medio hoste, pro, E` mediis hostibus, vel E` medio hostium. ¶ Quandoque intercedens, aut potiùs importunus, & incongruus. Idem 1. Aen. Ne qua scire dolos, mediúsve occurrere possit. ¶ Accipere aliquem medium: hoc est, medium amplecti. Livius 1. ab Vrbe: Multò & ætate, & viribus validiór, medium arripit Servium, clamunque è curia in inferiorem partem per gradus dejicit. Sic apud Terentium in Andria: Accurrit, mediam mulierem complectitur. ¶ Ponere in medio, vel, quod idem est, Proferre aliquid in medium, est Publicè exponere, & omnibus ea de re judicandi potestatem facere. Cicero de Natura deorum: Ponam in medio sententias Philosophorum. ¶ Vocare in medium, idem ferè est, quod vocare in dubium, & clariùs de re aliqua velle cognoscere. Cicero pro Cluent. Rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. ¶ Venire in medium, est in disputationem, & controversiàm venire. Cicero 1. de Finibus: Prima veniat in medium Epicuri ratio. ¶ Procedere in medium, Est in coronam prodire: & interdum idem cum superiori. ¶ Relinquere aliquid in medio, Est indecisum, & controversum aliquid relinquere, nihilque de eo statuere. ¶ In medio esse, vel positum, aut situm esse in medio, Est non factum esse, facilè, vel in promptu. Cicero 4. Verr. Tabulæ positæ sunt in medio. ¶ Aliquando in medio esse, est, Dubium esse, vel incompertum, ut apud Suetonium: Quod discrepat, in medio sit: hoc est, indecisum relinquatur. ¶ In medium consulere, Est in commune consulere, vel ad communẽ utilitatem: de quo suprà dictum est. ¶ Pellere de medio, vel è medio, est extra cœtum aliorum pellere. Ennius apud Ciceronem pro Muræna: Pellitur è medio sapientia. Recedere de medio, Est se subducere, & occultare. Cicero pro Sext. Rosc. Recede de medio, per alium transigam. ¶ Sumere argumenta de medio, Est ex rebus manifestissimis, & omnibus notis argumenta sumere. ¶ Tollere de medio, pro occidere. Cicero pro Rosc. Amer. Perfacilè hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum, tolli de medio posse. ¶ Medio excedere, pro mori. ¶ E` medio discedere, pro secedere, & occultari, ait Budæus. ¶ Priscianus Medium dictum putat à modo: hoc est, à mensura: unde & modium, & differentiæ causa Medium dici existimat, mutato o in e. Alii malunt à Græco μεσ῀ deducere, quod idem est quod mediús. ¶ Hinc Dimidius, a, um, quasi per medium divisus.

Mĕdĭa vocabula dicuntur quæ in bonam & in malam partem accipi possunt: μέσα a Græcis dicta. Qualia sunt Tempestas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Industria, Periculum, Venenum, Contagium: & apud veteres Honor, quo etiam significabatur injuria. Vide Gell. lib. 12. cap. 9.

Mĕdĭānum, idem quod medium. Verbum architectonicum. [Ang. *The middle or middest.*] Vlpian. l. 5 §. 2. D. de his qui dejecer. Quod si ex mediano cœnaculi quid dejectum sit, verius est omnes teneri. Sic Vitruvius persæpè medianas columnas dicit, ad differentiam angularium, & mediana episylia, &c. Ex Hotomano.

Mĕdĭĕtās, atis, f. t. Alicujus pars media. [חצי *távech. μεσότης.* Gall. *Le milieu, la moitié.* Ital. *Metà.* German. *Das halb theil des so durch die mitte zertheilt ist / oder die mitte selbs.* Hispanic. *El medio de dos extremos, mediania.* Polonic. *Srzodek.* Vngaric. *Fel.* Anglic. *The half of any thing.*] Hac voce Cicero non ausus est uti, ut testatur in libello de Mundo, sive Vniversitate. Sic enim ibi habet, ut in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere mediotates, quas Græci μεσότητας vocant: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur: erit enim planius.

Mĕdĭocrĭs, & hoc, cre, om. t. Medium tenens, modestus, temperatus. [μέτριος. Gall. *Mediocre, moyen, ne trop grand ne trop petit.* Ital. *Mediocre, mezzado.* German. *Mittelmässig* Belg. *Middelmatich/redelyck.* Hispan. *Cosa communal, ò mediana.* Polon. *Srzedni, rowni.* Vngar. *Mertekletes, közep.* Angl. *Moderat, nether to much nor to litle.*] Cicero 2. de Oratore: Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. Idem 3. Tusculan. Omne enim malum, etiam mediocre, magnum est. Cicero de Amic. Nec verò negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.

Mĕdĭocrĭtās, f. t. Medium, ut ait Nonius, modus. [μέτρον, μετριότης. Gall. *Mediocrité, ne trop ne peu, moyen.* Ital. *Mediocrità, ne troppo ne poco.* German. *Mittelmässigkeit/ Zimligkeit/mass* Hispan. *La mediana entre dos cabos.* Polon. *Rowna miara.* Vngar. *Meltekle tessèg, közèp sèg.* Ang. *Mediocritie, a measure or meane.*] Cicero libro 1. Offic. Eadem ratio est habenda vestitus: in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Columel. libro 4: Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniam in confinio boni, malique posita est. ¶ In medio sine mediocritate bonum esse positum, docere voluit Phocylides hoc versu: Πολλὰ μεσοισιν ἄριστα, μίσσ' ἔβλω ἐν πόλει εἶναι. Fac illud Horatii: Auream quisquis mediocritatem, &c. Diligit, tutus caret obsoleti Sordibus tecti, caret invidenda Sobrius aula.

Mĕdĭocrĭtĕr, adverbium, Quodam modo, prudenter & moderatè. [μετρίως. Gall. *Mediocrement.* Ital *Mediocremente.* German. *Zimlich/ Etlicher mass / Mässigklich.* Hispan. *Medianamente.* Polon. *Mierne.* Vngar. *Mertek leressènkòbep zerint.* Ang. *Meanelie, measurable.*] Cicero 5. Verr. Quod mehercule judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem 2. Tusculan. Nemo mediocriter doctus ignorat. Terentius in Andria: Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Mĕdĭŏxĭmŭs, vel Medioxumus, penultima correpta, Mediocrem, sive medium significat. [μέσος. Gall. *Mediocre, moyen.* Ital. *Mediocre.* German. *Der mittelst oder mittelmässig* Hispan. *Cosa cerca del medio.* Polon. *Srzedni.* Vngar. *Közèp.* Ang *Moderat, nether to much nor to litle.*] Vnde Medioximi dii vocantur, potestatis mediæ. Servius in libro 8. Aeneid. dicit Herculem esse communem Deum utriusque naturæ medium, inter mortalitatem, & divinitatem. Esse enim numina aliqua tantũ terrestria, aliqua tantùm cœlestia, aliqua media, quos Deos Apuleius Medioxumos vocat. Plaut. in Cas. Atita me dii, deque, superi & medioxumi, &c. In Ciste. Medioxumam quam duxit uxorem: ex ea nata est hæc virgo.

Mĕdĭŭscŭlŭs, Putavit Calepinus diminutivum esse ab adjectivo Medius, deceptus corrupto Plinii loco, quem ex li. 11. cap. 37, citat ad hunc modum: Oculos unicolores nulli, cum candore omnibus mediusculo differente. Qui locus hodie sic restitutus est: Oculus unicolor nulli cum candore omnibus medius color differens.

Mĕdĭus fidius, Adverbium est jurandi, ex tribus compositum: putaturque idem significare quod Mehercules: quasi dicas, ita me Iovis filius amet. νὴ τὸν ἡρακλέα. Nam Δία, Græci dicunt quem nos *Iovem*. Fidium autem pro filio dictum videtur: quia antiqui pro l, literam d, sæpissimè collocabant. ¶ Quidam interpretantur, Per divi fidem: quidam per diúrni temporis: id est, diei fidem. Hæc Festus. Alii sic exponunt: Medius fidius: hoc est, Per Dèum Fidium: nam fidius Deus, est qui fidei præest. Plautus in Asin. Per Dium fidium credis jurato mihi. Cicer. ad Brut. Ego medius fidius non existimo tam omnes deos aversos. ¶ Fidii Dei, alia duo fuerunt nomina: nam & Sancus, & Semicaper appellabatur: fiebatque ei sacrum Nonis Iunii in colle Quirinali: ubi templum habebat à Sabinis (ut putatur) primùm dedicatum: qui in urbem recepti, deos quoque patrios in urbem transtulerunt. Ovid. 6. Fastor. Quærebam Nonas Sanco, Fidióne referrem, An tibi Semicaper: tunc mihi Sancus ait: Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo, Nomina terna fero fic' volvère Cures.

Medianus, a, um, Quod in medio est. [μέσος. Gall. *Qui est au milieu & entre deux.* Ital. *Mezzano.* German. *Mittelst.* Hispan. *Cosa mediana ò puesta en medio.* Polon. *Sl'up siedni.* Vngar. *Közèpsò* Ang. *That is in the middest.*] Medianas columnas dixit Vitruvius lib. 3. cap. 1, ut ab angularibus, quæ crassiores sunt, distingueret.

Mĕdĭĕtās, μεσότης, Moderatè. [Vngar. *Mertekletèssen.*] Vlpianus D. l. 13. Tit. 7. l. 25: Cùm dicere vult judici mediam viam tenendam esse, sic inquit: Mediè igitur hæc à judice erunt disponenda, ut neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.

Mĕdĭastĭnŭs, pen. prod. [μεσαστέτης, μεσότης. Gall. *Serviteur qui sert en choses viles, vn fouillon.* Ital. *Famigliaccio.* German. *Ein Sudelbub/ein Knecht so man zu aller groben vnnd sudelechtigen hauß arbeit braucht/ein Haußbusster.* Hispan. *Sieruo de poco precio.* Pol. *Pieczuch, Sl'uga gruba robotè wdomu od prawuiaci.* Vngar. *Rabotas ala valo közèp sènseges zólga.* Angl. *A drudge, a kitchin slaue.*] Mancipium abjectius est, teste Budæo, quod vilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur, qualia sunt domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & hujusmodi alia facere: ob hoc ita dictum, quod in media domo ad imperia omnium nutusque soleat excubare. Cicero in Catil. Magnoperè contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, ex iis qui vadimonia deferre, quàm illum exercitũ, maluerunt. Colum. lib. 1. cap. 9: Mediastinus qualiscunq; status possit esse, modò perpetuo labori sit idoneus. Ibidẽ: Separãdi sunt

dì ſu nt aratores à vinitoribus, atque à mediaſtinis. Horat. 1. Epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Lucil. Villicũ Ariſtocratem mediaſtinum, atq; bubulcum. Vlpian. lib. 1. Digeſt. Naut. caup. ſtabul. Qui mediaſtini opera fungitur, nõ cõtinetur: ut purpurarii, atriarii, & focarii, & his ſimiles. ¶ Priſcianus Mediaſtinos interpretatur, ſervos eſſe abjectiſſimos lavantibus in balneis miniſtrare ſolitos: itaq; appellatos exiſtimat, quòd in medio balnei ſtare ſoleant, ad ſordidiſſima quæq; miniſteria parati. ¶ Mediaſtinum appellant medici membranas in ventre hominis medio, quæ ſunt veluti medius quidam paries, dividens thoracem totum in duos veluti ventriculos.

Mĕdĭaſtŭtĭcŭs, pen. corrept. Summus apud Campanos magiſtratus erat. Liv. lib. 6. Decad. 3: Mediaſtuticus (qui ſummus magiſtratus apud Cãpanos eſt) eo anno Seppius Leſius erat loco obſcuro, tĕnuiq; fortuna ortus, &c.

Mĕdĭtĕrrānĕŭs, nea, neum, Quod eſt à mari remotum, quaſi in media terra: contrarium ejus eſt Maritimus. [μεσόγαιος. Gall. *Qui eſt au milieu de la terre.* Ital. *Che ſta intra terra.* Ger. Das weit vom Meer vnd waſſer in mittẽ des Lands ligt Hiſp. *Coſa lexos de la mar y en medio de la terra.* Pol. *Naſrzod̨ziemie, daleko od morza.* Vng. *Feld kőzepin lakozo azki az tomgörtwl mezzi ragyon.* Ang. *That is in the middle of the earth.*] Cæſar 5. belli Gall. Naſcitur ibi plumbum in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrũ. Quintil. lib. 5. cap. 10: Montanus, an planus: maritimus, an mediterraneus. Cic. 1. de Natur. deorum: Ita fit, ut mediterranei mare eſſe non credant. Mediterraneum mare, ἡ ἔσω θαλασσα, quod ex Oceano inter Abylam Mauritaniæ, & Calpen Hiſpaniæ promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur, Africamq; dirimit ab Europa.

Mĕdĭtĕrrĕtŭs, adjectivum, Mediterraneus. Feſtus: Meditĕtream melius quàm Mediterraneam Siſenna dici putat. Antiquum.

Mĕdĭtŭllĭum, lii, n. ſ. nõ medium terræ, ſed procul à mari, quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus. τὸ μέσον. Cic. in Top. dicit: Tullium in hoc verbo extenſionem eſſe vocabuli nihil ſignificantem. Apuleius libro de philoſophia: Nec ſolùm quod careant redundantia, & egeſtate, ſed quòd in meditullo quodã vitiorum ſitæ ſunt.

Medo, onis, mulſa, vel aqua, vel mel, Græcum ὑδρομέλι.

Mĕdūllă, dullæ, f. p. Eſt quod in mediis eſt oſſibus, unde & nomen habet. [מוח *móach* μυελός. Gall. *Mouelle.* Ital. *Midollo.* Ger. Das marg. Bel Dat merch, Hiſp. *Meollo, ò tuetano del hueſſo.* Pol. Mozg wkoſci. Vng. *Velö.* An. *The marrow within the bone.*] Plaut. in Stich. At ego perii, cui medullam laſſitudo perbibit. Plin. lib. 11. capite 32: Et medulla ex eodem videtur eſſe, in juventa rubens, & ſenecta albeſcens. Cicer. 4. Tuſc. Quum autem hic furor concitatioq; animi inveteraverit: & tanquam in venis medullisq; inſederit, tum exiſtit & morbus, & ęgrotatio. Idem 5. Tuſcul. Tu verò Metrodore, qui omne bonum in viſceribus medullisque condideris, &c. ¶ Hinc Emedullo, ἐξμυελίω, quod eſt medullam extraho. Plin. de limonio: Item graveolentiam alarum emendat, radicis emedullatæ uncia in vini Falerni heminis tribus decocta. ¶ Per translationem ſignificat declaro. Plaut. Natra jam rem nobis omnem, atque emedulla.

Mĕdūllĭtŭs, pen. corr. adverbium eſt, ſignificans Ex ipſis medullis, vel uſque ad medullas. [ὡκ μυελῶν. Gall. *Profondement, affectueuſement.* Ital. *Profondamente, affettuoſamente.* Ger. Von dem innerſten heraus/innigklich. Hiſp. *Profunda y affectuoſamente.* Pol. Zgruntu', Od ſpodku'. Vng. *Mellyen, be.* Ang. *Deepelie, affectuouſlie, euen from the heart.*] Varro: Medullitus Aquiloniam ſervat frigedinem. ¶ Per translationem ſignificat intimè, vel ex intimo animo & affectu. Plaut. in Moſtel. - ut Videas eam medullitus me amare.

Mĕdūſă, μεδοῦσα, A' quibuſdam appellatur herba ea, quam Romani *Veneriam* ſive *Lanceolam*, Dioſcorides λογχίτιν, appellavit. Habet hæc herba florẽ inverſo pileolo ſimilem, qui theatralis larvæ, & hiſtrionicæ perſonæ formam refert: ex cujus medio, quaſi ex aperto & hiante ore, ſe profert quædam quaſi lingua candido colore. Ob quã cauſam & Meduſam appellarunt, à Gorgonis abſciſſi capitis ſimilitudine. Nam etiam hodie in antiquis monumentis Meduſæ caput ita effictum videmus, ut quàm maximè poteſt, aperto ore, linguam exerat. Vide Marc. in Dioſcor.

Mĕgălĭum, μεγαλεῖον, Unguentum à magnificentia ſic appellatum, eò quòd excuſſerit Telinum ante ſe cantatiſſimum: alii à Megaleo inventore Siculo, ſive Athenienſi dictum malunt. Vide Dioſc. lib. 1. cap. 6. & Hermolaum in Plinium.

Megălēſĭă, orum, μεγαλήσια, Dies ſacer magnę matri deorum. Ludi quoq; qui celebrabantur ante templum in ipſo Magnæ matris deum cõſpectu, Megaleſia ſive Megalenſia dicebãtur, & ludi Megalenſes. [Ger. Die Fäſttag vnd Schawſpyl der groſſen Göttin Cybeles.] Liv. lib. 2. ab Vrb. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deûm in palatio dedicavit, & ludos ob eam dedicationem factos, Megaleſia appellavit. Cic. de Aruſp. reſpon. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri majores ante templum in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri, celebratiq; voluerunt?

Megalophron, μεγαλόφρον, magna ſapiens, magnanimus.

Mĕgălŏprepēĭă, [אדר *édher.* μεγαλοπρέπεια. Gall. *Magnificence.* Ital. *Magnificenza.* Ger. Großthättigkeit/herrlichkeit Hiſp. *Franqueza.* Pol. Wielmoznoſci. Vng. *Nagyſag, meltoſag.* Ang. *Magnificence.*] Magnidecentia, vel munificentia, quæ inter magnos viros verſatur, magnisq; in rebus. ¶ Et Megaloprepes, μεγαλοπρεπὴς, dicitur, qui hujuſmodi magnidecentia, aut munificentia utitur: quem Magnificum quidam appellant.

Mĕgălŏpſўchĭă, μεγαλοψυχία, Magnanimitas: & Megalopſychus, μεγαλόψυχος, Magnanimus.

Mĕgīſtanēs, [גדולים *ghedholim* שרים *ſarim.* μεγιστᾶνες Gall. *Grands perſonnages, & excellens.* Ital. *Magnati grandi perſonaggi.* Ger. Die fürnemeſten. Hiſp. *Grandes en dignidad.* Pol. Przel'ożeni, Naſwyżſzy. Vng. *Ew' emberek Orzag auag varas elei.* Ang. *Excellent, or noblemen.*] Dicuntur proceres, primatesq; nam μέγιστος Latinè dicitur Maximus. Corn. Tacit. Megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit ſedibus. Sueton. in Caligula cap. 5: Regem etiam regum & exercitatione venandi, & convictu megiſtanum abſtinuiſſe.

Mehercŭlĕ, jurandi adverbium, Per Herculem, medius fidius, mecaſtor. νὴ Δία, ἢ τὸν ἡρακλέα. Cicer. Attic. lib. 10: Epiſtola tua gratiſſima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi. ¶ Dicimus etiam Mehercules in eadem ſignificatione. Feſtus: Mecaſtor, & Mehercules jusjurandũ erat, quaſi diceretur, Ita me Caſtor, ita me Hercules iuſtè baudiatur, Iuvet. Cicero in Oratore: Imperatũ eſt, *inquit*, à conſuetudine, ut peccare ſuavitatis cauſa liceret: & Pomeridianas quadrigas, quàm Poſtmeridianas libentiùs dixerim, & Mehercule, quàm Mehercules.

Mējo, is, diſſyllabum, n. t. Significat urinam emitto. [מצתין *hiſchtin.* οὐρέω, ὀμιχέω. Gall. *Piſſer, vriner* Ital. *Orinare.* Ger. Brunzen/Seichen. Bel Piſſen. Hiſp. *Mear, orinar.* Pol. *Moczyć pryſzycem.* Vng. *Haldom.* Ang. *To piſſe, to make water.*] Diomedes præteritum quidem proprium Meii eſſe dicit, ſed minxi eſſe in uſu. Perſius Satyr. 7: - ſacer eſt, pueri, locus, extrà Mejite. Horat. 2. Serm. Satyr. 7: Ditior aut formæ melioris mejat eodem. Mart. lib. 3: Minxiſti currente ſemel Pauline carina. Mejere vis iterũ, jam Palinurus eris. Iuven. Satyr. 1: Cujus ad effigiem non tantùm mejere fas eſt. ¶ Mictum, mictu in ſupino. Horat. 1. Serm. Satyr. 8: - atq; in me veniat mictum atq; cacatum Iulius & fragilis Pedacia. Mula mejens, Catullus.

Mel, hujus mellis, n. t. à Græco μέλι, notæ ſignificationis eſt. [דבש *debaſch.* Gall. *Miel.* Ital. *Mele* Ger. Honig Bel Honich. Hiſp. *Miel.* Pol. *Miod.* Vng. *Mez.* Ang. *Honie.*] Cicero de ſenect. Villaq; tota locuples eſt: abundat lacte, caſeo, melle. Idem 3. de Finib. Mel etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur. Virgil. 4. Georg. - hinc cœli tempore certo Dulcia mella premes. Ibidem: Fervet opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Ibidem: - & ſpumantia cogere preſſis Mella favis. Plaut. in Trucul. In melle ſunt linguę ſitę voſtrę, atq; orationes, Corda in felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto. Sunt qui dicant mel eſſe cœli ſudorem, alii ſyderum ſalivam, alii purgantis ſe aeris ſuccum. Conſtat ſane ex aere decidere, ſyderum maxime exortu ſublucanis temporibus. Vnde ſub primam auroram, ſolia arborum melle roſcida inveniuntur. ¶ Mel vernum, dicitur Anthinum mel Aeſtivum, ἀεξῶον. Quod per ſe fluxit, Acœton vocatur, quòd ſine retrimento ſit. Mel ſylveſtre, Eremæum, ab erica frutice, quam & giſarum nominant, folia habet tamarici ſimilia. Acraton, Mel purum atque integrum, quod neque aceſcere cœpit, nec ullum paſſum eſt vitium. Vide Plin. lib. 11. cap. 14.

Mĕlĭcŭlum, li, blandientis. [μελίτιον. An. *Darling, ſweet heart as honie.*] Plaut. Caſin. Meum corculum, melliculum, verculum. Idem Curcul. Egón' apicularum opera congeſtum nõ ſciam, Ex dulci oriundum melliculo dulci meo?

Mĕllārĭŭs, a, um, quod ad mel pertinet. [μελιτοπαλικός. Gall. *Appartenant à miel.* Ital. *Pertinente à mele.* Ger. Das zu dem honig gehört. Hiſp. *Perteneſciente à miel.* Pol. *Miodowi.* Vng. *Mezes méz valo.* Ang. *Belonging to honie.*] Plin. lib. 21. cap. 14: Vaſa mellaria, aut favos lavari aqua præcipiunt.

Mellārĭum ſubſtantivum, vide infrà MELITTONES.

Mellārĭŭs, rii, ſubſtantivum, m. ſ. Qui mellis opus exercet. [μελιτηρός Gall. *Celuy qui a le gouuernement des mouſches à miel & qui en retire le miel* Ital. *Che ha in gouerno le api & il mele* Ger. Honig macher / Der mit honig vmbgeht. Hiſp. *El colmenero.* Pol. *Zmiod. n. ſie obchodzący.* Vng. *Mezes méz ſzedo.* Ang. *That hath rule of the bees and honie.*] Varr. libro 3 de Reruſt. capite 16: Ad extrema, qua mellarii favum eximere poſſint, opercula imponunt alveis.

Mĕlĭtūrgŭs, μελιτουργός, Latinè Mellarius dicitur, qui melificiū exercet: sic enim interpretatur Varr. lib. 3. de Re rust.

Mĕlĭtō, onis, f. t. Mellis vindemia, quum mel eximitur. [μελίτωσις. Gall. *Cueillete de miel.* Ital. *Raccolta del mele.* Ger. Honigsamlung / den Imben das honig nemmen. Hisp. *La castraçon de las colmenas.* Pol. *Miodu wibieranie.* Vn. *Mez zwrat meh fel veres.* An. *The tyme of drowning, hiues to tak out honie.*] Plin. li. 12. ca. 16: Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & virgiliarum occasu, Idibus Novembris ferè includitur. Idem lib. 11. cap. 15: Aestiva mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet.

Mĕlĕŭs, a, um, Quod ex melle est, vel mellis dulcedinem refert ipso gustu: [μελιτώδης. Gall. *De miel, ou luy ressemblant.* Ital. *Di mele, suaue.* Ger. Das von honig ist / honigsüß. Hisp. *Cosa de materia de miel.* Pol. *Miodowi smak, s'odki.* Vng. *Mezbop valo, mezés.* Ang. *Of honie, or lik honie.*] ut Melleus sapor, apud Plin. lib. 15, cap. 14.

Mĕllĭlŭs, a, um, diminutivum, à Melleus. μελιδέστατος. Plautus Casi. Mea vita, mea mellila, mea festivitas Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea. Quanquam non absurdè fortassis Mellila deminutum nomen intelligere possimus à nomine Mel: ut Mea mellila, plurali numero dictum intelligamus, pro Mea mella, vel meæ deliciæ.

Mĕllītŭs, a, um, penul. prod. Quod est melle conditum. [μελιτώδης, μειλίχιος. Gall. *Fait de miel ou doux comme miel.* Ital. *Mellato.* Ger. Mit honig angemacht oder vermischt. Hisp. *Cosa dulce como miel.* Pol. *Wmiedzie vczinioni.* Vng. *Mezes.* Ang. *Sweet lyk honie, or lay ed with honie.*] ut Placentæ mellitæ. Horat. 1, Epist. 10: Vtque sacerdotis fugitivus, liba recuso, Pane egeo jam mellitis potiore placentis. Plin. lib. 36. cap. 19: Melitites succum remittit dulcem, mellitumq; tusus, Varr. 3. de Re rustica, cap. 16: Et favi melliti intùs ponendi, à faucibus longé. ¶ Mellitus puer, pro suavi, & jucundo. Cicero ad Atticum, lib. 1: Ita sum ab hominibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. Catullus ad Iuvencium: Mellitos oculos tuos Iuvenci, &c.

Mĕllĭflŭŭs, a, um, Ex quo fluit mel, vel fluere videtur, μελίῤῥυτος, μελίῤῥυτος: hoc est, dulce, jucundum: ut, Melliflua oratio.

Mĕllĭfĭco, as, act. p. Mel facio. [μελιττοῖ. Gall. *Faire du miel.* Ital. *Far melle.* Ger. Honig machen. Hisp. *Hazer miellas abejas.* Pol. *Miod zbieram.* Vng. *Mezet tsinalok, gywytök.* Ang. *To make honie.*] Virgilius, in quodam Epigrammate: Sic vos non vobis mellificatis apes.

Mĕllĭfĭcus, a, um, [μελιττοποιϊκός. Gall. *De miel.* Ital. *Di mele.* Ger. Das honig macht. Hisp. *Cosa hecha de miel.* Pol. *Miod czyniacy.* Vng. *Mez tsinalo.* Ang. *Of honie.*] Columel. lib. 8: Vt ab opere mellifico evocatæ apes fœtibus expleant. ¶ Item Mellificatio, onis, μελιττοποίησις.

Mĕllĭfĭcium, cii, n. s. Mellis factio. [μελιττοποίησις. Gall. *Facon de miel, acoustrement de miel.* Ital. *Artificio di far mele.* Ger. Honigmachung / honigwerck. Hisp. *Aquella obra de hazer miel.* Pol. *Miodu czynienie.* Vng. *Mez tsinalas, gywytes.* Ang. *The making of honie.*] Varro de Re rustic. lib. 3. cap. 16: Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apum, sic ad mellificium thymum. Idem: Quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Colum. lib. 9. cap. 12: Apes magis mellificiis, quàm fœtibus student.

Mĕllĭfĕr, ra, rum, Ferens mel. [μελιτοφόρος. Gall. *Qui porte miel.* Ital. *Chi porta mele.* Ger. Das honig bringt oder samlet. Hisp. *Cosa que trae miel.* Pol. *Miod zgromadzaiacy.* Vng. *Mezhes, basonlatos.* Ang. *That bringeth or beareth honie.*] Ovid. 15. Metamor. Nónne vides quos cera tetigit sexangula fœtus Melliferarum apiũ sine membris corpora nasci?

Mĕllĭgĕnŭs, na, num. pen. corr. Quod est ejusdem generis cum melle. [μελιεδής. Gall. *De miel.* Ital. *Di mele.* Ger. Das der art oder gattung des honigs ist. Hisp. *Cosa de miel.* Pol. *Miodowi.* Vn. *Mezkes basonlatos.* Ang. *Of honie.*] Plinius libro 16. capite 7: Fert & aliam inutilem pillulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. Hoc est, ejusdem succi, cujus est mel ipsum.

Mĕllĭtĭsmŭs, Linctura est ex melle, vel id quod Græcè *Electma.*

Mĕlăbăthrum, pen. corr. μελάβαθρον, Herba est, quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamæmelo adeò similis, ut pro ea sæpè fallat legentem. Vide Dioscor. lib. 3.

Melamirum, piscis à nigra cauda nomen trahens.

Melamorrhizon, Veratrum nigrum, apud Dioscor. libro 4. cap. 152.

Mĕlāmpĕlŏs, penul. corr. μελάμπελος, Herba est, quæ alio nomine Helxine dicitur: [Pol. *Potwoi mal'i.*] quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. De hac Dioscor. lib. 4.

Mĕlāmphyllŏn, [μελάμφυλλον. Ger. Ein geschlecht des trauts / so von den Apotecken *Brancha ursina* genent wird. Pol. *Barszcz.*] Herba est aculeata, folio in nigredinem tendente: unde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 22. & Dioscor. lib. 3. & quæ suprà annotavimus in dictione Acanthus.

Melampyenos, Herba ea, quę Myaros & Myagros dicitur.

Mĕlāmpўrŏs, μελάμπυρος, Herba est in segetibus nascens, teste Theophrasto, quæ aliàs Miagros appellatur. Latinè atrum frumentum.

Mĕlampŏdĭŏn, [μελαμπόδιον. Ger. Schwartze Nießwurtz.] Genus est nigri hellebori, ita dictum, à Melampode quodã, qui eo uti in divinationibus solebat: vel à pastore ejusdem nominis, qui primus hanc herbam invenisse dicitur, dum capras eo purgari animadverteret. Vide Plin. lib. 25. cap. 5.

Melan, μέλαν, Latinè nigrum, quo in compositione utimur.

Mĕlāncholĭă, Cum accentu in penultima, Latinè dicitur nigra cholera: hoc est, atra bilis, quæ sæpè in furorem agit homines. [μελαγχολία. Gal. *Melancholie.* Ital. *Maninconia, humor maninconico.* Ger. Die schwartze gall / der schwartz schleim von der gallen in dem geblüt. Hisp. *Melancholia.* Pol. *Melankolia, chorobagdi zolcz wirzigniona.* Vng. *Nehez red nbseg nihez kednec tisnalo neduesseg.* Ang. *Melancholie.*] Cicer. 3. Tuscul. Græci volunt illi quidem, sed parùm valent verbo, quem nos *furorem*, ipsi *melancholiam* vocant: quasi verò atra bile solùm mens, ac non sæpè vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. ¶ Melancholiæ varias species, vide apud Galenum in tractatu de Atra bile.

Mĕlāncholĭcŭs, qui nigra bile plurimùm abundat. [μελαγχολικός. Gall. *Melancholique.* Ital. *Maninconico.* Ger. Voll schwartzer gallen oder schwartz geblüt. Hisp. *Melancholico.* Pol. *Melankolik, to iest maiecitza palona zol'cz.* Vng. *Nehez kednwo word kednwa.* Ang. *Melancholick.*] Plinius lib. 20. cap. 7: Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, &c. Cicero 1. Tusc. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse: ut ego me tardiorem esse non molestè feram. Idem 1. de Divin. Aristot. eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens, atque divinum.

Mĕlāncorўphŭs, phi, m. f. μελαγκόρυφος, Avis, quæ & Ficedula dicitur: sed Ficedula tantùm autumno ab edendis ficis, aliis temporibus melancoryphus vocatur, quòd κορυφὴ μέλαινα: hoc est, verticem nigrum habeat. Latinè Atricapillam dicere possumus. Plin. lib. 37. cap. 8: Sunt qui in Arabia inveniri eas dicant in nidis avium, quas Melancoryphos vocant.

Melandris, genus Tynni grandissimum.

Mĕlāndrўon, μελανδρυον, Ruellius interpretatur intimam, durissimamq; roboris materiam, quæ cortice & alburno detractis relinquitur.

Mĕlanĭŏn, μελάνιον, Flos est subnigri coloris. Latinè *violam nigram* possumus interpretari.

Mĕlănōrrhīzŏn, penult. prod. μελανόῤῥιζον. Herba est, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habet à radicis nigredine. μέλας enim nigrum est, & ῥίζα, radix. De hac Dioscor. lib. 4.

Mĕlāntērĭă, μελαντηρία, Alio nomine Atramentum metallicum appellatur, quo medici utuntur ad putrefactam, sive excrescentem carnem consumendam. Vulgus Gallorum *Armontum* vocat.

Mĕlānthĭŏn, [μελάνθιον. Ger. Schabab / Römischer Coriander.] Herba est, sive potiùs frutex pusillus, à seminis nigredine nomen habens, quod à Plin. lib. 20. cap. 17. Gith appellatur, & à quibusdam Melaspermon. Officinæ *Nigellam* vocant.

Mĕlănūrŭs, pen. prod. [μελάνουρος. Ger. Ein Meerfisch / wird von den Italienern *Ochial*: das ist / *Occidata*, von wegen der grossen augen / also genennt.] Piscis ex savatilis, nigrica item habens caudam. Penultima hujus dictionis producitur, quum apud Græcos scribatur per ου diphthongum. Lippius in 3. Oppian. Haud facili parvus Melanurus fallitur arte. Ennius tamen contra orthographiæ rationem penultimam corripuit, primamq;, quæ per ου scribitur, licenter produxit in hoc versu: Melanurum, turdum, merulam, timbramq; marinam. ¶ Est præterea Melanurus, serpentis genus, præcipuè in Lybia & Arabia nascens, vipera minus, sed ad inferendam perniciem multo velocius. Morsi ab eo siti torquentur, immodicéq; bibentes sibi necem inferunt. Cauda lineis duabus nigris distinguitur, unde & nomen accepit) corpore reliquo albicãte. Vide Gal. lib. 2. cap. 33.

Mĕlāpĭum, Mali genus, ita dictum ab Apii mali similitudine. Plin. lib. 15. cap. 14.

Mĕlĕāgrĭdĕs, [μελεαγρίδες. Gall. *Gelines d' Afrique.* Ital. *Galline d' India.* Ger. Indianische hüner. Hisp. *Gallinas morisca.* Pol. *Indyskie kuri, kokoßy.* Vng. *Indias tyuk.* Ang. *Hennes of Inde.*] Gallinæ Africanæ sunt, quas vulgus *Indicas gallinas* vocat. Has Ovidius lib. 8. Metamorph. fabulatur Meleagri sorores fuisse, doloris impatientia, quem ex morte fratris concepernt, in has aves conversas. Plin. lib. 10. cap. 16: Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ: hoc est, gallinarum genus gibberũ, variis conspersum plumis. Varr. lib. 3. de re Rust. Gallinæ Africanæ

Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci. Hæ noviſſimè in triclinium gancarium introierunt è culina, propter faſtidium hominum. Vide ea quæ in dictione GALLINA annotavimus de tribus gallinarum generibus.

Melgemella, Mala ſunt, quæ & capuncula vocant.

Meli, μέλι, Latinè mei, à quo per compoſitionem plurima nomina deſcendunt.

Mĕlĭă μελία, à Græcis dicitur arbor, quam Latini Fraxinũ vocant. Vide Ruellium lib. 1. cap. 82. ¶ Eſt & Melia Cariæ oppidum, apud Hecatæum lib. 1. Genealog.

Mĕlĭă terra, μελία γῆ, Terræ genus eſt Eretriæ cinereę non diſſimile, quodq; digitis confricatum ſtridorem reddit trito pumici ſimilem. Vires habet in medicina eaſdẽ ferè cum alumine, paulò tamen ignaviores. Pictoribus etiam uſui eſt, ad diuturniorem colorũ ſimilitatem. Plin. Melinum vocat, nomine deducto à Melo inſula, una Sporadum, unde advehi ſolet.

Mĕlĭcerĭs, dis, penult. prod. μελικηρίς, Abſceſſus ſpecies eſt ex pituitæ affluxu generati, qui humorem in ſe continet, mellis & craſſitudinem & colorem referentem. Vnde & nomen accepit. Plin. lib. 21. de Meliloto: Peculiariter contra meliceridas efficax. Celſus lib. 5. hoc abſceſſus genus, μελικηρίαν, vocari aſſerit, nomine ſumpto à favo, cujus ſimilitudinem refert.

Mĕlĭchrōs μελίχρως, Gemma eſt mellei coloris: unde & nomẽ habet. Plin. lib. 37. cap. 11: Colos appellavit chryſolythum aureus, chryſopraſum herbaceus, melleus melichrota

Mĕlĭchryſŏs, μελίχρυσος, Gemma quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſyncero melle translucente. Plin. lib. 37. cap 9.

Mĕlĭcrătŏn, μελίκρατον, Potus eſt confectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulſa dicitur. Nomen accepit ἀπὸ τῆ μέλιτος: hoc eſt, à melle, & verbo κεράω, ſive κεράννυμι, quod eſt miſceo, ſive tempero. [Pol. *Miodpyti.*]

Mĕlĭcŭs, a, um, penult. corr. idem quod muſicus. [μελικός. Gall. *Muſicien.* Ital. *Muſico.* Ger. Ein ſenger/der geſang macht/oder ſich in denen übt. Hiſp. *Dulce en canto.* Pol. *Spiewak, muzik.* Vng. *Diaſik, es lantos, hegedros,* &c. *muſika zenamos.* Ang. *A muſicien.*] A Græco nomine μέλος, quod carmen, ſive cantum ſignificat. Vnde poëtæ Lyrici, Melici dicti ſunt. Auſonius: Tu melicos, lyricosque modos. Cicero de Opt. gen. Orator. Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiã, atq; dithyrãbici, &c.

Mĕlĭcæ, Gallinæ, teſte Col lib. 8. cap. 2, vulgò appellatæ ſunt, quæ Medicæ dici debuerant.

Mĕlĭlōtŏs, penult. prod. f.t. [μελίλωτος. Ger. Steinklee. Pol. *Otilia, nozdrzek ſol'bi, koni kowi kwiat.*] quaſi dulcis & mellea lotos. Herba eſt croco ſimilis, frequens in Campania, quæ quòd coronamentis adhiberi ſolet, Sertula Campana appellatur à Latinis. De hac Plin. lib. 21. cap. 11. & Ruellius lib. 3. cap. 35. Ovid. Pars thyma, pars flores, pars meliloton amant.

Mĕlĭmēlă, penult. prod. n.t. [μελίμηλα. Ger. Ein gattung ſüſſer öpffel wie honig/ paradiſle. Pol. *Sl'odkie iabka.* Vng. *Edes alma.* An. *Mellow apples.*] utrobiq; per ſimplex l, Dicũtur poma muſtea, ſive dulcia, quaſi mellea mala. Nam μέλι, mel, μῆλον malũ ſignificat. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 59: Quæ antea muſtea vocabant, nunc melimela appellant. Eadem vulgò *Nana* vocantur, à parvitate arborum è quibus proveniunt. Plin. lib. 15. cap. 14. Muſtea à celeritate miteſcendi, quę nunc Melimela dicuntur à ſapore melleo. Martial. lib. 7: Infanti melimela dato, fatuasq; mariſcas. Nam mihi quæ novit pungere, Chia ſapit. Vide Colum. lib. 5 cap. 10.

Melimeli, melimelis, pen. corr. n.t. [Ger. *Küttinen tattweg.*]

Mĕlĭnă, æ, f. p. μηλίνη, Vt Feſtus ait, genus tibię acutiſsimi ſoni. ¶ Eſt & genus veſtis, vel à colore, vel à Melo inſula, unde afferebatur, ſic dictæ. Plautus in Epid. Vbi ergo eſt? niſi ſi in vidulo, Aut ſi in melina attuliſti.

Mĕlĭnum, ni, n.ſ. [μήλινον. Gall. *Meliſſe.* Ital. *Meliſſa.* Ger. Melliſſen kraut oder Byn kraut. Hiſp. *Torongil.* Pol. *Pczelnik, roiownik.* Vng. *Meh fw'.* Ang. *Baulme hearbe.*] Apiaſtrum vocat Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 16. ¶ Eſt & melinum (ut ait Plin. lib. 23. cap. 6.) oleum ex flore malorum. ¶ Eſt & unguentum. Plin. lib. 13. cap. 1: Amatacinum in Coo: poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. ¶ Melinum quoq; cóloris candidi ſpecies eſt, à Melo inſula, una Sporadum nomẽ habens, ubi præſtantiſsimum effoditur. Dioſcor. lib. 5, Meliam terram vocat. Plin. lib. 35 cap. 6: Melinum candidum & ipſum eſt, optimum in Melo inſula. In Samo quoq; naſcitur, ſed eo non utuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plaut. in Moſtel. Neq; ceruſſam neq; melinum, neq; aliam offuciam.

Melior, Meliuſculus, Melioro, & Melioreſco, Vide BONVS.

Melion, Aqueum Satyricum erithronion, apud Dioſcor. lib. 5. cap. 145.

Mĕlĭpĕctă, μελίπηκτα, Cibaria mellita, cujuſmodi ſunt placentæ mellitæ.

Mĕlĭphyllŏn, [μελίφυλλον. Gall. *Meliſſe.* Ital. *Meliſſa.* Ger. Meliſſenkraut/Mutterkraut/oder Honigblat. Hiſp. *Torongil.* Pol. *Pczelnik.* Vng. *Meh fw'.* Ang. *Baulme hearbe.*] Herbæ nomen eſt, quæ alio nomine dicitur Apiaſtrum. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 16: Reliquũ thymo, & cythiſo obſeviſſe, & apiaſtro, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. Virgil. 4. Georg. - huc tu juſſos aſperge liquores Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen. Vbi Servius annotavit, Meliphylla per ſyncopen eſſe dicta, quaſi meliſſophylla.

Mĕlĭpōntŭs, Quem & Medipontũ vocari ſuprà oſtendimus, Funis genus eſt, quod à Catone non uno in loco numeratur inter ea quæ neceſſaria ſunt oleum conficientibus. Cato cap. 68: Vbi vindemia, & oleitas facta erit, præla extollito, funes, torculos, melipõtos, ſubductarios, aut in carnario aut in prælo ſuſpendito.

Mĕlĭs, hujus melis, f.t. [μέλις. Ger. Ein Dachs. Pol. *Iazwiecz.* Vn. *Hörtsök.* An. *A brockobadger.*] Animal, quod & Taxus ſive Taxo dicitur, quòd ſit mellis aviditſimum, & alvearibus ſemper infeſtum, in cavernis vivens, aſperum, mordaxq;, magnitudine vulpis, colore felis, ex cujus pelle pharetras, & canum collaria obtegunt. Plin lib 8. cap. 38, hanc eſſe ait mellibus in metu ſolertiam, ut ſuffiata cute diſtentæ, ictus hominum, & morſus canum arceant.

Mĕlĭſſōnēs, Græci μελίσσας vocant apes. Vnde Meliſſones dicuntur apiaria, quæ mellaria quoq; nominant, loca videlicet in quibus ſitu ſunt alvei apum. Vide MELITONES.

Mĕlĭſſophyllŏn, n.ſ. [μελισσόφυλλον. Gall. *Meliſſe* Ital. *Meliſſa.* Ger. Meliſſenkraut/Mutterkraut/Herꝛtraut/Pfaffenkraut/oder Imbenblat. Hiſp. *Torongil.* Pol. *Pczelnik, roiownik.* Vng. *Meh fw'.* Ang. *Baulme hearbe.*] Herba eſt ballotæ ſimilis, quæ & Apiaſtium, & Citrago, & Meliphyllum, & Melinũ appellatur. Galli *Meliſſam* vocant. Nomen habet ἀπὸ τῶν μελίσσων: hoc eſt, ab apibus quæ eo tãtoperè oblectantur, ut ſi eo alvearia perungantur, nuſquam diffugiant. De hac herba vide Columell. lib. 9. cap. 8. & Varr. de Re ruſt. lib. 3. cap. 16.

Mĕlītēs, μελίτης, Gẽma ſic dicta à colore mali Cydonei, quod μῆλον κυδωνίαν ἐξοχλῶ dicitur. Plin. lib. 37. cap. 11. ſic ait: Melites mali coloris, nec plura addidit.

Melithæna, Meliſſophyllon vel apiatium, Dioſc. li. 3. cap. 117.

Melithæum, Apiaſtrum apud Dioſc. lib. 3. cap. 117.

Melittites, melititis. pen prod. m.t. [μελίτιτης. Ger. Meſtmãt.] Genus potionis dulcis (ut ait Plin. lib. 14. cap. 9.) factæ ex melle & muſto: hoc eſt, ex congio mellis, & quinq; congiis auſteri muſti, & cyatho ſalis, unà fervefactis. Diſtat autem à mulſo, in quo binis vini, ſinguli mellis congii admiſcentur, ut docet Dioſcor. lib. 5. ¶ Eſt præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui coti attritus, vel cum liquore contuſus, liquorem dulcem emittit. Vnde & nomen accepit, Vide Plin. lib. 36. cap. 19. & Galenum lib 9 Simpl.

Mĕlĭttōnĕs, penult. prod. m.t. [μελιττῶνες. Ger. Ein ort da man Byn oder Imben haltet. Pol. *Hul.*] Alvei, in quibus apes nutriũtur. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 16: Melittones ita facere oportet, quos alii μελιττοτροφεῖα appellant. Eadem quidam Mellaria, Vulgus Gallicum *Ruchas* vocat.

Mĕlĭturgŭs, vide MEL.

Mĕlĭum, [μήλιον. Pol. *Kſiezę iaica.*] Herba eſt in aquis & locis uliginoſis naſcens, ſemen habens lini ſemini nõ diſſimile, aliquanto tamen majus & firmius, & præ lęvore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioſc. lib 3. Altera ſpecies eſt quam vulgò *palmam Chriſti* appellant. [Pol. *Racżki.* ite *dlonki Chriſtowe.*]

Mĕlĭŭs, comparativum à Bene, & Meliuſculè, Vide BENE in BONVS.

Mĕlĭſomtum, μελίζωμον, pen. prod. n.ſ. Condimentum quoddam vocat Apicius ex mellis deſpumati miſtura confectum.

Mĕllācĭum, n.ſ. ἕψημον, ἕψημα. Muſtum ad mediã partem decoctum, quam *Sapam* appellamus, ut inquit Nonius.

Mĕllĭfĭcātĭo, Mellificator, Mellifico, Mellitus, Vide MEL.

Mĕllĭgĕtă, Cardamomi genus, Barb. Corol. Cardam.

Mĕlligo, inis, [μελίτωμα. Ger. Safft von den blumẽ/ꝛc. ſo die Byne ſaugen / honig darauß zu machen: An. *Mildew on corne.*] penult. prod. f.t. Succus è lacrymis arborum, ſive florum quem apes devorant, poſtea ad alveos regreſſæ evomunt, operaq; componunt. Plin. lib. 11. cap 6: Primùm itaq; favos conſtruunt, cęram fingũt: deinde ſobolem: poſtea mella. Ceram ex floribus, melliginem è lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, ſalicis, ulmi, arundinis ſucco, gummi, reſina. ¶ Ponitur & pro quocũq; ſucco floreſcẽtis fructus adhuc, atq; immaturi. Plin. lib. 12. cap. 27. In prima lanugine demittitur uva, ejusq; melligo, reliquum corpus ſole coquitur.

Mĕllĭlŏquŭs, penul. corr. Cui oratio ſuavis inſtar mellis, ex ore profluit. [μελίγηρυς, μελίφωνος. Pol. *Gl'atkomowca.*]

Mĕllum, quid ſit, in Plinio non ſatis conſtat, niſi fortè Mel, non Mellum legendum ſit.

Mĕlŏcărpŏs,

Mĕlŏcārpŏs, [μελόκαρπος. Pol. *Toiesc wł'oski.*] Herba eſt, quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſcor. libro 3. capite 4.

Mĕlŏlōnthă, [μηλολόνθη. Ger. *Ein grüner Schröter.*] Scarabæi genus eſt, colore viridi naſcens.

Mĕlŏmĕlī, μηλόμελι, Confectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagæna. Rationem conficiendi docet Columella lib. 12. cap. 45. & Dioſc. lib. 5.

Melonēs, [Ger. *Melaunen.* An. *Melow fruite.*] A' Palladio dicũtur, qui ex genere peponum ad malorum rotunditatem accedunt: à quibuſdam, facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur.

Melonŏmŭs, μηλονόμος, penult. corr. ovium paſtor. Nam μῆλον & poma, & oves ſignificat.

Mĕlŏpĕpŏnēs, [μελοπέπονες. Pol. *Melonī.*] Fructus ſunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, ſed humi rotundantur, & odorem jucundiſſimum habent, ubi maturuêre. Palladius Melones vocat. Vide Ruellium lib. 1.

Melŏs, [מירה zemirâh. μέλος. Gall. *Douceur de chant, melodie.* Ital. *Dolcezza di canto, melodia.* Ger. *Der liebtich thon des geſangs.* Hiſp. *El canto dulce.* Pol. *Wdzięczna melodia.* Vng. *Gyönörw feges, ekes hang.* Ang. *Sweetneſſe of muſicke, melodie.*] generis neutr. & indeclinabile eſt, aut certè defectivum: nam genitivum, & dativum ſingulares, totumq; pluralem numerum apud Latinos non habet. Ablativo Melo uſus eſt Lactantius Firmianus in Hymno de Reſur. Dominica: Fitque repercuſſo dulcior aura melo. Apud Græcos declinatur, τὸ μέλος, τοῦ μέλος. Eſt aũt Melos cãtus ſuavitas, exapta vocis modulatione, & flexu proficiſcens. Perſius in proœmio Satyrarũ: Corvos Poëtas, & Poëtridas picas Cantare credas Pegaſeum melos. ¶ Hinc multa, de quibus mox, deducuntur.

Mĕlōdĭă, f. p. [מירה zemirâh, μελῳδία. Gall. *Melodie, doux chant.* Ital. *Melodia.* Ger. *Ein liebtich oder ſüß geſang* Hiſp. *Canto dulce.* Pol *Melodya* Vng. *Ides gyönörw feges enek.* Ang *Sweetneſſe of muſicke, melodie.*] cum accentu in penultima, Dulcis cantus, ſive melleus.

Mĕlōdēs, pen. prod μελώδης. Accipitur pro melico dulcia carmina cantante Sidon. Proculus melodes inſonare pulſibus.

Melorĕă, æ, & Melore, es, f. p. pen. prod [μηλωτή Ger. *Ein ſchafffell mit der Wollen.*] Dici poteſt pellis ovina una cum lana corpori detracta, μηλωτὴ nam a Græcis dicitur, quæ à nobis ovina.

Melothrum, i. [μηλόθρον, Herba eſt, quæ alio nomine ἄμπελος λευκὴ hoc eſt, vitis alba appellatur. De hac Dioſc. lib. 4.

Membrum, bri, n. Propriè dicitur caro artus tegens: [μέλος. Gall. *Membre* Ital. *Membro.* Ger. *Haut vnd Fleiſch damit die Glieder des Leibs vberzogen ſind: item, Ein jetliches Glied.* Hiſp. *Miembro.* Pol. *Skora y ciało okrywaiąca kośći, etc. onek.* Vng. *Tag.* Ang. *A member.*] unde Membrana, ſuperior membri pars dicitur: hoc eſt, pellis ipſa. Silius: & venis malè juncta trementibus oſſa Extant cõrumptis viſu deformia membris. ¶ Accipiuntur tamen etiam membra pro ſingulis corporis partibus: ut manus, pes, auris, membra dicuntur. Terentius in Adelph. Membra metu debilia ſunt. Cic. 3. de Finibus: Iam membrorum: id eſt, partium corporis, alia videntur propter eorum uſum à natura eſſe donata, ut manus, crura, pedes, *&c.* alia autem nullam ob utilitatem, quaſi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni. Virg. 9. Aeneid. Quò ſequar? aut quæ nunc artus, avulſaque membra, Et funus lacerum tellus habet? ¶ Membra principalia & principes partes ſunt in animante, Cor, cerebrum, jecur. Quomodo autem differãt membra ab Artubus, vide in dictione ARTVS. ¶ Sumitur etiam Membrum pro parte cujuſq; rei. Plin. Epiſtol. 17. lib. 2: Adhæret dormitorium, membrum, tranſitu interjacente. Hoc eſt, pars domus quieti corporum dicata. Cic. 1. de Nat. deor. Omnes autem ejus partes, atque omnia membra tum facillimè noſcuntur, quũ totæ quæſtiones ſcribendo explicãtur. Columella, prẽterea & Apuleius partem domus, membrum nominant. Et Vlpianus de manumiſſionibus: Quæri, *inquit*, poteſt, ſi fabris duobus, vel pictoribus templum vel membrũ depictum eſſet. De oratoris membris ita Autor ad Herennium: Membrum, omnis appellatur res breviter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuò alio membro orationis excipitur. Cic. in Oratore: Quę Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos rectè *inciſa* & *membra* dicimus. ¶ A' membrum fiunt adjectiva, Bimembris, δικῶλος, Trimembris, τρίκωλος, Quadrimembris, τετράκωλος: hoc eſt, duarum, trium, quatuor partium.

Mĕmbrānŭlum, dimin. à membris. Apul. lib. 6: Verùm cor vivũ atini craſſum, ſed hirundinis tenue circumdedit membranulum. μεμβρύλλιον Græcè dicitur.

Membrātim, adverbiũ, Significat per membra ſingula, per partes. [κατὰ μέλη. Gall. *Par membres, par pieces, membre à membre.* Ital. *A membro à membro.* Ger. *Von einem glied zu dem anderen / in ſtucke weiß.* Hiſp. *Miembro à miembro.* Pol. *Poczł'onku.* Vng. *Tagonkent, darabonkent, koncsonkent.* Ang. *By member and member, by partes.*] Plin. lib. 9. cap. 15: Hi membratim cæſi, cervice, & abdomine commendantur. Idem lib. 11. capite 37: Itaque nunc per ſingulas partes corporis, præter jam dictas, membratim tractetur hiſtoria. Cicer. in Partit. Narratio autem accuſatoris erit, quaſi membratim geſti negotii ſuſpicioſa explicatio. Quintil. libro 9. capite 4: Vbicunque acriter erit & inſtanter, pugnaciterque dicendum, membratim, cæſimque dicendum.

Membrānă, æ, f. p. Pellis exterior quæ membra tegit, & generaliter pro quavis tenuiori pellicula accipitur. [עור hor דק dak. δέρρις. Gall. *Taye, petite peau.* Ital. *Pelle ſottile.* Ger. *Die euſſerſt haut des leibs.* Hiſp. *La tela.* Pol. *Skorka naczielia.* Vng. *Lantorna, hartya.* Ang. *The vppermoſt skinne of any thing.*] Cic. 2. de Nat. deor. Quæ primùm oculos mẽbranis tenuiſſimis veſtivit & ſepſit. Lucret. lib. 4: Membranas mittunt vituli de corpore ſummo. Plin. lib. 9. cap. 29: Membranã inter illa miræ tenuitatis extendit. ¶ In ligno quoq; membrana eſt. Plin. lib. 13. de tilia: Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ etiam dicuntur chartæ pergamenæ ex pellibus animalium factæ. [περγαμηνή. Gall. *Parchemin.* Ital. *Pergamina.* Ger *Perment ſo man auß ettlicher thierẽ häut machet darauff zu ſchreiben.* Bel. *Pergament.* Hiſp. *Pergamino.* Pol. *Pargamina.* Ang. *Parchement.*] Earum uſus Pergami, regnante Eumene inchoavit: magnamque earum vim Rex Atralus Romam miſit, ut penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde Pergamenarum nomen ad hanc uſque diem, tradente ſibi invicem per manus poſteritate, ſervatum eſt. Quintil. libro 10. capite 3: Illa quoque minora non ſunt tranſcunda, ſcribi optimè ceris, in quibus facillima eſt delendi ratio, niſi fortè viſus infirmior membranarum potiùs uſum exegit. Plinius libro 7. capite 21: In nuce incluſam Iliada, Homeri carmen in membrana ſcriptum, tradidit Cicero. Mart. libro 1: Hos eme, quos arctat brevibus membrana tabellis. Horat. de Arte: Membranis intùs poſitis delere licebit Quod non ediderîs. ¶ Differt autem Charta à Membrana, quòd Membranæ pelliceæ ſunt, & Pergami primùm inventæ: unde & Pergamenæ ſunt appellatæ. Chartæ autem ex papyro olim in Aegypto fiebant, ut Plinius oſtendit: apud nos de centonibus certo quodam modo maceratis, & glutino concretis formantur. Chartam ex papyro in victoria Magni Alexandri inventam ſcribit Varro, antea palmarum foliis ſcriptitatum fuiſſe: deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis, & ſcedis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas, Eumenes verò membranas, quum uterque eorum maximas haberet bibliothecas, invenerunt: quorum alter Pergami, alter Aegypti rex fuit. Plinius autem putat chartarum uſum Numæ temporibus fuiſſe, idque autoritate Caſſii Heminæ confirmat, qui Cn. Terentium ſcribam, agrum ſuum in Janiculo repaſtinantem, inveniſſe ait arcam, in qua Numa rex ſitus eſſet, & in ea libros ejus è charta ſcriptos. Sed Numam, pluribus ætatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat.

Mĕmbrānŭlă, diminutivum. [τὸ δερμάτιον. Gall. *Taye, petite peau.* Ital. *Pelle ſottile.* Ger. *Ein permentin* Hiſp. *La tela.* Pol *Pargaminka.* Vng. *Lantonatska, hartyatska* An. *A thinne out ward skinne.*] Cicero ad Attic. lib. 4: Iisq; imperes, ut ſumãt membranulam, ex qua indices fiant.

Membrānācĕŭs, a, um, Quod ſimilitudinem membranæ habet. [μεμβρανώδης. Gall. *Semblable à parchemin.* Ital. *Simile à membrana.* Germ. *Dem pergament gleich.* Hiſp *Coſa ſemejante à pergamino.* Pol. *Pargaminatsk.* Vng. *Lantornahoz, annak hartyahoz hasonlatos.* Ang. *That is lyk parchement.*] Plinius libro 16. capite 31: Quibuſdam cortex membranaceus, ut viti. Idem libro 10. capite 61: Volucrum animal parit veſpertilio tantùm, cui membranaceu pinnæ.

Mĕmbrānĕŭs, a, um, Quod ex membranis eſt. [δερμάτινος, περγαμηνός. Gall. *De parchemin.* Ital. *Di pergamina, à membrana.* Ger. *Permentin / auß perment gemacht* Hiſp. *Coſa de pergamino.* Vng. *Lantornabol, hartyabol valo.* Ang. *Made of parchement.*] Vlp. l. librorũ appellatione. ff. de Legat. iij: Quòd ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

Mĕmbrārī, Significat per membra formari, ἀρθρῶσθαι. quo verbo utitur Cenſorinus in lib. de Die natali.

Mĕmbrātūră, Eſt membrorum poſitura, διαμέλωσις.

Mĕmbrōſŭs, a, um, μελώδης, Qui magna habet membra. [Pol. *Rosgro l'i.*]

Meme, Accuſativus geminatus, majoris vehementiæ gratia, ab Ego primitivo, Virg. [Ger. *Mich / eben mich.*]

Memet, Pronomen compoſitum, Plaut. [Ger. *Mich ſelbe.*]

Mĕmĕcўlŏs, μεμέκυλος, Species eſt arbuſti. Plin. li. 15. cap. 24. de unedone loquens: Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, *Comaron, & memecylon.* Ex quo apparet totidem eſſe genera & apud nos. Vide Dioſc. lib. 1.

Mĕmĭnī,

Mĕmĭnī, A' Meno antiquo verbo fit, quo veteres ŭſi ſunt pro recordor & in mentem revoco: à quo prima ſyllaba gemmata, fit præteritum Memini, ſicut à Pungo, Pupugi. [זכר *zachar. μνεμονεύω.* Gall *Se ſouuenir, auoir memoire.* Ital. *Recordarſi.* Ger. Ich bin eyngedenck Hiſp. *Recordarſe.* Pol. *Pamietam.* Vng *Emlekezem rea, vagy emlek* Ang. *To remember.*] Et quanvis ſit præteriti temporis, in præſenti tamen ferè ſemper accipitur, teſte Valla in Rauden. Plaut. Epid. Lunulam atq; anellum aureolum in digito? V. memini mi homo, E. Non meminiſti me in aurem ad te afferre natali die? Idem Aſin. In jus voco te. L E. non eo. M E non is? memento, L E. memini. Terent. in Andr. Facturum quæ voles, ſcio eſſe omnia. P. memini. Cicero pro Quint. Memini, vetus eſt, de ſcurra multò facilius divitem, quàm patremfamilias fieri poſſe. Virg. 2. Aeneid. Quanquam animus, meminiſſe horret, luctuq; refugit Incipiam. Ovid. 9. Metamor. Dum loquor, horror habet parsq; eſt meminiſſe doloris. Requirit genitivũ, vel accuſativum. Terent. in Evnuch. Faciam ut hujus loci diciq;, meiq; ſemper memineris. Virgil. 9. Aeglog. numeros memini, ſi verba tenerem. Ovid Epiſt. 21: meminerunt omnia amantes. Cicero de Senect. Omnia quę curant ſenes, meminerunt. Sed quum ſignificat mentionem facio, recuſat accuſativum, poſtulatq; ablativum cum præpoſitione DE, vel genitivũ. Quint. lib. 11. cap. 2: De quibus multi meminerũt. Ibidẽ: Neq; omnino hujus rei meminit Poëta ipſe. ¶ In priore ſignificatione jungitur tàm cum prætento infinitivi, quàm cum præſenti. Virgil. 9. Aeglog. Nanq; ſub Oebalię memini me turribus altis Coricium vidiſſe ſenem. Idem: Cantando puerum memini me condere Soles. Cicero Appio: Ad me adire quoſdam memini. Idem Papyrio lib. 4: Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant. Quod erit, magnificũ ſit & lautum. Memini te mihi Phameę cœnam narrare temperius fiat, cætera eodem modo. Idem Attic. lib. 1: De comitiis me ſis, & tibi me permiſiſſe memini. Idem pro Roſc. Amer. Meminiſti me ita diſtribuiſſe initio cauſam. ¶ Hujus compoſitũ eſt, Commemini, de quo ſuo loco.

Mĕinŏr, hujus memoris, penul. corr. gen. omnis, ſecundum Priſcianum, à verbo Memini, Qui rei alicujus recordatur. [זכר *Zochér* זכור *zachúr. μνημονικὸς μνήμων.* Gall *Memoratif, qui a memoire, & ſe ſouuient.* Ital. *Recordeuole, memore* Ger. Eyngedenck. Bel. Gedachtich. Hiſp. *Aquel ſe recuerda.* Pol *Pamietaiacy.* Vng. *Meg emlekező, elmés.* Ang. *Mynyful.*] Plautus in Pſeud. Adverte ergo animum, & fac ſis promiſſi memor. Idem Cap. Nunquid vis? P. venias tempori. A. memorem mones. Virgil. 4. Aeneid. Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti. Idem 6. Aeneid. Quique fuit memores alios fecêre merendo. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: Vive memor quàm ſis ævi brevis. ¶ Quum autem de inanimatis rebus dicitur, ſignificat rem cujus nos memores ſumus. Virgil. 1. Aeneid. ſævæ memorem Junonis ob iram. Horat. lib. 1. Carm. Sive puer furens Impreſſit memorem dente labris notam: hoc eſt, tam vehementẽ, ut non facilè excidat memoria. Ovid. Epiſt. 19: Et vocem memori cõdidit ante tuã. Idem 4. de Ponto, Eleg. 2: Carmina ſola tibi memorem teſtantia curam. Non data ſunt, quid enim, quæ facis ipſe datem? ¶ Hujus contrarium eſt Immemor, de quo ſuo loco.

Mĕmŏrĭă, æ, f. p. (ut inquit autor ad Herẽnium lib. 1.) Eſt firma animi rerum & verborũ diſpoſitionis perceptio, item recordatio, ætas, antiquitas [זכרון *Zecher* זכרון *zichcharón. μνεία.* Gall. *Memoire.* Ital. *Memoria, rimembranza.* Ger. Gedechtnuß. Bel. Gedachtenſſe. Hiſp. *La potencia de ſe recordar, memoria.* Pol. *Pamiecz.* Vng *Elme.* Ang. *Memorie, remembrance.*] Cic. 2 de Inven. Memoria eſt, per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Idem de claris Orat. Quorum memoria & recordatio in maximis noſtris graviſſimisq; curis jucunda ſanè fuit. Idem ad Plancum lib. 10. Epiſt. Nihil poſt hominũ memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere vidi. Terentius in Andr. In memoria habeo, *λέγε μνήμης ἔχω.* Vbi Donatus: Plus eſt, quàm ſi dixiſſet, Scio. Nam quæ ſcimus, poſſumus obliviſci: quæ verò memoriæ cõmendamus, nunquam amittimus. Pacuvius: Perq; noſtram egregiam humanitatem, quã memoria firmavit. ¶ Nominis hujus in oratione varius eſt uſus. Dicimus enim Inſidere in memoria, Memoriæ affigere, Memoriæ mãdare, Memoria cuſtodire, Memoriã alicujus rei ſibi proponere. In memoria eſſe alicui, Memoriã alicujus uſurpare, Memoriæ alicujus dare operã, Memoria tenere, Memoria cõtinere, Memoria complecti, Memoriã alicujus tenere, Memoria meminiſſe, Memoriæ prodere, Memoriam alicujus rei prodere, Memoriæ tradere: Memoria eſt, proeo quod eſt, Meminiſſe: Memoria cadit vel intercidit, Memoria falli, Memoria repetere, In memoriã redigere, In memoriã revocare, Reducere in memoriã, In memoriã redire, Referre memoriam alicujus, Omni memoria, vel in omni memoria, pro in omni tempore: Superiori memoria, pro ſuperiori tempore, Vſque ad hanc memoriam: id eſt, uſque ad hoc tempus: Vt mea memoria eſt; id eſt, quantum poſſum meminiſſe, aut reminiſci: Memoria mea factum non eſt illud: id eſt, quantum meminiſſe poſſum. Quarum loquutionum teſtimonia paſſim bonos autores legenti occurrent.

Mĕmŏrĭŏlă, diminut. Cic. ad Att. lib. 12: Sed quod ſcribis ignis cuium matutinum, *μνημονικώτερον*, eſt memoriola vacillare.

Mĕmŏrĭtĕr, adverb. imperiti dicunt, Mente tenus, de memoria, ex memoria. [*μνημονικῶς.* Gall. *Par memoire, par cœur.* Ital. *Ricordandoſi, & hauendo à mente.* Ger. Außwendig. Bel. Van buyten. Hiſp. *De coro ò de memoria.* Pol. *Na pamiecz.* Vng. *Kordera.* Ang. *By hart, redelie, with good remembrance.*] Cicero de Amicitia: Qu. Mutius Augur Scævola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & jucundè ſolebat. Sic etiam dicimus, Memoriter cognoſcere, Memoriter memorare, enumerare, pronuntiare, complecti rem, recitare, reſpondere, Memoriter colligere, Memoriter meminiſſe, Memoriter narrare, Memoriter reſpondere, Memoriter exponere, Memoriter vocare.

Mĕmŏrācŭlum, [*μνημόσυνον.* Vn. *Emlekőzet.*] Apuleius in Apologia: Me ſanctiſſimè tot ſacrorum ſigna, & memoracula cuſtodire.

Mĕmŏrābĭlĭs, le, omn. t. Qui eſt dignus memoria, laudabilis, præclarus, excellens. [זכר *nizchar. ἀξιομνησος, ἀξιολογος.* Gall. *Memorable, digne de memoire.* Ital. *Memorabile.* Ger. Gedächtnuß wirdig. Hiſp. *Coſa digna de memoria.* Pol. *Godni pamieci.* Vng. *Emlekezetre melto* Ang. *Worthie of memorie or remembrance.*] Colum. in Præfat. lib. 1: Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. Cic. de Amic. Quu accepiſſemus a patribus maximè memorabilem, C. Lælii, & Pub. Scipionis familiaritatem fuiſſe. Terentius in Heavt. Heus tu, non ſit ſine periculo facinus magnũ & memorabile. Virg. 4. Aeneid. magnũ & memorabile numen. Idem 2. Aeneid, nanque etſi nullum memorabile nomen. Fœminea in pœna eſt. Cicero 3. de Finib. Si enim ſapiens aliquis miſer eſſe poſſit, næ ego iſtam glorioſam memorabilemq; virtutẽ non magno æſtimandam putẽ.

Mĕmŏro, as, penult. corrept. act p. Ad memoriam reduco. [*μνημονεύω.* Gall *Penſer & rememorer, reduire en memoire.* Ital. *Cõmemorare, ricordare.* Ger. In gedechtnuß bringen, widerhotẽ: item, Erzehlẽ. Bel. Bethalen vertellen. Hiſp. *Recordar à algo.* Pol. *Wſpamietywam.* Vng *Elezeszt illom exembee intatom, ele hozom.* Ang. *To bring in remembrance, to make mention, to recite or report.*] Plautus in Pœn. Memorandum mihi, ſi novi fortè, aut ſi ſunt cognati mihi. ¶ Interdum eſt dicere, narrare, ſeu exponere, recitare, *λέγειν, ἐξηγεῖσθαι.* Livius libro 1. ab Vrbe: Herculemq; in ea loca, Geryone interempto, boves mira ſpecie abegiſſe memorant. Virgil. 1. Aeneid. Muſa mihi cauſas memora. Plautus in Trin. Age dum nomen tuum primum memora mihi. Idem in Amphit. Ibi nunc meus pater memorat, legiones hoſtium ut fugaverit: hoc eſt, commemorat, vel narrat. ¶ Hujus compoſita ſunt, Commemoro, & Rememoro, quod eſt in memoriam reduco. Legitur & paſſivum Memor. Plautus in Amphit. Experiri nunc mavellem me, quam mihi mẽmorarier. Saluſtius. Incredibile memoratu eſt, quam facilè coaluerint.

Mĕmŏrātŏr, oris, verbale, m. t. Qui memorat. [זכר *mazkir. ὁ μνημονεύσας.* Gall. *Recordateur* Ital. *Rammentatore.* Ger. Gedechter. Hiſp. *Recordador.* Pol. *Wſpamietywacz* Vng. *Ő emlekezője, elmondója.* Ang. *That maketh mention, or reporteth.*] Propert. lib. 3. Eleg. 1: Necnon ille tui caſus memoratur Homerus.

Mĕmŏrātŭs, us, m. q Memoratio, commemoratio. [זכר *Zécher* זכרון *Zichcharón. ἀνάμνησις.* Gal. *Memoire.* Ital. *Rimembrãca.* Ger. Widergedechtnuß, wider hotũg. Hiſ. *Obra de recordarſe.* Pol. *Wſpomnienie, wzmiąnienie.* Vn. *Elő zamlas, elő fozas.* An. *A reporting or making of mention.*] Gellius lib. 11. cap. 4. Eos verſus non minus frequenti, aſſiduoq; memoratu dignos puto, quàm philoſophorum de officiis decreta.

Mĕmŏrātĭſſĭmŭs, ſuperl. Celebertimus [*λογιμνημονεύτατος.* Vn. *Igőn hirős neues, nevezetős.*] Gell. li. 8. cap. 4: Herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſſimus.

Mĕmŏrĭōſŭs, ſi, Qui memoria præditus eſt. Corn. Fronto de diff. voc. Memorioſus habet ad dicta factaq; memoriam.

Mĕmŏrĭōsē, adverb. Idem Cõrn. Fronto: Memoriosè qui facit, oſtendit in omni re natutæ bonum.

Mĕmphītēs, æ, vel is, pen. prod. *μεμφίτης*, Lapis eſt pingui vario q; colore, in membris ſecandis vel urendis citra omne periculum ſenſum adimens. De hoc Dioſcor. lib. 5.

Mĕnæchmi, *μενάιχμοι*, Apud Plautum comœdia, in qua fratres gemini introducuntur ejuſdem nominis, qui indiſcreta ſimilitudine miros aſpicientium errores excitant.

Mendă, æ, f. p. & Mendum, di, n. ſ. Error, erratũ, vitium. [משלה *miſ beḥéh* משולה *meſchugháh* שלגה *ſchegbaghâh* עקשות *bikkeſchúth* עוֹן *avõn.* Gall. *Faute.* Ital *Menda, errore.* Ger. Ein fõler oder irrthumb. Bel. Een faute. Hiſp. *Tacha, ò mancilla, ò mentira.* Pol. *Błąd, fałſz.* Vng. *Vétek.* Ang. *An errour, a fault in writing.*] Cecinna Ciceroni libro 6. Fam. Mendum ſcripturæ litura tollere. Ovid. lib. 1. de Arte: Nocte latent mendæ, vitioq; ignoſcitur omni. Cic. Attic. lib. 2: Caſtritianum mendum nos corrigimus, &c.

mus, &c. Idem 4. Verr. Quod mendum ista litura correxit. Quam mendam legit Nonius: id quod Victorius admonuit. Ovid. 1. Amor. Elegia 5: In toto nusquam corpore menda fuit. ¶ Hinc etiam fit verbum Emendo, as, quod est quasi mendas tollo. Remendo, Latinum non est: quanvis id recensuerit Calepinus inter derivata à nomine Mendum, deceptus corrupto loco Columellæ, quem sic citat ex lib. 3. cap. 17: Quidam flagellum totum, sicut erat matri detractum, crediderunt sationi convenire, idq; per gemmas quinas, vel etiam per senas partiri, complures tale oleaster remendaverunt: quod ego minimè probo. Quo in loco castigatiora exemplaria sic habent: Taleolas terræ mandaverunt.

Mēndōsŭs, a, um, Quod est erroribus plenum, corruptus, vitiatus: [בעקש *nehkásch* מעקש *mehukkásch*. πλημμελὴς. Gall. *Incorrect, plein de fautes.* Ital. *Pien d'errori, scorretto.* Ger. Voll fäler. Hisp. *Cosa llena de mentiras y erradas.* Pol. *Bl'edow pel'en.* Vng. *Verkes hamisß.* Ang. *Full of erroures or faultes.*] ut, Exemplar mendosum, apud Plin. in Epist. & Cic. 4. Ver. Cur servus societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutii nomine certo ex loco mendosus esset? Idem 2. de Orat. Deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquā partem, & superare mendosum est. Idem de clar. Orat. Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. ¶ Accipitur quandoq; pro vitioso & depravato. Ovid. 2. Amor. Non ego mendosos ausim defendere mores. Horatius in Serm. Mendosa est natura.

Mendosē, Incorrectè, inemēdatè, corruptè, depravatè. [πλημμελῶς, ψευδῶς. Gall. *Auec beaucoup de fautes.* Ital. *Scorretamente, con molti falli.* Ger. Falschlich/unfleissiglich mit viel fäler. Hisp. *Mentirosamente, con muchas erradas.* Pol. *Fulszywie.* Vng. *Verkessen, hamissan.* Ang. *With many faultes.*] Cic. ad Quint. Frat. li. 3: De Latinis verò quò me vertam nescio, ita mendosè & scribuntur & væneunt. Idem 1. de Invent. Neq; eò dico, quòd ejus ars, quam edidit, mihi mendosissimè scripta videatur, &c. Persius Satyr. 5: mendosè colligis, inquit Stoicus, hic autem mordaci lotus aceto.

Mēndācĭum, cii, n. s. Est orationis vanitas. [שקר *schéker* כזב *chazáb* כחש *cháchasch*. ψεῦδος. Gall. *Mensonge, menterie.* Ital. *Bugia, menzogna.* Ger. Ein Lug. Hisp. *Mentira.* Pol. *Kłamstwo.* Vng. *Hazugsag.* Ang. *A lie or leasing.*] Ovid. Epist. 21: Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ. Cic. pro Cluent. Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compositus. Idem pro Muræna: Improbi hominis est mēdacio fallere. Magnū & impudens mendaciū. Idē pro Cluent. Dicere mendaciū, & Mentiri, quid differant, vide in verbo MENTIOR, mentiris.

Mēndācĭuncŭlum, li, diminut. n. s. Parvum mendacium. [τὸ μικρὸν ἢ ἁπλοῦν ψεύδολόγημα. Gall. *Petite mensonge, petite menterie.* Ital. *Bugietta.* Ger. Ein kleine Lug. Hisp. *Pequenna mentira.* Pol. *Łzyczka.* Vng. *Hazugsagotska.* Ang. *A litle lie.*] Cic. li. 2. de Orat. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Mendāx, cis, om. t. Vanus, futilis, qui dicit mendacium. [כחש *chechásch* כזב *chazéb*. λογοποιὸς, ψεύστης. Gall. *Menteur.* Ital. *Mendace, bugiardo.* Ger. Lugenhafftig. Bel. Luegh(enachtich. His. *Mentiroso.* Pol. *Lgarz kł'amca.* Vng. *Hazug.* Ang. *A lier.*] Cic. pro Rosc. Com. Quid interest inter perjurum & mendacem? qui mentiri solet, pejerare consuevit. Idem 2. de Divin. Mendaci homini ne verū quidem credere solemus. Virg. 8. Aeneid. Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus Per sylvam & sparsi rorabāt sanguine vepres. Splendide mendax, Hor. 3. Carm. Ode 11. Fui mendax mihi: hoc est, falsò mihi persuasi, Ovid. Epist. 2. ¶ Et genitivo jungitur: ut Mendax hujus rei: id est, de hac re mentitur. Plaut. in Asin. Si hujus rei esse mendacem inveneris. ¶ A` Mendax fit Comparativum Mendacior, Superlativum Mendaciissimus, & Adverbium Mendaciter, ψευδῶς.

Mēndācĭlŏquŭs, penult. corrept. m. s. Qui loquitur mendaciū. [כחש *chechásch* כזב *chozéb*. ψευδολόγος. Gall. *Menteur, qui dit mensonges.* Ital. *Che dice bugie, bugiardo.* Ger. Ein lugner/lugensager oder lugenmaul. Hisp. *El que dablas mentiras, mentiroso.* Pol. *Łzaci, kł'amaiacy.* Vng. *Hazugsag bozellö.* Ang. *A lier, that telleth leasinges.*] Plaut. in Trin. Nihil est profectò stultius neq; stolidius, neq; mendaciloquius, neq; argutum magis.

Mendĭcŭlă, pen. corr. πλαγκὴ φαλή. Vestis à Mēdice dicta, quod magistratus nomē erat apud Oscos, ut ait Festus. Plaut. Epid. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Mendĭcum, (inquit Festus) dici putant velum quod in prora ponitur.

Mendĭcŭs, penult. prod. m. s. Qui victum ostiatim quæritat. [אביון *ebjón* רש *rasch*. πλωχὸς, πτωχὸς. Gall. *Mendiant, qui demande l'aumosne.* Ital. *Mendico, pittoco.* Ger. Ein bettler. Hisp. *Mendigo, el que piede mendigando.* Pol. *Zebrak.* Vng. *Kuldus.* Ang. *A begger.*] Et, ut refert Festus, Verrius dictum putat à mēte, quod mentem ejus fefellerit fortuna: vel à medendo, quòd precetur omnes, ut vitæ suæ medeatur cibo: vel quòd manu indicet. Plaut. in Trin. Semper mendici molesti sunt. Idem Persa: Cum hac dote poteras vel mendico nubere. Cic. 5. Tusc. Pauperem si malum est, mendicus beatus esse non potest, quanvis sit sapiens. Apud Ciceronem pro Muræna legimus superlativum Mendicissimus, pro miserrimo, pauperrimoq;. Solos (*inquit*) sapientes, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, divites. ¶ Interdum accipitur pro infirmo & imbecillo. Cicero 3. de Oratore: Instrumentū autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sanè ac mendicū est: hoc est, infirmum & invalidum, quodq; mendici in morem alienum postulet auxilium.

Mēndīcŭlus, diminutivum. [ὁ πλωχύτερος. Gal. *Belistreau, cagnardeau.* Ital. *Mendico, picciolo.* Ger. Ein bettlerlin. Hisp. *Mendico pequenno.* Pol. *Zebraczyna.* Vng. *Kulduskska.* Ang. *A litle poore begger.*] Cicero in Catilina: Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

Mēndīco, as, penult. prod. Vitæ alimenta postulo ostiatim. [שאל *schaál* πτωχεύω, πλωχεύω. Gall. *Mendier, demander l'aumosne.* Ital. *Mendicare.* Ger. Betten/heuschen. Hisp. *Mendigar.* Pol. *Zebrze.* Vng. *Kuldulok.* Ang. *To begge, to aske his almouse.*] Iuven. Satyr. 6: Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem. Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plautus in Amphit. Quia senecta ætate à me mendicas malum. Veteres etiā Mendicor pro mendico dicebāt. ut Plaut. in Vidularia: Malim moriri meos, quàm mendicarier. Boni ministrantur, illum nunc irrident mali, Ex Nonio.

Mēndīcāns, penult. prod. participium. [שאל *schoél*. πλωχεύων, πτωχεύων. Gall. *Mendiant.* Ital. *Mendicante.* Ger. Bettend. Hisp. *Mendigo.* Pol. *Zebrzący.* Vng. *Kuldulo.* Ang. *Begging.*] Plaut. Cap. decere videatur magis Me saturum servire apud te, sumptu & vestitu tuo, Quàm illic, ubi minimè honestum est, mendicantem vivere.

Mēndīcātŭs, penult. prod. Aliud participium: ut Cibo mendicato pasci. Ovid. 6. Trist.

Mēndīcĭtās, f. t. Inopia, paupertas, egestas. [רש חסרון *resch chesrón*. πλωχεία. Gall. *Mendicité, poureté, iusques à mendier d'huis en huis.* Ital. *Pittoccheria, mēdicatione.* Ger. Bettelwerck/betlerey/grosse armut vnd mangel. Hisp. *Mendiguez.* Pol. *Zebraczstwo, vboßtwo.* Vng. *Kuldussag.* Ang. *Extreme powertie, beggerie.*] Cic. pro Flac. Potuit dare Sextilius? nam fratres quidem cōfortes sunt mendicitatis. Plaut. Ruden. Mendicitatē mihi obtulisti opera tua, Dum tuis auscultо magnidicis mendaciis. Cic. 5. de Finibus: Quum & mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant. Idem in Catil. Vt omnes animi cruciatus, & corporis egestas, & mendicitas consequatur.

Mēndīcĭtĕr, Miserè, & tenuiter, πλωχῶς.

Mēndīcĭmōnĭum, Inopia. πλωχεία. qua voce usus est verborum insignis innovator Laberius, ut refert Nonius.

Mendicabulum, n. s. Mendicatio ipsa, sive ipse mendicus. [רש *resch* חסרון *chesrón*. πλωχεία. Gal. *Mendicité.* Ital. *Pittoccheria, mendicatione.* Ger. Ein abbettlung oder ein bettler. Hisp. *Mendiguez.* Pol. *Zebranina.* Vng. *Kuldulas, (anagy) kuldus.* Ang. *Beggerie.*] Plaut. in Aulul. Nam istos reges memorare nolo, hominum mendicabula.

Mendum, Vide MENDA.

Menelœetus, [μενελαίετος. Ang. *An hauke called a saker.*] Avis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribùs præcipua, colore nigricans, quæ sola fœtus suos alit, frequensq; versatur in montibus. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

Meniana, Aedificia appellata sunt à Menio Censore, inquit Festus, qui primus in foro ultra columnas tigna projecit, quò ampliarentur superiora spectacula. Ascon. autem hujus verbi originem sic explicat: Menius quum domum suam venderet Catoni & Flacco Conss. ut ibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ, super quā tectū projiceret ex provolantibus tabulatis, unde & ipse & ejus posteri spectare munus gladiatoriū possent. Ex illo Menia columna vocitata est. Ex quibus apparet error Porphyrionis cùm scribit: Menium scurrilitate notissimum, post abrosum patrimoniū vendidisse domum quam habuerat ad forum spectantem, una sibi recepta columna, unde gladiatores spectaret, quę ex eo Menii columna nominabatur. Super hac colūna (ut nonnulli tradiderunt) Menius, tectum projecit & tabulata: unde & ipse & posteri ejus spectare munus gladiatorium possent. Vnde factum putatur, ut omnia id genus ædificia Meniana vocarentur. Suetonius in Calig. Pauci è proximis Menianis spectabant.

Menianthes, Trifolium apud Dioscor. lib. 3. cap. 122.

Mēnĭngēs, f. t. μήνιγξ, Membranæ duæ sunt, cerebrū circunquaq; contegentes, quarū exterior, quæ adversus, cránii impressiones cerebri veluti propugnaculum est & tegumentum. Crassa sive Dura meninx appellatur: & vulgò *Dura mater*. Hæc cranium intùs succingit, inter se & alteram meningem tantùm relinquens spatii, quantum cerebri pulsibus satis est. Est autem hæc cribri ritu perforata, duplicaturq;, ut commodiùs venas muniat, quas in se habet ad summum capitis verticem ascendentes.

ascendentes. Altera cerebro penitùs conjuncta est, quæ quòd tenuissimæ illi membranæ (quam in fœtu χόριον: id est, secundas vocant) persimilis sit χοροειδὴς appellatur: Vulgò *Pia mater*.

Mens, hujus mētis, f.t. Animus, intelligentia, memoria. [זמה *dahath*, חֹשֶׁק. Gall. *Entendement, pensée, esprit, memoire.* Ital. *Mente, pensiero, memoria.* Ger. Der verstand/vernunfft/das gemüt. Bel. Die gedechteniſſe. Hisp. *Entendimiento, ò memoria.* Pol. *Rozjem, vmisł.* Vng. Ez., *elme, elteltsõm.* Ang. *The mynd, the vnderstanding, the thoght.*] Est princeps animæ facultas, qua solus homo præditus, cæteris antecellit animantibus; quaq; res incorporeas & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc fit, ut mentem pleriq; dictam existiment, quasi eminentem, sive quòd inter omnes animæ facultates maximè emineat, sive quòd per eam inter animalia plurimùm emineamus. Ovid. 15. Metamorph. Mēte deos adiit: & quod natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Cicero de Senect. Homini sive natura, sive Deus, nihil mente præstantius dedit. Idem pro Rabirio: Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè, quòd optimi & sapientissimi cujusq; animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. Idem 2. Offic. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndiq; & audiendi delectatione ducitur. Lactantius lib. 7: Primùm non idem est mens & anima. Aliud est enim, quo vivimus: aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima sopitur: & in furiosis mens extinguitur, anima manet. Et ideo qui mentis compotes non sunt, non excordes, sed dementes appellantur. Mens ergo (id est, intelligentia) vel augetur, vel minuitur pro ætate: anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirandi accepit facultatem, eodem usque ad ultimum durat, donec emissa corporis claustro, ad suam sedem revolet. Thales Milesius: Velocissimum (*inquit*) omnium quæ sunt, est mens: nam tantæ celeritatis est, ut uno temporis puncto cœlum omne collustret, maria pervolet, terras & urbes peragret. Inter animum quoq; & mentem interest, quòd Mēs sit cogitationis, consiliiq; subtilitas quædam, certæ rationi contemplationiq; adhibita. Ideo amentes & dementes dicuntur, qui nullo consilio utuntur. Animus verò est vitæ, & voluntatis fundamentum. Plaut. in Cistell. Exanimor, differor, distrahor, diripior, ita Nullam mentem animi habeo. Idem in Epid. Pavor territat mentem animi, neq; est ubi meas collocem spes. Ex quibus testimoniis clarissimè ostenditur, Mentem esse rem diversam ab Animo. Alioqui enim ineptè & à Cicerone regnum animi menti datum, & à Plauto animi mens dictum esset. Similiter etiam Terentius in Andria: Animum & Mentem res diversas facit. Mala (*inquit*) mens, malus animus. ¶ Accipitur quandoq; pro voluntate, sententia, sive (ut vulgus loquitur) intentione. Virgil. 1 Aeneid. in primis regina quietum Accepit in fœdus animum mentemq; benignam. Cic. 4 Tusc. Quæ est Humanus autem animus, qui deceptus est ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc est fas dictu) comparari potest. Hic igitur si est excultus, & si ejus acies ita curata, ut nec necetur erroribus, fit perfecta mens: id est, absoluta ratio, quod est idē quod virtus. ¶ Ponitur quandoque Mens pro consilio. γνώμη. Virgil. 1. Aeneid. nostram nunc accipe mentem. ¶ Quandoq; pro animo. Cicero 1. de Orat. Ego autem defendebā hac cum mente fuisse, &c. ¶ Sanæ mentis esse dicuntur, qui sibi rectè prospiciūt, & bonam mentem habent. Cic. in Pisonem: Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, &c. ¶ Deponere mentem mentumq; in gremiis mimarum, dixit Cicero in Antonium Philip. 3. ¶ Hujus compositæ sunt, Amens, Demens, Vehemens. ¶ Mente captus, pro amente accipitur. ἄνους, παράφρων, quemadmodum Oculis captus, pro cæco. Festus: Mente captus dicitur, quum mens ex hominum potestate abiit.

Mēntĭo, onis, f.t. à supino Mentum, Quod à Meno verbo antiquo deducitur, teste Valla lib. 3. [זכר *zécher* זכרון *zichcharón*. διάμνησις. Gall. *Mention, memoire.* Ital. *Mentione, memoria.* Ger. Meldung/gedenckung. Hisp. *Mencion ò memoria.* Pol. *Zmianka, przypomnienie.* Vng. *Emlekezet.* Ang. *Mention.*] Mentionem facere alicujus, est commemorare, sermonem de eo habere. Terentius in Eunuch. Si quando illa mentionem Phædriæ faciat, &c. Cicer. ad Sulpitium lib. 13: Deinde credas mihi affirmanti velim, hominem esse neminem, qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. ¶ Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo, Mentionem habere alicujus, incidere in mentionem alicujus. Plin. lib. 2. cap. 8: In mentione terræ dicetur: id est, dum terræ faciemus mentionem.

Mēntĭor, iris, d.q. Contra id quod in mente est loquor, fingo, cōminiscor. [כחש *chachésch* חזק *chazkéb* ψεύδομαι, ψευδολογέω. Gal. *Mentir, feindre.* Ital. *Mentire, dir bugie.* Ger. Liegen. Hisp. *Mentir.* Pol. *Kłamam łżę.* Vng *Hazudok.* Ang. *To lie, to faine, to inuent false thinges.*] Plaut. in Amph. verbero, mentiris nunc. At jam faciam ut verum discas dicere. Terentius in Heaut. Non est mentiri meum. Id est, nõ consuevi mentiri. Qui enim mentitur, non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui verò mendacium dicit, tum etiam fallitur, quum creditur se verum dicere. Hinc Nigidius apud Gellium: Vir bonus præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. ¶ Aliquando tamen Mentiri, est per imprudentiam falsum dicere, sicut & Mendacium dicere. Cicero lib. 4 Tusculan. Nunc ad philosophos veniam, qui negant amorem stuprum esse, atq; in eo litigant cum Epicuro non multum mentiente. ¶ Interdum est fingere, simulare, imitari, & velle videri id quod non est: ut quum quis dicit, Mentiri sexum, Mentiri colorem suum fuco. Martialis lib. 1: Mentiturq; virum prodigiosa Venus. Columella in præfatione libri 1: Attonitique mirantur æstus effœminatorum, quòd à natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos ipsa tum Quintil. lib. 2. cap. 15: Et mangonum, qui colorem fuco, & verum robur imani sagina mentiuntur. Plin. lib. 37. cap. 8 Inficitur, candoremq; mentitur. ¶ Et dicimus Mentiri adversus aliquem, Mentiri in aliquem, Mentiri alicui, & Mentiri de aliquo quorum passim exempla occurrunt. ¶ Hujus compositum est Ementior, quod est apertè, seu publicè ostendo quod non est, ἐξυποκρίνομαι.

Mēnsă, æ, f.p. Ad quam accumbimus cibum sumpturi: dicta, (inquit Varro) quasi mesa. id est, media, quòd inter duos statueretur. [שלחן *schulchán*. τράπεζα. Gall. *Table.* Ital. *Mensa, tavola.* Ger. Ein tisch. Bel. Een Tafel. Hisp. *Mesa en que comemos.* Pol. *Stoł.* Vng. *Asztal.* Ang. *A table.*] Virgil. 1. Aeneid. Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula. Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensarum genera. Citrea, scilicet, & Acerna. de quibus apud Martialem li. 14. Epigrammata duo. Ovid. 12. Metam. Hunc pede convulso mentis Pellæus acernæ Stravit humi Pelates, dejecto in pectora mento Ad Vmbras. Cic. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Lutadio abstulisti. Horat. 1. Ser. Satyr. 3: modò sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus, Quamvis crassa, queat, &c. ¶ Quandoq; ponitur pro prandio. vel cœna. Iuvenal Satyr. 1: quum de tot præclaris orbibus, & tam Antiquis una comedūt patrimonia mēsa. Vnde & Primæ, & Secundæ mensæ: id est, quæ in principio & in convivii fine fercula apponuntur. Vulgus *Interestum* & *Exstũ* mentæ appellat. Ovidius de Nuce: Poma cadunt mensis non interdicta secundis. Cicero ad Attic. lib. 14: Secundā mensam, dixit in numero singulari. Hæc (*inquit*) ad te scripsi, appositā secundā mensā. ¶ Accipitur etiam mensa pro abaco numulariorum, quemadmodum apud Græcos τράπεζα: unde & ipsi numularii à Cicerone Mensarii vocantur, quos Græci vocant τραπεζίτας. Cicero in Pison. Quid stipēdium militibus per omnes annos à civitatibus mēsis palàm propositis, esse nunc autem? ¶ Accipitur quādoq; pro disco, sive quadra, qua utimur in mensa ad epulas in fiustula conscindendas. Fieri solet frequentiùs ex ligno, aut stanno, olim etiam ex pane. Vngil 7. Aeneid. Accitis coget dapibus consumere mensas. ¶ De mensa mittere: id est, de iis, quæ appositā erant mensæ. Cicero ad Atticum, lib. 5: Discubuimus omnes præter unum Curtium. Is de mensa mihi, ut arbitror, rejecit quod quadrangulum fuit. Nam quadratum habuerunt, vocaverunt. Varro lib. 4. de L. L. quo vide Varronem. ¶ Fuit & mensa vinaria rotunda, non ita magna Cylibantum, ἀπὸ τῆς κύλικος: sic enim Græci *calicem* vocant. Altera erat quadrata una columnella sustinebatur. Antonius Nicander Varro de ling. Lat. lib. 4. ¶ Mensam dicimus & Tabulam picta pars lata.

Mēnsŭlă, æ, diminutivum, [πινακίσκος. Gall. *Petite table, Piccola tavola.* Ger. Ein tischlin. Hisp. *Pequeña mesa.* Pol. *Stolik.* Vng. *Asztalotska.* Ang. *A litle table.*] Plaut. in Mostel. Cito aquam manibus, puer, appone hic mensulam.

Mēnsārĭus, rii, m.s. Qui & Argentarius à Latinis, a Græcis τραπεζίτης, ἀργυροκόπος dicitur [Gal. *Banquier, usurier, changeur.* Ital. *Cambiatore, usurario, changiero.* Ger. Ein wechßler. Hisp. *Banquero ò cambiador.* Pol. *Vekslarz, zamiennik.* Vng. *Penz valto.* Ang. *An exchanger or banker.*] Livius libro 7. ab Vrbe: Solutionem quis autem publicam curam verterunt: quinque viris creatis, quos mensarios à dispensatione pecuniæ appellarunt. Cicero pro Flacc. Cum civitate mihi res est accensa, & conficientissima literarum: in qua numus moveri nullus potest sine quæstoribus, tribus Quæstoribus, quatuor mensariis quæ apud libertatem populo creantur.

Mēnsŭlārĭi, Idem qui numularii, ut patet ex Caio l. 47. D. de pact. alios autem numularios ab argentariis fuisse patet ex l. 9. D. de edendo. Verum igitur Mensularii dicti sint a mensulis, quas in minore negotiatione quam illi, qui argentarii dicebantur, exercebant, an interdum pro argentariis sumantur, e mensariis difficile dictu est.

Mēnsĭō,

Mēnsĭō, onis, Vide METIOR.

Mensĭs, is, m.t. A' Metior deducitur, quasi numerus dierum mensus, [חדש *chódhesch*, *μὴν*. Gall. *Mois*. Ital. *Mese*. Ger. Ein Monat. Bel Een Manet. Hisp. *El mes*. Pol. *Miesiąc*. Vng. *Az holnap*. Ang. *A moneth*.] Cicero lib. 2. de Nat. deor. Qui quia mensa spatia conficiunt, Menses nominantur. Macrobius à Græco *μὴν*: id est, à Luna trahit: nam Lunæ curriculo mensis conficitur. Terentius in Adelph. Compressu gravida facta est, mensis hic decimus est. Horat. 2. Epist. 1: Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno. Stat. 3. Syl. Stupet ipse labores Annus, & angusto bisseni limite menses. Virg. 3. Georg. Sæpè diem, nostemq;, & totum ex ordine mensem Pascitur. Terent. Adelph. Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Virgil. 4. Aeglog. & incipient magni procedere menses. ¶ Menses in plurali, sunt mulierum menstrua. Plin. lib. 21. cap. 25: Ciet menses è vino pota. Idem lib. 21. cap. 21: Prodest & orthopnoicis & anhelationi, mulierumq; mensibus retardatis. ¶ Hinc Trimestris, τριμὴνος, trium mensium. Augustinus lib. 13. de Civitate: Arcades, quorum anni trimestres fuerunt. ¶ Bimestris duorum mensium.

Mēnstrŭŭs, a, um, Quod est unius mensis. [μηνιαῖος, ἐπιμήνιος. Gall. *D'vn mois, ou qui vient de mois en mois*. Ital. *Di vn mese*. Ger. Das eines Monats ist. Hisp. *Cosa que dura vn mes*. Pol. *Miesięczni*. Vng. *Egy holnapi*. Ang. *Of one moneth, or that cometh euerie moneth*.] Cic. 1. de Nat. deor. Hujus hanc lustrationem ejusdem incensa radiis mēstruo spatio luna complet. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 27: Et quando tempora duorum generum sunt, unũ annale, quod Sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod Luna circumiēs cõprehendit, *&c*. Cic pro Rosc. Com. Quid est, quòd negligenter scribamus adversaria? quid est, quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ æternæ. ¶ Menstrua cibaria, apud Cic. 5. Verr. quæ sunt unius mensis. Sic Opus menstruum, Menstrua vita. ¶ Menstruum etiam ponitur aliquando pro alimento in singulos mēses legato: ut Annuum quod in singulos annos. Vlpian. in l. Qui ponis. ff. de cess. bon. Si quid misericordiæ causa fuerit relictum, putà menstruum, vel annuum alimentorum nomine.

Mēnstrŭă, orum, substātivum, pluralis numeri, n.s. Menses, mulierum profluvium est, & purgatio frigidi & indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit. [נדה *nidháh* דוה *dewóth*. τὰ καταμήνια, τὰ ἐμμηνα. Gall. *Le flux de sang qui vient és femmes tous les mois, leur male sepmaine* Ital. *Flusso di sangue che patiscono le donne ogni mese*. Ger. Die vierwöchige krancheit der Weyberen. Bel. Die Maenstondt. Hisp. *La purgation de la muger*. Pol. *Niewiesze fluks choroba*. Vng. *Haui korsag*. Ang. *A flixe of blood that a woman hath monethlie*.] Dicta sunt autem Mēstrua, quòd unoquoq; mense mulieribus, quæ ejus ætatis sunt, ut possint concipere, soleāt accidere: unde etiam Menses appellamus. Menstrui virus describit Plinius lib. 7. cap. 15. his verbis: Sed nihil facilè reperitur mulierum profluvio magis mōstrificum: accescunt superventu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insidēre, decidunt: speculorum fulgor ipso aspectu hebetatur, acies ferri præstringitur, eborisq; nitor: alvei apũ emoriũtur: æs etiam atq; ferrum rubigo protinùs corripit, odorq; dirus aĕra. Et in rabiem aguntur gustato eo canes, atq; insanabili veneno morsus infigitur.

Mēnstrŭālĭs, le, om t. Quod singulis mensibus fit. [μηνιαῖος. Gall. *D'vn mois, qui se fait par chacun mois*. Ital. *Cosa che si fa ogni mese*. Ger. Das alle Monat geschicht. Hisp. *Cosa que se haze cada mes*. Pol. *Miesięczny*. Vng. *Minden holnapi*. Ang. *That is done euerie moneth*.] Plaut. in Capt. Quj solebam mēstruales epulas antè adipiscier. ¶ Menstrualis mulier, quę menstrua patitur, quæ mulieribus singulis mensibus accidere solent. ἡ τὰ ἐμμηνα ἔχουσα. Plin. lib. 19. cap. 10. Omnia verò accessu mulieris menstrualis flavescūt. Idem lib. 7. cap. 15. Solum autem animal menstruale mulier est.

Mēnstrŭātŭs, a, um, quod menstrũ patitur. Vnde dicimus menstruatam mulierem: πρὶν ὑπ' ἀφέδρου ἔσαι, πρὶν ὑπαθαρσίας κρῆν μίγλαι, πρὶν τὰ ἐμμηνα ἔχουσαι.

Mēnsŭrnŭs, a, um. μηνιαῖος, à mense: sicut diurnus à die. Cic. ad Heren. Pars quædam æternitatis, cùm alicujus annui, mensurni, diurni, nocturnive spacii certa significatione. Verùm ibi legimus nunc menstrui, non mensurni.

Mēnsŭră, Vide METIOR.

Mēntă, æ, f.p χολὴ, genitale membrum, cujus diminutivum est Mentula, à quo mentulatus, χωλίας: ut in Priap. Deus Priapo mentulatior non est. Dicitur & Membrum per excellentiam, quoniam ipsum generat. Vocat præterea Muto, Horatius lib. 2. Ser. Huic si mutonis verbis malatanta videndi, Diceret hæc Hic mutoniatus, εὐόρχους, ut illud: Dormis cum pueratis. Et apud veteres Mutunus quoq; Tutunus dictus, qui membris Deus, membrum quoq; significat. Lactant. lib. 1: Et Tutunus, in cujus sinu pudendo nubentes præsident, ut illarum pudicitiam prior delibasse videatur. Appellatur & verso κάλλος, ab inversa pellicula.

Mēntāgo, ĭnis, f.p. Morbus dictus à mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manusq; fœdo quodam furfure occupat. [λειχὴν. Gall. *Male dartre*. Ital. *Infermità che vienne el mento* Ger. Ein böse raud so an dem kyne anfahet vnd weit vmb sich freßt Hisp. *La bubha ò empeyne de la barua*. Pol. *Garl'a zpuchnienie*. Vng. *Zepłs*. Ang. *A tatter or ring worme*.] Vide Plin. lib. 26. cap. 1. & ea quæ annotavimus in dictione Lichen.

Mente captus, Vide MENS.

Mēnthă, æ, f.p. [ἡδύοσμος. Gall. *Herbe appellee mente*. Ital. *Mentá herba*. Ger. Münt/ein kraut. Hisp. *La yerua buena*. Pol. *Mietka*. Vng. *Mentha*. Ang. *Myute*.] Herba vulgò nota, etiam hodie apud nos nomen retinens: ita dicta à Græca dictione μίνθη. Sic enim olim hæc herba à Græcis vocabatur à nomine Minthes Cocyti filiæ, quam Proserpina cum Plutone deprehensam in hanc herbam cõmutavit: quæ postea commutato nomine, propter odoris suavitatem dicta est ἡδύοσμος. Plin. lib. 19. cap. 8. ¶ Menthæ nomen suavitas odoris (hoc enim significat Hedyosmos) apud Græcos mutavit: quum alioqui Mintha vocaretur: unde veteres nostri nomen declinaverunt.

Mēntāstrum, n.s. Sylvestre olus dictum, quòd mentham imitetur, quasi sylvestris mentha. [ἡδύοσμος ἄγριος. Gall. *du poulios ou de la mente sauuage*. Ital. *Menta salvatica*. Ger. Wilde münt. Hisp. *El mastranto*. Pol. *Kobila mietka*. Vng. *Vad mentha*. Ang. *Wild minte*.] Plin. lib. 20. cap. 4. Diosc. lib. 3. cap. 40.

Mēntīgo, ĭnis, penult. prod. f.t. Genus morbi, quod pecudes invadere solet. [λειχὴν. Ger. Ein böse vmbfressende raud vmb das maul vnd läfftzen der lämmer vnd schaafen.] Colum. lib. 7. cap. 5: Est autem Mentigo, quam pastores *Osiginem* vocant, mortifera lactentibus. Ea plerunque fit, si per imprudentiam pastoris emissi agni, vel etiam hœdi, roscidas herbas depaverint, quod minimè committi oportet: sed quum id factum est, velut ignis sacer, os, atq; labra fœdis ulceribus oblidet.

Mēntĭŏr, iris, Vide MENS.

Mēntum, ti, n.s. ab eminendo: à gula enim eminet. [שטם *saphám*. ὑπήνη. Gall. *Le menton*. Ital. *Mento*. Ger. Das kyne Bel. Dat kyne. Hisp. *La barba de hombre ò muger*. Pol. *Podgarl'ek, wolse*. Vng. Al. Ang. *The chinne*.] Et quanvis Plin. lib. 11. cap. 37, dicat mentum nulli præter hominem esse: Plautus tamen in Menæch. porcis etiam menta tribuit: Glandonicam (*inquit*) suillã, lardum, pernam. Iridem autem synciput, aut menta porcina. Item Virgilius 3. Georg. de bove: Et crurum tenus à mento palearia pendent. Cic. 1. Tusc. Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. Virg. 3. Georg. Nec minus interea barbas, incanaq;, menta Cinyphii tondent hirci, setasq; comantes Vium in castrorum & miseris velamina nauris.

Menus, lege MOENVS in Onom.

Mĕo, as, n.p. Vado, ultrò citroq; eo. [הלך *halách*. πορεύομαι. Gall. *Aller à trauers, passer*. Ital. *Andare*. Ger. Gehen Bel. Ghaen. Hisp. *Andar, ir*. Pol. *Ide, przechodze*. Vng. *Megyok, destonaiarok*. Ang. *To go or flowe*.] Plin. lib 9. cap. 17. de accipensere: Vnus omnium, squamis ad os versis, contra aquam nando meat. Idem lib. 6. cap. 14: Interruptis anguibo transitu jugis, ita ut vix singula meant plaustra. Anima means in membra diveni. Lucan. lib. 3. Mobilitas meandi per magnum mane, Lucret. lib. 2. ¶ Est item Meare fluere, manare. [נגל *naghál* נגר *naghár*. ῥέω. Pol. *Płine*.] Vnde Meatus, quos Græci πόρους vocant Plin. lib. 20. cap. 22: Succus malvæ decoctæ, poros: hoc est, meatus suaves facit. ¶ Hujus composita sunt, Cõmeo, Immeo, Permeo, Remeo, & Transmeo: de quibus suis locis.

Mĕātŭs, m.q. Itio, incessus, cursus. [הלך *hélech* הליכה *halicháh*, ἡ πορεία, ὁ πόρος, ἡ βάσις. Gall. *Cours, passage*. Ital. *Corso, passaggio*. Ger. Ein gang oder bewegung. Hisp. *Corrida, passamiento*. Pol. *Bieg, przechod*. Vng. *Menes bagyas*. Ang. *A going, or flowing*.] Plin. lib. 10. cap. 38: Aves solæ (*inquit*) vario meatu feruntur & in terra, & in aĕre. Item lib. 2. cap. 8: Meatus syderum: hoc est, cursus, & motus astrorum.

Mĕăbĭlĭs, & hoc bile. adjectivum om t. Quod meat [πορευτὸς, πορευτέος. Gall. *Qui passe facilement & va partout*. Ital. *Che passa facilmẽte per tutto*. Ger. Gäng/ durchtringig Hisp. *Que passa por lugar*. Pol. *Przechodzący*. Vng. *Menő bagyatsa*. Ang. *That goeth easilie through all*.] Plin. lib. 2. cap. 5: Vitalem hunc & per cuncta rerum meabilem aërem: id est, qui facilè per omnia meat, & fluit.

Mĕŏn, μήον Dioscoridi, Herba est folia habens aniso non dissimilia, quam Plin. lib. 20. cap. 23, Meu appellat.

Mĕphītĭs, hujus mephitis, penult. prod. f.t. Terræ putor, ex aquis maximè sulphuratis, atq; corruptis proveniens. [θυώδης, δύσοσμος. Gall. *Vne puanteur de terre & eaux ensoulfrées*. Ital. *Puzza di terra solforata*. Ger. Ein starcker gestanck so von dẽ Erdtrich oder geschwäfelte wasseren herauß dempfft. Hisp. *Hedor de la tierra, tierra y agua suffre*. Pol. *Bl'oto smierdzace, a osobliwie od siarki*. Vn

Nebex

para do los pára. Ang. *A ſtincke of the earth.*] Eſt & in locorum gravior ex denſitate ſylvarum. Virgilius lib. 7: nemorum quę maxima ſacrò Fonte ſonat, ſęvamq; exhalat opaca mephitim. ¶ Alii Mephitim Deum eſſe volunt, Leucotheæ conjexum: ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbius. ¶ Alii Iunonem intelligunt, quam aërem eſſe conſtat. Omnis autem putor, nonniſi ex corruptione aëris naſcitur, ſicut bonus odor de aëre incorrupto: ut ſit Mephitis, dea odoris graviſſimi: id eſt, graveolentiæ. Hæc Servius in locum Virgilii jam citatum.

Mĕphītĭcŭs, a, um, Apud Sidonium Apollinarem pro fœtulento. μυδαλέος.

Mĕrācŭs, a, um, penult. prod Merus, ſolidus, purus, immixtus. [בקי *naki* בר *bar.* ἄκρατος. Gall. *Pur.* Ital. & Hiſp. *Puro.* Ger. Lauter oder vnvermengt. Pol. *Przegroczyſtſi, niekalni.* Vng. *Tiszta, szin.* Ang. *Pure, cleane, not mixed.*] Plinius lib. 13. cap. 1: Meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidemq; poſtea ſuadet Heſiodus uti. Vnde vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admiſtum. Horat. 2. Epiſtol. 2: Expulit helleboro bilem, morbumq; meraco. Propertius: Ah pereat quicunque meracas reperit uvas, Corrupitq; bonas nectare primus aquas. Calepinus putavit hujus dictionis penultimam ſyllabam corripi, adducens hunc verſiculum ex Luſ. in Priapum: Conſtitui meracas, edidiciq; notas. Sed quoniam hic verſiculus mendæ ſuſpicione non caret, tanti apud nos eſſe nō debet, ut receptiſſimorum poëtarum teſtimoniis, quæ jam adduximus debeat præferri.

Mĕrācŭlŭs, diminutivum. ἀκρατότερος, παῦν ζωρός. Plin. lib. 20. cap. 19: Opium ex vino meraculo, ſi protinùs detur, ſcorpionum ictibus reſiſtit.

Mĕrācĭŏr, comparativum: & Meraciſſimus ſuperlativum. Itaq; Meracius bibere dicuntur ii, qui minus aquæ vino miſcent, ἀκρατότεροι, ἀκρατέστεροι, ζωρότεροι: ſicut econtrariò Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celſus præcipit hyeme meracius bibendum eſſe, æſtate dilutius. Cic. 3. de Natur. deor. Vt ſi medicus ſciat, eum ægrotū, cui juſſiſſet vinum ſumere, meracius ſumpturum, ſtatimq; perituram, magna ſit in culpa.

Mĕrcālis, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participium, Mercatus, adjectivum, vide MERCOR.

Mĕrcēs, cedis, f. t. A merendo ære. inquit Varro lib. 4. de lingua Lat. Præmium, ſtipendium. [שכר *ſachár.* μισθός. Gall. *Loyer, ſalaire.* Ital. *Mercede, ſalario.* Ger. Ein beſoldung/tagloh. Bel. Loon. Hiſp. *Iornal de cada vn dia.* Pol. *Zapłata.* Vng. *Bér.* Ang. *A reward or hyre.*] Iuven. Satyr. 7: Scire volunt omnes, mercedem ſolvere nemo. Cic. pro Sext. Roſc. Interim mihi videris Eruci una mercede duas res aſſequi velle: nos judicio perfundere: accuſare autem eos ipſos, à quibus mercedem accepiſti. ¶ Quandoq; ponitur pro reditu annuo, qui ex agris percipitur. Nam penſio eſt reditus qui percipitur ex locatione prædiorum urbanorum. Cicero 2 de Finib. Vides igitur ſi amicitiam ſua charitate metiare, nihil eſſe præſtantius: ſin emolumento, ſummas familiaritates prædiorum pretioſorum mercede ſuperari. ¶ Quandoq; pro pretio & damno. Cicero ad Lent. Tamen in moleſtia gaudeo te eam fidem cognoſcere hominum, non ita magna mercede, quàm ego maximo dolore cognoram.

Mĕrcēdŭlă, læ, diminutivum. [τὸ μισθάριον. Gall. *Petit ſalaire.* Ital. *Picciolo ſalario.* Ger. Ein löhntein/ ein kleine beſoldung. Hiſp. *Pequenno ſornal.* Pol. *Zapłatka.* Vng. *Beretske.* Ang. *A litle reward.*] Cic. 1. de Orat. Itaq; ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in judiciis oratorib.

Mĕrcēnārĭŭs, rii, m. ſ. Qui mercedis gratiam operam ſuam alicui præſtat, operarius. [שכיר *ſachír.* μισθοφόρος, μισθωτὸς, χαμαιδίων. Gall. *Mercenaire, qui fait quelque choſe pour auoir ſalaire.* Ital. *Chi lauora à ſalario.* Ger. Ein taglöhner. Bel. Een Huerlinck/ Dachwercker. Hiſp. *El peon ſornalero de vn dia.* Pol. *Naiemnik.* Vng. *Bérés.* Ang. *That is hiree for a reward, a hireling.*] Columel. Sive mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem recuſantem jam quotidianum illud tributum, qui vectigalis eſſe non poſſit, ignarum rei, cui præfuturus eſt, magiſtrum fieri jubet. Cicero 1. Offic. Illiberales & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

Mĕrcēnārĭŭs, a, um, Qui mercede cōductus eſt, emptus, redemptus, venalis: [שכיר *ſachír.* ἔμμισθος, μίσθιος, μισθοφορικός. Gal. *Appartenant à loyer & ſalaire.* Ital. *Coſa pertinente à ſalario.* Ger. Vmb lohn beſtellet oder gedingt. Hiſp. *Coſa perteneſciente à ſornal de cada vn dia.* Pol. *Nayeti.* Vng. *Bérés.* Ang. *Hired for a reward.*] ut, Mercenarii teſtes apud Cicer. in Epiſt. & Mercenarium Prętoris decretū, apud eundem in Verrem. Mercenarius, & Gratuitus ſunt contraria. Cic. 1. de Leg. Quid liberalitas? gratuitáne eſt, an mercenaria? Si ſine præmio, benigna eſt, & gratuita: ſi cum mercede, conducta.

Mercimonium, Vide MERX.

Mĕrcŏr, aris, d. p. Emo, mihi comparo, pretio concilio. [מכר *machár* קנה *kanáh.* ἀνήγαμαι, ἀγοράζομαι. Gall. *Marchander, acheter.* Ital. *Mercare.* Ger. Werbē/ gewerb ſchafft oder kauffmanſchatz treiben: *item,* kauffen. Bel. Koopen. Hiſp. *Mercare ò comprar.* Pol. *Kupuie.* Vng. *Vaſarlok vezők.* Ang. *To buy, merchandiſe, to bie.*] Terētius in Heavt. Inde adeo, quòd agrum in proximo hîc mercatus es. Cic. lib. 1. Offic. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus quod ſtatim vendant. Plaut. in Epid. Mercatus te hodie eſt de lenone Apœcides? Terent. in Eunuch. Quidam evnuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. ¶ Mercari Græca fide, eſt ubi non verbis, neq; ſtipulationibus, ſed præſenti pecunia res agitur. Ob levitatē enim Græcis nihil habebatur fidei, niſi præſentem pecuniam numeraſſent. Plaut. in Aſin. Cętera quæ volumus uti, Greca mercamur fide. ¶ Mercari præſenti pecunia. Idē in Capt. Quos tam grandi ſum mercatus præſenti pecunia. ¶ Compoſita ſunt, Commercor. Plaut. in Capt. Pater ergo captivos cōmercatur alios. ¶ Præmercor, ante alios mercor, ut ſcilicet carius vendam.

Mercātŭs à, um. participium, actionis ſignificationem habet. [ὠνητός. Gall. *Marchant, qui achette.* Ital. *Mercante.* Ger. Gekaufft Hiſp. *Mercador ò comprador.* Pol. *Kupiec, kupiony.* Vng. *Vetel vaſarlás.* Ang. *Viſing or making merchandiſe, that bieth.*] Terent. Agrum in proximo mercatus es: id eſt, emiſti. ¶ Modò paſſivè. [מאכר *nimchár* מקבה *mikneh.* ἠγορασθείς. Gall. *Acheté.* Ital. *Comprato.* Ger. Das getaufft iſt. Hiſp. *Comprado.*] Plin. lib. 37. cap. 2: H. S C L M. trullam unā non ante multos annos mercatam à matrefamilias, nec divite.

Mercātŭs, us, m. q. Mercatura, mercatio. [מקבה *mikneh.* ἐμπορία. Gall. *Marchandiſe, achet.* Ital. *Mercato.* Ger. Ein kauffmānſchatz oder kauffung. Hiſp. *El mercador, obra de mercar.* Pol. [illegible]. Vng. *Venes vaſarlas interdum Vaſarſok adulom.* Ang. *Marchandiſe, or byyng.*] Plaut. in Moſt. Aedes filius tuus emit. Tranſ. TH. ædes. TE. Euge. Philolaches patriſſat, & jam homo in mercatum avortitur. ¶ Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi, vendendiq; gratia convenirent, quem etiam appellant Emporium vel Forum. [ἐμπόριον. Gal. *Marché.* Ital. *Mercato.* Ger. Ein Marckt/ ein ort da man mit dem man Marckt oder Mäß haltet. Hiſp. *Mercado, lugar de mercar ò comprar.* Pol. *Rinek.*] Liv. libro 1. ab Vrbe: Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehenſos querebatur. Cicero lib. 1. Offic. Quo cum tanquam ad mercatum bonarum artium, profectus ſis, inanem redire turpiſſimum eſt. Terent. in Adelph. -emptæ mulieres Complures, & item hinc alia quæ porto in Cyprum, Niſi eò ad mercatum venio, damnum maximum eſt. Quem in locum Donatus annotavit, Mercatum aliquando accipi pro ipſo tempore quo negotiatores ad emendum & vendendum conveniant. noceā, pro ipſis nundinis.

Mĕrcātĭo, onis, verbale, f. t. Emptio. [מקבה *mikneh.* ἀγορασμός. Gall. *Achet, marchandiſe* Ital. *Il mercare.* Ger. Kauffmanſchaft oder kauff. Hiſp. *Obra de mercar.* Pol. *Kupienie.* Vng. *Venes vaſarlas.* Ang. *Merchandiſe, byyng.*] Gell. lib. 3. cap. 3: Pecunia omnis in mercationibus perdita.

Mĕrcātŏr, oris, m. t. Qui in exportandis aut importandis mercibus operam ſuam collocat. [סחר *ſocher.* πραγματευτής, ἐμπορος. Gall. *Marchant.* Ital. *Mercante.* Ger. Ein Kauffman. Bel. Een Koopman. Hiſp. *Mercader ò comprador.* Pol. *Kupiec, iłorat.* 1. Epiſt. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cic. in Orat. Neq; me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitii, mercatores q; ſuperarunt. Iuven. Satyr. 14: ſacci mercator olentis. Horat. de Arte: Mercatórve vagus, cultorq; virentis agelli.

Mĕrcātūră, æ, f. p. Negotiatio, ſeu actus mercandi. [סחר *ſácl* ἐμπορική. Gall. *Marchandiſe.* Ital. *Mercantia.* Ger. Gewerbſchafft/ Kauffmañſchatz/ handtierung/ mit kauffen vnd verkauffen Bel. Koopmanſchap. Hiſp. *Marcaderia.* Pol. *Kupiectwo.* Vng. *Kereskedes.* Ang. *The trade of marchandiſe, or exchange of marchandiſe.*] Cicer. lib. 1. Offic. Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna & copioſa, multa undique apportans, multis ſine vanitate impertiens, nō eſt admodum vituperanda. Dicimus autem, Facere mercaturam, pro exercere. Cicero 7. Verr. Alios qui à prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, &c. Idem de lege Agrar. Hanc verò emendi vendendi quęſtuoſiſſimam, ac turpiſſimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate pop. Rom. ſemper putavi.

Mĕrcālĭs, le, om. t. Vendibilis. [ὠνιος. Gall. *Vendible.* Ital. *Vendibile mercantesco.* Ger. Verkauffig oder feil. Hiſp. *Coſa que ſe puede vender.* Pol. *Przedaini.* Vng. *El adhato.* Ang. *Saleable.*] Columella lib. 7. cap. 6: Ex his ſingula capita quæ videntur eſſe robuſtiora, in ſupplementum gregis reſervantur, cętera mercatalibus tradunturiid eſt, vendibilibus. Quamobrem mercatores hoc legunt Mercantibus, non mercalibus. ¶ Hinc componitur Promercalis. de quo infrà.

Mĕrcēdŭlă, Mercenarius, Vide MERCES.

Mĕrcurĭālĭs, Herba eſt inſigniter alvum ciĕs. [λινόζωστις. Gall. *Herbe appellee mercuriale ou foirolle.* Ital. *Marcorella.* Ger. Bingelkraut / Bäwurtz oder Mercurius kraut. Hiſp. *Mercuriales, ortiga muerta.* Pol. Szczyr.] Hujus duo genera, maſculus & fœmina. Plin lib. 25. cap. 5: Linozoſtis, ſeu parthenion, Mercurii eſt inventum: ideo apud Græcos *Hermupoan* multi vocãt eam: apud nos omnes *Mercurialem.*

Mĕrdă, æ, f. p. Cibi excrementum. [גֵּאה *tsoáh* גֵּאה *tsedh* אַשְׁפּוֹת *aschpóth.* σκῶρ, μισθ. Gall *Merde, estron.* Ital *Merda.* Ger. Dreck. Hiſ. Eſſiercol, *mierda.* Pol. *Gowno.* Vn. *Zargane.* An. *Dirte, dung.*] Horatius libro 1. Serm. Mentior at ſiquid, merdis caput inquiner albis Corvorum atq; in me veniat miſtum atque cacatum Iulius.

Mĕrdo, as, χέζω, à quo permerdo, de quo ſuo loco, & cõſpurco.

Merĕ, adverbium, Vide MERVS.

Mĕrĕndă, æ, f. p. Cibus, autore Nonio, qui datur poſt meridiẽ. [τὸ μεσόδειπνον, τὸ μετ' ἄριστον φαγεῖν. Gal. *Le reciner, le gouſter.* Ital. *Merenda.* Ger. Das abentteſſen oder abentbrot. Hiſp. *La merienda del medio dia.* Pol. *Podwieczorek.* Vng. *Oſonna.* Ang. *A boter, a noone meale, meat efter noone.*] Vnde & Merendo, as. Plaut. in Moſt. Videſis, ne fortè ad merendam quopiam divorteris, atque ibi meliùs quàm ſatis fuerit, biberis. Feſtus: Merendam antiqui dicebant, pro prandio, quòd ſcilicet medio die caperetur.

Mĕrĕndārĭŭs, [Vng. *Oſonnas, vel valaki gonduiſeleſe alat valo.*] Alumnus. Seneca controverſ. lib. 10. in 4. Buſſus: Oſtende nobis merendarios tuos. Labienus commodiùs: Oſtende nobis alumnos tuos.

Mĕrĕo, es, & Mereor, eris, deponens, indifferenter efferũt præteritum merui, vel meritus ſum: & propriè ſignificat aliquid facio, quamobrem aut præmium accipere dignus ſim, vel pœnam pati. [μισθοδοτοῦμαι, φέρομαι, διδάσκομαι, ἄξιος εἰμί. Gall. *Meriter, deſeruir.* Ital. *Meritare.* Ger. Verdienen / beſchulden. Hiſp. *Merecer.* Pol. *Zaſługuie, wirabiam.* Vng. *Meg erdemlom.* Ang. *To merite, to deſerue.*] Et in hac ſignificatione frequentiùs utimur verbo Mereor præterquam in præterito, quo indifferenter utimur. Et tàm in bonam partem accipitur, quàm in malam. Plaut. in Moſtel. Quid mereat, quamobrem mentiar? Quintil. lib. 4. cap. 1: Nam ut optabile eſt plus favoris mereri: ſic proximum, odii minus. Cic. 1. de Natur. deor. Quid enim mereas, ut Epicureus eſſe deſinas? Terent. in Andr. Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui. Plaut. in Trinummo: Non videor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror. ¶ Mereri de aliquo bene, malè, præclarè, εὖ ἐργατῶ, illius contrariũ κακῶς ποιῶ, idem eſt quod conferre aliquid boni, vel mali in aliquem, & hoc ferè cum altero horum adverbiorum Bene, vel Malè: ut, Bene mereri de aliquo, εὖ ἐργατῶ, eſt aliquid beneficii in aliquẽ conferre. Virgil. 4. Aeneid. Si bene quid de te merui. Malè mereri de aliquo, κακῶς ποιῶ, idem eſt quod offendere. Plautus in Curcul. Heus tu mulier, malè mereri de immerente inſcitia eſt. ¶ Interdum ſine his adverbiis, Mereri de aliquo, quòd modò in bonam, modò in malam partem pro rerum ratione dicitur. Cicero 6. Verr. Talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus, ut non uni familiæ, ſed univerſæ civitati commendatus eſſe debeat: hoc eſt, tam multa beneficia in populum Romanum contulit. ¶ Mereo etiam ſignificat ſtipendia facio in militia, μισθοφορέω: hoc eſt, ſtipendii gratia milito: & tunc dativum, aut ablativum requirit, vel abſolutè ponitur. Lucan. li. 10: Aere merent parvo. Stat. lib. 4. Theb. -non hi tibi ſolùm Amphiaraẽ merent. Luc. lib. 6: Scæva viro nomen, caſtrorũ in plebe merebat. Ovid. 3. Faſtorum: -totidẽ Pilanus habebat Corpora, legitimo quique merebat equo. Dicimus etiam Merere pedibus. Livius 4. belli Punici: Vt ii omnes, quos Cenſores notaſſent, pedibus mererent. ¶ Aliquando etiã accuſativo jungitur, ut apud Suetonium: Prima ſtipendia meruit. Et in hac ſignificatione vix utimur verbo deponente Mereor. Non autem dicimus Mereri pedibus, vel Mereri ſtipendia: ſed Merere pedibus, Merere equo, Merere ſtipendia. ¶ Hinc Emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti ſunt, quique legitimum militiæ tempus expleverunt. Plinius libro 11: Noviſſimeque feſsis, & jam emeritis inchoatæ. Nonnunquam etiam paſsivè ſumitur, ut apud Quintilianum: Emeritis huic bello ſtipendiis. Et per translationem Emeriti boves dicuntur, quibus ſenio debilitatis vacatio ab opere datur. Emeriti verò ſenes, ſolent habere eos qui pro ſe laborent, qui dicuntur pro alio opus agere. ¶ Item Mereo ſimpliciter ponitur pro militare, & in militia eſſe. Cicero 7. Verr. Clamabat ille miſer, ſe civem eſſe Romanũ, municipem Coſſarũ, meruiſſe cum L. Pretio ſplendidiſsimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur. Livius libro 1. Dec. 3: Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit. ¶ Accipitur etiam Mereo, pro turpem quæſtum facio, ἐργάζομαι, ἐστιῶ. Inde Meretrices dicuntur, quæ corpore quæſtum faciunt: & Meritorii pueri, qui quæſtus gratia proſtituuntur: & Meritoria tabernæ, diverſorium mercenarium, quò quæſtus gratia hoſpites accipiuntur. ¶ Compoſita ſunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor: ſive Commereo, Demereo, Emereo, Promereo: de quibus ſuis locis.

Mĕrĭtŭs, ta, tum, nomen ex participio, Debitus, conveniens. [רָאוּי *raúi.* ἄξιος. Gall. *Merité, deſerui.* Ital. *Meritato, conueniente.* Ger. Billich / gebürtich. *Item,* verdienet / beſchuldet. Bel. Weerdich. Hiſp. *Merecido, conueniente.* Pol. *Powinni, przyſtoini, ſłuſzni.* Vng. *Melto erdõm Zerent valo.* Ang. *Deſerued, due.*] Virgilius 1. Aeneid. meritos aris imponet honores. Idem 3. Aeneid. Et pater Anchiſes paſsis de littore palmis Numina magna vocat, meritos q; indicit honores. Ovid. in Ibin: Huic igitur meritas grates, ubicunque licebit, Pro tam manſueto pectore ſemper agam. ¶ Meritus verò cùm eſt participium, ſignificat eum qui aliquid meruit. Plinius lib. 7. cap. 30, de Cicerone: Primus in toga triumphum linguæq; lauream merite. ¶ Paſsivè etiam interdum accipitur. Idem libro 7. capite 18: Quæ Cannis corona merita. Virgilius Aeneid. 8: -merita accendit Mezentius ira. Hujus contrarium eſt Immeritus, ἀνάξιος. Virgilius 3. Aeneid. Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; evertere gentem Immeritam viſum ſuperis. A' quibus Meritiſsimus, & Immeritiſsimus. Terent. in Phorm. Iamdudum te omnes nos accuſare audio immeritò, & me omnium horum immeritiſsimum. ¶ Meritum meum eſt: hoc eſt, meritus ſum. Terent. in Heaut. Hui, tam graves hos quæſo? M. ſic meritum eſt meum. Idem in Phorm. Faciamque & dicam. P. benignè dicis. M. Pol meritum eſt tuum: id eſt, meritus es. ¶ Sic merito meo. Plaut. in Aſin. nemo enim me accuſavit Merito meo. Hoc eſt, propter peccatum à me admiſſum. Ibidem: Decet verecundum eſſe adoleſcentem Argyripe. A. R. ædepol pater, Merito tuo facere poſſum: Id eſt, meritus es tuis in me beneficiis, ut illud præſtem. ¶ Pro merito: hoc eſt, ita ut meritus eſt quiſpiam. Terent. in Phorm. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia.

Mĕrĭtĭſsĭmŭs, ſuperlat. [Vn. *Igõn erdõmõltetõt.*] Plinius Epiſt. lib. 5. Pontio: Quod mihi cognitũ eſt non fama, qua alio quin optima & meritiſsima fruitur.

Mĕrĭtum, ti, n. ſ. Dicitur quum vel malè vel bene de aliquo meremur. Eſt enim vocabulum medium, quod tàm in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi poteſt. Quando in bonam partem accipitur, idem ferè eſt quod beneficium. [טוֹב *tóv. ſedh.* ἀγαθοποιία. Gall. *Merite.* Ital. *Merito* Ger. Ein verdienſt oder gutthat / wolthat. Hiſp *Merecimiento.* Pol. *Zaſługa, dobrodzieſtwo.* Vng. *to, (anagy) gonoz tetel.* Ang *Deſerte, wo. thenneſſe.*] Plancus Ciceroni: Quid enim pro maximis tuis, ac pẽnè immortalibus in me meritis, præſtare ampliùs poſſim? Virgil. 9. Aeneid. -meriti tanti non immemor unquam. Ovidius Epiſt. 12: Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Idem 8. Metamorph. Nil agis, ah fruſtra meritorum oblite meorum! Quum in pejorem, idem quod peccatum, culpa. ἀξία. Ovid. Epiſt. 5: Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt. Item Vatinius ad Ciceronem: Scis meam fortunam: neſcio quomodo facilè obtrectatores invenire, non meo mehercule merito. ¶ Dicitur etiam Meritum, pro mercede, ut annotavit Budæus, ex illo Terentii in Phorm. Egóne illam cũ illo ut patiar nuptam unum diem? Nihil ſuave meritum eſt: id eſt, nihil mihi mercedis ſuave eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram.

Mĕrĭtĭſsĭmum, ſubſtantivum: hoc eſt, maximum meritum. Plaut. in Aſin. -jube advenire, quæſo, Meritiſsimo ejus, quæ voler faciemus.

Mĕrĭtō, adverbium, Non injuria, dignè, juré. [ἀκόντως, ἀξίως. Gall. *A bon droit & à bonne cauſe, en l'ayant merité.* Ital. *Degnamente, meritamente.* Germ. Billigklich / auß verdienſt. Bel Met Recht. Hiſp. *Dignamente, mereſcidamente.* Pol. *Słuſznie, powinnie.* Vng. *Melian.* Ang. *With good cauſe, worthelie.*] Terent. in Adelph. Bene facis, meritò te amo. Cicero 5. Verr. Quanquam meritò ſum iratus Metello, tamen hæc quæ vera ſunt, dicam. Superlativum habet Meritiſſimò, itidem adverbium, citra tamen comparativum. Cicero de Orat. lib. 1: Primùm Scævolæ te dediſti, quem omnes amare meritiſſimò pro ejus eximia ſuavitate debemus.

Mĕrĭto, as, act. p. Frequentativum à Mereo. [μισθοφορεῖν. Gall. *Meriter, deſſeruir, gaiguer.* Ital. *Guadagnare.* Ger. Gewinnen. Hiſp. *Ganar.* Pol. *Zaſługuie, wigrawam.* Vng. *Erdõmlõm, erdõmõdõgelõm.* Ang. *To deſerue.*] Plinius lib. 7. cap. 32: Quippe quum jam apud majores Roſcius hiſtrio H-S. quinquaginta annua meritaſſe prodatur.

Mĕrĭtōrĭŭs, a, um, Quod quæſtus gratia locatur. [שָׂכִיר *ſachír.* μισθ. Gall. *Meritoire, mercenaire, de louage* Ital. *Che ſi da per guadagno, che ſi da à nolo.* Germ Das man vmb gelt oder gewins willen außſtehet. Hiſp. *Coſa alquilada por precio.* Pol. *Naiemni.* Vng. *Az mi nyereſegert maſnak adatik, fizeteſert adatot.* Ang. *That is ſett for gaine.*] Hinc equi meritorii, & Meritoriæ rhedæ. ζεῦγη μισθωτά. Meritoria vehicula. Tranq. in Calig. cap. 39: Quicquid inſtru-

menti veteris aulæ erat, ab urbe repetit, comprehensis ad deportandum meritoris vehiculis. ¶ Meritorium quoque cœnaculum idem Tranquillus dixit: pro ablocatitio diversorio: ita de Vitellio scribens: Satis constat exituro viaticum defuisse tanta egestate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret. ¶ Pueri meritorii, dicuntur scorta mascula, quæ ad turpem quæstum prostituūtur: quemadmodum mulieres, quæ corpus suum virorum libidini prostituunt, Meretrices appellantur: utriq; à merendo dicti, quòd corpore suo mereant: hoc est, turpem quæstum faciant. Cic. in Anton. Ingenui pueri cum meritoriis, scorta cum matribus familiâs versabantur. ¶ Meritoria sunt loca quæ mercede locantur, à merendo dicta. Vlp.l.13.D. de usufruct. Quòd autem dicit meritoria non facturum, ita accipe quæ vulgò *Diversoria*, vel *Fullonica* appellant. Hinc Taberna meritoria, diversorium atq; hospitium merceaarium, quò cuiq; introire licet danti mercedem. ¶ Ratio verò meritoria, quasi vilis & malè coëmpta. ¶ Aliquando Meritorium absolutè dicitur, pro taberna mercede conducta. Iuven. Satyr. 3: -nam quæ meritoria somnum Admittunt.

Mĕrĕtrix, cis, f.t. [זונה *Zonáh. ἑταίρα, πόρνη.* Gall. *Paillarde, putain.* Ital. *Meretrice.* Germ. Ein Hur oder Dirn/ ein gemeine Metz. Hisp. *Puta.* Pol. *Nierzadnica, kurwa.* Vng. *Kurua.* Ang. *An harlott, or hoore, a strumpet.*] A' merendo: nam mercede videtur merere, quæ copiam sui corporis facit. Hæc etiam Prostibula dicitur, sive è prostando, sive (ut alii putant) quòd pro stabulis: hoc est, ante diversoria soleat habitare. Vnde & Plautus in Cistel. Intro ad bonam meretricem: in via sola prostibula sanè est. Idem Truc. Meretricem ego itidem esse reor, Mare ut est, quod des devorat, nunquam abundat. Idem in Capt. Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala. Ovid. 1. Amo. Eleg. 15: Dum fallax servus, durus pater, improba lena Vivet, dum meretrix blanda, Menãdrus erit. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: -à turpi meretricis amore Quum deterreret.

Mĕrĕtrīcŭlă, diminutivum. [ἑταιρίδιον, πόρνη δίπελής. Gall. *Petite putain, petite paillarde.* Ital. *Picciola meretrice.* Ger. Ein hürtlin. His. *Pequenna puta.* Pol. *Kurewka.* Vng. *Kuruatska.* Ang. *A litle hoore.*] Cic. 5. Verr. à meretricula commendari.

Mĕrĕtrīcĭus, a, um, Quod est meretricis, quod pertinet ad meretricem: [ἑταιρικός. Gall. *De paillardes, appartenant à putains.* Ital. *Cosa da meretrice.* Ger. Hürisch. Hisp. *Cosa de puta.* Pol. *Kurwi.* Vng. *Kuruae, kuruahoz valo.* Ang. *Belonging to hoores.*] ut ars meretricia. Terent. in Heavt. Ignaram artis meretriciæ. Idem in Andr. Ac meretricios amores nuptiis glutinas? Idē in Eunuch. Quis homo pro mœcho unquam vidit in domo meretricia Deprehendi quenquam? ¶ Meretricia disciplina, Cic. 5. Verr. Meretriciæ opes, Idem pro Cælio.

Mĕrĕtrīcĭum, cii, n.s. [זנות *zenúth. ἑταίρησις.* Gall. *Paillardise & puterie.* Ital. *Arte meretricia.* Ger. Hurenwerck/ Hurey. Hisp. *Arte de puterias, puteria.* Pol. *Kurestwo.* Vng. *Kuruasag.* Ang. *Harlottrie.*] Tranquil. in Caligul. Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico, & quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent.

Mĕrĕtrīcĭē, adverb. In modum meretricis. [ἑταιρικῶς. Gall. *A la facon d'vne paillarde.* Ital. *A foggia di meretrice.* Ger. Auff hürische weiß. His. *En manera de vna puta,* Pol. *Kurewskie.* Vng. *Kuruaul, kuruamoggyara.* Ang. *After the fashion of an hoore.*] Plautus in Milit. Quàm dignè ornata incedit, haud meretriciè.

Mĕrĕtrīcor, aris, pen. prod. d.p. Scortor, lupor. [זנה *zanáh. ἑταιρέω, πορνεύω.* Gall. *Paillarder, putasser.* Ital. *Puttaneggiare.* Ger. Hurey treyben. Hisp. *Putanmear.* Pol. *Curestwo patrze.* Vng. *Kurualkodom.* Ang. *To playe the hoore or harlot.*] Aulus Gellius: Thais meretricando magnam pecuniam demerebat. Columell. lib. 11. cap. 1: Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi potestas fiat.

Mĕrgæ, arum, f.p. [τὰ ξερίσια, τὰ δικάνια, τὰ ξερίσια. Gall. *Vn iauelier, fourche.* Ital. *Forcole forche.* Ger. Ein Korngabel oder schauffel. Hisp. *Las horcas para trastovar monojos.* Pol. *Widły.* Vng. *Villagiaka, mereglye.* Ang. *A pethforke.*] Ferculæ sunt, autore Festo, quibus acervi frugum fiunt: dictæ à mergis volucribus. Vt enim illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur: sic messores furcas in fruges mergunt, ut elevare possint manipulos. Plaut. in Pœn. Palas vendundas sibi mergas datas, Vt hortum fodiat, atq; ut frumentum metat. ¶ Alii mergas ferramenta esse existimant, quibus olim in frugibus demetendis utebantur. Nam in rariore segete ea metendi erat ratio, ut culmi medii falce inciderentur, spicæq; inter duo ferramenta distringerentur, quæ à Colum. Mergæ appellantur. Sic enim habet. Idem lib. 1. cap. 21: Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus serriculatis, atq; iis vel rostratis, vel denticulatis medium culmen secant: multi mergis, alii pectinibus spicã ipsam legunt, idq; in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. Plin. lib. 18. cap. 30. Mergites appellat.

Mĕrgĕs, itis, penult. corr. f.t. Manipulus spicarum: [עמיר *Amir. τὸ ξέρσον, τὸ φάκελον.* Gall. *Vne poignee ou iauelle d'espis de blé.* Ital. *Fascio di spiche.* Ger. Ein Korngarb. Hisp. *El manojo.* Pol. *Snop.* Vng. *Keue, buza marok.* Ang. *A knitshel or botte of eares of corne.*] à mergendo dictus, inquit Servius. Virgil. l. 1. Georg. Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi, Proventuq; oneret sulcos. Mergites quoq; à veteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore segete maiores spicas volent distringere, quæ & Mergæ vocantur à Columella, ut suprà suo loco ostendimus. Plinius libro 18. capite 30. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atq; inter duos mergites spica distringitur.

Mĕrgo, gis, si, sum, act. t. Immergo, submergo, aqua obruo. [השקיע *hisiekkidh. δύω.* Gall. *Plonger en l'eau, mettre tout dedans l'eau & l'en couurir.* Ital. *Attuffare, porre sotto aqua.* Ger. Ertrancken/ in das wasser stossen/ teuffen. Bel. Indunckeu. Hisp. *Cabullir ò el agua.* Pol. *Ponorzam.* Vng. *El meritóm.* Ang. *To drowne, plunge in the water, to dip.*] Plinius lib. 9. cap. 38: Murtus, quæ mergitur lana carminata, donec omnem ebiberit saniem. Virg. Aeneid. 6: -quis te, Palinure, deorũ Eripuit nobis, medioq; sub æquore mersit? Manifestiùs etiam Plin. li. 9. cap. 44: Piscantium rostra & chalybas speculatur, occultusq; adnatans mergit. ¶ Per translationem autem Mergere dicimus pro obruere, involvere, seu implicare. Virgil. Aeneid. 6: Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacenæ, His mersére malis. ¶ Hujus composita sunt, Demergo, Emergo, Immergo, Submergo: quorum significata vide suis locis.

Mersus, sas, Sæpè mergo. [κεκολυμβηκώς. Gall. *Plongere, l'eau souuent.* Ital. *Attuffare, spesso.* Ger. Offt oder embsig eintauchen. Hisp. *Cabullir ò el agua muchas vezes.* Pol. *Vilawnie, zanurzam.* Vng. *El meregelõm.* Ang. *To plunge or dippe often.*] Columel. lib. 7. cap. 4: Quarto die, si est victima maris, ad littus deducta mersatur ovis. Virgil. 1. Georg. Balantumq; gregem fluvio mersare salubri. Catullus: Fluctibus fortunę mersor.

Mĕrto, tas, Merso. Accius Deiphobo: Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præsentem præsens dictis mertare instituit. Hæc Nonius. Festus: Mertat, pro mersat antiqui dicebant. Fabius verò Quint. lib. 1. cap. 6: Et hæc ipsa (*inquit*) i, hoc est, ab his nominibus exclusa, in quibusdã ipsa alteri facetiæ. Nam Mertare, atq; Pultare, dicebant. ¶ Item, Mertare Nonius accipit pro mœrentem facere, apud Accium in Myrmidonibus: Quod sicut decuit, ista res mecum, aut meus mertaret dolor, jamdiu inflammari naves vidissent suas.

Mĕrgŭlŭs, li, Funiculus ille qui in lychno flammam nutrit, ellychnium. [פתיל *pathil. μύσχιον.* Gall. *La mesche.* Ital. *Stoppino, lucignolo.* Ger. Ein dachte. Hisp. *La mecha del candil.* Pol. *Knot.* Vng. *Mets gyertya bel.* An. *The metch of a candle.*]

Mĕrgŭs, geris, [ὑδρία. Pol. *Weborek.*] Genus vasis, quod nonnulli situlam appellãt: ita dictum, quòd puteo mergatur, dum eo aquam haurimus.

Mĕrgŭs, gi, m.s. [αἴθυια. Gal. *Vn oiseau appellé plongeon.* Ital. *Smergo.* Ger. Ein teucher oder teuchent. Bel. Een tuycker. Hisp. *Cuervo marino.* Pol. *Norek.* Vng. *Buar.* Ang. *A cormorant.*] Avis ita dicta, quòd se in aquam, captans cibum, assiduè immergat. Varro lib. 4. de ling. Lat. & Ovid. Metam. 11. de Aesaco Priamiꝫ filio, ita scribente: Aequor amat, nomẽq; manet, quia mergitur illo. Virgil. 5. Aeneid. -immotaq; attollitur unda Campus, & apricis stratio gratissima mergis. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 2: Ante prius incipient turres vitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas, Quàm malè se præbeat veteri Cotta nus amico. Hujus avis natura est, ut sępè mergens auratum signa colligat, & prędens tempestatem futuram propè de medio revolet ex æquore, & ad littorũ tuta cum clamore cõcendat. ¶ Est & Mergus in vite, ut docet Col. lib. 4. cap. 1: Quum supra terram juxta suũ adminiculũ vitis curvatur, ad [illegible] scrobe submersa perducitur ad vacantẽ palũ. Pallad. Mergendi cimus, quoties velut arcus supra terram relinquitur, alia pars vitis in fossa. Et paulò pòst: Mergi verò post biennio rescindũtur, in ea parte quæ suprà est, & in loco justas vites relinquunt.

Mergina, μεργίνη, A' Romanis vocatur herba illa quã Græci [illegible] λακὰ τραχεῖαν. hoc est, similacẽ asperã vocant. Vide Dioscor. lib. 4.

Meribibulus, Vide MERVS.

Mĕrĭdĭēs, ei, m.q. Medius dies, quasi medidies. [חצי היום *Hatzi hayóm. μεσημβρία.* Gall. *Midi.* Ital. *Merigio, mezzodi.* Ger. Der Mittag. Bel. Dar Middach. Hisp. *Medio dia.* Pol. *Południe.* Vng. *Dél.* Ang. *The middle day.*] Nam (ut inquit Varro) dicebant antiqui, ŏ r, hoc loco dicebant: sed suavioris pronũtiationis gratia mutatum est d, in r, quod & cõfirmat Cic. in Orat. ad Brutum dicens: Ipsum meridiẽ, cur non medidiẽ? credo, quòd ea res insuavius. Plaut. in Mostel. Heus jam appetit meridies. Id est, illuxit, appropinquat. Horat. 3. Carm. Ode 28: Inclinare meridiẽ sentis. Terent. in Adelph. -præter hęc, Meridie ipso faciã ut stipulã colligat. Semper aũt masculinum est: quia certũ diei tempus significat. ¶ Annotandũ & illud, Veteres meridiem pro media nocte

dia nocte dixisse: quomodo & equidiale pro equinoctio. Varro in Marcipore: Repentè noctis circiter meridiem cùm pictus aër fervidus lacte ignibus, Cœli Choreas astricas ostenderet. Nonius.

Mĕrĭdĭānŭs, a, um, Quod ad meridiem spectat. [μεσημβρινός. Gall. *De midi.* Ital. *Di mezodi.* Ger. Mittägig. Hisp. *Cosa de medio dia.* Pol. *Południowi.* Vng. *Déli.* Ang. *Of the midde day.*] Sic Plin. lib. 2. cap. 19: Meridianum Solem dicit, & lib. 13. cap. 4: Orbem meridianum. ¶ Meridianò, pro meridie: id est, hora meridiana. Plin. lib. 2. cap. 26: Emicant & faces, nonnisi quum decidũt, visæ: qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridianò trãscurrit. ¶ Meridianus pro gladiatore. Suet. in Claud. cap. 34: Bestiariis, meridianisq; adeò delectabatur, ut etiã prima luce ad spectaculum descenderet: & meridie dimisso ad prandiũ populo præsideret: præterq; destinatos etiam levi, subitaq; de causa quosdam committeret. ¶ Inde fit compositum Pomeridianus, de quo infrá

Mĕrĭdĭānŭs, sive Meridianus circulus, μεσημβρινὸς κύκλος, Unus est ex sex majoribus sphæræ circulis, per polos mundi, & verticem nostrum ductus, qui unà nobiscum mutatur pro locorum & regionũ in quibus sumus ratione. Dictus meridianus, quòd Sole in nostro hemisphęrio ad circulum hunc accedente, apud nos sit meridies: & rursus media nox, quum in inferiore hemisphærio Sol ad eundem pervenerit.

Mĕrĭdĭo, dias, & Meridior, diaris, d.p. significat Cibum meridianum capio. [μετ' ἄριστον τρώγω. Gall. *Merienner, repaser ou dormir à midi.* Ital. *Mangiare overo dormire dopo mezzo giorno.* Ger. Zu Mittag oder zu imbiß essen. Hisp. *Merendar ò comer ò dormir à medio dia.* Pol. *Obiedwanie.* Vng. *Ebedlĕm.* Ang. *To dyne.*] Plautus: Ientando, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere. ¶ Aliquando significat somnum meridianum capio, ὑπνῶ μεσημβρίας κατὰ θέρος. Cornel. Celsus lib. 1. cap. 2: Longis diebus meridiari potiùs ante cibum, utile est: sin minus, post eum: per hyemem totis noctibus cõquiescere. Sueton. in Nerone: Missos à Messalina uxore Claudii, qui eum meridiantem, quasi Britannici æmulum, strangularent.

Mĕrĭdĭatĭo, f.t. Quies meridiana. [μεσημβρινὴ ἀνάπαυλα. Gall. *Merienne, le repos ou dormir sur le midi, ou sur le jour.* Ital. *Essò dormire à mezzo giorno.* Germ. Die Mittags ruhe/Mittags schlaf. Hisp. *Aqueha obra de dormir à medio dia.* Pol. *Przepołudniowanie.* Vng. *Delelés dels nyugouas.* Ang. *The rest of the midde day.*] Cicer. lib. 2. de D. vin. Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea uti non consueveram.

Meris, μηρὶς, Herba est, quæ alio nomine Tripolium appellatur. De hac Diosc. lib. 4.

Mĕrismŏs, μερισμὸς, A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Distributionem vocant: quum scilicet genus in species, aut totum in partes dissecamus, ordine discreto: quæ sententiarũ figura divisioni ac partitioni affinis est. Nam dispositio (quæ utrunq; complectitur) est, autore Fabio, utilis rerum ac partium in loco distributio. Huc etiam pertinet Ἀναλυσις: id est, dissolutio, quum disperså distributione dissipantur: quali Cicero usus est in Epistola ad Lucceium secunda, Familiarium lib. 5: Transferam animum ad ea quibus secundæ res ornantur, adversæ adjuvantur.

Mĕrĭtō, adverbium, Merito, meritas, Meritorius, Meritum. Meritus, Vide MEREO.

Mĕrŏbĭbŭs, a, um, Vide MERIBIBVLVS.

Merocles, Lapillus porracei coloris, qui lacte sudat. Plin. lib. 37 cap. 10.

Mĕrops, m.t. [Ger. Ein Seeschwalm/Imbĕwolff oder Imbenfraas. Pol. *Żołna.* Vn. *Partifeske.* An. *A bird which eateth bees.*] Avis est, teste Aeliano, pietate in parentes volucribus cæteris præstans: nam ubi primùm per ætatem volare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. Infesta in primis est alvearibus, apesq; absumit: unde & Apiastra à quibusdam appellatur. Virg. 4. Georgic. Absint & picti squallentia terga lacerti Pinguibus à stabulis meropesq;, aliæq; volucres. Plin. lib. 10. cap. 33: Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis gravitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intùs colore pennarum, supernè cyaneo, priori subrutilo. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine. ¶ Meropes præterea diversarum linguarum homines dicũtur à μερίζω, divido, & ὄψ, per o breve, quod vocem significat. ¶ Est etiam Merops Gigantis nomen, unius ex iis qui Iovem de cœlo deturbare conati sunt: à quo insula Cos Meropis appellata existimatur.

Mersо & Merto, Vide MERGO.

Mĕrŭlă, f.p. Avis sic dicta, quòd sola volet, & solitaria pascatur: quasi mera volans. [κόττυφος. Gall. *Vn merle.* Ital. *Merla vecello.* Ger. Ein amsel Hisp. *La mierla.* Pol. *Kos.* Vng *Rigo.* Ang. *An owsell, a bird called a black mak.*] Hanc tamen etymologiam, ut superstitiosam, & plus justo curiosam, ridet Fabius lib. 1. cap. 10, ita Varronem vellicans: Sed huic tanti fuit vertere, ut merula, quia sola volat, quasi mera volans nominaretur. De hujus avis natura Plin. li. 10. cap. 29. Merula ex nigra rufescit, æstate canit, hyeme balbutit, circa solstitium muta. Rostrum quoq; in aniculis, in ebur trãsfiguratur dũtaxat maribus. Horat. 2. Serm. Sat. 8: Vidimus & merulas poni & sine clune palũbes. Idem de Arte: Intentus merulis auceps. ¶ Est etiã piscis saxatilis, Plinio teste, lib 32. cap. 11. [An. *A whiting.*] ¶ Hoc nomine etiã dictus est fluvius, qui Albii Iugauni urbis latus alluit: alio nomine Centa dictus, qa centenis amnibus augetur.

Mĕrŭs, a, um, Solus, immixtus, unicus. [יחיד *yakí* ἄκρατος. Gall. *Seul.* Ital. & Hisp. *Solo.* Ger. Allein/lauter/unvermischt. Bel. Ongemengt. Pol. *Samieden, szczery, szczegulni.* Vng. *Ĕgyĕdĕn, tiszta.* Ang. *Onlie, alone, not mixed.*] Terent. in Phorm. Nihil habet, nisi spem meram. Merum, inquit Festus, antiqui dicebant solũm. At nũc merum, *purum* appellamus. Hinc merum furtum, quod ab omni datione sejunctum est, merum officium Prætoris, quod à judicis officio secretum est: mera pœna, quæ à rei persecutione sejuncta est: merum imperium, quod in rerum capitalium quæstionibus versatur, & à privatarum rerum jurisdictione purum est. Reliqua vide apud Hotomanũ. Cic. lib. 2. de Orat. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cujus è ludo, tanquã ex equo Troiano, meri principes αὐτοκράτορες exeunt. Idem 3. de Nat. deor. Vehementius quidem invectus es in meram Stoicorum rationem. Idem ad Atticum lib. 4: Venerat Aoris duabus antè Cherippus, mera monstra nuntiarat. Idem: Quid est igitur quod laborem amicos habet, meras nugas, &c.

Mĕrum, substantivum, n.s. Vinum aqua non dilutum. [יין *jáyin* תירוש *tiróssch.* ἄκρατον. Gall. *Vin pur & sans eau, & sans aucune mixtion.* Ital. *Vino puro.* Ger. Wein der lauter vnd allein ist/vnvermischeter Wein. Hisp. *Vino puro y no mezclado.* Pol. *Winno niemieszane.* Vng. *Szinbor.* Ang. *Wyne not alayed.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum vivum. Ovid. 15. Metam. odiumq; meri permansit in undis. Idem 9. Metamorph. Haud alio vultu, quàm si conviva jaceres Inter plena meri redimitus pocula sertis. Virgil. 3. Aeneid. Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit, implevitq; mero, divosq; vocavit Stans celsa in puppi.

Mĕrĭbĭbŭlŭs, li, m.s. Qui vinum sine aqua bibit. [ἀκρατοπότης. Gall. *Qui boit vin sans eau.* Ital. *Colui che beue il vino senza acqua.* Ger. Der eitel oder lauter Wein trinckt ohn Wasser. Hisp. *Bevedor de vino sin aqua.* Pol. *Nie mieszane winno pilaci.* Vng. *Zin ber ivo.* Ang. *That drinket wine with out water.*] August. Quum temeti avidior esset, quadam die ab irata ancilla per convitium appellata est meribibula: quæ res tantum ei pudorem injecit, ut postmodum sobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutivum est. Sicut enim Bibulus diminutivũ videtur à Bibus, quo extra compositionem non utimur, ita Meribibula, vel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentiosa compositione usus est Plautus in Curc. Anus hìc recubare solet, custos, janitrix: nomen est lenæ multibiba, atq; merobiba.

Mĕrx, hujus mercis, f.t. Res quæ à mercatoribus venales importantur, aut exportantur. [מכר *mécher.* ἐμπορεῖα. Gall. *Marchandise, denree.* Ital. *Merce.* Ger. Kauffmañschaz/Waar. Bel. Koopgoet. Hisp. *Mercaderia.* Pol. *Kupia.* Vng. *Aru.* Ang. *Merchandise, ware that is bought and sold.*] Cic. lib. 3. de Repub. Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis, avaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam. ¶ Singularis hujus vocis numerus minus est usitatus. Legitur tamen apud Plin. lib. 12. cap. 25. Sarmenta quoq, in merce sunt. Plaut. in Cistel Mala merx hera hæc, & callida. Idem in Milit. Sicuti merci pretium stat pro virtute ut væneat. Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem Persa: Merx tua mala est Quintil. lib. 1. cap. 12: Sordidæ mercis negotiator. Gestat mercem sine fuco, Horat. 1. Serm. Satyr. 2 Frequentiùs verò in plurali. Horat. in Arte: Ut præco ad merces turbã qui cogit emendas. Cic 7. Verr. Mercibus ademptis in vincula conjectos esse mercatores. ¶ Esculentæ merces, apud Colum. lib. 12: hoc est, ea quæ hominum esui accommodata vendũtur. Fallaces & fucosæ merces, Cic. pro Rabir. Posth. Mutare merces, Ovid. 1, Trist. Eleg. 2.

Mĕrcĭmōnĭum, n.s. ejusdẽ significationis: nomen quidẽ antiquum, sed quod tamen non reformidavit exactissimus verborum censor Laurentius Valla, qui eo statim in fronte versionis Latinæ Herodoti Græci historici usus est, & Plaut. in Curc. Sed quid agit meum mercimonium apud vos?

Mĕsă, μέση, Teste Vitruvio, sunt partes mediæ ędium, quas idẽ Latinè Medianas appellari asserit. [Pol. *Sien.*]

Mĕsăræum, μεσάραιον. Vide MESENTERIVM.

Mésarchŏn, μεσαρχον, Dicitur corpus illud venosum, per quod hepar veluti per manum, chylum ex ventriculo attrahit. Alio nomine Mesenterium dicitur.

Mĕsăt.lĭ,

Mĕsaŭlī, *μέσαυλοι*, Aedium itinera dicũtur, quæ inter duas aulas: id eſt, duo atria, ſunt interpoſita. A nõnullis etiam Andrones vocãtur, teſte Cælio Rhodig. li. 27. cap. 2. [Pol. *Sʒcʒianki.*]

Mĕsĕntĕrĭum, *μεσεντέριον*, Craſſa quædam & adipoſa membrana eſt, multis & nervis, & venis, & glãdulis intertexta, medium inter inteſtina ſitum obtinens: unde & nomen accepit. Hujus, veluti manus cujuſdam, opera, jecur chylum à ventriculo attrahit, per eas venas, quas meſaraicas vocant. Alio nomine Meſaræum appellatur.

Mĕsŏchŏrŭs, pen. corr. [*μεσόχορος*. Pol. *Kurʒadʒaci.*] Qui in medio turbæ ſtans, reliquis canendi, vel aliud agendi ſignum proponit. Sidonius: - nullus ibi lyriſtes, Choraules meſochorus, tympaniſtria, pſaltria canit. Vide Cælium Rhod. libro 4. capite 14.

Mĕsŏcrānĭum *μεσοκεφάλιον*, Vertex capitis, medium cranii locum obtinens.

Mĕsŏleūcŏs, *μεσόλευκος*, Gemma, quam mediam linea alba diſtinguit: de qua Plin. li. 37. cap. 10. ¶ Eſt præterea hoc nomine herba quædam, habens candidã lineam per folium diſcurrentem. Plin. lib. 27. cap. 11: Leuce Mercuriali ſimilis, nomẽ ex cauſa accepit, per medium folium candida linea tranſcurrente: quare Meſoleucon quidam vocant. *μέσος* nanq; medius eſt, & *λεύκος* albus.

Mĕlŏmĕlas, *μ. σμελας*, Gemma eſt nigrã habens venã, quem libet colorem per medium ſecantem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mĕlŏn, *μέσον πρόσωπον*, autore Feſto, Perſona Comica appellatur aut coqui, aut nautæ, aut ejus generis: dicta ab inventore ejus Meſone Comœdo, ut Ariſtophanes ait grãmaticus. Rectiùs quidem videtur manare à fonte Græco: *μέσον* nanq; medium ſignificat. Porrò coquorũ, nautarum, cerdonum, atque hujuſmodi opificum perſonæ mediæ ſunt: ut quæ neq; ſerviles videantur, quũ liberæ ſint operę, neq; omnino liberæ, quũ mercenariæ. Eſt enim merces, ut ait Cic. autoramentum ſervitutis. Proinde mediæ ſunt & miſtæ perſonæ, quæ *μέσα πρόσωπα* dici poſſunt: ut *κόφων & πρόσωπα*, dicimus in Comœdiis. ¶ Fuit præterea Meſon *μέσων*, quidam Aſtrológus, qui Athenienſibus in expeditionem Sicilienſem profecturis, quũ ipſe quoq; ad id bellum delectus eſſet, imminentem totĩ exercitui cladem proſpiciẽs, propriis ædibus ignem injecit, furoremq; tam ſcitè aſſimulavit, ut veluti inſanus, & bello parũ idoneus, domi fuerit relictus. Vide Plutarch. in Nicia, Alcibiade, & Pytho. Item apud Cæl. lib. 11. cap. 16.

Mĕsŏnaūtă, m. p. qui medium inter nautas: id eſt, remiges locum obtinens, reliquis remigãdi ſignum præbet, eodem modo dictus, ut [*μεσόχορος*. Pol. *Fliſotnikow ſprawca.* Vn. *Kôzep euezôs.* An. *That hath midd roome or place amangeſt the mariners or rowers.*] Ex Horomano. Vſus eſt hoc vocabulo Vlpia. lib. 1. D. de naut. caup. ſtab. Sed de exercitore ſolummodo prætor ſentit. nec enim debet, inquit, Pomponius per remigem aut meſonautam obligari, ſed per ſe, vel per navis magiſtrum.

Mĕsŏnўctĭŏn, *μεσονύκτιον*, Media nox. Vide latiùs ſuprà in dictionibus AVRORA & DIES.

Mĕsŏſphærum, *μεσόσφαιρον*, Indici nardi folium, ut magnitudine, ita & pretio, medium è triplici ſpecie locum obtinens. Vide Plin. lib. 12. cap. 12.

Meſpĭlŭs. li pen. cor. f. f. [*μέσπιλος*. Gall. *Meſlier, ou meſſlier ou neſſier* Ital. *Neſpolo* Ger. Ein neſpelbawm. Bel. Eenen Miſpelboom. Hiſp. *Meſpero.* Vng. *Naſpolya fa.* Ang. *A medler tree.*] Genus arboris, cujus fructus Meſpilum. [*μέσπιλον*. Gall. *Meſle, meſſle, ou neſſle* Ital. *Neſpolo frutto.* Ger. Ein meſpel. Hiſ. *Meſpero fruta.* Pol. *Kniſplie.* Vng. *Naſpolya.* Ang. *A medler fruite.*] dicitur. Palladius de inſitionibus: Meſpilaq; exarmat pugnacibus horrida mẽbris. Hæc arbor foliis eſt prius rubris, quàm deciduis, radice quæ evelli non poteſt, ignota Italiæ Catonis ævo.

Mĕſſĭo, Meſſor, Meſſorius, Vide METO.

Mĕſſĭs, hujus meſſis, f. t. Tempus metendi & ipſæ etiã ſegetes. [קְצִיר *kàssír.* *Θερισμὸς, ἀμητὸς.* Gall. *La moiſſon, le temps de la moiſſon.* Ital. *Raccolta.* Ger. Die Ernd. Bel. Dẽ oochſt. Hiſp. *La mieſſe, la mies ò los panes.* Pol. *Znniwo.* Vng. *Aratas.* Ang. *The harueſt.*] Virgil. 5. Aeglog. Ante focum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in umbra. Idẽ 1. Georg. illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. Dicitur aũt meſſis propriè de his rebus quæ metuntur, quemadmodum Varro author eſt lib. 1. de Re ruſtica. Interim tamen ſæpè etiã de uvarum, pomorum, & aliarum omnium rerum proventu dicitur. Ovid. 3. de Ponto: Triſtia per vacuos horrẽt abſynthia campos, Cõveniensq; ſuo meſſis amara loco eſt. ¶ Per tranſlationẽ accipitur pro multitudine vel copia cujuſvis rei. Plautus in Trinum. Neq; quicquam hîc vile eſt, Niſi mores mali: eorum licet jam meſſem metere maximam. ¶ Interdũ idem eſt quod Meſſio ſive actus metendi, *Θερισμός*. Cic. 1. de Orat. Tamen nemo tam ſine oculis, tam ſine mente vivit, ut quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborum putatio, ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino neſciat.

Mĕt, Piam, & Te, ſyllabicæ ſunt adjectiones, extra compoſitionem nihil ſignificantes, in cõpoſitione autem aliquid addentes ſignificationi dictionũ cum quibus cõponuntur: ut Egomet, Quiſpiam, Tute. Sed Met, jungitur caſibus omnibus pronominis primæ perſonę, tàm pluralis, quàm ſingularis numeri, abſq; genitivo plurali: ut Egomet, memet, noſmet, & reliqua. Secũdæ verò perſonę obliquis tãtùm caſibus: ut Tuimet, tibimet. Nominativo nõ addũt, ne verbũ putetur Tumet à tumeo: ſed Tute, Tutemet profertur. Adverbio Tanquã. conjunxit etiã Plaut. in Truc. Tanquãmet geniũ meũ. Et quidẽ ſic juncta diſcretionem ſignificat: ut Ipſemet: id eſt, ipſe perſe, & non per alios. ¶ Pte, jungitur cũ ablativis horũ quinq; pronominum, Mea, Tua, Sua, Noſtra, & Veſtra: ut Meapte, Tuapte, Suapte, Noſtrapte, Veſtrapte. Vel cum corũ maſculis aut neutris: ut Meopte, Tuopte, *&c.* ¶ Te, ſimiliter cũ pronomine ſecũdæ perſonæ idẽ efficit: ut Tute id feciſti: id eſt, tu ipſe per te, & nõ per aliũ. Sed hoc ſoli nominativo jũgitur. Nã Tuite, aut Tibite nõ dicimus. In accuſativo aliquãdo legimus Tete, ſed tunc diviſæ potiùs vidẽtur dictiones, majoris affectus cauſa figuratè geminatę: quemadmodũ etiã aliquãdo legimus Me me. ¶ Ce, verò jungitur obliquis horũ pronominũ, Hic, Ille, Iſte, in ſ literã deſinentibus: ut Hujuſce, Hiſce, Hoſce, Haſce, Iſtiuſce, & Illiuſce: unde fiunt cõpoſita Hujuſcemodi, Iſtiuſcemodi, & Illiuſcemodi. Interdũ etiã invenitur junctũ cum caſibus horũ pronominum deſinentibus in c literã: ut Hicce, hæcce, hocce: pro quibus tamen frequentiùs utimur, Hiccine, hæccine, hoccine. Virg. Hocce erat alma parẽs, quòd me per tela per hoſtes Eripis? Terent. Hoccine eſt credibile aut memorabile factum? ¶ Hicce, ſeu hiccine *αὐτοί* Sicce, ſive ſiccine, *ἀυτοί*. Hęccine. hãccine, illiccine, *ἐκεινοσί*. Iſticce, illanccine. Terent. Illanccine mulierem dixit, pro illámne.

Metă, æ, f p. Congeries, ſeu ſtrues in acutũ tendens, ſeu turbo inverſus: ita dicta quòd eſſet poſita in dimẽſo ſpatio: vel quia eam metiantur quadrigæ circuncurrentes. [מִבְצָר *matzzab* מִבְצָר *ſoph.* *κῶνος*. Gall. *Vn but ou borne, ou as trechoſe lavg, . . . montant en pointe.* Ital. *Meta.* Ger. Ein jeder ding ſo dannden breitlechte vnd oben außgeſpitzet iſt wie ein kegel. Hiſp. *El termino.* Pol. *Krss, meta.* Vng. *Hatar kôlgy.* Ang. *Any thing broade beneath and ſharp aboue, a butte.*] Moris enim erat ſepties metã luſtrare. Propert. lib. 2. Eleg. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima quàm metã triverat antè rota. Quum enim jam carceribus emiſſæ ad metã veniſſent quadrigæ, erat opus ut circum ipſam flecterentur. Virg. 5. Aen. Hîc viridẽ Aeneas frõdenti ex ilice metã Conſtituit ſignũ nautis. Hinc etiã agrorũ termini, quòd pyramidali figũra fieri ſoleant, Metæ vocantur. ¶ Paldẽ etiam ratione Metæ fœni vocantur, quæ ita congeſtæ ſunt, ut inferiori parte latiores, ſupernè in anguſtũ deſinant conum. Col. lib. 19. cap. 2: Certè quicquid ad eum modũ, quo debet, ſiccatum erit, in metas conſtrui cõveniet, easq; ipſas in anguſtiſſimos vertices exacui. Sic enim cõmodiſſimè fœnũ defenditur à pluviis. ¶ Per translationem verò, quoniã meta collocari conſuevit in fine circi, vel alterius ſpatii, in quo quadrigæ certabant, factũ eſt, ut Meta accipiatur pro quocunq; termino ac fine, *ὅρος, τέρμα*. Virg. lib. 1. Aeneid. His ego nec metas rerũ, nec tempora pono. Ovid. ad Liviam: Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam, Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas. ¶ Hinc perveniſſe ad metam dicuntur, qui iter aut aliud opus perfecerint. ¶ Meta lactis, dicitur caſeus, qui factus eſt ad formam metæ. *τυρὸς κωνοειδὴς*. Mart. Fert ille ceris cana cum ſuis mella, Metamq; lactis Saſſinate de ſylva. ¶ Meta item ſignificat inferiorem partem molæ ſub qua catillus: id eſt, ſuperior pars vertitur, quemadmodum autor eſt Paulus in l. 18. D. de inſtruct. & inſtrum. leg.

Mĕtŭlă, læ, diminut. legitur apud Plin. Iun. in epiſtolis.

Mĕtăbăſĭs, f. t. *μετάβασις*, Latinè Tranſitio: figura qua monemus quid dictum ſit, & proponimus quod ſupereſt, ut Cicero pro Dejotaro: Habetis crimina inſidiarum: nihil enim dixit ampliùs. & paulò pòſt ſequitur: Reliqua pars accuſationis duplex fuit. Hujus figuræ Fabius (quã eſſe ait, quũ ſenſus nõ mutatur, ſed forma loquendi) longè diverſum exemplum adducit, lib. 9. cap. 3. ex Virg. Aeneid. lib. 1: Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro. Vi potitur. quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames!

Mĕtăbŏlē, *μεταβολή*, quam quidam Trajectionem interpretãtur: Figura eſt quę fit contrariis ita tranſpoſitis, ut à priori poſterius oppoſitum proficiſcatur: ut apud Terentiũ in Andria: Quoniam id fieri quod vis non poteſt, id velis quod poſſit.

Mĕtălēpſĭs, f. t. *μετάληψις*, Figura eſt, quæ fit quũ aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex iis quę anteceſſerũt, ſignificat: ut apud Vir. 1. Aeglog. Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor, ariſtas. Poſt aliquot (*inquit*) ariſtas: hoc eſt, poſt aliquot æſtates, vel poſt aliquot annos. Nã ex triſtis æſtates: ex æſtatib. annos intelligimus. Idẽ 1. Aen. Spelũcis abdidit atris. Vbi ex atris, tenebroſę: ex tenebroſis profundę intelliguntur. Latinè Tranſſumptionem vocare poſſumus. Deducitur enim

ἀπὸ τῦ μεταλλᾶν, quod inter cętera significat transſumere.

Mĕtăllum, li, n.ſ. [μέταλλον. Gall. *Metail.* Ital. *Metallo.* Ger. Ein Metall/ein jedeo Ertz ſo man auß dem Erdtrich grabt/ alß Gold/ Silber/ Eiſen/ ꝛc. Hiſp. *Metal.* Pol. *Kruſzecz wſzeliáki.* Vng. *Banyaznu.* Ang *Metall.*] Dicitur quævis materia dura, è terrę viſceribus effodi ſolita: ut aurum, argentum, cuprum, ſtannum, plumbum, & ſimilia. Dictum putatur à verbo Græco μετάλλαω, vel μεταλλεύω: hoc eſt, à fodiendo, vel perſcrutando. Alii dictum putant παρὰ τὸ μετὰ τὴν ἄλλην οὐσίαν εὑρίσκεσθαι: eò quòd vix illa metalli vena invenitur, quin alterius metalli vena in propinquo poſtea inveniatur. Plin. lib. 33. cap. 6: Id quoq; in ſterili ſolo, atq; etiam in montibus, & ubicunq; una inventa vena eſt, non procul invenitur alia. Hoc quidem & in omni ferè materia: unde Metalla Græci videntur dixiſſe. Virg. 2. Georg. Hæc eadem argenti rivos, æriſq; metalla Oſtendit venis, atq; auro plurima fluxit. Ovid. 4. Faſt. Omnia purgat edax ignis, vitiumq; metalli Excoquit. Hor. 1. Epiſt. 10: Sic qui pauperiē veritus, potiore metallis Libertate caret. ¶ Metallum miniarium, Fodina ex qua effoditur minium, μιλτωρυχία, ſicut Argentarii, ex quo Argentum, & Plumbarium, ex quo plumbum effoditur. Plin. lib. 33. cap. 7: Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bæticæ miniario metallo, vectigalibus populi Romani nullius rei diligentiore cuſtodia.

Mĕtallārĭus, ſive Metallici, m.ſ. [μεταλλᾶς. Gall *Tireurs de metaux.* Ital. *Cauatori de metalli.* Ger. Ertzgraber / die zu einer ſtraff in das Bergwerck verdampt ſind. Hiſ. *Cauadores y ſacadores de metal.* Pol. *Górnici.* Vng. *Banyaz.* Ang. *Diggers of metall out of the earth.*] Qui in metallis verſantur, & præcipuè qui ad effodienda metalla damnati ſunt: de quibus apud Iuriſconſul. ff. de Pœnis, & C. de metall.

Mĕtāllĭcŭs, adjectivum, Quod ad metallum pertinet. [μεταλλικός. Gall. *De metail.* Ital. *De metallo.* Ger. Des ertzes. Hiſp. *Coſa de metal.* Pol. *Kruſzcowſi.* Vng. *Banyaznaboz való.* Ang. *Belonging to metall.*] Plin. lib. 27. cap 4: Fuêre, qui traderent, in Iudæa ſuper Hieroſolymam ejus naturam metallicam. ¶ Metallicum atramentum, Corpus eſt metallicum, quo mulomedici excreſcentem in jumentorum ulceribus carnem conſumunt. μελανηρία. Vide ſuprà in dictione MELANTERIA.

Mĕtāllĭcŭs, ſubſtant. m.ſ. Metallarius, qui metallis effodiendis & purgandis operam dat. [μεταλλεύς Gal. *Tireur de metail.* Ital. *Cauatore de metalli.* Ger. Ein Ertznapp/ Bergknapp. Hiſ *Et que anda à buſcar minaros, ſacadors de metal* Pol. *Górnik.* Vng. *Banyaz.* An *A purger of metall or digger.*] Plin. lib. 34. cap. 16: Lavant eas arenas metallici, & quod ſubſidit coquunt in fornacibus.

Mĕtallĭfĕr, m. f. Metallū gignens, [ὁ ἢ μεταλλοφόρος. Gall. *Qui porte metail, ou il y a mines de metail.* Ital. *Che produce metalla.* Ger. Das Ertz oder Metall tregt. Hiſp. *Coſa che trae ò cria metal.* Pol. *Kruſzcowy.* Vng. *Banyaznatermò.* An. *That bringeth metall.*] Stat. ſylvarum lib. 4: An ne metallifera repetit jam mœnia Lunæ?

Mĕtămŏrphōsĭs, μεταμόρφωσις, pen. prod Trāsfiguratio, ſeu trāsformatio Latinè: dicitur à verbo Græco μεταμορφόω, quod ſignificat transformo. Hoc nomine Ovid. & Apuleius libros Transformationum inſcripſerunt.

Mĕtăphŏrā, æ, pen. corr. μεταφορά, Translatio à Cicerone dicitur, fitq; quum nomen aut verbum ex proprio loco in eum trāsfertur, in quo aut proprium deeſt, aut translatum proprio melius eſt: ut, Claſsiq; immittit habenas, Virg. Aeneid. 6.

Mĕtaphrĕnum, μεταφρενον, Pars illa corporis, quę præcordiis à tergo eſt objecta: ita dicta quòd μετὰ τὰς φρένας: hoc eſt, poſt præcordia ſita ſit.

Metaphyſica, orum, Supernaturalia dicuntur, cùm tamen verè ex ipſius operis, quod conſcripſit Ariſtot. titulo μετὰ τὰ φυσικά ſcribatur. ¶ Hanc priſci omnes Theologiam, alii primam Philoſophiam dixêre. Eam multi diverſis voluminibus complexi ſunt, ut Ariſtot. in lib. qui *Metaphyſicorum* vulgò inſcribūtur, ac diſcipulus ejus Theophraſtus in libello ea de re. ¶ Plato in Parmenide ac Timæi priore parte, atq; epinomide, locisque aliis Triſmegiſtas in Pimadro, & Aſclepio, longeq; poſt hos Plotinus, ac Dionyſius Areopagita, qui tametſi Chriſtianus, Platonicus omninò eſſe videtur: tùm Pſellus in libello de dæmonibus, Iamblichus, Proclus, atq; è Latinis M. Cic. in lib. de nat. Deorū, & Divinatione. Horum omnium optimi in hac arena ſunt, adeoq; inprimis legendi Platonici.

Mĕtāplaſmŭs, μεταπλασμός, Dici poteſt transformatio. Eſt autem, teſte Donato, translatio recti, ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciē, metri vel ornatus, vel neceſſitatis gratia, ut Agreſte, in ablativo, pro Agreſti. Fit autē à verbo μεταπλάττω, quod eſt transformo.

Mĕtāthĕsĭs, pen. corr. μετάθεσις, Latinè tranſpoſitio, quū una litera neceſſitatis cauſa, ex uno dictionis loco in alium tranſponitur, ut Tymbre pro Tymber. Virgil. 10. Aen. At tibi Tymbre caput Evandrius abſtulit enſis.

Mĕtātŏr. & Metatio, Vide in verbo METO.

Mĕtaxārĭi, Negotiatores dicuntur, qui ſerici mercaturā exercent Nam μέταξα Græcis ſericum eſt. Vtitur hac voce Iuſtinianus, C. de pignoribus. l. fi. eamq; interpretatur Alciatus in l. Baſiluca. C. de metal.

Mĕtĕmpſўchōsĭs, pen. prod. μετεμψύχωσις, Latinè reddi poteſt Animę tranſmigratio: hoc eſt, tranſitus animarum ex uno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil intereſſe inter animā hominis, quā rationalem animā vocamus, & brutorum animantiū: ſed mortuo homine ejus animā trāſmigrare in corpora brutorū. Vnde Ovidius Pythagoræorū dogma lib. 15. Metam. explicans, ait: Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta Sede, novis domibus vivunt, habitātq; receptæ: Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta eſt ab eſu animaliū abſtinentia, ne fortè (ut feſtiviter ait Tertullianus) bubulam quis de aliquo proavo ſuo opſonaret. Hieron. Probabo nō Empedoclis & Pythagoræ vos dogma ſectari, qui propter μετεμψύχωσιν id eſt, transformationem, omne quod movetur, & vivit, edendum non putant.

Mĕtĕōrā, pen. prod. μετέωρα, à Græcis dicuntur, Miſta imperfecta, quòd in ſublimi: hoc eſt, in aēre generētur: cujuſmodi ſunt pluviæ, nives, grandines, faces ignitæ: de quibus tractat Ariſtoteles tribus primis libris meteorologicis: nā quarto qualitates perſequitur. Vox Philoſophis uſitata planè à monumentis ſcriptorum veterum abeſt.

Mĕtĕōrōſcŏpŭs, pen. cor. μετεωροσκόπος, Qui ſublimia reſpicit. ¶ Accipitur pro ſtolido, rebusq; gerendis inutili. Græca vox.

Mĕthŏdŭs, f.ſ. μέθοδος, pen. corr. ex μετὰ & ὁδὸς aſpirato componitur. Methodū appellat Quint. lib. 1. Inſtitut. quā Cicero viam, artem, & rationem vocat: & alibi breve dicendi cŏpendium vertit, quaſi brevem viā, qua quàm celerrimè ad peritiā propoſitum nobis in diſcendo finem perveniamus.

Mĕthŏdĭcī, m.ſ. μεθοδικοί, A' methodo dicti ſunt, qui rationem artis, & diſcendi compendia ſequuntur. ¶ Et Amethodi, ἀμέθοδοι: hoc eſt, à via, & ratione docendi, diſcendiq; abhorrentes, quaſiq; avii. Hæc ex Budæi annotat. in Pandectas.

Meticuloſus, Vide METVO.

Metĭŏr, tiris, menſus, d.p. Menſuro, dimetior, judico, æſtimo. [מדד *madhádh.* μετρέω, ῶ. Gall. *Meſurer.* Ital. *Miſurare.* Ger. Mäſſen/ oder außmäſſen. Bel. Meten. Hiſ *Medir.* Pol. *Mierze, wimierzam.* Vng. *Mérök.* Ang. *To meaſure.*] Cicer. 1. de Nat. deor. Sed fuit quædā ab infinito tempore æternitas, quā nulla temporū ętę cūſcriptio metiebatur. Idem 1. Offic. Etiā ſi dinumerare ſe ſtellas aut metiri Mundi magnitudinem poſſe arbitraretur. Idem de Amic. Iam virtutem ex cōſuetudine vitæ, ſermonis q; noſtri interpretemur: nec metiamur eam, ut quidā indocti, verborū magnificentia. Idem in Cat. Neq; enim ipſorū conviviorū delectationem corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorū & ſermonibus metiebar. ¶ Aliquādo ponitur pro trāſire, & abire. Virg. magnū qui piſcibus æquor, Et juncto bipedū curſu metitur equorū. Cōpoſita ejus ſunt, Permetior: hoc eſt, ad finem uſq; metior, vel peragro. Virg. 1. Aeneid. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor: id eſt, evecti, ut inquit Servius. ¶ Remetior, Rurſus metior, ἀναμετρέω. Idem li. 2. Aeneid. Arma, deosq; parant comites, pelagoq; remenſo Improviſi aderunt. ¶ Meriri ſtipendium. Curt. lib. 3: Expecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus ſexcenti denarii tributi, peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedeſtriū ſtipendium menſum eſt.


Mēnſōrēs, à Metior, m.t. Appellantur agrorum finitores. [מדד *modhédh.* μετρητής. Gal. *Arpēteurs, meſureurs.* Ital. *Miſuratori.* Ger. Außmäſſer/ veldmäſſer. Hiſp. *Medidores.* Pol. *Rozmiernici.* Vng. *Merök hatar tarok.* Ang. *Meaſurers.*] Colum. lib. 6 cap. 1: Ego nō agricolæ, ſed menſoris officiū eſſe dicebam. ¶ Menſores pręterea ſunt (inquit Vegetius lib. 2 cap. 7.) qui in caſtris ad podiſmum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hoſpitia in civitatibus præſtant. Hoc in loco Podiſmus eſt dimenſio pedibus facta. Hi etiam Metatores (autore Budæo) dicuntur.

Mēnſĭo, onis, f.t. à verbo metior, Menſura, dimēſio. [מדה *middáh* מדה *memádh.* μέτρησις. Gall. *Meſurement, meſurage.* Ital. *Miſuramiento.* Ger. Ein mäſſung Hiſp. *Obra de medir, medimiento.* Pol. *Rozmiar.* Vng. *Meres.* Ang. *A meaſuring.*] Cic. in Orat. Aures vel animus aurium nuntius naturalem quandam in ſe continent vocum omnium menſionem.


Mēnſūră, ræ, f.p. Inſtrumentū quo metimur, unde & nomen habet: aut quo rei alicujus quantitatem deprehendimus [מדה *middáh* מדה *memádh.* μέτρον. Gall. *Meſure.* Ital. *Miſura.* Ger Ein maß oder mäß. Bel. Een mate. Hiſp. *Medida.* Pol *Miara.* Vng. *Mertek.* Ang. *A meaſure.*] Plin. lib. 7. cap. 56: Menſuram & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes (ut maluit Gellius) invēnit. ¶ Transfertur etiam ad alia. Idem lib. 2. cap. 1: Quaſi verò menſuram ullius rei poſſet agere, qui ſui neſciat. Plin. Iun. in Epiſt. Ex illo enim menſuram beneficii tui prorſus intelligo. Menſura corporum humanorum apud Solin. cap. 5.

Mēnſurā


Mēnſūrā ſic definitur, & exponitur ab iis, qui de limitibus ſcripſerunt, quorū hæc ſunt verba: Menſura eſt, quicquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, animoq; finitur. Majores itaq; orbē in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in ceturias, cēturias in jugera, jugera in climata: deinde climata in actus, pērticas, paſſus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias, & digitos diviſerunt: tāta enim fuit eorum ſolertia. Digitus eſt pars minima agreſtiū menſurarū: inde uncia habet digitos tres: palmus autem quatuor digitos habet: pes XVI. paſſus ped. V. pertica paſſus duos: id eſt, pedes X. Pertica autem à portando dicta, quaſi portica: omnes autem præcedentes menſuræ in corpore ſunt, ut palmus, pes, paſſus, & reliqua: ſola pertica portatur: eſt enim X. pedum, ad inſtar calami in Ezechiele templum menſurantis. Actus minimus eſt latitudine pedum quatuor, longitudine CXL, climata quoq; undiq; verſus pedes habent LX, ita:




Actus quadratus undiq; finitur pedibus CXX. ita:



Hunc Bætici *arapennem* dicunt, ab arando ſcilicet. Actus duplicatus jugerum facit: ab eo quòd eſt junctum, jugerum nomē accepit: jugerum autem conſtat longitudine pedum ducentorum XL. latitudine CXX. ita:



Actū provinciæ Bæticæ ruſtici *agnam* vocant: porcā idē Bætici XXX. pedum latitudine, & LXXX. lōgitudine definiunt ita:



Sed Porca eſt quod in arando extat: quod defoſſum eſt, lyra. Galli *candetum* appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum, quaſi centeatū: in agreſtibus aūt, pedum CL. quadratorum juſtū candetū vocant. Porrò ſtadialis ager habet paſſus CXXV: id eſt, pedes DCXXV, cujus menſura octies cōputata milliariū facit, qui conſtat quinq; millibus pedum. Centuria aūt, ager eſt ducentorū jugerum, qui apud antiquos à cētum jugeribus vocabatur. Sed poſtea duplicata, nomen priſtinum retinuit. In numero enim cēturiæ multiplicatæ ſunt, ſed nomē mutare nō potuerūt. Frōtinus aūt ſic in lib. de limitibus. Mēſura eſt cōplurium, & inter ſe æqualiū intervallorū lōgitudo finita mēſura eſt, ut pes per uncias, per pedem ducempeda, per ducempedā actus, per actū paſſus, per paſſus ſtadiū, per ſtadiū milliariū: minima hatū menſurarū pars eſt digitus. ſi quid enim intra digitū metiamur, partibus reſpōdemus, ut dimidiā aut tertiam partem digiti in pede porrecto ſemipedes duo, in pede cōſtrato ſemipedes quatuor: in pede quadrato ſemipedes octo. Pes habet palmos quatuor, uncias duodecim, digitos ſexdecim, palmus habet digitos quatuor, uncias tres: ſextans, quæ eadem dodrans appellatur, habet palmos tres, uncias novem, digitos duodecim.

Mĕto, tis, meſſui, meſſum, act. t. Fruges ſeco, & fructus colligo. [קָצַר *katsár. θερίζω, ἀμάω.* Gall. *Moiſſonner, recueillir le grain, moiſſon.* Ital. *Mietere.* Ger. Schneiden/Ernden. Bel. Maeyen. Hiſp. *Segar.* Pol. *Zne, pożinā.* Vng. *Aratok.* Ang. *To reape or mowe.*] Propriè enim ſegetes meti dicuntur, & herbæ, quū falce aliove inſtrumento reſecantur. Cic. 3. de Orat. Vt ſementem feceris, ita & metes. Cæſ. 4. bel. Gall. Tū diſperſos depoſitis armis, in metendo occupatos ſubitò adorti. ¶ Vvas quoq; metere dixit Virgil. 2. Georg. pro colligere uvas, ſeu vindemiā facere. Sarmēta (*inquit*) & vallos primus ſub tecta referto: Poſtremus metito. ¶ Itē pro depaſcor apud Virg. 4. Georg. Illę cōtinuò ſaltus ſylvasq; peragrāt, Purpureoſq; metunt flores. ¶ Metere maximā meſſem malorū, dixit Plaut. in Trin. pro, maximā malorū hominū copiā invenire. Vide in dictione MESSIS. Idem in Epidico: Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: hoc eſt, iſta res nihil ad me pertinet, ut quę neq; meo periculo fiat, neq; emolumento. Vide Eraſmū in Chiliad. ¶ Hujus compoſita ſunt, Demeto, Emeto, & Præmeto: de quibus ſuis locis.

Meſſĭo, f. t. Ipſa metendi: id eſt, fruges vel herbas ſecandi actio, à verbo Meto, metis. [קְצִיר *katsír. θερισμός.* Gall. *Moiſſonnement.* Ital. *Il mietere.* Ger. Schneidung/das Ernden. Hiſp. *Meſſe ò mies.* Pol. Zmwo. Vng. *Aratas.* Ang. *Reaping, mowing.*]

Meſſŏr, meſſoris, m. t. Dicitur qui metit. [קָצִיר *katsír. θεριστὴς, ἀμητής.* Gal. *Moiſſonneur.* Ita. *Miettitore.* Ger. Ein Schnitter. Bel. Een Mayer. Hiſp. *Segador.* Pol. Znarz. Vng. *Arato.* Ang. *A reaper, a mower.*] Virg. Georg. 1: quum flavis meſſorem induceret arvis Agricola. Cic. 3. de Orat. Nō mihi oratores antiquos, ſed meſſores videris imitari. Virg. 2. Aeglog. Theſtylis & rapido feſſis meſſorib. æſtu Allia, ſerpilliq; herbas cōtundit olentes. Plaut. in Capt.: rogas? Sartor, ſatorq; ſceletum, & meſſor maxumè.

Mĕſſōrĭus, meſſoria, meſſorium, Quod ad meſſorem pertinet. [θερισμικός. Gall. *Appartenant à moiſſonneur.* Ital. *Pertinente à mietitore.* Ger. Des des Schnitters iſt. Hiſp. *Coſa perteneſciēte à Segador.* Pol. Znarski. Vng. *Aratohoz valo aratoë.* Ang. *Belonging to a reaper or mower.*] Cic. pro Seſtio: Meſſoria ſe corbe contexit.

Mĕſſūră, [θερισμός. Pol. *Meſtio.* Vn. *Aratás.*] Diomedes Grāmat. lib. 1. Metor meteris cùm ad fructū, ex quo perfectum ſit. Meſſus non metitus ſum: meſſuram enim dicimus nō metionem: Et futuro activo meſſurus, paſſivo metendus.

Mĕtœcŭs, [μέτοικος. Pol. *Przybiczień.*] Qui de una civitate in aliam migravit habitādi animo, Latinè advena dici poteſt, vel inquilinus. Pompon. de verb ſignif. l. Pupillus. Parœcum, παρέοικον appellat.

Mĕtōnўmĭă, μετωνυμία, cū accentu in penultima, Latinè trāſnominatio. Figura eſt, vel potius tropus, quum cauſa pro effectu, ſubjectū pro adjuncto, aut cōtrà ponitur, ut cùm Cererem pro pane & frugibus. Bacchū pro vino ponimus: ferrum pro armis: Italiam pro Italis, *&c.* De hac videndi ſunt Rhetores. Neq; enim hujus loci eſt exempla adducere ex autoribus & paginas implere.

Mĕtōpĭŏn, μετώπιον, Arbor eſt in Africa Aethiopiæ ſubjecta naſcēs, ex qua Ammoniaci lacryma in ſubjectas arenas diſtillat. Plin. li. 12. cap. 28: Ergo Aethiopiæ ſubjecta Africa Ammoniaci lacrymā ſtillat in arenis ſuis. Inde & nomen etiā ab Ammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor, quā Metopion vocāt. Hactenus Plin. ¶ Dioſcoridi verò Metopion, ferula eſt in Syria naſcens, ex qua galbanū diſtillat. ¶ Eſt & Metopion olei genus ex amaris amygdalis cōfectum, teſte Plin. li. 15. cap. 7.

Mĕtōpŏſcŏpŭs, [μετωποσκόπος. Ger. Ein Wahrſager auß angeſchawter Stirn oder Angeſicht des Menſchē.] Latinè frōtis inſpector interpretari poteſt. ἀπὸ τῦ μετώπου, quod frontē ſignificat, ἀφ' ὧν πᾶν, quod eſt contēplari, inſpicere, cōſiderare. Sūt enim Metoposcopi, qui ex frōtis & oris lineamentis, quid cuiq; eventurum ſit, divināt. Suet. in Tito: Quo quidem tempore ajunt metoposcopū à Narciſſo Claudii liberto adhibitū, ut Britannicū aſpiceret, conſtantiſsimè affirmaſſe, illū quidem nullo modo, cæterùm Titum, qui tum propè aditabat, utiq; imperaturum. Plin. li. 35. cap. 10: Imaginum ſimilitudines adeò indiſcretè pinxit, ut (incredibile dictu) Appion Grammaticus ſcriptū reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem (quos Metoſcopos vocant) ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Mĕtŏr, metaris, act. p. Metas & terminos pono, divido, definio, metor [מדד *madad.* תכן *tsebchén* גבל *ghabál* חבה *chanáh.* ὁρίζω, μετρέω. Gall. *Aligner, mettre bornes, meſurer, aſſeoir.* Ital. *Por meta, miſurare* Ger Außzyglen/außmarchē, außmaſſen Bel. Maet oft perck ſetten. Hiſp. *Apoſentar, poner termino.* Pol. *Wimierzam.* Vng. *Hatart iarok, vetők, hata roxok merők.* Ang. *To ſett marches and boundes, to meaſure.*] Gell. lib. 1. cap. 1: Nā quū ferè conſtaret curriculū ſtadii, quod eſt Piſis apud Iovem Olympiū, Herculē pedibus ſuis metatum, idq; feciſſe longum pedes ſexcentos. Virgil. lib. 2. Georg.: ſi pinguis agros metabere cāpi, Denſa ſere. ¶ Metari caſtra: id eſt, deſcribere & collocare. πήγνυμι. Saluſt. in Iugurtha: Sylla pariter cum ortu Solis caſtra metabatur. ¶ Metari cœlum. Ovid. 1. Faſtor. Nos quoq; ſub ducibus cœlū metabimur illis, Ponemusq; ſuos ad vaga ſigna dies. ¶ Invenitur etiā Meto, metas, Virgilius in Culice: Metabat ſeſe circū loca. ¶ Compoſitū à Metor eſt Emetor, penul. producta, perfectè metior ἀναμετρέω. Lactan. de Opificio Dei: Nā ſi peritus architectus, quum magnū aliquod ædificiū facere conſtituit, primò omnium cogitat quæ ſumma perfecti ædificii futura ſit, & antè emetatur, quem locum leve pondus expetat.

Mĕtātĭo, metationis, f. t. Ipſe metandi: hoc eſt, collocandi, dividendi, vel diſponendi actus. [מתכנת *mathchonet.* μέτρησις, καταμέτρησις, ἀλήθευσις, ἀλήθεια, Gall. *Aſſiete, alignement.* Ital. *Ordine, diſpoſitione.* Ger Außzyglung/ordnung ſetzung. Hiſp. *Apoſentamiento.* Pol. *Wimiar, rozmierzenie.* Vng. *Huturs iaras huturozás*

metés. Ang. *A measuring or bounding of landes.*] Col. lib. 9. cap. 15: Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.

Mētātŏr, metatoris, m.t. Mensor, qui arbores in seminario, vel arbusto disponit, & ordine quodā digerit. [זמם *modhédh.* μετρητής, μετρήτης, μετρήτωρ. Gall. *Qui asbet, qui plante les arbres à la ligne.* Ital. *Chi pianta gli arberi con ordine & dispositione.* Ger. Ordner/außsetzer/außzyter. Hisp. *Apossentador, el que planta ò assenta los arboles por orden.* Pol. *Rozmierník, wimierca.* Vng. *Hatar merö ozto.* Ang. *A planter of trees by order and rankes.*] ¶ Item qui locū futuro ædificio, aut castris collocādis metitur, aut qui agrum, aliúmve quemvis locum in certas distribuit partes. Cicero in Philip. Saxa castrorum antè metator, nunc ut sperāt, urbis. Ibidem: Saxa peritus metator & callidus, urbem jam decempeda sua diviserat. Lucan. lib. 1: Hesperios audax veniam metator in agros. Pro eodem Cic. in Philipp. Decempedatorem dixit. L. Antonius (*inquit*) agri publici & privati æquissimus decempedator. ¶ Metatores etiam dici possunt, qui jussu atq; autoritate principis militibus diversoria assignant: quiq; in castris, figendis tentoriis locum unicuiq; ostendunt. Vegetius lib. 2. cap. 7: Metatores (*inquit*) in castris dicuntur, qui præcedentes, locum castris idoneum eligunt. Hi etiam Mensores dicuntur, ut suprà suo loco docuimus.

Mētātŭs, particip. quod aliquando passivè acceptum, videtur esse à verbo Metor. Horat. lib. 2. Carm. Nulla decempedis metata privatis Opacam porticus excipiebat Arcton.

Mētrenchytæ, μητρεγχύται, Instrumenta sunt medicorum: per quæ medicamenta in uterum injiciuntur. Linacrus vertit uterinos clysteres. Vide Galenum 5. Methodi.

Mĕtrētă, æ, penult. prod. f. p. Genus vasis, constans ex duobus barris. [μετρητή. Gall. *Vne sorte de mesure contenant selon la supputation d. nostre, soixante septiers.* Ital. *Misura di dieci congij.* Ger. Ein maß bey den Grtechen hielt zwölff *congios*, das macht sechs vnd dreissig maß. Hisp. *El arrema ò cierta otra medida.* Pol. *Rozmiar wsobie maiący trzydzieści ośm garncy.* Vng. *Mertek.* Ang. *A vessel or measure of ten galloones.*] Quod (inquit Budæus li. 5. de Asse) Dioscorides metretam dixit, Plinius Cadum transtulit, quod & ipsum Græcum est, sed utroq; nostri utūtur. Metretam enim Cato, & Columella dixerunt. Est autem congiorum decem, ut autor est Dioscor. lib. 5. his verbis: Ἔστι δὲ ἡ μετρητὴς χόες δέκα. Decem autem congii sexaginta sextarios valent: id est, amphoram & quadrantem. Pollux tamen in 10. de Vocabulis ait: Cratinum comicum metretam amphorā appellasse. De hoc nomine plura apud Budæum.

Metricus, a, um, vide METRVM.

Metrŏcŏmĭă. [μητροκωμία. Ger. Der Hauptflecken.] Sic est inter vicos, ut Metropolis inter urbes, à suisq; coloniis agnoscitur. Est enim propriè Metrocomia vicus vel pagus, unde in alios vicos ductæ sunt coloniæ: quemadmodum Metropolis urbs est, ad quam deductæ coloniæ, velut ad matrem, originem suam referunt. Vide Annot. Budæi. Vtitur hac voce Iustinianus in Codice, titulo: Non licere habitatoribus metrocomiæ possessiones suas ad extraneum transferre, & Iurisc. on. l. ult. de Exact. tribut. Latinè Matrix villa dici potest, quemadmodum Metropolis, Matrix civitas. Nam μήτηρ matricem significat, & κώμη vicum, sive villam.

Metrŏpŏlĭs, f. t. [ם אם *em.* μητρόπολις. Pol. *Gł owne miasto, wniektorim państwie.*] pen. corr. Dicitur urbs, teste Budæo in prioribus Annot. in Pand. ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ ex Athenis missæ sunt, & ab urbe Roma. Latinè Matricē civitatem dicere possumus. Nam μήτηρ matricem sonat, & πόλις civitatem. Nam quemadmodū in pecore ex matricibus novi semper fœtus, ita ex metropoli novæ civitates propagantur. Potest & ἀπὸ τῆς μητρὸς cōpositum videri. Sic enim se habet Metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam: id quod illo Thucydidis loco manifestè declaratur: Ἀποικία δὲ μᾶλλον πόσον τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δέ, ἀπολεμώτατος: id est, Colonia beneficio affecta, honore Metropolini suam prosequitur: injuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, inquit Suidas, dicuntur quæcunq; civitates colonias deduxerunt. Latinè dici possunt Matrices urbes.

Mētrŏpŏlĭtānī, μητροπολίται, Qui ex Metropoli oriundi sunt, quíve metropolim inhabitant.

Mētrŏpŏlĭtēs, μητροπολίτης, pen. prod. Metropolitanæ civitatis incola.

Metrum, metri, n. s. Mensura, dimēsio. [שיר *schirdh* שיר *schir* מזמור *mizmór.* μέτρον. Gal. *Mesure.* Ital. *Misura.* Ger. Ein maß oder mäß. Hisp. *Medida.* Pol. *Rozmiar.* Vng. *Mertek.* Ang. *Measure, dimension.*] Et quoniā metiātur versus, à nostris dicuntur Metra. Col. li. 3. ca. 10: Nā idipsum censa. sse majores nostros nō dubiū est, quanvis nullo alio sit scripto proditū, exceptis, quę retulimus metris Virgilianis. ¶ Hinc fiunt per compositionē, Monometrū, quod unica mēsura majori: hoc est, duobus pedibus constat. ¶ Dimetrū, quod duabus mensuris: hoc est, pedibus quatuor. ¶ Trimetrū, quod sex pedibus. ¶ Tetrametrū, quod octo pedibus, sive quatuor mensuris cōstat: quē numerum pedū rarò supergredimur. ¶ Pentametrū dicitur quod quinq; habet mensuras minores, quas vocamus pedes. ¶ Hexametrum, quod sex minoribus mensuris seu pedibus cōstat.

Metrĭcŭs, a, um, μετρικός, Quod ad metrū: hoc est, ad versum, sive ad mensuram pertinet: ut Ars metrica, μετρική, & Lex metrica. Plin. lib. 11. cap. 37: Arteriarū pulsus in modulos certos, leges q; metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus.

Mĕtŭo, metuis, metui, n. t. Timeo. [יָרֵא *jaré.* δείδω, φοβέομαι. Gal *Craindre, auoir peur.* Ital. *Temere.* Ger. Förchten. Bel Duchten/ vreesen/ sorghen. Hisp. *Temer.* Pol. *Boie sie.* Vn. *Felek.* An. *To feare, to dread.*] Varro à motu animi deductū putat, quū id quod malè casurū putat, mens refugit. Quūq; vehemētiùs in movēdo, ut à se abeat, foràs fertur, Formido appellatur: si aūt ex horrore vēturæ rei vehemēter tundatur pectus, à pavīdo Pavor dicitur. Pavire enim tundere est. Inde pavimentū, quòd pedibus paviatur: id est, tūdatur, & quia in hac perturbatione frigescimus, ab horrēdo Horror dicitur, ut à tremēdo Tremor. ¶ Et propriè Metuere, servorū est: Vereri liberorum. Cicero in Cat. Metuebāt eum servi, verebātur liberi, charū omnes habebāt. ¶ Quærit Aristoteles in Problem. Cur tremūt, qui metuūt? An propter refrigerationem? Deficit enim calor, atq; cōtrahitur. Hinc Virg. gelidusq; per ima cucurrit Ossa tremor. Metuentibus alvus funditur, algor & sitis provocatur, testiculi cōtrahūtur, dentes crepitāt, & arietantur. ¶ Dicimus Metuo te, & Metuo tibi, quemadmodū Timeo te, & Timeo tibi: quæ sic differunt, ut Metuo, vel Timeo te, idē sit quod metuo, nequid mihi mali inferas: Metuo vel timeo tibi, negd tibi mali accidat. Terent. in Evnuch. Metuebant omnes jam me. Plaut. in Amphit. Ego cunas recessim rursum prorsum trahere, & ducere.

Mĕtŭēns, nomē ex participio. [יָרֵא *jaré.* φοβούμενος, δειλός. Gall. *Craignant, craintif.* Ital. *Temente.* Ger. Forchtsam / oder förchtend. Hisp. *Temeroso.* Pol. *Boiaźliwi.* Vng. *Felenk.* Ang. *Fearing.*] Cic. postred. in Sen. Nam Consules, modesti, legumq; metuentes, impediebantur lege, nō ea quæ de me, sed ea quæ de ipsis lata erat. Idem pro domo sua: Homines legum, judiciorumq; metuentes.

Mĕtŭēntĭor, cōparat. Ovid. 6. Fast. Regis opus placidi, quæ non metuētius ullum Numinis ingenium terra Sabina tulit. Idem epist. 18: Quid tamē evenit, cur sis metuentior undæ? Contemptumq; prius, nunc vereare fretum?

Mĕtŭēndŭs, Cic. de Arusp. resp. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibusdam multis, metuendisq; rebus.

Mĕtūtŭs, penult. prod. particip. Lucret. lib. 5: Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.

Mĕtŭs, tus, m. q. Timor, horror, formido, & (sicut Vlpianus scribit) de instanti vel futuro periculo, mētis trepidatio. [יִרְאָה *jiredh* פַּחַד *páchad.* φόβος, δέος. Gal. *Peur, crainte.* Ital. *Timore, tema, paura.* Ger. Ein forcht. Bel Vreese His. *Miedo, espāto.* Pol. *Boiaźń.* Vng. *Felelőm.* Ang. *Feare, dread.*] Cic. 4. Tusc. Metus est opinio impendēntis mali, quod intolerabile esse videatur. Ibidem: Aegritudini finitimus est metus: est enim metus, ut ęgritudo præsentis, sic ille futuri mali: itaq; nonnulli metum Præmeditationem appellabant, quòd esset quasi dux consequentis molestiæ. ¶ In metu aliquē ponere, pro metuere dixit Cic. ad Att. Quid autem, *inquit*, absurdius hunc metuere, alterum in metu non ponere? Nam metus hostium, rectè dicitur. & quū timent hostes, & quum timentur. ¶ Capitur interdum pro religione: quoniam (ut docet Servius) nata est ex timore. Virgil. lib. 7: multosq; metu servata per annos. Observandum aūt & actionis & passionis, ut loquimur vulgariter, significationē recipere, ut metus meus, quo ego metuo alios: itēq; meus, quo metuor ab aliis. Salust. apud Nonium: Ad bellum excitabat metus Pompeii victoris: hoc est, quo Pompeius metuebatur.

Mĕtŭcŭlŭs, diminutivum. Hinc

Mĕtŭcŭlōsŭs, significat Timidum. [חָרֵד *charédh.* ψοφοδὴς, δειλός. Gall. *Craintif, paureux.* Ital. *Pauroso, timido.* Ger Forchtsam. Hisp. *Medroso, ò temeroso.* Pol. *Boiaźliwi.* Vng. *Felenk.* Ang. *Fearefull.*] Plaut. in Mostel. Nescis quàm meticulosæres sit ire ad judicem? Idem in Amph. Nullus est hoc meticulosus æquè.

Mĕtўs, Purgamentum cerę, ex quo partem alvei priorem apes illinunt. Hæc Sipontinus. Plin. tamen lib. 11. cap. 7. (unde Sipontinus hæc videtur esse mutuatus) primum ceræ fundamētum Commosim appellat. Quare libet suspicari, Perottum depravato Plinii usum esse exemplari.

Mēū, per duas syllabas, μῶυ. Dioscor. Herba est caule, foliisq; anīso non absimilis: de qua Plin. lib. 20. cap. 23.

Mĕŭs, mea, meum, pronomen possessi. ut meus ager. [לִי *lí* ἐμός. Gall. *Mien, mon.* Ital. *Mio.* Ger Mein. Bel. Myn. His. *Mio.* Pol. *Moy.* Vng. *Enym.* Ang. *Myne, my.*] Quum verò dico, Meus sum, perinde est ac si dicerem, Meæ potestatis sum, αὐτεξούσιος. ¶ Persius Satyra 5: postquam meus à Prætore recessi. ¶ Aliquādo etiam,

etiam, Meus, Tuus, Suus ſubſtantivè accipiuntur: facileque in eis ſubauditur ſubſtantivum aliquod, Amicus, Familiaris, vel, Domeſticus. Virg. lib. 4: -dulcesq; meorum Reliquias, & lib. 3: -cape dona extrema tuorum. Terent. in Phorm. Ego meorũ ſolus ſum meus. Meus carnifex, (apud eundem in Andria) qui me excarnificat. ¶ Meum eſt: hoc eſt, Mei officii eſt. τὸ ἐμόν ἐστι. Sic tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum eſt: id eſt, tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum officium eſt, meum munus, meæ partes. Meum non eſt: id eſt, nõ eſt mea natura. Terent. in Heaut. -non eſt mentiri meum. ¶ Mea, Mea tu, & hujuſmodi, muliebria ſunt blandimenta, ſive quibus, inquit Donatus, non progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium. Terent. in Adelph. Modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem in Eunucho: Heu, obſecro mea Pythias, quid iſtúcnam monſtri fuit? ¶ Meum eſt, pro Meum eſt inventum, excogitavi ipſe. Ibidem: Tuum obſecróne hoc dictũ erat? vetus credidi. THRAS. Audieras? GNA. ſæpè: & fertur in primis. THR. Meum eſt. Id eſt, ego ipſe hujus dicti autor ſum. ¶ Mea quidem ſententia, pro, ut ego ſentio, ut opinor. Idem in Adelph. Et errat longè, mea quidem ſentẽtia. ¶ Mea eſt deſcriptio, apud Ciceronẽ de Senect. pro Egomet deſcripſi. ¶ Meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donatus pro Pretio à me facto, & à me ſtatuto. ¶ Mea unius ſalus, Cic. in Vatin.

M ante I.

MI. In notis antiquorum, mihi. M. I. maximo Iovi. M E S. mẽſes vel mẽſibus. M I L. miles, vel militavit, vel millia. M I N. minor. M. I N T E R. morte interventus. M L. miles vel maleficus. M. L. militis locus, vel Martii liberi, vel Marci liberi, vel libertus. M. L. C. R E G. I N S T. Marcus Lepidus civitatem Regentium vel regit, inſtauravit. M L. P R. multum primum. M L. Q. V. melius quicunque velit. M L T. milites. M M. militem. M M. A. monumentum accepit. M. M A N. Marcus Manlius. M. M A R. Marcus Marcellus. M M. L. monumenti locus, vel memoriæ Latonæ. M M. L E. memoria legatorum. M. M. M. Mutius Martii filius. M M N. matrimonium. M M. P. monumentum patet vel poſuit. M. M. P. malo mancipio poteſtate. M M. R G. memoria Regis. M M T. monumentum.

Mī, μοί, Dandi caſus è genitivo Mis. Virg. 6. Aen. -& mi genus ab Iove ſummo. ¶ Mi, vocativus à Meus. Terent. in Adelph. O mi Aeſchine, ô mi germane. Idem in Phorm. Mi patrue, ſalve. Quo in loco, Mi, vim blandimenti habet. Idem in Eunuch. Ne crucia te obſecro, anime mi Phædria. Fœminarum, inquit Donatus, oratio, etſi non blanditur, blanda eſt tamen. ¶ Mi, invidiosè rogitantis. Idem in Hecyra: Illius dices culpa factum. SOSTR. haud equidem dico mi Laches. Donat.

Mĭcă, micæ, f. p. Pulviſculus ille, qui in arena quaſi argentum fulget. [טִיט *path.* ψιξ, χος, ψίξ, γος. Gall. *Miette, mie, petit morceau comme ce qui reluit parmi le ſablon.* Ital. *Polue che lampeggia nella ſabbia, briſa di pane.* Ger. Ein gleßlin/iſt das glitzerend bũtzlin in dẽ ſand eben wie Silber. Hiſp. *La migaja.* Pol. *Proſzek owſ'snacs ſie wpiasku.* Vng. *Morſalek ſ'ouemben tſillamlo morſalek.* Ang. *A litle thing that shyneth amangeſt the ſand, a crumme of bread or of any other thing.*] A quo & panis, & omnium rerum fruſtula, quæ tractantibus nobis aliquam rem inde emicant, Micas appellamus. Vnde eſt Illud: Nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Catullus: Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis. Ovid. 1. Faſt. Antè, deos homini quod conciliare valeret, Far erat, & puri lucida mica ſalis. Horat. 3. Carm. Ode 22: Mollibit averſos penates Farre pio & ſaliente mica. Vbi Porphyrion, Salientem micam ſalis granum intellige, quòd ſaliat quum in ignem miſſum ſit.

Mĭco, micas, n. p. Propriè eſt ſubinde, & per intervalla, ut micæ faciunt, fulgeo, & reſplendeo, coruſco. [בָּרַק *baráḳ* נָגַהּ *naghâh.* ἀστράπτω, λάμπω. Gall. *Reluire par fois, eſtinceler, ietter lueur.* Ital. *Riſplendere, folgorare, rilucere.* German. Gleiſſen / glitzeren / zwitzeren. Belg. Weerlichten / blicken / blincken. Hiſpan. *Reſplandecer.* Polon. *Lſnie ſie.* Vngar. *Tſillamlom.* Ang. *To gliſter and shyne by fittes, to ſparkle or twincle as ſtarres.*] Virgil. 1. Aeneid. -crebris micat ignibus æther. Idem lib. 10. Aeneid. Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum. ¶ Et quoniam talis quædã variatio, dum digitis ſortimur apparet, per tranſlationem Micare capitur pro digitis ſortiri, ἐπαμφάττειν τοὺς δακτύλους. Varro: Micandum erit cũ Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. ¶ Eſt autẽ Micare digitis, luſus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut repentè porrectis digitis, certantium uterq; numerum divinet. Hujus meminit Cic. lib. 2. de Divin. Quid enim ſors eſt? idem propemodum quod micare, quod taleis jacere, quod teſſeras. ¶ Ab hoc ludi genere tractũ eſt, ut qui certiſſima eſſet fide, quiq; vir bonus exiſtimaretur, eum antiqui dignũ dicerent, quicum in tenebris micaretur. Cic. li. 3. Offic. Hęc nónne turpe eſt dubitare, Philoſophos, quæ ne ruſtici quidẽ dubitent? A quibus natũ eſt id quod jam tũrum eſt vetuſtate, proverbium. Quũ enim fidẽ alicujus, bonitatemq; laudant, dignũ eſſe dicunt, quicum in tenebris micēs. Porrò quicum in tenebris mices, ei liberum eſt, ſi velit, fallere. Proinde dignus quicum in tenebris mices dicitur, qui ſit uſqueadeò certa fide, ut nec ſi tutò poſſit, velit quempiam mẽdacio fallere. Ex Eraſmo. ¶ Et quia ſplendor tremulus eſt, & intermiſſis vicibus movetur, factum eſt, ut Micare accipiatur pro certis interpoſitis intervallis moveri, ἀμάσσειν. Virg. lib. 3. Georg. -& linguis micat ore triſulcis. Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò venæ, & arteriæ micare non deſinunt quaſi quodam igneo motu. ¶ Hujus compoſita ſunt, Dimico: hoc eſt, pugno, Et Emico, ἀλλομαι, extrà ſplendeo. Intermico, inter vel in mediũ mico. Auguſt. lib. 8. de Civit. Id quoque vel altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare. Promico, προπίλλω, Extendo vel longè jaceo ſplendeoq;. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Mĭcrŏcŏſmŭs, μικρόκοσμος, Latinè parvus mundus reddi poteſt: quam appellationem Philoſophorum nonnulli hominī in primis convenire voluerunt, quòd corpus quidẽ habeat ex quatuor elementis, animam autem ex cœlo decerptam.

Mĭcrŏlŏgĭă, μικρολογία, à Græcis appellatur, anxia cura circa minutula, & ſedulitas quovis modo rem augendi. Is quoque qui rem vilem magni facit, & tenuiſſimũ lucellum undecunq; aucupatur, Micrologus, μικρολόγος, appellatur.

Mĭcrŏpſўchŏs, pen. corr. [μικροψυχος. Gall *Puſillanime, de peu de cœur.* Ital. *Puſillanimo, di pauco animo.* Germ. Kleinmütig. Hiſp. *Medioſo ò temeroſo, de poquillo coracon.* Pol. *Nieſmiał'i, ſerca ſłabego.* Vngar *Kiſſin szowjanak, rettegő* Ang. *That hath no courage or ſpirites.*] Puſillanimus dicitur, & timidus. Nam ψυχὴ anima, & μικρὸς parvus. Plin lib. 22 cap. 24. Invenio apud autores hunc potum bibendum aſſioſis: item animi humilis, ac præparci, quos illi dixêre micropſychos.

Mĭcrŏpſўchĭă, μικροψυχία, Puſillanimitas.

Mĭcrŏſphærŏn, μικρόσφαιρον, Nardi folium eſt, ex tribus ſpeciebus ut minimum, ita & longè præſtantiſſimum. Vide Plin. lib. 12. cap 12.

Mĭctyris, Pauperculum pulmentum pulmentaria uſcentibus aut aliquod genus herbæ, & jus mœnarum bene habet ſe mictyris. Ex Nonio.

Mĭcturĭo, micturis, penultima correpta, n q. Verbum deſiderativum à Mejo. Idem quod cupio mejere, vel teneor cupiditate mejendi. [ἀφεσέω. Gall. *Auoir faim de piſſer, vouloir vriner.* Ital. *Deſiderare de vrinar.* German Mich bruntzert/es thut mir noht zu bruntzen. Hiſpan. *Hámergana de mear.* Pol. *Chce mocz puścic.* Vng. *Hugyhatnam.* Ang. *To deſire to piſſe, or vrine.*] Iuvenal. Sat. 6: Noctibus hîc ponunt lecticas, micturiunt hîc; quanquam videtur hîc idem ſignificare quod mingere abſque deſiderio: qua in ſignificatione uſus eſt quoque Cornutus in Perſium Satyr. 1: Pueris ne in loco ſacro micturiant, anguium picturá terrori eſt.

Mīdās, [μίδης. German. Ein Bonen Wurm ſo in Bonen wachſt.] Vermiculus eſt in fabis naſcens, inquit Theophraſt. libro 4. de Plantarum cauſis, & Hermolaus in Plinium libro 21. cap. 19. ¶ Eſt item Midas fœliciſſimus jactus in ludo teſſerarum à Mida beatiſſimo rege nomen habens.

Midĭon, Genus navigii apud Feſt Pomp.

Mīgro, gras, n. p. Eſt, inquit Valla, domicilium muto, & aliò me ad habitandum confero relicta priore habitatione demigro, in alium locum me confero. [גָּעַת *tſahâth* נָסַע *naſâh.* μετοικίζω, μετοικέω. Gall. *Deſloger, changer de logis, aller demourer d'vn lieu en autre.* Ital. *Mutar ſtanza, andare ad habitare altroue.* German. Außziehen / auß einer Wohnung oder Behausung in ein andere ziehen. Belg. Verhuyſen. Hiſpan. *Mudar, de caſa en caſa.* Polon. *Prowadze ſie z miesſcia na miesſcie, wyprowadzam.* Vngar *El költözöm.* Ang. *To go out of one place to an other to dwell, to flitte.*] Livius libro 1 ab Vrbe: Et Romam inde frequenter migratum eſt à parentibus maximè & propinquis raptarum. ¶ Migrare ex vita, pro mori. μετοικίζειν τὸν βίον. Cicero libro 6. de Republica: Antequam ex hac vita migro, conſpicio in meo regno & his tectis P. Cornelium Scipionem. Idem de Finibus 1: Non dubitat, ſi ita melius ſit, migrare de vita: id eſt, mori. ¶ Legitur interdum Migrare activè pro transferre, μετοικίζειν. Gell. lib. 2. cap. 29: Ita Caſſita nidum migravit. ¶ Apud antiquos in uſu fuit Migraſſit, pro Migraverit, ut apud Cicer. 3. de leg. XII. Tabul. Quiſquis earum rerũ migraſſit, noxiæ pœna par eſto. ¶ Hujus compoſita ſunt Commigro, Demigro, Emigro, Immigro, Remigro, Semigro, Tranſmigro: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Mīgrātĭo, tionis, f. t. Commigratio, diſceſſio. [גָּלוּת *gholâth* סִלְטָלָה *taltelâh* מַסָּע *maſâh.* μετοίκησις. Gall. *Deſlogement, changement de logis* Ital. *Diloggiare, il mutar ſtanza.* Germ. Das außziehen von Hauß zu Hauß / verenderung der Wohnung. Belg. Een verhuyſinge. Hiſpan. *Mudanca de caſa.* Polon. *Wyciagnienie,* Vngar. *El költözes.* Angl. *Changing of lodging or habitation, a flitting.*] Cicero Fam. 9: Migrationem, & emptionem, hoc tempore evenire volo, tuumq; in ea re conſilium probo. Ide Tuſc. 1: Nam

vera ſunt quæ dicuntur, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui vita exceſſerunt, incolunt, id multò jam beatius eſt.

Mĭhi, pronomen dativi caſus ab Ego, varium uſum habet. [ἐμοὶ. ἐμοί. μοί.] Ad meam utilitatem hoc ſpectat, ad meum incommodum. Terent. in Adelph. Siquid peccat, Demea, mihi peccat. ¶ Aliquando, Quātum ad meum judicium, ut interpretatur Donatus illud in Adelph. Nam is mihi eſt profectò ſervus ſpectatus ſatis, Cui dominus curæ eſt. ¶ Aliquando, A me. Idem in Heavt. Cyrus eſt prehendendus, atq; adhortandus mihi. ¶ Aliquando. In me, Circa me. Idem in Hecyr. Vtyos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. ¶ Aliquando Mihi & Tibi, in oratione ponuntur feſtivitatis tantùm gratia. Cicer. in Piſon. Is mihi etiam gloriabitur ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſequutum? ¶ Mihi crede, ſeu Credas mihi velim, affirmantis ſunt particulæ, quæ idem ſignificant, quod certé. Cic. Tuis (mihi crede) literis perlectis, exilui gaudio. ¶ Mihimetipſi, dativus eſt ab Egometipſe: quo uſus eſt Cic. pro Quint. Brevitas poſtulatur, quæ mihimetipſi amiciſſima eſt.

Mĭhĭptē, Pro mihiipſi poſuit Cato. ἐμαυτῷ. Feſtus.

Milax, [μίλαξ. Polon Wielogroch.] A Galeno appellatur frutex hederæ ſimilis, quem Smilacem vocat Dioſcorides. Vterque duas ejus facit ſpecies, aſperam, & lævem. Vide infrà in dictione SMILAX.

Mĭlĕs, hujus militis, com. t. [איש החמולה iſch hammilchamáh στρατώτης. Gall. Soldat, homme de guerre, gendarme. Ital. Soldato. Ger. Ein Kriegsman. Belg Een ruyter. Hiſp. Hombre armado para la guerra, ſoldado. Pol. Zołnierz. Vng. Vitez. Ang. A man of ware, a ſouldiour.] Dicitur quicūq; militiā exercet, autore Valla lib. 6. cap. 32. ſed propriè qui pedes militat: à militia: id eſt, à duritia, quam pro Repub. ſuſtineat, dictus: aut à multitudine, aut à malo, quod arcet, aut à mollitie per contrariū (ut Feſtus putat) eò quòd nihil molle, ſed potiùs aſperū quid gerat. Vel à mille, quaſi milleſimus quiſq; (quis æquo animo ferat Grammaticorū ineptias?) quòd trium millium priùs legio fiebat, & ſingulę tribus, Tatienſiū, Ramnēſium, Lucerum, mille milites mittebāt. Cic. pro lege Manil. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris. Idem pro Corn. Bal. C. Marius P. Africani diſcipulus ac miles. ¶ Levis armaturę milites. Cæſ. 8. bell. Gall. Quibus celeriter ſubveniunt levis armaturæ milites. Qui pedites erant, & expediti milites. ¶ Aerarii milites, ut ait Varro 4. de lingua Latina, dicūtur ab ære, quod ſtipendia facerēt. ¶ Aurat, & Argentati milites in Samnitium militia. Liv. 9. ab. Vrbe: Tum ęę auratis militibus verſicolores, argentatis linteæ cādidæ. ¶ Cauſarii milites: hoc eſt, morbo aut debilitate affecti, ob idq; ceſſare coacti Liv. 6. ab Vrb. Tertius exercitus ex cauſariis ſenioribus à Lu. Quintio ſcribatur, qui urbi, mœnibusq; præſidio ſit. ¶ Legionarii & Auxiliarii milites. Aſinius Pollio Ciceroni, lib. 10. Epiſt. Militem nō modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſit. ¶ Tria autem ſunt (ut inquit Servius) militum genera, Evocati, qui non milites, ſed pro milite erāt. Vnde Cōſul ſolebat dicere: Qui vult Rempub. ſalvā, me ſequatur. Nam diverſi ad diverſa loca propter cogē dos exercitus mittebantur. Virg. 9. Aen. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbē. Saluſt. Ab his omnes evocatos centūriones. Tumultuarii, qui neceſſitate aliqua electi ad unum duntaxat bellum, militant, quando vicinum periculum urbis ſingulos jurare non patitur. Virgil. lib. 7: -ſimul omne tumultu Conjurat trepido Latium. ¶ Sacramento religati, qui poſt electionem in Rempub. jurabant, ſe non receſſuros à præſcripto Conſulis, niſi poſt completa ſtipendia: quod militare ſacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebant, erantq; quinque & viginti annis obligati: ut apud eundem in illud Virgilii 2. Aen. Fas mihi Graiorum ſacrata reſolvere jura. De his tribus militiæ generibus vide Bud. in Pandectas.

Mileſia, Herba citatur ab Aetio Serm. 13. cap. 123. ſed mihi planè ignota.

Miliaria, Avis ita dicta, quòd milio veſcatur, & pingueſcat. κεγχρίς. Hujus meminit Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 5. ¶ Miliaria etiam herba eſt, quæ milium necat. Plin. lib. 22. cap. 25.

Mĭlĭtĭă, æ, f. p. Bellum, & rem militarem ſignificat. [מלחמה milchamáh מלחמה tſabá. ſtρατεία. Gall. Guerre, le temps de la guerre. Ita. Militia, ſoldo. Ger. Ein Krieg/ Kriegsrüſtung. Belg. Dat oorloge. Hiſp. La guerra, à tiemps de la guerra. Pol. Woina. Vng. Vitez ſeg, had akozás. Ang. Warfare or warre.] Cic. 3. Offic. de Vlyſſe: Sed inſimulante eum tragœdię, ſimulatione inſaniæ militiā ſubterfugere voluiſſe. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 1: O fortunati mercatores, gravis annis Miles ait, multo jam fractus membra labore. Contrà mercator, navim jactantibus Auſtris. Militia eſt potior, quid enim? concurritur: horę Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. ¶ Quandoque per metaphoram pro quovis exercitio, munere & officio ſumitur. Cic. ad Att. lib. 5: Grata hæc & magna mihique nondum laborioſa ex illa vetere militia. Hinc militiæ caſus, cùm alicujus militiā: hoc eſt, munus alicujus eorum qui publica principis negotja gerunt, per ejus mortem cecidit, quaſi dicas caducam militiam, caducum officium, de qua Novel. 53. apud Iuſtinianum. ¶ Militiæ nomen dare, eſt, inquit Budæus in Annot. in Pandect. ad delectum reſpondere, nomenque ſuum in militum album deſcribendum edere. Cicero in Philip. Re & veritate nobis milites ſine ulla recuſatione, ſummo etiam cum ſtudio nomina dant: id eſt, ἑαυτοὺς ἐκδιδόασιν ἐπιγράφεσθαι. Militiam urbanam ſequi, dixit Cicero pro Muræna, in judiciis verſari, & cū adverſariis in foro cōtendere. ¶ Imaginariam militiam Suet. in Claud. pugnam ſimulatam ad ſpectatorum delectationem exhibitam. ¶ A militia fit cōpoſitum Commilitium: hoc eſt, ipſa belli ſocietas: & Commilito, onis, qui nobiſcū militat, στρατώτης. Cic. pro Dejotaro: Hic verò adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia cōmilito fuit. ¶ Militiæ, genitivus adverbii vice poſitus, ſicut domi. Terent. in Adelph. -unà à pueris parvuli ſumus educati: unà ſemper militiæ & domi Fuimus. Saluſt. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Rom. domi militiæq;, mari atq; terra præclara facinora fecit.

Mīlĭto, tas, n. p. Militiam exerceo, & ſtipendia facio, mereo: [צבא tſabá. στρατεύω, ομαι. Gall. Guerroyer, militer, ſuivir, ou faire la guerre. Ital. Militare, eſſercitare l' arte de la guerra, guerregiare. Ger. Kriegen/im Krieg vmb Sold dienē. Belg. Orlogen. Hiſpan. Eſtar ò andar à la guerra, guerrear.] ut, Hic ſub Cæſare militavit. Plin. in Præfat. lib. 23: Militare didiciſſet ſub Annibale. Cicer. Offic. 1: Qui in eadem legione militabat. Militare mercede. Curtius: Græcis mercede apud Perſas militantibus.

Mīlĭtātŭr, nulla certa & definita perſona. Plaut. in Perſ. Illa militia militatur magis. Legit & Militor paſſivū. Horat. Epod. 1: Libenter, hoc & omne militabitur Bellū in tuæ ſpem gratiæ.

Mīlĭtārĭs, & hoc tare, om. t. Quod ad militiam pertinet, bellicoſus: [στρατιωτικός. Gall. Militaire, de guerre. Ital. Chio che ſi appartiene à militia. German. Kriegiſch. Hiſpan. Coſa perteneſciente à la guerra. Polon. Zołnierski. Vngar. Vitezſeghez valo. Ang. Belonging to warrefare.] ut Militaris homo. Plautus Epid. -ſcio Te eſſe quidem hominem militarem. Saluſtius: Præmittit illis homines militares. ¶ Militaris via, Quæ vulgò *communis* dicitur, alio nomine Regia, Conſularis, Prætoria, aut Publica, λεωφόρος. ¶ Dicta eſt autem militaris, quòd à militibus ſterneretur, vel quòd milites in bellum proficiſcentes, per eam iter facerent. Ejuſmodi fuerunt Romæ Salaria, Flamina, Appia, Aemilia. ¶ Aetas militaris: hoc eſt, robuſta, & ad militiam apta. Tacitus libro 2: Referebat habitaſſe quondam ſeptingenta millia ætate militari. ¶ Signa militaria. Cicero in Catil. Quum arma, quum ſecures, quum faſces, quum tubas, quum ſigna militaria, quum aquilam illam, &c. ¶ Timor militaris. Plautus Pſeud. -ſic ego illum dolis Atq; mendaciis dabo in timorem militarem advenam.

Mīlĭtārĭs herba, quam & Dioſcorides στρατιωτικὴν appellat, Herba eſt quæ aliis nominibus Achillea, Millefolium, & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, quòd ab ea milites vulnerati petere ſoleant præſidium.

Mĭlĭtārĭus, adject. Antiqui uſurpaverunt pro militaris. στρατιωτικός. Plaut. in Pſeud. Quin hinc metimur gradibus militariis?

Mĭlĭtārĭtĕr, adverbium, Significat more militum, ſeu more militiæ. [στρατιωτικῶς. Gall. En homme de guerre, en facon de la guerre. Ital. Da ſoldato. German. Auff Kriegiſche weiß/ Kriegiſch. Hiſpan. A manera de guerra a la ſoldada. Polon. Pożoł'nierſku. Vngar. Vitez modra, vitezwl. Ang. Warre like, a warrier.] Livius 5. ab Vrbe: Adverſus hæc Tempanii oratio incompoſita fuiſſe dicitur, cæterùm militariter gravis, non ſuis vana laudibus, non crimine alieno læta.

Milito, tonis, m. t. Idem quod miles, unde Commilito συστρατώτης, qui ſimul militat: hoc eſt, qui ſocius eſt in bello. Hinc Cōmilitium ipſa belli ſocietas.

Mĭlĭum, lii, n. ſ. Genus frugis, à mille dictū eſt (ut putat Feſtus) propter multitudinem granorum. [דחן dóchan. κέγχρος. Gal. Du millet. Ital. Miglio. Ger. Hirß. Hiſp. El mijo. Pol. Proſo, iagł'a. Vng. Köles. Ang. A kind of graine or corne named millet.] Martial. lib. 12: Frumētum, milium, ptiſanam q;, fabamq; ſolebas Vendere. Plin. lib. 28. cap. 10: Milio Campania gaudet præcipuè, pultemq; candidam ex eo facit: fit & panis prædulcis. Ibidem cap. 7: Milium intra hos decem annos ex India in Italiam invectum eſt, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus culmis, *Lobas* vocant: omnium frugum fertiliſſimum.

Mīlle, ſubſtantivum, & neutri generis. [אלף elęph. χίλιοι. Gall. Mille. Ital. Mille. Germ Tauſent. Belg. Duyſent Hiſp. Mil. Pol. Tyſiąc. Vng. Ezer. Angl. A thouſand.] Declinatur q; in utroq; numero: quanvis in ſingulari numero genitivus, & dativus nō inveniantur. Ablativus, quāvis hodie in uſu non ſit, invenitur tamē apud antiquiſſimos. Lucil. lib. 9, ut citat Gell. li. 1. cap. 16: Tum milli nummūm potes uno quærere centū. ¶ Conſtruitur autem mille ſubſtantivum cum genitivo, utroque numero.

Cicero

Cicero in Antonio: Quis unquam in illo Iano inventus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expẽsum? Quadrigarius lib. 3. Annal. Ibi occiditur mille hominũ. Varro lib. 7. Rer. human. Plus mille, & centũ annorum est. Plaut. in Mil. Qui mille annorũ perpetuò vivunt: hoc est, quod Græci χιλιάδα vocant. ¶ Aliquando mille adjectivum est pluralis numeri tantùm, & indeclinabile, quemadmodum & Centum: ut quũ dicimus, Mille nummi, Mille propugnacula, Millia homines: quia substantiva non cohærent: sine copula non dicitur. Decẽ millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur, decẽ millia hominum, & ducenti homines, rectè dici potest. Georg. Valla putat, Mille adjectivũ etiã scriptura differre à substantivo, quòd illud gemina consonante scribi debeat, hoc unico l contentum sit, quemadmodũ Ille, & Cubile, & reliqua ejusdẽ terminationis.

Mīllēsĭmŭs, a, um, adject. Ordinis numerus est, à mille formatus. [χιλιοστός. Gall. *Millieme.* Ital. *Milesimo.* German. Tausentist. Hisp. *Cosa de mil en orden.* Pol. *Tnieczni.* Vng. *Czeredik.* Ang. *The thousandth in order.*] Cic. ad Att. lib. 19: Fecisti mihi pergratũ, quod Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo. Idem de Fato: Quanquam id millesimo antè anno Apollinis oraculo editum esset.

Mīllĕfŏlĭum, millefolii, Herbæ genus est, quod Græci μυριόφυλλον appellant: de quo vide Plin. lib. 24. cap. 16.

Mīllĕfŏlĭă, æ, Panacis genus est, ab Achille inventum, unde Achilleos appellatur. ἀχίλλειος. Plin. lib. 25. cap. 5. Aliqui & hãc Panacem Heracleon, alii Sideritin, & apud nos *Millefolium* vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus quàm fœniculi foliis vestitam ab imo.

Mīllĕpĕdă, dæ, Animal est (teste Plin. li. 29. cap. 6.) è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuq; cõtrahens se. [χιλίποδες. Ger. Ein Wurm mit viel füssen / einer Raupen gleich. Pol. *Wielonog.* Vng. *Szõrõs hirnyò pap matskaia.*] *Oniscon* Græci appellant, alii *Tilon*, qui multo pedum agmine scatet, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta. Hieron. contra Iovinian. Coge Syrum, Africũ, & Arabem, ut vermes Ponticos glutiat: ita eos aspiciet ut muscas, multipedas, & lacertos.

Mīllĭārĭŭs, a, um. Mille librarum. [χιλίων λιτρῶν. Gall. *De mille.* Ital. *Migliaio.* German. Das da tausent begreifft / das tausent pfündig ist. Hisp. *Cosa de mil.* Pol. *Tysiacz wsobie maiący.* Vngar. *Ezer font.* Ang. *Of a thousand, or belonging to a thousand.*] Vnde Apri milliarii apud Columellam dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. Seneca libro 21. Epistol. Nõ magnam rem facis, quod vivere sine recto apparatu potes, quòd non desiderãs milliarios aptos, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ jam nota animalia fastidientis. Plinius libro 17. cap. 12: Milliarias vocari multas oleas narrant à pondere olei, quod ferant annuo proventu. Et Milliarius grex, apud Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 108. Item milliaria porticus, apud Sueton. in Ner. cap. 31: Vestibulum ejus fuit, in quo colossus ccxx. pedum staret. Ipsius effigiei, tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet.

Mīllĭārĭum, rii, n. s. Mille passuum spatium, milliare. [μίλιον. Gall. *L'espace de mille pas, vne demi lieuë.* Ital. *Miglio.* German. Ein meil wägs tausent schritt lang. Hispan. *La milla.* Polon. *Mila, tysiąc krokow wsobie maiąca.* Vngar. *Melyfuld.* Ang. *The space of a thousand passes, a myle.*] Cicero ad Atticum libro 8: Postea audivi à tertio milliario tum eum esse: πολλὰ μιλιάρια, ἐξαμμένα δήπου. Hoc etiam millium dicitur. Vide Budæum in prior. Annot. in Pand. Hujus octava pars stadium vocatur, passus continens 125. Passus autem ex quinque constat pedibus: & singuli pedes è quatuor palmis: singuli autem palmi quatuor digitis. ¶ Milliarium etiam dicitur vas ad coquendum accommodatum. χύλικος. Cato de Re rust. Inter orbem & milliarium unũ digitum interesse oportet. Palladius libro 1: Vas æneum milliario simile: id est, altum & angustum, vespere inter alvearia collocemus, & in fundo ejus ponamus lumen accensum. ¶ Milliarium aureum, fuit columna aurata in capite fori Romani, in qua incisæ omnes viæ Italiæ terminabantur. Et hoc milliarium, Plinii, Tranquilli, Plutarchi, atque Taciti monimentis celebratur.

Mīllĭārĕ. Milliarium: hoc est, mille passuum spatium. Cicero ad Att. lib. 6: Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentissimé.

Mīllĭĕs, adverb. est numerandi, idẽ significãs quòd vulgò ajunt mille vicibus: [χιλάκις. Gall. *Mille fois.* Ital *Mille volte.* Ger. Tausent mal. Belg. Duysent werf Hisp. *Mil vezes.* Pol. *Tysiącz krocz.* Vng. *Ezerszer.* An. *A thousand tymes.*] ut Millies te vidi. Sic Decies, Centies, & hujusmodi. Cic. in Verr. Act. 5: Millies audivit. Terent. Phorm. At enim tædet jam audire eadem millies. Cic. 1. Offic. Millies appetere mortem quàm illa pati maluisset.

Mīllŭs, sive Millum, li, Collare canum factum ex Corio, multis clavis ferreis eminẽtibus adversus impetum luporum, aut aliarum ferarum. [δερμάμπυξ. Gall. *Vn collier, comme celuy qu'on met aux chiens, ayant des picquans par dehors.* Ital. *Collare da cani.* German. Ein dornechtig Halßband so man den Hunden anlegt. Hispan. *Collar del cancon carrunnes.* Polon. Obroż. Vng. Ború. Ang. *A mastiues coller made of leather and nailes.*] Scipio Aemylianus ad populum: Nobis (*inquit*) reique publicæ præsidio erittis, quasi millus cani. Dictus millus, à multitudine clavorũ: hoc est, à mille clavis: vel quasi melinus, quod ex pelle animalis melis ferè hæc collaria fiunt. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 9: Ne vulnerentur canes à bestiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum: id est, cingulum circum collum ex corio firmo cũ clavis capitatis, cui intrà capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri.

Mīlos, Smilax sive Taxus apud Dioscor. lib. 4. cap. 83.

Mīlvŭs, & Mīlvĭus, m. s. utroq; modo dicitur, Avis rapacissima: à molli volatu (ut quibusdã placet) vel fictitio nomine à voce quam edit. [דיה *dayyáh.* ἰκτῖνος. Gal. *Vn milan, ou vn hua, ou vne escoufle.* Ital. *Niblio.* Ger. Ein weihe. Belg *Kieckendief.* Hisp. *Milano.* Pol. *Kanã.* Vng. *Heia, kanya.* Ang. *A kite.*] Ovid. lib. 3. Fast. Iuppiter altibus rapere imperat: attulit illi Milvius, & meritis venit in astra suis. Terent. in Phorm. Non rete accipitri tenditur neq; milvio. Plin. lib. 10. cap. 10 Milvii in eodẽ accipitrum genere magnitudine differunt. Notatũ in his rapacissimam, & famelicã semper alitem, nihil esculenti rapere unquã ex funerũ ferculis, nec Olympiæ ex ara. ¶ Ab hujus avis similitudine piscis quidã Milvius, sive Milvus dicitur, quòd se saltu supra mare attollens, milvi in modũ volare videatur. Plin. lib. 9. cap. 26: Volat hirundo sanè quàm similis volucri hirundini: item milvus. ¶ Ponitur & pro sydere cœlesti, in quod milvus, qui Iovi elapsum anulũ retulit, fertur mutatus. Ovid. lib. 3 Fast. Stella Lycaoniam verget declivis ad arctos Milvius, hæc illa nocte videnda venit. ¶ Item, Milvus per transitionem de homine rapaci dicitur. Plaut. in Pœnulo: Tenens me arctè mea voluptas, malè ego metuo milvos, Mala ista bestia est, ne forte me auferat pullum tuum.

Mīlvīnŭs, adject. à nomine Milvus, Quod ad milvum pertinet. [ἰκτινικός. Gall *De milan, hua ou escoufle.* Ital. *Di nibbio.* Germ. Weihin / oder des Weihens Hispan. *Cosa de milano.* Polon. *Kani.* Vngar. *Heiahoz valo haiai.* Ang *Belonging to a kite.*] Milvinæ tibiæ dicuntur quæ in accentus exeunt acutissimos. ¶ Item Milvinæ ungulæ, pro manibus rapacibus, Plautus in Pseudolo: An tu invenire postulas quenquam coquum, Nisi sit, milvinis, aut aquilinis unguliss? ¶ Et Milvinus pes, herbæ nomen est apud Colum. lib. 12. cap. 7, quam nonnulli eandem esse putant cum coronopo.

Mīmēsĭs, f. t. Alienorum morum imitatio. [μίμησις. Gall. *Art pour contrefaire tous gestes & contenances.* Ital. *L'arte da imitari i gesti & le parole d'altri.* Ger. Ein erdichtete nachthuung frembder geberden. Hispan. *Arte para contrahazer las personas.* Pol. *Naśladowanie y mirazenie insżego obiczaiow.* Vng. *Más ember ẃ jèrek kömlése.* An. *A following of others maners, the art to counte.* Sunt quæ ab hominẽ à Græcis dicitur ἠθοποιία. Quintil. lib. 9. cap. 2 Imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιία, vel (ut alii malunt) μιμητικὸς dicitur, jam inter leviores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludendo, sed versatur in factis & in dictis: in factis, quod est παντομίμοις vicinum: in dictis, quale est apud Terent. in Evnuch. At ego nesciebam, quorsum tu ires, Parvula hinc est abrepta: eduxit mater pro sua: Soror dicta est: cupio abducere, ut reddam suis. Donat. super illo Terentii loco in Phorm. Ad precatorem abeam, credo, qui mihi sic oret: Nunc omitte quæso hunc: cæterùm Posthac si quicquam, nihil precor, &c. Mimesis, *inquit*, dicatur, ubi non verba modo, verùm etiam gestum, vocemque fingimus alienam. ¶ Idem alibi: Mimesis, est quando aliqua verba sic pronuntiamus, ut vana videantur. Mimesis igitur figura est cognata ironiæ, quando alterius verba, seu gestum imitamur: quod ferè detrahentes, improbantesque facimus.

Mīmŭs, mi, m. s. Qui dicta & facta aliorum imitatur gesticulando ea exprimens. [μίμος. Gall. *Basteleur, bouffon, qui contrefait tous gestes & contenances.* Ital. *Mimo, buffone.* Ger. Ein Gaucker so närrischer weiß ander leuten / jhre wort ob werck vñ geberden nach thut. Hispan. *El momo, contrahazedor de personas.* Polon. *Kaglarz naśladuiecy insżych obiczaiow.* Vng. *Maiom ter mezetw mazkara.* Ang. *He that counterfaiteth others gestures and maners.*] Effictor Latinè, qui vel intra, vel extra scenam gesticulationes exercet, imitaturq; dicta, factaq;, morésve hominum & naturas. A' μιμέομαι, (ut Diomedes inquit) quod significat imitor. Histrio verò personatus in scena Comœdias & Tragœdias, voce & corporis gestu agit. Inde Pantomimi: id est, omnium personarum imitatores, effictoresque. Et Archimimi, pro histrionũ principibus. Hæc fusiùs à Budæo declarantur in procœmio Annotat. in Pandect. ¶ Mimi etiam dicuntur poëmata, sine ullo pudore lasciviam imitantia: quod genus Latini vocant Planipedias. Ovid. 2. Trist. Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Suet. in Cæsare: Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit,

egit. Cicero pro Cælio: Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ. ¶ Mimus quoque pro ridiculo facto, & quasi fabula risu digna translatè ponitur. Sueton. in vita Othonis, cap. 3: Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam: & satis visum, ne pœna acrior mimum omnem divulgaret: qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit: Cur Otho mentito sit quæritis exul honore? Vxoris mœchus cœperat esse suæ. Dicimus etiã, Mimo subservire, pro contrariam vocem in symphonia fingere: hoc est, figmentum, vel fabulantem adjuvare.

Mīmă, æ, f. p. [ἡ μιμητρίς. Gall. *Celle qui contrefait tous gestes & contenances.* Ital. *Dona che contrafa gli altrui gesti.* Ger. Ein Gauckelerin mit außtruckung vnd nachthuung frembder Geberdē. Hispan. *La muger contrahaze los de personas.* Pol. *Kuglarka.* Vng. *Masom temetetto azzon maszkara.* Ang. *A wanton wenche, she that counterfaiteth ot hers gestures.*] Cic. in Philip 2: Vehebatur in essedo Tribunus pleb. lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur: quam ex oppidis municipales homines honesti obviam necessariò prodeuntes, non vero illo, & mimico nomine, sed Volumniam salutabant.

Mīmŭlă, dimin. à Mima, quod gesticulatricem significabat. ἡ ἀπὸ τῆς μιμητρίδος. Cicer. 2. in Antqn. Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ.

Mīmĭ-ĭāmbŭs, Scribunt Mimographi mimiambos, comedias q; versibus Iambicis, ut Laberius, Virgilius Romanus, de quo Plin. Epist. li. 6. Canimo: Scripsit mimiambos tenuiter, argutè, venustè, atque in hoc genere eloquentissimè.

Mīmŏgrăph-ŭs, pen. corr. Lascivi poëmatis scriptor, ut fuit Philistio, ut Publius, ut Laberius.

Mīmĭcŭs, a, um, adjectivum, à Mimus, sicut à Satyrus, Satyricus, quod ad mimum pertinet. Cicero de Orat. 2: Vitandum est oratori utrunque ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus.

Mĭn', pro Mihíne, Figura synæresis, qua Persius utitur, Satyr. 1: Quis leget hæc? Min' tu istud ais?

Mĭnă, æ, f. p. [מָנֶה *maneh.* Græcè μνᾶ.] Atticum est vocabulum, quo tàm in appellatione rei numariæ, quã ponderalis Athenienses utebantur. Constabat autem ex drachmis Atticis centũ: eratq; major Romana libra drachmis quatuor. Nã hęc nonaginta sex tantũ pendebat drachmas. Fannius apud Priscianũ:

Accipe præterea parvo quam nomine Graii
Minam vocitant, nostrique Minam dixêre priores.
Centum hæ sunt drachmæ, quod si modò dempseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram denique libram.

Sed hoc de mina nova intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibusdam appellatur. Constat enim minam Atticã antiquitus fuisse drachmarum tantùm septuaginta quinq;: quæ autem postea à Solone ponderibus, Mina vetus appellata est: de qua intelligi debet quod subdit Fannius apud Priscianũ: Atticã quæ sit quartã si dempseris hinc mna. Quo tamen in loco Fannius sentire videtur, Minam Atticam eam esse, quæ constat septuaginta quinq; drachmis, quam nos *Minã veterem* vocavimus: alterã verò, quę centum cõstat drachmis, *Minam Græcam* vocari. Sed hoc non esse verum, facilè Plinii autoritate cõvinci potest: qui lib. 21. cap. ult. ubi ex professo Atticorum ponderum interpretationem tractat, subdit in fine capitis: Mna, quã nostri *Minam* vocant, pendet drachmas Atticas centum. Vide plura ejus rei testimonia tàm Græca, quàm Latina apud Georg. Agricolam. Quoties autem apud scriptores minæ mentio occurrit, de mina nova intelligendum est, quæ epitriti portionem habet, ad minorẽ seu veterem minam: quemadmodũ & talentum majus ad talentum minus. Continet itaq; Mina, si de pondere intelligas, uncias duodecim, & semissem. Quòd si de re numaria fit sermo, Mina ad monetæ Gallicæ æstimationem reducta, valebit circiter libras Turonenses septendecim, & semissem. Tantum enim conficiunt centũ drachmę, singulę tribus solidis Turonensibus & semisse æstimatæ: Budæus æstimat Minã aureis coronatis decẽ: quod in idem recidit, modò sanè intelligas singulos coronatos ab eo triginta quinq; duntaxat solidis Turonensibus æstimari. ¶ Mina etiã mensuræ genus est, qua agri metiuntur: qui & Modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum viginti, & in lõgitudine totidem. Vide Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 10. ¶ In pecore item ovillo, Minæ dicuntur, quę ventre sunt glabro. Idem lib. 2 cap. 2: Emptor stipulatur prisca formula, illasce oves, sanas recte esse, uti pecus ovillum, quod rectè sanum est extra luscam, surdam, minam: id est, ventre glabro.

Mĭnācĭæ, arum, à Plauto dicũtur, quas nos hodie *Minas* vocamus. πομπαί, ut in Truc. Melius, te munere certare, mecũ, quàm minaciis. Idẽ in Rud. Minacias ego istas flocci non facio tuas.

Mĭnæ, arum, f. p. Comminatio, minitatio, mali denuntiatio. ἀπειλαί. Gall. *Menaces.* Ital. *Minaccie.* Ger. Trôwungen/trôuwort. Belg. Dreyginge. Hisp. *Las amenazas.* Pol. *Grozba.* Vng. *Fenyegetes.* Ang. *Threates, menacinges ather in wordes or signes.*] Terent. in And. Si illum relinquo, ejus vitę timeo: si opitulor, hujus minas. Cic. ad Att. lib. 2: Minæ Clodii, contentionesq;, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt. Liv. 2. ab Vrb. Destitutus tum quoq; inter tantas fortunæ minas, metuẽdus magis quã metuens. Virg. 3. Aen. Dii prohibete minas: dii talẽ avertite casum. ¶ Quandoq; etiã dicuntur eminentiæ murorũ, quàs pinnas, ἐπάλξεις vocãt, teste Servio: & à Minor, aris, derivat, quod inter cætera extare & eminere significat. Virg. 8. Aen. -pendẽt opera interrupta, minæq; Murorum ingentes.

Mĭnŏr, aris, d. p. Minas infero, terrorẽ alicui incutio denuntiatione periculi. [ἀπειλέω, ἐπαπειλέω, ἀπειλητέον μοι. Gal. *Menacer.* Ital. *Minacciare.* Ger. Trôwen. Belg. Dreygen. Hisp. *Amenazar.* Pol. *Grozę.* Vng. *Fenyegetȯk.* Ang. *To threaten, or menace.*] Cic. 1. Tusc. Cui quũ Lysimachus Rex crucẽ minaretur. Istis quęso ista horribilia minitare purpuratis tuis. Ovid. Epist. 10: Multa mihi terræ, multa minantur aquę. Terent. Heavt. Abiturũ se abs te esse illicò minabitur. ¶ Item eminere, extare, efferri. Virgil. 1. Aeneid. -geminique minantur In cœlum scopuli.

Mĭnāns, minantis, particip. [ἀπειλέων. Gall. *Menacant, qui menace.* Ital. *Minacciante.* German. Trôwend. Hispan. *Amenazador, que amenaza.* Polon. *Grozaci.* Vngar. *Fenye kȯzȯ.* Ang. *Threating.*] Ovid. 2. Fastorum: Edidit impavidos ore minante sonos. Idem 5. Metamorph. Rident Pæonides, spernuntque minantia verba. ¶ Composita hujus verbi sunt, Comminor, & Interminor, quæ habent penultimam correptam.

Mĭnātĭo, onis, f. t. Minæ vel actus comminandi, comminatio. [ἀπειλή, ἀπειλήσεως. Gall. *Menacement.* Ital. *Minacciamento.* German. Trôuwung Hispan. *Amenazamiento.* Polon. *Grozba.* Vngar. *Fenyegetes.* Ang. *A threating.*] Cic. de Orat. 2: Execrationes, admirationes, minationes.

Mĭnăntĕr, adverb. Minaciter. [ἀπειλητικῶς. Gall. *En menacant, par menaces.* Ital. *Minacciosamente.* German. Mit trôuwen. Hisp. *Amenazando.* Pol. *Groźnie.* Vngar. *Fenyegetue.* Ang. *Threatningly.*] Ovid. lib. 3. de Arte amandi: Multaque submisse, multa minanter agant.

Mĭnĭtŏr, aris, d. p. Frequentativum, sæpè vel impetuosè minor. [ἀπειλέω. Gall. *Menacer, ou fort menacer.* Ital. *Minacciare.* Germ. Offt oder hefftig trôuwen. Belg. Zeer dreyen. Hispan. *Amenazar.* Pol. *Grozen.* Vng. *Fenyegetȯk.* Ang. *To threat en often.*] Plaut. in Curcul. Mihín' malum minitare? C. Atque ædepol non minitabor, sed dabo. Cic. 2. Catili. Vobis, atque huic urbi ferro, flammaque minitantur. ¶ Pro eodem etiam legimus Minito, as, præsertim apud antiquos. Plaut. in Amphit. Quid minitabas te facturum, si istas populissem fores?

Mĭnĭtāns, tis, particip. [ἀπειλέων. Gall. *Menacant, qui mènace.* Ital. *Minacciante.* Germ. Hefftig vnd viel trôuwend. Hisp. *Amenazador.* Polon. *Grozaci.* Vng. *Finyegetȯ.* Ang. *That menaceth or threateneth.*] Cic. 7. Verr. Quem jam ingredientem navem & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse, & asservatũ, &c.

Mĭnĭtābŭndŭs, m. s. Valde minans, quasi plenus minarum. [ἐπαπειλέων. Gall. *Menacant, vsant de menaces, plein de menaces.* Ital. *Minacciante, pieno di minaccie.* German. Vol trôuwens/grôte trôuwend. Hisp. *Cosa que mucho amenaza, llena de amenazas.* Pol. *Pograżaiaci.* Vngar. *Fenyegetȯ.* Ang. *Threatening.*] Liv. 9 bell. Maced: Etenim tum quoque minitabundus petebat

Mĭnĭtābĭlĭtĕr, Veteres dixerunt pro minaciter ἀπειλητικῶς. Pacuvius in Antiopa: Minitabiliterque increpare dictis sævis incipit.

Mĭnăx, cis, om. t. Qui frequẽter minatur. [ἀπειλητικός. Gall. *Menaceur, ou qui menace.* Ital. *Minacciosa.* German. Trôuwig/der da trôwet. Hispan. *Cosa que mucho amenaza.* Polon. *Vslawnie grożaca.* Vngar. *Fenyekezȯ.* Ang. *That threateneth often.*] Virgil. lib. 3. Georgic. -& ire viam, & fluvios tentare minaces Audet & ignoto sese committére ponto. Cicero pro Font. Inducl. omarus iste minax atque arrogans. Idem: Cæsar minaces & acerbas literas ad Senatum misit

Mĭnăcĭssĭmŭs, superlat. [Vng. *Igȯn fenyekezȯ.*] Suet. in Calig. Adversus quoque barbaros minacissimus.

Mĭnăcĭtĕr, adverb. [ἀπειλητικῶς. Gall. *En menacant, par menaces.* Ital. *Minacciosamente.* German. Mit trôuwen Hispan. *Mucho amenazando.* Pol. *Groźliwie.* Vng. *Feinyekezue.* Ang. *Threateningly.*] Liv. lib. 2: Minaciter fremunt: id est, jurgiosè, & cum minis. Plaut. in Stich. An potiùs tentem leniter? an minaciter? scio lites fore. Cicer. in Philip. 5: Num putatis P. C. dixisse eum minacius, quàm facturum fuisse?

Minacula cera notare: id est, rubra cera signare.

Minarrio, ris, ire. Proprium palumbis, Aelius Spartianus. [Germ. Rugen/eigentlich wie die Tauben.]

Mingo, mingis, minxi, mictum, n. t. Vrinam facio, mejo: [משתן *hischtin.* οὐρέω. Gall. *Pisser, vriner.* Ital. *Pisciare, orinare.* Ger. Brunzen/harnẽ/setchen. Belg. Pissen. His. *Mear, orinar.* Pol. *Moczyć, pusścz, cikam.* Vng *Huddom, vizellȯm.* Ang. *To pisse, to mak water.*] pro quo magis utimur Mejo. Vnde & Permingo. περιουρέω. Horat. Hunc perminxerunt calones, atq; caballi. ¶ Hinc Micturio, & Mictito, tas, quæ vide suis locis.

Miniaria.

Mōlītĭo, onis, f. t. verbale, Ipse moliendi actus, conatus ipse, & machinatio. [עלילה *halilâh.* Gall. *Effort pour faire quelque chose.* Ital. *Sforzo che si fa par fare qualche cosa.* German Zurüstung/das vnderstehn. Hispan. *Es fuerco para hazer alguna cosa.* Polon *Wzmocnienie czynienia nieiakiej rzeczi.* Vng. *Igiekezet, valamihez valo kezdes.* Ang. *A forcing and streigning himself in doing any thing.*] Cic. 1. de Nat. deor. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt?

Mōlīmĕn, inis, penult. prod. n. t. Nisus & conatus, quo aliquid molimur, & conamur. [חלילה *halilách.* *πειρατηδών, κατεβολη.* Gal. *Effort.* Ital. *Sforzamento.* German. Ein arbeitsame vnderwindung oder zurüstung / das vnderstehn. Hispan. *Esfuerco.* Polon. *Podiecie sie nieco czynie.* Vng. *Igiseket, vasźarkodas.* Ang. *Indeuour or going about to do a thing.*] Livius 2. ab Vrbe: Res tamen suo ipsa molimine gravis certaminibus in annū extrahitur. Ovid. 1. de Pont. Eleg. 3: Magna tenent illud numen molimina rerum. Idem 12. Metamorph. -solidoque revellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat. ¶ Pro eodem etiam dicimus Molimentum. Liv. 7. belli Macedon. Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in fluminis modum, longum, & angustum, & vadosum ostium portus sit.

Mōlītŏr, penult. prod. m. t. Qui aliquid machinatur, conatur, struit, aut efficit. [חרש *chorésch.* *οκδυαστὴς, ποιητὴς.* Gall. *Qui s' efforce de faire quelque chose.* Ital. *Chi si sforca di fare qualche cosa.* German Ein vnderstecher oder zurüster / der etwas grosses zuhanden nimpt. Hisp. *El que se esfuerca parar hazer algo.* Pol. *Ten ktory sie stara niekiedy czynic.* Vng. *Valami dolognak eppitője, czinalova.* Ang. *He that deuiseth and forceth himself in doing any thing.*] Cicero de Vniver. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque Deus, ut unū opus totum atq; perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveret. ¶ Molitor rerum novarum, apud Suet. in Domit. cap. 10: Molitrix novarum rerum. Idem in Claud. cap. 35.

Mōlītrīx, pen. corr. Vide MOLITOR, in Mola.

Molestre, inquit Festus, erant pelles ovillæ, quibus tegebantur galeæ. Videntur autem Latini vocem Græcam depravatam, q̄ *μηλωτὴ* erat, suā fecisse, & molostrā vocitasse. Turneb.

Mōllis, le, om. t. Tener, non durus, tactui cedens: à movendo, quasi mobilis, quòd in quancunque partem facilè trahi ac moveri possit. [רך *rach.* *μαλθακὸς, μαλακός.* Gall. *Mol, delicat.* Ital. *Molle, tenero.* German. Weich/lind. Belg. Gacht. Hispan. *Muelle ò blando al sentido del tocar.* Polon. *Miekki.* Vngar. *Lagy, gienge.* Ang. *Soft tender, nice.*] Virgil. 2. Georgic. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana. Cicero 3. de Orat. Sicut mollissimam ceram ad nostrū arbitrium formamus & fingimus. ¶ Cum homine junctum in deteriorem partem ferè accipitur, pro effœminato, languido & inerti. Cicero 1. de Orat. Quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis, doloremque referens probare posset? Idem de Clar. Orat. Solutus & mollis in gestu. Livius 3. bel. Maced. Quum in publico epulatus, reverteretur domum temulentus, prosequentibus mollibus viris, qui joci causa convivio celeri interfuerant. ¶ Molle ingenium: hoc est, docile, cuiq; facilè quicquid discit imprimitur. ¶ Mollis animus: hoc est, tractabilis, flexibilis, placabilis, qui scilicet facilè accipit offensiones, & facilè deponit. Cic. Att. lib. 1: Quanta sit in Qu. Fratre meo comitas, quanta jucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendā offensionem, & ad deponendam, nihil attinet ad te, qui ea nosti, scribere. ¶ Quoniam verò ea quę tenera sunt, pro voluntate nostra facilè tractamus, & quocunque lubet dicimus, factū est ut Mollis quandoq; pro domito sumatur. Virg. 3. Georg. Belgica vel molli melius ferret esseda collo. ¶ Quandoq; pro facili. Ibidem: -juvat ire jugis, qua nulla priorū Castaliam molli divertitur orbita clivo. ¶ Quandoq; pro maturo, *πέπων.* Idem 1. Aeglog. -sunt nobis mitia poma Castaneæ molles. ¶ Mollia vina, dicuntur defæcata, & asperitatę carentia, ut annotavit Servius in illud Virgil. 1. Georgic. Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina. ¶ Quandoq; pro opportuno ac tempestivo, *ὥρμος.* Idē 4. Aen. Sola viri molles aditus, & tempora noras. ¶ Quandoq; pro remisso, & cōtemnendo. *χαῦν.* Idem 3. Georg. -tua Mecœnas haud mollia jussa. ¶ Quandoque pro suavi, jucundo, & placido. Idem -mollesq; sub arbore somni. ¶ Hinc Mollior, & Mollissimus. Livius 4. bel. Macedo. Volo id quàm mollissima via consequi. Colum. lib. 6. cap. 1: Corpore denso brevique, colore rubeo, vel fusco, tactu corporis mollissimo.

Mōllĭcŭlŭs, a, um, diminut. à Mollis. [*ἁβρὸς, ἁπαλός.* Gal. *Mollet, douillet.* Ital. *Delicato, tenerello.* Ger. Weichtechtig/item, ein zertting. Hisp. *Luxurioso ò delicado.* Pol. *Miekuśienki śl'abi.* Vngar. *Lagyatska, gienge.* Ang. *A litle pretie śoft thing, a fine litle tender one.*] Plaut. pro tenello & delicato posuit, quum inquit in Casina: -sed lepide volo Molliculus escas, ut ipsa mollicula est. Catul. ad Aurelium: Qui me ex versiculis meis putastis, Quòd sint molliculi, parum pudicum.

Mōllĭūscŭlŭs, ut Molliculus Catullo. [Vng. *Lagyatska, gyengeske.*] Plin. Epist. lib. 1: Facit versus quosdam sanè, sed data opera molliusculos, leniusculosq;, duriusculos quosdam.

Mōllĭcēllŭs, diminut. à Molliculus, *μαλάκιον.* Catul. Cinæde Thalli mollior cuniculi capillo, Vel anseris medulla, vel inula mollicella.

Mōllĭtĭēs, ei, f. q. quæ & Mollitia, æ, f. p. Mollitudo. [רך *mórech:* ריפיון *riphjón.* *μαλθακία, μαλακότης, χαυνότης.* Gall. *Molleśse, delicateśse.* Ital. *Mollitie, delicatezza.* Germ. Weiche/lindsame. Belg. Gaechticheyt/tuychcyt/weechcyt. Hisp. *Molledura, blandura, ò delicadeza.* Pol. *Miekośći, śl'abośći.* Vng. *Lagyśag, gyengeśek.* Ang. *Śofteneśśe, tenderneśśe, niceneśśe.*] Plin. lib. 11. cap. 1: Itē omnium auriculæ ac nares, quę modicū eminent flexili mollitia. Idem lib. 13. cap. 9: Sed ubi nux illi, huic pomū, differens brevitate ac mollitie. ¶ Crebrò in malū, pro languore & inertia capitur. Salust. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini. Terent. in Evnuch. Abi sis, nihil dicis Parmeno: Ejiciunda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo. Cicer. 1. de Finib. Qui officia deserunt mollitia animi: id est, laborum & dolorum fuga. ¶ Mollities maris, Placiditas, tranquillitas. [שקט *ścheketh.* *μαλακία.*] Plin. de Vir. illustr. Vbi per mollitiem matris anguis proximum Aesculapii fanum petiit. Col. lib. 7. cap. 2: Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam mollitiem, paternum & avitum retulit colorem.

Mollĭtūdo, f. t. Duritiei contraria. [רטיון ריך *mórech:* *riphjón.* *μαλακότης.* Gall. *Molleśse, delicateśse.* Ital. *Tenerezza.* German. Weiche. Hisp. *Molledura, ò blandura.* Pol *Miekośći.* Vng. *Lagyśag.* Ang. *Śofteneśśe, delicatneśśe.*] Cic. 2. de Nat deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Idem 3. de Orat. In ipso tactu inest & mollitudinis, & lęvitatis modus. ¶ Accipitur & pro facilitate, & flexibilitate. Autor ad Heren. lib. 3: Mollitudo vocis, quum eam torquere pro commodo nostro possumus.

Mōllĭtĕr, adver. Leniter, non duriter. [*μαλακῶς, πρᾴως.* Gall. *Mollement, delicatement.* Ital. *Mollemente.* Germ. Sanfftigklich/zartlich/sinigklich. Hisp. *Muellemente, ò blandamente.* Pol. *Miekcze, lehko, śubtilnie.* Vng. *Lagyon giengen.* Ang. *Śofcelie, tenderlie.*] Plin. lib. 15. cap 10: Mira naturę cura molliter semina collocandi. Cic. 2. de Nat. deor. Et cubilia sibi, nidosq; construūt, eosq; quàm possunt molliśsimè substruunt, ut quàm facillimè ova ferventur Ferre molliter: id est, placidè, æquo animo. Cicer. de Sen. Quod ferendū est molliter sapienti. Idem 2. de Finib. Aberat enim omnis dolor: qui si adesset, nec molliter ferret, *&c.* ¶ Aliquando significat delicatè. [*ἁβρῶς, μαλακῶς.* Gall. *Delicatement.* Ital. *Delicatamente.* Ger. Gütlich/zartlich Hisp. *Delicadamente.* Ang. *Delicately, easely.*] Terent. in Adelph. Aedepol Syriśce te curasti molliter. Plaut. Pœn. Ego id quęro hospitiū, ubi ego curer mollius, Quàm regi Antiocho curari hospites soleant.

Mōllĭŭs, comparativum. Tacit. lib. 18: Et amici adulantes, mollius interpretabantur unius legionis eam seditionem.

Mōllĭo, is, mollivi, vel mollii, mollitum, act. q. Molle reddo, lenio, mitigo. [הרך *herách.* *ἁβρύνομαι, μαλακίζω.* Gall. *Amollir, adoucir.* Ital. *Far molle, mollificare.* Ger. Weichen/lind machen. Belg. Weeck maken/versachten. Hisp. *Amollentar, ò ablandar.* Pol.

Zmiekçam Vn. Meg lagytom. An. To make soft and tender, to assuage or mitigat.] Horat. 1. Serm. Satyr. 4: dum ferrum molliat ignis. ¶ Accipitur & pro sedare, mitigare, sive placare. [הִשְׁקִיט hiſchkit שִׁבֵּךְ ſchibbéach. ἐκμαλάσσω.] ut, Mollire mare, Mollire ventos. Gell. lib. 9. cap. 1: Sed postea, quū Brundusiū advēta remus, mollitiq; essent venti maris, percunctatus ego eum sum, quænam illa ratio esset pavoris sui. Accius Telepho: Remisq; nixi, properiter navē in fugā tradūt subter saxa ad lęvam, qua mons mollibat mare. ¶ Mollire animos, mites facere. Cicer 2. Tusc. Mollunt animos nostros, ita sunt deinde dulces, ut non legātur modò, sed etiā ediscantur. ¶ Mollire animos, pro effœminare. Cicer. 5 Tusc. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore desidia animū infecimus: opinionibus, maloq; more delinitū mollivim us. Salust. Loca amœna, voluptuosa, facilè in otio feroces militū animos molliverāt. i effœminaverāt. Lanā mollire. Ovid. 3 Fast. lanā mollire puellæ Discant, & plenas exonerare colos. ¶ Hujus compositum est Emollio, quod est valde mollio, ἐκμαλάσσω Plin. Quæcunq, emolliri opus sit, anserino adipe curantur. Et Præmollio ἐκμάζω. & Remollio.

Mollēsco, is, n. t. Mollis aut placatus fio. [רָךְ rach. ἀφ. μαλάσσομαι Gall. s' amollir Ital. Amolirsi placarsi, acquetarse. Ger. Weich werden/ sanfft oder bequātiget werdē Belg. Saecht worde Hisp. Hazerse, muelle, o blando. Pol. Miekczeie, dobrzeie. Vng. Meg lagiulok Ang. To wax soft.] Claud. lib. 1 de Rapt. Proser. p. dumsq; fl veri Ferrea lasciuis mollescāt corda sagittis Ovid 4 Metam. Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semivir, & tactis fuerit mollescat in undis. Idem 1. de Pont. eleg. 7: Pectora mollescunt, asperitasq; fugit. Plin. li. 12. cap. 17: Ladanum visu aridum, statim tactu mollescere. ¶ Hinc componitur Remollesco. Ovid 1. Metam. precibus si numina justis Victa remolleſcunt, si flectitur ira deorum. Cæsar: Vinū ad se omnino importari non sinunt: quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere atque effœminari arbitrentur.

Mōllĭfĭco, as, & Mollefacio, is, act. t. Idē quod mollio, μαλάσσω.

Mōllĭpēs, pedis, com. t. Qui mollem habet pedem. [μαλακόπους. Gal. Qui a le pied mol, & tendre. Ital. Huomo chi a i piedi molli. Ger. Und füssig Hisp. El que tiene los pies muelles ò blandos. Pol. Miekonog. Vng. Lagy, gienge labu. Ang. Tender and soft footed.] Cic. 1. de Divin Mollipedesq, boves spectantes limina cœli.

Mōllēstră e, f. p. pellis ovina. [μηλωτή. Gal. Peau de brebis. Ita. Pelle pecorina. Ger. Ein Schaf fäl. His. Pelleja ò cuero de oveja. Pol. Skora owcza. Vn. Juh bōr. An. A sheepes skinne.] Mollestras (inquit Festus) antiqui vocabāt pelles ovinas quib. galeas extergebant.

Mōllĭcĭnĭŭm, æ, pen. prod. Vestis (inquit Nonius) à mollitie dicta. μαλακὸν ἱμάτιον. Mævius in Epidico: Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.

Molo, molis, Vide MOLA.

Mōllugo, inis, Species est lappaginis, similis anagallidi, nisi quòd ramosior est, ac pluribus foliis, aspera alioqui, & gravi odore. Plin. lib. 26. cap. 10. Quidam eandem credunt, quam Dioscorides vocat Hippophæston.

Mōllūscă æ, f. p. [τὸ κάρυον μαλακίδιον. Ger. Ein pfersigapffel/ oder bawmnuß mit einer zarten schalen] Nux est è genere juglandium, cortice adeò molli, ut vix attrectata statim frangatur: unde & nomen accepit. Hæc etiā nux Persica appellatur, quòd è Perside primùm ad nos sit trāsvecta: cujus rei optimus testis est Suevius apud Macrobium, qui hoc nucis genus eo tempore quo Alexander Macedo cum regibus Persarum bellum gessit, in Græciam translatum affirmat. Meminit hujus nucis & Plin. lib. 15. cap 22, aitque eam maturescentem putamen suum rumpere. Macrobius putavit Mollusca eandem esse cū Malo Persico, adducens Suevii testimonium, qui idem esse ostendit Persicum & Mollusca: sed in hoc fallitur Macrobius, quòd putat Suevium de pomo Persico loqui, quum de nuce loquatur. Vide Ruel. lib 1 cap. 89.

Mōllūscum, n. s. [Ger. Stamrett/ oder Flader.] Vber est aceris arboris, quemadmodum, & Brusc um. Sed bruscum intortius est cripsum, mollusc um verò simplicius sparsum: & si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè prælatum à veteribus fuisset. Plin. lib. 16 cap. 16: Pulcherrimum verò est bruscū, multoque excellentius etiamnum mollusc um.

Moloche, quæ & Malache. μολόχη, ἢ μαλάχη, Herba est notissima, quam Latini Malvam appellant.

Moloche agria. μολόχη ἀγρία, Herba est inter sylvestris malvę genera annumerata à Galeno. Plin. Hibiscum interpretatur, lib. 20. cap 4: pastinacæ similem facit.

Mŏlŏchĭnŭs color, Qui in purpurā inclinat, quòd malvę flori similis sit, μαλάχινος: Græci enim μαλάχιον malvam dicunt.

Mŏlŏchĭnārĭŭs Molochini coloris infector. Cæcilius in Pausimacho (ut citat Nonius) Carcasina, molochina. Plaut. in Aul. Astant molochinarii, petunt fullones.

Mŏlŏchītēs μολοχίτης. Gemma est non translucens, spissa viriditate malvæ colorem referens: unde & nomen accepit. Nam malvam Græci μολόχιον καὶ μαλάχιον appellant. Plin. lib. 37. c. 8: Non translucet molochites, spissius virens, à colore malvæ nomine accepto reddēdis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

Mŏlŏrrhŭs, [Ger. Bleywag/ oder Senckel/ damit die Werckmeyster ein jettich ding abmessen/ ob es gerad stande oder nicht.] Idem quod perpendiculum: hoc est, plumbum à filo & gnomone dependens, quod à summo ędificio deorsum demissum, rectitudinē ejus, vel obliquitatem indicat. κρίτης. Dictus autem putatur Molorrhus, quasi μόλυβδος ὀρθός: hoc est, plumbum rectum, fine prioris dictionis in compositione euphoniæ gratia abjecto.

Mŏlŏssŭs, μολοσσὸς, Pes metricus dictus est ab ejus regionis saltatione: vel quòd odas eo pedis genere magna ex parte cōstantes Molossi in templo Iovis canere consueverūt, in memoriam Molossi filii Pyrrhi & Andromaches: à quo postea festa Molossia dicta sunt. Vel (ut alii volunt) quòd Molossi ad bellum procedentes, hujus modulata compositione utebantur. Constat autem tribus longis, ut Aeneas.

Mŏlŏcrum, pen. corr. Lignum quadratum est, autore Festo, quo veteres immolabant. ¶ Item illud quo molæ vertuntur, quod Græci μύλακρον dicunt. ¶ Item tumor ventris, qui etiam virginibus accidere solet, Molucrum vocatur. Afranius: Ferme virgini, tanquam gravidæ mulieri, crescit uterus: molucrum vocatur, transit sine doloribus.

Mŏly, μῶλυ, Herba est Homeri carmine celeberrima: de qua sic scribit Plinius libro 25. cap. 4: Laudatissima herbarum est, Homero teste, quam à diis vocari putat Moly: & inventionem ejus Mercurio assignat, contraque summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda, nigraque, magnitudine cæpe, folio scillæ: effodi autem difficulter. Græci autores florem ejus luteum pinxêre, quum Homerus candidum scripserit. Ibidem plura. Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τοὺς νόσους.

Mŏlybdænă, [μολύβδαινα. Ger. Bleyertz/ bleyweiß/ oder die äderle am Bley oder Syber.] pen. prod. Est (inquit Plin. lib. 37. cap. 18.) quæ aliàs Galena vocatur, plumbi & argēti vena communis. ¶ Est etiam (ut idem asserit lib. 25 cap. 13) genus herbæ, sic dictæ, quòd nomine Plumbago dicitur.

Mŏlybdĭtis, f. t. [μολυβδῖτις. Germ. Bleyschaum/ Bleyschlack.] Argenti spuma, quę fit ex plumbi fusura. Plin. lib. 33. cap. 6: Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera ejus tria: optima, quam chrysitin vocant: secūda, quam argyritin: tertia, quam molybditin. Deinde subdit: Chrysitis ex ipsa vena fit, argyritis ex argento, molybditis ex plumbi fusura, quæ fit Puteolis, & inde nomen habet.

Mŏlyris, idis, μολυρὶς, Aristoteli locustę genus, quæ frumenta depopulatur

Mŏlyzā, μώλυζα, ab Hippocrate appellatur allii caput cū ipsa coma. Vide Ruel. lib. 2. cap. 85.

Momar, Siculi stultum vocant, authore Festo.

Mōmen, mominis: id est, momentum. Lucret lib. 3: Momine uti parvo possint impulsa moveri.

Mōmēntum, n. s. dicitur qualecunq; spatium temporis, & qualecunque pondus, sive magnum hoc sit, sive parvum. [רֶגַע rógháh, ἢ ῥοπὴ ἢ στιγμή Gall. Moment Ital & His. Momento. Germ. Ein enderung/ verruckung oder neigung, eo sey der zeit/ des gewichts/ etc. Polon. Czas maluchni, przechi lemiewagi, item okamgnienie. Vng. E_y /szempillantas. Ang. A moment, the estimation or value of a thing, a weight or poise.] Cic. Trebat. Omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi & levandi locum. Idem 3. de Finib. In his momenta sunt maxima ad beatè vivendum. ¶ Accipitur etiam frequenter Momentum pro minimo puncto temporis, quod Græci ἄτομον vocant, vel ἀκαρές. [German Ein Augenblick. Belg Een oogenblick] Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1: quid enim? concurritur: horæ Momento cita mors venit, aut victoria læta. ¶ Nonnunquam etiam pro aliarum rerum minima quantitate. Plin. lib. 30. cap. 7: Prosunt & combustæ ut cinis earum bibatur in vino, addito resinæ momento. ¶ Momentum etiam juxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parvi momenti id est, quæ magnum vel parvum pondus, & vim habet. Liv. lib. 5. ab Vrb. Rege superato nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Cic. 4. de Finib. Sic errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio, propensionē ne minimi quidē momenti ad summū bonum adipiscendum esse diceret. Idem in Var. Cujus testimonium propter turpitudinem vitæ, sordesque domesticas, nullius momenti putaretur. Braffica nullius momenti in medicina. Plin. lib. 20. cap 9. ¶ Momentum pro exiguo loci spatio, sive intervallo. Plin lib. 18. cap. 34: Sol autem quotidie ex alio cœli momento, quàm pridie oritur.

Momēntānĕŭs, nea. neum, Quod est caducum, & quod facilè mutatur, ac deficit παρὰ σταγόνα, ὀλιγοχρόνιος.

Mōmēntārĭŭs, a, um, Quod in momento fit. [ἀκαρές. Gall. Ce qui se fait en vn moment. Ital. Cio che si fa in vn momento. German. Augen-

Augenblicklich Hisp. *Cosa que se haze en vno momento.* Pol. *Wemgnienniowka.* Vng. *Egy egyszem pillanatsba lezen.* Ang. *That is in a moment.*] Ambros. Syros verò Elisæus, quos obsidentes in civitatem induxerat, momentaria cæcitate percussos, quum quò ingrederentur, videre nō poterant, &c. Sed nemo me autore Ambrosium imitatur, Theologum quidem summū, sed Latinæ linguæ autorem parum locupletem.

Momēntōsus, m. f. Alicujus momēti. [ὁ μεγάλῳ ῥοπῷ ἔχων, ὁ πολὺ ἀξιόχρεων, ὁ ἐν πολλοῖς ὠφελῶν, ἐπιτιθεὶς ῥοπήν. Gall. *De grande importance.* Ital. *Di molta importanza.* Ger. Erschteßlich/das viel vermag/furderſam. Hisp. *Cosa de grande peso.* Pol. *Ten nakstorym wielie zalieży, waży.* Vng. *Mem semmi.* Ang. *Of great importance.*] Quintil. Declam 13: Nunc verò disserendum mihi est, quàm momentosa sit hujus animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leviter flores decerpunt, ut nulla appareat rapinæ jactura.

Momēnto, as, are, Vno momento sive exigua re dirigere & æquare. Cornut. in Pers. Sat. 5: Revera scis justitiam in lance pensare, & ipsius dubiæ lancis rectitudinem calles discernere, & curvam regulam momentare.

Momistam vocant molarium partem, quæ adsidet gingivæ. Superiorē verò quę conficiuntur cibi, πάπτζω: id est, mensam.

Mŏnăchŭs, chi, m. f. Solitarius. [מנך *chamár.* μοναχὸς, ἀσκητής. Gall. *Moine, solitaire.* Ital. *Monacho, solitario.* Ger. Ein Münch/der ein abgesünderet einzig leben führt. Hisp. *Monje, solitario, solo.* Pol. *Pustelnik.* Vng. *Egy es ember, barat.* Ang. *A monke.*] ἀπὸ τῦ μονάζειν, quod est in solitudine vivere. Primi enim monachi quò contemplationi, sacrarum literarū studio, atq; orationi commodiùs vacare possent, hominum cœtus fugiebant, & in vastissimas se conferebant solitudines. Hinc Monasterium. [μοναστήριον, ἀγγυδυτήριον: antiquitus φοιτητήριον. Gall. *Monastere.* Ital. *Monasterio.* Germ. Ein einöde/ Closter/ ein abgesündert ort. Hisp. *Monasterio.* Pol. *Klasztor.* Vng. *Klastrom.* Ang. *A monastērie.*] Solitudo.

Monachium, pro conventu & sodalitate monachorum. L. 13. C. de sacrosc. eccles. Sanctimonialis mulier, siquid vel testamento, vel codicillo ecclesiæ, martyrio, clero aut monachio relinquendum credidit, id omnibus modis ratum firmumq; consistat.

Mŏnărchĭă, æ, f. p. μοναρχία, cum accentu in penult. Est unius principatus, quem Suetonius appellat Arbitrium orbis terrārum. Hac qui potitur, Monarcha, μονάρχης, dicitur. Monarchia: id est, unius principatus, primas tenet in tribus speciebus gubernationum, quas justas censuerunt Philosophi. Hæc verè legitima potestas, quæ si innocua fuerit, Dei typum in terris refert: nunc propria est apud Romanorum: hoc est, omniū Christianorum Imperatorem, Regémve, qui absque Augusto rerum potitur. Facti enim non Iuris est, quod cæteri reges Imperatoriæ majestati detrahunt. Alciatus de Francis occidentalibus loquens: Qui licet, *inquit*, Regibus Germanorum, quos Imperatoris titulo Romani pontifices insigniverunt, nō subsint: Romani tamen imperii, & ipsi pars eoq; jure vivunt. Monarchiam orbis, Imperatori elegāter astruit Baro Tautenbergus ex patrum sententiis interpretans titulum de Feud. Marchiæ lib. 1. Feudorum: Nec refragatur olim gentes nonnullas ditionem Imperatoris non agnovisse, sicut & hodie nonnulli agnoscere recusant, de Iure tamen, dubio procul agnoscere debere: secundū Iasonem, in l. cunctos populos, de sunt. trin. per Gloss. minimè recognoscat. in C. per venerabilē. Qui filii sunt legit. ¶ Hanc optimam esse magistratus formā Homer. in Iliad. hoc carmine docere voluit:

ὲ ἀρχὸν πολυκοιρανίη, ἓις κοίρανος ἔστω.

Mŏnās, nadis, f. t. μονὰς, à μόνος deducitur, & significat unitatem. [Gall. *Vnité.* Ital. *Vnità.* Ger. Die einzige zahl. Hisp. *El numero de vno.* Pol. *Iednosc.* Vng. *Egy* Ang. *One.*]

Mŏnāulŏs, μόναυλος, Tibia simplex: μόνος enim solus interpretatur, & αὐλὸς tibia. Martialis lib. 14: Sæpè duas pariter, sæpè monaulon habet. Plinius lib. 6. cap. 56: Monaulon: id est, unicam & simplicem tibiam, Mercurius invēnit.

Mŏnēdŭlă, æ, f. p. Avis ex graculorū genere, quasi monetula, quòd monetas furripiat. [κολοιὸς. Gall. *Chucas ou chouette.* Ital. *Monachia.* Ger. Ein tule. Hisp. *La graja.* Pol. *Kafka.* Vng. *Tsóka.* Ang. *A daw, a cadesse.*] Huic enim avi furacitas argenti atque auri præcipuè est. Plin. lib. 10 cap. 29: Insubrium tractu examina graculorum, monedularumq; : cui soli avi furacitas auri argētiq; præcipuè mira est. Ovid. 7. Metamorph. Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Mŏnĕo, nes, nui, itum, act. f. Admoneo, suadeo, hortor, præcipio. [הזהיר *hizhír.* ἀναμιμνήσκω, παραγγέλλω. Gal. *Admonnester, auertir, conseiller.* Ital. *Auisare, ricordare, ammonire, auertire.* Ger. Warnen/vermanen. Hisp. *Amonestar, recordar.* Pol. *Napominam, przestergan.* Vng. *Tanitek.* Ang. *To warne, to counsayle, to put in mynde or remembrance.*] Cic. ad Quint. Fratrem: Tu me de retinenda Sestii gratia literis monuisti. Idem ad Atti. Idipsum me mones, quod triduo antè cogitaram. Idem de Amic. Sed quū tot signis natura declaret quid velit, obsurdescimus tamē nescio quomodo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Ibidē: Nam & monendi sæpè amici sunt, & objurgandi: & hæc accipienda amicè quū benevolè fiunt. Plaut. in Pseud. At hoc volo monere te, monēdus ne me moneas. ¶ Interdum Monere, est temporis, horæ, diei, loci, personæ admonere. παραγγέλλειν. Terent. in Heavt. sed ut diei tempus est, Monere oportet me hunc vicinum Phaniā, ad cœnam ut veniat. ¶ Variè hoc verbum cōstruitur. Nam & monere aliquem aliquid, & de re aliqua, & alicujus rei dicimus. Cic. in Catil. Sed eos hoc moneo, desinant furere. Cic. 2. de Divinat. Quod idem dici de Moneta potest: à qua, præterquam de sue plena quid unquam moniti sumus? Terent. in Andr. Habeo pro illā re, illum quod monēā probé. Valer. Max. Ab eo qui proximè assidebat, solutæ à se legis suæ admonitus. ¶ Moneris, pro muneris, Prisci dicebant. Pacuvius in Armorum judicio, ut citatur à Nonio: Dic quid faciam: quod me moneris, effectum dabo. Idem in Chrysside: Dii monerint meliora. ¶ Moneo, admoneo, & submoneo, ita separat Corn. Front. de Verbor. differ. Monet, *inquit*, aliquis propter benevolentiam: Admonet, ut confirmet memoriam: Submonet, ut possit ordinatè pronuntiare. Igitur in monente benevolentia, in admonente memoria, in submonente officium. ¶ Composita sunt, Admoneo, Commoneo, Emoneo, Præmoneo, & Submoneo: quorum significata vide suis locis.

Mŏnĭtum, ti, n. s. Quod quis monet, monitio, admonitio. [παραίνεσις, παραίνησις. Gall. *Auertissement, admonition.* Ital. *Auiso, documento, ammonitione.* Ger. Ein warnung oder ermanung. Hisp. *Amonestamiento, ensennamiento.* Pol. *Przestroga.* Vng. *Intes.* Ang. *An admonition or warning, a consayle.*] Cicero 4. de Finibus: Itaq; quæ sunt eorum consolationes, quæ cohortationes, & etiam monita à consilio scripta ad summos viros? Virg. 8. Aen. cum Hetrusca refedit Hoc acies campo, monitis exterrita divūm. Ovid. 3. de Arte: Hæc quoq; pars monitis erudienda tuis.

Mŏnĭtŭs, us, penult. corr. m. q. Monitio. [παραίνεσις. Gall. *Auertissement, admonition, remonstrance.* Ital. *Ammonitione.* Ger. Ein warnung/ ermanung. Bel. Een vermaninge. Hisp. *Amonestamiento.* Pol. *Przestrzenie.* Vng. *Intes.* Ang. *A warning or putting in remembrance.*] Livius 1. ab Vibe: Seu voce cœlesti ex Albano monte missa (nam id quoq; traditur) seu aruspicium monitu. Iuvenal. Satyr. 14: Et lævo monitu pueros producit avaros. Virg. 4. Aeneid. Multaq; præterea vatum prædicta priorū Terribili monitu horrifícant.

Mŏnĭtŏr, oris, m. t. Qui nos alicujus rei monet. [παραιτητὴς, ὑπομνηματιστής. Gal. *Ammonesteur, auertisseur.* Ita. *Ammonitore, auisatore.* Ger. Ein ermaner/warner. His. *Amonestador.* Pol. *Przestrzegacz.* Vng. *Intō.* Ang. *A warner, one that putteth in remembrance.*] Cicer. in Catil. Fortasse minus erūt, hoc monitore, & autore hujusce sententiæ, mihi populares impetus pertimescendi. Externus monitor. Statius 5. Syl. nec enim externo monitore petendus Virtutis tibi pulcher amor. Terent. Heavt. Monere opōrtet me hunc vicinum Phaniam Ad cœnam ut veniat: ibo ut visam si domi est: Nihil opus fuit monitore: jamdudum domi Præstò apud me esse ajunt. ¶ Dicuntur præterea monitores, qui in judicio summissa voce oratorem admonent eorum quæ dicenda sunt. Cicero in Divin. in Verr. Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus tenet. ¶ Sic etiam in scena monitores dicuntur, autore Festo, qui histriones, eorum quæ dicenda agendáve sunt, monent. Galli vocant *Protocolles.* ¶ Item monitores dicuntur servi à Colono præfecti, ut operariorum veluti vinitorum, & aratorum turbam obeuntes, unumquenq; moneant, & segniores castigent. Columella lib. 1. cap. ult.

Mŏnĭtōrĭŭs, a, um, Quod monet. παραινετικός. ut Liber monitorius.

Mŏnĭtĭo, f. t. Adhortatio, admonitio. [παραίνεσις, ὑπόμνησις. Gall. *Amonition, auertissement.* Ital. *Amonitione, auiso.* Ger. Ein warnung. Hisp. *Amonestamiento.* Pol. *Przestrzenie.* Vng. *Intes.* Ang. *A warning or aduertishment.*] Cic. lib. 3. Offic. Habenda ratio & diligētia est, primùm ut monitio acerbitate: deinde objurgatio contumelia careat.

Mŏnĕtă, æ. pen. prod. f. p. dicta est, quòd nos signi impressione vel autoris vel pretii moneat. [νόμισμα. Gall. *Monnoye.* Ital. *Moneta.* Ger. Münz/oder Gelt. Bel. Münt. Hisp. *La moneda.* Pol. *Pieniadze, moneta, mienica.* Vng. *Penz.* Ang. *Money or coyne.*] Martial. lib. 1: Et centū dominos novæ monetæ. ¶ Quo etiā nōmine dicta est Iuno. Cicero lib. 1. de Divin. Post cladem illam maximā à Senonibus Gallis factam, audita vox ex arce Iunonis fuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta est. ¶ Moneta etiam forma est typusq; monetæ. Macrobius pro utero translatè ita usurpavit lib. 1. Comment. cap. 6: Verùm semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primùm artifex natura molitur.

Mŏnĕtālĭs, & hoc monetale, ōm. t. Quod ad monetā pertinet. [νομισματικός. Gall. *Ce qui appartient à la monnoye.* Ital *Cio che*

s'appartiene à moneta. Ger. Das zu der Müntz gehöret. Hiſp. Coſa de moneda. Pol. Mienicżni. Vng. Vert penzhez valo. Ang. Belonging to money.] Apuleius de Aſin. Plotina pretioſiſſimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. ¶ Monetales Triũviri dicti ſunt (ſicut ſcribit Pomponius Iureconſultus lib. 2. de Orig. jur.) æris, argenti, atq; auri flatores. Cicero ad Attic. lib. 10. de Vulteio loquens: Monetali autem adſcripſi, quod ille ad me proconſulem: id eſt, In ſumma epiſtola ſcripſi, Vulteio monetali. Budæus

Mŏnĕtārĭŭs, m. ſ. Qui monetam cudit. [ἀργυροκόπος. Gall. Vn monnoyeur, batteur ou forgeur de monnoye. Ital. Monetario. Ger. Ein Munтzer. Hiſp. Monedero, forjador de moneda. Pol. Mienicże kuiacz, mienczar. Vng. Penz verő. Ang. A coyner of money.] Firmicus: Habentes horoſcopum ſub ſigno hoc, erunt monetarii.

Mŏnīlĕ, pen. prod. n. t. [חרוז charúz עדי hadhi חלי chali. ὅρμος, περίαπτον. Gall. Collier, carquan. Ital. Collana, monile. Germ. Ein halßzierd / etwas das man vmb den halß legt oder daran henckt zur gezierd. Hiſp. Collar ò cadena de oro. Pol. Zawieſſenie naſſy. Vng. Kő-bontwe, kapots. Ang. A coller or ie well that women vſeth about there neckes, an enche.] Ornamentum gutturis, quod ſolet de collo virginum pendere, Græcè ὅρμιον nuncupatur, inquit Hieronymus: dictum quòd geſtantem virtutis admoneat: nam primò ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Ovid. 10. Metamorph. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. ¶ Neque ſolùm illud monile dicitur, quod ex hominum, verumetiam quod ex equorum, aliorumq; animalium collo dependet. Virgil. 7. Aeneid. de equis Latini: Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Gellius lib. 5. cap. 5: Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, phalerisq; præfulgentem. ¶ Monile etiam ſegmentũ dicitur, quod quibuſdam bracteolis, quaſi præſegminibus conſtat.

Mŏnīmēntum, vide MONVMENTVM.

Mŏnŏbĕlī, μονόβελοι, A' Lampridio in vita Heliogabali vocãtur qui ſolo obelo: hoc eſt, longitudine conſpiciendi ſunt.

Mŏnŏcĕrōs, otis, pen. corr. [ראם reém. μονόκερως. Gal. Vne licorne. Ital. Alicorno. Ger. Ein einhorn. Hiſp. Vnicornio. Pol. Iednorożec. Vng. Egy ſzarw, vnicornis. Ang. An vnicorne.] Animal unicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur. Habet equinum corpus, caput cervinum, mugitum horridum. Plin. lib. 8. cap. 21: Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite cervo, pedibus elephanto & [illegible] mugitu grauí [illegible]

Mŏnŏchōrdum. [μονόχορδον. Gall. Vn manicorde, ou eſpinette. Ital Manicordo. Ger. Ein gattung eines ſeitenſpyls / ſo gleiche ſeiten hat. Hiſp. Monacordio en la muſica. Pol. Klawicord. Vng. Lant az kinek egy ζaau hura vagyon. Ang. Clauichordes.] Inſtrumenti muſici genus eſt, ita dictum, non quòd unam chordam, ſed quòd omnes chordas unius vocis habeat, niſi panniculi nexu diſtinguantur.

Mŏnŏclōnŏs, μονόκλωνος. Species eſt artemiſiæ, à ramuli unitate ita appellata, quemadmodum πολύκλωνος à ramulorum multitudine. Vide Dioſcor. lib. 3.

Mŏnŏchrōmătă, μονοχρώματα, Picturæ dicebantur, quæ non variis (ut hodie) ſed ſingulis coloribus conſtabant. Plin. lib. 35. cap. 7: Cinabari veteres, quæ etiam nunc vocãt monochromata pingebant. Idem Plin. lib. 35. cap. 3. autor eſt, primũ picturę genus fuiſſe lineare, quod nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ ſimilitudinem circunductis lineis exprimebat. Dehinc huic ſucceſsiſſe alterum picturę genus, quod ſingulis coloribus rerum imagines imitabatur: idq; poſtea inventa operoſiore pictura, monochromaton eſſe appellatum.

Monochromateus, adject. Plin. li. 35. cap. 5: Quj monochromatea genera picturæ vocaverint, qui deinde, &c.

Mŏnŏcunctă, Expũge apud Alber. & repone Monozonton. Extat vox apud Imp. in l. quidam ignaviæ. C. de Decurione lib. 10. Significat autem ſolitariè viventes. Alciato Monoxonii vocabulum magis placet: quod & interpretatur locum in eremo, in quo Monachi congregantur.

Mŏnōdĭă, cum accentu in pen. μονῳδία, Lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum funeribus, quaſi unius cantus. Nam cæteris flentibus ſola præfica canit. Hujuſmodi cantus etiam Nænia dicitur.

Mŏnōgămŭs, pen. cor. m. ſ. [μονόγαμος. Gall. Qui a eſté marié vne fois. Ital. Colui che ha hauuto vna moglie ſola. Ger. Der nur ein Eheweib genommen hat. Hiſp. Caſado vna vez. Pol. Iednes zoni maż. Vng. Egy feleſegwe. Ang. That hath bene ones maried.] Vnius uxoris vir. Vnde & Monogamia. Hieron. Quàm ſancta ſit monogamia, hinc oſtenditur, quòd digamus in clerum eligi non poteſt. Græca vox, & nulli veterum uſitata.

Mŏnŏgĕnĭŏn, μονογένειον, Herba eſt inſignis, quę notiore nomine Pæonia appellatur. Legitur ita in quibuſdam Dioſcoridis codicibus. A' doctioribus tamen hæc nomenclatura, ut pleræq; aliæ ex Brunſfelſii Onomaſtico huc translatæ inter Notha Dioſcoridis numerantur.

Mŏnŏgrāmmī, Homines macri, pertenues, & decolores. [μονογράμμοι. Gall. Maigres, eſchars ſans couleur. Ital. Magri, ſenza colore. Ger. Magere/durre vnd vbel gefarbte leut. Hiſp. Muy magros, flaccos ſin color. Pol. Suſzi a mebarwni ludzie. Vng. Szŕbuerek, ke-koniek. Ang. Leane men without any good colour.] Cicero lib. 2. de Natura deor. Dii ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Tranſlatio ducta eſt ab antiquiſſimo picturę genere, quę ſolis lineis rei ſimilitudinem exprimebat, nõ additis reliquis, quæ juſtam picturam abſolvunt. Hanc Græci μονόγραμμον vocant. Plin. lib. 35 cap. 3. picturam linearem appellat.

Mŏnŏlŏgĭŏn, μονολόγιον, Sermo per omnia ſibi ſimilis, vel eãdem orationis facies, quum nulla varietate leguntur. Græca vox.

Mŏnŏlōrēs, [Vn. Egyxίyu, peremtő.] Vopiſcus in Aureliano, Prægrandes veſtes ipſe primus militibus dedit, cùm antè non niſi rectas purpureas accepiſſent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & uſq; ad pentelores, quales hodie lineæ ſunt. Compoſitio facta eſt à loro.

Mŏnŏmăchĭă, f. p. [μονομαχία. Gall. Combat de ſeul à ſeul. Ital. Duello. Germ. Ein kampff/in welchem nur zwen mit einander ſtreiten. Hiſp. El deſafio de vno por vno. Pol. Bitwa miedzi dwiema. Vng. Ket embernek bay viadallia. Ang. A combat of two hand to hand.] A' Latinis duellum, vel ſingulare certamen appellatur, quod fieri ſolet ad eruendam rei alicujus veritatem, vel ad purgationem inducendam: idq; hunc in modũ, ut qui ſe ſic probaturum purgaturúmve aliquid obtulerit, & vicerit, probaſſe vel purgatus eſſe credatur: ſin ſuccubuerit, in probatione defeciſſe, vel objecti criminis convictus eſſe putetur. Hoc tamen probationis genus hodie jure etiam civili eſt eliminatũ. Nam in otio civili & domeſtica quiete, cruenta ſpectacula ſibi non placere, Imperator atteſtatur l. Vnica. C. de gladiatoribus. ¶ Qui hoc certaminis genere congrediuntur, Monomachi, μονομάχοι, dicuntur.

Mŏnŏphăgī, μονοφάγοι, Dicebantur, teſte Athenæo, qui ſeorſum cibum ſumebant, more diverſo à Romanis, qui ſimul cũ amicis accumbebant: unde & Cœnam appellabant, ἀπὸ τῆς κοινωνίας. ¶ Dicuntur præterea Monophagi, qui eodem perpetuo victu utuntur: quæ vivendi ratio etiam Monophagia, μονοφαγία, appellatur.

Mŏnŏpodium, [μονοπόδιον. Ger. Tiſch oder ſtul mit einem bein/ oder fuß.] Dicitur menſa unico tantùm pede ſubnixa. Liv. 9. bel. Maced. Et quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia & abacos Romam advexerunt.

Mŏnŏpōlium, lii, n. ſ. [μονοπόλιον. Ger. Erlaubnuß vnd gewalt allein zukauffen vnd verkauffen.] Dicitur quũ penes unum aliquẽ rei alicujus vendendæ poteſtas eſt, ἀπὸ τῆς μόνης ἐπωλούμης. Hoc enim fit quum unus ſolus aliquod genus mercaturæ univerſum emit, ut ſolus vendat, pretium ſuo modo ſtatuens. Quod genus hodie in multis rebus ſervatur, ut in coraliis Africæ apud Hipponem, alumine in Sicilia & Hetruria, uvis paſſis in in Achaia, bitumine in Iudæa: quod quia Græci Aſphalton vocant, omne monopolium vulgò Aſphaltium dicitur. Plaut. Habes murinam & calamum, potes monopolium inſtituere. Legimus apud Iuſtinianum, monopolia non eſſe admittenda, quoniam non ad commodũ Reipub. ſed ad labem, detrimentaq; pertinent.

Mŏnōps, μόνωψ, Feræ genus eſt Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quod cùm ab inſequentibus urgetur, acre & igneũ ſtercus exernit, quòd ſi in venatorũ quempiam inciderit, mortem repentè affert. Autor Aelian. lib. 7. cap. 8.

Mŏnōptōtŏn, μονόπτωτον, pen. prod. Vnius caſus, quod unum modò habet caſum: ut Natu, quum aliquem majorẽ aut minorem natu dicimus. Reliqui enim caſus non ſunt in uſu. ¶ Aptota, ἄπτωτα, verò dicuntur, quæ ſine caſu ſunt: hoc eſt, nomina quæ inflecti non poſſunt.

Mŏnōſtўlŏn, Vnius columnæ: στύλον enim columnam Græci dicunt.

Mŏnōxўlă, μονόξυλα, Lintres ſunt, ex unico ligno (ut vox ipſa ſtatim indicat) excavatæ: quibus Aegyptii per ſtagna, & Nili inundationes utuntur. Strabo lib. 3. Plin. lib. 6. cap. 23: Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becarim cõvehitur, vocatur Cortona.

Mōns, hujus montis, m. t. Terræ tumor altiſſimus, ab eminendo, quaſi eminens dictus. [הר hár ὄρος. Gall. Vne montagne, vn mont. Ital. Monte, montagna. Ger. Ein Berg. Hiſp. El monte, altura de la tierra. Pol. Gora. Vng. Hegy. Ang. A montane.] Itaque aliquando mons dicitur pro omni eo quod eminet, ut dixit Virgilius: -præruptus aquæ mons. Tacitus libro 4: Cœli temperies hyemẽ mitis objectu montis. Virgil. 12. Aeneid. -totus q; remugit Mons circùm, & vocem latè nemora alta remittunt. ¶ Sumitur quandoque pro ſaxo. Idem 6. Aeneid. Preſſantemq; uncis manibus capita aſpera montis Ferro invaſiſſet. ¶ Sic aliquando ſaxum pro monte, ut apud eundem: -ſaxi de vertice paſtor. ¶ Hinc Septimontium, locus qui habet ſeptẽ montes,

montes, quo eſt nomine Roma appellata. ¶ Montes aureos polliceri: proverbialis hyperbole, de iis qui immenſa promittunt, ſpesq; ampliſſimas oſtentant. Vide Chiliades.

Mōntĭcŭlŭs, diminutivum, Parvus mons, [ὀρεινόν, βουνός. Gall. *Montagnette, petite montagne.* Ital. *Monticello.* Germ. Ein bergtin. Hiſp. *Pequenno monte.* Pol. Gorka. Vng. *Domb, hegyetske.* Ang. *A little montane.*] Dicitur & Monticellus. Hoc verbum Calepinus de ſuo addit.

Mōntānŭs, a, um, Quod eſt ex monte: [הָרְרִי *harari.* ὀρεινός. Gall. *De montagne.* Ital. *Montano, di monte.* Ger. Das des Berge iſt/ oder vom Berg kompt. Hiſp. *Coſa montannoſa ò de monte.* Pol. *Górni.* Vng. *Hegyből valo.* Ang. *Of a montane.*] ut Montani imbres. Ouidius 11. Metamorph. Panaq; montanis habitantem ſemper in antris. Idem 2. Faſtorum: Campus erat, campi claudebant ultima colles, Sylvaq; montanas occulere apta feras. Cicero contra Rul. Ligures montanos, duros atque agreſtes, docuit ager ipſe, nihil ferendo niſi multa cultura, & magno labore quæſitum.

Mōntōſŭs, a, um, Locus montibus plenus: [ὀρεινός. Gall. *Montagneux, plein de montagnes.* Ital. *Montuoſo.* Ger. Bergechtig. Hiſp. *Coſa de monte, ò lleno de montes.* Pol. *Gorpiſti.* Vng. *Hegyes.* Ang. *Full of montanes.*] ut Montoſa regio, non montuoſa. Plin. Naſcitur in Montoſis & aſperis, aliquando & herboſis. Virg. lib 3: Et te montoſæ miſére in prælia Nurſæ. Cic. de Amicitia: Quũ locis etiam ipſis montoſis delectemur, & ſylveſtribus.

Mōntĭgĕnă, In monte genitus, ὀρεσιγενής.

Mōntĭvăgŭs, pen. cor. m. ſ. Qui per montes vagatur [ὀρεσιπόλος. Gall. *Qui court, fuit ou vague par les montagnes.* Ital. *Che vaga per monti.* Ger. Bergſchweiffig. Hiſp. *Coſa que vaga per los montes.* Pol. *Gorach biegaiacy.* Vng. *Hegyen budoſo.* Ang. *That wandereth on the montanes.*] Cicero 5. Tuſcul. Quid beſtiæ? nónne frigus? non famem, nõ multivagos atq; ſylveſtres curſus, atq; luſtrationes patiuntur?

Monſtro as, Oſtendo, declaro, indico, demonſtro. [הוֹרָה *horah* הוֹדִיעַ *hodiah* הַרְאָה *herah* δείκνυμι. Gall. *Monſtrer ou enſeigner.* Ital. *Monſtrare.* Ger. Zeigen. Bel. Wyſen. Hiſp. *Demonſtrar como à la niña.* Pol. Pokazuie. Vng. *Megmutatom.* Ang. *To ſhewe, to tell.*] Terent. in Adelphis: Scio ubi ſit, verùm nonne nunquam monſtrabo. ¶ Monſtrare aliquando, pro docere. Plaut. in Bacchid. Iam perdidiſtis, atque me, atque operam meam, Qui tibi nequicquam ſæpè monſtravi bene. Cicero lib. 1. de Divin. Qui ſemitam non ſapiunt alteri monſtrant viam. ¶ Hujus compoſita ſunt, Commonſtro, Demonſtro, & Præmonſtro.

Mōnſtrātĭo, monſtrationis, f. t. [δεῖξις, ἐπίδειξις. Gall. *Demonſtration, enſeignement.* Ital. *Demonſtratione, lo inſignare.* Ger. Zeigung/ weiſung. Hiſp. *Demonſtracion, enſennamiento.* Pol. *Pokazanie.* Vng. *Mutatas.* Ang. *Shewing or telling.*] Terentius in Adelphis: Defeſſus ſum ambulando, ut Syre te, cum tua Monſtratione magnus perdat Iupiter.

Mōnſtrātŏr, oris, m. t. [μηνυτής, δεικτής. Gall. *Monſtrateur, qui montre.* Ital. *Monſtratore.* Ger. Ein Zeiger. Hiſp. *El que demoſtra, enſeñando.* Pol. *Pokazate.* Vng. *Mutato.* Ang. *A ſhewer or teller.*] Virgil. 1. Georg. Adſis ô Tegææ favens, oleęq; Minerva Inventrix, unciq; puer monſtrator aratri.

Monſtrābĭlis, & hoc monſtrabile, om. t. [δεικτός, δεικτέος. Gall. *Digne d'eſtre montré & cognu.* Ital. *Digno di eſſer monſtrato, & conoſciuto.* Ger. Zeigens wärt/ renampt. Hiſp. *Digno de ſer moſtrado y conoſcido.* Pol. Pokazuie. Vng. *Megmutathato.* Ang. *Shewable to be ſhewen.*] Apud Plinium epiſtola 107. Nefero an nonis hominem, quanquam noſſe debes: eſt enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis.

Monſtrum monſtri, n. ſ. à monſtrando dictum eſt quòd aliquid ſignificando demonſtret, portentum, prodigium, oſtentum. [תֹּדַע *mophath* τέρας. Gall. *Monſtre.* Ital. *Moſtro, miracolo.* Ger. Ein wunderding/ ein vnnatürlich/ vnd vngewonlich ding. Hiſp. *Milagro.* Pol. Dziwo, *chud.* Vng. *Tſuda.* Ang. *A wounderfull & ſtrange thing againſt the common courſe of nature.*] Cicer. 2. de Nat. deor. Monſtra, præ dictiones, & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ futura ſunt, portendi, prædici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Virgil. 3. Aeneid. Horrendum & dictu video mirabile monſtrum. Idem 2. Aeneid. Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce. Virgil. 2. Aeneid. Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Cicer. 5. Verr. Non mihi jam furtum, ſed monſtrum ac prodigium videbatur. Virgil. etiam Polyphemum unoculum, monſtrum horrendum ingens appellavit. Et ſic quicquid eſt natura deforme: hoc eſt, præter naturam, monſtrum, & res monſtroſa eſt. Terent. in Eunuc. Quid iſtúc naram monſtri fuit? Donat. Monſtrum, eſt omne contra naturam: ſi igitur evnuchus eſt, & vitiavit virginem, contra rerum naturam factum eſt. ¶ Quandoque monſtrum, φάσμα, ponitur pro documento, ut apud Virgil. 3. Aeneid. Monſtra deûm refero. ¶ Monſtrum ali dicimus, ubi quid occulti vitii latére ſignificamus. Haud ſcio an inde ducitur metaphora, quòd monſtra ob pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Terent. in Andr. Quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor, Aliquid monſtri aiunt. Vide latiùs in Adagiis Eraſmi. Cornel. Fronto de differ. vocabul. Oſtentum, portentum, prodigium & monſtrum ita diſtinguit: Oſtentum, *inquit*, eſt quod præter conſuetudinem offertur, atq; idcircò raritas admirationem facit. Portentum, quòd porrò & diutiùs manet, futurumq; poſtmodum aliquid ſignificat. Prodigium, quod mores faciunt per quod detrimentum expectatur. Monſtrum verò quod eſt contra naturam, ut minotaurus. Hæc Fronto. Sed tamen ab autoribus Latinæ linguæ hæc differentia curiosè obſervata non eſt.

Mōnſtrōſŭs, a, um, Quod monſtrum refert, quod eſt contra naturam. [τερατώδης. Gall. *Monſtrueux.* Ital. *Monſtruoſo.* Ger. Das ein vnnaturliche vnnd wunderſeltzame geſtalt hat. Hiſp. *Milagroſo.* Pol. Dziwni. Vng. *Tſudas.* Ang. *Monſtruous, againſt nature.*] Cic. 2 de Divinatione: Monſtroſiq; omnium partus. Cic. 2 de Divinatione: Quid minus mirum, quàm illam monſtroſiſſimam beſtiã urnam evertiſſe, ſortes diſſipaviſſe?

Monſtrōsè, adverbium, Præter naturam. [τερατώδως. Gall. *Monſtrueuſement, cela eſt, cõtre nature.* Ital. *Moſtruoſamente, contra natura.* Ger. Vnförmlich/ Scheuſslichen vnnaturlichen. Hiſp. *Milagroſamente, contra natura.* Pol. Dziwnie, przeciw przyrodzeniu. Vng. *Tſudalatoſon.* Ang. *Monſtruouſly, againſt nature.*] Cicero 2. de Divin. Nihil tam præpoſtere, tam incondìtè, tam monſtroſè cog. tam potest, &c.

Mōnſtrĭfĕr, ra, rum, adjectivum, Monſtrum referens. [τερατώδης. Gall. *Monſtrueux.* Ital. *Monſtruoſo.* Ger. Das ein wunderſame geſtalt hat. Hiſp. *Milagroſo.* Pol. Dziwnie *monſtrum.* Vng. *Tſudalatos.* Ang. *Monſtruous, or repreſenting a monſtre.*] Plinius libro 6. capite 30: Animalium hominumq; effigies monſtriferas circa extremitates ejus gigni minimè mirum. Lucil. libro 5: mundumq; coërces Monſtriferos agit unda ſinus. Monſtrificabilis, e, idem quod monſtrifer. Lucilius: Nunc ignobilitas his mirum ac monſtrificabile.

Mōnſtrĭfĭcŭs, a, um, Qui monſtra dicendo, vel faciendo profert. [τερατοποιός. Gall. *Monſtrueux.* Ital. *Monſtruoſo.* Ger. Das wunderſeltzam ding macht. Hiſp. *Milagroſo.* Pol. Dziwi *ſtworzi.* Vng. *Tſudas.* Ang. *Monſtruous.*] Plinius lib. 21. cap. 5: Inventa in his & ratio inſciendi, monſtrificis hominum ingeniis. Idem lib. 6. cap. 15: Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluvio magis monſtrificum.

Mōnſtrĭfĭcē, adverb. [τερατώδως. Gall. *Monſtrueuſement.* Ital. *Monſtruoſamente.* Germ. Wunderſeltzamlich/ ſcheuszlichen. Hiſp. *Milagroſamente.* Pol. Dziwnie. Vng. *Tſudalatoſon.* Ang. *Monſtruouſlie.*] Plinius libro 28. capite 11: Equarum virus à coitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum viſus repræſentare monſtrificé.

Mōntānŭs, Montigena, Montivagus, Montoſus, Vide MONS.

Mŏnŭmēntum, ti, n. ſ. vel etiam monimentum per i, dicitur quicquid nos monet, ut tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana, porticus, carmina, hiſtoriæ, documenta, præceptiones, ſapientum monita. Libri, & cætera ejuſmodi. [מִצֵּבָה *matsſsebah* זִכָּרוֹן *zechcharón.* μνημεῖον, μνῆμα. Gall. *Monument, tout ce qui ſert à memoire.* Ital. *Memoria, monumento.* Ger. Ein gedechtnuszzeichen/ etwas das vns eines vergangenen dings erinneret/ ein Gedechtnus. Bel. Een gedachteniſſe. Hiſp. *Memoria, à recordacion, amenesſamiento.* Pol. Pamiątka *przyiścia rzeczy.* Vng. *Emlekezetõ eppwelet.* Ang. *A monument, or remembrance of any thing doone.*] Cicer. ad Cæſarem: Sed ego quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debere poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. Ovidius 13. Metamorph. At puro, funeribus dotabere regia virgo, Condeturq; tuum monumentis corpus avitis. Cicero 1. Tuſcul. Quid teſtamentorum diligentia? quid ipſa ſepulcrorum monumenta? quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Florent. Iureconſ. l. monumentum. ff. de Relig. & ſumpt. funerum: Monumentum generaliter eſt res memoriæ cauſa in poſterum prodita, in quam ſi corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulcrum: ſi verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factum: quod Græci κενοτάφιον appellant Varro lib. 5. de lingua Latina: Monumenta à monendo, quæ ſunt in ſepulcris. Et ideo ſecundum viam, quò prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Ab eo cætera quoq; ſcripta ac facta memoriæ cauſa Monumenta dicta. Hactenus Varro. Rerum geſtarum monumenta, ſunt hiſtoriæ, vel annales, quæ virorum fortium memoriam ab interitu vindicant, quæq; [illis] poſteros admonent, ut illorum exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè ſubeant. Cicero 1. de Orat. Rerum geſtarum monumenta, & vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent. Idem 2. de Finib. Vt enim nos ex annalium monumẽtis teſtes exc. tamus eos, quorũ omnis vita conſumpta eſt in laboribus gloriosis.

glorioſis. ¶ Monumentum etiam dicitur pignus, aut res aliqua, memoriæ cauſa apud aliquem relicta. Græci μνημόσυνον vocant. Virg. 5. Aeneid. -quem candida Dido Eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris. ¶ Monumentum etiam dicitur pro munere & dono, quòd ea memoriæ eorum, qui acceperunt, inhæreant. Perſius Satyr. 3: -neq; invideas Et piper & pernæ, Marſi monumenta clientis.

Mŏrā, f. p. Expectatio, temporis dilatio, cūctatio. [עקבה *hikkebáh*. ἀναβολή, ὑστερησις, αὐαβολή. Gall. *Demeure, retard, lenteur, delay.* Ital. *Indugio, dimora.* Ger. Ein verzug oder verhinderūg. Bel. Een vertreck/ behinderinge. Hiſp. *La tardanca ò detenimiento.* Pol. *Przedłużenie.* Vng. *Keſedelem, varakodas.* Ang. *Tarying, ſtay or delay.*] Plaut. Cui mora ſemper obfuit, diligentia profuit. Cic. 6. Philip. Itaq; bellum nefarium illatum Reipublicę quum viderem, nullam moram interponendam inſequendi Antonium putavi. Terent. And. Nec mora ulla eſt quin eam uxorem ducam. Virgil. 3. Aeneid. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti. Idem 3. Aeglog. -in me mora non erit ulla. Terent. Andr. Sed ſequere me ... nò, ne in mora illi ſis.

Mŏrŭlă, æ, Diminutivū à mora. Aug lib. 11. Conf. Quęro quoniam dies dicitur non tantùm morula Solis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox.

Mŏramentum, ti, n. ſ. Mora. [עקבה *hikkebáh*. μέλλησις. Gall. *Demeure, retardement, delay.* Ital. *Dimora.* Germ. Ein verhinderung. Hiſp. *Tardanca.* Pol. *Zabawienie.* Vng. *Keſedelmeſſęg* Ang. *Tarying ſtay or delay.*] Apul. in Floridis: Hiſce ig tur moramentis omnibus, qui volunt equitare, ad vectorem ſibimet equum deligunt

Mŏrātŏr, verbale, m. e Retardator, cunctator. [מעקב *mehakkéb* מתמהמה *mithmahméah*. μελλητὴς, ὑστερικός. Gall. *Retardeur, delayeur* Ital *Dimoratore, tardatore.* Ger. Ein verhinderer. Hiſp. *Tardador* Pol. *Zabawca.* Vng. *Kesŏ, mulato.* Ang. *A taryer, delayer or ſtayer.*] Livius 2. ab Vrb. Quatuorq; Tribunorum adverſus unum moratorem publici cōmodi auxilio delectum COSS. habe t.

Moratorĭus, a, um, adjectivum. [ὑστερητικός. Gall. *Choſe pour retarder.* Ital. *Coſa da tardare.* Ger. Das des verzugs iſt. Hiſp. *Coſa p tardar à otra.* Pol. *Zabawni.* Vng *Keſeltető, mulattato* Ang. *A thing for to tary vpon*] Paulus Iureconſul. Quo minus prædium jure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non ad mittitur. Hoc eſt, cautio quæ datur ut quis differat & [illegible] ceret.

Mũlgo, gas. Palàm facio, dimulgo, divulgo. [הודיע *hodiah. δηυόω.* Gal. *Manifeſter, publier.* Ital. *Manifeſtare, far paleſe.* Ger. Offenbar oder lautpreçht machen. Hiſp. *Manifeſtar, publicar.* Pol. *Rozsł'awiam.* Vng. *Ki hirdetem.* Ang. *To publiſh, to diuulgate.*] Plautus in Ciſtel. Pro puella ſervulus nequam qui dominum mulgat, atq; villicum. ¶ Hujus compoſita ſunt, Dimulgo, & Promulgo: de quibus alibi.

Mŭlĭĕr, eris, f.t. A' mollitie (ut inquit Varro) dicta eſt, immutata & detracta litera, quaſi mollier: & propriè Mulier dicitur, quæ virgo nõ eſt. [נקבה *nekebáh* אשה *iſchiſchàh γυνή.* Gall. *Femme* Ital. *Donna.* Ger Ein Weib oder Fraw. Bel. Een Wyf Hiſ. *Muger.* Pol. *Niewiaſta.* Vng. *Aszony.* Ang. *A woman.*] Vlpian. l. Alioquin. ff. de contrahen. empt. Quòd ſi (*inquit*) ego me virginem emere putarim, quum eſſet mulier, emptio nõ valebit. Hinc Cicero objurgatus quòd ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet: Cras mulier erit, inquit. Horat. de Arte: ut turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperné. Idem 2. Serm. Satyr. 5: -mulier ſi fortè doloſa, *&c.* Cicero pro Muræna: Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. Caius tamen ſcribit: Mulieris nomine etiam virginem viripotentem contineri. Vlpianus uno in loco utroq; ſignificato uſus eſt, in l. Quæritur. ff. de Aedil. edict Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat. Eandem dixit mulierem, & non mulierem. Primùm pro quavis fœmina: ſecundò pro ea, quæ eſt nupta. Saluſt. in Iugurt. Quum interim Hiempſal reperitur, occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ, quò imitiò pavidus & ignarus loci profugerat. ¶ Mulier aliquando etiã pro uxore ponitur, ut apud Scęvolam in L. 93. D. de leg. & fidei. lib. 32: Sempronię mulieri meæ reddi jubeo ab hæredibus, *&c.* ¶ Mulier diligens corona eſt viro ſuo, & putredo in oſſibus ejus quæ confuſione res digna gerit, Prov. 12. a. Sapiens mulier ædificat domum ſuam, inſipiens extructam quoq; manibus deſtruet, Prover. 14. a. Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, & haurit jucũditatem à Domino, qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & inſipiens, Proverb. 18. d. Tecta jugiter perſtillantia litigioſa mulier, Proverb. 19. c. & 27. b. Melius eſt ſedere in angulo domus, quàm cum muliere litigioſa in domo convivii, Proverb. 21. b. Melius eſt habitare in terra deſerta, quã cum muliere rixoſa & iracunda, ibid. c. Mulieris laudatæ deſcriptio extat, Prover. ult. b. per tot cap. quam deſcriptionem concludens inquit: Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, mulier timens Dominum, ipſa laudabitur. De muliere bona & mala Syrach. cap. 25. & 26. per tot. ¶ Ariſt. in Oecon. Mulier eſt quaſi domus medietas. ¶ Mulieres ſibi invicem pulchritudinem invidere, cecinit Muſæus hoc verſu:

Καὶ γὰς ἐπ' ἀγλαίῃ ζηλήμονες εἰσὶ γυναῖκες.

Nam ob pulchritudinem invidæ ſunt fœminæ.

Mŭlĭercŭlă, æ, dimi. [*γυναιον, γυναικάριον.* Gall. *Petite femme, femmelette.* Ital. *Feminella, donnicula.* Ger. Ein Weiblin/ Fráwlin Hiſ. *Pequenna muger, ò mugercilla.* Pol. *Niewiaſtka.* Vng. *Aszonka.* Ang. *A litle woman.*] Cic. 5. Tuſcul. Leviculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ.

Mŭlĭercŭlārĭŭs, Qui alienas mulieres aſſectatur, ea forma qua uxorius, qui propriã uxorem amat. Vox à Conſtantino Imp. uſurpata, ſicut Ancillarius, ſeu *ὑπουργεσιακὸς*. Ancillarius, apud Martialem, qui ancillas ſequitur, & in eis inſanit: & Lectricaria, quæ lecticos nobilium non aſpernatur: ex Alciato.

Mŭlĭebrĭă, muliebrium, n.t. tantùm plurali numero, dicuntur menſtrua. [דרך נשים נדה *niddáh dérech naſchim. τὰ γυναικεῖα, τὰ ἐμμηνα.*] Interdum ſumuntur pro muliebri natura, *τὸ γυναικεῖον*: ſicut Virilia pro pudẽdis viri. Interdum pro præpoſtera libidine, quũ quis ſexus ſui oblitus, alterius libidini obſequitur, & mulieris quodãmodo partes ſuſcipit. *γυναικίζομαι*. Quint. Nobilis adoleſcens à Cẽturione muliebria paſſus. Sic Saluſtius in Catilin. Vitos muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Mŭlĭebrĭs, & hoc muliebre, Quod ad mulieres pertinet, ſeu quod eſt, aut fuit mulieris: ut Muliebris ſexus, Muliebre veſtimentum. [*γυναικεῖος, γυναικώδης*. Gall. *De femme, appartenant aux femmes.* Ital. *Donneſco.* Ger. Weibiſch oder Weiblich. Hiſp. *Coſa perteneſciente à mugeres.* Pol. *Niewieſci.* Vng. *Aszonhoz valo.* Ang. *Of a woman, or belonging to a woman.*] Plaut. in Menæch. Muliebris malitia. Idem in Epid. Muliebris animus, timidus, & inconſtans. Cic. 1. Offic. ex Ennio: Vos etenim juvenes animos gerits muliebres. Idẽ pro Cælio: Alveúsne ille, an equus Trojanus fuerit, qui tot invictos viros muliebre bellum gerẽtes tulerit ac texerit? Idem pro Milo. Muliebri & delicato ancillarum puerorumq, comitatu. ¶ Muliebris folliculus, Fœtus receptaculum, quod & vulva, ſive uterus appellari conſuevit. *μήτρα.*

Muliebritas, atis f.t. *γυναικωδία*, mollities.

Mŭlĭebrĭtĕr, adverbium, Molliter, effœminatè, more mulierũ. [*γυναικέως*. Gall *En femme, en mode & maniere de femmes.* Ital. *Da femina, da donna, mollemente.* Ger. Weibiſch / nach Weibiſcher art. Hiſp *Mugerilmente, muellemente.* Pol. *Znie wieſcyalio.* Vng. *Aszoni ember mod gyara, lagian.* Ang. *Womannishly, faynily.*] Iuſtin. Quæ non muliebriter hoſtium adventu territa. Cicer. 2. Tuſc. Nequid abjectè, nequid timidè, nequid ignavè, nequid ſerviliter muliebritérve faciamus in dolore, maximè providendum eſt.

Mŭlĭĕrōſŭs, m. ſ. Qui nimiùm appetit mulieres, effœminatus, libidinoſus. [*φιλογυνὴς, φιλογυνάιων*. Gall. *Trop amoureux de femmes.* Ital. *Feminieri, volto all' amor delle donne.* Ger. Weibsbegirig/ Weybiſcher/ den Weyberen ergeben. Bel. Wyfachtich. Hiſ *Dado à mugeres.* Pol. *Niewieſciuch.* Vng. *Aszoni ember szeretŏ, buya, lagy.* Ang. *Effeminat, that hath to great a luſt of women.*] Cic. de Fato: Hunc ſcribũt ipſius familiares, & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe. ¶ Nonnunquam idem quod muliebris, vel effœminatus. Plaut. in Pœnu. Sanè genus hoc mulieroſum eſt, tunicis demiſſitiis

Mŭlĭĕrōſĭtas, f.t. [*ἡ γυναικομανία, ἡ φιλογυνία*. Gall *Amour de femme deſraiſonnable.* Ital. *Inclinatione & animo volto alle donne.* Ger. Weibsbegird. Hiſp. *El vicio de ſe dar à las mugeres.* Pol. *Niewieſcia pozadliwoſcz.* Vng. *Aszoni emberekhez valo szerelem.* Ang. *Rankeneſſe towarde women.*] Cic. 3. Tuſc. Similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellem eam, quæ Græcè *φιλογυνία*: id eſt, amor mulierum, dicitur.

Mŭlĭĕrārĭŭs, Mulieroſus, [*φιλογυνὴς*. Gall *Femenin, adonné aux femmes.* Ital. *Feminiere.* Ger. Ein Weibsbegriger. Hiſp. *Mugeril.* Pol. *Do niewiaſt chczywi.* Vng. *Aszoni emberes.* Ang. *That haunteth women*

teth women inordinately.] Iulius Capitol. Mulierarius fuit inter primos amatores.

Mŭlĭĕro, ras, Pf. œmino, [γυναικίζω, θηλύω. Gall. *Effeminer, debiliter* Ital. *Effemminare, far molle.* Ger. Weibisch machen. Hisp. *Debilitare o enflaquecer, hazer mugeril.* Pol. *Czinie niewieszczuchem.* Vng. *Megyenitem, aszoni ember termeszetuet teszem.* Ang. *To make effeminate or weak.*] Varro apud Noniũ: Et res, & miſellus ille puer amat, habetq; ignem intùs acrem: hic ephebũ mulieravit.

Mulio, Vide MVLVS.

Mūlleī, orum, m. ſ. Calcei regum Albanorum erant, purpurei coloris, poſtea patritiorum, à mullando: id eſt, à fuendo, ut ex Titinnio probat Feſtus. Cato Orig. lib. 7: Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos allucinatos, cęteri perones. Vopiſcus in Aureliano: Calceos mulleos, & cereos, & albos viris omnibus abſtulit, mulieribus reliquit.

Mūllo, as, are, Antiquum verbum, λοιδορῶ, Græco verbo quod fuere ſignificat.

Mullŭs, per duplex l. m. ſ. [τρίγλα. Gal. *Vn poiſſon nommé barbeau ou perroulet.* Ital *Treglia, barbole à Venetia.* Ger. Ein Meerbarb. Hiſp. *El barbo.* Pol. *Morska parma.* Vng. *Hartſa, tengeri hal.* Ang. *A fiſh called a barbill.*] Genus piſcis marini, maximæ nobilitatis, & gratiæ: tanti autem pretii, ut à Plin. lib 9. cap. 17, memoriæ proditum ſit, Aſinium Celerem virum Conſularem Claudii Cæſaris temporibus mullum unũ octo millibus numorum emiſſe: quum tamen, eodem Plin. teſte, hic piſcis duarum librarũ pondus rarò excederet. Horat. lib. 7. Serm. Satyr. 2: laudas inſane trilibrem Mullum. Marti. Nolo mihi ponas rhombum, mullumq; bilibrem. Habent autem mulli in inferiore labro geminã barbam: unde peculiari epitheto Barbâti & Barbatuli appellantur à Cicerone in Paradoxis, & Varrone lib. 3. de Re ruſt. Hinc & vulgò Venetiis, *Barbones*, vocant. Mullorum autem nomen acceperunt (ut ex Feneſtellæ ſententia docet Plinius) à colore mulleorum calceamentorum. Romani ipſi vero Græco vocabulo, etiam hodie *Triglam* appellant.

Mullŭ à penult. correp. Diminutivum. [τριγλάδιον. Gall, *Vn petit barbillon* Ital *Piccola treglia, picciolo barbone.* Ger. Ein bärbetin Hiſp *Pequeño barro.* Pol *Barbonka.* Vng. *Hartſatska.* An. *A little barbell fiſhe.*] Cicero in Parado. Et videant aliquem ſummis populi beneficiis uſum barbatulos mullulos exceptant in deliciis & pertractantem.

Mulſum ſi n. ſ. Potio ex melle & vino: [οἰνόμελι. Gall. *Vin miellé ou emmellé.* Ital *Vino melato.* Ger. Ein Mät aus Honig vñ Wein gemacht Hiſp. *La clarea compueſta de vino y miel.* Pol. *Napoy zmiodu a winna vczinioni.* Vng. *Meſer nieſzes bor.* Ang. *A drinke of honie and wine.*] à mulcendo (ut quidam putant) hoc eſt, molliendo, eò quòd vini auſteritas mellis dulcedine molliatur. Plin. lib. 22. cap. 24, ſcribit mulſum ex vetere vino utiliſſimum fieri, quod facillimè cum melle concorporatur. De hoc Martialis: Attica nectareo turbatis mella Falerno, Miſceri decet hoc à Ganymede merũ. Hoc ſi calidum bibatur, vocem permulcet: ſi frigidum exaſperat. Cic. lib. 2. de Orat. Quum vocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, ut mulſum frigidum biberet ſimulac domum rediiſſet. Perdam (*inquit*) vocem, ſi id effecero. Vlpianus vini appellatione ait mulſum nõ contineri, œnomeli contineri: interpretaturq; οἰνόμελι, vinum dulciſſimum. Quæ ſententia ſi vera eſt, mulſum non erit idem quod œnomeli. Si quis tamen ea quæ paulò antè de mulſo ex Plinio annotavimus diligentiùs conferat cum his, quæ Dioſcor. lib. 5. cap. 9 tradit de confectione œnomelitos, facilè intelliget alterum ab altero non differre. Vtrunq; enim fit ex vino vetuſtiſſimo, & optimo melle, & confert ægrotis.

Mŭlsĕŭs, a, um, Dulce, quodq; mulſi ſaporem refert. [μελιδής. Gall *Doux.* Ital. *Dolce.* Ger. Das ſüß oder geſchmackt iſt wie ein Weinmät. Hiſp. *Dulce.* Pol. *Sl'otki iakobi miod.* Vng. *Edes, mézes izzu.* Ang. *Sweet that guſteth of honie and wine.*] Columel. lib. 12. cap. 45: Hæc ratio non ſolùm ipſa mala cuſtodit, ſed etiam liquorem mulſei ſaporis præbet. Plin. lib. 21. cap. 19: Vtriuſque radix mulſei ſaporis eſt.

Mŭlsŭs, a, um, adjectivum, Quod habet aliquid mellis admiſtum: ut, Aqua mulſa. [ὑδρόμελι. Pol. *Zmieſzani zmiodem.* Vn. *Meſzes.* An. *That hath any honie admixed.*] potio ex aqua & melle confecta. Plin. lib. 21. cap. 24: Rurſus naturam rerum pernoſcere volentibus, in mellis operibus, & aqua mulſa tractari debet. Columel. lib. 9. cap. 12: Rorem marinum aqua mulſa decoctum. Lac mulſum. Plin. lib 9. cap. 22: Exemplum quoq; lacte mulſo augetur. ¶ Dicta mulſa: hoc eſt, ſuavia apud Plaut. in Rud. Idem Caſin. Mea mulſa dixit, blandientis affectu, pro eo quod eſt, Mea ſuavitas.

Mŭltă, tæ, f. p. [עבש *hóneſch.* τετράμετον, ἔπαμον, ζημία. Gall. *Amende, peine pecuniaire.* Ital *Pena, condannagione in denari.* Ger. Ein Puß oder ſtraff. Hiſp. *La pena que ſe pone en dinero.* Pol *Kara, pokuta, winna.* Vng. *Birſag.* Ang. *An amercement, a fine, a forfaite.*] Pœna pecuniaria, quæ pro delicti magnitudine variè irrogabatur: ita dicta, teſte Varrone, quòd multa ſimul imperabantur, idq; contra antiquorũ conſuetudinem, qui ſingulas tantùm, aut certè unius generis res multæ nomine exigebant. Feſtus tamen autor eſt vocabulum hoc Oſcum eſſe, non Latinũ. In hoc autem Multa differt à Pœna, quòd Pœna generali nomine dicitur omnium delictorum correctio: Multa verò ſpecialis eſt peccati, cujus animadverſio pecuniaria eſt. Pœna, ποινή, μαζία, contrà non tantùm pecuniaria, ſed & capitis, & exiſtimationis irrogari ſolet. Et multa quidem ex arbitrio ejus venit, qui multam dicit: Pœna non irrogatur niſi qua lege, vel quo alio jure ſpecialiter ſingulis delictis conſtituto. Suprema multa, teſte Gell. lib. 11. cap. 1, apud priſcos erat in ſingulos dies triginta boum, & duarum ovium: ovium, ovis unius. Poſtea tamen cum in multæ dictæ ſummam pecora minimi pretii ſolverentur, conſtitutum eſt lege Aterina, ut in ſingulas oves æris deni, in boves centeni ſolverentur: hoc eſt, pro ſingulis bobus denarii decem, pro ſingulis autem ovibus denarius unus. Erat itaq; multa ſuprema trium millium, & vigintiæris, ſeu trecentarum & duarum drachmarum: quas ſi ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem reducas, invenies libras Turonenſes duas & quinquaginta, & ſolidos ſemptemdecim. Dicimus autem in eadem ferè ſignificatione, Dicere multam, ἐπιζημίαν ἐπιβάλλειν. Infligere multam, irrogare multam, & Facere multam, quorum poſtremo uſus eſt Cato lib. 4. Orig. Imperator, inquiens, noſter, ſiquis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit. ¶ Multam dicere, propriè erat judicis, vel magiſtratus: exigi tamen non poterat, niſi populus rectè multatum videri cenſuiſſet. De hoc multa ſcribit Budæus in Pand. Multam (*inquit*) dicere antiqui tum dicebant, quum ad populum, & in comitio multa diſceptanda irrogabatur, quod ipſi Certare multam dicebant. Livius lib. 5. bell. Pun. Sp. & L. Carvilii, quum rem inviſam, infamemq; cernerent, ducentùm millium æris multam M. Poſthumio dixerunt: cujus certandæ quum dies advenifſet, conſiliumq; frequens plebis adeſſet, una ſpes videbatur eſſe, ſi Caſca Trib. pleb. qui propinquus erat, cognatusque Poſthumio, priùs quàm ad ſuffragium tribus vocarentur, interceſſiſſet. Idem paulò pòſt: Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent, vimq; eam contra rempublicam perniciioſo exemplo factam Senatus decerneret, confeſtim Carvilii Trib. pleb. omiſſa multæ certatione, rei capitalis diem Poſthumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci juſſerunt. His verbis apparet, moris fuiſſe ut Tribuni pleb. multam dicerent, quæ poſtea populi ſuffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur: quo tempore Multa certari dicebatur. Non enim Tribuni damnare multæ poterant, ſed tantùm rogare populum: apud quem, quum reus non jure multatum ſe contenderet, lis illa multatitia diſceptabatur. Hæc Budæus. ¶ Nonnulli hodie ſcribunt Mulcta per c, ejusq; originem referunt ad verbum Mulgeo: quia quemadmodum pecora, dum mulgentur, ſuo ſpoliantur lacte: ita cui multa dicitur, emungitur, & veluti emulgetur pecunia. Ita tamen à veteribus ſcribi non ſolere, ex iis quę paulò antè ex Varrone adduximus, ſatis poteſt intelligi.

Mūlto, as, act. p. Punio, condemno, multam dico, vel irrogo. [עבש *banáſch.* τιμῶ, ἐτιμησάμην, τετιμάκα. Gall *Condamner à l'amende, punir.* Ital. *Punire, condannare.* Ger. Einen mit einer ſtraff auffiegen. Hiſp. *Imponer, pena de dinero, condenar.* Pol. *Karzmne wkiadam.* Vng. *Megbirſagolora.* Ang. *To amerce, to punish by the purſe, to put to a fine.*] Et conſtruitur cum ablativo, vel genitivo, ponituṙq; pro Privo. Virgil. 11. Aeneid. multatam triſti morte Camillam. Curtius lib. 2: Is quoq; inſulas præſidiis occupat, pecunia multat. Tacitus libro 13: Vt quidam accuſatorũ ejus exilio multarentur. Cicero 5. Verr. Multos crudeliſſimè pecunia mortem eſſe multatos. Virgil. in Ciri, Quod ſi perdiderimi patria multabor. ¶ Interdum lacerare, mutilare, verberare, diſſolvere. Terentius in Adelph. Ipſum dominum atque omnem familiam multavit uſq; ad mortem. Colum. lib. 2. cap. 4: Quo evenit, ut in iteratione quoq; ſcamna fiant, & boves iniquitate operis maximè multentur. ¶ Interdum agere, & voti compotem facere. Nævius in Colace, apud Nonium: Et vobis quidem gratias ago, quum votis me multatis meis. ¶ Interdum malè tractare. Col. lib. 1. cap. 2: Nam illud vetus eſt Catonis: Agrum peſſimè multari, cujus dominus quid in eo faciendũ ſit, non docet, ſed audit villicum. ¶ Multare matrimonio, eſt repudiare conjugem, & divortium facere. Plautus in Amph. Nunquid cauſam dicis quin te multem matrimonio?

Mūltātĭtĭŭs, tia, tium, Quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet, ſive quod nomine multæ exigitur. [τετραμμένος, ἐτετράμενος. Gall. *Qui provient des amendes.* Ital. *Riſcoſſo per condannagione.* Ger. Das der buß oder ſtraffnã. Hiſp. *Coſa de pena de dineros.* Vng. *Az mi birſag hoz valo.* Ang. *That cometh of amercement.*] Liv. lib. 10. ab Vrbe. Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis dãnatis, ludi facti. Et lib. 7. bel. Pun. Aediles plebis ex multatitio argento ſigna ænea ad ædẽ Cereris dedere.

Multŭs,

Mūltŭs,ta,tum,Notæ ſignificationis. [רב *rab.* πολύς. Gall. *Beaucoup.* Ital. *Molto.* Ger. Viel. Bel. Veel. Hiſp. *Mucho.* Pol. *Wielie.* Vng. *Sok.* Ang. *Much, many.*] Cicero pro P. Seſt. Et in cæteris, quæ rerum potitæ ſunt, multis fortiſſimis atq; optimis viris, injuſtis judiciis tales caſus incidiſſe. ¶ Multus in opere: hoc eſt, continuus, aſſiduus. Saluſt. in Iug. Ioca atq; ſeria cum humillimis agere in operibus, in agmine, atq; ad vigilias multus eſſe. Multus in eo fuit, ſive in ea re, Cicer. 4. Acad. Ad multum diem, Cicer. ad Attic. lib. 13. Multo die: hoc eſt, bona diei parte tranſacta. Cæſar 1. belli Gallici: Multo denique die per exploratores Cæſar cognovit, & montem à ſuis teneri, &c. Sic, Multa nocte. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 2: Multa nocte veni ad Pompeiū. Multo mane, Cicero ad Atticū. ¶ Multò tantò, ea forma dicitur, qua altero tantò: quod Græci dicunt, πολλαπλάσιον. Plautus in Ruden. Ego multò tantò miſerior, quàm tu Labrax. ¶ Multus pro multiplici. Plin. lib. 19. cap. 3: Radice multa, craſſaq;.

Mūltùm, adverbium, valde, vehementer. [מאד *meódh.* πολύ. Gal. *Beaucoup.* Ital. *Molto.* Ger. Hefftig oder viel. Bel. Seer. Hiſp. *Mucho.* Pol. *Wielse, barzo.* Vng. *Igen.* Ang. *Much or greatlie.*] Plautus in Perſa: Dic me illam amare multùm. Cicero ad Gallum lib. 7. Epiſt. Sed opinor Caſſium uti non ita multùm ſorore. Idem de Senec. Adſum amicis, venio in Senatum frequens, ultroq; affero res multùm & diu cogitatas.

Mūltò, [πολλῷ, πολὺ, μᾶλλον. Gall. *De beaucoup.* Ital. *Aſſai più.* Ger. Viel. Hiſp. *Mucho.* Pol. *Wielie.* Vng. *Sokkal.* Ang. *Muche.*] Cum dictionibus Alius, Aliter, Secus, Antè, Pòſt, Præſto, Malo, Antecedo, Excello: item cū comparativis, aut ſuperlativis, aut eorum vim habentibus elegantem in oratione uſum habet. Terentius in prologo Andriæ: Verùm aliter evenire multò intelligit. Cicero in Verrem: Cui quemadmodum reſiſtam multò mihi antè eſt, judices providendum. Idem Attico: Non multò mihi antè eſt, judices providendum. Idem Attico: Non multò pòſt quàm tu à me diſceſſiſti. Idem: Multò ſecus evenit. Saluſtius: Multò præſtat beneficii, quàm maleficii memorem eſſe. Cicero de Amicitia: Sed obſequiū multò moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. Idem pro Lege Manilia: Magna ac multò maxima parte, non modò utilitatis, ſed dignitatis atq; imperii caruit.

Mūltĭtūdo, dinis, f. t. Frequētia & copia. [רב *rob.* πλῆθος. Gall. *Multitude.* Ital. *Moltitudine.* Germ. Die viele. Bel. De Menichte. Hiſp. *Muchedumbre de coſas.* Pol. *Vielkoſcią.* Vng. *Sokaſag.* Ang. *A multitude.*] Cicer. de Orat. lib. 2: Habet enim multitudo vim quandam talem, ut quemadmodum tibicen ſine tibiis canere, ſic orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe nō poſſit. Idem 2. Tuſc. Eſt enim philoſophia paucis contenta judicibus, multitudinem conſulto ipſo fugiens, eiq; ipſa & ſuſpecta & inviſa, &c.

Mūltāngŭlŭs, la, lum, Multos angulos habens. [πολύγων. Gall. *Qui a pluſieurs coins ou anglets.* Ital. *Che ha molti cantoni.* Ger. Das viel ecken hat / eckechtig. Hiſp. *Coſa de muchos rincones.* Pol. *Ten ktori wielie narożnikow ma.* Vng. *Zegeſſő.* Ang. *That hath many corners.*] Lucret. lib 4: Eſſe minora igitur quædam, majoraq; debent, Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

Mūltēſĭmă pars, pro quantitate infinita, eadem forma dicitur, qua milleſimus, πολλοστημόριον. Lucretius lib. 6: Quàm ſit parvula pars, & quàm multeſima conſtet.

Mūltĭbārbŭs, Qui habet multam barbam. [πολυγένειος. Gall. *Qui a grand' barbe* Ital. *Che ha molta barba.* Ger Wolgebartet / der viel barts hat. Hiſp. *Coſa que tiene mucha barba.* Pol *Wielkobrod.* Vng Sző Zakallu. Ang. *That hath a great beard.*] Apuleius in Flori. Multibarbus, ſpinis obſitus & pilis.

Mūltĭbĭbŭs, m. ſ. Dicitur qui multi eſt potus, helluo. [Νεβο *ſobé.* πολυπότης. Gall. *Grand buveur, qui boit beaucoup.* Ital. *Che beue molto.* Ger. Ein groſſer Trincker. Hiſp *Coſa que mucho bebe.* Pol. Pyak. Vng. Nagy ivato. Ang. *That drinketh much.*] Plautus in Curcul. Nomen eſt lenæ multibiba atq; merobiba.

Mūltĭcăvātŭs, a, um, penult. prod. Multa habens cava. [πολύτρητος. Gall. *Qui a beaucoup de trous.* Ital. *Di molti caue ò fori.* Ger. Wolgehölet oder getöcheret. Hiſp. *Coſa que tiene muchos agujeros.* Pol. *Pel'ni dł'upiow.* Vng. *Wreges lukas lukas.* Ang. *That hath many holes.*] Varro 3. de Re ruſtica, cap. 16: Favus eſt quem fingunt multicavatum è cera, quum ſingula cava, ſingula latera habeant.

Mūltĭcăvŭs, a, um, Multum habens concavi. [πολύτρητος. Gall. *Qui a force trous.* Ital. *Che ha molto concauo.* Ger. Wol gehölet oder getöcheret Hiſp. *Coſa que tiene muchos agujeros* Pol. *Barzo wielo dziur.* Vng. *Wreges, hexagos.* Ang. *That hath many holes.*] Ovid lib. 8. Metamorphoſ. Pumice multicavo, nec levibus atria tophis Structa ſubit.

Mūltĭcaūlĭs, le, Multos habens caules. [πολύκαυλος. Gall. *Qui a pluſieurs tiges.* Ital. *Di molti gambi.* Ger. Das viel ſtengel hat. Hiſp. *Coſa que tiene muchos tallos.* Pol. *Pelni glabow.* Vng. *Sok, Zaru, Zaras.* Ang. *That hath many ſtalkes.*] Plinius lib. 21. cap. 16: Eſt & illa differentia, quòd quædam in iis multicaulia ramoſaq; ſunt, ut carduus.

Mūltĭcŏlŏr, oris, om. t. Quod habet multos colores, verſicolor, diſcolor. [πολύχρως. Gall. *De beaucoup de couleurs.* Ital. *Di molti colori.* Ger. Das vielerley farben hat. Hiſp. *Coſa de muchos colores.* Pol. *Pel'ni rożmaitei, farbi.* Vng. *Sok ſzinw.* Ang. *Of diuers colours.*] Plin. lib. 17. cap. 10.

Mūltĭfăcĭo, cis, act. t. Magni æſtimo. [הוקיר *hokír.* πολλοῦ ποιοῦμαι. Gall. *Eſtimer beaucoup.* Ital. *Eſtimare molto.* Ger. Hoch oder großachten. Hiſp. *Eſtimar en mucho precio.* Pol. *Wielie ſobie waże.* Vng. *Nagynak böſzwöm.* Ang. *To eſteme muche.*] Sicut Magnifacio & Parvifacio. Cato: Neq; fidem, neq; jusjurandum, neq; pudicitiam multifacit. Feſtus.

Mūltĭfārĭŭs, a, um, Varium, quod multis modis poſſit dividi, vel quod eſt ex multiplici ſpecie. [πολύχρως, πολύτροπος. Gall. *De diuerſes ſortes & manieres.* Ital. *Vario.* Ger. Mancherley / vielerley. Hiſp. *Coſa de muchas maneras.* Pol. *Rożmaitei.* Vng. *Sok fele.* Ang. *Manifold.*] Gell. libro 5. capite 6: Militares coronæ multifariæ ſunt.

Mūltĭfārĭē, adverbium, Variè, multis modis. [πολλαχῶς. Gall. *En pluſieurs ou diuerſes manieres & facons.* Ital. *Variamente, in diuerſe maniere.* Germ. Auff mancherley weiß. Hiſp. *En muchas maneras.* Pol. *Rożmaicie, nie iednako.* Vng. *Sokzor, ſok keppen.* Ang. *Manifoldly, many wayes.*] Plinius lib. 6. cap. 54: Et tamen multifariè priſcos ſeivare ritus.

Mūltĭfă ĭam, adverbiū, idem quod multifariè [πολλαχῶς. Gall. *En pluſieurs ſortes.* Ital. *Variamente* Ger Auff mancherley weiß / auff vielerley gattung. Hiſp. *En muchas maneras.* Vng. *Sokzor ſok keppen.* Ang. *Many foldly, by ſundry faſhions.*] Cicero 2. de Orat. Quòd eſſet multifariam defoſſum. Idem 1. de Legibus: Hodie multifariam nulla ſunt. Suetonius in Calig. cap. 18: Scenicos ludos & aſſiduè & varii generis multifariam fecit.

Mūltĭfĕr, a, um, Multa ferens, fertilis. [πολυφόρος. Gall. *Fertil, qui porte & produit pluſieurs ou diuerſes choſes.* Ital. *Fertile.* Germ. Das viel tregt. Hiſp. *Fertil, coſa que mucho trahe.* Pol. *Vrodzaini.* Vng. *Termő az mi ſokat hoz.* Ang. *Fertile, that bringeth many thinges.*] Plinius libro 16. capite 8: Tam multifera ſunt, & tot res, præter glandem, pariunt robora. Idem de braſſica: Nullo æquè genere multifero, donec ſua fertilitate conſumatur.

Mūltĭfĭdŭs, a, um, Quod in multas partes finditur, & multas diviſuras habet. [πολυσχής, πολυχώς Gall. *Fendu en pluſieurs parts* Ital. *Feſſo in molte parti.* Ger. Dz in viel theil geſpaltē iſt Hiſp. *Coſa hendida en muchas partes.* Pol. *Pel'nipans.* Vng. *Haſad-ko, ſok fele haſat.* Ang. *Having many clifies and creuiſes.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Cornua nulla, quibus multifidi pedes. Martial lib. 14: Multifido buxus quæ tibi dente datur. Ister multifidus, Lucan. lib. 5. Linguæ multifidæ, Valerius Flac. 1. Arg. Faces multifidæ, Ovid. 7. Metam. Timavus multifidus, quòd in multa oſtia miſſus In mare protumpat. Martial. lib. 8: An tua multifidum numeravit lana Timavum.

Mūltĭfŏrĭs, re, om. t. Quod eſt multorū foraminū. [πολύτρητος. Gal. *Qui a force trous.* Ital. *Di molti bucchi è pertugi.* Ger. Löcher echtig / voll löcheren. Hiſ. *Coſa de muchos agujeros.* Pol. *Pel'ni dziur.* Vng. *Lyukaſos ſok lyuku.* Ang. *That hath many holes.*] Plin. lib. 8 cap. 55: Injiciant eas in ſpecus, quę ſunt multifores in terra. Pro eodem etiam dicimus Multiforus, a, um, Ovid. lib. 12. Metam. Longaq; multifori delectat tibia buxi.

Mūltĭfŏrātĭlĭs, Multiforis, πολύτρητος, ut Tibia multiforatilis, apud Apul. in Flor.

Mūltĭfōrmĭs, me, om. t. Varius, quaſi multiplicis formæ aut variæ. [πολυειδής. Gall. *De diuerſes manieres & facons.* Ital. *Vario, di forme diuerſe.* Ger. Mancherley oder vielerley geſtalt. Hiſp. *Coſa de muchas formas y maneras.* Pol. *Rożmaitego kſztal'tu.* Vng. *Sok formaiu.* Ang. *Of many fashions.*] Plinius lib. 11. cap. 37: Oculi contextu multiformes. Columel lib. 8. cap. 9: Ut per annū diverſa tempora, mala, pruna, pyrum, multiformes nuces, aciſcum præbeat. Cicero 1. Acad. Ex iis autem ortæ variæ ſunt, & quaſi multiformes.

Mūltĭfōrmĭtĕr, adverbium, Variis modis. [πολυειδῶς Gall. *En diuerſes ſortes & manieres.* Ital. *In diuerſe maniere.* Ger. Auff vielerley weiß. Hiſp. *En muchas formas.* Pol. *Rożmaicie.* Vng. *Sok keppem.* Ang. *By diuers faſhions.*] Gellius libro 9. capite 5: Plato ante hos omnes ita variè & multiformiter diſſeruit de voluptate. Plin. libro 36. capite 37: Peſtilentiæ, quæ Solis obſcuratione contrahitur, ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt

Mūltĭgĕnĕrĭs, & multigenere, ſignificat quod eſt multorum generum. [πολυγενής. Gall. *De pluſieurs ſortes.* Ital. *Di molte maniere.* Ger. Vielerley geſchlecht oder gattung. Hiſp. *Coſa de muchos generos ò eſpicses.* Pol. *Rożmaitego rodu.* Vng. *Sok fele.* Ang. *Of diuers kindes.*] Plaut. in Capt. Multis & multigeneribus opus eſt tibi militibus.

Mūltĭgĕnŭs, a, um, Multigeneris, Plinius libro 11. capite 1:

Multa hæc & multigena, terrestrium volucrumque vita.

Mūltĭgŭs, a, um, & multigis, e, penul. corr. Quod est multiplex, varium, multum & numerosum. [πολύχους. Gall. *De diuerſes ſortes.* Ital. *Di molte ſorti, vario.* Ger. Mancherley/ mantgfaltig. Hisp. *Coſa de muchas maneras.* Pol. *Rozmaiti.* Vng. *Igen ſok ſȩe* Ang. *Of diuers ſortes and kindes.*] Vbi jugus nihil significat, sicut in Postliminium, Meditullium, & hujusmodi. Prima pars in multijugum multum significat, reliqua pars protractio sola est, nihil significans. Cic. ad Attic. lib. 14: Verumtamen de Rep. multa cognovi ex tuis literis, quas quidem multijuges accepi uno tempore à Vestorii liberto.

Mūltĭlŏquŭs, Qui multa loquitur. [πολυλόγος, πολύφωνος. Gall. *Qui parle beaucoup, grand parleur.* Ital. *Colui che parla molto.* Ger. Ein Schweтzer/ der viel tandtet: ein Tandtmann. Hisp. *El que habla muchas coſas.* Pol. *Wielomowca.* Vng. *Fetſegȫ, ſtatſago.* Ang. *That ſpeaketh much.*]

Multiloquium, In multiloquio (inquit sacet Spiritus) non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Proverb. 10.

Mūltĭmŏdŭs, a, um, Multiplex, varius. [πολύτροπος. Gall. *De pluſieurs & diuerſes ſortes.* Ital. *Di molti modi.* Ger. Vielerley weiß/ mancherley gattung. Hisp. *Coſa de muchas maneras.* Pol. *Rozmaitego kſztał'tu.* Vng. *Sok fele, ſok keppen valo.* Ang. *Manifold, of ſundrie ſortes.*] Livius 1. bel. Pun. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte distineri cœpti sunt, & non sufficiebant.

Mulĭnŭbă, æ, Qui vel quæ multis nupsit. Cornutus in Persium Satyr. 1.

Multĭnŭmŭs, adject pen. product. [πολυχρήματος. Gall. *De beaucoup de pecune & prouſit.* Ital. *Di molti denari.* Ger. Viel geld gewinnend. Hisp. *De muchos dineros y prouecho.* Pol. *Geſtogroſz.* Vng. *Penzes, ſok penzȩ.* Ang. *Very riche.*] Varro 3. de Re rustic. cap 17: Ego enim uno servulo, hordeo non multo aqua domestica, meos multinumos alo asinos: id est, quorum opera multos paro numos.

Mūltĭpārtītŭs, a, um, adjectivum. [πολυφυής. Gall. *Diuiſé en pluſieurs parties.* Ital. *Diuiſo in piu parti.* Ger. In viel abgetheilt. Hisp. *Partido en muchas partes.* Pol. *Na wielie czeſzi podzielony.* Vng. *Sok rezre oztatot, ſok rezȩ.* Ang. *Deuided into many partes.*] Plin. lib. 6. cap. 19: Namq; vita mitioribus populis ludorum multipartita degitur.

Multĭpĕs, multipedis, vel multipeda, æ, Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim prorepens, qui & Centipeda & Mulepeda appellatur. [ἰούλος. Gall. *Vne cloporte, ver qui a pluſieurs pieds.* Ital. *Verme di molti piedi.* Ger. Ein würmlin das viel füß hat/ein eſel. Hisp. *El ciento pies, ò gusano con muchos.* Pol. *Wielonog.* Vng. *Sok lab'u ember, A wo me that hath many feete.*] Plin. lib. 22. cap. 25: Ad multipedam mortuus cum riche. Idem lib. 29. cap. 6: Millepeda, cbalis Centipeda aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se.

Multĭplĕx, cis, om. t. Varius, involutus, multas plicationes habens: cui contrarium est Simplex. [πολλαπλόος. Gall. *Qui a pluſieurs plis, de pluſieurs & diverſes ſortes.* Ital. *Inuoluto e doppio, vario.* Ger. Vielfaltig Hisp. *Plegado muchas vezes, de muchas maneras.* Pol. *Rozmaity.* Vng *Sok ſele ſok reтw.* Ang. *Manifold, of diuers ſortes.*] Suetonius de Clar. Grammat. Multiplici variaque doctrina censebatur. Plaut. in Epid. Simul ærumnam multiplex exercita Habet paupertas. Virgil. 4. Aeneid. Hæc tum multiplici populos sermone replebat Gaudens. De Amic. Qui fieri poterit, si ne in uno quidem quoq; unus animus erit, idemq; semper, sed varius, commutabilis, multiplex.

Mūltĭplĭcĭtĕr, adverbium, Titulus est apud Plin. De eodĕ multiplicius. lib. 7. cap. 14. πολλαπλασίως.

Multĭplĭcābĭlĭs, le, om. t. Quod potest multiplicari, & nonnunquàm idem quod multiplex. [πολλαπλασιαστός, πολυπλοκός. Gall. *Qui ſe plie & entortille en pluſieurs plis.* Ital. *Che ſi può multiplicare.* Ger Das vielfaltig zumachen. Hisp. *Lo que ſe puede multiplicar.* Pol. *Rozmaiti do zł'aczeni.* Vng. *Zaparadhato.* Ang. *That is pliant or may be folded.*] Cicero 2. Tuscul. Hæc interemit totum multiplicabili Draconem auriferam obtutu asservantem arborem. Carmen est è Sophocle à Cicerone versum.

Mūltĭplĭco, as, are, act. t. Multiplex reddo aut facio. [הרבה hirbäh. πληθύνω. Gall. *Multiplier, accroiſtre, augmenter.* Ital *Multiplicare.* Ger. Vielfaltig machen/ mehren Bel. Vermeerderen. Hisp. *Multiplicar ò accreſcentar.* Pol. *Rozmnazam.* Vng. *Zaparitom.* Ang. *To multiplie, to augment.*] Plinius lib. 34. cap. 8: Primus hic multiplicasse varietatem videtur. Cic. ad Quint. Frat. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. Ovid. 2 de Remed. Flumina collectis multiplicantur aquis.

Mūltĭplĭcātĭo, ōnis. [ארבית marbüh. πολλαπλασιασμός. Gall. *Multiplication, accroiſſement.* Ital. *Moltiplicatione, accreſcimento.* Ger. Vielfaltigung/ mehrung. Hisp. *Acreſcentamiento.* Pol. *Rozmnożenie.* Vng *Zaparitom.* Ang. *A multiplying in augmenting.*] Columel. libro 3. capite 2: Nam si sordidus aut vilis est, feracissimam quamque serere conducit, ut multiplicatione frugum reditus augeatur.

Multipotēns, tis, om. t. Qui multum potest. [πολυκρατής. Gall. *Fort puiſſant, qui peut beaucoup.* Ital. *Huomo che può molto.* Ger. Gewaltig/ viel vermögend. Hisp. *Lo que mucho puede.* Pol. *Ten mocny.* Vng. *Nagy hagyhato meg tȫb.* Ang. *Of great might and power.* Plaut. in Bacch. nequius nihil est Quam egens cõsil ĭ servus, nisi habet pectus multipotens. Vb. cunq; usus fuit. Idem Trinum. Salsipotenti & multipotenti Iosis tutatrivi Nere: Neptune Lætus, lubens laudes ago.

Mūltĭscĭus, m. f. Qui multa scit & multarum rerum scientiam habet. [πολυμαθής, πολυίστωρ Gall. *Qui ſcait beaucoup.* Ital. *Che ſa molto.* Germ. Viel wissend. Hisp. *El que mucho ſabe.* Pol. *Wiele wiedzący.* Vng. *Sokat tudo.* Ang. *That knaweth much.*] Apuleius in Apologia: Meminerat Homerum poëtam multiscium vel potiùs multarum rerum apprimè peritum.

Mūltĭsŏnŏrŭs, a, um, [πολυηχής. Gall. *Qui rend diuers ſons.* Ital. *Che rende ſuoni diuerſi.* Ger. Das viel gethöne gibt. Hisp. *Coſa que ſuena por muchas partes.* Pol. *Rozmaitego dźwięku.* Vng. *Sok xȫngeſtw.* Ang. *That giueth diuers ſounds.*] Claudian. de mulabus Gallicis: Esseda concordes multisonora trahunt.

Mūltĭvŏnŭs, adjectivum, πολύφωνος. Martial. lib. 1: Sic ubi multisona fervet sacer Atthide lucus.

Mūltĭvăgŭs, a, um, Qui multum vagatur, errans. [πολυπλανής. Gall. *Qui vague en pluſieurs ſortes, qui ne ſçait arreſter.* Ital. *Che vaga molto.* Ger. Vielſchweiffig/ vmbſchweifig Hisp. *Coſa que vaga por muchas partes.* Pol. *Sok tacego.* Vng. *Bodogo.* Ang. *That ereth and wandereth much.*] Plin. lib. 10. cap. 37: Ferunt non mutare sedem columbas, multivaga alioqui ave. Multivagus tunæ cursus, apud eundem, lib. 2 cap. 10.

Multŏpĕrĕ, La forma dixit Plautus, qua magnopere, ut in Merc. Multopere in mundo rustico se exercitum. [σὺ μάλα πολύν. Gall. *Moult, beaucoup.* Ital. *Grandemente.* Ger. Hefftig. Hisp. *En grande manera.* Vng. *Fwlȫtte igen.* Ang. *Greatlie.*]

Mūltŭrĭa, orum, n. s. Indumenta dicebantur, minutissimis filis contexta, ita à multis filis & propterea subtilibus appellata. [πολυμίτια. Gall. *Draps ou accouſtrement de ſoye dont le tiſſu eſt moult deslié & ſubtil.* Ital. *Veſti de fili ſottili.* Ger. Reine vnd zarte tieyder. Hisp. *Veſtiduras de ſeda ſubtil.* Pol. *Subtilna ſzata.* Vng. *Vekon ſoȓell ol tſinált ruha, h. vgy tegy ruha.* Ang. *Cloth wouen of many ſmall threades, taffetie.*] Vel à mulcendo, quoniã carnem demulceant. Et tantùm pluraliter declinatur. Iuvenal. Satyr. 22 - quæro an deceant multitia testem. Ibidem: - sed quid Non facient alii quum tu multutia sumas Cretice?

Mūltĭvŏlŭs, a, um, Qui multarum rerum desiderio tenetur. [πολυθέλητος. Gall. *Ayant diverſes volontez, qui veut beaucoup.* Ital. *Che vuole molto.* Germ. Viel wöllend/ wtawendig. Hisp. *Coſa que quiere muchas coſas* Pol. *Wiele chcący.* Vng. *Sok akarattu.* Ang. *That willeth many thinges.*] Cato ad Milliũ. Multivola est mulier.

Plūs, ris. [רב' iolt e. πλείων, πλέον. Gall. *Plus d'auantage.* Ital. *Più.* Germ. Mehr. Bel. Meer. Hisp. *Mas.* Pol. *Wiecey.* Vng. *Tȫb.* Ang. *More.*] Generis neutrius, obliquis vero, & numero plurali, omnium generum, secundum Priscianum, comparativum est, significatione tantùm, non voce, à Multum: quasvis Gell. libro 5, capite ult. ex Capitonis autoritate putaverit esse absolutum: hoc est, positivum. ¶ Plus nominativo aliquando jungitur. Livius de bello Macedon. Plus quinquaginta hominum millia cecidisse. ¶ Aliquando accusativo Terentius in Eunuch. Non plus triduum. Vitruv. libro 7: Asseres directi disponantur inter se, nec plus spatium habentes pedes binos. ¶ Aliquando ablativo. Plautus in Menæch. Plus trigiata annis natus sum. In quibus omnibus locutionibus intelligitur particula. Quàm, quæ plerunque etiam exprimitur. ¶ Iungitur aliquando & genitivo, communi more omnium nominum quæ per se subsistunt: ut Plus sapientiæ, apud Plautum in Mostel. ¶ Item jungitur verbis emendi & vendendi, & omnibus æstimationem quandam significantibus in genitivo. Cicer. pro Quint. Rosc. Ager nunc multo pluris est quàm tum fuit. ¶ Invenitur etiam apud Antiquos in ablativo. Plautus in Græco: Plure altero tanto, quanto ejus fundus est. Lucilius: Plure vendunt, quod pro minore emptum antiquè. ¶ Aliquando temporis adverbium fit, idem significans quod Diutiùs. Terentius in Hecyra: Vt cum matre unà plus esset. ¶ Plures pro Multi, passim apud autores legitur. Cicero 2. de Finib. Plures dies manere non potest. Plinius libro 9. capite 12: Aquatilium tegmenta plura sunt. ¶ In plurali numero, Plura dicimus, & Pluria. Donatus, Antiqui hoc Complure, & hæc Compluria, quod nostri Complura dicunt. Cicero in Orat. Confirmanda genera compluria. Credo quia veteres hic & hæc Pluris, & hoc Plure, non hoc Plus dicebant. Hæc ille. Gellius verò refert Capitonem docuisse Pluria Latinum esse: Plura verò barbarum. Nunc autem de usu & Pluria, & Plura dicimus.

ra dicimus. Vnde & Compluria & complura. Terent. in Phorm. Multa advenienti, ut fit, nova hîc compluria. ¶ Sed inter ſe differunt Plura & Complura, quòd Plura de duobus dici poſſit, Complura nonniſi de majore numero. Eſt præterea illud comparativum, hoc minimè, ideoq; non regit caſum. ¶ Complurimus non reperitur, ſed tantùm plurimus. ¶ Eſt etiam Plus adverbium. Plus ſatis, πλέον τοῦ ἱκανοῦ dicimus pro eo quod eſt abūdè, & plus quàm ſatis. Terent. in Evnuch. Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis. ¶ Plus minus, Plus minúsve, Plúsve, minúsve, in eadem ſignificatione uſurpantur, pro Circiter: frequentiùs tamen invenitur Plus minus: ut Dies plus minus triginta, pro eo quod eſt, paulò plus, aut paulò minus: hoc eſt, circiter. ¶ Dicimus etiam, Plus, plusq;, pro eo quod eſt, in dies vehementius. Cicero Attico libro 6: Quem mehercule plus, plúsq; in dies diligo. ¶ Hinc Perplures compoſitum, idem ſignificans quod permulti. Plinius libro 13. capite 24: Spondetq; jugero ejus annuos perplures vel mediocri ſolo reditus. ¶ Vnde perplurimùm, adverbium: ut, Perplurimùm refert, apud eundem libro 2. capite 54. ¶ Item derivativa, Pluralis, & plurale à vulgò grammaticis fictæ voces. πληθυντικὸς, & Plurativus, a, um, ejuſdem ſignificationis, ut apud Macrobium, Plurativus numerus.

plūſcŭlŭs, a, um, diminutivum à Plus. [παυσπολύς. Gall. *Vn peu d'auantage, vn peu plus.* Ital. *Vn poco più.* Germ. Ein wenig mehr. Hiſp. *Vn poco mas.* Pol. *Czos wiecei.* Vng. *Tobbetske.* Ang. *Somewhat more.*] Quanvis, Plus maſculinum, fœmininúmve genus non habeat: idemq; ſignificat quod Paulò, vel aliquanto plus. Terent. in Phorm. Tum pluſcula ſupellectile opus eſt. ¶ Inde fit compoſitum Compluſculus. Idem in Hecy. Primùm dies compluſculos. ¶ Pluſculum, li, neutri generis. Columel. libro 12. capite 47: Deinde exiguum aceri piperati, & pluſculum mellis, aut mulſi adjiciunt. Cicero 2. de Oratore: Verùm ut aliquando ad cauſas deducamus illum, quem conſtituimus, & eas quidem, in quibus pluſculum negotii eſt. Cicero Luceio lib. 5: Pluſculum etiam, quàm concedit veritas, amori noſtro largiare.

plūrĭfārĭŭs, adjectivum, Varius, multijugus, multifarius. [πολύχρως. Gall. *En pluſieurs ſortes & manieres.* Ital. *Vario, di molti ſorti.* Ger. Vielerley/mancherley. Hiſp. *Coſa de muchas, maneras.* Pol. *Rożmaits.* Vng. *Sok fele.* Ang. *Manifold.*] Suet. in Claud. Cæſar gladiatoria munera plurifariâ ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria hîc legunt Plurifariàm; ſignificatione adverbii.

plūrĭfārĭàm, adverb. Pluribus modis, ſive pluribus locis, multifariam. [πολυαρχῶς. Gall. *En pluſieurs ſortes.* Ital. *A molti modi, in molti luoghi.* Ger. Vielfaltigklich/ vielerley weiß. Hiſp. *En muchas maneras.* Pol. *Rożmaicie.* Vng. *Sok keppen.* Ang. *Of many ſortes.*] Sueton. de Tib. Cubicula plurifariàm diſpoſita, tabellis ac ſigillis laſciviſſimarum picturarum adornavit.

plūrĭmŭs, a, um, penult. corr. Superlativum à Multus. [πλεῖστος. Gall. *Beaucoup plus.* Ital. *Aſſaiſſimo.* Germ. Gantz viel/ vberauß viel. Hiſp. *Mucho mas.* Pol. *Czeſti, geſti.* Vng. *Igen ſok.* Ang. *Very many.*] Plaut. in Aul. Quod me ſolicitat plurimis miſerum modis. Quandoque pro longo & perfecto. Virgil. 1. Aeneid. Iamq; aſcendebant collem, qui plurimus urbi Imminet. Vnde apud eundem: Nux plurima: id eſt, longa, qua ſignificatur amygdalum. ¶ Plurimum cum genitivo: ut Plurimum ætatis, plurimum jucunditatis. Cicer. Nam quòd in publicanorum cauſis vel plurimum ætatis meæ verſor, vehementerq; illum ordinem obſervo, &c. Idem 1. de Finibus: Itaque ne juſtitiam quidem rectè quis dixerit per ſeipſam optabilem: ſed quia jucunditatis vel plurimùm afferat. ¶ Plurimi genitivus verbis æſtimandi jungitur. Cicer. 3. de Finib. Sic bonum hoc, de quo agimus, eſt illud quidem plurimi æſtimandum: ſed ea æſtimatio, genere valet non magnitudine. Plautus Bacchid. Imò unicè illum plurimi pendit.

plūrĭmùm, adverbium, Permultum. [מְאֹד מְאֹד *meódh meódh.* πλεῖστος. Gall. *Beaucoup, la plus part du temps.* Ital. *Molto, la più parte del tempo.* Ger. Vberauß viel. Hiſp. *Mucho mas, la mayor parte de tiempo.* Pol. *Barzo wielie.* Vng. *Felette igen.* Ang. *Greatumlie, very much.*] Cic. de Amic. Plurimùm ſibi confidit. ¶ Quandoque valet Vt plurimum, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Terentius in Phormione: Domum ire pergam, ibi plurimùm.

Mūlŭs, per ſimplex l, Animal quod ex Aſino & equa generatur: [פֶּרֶד *péredh.* ἡμίονος, ἡμίονος. Gall. *Vn mulet.* Ital. & Hiſp. *Mulo.* Germ. Ein mauleſel/ maulthier. Bel. Muyldier. Pol. *Mul'.* Vng. *Bak ökör.* Ang. *A mule.*] qui autem ex equo & aſina genitus eſt pullus, Hinnulus dicitur. Plinius libro 8. capite 44: Ex aſino & equa mulus gignitur menſe duodecimo, animal viribus in labore eximium. Et paulò pòſtì Equo & aſina genitos mares, Hinnulos antiqui vocabant: contraq; Mulos, quos aſini & equę generarent. Vide de hoc latiùs in dictione HINNVS. ¶ Muli Mariani, furculæ ſunt, teſte Feſto, quibus religatas ſarcinas viatores gerunt: quarum uſum quia Marius invenit, Muli Mariani poſtea ſunt appellati. ἡμίονοι μαριανοί. Plaut. Aerumnulas vocat. Front. libro 4. Stratag. C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus, & facilis requies eſſet.

Mūlă, æ, f.p. [פִּרְדָּה *pirdáh.* ἡμίονος. Gall. *Vne mule.* Ital. & Hiſp. *Mula.* Ger. Ein mauleßtin. Pol. *Mulica.* Vng. *Nőſtény öszver.* Ang. *A she mule.*] Plinius lib. 8. cap. 44: Gignitur mula ex equo & aſina, ſed effrænis, & tarditatis indomitæ. Iuven. Satyr. 7: mundę nitet ungula mulę. Fœta mula. Idem Satyr. 13: & fœtæ comparo mulæ.

Mūlārĭs, & hoc lare, adjectivum à mulo. [ἡμιονικός. Gall. *De mules ou mule.* Ital. *Da mulo, ò mula.* Ger. Mauleßiſch Hiſp. *Coſa perteneſciente à mulo, ò mula.* Pol. *Mul'owi.* Vng. *öszverhoz való.* Ang. *Of a mule.*] Col. lib. 6. cap. 27: Eſt enim quæ circo ſacrisq; certaminibus equos præbet: eſt mularis quæ pretio fœtus ſui comparatur generoſo.

Mūlĭo, onis, om. t. Qui mulos clitellarios, ſive quadrigarios ducit. [ἀφαυλάκτης, ὀχεντής. Gall. *Mulatier.* Ital. *Mulatiere.* Ger. Ein Eſeltreiber. Hiſp. *Axemilero, ò mulatero.* Pol. *Mul'oped, mulnik.* Vng. *öszver hajto.* Ang. *That ruleth or guideth mules.*] Iuven. Satyr. 3: Nam mihi commota jamdudum mulio virga. ¶ Mulius mulii, quod hîc legebatur pro mulione, Latinũ non eſt: quanvis Calepinus deceptus in emendata Horatii lectione, putaverit indifferenter pro eodem dici Mulionem, & Mulium. Locus Horatii qui Calepino impoſuit, eſt ex lib. 2. Serm. Satyr. 7: Audit cum magno blateras clamore, furisq;, Milvius. Sic enim legi debere, & conſtanti caſtigatiorum exemplariorum conſenſu, & Acronis autoritate cõſtat: qui Milvium inſignem fuiſſe aſſerit Horatii temporibus paraſitum. ¶ Eſt præterea Mulio genus culicum. Plinius lib. 11. cap. 18: Impugnant eas naturæ ejuſdem degeneres, veſpæ atq; crabrones, & è culicum genere, qui vocantur Muliones.

Mūlĭōnĭŭs, a, um, Quod ad mulionem pertinet. [ἀφαυλακτικός. Gall. *Appartenant à mulatier.* Ital. *Pertinente à mulatiere.* Ger. Das des Eſeltreibers iſt. Hiſp. *Perteneſciente à mulatero.* Pol. *To czo iest mul'ownikowego.* Vng. *öszver hajtohoz való.* Ang. *That belongeth to the ruler of mules.*] Cic. pro Seſt. Mulioniã penulam arripuit, cum qua primùm Romam ad Comitia venerat, &c.

Mūndŭs, a, um, Quod eſt purum, terſum, politumq;: Cui contrarium Immundus. [טָהוֹר טָהוֹר *tahór* נָקִי *naki*. καθαρός, κόσμιος. Gall. *Net, pur.* Ital. *Mondo, polito, netto.* Ger. Sauber/ rein/ wol gefegt. Hiſp. *Limpio, ò afeytado.* Pol. *Wichedożoni.* Vng. *Tiżta.* Ang. *Neate, cleane.*] Plaut. in Ciſt. Neque munda es adæquè ut ſoles. Terent. in Evnuch. Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, Nec magis compoſitum quicquam. Horatius 1. Epiſt. 5: Iamdudum ſplendet focus, & tibi munda ſupellex. Idē Satyr. 7: unde Mundior exiret vix libertinus honeſtè. ¶ Mundior juſto cultus, Liv. lib. 9. ab Vrbe.

Mūndŭlŭs, Delicatus, mollis, diminutivum, qui nimia munditia utitur, ut placeat mulierculis, ὁ κομψευόμενος. Plaut. in Trucul. Nunc ego iſtos mundulos urbanos amaſios Hoc ictu exponam.

Mūndŭs, di, m. ſ. ſubſtantivum, Dicitur ornatus muliebris: quod ſcilicet mulier mundior ſit. [κόσμος γυναικῶν. Gall. *Ornement.* Ital. *Ornato.* Ger. Weyberzierd/ das die Weyber brauchen ſich damit zu zieren vnd mutzen. Hiſp. *Las joyas de la muger.* Pol. *Niewieſcie chedoſtwo.* Vng. *Aszoni emberi ekeſſeg.* Ang. *The whole attyre, iowelsor ornaments of women.*] In cujus nominis appellatione continetur ſpeculum, inaures, armillæ, anuli, gemmæ, & ſimilia, quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia, apud Livium lib. 34: Munditiæ, ornatus, & cultus, fœminarum indicia ſunt: his gaudent, & gloriantur. Hinc Mundum muliebrem appellarunt noſtri majores. Livius 2. bel. Maced. Non aurum modò iis, ſed & poſtremò veſtem, mundumq; omnem muliebrem ademit. Colum. lib. 12. cap. 3: Poſtea mundum muliebrem, qui ad dies feſtos comparatur. Dicitur & Mundũ, neutro genere. Lucil. Legavit quidam uxori mundum omne penumq;. ¶ Hinc etiam mundus accipitur pro eleganti illa ornataq; totius univerſi machina, quę ex omni eõ conſtat quod cœli ambitu continetur. [עוֹלָם *holdm.* Gall. *Le monde, l'vniuers.* Ital. & Hiſp. *Mondo.* Ger. Die Welt. Bel. Die Weerelt. Pol. *Swiat.* Vng. *Világ.* Ang. *The world.*] Nam ſicut Græci κόσμον, quod apud eos ornatum ſignificat: ita nos à perfecta, abſolutaq; elegantia vocamus Mundum, quòd nihil eo ſit mundius & pulchrius, & ornatius. Hæc ex Plinio lib. 2. cap. 1. & 4. Cic. de Finib. bon. & mal. lib. 3: Mundum autem cenſent regi numine deorum, eumq; eſſe quaſi communem urbem, & civitatem hominum, & deorum, & unumquenque noſtrûm hujus mundi eſſe partem: ex quo illud natura conſequitur, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus. Idem 2. de Natura deorum: Mundus eſt quaſi communis deorum atque hominum domus, atq; urbs utrorumq;. ¶ In mundo aliquid eſſe,

veteres dicebant, cùm in promptu & in manibus aliquid esse significare vellent. Plaut. Quia sciebam in mūdo fore. Ennius: Tibi vita seu mors in mundo est. Vsus est quoq; Cælius, Annæus Cornutus, & alii veteres, ut autor est Sosipat. lib. 1.

Mundāāus, aa, num. Quod mundi est. [κοσμικός. Gall. *Du monde.* Ital. *Mundano.* Ger. Weltlich. Hisp. *Cosa del mundo.* Pol. *Swiatowi.* Vng. *Vilagi.* Ang. *Of the world.*] Vnde interrogatus Socrates philosophus, cujas esset: Mundanum se esse respondit. Vide Cic. 5. Tusc.

Mundātĕr, adverb. κοσμικῶς, κοσμίως. Plaut. in Pœn. Nam quū sedulò munditer eos habeamus, vix ægre amatorculos invenimus.

Mundĭtĕs, tĭci f. q. & Mundĭtĭa, æ, f. p. Lautitia, puritas, elegantia. [קִנּוּי *nikkūi* מִרְדָּה *tahárah* מִרְדָּ *tohár* καθαρότης, κοσμιότης. Gall. *Netteté.* Ital. *Mondezza, neatezza.* Ger. Sauberkeit/ reinigkeit/ reinigung. Hisp. *Limpieza, limpieça.* Pol. *Ochędostwo, czystość.* Vng. *Tisztaság.* Ang. *Cleanesse, spikenesse.*] Cicero lib. 1. Offic. Adhibenda præterea munditia est, non odiosa, nec exquisitior, quàm apud virum quæ fuerit agrestem & inhumanam neglectamque desideret. Ovid. 3. de Arte. Munditiis capimur, ne sint tibi leges capilli. Colum. lib. 9. cap. 14: Nec quanvis amantissimas munditiarum, offendūt odore suo. ¶ Munditias facere apud Catonem cap. 2.

Mundĭfĭco, Mundum facio. [מִרְדָּ *nikkáh* מִרְדָּ *tihár.* κοσμῶ.]

Mundo, as, avi, p. Detergo, purifico, purgo. [מִרְדָּ *nikkáh* מִרְדָּ *tihár.* καθαίρω, κοσμίζω. Gall. *Nettoyer, monder.* Ital. *Mondare, nettare.* Ger. Seubren/ reinigen. Bel. Suyvereu. Hisp. *Alimpiar ò asseyar.* Pol. *Snuze, chedoze.* Vng. *Meg tizsitom.* Ang. *To make cleane, to mundifie.*] Plin. li. 15: Ob id crebrius vasa mundanda. ¶ Hinc componitur Emundo, expurgo, sordibus libero, ἐκκαθαίρω. Colum. lib. 2. Quædam pluviis diebus, ut bubilia, & ovilia, debent emundari.

Mūnĕro, as. Vide MVNVS.

Mungo, mungis, xi, ctum, act. t. quasi mucum ago, Mucum è naribus educo. [מִרְדָּ *nikkáh* מִרְדָּ *tihár.* μυσσάω. Gall. *Moucher.* Ital. *Moccare.* Ger. Die nasen schnutzen. Bel. Schnutten. Hisp. *Limpiar los mocos.* Pol. *Nos wycyerać.* Vng. *Ki fuom ki fuom.* Ang. *To snuffe, to candifie, to make cleane or wype the nose.*] Id enim Mungere est, quū è naribus mucus trahitur. Vnde Emungo fit, ἀπομύσσω. de quo supra. Inveniter etiã Mungor deponens. Cato de liberis educandis. Neq; mungendæ libertatem.

Mūnĭceps. Vide MVNVS.

Munĭo, nis, nivi vel munii, nitum, act. q. Significat Fulcio, vallo, circundo, defendo. [בָּצַר *bátsar* בְּצוּר *betsúr* בֶּצֶר *bétser* γλαμάω, ἐχυρόω, περιχαρακόω, ἀσφαλίζομαι. Gall. *Fermer, munir, fortifier.* Ital. *Fortificare, guarnire.* Ger. Bevvarnen/ befestigen. Hisp. *Fortalecer, ò guarnecer.* Pol. *Obwarować.* Vng. *Meg erősbiteni, körülvetni.* Ang. *To fortifie, to make strong.*] Plautus Mil. t. Magnum ibi hominem incipis, si magna munis mœnia. Idem in Persa: Vt munitum muro tibi visum est oppidum? P. Strenuè bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror. Columella: Quintumq; res patietur à frigore & tempestatibus munitus. Plautus in Mil. Tibi munitam qua cibatus commeatusq; ad te & legiones tuas tutò possit pervenire. ¶ Munire viam, substernere & sternere sive facere, idq; interdum lapidibus quales sunt viæ Romanæ à plerisq; portis, in multorum dierum iter stratæ. Cicero pro Mil. Ideóne Appius ille Cæcus viam munivit, non qua populus uteretur, sed in qua sui posteri impunè latrocinarentur? ¶ Et per translationem pro re parare, & aditum sibi quodammodo patefacere. Cic. 1. Tusc. Abiit ad deos Hercules: nunquam abiisset, nisi quem inter homines esset, eam sibi viam munisset. Sic dicimus Munire ripam, Munire alveum, Munire aditum, quum illa vel reficimus, vel reparamus.

Munĭo, onis, f. t. Munimentum, vallum, agger. [אֵבֶר *mibsár* מִבְצוֹר *mibtsór* מִבְצָרָה *metsudáh* מְצוּדָה *metsúdah* ἐχύρωμα, φρούριον. Gall. *Fortification, fortification.* Ital. *Munitione, fortificatione.* Ger. Vestenung/ Bavvung. Hisp. *Fortalesa, reparo, reparamiento.* Pol. *Obronność.* Vng. *Erősség, arok, töltés.* Ang. *Fortification, fortifying, fortifie.*] Cicero Philip. Antonius Munitam operibus munitionemque, teplit. Idem 3. de Orat. Fons quo totos exercitus operibus munitionibus, ac mole lapidū à tanta hostium copia defendit.

Mūnĭmen, ĭnis, n. t. Munimentum, ti, penult. product. n. f. Munimen, ĭnis, p. n. est id, quorum est, cæteraque rerum, quæ [illegible] munitum muniatur, sive vallo, sive fossa, sive [illegible] aditus præcludatur. [אֵבֶר *mibsár* מִבְצוֹר *mibtsór* מִבְצָרָה *metsudáh* מְצוּדָה *metsúdah.* ἐπιτείχισμα, ἐχύρωμα, ἀσφάλεια, ἔρυμα. An. *A fort or fortification.*] [illegible], solùm haud parvum [illegible] Aut regis opus est [illegible] hoc est, quo imbres, ventosum arcemus. Virg. 2. Georg. hoc effusos munimen ad imbres, Hoc, ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva.

Mūnĭs. Vide MVNVS.

Mūnŭs, eris, n. t. [עֲבוֹדָה *abodáh* מַתָּנָה *mattánah* מַתָּן *mattán* מַתָּת *mattát* מַתָּתָה *mattátah* δῶρον, χάρις. Gall. *Don, present.* Ital. *Dono, presente.* Ger. Ein Gab oder Schencke. Bel. Een Gave. Hisp. *Don ò dadiua, ob sup. to.* Pol. *Dar podarunek.* Vng. *Aiandek.* Ang. *A gift, a present.*] Tres apud veteres dicuntur. Primo, pro dono: unde Munera dare, admittere dicuntur. Dictum Munus (ut inquit Varro) quòd qui mutuo animo sunt id faciunt officii gratia. Plautus in Trucul. Melius te munere certare mecū, quàm minaciis. Teren. in Eunuch. Mature te tuum ornato verbis quod poteris. Deinde pro officio, ut Munere. [כְּהֻנָּה *chehunnáh* עֲבוֹדָה *abodáh* קֻדָּה *kuddáh.*] Nam munera quoq; sine labore, atq; onere exercitari non possunt: unde Immunitas appellatur, & immunis Plin. lib. 16 cap. 4: Vacatio munerum omnium ipsi, patriq; & avo paterno cõcessa. Cicero ad Brutum. Quanquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificentissimo munere Aedilitio, tamen, &c. Liv. 4. bell. Punica inter se munera belli partiti sunt, ut Epicides præesset custodiæ urbis, Hippocrates, &c. Susceptum Reip. munus explere, Cicero de Provinc. Consular. Munera regis exequi. Idem de Senectute: Masinissa senex omnia regis officia & munera exequitur. Grammatici, oratores, medici & philosophi vacationem habent munerum civilium. Hinc municipes dicuntur qui in civitatem recepti, munera cũ civibus sustinent. ¶ Gellius etiam pro privato onere posuit, quum dixit: Adhibendas puero nutrices, ne ad dolores, quos emitendo mater tulisset, munus quoque nutricationis grave ac difficile accederet. ¶ Tertiò pro spectaculis, seu ludis, qui à principe populo quasi muneris loco exhibentur. ἀγῶνες. Nunq. id genus oblectamenti antiqui *Munera* nominarunt, quòd populus tali spectaculo perinde ac munere quodam capiebatur. Suetonius in Cæsare: Bestias quoq; ad munus populi comparatas trucidarant. Martialis lib. 1: Prisca fides taceat: nam post tua munera Cæsar, Hæc jam fœminea vidimus acta manu. ¶ Munus gladiatorium dicebatur, quum in spectaculis multa gladiatorum paria exhibebantur. Suetonius in Cæsare: Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium, lũdos etiam regionatim & totâ.

Munŭscŭlum, i, n. s. diminutivum, Exiguum munus. [τὸ δωρύσκιον. Gall. *Vn petit don, vn petit present.* Ital. *Piccol dono.* Ger. Ein kleine Schencke oder Gab. Hisp. *Don pequenno.* Pol. *Mały dar.* Vng. *Aian kecske.* Ang. *A little gift.*] Cicero 5. Verr. Quam tu totam insulam eundem tuorum lodalium, sicut aliquod munusculum cõdonaras. Virg. 4. Aeglog. At tibi prima puer nullo munuscula cultu, &c. Catul. Argon. Non ingrata tamen frustra, munuscula divi Promittens.

Mūnĕrārĭus, Qui bono gladiatorios exhibet populo, unumq; vel plura paria gladiatoria ad spectacula pugnatura producit. ἀγωνοθέτης, ἀγωνοθέτου. Sacr. in Dom. cap. 10. Patremfamilias, quod Thracem mirmillonem patrem, munerario imparem dixerit, detractum è spectaculis in arenam, canibus objecit. Quint. lib. 8. cap. 3: Munerarium Augustus primus dixit. Qui vero tantum gladiatores comparabant, lanistæ: qui instituerant, ac ponere venderent docendo tuendi Lanistæ. Hæc nõnunquam mutamus, Lanistæ vendit de Gladiatoribus testimonium.

Mūnĕrārĭus, a, um, Adjectivum. [Vt *Aiandekozás.*] Senec. Quæst. Natur. cap. ult. Iam speculum ornatus tantum causa adhibitum, nullo non vitio munerario, deceptatum sæculi est.

Mūnĕrātĭo, f. t. [δόσις, δῶσις. Vt. *Aiandekozás.*] Vlpianus D. lib. 27. Tit. 3. l. 1: Si munus nuptiale matri pupilli miserit non cum pupillo imputaturum Labeo scripsit, nec perquam necessaria est ista muneratio.

Mūnĕrālĭs, adjectivum, Quod ad munus pertinet. [δωρεάδοκος, ἐπιχαριτικός. Gall. *Appartenant au don.* Ital. *Pertinente à dono.* Ger. Das zu der Gab gehöret. Hisp. *Cosa perteneciente à don, ò donativo.* Pol. *Darowny.* Vng. *Aiandekozáshoz való.* Ang. *Belonging to a gift.*] Hinc munerales leges, quæ dabant, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. Plautus: Nec muneralem legem, neq; lenoniam ego fecerit nec ne, flocci extimo.

Mūnĕro, as, & Mūnĕror, aris, dep. Dono, beneficium in aliquem confero. [שָׁלַח *shalách* שִׁלַּח *shillách* שֻׁלְחָן *shulchán* שַׁלְחָן *shalchán* שִׁלְחָן *shilchán* שִׁלְחָן *shilchán* שִׁלְחָן *shil

neravit. ¶ Munerari, Vlpianus l. 1. D. de vacat. & excusat. pro munus gerere & sustinere posuit: Qui, *inquit*, in fraudem ordinis, in honoribus gerendis, cùm inter eos ad primos honores creari possint, qui in civitate munerabãtur, evitandorum majorum onerum gratia, *&c.* Hotomanus. ¶ Hinc remunero. *ἀνταποδίδωμι*. Liv. lib. 2. ab Vrbe: Tum Mutius quasi remunerãs meritum.

Mūnĭs, inquit Festus, Officiosus. Plaut. in Merc. Dico ejus pro meritis gratum me, & munem fore. De hoc vocabulo ita Nonius: Munes, *inquit*, apud veteres dicebantur non à largitione quæ ignota erat, sed consentientes ad ea quę amici vellent: ut etiam munificus, de quo infrà. Compositum hujus est Immunis.

Mu. nĭă, orum, n. f. Onera lege debita: & officia, quæ publicè præstantur. [טקדה *pekuddáh* כהמה *chehummáh* λειτουργία Gal. *La charge, l'office, ou le devoir.* Ital. *Vffici.* Ger. Die pflicht oder ämpter so einer schuldig ist. Hisp. *Los officios.* Pol. *Vrzędi* Vng. *Tiszt, mukaban valorez.* Ang. *Offices or charges due to be done.*] Cic. pro Muræna: Hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. Colum. lib. 12 cap 1: Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulò munia sua exequũtur. Liv. 1. ab Vrbe: Interim Servio Tullio jubere populũ dicto audientem esse, eum jura esse rédditurum, obiturumq; alia regis munia. Ibidem: Censum enim instituit, rem salubérrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacisq; munia nõ viritim, ut antea, sed pro habitu pecuniarũ fierent. ¶ Hinc immunis, *ἀτελὴς*: qui ab ejusmodi onere liber est. ¶ Item Communis, de quo diximus suo loco.

Mūnĭcĕps, Vide MVNICIPIA.

Mūnĭcĭpālĭs, & hoc le, om. t. Quod ad municipes pertinet. Cicer. 3. de Legib. Vtinam, inquit M. Cicero, isto animo, atq; virtute in summa Republ. versati nobiscum, quàm in municipali malussés. Municipales homines dicuntur, qui in municipiis degunt: hoc est, in iis oppidis quæ civitatis Romanæ jus sunt adepta. Cic. ad Attic. lib. 8: Multùm mecum municipales homines loquũtur, multum rusticani. Budæus municipales homines interpretatur, pro simplicibus, & imperitis: fortassis idcirco, quòd homines in municipiis degentes minus astu & calliditate valeant, quàm urbani. ¶ Municipalia sacra vocãtur, quæ ab initio habuerunt municipes ante civitatem Romanam acceptam: quæ observare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuissent antiquitus. Municipale jus, dicitur privatum jus uniuscujusque civitatis. Municipalia magisteria, vocantur administrationes, & officia sui municipii.

Mūnĭcĭpĭă, orum, n. f. Dicebantur civitates suo jure & legibus utentes, muneribus tamẽ populi Romani, & honoribus fungentes. Capiebãt enim munera, honores & magistratus cum civibus Romanis: à quo nomen sibi vendicavére, nulla populi Romani lege astricti. Erant itaq; municipiorum incolæ, qui municipes dicebantur, meliore cõditione, quàm coloni. Municipiorum jura jam penitùs obliterata sunt. Municipem (inquit Vlpianus) facit aut civitas, aut manumissio, aut adoptio: quoniam Municeps est, & qui liber in municipio natus est, & qui in municipio à servitute se liberavit, & qui civitatẽ quamcunq; assequutus est. Propriè tamen Municipes dicuntur, qui in civitatem Romanam recepti, muneris participes fiunt. Sed abusivè nunc Municipes dicimus, suæ cujusq; civitatis cives. Quo nomine tàm Oratores, quàm Poëtæ utuntur. Iuvenal. Satyr. 4: Iam princeps equitum, magna qui voce solebat Vendere municipes facta de merce siluros. Cic. in Bruto: Non dubito quin scias non solùm cujus municipii sim, sed etiam quàm diligenter soleam municipes Arpinates tueri.

Mūnĭcĭpĭă, quidam putant à munitionibus dicta: alii à munificentia, quòd municipes essent civitatis, primaq; origo oppidorum, quæ civitates dictæ sunt, municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.

Mūnĭcĭpātim, Significat per municipia: sicut Oppidatim, per oppida.

Mūnĭfĭcŭs, a, um, adjectivum, Liberalis, facilis. [נדיב *nadhib.* μεγαλοπρεπὴς, ἐλεύθερος. Gall. *Courtois, franc, liberal.* Ital. *Cortese, liberale.* Ger. Freygebig. Bel Vrygheviġ Hisp. *Cortes, franco y liberal.* Pol. *Szczodry, hoyny.* Vng. Bőkezű Ang. *Courteous, free and liberall.*] Apud antiquos, non à largitione, quæ nulla erat, sed consentiens appellabatur ad ea quę amici vellent, autore Nonio. ¶ Nunc autem Munificus pro liberali ponitur, quasi munera largè præbens: de quo in dictione Liberalis. Munificus amicus. Livius 3. belli Maced. Mitis & munificus amicus fuit. Ovidius 3. Amorum, Elegia 5: Te dea munificam gentes ubicunque loquuntur. Idem 4. de Ponto, Eleg. 1: Nec mihi munificas arca negavit opes. ¶ A' Munificus, fit Munificentior & Munificentissimus. Cicero pro Rosc. Com. Semper liberalissimus, munificentissimusq; fuit. Cato tamen Munificior, & munificissimus, dixit. Festus, Munificior à munifico, identidem Cato dixit, quum nunc munificentior dicamus, quanvis Munificens non sit in usu.

Mūnĭfĭcē, adverbium, Large, abũdanter. [μεγαλοπρεπῶς. Gall. *Largement, liberalement.* Ital. *Cortesemente, abondantemente.* Ger. Freygebigteich / reichlichen. Hisp. *Francamente, liberalmente.* Pol. Szczodrze. Vng. *Bőuen.* Ang. *Liberalie, bountifullie.*] Cicero 3. de Natura deorum: Sic haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam quam *rationem* vocamus, quoniam pestifera sit multis, paucis admodum salutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari. Munificè & æquè tueri societatem conjunctionis humanæ, Cic. 5. de Finibus. Munificè prædam largiri, Liv. 1. ab Vrbe.

Mūnĭfĭco, as, are, act. p. Ditare, beatum facere. [העשיר *heheschir* אשר *ischschér.* πλουτίζειν. Gall. *Faire dons & presens,* ☐ *enrichir.* Ital. *Arricchire, far beato.* Ger. Begaben / reich machen. Hisp. *Enriquescer à otro, hazer bienauenturado.* Pol. *Bogace.* Vng. *Meg kazdagsztalak, bodogitlak.* Ang. *To giue giftes, and make riche.*] Lucret. lib. 2. de Cybele deorum matre: Ergo quum primùm magnas invecta per urbes Munificat tacita mortales muta salute, Aere atq; argento sternunt iter.

Mūnĭfex, cis, masc. ter. quanvis figuratè etiam aliis generibus jungatur. [ὁ Ἐφ' ᾧ πλεονεξίᾳ, ὁ Ἐφ' ᾧ σωτηρίᾳ. Gall. *Qui fait sa charge & son estat.* Ital. *Chi fa il suo vfficio.* Ger. Der sein ampt thut oder verrichtet. Hisp. *El que haze el suo officio.* Pol. *Ten ktori swoy vrzadzyni.* Vng. *Tiszteben el iara, mulkalkodo.* Ang. *That doeth his charge and office.*] Munifices, autore Festo, qui nõ vacabãt, sed munus principi faciebant. Contrà Beneficiarii dicebantur, qui vacabant muneris officio. ¶ Munifices item à Vegetio lib. 2. cap. 7, dicuntur milites, qui munera faciũt: quibus Immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per Metaphoram dictum libro 11. capite 40: Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, descendit.

Mūnĭfĭcēntĭă, æ, f. p. [נדיבה *nedhabáh.* μεγαλοπρέπεια. Gall. *Liberalité & largesse.* Ital. *Cortesia, liberalità.* Ger Freygebigteit Hisp. *Franqueza, liberalidad.* Pol. *Szczodrość.* Vng Bőkezűség. Ang. *Liberalitie, bountie.*] Plin. lib. 27. cap. 1: Nec dubiè superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inventio.

Mūnŭscŭlārĭī, Aquæductus, in l. decernimus, de Aquæd. C. lib. 11. Alberic. sunt qui modicam aquam dicunt. Attamen veriorem lectionẽ Alciatus Muscularius judicat, & Haloander sic habet: Nimirum sic dicti aquæductus hi, quòd ex musculis dilaberentur. Musculus autem instrumentum est ad similitudinem muris, quo in bellis utebantur ad æquandas fossas, ut Vegetius tradit. Erant autem tubi in ductibus ad similitudinẽ musculorum.

Mūræ̆nă, f. p. Piscis est Longitudine non dissimilis anguillæ, & fœminini tantùm sexus. [μύραινα. Gall. *Murene.* Ital. *Murena.* Ger. Ein Meerfisch dieses nammens / ist in der form wie ein Aal oder Schlang. Hisp *Morena.* Vng. *Meny hal.* Ang. *A lamprey.*] Nam masculus, teste Plin. lib. 9. cap. 23. Myrinus vocatur, robustior quàm murena, & unicolor. Fuit autem hoc piscis genus apud veteres in maximis delicils, partim ob præstantiam saporis, partim ob insignem vivacitatem. Nam quum reliqui pisces aut tædio carceris, aut vitio piscinarum facilè intereant, solæ murænæ ad quotidianos usus vivariis inclusæ diutissimè possunt asservari. Constat enim autoritate Plinii libro 9. capite 55. C. Hircium ex vivariis suis Cæsari Dictatori sex millia murænarum mutuò appendisse. Manuescunt autem murænæ, & de manu cibum capiunt: unde à quibusdam suprà quàm credi posset, feruntur adamatæ. Nam & Crassus murænam in vivario suo mortuam fertur ut filiam defleviśse, & tumulo condidisse: & Antonia Drusi murænæ à se amaræ inaures addidisse. Optimæ autem inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo: quas Macrobius Saturn. libro 3, Flutas vocari asserit his verbis: Accersebantur ad piscinas urbis ab usque freto Siculo (illic enim optimæ esse creduntur) tàm murænæ, quàm anguillæ, & utræque ex illo loco Plotæ, à Latinis Flutæ vocantur, quòd in summo supernatantes, sole torrefactæ curvare se & in aqua mergere desinunt, atque ita facilè capiuntur. Mart. libro 13: Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo. Non valet exustam mergere sole cutem. Plaut. in Aulular. Congrum, murænam exdorsua, quantum potes. Idem in Amphit. Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat. ¶ Est autem Muræna duplex, Marina & Fluviatilis: Marina rostrum habet, quale anseris: Fluviatilis, quæ à quibusdam Galeos dicitur, multò minor est marina, utpote quæ cubiti longitudinem non multùm excedat. Paulus Iovius in eo libello, quem de Romanis piscibus edidit; arbitratur eandem esse quæ à Plinio Mu-

nio Muſtella, & à nobis à lambendis petris *Lampetra* dicitur. ¶ Eſt & Muræna, *μυραίνας*, cognomen viri Romani in familia Licinia ab eo piſce deductum. Ciceronis extat oratio pro Muræna.

Murænùlæ, Ornamenta circundata collo inſtar murænarum & catenæ ex auro, quibus mulieres ornantur. [קשט *kiſch-ſchúr. μυραινίδες.* Gall. *Colliers* Ital. *Collane.* Ger. Köſtliche Hauß-zierden / oder kettinen ſo man zur zierd an Halß henckt. Hiſp. *Collares ò cadinellas de oro.* Pol. *Kleynoti wſieliakie ktore naſtáy wieſz-ſiaia.* Vng. *Firis, amranyas him.* Ang. *Ornaments and chaines hanging downe frome the necke.*] Hieronymus ad Marcel. his verbis: Aurum colli ſui, quod *murænulam* vulgus vocat (quòd ſcilicet metallo in virgulas lenteſcente, quædam ordinis flexuoſi catena contexitur) abſque parentibus vendidit. ¶ Poteſt etiam Muræna eſſe diminutivum à Muræna, ut ſit parva muræna.

Murālis, Muratus, Vide MVRVS.

Murcidus, Antiqui, teſte Feſto, ignavos appellarunt & ſtultos. *μωθρὸς.* Plautus in Epid. Væ tibi murcidæ homo.

Murcī, m.ſ. Dicti ſunt homines timidi & ignavi, qui ut militiæ periculum effugerent, pollices ſibi amputabant. [*ἀκλαγεῖοι.* Gall. *Mornes, ſots, malauiſez.* Ital. *Stolti, poltroni, da poco.* Ger. Träg / zaghafft / faule leut mit denen nichts auß zu richten iſt. Hiſp. *Loco., bobos.* Pol. *Leniowie, gnoikowie.* Vng. *Felenkek, had elöl el buo.* Ang. *Daſtardes or cowardes.*] Cæl. Rhod. libro 18 capite 21: Inter Gallos non ferè compertus, qui militiæ detractandæ cauſa pollicem ſibi præcideret: quod genus joco Murcos dicunt.

Murcĭŏlum li, n.ſ. Colum. Semen lentiſci vocat, velut à figura muricis, quòd buccini ſpecie viſatur is folliculus, niſi quis pro languido accipiat, quando & numen focordiæ Murciam deam vocabant. Hæc Hetmolaus in 33. cap. lib. 9. Plinii.

Mūrex, cis. m.t. Piſcis marinus ex concharum genere, à purpura diverſus: qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur. [*κογχύλιον.* Gall. *Vn certain poiſſon en eſcaille, du ſang duquel on ſouloit teindre en couleur de pourpre.* Ital. *Peſce di mare co'l cui ſangue ſi tingue la porpora.* Germ. Ein gattung Meerſchnecken / dem gleich ſo die purpurfarb gibt. Bel. Een Zeeſleede. Hiſp. *La concha que ſe haze la purpura.* Pol. *Riba morska purpure z ſebie puſzczaiaca.* Vng. *Tengeri ſiga kinek vere vel az barſont feſtik.* Ang. *A ſhell-fiſh of the licour whereof purple colour was made.*] Plinius libro 9. capite 35: Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipſe Murex, ſive Conchylium dicitur. Virgil. 4. Aeglog. Ipſe ſed in pratis aries, jam ſuave rubenti Murice. Vnde veſtis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. Virgil. 4. Aeneid. -Tyrioq; ardebat murice læna. ¶ Fuerunt item Murices in menſarum deliciis: unde de iis ſic ſcribit Mart. libro 13: Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis: & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus. ¶ Accipitur interdum pro acumine ſive aſperitate ſaxi prominentis. Virgil. 5. Aeneid. -& acuto in murice remi Obnixi crepuêre. ¶ Interdum mutices ſunt tribuli, *τριβόλοι*: hoc eſt, machinulæ ferreæ, doloſæ, tetragona forma, quæ in quancunq; partem incubuerint, unum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Valer. Maxim. lib. 3: Suadentibus quibuſdam, ut circa mœnia urbis, quam obſideret, ferreos mutices ſpargeret, ne ſubita eruptione hoſtes impetũ in præſidia noſtra facere poſſent, *&c.* Tribulorum meminit Vegetius lib. 3.

Mūrĭcātŭs, a, um, Quod eſt muricis modo factum. [*κογχυλιωτός.* Gall. *Fait en facon de porcelaine.* Ital. *Fato à foggia di porpora.* Germ. Geſpitzet. Hiſp. *Hecho à guiſa de abrojos.* Pol. *Spiczaſti.* Vng. *Tövises hegyes vas ſalyom muggiara valo.* Ang. *Made with many windings.*] Plin. lib. 30, cap. 23: Vtriq; folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. Muricati greſſus, Fulgentio: id eſt, formidoloſi, & pavendi. Intuebamur (*inquit*) arva, quibus adhuc impreſſæ bellantium plantæ: muricatos (quod aiunt) ſigillaverunt greſſus. Et formidine menti nondum exterſa, hoſtes in veſtigiis pavebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis hæredem reliquerat.

Mūrĭcātim, adverb. Convolutim, in modum muricis. [*ἑλικοειδῶς, κογχυλοειδῶς.* Gall. *En facon de porcelaine, ou en tortillant.* Ital. *A foggia di porpora.* Ger. Auß ein Meerſchneck gebogen. Hiſp. *A manera de abrojos.* Pol. *Nagieti.* Vng. *Ras ſulyom moggyara.* Ang. *Roundly and by winding about.*] Colum. libro 9. capite 33: Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo. Budæus.

Mūrĭlĕgŭlus, li, à muricibus legendis, ſive colligendis, nomen habet. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 11: Murilegulos ſureconſulti muricis & purpurarum perquiſitores nuncupant. Meminit Iuſtinianus lib. 11. Codicis, tit. de Monetariis, & Murileg.

Mūrgiſo, penult. prod. Iners, deſidioſus: à mora & deſidendo dictus, inquit Feſtus.

Mŭrĭă, æ, f.p. Genus liquaminis, quod ex thynno piſce confi-ciebatur. [ἅλμη. Gall. *Saumeure.* Ital. *Salamuoia.* Ger. Ein ſoß oder brüy von einem Meerfiſch gemacht. *Item*, ein jedes ſaltzlab oder geſaltzene brüye. Hiſp. *Salmuera ò ſalmorejo para adobo.* Pol. *Bigos zribi.* Vng. *Sos nedueſſeg.* Ang. *A ſalte licour.*] Perſius Satyr. 6: Tingat olus ſiccum muria vafer in călice empta. De Muria epigramma eſt Mart. libro 13: Antipolitani fateor ſum filia thynni: Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem. Horat. Satyra 8: Vt melius muria quàm teſta marina remittat. ¶ Muria etiam dicitur ſalſugo: hoc eſt, liquor ex ſale reſolutus, quam *Salmuriam* vulgò dicimus. Columel. lib. 12. cap. 25: Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua ſalſa, vel muria muſtum condiunt, eam quoq; partem curæ non omittendam putavi. Plin. lib. 31. cap. 8: Muria quoq;, ſive illa ſalſugo ſpiſſat, mordet, extenuat, ſiccat. Muriam Feſtus ex Verannii ſententia interpretatur, ſalem ſordidum in pila piſtum & in ollam fictilem conjectum, ibiq; opertum, gypſatumq;, & in furno percoctum: cui virgines Veſtales ferra ferrea ſecto, & in ſeriam conjecto, quæ eſt intùs in æde Veſtæ in penu exteriore, quam jugem quamlibet, quæ per fiſtulas venit, addũt, atq; ea demum in ſacrificiis utuntur.

Mŭrĕus, riei, f.q. Idem quod muria: hoc eſt, liquor ex ſale reſolutus, *ἅλμη.* Cato cap 88: Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta condias.

Mŭrĕātĭcŭs, ca, cum, Quod muria conditum eſt. [*ἁλμυρώδης.* Gall. *Qui ſent la ſaumure, ou eſt accouſtré en ſaumure.* Ital. *Acconcio en ſalamuoia.* Ger. Gebeitzet in einem ſaltzlab. Hiſp. *Adobado en ſalmuera.* Vng. *Sos nedueſſeg gel meg hustöt.* Ang. *Being long in brine or ſalt licour.*] Plaut. in Pœn. -ſoror cogita Amabò, nos item perhiberi, quaſi ſalſa muriatica Eſſe autumantur, ſine omni lepôre, & ſine ſuavitate, niſi Multa aqua uſq, & diũ macerantur, olent, ſalſa ſunt, tangere ut nõ velis: Item nos ſumus ejuſcemodi, mulieres ſunt admodum Inſulſæ, atq; invenuſtæ, ſine munditia & ſumptu.

Murylius. Vide MVREX.

Murina, æ, f.p. vel Myrina, æ, ſive, ut alii ſcribunt, Myrrhina, ſive Murrhina, [*μύρρινη.* Ang. *Hippocras wine.*] Potionis genus (inquit Feſtus) quod Græci *nectar* vocant: quod quidam dici putant ab uvæ murrhinæ nomine. Plinius item libro 14. capite 13, ex Plauti ſententia murinam oſtendit vini dulcioris genus eſſe. Laudatiſſima (*inquit*) apud priſcos vina erant, myrrhæ odore condita: ut apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur: quanquam in ea & calamum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorſennus decernit his verſibus: Mittebant vinum pulchrum, murinam. Et in Acharistione: Panem, & polentam, vinum, murrhinam. Scævolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo ſit: Quòd ſi opus eſt, ut dulce promat Indidem, ecquid habet? C. rogas? Murrhinam, paſſum, defrutum, mella. Quibus apparet, non inter vina modò murrhinam, ſed inter dulcia quoq; nominatum. Hactenus Plinius. Gellius quoq; Murrhinam inter dulces potiones enumerat, quæ mulieribus Romæ in uſu eſſe conſueverunt. Romanas (*inquit*) mulieres bibere ſolitas ferunt loream, paſſum, murinam, & quæ id genus optant, potu dulcia.

Mūrmŭr, Tantùm eſt neutri generis, f. quanvis Evangeliorum interpres ſemel in maſculino genere uſus ſit. [הֲמִית *hámith* חָשׁ *láchaſch* תְּלוּנָה *telunáh*. *ψόφος, ψιθυρισμός.* Gall. *Murmure, bruit.* Ital. *Mormorio.* Ger. Ein gerauſch oder getöß eines flieſſenden waſſers / ein gemümmel. Bel. Ghedruys. Hiſp. *Ruido ò murmullo de gente.* Pol. *Szczerk wodni.* Vng. *Zörges tſergedezes morgas.* Ang. *Murmure, bruit.*] Eſt autem propriè Murmur, lenis aquæ ſtrepitus: tametſi & pro alio quocunque ſtrepitu poni conſueverit. Nomen eſt fictitium, teſte Quintil. libro 8. capite 6, quemadmodum & Mugire, & Sibilare. Virgil. 10. Aeneid. -ceu flumina prima Quum deprehenſa fremunt ſylvis, & cæca volutant Murmura. Cicer. 3. de Orat. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, ſunt ducta à cæteris ſenſibus. Idem in Arato: Nec metuens canos minitanti murmure fluctus. Ovid. 1. Metam. -qui poſtquam voce, manuque Murmura compreſſit, tenuêre ſilentia cuncti.

Mūrmŭro, ras, n p. Leniter ſtrepo, & ſonum aquæ fluitantis ſimilem edo. [הָמָה *hamáh* נִרְגָּן *nirgán* הֵלִין *helín*. *μορμύρω.* Gall. *Murmurer, bruire.* Ital. *Mormorare.* Ger. Töſen / rauſchen. Bel. Druyſchen. Hiſp. *Murmurar ò hazer ruido.* Pol. *Szczercze, mruczę.* Vng. *Morgo lodom, dörgölödöm.* Ang. *To murmure.*] Vnde fremitum murmurantis maris, dixit Cicero 5. Tuſcul. Quanvis etiam indifferenter de quovis alio ſono dicatur. Plinius lib. 18. capite 35: Pallidi nanque, murmurantesq; ignes tempeſtatum nuntii ſentiũtur. Plaut. in Caſ. Mihi inanitate jamdudum inteſtina mũrmurant: hoc eſt, crepant. *κεχορυζῶσι.* ¶ Murmurare itẽ contradicere aliquando ſignificat, & ſecreto mur-

mure indignationem oſtendere. Plaut. in Mil. Verùm ubi dies decem continuos ire ad eundem inſtar, Tametſi dominus nō invitus patitur, ſervi murmurant. Idem in Aulul. Vt ſceleſta ſolà ſecum murmurat. ¶ Antiqui etiam in eadem ſignificatione uſi ſunt verbo deponente Murmuror. Varro: Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Nonius. Hujus compoſita ſunt, Admurmuro, & Commurmuro, Immurmuro, Obmurmuro, Submurmuro, de quibus ſuis locis.

Mūrmŭrātĭo, f. t [הֲמִירִת *hamíth*: חָשׁ] *láchaſch* תְּלוּנָה *telunáh*. ὁ μορμυρεσμός, ὁ γογγυσμός, ψυθυρισμός. Gall. *Murmurement, bruyement.* Ital. *Il mormorare.* German. Ein gereuſch/ ein murrung/ brummung. Hiſp. *Murmuramiento, ruido.* Pol. Mruk. Vng. *Morgés morgelodás.* Ang. *A murmuring.*] ut Murmuratio aquilarū, Plin. lib. 10. cap. 3. Murmuratio querula, Ibidem.

Mūrmŭrillo, las, Submurmuro. [חָשׁ] *lachášch.* ὑποτονθορύζω.] Plant. in Rud. Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias?

Mūrmŭrillum, li, n ſ. Exigua & ſubmiſſa murmuratio. [חָשׁ] *láchaſch.* ὑποτονθορυσμός. Gall. *Petit bruit.* Ital. *Picciolo mormorio.* Germ. Ein gemürmele/ ein eteins getöß. Hiſpan. *Pequenno ruido.* Polon. *Markotanie cżiche.* Vngar. Dörgö *lödesötske morgaſotska.* Ang. *A rumbling.*] Plaut. in Rud. Pălam age, nolo murmurillum, neque ſuſurrum fieri mihi.

Mūrrhă, f. p. Lapidis pretioſi genus eſt, odoris præſtantia cōmendabile, & colorum varietate inſigne, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram, candoremque, & tertium ex utroque igneſcentem, veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Naſcitur in Oriente apud Parthos, & præcipuè in Carmania. Creditur eſſe humor, Solis calore ſub terra condenſatus. Amplitudine nuſquam excedit parvos abacos: craſſitudine autem rarò tanta, ut poculis potoriis ſufficiat: qua in re præcipuus erat uſus murrhæ. Martial. lib. 4: Si calidum potas, ardenti murrha Falerno, Convenit, & melior ſit ſapor inde mero.

Mūrrhĕŭs, a, um, μύρρινος. Quod ex murrha eſt, Iabolenus Iureconſultus ſcribit: Murrhea vaſa, quæ ad uſum edendi, & bibendi cauſa reperta ſunt, eſſe in ſupellectili.

Murrhĭnŭs, a, um, vel (ut alii ſcribunt) Myrrhinus, μύρρινος, pen. cor. Quod ex Murrha confectum eſt: ut, Abaci murrhini, Trullæ murrhinæ, Pocula murrhina. Sueton. in Auguſt. Alexandria capta nihil ſibi præter unum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuit. ¶ Murrhina ſubſtantivè dicuntur vaſa murrhina, quæ apud veteres ſummo erant in pretio, partim ob colorum varietatem, partim propter gratiam odoris. Plin. libro 37: Oriens murrhina mittit: inveniuntur enim ibi pluribus in locis, nec inſignibus, maximè regni Parthici: præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant ſub terra caloré denſari. Amplitudine nuſquam parvos excedunt abacos, craſſitudine rara, quanta dictum eſt, vaſi potorio. Splendor his ſine viribus, nitorque verius, quàm ſplendor. Sed in pretio varietas colorum, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremq;, & tertium ex utroq; igneſcentem, veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Et paulò pòſt: Aliqua & in odore commendatio eſt. De incredibili murrhinorum pretio vide Plinium eodem cap. Martial. lib. 13: Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum Poſce, dabunt cælices hæc tibi vina ſuos.

Murtatum, farciminis genus ex inteſtino craſſo, ut autor eſt Varr. lib. 4. de ling. Lat. ex murto factum. Meminit Plin. lib. 16. cap. 19: Et alius baccę uſus fuit apud antiquos, antequā piper reperiretur, illam obtinens vicem, quodā etiam generoſi obſonii nomine inde tracto, quod etiamnū murtatum vocatur.

Mūrŭs, ri, m. ſ. à muniendo dictus, propriè eſt lapideus, aut lateritius urbis ambitus: quum Paries propriè ſit domorum. [חוֹמָה *chomáh.* τεῖχος. Gall. *Mur, muraille.* Ital. *Muro, muraglia.* Germ. Ein Mawer. Belg. Eenen Muer. Hiſp. *Muro de la ciudad ò villa.* Polon. *Mur.* Vngar. Kősal. Angl. *A wall.*] Maceria verò, ſive Maceries, quæ conſtat ex lapidibus, ſine calce, aut alio genere ferruminationis. Cæſ. 7. bell. Gal. Portas claudere, murum complere cœperunt. Cicer. de Nat. deor. Muri urbis, quos vos ſanctos eſſe dicitis. Virg. 4. Aegl. Quę tentare Thetin ratibus, quę cingere muris Oppida, quæ jubebant telluri infindere ſulcos. Ovid. 11. Metam. Phrygięq; tyranno Aedificat mūros, pactus pro mœnibus aurū. Horat. 3. Carm. Ode 3: Ter ſi reſurgat murus aheneus, Autore Phœbo. ¶ Murus per translationem. Cicer. 7. Verr. Ad omnes enim meos impetus quaſi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur.

Mūrālĭs, & hoc rale, om. t. Quod ad murum pertinet: [τειχικός. Gall. *Appartenant à muraille.* Ital. *Chio s' appartiene à muro.* Ger. Das zu der Mawer gehört. Hiſpan. *Coſa perteneſciente à muro.* Pol. *Murowi.* Vngar. Kő *falhoz valo* kő *fali.* Ang. *Belonging to a wall.*] ut, Muralis corona, quæ donari ſolebat ab Imperatore ei qui primus murū conſcendiſſet. Plin. lib. 16. cap. 4: Cedunt iis murales, vallaresq; & aureæ, quańquā pretio antecedentes. Liv. 3. bel. Pun. Vtique poſtquam corona aurea muralis propoſita eſt, &c. Pila muralia, quibus verberantur & quatiuntur muri. Cęſ. 7. bel. Gal. Aut ex vallo & turribus trajecti pilis muralibus interibant Machinę murales, quibus muri diruuntur. Plin. lib. 7. cap. 56. Muralis herba, περδίκιον, περδίκιον, quæ vulgò *Vitriolum* dicitur, quòd vaſa mirum in modum confricata purificet, ideoq; Vrceolaris à veteribus dicta. Eadē Parietaria vocatur, quòd in muris frequenter naſcatur, & Perdicium, quoniā perdices ea præcipuè paſcantur. Plin. lib 22. cap. 27. & Dioſcorid. lib. 4. cap. 42. Tormentum murale, Virg. 12. Aen. -murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt.

Mūrātŭs, a, um. [τετειχισμένος, ὀύτειχής. Gall. *Muré.* Ital. *Murato.* Germ. Gemawret. Hiſpan. *Coſa fortaleſcida de muros.* Polon. *Omurowani.* Vng. Kő *fallal feritetőt.* Ang. *That is walled or hath walles.*] Quod muros habet: hinc urbes muratæ dictæ: hoc eſt, muris circundatæ.

Mūs, muris, m. t. [עַכְבָּר *hachbár.* μῦς. Gall. *Un rat, ou une ſouris.* Ital. *Sorice, topo.* Ger Ein Mauß. Belg. Een Muys. Hiſp. *Raton.* Pol. *Myſz.* Vng. *Egér.* An. *A mouſe.*] Exiguū animal eſt, à Dioſc. κατωνιεῖος: hoc eſt, domeſticus ad aliorum diſcrimen dictus. Diſtinguitur à Sorice, quòd Sorex major ſit mure, clariuſque ſtrepat, ut docet Eraſmus in Proverb. Sorex ſuo perit indicio: utrunq; eſt animal nobis infeſtum: ſorices tamen, quia majore ſunt corpore, plus affe. runt detrimēti. Colum. Si ſerpens aut mus, ſoréxve in muſtum ceciderit. Murem certè nec ferū jure dixeris, nec placidū, quia nunquam manſueſcit, ut inquit Plin. Virg. 1. Georg. ſæpè exiguus mus Sub terris poſuitq; domos, atq; horrea fecit. Horat. de Arte: Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Cicer. Attic. libr. 14: Sed quod quæris quid arceſſierim Chryſippum: tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agūt: itaq; nō ſolùm inquilini, ſed & mures migraverūt. De muribus vide Plin. lib. 8. cap. 57. Mus araneus eſt, quē Græci μυγάλην appellant, compoſito nomine ἀπὸ τοῦ μυὸς & γαλῆς: hoc eſt, à mure, & muſtella, quòd muris magnitudine ſit, muſtellina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, veriu dentium quadruplici, ut inquit Aëtius. Abundat his inſula Britannia. Plinius lib. 29: Et ipſe mus araneus cōtra ſe remedio eſt, divulſus, & impoſitus. Murium marinorum meminit Plinius libr. 9. cap. 19.

Mus Indicus, Vide ICHNEVMON.

Mūſcŭlŭs, li, m. ſ. Modò diminutivum eſt, & ſignificat parvum murem. [μύσκος. Gall. *Petit rat, petite ſouris.* Ital. *Topolino.* Ger. Ein Meußlin Belg Een Muyſken. Hiſp. *Raton[illo].* Pol. *Myſz.* Vng. *Egeret ke* Ang. *A little mouſe.*] Pun. Detinere. Nidi muſculi reperiūtur. Cic. 2. de Divin. Nam & muſculorū jecuſcula bruma dicuntur augeri. ¶ Muſculi, ut à Medicis accipiuntur, ſunt partes corporis carnoſæ, nervorū fibris motus g[ratia] cumjectæ, venisq; & arteriis conſperſæ, illis quidē ad [move]nti diſtributionem, his autem ad nativi ca[lo]ris cuſtod[iam] omnia tenuis complectitur tunica, muſculū definie[bant]. *Muſcles.* Ital. *Muſcoli.* Hiſp. *Morexillos.* Pol. *Bl'anka.* Vng. [*Izom*]. Ang. *The brawne of the arme or other place.*] Tres autē mu[sculi] uniuſcujuſque ſunt partes, otigo, medium, & exitus: [quibus] caput planè nervoſum eſt: medium, carne, nervis & arteri[is] extuberat. extremum in tendonem, confuſis nervoū & [arteriarum] lorum fibris, deſinit Plaut. in Amph. Quid dicas novi, cicatr[icem] cem in dextro muſculo ex illoc vulnere, Quod mihi in [Thebis] Pterela. Plin. lib. 20. cap. 21: Item convulſis, luxatis, tumentibus muſculis, nervis, articulis impoſuit. ¶ Item Muſculus [dicitur] piſcis parvi, qui parvo moderamine caudæ iter regit [ne] ne in ſcopulum impingat. Eſt enim Balænæ luſciola, [quæ] exoculata, quæ quum fortè aliquò profectura eſt, indigit hoc piſciculo prævio, qui eam deducat, & reducat. De hoc Claudianus lib. 2. in Eutropium: Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Bellua, ſulcandas qui prævius edocet undas, Immenſumq; pecus parvo moderamine caudæ Temperat, & tanto conjungit fœdera monſtro. Plinius lib. 9. cap. 52: Balænæ muſculus, quandoque prægravi ſuperciliorum pondere obruris ejus oculis, infeſtantis magnitudinem vada prænatans demonſtrat, oculorumque vice fungitur.

Mūſcŭlōſŭs, a, um. [μυώδης. Gall. *Muſculeux, qui a beaucoup de muſcles.* Ital *Pieno di muſcoli.* German. Meußlechtig/ voll meußfleiſch. Hiſpan. *Coſa de muchos morexillos.* Polon. *Pel'na bl'anki.* Vngar. *Huſos inas.* Ang. *Having great brawnes or ſtrong ſinewes.*] Celſ. lib. 5. cap. 20: At ſi nervoſus, aut muſculoſus is [locus eſt], commodiùs eſt cerato miſcere. ¶ Muſculos etiam dixerunt antiqui minores machinas quibus protecti libratores [ſuos] congeſtis lapidibus, lignis, & terra, non ſolūm comp[onebant] etiam ſolidant, ut turres ambulatoriæ ſine impedi[mento] vehantur ad murum. Sunt minores vineis, ſubtiliores[que], majores autem, & firmiores pluteis. Cæſ. 7. bel. Gal. A[d] caſtris longurios muſculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis ca[uſa] paraverat, profert. Idem 3. bell. Civil. Scalas, mu[ſculos] reperiuntur

repentinam oppugnationem fieri, & præparari jussit.

Mūrīnŭs, a, um, penult. prod. Possessivum à mure deductum. [μύϊνος. Gall. De rat. Ital. Di topo. German. Meüsin/das von Meüssen ist. Hispan. De raton. Vngar. Egéri, egerhez való. Ang. Of a mouse.] Plin. lib. 13. cap. 8: Murino fimo contra calculos illinere ventrem potest. ¶ Murinus color, qualis ferè est asinorũ. Col. lib. 6. cap. 37: Murinus quum sit in asino vulgaris, tamen non optimè respondet in mula. Murinum hordeum, herbæ nomẽ. Plin. lib. 22. cap. 25. Est & herba *Phœnicea* appellata à Græcis, à nostris verò *Hordeum murinum*. Hodie à vulgo *Sterilis avena* appellatur, teste Ruellio lib. 3. cap. 96.

Muscērdă, æ, f. p. Murinum stercus. [μυόχεδον. Gall. Crote, ou merde de rat ou de souris. Ital. Sterco di topi. Ger. Meüßdreck. Hisp. Estiercol de los ratones. Pol. Misie gowno. Vngar. Egerszar. Ang. Mouse dung.] Plin. lib. 23. cap. 6: Præterea ut Varro noster tradit, murinum fimum, quod item muscerdas appellat.

Mūscĭpŭlă, Machina ad capiendos mures. [μύσφορον, παγίς. Gall. Souriciere, ratiere. Ital. Trappola a prender topi. German. Ein Meüßfall. Hispan. Ratonera para tomar ratones. Polon. L'apkana myśi. Vngar. Eger fogo. Ang. A mouse trappe.] Var. 1. de Re rust. cap. 8: Necnon si parit humus mures, hujus minor sit vindemia, nisi totas vineas oppleveris muscipulis.

Mūsă, ę, f. p. Cãtus. [μοῦσα. Gal. Muse. Ital. & Hisp. Musa. Ger. Ein Gesang oder Lied. Polon. Spiewanie. Vngar. Enek, vers, musa. Ang. A song.] Virgil. 8. Aeglog. Pastorum musam Damonis & Alphesiboei. Idem 6. Aeglog. Agrestem tenui meditabor arundine musam. ¶ Crassiore musa. Quint. libro 1. cap. 10: Liber propter quosdam imperitiores crassiore (ut vocant) musa dubitationem hujus utilitatis eximere. Iocosa musa, Ovid. 3. Trist. Eleg. 2. Pedestris musa, Horat. 2. Serm. Satyr. 6. Solers lyræ musa, Idem de Arte. ¶ Hinc Musica, μουσική, Ars & facultas canendi. Et Musicus, μουσικὸς, musicæ peritus. ¶ Poëtę Musas novẽ finxerunt, easdemq; deas, Iovis, & Memorię filias, quę poëtis & Musicæ præessent. Oportet enim virum eruditum, ac doctum, intelligentia memoriaq; vigere. Has dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ est, Phocidi affinis: à quo Heliconides, & Heliconiades appellãtur. Distat aũt Helicon non procul à Parnasso Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu: rupes amborum saxea est. ¶ Quin & Parnassum habitare Musę dicuntur: unde & Parnassides dictę. ¶ Et quoniam Phocidi confinis Aonia est, etiam Aonides appellantur. ¶ Alio etiam nomine dicũtur Cithęrides, vel Cithęriades, ab Atticæ regionis monte, qui Cithæron dicitur, quem similiter Musis sacrum esse dicunt. Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitur prope Thebas. ¶ Pierides item dictæ à Pieria, quæ regio est Macedoniæ, Emathia antè dicta. Hæc Musarum pãtria, domusq; est, à nemore item appellata, cui nomẽ est Pieris. ¶ Thespiades, à Thespia oppido Heliconi propinquo. ¶ Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis *Hippocrene* dicitur: hoc est, equi fons, ἵππος equum vocant, κρήνη, fontem, unde & à nostris *Fons Caballinus* vocatur, & *Pegaseius*, quòd Pegasus eo loco saxum ungu[la] feriens, fontem dicatur aperuisse. Hunc equum putant esse, qui inter sydera collocatus est. Quanvis alii Bellerophontis equũ esse dicant. ¶ Libethrides vocatæ sunt à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magnesia dicitur. Hic fons Libethros, Musis est sacer, & spelunca eodem in loco, quę Libethra appellatur. Item Pimpleides, seu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, vel à fonte Pimpleo in radice ejus montis sito. ¶ Castalides, à fonte Castalio, in radicibus Parnassi, Musis sacro, qui à Castalia Nympha nomen assumpsit. ¶ Novem autem Musæ finguntur, quibus hæc nomina imposita sunt. Primam enim à bonitate vocis dixêre Calliopen. ¶ Secundam Clio, à gloria & celebritate rerum gestarum, quas canit: quæ eadem Historica dicitur. ¶ Tertiam, ἐρατὼ, Erato, vel à canẽdis amoribus vel quòd cantus omnibus expetatur. Ovidius 2. de Arte: Nunc mihi, si quando puer, & Cytherea favete: Nunc Erato: nam tu nomẽ amoris habes. ¶ Quartam à voluptate, ac lasciva cantus θαλείαν, Thaliã: θάλλειν enim virere, germinare, florere est. ¶ Quintam μελπομένην, Melpomenen, à canendo: μέλπομαι enim canto, & modulor significat, ἀπὸ τῆ μέλῳ ποιεῖν: hoc est, à concentu faciendo: unde & Tragœdiis præsidere putabatur. ¶ Sextam τερψιχόρην, ἀπὸ τῆ τέρπειν τοὺς χορούς: hoc est, delectãdis choreis: unde à quibusdam dicitur Citharistria. ¶ Septimam εὐτέρπην, Euterpen, à suavitate concentus, quasi bene delectantem. Hęc à nonnullis Tibicina dicta est, & præcipuè tibiarum cantui creditur præsidere. ¶ Octavam Polyhymniam, quòd multa canendo sit & vigeat memoriæ magnitudine, aut si Polymniam scribas, quòd memoria excellat. ¶ Nonam οὐρανίαν, Vraniam, quasi cœlestem, vel à cœlestium rerum cantu, vel à cantus divinitate: οὐρανὸν enim Græci vocant cœlum. ¶ Vnde autem dictæ sint Musæ, inter scriptores non satis convenit. Plato in Cratylo ἀπὸ τῆ μάσθαι dictas putat: hoc est, ab inquirendo: unde ab antiquis interdum vocatæ sunt Mosæ. Alii Musas dictas putant, quasi ὁμόσας, quòd inter omnes disciplinas similitudo sit, & quoddam quasi cognationis vinculum, quo inter se omnes conjunguntur, & copulantur: unde & Musæ ita pingi solent, ut se mutuò tenentes, choros ducant. ¶ Sunt etiã qui Musas dictas putent ἀπὸ τῆ μοῦν, quod significat bona, honestaque disciplina instituere. Musarum nomina & inventa exequitur Virgil. in Epigram.

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lascivo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vranie cœli motus scrutatur & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Mūsĭcă, cæ, & Musice, ces, f. p. Scientia canendi, una liberalium artium quæ vim & rationem canendi demonstrat. [μουσική. Gall. Musique. Ital. Musica. German. Die Kunst artlich vnnd wol zu singen. Hispan. El arte de la musica para cantar. Polon. Muzika, spiewanie. Ang. Musick.] Hæc apud Græcos tanti olim fuit, ut iidem Musici & vates, & sapientes judicarentur. Cujus scientiæ quum se imperitum Themistocles confessus esset (ut inquit Cicero) indoctior habitus est. ¶ Musicæ appellatione (inquit Budæus) prisci humanitatem literarum significabant: in qua ingenuos homines docebant otium contemnere animumque recreare. Recentiores verò ad numerorum modulationem hoc verbum transtulerunt: quia musica velut ludus animi est, & à curis vexati requies.

Mūsĭcă, orum, Cic. 1. de Orat. Quis musicis, quis huic studio literarum quod profitentur ii qui Grammatici vocantur penitùs se dedidit, quin, &c. Idem 5. Tusc. Musicorum verò perstudiosum accepimus.

Mūsĭcŭs, a, um, penultima correpta, Ad musicam pertinens. [μουσικὸς. Gall. Appartenant à Musigne. Ital. Musico, pertinente à musica. German. Das zu der Kunst des singens gehöret. Hispan. Cosa perteneściente à la musica. Polon. Muzik, spiewak. Ang. Belonging to musick.] Plin. lib. 2. cap. 22: Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit à terra Luna. Quintilian. libro 1. cap. 12: Aut musicis notis cantica excipiat. ¶ Artem tractare musicam, periphrasticè dictum est fabulas & comœdiam scribere. Terentius in Prolog. Phorm. In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Musicum studium. Idem in Heavt. Repentè ad studium hunc se applicasse musicum.

Mūsĭcŭs, ci, m. s. Cantor, qui novit aut docet musicam. [ὁ μουσικός. Gall. Musicien. Ital. Musico. German. Ein Senger/ der dieser Kunst des Singens wol berichtet ist. Hispan. Cantor che canta por musica. Polon. Spiewak. Ang. A musicien.] Cic. 3. de Finib. Ergo in Græcia musici floruerunt. Idem 1. Offic. In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. Idem 2. Tusc. Si absurdè canat is qui sẽ haberi velit musicum.

Mūsĭcē, Ponitur pro integrè ut nihil desit. [μουσικῶς. Gall. Musicalement, en musique. Ital. Musicalmente. German. Gentzlich/ ohne mangel. Hispan. Con musica, musicalmente. Polon. Zupełnie. Ang. After the maner of musick.] Nam musicam veteres *encyclopædiam* dixêre, in qua omnes sunt comprehensæ disciplinæ. Musicè etiam delicatè significat, & genialiter: nam musicos opiparè & genialiter vivere manifestum est. Plaut. in Mostel. Musicè hercle agitis ætatem: itaq; uti vos decet, Vino, & victu, piscatuq; probo electili Vitam colitis.

Mūsæŭs, a, um, μουσεῖος, Quod musarum est: ut Lepor Musæus. Lucretius libro 4:

Deinde quod obscura de re tam lucida pango
Carmina, musæo contingens cuncta lepore.

Mūsēum, penultima producta. [μουσεῖον. Gall. Lieu consacré ou dedié aux Muses, vne estude. Ital. Museo, luoco consecrato alle muse. German. Ein ort da man guten Kunsten obligt/ als ein Studierstub. Hisp. Lugar consacrado a las musas. Pol. Pokoi gdźe sie wezs studenc. Ang. The house of a learned man, a studie.] Locus est Musis, & studiis consecratus. Strabo libro ultimo scribit apud Alexandriam fuisse celeberrimum museum. Plin. Iun. lib. 1. Epistol. ad Fundanum: O mare, ô litus, verum, secretumq; museon quàm multa invenitis! quàm multa dictatis! Philostratus in vita Apollonii Tyanei μουσεῖον, vocat locum ubi Musæ colebantur, & responsa reddebant: quasi Musarum sacrarium. ¶ Est præterea Museum μουσεῖον, opus ex pumicibus constructum, ita dependens, ut imaginem specus imitetur. Plin. lib. 36. cap. 21: Non prætermittenda est & pumicum natura: appellantur quidem ita & cætera saxa erosa annis: in ædificiis Musea vocant, dependen-

dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.

Muſcă, æ, f.p. Parvum animal volatile nulli non notum. [זְבוּב *zbúb*, μύια. Gall. *Vne mouche.* Ital. & Hiſpan. *Moſca.* Germ. Ein Fliegvoder Mucke. Belg. Een vliegh. Polon. *Mucha* Vngar. Legy. Ang. *A flie.*] Plautus in Curcul. Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo, Vt muſcæ, culices, pedesque, pulicesque. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16: Non ut muſcæ liguriunt, quòd nemo has videt: ut illas, in carne, aut ſanguine, aut adipe. ¶ Ejus diminutivum eſt Muſcula. Boëthius: Quid imbecillius homine, quem morſus muſcularum necat?

Muſcārĭus, ria, rium, Quod ad muſcas pertinet. [μυιώδης. Gall. *De mouſche.* Ital. *Di moſche.* Germ. Das der Fliegen iſt Hiſpan. *De moſcas.* Polon. *To czyodo muchy ydące.* Vngar. *Legyhez tartozo.* Ang. *Belonging to a flie.*] Plinius libro 29. cap. 6: Aranearum telæ, & præcipue ipſæ inceptæ impoſitæ per noctem ad duo tempora. Vbi Muſcarium araneum vocat, qui venatur muſcas.

Muſcārium, rii, n. f. Flabellum, quo muſcæ abiguntur. [σῶρον. Gall. *Chaſſe-mouche, ou eſcouſſette à chaſſer les mouſches.* Ital. *Scacciamoſche.* Germ. Ein Fliegenwadel. Hiſpan. *Muſcador.* Pol. *Otpedzacz.* Vngar. *Legyező.* Ang. *A flie flapper.*] Cupiſmodi ex caudis pavonum conficiebantur, quæ muſcaria pavonina vocat Martial. libro 14. Hieronymus ad Marcellam: Quòd autem matronis offertis muſcaria, parvis animalibus ventilandis, elegans ſignificatio eſt, debere luxuriam citò reſtringere, quia muſcæ morituræ oleum ſuavitatis exterminant. ¶ Etiam & Muſcaria bubula, quæ ex boum caudis conſtituebantur, pulvere veſtibus excutiendo idonea: quorum etiam meminit idem Martialis loco jam indicato. ¶ Ab horum ſimilitudine herbarum quoque comæ in orbem radiatæ, cacuminaque in faſces coacta, Muſcaria appellantur. Plin. lib. 12. cap. 26: Semine in muſcarum deſcendente, ut ferulæ.

Muſcerdă, Muſcipula, Muſculus, Vide MVS.

Mūſcus, muſci, m. ſ. Viridem herba, ſeu potiùs lanugo, in corticibus arborum, & circa fontes & loca humida naſcens. [μύσος, βρύον. Gall. *Mouſſe.* Ital. *Muſco, muffa che naſce ſull'corteccia de gli alberi.* Germ. Mieß ſo an den bäwmen fürnemlich wächßt. Hiſpan. *Liemcho de los arboles.* Polon. Mch. Vngar. Moh. Ang. *Moſſe.*] Virg. 6. Aeglog. Malco circumdat amate Corticis. Colum. lib. 11. cap. 24: Iam verò muſcus, qui more compedis, crura vitium devincta comprimit, ſituque ex veterno macerat, ferro diſſingendus, & eradendus eſt.

Muſcōſus, a, um, Quod muſco opertum eſt. [βρυώδης. Gall. *Plein de muſſe.* Ital. *Pieno di muſco.* German. Mooſecht/voll moſs. Hiſpan. *Llena de tal moho.* Polon. *Melchowaty.* Vngar. *Mohos.* Ang. *Full of moſſe.*] Vnde dicuntur Muſcoſi fontes. Et muſcoſi prati, apud Varro. 1. de Re ruſtic. cap. 9. Cicero ad Quint. frat. libro 3: Nihil muſcoſius. Plin. lib. 12. cap. 1: Muſcoſi pomeria.

Muſcŏr, āris, ātus, Quod muſco tegi. βρυόομαι. Vnde Emuſcari, eſt muſco liberari. Colum. lib. 11. cap. 2: Oleæ putantur, & emuſcantur.

Muſeă muſeorum. Vide Muſeum in MVSA.

Muſĕa. Vide MVSA.

Muſĭmŏn, is, penultima correpta, m. t. Animal ovillo pecori non diſſimile, villo tamen caprino ſimilius, Hiſpaniæ & Corſicæ familiare. Plinius libro 8. capite 49. eſt & in Hiſpania, & maximè in Corſica, non maximo abſimile pecori, genus mirabile. Simonum, caprino villo quàm pecoris velleri propius: quorum e genere, & ovibus natos priſci Vmbros vocaverunt. Infirmiſſimum pecori caput: quamobrem aversum à ſole patri cogendum. Nonius aliter: Muſimones, *inpr*[illegible] mali, aut equi breves. Lucil. lib. 6: Pretium emit, qui vendit equum muſimonem.

Mūſſo, muſſas, Vide Mutio in MVTVS.

Muſinarii, ſic enim ut Holoander reſtituit, pro Muſſarii legendum in prior. l. de Excuſ. artif. Colum. à Muſino, quod nos hodie, ut Egnatius in Feſcennii annotavit, *Muſa*[illegible] appellamus.

Muſtace, ces, penultima producta, ſive potius Muſtax, cis, l. auri ſpecies, quæ maximo folio conſtat, flaccidoque & albicante: ita dicta quòd muſtaceis ſoleat ſubjici. Plin. lib. 15. cap. 30: Duo lauri genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam: Pompeius Lenæus adjecit, quàm Muſticam appellavit, quoniam muſtaceis ſubjiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoque & albicante. Ex quo Plinii loco apparet nominativum hujus dictionis potiùs videri Muſtax, quàm Muſtace, quippe quæ accuſativum faciat Muſtacem: qua etiam declinatione uſus eſt Ruellius.

Nānquĕ, Conjunctio eſt, qua cauſa redditur, ut Nam. [כי *chi.* γάρ. Gall. *Car.* Ital. *Perioche.* German. *Dann.* Hiſpan. *Certamente.* Polon. *Bowiem tęż.* Vng. *Mert.* Ang. *For.*] Plancus Cicer. 10. Epiſt. Famil. Nanque aſſiduis internuntiis cum Lepido egi, ut omiſſa omni contentione, reconciliataque voluntate noſtrã, communi conſilio Reipub. ſuccurreret. Virgil. in Tityro: Nanque erit ille mihi ſemper deus. ¶ Significat etiam idem quod Sed, ſeu Verùm. Cic. 1. de Orat. Nanque illud quare Sczvola negaſti? ¶ Nanq; etiam pro non primo loco, γάρ. Plin. lib. 2. cap. 11: Defectus ejus (Solis) lunæ magnitudinem haud dubia ratione declarat, ſicuti terræ parvitatem ipſa deficiens. Nanque cùm ſint tres umbrarum figuræ, *&c.*

Nāncīſcŏr, eris, nactus, A Nancio, cis, ſit ſecundum Priſcianũ, & æquè in bonã & malã partem ponitur, Acquiro, adipiſcor, aſſequor, invenio, [מצא *matsá* קנה *kanáh.* κτυπλαμβάνω, τυγχάνω, εὑρίσκω. Gall. *Recouurer, trouuer, rencontrer.* Ital. *Acquiſtare, ritrouare, aſſeguire.* Ger. *Bekommen / vberkommen / erlangen.* Belg. *Vercrygen.* Hiſ. *Hallar, adquirir, conſeguir.* Pol. *Doſtawam, naidu.* Vngar. *Meg nyerőm, talalom keresőm.* Ang. *To gett, to obteine, to find.*] Terent. in Phorm. Non triumpho ex nuptiis tuis, ſi nihil nanciſcor mali? Saluſt. Homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti. Cicer. de Senect. ad vitem tranſtulit: Vitis ut ſeſe erigat claviculis quaſi manibus, quicquid eſt nacta complectitur. Aliquando eſt caſu invenire. Idem de Nat. 2: Alter alterius, ubicunque nactus eſt ova, frangit. Et de Clar. Orat. Nactus ſum etiam, qui Xenophontis ſimilem ſe eſſe cuperet. Idem de Nat. 3: At verò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut ſi aliud quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus. Cicer. App. Pul. Pluribus verbis ad te ſcribam, quum plus otii nactus ero. Cic. de Finib. 1: Quoniam nacti te ſumus aliquando otioſum, recte audiam quid ſit. Lactant. lib. 6: Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubãtem. ¶ Hinc Renanciſcor, quod à veteribus poſitum eſt pro reprehendo, teſte Pompeio.

Nānĭum, *νάνιον*, Nomen fictum à Comicis, pro muliere parva, ſed pulchra, per diminutionem, blandiendi cauſa, ſicut Glycerium, & hujuſmodi. Plaut. in Prolog. Amphit. Etiam hiſtriones Nanio in proſcenio hic Iovem invocaverunt.

Nanum, *νάνον*, Græci vas aquarium dicunt humile & concavũ, quod vulgò vocãt *ſitulum barbarum*. ¶ Vnde nani pumiliones appellantur. Hæc ad verbũ ex Feſto. Meminit & Varro: quanquam locus apud Varr. mirificè corruptus eſt: quem ita legendum putat Scaliger: Vas aquarium vocant Futum, quo in triclinio allatam aquam infundebant: poſtea acceſſit Nanus cum Græco nomine, *&c.*

Nānŭs, nana, num, [נמ *ghammádh.* *νάν*. Gall. *Nain ou naintre.* Ita. *Nano.* Ger. Ein zwerg oder kurtz Herdmennlin. Hiſp. *Enano.* Pol. *Karlik.* Vng. *Lyuki ember.* Ang. *A dwarf, a very little perſone.*] teſte Gell. lib. 19. cap. 13, Græcum vocabulum eſt, quo vocaverunt brevi corpore hominem, paululùm ſupra terram extantem, quem Latinè Pumilionẽ dicimus. Nec de hominibus tãtùm, ſed de aliis quoque rebus dicitur. ¶ Vnde etiam mala nana, quæ alio nomine Melimela vocantur.

Nīphthă, *νάφθας*, Bituminis flos tenuiſſimus, circa Babylonem copioſiſſimè proveniens, cui tãta eſt cum igne cognatio, ut flamma tranſiliat in eam undecunque viſam. Autor Plinius lib. 2. ca. 105. Vulgus *Oleum Medeæ* vocat. Ex hoc cõficitur ignis penè inextinguibilis, quem Græcanicum appellant.

Năpŭs, m. ſ. [*βουνιὰς*. Gal. *Nauet ou naueau.* Ital. *Nauone.* Germ. Ein runde rũb/ſteckrũb. Hiſp. *El nabo.* Pol. *Rzepa okragła.* Vng. *Murok repcze.* Angl. *A nauewe or turnep.*] Herba eſt rapo forma, temperamentoq; ſimillima: quam Galli, ſervatis priſci nominis non obſcuris veſtigiis, *Nauettam* appellant. Columel. lib. 2. cap. 10: Napus devexam terram amat, & ſiccam. Vide Plin. lib. 20. cap. 4. Hujus diminutivum eſt Napunculus.

Năpīnæ, f. p. Loca napis conſita. [*βουνιῶνες*. Gall. *Vne nauettiere, lieu où croiſſent force nauets.* Ital. *Luoco da ſeminarui nauoni.* Germ. Ein rũbgarten oder rũbacker. Hiſp. *La ſemiente de nabos.* Pol. *Ogrod rzepa poſiani.* Vng. *Murkos repczes hely* Angl. *Beddes of nauewes.*] Columel. lib. 11. cap. 2: Năpinæ itémque rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

Nārcāphthŏn, ſive ut alia habent exemplaria, Naſcaphthon, ex India defertur tortoſum, ſimile Sycomori libro, quo jucũdi odoris gratia ſuffitur. Author Dioſcor. lib. 1. Plinius prętermiſit: fortaſſe quia certum nihil de illo habebat. Paulus Aegineta Lacapſithon vocat.

Nārcĭſſŭs, m. ſ. [*νάρκισσος*. Gal *Narciſſe.* Ital. *Narciſſo.* Ger Ein Narciſſen rõſlin. Hiſp. *Vn cierto genero di lirio.* Pol. *Narciſek.* Vn. *Narciſſób.* Ang. *A kind of lilly.*] Lilii genus, radice carnoſa atq; odora, flore purpureo, folia in radice habẽs ad ſimilitudinem foliorum arundinis, ſed aliquanto craſſiora. Dictus à *νάρκη* (ut Plin. autor eſt lib. 21 ca. 19.) quod ſtuporem Latinè ſignificat. Nam odor ejus caput aggravat. Ejus duo ſunt genera. Vnum purpureo flore: alterum herbaceo. ¶ Poëtæ fabulántur Narciſſum puerum fuiſſe Cephiſi amnis, & Lyriopes Nymphæ filium, tanta formæ præſtantia, ut quum aliquando ad fontem bibiturus acceſſiſſet, conſpectæ ſuæ imaginis amore captus, quum nulla potiundi amoris ſpes eſſet, nimio deſiderio contabuerit, & in florem ſui nominis commutatus ſit. Vide Ovid. lib. 3. Metamor. Hujus monumentum in ora Bœotię fuiſſe tradunt, quod cum ſilentio viatores prætereibant. Vnde & *σιωπὼν*: hoc eſt, taciturnum appellabant. ¶ Eſt & Narciſſus nomen fluvii & nomen liberti potentiſſimi Claudii.

Nārcĭſſĭnŭs, a, um, *νἀρκίσσινος*, Quod ex narciſſo fit: ut Oleũ narciſſinum, *νάρκισσέλαιον*. Plin. lib. 21. cap. 19: Ex hoc flore fit narciſſinum oleum ad emolliendas duritias. Inde etiam Narciſſinum unguentum, quod ex flore narciſſi fieri ſolebat, ſed ſtatim obliteratum eſt: ut refert idem Plinius lib. 13. cap. 1.

Nārcĭſſītēs, penult. prod. *νἀρκισσίτης*, Gẽma appellata eſt, quæ narciſſi colorem habet, venis hederæ diſtincta. Hujus meminit Plin. lib. 37 cap. 11.

Nārcōtĭcă, *νἀρκωτικὰ*, Medici noſtri temporis appellant medicamenta, quibus ſtupor conciliatur, ac torpor, adverſus ſenſum doloris & cruciatum, *ἀπὸ τῆς νάρκης*, quod ſtuporem ſignificat.

Nardoſphærum, Vide HARDOSPHAERVM.

Nārdŭs, [ברד *nerdh.* *ἡ νάρδος*. Germ. Nardus oder Spica in der Apotek genannt. Pol. *Spicanarda*] fœm. gen. & Nardum neutri, Frutex eſt, teſte Plin. lib. 12. cap. 12. gravi & craſſa radice, ſed brevi ac nigra, fragilíque, quamvis pingui, ſitum redolente, ut cyperi aſpero ſapore, folio parvo denſóque, cacumina in ariſtas ſe ſpargunt: ideò gemina dote nardi ſpicas, & folia concelebrant. Ejus duo ſunt genera, Indicum & Syriacum, non quòd ex iis regionibus afferatur, ſed quòd montes in quibus naſcitur, aut Indiam, aut Syriam ſpectent. Retinet hæc verba etiam hodie nomen ſuum in Officinis. ¶ Eſt prætereà herba huic non diſſimilis, quam ob id Pſeudonardum vocant, folio craſſiore, carnoſo, anguſto, colore languido in cãdidum vergente, frequẽtibus ſpicis in ariſtas ſparſis, floſculis purpureis. Gaudet petroſis locis & apricis: tanta ſuavitatis fragrantia, ut omnes flores odoris ſuavitate prȩvocet: qua dote in veſtibus inſeritur. Duo etiam hujus ſunt genera, unum procerius adoleſcit, & majorem ſpirat odorem: quod quia nõ minus, quàm nardum placet, ſibi ſpicæ nomen apud nos arrogavit. Vulgus *Aſpicum* vocat. ¶ Alterũ tum amplitudine, tum odore minus, quod, quia balneis & lavacris exȩtitur, *Lavanda* vulgò, & *Lavandula* appellatur: quam nonnulli malè putant eſſe nardum Celticam: ut poſtea docebimus. Vtraque pſeudonardi ſpecie Narbonenſis provincia maximè abundat, adeõ ut & montes, & campi iis veſtiantur. Nardus autem Gallica, ſive Celtica herba eſt ab hiſce diverſa, folia habens longiuſcula, & flaveſcentia, floremque lutcum, quæ, teſte Plinio, cum radice velli ſolet, & in manuales faſciculos digeri. Hæc alio nomine appellatur Saliunca: ut docet Ruell. lib. 2. cap. 6. & 7. ex quo hæc excerpſimus. ¶ Ex nardo fiebant pretioſiſſima unguẽta, quibus Romani ſolebant capillos delibutos geſtare. Tibullus libro 2. Elegia. Illius puro diſtillent tempora nardo.

Nārdĭnŭs, adject. ut Nardina pyra, dicuntur ab odore, ſcilicet quæ nardum redolent. *νἀρδῖνα*. Plin. lib. 15. cap. 15: Pyra ab odore myrapia, laurea nardina. ¶ Nardinum, pen. corr. *νάρδινον*, unguentum ex nardo factum, addito omphacio, balanino, junco, coſto, amomo, myrrha, & balſamo. Alio nomine dicitur Foliatum Plin lib. 13. cap. 1.

Nares, [אף *aph ĝives.* Gall. *Narines.* Ital. *Narice, buchi del naſo.* Germ Die naßlöcher. Belg. Neeſgaten. Hiſp. *Las narizes.* Pol. Nozdrze. Vng. *Orlyuk.* Ang. *The noſethrilles.*] Propriè naſi latiores partes, in quibus ſunt ſpiracula, à naritate, ſive gnaritate, (ut inquit Donatus) quòd nos odoratu doceãt præſtò ac propè eſſe quod adhuc oculi nõ vident. Sive, ut alii volunt, quòd per eas odor vel ſpiritus nare non deſinat. Vel à Græco *ῥὶς*, per inverſionem literarũ, ut *τίρλω*, tener. Cic. 2. de Natur. deor. Itémque nares, eò quòd omnis odor ad ſuperiora fertur, rectè ſurſum ſunt. Perſius Satyra 1: balba de nare locutus, Ovidius 1. de Arte: Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus Virgil. lib. 3. Georg. Collectumque premens volvit ſub naribus ignem. Ovidius uſus eſt ſingulari pro naſo: Pandáque naris erat. ¶ Naribus aduncis indulgere, à Perſio Satyr. 1. dictũ eſt, Murmellio teſte, pro naribus in rugam contractis irridere, & ſubſannare. Verba Perſii ſunt: nunc nõ è manibus illis, Nunc non è tumulo, fortunatáque favilla Naſcentur violæ? rides, ait, & nimis uncis Naribus indulges. Simile eſt illud apud Horatium lib. 1. Serm. Satyra 6: naſo populum ſuſpendis adũco. De quo latiùs in dictione Naſus. ¶ Emunctæ naris homo, is dicitur, qui nares habet emunctas & purgatas: hoc eſt, qui facilè rem ſubodorat: unde & pro prudẽti & ſagaci accipitur. Horat. li. 1. Sermonum Satyr. 4: Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus: Mutatis tantùm pedibus, numeriſque facetus, Emunctæ naris, durus componere verſus. Obeſæ naris juvenis, apud Horatium Epod. 12. qui nihil olfacit. Corrugare nares. Horatius 1. Epiſt. 5. ne ſordida mappa Corruget nares.

Narica, Eſt genus piſcis minuti. Plaut. Muriaticã video in vaſis ſtãneis naricam bonam & canatam, & taguma, quinas farras conchas piſcinarias Naticẽ piſcem leges apud antiquos pertot, non perit, & videtur à natando dictus. Hæc Feſtus.

Narro, as, act. p. Dico, recito, enarro, recẽſeo [אשר ספר *ſippér hiſchtahdh.* *διηγέομαι*. Gal. *Raconter, reciter, conter.* Ita. *Narrare, racõtare, dire.* Ger Erzehlen/ſagen Bel. Vertellen. Hiſ. *Contar hiſtorias ò razones, dezir* Pol. *Wiliczam, powiedam.* Vngar. *Bezellők.* An. *To ſhew, to declaire, to rehearſe, to make mention.*] Terent. in Eunuch. Narra iſtuc quæſo quid ſiet. Ibidem: Tu iſti narrato omnẽ rem ordine, ut factum ſiet. Propert. lib. 2 Eleg. 1: Navita de ventis, de tauris narrat arator. ¶ Fabellam narrare ſurdo aſello, Horat. 2. Epiſt. 1. Hujus cõpoſita Denarro, Enarro, & Prænarro.

Narrātĭo, onis, f. t. Quæ eſt rerum geſtarum expoſitio, alicujus rei longa commemoratio. & ponitur pro ea orationis parte à Rhetoribus, qua quemadmodum res geſta eſt de qua agitur, ſolet exponi. [טרשה *paraſchádh* שכינה *ſchenindh.* *διηγησις*. Gall. *Narration, recit.* Ital. *Narratione.* Germ Erzehlung. Belg. Vertellung Hiſp. *Obra de contar ò dezir, narracion.* Pol. *Powieść, wiliczenie.* Vn. *Bezelles.* Ang *Narration, a telling of any thing.*] Cic. 2 de Orat. Obſcura narratio totam occæcat orationem. Idem in Orat. Credibiles non hiſtorico, ſed propè quotidiano ſermone dilucidè explicatæ narrationes

Narrātĭũncŭlă. Parva narratio. [*διηγημάτιον*. Gall. *Petit recit & narration* Ita. *Picciola narracion.* Ger. Ein kleine oder kurtze erzehlũg. Hiſp. *Pequenna narracion* Pol. *Powieśćiká* Vng *Beſſelleſorske.* An. *A little narration.*] Quint. lib. 10 cap. 9: Narratiunculas à poëtis celebratas notitiæ cauſa, non eloquentiæ tractandas puto.

Nārrātŏr, oris, m. t. Qui narrat. [מספר *meſappér.* *διηγητὴς* Gall. *Racontant, qui recite ou conte.* Ital. *Chi narra ò raconta.* Germ. Ein erzehler. Hiſpan. *Contador aſſi.* Pol. *Powiedacz.* Vngar. *Bezellő.*

Ang. *That maketh mention or mentiõ of any thing.*] Cic. 2. de Orat. Cæte. i nõ exornatores rerũ, sed tãtùmodo narratores fuerũt.

Nărrātus, a, um, participiũ. [סִפּוּר *mesphór. διηγηθείς.* Gal. *Narré, recité, raconté.* Ita. *Narrato, raccontato.* Ger. *Erzehlt.* His. *Contado, narrado.* Pol. *Opowiadany, wyłożony.* Vng. *Megbeszeltetõt.* An. *Recited, mentioned.*] Ovid. 3. de Ponto, eleg. 2: Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo, Laudarunt omnes, facta piámq; fidem.

Nărrātĭō, ōnis, f. q. [שִׂיחָה *sraf.* שְׂכִיבָה *schemáh. διήγησις.*] Ovid. de Medic. ver. Narrationibus hora Tempestiva meis.

Narrabĭlis, le, om. t. [*Gal. Racontable. Ital. Ripentuvõter.* Ita. *Che si può raccontare. Ger. Das zu erzehlen ist. His. Cosa que se puede aßi contar.* Polon. *Opowiedzenia godna.* Vng. *Beszélhetõ.* Ang. *That may be rehearsed and declared.*] Ovid. 2. de Ponto, eleg. 2: Lingua fi.e, non est ulla narrabile quicquam.

Narthēcĭum, ĭi, n. s. [*ναρθήκιον.* Po. *Dolina myśl.*] Species est ferulę humilioris, quę ad justam altitudinẽ narthecis non assurgit, folia habẽs maxima, ut quęq; ceteræ proxima. Dicta videtur Narthecia per diminutionẽ, à fruticis humilitate: quare etiã à quibusdã Ferula minor, & ab aliis Feulago appellatur. Plin. li. 13. c. 22. de Ferula loquẽs: Duo ejus sunt genera: Narthecia Græci vocãt assurgentem in altitudinem: Narthecią verò semper humilem.

Narthēcĭum, cii, n. s. [*ναρθήκιον.* Ger. *Ein Büchß daremmã Artzney behalt.* Ang. *A spicerie, a place to keep spice in.*] Dicitur repositorũ medicamentorum: ita dictum, quòd narthecis: hoc est ferulæ legumentis medicamenta asservãta essent ac cõmodatissimum: pulcherrimo Narthecia appellarunt vasa medicamentaria, quæ cerussa circumlinebantur: ipso verò quęvis vasa in hunc usum apparata, quamvis ex fictula confecta non essent, hoc nomine dicitæ sunt. Cels. li. 5. c. 5. Jam doloris medicamenta illa Epicurea tanetiam de narthecio promant. Martial. lib. 14: Artis opes medicæ, nitidæ cum scrinia habere.

Narthēx, ēcis, m. s. *ναρθηξ, ἐκος.* Ferula est lignũ foris corticis loco habẽs, intus autẽ spongiosum fungosumq; medullã. Plin. li. 13. cap. 22: Ferulam appellat, post explanato omnes genera ferularũ, Narthecia, quæ spadã vocãt: alterum nomen est Nartheciãhos est minoris ferulæ genus, quæ nõ altè ab humo attollitur. Et ferulã, *manet*, inter externas dixisse convenit, a. maximąq; generis simplicis: quoniã quartũdã naturæ sunt distinctæ nemus legũ omne corticis loco habẽt: hoc est, foris cortis: intus autẽ loco fungosam intùs medullã utrã. habuit quædã verò tenuitatẽ, ut arundines. Ferula calidis nascitur locis, atq; nõ rara, a geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: Narthecia Græci vocant assurgentẽ in altitudinẽ: Narthecią verò semper humilẽ. Hęc ille. ¶ A Narthece autẽ dicti sunt Narthecophori, *ναρθηκοφόροι*, Bacchi ministri, quasi Thyrsigeri. Nã thyrsi antiquitus tũ ex ferulis fiebãt.

Nasamonītes, *νασαμωνίτης*, Gemma, quæ quum sanguinea sit, scatet nigricantibus venis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Nāscŏr, sceris, natus, d. t. Notę significationis. [יָלַד *nol'lh φυομαι, γίνομαι, γεννάομαι.* Gall. *Naître.* It. *Nascere.* Germ. & Belg. *Geboren werden.* His. *Nascer.* Pol. *Rodzić się.* Vng. *Születõm.* An. *To be borne.*] Plin. lib. 10. cap. 53: Aves omnes in pedes nascuntur, cõtrà quàm reliqua animalia. Salust. L. Catilina nobili genere natus, fuit magna vi animi & corporis. ¶ Natus laudi, & ad laudẽ. Cic. pro Sext. Qui se patriæ, qui civib. tuis, qui laudi qui glorię, nõ somno, non cõviviis, nõ delectationi natos arbitrãtur. Ibidem: Nã quid ageret vir ad dignitatem & gloriã natus? Hor. 1. Epist. 2: Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Cic. de Senectute: Mortuus est (quum ego quinq; & sexaginta annos natus, legẽ Voconiã voce magna & bonis lateribus suasissem) annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius. Idẽ de Amicitia: Magna etiã dissidia, & plerunq; justa nasci. ¶ Hujus verbi cõpositæ sunt, Annascor, Cõnascor. ¶ Enascor, Ex re aliqua nascor, *ἐγγινομαι.* Iustin. lib. 1: Hic primùm videt ex natura lib. filiæ quam unicã habebat) vitẽ enatã, cujus palmite omnis Asia adũbratur. ¶ Denascor, decresco, deficio, morior, *ἀποφύομαι.* Cassius Hemina li. 2. Annalũ: Quę nata sũt omnia, denasci ætunt. ¶ Innascor, Latus nascor, *ἐγγινομαι.* Cic. li. 1 Off. Sed illud odiosum, qđ in hac elatione & magnitudine animi, facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. ¶ Internascor, In medio nascor, *ἐγγίνομαι.* Col. li. 5: Ne autẽ pãpiniarius palmes internascatur, *&c.* ¶ Obnascor, Circũnascor, *περιφύομαι.* Renascor, Rursus nascor, *ἀναγεννάομαι.* Lactant. li. 7: Itaq; renasci eas putaverũt. Pronascor, Ortũ habeo, *ἀναγεννάομαι.* Terent. in Phor. Ajunt illã civem Atticam, bonam, bonis prognatam.

Nātŭs, a, um, participiũ à Nascor. [יָלוּד *nol'lh γεγονώς.* Gal. *Nay, né, Ital. Nato.* Ger. *Geboren.* His. *Nascido.* Po. *Narodzony.* Vn. *Zwaczón.* Ang. *Born.*] Terent. in Heaut. Annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut cõjecto. Pro re nata: hoc est, pro præsenti rerũ statu. Sunt res nunc se habent. Cic. ad Attic. lib. 3: Animadvertendum posse pro re nata te non incõmodè ad me in Albanũ venire. Ibidẽ: In his locis pro re nata nõ incõmodè posse esse.

Natŭs, ti, nomẽ substantivũ, Gnatus, filius, sicut nata, sive gnata, pro filia. [יֶלֶד *jéledh. ὁ παῖς.* Gal. *Vn fils.* Ital. *Figliuolo.* Germ. *Ein Sohn.* Belg. *Een Soon.* Hisp. *Hijo.* Pol. *Syn.* Vng. *Fiu.* Ang. *A sonne.*] [*ὁ παῖς.* Gal. *Vne fille.* Ital. *Figliuola.* Ger. *Ein Tochter.* His. *Lahija.*] Virg. 1. Aen. Nate meæ vires, mea magna potẽtia solus. Idem 3. Aen. Et nati natorũ, & qui nascentur ab illis. Cic. de Amic. Primũ ex ea charitate, quę est inter natos & parẽtes, quę dirimi, nisi detestabili scelere non potest. Virg. 1. Aen. Maxima natarum Priami. Hor. 2. Serm. Sat. 3: Tu quũ pro vitula statuas dulcem Aulidę natam Ante aras, spargisq; mola caput, impro be, falsa. ¶ Natorum appellatio (inquit Modest.) ad nepotes extenditur. ¶ Addimus quandoq; e, & dicimus Gnarus, Gnata, quæ semper sunt substantiva. ¶ Natos etiam pullos equarum dixit Colum. lib. 6. cap. 27: Id præcipuè genus pecudis amore natorum, nisi fiat, potestas, noxam trahit.

Nātū, Ablativus est solus sine nominativo, aliove casu usitato: jungiturq; cum his adjectivis, Magnus, Parvus, & grandis, *μεγας.* Cic. in Cat. Quanquam cum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate provectũ. Terent. Adelph. Id mea minimè refert, qui sum natu maximus. Liv. 1. ab Vrbe: Sed de istis rebus in patria majores natu consulemus.

Nātĭo, tionis, f. t. Genus hominũ (inquit Festus) qui nõ aliunde, sed ibi nati sunt. [לְאֹם *lghói* עַם *le mméa.* Gal. *Natiõ, gent.* Ita. *Natione.* Ger. *Ein volck das in einem Landt geboren ist.* His. *La nation.* Pol. *Natia, narod.* Vn. *Nemzetség.* Ang. *A nation or country.*] [Plaut. in Menæch. Namq; ipsa natio, est hæc ita hominu, Voluptarii, atq; potatores maximi.] Plin. li. 12. c. 25: Color in quacunq; natione præferatur rubens: rudita illa Græcorũ natio, Cic. 2. de Orat. Inanes & barbaræ nationes, Cic. ad Quin. Frat. li. 1. Idẽ de Provinc. consul. Cæsar cũ acerrimis nationibus Germanorũ & Helvetiorũ, prælio multis fœhcissime decertavit. Idẽ pro Font. Verùm etiã exteris nationibus ac gẽtibus ostẽdere, *&c.* Nationis jure vocabulũ latinè exprimitur, quàm Gentis: nã in eadẽ natione plures esse possunt esse gentes. Neq; enim omnes qui ejusdem sunt nationis, eorundẽ sunt gentis. ¶ In pecoribus quoq; (ut inquit Festus) bonus provectus, ostendit bonam nationem dicitur. ¶ Natio quoq; omnes cognationes, tribus & populus hominũ significat. Cic. pro Sest. Nemo hoc reprehendet, si nomine populi nũ in accusatione quæsitũ, quid esset nostra civitas, Romanũ.

Nātālis, & hoc natale, omn. t. Natalitius, quod ad natalem diem pertinet [γενεθλιακος. Gal. *De la naissance ou natalité.* Ital. *Natale.* Ger. *Das der geburt ist, oder zu der gehört.* His. *Cosa perteneciente al nascimento.* Pol. *Do narodzenia przynależący.* Vn. *Születési, születési.* An. *That belõgeth to the nativitie or birth.*] Vnde Natalis dies dicitur is, quo quis natus est. *γενέθλιος.* Cic. ad Attic. li. 5: Natali die tuo scripsisti Epistolam. Terẽt. in Phor. Porrò autẽ alio, ubi erit puero natalis dies. Cic. Att. li. 6: Quũ is dies casu Bruti natalis esset. Idẽ 2. de Divin. Chaldæis in prædictione, & in notatione cujusq; vitæ ex natali die minimè credendũ. Agere diẽ natalẽ, Cic. 2. de Finib. ¶ Interdũ supprimitur substãtivũ Dies, ut quod facilè queat intelligi. Vir. 3. Aegl. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. ¶ Natale solũ, Patria in qua gs natus est. *πατρίς.* Ovi. 1. de Põt. Nescio qua natale solũ dulcedine cũctos Ducit, & immemores, non sinit esse sui. ¶ Dicitur & Natalis de rebus inanimatis, pro Nascens Plin. lib. 37. c. 4: Similis est huic quidẽ Arabicus, minor tãtum, similiter & nascẽs, cæterùm pallor gẽtis, & in auro nõ nisi excellẽtissimo natalis. De Adimãte Natalis urbis: id est, dies qua condita fuit urbs. Plin. lib. 14. cap. 4. Ea cœli tẽperies fulli quam coctilia coxat, solis opere, natali urbis DCCXXXIII. Idest, ab urbe cond. Cic. pro Flac. O Nonæ illa Decembres primæ Consule fuistis: quem ego diẽ verè natalẽ hujus urbis non cerè salutare appellare possũ.

Nātālĕs, Plural. tantum numero. [יוֹם הַלֵּדֶת *iom hallédheth.* Gall. *Jour de naissance, jour natal.* Ital. *Compleanno, giorno natale.* Germ. *Das beinamen von der geburt tag, oder das gefeuchet.* His. *Cosa de nacimiento.* Pol. *Urodzenie, narodziny.* Vng. *Nemzetségnek napgya.* Ang. *Birth, kindred and familie whereof one is descended.*] Ius libertatis quod natura principio generi humano æquabiliter tribuit, ut alter alterius ne pareret imperio: cujus Ingenuitatis, quod Servitus & manumissio ademit. Hinc restituere natalibus, est quum princeps libertis Ingenuitatis jus ad dignitatẽ tribuit. Et restituti natalibus sunt, qui quum liberti essent, eo loco beneficio principis habẽtur, quasi nunquã servi fuissent. L. 3. D. de bon libert. L. 4. D. de jure aureor. annul. ¶ Dicitur tamẽ natalibus restitui nõ modò libertus, sed etiam plebeius & ignobilis, quũ ad nobilitatẽ ascisc̃tur, quãvis à nobilibus ortus nõ est. Itaq; natalibus restituere: id est, quod vulgò dicitur *Nobilitare.* Cornel. Tacitus: Aderat Corn. Fuscus vigens ętate claris natalib. Plin. in Epist. ad Messen. li. 3. in malã partem accepit, pro ignobilitate & sordibus generis: Nonnunquã (*inquit*) candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiã mores arguebat. ¶ Iuven. Sat. 6, etiã pro celebritate diei natalis sumpsit: Palmã inter dominas virtus natalibus æquatid est, nõ alia magis victoria exhilaratur, quàm si dies natales celebrẽtur. ¶ Natales, etiã pro annis accipiũtur. Sappho Phaonì in Epist. Heroid. Sex mihi natales erãt. Tot enim dies celebrantur natales, quot anni. ¶ Natales

tales diverſarũ gentiũ. Plin. li. 7. cá. 12: Diverſarũ quidẽ gentiũ natales tã concordi figura repetire, ſuper omnẽ eſſe taxationẽ. Natales videtur uſurpaſſe pro origine, & generis principio.

Nātālĭtĭ̆ŭs, a, um, Quod ad Natales, ſive ad nativitatẽ pertinet, natalis. [γενεθλιακός. Gal. *De nativité, appartenant à naiſſance.* Ital. *Della natività.* Ger. Dao zu der gebürt gehört. Hiſ *Coſa perteneſciente à naſcimiento.* Pol. Rzecz ktora do narodu należi. Vng. Zwletesheż valo, żwletesę. Ang. *That belongeth to the natiuitie or birth.*] Cic. 2. de Divinatione: Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. Et paulò poſt: Chaldæi notant ſydera natalitia.

Nātālĭtĭ̆ă, orum, n. ſ. Celebritates, quib. quis diem ſuũ natalem colit, ſive etiam ipſum conviviũ quod quis natali ſuo die amicis præbet. γενεθλια. Cic. 2. Philipp. Hodie non deſcendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo: putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni.

Nātīvŭs, a, um. pen. prod. Quod nullo artificio confectũ eſt, ſed tale omnino eſt quale naſcitur, naturalis, genuinus. [γνήσιος. Gal. *Naif, naturel, qui vient de nature.* Ital. *Natio.* Germ. Natürlich/ angeboren. Hiſp. *Coſa natural.* Pol. Wrodżoni, przirodżoni. Vng. *Termeżet żerent valo.* Ang. *Native, naturell.*] Plin. lib. 31. ca. 7: Sũt & montes nativi ſalis, ut Indis Oromenus. Gell. lib. 12 cap. 1: Propterea obliteratis, & abolitis nativæ pietatis affectibus. Et nativæ lanæ, apud Plin. lib. 8. cap. 47. dicuntur, quæ nativũ colorem retinẽt. ¶ Nativũ malũ: id eſt, innatũ, ingenitũ. Cic. pro Domo ſua: Nónne fuit eo major adhibenda medicina, quæ & illud nativũ, & hoc delectum malũ ſanare poſſet? ¶ Nativi dei, qui naſcũtur, & occidũt. Cic. de Nat. deor. 1: Anaximãdri autẽ opinio eſt nativos eſſe deos, longis intervallis orientes, occidentesque. ¶ Nativa verba, quę primitiva, ſeu primæ poſitionis vocant Grãmatici: quibus opponũtur Reperta: id eſt, derivata. Cic. in Partit. Simplicia verba partim nativa ſunt, partim reperta. Nativa ea quæ ſignificata ſunt ſenſu: Reperta, quæ ex his facta ſunt. ¶ Nativus color, naturalis, qui nulla arte, ſed natura producitur, modò in albedinem tendens, modò in nigredinem: nõ tamen perfectè aut albus, aut niger. Plin. lib. 26. c. 4: Nativus color albus, Leucophæus appellatur. ab eo quod Græci album vocant λευκὸν, & φαιὸν, fuſcũ, ſive pullum. Huic contrarius Bæticus, vel Pullus vocatur. Plin. lib. 32. cap. 10: Iecur rubetæ, vel cor adligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. Hinc Leucophæati, qui rudiori alba veſte, ac vili, & nativi coloris induti ſunt. Mart. lib. 1: Amator ille triſtium lacernarum, Et bæticatus ſimul & leucophæatus.

Nātĭvĭtās, atis, f. t. Ortus. [הולדת *hulĕdheth* מולדת *molĕdheth*. γένεσις, πεσὸς, γόνησις. Gal. *Natiuité, naiſſance.* Ital. *Natiuità, naſcimento.* Germ. Die geburt. Hiſp. *Naſcimiento.* Polon. *Narodżenie.* Vng *Zwletés.* Ang *Natiuitie, birth.*] Vlpianus: Municipem aut nativitas, aut adoptio facit.

Nātūră, æ, f. p. Dicta eſt ab eo quòd aliquid naſci faciat, divinus omniũ rerũ ordo, quo omnia moventur, oriuntur & occidũt. [φύσις. Gal. *Nature.* Ital. *Natura.* Ger. Die Natur. Hiſ. *Natura, naturależa.* Pol *Natura, przirodżenie.* Vng. *Termeżet.* Ang. *Nature.*] Hanc quidã Deũ eſſe dixerũt, à quo omnia ſunt creata. Senec. lib. 4. de Benef. Natura hoc mihi præſtat. Nõ intelligis te, quũ hoc dicis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud eſt natura quàm Deus, & divina ratio, toti mũdo, & partibus ejus inſerta? Plinius ubiq; Naturã parentem, rerumq; opificẽ appellat. ¶ Accipitur interdũ pro vi, & ingenita rei alicui virtute & potentia: unde arborũ atq; herbarũ naturas dicimus. Plin. lib. 12. c. 14: Hæc cõcreta dẽſantur, ubi loci natura poſcit. Cic. de Som. Scip. Animæ natura propria, atq; vis, ut ipſa à ſe ipſa moveatur. Virg. li. 4. Georg. Nunc age, nãturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit, expediã. Terent. in Evnuc. Si qua habitior paulò, pugilẽ eſſe ajunt, deducũt cibũ: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas. ¶ Naturæ ſatisfacere, & naturæ cõcedere dicimus pro mori. Cic. pro Cluent. Vos auditis de eo in quem judices nõ eſtis, de eo quẽ non videtis, de eo quẽ odiſſe nõ poteſtis, de eo qui & naturæ & legibus ſatisfecit, quẽ leges exilio, natura morte mulctavit. Saluſt. in Iugurth. Pater uti neceſſe erat, naturæ conceſſit: fratri, quẽ minimè decuit, propinquus per ſcelus vitã eripuit. ¶ Et, In rerum naturã cadere, dixit Quintil. (ut notavit Budæus) pro interdũ accidere. ¶ Aliquãdo etiã Natura accipitur pro genitalibus, tàm virilibus, quàm fœmineis, quæ & à Græcis dicitur φύσις. Cic. 1. de Divin. Parere quædã matrona cupiens, dubitãs, eſſétne prægnans, viſa eſt in quiete obſignatã habere naturã: retulit: negavit eam, quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe. Plin. lib. 22. ca. 13: Si quadrupedes fœtum non admittunt, urtica naturã fricandam monſtrat. Dicta autẽ Natura, quòd in eo mẽbro naſcẽdi viſit. ¶ Quinta natura. Cic. 1. Tuſc. Ariſtoteles longè omnibus (Platonẽ ſemper excipio,) prę̃ſtãs & ingenio, & diligẽtia, quũ quatuor genera illa principiorũ eſſet complexus, è quibus omnia orirentur, quintã quandam naturã cenſet eſſe, è qua ſit mens.

Nātūrālĭs, & hoc naturale, om. t. Quod ſecundũ naturã eſt. [φυσικός. Gal. *Naturel* Ita. *Naturale.* Ger. Natürlich. Hiſ. *Coſa natural.* Pol. Przirodżoni. Vng. *Termeżet żerent valo.* An. *Naturall.*] Vnde Naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex noſtro ſemine eſt prognatus: ὁ γόνος γνήσιος παῖς: cui opponitur Filius adoptivus, ποιητός. Suetonius in Tiberio: Filiorũ neq; naturalẽ Druſum, neq; adoptivũ Germanicũ, patria charitate dilexit. ¶ Naturalia deſideria, pro cupiditate coëundi dixit Colum. lib. 4. ca 24. de vaccis loquens: Atq; (*inquit*) in id ferè tẽpus naturalia congruunt deſideria. Idem lib. 4. cap. 27: Equæ deſideriis naturalibus anguntur. ¶ Divinatio naturalis, cui opponitur Artificioſa præſenſio. Cic. 1. de Divinat. ¶ Lex naturalis. Cic. 1. de Natura deorum: Legem naturalem divinam eſſe cenſet Zeno, eámque vim obtinere, recta imperantem, prohibentemque contraria. ¶ Naturale eſt. Plin lib. 11. cap. 37: Pleriſq; verò naturale, ut nictare non ceſſent, quos pavidiores accipimus.

Nātūrālĭ̆ă, plurali tantùm numero, dicuntur Pudenda. [בשר *baſár* αἰδοῖα. Gal. *Les parties honteuſes.* Ita. *Le parti vergognoſe.* Ger. Die Scham/ Geburts glider. Hiſ. *La natura de l'hõbre ò muger.* Pol. Czł'onek przirodżenia. Vng. Żömerõm teſt. Ang *The ſecret or priuie membres.*] Colum. lib. 6. cap. 28: Si equa marem non patitur, detrita ſcilla naturalia ejus linũtur, quæ res accendit libidinẽ. Idẽ lib. 9, de gallinarũ pullis: Plumulæ ſub cauda, clunibus detrahẽdę, ne ſtercore coinquinatę dureſcãt, & naturalia præcludãt.

Nātūrālĭtĕr, adverb. Hoc eſt, à natura, vel ſecundùm naturã. [κατὰ φύσιν. Gal *Naturellement* Ital. & Hiſp. *Naturalmente* Germ Natürlichen. Pol. *Przirodżenią, naturą.* Vng *Termeżetżerent* Ang. *Naturallie.*] Cic. de Senect. Quod cuim homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro viribus. Columella lib. 3. cap. 16: Naturaliter inſœcunda vitis.

Năsĭternă, æ, Vas aquarũ, anſatum, ac patẽs, ὑδρία. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 22: Vt ex ære ahena, urceos, naſiternam faceret.

Năssă, f. p. Genus vaſis piſcatorii ex vimine cõtextũ, quò quum intraverit piſcis, exire non poteſt. [κύφων. Gal. *Verme ſe* Ital. *Naſſa.* Ger Ein Reuſch/ darin mã dte fiſch fahet. Hiſ. *La naſſa para ſacar o tar i peſcar.* Po. Wierſza. Vn. *Veiż varſa.* Ang. *Aweele or dewet to tak fiſhe.*] Plautus: Nũquam ex iſta naſſa hodie eſcam petam. Cic. li. 15. ad Attic. Ex hac naſſa exire conſtitui, nõ ad fugã, ſed ad ſpẽ melioris mortis. Silius li. 5: Haud ſecus ac vitreas ſolers piſcator ad undas, Ore levem patulo texẽs de vimine naſſam.

Năstĭtĭ̆ōsī, Qui plus vident veſpere quàm meridie, nec cognoſcunt, niſi quod uſque ad oculos admoverunt.

Năstipanes, Quos item ſanctos appellabant, ex melle & uvis paſſis & aromatis aliis confecti. Sunt tamen qui eo nomine intelligunt calẽtem panem. Meminit Ariſtoph. in Plaut. Dictũ ſic volunt, qui denſior ſit, conſtipatiorq; nihil prorſum levitatis, ἀπὸ τῦ ναστοῦ καὶ πεπυκνωμένου.

Naſtocopi, naſti panis coctores atque piſtores.

Naſtophagi, Dicuntur, qui naſto panis veſcuntur.

Naſtos panis fermentatus, & placentæ genus

Năstŭrtĭum, n. ſ. Herba hortenſis eſt notiſſima, quam Græci κράδαμον vocant. [Gal. *Creſſon alenois.* Ital. *Agretto.* Ger. Kressich/ ein kraut. Hiſ. *Naſturcio, mal, ica.* Po. Rzeżucha. Vn. *Teresa.* Ang. *Creſſes.*] Venerem inhibẽs, animumq; exacuẽs. Ejus (Plinius lib. 20 cap. 13.) duo ſunt genera, Album ſcilicet, quod purgativam vim habet, bilemq; in aqua denarii pondere potum detrahit. Alterum eſt nigrius, quod capitis vitia purgat, viſum clarificat, cõmotas mentes ſedat ex aceto ſumptum. Vtrunq; cerebrum purgare, mentemq; mirificè excitare creditur: unde factus eſt locus proverbio, ut homines ſocordes & ſomnolentos Naſturtium edere jubeamus. Naſturtium autem à naſi tormento appellatũ eſſe, autor eſt Plin. lib. 10 cap 8, quòd ſcilicet mordacitate quadã naſum torqueat, & ſternutationes provocet. ¶ Naſturtium: id eſt, κράδαμον. [Pol. Rzeżucha.] Herba eſt ſaris nota. Naſturtium, autore Plinio, & Varrone, dicitur à torquẽdis naribus: κράδαμον autem ἀπὸ τῆς κραδίας, quod multum valeat in ſyncope cardiaca, vel quaſi κρεῖττον δάμον, quòd vi ſua & acrimonia caput rentet. Alterum quoque genus eſt, quod appellatur aquaticũ ſiſymbrium. [Pol. Wodna rzeżucha.] Et tertium pratenſe ſive agreſte naſturtium. [Pol. Lesna rzeżucha.]

Năsŭs, naſi, m. ſ. Dicitur ea pars capitis, quæ à ſuperciliorum confinio oriens, & quaſi æquali porrecta jugo, utranq; aciem ſimul & diſcernit, & munit. [Ἀναφ. μυκτὴρ, ῆρος. Gall Lenez. Ita. *Naſo.* Ger. Die Naſen. Bel Die Rueſe Hiſ. *Lanariz.* Pol *Nos.* Vng. *Orr.* Ang. *The noſe.*] Duo autem ejus ſunt foramina, geminiq; hiatus, quos veluti quidã paries per mediũ ductus interſepit, Nares vocãtur. Cic. 2. de Nat. deor. Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interjectus eſſe videatur. Perſius Sat. 3: Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. ¶ Aliquando Naſus pro ſagacitate, acrimonia, & dicacitate: Ita Habere naſum eũ dicimus, qui venuſta quadam & ſcita irriſione alium deridet. Metaphora ducta eſt à canibus, qui narium olfactu abſtruſiſſima quæque inveſtigant. Horat. 1. Serm. Sat. 6: Nec quòd avus tibi maternus fuit, atq; paternus, Olim qui magnis legionibus imperitarint Vt pleriq; ſolẽt, naſo ſuſpẽdis adũco Ignotos, ut me libertino patre natum. Plin. Primus Lucilius

condidit styli nasum: id est, scripsit Satyrã, quæ acerbitatẽ quãdam & acrimoniã styli habet in vitiis insectandis. Mart. lib. 1: Nõ cuiq; datũ est habere nasũ: id est, acrimoniã ad deridendũ, & dicacitatẽ. Item: Et pueri nasum rhinocerotis habent. Hinc

Nāsātus, ti. [Ang. *Nagy orru, orros*.] Lampridius in Heliogabalo: Vt bene nasatus, qualis Priapus membrosior æquo.

Nāsūtī, m. s. dicũtur Dicaces, reprehẽsores, & derisores, qui doctè alios norunt irridere. [μωκητὴς, χλευαστὴς. Gal. *Mocqueurs, railleurs.* Ital. *Beffeggiatori.* Ger. Naßweisse/ die einen meysterlich verspotten können. Hisp. *Mofadores, escarnidores.* Pol. *Posmiewci mistrzni.* Vn. *Maggyaadvalo, tsufolo, neuetõ.* An. *Mockers, scorners or taunters.*] Mart. lib. 13: Nasutus sis usque licet, sis deniq; nasus. Idem formavit comparativum, Nil nasutius hac, malignusq; est. Et per diminutionem Nasutulus. Apuleius: Nasutula mulier ac dicacula. ¶ A' Nasus fit verbum Denaso, σαρδάνιον. Plaut. Capt. Os denasabit tibi mordicus.

Nāsūtissimus, superl. [Vn. *Igõn tsutsago, tsufolo.*] Sene. in ult. Suasoria: Cœstius homo nasutissimus, dissimulavit exaudisse se.

Nātālēs, Vide NASCOR.

Natam, Appellant tumorem dolore carentem, nisi fortè adeò magnus sit, ut partes membri trahẽdo, solita continuitate aliquem dolorem circunstantibus inferat de numero abscessuũ, & ad sectomata referenda sunt, qui Naptam appellant.

Natatilis, Natatio, Vide NATO.

Nātĕs, natium, f. t. Caro est cõglobata versus os sacrũ, sedendi officio aptissima, à nitendo, ut quidam existimãt. [שוּת *sheth.* γλυτὸς, κεχύσθαι, πύγαρα, πυγαί. *Les fesses.* Ital. *Natiche.* Germ. Die Arßbacken. Bel. Die Arsbitten. Hisp. *Las nalgas.* Pol. Żadnica, *dupa.* Vng. Se, *petsenye.* An. *The hippes or buttocks.*] Ibi enim est caro firmior, quàm in cæteris membris, ne premẽte corporis mole ossibus offendatur Horat. 1 Serm. Sat 8: Nam disploſa sonat, quantũ vesica, pepedi Diffisa nate ficus. Idem Epod. 8: Quum sit tibi dens ater & rugis vetus Frõtem senectus exaret, Hietq; turpis inter aridas nates Podex, velut crudæ bovis. Mart. li. 14: Alea parva nuces, & non damnosa videtur, Sæpè tamen pueris abstulit illa nates. ¶ Hæ etiam alio nomine Clunes dicuntur. Iuvenal. Ad terram tremulo descendunt clune puellæ.

Natinatores, Seditiosi, negotiosi vocabantur, & Natinatio, negotiatio, Festus.

Nātĭo, Nativus, Vide NASCOR.

Nato, natas, Vide NO, nas.

Natrix, ὕδρος, gen. masc. & fœm. Genus serpentis etiam aquas veneno inficiẽs, à nãdo nomẽ habẽs. [Ger. Ein Wasserschlãg. Ang. *A serpent of the water.*] Plin. lib. 15: Natrix quum speciem anguis significat, masculinum quoque invenitur. Cic. 4. Acad. Cur omnia nostri causa quum faceret, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? cur morsifera tam multa passim disperserit? Lucan. lib. 9: Et natrix violator aquæ. ¶ Irem Natrix. Plinius lib. 27. cap. 12, herba est, cujus radix evulsa, virus hirci redolet. ¶ Natrix quoq; mulier dici potest natãs sicut Natatrix.

Natura, Natus, Vide NASCOR.

Navale, Navarchus, Vide NAVIS.

Nāuci, n. gen. Indecl. Putamen nucis, sive olivæ nucleus, seu membranula quæ in nucis juglandis medio est: [κάρυον. Gall. *La coquille ou petite taye d'vne noix, chose de nulle valeur.* Ital. *Scorza della noce.* Ger. Nuß schelff/ das hõltzin in der nuß. Hispan. *La cascara de la nuez.* Pol. *Serce ktore rozdziela na kzesci otwor.* Vng. *Dio hay, dio hartya.* An. *The huske or inner skinne of a nutt.*] & accipitur pro re nihili. Plaut. in Mostel. Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci non erit. Cic. 1. de Divin. Non habeo denique nauci Narsum augurem.

Nāucifăcio, Nihili facio, vilipendo, ne nauci quidem dignum judicio. [οὐδὲ ὀλίγου ποιοῦμαι. Gal. *Ne tenir conte, n'estimer rien.* Ital. *Estimar niente.* Ger. Für nicht achten / gering halten. Hisp. *Tener en poco precio.* Pol. *Lekce sobie wazc.* Vng. *Semminek bõtsulõm.* Ang. *To regard nothing or sett litle by.* [Plaut in Bacch. Perii, hoc servum meum non naucifacere esse ausum.

Nauclericus, Nauclerus, Vide NAVIS.

Naufragium, Vide NAVIS.

Nāvĭă, æ, Lignum cavatum ut navis, quo in vindemiis uti solent, inquit Festus.

Naviculor, Navigo, Vide NAVIS.

Nāvis, f. a Græco νᾶς. [אניה *oniyáh* סטיבה *sephináh.* Gall. *Nauire, nef.* Ital. & Hil. *Naue* Germ. Ein Schiff Belg. Een Schip. Pol. *Lodź* Vn. *Hayo.* Ang. *A ship.*] Ovid. 1. Fast. Acta per æquoreas hospita navis aquas. Moderamẽ navis pro gubernaculo. Idem 15. Metam. & innixus moderamine navis, in alta Puppe caput posuit. Virg. 5. Aen. Rectorẽ navis cõpellat voce Menœten. ¶ Frangere navem, idem quod naufragiũ facere. Terent. in Andria: Navẽ is fregit apud Andriũ insulã. Plaut. in Menæch. Perii misera! quã tu nunc mihi navem narras? ME. ligneã, Sæpè tritam, sæpè fixam, sæpè excussam malleo. ¶ Actuariæ naves, quæ remis agebantur: vide suprà in dictione ACTVARIVS. Hircius de bello Alexand. Navibus actuariis, quarũ numerus

erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis justa ad prælıandum, rostra imposuit. Has adjunctis navibus longis, & numero classis aucto, militibus veteranis impositis, &c. ¶ Rostratæ naves, dictæ à rostris: quę quia ex ære fiebãt, ærateę etiam dicebantur. Virg. 8. Aen. In medio classes æratas, Actia bella Cernere erat. Liv. 4. Decad. li. 6: Vna & octoginta rostratis navibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertè rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delũ trajecit. ¶ Fluviatiles naves, quibus vehimur in fluviis, apud Liv. li. 10. Decad. 1. ¶ Frumentariæ naves, onerariæ, ad frumentum vehendũ aptę, Cæsar lib. 3. bell. Gall. ¶ Lõgæ naves ab onerariis differebãt: siquidem onerariæ velis duntaxat incitabantur: Longæ verò etiam remis agebãtur. Lentulus in Epist. Cicer. lib. 12: A' classe discesserũt, naviq; longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ Naves marinæ, quibus mari vehimur, ad differẽtiam fluviatilium l. Iulia repetundarum. ff de Vocation. & excusat. muner. ¶ Piscatoriæ naves, ad pisces capiẽdos paratæ. Liv. 3. Decad. lib. 3. ¶ Prædatoriæ naves, & Naves piraticę, apud Livium 3. Decad. lib. 9. & Decad. 4. lib. 4. ¶ Prætoria navis, quam Græci ναυαρχίδα vocant, nostri vulgò *Capitaneam.* Liv. 3. Decad. lib. 1. ¶ Speculatoriæ naves, Liv. Decad. 4. lib. 6. Turritæ naves, quibus ad librã turres imponebantur: idq; non solũ ad prorã, sed etiã ad puppiũ, ut testatur Appian. de bellis civilib. ¶ Vinaria navis apud Vlp. l. vulgaris. ff. de furtis. ¶ Cõstratæ naves, κατάφρακτα πλοῖα, quæ & tectæ dicebantur: de quibus Plin. lib. 7. cap. 56.

Nāvĭcŭla, læ, f. p. Est parva navis, qua vel in mari, vel in flumine circunvehimur. [πλοιάριον. Gal. *Petite nauire, nasselle.* Ital. *Nauicella* Ger. Ein Schifflin. Bel. Een Schipken. Hisp. *Nauezicha, ò naue chica.* Pol. *Lotka.* Vng. *Haiotska.* Ang. *A litle ship.*] Quo nomine appellari possunt quæ plurimæ Venetiis scita in primis atque eleganti forma ad aquam trajiciendam visuntur. Cicero Acad. 4. Ita sermone confecto, Catulus remansit: nos ad naviculas nostras asçẽdimus. Idem Attic. lib. 14: Deinde ad epulas Vestorii navicula. subaud. iturus. Idẽ ad Quint. post reditum: Cum parva navicula trajecit in Africam.

Nāvĭcellă, æ, diminut. à Navicula, quo utitur Martianus Iurisconsultus in tractatu de Fundo instructo.

Nāvālis, & hoc navale, adject. om. t. Quod ad naves pertinet. [ναυτικὸν. Gal. *De nauire.* Ita *Nauale* Ger. Das zum schiffen gehört. Hisp. *Cosa perteneściẽte a las naues.* Pol. Rzecz ktora do l'odzi przinalezi. Vng. *Haioi, haiohoz valo.* Ang. *That belõgeth to a ship.*] Hinc navalis corona, qua donabatur qui primus in navem hostium armatus transiliisset. Virgil. Tempora navali fulgent rostrata corona. Prælium navale, Plin. lib. 16. cap. 1. Bellum navale, Cic. pro l. Manil. Certamen navale, Virg. 5. Aen. Disciplina navalis, Cic. pro l. Manil. Pugnæ navales & pedestres, Cic. de Senectute. Socii navales, pro remigibus, apud Livium 1. belli Punici. ¶ Navalia vasa, in quibus onera recondita in naves imponuntur. Vlp. L. 19. D de aur. & argen. Vasorũ appellatio generalis est: dicimus vasa Vinaria & Navalia. Vbi nonnulli reponunt nivalia, quod & Vlpiani sententia repudiat & loquendi consuetudo. Nivaria enim per R. legendum esset. Ex Hotomano.

Nāvālĕ, lis, substantivũ, vel Navalia, um, In quibus stant vel fieri solent naves. [νεώρια, νεώσοικοι, ἐπίνεια. Gall. *Vn haure.* Ital. *Arsenale.* Ger. Ein schifflende: *item*, das ort an welchem man schiff macht. Hisp. *Ebataracana de las naues.* Pol. *Miesce do stawiania albo budowania l'odzi.* Vng. *Haio tarto hely.* An. *A dok or hausen where shippes ar layd vp or made.*] Virg. 4. Aeneid. Diripientque rates alii navalibus? ite. Ovid. lib. 3 Metamor. Haud aliter quàm si siccum navale tenerent. Cic. Offic. 2: Atque etiam illæ impensæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus.

Nāvārchŭs, chi, m. s. Præfectus classis, qui à prætoribus vel consulibus, in provinciis constitui solebãt, ut in mari versarentur, maritimasque suæ provinciæ partes à piratis defenderent. [רב החבל *rab hachobél.* ναύαρχος. Gall. *Pilote & patron de nauire.* Ita. *Capitano d'armata di mare.* Ger. Ein Schiffherr/ der oberest vber ein gantze Armada. Hisp. *Capitan sobre la mar.* Pol. *Hetmannad morska armata.* Vng. *Vizõm valo had nak kapitannya.* Angl. *The shipmaister, the pilote.*] Hanc Græci eadem ratione ναυαρχίδα vocant, quòd in ea navigaret navarchus. Cic. 2. Verr. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, cæterisque rebus navarcho suo quæque civitas semper dare solebat. Ibidem: An quod forum Syracusanum navarchorũ sanguine rẽdundavit?

Nāuclērŭs, ri, m. s. [רב החבל *rab hachobél.* ναύκληρος. Gall. *Pilote de nauire, ou patron de galere.* Ital *Nocchiero, patron di galera.* Germ. Ein Schiffherr/ der da lugt daß die Stürleut das schiff recht leitẽ. Hisp. *Nauchel, pilote ò patron de la naue.* Pol. *Stiper.* Vngar. *Hajos mester.* Angl. *The shipmaistor or pilote.*] Qui navi præest, & nautarum cuique munia sua præscribit. Cic. Navicularium vocat, & Naviculatorem Plaut. in Mil. Cubare in nave lippam, atque oculis turgidis Nauclerus dixit, qui illas advexit mihi.

Nāuclērĭcŭs, a, um, [ναυκληρικός. Gall. *Appartenant à patron de galere.* Ital. *Pertinente à patron de galera.* Ger. Das dem Schiffherren oder Schiffmañ zugehört. Hisp. *Cosa perteneściente à nauchel, pilote*

patroũ de la naue. Pol. Stiperski. Vng. Haios mesſere. Angl. That belongeth to the pilote.] Quod ad nauclerum pertinet. Plautus in Mil. Facito ut venias huc ornatu naucleriaco.

Nāuclērĭŭs, a, um, ejuſdem ſignificationis. Plaut. in Aſin. Volo mei patris me ſimilem, qui cauſa mea nauclerio ipſe ornatu per fallaciam. Quam amabam abduxit ab lenone mulierem.

Nāufrăgŭs, gi, m.ſ. Qui naufragium paſſus eſt, qui jactura facta omnia ſua amiſit. [ναυηγός. Gal. Qui eſt eſchappé du peril de la mer, apres auoir perdu le nauire où il eſtoit. Ital. Che è fugitto dal pericolo del mare è: ancho chi non è fugitto ma morto ò andato male. Ger. Ein Schiffbrüchiger/der ein ſchiffbruch erlitten hat. Hiſp. El que eſcapa de la naue quebrada, ò que es muerto ental peligro. Pol. Ten ktori ztracyeł na wodzie ł'odzy. Vng. Vizi vezȯdelȯm ben esȯt. Ang. He that u ſcaped afted a ſhipwreck.] Propertius li. 2. eleg. 3: Ille venena libens, & naufragus ebibat undas. Cic. de Inventione 3: Duo quidam quum jam in alto navigarent, & eorum alterius navis, alterius onus eſſet, naufragum quendam natantem, & manus ad ſe tendentem animadverterunt: miſericordia commoti navim ad eum applicaverunt, hominem ad ſe ſuſtulerunt. Ovidius in Ibin: Sive per immenſas jactabor naufragus undas.

Nāufrăgŭs, ga, gum, adjectivum: [ὁ καὶ ναυηγός. Gal. Qui fait perdre ou rõpre le nauire. Ita. Chi fa rompere la naue. Ger. Schiffbrüchig/das Schiffbruch bringt. Hiſp. Que haze quebrantar la naue. Polon. Mſeſcze gdze ſie rozbyaia ł'odzᵹ. Vng. Haio tȯtȯ. Angl. Perteining to ſhipwreck, or that cauſeth ſhipwreck.] ut Mare naufragum, in quo naufragia fiunt. Horat. 1. Carm. ode 16: nec mare naufragum, Nec ſævus ignis, &c. Corpora naufraga, Virg. 3. Georg. Tempeſtas naufraga: Valer. Flac. 1. Argon. Vnda naufraga, Tibul. lib. 2. Eleg. 4. ¶ Naufragus etiam trãſlatè, qui bona diſſipavit, vel qui quavis re alia calamitoſus eſt, & res ſuas in deſperatis & profligatis habet. Cic. in Catil. Quòd ſi ſe ejecerit, ſecumq; ſuos eduxerit, & eodem cæteros undiq; collectos naufragos aggregaverit, extinguetur, atq; delebitur non modò hæc tam adulta Reip. peſtis, verùm etiã ſtirps ac ſemen malorũ omniũ.

Nāufrăgĭum, gii, n.ſ. Navis fractio, ſubmerſio. [ναυάγιον, ναυαγία. Gall. Briſement & perte de nauire. Ital. Naufragio. Ger. Ein Schiffbruch. Belg. Een Schipbrechinge Hiſp. Quebrantamiento de la naue. Pol. Rozbicie y zatopienie ł'odzy. Vng. Haio tȯres, vizi rozȥedelȯm, el merwoles. Ang Shipwreck, loſſe on the ſea.] Cic. pro rege Dejotaro: Itaq; quum eſſet ei nuntiatum: Domitium naufragio periiſſe, te in caſtello circumſidere: de Domitio dixit verſum Græcum, &c. Idẽ Famil. Epiſt. 16: Interea qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Tranſlatè verò pro calamitate, damno, jactura, vel exitio uſurpatur. Cic. Famil. 4: Verſor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus. Ex naufragio tabula. Idem ad Attic. 4: Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & cõtentionem Seleuciànæ provinciæ, & meam hercle cum Cęſare ſuaviſſimam conjunctionem. Hæc enim me una ex naufragio tabula delectat. Id eſt, ex communi Reip. calamitate & jactura hoc mihi unjcum ſubſidium, hæ amicitiarum reliquię.

Nāufrăgŏr, penult. corr. Naufragium facio, navẽ frango. [ναυαγέω. Gal. Rompre le nauire. Ita. Romper la naue. Ger. Ein Schiffbruch erleiden. Hiſp. Quebrantar la nao en la mar. Pol. Rozbicie ł'odzi podeimuie. Vng. Haio el tȯruen vezȯdelem ben esȯm el merwlȯk. Ang. To make ſhipwreck.]

Nāvĭfrăgŭs, a, um, Ejuſdem ſignificationis: ut Fretũ navifragũ. Ovid. 14. Metam. Liquerat & Zancle, adverſaq; mœnia Rhegi, Navifragumq; fretũ, gemino quod littore preſſum Auſoniæ, Siculæq; tenẽt confinia terrę. Saxa navifraga, Statius 5. Theb.

Nāvĭcŭlātŏr, oris, m.t. Navicularius, nauclerus, ναύκληρος, ναυκράτωρ. Cic. pro lege Manilia: Majores veſtri ſæpè mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis bella geſſerunt.

Nāvĭcŭlārĭŭs, rii, m.ſ. Qui navi præeſt, cæteriſq; imperat, ſuaq; unicuiq; munia diſtribuit. [רב החבל rab hachobél. ναύκληρος. Gal. Pilote ou patron. Ital. Nocchiero. Ger. Ein Schiffherr/ſchiffſteeter/der auffſihet damit das ſchiff recht geführt werde. Hiſp. Nanchel. Pol. Przewodnik albo rotmiſtrz nad ł'odziami. Vng. Haios meſter. Ang. A ſhipmaiſter or pilote.] Cic. Tironi lib. 16: Mare magnum & difficile tibi reſtat: ſi poteris cum Meſcinio, cautè is ſolet navigare: ſin minus, cum honeſto aliquo homine, cujus autoritate navicularius moveatur. Idem 7. Verr. Malo, inquam, te iſti generi hominum, quàm mercatoribus, & navicularijs inimicum, atque infeſtum putari.

Nāvĭcŭlārĭă, æ, f.p. Navis adminiſtratio, vel quæſtus ex navigatione. [ναυκλία. Gall. L'art & ſcience de conduire & gouuerner vn nauire. Ital. Arte di gouuernar naue. Germ. Die kunſt zu ſchiffen/oder der gewon mit ſchiffen. Hiſ. La arte de gouuernar y regir la naue. Pol. Sztersztwo. Vng. Haio igazgatas kormanoza. Angl. The art of gouuerning a ſhip.] Navicularia facere. Cic. 7. Verr. Quid eos loqui qui videbant, quid exiſtimare eos qui audiebant, arbitrabare? Inanem te navem eſſe in Italiam ducturum? navicularia te, quum Romam veniſſes, eſſe facturum.

Nāvĭcŭlārĭs, [ναυκλικός. Vng. Haios, haioi.] Hermogenianus Dig. lib. ultim. Titul. 4. l. 1: Patrimonii ſunt munera rei vehicularis, item navicularis decemprimatus.

Nāvĭcŭlŏr, aris, d. p. Propriè otioſus navicula vehor. [πλέω. Gal. Aller ſur l'eau en vn nauire. Ital. Barcheggiare. Germ. Im ſchiff fahren. Hiſp. Nauegar porſu plazer. Pol. Łał'odzi pł'iwam. Vng. Haiokaxom. Angl. To ſayle or go by a ſhip.] Mart. lib. 3: Piger Lucrino naviculatur in ſtagno.

Nĕgĭto, as, frequētativum. Plaut. Merc. Abnuere, negitare adeò me natum suum. Idem Bacchid. Vix quidem negito.

Nĕgātŭs, a, um, participiū. [אכחש mecha. háfch. ἀρνητὸς, ἀπόφατος. Gal. Nié. Ital. Negato. Ger. Abgeschlagen. Hisp. Negado. Pol. Odmowioni. Vng. Meg tagattatot. An. Denied, refused.] Ovid. 15. Metam. Nitimur in vetitū semper, cupimusq; negata. Horat. 3. Carm. Ode 2: Virtus recludens immeritis mori Cœlum, negata tentat iter via

Nĕgāns, tis, participium, seu nomen ex participio. [אכחש mechachesch. | אין meén. ἀρνέομαι, ἐξαρνέων ὤν, ἐξαιρος ὤν, ἀποφάσκων. Gal. Niant, qui nie. Ital. Negante. Ger. Leugnend. His. Negador, qui niega. Pol. Zapieraiaci sie, kl' amaiaci. Vn. Tagado. Ang. Denying, refusing.] Cic. in Topic. Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria ajentibus: ut, Si hoc est, illud non est. ¶ Negatur impersonale. Ovid. 1. de Arte: Si tibi per tutum placidumque negabitur iter.

Nĕgōtĭum, tii, n. s. Occupatio, munus, opus: à Nec, & Otium, quasi non otium: hoc est, opus, sicut à Nec, & Lego, Negligo: c, mutata in g, sicut in Quingenti, quamvis à centum deductū sit. [עכין hinjan. πρᾶγμα, ἀσχολία ἔργον. Gal Negoce, affaire, charge, soing. Ital. Affare, negotio. Ger. Ein geschefft. Bel Een geschäpt. His. El negocio. Pol. Sprawa, zatrudnienie. Vng. Muka dolog. Ang. Busfines, affaire.] Cic. 1. Offic. Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. Idem pro Flacco: Non debuit, quum Prætor esset, suum negotium agere. ¶ Negotium dare, est Imperare. In mandatis dare, mandata dare, mādare. Cæsar lib. 2. Cōmentarior. Ipse quum primùm pabuli copia esse inciperet, ad exercitū venit: dat negotium Senonibus, reliquisq; Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quæ apud eos gerantur, cognoscant. ¶ Aliquando negotiū, accipitur pro labore & molestia. πρᾶγματέα. Cic. Cornificio: Etsi perinquo patiebar animo, te a me digredi: tamen eo tēpore me consolabar, quòd & in summum etiam otiū te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere. Idem Fabio: Adhibui diligentiam, quoties Senatus fuit, ut adessem, plurimumque in eo negotii habui. Idem Att. lib. 4: Nolo enim negotii Quintum Fratrem habere quicquā. Terent. in Prologo Andriæ: Poēta quum primùm animū ad scribendū appulit, Id sibi negotii credidit solùm dari, Populo ut placerēt quas fecisset fabulas. Quo in loco Negotium, teste Donato, accipitur pro cura, & molestia. πρᾶγματέα. ¶ Facessere negotium, Est molestiam exhibere. πρᾶγμα παρέχειν. Cic. App. Pulchro: Quum est allatū ad nos de temeritate eorum qui tibi negotium facesserēt. ¶ Est mihi negotium. Terent. in Adelphis: Mirabar quid hīc esset negotii tibi. ¶ Aliquando negotium accipitur pro controversia, vel dissensione. Cic. ad Att. lib. 7: Veruntamē video mihi cum homine audacissimo, paratissimoq; negotiū esse. Cęlius Cic. li. 8. Epist. Vt existimarent homines, Pompeio cum Cæsare esse negotium. ¶ Item Negotium dicitur factum, de quo est quęstio: unde dicta est Cōstitutio negotialis. ¶ Negotium pro remędio apud Plaut. in Captivis: Neq; de hac re negotium est quin malè occidam: Id est, nullo remedio occurri potest quin malè occidam. ¶ Negotium est apud eundē in Milite, pro Ita oportet, Sic res postulat. ¶ Nullo negotio, pro facilé. Cic. ad Attic. lib. 8: Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem esse debere. Ibidem lib. 4: Cato, qui tenere Siciliam nullo negotio potuit.

Nĕgōtĭŏlum, diminutivum. τὸ πραγμάτιον. Cic. ad Quint. Frat. lib. 4: Erit nescio quid negotioli.

Nĕgōtĭŏr, aris, d. p. Negotia gero, & mercaturæ operam do. [סחר sachar. πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι. Gal. Trafiquer, negocier. Ital. Negotiare, trasficare. Germ Werben/ handtieren/ kauffmanschatz treiben. Bel. Handelen/ coopmanschap doen. His. Negociar, mercadear. Pol. Przekupuie, kupcze. Vng. Kereskōdōm, mukalkodom. An. To bie and sell, to exercise busines.] Cic. lib. 3. Offic. Quum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi contulisset. Idem Servius Sulp. lib. 13. Epist. M. Curius qui Patris negotiatur: id est, mercaturæ operā dat. ¶ Negotiari animas, apud Plin. lib. 29. c. 1: est accepto pretio homines interimere, & veluti vēdendarum animarum negotiationem exercere. Nec dubium est, inquit, omnes istos famā novitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari: hoc est, anima & vita nostra ad quæstum & negotiationem suam abuti.

Nĕgōtĭātŏr, m. t. Præfectus negotiationis. [סחר sochér. ἐμπολεύς, ἐμπορος. Gal. Negociateur, marchāt, trafiqueur, fuckeur. Ital. Mercante, fattore. Ger. Ein Gewerbsmañ. His. Negociador, mercadero. Po. Przedsiębiorca nad kupiami. Vn Mukalkodo, kereskōdō. An. A trafficker, a merchāt.] Vnde Labeo: Negotiatores servi vidētur, qui præpositi sunt negotii exercendi causa, veluti qui ad emendū, aut locandum & conducendū præpositi sunt. Cic. lib. 1. Epist. ad Quint. Fratr. Improbus negotiator, paulò cupidior publicanus. Idem 5. Verrina: Qui plus existimet apud lectissimos senatores, pecuniam, quàm apud tres negotiatores metum valere. Mercis sordidæ negotiator. Quint. lib. 1. cap. 12: Quod si tamē rectè quis cōsideret, inter mercatorē & negotiatorē hoc interesse videbit: ut mercator dicatur qui exportandis aut importādis mercibus operā dat, easq; vēdit. Negotiator verò nō qui merces distrahit, sed qui in coemēdo vino, frumēto, & vēdendo, tuendisque & arandis agris, suam industriam ponit.

Nĕgōtĭātrix, f. t. [Ang. Muka, mukalkodo, kereskōdō.] Paulus D. lib. 34. Tit. 2. l. 32: Cùm testatrix negotiatrix fuerit.

Nĕgōtĭātĭo, f. t. [סחר sáchar (vel sachár.) מסחר mischár. ἐμπορία, ἐμπόλημα. Gal. Trafique, marchandise. Ita. Traffico. Ger. Gewārb/ handtierung mit kauffmanschatz. Hisp. Aquella obra de negociar. Pol. Kupiectwo. Vng. Mukalkodas, kereskedes. Angl. Bying and selling, merchandise.] pro Mercatura Quintil. usus est. Colum. lib. 1: Hæc enim negotiatio curam villici avocat. Cic. Cecinnę lib. 6: Vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. Negotiatio dicitur in mercaturis faciendis, veluti negotiatio sagaria. l. 52. D. pro socio. Hotomanus.

Nĕgōtĭōsŭs, a, um, Quod est negotiis plenum. [πραγματώδης, πολυπράγμων. Gal Qui a beaucoup d'affaires. Ital. Difficile, pieno di fatiche. Germ. Geschefftig/ mit geschefften beladen. Hisp. Lleno de negocios. Pol. Sprawami obciążony, zatrudnioni. Vng. Munkas, sok munkaju, dolgos. Ang. That hath muche busines to do.] Salustius: Prudentissimus quisque, quasi maximē negotiosus erat. Res negotiosa: id est, difficilis, & in qua multū sit negotii & laboris. Plautus in Sticho: Aedepol rem negotiosam: quid sit, nihil etiam scio. Cic. pro Muræna: Habuit hic lege Titia provinciam tacitam & quietam: tu illam cui quum Quæstores sortiuntur, etiam acclamari soles: Hostiensem, non tàm gratiosam & illustrem, quàm negotiosam & molestam. ¶ Negotiosi dies: hoc est, profesti, diebus sacris oppositi. Tacit. lib. 13: Eoq; oportere

dividi

dividi sacros, negotiosos dies, quèis divina colerentur, & humana non impedirent.

Nĕgōtĭōr, ōris, comparativus. [Vngar. *Munkash, nagyob mukaiu, terhesb.*] Seneca 2. de Ira, cap. 11: Quid crudelitate negotiosius?

Nĕgōtĭālĭs, Ad negotium pertinens: [πραγματικός. Gal. *Appartenant à charge ou negoce.* Ital. *Pertinente à carico, ò negotio.* Ger. *Das zu einem geschefft gehört.* Hisp. *Perteneciente à negocio.* Pol. *Do sprawi przynależących.* Vng. *Mukahoz, dologhoz valo.* An. *Belonging to businesses.*] ut Cōstitutio negotialis apud Rhetores. Cic. 1. de Invent. Hæc constitutio partes duas videtur habere, juridicialĕ & negocialem. Quintil. lib. 1. cap. 21: Etiq; locum in ethice negotialem assignant: id est, πραγματικόν.

Nĕgōtĭārĭŭs, adjectivum. [Vng *Munkalkodo, kereskĕdŏ.*] Spartianus in Firmo: Naves quoq; ad Indos negotiarias sæpè misit. Lampridius in Alex. Severo: Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remisit: id est, quod negotiatores principibus pendere solebant.

Nem, pro aliquando scripserũt veteres, quod & pro nisi etiam scriptĕre.

Nemo, inis, gen. com. t. compositum videtur à Ne & Homo. [οὐδείς, οὐδεμία, οὐδέν. Gal. *Nul homme ou nulle femme, nully.* Ital. *Nessuno, ua, uno.* Ger. *Niemandts* Hisp. *Ninguno.* Pol. *Nikt.* Vng. *Senki.* Ang *No man.*] Nam de solis dicitur hominibus. Terent. in Evnucho: Nemo est quem ego magis nũc cuperem videre, quàm te. Nemo homo, pro nemo omninó. Cic lib. 13. Famil. Epist. Posteaquam mecum in bello, atq; in re militari fuit tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem, tantamq; erga me benevolĕtiam cognovi, ut hominem neminem pluris faciam. ¶ Nemo hominum, pro Nemo est hominũ. Teren. in Evnuc. Ego formidolosus? nemo est hominum qui vivat, minus. ¶ Nemo pro nullus. Cic. Famil. 9: Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini: ut summa severitas animadversionis non modò non invidiosa, sed etiam popularis esset, & cùm bonis omnibus, tum infirmo cuiq; gratissima. Idem 2. Offic. Quod quum omnibus est faciendum, tum haud scio, an nemini potiùs quàm tibi. ¶ Non nemo: hoc est, nonnullus. Idem pro lege Manil. Quum esset non nemo in Senatu, Qui diceret, non oportere, &c. ¶ Nemo etiam nonnunquam de fœminis dicitur. Terentius in Andr Hoc scio unum ego, neminem peperisse hìc. Plautus Casin. Vicinam neminem amo meritò magis, quàm te.

Nempĕ, Adverbium confirmantis, quod aliquãdo cũ interrogatione ponitur, aliquando sine interrogatione. [אכן *achén:* δηλαδή, δηλονότι, νὴ Δία. Gall. *Certes, certainement.* Ital *Certamente.* Germ. *Freylich, wahrlich, nemlich.* Hisp. *Ciertamente.* Pol. *Toczieg.* Vng. *Bizonyara nyiluan.* Ang. *Surelie, verely.*] Cic. pro Ligario: Apud quem hæc dico? Nempe apud eum, qui quum hoc sciret, me tamen antè quàm vidit, reipublicæ reddidit. Hic, Nempe, vim respondendi elegãtem habet post interrogationem. Idem pro Milone: Quid ergo tulit Pompeius? nempe ut quæreretur. Plautus in Menæchmis: Nempe jubes? M. Iubeo hercle verò. Sine interrogatione posuit Terent. in And. Nempe hoc sic esse dicturum opinor patrem. Quint Nempe enim in hoc plurimũ laboris exhausimus, ut Rhetoricam ostĕderemus bene dicendi scientiam & utilem, & artem, & virtutem esse.

Nemur, Nisi, etiam, vel nempe, inquit Fest. significat.

Nĕmŭs, nemoris, pen. corr. n. t. [יער *jáhar* אשן *éschel.* ὕλη, ἄλσος. Gall. *Bou, forest.* Ital *Bosco, selua.* Ger. *Ein lustwald* Belg. *Een bos oft lustwont.* Hisp. *Bosque, silua, moheda.* Pol. *Gay.* Vng *Berek, liget.* Ang. *A grove of pleasure or forest.*] Propriè dicitur sylva voluptatis causa comparata, & plena amœnitatis: ἀπὸ τῆς νέμεσθαι: hoc est, à pascendo, sive quòd nemoris glandibus olim homines victitarint, sive quòd in eo greges atque armenta depasci soleant. Nemora (inquit Festus) significant sylvas amœnas. Virg. 6. Aen Interea videt Aeneas in valle reducta Seclusum nemus, & virgulta sonãtia sylvis. Idĕ eodĕ:-atq; inimica refugit In nemus umbriferũ. Ovid. 6. Fastorũ: Est nemus arboribus densum, secretus ab omni Voce locus, si non obstreperetur aquis. Horat. 1. Carm. Ode 1:-me gelidũ nemus Nympharumq; leves cum Satyris chori Secernunt populo. ¶ Nemus etiam, teste Sipontino, peculiariter appellatur locus quidam haud longè ab Aricia, in quo lacus est quod Speculum Dianæ dicitur. Hinc Aricia dicitur nemoralis.

Nĕmŏrōsŭs, a, um, Nemoribus abundans. [ὑλώδης. Gal. *Plein de bou.* Ita. *Boscareccio, piedo de boschi.* Ger. *Waldechtig, das voll Wälden ist.* Hisp. *Lleno de moheda, ò de montannas.* Pol. *Pełni drzewa.* Vng *Berkŏs, ligerdŏs* Ang. *Full of trees or forrestes.*] Plin. Epist 16: Modicus collis assurgit antiqua cupressu nemorosus, & opacus. Colum. lib. 2. cap. 2: Montem non sublimem & asperum nec nemorosum, & herbidũ maximè probaverunt. Ovid. Epist. 15: Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idæ. Virgil. 2. Aen. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Nĕmŏrēnsĭs, se, om. t. Quod ex nemore est, aut quod in nemore natũ est. [ὁ ὑλιτὸς, ὁ ὑλινόμος. Gall *De bou, boscage.* Ital. *Di bosco, boscareccio.* Ger. *Das auß dem Wald ist.* Hisp. *De montannas ò moheda.* Pol. *Lesni.* Vng. *Berebi, berekbol valo.* Ang. *Of a forest.*] Colum. lib. 9. cap. 4: Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto atq; arbuto provenit. ¶ Nemorensis rex dicebatur, qui Dianæ Aricinę sacrificus præerat. Sueton. in Calig. Nemorensi regi, quòd multos jam annos potiretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit.

Nĕmŏrālĭs, adject. Quod est in nemore. [ὁ ἐν ἀλσώδης, ὑλώδης. Gall. *De bois ou forest.* Ital. *Di bosco ò selua.* Ger. *Das des Walds ist.* Hisp. *De bosque y silua.* Pol. *Gayowy.* Vng. *Bereki, berekben valo.* An. *Of a forest.*] Mart. lib. 13. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Nemorale templũ, & Nemorale stagnũ: hoc est, nemori Aricino vicinũ. Ovid, 1. de Arte: Ecce suburbanæ templũ nemorale Dianæ. Idem 14. Metam. Quæq; coluat Scythicæ stagnum nemorale Dianæ.

Nĕmŏrĭvăgŭs, a, um, Quod in nemore vagatur: [ὁ κατ' ἄλση ἀλώμενος, ὁ ὑλοκοίτης. Gal. *Vagant par les bois.* Ital. *Vagante per boschi.* Ger. *Waldschweiffig/ das in dem Wald herumb schweifft* Hisp. *Que erra y vaga por las montannas.* Pol. *Polestie biegaiacy, wiesie chowaiący.* Vn. *Berekben ligelben, budosó.* An. *That erreth throught the forrest.*] ut Aper nemorivagus. Catul. de Berecynthia: Vbi cerva sylvicultrix, ubi aper nemorivagus.

Nenum, pro Non apud antiquos reperitur. Lucil. Sed tamen hoc dicas quid est, nenum molestũ est. Varro: Si hodie nenum venis, cras quidem si veneris, &c. Ex Nonio.

Nĕo, nes, nevi, netum, Significat filũ torqueo: estq; proprium mulierum. [ארג *tavàh.* νήθω, πλέκω. Gal. *Filer.* Ital. *Filare.* Ger. *Nähen/ spynnen* Hisp. *Hilar* Pol. *Przędę.* Vn *Fonok.* An. *To spinne.*] Iustin. li. 1: Invênit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem. Plin. lib. 33. cap. 3: Superq; omnia netur, ac texitur lanæ modo, & sine lana. Silius lib. 7: -donum Quod nostræ nevere manus. ¶ Hinc Perneo compositum

Nĕŏgămŭs, mi. [νεόγαμος. Gall. *Espoux.* Ital *Sposo* Germ *Der neuwlich geweybet hat / ein neuwer Ehemann.* Hispan. *Novio.* Pol. *Zenich, pan młodi.* Vng. *Vyhazas.* Ang. *A brydgroome.*] Qui recĕs uxorem duxit.

Nĕŏmēnĭă, pen. acuta. νουμηνία, Latinè Noviluniũ, vel prima dies lunę, aut mensis. [Pol. *Nowy.* Vng. *Vy hold, vy honap.*] Græci enim menses suos ad Lunæ cursum dirigebant, & à primo novilunii die menses suos auspicabantur.

Nĕŏphўtŭs, pen. corr. νεόφυτος. Novellus, quasi νέαν φυτὸν: hoc est, novum germen, nova planta.

Nĕŏptŏlĕmŭs, pen. corr. Virg. [Ger. *Ein newer oder angehender Kriegsmann.*]

Nĕŏtĕrĭcŭs, a, um. Recens: [חדש *chadhásch.* νεωτερικός. Gall. *Moderne, nouueau* Ital. *Fresco, nouello.* Ger. *Newer.* Hisp. *Moderno.* Pol. *Nowi, swieży.* Vng. *Vyonnan valo, vy.* Ang. *One that is new, a freshwater souldiour.*] à comparativo Græco νεωτερικὸς formatum. Vnde Neoterici scriptores dicuntur recentiores, quibus opponuntur Antiqui, vel priores.

Nĕŏtĕrĭcē, adverb. Novè. [νεωτερικῶς. Vng. *Vyonnan, vyan.*] Asconius Pædianus in Divinat. Hoc quòd seviter a Cicerone dictum & neotericè putant.

Nĕpa, æ, f. p. Animal venenatũ, cauda feriẽs, quod Latinè Scorpius dicitur: nam, teste Festo, nepa Africũ est. [σκορπίος. Gall. *Vn scorpion.* Ital *Scorpione.* Ger. *Ein Scorpion.* Hisp. *Escorpion, ò el alacran.* Pol. *Scorpion* Vng. *Scorpio.*] Cic. lib. 3. de Finibus: Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus uti videas boves, nepas aculeis, suam cuique naturam esse ad vivendum ducem. Hujus nominis prima corripitur. Manilius lib. 2: -pietate ad sydera ductam Erigonem, ictuque nepam spolioque leonem. Natura hujus est, ut in parietum latibulis delitescat, & quũ aliquid senserit, retrotedat. Plaut. Casin. Recessim cedam ad parietem imitabor nepam. Captandus est horum clãculum sermo mihi. ¶ Festus Nepa Afrorum lingua sidus, quod Cãcer appellatur: vel ut quidam volunt, Scorpius.

Nĕpēnthĕs, n. aut gen. νηπενθές, Herbę genus est, quę vino injecta tristitiã discutit, animiq; hilaritatẽ inducit, unde à quibusdã eadẽ esse putatur cũ buglosso, quæ teste Plin. eandẽ habet vim: ab hac exhilarãdi virtute huic herbę nomẽ creditur inditũ, à νη privativa particula, & πένθος luctus. Plin. lib. 21. c. 21: Attribuũt & hilaritatis vim eidem potæ in vino, quam nepentes illud prędicatũ ab Homero quòd ea tristitia omnis abolcatur.

Nepeta, pen. corr. sive Nepita Herbæ nomen. [Germ. *Nepten/ oder wie andere wöllen/ Katzenkraut.*] Vide in PROPRIIS.

Nĕphălĭă, [νηφάλια. Pol. *Trzeźwia bisiada.* Vng. *Borne mixzak nuiepe.*] Sobriorũ festa erãt, in quibus nõ vinũ, sed aqua multa libabatur. Græci enim νηφαλίους sobrios vocãr. Apud Athenięses fiebat νηφάλια θυσία. id est, sobrium sacrificium, Soli, Lunæ, Memoriæ, Nymphis, Auroræ, & Veneri, in quo ξύλα νηφάλια: id est, ligna sobria cremabantur, quæ scilicet ex vite, ficu, & moro non essent. Vide Chiliades Erasmi.

Nephelides, Maculæ in oculo minus profundæ & leniores.

Nephrenesis, Barbarè pro Nephritide.

Nephritĭs, idis, pen. prod. [νεφρῖτις. Ger. *Nierenweh.*] Renum morbus.

morbus, quum ſcilicet calculo, aut ulcere renes infeſtantur: νεφροὶ enim Græcis renes ſunt: unde Nephritici dicti, νεφρετικοὶ, qui renum morbo laborant.

Nĕpŏs, m.t. Qui ex filio filiáve natus eſt, teſte Feſto: quòd natus pòſt ſit patri, quàm filius. [נכד nécheds ἔγγονος, υἱωνός. Gall. Nepueu. Ital Nipote. Ger Ein Enckel/ein kindskind. Bel. Een Neve. Hiſp Nieto. Pol. Od mego dziecięcia dziecie, wnuk. Vngar. Vnoka. Ang A nephew] Cic. pro Dejotaro: Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos avum in diſcrimen capitis adduxerit. Ejus relativum eſt Avus, ſicut Proavus relativum eſt Pronepotis, & Proavia Proneptis. Etenim Proavus, aut paterni vel materni patet: & Abavus proavi paterni vel materni pater: item proaviæ paternæ vel maternæ pater: à quo Abavia, relativūq; ejus Abnepos, à quo Abneptis. Hujus rurſus pater dicitur Atavus: Atavi autem pater Tritavus: quibus reſpondēt relativa Atnepos, & Trinepos, Atneptis, & Trineptis. Qui verò poſt trinepotem ſunt, Minores dicuntur: ſicut poſt tritavos, Majores. ¶ Nepos ex fratre, idem eſt qui nepos fratris. Nam quòd hîc antea ſcriptum erat, Nepotē ex fratre aut ſorore eſſe nihil aliud quàm filium fratris aut ſororis, ineptum eſt. Appellatur enim ille non nepos fratris: ſed filius. Paul. in L. ult. D. de grad. Illud, inquit, notandum eſt, non quemadmodum patris matriſq; frattres & ſorores: ità fratris ſororiſq; filios filiasque nomē ſpeciale cognationis habere: ſed ita demonſtrari fratris ſororiſq; filios filias. Nepotem autem ex fratre poſt fratris filium cōſtitui apertè docet Caius in L. 7. De legit. tutor. Velut, inquit, frater eodē patre natus fratris filius nepósve ex eo. Item Imp. L. 17. C. de nuptiis: Quod verò eruditi nōnulli teſtamentum C. Cæſaris, quod ita ſcriptum erat: Sororum nepotes hæredes inſtituit, C. Octavium & cæteri ita interpretantur, Nepotes ex ſororibus: id eſt, ſororū filios, planè abſurdū eſt: quum ſatis conſtet Octavium ex Acciæ luliæ ſororis C. Cæſaris filia natum eſſe. Ex Hotomano. ¶ Quandoq; nepotes, Poſteri, ἔκγονοι vocantur. [Pol. Potomkowie. Vn Maradekok.] Virg. 6. Aen. Fortè recēſebat numerum, clarosq; nepotes: id eſt, poſteros & ex ſtirpe ſua naſcituros. ¶ Per tranſlationem etiam Nepotes dicuntur tenellæ vitiū fruticationes, quæ poſtremo loco exoriuntur: ita dictæ, vel quòd nulli alteriſtei ſint utiles, quàm abſumendis vitis alimentis, quum ipſæ uvas nō ferant: vel quòd ad ſucceſſionē veterum palmitum, veluti nepotes in majorum ſuorum locū ſuccreſcant. Colum. lib. 4. cap. 6: Ex eo loco unde nepotem ademeris, confeſtim alterum fundit. Ibidem: Omnes ejus intra id ſpatiū nepotes enatos ſæpiùs decerpemus. ¶ Nepos etiam dicitur de mulis. Idem lib. 6 cap. 37: Itaq; ejuſmodi emiſſarius nepotibus magis, quàm filiis utilior eſt. ¶ Item nepotes dicūtur homines nequā, diſſoluti, & decoctores, ἀσωτοί. Cic. 2. Catil. Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quis perditus inveniri poteſt, qui cum Catilina non familiariſſimè vixiſſe videatur? Idem in Rull. Vt in rebus tuis, ita in repub. luxuriosus nepos. Sine dubio autem diſſolutos & homines perditos, nepotes veteres appellarunt, quòd qui pueri, patre mortuo, in avi tutelam veniunt, tales evadere cōſueverint. Nam & indulgentiores, patribus ferè ſunt avi, & ſi ſeveri eſſe velint, facilè, propter ætatis imbecillitatem à pueris patrio metu ſolutis contemnuntur. Nam quod antea hîc ſcriptū fuit à Nepa ſcorpione dici Nepotes, vel inde falſum eſſe intelligitur, quòd Nepa Africum vocabulum eſt, teſte Feſto: Romani autem tam longè ſuæ linguæ originem petere non conſueverunt. ¶ Nepos autē antiquis & de fœmina dicebatur. Ennius apud Nonium: Dianepos quas ærumnas tetuliſti.

Nĕpōtŭlŭs, diminutivum, ἔκγονίδιον. Plaut. in Milite: Sic te ſalvum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Nĕpōtŏr, d.p. Luxuriosè & prodigè vivo. [ἀσελγαίνω. Gal. Viure ou faire prodigalement. Ita. Luſſuriare, vivere prodigalmente. Ger. Im ſauß leben/praſſen/dempffen. Hiſp. Luxuriar, glotonear. Polon. Rozpuſtnie żye. Vng. Tobzodom, tekozolua etők. Ang. To leue riotouſlie.] Seneca de Beneficentia lib. 1. ca. 15: Vero liberalitatem nepotari. Hoc eſt, in prodigalitatem verti, & in eum conferri qui nequiter profuſurus ſit. Tertul. in Apologetico: Ariſtippus in purpura nepotatur.

Nĕpōtātŭs, hujus nepotatus, Voracitas, & vitę luxuries. ἀσωτία. Aſia ſcurrilitate ac nepotatu nobilis.

Nĕptĭs, hujus neptis, f.t. Qui ex filio, filiáve nata. Eſt enim fœminina à Nepos. [ἔγγονη. Gal. Niepce. Ital. Nezza, nipote. Ger. Ein kindstochter/ein Nāfin. Hiſ. Nieta. Pol. Wnuczka. Vng. Leany, vnoka. Ang. A neece.] Cic. de Claris Orat. Ergo illam patris elegantia tinctam videmus, & filias ejus Mutias ambas, quarum ſermo fuit notus, & neptes Licinias. Ovid. Epiſt. 8: arbitrium neptis habebat avus.

Nĕpōtīnŭs, a, um, ὁ τοῦ ἐγγονοῦ. Suet. in Calig. Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperavit.

Nepotum fructus: id eſt, palmites in vitibus: lege Nepos.

Nepus dicitur impurus: unde & Nepa, quòd impurum ſit animal, de quo vide in NEPOS.

Nēquā, adverb. ſignificat Ne per aliquem locum, aut Ne aliqua ratione. μήπη. Virgil. 1. Aen. Nequà ſcire dolos, medíúsve occurſere poſſit. ¶ Eſt & nequa compoſitum à Ne, & Quis, quæ, quod: pro ne aliqua. Cic. in Verr act. 1: Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat.

Nĕquālĭă, Sunt detrimenta. Feſtus.

Nĕquam, Nomen indeclinabile, quod apud veteres ſignificabat hominem nullius pretii, quòd ne tanti quidem ſit, quanti quod habetur minimi. [אין beliiáhal. ἀχρεῖος, ἀχρᾶος. Gal. Vaut neant, meſchant. Ital. Huomo da niente. Ger. Ein nichtsoūender Menſch/ein Schalck/lottersbub. Hiſp. Hombre de poca eſtima. Pol. Niecnota. Vng. Semmurekellō, ſemmit erō roz, galad, alanalo, tobzodo, busa. Angl. A man of no price, a knaue.] Varro Nequam ex Ne & Quicquam media ſyllaba extrita, componi oſtendit, lib. 4. de lingua Latina. Quidam à nequeo, quòd nihil queat, nullique rei ſit aptus. Caper docet Nequam ſignare non malum, ſed inutilem: quod vel ex eo apparet, quod Cic. 2. de Oratore, Servo nequam opponit Servum frugi. Iiſdem (inquit) verbis & laudare frugi ſervum poſſumus: & ſi eſt nequā, jocari. ¶ Aliquando etiam Nequam accipitur pro laſcivo, petulāti, libidinoſo, & prodigo. Cic. 2. Philipp. O hominem nequam! (nihil enim poſſum magis propriè dicere) ergo ut te catamitum nec oppinatò quū oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbaſti? Gell. lib. 7. cap. 11. Perſuadendi cuidam adoleſcenti Lucano, qui apprimè ſummo genere natus erat, ſed luxuria & nequitia pecuniam magnam conſumpſerat, &c. Plura de ea re exempla vide apud Gell. Cic. pro Dejot. Dii te perdant fugitive: ita nō modò nequā & improbus, ſed & fatuus & amēs es. Pro nequiter uſus eſt Plaut. in Pœnul. Dicatq; locū ſibi velle liberum præberier, Vbi nequam faciat clàm, nequis ſit arbiter.

Nĕquĭŏr, & Nequiſſimus. Colum. lib. 1. cap. 1: Nulla eſt nequiſſimi hominis amplior cuſtodia, quàm quotidiana operis exactio. Nam illud verum Marci Catonis oraculum: Nihil agendo homines malè agere diſcunt.

Nĕquĭtĕr, A Nequam, Luxuriosè, intemperanter, profuſè. [ἀκολάστως. Gall Meſchamment. Ital. Maluagiamente. Germ. Laſterhafftiglich/ böſſlich. Hiſp. Mala y luxuriosamente. Pol. Rozpuſtnie. Vng. Semmure kellōwl, buiaul, tobzodna tekozolua. An. Wickedlie, lyk a knaue.] Cic. 3. Tuſcul. Aderit temperantia, quæ eſt eadem moderatio, à me quidem paulò antè appellata frugalitas, quę te turpiter, & nequiter, facere nihil patiatur. Idem de Finib. 2: Ille porrò malè, pravè, nequiter, turpiter cœnabat: id eſt, cum nequitia. Ejus contrarium eſt Frugaliter, quemadmodum Nequitiæ Frugalitas opponitur.

Nēquĭtĭă, æ, f.p. Improbitas, malitia, deniq; vitiū omnia cætera in ſe complectēs: huic opponitur Frugalitas. [עין beliiáhal. ἀκρασία, μοχθηρία. Gall. Meſchanceté. Ital. Maluagità. Ger. Schalckheit/boßheit/vppigkeit. Hiſ. Maldad. Po. Rozpuſtnoſć, złoſć. Vng. Gonoſag, nem iamberſag. Ang. Wickedneſſe, knauerie.] Vt enim Frugi à fruge: id eſt, à fructu per quandā animorū fœcunditatē, ita Nequitia à Sterilitate. hoc eſt, à nihilo nominata eſt. Nihil eſt enim quicquid fluit, ſolvitur, liqueſcit, & ſemper perit. Hinc nequam iidem & perditi ac profligati, poſtremiq; omnium hominum dicti. Cic. 3. Tuſc. Reliqua igitur, & quarta virtus ut ipſa ſit frugalitas neceſſe eſt: ejus enim videtur eſſe proprium motus animi appetentis regere, & ſedare, ſemperq; adverſantē libidini moderatā in omni re ſervare conſtantiam: cui contrarium vitiū Nequitia dicitur. Frugalitas, ut opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Nequitia ab eo (etſi hoc erit fortaſſe duriùs: ſed tentemus, & luſiſſe putemur, ſi nil ſit) quod nequicquā eſt in tali homine, ex quo nihil item dicitur. ¶ Sæpè tamen Nequitia pro laſcivia & libidinoſa illecebra, & pro cultu vitæ prodigo atque effuſo accipitur. Hinc Aphricanus (referente Gellio) ſcripſit: Mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus eſſe, Malitia, & Nequitia. Nequitia, inquit Donatus, propriè libidinoſa inertia dicta eſt, quòd nihil queat, nullhiq; rei apta ſit. Teren. in Adelph. Id miſero reſtat mihi mali, ſi illū poteſt, Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. Cic. pro Roſcio Amerino: Si domus hæc potiùs habēda eſt, quàm officina nequitię & diverſorium flagitiorum omniū domus ejus. Ovid 1. Faſtor. Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem. Cic. in Verr. Ex mulierum morſu veſtigia libidinis atque nequitiæ. Vide Gell. lib. 7. cap. 11.

Nequities, ei, f.q. [עין beliiáhal.] Horat. 2. Serm. Sat. 2: Illū aut nequities, aut vafri inſcitia juris, Poſtremum expellet certè vivacior hæres.

Nēquāndo, Ne ullo tempore: [μήποτε. Gal. A fin que quelque fois ou quelque temps ne. Ital. Acciocche à niun tēpo. Ger. Daß nicht etwañ. Hiſ. En ningun tiempo. Pol. Nigdi. Vng. Ne valaha. Ang. Leaſt at any tyme.] ſicut Siquando, Si aliquo tēpore, εἴποτε. Cic. ad Attic. lib. 10: Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperiùs de eo ſcripſi, aliquādo concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

Nēquāquam, adverb. negandi: ſignificat enim Non, vel nullo

modo

modo. [לֹא אִם *lo im* ΟΥΔ *ephes. μήτοιγε, οὔτοι, οὐδὲ δι', οὐδαμῶς.* Gal. *Nullement, en nulle façon.* Ita. *A niuna maniera, à guisa alcuna per niente, à niun modo.* Ger. Gar nicht/in kein weiß noch weg. Hisp. *En ninguna manera.* Polon. *Zadnim sposobem.* Vng. *Semmikeppen nemgyna manera.* Ang. *No or no wise.*] Cic. in Catone Majore: Est istud quidem Læli aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia.

Nĕquĕ, Vide NEC.

Nĕquiscquam, adverbium, Non, nullo modo. [לֹא אִם *lo im* ΟΥΔ *ephes. οὐδ'.* Gal. *Non, pour neant.* Ital. *Non.* Ger. Nicht. Hisp. *No.* Pol. *Nie.* Vng. *Ne.* Ang. *No.*] Virg. 1. Georg. Nequicquam pinguis palea teret area culmos. Sed hoc ratius: frequentiùs in usu est pro frustrà. [נְשָׁוְא *schav. μάτην.* Gal. *En vain.* Ital. *In vano.* Germ. Umbsunst/ vergebentlich. Hisp. *En vano.* Pol. *Prozno.* Vng. *Hiaba.* Ang. *In vaine.*] Idem Aeneid. 2: Arma diu senior desueta trementibus ævo Circundat nequicquam humeris.

Nequíno, as, Modò lascivio, modò nego. Sipont.

Nĕquĭnunt, pro Nequeunt; id est, Non possunt, dixerunt antiqui. Festus.

Nequĭs, [*μήτις* Gal *Qu'aucun ne.* Ital. *A fine che alcuno non.* Ger. Daß nicht einer/ daß nicht jemandts. Hisp. *Ninguno.* Pol. *Nikt, żaden.* Vng. *Ne valaki.* An. *Least any.*] Ex Ne & Quis, pro Ne aliquis: hoc est, Ut nullus. Vide Nequá

Nĕquīd nĭmĭs [*μηδὲν ἄγαν.* Gal. *Que quelque chose ne* Ita. *Acciochè niuna cosa.* Ger. Mach man eines dings nicht zu viel. Hisp. *Que ninguna cosa.* Pol. *Pod miarą, niech nie ledzie nazbyt.* Vng. *Ijnnyan beretualy.* An. *Least any thing to much.*] Sententia pro vulgata, qua admonemur in rebus omnibus modū servare. Terent. in Andr. -nam id arbitror Apprimè in vita esse utile, ut nequid nimis.

Nērītæ, *νηΐτης*, Sunt ex concharum genere, quæ per maria navigant, præbentes concavam sibi partem: alteram verò flanti auræ instar veli opponentes. Hæc Plin. lib. 9. cap. 33.

Nērĭum, [*νήϊον.* Ger: Ein Staud / ist mit den blettern dem Mandel bawm gleich / den die Apotecker *Oleander* nennen.] Frutex est, foliis amygdalæ, sed majoribus & pinguioribus, quæ quadrupedibus sunt venenum: homini autem cōtra serpentes præsidium. Rhododaphne aliàs dicitur, quòd florem rosæ, folium lauro simile habeat. Vulgò in Officinis dicitur *Oleander*. Meminit Plin. lib. 24. cap. 11.

Nervus, vi, m. s. [תֹּ֫ *ghidh. νεῦρον.* Gal. *Nerf* Ita. *Nervo.* Ger. Ein spānader oder sennader. Bel. *Een Spanader/ senuwe vlas ader.* Hisp. *Nieruo.* Pol. *Zel'a ktora cpiemi y ruchami sie.* Vn. *In.* An. *A sinew.*] Prima sunt in corpore animalis sensus motusq; instrumenta, à cerebro & spinali medulla orta, totius corporis membris movendi sentiendiq; vim conferentia. Cic. 2. de Natura deor. Nec enim dii venis, nervis, & ossibus cōtinētur. Et paulo pòst: Huc adde nervos, à quibus artus cōtinentur, eorumq; implicationem toto corpore pertinentem. Ovid. 12. Metam. Nec grave vulnus erat, sed rupti vulnere nervi Deficiūt, motumq; negāt, viresq; volandi. ¶ Quandoque Nervus pro robore & viribus usurpatur. In nervis enim robur maximè existit. Horat. 2. Serm. Satyr. 11: -sine nervis altera quicquid Compositi, pars esse putat. Terent. in Evnuc. digna adeò res est, ubi tu nervos intēdas tuos. Hoc est, ubi universas ingenii tui vires expromas. Est enim nervos intendere, sive omnibus neryis contendere, vel, Omnes nervos cōtendere, totis viribus conari, & omnem solicitudinem, atq; operam adhibere, summa vi, summoque studio niti. Cic. Verr. 5: Omnibus enim nervis mihi contendendū est, atq; in hoc elaborandū, ut omnes intelligant, *&c.* Idem 2. Verr. Magnū fortasse onus, & mihi periculosum, veruntamen dignum in quo omnes nervos ætatis, industriæque meæ contenderem. ¶ Nervus pro chorda arcus. Virg. 5. Aen. Primaque per cœlum, nervo stridente sagitta Hyrtacidę juvenis volucres diverberat auras. Idem 10. Aen. -nervoq; aptare sagittas. ¶ In nervum ire, proverbium ductum à sagittariis, qui nimium contendendo arcum, aut arcus nervum rumpunt, aut nervum sibi aliquem lædunt. Terent. in Phorm. Cæterùm quum argentum repetēt, nostra causa scilicet In nervum potiùs ibit: id est, decipiet, air Donatus. Vide Erasmum in Chiliadibus. ¶ Nervos Reip. Cic. pro lege Manilia appellat milites, classes & vectigalia, quòd in his cōsistat omnis Reipublicæ fortitudo & robur. Etenim (*inquit*) si vectigalia nervos esse Reipublicæ semper duximus, eum certè ordinē, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum rectè esse dicemus. ¶ Nervus etiam vinculi genus est, quo pedes aut cervices impediuntur. *πεδοδέσμης.* Ex quo est illud Catonis: Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus ætatem agunt: fures publici, in auro atque in purpura. Plaut. in Aulul. Nervos, catenas, numellas, pedicas, boias. Idem: Perfidiosè captus, eo ædepol nervo cervices probat. ¶ Item Nervi dicuntur chordę citharæ. Cicer. 1. Tusc. Summam eruditionem Græci sitā censebant in nervorū, vocumq; cātibus. Propertius: -hęc carmina nervis Aptat. ¶ Est & Nervus membrum virile. Iuven. -mensura incognita nervi.

Nervŭlus, dimin. [*νευρίδιον.* Gal. *Petit nerf* Ita. *Picciolo nervo.* Ger. Ein spannādertlin. Hisp. *Pequenno nieruo.* Pol. *Zel'ka wiczpagnienia.*

Vng. *Inatska.* Ang. *A little sinew.*] Cic. lib. 10. ad Attic. Si nervulos tuos adhibueris.

Nervĭæ, f. p. ab antiquis dictæ sunt fides, sive chordæ musicorū instrumentorum. [מִיתָרִים *metharim. χορδαί.* Gal. *Chordes d'instrumens de musique.* Ital. *Corde de stromenti.* Germ. Seiten. Hisp. *Cuerdas de nervio en la musica.* Pol. *Stroni.* Vn. *Iur.* Ang. *Stringes of instruments of musick.*] Varro in Satyra, quæ *ὀρθὸς λόγος* inscribitur: Scientia doceat, quemadmodum in Psalterio tendamus nervias. ¶ Observatum est & Nervium neut. gen. Varro ibidem: Et id dicunt suam Brisei domi producere, quæ ejus nervia tractare solebat. Ex Nonio.

Nervōsŭs, a, um, Quod multos habet nervos. [*νευρώδης.* Gall. *Neruеux, plein de nerfs.* Ita. *Nerboso, nerbuto.* Germ Aderecht: *sinewy, starck inn glideren.* Hisp. *Cosa de muchos nieruos.* Pol. *Zel'owati, mocgni.* Vng *Inas.* An. *Pitthie, that hath grosse and many sinewes.*] Plinius lib. 11. cap. 37: Ideo nulla est ei caro, sed nervosa exilitas. ¶ Per translationem Nervosus dicitur fortis & vehemens, quod omne robur in nervis consistat. Sic Nervosus orator, qui magnam vim & copiam ad dicendum affert. Cic. de Claris Oratoribus: Quis Aristotele nervosior? ¶ Hinc fit Nervosè pro Audacter, validè, fermiter. [*νευρωδέως, ἰσχυρῶς.* Gall. *Vigoreusemēt, puissamment.* Ital. *Arditamente, vigorosamente.* Ger. Mit stercke Hisp. *Poderosamente, fuertamente.*] Plancus ad Ciceronem, lib. 10: Vt vigilanter, nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes. Cic. de Orat. Dicetur enim non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans, jam inde ab Aristotele constituta) sed aliquanto nervosius.

Nervōsĭtās apud Plin. lib. 19. cap. 1: Nervositas filo æqualior. [*νεῦρωσις.* Gal *Vigueur, force* Ital *Vigore, forza.* Germ. *Stercke.* Hisp *Nerosidad fuerza.* Pol *Siła, moc.* Vng *Inasság* Angl. *Strength or bruising of many sinewes.*]

Nervōsŭs, a, um. Quod est ex nervo. [*νεύρεος.* Gal *De nerfs.* Ital. *De nervo.* Ger. Das auß adern ist. Hisp. *Cosa de materia de nieruos.* Pol. *Zelowaty.* Vng. *Inbol valo* Ang. *Of a sinew.*]

Nervĭcŭs, a, um, Dicitur qui nervis laborat. [*νευρικός.* Gall. *Qui à douleur de nerfs, qui a les nerfs debilitez.* Ital. *Che patisce infermita di nervi.* Germ. Der ab dem gäder etwas kranckheit oder gebrästen hat. Hisp. *El que padesce el mal de los nieruos.* Pol. *Hazel's boleiacy.* Vn. *In fato.* An. *That hath the geutt or doulour in the sinews.*] Vitr. lib. 4: Aquæ nervicos & podagricos efficiunt, sulphurosi fontes nervorū labores reficiūt. Ita enim legit Calepinus, quū tamen in omnibus exemplaribus Neuricos legamus, ut proculdubiò legendum est. Fit enim à Græca dictione *νεῦρον*, quæ nobis nervum sonat.

Nescĭo, is, n. q. Ignoro, me fugit, me præterit: ex Ne, & Scio. [לֹא יָדַע *lo iadhagh. ἀγνοέω, οὐκ οἶδα.* Gall. *Ne sauoir, ignorer.* Ital. *Non sapere.* Ger. Nicht wissen Bel. Niet weeten. Hisp. *No saber.* Pol. *Nieuiem.* Vn. *Nem tudom* Ang. *Not to know, to be vnskilfull or ignorant.*] Cicer. 1. de Orat. Nemo in eo quòd nesciat, disertus esse potest. Teren. in Evnuch. -tu pol si sapis, Quod scis, nescis, neq; de Evnucho, neque de vitio virginis. Donatus admonet esse proverbium, Quod scis, nescisisumptū a Dialecticorū ludis, in quibus hujusmodi quidā scrupi, proponi solent, Facio, & non facio, Sum amicus, & non sum amicus, Audio, & non audio. Hoc autem proverbio summa taciturnitas, certaq; in tacendo fides significatur: dum quis videlicet quod scit perinde continet, ac dissimulat, quasi nesciat. Simile est in Heavt. Tu nescis quod scis, Dromo, si sapies. D. mutum dices. ¶ Nescio quid, locutionis formā, quoties rem aliquam, ejúsve causam nobis ignotā esse volumus significare. Terent. in Heavt. Nescio quid tristis est, nō temerè est, metuo quid siet. Cic. pro Quintio. Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit meā diocri quæstu contentus esse non poterat. Teren. in Heavt. Faciam, sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. ¶ Nescio quis. Cic. de Amic. Quinetiā si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ ut hominum cōgressus fugiat, atq; oderit qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus. ¶ Nescio quomodo Cic. de Amic. Serpit enim nescio quomodo per omnem vitā amicitia. Nescio quo pacto, Idem de Amicitia. ¶ Nescire Latinè. Cic. de Clar. Orat. Non enim tàm preclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire. ¶ Nescitur. Cic. ad Att. lib. 7: Inde utrum cōsistere ulpiam velit, an mare transire, nescitur. Idem 4. Acad. Vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur.

Nescĭus, a, um, Ignarus, qui aliquid nescit, sive ignorat. [*ἀγνώμων.* Gal. *Qui ne sait ou ne cognoist point, ignorant.* Ita. *Ignorante, che non sa.* Ger. Unwissend/ das kein wissen tregt. Hisp. *No sabidor.* Pol. *Nieuyta domi.* Vn. *Tudatlan.* An. *Vnskil full ignorant.*] Cic. Fam. 5. ad Lucceiū: Neq; tamen hęc cùm scribebā, eram nescius, quātis oneribus premerere susceptarū rerū, & jam institutarū. Id est, neq; tamē ignorabā. Idē pro Dejotaro: Iratū te regi Dejotaro fuisse nō erāt nescii. Vir. 1. Aen. Nescia mēs hominum fati, sortisq; futuræ. Idē 4. Geor. Nescia q, humanis precib. māsuescere corda. ¶ Interdū passivè accipitur pro ignoto, sive incognito.

Plaut. in

Plaut.in Rudēte:Nunc tibi amplectimur genua,egētes,opum, quę in locis nescits Nescia spe sumus,ut tuo recipias tecto,servesque nos: id est,in locis incognitis, & incerta spe.

Nessotrŏphīŏn,penul.prod. [νοσσοτροφεῖον. Germ.Ein ánden háußte/ándenſtall. Pol.*Sad katczi*. Vng.*Reczetartohely*. Angl *A place or coope where drakes or dukes ar keept to be made fatte*.] Locus ubi anates clausæ aluntur & pascuntur. νῆσσαι anates Græcis dicuntur, & τρέφω, alo. Colum. lib. 8. cap. 15: Media deinde parte nessotrophii lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spatiumq; longitudini datur & latitudini, quantum loci conditio permittit.

Næsўris, Sphondylion herba apud Dioscor.lib.3.cap.88.

Net, Arabicè, & Barbaricè compositio zapethii, quę constabat olim ex animalis musco, agolocho & orientali succino. Vide TAPETION.

Netrindes, Olivæ, à natando sic appellatæ apud Iulium Pollucem. Idem autor & Cytinades appellat, quas Phaulias & Thrambos dici ait.

Nēu, pro Néve, abjecta ultima litera per apocopen. [Νῆ *νεὸ. μὴτε*. Gal. *Que non*. Ital. *Che non*. Germ. Das nicht. Hisp. *Que no*. Po. *Abi nie*. Vng. *Sem*. An. *That nether*.] Virg. 2. Aen. Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. ¶ Hæc particula geminata elegantē vim habet. Cęsar li. 1. belli Civilis: Flens Petreius manipulos circuit, militesq; appellat: neu se, neu Põpeium absentem Imperatorē suũ adversariis ad supplicii tradāt, obsecrat.

Nēve, idem quod Ne aut: & interdum idem quod Neque. *μήτε*. Cicero Peto à te, ne id a me, néve in hoc reo, néve in alus quæras. Idem in Orat. Néve vastius syllabæ deducantur.

Nĕvŏlo, nevis, nevult, quasi Non volo, vel Nolo. Plautus in Trinummo: Filiam meam ubi desponsatam esse audio, nisi tu nevis. *οὐκ ἐθέλω*. Titinius Setina: Ipsus quidem, hercle, ducere sanè nevult. Ex Nonio.

Nēurās, ădis, *νευράς*, Ionum lingua herba appellata est, quæ alio nomine Poterion dicitur, nervorum dissolutiones juvās: unde & nomen accepit. Nā quos nervos Latini, Græci *πλευρὰς*, appellāt. Hæc etiam in vino pota, ranarum, quas Rubetas nominãt, veneno medetur. Vnde & Phryniõ vocatur. Plin. li. 25. cap. 10: Sunt & ranis venena, rubetis maximé. Auxiliatur eis Phrynion in vino potum. Aliqui neurada appellant, alii poterion, &c. Eadem & Paronychia appellatur, quòd *τοῖς παρωνυχίοις*: hoc est, absccssibus circa ungues medeatur.

Neuras, Poterion, &c. Dioscor. lib. 3. cap. 16.

Nēuras, Paronychia, frutex apud Dioſc. lib. 4. cap. 56.

Nēurĭs, [*νευρίς*. Pol. *Pſie wiſnie, moſzenki*.] Herba, quã alii solanum, alii vesicariam appellant. Dioſc. lib. 4. cap. 74. & 75. Hermolaus in eundem.

Nēurŏbătæ, *νευροβάται*, pen. cor. Qui omnifariam prorepunt, qui ambulāt super nervos, & funes nerveos. Nā *νεῦρα* Græci nervos dicũt. Iul. Firm. li. 7. Matheseos: Oriēte Ingeniculo, quē *ἐγγόνατον* Græci appellant, naticum testimonio vero Martis & Lunę, erũt funābuli, oribatę, neurobatę, & qui talia pertractēt.

Nēurŏīdēs, *νευροειδὴς*, Species est Sylvestris lactucæ: q̃ alio nomine Limoniũ appellatur, multò minoribus foliis quàm Beta sativa, undecim interdũ caules habens. Autor Plin. lib. 20. ca. 8.

Nēurōspāstŏn, *νευρόσπαστον*, Herba est quã Græci *κυνόσβατον*. Latini Rubũ caninũ appellāt. Folium habet vestigiõ hominis simile, uvam autem nigram, in cujus acino nervum habet: unde & nomen accepit. Autor Plin. lib. 24. ca. 14: Sunt item Neurospasta, imagunculæ, quæ nervis quibusdam, & fidiculis occultis moventur, perinde ac si viverent. Vide Cælium Rhod. lib. 7. ca. 16. Horat. 2. Serm. Sat. 7: Duceris ut nervis alienis mobile lignum. Vt, *inquit*, fidiculis neurospasta moventur, sic tua libidine, aut nervis aut fidicula traheris. Hæc Turneb. Hoc se habuisse in suis adversariis Lãbinus etiam affirmat, ubi eum locum interpretatur.

Nēutĕr, neutra, neutrum. [*οὐδέτερος, μηδέτερος*. Gall. *Ne l'vn ne l'autre*. Ita. *Ne l'vno ne l'altro*. Germ. Keiner/ weder dieſer noch jener. Belg. Gheen van tweten Hisp *Ni vno ni otro de dos*. Pol. *Ani ten ani ow, Zadē ſtich dwu*. Vn Eggik *ſem* An. *Nether the one nor the other*.] In genitivo Neutrius: olim etiam Neutri, Neutræ, quemadmodum Nullus, Solus, & similia. ¶ Est autē Neuter, Utriq; cõtrarium, significatq;, Nec hic, nec ille. Dicendum autē est, Neuter alterum: non autem Neuter neutrum: nã si ita efferimus, Neuter alterum diligit, hoc significat, neq; ille hunc diligit, neque hic illum. Quòd si Neuter neutrum dicimus, perinde est ac si hoc dictum sit, ne se quidem ipsum utrunque diligere.

Nēutrŏ, adverbium significat nec ad unã partem, nec ad aliam. [*μηδετέρωσε*. Gal. *Ne vers vn coſté ne vers l'autre*. Ital. *Ne nell' vno, ne nell' altro luogo*. Ger Weder auff dieſe noch auff jene ſeiten. Hisp. *Ni à vna parte ni à otra*. Pol *Ani nate ani naowe ſtrone*. Vng. *Egy felesem*. Ang. *Nether to the one part nor to the other*.] Liv. 5. ab Vrb. Et neutrò inclinata spe torpebat: id est, in neutram partem.

Nēutrālĭs, & hoc trale, om. t. Vulgò Grammaticis vox usitata, quorũ est natio insulsissima atq; ineptissima, [*οὐδέτερος*. Gall. *Neutre*. Ital. *Neutrale*. Ger. Das der zweyen keins iſt / Vnpartheyiſch. Hisp. *Coſa neutral, de ninguna parte*. Polon: *Zadnemu nieprzi legl'e*. Vng. *Eggik ſem*. Ang. *Neutrall, of none of the twoo*.] Quintil. lib. 1. ca. 4: Aut quæ fœmina positione mares, aut neutrali fœminas significant.

Neutrobī, Idē quod Neutrò, apud Plaut. in Aulul, & te utar iniquiore & meus me cordo irrideat, Neutrobi habeam stabile stabulum.

Neutĭquam, Nequaquã, vel nullo modo. [Νῆ lo ΟΥΝ *éphes. μηδαμῶς*. Gall. *Nullement, en nulle maniere*. Ital. *In niuna maniera, per niente, à niſſun modo*. Ger. Gantz vnd gar nicht/ keins wegs. Hisp. *En ninguna manera*. Po. *Zadnimi ſpoſobem*. Vng. *Semmi keppen nem*. Ang. *No in no wiſe*.] Habet enim aliquid assertionis. Terent. in Hecyr. Illud vitium est Pamphilo neutiquam grave.

Nĕx, cis, f. c. Propriè mors, quę ferro, aut alia vi fit, violēta mors. [ΜΝ *mâveth. Φόνος*. Gal *Mort*. Ita. *Morte*. Ger. Der todt. Bel. Een doorſlach Hisf. *La muerte violenta*. Pol. *Smierc*. Vn. *Arôzakk al valo halal*. An. *Death*.] Neci datus dicitur, qui quovis modo interfectus est: quãvis Festus neci datũ intelligi velit, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno aut fame. Ausonius in Monosyllabis: Sera venenato potu abstulit Annibalē nec Sisenna: Quoniam neq; mea nex, neq; intercessio posse videtur illorũ dementē reprimere audaciam. Cic. pro Milone: Insidiatori verò, & latroni quę potest afferri injusta nex? In necē alterius aliquid facere: id est, in damnum & fortunarũ eversionem. Vlpian. de crim. stellionatus: Si quis imposturã fecerit, vel collusionem in necem alterius. Cæsar 6. bell. Gal. Viri in uxores, sicut in liberos vitæ, necisq; habent potestatem. Artifices necis, qui novũ aliquod necis genus cõminiscuntur. Ovid. 1. de Arte: neq; enim lex justior ulla est, Quàm necis artifices arte perire sua. Necē à Græco dici certũ est (inqt Festus) *νεκρὸν*, enim mortuũ dicunt Greci.

Nexum, xi, n. s. & nexus, us, m. q. Abalienatio civilis quędã est, quæ fiebat per æs & libram: id est, ære nummóve aliquo percussa libra, quo pacto solutio repręsentabatur. Cic. pro Cecin. Sylla ita tulit, ut non sustulerit horum nexa atque hęreditates. Idem de Ora. Nexum quod per libram agitur. Idem in Paradox. Mancipia quæ sunt dominorum facta nexu aut aliquo jure civili. ¶ Et quoniã qui abalienabat, alteri obligatus erat, Nexus ponitur etiã pro vinculo obligationis. Vlpia. L. 26. D. de cond. indeb. Si emptor fundi damnaverit hæredem suum, ut venditorem nexu venditi liberaret: id est, obligatione de re vendita præstanda. ¶ Transfertur hoc nomen elegãter & ad alia. Cic. in Epist. Atticus noster cujus quando proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem usu & fructu, contentus isto sum. Idem paulò pòst: Sum enim *κρίσει μὲν* tuus, *κτήσει δ'* Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius.

Nexŭs, a, um, Aptus, conjunctus. Cic. in Tuscul Omnes virtutes inter se nexæ & jugatæ sunt. Idē de Divin. Cũ causa causæ nexa rem ex se gignit. Idē de Fato: Ex æternitate quædã vera esse, & ea nõ esse nexa causis ęternis, & à fati necessitate esse libera.

N ante I.

Nī, pro Nisi, per apocopen: id est, Si non, subjunctivo jungitur. [Νῆ *Iulé. à μή*. Gall. *Si non, ſi ne*. Ital. *Si non*. Ger. Wo nicht. Hisp. *Si no*.] Terent. in Phorm. Nã ni hæc ita essẽt, cũ illo haud starēs. ¶ Quandoq; etiam indicativo. Terent. in Andr. Mirũ ni domi est. Vbi sciēdum est, Ni Nisi, Quàm, & Præterquam semper repetere eosdem casus qui præcesserunt: ut, Quid est animal, nisi corpus cum anima cõcretum. *ὃν μή*: Nulli placet, præterquam mihi. Præter verò semper exigit accusativum: ut, Nulli placet, præter me. ¶ Ponitur interdũ Ni, pro Ne. Virg. 3. Aeneid. Inter utranque viã lethi discrimine parvo, Ni teneãt cursus, certũ est dare lintea retro. Quem in locũ vide ea quę annotavit Servius. Plaut. Ni stulta sis. Hæc particula etiã nonnunquam usurpata est in sponsionibus, & in judicio recuperatorio. Cicer. in Verr. Act. 4: Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium te sibi in decumis dictitaret. Idem P. Rabirius Apronium sponsione lacessivit, ni Apronius dictaret te sibi in decumis esse socium. Hæc Bud. in Epist. ¶ Interdum Nisi, adversativæ particulæ vim habet, ut idem ferè significet quod Sed. Cic. lib. 13. Epist Famil. De re nihil possum judicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virũ nihil temerè fecisse. Ibidem: Nec cur illa tãtopere cõtendat video, nec cur tu repugnes, nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa. Cum adverbio Mirũ venustè cõjungitur. Cic. de Orat. 2: Quid ploras pater? mirum ni cantem.

Nice, *νίκη*, Græcè, Latinè victoria dicitur. Vnde Nicephorus, *νικηφόρος*, victoriosus, quasi ferens victoriam.

Niceroríanum, *νικηρωπανὸν*, Laudatissimi unguenti genus, ita dictum ab artifice Nicerote. Martial. lib. 6: Laudas pinguia Nicerotiana.

Nicetērĭă, orum, n. s. [*νικητήρια*. Ger. Preiß vnd Gab vmb erlagte Gtg. Ang. *Retwardes of games for victorie, as rings, collars of gold*.] Sunt præmia relata ex victoria, ut torques. Iuven. Satyra 3: Et ceromatico fert niceteria collo. Dicta Niceteria, à *νικάω*, quod est vinco.

est vinco. ¶ Niceteria præterea dicuntur sacrificia, & publica convivia, quæ victoria adepta victores facere solent. Bud. in Pand. [Pol. Zwycięzkie ucztowanie y podarki po zwycięstwie.]

Nicŏplæ, ēs, τό, & ος, Frutex est, ex generibus hederæ, alio nomine Smilax appellatus. Vide Plin. lib. 24. cap. eod.

Nictātus, Ad eam rem pertinet, quū sentiūt odorem leporum seu perdicum. Ital. Ofmare. Ger. Dem gesyor nach sein besten / wird etgentlich von den hunden verstanden. Hisp. Olmar. Pol. Skradanie. Zawietrzenie. Vng. Tsehlok. Ang. To sylpe lyke a dogge when he hath the sente of a thing.] Festus: Nictit canis in odoratibus vestigiis ferarum leniter gannientsiut Ennius lib. 10: Veluti si quando vinculis velatica veneno capta solet, si fortè ex nare sagaci sensit, voce sua nictit, ululat, quæ ibi accita est: unde ipsa gannitio. Hæc Festus.

Nicto, ās, n.p. si frequentativum verbi Niveo, es. Est oculis signū dare, altero vel utroq; clauso. [קרץ karáts. συμβάλλω. Gal. Cligner les yeux. Ita. Far di cenno, ammiare. Ger. Mit den Augen winncken oder ein zeichen geben. Belg. Met den oogen wincken. Hisp. Guiñar los ojos. Pol. Oczyma wydawać. Vng. Fellogatok hunyorgatok. Ang. To wynke, to wynckle with the eyes] Plaut. in Asina. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat Plin. li. 11. Pleriſq; verò natura datum est, ut nictare nō cessent, quos pavidiores accepimus. Pro codē etiam legitur Nictor deponens. Ibidē cap. 37. Graviores alitum interiore gena connivent, eædem nictantur ab angulis membrana obeunte. ¶ Nictari (inquit Festus) est oculorum, & aliorum membrorum nisu sæpè aliquid conari. Lucret. lib. 4: Hic ubi nictari nequeunt insisterēq; alis. ¶ Hinc deducuntur verbalia, Nictatio & Nictus. Cęci, in Pugil. Tamen inter laudādum hunc timidum Tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere & mirarier. ¶ Compositum est, Annicto, quod est nictu alicui quippiam significo. ὀφθαλμιῶ. Festus: Annictare, sæpè leviter oculo annuit.

Nictātio, ōnis, f. Oculorū cōclusio, & apertio. [βλεμμα. Gal. Clignement des yeux. Ital. Batimento. Ger. Winckung oder nickung mit den augen. Hisp. Obra de hazer ò dar senñal con los ojos. Pol. Mrugánie. Vng. Pislogatas. Angl. A winnyng or twynckyng.] Plin. lib. 11. cap. 37. Nec genæ quidem omnibus rideo nequeunt nictationes exprimere, tam generis sit.

Nictĭlans, tis, Quo subinde dulantur aves, apud Plaut. in Rud. Sin nervi nictilantes modice mihi damenta congeret.

Nōmĕn, inis, n. t. [שם *ſhem.* Gall. *Nom.* Ital. *Nome.* Ger. Ein Namm. Belg. Eenen Naem. Hiſp. *Nombre.* Pol. *Imie.* Vng. *Neue.* Ang. *A name.*] Quaſi novimen (inquit Feſtus) à Noſco, quòd notitiam faciat: nam per id quo quicquid nominamus, agnoſcitur. Aut à Græco ὄνομα, abjecto ο. Propriè autē nomen dicitur, teſte Nonio, proprium vocabulū ſingulorum: hoc eſt, quo ſingulæ res appellantur. Inde Nomino, quod eſt nomē alicui rei impono: id autem fit dupliciter. Aut enim universo generi nomē imponimus, quod Grāmatici Nomen appellativū vocāt: ut quū animal utens ratione Hominē dicimus nominari. Aut ſingulis rebus peculiare nomen imponimus, quod illi cum alio non ſit commune. Hoc à grammaticis nomen proprium appellatur. Quod ſic definitur à Cicerone: Nomen eſt quod unicuique perſonæ attribuitur, quo quæque ſuo proprio, & certo vocabulo appellatur. Hoc rurſus dividitur in Prænomē, Nomen, Cognomen, & Agnomen, ut Publius, Cornelius, Scipio, Africanus. ¶ Prænomen interdum una, interdum duabus, interdum tribus literis notabatur: ut, C. Caius, Gn Gneus, Sex. Sextus. Fuitq; nonnulla ratio prænominis: nam & Quintum ideo dixerūt, quòd quinto fortaſſis loco natus eſſet: Lucium, quod initio lucis exortus: Manium mane: Gneum, à corporis effigie. ¶ Nomen, quod gentis & familiæ originem declarat, quodq; omnibus qui ex eadē gente ſunt cōmune eſt, ut Cornelius. Cognomē, quod nomini ſubjungitur, tractū ab aliquo vel corporis vitio, vel cōmodo, vel aliquo eventu, ut Scipio. ¶ Agnomen, quod cognomen ſequitur, ut quemadmodum cognomen, à corporis ſive mentis adjunctis, aut aliis eventis ducitur, ut Africanus à devicta Africā. Sæpè autē Cognomen pro Agnomine ponitur. Cic. Scipio ille, cui Africano fuit cognomen. Idem ad Att. Teq; non cognomē ſolùm Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo. Romani plerunque tribus uti ſolent nominibus: nonnulli etiam quatuor: ut P. Cornelius Scipio Africanus: ubi Publius eſt prænomen, Cornelius nomen propriè dictum, Scipio cognomen, Africanus agnomen. Et nomen quidem atque cognomen omnium ejuſdem familiæ commune erat, prænomen verò rantùm ſingulorum. Prænomen enim erat, quo fratres à ſe mutuò diſtinguebantur: ut pater appellabat ex duobus filiis alterum Publium, alterum Lucium: nec ſe aliter inter ſe fratres ipſi vocabant. Quidam etiam à veſtimento cognomen fortiti ſunt, ut Antonius Caracalla. Quidam à pecore minori, ut Porcius, Scropha. Quidam à pecore majori, ut Equitius, Taurus. Quidam à piſcibus, ut Sergius, Orata, Muræna. Quidam ab arboribus, ut Fronditius. Quidā ab ea re quam optimè ſererent, ut Fabius, Lentulus, Cicero, Piſo: quāvis hoc nōnulli à pinſendo dictum putent. Pilumni autem cognomen inde tractum putatur, quòd qui primus in ea familia hoc cognomine dictus eſt, pili uſum invenerit. ¶ Aliquando Nomen pro decore, gloria, fama, exiſtimatione, prędicatione & ſermone hominum uſurpatur. Virg. 2. Aeneid. Avulſumq; humeris caput, & ſine nomine corpus. Ibidem: -& nos aliquod nomenque decusque Geſſimus. Ovid. 10. Metamorph. -magnum & memorabile nomen. ¶ Nomen etiam accipitur pro genere: ut apud Virgil. -noſtrumque in nomen ituras. ¶ Nomina præterea dicuntur, teſte Budæo, capita, vel (ut hodie loquimur) articuli rationis argentariæ, in quibus deſcripta ſunt nomina debitorum: quibus pecuniæ expenſæ feruntur. Cic. 3. Verr. Satis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniā credebas, iis expenſum non ferres? neq; in tuas tabulas ullum nomē referres, quū tibi tot nominibus acceptū Curtii referrēt? quid proderat tibi expenſum illi non tuliſſe? ¶ Noānunquam nomen accipitur pro ipſo debitore. Columella libr. 1. cap. 7: Vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixiſſe veriſſimè fertur. Hoc eſt, etiamſi optimi ſint debitores, ſi tamen diutiùs debitum exigere diſtuleris, negligentia tandem eos fieri non ſolvendo. Cicer. in Epiſt. Ego ſum aſſecutus ut bonum nomen exiſtimer. ¶ Sæpè etiam Nomen accipitur pro ipſo debito. Cicero ad Atticum libro 16: Nomina mea per Deos expēdi. Idem ad eundem libro 6: Salaminios autem adduxi, ut totum nomen Scaptio vellent ſolvere. ¶ Ităē videtur nomen quoque accipi pro ipſo creditore. Cicero pro Quint. Cum æris alieni aliquantum eſſet relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret, *&c.* ¶ Ponitur etiā nomen aliquando pro cauſa. Cicero de Amic. ab amicitia Qu. Pompeii meo nomine ſe removerat, ut ſcitis, Scipio. Idem in Vat. Non tàm tuo, quàm Reip. nomine. Cæſ. 3. bell. Gal. Odiſſe etiam ſuo nomine Cæſarem, & Romanos. ¶ Nomē cùm pars orationis eſt, aliquando tranſit in adverbium: ut, Torvumque tueturi: id eſt, torvè, δεινὸν, ὑβριστήν. Item adverbium in nomen: ut apud Perſium: Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras. Nomina tamen in adverbium migrantia ſuam ſæpè ſervant quantitatem, ut apud Virgil. 3. Aeglog. -tranſversa tuentibus hirquis. Nam Tranſversa quum adverbium ſit, a tamen brevis eſt: quia venit ex nomine, quum ſint in a terminata adverbia longa. ¶ Nomina per diverſos caſus loco adverbiorum ponuntur. Per nominativum: ut Fors pro Fortè, Recens pro Recenter. Per genitivum, Militiæ pro in Militia. Per dativum, ut Veſperi, Ruri, Sorti, per ſortem. Per accuſativum, ut Torvum pro Torvè, Clarum pro Claré. Per ablativum, ut Rure, Domo.

Nōmĭno, as, act p. Appello, nomē impono, nomē indo. [קרא *kará.* ὀνομάζω. Gall. *Nommer.* Ital. *Nominare.* Germ. Nennen/ ein Namm geben. Belg. Noemen. Hiſpan. *Nombrar ò poner nombre.* Pol. *Mianuie, Miono date.* Vng. *Neuezőm.* Ang. *To name.*] Cicer. de Amic. Amor enim, ex quo Amicitia eſt nominata, princeps eſt ad benevolentiam conjungendam. ¶ Interdum accipitur pro Nominatim compello. Plaut. in Moſt. Hem quis me nominat?

minat? Idem in Aſin. Alienum hominem intromittat neminem, Quòd illa aut amicum, aut patronum nominet. ¶ Nominare aliquādo eſt Proferre, declarare, ut vulgò dicimus, & exprimere. Cic. pro Cælio: Multi à me ſummi viri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, ſumptus, libidinis nominarentur. ¶ Eſt etiam nominare, præſentem ſiſtere, & ut juris Pontificii ſcriptores dicunt, Ius patronatus habere: hoc eſt, nominare deſignandū, de quo vide teſtimonium in dictione Nominatio. ¶ Hinc Denomino, quod idē eſt quod nomino, ſeu nomen alicui impono. παρονομάζω. Col. lib. 4: Quippe univerſæ regiones regionumq; ſingulæ penè partes habent propria vitium genera, quæ conſuetudine ſua denominant.

Nōmĭnātŭs, m. ſ. Nomen ex participio pro celebri. [קְרוּא *kará* בִּקְרִיא *nikrá* קְרִיא *keri*. κεκλημένος. Gall. *Nommé, renommé.* Ital. *Nominato, celebrato.* German. Bernampt/Nammhafft. Hiſp. *Nombrado, bien afamado.* Polon. *Sławni.* Vngar. *Neue zetős hirős.* Ang. *Named renowmed.*] Cic. 6. Verr. Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es? Plin. lib. 12. cap. 19: Vicina eſt Bactriana, in qua Bdellium nominatiſſimum.

Nōmĭnātim, adverbium, Per ſingulorum nomina. [ὀνομαστί, ἐξονομαχλιδόν. Gall. *Nommeément, par nom & ſurnom, expreſſement.* Ital *Nominatamente, nominando à uno ò uno.* Ger. Nammitch/Mit Nammen. Hiſp. *Nombradamente.* Pol. *Mianowicie.* Vng. *Neuenkent.* Ang. *Name by name, namely.*] Plinius: Quum villico omnes nominatim aſſignati eſſent. Liv. lib. 2. ab Vrbe: Dimiſſo Senatu, Conſules in tribunal aſcendūt, citant nominatim juniores. ¶ Dicitur tamen & de uno: ut Tenens cruētum pugionem Brutus, nominatim Ciceronem inclamavit. ¶ Aliquando etiam accipitur pro Expreſſē. Cic. lib. 3. Offic. Quicquid enim eſt in prædio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere. Nominatim & Generatim contraria. Cic. ad Att. lib. 9: Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim: ſed generatim proſcriptio eſſet informata.

Nōmĭnātĭo, onis, verbale, f. t. [קְרִיאָה *keriáh*. ὀνομασία, ὀνοματοποιία. Gall. *Nomination, denombrement.* Ital. *Eſſo nominare.* Ger. Nennung/benamſung. Hiſpan. *Obra de nombrar.* Polon. *Mianowanie.* Vng *Neuezes.* Ang. *A naming.*] Plin. Epiſt. 73: Mihi verò etiam illud gratulatione dignū videtur, quòd ſucceſſori Iulio Frontino principi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat tanquam in locum ſuum cooptaret. Budæus: Nominatio eſt, ut vulgò hodie appellatur: id enim nomen in ea ſignificatione vulgus noſtrum retinuit. Brutus ad Cic. Bibulus in Panſæ locum petere conſtituit: eam nominationem à te petimus. ¶ Nominatio, Figura Rhetorum, de qua autor ad Heren. lib. 4.

Nōmĭnālĭs, ὀνομαστικός. Nomen eſt Cenſus Grammatici. [Vng. *Neuezetős neues: Neuw.*] Diomedes Grammatices lib. 1: Vbique enim deficit Latinus ſermo, ideo quia duo ablativi nominales ſunt copulati.

Nōmĭnātŏr, ris, m. t. [Vng. *Neuezős.*] Vlpian. D. lib. 27. Tit 8. l. 1: Nec nominatores magiſtratuum ex hac cauſa tenebuntur.

Nōmĭnĭto, as, are, frequentativum à Nomino. [συχνὰ, ὀνομάζω. Gall. *Nommer ſouuent.* Ital. *Nominare ſpeſſo.* Ger. Offt vnd dick nennen. Hiſp. *Nombrar muchas vezes.* Pol. *Vſtawnie mianuie.* Vng. *Neuezgetőm.* Ang. *To name often.*] Lucret. lib. 3: Suſcipere hunc motum, quem ſenſum nominitamus. Idem lib. 4: Quæ quaſi membrana, vel cortex nominitanda eſt.

Nōmēnclātŏr, ris, A nomine calando: id eſt, vocando, qui memoriter unumquenq; nominatim vocare, & nomina omnium de memoria ſubjicere poteſt. [ὀνοματολόγος. Gall. *Nommeur, celuy qui ſcait les noms d' vne multitude.* Ital. *Colui che ſa il nome d' ogno vno.* German. Der einem jeden mit ſeinem Nammen rüffen kan. Hiſpan. *El que llama à los otros, y que tiene los nombres de todos.* Polon. *Ten ktori na pamice ma dego moze mianowac.* Vngar. *Neuezgető neueken hiuo, neu Zamlalo.* Ang. *That calleth the names of a multitude by order.*] Cicero ad Atticum libro 4: Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit. Horum ŏpera utebantur potiſſimùm candidati, ut ſibi in prenſando ſuffragatores, nomina civium ſuggererent. Vnde laudatur Cato, quòd legem ſervarit, quæ candidato nomenclatores adeſſe vetat, ut per ſeipſum ſine nomenclatore nominatim ſalutaret cives Romanos. Hi & Factores quoque dicebantur, quòd ſalutatorum nomina (ut ait Feſtus) velut infarcirent petitorum auribus. Cicero etiam monitores vocat in Muræniana: Nam ſi nomine appellari abs te cives tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſervo tuo, quàm tibi. Si etiam noris, tamen per monitorem appellandi ſunt.

Nōmēnclātĭo, f. t. & Nomenclatura, f. p. Pro nuncupatione, & nominatione. [ὀνομασία, ὀνοματολογία. Gall. *Denombrement de noms & ſurnoms de pluſieurs choſes.* Ital. *Il nominare.* Germ. Rüffung mit dem Nammen / Benamſung. Hiſp. *Obra de llamar por nombres.* Polon. *Mianowanie.* Vngar. *Neu zamlalas.* Ang. *A numbring and calling of names by order.*] Columel. lib. 3. cap. 2: Quare prudentis magiſtri eſt, ejus nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat ſtudioſos non demorari. Plin. lib. 2: Iovem quidem aut Mercurium, alitérve alios inter ſe vocari, & eſſe cœleſtis nomenclaturæ.

Nŏmĭſmă, νόμισμα. Vide NVMVS, & NVMISMA.

Nŏmŏs, Græca dictio eſt, quæ quum accentum habet in poſteriori νομὸς, ſignificat præfecturam: qua etiam voce Latini utuntur in hac ſignificatione. Plin. lib. 5. cap 9: Summa pars contermina Aethiopiæ Thebais vocatur: dividitur in præfecturas oppidorum (quas Nomos vocant) duodecim. ¶ Inde Nomarchæ dicti ſunt qui nomis præſunt, quos Præfectos Latini vocant. Et Nomarchia pro Nomo vel præfectura. ¶ Nomos etiam legem ſignificat vel inſtitutum: ſed tunc apud Græcos ſcribitur νόμος, cum accentu in priore.

Nŏmŏdĭdāctēs, Qui legem docet, νομοδιδάκτης.

Nŏmŏphȳlācēs, νομοφύλακες, Legū cuſtodes & ſervatores, ἀπὸ τοῦ νόμου: id eſt, à lege. ἐκ φύλακος: hoc eſt, cuſtode. Colum. libro 12: Non ſatis viſum eſt bonas leges habere, niſi cuſtodes earum diligentiſſimos cives creaſſent, quos Græci νομοφύλακας appellant.

Nŏmŏthĕtæ, m. p. [מְחוֹקְקִים *mechokekim* νομοθέται. Gall. *Legiſlateurs.* Ital. *Legiſlatori.* German Geſatzgeber. Hiſpan. *Los que dan ò ponen la ley.* Polon. *Prawo vſtawci.* Vngar. *Törueny ado kőrzős.* Ang. *A lawmaker or preſcriber of lawes.*] Latinè legiferi dicuntur: unde Solon apud Athenienſes Nomothetes dictus, & Lycurgus apud Lacedæmonios.

Nōn, Negativa dictio: [לֹא *lo* οὐ, οὐκ. Gall. *Non, ne, nous pas.* Ital. *Non, no.* Ger. Nein/nicht Belg. Neen/niet. Hiſp. *No.* Pol. *Nie.* Vngar. *Nem.* Ang. *No.*] accommodari poteſt omnibus modis, præterquā Imperativo, Indicativo. Terent. in Evnuch. Non te dignū Chærea feciſti. Optativo Plaut. in Menæch. Nō negē, ſi noverim: Subjunctivo Virg. 1. Georg. -nō illa quiſquā me nave, per altum Ire, neque à terra moneat convellere funem. Infinitivo. Terent. In Phorm. Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam. ¶ Non, ſi negationi præponitur, affirmat: ut Nonnihil tibi debeo: id eſt, aliquid tibi debeo. Quū verò poſtponitur, magis affirmat: ut ſi dixero: Nihil non tibi debeo, ſignificat omnia tibi debeo. Ovid. lib. 3. Faſtor. Multa tibi memores, nil non debemus Eliſæ: id eſt, debemus multa tibi, quū fueris de nobis merita, ſed Eliſæ debemus omnia. ¶ Non autem, rectè dicimus: at non dicimus, Non verò. ἀ μέντοι, ut Amicus Cæſaris ſum, non autem aſſentator: vel, Aſſentator verò non. ¶ Non ita pridem: hoc eſt, non multo tempore antè: ἀ πάλαι πολλῷ, πάλαι μακρῷ. ¶ Non modò, ſignificat non ſolùm. [μὴ ὅτι, οὐχ οπως, οὐχ ὅτι, ἀ μόνον. Gall. *Non ſeulement.* Ital. *Non ſolamente.* German. Nicht nur/nicht allein. Hiſpan. *Non ſolamente.*] ut, Nō modò te diligo, ſed etiam amo. Non utiq; id eſt, nō reſtrictè, nō præciſé. Vlp. l. 21. D. mand. Sed ſi nō utiq; unius, ſed utriuſque mandatum intuitus id fecerim. Sic Pomponius ad leg. Aquil. Dominum enim lex Aquilia appellat, non utique eum qui tunc fuerit, cùm damnum daretur. ¶ Quandoque ponitur pro Nedum. Treb. Ciceroni: Nō enim neſcit quanti te faciam, & quàm pro veterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. ¶ Nonnullus, aliquis. [ἔστιν ὅς, ἔνιος. Gall. *Aucun, quelqu' vn.* Ital. *Alcuno* Ger. Etwar/etlicher. Hiſpan. *Alguno*] Cic. pro Muræna: Conſilium tuum nonnulla in re forſitan emendare poſſim. ¶ Nonnunquam ſignificat aliquando. ἔσθ' ὅτε, ἐνίοτε. Non ſobrius, pro ebrio accipitur. [ὁ νήφων. Gall. *Yurongne.* Ital. *Vbbriaco.* Germ. Nicht nüchter: das iſt/Voll vnnd trunckē. Hiſp. *Borracho, embriago.*] Martialis: Et non ſobria verba ſubnotaſti. ¶ Non tacendus: hoc eſt, nominandus & laudandus, ῥητός. Mart. ad Licinianum: Vir Celtiberis non tacendæ gentibus.

Nōndum. [οὔπω, μήπω, ἀδήπω. Gall. *Non encore.* Ital. *Non anchora.* German. Noch nicht. Hiſpan. *Aun no.* Polon. *Ieſzcze nie.* Vngar. *Meeg nem.* Ang. *Not yet.*] Adverbium, ſignificans Necdum, neque dum, nihil dum, etiam nunc, non. Cicer. in Epiſt. Fam. Nondum ſatis conſtitui. Idem in Somn. Scipion. Cujus quidem anni nondum viceſimam partem ſcito eſſe converſam. De magno anno loquitur.

Nōnæ, arum, f. p. [νῶναι. Gall. *Les nones du mois* Ital. *Le none de ciaſcun meſe.* Germ Etliche gewiſſe tag in einem jeden Monat/ ſo bey den alten *Nonæ* geheiſſen haben. Hiſp. *Las nonas de cada mes.* Ang. *Certaine dayes of the moneth called nones.*] Quaſi novæ, propter initium obſervationis: vel quòd ab eo die ſemper ad idus novem dies putentur: ſive ad imitationem Tuſcorum, qui Nonas vocabant nonum quemque diem, quo regem ſuum ſalutabant, & de propriis negotiis conſulebant. ¶ Erant autem Nonæ, in Martio, Majo, Iunio, & Octobri ſex illi dies, qui Calendas ſequuntur: reliqui verò mēſes quatuor tantùm habebant Nonas. Iuxta vulgatos verſus:

Majus sex Nonas October, Iulius & Mars:
At reliqui quatuor, dabit Idus quilibet Octo.

Nonageni, Nonagies, Noningenti, vel **Nongenti, Nonariæ.**

Nonus Vide Novem.

Nōrmă, æ, f.p. [קו kav סרגל peléc משקל m. shkál κανὼν, γνώμων. Gall. *Vne esauerre ou reigle.* Ital. *Norma, regola, squadra.* Ger. Ein winckelmäß. Belg. Een winckel mete. Hisp. *La esquadra de carpintero regla.* Pol. *Miara czoſi linea* Vng. *Lineal, sa regula* Ang. *A rule or squire.*] Fabrorum instrumentu, quo omnia dirigunt, metiuntur, quę & Regula dicitur. Plin. lib. 36. cap. 22: Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet. Vitruv. lib. 7: Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normā respondentes exigantur. Nostrates *Quadram* vocant. Unde quę recta dimensq, sunt, ad normam facta dicuntur. ¶ Per metaphoram etiā norma accipitur pro lege, formula & præscripto. Cic. pro Mur. Et primùm M. Catoni vitam ad rectam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Sic. in Lælio: Nunquam ego dicam C. Fabricium, M. Curium, Tiber. Coruncanū, quos sine exemplo majores nostri judicabant, ad istorum normam fictos exprimentes. ¶ Norma loquendi. Horat. de Arte: volet usus quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi. ¶ A' norma sumitur, ἀδέκλινα, Abnorme, & Enorme.

Normalis, le, em. t. Ad normam factus: [κανονικὸς, κατὰ γνώμονα. Gall. *Fait à l'esquerre.* Ital. *Fatto in squadra.* Ger. In das winckelmäß gehörig. Hisp. *Hecho al esquadra.* Pol. *Wmiarow. sawioni.* Vng. *Linea sresti sali Regula sa feruzot.* Ang. *Made after a rule or squire.*] Ut Normalis angulus, Quintil. lib. 11, de pronuntiationis gestu loquens: Sinistrum brachium eousque allevandum est, ut quasi normalem illum angulum faciat, super quod ora extogi duplex æqualiter sedeat.

Normātŭs, a, um, Quod fit ad normam factum, & directum. Ἐμμετρόκανδρον. Colum. lib. 2. cap 12: Antiquum illam ciconiam infiximus, ut tanquam suppositio vasi ad perpendiculum normata insisteret.

Nos, nostrum, vel nostri, Plurale est ab Ego, mei, vel mis. [אנחנו *anachnú* ἐγὼ. Gall. *Nous.* Ital. *Noi.* Ger. Wir Hisp. *Nos otros.* Pol. *My* Vng. *Wy* Ang. *We.*] ¶ Nos inter nos. Cic. ad Pompeium hos: Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia pacem mihi dabunt, inexerunt, Reip. nos inter nos constituturae, conjunctiores fore. Terent. in Adelph. Quali non norimus nos inter nos. ¶ Ipsemet, pro Nosmetipsi. Plaut. in Rud. Si non moneas, nosmet meminimus. ¶ Nosmet ipsi. Cic. 4. de Finib. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. ¶ Nosmetipsi inter nos. Cic. ad Att. lib. 14: Sed ut nosmetipsi inter nos confidentiores simus, quam adhuc fuimus.

Nōstĕr, a, um, pronomen possessivum. [שלנו שלנו Gall. *Nostre.* Ital. *Nostro.* Ger. Unser Hisp. *Nuestro.* Pol. *Nasz.* Vng. *Mienk.* Ang. *Our.*] ¶ Noster, pro Noluerè, Pro noster filius iam non peret. in Phorm. Noster quid ageret, nescire: & illā ducere captam, & metuebat absentē patrem. ¶ Noster, pro Nostras. Terent. in Eunuch. Haud similis virgo est virginū nostrarū. Donatus Nostrarum, civium scilicet. Ita est, tempestas pacis nostræ erat. Virg. 2. Georg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.

Nōstrīpte culpa, Terent. in Phorm. Nostripte culpa farimus.

Nōstras, nomin. atis, omnis generis à Noster, significans, è nostra gente, vel patria. [ἀμφὶ τὸ ἐκ. Gall. *De nostre pays.* Ital. *De nostra parentela.* German. Unsers landes Hispan. *De nuestra tierra ò mando.* Polon. *Naszymcz.* Vngar. *Mienkvalo valo* Ang. *Of our tongue or dwell.*] Cic. Philip. 9: Multos cepit favetis, maximè nostratibus. Plin. lib. 15. cap. 11: Quæ cardiora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi.

Nōsco, is, novi, notum, act. t. quod & Gnosco olim dicebatur, unde agnosco, cognosco, Notum, & cognitum habeo, notiam alicujus habeo. [ידע *yadhāh* הכיר *hichchír* γνώσκω Gall. *Cognoistre, scauoir* Ital. *Conoscere.* Germ. Kennen. Hisp. *Conocer.* Pol. *Znam.* Vng. *Esmerni.* Ang. *To know.*] Cic. 1. Tusc. Et omnium hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut se quisq; noscat. Quum igitur, Nosce te, dicit hoc dicit, Nosce animum tuum. Terent. in Andr. -Nam antea Qui scire posses, aut ingenū noscere, Dum ætas, metus, magistri prohibebant? ¶ Noscere, aliquando vim suam auget, & plane cognitum, testatum, compertum, exploratum habere significat, clarum habere. Virg. lib. 4. Georg. Et patriam solæ, & certos novēre penates. ¶ Habet & alia compositum, ut Dignosco, Internosco, Pernosco, quæ vide suis in locis. Fit autem Nosco à Græco: nam Græci γινώσκειν, dicunt cognoscere: γνωστὸν, cognitum, γνῶσιν, notitiam. Hinc Latini veteres non nosco: sed Gnosco dicebant. & Gnotum, cognitum, & Gnoro pro scio.

Nōtŭs, a, um, Cognitus, perspectus, exploratus. [ידוע *yadhūāh* נודע *nodhāh*, γνωστὸς, γνώμιμος. Gall. *Connu.* Ital. *Conosciuto.* German. Bekañt. Hispan. *Conosido.* Pol. *Znaiomy.* Vngar. *Esmeretes.* Ang. *Knawen.*] Plin. lib. 16. cap 18: Alpina & hæc arbor, nec vulgo nota. ¶ Notus, qui novit. Plaut. Pseud. Ita herus meus est imperiosus. B. novi: notis prædicas.

Nōtŭs, notiŏr, notissimus, Nomen ex participio. Cic. pro Muræn. Tua verò nobilitas Servi Sulpiti, tametsi summa est, tamē hominibus literatis & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior. Idem 4. Acad. Cui erant, quæ paulo ante dixi, notissima. ¶ Notus, amicus, & charus. Virg. lib. 7: & notis compellat vocibus ultrò. Idem 1. Aeglog. -hic inter flumina nota: id est, charas: ut inquit Servius.

Nōtĭo, nis, f.t. Cognitio, demonstratio, manifestatio. [דעה *deāh* דעת *daāth* הכרה *hachkharāh* ἐπίγνωσις Gall. *Cognoissance, intelligence.* Ital. *Cognitione, dimostratione.* German. Ein erkañtnuß Hispan. *Obra de conocer, cono'cimiento, demostracion.* Polon. *Znaiomość.* Vngar. *Esmeret.* Ang. *Knawledg, vnderstanding, or kindnesse.*] Cic. lib. 3. Offic. Expl ca atque excute intelligentiam tuam, ut videas quæ sit in ea species, forma, & notio boni viri. Propriè autem Boëthius commen. 3. Topic. Notio, intellectus est quidam, & simplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat à se invicem differentes. Plin. lib. 17. cap. 28: Cujus rei rationem notionemque eadem volumine tradidit. Cic. 1. de Leg. Dei notionem nullum animal est quod habeat, præter hominem. ¶ Notio pro cognitione causæ. Tacit. lib. 3: Tiberius dilata notione de jure flaminis.

Nōtĭtĭă, æ. f. p. Cognitio, à Notus, quæ & Notio dicitur. [דעה *deāh* דעת *daāth* הכרה *hachkharāh* γνῶσις. Gall. *Cognoissance.* Ital. *Notitia.* German. Ein erkañtnuß wissenheit. Belg. Kennisse. Hispan. *Conocimiento.* Pol. Wiadomość Vng. *Esmeret.* Ang. *A knawing or knawledg.*] Terent. in Heaut. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Cic. de Sen. Quot enim, quæ præcepta, quanta notitia æquitatis. Quintil. lib. 4. cap. 2: Protinùs, ut dixerat, notitiæ rerum instituendus videtur.

Nōtĭtĭēs, ei, Idem quod Notitia. Vitruv. lib. 6. in Proœm. Ideo notitiei parum est assecuta.

Nōtĕo, tes, tui, n. f. à quo Noteſco, notus fio. [נודע *nodhāh*. γνωσθῆναι Gall. *Venir en bruit & cognoissance, estre notoire.* Ital. *Essere fatto noto.* Ger. Bekañt werden Belg. Bekent worden. Hispan. *Ser notorio y conocido* Pol. *Znanym sie stać.* Vng. *Megesmerkődő esmeretes lenni* Ang. *To be knowen.*] Iul. Ad lib. 1: Quod quia fieri non potuit, ut ita usmodi per seipsam ratio divina notesceret, nec est passus hominem diutiùs errare. Propertius: Nec minus hæc nostri notesset fama sepulchri.

Notĭfĭco, as, act. p. Notum facio [נודיע *hodhīāh*. γνωρίζω. Gall. *Donner a cognoistre, faire notoire.* Ital. *Far noto.* Ger. Kund thun zu wissen thun. Belgis Bekant machen. Hisp. *Hazer notorio y conocido.* Pol. *Oznamuie.* Vngar. *Esmeretes adom.* Ang. *To make knawen.*] Ovid. libro 1. de Ponto, Eleg. 2: Atque meo sum pœnæ notificare veli. Gel. lib. 9. cap. 3: ut hippiatrorum, vimque toti Græciæ cavendam, metuendamque, inclytæ illæ Demosthenis orationes, eo cognitionesque nequeunt fieri.

Nōtĭto, as, pen. cor. Frequentativum à Noſco. [ידע *yadhāh* הכיר *hichchír* ἐπιγνώσκω Gall. *Cognoistre ou recognoistre.* Ital. *Conoscere ò riconoscere* German. Erkennen Hispan. *Conocer, ò reconocer.* Polon. *Poznawam* Vng. *Megismerem* Ang. *To know.*] Plaut. in Cist. Nunc vestigia, si qua sint notitabo. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Circumspectare omnibus fori partibus Senatorem, itaque usquam non orare.

Notĭtĭōsŭs, a, um [ידע *yadhāh* מכיר *machkhír* ἐπιγνωστικὸς, ἐπιγνώμων Gall. *Recognoissant.* Ital. *Recognoscente.* German. Alß ein kennender, verstandiger Hisp. *Que sabe lo conocido* Pol. *Poznawanie* Vng. *Megismerő* Ang. *Knawing.*] Gel. lib. 13. cap. 14: vel omne. Deinde sentum usque placet etiam quin tabundas ad hominem accedit. Hoc est, tanquam notitiosus, sive cognoscens.

Notĭtĭum, adhuc manifestatur [ידוע *yadhūāh* נודע *nodhāh* γνωστὸν Gall. *Notoire* Ital. *Notorio, manifesto.* Ger. Kundet ist bekañt dat offenbar tag ist. Hisp. *Notorio, manifesto conocido manifesto* Pol. *Wiadomy znamienity* Vng. *Nilvanualo.* Ang. *Manifeste.*] Ut, Notoria indicia. Paulus in l. Ab accusatione. ff. ad Senatusconsul. Turp. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere jubentur, & C. de accusat. ea lege. Verum falsis nécne notoriis insimulatus sit, perpenso judicio dispici debet. Dicuntur autem Notoria denuntiationes criminum, elogia quibus crimina ad magistratus deferuntur. Hotoman.

Nosŏcŏmĭŏn, pen. prod. Hospitium ægrotantium pauperū, locus in quo recipiuntur & alu[illegible] pauperes ægroti [illegible] μεῖον. Gal. *Hospital.* Ital. *Hospitale, spedale* Ger. Ein Siechhauß, oder Elendenherberg, Spital. Hisp. *Casa de hospital para enfermos* Polon. *Szpital.* Vngar. *Ispotaly.* Ang. *An hospital.*] Hieron. ad Ocean. Census quē habere poterat dissipavit, dilapidavit, ac vendidit, & in pecuniam congregatum, pauperum præparavit. Et primò omnium nosocomium fecit, languentium villam instituit, in quo ægrotantes colligeret de

plateis,

plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra refoveret. Vtitur Iustinian. l. illud. 16. & l. sancimus 18. C. de sacros. eccles.

Nostĕr, Vide NOS.

Nŏtă, f. p. à nosco, is, deducitur, Cujuscunq; rei signũ. [אות *oth* כתם *chétem* בקדה *nekaddáh*. σημεῖον, σωΐημμα, σύμβολον, στιγμή. Gal. *Note, marque.* Ital. *Nota, segno.* Ger. Ein zeichen. Belg. Een teecken. Hisp. *Sennal.* Pol. *Znak.* Vng. *Iegy.* Ang. *A not or mark, a token.*] Festus: Nota nũc significat signum: ut in pecoribus, tabulis, libris, literæ singulæ aut binæ. Nunc ignominiam. Plin. lib. 11. cap. 36: Mammas homo solus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantúm. Cicer. in Part. Literatura constat ex literarum notis. ¶ Vsurpatur & pro scriptura. Curius Ciceroni: Quare Cicero mi perseverа constanter nos conservare, & Sulpitii successori nos de meliore nota commenda. ¶ Sunt etiam Notæ, quibus compendiò scribitur. Sueton. de Cæsare: Extant ad Ciceronem, item ad familiares, domesticis de rebus, in quibus siqua occultiùs perferenda erãt, per notas scripsit. Hoc est, sic structo literarũ ordine, ut nullum verbum effici posset: quę siquis investigare & persequi vellet, quartam elementorum literam: id est, d, pro a, & perinde reliquas commutet. Gellius de notis Cæsaris sic scribit: In Epistolis Cæsaris inveniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum, ex quibus verba confici nulla possunt. ¶ Notis scribere, est compendioso scribendi genere excipiendo uti. Modestinus: Eos qui notis scribunt acta præsidum, Reipub. causa non abesse certum est. Suet. de Tito: E`pluribus comperi, notis quoq; excipere velocissimè solitum. Hujusmodi exceptores sunt hodie in Curia parlamenti miranda solertia, omnia propemodum dicta, advocatorum quoq;, nedum judicum excipientes. Quales olim etiam in judiciis fuisse Romanis, multis testimoniis constat. ¶ Nota pro infamia, & ignominia. Lucil. lib. 30: Quę scis scire tuas omnes maculas notasq;. Suet. Variis affectus notis. Cic. 3. Offic. O` turpem notam temporum. ¶ Eximere notę: id est, remittere infamiam, Gell. lib. 4. cap. ult. ¶ Aliquãdo nota refertur ad laudem. Ovid. lib. 1. Fast. Ille Numantina traxit ab urbe notam. ¶ Est item nota signum, quo aliquid notatur. Cic. Qu. Valerio: Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit, & simul significem de numero esse Cuspii amicorum. Liv. Edit nomina eorum quibus conventis opus esset: instruit etiam secretis notis, per quæ haud dubiè cognoscerẽt sua mandata esse: id est, dat signa quibus fidem faceret. ¶ Notę etiam accipiuntur pro indiciis. Cels. lib. 2. cap. 6: Nec tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas esse & salutis & mortis. Idem in longis quoque morbis tales notas non habentibus, scire licet increscere, si somnus incertus est.

Nŏtabĭlĭs, le, om. t. Qui notari: hoc est, considerari debet & nosci. [יודע *iadhúah* נודע *nodhádh* גלוי *ghalúi*. γνωρίς. Gall. *Notable.* Ital. *Notabile.* Ger. Mercklich/ bekantlich/ scheinbarlich. Hispan. *Notable, cosa que puede è deue ser conoscida.* Pol. *Znakomi.* Vngar. *Med iedzendõ.* Ang. *Worthie to be noted and marked.*] Colum. lib. 3. cap. 21: Quja major pars putationis per id tempus administratur, quo vitis neq; folium notabile gerit, *&c.* id est, per quod nosci possit, Notabilis, insignis, apertus. Plin. lib. 36. cap. 5: Notabilis fœditas vultus Hipponacti. Quo in loco notabilis accipitur in deteriorẽ partem. In meliorẽ accipitur apud Ciceronem ad Luccium, lib. 3. Epist. Si exitu notabili concludantur.

Nŏtābĭlĭtĕr, adverbium. [γνωρίμως. Gall. *Notablement, euidemment.* Ital. *Notabilmente.* Germ. Mercklichen. Hisp. *Notablemente.* Polon. *Znaiomie.* Vng. *Nyluan, meg iegiezhetõ keppen.* Ang. *Notablie, euidentlie.*] Plin. Epist. 5: Expalluit notabiliter, quanvis palleat semper. Id est, ita ut perciperetur. Tacitus lib. 17: Quibusdam ut tumultu, notabilius turbantibus.

Nŏtārĭŭs, rii, m. s. Scriba publicus, servus publicus, qui acta in judicio, vel extra judicium notis, vel literis excipit. [χαμμογράφος, σημειογράφος. Gall. *Notaire, escrinain sous vn autre.* Ital. *Notaro, notaio.* Ger. Ein Auffzeichner/ Schreiber/ Notary. Belg. Een obteckenaer/ schryver. Hisp. *Notario, que escriua lo que otro dize.* Polon. *Pissarz.* Vngar. *Notarius.* Ang. *A scriuener or notarie.*] Plin. in Ep. Notarium voco, & die admisso: quę formaveram, dicto Martial. lib. 10: Nec calculator, nec notarius vel ex Majore quisquam circulo coronetur.

Nŏto, as, Frequentativum à nosco. In quo est animadvertendũ, quum à notus sit deductum, corripi tamen penultimã. Composita enim à notus mutant o, in i, corr. ut Agnitus, cognitus, quum ignotus servaverit o. Est autem notare, animadvertere. [רשם *raschám* סמן *samán*. σημαίνειν, σημειοῦν. Gal. *Noter, signer, marquer.* Ital. *Notare.* Ger. Warnemmen/ mercken. Hisp. *Notar sennalando, senualar.* Pol. *Baczę, Znaczę.* Vng. *Meg iedzem, eszembe vezem.* Ang. *To not, to obserue, to marke and consider.*] Lactant lib. 2: Cursus syderũ & defectus notaverunt. Ovid. 2. Metam. Quà tenuit lævum venientem prima notavit Mercurium. ¶ Notari ignominiã est ignominiæ nota affici à Censore, vel Imperatore, ob turpitudinem, vel scelus aliquod commissum. Vnde Senatores ob flagitium aliquod Senatũ moti, ignominia notati dicebantur: quemadmodũ & Equites, quibus equus adimebatur: & milites, qui alicujus flagitii causa exautorabãtur. Cicero Cecin. Deinde ut eam in civitatem boni viri, & boni cives nulla ignominia notati nõ revertantur: in quam tot scelerum condemnati reverterunt. ¶ Potest etiam à nota deduci, ut sit Notare: signum, notámve apponere. Iuvenal. Sed quæ Fabricius Censor notet. ¶ Notare etiã ab alio dictata scribere. Hinc factum est, ut qui dictata notis excipit, Notarius appelletur. σημειογράφος. ¶ Notarunt hoc annales, pro Scriptum est in annalibus. Plin. lib. 8. cap. 15. ¶ Item ignominia afficere, ἀτιμάσαι. Cic. de Senect. Sed notandam putavi libidinem nimiam. ¶ Cõposita hujus verbi sunt, Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto: de quibus suis locis.

Nŏtātŭs, a, um, participium, Scriptus, item celebris: [σημειωθείς. Gall. *Noté.* Ital. *Notato.* Ger. Verleumbdet. Hisp. *Notado.* Pol. *Poznaczoni.* Vng. *Meg iedzetet, hires.* Ang. *Noted, marked.*] vel nomen ex participio. Cicer. 3. Tusc. Verbis Latinis melius quàm Græcis hæc notata sunt. Idem pro Domo sua: Notatissimus omnium scelerum, libidinumque maculis.

Nŏtātĭo, notationis, verbale, f. t. Animadversio, quæ & Nota dicitur. [σημείωσις. Gall. *Note, notation, remarquement.* Ital. *Auertimento.* Ger. Warnemmung/ gemerck. Hisp. *Nota ò notacion.* Pol. *Poznaczenie.* Vng. *Meg iedzes.* Ang. *Marking, noting, or obseruing of any thing.*] Cic. 2. de Divinat. Cœli enim distributio, quam antè dixi, & cæterarum rerum notatio, docet unde fulmen venerit, quò concesserit. Ibidem: Chaldæis in prædictione & in notatione cujusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum. Temporum notatio, Idem de Clar. Orat.

Nŏtēsco, Vide NOTIO, in verbo Nosco.

Nŏthă, pen. prod. νόθη, τῆ, Græci vocant portionem illam bonorum, quę ex testamento patris nothis poterat obvenire. Crudele enim judicabant, quibus vitam dedissent, nihil ad vitæ alimenta relinquere: neq; rursus æquum videbatur, nothũ filio legitimo adæquari. Ea itaq; moderatio adhibita est, ut liceret parẽti à lege statutam portiunculam nothis relinquere: quæ Nothia ab illis vocabantur.

Nothrotes, νοθρότης, Latinè torpida segnitis dicitur, νοθρὸς languidis.

Nŏthŭs, m. s. apud Græcos is dicitur, teste Quintil. lib. 3. qui ex uxore nõ legitima natus est. [ממזר *mamzér*. νόθος. Gall. *Bastard.* Ital. *Bastardo.* Ger. Ein Banckart/ ein lediger oder vnehlicher. Hisp. *Bastardo, ò no legitimo.* Pol. *Bekart.* Vng. *Fattyu.* An. *A bastard.*] Latinum ejus rei nomẽ (ut Cato quadã oratione testatur) non habemus: ideoq; utimur peregrino. Virg. lib. 7: Supposita dare matre nothos furata creavit. ¶ Nothum Græci appellant quicquid nõ legitimũ, verum, nec germanũ est, ut Nothum Atticissimum dicunt, nõ verum schema Atticum, sed adulterinũ, spuriumq; ¶ Nothi pulli. Col. lib. 8. cap. 10: Omnium autẽ horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. ¶ Nothos etiam appellant Arabicos elephantes, Indicis minores: teste Plin. lib. 8. cap. 1.

Nŏtĭă, æ, νοτία, Gemma est cum imbribus cadens, unde & Ombria alio nomine dicitur, eandem vim habens quam Brontia. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Nŏtĭæŏs: id est, Dorsago, medulla dorsi. Reliqua quæ in vertebris continentur, Spondilionis occupant nomen, ut inquit Iulius Pollux.

Notion, Sempervivum, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 91.

Notifico, Notio, Notitia, Notities, Vide NOSCO.

Nŏvācŭlă, læ, f. p. Culter rasorius, culter tonsorius. [תער *tdbar* ξύστρα. Gall. *Vn rasoir.* Ital. *Rasore, rasoio.* Ger. Ein schärmesser. Hisp. *La nauaja para raer pelos.* Pol. *Brzitwa.* Vng. *Beretua.* Ang. *A rasor.*] A` Novo, as, quòd faciem novare: id est, novam quodammodo & recentiorem facere videatur. Cic. 1. de Divin. Ita cotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, novacula esse discissam. Aliquando etiam accipitur pro quovis cultro. Colum. lib. ult. cap. 45: Raporum quàm rotundissima sumito, eaque, si sint lutosa, detergito, & summam cutem novacula decerpito.

Nŏvālĭs, hujus novalis, f. t. & Novale genere neutro secundũ Servium, diversis modis exponi solet. [גיר *nir*. νειός, νέμμα, νεοτός. Gall. *Terre qu' on seme de deux ans l' vn, varet ou gueret.* Ital. *Terra no seminata gia due anni.* Germ Ein Brachfeld/ oder ein neuwer Auffbruch eines Felds oder Ackers. Hisp. *La sementera echa en Barbecho.* Pol. *Nowinna wykopana, odl'og.* Vng. *Vgar, zanto fõld.* Ang. *A fallow fied that is to be sowen the nixt yeare.*] Paulus Iureconsult. dicit esse terrã proscissam, quæ anno cessat. Sic Varro: Quæ intermittitur, à novando Novalis ager dicitur. Sic Plin. Novale est (*inquit*) quod alternis annis seritur. Idem sentire videtur Festus: Novalis, *inquit*, ager novę relictus semẽti. Servius Novalẽ esse arvũ credit tunc primùm ad sementẽ proscissum. Alibi tamen novalẽ interpretatur terrã, quę per singulos annos semi-

ne renovatur. Virg 1. Aeglog. Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Deplorabat enim agrũ, in quo instruendo magnopere laborasset. Quintil. in Milite Mariano: Mox ingentibus lacertis humum fodere, segnem futuris novalibus eruere sylvam. Sed Virgilius in sensum priorem accipit: Alternis, *inquit*, idem tonsas cessare novales, Et segnem patiêre situ durescere campum.

Nŏvem, Notum numeri nomen. [תשע *teschâh* εννέα. Gall. *Neuf.* Ital. *Noue.* Ger. Neun. Belg. Negen. Hispan. *Nueue.* Pol. Dziewiec. Vngar. *Kilencz.* Ang. *Nyne.*] Virgil. 5. Aeneid. Iamq; dies epulata novem gens omnis, & aris Factus honos. Cicer. Quint. Fr. In novem & dies & liberos distributus sermo.

Nŏvēnārĭus, rii: [תשעי *teschshí.* εννέας. Gall. *Neufieſme, neufiain.* Ital. *Nono mero di noue.* Germ. Das neunteſt/oder das neun inn ſich begreifft Hispan. *Cosa de nueue.* Polon. Dziewiecz wſobie zamik kaiacz. Vng. *Kilenczedik.* Angl. *The ninth, of nine.*] & Novenarius, a, um, Varro: Quo pacto erunt in mulis & pastoribus novenæ partes, ubi nec admissuræ, nec fœturæ observantur? Sed dum in hominibus possit novenarium retinere numerum. Plin. lib. 17. cap. 11: Sulco qui novenarius dicitur.

Nonārĭus, a, um, Persius Sat. 1: Si Cynico barbam petulans nonaria vellat Nonariam meretricem hîc dicit: quia apud veteres à nona hora: hoc est, tertia pomeridiana prostabant, ne mane omissa exercitatione illò irent adolescentes.

Nŏvēnus a, um [תשעי *teschshí.* εννάτος. Vng. *Kilencz.* Ang. *Nyne.*] Mart. lib. 10: Annos adde ter precor novenos. Plin. lib. 3 cap. 5: Novenorum mensium concepta dierum. Liv. 7. bell. Punic. Decrevere item Pontifices, ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmẽ canerẽt. Terga novena boum, Ovid. 12. Metam.

Nŏvēndĭum, Novem dierum spatium: [εννέα ἡμέραι. Gall. *Eſpace de neuf iours.* Ital. *Spatio di noue giorni.* Ger. Neun tag lang. Hiſ. *Espacio de nueue dias.* Pol. Dziewiecz dni dl'ugi. Vng. *Kilencz nap.* Ang. *The ſpace of nyne dayes.*] à quo Novendiale sacrificium dicebatur, quod novem diebus cõtinuis fieri solet ad expiationem prodigiorum. Livius lib. 1. ab Vrb. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale sacrum publicè susceptum est, seu voce cœlitus ex Albano monte missa, (nam id quoque traditur) seu aruspicum monitu. Mansit certè solenne, ut quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem dies agerentur.

Nŏvūncĭum, πεντωγία, Dodrans: hoc est, pondus vel mensura novem unciarum.

Nōnāgenārĭus, a, um, tantùm pluraliter. [תשעים *tiſchhim.* ἐνενηκοντάς.] Numerus est distributivus à Nonaginta.

Nōnāgiēs: [ἐνενηκοντάκις. Gall. *Nonante fois* Ital. *Nonanta volte.* German. Neunzig mal Hiſp. *Nonanta veces.* Polon. Dziewiecziaſie. Vngar. *Kilenczezer.* Ang. *Nynethe tymes.*] à Nonaginta numerale adverbium.

Nonĭngentī: [ἐννεακόσιοι. Gall. *Neuf cens* Ital. *Nouecento.* Germ. Neunhundert. Hiſpan. *Nouecientos.* Pol. Dziewiecſet. Vngar. *Kilenczaszor.* Ang. *Nyne hundred*] vel per syncopen Nongẽti, æ, a, idem quod nonies cẽtum. Pro eodem etiam dicimus Nõningen., & per syncopen Nongeni.

Nonariæ, dictæ sunt meretrices, quòd hora nona cellas aperirent, corporis prostituendi gratia. Pers. Satyr. 1: Si Cynico barbam petulans nonaria vellat.

Nŏvercă, æ, f. p. Dicitur quam pater meus post meæ matris obitum, novam uxorem ducit, & dicitur respectu privigni: [μητρυιά Gal *Marastre.* Ital. *Matrigna.* Germ. Ein Stieffmutter. Belg. Een Stiefmoder. Hiſp. *Madrastra* Pol. *Macocha.* Vng. *Mostoha anya* Ang. *A ſtepmother, a mother in law*] dicta quasi nova genitrix, nova princeps. Virg. in Bac. Et mihi nunq; domi pateret, inputa noverca. Cic. in Orat. Ab hac indole jam illa matertera, non noverca fuit hæc pellex.

Nŏvercālis, & hoc novercale, omn. [μητρυιᾶς, μητρυικός. Gall. *De marastre* Ital. *Di matrigna.* Ger. Stieffmutterlich. Hiſp. *De madrastra* Pol. *Macoszy* Vn. *Mostohai.* Ang. *Of a ſtepmother.*] Quæ non vera, sed propriũ est: ut, Oda novercale, quo noverca privignum, ad quit Tacit lib. 1: Manus novercales, Sen. Herc. fur. Stimuli novercales, Claudianus lib. 2. de Rapt Proserp.

Nŏvercāri, Est novercarum more agere: hoc est, malignè & iniuste [μητρυιᾶν.]

Novissimus, Novitas, Novitius, Vide NOVVS.

Novo, novas, Vide NOVVS.

Nŏvus, a, um, Propriè dicitur recẽs, & quod nuper factũ est, vel [חדש *chadhâſch.* νεός, καινός. Gall. *Nouueau, neuf.* Ital. Nuouo. Germ. Neüw. Belg. Nieu. Hiſp *Nueuo.* Pol. Nowi. Vng. Vy. Ang. *Newe, freſh.*] Ovid. 1. Metam. In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora. Terent. in Adelph. Novus maritus abiit modo & sexagesimo Fiam, atq; anum decrepitã cupiam videre: & nova nupta eadem hæc dicet. ¶ Accipitur quandoq; pro magno & mirando, incredibili & inopinato. Virgil. 3. Aeglog. Pollio & ipse facit nova carmina. Idem: Quis furor iste novus? Novi homines dicuntur, quorum nulli majores clari fuêre, sed ipsi per seipsos clari esse incepiunt, & magistratus in civitate assequi. Cicer. T. Fabio lib. 5. Epistol. Adeptus es, quod non multi homines nobilissimi. Novi: amisisti quæ plurimi homines nobilissimi.

Nŏvĕ, & Noviter, adverbia. [νεαρῶς, νεαρός, νέως. Gall. *Nouuellement.* Ita. *Contra l'vso, & il costume.* Ger. Neüwlich. Hiſ. *Nouamente.* Pol. *Nowo.* Vn. *Vyon.* An. *Newlie, lately.*] Autor ad Herenn. lib. 1: Nequid ambiguè, nequid novè dicamus. Plin. in Paneg. Vidimus delatorũ judicium, quasi grassatorũ, quasi latronũ: nõ solitudinem illi noviter, sed templum, sed forum insederant.

Nŏvissĭmŭs, superlativum, Ultimus, postremus: quia quæ recenter fiunt, ultimum locum habẽt. [אחרון *acharón.* ἔσχατος. Gall. *Le dernier.* Ital. *Vltimo.* Ger. Das allerletſt. Hiſp. in. *Vltimo.* Pol. *Oſtatni.* Vn. *Vtolſo.* Ang. *The laſt of all.*] Cic. lib. 1. de Orat. Quæ duo sunt ad judicandum novissima. Idem pro Roscio Comœdo: Itaq; perbrevi tempore, qui ne in novissimis quidẽ erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos.

Nŏvissĭmē, adverbium, Postremò. [ἐσχάτως, ἐσχατῶς. Gall. *Finalement, dernierement.* Ital. *Finalmente, vltimamente.* German. Zum allerletſten. Hiſpan. *Vltimamente.* Polon. *Oſtatnio.* Vng. *Vtolszor.* Ang. *Laſt of all, finallie.*] Ad postremum dixit Plancus epistola ad Cicer. Familiar. 10: Denique quòd ad omnes casus cõjunctiores Reipublicæ esse volebam: ut novissimè ab omni omnium solicitatione aversus, eos tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerant.

Nŏvĭtās, atis, opponitur Venustati & antiquitati. [νέωτης. Gall. *Nouueauté, nouuelleté.* Ital *Nouità.* Germ Die neüwe. Belg Nieuwicheyt Hiſp *Nouedad ò innouacion* Pol. *Nowoszcz.* Vngar *Vyſag.* Ang *Newneſſe freſhneſſe.*] Cic. de Amic. Novitates autẽ in sermonem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ: vetustas tamen suo loco conservanda est. Virgil. 1. Aen. Res dura, & regni novitas me talia cogunt Moliri. Ovid. 4. Metam. -dulciq; animos novitate tenebo. Cicer. 2. de Divin. Eumq; errorem, quem tibi rei novitas attulerit, naturæ ratione depellito. ¶ Novitas pro generis ignobilitate, quemadmodum homines novi dicuntur ignobiles. Salust. in Iug. Novitatem meam contemnunt, ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra oblectantur. Cic. ad Lentulum: Novitati esse invisum meæ.

Nŏvĭtĭŭs, a, um, Quod est novum: [חדש *chadhâſch.* νεαρός. Gall. *Nouice, tout nouueau.* Ital. *Nouizzo, nouo.* Ger. Das neüw iſt/neüwling. Hiſpan *Nueuo.* Polon. *Nowi, nowak.* Vng Vy. Ang. *New or newiſh.*] ut Novitium opus, quod est nuperime factu. Novitia mancipia, teste Martiano. ff. de Aedil. edic. intelliguntur, quæ nondum annum servierunt: quibus opponuntur Veterana. Vlp eodem titulo: Pleriq; solent mancipia, quæ novitiæ non sunt, quasi novitia distrahere, ad hoc ut pluris vendãt. Præsumptum est enim ea mancipia quæ tadia tironis emptoris essent, & ad ministeria aptiora, docilia, & habilia. Tuta verò & veterana mancipia ei licere est reformare. Plin. lib. 13. cap. 1: Novitium vinum refinatum nulli conducit. Terent. in Evnuch. Abducit secũ ancillas, paucæ, quæ circum illã essent, manent Novitiæ puellæ. Cic pro Domo: Syrum nescio quem, de grege novitiorum factum esse Consulem. Novitium invẽtum. Plin. lib. 17. cap. 21: Inventu novitio funditur malleolus. Idem lib. 23. cap. 1: Vinum jejunos bibere novitio invento inutilissimum est.

Nŏvo, as, act. p. Novum facio, innovo, invenio. [חדש *chiddêſch.* νεόω. Gall. *Innouer, faire quelq; choſe de nouueau.* Ital. *Rinouellare* Germ. Erneuweren/etwas neuws machen Belg. Nieu maeken. Hiſp. *Renouar ò innouar.* Pol *Odnawiam.* Vng. *Megvyitom.* Ang. *To make newe.*] Salust. in Catil. Consul optimum factu ratus, noctem quæ instabat antè capere, nequid eo spatio novaretur. Cicero ad Caton. Famil. 15: Qui novari aliquid volebant. Cicero 3 de Legib. Nihil habui tanè, non modò multum, quod putarem novandum in legibus. Novare item est verbum Iurisconsultis usitatum, pro debitum in aliam obligationem transferre. Vnde Novatio, de qua paulò pòst. ¶ Hujus composita sunt, Innovo, καινοτομέω, νεωτερίζω: & Renovo, ἀνακαινίζω: de quibus vide suis locis.

Nŏvāns, particip. [מחדש *mechaddâſch.*] Virgil. 4. Aen. Aeneam fundantem arces, ac tecta novantem Conspicit.

Nŏvāndŭs, a, um, Ovid 8. Metam. -etiam mihi sæpè novandi Corporis, ô juvenes, numero finita potestas

Nŏvātŭs, a, um [מחדש *mechaddâſch.* νεωστί. Gall. *Innouè, renouuellé* Ital. *Renouellato.* Ger Erneuweret/neüw gemacht Hiſp. *Renouado.* Pol. *Odnowioni.* Vng Meg vyitas. Ang. *Made newe.*] Ovid. 2. de Remedio: Admonitu recreatur amor, vulnusq; novatum Scinditur: infirmis culpa pusilla nocet.

Nŏvātŏr, Novatrix. Ovid 15. Metam. -rerumque novatrix Ex aliis alias reddit natura figuras

Nŏvātĭo, onis, f. t. [ἀνανέωσις. Gall *Innouation, renouuellement.* Ital *Rinouamento.* German. Ein neüwerung. Hiſp. *Renouamiento.* Polon. *Odnowienie.* Vngar. *Megvyitas.* Angl. *A making new, or renewing.*]

or renewing.] Dictio eſt Iuriſconſultis uſitata, qua illi utuntur pro prioris debiti in aliam obligationem aut naturalẽ, aut civilem trãsfuſione: quod tripliciter fit: primùm cùm unius perſonæ obligatio in alterius perſonę obligationem novatur: secundò, cùm alterius generis obligatio, in verborum obligationem novatur: tertiò, cùm verborum obligatio in alteram formam commutatur. Hotomanus.

Nŏvĕllŭs, a, um, diminutivum. [חדש *chaddáſch.* νεόφυτος. Gall. *Nouuelet, nouueau plãté.* Ital. *Nouello.* Ger. Ein neüw ſchoſſ, dz neüwtecht iſt. Hiſp. *Nouello.* Pol. *Nowiuchni.* Vng. Vyeszö. Ang. *New, fresh.*] Virg. 3 Aeglog. Atq; mala vitis incidere falce novellas. Cic. 5. de Finib. Itaq; & vivere vitem, & mori dicimus, arboremq; & novellam, & vetulam, & vigere, & ſenescere. Ovid. 4. de Pont. eleg. 12: tu duxq;, comesq; fuiſti, Quũ regerem tenera fræna novella manu.

Nŏvĕllo, as, are, act. p. Novum agrum colere, ſeu novas vites pangere. [νεόω, νεάζω. Gall. *Planter de nouueau.* Ital. *Piantare di nuouo.* Ger. Ein neüwen auffbruch/oder ein Neüwſetz machen. Hiſp. *Poner vides en majuelo.* Pol. *Nowoſczepie.* Vng. *Vyonnan plantalni.* Ang. *To make new.*] Sueton. in Domitiano: Edixit nequis in Italia novellaret. ¶ Hujus compoſitum eſt Renovello: de quo vide ſuo loco.

Novellĕtum, n. ſ. Vinea ex novellis vitibus conſita. [τὸ νεόφυτον. Gall. *Vn lieu complanté de ieuſne ou nouuelle vigne* Ital. *Vigna nouamente piantata.* Ger. Ein neüwſatz mit raben. Hiſp. *Viñas nuevamente plantadas.* Pol. *Nowimi pniami oſſadzone.* Vng. *Plantalt zölö.* Ang. *A place planted with new wynes.*] Paulus Iuriſconſult. in l. Veluti. ff. de impenſ. in res dotal. fact. Veluti ſi novellĕtum in fundo factum ſit.

Nŏvellŭs. Vide NOVVS.

Nox, nŏctis, f. t. à noceo, quòd oculis noceat: vel à Græco νύξ. Hinc enim & Nyctelius dictus Bacchus, quòd ejus ſacra nocte celebrarentur. [לילה. Gall. *Nuict.* Ital. *Notte.* Ger. Die Nacht. Hiſp. *Noche.* Pol. *Noc.* Vng. Ey. Ang. *Night.*] ¶ Eſt autem Nox, terræ umbra, vel (ut Speuſippus ait) umbra diei contraria, & Solis privatio. Cic. 2 de Nat. deorum: Ipſa umbra terræ Soli officiens, noctem efficit. Virg. 2. Georg. Et quantũ longis carpent arma diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Idem 2. Aeneid. & jam nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos. Ovid. 2. Amor. Eleg. 11: Laſciva gaudia noctis ¶ Aequare noctibus diu, eſt, ludere totam noctẽ. Virg. 9 Aeneid. Fœlix, ſi protinus illum Aequaſſet nocti ludum, in lucemq; tuliſſet. ¶ Supremam noctem agere, Virg. 6 Aen. ¶ Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. Hor. Epod. 15: Nõ feret aſſiduas potiori te dare noctes. ¶ Hinc locare noctes. Ovid. 1. Amor. eleg. 10: Sola locat noctes, tola locare noctes. Ovid. 1. Amor. eleg. 10: Sola locat noctes, tola locanda venit. Negare noctem, quũ admittere amatores noctu negant. Ovid. 1. Amor. eleg 8: Sæpè nega noctem, capitis modò finge dolorem, &c. ¶ Poſcere noctem, Rogare noctẽ: amatorum ſunt, Ovid. 1. Amor. eleg. 8. & lib. 2. Amor. eleg. 2. Vigilata cõmunio nox, Tacit. lib. 13. ¶ Nox pro ſomno: ut exturbare noctem. Stat. 10. Theb. Talia vociferãs noctem exturbabat, &c. ¶ Nox æterna, pro morte. Virg. 10. Aen. in æternã clauduntur lumina noctem. ¶ Nox animi: hoc eſt ignorãtia, & cæcitas. Ovid. 6. Metam. Tantaq; nox animi eſt. Nox pro nocte aut noctu Decẽviri in XII. tabulis poſuerunt, ut ex Gellio intelligitur. Lex enim erat hæc: Si nox furtum faxit, &c. ¶ Noctes & dies: id eſt, continuè, ſemper. Plaut. Merc. Objurgare pater ob hæc me noctes & dies. Virg. 6. Aen. Noctes atq; dies patet atri janua Ditis. ¶ Noctis partes ſunt Veſpera, Crepuſculum, Prima fax, Concubium, Nox intempeſta, Ad med ã noctem, Media nox, De media nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Vide Cenſorinũ de Die natali, & ea quæ ſuprà annotavimus in dictione Dies. ¶ Dividunt etiam multes noctem in vigilias quatuor, quæ ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputantur, quoniam ſervant caſtra viciſſim per vigilias. Hinc prima vigilia, Secunda, Tertia, & Quarta. Vnde Lucan. libro 7: Tertia jam vigiles commoverat hora ſecundos. ¶ A nox ſunt Pernox πανύχιος, Noctua, Nocturnus, Noctesco, Pernocto, Noctivagus, Noctiluca, Binoctium, Trinoctiũ, Quadrinoctium, & hujuſmodi.

Nũmĕro, as, avi, atum. Supputo, per numeros recenseo, vel colligo & metior. [סָפַר *saphár.* ἀριθμέω. Gall. *Nombrer, conter.* Ital. *Annouerare.* Ger. Zehlen. Bel. Tellen. Hisp. *Contar por numeros* Pol. *Liczę.* Vng. *Meg szamlalom.* An. *To number, reckon or cast accompte.*] Virg. 3. Aeglog. Bis q; die numerant ambo pecus alter & hœdos. Cicero de Amic. Nec metiamur eam, ut quidam indocti, verborum magnificẽtia, viros q; bonos eos qui habentur numeremus, Paulos, Catones, &c. Idem 4. Ver. Numerare omnes non est necesse. ¶ Numerare pecuniam, pro præsentem pecuniam dare, solvere. Cic. ad Planc. Atticus, qui civitatem cõservatam cuperet, pecuniam numeravit de suo. ¶ Interdum supprimitur accusativus. Plaut. in Asin. Numerari jussit servulo Leonidæ. Cic. pro Quintio: Sed Romæ quotidie, simulatq; sibi hic annuisset numeraturum se dicebat. ¶ Numerare, pro habere & censere. Cic. 3. Verr. Qui collega Timarchidis prope numerabatur: id est, habebatur, & censebatur. ¶ Nullo loco numerare: id est, nihili facere. Cic. 2. de Fin. Idq; Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. ¶ Hujus composita sunt, Annumero, Cõnumero, Dinumero, Enumero, Pernumero, & Renumero: quæ vide suis locis.

Nũmĕrātim, adverbium, significat per numeros κατ' ἀριθμόν.

Nũmĕrātō, a, verbi loco positum. [Gall. *Par compte.* Ital. *Numeratamente.* Ger. Mit zehlen/gezehlt. Hisp. *Contando por numeros* Pol. *Przezliczbe.* Vng. *Meg szamlalua.* Ang. *By reckoning.*] Cic. ad Att. lib. 12. Mihi & res, & conditio placet sedita, ut numeratò malim, quàm æstimatione. Id est, malim numerari mihi, quàm æstimari.

Nũmĕrōsĭssĭmă, Numerosus. Numularius. Vide NVMVS.

Numŭs, numi, m. s. Moneta, numisma. [אַגּוֹרָה *aghorah.* νόμισμα. Gal. *Monnoye.* Ital. *Denaro, moneta.* Ger. Ein Münz/Gelt/pfenning. Bel. Munte/munck/Gelt. Hisp. *Dinero, moneda.* Pol. *Moneta, pieniądze* Vng. *Penz.* Ang. *Money or coine.*] δοὺς τῷ νόμῳ: hoc est, à lege appellationem accepit, omnia commutato: quum enim olim permutatione mercium homines uti solerent, lege usus numi introductus est. Alio etiam nomine dicitur Numisma, quod ab eodem etiam fonte creditur derivatum. Quapropter utrunq; unico m, scribendum videtur. Sunt tamen nonnulli, qui nummum geminato m, scribendum putent, eò quòd videant primam ubiq; produci, quæ in dictione Numisma corripitur: ut apud Martialẽ lib. 1: Cur data sunt equiti bis quinq; numismata? Sed hoc in loco, cæterisq; omnibus, in quibus hujus nominis prima syllaba corripitur, quidem Nomisma legendum contendunt, per quartam vocalem. Vtcunq; scribas, illud certè constat primã in dictione Numus semper produci, quæ cõtrà in nomine Numisma apud probatos autores semper corripitur: quanvis nonnulli inter recentiores, nullo veterum exemplo ausi sint producere. ¶ Numus aũt aliquando generale nomen est, idem significans quod Numisma: & de qualiber pecunia, sive moneta dici potest, sive aurea sit, sive argẽtea, atq; adeò ærea. Plaut. in Pseudolo: Nimis sum miser, numum nusquam reperire argẽti queo. Cic. 2. de Finib. Vnde si secutus esset eorum sententiã, qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne numũ quidẽ attigisset. ¶ Aliquando etiã speciale nomẽ est pecuniæ æreę, quæ alio nomine Sestertius, vel conjunctim Numus sestertius appellabatur: valebatq; æstimatione Gallicæ pecuniæ decem denariolos Turonenses & semissem: hoc est, quartam partem denarii argẽtei. Cic. 4. Verr. Facta est sponsio sestertiis quinq;: coégit Scandilius quinq; illa millia numûm dare ac numerare Apronio. Et rursus inferiùs: Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatẽ atq; audaciam prædationemq; nefariæ societatis, H-S quinq; millia mercedis nomine, ac, præmii dare. Vbi hoc notandum est, Ciceronem Quinq; sestertia, Quinq; millia sestertiûm, & Quinq; millia numûm pro eodẽ dixisse. ¶ Numus adulterinus, nõ legitimus, κίβδηλον νόμισμα. Cic. lib. 3. Offic. Quærit etiam, si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id nescierit, soluturúsne sit eos, sicut debeat, pro bonis.

Nūmŭlŭs, diminutivum, Parvus numus. [κερμάτιον, νομισμάτιον. Gall. *Petite monnoye.* Ital. *Picciola moneta.* Ger. Ein Geltpfenningtin Hisp. *Pequenna moneda.* Pol. *Pieniązek.* Vng. *Penzetske.* Ang. *Litle or small money.*] Cic. ad Att. lib. 1: Si judicium est, triginta homines populi Romani, levissimos ac nequissimos, numulis acceptis jus, & fas omne delere. Idem: Tu si tuis blãditiis à Sicyonis numulorũ aliqd expresseris, velim me facias certiorẽ.

Nūmīsmă, vel Nomisma, atis, n. t. utrunque enim dicimus. [אַגּוֹרָה *aghorah.* νόμισμα. Gal. *Monnoye.* It. *Danari, moneta.* Ger. Ein Munz. Hisp. *El numo ò moneda.* Pol. *Moneta.* Vng. *Penz.* Ang. *Money or coine.*] Græca dictio est, idẽ significans quod Numus. δοὺς τῷ νόμῳ: hoc est, à lege: unde & Numus dictus putatur. Nã quũ ante percussum numisma homines mutuo permutationis cõmercio uterẽtur, postea lege introductus est usus numi. De hoc latiùs in dictione NVMVS. Habet aũt hoc nomẽ primã syllabã correptã, quę in dictione NVMVS producitur: unde Græcorũ more Nomisma per o, in carmine scribendũ esse putq; arbitrantur, quũ alioqui sæpiùs per u, scribamus. Hor. 2 Epist: Retulit acceptos regale nomisma Philippos. Mart. lib. 1: Cur data sunt equiti bis quinq, nomismata? quare?

Numātus, a, um, Idem quod bene numatus, [πολυχρήματος. Ger. Der wol bey Gelt ist/das viel Gelt hat.]

Nūmōsŭs, a, um, Qui numis abũdat. [πολυχρήματος. Gall. *Riche en argent* Ital. *Abondante.* Germ. Der viel bargelt hat. Hisp. *Rico de dinero.* Pol. *Pieniężny* Vng. *Penzes.* Ang. *Rich in money.*] Cicero de Amic. Vólt enim ante occidos illorum habere regis filius adolescens, non minùs bene numatus, quam bene capillatus Horat. 1. Epist 6:

Et genus, & formam regina pecunia donat:
Ac bene numatum decorat Suadela, Venusq;.

Numerosio onis, f. t. Numorũ abundãtia & affluentia. [πολυχρηματία. Gall. *Richesse d'argent, abondance d'argent & deniers.* Ital. *Abondanza de dinero* Ger. Reichthũm an barẽ gelt Hisp. *Abundancia de dineros.* Pol. *Wprzemadze bogactwo.* Vng. *Penzesseg.* Ang. *Richesse, plentie of money.*] Cic. 2. Phil. Pone ante oculos lætitiam senatus populiq; Romani, confer eam cum numatione tua, tuorumq;: tũ intelliges quantũ inter laudem & lucrũ intersit.

Numarius, a, um. Quod ad numos pertinet, [χερματικός. Gall. *De monnoye* Ital. *Cio che s'appartiene à danari.* Ger. Das zu Münz oder dem Gelt gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al dinero.* Pol. *Do pieniędzy przynalezący.* Vng. *Penzhez valo.* Ang. *Perteining to money.*] Vt Res numaria. Cic. 3. Offic. Vt res numaria de communi sententia constitueretur. ¶ Numarius interpres pacis & concordiæ, apud eundem pro Cluent. id est, mercenarius, & qui ob id pecunias accepisset. Numarium judicium, quod acceptis

acceptis pecuniis corrumpitur. Idem 2. Verr. Ecquod judiciũ Romæ tam dissolutum, tam perditũ, tam numarium fore putasti, quo ex judicio te ulla salus servare posset? Numarii judices, sordidi & corrupti, Idem ad Attic. lib. 1. Numaria theca, Idem ad Attic. lib. 4.

Nūmārĭŭs, rii, m. s. Qui numis deditus est. [χρημοφιλής. Gall. *Adonné à l'argent, corrompu par argent.* Ital. *Dato a danari.* Germ. Gettsüchtig/dem Gelt ergeben. Hisp. *Corrumpido por dineros.* Pol. *Pieniadz poddani.* Vng. *Penz szeretŏ.* Ang. *That is geuen to money.*] Hieron. ad Marcel. Volo in numarios invehi sacerdotes.

Nūmŭlārĭŏlŭs, diminutivum. [Vn. *Penz valtotska.*] Senec. controvers. 9.

Nūmŭlārĭŭs, rii, m. s. [ἀργυραγγράμων, Budæo. Gal. *Banquier, changeur.* Ital. *Banchiere.* Ger. Ein Wechßler. Bel. Een Wisselaer. Hisp. *Cambiador, banquero.* Pol. *Monety przemieniacz wekśliarz.* Vng. *Penz valto.* Ang. *An exchanger or banker.*] à numis permutandis dicitur, quem nos *Campsorem* vocamus, qui scilicet pecuniæ permutationem exercet. Horũ autem officium vilius erat quàm argentariorũ, qui non tàm pecuniarũ permutationem, quàm majorem negotiationem exercebant, acceptiq; & expensi rationes conficiebant, quas non faciebant numularii. Dicuntur autem numularii à numulis, quòd majoris pretii numis acceptis, numulos: id est, minusculam monetam per partes reddebant, aut certę regionis acceptam pecuniam regionis alterius pecunia permutabant. Hotomanus.

Numularia, æ, f. p. Herbæ nomen, *centimorbia* vulgò. [Pol. *Pieniężnik, gesi polei.*] Matthiolus lunariam minorem vocat, fortè echicos altera Plinii, pulegio similis, ut Gesnerus in Iulio admonet. Hanc quidam tasiò elatinem esse putant.

Nunc, [עתה *hattáh. νῦν, πάρεστι.* Gall. *Maintenant, à cest' heure à present.* Ital. *Hora, adesso.* Ger. Jetz/jetzund. Bel. Nu. Hisp. *Agora, luego.* Pol. *Teraz.* Vng. *Most.* Ang. *Now.*] Adverbium est temporis, quod tempus præsens significat: ita dictum à Græco νῦν, in u, commutato, & in fine addita litera c. ¶ Interdum ponitur pro Tandem, vel Serò. Virgil. 8. Aeglog. Nunc nunc servo quæ tibi amor. ¶ Interdũ pro Sed, accipitur sine ulla temporis significatione. Cic. 1. de Divin. Quæ quidem multò plura evenire vidi, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. ¶ Dicitur & Nunc nuper, pro Non ita pridem. Terent. in Evnucho: Idem Menandri Phania nunc nuper dedit. Quo in loco, teste Donato, Nunc adjectum est tollendæ ambiguitatis causa. Est enim Nuper ex iis dictionibus, quas veteres propter ambiguitatem cum adjectione proferebant.

Nūncĭus, cii, m. s. vel potiùs Nuntius, Qui nũtiat, & quod nũciatur: [מלאך *malaéch* ἀγγελος, ἀγγελία. Gall. *Messager, ou message.* Ital. *Messo, messagero, nuncio* Ger. Ein Bott oder Botschafft. Bel. Een Bode. Hisp. *Mensagero, ò mensage.* Pol. *Posseł.* Vng. *Kŏuet, hirmondo hir.* Ang. *A messenger.*] Virgil. 2. Aeneid. & nuntius ibis Pelidæ genitori. Nũtio Prętoris accersitus, Cic. 6. Verr. ¶ Nũtium remittere uxori, pro repudiare uxorem. Cic. ad Att. lib. 1: Deinde ex Senatusconsulto Consules rogationẽ promulgasse: uxori Cæsarem nuntiũ remisisse. Nuntiũ remittere virtuti, virtuti valedicere, & ab ea deficere. Idẽ ad Cassium: Iam biennũ, aut trienniũ est, quum virtuti nuntiũ remisisti. ¶ Nuntius, quod nuntiatur. Plautus in Sticho: Suo nunquam æquè patri nuntium lepidũ attulit. Ibidẽ: Citus pręcucurri, ut nuntiarem nuntiũ exoptabilem. ¶ A' nuntius fit internuntius, ἀμφάγγελος, qui inter duos medius est ad aliquid tractãdũ. Vide suo loco.

Nūncĭum, ii, neutro genere, Pro re quæ nuntiatur. [בשרה *beśorâh.* ἀγγελία. Gall. *Message.* Ital. *Messaggio.* Ger. Ein Botschafft. Hisp. *Mensage.* Pol. *Posseł stwo.* Vng. *Hir.* Ang. *A message.*] Tibul. lib. 3. Eleg. 4: Divi vera monent venturæ nuntia sortis: Vera monent Tuscis exta probata viris. Catull. de Berecyntia: Gemmas deorum ad aures nova nuntia referens.

Nuncĭa, æ, fœm. p. [מבשרת *mebaśereth.* ἀγγελιαφόρος ὁ ἀγγελίας. Gall. *Messagere.* Ital. *Messaggiera.* Ger. Ein Botschafft/ verkunderin. Hisp. *Mensajera.* Pol. *Posseł stwa.* Vng. *Hirmondo.* Ang. *She that telleth tydynges.*] Plin. lib. 15. cap. 30: Romanis præcipuè lætitiæ victoriarum q; nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisq; Cic. 1. de Legibus: Nuntia virgo Iovis mihi anda vis sa figura? Ovid. Epist. 6: Cur mihi fama prior, quàm nuntia littera venit? Idem 1. Metam. Nuntia Iunonis varios induta colores Concipit Iris aquas.

Nūncĭo, cias, act. p. vel potiùs Nuntio pers. Moneo, significo. [בשר *biśár.* παραγγέλλω. Gall. *Dire ou porter nouuelle, annoncer.* Ital. *Nunciare, annunciare.* Ger. *Sagen/ zu wissen thun/ anzeygen.* Bel. *Boetschappen/ laten weten.* Hisp. *Traher mensaje ò nueuas.* Pol. *Oznaimiam.* Vng *Meg mondom, hirre adom.* Ang. *To tell, to reporte to warne, to tell tydinges or newes.*] Terent. in Hecyr. At istos invidos dii perdant, qui hæc libenter nuntiant. Plaut. Capt. Nunquid aliud vis patri nuntiari? Cic. ad Brutũ: Ita enim Romam erat nuntiatũ, ita persuasum omnibus, cũ paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo fugisse Antoniũ. ¶ Hujus composita sunt Annuncio, Denũcio, Enuncio, Obnuncio, Prænũcio, Pronuncio, Renuncio: quorum significata vide suis locis.

Nūncĭātĭo, onis, f. t. Ipse denũtiandi actus. [בשרה *beśorâh.* ἀγγελία. Gall. *Nonciation, annonciement.* Ital. *Ambasciata, & messo.* Ger. Anzeigung, verkundung. Hisp. *Obra de traher mensaje.* Pol. *Oznaimienie.* Vng. *Meg mondando, hirmondas.* Ang. *A declaring, a shewing or telling of tydinges or newes.*] Cic. 2 Phil. Nos enim nuntiationem solam habemus, Consules & reliqui magistratus eriam inspectionem.

Nūncĭātŏr, m. c. Qui rem quampiam nunciat. Apud Iureconsultos, Nunciatores dicuntur delatores criminũ, ex quo eorũ indicia nuncia dicuntur. Paulus l. 6. ad Turpil. Nuntiatores qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere jubentur Ex Hotomano.

Nūncŭpo, as pen. corr. act. p. Nomino, appello, voco. [קרא *karâ* נקב *nakáb.* καλέω, χρηματίζω, ὀνομάτοποιῶ. Gall. *Nommer, dire nommément & expressément.* Ital. *Nominare, appellare.* Ger. Nennẽ. Bel. Noemen/ heeten. Hisp. *Nombrar por nombre.* Pol. *Mianuie.* Vng. *Neuezem.* Ang. *To name, to call by some name.*] Liv. lib. 1: Quẽ Iulium eundem Iulia gens autorem sui nominis nũcupat. Varro in Medo: Quis eu es mulier, quę me insueto nuncupasti nomine? Cic. 2. de Nat. deor. Itaq; tum illud, quod erat à deo datum, nomen ipsius dei nuncupabant: ut quum fruges Cererẽ appellamus. Nuncupata vota dicuntur, quæ Consules & Prętores, quando in provinciam proficiscuntur, faciunt. ¶ Nuncupare vota, Est alicui divorũ vota polliceri & destinare. Plin. in Paneg. Nuncupare vota & pro æternitate Imperii, & pro salute civium solebamus. Ibidem: Quo majore fiducia isdem illis votis, quæ ipse pro se nuncupari jubet, oro & obtestor, si bene rempub. si ex utilitate omniũ regit. Cic. 3. Philip. Negletisq; sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota quæ nunquã solveret, nuncupavit. ¶ Nuncupare testamẽtũ, est viva voce supremam voluntatem declarare. Plin. li. 14. cap. 22: Alii testamenta sua nũcupant: alii mortifera loquũtur, rediturasq; per jugulum voces non continent. ¶ Inde Nuncupativum testamentum dicitur, quo testator viva voce, quæ post mortem agi velit, declarat. ¶ Et Nuncupatus hæres dicitur, qui voce testatoris hæres pronuntiatus est: differtq; ab hærede scripto: de quo vide Iustin. Instit. de Testament. ¶ Item nũcupata pecunia: id est, ut ait Cincius in lib. de officiò Iurisconsulti, nominata, certa, nominibus propriis pronũtiata. Quum nexum faciet, municipiumq;, uti lingua nuncupassit, ita jus esto.

Nuncŭpātĭo, Operis dedicatio. [Vn. *Ayanlás dedikalas.*] Plin. in præfat. operis: Sed hęc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. ¶ Nuncupatio item hæredis institutio. Suet. in Caes. Quo metu cùm jam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur: derisores vocabat: quòd post nuncupationem vivere perseverarent: & multis venenatas macleas misit.

Nundĭnæ, arum, pen. corr. f. p. A' nono die dictæ sunt, quasi novendinæ. [עבורים *hăżebonim.* πανήγεις. Gall. *Foire, marché public.* Ital. *Fiera, mercato.* Ger. Mäßi oder Jarmarckt. Hisp. *Feria o mercado.* Pol. *Iarmark, targ.* Vng. *Sokadalom.* Ang. *A faire or market.*] Institutæ autem eo consilio perhibentur, ut rustici octo diebus in agris essent, & nono die repeterent urbem ad mercatum, legum accipiendarũ causa: & ut scita atq; consulta frequentiore populo referrentur, & trinundino proposita, à singulis atq; universis facilè noscerentur. Vnde etiam mos tractus, ut leges trinũdino die (τρίτην ἀγορὰν) apud Athenaũ promulgarentur. Cic. cõtra Rullum pro lege Agr. Ille Capuã, nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse voluerat. Colum. lib. 11. cap. 1: Villicus non urbem, nõ ullas nundinas, nisi vendendæ, aut emendærei necessariæ causa frequentare cerit. ¶ Dicitur & Nundinum, neutro genere. Liv. Postquã verò comitia Decemviris creandis, in trinum nundinum, edicta sunt. Sic enim legunt nonnulli. Castigatiora tamen exemplaria habent Trinundinum. Trinundinus autem dies, vel Trinundinũ, sive Trinum nundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarũ, qui prædici antè solebat, ut notior esset universis.

Nundĭnālĭs, le, om. t Quod pertinet ad nundinas [πανηγυρικός. Gall. *De foire* Ital. *Che si appartiene à mercati.* Ger Das zu der Mäßi oder Jarmärckt gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à feriæ.* Pol. *Iarmarkowi, targowy.* Vng. *Sokadalombéli val.* Ang *Belonging to the faire or market.*] Plaut. in Aulul. Coquus ille nũndinalis est, in nonum diem solet ire coctum.

Nūndĭnŏr, aris, d. p. Palam vendo, publico mercatu distraho. [סחר *sachár.* πανηγυρίζω, ἀγορεύομαι. Gal *Marchander, faire marchandise, negocier en foire.* Ital. *Vendere in publico, vendere al mercato.* Ger. Offentlich verkauffen/ feil haben alß in einer Mäßi, und sein Gewin damit suchen. Bel. Vercoopen. Hisp. *Negociar, vender en feria.* Pol. *Iarmarkuie, targuie, kupcze.* Vn. *Arrulom, kŏsze[illegible].* Ang. *To make merchandise, to sell and bie openly in the market.*] Iulius Firmicus lib. 6. Matheseos: Quæstus & habitudinem compendiorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitũ fra[illegible]

tabit, & filium. Sueton. in Tito Vespas. Suspecta & rapacitas, quod constabat in concionibus patris nundinari, præmiaq; solitum: deinde propalam alium Neronem & opinabantur & prædicabant. Cicero sæpiùs Nundinari pro emere posuit in Verrem: Ab isto puero annorum senûm, septenûmq; denum Senatorium ordinem nundinati sunt. Idem 3. Philipp. Vna in domo omnes quorum intererat, totum imperium pop. Rom. nundinabantur.

Nūndĭnātĭo, onis, f.t. Ipse nundinandi actus. [עִבּוּר *ibbúr* (vel) שָׁבָר *schabár* מִסְחָר *mischár* ἐμπορία. Gall. *Vente ou achet.* Ital. *Vendita o compreda.* Ger. Feilhabung/das kauffen vnd verkauffen. Bel. Vercoopinge. Hisp. *La obra de negociar à las ferias.* Pol. *Kupiectwo, przedawanie.* Vng. *Sokadalmozás, árulás.* Ang. *Byying or selling of wha.*] Cicero de lege Agr. Hinc vos quas ipsi potationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem juris, ac fortunarum fore putatis? Nundinatio juris, loedm Verr. 4.

Nundĭnātŏr, m.t. Qui nundinas frequentat. [πανηγυρικός Gall. *Marchant qui hante les foires.* Ital. *Mercante che va alle fiere.* Ger. Ein Krämer, der die Mässen vnd Jarmärckt braucht vnd besucht. Hisp. *A nuel negocia lor.* Pol. *Poiermarkoch iezdzaci.* Vng. *Sokadalmozó.* Ang. *A merchant that haunteth the faires.*] Festus: Nundinis rustici conveniebant mercandi & vendendi causa, tumq; nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nūndĭnārĭus, a, um, Quod ad nūdinas pertinet, vel quod nundinis deputatum est. [πανηγυρικός. Gall. *Appartenant aux foires.* Ital. *Mercantesche alle fiere.* Ger. Das zu der Mässj gehört oder verordnet ist. Hisp. *Perteneciente à ferias.* Pol. *Poiermarku przinalezący.* Vng. *Sokadalmozásbeli.* Ang. *Belonging to faires.*] Plin. lib. 14. cap. 17: Dis commerciis Carras oppidum aperuêre, quod est illis nundinarium. Idem lib. 8. cap. 15. de suibus: Quin & duces in urbe totum nundinarium, domosq; petere discunt.

Nunquam, Nullo tempore: [אַל עוֹלָם *lo leholám.* μήποτε οὐδέποτε Gall. *Iamais.* Ital. *Mai.* Ger. Nimmermehr/zu keiner zeit. Bel. Nemmermeer. Hisp. *En ningun tiempo.* Pol. *Nigdi.* Vng. *Soha.* Ang. *Never.*] à quo Nonnunquam, quod significat Aliquando. Plaut. in Mercat. Nonnunquam ædepol quisquam illam habebit potiùs, quam ille, quem ego volo.

Nunquamnōn, Semper, omni tempore. [עוֹלָם *leholám.* πάντοτε, ἀεὶ πάντως. Gall. *Toufiours.* Ital. *Sempre.* Ger. Nimmermehr/nimmerwegen. Hisp. *Siempre.* Pol. *Zawdi.* Vng. *Mindenkor.* Ang. *Euer, at all tymes.*] Sueton. in Tib. Turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream cervice gestavit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis.

Nunquāndo, μήποτε, Num aliquādo. Et habet accentum in antepen. sicut Aliquando. Cic. de Amic. Exiftit autem hoc loco quæstio subdifficilis: Nunquando amici novi digni amicitia, veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere soleamus.

Nunquĭs, nunqua, nunquod, vel nunquĭd, Num aliquis. [μήτις Gall. *Y a il quelque autre choſe?* Ital. *Vi è piu altro?* Ger. Iſt jemandts oder etwas? Hisp. *Aventura alguo?* Pol. *Iesliskto?* Vng. *Valkon?* Ang. *Whether if any.*] Terent. in Eunuch. Nunquid vis? Ibidem. Nunquis hic est? nemo est, nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. ¶ Pro eodem etiã aliquando legimus Nunquisnam, & in neutro genere, Nunquidnam: præsertim apud Comicos Terent. in Andr. Ehodũ dic mihi: nunquídnam amplùs tibi cum illa fuit Charine?

Nūntĭo, as, are, Nuntius, &c. Vide NVNCIO.

Nŭo, nuis, cum suis compositis, Vide in dictione ABNVO.

Nuper, adverbium, Non longo antè tempore, superioribus sive proximis diebus: [νεωστί, ἀρτὶ, ὀλιγοχρόνιον. Gall. *N'agueres, il n'y a pas long temps.* Ital. *Di nuouo, poco fa, pur hora.* Ger. Kürtzlichen/nicht lang zuvor/zu nechſt. Bel. Corteluck. Hisp. *Poco tiempo ha.* Pol. *Niedawno.* Vng. *Minap.* Ang. *Latelie, not long agoe.*] hoc est, ante paucos dies, vel menses. Virgil. 1. Aeglog. - nuper me in littore vidi. Boëthius: Hoc autẽ quod nuper diximus. ¶ Quandoq; de longiore tempore dicitur. Cic. 2. de Divin. Neq; ante philosophiam patefactam, quæ nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit. ¶ Hinc nupertimè superlativum: hoc est, recentissimé.

Nupĕrŭs, a, um, Quod recens est, quod nuper fuit. [חָדָשׁ *chadásch.* νεόγονος, νέος. Gall. *Recent, nouueau.* Ital. *Di nuouo.* Ger. Neuw geſtifft Hisp. *Cosa de poco tiempo.* Pol. *Niedawni.* Vng. *Ex minapi.* Ang. *New, late.*] Plaut. Capt. Recens captum hominẽ, nuperum, novitium

Nuptă. Nuptiæ, Nuptus, Vide NVBO.

Nūrŭs. Filii uxor. [כַּלָּה *challáh.* νύμφη. Gall. *Bru, la femme de mon fils.* Ital. *Nuora.* Ger. Ein Sohnsweib. Hisp. *La nuera, muger del hijo.* Pol. *Megofina zona, swiekra.* Vng. *Menyem.* Ang. *My sonne wife, a daughter in law.*] Cic. 2. Philipp. Rejecta matercanicam impuri filii, tanquam nurum sequebatur. ¶ Poëtæ Nurum sæpè pro sexu tantùm ponunt. Ovidius 2. Metamor. Excepit, & nuribus mittit gestanda Latinis: id est, fœminis Latinis. Mart. libro 4: Atque inter Latias gloria prima nurus.

Nūsquam, Adverbium loci est, In nullo loco. [οὐδαμοῦ. Gall. *En nul lieu, nulle part.* Ital. *In niun luogo.* Ger. Nirgent oder nirgens an keinem ort. Bel. Nirgens. Hisp. *En ningun lugar.* Pol. *Nigdzei.* Vng. *Sohol.* Ang. *In no place, no where.*] Terent. in Eunuch. Ille autem bonus vir nusquam apparet. ¶ Nusquam gentium: id est, nusquam omninó. Plaut. in Amph. Sed quid ais? num obdormisti dudum? S. nusquam gentium. Terent. in Adelph. Næ ego homo sum infœlix, primùm fratrem nusquam invenio gentium.

Nūsquamnōn, ubiq;, Nonnusquam, alicubi. [πανταχοῦ. Gall. *En tout lieu, par tout.* Ital. *In ogni luogo.* Ger. Nirgent nicht/allenthalben. Hisp. *Donde quiera.* Pol. Wszędzie. Vng. *Mindenuest.* Ang. *Euerie where, in all place.*]

Nūto, as, n.p. Frequentativum est à Nuo, quod propriè est frequẽti capitis inclinatione aliquid significo. [קָרַן *karás* אָשַׁר *mahádh* נָטָה *nat.* νεύω, κλίνω. Gall. *Faire signe en baiſſant la teſte, branſler, hocher.* Ital. *Acennare col capo chinandolo.* Ger. Mit dem Haupe offt nicken/vnd damit etwas zu mercken geben Hisp. *Mouer ò inclinar la cabeca.* Pol. *Skiwam.* Vng. *Integetelek.* Ang. *To ſignifie by nodding or shaking of the head.*] Plautus in Asin. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. ¶ Accipitur & pro vacillare, labascere & ruinam minari. Cicero 6. Verr. Illud signum interea nutabat, quũ vectibus subjectis conarentur submovere. ¶ Transfertur & ad animum ut idem ferè sit quod hærere, & dubitare in quam potissimùm partem te inclines. Cic. 1. de Nat. deor. Democritus nutare videtur in natura deorum.

Nūtrĭo, tris, trivi, vel trii, act. q. secundùm Priscianum, Educo, alo. [הֵאכִיל *heechíl* רִבָּה *ribbáh* אָמַן *amán.* τρέφω. Gall. *Nourrir.* Ital. *Nutrire.* Ger. Ernehren/erziehen. Bel. Opvoeden. Hisp. *Criar.* Pol. Zywie. Vng. *Taplalom nevelem.* Ang. *To nourish, to bring vp.*] Plinius lib. 11. cap. 40: Balænæ, vitulíq; mammis nutriunt fœtus. ¶ Inventur etiam Nutrior, agendi & patiendi significatione. Virgilius lib. 2. Georg. Hoc pinguem & placidam paci nutritor olivam: id est, nutrito, vel nutrias. Colum. lib. 12. cap. 30: Quantò magis æstus erit, eò sæpiùs convenit vinum nutrire, refrigerariq;, & ventilari. Ibidem: Et nutritum vinum optimus, atq; oblinimus.

Nutrītŭs, us, m. q. Nutrimentum. [אֲכִילָה *achiláh.* τροφή. Gall. *Nourriſſement* Ital. *Nodrimento.* Ger. Ein ernehrung, nahrung. Hisp. *Mantenemiento.* Pol. Zywienie. Vng. *Taplalas.* Ang. *Nourishing.* Plinius lib. 22. cap. 25: Multi senectam longam mulsi tantùm nutritu toleravêre.

Nutrīco, as, penult. prod. Nutrio. [הֵאכִיל רִבָּה *heechíl ribbáh* אָמַן *amán.* τρέφω, πάλλω. Gall. *Nourrir, alimenter.* Ital. *Nutrire.* Ger. Ernehren/ erziehen. Hisp. *Criar.* Pol. *Wichowuie, odziwiam.* Vng. *Taplalom.* Ang. *To nourish, to bring vp.*] Plaut. in Mil. Bona mea inhiant certatim, nutricant & munere. Idem in Merc. Nec pecus ruri pascere nec pueros nutricare.

Nūtrīcŏr, aris, d.p. Nutrico, alo. [Pol. *Zywie.* Vn. *Tartom.* An. *To nourish, to bring vp.*] Cic. 1. de Nat. deor. Omnium autem rerum, quę natura administrantur, seminator, & sator, & patens (ut ita dicam) atq; educator, & altor est mundus: omniaq;, sicut membra sua, & partes suas, nutricatur, & continet. Colum. lib. 8: Nam suburbanus (*inquit*) lactens porcus nutricandus est. Varr. 1. de Re rust. cap. 23: Quod ea sole nutricantur.

Nutrītĭo, onis, f.t. Educatio. [τροφή. Gall. *Nourriſſement.* Ital. *Nutrimento.* Ger. Ernehrung/ aufferziehung. Hisp. *Obra de criar, mantenimiento.* Pol. Wyżywienie, wychowanie. Vng. *Taplalas, felnevelés.* Ang. *Nourishing, or bringing.*] Gell. lib. 12. cap. 1: Ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoq; nutritionis grave ac difficile accederet.

Nūtrīcātŭs, us, ui, m. q. Nutricatio. Varr. 1. de Re rust. cap. 47: Contrà herba in pratis ad spem fœniseciæ nata, non modò, non evellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda.

Nūtrītŏr, ŭs, m. s. Qui nutrit, sive qui curam habet infantium, & adultorum, ut vivãt. [מֵינֵק *omén.* τροφὸς, τροφέύς. Gall. *Nourricier, qui nourrit.* Ital. *Balio, colui che nodrisce.* Ger. Ein ernehrer. Hisp. *El amo que cria.* Pol. *Obżywiacz.* Vng. *Taplalo.* Ang. *That nourisheth.*] Cæsar 3. belli Civilis: Nutritius ejus pueri eunuchus.

Nūtrītĭtĭŭs, a, um, adject. [τροφίμος. Gall. *Appartenant à nourrir.* Ital. *Pertinente à nutrire.* Ger. Das zu der ernehrung vnd erziehung gehört Hisp. *Perteneciente à criar.* Pol. *Dożywnoſći przyległy.* Vn. *Tapl. lo, ztlet.* Ang. *That belongeth the nourish.*] Columell lib. 3. cap. 13: Ne incrementa duritiã sua reverberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres,

Nūtrītŏr, oris, m.t. Qui nutrit. [מֵינֵק *omén.* τροφὸς. Gall. *Nourricier, qui nourrit.* Ital. *Che nutriſce, & allena.* Ger. Ein ernehrer/erziehet. Hisp. *El que cria, criador.* Pol. *Ten kto [illegible].* Vn. *Taplalo, nevelo.* Ang. *He that nourisheth.*] Stat. 10. Theb. Vertice sic Pholoës volucrum nutritor equorum Letatur, &c. Suet. de claris Grammat. M. Antonius Gnypho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus.

Nūtrix,

Nūtrīx,cis,f.t. Quæ nutrit. [אמנת *omeneth* מיבקת *meníketh*. νηδὺ, γυνὴ θηλάζουσα, θηλαζομένη. Gall. *Nourrisse*. Ital. *Nutrice, balia*. Ger. Ein ernehrerin/etn Seugamm Bel. Een Voester Hisp. *Ama que cria*. Pol. *Mamka*. Vng. *Daika*. Ang. *She that nourisheth, a nowryce*.] Terent. in Eunuch. Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit parvulam. Cic. de Amic. Isto enim modo nutrices & pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulabunt. Idem 3. Tuscul. Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.

Nūtrīcŭlă, diminut. [τιθωνίδιον. Gall. *Petite nourrice*. Ital *Picciola nutrice*. Ger. Ein Ernehrerin Hisp. *Pequenna ama*. Pol. *Mamecąka*. Vng. *Daikatska*. Ang. *A litle nowryce*.] Iuvenal. Sat. 7: Gallia vel potiùs nutricula causidicorum.

Nūtrītĭă, orum, gen. neut. numeri pluralis, Merces nutricis: [τὰ τροφεῖα. Gall. *Le salaire d'anoir nourri*. Ital. *Salario di baila*. Ger. Der Seugammen lohn. Hisp. *Salario ò soldada del ama*. Pol. *Mamcżina zapł'ata*. Vng *Daika ber*. Ang. *The reward of a nourice*.] ut in titulo de variis & extraordinariis cognitionibus, circa finem.

Nūtrīmĕntum, ti, n.s. Alimentum: hoc est, ut medici definiunt, quicquid substantiã nostram augere potest. [אכילה *achiláh* אכל *óchel* מאכל *maachál*. τροφή. Gall *Nourrissement*. Ital. *Nutrimento*. Ger. Nahrung. Bel. Voetsel. Hisp. *Mentenimiẽto*. Pol. *Obżywienie*. Vng. *Taplalo, eltetŏ*. Ang. *Nourishment, foode*.] ¶ Transfertur & ad res inanimatas. Cic. in Orat. Sed quòd educata hujus nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat. ¶ Accipitur & pro ipsa nutritione, sive educatione. Suet. in Calig. Quantum per hanc nutrimentorum consuetudinem favore & gratia valuerit: Id est, quòd in castris educatus sit: ut ait Budæus.

Nūtrīmĕn, inis, n.t. idem quod Nutrimentum. [אכילה *achiláh* אכל *óchel* מאכל *maachál*. τροφή.] Ovid. 15. Metam. Naturæq; suum nutrimen deerit edaci.

Nūtŭs, βοπὴ, νεῦμα, & Nuto, as, νεύσιζω. Vide in verbo ABNVO.

Nux, f.t. A nocendo dicta, quòd satis noceat. [אגוז *eghóz*. κάρυα, κάρυον. Gall. *Noix*. Ital. *Noce*. Ger. Ein nuß/oder andere frucht der gleichen / mit einer herten schalen. Bel. Not. Hisp. *Nuez*. Pol. *Orzech*. Vng. *Dio*. Ang. *A nutte, or nutte tree, commonlie a wall nutte or wallnutte tree*.] Ovid. - quoniam fata lædere dicor Cultus in extremo margine fundus habet. Sive quòd linguę noceat. Vel quòd ut nox gĕrem, ita nux succo suo corpus attŭ faciat. Cõstat nucis nucleũ esse difficilẽ contactu, dolorẽ capitis inferẽtem, tussientibus inimicũ. Græci κέφαλον vocant, à gravedine capitis, κέφαλος enim caput significat. Est aũt nux generale omnibus quæ duro operimento teguntur, ut sunt castaneæ, amygdalæ, & hujusmodi. τὰ κατὰ φυκάδα. Virgilius: Castaneæq; nuces mea quas Amaryllis amabat. ¶ Pomum verò de iis propriè dicitur, quæ mollem habent corticem: quanvis etiã pro nucibus aliquãdo accipiatur, ut apud Plin. li. 15 cap. 22: Ab his locum amplitudine vindicarũt, quæ cessere autoritati, nuces juglandes. Et paulò pòst: Solũ hoc pomũ natura cõpactili operimento clausit: nanq; sunt bifidæ putaminũ carinæ, nucleorumq; illis quadripartita distinctio, lignea incursante mẽbrana. Cæteris quicquid est, solidũ est, ut in avellanis & ipso nucum genere, quas antea *abellinas*, patrio nomine vocabant. ¶ Malum verò non quodcunq; pomi genus tenerioris atque carnosi dicitur, sed illud tantùm quod sui nominis arboribus producitur: his scilicet, quas malos vocamus: quemadmodũ Pyra, quæ pyrus producit. Hoc modo Mala citrea, sive Medica dicimus, Mala coronea, Mala punica, & similia. ¶ Relinquere nuces, est omissis nugis puerilibus ad majora negotia converti. Est enim nucum lusus soli puerĭtiæ convenies, grandioriq; ætati indecorus. Pers. Sat. 1: - & nucibus facimus quæcunq; relictis, Quum sapimus patruos. ¶ Nux Græca, eadem cum amygdala; quæ & Thassa dicitur. Colum. de arboribus cap. 22: Nucem Græcã ferito Arcturi signo. Plin. lib. 15. cap. 22, Quũ de amygdala loquitur Hæc arbor (*inquit*) an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur, quoniã Græcas nominat. ¶ Nuces juglãdes, quæ & regię dictæ sunt. Plin. l. 15. c. 22: Ab his locũ amplitudine vindicarũt, quę cessere autoritati, nuces juglãdes. De diversis nucũ generibus, vide in dictione IVGLANS.

Nŭcĕŭs, a, um, Quod est ex nuce. [καρύϊνος. Gall *De noix*. Ital *Di noce*. Ger. Nußbawmin. Hisp. *Cosa de nueces*. Pol. *Orzecżowi*. Vn. *Diobol valo*. Ang. *Of a nutte*.] Plin. lib. 16. cap. 39: Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atq; aliam materiam omnem quum effodies, luna decrescente eximito post meridiem.

Nŭcŭlă, læ, f.p. diminutivum, Minuta nux. [καρυάριον. Gal. *Petite noix, noisille*. Ital. *Nocella*. Ger. Ein nüßlein. Hisp. *Pequenna nuez*. Pol. *Orzeżek*. Vng. *Diotska*. Ang. *A litle nutte*.] Vnde & Prænestinæ nuculę appellatæ sunt. A nucula fit aliud diminutivum, Nucella.

Nūclĕŭs, nuclei, m.s. Quod tenerum in nuce includitur. [κυρηλόν. Gall. *Noyau, cerneau de noix*. Ital. *Gariglio, garriane, quel dentro della noce*. Ger. Ein nußtern. Bel. Die terue van der noten. Hisp. *El meollo de la nuez, y fruta seca*. Pol. *Ia drko*. Vng. *Dio bel*. Ang. *A kernell of a nutte*.] Plaut. in Cure Qui è nuce nucleum esse volt, Frangat nucem: hoc est, qui commodum appetit, ne fugiat laborem. ¶ Inde Enucleo, as, est idem quod Declarare, quasi nucleum rei alicujus eruere. ¶ Nucleus ferri à Plin. lib. 34. cap. 14. accipitur pro chalybe: Fornacum (*inquit*) maxima differentia est: in iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandum aciem, alioq; modo ad densandas incudes, malleorũq; rostra. ¶ In acino etiam Nuclei dicuntur minuta illa grana, quę vulgò *Vinacea* vocant. Plin. li. 23. cap. 1: Vva passa, quam Astaphida vocant, stomachum, vẽtrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exemptis vesicæ utilis habetur. ¶ Nucleum amisi, proverbium. Plaut. Cap. Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, ubi resciviſſet sibi impositum esse, & herum amissum pro servo, servum pro domino retentum: is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Erasmus. Nucleus apud Vitr. in pavimentis quid sit, vide in verbo STATVMINO.

Nŭcĭfrăngĭbŭlum. [An. *A nutcracker*.] quam pro dẽte accipit Plaut. Bacchid. Dentibus enim nuces solent confringi. Mihi cautio est, Ne nucifrangibula excusserit ex malis meis.

Nŭcētum, ti, n.s. pen. prod. Stat. [Ger. Ein ort da vil Nußbawm gepflantzet sind]

N ante Y.

Nȳctălōps, νυκτάλωψ, Qui noctu cęcus est, quum interdiu clarè videat. Hic etiam Luscĭosus dicitur à Latinis. Plin. li. 8. cap. 50, de jecore caprino: Restituit vespertinam aciem his quos Nyctalopas vocant.

Nyctŏpŏlă, Herba, de qua Plin. lib. 21. cap. 11.

Nȳctĕris, idis, νυκτερὶς, Vespertilionis genus tam minutis pedibus, ut eis carere videatur. Plin. lib. 11. cap. 47: Qui negãt volucrem illam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, nycterin & drepanin.

Nyctĕris Iris. Anagallis Magicé.

Nyctĭcŏrax, pen. corr. Corvus nocturnus, νυκτικόραξ.

Nyctŭlops, opis. Pol. *Nasiegral*.] Herbę genus, quod alio nomine Nyctegretum appellatur, ita dictum, quod noctu e longinquo fulgeat. Eandem & Chenomychon quidã appellant, quod ad primum ejus conspectũ ar ĕies statim expaveſcant. Vide Plin lib 21. cap 2. Sunt qui eandem, quam chymicæ Lunariam appellant, noctu cum luna lucentem.

Nym.pha f. Latinè sponta. [כלה *chalah* νύμφη Gall *Nymphe, espousée*. Ital. *Sposa, ninfa*. Ger. Ein Braut. Hisp *Esposa ninfa*. Pol. *Oblubienca, mł oda pani*. Vng *Meny asszony* An. *A nymphe, a faire maide or virgine*.] Sed putaverunt antiqui Nymphas aquarum deas esse, quasi lympharum numina: quanvis etiam latiùs Nymphæ nomen accipiatur. Nam & montium deæ præsides sunt, quas Oreades vocant: quæ arboribus & sylvis putabantur præsidere, quas Dryades, & Hamadryades, & Napæas. Veteres Græci *Nympham* dicebant, quam nos mutatione unius literæ *Lympham*: hoc est, aquam. ¶ Nymphæ Libethrides, Musæ dicuntur à Libethro Thraciæ monte Mutis consecrato. Virg. 7. Aeglog. Nymphæ nostèr amor Libethrides. ¶ Dicuntur & nymphæ apes quum primùm formã cœperint habere. Plin. lib. 11. cap. 16. de apibus loquens: Gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est, primùm vermiculus videtur candidus, jacens transversus, adhærensq; ita, ut pascere videatur. Rex statim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus, neq; vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba quum formam capere cœpit, Nymphæ vocantur, ut fuci, sirenes, atq; cephanes. ¶ Nympha etiam à rei anatomicæ peritis vocatur carũcula in muliebribus pudendis bifariam prominens, quem Colliculum Latini appellant: cujus usus est, colli orificiũ tegere, & frigus ab eodem arcere. Hanc carunculam Aegyptii in virginibus solent excidere. Vide Galen. lib. 15. de Vsu partium.

Nȳmphæum, phæi, n.s. Lavacrum, vel balneum. [λουτρόν. Gall. *Vn bain*. Ital. *Bagno*. Ger. Ein Bad / Wasserbad. Hisp *El banno*. Pol. *Kapiel, łaznia*. Vng *Feredŏ* Ang. *A bane or stewe, a washing place*.] Plin. lib. 5. cap. 12: Eumq; servatum in nymphæo, donec Corinthũ Mummius everteret, tradunt. Iulius Capitol. Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam nymphæa, & balneas. Iosephus scribit Herodem apud Ascalonem constituisse nymphæa: id est, lacus & balneas.

Nȳmphæă, æ, [νυμφαία. Ger *Seeblumen / gel vnd weiß / Haarwurtz*. Pol. *Grzibienie, wodna lilia*. An. *Nenufar, water lillie or water rose*.] Herbę genus est, in paludibus nascens, & aquis stagnantibus: unde & nomen accepit, teste Dioscor. lib. 3. cap. 149. quòd scilicet aquosis locis gaudeat. ¶ Alio etiam nomine Heracleon appellatur, quòd nympha quædam Herculis amore capta, in hanc herbam feratur commutata. ¶ Est & altera nymphææ species, cujus flos Blephara dicitur, foliis superiori simillimis, radice alba, scabra, flore luteo, nitente, & rosæ simili. Autor Dioscor. lib. 3. cap. 150.

Nymphon, Nymphæa altera apud Dioscoridem, libro 3. capite 150.

Nysia. Hederæ genus, maximis inter nigras corymbis.

Nyssa νύσσα, Per geminũ ss, repagulum unde cursores moventur, ἀπὸ τῦ νύσσειν, quod inter cætera significat pungere: proinde meta, ἀπὸ τῦ νεύειν: hoc est, ab inclinando: quòd quum metam attigissent, ibi inclinarentur, & flecterentur. Hæc tamen vox, ut pleræq; aliæ, quum in usu Latinorum non sit, in Græcolatinum Lexicon potiùs erat rejicienda.

O



PROFERTVR rotũdo ore, cõposito, & decẽti labiorũ habitu, spiritu ictum reddente, circa oris extremitatem sonu quẽ magnificum habet, collecto in altiori oris recessu, cùm producitur: si verò corripitur, non ea est soni præstantia. Auget tamẽ sonum & minuit, iisdẽ rationibus quibus dictum est de litera A. In fine dictionis est bitempora litera, præterquam in Dativis & Ablativis, in quibus longa est, & in dictione Ego: ubi corripitur. O variis modis positum invenitur. ¶ Aliquando adverbium vocandi ὦ. Terent. in Adelph. O` Ctesipho. C. ô Syre, Aeschinus ubi est? Virg. 1. Aen. O` regina, novam cui cõdere Iupiter urbem, &c. ¶ Nonnunquã etiam interjectio est, variis serviens affectibus. Est enim aliquando admirandi ὦ. Iuven. O` qualis facies, & quali digna tabella! ¶ Aliquando indignandi. Cic. in Cati. O` tempora, ô mores, ô paterni generis oblite, materni vix memor. ¶ Aliquando optati advẽtus, aut repentè insperatæ rei atq; improvisæ occursu perculsi. Terent. O` salve, ô Pamphile. Virg. 4 Aen. Adsis ô placidusq; veni. ¶ Interdũ est interjectio dolentis. Cic. O` me miserum, ô infœlicem. ὦ τῆς δυσνχίας τῆς ἐμῆς. ¶ Exprimit nonnunquam exultãtis affectum. Virg. 3. Aen. O` mihi sola mei super Astyanactis imago. Terent. Adelph. O` frater, frater, quid ego te nũc laudem? Idem And. O` factũ bene, beasti. ¶ Aliquando exclamantis. Terent. in Phor. O` audaciam, etiam me ultrò accusatum advenit. ¶ Aliquando irridẽtis. Cic. de Amic. O` præclaram sapientiã: solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam à vita tollunt. ¶ Aliquando ponitur pro Vtinã. Virg. 2. Aeglog. O` tãtùm libeat mecũ tibi sordida rura, Atq; humiles habitare casas. ¶ Aliquando utrũq; conjungimus: ita tamẽ, ut O præcedat, Vtinã sequatur. Ovid. in Epist. Penelopes: O` utinam tunc, quũ Lacedæmona classe petebat, Obrutus insanis esset adulter aquis. ¶ Iungitur quoq; ei particula Si: & dicimus O si, & est desyderantis, idem valens quod Vtinam. Virg. 11. Aen. Quanquam ô si solitæ quicquã virtutis adesset, &c. Horat. O` si urnam argẽti fors quæ mihi monstret. ¶ Tacetur quandoq; ô, quum accusativo jungitur: (nã & nominativo & vocativo junctũ legimus, ut patet ex superiorib. exemplis) ut apud Plin. Iuniorem: Hominẽ te patientem, ac potiùs durũ, ac penè crudelem. Et (sicut docet Donatus) majoris stuporis est hoc modo pronũtiatum, & quandoq; melius sonat. Terent. in Eunuch. Hominem perditum, miserumq;, & illum facilegum.

O. A Q. In notis antiquorum, omnes aliquos.

Oatarichæ, ὠὰ παριχα, Dicuntur mugilum ova, sale condita. ὠὸν enim est, quod nos Ovum dicimus, interposita v, euphoniæ causa, πάριχον salsum dicitur: παριχόω, servo, condio, liquefacio, ficco.

O ante B.

OB. In notis antiquorum obriacũ, vel orbem, vel obiter. O B. C. S. Ob cives servatos. O B. M. E. Ob merita ejus. O B. M. P. E. C ob merita pietatis & concordiæ. O. B O. Omnia bona.

O'b, Præpositio separari & componi potest. Separata causalis conjũctionis locũ tenet, & significat propter. [ע hal. ἀνὰ, διὰ. Gall. Pour, à cause de. Ital. Per, per cagione. Ger. Von wegen/ vmb. Bel Om. Hisp. Por. Pol. Dlia, przez. Vng. Azert. ert. Ang. For.] Virg. li. 11: Cujus ob auspiciũ infaustũ, moresq; sinistros. Terent. in And. Ego pretium ob stultitiã fero. Plaut. in Asin. Itaq; ob asinos relatum pretiũ Sauriæ? Pretium ob stultitiã, vel ob asinos: id est, pretiũ asinorũ, vel stultitiæ: ait Donatus. ¶ Veteres etiam pro Ad, vel potiùs contra & adversus usurpabãt. Ennius apud Festũ: Ob Romã noctu legiones ducere cœpit. Cic. Papyrio Pœto: Cujus ob os Graii ora obvertebant sua. Sic dicebãt Obire pro adire: Obmoveo pro admoveo: Objacent pro adjacẽt. Plaut. in Mil. Nunc demũ experios, ob oculos caliginẽ Prius mihi obtigisse. Ibidẽ: Qui lanã ob oculũ habebat. ¶ Composita significant contra, αὖτι, ut Oppugno, Objició. ¶ Quandoq; citrũ: ut Obambulo, Obsideo. ¶ Quandoq; super, sive coram, sive obviam: ut Obvenio. ¶ Quandoq; Ad: ut Obeo. Dicimus enim, Iste obivit mortem: hoc est, ad mortem pterea quòd illic inciperent equos calcaribus urgere. ¶ Item ipsa meta, ἀπὸ τῦ νεύειν: hoc est, ab inclinando: quòd quum metam attigissent, ibi inclinarentur, & flecterentur. Hæc tamen vox, ut pleræq; aliæ, quum in usu Latinorum non sit, in Græcolatinum Lexicon potiùs erat rejicienda.

concessit. ¶ Componitur autem cum verbis incipientibus ab a, ut Obaudio: cum c, ut Occumbo: d, ut Obduco: e, ut Obeo: f, ut Offero: g, ut Oggannio: h, ut Obhebesco: i, ut Objicio: l, ut Oblitero: m, ut Obmutesco: n, ut Obnitor: o, ut Oborior: p, ut Oppugno: q, ut Obquinisco: r, ut Obruo: s, ut Obsto: t, ut Obtineo: u, ut Obũbro. Sed quoties vocalibus jungitur, vel d, l, n, r, servatur b, integra. Cum c, mutatur b, in c, præterquã in Obscurus, & Obscœnus: in quibus duobus, b servatur, & s additur post b. Cũ aliis literis mutatur b in sequẽtẽ literã: ut Offero, Offendo, Opportunus, Oppono. Excipitur Omitto, quod abjicit b: nã perpetuò apud poẽtas corripitur. Horat. de Arte: Pleraq; differat, & præsens in tẽpus omittat. ¶ Obmutesco servat utranq; cõpositionis partẽ integrã. In Operio, & compositis Adoperio, & cooperio abjicitur b. De r litera antè diximus. In iis quæ à t incipiunt, servatur b, ut Obtrudo.

O'băcĕro, as, pen. corr. autore Festo, idem est quòd obloquor, atq; alterius sermoni obstrepo, παρενοχλέω. Sumptum videtur ab acere frumenti purgamento, quod Græci vocant ἄχυρον.

O'băcerbo, bas, Exacerbo. [παροξύνω. Ger. Etwen vast erzürnen oder verbittert machen.] Festus.

O'bærātŭs, a, um. cum æ diphthongo. Ære alieno obstrictus, ære alieno oppressus. [ὑπόχρεως, ἐνόχρεως. Gall. Endebté. Ital. Obligato pro debito, indebitato. Ger. Mit Gelt schulden beladen vnd verstrickt. Hisp. Obligado por deudas. Pol. Zadłużony. Vng. Adoss. Ang. Indebted, oppressed with debt.] Cdsar libro 1. Comment. Omnes obæratos, quorum magnũ numerum habebat, eodem conduxit. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 17: Omnes agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utrisq;: Liberis, aut quum ipsi colunt, ut pleriq; pauperculi cum sua progenie: aut mercenariis, cum conductitiis liberorum operis res majores, ut vindemias ac fœnisecias, administrant ii, quos obæratos nostri vocitarunt: & etiam nunc sunt in Asia, atq; in Aegypto, & in Illyrico complures.

O'bāmbŭlo, as, n.p. Deambulo, huc illuc ambulo. [התהלך hithhallèch סחר sachár. περιπατῶ. Gall. Cheminer, cousstoyer, aller à l'entour. Ital. Passeggiare, andare d'intorno qua & la. Ger. Hin vnd her gehen/ spatieren. Bel. Wandeten. Hisp. Passear, andar en derredor. Pol. Przechodzić sie. Vng. Alaasol setalok, iarok. Ang. To walk a bout or a gainst.] Plaut. in Cap. Item alii parasiti frustrà obambulant in foro. Ovid. 2. Trist. - quum solus obambulet ipse. ¶ Sæpè etiam idem quod circumeo, circumambulo, & sic ferè accusativo jungitur, περινοστῶ, περιέρχομαι. Ovid. 13. Metam. Ille quidem totam gemebũdus obambulat Aetnã. Virg. lib. 3. Georg. dativo junxit: Non lupus insidias explorat ovilia circum Nec gregibus nocturnus obambulat. Vbi Servius exponit Obambulat, pro Insidiatur. Liv. 6. bel. Maced. Obambulare muris, ut facilè noscceretur ab Aetolis, cœpit. ¶ Aliquando accipitur pro unà junctimq; ambulare. Suet. in Tib. Et secretum petẽti, nõnisi adhibito Druso filio, dedit, dextramq; obambulantis, veluti incumbens, quoad pergeretur sermo, continuit. ¶ Est item Obambulare, interprete Festo, adversus alios ambulare, & quasi ambulanti se opponere.

O'bāmbŭlātĭo, f.t. Deambulatio, inãbulatio. [התהלכות halichálh. περιπάτησις, περιπατητος, περίπατος, περιόδευσις. Gal. Pourmenemẽt. Ital. Passàg giamento. Ger. Das hin vnd her gehen/ spatieren. Hisp. Obra de passearse. Pol. Przechadzka. Vng. Setalas, iaras An. A walking about or against.] Autor ad Heren. li. 3: Propterea quòd frequentia & obambulatio hominũ conturbat, & infirmat imaginum notas.

O'bārĕsco, n.t. Circunquaq; aresco. [περιξηραίνομαι. Gall. Se secher à l'entour. Ital. Seccarsi intorno. Ger. Zu rings vmb verdorren. Hisp. Secarse en derredor. Pol. Obsicham. Vng. El aszok meg xarradok. Ang. To waxe drie on all partes.]

O'bārmo, as, are, Armis tego, armo. [ἐνοπλίζω. חלץ chaláts. ὁπλίζω. Gall. Armer. Ital. Armare. Ger. Waapnen. Hisp. Armar. Pol. Zbroia nakriwam. Vng. Fel fegyuerkezetẽm. Ang. To arme or weapon.] Hor. 4. Carm. Ode 4: - quib. Mos unde deductus p omne tempus Amazonia securi Dextras obarmet, quærere distuli.

O'bāro, as, Circum aro, vel arando excolo. [περιαρόω. Gal. Laboureur autour. Ital. Arare, arare intorno. Ger. Vmberen/ alß wann man brachet. Hisp. Arar en derredor, labrar la tierra. Pol. Wkol'o orze. Vng. Be szantom, korniwel meg szantom. Ang. To eare about.] Liv. 3. bell. Pun. Et quum hostes obarassent, quicquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen injecerunt.

O'bātĕr, adject. quodãmodo ater, & veluti subater. [שחרחר schecarchór. ὑπομέλας. Gall. Vn peu noir, noiraßre. Ital. Alquanto nero, neg greg-

ro, neg gregiante. Ger. Schwartzlecht. Hiſp. *Negro vn poco.* Pol. *Przyczernieſzim.* Vng. *Feketes, fekete Zinwe.* An. *Somewhat blacke.*] Plin. lib. 18. cap. 35: Naſcens Luna ſi cornu ſuperiore obatro ſurget.

O᷑baudĭo, is, n.q. A᷑ nonnullis uſurpatur pro non audio. παρακούω. cujus tamē ſignificationis nullum idoneum ex aliquo veterū profertur teſtimoniū. Olim Obaudio idē ſignificabat quod hodie Obedio: quod & apertè docet Feſtus, qui obedio interpretatur pro obaudio. Neſtor nō contemnendus Grammaticus autor eſt, Obedio dictum eſſe ab Ὀbaudio, au, in e, commutato. Vide plura in verbo Obedio.

O᷑bbă, æ, f.p. Poculi genus, autore Nonio, vel ligneum, vel ex ſpartho, à verbo Obbibo (ut quidam putāt) appellatum: quo verbo etiam Cic. uſus eſt pro ſimplici Bibo. Vel ut alii malunt à Græco ὄμ., quod tribum, vel populi partē, ſive turbam ſignificat. [*οπ τὸ τρεῖς πίνειν ἐν συμποσίοις ἐξεδίδοτο.* Pol. *Putnia.* Vn. *Tegel.* An. *A bottle.*] Varro in epiſt. ad Matulium: Vtrum meridiē, an veſperi libentiùs ad obbam accedas. Perſ. Satyr. 5: - Vejentanumque rubellum Exhalet vapida lætum pice teſſilis obba.

O᷑bbĭbo, is, pen. cor. n.t. Bibo. [שתה *ſchathāh. πίνω.* Gal. *Boire* Ital. *Bere.* Ger. Trincken. Hiſ. *Beuer.* Pol. *Pye.* Vn. *Iszom.* An. *To drink.*] Cicer. 1. Tuſc. Qui cùm conjectus in carcerem triginta juſſu Tyrannorum, venenum ut ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret.

O᷑bbrūtĕo, es, n.ſ. Obſtupeo: quod verbū ab adjectivo Brutus, ortum traxit, quod olim ſtupidū ſignificabat, teſte Feſto. [נבער *nibhār. ἀνοήτως.* Gall. *Perdre ſans & raiſon, s'abbrutir.* Ital. *Perdere il ſentimento, ſtupirſi.* Ger. Erſtaunen/geragen. Hiſp. *Quedar ſin ſentido y paſmado.* Pol. *Zdumial'emſie.* Vng. *Oktalanna legēk.* Ang. *To loſe ſenſe and mynd, to be brutiſh.*] Afranius: Non poſſum verbum facere, obbrutui.

O᷑bbrūtĕſco, is, ere, n.t. Brutum fieri, rationē amittere. [נבער *nibhār. ἄλογος γίνομαι.* Gall. *S'abbrutir, perdre ſens & raiſon.* Ital. *Perdere la ragione* Ger. Zu einem vnvernünfftigen thier werdē. Hiſp. *Hazerſe bruto, beſtial y ſin ſeſo.* Pol. *Tracerozum.* Ang. *To waxe brutiſh, ſtupide.*] Lucr. lib. 3: An contracta ſuis è partibus obbruteſcat.

O᷑bcăntātŭs, [ἐπῳδός. Vn. *El birdetterōt, birōs.*] Apuleius in Apologia. Dictu quibus verbis epiſtolam finierit mulier obcantata, vecors, amens, amans.

O᷑bcæco, as, act p. vel, ut alii ſcribunt, Occæco, Cæco, videndi ſenſum adimo. [עור *hivvér. τυφλόω.* Gall. *Aveugler.* Ital. *Acciecare.* Ger. Verblenden/blind machen. Hiſp. *Cegar à otro.* Pol. *Zaſlepiam.* Vng. *Meg vakitom.* Ang. *To blind.*] Col. lib. 4. Velut ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caruit. Cic. ad Sen. Quod ego negotiū non ſtultitia obcæcatus, ſed verecundia deterritus recuſavi. ¶ Accipitur & pro obſcurare. Autor Carminis ad Piſonē: Aether terrificis obcęcat ſydera nimbis. Cic. 3. de Orat. Narratio obſcura totam obcæcat orationem. ¶ Obcæcare foſſas in agro, pro obtegere. Col. li. 2. cap. 7: At ubi ſolutior humus eſt, aliquæ fiunt patentes, quædā etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. Id eſt, deſuper teguntur.

O᷑bdo, dis, act. t. ex Ob, & Do, ut inquit Feſtus, Oppono. [ἐπιτίθημι. Gall. *Oppoſer.* Ital. *Opporre.* Ger. Fürthun/fürſtoſſen. Bel. Voerdoen/ſluyten. Hiſp *Poner encontrario.* Pol. *Zapieram.* Vng. *Beletezem.* Ang. *To oppone.*] Terent. in Eunuch. Peſſulum oſtio obdo. ¶ Aliquando eſt claudo. Plaut. in Caſ. Forem obdo, ne ſenex me opprimeret. Plin. lib. 6. cap. 11: Ab iis ſunt portæ Caucaſiæ, magno errore à multis Caſpiæ dictæ, ingens naturæ opus & montibus interruptæ repentè, ubi fores obditæ ferratis trabibus, *&c.*

Occhí, Arbores in Hircaniæ convallibus sunt, similes ficis, ex quibus defluit mel, horis matutinis duabus. Plin. lib. 12. cap. 8.

Occīdo, dis, pen. prod. act. t. ex Ob & Cędo, significat quocũque modo interficio. [הָמִית *hamîth* קָטַל *katâl* הָרַג *harâgh.* φονεύω, ἀποκτείνω, αἴρω. Gall. *Tuer, faire mourir, mettre à mort, occir.* Ital. *Occidere, ammazzare.* Germ. Tödten/ vmbbringen. Belg. Dooden. Hisp. *Matar.* Pol. *Zabyam.* Vng. *Meg ölöm.* Ang. *To kill, to slay.*] Terent. in Andr. Si quicquam mentitum invenies, occidito. ¶ Aliquando significat enecare, excruciare & nimiùm alicui molestum esse. Terent. in Adelph. Occidũt me quidem, dum nimis sanctas nuptias student facere. ¶ Quandoque est cædere, ferire, percutere. Terent. in Adelph. Ctesipho me pugnis miserum, & istam Psaltriam usque occidit. Vbi Donatus: Occidit, vehementer cecidit. Vnde etiam Occisum possumus intelligere cæsum, quamvis interfectus non sit. Propriè tamen Occisus dicitur, qui est interẽptus. Vlp. Occisum, interemptũ accipere debemus, sive gladio, sive fuste, vel alio telo vel manibus, si fortè strangulavit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualitercũque. ¶ Neque verò homines soli cæteráve animalia occidi dicũtur, verumetiam plantæ: quæ licet non sentiant, tamen vivere dicuntur. ¶ Differuntque inter se Occisus & Necatus: quòd occisus vulnere, Necatus etiam ictu dicatur: & veneno necatos, non occisos dicimus. ¶ Occisa res dicitur, desperata & perdita. Plaut. in Pseud. Occisa jam est hæc res, hæret hoc negotium. ¶ Vnde & Occisiorem & Occisissimum veteres dixêre. Idem in Cas. Occisissimus omnium qui vivunt.

Occīsĭo, onis, f. t. Interemptio, interfectio. [הֶרֶג *hêregh* הָרְגָה *haregháh* קְטֶל *kétel.* φόνος. Gal. *Tuerie, occision.* Ita. *Occisione.* Ger. Ein ertödtung / todtschlag. Hisp. *La matanca.* Pol. *Zabicyie.* Vng. *Meg ölés.* Ang. *A killing.*] Plin. de Viris Illustr. In insidias delapsi ad unum occisione perierunt. ¶ Occisione occidere, idem est quod ăsque ad internecionem delere. Cic. 14. Philip. Ejusque copias occisione occiderit suo exercitu ita incolumi, *&c.*

Occīdĭo, onis, f. t. Occisio, cædes, mors. [הֶרֶג *hêregh* הָרְגָה *haregháh* קְטֶל *kétel.* μεταφορικὰ. Gall. *Occision.* Ital. *Occisione.* Germ. Todtschlag. Hisp. *La matanca.* Pol. *Zabicyie, mord.* Vng. *Halal, veronas.* Ang. *Slaughter or killing.*] Colum. lib. 7. cap. 5: Sola ea fomenta non aspernatur lactis caprini, quod infusum tantum valet, ut & blandiatur, igneam sævitiam differẽs magis, quàm occidionem gregis prohibens. Corn. Tacit. lib. 12: Copiæ tum occidione occubuissent. Idem: Ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt. ¶ Occidione occidere: idem est quod ad internecionem delere. Liv. lib. 8. bel. Pun. Quum duo exercitus eorum propè occidione occisi essent, *&c.*

Occĭdo, occidis, penul. corr. occidi, occasum: ex Ob & Cado, Intereo, pereo, perdor. [מוֹת וָגוֹע מֵת *meth* וָגוַע *ghavváh* אָבַד *abádh* בָּא *ba.* δύω, δυτικὸς. Gall. *Mourir.* Ital. *Morire.* Germ. Sterben/ zu grund gehen. Belg. Ondergaen. Hisp. *Morir.* Pol. *Gine vmieram.* Vng. *Meghalok.* Angl. *To die, to perishe.*] Terentius in Evnuch. occidi, Neq; virgo est usquam, *&c.* ¶ Occidit spes nostra, inquit Plautus in Mostell. id est, periit, amissa est, de spe decidimus. ¶ Accipitur aliquando Occido, pro obvenio: unde Occasio. Neque solùm de homine, cæterisque animantibus, verumetiam de herbis & de arboribus dicitur, quum senescunt & evanescũt. Virg. 4. Aeglog. & fallax herba veneni Occidet. ¶ Aliquando ponitur pro cado sive descẽdo. Plaut. in Rud. Et alia signa de cœlo ad terram occidunt: id est, cadunt. ¶ Hinc & Sol occidere dicitur, quia cadere videtur, dum mergitur: quemadmodum econtrariò Oriri dum videtur surgere. Lactantius lib. 3: Videbant siderum cursus in occasum meantiũ: Solem atque Lunam in eandem partem semper occidere. ¶ Hujus compositum est Præoccido, antè occido. Plin. lib. 18: Quarto Kalend. Maii Canis occidit, sydus & per se vehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit.

Occĭdens, participium. [אֹבֵד *obédh.* κατιὼν δύων, μεσουράνησιν.] Cic. Epistol. ad Sulpit. lib. 4: Profectò aliquid opis occidenti Reipub. tulissemus. Idem Occidens nomen, de quo suprà.

Occĭdens, substãtivum, pen. corr. dicitur plaga, in qua Sol occidit. [מַעֲרָב *maharâb.* δύσις. Gall. *L'occident.* Ital. *Occidente, ponente.* Germ. Der Nidergang. Hisp. *El occidẽte* Pol. *Zapad sl'onca.* Vng *Nap, nyugat.* Ang. *The west.*] Quæ & Occidentalis plaga vocatur, δυτικὸς, δυσμικὸς. Cic. 2. de Nat. deor. Qui has nobiscũ terras ab Oriente ad Occidentem colunt. Plin. lib. 2. cap. 67: A Gadibus columnisque Herculis, Hispaniæ & Galliarum circũitu totus hodie navigatur Occidens: Septentrionalis verò Oceanus majori ex parte navigatus est.

Occĭdentālis, occidentale, om. t. Quod vergit ad Occidẽtem. [δυτικὸς. Gall. *Occidental.* Ital. & Hisp. *Occidentale.* Germ. Der Nidergangs/ gegen Nidergang gelegen. Pol. *Na zapadzie.* Vng. *Nap nyugati.* Angl. *Of the west.*] Plin. lib. 19. cap. 34: Ab Occasu solstitiali & Occidentali latere Septentrionis.

Occāso, as, occasare, verbũ antiquũ ab Occasum, quod est supinum verbi Occido: idemque significat quod intereo. Plaut. in Casin. Satin' propter te pereo ego, atque occaso?

Occāsŭs, us, m. q. Interitus, & tàm de homine, quàm de rebus inanimatis dici solet. [אֹבֶד אַבְדוֹן *mavêth* אֲבַדּוֹן *abaddón* מָוֶת *mahó* מַעֲרָב *maharâb.* δυσμὴ, δύσις. Gal. *Mort, retonsement,* Ital. *Morte, occaso.* Ger. Der vndergang/ abgang/ verderbung: item, der Nidergang. Bel. Eenen val. Hisp. *Muerte ò el occidente donde se pone sol.* Polon. *Skaza*, item, *zaszcies l'onca.* Vng. *Halal, el veszes.* Ang. *Death, the west, the going downe of the sunne from our sight.*] Cic. 1. Acad. Ac post Lælii nostri occasum. Idem 3. Catil. translatè: Totius urbis atque imperii occasus appropinquat. Et Virg. 2. Aen. Testor in occasu Troiæ nec tela nec ullas Vitavisse vices Danaũm. ¶ Interdum dicitur Solis vespertina absconsio, vel transitus ad inferius hemisphærium. Autor ad Herennũ lib. 3: Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt. ¶ Vsurpatur crebrò pro loco ubi Sol occidit. Cic. 2. de Nat. deor. Ab ortu ad occasum spatiis immutabilibus commeans sydus.

Occĭdŭus, a, um, Occidentalis. δυτικὸς. Claud. lib. 2. de Raptu Proserpinæ: Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. ¶ Nonnũquam id quod occidit. Ovid. 1. Metam. Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt, Proxima sunt Zephyro. ¶ Aquæ occiduæ pro mari Hesperio, apud eundem 1. Fastorum. Et Senectus occidua, 15. Metamorph.

Occĭlāre, Cõtundere. [כָּתַת *chathâth.* συγκόπτειν. Gal. *Pestrir.* Ital. *Pestare.* Germ. Zerstossen. Hisp. *Herir ò majar.* Polon. *Stłuc wiązacgebe.* Vng. *Be rontom.* Ang. *To knock & break in small pieces.*] Plaut. in Amphit. Qui mihi advenienti occilet os. Quidam tamen legunt Oscillare, pro inclinare.

Occĭno, is, ere, vide Occano.

Occĭpĭo, pis, penul. corr. compositum est à Capio, quemadmodum Incipio, Concipio, Præcipio, & similia, significatque idem quod incipio. [הָחֵל *hechêl.* ἐπιχειρέω. Gal. *Commencer.* Ital. *Cominciare.* Germ. Anheben/ anfahen. Hisp. *Comencar.* Polon. *Poczinam.* Vng *El kezdem, hozzá fogok.* Ang. *To beginne.*] Livius lib. 1. ab Vrbe: Agere porrò occœpit. Terent. in Eunuc. Interea mœles, qui me amare occœperat. Idẽ in Andr. -si quid narrare occœpi, continuò dari Tibi verba cẽses. ¶ Occipere aliquando pro inire sive suscipere, ut Occipere magistratũ. Liv. lib. 23: Creatur Marcellus qui extemplò magistratũ occiperet. Idem li. 41: Collegam qui extemplò magistratum occiperet creavit.

Occĭpŭt, pen. cor. hujus occipitis, n. t. ex Ob & Caput, Significat posteriorem capitis partem quæ fronti opponitur. [עֹרֶף *hórephthivîon.* Gal. *Le derriere de la teste.* Ita. *Parte di dietro della testa.* Ger. Der hinder theil des haupts. His. *El colodrile.* Pol. *Tel'.* Vng. *Nyak zirt.* Ang. *The hinder part of the head.*] Auson. in Epigram. simulachri Occasionis & Pœnitentiæ: -sed heus tu Occipite es calvo, Ne tenear fugiens.

Occĭpĭtĭum, occipitii, n. s. Idem Plaut. in Aulul. Quæ in occipitio quoque habet oculos pessima: id est, ita versuta, circumspectaq; est, ut non sit eam facilè fallere. Frons occipitio prior, priscis agricolis celebratum adagium, atque instar ænigmatis jactatum. Vide Erasmum in Chiliad.

Occludo, dis; Claudo, act. t. [סָגַר *saghâr.* κατακλείω. Gal. *Enfermer, clorre & emmironner.* Ita *Chiudere, serrare.* Ger. Beschliessen. Be. Sluyten. Hisp. *Encerrar.* Pol. *Zawieram.* Vng. *Be tezem.* Ang. *To shute fast.*] Plaut. in Aulul. -occlude sis Fores ambobus pessulis. Cic. 4. Acad. Quid me igitur Lucúlle in invidiã & tãquã in cõcionẽ vocas, & quidẽ ut seditiosi tribuni solẽt, occludi tabernas jubes? ¶ Occludere, linguã. Plaut. in Milite: Quippe, si retevêre inimici cõsiliũ tuũ, tibi Tuopte cõsilio occludunt linguã, & cõstringũt manus: hoc est, impediũt ne qd respõdere possis.

Occlūsŭs, Aliquando participiũ, aliquando nomen. κατακλεῖσις. Plaut. in Trinummò: Occlusioremque habeant stultiloquentiam:

tiam: hoc eſt, magis occultam & obſcuram.

Occo, as, vide Occa.

Occŭbo, as, pen. corr. Compoſitum à Cubo, idem quod occumbo. [מות meth וגע gheváh. θνήσκω. Gall. Mourir, cheoir. Ital. Morire, cadere. Germ. Sterben/vmbkommen. Hiſp. Morir, caer. Pol. Vmieram, ginę. Vng. Meg halok. Ang. To die, to fall downe.] Virg. 1. Aen.- nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Occŭlco, as, act. p. idem quod conculco. [דרך dardch. καταπατέω. Gal. Fouler, inculquer. Ital. Calcare. Germ. Zutretten/oder zertretten. Hiſp. Hollar ò acocear ò piſar. Pol. Depcze. Vn. tapadom. Ang. To go vpon and treade with the feete.] Cato de Re ruſtic. cap. 49: Ita uti fuerit, ponito in ſcrobe, aut in ſulco, operitoque & bene occulcato.

Occŭlo, penult. corr. occului, occultum, act. t. Abſcondo ſive abdo: ex Ob & colo, o in u mutata: licet quidam à celo compoſitū velint. [טמן tſaphán הסתיר hiſtír החביא hechbí. κλέπτω, συγκρύπτω, συγκαλύπτω, ἀποκαλύπτομαι, ἐπικαλύπτομαι. Gall. Cacher, celer, muſſer. Ital. Celare, aſcondere. Ger. Verbergen/verſtoſſen. Hiſp. Eſconder ò encobrir. Pol. Kryc. Vng. El reytem, dugom. Ang. To hyde.] Virg. 2. Georg. Quod ſupereſt quæcunq; premes virgulta per agros Sparge ſimo pingui, & multa memor occule terra. Cic. ad Att. lib. 5: Appii vulnera non refrico, ſed apparēt, nec occuli poſſunt. Idem 2. Tuſculan. Quæ cæteris in urbibus molliſſimo cultu parietum umbris occuluntur. Aether occulit deos, Ovid. 2. de ponto, Eleg. 8. Sylva occulit f , Idem 2. Faſtor. Iupiter occuluit aērem nubibus, Idem 14. am. Virg. 12. Aeneid.- quæ nube fugacem Fœminea tegat, & vanis ſeſe occulat umbris.

Occŭltŭs, participium, Abſconſus, abditus. [בסתר niſtár טמון tſaphún. ἀπόκρυμμα. Gall. Caché, muſſé, ſecret. Ital. Appiattato, occulto, aſcoſo. Ger. Verborgen. Hiſ Eſcõdido, encubierto. Pol skryti. Vng. Titkon valo, el reytet. Angl. Hidde, keept cloſe.] ¶ Quum autem in nomē tranſit, idem eſt quod ſecretus. κρυπτὸς, κεκρυμμένος. Plaut. in Trinum. In occulto jacebis, quum te maximè clarum voles. Cicer. ad Mat. lib. 11: Habeo multò occultiora, quæ vix verbis aſſequi poſſum. ¶ Ex occulto adverbii vi ponitur pro ſecretò. Plin. lib. 9. cap. 42: Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens.

Occŭltē, adverbiū, Clàm & cautè. [בסתר beſether. κρυφῇ. Gall. Secretement. Ital. Di ſoppiato, naſcoſamente. Germ. Verborgentlich/heimlich. Hiſpan. Eſcondidamente. Pol. Skrycżie, potaiemnie. Vng. Titkon, alattomba. Angl. Priuely, cloſely.] Cæſar 1 bel. Civil. Occultè ad exploranda loca proficiſcitur. Cicer. 1. de Leg. Agra. Quæ res apertè petebatur, ea nũc occultè cuniculis oppugnatur. Idem 1. Officior. Removent ſe ab oculis, ipſique neceſſitati dant operam, ut quàm occultiſſimè pareant.

Occŭlto, tas, act. p. frequentativum eſt ab Occulo, is, Abſcõdo, abdo. [טמן tſaphán הסתיר hiſtír החביא hechbi. κρύπτω. Gal. Cauer, celer. Ital. Occultare, aſcondere, coprire. Germ. Emſig verbergen/verhälen. Hiſpan. Eſconder ò encobrir. Pol. Kryc. Vng. El rejtegetem, titkolomba. Ang. To hide.] Virg. 2. Aeglog. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos. Cicer. 1. Officiorum: Quæ enim natura occultavit, eadem omnes qui ſana mente ſunt, removent ab oculis. Cæſar 2. bel. Civil. Quanto hæc diſſimulare & occultare, quàm per nos confirmari præſtat.

Occŭltrarŭs, participium, [בסתר niſtár טמון tſaphún. κατακεκρυμμένος. Gal. Caché, muſſé. Ita. Appiattato, occulto, aſcoſo. Germ. Wol verborgen. Hiſp. Eſcondido. Pol. Dobrze zakryti. Vng. El rejtetet, titkoltatot. Ang. Hidden, keept cloſe.] & Occultatè adverbium, occulté. κρύφα, κρυφῇ. Cic. pro Dejot. Quod igitur & occultatiùs conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido, & ſervo, ut putabat fideli non credidit? Et hìc Calep. fallitur, occultiùs enim legendum eſt.

Occŭltātŏr, onis, f. t. [סתר ſether מחבא machabé חביון chebjon. κατάκρυψις, κάλυμμα. Gal. Cachement, cachette. Ital. Naſcondimento. Germ. Verbergūg/verhältung. Hiſp. Eſcondedijo. Pol. Zakrycżie. Vng. El titkolás, reytes. Ang. An hiding.] Cic. 2. de Finib. Quæ libido ſe non propipiet, ac projiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? Cæſar 6. bel. Gall. Cujus rei nulla eſt occultatio.

Occŭltātŏr, oris, m. t. [מסתיר maſtír טמון tſophén מחביא machabé. κρυπτάκτης, κρυπτικός. Gall. Cacheur, receleur. Ital. Chi naſconde. Germ. Ein Verbergen / Auffenthalter. Hiſp. Eſcondedor. Pol. Zakrywacz. Vng. El roytò, titkolo. Ang. He that hideth.] Cic. pro Mil. Suſtinuiſſet hoc crimen primùm ille ipſe latronum occultator & receptor locus.

Occŭmbo, is, Morior, mortem oppeto, ex Ob & Cubo, as, aut certè ab antiquo verbo Cumbo. [מות meth וגע ghavdh. πλάττω, θνήσκω. Gal. Mourir. Ital. Morire. Germ. Vmbkommen/vndergehen/ſterben. Belg. Ondergaen/ſterven. Hiſp. Morir. Po. Vmieram, ginę. Vng. Meg halok. Angl. To die.] Ovid. 3. de Arte amandi: Reſpice Phylacidem, & quæ comes iſſe marito Fertur, & ante annos occubuiſſe ſuos. ¶ Occumbere morte. Cic. 1. Tuſc. Vt eſſet qui pro patria morte non dubitaret occumbere, Liv. 1. ab Vrbe: Quem quum vadentem, ad ſpeluncam, Cacus vi prohibere conatus eſſet, ictus clava, fidē paſtorum nequicquam invocans, morte occubuit. ¶ Pro eodem dicimus Occumbere mortem. Liv. 1. bel. Maced. Qui pugnantes mortem occubuiſſent. Sueton. in Auguſt. Voluntariam occubuiſſe necem. Et Occumbere morti, Virg. 2. Aeneid.- ſeu certę occumbere morti. ¶ Occumbere etiam de Sole & ſtellis dicitur quum occidunt: unde Occubitus ſyderum pro occaſu.

Occŭpo, as, pen. corr. act. p. ex Ob & Capio, Invado, arripio, mihi vēdico; vi detineo. [לקח lakách אחז acház. καταλαμβάνω, συλλαμβάνω, φθάνω, συγκαταλαμβάνω. Gall. Occuper, vſurper. Ital. Occupare, vſurpare. Ger. Eynnemmen/zu vorbeſitzen. Hiſp. Occupar ò tomar de primero. Pol. Oſiadam, opanuie. Vng. El foglalom. Angl. To preuent, to do or take before an other.] Quintilianus Declamatione 13: Multa quò nihilominus libera fuerunt, tranſeunt jus occupantium, ſicut venatio & aucupatio. Cic. de Amic. Tiberius Gracchus regnum occupare conatus eſt. ¶ Occupari ſæpè etiam accipitur pro detineri, ſeu diſtringi, ἀσχολεῖσθαι. Cic. offic. lib. 1: Et in ea funditùs delenda occupati ſunt, & fuerūt. ¶ Occupatus alicui rei apud Plin. lib. 26. ca. 2: Sedere nanque in his ſcholis auditioni occupatū gratius erat. ¶ Occupatus in alio amore. Terent. in Andr. Occupare ſe ad aliquid, Plaut. Nequò te ad aliud occupes negotium, Plaut. in Pſeudo. ¶ Interdum eſt locum tenere, ſeu vi capere. Liv. lib. 33: Nam & ipſis vocantibus urbem hanc accepi, non occupavi: id eſt, non vi cepi. ¶ Aliquando ſignificat prævenire. Plaut. in Ruden. Occupas præloqui. Varro in Ephebo: Crede mihi plures dominos ſervi comedere, quàm canes: quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe priùs ſuos canes comediſſet. ¶ Aliquando eſt invenire. Plaut. in Menæch. - amplius enim hæreo, Ni occupo aliquod mihi conſilium. ¶ Aliquando tenere, poſſidere, Plaut. in Trinu. Familiam optimam occupavit. ¶ Idem aliquando quod exercere, ut occupare pecuniam: id eſt, exercere, & otioſam non relinquere. Colum. lib 2. cap. 8. de villico loquēs: Neve negotietur ſibi, pecuniamque domini aut animalibus aut aliis rebus occupet. Hinc occupare pecuniā, pro locare fœnori. Cic. pro Flac. Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupaviſti. Idem Verr 3: Præterea pecunias occupaverat apud populos & ſyngraphas fecerat. Hæc ex Hotomano.

Occŭpātŭs, a, um, Quod modò participium eſt, modò ex participio nomē admittens cōparationem. [נלקח nilkách אחוז achúz. ἐναχολούμενος. Gal. Occupé, empeché, ſaiſi detenu. Ital. Occupato, impedito. Germ. Vnmüſſig / mit geſchäfften behafftet. Hiſp. Occupado, tomado de primero empachado. Pol. Zatrudniony. Vng. El foglalatot. Ang. Lett by buſineſſe, occupied.] Cic. ad Att. lib. 12. Non dubito quin occupatiſſimus fueris. ¶ Occupatus & Otioſus contraria. Cic. 1. Tuſc. Vt ſi occupati aliquid profuimus civibus noſtris, profimus etiam, ſi poſſumus, otioſi. ¶ Dicimus cum dativo, Occupatus alicui rei. Plin. lib. 26.

Occŭpātīvŭs ager, Dicitur qui deſertus à cultoribus proprijs, ab aliis occupatur. κατειλημμένος χωρίον.

Occŭpātĭo, f. t. Negotium. [עכין hinján. ἀσχολία. Ger. Occupatiõ. Ital. Occupatione. Ger. Geſchäfft/vnmuß. Hiſp. Occupacion. Pol. Sprawa, zatrudnienie. Vng. Foglalatoſſag. Angl Occupation.] Cic. in Orat. In maximis occupationibus nũquam intermittis ſtudia doctrinæ. ¶ Eſt etiam occupatio, αἰποσποφορὰ, apud Rhetores ſchema quoddam, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur: quod fit vel quum rem notam eſſe putamus auditoribus, vel quum ſuſpicionem excitare majorem reticendo volumus. A Græcis παράλειψις vocatur. Quale eſt illud: Cogis me injuriæ tuæ cauſam proferre, Nihil agis. non dicam, ſed ipſum tempus eam patefaciet. ¶ Præterea Occupatio ſive præoccupatio, aliud ſchema dicitur, quũ quæ dici ab alio poterant, ea ipſi præveniendo dicimus, in adverſarium noſtrum, ne nobis poſtea officiant, detorquētes. Dicta Occupatio, quaſi præventio: nam occupare, ut ſuo loco diximus, inter cætera ſignificat prævenire.

Occŭrro, ris, occurri, occurſum, n. t. Obvius fio, obviam procedo [קרה karáh טגע paghàh ἀπαντάω. Gall. Rencontrer, aller au deuant. Ital. Occorrere, andare all' incontro. Ger. Entgegen tauffen/entgegen kommen. Belg. Te gemoet gaen. Hiſpan. Encontrar, andar al encuentro. Pol. Na droge zachodzę. Vng. Elòdbe megiek, elòdbe talalkozom. Ang. To meet with.] Iuven. Sat. 1: Occurrit matrona potens. Cic. pro Cluen. per tranſlationem. Sed ego occurram expectationi veſtræ judices: id eſt, ultrò antevertam, & præveniam. ¶ Quandoque occurrere, ponitur pro in mentem venire, ἐπιέχομαι. Idem de Sene. Sed mihi, quum de ſenectute aliquid vellem ſcribere, tu occurrebas, προσπαίζεις. Theod. Et in hac ſignificatione poſſumus addere dativum aliquem, qualis eſt Animo, vel Menti, vel ſimilem. Cic. 4 Academ. Si id, quod officii ſui ſit, nõ occurrit animo, nihil unquā omninò aget. Liv. 3. bel Pun. Sed occurebat animis, quantos exercitus terreſtres, navalesq; &c. ¶ Aliquando pro offerri, incidere προσπίπτειν. ut

apud Cicer. Occurrebat tibi oratio: id est, offerebat se. Colum. lib. 2. cap. 2: Occurrebant oculis tot palludes, tot etiam campi. ¶ Quandoque pro obstare, sive obsistere. ἀνθίστασθαι. Persius: venienti occurrite morbo.

Occūsus, hujus occursus, m. q. ipse occurrendi actus. [טְלִעַ *pégh.h* קְרִאַת *keráth* תוֹאֲבַה *ta uáh.* ἀπαντήσεις. Gal. *Rencontre.* Ital. *Incontra.* Gall Gegentauff/Begegnung. Hisp. *Encuentro.* Pol. *Zabiezenie.* Vng. *Eleybe valo menetel.* Ang. *A meeting with.*] Plin. lib. 8. cap. 30: Qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur.

Occūrso, sas, frequentativ. Currendo obviam eo. [קְרָה *keráh* טְלִע *pagháh.* πολὺς ἀπαντῶ. Gal. *Rencontrer.* Ital. *Incontrare.* Ger. Entgegen lauffen. Hispan. *Encontrar.* Pol *Zabiegam.* Vng. *Futna elébe megiek* Ang. *To meet by running.*] Virg. Aeglog. 9. & inter agendum Occursare capro (cornu ferit ille) caveto. ¶ Aliquando occursare est in memoriam venire. Plaut. in Mil. Nam ita mi occursant multæ, haud meminisse omnes possum. Plin. Epist. lib. 5: Occursant animo meo mortalitas, & mea scripta. ¶ Occursare numinibus, est adorare, & sacrificiis placare, & prævenire numina, ne nobis noceant. Plin. in Panegyr. Atque inter hæc pia mente adire lucos, & occursare numinibus.

Occūrsātio, verbale, f. t Diligens captatio honorum, quum gratiosis hominibus, aut populo occurrimus prius quàm decernatur. ἀπαντήσις. Cic. pro Plancio: Facilis est illa occursatio, & blanditia popularis.

Occēllæ, ab ocellis cognominati sunt: hoc est, ab exiguis oculis, qui scilicet justo minores haberent oculos.

Occēllātus, Ocellus, Vide Oculus.

Ocharon, Theod. Gazam, modò Ervillam, modò ervile, aliquando Cicerum: folio ut Cicerculæ oblongo dicit, vermiculis obnoxio.

Ochrā, [ὤχρα. Gal. *De l'Ochre.* It. *Ocrea.* Ger Ogger oder berggäl/ist ein gälbes erdtrich. Hispan. *Color de almagra quemada.* Polon. *Zoł'tawi iako gleita.* Vngar. *Verhenő sinwe sarga.* Angl. *Okre that peinters vse.*] Genus est coloris lutei, qui fit ex usta rubrica in ollis novis luto circunlitis. Plin. lib 35 cap. 6.

Ochīmum, peri nostrum, n. s. [ὤκιμον. Gal. *Herbe appellee Basilic.* Ital *Basilico* Germ. Basilien ein kraut/hat drey fürnemme geschlecht/zwey zame vnnd ein wildes Hisp. *Albahaca ò alfabega.* Pol. *Bázykia.* Vng. *Bászli kom.* Angl. *An herbe called basill.*] Dioscoridi herba est hortensis pedali altitudine surculosa, ramulis teretibus, folio muralis herbæ, diluti viroris, odorisque fragrantissimi, quam recentiores *Basilicam herbam* vocant: quo etiam nomine utitur vulgus. Ductum est nomen, ut putatur, à celeritate nascendi, quòd omnium eorum quæ in hortis nascuntur, celerrimè proveniat, dieq; à quo sata est tertio erumpat: unde etiam à nonnullis per y scribitur, eò quòd a dictione Græca ὠκὺς, derivari putetur. Sed (ut suo loco docebimus) ocimum farragnis quoddam genus est, ab ocimo omninò diversum. Sunt hac nostra ætate viri non indocti, qui Ozimum per z, scribendum contendant, dictumque putant à Græco verbo ὄζω, quod est fragro; est enim herba fragrantissimi odoris. Quæ opinio in primis arrideret, nisi reclamarēt castigatissima quæq; Plinii & Dioscoridis exemplaria, in quibus cōstantissimè pro hac herba Ocimum legimus per secundam consonantem.

Ocium, cii, n. f. sive (quod eruditis magis placere video) Otiū pert, propriè vacatio à labore: cujus cōtrarium est Negotium. [שַׁבָּת *schébeth.* ἀπραγμοσύνη. χολή. Gall, *Oisiueté, loisir.* Ital. & Hisp *Ocio.* Ger. Müssiggang/Müs. Bel. Ledicheyt. Pol *Prożnowanie.* Vngar. *Henyeles, vezteg heuetés, wessèq.* Angl. *Rest or leysure.*] Colum. lib 2: Sed quum tàm otii quàm negotii rationem reddere majores nostri consueverint, nos quoq; monendos esse agricolas existimamus, quæ feriis, facere, quæ non facere debeant. Autor ad Herennium in præfat. oper. Etsi negotiis familiaribus impediti vix satis otium studio suppeditare possumus, & idipsum quod datur otii, libentiùs in philosophia consumere consuevimus, tua nos tamen, *&c.* ¶ Accipitur etiam Otium pro exercitatione leviore animi, vel corporis, & relaxatione à gravioribus & magis seriis negotiis. Hinc Otium literarum pro studio literarum, quòd hoc exercitationis genus oblectamentum potiùs videri debeat, quàm seria aliqua occupatio Cicero: Quid dulcius est otio literario? id est, studio, & (ut ita dicam) negotioso otio. ¶ Accipitur etiam Otium pro tranquillitate, pace, quiete ἡσυχία. Cic. in Verr. Ergo tunc quum bello fugitivorum tota Italia arderet, C. Norbanus in summo otio fuit. Idem 1. Famil. Epist. 28: Si antea auditum erit otium esse in Syria.

Ocīosus, vel potiùs otiosus, Vacans, cessans, liber à negotio, opere solutus. [χολᾶδες, ἡσυχᾶδες. Gal *Oisif, oiseux.* Ital. & Hisp. *Ocioso* Germ Müssig/ledig. Pol. *Prożnuiacz.* Vng *Henyelő, vezteg lieuerő, munkanelkwel valo.* Angl *Idle, that reslech or ceaseth frome labour*] Cicero de claris Oratoribus: Quum inambularem in Xysto, essemque domi otiosus Plinius Epist. 9: Satius est enim (ut Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit) otiosum esse quàm nihil agere. ¶ Dicitur & de animo, qui tunc otiosus est, quū trāquillus est, securus, & solicitudine vacuus. Terent. in Andria: Animo jam nunc otioso esse impero: id est, securo. Nam nisi securus est, nemo est otiosus, ut inquit Donatus. Dies otiosus, pro festo. Cic. ad Quint. Frat. lib. 3: Id perficiam his supplicationum otiosis diebus. Cic. de Senectute: Si verò habet aliquid tanquam pabulum studii, atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucundius. Idem 3. Offic. Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquàm se minus otiosum esse, quàm quum esset otiosus. ¶ Otiosa pecunia, dicitur à Iureconsultis quæ in arca jacet, nullum suo domino fructum afferens: eique tanquam è regione respondet, Occupata. Nam occupare pecuniam alicui, est fœnori apud eum collocare & quasi exercere ne otio & inertia languescat. Plin. lib. Epist. 10: Pecuniæ publicæ & exactæ sunt & exiguntur, quæ vereor ne otiosæ jaceant. Ulpian. etiam in L. 3. D. de cont. tut. sterilem pecuniam appellat. Ex Horomano.

Ociōsē adverb. Quod est cum otio. [χολῇ, ἀργίμως. Gal. *Oisiuement, tout à loisir, sans souci, negligemment, tout bellement.* Ital. *Otiosamente, senza pensiero, negligentemente.* Germ Müssiglich. Hisp. *Ociosamente, negligentemente, sin pensamiento.* Pol. *Zprożnowaniem.* Vng. *Henyen* Ang *Idlelie, at leysure.*] Terent. in Adelph Otiosè nunc jam illicò hic consiste. ¶ Apud Cic. Otiosè spectare, otiosè quærere aliquid, otiosè vivere.

Ociōr, āris, ōtiāri, d. p. in otio & quiete sum. [שָׁבַת *batál* שָׁבַת *sunabáth* בח *nach.* χολάζω. Gall. *Ne rien faire, estre oiseux se reposer.* Ital *Ociare, stare in riposo.* Ger Müssig gehen/müssig seyn. Bel. Ledig zyn Hisp. *Estar en ocio y holgar.* Pol. *Prożnuie.* Vng. *Henyelek, veteg heuerek.* Angl. *To be idle, to be at rest.*] Cujus contrarium est Negotior. Cic. lib 3. Offic. C. Caninius Eques Romanus, neq; infacetus, & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset, dictabat se hortulos aliquos emere velle.

Ocius, citius, antitheton Tardius. Cicer. de Somn. Ocius faciet, Vide Ocyus.

Ocneros, Rusticus apud Dioscor. lib. 4. cap. 174.

Ocquīnisco, [נִטָּה *natáh* הִשְׁתַּחֲוָה *hischtachavàh.* Gal. *Incliner* Ital. *Inchinarse.* Germ. Sich neigen oder biegen. Hisp. *inclinarse.* Pol *Kłaniam sie.* Vng. *Lehayiok* Ang. *To incline.*] Inclino, (inquit Nonius) Pomponius in Pistore: Nisi nunc aliquis subitò obviam occurrit mihi, qui ocquinisçat, quò compingam terminum in tutum locum.

Ocrea, æ, f. p. Militaris calceamenti genus est ex ære, ad obtegendas tibias accōmodatum: quo utebantur tantùm duarum primarum classium milites: reliqui enim caligis tibias muniebant. [מִכְחֹזָה *mitschách.* κνημὶς, τὸ αὐτοκνήμιον Gall *Houseaux, bottes, greves, armures des iambes.* Ital. *Gambiera.* Germ. Eisine stiffel/mit weichen sie die kriegsleut waffnen / Beinschynen Belg. Een târse. Hisp. *El calcado como botas ò antiparas.* Pol. *Szkernia*, item, *Nakolanki, ubroye* Vng *Szekernie.* Ang. *A boote or legge harneys.*] Apuleius: Hic galea caput, ille crura ocreis involvit. Varro ocreā dictam ait, quòd opponebatur ob crus. Festus tamen ab antiquo vocabulo ocri dictas esse putat: quòd in modum ocris inæqualiter tuberatæ essent.

Ocrĕātus, a, um, Qui ocreis calceatus incedit. [κνημιδωτός. Gal. *Houssé, botté, armé par les iambes* Ital. *Instualato, armato le gambe.* Germ Mit eysinen stifflen angethan. Hisp. *Calcado de botas.* Pol. *Wkornie obuty.* Vn. *Szekernies.* Ang *That hat bootes on or legge harneys*] Plin. lib. 19. cap 2: Ad reliquos usus laboriosè evellitur ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, cōvolutum ossels ligniśve conamentis.

Ocris, antiqua vox, quæ montem confragosum significat, ut apud Livium Andronicum: Sed qui sunt qui ascendunt altum Ocrim? Celsosque ocres, aryaque pertrita, & mare magnum. Festus.

Octāngŭlus, Vide OCTO.

Octo, [שְׁמוֹנָה *schemonáh.* ὀκτώ. Gal *Huit.* Ital. *Otto.* Ger. Achte. Hisp *Ocho* Pol. *Osm.* Vng *Niolez.* Ang *Eight.*] Nomē numerale, adject. indeclinabile. Virg. 1. Georg. -pedes temo protentus in octo.

Octĭēs, adverb. [ὀκτάκις. Gall. *Huit fois.* Ital. *Otto volte.* Germ. Acht mal. Hisp. *Ocho vezes.* Pol. *Osm razow.* Vn. *Nioleczor.* Ang. *Eight tymes.*] Colum. lib. 8. cap. 8: Nam & octies annos pullos educat. De columbis.

Octāvus, a, um, [שְׁמִינִי *schemini.* ὄγδοος. Gal *Huitiesme.* Ital *Ottauo* Germ Der achte. Hisp. *Cosa ochaua en orden.* Polon. *Osmi* Vng. *Nioleczadik* Angl. *The eight.*] Horat. in Epist 7: Strenuus, & fortis, causisque Philippus agendis Clarus, ab officiis octavam circiter horam Dum redit, *&c.*

Octāvùm Ponitur aliquando tanquam adverbium pro octies. Liv. 6 ab. Vrbe: Nam Præter Sextium, Lucinium que latores legum jam octavùm Tribunos plebis refectos. ¶ Sic Octavum Consulem dicimus, qui octavum gerit consulatum. ¶ Octavò autem consulem, qui octavo anno ab exactis regibus, institutisque

tisque Consulibus, fuit Consul. Vide Aulum Gellium in noct. Attic.

Octingēntī, æ, a. Cicer. 4. Acad. Mille & octingenta stadia, &c. [ὀκτακόσιοι. Gall. *Huit cens.* Ital. *Ottocento.* Ger. Achthundert. Hisp. *Ochocientos.* Pol. *Osm set.* Vn. *Niolczazan.* Angl. *Eight hundred.*]

Octingēnārĭus, a, um, Quod ex octingentorum numero constat: ut Octingenarius grex, qui octingentas habet pecudes. [ὀκτακοσιοστός. Gall. *De huit cens.* Ital. *Di ottocento.* German. Das achthundert begreifft. Hisp. *De ochocientos.* Polon. *Osmsetny wsobie maiący.* Vng. *Niolczuanos.* Angl. *Of eight hundred.*] Varro de Re rust. cap. 10: Septingenarii enim mei (greges) ut opinor, octingenarios habuisti.

Octingēntēsĭmus, a, um. [ὀκτακοσιοστός. Gall. *Huicentiesme.* Ital. *Ottocentesimo.* Germ. Der achthundertst. Hisp. *Vno de ochocientos.* Pol. *Osm setni.* Vng. *Niolczazadik.* Angl. *The eight hundreth.*] Vltimus ex octingentis, vel unus ex numero octingenario. Cicer. de Senect. Deinde quòminus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm octogesimum?

Octōgintă, adject. [שמנים *schemonim.* ὀγδήκοντα. Gall. *Octante, ou quatre vingts.* Ital. *Ottante.* Ger. Achtzig. Hispan. *Ochenta en numero.* Pol. *Osmdziesiat.* Vn. *Niolczuan.* An. *Eightie, or fourescore.*] Cic. de Senect. Argantonius quidam Gadibus qui octinginta regnavit annos, centum viginti vixit.

Octōgēnŭs, adjectivum. [שמנים *schemonim.* ὀγδηκοστός. Gal. *Octantiesme.* Ital. *Di ottanta.* Ger. Je achtzig. Hisp. *Cosa de ochenta.* Pol. *Po osmdziesiat.* Vng. *Niolczinan.* Ang. *The eightieth.*] Plinius lib. 9. cap. 51: Torpedo octogenos fœtus habens invenitur: id est, octoginta.

Octōgēsĭmus, a, um. [שמנים *schemonim.* ὀγδηκοστός. Gall. *Octantiesme.* Ital. *Ottantesimo.* Ger. Der achtzigest. Hisp. *Ochenta en orden.* Pol. *Osmdziesiati.* Vn. *Niolczuanodik.* An. *The eightieth.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Dentes homini novissimi, qui genuini vocātur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis & octogesimo.

Octōgĭĕs, adverb. [ὀγδηκοντάκις. Gall. *Quatre vingt fois.* Ital. *Quatre volte venti.* Germ. Achtzig mael. Hisp. *Ochenta vezes.* Pol. *Osmdziesiat razow.* Vng. *Niolczuanszor.* Ang. *Eightie tymes.*] Cic. in Pis. Nónne sestertiùm centies & octogies, quod quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti?

Octōnŭs, a, um, Propriè distributivus numerus, quanvis etiam accipiatur pro Octo. [οἱ κατὰ τὰ ὀκτώ. Gal. *Huit.* Ital. *Otto.* Ger. Je acht. Hisp. *Ocho.* Pol. *Po osmi.* Vngar. *Niolczat, niolczat.* Ang. *Eight.* Varro: Nutricare octonos porcos parvulos primò possunt, ut cremento facto, à peritis dimidia pars removeri solet. Plin. lib. 8. cap. 50: Octonis mensibus ferunt partus: id est, octo mensibus.

Octōjŭgis, pen. corr. Octo habens juga. [ὀκτάζυγος. Gal. *Accouplez ou alliez huit ensemble, huit d'vne bande.* Ital. *Otto da vna banda & vniti insieme.* Germ. Acht einer Rott oder Burß die zu sammē verbunden sind. Hisp. *Ochos, ayuntados, juntamente.* Pol. *Osmi y' acżenie.* Vng. *Niolcz teteiwe.* Ang. *Eight in one couple or bande.*] Liv lib. 5. ab Vrbe: Antea trina loca cum contentione summa patritios explere solitos nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire.

Octāngŭlŭs, Res vel figura dicitur, octo angulos habens, ὀκτάγωνος.

Octĭpĕs, penul. corr. hujus octipedis, quod octo habet pedes. [ὀκτάπους. Gall. *De huit piez.* Ital. *Di otto piedi.* Germ Achtfüssig. Hisp. *De ocho pies.* Polon *Osmionog.* Vng. *Niolcz labu.* Ang *Of eight feete.*] Ita ab Ovidio lib. 1. Fastor. hoc epitheton Cancro cœlesti signo tribuitur: Octipedis frustra quæruntur brachia Cancri.

Octŭplŭs, pen. cor. adject. [ὀκταπλάσιος. Gal. *Huit fois au double.* Ital. *D'otto, d'oppi.* Germ. Achtfeltig. Hispan. *Cosa de ochos dobles.* Polon. *Osiniorachi.* Vngar. *Niolczanny.* Ang. *Eightfold.*] Cic. 6. Ver. Dicis enim te in Decumanum, si plura sustulerit quàm debitum sit, in octuplum judicium daturum esse.

Octŭplĭcātŭs, a, um pen. prod. ὀκταπλασιασθείς. Liv. 4. ab. Vrbe: Octuplicatoque censu ærarium fecerunt.

Octūssis, Numi species ad valorem octo assium. ὀκτώμοιρον νόμισμα. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Quanti emptæ? parvo, quanti ergo? octussibus.

Octŏbĕr, bris, Mensis dictus est, quòd octavum locum teneat à Martio, qui primus ineuntis anni mensis erat. [Ἰὸξ *bul.* πυανεψιών Gal. *Le mois d'Octobre* Ital. *Ottobre.* Germ. Der Weinmonat. Hisp. *El mes de Octobre.* Pol. *Październik.* Vng. *Zent Andras hava.* Ang *The moneth of october.*]

Octomĕnŭtālis. [Vng. *Nyoles nehezek ni.*] Lampridius in Alexādro Severo: Cùm fuisset octominutalis libra, ad duos unaquæque utriusque carnis libra redigeretur.

Octŏphŏrum, ti, penult. corr. n. s. ὀκτοφόρον, Lectica dicitur, quæ ab octo servis gestatur, sicut Hexaphorum, quæ à sex servis ferri cōsuevit. Suet. de Calig Interdum adeò signiter & delicatè incessit, ut octophoro veheretur. Mart. lib. 6: Octophoro sanus portatur Avite Philippus: id est, octo servis in lectica.

Oculus, li, m. s. Dictus est ab occulendo, quòd ciliorum teguminibus occulatur. Latent enim oculi sub ciliis, & genis. [עין *hajin.* ὀφθαλμὸς, ὄμμα. Gall. *Oeil.* Ital. *Occhio.* German. Ein Aug. Belg. Een Oogc. Hisp. *Ojo.* Polon. Oko. Vngar. *szem.* Ang. *The eye.*] Lactant. lib. de Opif. Vt igitur oculi munitiores ab injuria ciliorū teguminibus occuluit: unde oculos dictos Varroni placet. Sunt autem oculi pars corporis pretiosissima, in quibus (ut Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odii existunt. Sūt enim veri cordis nuntii, in quibus animus inhabitat. Terentius in Adelphis: dii me pater Omnes oderint ni magis te quàm oculos nūc amo meos. Cic. 2. de Nat. deor. Nam & oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Plaut. in Trinum. quem ego quis sit homo nescio, Neq; oculis ante hunc diem unquam vidi. Virgil. 8. Aen. atque oculos per singula volvit. ¶ Accipimus etiam Oculos pro notis, seu maculis rotundis, quales videmus in pardorum pellibus, & caudis pavonum. Plinius lib. 8. cap. 17: Pantheris in candido breves macularum oculi. ¶ Per translationem posuit Cicero in Lælio: Nec verò ille in luce modò, atque in oculis magnus: sed intùs domique præstantior. Magnus in oculis & luce: id est, coram hominibus. ¶ Dicuntur etiam oculi in arborum surculis, unde germinant. Cato de Re rust. cap. 6: Ibi oculos arūdinis pedes ternos aliū ab alio ferunto. ¶ Habet præterea hoc nomen varios, eosque elegantes in oratione usus. Dicimus enim Adjicere oculos rei alicui, pro eo quod est, rei alicujus cupiditate teneri. Cic. 4. Verr. Partim planè videbant adjectum esse oculum hæreditati. ¶ Capere rationem oculis apud Plautum, est rem aliquā visu æstimare. Plautus in Pseud. Vt ego oculis rationem capio. ¶ Habere alicujus oculos in suis, est videre quid ille velit, aut imperet. ¶ In oculis aliquid habere, est ad illud valde, semperque intentum esse, ut interpretatur Budæus, semper aliquid observare. ¶ Oculi mei in vultu illius habitare dicuntur, à quo contuendo non moventur. ¶ Oculum exculpere, idem quod eruere. ¶ Oculi alicui dolere dicuntur, quoties aliquid videt quod videre molestum est. ¶ Intendere oculos, est fixis oculis aliquid intueri, & oculos immobiles tenere. ¶ Oculos aliquorum tenere, est in contemplationem sui adducere. ¶ Oculos tollere, per translationem, est refici, recreari, & delectari ut lætiore nuntio de re aliqua, quæ cupidè expetatur. Cicer. ad Tironem: Literæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblāguerunt: hac tamen epistola quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt. ¶ Ab oculus Plaut. suo more formavit superlativum Oculissimus, pro charissimus. Salve, valuistin' ostium oculissimum? ¶ Oculis captus, Cæcus dicitur: ἀλαὸς, ἀπηρωμένος τὰς ὄψεις. Cicer. 6. Verr. Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam scelleratam decidisti.

Ocellŭs, diminut. [ὀμματίδιον. Gall. *Oeillet, petit œil.* Ital. *Occhietto.* Ger. Ein Äuglin. Hisp *Pequenno ojo.* Pol. Oczko. Vng. *Zemetske.* Ang. *A lytle eye.*] Catullus de Acme: Et dulcis pueri ebrios ocellos. ¶ Ocellus meus, apud Plaut. in Asin. blandientis vox est: Da (*inquit*) meus ocellus, mea rosa.

Ocellātŭs, a, um, Quod ocellos habet: id est, cavernulas quasdam. [πολυόμματος. Gal. *Qui a plusieurs petis yeux.* Ital. *Chi a molti piccioli occhi.* Germ. Äugtechtig Hisp. *Lleno de muchos ojetes.* Pol. Wpadł ich oczi. Vng. *Zemes.* Angl. *That hath many eyes.*] Hinc Suetonius, Ocellatas nuces dixit: id est, multis foraminibus distinctas.

Ocellātă, orum, Sueton. in Aug. Solitum esse cum pueris minutis ludere ocellatis, nucibusque. De ocellatis diversa Grammatici sentiunt, & ut in re ignota emendationē comminiscuntur: ac modò Castellatis, modò Oscillis, modò Ossilatis vel Ossiculis reponunt. Sed Ocellatis Turneb. probat: eoque verbo veniunt avellanæ nucularumq; genera, quę ocellatorum quādam præ se speciem & rotunditatem ferunt. Hanc vocem mutuò sumpsit à Vartone Tranquillus, ut existimo. Nam Varro, auctore Nonio, scripserat in Marcipore: Altera exorat patrem libram ocellatorum: altera virum semodium margaritarum.

Ocellātŭs, a, um, Plenus oculis, oculatus. [πανόφθαλμος, πολυόμματος. Gal. *Plein d'yeux.* Ita. *Occhiuto, pieno d'occhi.* Germ. Voll augē. Hisp. *Lleno de ojos.* Pol. *Gesttook.* Vng. *Rakuazemmel.* Ang. *Full of eyes.*] Plaut. in Aul. Quos si Argus servet, qui totus oculeus fuit, Quem quondam Iovi Iuno custodē addidit, Is nunquam servet. ¶ Per translationem ponitur pro perspicaci, quasi qui totus ex oculis cōstet. Apuleius: Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

Ocŭlārĭus, a, um, Qui multos habet oculos, vel qui acutè videt. [πολυόμματος, ὀμματωτὸς, ὀξυδερκής. Gal *Plein d'yeux, qui a bonne veuë.* Ita. *Occhiuto* Ger. Voll augen/scharpffsichtig Belg. Gichtich. Hisp. *Lleno de ojos.* Pol. *Ostrich oczu, pelns oczu.* Vng *Szemes.* Ang. *That hath man eyes, quicke of sight.*] Plaut. in Truc. Pluris est oculatus testis unus, quā auriti decē: id est, qui presens fuerit, viderit q;. ¶ Plin. Oculatissimū locū appellat conspicuū, lib. 34. c. 6.

In qua legatione interfecto, Senatus ſtatuam poni juſſit quàm oculatiſſimo loco in Roſtris. Quid ſi luculentiſſimo levi immutatione legas? ¶ Oculatam diem vocat Plautus in Pſeud. diem præſentem, quo ſcilicet ſtatim videmus pecuniam nobis annumerari: cui opponit Cæcam diem, qua nihil numeratur præſentis pecuniæ. Eme (*inquit*) die cæca olivum: id vendito oculata die.

O-cŭlātĭo, onis, ſ. f. In vitibus pro gemmarum luxuriantium deſectione. Plin. lib. 17. ca. 21: Simplici jugo conſtat porrecto ordine, quem canterium appellant: meliorque ea vino, quando ſibi obumbrat, aſſiduoque ſole coquitur, & afflatum magis ſentit, & celeriùs rorem admittit. Pampinationi quoque & oculationi, omnique opere facilior.

O-cŭlĭtŭs, pen. corr. adverb. Sicut Medullitus, Animitus, in modum oculi. [ὀφθαλμηδὸν, ὡς τῶν ὀφθαλμῶν. Gall. *Du profond des yeux, comme ſes propres yeux.* Ital. *Come i ſuoi occhi.* Germ. Auß jhre eigne augen. Hiſp. *Como los oyos.* Pol. *Iako wł aſine oko.* Vng. *Fette igen, mint az xemet.* Ang *Euen with hꝭ eyes.*] Qui amant ancillam meam oculitùs.

O-cŭlo, as, act. p. Illuſtro, vel illumino, & quaſi ex cæco oculatũ facio. [הֵאִיר *highghiah* הוֹשִׁיעַ *hophiah.* ἐμφανίων. Gall. *Illuſtrer, illuminer.* Ital. *Illuſtrare, illuminare.* Germ. Ein aug geben/erleüchten. Hiſp. *Alumbrar, eſclareſcer.* Polon. *Oſwiecani wzrok date.* Vng. *Szemeſſe tezem.* An. *To mak light.*] Tertul. in Apologet. Sed quia jam expolitos & ipſa urbanitate deceptos, in agnitionem veritatis ocularet. Sed hoc vix crediderim apud veteres inveniri. Neque enim occulatus participium eſt à verbo Oculo, ſed potiùs nomen, ſicut Manicatus & Tunicatus.

O-cўmum, pen. corr. n. ſ. [ὄκυμον. Gal. *La dragee aux cheuaux ou bœufs.* Ital. *Herbe diuerſe per boi.* Ger. Geſäyt auß vielerley kreüteren vnd gemüß dem vych zu dem futer oder zur weid. Hiſ *Herren paſto para los buyes.* Pol. *Mieſzanina dlia bidł a zziarna roſtiego ſiana.* Vng. *Okör haſa meg indito ſok fele fwe.* Ang. *A mixture of ſundrie cornes for beaſtes.*] Farrago eſt diverſarum herbarum, vel leguminum, ad boum pabulum ſata, qua ciebant alvum bobus: id erat hujuſmodi: Fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem & ervilĭæ, in jugero autumno miſcebant, ac ſerebant, admiſta etiam avena Græca, cui non cadit ſemen. Ductum nomen ab ὠκὺς, quod ſignificat Velocem, vel propter celeritatem naſcendi, vel quòd bobus alvum cieat: quapropter etiam iis datur, ut purgentur. Autor eſt Varro lib. 1. de Re ruſt cap. 31. Vide de hoc plura in Annotat. Hermol. Barbari in Dioſcorid. lib. 2. cap. 158.

O-cўŏr, com. t. [ὠκύων, ὠκύτερος. Gall. *Plus ſoudain, plus leger, plus viſte.* Ital. *Più velõce.* Germ. Schneller. Hiſp. *Mas ligero.* Polon. *Pretki chutki.* Vng. *Giorſob.* Ang *More ſuddaine or ſwift.*] & Ocyſſimus; ὠκύτατος, ὠκύπους, Græca quibus tanquam Latinis utimur, pro Celerior, celerrimus: fiũt à poſitivo Græco ὠκὺς, quo Latini carent. Plin. lib. 2. cap. 8: Mercurii ſydus inferiori circulo fertur, novem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò poſt occaſum ſplendens. Idem lib. 16. cap. 31: Quidam brevitate radicum ſenescere celeriùs arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices longiſſimæ, & ſenectus ocyſſima eſt.

O-cўŭs, & Ocyſſimè, adverbia. [ὠκύτερον, ταχύτερον, ὤκιστα, τάχιστα. Gal. *Plus viſtement, plus legerement.* Ital. *Molto preſto.* Ger. Eylends/gantz ſchnell/fluchs. Hiſ. *Mas legeramente.* Pol. *Pretko wskok.* Vng. *Giorſon.* Ang. *Sooner, quickelier.*] Quanquam & Ocyter dicatur pro Cytò, & perquàm prompté. Terent. in Andr. Eamus ergo ad eum ocyús. Idem in Heavton. & tu, id quod cupis Quam ocyſſimè ut des.

O ante D.

OD. In notis antiquorũ ordo. O. D. M. opera domus munus.

O-dēum, pen. prod. [ᾠδεῖον. Gal. *Lieu deputé aux châtres ou meneſtriers pour chanter.* Ital. *Luoco deſignato nella caſa à cantare.* Ger. Ein geſanghauß/oder ein gemach im Hauß/in welchem man ſinget vnd muſiciert. Hiſ. *Lugar para cãtar.* Pol. *Mieſzcze wdomu ſpiewakom naznaczone.* Vng. *Eneklõ hely.* An. *A place appointed for ſingers or minſtrels.*] Locus eſt in ædibus cantui deſtinatus, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς: hoc eſt, à cantu dictus. Cic. ad Attic. 4: Monumentum illud quod tu tollere laudibus ſolebas, ut odeum laxaremus, & uſq; ad atrium Libertatis explicaremus, contempſimus ſeſtertiûm ſexcenties. Vide Cæl. lib. 38. cap. 12. Vitr. lib. 5. cap. 9: Pericles Athenienſis inter cętera opera quę Athenis extruxit, fecit & odeum, in quo certamina muſica ſpectabantur: quod multis ſedibus & columnis exornatum fuiſſe hiſtorici prodiderunt.

O-dē, es, ſive Oda, odæ, f. p. [ᾠδὴ Græcè. Germ. Ein Lied oder Geſang.] cantus Latinè dicitur; unde etiam Horatius Carmina ſua Odas appellavit.

O-dfăcĭo, veteres pro Olfacio dixerunt, teſte Feſto.

O-dī, odiſti, odit, verbum defectivum (ut Priſcianus inquit) neque præſens, neque futurum, neq; participium habet: ſed tàm præſentis quàm præteriti temporis ſignificationem retinet. [שָׂנֵא *ſané.* μισῶ, ἐχθαίρω. Gal *Auoir en haine, hair.* Ital. *Hauer in odio.* Germ. Haſſen. Hiſp. *Aborreſcer.* Polon. *Nienawidze.* Vng. *Giwlõlõm.* Ang. *To hate, to diſdaine.*] Significat enim Odi, odio habeo & habui. Cic. de Amicit. Alterum propter crudelitatem ſemper hæc civitas oderit. Idẽ: Apertè odiſſe magis ingenii eſt quàm fronte occultare ſententiam. Horat. 1. Epiſt. 19: Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; jocoſi. Sedatum celeres, agilem gnavumq; remiſſi: Potores, bibuli media de nocte Falerni Oderũt porrecta negãtem pocula, quanvis Nocturnos jures te formidare vapores. Ovid. 2. de Arte: Amor odit inertes. ¶ Hinc participium Oſus: & compoſita Exoſus & Peroſus, & Oſor verbale: de quibus ſuis locis.

O-dĭum, n. ſ. Ira inveterata. [שִׂנְאָה *ſineáh.* μῖσος, ἐχθρα. Gall. *Haine, rancune.* Ital. *Odio.* Ger. Ein haſſ. Belg Eenen haet. Hiſp. *Ira enuegeſcida, odio, aborreſcimiento.* Pol. *Nienawiſć.* Vng. *Giwlõlſeg.* Ang. *Hatred or diſdaine.*] Interdum utuntur pro importuna quadam aſſiduitate, moleſtia, faſtidio, δυσχέρεια, ἐνόχλησις. Plautus in Aſinar. Iam hic me abegerit ſuo odio. Terent. in Evnuch. tum ſicubi eum ſatietas Hominũ, aut nepoti ſi quãdo odium ceperat. Odium mitigatur, deponitur, renetur, ſedatur. Cic ad Quir. poſt reditum: Odiũ vel precibus mitigari poteſt: vel temporibus Reipub. communique utilitate deponi, vel ulciſcendi difficultate teneri, vel vetuſtate ſedari. Odium igitur in illo eſt qui odit. Aliquando tamen meum aut tuum odium dicitur, nõ quo ego aut tu alium, ſed quo alius me aut te proſequitur. Terent. Nam neq; negligentia, neque odio id fecit tuo. In quo negligentia etiã ponitur in eo qui negligitur, quum proprium ſit in eo qui negligit.

O-ſŭs, a, um. [שָׂנוּא *ſanú* שׂנין *ſanin.* μισητῶν. Gall. *Qui a hay ou haït.* Ita. *Che ha odio.* Ger. Der da haſſet. Hiſ. *El que tiene odio.* Pol. *Ten ktori nienawidzi.* Vng. *Giwlõlſeges.* Ang. *That hateth or diſdaineth.*] Atq; ejus cõpoſita, Exoſus & Peroſus participia ſunt, ſive participiorum ſignificatione uſurpãtur potiùs. Habent autem activam ſignificationem, extiguntq; accuſativum. Feſtus, Oſus ſum, præteritum eſſe putat a verbo Odio: quod tamen in uſu non eſt: nos potiùs à defectivo Odi deductum putamus. Plautus in Amphitr. Inimicos ſemper oſa ſum obtueri: id eſt, odi.

O-ſūrŭs, Cicero in Lælio: Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri, quàm ejus qui dixiſſet, ita amari oportere, ut aliquando eſſet oſurus.

O-ſŏr, m. t. [שׂוֹנֵא *ſoné.* ὁ μισῶν ὁ ἐχθρός. Gal. *Qui hait, qui porte haine.* Ita. *Chi porta odio.* Ger. Ein haſſer. Hiſp. *Elaborecedor.* Pol. *Nienawidzaci.* Vng. *Giwlõlõ.* Ang. *He that hateth.*] Plaut. in Aſin. Madidum, nihili incontinentem atque oſorem uxoris ſuæ: id eſt, qui odit uxorem ſuam. ¶ Sciendũ quod in oſus elata quædam copiam aut affectionem: quemadmodum apud Græcos terminata in ώδης ſignificare, ut Animoſum, Nervoſum, Saxoſum, Aquoſum: quod copiam ſaxorum, nervorum, ingenii & animi habet. Vinoſus, Libidinoſus, Mulieroſus, Seditioſus, Factioſus, qui amat vinum, libidines, mulieres, ſeditiones, factiones. Quædam actionem, ut Studioſus, Stomachoſus, Contumelioſus: qui operam dat ſtudio, qui ſtomachatur, qui contumelia afficit. Quædam paſſionem, ut Odioſus, Invidioſus: qui habetur odio, & qui invidetur. Quædam activè & paſſivè accipi poſſunt, ut Formidoloſus, Laborioſus, Operoſus, Voluptuoſus, Religioſus.

O-dĭbĭlĭs, adjectivum. [μισητός. Vng. *Giwlõſegre melto, giwlõſegos.*] Lamprid. in Heliog. Vita, moribus, improbitate ita odibilis eſt factus, ut ejus nomen Senatus eroſerit.

O-dĭōſŭs, a, um, Qui odio habetur. [שָׂנוּא *ſanú* שׂנין *ſanin.* μισητός. Gall. *Odieux, faſcheux.* Ital. *Odioſo.* Germ. Häſſig/verhaſſet. Hiſ. *Coſa aborreſcida ò enojoſa.* Pol. *Wnienawiſći bedaci vprzykrzoni.* Vng. *Giwlõlſeges.* An. *That is hated or diſdained.*] Cic. de Amic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantiũ. Idem 1: Offic. Paleſtrici motus ſæpè ſunt odioſiores & hiſtrionũ nonnulli geſtus ineptiis non vacant. Idem de Senect. Senectus ſic pleriſq; ſenibus odioſa eſt, ut onus ſe Aetna gravius dicãt ſuſtinere. ¶ Aliquando capitur pro moleſto. λυπηρὸς, ἐπαχθὴς. Terent. in Phorm. Si porrò eſſe odioſi pergitis.

O-dĭōſē, adverbiũ, Cum odio, ſtomacho, faſtidio. [μισητῶς, δυσχερῶς Gal. *Odieuſemẽt.* Ital. *Odioſamente.* Ger. Häſſlich/mit haſſ/feindſeligkeit. Hiſp. *Enojoſamente.* Pol. *Nienawiſnie.* Vn. *Giwlõlſegeſen.* Ang. *With hatred, ſpitefully.*] Plaut. in Bacch. Cave verò, odioſè facis. Ad Herennium lib. 4: Vivis invidioſè, delinquis ſtudioſè, loqueris odioſé. Quintil. lib. 1. cap. 6: Quia nihil eſt odioſius affectatione.

O-dĭnŏlўŏntēs, ὠδινολύοντες, Piſciculi ſũt exigui, magnitudinẽ magnæ limacis non excedẽtes, quos Græci alio nomine *Echeneidas*, Latini etiam Remoras vocãt: ſic appellati, ἀπὸ τῆς λύειν τὰς ὠδῖνας: id eſt, à ſolvẽdo dolores partus. Quippe ſale aſſervatum & alligatũ, gravidis partũ ſolvere prodiderunt. Plin. lib. 32. c. 1.

Odo, odonis, Calceamenti genus. Cujus meminit Vlp. in L. 25. §. 17. D. de aur. & argen. Alia, *inquit*, cauſa odonũ eſt: quia uſum calceamentorũ præſtant. Significare videtur ſoleas laneas aut lineas, quarũ alteras caloris, alteras mũdicii cauſa induimus. Vdones tamẽ apud Mart. legimus. Vide infrà VDO. Ex Hotom.

Odœporicon,

Odœporicon, vide Hodœporicon, prima vocali aspirata.

Odontagrā, æ, ὀδοντάγρα, Instrumentum est chirurgicum dentibus evellendis accommodatum.

Odontotrimmă, ὀδοντότριμμα, A Græcis dicitur dētifricium: hoc est, medicamentum quo dentes fricantur, ut albescant, ἀπὸ τοῦ τρίβειν τοὺς ὀδόντας.

Odŏr, odoris, m.t. Nihil aliud est quàm infectus aër, interprete Plin. li. 9 c. 7. [ריח réach. ὀσμή. Gal. Odeur, senteur. Ita. Odore. Ger. Ein geschmack oder geruch. Bel. Rueck. Hisp. Olor. Pol. Zapach, wonność. Vng Szagh. Ang. A sauour, smell, or sent.] Dictus odor quasi olor: literæ unius commutatione. Dicitur & Odos, pro odor, sicut Honos, Lepos. Plaut. in Capt. Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum. Idem in Menæch. Ecquid de odore possis, si quid fortè olfeceris, Facere conjecturam? Virgil. 3. Aeneid. -contactuque omnia fœdant Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem. Ovid. 2, Metam. Vt tamen ingratus in pectora fudit odores. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro indicio, teste Budæo, ut Odor Dictaturæ. Cic. ad Attic. lib. 4: Res fluit ad interregnum, & est nōnullis odor Dictaturę. ¶ Odores & aromata pro eodem accepit Colum. lib. 12. c. 20: Quòd si non ita, ut præcipimus, permiscueris, subsidēt aromata & aduruntur. Et paulò pòst: Ad prædictum autem modum musti adjici debent odores, nardi folium, iris Illyrica, &c.

Odōsus, a, um, pen. prod. Quod ex se odorem mittit. [ὀδωμον, ὀσφραντικόν. Gal. Qui flaire bon, qui rend bonne odeur. Ital Che ha buono odore. Ger Geschmackt/geschmackreich/wolgeschmackt. Hisp. Cosa de buen olor. Pol. Pachniaci wonni, perfumowani. Vn. Szagos. Ang. That hath and letteth out a sauour] Stat. 6. Theb. -& odoro vulnere pinus Scinditur. Ovid. 9. Metamor. Najades hoc pomis, & odoro flore repletum Sacrarunt: divesque meo bona Copia cornu est. ¶ Aliquando activè pro sagaci & eo qui odoratur. Virgil. lib. 4. Aeneid. -& odora canum vis.

Odōro, as, pen prod. Odoratum facio. [ὀδὸν ποιῶ, ἀρωματίζω. Gal Donner bonne odeur à quelque chose, La faire sentir bon. Ital. Profumare. Germ Ein guten geschmack oder geruch machen. Hisp. Hazer buen olor perfumar. Pol. Pachniaco czinie, perfumuie. Vng. Zaglom. Ang. To mak to smell and sauour well.] Colum. lib. 9. ca 4: Qui coloret odoretque mella: hoc est, odorata reddat. ¶ Odoro pro odore repleo. Ovid. 15. Metam. Thura super ripas, aris ex ordine factis, Parte ab utraque fonant & odorant aëra fumis.

Odōror, aris, d p. Odorem percipio. [הריח heriach. ὀσφραίνομαι. Gall. Sentir & flairer, odorer. Ital. Odorare, sentir odore. Ger. Schmecken/eines geschmacks innen werden. Hisp. Sacar el rastro por olor. Pol. Zyuchnąć em. Vng Erzem az szagat. An. To feele the sauour or smell of a thing] Colum. lib. 6 cap 2: Deinde nares perficato, ut homines discāt odorari: id est, olfacere. Plaut. Menæch. Agedum odorare hanc quem ego habeo pallam, quid olet? ¶ Per translationem est odore quo dā suspitionis aliquid sentire: ut apud Cic. ad Attic. Cupio antequam Romam veniam odorari diligentiùs quidnam futurum sit. ¶ Odorari sagaciùs, est diligentiùs investigare, & indagare. Cic. ad Att. lib 6 Tu sagaciùs odorabere. Odorari & degustare aliquē, est calidè & clàm explorare. Odorari & degustare aliquid quisque habeat animi. Cic. ad Att. lib. 4: Tu velim ut Fabiū. si quem habes aditum, odorere, & istum convivā tuum degustes. ¶ Pro eodem etiā legimus Odorare in activa voce. Cic. post reditum: Hi voluptates omnes vestigant & odorant;

Odōrātio, onis, f.t. Odoris perceptio. [ריח riách. ὀσφρησις. Gal: Flairement. Ital. Odoramento, esso odorare. Germ Das schmecken/die krafft zu schmecken. Hisp. Aquella obra de hazer buen olor. Pol. Wonność, zapachnienie. Vng. Szaglas. An. A sauouring or feeling the smell of a thing.] Cic. 4. Tuscul. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & actionū & odorationum, & saporū voluptates.

Odōrātor, oris, m t. [ריח meriach. ὀσφραντικός. Gall. Qui flaire. Ital. Che odora bene. Ger. Ein erschmecker/der ein ding geschwind wol erschmeckt. Hisp. El que saca le rastro por olor. Pol. Ten ktori ma dobri zapach. Vng Szaglo. Ang. That smelleth or senteth the sauour of any thing.] Qui odoratus sensu plurimum valet, uti sunt ex canum genere qui & Odorisequi, & Sagaces dicuntur.

Odōrāmēn, odoraminis, n.t. [τὸ ἄρωμα, ἡ ὀσμή. Gal. Bonne senteur, parfum odeur. Ital. Odoramento. Ger. Riechung/geruch. Hisp. Buen olor.] Quod odoris gratia tenemus. Macrob. lib. 1. Satur. in Præf. Contusura videlicet omnium succos odoraminum inspiramentum unum.

Odōrāmēntum, ti. n. s. Pastillus vel aliud quidvis, quod odoris gratia tenemus. [נכאת nechóth. ὀσφρησις, ἄρωμα. Gall. Odeur, senteur. Ital. Odoramento, odore. Germ Etwas das wolschmeckt/ein wolriechend täfelein Bel. Eenen rueck. Hisp. Buen olor. Polon. Rzecz ktora dlia pachnienia, mamt. Vng. Szhag. An. Any sweet thing that sauoureth well.] Plin. lib. 21. cap. 27: Omnium odoramentorum, atq, adeò herbarum differentia est in colore, & odore, & succo. Colum. lib. 12. cap. 2: Tum etiam salem atque odoramenta quibus condire vinum consueverunt.

Odōrārius, rii, subst antivum, Qui odores conficit venditque. [רקח rakéach. ἀρωματοπώλης. Gall. Perfumeur. Ital. Profumiere. Germ. Der wolriechende ding macht und verkaufft. Hisp. Perfumero. Pol. Ten ktori czini y przedaie wonne rzeczi. Vn. Szagtsmalo. Ang. That maketh and selleth perfomes.] ¶ Odorarius, a, um, quod ad odores pertinet: ut Odoraria myrrha. Plin. lib. 12. cap. 17: Pretium ejus, quàm odorariam vocant ad x i i i i.

Odōrātus, a, um, Odore repletus, odore perfusus, & qui aliunde odorem accepit: [ὀδώδης. Gall. Plein d'odeurs, qui sent & flaire bon. Ital. Odorato profumato. Germ. Wolgeschmackt/voll gutes geschmacks. Hisp. Cosa de buen olor. Pol Wonni. Vn. Iofzagos. Ang. That smelleth swetlie, replenished with sweet sauour.] ut, Templum odoratum. Plin. Epist. lib. 2: Ante cryptoporticum xistus violis odoratus. Horat. 3. Carm. Ode 20: Fertur & leni recreare vēto Sparsum odoratis humerum capillis. Idem 2. Serm. Saty. 7: -prodis ex judice Dama Turpis, odoratum caput obscurante lacerna. ¶ Interdum sumitur pro odorifero: id est, quod ex se odorem habet. Plin. lib. 21. cap. 4. de rosa: Quibusdam annis minus odorata provenit. Præterea locis omnibus siccis quàm humidis odoratior. Virg. lib. 3. Georg. Disce & odoratam stabulis accendere cedrum. Servius Odoratam pro odorifera.

Odōrātus, hujus odoratus, m. q. pro olfactu. [ריח réach. ὄσφρησις, ὀσφρησις.] Cic. 2. de Nat. deor. Eorum jucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam, & spectatus.

Odōrifĕr, a, um, adjectivum, Odorem reddens [ἀρωματοφόρος, ὀσμοφόρος. Gal. Odorifferant, qui rend bōne odeur. Ital. Odorifero. Ger. Das wol schmeckt/oder wolschmeckend ding bringt. Hisp. Cosa que da buenos olores. Pol. Wonnosc dasaci. Vn. Szagos. Ang That bringeth a sauour or smell.] Plin. lib. 12. cap. 17: Eundem & ad serpentes fugandas urunt, in odoriferis sylvis frequentissimas. Gēs odorifera, Ovid. 4. Metam. Arabia odorifera, in qua nascūtur odores, Plin. lib. 5. cap. 11.

O ante E.

O. E. R. In notis antiquorum, ob eam rem.

Oeconŏmus, penult. corr. m. s. [משק ben méschek. οἰκονόμος. Gal. Maistre d'hostel, despensier. Ital. Dispēsiere, maestro di casa. Ger. Ein Haußhalter/Schaffner. His. Mayordomo. Pol. Szaffarz gospodarz. Vng. Hazgond viselő. Angl. A steward, he that keepth the store of an household.] Tām pecuniæ, quam frugum, & omnium quæ dominus possidet, dispensator, & rei familiaris administrator est.

Oeconŏmĭa, miæ, f.p. Administratio, dispensatio. [οἰκονομία. Gall. Gouvernement & conduitte d'vne maison Ital. Gouerno di vna familia. Germ. Ein haußhaltung/haußverwaltung/Schaffnerey. His. La mayordomia. Pol. Gospodarstwo, szafarstwo. Vng. Hazgondviselés. An. The stowardship or gouernance of an house.] ¶ Trānsfertur tamen ad alia. Nam apud Quintil. lib. 1. pro dispositione accipitur, oratoribus & poētis maximè necessaria, quæ quid, quo loco sit dicendum, ostendit. -Sic enim eodem lib. cap 8. inquit: Oeconomia quoque in his diligentior, quàm in plerisque novorū erit. Idem lib. 3. c. 3: Hermagoras judicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt, subjecit œconomiæ: sic Græcè appellata ex cura rerum domesticarum, & hìc per abusionem posita, nomine Latino caret.

Oeconŏmĭcă, orum, Quæ ad rem domesticam ac familiarem pertinet. τὰ οἰκονομικά. ¶ Vnde & Oeconomicus, Xenophontis pulcherrimus liber est, qui non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus describit: qui est liber à Cicerone Latinus factus. Componitur enim ex οἶκος, quæ est domus, & νόμος lex.

Oecŏs,] בית bajith. οἶκος. Pol. Czeladz. Vngar. Haz.] Græcè, Domus sive familia Latinè dicitur: à quo Oeconomus. Ea voce utitur Plin. lib. 36. cap. 25.

Oecumĕnĭcus, οἰκουμενικός, Latinè Vniversalis, & ad totum orbem pertinens: unde Oecumenicum concilium dicimus. οἰκουμένη enim idem est, quod orbis terrarum, terra habitabilis

Oēdāstĭcus, Vir, ponderum & staterarum rationem optimè callēs: οἶδα enim idem est quod scio, στατικὴ pōderatio. Alciat. C. de ponderat. in l. 2. lib. 10.

Oēdemă, atis, pen. prod. οἴδημα. Est tumor præter naturam, rarus, & indolens, constans ex frigida partis imtemperie cum affluxu pituitæ. Vide Galenum lib. 14. Methodi cap. 4.

Oēnagrā, Frutex est arboris instar amygdalino folio, Dioscor. lib. 4. cap. 10.

Oenānthărĭŏn, οἰνανθάριον, Vnguentū œnanthinum est, teste Aegineta: qui non ob id sic nominatum purat, quòd œnāthen respiret, quum sæpè fiat sine ea, sed à vino & floribus lilii.

Oenānthē, hujus œnāthes, f.p. οἰνάνθη, Flos labruscę: hoc est, vitis sylvestris, nō tamē cujuslibet, (nā duę sunt labruscę species) sed ejus tantùm quę solū florē, nō etiā uvas profert. Colligitur quū optimè olet, siccatur in umbra substrato linteo, atq; in cados cōditur. Dicta quasi οἶνος ἄνθος: hoc est, vim flos. Autor Plin. lib. 12. c. 28. ¶ Est præterea Oenāthe, herba in petris nascēs, folio pastinacę, radice magna, numerosa. Autor Plin. lib. 21. c. 24.

Oēnānthīnŭs, a, um, pen prod. adjectivum. οἰνάνθινος, Quod ex œnanthe factum est: ut Oenanthinum unguentum, quod ex œnanthe: hoc est, flore labruscæ fit. Plin. lib. 13. cap. 1 14. 16.

Oēnārĭă, Vitis domestica, apud Dioscor.lib. 5. cap. 1.
Oēnĭgĕnă, æ, com.p. *οἰνογόνος*, Vino genitus.
Oenocrotali, Aves sunt fœdæ, olorum similitudine, sed inexplebiles. Aelian. Oenocrotali, olorum similitudine sunt, nec distare omninò putãtur, nisi faucibus ipsis ineſſet alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal cõgerit: mox perfecta rapina sensim inde in os: deinde inferiùs in alvum ruminantis modo demittit. Gallia hos Septentrionali Oceano proxima mittit, Aelian.
Oēnās, Græci *οἶνας*: id est, navigo, ut interpretatur Gaza, magnitudine columbi, capitur autumno.
Oenoe, vitis domestica apud Dioſc. lib. 5. cap. 1.
Oēnŏmĕlī, itos, *οἰνόμελι*, Potio ex melle & vino austero, quam Latini mulsum appellant. Rationem conficiendi vide apud Dioscor. lib. 5.
Oēnŏphŏrum, pen. cor. n.s. [אשישה *aschischáh*. Ger. Allerley Weingeschirr/ alß kanten/ &c.] Vas vinarium ad ferenda vina aptũ: ab *οἶνος*, vinum, & *φέρω*, porto. Mart. lib. 8: Reddidit œnophori pondera parva sui. Apul Metam. lib. 8: Oenophoro quo immissum vino gerebat venenum. Iuven. Satyr. 6: tãdem illa venit rubicundula totum Oenophorum sitiens.
Oēnŏphŏrŭs, ri, [*οἰνοφόρος*. Pol. *Naliewacz winna*. Vng. *Borhordo, borthlo*] Minister, qui vinum in mensa ministrat.
Oēnŏphŏrŏs, Vitis domestica apud Dioſc. lib. 5. cap. 2.
Oēnŏpĭă, Radicis nomen, quę hospitis Aegyptii medicamentum extitit: de quo Poëta scribit: Miscuit actutum dulci medicamina vino Vnde hilaris lætusque mali & fuit immemor omnis.
Oēnŏpōlă, æ, pen. prod. m.p. [*οἰνοπώλης*. Germ. Weinschenck.] Venditor vini.
Oēnŏpōlĭum, lii, n.s. [*οἰνοπώλιον*. Germ. Weinhauß/ Wirthhauß/ Schenckhauß. Pol. *Gospoda wktorei winno przedaia*. Vng. *Kortsma*. Ang. *A wine tauerne*.] Taberna vinaria. Plaut. in Asin. Quũ à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio.
Oēnŏptæ, æ, *οἰνόπλυ*, In Græcorum symposiis dicebãtur, quorum officium erat dare operam, ut ex æquo biberetur. Vide Cæl. Rhodi.
Oēnŏtĕră, Idem quod Oenagra, apud Dioscor. lib. 4. cap. 119.
Oēnūttă, Herba qua gustata corvi & canes ebrii fiunt.
Oēsŏphăgŭs, pen. corr. [*οἰσοφάγος*. Germ. Die Speißröhr.] Est fistula ab ore ad ventriculum usq; protensa, & veluti via quædam cibo, potuique transmittendo destinata. Latinè Gulam vocamus, Græcè etiam *στόμαχον*: quanquam stomachum nonnunquam impropriè pro ventriculo positum invenimus.
Oēstrum, œstri, n.s. [*οἶστρος*. Gal. *Vn tahon qui tourmente les bestes l'eſté*. Ital. *Tafano*. Germ. Ein rauſſende brãm. Hiſp. *La moſcarda*. Pol. *Bak, Giek, bidlo ſiekaci*. Vng. *Barom Kerget ſene bogar*. Ang. *An horſe fliet hat ſucketh the bloode of beaſtes*.] Insecti genus est horrisono strepitu, quod Latini Asilum vocant, vulgus *Tabanum*. Virg. 3. Georg. Est lucos Silari circa ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo Romanum est, Oestrum Graii vertêre vocantes: Asper acerba sonans, quo tota exterrita sylvis Diffugiunt armenta. Colum. lib. 9. ca. 14. scribit nasci in extremis partibus favorum, amplioris magnitudinis quàm sunt apes cæteræ, eosque nonnulli putãt esse reges. Verùm Græcorum autores *οἴστρους* appellant, quòd exagitant, nec patiantur examina conquiescere. Plin. lib. 11. cap. 16: Nascuntur interdum in extremis favis apes grandiores, quæ cæteras fugãt. Oestrus vocatur hoc malum. Eo Iuno in pellicem Io immisso, eam in furõrem egit. Ita & poëtæ divino furore correpti, œstro perciti dicuntur.
Oēsўpum, n.s. [*οἴ ἔστιν ὄος, οἰσύπη*. Germ. Der kaht ſo an der Wollen hangt/ Schafbrallen genannt. Pol. *Peczki wowczei wel'nie*.] Dicitur pinguedo, & sordes hærentes in oviũ vellеribus nõdum purgatis. Ovid. 3. de Arte amandi: Oesypa quid redolent quanvis mittãtur Athenis, Demptus ab immundæ vellere succus ovis? Dictum est autem Oesypum ab ove, quam Græci *ὄιν* vocant: quasi *ὄιν ῥύπος*: id est, ovium sordes. Vide Plin. lib. 29. cap. 2.

O ante F.

Offă, f.p. per duplex ff, cõstabat ex carne ferè porcina Lucanica, quã facere ex mediocri intestino Romanæ mulieres à Lucanis didicêre. [טרץ ככך *path chichchár* אשטך *eschpár*. *μόζα* Gall. *Vne piece de chair, de pain, de paſte ou autre viande eſpoiſſe ou de quelque groſſeur, comme vne ſouppe de pain*. Ital. *Lucanica, ſalſiccia, & offella*. Ger. Ein getöch von fleiſch/ ein ſtuck fleiſch. Hiſp. *La pulpa ò la carne ſin hueſſo, ſoppa*. Pol. *Kiſzka mieſna, ſtuka mieſſa* Vng. *Kolbaſz*. Ang. *A ſoppe, a morſell*.] ¶ Est item Offa quodlibet carnis frustum. [Pol. *Kes mieſſa*. Vng. *Falat*.] Vnde offam porcinam cum cauda, Offam penitã dicebant: unde est illud Iuven. Sat. 2: & patruo similes effunderet offas. ¶ Offa etiam cibarium ex frustis panis, in jure pingui, caseo vetere, pipere & cinnamomo condiris, quæ Iussulata & Caseata dicitur. ¶ Offa & pultem significat, & quicquid est in pultis modum redactum. Virgil. 6. Aeneid. Melle soporatam, & medicatã frugibus offam. Potest etiam fieri offa ex aliis rebus. Var. lib. 3. de Re rust. cap. 5: Cibatui offas positas, hæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto. ¶ Ponitur quandoque Offa pro massa. Plin. lib. 9. c. 48: In nostro mari offa informis colore tantùm leporis similis. ¶ Offæ, & Massæ vocabulis promiscuè utitur Colum. lib. 12. cap. 38: Post hæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perveniat.
Offārĭŭs, rii, Coquus, qui conficit offas, *μαζοποιός*.
Offātĭm, adverbium, Particulatim, *λεπτομερῶς*.
Offĕllă, ę, diminutivum, teste Servio, unico f scribendum est, cõtra primitivi naturam, quòd primam syllabam corripiat. Est autem Ofella frustulũ carnis. [*μόζιον, ξωμίδιον*. Gal. *Petite ſouppe, petite carbonade*. Ita. *Carbonata*. Germ. Ein ſtücklin fleiſch. Hiſp. *Pequenna pulpa*. Pol. *Stuczka mieſſa*. Vng. *Falatotska*. Ang. *A litle ſoppe, a litle morſell*.] Vnde porcina ofella dicitur, particula carnis porcinæ, quam in sartagine, craticula & prunis coquimus. Vitulina à vitulo, quam ad ignem verubus versantes, ad escam paramus. Mart. lib. 14: Parva tibi curva craticula suder ofella. Iuven. Sat. 11: at tu rudis omni Tempore, & exiguę frustis imbutus ofellæ.
Offŭlă, læ, aliud diminut. ab Offa, *ξωμίδιον*. Colum. scribens de salsura carnis suillæ, ait: Dein offulæ carnis spissę componuntur, & alternis sal ingeritur.
Offectōrēs, inquit Festus, dicuntur lanæ infectores, & propriè ii qui amissum colorem restituunt.
Offendo, dis, di, sum, act. t. ex Ob & Fēdo, quod nõ est in usu: à quo fit & Defēdo, significat Incido casu in aliquē, casu aliquē invenio, Incurro in aliquid, sive incido, reperio, invenio. [כשל *chaschál*. *σφαλλω, σκοπέω, κατυγχάνω, κατελαμβάνω*. Gall. *Offenſer, offendre, rencontrer, chopper*. Ital. *Offendere, incontrare, urtare*. Ger. An einen ſtoſſen/ anſtoſſen. Belg. Ontmocten. Hiſpan. *Offender ò encõtrar*. Pol. *Wpadam, natrafiam, otrzczam ſie*. Vn. *Reaakadok*. Ang. *To finde by chance; to ſtrike and hit a thing vnwares, to offend, to do amiſe*.] Aequè ad corpus, & ad animũ refertur. Terent. in Evnuch. Adveniens offendi quendam mei loci hinc atque ordinis hominem haud impurum. ¶ Et non solùm de animatis, sed de inanimatis quoq; dicitur. Ovid. 2. de Pont. Eleg. 14: Ad veteres scopulos iterum divertor, & illas, In quibus offendit naufraga puppis aquas. ¶ Et quoniam qui incidũt in aliquid, se lædere sæpè solent in eo in quod incidunt, factum est ut offendere pro lædere usurpetur. [נגף *herah*. *ἀδικεῖν*. Pol. *Otrzacenie*. Vng. *Meg bantom, ſertem*.] Colum. lib. 5. cap. 9: Deinde arando ne coxam bos, aliámve partem corporis offendat. Cic. pro Cluent. Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer. ¶ Offendere ponitur pro invenire, sed præter opinionem. [מצא *matsáh*. Gall. *Trouuer*. Ital. *Ritrouare*. Germ. Ohngefährd finden. Belg. Binden. Hiſp. *Hallar*. Pol. *Trafiam*. Vng. *Rea talalkozem*.] Teren. Heavt. Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cic. 2. de rep. Sed imitor Archytam illum Tarẽtinum: qui quũ ad villam veniſſet, & omnia aliter offendiſſet, &c. ¶ Offendere apud aliquem, est infeliciter agere & ignominiam referre. Cicer. pro Cluen. Quum esset nemini dubium, illũ potiùs judicari necesse esse qui bis apud eos judices offendiſſet, quàm eum qui bis iis causam probaviſſet: id est, damnatus esset, sive cõtrariam sententiam tulisset. ¶ Offendere apud judices, est condemnari, inquit Budæus. ¶ Interdum ponitur pro peccare, errare. Cic. ad Var. lib. 9: Quis es tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? Livius 2. ab Vrb. Consulis enim alterius quum nihil aliud offenderit, nomen invisum civitati fuit. ¶ Offendere absolutè posuit Cic. in Ver. pro rem malè gerere: Quum (*inquit*) multi viri fortes in communi, incertoque periculo belli, & terra & mari offenderint.
Offēnsŭs, particip. Lęsus, vel in aliquam rem impactus. [נכשל *nichschál*. *βλαβεὶς, πεσοντα μὲν*. Gal. *Offensé, bleſſé*. Ital. *Offenſo*. Ger. Verletzt/ angeſtoſſen. Hiſp. *Offendido*. Po. *Obrazoni, otrzacżoni*. Vng. *Meg akatt, meg ſerwet*. Ang. *Hurt, offended, ſtriken on a thing vnwares*.] Ovid. 2. Fastor. Ille jacens pronus matri dedit oscula terræ, Creditus offenso est procubuisse pede. Offensa volũtas populi, Cic. 5. Tusc.
Offēnsŭs, nomen ex participio, invisus, odiosus. Sueton. in Iul. Cæsare: Põpeium affectatus est, offensum Patribus, quòd Mithridate victo, &c. Cic. 5. Verr. O miserum atque invidiosum, offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium. Offensum: hoc est, invisum inquit Budæus.
Offēnsĭor, invenitur pro irato. Suetonius in Claudio Cæsare: In Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium quàm se in patris sui locum cooptassent.
Offēnsă, ę, f.p. offensio, onis, f.t. & Offensus, us, m. q. Lapsus, erratum, incommodum. [מכשול *michschól* מכשלה *machschelah* כשלון *chischschalón*. *σφαλμὸς πταῖσμα*. Gal. *Offenſe, faute, chopperment*. Ital. *Offenſione, offeſa*. Ger. Anſtoſſung/ Stürchtig/ Verletzung. Belg. Een aenſtoot/ overſinge. Hiſpan. *Offenſion ò trope cadura*. Pol. *Otrzaczenie*.

Pol. *Ottraczenie, obrazenie.* Vng. *Vetek, meg bantas.* Ang. *An offence, a stricking or hitting of a thing vnwares, a faute.*] Seneca in Epist. Per hujusmodi offensas emetiēdum est confragosum hoc iter. Lucret. lib. 6: Non igitur multis offensibus intemerādo. Offensa ferè activè sumitur, estq; propriè ejus qui offendit. Cic. Quū tot ejus offensas pati non possem, discessi. ¶ Offenso plerunque passivé. Idē de Senect. In corpore ægro odiosa est omnis offensio: id est, omnis molestia & passio. ¶ Offensa opponitur gratiæ. Quint. lib. 4. c. 2: Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ, excipiendo recta, quàm offensę, reprehēdēdo prava, mercamur. ¶ Esse in offensa, est offendere. ¶ Offensioni esse, est molestiam afferre. ¶ Offensio fit: id est, molestia. ¶ Offensiones belli, sunt damna, & pericula. ¶ Offensiones ex morbis, sunt læsiones, & dolores.

O ffēnsĭūncŭlă, læ, f. p. Parva offensio. [*πλαισμάτιον.* Gall. *Petite offense, petit ennuy.* Ital. *Offesa picciola.* Germ. Ein kleine verletzung oder vnfug. Hisp. *Offensa pequenna.* Polon. *Male obrazenie, rayk.* Vng. *Vetketske.* Ang. *A litle offence or hurt.*] Cic. pro Planc. Vidit M. Pisonem in ista ædilitate offensiuncula accepta, summos à populo Romano esse honores adeptum.

O ffēnso, as, Idem offendo, lædo, impingo. *πταίειν.* Liv. lib. 5 belli Pun. Flere omnes repentè & offensare capita.

O ffēnsātĭo, sicut ab Occurso, Occursatio.

O ffensātŏr, oris, m. t. Qui sæpè offendit & labitur, sive errat: [*...πταρτικὸς, πταίειν ἀωρὶς, ὁ μὴ κατερρωμένος, ὁ λαντεύκτικός.* Gal. *Qui choppe souuent & trebuche.* Ita. *Che scappuccia.* Germ. Ein stürchter oder strauchler der sich offt stößt. Hisp. *El que offende à tropieca.* Polon. *Ten ktory sie często potika.* Vng. *Vetkező, botlo.* Ang. *He that stumbleth or stammereth.*] ut, Offensator equus. Quint. lib. 10. cap. 2. Idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legēdo, velut offensator fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legēdo identidem resistit, aut potiùs, qui perperam legit.

O ffensācŭlum, li, n. s. Est id quod objectum est, ut aliquis in ipsum impedat, vel impingat. [מכשול *michshól* מכשלה *machshelah* כשלון *chishlón* *πρόσκομμα.*]

O ffendīcŭlum, li, n. s. Impedimentum, obstaculum, objecta ad impedēdum ars. [מכשול *michshól* מכשלה *machshelah* כשלון *chishlón* *πρόσκομμα, πρόσκομμα.* Gall. *Chose en quoy on se hearte et arreste.* Ital. *Ostacolo.* Ger. Ein hindernuß/ein strauchel/etwas daran man sich stoßt. Hisp. *El tropieco, ò estoruo.* Pol. *Rzecz naktorej się ottraczami.* Vn. *Akadaly, meg botrā koztato.* An. *A thing where vpon one streketh him self vnwares.*] Plin. Epist. 188: Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circunfer oculos, & occurrent.

O ffendīmēntum, ti, n. s. Ligatura nodus, quo apex retinebatur quum pervenisset ad mentum. Festus.

O ffendix, Idem quod Offendimentum. Festus.

O ffercĭo, cis, act. q. Impleo. [מלא *malé* *ἐμπλήθω.* Gall. *Remplir, farcir.* Ital *Impire.* Germ Füllen/oder voll schoppen. Hisp. *Hinchir rectlando.* Pol. *Natikam.* Vng *Meg tőltőm.* Ang. *To fill or stuff.*]

O ffertŭs: hoc est, plenus: & Offertissimus: id est, plenissimus. [מלא *malé* *κορεσθὲις, ἐμπλησις.* Gal *Rempli & farci.* Ital. *Empiuto.* Germ. Gefüllt/voll geschoppet. Hisp. *Hincado.* Polon. *Natkani.* Vng. *Meg tőltött.* Ang. *Filled and stuffed full.*] Plaut. in Asina. Maximas optumitates, gaudioq; offertissimas pariet. ¶ Aliquando est pinguissimus. Plautus in Capt. Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.

O ffĕro, offers, act. inconf. Exhibeo, ultrò do. [הקריב *hikríb* הגשה *hebeláh.* *προφέρω.* Gall. *Offrir, presenter.* Ital. *Offerire, dedicare.* German. Antragen/ dargeben. Belg. Presenteren. Hisp. *Offrescer.* Polon. *Podaie.* Vngar. *Adok, zabad akaraton bol adom.* Ang. *To present, to offer.*] Terent in Heayton. Opportunè te mihi offers. Offerre vitium virgini dicimus, pro eo quod est violare sive vim inferre. ¶ Interdum ponitur pro immittere. *ἐπάγειν.* Cic. pro Domo sua: Domus ardebat in palatio, non fortuitò, sed lato incēdio. ¶ Interdum objicere. *προφέρειν.* ut apud eundem in Læl. Addendum eodem est, ut ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. ¶ Interdū polliceri. *ἐπαγγέλλω.* Iustin. Quum si auxilium obtulisset. ¶ Ponitur aliquando pro opponere. Cicero ad Brutum: Romam ut veni, statim me obtuli Antonii sceleri, atq; dementiæ. ¶ Offerre religionem est injicere religionis scrupulū. Cic. ad Planc. lib. 10: Recitatis literis, oblata religio Cornuto est. ¶ Interdū inferre, Cic. lib. 3. Offic. Reginæ stuprū obtulit. Cic. pro Rosc. Amerin. Quod supplicium satis acre reperietur, in illum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularet, jura divina atque humana cogebant. ¶ Offerre se iti, est sine mandato rei ad se non pertinentis judicium accipere.

O blātŭs, oblata, um, Datus, illatus. Cic. ad Artic. Gaudeo, mihi causam oblatam, in qua omnes sentiāt me ab illo alienatum. Idē de Finib. Stuprū per vim oblatū Lucretiæ. ¶ Oblatū furtū, dicitur, ut ait imperator, quū res furtiva ab aliquo tibi oblata est, eaq; apud te concepta est, utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potiùs quàm apud eum qui dedit, cōciperetur.

O blātĭōnēs, propriè dicuntur, quæ diis offeruntur. [קרבנים *korbanim.* *προφοραὶ, αὐαθήματα.* Ga. *Offrādes.* It. *Offerte* Ge. Opffer. Hisp. *Las offrendas.* Pol. *Offiari.* Vn. *Oltarra vitetet aiandek.* An. *Offrings.*] Veteres offerrumenta dicebant. Vlpian. D. lib. 24. Tit. 1. l. 5. proinde & si maritus ad oblationē Dei uxori donavit.

O ffĕrūmēntās, per quandam translationem Plautus dixit plagas, percussiones, & flagella, quòd ea scapulis, & tergo offerātur, quum quis fuste cæditur. Plaut. in Rud. Ni offerrumentas habebis plures in tergo tuo, Quàm ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus.

O ffĕrūmēntă, Veteres dicebant oblationes, quæ diis offerebantur, autore Festo. *ἀναθήματα.*

O fficĭo, cis, Ex Ob, contra, & Facio, Obsum, & impedimento sum, noceo. [הרע *haráh.* *βλάπτω.* Gal. *Nuire, empescher.* Ita. *Nuocere.* Germ. Schaden/nachtheilig seyn. Hisp. *Empecer dannar.* Pol. *Szkodze.* Vng. *Artalomra vagiok.* Ang. *To hinder, to stoppe.*] Cic. 3. Offic. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. ¶ Officere, & obstare commodis alicujus, apud eundem pro Sexto Rosc. Herbæ officiunt frugibus, Virg. 1. Georg. ¶ Officere aliquem dixit Plaut. in Truc. Iam hercle ego te hic affatim officiam. ¶ Officere interdū significat Inficere: unde Offectores, colorū infectores dicuntur: proprieque ii (si Festo credimus) qui amissum lanę colorem restituunt. ¶ Officere luminibus apud Iurisperitos pro Obstruere luminibus. Vide OBSTRVO, *ἐμποδίζειν τῇ ἀπόψει, τοῖς φωσὶν ἐπιφράττειν.*

O fficĭum, cii, n. s. Dicitur quod quisque efficere debet, observata locotum, temporum, & personarum ratione. [משמם *mischpát* כן *chan* עבודה *habodháh* פקדה *pekuddáh.* *τὸ καθῆκον, πρόσταγμα, πάξις, τὸ χρεών.* Gall. *Office, devoir.* Ital. *Offitio quello che ogn'vn deue fare.* Germ. Ein Ampt. Belg. Een Officte. Hisp. *Officio, la obra que segun su estado cada vno deuehazer.* Polo. Vrząd. Vng. *Tiztiuatal.* Ang. *Office, duetie.*] Vnde in familia bene instituta dicimus omnes in officio esse oportere: id est, agere quæ debent. Cic. ad Terent. lib. 14: Tātùm scribo si erūt in officio amici, pecunia nō deerit. Ejus contrariū est Deserere officiū, seu Discedere ab officio. ¶ Dicimus Latinè; Facio officiū meum, Fūgor officio meo, & antiquè Officium fungor: item Obeo officium, Exequor officium meum, Persolvo officium alicui receptum, Præsto officium, Servo officium, Retineo officium, Satisfacio officio, Vsurpo officium, Intermitto officium, Memini officiū meum, Cōmoneo aliquem suum officium: vel, quod frequentius est, sui officii: quæ omnia legēdis bonis autoribus passim invenies. ¶ Officii duxit, absolutè, pro putavit officium suum esse, dixit Sueton. in Tiber. Cæs. Et quanquā, *inquit*, lætus nuntio, tamen officii duxit, quantū in se esset, exorare filię patrem. ¶ Donatus officium ab efficiēdo dictum putat, quòd sit illud, quod quenq; pro conditione suæ personæ facere decet. Nōnulli etiam à verbo Officio per antiphrasin dictū putant, quòd nemini officiat, sed prosit. Ambros. lib. 1. Offic. Legimus, Officium dici à nobis posse, nec ratio ipsa abhorret: quando quidem Officium ab efficiendo dictum putamus, quasi efficium: sed propter decorem sermonis una immutata litera, Officium nuncupari. Vel certè ut ea agas quæ nulli officiant, prosint omnibus. Potest etiam dici & rectè, ut ab Officio, is, Officium derivetur: ita ut Ob, non contrà, sed circum significet, ut circa quod faciēdum est, innitamur. Est itaque propriè Officium, id in quod quisq; debet incumbere, ut ipsum pro loci, temporis, & personæ qualitate reddat effectum. *τὸ νενομισμένον λόγῳ ἀπεργάζειν,* denique cujus probabilis ratio reddi potest, cur factū sit. ¶ Et quoniam propriū hominis officium est, alteri pro viribus prodesse, & omnibus quantum in se est gratificari, & benefacere: (neq; enim tàm nati sumus ut nobis, quàm ut aliis aliquid utilitatis afferamus) factum est, ut Officium accipiatur pro beneficio. Cic. de Amic. Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantiū, quę meminisse debet is in quem collata sunt: non commemorare qui contulit. Colum. lib. 2. ca. 15: Licet silicem sine injuria vicini, etiam cum officio decidere: hoc est, ut non modò nihil damni inferamus, verumetiam bene de illo promereamur. ¶ Est etiam Officium, obsequium, vel honor. Sueton in Cæs. Assidentē conjurati specie officii circunsteterūt. ¶ Magistratus quoq; Officiū dicitur, vel quia honoris gratia institutus est: vel quia opem populo ferr; vel quia jus quod cuiq; debetur, reddit. ¶ Quandoque pro alicujus artis ratione, *ἔργον,* ut Officium Grāmatici, Officium medici. Et quanvis Officiū propriè ad virtutē pertineatiut, Hominis officiū est pietatē colere: dicimus tamē interdū, Lenonis est officiū insidiari pudicitiæ, Accusatoris est officiū crimina inferre. ¶ Est autem Officiū duplex, teste Cic. li. 1. Offic. alterū perfectū, quod Græci *κατόρθωμα* vocāt, quod & omnes numeros virtutis cōtinet. Alterū mediū pertinēs ad institutionem vitæ communis. Cic. lib. 1. de Finib. Quod ratione actū sit, id Officiū appellamus. ¶ Sūmo officio prędituś homó, is dicitur, q̄ est officiosissimus, vel integrę vitę, vel qui omninò id quod decet, strenuè facit. Cic. 3. Ver. Hi rem ad virum primarium summo officio, ac virtute præditum *&c.*

Offĭcĭōsŭs, a, um, Qui libenter, vel probè officium ſeu beneficium alicui exhibet, ſive qui obſequitur libēter & gratificatur cui debet. [בדיב *nadhib.* Ἱεμπεδνικὸς, ὰς Ἱεμπεάας ἕτοιμος. Gall. *Qui fait volõtiers plaiſir & ſeruice, ſeruiable, diligent à faire ſon deuoir.* Ital. *Officioſo, gratioſo, pronto à far piacere.* Germ. Seines Ampts gefliſſen/ dienſtbar/ vnderdienſtig. Belg Gedienſtlich. Hiſp. *Diligente en la amiſtad.* Polon. *Ten ktori ſie rad przyſługuie, posł ługuie.* Vng. *Emberseges, örömest minden nel iol teuö.* Ang. *Freindlie, that is glade to pleaſe or do his duetie, ſeruiceable.*] Cic. Octavio: Hominem prudẽtem, & officioſum cognoſces. Idem pro Planc. Quos tu ſi ſodales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Idem Attic. lib. 13: Equidem ſi ex omnibus eſſet eligẽdum, nec diligentiorem, nec officioſiorem facilè delegiſſem Veſtorio. Idem ad Quint. Frat. lib. 1: Eſt ille quidem in me officioſiſſimus. ¶ Vſurpatur aliquando in malam partem. Nam quum olim Quintus Atterinus defenderet reum libertinum, cui objiciebatur quòd patroni concubinus fuiſſet, hac defenſione uſus eſſe fertur: Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas, in liberto officium. Ex eo impudici & obſcœni aliquandiu Officioſi vocati ſunt. ¶ Officioſus dolor, à Cic. 1. Tuſc. dicitur, qui ex juſta cauſa ſuſcipitur, & cujus probabilis ratio reddi poteſt, χειμῶν λύπη.

Offĭcĭōsē, adverb. [ἐπιτηδείως, καθηκόντως. Gal. *Conuenablement, en faiſant ſon deuoir, courtoiſement, ſeruiablement.* Ital. *Cortesemente, per gentilezza.* Ger. Dienſtbarlich/ fleiſſigklich/ pflichts oder ampts halbẽ. Hiſ. *Diligentemente aſsi, cortesemente.* Pol. *Posł uſznie.* Vn. *Tiszteresen.* Ang. *Freindlie, duetifullie.*] Cic. ad Att lib. 13: Quę inimico animo ferant, quũ utrique officiosè pareat. Idem de Amic. Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant: eoque magis, ſi aliquid habere ſe putant quod officioſè, amicè, & cum labore aliquo ſuo factum queant dicere.

Offĭcĭālĭs, le, om. t. Quod ad officiũ pertinet, vel quod de officio tractat. [τὸ περὶ καθήκοντος. Gal *De ſeruice.* Ital. *Officiale.* Ger. Von dienſten/ zum dienſt gehörig. Hiſp *Cosa perteneſciente al officio.* Pol *Vrzędowi.* Vn. *Tiztre nezõ.* Ang. *Belonging to duetie or office.*] Lact. lib. 6. Quid M. Tullius in ſuis Officiis libris, nõnne hoc idẽ perſuadet non eſſe omninò largiendum? ¶ Officialis etiam miniſter magiſtratus vocatur. Apul Sed juſſit poteſtas officialem ſuum magna ſeveritudine coërceri.

Offĭcīnă, pen. prod. f. p. Locus in quo artifices opera faciunt: ab efficiendo dicta. [ἐργαστήριον. Gall. *Ouroir, officine, boutique.* Ital. *Bottega.* Germ. Ein werckſtatt. Hiſpan. *La tienda donde algo ſe haze.* Pol. *Warſtat.* Vng. *Mihely.* Angl. *A shope, a ware houſe or work houſe.*] Cicero tertia Philipp. Armorum officinas in urbe videtis. Officina dicendi. Cic. de Clar. Orat. Extitit igitur jam ſenibus illis, quos paulò antè diximus, Iſocrates: cujus domus cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Idem 2. de Orator. Clariſſima Rethoris officina. ¶ Hinc Officinator à Vitruvio lib. 6. pro fabro ponitur: Quum, *inquit*, ſubtiliter officinatoris probabitur exactio. Taberna verò ubi aliquid venditur, quod alibi factum ſit: licet quandoque Officina pro taberna ponatur.

Offĭgo, gis, xi, xũ, act. t. Figo. [תקע *takáh.* διηλαύνω. Gal. *Ficher & attacher contre.* Ital *Ficcare.* Germ. Anheffte n Hiſpan. *Hincar.* Pol. *Przibafitwam.* Vng. *Altal giakom.* Ang. *To fixe or faſten vpõ.*] Plaut in Moſtel. Sed ea lege, ut offigãtur bis pedes, bis brachia.

Offirmo, as, act. p. Firmum propoſitum in animo habeo, & quaſi obſtinatè in re aliqua perſiſto. [חזק *chizzák.* Διαβεβαιοῦμαι. Gal. *S'obſtiner, s'opiniaſtrer.* Ital. *Fermare, oſtinarsi.* Ger. Steiff ſich etwar in erſetzt/ darwider ſtellen/ ſich ſperren. Hiſp. *Confirmarſe en mala ſignificacion.* Polon. *Przi rzeczi mocno stoei, zasadzam ſie.* Vng. *Maganat meg kemenitem, meg altalkodom.* Angl. *To be obſtinat and wilfull.*] Terent. Heavt. Age quęſo, ne tam offirmes te, Chreme. Vide in Obfirmo.

Offlĕcto, Circùm vel contrà flecto, περιπλίνω, ἐπιστρέφω. Plaut. in Aſin. At ego hinc offlectam navem.

Offōco, as, pen. prod. Aquam in fauces ad ſorbẽdum excipio. [ἀγχνίζω. Gal. *Gargariſer.* Ital. *Gargarizare.* Germ Gurgten oder erſtecken. Hiſp. *Hazèr gargariſmo.* Pol. *Dauie ſie.* Vn. *Az xamba vizet vezek.* Angl. *To gargill & wash the mouth or throte.*] Quidam non offoco, ſed Offuco dicunt. Feſtus.

Offrīngo, is, act. t. ex ob & Frango, terræ proprium eſt, teſte Feſto, quando iterum transverſo ſulco aratur. [שבר רצץ *ſchubbér rutſats.* κατακλάω. Gall. *Deſrompre, desbriſer, rompre ce qui ia auoit eſté rompu.* Ital. *Rompere le zolle della terra.* Germ. Vberzwerch mit dem pflug vber ein geerten acker fahren/ vnd die ſchollen zerbrechen. Hiſp. *Arar al traues lo arado.* Polon. *Przeoſuie.* Vngar. *Keuerem, foldet tõrem, kereẓt wl ẓantõm.* Angl. *To break in ſmall peeces which was broken before.*] Varro lib. 1. de Re ruſtic. cap. 32: Quum proſcideris, offringi oportet: id eſt, iterare ut frangantur glebæ. Ibidem cap. 29: Rurſum terram quum primùm arant, proſcindere appellant: quum iterum offringere dicunt: quòd prima aratione glebæ grandes ſolent excitari: quum iteratur, offringere vocant. Tertiò quum arant, jacto ſemine, lirare dicuntur.

Offūcĭă, æ, f. p. Fucus quo mulieres faciei candorem inducũt, aut ruborem. [שחור *puch.* πυξόχροια. Gal. *Fard, tromperie.* Ital. *Belletto.* Germ. Ein Weyber beſchiß oder farb/ mit welcher ſie jhnen ein erdichtete farb machen. Hiſp. *Enganno.* Polon. *Niewieście maglowanie.* Vng. *Kendőzö zerzam.* Ang. *Paynting that women vſe, deceit.*] Plaut. in Moſt. Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam ullam offuciam. ¶ Per metaphoram autem accipitur pro fallacia vel techna. Gell. lib. 14. cap. 1: Sed id præſtigiarum atque offuciarum genus, *&c.* Rariùs invenimus hoc nomen in ſingulari numero.

Offŭlă, æ, vide OFFA.

Offūndo, dis, act. t. Circunfundo, objicio, aſpergo. [שטף *ſchaphách.* ἐπιχεῖται, καταχέω. Gall. *Eſpandre quelque liqueur contre ou par deſſus.* Ital. *Gettar d'intorno.* German. Angieſſen/ vmbgieſſen/ anſchutten. Bel. Omgieten/ verdoncken. Hiſp. *Derramar en derredor.* Pol *Obliewam.* Vn. *Körwel, öntem.* Ang. *To powre or ſprinkle vpon any thing.*] Plautus in Trinummo: Adimit animam mihi ægritudo. Staſine tene me. SI. Vísne aquam tibi petam? C. Quum jam animam agebat, tum eſſe offuſam oportuit. ¶ Per metaphoram etiam dicimus, Offundere rei alicui caliginem, noctem, tenebras: pro eo quod eſt obſcurare, vel obtenebrare. Cicer. pro Roſc. Erant interea qui ſuis vulneribus mederentur: qui tanquam ſi offuſa Reipubl. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebant. Idem 5. Tuſcul. Hic error & hæc doctorum animis offuſa caligo eſt.

Offŭſco, as, Obſcuro, denigro, & quaſi fuſcũ reddo. [החשיך *hechescich.* ἀμαυρόω, ἐπισκοτέω. Gal. *Offuſquer.* Ital. *Offuſcare.* Ger. Schwartz vnd dunckel machen. Hiſ. *Embacar ò deſcolorar.* Pol. *Poczerniam.* Vngar. *Meg ſeketitem homalioſitom.* Angl. *To mak dunne or dark.*] Iuſtin. Hiſtor. lib. 12. de victoriæ gloria: Sevitiæ macula offuſcaretur.

O ante G.

Ogdŏās, adis, ὀγδοὰς, Latinè numerus Octonarius.

Oggānnĭo, oggannis, n. q. Occino, inculco, eadem ad faſtidium uſque repeto. [αὐπνεύζομαι, αὐπλέζω. Gall. *Glapir aux aureilles de quelqu'vn, luy rompre les aureilles, & le faſcher de paroles.* Ital. *Cianciare* Germ. In die ohren bleuwen/ offt ſingen vnd ſagen. Hiſp. *Gannir.* Pol. *Toż zrzykroſcia powtarzam.* Vng. *Azon bakot niuzom mind vntalon azont bezellen.* Angl. *To chat, to whiſper in ones eare and tell often.*] Plaut. in Aſinar. Cui nũquam unam rem me licet ſemèl præcipere fieri, quin centies eadem imperem atque ogganniam. Terent. in Phorm. Habet hæc ei, quòd dum vivat uſque ad aurem ogganniat. In aurem oggannire, Apul. lib. 2.

Oggĕro, ris, pen. corr. αὐηφίεω. Intẽdo ſeu injicio. Plaut. Truc. Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dum illi agant.

Oggrāſſārī, d. p. Incedo. [הלך *halách.* ἐγκατακυλίεω. Gal. *Cheminer, aller.* Ital. *Caminare, andare.* Germ. Daher tretten. Hiſpan. *Andar con pompa, caminar.* Polon *Trzpiatac.* Vng. *Iarok.* Angl. *To walk, to go.*] Plaut. in Capt. Niſi cum pedicis didiciſtis oggraſſari gradu.

O ante H.

O. H. S. S. In notis antiquorum, Oſſa hìc ſita ſunt.

Oh, interjectio. [ὦ, ἄ, ἆ, ἀ. *Oh.*] Qua utimur, ubi ex intervallo notos videmus, Comicis uſitata. Terent. in Adelph. Oh quì vocare? ¶ Eſt etiam admirantis cum contemptu quodam. Terent. in Andr. Oh, tibi ego ut credam furcifer? ¶ Aliquando affirmantis vehementiùs. Terent. in Evnuch. Oh, qui egomet produxi. ¶ Aliquando dolentis & reprehendentis. Terentius in Heavt. Oh, iniquus es, qui me tanta poſtules. ¶ Aliquando dolentis & deprehenſi. Plaut. in Caſ. oh perii, Manifeſtò teneor miſer. ¶ Aliquando exultantis ob rem bene geſtam. Plaut in Moſtel. Oh, probus homo ſum. Idem in Moſtel. Oh oh, ocellus es meus tuus ſum alumnus, *&c.* ¶ Oh oh oh oh, ejulantis eſt more comico. Plaut. in Capt. Oh oh oh oh. L. ejulatione haud opus eſt, *&c.*

Ohĕ, [ὦ, ἄλις. *Oh.* Germ. Oha/ heba/ holla.] Interjectio exclamantis & ſatietatem uſque ad faſtidium deſignat, & jubet modum imponere. Martial. libro 4: Ohe jam ſatis eſt, oho libelle.

Ohō, Interjectio admirantis aliquid fieri repentè. Plautus in Pœnul. Oho amabò, quid illud nunc properas? Aliquando eſt agnoſcentis cum gaudio particula. Plaut. in Pſeud. Oho Polymachæroplacides Purus putus eſt ipſus. Budæus.

O ante L.

O L. In notis antiquorum, Operas locavit.

Olĕă, æ, & Oliva, æ, f. p. tàm de fructu dicũtur quàm de arbore. [זית *záyith.* ἐλαῖα, ἡ ἐλάα. Gall. *Oliuier, ou le fruit appelé oline.* Ital. *Oliua, frutto dell'oliuo, oliua.* Germ. Ein ölbawm oder die frucht darvon/ die ölbeer. Hiſpan. *Oliua, aẓeytuno.* Polon. *Oliwa.* Vng *Olay fa, olay mag.* Ang. *An oliue or oliue tree.*] Virgil. lib. 2. Georg. Sed truncis oleæ melius propagine vites, Reſpondent. Idem 8. Aeglog. Incũbens tereti Damõ ſic cœpit olivę. Virg. 1. Georg. Adſis ô Tegęe, favens, oleęque Minerva Inventrix. Plin. lib. 15. cap. 8: Oleam ſi lambendo capra lingua contigerit, de-

paventque

paveritque primo germinatu, sterilescere, autor est M. Varro. Cic. 2. de Divin. Agricola quum florẽ oleæ videt, baccã quoq; se visurum putat. Mares oleæ, Ovid. 4. Fastor. Vre mares oleas, fœtam visurum putat. Mares oleæ, Ovid. 4. Fastor. Vre mares oleas, & herbas quæ Sabinas. Cic. 3. de Nat. Deor. Quid Aristæus, qui inventor olivæ dicitur, Apollinis filius, &c. Virgil. 2. Georg. Nunc te Bacche canam, nec non sylvestria tecum Virgulta, & prolem tardè crescentis olivæ. Idem 5. Aeneid. tres præmia primi Accipient, flavaque caput nectentur oliva. ¶ Similiter & pro fructu Olea & Oliva dicitur ἐλαία. Vnde Olea conditiva Varroni dicitur, quæ ad condituram asservatur. Columel. lib. 11. cap. 2: Tum & olea distringenda est, ex qua velis viride oleum conficere.

Oˈlĕum dicimus, & Olivum, n. s. pro pingui illo oleæ liquore. [שֶׁמֶן shémen. ἔλαιον. Gal. Huile. Ital. Oglio. Germ. Oel Hisᴬzeyte Pol. Olei. Vng. Olay. Ang. Oyle olive.] Oleum ab olea, olivum ab oliva. Virgil. 2 Georg. liquidi corrumpitur usus olivi. Horat. 1. Serm. Satyr. 6: ungor olivo. Idem 2. Serm. Satyr 4: Quali pisfundat pisces securus olivo. Colum. lib. 6: Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Virg. 5. Aeneid. Cætera populea velatur fronde juventus, Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit. ¶ Oleum addere camino, est malo suppeditare fomẽtum, ac velut alimoniam, quò magis ac magis crescat. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Adde poëmata nũc: hoc est, oleum adde camino. ¶ Oleum & operam perdere. Plaut. in Pœn. Tum pol ego & oleũ & operã perdidi: hoc est, quicquid sumpsi seu rei seu laboris, perdidi. Vide Chiliades Erasmi. ¶ Oleo tranquillior, in hominem minimè iracundum, lenique ingenio prædictum: à natura ejus liquoris, quo nihil magis leue. Plautus Pœn.: ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Est autem usque adeò tranquilla olei natura inquit Plin. lib. 2. cap. 103, ut mare quoque rem omnium sævissimam tranquillet: atque ob id urinantes ajunt oleum ore spargere, quòd mitiget elemẽti naturã asperam, lucemq; deportet. ¶ Oleum pro simulachro pugnæ, & pro exercitatione, non pro vero certamine. Cic. 1. de Orat. Nitidum quoddam genus verborum & lætum, sed Palæstræ magis & olei, quàm hujus civilis turbæ & fori. Id est, accommodatum judiciis & concionibus. ¶ Olearum quædam dicuntur Licinianæ, quædam Pausiæ, quædam Sergiæ, quædam Orchites, quædam Regiæ, & quædam Radii: aliæ Algianæ, aliæ Næviæ, aliæ Culminiæ, aliæ Circites, aliæ Myrteæ: quas solas olearũ species in suam notitiam perveniſſe scribit Colum. lib. 5. cap. 8. ¶ Oleum Decumanum: ut, tritisse scribit Colum. lib. 5. cap. 8. ¶ Oleum Decumanum: ut, triticum hodie decumanum: quia miscellum est, vinum etiam Decumis collectum, deterius est. Sic Lucilius oleum Decumanũ, pro deteriori dixit his verbis: Quę galbam bibere ac rugas cõducere ventri: Faire acerosо, oleo Decumano penè coëgit.

Oˈlĕā-ĕŭs, a, um, Quod est simile oleæ. [ἐλαίινος. Gal. Semblable à l'olivier, ou d'olivier. Ita Simile all'olivo. Ger ölechtig/dem öl gleich. Hisp. Semejante à azeytuno, ò de materia de azeytuno. Pol. Oleiowi. Vng. Olay zabassu. Angl. Lyk vnto an olive or of an olive tree.] Vt Folium oleaceum, Liquor oleaceus. Plin. lib. 33. ca. 15: Gignitur & pingue liquorisque oleacei. Idem lib. 21. cap. 4: Alia funditur e caule malvaceo, folia oleacea habens.

Oˈlĕāgĭnās, a, um, pen. corr. Quod ex olea arbore est, sicut Faginus à fago. [ἐλαίινος. Gal. D'olivier. Ital. D'olivo. Ger. öldawmin. Hisp. Cosa de materia de azeytuno. Pol. Zdrzewa oliwowego. Vng. Olay fabol valo. Angl. Made of the olive tree.] Virg. 2. Georg. Truditur è sicco radix oleagina ligno. ¶ Dicitur etiã Oleaginum, quod est coloris olei. Plin. lib. 37. cap. 5: Post eos autem cerini, ac deinde oleagini: hoc est, coloris olei.

Oˈlĕāgĭnĕŭs, a, um, aliud adjectivum, idem significans. Varro lib. 1. de Re rustica: Demum in oleagines seminibus arboris videndum, ut sit de tenero ramo ex utrãque parte æquabiliter præcisum, quas alii Clavolas: alii Taleas appellant.

Oˈlĕārĭs, oleare, om. t. Quod ad oleum pertinet. [ἐλαικός. Gall. Appartenant à huile. Ital. Ciò che s'appartiene à oglio Germ. Zu dem öl gehörig Hisp. Cosa perteneſciente à azeyte. Po. Oliwowi Vng. Olayhoz valo. An. Belonging to oyle.] Plin. lib. 34. c. 14: Quippe quũ in exacuendo oleares cotes, & aquariæ æquè diff rant, oleo delicatior fiet acies: id est, cotes quæ oleo aſperguntur, quabibus utuntur tonsores.

Oˈlīvārĭs, olivare, om. t. idem. Servius: Trapetis autem & molis olivaribus.

Oˈlĕārĭŭs, a, um, idem: ut Olearia cella. ἐλαιών. Colum. lib. 2: In sole siccata, & mox refrigerata reconditur: si major est modus, in horreo. si minor, in valis olearijs salsamentarijsque.

Oˈlĕārĭŭs, rii, m. s. Qui oleum facit vel vendit. [ἐλαιοπώλης. Gal. Huillier, qui fait ou vend l'huile. Ital. Che fa l'oglio. Germ. Ein ölmacher. Hisᴬ zeytero, molinero de azayte Po. Oleiownik Vng Olayos. Ang. That maketh or selleth oyle.] Colu. lib ult. Pertitissimi olearii vix patientur ad unam lucernam opus fieri.

Oˈlĕāstĕr, stri, m. s. Olea sylvestris [ἀγριελαία Dioſc. Gal Olivier sauvage Ita Oliva saluatica. Ger. Ein wilder ölbawm Hisᴬ Azebuche. Pol. Pᴬona oliwa, leśna oliwa. Vng. Vad olay fa. Ang. Awylde olive tree.] Virg. 2. Georg. Indicio est tractu surgens oleaster eodem Plurimus, & strati baccis sylvestribus agri.

Oˈlĕāstellus, li, Frutex est exiguus & surculosus, ramulos habẽs dodrantales, & folia oleæ: unde & nomen accepit. χαμαιλαία. Columella etiam Oleam Calabricam vocat lib. 12. cap. 49: Veruntamen (inquit) præcipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem Oleastellum vocant.

Oˈlĕāstrĕus, Nigri plumbi genus. Plin. lib 33. cap. 17.

Oˈlĕāstrīnum, Dicitur oleum quod ex oleastro fit: quo mobiles dentes confirmantur, teste Dioscorid. lib. 1. ἔλαιον ἀπὸ τῆς ἀγρελαίας ἐλαίας.

Oˈlĕātŭs, a, um, Quod est factum ex oleo, vel quod oleum admistum habet. ἐξ ἐλαίου.

Oˈlĕī tās, atis, f. t. Tempus legendarum olivarum: hoc est, fructus oleæ. [ὥρα ἀφ' ἧς πρὸς τὴν ἐλαίαν ἐκδιατίθεται, ἐλαίαν τρυγητὸς, ἐλαιηρία. Gall. Le temps de cueillir les olives & en faire de l'huyle. Ital. Tempo di racceglire de' oline. Germ. Die zeit zu welcher man die oliven oder öbeere abliset Hisp. La cosecha de las olivas. Pol Czas ktorego oliwe zbieraią. Vng Olay szedesnek ideie. Ang. The tyme of gathering olives and making of oyle.] Cato de Re rustic cap. 68: Vbi vindemia & oleitas facta erit, præla extollito.

Oˈlĕōsŭs, adjectivum, Quod est plenũ oleo. [ἐλαιώδης. Gal. Pleins d'huile. Ital. Pieno d'oglio. Ger. öllechtig/voll öl. Hisᴬ Lleno de azeyte. Pol. Pełen oleiu. Vng. Olayos. Ang. Full of oyle.] Plin. lib. 17 c. 121 Semen oleosum quod & fit ex eo, medetur oris ulceribus perunctis. ¶ Ponitur & pro pingui. Plin. lib 38. cap 9: Ibi quod supernatat, butyrum est oleosum natura.

Oˈlētum, ti, n. t. Locus oleis consitus. [ἐλαιόφυτον, ἐλαιών. Gal Vn lieu où croissent oliviers, lieu complanté d'oliviers, oliveté. Ital. Oliveto, luogo doue sono molti olivi. Germ Ein ölgarten / ein ſedes ort an dem viel ölbäwm ſtehẽ. Hisp. Olina Pol. Mieſcze gdzie ſie oliwa rozrodziła. Vng. Olay faual de weltetetes An. A place where olives is planted.] Colum. lib 3: Melius autem truncis, quàm plantis, olivetũ constituitur. Cicero de Senect. Quid de pratorum viriditate, aut arborũ ordinibus, aut vinearum, olivetorúmve specie dicam? Horat. 2. Carm. Ode 15: Tum violaria, & myrtus, Et omnis copianarium Spargẽt olivetis odorem Fertilibus domino priori. Maritum olivetum Colum lib. 3. cap. 11. Si nec hęc est, rarissimum arbustum, vel olivetũ quod non fuerit maritum, vineis destinatur.

Oˈlīvārĭŭs, a, um, Quod ad olivam pertinet. ἐλαϊνός. Colum. lib. 12. cap. 47: Quæ ne possint oleum sorbere, tanquam olivariæ metretæ imbuuntur liquamine, tum demum & afficcantur.

Oˈlīvīnă, næ, Cella olivaria, aut olei maxima copia. Plaut in Pseud. Cujus amatores domi olivinam habent maximam.

Oˈlīvĭtās, atis, f. t. sive Oleitas, Tempus legendarum olivarum. [ἀμητὸς τῶν ἐλαιῶν. Gall. La saison de cueillir les olives. Ital. Raccolta d'olive ò oglio. Germ. Die zeit ölbere abzulesen. Hisp La cosecha de azeyte ò delas azeytunas. Pol. Czas ten krorego oliwe zbieraią. Vng. Olay szeret olay szedes. Ang. The tyme of gathering olives.] Colum. libro 12. cap. 50: Media est olivitas plerunque initium mensis Decembris: nam & ante hoc tempus oleum aceri um conficitur. ¶ Interdum ipse olei proventus. Idem lib. 1. capite 13 Saserna eo libro quẽ de Agricultura scripsit, muratum cœli statum sic colligit, quòd quę regiones antea propter hyemis assiduam vehementiam nullam stirpem vitis, aut oleæ depositam custodire potuerint, nunc mitigato jam, & intepescente pristino frigore, latissimis olivitatibus, liberisque vindemiis exuberent. Hoc etiam pertinet illud Varronis: Tum denique quum omnis lucerna combusta est in lucubrando, olivitàsque consumpta.

Oˈlīvĭfĕr, adjectivum, Olivam ferens. [ἐλαιοφόρος. Gal. Qui porte & produit olives Ital Che produce & porta oliui. German. Das oliven oder ölbäwm tregt. Hisp. Que tiene ò cria oliuas ò azeytunos. Polon. Oliwe rodzaci Vng Olay termõ. Ang. That beareth and bringeth fort olives.] Matt. lib. 12: Bætis olivifera crinem redimite corona.

corona. Ovid. 3. Faſt. Primus oliviferis Romam deductus ab arvis Pompilius menſes fenſit obeſſe duos.

Oˉlīvo, as, pen. prod. Olivarum vindemiam ago, ſive olivas colligo. [ἐλαιολογῶ. Gal. *Cueillir ou vendager les olyues.* Ital. *Vindemiare oliue.* Germ. Öl̃beere oder öl̃frucht ableſen. Hiſp. *Hazer coſecha de azeyte.* Pol. *Oliwe, zbieram.* Vng. *Olayt zedek, vagy zwerők.* Ang. *To gather olmes.*] Plin. lib. 15. cap. 3: Quippe olivantibus lex antiquiſſima fuit: Oleum ne ſtringito, neve verberato.

Olecranum, Cubitus, ſive ipſum os cubiti, ſive quod extrorſum in brachiis prominet, unde apud Comicos ἀλεκρανίζειν.

Oˉlĕo, les, olevi, & olui, oletum, vel olitum, n. ſ. Odorem ſpiro, & emitto. [נתן ריח *nathán réach.* ὀζω. Gall. *Sentir & rendre odeur.* Ital *Olire, rendere odore.* German. Schmecken/ein geſchmack geben/ riechẽ. Hiſ. *Oler echando de ſi olor.* Pol. *Zapach, wonmoſci, wipuſczać.* Vn. *Zagos vagiok.* An. *To yeeld a ſmell or ſauour either good or bad.*] Olere aliquid. Cic. 3. de Or. Vnguentum magis laudatur quod terram, quàm quod crocum olet. Horat. Vina ferè dulces oluerunt manè Camœnæ. ¶ Olere aliqua re. Ovid. Perque locos ſacros, & olentia ſulphure fertur. Propertius lib. 4. Eleg. Cur nardo flammæ non olevêre meæ. ¶ Aliquando abſolutè. Plin. lib. 21. cap. 6. Roſa recens à longinquo olet. ¶ Eſt autem medium verbum: nam bene olere, lucundè olere, & Malè olere dicimus. ¶ Hujus cõpoſita ſunt, Aboleo, Adoleo, Exoleo, Inoleo, Oboleo, Peroleo, Redoleo, Suboleo, Graveoleo, unde Graveolentia: de quibus ſuis locis.

Oˉlēſco, ſit ab Oleo. Idque inter ſe differunt, quod Oleo habet ſignificationem naturalem tranſitivam, Oleſco, paſſivam innatam.

Oˉlētum, pro excremento humano, Vide OLETVM in Olea.

Oˉlĭdŭs, a, um, pen. corr. Dicitur tàm illud quod bonum, quàm quod malum odorem habet. [ὀσμώδης. Gall. *Qui ſent fort, ſoit bien ſoit mal.* Ital. *Che ha odore coſi buono come reo.* Ger. Schmeckend/ es ſchmecke wol oder übel/ wolgeſchmackt/ ſtinckig. Hiſp. *Hediondo de bueno ò mal olor.* Pol. *Pachniaci.* Vn. *Szagos.* Ang. *That hath a ſtrong ſauour either good or bad.*] Mart. lib. 1: Olidæque veſtes murice. Horat. lib. 1. Epiſt. Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ.

Oˉlĕrācĭŭs, a, um, Vide OLVS.

Oˉlĕum, olei, Vide OLEA.

Oˉlfăcĭo, olfacis, olfeci, olfactum, act. t. Odoror, odorem percipio. [הריח *heriach.* ὀσφραίνομαι. Gal. *Flairer & ſentir.* Ital. *Odorare.* Ger. Schmecken/ein geſchmack faſſen. Bel. Ruecken. Hiſ *Oler recibiendo en ſi olor.* Pol. *Zapachnąć em, ebczuie.* Vng *Zaglom.* Angl. *To ſmell, to feele the ſmell or ſauour of a thing.*] Plin. lib. 11. c. 37: Quonam modo olfaciant delphini, mirum: iidem nec olfactus veſtigia habent quum olfaciant ſagaciſſimè. ¶ Per trãſlationem invenitur pro ſubodorari, ſive præſentire. Terent. in Adelph. -an non ſex totis menſibus Priùs olfeciſſem, quàm ille quicquam cœperit?

Oˉlfăcto, ctas, Frequentativum ab Olfacio. [μεσσωσοσφραίνομαι. Gal. *Flairer & ſentir ſouuent.* Ital. *Odorar ſouente.* Germ. Viel vnnd offt ſchmecken. Hiſp. *Oler mucho y à menudo.* Polon. *Vſławnieczuie.* Vng. *Vntalan zaglom.* Ang. *To ſent and ſmell often.*] Plin. lib. 20. ca. 14: Xenocrates pulegii ramum lana involutum, in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit.

Oˉlfăctŭs, cta, ctũ, participiũ, Quod odoratus ſenſu percipitur.

Oˉlfăctŭs, us, m. q. Facultas olfaciendi, quæ ſedem habet in anterioribus ventriculis cranii. [ריח *réach.* ὀσφρησις. Gal. *Flairemẽt, ſentement.* Ital. *Odorato.* Germ Der geſchmack/ die krafft zu ſchmeckẽ. Hiſp. *El ſentido de recebir el olor.* Pol. *Powonienie, wonnoſc.* Vngar. *Szaglaſera volo erzekenſeg.* An. *Smelling or facultie of ſmelling.*] Plin. lib. 29. cap. 4: Baſiliſci, quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem, &c.

Oˉlfactōrĭum, rii, n. ſ. Odoramentum. [ὀσφρωτικὸν, ὀσφραντόν. Gal *Vn bouquet de fleurs, ou pomme de ſenteurs.* Ital. *Coſa che ſi porta per fiutare, come vn mazzetto di fiori.* Ger. Etwas daran mã ſchmeckt/ als Biſemẽnöpff/ bũſchelin wolgeſchmackter blumen/ ꝛc. Hiſp. *Poma ò buxeta de olor.* Pol. *Rowmianka, kazda rzeckterzei woniami.* Vngar. *Zaglaſra valo.* Ang. *Any thing that ſauoreth well, o noſegaye.*] Florũ vel odorum faſciculus, delectãdis naribus, vel olfactus gratia comparatus. Plin. lib. 30. cap. 11: Ex iſtis confeſſa, aut certè veriſimilia ponemus ſicut & lethargum olfactoriis excitari.

Olo, is, ere, Verbum antiquum. Afranius in fratriis: Non poteſt quia illa tacta longeque & multis olet. Pompon. in Alconib. Aleo ludam, ſanè meæ malè olent manus. Idem in mod. Non omnes poſſunt olere unguenta exotica. Eſt enim dactylus in tertia ſede. Nonius.

Olĭbanthum, Menſura vinaria rotunda nominabatur.

Oˉlĭdŭs, adiectivum, Vide OLVS.

Oˉlĭgarchĭă, æ, f. p. ὀλιγαρχία, Status Reipublicæ paucorũ conſtans dominatione. Vnde Oligarchici ὀλιγαρχικοὶ, dicti ſunt, qui paucorum dominatione gaudent.

Oˉlĭm, Adverbium temporis: non ſolùm præteritum tempus, ſed etiam præſens, & futurum ſignificans: [מקדם *mikkédhem* כבר *chebár.* ἐκ παλαιοῦ, πάλαι. Gall. *Iadis, le temps iadis, quelque fois.* Ital. *Altre volte per il paſſato, per l'auenire.* Germ. Einmal/ ein fart/ weylandt. Hiſp. *En tiempo paſſado ò venidero.* Pol. *Kiedaś, Iednego raſi.* Vng. *Regen, valaha.* Angl. *In tyme paſt.*] de præſenti Virg. 10. Aeglog. Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. De futuro, Idem 1. Aeneid. Hunc tu olim cœlo ſpoliis Orientis onuſtum Accipies. Quintil. lib. 10. cap. 1: Qui olim nominabuntur. De præterito exempla nunquam non occurrunt. Cicer. 3. de Orat. Sic enim olim loquebantur. Idem Att. lib. 1: Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. ¶ Valet etiam, Aliquando. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1: -ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores elementa velint ut diſcere prima. ¶ Iovenitur interdum pro iamdudum, vel jampridem apud Plin. Epiſtol. 162: Olim non librum, in manus, non ſtylum ſumpſit. ¶ Aliquando etiam pro nuper. Terent. in Andr. Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, quum dabam. ¶ Vſurpatur interdum pro quovis tempore. Virgil. 1. Georg. Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes Sufficiet Baccho vites. ¶ Olim particulam fabulæ proprium eſſe, ait Donatus in illud Terent. in Evnucho: Olim fuit iſti generi quæſtus apud ſeclũ prius. ¶ Olim jam, ſam longo tempore. [כבר *chebár.* πρὸ πολλοῦ. Gall *Iadis, il y a long temps.* Ital. *Gia longo tempo.* Ger. Vorzeyten. Belg. Voortyts. Hiſp. *Y a mucho ha.*] Quintil. in Milit. Mariano: Olim jam Imperator inter fulgentes virtutes tuas livor locum quærit.

Oˉlĭtor, Vide OLVS.

Oˉlĭturgeſĭa, ὀλιτουργησία, Suidæ immunitas, ſeu excuſatio à publicis oneribus. Cui ſignificativo penè par eſt, ἀτέλεια. Alc. in Annot. ad Poſt. lib. C.

Oˉlīvă, Vide OLEA.

Oˉlīvum, olivi, Vide OLEA.

Oˉllă, f. p. Genus vaſis, ait Nonius, pro quo antiqui dicebant Aula: quia nullam literam geminabant, inquit Feſtus. [סיר *ſir.* דוד *dudh.* χύτρα. Gall. *Vn pot de terre.* Ital. *La pignatta, la pentola.* Germ. Ein tröpner hafen. Belg. Eenen pot. Hiſp. *La olla de barro.* Polon. *Garniecz.* Vng. *Fazek.* Angl. *A pott of earth.*] Inde Plauti quædam comœdia Aulularia eſt appellata. Plaut. Capt Ollas, calicéſque omnes confregit. Colum. lib. 8. cap. 8: Ejus pulli ſinguli fictilibus ollis conduntur.

Oˉllŭlă, pen. corr. Parva olla, aulula. [χύτρειον. Gal. *Vn petit pot de terre.* Ital. *Picciola pignatta di terra.* German. Ein tröpns häfelin. Hiſp. *Pequenna olla de barro.* Polon. *Garnuſzek.* Vngar. *Tſzipor, Fazekatske.* Angl. *A little pott of earth.*] Varr. Lecta in ſecretam corbulam, inde in ollulas addatur.

Oˉllārĭs, & hoc ollare, om. t. Vnde Ollares uvæ, dicuntur quæ in ollis fictilibus optimè conduntur. χυτρινοὶ, de quibus Colum. lib. 12. cap. 43. Martial. lib. 7: Illic & uvæ collocantur ollares.

Oˉllā. lă, rię, f p. Temperatura æris. Plin. lib. 34. cap. 9 Noviſſima eſt, quę vocatur ollaria, vaſe nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis.

Oˉllī, & Ollic, pro illi, & illic ſcripſerũt Veteres. Feſtus. Virg. 1. Aeneid. Olli ſubridens hominum ſator, &c.

Olochryſum, Sempervivum, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 92.

Olocyron, Ajuga, vel Chamepitys, Dioſcor. lib. 3. cap. 187.

Olophyton, Capparis.

Oˉlŏlўgŏnĕs, pen. cor. ὀλολυγόνες, Mares ranæ, quo tempore vocem mittentes, cient ad coitum fœminas. Fit à verbo ὀλολύζω, quod ſignificat ululo. ¶ ὀλολυγών, acredula, genus aviculæ. Theoc. in 7. Idyl.. ἀδ' ὀλολυγὼν Τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτυν τρύζουσιν ἀκάνθαις.

Oˉlŏr, oloris, penult. corr. m. t. Avis eſt, notiſſima, quam Græci κυκνὸν vocant. [Gall. *Vn cygne.* Ital. *Cigno.* Ger. Ein Schwan. Hiſp. *El ciſne.* Pol. *Labek.* Vng. *Hatt.* Ang. *A ſwanne.*] Ovid. Epiſt. 7: Ad vada Mæandri concinit albus olor. Sil. lib. 13: Cerva fuit raro terris ſpectata colore, Quę candore nivem, candore anteiret olores. Sunt qui holor ſcribãt prima vocali aſpirata quòd putent ita dictum ἀπὸ τῦ ὅλυ, τῦ ἁλῶναι, quòd ſit totus pulcher. Quicquid id eſt, eruditorum uſus habet ut ſine aſpiratione ſcribatur.

Oˉlŏrīnŭs, a, um, pen. prod. Quod eſt oloris: [κύκνειος. Gal. *De cygne.* Ital *Di cigno.* Germ. Des Schwanes. Hiſ. *Coſa de ciſne.* Pol. *Labęzi.* Vng. *Hattin.* Ang. *Of a ſwanne.*] ut color olorinus: hoc eſt, candidus. Plin. lib. 37. cap. 10: Gaſidanem Medi mittunt coloris olorini.

Oˉlŭs, eris, n. t. Dicitur omnis herba ſativa quæ in uſu cibarii eſt, ab alẽdo, quòd oleribus alerẽtur homines antequã fruges repertæ eſſent. [ירק *jérek* (vel) *jarák.* λάχανον. Gal. *Herbe bonne à manger.* Ital. *Ogni herba buona da mangiare.* Ger. Allerley ẽßig traut das man in den Garten zeüget. Belg. Hoftruyt. Hiſp. *Ortaliza.* Pol. *Kapuſta wſzeliaka.* Vngar. *Pan.* Angl. *All maner of garden hearbes orpott hearbes.*] Plaut. in. Caſ Profectò hercle nõ fuit quicquam olerum. Varro ab Olla deducit, Nonius & Feſtus inter aſpirata connumerant. ¶ Ponitur quandoque figuratè pro tenui & quotidiano victu. Horatius 2. Serm. Satyr. 7: -ſi nuſquam es fortè vocatus Ad cœnam, laudas ſecurum olus: hoc eſt.

hoc eſt, dicis nihil eſſe melius quàm parcè & continenter domi vivere, nihil eſſe melius domeſtico & quotidiano victu; moderatus enim ferè eſt, ac minus valetudini officiens.

Olūſculum, diminutivum. [λαχανάριον. Gall. *Petites herbes bonnes à manger.* Ital. *Ogni herba da mangiare.* Germ. Ein kreüttlin. Hiſp. *La ortaliza.* Pol. *Kapuſtka.* Vng. *Pareotska.* An. *A litle hearbe apt or good for meate.*] Horat. 2. Serm. Satyr. 6: Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo. Cic. Att. lib. 6: Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris oluſculis nos ſoles paſcere. Iuven: Satyr. 11: Curius parvo quæ legerat horto, ipſe focis brevibus ponebat oluſcula: quæ nunc Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.

Olĭtŏr, oris, penult. corr. n. t. Qui olera colit, hortulanus. [κηπουρός. Gall. *Iardinier, vendeur d'herbes bonnes à manger.* Ital. *Hortolano.* Germ. Ein Gartner. Belg. Een hovenier. Hiſp. *Hortelano de hortaliza.* Pol. *Ogrodnik.* Vng. *Kertez.* Ang. *A gardener or seller of hearbes.*] Similiter olitor, λαχανοπώλης, qui olera vēdit. Colum. lib. 10. cap. 8: Ipſe ferens olitor diductos pondere qualos. Cic. ad Tiron. lib. 16: Sic olitorem ipſum commovebis. Horat. 1. Epiſtol. 19: ad imum, Traxerit, aut olitoris aget mercede caballum.

Olĭtōrĭŭs, a, um, Quod ad olera pertinet: [κηπευτικός. Gal. *Appartenant à herbes.* Ital. *Pertinente a herbe.* Germ. Das zu dem kraut gehört. Hiſp. *Perteneſciente à ortaliza.* Pol. *Kapuſtni.* Vng. *Parcsos.* Ang. *Belonging to hearbes.*] ut, Forum olitorium, ubi venduntur olera. Horti olitorii, & Oſtia olitoria: hoc eſt, oſtia hortorum. Plinius lib. 19. ca. 8: Eſt lactucæ genus adeò lati caulis, ut oſtiola olitoria ex his factitari prodiderint.

Olĕrācĕŭs, adjectivum, ut Oleraceus frutex: hoc eſt, herba olerum modo fruticans. Nam etiã olera fruticare affirmat Theophraſtus, quæ ipſe δενδρολάχανα, appellat voce compoſita ἀπὸ τῶ δένδρε καὶ λαχάνε: hoc eſt, ex arbore & olere: nos *Fruticantia olera* vocamus. Aut etiam Oleraceum frutícem intelligere poſſumus, qui oleri ſimilis eſt. Plin. lib. 26. cap. 8: Eadem præſtat hypericon, quam alii Chamepityn, alii Cotion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali.

Olūſātrum, pen. prod. [Germ. Ein groß Hopffen geſchlecht/von welchem die Apotecker den ſamen *Petroſelinum Macedon* nennen.] una dictio compoſita, Herba eſt quam Græci *Hipposelinum*, ἱπποσέλινον vocant: ita dicta à colore foliorum, quòd folia habeat ſubnigriora: propter quod Columella, Pullum olus appellat. Atque oleris (*inquit*) pulli radix. Vide Plin. lib. 19. cap. 8.

Olyră, æ, [ὀλύρα. Pol. *Reż, zito.* Vn. *Ros.*] Frugis genus eſt, quod teſte Plinio, à Latinis Siligo dicitur, olim etiam a Gallis *Arinca.* Spicam habet ſemper erectam, neque rubigini obnoxiam, grano candido, leyi, & multipliciter tunicato. Columella tritici vitium eſſe ait: & quanvis candore præſtet, pondere tamen inferius eſſe. Idem autor eſt triticum omne uliginoſo in loco tertia ſatione in olyram degenerare.

O ante M.

O. M. In notis antiquorum, optimus, maximus. O M. omnium. O M A. omnia. OMIS. omnibus. OM. V. F. omnibus vivis fecit.

Omāſum, pen. prod. n. ſ. [קֵרֶב *kéreb.* ἐγκάρδιον. Gall. *La panse ou le gras boyau.* Ital. *Budel largo, budel gentile.* Germ. Ein feißter darm. Hiſp. *Groſſura en la barriga.* Pol. *Flak tłuſti.* Vng. *Sörek bel.* Ang. *A chitterling.*] Eſt pinguius atque craſſius inteſtinum, quod nonnulli bubulum eſſe credunt: apud veteres in menſarum deliciis habitum. Horatius ſecundo Serm. Satyra 5: ſeu pingui tentus omaſo. Plinius libro 8. capite 45. de bubus: Socium enim laboris agrique culturæ habemus. Hoc animal tantæ apud priores curæ, ut ſit inter exempla damnatus à populo Romano, qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negante, occiderit bovem, actusq́, in exilium, tanquam colono ſuo interempto.

Ombrĭă, ὀμβρία, Gemmæ ſpecies, quam nonnulli Notiam vocant: quæ cum imbribus & fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum Ceraunia & Brontia: eundemque effectum habere quem Brontia narratur. autor Plin. lib. ultimo, cap. 10.

Ōmĕn, inis, n. t. Augurium quod fit ore, quaſi Oremen, inquit Feſtus. Varro eam ob cauſam omẽ ab antiquis dictum eſſe ait, lib. 5. de lingua Latina. [מחש *náchaſch.* οἰωνὸς, κληδὼν, φήμη, σύμβολον οἰώνισμα. Gall. *Bon ou mal encontre* Ital. *Augurio.* German. Ein toßzeichen/das mã von eines worten oder anders woher nimpt/von künfftigem glück oder vnglück zu weyſſagen. Hiſpan. *Aguero.* Polon. *Wieſzcżba oprzyſłim ſzczęścia albo nieſzczęścia.* Vng. *Iſuendõ nõdás, relenség.* Angl. *Good luck or euill luck which is gathered by the word of any man.*] Eſt enim rei futuræ enuntiatio ori hominis inſciens, divino tamen id nomine procurante. Cic. 1. de Divin. Neque ſolùm deorum voces Pythagorei obſervavetunt, ſed etiam hominum, quæ vocant Omina: quæ majores noſtri, quia valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agẽdis, Quod bonum, fauſtum, fœlix, fortunatumque eſſet, præfabantur. ¶ Et tàm de malo quàm de bono dicitur. De bono, Liv. lib. 1: Dextra Hercules data accipere ſe omen, impleturumque fata, ara condita ac dicata ait. De malo. Virgil. 2. Aeneid.: quod dii prius omen in ipſum Cõvertant. Dicimus venuſtè, Accipere omen, Accipere in omen terroris, victoriæ, & ſimilium: & Conjicere omen in aliquem.

Ōmĭnōſŭs, m. ſ. Qui verbo & oratione malũ portendit. δυσοιώνιστος. Plin. Epiſt. 14. lib. 3: Notabilis, atque etiam (ut exitus docuit) ominoſa res accidit: id eſt, malum omen portendens. Gell. lib. 13. cap. 14: Montem iſtum excluſerant quaſi avibus obſcœnis ominoſum.

Ōmĭnŏr, penul. correp. aris, d. p. Auſpicor, omen capio. [נחש *náchaſch.* φημίζω, οἰωνοπολέω. Gall. *Predire ou pronoſtiquer bien ou mal encontre.* Ital. *Prendere la parole augurio.* German. Loſen / ein vordeütung oder loßzeichen abnemmen. Hiſp. *Tomar agueros, agorar de mala palabra.* Pol. *Wieſzcże, prakſkuie zlie albo dobrze.* Vng. *Iſuendõlõk.* Ang. *To geſſe what ſhall happen, to ſpeake a thing luckelie or vnluckelie.*] Plin. lib. 18. cap. 2: Cur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustũ ominamur? δυφημεῖν. Curtius: In illo periculo Macedones ominati eſſe videbantur. Hinc abominor, de quo ſuprá.

Ōmĭno, as, Antiqui dicebant. Pomp. Ita ſit & tibi bene, qui recte ominas.

Ōmĭnātŏr, oris, m. t. Qui omen capit, qui ominatur. [מנחש *menachéſch.* οἰωνιστής. Gall. *Diſeur ou pronoſtiqueur de bon ou mal encontre* Ital. *Chi predice buona ventura ò triſta.* Germ. Ein loſer des künfftigen glücks/oder vnglücks / der anß den loßzeichen etwas abnimpt vnd weyſſaget. Hiſp. *El que toma agueros.* Pol. *Wieſzcżbiarz.* Vngar. *Iſuendõdiõ.* Ang. *A ſpeaker or geſſer of thing es to come luckelie or vnluckelie.*] Plaut. in Amph. Ob iſtuc omen ominator capies quod te condecet.

Ōmēntum, ti, n. ſ. Mẽbrana tenuis & pinguis, quâ integuntur ventris inferioris partes. [יתרת *jotheréth.* τὸ ἐπίπλοον. Gal. *Vne peau graſſe qui couure les inteſtins, la coeffe.* Ital. *La rete di graſſo che cuopre il ventre.* Germ. Das netze in dem das eyngeweid ligt. Hiſp. *El redaño de las tripas.* Polon. *Błanka, która okrywa wnętrzności.* Vngar. *Bél lantorna.* Angl. *The caule or fewet which couereth the bowels.*] Perſius Satyr. 2: Tot tibi quum in flammas junicum omenta liqueſcant. Conſtat autem omentum ex duabus tunicis à peritonæo ortis, dẽſis & ſubtilibus ſibuplis incumbentibus, quamplurimis verò arteriis & venis, & pinguedine non pauca, ut ventriculum, cujus fundo inſider, & veluti ἐπίπλοὸς: id eſt, ſupernatat, (unde & à Græcis nomen accepit) foveat, innatumque calorem per inediam tueatur. Longiſſimè protenditur in omnia inteſtina, ut eorum concoctiones, quæ imbecilles ſunt, adjuvet. Homini inter animantia longè maximum eſt, ut quod ad ipſum uſque os pubis extendatur. Autor Galen. lib. 4. de uſu part. & 6. Anat. adminiſt. Macrob: κατεχρηστικῶς Omentum potuit pro meninge branis cerebrum ambientibus, quas Græci μήνιγγας vocant. Cerebrum (*inquit*) quod tactu ſuo hominem vel [illegible] ict, vel frequenter interimit non ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſuis [illegible] omẽti hu[illegible]mp[illegible]rat dolorem.

Ōmēntātŭs, ta, tum, Quod eſt pingui omento factum, ἐπιπλώδης. Apicius: Iſitia omentata, pulpam conciſam teras.

Ōmĭtto, is, act. t. ex Ob & Mitto, abjecto b. Rem aliquam penitùs dimitto, relinquo, ac prætereo. [חדל *hazúb.* ἀπολείπω, παρίημι. Gall. *Omettre, laiſſer, delaiſſer.* Ital. *Laſciar da canto, laſciare.* Germ. Außlaſſen/vnderlaſſen/ Eeyn laſſen vnnd fürgehen. Belg. Verlaten Hiſpan. *Dexar de hazer.* Pol. *Opuſzczam, zaniedbiwam.* Vng. *El hagiom.* Ang. *To ceaſe, to lett paſſe.*] Terent. in Adelph. Nunc ſi hoc omittam, actum agam. Horat. lib. 1. Epiſt. 1: Quod petiit, ſpernit: repetit quod nuper omiſit. Hæc tamen differentia non eſt perpetua. Legitur enim Omittere etiam pro Intermittere, & in aliud tempus differre. Idem de Arte: Pleraque differat, & præſens in tempus omittat.

Ōmiſſŭs, a, um, participiũ. [חדל *hazúb.* παρειμένος, ἀφειμένος. Gall. *Laiſſé.* Ital. *Laſciato da canto, laſciato da parte, laſciato da banda.* Germ. Hinteſtig. Hiſp. *Dexado.* Polon. *Niedbały.* Vngar. *El hagiatot.* Ang. *Letten paſſe, omitted.*] Migrat tamen in nomen, & accipitur pro negligente, lãguido, ac remiſſo. Terent. in Heavt. Vbi te vidi animo eſſe omiſſo. Huic contrarium eſt Attentus, προσέχων, ut apud eundem: Attentiores ad rem ſumus omnes.

Ōmiſſĭō ab re, Dicitur qui lucrum negligit, neque ſolicitus eſt de acquirendis divitiis. Terentius in Adelph. At enim metuas, ne ab re ſint tamen Omiſſiores paulò.

Ōmnĭs, & hoc omne, om. t. Vniverſus, totus. [כל *chol.* πᾶς. Gal. *Tout.* Ital *Ogn' vno, ciaſcuno.* Ger. Ein jeder/alles. Hiſp. *Todo.* Pol. Wßelki, każdi. Vn. *Minden.* Ang. *All.*] Diſtributiva dictio, eãdẽ vim habet in utroq; numero. Omnis enim homo, ſignificat idẽ quod Omnes homines. Cic. pro Roſc. Amer. Nõ omnẽ frugẽ neq; arborem, in omni agro reperire poſſes. Plin. lib. 12. c. 3, de malo Aſſyria: Arbor ipſa omnibus hortis pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis verò ſubnaſcentibus. ¶ Omne genus, & omnis generis, pro eodem. Varro de Re ruſt. cap. 29: Seminaria omne genus ut ſerantur. Liv. 7. bell. Pun. Merita

Pun. Merita inde ſua in duces Carthaginienſes cõmemoravit: avaritiam contrà eorum, ſuperbiamque, & omnis generis injurias in ſe, atque populares. ¶ Omnis cum genitivo. Livius 1. bell. Maced. Macedonum ferè omnibus & quibuſdam Andriorum, ut manerent, perſuaſit. ¶ Differt tamen Omnis à Toto, quòd omnis ad numerum refertur, Totus ad quantitatem. Totum dicimus corpus aliquod integrum: ut Tota domus, Omnis, de univerſis numero diſtinctis: ut, Omnis grex. Confunduntur tamen plerunque. Cic. pro Quint. Vſque dum inveniretur, qua ratione res ab uſitata ratione recederet, & in hoc ſingulare judicium cauſa omnis cõcluderetur: id eſt, tota.

Omnīnò, adverbiũ, prorſus, plané. [παντελῶς, παντάπασιν, πάνυ. Gal. *Totalement, entierement.* Ital. *Al tutto.* Germ. Gentzlicht gãtz vnd gar. Bel. Gheelyck. Hiſp. *De toto punto.* Pol. *Prawiedokeſſa.* Vng. *Mindeneſtûl, fagua.* Ang. *Throughlie, perfitelie.*] Vnde apud Iureconſ. Omninò receſſiſſe dicitur is, qui receſſit animo permutandi domicilium. ¶ Ponitur aliquãdo pro Etiam. Cic. ad Nigidium lib. 4: Perfeceratque fortuna, nequid tale ſcribere poſſem, aut omninò cogitare. Idem pro Quintio: Mihi perdifficile eſſe dicebam contra tales oratores non modò tantam çauſam perorare, ſed omninò verbum facere conari: id eſt, ſed etiam. ¶ Accipitur etiam omninò aliquando pro tantummodó. Cic. pro Cluentio: Quinq; omninò fuerunt, qui illum veſtrum innocentem Oppianicum abſolverent. Cæſar lib. 1. de bello Gall. Erant omninò itinera duo quibus domo exire poſſent.

Omnĭcănŭs, [Vng. *Mindõn enõkiõ.*] Apuleius Florid. lib. 2: Sed enim philoſophi ratio & oratio tempore jugis eſt, & auditu venerabilis, & intellectu utilis, & modo omnicana.

Omnĭfărĭàm, adverbium, Omnibus modis, ſive omnis generis. [παντῇ. Gal. *En toutes manieres.* Ital. *A ogni guiſa.* Germ. In allweg. Belg. Menichfaldelick. Hiſp. *En todas maneras.* Pol. Wſzelyakim ſpoſobem. Vng. *Mindẽ keppen.* Ang. *Many wayes, manifoldlie.*] Gell. lib. 12. ca. 13: Quum verò omnes terras omnifariam, & undique versùm circunfluat, nihil citra eum eſt.

Omnĭfărĭŭs dicitur, ſicut Plurifarius: quo Suetonius utitur: quod etiam Eraſmus annotavit. παντοῖος.

Omnĭfĕr, ra, rum, Omnia ferens. [παντοφόρος. Gal. *Portant toutes choſes.* Ital. *Che produce ogni cauſa.* Germ. Alles tragend. Hiſpan. *El que trae todas coſas.* Polon. Wſzyſtkoznoſiaci. Vng. *Minden teremtõ.* Ang. *That beareth or bringeth all thinges.*] Ovid. 2. Metam. Suſtulit, omniferos collo tenus arida vultus.

Omnĭfōrmĭs, [παντόμορφος. Vng. *Mindõn formaiu, mindõn felé.*] Apuleius in Hermetis Aſclepio: Horum ὑπάρχης vel princeps eſt, quem παντόμορφον, vel omniformem vocant, qui diverſis ſpeciebus diverſas formas facit.

Omnĭgĕnŭs, na, num, pen. corr. Ex omni genere. [παντὸς γένους, παντοῖος. Gall. *De toutes ſortes.* Ital. *Di ogni ſorte.* Germ. Allerley/allerley hand oder gattung. Hiſpan. *De todos generos, y todas maneras.* Pol. Wſzelyaki. Vng. *Minden nembõl valo.* Angl. *Of all ſortes.*] Virg. lib. 8. Aen. Omnigenumq; deûm monſtra, & latrator Anubis. Lucr. lib. 2: E' quib. omnigenos gignũt, variãtq; colores.

Omnĭmŏdŭs, a, um, pen. cor. Omnium modorum. [παντὸς τρόπου. Gal. *De toutes manieres.* Ita. *Vario, d'ogni maniera.* Germ. Allerley weiß vnd maß. Hiſp. *Coſa de todas maneras.* Polon. Wſzelia kiego ſpoſobur. Vng. *Minden moda.* Ang. *Of all maners or fashions.*]

Omnĭmŏdē, adverbium. [παντελῶς. Gal. *Totalement.* Ital. *Totalmente.* Ger. In all weiß vnd weg. Hiſ. *De todo punto.* Pol. Wſzelyako. Vng. *Minden modon.* Ang. *Many wayes, or all maner of wayes.*] Lucr. lib. 2: Omnimodè expertus fueris, quã quiſq; det ordo.

Omnĭmŏdĭs, adverbialiter, Omnibus modis. Lucr. lib. 1: Nec tamen omnimodis connecti poſſe putãdum eſt Omnia. Idem lib. 3: Si non omnimodis, at magna parte animaï Privatus.

Omnĭpărēns, pen. corr. om. t. Qui omnia genuit. [παντοτόκος. Gall. *Qui engendre toutes choſes.* Ital. *Che genera tutto.* Germ. Die oder der alles gebirt vnd herfür bringt. Hiſp. *Lo que pare todas coſas.* Polon. Wſzelkorod. Vng. *Mindennek szülõye.* Angl. *That engendreth all thinges.*] Virg. 6. Aen. Necnon & Tytion terræ omniparentis alumnum Cernere erat. Sic Lucret. lib. 5.

Omnĭpŏtēns, tis, pen. corr. om. t. Omnia potens. [שדי *ſchaddaï.* παντοκράτωρ. Gal. *Tout-puiſſant.* Ita. *Omnipotẽte.* Ger. Allmechtig. Belg. Almachtich. Hiſp. *Coſa toda poderoſa.* Pol. Wſzechmocżni. Vng. *Mindenhato.* Ang. *Almightie.*] Plaut. in Pœn. Dii immortales, omnipotentes, quid apud vos eſt pulchrius? Vir. 1. Aen. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris. Idem 8. Aen. Me pulſum patria, pelagiq; extrema ſequẽtem Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum His poſuêre locis. Hinc omnipotentia rerum omnium facultas. παντοδυναμία.

Omnĭpŏtēntīſsĭmŭs: [Vng. *Mindõnhato.*] ut omnipotentiſſimus Deus apud Macrobium Comment. lib. 1. cap. 17.

Omnĭpŏtēntĭă. [Vng. *Mindõnhatoság.*] Macrobius Comment. lib. 1. cap. 6: Hæc ab illa omnipotentia ſolitaria in corporis intelligibilis lineam primam defluxit.

Omnĭtĕnēns, pen. corr. Qui omnia complectitur. παντοχράτωρ.

Omnĭtŭēns, ſic Valerius Flaccus Solem vocat. Hæc tibi fatorũ genitor tutela meorum Omnituẽs: quod ab Homero videtur ſumpſiſſe cùm dicit ἥλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς.

Omnĭvăgŭs, a, um. pen. corr. Per omnia vagans. [παντοπλανής. Gall. *Vagant ou vagabond par tout.* Ital. *Vagabondo per tutto.* Ger. Das allenthalben herumb ſchweifft. Hiſp. *Que vaga por todas partes.* Polon. Wſzedibel'. Vng. *Mindenvet iaro, budoſo.* Ang. *A vagabound through all.*] Cic. 2. de Nat. deor. Quæ eadẽ Diana omnivaga dicitur, non à venando, ſed quòd in ſeptem numeratur tanquam vagantibus.

Omnĭvălēns, pen. corr. Omnia valens. παντοδύναμος.

Omnĭvŏlŭs, a, um, Omnia volens, vel omnia cupiens: quod epitheton à Catullo Iovi tribuitur, quem poëtæ finxerunt in amoribus admodum inconſtantem, omniumque ferè formoſarum concubitus appetentem. Sic enim ſcribit ad Mallium: Sæpè etiam Iuno maxima cœlicolûm Conjugis in culpa flagravit quotidiana, Noſcens omnivoli plurima furta Iovis.

Omnĭvŏrŭs, adjectivũ, Qui nullo diſcrimine quibuſlibet veſcitur. [παντοφάγος. Gall. *Qui mange & devore tout.* Ital. *Che mangia d'ogni coſa.* Germ. Ders alles frißt. Hiſp. *Comilon de todas coſas.* Pol. Wſzelkoiad, nie przebieracz iadła. Vng. *Mindennel elõ, mindenmeg ewõ.* Ang. *That devoreth all.*] Plin. lib. 25. cap. 8: Bibunt autẽ lac vaccinium, quoniam boves omnivoræ ſunt in herbis.

Omŏlŏgĭă, Cic. 3. de Finib. Quod omologiam Stoici, nos appellamus *Convenientiam.*

Omŏplătæ, ὠμοπλάται, Sunt duo oſſa lata, utrinque à cervice ad ſcapulas tendentia, quæ Latinis Scopula operta vocantur. Autor Celſus lib. 8. cap. 1.

Omŏphăgī ὠμοφάγοι, pen. prod. Qui cruda carne veſcuntur, quales olim perhibentur fuiſſe Aetoli, ut ait Thucydides.

Omphăcĭum, omphacii, n. ſ. ὀμφάκιον, Dioſc. Succus eſt uvæ acerbæ, nondumque maturæ, ἀπὸ τῆς ὄμφακος: hoc eſt, ab uva acerba ducto nomine. [Gall. *Du verjus.* Ital. *Agreſta.* German. Empferten / der wein ſo auß vnzeittigen trauben gemacht wird. Belg. Verinys. Hiſ. *Cum ode agraz.* Pol. *Agreſt, ſok kwas, owi żwinna niezrała.* Vng. *Egres, egres leue.* Ang. *Verdiuce.*] Plin. in Prolog. li. 23: Omphacium qua fieret ratione, incipientis uvæ pubertate, in unguentis docuimus. Dioſc. lib. 4. cap. 6, docet Omphacium eſſe ſuccum uvæ acerbæ nondum matureſcentis, è Thaſia aut Ammincea vite.

Omphăcīnŭs, a, um, pen. cor. [ὀμφάκινος. Gal. *Choſe faite de verjus.* Ital. *Coſa fata d'agreſta.* Ger. Auß vnzeittigẽ trauben gemacht. Hiſ. *Coſa de fruto no maduro.* Pol. Agreſtowi. Vng. Egresbõl. Ang. *Made of verdiuce.*] Quod ex omphace: hoc eſt, ex uva acerba confici tur: ut, Oleum omphacinum, ἔλαιον ὀμφάκινον, quod duobus modis fieri poſſe oſtendit Plin. lib. 12. cap. 27. Altero modo ex olea adhuc alba, aut certè jam colorem mutare incipiente, quam Drupam vocat: altero ex vite Pſythia, aut Ammínea, quum ſint acini ciceris magnitudine.

Omphăcŏmĕlī: hoc eſt, acerbũ ſive acidum. Omphacomelitis faciendi rationem vide apud Dioſc. lib. 5. cap. 24.

Omphălŏcārpŏn, ἀμπελίνη, Dioſcoridi, Herba eſt quam alii Ampelocarpon, alii philantropon appellant, quòd ſemen gignat hamatum, quod veſtibus adhæreſcens, hominum amore teneri videtur. Omphalocarpon autem idcircò appellatum eſt, (ut nõ obſcurè ſignificat Dioſcor. lib. 3. c. 103.) quòd ſemẽ ejus rotunditate quadam umbilici ſpeciem videatur referre. Apud Plin. lib. 27. c. 5: Omphacocarpon legitur: facit tamen ratio etymologię quàm modò adduximus, ut Omphalocarpon reſtituendum putemus. Vide Marcellum Virgilium in locum Dioſcoridis paulò antè citatum, & Hermolaum in Plinium.

O ante N.

ON. In notis antiquorũ, omninó. ONA. omnia. ONT. IMP. ornamentum imperiale.

Onæ, ὄναι, f. p. Ficus ſunt prædulces, quę Tarẽti tãtùm naſcuntur: ſic dictæ, quòd propter bonitatem jure emi dicantur. ὠνὴ enim Græcè dicitur emptio, à verbo ὠνέομαι: id eſt, emo. Apud Plin. lib. 15. cap. 18. legitur Omæ.

Onăger, gri, pen. corr. m. ſ. Aſinus agreſtis. [עדר *peré.* ὄναγος. Gal. *Aſne ſauuage.* Ital. *Aſino ſaluatico.* German. Ein waldeſel oder wilder eſel. Hiſp. *Aſno ſylueſtre.* Pol. Dzyki oſieł'. Vng. *Vad ſzamar.* Ang. *A wilde aſſe.*] Componitur enim ex ὄνος aſinus, & ἄγριος ſylveſter. Nam in ος Græca deſinentia, quum ad Latinam tranſeunt declinationem, mutant ος in er, ἀλέξανδρος, Alexãder: ὄναγος, onager. Varro. 2. de Re ruſt. cap. 6: Aſinorum duo ſunt genera. Vnum ferum, quos vocãt Onagros: in Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi. Alterum manſuetum, ut ſunt in Italia omnes. ¶ Legitur aliquãdo etiã nominativus Onagrus. Ibidem: Ad ſeminationes onagrus idoneus, quòd è fero fit manſuetus facilè, ex manſueto ferus nunquam. Cic. ad Attic. lib. 6: Erat præterea cynocephalus in eſſedo, nec deerant onagri. Albert. lib. de Animalibus ſcribit medullam onagri curare podagram, ſi ea inungatur: & ejus ſtercus ſiccatum, & cum vino potui ſumptum, valere contra ſcorpionis ictum.

Onchŏă,

Onchŏă, Stercus hominum.

Oniscus, m.s. [ὀνίσκος. Gal. *Vne cloporte ou vne chenille.* Ital. *Verme di molti piedi.* Germ. *Ein eſel/iſt ein kleiner mutz mit viel füſſen/ welchen ſo man anrüret/ legt er ſich nider als ober tod wer.* Hiſp. *Gallina ciega.* Pol. *Stonog robak kteri dotkniony zwinie ſie iakobi nieżywi.* Vng. *Szoros hirhio, pap matskaia.* Ang. *A rough worme with many feete.*] Animal piloſum è vermibus terræ, arcuatim repens, & tactu contrahens ſe. Latini Millepedam, Centipedam, & Multipedam appellant. Quanquam hæ appellationes generaliores ſunt, quàm oniſci: ut etiam ad ſcolopendram extendantur quæ arcuatim non ſerpit, multoque minor eſt oniſco, ſed perniciosior. Vide Plin. lib. 29. cap. ultimo.

Onistis, Apocynon, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 184.

Onobătis, ὀνοβάτης, Apud Cumanos dicebatur mulier in adulterio deprehenſa, teſte Plutarcho, qui refert Cumanis in more fuiſſe, ut quum aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum deductam, & ſaxo impoſitam, ſpectandam omnibus proponerent: deinde aſino impoſitam per urbem perveherent: eaq; infamia notatam *Onobatim* appellabant.

Onoblerum, Herba quædam linguæ ſimilis, quæ fœminarum profluviis apponitur. Hippocratès.

Onobrychĭlŏn, Onobrychis, apud Dioſc. lib. 3. cap. 171.

Onobrychis, radice gracili naſcitur circa fontes, Dioſcor. lib. 3. cap. 171.

Onocentaurus, ὀνοκένταυρος, Animal mõſtroſum, quod à parte ſuperiori hominis ſpeciem habet: à parte inferiori, aſini præfert imaginem: quemadmodum & Hippocentauros finxit antiquitas, ſuperiori parte hominem, reliqua equum referentes. Onocentaurorum mentio eſt in ſacris literis apud Ieſaiam.

Onochēlŏs, pen. prod. ὀνοχήλης, Latinè ſonat Labrum aſini. Genus herbę parvo frutice, flore purpureo, aſperis foliis & ramis, radice meſſibus ſanguinea, cęterò nigra, in locis fabuloſis naſcens. Hæc à Plinio lib. 22. cap. 21. numeratur inter ſpecies anchuſæ.

Onocrŏtălus, pen. cor. [ὀνοκρόταλος. Pol. *Bękptak.*] Avis eſt cygno ſimilis, dicta quòd colum in aqua mergens, ſpiransq;, veluti ruditum aſini edat. ὄνος, Aſinus, κρόταλος, Crepitus. Plin. lib. 10. cap. 47: Olorum ſimilitudinem onocrotali habent.

Onŏgўrus, Herba aſpera & ſpinoſa. Vſus ejus adverſus venena, ut inquit Nicander.

Onoma, is, Hedyſata, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 148.

Onoma, Latinè nomen dicitur. Vnde

Onŏmătŏpœiă, ὀνοματοποιία, cum œ diphthongo in antepenultima, nominis fictio: ut Balatus ovium, mugitus boum. Dicta Onomatopœia, quaſi τὸ ὀνόματος, ποίησις. A quibuſdam Nominatio dicitur, qua rei, cui nomẽ aut non ſit, aut ſatis idoneũ nõ ſit, ipſi nomẽ effingimus, aut imitationis, aut ſignificationis gratia. Inde ſunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare.

Ononis, pen. pro. quę a Dioſc. *ἀόνις* appellatur, herba, eſt ſpinoſa poſt Ver, folio rutæ, aculeatis ramis, ut tribulus. Gaudet culto ſolo, præcipuecq; in ſegetibus provenit, aratro inimica: unde & *Reſta bovis* vulgò appellatur, quòd in opere boves ſæpè ſiſtat.

Onōnĭum, ὄνωνις, Vaticæ genus, multò cæteris mitius, & foliis ferè nihil mordentibus conſtat.

Onophyllŏn, Anchuſa apud Dioſc. lib. 4. cap. 26.

Onos, Locuſtarum quædam, quæ Apteros vocatur: id eſt, alis carens, ut inquit Paulus. Hodie *Bruchum* vocãt, ſata rodẽtem.

Onocĭcides: id eſt, Gallæ ruſticæ & aſininæ, quæ fungoſæ, flavæ atque magnæ ſunt minus efficaces.

Onochiſes, Anchuſa alia, apud Dioſcor. id. lib. 4. cap. 27.

Onchă, Anchuſa, apud Dioſcor. id. lib. 4. cap. 26.

Onuris, Oenagra, Idem Dioſcorid. lib. 10. cap. 19.

Onus, oneris, n.t. Pondus farcina. [משא *maſſe.* נטל *ſabel.* φόρτος, βάρος, ἄχθος. Gal. *Charge, fardeau, faix.* Ital. *Peſo, carico.* Ger. *Ein burde oder ein laſt.* Hiſp. *La Carga, el peſo.* Pol. *Brzemie, ciężar.* Vngar. *Terch.* Ang. *A lode or burden.*] Cic. pro lege Manil. Inſula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus cõmeãt. Ovid. 7. Metam. Hic nos frugi legas aſpeximus agmine longo Grande onus ex quo formicas ere gerentes. ¶ Ponitur aliquãdo pro negotio, incommodo, moleſtia. Liv. 3. bel. Pun. Exercitum ſe non in agrum Hirpinum, Samnitémve, ne & ipſe oneri eſſet, ſed in proxima loca ſociorum Populi Romani adducturũ, *&c.* ¶ Aliquãdo pro munere, provincia, partibus, & officio. Cic. 6. Verr. Cur ego tuas partes ſuſcipio? cur tuũ onus ſuſtineo? Videtur ratio exigere ut aſpiretur: quũ Varro dicat, Honos ab honeſto onere: & Honeſtus, quòd onus ſuſtineat Reipublicę. Quum autem Honor, & Honoro aſpirationem habeãnt, & ab honore deducantur, videtur etiam Onus aſpirandum ut quod in derivativis ſervatur, in primitivis ſervari debeat: verùm uſus refragatur. ¶ His autem verbis in oratione pulchrè adhærere ſolet, Abjicere onus, Allevare onus. Cic. pro Roſc. Amer. Hoc onus ſi vos aliqua ex parte allevabitis, ſuã ut potero. ¶ Deponere onus. Cic. pro Sylla: Ita ſe geſſit in tribunatu, ut onere depoſito domeſtici officii, nihil poſtea niſi de Reipublicæ commodis cogitârit. ¶ Habere onus. Cicer. 5. Verr. Ego plus oneris habeo quàm qui cæteros accuſarunt. ¶ Imponere onus. Cic. ad Ther. Nunc quũ mihi ab amico officioſiſſimo tantum oneris impoſitur: ego quoque tibi imponam pro tuis in me ſummis officiis, ita tamen, ut, *&c.* ¶ Opprimi onere, Premi onere, Suſcipere onus, Suſtinere onus, & Tollere onus. Teſtimonia ſunt inventu facilia.

Onĕrōſus, a, um, Quod eſt oneri, ſive quod onerat, & gravat [βαρικός. Gall. *Poiſante, bargeant.* Ital. *Graue, ponderoſo.* Germ. *Beſchwerlich/beſchwerlich/ſchwär.* Hiſp. *Graue, moleſto, peſado.* Pol. *Ciężki.* Vng. *Terhes.* Ang. *Heauie, weghtie.*] Plin. lib. 22. cap. 25. Vomitiones movet, alvum purgat, capiti & ſtomacho onerosum: id eſt grave & ponderoſum. Virg. l. 9 Aeneid. Earyalum tenebræ ramorum onerotaque præda impediunt: id eſt magni ponderis præda. Ovid. 1. Metam. Imminet his aër, qui quinto eſt põdere terrę, Põdere aquæ levior, tanto eſt onerosior igne.

Onĕro, as, Onus impono. [טען *hamás.* ἐπιφορτίζομαι, ἐπαχθίζω. Gal. *Charger, grever.* Ital. *Caricare.* Germ. *Laden/ein burden auffle gen.* Bel. *Beſchwären.* Hiſp. *Cargar de algun peſo.* Pol. *Obciążam.* Vng. *Meg terhelöm.* Ang. *To burden, to lode.*] Virgil. 1. Aen. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Terent. in Phorm. Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio. Virgil. 1. Georg. Sæpè oleo tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis. ¶ Transfertur etiam ad animum: ut Oneraſti me curis: id eſt, impleſti. Sic onerare lætitia, amœnitate, Onerare maledictis, injuriis: id eſt, injuriis afficere. Onerare pugnis, pro pugnos incutere. Onerare laudibus, vehemẽter laudare. Onerare promiſſis. Onerare mendaciis, Onerare rationes: id eſt, diſpendioſum eſſe, Onerare præceptis, eſt mãdata dare. Onerare populum, eſt populo nimiis exactionibus gravem eſſe. ¶ Hujus verbi compoſitum & contrarium eſt Exonero, ἀπαφορτίζω, ἀπαναδύομαι: de quo vide ſuo loco.

Onĕrātus, & Onuſtus, Is, cui impoſitum eſt onus: & Onuſta frumento navis. Cic. 3, Offic. [πεφορτισμένος, ἐμφορτος. Gal. *Chargé.* Ita. *Caricato.* Germ. *Geladen/beſchwärt.* Hiſp. *Cargado.* Pol. *Obciążony.* Vng. *Terheltetöt.* Ang. *Loaded, or lodee*] Terentius in Heaut. Ancillas ſecum adduxit plus decem Oneratas veſte, atq; auro. ¶ Accipiuntur aliquãdo pro Pleno. Plaut. in Sticho: Itaque onuſtum pectus porto lætitia, lubentiaque. Idem in Aulul. cum genitivo: Aulam onuſtam auri. Liv. 4. bel. Maced. Partim donis, parum ſpe præmiorum oneratus.

Onĕrārĭus, ria, rũ, Quod oneratur, vel onerari poteſt. [אסבן *meſobal.* φορτικός. Gal. *Appartenãt a charge, ou qui peut eſtre chargé.* Ital. *Da carico.* Ger. *Das man ladet/oder laden vnnd beſchwären kan.* Hiſp. *Coſa perteneciente à carga, ò que puede ſer cargada.* Pol. *Ladowni, czyli ouczłazonobre może.* Vng. *Terhes, terch alkalmato.* Ang. *That is or may be loded or loden with a burden.*] Vnde naves onerariæ, quæ à geſtandis oneribus dictæ ſunt, naves ſunt magnæ, & capaces, obque id reliquis tardiores: contrà Actuariæ, ut minores ſunt, ita & celeritate, agilitateque onerariis præſtant: unde & nomen habent, ab agẽdi ſcilicet facilitate. Cic. 3. Verr. Eaq; in onerariam navem ſuam conjicienda curavit. Plinius Epiſt. 173. Sæpè minores majoribus, velut cymbulis onerariis, adhæreſcunt.

Onychĭpūnctă, Gemma eſt ex Iaſpidum generibus, quæ & Iaſponyx, ἰασπόνυξ, dicitur, niveo colore, rutilis pũctis ſtellata: unde & nomen accepiſſe videtur. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Onychitis, Cadmiæ ſpecies, apud Dioſcor. lib. 5. cap. 75.

Onyſti, Saxatilium generis piſces ipſi Galeno.

Onўx, ychis. [שהם *ſchohám.* ὄνυξ. Germ. *Ein naget an den Finꝛgern oder zähen. Item, ein Edelgeſtein Onychet vnd auch Chalcedonius genannt*] maſc. vel fœm. gen frequentiùs tamen maſculini, Gẽmæ cujuſdam ſpecies eſt humani unguis candorem referẽtis, interveniẽtibus venis quibuſdã ſardę & jaſpidis colorẽ imitãtibus. Vide Plin. lib. 37. c. 5. ¶ Eſt etiam Onyx marmoris genus; quod à nonnullis Onychites, ab aliis etiã Alabaſtrites appellatur, in mõtibus Arabiæ præcipuè naſcẽs: poſtea etiã in Germania inventũ: quod ad potoria & unguentaria vaſa pumùm cœpit excavari: poſteà etiã lectorũ pedes, & ſellę, & ſolidę etiã columnæ ex eo fieri cœptæ. Autor eſt idẽ Plin. lib. 36. c. 7. & 8. Ex hoc marmoris genere olim etiã pretioſiſſima ſtrabãt pavimẽta: quod nõ obſcurè ſignificat Mart. lib. 3. quum ait: Calcatusq; tuo ſub pede lucet onyx. ¶ Figuratè etiã invenitur Onyx accipi pro vaſculo unguẽtario ex hoc marmore excavato. Idẽ lib. 7: Vnguentum fuerat quod onyx modò parva gerebat. ¶ Apud Græcos ὄνυξ propriè Vnguentum ſignificat à cujus ſimilitudine hoc marmoris genus, & ipſa etiam gẽma nomen acceperũt, quod ſcilicet humani unguis colorem, ut diximus, referant. ¶ Onyx item medicis, oculi affectus eſt, quum pus ſub cornea tunica colligitur ad ſimilitudinem unguis: unde & nomen accepit. Latini etiam unguem appellant: quod tamen nomẽ etiam alteri oculi affectui tribuitur à Celſo, quem ὑπόπυον vocant Græci: quum ſcilicet in adnata membrana quiddam

quiddam excrescit, à majori angulo ut plurimum ortum, ad oculi coronam ita procedens ut quandoq; pupillam operiat.

Onychinus, a, um, pen. cor. ὀνύχινος, Quod ad onychē pertinet, vel quod ex onyche confectum est: ut, Onychina vasa, Onychina pyra vocat Plin. lib. 15 cap. 15. quæ unguis colorem referunt. Item Onychina pruna apud Colum. lib. 12. cap. 10, quæ unguis formam & similitudinem habent.

O ante O, & P.

OO. In notis antiquorum, oportebit, & oportuit vel omninò, & aliquando omnes. O. O. TS. ornamentis omnibus textus, Oogla, pulticula ex ovo & lacte.

OP. In notis antiquorum, optimo, vel opiter, vel oportere. OP. ET. S. P. optimo & sancto patrono, vel optimæ & sanctæ patronæ. O. P. F. optimo principali fecit. OPP. oppidū. OP. PRIN. optimo principi. OPT. P. optimo principi.

Opaca, Onobrychis herba apud Dioscor. lib. 3. cap. 171.

Opācus, a, um, pen. prod Vmbrosus, opertus, tectus: cui opponitur Apertus. [אטם aphél אפל tsiltsál. σκιερὸς, δενδροκόμος, αὐλιζόμενος. Gal. Ombrageux, obscur. Ital. Ombroso. Ger. Schattechtig. Hisp. Obscuro ò sombrio. Pol. Cieniści, chłodni. Vng. Sitetős homalyos. Ang. Shadowed or in shadow, darke, obscure.] Virgil. 1. Aegl. -hic inter flumina nota, Et fontes sacros frigus captabis opacum. Cic. de part. In locis autem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari: plani, an montuosi: lęves, an asperi: salubres, an pestilentes: opaci, an aprici, &c. Ovid. 2. Fast. Alveus in limo sylvis appulsus opacis.

Opāco, cas pen. prod. Obūbro, cooperio, obscuro. [אפל hetsśl. ἐπισκιάζω Gal. Ombrager. Ital. Adombrare. Germ Beschattigen/bedecken Hisp. Hazer obscuridad ò sombra Pol. Okrywam dlia cięnia. Vng. Megsötétitem, homályosítom. Angl. To shadow or mak dark] Virg. lib. 1 Georg. Nam circa densæ ulmos & rami matris opacat Colum. lib. 5 ca 5: Quum plerunq; dicti syderis tēpore quædam partes eius regionis sic infestentur Euro, ut nisi teguminibus vites opacentur, velut halitu flammeo fluctus uratur Cic. 2. de Nat deor te Sole: Vt quum terras larga luce compleverit, easdem modo hinc, modò illis partibus opacet.

Opācitās, citatis, f. t. [אפל tsél ἐπισκιασμὸς. Gal. Ombrigement, obscurité. Ital. Ombreggiamento. Germ. Beschattigung oder die dunckle vom schatten. Hisp. Aquella obscuridad ò sombra. Pol. Cieniność Vng. Sitetesség, homalyosság. Angl. A shadowing or darkenesse of trees.] Colum. lib. 8. cap. 17: Plus q; nocet putris unda quàm prodest opacitas.

Opălus, m. s. ὤπαλος, Gemma est in India tantùm nascens, colore quidē candida, ita tamen ut in ea vario modo & carbunculi tenuior ignis, & amethysti fulgens purpura, & smaragdi virens mare, incredibili pariter mistura transluceant: unde & inter gemmas pæderotas. hoc est, à pueris in deliciis habitas, numeratur à Plin. lib. 37. cap 6.

Opālia. ὠπάλια, Festa erant Opi deæ quæ Saturni uxor putabatur, dicata: quæ mense Decembri, paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur. Plin lib 19. cap. 6 Sunt qui alium & ulpicum inter Opalia & Spalia & Saturnalia aptissimè ieri putent.

Opĕra ræ, f. p Actio est, & labor, & industria operātis seu operatio. [עטל póhal עטלה pehullah יגיעה. ἐργασία ἔργον. Gall Labeur, travail, peine Ital. Opera, fattica, industria. Germ. Arbeit/fleiß. Bel. Neerstichevt. Hisp. Obra studio, diligencia. Pol. Robota praca. Vng. Muka mwéles. Angl. Labour, working, paine.] Cicer lib. 1. Offic. Non malè præcipiunt qui servis uti jubent ut mercenariis, ad justa præbenda, & ad operam exigendam. Cæs. 5. bell. Gall. Ipse, etsi res erat multæ operæ & laboris, tamen commodissimum esse statuit. Plaut Capt Nam tua opera, & comitate, & virtute, & sapientia fecisti, ut redire liceat ad parētes denuò. Cic. 1. Offic. Quidam nimis magnum studium multamq; operam in res obscuras atque difficiles conferunt. Operas quoq; personas ipsas dicimus. αὐτεργὸς, quæ pretio cōductæ aliquid operis facitūt, sicut Custodia pro iis ipsis accipitur qui aliquid custodiunt. Cic. 7. Verr. Navem tibi publicis Mamertinorum operis esse ædificatam. ¶ Operę publicanorum, quos Factores appellant vulgò. Cic. Crassipedi lib. 13. Epist. Famil. A te peto Cn. Pupium qui est in operis ejus societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare: curesque ut ejus operæ (quod tibi facilè factu est) quàm gratissimæ sint sociis. De operis Colum. lib. 2. cap 23. abundè tractat. ¶ Aliquando etiam Operas dicimus nebulones conductos ad flagitium aliquod perpetrandum. Cicero pro Sestio: Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam urbem cōcitatis. ¶ Operæ libertorum, officia sunt quæ liberti patronis gratiæ & remunerationis loco præstant. Hinc Cajus de oper. lib. Operarum, inquit, editio nihil aliud est quàm officii præstatio. De usu hujus vocis plura videbis in OPVS.

Opus, n. t. Finis, fructusque operę, quod ædificando, fingendo, scribēdo, alitérve agēdo editūest: [מעשה mahaséh עטל póhal פעלה pehullah. τὸ ἔργον, τὸ ποίημα. Gal. Oeuure, ouurage, besongne,

Ital. Opera fatta. Germ. Ein werck. Hisp. Obra que queda hecha. Polon. Skutek, vczinek, praca. Vngar. Mw, muka. Angl. A work, businesse, or labour.] Terent. in Heavt. utrunque complexus est quum ait: Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. Vnde opera autorum dicuntur συγγράμματα. Et opera, tàm publica quàm privata ædificia dicuntur ἔργα. Virg. 8, Aeneid. Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. Vbi notandum est, quòd quoties non ad laborem corporis, sed ad laborem animi, & ad artem, industriamque respicimus, magis Opus quàm Operam dicimus: ut, In opere fabrili, In opere rustico, In opere faciundo. ¶ Est aliquando opus, idē quod necesse est, cujus est varius usus. Aequè enim, opus est aliquid, & re aliqua, & ut aliquid fiat, dicitur. Cic. in Epist. Nos si quid erit istic opus defendes. Idem alibi: Tu quæ istic opus erunt, administrari prospicies. Idem Curioni: Dux nobis & autor opus est. ¶ Aliquando substantivè pro eo quod est necessitas, vel res necessaria: & ita ferè ablativum postulat. Cic. 3. de Orat. Acuto nobis homine opus est. Aliquando etiam cum genitivo. Idem ad Qu. Frat. Opus erit elegātioris alicujus. Apud antiquos etiam cū accusativo. Plaut. in Truc. Puero opus est cibum. ¶ Opera ferè ad hūc modum in oratione collocatur. Operam do, Operam impendo, Operam navo, quod est ad aliquam rem agendam incumbo, & studium laboremque impendo. σπουδάζω. Cicero Tiro. Da operam ut valeas. ¶ Hinc dedita opera, dicimus pro eo quod est de industria, quasi cura adhibita, & labore impenso: quod & Data opera dicitur. Cic. in Epist. Data opera parvi, qui sic, &c. Dicimus etiam Operam conferre in aliquam rem, Operam consumere in aliqua re; Operas, vel operam dare alicui, pro juvare: Dare operam in exercitationem aliquam: Dare operam alicui, est audientiam accommodare: Dare operam præceptori, est eum audire: Dare operam funeri, est interesse pompis exequiarum: Dare operam tonsori, est tonderi. Id operam do: id est, curo, laboro. ¶ Eadem opera aliquid facere: id est, eadem diligentia, eodem labore. ¶ Opera est mihi, quod barbarè dicitur, habeo ad faciendum, sum impeditus. Opera tua, opera mea aliquid fieri, quod barbari dicunt tuo medio. Opera tibi vita est: id est, vitā tibi ex labore comparas. Dicimus etiam Perdere operam, Ludere operam, Operā perire, Ponere operam in aliqua re, Ponere operam alicui. Cicero ad Attic lib. 13: Faberio operam ponamus. ¶ Bene ponere operam, Præbere operam, Sumere operam, Operas reddere, Tribuere operam alicui rei, Vti alicujus opera ad aliquid faciendum. ¶ Operæ est, idem quod operæpretiū est. Plaut. in Cas Dum mea facta itero, est operæ auribus accipere. Simile est illud apud Persium Satyra 6: Lunai portum est operæ cognoscere cives. In quibus orationibus tacitè subauditur nominativus Pretium. Opera est, idem quod opus est, quorum omnium testimonia studiosis passim occurrent.

Opĕlla, æ, f. p. diminutivum ab Opera, Parva & exigua opera; [πραγμάτιον. Gal. Petit labeur. Ital. Picciola opera. Germ. Ein kleine arbeit oder ein kleiner fleiß. Hisp. Pequeña huebra. Polon. Mała praca. Vng. Mwveleſetske mukatska. Angl. A litle or small labour.] Horat. 1. Epist. 7: Officiosaque sedulitas, & opella forensis Adducit febres. Lucret. lib. 1: Hæc si pernosces parva conductus opella.

Opĕrŭla, æ, f. p. Aliud diminut. ab opera. πραγμάτιον. Apuleius: Operulas etiam in eam cōtuli, quas adhuc vigentis sacrariam faciens merebam.

Opĕrārĭus, rii, substātivū, m. s. Qui manu operatur, mercede cōductus: [עטל pohél. ἐργάτης, ἐργάτις. Gal. Ouurier, manouurier. Ita. Manoale, lauoratore. Germ. Ein arbeiter / werckmann / tagnauwer. Hisp. Obrero. Pol. Robotnik. Vng. Mwues. Angl. A labourer or workeman.] unde Cassius apud Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 17, præcipit operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum duorum & viginti, & ad agriculturam dociles. Cic. in Parad. Vtrum potiùs de bonis est quærendum, quid bajuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint?

Opĕra ræ, tiæ, Plautus in Bacch. Equidem tibi dabo hanc operam. Parasitorium prorsus operaria es [ἐργάτις. Gall Ouuriere Ital. Operatrice. Germ. Ein arbeiterin/tagnauwerin. Hispan. Obrera.]

Opĕrārĭus, tia, rium, Quod labore atq; opera fit, sive quod ad operarium pertinet. [ἐργαστικός. Gal. Fait industrieusement, ou appartenant à ouurer. Ital Fatto industriosamente, pertinente à lauorare. Germ Das zu dem arbeiten oder den arbeiteren gehört. Hisp. Cosa hecha por artificio, ò perteneſciente à obrar. Polon. Do roboti przinależaci. Vng Mukas mukahoz valo Angl. That is made by industrie, that belongeth to a workeman.] Plinius lib. 14. cap. 10: Sed inter vina operaria numerantur. Et fit ab opera. ¶ Hinc Operarius homo, qui operatur. Cic. Att. lib. 7: Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. ¶ Operarii lapides, qui ad opus aliquod accommodari & incīdi possunt, & quibus operari possumus. Plin. lib. 36. cap. 22: Nunc ad operarios lapides transisse

transiſſe conveniat,primumq́ cotes ferro acuendo. ¶ Operarius uſus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, vel qui alicui operi accommodatur. Plin. lib. 8. cap. 3: Alterius mucroni parcunt, ne ſit præliis hebes: alterius operario uſu fodiunt radices,impellunt moles. ¶ Operarium pecus,cujus uſum ad operas noſtras faciendas cõvertimus. Colum.lib.6. cap.2:Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii eſſe debet:hoc eſt, pecoris illius cujus opera agrum colimus. ¶ Operarius dies:id eſt, profeſtus. Hoc quidē malè ſumptum ex Cat.corrupto loco.

Ostentum, ti, n.s. ab ostendo, Dicitur res aliqua insolita, quæ futurum aliquid ostendit, portentum, prodigium, monstrum, quanquam inter hæc nonnihil interest. [מופת mophéth. τέρας. Gall. *Monstre qui aduient cõtre le cours naturel, chose pro digieuse.* Ital. *Mostro, prodigio.* Ger. Ein Wunderzeichen/wundergeschicht/etwas das sich wider der Natur thut erzeigt. Hisp. *Milagro que significa algun mal.* Pol. Dziw. Vng. *Tsuda.* Ang. *A monster, a thing against the common course of nature.*] Monstrum quod contra naturam fit, ut quum nascitur aliquid membris alterius generis, quod & pro monstrum quandoq; dicitur, quasi porrò aliquid monstrans, sive monens Portentum, teste Festo, quod licet naturale sit, ratiõ tamen se ostendit, & futurum aliquid cum temporis intervallo denuntiat. Prodigium, quod etli naturaliter fit, ac sæpè evenit, semper tamen aliquid præsagit mali: ita dictũ quasi porrò agendum. Confunduntur tamen hęc, & pro eodem significato accipiũtur, omniaq; ab eo quòd futurum aliquid ostendũt, dicta sunt. Labeo referẽte Vipiano in l. Ostentum. ff. De Verbor. signific. definit ostentum esse, contra naturam cujuscunq; rei genitum, factumq;. Duo autem sunt genera ostentorum. Vnum, quoties quid contra naturam nascitur: alterum, quum quid prodigiosum videtur. Sueton. in Cæs. Cunctanti ostentum tale factum est: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo sedens, repentè apparuit arundine canens. ¶ Accipiuntur etiam ostenta in bonam partem. Sueton. in Vespasiano: Iampridem sibi per somnũ hæc ostenta conceptam in spem imperii venit. Plin. lib. 16. cap. 32: Factum hoc Pop. Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis, Nuceriæ in luco Iunonis, ulmo postquam etiam acumen amputatũ erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita ut protinùs floreret: à quo deinde tempore majestas Populi Romani resurrexit, quæ antea vastata cladibus fuerat.

Ostentĭfĕrum, Ferens ostenta. τερατώδης.

Ostentōsŭs, a, um, Quod ostentum facit, ut à Prodigium, Prodigiosus. τερώδης.

Ostĭum, ostii, n.s. Ianua, fores. [שער *schahar.* θύρα. Gall. *Huis, entree.* Ital. *V scio porta.* Ger. Ein thür. Bel. Een doer/ingang. Hisp. *La puerta donde entramos y salimos.* Pol. Drzwi. Vng. *Ayto.* Ang. *A dore or gate.*] Ab obstando quidam deducunt, quòd ingredi volentibus obstet. Quidam ab Os, oris, quòd sit id per quod ingredimur vel domum, vel quencunq; alium locum. Alii à Græco ὀστέον, quod est repellere. Vnde ratio exigit ut sine aspiratione scribatur, licet nonnulli deductis ab eo nominibus aspirent. Teren. in Eunuch. Tu abi, atq; ostiũ obsera intùs, ego dum hinc transcurro ad forum. Est autem ostium notæ significationis. Ostiorum latera, Antes vocamus: à quibus antepagmenta, valvarum ornamenta. Cicero 1. de Orato. Vt illud Nasicæ, qui quum ad poëtam Ennium venisset, eiq; ab ostio quærenti ancilla dixisset domi non esse, &c. Idem 5. Tusc. Sólane beata vita quæso relinquitur extra ostium limenque carceris.

Ostĭum, ostii, n.s. Fluviorum exitus, per quos in mare exonerantur. [ἐκβολαὶ τῶν ποταμῶν. Gall. *Les bouches d'vne riuiere, ou leurs entrees en la mer.* Ital. *Le bocche de fiumi.* Ger. Die außgäng der wasserflüssen in das Meer. Hisp. *Los puertos donde ei rio sale en la mar.* Pol. Wpad rzek do morza. Vng. Torok. Ang. *The places where floodes rhunneth into the sea.*] Virgil. 1. Aeneid. Italiam contra, Tyberinaq; longè Ostia. Nominativus ejus singularis est Ostium quo utitur Cic. 2 Philip. & pro Lege Manilia, ut jam diximus, & non uno in loco Plinius. Malè nonnulli putaverunt in hac significatione carere singulari numero. Virgil. 1. Aeneid. Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

Ostĭŏlum, li, diminut. [θύριον, θυρίδιον. Gall. *Huisset, ou petit huis.* Ital. *V sciolo, porticella.* Ger. Ein thürlin. Hisp. *Puerta pequenna.* Pol. Brzwiczki. Vng. *Torkotska.* Ang. *A litle dore or gate.*] Plin. li. 19. cap. 8: Adeò ut ostiola olitoria ex his factitati cœperint. Colum, lib. 8. cap 14: Quas singulas satis est habere quoquoversus pedes ternos, & aditus singulis fimis ostiolis munitos.

Ostĭārĭŭs, rii, m.s. Ostii custos, janitor. [שוער *schoabér.* θυρωρός. Gall. *Portier, huissier.* Ital. *Portinaio.* Ger. Ein Thürhüter. Hisp. *Portero.* Pol. Odzwierni. Vng. *Ayton allo.* Ang. *A porter, a dore keeper.*] Cujus fœmininum est Ostiaria. Plin. lib. 12. cap. 14: Præter hos & custodes, satellites q;, & ostiarii, & ministri populãtur. Varro 1. de Re rustica cap. 13: Eũq; scire qui introëat aut exeat noctu, quídve ferat, præsertim si ostiarius est nemo.

Ostĭātim, adverbium, Per singula ostia. [κατὰ θύρας. Gall. *D'huis en huis, par le menu.* Ital. *A porta à porta.* Ger. Von einer thüren zur anderen/Von hauß zu hauß. Hisp. *De puerta en puerta.* Pol. *Oddomu dodomu.* Vng. *Ayton kant.* Ang. *Frome dore to dore.*] Quintilianus: Nec sectanda singula, & velut ostiatim pulsanda. Cic. 6. Verrin. Ostiatim pro Nominatim, sive singulatim, translatè usurpavit: Hic, *inquit*, nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim, &c. Idem sexta Verrina: Qui præteriens, lectica paulisper deposita, non per præstigia, sed palàm per potestatem, uno impetu ostiatim totum oppidum compilarit.

Ostrăcĭās, sive Ostracites, pen. prod. ὀστρακίτης. Gemma est testacea, cujus dũæ ponuntur species à Plin. lib. ult. cap. 10. altera similis acathæ, nisi quod achates politura pinguescit, altera tam dura ut aliæ gemmæ fragmentis ejus scalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab ostrei similitudine. ¶ Est etiam Ostracites lapidis genus testæ similitudinem habens, cujus usus est pro pumice ad lævigandam cutem. Plinius libro 36. capite 19.

Ostrăcĭnă, Suffragia Athenienſium dicebantur, quòd ea in figulinis scribi solebant, οἱ δὲ ὀστράκων ψῆφοι, ut latiùs ostendemus in dictione sequenti.

Ostrăcĭsmŭs, ὀστρακισμός, Relegationis genus Nam civitates olim quæ populari statu regebantur, eos qui excellere videbantur, vel propter divitias, vel propter amicos: aliámve potentiam, extra civitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Arist. lib. 3. Politic. non ad criminis improbitatem castigandam, sed ad potentiam moderandam. Erat autem definitum ostracismi tempus apud Athenienses annorum decem. Dictus ostracismus ἀπὸ τῶν ὀστράκων: hoc est, à testulis in quibus suffragia scribi solebant. Solet autem ostracismus peragi hoc modo: Testulæ viritim in consilio dabantur, in quibus quisq; nomen illius perscribebat, quem urbe cedere voluisset: Magistratus verò qui huic negotio præerant, universos simul calculos recensebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nil confectum esse judicabatur. Qui verò hoc suffragiorũ numero damnatus erat, eum ad decennium in certum locum relegabant, ubi bos æneus erat magnitudine visenda. Vnde factum est, ut qui illic exulabant, bovem servare dicerentur. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides multati fuêre. De Aristide legimus, quum juxta eum quidam rusticus illiteratus sederet, ipsi Aristidi testam dedisse, ut nomen suum scriberet. Admiratus id Aristides, interrogavit, nũquid ipsum cognosceret. Minimè, *inquit*, sed quia cæteri ita sentiũt, ego quoque ita censeo eum esse damnandum. Hoc Latini testulatum exilium vocant.

Ostrăcĭum, cii, n.s. Latinè testa, Græcè ὀστράκιον. Vnde testaceũ pavimentum, vulgò nunc *Ostracum* vocant. ¶ Ponitur quandoq; pro onyche. Plin. lib. 32. cap. 10: Invenio apud quosdam ostracium vocari quod aliqui onychem vocant.

Ostrĕum, ostrei, n.s. [ὄστρεον. Gal. *Huistre ou autre poisson en escaille.* Ital. *Ostreca.* Ger. Allerley Meerfisch oder Meerschneckẽ die in herten vnd rauhen schalen oder muschelen ligen. Hisp. *La ostia de la mar.* Pol. Rak *morski wselyaki.* Vng. *Tsiga.* Ang. *An oister.*] Generale nomen est ad omnes eos pisces qui asperam, scabramq; testam habent: qui autem lævem & planam habent testam, propriè conchiæ dicuntur. Quanquam generaliter ostrea quoq; Conchæ dicantur: sicut & ea quę ex uno tantùm latere testam habent, altero scopulis aut lapidibus, alterive materiæ adhærentes. Nã testę ipsæ duriores propriè conchæ dicũtur, quales sunt cochleatũ. Seneca: Quid ostreũ sapiat, quid mullus, optimè nosti. Horat. lib. 1. Sermon. Ostrea callebat primo deprendere morsu. Iuven. Sat. 6: Grandia quæ medius jam noctibus ostrea mordet Dicta ostrea à Græco: nam sicut nos à testa restudinem vocamus, sive hoc sit animal quod veluti testa tectũ est, sive id genus ædificii, quod ex testa est compositum, vel ad testudinis similitudinẽ est factum: sic Græci ὄστρεα ἀπὸ τῶν ὀστράκων: id est, ostrea à testis nominaverũt. ¶ Dicuntur etiã ostreę fœminino genere. Gell. lib. 20. cap. 9: Ostreæ, senescente Luna, inhuberes, macræ, tenues, exuccæ sunt, crescẽte Luna pinguescunt. Spondylus, dicitur callosum illud rotundum albicans, quod intùs habet in medio, à similitudine spondyli, quod nos *verriculum* dicimus. Nam reliqua caro circunspersa, lacinia dicitur. Vide Plin. lib. 32. cap. 6.

Ostrĕārĭŭs, a, um, adjectivũ, Quod ad ostrea pertinet: [ὀστρεῶδες: Gall. *Appartenant à huistres.* Ital. *Pertinente à ostriche.* Ger. Das zu solchen Meerschnecken gehört. Hisp. *Pertenesciente à ostias.* Pol. Rakowi. Vng. *Tsigai.* Ang. *Belonging to oisters.*] ut, Ostrearius panis. Plin. lib. 18. cap 11: Panis ipsius genera prosequi supervacaneũ videtur, aliàs ab opsoniis appellati, ut ostrearii. Ostrearius autem panis est, quo veteres cum ostreis vesci solebant. ¶ Ostrearia, arum, ubi ostreæ vivunt, & capiuntur. [τὰ ὀστρεοτροφεῖα. Gall. *Le lieu où se nourrissent huistres, ou autres poissons en escaille.* Ital. *Luogo doue vengono ostriche.* Ger. Oerter in weichen die Meerschnecken sind/vnnd auch gefangen werden. Hisp. *El biuar ò estero de hostias.* Ang. *Places where oisters ar fedde and taken.*] Plin. lib. 9. cap. 51: Nuper compertum in ostrearias, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

Ostrĕātŭs, ta, tum, Durus, asper. [קשה *kascheh.* ὀστρεώδης. Gall. *Dur, aspre.* Ital. *Duro, aspro.* Germ. Hert/rauch/alß die schaalen der Meerschnecken. Hisp. *Duro, aspero.* Pol. *Twardeil'uski.* Vng. *Tsias darabos*

darábos eles. Ang. *Hard, rough.*] Plaut. in Pœn. Itaq; jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito Propter amorem vestrũ.

Ostrĕōsus, Ostreosior, abundãs ostreis. [Vn. *Sok tsigain, tsigas.*] Terentianus Maurus in exemplo Priapei carminis:

Nam te præcipuè in suis urbibus colit ora.
Hellespontia, cæteris ostreosior oris.

Ostrĭfĕr, ra, rum, adject. quod ostreum producit. [ὀστρεοφόρος. Gall. *Qui porte huistres.* Ital. *Che produce ostriche.* Ger. Das viel Purpurschnecken hat oder bringt. Hisp. *Que trahe ò cria hostias.* Pol. *Gestorid purpurzanich slimakow.* Vng. *Tsiga termõ.* Ang. *That beareth or bringeth oisters.*] Virgil. 1. Georg. Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.

Ostrīnus, a, um, Quod ostro est tinctum, vel quod ostri colorem habet. [ארגמן *arghamán.* ὀστρεῖος. Gall. *De couleur de pourpre ou escarlate.* Ital. *Scarlato, di color purpurino.* Ger. Das purpur farb ist. Hisp. *Cosa de color de purpura.* Pol. *Purpurianowi.* Vng. *Ostrinust feza ver anag, barsoni ziuw.* Ang. *Of the colour of purple.*] Ostrinæ vestes, dicuntur purpureæ, & subrubeæ, teste Nonio. Turpil. Interea inspexit virginem gestantem in capite riculam, indutam ostrinam. ὀστρέα ἱμάτια. Varro in Eumenid. Aurora ostrinam hîc indutus supparum.

Ostrum, ostri, n. s. [ארגמן *arghamán.* ὄστρον. Gall. *Pourpre ou escarlate.* Ital. *Porpora, escarlato* Ger. Der schweiß oder blut der Meerschnecken so die purpurfarb gibt. Hisp. *La purpura.* Pol. *Szarl'at*, itẽ krewkotora *wiczukuia slimakow purpure ysiebie puszczaiacich.* Vng. *Barsony festo nedueßeg, Barsony.* Ang. *Scarlette or graine.*] Propriè sanies illa dicitur, & liquor qui ex murice seu conchylio eximitur ad pretiosarum lanarum infecturam, unde pro ipso colore muriceo ponitur. Conchyliũ enim murex, & ostreum in eadem significatione sumuntur. Virgil. 4. Aen. - Tyrioq; ardebat murice læna. Idem 2. Georg. ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Iuven. Horũ ego non fugiam conchylia? id est, vestimenta murice infecta. ¶ De ostri natura tradiderũt scriptores non habere in omnibus locis, quibus nascitur unius generis colorem, sed Solis cursu naturaliter temperari. Itaq; quod legitur in Ponto & Gallia (quia hæ regiones sunt proximæ ad Septentrionem & Occidentem) invenitur lividum. Quod autem legitur ad Aequinoctialem exortũ, violaceo colore. Et majoribus quidem conchyliis detracta concha succũ eximunt: minora trapetis frangunt, ita demũ rorem eum eximentes. ¶ Ostri autem appellationem accepit, quòd Græci τὸν ὀστρέον nomine etiam murices seu conchylia comprehendant. Plin. lib. 9. cap. 36, & 37, videtur distinctas habere species, muricem, purpuram, & conchylium. Similiter Nonius ostrinũ colorem distinguit à muricé, quòd Ostrinus color sit subrubeus, Murex purpureus. Sed hæc (ut jam dixi) à scriptoribus confunduntur.

Ostrўa. vel Ostrys, vocatur arbor quæ solitaria nascitur circa saxa aquosa similis fraxino, cortice & ramis, folio pyri, paulò tamẽ lõgiorib. crassioribusq; ac rugosis incisuris, materia dura atq; firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri, mortesq; miseras veterũ superstitio existimavit. Plin. li. 13. cap. 21.

Ostus, Vel potiùs Hostus à veteribus appellabatur, quod ex uno facto olei purũ purgatumq; relinquitur. Factum verò dicebant quod uno tempore conficerent, quem alii centum sexaginta modiorum, alii centum viginti faciebant. Vide Catonem de Re rust. cap. 6. & Varronem lib. 1. cap. 24. apud quos legitur hostus per aspirationem.

Osus, Vide Odio, odis.

O ante T.

O T. F. N. in notis antiquorum, ostium fenestræ.

Othonnē, ὀθόννη, Herba, quæ in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebrò foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocaverunt. Plin. lib. 27. cap. 12: Dioscoridi othonne prorsus fuit incognita, ut qui hoc nomine ab aliis herbã, ab aliis succum, à quibusdam etiam lapidem accipi tradiderit, neq; in re tam controversa quid ipse sentiret, explicare ausus sit.

Otĭă, Piscis est marinus, ex genere ostrearũ. Plin. li. 32. cap. ult.

Otis, idis, ὠτὶς, Avis est minor bubone, & major nocturn, aures plumeas habens eminentes: unde & nomẽ accepit. Vide Plin. lib. 10, cap. 23. Sunt qui Latinè Asionem vocent.

Otium, Vide Ocium.

O ante V.

O. V. D. In notis antiquorum, omni virtuti dedito. O. V. F. optimo viventi fecit, vel omnia vivens fecit, vel omnibus vivis fecit, Θ vel θ. mortem significat. Est autem Græca litera cui θῆτα nomen est.

Ovālis, Ovans, Ovatio, Ovatus, nomen, Ovatus, participium, vide Ovo, ovas.

Ovis, hujus ovis, f. t. à Græco ὄϊς, interposita u, propter hiatũ. Pecus lanigera. Lanicutem vocat Pacuvius. [צאן *tsón.* Gall. *Brebis.* Ital. *Pecora.* Ger. Ein Schaff. Bel. Een Schaep. Hisp. *Oueja.* Pol. *Owcza.* Vng. *A juh.* Ang. *Scheepe.*] Cic. 2. de Nat. deor. Ovium villis confectis, atq; cõtextis homines vestiuntur. Ovẽ masculino genere legi admonent Festus & Nonius. Varro rerum humanarum lib 27: Vt etiam putantibus, qui oves duos non duas dicunt. Homerum sequuti, qui ait. μῆλ' οἰὸς π. Idem: M. Terentio quando citatus neq; respõdit, neq; excitatus est, eum ego unum ovem multam dico: excusatus alii legũt. Gell. li. 11. cap. 1: autor est, In multis dicendis hoc semper observatum fuisse, ut Ovem virili genere appellarent, alioqui multam justam non videri.

Ovīnus, a, um, Quod ex ove est: [μηδάτιος. Gall. *De brebis ou mouton.* Ital. *Pecorino.* Ger. Schäffin. Hisp. *Cosa de oueja.* Pol. Owczi. Vng. *Iuhi nubbol valo.* Ang. *Of sheepe.*] ut Pellis ovina. Hujus nullum exemplum reperimus.

Ovillus, a, um, Ovinus. μηδάτιος. Plin. lib. 19: Quin & ovillo fimo uti quoniam aliud herbescereret.

Oviliones, Vide OPILIONES.

Ovīle, hujus ovilis, n. t. Locus in quo oves morari solent, sive in quem oves sese recipiunt. [מכלא *michlá.* κοίμιον. Gall. *Bergerie, estable à brebis.* Ital. *Ouile stal da pecore.* Ger. Ein Schafstall. Bel. Eenen Schaepstal. Hisp. *A prision do se acogen las ouejas.* Pol. Owczarnia. Vng. *Iuh, akal.* Ang. *A folde or sheepe cote.*] Liv. 6. bel. Pun. Datũ secreto in ovili cũ his colloquendi tempus. Ovid. 13. Metam. - tepidis in ovilibus agni. Idem 3. de Arte: Dixerit è multis aliquis, Quid virus in angues Adjicis, & rapidis tradis ovile lupis?

Ovīārĭă, riæ, f. p. Ovium grex, [צאן *tsón.* ποίμνη, μηδάτων ἀγέλη. Gall. *Bergerie, troupeau de brebis.* Ital. *Greggia.* Ger. Ein Schaffschar. Hisp. *Manada de ouejas.* Pol. *Stado owcze.* Vng. *Iuh nyay.* Ang. *A flock of sheepe.*] Varro in prologo 2. libri de re Rust. Quod eò facilius faciam, quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ŏviarias, & Reatino equarias.

Ovīārĭcus, ca, cum, possessivum ab ove derivatũ. [μηδατικός. Gall. *De brebis.* Ital. *Pecorino.* Ger. Des Schaffs. Hisp. *Cosa de oueja.* Pol. *Owczi.* Ang. *Of sheepe.*] Colum. lib. 7. cap. 6: Et quoniam de oviarico satis dictum est, ad caprinum pecus nunc revertar.

Ovĭcŭlă, dimi. Significat parvam ovem. μηδάτιον.

Ovo, vas, Lætor, & lætitiam vociferãdo seu canendo præ me fero, & ostento. [הרע *heráh.* εὐάζω. Gall. *S'esiouir.* Ital. *Allegrarsi.* Ger. Sich hefftig frewen/ Vor frewden singen/ auffspringen/ jauchtzen/ &c. Hisp. *Allegrarse.* Pol. Wyskam. Raduiesie. Vng. Orwlàk migadok. Ang. *To reioyce with noyze or voice in a multytude.*] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eò majori cum gaudio, quò propius metum res fuerat. ¶ Ovare item dicebantur Imperatores, quibus re bene gesta non triumphus, sed species triumphi decreta erat, quæ dicebatur Ovatio. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Dupliciq; victoria ovantem Romulum. &c.

Ovāns, particip. esse videtur à Verbo Ovo, quod rarò apud probatos autores invenies: quum Ovans nusquam nõ occurrat. [מרע *meráh.* ἐφυμνάζων. Gall. *Triomphant.* Ital. *Trionfante.* Ger. Frewend/ vor frewden jauchtzend. Hisp. *Que se alegra, ò triompha.* Pol. Wukaiacs od radosci: skaczacs. Vng. örvelyen. An. *Reioycing.*] Cicer. 2. de Oratore: Ascendit ovans in Capitolium M. Aquilius. ¶ Usus est pro lætabundo. Virgil. 4. Aeneid. Quid tum? sola fuga nautas comitabor ovantes. Vbi Servius, Ovantes, lætantes, abusivé. Nam propriè Ovatio est minor triumphus: qui enim ovationem meretur, & uno equo utitur, & à Plebeiis, vel ab Equitibus Romanis deducitur ad Capitolii, & de ovibus sacrificat: unde & Ovatio dicta est. Qui autem Triumphat, albis equis utitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio tauros sacrificat.

Ovātio, onis, f. t. teste Servio, dicebatur minor triumphus, quũ belli duces rebus quidem prosperè gestis, non tamen ita magnis, ut justo triumpho dignæ essent ex Senatusconsulto pedites. vel (ut aliis placet) equo vecti urbẽ ingrediebantur, myrteam coronam (quam ob id ovalem vocabant) in capite gestantes, universo aũt Senatu subsequente. [תרועה *teruhàh.* ὐὰα, ἀλαλαγμὸς πρὸς ἡμῶν. Pol. *Triumfpo zwiczestwie.* Vn. *Vigadás nieresèg, es gyõ zõdelem vtanvalo õrõm.* An. *A reioycing.*] Ovandi autem & non triumphandi, teste Gell. lib. 5. causæ erant, quũ antè bella non ritè erant indicta; neq; cum justo hoste gesta: qualia erant ea quæ adversus piratas, & servos fugitivos aliquando suscepta leguntur: aut quoties deditione repentè facta, victoria citra pulverem (quod dici solet) hoc est, citra magnam sanguinis effusionem contigerat. Ob quam etiam causam Ovalem coronam ex myrto (quæ arbor Veneri est sacra) conficiebãt, quòd incruentas hujusmodi victorias, Venereas potiùs judicarent, quàm Martias. Vnde aũt tractum sit Ovandi vocabulum, inter Grammaticos non satis convenit. Ac Servii quidem quæ esset sententia suprà ostendimus. Alii Ovationem dictam putant, quasi Ohationem, ab interjectione lætantis, Ohe deducto etymo. Nõnulli etiam à voce eorum qui ovantem comitabantur, Ovo verbum deductum putant. Illi enim oo geminatum, lætabũdi solent acclamare. Vnde interposita u

posita u consonante, Ovo creduntur deduci. ¶ Est etiam Ovatio à nomine ovum, significans tempus quo Gallinæ ova pariũt, ἀπὸ μέρους. dictũ ea forma qua Vernatio, Mellatio, Pullatio. Plin.li.29.cap.3: Certa Luna capiendum censent, tanquã congruére ovationem etiam serpentium humani sit arbitrii.

Ŏvātŭs, us, Nomen pro ovatione, m.q. [תְּרוּעָה *teruhâh.* ἀπὸ μέρους.] Valer.Flacc.6. Arg. hinc barbarici glomerantur ovatus.

Ŏvālis, & hoc ovale, om.t. Quod ad ovationẽ pertinet: ut Ovalis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabãtur Imperatores qui ovantes urbem introibant, neq; justi triumphi honorem meriti videbantur. Id autem contingebat quoties bellum legitimè indictum non erat, neq; cum justo, aut magnopere formidando hoste gestum, utpote victis servis, aut piratis: aut quoties facta repentè deditione, incruenta victoria contigerat. Vide A.Gell.lib.5.Noct.Attic.cap.6.

Ŏvum, n.s. ab ὠὸν interposita u, euphoniæ causa. [בֵּיצָה *betsâh.* Gall. *Vn œuf.* Ital. *Ouo* Ger. & Bel. Ein ey. Hisp. *Huevo* Pol. *Iaie.* Vng. *Tyłkmany.* Ang. *An egge.*] Mart.lib.23: Candida si croceos circunfluit unda vitellos, Hesperius scombri tẽperet ora liquor. Vitellus, vel luteum ovi, dicitur illud quod in ovo crocei coloris est: Albumen autem, vel Album ovi, liquor ille candidus qui vitellũ circundat. ¶ Ovum ovo tam simile non est: proverbii hyperbole de rebus indiscretæ similitudinis dici solita. Cic.4. Acad. Vidésne, ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? ¶ Ovo prognatus eodem proverbiũ de illis dici potest, quorum ingenium moresq; ita conveniunt, ut iisdem parentibus nati videri possint. Vide Erasmi Adagia. ¶ Ovi luteum, divisis dictionibus, vocamus vitellum in ovo. λεκιθῶν.

Ŏvātŭs, ta, tum, Quod est in similitudinem ovi factũ. [ᾠοειδής. Gall. *Qui est de la forme & figure d'vn œuf.* Ital. *Ouato, fatto in forma d'ouo.* Ger. Das ein gestalt des Eys hat. Hisp. *Cosa hecha en figura de huevo.* Pol. *Po dobni iaiu.* Vng. *Tyuk mony form maiara valo.* Ang. *Made like an egge.*] Plin. lib.15. cap.21: Aliis turbinatio pyri, aliis ovata species, ceu malorum aliquibus. ¶ Ovatum marmor. Quod diversi coloris maculis variegatũ est, ovi speciem referentibus. Plin.li.35.cap.1: Neronis principatu inventum, maculas quæ non essent in crustis inserendo, unitatẽ variare, ut ovatus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Sinnadicus. ¶ Aliquando etiam id quod ovo illitum est: unde ovatum aurum, ovo auratum: quoniam ovi albo antea illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebantur. Persius Satyr.2: Hinc illud subit, auro sacras quòd ovato Perducis faciem? Nec verò hoc quenquã movere debet, quòd Ovatũ hîc primã corripiat, quæ producitur in dictione ovũ: si quidem non semper derivata primitivorũ quantitatẽ observant.

Ŏvĭfĕra, Quæ fert ova: ut, Ovifera gallina, ᾠοτόκος.

O ante X.

Ŏxăbăta, vestes pretiosissimæ dicebantur, à genere purpuræ, quæ Oxos dicebantur, teste Suida, quæ optimè ungebantur apud Phœnices. Hac voce usus est Iustinianus li.3. C. Quæ res alienæ nõ possint. Quo in loco nõnulli Dibapta suppositum esse putarunt.

Ŏxălis, f.n. [ὀξαλίς. Gall. *Oseille, surelle.* Ital. *Acetosa.* Ger. Sawrampffer. Hisp. *Azederilla, romaza.* Pol. *Szczaw.* Vng. *Saska.* Ang. *Sorrell.*] Lapathi genus, sativo proximum, foliis aquosis, colore betæ candidæ, radice minima. Plin. lib.20. cap.21. Vulgò *Acetosam* vocant.

Ŏxingĭon, nunc aceti fecem, nunc axungiam significat.

Ŏxŏs, ὄξος, neutri generis, Acetum.

Ŏxys, oxydis, pro Vase aceti, ὀξύς.

Ŏxyăcānthēs, ὀξυακάνθη, Spina est parvis foliis aculeatis per extremitates ferens baccas rotundas, foliis ipsis arenosa lanugine obductis.

Ŏxybăphum, penult.corr. Acetabulum Latinè dicitur. Hermolaus.

Ŏxycĕdrŏs, ὀξύκεδρος, Species cedri, ramosa, & nodis infesta, Plin.lib.13.cap.5.

Ŏxycrătum, acetum aqua mixtum, aliàs posca. Nam utcũq; video usurpari.

Ŏxygălă, pen.corr. & neut. gen. [ὀξύγαλα. Ger. Sawre milch/ Kåhmilch/ Butter oder anckenmilch.] Lactis in acorẽ redacti pars coactior quod à sero separatum, origano, cæpe, mentha, coriandro, thymo, & cunila condiri solet. Plin.lib.28.cap.9: Fit & ex caprino lacte butyrũ: sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantùm, crebro jactatu in longis vasis angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliâs præligato. Additur paulum aquæ ut acescat. Quod est maximè coactum in summo fluitat: id exemptum addito sale, oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod supernatat, butyrũ est, oleosum natura. Vide plura de hoc apud Col.lib.12.cap.8.

Ŏxygărum, pen. corr. n.s. [ὀξύγαρον. Ger. Ein gattung einer Bischbrüe mit essig vermischt.] Garum acetosum: hoc est, liquaminis genus ex minutioribus piscibus confici solitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti solet admisceri. Solet autem hoc in principio mensæ apponi, quemadmodum & lactucæ. Martial. lib.5: Deposui soleas adfertur protinus ingens Inter lactucas oxygarumq; liber.

Ŏxyglўcŭs, Ex acoro & dulci aliquo medicamẽto, compositum medicamentum.

Ŏxythălmă, ὀξυθάλμη, genus potionis, quod ex sale & aceto recenti fieri solebat adversus serpentes.

Ŏxylăpăthum, [ὀξυλάπαθον. Ger. Lendewurtz/ oder Sawrampffer. Pol. *Kobyti szczaw.* An. *Ditch docke.*] Prima lapathi species apud Dioscoridem, palustribus in locis nascens, à foliorum acumine nomẽ habens. Plin.lib.20.cap.21: Est & alterum genus, ferè oxylapathon vocant, sativo idem similius, & acutiora habet folia & rubriora, nonnisi in palustribus nascens. Officinæ *Lapathium acutum* nominant.

Ŏxymĕlī, pen. corr. sive Oxymel, Oxymellis, n.t. [ὀξύμελι. Ger. Ein Sirup/ mit honig/ essig vnd wasser eyngesotten/ wird in den Apotecken genant *Oxymel.*] Acetum mulsum, dicitur genus potionis, quod ex mellis libris decẽ, aceti veteris heminis quinque, salis marini pondo tymbrę quadrante, aquę marinæ sextariis quinq; pariter decoctis fieri solebat. Vide Plin.l.14.c.17.

Ŏxymĕl, passularum, Ab aceto & melle, & passulis dictum.

Ŏxymĕlītis Compositionem lege apud Galenum libro 4. de Sanitate tuenda.

Ŏxymōrŏn, ὀξύμωρον, ut docet Budæus ex Quintiliano, Est sententia ex periculo petita: hoc est, ita acutè & affectatè enũtiata, ut fatua videatur: ut apud Virgil.7. Aeneid. Nunc capti potuêre capi?

Ŏxymyrsĭnē, ὀξυμυρσίνη, Frutex est quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora producit baccas rufas ad cerasorum similitudinẽ. Plin. lib.26.cap.11, & Dioscor.lib.4.cap.147.

Ŏxyporŏn, ὀξύπορον, Moreti quoddam genus, teste Col.lib. 12.cap.57, ex caseo, sesamo, nucibus, & herbis constans, aceto piperato conditis: Idem & oxygarũ appellabatur, quòd quoties usus exigeret, aceto & garo diluceretur. Plin.lib.20.cap.22: Fœniculum condimentis propè omnibus inseritur, oxyporis etiã aptissimé. Sunt & sua medicis oxypora: sunt enim remedia præsentanea, & celeriter juvãtia, à celeritate dicta penetrãdi. Idem lib.24.cap.8: Iuniperus miscetur antydotis oxyporis.

Ŏxyporopōlæ, [ὀξυπωροπῶλαι. Germ. Die solche speysen mit essig gemacht/ vertauffen.] Qui cibos vendunt aceto conditos. Plin. lib.20.cap.7: In eos usus & oxyporopolæ servant, addito dulci acrementum aceti temperantes. Vbi nũc sic legitur: Stomachos dissolutos utilissimè adjuvant, uti ne eo esu abluantur, & oxypori obolis asperitatẽm addito dulci ad intinctum aceti temperantes.

Ŏxyrrhŏdĭnum, ὀξυῤῥόδινον, Medicamentum liquidum, constans ex aceto, & aqua rosacea, quod capitibus eorum solet adhiberi, qui phrenitide laborant.

Ŏxysăccharum, ὀξυσάκχαρον, Potionis genus ex saccharo & aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectũ gummi modo, candidum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figuram formatum ex Canariis insulis ad nos defertur. Sed de hoc suo loco.

Ŏxyrrhinchŭs, ὀξύῤῥυγχος, Piscis est Nilo peculiaris, à rostri acumine nomen habens, quem tota Aegyptus pro Deo colit. Autor Strabo lib.17. capitur etiam in mari rubro. Item in Caspio, teste Aeliano lib.12.cap.33.34.& 35.

Ŏxyscœnŏs, ὀξύσχοινος, Acutus juncus, qui & marinus dicitur. Plin.lib.21.cap.18.

Ŏxytŏnŏn, papaver erraticum, apud Dioscor.lib.4.cap.68. ¶ Oxytonon, papaver sativum, apud eundem Dioscor. lib.4, cap.68.

O ante Z.

Ŏzænă, ὄζαινα, Piscis ex polyporum genere, caput habẽs gravissimi odoris. Plin.lib.9.cap.30: Polyporum generis ozæna, dicta à gravi capitis odore, ob hoc maximè murænis eam cõsectantibus. ¶ Est item Ozæna, narium morbus, effluxione acrium humorũ plures crustas intra nares gignente quæ gravissimum exspirãt odorem: cui malo vix ullo remedio potest succurri. Plin.lib.25.cap.13: Narium ozænas emendat aristolochia cum cypero.

Ŏzænītis, ὀζαινῖτις, Herba est ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluvium nascens, odore virus referens: unde & nomen accepit. Autor Plin.lib.12.cap.12.

Ŏzē, es, ὄζη, Oris graveolẽtia dicitur, à verbo Græco ὄζω, quod est oleo. Cels.lib.3. cap.11: Itaq; ei remissioni credendum est, quæ etiam immoratur, & jactationem fœtoremq; quendam oris (quem *ozen* Græci vocant) minuit.

Ŏzĭmum, pen.corr. ab ὄζω, redoleo, Genus edulii redolentis ex intestinis confecti. Persius Satyra 4: Quum bene discincto cantaverit ozima vernæ. Quo tamen in loco nõnulli ocima malunt legere. Vide Cæl.Rhod.lib.29.cap.24.

Ozymum, Vide Ocymum.

P



SVMMIS labris comprimitur, nec sonum ederet, nisi vocalis succurreret hærenti, quod vitium & cæterorũ elementorum, quæ ἄφωνα vocant, commune est omnium, tenuem sortitur sonum, ut est elementorũ natura, quæ ψιλὰ appellant.

P. Litera muta est, nec aspirationem post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, ut Phæton. Convertitur quandoq; in transferendis dictionibus Græcis p in b: ut quod apud Græcos πύξος, apud nos buxus scribitur, Pyrrhus, Burrhus. Interdũ p exile pro ph aspirato poni solet: ut quod à Græcis φοινίκη, cum ph aspirata scribitur, à nostris Puniceus transfertur: sic πορφύρεον, Purpureum dicimus. Quin & contrà ubi illi p exile ponũt, Latini sæpissimè aspiratam ponunt, ut quod illi ὑψιπύλη, nos Hypsiphile, scribere solemus.

P. In notis antiquorum, Pupillus. P. Posuit, vel pes, vel passus, vel Publius.

P' ante A.

PACE. P. R. In notis antiquorum, Pace populo Romano, P. AEL. A V G. L I B. Publius Aelius Augusti libertus. P A L. Palmensi. P A R. Parentum. P A R T H. Parthicus. P A T. Patritius P A. D I G. vel P. G. Patritiatus dignitas. P. C. Pactum conventum P. C. Pecunia constituta. P. D. Publicè dedit.

Pabŭlum, li, n. s. Propriè pecudum, & aliorum brutorũ cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, vel stramentitius est. [יִרְעָה *belil* מִרְעֶה *mirhéh* τροφὴ, νομὴ, χλόη. Gall. *Pasture, fourrage.* Ital. *Pasto, pascolo.* Ger. Futer. Bel. Voeder. Hisp. *El pasto de bestias sin grano.* Pol. *Paszwa.* Vng. *Abrak lo eledel* Ang. *Forage, foder or meate for beastes.*] Cæsar 1. belli Gallici: Ipse, quum pabuli copia esset, non pereat, ad exercitum venit. Idem de bell. civil. 1: Multum frumẽti ex omni provincia cõportabatur, magna copia pabuli suppetebat. Et eodem libro: Magnum in timorem Afranius, Petreiusq; perveniunt, ne omninò frumento pabuloq; intercluderentur. Virg. 1. Aeneid. priusquã Pabula gustassent Troes, Xanthumq; bibissent. Idem 12. Aeneid. Pervolat, & pẽnitus atra tuta lustrat ut undo, Pabula parva legens, nidisq; loquacibus esca. ¶ Translatè etiam dicitur studii, amoris, & animi pabulum. Cicero in Catone: Si verò (*inquit*) habet senectus aliquod tanquam pabulum studii & doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucũdius. Lucretius lib. 4: Nam si abest quod ames, præsto simulacra tamen sunt illius, & nomen dulce obversatur ad aureis: Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris Absterrere sibi, atq; aliò convertere mentem. Cicero 4. Academ. Est enim animorum, ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatioq;. Idem de aruspic. resp. Quid enim hunc prosequor, pecudem ac beluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum? Ovid. 8. Metamorph. dederatq; gravi nova pabula morbo.

Pabŭlāris, pabulare, om. t. Quod ad pabulũ pertinet, seu quod pro pabulo datur. [τροφικὸς. Gal. *Qui en donne aux bestes, qui appartenant à paistre.* Ital. *Che è appartiene a pasco.* Ger. Zu dem futer dienstlich. Hisp. *Cosa pertenesciente à pasto.* Pol. *Paszowni.* Vng. *Abrakhoz valo.* An. *Pertaining to forage foder, or to meat og beastes.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Vicia pabularis, & vicia seminalis. Idem lib. 2. cap. 14: De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari vicia. Plin. lib. 18. cap. 16: Omnia hæc pabularia.

Pabŭlātŏr, ar. s, d. p. Castrense verbum est, quemadmodũ Lignor, & Aquor [ὑλοτομῶ. Gall. *Fourrager, paistre, repaistre.* Ital. *Pascolare.* Germ. Auff die füterung gehen oder reiten/ auff die füterey fahren. Bel. Voeder vergaderen/ weyden. Hisp. *Ir à buscar tal pasto.* Pol. *Paszenie.* Vng. *Abrakosok abrakot gywyszók.* Ang. *To go a foraging.*] Dicuntur enim propriè Pabulari milites, quum è castris cum falcibus egressi, pabulum in usum jumentorũ ex agris in castra comportant. Val. Maxim. lib. 5. cap. 6: Id postquã cognovit, depositis insignibus Imperii, famillarem vultum induit, ac pabulantium hostium globo sese objecit. ¶ Interdũ Pabulari, est pascere Col. lib. 7. cap 6. de capellis loquens: Subinde quæ incedit, compesci debet, ne procurrat, sed placidè, ac scitè pabuletur, ut & largi sit uberis.

Pabŭlātĭo, nis, f. t. Aliquando est actus ipse pabulandi: nomẽq; est castrense, quemadmodum Aquatio & Lignatio. [ὑλοτομία, ὑλοτόμησις. Gall. *Fourrage, ou fourrage, le fait d'aller au fourrage.* Ital. *Pascio.* Ger. Das auffsuchen oder auffreiten auff die füterung. Hisp. *Obra de buscar tal pasto.* Pol. *Paszowanie.* Vng. *Abrakozas abrak gywyites.* Ang. *A provyding of forage, a foraging.*] Est enim pabulatio proprie militum, quum scilicet in agrum egrediũtur cum falcibus capiẽdi pabuli causa. Cæsar 7 bell. Gall. Omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando invenitur pro ipso pabulo. Varro 3. de Re rust. cap. 16: Si è bono loco transtuleris ubi idonea pabulatio non est, fugitivæ fiunt: de apibus.

Pābŭlātŏr, oris, m. t. Qui pabulatum vadit [ὁ ἐπὶ τὴν τροφὴν πορευόμενος. Gall. *Fourrageur, qui va au fourrage.* Ital. *Pascolatore.* Ger. Der auff die füterey fahrt oder geht/ futer dem Vych zu sammlen. Hisp. *El cruero que va buscar tal pasto.* Pol. *Paszownik.* Vng. *Abrak gywyté.* Ang. *A forageour, a prouider of foode, foder or forage.*] Cæsar 5. belli Gallici: Repentè ex omnibus partibus ad pabulatores advolarunt. Liv. 9. belli Punici: Deinde quũ in pabulatores Romanos impetus repentè ab equitibus Hispanis factus esset, &c.

Pābŭlātōrĭus, adject. [τῇ τροφῇ ἐπιτήδειος. Gall. *Qui sert au fourrage.* Ital. *Cosa de pascolo.* Ger. Das zu der füterung gehört. Hisp. *Perteneseciente à pasto.* Pol. *Paszowni.* Vng. *Abrakos.* Ang. *That serueth for forage or foder.*] ut, Pabulatoria corbis, in qua reponũtur pabula. Col. lib. 6. cap. 3: Si grano abstinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

Pacatus. Vide Pax.

Păcīscŏr, scĕris, pactus, d. t. Pactum facio, convenio, cõtraho. [יעד *jahádh.* συμβάλλω, συναλλάττω, συνθήκας, διομολογοῦμαι, ὁμολογῶ. Gall. *Pactionner, contracter.* Ital. *Pattuire, pattegiare* Ger. Ein vertrag oder pact machen/ mit einander vberkommen. Bel. Een compact oft verdrach maken. Hisp. *Pactear ò hazer pacto.* Pol. *Vgadzam sie, Zakl'ad czynie, Pact czynie.* Vng. *Föl fogadom, fog adasl fogadok.* Ang. *To bargaine, to indent, to make a couenant.*] Pacisci cum aliquo. Plaut. in Bach. Pacisci cum illo paulula pecunia potes. ¶ Dicimus etiam Pactus sum hanc rem. Iustin. lib. 2: Cum Xerxe nuptias filiæ ejus pacisci tur. Salust. in Iugur. Adherbali suadent ut sese & oppidum Iugurthæ tradat: tantùm ab eo vitam pacisc atur. Virg. 5. Aen.-vitãq; volunt pro laude pacisci. ¶ Ponitur aliquãdo pro Promitto. Plautus in Trin. Hæc tibi pacta est Callicli filia? Id est, éstne tibi promissa? Cicer. Att. lib. 5: Nec dubitat Dejotarus, cujus filio pacta est Artavasdis filia, quin cum omnibus copiis, &c. ¶ Pacisci autem, & transigere hoc differunt, quòd is qui transigit quasi de re dubia & lite incerta neq; finita transigit: qui verò pacisc tur, donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit. l. j. De transact.

Păctŏr, oris, m. t. [ἀμφιλλακτὴς, κοσμοφιλίστης. Gall. *Faiseur de contracts & accords.* Ital. *Che fa cõtratti & accordi.* Ger. Ein Vertrager/ Vereiniger/ Verthädinger. Hisp. *El que hazer pactos.* Pol. *Vgadzacz.* Ang. *He that maketh contract, bargaine or couenant.*] Cic. 7. Verr. An fœderum interpretes, societatis pactores, religionis autores? Hujus compositũ est Depacisc or, sive Depecisc or: de quo suo loco diximus.

Pactum, n. s. particip. est à pacisc or, Pacto decretum. [τὸ ὁμολογηθέν. Gall. *Pactionné, accordé, conuenu.* Ital. *Pattuito.* Ger. Angedinget/ zu dem vertrag abgeredt. Hisp. *Pactado.* Pol. *Stanowienie, Vgoda, Vmowa, Zakl'ad.* Vng. *Fogado.* Ang. *A bargaine, a couenant.*] Plaut. in Asin. Hinc merunt vigint' minæ bonæ, nulla opera partæ, Has tibi nos pactis legibus dare nollit. Id est, ea conditione, de qua inter vos cõvenit. ¶ Aliquãdo nomen est, & ponitur pro cõsensu & cõventione. [בְּרִית *berith.* ὁμολογία, συνωμοσία, συνθήκη, τὸ μολογούμενον, συνθῆκαι. Gall. *Paction, convention, paction.* Ital. *Patto.* Ger. Ein vertrag/ etwas da rey beyde partheyen verwilligen/ ein vereinigung Hisp. *Pacto.*] Cic. 2. de Invent. sic definit: Pactũ est quod inter aliquos convenit, quod jam ita justum putetur, ut jure præstari dicatur. Idem 3. Offic. Pacta & promissa sempérne servanda sint, quæ neq; vi, nec dolo (ut prætores solent dicere) facta sint. Vlp. de Pollic. l. Pactum: Pactum est duorum consensus atq; conventio: Pollicitatio verò, offerentis solius promissum. ¶ In ablativo quandoq; accipitur p. o Modo τρόπος. Terent. in Andr. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum cognosces.

Păctĭtĭus, a, um, adject. Vulgò *Conuentionalis* dicitur. συνθηματικός. Gell. lib. 1. cap. 25: Cessatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

Păctĭo, onis, f. t. Est (ut inquit Vlp. l. j. ff. de Pact.) duorum plurúmve in idem cõsensus. [בְּרִית *berith.* ὁμολογία, συνωμοσία, συνθήκη, τὸ μολογούμενον, συνθῆκαι. Gall. *Paction, convention.* Ital. *Patto, conuentione.* Germ. Ein vertrag oder abred so mit beyder theylen verwilligung gemacht wird/ eins werden. Bel. Een Compact. Hisp. *Pacto, ò la obra de pactar* Pol. *Vmowienie, Vstawienie, Przymierze.* Vng. *Egyezo gadas meg alkonás* Ang. *A couenant or bargaine.*] Sallust in Catil. Collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra Rempub. dissentiret. Cic. lib. 3 Offic. Regulus non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hostiles pertur bare perjurio.

Paco, pacas, Vide Pax.

Pactĭlis, Vide Pango

Pactitius, a, um, Vide Pactum in Pacisco.

Pactum. Vide paciscor.

Pæanitēs. παιανίτης, Gemmæ sunt speciē habētes aquæ glaciatæ, (ut Plin. inquit) quæ in Macedonia circa Tiresiæ sepulcrum inveniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & partu[rientibus] mederi. Eadē & Gemonides dicuntur. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Pædagogium, pen. prod. [παιδαγωγεῖον. Gall. *Pedagogue, qui a la charge de nourrir vn enfant.* Ital. *Pedagogo, allatte.* Ger. Ein Zuchtmaister oder Lehrmeister der Jugent. Hisp. *Maestro de mancebos.* Pol. *Vczesnik do chowania. Vng. Gyermek tanito szolga, gyermek tanito mester.* Ang. *A pedagoge, that hath the charge to rule children.*] Cubile & institutor pueri, cui cura incumbit puerum instituendi & vestigare ejus subsequendi, eumq; quocunque opus fuerit, circunducendi: ita dictus quasi τὸ παιδὸς ἀγωγεῖον: hoc est, pueri dux. Columella lib. 1: Nec pestremo, quam pædagogi ejus, meminisse dedignemur Iulii Higini. Cicero de Amicitia: Isto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi.

Pædăgĭum, Cubiculum puerorum: id est, servorum. [Vn. *Zolgaknak valo kamarak haza.*] Plin. Epist. lib. 7. Rufo: Puer in pedagio maximis oculis dormiebat.

Pædagogiumgii, n.s. [Germ. *Ein ort im hauß da die Kinder vnd knecht wohnen: item, ein Kinderschul.* Pol. *Gmach wktorym dzieci y sługi mieszkaią.* An. *A schole, also a place where children and seruants lodge.*] Locus est in ædibus in quo pueri, servique comprehendi (quia Græcis παῖδες vocantur. Plin. lib. epist. Puer in pedagogio maximis oculis pluribus dormiebat. ¶ Accipitur etiam Pedagogium apud Iurisconsultos pro servitio: hoc est, pro servorum & mancipiorum grege. Vlpian. l. quæsitum de Fundo instruct. vel instrum. legat. Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut quum ibi venisset, præstò essent in triclinio, legato cõtinentur. Calepinus putavit Pædagogium aliquando accipi pro puerorum concubitu, adducens illud Suetonii ex cap. 28. li. 9: Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, etiam Rubriæ virginis Vestali stuprum intulit. Sed fallitur: nam in castigationibus exemplaribus Proagogia legimus, non Pædagogia. Est autem προαγωγεῖον, Græca dictio, quæ nobis productionem, vel prostitutionem significat, ἀπὸ τοῦ προαγωγεύειν, quod est producere vel prostituere.

Pæderastēs, [עדף *kadhesh.* παιδεραστής.] Amator puerorum: quasi παιδῶν ἐραστής. Inde Pæderastia, παιδεραστία, Amor obscœnus in pueros.

Pæderōs Pæderōtis, παιδέρως, Gemma est quam alio nomine Opalum vocamus, nonnulli etiam Pæderotem dictam tradidere, teste Plinio lib. 37. cap. 6. propter exhilarandi animæ ejus gratiam. παιδιὰ enim nonnullis puerorum amorem significat. ¶ Est etiam Pæderos, eodem Plin. teste lib. 37. cap. 10. gemmæ genus, quod à nonnullis Melamphyllon appellatur.

Pædĭa, [Græce παιδεία. Ger. Zucht/vnderweisung/vnd lehr in allen guten dingen. Pol. *Czwiczenie.*] Disciplina instituendi quoq; ad bonas artes, ed. ratio, ut docet Gellius. Hinc Xenophon nobilis apud Græcos historicus, opus suum Cyri pædiam inscripsit.

Pædico, as, pen. prod. Vetus obscœnæ significationis, & Catullo vetustissimis, quibusq; poetis aliis usitatum.

Pædicōnes, Vel Pædicatores, Puerorum amatores, concubitores; παιδικοί.

Pædŏmāthēis, παιδομαθής, Qui à pueris statim discunt, quibus opponuntur Optimatheis, ὀψιμαθεῖς, qui scilicet seriùs & jam natu grandes addiscendum accedunt.

Pædŏr pen. cor. s, pen. prod. m. t. Situs, squallor, illuvies, sordes, & omnis immunditia, seu putor. [עפש *pigghúl.* αὐχμός, ὑπο. Gall. *Crasse, ordure.* Ital. *Puzzore, immondizia, sozzura, muffa.* Ger. Wust/vnrath/ vnflat vnd gestanck. Hisp. *Hedor y hediondez.* Pol. *Smrod, plugastwo.* Vng. *Penzesseg, otsmansag, senyuetseg.* Ang. *Slus rubnesse, filthinesse.*] Lucanus lib. 2: longusq; in carcere pædor. Cic. 3. Tusc. Barba pædore horrida, atq; intonsa infuscat pectus illuvie scabrum. Festus putat ἀπὸ τοῦ παιδὸς: hoc est, à pueris deduci, qui in illa ætatula sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere. Vnde Pædidos quoq; & sordidos & obsoletos appellant.

Pædotribes pen. prod. παιδοτρίβης. Ger. Schulmeister/Zuchtmeister. Pol. *Nauczyciel ludzi wdzielie cwiczaci.*] vel Pædotriba, bæ. Puerorum institutor in corpore exercendo: cujus officiū (ut ait Plato in Gorgia) est, corpora hominum formosa reddere.

Pædotribice, es. Dicitur ars exercēdi puerorum corpora. Hæc ars præcipit adolescētes statim Gymnasiis exercendos.

Pæg[n]ium, παίγνιον, Græca vox est quæ nobis ludum sonat, vel [illegible] puerilem oblectationem: Technopægnium, ludicrum quoddam poëma ab Ausonio inscriptum est.

Pæŏnĭa f.p. [παιονία. Gall. *Penoisine.* Ital. *Penonia.* Ger. Peonien oder Denmen wurtzen. Hisp. *Rosa montes.* Pol. *Piwonia.*] Herba est inalgnis, in summo caule siliquas quasdam ferens amygdalis similes: quę quū dehiscunt, grana multa & exigua ostendunt, Punici mali acinis similia, in medio nigra, quædam rubra, quinque aut sex purpurea. Ejus duo sunt genera, Mas & Fœmina, foliis præcipuè distincta: mas enim folia habet juglandis, fœmina verò smyrnii. Dicta est autem Pæonia à Pæone inventore, qui ea Plutonem curasse dicitur ab Hercule vulneratum, ut fabulatur Hom. 5. Iliad.

Pætŭs, m.s. [Germ. *Der bocks augen hat: das ist, wenn das augglid den augsern nur halb bedeckt / als wenn einer dest augen halb offen hette/ glarang/ vberstichtig.* Pol. *Mrozczek.* An. *He that looketh asquint vpward.*] Qui obliquatis oculis in altum respicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Horat. 1. Serm. Sat. 3: Strabonē appellat Pætum pater, & pullum malè parvus Si cui filius est. Vbi interpres Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis dicitur: Pætus leviter declinatis. Acron ibidem: Pæti propriè dicuntur, quorum huc atq; illuc oculi velociter vertuntur. Hinc Aelfiorum familia Romæ cognomen sumpsit.

Paganĭcus, Paganus, Vide Pagus.

Pages, Compactio dicitur, licet simplex vix inveniatur, sed cōposita: ut, Compages, συναφή.

Pāgĭnă, æ, penul. corr. f.p. Vtraq; pars folii, à pangendo, quòd in paginis carmina panguntur: id est, figuntur. [σελὶς. Gall. *Vne page.* Ital. *L'vna & l'altra faciata della carta.* Ger. Ein blat zu beyden seiten. Hisp. *Vna qualquera hoja de libro.* Pol. *Karta zobostron.* Vng. *Level lal.* Ang. *The side of a leaf in a booke.*] Versus enim pangi vel figi in ceris dicuntur. Vel quòd in libris suam quæq; obtineant regionem, ut pagi. Cic. ad Tironem lib. 16: Variè sum affectus tuis literis, valde priore pagina perturbatus. ¶ Plin. lib. 17. cap. 22: Paginas in vitibus vocat areas interseptas inter duo juga. Semper (*inquit*) quintanis seminari: hoc est, ut quinto quoq; palo singulæ jugo paginæ includantur. ¶ Paginam utranq; facere in re aliqua dicitur, cujus tanta est autoritas ut nihil omninò sine ipso rerum geratur. Plin. lib. 2. cap. 7, de fortuna loquens: Huic (*inquit*) omnia expensa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utranq; facit paginam. Hinc pagella diminutivum. Cicer. ad Brutum lib. 11: Non imitor λακωνισμὸν tuum, altera jam pagella procedit. ¶ Hinc fit Compagino, pro conjungo, quòd paginæ simul conjungantur. συναρμόζω.

Pāgĭnŭlă, læ, diminutivum à pagina. [σελίδιον. Gall. *Petite page.* Ital. *Picciola carta.* Ger. Ein blattlin. Hisp. *Pequenna hoja.* Pol. *Karteczka.* Vng. *Leuelecske.* Ang. *A litle side of a leaf in a booke.*] Cicer. ad Attic. lib. 4: Si verò id est quod nescio an sit, ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat quàm fatorum.

Pāgo, gis, pepigi, pactum, Paciscor, antiquum verbum, Quintilliano auctore lib. 1. cap. 10. [עבד *jabádh.* συνάψεμαι. Gall. *Faire quelque marché, contracter ou accord.* Ital. *Patteggiare, far patto.* Ger. Ein vertrag oder tādung machen. Hisp. *Pactear, hazer pacto.* Pol. *Zakładam.* Vng. *Fől fogadom.* Ang. *To promise, to make a bargaine or couenant.*] Pacta sunt, quæ legibus observanda sunt hoc modo: Rem ubi pagunt, stipulatione pagunt. Servius tamen dicit Pago (unde multi volunt venire Pepigi) nusquam lectum esse, unde, Pepigi à Pacisci fieri, sicut & pactus, quomodo à Placeo placitus & placetus.

Pagonoton, Tussilago, vel Bacchion, apud Dioscor. libro 2. cap. 124.

Păgrŭs, [πάγρος. Ger. Meerkrebs / von etlichen Meerspinnen genannt.] Piscis est ex genere cancrorum. Plin. lib. 31. cap. 10: Pagri fluviatilis longissimus dens capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur. Plin. lib 9. cap. 31: Cancrorum genera carabi, astaci, maiæ, paguri, leones, & alia ignobiliora.

Păgūrŭs, ri, m. Est de genere cancrorum post mæam maximus. Inquo Plin. lib. 9. cap. 31.

Pagŭs, pagi, m.s. Vicus, ubi multa ædificia rustica sunt conjuncta. [כפר *chópher* πρὸς περαχώρ. κώμη. Gall. *Vn gros village ou bourg.* Ital. *V. la.* Ger. Ein Dorff Hisp. *El barrio ò aldea.* Pol. *Wies.* Vng. *Falu.* Ang. *A village in the cuntrey.*] ἀπὸ τῶν πηγῶν: hoc est, à fontibus circa quos rustici gaudent habitare, ut facilis sit aquatio. Autor Festus. ¶ Pagus præterea accipitur pro tota jurisdictionis tractu: unde Cæsar libro 1. bell. Gall. scribit Helvetiam totam in quatuor fuisse divisam pagos. Hodie tredecim numerantur. Galli sua lingua vocant *Cantones.*

Pāgātim, adverbium, Per singulos pagos. [κατὰ κώμας. Gall. *De bourg en bourg, de village en village.* Ital. *De villa in villa.* Ger. Von dorff zu dorff/ durch alle dörffer. Hisp. *De aldea en aldea.* Pol. *Powsiach.* Vng. *Falunkent.* Ang. *Village by village.*] Liv. 2. bell. Maced.

Mæced, Templa deûm, quæ pagatim sacrata habebant, dirui atq; incendi jussit.

Pāgānŭs,ni,m.s.à pago dictus est,Rusticus,qui scilicet rure natus est,& educatus. [כפרי peraxi,κωμήτης,κωμητικός. Gall.*Villageois,rustic,paisan.* Ital.*Rustico, villano.* Germ.Ein Dorffmann/ Baweromann. Hisp.*Cosa de aldea,rustico.* Pol. Wieśniak,*chłop, gbur,siodl'ak.* Vng.*Kwlfoldi,paraxt.* Ang *An vplandisman,that dwelleth in a village.*] Cicer. pro domo sua: Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani (quoniam plebi quoq; urbanæ majores nostri conventicula, & quasi concilia quędã esse voluerunt) qui nõ amplissimè non modò de salute mea, sed etiã de dignitate decreverint. Iuven.Satyr.16:-citiùs falsum producere testem Contra paganum possis, quàm vera loquentem Contra fortunam armati. Hinc Semipaganus, semirusticus. Persius per translationem, arrogantiam vitans, ait:-ipse semipaganus, Ad sacra vatum carmen affero nostrum. ¶ Interdum Pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametsi urbani sunt. πεζικοὶ, ἀστράτευτοι. Et est verbum peculiare iureconsultorum,à quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur Miles, Paganus. Sueton. de Augusto: Pinarium equitem Romanum, quum concionante se, admissa turba paganorum apud milites subscribere quædam animadvertisset, curiosum & speculatorem ratus, coram fodi imperavit. Vlpian. l. tractabatur. ff. de militari testamento: Est rescriptum à divo Pio, in eo qui quum esset paganus, fecit testamentum, mox militare cœpit. Marcellus l. quædam. ff. de Pœnis: Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leviorem pœnam irrogant: militi verò graviorem. ¶ Quare autem Pagani dicantur etiam ii qui urbani sunt, hæc affertur ratio, Romam olim divisam fuisse in tribus quatuor, (sicut apud Dionysium lib.4. Antiquitatum legitur) quas Pagos vocitabant, in quibus habitantes Pagani dicebantur, qui nullam in aliam habitationem transferri poterant. Hinc factum ut Paganus pro cive sumatur, qui nunquam militaverit. Et Pagano miles opponitur. Ob id à Hieronymo cæterisq; Ecclesiasticis scriptoribus Pagani appellati Ethnici, qui non sub Christi vexillo militarent. Apud Plin. Pagana lex, qua rustici utuntur.

Pāmpīllum, Genus delicati currus. Lampridius: Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad Pampillum, vel ternas, & sic vectatus est.

Pāmpĭnŭs, pen. corr. Dicitur in vite tener, frondosusq; coliculus, fructum fovens, & ab æstus vendicans injuria. [κλῆμα. Gall. *Pampre, le ieune bois auec la fueille, ou le bourgeon de la vigne.* Ital. *Pampino.* Germ. Ein Räbtaub/Räbblat. Hisp. *El pampano de la vid.* Pol. *Liść ktori grona okrywa.* Vng. *Zöld leuel.* Ang. *A yong grene branche of a wine with leaues.*] Colum. lib. 3. cap. 17: Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quanvis longissima vel cessat, vel perexiguos ostendit racemos. Virgil. 1. Georg. Heu malè tunc mites defendit pampinus uvas. ¶ Accipitur aliquādo Pampinus pro cirris ovorum polypi piscis. Plin. lib. 9. cap. 51: Polypi pariunt verè ova tortili vibrata pampino. Hinc deducitur verbum Pampino, & verbale Pampinatio.

Pāmpĭno, as, pen. corr. Pampinos decerpo. [βλαστολογία, οἰναγίζω. Gall. *Esbourgeonner ou esfueiller la vigne.* Ital. *Spampinare.* Ger. Das Räbtaub erbrechen. Hispan. *Deshojar los pampanos.* Polon. *Liść z pniakow winnich otarguie.* Vng. *Leuelezök.* Ang. *To proyne and shred of yong branches of a vine.*] Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31: Pampinare, est ex sarmento coles qui nati sunt, de his qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat minuere succum. Col. lib. 3: Quum comprehenderint, dentidem pampinent, ne plura sarmenta quàm debent, excrescant.

Pampĭnātŭs, a, um, Quod Pampini similitudinem imitatur. [κλημωτός. Gall. *Semblable à Pampre.* Ital. *Ch'assomiglia à pampino.* Germ. Das dem Räbtaub gleich ist. Hisp. *Cosa semejante à pampano.* Vngar. *Zöld leuelnek for mutara valo.* Ang. *Like a yong branche of a vine.*] Plin. lib. 16. cap. 42: Ramentorum orbis pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinarū raptus.

Pampĭnātĭo, verbale, f. t. [οἰναγεσμός. Gall. *Esbourgeonnement ou esfueillement de vigne.* Ital. *Sfogliamento di pampini di vite.* Germ. Erbrechung des Räbtaubs / oder der Bletteren an den Räben. Hisp. *Deshojamento de los pampanos.* Polon. *Liściana winnicach przypiorowanie.* Vngar. *Leuelezes.* Ang. *Shreading or cutting of yong branches of a vine.*] Colum lib 4 cap 27 Siquidem vel magis Pampinatio quam putatio vitibus consulit.

Pāmpĭnātŏr, ōris. [οἰναγέτης, κλαδοτόμος. Gall. *Esbourgeonneur.* [illegible] Germ. Ein Räben erbrecher/Räbmann. Hisp. *El deshojar de pampanos.* Pol. *Liścio pl'on.* Vng. *Leuelezö.* Ang. *He that cutteth of the yonge branches of a vine.*] Colum. lib. 4. cap. 27: Idque faciet variis de causis pampinator industrius.

Pāmpĭnārĭum, rii, n. s. Palmes, qui (ut inquit Plin. libr. 17. cap. 22.) è duro exit, materiamque in proximum annum promittit. sive congeries virentium ramusculorum. [οἰναρεών. Gall. *Branche ou regret de vigne qui ne porte que fueilles, que les vignerous appellent escuier.* Ital. *Pampino.* German. Ein jung Räbschoß so auß dem Knebel herfur sproßt vnnd noch keine Trauben/ sonder nur Bletter hat. Hispan. *Pampano.* Polon. *Liśtow rozwiczie.* Vngar. *Mag vezzo.* Ang. *A yong branche that beareth no thing but leaues.*] Colum. lib. 3. cap. 105: Vitiosissima est eorum agricolarum opinio, qui minimùm referre credunt, quot uvas sarmentum habuerit, dum ex vite fertili legatur, & non ex duro trunco enatum, quod Pampinarium vocant

Pāmpĭnārĭŭs, a, um, Quod est Pampini. [κλημωτικός. Gall *Chose de bourgeon, ou pampre.* Ital. *Cosa di pāpino.* Ger. Das den Räbtaub ist. Hisp. *Cosa de pampano.* Pol. *To czoiest winnich liśtow.* Vng *Zöld vezzö.* Ang. *Of or perteyning to a wine branche.*] Col. lib. 4. c. 24: Ne aut pāpinarius palmes internatus, aut verrucę similis furūculus relinquat. Et lib. 3. c. 10: Ne pampinariā virgā deplantet.

Pāmpĭnĕŭs, a, um, Pampinarius. Virg. lib. 2. Georg. Liber pampineas invidit collibus umbras. Idem ibidem: Tibi pampineo gravidus Autumno Floret ager. Ovid. 3. Metam. Pampineis agitat velatā frondibus hastam. ¶ Pampineus odor, pro sapore vini. Propert. lib. 2: Pampineus nosti quàm sit amarus odor.

Pāmpĭnōsŭs, sa, sum, Quod pampinis abundat. [κλημωτώδης. Gall *Fort fueillu.* Ital. *Ch' abonda di pampini.* Germ. Voll Räbtaub/bletterechtig. Hisp. *Cosa llena de pampanos.* Pol. *Pel'ni liścia winnego.* Vng. *Zöld leueles.* Ang. *Full of yong branches or wine leaues.*] Colum. lib. 5. cap. 5: Et si parum pampinosa vitis est.

Pāmpĭnācĕŭs, a, um, adject. ὁ ἐξ ἡ οἰναρεώδης, κλημωτώδης. Idem Colum. lib. 12. cap. 20: Amomi pondo quadrans croci quincunx, crispæ pampinaceæ libram.

Pănăcēs, hujus panacis, pen. corr. [πάνακες. Pol. *Zl'omigniatb.*] & Panax, panacis, Herba cujus succus Opopanax vocatur: κατὰ τὸ πάντα ἀκεῖν: hoc est, à sanandis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3: Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Colum. lib. 11. cap. 3: Panax utroq; tempore, levi & subacta terra, rarissimè differitur.

Pănăcēă, hujus panaceæ, πανάκεια, idem significans. Lucan. lib. 9: Et panacea potens & Tessala centaurea. Virg. 12. Aen. Ambrosios succos, & odoriferam panaceam. Lucretius (inquit Servius) Panaceæ nomine ubiq; salem intelligit: unde possumus in hoc loco Virgilii salem intelligere: nam omnem pellit dolorem: sed melius herbam, quia ait, Odoriferam.

Pănagrum. [πάναγρον. Polon. *Wl'ok.*] Retis genus quod omnia capit, à πᾶν & ἄγρα, captura vel præda.

Pănărĕtŭs, [πανάρετος. Polon. *Czuetliwi.*] penult. corr. Dici potest omnium virtutum continens: πᾶν enim Totum significat, ἀρετὴ Virtutem, Martial. libro 6: Arguto madidus pollice Panaretus.

Panarĭcium, Audio interpretari morbum. [Ger. Der Wurm öder Vngenannt.] qui frequens in manuum digitis.

Panārĭum, Vide PANIS.

Pănathēnæă, παναθήναια, Festa erāt Athenis, à Theseo instituta in honorem Minervæ, quæ Latinis Quinquatria appellantur. Hisce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem indicebatur: à cujus spectatione mulieres arcebantur. Pueri quoq; & puellæ sese manibus complexi, Pyrrhicam in theatro saltabant. Erant autē duplicia, Majora quinto quoq; anno celebrari solita, & Minora, quæ quotannis peragebantur. Hinc Panathenaicus, παναθηναϊκός, liber Isocratis. De Panathenæis vide Alexandrum ab Alexand. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap 19, & Cælium lib. 6. cap. 49.

Pănăthēnăĭcŏn, παναθηναϊκὸν, Genus unguenti, quod ut Plin. lib. 13. cap. 2. inquit, Athenæ perseveranter obtinuēre.

Pāncārpĭcæ, πυγκαρπίαι, Coronæ ex variis & penè omnibus florum generibus factæ. Festus.

Pancarpos, Camaleon niger, Dioscor. lib. 31. cap. 10.

Panchrēstŏs, vel Panchrestum. [πάγχρηστον. Ger. Ein Artzney zu allen kranckheiten vnd presten nutzlich vnd gut.] Medicamentum nobile, quod Latinè dici potest morbis omnibus cōducibile, vel omnibus affectibus utile. Plin. lib. 23. cap. 7: Fit ex pomo panchresto stomatice, eadē arteriace appellata. Idē lib. 36. cap. 20: de generibus hematitarū loquens: Principatum dat ex iis Aethiopico, oculorū medicamentis utilissimo, & iis quæ panchresta appellant. Cicer. 6 Verr. Adventu L. Metelli Prætoris, quum omnes ejus comites iste sibi suo panchresto medicamento amicos redemisset, &c. Quo in loco Cicero pecuniam per jocum medicamentū panchrestum appellat, quòd ad varios usus sit utilis, præsertim Verri, qui spem omnem salutis in pecunia habebat posītam: nullumq; tam grave periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non posset.

Pīnchrōs πάγχρως, Gemma quæ constat ex omnibus coloribus. Plin. lib 37. cap. 10.

Pāncrātĭum,

Pāncrătĭum, pancratii, n.s. [*παγκράτιον*. Ger. Ein kampffspyl zu allerley Leybs vbungen. *Item*, Ein geschwinde gattung zu ringē/da einer allerley brauchet.] Certamen gymnicum, teste Hermolao in lib. 34 Plin. cap. 8: quod Latinè dici potest, Quinquertiū, quoniā ex quinque certandi generibus constabat, cursu scilicet, disco, saltu, lucta, & pugilatu. Hoc à Græcis, teste Festo, alio nomine dicitur *Pentathlum* eadē ratione qua à Latinis Quinquertium. Hermolaus tamē loco jam demōstrato distinguit Pentathlos à Pancratiastis, & hos rursus ab iis quos Periodo victores vocant, ut Pācratiasten esse plus sit quàm Pentathlum esse: & rursus Periodo victorem plus quàm Pancrauasten. Credit enim Pentathlum esse, qui quinq; his certandi generibus congreditur: hoc est, qui & lucta, & saltu, & cursu, & disco, & pugilatu, certat, etiamsi in omnibus hisce, aut quibusdam succumbat. Pancratiasten aūt dici putat, qui quinq; his certādi generibus congressus, omnes vicit. Periodo autem victoris dicitur (teste Festo) qui quatuor illa sacra Græciæ certamina, Isthmia scilicet, Nemæa, Pythia, & Olympia obivit, & in omnibus hisce vicit. Pancratium itaq; & Pancratiastes, secundum sententiam Hermolai, dicuntur *ἀπὸ τῆ πάντων κρατεῖν*: hoc est, à vincendo omnia: ut Pancratium sit certamen illud quo quis quinq; jam dictis certandi generibus congressus, omnes vicit: Pancratiastes verò, qui ex quinq; hisce certandi generibus evasit victor. Budæus verò in prioribus in Pandect. Annotationibus, videtur Pancratii & Pancratiastæ vocabula derivare *ἀπὸ τοῦ πάντων κρατεῖν*: hoc est, ab omnibus viribus, quas in hoc certaminis genere effundebant. Putatq; Pancratium fuisse certaminis genus, quod excitatis omnibus corporis viribus omniumque nervorum contentione transigebatur. Nam & calcibus, & cubitis, non modò pugnis, Pancratiastæ utebantur. Quintil. lib. 2. Instit. Sicut ille exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiasten susceperit pugno ferire vel calce tantùm, aut nexus modò certos aliquos docebit: sed omnia quæ sunt ejus certaminis. Plin. lib. 35. cap. 11: Alcimachus Dioxippum, qui Olympiæ pancratio citra pulveris jactum (quod vocant *ἀκονίτι*,) vicit. Pancratium quid sit, docet Gell. lib. 12. cap. 26, ex Panætii libro: Oportet, *inquit*, animo semper esse prompto, atque intento, ut sunt athletarum qui Pancratiastæ vocantur. Nam sicuti illi ad certandū vocati, projectis altè brachiis consistūt, caputque & os suum manibus oppositis quasi vallo præmuniunt, membraq; eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata: ita animus, *&c.* Ergo Pancratiastæ dici videntur, non qui, ut, Budæo placet, omnibus viribus corporis advocatis (omnibus enim hoc certatoribus cōmune est) sed qui ratione omni decertant, cùm & alii certa ratione, & certis duntaxat membris depugnent. Vlpian. l. 7. D. ad leg. Aquil. Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, *&c.* Meam sententiam Pollucis verba confirmant, quæ subjiciam Latina facta: Hos, *inquit*, omni certaminis genere utentes possis dicere, sicuti Plato Euthydemum. Hoc admodū placet omni certamine utenti, secundū Acharnenses Pancratiastas. Hæc Hotomanus. ¶ Est præterea pancratium scylla pusilla Plin. coloris rufi. Hęc est scylla officinarum, ac cæpa canina Græcorum nostri seculi.

Pāncrătĭcē, adverbium, Robustè, unde Pancraticè valere, est robustum esse, & firma corporis valetudine, ut solent ii qui Pancratio exercentur. Plaut. in Bacch. Benéne usq; valuit? C. pancraticè, atque athleticé.

Pāncrătĭāstēs, *παγκρατιαστής*, Certator & victor pancratii. Gell. lib. 3. cap. 15: Diagoras filios tres habuit: unum pugilem: alterum pancratiasten: tertium luctatorē. Vide PANCRATIVM.

Pāncrătĭŭs, *παγκρατιαστής*, Apud Senecam lib. 5, de Beneficiis legitur pro pancratiaste: Lacedæmonii (*inquit*) vetant suos pancratios cæstus decernere.

Pancreon, vel Palicreon, caro grāduloſa, quæ arteriis substernitur. Galen. de Sectione venarum.

Pāndæsĭam, Græci vocant adjiciale convivium, ac graneatū dubium, & omnifariam opsoniis differtissimū: Id nos, inquit Cælius, doctus sanè homo, glisterum dicere possumus, & saliare. Sunt tamen qui eo nomine intelligi malint, id quod ubi vescerentur publicè, commeantes passim domo portionem quisq; spirent, in medium tamen collaturi. Meminit Aristoph. *ὥσπερ*, *inquit*, *μέλιτα*, *τὸ πανδημία*.

Pāndēctæ, arum. [*πανδέκτης*. Ger. Bücher die allerley begreyffen vnd innhatten.] Volumina sunt (inquit Budæus) nihil non continentia, & ex quib. possis, quod velis, velut è Cornucopiæ depromere. Vnde Pandectæ legū, quæ omne jus complectuntur a *πᾶν* omne, & *δέχομαι*, capio. Gell. lib. 12. Tullius Tiro: Ciceronis libertus, libros de variis ac promiscuis quæstionibus cōposuit, quos Græco vocabulo *Pandectas*: id est, promiscua, & multifaria continentes libros, inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes.

Pāndĭcŭlor, aris, d.p. Extendor, ut faciunt, qui è somno experrecti sunt, oscitantes. [*σκοδνιάομαι*. Gall. *S'estendre & renuerser de son corps*. Ital. *Distirarsi*. Germ. Sich rancken/oder strecken. Belg. Recken. Hispan. *Ena spar todo el cuerpo*. Pol. *Rozciągam sie*. Vng. *Huzodozom*. Ang. *To gape, to yaume and stretch as men comming from sleep*.] Pandiculantur, inquit Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur, quòd pandi fiant. Plaut. in Menęch. Ego me assimulem insanire, ut illos à me absterream, ut pandiculans oscitator.

Pāndĭcŭlārĭs dies, qui & Communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus diis sacrificabatur, *πανδήμου θυσία*. Festus.

Pāndĭcŭlātĭo, pandiculationis, Oscitatio, vel potius corporis inter oscitandum extensio. *σκοδνιασμός*. Autor Festus.

Pāndo, dis, passum, act. 1. Patefacio, aperio. [פתח *pathách* פרש *parás* *paráſch*. *πετάζω*, *πετάννυμι*, *ἀναλύω*. Gall. *Ouurir, manifester*. Ital. *Aprire, manifestare*. Ger. Öffnen/ auffthun/zerthun. Belg. Van den ander strecken. Hispan. *Abrir ò descubrir*. Pol. *Otwieram, rozciągicam*. Vngar. *El terieztem*. Ang. *To open, to sett abroade*.] Virgilius 2. Aeneid. Panduntur portæ, juvat ire, & Dorica castra, Desertosque videre locos, littusque relictum. Plautus Baech. Pandite, atque aperite properè januam hanc. Virgil. 4. Georg. - & alas Pandere ad æstivum Solem. Idem 3. Aeneid. Anchisen fàcio certum, remque ordine pando. Nonius pando à pane dando ex testimonio Varronis dictum esse confirmat, quòd iis qui ope indigentes in Cereris templum cōfugissent, quod talibus nunquam claudebatur, panis daretur. ¶ Hujus composita sunt, Expando, Dispando, Propando, Repando: de quibus suis locis.

Pāndens, particip. [פתוח *pothéach* פרש *poréſch*.] Virgil. 6. Aen. Melle soporatam, & medicatis frugibus offam Objicit: ille fame rabida tria guttura pandens Corripit objectam.

Pāssŭs, a, um, à pando, Patens, extensus. [פרוש *paráſch* בדוי *natúi*. *ἀνεῳγώς*, *ἐκπεπταδώς*. Gall. *Estendu, ouuert, descouuert*. Ital. *Distesso, aperto*. Germ. Zerthan/ zerspannen/ auffgespannen. Hisp. *Descubierto, estendido*. Polon. *Wściągnioni*. Vngar. *El terieztetbt, el Zellezteebt*. Angl. *Oppened, spread out, and sett abroade*.] Plaut. In portum vento secundo, velo passo, pervenit: id est, ocyssimo cursu. ¶ Passa enim vela dicimus expassa, distēta, explicata, vēto tumentia ac plena. ¶ Capillus passus, idem quod diductus, porrectus, solutè & liberè vagans. Terent. Phorm. Capillus passus, nudus pes. Quod & expassum aliquando dicimus, & Dispassum, & mutatione a in e, dispessum. Plaut. in Mik. Dispessis manibus. Veteres enim passum dixisse, non pansum, & expassum, non expansum, Gellius Serviusque testantur. Dicit enim Servius: Ideo autem pando non facit pansum, quia plerunque n, quod in prima verbi positione invenitur, in præteriti participio non est, ut Tundo, tusus. Et licet euphoniæ causa varientur, vel in generibus vel in numeris: Nactus tamen & passus n, nunquam penitùs patiuntur. ¶ Passis manibus: hoc est, diductis atque distensis. Tertullianus tamen Oppansum velum dixit pro oppasso & extento: & alibi: Expansos, *inquit*, ungulæ fodiant, cruces suspendant.

Pāndō, as, act. p. Incurvo. [כפף *chaphāh*. *κυρτόω*. Gall. *Courbet & affaisser*. Ital. *Intorcere, incurvare*. German. Biegen vnnd sich krümmen Hispan. *Empadar ò encorvar*. Polon *Zginam sie*. Vng. *Meg horgaztom, meg haylok*. Ang. *To bowe downe vnder a burden*.] Vnde Pandari trabs dicitur, quasi incurvari, cedereque ponderi: hujus contrarium palmæ faciunt, quippe quæ non contra inferiora, sed in diversum renitendo fornicantur. Plinius libro 16. cap. 42: At populus contra omnia inferiora pandatur. Et paulò pòst: Facilè pandatur juglans. Hinc à Vitruvio Arbores pandatæ dictæ sunt, quę in ædificiis curvantur. Non-nunquam etiam legitur Pando absolutè pro incurvari, vel curvum fieri. Quintil. lib. 11. cap. ult. Pectus ac venter ne projiciantur observandum: pandant enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas.

Pāndātĭo, pandationis, f. t. [אכף *écheph*. *κύφωσις*. Gall. *Courbement*. Ital. *Incurnamento*. German. Ein buck/oder biegung. Hisp. *Encorvamiento*. Polon. *Nagięcie*. Vngar. *Meg hargoztas, meg haylas*. Ang. *A bowing or crooking*.] Vitruvius libro 7 cap. 1: Contignationes pandationibus sidentes movendo se faciunt vitia pavimentis.

Pāndŭs, a, um. Apertus, latus, incurvus. [טחוח *pathúach* כפוף *chaphúph*. *πετανός*, *ῥαδινός*. Gall. *Courbe, courbé contre bas*. Ital. *Aperto, largo, incurvo*. German. Zerthan/ weit oder gebogen. Hispan. *Pando, abierto, ò corvo*. Polon. *Rozciągnioni, nagięty*. Vngar. *Zeles, meg haylot*. Ang. *Open, bowed or crooked*.] Virgilius libro 2. Georgic. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Martialis lib. 14: Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa. Pandus asellus, Ovid. 1. Fast. Carinæ pandæ, Virgil. 2. Georgic. Delphines pandi, Ovid. 3. Trist.

Pāndŏchĭum, chii, penult. producta, n.s. [*πανδοχεῖον*. Gall. *Hostital, hostelerie*. Ital. *Hospitio, allogiamento*. Ger Ein Wirtshauß/ ein Herberg/ in die ein jeder einkehren mag. Hispan. *La posada, hospederia*. Polon. *Gospoda pospolita*. Vngar. *Szallas fozado hax*. Ang.

Ang. *An inne, a lodging place.*] Hoſpitium, diverſorium, ſtabulum, caupona: unde & caupo ipſe Pandocheus, πανδοχεύς appellatur, per tres ſyllabas.

Pāndŭrĭzārĕ, Verbum à πανδοῦρα muſico inſtrumẽto. [Vn. *Hegedwlni, muſikalni, orgonalni, lantolni.*] Lampridius in Heliog. balo: Pandurizavit, organo modulatus eſt.

Pan ēgўrĭs, hujus panegyris, pen. corr. f. t. [πανήγυρις Germ. Ein gemeiner vnd offentlicher Marckt/ Jaarmarckt oð gemeine Meſſen.] Nundinæ vel conventus publicus: quales quinto quoq; anno Athenis celebrari ſolitas ſcribit Herodotus lib. 6. Componitur ex Græca dictione πᾶν & ἀγείρω, quod ſignificat convenio, quaſi dicas omnium conventum.

Panēgўrĭcī, Sunt ſermones qui in conventu populi, & ſacris celebritatibus habentur: quales ſunt quibus Dii, Reges atque Imperatores laudantur. Et Panegyricon tertium dicendi genus, quod Latini Demonſtrativum genus dicunt.

Pănĕrōs, πανίερος, Gemma eſt, alio nomine Panſebaſtos appellata, quæ fœcunditatem creditur afferre. Autor Plin. libro 37. cap. 10.

Pango, pangis, pepigi, panxiq;, pactum, act. t. Figo, planto, jungo. Vnde pactilis (πηκτὸς) hoc eſt compactus & ex pluribus partibus conjunctus. [פקע *takáh.* πήγνυμι. Gall. *Ficher.* Ital. *Ficcare, congiugnere.* Ger. Einſtecken/ anheften: *item*, pflantzen. Belg. Inſtecken/ aenhechten/ teſamen voegen/ inden. Hiſp. *Hincar, ayuntar, componer.* Pol. Wtikam, ſł' acżam, ſięzepie. Vng. *Le wtõm ðżue fo glalom.* Ang. *To greff, ſett or plant.*] Plin. lib. 21. cap. 3: Summaq; autoritas pactilis coronæ. Livius pro Figo poſuit lib. 7: Lex vetuſta eſt, priſcis literis, verbisq; ſcripta, ut qui Prætor maximus ſit, Idibus Septembris clavum pangat, Fixus fuit lateri ædis Iovis optimi Maximi. ¶ Pro planto, φυτεύω. Col. lib. 3: At quæ vetere ſarmẽto panguntur, tardiùs convaleſcunt, ſed tardiùs deficiunt. Idem lib. 11. cap. 2: Malleolis q̃ue recentiſſimis curioſiſſimè pangenda. Cicero Tironi lib. ult. Epiſt. poſuit pro ſcribo, vel compono: An (*inquit*) pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Gell. lib. 13. cap. 19: Si aut verſum (*inquit*) pangis, aut orationem ſolutam ſtruis, atque ea verba tibi dicenda ſunt, non eas finitiones prærancidas, neque fœcutinas Grammaticas ſpectaveris: ſed aurẽ tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere. ¶ Pangere oſculum, eſt oſculari. Plaut. in Curculione: Qui vult cubare, pangit ſaltem ſuavium. ¶ Pangere inducias, eſt facere inducias. Liv. 7. bell. Pun. Ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe, aut inducias pepigiſſe dixit. Compoſita ejus quædam ſervant a, ut Circumpango, à quo circumpactus, Depango, Oppango, Repango, à quo Repages & Repagula. Quæ jam mutant a in: ut Appingo, Compingo, Impingo: unde Impages: de quibus ſuis locis.

Pactĭlĭs, & hoc pactile, om. t. Quod ex pluribus partibus compactum eſt, & conjunctum: [σύμπηκτος, συμπεπλεγμένος. Gal. *Aſſemblé, & compoſé de pluſieurs pieces.* Ital. *Di molti pezzi congiunto.* German. Zuſamen gehefftet oder gefügt / namlich auß etlichen ſtucken. Hiſpan. *Coſa ayuntada de muchas partes y pedacos.* Polon. *Z, żitt, ſpoioni.* Vng. *ðżue foglaltatot.* Ang. *That is made and conioyned of many partes.*] ut Corona pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3: Summaque auctoritas pactili coronæ.

Pănică, n. ſ. [πανικὸς, πάν. German. Ein gäher Schrecken ohne vrſach/ ein gäher vnnd vnordentliche Forcht. Pol. *Strach nagł i.* Ang. *Sodain fear without any diſtraught.*] Vocantur repentini quidam terrores, & conſternationes, quales ſunt lymphatici metus, uſque adeò irrevocabiles, ut iis correpti, non ratione modò, ſed mente etiam careant. Quicquid cum ſtupore contingit, qualis eſt pavor ſine cauſa obortus, terri.ulamentumque inane dicitur panicum. Cicer. lib. 5. ad Att. Scis enim qua dã πανικὸν dici. Pro eodẽ panicus terror dicitur, vel ſubſtantivè panicos. Higinus de Pane Deo loquens in Capricorni ſignum tranſlato. Hic enim dicitur, quum Iupiter Titanas oppugnaret, primus objeciſſe hoſtibus terrorem, qui Panicos dicitur. Fit autem à Pane Deo, quoniam repentinorum terrorum, & conſternationum cauſam Deo Pani tribuunt. De Panico terrore vide Polyænum in Mitcella, & Eraſmum in Chiliad.

Pănĭcŭlă. V. de Panus.

Panicum, ci n. ſ. Genus frugis, à paniculis ſuis dictũ. [κένχρος. Gall. *Drap ou ſorte de bled appellé.* Ital. *Panico.* Germ. Fench oder ſperiſch Hirß. Hiſpan. *Alpargon.* Polon. Ber. Vngar. *Haydenom tatarka.*] Plin. lib. 18. cap. 7: Panicum a paniculis dictum cacumine langu.. nutante, &c. Cæſar 2. bell. Civil. Panico vetere, atq; hordeo corrupto, omnes [illegible]

Pănis, is, panis, m. t. [ψωμὶς *iechem.* ἄρτος. Gal. *Du pain.* Ital. *Il pane.* Germ. Brot. Belg. Broot. Hiſp. *El pan.* Polon. *Chlieb.* Vng. *Kenyer.* Ang. *Breade.*] A paſcendo (inquit Nonius) proprietatem habet: ſive quod πᾶν Græci Omne dicũt, propterea quòd omnibus pulmentis adhiberi poſſit, & ferè adhibeatur, quam nullum opſonium faciat guſtatu ingratius. Cicero pro Cluent. Oppianicum veneno eſſe necatũ, quod ei datum ſit in pane. Idem in Piſon. Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola. Terent. Evnuch. Quo pacto ex jure heſterno panem atrum vorent. ¶ Panis varia ſunt genera: nam alii ſunt ab opſoniis appellati: ut Oſtrearii panes: alii à deliciis, ut Artolagani: alii à Feſtinatione, ut Speuſtici: alii à coquẽdi ratione, ut Furnacei, vel Artoptitii, qui in clibanis ſunt cocti. Sunt & alia panis genera, quæ vide apud Plin. lib. 18. cap. 11. Cibarius panis quis dicatur, explicavimus ſuprà ſuo loco: de Secundario pane ſuo quoque loco dicturi.

Pānĭfex, panificis, Qui panem facit: qui & Panificus dicitur. [מאפה *ophéh.* ὀπτοποιὸς, ἀρτοποιός. Gall. *Boulenger.* Ital. *Piſtore farnaio.* Ger. Ein Brotbeck. Hiſp. *Hornero, panadero.* Pol. *Piekarz.* Vng. *Kinyer ſwtő.* Ang. *A baker of breade.*] Vnde mulieres quæ panem faciunt, Panificæ vocantur.

Pānĭfĭcĭum, cii, n. ſ. Ipſa panis confectio, & actus faciendi panẽ. [ὀπτοποιία. Gall. *Ouurage en pain, art à faire le pain.* Ital. *Arte di far pane.* Germ. Brotbachung Hiſpan. *La obra de la panederia.* Pol. *Chlieba pieczenie.* Vng. *Kinyer ſwtes.* Ang. *Baking of breade.*] Celſus lib. 2. cap. 8: Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumento panificia ſunt, generis valentiſſimi eſſe. Valentiſſimum voco, in quo plurimum alimenti eſt.

Pānārĭum, rii, n. ſ. Locus ubi panis ſervatur, panis repoſitoriũ. [ἀρτοθήκη, κόφινος, ὑλακὸς. Gall. *Le lieu où on garde le pain.* Ital. *Doue ſi repone il pane.* German. Ein Brottenſtertlin/ Brotkorb/ ein ſedes ort da man das Brot hin behaltet. Hiſp. *Lugar para guardar pan cozido.* Polon. *Chlebowinia, ſżafa chlebowa.* Vngar. *Kinyer tarto.* Ang. *Where the bread is keept, a pantrie.*] Suet. in Calig. Sparſit & miſſilia variarum rerum, & panaria cum opſonio viritim diviſit.

Pānārĭŏlum, li, diminutivum. [ὑ μικρὸς ἀρτοθήκη, τὸ κοφινίσκιον. Gall. *Petit panier pour mettre le pain.* Ital. *Picciolo caneſtro da portar pane.* German. Ein Brottörblin/ ein Brotgehättlin Hiſpan. *Coſla para gardar ò traer pan.* Polon. *Szafka, koſzik chlebowi.* Vng. *Kinyer tartotska.* Ang. *A litle basket to put bread in.*] Martial. lib. 3: Cum panariolis tribus rediſti.

Pānnŭs, ni, per duplex n, m. ſ. Quo veſtimur. [ד֫ב *bégued.* ῥάκος. Gall. *Drap ou drapeau.* Ital. *Panno.* German Tuch. Belg. *Laken.* Hiſp. *Panno.* Polon. *Sukno.* Vngar. *Poztos.* Ang. *Cloth.*] Ovid. in Ibin: -tincti ferrugine panni. Horat. 1. Carm. Ode 36: Teſpes & albo rara fides colit Velata panno. ¶ Pannũ neutri generis, protulit Nævius in Tabel. Qui habet uxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt. ¶ Ponitur aliquando pro linamẽto quod vulneri imponitur. Colum. lib. 6. cap. 12: Pannis aceto, & ſale, & oleo madentibus inculcatis.

Pānnĭcŭlŭs, li, m. ſ. diminut. à panno. [ῥάκιον. Gall. *Petit drapeau, delié & vſé, haillon.* Ital. *Drappo ſottile.* German. Tüchlin. Hiſp. *Pequeno panno.* Polon. *Sukienko.* Vngar. *Poztotska.* Ang. *A ragge, a clowte.*] Iuven. Sat. 6: -quarũ Delicias & panniculus bombycinus urit. Panniculos item aliquando vocamus viliores pannos: hoc eſt, attritos & laceros. Celſ. lib. 7: Faſcia ejus rei cauſa fit, cui imo loco pila affuta eſt, ex panniculis facta, quæ ad repellendum inteſtinum ibi ſubjicitur.

Pānnĭcŭlārĭă, n. t. Vlpiano teſte, Dicuntur ea quæ in cuſtodiam receptus ſecum attulit: ut veſtem qua indutus fuerat, qui ad ſupplicium ducitur, aut numos quos victus ſui cauſa habuerit in promptu, aut leves anulos. hoc eſt, qui rem non excedunt aureoſ quinq;. Vide Vlpian. in l. Divus de Bon. damn.

Pānnĕŭs, a, um Quod ex panno eſt: [ῥάκινος. Gall. *De drap.* Ital. *Di panno.* German Tüchin/ auß tuch. Hiſpan. *Coſa de materia de panno.* Polon. *Sukienni.* Vngar. *Poztobol valo.* Ang. *Of cloth.*] ut, Veſtis pannea, quæ ex lana eſt.

Pānnōsŭs, m. ſ. Qui ſordida veſte, & craſſo panno, viliq́ue opertus eſt. [ῥακώδης. Gall. *Qui eſt pourement habillé.* Ital. *Veſtito di panni, rozzo.* German. Lumpechtig / mit böſen zerhudleten vnnd ſchlechten Kleyderen angethan. Hiſpan. *Embuelto ò veſtido en pannales, ò veſtido de panno vil ò groſſero.* Polon. Wotargauei ſiermiedze. Vngar. *Rozzas roſz poztoban ölt ðzöt.* Ang. *That weareth poore apparell.*] Cicero ad Attic. lib. 4: Clodii veſtibulum vacuum ſanè mihi nuntiabatur paucis pannoſis, ſine laterna. Iuvenal. Satyr. 10: -pannoſus vacuis ædilis Vlubris. Iuſtin. lib. 2: Permutato regis habitu, pannoſus, ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur.

Pānnūcĕŭs, a, um, idem quod pannoſus. ῥακώδης. Perſius Satyr. 4: Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis.

Pānnĕlĭum, dictum à panno & volvendo filo, ut autór eſt Varro libro 4. Apud Iſodorum legitur Panuelium. Item Heſychium, quĩ in Græca voce explicanda uſus eſt vocabulo Romano. πηνίον, inquit, πανουέλιον ἢ ἄτρακτος· ᾧ δὲ ἑλίττει ἡ κόρη. Quæ ſi vera lectio videtur, à panno luendo panuelium dictum. Scaliger in Varronem.

Panoplĭa, panophiæ, πανοπλία, Perfecta armatura: hoc eſt, quicquid ad armandum militem eſt neceſſarium.

Pānsæ, ĭum. Dicti ſunt quib. lati ac pani ſunt pedes: ſicut Plancæ, quibus plani ſunt. [πλατύποδες. Gall. *Qui ont les pieds larges.* Ital. *Che hanno i piedi larghi.* Ger. Die breite Füß habẽ Hiſp. *Hombres que*

bros quæ lenem lapsantis flatus. Pol. *Szerokonogowie.* Vngar. *Talpas fekelabo.* Ang. *Broadfoth broade feet.*] Plin.lib.11.cap.45.

Pansēbalos, πανσέβαλος, Gemma quæ afferre fœcunditatem existimatur: ita dicta quasi prorsus augusta & venerāda. Aliàs Paperos dicitur. Plin.lib.37.cap.10.

Pansĕlenus [πανσέληνος Pol. *Pełnia.*] penult.prod. Plenilunium, quum Luna pleno orbe fulgens, totā lucet noctem. Nam πλήν, Luna dicitur: unde & Proselenus. πρόσ-λεως, ante Lunam natus, quo cognomine dicti sunt Arcades, qui se ante Lunam natos fuisse gloriabantur.

Panthĕr, panthe.ris, m.t. [πάνθηρ Ger. *Leopard oder Pantherthier.*] Animal est ferū, cujus mas dicitur pardus Latini formato fœminino ab accusativo singulari, vocāt pantheram: sicut ab accusativo nominis crater, facimus nomen primæ declinationis cratera, crateræ. Vide dictionem subsequentem.

Pardălĭs, f.p. [πάρδαλις πανθήρ. Pol. *Lampart.*] pen.prod. Animal prorsus ferū & maculosum quod & pardalis dicitur: masculus appellatur pardus. Dictio est composita à πᾶν, quod significat totū, & θήρ fera. Abundat in Hyrcania & Media. Horat.in Epist. Diversum confusa genus panthera camelo.

Pānthēră, πάνθηρα, Pro universo aucupio & eo quod auceps capit. Vlpian.l.11.D.de act.empt. Veluti cùm futurum jactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à venatore, vel panthera ab aucupe.

Pantherinus, adiect. Quod ad pantheram pertinet: ut, Pantherina pellis, apud Plin.lib.15.cap.11 Pantherinæ mensæ, quæ intorto discursu maculares sunt. Plin.lib.13.cap.13. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice varia: illud ob id longo evenit discursu, hæc gutturis appellantur: hoc, intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur.

Panthērum, pen.corr.prod. πάνθηρ. sive Pantherum, pantherii. [Ger *Ein Jagegarn/ein Vogelgarn das man zuspannet* Pol *Ptasza sieć* Vngar. *Madarkak.* Ang. *A Fowling-nette.*] Retis genus est, eo nomen habet: quo (ut omnes fere capiantur eadem fere ratione qua panthera) quod retis piscatorium est. θήρα venatū significat, & aucupiū: unde pantherarius, & θηρευτικὸς aucupatorius. Hujusmodi rete, quod ... vocant, describunt Græci longum tenuitatem contractum, tegitur quisquilius, ne ab avibus provideri possit. Deinde quū opus est adducto magna vi fune, repentè expanditur, inclusasq; aliquot diebus aviculas uno ictu universas contegit. Hoc reti Galli ad passeres & sturnos utuntur, & ad grues, & otidas quas *Oštardas* vocant, quasi tardos anseres. Vlp. de Actio empt & vend.l. Emptorem. Veluti quū futurum jactum retis à piscatore emimus, aut indaginē plagis positis à venatore, vel panthera ab aucupe. Nam etiamsi nihil capiat, non minus emptor pretium præstare habebit. Quo in loco videndus Brissonius, panthera accusativus est pluralis, à nominativo panthera: accipiturque per metonymiam pro captura ipsa, seu præda, quam auceps panthera ceperit.

Pantices, [German. *Der Bauch: auch* durchtauff.] Fluxus vētris (quod ventrem pandat. ¶ Sunt qui putent esse intestina, existimantes omnium ventris pinguedinem, quam Galli vocant [Ang. *The Lare, lewlene of the belie.*] Plaut. in Pœn. Eò vos vestros pantices adeò madefacitis quasi ego vos lotos siccus.

Pantocrătōr, ŏris, m.t. παντοκράτωρ, omnipotens & omnia videns.

Pāntodăpis. πανταδαπὸς. Notissimi scurræ nomen apud Horatium in Satyris.

Pantŏmīmŭs pe. prod.m.f. [παντόμιμος. Ger. *Ein Gaukler/der sich allerley weiß vnd Gebärde anmassen kan.*] Personatū omnīū imitator, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes ostendebat. ἀπὸ τῶ πάντα μιμεῖσθαι. Plin.lib. 7. cap.53: Mythus cum pantomimum: hoc est, fabularem, quendā vocant. Pantomimorū duo sunt genera, Scenici, & Mythici. ¶ Ponitur quandoq; pro ipso poëmate. Plin. in Paneg. Idem ergo populus ille scenici imperatoris spectator & applausor, nūc in pantomimis quoq; adversatur, & damnat effœminatas artes.

Pāntŏtĕs, m.f. [πανοῦργος. Ger *Argliſtig/ſpitzfindig.* Polon. *Chytrek.*] Omnium rerum experientiam habens. ἀπὸ τοῦ πάντων ἔχειν. Ponitur Atticis scriptoribus pro callido, astuto, vafro, vetulo veterato, veteratore.

Pānūrgĭa, f.p. [עורמה *hormah* πανουργία. Gall. *Astuce, finesse.* Ital. *Astutia.* Ger. *Argliſtigkeit.* Hiſp. *Astucia.* Pol. *Chitrość.* Vngar. *Rosaſágh.* Ang. *Subtilitie guile.*] Astutia, fraus. Plautus: Ecquæ panurgia est? in pistrinum dabit.

Panus, [German. *Ein eingete Faden oder Weberſpul.*] & secundum quosdam Panos plani, tenuis involucrū, teste Nonio, quod ... & panicula, ait Festus, ... Lucil.lib.9 ... oris subtegminis panus. ¶ Ab hujus similitudine ... innatus tumor sub faucibus auribus, ... φῦμα. Plin.lib.20.cap.1: Et laterum parotidas & panos ... anos Galenus in plures species divisit. Panus (inquit Hermolaus) sive ut quandoque scriptum est in Celso, panis, à figuræ similitudine dictus est, tumore non alto sed lato in quo ... eddam pustulæ simile est, fitq; in ventre alis, inguine, ... olore accidente vehementi. Hujus ... amb ... Paulus, ...

Pānĭcŭlă, diminut. ... à panus. [πανίκλη. Ger *Die blumen von Nußbäumen: Haſelſtauden/vnd dergleichen Kätzlein genannt.* Polon. *Kisć.*] Significat comam illam in malis, pavis, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in quatuor ... dependet, quam Plin.lib.16.cap.10, vocat panos & panicios: & aliquādo nucamēta callo squamatim compactis, quæ κατάγεια Græci appellant. Quicquid igitur sublongum, vel subrotunda forma tumet, paniculæ ferè dici potest. Plin.lib.21.cap.4: Græcula rosa convolutas habet foliorum paniculas.

Papæ, [βαβαὶ, παπαῖ. Ger. *Hui! iſt es ſo? ſih dich einer ob etwas verwunderet.*] Admirantis interjectio. Papæ interjectio est mira subitò accipientis habet enim ... effectum verbi miror: ut Papæ, quid video? Terent. in Eunuch. Papæ, hæc superat ipsam Thaidem.

Păpāvĕr, eris, n.t. Genus herbę somniferę [πάπαυερ Gall. *Du pavot.* Ital. *Papavero.* Ger. *Magſamen.* Hiſp. ... Pol. *Mak.* Vng. *Mak* Ang. *A poppy.*] Vnde à Virgilio 4. Aen. Soporiferū papaver appellatur. Diversæ papaveris sunt species: præcipuū papaver appellatur. Diversæ papaveris sunt species: præcipuū papaver appellatur. Diversæ papaveris sunt species: præcipu

nomen venerationis à Syracusiis tractum: quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iovem appellant, teste Herodoto.

Păppŭs, pappi, m.f. [אַב *ab.* πάππος. Gall. *Ayeul.* Ital. *Auo.* Germ. Ein Großvatter. Hisp. *El abuelo.* Pol. *Stárek.* Vng. *Iob, aty i, nagy apa.* Ang. *My fathers or mothers father.*] Avus. Ausonius ad nepotem suum: -pappos, aviasque trementes Anteferunt patriis seri nova cura nepotes.

Păppus. [Pol. *Wełna zostu wilatuiaca.* Ang. *The soft doune of thistle-floweris.*] Dicuntur carduorum flores, & lanuginosa quædam substantia in aërem se effundens, ut veluti flocci quidam volare videantur. Lucr. lib. 3: Vestem nec plumas avium, papposque volantes. Plin. lib. 21. cap. 16: Pappum vocari ait, lanuginē helxines herbæ. Et lib. 25. cap. 13, dicit esse herbam, quæ aliàs senecio dicitur, quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem habeat.

Păppōŭs. πάππος, Id est avitus.

Păpŭlă, æ, f. p. Pustula, tuberculum quod jejunæ salivæ defricatione curatur. [ἐξάνθημα. Gall. *Bourgeon ou bube qui vient en la face.* Ital. *Sbroggia.* German Ein Zittermaal. Hisp. *Lobanillo.* Pol. *Krosta czerwona na twarzi.* Vngar. *Sömör bobortso.* Ang. *A pimple or whelke.*] Papulis cutis exasperatur, & rubet, leviterque roditur. Virg. lib. 3. Georg. Ardentes pabulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. Duo autem sunt genera papularum, quæ cujusmodi sint, vide apud Celsum lib. 5. cap. ult. Hujus diminutivum est Papilla.

Păpȳrŭs, pen prod. f.f. [πάπυρος, ὁ. Ger Ein rohr in Egypten: darauß man vorzeiten Schiff/ Segel/ Kleyder/ Scepter/ &c. gemacht: wird auch im Euphrate bey Babylonien/ gefunden/ darauß man grosse bletter zu schreiben macht/ Papyr.] Arbuscula est, præcipuè in Aegypti palustribus nascens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem non ampliùs cubitorū longitudine, in gracilitatē fastigiata, thyrsi modo cacumē includens. ¶ Ex hoc frutice præparabantur chartę acu divisę in pertenues, & latissimas phyllutas, quę eo meliores erāt quò mediæ papyro propinquiores, quę ab hujus frutigis appellatione etiā papyri nomē acceperūt. Diversa hujusmodi chartarū genera vide apud Plin. lib. 13. cap. 11: ubi primùm chartarū usum Alexandri Magni temporibus in Aegypto putat fuisse inventū: quanvis alii etiam Numæ regis temporibus, chartarū usum fuisse contendant. Ab hujus quoq; fruticis nomine, etiā hodie chartas nostras quę ex cōtritis liteis fiūt, *papyrum* appellamus, eò quòd eundē nobis præstent usum quē olim Aegyptiis præstabat papyrus. ¶ Dicimus etiā Papyrum in neut. gen. Plin ibidē: Papyrum ergo nascit in palustribus Aegypti. A papyro cognomē Papyrii, πάπυριος, deductum est, à quo Papyriana tribus.

Păpȳrăcĕŭs, papyracea, papyraceū, πάπυρινος, Quod est materiatum ex papyro. Plin. lib. 28. cap. 11: Optimè ellychnio papyraceo.

Păpȳrĭfĕr, papyrifera, papyriferum, πάπυροφόρος, ut Amnis papyrifer Nilus. Ovid. 15. Metam. Perque papyriferi septemflua flumina Nili Victrices egisse rates.

Pār, paris, n.s. [בְּשׁוֶה *niſchtaváh.* ἰσος. Gall. *Pair, pareil, semblable.* Ital. *Pare, simile, vguale.* Ger. Gleich. Belg. Gelyck. Hispan. *Cosa vgual ò iuſta.* Pol *Rowni.* Vng. *Feles.* Ang. *Equall, alyke.*] Cū suis Compositis, Compar, Dispar, Impar, Separ, sunt generis omnis, faciuntq; ablativum in e, vel in i. Et licet par apud poëtas producatur: in obliquis tamē prima corripitur. Parē alicui esse, & alicujus rectè dicit. Cic. 3. de Orat. Iambus par chorei, sed spatio par, nō syllabis. Idē de Clar. Orat. Si par in nobis, atque in illo scientia fuisset. Idē in Lęlio: In amicitia superior par est inferiori. ¶ Interdū Pares pro duobus accipiuntur: ut Paribus equis utebātur Romani in prœlio, ut sudante altero, transilirent in siccū. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, convenienti, quod inter omnes æquabile est, ἀνός. Quintil. lib. 5. cap. 11: Si propter matrimonia violata urbes everiæ sunt, quid fieri adulterio par est? ¶ Parē esse, significat sufficere alicui rei, sive resistendo, sive exequendo. ἐπαρκεῖν. Cic. ad Att. lib. 12: Sed adhuc pares non sumus. Quint. Declam. 15: Aspicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, est quod omissum est, vel quod aliunde acceptū est, alibi vel aliunde compēsare. τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, μεταδιδόναι τινὶ ἴσων. Quint. Declam. 6: Paria faciemus, tu illiceris vicarius meus, ego hîc tuus. Plin. in Panegyr. Parens tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es qui pro munere tāto paria accipiendo feceris. ¶ Par pari referre. est tale aliquid reddere quale accepimus. Terent. in Eun. Si laudabit hęc illius formā, tu hujus cōtrà: deniq; Par pari referto, quod eam mordeat. A par. Plaut. in Curcul. formavit suo more superlativum pariſſimus: Eodē (*inquit*) hercle vos pono & paro, pariſſimi estis viribus. ¶ Par, impar, genus ludi. ἄθυρον, ἢ ἀστράγαλον. Suet. de August. Scripsit ad filiam: Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis convivis dederam, si vellent inter se post cœnā vel talis, vel par impar ludere. ἀρτιάζειν. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Pār, paris, substantivum, n.t. Numerus duorū inter se æqualium. [תְּמִים *tſemédh.* ἀνὰς, ζεῦγος. Gall. *Vne paire, vne couple.* Ital. *Copia.* German. Ein par Hispan. *Vn par de dos cosas.* Polon. *Para.* Vngar. *Feles.* Ang. *A pair, a couple.*] Cic. de Amic. Ex omnibus seculis vix tria numerantur, aut quatuor amicorum paria. Idē de Opt. gen. dicen. Gladiatorum par nobilissimum. Idem Ver. 3: Scyphorum paria complura.

Pără, παρά, Præpositio Græca, significat Ad, apud, penes, absque, dis, re, præter, tàm in præpositione, quàm in compositione.

Para, avis, & parus, parula. Festus, & Paronem avem nominat.

Pararius apud Senecam dicitur qui inter duos stipulātes esset. [μεσέγγυος. Pol. *Stwiadek vkupna.*] ¶ Item parārium illud æs dicebatur, quod equiti dabatur pro duobus equis. Græcè παράστασις. Vide Suidam, Vide infrà PARARIVS.

Pariare, pro paria facere, quod tum fit quum expensi rationes cum accepti rationibus quadrant, paresque sunt. Vsus est hoc verbo Vlp. l. 4. D. de manu. Hinc pariatio, scriptura qua rationes quadrare cavetur. L. ult. de cond. indeb. & pariator, qui ita rationes reddidit, ut quadrarint. l. 8. de cond. & dem.

Părăbăsis, παράβασις, In Comœdiis dicebatur quum chorus ad populum conversus, aliquid extra argumentum fabulę loquebatur, Latinè prævaricationem, sive transgressionem interpretari possumus, ἀπὸ τῆ παραβαίνειν, quod est transgredi sive prævaricari. Vnde & Parabatæ, quos prævaricatores Latini nominant.

Parabía, parabiæ, παραβία, Genus potionis ex milio & conyza. Cæl. Ant. lect. lib. 4. cap. 26.

Parabilis, Vide PARO.

Părăbŏlă, læ, f.p. [מָשָׁל *maſchál.* παραβολή. Gall. *Parabole, comparaiſon, ſimilitude.* Ital. *Comparatione, ſimilitudine.* German. Ein vergleichung/ oder gleichnuß. Hiſpan. *Comparation, ſemejanca.* Pol. *Podobieńſtwo.* Vngar. *Pelda beźed.* Angl. *A ſimilitude, comparison prowerbe.*] Similitudo ἀπὸ τῆ παραβάλλειν, quod significat comparare: quasi rerum dissimilium comparatio. Quint. Parabola (quam Cicero Collationem vocat) longiùs res quæ comparantur repetere solet: ut, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm utique apud Vticam Cato.

Părăbŏlanī, ut interpretatur Alciatus, Latinè dici possunt glebæ asceriptitii, quibus scilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat: à Græca præpositione παρὰ & βάλλω, quasi juxta glebam. ¶ Per translationem etiam Parabolani dicuntur tenuis conditionis homines, famulitio Xenodochiorum, vel ecclesiarum ita deputati, ut integrum ipsis non sit inde recedere. Horum meminit Iustinianus C. de Episc. & cler. l. Parabolani. Vide plura de hoc apud Cælium lib. 29. cap. 11.

Părăcēntēsis, παρακέντησις, Dicitur durior vulnerum curatio, quum scilicet vulnus pungitur, hamusque vel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quòd hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

Parachlamys, Vestimēti genus, non modò militare, ut apud Plautum in Persa, sed etiam puerile. Vlpian. in l. vestis. de Aur. & arg. leg. Alciatus de vest. alb. in l. 1. lib. 11.

Părăclētus, ti, penult prod. m.f. [מְנַחֵם *menachem.* παράκλητος. Gall *Defenſeur, aduocat.* Ital. *Difenditore auocato.* Germ. Ein Ermaner/ Zusprecher/ vnnd auch Fürsprech: *item*, ein Tröster. Hiſp. *Defendedor, abogado.* Pol. *Patron, obronca, aduocat, pocieszyciel.* Vng. *Vigasz talo*, item *esedőző kőzbe iaro.* Ang. *A patrone or aduocat.*] à verbo Græco παρακαλέω, quod rogo, & hortor significat: item pro alio precando intercedo, ut advocatus, & patronus. Apud recentiores etiam pro consolatore invenitur. Hinc Paracletus: id est, advocatus, consolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator. Itaque pollicetur Christus suis missurum sese paracletum Spiritum, qui eos omnia sit edocturus, sive illum adhortatorem, sive deprecatorem: hoc est, advocatum, sive consolatorem velimus intelligere.

Părăclўtŭs, pen y, m. f. Infamis, aut malè audiens est Latinis, [נִקְלֶה *niklēh.* παράκλυτος. Gall *Infame.* Ital. *Infame.* Ger. Verschreit/ ein böß geschrey hat/ verrüfft. Hiſ. *Cosa infame.* Pol. *Osła wioni, ſłei sławi.* Vng. *Gonez hir neuw.* Ang. *That is euill ſpoken of, that gethet and euill name.*] Nam παρὰ in hujusmodi compositione, præter, vel deminutionem significat: κλυτὸς verò inclytum, celebrem, gloriosum.

Paracnemium, Sic vocatur alterum os cruris, quod ab exteriori parte suprà positum est: constat enim ex duobus. In jumentis enim vocatur Parastata, Vegetio autore. Græcè παρακνημίον. Lege Parastata.

Părăcŏpe, pes, pen. corr. παραφορὴ, idem quod delirium, vel mentis alienatio, ἀπὸ τῦ παραληρεῖν, quod est delirare.

Părădĭăstŏlē, les, παραδιαστολὴ, Figura est quā Latini Discriminationem appellant, quū duę plurésve res quę prima facie videntur eædem separantur, adductis in medium iis quibus à se mutuò distant. Vide Rutilium Lupum & Rufinianum.

Părădigmă, n.t. [מָשָׁל *maſchál* מְשִׁיל *dimjōn.* παράδειγμα. Gall. *Exemple.* Ital. *Essempio.* Germ. Ein beyspyl oder exempel. Hiſpan.

Exemplo.

Exemplo. Polon. Przikład. Vng. Pelda. Ang. *Exemple of doing or saying.*] Exemplum facti vel dicti alicujus: quale est illud apud Virg. 1. Aen. Antenor potuit mediis elapsus Achivis Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis: à pari, à majori ad minus: à minori ad majus. ¶ Dictum est autem Paradigma, à verbo Græco παραδείκνυμι, quod est ostendo, & manifestũ facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt & perspicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Părădīsĕă poma, παράδεισια μῆλα, Dicuntur à satu, quòd ferè in omnibus pomariis inserãtur, odore, sapore q; insignia.

Părădīsŭs, si, [פרדס *pardés.* παράδεισος. German. Thiergarten/Bawmgarten oder Lußgarten.] Pomarium id est, hortus consitus, generis tàm masculini quàm fœminini. Est & locus ferarum septus, sive vivarium, aut viridarium. Vox deflexa est, ut quidam volunt, à Chaldæo *Pardes*, quod hortum domesticum significat, sive pomarium. ¶ Est & nomen oppidi, in Syria Cœle ad Libani orientale latus situm, Plin. lib. 5. cap. 23. ¶ Est item Paradisus Ciliciæ fluvius, apud eundem lib. 5. cap. 27. ¶ In sacris literis Paradisus accipitur pro amœnissimo horto in Oriente, à primis nostri generis autoribus habitato: de cujus situ variæ sunt opiniones, quas recensẽt Eugubinus, peculiari de hac re edito tractatu. Divus Augustinus ad Orosium de Paradiso sic sentit: Paradisus *(inquit)* in Oriente situs est, interjecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens usque ad Lunarem circulum. Vnde illuc aqua diluvii minimè pervenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu intercl usus est, nec ulli animantium datur in eum aditus.

Părădōxă, orum, n. s. Latinè admirabilia, inaudita & quæ sunt præter opinionem. [נפלאות *niphlaóth.* παράδοξα. Gall. *Chose merueilleuse, qu' on n' a point coustume d' ouyr, & contre la commune opinion.* Ital. *Cosa mirabile, non in uso, contra l' opinione di tutti.* Ger. Seltzame wunderbare ding so wider den gemeinen wohn der Leuten sind. Hispan. *Cosa admirable, fuera la opinion comun.* Polon. Dziwne a mesl'chane rzeczi. Vngar. Kőzönseges verekedes kwurob valo. Ang. *Thinges merueilous and wounder full that passeth the opinion of man.*] A' Græcis vocantur admirabilia, sive inaudita, & quæ sunt præter opinionem omnium. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. Paradoxon item schema est λόγοιδός, quod primùm sensum suspendit, ac deinde subjicit aliquid contra expectationem auditoris. Vnde etiam à Latinorum quibusdam Inopinatum vocatur. Vide Rufinianum in tractatu de Figuris.

Părădrŏmĭs, idis, f. t. [παραδρομίς. German. Ein vnbedeckter Spaciergang oder Lauben.] Ambulatio sub dio, sive Xystus. Vitruvius lib. 6. cap. 6: Xystos Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna temporá exercentur: nostri autem hypæthras ambulationes Xystos appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt.

Părænĕsĭs, hujus Paranesis, f. t. [παραίνεσις. Gall. *Admonition.* Ital. *Ammonitione.* German. Vermanung/vnderweisung. Hisp. *Amonestamiento.* Pol. *Napomnienie, witwod.* Vngar. *Intés.* Ang. *Admonishing.*] Præceptio, admonitio, sive adhortatio, & propriè ea quæ contradictionem non recipit, teste Ammonio, propterea quòd fiat iis de rebus quæ in controversiam non cadunt, sed apud omnes in confesso sunt.

Părænĕtĭcŭs, a, um, παραινετικός, Idem quod præceptivus, sive admonitivus, à verbo Græco παραίνω, quod significat præcipio, & admoneo. Vnde Oratio parænetica dicitur quæ ad virtutem capessendam auditoris, lectorísve animum extimulat.

Paragaudes, vel Paragauda, teste Alciato. Genus vestimẽti virilis, ut plurimùm linei, quod sub alia veste gerebatur, vinctũ nunc unico nexu, nunc pluribus loris. Vopiscus in Aureliano: Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi rectas purpureas accepissent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & usque ad pentelores, quales hodie lineæ sunt.

Părăgōgē, παραγωγή. Figura qua litera vel syllaba fini jungit: ut Dicier, pro dici. Latinè à nonnullis appellatur Adductio.

Paragogia, Ipsarum aquarum pori & meatus: dicta ἀπὸ τῦ παράγειν, quòd deducere est. Hinc παραγωγή, dicta Aelio Donato, & cæteris. Nam & ἀγωγὸς, aquæ ductus est. Alciat. in l. decernimus. C. Aquæ duct. lib. 11.

Părăgrăphē, f. p. παραγραφή. Latinè præscriptio, exceptio, effugium litis, compositio. ¶ Est & tropus apud poëtas, quũ præcedenti absoluto, ad alia fit transitus: ut apud Virgil. 2. Georgic. Hactenus arvorum cultus, & sydera cœli, Nunc te Bacche canam. ¶ Annotationes item, sive scholia succincta, ad marginem adscripta, paragraphæ appellantur: ἀπὸ τῦ παραγράφειν, quod inter cætera significat ad marginem annotare. Hinc etiam Iurisconsultorum interpunctiones quibus legum capita in plura segmenta dividunt, paragraphæ, sive etiam paragraphi dicuntur.

Părăgraphŭs, παράγραφος, Vox est Iurisconsultis usitatissima, qui eam tali nota §. scribunt. Dicitur autem paragraphus propriè, quemadmodum Martianus Cossias antiquus Pandectarum interpres tradit, quicquid sub una sententia clauditur. Pro eodem etiam dicitur paragraphe.

Paralía, Maritima pix, flaventior & crassior, quàndiu resina est, videlicet quandiu cruda est, sed decoctio ex ea prius absumit. [Ger. Meerpech.]

Părăllelī, penult. prod. [παράλληλοι. German. Ding so gleich weit allenthalben von einander stehn.] Dicũtur segmẽta sphæræ ab Ortu in Occasum ducta, alterũ ex Polis habentia pro centro, omnique ex parte à se invicem æqualiter distantia. Plinius libro 6. cap. 33: Plura sunt autem hæc segmenta mundi quæ nostri *Circulos* appellavêre, Græci *parallelos*. Ratio nominis hæc est, quòd παράλληλος apud Græcos invicem comparatus, vel æqualiter distans. Vnde paralleli, circuli dicuntur æqualiter distantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus spatiis ab invicem dirimuntur.

Părŏchŭs, chi, pen. corr. m. ſ. παρόχος. Qui & Xenoparochus, teſte Budæo, ἀπὸ τῦ παρέχειν: hoc eſt, à prębẽdo dicitur. [Ger. Der einen mit aller notturfft auff einer Fahrt verſicht, freyhalt vnd für jhn bezahlt. Pol. *Farary.* Ang. *A neighbour or paris hioner.*] Erant enim Parochi, qui legatis publicè Romã miſſis, cæterisq; alicujus dignitatis hoſpitibus, ſalem & ligna præbebant: ut annotavit Acron in illud Horatii ex lib. 1. Serm. Satyr. 5: Tum parochi, quę debent ligna, ſalemq;. Hi Latino verbo Copiarii dicti ſunt, teſte Porphyrione, quòd omnium rerũ neceſſariarum copiam, regum, populorumq; Legatis ſuppeditabant. Nam quanvis Horatius ſalis tantùm & lignorũ meminerit, eorum tamen appellatione videtur eſſe complexus quæcũq; ſunt hoſpitibus neceſſaria. In hac ſignificatione hoc nomine uſus eſt Cic. lib. 13. Epiſt. ad Atticum: Atiarathes (*inquit*) Ariobarzani filius Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæſare. Nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo nõ habet. Omninò eum Seſtius noſter parochis publicis occupavit: quod quidẽ facilè patior: veruntamen quòd mihi ſummo beneficio meo magna cũ fratribus illius neceſſitudo eſt, invito eum per literas ut apud me diverſetur. Horat. lib. 2. Serm. Sat. 8: Parochum videtur poſuiſſe pro convivatore: vertere pallor Tum parochi facię, nil ſic metuentis, ut acres Potores. ¶ Sunt qui Parochon etiam accipi putent pro auſpice nuptiarum, ſeu parànympho: ejus originẽ referentes ad verbum παρέχειν, eò quòd in curru nuptiali unà cum ſponſo & ſponſa veheretur. Nam ut Pauſanias ſcribit in Græcia moris fuit ut in curru nuptiali tres tantũ ſederent, ſponſa media, cujus alterũ latus claudebat ſponſus, alterũ quem vocabant πάροχον, vel qui amicitia vel ſanguine eſſet conjunctiſſimus, vel cui ob dignitatem plurimũ deferrent. Hæc Cælius. Sunt qui Parochias (ait Budæus) appellatas inde cenſeant, quibus ſinguli ſacerdotes ſacra adminiſtrent. Ego verò, (inquit Budæus) non parochias primũ, ſed Parœcias, appellatas eſſe cenſeo, quaſi vicinias.

Parodontĭdes, παροδοντίδες, ſive Parulides, παρουλίδες, Tubercula juxta gingivas, quum caro in gingiva excrevit. Vide Celſum lib 6. cap. 13.

Părœcĭă, παροικία, cum œ diphthongo, Accolarum conventus, ſacraq; vicinia, ἀπὸ τῦ παροικεῖν: hoc eſt, ab accolendo, vel juxtà habitando. [Pol. *Liwd do iednei fari zchodzaci ſie.* Ang. *A paruh.*] Auguſt. lib. 14. de Civit. Presbyter fuit quidã nomine Reſtitutus in parœcia Calamenſis eccleſiæ. Parœci dicuntur ipſi accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicti ſunt, ejuſdem ſcilicet fani cõſortes. Quòd ſi Latinè loqui magis placet, Latinè ſcientibus Curiæ dici poſſunt: unde curiones olim dicti, & πάροικοι ipſi curiales. Ex Budæo.

Părœmĭă, ę. [παροιμία. Ger. Ein gemein Sprichwort.] Definitore Donato, eſt accommodatum rebus, temporibusq; proverbium. Diomedes ſic definit: Parœmia, *inquit*, eſt proverbii vulgaris uſurpatio, rebus, temporibusque accommodata. Vide Eraſmum in principio Adagiorum.

Părŏmœŏn, παρόμοιον, Eſt ſimilitudo verborum in oratione: quemadmodum Paronomaſia nominum dicitur ſimilitudo: ut ſi dixeris aliquem arare, non orare, eſt paromœon: ſi verò non Oratorem eſſe dixeris, ſed aratorem, paranomaſia eſt. ¶ Alii Paromœon interpretantur vitium orationis, quum ab iiſdem literis diverſa verba ſumuntur: cujuſmodi eſt illud: O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

Părŏmŏlŏgĭă, παρομολογία, Dici poteſt confeſſio: figura quũ aliquot res concedimus adverſario: deinde inferimus aliquid quod aut majus ſit quàm ſuperiora, aut etiam omnia, quæ poſuimus, infirmet. Exemplum eſſe poteſt illud Ciceronis pro L. Flacco: Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorũ: tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis lepórem, ingeniorũ acumen, dicendi copiam: denique etiam, ſiqua alia ſibi ſumunt, non repugno: teſtimonio ſi religionem, & fidẽ nunquã iſta natio coluit: totiusq; hujuſce rei quæ ſit vis, quæ autoritas, quod pondus ignorant.

Părōn, onis. [πάρων. Ger. Ein klein Raub ſchifflein oder Gateen.] Navigii genus à Pariis primùm excogitatum, ut refert Ariſtophanis interpres. Vnde & Myoparones quidam appellatos putant, quod genus navigii piratici eſſe creditur, mediam autem habet formam earum navium quæ in Myunte & Paro inſulis fieri ſolent. Vide Bayfium de re navali.

Părŏnŏmăsĭă, παρονομασία, Latinè agnominatio, quum aliquod nomen ab alio voce quidem ſimili, verùm ſignificatione diverſiſſimo perimitur. Terentius in Andr. Nam inceptio eſt amentium, haud amantium. Quando autem hoc non ex nominum, ſed verborum ſimilitudine contingit, Pa-

romœon à quibuſdam appellatur. Vide ſuprá.

Părŏnўchĭă, ę, pen. corr. f. p. vel Paronychium, paronychii, n. ſ. Abſceſſus circa radices unguium, reduvia. [παρονυχία. Gall. *Apoſtume qui vient à la racine des ongles.* Ital. *Panariccio.* German. Der Fingerwurm ſo zu ringo ymb den Nagel friſt daß er mit ſchmertzen abgehn muß. Hiſp. *Panariço ò vnnero.* Pol. Zanokcyca. Vngar. Körüm mereg. Ang. *A felon or in poſtumation that cometh vnder the rootes of the nayles.*] Plin. lib. 23. cap. 3: Gingivarum inflationibus paronychius, ſordidiſq; ulceribus, & putreſcentibus. ¶ Dicta paronychia à παρά ad, & ὄνυξ, unguis, quaſi ad unguem. ¶ Eſt item paronychia frutex quidã in petris naſcens, peplo ſimilis, breviore tamen ſtipite, & foliis majoribus. Nomen habet à re ipſa, proptereà quòd paronychiis medeat. Autor Dioſc. lib. 4.

Părŏnўmŏn, παρώνυμον. Nomẽ ab alio derivatum: Grammatici vocant Denominativum.

Părŏpſĭs, f. t. Vas eſcarium à rotunditate ſic dictũ. [παροψίς. Gall. *Plat ou eſcuelle.* Ital. *Pidto ò ſcudella.* Ger Ein runde Platten/ Eſchuſſel. Hiſp. *El plato grande para el maniar.* Pol. Miſſa ſzeroka. Vng. *Tal* Ang. *A diſhe or potynger.*] Martial. lib. 11: Cui portat gaudens anculla paropſide rubra Halecem. Suet. in Cal. cap. 12. Ordinario quidem diſpenſatori breviarium rationum offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe. ¶ Pollux libro 10, tradit etiam juris quoddam genus eſſe, vel mazæ, vel opſonii vilis, quod ſuo tempore παροψημάτου dicebatur.

Părŏtĭs, tidis, Apoſtema ad aures. [παρωτίς. Gall. *Apoſtume entour ou derrier les oreilles.* Ital. *Aposema dietro le orecchie* Germ. Ein knaup oder geſchwär ſo hynder den Ohren wächſt Hiſp. *Hinchaçon tras las orejas.* Vng *Fwel fő narzyy. fwel mę kelet.* Ang. *A felon or apoſtume behynde the eares.*] Celſ. lib. 6. cap. 16 Sub aptis verò auribus oriri parotides ſolent, modò in ſecunda valetudine ibi inflammatione orta: modò poſt lõgas febres, illuc impetu morbi converſo: id abſceſſus genus eſt. ¶ Dicuntur etiam parotides (inquit idem Celſ.) arteriæ duæ dextra ſiniſtraq; juxta guttur, quæ ſurſum procedentes ultra aures feruntur. ¶ Quin & ipſi aurium cincinni, apud Iul. Pollucem vocantur parotides. Idemque partes his ſubjectæ, quæ à faucibus ad malas pertinent. Græci enim παρά ad, οὖς auris dicũt. Solent etiam juxta dentes in gingivis oriri dolores, quos Græci παρωτίδας appellant. Plin. lib. 20. cap. 1: Parotidas & panos ſanat.

Părŏxўſmŭs, m. ſ. παροξυσμός, Stimulatio, concitatio, exacerbatio, παροξύνειν enim eſt incitare. [Pol. *Ograſzkaçimma.* Ang. *A fytte, or coryſe of fever or other diſeaſe.*] Hoc etiam nomine Græci appellant Acceſſum febris: hoc eſt, exacerbationem, quæ ſtatis temporibus fieri conſuevit.

Părră, Genus avis in auſpicatæ. Horat. 3. lib. Carm. Impios parræ recinentis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino. Plin. lib. 18. & 29: Avem parrã oriente Sirio, ipſo die nõ apparere donec occidat. ¶ Eſt etiam parra avicula, aliâs pardalus vocata, quę magna ex parte gregarium volat, coloris tota cinerei, minor turdo. Plin. li. 18. c. 29.

Părrĭcĭdă, ę, pen. corr. ſubſt. com. p. [παρρικτόνος, παρρικτόνος. Gall. *Parricide, meurtrier ou meurtriere de pere ou mere, ou autre parent.* Ital. *Parricida.* Ger. Ein Vatter mörder, der ſein Vatter oder Mutter ertödet. Hiſp. *El que mata padre o madre.* Pol. *Morderca oyca lub matki.* Vng. *Zweleie gilkoſa.* Ang. *That killeth father or mother.*] A patre deducitur, t in r commutato. Alii volunt parricidam per ſyncopam dici, quaſi parenticidam à nomine parẽs. Propriè enim parricida dicitur parentum interfector, aut qui patriæ (quæ parentis loco piè ſanctéq; eſt hominibus colenda) excidium aut vim attulerit. Cic. pro Roſc. Amer. Inſui in culeum parricidas vivos, atq;, ita in flumen dejici voluerunt. Idẽ in Paradox. Patrẽ vita privare, ſi per ſe ſcelus eſt, Saguntini qui parẽtes ſuos liberos emori, quàm ſervos vivere maluerunt, parricidæ fuerunt. Idem in Catil. Certè verendum mihi non erat, nequid hoc parricida civium interfecto invidiæ mihi in poſteritatẽ redundaret. Horat. 3. Carm. Ode 29: Telegoni juga parricidæ. Poſtea tamen lege Pompeia cautũ eſt, ut is parricidii teneatur, nõ ſolùm qui patrẽ & matrẽ interfecerit, ſed qui fratrẽ, ſororẽ, patruelem, filium, filiam, nepotem, nurum, alioſq; propinquos occiderit. ¶ Vſurpatur interdũ pro quovis, qui hominis cædẽ faciat, ſive ille propinquus ſive alienus ſit. Vnde extat lex Numę Põpilii: Si quis liberum hominem morti ſciens duit, parricida eſto.

Părrĭcīdĭum, cidii, n. ſ. Parentis vel cognati cædes: [παρρικτονία. Gall. *Parricide, meurtre ou homicide de pere ou mere, ou autre parent.* Ital. *Parricidio.* Germ. Ein ermördung des Vatters oder Mutters. Hiſp. *Matança de padre ò madre.* Pol. *Mord nad rodzicem.* Vngar. *Zweleinek meg ölése.* Ang. *A killing of parentes.*] quãvis etiam pro eo accipiatur qui impiũ aliquod nefas in patrię perniciem ſit machinatus. Cicer. lib. 3. Offic. Poteſt enim, dii immortales, cuiquam eſſe utile fœdiſſimum & deterrimum parricidium patriæ, quanvis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ac oppreſſis civibus parens nominetur? Idem 3. de Nat. deor. Sibi ſalutem ut familiari pareret parricidio. Idẽ pro Cluẽt. In ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus prætermiſſum videtur. Melius Patricidium.

Parrhiſĭi, Vide PARISII.

Pars, hujus partis, à pari, fit. Quòd partes ſimul junctæ, pares: id eſt, æquales ſint totũ. [פלג *Pheleg.* μέρος, μοῖρα. Gall. *Part, portion, partie.* Ital. *Parte.* Ger. Ein theil. Belg. Een deel. Hiſp. *La parte de algun todo entero.* Pol. Część. Vng. *Reſz, darab.* Ang. *A part or portion.*] Alii malunt partem dicta ab adverbio parum, eò quòd pars ſit quid parùm, ſi quis totum reſpiciat. Dicuntur verò partes, in quas dividitur totum. Plaut. in Rud. Equidem neq; ego partem poſco mihi iſtinc de iſtoc vidulo ¶ Pars magna, idem quod bona pars: id eſt, multi: ſic pars major: id eſt, plures: & pars maxima, plurimi. Cic. 1. Offic. Quæque majori parti pulcherrima videntur, &c. Terent. in Prolog. Heaut. Ni partem maximã exiſtimarem ſcire veſtrũm, &c. Plaut. in Moſt. Magna pars morem hunc ſibi induxerũt, &c. ¶ Pars multa idẽ quod pleriq;. Horat. 2. Serm. Satyr. 7: Pars multa natat nõ recta capeſcens. ¶ Magna ex parte, pro plerunq;. Plin. lib. 8. cap. 54: Itaq; magna ex parte complectendo necant. Aliàs ſignificat ut ſonat. Quintil. libr. 10. cap. 1: Ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, fecit. ¶ Ex parte, & in parte aliquando pro partim uſurpantur. Quintil. lib. 6. cap. 4: Piſces ex parte adulti, & versati. Idem lib. 5. cap. 7: Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. ¶ Partes aliquas tenere, eſt per illã regionem iter habere. Cic. ad Att. lib. 3 Sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Antonium. ¶ Ponitur interdum Pars pro factione: ſed hoc ferè in plurali numero. Cicer. pro Quintio: Erat (*inquit*) illarum partium. Idem 13. Philip. Tenuerunt partes Cæſaris. ¶ Pro ſua quiſque parte: id eſt, pro vitili. ¶ Parte ablativus, ponitur aliquando pro partim. Plautus in Rud. Sed id ſi parte curavi, ut caverem, &c. Interdum geminatur. Plin. lib. 37. cap. 11: Melichloron eſt geminus, parte flavus, parte melleus. ¶ Duabus partibus alicujus rei opus habere, idem eſt quod duplo plus. Cicero 5. Ver. Quid ſi duabus partibus doceo te ampliùs frumenti abſtuliſſe, quàm populo Romano miſiſſe? Sic, Multis partibus plures, pro multo plures. Cæl. Cicero, libro 8. Epiſt. Famil. Turpe tibi erit, Patiſcũ Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures. ¶ Pars aliquando pro initio. Celſus: Parsque ſanitatis eſt vomitum eſſe ſuppreſſum. Virgil. 7. Aeneid. Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. ¶ Ponitur quandoque pro ſatietatim. Suetonius: Milites pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam, audaciamque proceſſerunt. Claudæus. ¶ Aliquando ponitur pro uxore. Plaut. in Menæchmis: Pars nunc loquitur de me, & de parte mea. ¶ Dicimus præterea Partes alicujus agere, pro fungi alicujus munere & officio militer, Partes alicujus ſuſcipere. ¶ Priores partes alicujus habuere, eſt eum pluris facere, & magis laudare. Priores partes habere apud aliquem, eſt plus apud illum poſſe, & plus auctoritatis apud aliquem obtinere. ¶ Dicimus etiam, Facere partes: id eſt, totum in partes dividere. Cic. 2. de Orat. Quis Antonio permiſit ut & partes faceret, &c. ¶ Audire utrasque partes in litibus, eſt reo defenſionis, ut accuſatori actionis facere. ¶ Pars diverſa, vel adverſa, idem quod adverſus. Quint. lib. 4. cap. 1: Partis adverſæ patronus. Idem lib. 5. cap. A patronis diverſæ partis inducuntur in laqueum primas agere, dicitur in Comœdiis, qui ſæpiſſime in ſcenam. Aſconius Pædianus: Primarum partium actores piùs in ſcenam progrediebantur: ſecundarum, minusque. Porphyrio in Horatium autor eſt, primarum partium actorem omnia clariùs, ſecundarum omnia ſubmiſſiùs pronunciare conſueviſſe. ¶ Quandoq; etiam in plurali numero Partes officio poni conſuetum eſt: ut Mea partes tunc partium eſt: hoc eſt, meum officium eſt. Cic. 6. Ver. Nostræ meæ partes id facere. Vnde etiam, Alicujus partes eſt ejus diligẽtiam poſtulare. Cic. ad Att. lib 7: Sin erit bellum, meæ partes non deſiderabuntur. ¶ Hinc fit compoſitum Expers, ἄμοιρος, quod eſt, ſine parte.

Pārs, Multis partibus plures, pro multo plures, veteres dixere. Cic. lib. 1. Epiſt. Fam. Perſpicicbant, *inquit*, multis partibus plures in Hortenſii ſententiam ituros: & lib. 3. de Finib. Multis partibus malit: dixit, pro multo malint. Idem M. Cælius in Epiſt. ad Cicer. Turpe tibi erit, Patiſcum. Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures: etiam apud Cæſarem in commentariis illa novimus: Quoniam numero multis partibus eſſet inferior. Sueton quoque non malus Latinitatis tutor, in Iulii vita eodem loquendi modo uſus eſt. Ex Pauli Manutii ſcholiis in Epiſt. Fam.

Pārtĭcŭlă, æ, diminut. f. p Parva pars. [μερίς. Gall *Parcelle, petite partie.* Ital. *Particella.* Ger. Ein klein theil/ ſtucklin. Hiſp. *Particula.* Pol. Cząſtka, ſtuczka. Vng. *Darabotska, reſzetske.* Ang. *A litle part or portion.*] Cic. 3. Ver. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inveſtigamus, reddiderunt. Idem 2. de Nat. deor. Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum, & mirandũ, nullo modo perfectus, ſed

particula quædam perfecti. Quint. lib.4.cap.5:Deinde quam fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obſcuritatem.

Pārtĭcŭlātim,adverbium,Membratim,nominatim,per particulas. [μεμελισ. Gall. *Par parties,piar parcelles, par le menu.* Ital.*Per parti, parte à parte.* Ger. Theilhafftig ſeyn / oder theilhafftig machen. Hiſp.*De parte à parte.* Polon. *Po cząſteze.* Vngar.*Darabonkent, rezenkent.* Ang.*Particularlie, by ouerie part and member.*] Autor ad Heren.lib.1:Si ſummatim,non particulatim narrabimus. Col. lib.7. cap.5: Nam particulatim faciliùs quàm univerſus convaleſcit. Lucr. lib.3: Lumina qui linquunt moribundi particulatim.

Pārtĭcĕps,hujus participis, omn. gen. Qui partem capit.[μέτοχος, κοινωνός. Gall.*Participant,qui a part.*Ital.*Partecipe.* Germ. Theilhafftig.Belg.Deelachtich. Hiſp.*Parcionero de parte.* Polon. Vczeſtnik. Vng *Reſzes.* Ang.*A partaker or cõparcioner,a complice.*] Terent. in Heavt. Niſi ubi ille huc ſalvos redierit meus particeps.Participem facere aliquẽ rei alicujus,eſt ei communicare & rei partem tribuere.Plaut.in Epid.Gratiam habeo,fac participes nos. Terent.in Heavt. Cujus maximè te fieri participem cupis.¶ Particeps conſilii, Cæſ. 3. bel. Civil. Quos ſui conſilii participes habebant. ¶ Particeps in pericu.is. Curtius libr.6: Quòd fuiſſet illi in periculis particeps.

Pārtĭcĭpo,act.p.Partem tribuo aut capio:ſive participem facio, aut particeps fio. [μεταλαμβάνω,μεταδίδωμι,μετέχω. Gall.*Participer,eſtre participant.*Ital.*Participare.* German.Theilhafftig ſeyn/ oder theilhafftig machen. Belg. Deelachtich zyn. Hiſp.*Partic,ar en parte.* Pol. Ieſtem vczeſtnikiem, item, vdzieliam. Vng.*Reſzeſſwelõk, reſzeſſe tezem.* Ang.*To giue or tak part.*] Quum ſignificat participem fieri,jungitur accuſativo tantùm. Gel.lib.15.cap.2:Si fortè ad participandas ejuſmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut caſus induxerit. Cic 2.Tuſcul.ex poëta: Qui alteri exitium parat,Eum ſcire oportet ſibi paratum,peſtem ut participet parem.¶ Quum ſignificat participem facere, jungitur interdum genitivo cum accuſativo. Plaut. in Ciſtel. Paternum ſervum ſui participat conſilii:Id eſt, facit participem, vel ſervo conſilium communicat.Interdum ablativo cum accuſativo. Plaut. in Mil.Nam non potuit quin ſuo ſermone aliquem familiarũ participaverit de heri amica. Interdum accuſativo & ablativo cum præpoſitione Cum.Liv.3.ab Vrb.Suas laudes participare cum Cæſone,memorare pugnas, *&c.*

Pārtĭcĭpĭum, pii,n.ſ. [Ger. Einet auß den theylen der reden.] Pars orationis apud Grammaticos,ita dicta,quòd partẽ capiat nominis & verbi.μετοχή.Hinc ab iiſdem participalia, μετοχικὰ nomina dicta Gerundia,quę licet nõ ſint participia,ſimilia tamẽ participiis ſunt. Nam quũ à verbis derivẽtur more participiorum,habent etiam caſus aliquot, quanvis non omnes, quos habent participia:niſi generaliter accipias gerundium, ut etiã complectaris nomen gerundium: quemadmodũ accipit Valla.Sic enim non modò caſus habebunt quũ ſint mera nomina,verumetiã genera & numeros: ſed admittunt regimen ſui verbi. Gerũdia enim propriè dicta habẽt poſt ſe eundẽ caſum, quem habent verba à quibus deſcendunt. Gerundiva autem nullum omninò habent caſum: funtq; voce omninò ſimilia participiis futuri tẽporis.Differunt tamẽ ſignificatione, quòd Gerundiva, ſive (ut Valla loquitur) gerundia, rei adminiſtrationẽ ſignificant ſine tempore:ut Tenet me occupatio juris dicendi. Quo in loco DIĆENDI gerundium eſt, nec tempus ſignificat futurũ, ſed rei adminiſtrationẽ in jure dicendo.Illa verò tempus ſine rei adminiſtratione: ut Tenet me cura dotis numerandæ,participiũ eſt futuri temporis ſignificativum ſine rei adminiſtratione. Præterea gerundia duplicem ſignificationem habent,participia unam tantum.Sed ſciendũ quod gerundia quæ ſociata ſunt ſubſtantivis, paſſivè accipiuntur: diſjuncta verò modò activè, modò paſſivè:ſed paſſivè quũ ſine præpoſitione,& ſine genere in ablativo,& quaſi abſolutè ponuntur.Quintil Sed memoria excolendo,ſicut omnia alia, augetur:id eſt,dum excolitur Virg. -alitur vitiũ,creſcitq; tegendo. Idẽ: -ægreſcitq, medendo, & ut.tq, videndo Fœminea:hoc eſt, quum tegitur vitium, quũ curatur ager,quũ videtur fœmina. Saluſtius etiam gerundium accuſativi caſus paſſivè poſuit: Pauca(inquit,ſupra repetam, quo ad cognoſcendũ omnia illuſtria magis magisque in aperto ſint:id eſt, ut cognoſcantur. Junguntur & gerundia cum plurali numero, ſingulari voce. Plin.Quum horum videndi gratia me in forum contuliſſem.

Partim, adverb. Ex parte, pro parte [חֵלֶק *mikſeh.* ἐκ μέρους, ἐν μέρει, τὸ μέν, τὸ δέ. Gall *en partie.* Ital *in parte.* Ger.Zum theil. Hiſp.*En alguna parte.* Pol *Cząſtya.* Vng *Reſzszerint.* Ang *Partlie.*] Et ferè ſemper in oratione geminatur. Cicer.Cæcin lib.2. Epiſt Vt eos partim ſceleratorum ſuorum, partim etiam ineptiarũ pœniteret.¶ Aliquando non geminatur. Cic.de Amic.Sed nihil eſt quod illi nõ proſequantur ſuis argutiis, partim fugiendas eſſe nimias amicitias,ne neceſſe ſit unũ ſolicitum eſſe pro pluribus. Invenitur etiam quater repetitum. Cic.pro Cluent. Partim nihil cõtra Habitum valere,partim etiam pro hoc eſſe, partim,*&c.*¶ Aliquando Partim,teſte Gell lib.10.cap.13:Idem eſt quod pars: ut, Partim hominum:id eſt, pars hominũ venit, ſive quidam homines ex pluribus. Partim autem hoc in loco adverbium eſt: neque in caſus inclinatur, & genitivum regit. Interdum etiam adverbio partim,atque ejus genitivo præponitur præpoſitio Cum, ut probat Gellius Catonis exemplo: Ibi(inquit Cato) pro ſcorto fuit, in cubiculum ſurreptitavit è convivio, cum partim illorum jam ſæpè ad eundem modum erat. Cum partim eorum, dixit pro, cum quibuſdam eorum, vel cum parte. ¶ Nonnunquam partim non geminatum, in priore orationis parte locatur,in poſteriore alius. Saluſtius in Iugurtha:Rurſus Imperator contra poſtulata Bocchi nuntios mittit:ille probare partim, alia abnuere. Ibidem: Huic rogationi partim conſcii ſibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, *&c.*

Pārtĭor, partiris, & Partio, partis,partivi,partitum,futuro partiam,& partiar,& apud antiquos partibo, & partibor.Divido, cõmunico,partes facio. [חָלַק *chillék.* μερίζω. διαιρέω. Gall. *Partir,departir.*Ital. *Partire,dividere.* Germ Theilen Belg.Deelen. Hiſp.*Partir en partes.*Pol.Dzielic.Vng.*Elosztom, darabolom.*An. *To part,or deuide.*] Plaut.in Aſin. Hanc quam nactus ſum prędã, cum illis partiam.Tacit.lib.18.Diſcrimen ac periculũ ex æquo partiemur.Cic.pro Syll Neque hoc partiendæ invidiæ,ſed cõmunicãdæ laudis cauſa loquor.Idem in Orat. Genus univerſum in ſpecies certas, ut nulla neq; præmittatur, neq; redundet,partietur ac dividet. ¶ Præter proprium accuſativum, habet aliquando ablativum cum præpoſitione Cùm:aliquando alium accuſativum cum præpoſitione In: aliquando cũ præpoſitione Inter.Virg.11. Aencid.-Accam ex æqualibus unam Alloquitur, fida ante alias quæ ſola Camillæ,Quicum partiri curas atque hæc ita fatur.Partiri honorem. Cæſ. 3.bell. Civil. Cum Scipione honorem partitur.Virg.1. Aeneid.-ſocios partitur in omnes.Saluſt.in Iugurtha: Provincias inter ſe partiverant.¶Ab his fiunt cõpoſita, Impertio, Diſpertior, Bipertitus, Tripertitus,Quadripertitus,participia.

Partĭtĭo,onis, verb. f.t. Diviſio, diſtributio. [חִלּוּקִים *machalẽketh.* μερισμός. Gall.*De partement, diviſion.* Ital. *Partitione,diviſione.*Ger. Theilung.Hiſp. *Partimiento,obra de partir.* Pol.Dzielenie. Vng.*Oſztas.* Ang.*A parting,or deuiding.*] Cic.2. de Nat.deor. Hæc,ſi rectè memini, partitio fuit. Idem 1.de Orat. Græcos partitionem quandam artium feciſſe video. Idem pro Cecin. Quum præſertim,pecunia ex partitione deberetur.

Partĭtŏr,pen.prod.m.t.Diſtributor. [חֹלֵק *mechallék.* μεριστής. Gall *Partiſſeur.* Ital.*Che diuide* Ger Ein theiler. Hiſp *Partidor.* Pol Widzielnik.Vng *Elosztó.* Ang *He that deuideth,or diſtributeth in partes.*] Cic in Vatin.Quũ te non cuſtodem ad continẽdas,ſed partitorem ad partiendas merces multum putares.

Partĭtē, Diviſé. [μεριστῶς,μεριστικῶς. Gall *Par parties,diſtinctement.*Ital.*Per parti,diſtintamente.* German Zertheilen matheicet. Hiſpan *En alguna parte partida.ronte.* Polon *Podzielnie.* Vng. *Elosztva* Ang.*By partes.*] Cicer.in Orat Qui enim nihil poteſt tranquille,nihil enitter, nihil partitè, definitè, diſtinctè,facerè dicere,præſertim, *&c.*

Partĭcĭpes, Dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonii ſortiuntur κοινωνοί. Pomponius Præcone poſteriore: Age modò Stegan particulones producam tibi.Nonius.

Partĭcŭla ũs,æ,m.ſ.cum quo aliquid cõmune habemus,& partimur. [κοινωνός. Vng *Reſzes tars.* Pol *Spowinowaciał' gemma matarz.*] Ut partiarius colonus,qui certa fructũ parte agrũ colit.Cato cap.144:Vineã curandã partiario, bene curet,fundũ, arbuſtũ, agrum frumentarium: partiario fœnũ,& pabulum, quod bobus ſatis ſiet qui illic ſient: cætera omnia pro indiviſo. Idem cap.16: Calcem partiario coquendã qui dant, calcarius pètſicit & coquit.Et cap.136:Redemptorem partiarium dicit eum, quem paulò antè dixit colonum partiarium. ¶ Partiarius legatarius, cui pars bonorum legabatur,cum quo hæres hæreditatem partiebatur. ¶ Sic partiaria pecora dicuntur,quæ ita paſtori tradũtur, ut fœtus eorum certis portionibus inter dominum & paſtorem dividantur.Imp.in l.8.C. de pact.

Parſimonia, Vide PARCO.

Parthĕnĭum,n.ſ.παρθένιον.Herba eſt,teſte Ruellio, quam vulgus *matricariã* appellat.vel potiùs, ut Amaro Luſitano, & aliis viſum eſt,*Cotula fœtida* vulgo dicta,quam [Ital.*Bruſaculo.*Ger. Mutterkraut / oder Chamill oder Krottendill Gall. *Cotula fœtida.* Hiſp.*Magaca* vocant.Pol.*Maruná.*Vngar. *Eb kapor.* Ang.*Feuerfew.*] Deſcriptionem ejus vide apud Dioſc. lib.3 cap.146. Eſt item Parthenion, teſte Plinio, aliud herbæ genus, quod & perdicium,& helxine,& urceolaris herba appellatur: nomine à Minerva deducto,quę illam Pericli in ſomnis traditur oſtendiſſe,quum verna illi charus de faſtigio templi delapſus eſſet. Minervam enim Athenienſes κατ' ἐξοχὴν, παρθένον appellant. Vulgus *Parietariam* appellat, eò quòd circa parietes præcipuè naſcatur. ¶ Eſt & nomen duarum urbium, Eubœæ unius, Thraciæ alterius.Stephanus.

Pārtĭcĕps, Participium, Particulatim, Partim, Partior, Vide PARS.

Partŭrĭo, Partus, Vide PARIO.

Pārvipĕndo, Parvifacio, Vide PARVVS.

Părŭlis, parulidis, παρουλὶς, Abcessus exiguus in gingivis, qui nisi discussus fuerit, suppuratur, Vide Aeginetam lib. 6. cap. 27.

Părum, adverb. Modicum. [דעט *mehát.* μικρὸν, ὀλίγον. Gall. *Peu, vn peu.* Ital. & Hisp. *Poco.* Germ. Ein wenig. Belg. Weinich. Pol. *Troche kes.* Vng. *Keues.* Ang. *A litle.*] Plaut. in Trin. Imò duas dabo, una si parũ est. ¶ Parùm cõsulit, quũ dicitur, intelligitur SIBI. Terent. in Adelph. Magis impensè cupitis, cõsulitis parúm. Vobis intellige. ¶ Parùm prospicere, est parùm, aut nihil futura prævidere. Plaut. in Curcul. Perii, prospicio parúm. Terent. in Andr. Parùm succesſit quod ago, at facio sedulò. Plin. in Paneg. Parùm est in curiam venias, nisi & convoces, & intersis Senatui. Hinc Paululùm, Pauxillùm, & Pauxillulùm, παρὰ μικρὸν, diminutiva.

Părumpĕr, Parvo tempore, quasi perparum: hoc est, valde parúm. [דעט *mehát.* παρὰ μικρόν. Gall. *Vn peu, quelque peu de temps.* Ital. *Vn pochetto, picciol tempo.* Ger. Ein weil/ein wenigtin. Hispan. *Poco en tiempo.* Pol. *Troſzke kaſzczek.* Vngar. Egy keueſſe. Ang. *A litle tyme or while.*] Cic. de Amicitia: Tu velim animum à me parumper avertas. Terent. in And. Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire me hîc. ¶ Interdum significat paulatim. Virgil. 6. Aeneid. -pulsusque parumper Corde dolor, tristi gaudet cognomine terra. Nonius tamen interpretatur ibi parumper, citò, & velociter.

Paŭlātim, adverb. Sensim, leniter. [דעט דעט *mehát mehát.* ἠρέμα. Gall. *Peu à peu.* Ital. *A poco à poco.* Germ. Nach vnnd nach/allgemach. Hisp. *Poco à poco.* Pol. *Po mal'u.* Vng. *Laſſan laſſan, giengem.* Ang. *By litle and litle, leaſurelie.*] Terent. in Hecyr. Paulatim elapsus Bacchidi, atq; huic transtulit amorem. Virgil. 6. Aen. Paulatim adnabam terræ. Cælius Cic. Cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. Virg. 3. Georg. Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Fœmina.

Paŭlīsper, temporis adverb. Parumper, modico temporis spatio. [דעט דעט *mehát mehát.* ὀλίγον χρόνον. Gall. *Vn peu de temps.* Ital. *Per ſpatio di poco tiempo.* Germ. Ein weil/wenig zeits. Hisp. *Vn poco en tiempo.* Pol. *Troche, na mal's czas.* Vng. Egy keues ideig. Ang. *A litle whil or tyme.*] Cic. 1. de Legib. Paulisper facessant, rogamus. Plaut. Amph. -paulisper mane, Dum edormiscat unum somnum. Terent. Adelph. Congrum istum maximum in aqua sinito ludere Paulisper. Virgil. 5. Aeneid. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. Ovid. 2. Trist. Atque utinam revoces animum paulisper ab ira. Cicer. 1. de Divin. Puellam defatigatam petiisse à matertera ut sibi concederet paulisper ut in ejus sella requiesceret.

Paŭlŭm, diminut. à Parùm, Cujus sunt quatuor gradus diminutionis, scilicet Paulùm, Paululùm, Pauxillùm, & Pauxillulùm. [דעט *mehát.* ὀλίγον, μικρὸν, βραχύ. Gall. *Peu.* Ital. & Hisp. *Poco.* Germ. Ein wenig. Polon. *Troſzke.* Vng. *Kitſinne.* Ang. *A litle.*] Teren. in Phorm. -erat ei de ratiuncula lampridem apud me reliquum pauxillulùm numorum. Idem in Andr. Pro peccato magno paulùm supplicii satis est patri. Idem Eunuch. Tace obsecro, quasi verò paulùm interfit. Cæsar 3. bell. Civil. Naves solvit, paulumque à portu progressus, literas à Cæsare accepit. Cicer. 1. Acad. Paulumque quum ab ejus villa abesse. mus, ipsum ad nos venientem vidimus. Pòst paulùm, pro paulò pòst dixit Quint. lib. 9. cap. 4: Sed de propositorum diversitate (*inquit*) pòst paulúm.

Paŭlò, adverbiũ, Paulùm: sed paulùm positivis, paulò comparativis frequentiùs jungitur: ut, Paulò amplius, Paulò magis, & præpositionibus Ante & Post: ut Paulò antè, Paulò pòst. Vide Vallam lib. 1. [Pol. *Czos wiecżey.* Vng. *Egy keueſſe.* Ang. *A litle.*] ¶ Paulò magis, valet interdum nimium. Cicer. in Bruto: Et verbis delectari videtur paulò magis priscis. Et Paulò minus, aliquando pro propemodum, sive ferè, μικροῦ. Sueton. in Tib. Cæs. Quasi neque rediturus unquam, & citò mortem etiã obiturus: quod paulò minus utrunque evenit. ¶ Paulò mox, ponitur pro statim, cum parvo intervallo. Plin. Et paulò mox calefactum vulneri imponatur.

Paŭlŭlum, diminut. à Paulúm. [דעט דעט *mehát mehát.* μικρὸν ὅσον. Gall. *Fort peu.* Ital. *Pochino.* Ger. Ein wentgtin. Hispan. *Poquillo.* Pol. *Troſzeczke.* Vn *Kitſinetske, picżorok.* An. *A very little.*] Terent. in Adelph. Agelli hîc sub urbe est paululùm quod locitas foras. Jungitur cum ante. Cic. 4. Acad. Et paululùm antè dicendum est, quæ non mihi videntur consideraſſe physici. ¶ Vtuntur aliquando pro paulisper. Terent. in Eunuch. Paululùm opperiri si vis, jam frater ipse hîc aderit virginis.

Paŭlŭlŭs, la, lum, adject. [זעיר *zehér* דעט *mehát* זְעִיר *tſahír.* ὀλίγος, μικρὸς ὅσος. Gall. *Fort peu.* Ital. *Pochino.* Germ. Gar klein. Hiſpan. *Poquillo.* Pol. *Maliuchni.* Vng. *Egy keueſetske.* Ang. *Very litle or ſmall.*] Liv. 8. ab Vrbe: Pro paulula via magnã mercedem Romanis esse solvendam. Idem lib. 35: Nihil primo aspectu contemptius, equi homines que paululi, & graciles, discinctus & inermis eques.

Părvŭs, a, um, Exiguus, non magnus. [דקון *katón.* μικρὸς. Gall. *Petit.* Ital. *Picciolo.* Ger. Klein. Hiſp. *Pequenno.* Pol. *Mal'i.* Vng. *Kitſin, kiſsled.* Ang. *Litle or ſmall.*] Plin. lib. 11. cap 37: Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocabantur: qui parvis utrisq; ocellæ. Idẽ lib. 12. cap. 13: Parvi odoris amomũ: Id est, pauci & imbecilli odoris. Horat. 2. Ser. Sat. 6: Neq; ulla est Aut magno, aut parvo lethi fuga. Cic. 1. de Orat. Sic etiam in parvis, aut mediocribus rebus doctores assequi possunt, &c. ¶ Parvum, pro re minimi precii. Plin. in Paneg. Nihil antè tam vulgare, tam parvum in Senatu agebatur, ut nõ laudibus principũ immoraretur. Cic. 1. Offic. Parvi sunt foris arma, nisi est cõsilium domi. ¶ In parvo, usus est pro ferè Plin. lib. 8. cap. 33: Eminet rostrum, ut in parvo sit haud absimile suillo.

Pārvĭdūco, cis, Parvifacio. Cic. pro Arch. Pericula mortis parvi esse ducenda. Et de Finibus: Sed quia parvi id ducere.

Pārvīssĭmŭs protulit Lucr. lib. 3. pro minimo: -igitur parvissima quanto Et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur.

Pārvĭtās, atis, f. t. [קדן *katén* דעט *mehát* אִבְעַר *mitshár.* μικρότης. Gall. *Petiteſſe.* Ital *Piccolezza.* Ger. Die kleine. Hiſpan. *Aquella pequenna quantidad.* Pol. *Mal'oſcz.* Vng. *Kitſinſeg.* Ang. *Litleneſſe, ſmallneſſe.*] Cicer. de Vniverſ. Haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter parvitatem, &c.

Pārvŭlŭs, diminut. [ἄγαν σμικρὸς, πυτῆς. Gall. *Fort petit.* Ital. *Forte picciolo.* Ger. Baſt klein. Hiſp. *Huy pequenno.* Pol. *Mal-leſzienki.* Vng. *Kitſinetske.* Ang. *Verie litle or ſmall.*] Terent. in Eunuch. Matri parvulam puellam dono quidam mercator dedit. Parvula res, est nullius momenti. Terent. in Adelph. Tam ob parvulam rem penè ex patria, &c. ¶ Parvula pecunia, & immanis opponuntur. Cic. pro Rosc. Comœdo: Et illa fuit pecunia immanis, hæc parvula. ¶ Parvulus pro puerulo. Quint. lib. 3. cap. 7: Excepta parvulorum judicia.

Pārvŭlùm, adverb. Plin. Epist. 170: Nam parvulùm differt patiaris adversa, an expectes: id est, minimùm. Hinc etiam paucus ὀλιγος, à quo Pauculus, & pauxillus.

Mĭnŏr, oris, & hoc minus, cõparativum à parvus. [ἐλάττων. Gal. *Moindre.* Ital *Minore.* Ger Kleiner. mind Hiſ *Menor.* Pol. *Mnieyſzi.* Vng. *Kiſſeb.* Ang. *Leſſe.*] Ovid. 2. de Arte: Nõ minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. ¶ Interdum idem est quod junior, præsertim si addatur ablativus natu, annis, ætate. Cic. de Amic. Tu verò perge Læli: pro hoc enim, qui minor est natu, jure meo respondeo. Idem 4. Ver. Nequis minor triginta annis natu. Idem 4. Acad. Te hominem amicissimum, & aliquot annis minorem natu. ¶ Interdũ absolutè ac nullo adjecto nomine. Terent. in Eun. Sed video neruẽ filium minore huc advenire.

Mĭnŭs, a, um, superl. à Parvus. [קטן *hakkatán* ἐλάχιστος. Gall. *Moindre de tous, tres-petit.* Ital *Piccolliſſimo, minimo.* Ger. Das kleinſt oder mindſt. Hiſp *Pequillo.* Pol. *Naymnieyſzy* Vng *Legkiſſeb.* Ang. *Leaſt of all.*] Cic. 3. Offic. Ex malis eligere minima oportet. Plaut. Aul. Accepit animus à me meam sententiam, Quàm minimo sumptu filiam ut nuptum darem. ¶ Minimus natu. Liv. 2. ab Vrb. Minimus quisque natu patrum.

Mĭnĭmē, pen. cor. adverb. negandi. Nullo modo. [אין *ain* οὐδαμῶς, ἥκιστα. Gall. *Nullement.* Ital *Niente.* Ger Gar nicht/keins wegs. Hiſp *En ninguna manera.* Pol *Zadnym ſpoſobem.* Vng. *Semmi keppen.* Ang. *Nowiſe no.*] Cicer. de Amic. Turpis enim excusatio est, & minimè admittenda, cùm in cæteris peccatis, tum si quis cõtra Rempublicam se amici causa fecisse fateatur. ¶ Minimè gentium, Vehemẽtius negantis est, ut quũ quis velit significare quippiam omnium gentium judicio minimè esse faciendum. [οὐδαμῶς πάντων. Gall *Nullement.* Ital. *Per niente in niuna maniera, Vnan modo.* Germ. Gantz vnd gar nicht/in kein weiß noch weg Hiſp. *Nada por todos.*] Alii censent vocem Gentium redundare, itaque dici ut Vbiq; gentium pro ubiq;, Nusquam gentium, pro nusquam.

Mĭnĭmŭm. Superl. est à Parũ, adverb. quãtitatis. [ἐλάχιστα. Gall. *A tout le moins, pour le moins.* Ital. *Pochiſſimamente per lo meno, al meno.* Ger Gaan wenig. Hiſp. *Alomenos.* Pol. *Barzo mal'o żgol'a nież.* Vng. Egy igen keueſſõ. Ang *At the leaſt.*] Minimè verò negatio est, quasi nequaquã ἠκιστα. ut Minimũ doctus, cujus est minima eruditio: ut. Minimè doctus. q prorsus est indoctus. Plus enim est Minimè, quàm nõ Cic. lib. 1. Offic. Minimeq; artes hæ probandæ quæ ministræ sunt voluptatũ. ¶ Minimùm ad minus, ut minimùm, τὸ λαχιστον. Varr. Harum singula genera minimũ in binas species dividi possunt. Quę ratio eadem est adverbii, Minimé. Col. lib. 1: Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minimè novem, quæ mensura & ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum, laxa ministeria præbeat. ¶ Jungitur aũt Minimùm cũ genitivo, ut cætera adverbia quãtitatis. Cic. de Amic. Quòd si ita esset, ut quisq; valetudinis minimum, in se arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus.

Mĭnĭmōpĕrĕ, dixerunt veteres, uti Maximopere. Licinius apud

Priſcian. Non minopere milites quietos volebant eſſe.

Mĭnŭs, oris, Compar. à Parvũ, neutri generis, ſicut Minor maſc. & fœminini. [ἧττον, ἔλαττον. Gall. Moindre, moins. Ital. Minore, meno. Ger. Minder. Hiſp. Menor, menos. Pol. Mnyei. Vn. Kiſſeb. An. Leſſe.] ¶ Aliquãdo vim comparandi habet à Parum, nõ à Parvũ deductũ: ut minus ſpei in dies adverſari habent. Idem poſitivo adjunctum, contrarię ſignificationis comparationẽ habet: ut, Minus ſtultus: id eſt, prudentior, Minus prudens: id eſt, ſtultior. Terẽt. in Eunuch. Hoc nemo fuit minus ineptus: id eſt, aptior. ¶ Frequenter accipitur pro non, præſertim conjunctum cum hac particula ſin, & cum quoiut, Sin minus, idem eſt quod ſi verò non, Quo minus: hoc eſt, ut non. ¶ Minus quindecim anni ſunt. Plaut. in Trinum. Minus quindecim dies ſunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta Accepiſti à Callicle. Liv. Minus duo millia hominum effugerunt.

Mĭnūſcŭlŭs, la, lum, diminutivum à Minus. [ἐπίλαττον. Gall. Vn peu plus petit, plus petiot. Ital. Minoretto. Ger. Gar klein. Hiſp. Coſa vn poco menor. Pol. Maliuchni. Vng. Legkiſſebbetske. Ang. Little, or a litle leſſe.] Varr. Ex hoc aviario ut ſumantur idoneæ, excludantur in minuſculum aviarium. Ad eundem modum. Minuſcula epiſtola, Minuſcula villa. Plaut. Amph. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput. Cic. ad Quin. Frat. Reſcripſi epiſtolæ maximæ, audi nunc de minuſcula. Idem ad Atticum: Scribis enim eſſe rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minuſculam verò villam utique Quinto traditurum.

Paſcĕŏlŭs, pen. cor. ut inquit Nonius, Sacculus eſt ex aluta factus. Plaut. in Rud. Prętera centũ denaria Philippea in paſceolo ſeorſus. Ita autem emendandus eſt ex Nonio Plauti locus.

Paſchă, hujus Paſchę, vel Paſcha, atis, n. t. [טסח *péſach.* τὸ πάσχα. Ger. Oſtẽ vberſchritt.] Auſonius: Nos etenim primis ſanctũ poſt Paſcha diebus. Quod planè nomẽ Hebræũ eſſe, ac trãſitũ ſignare docet Hieronymus, ſic inquiens: Paſcha quod Hebraicè dicitur *Phaſe*, non à paſſione (ut pleriq; arbitrantur) ſed à tranſitu nominatur, eò quòd exterminatur videns ſanguinem in foribus Iſraëlitarum, pertranſierit, nec percuſſerit eos. Quidam ex recentioribus genitivum Paſchatis efferũt, manifeſto errore, quũ ſola Græca verbalia in ma terminata, à prima perſona τῦ παρακαρδίω παρῆται derivata, in atis mittãt genitivũ.

Paſco, is, pavi, paſtum, Veſcor, comedo. [רעה *rahàh.* νέμομαι. Gall. Paiſtre, repaiſtre. Ital. Paſcere, mangiare. Germ. Sich weiden. Belg. Voeden. Hiſp *Apaſcentar el ganado, comer.* Pol. *Karmie, paſſe, żem.* Vng *Legelõk.* Ang. *To feede, to nurish, to be at paſture.*] Cic. Epiſt. ad Att. lib. 1: Sed heus tu quid cogitas infelicitatis? lanciibus & ſplendidiſſimis caniſtris, non oluſculis nos ſoles paſcere. Virg. 3. Aeglog. -paſcentes ſervabit Tityrus hœdos. Ovid. 4 Metam. Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas Paſcebant. ¶ Quandoq; conſtruitur cũ accuſativo. Ovid. 2 Faſt. Pavit ovis pratum, verbenas improba carpſit. In hac ſignificatione etiam ſumitur Paſcor deponens, de quo in ſequenti dictione dicemus. ¶ Aliquãdo Paſco verbum eſt activum, idem ſignificans quod cibum præbere, νέμειν βόσκειν & quaſi cibo ſaginare: & ſic dicimus, Herba paſcit equum, & paſco equum herba. Virg. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acremque moloſſum Paſce ſero pingui. Plaut. in Mercat. Nam ædepol equidem, mi ſenex, non didici bajulare, Nec pecua ruri paſcere, neque pueros nutricare. Cic. 1. de Divinat. Qui quũ propter paupertatem ſues puer paſceret. ¶ Per tranſlationem pro Delectare. ἐστίειν. Virg. 1. Aen. -atq; animũ pictura paſcit inani Sic Paſcere oculos, eſt viſu alicujus rei gratæ eos oblectare. Terent. in Phorm. Reſtabat aliud nihil niſi oculos paſcere. ¶ Interdum pro Fovere, alere. Virg. 3. Georg. Et qualẽ infelix amiſit Mantua campum Paſcentem niveos herboſo flumine cygnos. Iuvenal. Satyr. 3: -quot paſcit ſervos, tot poſſidet agri lugera. ¶ Hujus compoſita ſunt, Compaſco, Depaſco, Diſpeſco, Expaſco, Perpaſco. Vide ſuis locis.

Pāſcŏr, eris, deponens, Comedo, edo, veſcor. [רעה *rahàh* בער *bihèr* אכל *achàl* νέμομαι. Gal. Eſtre repeu, ſe repaiſtre, manger. Ital. Mangiare. Ger Weiden. Belg. Eten. Hiſp. *Comer, paſcer, el ganado.* Pol. *Karmieſie, paſſeſie.* Vng *Legelek, ezem.* Ang. *To feede as beaſtes do.*] Virgil. 3. Georg. Paſcuntur verò ſylvas, & ſumma Lycæi, Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos. Idem ibidem: Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca. ¶ Hinc compoſita, Depaſcor. [רעה *rahàh* בער *bihèr* אכל *achàl.* νέμομαι, ἐπινέμω. Pol. *Zpaſsám.* Vng. *Le eszem.*] Virg. 1. Georg. Luxuriem ſegetũm tenera depaſcit in herba. Impaſcor, Intùs paſco. ἐπινέμομαι. Col. lib. 2: Neque ſuem velimus impaſci pratum, quoniam roſtro ſuffodiat, & ceſpites excitet.

Pāſcĭto, as, pen. corr. Frequentativum à Paſco. [βοσκέω. Gall. Repaiſtre, paiſtre. Ital. *Paſcolare.* German. Stãts oder offt weyden. Hiſp. *Apaſcentar, el ganado.* Pol Vſtawnie *paſſe karmie.* Vngar. *Legel de zelen, eddegelem.* Ang *To feede often, or go to feede.*] Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16: Nunc feras dico, quæ in ſylveſtribus locis paſcitant: cicures, quæ cultis.

Pāſtŭs, a, um, participium, à Paſcor, Saturatus. [רעה *rahèh.* νεμόμενος. Gall. *Repeu.* Ital. *Paſciuto.* German. Geweidet. Hiſpan. *Apaſcentado.* Polon. *Nakarmioni, napaſioni.* Vngar. *Legelt, ött.* Ang. *Fedde, paſtured.*] Cicer. pro Cluent. Vt etiam beſtiæ fame dominante, plerunque ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſint, reverẽtur. Virg. 5. Aeglog. Non ulli paſtos illis egére diebus Frigida Daphni boves ad flumina.

Pāſtŭs, us, m. q. Cibus, pabulũ. [מרעית *marhìth* מרעה *mirhèh.* νέμησις, νομή. Gall. *Paſturage.* Ital. *Paſtura.* Ger. Ein weid/etzung oꝛ füterung. Hiſp. *Apaſcentamiento.* Pol. *Paſtwa, kármia.* Vng. *Eledel.* Ang. *Feeding, meet, paſturing.*] Gell. lib. 2. cap. 29: Alia luce orta, avis in paſtum profecta eſt. Virg. 4. Georg. -rurſus eaſdẽ Veſper ubi è paſtu tandem decedere campis Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant. Idem ibidem: Veſper ubi è paſtu vitulos ad tecta reducit. Cicer. 1. Offic. Principio generi animantium omni eſt ã natura tributum, ut ſe, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea quæ ei nocitura videantur, quæq; ſint ad vivendum neceſſaria inquirat, & paret: ut paſtum, ut latibula, ut alia ejuſdem generis.

Pāſtūra, onis, f. t. verbale eſt à Paſco, Paſcendi actus. [מרעית *marhìth* מרעה *mirhèh.* νομή. Gall. *Paſture, paſturage.* Ital. *Paſtura.* German. Weidung/etzung. Hiſpan. *Apaſcentamiento.* Polon. *Paſienie, karmienie.* Vng. *Legeles.* Ang. *Feeding paſturing.*] Varr. 2. de Re ruſt. cap. 10: Qui paſcunt in ſaltibus, greges cogere oportet, in paſtione diem totum eſſe. ¶ Accipitur etiam pro ipſo pecudum alimento. Cicer. pro lege Manil. Aſia verò tam opima eſt & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Valla lib. 4: Paſtio videtur ſignificare cibum, ſed tamen potiùs ad alimenta pecudum pertinet, quæ paſci dicimus: quanquam ſuapte natura ſignificat ipſam actionem paſcendi: nunc frequentiùs cibum. Colum. lib. 1. in Præfat. Horculatoris verò & ſubulci diverſa profeſſio, diverſæ paſtiones.

Pāſcŭŭs, a, um, Quod Paſtui aptum eſt: [νομαδικός. Gall. *Qui ſert de paſturage.* Ital. *Abondante di paſcoli, paſcolatiuo.* German. Zur weid fügtich. Hiſpan. *Campo ò coſa que ſe paſce.* Polon. *Dobrs do paſienia.* Vng. *Legelõ.* Angl, *That ſerueth to feede cattaill.*] unde Paulus Sylvam paſcuam appellat quæ eſt paſcuis pecudũ deſtinata. Plaut. in Truc. Non arvus hic qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager. Lucr. lib. 5: Sive quod inducti terræ bonitate volebant Pandere agros pingues, & paſcua reddere iura. Hoc eſt, colere rura ut apta eſſent paſcendis armentis.

Pāſcŭum, paſcui, à quo plurale Paſcua, orum, n. ſ. In quibus pecudes paſcuntur, ſive ager paſcuus ſit, ſive pratum, ſive mons aut collis. [מרעית *marhìth* מרעה *mirhèh.* ἐπινομία, νομή. Gall. *Paſturage, ou paſtu, herbage.* Ital. *Paſcolo.* German. Ein weid/ein orꝛ da man das Vych weidet/ein Alpweid. Belg. Een Voede. Hiſp. *Coſa que ſe paſce ò paſcienta.* Pol. *Paſtwa.* Vng. *Legelõ mezõ.* Ang. *A paſture or place where beaſtes feede.*] Col. lib. 8: In eo rure quod paſcuo caret, contineri poteſt, exiguo, & qualicunq; pabulo cõtentus. Idẽ lib. 8. cap. 14: Eſuriens mittatur in paſcuũ. Ibidẽ cap. 3: Nec tamen ulla tam blanda ſunt pabula, aut etiam paſcua, quorum gratia non exoleſcat uſu continuo. Herboſa paſcua. Ovid. 2 Metam Læta paſcua, Horat. 4. Car. Ode 4. ¶ Paſcua, (inquit Plin. li. 18. ca. 3.) in Cenſoriis tabulis dicebãtur omnia ex quib. populus reditus haberet, qa diu hoc ſolũ vectigal fuerat.

Pāſcālēs, Oves & gallinæ dicuntur, quæ paſſim paſcuntur: à paſco, ſive à paſcuis, quaſi paſcuales. [σπαρτοί Gall. *Qui repaiſſent cà & là.* Ital. *Che paſcolano qua & la.* Ger. Das hin vnd her weidet/ weidvych. Hiſp. *Coſas de paſte.* Pol. *Bidl'o paſſace.ſie.* Vng *Zellel legelõ.* Ang. *Sheep and hennes or other beaſtes that feedeth hither and thither.*] Lucil. Paſcali pecore, ac montano hirco, &c. Nonius.

Pāſtŏr, oris, m. t. Cui paſcendi pecus cura mandata eſt: vox ſæpiùs repetita apud Varr. Catonem, Colum. [רעה *roheh.* ποιμήν. Gall. *Paſteur, berger.* Ital. *Paſtore.* German. Ein Hirt des Vychs/ ſo man auff die weid treibt Hiſpan. *Paſtor.* Pol. *Paſterz.* Vng. *Paxtor, őrzõ.* Ang *A ſheepheard, a keeper of cattayll.*] Cicer. pro Flac. O paſtores neſcio quos cupidos literarum. Virg. 3. Georg. -deſertaq; regna Paſtorum, & longè ſaltus, lateq; vacantes Juven. Sat. 11: Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci.

Paſtōrālĭs, & hoc paſtorale, om. t. Quod eſt paſtoris, vel quod ad paſtorem pertinet: [ποιμενικός, ποιμαντικός. Gall. *De paſteur.* Ital. *Paſtorale.* German Des Hirten. Hiſpan. *Coſa perteneſciente à paſtor.* Polon. *Paſterzſki paſtwiſi.* Vngar. *Paxtoris.* Ang. *Perteining to a sheep heard or keeper of cattail.*] ut Paſtoralis cura, Paſtorale officium. Varro: Tertio gradu a vita paſtorali ad agriculturam deſcenderunt. Cicero 1. de Divinat. At ille Romuli auguratus paſtoralis, non urbanus fuit. nec fictus ad opiniones imperitorum. Virg 7. Aen Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum. Colum. lib. 6. cap. 23: Ad quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt, quum paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. Ovid. 2. Faſt. Romulus, & frater, paſtoralisque juventus Solibus, & campo corpora nuda dabant.

Pāstōrĭtĭus, a, um, Paſtoralis. [ποιμαντικὸς, βοτικός. Gall. De *paſteur, de paſture.* Ital. *De paſtore, paſtorale.* Germ. Hirtiſch/eines Hirten. Hiſp. *Coſa perteneſciente à paſto, paſtoral.* Pol. *Paſterski.* Vng. *Paztori.* Ang. *Of a ſheepheard or keeper of cattaill.*] Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 2: Quũ homines paſtoritiam vitam agerent, neq; ſcirent etiam arare terram. Cic. ad Attic. lib. 1: Itaq; & ludis, & gladiatoribus mirandas ἐπιπομπαίας ſine ulla paſtoritia fiſtula aufeferebamus. Idem pro Cælio: Fera quædam ſodalitas, & planè paſtoritia atq; agreſtis germanorum Lupercorum.

Pāstōrĭus, a, um, Quod ad paſtorem pertinet. [ποιμενικός. Gall. *Appartenant à paſteur.* Ital. *Ciò che s'appartiene à paſtore.* Ger. Dem Hirten zugehörig. Hiſp. *Coſa perteneſciente à paſtor.* Pol. *Paſtuſzi.* Vng. *Paztori dologhoz valo.* Ang. *Belonging to a ſheepheard or keeper of cattaill.*] Varro lib. 2. de Re ruſt. An ea quæ tria heri dixiſti mihi de paſtoria re. Ovid. 2. Metam. Illud erat tempus, quo te mihi de paſtoria pellis Texit, onuſq; fuit baculus ſylveſtris olivæ. Sibila paſtoria. Idem 13 Metam.

Paſſarina, Leucotion vel alba viola, apud Dioſc. li. 5. cap. 139.

Pāssĕr, eris, dubii gen. Avis eſt vulgo nota, quam nonnulli à patiendo dictam putant, quòd morbum caducum patiatur. [לְטוּר *ſippór.* στρουθός. Gall. *Paſſereau, moineau.* Ital. *Paſſere.* Ger. Ein ſpatz oder ſpar Hiſp. *El gorrion.* Pol. *Wrobl.* Vng. *Verebe.* An. *A ſparrow.*] Plin. lib. 10. cap. 36: Contrà paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas par: mares negantur anno diutiùs durare, argumento, quia nulla veris initio appareat nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. Fœminis longiuſculum ſpatium. Cic. 1. de Divinat. Calchas ex paſſerum numero belli Trojani annos auguratus eſt. Horat. 2. Serm. Satyr. 8: - quum paſſeris atq; Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi. ¶ Eſt paſſer nomen piſcis marini, ex genere pelamidum, ut ait Plin. lib. 32. cap. 11, ψῆττα. ¶ Eſt præterea paſſer loci nomen nõ procul à Terracina. Mart. lib. 6: Non mollis Sinueſſa, ferviditq; Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Anxur. ¶ Paſſer ſolitarius, στρουθὸν μονάζον, Avis aliquanto grandior paſſere, ac ſubnigrior, ſolus per domorũ culmina incedens, cantu ſuavis. Sipontinus.

Pāssĕrcŭlŭs, diminutivum. [στρουθίον. Gall. *Petit paſſereau.* Ital. *Picciolo paſſero.* Ger. Ein ſpätzlin. Hiſp. *Pequenno gorrion.* Pol. *Wroblik.* Vng. *Verebet ke.* Ang. *A little ſparrow.*] Plaut. in Aſin. Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem. Cic. 2. de Divinat. Cur autem de paſſerculis conjecturam facit, in quibus nullum erat monſtrum, &c.

Pāssĕrnīcēs, Cotes ſunt, quæ trans Alpes inveniuntur aqua actiẽ trahentes. Plin. lib. 36 cap. 22: Repertæ ſunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu, necnõ & trans Alpes, quas Paſſernices vocant.

Pāssĭm, adverbiũ, à paſſu, Sparſim, veluti per ſingulos paſſus, omni loco. [πανταχῆ, διεσπαρμένως, κατὰ μέρη. Gall. *Par tout, de tous coſtez.* Ital. *Tutta, quà, là.* Ger. Hin vñ her/ allenthalben. Hiſp. *De paſſo en paſſo.* Pol. *It'u y cie dze, wſiedzie.* Vng. *Szellel.* Ang. *Here and there, mingledlie.*] Vbiq; dicitur de eo loco in quo nullum eſt intervallum: ut, Herba eſt in prato ubiq;, grex verò paſſim paſcitur, quia aliquid intervalli eſt inter pecudem & pecudem, non inter herbam & herbam. Cic. pro Fonteio: Hi contrà vagantur læti, atq; erecti paſſim toto foro. Sed hæc ſæpè conſunduntur. ¶ Lactantius uſus eſt pro undique, πανταχόθεν, Conſtituit aſylum, eò paſſim confugerunt ex finitimis locis. ¶ Pro nullo aut loci, aut perſonæ diſcrimine, & ut cuique libet. Virgil 3. Aeneid. Paſſim in littore ſicco Corpora curamus: id eſt, ut quiſque vult, ſive indifferenter. ¶ Pro ubique, πανταχῆ, πανταχῇ, Lactãtius: Creditur ei paſſim tanquam cognitæ veritati.

Paſſum, ſi, n. ſ. Vini dulcis genus, quod ex uvis paſſis exprimitur. [γλυκύ. Gall. *Du vin cuit, vin doux.* Ital. *Sapa.* Ger. Süſſer Wein auß Meertrenbten gemacht. Hiſp. *Vino baſtardo de vuas paſſas.* Pol. *Sl'otkie winno.* Vng. *Edes bor.* An. *Sodden or ſweet wine.*] Vva autem paſſa ea dicitur, quæ ad ſolem ſuſpenditur, ut major contrahat dulcedinem. Quomodo autem fiat paſſum, docet Colum. lib. 12 cap. 39: Vvam (*inquit*) præcoquam bene maturam legito, acina arida aut vitioſa rejicito, & furcas vel palos qui cannas ſuſtineant, inter quaternos pedes figito, & perticis jugato. Tum inſuper cannas ponito, & in ſole pandito uvas, & noctibus tegito ne irrorentur. Quũ dein de exaruerint, acina decerpito, & in dolium, aut in ſeriam conjicito: eodem muſtum quamoptimum, ſic ut grana ſubmerſa ſint, adjicito. Vbi combiberint uvę, ſeq; impleverint, ſexto die in fiſcellam conferto, & prælo premito, paſſumq; tollito. ¶ Paſſum ſecundariũ, quod fiebat poſt paſſum, briſa muſto madefacta. Col. ibidẽ: Poſtea vinaceos calcato, adjecto recentiſſimo muſto, quod ex aliis uvis factũ fuerit, quas per triduum inſolaveris: tum permiſceto, & ſubactam briſam prælo ſubjicito, paſſumq; ſecundarium ſtatim vaſis oblinitis includito. ¶ Paſſum aliquando idem eſt quod ſiccũ & rugoſum. Plaut. in Stich. In portum vento ſecundo, velo paſſo pervenit: id eſt, laxo & rugoſo. Vnde & uva paſſa dicta eſt, quòd ſit rugis implicata ¶ Item hinc dicuntur paſſi tenes. Lucil. Sat 9: Rugoſi paſſiq; ſenes eadem omnia quærunt. Ex Nonio.

Paſſŭs, à verbo Patior, Vide PATIOR.

Pāssŭs, à Pando, dis, Vide PANDO.

Paſſŭs, ſus, m. q. Propriè eſt extenſio pedum in progrediendo. [מִצְעָד *tſahádh* מִצְעָד *mitshádh*. βῆμα. Gall. *Vn pas.* Ital. *Paſſo.* Ger. Ein tritt/ oder ſchritt. Bel. Den ſchreede. Hiſp. *Paſſo, paſſada tendida de cinco pies.* Pol. *Krok.* Vn. *Egy lepes.* An. *A pace in going, a ſteppe.*] Virg. 2. Aen. - ſequiturq; patiem non paſſibus æquis. ¶ Dicitur præterea paſſus menſura duorum pedum, & ſemiſſis: à paſſis: hoc eſt, extẽſis pedibus. Tantum enim ferè in progrediendo ſpatii eſt inter digitos prioris pedis & calcaneum poſterioris. Hic aũt paſſus minor, vel paſſus ſimplex dicitur, à nonnullis etiã greſſus. ¶ Paſſus aũt major, qui & paſſus Geometricus dicitur, quòd eo præcipuè Geometræ utantur, conſtat ex quinq; pedibus: hoc eſt, ex paſſu minore geminato. Et hoc paſſu cõſtare milliaria dicũtur: quẽ uno nomine, quoties paſſus mentio apud ſcriptores veteres occurrit, Geometricũ paſſum accipere debemus. Plin. lib. 11. cap. 7: Apes operantur intra ſexaginta paſſus. Vide Coſmographiam Appiani.

Pāstillum, n. ſ. (ſicut docet Feſtus) Genus libi rotũdi quo utebantur in ſacris.

Pāstillŭs, li, m. ſ. Eſt maſſula cujuſcunq; materiæ in formã panis parvi cocta. [τρόχισκος. Gall. *Trochiſque* Ital. *Paſtello.* Ger. Ein kügelin oder täfelin alß man in den Apotecken hat zur Artzney kentlich / die man wider zerreiben kan. Hiſp. *Panezillo, trochiſco.* Pol. *Wal'eczek aptikarski.* Vng. *Kenier modra ſweetõt io zagh.* An. *Pomanders or other lyk ſweet balles, waſhing balles.*] Diminutivum videtur à paſta, quanvis fiat mutatio generis. Feſtus à pane deducit. Hinc Paſtilli medicinales, & qui odoris gratia conficiũntur. Horat. 1. Serm. Satyr. 2: Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum. Græcè trochiſci dicuntur ab orbiculari forma. ¶ Paſtilli (inquit Celſus lib. 5. cap. 17.) medicis arida ſunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino, vel aceto incocta, quæ à coctione rurſus inaruerunt: quæ, quoties uſus poſcit, ſubinde ejuſdem generis humore diluuntur: deinde vulneribus illinuntur, non autem imponuntur ut emplaſtra: Plin. lib 33. cap. 6. Quod ubi ſubſidit, flos intelligitur, ac linteolo interpolito, in ſole ſiccatur, non ut perareſcat: iterumq; in mortario teritur & in paſtillos dividitur.

Pāstillāre, & patulicare, In formam paſtilli redigere. Vide BARBARVM in Cenſura Pliniana.

Pāstĭnācă, æ, f. p. Genus radicis, virtutis calidæ. [σταφυλῖνος. Ital. *Paſtinaca.* Ger. Paſteney. Hiſp. *Canahoria.* Pol. *Paſtenak.* Ang. *A parſnep or carret.*] Hujus duæ ſunt ſpecies, agreſtis, quã Græci propriè vocant σταφυλῖνον. Galli *Des panets.* Altera hortenſis, quam iidem paucis literis immutatis vocant *Paſtenades.* Plin. lib. 39. cap. 5. & Dioſc. lib. 3. cap. 57. & 81. ¶ Item paſtinaca, piſcis venenatus ex planorũ genere. πυγώνη. Plin. lib 9 cap. 42: Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Argumenta ſolertiæ hujus, quòd tardiſſimi piſcium hi, mugilem velociſsimum omnium habentes in ventre reperiantur. Celſus lib. 6. cap 9: Et plani piſcis quem noſtri *paſtinatam*, Græci πυγώνα vocant, aculeus torqetur.

Pāstĭnum, ni, pen. cor. n. ſ. [מַעְדֵר *mahdér*, τὸ σκαφεῖον. Gall. *Vne houe de vigneron.* Ital. *Forcella di ferro.* Ger. Ein karſt. Hiſp. *El acado ò el acadon.* Pol. *Motika.* Vng. *Vas villatska.* Ang. *A diblo to ſet herbes in a garden.*] Colum. lib. 3. cap. 18: Ferramentum biſurcum eſſe ait, quo ſemina panguntur. ¶ Palladius accipit pro paſtinato: hoc eſt, pro terra paſtinatione renovata, Paſtinum fieri nunc tempus eſt. Menſura paſtini hæc eſt, in tabula quadrata jugerali, ut centeni octogeni pedes per ſingula latera dirigantur.

Pāstĭno, as, are, act p. Eſt agrum fodere [עָדַר *hadhár* βωλοτροφῶν. Gall. *Houer.* Ital. *Zappare.* Ger. Hacken mit einem karſt. Bel. Spitten/ ſpaeyen. Hiſp. *Cauar vinnas ò arboles.* Pol. *Motikakopami.* Vng. *Kapalok, ſzantok.* Ang. *To deluen a garden.*] Columell. lib. 3. cap 13: Tum in terram bene paſtinatam, & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. ¶ Hujus compoſitum eſt, Repaſtino, as. Repaſtinari dicebant veteres vineas quę refodiebantur. Hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat: nunc antiquitatis imprudens conſuetudo quicquid emoti ſoli vineis præparatur, repaſtinatum vocat. Vnde quidam Repaſtinari agrum dicunt, cujus natura fodiendo mutatur. Plin lib. 19: Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudine, primum omnium, ſi in repaſtinato ſeras. Hinc repaſtinatio, pro renovatione quandoq; capitur

Paſtĭnātor, oris, f. r. [βωλοτροφία Gall. *Houement* Ital. *Il Zappare.* Ger. Hackung/ oder vmbrürung mit dem karſt Hiſp. *Aquella obra de cauar vinnas ò arboles.* Pol. *Okopiwanie.* Vng. *Kapalas, ſzantas.* Ang. *A deluing.*] Columell. lib. 3. cap. 12: Quibus omnibus diligenter exploratis, tum paſtinationem ſuſcipiemus.

Pāstĭnātŭs, us, m.q. Ipsa pastinatio. *βωλεσροφία.* Plin. lib. 17. cap. 20: Alba populus teritur bipedaneo pastinatu.

Pastinātŏr, oris, m.t. [עדר *hodhér. σκαπάνη.* Gall. *Houeur.* Ital. *Zappatore.* Ger. *Ein hacker.* Hisp. *Cauador de vinnas ò arboles.* Pol. *Kopacz.* Vng *Kapas, ganto.* Ang. *A delver.*] Colum. lib. 3. cap. 13: Nam duas regulas ejus latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ X. decussabimus.

Pāstĭnātum, ati, n.s. Solum fossione renovatum. [עדר *nehdâr. τὸ ἰσκαμμένον.* Gall. *Houé & labouré.* Ital. *Campo Zappato.* Ger. *Das vmbgehacket ist.* Hisp. *Campo cauado.* Pol. *Grunt zkopani.* Vng. *Megh keuert, maxodzor zantatot.* An. *A place that is delued.*] Columel. lib. 4. cap. 4: Facta in pastinato scrobe. Idem lib. 3: cap. 3: Et adhuc tamē sic computavimus, quasi nullæ sint vivi radices quæ de pastinato eximantur.

Pastĭo, Pastus, Vide PASCO.

Pāstŏmĭs, idis, f.t. [*παστομίς.* Ger. *Ein kluppē die man dē pferden an die Nasen oder an das Maul legt.* An. *Barnacles, an instrument sett on the nose of vnruly horses.*] Instrumentū ferreum, ligneúmve quod ad cohibendā equorum tenaciā naribus vel morsui imponitur. Lucil Pastomides huic de naribus ingeates pendent.

Pāstŏphŏrĭum, *παστοφόριον*, Pastophori domicilium. [Pol. *Kuchnia pasterska.*] Apud Esdram sic legitur: Exurgens Esdras in pastophorium Ionathæ, & hospitatus illic, non gustavit panem, nec bibit aquam. Hieron. in Iesaiam: Pastophorium est thalamus, in quo habitat præpositus templi. Et in lib. Machab. Viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatū, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus, & pastophora diruta. Dicitur autem pastophorium *παρὰ τὸ τὸν πάσσον φέρειν*. Pastos aūt Græcis modò pallium sacerdotale significat, modò thalamum nuptialem, nonnunquam etiam convivii locum in quo sacerdotes solent epulari.

Pastŏr, Pastoralis, Pastorĭtius, Pastorius, & Pastus. Vide PASCO.

Pătăgĭum, gii, n.s. *ποδήρικον*, Aurea chlamys, quæ pretiosis tunicis superinduī solet: & qui ita induti sunt, Patagiati dicūtur. Et patagiarii, qui hujusmodi vestes conficiunt. Plaut. Epidic. Indusiatum, patagiatū. Nævius Lycurgo: Pallis, patagiis, manicis mortualibus. Alii, malaciis mortalibus legūt. Apuleius: Vberes enim crines leniter demissos, & cervice depēdulos, ac deinde per colla dispositos, sensimq; sinuatu patagio residentes, paulisper ad finem cōglobatos in summum verticem nodus astrinxerat. Festus: Patagium est quod ad summam tunicam assui solet, quæ & Patagiata dicitur.

Patagus, gi, Morbi genus est apud Festum in commentariis, neq; præterea quicquam reperitur. Turnebus verò dicit morbum esse vitis, qui *παπίλαγο* apud Theophrastum scribitur: ejus verba sunt: *κρατίστη οἵοι κελεύουσι παπίλαγον δύλαβέσθαι*: ubi Theodorus *πάσσαλον* legisse videtur, cùm papillum interpretetur. Sed videtur hoc morbi genus esse, cùm fauciatur ligone in allaqueatione, ut sit petagus plaga & percussio.

Pătĕfăcĭo, Vide PATEO.

Pătella, æ, f.p. [מחבת *machabáth*: קערה *kehardh*. *λεκάνιον.* Gal. *Vne paelle.* Ital. *Piatello, padella.* Ger. *Ein pfannen oder auch ein schüsset oder platten.* Hisp. *Plato.* Pol. *Muska.* Vn. *Szeles tal.* An. *A dish or plait.*] à patulo, vel *πλατέλλω*, fingo: vel *ἀπὸ τοῦ πλατέως*: hoc est, à latitudine: aut certè à nomine Patina, cujus videtur esse diminutivum: Vas latum est, cōdiendis opsoniis aptum, lanx, seu paropsis. *λεκανίς*. sive vas escarium ad olera & pulmenta imponenda. Horat. lib. 1. Epist. 5: Nec modica cœnare times olus omne patella. Ovid. 2. Fastor. Nutriat intinctos missa patella cibos. Cic. 2. de Finib. Atqui reperiemus asotos primùm ita non religiosos, ut edant de patella: deinde ita mortem nō timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide: Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimū Orco spondeo. Mart. lib. 13: Quanvis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior est tamē patella. Sunt qui velint patellam candē esse, cū sartagine: sed Iuven. diversa esse ostendit, quum inquit: urceoli pelves, sartago, patellæ. ¶ Est etiam morbus arborum: hoc est, Solis exustio. Plin. lib. 17. cap. 24: Olea clavum etiam patitur, sive fungū placet dici, vel patellam. ¶ Patella item dicitur commissura in cruribus, ubi coxarum capita media sinuantur, quò facilius excipi à cruribus possint.

Pătellārĭus, a, um, adjectivum, ut Patellarii dii. Plautus Cistell. Dii me omnes magni, minutiq; & patellarii, Faxint, ne ego vivos dem suavium Silenio.

Pătĕo, es, patui, absq; supino: quanvis nonnulli putent supinū esse passum quod magis est, à pando, Apertus sum. [פתח *niphtách* נגלה *nighláh*: ברחב *nirchább*. ἀνεῳγμαι, ἀνοικτός εἰμι. Gall. *Estre ouuert, apparoir.* Ital. *Essere patente, aperto, manifestato.* Ger. *Offen seyn* Bel. *Open zyn.* Hisp. *Ser manifiesto y abierto.* Pol. *Otwarti iestem.* Vng. *Nitua vagiok.* Ang. *To be open or patent, to be manifest.*] Plaut. Ingredere tu, fores jamdiu patent. Teren. in Eunuch. si hoc efficio, postulo ut mihi tua domus Te præsente absente pateat, invocato ut sit locus. Cæs. 6. bell. Gall. His

omniū domus patent, victusq; cōmunicatur. Virg. 6. Aeneid. Noctes atq; dies patet atri janua Ditis. Vsus est crebrò Cæsar pro Extendor. 7. bell. Gallici: Ante id oppidū planities millia passuū tria in longitudinem patebat. ¶ Aliquando valet idē quod, In potestate esse: ut omnia mea tibi patēt: id est, sunt in tua potestate. Salust. in Catilin. Vbi cuncta maria, terræq; patebant Romanis: id est, erant in cujusq; potestate, cuilibet tutum erat & mari & terra iter facere. Conti à mare occlusum dicitur, quū prædonibus est infestum, & nemini tutū. ¶ Aliquando pro obnoxiū sive opportunū esse. Celsus lib. 2. cap. 1: Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. ¶ Aliquādo pro Constare, sive manifestū esse, & hoc in tertiis personis tā singularibus, quàm pluralib. Plaut. in Capt. Operta quæ fuēre, aperta sunt, patēt præstigiæ. Plin. li. 10. cap 17: Pisces audire palàm est, ut patet. ¶ Aliquando cum dativo significat expositum esse. Liv. 31: In patentem vulneri equum, equitemq; sagittas conjicere poterat.

Pătens, Apertus. [ברחב *nirchább*. ἀναπεπταμένος, ἀνεῳγμένος. Gal. *Manifeste, apparoissant, ouuert.* Ital. *Patente, aperto, manifesto.* Ger. *Offen.* Hisp. *Abierto, manifiesto.* Pol. *Othewrzisti.* Vn. *Megnylt, nitua.* Ang. *Open, patent, manifest.*] Differt autem Patens & Patulus, quòd patens sit ad tempus, patulum in perpetuum. Virg. 1. Aeglog. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Nares patulæ, Ovid. 3. Metamor. Os patulum, Ovid. Epist. 15. Vias patulas aperire, Silius lib. 17. Campi patuli, Claud. de raptu Proserp. Hinc Plautus Bovem patulum appellat, cujus cornua diversa sunt, ac latè patent. Virg. 9. Aeneid. perfertur nuntius, hostem Fervere cædē nova, & Portas præbere patentes. ¶ Inventur tamen etiā patens pro patulo positū: hoc est, pro eo quod semper patet. Idem 4. Georg. Ergo ubi ver nactę sudum, camposq; patentes, Erumpunt portis, concurrunt, æthere in alto Fit sonitus, &c. Liv. 7. ab Vrbe: Iussæ legiones arma capere, egressæq; castris, quum per exploratores notior jam saltus esset via patentiore ad hostē ducuntur. Colum. lib. 12. cap. 6: Dolium quam patentissimi oris locato in ea parte villæ quæ plurimum Solis accipit, id dolium æqua cœlesti repleto, &c.

Pătentĕr, adverbiū. [*φανερῶς, ἀνοικτί.* Gall. *Manifestement, ouuertement.* Ital. & Hisp. *Manifiestamente.* Ger. *Offentlich.* Pol. *Iawnie, iasnie.* Vng. *Nyluan, megnitua.* Ang. *Plainelie, openlie.*] Cic. 2. de Invent. Absoluta est, quæ ipsa in se non ut negotialis implicitè & absconditè, sed patentiùs & expeditiùs recti & non recti quæstionem continet.

Pătĕfăcĭo, is Aperio, recludo, patentem facio. [פתח *pathách* רחב *rachább* גלה *ghilláh*. ἀνοίγω. Gall. *Ouurir, manifester.* Ital. *Aprire, manifestare.* Ger. *Offnen* Bel. *Opdoen/openen.* Hisp. *Abrir, manifestar.* Pol. *Otiawiam.* Vng. *Megnitom.* Ang. *To open vp and mak plaine.*] Liv. 2. ab Vrbe: Ita induxisse se animum, hostibus potiùs quàm regibus portas patefacere. Ovid. 2. Metam. Cœlestiq; fores virga patefecit. Liv. 2. ab Vrbe: Et ad extrema ventum foret, ni legati rapto Consulis corporis patefecissent una porta hostibus viam. ¶ Nonnunquam valet idem quod declarare, detegere, manifestare, palàm facere. *ἀναγκαλύπτειν.* Terent. in Hecyra: Pertulit tot meas injurias, quæ nunquam ullo patefecit loco. Cicer. ad Quint. Fratr. lib. 2: Racilius qui unus ex hoc tempore Tribunus plebis, rem patefecit. Idem ad Attic. li. 11: Sed neq; hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret.

Pătĕfăctĭo, onis, verbale, f.t. [פתחון *pithchón*. ἄνοιξις. Gal. *Ouuerture.* Ital. *Apertura.* Ger. *Eröffnung.* Hisp. *Aquella obra de abrir, abrimiento.* Pol. *Obiawienie.* Vng. *Megnitas.* Ang. *A making open or opening vp.*] Cic. de Finibus: Atqui hæc patefactio, quasi rerum opertarum quum quid, quidq; sit, aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens utebare nonnunquam.

Pătĕfĭo, Apertus & palàm fio, innotesco. [בטחה *niphtách* נגלה *nighláh* ברחב *nirchább*. ἀναγκαλύπτομαι. Gal. *Estre desconuert.* Ital. *Essere scoperto.* Ger. *Geöffnet oder offenbar werden.* Hisp. *Ser descubierto.* Pol. *Wyawiam sie.* Vng. *Megnylom.* Ang. *To be manifest and knawen.*] Terent. in Phorm. Ego nullo remedio possum me evolvere ex his turbis, Quin si hoc celetur, in metu: sin patefit, in probro siem.

Pătescо, scis, Aperior, patens fio. [נגלה *nighláh* בטחה *niphtách*: ברחב *nirchább*. ἀνοίγομαι. Gall. *Estre desconuert & manifeste.* Ital. *Essere aperto, scoprirsi, manifestarsi.* Ger *Sich öffnen/sich aufthē aufthun.* Hisp. *Ser manifiesto.* Pol. *Otwieram sie.* Vng. *Megnylatkozom.* Ang. *To waxe patent or open.*] Plin. lib. 22. cap. 22: Si patescentes primò adhalaverit. Liv. 2. belli Pun. Deinde paulò latior patescit campus, inde colles assurgunt. ¶ Quandoq; tamen pro primitivo ponitur. Salust. Hinc latè patescentibus campis, exercitum tutò emittit. Virgil. 2. Aeneid. Danaumq; patescunt Insidiæ. Id est, manifestæ fiunt, apparent, patent. Atria patescunt, Idem 1. Aeneid. Portus patescit jam propior, Idem 3. Aeneid.

Pătŭlŭs, a, um, Apertus, latus, diffusus. [ברחב *nirchább*. ἀνοικτός. Gall. *Ouuert.* Ital. *Aperto, patente.* Ger. *Auffgesperrt/ das stāt offen*

oder

oder zerthan iſt Hiſp. *Coſa que eſta ſiempre abierta.* Pol. *Otworzyſtli.* Vng. *Megnilt, ſzelles.* Ang. *Wide open, large, broade, that is alwayes open.*] Differtq; à patenti, quòd patula dicantur, quæ ſemper aperta ſunt. Patentia autem quæ ad tempus patent, poſtea claudenda. Vide latiùs ſuprà in verbo PATEO.

Pătŭ,fco, as, penult. corr. Aperior, patulus fio. [פתח *nighláh* בתורח *niphtách* ברחב *nirchább.* ἀνοίγομαι. Gall. *Eſtre ouuert.* Ital. *eſſa aperto* Ger. *Sich aufftheun.* Hiſp. *Ser abierto.* Pol. *Ieſtem otwarti.* Vng. *Meg nilom, ny latkozom.* Ang. *To be wide open.*] Plin. lib.21. cap.8: Lureus & bellio patulicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Hermolaus legit Paſtilicantibus.

Pătŏr,hujus patoris,pen.prod.Hiatus, & apertio. [פתחון *pithchón* χασμα. Gall. *Ouuerture.* Ital. *Apertura.* Ger. *Aufftheung oder ein klaffein ſpalt* Hiſp. *Abrimiento.* Pol. *Rozſzczepienie, przepadnienie.* Vng. *Haſadas, ny latkozas.* An. *An vponing.*] à patendo nomen deductum: ſicut Vagor pro vagitu, & fluor pro fluxu. Apul lib.3: Quod altrinſecus ædium patore perflabili, &c.

Pătĕr,hujus patris,Parãs qui aliquem genuit. [אב *ab.* ὁ γεννήσας πατήρ. Gall. *Pere.* Ital. & Hiſp. *Padre.* Ger. *Ein Vatter. Bel. Een Vaater.* Pol. *Oyciec.* Vng. *Attia, appa.* An. *A father.*] Terent. in Adelph. Tuus hercle verò & animo & natura pater. Deducitur autem à Græco nomine πατὴρ: quãvis Varr. lib.4. de lingua Latina patrem à patefaciendo ſemine dictum velit. Et Cornutus in Perſiũ à patratione: id eſt, rei venereæ perfectione & conſummatione dictum putet, quòd pater patratione facta filios procreet. Ovid.9. Metamor. Nec nos aut durus pater, aut reverentia famæ, Aut timor impediet. Horat.2. Epiſt.1: pueri, patresq; ſeveri Fronde comas cincti cœnant. ¶ Patris nomine avi, abavi, proavi, atavi continentur, non aũt tritavi, ut vult Valla. Hinc quum patrum noſtrorũ memoria dicimus aliquid eſſe factum, proxima ante noſtram ætatem intelligimus, non autem illa ſexta. Cic.1. de Orat. Quid quod uſu memoria patrum venit, ut, &c. Patres majoresq; noſtri, Idem 1. Verr. Virg.2. Georg. Sacra Deûm, ſanctiq; patres. ¶ Pater etiũ nomen religionis eſt: unde dii omnes patres vocabãntur, peculiariter tamen Bacchus hoc ſibi nomen vendicavit. Virgil. 2. Georg. Huc pater ô Lenæe veni. Vbi Servius: Pater licet generale ſit omnium Deorum, tamẽ propriè Libero ſemper cohæret: nam Liber pater vocatur. Idem alio loco: Pater propriè omnium Deorum eſt epitheton. ¶ Divûm pater: hoc eſt, Iupiter. Virg.1. Aen. divûm pater, atq; hominum rex. ¶ Oceanus pater rerum. Idem 4. Georg. ſimul ipſa precatur Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; ſorores. ¶ Gradivus pater: hoc eſt, Mars. Idem 3. Aen. Multa movens animo, Nymphas venerabar agreſtes, Gradivumq; patrem, Geticis qui præſidet arvis. ¶ Pater abſolutè pro Iove. Virgil.1. Georg. Ipſe pater media nimborum in nocte, coruſca Fulmina molitur dextra. Ibidẽ: Ter pater extructos disjecit fulmine montes. ¶ Similiter Pater nomẽ eſt reverentiæ, quæ cauſa Romulo fuit, ut centum Senatores, quos ad Reipub. curam elegit, ſive quia is numerus ſatis erat, ſive quia ſoli centum erãt qui ad id idonei eſſent, Patres vocaverit, ſive ab ætatis vel curæ ſimilitudine. Feſtus: Patres Senatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, acſi liberis propriis. Dicitur autem πατὴρ Græcè, quaſi πάντας τηρῶν: hoc eſt, ex ſe genitos ſervans. ¶ De patre & liberis, aliquando nõ ſatis conſtare, docere voluit Poëta, introducens Telemachum interrogatum an Vlyſſis eſſet filius, reſpondere:

Μητὴρ ἰδὼ τε μὲ φησὶ τόδ' ἔμμεναι αὐτὰρ ἐγώγε
Οὐκ οἶδα, ὃ γὰρ πώτις τὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

¶ Liberos quandoq; à parentibus degenerare, poëta his verbis cecinit:

Παῖδες γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ φίλοντε
Οἱ πλείονες κακοὶ παῖδες δέ τε πατρὸς ἀρείους

Pătĕrfămĭlĭās, genitivus patrisfamil. âs, vel patrisfamiliæ, dicitur qui primus eſt, & imperium habet in familiam, ſive puber ſit, ſive impuber. [בעל הבית *bahal habbáiith.* οἰκοδεσπότης. Gall. *Pere de famille.* Ital. *Padre di famiglia.* Ger. *Ein Hauſvatter.* Hiſp. *Senor de caſa entera.* Pol. *Czeladni oyciec.* Vng. *Tſalados ember.* Ang. *A good man of the houſe or houſholder.*] Cic.2. de Leg. Vt ne morte patrisfamiliãs ſacrorum memoria occideret. Liv.1. ab Vrbe: Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur, miranda magnitudine ac ſpecie.

Patres conſcripti, οἱ ἐπεσηκτοὶ λεγόμενοι, Feſtus: Patres dicti ſunt, qui ſunt patritii generis conſcripti, qui in ſenatu patribus erãt ſcriptis annotati. Ab initio, ut ait Plutarchus in Romulo, tantùm patres dicti ſunt, poſtea aſcriptis in eum ordinem pluribus, Patres conſcripti vocati ſunt.

Pătĕr patrãtŭs, Fœcialiũ ſacerdotum antiſtes, per quem & bella denuntiabantur, & fœdera percutiebantur: ita dictus quòd ad jusjurandum patrandũ: id eſt, ſanciendum fieri ſoleret. Liv.li. 1. ab Vrbe: Fœcialis erat M. Valerius, pãtrem patratum Sp. Fuſium fecit, verbena caput capillosq; tangens. Pater patratus ad jusjurandum patrandum: id eſt, ſanciendum ſit.

Pătĕr patrimus, πατὴρ πατέρα ἔχων, Qui quum ipſe pater ſit, adhuc viventem habet patrem. Vide PATRIMVS.

Patrĭcĭi, Senatorum progenies: hoc eſt, qui à primis Senatoribus à Romulo inſtitutis oriundi erant. [בני אישים *benéi iſsh.* ἐκ πατρικίας. Gall. *Patriciens.* Ital. *Patricij.* Ger. *Von Rhatsherren geſchlechteren her geboren, deren Eltteren Rhatsherren geweſen ſind.* Hiſ. *Hijos de ſenadores.* Pol. *Potomkowie radnich panow.* Vng. *Fő nemből valok.* Ang. *Patriciens, come of a noble ſtocke.*] Livius lib.1: Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore: Patritii quoq; progenies eorum appellati. Idem lib.10: En unquam fando auditis Patritios primò eſſe factos, nõ de cœlo demiſſos, ſed qui patrẽ ciere, avumq; poſſent? Suidas patritios eſſe tradit, communis Reip. patres, qui in ſuprema dignitate ſunt Senatorii ordinis. Non tamẽ omnes Senatores erant patritii: quod apertiſſimè oſtẽditur ex his verbis Taciti: Iiſdem (inquit) diebus in numerũ patritiorũ aſcivit Cæſar vetuſtiſſimũ quenque ex ſenatu, aut quibus clari parentes fuerãt. ¶ Exire è patritiis, eſt fieri plebeiũ. Cic. pro domo ſua: Patritii Frãciæ ſunt, quos Pares Franciæ vocant: ſuntq; quaſi duodecim viri Reipub. conſtituendę. Sunt enim numero duodecim: ſex quidem Pontifices, & ſex Duces militares. Budæus.

Patrĭtĭus, a, um, ὁ τοῦ πατρικίου: ut Patritius magiſtratus. Cic. ad Brut. Dum enim unus erit patritius magiſtratus, auſpicia ad Patres redire non poſſunt. ¶ Patritia familia, Cic.2. de Legib. Indoles patritia, Stat.3. Syl. ¶ Honos patritius, Claudianus.

Patrĭtĭātŭs, Dignitas patritiorum, ἡ τοῦ πατρικίου τιμὴ ſeu τάξις. Sueton in Auguſt. A. Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in Senatũ: mox à Servio Tullio in patritias traducta, præcedẽte tempore ad plebem ſe cõtulit, ac rutilus magna vi per Divum Iulium in patritiatum redit. De patritiatus honore vide Hotomanum in Lexico, qui tametſi multa de eo doctè & diſertè dicat, ea tamen quòd minus ad inſtitutũ pertineant, volentes miſſa facimus.

Patrĭtĭẽ, pen.corr. adverbium antiquum, More patritio, ac nobiliter, εὐγενῶς, ἐκ πατρικίων δίκην. Plautus Caſin. Atat ceſſo magnificè, patritieq; amiceq; hero meo Ire adverſum. Et hic locus corruptus eſt: nam patricè non patritiè eſt legendum.

Patrĭtŭs, a, um, pen.prod. Quod eſt patris, ſicut avitus quod eſt avi, vel ab avo. [πατρῷος. Gall. *De pere* Ital. *Di padre.* Ger. *Vätterlich.* Hiſp. *Coſa de patre.* Pol. *Oyczowski.* Vng. *Atiay, attiatol valo.* Ang. *Of the father.*] Cicer.1. Tuſc. Quæſt. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam & avitam (ut ait Theophraſtus) Philoſophiam cognitionis cupiditate incenſam excitavit.

Patrĭmŭs, patrima, pen.corr. Qui vel quæ patrem adhuc viventem habet. [ὃς vel ἡ πατέρα ἔχει. Gall. *Celuy ou celle qui a encor ſon pere.* Ital. *Colui o colei che ha ſuo padre vivo* Ger. *Der oder die dẽ Vatter noch bey leben hat* Hiſp. *El que tiene padre.* Pol. *Ktori albo ktora ojca ſwego ma.* Vng. *Az kinek attia még el.* Ang. *He or ſhe whoſe father liueth.*] Livius lib.37: Patrimi omnes, matrimiq; ad id ſacrificium adhibiti. Calpinus putavit penultimam hujus dictionis produci, ſed nullum profert teſtimonium. Angelus Politianus primæ Centuriæ, cap.58. corripit: Concelebranto choros: verùm hæc ſit patrima proles, Matrimaq; : ac nupræ genibus Iunonis ad aram Oranto. Pater patrimus, qui quum ipſe pater ſit, adhuc viventem habet patrem.

Pătĕrnŭs, a, um, Quod eſt patris, patrius. [πατρῷος πατρικός. Gal. *Paternel.* Ital. *Paterno.* Ger. *Vätterlich* Hiſ. *Coſa perteneciente à padre.* Pol. *Oyczowski.* Vn. *Atiai.* An. *Fatherlie.*] Terentius in Adelph. Pol haud paternũ iſtuc dediſti. Vbi Donatus: Paternũ, deeſt facinus: & Dediſti, pro Feciſti. Cic.1. de Orat. Cum miles domũ reveniſſet, egiſſetq; lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres, filius. Ibidem: Poſſẽne paternorum bonorum exhæres eſſe filius? Domus paterna, Ovid.11. Metamorph. Amicus paternus, Cic. ad Attic. lib.14. Animus paternus, Horat.2. Carm. Ode.2. Inimicitiæ paternæ, Cicero 4. Academ. Opes paternæ, Ovid.4. de Ponto, Eleg.15. Paternus, maternusq; ſanguis, Cicero pro Roſcio Amerino.

Patrĭzo, as, vel patriſſo, as, Paternos mores imitor. [πατρίζω. πατρικάζω Gall. *Reſſembler à ſon pere, faire comme ſon pere.* Ital. *Imitar il padre.* Ger. *Dem Vatter nachſchlahen.* Hiſp. *Remedar ò ſemejar à ſu padre.* Pol. *Oyczya naſladuie.* Vng. *Atiamat kõuetem.* An. *To reſemble his father, to follow the fathers ſteppes.*] Terent. in Adelph. Laudo, ô Cteſipho, patrizas: abi te virum judico

Patrĭŭs, a, um, Quod eſt patriæ, vel patris, paternus: [πάτριος, ἐπιχώριος. Gall. *De pere, paternel, natif.* Ital. *Patrio, natio.* Ger. *Des Vatterlandts oder des Vatters.* Hiſp. *De padre, ò de la tierra ò naturaleza.* Pol. *Oy czowskie, oyczyzni.* Vn. *Atiai, vagy haſzay.* Ang. *Neo longing to my father.*] ut Mos patrius. Cic. de Senectut. Vigebat in ea domo mos patrius, & vigebat in eo animus patris & diſciplina. Virgilius libro 12: patrio mucrone relicto. Terent. in Evnuch. Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Res patriæ, & avitæ, Cicero 2. Verr. Patria & avita philoſophia, Cicer.1. Tuſcul. Mos patrius, Cicer.1. de Orat.

Hic enim

Hic enim est mos patrius Academiæ, adversari semper omnibus in disputando. Artes patriæ, Ovid. Epist. 1. Metus patrius, Ovid. 2. Metamorph. Amor patrius, Virg. 1. Aeneid.

Patrĭē, adverb. Affectu paterno. [πατρικῶς, πατρικά. Gall. *Paternellement, comme pere.* Ital. *Con affetto paterno.* Ger. Vätterlichen. Hisp. *Con affection de padre.* Pol. Oyczowsku. Vng. *Atyaj modra.* Ang. *Fatherlie, as a father.*] Quint. lib. 11. cap. 1: Vtimur hac moderatione. Cic. pro Cæl. contra Atracinum: Vt eum non inimicè corripere, sed patriè monere videatur.

Patrĭcīdă, pen. prod. Vide Parricida, πατραλοίας.

Patrĭmōnĭum, nii, n. s. Bona paterna, hæreditas à patre relicta. [נחלת אבות *achuzzáh.* ἐσία. Gall. *Patrimoine, succession de pere à fils.* Ital. *Patrimonio, beni paterni.* Ger. Das Vätterlich Erbgut. Bel. Dat Vätterlicx Erve. Hisp. *Patrimonio, hazienda patrimonial.* Pol. Oyczyzna. Vng. örökség. Ang. *That is left by the father to the sonne, patrimonie, hearhips for heritage.*] Cic. pro Domo sua: Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Idem de Orato. Propugnator patrimonii sui, & defensor juris paterni. Iuvenal. Satyr. 12: Nõ propter vitam faciunt patrimonia quidam: Sed vitio cęci propter patrimonia vivunt. ¶ Devorare patrimonium, dissipare, effundere, vel exhaurire, est hæreditatem à parentibus relictã consumere.

Patrŭus, patrui, Frater patris, quòd quasi patris loco sit. [דוד *dodh.* θεῖος πατρός, πατρά δελφός. Gall. *Oncle paternel, le frere du pere.* Ital. *Zio.* Ger. Des Vatters Bruder. Hisp. *El tio hermáno del padre.* Pol. *Stryj.* Vng. *Atiam battja.* Ang. *The fathers brother, an vncle by the fathers side.*] Cic. 3. Verr. Patruo testimonium dicente. Terent. Phorm. Arq; nihil fecit patrue quòd succenseas. Patruus magnus, frater avi: Patruus major, frater proavi. Patruus maximus, frater abavi: qui & propatruus & abpatruus dicitur. ¶ Patruissimus superlativũ. Plautus in Pœnulo: Patrue mi, *in ure*, patrui me.

Patrŭus, a, um, adjectivum, à patruo deductum, pro severo per translationem accipitur. πατραδελφικός. Horat. 3. Carmin. Miseratum est, neq; amori dare ludum, Neq; dulci mala vino lavere, aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ.

Patrŭēles, pen. prod. [ἀνεψιοί. Gall. *Cousins germains.* Ital. *Fratelle cugini.* Ger. Zweyer Vätteren Kind / so man nennet Geschwisterte Kind. Hisp. *Primos hijos de hermanos.* Pol. Dwu bracięiszyecy. Vng. *Atyafiuy barátyunkfiay.* Ang. *Brothers children, coosens germanes.*] Patruorum filii: hoc est, ut ait Nonius, marium fratrum filii: quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus. Plaut. in Pœn. Pater tuus is erat frater patruelis meus. Sic Sorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipsæ fratribus genitæ. Autor Iureconsult. Sororum verò duarum aut plurium filii, inter se Sobrini dicuntur, quasi fororini. Cic. 5. de Finib. Vnaq; nobiscum Quintus Frater, & T. Pomponius, & L. Cic. frater noster, cognatione patruelis, & socer T. Torquatus ill. omni virtute & laude par, Ovid. 13. Metam. Nec minus est alo Teucer patruelis Achilli.

Patrŭēlis, & hoc patruele, adjectivum. [ὁ υἱὸς τοῦ θείου, ἐξάδελφος. Gall. *De cousin germain.* Ital. *De fratelle cugino.* Ger. Das des Vatters Bruders kind ist. Hisp. *Cosa de primos hijos de hermanos.* Pol. Wł aśtnoścz dzięczi dwuch bracięci. Vng. *Atyafiuy.* Ang. *Belonging to brothers childreno cosens germanes.*] Martialis lib. 5: Quum sibi redire de patruelibus fundis Ducenta, clamat coccinatus Euclides. Ovid. 1. Metamorph. Quam commune mihi genus & patruelis origo, &c. Idem Epist. 14: Quid? meruere necẽ patruelia regna tenendo?

Pătĕră, pen. corr. Poculi genus latum ac patens: unde & nomẽ accepisse videtur, quasi patula. [עגן *ghabidh.* κεγκίς. Gall. *Vne coupe ou tasse à boire.* Ital. *Tazza, copa.* Ger. Ein weite trinckschalen. Hisp. *Copa.* Pol. Czasza, kusz. Vng. *Tsere, pohar.* Ang. *A broade peece or boule of gold or siluer.*] Virgil. 1. Aeneid. Impiger hausit Spumantem pateram, ac pleno se proluit auro, Cic. 6. Verr. Patera qua mulieres ad res divinas uterentur. Idem de Clar. Orat. Mercurius è patera sanguinem visus est fundere. Idem in Para. Excipere sanguinem patera. Virg. 1. Aeneid. Implevitq; mero pateram.

Pathemata, tum, n. t. sensuum alterationes, in visu, in motu, & reliquis omnibus. Vocat etiam & voluptatem Pathema Galen. lib. de Symptomatũ differentiis, atq; in totum omnẽ motum, quicunq; procedit ab altero in alterum. Vide Pathos.

Păthĭcŭs, a, um, παχητῶν, à Græco verbo πυθάν: (vel ut nonnullis placet) Paticus sine aspiratione, à patiendo, qui præpostera libidine se iniri patitur, unde Pathici pueri, & pathicę puellæ dicuntur, qui ad præposterã libidinẽ pædiconibus obsequuntur. Iuvenal. Sat. 6: Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis. Drauci verò dicuntur, qui alterũ ineunt non propria libidine, sed ut illi obsequãtur, qui subagitur. Qui aũt à Draucis subigi delectantur, Cinædi appellantur. ¶ Per translationẽ Pathicus etiã dicitur de rebus inanimatis. Vnde pathicissimos libellos, dixit Martialis: hoc est, lascivos & obscœnos.

Pathŏs, [πάθος. Gall. *Passion perturbation d'esprit* Ital. *Passione, perturbatione d'animo* Ger. Verwegung oder anfechtung des gemuts. Hisp. *Passion de animo* Pol. Pogłębienie ducha. Vng. *Indulat, szhaborodas* Ang. *Passion, perturbation of the spirit.*] à Cicer. 3. Tusc. dicitur perturbatio, ira, ægritudo animi: à Gellio affectus vel affectio. Luctus eo modo affectus, modò vitium. Eiusmodi sunt ægritudo, dolor, gaudium, metus, tristitia, cupiditas, ira. Quos animi motus Platonici & Aristotelici dicunt etiam in sapientem cadere, sed moderatos, rationiq; subjectos. Stoici verò negant in sapientem cadere: dicuntq; esse sapientem ἀπαθῆ: id est, qui nullis animi perturbationibus obnoxius sit: talemq; ejus animum, qualis est mundus supra Lunam, scilicet imperturbatum, quem nulla perturbatio obnubilet, nulla tristitia obturbet. Adversus quos reclamat ipsa natura.

Pathētĭcă oratio, παθητικὸς λόγος, Dicta est quæ aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigitur: ita dicta quòd tota constet affectibus.

Pătĭbŭlŭm, li, n. s. Sera lignea, qua ostia clauduntur: à Pateo, teste Nonio, quòd hac remota valvæ pateant. [מנעול *manhúl* μοχλός. Gall. *Vn gibbet.* Ital. *Stanga, croce.* Ger. Ein sparren oder höltziner riegel / mit dem man die thüren verschleußt: *Item*, Ein galgen. Hisp. *Lugar de los mathechores padescen, horca, crux.* Pol. Zapora, et, Szubienicza. Vng. *Fa lakat.* Ang. *A dorebarre.*] Titin. Si quisquã hodie præter hanc posticũ nostrũ pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ Interdũ significat crucem, & sic à patior fieri manifestũ est. [עץ *hets.* ξυλός. Vn. *Akazto fa.* An. *A gibbet or gallowes.*] Salust. lib. 4. Histor. ut citat Nonius: Patibulo eminens affigebatur. ¶ Est præterea Patibulum, instrumentum vindemiatorũ, sive legulorum: hoc est, eorum qui olivas colligunt. Cato de Re rustica, cap. 68: Vbi vindemia & oleitas facta erit, fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula omnia, queis usus erit, in suo quodq; loco reponito. ¶ Patibulus apud antiquos genere masculino lectum est, teste Nonio. Lucil. Retã humanarum lib. 21: Deligata ad patibulos deligantur, & circumferuntur: cruci defiguntur.

Pătĭbŭlātŭs, dicitur à Plauto in Most. id est, patibulo affixus. Ita (*inquit*) te forabunt patibulatum per vias Stimulis. [תלוי *talúi.* ξυλοβολὲς, πατιβλαβὲς. Gal. *Pendu ou mis au gibbet.* Ital. *Appicato, impicato.* Ger. An galgen gehenckt. Hisp. *Ahorcado.* Pol. *Obiesiony.* Vng. *Felakasztatot.*]

Pătĭentĭă, Vide PATIOR.

Pătĭnă, næ, pen. corr. f. p. Vasis genus, quo dapes elixę & jurulentę in mensam feruntur. [λεκάνη, λοπάς. Gall. *Vne sorte de vaisseau large comme vn plat à seruir sur table.* Ital. *Piato.* Ger. Ein platten. Hisp. *El plato grande ò cacuela.* Pol. *Missa.* Vng. *Tal.* Ang. *A platt or dishe.*] Terentius in Eunucho: Iamdudum animus est in patinis. ¶ Dicitur & Patena, per e. Columel. lib. 12. cap. 43. de uvis servãdis loquens: Columella patruus meus ex ea cręta qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri jubebat. Ex quo loco, inquit Budæus, patet patenam, labra grandia habere. Dicta Patina, ab eo quòd pateat.

Patĭnārĭŭs, ria, rium, Quod est in patina conditum vel repositum. λεκανώδες. Plaut. in Asin. Vel patinarium, vel assum verses, quo pacto lubet.

Pătĭŏr, pateris, passus, passum, verbum com. Sustineo, tolero, æquo animo fero. [סבל *sabál.* πάσχω, ὑπομένω. Gall. *Endurer, soi Tirr.* Ital. *Patire, sostenire.* Ger. Leyden. Bel. Lyden / vertragen. Hisp. *Padecer, sofrir.* Pol. Cierpie. Vng. *Zenuedem, tsverδm.* Ang. *To suffer, to indure, to abide or beare.*] Terẽtius in And. Tum patris pudor, qui me tam lenì passus est animo usque adhuc. Cic. 7. Verrin. Non feram, non patiar, non sinam. ¶ Pati ægrè. Plaut. in Asin. Possum equidem inducere animum ne ægrè patiar quòd tecum accubat. Cic. pro Rosc. Amer. Quare omnes facilè patimur esse quamplurimos accusatores. ¶ Hoc non patietur ævum: id est, non durabit. Colum. lib. 2. cap. 10: Repositum in granario patitur ævum. ¶ Hoc patitur consuetudo: hoc est, id fieri consuevit. Cic. ad Attic. lib. 12: Quem jam etiam gravius accusas, quàm tua consuetudo patitur. ¶ Patior te esse desertum: id est, relinquo, destituo. Cic. 1. Offic. Vt eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. ¶ Composita hujus verbi sunt Cõpatior quod est misereor, & construitur dativo. Perpetior, vehementiùs patior.

Pătĭēns, participium & aliquando nomen. [סבל *sobél.* πάσχων, ὑπομένων. Gall. *Patient.* Ital. *Patiente.* Ger. Leydend, duldig. Hisp. *Paciente, suffrido.* Pol. Cierpliwi. Vng. *Szenuedő tsverδ.* Ang. *Patient, that suffereth.*] Colum. lib. 3. cap. 29: Omnis incommodi patientes præter caloris. Virgil. 2. Georg. Et patiens operum, parvoq; assueta juventus. Quintil. lib. 2. cap. 12: Et patientior est laboris natura pueris, quàm juvenibus. Cæsar 3. belli Civil. Atque ii miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam objiciebant. Cic. ad Quint. Frat. lib. 1: Meæ quoq; literæ patientiorem, leniioremq; fecerunt. ¶ Aures patientissimæ. Cic. pro Ligar. Saxo patentior, Propert. lib. 1. Eleg. 14.

¶ Tellus

¶ Tellus patiens vomeris, Virgil. 2. Georg. Pulveris atq; solis patiens, Horat. 1. Carm. Ode 8.

Patiēntĕr, patientiùs, patientissimè, adverbium, Cōstanter, fortiter, moderatè. [ὑπομονητικῶς, καρτερικῶς. Gall. *Patiẽment.* Ital. *Patientemente.* Ger. Leidentlich/gedultiglich. Hisp. *Pacientemente y sufridamente.* Pol. *Cierpliwie.* Vng. *Alhatatosson, Bekesseggesen.* Ang. *Patientlie.*] Cicer. de Amicitia: Vt igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ: & alterum liberè facere, nō asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. Plin. epistol. 140: Neque enim ulli patientiùs reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. Ovidius epistol. 18: Ferre tamen possum patientiùs omnia, quàm si Otia nescio qua pellice captus agas.

Pătiēntĭă, Est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, inquit Cic. 2. de Invent. [ὑπομονή, αὐτεξουσία. Gal. *Patience.* Ital. *Patiẽtia.* Ger. Gedult. Bel. Lydsaemheyt. Hisp. *Pacientia y sufrimiento.* Pol. *Cierpliwosc.* Vng. *Twres, Zenuedes.* Ang. *Patience, suffering.*] Idem in Catil. Habes, ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris, inopiæ rerum omniū. Idem pro Domo sua: Externorum bonorum & in utendo rationem, & in carendo patientiam semper expetendam putavi. Idem 1. Offic. Adolescentia à libidinibus arcenda est, exercēdaq; in labore, patientia q; & animi & corporis. ¶ Patientia etiam obscœnè de pathicis sive paschicnis dicitur. Seneca Controvers. lib. 10. in 4: Princeps, *inquit*, viri contra naturam divitias suas exercent, castratorum greges habent, exoletos suos, ut ad longiorem impudicitiæ patientiam idonei sint, amputant.

Passŭs, a, um, à Patior, Perpessus. [παθών. Gall. *Qui a souffert, qui a enduré.* Ital. *Chi à patito.* Ger. Erlitten oder gelitten. Hisp. *Padescido.* Pol. *Ten ktory wycierpiał.* Vng *Szenuedõt.* Ang. *That hath sufferedh or indureth.*] Virgil. 1. Aencid. O passi graviora, dabit Deus his quoq; finem. ¶ Vnde Vva passa, quæ in siccando passa est Solem. Plin. lib 14. cap. 1: Quin & à patientia nomen acinis datur passis. Hinc & vino nomen datum quod passum vocatur. Lac passum. Ovid. 14 Metamorph. & cum lacte coagula passo.

Pāssio, onis, f.t. Animi perturbatio, quam Cicero affectionem vocat: cujusmodi sunt amor, odium, iracundia, invidia, timor, lætitia, spes, & similes. [πάθος. Gall. *Passion.* Ital. *Passione.* Ger. Ein bewegung oder betrübung des Gemüts. Hisp. *La passion.* Pol. *Meka.* Vng *Indulat, fel haborodas.* Ang. *Passion.*] Augustinus 2. de Civitate: Quæ sunt sententiæ philosophorum de his animi motibus: quos Græci πάθη: nostri autem quidam, sicut Cicero, *affectiones* vel *affectus*: quidam verò de Græco expressiùs *passiones* vocant. Barbara vox & minimè Latina.

Passīvŭs, a, um, Quod passionem denotat. [παθητικός. Gall. *Qui signifie passion.* Ital. *Che significa passione.* Ger. Das ein bewegung oder ein erleiden anzeiget. Hisp. *El que declara passion.* Pol. *Cierpliwosci wskazuiacy.* Vng *Zenuedesnek vegie.* Ang. *That signifieth passion.*] Hinc passiva verba apud grammaticos. Passiva Venus apud Iulium Firmicum accipitur pro obscœna parthicorum libidine.

Pătĭbĭlĭs, & hoc patibile, om. t. Quod pèrferri potest. [παθητός. Gall. *Qui peut endurer.* Ital. *Che puo patire.* Ger. Leidentlich/das zu erleiden ist. Hisp. *Que puede padescer.* Pol. *Ktory moze cierpiec, cierpliwy.* Vng. *Zenuedhetõ, twerhetõ.* Ang. *That may sufferre or indure.*] Cicer. 4 Tuscul. Negligenda mors est, patibiles & dolores & labores purandi. Idem 3. de Natur. deor. Quúmve omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat, &c.

Pătĭcŭs, vel Pathicus, vel Paschicnus, vel ut vult Senec. Passienus, παθητικός, qui muliebria patitur. Seneca lib. 1. Declam. 10: Nulli non impressum aliquid quod effugere non posset. Ille passieno prima ejus syllaba in Græcum mutata, obscœnū nomen imposuit.

Pătĭcissĭmŭs à Patico, superlativus, adjectivum, ut apud Catullum Cinædior à Cinædo, Martial. in 12. ad Ruf. Musæi paticissimos libellos.

Pator, vide Pateo.

Patos, Cœnum atq; lutum ceromati permixtum, cui si sudor accesserit, Conisalon vocari dicunt, ab iis qui nimis Attici videri volunt. Vide CEROMA.

Patrĭă, æ, f.p. Vrbs sive alius quivis locus in quo nati sumus: ita dicta quod communis omnium parens sit. [אֶרֶץ מוֹלֶדֶת *éress molédeth.* ἡ συγγενὶς, πατρίς. Gal *Le pays, la ville, la patrie ou est né quelqu'vn.* Ital. *Patria.* Ger. Ein Vatterlandt/heimat Bel Een Vaderlant. Hisp. *La tierra naturaleza de cada vno.* Pol. *Oyczyzna.* Vng. *Hasza.* An. *A towne or place where any man is borne, ones cuntrey.*] Virgil. 1. Aeglog. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva. Nos patriam fugimus, &c. Idem 1. Aeneid. Tum celerare fugam, patriaq; excedere suadet. Cicer. 1. Offic. Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam: & in ea funditùs delenda occupati & sunt & fuerunt. Idem 3. de Finib. Ex quo fit ut laudandus sit is qui mortem oppetat pro Repub. quòd deceat chariorem esse patriam nobis quàm nosmet ipsos. ¶ Aliquando & provincia ipsa ex qua orti sumus, patria vocatur, sed improprié. Vnde Salustius Hispaniam sibi antiquam patriam duxit. ¶ Proverbii speciem habent, Quævis terra patria: & patria ibi ubi bene vixeris. De quibus vide Erasmi Chiliadas.

Patrĭārchă, πατριάρχης, patrum princeps: hoc est, pontificum primus. Hi quatuor principio fuére, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus: postea translata Byzantiū imperii sede, additus est & Constantinopolitanus.

Patrĭcĭdă, Patricius, Patrimonium, Patrisso, Patritius, Patrius, Vide Pater.

Patro, as, propriè significat liberis operam do. [פָּעַל *polál.* ποιῶ. Gal. *Engendrer.* Ital. *Generare.* Ger. Eines Vatters werck thun Kinder zu zeugen. Hisp. *Engendrar.* Pol. *Dziecy czynic.* Vng. *Nemzek.* Ang. *To engender and begette children.*] Quintil. lib. 8. cap. 3: Ducere exercitus & patrare bellum, apud Salust. Dicta sanctè & antiquè, ridentur à nobis, si diis placet: quam culpā non scribentium quidem judico, sed legentium: tamen vitanda. Ex quibus verbis colligitur priscos patrare posuisse pro perficere, non solùm quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quippiam jam inceptum ad finem perduceretur. [עָשָׂה *pahál* עָשָׂה *hasdh.* ἀγωνοθετῶ. Gall. *Faire.* Ital *Fare.* Ger. Außmachen. vollenden/verbringen. Hisp. *Hazer* Pol. *Odprawuie, konczy.* Vng. *Veghez vizem.* Ang. *To do, to achieue and bring to an end.*] Salust. in Catil. Sperabat propediē magnas copias sese habiturum, si Romæ socii incepta patravissent. Idem de Rep. ord. ad Cæsarem: Atq; ea magis fortibus consiliis, quàm bonis præliis patrata sunt. Plaut. Asin. Quin te quoq; ipsum faciam haud magni: si hoc patro. Liv. 23: Te id priùs scire volui, si fortè abesse, dum facinus patratur malis. Tacit. lib. 2: Si patrandæ neci venenum mitteretur. ¶ Hujus verbi composita sunt, Impetro, Expatro, Perpetro, Propetro: quorum significata vide suis locis.

Patrātĭo, onis, f.t. Consummatio est vel rei venereæ perfectio. Vnde & patres dicti, eò quòd patratione facta filios procreant. Cornutus in Persium. ¶ Interdum pro consummatione rei, ut Velleius Paterculus 2. Historiar. Nūc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum, ejusq; patratione Asiæ securitatem, Macedoniæ pacem reddidit.

Patrātŏr, ris, ut Necis patrator: id est, interfector. [Vrn. *Szobrasz.*] Cornel. Tacit. lib. 14: Et visus idoneus maternæ necis patrator Amicetus.

Patratŭs, a, um, participiū, [מָעַשׂ *nahaséh.*] Tacit. lib. 2: Maluit patrati quàm incœpti facinoris reus esse. Bella patrata, Claud. 4. Paneg. Cæde ejus patrata. Tacitus lib. 4. Vnde & Patres patrati dicebantur, quòd ad patrandū: hoc est, peragendum juramentum, ubi de fœderibus convenerat, mitterentur. Plutar. in Probl. Fœcialibus sacerdotibus, qui fœderibus faciendis prœsunt, pater patratus prœest: inde dictus, quòd ipse pater patrem haberet: sicq; filius provideret, & patrem contuleret.

Patrocĭnor, Patrocinium, vide Patronus.

Patrōnŭs, ni, Qui aliquem in periculo defendit. [בַּעַל *báhal:* [illegible]. Gall *Patron, aduocat, defenseur.* Ital *Patrone, diffensore.* Ger. Ein Beschirmer/der einem in einer gefahr beystehet/jhn vñ sein sach zu beschirmē. Bel. Eenen patroon. Hisp. *Aquel que defiende en cosa criminal.* Pol. *Patron, obronca mei sprawi.* Vng. *Otalmazo, gond viselő, patronus.* Ang. *An attourney, a patrone or proctour, a spokesman.*] Pędianus, qui defendit aliquē in judicio, aut patronus dicitur si orator est: aut advocatus, si jus suggerit, aut præsentiā suā cōmodat amico: aut procurator, si negotiū suscipit: aut Cognitor, si præsens causam novit, & sic tuetur ut suā. Plaut. in Mostel. Qui pro me càusam diceret, patronū liberavi. Valla: Patronus propriè est qui agit causam, sed accusati non accusantis. Cicer. pro Sestio: Qua de causa & tum conventus ille Capuæ, qui propter salutem illius verbis Consulatu conservatam meo, me unum patronum adoptavit. Ovid 1. de Arte: Qui modò patronus, jam cupit esse cliens. ¶ Patronus ad libertum refertur, qui scilicet servum libertate donavit. Mulier etiam dicitur patrona. Terentius in Eunucho: Te mihi patronam cupio Thais.

Patrōcĭnŏr, pen cor. aris, Tego, defendo, defendendū aliquem tuendumq; suscipio. [συνηγορῶ, παραπλογισμὸς, συνηγορία. Gall. *Defendre aucun, soustenir son droit & querelle.* Ital. *Diffendere cosi in fatti come in parole.* Ger. Beystehn vnd beschirmen/einer sach sich annemmen die zu handt haben vnd zu versprechen. Bel Beschermen/verantwoerden. Hisp *Defender.* Pol. *Bronić czyiey sprawy y prznieo stoie.* Vng. *Otalmazom.* Ang. *To defend ones right and quarrel.*] Quintilian. lib. 1. cap. 4: Et leno interim. paralitusq; defendatur: sic ut non homini patrocinemur, sed fidei. Plinius lib 2.

cap 17

cap.41: Patrocinatur vastitas cœli immensa, discreta altitudine in duo atq; septuaginta signa.

Patrŏcĭnĭum, nii, præsidium, tutela & defensio. [ⲗⲡⲏ *maghén* ⲡⲟⲡⲏ *machasèh*. σκεπη, σκεπασμα. Gall. *Defense, protection, sauvegarde.* Ital. *Difesa, tutela.* Ger. Beschirmung, handthabung/ versprechung. Hisp. *Ayuda ò defensa.* Pol. *Obrona.* Vng. *Otalom, gond viselés.* Ang. *A defending or maintenance of ones right and quarrell.*] Salust. in Catil. Cujus patrocinio civitas plurimùm utebatur. Festus: Patrocinia appellari cœpta, sunt quum plebs esset distributa inter patres, ut eorum opibus tuta esset. Hujus nominis varii sunt in oratione usus. Dicimus enim Arripere patrocinium, Tueri patrocinium, Suscipere patrocinium, Repudiare patrocinium: quorum testimonia sunt inventu facilia.

Patrōnālis. [Vn. *Patronusi, patronusbox illendò.*] Marcel. D. lib. 39. tit. 5. l. 2. Ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minuatur.

Patrōnātŭs, us, ui, m. q. [Vn. *Patronussag.*] Paulus D. lib. 19. tit. 1. l. 45: Si non Arescusa elegerit emptoris patronatum

Patrŏnўmĭcum, πατρονυμικὸν, à Grammaticis appellatur nomẽ, quod formatum à nomine patris, filium significat: quanvis abusivè etiam à nominibus avorum, proavorum, fratrum, matrum, sororum & ipsarũ etiam regionum deducantur patronymica. Inventa sunt autem patronymica à poëtis carminis gratia, ne idem semper nomẽ inculcare cogerentur. Quare in oratione soluta iis non utimur. Dicitur autem patronymicum quod propriè, ut diximus, fiat à nominibus patrum, ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἢ ὀνόματος, ut Priamides propriè intelligitur Hector vel alius quivis ex filiis Priami.

Patruelis, Patruus, vide PATER.

Patulĭco, Patulus, vide PATEO.

Pava, vide Pavo.

Pauci, æ, a, multitudinis numero, cujus vocis cõtraria est multi, æ, a: tametsi hujus usus etiam est in numero unius. [ⲇⲩⲛ *mehát. ὀλίγος, παῦρος.* Gal. *Peu.* Ital. & Hisp. *Poco.* Ger. Wenig. Bel. Weynich. Pol *Mal'o ich niektorzi.* Vng *Keuesen.* An. *Few.*] Plaut. in Curc. Respondit mihi paucis verbis atq; adeò fideliter. Cic. de Amic. Quum & ego essem unà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè erat multis in ore. Idẽ 5. Tusc. Aperta enim res est & quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm parvis rebus egeat, quàm vilibus. Virg. Aeglog. 10: Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris Carmina sunt dicenda. Idem 1. Aeneid. huc pauci vestris adnavimus oris. ¶ Paucis frequenter solũ pòni solet, ita ut in eo subaudiatur substantivum Verbis. Terent. in And. Auscultа paucis. Plaut. in Aulul. Da mihi operã parũper, paucis est quod te volo. Virg. 4. Aen. paucis, adverte, docebo. Idem 6. Aeneid. Atq; hic responsum paucis ita reddidit heros. ¶ Pauci apud antiquos pro bonis ponebantur, ut Multi pro malis, autore Nonio. Cic. in Orat. Iactationem habuit in populo, nec paucorum judicium reprehensionemque pertimuit.

Pĕcūnĭă, æ, f. p. A` pecore, sive pecu dicta est: quia apud antiquos omnes divitiæ in pecudibus erant sitæ. [קנין *chéseph.* ἀργύριον χρῆμα. Gall. *Argent, ou ce qui vaut argent.* Ital. *Pecunia, denari.* Ger. & Bel. Gelt. Hisp. *El dinero, ò generalmente todo lo que vale dinero.* Pol. *Pieniądze.* Vng. *Penz.* Ang. *Silver or other goodes worth silver, money.*] Columell. lib. 6. in præfat. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademq; quæstuosissima: propter quod nomina quoque pecuniæ, & peculii tracta videntur à pecore. Quod non solùm veteres possedetunt; sed adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus. Plin. lib. 33. cap. 3, scribit: Pecuniam sortitam esse nomen à nota pecudis, eò quòd primum æs nota pecudis signatum fuit. Hinc Plutarchus in Poplicola asserit, in vetustissimis numis signum fuisse ovis, & suis, bovisq; conspectum. Pecuniæ verò nomine (ut inquit Hermogenianus, l. pecuniæ. ff. de Verb. signific.) non modò numi: hoc est, numerata pecunia, sed omnes res tàm solidæ quàm mobiles, & tàm corporá quàm jura continentur. Cicer. 2. de Finib. Magni æstimabat pecuniam, non modò non contrà legem, sed etiam legibus partam: quæ quidem vel cum periculo est quærenda nobis: est enim effectrix multarum & magnarum voluptatum. Horat. 1. Epistol. 6: Et genus, & formam regina pecunia donat. Idem 4. Carm. Ode 9: Vindex avaræ fraudis, & abstinens Ducentis ad se cuncta pecuniæ. ¶ Horat. Scilicet uxorem cum dote fidemque & amicos: Et genus & formam regina pecunia donat. Idem: Nam genus & virtus, nisi cum revilior alga est. Idem per ironiam Satyricum: O` cives cives quærenda pecunia primùm: Virtus post nummos. Pecunia quantum apud veteres spreta fuerit, ostendit Erasm. in Milite suo can. 6. ubi sic legitur: Non tulerunt theatra Athenienśium, &c. Pecuniam in loco negligere, lucrum esse testatur Propheta 2. Paralip. 26: Habet dominus unde dare tibi possit his multa plura, &c. Inter pecuniam & sapientiam ita distinguit Salomon: Vtiliter est, *inquit*, sapientia cum divitiis, & magis prodest videntibus solem: sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo. Eccles. 6: Pecuniæ, inquit Ecclesiastes, obediunt omnia, cap. 10. Iuxta illud: Auri sacra fames, &c. Pecuniæ tum usum ad vitæ nostræ sustentationem necessarium esse, Hesiod hoc carmine docuit:

χρήματα δ' ψυχῇ πέλεται, δειλοῖσι βροτοῖσι.

Pĕcūnĭŏlă, hujus diminutivum est. χρυσίδιον.

Pĕcūnĭārĭŭs, a, um, Quod ad pecuniam pertinet, vel quod est de pecunia. [χρηματικός. Gall. *Appartenant à argent.* Ital. *Che s'appartiene à denari.* Ger. Das zu dem Gelt gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à dineros.* Pol. *Pieniadzowi.* Vng. *Penzhez valo.* Ang. *Belonging to money.*] Cic. ad Brutum: Nodus est inopia rei pecuniariæ. Idem pro Cluent. Neminem voluerunt majores nostri non modò de existimatione cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenisset. Lis pecuniaria, Quintil. lib. 6. cap. 1.

Pĕcūnĭārĭŭs, e, idem quod pecuniarius. Sic pecuniaris damnatio dicitur pro pecuniaria apud Macrum l. 10. in fin. D. de pœn.

Pĕcūnĭōsŭs, a, um, Qui abundat pecunia. [πολυχρήματος. Gal. *Percunieux, riche.* Ital. *Rico, danaroso, che abunda di pecunia.* Ger. Geltreich / der viele des Gelts hat. Hisp. *Cosa de muchos dineros.* Pol. *Pieniężni.* Vng. *Penzes.* Ang. *That abounds of money, riche.*] Nonius: Pecuniosorum, & locupletum proprietatem aperuit M. Tullius de Senect. à pecore pecuniosos, & à possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multaq; ditione ovium, & boum: quòd tunc erat res in pecore, & locorum possessionibus, ex quo locupletes & pecuniosi vocabantur. Cic. 2. Verr. Pecuniosum Hominem, quanvis sit nocens, neminem posse damnari. Idem 1. de Invent. In fortuna quæritur, servus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis. Artes pecuniosæ. Martial. lib. 3: Artes discere vult pecuniosas.

Pĕcŭs, pecudis, fœminini generis, & Pecus, pecoris, neutri, omne animal quod sub hominis imperio è pabulo terræ pascitur. ut boves, asini, equi, cameli, oves, capræ, & hujusmodi; [בְּהֵמָה *tson* מִקְנֶה *mikneh* בְּעִיר *bel-ir* קִנְיָן *kinyán.* ἡ βοσκήμα, βόσκημα. Gall. *Bestail.* Ital. *Bestiame.* Ger. Allerley Vych dem Menschen dienstlich. Hisp. *Hato ò manada de ganado.* Pol. *Bydło.* Vng. *Barom.* Ang. *All maner of cattaill.*] Varro lib. 2. de Re rustica cap 5: Qui gregem armentorum emere vult, observare debet primùm, ut sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm jam expertæ. Plinius etiam elephantos pecudes vocat: Qui (*inquit*) cū elephanto cōgressus, gemino ictu pecudem exanimavit. ¶ Invenitur etiam pecus, coris, pro multitudine pecorum, seu pecudum. Virg. 3. Aeglog. Dic mihi Damœta, cujum pecus, an Melibœi? Idem: Captigenumq; pecus nullo custode per herbas. ¶ Interdū pro ove. πρόβατον. Plin. lib. 8. cap. 49: Est & in Hispania, & maximè Corsica, non dissimile pecori genus musimonum, caprino villo, quàm pecoris vellere propius. Quintil. Cur in usum vestium sæpè pecori lanæ detrahuntur? ¶ Interdum dicitur de quovis animante, quod humana lingua & effigie caret. κτῆνος. Virgil. 4 Georg. Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent. Horat. lib. 1. Carm: Omne quum Proteus pecus egit altos, Visere montes. ¶ Pecus autem, quum in genitivo facit pecudis, nunquam accipitur collectivè: alioqui omninò eadem habet significationes: Dicitur enim de quovis animali excepto homine. Plinius lib. 8. cap. 7: Ipsius animalis tanta narratur clementia adversus minus valida, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoveat, nequid obterat imprudens. Virgil. lib. 4. Georg. de apibus loquens: - & pecudum custodia sollers. Lucret. de piscib. Præterea genus humanum, mutæq;, natantes, Squamigeræ pecudes. Columell. lib. 8. cap. 3: Volátile pecus facilè custodiam decipit. Diciturq; pecus (ut docet Varro) à pes, quòd pedibus sine ratione bruta ferantur. ¶ Sunt qui dicant pecus, pecudis, olim fuisse masc. gen. quòd apud Ennium lectum sit, Pecudi marito: poterimus tamen dicere, Marito, ibi esse substantivum, & figuratè cum alterius generis substantivo cohærere. Legitur etiam pro eodem Pecu, & in numero plurali pecua: de quo suprá. ¶ Pecuda etiam neutro genere in usu fuisse, veterum affirmat autoritas. Sisenna: Iumenta, & pecuda locis trepidare cōpluribus. Item Cic. de Repub. apud Nonium: Quum adhibent in pecuda pastores.

Pĕcŭ, hujus pecu, in plurali pecua, pecuum, pecubus. Antiqui dixerunt pro pecore. Plautus Ruden. Nō vides me referre uvidum rete, sine squamoso pecu? Idem Mercat. Nec pecua ruri pascere, neq; pueros nutricare, &c.

Pĕcŏrīnŭs, a, um, Quod est ex pecore: [κτηνώδης. Gall. *De bestail.* Ital *Pecorino.* Ger. Das vom Vych kompt. Hisp. *Cosa de ganado.* Pol. *Zbidła posił'i.* Vng. *Barombol valo.* Ang. *Of cattaill.*] ut Pecorina caro: quam & pecoream pecudinam, & pecuinam possumus appellare.

Pĕcŏrōsŭs, a, um, Quod pecore abundat: [κτηνώδης. Gall. *Abondant en bestail.* Ital. *Ch' abonda di pecore.* Ger Voll Vychs. Hisp. *Cosa de mucho ganado.* Pol Dostatni w bydł'o. Vng. *Barmos.* Ang. *Riche in cattaill.*] ut Pecorosa palatia, apud Propertium libro 4: Venit ad invictos pecorosa palatia montes, Et statuit fessos:

fessos, fessus & ipse, boves. Statius 10. Thebaid. Cui fœtura gregem pecoroso vere novavit.

Pĕcŏrārĭŭs, m.f. Qui pecua, sive pecora publica redimit, ut inquit Asconius. [נקד nokédh. κοπτὸς προβάτων.] Romani enim vetustiores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant: ¶ Est etiam pecorarius, qui pecorum curam habet, pecuarius. [נקד nokédh. νομεύς. Gall. Gardien de bestail, berger Ital. Pecoraio. Ger. Ein Bychhirt/oder der zu dem Bych sorg hat. Hisp. Ganadero. Pol. Stroż bydlięcy. Vng. Barom gond viselb, őrző. Ang. A grasyer, that feedeth cattail.] August. lib. 15. de Civit. Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorum.

Pĕcŭārĭŭs, rii, m.f. Qui pecora pascit, pecorarius. [נקד nokédh. κοπτὸς, νομεύς. Gall. Berger. Ital. Pecoraio. Ger. Ein Bychhirt. Hisp. Ganadero, ò pastor de ganado. Pol. Krowiarz. Vng. Barom őrző. Ang. A feeder of cattaill.] Cic. 4. Verr. Mercator, an arator, an pecuarius.

Pĕcŭārĭŭs, a, um, Quod ad pecus pertinet. [βοσκηματικός. Gall. Appartenant à bestail. Ital Che serue à bestiame. Ger Zu dem Bych gehörend. Hisp. Perteneściente à ganado. Pol. Bidlięcy. Vng. Baromhoz tartozo. Ang. Belonging to cattaill or bestiall.] Plautus in Truculento: Malè vertit res pecuaria mihi apud vos. Colum. lib. 7. cap. 12: Pecuarius canis neq; tàm strigosus aut pernix debet esse, quàm qui damas, cervosq;, & velocissima sectantur animalia: est autem Pecuarius canis, qui pecora, vel pecudes custodit à luporum voracitate, & injuria.

Pĕcŭārĭă, orum, n.f. Dicŭtur à pecu. [עדרים hadharím אקבים nukním. βοσκήματα. Gall. Troupeau de bestail. Ital. Greggi grandi di pecorer. Ger. Grosse schaaren oder hauffen Bychs. Hisp. Hato de ganado. Pol. Stada bydlięce. Vng. Tsorda. Ang. Flockes of cattail.] Nominativus singularis est pecuare, vel pecuar per apocopen. Propriè autem pecuaria dicuntur magni pecudum greges. Persius: Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Virgil. 3. Georg. Solve mares, mitte in venerem pecuaria primus. Autor ad Heren. lib 4: Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? ¶ Nonnunquam pecuaria pro vectigalibus accipiuntur, aliisq; rebus omnibus, ex quibus populus habet provĕtum. Diu enim hoc uno vectigali populus Romanus contentus fuit. Cicero de Claris Oratoribus: Insimulareturq; familia partim etiam liberi societatis ejus, quæ pecuaria de P. Cornelio L. Mummio COSS. redemisset, &c.

Pĕcŭārĭă, riæ, f.p. Dicitur ratio parandi, ac pascendi pecoris ut fructus ex eo percipiatur, quæ & Res pecuaria dicitur. [κτηνοτροφική. Gall. Pasture, art de pasturage. Ital Pastura. Ger Der Gewerb mit dem Bych vmbzugehn / die Gemeten vnnd vycherhaltung. Hisp. El arte de viuir por el ganado. Pol. Poślepek wchowaniu bidl'a. Vng. Barommal valo kereskedes. Ang. The feeding or pasturing of beasties.] Varro libro 3. de re rustica, capite 1: Tres libros institui, è queis duos scripsi, primum ad Fundaniam uxorem de agricultura: secundum de pecuaria, ad Turannium Nigrum. ¶ Est & pecuaria, locus in quo pecorum greges consistunt. [נאות neóth.] Varro libro 2. capite 1: Cujus nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Idem in Præfat. libri 2: Quòd eò facilius faciam quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias. Non malè quis possit ex hisce Varronis exemplis pecuarias intelligere, ipsos pecudum greges: quemadmodum apud eundem Pecuariæ videntur accipi lib. 3. cap. 2: Vbi sic ait: Duo quum sint genera pastionum: unum agreste, in quo sunt pecuariæ: alterum villaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ, &c. ¶ Pecuariam rem facere, significat armenta, gregesq; alere, quæ res ad scientiam pastoris pertinet. κτηνωδῶς ἐργάζεσθαι.

Pĕcŭum, Cato genitivo plurali protulit, ab eo quod est pecu. Autor Festus.

Peda, Vide PEDES pedum.

Pedagium, & Guidagium, barbara vocabula, exponuntur in C. super quibusdam, ext. de Verb. sign. & ibidem Abbas, & in C. Innovamus de censibus.

Pedalĭon, Polygonium apud Dioscor. lib. 4. cap 5.

Pedalis, Pedamen, Pedaneus, Pedarius, Vide PEDES pedum.

Pedatim, Pedatio, Pedatum, Vide PEDES pedum.

Pēdēmă, pen. prod. hujus Pedematis, πήδημα, Genus saltationis Laconicæ in qua pedes in orbem ad nates torquebantur: de qua Lucia. in libello περὶ ὀρχήσεως. Iuven. Satyr. 11: Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alii legunt pytismate.

Pĕdēprĕssim, Pedes, ditis, Pedester, Pedetentim, Pedica, Pediculus, Pedisolus, Pedisequus, Peditatus, Vide PEDES pedum.

Pĕdēs [רגל regél. πόδες. Gall. Les pieds. Ital. Piedi. Ger. Die Füss. Bel. Beenen. Hisp. Los pies. Pol Nogi. Vng. Lab. Ang. The feet.] Dicuntur quibus utimur in gradiendo, cujus nominativus singularis est Pes, à Græco πούς. Pes autem totum dicitur quod est à femore ad calcem: dividiturq; in coxendicem, femur, genu, femen, poplitem, crus, suram, & imum in pedem, qui calx appellatur: dividiturq; in convexum pedis, quæ pars superior est: & calcaneum, quæ est pars posterior: item in volam, quæ est pars medii pedis cava: & plantam, quæ pars tota inferior est: præterea in digitos & ungues. Avola pedis indita sunt cognomina Plancis, Plotiis, Scauris, Pansis: de quibus suis locis. Ovid. 3. de Pont. Hæc dea nõ stabili quàm sit levis orbe fatetur, Quæ summum dubio sub pede semper habet. Idem 12. Metamorph. -pedibusq; virum prbculcat equinis. Virgil. 9. Aeglog. Quò te Mœri pedes? an quò via ducit in urbem? Ad pedes servus, Ante pedes, à pedibus. Vide ad præposit. ¶ Suo se pede metiri: hoc est, facere sumptum pro facultatum suarum modulo. Horat. 1. Epist. 7: Metiri se quenq; suo modulo ac pede, verum est Quoniam verò standi fundamentum pes est, factum est ut in ædificiis area, pes magnus dicatur. ¶ Pes etiam mensuræ genus est quo mensurantur terræ, & continet quatuor palmos: hoc est, digitos sedecim. ¶ Item funis quo in navi tenditur velum. Virgilius lib. 5. Aeneid. Vna omnes fecêre pedem. Plautus etiam remos navium pedes appellavit. ¶ Pedes etiam dicuntur legitimæ carminum dimensiones: ita dicimus carmen Heroicum sex habere pedes: Pentametrum, Phaleucium, & Saphicum, quinq;: Metaphora videtur sumpta ab animalium pedibus. Nam quemadmodum illa suis pedibus moventur, ita etiam carmina suis quibusdam incedunt pedibus. Aut certè à mensuræ genere, quod pedem vocari diximus, quòd carmina suis pedibus veluti mensuris quibusdã dimetiantur. ¶ Præterea pes vocatur fœdum capitis animal, à multitudine pedũ. Plaut. in Curc. Vt muscæ, culices, pedesq;, pulicesq;, Odio, & malo, & molestiæ, bono usui estis nulli. Hujus diminutivum frequentiùs in usu habetur, scilicet Pedĭculus, sive pedunculus.

Pĕdĭcŭlŭs, li, diminutivum, m.f. Parvus pes. [πόδιον. Gall. Petit pié. Ital. Picciol piede. Ger. Ein Füßlin. Bel. Een Voetken. Hisp. Pie pequenno. Pol. Nożka. Vng. Labotska. Ang. A litle foote.] Plin. lib. 9. cap. 28: Mollia sunt loligo, sepia, polypus, & cætera ejus generis. His caput inter pedes & in ventre: pediculi octoni omnibus. ¶ Hinc pediculi vocantur, quibus fungi, pyra, mala, & hujusmodi sustinentur. μύσκοι. Plin. lib. 22. cap. 23: Tutiores fiunt fungi cũ carne cocti, aut cum pediculo pyri. ¶ Item pediculus vermis in capite hominis, & in cæteris animalibus. [כנם chinnám. φθεὶρ. Gall. Vn pou. Ital. Pidocchio. Ger. Ein lauß. Hisp. Piojo. Pol. Wesz. Vng. Tetwe. Ang. A louse.] Colum. lib. 8 cap. 7: Pluma omnis è capite, & sub alis, atq; clunibus detergetur: illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret. ¶ Pediculi quoque terræ scarabei terrestres ricino similes. Sunt & maris pediculi, teste Plin. lib. 32. cap. 7. & 8, ita dicti à similitudine pediculorum capitis, quibus ad varia medicamenta utuntur.

Pĕdĭcŭlātŭs, a, um, ut Pediculata poma, quę pediculos habent, quibus suspendi possunt.

Pĕdĭcŭlārĭs, lare, Quod ad pediculos capitis vermes pertinet. [φθειρικὸς. Gall. Appartenant à poux. Ital. Pertinente à pidocchio. Ger. Das zu den leüsen gehört. Hisp. Perteneściente à piojo. Pol. Wszawy. Vng. Tetwes. Ang. Of lise.] Hinc pedicularis morbus dicitur, quum corpus pediculis scatet. Græci φθειρίασιν appellant. Nam φθεὶρ, pediculum dicunt. De hoc Serenus: Noxia corporibus quædam de corpore nostro Progenuit natura, volens abrumpere somnos Sensibus, & monitis vigiles inducere curas. Hoc morbo interiit Sylla Dictator.

Pĕdĭcōsŭs, sive Pediculosus, Qui capitis vermibus scatet, qui pediculi & nonnunquam pedes appellantur. [φθειρίων. Gall. Pouilleux, plein de poux. Ital. Pedocchioso. Germ. Lauſig/voll leusen. Hisp. Cosa llena de piojos. Pol. Pel'en wszi. Vng. Tetues. An Lowsie.] Plautus: Pedicosus, squallidus, ubi me vidit, caput scabit. Apud antiquos, teste Festo, aliquando invenitur pedecosus, per secundam vocalem in antepenultima. Titinnius: Rus detrudetur pedecosus, squallidus.

Pĕdĭōlŭs, dimin. Parvus pes, Nonius. πόδιον. Afranius: Excepto atq; adeò nolo, nudo pediolo est pus.

Pĕdŭscŭlŭs, li, dimin. Parvus, pes. [πόδιον. Gall. Petit pié. Ital. Picciol piede. Ger. Ein kleins Füßlin. Hisp. Pequenno pie. Pol. Nożeczka. Vng. Kis lab. Ang. A litle foote.] Plin. lib. 11. cap. 10: Si cooriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. ¶ Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum docent, Apprehensi ponduſculo lapilli.

Pĕdă, Vestigium humanum, præcipuè pedis, inquit Festus. [עקבה hikkebáh. ιχνος. Gall. Vestige, pas ou trace. Ital. Pedata humana. Ger. Ein fußtritt/fußstapff. Hisp. La pisada del pie. Pol. slad czl'owiecży. Vng. Lab nyom Ang A pace or steppe]

Pĕdālĭs, ale, om. t. Quod est pedis aut Mĕsura pedalis. [ποδιαῖος. Gal. D'vn pié. Ital. D'vn piede. Ger. Schůhig/das eines schuchs lenge oder breite hat. Hisp. Cosa de longura de vn pie. Pol Na stopeszero-ko. Vng. Egi lab nyomni. An. Of a foote, or of the measure of a foote.]

Columel.

Columel.lib.3: Pedale quoquoversus spatium sat erit inter semina relinqui. Idem Scrobiculis pedalibus factis. Cic.4. Academ. Quid potest esse sole majus, quem Mathematici amplius duodevigínti partibus confirmant majorem esse quàm terram? quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. Cæsar 2.bell. Civil. Pedalibus lignis conjunctis inter se porticus integebantur.

Pĕdŭlĕ,is, Scabellum, id quod sub pedibus præstat utilitatem. [ὑποπόδιον. Gall. *Scabeau, scabelle, ou petit banc.* Ital. *Banchetta, scabello descchetto.* Ger. Ein Scabell / oder stůltn/ das man vnder die füß steut. Hisp. *Escanecchico, banquillo.* Pol. *Podnożek.* Vng. *Samoly, labulat való.* Ang. *A foote stoole.*] Cornelius Fronto de vocab. differ. Pedale mensura est pedis. Pedule verò quod sub pedibus præstat utilitatem. Pedules fasciæ apud Vlpian. l. 25. D. de aur. & arg. dici videntur eæ, quibus pedes vinciuntur. Cicero in Clodium ostendit apud Nonii: Túne cùm vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares

Pĕdāmĕn, inis, n.t. & Pedamentum, ti, n.s. Fulcimentum, sive adminiculum quod arbusculæ adhibetur: sicut palus quo vitis sustentatur. [משענת *mischhéneth.* χαράκωμα. Gall. *Vn eschalats de vigne ou autre appuy.* Ital. *Pedamẽto, sostegno, appoggio.* Ger. Ein bawmstutzen / oder ein rebstock. Hisp. *El rodrigon dela vid o otres arboles y otras cosas.* Vng. *Karo, tamaz.* Ang. *A proppe sett to hold vp any thing.*] Plinius lib. 17. cap. 20: Castanea pedamentis omnibus præfertur. Columella lib. 4. cap. 30: Pedaminum, jugorumq́; & viminum prospiciendorum tradenda ratio est. Varro lib. 1. de Re rustica cap. 8: Quibus stat recta vinea, dicũtur pedamenta: quæ transversa junguntur, juga: ab eo quoq; vineæ jugatæ.

Pĕdānĕŭs, a, um, Pedalis. [ποδιαῖος. Gall. *D'vn pié.* Ital. *D'vn piede.* Ger. Schůig. Hisp. *Cosa de longura de pié.* Pol. *Nastopie sieroki.* Vng. *Egy labni.* Ang. *Of a foote.*] Columella lib. 5: Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparat. ¶ Hinc Bipedaneus, a, um, Tripedaneus, & hujusmodi. δίποδιαῖος. Colum. lib. 1: Bipedanea humus arboribus quatuor pedum ábundè est. Et lib. 4: Tripedaneis relictis spatiis, per quæ semina excoluntur. Et lib. 5: Semipedaneam consitis resolutã vitibus terram subjicere. ¶ Pedaneus judex, Qui à præside constituitur, ut minora judicia discerhat: ita dictus quòd is magistrátus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Gell. tamen lib. 3. cap. 18, negat pedaneum in hac significatione Latinum esse, Senatoresq́; pedarios hosce dicendos contendit, non pedaneos.

Pĕdārĭi, Senatores dicti sunt qui in Senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobábant; moventes se loco, & in partem ejus cujus sententiam approbabãt, ambulantes. Propter quod qui ita faciebant, ire in sententiam pedibus dicebantur. Et ab hoc instituto transeundi pedibus, pedarii sunt appellati. Cicero ad Attic. lib. 1: Est illud senatusconsultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrûm autoritate factum. Ibidem: Et raptim in eam sententiã pedarii cucurrerunt. Sententia eorum, pedaria appellatur. Gellius pedarios existimat dictos fuisse Senatores, quòd qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus in curiam proficiscebantur. Nam qui curulem magistratum gessissent, curru vehi solebant. Vide Gellium hac de re diffusè tractantem lib. 3. cap. 18.

Pĕdātim, adver. à verbo pedo, as. [κατὰ πόδας βάδην. Gall. *Pas à pas.* Ital. *A passo, à passo.* Ger. Fuß auff fuß. Hisp. *Passo à passo, de dos en dos.* Pol. Wpiąti. Vng. *Laban.* Ang. *Steppe and steppe.*] Plin. li. 11. cap 45: Leo tantùm & camelus pedatim gradiuntur. hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

Pĕdātum, pedati, apud antiquos legitur pro repetito accessu: à verbo pedo, as, quo antiqui utebantur. Nonius: Pedato, positum invenitur pro repetitu, vel accessu, quasi per pedem: sicuti nunc vulgò dicitur, Tertio pedato. Cato Orig. lib. 1: Igitur tertio pedato bellum nobis fecêre: hoc est, tertio reversi, ut interpretatur Perottus. Cato Senex: In his duobus bellis alteras stipendio agriq́; parte multati, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato & secundo. Sosipater lib. 1. Instit. Gram. Item Cato in dissuasione fœnoris. Tertio autem pedato, item ex fœnore discordia excrescebat: hoc est, tertia vice.

Pĕdĕprēssim, Tardè, paulatim, quasi lenta & tarda itione. [ΒΡΑΔΕΩΣ *at βάδην.*] Nonius.

Pĕdĕs, peditis, Qui pedibus incedit: [רגלי *raghlí.* πεζός. Gall. *Pieton, qui, va à pié.* Ital. *Pedone.* Ger. Ein Fußgenger/ Fußknecht Bel. Een Voetknecht. Hisp. *El peon hombre de pie.* Pol *Piesży.* Vn *Gialog.* An. *A foote man;*] sicut eques, qui equo vehitur. Vnde milites qui pedibus stipendia faciunt, pedites appellamus. Cæsar 8. belli Gall. Equitatum omnem, Germanosq́; pedites, summæ velocitatis omnes, ad castra hostium præmittit. Virgil. 6. Aeneid. seu quum pedes iret in hostẽ Idem 10. Aeneid. Quũ pedes incedit, &c. Curtius: Pedes agmen circumibat.

Pĕdātŭs, [Vn. *Lábas.*] Suetónius in Othone Fuisse etiam traditur & modicæ staturæ & malè pedatus, pedibus male fultus.

Pĕdĭtātŭs, tus, m.q. Peditum copiæ: sicut equitatus, equitũ copiæ. [רגלי *raghlí.* πεζόν. Gall. *Bande, ou armee de gens à pié.* Ital. *Essercito a piedi.* Ger. Ein Fußzeug/ ein hauffen Krieges leuten zu fuß. Hisp. *El peonaje de hombres de pie.* Pol. *Piesży zołnierz.* Vng. *Gialog sereg.* Ang. *A bande of footemen.*] Cic. 5. Philip. Tu civem sceleratum & peditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues?

Pĕdĕstĕr, Qui pedibus iter facit. [רגלי *raghlí* πεζός. Gall. *Pieton.* Ital. *Pedone.* Ger. Ein Fußgenger / der zu fuß geht. Hisp. *El peon.* Pol. *Piesżo chodzaci.* Vng. *Gialog.* Ang. *A foote man.*] Mattial. lib. 1: Abnuit in liquidis ire pedester aquis. Apul. Qui modò in exercitum profectus est pedester. ¶ Dicitur etiam hic & hæc pedestris, & hoc pedestre. πεζικός, ut pedestris exercitus, qui peditibus tantùm constat, non etiam equitibus. Pedestres copiæ, Pedestria agmina. πεζικὴ δύναμις. Cic. 2. de Finibus: Vt si Xerxes cum tantis classibus, tantisq́; equestribus & pedestribus copiis Hellespohto juncto, Athoq́; perfosso, maria ambulavisset, terramq́; navigasset, &c. ¶ Pedestris oratio prosa, & oratio soluta: ita dicta ab humilitate & simplicitate apparatus, quod ad gravitatem, & majestatem carminis non assurgat. πεζὸς λόγος. Quintil. lib. 10. cap. 1. de Platone: Multùm supra prosam orationẽ, & quam *pedestrem* vocant Græci, exurgit. Horat. ad Mecœnatem lib. 2. Carm. tuq́; pedestribus Dices historiis prælia Cæsaris. ¶ Pedestre iter, idem quod terrestre. Vlpian. lib. 1. D. de fluminibus. Cicero item ad Attic. Si pedestre iter impediatur, non ideo minus iter navigio deterius fit. ¶ Pedestria auguria dicebantur quæ à lupo, vulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus sumebantur, πεζικοὶ οἰωνοί.

Pĕdĕtĕntim, adverbium compositum à pede, & tento, tas, Idem quod sensim, vel paulatim. [ΒΡΑΔΕΩΣ *at κατὰ πόδας, βάδην.* Gall. *Peu à peu, tout bellement, pas à pas.* Ital. *Pian piano, poco à poco.* Ger. Fuß fur fuß/ gemächtich/ hübschtich. Hisp. *Pie ante pie, poco à poco.* Pol. *Lehko, noga maczaiacz.* Vng. *Lassán lassan.* Ang. *Steppe by steppe, litle and litle.*] Cic. lib. 1. Offic. Sin minus, sensim erit, pedetentimq́; faciendum. Terc. in Phor. Dii bene vertant quod agas, pedetentim tamen, quod Donatus exponit pro cautè.

Pĕdĭcă, penult. corr. f p. à pede, Laqueus quo pedes illigantur. [משוך *mokésch.* πέδη. Gall. *Piege, lacs à prendre les bestes par le pié.* Ital. *Laccio, vuoglia.* Ger. Ein hårten/ Fußstrick. Hisp. *La pihuela, ò lazo.* Pol. *Sidło.* Vng. *Kaloda, beko.* Ang. *A snare to catch the feet; a fetter or shackle, a gyue.*] Virgil. lib. 1. Georg. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis. Livius lib. 21: Velut pedica captá hærerent.

Pĕdĭcĭnŭs, Prisca dictio est, cujus hodie significatio ignorátur. Legitur apud Catonem de Re rust. cap. 18: Verba ejus sunt hæc: Ibi foramen pedicinis duobus facito, ibiq; arbores pedicinio in lapide statuito. Sunt qui putent diminutivum esse à nomine pes: sed huic loco hoc non satis videtur congruere.

Pĕdĭcŭlāris, Pedicosus, Pediculus, Pediolus, vide suprà post vocem Pedes.

Pĕdĭsĕquŭs, unico s, m.s. Qui dominũ sequitur: & pedisequa, quæ dominam sequitur. [ἀκόλουθος. Gall. *Vn vallet qui va apres son maistre.* Ital. *Che seguita il patrone.* Ger. Ein Diener so seinem Herren auff dem fuß nachtrittet. Hisp *El que accompanna el su sennor.* Pol. *Sługa piesżo zapanem chodzaci.* Vng. *Vr vtan iaro szolga* Ang. *A seruand alway following his maister.*] Plautus in Mil. Pedisequus tibi sum. Cicero ad Attic. lib. 2: Quæ mihi videtur una concionũcula clamore pedisequorũ nostrorum esse peritura. Idem pro Domo sua: Conculcari hũc à pedisequis jussit. Terent. in And. Accedo ad pedisequas, quæ sit rogo. Autor ad Heren. lib. 4: Virtutis pedisequæ sunt divitiæ.

Pĕdĭtātŭs, vide Pedes, peditis, in Pedes, pedum.

Pĕdo, as, Vado, à quo Repedo, quod est quasi pedem refero, redeo. [הלך *halách,* ἀναποδίζω. Gall. *Aller, cheminer.* Ital. *Andare.* Ger. Gehn Hisp. *Andar, ir.* Pol. *Ide.* Vn. *Iarok.* Ang. *To go, to walk.*] Lucil. Rediisse, ac repedasse, ut Romam vitet ¶ Pedare ponitur etiam, pro viti vel alteri arbusculæ sustentaculum adhibere [χαρακοῦν Gall *Eschalasser vne vigne.* Ital. *Mettere pali alle viti.* Ger. Die Rében oder etwas andere sticken. Hisp. *Poner radrigon à la vid.* Pol. *Przywiązonacz latorasły.* Vn. *Meg karosżom, tamogatom.* An. *To prope vp a wine.*] Vnde vineæ pedatæ dicuntur. Plin. lib. 17. cap. 21: Aut pedatæ vineæ simplici jugo. Colum. lib. 4. cap. 12: Putationem sequitur jam pedandæ vineæ cura.

Pĕdātŭs, a, um, Sustentaculo sive pedamento firmatus, ut vinea pedata. [משען *nischhán.* κεχαραγωμένος. Gall. *Soustenu, appuyé.* Ital. *Sostentato.* Ger. Gestiket Hisp. *Sostenido.* Pol. *Do tik przywiązani.* Vng. *Meg karoszott.* Ang. *Prop ped, holden vp with a proppe.*] ¶ Quandoq; etiam pedatus dicitur cui sunt pedes: sicut à manu Manulcatus. χειρόνακτος. Sueton. de Othone: Fuisse traditur & modicæ staturæ & malè pedatus, calvusq́; id est, distortis pedibus.

Pĕdātĭo, f. t. Dicitur quum pedamentis vinea fulcitur. [χαράκωσις.

ris. Gall. *Soustenement appuy, eschalassement.* Ital. *Sustentamento, pedamento.* Ger. Stickung/oder der stickel. Hisp *Obra de sostener la vid y de ponor rodrigon à la vid.* Pol. *Natkniense.* Vng. *Karozas.* Ang. *A propping of wines.*] Colum. lib. 4. cap. 12: Idq; jugum intra quartum pedem convenit allevari, dum se vinea corroboret in pedationem.

Pĕdum, di, n. s. Pastorale baculum, seu virga incurva qua pecudum pedes detinentur. [מקל *mattèh*, λαγωβολον, κυλλόποδος. Gall. *Vne houlette.* Ital. *Bastone di pastori.* Ger. Ein Hirtenstäck. Hisp. *El ganchro ò cayado de pastor.* Pol. *Szufla pasterska.* Vng. *Baran fogo* Ang. *A sheephooke or crooke.*] Virgil. 5. Aeglog. At tu sume pedum, quod mox quum sæpè rogaret, Non tulit Antigenes.

Pedo, dis, pepedi, n. t. Crepitum ventris emitto. [πέρδω, βδέω. Gall. *Peter, faire vn pet.* Ital. *Pettegiare.* Ger. Feisten/ ein furtz oder schyß lassen. Hisp. *Peer.* Pol. *Pierdze bydze.* Vng. *Fingom.* Ang. *To fart.*] Horat. 1. Serm. Satyr 9. Nam diploſa ſonat quantum veſica, pepedi. Martialis: Nil aliud video quo te credamus amicum, Quàm quòd me coram pedere Criſpe ſoles. Hinc peditus, crepitus ventris apud Soſipat. libro 2. Grammat. ¶ Hujus compoſita ſunt, Impedo, & Oppedo: de quibus ſuis locis.

Pedo, pedas, Pedum, Peduſculus, vide Pes.

Pedulus, Vlpian in tit. de Aur. & argent. leg. l. argumento, faſcias curules appellat.

Pegănŏn, πήγανον, Herba eſt Dioſc. lib. 3. quam Latini rutam appellant

Pegmă, matis, pen. cor. n. t. πήγμα ἀπὸ τῦ πήγνυμαι: Hoc eſt, à p[illegible]undo, ſive componendo. Machina quædam eſt lignea in qua ſtatuæ collocantur, & quaſi figuntur ad illas ſuſtinendas. Interdum πήγματα cum ludicris producebantur in ſcenam, cùm pueris etiam cõſidentibus, ex linguis & tabulis quæ cõſtabant vario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca ad Lucilium his verbis deſcribit: His (*inquit*) annumeres licet machinatores qui pegmata ex ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacita in ſublime creſcẽtia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiſcentibus quæ cohærebant: aut quæ diſtabant, ſua ſponte cohærentibus: aut iis quæ eminebant, paulatim in ſe reſidentibus. Ioſeph. lib. 7. de Bello Iudaico: Maximè aũterat ſtupor machinarum quæ portabantur, ſive pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantiũ occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum, quartumq; ſurgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis ſimulacrum belli repræſentatum fuiſſe ſignificat, ut alii capere viderentur, & per ſingula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui aũt in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmates vocantur. Tradunt Claudium objeciſſe aliquando beſtiis, qui pegmata in ſcenam parum feliciter produxiſſent Plin. li. 33. cap. 3: Princeps Catus in circo pegma duxit, in quo centũ & viginti quatuor argenti pondo fuere. Feſtus ſcribit, pegmata eſſe ex ære, aut marmore armamenta, quæ ut plurimum in atriis, quandoq; in porticibus aulisq; affigebantur, majorum, aliorumq; fortium virorũ geſta certius quam pictura oſtendentia. Martial lib. 12: Et creſcunt media pegmata celſa via.

Pegrina, vitis nigra apud Dioſc. lib. 4. cap 195.

Pējero, ras, pen. cor. n. p. Falſo & animo fallendi juro, juramẽtum nõ ſervo. [משבע שוא *mischbáh leschâv* אלה. ἀλάω. ἐπίορκος εἰμι. Gall. *Se pariurer.* Ital. *Giurare il falso.* Ger Ein falſchen Eydt ſchweren Bel. Een valſchen Eedt ſweren. Hiſp. *Iurar falſamente.* Pol. *Fal'ſywie przyſiegám.* Vng. *Hamiſſán eskwzem.* Ang. *To for eſwere him ſelf by a falſe othe.*] Cic. 3. Offic. Non enim falſum jurare, pejerare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia juraris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, perjuriũ eſt. Idẽ pro Roſc. Comœ. Qui mentiri ſolet, pejerarę conſuevit. Martial. lib 7. Nec erubeſcit pejerare de turdo, Et oſtreorum rapere lividos cirros. Iuris pejerati pœna. Horat. 2. Carm. Ode 8. Plaut. in Aſin. Nam ſiquid fecit ſceleſtè, pro illo lingua pejerat. Lactant. libro 1: Ergo aliqua poteſtas eſt quæ pejeranres deos puniat.

Pejŏr, pejoris, & pejorare, vide Malus.

Pĕlăgŭs, pen. corr. tam maſculini quàm neutri generis, propriè profundum maris ſignificat [ים *jam.* πέλαγος. Gall. *La mer.* ce, *la haute mer* Ital *Mare* Ger. Die tieffe des Meers. Hiſp. *Mar.* Pol. *Gl'ebokoſcz morska.* Vng. *Az tengernek melſege.* Ang. *The ſea or botome of the ſea.*] Etymologici pelagus dictum volũt, quaſi πέλαγος, quòd ſit πόλις πὸς γᾶς: id eſt, procul à terra. Tamen interdum pro quovis mari accipiatur. Valer. Flac. lib. 1. Argon. O quantum terrę, quantum cognoſcere cœli Permiſſum eſt, pelagum quantos aperimus in uſus! [illegible] lib 10 cap. 32: In reliquis partibus eſt quidem portus pelagus Virg. 3. Aeneid. hic pelag[illegible] Ionium [illegible] ſinus, &c. Ibid. Treis adeò incertos [illegible]

Pĕlăgĭcŭs, a, um, [illegible] πελαγικός. Gall. *De mer.* Ital. *Di mare.* Ger. Des Meers / oder auß dem Meer. Hiſp. *Cosa de mar.* Pol. *Morſkr.* Vng. *Tengeri.* Ang. *Of the ſea:*] Quod in mari vivit, ſive etiam quod eſt ex mari. Colum. lib. 8. cap 17: Cæteri ſaxatiles, aut pelagici ſatis ex his, ſed ex recentibus melius paſcuntur.

Pĕlăgĭus, a, um, πελάγιος. Idem Varr. 3. de Re ruſt. cap. 3: Sic noſtræ ætatis luxuria propagavit leporaria: at piſcinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piſcium revocavit.

Pĕlăgĭă, f. p πελαγία, Piſcis eſt ex genere concharum, qui & purpura dicitur, in mediis faucibus ſuccum habens tingendis lanis laudatiſſimum, qui ab eo pelagium dicitur: ſicut à buccino alio concharum genere, buccinum appellatur. Plin. lib 9. cap. 37. Purpuræ alio nomine Pelagiæ dicuntur: earum genera plura, pabulo & ſolo diſcreta Idem lib 9. cap. 38: Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodũ alligatur, nimiæq; ejus nigritiæ dat auſteritatem illam, nitoremq; qui quæritur cocci.

Pelămĭs, dis, f. t. Thynnus qui nondum exceſſit annũ. [πηλαμὶς, ἡ. Gall *Pelamide ou thon.* Ital *Palamita, peſce tuono.* Ger Ein junger vnerwachßner Meerfiſch von der art des *Thonni.* Hiſp. *Eſpecie de atun.* Ang. *A tunnie fiſh.*] Nam pelamides primò, poſt annum thynni vocantur. Dictam autem volunt pelamidem, περὶ τὸ οὐ τῷ πηλῷ μένειν, quòd in luto moretur. Plin. lib. 9 cap 15: Limoſæ à luto pelamides incipiunt vocari, & poſt annũ thynni. Iuven. Satyr. 7: Quod vocis pretium? Siccus petaſunculus, & vas Pelamidum. Varia pelamidum genera enumerantur à Plin. lib. 32. cap. ult. ex quibus reliqua omnia magnitudine excedit orcynon.

Pelani, Panes communes, qui diis omnibus ſacrificabantur: fiebant illi ex tenuiſſima farina.

Pĕlărgŭs, m. ſ. [חסידה *chaſidáh.* πελαργὸς Græcè, Latinè ciconia dicitur. Gall. *Cicogne.* Ital. *Cicogna.* Ger. Ein ſtorck. Hiſp. *Cigueña.* Pol. *Bocsian.* Vng. *Eztraggolta.* Ang. *A ſtork.*] Inde Pelargici nomi ab Ariſtophane dicti, quaſi iconiarię leges quibus liberi parentes alere jubentur: id quod in jure quoq; cautum eſt. Ideo in ſceptris regiis antiqui iconiam ſculpere ſolebant in ſummo: in infimo autem hippopotamum animal improbiſſimum: ſignificare volentes juſtitiæ obnoxiam eſſe violentiam: cujus juſtitiæ ſymbolum eſt iconia, quæ parentes ſenio confectos alere, humerisq; geſtare in volatu creditur. Vide quæ de hoc annotavimus in dictione ANTIPELARGESIS.

Pĕlăſgŏs, πελασγὸς. Frutex eſt lauri foliis: unde à Græcis δαφνοειδὴς appellatur. [Ger. Gihgrün/oder Ingrün.] Quo nomine etiam Latini utuntur. Vide Plin. lib. 15. cap. ult. Herbariũ *Laurẽolam* appellant.

Pĕlĕchĭnŭs, πελέκινος, Herba eſt in ſegetibus naſcens, quę alio nomine Securidaca appellatur. Plin. lib. 27. cap 12.

Pĕlĭcanŭs, m. ſ. [πελεκὰς. Gall *Pelican.* Ital. & Hiſp. *Pellicano.* Ger. Ein Pelican / oder Löffelgañs. Pol. *Pellica.* Vng. *Puplikan.* Ang. *A pelican.*] Avis Aegyptiã. Naſcitur in ſolitudinibus, maximè Nili fluminis. Duo autem ſunt pelicanorum genera, ut docet Hieronymus: unum volatile, aliud aquaticum. Hæ aves crebris ictibus roſtrorũ dicũtur occidere parvulos ſuos, eoſdemq; in nidõ occiſos à ſe, lugere per triduum. Poſtremò matrem ſeipſam graviter vulnerare ajunt, & ſanguinem ſuum ſuper filios fundere, quo illi perfuſi reviviſcunt. A Græcis etiã ὀξυρυγχολάπτης dicitur, quòd roſtri ictibus arbores pertundat. Aelianus lib. 15 pelicanos eoſdem facit cum plateis.

Pelſomata, Ea ferè, quæ & Hypopia & ſugillata apud Paul. Aegin. lib. 3. cap. 24.

Pĕllāx, bujus pellacis, adjectivum, pen. prod. genitivi, om. t. Qui per blanditias aliquem decipit. [מתתה *mephatteh.* ἐπαγωγὸς πιθανὸς, ψευδαγωγός. Gall *Affronteur, qui trompe par belles paroles.* Ital. *Luſinghiero, ingannatore.* Ger. Betrügig mit liebkoſen vnd glatten worten. Hiſp. *El que mucho attrahe halagando, liſongiero.* Pol *Oſzukanie l'agodnie sł'owki.* Vng. *Hizel kõdõ iſyalard.* Ang. *That alloureth and deceiuth by faire wordes*] A verbo pellicio, quod eſt fraudandi cauſa aliquem allicio. Virgil 2. Aeneid. Invidia poſtquam pellacis Vlyſſi (Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris

Pĕllăcĭă, f. p. Fallacia; illecebrę [מרמה *mirmáh* תרעית *tarmith.* ἐπαγωγή. Gall *Tromperie, allechement deceuant.* Ital. *Inganno.* Ger. Gynfúbrung in betrug/vbertõrung. Hiſp *Halago, engannoſo.* Pol. *Obł'udnoſcz, oſzukanie.* Vng *Hizel kõdõ iſyalardſag.* Ang. *A faire ſpeaking to deceiue.*] Virgil. lib. 4 Georg. Verùm ubi nulla fugã reperit pellacia. Lucret. lib. 2: Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

Pĕllĕx, pellicis, f. t. ut inquit Iureconſultus. Illa vulgò appellatur, quæ cum eo cui uxor ſit, corpus miſcet. [פילגש *pileghesch.* παλλακὴ, παλλακὶς. Gall. *Celle qui abuſe de la partie legitime d'vn marié.* Ital *Adultera.* Ger Ein Kebsweib / die bey einem Ehmañ zu vnehren ſitzt/etwa Ebemañs hur Hiſp *La combleca de la muger caſada.* Pol. *Kurwazżonatum iegacata* Vng *Safarina kurua.* Ang. *A wedded manes harlot*] Inde apud Oratores & Poëtas, pellex nõ tàm viri, quàm uxoris nuncupatur. Cic. in Orat. pro Cluent.

Vxor

Vxor generi, noverca filii filię pellex. Declam. in Cic. Filia matris pellex, tibi jucūdior atq; obsequentior quàm parenti par est. Ovid. Epist. 9: Nomine depositio pellicis, uxor erit. Concubina verò est, quæ cum cælibe viro sine nuptiis locum tenet uxoris, quam Græco vocabulo παλλακὴν, pallacã appellamus. Suetonius de Vesp. Inde quieti vacabat, accubãte aliqua pallacarũ, quas in locum defunctæ Cænidis plurimas constituerat. Iustinus quoq; Cyri pallacem nominat, licet vitio librariorum pellicem scriptum reperiatur. Dicitur quoq; pellex de masculis, cum quibus mariti relictis conjugibus concũbunt. Cic. in Salust. Omnium cubiculorum pellex, & idem postea adulter. Sueton. in Cæs. Prætereo actiones Dolabellæ, in quibus eum Dolabella pellicem reginæ dicit. ¶ Pellex Latinum nomen est à pellicio, quod est blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab uxore seducit.

Pĕllĭcātŭs, tus, m. q. Actus quem pellex exercet: sicut concubinatus quem concubina. [παλλακία. Gall. *Solicitation du mariage d'autruy.* Ital. *Il tener donna à sua posta, che si dice proprio di maritato.* Ger. Dão Huren vnd Buben wesen eines Ehemanns mit einem Kebsweib. Hisp. *Maldad de combleca de muger casada.* Pol. Kurewstwo. Vng. *Safarinaság, kurnalkoitas.* Ang. *Alluring or ill lyf for company that a wedded man liueth with a strompet, adulterie.*] Cicer. 2. Offic. Ab ea enim est ipse propter pellicatus suspicionem interfectus.

Pĕllĭcĕo, ces, pellicui, quanquam rarissimè legitur: invenitur tamen apud Columellam in Præfatione lib. 8, pro blanditiis imperare, nisi locus corruptus est. [Ger. Einen mit glatten worten bereden/vberreden/betören. Pol. *Lagodnie namawiam.* Vn. *El tsalogatom el hitsẽtem el gõgyõgetsẽm.*] Nunc verò (*inquit*) quum pleræq; sic luxu & inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur: sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, perversaq; cupidine pretiosiores alias à viris pelliceant, quæ grandi pecunia, & totis penè censibus redimuntur, nihil mirum est easdem ruris & instrumentorum agrestiũ cura gravari.

Pĕllĭcĭo, is, pellexi, pellectũ, act. t. Blanditiis in fraudẽ induco, allicio, illicio. [תהה *pittáh*. ἐπισύρομαι, ἐφέλκομαι, προσείλκομαι, ὑπάγω Gall. *Induire & attraire par belles paroles, amadouër.* Ital. *Ingannare lusingando.* Ger. Anreitzen/locken. Bel. Aenlocken. His. *Atraher cõ halagos, engãnar halagãdo.* Pol. *Do vpatku przywodze, zwodze.* Vn. *Edesgeteszel el hitsẽtem el tsalogatom el gõgyõgetsẽm.* Ang. *To inty se and allure by faire wordes.*] Terent. in Phorm. Is senem per epistolam pellexit. Cicer. 1. de Orator. Majorem partem sententiárum sale tuo, & lepõre, & politissimis facetiis pellexisti. Componiturq; ex per, & lacio, mutatis l in r, & a in i. Festus: Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis verò fraus est. A lax, lacio fit: unde & Lacto, as: & composita, Allicio, Elicio, Illicio, & alia. Legitur quoque Perlicio apud Liv. 4. pro eodem: Negotium (*inquit*) datur, ut quos quisq; posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem perlicerent. Pellicio tamẽ, & pellexi & pellectus magis in usu sunt quàm perlicio, aut perlexi. Perlectus verò in ista significatione nequaquam haberi puto, sed Pellectus tantùm, ne à perlego putaretur.

Pĕllĭcātŏr, oris, m. t. Qui blanditiis aliquem in fraudem pellicit. [מסותה *mephattéh*. ἀπατεωνάρχης. Gall. *Trompeur sous beau semblant, amadoueur, enjauleur.* Ital. *Lusinghiero.* Ger. Ein anreitzer/locker/der einen mit süssen worten vbertöret. His. *El que atrahe con halagos.* Pol. *Ten ktory l'agodnie do vpatku inszeg przwodzi, zwodz.* Vn. *Edesgeteszel hitsẽtő, tsalogato, gõgyõgető.* Ang. *An allurer or intysser by faire wordes.*] Festus.

Pĕllis, hujus pellis, f. t. dicitur quum est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur. [עור *hor*. δέρμα, δορά. Gall *Vne peau, vne panne.* Ital. *Pelle.* Ger. Ein haut oder fäl. Bel. Een vel. Hisp. *La peleja à cuero.* Pol. *Skora.* Vng. Bőr. Ang. *The skinne, an hide, a pelte.*] Iuvenal. Sat. 10: Dissimilemq; sui deformem pro cute pellem. Cic. 1. de Natur. deor. Quam tu nunquam, ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo. Virg. 8. Aeneid. quem fulva leonis Pellis obit totum. Idẽ 11. Aeneid. Cur pellis latos humeros crepta juvenco Pugnatori operit. ¶ Quiescere in propria pelle, est contentum esse sua sorte, nec quicquam supra vires affectare. Horat. 1. Serm. Satyr. 6: Vel meritò quoniam in propria non pelle quiessem. ¶ Sub pellibus esse: hoc est, in castris stativis. Cic. 4. Academ. Vt nõ multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. ¶ Dicta pellis (ut quidam putant) à pellendo, quòd externas injurias tegendo repellat. Hæc postquam concinnata est ad calceos, & cætera opera facienda aluta dicitur. Varro: Pasceolus, saccus est ex aluta factus.

Pellĭcŭlă, æ, diminut. Parva pellis. [δερμάτιον. Gall. *Petite peau.* Ital. *Pellicina.* Ger. Ein heutlin oder fätlin. Hisp. *Peleja pequenna.* Pol. *Skorka.* Vng Bőrdske. Ang. *A thinne skinne or rine.*] Cicer. pro Muræn. Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus stravit pelliculis hœdinis lectos Punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi verò Diogenes Cynicus esset mortuus, &c. ¶ Continere se in pellicula, proverbiũ est, intra suã sortem se continere. Martialis lib. 3: Lusisti, satis est: sed te mihi crede, momento, Nunc in pellicula cerdo tenere tua. ¶ Curare pelliculam, est corpus suum molliter tractare. Horat. 2. Serm. Satyr. 5: ire domum atq; pelliculam curare jube. ¶ Veterem pelliculam retines: hoc est, pristinos mores. Persius Satyr. 5: Sin tu quum fueris nostræ paulò antè farinæ, Pelliculam veterem retines, & fronte politus Astutam vapido servas sub pectore vulpem, Quæ dederam suprà repeto, funemq; reduco.

Pĕllĭcĕŭs, a, um, Quod est ex pelle, ut Vestis pellicea. [δερμάτινος. Gall. *De peau, fait de peau.* Ital. *Di pelle.* Ger. Von häuten/bettzin. His. *Cosa de materia de pelleja.* Pol. *Kozuch.* Vng. *Kodmen kosok.* Ang. *Of a skinne.*] Hieron. contra Iovin. Dejecti in vallẽ lacrymarum, tunicis consutis & pelliceis vestirentur. ¶ Dicitur & pellicius eadem significatione. Lampridius in Heliogab. Sella pellicia.

Pĕllītŭs, ta, tum, pen. prod. Quod pelles habet, vel pellibus tectum est. [δερμωτός. Gall. *Qui est couuert de peaux, ou fourré de pannes.* Ital. *Pelliczato*, Ger. Mit beltzen oder fäln bedeckt. His. *Vestido de pellejas.* Pol. *Wskore albo wkozuck obleczoni.* Vng. *bőrős kődmenos.* Ang. *That is couered or furred with skinnes.*] Propertius li. 4: Pellitos habuit rustica chorda patres. Horat. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellitis ovibus Galesi & Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto.

Pĕllĭcŭlo, as, pen. prod. Pellibus alligatis obturo. [ὑποδερμάζω. Gall. *Couurir, ou estoupper de peaux ou de cuir.* Ital. *Coprire con pelle.* Ger. Mit einem fäl vermächen oder verstopffen. His. *Cubrir à tapar con pellejas.* Pol. *Skora kozuchem zatikam.* Vng. *Bőnel meg buritom: meg bőrőzőm.* Ang. *To furre or couer with skinnes.*] Columell. lib. 12. cap. 46: Vas operculatum pelliculant. Ibidem cap. 39: In alia vasa deliquare, & confectum opercula gypsare, & pelliculare.

Pellĭo, m. t. Qui vestes pelliceas & alia ex pellibus opera facit. [δερματουργοδιάκτης. Gall. *Pelletier, peaucier.* Ital. *Pelliczaro, valotaro.* Ger. Ein Kürsner/Beltzmacher. His. *Pellejero.* Pol. *Kurśnierczyk.* Vng. Szőrős. Ang. *A skinner or furrier, a peltmunger.*] Plaut. in Menæch. Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est.

Pello, lis, pepuli, pulsum, act. t. percutio, ferio. [הדף *hidhiach* הדחה *hadhuách* דחף *dachaph*. ἀποσοβέω, κόπτω. Gall. *Pousser, debouter, chasser.* Ital *Percuotere, scacciare.* Ger. Schlahẽ, klopffen/außtreyben/hinstossen. Bel. Slaen/cloppen/verdruyven/wtjagen. His. *Herir, empuxar.* Pol *Wipicham, wiganiam, wibyam.* Vng. Wrőm, verőm. Ang. *To expell or put out.*] Ter. in And. Túne has pepulisti fores? ¶ Aliquando ponitur pro abigo, extrudo, ἐλαύνω, ἀφίημι. Pelle animo timorem: mox aderit gnatus. ¶ Iungitur etiam ablativo cum præpositione à: ut Pelle hunc à foribus, apud Plautum in Amphit. Item cum præpositione de, ut Non potuit pelli de ea sententia: Item cum è vel ex: ut Pellere aliquem è foro vel ex templo. Nonnunquam etiam sine præpositione: ut Pellere patria, civitate, regno, agro, sedibus, &c. Iungitur etiam accusativo cum præpositione in Cicer. 2. de Oratore: In exilium pulsus est. ¶ Ponitur interdum pro exagitare, affligere. Cicero ad Nigidium lib. 4. Epist. Quanquam enim nulla meipsum privatim pepulit insignis injuria. ¶ Hinc fiunt Pulso, pulto, pulsus, & nonnulla alia quæ suis locis explicantur. Item composita Appello, Compello, Depello, Expello, Impello, Propello. ¶ A supino pulsum fit frequentativũ Pulso, as, de quo mox.

Pūlsŭs, hujus pulsus, in. q. Impulsio, motus, ictus, verberatio. [מדוחה *maddúach* דחי *dechí* מדחסה *madhchephah*. ὦσις, κρῦσις. Gall *Poussement, battement, chassement.* Ital. *Percußione.* Ger. Ein trib oder stoß. His *Empuxon.* Pol. *Wbyanie.* Vng. *Verős, wzes, leueges, er zőkes.* Ang. *Any expelling or putting out.*] Cicer. 1. Tusculan. Inanimũ est omne quod pulsu agitatur externo. Idem 1. de Orat. Impetus, pulsusq; remorum. Virgil. 12. Aeneid. pulsuq; pedum tremit excita tellus. ¶ Pulsus item, [σφυγμός. Gall. *Le pouls.* Ital. *Polso.* Ger. Das schlahen der pulsaderen. His. *Pulso.* Ang *The pulse, the mouing of the arteries.*] à medicis appellatur motus arteriarum ex spiritus reciprocatione, & ex systole, diastoleq; cordis proficiscens. Plin. lib. 11. cap. 37: Arteriarum pulsus in cacumine maximè membrorũ evidens, index fit è morborũ, in modulos certos legesq; metricas per ætates stabilis aut citatus, aut tardus. Idem libro 7. capite 51, venarum percussum appellat, ἐμπαχηνισμὸς; venas sumens pro arteriis. Venarum (*inquit*) inæquali, aut formicante percussu.

Pūlso, sas, act. p. frequentativum, à pello, percutio, verbero. [הכה *hichcháh* התקף *hithdakkáph* תמש *taphás*. σύτάνω, κόπτω, ἀφίστημι, σφύζω Gall. *Pousser, heurter, frapper.* Ital. *Battere, percuotere.* Ger. Hefftig schlahen oder stossen/treyben. His. *Herir.* Pol. *Tego bye, tł'uke, kol'acze.* Vng. Wtőgetőm, verőgetőm, zőrgetőm. Ang. *To thumpe, to strike, to knocke.*] Cicer. 6. Verr. Sex lictores circumsistunt, valentissimi ad pulsandos verberandosq; homines exercitatissimi. Terent. in Adelph. Sed quis hoc ostium pulsavit?

pulsa vit? Virgil. 4. Aeneid. cui nubibus atris Piniferum caput & vento pulsatur & imbri. ¶ Transfertur & ad animum. Plautus in Epid. Id ego experior, cui in unum multa confluunt quæ meum pectus pulsant. ¶ Interdum pulsare ponitur pro violare, lædere. Virgil. lib. 12. Aeneid. Pulsatos referens infecto fœdere divos. ¶ Pulsari item dicuntur fides vel instrumenta musica, quum chordæ digitis, vel plectro attrectantur, ut sonum edant, κρούεσθαι. Virgil. 6. Aeneid. Iamq; eadem digitis, jam pectine pulsat eburno. Campana quoque pulsari dicitur, quum aut restibus, aut pedibus impulsa, aut malleo icta sonitum reddit. Pulsari ponitur aliquando pro convenire, & in judicium vocari. Cicero Verr. 5: Pro decuma quum pulsatus à Venerio esset, dedit H-S. sedecim millia. Vlpian. l. 11. §. 10. D. de interrog. in jur. fac. Qui interrogatus respondent: sic tenetur quasi ex contractu obligatus, pro quo pulsabitur. Horom.

Pūlsāns, tis, part. [תשט *tophés* בלע *noghén*.] Iuven. Sat. 9: & cum lusore catello Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg lib. 3. Georg. exultantiaq; haurit Corda pavor pulsans.

Pūlsātus, a, um, aliud part. Verberatus. [מכה *muchchéh*. ὁ κρουσθείς, ὁ βληθείς. Gall. *Frappé*. Ital. *Percosso*. Ger. Hefftig geſtoſſen/geſchlagen/getruben. Hiſp. *Herido*. Pol. *Zel'uczoni, zbiti*. Vn. *Meg wttogetòt, verettetòt, zörgettetòt*. Ang. *Striken, knocked, beaten*.] Plinius lib. 12. cap. 9: Pulsatæ fluctibus arbores. Aequor pulsatum remige, Ovid. 3. de Ponto. Saxa pulsata, Virg. 3. Aeneid.

Pūlsāndus, a, um; ὰναπεφυσιος, βλητέος, ut Area pulsanda equis, Ovid. 3. Amor. Eleg. 14.

Pūlsātĭo, onis, f. t. pulsandi actus. [κρῦσμος. Gall. *Frappement, heurtement*. Ital. *Percuotere, percoſſa*. Ger. Das ſchlahen / Roſſung. Hiſp. *Herimiento, herida*. Pol. *Tl'uczenie, kol'atanie*. Vng. *Zörgetes wtogetes, veres*. Ang. *A thumping or knocking*.] Liv. lib. 31: Ea majore cum ſonitu quàm vulnere ullo, pulſatio ſcutorum parumper ſuccedentes Romanos tenuit. ¶ Cæterùm inter pulſationem & verberationem hoc intereſſe Oſilius docet: verberare eſt cum dolore cædere: pulſare ſine dolore.

Pūlsātŏr, oris, m. t. [תשט *tophés* בלע *noghén*. κρουστής. Gall. *Frappeur*. Ital. *Chi percuotere*. Ger. Ein ſchlaher. Hiſp. *Heridor*. Pol. *Byaci, brzakaiaci*. Vng *Zorgetò, wtògetò verò*. Ang. *A thumper or knocker*.] Valer. Flac. 5. Argon. citharę pulſator Apollo. ¶ Hujus compoſita ſunt Compulſo, Expulſo: quorum ſignificata ſuis locis traduntur.

Pūlsātĭlēs venæ, à quibuſdam appellatæ ſpiritus ſemitæ: quas medici Græco vocabulo *Arterias* vocant: ἀρτηριαι. Agitantur enim illæ perpetuo quodam pulſu ex ſyſtole & diaſtole cordis proficiſcente.

Pĕrſāno, pen prod. Omninò ſano. [ἰᾶσθαι, ἰάομαι. Gall. *Guarir entierement.* Ital. *Sanare perfittamente.* Ger. Gar heilen. Hiſp. *Acabar de ſapar.* Pol. Vlieczam Vn Meg giogitom. An. *To heal vterlie or perfitlie.*] Plin. li. 20. cap. 22: Vomicas rūpere, purgare, perſanare promittens.

Perſăpĭens, tis, om. t. Valde ſapiens. [ὑπερσοφῶν, πολύφρων. Gall *Fort ſage* Ital. *Molto ſauio.* Ger. Vaſt weiß. Hiſp. *Mucho prudente y ſabio.* Pol. *Barzo madrż.* Vng. *Igen bölcz.* Ang. *Very wiſe.*] Cic. de provin. conſular. Quod magni cujuſdam hominis, & perſapientis videtur.

Pĕrſăpĭēntĕr, adverbium, Admodum ſapienter. [πάνυ σοφῶς. Gall. *Fort ſagement.* Ital. *Molto ſauiamente.* Germ. Vaſt weißlich. Hiſp. *Muy ſabiamente.* Pol. *Barzo madrze.* Vng. *Igen bölczön.* Ang. *Very wiſelye.*] Cicero pro Milone: Etſi perſapienter, & quodammodo tacitè dat ipſa lex poteſtatem defendendi.

Perſcĭēntĕr, adverbium, Admodum ſcienter & induſtriè. [πάνυ ἐπιστημονικῶς. Gal. *Fort ſcauamment, en homme bien expert & entendu.* Ital. *Accortamente, prudentemente, induſtrioſamente.* Ger. Gar künſtlich. Hiſp. *Sabia y ſcientificamente.* Pol Barzo nauczenie. Vng. *Igen tudoſon.* Ang. *With great skill and vnderſtanding.*] Cicer. de Clar. Orat. Et ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem remiſerat: ſic ad vitium imbecillitatem dicendi accommodabat genus.

Pĕrſcĭndo, is, act. t. Per medium ſcindo. [קרע *karáh* בקע *bikkeáh.* διῤῥήγνυμι. Gal. *Couper par le milieu.* Ital. *Fendere nel mezzo.* Ger. Durchſchneyden Hiſ *Cortar entremedias.* Pol. Przecżinam, przerznā. Vn. *Altal metczöm.* Ang. *To cutt in the middes.*] Liv. lib. 21: Nam nec explicare quicquā, nec ſtatuere poterant, nec quod ſtatutū eſſet manebat, omnia perſcindente vento. Tibul. lib. 1. Eleg. 13: Sit ſatis è membris tenuem perſcindere veſtem. Lucret. lib. 6: Ergo fervidus hic nubem quùm perſcidit atram. Ibidem: Interdum perſciſſa furit petulantibus auris.

Pĕrſcrĭbo, is, act. t. Perfectè, abſolutè, & ad finem uſq; ſcribo. [αὐτογράφω, ἀμφιγράφω. Gall. *Eſcrire tout au long, fort eſcrire.* Ital. *Scriuere molto, ſcriuere al longo il tutto.* Ger. Gar auffſchreyben/ lang nacheinander beſchreyben. Bel. Toten eynde toe ſchryven. Hiſp. *Eſcriuir haſta el cabo, mucho eſcriuir.* Pol. *Opiſſuie.* Vng. *Meg irom.* Ang *To write to the end or through.*] Livius in Præf. lib. 1: Facturúsne ſim operæpretium, ſi à primordio urbis res geſtas populi Romani perſcripſero. ¶ Aliquando eſt in tabulas publicas, in actaq; referre, quod *In regiſtro ſcribere*, vulgò dicunt, vocabulo à regeſtis corrupto. Cicero ad Planc. Id ex ipſo ſenatuſconſulto poteris cognoſcere: ita eſt enim perſcriptum, ut à me de ſcripto dicta ſententia eſt. Ita ſæpè perſcripta Senatus autoritas Idem de Orat. 3: Et eundem, id, quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. Cicero 6. Verr. Primùm mihi literas publicas, quas in ærario ſanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus oſtendunt omnia quæ dixi ablata, eſſe perſcripta. ¶ Invenimus etiam aliquando perſcribere cum accuſativo, cum præpoſitione In: ut, Perſcribere in tabulas publicas: eadem forma qua Referre in tabulas publicas. Cicero 3. Verr. In tabulas publicas ad ærarium perſcribenda curavit. ¶ Perſcribere pecuniam, aliquando pro pecuniam creditori reſtituere. Terentius in Phorm. Næ ego perſcripſi porrò illis quibus debui. Vbi Donatus: Perſcripſi, multis per ſcripturam reddidi, multis debui. ¶ Perſcriptum dicitur, quod literis conſignatum eſt, & monumentis antiquis continetur. Cicero de Aruſp. reſpon. Quanquam hoc ſi minus civili jure perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, commune jure gentium ſancitum eſt, ut nihil mortales à diis immortalibus uſucapere poſſint.

Pĕrſcriptĭo, f. t. Actus ipſe perſcribendi. [ספר *ſephár.* ἀμφιγραφή.

Gall. *Enregistrement*, Ital. *Esso scriuere*. Ger. Beſchreibung oder auffſchreibung. Hiſp. *Aquella obrá de escriuir aſsi*. Pol. *Opis*. Vng. *Meg, iras*. Ang. *A writing out vnto the end, registring*.] Cicero ad Metell. lib. 5: Iam illud Senatuſconſultum quod eo die factum eſt, ea perſcriptione eſt, ut dum id extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. ¶ Perſcriptiones pro contractibus, & inſtrumentis pactorum uſurpavit Cicero, quod vulgus appellat *Regiſtrum*. Cicero 5. Philip. Illa verò diſſipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo eſt, per quam ſepties millies perſcriptionibus, donationibusq; avertit. Idem pro Flacco uſus eſt pro ſyngrapha, ſic inquiens: Perſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti, tutor his rebus Græcorum legibus aſcribendus fuit.

Pērſcrĭptŏr, oris, m.t. Qui perſcriptiones facit, tabellio ſeu cautor. [ספר *ſopher*. Ἀπογραφεύς. Gall. *Notaire, tabellion*. Ital. *Notaro*. Ger. Ein Schreiber der täuffen vnd vertäuffen. Hiſp. *Notario, eſcriuano*. Pol. *Piſarz*. Vng. *Meg iro, iro deak*. Ang. *A noter or regiſter*.] Cic. 5. Verr. Scribam tuum, dicit Verres, hujus perſcriptorem fœnerationis fuiſſe.

Pērſcrūtŏr, pen. prod. perſcrutaris, perſcrutari, Diligenter inquiro. [שׂרשׂ *chippés*. Ἐξερευνάω, ἀνδαγεύμαι. Gall. *Cercher diligemment*. Ital. *Cercar con diligenza*. Ger. Fleiſſig ergründen/ erdauren. Hiſp. *Buſcar diligentemente*. Pol. *Pilnie ſzukam, wartuie*. Vng. *Meg tudakozom, meg kerezem*. Ang. *To ſearche diligently*.] Plautus in Aulul. Ibo hinc intrò, perſcrutabor fanum, ſi inveniam uſpiam Aurum. Cic. 1. Offic. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui perſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veſtimētis telum occultaretur, exquirerent.

Pērſĕa, pen. corr. f.p. *περσία*, Arbor eſt, inquit Dioſcorides, fructum ferens ſtomacho accommodatum, & qui edendo ſit, in quo phalangia inveniuntur, quæ *χαμαιχάλαπα* dicuntur, præſertim in Thebaide Aegypti parte. Hujus arboris meminit & Strabo lib. ult. comam ei perpetuam tribuens, & fructum magnitudine pyri, figura oblonga, amygdalæ modo putamine incluſum, & corio. Plutarchus item autor eſt, perſeam arborem in Aegypto Iſidi gratiſſimam eſſe, quòd fructum ferat cordi ſimilem, folium verò linguæ. Galenus quoq; in Aegypto perſeam ſe vidiſſe teſtatur magnis arboribus comparandam: Cujus (*inquit*) pomum in Perſide tam præſentis veneni eſſe tradunt, ut veſcentes interimat. In Aegyptum verò tranſlatam, & peregrinatione mitigatam, poma ferre cibis idonea turbinata pyri facie. Ex quibus omnibus ſatis conſtat, perſeam arborem ſui generis eſſe, & à noſtrate perſica omninò diverſam.

Pērſĕco, perſecas, pen. corr. Medium ſeco, diſſeco, & per medium aperio. [חתך *chatsáh* Διαχίζω, Διατέμνω. Gall. *Trancher & couper tout outre*. Ital. *Tagliare in mezzo*. Germ. Zerſchneyden durch die mitte. Hiſp. *Cortar entremedias*. Pol. *Przerebnie*. Vng. *Altul vagom*. Ang. *To cutt through*.] Cic. 4. Acad. Eodem modo rerum naturas perſecare, aperire, dividere poſſumus, ut videamus terra penitúsne defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat, an media pendeat. Liv. lib. 40: Id perſecare novum Prætorem ne ſerperet iterum latiús.

Pērſēctŏr, Vide PERSEQVOR.

Pērſĕdĕo, perſedes, pen. prod. n. f. Perſedere. [καθέζομαι. Gall. *Eſtre touſiours aſsis*. Ital. *Sedere di continuo*. Ger. Stäts bleyben ſitzen. Hiſp. *Aſſentarſe ſiempre*. Pol. *Vſtawnie ſiedzę*. Vng. *Gwelők*. Ang. *To ſitt euer*.] Liv. lib. 45: Hoc quoq; quod ridetis, in equo dies noctesq; perſedendo habeo.

Pērſĕgnĭs, gne, Valde ſegne. [παῦν δρηγὸς, σφόδρα ῥᾴθυμος. Gall. *Fort laſche & pareſſeuze*. Ital. *Molto pigro*. Ger. Vberauß faul vnd träg. Hiſp. *Muy perezoſo, floxo y negligente*. Pol. *Lenitwi, gnuſni*. Vng. *Igen reſt*. Ang. *Very ſlouthfull, and ſluggish or ſlow*.] Liv. lib. 25: Pedeſtre prælium fuit perſegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

Pērſĕnex, hujus perſenis, pen. cor. om. t. Valde ſenex, decrepitus. [אבא בימים *ha bajjamim*. Ὑπέργηρως, ὑπερήλιξ. Gall. *Fort vieil*. Ital. *Molto vecchio*. Ger. Baß alt vnd wol betaget. Hiſp. *Muy viejo*. Pol. *Starzuſienki*. Vng. *Igen ven*. Ang. *Very old*.] Suet. de Claris Gram. Nanque jam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub tegulis quodam ſcripto fatetur. Fortè pergulis legendum.

Pērſentĭo, is, Sentio admodū, bene ſentio. [αἰσθάνομαι. Gall. *Sentir*. Ital. *Sentire*. Ger. Eigentlich entpfinden. Hiſp. *Sentir*. Pol. *Dobrzeczuie*. Vng. *Igem erzem*. Ang. *To feele or per ceiue plainely*.] Virg. lib 4. Aeneid. magno perſentit pectore curas. Ibidem: Quam ſimulac tali perſentit peſte teneri.

Perſĕntīſco, is, inchoativum. Percipio, ſentio, intelligo. [αἰσθάνομαι ἄρχομαι. Gall. *Se douter ou apercenoir de quelque choſe*. Ital. *Auederſi di qualche coſa*. Ger. Anfahen mercken/ gewar werden/ beſinnen vnd erſchmecken. Hiſp. *Sentir coſa alguna, y dudar*. Pol. *Zaczuwam*. Vng. *Erzem, ertem*. Ang. *To perceiue and vnderſtand in a part*.] Plautus Mere. Quàm inſipiens quæ non poteras perſentiſcere. Illam eſſe amicam tui viri beliſſimi. Terentius in Heaut. Quot res dedere ubi poſſem perſentiſcere, Niſi eſſem lapis, quæ vidi.

Perſĕquŏr, eris, d. t. Ad extremum uſq; ſequor. [אחר *radháph*: παρακολουθέω. Gall. *Pourſuyure*. Ital. *Perſeguire, perſequitare*. Ger. Nachenten/ beharrlich nachfolgen/ nachhengen. Hiſp. *Seguir, mucho ſeguir*. Pol. *Naſladuie, ſcigam*. Vng. *Weszóm, kergetem*. Ang. *To perſue or follow after*.] Niſi quòd quandam vim majorem addere videtur præpoſitio. Terentius in Andr. Is bellum hinc fugiens, meq; in Aſiam perſequēs, proficiſcitur. Idem in Phorm. Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. ¶ Nonnunquā ponitur pro in re cœpta perſevero. Cicero ad Quint. Fratr. lib. 2: Facies ſcilicet ut mea mandata digeras, perſequare, conficias. Idem in Piſonē: Extrema ſi perſequitur qui inchoavit, jam omnia perfecta videbimus. Secundum hanc ſignificationem dicimus, Promiſſa factis perſequi, pro eo quod eſt, quæ verbis promiſimus, re ipſa comprobare. Perſequi imperium patris, pro facere. Perſequi jus ſuum, pro defendere. ¶ Perſequi mores patris, pro tentare, mores patris exprimere. ¶ Interdum accipitur in malam partem & ſignificat inſectari, ulciſci. ἐπεξελθεῖν, ἐπεξιέναι. Cic. 11. Philipp. Nunc quoniā hoſtis judicatus eſt Dolabella, bello perſequendus eſt. Idem pro Flacco: Hunc æſtuantem & tergiverſantem judicio ille perſequitur.

Pērſĕcūtĭo, perſecutionis, f. t. [Δίωξις, ἐπιπολάθησις. Gal. *Pourſuite*. Ital. *Perſecutione*. Ger. Ein nachhengung/ verfolgung/ durchechtūg. Hiſp. *Seguimiento, obra de ſeguir*. Pol. *Przenaſca dowanie*. Vng. *Kergetes, weldozes*. Ang. *Perſueing*.] Cicer. in Orat. Quum in altera gratiæ, gloriæ, præſidii plurimum eſſet, in altera perſecutionum, cautionumque præceptio. Vlp. l. Pecuniæ. ff. de Verb. ſignif. Sive civilis, ſive honoraria, ſive commiſſaria fuit perſecutio.

Pērsĕctŏr, aris, Diligenter ſector, perſcrutor. πολὺς κατεδίωκω, πολὺς παρακολουθῶ. Lucr. lib. 2: Nec perſectari primordia ſingula quæque.

Pērſĕro, ris, Diſſemino, ſive divulgo. [καταπαίρω. Gall. *Semer & diuulguer par tout*. Ital. *Diuulgare per tutto*. Ger. Außſpreyten/ hin vnd wider laſſen außgehn. Hiſp. *Diuulgar per todas partes*. Pol. *Rozſiewam, rozſzaſam*. Vng. *El hintem, hirdetem*. Ang. *To diuulgat or ſcatter abroade, to ſowe*.] Plautus: Inde veniſſe perſerit.

Pērſĕvĕro, is, pen. prod. ex per, & ſeverus, n. p Perſiſto, permaneo. [דבק *tarádh*. Καρτερῶ, Διατελέω. Gall. *Perſeuerer, continuer*. Ital. *Perſeuerare, continouare*. Germ. Verharren. Bel. Voldueren. Hiſp. *Perſeuerar, continuar*. Pol. *Trwam*. Vng. *Vegig, meg maradok*. Ang. *To perſeuere*.] Cicero de Amicitia: Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeveraret. Cæſar 5, bell. Gallici: Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat: atque in eo perſeverat.

Pērſĕvĕrātum eſt, impersonaliter. Cic. 5. Verr. Quod quum illis qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile videretur: non eſt ab iſto primo illo adventu perſeveratum.

Pērſĕvĕrāns, pen. prod. nomen ex participio. [דבק *torédh*. καρτερῶν. Gall. *Perſeuerant*. Ital. *Perſeuerante*. Ger. Verharrend/ oder beharrlich. Hiſp. *El que perſeuera*. Pol. *Trwal'ſi*. Vng. *Vegig meg marado*. Ang. *Perſeuering*.] Colum. in Præfat. lib. 11: Isq; mos dum ſervatus eſt perſeverantiſſimo colendorum agrorum ſtudio, &c.

Pērſĕvĕrāntĕr, Conſtanter. [ἐπιμόνως. Gall. *Perſeuerammment, conſtamment*. Ital *Perſeuerantemente, con fermo & ſaldo proponimento, conſtantemente*. Germ. Beharrlichen. Hiſp. *Perſeueradamente, conſtantemente*. Pol *Trwalie*. Vng. *Alhatatoſon*. Ang. *Conſtantlie*.] Liv. 4. ab Vrbe: Patres bene cœptam rem perſeveranter tueri. Idem lib. 21: Quo leniùs agunt, ſegniùs incipiunt: eò, quum cœperint, vereor ne perſeverantiùs ſæviant.

Pērſĕvĕrāntĭă, æ, f. p. Conſtantia. [ἐπιμονή, καρτερία. Gall. *Perſeuerance, conſtance*. Ital. *Perſeueranza, conſtanza*. Ger. Verharrung. Bel. Volſtandicheyt. Hiſ. *Perſeuerancia, conſtancia*. Pol. *Trwal'oſcz, ſtal'oſcz*. Vng. *Alhatatoſſag vegig meg maratot*. Ang. *Conſtancie, perſeuerance*.] Cic. 5. Verr. Cujus iſte fidei, diligentiæ, perſeverantiæ nulla ratione eripi poſſit.

Pērſĕvĕrātĭo, f. t. Perſeverantia. [Ἀμονή. Vn. *Alhatatoſſag, alhatatos meg maradas*.] Apuleius in Hermetis Aſclepio: Cognovimus te æterna perſeveratio.

Perſĕvērus, a, um, penult. prod. [παῦν αὐηρὸς, σφόδρα σκληρός. Gall. *Fort ſeuere*. Ital. *Molto ſeuero*. Germ Gar rauw vnnd ſtreng. Hiſp. *Muy rigoroſo*. Pol. *Barzo ſrogi*. Vng. *Igem kemeny*. Ang. *Very cruell or ſeuere*.] ut imperium perſeverum, apud Tacitum lib. 15.

Pērsĭcă, f. p. [περσική. Gall. *Peſchier*. Ital *Peſco perſico*. Ger. Ein pferſichbawm. Hiſp. *Duraxno*. Pol. *Brzoskwiowe drzewo*. Vng. *Barackfa*. Ang. *A peach tree*.] Arbor eſt humilis, folio Amygdalæ paulo majore, flore ſubpunniceo, pomo carnoſo, ſucculento, extrinſecùs lanuginoſo, duro intùs & ſcabro oſſe, nucleū habente non diſſimilem amygdalæ. Nomen accepit à Perſide Orientis regione: unde primùm hoc arboris genus in noſtrū orbem

orbem eſt advectum. ¶ Pomum ejus, Perſich malum vocant, foris molli lanugine veſtitum: cujus Romę olim tanta fuit caritas, ut ſingula tricenis denariis venderentur: quod mirum videri debet, quum non ſit aliud pomi genus fugacius. Longiſſima namq; decerpto bidui mora eſt: cogitq; ſe venundari. Hæc Plin. lib. 15. cap. 12.

Pērſĭcă, Cognomen ænulæ campanæ, Græcè περσική.

Pērſĭdĕo, es, pen. corr. n. ſ. ex per & ſedeo: id eſt, permaneo. [διαμένειν, ἐμμένειν.] Gall. *Perſiſter, ne ſe bouger.* Ital. *Perſiſtere, fermarſi, durare.* Germ. Eynſitzen vnd bleyben. Hiſp. *Durar, quedar.* Pol. *Trwam.* Vng. *Meg maradok.* Ang *To ſit ſtill or abide.*] Plin. lib. 17. cap. 24: Pruinæ pernicioſior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatq;, &c.

Pērſĭdo, dis, penult. prod. Deorſum feror, deſcendo, penetro. [κατατρέχομαι.] Gall. *Penetrer.* Ital. *Penetrare.* Ger. Durch etwas hinein ſitzen. Hiſp. *Penetrar.* Pol. *Przenikam.* Vng. *Ala ſilyedek.* Ang. *To light downe vpon any thing as birdes.*] Lucret. lib. 1: Aut neq; quo pacto perſederit humor aquaï, Viſum eſt: id eſt, immiſſus ſit, intrarit, penetrarit. Virgil. 3. Georg. ubi frigidus imber Altius ad vivum perſedit. Id eſt (inquit Servius) medullas, & oſſa penetravit.

Pērſĭgno, as, are, act. p. Obſigno, vel ſignũ imprimo. [חתם *chatham.* κατασημαίνω, κατασφραγίζω.] Gall. *Signer, ou ſeeller.* Ital. *Suggellare.* Ger. Verzeichnen, verſigien. Hiſp. *Cerrar con ſello, ſellar.* Pol. *Pieczęcz przikl' adam, znacze.* Vng. *Be petſetlem.* Ang. *To marck or ſeall.*] Liv. lib. 25: Quibus creati ſunt Quinqueviri muris, turribusq; reficiendis: & Triumviri bini, uni ſacris conquirendis, donisq; perſignandis: alteri, &c.

Pērſĭmĭlĭs, perſimile, om. t. Admodum ſimilis. [πάνυ ὅμοιος, περισσῶς ὅμοιος.] Gall. *Fort ſemblable.* Ital. *Molto ſimile.* Ger. Baſt gleich förmig. Hiſp. *Muy ſemejante.* Pol. *Barzo podobni.* Vng. *Haſonlatos.* Ang. *Very like.*] Cicero in Partit. Nihil ſanè præter memoriam quæ eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis.

Pērſīſto, is, n. t. Duro, perſevero. [עמד *hamádh.* ἐμμένω. Gall. *Perſiſter, perſeuerer.* Ital. *Durare, perſeuerare.* Ger. Beſtehn, ſtehn bleyben. Hiſp. *Durar, perſeuerar.* Pol. *Trwam.* Vng. *Meg maradok.* Ang. *To perſeuer.*] Cicero 2. de Divin. Aut pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, ad corpus ea quæ dixi referre: aut deſerueris totam Epicuri voluptatem, ſi negaveris. Livius libro 38: Parum eſt non erubuiſſe abſentem, quum per legatos fruſtrareris nos, niſi præſens quoque in eadem impudentia perſiſtas.

Pērſōlātă, f. p. Herbæ genus, quam (ut ait Plin. lib. 25. cap. 9.) Græci vocant ἄγκωνα, & aliquando περσωνίδα, quam nemo ignorat: folia habet majora cucurbitis & hirſutiora, nigrioraque, & craſſiora. [Ger. Das groß Klettenkraut von etlichen Buchhotter genañt. Pol. *Wielki l'opian.* An. *A burre, or the hearbe cloattes that beareth the great burre.*] Dicta perſolata, à perſola, quod nomen apud veteres (ut Placidus Grammaticus inquit) ſignificãt perſonam. Solent enim his foliis veſtitæ perſonę nonnunquam in ſcenam prodire. Officinæ *Lappam majorem* vocant.

Pērſōlĭdo, as, pen. corr. act. p. Solido. [πηγνύω. Gall. *Fort affermir, congeler, conſolider.* Ital. *Solidare, congelare.* Ger. Hart machen, gefrieren. Hiſp. *Hazer matico, elar.* Pol. *Hartuie, vmarzl' oczenie.* Vng. *Meg kemanytem.* Ang. *To mak ſolide and maſſie.*] Statius 1. Theb. Diffunditq; imbres: ſicco quas aſper hiatu Perſolidat Boreas. Hoc eſt, congelat.

Pērſōlvo, is, act. t. Perfectè, & totũ ſolvo, & ære alieno me libero, beneficiũ planè compenſo. [שלם *ſchillém.* ἀπολύω. Gal. *Acheuer de payer, ſatisfaire.* Ital. *Pagare affatto, cancellare in tutto.* Ger. Gar bezahlen, abzahlen. Bel. Betalen. Hiſp. *Acabar de pagar.* Pol. *Pl' acze, odpl' aczam.* Vng. *Meg fizetek.* Ang. *To paye.*] Virgil. 1. Aeneid. - grates perſolvere dignas Non opis eſt noſtræ. D. Brutus Ciceroni: Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt. ¶ Perſolvere pœnas, eſt dare pœnas, puniri. Cic. 12. Philip. Pœnas diis, hominibusq; meritas, debitasq; perſolvat: id eſt, puniatur ob peccatum ſuum in deos & homines. Perſolvere promiſsũ, eſt perficere promiſſum. Craſſius ad Ciceronem lib. 12: Habeo paululum moræ, dum promiſſa militibus perſolvo.

Pērſōlŭs, adjectivum, Solus & merus: [יחיד *jachidh* בדד *badhádh.* μόνος. Gall. *Seul.* Ital. *Solo.* Ger. Nur allein. Hiſp. *Solo.* Pol. *Szczigulni, iedinki.* Vng. *Tſak, egiedwel.* Ang. *Alone, onlie.*] ut Perſolæ nugæ apud Plautum in Curcul. id eſt, meræ nugæ.

Pērſōlūtă, vel Perſolyton, περσολύτης Dioſcoridi, Herba hortenſis apud Aegyptios, ad texendas coronas utilis: de qua Plin. lib. 21. cap. 33.

Pērſōlēnnĭs, [Vn. *Igõn frii, pompas.*] Suetonius in Nerone: Cum dote & flammeo perſolenni.

Pērſōnă, æ, f. p. Perſonam definiunt philoſophi eſſe naturæ rationalis individuam ſubſtantiam. [נפש *néphesch.* πρόσωπον. Gall. *Perſonne, perſonnage.* Ital. & Hiſp. *Perſona.* Ger. Die Perſon einer jeden vernünfftigen Natur. Pol. *Oſſoba, kſztal't, perſona.* Vng. *Szemely.* Ang. *A perſone.*] Tria igitur neceſſaria ſunt, ut aliquid perſona dicatur, ut ſit individuum: nõ enim in univerſalibus, ſed in ſingularibus tantùm perſona dici poteſt: Vt ſit in genere ſubſtantiæ: nam accidentia quum per ſe non exiſtant, nec per ſe agant, perſonã conſtituere nõ poſſunt. Et ut ſit quid rationale: quoniam id eſt perſona, quantum ad ipſam actionẽ, quod in ſe habet quod poſſit agere, vel non agere. Et hoc habent ſolùm rationabilia: ideò de ratione perſonæ eſt, ut ſit quid rationale. Non ergo lapidis vel arboris, vel irrationalis animalis, ſed vel Dei, vel angeli, vel hominis perſona dicitur. ¶ Perſona Latinè dicitur facies conficta, à perſonando: id eſt, clariùs ſonando. [πρόσωπον. Gall. *Maſque.* Ital. *Maſchara.* Ger. Augenangeſicht oder Gemacht angeſicht. Hiſp. *Lamaſcara.* Pol. *Maſzkara, liarwa.*] Nam caput (ut Baſſius inquit apud Gellium) & os cooperimento perſonæ tectum undique, unaq; tantùm vocis emittendæ via apertum, quoniam non vaga, nec diffuſa eſt, in unum tantummodò exitum coarctat vocem, & magis claros, canoroſq; ſonitus facit. Ob eam cauſam perſona dicta eſt, o litera propter vocabuli formam productiore. Plinius lib. 12. cap. 14: Perſona adducitur capiti, denſúsve reticulus. Hinc perſonati, οἱ ἐν προσωπείοις, dicuntur, qui hujuſmodi perſonis tecti ſunt, cujuſmodi erant hiſtriones Attellani, qui ſoli non cogebantur in ſcena ponere perſonam, Perſonata quoque fabula dicitur quæ agitur à perſonatis hiſtrionibus. Hanc juniores larvam vocant. ¶ Hinc per translationem perſona pro qualitate qua alius ab alio differt, tùm in animo, tùm in corpore, tùm in extra poſitis, quę à Rhetoribus numerantur in Attributis perſonę. Animi, ut quo ſtudio ſe exerceat, literarúmne, an militaris diſciplinæ: & iracundúsne ſit, an mitis, luxurioſus an temperans. Corporis, ut adoleſcẽsne ſit, an ætate adultus: pulcher, an deformis. Extrà poſitorũ: ut dives, an pauper: clarus an obſcurus. Hinc in ſcena etiam perſonas appellant, qui modò ſervi, modò ancillæ, modò patrisfamiliâs, modò paraſiti veſtibus ornati; eorum mores, & geſtus exprimunt. Terentius in Prolog. Eunuch. Paraſiti perſonam inde ablatam, vel militis. Et in uno homine multæ poſſunt eſſe perſonæ, iracundi, mitis, læti. Item perſona præceptoris, mariti, patris. ¶ Hinc Grammatici perſonas conſtituunt, primam, ſecundam & tertiam. ¶ Perſona pro homine. Celſus in Proœmio lib. 1: Medicos nihil tentaſſe judico, quia nemo in ſplendida perſona periclitari voluerit conjectura ſua: ne ſi nõ ſervaſſet, occidiſſe videretur. ¶ Perſonam imponere alicui, eſt ei provinciam aliquam dare. Cicero de Lege Agrar. Vos mihi Prætori biennio antè Quirites hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis, ut quibuſcunq; rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum unà tueter. ¶ Imponere alicui perſonam calumniæ aut alterius rei. Cic. 4. Verr. Imponitur honeſtæ civitati turpiſſima perſona calumniæ? Idem paulò pòſt in eadem oratione: Improbam perſonam alicui imponere dixit. Vide plura de hac voce apud Vallam lib. 6. ¶ Eminentes quoq; figuræ in ædificiis quæ aquas ore vel mentula fundũt, eoq; varios vultus & geſtus exprimunt, perſonæ dicuntur, ut eſt apud Vlpianum in l. Fundi de act. empt.

Pērſōnātŭs, m. ſ. Qui perſonis: hoc eſt, larvis indutus eſt. [προσωπεῖον, προσωπιδοῦχος. Gall. *Maſqué, deſguiſé.* Ital. *Immaſcherato.* Ger. Der ſich in eines anderen geſtalt verſtellt oder verteidet. Hiſp. *Maſcarado ò con cara tula.* Pol. *Maſzkarnik, wlcarwe vbrani.* Vng. *Al orczas.* Ang. *Diſguiſed, a maſker.*] Cicero 3. de Orat. Quo melius noſtri illi ſenes, qui perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant. Deniq; generali vocabulo Perſonatum dici poteſt, quicquid aliud eſt intùs quàm foris oſtendit, & quicquid deniq; ſimulatum eſt. Cicero Attic. lib. 15: Quid eſt autem cur ego perſonatus ambulem? Perſonata vulnera: hoc eſt, cæca & latentia, quæ altiùs deſcendunt, quàm prima fronte præ ſe ferant. ¶ Perſonata fœlicitas, dicitur à Seneca non vera, ſed ſimulata, quæ forinſecùs eſt decora, intùs verò deformata inſtar hiſtrionum qui inducta perſona ſimulant, & imitantur quemcunq; velint, ὑποκριτικῶς, δοκησισοφικῶς. ¶ Perſonati, propriè Attellani vocantur, quòd ſoli hi nõ poterant cogi in ſcena ponere perſonam, quod cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat. ¶ Perſonatus pater dicitur ab Horatio, Comicus pater, inductus in Comœdia ſub perſona hiſtrionica. ὑποκριτικῶς. Horat. in Serm. - quivis ſtomachetur eodem Quo perſonatus pacto pater.

Pērſōnālĭs, perſonale, Quod ad perſonam pertinet. [προσωπικόν. Gall. *Appartenant à perſonne.* Ital. *Pertinente à perſona.* Ger. Das zu einer Perſon gehört. Hiſp. *Perteneſciente à perſona.* Pol. *Do perſoni przinalezaci.* Vng. *Zemelyhez valo.* Ang. *Perteaning to a perſonne.*] Vnde perſonalis actio, quæ in perſonam datur: cui opponitur Actio in rem. ¶ Perſonale verbum quod per perſonas diſtinguitur: cujus contrarium eſt Imperſonale, Grammaticorum vox.

Pērſōnātă, Genus herbæ naſcẽtis juxta rivos & flumina: [ἄγκωνα, περσωνίς. Ger. Groß Klettenkraut. Pol. *Lopian.*] de qua Col.

lib.16. cap.17: Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita, & cum sale imposita. Officinæ, teste Ruellio vocant *Lappam majorem.* ¶ Hæc eadem Personaria, æ, vocatur. Plin.lib.21.cap.15.

Pĕrsŏno, nas, penult.corrept. Valde sono, perfectè sono, perstrepo. [תהה *hamah.* φθεγγόμαι. Gall. *Faire ou rendre grand son, resonner, retentir* Ital. *Sonare perfettamente, sonare grandemente.* Ger. Durch thönen/ gantz vnd gar erthönen. Hisp. *Mucho ò perfettamente sonar.* Pol. *Barzo brzmie.* Vng. *Szengők, zörgők.* Ang. *To make a great sowne and noise, to crie lowde.*] Cicero pro M. Cælio: Illæ verò non loquuntur solùm, verumetiam personant, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea, &c. Virgil. 1. Aeneid, -cithara crinitus Iopas Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas. Idem 6. Aeneid. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat, adverso recubans immanis in antro. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: -simul domus alta molossis Personuit canibus.

Persŏrbĕo, es, n.f. Totum sorbeo. [καταῤῥοφέω. Gall. *Humer tout & boire en attirant.* Ital. *Sorbire il tutto.* Ger. Durch etwas supffen. Hisp. *Sorber todo.* Pol. Wysorbiwam. Vng. *Fel hwerbelem, meg iszom.* Ang. *To suppe out all.*] Plinius lib. 31. cap. 11: Alias ex his mares existimavêre, tenui fistula, spissioresque, persorbentes, quæ tinguntur in delciis, aliquando & purpura.

Pĕrspĕcŭlŏr, penult.corrept. d.p. perspecularis, perspeculari, Diligenter speculor, & omnia intueor. [κατασκοπέω. Gall. *Guetter songneusement & diligemment.* Ital. *Speculare con diligenza.* Ger. Fleissig besichtigen/ durchschauwen. Hisp. *Diligentemente mirar y contemplar.* Pol. *Przeglieduie.* Vng. *Zorgalmatoson meg nezselem.* Ang. *To viewe, behold and looke about diligentlie.*] Plin.lib.8.cap. 26: Assidua nanq; satietate obesus exit in litus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus. Hircius de bello Africo: Quum de vallo perspecularetur.

Pĕrspĕrgo, is, act.t. Aspergo. [נזה *nazah.* πραινίσκω. Gall. *Espandre & arrouser fort.* Ital. *Aspergere.* Germ. Gar besprengen. Hisp. *Derramar ò rociar* Pol. *Pokropiam.* Vng. *Meg szentelem, meg hintem.* Ang. *To sprinkle and cast licour ouer all.*] Cic. 1. de Oratore: Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Cato cap. 130: Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito.

Pĕrspĭcĭo, perspicis, pen.corr. act.t. At plenum video, cognoscóve. [ראה *radh.* σωφρῶ, κατοπτεύω, διοράω, ἐξυδρεκῶ. Gall. *Pleinement voir & cognoistre, appercevoir clairement et manifestement.* Ital. *Vedere, cognoscere à pieno.* Ger. Durch sehen/ wol ersehen vnd erkennen. Bel. Doerssen. Hisp *Mirar y conoscer.* Pol. *Poznawam, przegliadam.* Vng. *Alzalaltom.* Ang. *To behold perfitelie and vnder stand.*] Cic. in Læl. Quidam sæpè in parva pecunia perspiciuntur quàm sint leves: quidam verò quos res parva movere non potuit, cognoscuntur in magnis. Terent. in Phorm. Cujus tu fidem in pecunia perspexeris, Vetêre verba ei credere? Cæs. 2. bell. Gall. Qua de causa discederent, nondũ perspexerat. Horat. de Arte: -quem perspexisse laborent, An sit amicitia dignus.

Pĕrspĕctŭs, a, um, interdum participium, Cognitus, exploratus. [ראה *nireéh.* κατανοημένος, κατωπτευμένος. Gal. *Veu & apperceu clairement.* Ital. *Veduto, conosciuto a pieno.* Ger. Eigentlich ersehen/ wol erkent oder erkundiget. Hisp. *Mirado y cognoscido claramente.* Pol. *Poznani, doswiadczoni.* Vng. *Meg ismertetet, meg lattatot.* Ang. *Knawen, tried.*] Cæs. 4. de bell. Gall. Eorum dierum consuetudine itineris exercitus nostri perspecta. Interdum nomen fit ex participio, & comparatur, significatq; id quod diligenter animadversum est. Cic. ad Quint. Frat. Vt hic tertius annus Imperii tui, tanquam tertius actus perspectissimus, atq; ornatissimus esse videatur.

Pĕrspĕctē, adverbium, Diligenter, doctè. [ἐξυδρεκῶς, διεστραμμένως. Gall. *Diligemment & doctement.* Ital. *Diligentemente, dottamente.* Ger. Fürsichtigtlich. Hisp. *Docta y diligentemente.* Pol. *Pilnie, dbalie.* Vng *Eszesen, zorgalmatoson.* Ang. *Diligentlie, cuninglie.*] Plaut. in Mil. Fit pol illud ad illud exemplũ: ut doctè & perfectè sapit.

Pĕrspĕcto, as, frequentativum. [πολὺς κατοπτῶ, κατασκοπέω. Gall. *Regarder de tous costez & diligemment.* Ital. *Guardare d' intorno con diligenza.* Ger. Fleissig vmsich sehen/ durch alle ort sehē. Hisp. *Mirar de todas partes diligentemente.* Pol. Wszedzie przepatrzie. Vn. *Meg szemlelem.* An. *To viewe, so behold and looke diligentlie.*] Plaut. in Mil. Sinite me prius perspectare, ne uspiam insidiæ sient.

Pĕrspĭcĭentĭă, f.p. [דעת *dâhath.* γνῶσις. Gal. *Claire cognoissance.* Ital. *Conoscenza chiara.* Ger. Heitere ersehung/ erkantnuß Hisp. *Conocimiento claro.* Pol. *Poznanie, wiadomosc.* Vng. *Altal latas.* Ang. *Perfite knawledge, full perceiuing.*] Cicer. lib. 1. Offic. Sed omne quod est honestum, id partium quatuor oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri, solertiaq, versatur: id est, perfecta cognitione.

Pĕrspĭcŭŭs, a, um, Pellucidus, translucidus. [ברא בח *nireéh tsoch* טהור *tahór.* λαμπρὸς, κατῳφωτὶς, τηνὸν, τηνὶς. Gall. *Fort clair & manifeste, à trauers de qui on voit, diaphane.* Ital. *Chiaro lucido, manifesto* Ger. Durchsichtig/ klar/ offenbar/ scheinbar. Bel. Doerschynich/ claer/ openbaer. Hisp. *Claro, manifiesto, cosa que se trasluze.* Pol. Przezroczisti, jasni. Vng. *Niluan valo, vilagos.* Ang. *Cleare and manifest, plaine.*] Mart. lib. 4. de calice vitreo: Prodat perspicuus ne duo vina calix. ¶ Per translationem pro claro, manifesto, ac minimè dubio. Plin. Tum claras perspicuasq; sententias. Cicero pro Quintio: Est quædam tamen ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit. Idem pro Domo sua: Legeram clarissimos nostræ civitatis viros, se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus injecisse. Sic dicimus perspicuam orationem, σαφῆ, εὐαρχῆ: id est, claram & apertam.

Pĕrspĭcŭĭtās, atis, f.t. Splendor ac facilitas, evidentia. [εὐεξηγία. Gal. *Euidence, clairté.* Ital. *Facilità, chiarezza.* Ger. Klarheit/ scheinbare/ heitere. Bel. Lichticheyt. Hisp. *Clareza, facilidad.* Pol. *Iasnosc.* Vng *Vilagossag, nilvanualosag.* Ang. *Plainesse, euidencie.*] Cic. 4. Acad. Propterea quòd nihil esset clarius energia, ut Græci: perspicuitatem, aut evidentiam nos, si placet, nominemus, fabricemusq;, si opus erit, verba. Quintil. lib. 2. cap. 3: Nam & prima est eloquentiæ virtus perspicuitas.

Pĕrspĭcŭē. adverbium, Evidenter. [σαφῶς. Gall *Clairement, euidemment.* Ital. *Chiaramente, euidentemente.* Ger. Klarlichen/ heiterr/ scheinbarlichen. Hisp. *Clara y manifestamente.* Pol. *Iasnie.* Vng. *Viluan, vilagosan.* Ang. *Plainelie, euidentlie.*] Plautus in Aulul. Anus hercle hoc indicium fecit de auro, perspicuè palàm est.

Pĕrspĭcax, om. t. Consideratus, acutus. [קסם *kosém.* ἐξυδρεκτικός. Gall. *Qui voit bien aguement, & entend fort subtilement.* Ital *Perspicace, acuto.* Ger. Scharpffsichtig oder scharpffsinnig Bel. Scherpsinnich. Hisp. *Agudo que mucho mira.* Pol. *Subtilni, bystri.* Vng. *Efkes, elés.* Ang. *That seeth quickely, quick witted.*] Terent. in Heaut. Patrem nosti ad eas res quàm sit perspicax. Cic. 1. Offic. Id quod acutum & perspicax natura est.

Pĕrspĭcăcĭă, ciæ, f.p. Acumen, evidentia. [קסם *késem.* πολυδρεκτικόν, ὀξύτης.] Idem Cic. Attic. lib. 15: Quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.

Pĕrspĭcăcĭtās, atis, f.t. Acumen, ingenium. [קסם *késem.* τὸ συνετικόν. Gall. *Bonne & claire veuë, quand on voit & entend fort aguement.* Ital. *Acutezza, perspicacità.* Ger. Scharpffsinnigkeit. Bel. Scherpsinnicheyt. Hisp. *Agudeza de mirar.* Pol. *Bystrosc, ostrosc rozumu.* Vng. *Okossag, eleselme.* Ang. *Quickenesse of sight and vnderstanding.*] Cic. Attic. lib. 1: Etsi ex his quæ scripsimus (tanta est perspicacitate) etiam à me non scripta perspicis.

Pĕrspīrātĭo, Est aëris attractio minimè voluntaria, à calore naturali per cutem in ipsas arterias. Aut sic: Perspiratio est à corpore attrectatio aëris cum appetitu naturali, per totum corpus, & rursum per exitus excretio.

Perspĭcŭo, adverbium, Tardè. Plaut. Quia quod bene promittunt Aruspices, perspicuò evenit Nonius. Legitur & pro spissò.

Pĕrstĕrno, is, Totum sterno: [καταστρώννυμι. Gall *Couurir & pauer tout.* Ital. *Coprire, lastricare del tutto.* Ger. Gar bespreyten oder bedecken. Hisp. *Cubrir & derribar mucho.* Pol. Okrzwam. Vng. *Be tentem, meg padimontomozom.* Ang. *To spread all ouer.*] Liv. 10. ab Vrbe: Eodem anno ab Aedilibus curulibus: qui eos ludos fecerũt, damnatis aliquot pecuariis, viâ à Martis silice ad Bovillas perstrata est.

Pĕrstĭmŭlo, as, Stimulo, extimulo, valde stimulo. [הסיר *hesîth.* παροξύνω, παροτρύνω. Gall. *Esguillonner fort, inciter fort.* Ital. *Stimolare.* Ger. Hefftig stupffen/ treyben oder bewegen. Hisp. *Aguijonear ò incitar.* Pol. *Bode, przebodam.* Vn. *Iszgatom furdalom.* Ang. *To stirre or prick vp.*] Tacit. lib. 4: Agrippinæ quoque proximi illiciebantur, pravis sermonibus spiritus perstimulare.

Pĕrstĭno, as, Quidam usurparunt pro emo. [קנה *kanáh.* ἀνέομαι. Gall. *Acheter.* Ital. *Comperare.* Ger Kauffen Hisp. *Comprar.* Pol. *Kupuie.* Vng *Meg veszem.* Ang *To bie.*] Apul. Et percontato pretio, quòd centum numis indicaret, aspernatus, viginti denariis perstinavi.

Pĕrsto, as, n p. Permaneo, perseveto, continuo. [עמד *hamádh.* ἀναμένω, διίστημι. Gal. *Perseuerer, continuer.* Ital. *Durare, perseverare, continouare.* Ger. Bestehn/ bleyben stehn/ beharren. Bel. Voirstandich blyven. Hisp. *Perseuerar.* Pol. *Trwam.* Vng *Meg maradok, alhatatos vagiok.* Ang. *To perseuer and continue.*] Gell. lib. 2. cap. 1: Hoc modo perdius, pernoxq; perstabat. Iungitur interdum dativo. Liv. 8 ab Vrbe: Vbi quum deprecantibus primoribus Patrũ atq; universo Senatu, perstaret incœpto immitis animus. Interdum ablativo cũ præpositione In Ibidem: Se tamen pẽrstaturũ in incœpto, &c. Sic dicimus Perstare in societate, Perstare in sententia, & similia.

Pĕrstrĕpo, is, penult. corr. n.t. Valde strepo. [המה *hamádh.* ἀναψοφέω. Gall *Faire grand bruit des pieds ou autrement.* Ital. *Far molto strepito.* Germ Hefftig rauschen oder ein gerümpel machen. Hisp. *Hazer mucho estruendo.* Pol. *Gomon zgiel'k czynie.* Vng. *Igen zörgökök.* Ang. *To mak a great noise.*] Terentius in Eunuch. Abeunt lavatum, perstrepũt ita ut fit domitat ubi abiunt. Stat.

a. Achil. Rumor in arcana jamdudum perſtrepit aula. Claud. 2. in Eutrop. crebrò pulſatus, perſtrepit ictu.

Pĕrſtrĭngo, gis, act. 3. Valde ſtringo, claudo, inquit Nonius. [צרר tſarár. συνέχω, ἐπιχράω. Gal. *Fort eſtreindre & ſerrer.* Ital. *Stringere forte, ſerrare, chiudere.* Ger. Wol anſtricken/ſtarck zuſammen binden. Belg. Vaſt binden. Hiſp. *Mucho ò perfectamente apretar.* Pol. *Zaciągam, ſawieznie.* Vng. *Igen meg ſzoritom.* Ang. *To wring hard.*] Cato de Re ruſtica, cap. 32: Vites bene nodĕtur per omnes ramos, diligenterque caveto ne vitem præcipites, & ne nimiùm perſtringas. ¶ Aliquando ſignificat breviter aut ſummatim dico, vel ſcribo. Cicer. pro Sexto Roſcio: Sed in animo eſt (quemadmodum antè dixi) leviter trăſire, ac tantummodo perſtringere unamquamque rem, *&c.* ¶ Aliquando ponitur pro leviter taxo, & reprehendo, leviquè dolore afficio. Cicero pro Sestio: Vt eos quorum ſceleris furore violatus eſſem, vocis libertate perſtringerem. ¶ Aliquando ponitur pro offuſcare, obnubilare, obſcurare, obtenebrare, obtundere, ἀποσκίρειν. ut quũ dicimus, Perſtringere oculos, perſtringere aciem mentis, animi, vel ingenii, & perſtringere aures ſonitu: Horat. lib. 2. Carm. Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures, jam litui ſtrepunt. Cicer. in Catone majore: Voluptas rationi inimica, mentis (ut ita dicam) perſtringit oculos. Cic. 1. de Divin. Eaque parte animi quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec ſatietate affluenti: quorum utrunque perſtringere aciem mentis ſolet. ¶ Terram aratro perſtringere. Cic. de Leg. Agrar. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quòd aratione perſtringi non poſſit?

Pĕrſtŭdĭōſŭs, penultima prod. adjectivum, Valde ſtudioſus, valde diligens. [ἀκουδαῖος, πολυμαθὴς, φιλολόγος. Gall. *Fort ſtudieux.* Ital. *Molto ſtudioſo.* German. Gar geſliſſen. Hiſpan. *Muy ſtudioſo.* Polon. *Bardzo pilni.* Vng. *Igen zorgalmatos zoretŏ.* Ang. *Very ſtudious.*] Cicero 5. Tuſc. Muſicorum verò perſtudioſum accepimus, *&c.*

Pĕrſuādĕo, es, act. 2. Non ab actu, ſed ab effectu ſignificationẽ habet: ut ſit perſuadeo, ſuadendo induco. [מדה pittáh. ὑποτίθημι, ἀναπείθω. Gall. *Perſuader, faire croire.* Ital *Perſuadere dar' ad intendere.* Germ. Vberreden oder bereden. Belg. Wijs maken. Hiſp. *Induzir con razones, attraher con effecto.* Pol. *Namawiam.* Vngar. *El hitetem.* Ang. *To perſwade.*] Autor ad Herennium libro 1: Si animus auditoris perſuaſus fuerit. Id eſt, ſi oratio adverſariorum fidem fecerit auditoribus. Cæſ. lib 4. bell. Gall. Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilii cauſa ſecum habebat. Huic magnis præmiis, pollicitationibusque perſuadet ut ad hoſtes tranſeat, & quid fieri velit, edocet. Qui ubi ad eos venit, timorẽ Romanorũ proponit. Perſuadet (*inquit*) id eſt, ſuadendo inducit. ¶ Simili modo fit in exoro, quum ſignificat orando impetro: & excogito, quod eſt cogitando invenio: quòd exorando: id eſt, perfectè orando, impetratur quod oratur: & excogitando: id eſt, perfectè cogitando, invenitur quod quæritur. Nec hujuſmodi ſignificationes propriè ſumuntur ex vi præpoſitionum, & verborum quæ non progrediuntur niſi quantum ſignificatio eorum protĕditur, quæ in perſuadeo, eſt perfectè ſuadeo, exoro, perfectè oro: ſed ex effectu rei quæ ex eis conſequitur & perficitur. Verùm non eatenus ipſa à propria eorum ſignificatione recedere dixerim, quum ſignificare poſſint perfectam ſuaſionem. Nam perſuadeo, perfectè, ſive maximè ſuadeo ſignificare docet Terentius in Andr. quum ait: Ipſus mihi Davus qui intimus eſt eorum conſiliis, dixit, Et is mihi perſuadet, nuptias quantum queam ut maturem. Idem in Phorm. Sed ubínam Getam invenire poſſim, ut rogem quod tempus conveniendi patris me capere perſuadeat: id eſt, potiſſimum ſuadeat. Similiter Lactant. 6: Quid M. Tullius in ſuis Officialibus libris, nónne hoc idem perſuadet, non eſſe omninò largiendum? id eſt, vehementer, totoque conatu ſuadet. Quod eſt contra eos qui volunt perſuadere tantùm in effectu eſſe: ſuadère, in actu, ut eſt Sipontinus, qui ait: Suadere eſt hortări aliquem ad id quod intendimus: perſuadere eſt ſuadendo aut diſſuadendo aliquid, hominem in opinionem noſtram inducere. ¶ Quomodo mihi perſuadeo, per parentheſim venuſtè uſurpat Cicero pro Roſcio Amer. Ego contra breviorem poſtulationem affero, & (quomodo mihi perſuadeo) aliquanto æquiorem. ¶ Venuſtè quoque dicitur, Ita tibi perſuadeas, Ita perſuaſum eſt omnibus. Cicero ad Brutum libro 11: Quamobrem velim tibi ita perſuadeas, me tum Reipublicæ cauſa, quæ mihi vita ipſa chãrior eſt, *&c.* Idem ad eundem: Ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermibus perterritis metu fugiſſe Antonium.

Pĕrſuāsŭs, particip. & aliquando nomen ex participio, Creditus. [מהמן niphtéh. πεπεισμένος. Gall. *Perſuadé.* Ital. *Che tiene una coſa per certa.* Ger. Vberredt oder beredt. Hiſp. *Induzido con razones.* Pol. *Namowioni.* Vngar. *El hitetŏt.* Ang. *Perſwaded.*] Cic. in Tuſc. Opinio mali, quo viſo & perſuaſo, ægritudo inſequitur neceſſariò. Col. lib. 12. cap. 2: Villica porrò perſuaſiſſimum habere debebit, aut in totum, aut certè plurimum domi ſe morari oportere. Plin. Epiſt. 20. lib. 1: Perſuaſum habeo poſſe fieri ut ſit actio bona, non ſit bona oratio.

Pĕrſuāsĭo, onis, verbale, f. t. Opinio firma, quum plănè nobis fides facta eſt, rem ita eſſe. [πεῖσις, πειθὼ. Gall. *Perſuaſion, ferme creance.* Ital. *Ferma credenza que ſi ha di qualche coſa.* Ger. Beredung. Hiſp. *Induximiento, firma opinion.* Pol. *Namowienie.* Vng. *El hitel.* Ang. *Perſwaſion.*] Plin. lib. 25. cap. 2: Durat tamen tradita perſuatio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi.

Pĕrſuāsōrĭus, adjectivum, Quod perſuadet, quodq; ad perſuadendum pertinet. [מתמה mephattéh. πειστικὸς, πειστικός. Gall. *Qui fait à croire, ou qui ſert à faire croire.* Ital. *Che vale à far credere qualche coſa.* Ger. Das vberredt. Hiſp. *Coſa para aſsi induzir.* Pol. *Namowni.* Vng. *El hitelte valo.* Ang. *That perſwadeth.*] Suet. in Domit. cap. 8: Recuperatores, ne te ſemper perſuaſoriis aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit.

Pĕrſuāsŏr, oris, m. t. Qui perſuadet. [מתמה mephattéh. πειστὴς, πειστικός. Gall. *Qui met en teſte & perſuade.* Ital. *Chi perſuade.* German. Ein Vberreder/oder Bereder. Hiſpan. *Hombre que algo alcanca con razones.* Polon. *Namowca.* Vngar. *El hitetŏ.* Ang. *A perſwader.*]

Pĕrſuāstrīx, ſtricis, f. t. [מתמה mephattáh. πείστρια, πειστική. Gall. *Celle qui met en teſte & perſuade.* Ital. *Donna che perſuade.* German. Ein Beredterin. Hiſpan. *La hembra que aſsi alcanca algo.* Polon. *Namowiaca.* Vngar. *El hitetŏ aszony.* Ang. *She that perſwadeth.*] Plautus in Bacchid. Eccas tandem probri perlecebras, & perſuaſtrices.

Pĕrſuāsĭbĭlĭs, le, om. t. Quod poteſt perſuaderi. [πιθανὸς, πειστὸς, εὐπαράλυπτος. Gall. *Facile à faire à croire, aiſé à perſuader.* Ital. *Facile da far credere.* Ger. Des man einen leichtlich bereden kan. Hiſp. *Coſa facil à hazer creer.* Pol. *L'atwido namowienia.* Vng. *El hitetŏ.* Ang. *That may be perſwaded.*] Quintil. lib. 3. cap. 16: Rhetorice, eſt vis inveniendi omnia in oratione perſuaſibilia.

Pĕrſuāsĭbĭlĭtĕr, adverbium, πιθανῶς, εὐπείσως. Quint. lib. 2. cap. 16: Qui finem ejus eſſe ait perſuaſibiliter dicere.

Persubtĭlĭs, le, penult. prod. om. t. Valde ſubtilis. [ἀγχίνους, ὑπερλεπτὸς. Gall. *Fort ſubtil.* Ital. *Molto ſottile.* Ger. Gar ſubtil. Hiſpan. *Muy ſutil.* Polon. *Subtilni.* Vngar. *Igen vekony, melyŏ.* Ang. *Very ſubtil.*] Cic. pro Plancio: Et quoniam tua fuit perelegans ac perſubtilis oratio.

Pĕrsŭlto, as, n. p. Paſſim & crebrò ſalto: proprieq; ferarum eſt, aut pecudum, quæ in pabuli ubertate identidem ſubſiliunt. [רקד rikkédh. ὑπερπηδάω. Gall. *Saulter ou ſaulteler de ioye.* Ital. *Saltar per allegrezza.* Ger. Durchgumpen oder ſpringen. Hiſp. *Mucho ſaltar ò reſultir.* Pol. *Poskakuie.* Vng. *Sztelel vgordozom zŏkdeczelek.* Ang. *To leap, and skip for ioye.*] Lucr. lib. 1: Inde feræ pecudes perſultant pabula læta: id eſt, ſaltant per lęta pabula. ¶ Eſt item perſultare, cum petulanti quadam inſultatione locum agrúmve peragrare. Liv. 4. bell. Maced. Quorum ubi arma, ſignaq; Lacetani cognovêre, memores quàm ſæpè in agro eorum impunè perſultaſſent. Tacit. lib. 11: Simul libero exercitu campos perſultante. Silius lib. 3: At non Sarmaticos attollens Fuſana muros Tam levibus perſultat equis.

Pĕrsŭo, is, ere, Suendo abſolvo. ἀναῤῥάπτω. Vide in ſimplici SVO.

Pĕrtædĕo, des, dui, Tædio vehementer afficior. [קוץ kats. ἀθυμῶ, ἐξαπορέομαι. Gall *Eſtre fort ennuyé & faſché.* Ital. *Attediare.* German Ein groſſen verdruß entpfahen/verdruſſig werden. Hiſp. *Hauer peſar* Polon. *Teskneie.* Vngar. *Sxmte el vnom.* Ang. *To be loth to do a thing.*] Gellius libro 1. cap. 2: Has ille inanes cùm efflaret glorias, jamque omnes finem cuperent, verbisque ejus defatigati pertæduiſſent. Hujuſmodi tamen locutiones raræ ſunt: frequentiùs enim hoc verbo utimur imperſonaliter, quemadmodum. & ejus ſimplici tædet. Idem lib. 15. cap. 20: Simul duas uxores habuerat, quum id decreto ab Atheniẽſibus facto, jus eſſet, quarũ matrimonii pertædebat. ¶ Pertæſum eſt. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 1: Pertæſum eſt enim lenitatis, aſſentationis amicorum, non officiis, ſed temporibus ſervientium: Virgilius 4 Aen. Si non pertæſum thalami tedæq; fuiſſet. Ovid. 2. Amor. Eleg 9 Quum bene pertæſum eſt, animique revanuit ardor.

Pĕrtædĕscĭt, ſimiliter imperſonale. Cato de Re ruſtic. cap. 156: Nolite multum dare ne pertædeſcat.

Pĕrtæsŭs, a, um, Participium ſine verbi origine, ut inquit Servius, & regit accuſativum, quanquam poteſt eſſe à Pertædeo. [קוץ kats. ἐξαπορούμενος. Gall. *Fort ennuyé & faſché.* Ital. *Attediato faſtidito.* German. Verdruſſig Hiſpan. *Enhaſtiado, enhadado.* Polon. *Teskliwi.* Vngar. *El vno.* Ang *That lotheth, weary of a thing.*] Suetonius in Cæſ. Et quaſi pertæſus ignaviam ſuam, quòd nihil tum à ſe memorabile actum eſſet. Virgilius libro 4. Aeneidos genitivo junxit: Si non pertæſum thalami, tedæque fuiſſet.

Pĕrtĕgo, is, pen. corr. act. t. Diligenter, & omni ex parte tego. [כסה chiſſah. κατασκάπτω. Gall. *Couurir tout.* Ital. *Coprire d'ogni parte,*

parte. Germ. Eyndecken / allenthalben wol verdecken. Hiſp. *Cubrir de todas partes.* Pol *Nakriwam.* Vng. *Befedezen.* Ang. *To couer all ouer.*] Plaut. Rud. Quin tu in palúdem is, exagitasq; arundines, Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt? Idem Trinum. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pērtendo, is, act. t. Ad finem tendo, valde tendo, extendo. [נָתָה *natáh.* ἐκτείνω, διήκω. Gall. *Eſtendre, mettre à fin, acheuer.* Ital. *Stendere, condurre à fine.* German. Gar außſtrecken. Hiſpan. *Eſtender, guiar haſta el cabo.* Pol. *Rozciągam.* Vng. *Vegig nyuytom, ki nyuytom.* Angl. *To ſtreitch out much.*] Cato de Re ruſt. cap. 52: In arboribus ubi radices capiant, calycem aut qualum pertēdito: per fundum ramum, quem radicem capere voles, ſcarificato, trajicitoque. Sed hic Catonis locus corruptè citatur à Calepino. Non enim ibi pertendito legendum eſt, ſed pertundito. ¶ Aliquando ponitur recta tendere, vel inſtitutam profectionem abſolvere. Liv. 3. ab Vrb. Pars maxima, atque ipſe Sergius Romam pertenderunt. ¶ Aliquando eſt contendere. Cicero pro Cornelio Balbo: Cum fœderibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus. ¶ Aliquando eſt ad finem ducere id quod intendebamus, aut cœperamus. Terent. in Heavt. Quid iſtuc? video nō licere, ut cœperā, hoc pertenderè.

Pērtentō, tas, act. p. Eſt ſententiam alicujus callidè expiſcor, & quemadmodum Cicero loquitur, hominem degusto. [נָסָה *bachán.* δοκιμάζω. Gall. *Attoucher ſouuent, eſſayer & tenter, eſprouuer.* Ital. *Tentar bene, aſſagiare.* German. Wol verſuchen / erfahren. Belg. Proeven. Hiſpan. *Mucho ò muy perfectamente tentar.* Polon. *Knſze probuie.* Vng. *Meg probalom, belölle ki vezem.* Ang. *To aſſay and trie.*] Terent. in Andr. Sed ea gratia ſimulavi, vos ut pertentarem. ¶ Aliquando idem eſt quod permoveo, ſive titillo. Virgilius 5. Aeneid. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. ¶ Aliquando idem quod corripio, apprehendo. Virg. 3. Georg. Nónne vides ut tota tremor pertētet equorum Corpora? Idem 1. Aeneid. -ſuſpenſam blanda vicisſim Gaudia pertentant mentem. Idem 7. Aen. Ac dum prima lues udo ſublapſa veneno Pertentat ſenſus.

Pērtĕnŭis, pertenue, om. t. Valde tenue. [דַּק *haddák.* λεπτότατος, πάνυ ἰσχνός. Gall. *Fort tendre, fort petit.* Ital. *Molto tenue.* Ger. Gar dün. Hiſ. *Muy delgado, ò ſotil.* Pol. *Czieniachni.* Vn. *Igen vekony.* Ang. *Very ſmall.*] Plin. li. 16. cap. 43: Secatur in lamınas pertenues & ilex. Cic. ad Terent. lib. 14: Spes aūt ſalutis pertenuis oſtenditur. Idem contra legē Agr. Sic ut terra clauſtra locorū teneret, & duó maria maximè navigationi diverſa penè conjungeret, quum pertenui diſcrimine ſeparārentur.

Pērtĕrĕbro, as, penult. corr. act. p. Terebra perforo. [διαπερόω. Gall *Percer d' vn tartere tout outre.* Ital. *Triuellare.* German. Durchboren. Hiſpan. *Barrenar.* Polon. *Przewiertuie.* Vngar. *Altal furom.* Ang. *To pearce with a womble or any pearcing inſtrument.*] Cicero 1. de Divin. Annibalem Cælius ſcribit, quum columnam auream, quæ eſſet in fano Iunonis Lucinæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecùs inaurata, perterebraviſſe.

Pērtĕrgo, is, act. t. Diligenter tergo. [קִלְקֵל *kilkél.* ὀμέργνυμι, ὀκμάζω. Gall. *Torcher diligemment, rendre fort net.* Ital. *Forbire con diligenza.* German. Durchwiſchen. Hiſpan. *Mucho y diligentemente alimpiár.* Polon. *Przecżieram.* Vng. *Meg törlöm.* Ang. *To wipe diligentlie and mak cleane.*] Lucretius libro 4: Isque ira per noſtras acies perlabitur omnis, Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit. Et paulò pòſt: Et noſtros oculos perterget longior aura. Rurſus eadem pagina: Pòſt extraria lux oculos perterget, & aër Alter, & illa foris, quæ verè tranſpiciuntur. Col: lib. 12. cap. 9: Sæpè ſuffundere jus debebit, nec pati ſitire ſalgāma, ſed extrinſecùs munda ſpongia vaſa pertergere, & aqua fontana refrigerare.

Pērtĕro, pen. cor. act. t. Terendo comminuo. [דָּרַךְ *bedhák.* κοπανίζω. Gall. *Fort piler & broyer.* Ital. *Conſumare fregando.* Ger. Wol zerreyben oder zerfeyten. Hiſpan. *Mucho gaſtar por vſo.* Pol. *Zcżieram.* Vngar. *El rontom, meg töröm.* Ang. *To weare or break in peeces by rubbing.*] Plautus Menæch. Tum compediti januam lima perterunt. Colum. lib. 8. cap. 5: Vel eadem pertritā, & cum aquā potui data.

Pertĕrrĕo. es, Valde terreo. [הֶחֱרִיד *becheridh* בָּהַל *bihél.* κατατρομάζω. Gall. *Fort eſpouuanter, faire grand' peur.* Ital. *Fare ſpaſimo, ſpauentare, far paura eſtremamente.* Germ. Wol erſchrecken. Hiſp. *Mucho eſpantar.* Polon. *Przeſtraſzam.* Vngar. *El iezlem, rettentem.* Ang. *To mak ſore afeard.*] Terentius in Evnuch. Pòſt exibo atque hunc perterrebo ſacrilegum. Cæſar 1. bell. Gall. Quæ copiæ noſtras perterrerent, & munitione prohiberent. Idem libro 7: Vt ſint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.

Pērtērrĭtŭs, a, um. participium, Valde territus. [נִבְהָת *nibhāth.* κατατετληγὼς, ἐκφοβηθείς. Gall. *Fort eſpouuanté.* Ital. *Molto eſpauentato.* Germ. Wol erſchrecket. Hiſpan. *Muy eſpantado.* Pol. *Przeſtraſzoni.* Vng. *Igen meg rettent.* Ang. *Greatlie afeard.*] Cic. pro Cælio: An timebāt ne tot unum valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent? Ovid. 12 Metam. Viſa fugit Nympha, veluti perterrita fulvum Cerva lupum.

Pĕtăſo, pen. cor. hujus petaſonis, m. t. Caro porcina, quam alii coxam, alii eam partem ſuis eſſe dicunt, quæ ab alis incipit, & coſtas comprehendit, quibuſdam veluti virgulis pinguibus diſtincta. [πλάγια Gall. *Vn iambon.* Ital. *Proſciutto, perſuto.* Ger. *Ein ſchweinines rippbraten.* Hiſp. *El tocino, ò pernil de tocino.* Pol. *Szol'dra.* Vng. *Top zelet, az disznonak az lollya.* Ang. *A peſtel of a porke.*] Mart. lib. 13: Muſteus eſt, propera, charos ne differ amicos: Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil.

Pĕtăſuncŭlŭs, diminutivum. [τὸ πλαγιδιον. Gall. *Petit iambon.* Ital *Picciolo proſcintto.* Ger. *Ein klein ſchweinins rippbrätlin.* Hiſp. *Pernil de tocino.* Polon. *Szol'derka.* Vngar. *Tob ſzalonetske.* Ang. *A litle peſtell of a pork.*] Iuven. Satyr. 7: -ſiccus petaſunculus & vàs Pelamidum.

Pĕtăſŭs, petaſi, pen. cor. m. ſ. Galerus, pilei latioris genus, quo adverſus injurias Solis viatores faciem tuentur, qualis Mercurio à pœtis affingitur [πίλος Gal. *Vn chapeau ou bonnet antique.* Ital. *Capello.* Ger. *Ein breiter hut/ ein ſchynhut.* Hiſp. *Sombrero que di grandes alas.* Pol. *Czapka ſzeroka.* Vngar. *Szeles ſzwegi, pap ſweg.* Ang. *A broade cappe or hatt.*] Plautus in Amph. Ego habebo uſque in petaſo pinnulas. Fitque à Græco πετάννυμι, quod eſt extendo, cujus aoriſtus eſt ἐπέτασα. ¶ Hinc petaſati, qui galero pro capitis ornamento utuntur. Sueton. in Auguſt. cap. 82: Æſtate apertis cubiculi foribus, ac ſæpè in periſtylio ſaliente aqua atque etiam ventilante aliquo cubabat: Solis verò ne hyberni quidem patiens, domi quoque nonniſi petaſatus ſub

dio ſpatiabatur. ¶ Per translationem verò petaſus dicitur quiddam in galeri formam ædificiis ſuperpoſitum, extenſum, & explicatũ, in metæ formã ſe contrahens. Plin. lib. 36. cap. 13: Supra id quadratum pyramides ſtant quinq;, quatuor in angulis, & in medio una: in imo latæ pedum ſeptuagenûm quinûm, altæ centenûm quinquagenûm, ita faſtigiatæ, ut in ſummo, orbis æneus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula quæ vento agitata longè ſonitus referant. ¶ Sunt qui petaſum interpretentur pro calciamenti genere, putantq; petaſatum dici qui hoc calceamẽto ſit indutus, adducentes locũ Ciceronis ad Caſſium, lib. 15. Epiſt. Sed petaſati veniunt: comites ad portũ expectare dicunt. Neq; tamen abſurda res ſit, hìc petaſatos, pro galero tectis intelligere. Solent enim qui peregrè proficiſcuntur, ſe galero adverſus æſtus injuriam munire.

Pĕtaūrum, [πιτταυρον Ger. *Allerley gaucklerzeug/oder gaucklerſpyl/ mit ringen/teibsübungen* ꝛc.] Genus ludi, & machina quædam lignea: quo quidẽ ludi genere homines per aëra rotarum pulſu jactabantur. Mart. lib. 11: Quã rota tranſmiſſo toties impacta petauro. ¶ Dici etiã poteſt petaurũ ſupra quod homines agilitate corporũ inſignes ludunt: ut haſtę circa quas ſe volvunt: funes ſupra quos etiam reciproci ambulant: circuli per quos ſe more piſcium tranſmittunt, tabulę è quibus in aëre pendet, uno brachio ſe ſuſtinẽtes. Græci dicunt petaurũ [illegible] & aſſeres quibus domos tegunt. Iulius [illegible] caveam eſſe in quam ſe cortis alites cubitum ituræ [illegible].

Pĕtaūrĭſtæ, [πιτταυριστής. Ger. *Gaucklerder ringtreibsübungen vnd tufftſprũg treibt vnnd braucht.*] teſte Nonio, a veteribus dicuntur qui ſaltibus, vel ſeen [illegible] moliebantur. Varro lib. 2. de Vita populi Romani: Nec minus aliquo in genere tantum valuit velites Galli, Germani petauriſtę, qui & petauri dicuntur, ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, volare. Feſtus: Petauriſtas Lucilius à petauro appellatos exiſtimare videtur, quando ait: Sicuti mechanici quũ alto exiluêre petauro. At Aelius Stilo quòd in aere volent, quum ait: Petauriſta propriè Græcè, ideo quòd ἐν τῷ ἀέρι πέτεται.

Pĕtēſco, ſive Petiſco, Peteſſo, Vide PETO petis.

Pĕtīgo, pen. prod. inis, f. t. Morbi genus, qui & impetigo dicitur, quòd vicina petat, ſeſe larè ſumma cute diffundẽs. [ψώρα ἀλλέφετη λειχήν. Gall. *Gratelle, ou feu volage.* Ital. *Volatica.* Ger. *Böſe ſpitzige vnd vmbfreſſende raud.* Hiſp. *[illegible]* Pol. *[illegible] ſiedna zdrugnie ſie miejsce.* Vn. *Zeplo.* Ang. *A [illegible]* Occupat plerunque totum vultum, oculis exceptis. Lucil. lib. 30, referente Nonio: Illuvies, ſcabies, oculos nare deorſum petigo conſcendere.

Petilatura. Significat vulgatam equalbam Spoletinis

Petilius, [Ger. Ein ſũſſe in vnbetannte Kyrbiß [illegible] bienen geſerbe wie die tutden Oeſterr. Etrevemon [illegible] co ſind Indianiſche oder Portugaliepiſche Regue [illegible] nalis, cui a [illegible] colori, inſtar roſæ ſylveſtris: ita dictus a Petilia Graciæ urbe, ut quidam exiſtimant.

Pĕtĭlŭs, pen. cor. adject. Tenuis, exilis. [λεπτός. Gall. *Tenue.* Ital. *Tenue.* Germ *Nan vnd dũrr.* Hiſp. [illegible] Pol. *Szczupły.*] Lucilius: Inſignis varis cruribus, & petilis Nonio.

Pĕtĭmĭnă, Vlcera in humeris jumentorum, quod minutè & profunda petant. Nominativus ſingularis eſt petimen. Lucil. apud Nonium: Vt petimen naſo, aut lumbos cervibus [illegible].

Pĕtĭŏlŭs, li, diminutivũ eſt à pede. [πόδιον Gall. *Petit pied.* Ital. *Picciol piede* Ger. *Ein Füßlin* Hiſ *Pequeño pie* Pol. *Nogka. Labotska.* An *A litle foote.*] Afran. apud Nonium: Ad [illegible] nudo petiolo ambules. ¶ Petiolus, [illegible] pendet. [illegible]. Co. lib. de Arb. cap. 23: Quæ jam matura [illegible] fuerint, antequã rumpãtur, petiolos qu[illegible].

Pĕto, petis, petivi, vel petii, petitum, [illegible] *ſchlaut ergo mir ein* Gall. [illegible] *der ordinandum.* Ger. *Einen bitten* Pol. *Dam [illegible] ſie* Vn. [illegible] *ro require.*] Valla. Petere dicimur, quũ aliquid habere [illegible] cibus petimus. Petere (inquit Varro) proprie eſt [illegible] pliciter, & precariò poſſulare. Haberque in hac [illegible] ferè ablativum perſonæ cum præpoſitione à, vel ab. Cicero Philip. lib. 13. Epiſt. Quapropter a te etiam atq; etiam pro noſtra ſumma cõjunctione, proq; tua in me perpetua, & maxima benevolentia majorem in modũ peto atq; contendo, ut ejus filius qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimùm cõdones. Idẽ 6. Verr. Iſte petit à rege, & eum pluribus verbis rogat. Præter ablativum perſonæ admittit & accuſativum rei: ut Petere auxilium, vel Præſidium ab aliquo, apud Ciceronẽ pro Quinctio. ¶ Varii præterea ſunt hujus verbi in oratione uſus. Dicimus enim, Petere auxilium, Petere opem, Petere colloquiũ, Petere conſilium, Petere gratiam, Petere amicitiam, Petere oracula, Petere pacem, Petere præmium, Petere reſponſa, Petere veniã, Petere mutuũ, quorũ omnium teſtimonia in bonis autoribus inventu ſunt facilia. ¶ Jungitur aliquando dativo pro ablativo

cum

cum præpositione Virgil.9. Aen. O genitrix quò fata vocas? aut quid petis istis? Vbi Servius: Petis istis: id est, pro istis. Nam sic dicimus, Peto tibi: id est, peto pro te. ¶ Petere aliquando commemorare est, inquit Nonius. Virg lib.8.Aen. Quid causas petis ex alto? id est, commemoras, vel potiùs repetis: ut per aphæresin simplex ponatur pro composito. ¶ Ponitur aliquãdo pro tenere. Virg.3.Aeneid. Summissi petimus terram. Cic. ad Att. lib. 3: Et ille incertus ubi ego essem, fortasse alium cursum petivit. ¶ Aliquando pro adipisci. Plin.lib.12.cap.14: C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit: id est, adeptus est. ¶ Petere fugam, est fugere. Petere salutem fuga, Est fugiendo vitam servare. ¶ Aliquando insidias tendere. Plancus Ciceroni: In quo casu hanc capio voluptatem, quòd certè quò magis me petiverunt, tantò majorem his frustratio dolorem attulit. ¶ Aliquando violenter aggredi, Cicer. pro Ligar. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? ¶ Aliquando manere, expectare. Virg.lib.9. Aeneid. Trojanos hæc monstra petunt. ¶ Aliquando cupere, appetere, desiderare, ut apud eundem lib.3.Georg. Pulchramque petunt per vulnera mortem. ¶ Aliquando percutio. [βάλλω. Gall. *Frapper, tuer.* Ital. *Ferire.* Ger. Schlahen. Hisp. *Herir.* Pol. *Bye.* Vngar. *Tsapok, wesõk.* Ang. *To strik or smite.*] Liv.lib.22: Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. ¶ Aliquando inquirere. ζητῶ. Virgil.9. Aeneid. Evandrum petimus. ¶ Aliquando eligere, vel capere. Idem 4. Georgic. Principio sedes apibus, statioque petenda. ¶ Aliquãdo proficiscor. στέλλομαι. Sueto. in Vespas. Et Cutilias, ac Reatina rura ubi æstivare quotannis solebat, petiit. ¶ Aliquando influere, ut Campum petit amnis. ¶ Quando verò cõstruitur cum ablativo instrumentum significante, & pro instrumenti diversitate diversa significat, sive in rem, sive in personam referatur. Nam petere manu, teste Nonio, est abducere. Virg.6. Aen. Tartareum ille manu custodem in vincla petivit. Petere gladio, aut veneno, aut lapide, aut cornu, & hujusmodi, est invadere, ferire, & saluti insidiari. ἐφίεσθαι, στοχάζεσθαι, ἐπιχείρειν. Virg 3. Aeglog. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Ibidem: Malo me Galatea petit lasciva puella. Suet. in Tib. Missum in arenam aprum jaculis desuper petiit. ¶ Petere cursu, adipisci, obtinere. Virgil. 3. Aen. -quę littora proxima cursu Contendunt petere. ¶ Petere blanditiis, est blandiri. Quint. Novercam blanditiis petit. ¶ Petere muneribus, osculis, precibus, est conciliare. Apul. Quum me lacrymis, precibusque petiisset. ¶ Petere oculis, est contemplari. ¶ Petere auribus, audire. ¶ Petere naribus, olfacere. ¶ Petere tactu, attrectare. ¶ Hujus composita sunt, Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppeto, quæ habent penultimam correptam.

Pĕtītĭo, nis, f.t. Postulatio & actus ipse petendi. [שאלה *schoelah.* αἴτησις, ἀξίωσις, ἔγκλημα. Gall. *Demande, requeste.* Ital. *Petitione, domanda.* Ger. Ein beger oder bitt. Belg. Een begheerte/bidinge. Hispan. *Demanda generalmente.* Pol. *Prozba.* Vng. *Keres, kõnyörges.* Ang. *An asking or requesting.*] ¶ Aliquando ponitur pro intentione actoris. Quint. lib.4.cap.4: Recusatio quoque plures interim propositiones habet: ut contra petitionem pecuniæ, Malè petis: procuratori enim tibi esse nõ licuit. ¶ Nonnunquã etiam pro incursione vel ictu, & aggressu gladiatorũ: & per translationem, sicariorum, aut insidiatorum. Cic.1.Car. Quas ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur parva quadam declinatione, & ut ajunt corpore effugi. ¶ Petitio pro ambitu: hoc est, studio adipiscendi honoris. Cic. Att. lib.1: Fuit & mihi, & Quinto Fratri magno usui in nostris petitionibus.

Pĕtītŭs, petitus, petitio. Gell.lib.18.cap.3: Illi quę eum cõsensu, petituque omnium eandem illam sententiam diserti viri, cujusmodi posset verbis dicere.

Pĕtītŏr, oris, m.t. Qui petit, & litem intendit. [שואל *schoël.* αἰτητὴς, διώκτης. Gall. *Demandeur.* Ital *Dimandatore.* Ger. Ein begärer: *item,* Ein außsprächer oder anfanger mit Recht. Hisp *Demandador.* Pol. *Grawen pozwagaiaci.* Vng. *Kerõ, perlõ.* An. *An asker.*] Cic.in Partit. Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello.

Pĕtītrīx, cis. [Vngar. *Kerõ aszony.*] Paul.D.l.36.Tit.l.74, contra petitricem pronuntiavit.

Pĕtītōrĭum judicium in libris Iurisconsultorum dicitur, quó res vindicatur. Caius L.36.D.de rei vindicat. Qui petitorio judicio utitur, ne frustra experiatur, requirere debet, an is cum quo instituat actionem, possessor sit.

Pĕtĕsso, sis, Antiquum verbum, peto: sicut Impetrasso, reconciliasso, commonstrasso, qualia sunt apud Plautum plurima. μνᾶμαι. Cicer.2.Tusc. Qui hanc gloriam peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. ¶ Hinc expetesso, Plaut.in Trin. Vtram potiùs harum mihi artem expetessam.

Pĕtŏrĭtum, ti, pen.cor. n ſ Genus vehiculi quo Belgæ præcipuè utebantur. [φορεῖον. Gall. *Vne sorte de chariot, comme vn chariot branslant.* Ital. *Faggia di carro.* Germ. Ein sonderbare gattung eines Karren oder Wagen. Hispan. *Cierto genero de carro.* Polon. *Koliassa.* Vng. *Szekor, kolia.* Ang. *A sort of chariot.*] Horat.lib.1. Serm. -atq; caballi Pascẽdi, ducenda petorita: nunc mihi curto Ire licet mulo. Idem lib.2.Epist. Esseda festinant, pilenta, petorita, naves.

Petrā, æ, f.p. [סלע *sélah* צור *tsur.* πέτρα. Gall. *Pierre, caillou, roche ou rocher.* Ital. *Pietra.* Germ. Ein felß. Belg. Eenen steen. Hisp. *Piedra.* Pol. *Skał'a.* Vng. *Kõzikla.* Ang. *A rock.*] Proprièidem est quod rupes. Plin.lib.10.cap.32: Gaviæ in petris nidificant. Accipitur nonnunquam pro lapide, vel saxo.

Petrōsŭs, a, um, Quod petris abundat. [πετρώδης. Gall. *Pierreux, caillonneux.* Ital. *Pieno di pietre, sassoso.* Germ. Felßechtig/voll felßen vnnd schrofen. Hisp. *Pedroso, cosa llena de piedras.* Pol. *Skałisti.* Vn. *Kõziklas.* Ang. *Full of stones or rockes.*] Plin.lib. 17.cap.27: Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petrosis.

Petrĭcōsŭs, adjectivum. Idem. Martialis lib.5, per translationem dixit: Rès petricosa est, Cotile bellus homo. Hoc est, difficilis, saxosa ac dura.

Petrōnēs, Rustici dicti sunt à veteribus, (inquit Festus) à petrarum asperitate & duritia. Hinc Plautus petronem, vervecem duriorem eleganter dixit in Cap. Qui petroni, *inquit,* nomen indunt verveci sectario: Eum ego, si in via petronem publica conspexero, Et petronem & dominum reddam, mortales miserrimos.

Petrea, Cognomen capparis.

Petrĭna, Tussilago vel Bechion apud Dioſc.lib.3.cap.14.

Petrēlæum, πετρέλαιον, Bitumen est liquidum è saxis defluens. Nomen habet ab oleo, non quòd revera oleum sit, sed quòd liquida consistentia ad olei similitudinem accedat: tametsi colore magis ad nigredinem vergat.

Petrōnēs, Vide PETRA.

Petrophўes, Azonum parvum apud Dioſc.lib.4.cap 92.

Petrŏsĕlĭnum, πετροσέλινον, quasi apium petrinum, Herba est sativo apio multò major, semine nigro, gustu amaro: ita dicta quòd optimè in petris: hoc est, in rupibus proveniat, præsertim in Macedonia, ubi in crepidine rupium præcipuè nascitur: unde etiam Macedonicum à quibusdam cognominatur. Vide Dioſc.lib.3.cap.75. & Plin.lib.20.cap.12. & Ruell.li.3.cap.47.

Pĕtŭlāns, penult. corr. om.t. Improbus, procax, contumeliosus, impudens. [עשוק *haschók* עז *zedh.* ὕβρεως, ἀσελγής. Gall. *Qui touſiours boute l'vn ou frappe l'autre, effronté, petulant.* Ital. *Presuntuoso, sfacciato.* Ger. Mutwilligk/frãch/feig/geil/vnverschampt. Belg. Dertel/brootdronckē. Hispan. *Desuergoncado y pedigueno.* Pol. *Zuchfal'i.* Vngar. *Szlay, fay talan.* Ang *Wantonedishoneſt, sawcie.*] Cic.2. de Orat. Illud assequor, ut siquis mihi fortè maledicat, petulans, aut planè insanus mihi esse videatur. Idẽ in Saluſt. Desine bonos petulantissima insectari lingua. ¶ Quandoque accipitur pro libidinoso, impuro. Cic.in Parad. Lapsa est libido in muliere ignõta, dolor ad pauciores pertinet quã si petulans fuisset in aliqua nobili virgine.

Pĕtŭlāntĭa, æ, f.p. Est lascivia, sive effrænatio immodica ad quodlibet vitium; à petendo dicta. [עשק *haschek* עז *zadhón* חמס *chamás.* ὕβρις, ἀσέλγεια. Gall. *Malice effrontee, mauuaistié effrontee, petulance.* Ital *Sfacciatezza, prosuntione.* German. Mutwillt/frächheit/feige/geilheit. Hiſpan. *Aquel desuergoncamiento, lasciuia demasiada.* Polon. *Zuchwal'oſcz.* Vngar. *Szilaysag, faytalansag.* An. *Wantonneſſe, dishoneſtie, sawcineſſe.*] Cic.in Catil majore: Vt petulantia, & libido magis est adolescentium quàm senum, nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum. ¶ Dicitur quoq; de pecudibus. Colum.lib 7.cap.6: Quoniam cornuti ferè pernicioſi sunt, propter petulantiam. Et de arborum ramis. Plin.lib.16.cap.30: Præcipuèq; domibus expetitur ramorum petulantia. Et de morbis. Gell.lib.12.cap.3: Itaq; vidistis philosophum ratione decreti sui nixum, cum petulantia morbi, doloris que exultantia colluctantem. Dicitur autẽ petulantia, autore Cicer.lib.4. de Rep. à petendo, ut procácitas à procando: id est, pascendo nominata est.

Pĕtŭlāntĕr, adverbium, Improbè, procaciter, lasciué [ὑβριστικῶς, ἀκολάστως. Gall. *Effrontément, impudiquement.* Ital. *Sfacciatamente, dishoneſtamente.* German. Mutwilligklich/gantz frächer vnd vnverschampter weiß. Hiſpan. *Desuergoncadamente.* Polon. *Zuchwalie.* Vng. *Faytalanul.* Ang. *Wantonelie sawcelie, impudentlie.*] Cicero ad Attic. lib.2: Diphilus Tragœdus in nostrum Pompeium petulanter invectus est. Ovid. in Epist. Paridis ad Helenam: Quinetiam ut possem verbis petulantius uti, Non semel ebrietas est simulata mihi.

Pĕtŭlcŭs, ci, Lascivus. [סורר *sorér.* ἀσελγής. Gall. *Lascif, effronté.* Ital. *Lasciuo.* Ger. Geil/mutwillig/frãch/gumppig. Hiſpan. *Locano ò retocon.* Polon. *Zuchfal'i, butaiaci.* Vngar. *Buya, fuitalan.* Angl. *Wanton, lasciuious, euer hurting.*] Virgilius 4 Georgic. -hœdique petulci. Id est, lascivi, exultantes, ut ait Servius. Colum.lib. 7. cap. 3: Itaque capri vel arietis petulci sævitiam pastores hac astutia repellunt. Hinc meretrices quoque petulcas veteres dixerunt, à petendo.

Peucĕdănum Plinio, sive Peucedanus, [πευκέδανον Dioscoridi. Germ. Ein traut wächst in Arcadia / Haarstrang genañt] Herba est tenuis caule, & oblongo, fœniculoque non dissimili, juxta terram foliosa, radice nigra & crassa, odore gravi. Nomen invenit a pinu, cujus folia imitatur, quemadmodum myrtidanum à myrto. Vnde & pinastellum nonnulli ex recentioribus appellaverunt. Vulgus *Caudam sutillam* appellat.

Peucinta, Resina, nostra vulgaris terebinthina resina: non enim genuina illa habetur, ut inquit Manardus.

Pexātus, Vide PECTO. Mart. lib. 2: Pexatus pulchrè, rides mea Zoile trita.

Pezitæ, [πεζῖται. Pol. *Bedki.*] Fungi qui sine radice, aut pediculo nascuntur, quasi pedestres. Plin. lib. 19. cap 3: Dicti quòd non tollant sese altiùs à terra. πέζος enim à Græcis dicitur, qui pedibus iter facit: unde etiam calculi illi quos in latrunculorum ludo pedites vocamus, à Græcis vocantur πεζοί.

P ante H.

P. H. C. In notis antiquorum, Publicus honor curandus.

Phacorde, Tertia oculi tunica.

Phacudes. Empetron apud Dioscor. lib. 3. cap. 191.

Phacos, Saliva apud Dioscor. lib. 3. cap. 38.

Phœcăsĭus, Calcei genus: unde Phœcasiatos sacerdotes & deos vocamus. Seneca ad Lucilium: Si quem palliatum, aut phœcasiatum conspexeris.

Phadra, Equisetum vel Hippuris, Dioscor lib 4. cap. 49

Phăgĕdæ̆nă, æ, cum diphthongo in penul. (Nam Græcè φαγέδαινα scribitur, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν: hoc est, ab edĕdo.) [An *A running carker or corpo. which shorties eatells the fleshe.*] Exulceratio usque ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione saniem malè olentem emittens, & ad mortem perducens. Autor Iulius Pollux. Plin. lib. 20. cap. 4: Vicera quæ phagedænas vocant, folia & radix decocta cum melle sanant. Columella quoque lib. 9. c. 12: Phagedænam inter alia morbos numerat, quum scilicet cetera partes vacua computrescunt, & serpente latiùs vitio, ipsæ quoque apes intereunt. Sæpe etiam (*inquit*) vitio quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt.

Phăgĕdæ̆nĭcus, a, um adjectivum. Plin. lib. 24. cap 4: Condylomatis quæ phagedænica vocantur.

Phăgus. Vide FAGVS.

Phalacrŏcorax, pen. corr. Aquaticus corvus. [φαλακροκόραξ. Gall *Corneau de cheueux pelez.* Ital. *Coruo aquatico* Germ. Ein Wasser rapt etlich nennt dasselb vogel ein Schwemmergans Hist. *El cuervo calvo.* Polon. Wodni kruk. Vng. Vizmarin, auaty, xarjas. Ang. *A water crow or cormorant.*] Plin. lib. 10. c 48: Iam & in Gallia Hispaniaque, & pes Alpes etiam, ubi & Phalacrocoraces, aves, Baleanum insularum peculiares.

Phălacrŏn, [φαλακρόν. Gal *Chauue.* Ital. & Hisp *Caluo.* Germ. *Kalt glatzechtig.* Pol. Łysy, item *goły.* Vng. Kopasz. Ang *Balde.*] Græci *calvum* dicunt. Hinc corvi aquatici phalacrocoraces dicuntur, Baleanibus insulis peculiares, ut inquit Plin. lib. 10. cap. 48. ¶ A Græcis etiam loca nuda, nullis herbis, aut plantis vestita, phalacræ, φαλάκραι appellantur: quæ à Columella vocantur glabreta. Vnde etiam Corcyræ insulæ promontorium quoddam phalacron appellatur, teste Plin. lib 4. cap. 11. ¶ Præterea Idæ montis juga Phalacras vocari tradit Stephanus, eò quòd ob nivis copiam qua in multam usque ætatem tecta sunt, stirpem nullam gignant, iisque veluti capillamento orbata calvi videantur.

Phălæ, Turris ut alii tentant, Falæ. [Ger. Hölzine Thürn / welche die Alten in Schawspelen auffrichteten.] Plinius sunt turres ligneæ, teste Nonio, quæ spectaculorum gratia erigebantur. Festus: Phalæ, ligneæ turres sunt, ob altitudinem dictæ à falādo, quod apud Hetruscos significat cœlum. Ennius. Malos diffindunt, fiunt, tabulata phalæque.

Phălæcĭum carmen, φαλάκιον μέτρον. A Phalæco inventore nomen accepit. Alio nomine dicitur Hendecasyllabum, à numero scilicet syllabarum. Constat spondeo, dactylo, & tribus trochæis. In prima tamen sede pro spondeo modò trochæus ponitur modò jambus.

Phălænæ, φάλαιναι, Quidam pisces in mari, qui Latinis Balanę dicuntur.

Phălāngæ, f. p. [φάλαγγες: Gal *Rouleaux qu'on met sous les nauires, pour les tirer à l'eau ou à bord.* Ital. *Stanghe.* Germ *Hebel/waten oder wellen/auff welchen man ein taft tregt oder watet.* Hisp. *Las palancas.* Pol. *Walki*, item *drągi.* Vng Tsöbör rusl terök hordo rud. Ang. *Rollers which is put vnder shipes to roll to these or frome the sea.*] Sunt quibus bajuli ferendis oneribus utuntur, quæ σκολοφόρια, Plato appellat. Plin. lib. 4. cap. 56: Phalangæ, fustes sunt nodis carentes, quibus Afri prælium contra Aegyptios primi fecerunt. Iul. Pollux: Phalanges, *inquit*, sive phalangæ, dicuntur ligna quibus subjectis naves trahi solent. Scribit Herodotus Aethiopas vicenos dentes elephantorum grandes, & è materia hebeni centenas phalangas, tertio quoque anno tributi vice regibus pendere solitos. Nonius abjecta aspiratione vocat palangas. Palangæ (*inquit*) dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus vel quum ad littora subducuntur: unde etiam nunc palangarios dicimus qui aliquid oneris fustibus transvehunt. Var. lib. 4. de vita pop. Rom. Quum Pœnus in fretum obviā venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palāgis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros. Hinc etiam Latini formaverunt verbum Palango, as, quod est onus aliquod hujusmodi fustibus transveho. Afranius: Et capream unam semulaceram quaterni simul palangabant.

Phălāngārĭī, φαλαγγῖται, Appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexāder Severus Romanorum Imperator, ut autor est Lampridius. ¶ Sunt etiam phalangarii (ut quibusdam placet) qui onera fustibus transvehunt: sed in hac significatione, apud Nonium legimus palangarios sine aspiratione.

Phalangītes, φαλαγγίτης, Herbæ nomen est, quæ alio nomine phalangium dicitur, à nonnullis etiam leucanthemon. Plinius lib. 27. cap. 12. etiam ab effectu eam nomen accepisse ostendit, quòd phalangiorū morsibus medeatur: quod & ipsum apertè testatur Aegineta. φαλαγγίτης, *inquiens*, ἀντιδοτεῖ τοῖς μὴ δεῖν τὰ τοῖς φαλαγγίοις, *non bonus.*

Phălangium, gii, n. l. [φαλάγγιον. Ga. *Vne sorte d'araigne, de laquelle la morsure est venimeuse & dangereuse* Ital. *Sorte di ragno* Ger. Ein gattung einer spynnen / so in einem reden platz drey gleych hat. Hist. *El aranna pancomosa.* Pol. Pająk. Vng Mérges pók. Ang. *A kind of spider whose bite is venimous.*] Genus aranei: ita dictum quòd internodia terna habeat in cruribus. φάλαγξ enim Græcis propriè digitorum internodium dicitur. Plin. lib. 29. ca. 4: Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum: unum simile formicæ, sed multò magis ruto capite, reliqua corporis parte nigra, albis intercursantibus respersum guttis. Reliqua phalangiorum genera vide ibidem. ¶ Est item phalangium herbæ nomen, quæ & alio nomine phalangites dicitur. Vide de Plinium lib. 27. cap 12. & supra in dictione PHALANGITES.

Phalangitium. Idem quod Phalangium, Dioscor. lib 3 ca. 121.

Phălānx, gis] מַעֲרָכָה *מערכה* φάλαγξ. Gal. *Armée Macedonique de huit mille hommes de pied armez.* Ital. *squadra* Germ. Ein gar dicke vnnd enge Schlachtordnung von acht tausent fussknechten Hisp. *Gente de pie armada en forma de esquadron.* Gr. ἐγχειρίδιον Vng. *Le csatarend* Arab. *Macedonica / Macedonum agmen* / *hominum armatorum*] Dicto Macedonica, qua non propriè legio, nec quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quādo ferè cum pede pes, clypeus, clypeo, vir viro in acie conferebatur. Cōtinebat autem octo millia armatorum: nec hoc quidem peculiare fuit Macedonum institutū, ut autor est Liv. lib. 8. ab Vrbe, quum ait: Et quod antea inquit phalāges simules Macedonicis, hoc posteā manipularim structa acies cœpit esse. Curtius: Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen, ubi vir viro, armis arma conferta sunt. Cæs. bel. Gal. Milites nostri è loco superiore pilis missis, facilè hostium phalangem perfregerunt. In quo Cæsaris exemplo proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione, atque testudine, sive pro armatorū ordine quo perfracto maximè hostibus noceri potest. Hinc per translationem illud a Satyrico poēta dictum: junctæque umbone phalanges. ¶ Idem phalanx, est regula continens lances: id est, libram. ¶ Phalanx, item Aristotelis genus aranei est, quod & phalangium, φαλάγγιον, dicitur. ¶ Item phalāges dicuntur digitorū internodia, teste Galeno, in tractatu de Ossibus: cujus verba placuit Latinè verti, Inter digitos & carpon, ossa quæ ad eos tendunt, & palmam explent, μετακάρπια, appellantur: idque carpo per synarthrosin, aut priori digitorum phalangi, scytalidive (sic enim varie à nōnullis digitorum ossa nominantur) per diarthrosin articulatur.

Phălangītæ, tarum, dicuntur Milites ex Phalange. φαλαγγῖται. Liv. lib. 37: Decem & millia peditum more Macedonum armati fuēre, qui phalangitæ appellabantur.

Phălărĭcă, æ, pen. corr. [φαλαρική. Germ. Ein Kriegsrustung.] Genus est teli ad modum hastæ, valido præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, ut totum cum armis corpus trāsfigat: inter cujus tubam & hastile sulphur, resina, bitumen, stuppa cōvolvuntur infuso oleo quod incēdiarii vocāt: deinde ballistæ impetu emissa, prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritamq; machinam incēdit. Est autē magna, & parva phalarica. Vnde Lucanus dixit phalaricam nervis mitti tortilibus. Virg. verò lib. 9: Turnum manu jaculari potuisse phalaricam ostendit. Sed magnum (*inquit*) stridens contorta phalarica venit Fulminis acta modo. Dicta est autem phalarica, teste Servio, quòd ea utātur phalarum: hoc est, turrium propugnatores: sive, ut Vegetio placet, quòd turritæ machinæ ea incendantur. Vide de hac machina plura apud Servium in locum Virgilii jam citatum.

Phaleon, Apocynon, apud Dioscor. lib 4. cap. 84.

Phalĕræ, pen. cor. harū phalerarum, f. p. [φάλαγγες. Gall *Bande de chevaux.*

de cheuaux. Ital. *Abigliamenti da caualli.* Germ. Allerley zeůgk̃ung. Hiſp. *Los jaezes de cauallo.* Pol. *Rząd nakoma, ał bo ozdoba zołmierzą.* Vng. *Lo ekeſſeg, ólcözet.* Angl. *Horſe trappers.*] Ornamẽta equorũ, ἀπὸ τῆς φάλης Græco adjectivo, quod ſignificat illuſtre. Virg. lib. 6. Aeneid. Primus equum phaleris inſignem victor habebo. Non tamen ſola æquorum ornamenta phaleræ dicuntur, ſed nonnunquam etiam equitum & virorum nobilium: unde Liv. lib. 9. ab Vrbe tradit comitia Aedilitia Cn. Flavii Scribæ tãtùm habuiſſe indignitatis, ut plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent.

Phălĕrātŭs, ta, tum, Phaleris ornatus. [*φαλαρωτός.* Gall. *Bardé.* Ital. *Bardato.* Germ. Köſtlich vnnd zierlich behenckt vnnd angelegt. Hiſp. *Ornado de jaezes.* Pol. *Przichedożom, w y ſtrichnioni.* Vngar. *Lo ólcözeltel meg ekeſitetöt.* Ang. *Barded.*] Sueton. in Claud. Craſſus Frugi equo phalerato, & in veſte palmata. ¶ Per tranſlationem item phaleratum appellamus quod fucatum eſt, & ad ſpeciem ornatum: metaphora ducta ab equis venalibus, ut qui cariùs vendantur, phaleris ſolent exornari. Sic Terentius in Phorm. Phalerata dicta poſuit pro ornatis, comptis, & fucatis.

Phălĕrĭdēs, Aves ſunt ex genere natantium, in Seleucia Parthorum, & quodam Aſiæ tractu præcipuè naſcentes, teſte Plin. lib. 10. cap. 48. Colum. lib. 8. cap. 15: Clauſæ paſcuntur anates, querquedulæ, boſcides, phalerides, ſimilesque volucres, quæ ſtagna, & paludes rimantur.

Phănātĭcŭs, ci, m. ſ. dicitur, Qui divino numine afflatus eſt, & cui percito furore multæ vanæ apparitiones, & ludibria fiunt: qualem inſanientem Ajacem fuiſſe Poëtæ ferunt quum in pecora ſæviret, Agamemnonem ſe & Vlyſſem occidere ratus. [משוגע *meſchugha'h.* κάτοχος, ἐνθουσιαστής. Gal. *Furieux.* Ital. *Furioſo.* Ger. Ein ſchwirmer/ von einem ſchwindelgeiſt beſeſſen/ ein vnſinniger. Hiſ. *Loco furioſo.* Pol. Wſzetieckli. Vn. *Feſe beſult.* An *He that hath vaine viſions.*] Cic. pro Domo ſua: Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo phanatice, ſacrificium quod alienæ domi fieret, inviſere? Hũc morbum, phanaticum errorem vocat Horatius de Arte: Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

Phanera, *φάνερα*, Sol dicitur, quia quotidie renovat ſeſe τὰ πάντα φάινεται νέα: id eſt, quoniam apparet novus.

Phanias. [*φανίας.* Gal. *Poure.* Ita. *Colui che è povero.* Ger. Rümpfler/ der ſich reicht thumbẽ berümpt die er nicht hat. Hiſ. *Pobre.* Po. *Chłnbca.* Vng. *Maga hanyo kerkedekön.* Ang. *Poore.*] A Græcis dicitur qui tenuis fortunæ quum ſit, ſummas tamen divitias jactat, & ſimulat, tractum à Phania quodam ejus ingenii homine. ¶ Fuit etiam hoc nomine Appii Pulchri libertus.

Phāntāsĭă, æ, f. p. Viſum, imago rerum animo inſidientium. [יֵצֶר *jétſer.* φαντασία. Gall. *Phantaſie, viſion.* Ital. *Fantaſia, imaginatione.* Ger. Ein geſicht/ ein eynbildung oder phantaſey. Hiſ. *Imagination.* Pol. *Mniemanie, fantaſia.* Vng. *Latas.* Ang. *Fantaſie.*] Cic. 1. Acad. In qua primũ de ſenſibus ipſis quædam dixi nova, quos junctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille *phantaſiam*, nos *viſum* appellemus licet. Idem Caſſio. lib. 15: Qui putant etiam διανοητικοὺς φαντασίας ſpectris Catianis excitari.

Phāntāsmă, atis, n. t. [חִזָּיוֹן *chizzajón.* φάντασμα. Gal. *Phãtoſme, viſion.* Ita. *Fantaſma.* Germ. Ein falſch geſicht oder erſcheinung. Hiſp. *Imaginacion falſa, viſion phantaſtica* Pol. *Strachy.* Vng *Latot latas.* Ang. *A viſion.*] Eſt viſum, ut inquit Macrobius, cùm inter vigiliam & altam quietem in quadam (ut aiunt) primi ſomni nebula adhuc vigilare ſe exiſtimans, qui dormire vix cœpit, aſpicere videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas à natura ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes: variasque tempeſtates rerum vel ætas, vel turbulentas. Differt à phantaſia, inquit Suidas, quòd Phantaſma eſt imaginatio, vel viſio ejus quod non eſt: phantaſia autem ejus ſolùm quod eſt.

Phāntāsmătĭcŭs, φαντασικός, Imaginativus.

Phānum, phani, n. ſ. Templum, quia φανερὸν, apertum & manifeſtum ſignificat, & omnibus adeuntibus aperta ſunt templa. [הֵיכָל *hechál* בִּירָה *bíjth* בָּמָה *bamáh.* ναός. Gal. *Tẽple.* It. *Tempio, chieſa.* Ger. Ein tempel oder kirch. Hiſ. *Templo.* Po. *Kościol, kapl'ycza.* Vn. *Templum, kapolna* Ang. *A churche or temple.*] Cic. 3. de Finib. Nam ut peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, phana depeculari, quæ ſunt in effectu, &c. Cæſar 1. belli Civil. Pecuniæ à municipiis exiguntur, & è phanis tolluntur. Alii fanum, & quidem rectiùs ſcribunt.

Phărĕtră, æ, f. p. Sagittarum theca. [אַשְׁפָּה *aſchpáh.* φαρέτρα. Gal. *Vne trouſſe de fleſches, ou carquois.* Ital. *Turcaſſo, pharetra, carcaſſo.* Ger. Ein kocher Hiſp. *Carcax ò aliaua.* Po. *Saiduk.* Vng *Teges.* Ang. *A quiuer of arrowes.*] Virg. 1. Aen. Succinctam pharetra, & maculoſę tegmine lyncis. Dicta pharetra παρὰ τὸ φέρειν τὰ τρώσοντα βέλη. ¶ Capax pharetra, Ovid 9. Metamor. ¶ Gravida pharetra ſagittis, Horat. 1. Carm. Ode 22. ¶ Plenæ pharetræ, Ovid 4. de Pon.

Phărĕtrātŭs, dicitur qui pharetram fert. [ὁ φαρετροφόρος. Gall. *Garni de carquois.* Ita. *Fornito di carcaſſo.* Germ. Der ein kocher anhat oder tregt. Hiſpan. *Ornado de carcax.* Polon. *Ktori ſai dak noſzą.* Vng. *Tegzes.* Ang. *That hath or beareth a quiuer of arrowes.*] Ovidius 1. Amor. Eleg. 1: Lege pharetratæ virginis arva coli. Virg. 4. Georg. Quaque pharetratæ vicinia Perſidis urget. ¶ Miles pharetratus, Silius. lib. 7.

Phărĭās, pen. prod. φαρίας, Serpens eſt, ſulcum, dum ſerpit, cauda in terra faciens. Luc. lib. 9: Et contentus iter cauda ſulcare pharias.

Pharĭcon, φαρικὸν, Genus veneni eſt, quod Athenæus phariacon nominat, de quo Plin. lib. 28. cap. 10.

Phărĭsæŭs, φαρισαῖος, Nomen ſectæ Iudæorum religioſæ. Erant enim apud Iudæos tres ſectæ, Phariſæorum, Sadducæorum, & Eſſæorum. Dicitur autem Phariſæus, quaſi ſeparatus, ab Hebræo *Pharas*, quod eſt dividere: propterea quòd qui hanc ſectam colerent, à cæteris habitu moribusque diſtinguerẽtur.

Phărĭsāĭcŭs, a, um, φαρισαϊκὸς. Hieronym. contra Vigilãt. Quaſi ſepulcra Phariſaica foris dealbata.

Phărmăcum, ci, penult. corr. n. ſ. [רְפוּאָה *rephuáh.* φάρμακον. Gal. *Medecine.* Ital. *Medicina.* Germ. Ein artzney ſie ſeye gleich gut oder böß. Hiſpan. *Meleżina.* Polon. *Lekarſtwo.* Vngar. *Oruoſſag eteröd, cantair.* Ang. *A medicine, a remedie, to cure.*] Vocabulũ eſt mediũ, quod tàm pro toxico quàm pro ſalutifero medicamẽto accipi poteſt: quemadmodum & Veneni appellatio apud Latinos. Caius l. Qui venenum ff. de verb. ſign. Qui (*inquit*) venenum dicit, adjicere debet in malum, an bonum ſit. Nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur quod naturã ejus cui adhibitũ ſit, mutat. Quum id apud nos *venenum* appellamus, Græci φάρμακον dicunt, quod apud illos quoque tàm medicamenta quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adjectione alterius nominis admonet nos ſummus apud eos poëtarum Homerus qui ſic ait: φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά. Hæc Caius.

Phārmăcŏpōlă, æ, pen. prod. m. p Pharmacorum vẽditor. [φαρμακοπώλης. Gall. *Vn apothicaire.* Ital. *Profumiero, ſpeciale che appareccbia le medecine.* Germ. Ein Apotecker/ der allerley artzney macht vnnd verkaufft. Hiſ. *Boticario.* Pol. *Hepte karſą.* Vn. *Patikas.* Ang. *A ſeller of medicine.*] Horat. lib. 1. Serm. Sat. 2: Ambubajarũ collegia pharmacopolæ. Cic. pro Cluent. Tum repẽrè Anconitanum quendam L. Clodiũ pharmacopolam circunforaneum, qui caſu tum Latinum veniſſet, aggreditur. Quidam Seplaſiarios vocant, à Seplaſia vico, ſeu foro Capuano in quo medicamenta & unguenta conficiebantur.

Phārmăcēūtĭcē, φαρμακευτικὴ, Dicitur ea pars medicinæ quæ pharmacis curat, ad differentiam therapeutices, & chirurgices.

Phārmăcōdēs, φαρμακῶδες, Odor medicamenti.

Phārmăceutrĭă, [מְכַשֵּׁפָה *mechaſchſchephah.* φαρμακεία.] Dicitur quam nos *ſagam* dicimus, vel *veneficam.* Hoc nomine Virgilius Aeglogam quãdam inſcripſit, in qua Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum viri à quo ſpernebatur, ad ſui amorem conatur revocare.

Phārmăcōthēŏn, φαρμακώδιον, Medicamentum divinũ, quale eſt rhabarbarum.

Phaſe, פֶּסַח *pésach.* Hebraicè, Latinè trãſitus dicitur, quam vocem LXX. converterunt πάσχα, Vide PASCHA.

Phaſelus, Vide PHASEOLVS.

Phăsēlŭs, li, pen. prod. [עֲבָרָה *habaráh.* φάσηλος. Ger. Ein gattung eines tingẽ ſchiffs/ alß ein weidling. Pol. *Dubas.* Vn. *Kűzep haio.* Ang. *A galey.*] Straboni & Appiano navigii genus fuit, miſtam habens formam ex oneraria & longa triremi, quòd tàm velis quàm remis agi poterat. Catul. Phaſelus ille quem videtis hoſpites, Ait fuiſſe navium celerrimus, Neque ullius natantis impetum trabis Nequiſſe præterire: ſive palmulis Opus foret volare, ſive linteo. Georg 4. Et circumpictis vehitur ſua rura phaſelis. Saluſt. lib. 3: Et fortè in navigando cohors una grandi phaſelo vecta, à cæteris deerravit. Nonius Phaſelum interpretatur navigium Campanum. Bayfius eandem exiſtimat cum myoparone, aut certè ab illius figura non multum diſtantem. Nec defuerunt qui in Pamphylia primùm inventum ſuſpicati ſint, & à Phaſelide oppido nomen accepiſſe.

Phăsēŏlŭs, per quatuor ſyllabas. [φασήολος. Gal. *Phaſeoles, vne eſpece de pois* Ital *Fagiuolo* Germ Faſelen/ oder welſch bonen Hiſp. *Frijoles.* Pol. *Bob.* Vng. *Török bob*] Genus leguminis, ſiliquam ferens longiorem quàm fœnogræcum, quæ unà cum ſemine manditur viridis ex oleo & garo Colum. lib. 2. ca. 15: Phaſeoli modii quatuor obruuntur, totidẽ operis. ¶ Legitur & Phaſelus, lib 1. Georg. Seu pinguem viciam quæ ſeres, vilemque phaſelum. Tu quidem phaſelũ legas. Gal. lib. 1. de Aliment. facul. Phaſeolos diſtinguit à phaſelis, vultque phaſeolum plantam hortenſem eſſe eãdem cum ſmilace, cujus fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophraſto: phaſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certè ejus ſpeciem, quæ etiam hodie *Phaſillorum* nomen apud vulgum retinet.

Phăsēlĭnŭs,

Phăsĕlĭnŭs, pĕn. corr. Adject. φασηλινός. Quod ex phaſeolo factũ eſt: ut phaſelinum oleum; Plin. lib. 23. cap. 4.

Phasgānĭŏn, [φασγάνιον. Pol. *Palna wika.*] Herba eſt quæ alio nomine xiphion appellatur: hoc eſt, gladiolus, naſcẽs in locis humidis, quum primùm exit, gladii ſpeciem præbens, radicem habẽs duorum cubitorum, nucis avellanæ modo fimbriatam. Reliquam deſcriptionem vide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

Phāsĭānŭs, m. ſ. [φασιανός. Gal. *Vn Faiſan.* Ital. *Fagiano, ò faſano.* Ger. *Ein phaſian oder faiſant/iſt ein art vögel.* Hiſ. *Faiſa.* Po. *Bażăt.* Vng. *Fatczan.* Ang. *A feaſant.*] Avis nota, à Phaſi fluvio ita nominata: ũde ab Argonautis primùm in Græciam, atque inde ad nos putatur eſſe deportata. Mart. lib. 13: Argiva primùm ſum tranſportata carina, Antè mihi notum nil niſi Phaſis erat. In hanc avem Itym Terei filium mutatum poëtæ fabulantur.

Phāsĭānă, næ, idem: ut apud Plin. lib. 30. cap. 48: Nonnulli etiam phaſianas gallinas vocant.

Phāsĭānārĭŭs, m. ſ. Qui phaſianos paſcit. [φασιανοτρόφος. Gal. *Vn faiſannier, qui nourrit des faiſans.* Ital. *Chi nutriſce faſani.* Germ. *Der die faſanen zeucht vnd speiſſet.* Hiſp. *El que cria los faiſanes.* Pol. *Ktori bażanti żywi.* Vng. *Fatczan tarto.* Ang. *That feedeth feaſants.*] Paulus Iuriſconſult. Phaſianarii autem, & paſtores anſerum non continentur.

Phaſiolos, Itopyros, Dioſcor. l. b. 4, cap. 122. φάσηλος. Palumbus.

Phāsĭs, ătis, m. et f. Apparitio, viſum, monſtrum. [פְּלִיאָה *chi'ſáion.* φάσμα. Gall. *Monſtre, apparition.* Ital. *Moſtro, apparitione.* Germ. *Ein erſcheinung/ein wundergeſicht.* Hiſpan. *Milagro, apareſcimiento.* Pol. *Oznw.* Vng. *Latas.* Ang. *A ſight or viſion.*] Eſt etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcũ comicum. ¶ Phaſma etiam fabula fuit cujuſdam Catulli, ut ex Iuvenale intelligere licet. Satyr. 8: Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti Suppario, clamoſum ageres ut Phaſma Catulli.

Phāttăgă, Indis animal Crocodilo terreſtri ſimile, magnitudine catuli, melitæ, pelle ſquamoſa & aſpera, ita ut ferrũ etiam haberet. Aelianus.

Pharinus pānis, Alens ſic dictus.

Phaūlĭæ, φαυλίαι, Polluci, Sunt olivæ quæ minimo ſucco, corpore prægrandi, puſilloque ſunt nucleo.

Phellāndrĭŏn, φελλάνδριον, Herba quæ in paluſtribus naſcitur, folio apii, cujus ſemen propter calculos, & veſicæ incommoda bibitur. Quidam exiſtimant eam eſſe quam officinæ *Filipendulam* vocant: alii eandem faciunt cum apio paluſtri, quod à Dioſcoride ἑλειοσέλινον vocatur.

Phēllŭs, m. ſ. [φελλός. Gal. *Du liege.* Ita. *Souero.* Ger. *Pfatoffelholtz/ oder korcheych.* Hiſp. *Alcornoque.* Pol. *Korka.* Vng. *Bikhas.* Ang. *Cork.*] Teſte Cæl. lib. 6. cap. 17, idem eſt cum eo quod Latini vocant ſuber. Vnde Plutarchus in lib. de Fortuna Romanorũ, ſcribit C. Pontium à Camillo miſſum in Capitolium a Gallis id temporis obſeſſum, quum Tibrim trãſmitteret, φελλὸς, πλατὺς καὶ πεπυκνωμένος: hoc eſt, phellos latos pectori ſubjeciſſe. Græci Cortici perpetuo epitheto vocant ἀξέπλυτον: hoc eſt, immerſibilem, quod in aquis non niſi magna ponderis vi ſubmergatur. Hinc a Luciano finguntur eſſe homines quidam phellopodes, qui per mare currentes non mergebantur, quaſi phellinos habentes pedes.

Phemus, Medicamenti nomen à Martiano medico ad cholicam paſſionem ordinatum, meminit Aetius Serm 9. cap. 47.

Phenice, vel Phenix, vel Phenicea, hordei folius & ſpica lolii apud Dioſc. lib. 4. cap. 46.

Phēngītēs, φεγγίτης, Lapis duritia marmoris, candidus & trãſlucens: unde & nomen habet. Nam φέγγος ſplendorem ſignificat. Plin. lib. 36. cap. 22.

Phēnĭŏn, [Ger. *Ein kraut mit hübſchen blumen/ wird von mãcherley farben gefunden: Tragus verdeutſcht es Feldröſle.*] Herba quæ & anemone dicitur, quaſi herba venti: ſic enim vulgus appellat, quòd ejus flos tantùm vento ſpirante aperiatur. Plin. lib. 21: cap. 23.

Pheronobion, Lactuca ſylveſtris ſecundum Zoroaſtem.

Pheruſa, Scholymos vel Carduus apud Dioſcor. lib. 3. c. 15.

Pheũxictĕrŏn, Ariſtolochia rotunda. Barbarus in Corol.

Phĕretrum, φέρετρον, Vide FERETRVM.

Phĭălă, æ, f. p. [פְּוֹ *ſéphel.* φιάλη. Gal. *Vaiſſeau à vin, ſoit pot, ou coupe, ou taſſe.* Ital. *Amolaſinghiſtara, caraffa.* Germ. *Ein trinckſchalen/ ſo man gewohnlich nur auß gold vnd ſilber machet.* Hiſp. *Laredoma.* Polon. *Credentz do pyciá.* Vng. *Virages pohar.* Ang. *A gobbiet or broade piece to drink in.*] Poculi genus capacius: ita dictum, quaſi πιάλη, κατ' ἀναγραφήν, παρὰ τὸ πίειν ἅλις παρέχειν: hoc eſt, ab eo quòd affatim ad bibendum ſuppediteẽ. Solent autem phialæ ex auro fieri: quod & ipſum non obſcurè innuit Iuvenalis Satyr. 7: Vitro tenet phialas: tibi non committitur aurum.

Phĭdĭtĭă, orum, n. ſ. φειδίτια, Cœnationes Lacedæmonii ſeu convivia nominabant, ſive quòd φιλίας: id eſt, amicitiæ cauſa inſtituta ſint, ſive potiùs à parſimonia, φείδομαι enim ſignificat parco & abſtineo: φειδὼ parcitas & parſimonia: φειδωλὸς parcus: Vnde & phiditia, cõvivia parca & frugi. [Po. *Czeſcz przyiacielska.*] Cic. 5. Tuſcul. Quid, victum Lacedæmoniorum in conditiis, nónne videmus? Conveniebant enim ad phiditia ferentes ſinguli farinæ modium, vini coros octo, caſei quinque minas, ficuum quinque ſemiminas.

Philadelphia, amor fratris, vel fraternitas: & Philadelphus amator fratris. Vide in PROPRIIS.

Philanthropus, pen. prod. [φιλάνθρωπος. Pol. *Rzepik.*] Lapis genus, ita dictum quòd veſtibus hominum adhærere videatur: φιλάνθρωπος enim Græcis benignum & hominis amantem ſignificat. Vid. Plin. lib. 24. cap. 19 Dioſcoridi approbatur, officinis *Rebulus.*

Philanthrōpĭă, f. p. Humanitas, hominum amor. [φιλανθρωπία. Gall. *Humanité.* Ital. *Humanita.* Germ. *Leutſeligkeit/liebe gegen den Menſchen.* Hiſp. *Humanidad.* Pol. *Ludzkość, miłość ludzi.* Vng. *Emberi ny traſſag, emberſzeretes.* Ang. *Courteſie, humanitie.*] Hanc ſic definit Speuſippus: Philantropia, eſt humanitas, & affectio amicitiæ, hominum cõciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica. Huic opponitur Miſanthropia.

Philanthrōpium Vlpianus uſurpat in l. 2. D. de proxenet. pro φιλανθρωπία, vel φιλανθρώπευμα: id eſt, liberalitas, munificentia: Idem dico, *inquit*, & ſi aliquid philãthropii nomine acceperit. De proxeneta loquitur, qui ſi aliquid pro opera ſua mercedis receperit, ex conducto non tenetur. Hotomanus.

Philautĭă, f. p. Sui ipſius amor. [φιλαυτία. Gall. *Amour de ſoy meſme.* Ita. *Amor di ſe ſteſſo.* Germ. *Liebe ſeinen ſelbs* Hiſpan. *Amor di ſimeſmo.* Polon. *Samim ſobie koghanie.* Vng. *Maha tetczeſe maga ſzeretese.* An. *Self loue.*] Cic. Att. lib. 13: Libri quidem ita exierunt, (niſi fortè me fallit communis φιλαυτία) ut in tali genere, ne apud Græcos quidem ſimile quicquam.

Philargўrĭă, f. p. Auri fames, argenti aviditas. [עֹבֶד *bétſah.* φιλαργυρία. Gal. *Conuoitiſe d'argent.* Ital. *Auaritia, cupidità di hauere.* Ger. *Begird oder liebe des gelts/ geltgierigkeit/ geltſucht.* Hiſp. *Auaricia, codicia de plata.* Polon. *Chciwoſć ſrebrá.* Vng. *Pez es kentſzeretes.* Angl. *Greed of ſilver.*] Nam quod nos *argentum*, Græci vocant ἄργυρον.

Philĕtærĭă, ſive Phileteria, [φιλετάιρειον Dioſcoridi. German. *Lyedweich / Widerſtoß / Daubenkropff / aber nicht das Fumus terræ.*] Herba eſt quam nonnulli pelemoniam appellant, alii chiliodynamam, radice craſſa, exilibus ramis, quibus in ſummis corymbi dependent nigro ſemine, cætera rutæ ſimilis. Plinius lib. 25. cap. 6.

Philippĕī, ſeu philippi, φιλιππικοὶ, Aurei numi à Philippo Macedone ita appellati, quorum apud veteres frequens mentio eſt. Plaut. Pœnulo: Hic ſunt numerati aurei trecenti numi, quĩ vocantur Philippei. Horat. lib. 2. Epiſtol. ad Auguſtum: Gratus Alexandro regi magno fuit ille Chærilus, incultis qui verſibus & malè natis Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Philŏchărēs, [φιλόχαρες. Ger. Andorn. Pol. *Santa.*] Herba quæ aliàs marrubium dicitur. Plin. lib. 20. cap. 22.

Philŏdēſpŏtŭs, φιλοδέσποτος, Nomen ſervile, idem ſignificans quod amans domini.

Philodĭci, Dicuntur juris ſtrepitu gaudentes. Bud in libro de Iuſt. & Iure.

Philŏgræcŭs, [φιλέλλην. German. Der gern Griechiſche wörter braucht.] Qui libenter utitur dictionibus Græcis. Varr. 3. de Reruſt. ca. 10: Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod nos philogræci vocamus ἀμφίσιον.

Philŏgўnĭă, pen. prod. [φιλογυναία, Amor mulierum. Germ. Wenn man zu viel liebe auff die Weyber legt. Pol. *Gamraczſtwo.* Vn. *Aszony ember szeretes.* Ang. *The loue of women.*] Cic. mulieroſitatem vertit 4. Tuſcul. Similiterque cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυναία dicitur, &c.

Philŏlŏgĭă, giæ, f. p. φιλολογία, Eloquentiæ ſtudium. [Germ. *Liebe der Kunſt oder Geſchrifft.* Pol. *Checz dowimowi.*] Cic. Tironi: Non eſt enim locus ita ſejunctus à philologia, & quotidiana συζητήσει, &c. Idem Attico lib. 2: Non defleamus, ne opera & oleum noſtræ Philologiæ perierit: ſed conferamus tranquillo animo.

Philŏlŏgŭs, gi, pen. cor. Studioſus eloquentiæ. [Ger. *Liebhaber der Künſte oder Geſchrifftẽ.* Pol. *Miel'oſnik wywowi.*] Cicero ad Atticum lib. 13: Ergo illam ἀκαδημικὴν, in qua homines, nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. Idem ad Quintum Fratrem: Nos enim ita philologi ſumus, ut vel cum fabris habitare poſſimus.

Philomedion, Chelidonia, Dioſcor. lib. 2. cap. 200.

Philŏmūſŭs, [φιλόμουσος. Ger. *Liebhaber des Geſangs oder Künſten.*] Amator, ſive amicus Muſarũ. Matt. lib. 7: Nolito nimiùm tibi placere, Delectas Philomuſe, non amaris.

Philonium. Quod inquit Nicolaus, ſignificat amicũ novum.

Philŏſŏphĭă, f. p. Amor & ſtudiũ ſapientiæ [חָכְמָה *chochmáh.* φιλοσοφία. Gal. *Philoſophie, amour de ſageſſe.* Ital. *Amorè di ſapientia.*

Germ Die gestiffne liebhabung der weißheit. Hispan. *Amor de la sabiduria ò prudencia.* Pol. *Chęć do mądrości.* Vng. *Bölcseség nek szeretése, philosophia.* Ang. *Philosophie, loue of wisdome.*] Cicero 2. Offic. Iam quicquā aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Idem 3. de Orat. Cognitio omnium optimarum rerum, atque in iis exercitatio, philosophia nominatur. Idem 1. de Leg. Ita fit ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia, à cujus amore Græco verbo φιλοσοφία nomen invenit. Philosophia dividitur in tres partes, in moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit animum: secunda rerum naturam scrutatur: tertia bene differendi rationem docet. Moralis Græcè ἠθικὴ dicitur: quæ κατ' ἐξοχὴν philosophiæ sibi nomen vendicavit. Cicer 4. Tuscul. Est profectò medicina animi philosophia Seneca: Philosophia animum format, & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat. Apuleius Disciplinam regalem appellat, tàm ad bene dicendum, quàm ad bene vivendum repertam.

Philŏsŏphus, phi, m. f. Amator sapientiæ: [חכם *chachám.* φιλόσοφος. Gal. *Philosophe, amateur de sagesse.* Ital *Filosofho amator di sapientia.* German Ein liebhaber der weißheit / so sich auff die begibt. Hisp *Philosopho, amador dela prudencia ò sabiduria.* Pol. *Madrości miełośnik.* Vng. *Bölcsséseg szerető, philosophos.* Angl. *A philosopher, a louer of wisdome.*] quod nomen à Pythagora primùm dicitur esse profectum, qui Sophistæ appellationem tanquam arrogantiorem refugiens, philosophum se nominari voluit: post quem deinceps omnes sapientiæ professores hoc nominis sibi vendicarunt. Cic. 1. de Orat. Philosophi deniq; ipsius qui de sua vi ac sapientia unus omnia penè profiteretur, est tamen quędam descriptio: utis qui studeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, & omnem bene vivendi rationem tenere & prosequi, nomine hoc appelletur Idem 3. de Nat. deor. Autores rerum, nō fabularum philosophi. Idem 4 Tuscul. Magistri virtutis philosophi. Philosophorum genera, & familias describit Cic. 3. de Orat.

Philŏsŏphĭcus, ca, cum. Quod ad philosophum pertinet. [φιλοσοφικόν. Gall. *Appartenant à philosophe.* Ital. *Pertinente à filosofo.* Ger. Das zu den liebhaberen der weißheit gehört. Hisp. *Pertenesciente à philosopho.* Pol *Mędrownicżi.* Vn. *Philosophose.* An. *Belonging to a philosopher.*] Cic. 5 Tusc. Ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus: à quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verumetiam lacessiti.

Philŏsŏphāstĕr, φιλοσοφάστης, Philosophorum imitator, qui philosophiam à limine salutavit.

Philŏsŏphŏr, atis, d p. [φιλοσοφέω. Gall. *Estudier en philosophie, philosopher.* Ital *Studiare in philosophia, filosofare.* German Sich der weißheit befleissen / von sachen der weißheit und Philosophey reden und disputieren. Hisp *Estudiar en philosophia, philosophar.* Pol. *Vczę mądrości, filozofuią w mowie ſigmatyczną.* Vng. *Bölsékelek bölcsen.* Ang. *To studie and giue diligence in philosophie.*] Sapientiæ studeo, vel philosophorum more disputo, rectam vitæ bene instituendæ rationem: vel rerum naturas perscrutor. Cic. lib. 1. de Nat. deorū: Et quum minimè videbamur, tum maximè philosophabamur. Idem 2. de Orat. Ac sic decrevi philosophari potiùs (ut Neoptolemus apud Ennium) paucis, nam omninò haud placet. Plautus in Pseud. Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc evenit, in labore, atque in dolore, ut mors obrepat interim. Sed satis est philosophatum nimis diu, & longum loquor.

Philŏstŏrgĭa, φιλοστοργία, A Græcis dicitur indulgētia, amorq; vehemens parentū in liberos. [Pol. *Miłowanie dźiecżi.*] Verùm voces hujusmodi quę neque Latinis scriptoribus sunt usitatę, neque nostris literis scribi consueverunt, rectiùs in Græcum Dictionarium rejicientur. Quare non immeritò pleraque id genus, (quæ huc non paucæ nullo judicio erant insertæ) abjecimus, & veluti nothas ex aliena familia segregavimus: idque eodem jure quo Latinas è Græco lexico eximeremus.

Philŏthĕŏrŏs, pen prod. [φιλοθεωρος. Ger. Einer der gern allerley dingen Naturen vnd vrsach betrachtet vnd ergründet / Sinnreicher Mensch. Spintiperer.] Speculationi deditus. Cic. Tiberio lib. 9: Deinde quod in Britānia non nimis te philotheorum præbuisti, planè non reprehendo.

Philtrum, tri, n. s. [φίλτρον. Gal. *Poison pour faire aimer.* Ita *Veneno che induce ad amare.* Germ. Ein butensuppe/ein speiß oder tranck so ein buł dem anderen zu essen oder zu trincken gibt / jhn zu vnsinniger buolschafft zu bringen. Hispan. *Los echizos* Polon. *Miłosne trunek.* Vng. *Zeretetre indito eteto.* An. *A drink, or any such thing which causeth lone.*] Pharmacum amorem concilians (Cicero Amatorium poculum appellat) hoc est, quicquid eo animo edēdum bibendúmve datur alicui, ut inducatur ad alterius amorem: qualia nonnulla commemorantur a Plinio: quæ tamen pleraque omnia ingerendæ potiùs insaniæ, quàm cōciliando amori videntur convenire. Ovidius, eorum usum vehementer dissuadet lib. 2. de Arte: Nec data profuer nt pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis, vimque furoris habent. ¶ Per translationem philtrum accipimus pro corporis totius venustate, habitu, dignitate, morumque comitate oculis hominum ita grata, ut solo aspectu inire gratiam ab omnibus quis facile possit. Galli sua lingua *Gratiam* appellant.

Philŕodoses, Asplenium apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

Philўră, f. p. [φιλύρα. Gall. *Teil, ou tilleul.* Ital. *Tiglio.* Germ. Ein lyndenbawm Hisp. *La teja arbol.* Pol. *Lipa.* Vng *Hasfa anagy has fa belsò hea.* Angl. *A thinne skinne betwene the bark and the three a leaf or shed of paper.*] A Græcis dicitur arbor, quā Latini tiliam vocant. Plin. item lib. 16. ca 14: Philyram vocare videtur membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemnisci conficiebantur. Inter corticem, inquit, & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimę earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorum, que honore. ¶ Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, vel aliarum arborū, in quibus olim scribebatur. Martian. de Nupt. Philolog. Libri in philyra, cortice subnotati. Plinius lib. 13: Præparantur ex eo chartæ divisæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philyras. Alia, exemplaria habent philuras, quod in idem recidit. Multæ enim sunt Græcæ dictiones, quæ apud Latinos indifferenter scribuntur per y vel u. Solebant enim prisci Latini qui peregrinas literas non admittebant, loco y, scribere u.

Phimus, Præcisi ostioli vulvæ curādi ratio ejus est apud Paulum lib 6. cap. 73.

Phimōsĭs, φίμωσις, Dicitur quum glans membri virilis ita tegitur præputio, ut nudari non possit. Dicta φίμωσις ἀπὸ τοῦ φίμου, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totus sacculi oris ambitus funiculo colligatur. ¶ Est & phimosis, vitium huic prorsus contrarium, quum præputium semel deductum, suum in locum reduci non potest: quod vitij genus etiam ἀνάφίμωσις appellatur.

Phlĕbŏtŏmĭă, f. p. [φλεβοτομία. Gall. *Saignee.* Ital. *Il salassare, salasso.* Ger. Aderlassung/öffnung der aderen. Hispan. *El sangrar, Cortadura de vena.* Pol. *Kiw e pescenie.* Vng. *Er vagas.* Angl. *The cutting of a vaine.*] Incisio venę quæ fit ad sanguinem minuendum, fodandi fervoris gratia. φλέβας enim dicunt Græci quas nos *venas*, & τέμνειν *incidere*.

Phlĕbŏtŏmŏn, [φλεβότομον. Gal. *Lancette.* Ital. *Lancetta.* Ger. Ein laßeysen oder fleten. Hispan. *Lanceta para sangrar.* Pol. *Puszczadło.* Vn. *Er vago vas.* Angl. *A knife wherwith a parse is cutt.*] Scalpellum quo vena secatur.

Phlebs, Græcis, dicitur vena Latinis.

Phlĕgmă, atis, n. t. [φλέγμα. Gal. *Flegme, ou fleume,* Ital. & Hisp. *Flegma.* Ger. Die feuchtigkeit oder auch rotz in des Menschē leib. Pol. *Flegma.* Vn. *Takony.* An. *Fleume, sneuill.*] Humor est in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latinè pituitā vocamus. Hinc & Phlegmatici dicuntur in quibus humor hic cæteris præponderat.

Phlegmasĭas, Intelligit aut inflammationes simpliciter, aut eas quæ cum febri sunt. Gal. Aph. lib. 1.

Phlĕgmŏnē, es, [φλεγμονή. German. Ein entzündung oder hitzig Geschwer.] Inflammatio alicujus partis proficiscens ex intemperie primarum qualitatum cum affluxu materię calidę & humidæ: hoc est, sanguinis.

Phlĕgŏntĭs, huius phlegontidis, φλεγοντὶς, Gēmæ genus quod flamma quadam intùs ardere videtur. Plin. lib. 37. cap. 11.

Phleōs φλεὼς, Dioscoridi, Herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli stœben appellant. Autor Plin. lib. 20. cap. 15. Hermolaus in Dioscor. lib. 4. cap. 14. indicat Phleon dictā ἀπὸ τοῦ φλέειν, quod est fœcundum esse, quòd in Orchomenio lacu copiosissimè proveniat.

Phletoricum corpus, quod oppletum est crassis humoribus.

Phlomos, Verbascum apud Dioscor. lib. 3. cap. 105.

Phlonitis, Onosmon apud Dioscor. lib. 3. cap. 148.

Phlŏx, phlogos, φλὸξ, Floris genus, solo placens colore, odoris prorsus expers: ita dictum ut suspicor, à colore flammæ, quam Græci φλόγα appellant. Plin. lib. 21. cap. 20: Colore tantummodò placet Iovis flos, odor abest: sicut & ille qui Græcè φλὸξ vocatur.

Phlyctænæ f. p. [φλυκταῖναι. Gal. *Boutons.* Ital. *Broffole, bittorzoli.* Germ Bulzen oder porpeten in denen wasser oder eyter wachßt. Hisp. *Postillas.* Polon. *Torzedzące moc.* Vng. *Huia gos keles.* Angl. *wild fier or blisters.*] Pustulæ sunt majores, pallidæ, lividæ, aut nigræ, aut alterius coloris à naturali recedentis, humorem in se cōtinentes, quæ ubi rumpuntur, infiā caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur autem vel exigni, vel ex frigore, vel ex medicamentis: ut tradit Cels. lib. 5. cap. 28. dictę Phlyctęnæ, ἀπὸ τοῦ φλύζειν, quod est bullire, sive bullas facere.

Phocă, æ, f. [φώκη. German. Ein See oder Meerwolff / lebt im Meer / der grösse eines jungen Kalbs / mit schwartzem glatem haar.] Bellua marina, corio & pilis tecta, per somnum mugiens. Vnde & vitulus marinus appellatur. Coit eanum more, paritque in terra terrestrium animalium ritu. Virg. lib. 4. Georg. & turpes pascit

sub gurgite

sub gurgite phocas. Plin. lib. 9. cap. 7: Et vituli marini, quos vocant phocas, spirant, & dormiunt in terra.

Phœnicĕă, φοινίξ, Dioscoridi, Herba est quam Latini hordeũ murinum appellant, teste Plin. lib. 22. cap. ult. Quidam hodie sterilem avenam vocitant.

Phœnĭcŏbălănŭs, φοινικοβάλανος, Palmæ Aegyptiæ fructus; præ maturitate nigrescens, vescentesque inebrians. Qui verò adhuc viridis ante maturitatem decerpitur, adipsos appellatur. Plin. lib. 12. ca 22: Myrobalano similem in unguentis, proximumque usum habet palma in Aegypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, nullo intùs ligno. Colligitur autem paulò antequàm incipiat matures cere. Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigrescit, vescentesque inebriat.

Phœnicurus, φοινίκουρος, Avis à caudæ rubedine ita dicta, quę hyberno tẽpore Erithacus appellatur. Autor Plin. lib. 10. c. 29.

Phœnicŏptĕrŭs, ri, pen. corr. φοινικόπτερος, Avis à pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum φοινικοῦν appellant, & alamanor. Iuven. Satyr. 11: Et Scythicæ volucres, & Phœnicopterus ingens. Avis hujus lingua in præcipuis epularum deliciis erat olim apud Romanos. Plin. lib. 10. cap. 48: Phœnicopteri linguam præcipuis saporis esse Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurges. Martial. lib. 13: Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis Nostra placet, quid si garrula lingua foret?

Phœnix, cis, m. t. [φοινίξ. Gal. *Phenix*. Ital. *Fenice*. Ger. Ein vnbekanter vogel dieses namens im land Arabia, soll sibenhundert jar leben mögen. Hisp. *Fenix, aue vnica enel mundo*. Vn. *Phœnix madar*. Angl. *Phenix*.] Avis esse dicitur in Oriente, à phœniceo pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia nascens, Aquilæ magnitudine, quæ annis sexcentis & sexaginta vivere dicitur. Plin. lib. 10. cap 2: Aethiopes atque Indi discolores maximè, & inenarrabiles ferũt aves, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem, haud scio an fabulosè unum in toto orbe, nec magnopere visum. Aquilæ narrantur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam rosceis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumeo apice honestiante. Primus atque diligentissimus rogatorum de eo prodidit Manilius: Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia Solis esse: vivere annos DC. LX. senescentem casia, thurisque surculis construere nidum, replere odoribus, & super emori. Ex ossibus deinde è medullis ejus nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum, principioque justa funeri prioris reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. ¶ In hac significatione, quidam volunt Phœnix esse dubii generis: melius tamen dixeris esse neutrius. Nam fœminino genere rarissimè legitur, idque noncastigatè, respiciendo ad genus superioris avis. ¶ Est item PHŒNIX Thessaliæ, fluvius in Asopum influens: cujus meminerunt Plinius lib. 4. cap. 8, & Strabo lib. 9. ¶ Phœnix præterea gentile nomen est, eum significans qui è Phœnice matre Syriæ regione ortum traxit: de quo vide paulò antè in dictione PHŒNICES. ¶ Arbor item illa nobilis quam Latini palmam appellant, Græco nomine Phœnix dicitur. ¶ Phœnix item nomen proprium præceptoris Achillis, qui quum matris hortatu cum patris concubina rem habuisset, Diris impetitus a patre, relicta Hellade, in Thessaliam sese contulit ad Peleum regem, qui illi Dolopum procurationem commisit, filiumque Achillem in disciplinam tradidit, quem etiam ad bellum Trojanum comitatus est: ut ipse narrat apud Homer. libro 1. Iliad.

Phollis, tributi genus est, quod nobiliores quique civitatis pendebant, prout secundum habitationes fuerunt comprehensi: ut nobilitas quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incommodum secum afferret. ¶ Phollis item põdus est, alio nomine dicta Balantium: trahit autem Donos 250. hoc est, libras 312 & uncias 6. Singuli verò Doni libră 1. & uncias 11 comprehẽdebant. ¶ Est & alius Phollis coactus ex argenteis leptis, qui militibus, quos Militarios vocabant, dabatur. Lepti autem Certion unum cum dimidio continet. Ita Hollis iste argenti, ceratia 208, habet & nummos 9. quæ summa nunc valet millia 109. ¶ Est & Phollis alius, à duobus auri libris incipiens, & usque ad octo procedẽs, prout solventium tributa substantiæ patiebantur. Verùm Suidæ Phollis masculini gen. est obulus. Idem in dictione καρμόπα, Ducenti & decem obuli, quos Pholles vocant. Et hoc sensu ab Augustino de Civit. Dei ult. lib. capitur. Alc. in Rud. de Prætor. & honor. præt. lib. 12.

Phonascus, [φωνασκός. Ger. Stimmweiser/ein Lehrer oder Meister der Stim/wie sie einer führen vnd leyten soll/die wörter recht/klar vnd verstendtig auß zusprechen: *item*, ein lehrer des Gesangs.] Dictio est Græca qua significatur vocis, pronuntiationisque magister, & moderator. Quintilianus lib. 11: Sed cura non eadem oratoribus quæ phonascis Sueton. de Augusto: Pronuntiabant dulci, & proprio quodam oris sono, dabatque assiduè phonasco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat: quod artis genus Græci etiam φωνασκίαν appellarunt.

Phŏnŏs, φόνος; Herba eadem quæ atractylis: ita dicta ab eo, quòd sanguineum fundat succum. Autor Plin. lib. 12. cap. 16.

Phosphŏrŭs, ri, pen. corr. [φωσφόρος. Germ. Der Morgenstern. Pol. *Iutrzenka*.] Stella matutina, quam Latini verbum ex verbo reddentes, Lucifernm appellant. Martial. lib. 8: Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris?

Phrăsis, hujus phrasis, f. t. φράσις, Eloquentiæ corpus, inquit Quintil. lib. 10. cap. 1, & dicendi modus. Dicta ἀπὸ τῦ φράζειν, quod est fari, & differere. Macer (inquit Quintil.) & Lucretius legendi quidem, sed non ut faciant phrasin.

Phrĕnĕs, φρένες, à Græcis vocãtur, à Latinis præcordia: hoc est, septum transversum, quod & diaphragma ab illis appellatur: sive quòd mentem (quam etiam τὸ φρονεῖν, nomine illi intelligunt) iis in partibus residere nonnulli ex veteribus existimarint, sive quòd diaphragmate inflammato necesse sit & mentem impedirì, subsequente nimirum eo morbi genere, quem *paraphrenitidem* appellant medici.

Phrĕnēsis, idis. [φρένησις. Gall. *Phreneſie*. Ital. & Hisp. *Frenesia*. Ger. Das hirnwüten/ auß welchem die Taubsucht vnd Wanwitzigkeit erfolget. Polon. *Sfrenesie, albo obrzymienie odzycia*. Vng. *Belond hagymaz*. Ang. *The frensie*.] Morbus lædens mentem, & ad insaniam furoremque perducens: unde & nomen accepit. Nam mentem Græci φρένας appellant. Fit autem ex inflammatione membranularum, quas meningas vocant, idq; vel à pallida bile, eaque levior est, vel à flava, eaque est vehementior: vel ab eadem valde adusta, quæ est omnium terrerrima, ut docet Galenus lib. 3. de Locis affectis. ¶ Phrenesis alio nomine appellatur, pen. prod. Iuvenal. Satyr. 14: Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. Martial. lib. 4: Declamas in febre Mathon: hanc esse Phrenesim si nescis, non es sanus, amice Mathon. Serenus mediam hujus dictionis syllabam corripuit, quem in hoc non imitabimur. ¶ Phreneticus appellatur qui hunc morbum patitur. Plin. lib. 20. cap. 2: Sed & phreneticis auxiliatur cum lacte mulieris.

Prudence. Ital. *Prudenza*. Germ. [illegible]. Hisp. *Prudencia*. Pol. *Madrość*. Vng. [illegible]. Angl. [illegible]. Cic. 1. Off. Princepsque omnium virtutum est [illegible], quam Græci *sophiam* vocant. Prudentiam enim [illegible] aliam quãdam intelligimus, quæ [illegible] fugiendarumque scientia.

Phrygi[illegible] Dioscor. lib 4. cap. 152.

Phrygiones, Phrygius Pinvx Vide in PROPRIIS.

Phrym[illegible] cadem dicitur paronychia, ita dicta quod [illegible] est, rubens adversetur Autor Plinius lib. [illegible] cap. 9.

Phrynŏs, [φρυνῶς. Pol. *Krostiwa żaba*.] A' Græcis ranæ genus appellatur omnium maximum in vepribus tantùm vivens: unde & rubetam Latini appellant. Plin. lib. 32. cap. 3: Sunt quæ in vepribus tãtùm vivunt, ob id rubetarum nomine (ut diximus) quas Græci *phrynos* vocant, grandissimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum.

Phthiriăsis, φθείριασις. Morbus est pedicularis, ἀπὸ τῦ φθειρῶν, quos & pedes, & pediculos vocamus Plinius lib 20. c. 1: Sic & contra phthiriasin bibitur & hydropises. Vide Pedicularis in PEDES, pedum.

Phthiroctonon Steph Sagria apud Dioscorid. lib. 4. cap. 158.

Phthisis, tertius Phthiseos, f. t. [φθίσις. Gall. *Vlceration des poulmons*. Ital. *Vlceratione del polmone*. Ger. Verfehrung oder eytterung von welcher ein Mensch von tag zu tag abnimpt, die Schwindsucht. Hisp. *Tisica*. Vng. *Azzukorseg*. Ang. *Vlceration of the lights*.] Morbus est totum corpus extenuans, proveniens ex ulcere pulmonis à pituita potissimùm generato, quæ à capite delapsa, in pulmonibus computruit. Quanquam interdum & ex proprio pulmonis affectu originem trahit, maximè quidem ex vasis diruptione post sputum sanguinis nõ conglutinata: quod malì genus Græci usitatiùs *Phthoën*, φθόην, vocant: definiuntque esse totius corporis cum parva febre extenuationem, pulmonis insanabilia ulcera consequentem. Hoc morbo Theopompum laborasse, & ab Aesclepiade curatum tradunt. Sæpenumerò tamen phthisim pro phthoë positam invenimus: ut apud Columellam. lib. 6. cap. 14: Est & illa gravis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tussis & macies & ad ultimum Phthisis invadit. Corripit autem hoc nomen priorem syllabam. Iuven. Satyr. 13: Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium cius. Qui hunc morbum patiuntur, Phthisici, φθισικοί, appellantur. In oculo item phthisim appellant, pupillæ constrictionem, quum scilicet oculi tabes pupillam contrahit atque angustiorem efficit. Definitiones quæ Galeni nomine circunferuntur, phthisios nomine omnem

corporis extenuationem maciemque complectuntur à verbo φθινειν, quod propriè dicitur de plãtis aliisq; sensim pereuntib.

Phthŏë, es, φθοη, Corporis totius extenuatio cum exigua febri, incurabilia pulmonis ulcera consequens. Hanc nonnulli, minus tamen propriè, phthisin appellant.

Phthŏngus, m. s. [ℌp kol. φθογγος. Gall. *Son.* Ital. *Suono.* Germ. Ein thon. Hisp *La voz, ò son y sonido.* Pol. *Thon abo thaksh.* Vng. *Zúrges.* Ang. *A sowne.*] Idem quod sonus, & vox inarticulata: à verbo φθεγγομαι, quod est sonum & vocem edo. In musica autem phthongus dicitur, soni cujuspiam unus & idem tenor: ut in cithara certi alicujus nervi strepitus semper sui similis. Severinus lib. 1. cap. 8: Phthongum definit casum vocis, ἁρμελῆ: id est, aptum melo in unam intẽtionem. Alii harmoniæ minimam partem. Nam quemadmodum unitas numeri, ita phthõgus consonantiæ principium est. Ex his facilè intelligi potest locus Plin. lib. 2. cap. 22. ubi de siderum musica loquens ex Pythagoræ sentẽtia ait Saturnum dorio moveri, Jovem phrygio: Mercurium verò phthongo: hoc est, eodem semper & æquabili soni tenore.

Phū, [φῦ. Germ Marien Magdalenen kraut / Garten baldrian: die wild heißt Katzenwurtzel / Augenwurtzel / Wendwurtzel.] Vocant aliqui nardõ agriõ, sive crinitum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, villosaque & imitante avium pedes. Dioscorid. lib. 1, & Plin. lib. 12. c. 12. Officinæ *Valerianam majorem* nominant.

Phỹ, Interjectio mirantis est, teste Donato. Terent. in Adelph. Phy, domi habuit unde disceret. [Germ. Ein stim̃ oder wort des verwunderens / Huy.]

Phỹcites, φυκίτης, Gemma algæ colorem habens, Plin. lib. ult. cap. 10.

Phỹcŏs, thalassium, φῦκος θαλάσσιον, Latinè fucus marinus, herba est similis lactucæ, quæ conchyliis substernitur. Tria ejus sunt genera: latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. Hæc Plin. lib. 26. cap. 10.

Phycis, fœminini generis, φυκὶς, Piscis est verno tẽpore varius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, & in nido ova pariens. Autor Plin. lib. 9. cap. 26.

Phỹgethlŏn, φύγεθλον, Est (ut inquit Corn. Celsus lib. 5. c. 28,) tumor non altus, latus, durus, in quo quidam pustulæ simile est, cum dolore, distentioneque vehementi, majoreque quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam cum febricula, tardè maturescens, neque magnopere in pus se convertens. Latini panum vocant.

Phỹlăcă, pen. cor. [φυλακή. Ger. Ein Gefengknuß od Kercker. Pol. *Wiesienie.* Ang. *A warde, a gayle.*] Locus custodiæ, carcer. Plaut. in Capt. Illinc est abductus recta in Phylacam ut dignus est. A verbo Græco φυλάττω, custodio.

Phỹlăcistă. m p. [φυλακιστής. Ger. Ein Kercker meister / Thurnhüter / Meister vber die Gefangnen. Pol. *Oprawca.* Ang. *A gayloar or keeper of the prisoners.*] Carceris custos, vel lictor, cujus officium est nocentes comprehendere, & in carcerem abripere. ἀπὸ τῦ φυλακίζειν, quod est ad carcerem trahere. Plaut. in Aulul. Trecenti constant phylacistæ in atriis.

Phỹlactĕrium, n. s. [כבן *chanáph* ℌDDD *totáph.* φυλακτήριον.] Græca dictio ἀπὸ τῦ φυλάττειν: hoc est, à custodiendo, asservando, sive tuendo deducta, significatque antidotum quo nos adversus venena tuemur, & præmunimus: nonnunquam significat locum custodiæ destinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Pharisæorum tabulæ, sive membranæ Decalogi præcepta inscripta habentes: quas illi & fronti & brachiis affigebant, ut eorum oculis nunquam non obversarentur. Erasmus in Matthæum: Pharisæi quò viderentur admodum observantes Legis, scribebant Decalogum in membranis, seu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronæ vice circumponebant, alterum brachio, ut sive quò manum porrigerẽt, essent in cõspectu: sive quò caput movissent ob oculos essent. Hunc morẽ testatur Hyeronymus ad suam usq; etatem durasse apud Iudæos, Persas, ac Babylonios: atq; eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarent id quod Deus juber per Mosem, servari præcepta sua: Hactenus Erasmus.

Phỹlarchus, [φύλαρχος. Pol. *Hethman albo rotmistrz konnycz.*] Ordinis, sive dignitatis nomen in equestri militia. Erat enim equitatus divisus in classes quasdã, quas illi φυλὰς appellabant: quibus qui præerant, Phylarchi appellabãtur. Omnes autẽ uni parebant Hipparcho: hoc est, equitatus totius præfecto: quem Latini sub dictatore universo exercitui imperante magistrum equitum appellabant. ¶ Fuit item proprium nomen Historici cujusdam Athenien sis, sive Sicyonii, aut, ut alii malunt, Naucratitæ, qui Pyrrhi Epirotæ bellum adversus Peloponnesios libris XXVIII. conscripsit: item alia complura, quæ recensentur à Suida

Phylĕtæriă. Polemonia apud Dioscor. lib. 4. cap. 10.

Phyleterion, Clematis, Dioscor. lib. 4. cap. 8.

Phỹllānthēs, φυλλάνθης, Herba est ex genere aculeatarum, sed mitioribus aculeis, ab radice tantùm foliata. Sic eam nominat Plin. lib 21. cap. 16.

Phỹllānthĭon, φυλλάνθιον; cognomento dyticon, Herba est Democrito, purpuram tingentibus utilis. Vide Hermolaum in Caroll.

Phyllira, Vide PHILYRA.

Phỹllandrĭon, In palustribus nascitur, nec plura de ea tradũtur. Vide Barbarum in Coroll. lib. 3. cap. 141.

Phỹllītis, φυλλίτης, Herba est folius lapathi, longioribus tamen aduncioribusque, modò senis, modò septenis, interiùs lævis, aversa parte quosdam quasi vermiculos appendentes referentibus. Dioscorides à quibusdam Lapathon agrion: id est, rumicem agrestem vocari tradit.

Phỹllŏn, φύλλον, Spina est sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculearis, & lactucæ similibus. Aliis nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. Plin. lib. 22, cap. 16.

Phỹllŏn, Musici generis apud Dioscor. lib. 3. cap. 141.

Phylophares, Prasium. Dioscor. lib. 3. cap. 118.

Phylloscaphylon, Capparis.

Phỹlură, φιλύρα, Vide PHILYRA.

Phyma, Animal, ut inquit Aelian. in quod si quis oculos intendat, ab eoque inspiciatur, in pallorem maciemque incidit, idque in diebus non paucis.

Phymată, φύματα, Phlegmonæ: hoc est, inflammationes laxarum partium, teste Galeno lib. 2. Methodi.

Phyranon, Ammoniacum pingue resinosum.

Physă, φύσα, Piscis quidam ex genere testaceorum, Nilo fluvio peculiaris, teste Strabone lib. ult.

Physalis, Vesicaria, vel halicacabos apud Dioscor. lib. 4. cap. 75. & Actium Sermone 11. cap. 29.

Physĕter, penul. prod. ters, m. t. [φυσητής. German. Ein besunderer Watsisch / blaßt so viel wassers obẽ zum kopff hinauß (da alle Watfisch ein loch oder rhor haben) daß etwañ die Schiff darvon voll werden vnd versincken.] Bellua maxima admirabili magnitudine, quæ aquam fauc bus haustam tanta copia in altum efflat, ut veluti densissimus quidam imber decidens, conspectum circunquaque eripiat. Vnde & Physeter dictus est, παρὰ τὸ φυσᾶν τὸ ὑγρόν. hoc est, ab emovendis, aut efflādis fluctibus. Rufus ex Arato, anhelos physeteras proprio epitheto appellavit. Plinius lib 9. cap 4: Maximum animal in Indico Oceano pristes & balæna est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altioremque navium velis diluviem eructans. Hæc belluæ Nearchi classi in Arabicum sinum navigantis, maximum terrorem incussêrunt, quòd tantos expirarent nimbos, ut quæ ponita aute pedes essent, videri non possent, donec à navigationis ductibus edoctus Nearchus, tubarum clangore perterritos in profundum abegit.

Physis Natura. [φυσις. Gal. *Nature.* Ital. *Natura.* Ger. Die Natur. Hisp. *Naturaleza* Pol. *Przyrodzenie.* Vng. *Termezet.* Ang. *Nature.*]

Phỹsĭcus, a, um, Naturalis, ad rerum naturam & ad physicam pertinens. [φυσικός. Gal. *Naturel, appartenant à nature.* Ital. *Naturale, che s'appartiene alla natura.* Germ. Natürlich. Hispan. *Cosa perteneciente a la naturaleza.* Pol *Przyrodzoni.* Vng. *Termezet hez valo.* Ang. *Naturall, belõging to nature*] Cic. 2. de Divin. Quæro etiã si velim scribere quid, aut legere, aut canere, vel voce vel fidibus aut geometricũ quidam, aut physicum, aut dialecticum exp'icar, somniúmne exp ectandum sit. Ibidem: Physica disputandi subtilitas. Idem 2. de Nat. deor. Rationibus physicis constaere aliquid.

Phỹsĭcŭs et aut frantivum, m. f. Qui physicen perdidicit, rerum naturalium investigator. [φυσικός. Gall *Physicien, qui entend les choses naturelles.* Ital. *Che intende le cose naturale, fisico.* Ger. Ein Naturkundiger / vernünfftiger der gheimnussen der Natur. Hisp. *Physico.* Pol *Rzecz przyrodzonich nak:sza.* Vng. *Termezet tudo.* Angl. *He that vnder standeth thinges naturall.*] Cic. 1. de Natur. deor. Sed tu hoc physice nõ vides, quàm blanda cõciliatrix, & quàm sui sit læna natura. Ibidem: Non pudet igitur physicum: id est, speculatorem, venatoremque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? Idem secundo de Divinatione: Quod video physicis placuisse: eisque maximè, qui omne quod esset, unum esse dixerunt.

Phỹsĭcă, corũ, n. f. [φυσικά Ger. Bücher so von Natürlichẽ dingen sagen.] Ipsa naturalis philosophia, sive opus rerũ naturã pertractans. Cic. 1. de Orat. Oratorem ne physicorum quidem esse expertẽ volo. Idem 1. de Finib. Epicurus in physicis quib. maximè gloriatur, totus est alienus. ¶ In eadẽ significatione dicimus physica, cę, φυσικὴ, præsertim pro disciplina ipsa naturali: nã pro opere eam pertractãte usitatiùs neutro plurali utimur: unde physica Aristotelis, rectiùs dixeris, quàm physicam. Cic. 1. Acad. Sed enitar ut Latinè loquar, nisi in ejusmodi verbis, ut Philosophiam, aut Rhetoricam, aut Physicam, aut Dialecticam appellem. Idem 3. de Finib. Ad eas virtutes Dialecticam etiam adjungunt & Physicam.

…ult.com. Naturaliter, physicorum more. [φυσικῶς. …Naturalmente Ital. & Hisp. *Naturalmente*. Ger. Natürlicher/natürlicherweyß der natur nach Menschferen. Pol. *Według przyrodzenia*. Vn. *Termeszetszerint, termeszetes modok moggyara*. Ang. *Naturallie*.] Cic. 3. de Nat. deor. Eodemque tempore illa omnia quæ à te Physicè dicta sunt de vi ignea, deque eo calore, &c. Idem 1. de Divin. Sed id quod physicè dicitur.

Phȳsĭŏgnōmĭă, æ, f. p. [φυσιογνωμία. Ger. Die kunst/da einer auß anschawen des Angesichts/eines Menschen natur vnd art erforschen vnd erbaten kan.] Ars qua natura hominum ex corpore vultuque cognoscitur.

Phȳsĭŏgnōmŭs, mi, pen. prod. vel Physiognomon, onis. [φυσιογνώμων. Ger. Ein kunstreicher Meister der auß dem Angesicht vrtheilt/was eines natur vnnd art sey.] qui hominum mores ex corpore, vultuque cognoscit. Cic. de Fato: Quid Socratem, nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere?

Phȳsĭŏlŏgĭă, φυσιολογία, Rerum naturæ inquisitio, disceptatio de re cujusvis natura.. Cic. 1. de Nat. deor. Hunc tu censes primis ut dicitur labris gustasse physiologiã: id est, naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Physiologus, φυσιολόγος, rerum naturæ perscrutator.

Physionus: id est, bene mentulatus. Nam φύσα follem significat, Græcè σὶσος mentulam.

Phytobasile, Leontopodion apud Dioſc. lib. 4. cap. 12.

Phython, sive Phiton, Vide PYTHON.

P ante I.

PICEN. In notis antiquorum Picent. PIENT. pientissimus. P.IR. Populus, vel Publius irrogavit. P.I. R. Populum jure rogavi. P.IV. vel I principi juventutis.

Piabilis, Piacularis, Piaculum, Piamen, Piator, Piatrix, Vide PIO.

Pīcă, cæ, f p. quanvis fœmininũ videatur à picus, longè tamẽ diversę significationis est. [κίσσα. Gal. *Vn oiseau appellé pie*. Ital. *Gazza, gazzuola*. Germ. Ein Agel oder Aegerstn. Belg. Een Ecster. Hisp. *La pega ò picaca*. Pol. *Sroka*. Vn. *Zarka*. Ang. *A piebirde*.] Nam avis est magnitudine palumbę, alis vario colore, & præsertim cærũleo depictis, humana imitans verba. Mart. lib. 14: Pica loquax certa dominũ te voce saluto: Si me nõ videas, esse negabis avem. In hãs avès fabulantur Poëtę mutatas esse Pieridas, indeque illis phistinam loquacitatem, humanęq; linguæ studium remansisse. Ovid. 6. Metam. Plangere dumq; volunt per brachia mota levatæ, Aëre pendebant nemorum convitia picæ: Nunc quoq; in ãlitibus facundia prisca remãsit, Raucaque garrulitas, studiumq; immane loquendi. ¶ Est & alterum picæ genus quod Plinius testatur sita ætate ab Apennino Romam versus cerni cœpisse, longa insigne cauda, & à Romanis variam appellatam fuisse. ¶ Pica etiam in gravidis dicitur perversus absurdarum rerum appetitus, qui à Græcis quoq; κίττωσις vocatur. Vide in dictione MALACIA.

Picatus, a, um, Vide PIX.

Pĭcĕă, æ, f. p. [πίτυς. Gall. *L'arbre d'où degoutte la poix resine*. Ital. *Pino del quale si cava la pece*. Ger. Ein Rot thannen. Hisp. *El pino de que se haze la pez*. Pol. Czyść. Vng. *Zurok, awag feny ô vias termô fenyôfa*. Ang. *A rosen tree wherof the rosen droppeth out*.] Arbor est larici simillima, folio brevi tædæ proximo, crassiore tamẽ durioreq; ut cupressis, immortali virore: ad laricis verò comam collato, rariore, sicciore, tenuioreque. Ramos habet statim ab radice modicos, velut brachia, lateribus inhærẽtes: materiem verò abieti proximã. Frequens in Alpibus Cottiis visitur, fundens resinam thuri adeò similem, ut pro eo sæpè fallat, odore non omninò ingrato. Nuces fert pineis similes, sed minores; ut & tota arbor pino humilior est gracliorque. Vide plura de hac arbore apud Plin. lib. 16. cap. 10. Theophrastum lib. 3. cap. 10. & Dioscorid. lib. 1. cap. 86.

Pĭcĕāstĕr, stri, πίτυς ἀγρία, Picea sylvestris, Hispanię familiaris, ex qua fit resina parùm laudata. Plin. lib. 14. cap. 20: Fit è picea resina, in Hispania autem è piceastris minimè laudata.

Piceus, Pico, Vide PIX.

Picrachiera, à Galeno dicitur medicamenti genus amarum. Nam πίκρον Græci dicunt amarum. A` Barbaris ineptè vocatur *Hiera pigra*

Picras, Andresace apud Dioſc. lib. 3. cap. 151.

Picris, πικρὶς, Lactucę vel cichorii agrestis genus, quod ita appellavêre (ut inquit Ptol. lib. 19. cap. 8.) cum exprobratione amaritudinis.

Pĭcrŏchŏlī, πικρόχολοι, In quibus abundat flavabilis, quæ amara esse consuevit. Hippocrates de ratione victus.

Pictŏr, oris, & Pĭctura, ræ, Picturatus, Vide PINGO.

Picūmnŭs, πικυμνὼς, Avis eadem cum pico Martio, teste Nonio. Item Deus quidam qui sacris Romanis adhibebatur. Aemilius Macer in Theogonia, Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Pĭcŭs, m. ſ. Avis est exigua aduncis unguibus, Marti sacra existimata, unde & Martium cognominarũt. [δρυοκολάπτης. Gall. *Vn oiseau appelé pinert, ou pic, ou piumart*. Ital. *Piccoso*. Germ. Ein Specht. Hisp. *El pico*. Pol. *Dzięcioł*. Vng. *Harkaly*. Ang. *A little bird which seaketh the meat vnder the bark of trees*.] Hic felium more arbores in subrectũ ascendit, percussiq; corticis sono pabulum subesse intelligit. Pullos in cavis arborũ educat cuneosq; à pastoribus cavernæ ori impactos, admota herba quadã expellit. ¶ Præterea picos Romani veteres vocabant quos Græci gryphas, belluas quadrupedes, auritasq;, visu & forma terribiles, corpore leonino, rostrò, alis, pedibus, aquilis similes. Habitare in Hyperboreis mõtibus in Asiatica Scythia ferũtur, ubi aurum & gemmę nasci perhibentur, ibiq; tanta rabie in homines desævire, ut terrã ipsam inhabitabilem faciant, quasi geniti esse videantur ad plectendam avaritiæ temeritatẽ. Plaut. in Aulul. Picos divitiis qui aureos montes colunt, ego solus supero. Plin. lib. 10 cap. 49. fabulosa existimat quæcunq; de gryphibus commemorabantur.

Piĕtās, atis, f. t. Est debitus cultus erga Deũ, patriam, & parentes, eosq; qui nobis parentũ loco sunt colendi. [חסד *chésedh*. εὐσέβεια, φιλοστοργία. Gall. *Pieté, religion, le devoir qu'on doit à Dieu premierement, & apres à ses pere & mere, enfans, & autres prochains*. Ital. *Pietà, culto debito verso Dio, padre, madre, figlifoli*. Ger. Gepürende ehrerbietung vnd liebe gegen Gott insonders/demnach auch gegen Vatter/Mutter/vnd anderen neben Menschen / Gottesforcht/ frömkeit. Belg Godsvruchtheyt. Hisp. *Piedad, religion y acatamiento de Dios, de padre y madre y de la patria*. Pol. *Pobożność*. Vn. *Istenesêlet, kegyesség*. Ang. *Pietie, godlines*.] Pietas (inquit Augustinus) propriè Dei cultus intelligi solet, quam Græci εὐσέβειαν vocant. Et sic à Ciceronẽ accipitur, quũ inquit pro domo sua: Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, quum expeti nihil ab iis quod sit injustum, atq; inhonestũ arbitrere. ¶ Sumitur etiam latiùs (ut diximus) nomen pietatis, ut amorem complectatur filii erga parentes & propinquos, & civis erga patriam, quæ cõmunis omnium civium est parens. Cic. in Somnio Scipionis: Cole Pietatẽ, quę quũ sit magna in parentibus & propinquis, tum in patriâ maxima est. ¶ Est aũt pietas abstractũ ab adjectivo pius, quod propriè de eo dicitur qui Deũ, patriam, parentes, & qui parentũ loco sunt, justo cultu prosequitur. ¶ Hujus contrarium est Impietas, quę ab injustitia sic distingui solet, quòd illa in Deum, hæc dici in homines potest. Per illam contemplationẽ delinquitur: hac opere & factis peccatur. ¶ PIETAS enim à Romanis dea putata est: quæ ædem habuit Romæ eo in loco ubi postea Marcelli theatrum extructum est. Autor Plin. lib. 7. cap. 36.

Pĭŭs, a, um, Propriè dicitur de eo qui Deũ, patriam, & parentes, & eos qui parentũ loco sunt, justo cultu prosequitur. [חסיד *thasidh*. ὅσιος, εὐσεβὴς. Gall. *Devotieux, religieux, qui rend le devoir à Dieu, ses pere & mere, & autres prochains*. Ital. *Pio, chi fa suo debito verso Dio, padre & madre, come si apartiene*. Ger. Gottsförchtig/from/der Gott vnnd den Menschen gepürende pflicht leistet. Hisp. *Pio, catholico*. Pol. *Pobożni, dobri*. Vng. *Istenfelô, istenes*. Ang. *Godlie*.] Virg. 3. Georg. Dii meliora pius. Cic. 3. Offic. Ipsi patrię cõducit, pios habere cives in parentes. ¶ Accipitur, nõnunquam pius pro miti, leni, & misericorde. Terent. in Hecyr. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. ¶ Ex qua loquendi consuetudine factum est ut & Deus ipse dicatur pius: quem tamẽ Græci nullo suo sermonis usu ὅσιον vocanti quanvis ἐλεήμονα pro misericordia, illorum etiam vulgus usurpet.

Pĭĕ, adverb. Religiosè, sanctè, castè. [ὁσιῶς, θεοσεβῶς. Gall. *Religieusement*. Ital. *Piamente*. Ger. Gottsförchtiglich/frömlich. Hisp. *Piamente*. Pol. *Pobożnie*. Vng. *Zentul istenfêl*. Ang. *Godly, withgodlines*.] Plin. in Panegyr. Civitas religionibus dedita, semperque deorum indulgentiam piè merita ¶ Interdũ ponitur pro benignè & clementer. Cic ad Martium, lib. 11. Epist. Alia quæ defendam ã te piè fieri & humanè

Pĭens, ὁσιώτης, à pio, pias, quum significat piè amo. A` quo pientior, pientissimus: Piens tamen in usu non est.

Pĭgĕr, gra, grum, Tardus, segnis, fugitans laboris. [עָצֵל *hatsél*. ὀκνηρὸς, ἀργὸς. Gal. *Paresseux*. Ital. *Pigro, tardo, da poco, ad dormentato, infingardo*. Ger. Faul/träg/der allerley arbeit fleucht. Belg. Luy/traech. Hisp. *Peresoso, ocioso*. Pol. *Leniwi, niebdak, gnuśni*. Vn. *Rest*. Ang. *Slouth full, slaw*.] Cujus contrarium est Impiger, ut Pigra familia apud Plaut. in Mostel. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: -atq; piger scribendi ferre laborem Scribendi rectè: nam ut multum, nil moror. Persius Sat. 5: Mane piger stertis. Cic. Trebatio, lib. 8: Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. ¶ Ad aquæ cursum transtulit Col. lib. 2. cap. 2: Nullum enim temerè videmus locum qui modò pigrum teneat humorem, &c. Jungitur aliquãdo accusativo cum præpositione Ad. Cęlius ad Cic. lib. 8: Et ad literas scribendas, ut nosti, pigerrimo.

Pĭgrĕ, adverb. Pigrius, pigerrimè. [ὀκνηρῶς, ἀργῶς. Gall. *Paresseusement*. Ital. *Pigramente*. Ger. Faultlich/langsamlich. Hisp. *Perezosamente*. Pol. *Niebalie*. Vng. *Restes*. Ang. *Slouthfullie, slaulie*.] Plin.

lib.10.cap.34:Pigrius intrante fœmina ad pullos.

Pigrĭtĭă,f.p.Ignavia, lētitudo, tarditas.[עֲצֵלוּת *hatſtúsh.* ὄκνος. Gall.*Pareſſe.* Ital.*Pigritia.* Ger.Faulheit/ tragheit/langſame. Hiſp. *Pereza,ociosidad.* Pol. *Gnuſnoſc,niebitatoſc.* Ang.*Sloutfulneſſe,idleneſſe,ſlowneſſe.*] Cic.1.Offic. Efficiendum autem eſt ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam deſerant. Liv.1.ab Vrbe: Vnde quū pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur à bellicoſo rege.

Pigrĭtĭēs,ei,Pigredo,inis, Pigritudo, & Pigritas, ejuſdem ſunt ſignificationis.

Pigrŏr,aris,d.p. Moror, cunctor,differo. [עָלַר *pighghér.* ὀκνέω, μέλλω. Gall.*Pareſſer,eſtre pareſſeux* Ital *Impigrire.* Ger.Von faulheit wägen verziehen. Hiſp.*Emperezar.* Pol. *Liemſtwem przedluzam.* Vng.*Reſtel,kŏdŏm,mulatozok.* An.*To beſtow ni doing of a thing.*] Cic.Att.lib.14:Tu quæſo quicquid erit novi, (multa autē expecto)ſcribere ne pigrere:id eſt,ne moreris. Lucr.lib.1: Quòd ſi pigraris,paulúmve receſſeris ab re. ¶ Invenitur & Pigreo,es, piger ſum. Cornutus in Perſium:ô qui tam ineptè pigres & ad hanc diſſolutionem lapſus es!

Pigrēſco,is,n.t. Piger fio, & lentus. [עָלַר *pighghér.* ὀκνηρὸς γίνομαι. Gal.*Deuenir pareſſeux.* Ital. *Impigrirſi,diuenir pegro.* Ger.Faul vnd langſam werden. Hiſpan.*Emperezarſi,ſerotioſo.* Pol.*Lwnieie.* Vng.*Meg reſtwlŏk.* An.*To waxe ſlow and dull.*] Plin.lib. 18. cap. 2.Mox pigreſcit,in Virginem tranſgreſſo Sole.De Nilo.

Pigro,as,Antiquī dixerūt pro cūctari & tardare.*ἐπίχω.* Accius in Chryſe:Melius pigraſſe quàm properaſſe,eſt nefas.Nonius.

Pĭgĕt,verbum impersonale, piguit, & pigitum eſt, Dolet ſive moleſtum eſt. [פָּקַח *kats.* μισῶ, ἄχθομαι. Gall.*Eſtre pareſſeux de faire,eſtre marri & dolent d' auoir fait.* Ital. *Rincreſſere,eſſere moleſto.* Ger. Es verdreuſt/ es beſchwārt oder bedauret. Belg. Het verdriet. Hiſp. *Hauer dolor ò verguenca.* Pol.*Mierzimie.* Vn.*Reſtellŏw.* An. *To be lothe to do a thing to beſerie or prepent after it is done.*] Stat.lib.7. Theb.Nec pigitum parvosq; lares,humilesq; ſubire. Cōſtruitur autem ferè cum accuſativo & genitivo, niſi loco genitivi infinitum verbum poſitum ſit. Ovid.lib. 2. Metam.-pigetque Actorum ſine fine mihi ſine honore laborū. Cicer.pro Domo ſua:Vt me non ſolùm pigeat ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudeat. Plaut.Non dediſſe te pudet:me quia nō accepi,piget. ¶ Differt autem piget à pudet,teſte Donato, quòd pudet de iis dicatur quæ turpiter fiunt. Piget de iis quæ cum damno & malo. Pudere ad dedecus refertur,Pigere ad dolorē. Vide plura de hoc in verbo PVDEO. ¶ Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni ſolet,inquit Feſtus.

Pĭgĕo,es, verbum perſonale,legitur apud Plautum in Menęch. Adoleſcens loquere mihi tuum nomen,niſi piget. Idem Pſeudolo:Id quod pudet facilius fertur quàm id quod piget. Terent. in Phorm. Quare obſecro, ne plus minúsve faxit,quod nos poſtea pigeat.

Pĭgĕndŭs,a,um, Ovid.Epiſt.7: Si fuit erraneū,cauſas habet error honeſtas:Adde fidem,nulla parte pigendus erit.

Pĭgmēntum,ti,n.ſ. Quo utūntur puellæ ad gratiam & venuſtatem ori conciliandam,qualis eſt ceruſſa, aliiq; id genus fuci quibus mulierculæ cuti candorem, aut ruborem inducunt. [טוֹך *puch* רֵקַח *rékach* מִרְקַחָה *merkachāh.* φῦκος. Gall.*Fard,peinture,couleurs,fardement.* Ital.*Belletto,liſcio.* Ger.Farb mit deren ſich die Meydlin beſtreichen/ein ſchöne Farb damit zu machen. Hiſp. *Color para la pintura.* Pol *Barwuska.* Vng.*Kendŏzŏ,gŏrŏg feier.* Ang *Painting that women vſe.*] Plaut.in Moſtel.Nō iſtanc ætatē oportet pigmentum ullum attingere. Plin. lib.26. cap.43: Nuperq; portentoſis ingeniis principatu Neronis invētum ut pigmentis perderet ſe. ¶ Per tranſlationem verò pigmenta dicuntur mendacia & fraudes: quia ejus qui pingitur non eſt naturalis color,ſed artificialis. Cic.lib.2.de Orat.Tam integræ ſententiæ, tam veræ,tam novæ,tam ſine pigmentis,fucoq; puerili,ut mihi non ſolùm tu incendere judicem, ſed ipſe ardere videaris. ¶ Quandoq; ſignificat colores pictorum, de quibus Plin.lib. 35.cap.5. Cic.1.de Divin. Aſperſa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta efficere poſſunt. Plaut. Epid. Quem Apelles, Zeuxisq; duo pingent pigmentis ulmeis. ¶ Accipitur etiam quandoq; pro confectione ex diverſis ſpeciebus, ſuavi & odorifera:unde pigmētarii dicti,de quibus paulò póſt. ¶ Quādoq; etiam pro coloribus rhetoricis. Cic.de Clar. Orat.Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum quæ inventa nondum erant,florem & colorem defuiſſe.

Pĭgmēntārĭŭs, tarii, m.ſ. qui facit vel vendit pigmenta. [רֹקֵחַ *rokéach.* φαρμακοπώλης, μυροπώλης. Gall. *Faiſeur ou vendeur de fard.* Ital. *Acconciatore ò venditore di belletto.* Germ. Der allerley Farben macht vnnd verkauffe. Hiſpan. *Que haze ò vende color para la pintura.* Pol. *Czo przedawci,albo czini barmusko.* Vngar. *Kendŏz gŏrŏg feier arot.* Ang. *He that maketh or ſelleth ſuch painting colour.*] Iulius Firmicus : Quicunque habuerit horoſcopum in parte Libræ viceſima ſexta,erit pigmētarius,vel thurarius. Cic.Accius pigmētarius valde gaudebat ſe adverſarium perdidiſſe. ¶ Pigmentarius item ponitur pro pharmacopola:id eſt,medicamentorum totum venditore. Marcian. l. 3. D. ad leg. Cornel. de Sicar. Alio Senatuſconſulto effectum eſt, ut pigmētarii ſi cui temerè cicutam,ſalamandram,*&c.* Fortaſſis Pharmacopolarum muneris hæc pars quædam eſt,ut ea quæ ad pigmenta pertinent, divendant.Hotom.

Pĭgmĕntātŭs,tata,tatum. [Polon. *Iarba oſdobiow.*] Quod eſt pigmentis ornatum.πεφαρμακωμένος. Hieronymus ad Paulum: Totum flaccidum, molle, nitidum, atq; formoſum, quæſitis hincinde odoribus pigmentatum.

Pignatoxarĭs, Veratrum album,apud Dioſc.lib.4.cap.151.

Pĭgnŭs,oris,vel pigneris, n.t. Quod creditori ad ſecuritatem datur: [חֵבֶל עָבַט *habēt* חֲבוֹל *chebél* חָבוֹל *chabŏl.* ἐνέχυρον, ἀσφάλισμα, ἐμπέδωμα, ἐγγεχυρασμάτιον, ὑποθήκη, τὸ ὑποκείμενον, τὸ ὑποτιθέμενον. Gall. Gage. Ital. *Pegno,* Ger. Ein pfand oder vnderpfand. Belg. Een pandt. Hiſp. *La prenda que ſe da.* Pol. *Zaſtawa.* Vng. *Zalag.* Ang. *A gage,or pledge.*] ita dictū à pugno,ut Caius de Verbor. ſignificat.inquit in l. Plebs:quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Martial.lib.12: Quum rogo te nummos ſine pignore, Non habeo,inquis. ¶ Aliquando pro eo accipitur quod inter duos contendētes apud ſequeſtrū ita deponitur,ut fiat victoris. Virg.3.Aeglog. Ego hanc vitulam(ne fortè recuſes. Bis venit ad mulctram,binos alit ubere fœtus)Depono:tu dic mecū quo pignore certes. Plautus Caſina:Id ni fit,mecum pignus,ſi quis vult,dato in urnam mulſi. ¶ Per tranſlationē pignus pro ſymbolo,vel argumēto,vel indicio:ut quū aut munus noſtrū, aut aliquid ſimile pignus eſſe amoris, benevolentiæque dicimus: id eſt, indicium vel documentum, & argumentum certum,ſive idoneum ſignum. Virgil. 3.Aen. Ipſe pater dextram Anchiſes,haud multa moratus, Dat juveni,atq; animum præſenti pignore firmat. Liv. lib. 39: Hæc amoris pignora quum eſſent,nec quicquam ſecretū alter ab altero haberent. Curtius lib.9: Nullum erga me benevolentiæ pignus atque indicium omiſiſtis. Vlpianus inter pignus & hypothecam hoc intereſſe ſcribit,quòd pignus dicitur quū ad creditorē trāſit: hypotheca,quū non tranſit. Budęus tamē inquit pignus Latinè id eſſe quod Græcè dicitur *hypotheca,* quaſi obligationi ſuppoſitum, vel quaſi ob fidem debiti depoſitum,quod Latini pignori opponere dicūt: Pignus enim tàm de immobili quàm de re mobili dicitur. Terent. in Phorm. Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas, Aedicula item ob decem alias. ¶ Dicitur Latinè,Auferre pignus, Ponere pignori, vel in pignus, Opponere pignori, Accipere pignori, Coërcere pignoribus captis: eſt quod nos,*Cogere per bonorum captionem* dicimus. Cic.3.de Orat. Philippus graviter exarſit, pignoribusq; ablatis Craſſum coërcere cœpit. ¶ Quoniam verò liberi videntur tanquā pignora inter virum & uxorem eſſe, & firmiſſima quædam inter cōjuges perpetui amoris,& indiſſolubilis conjugii quaſi vincula,factum eſt ut pignora pro liberis capiantur. Ovid.3.Faſtor. Dulcia ſolicitæ geſtabant pignora matres.

Pĭgnĕro, pigneras,act.p.aut Pigneror,pigneraris,d.p. Rem pignori do,pignori oppono. [חָבַל *chabál* עָבַט *habát.* ἐνεχυράζω. Gall. *Bailler en gage,engager.* Ital.*Pegnorare,dar pegno.* German. Verpfenden/zu pfand geben/für ein pfand einſetzen. Hiſpan. *Empennar alguna prenda.* Polon. *Zaſtawuie.* Vngar *Zalag ba vetŏm.* Ang. *To gage a pledge or gage.*] Suetonius de Vitellio: Vsque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impenſas. ¶ Accipitur nonnunquam pro eo quod vulgò dicimus, *per executionem capere:* hoc eſt, pignora capere. [ἐγχειρίζειν, ἀπαφορήσασθαι, ὑποτίθεσθαι, κατασύρειν. German. Pfenden/ pfender außtragen.] Iuvenal. Satyr. 7: Cujus & alveolos, & lænam pignerat Atreus. Ciceto 14.Philipp. In fuga,fœda mors: in victoria, gloriosa. Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quenque pignerari ſolet:hoc eſt,pignus accipere, & ſibi aſſerere,quaſique obnoxium ſibi, debitumque capere: ut ſit ſenſus: Fortiſſimus enim quiſque primus in prælio occūmbere ſolet. ¶ Hujus compoſita ſunt, Oppignero, & Repignero:de quibus alibi.

Pĭgnĕrātĭo,nis,f.t. Vngar. *Zalagoſitás,xalagba vetés.*] Gaius D. lib.20.l.9: Quod emptionem venditionemque recipit,etiam pignerationem recipere poteſt.

Pĭgnĕrātŏr,qui pignus accipit. [עָבַט *hobēt.* ἐνεχυρασάμενος. Gall. *Qui prend gage de quelqu' vn.* Ital. *Chi prende pegno.* German. Ein Pfandthere / der ein vnderpfand nimpt. Hiſpan. *El que toma prenda.* Polon. *Czoia ſtawe burſe.* Vngar. *Zalag ba vetŏm.* Ang. *That receiueth a gage or pledge.*] Cicero quarta Vērrina : Quum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator,non ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe,tu de optimo, de juſtiſſimo,de honeſtiſſimo genere hominum:id eſt, de aratoribus,ea jura conſtituebas, quæ omnibus aliis eſſent contraria,*&c.* Edixerat enim Verres, ut publicani poſſent jure ſuo ab aratoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non judicis autoritate, ut aſſolet; pignora eorum capere. Ex Budæo.

Pĭgnĕrātĭtĭŭs,

Pīgnĕrātĭtĭŭs,tĭa,tĭum, ex supino verbi pignero nomen deductum, Quod pignori datum est: [ὑποθηκικὸς. Gall *Engagé, baillé en gage.* Ital. *Cosa impegnorata.* Ger. Das zu einem pfand gegebē oder eyngesetzt ist. Hisp. *Cosa empennada.* Pol. Rzecz zastawiona. Vng. *Zalagba vetteték.* Ang. *That is giuen in pledge or gage.*] ut Res pignerātitia, Pigneratitius creditor, cui pignoris capiēdi jus est. Vlpianus: Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur. ¶ Pigneratitia actio quæ ad pignus persequendum est instituta apud Iurisconsultos.

Pīgnŏrĭscăpĭo,nis, [Vn. *Zalag vetel, Zalagolás.*] Gellius lib 7. cap.10: Vt hæc usucapio dicitur copulato vocabulo, à litera in eo tractim pronuntiata: pignoris capio junctæ sunt partes & productè dicebantur. Verba Varronis sunt ex primo Epistolicarum quæstionum: Pignoriscapio ob æs militare, quod æs à Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulū seorsum fit: per quod dilucet hanc capionem posse dici, quasi hāc captionem & in usu & in pignore.

Pigrēsco, Pigro, as, Pigror, pigraris, Vide PIGER.

Pigridĭæ, arum, *aἰπαγρίδικες*, sunt olera amara, quæ Hieronymus vocat lactucas agrestes.

Pīlă, æ, f. p. à pinso, Vas concavū, quo antiqui siccata frumenta pinsebant: hoc est, contundebant. [מדכה *medhochâh.* ὑγδη. Gal. *Vn mortier.* Ital. *Mortaio.* Ger. Ein Mörsel oder dergleichen hole geschirr/in welchen man vorzeiten dās gedörret getreid zu mēl zerstossen hat. Hisp. *Mortero.* Pol. *Stepa.* Vng. *Mosár.* Ang. *A morter wherin thinges ar beaten with a pestell.*] Plin. lib. 18. cap. 11. Tunditur granum ejus in pila lignea. ¶ Similiter vasa illa concava, medicorum usui apta, in quibus ptisanæ fieri solent, pilæ dicuntur. Est item pila idem quod columna, Græci στήλη vocant: quanquàm revera angustior est ἡ στήλη significatio quàm pilę. Illo enim nomine propriè denotatur cippus in monumentis erectus: pila aūt quanvis columnā significat quemcūq; in usum confectā. Apul. lib. 3. Metam. Pila media quę stabuli trabes sustinebat. Festus: Pila quæ parietē sustētat, ab opponēdo dicitur. Plin. lib. 11: Ruētes ceras fulciūt pilarū instar, interius à solo fornicatas, ut sit aditus ad farciendum. ¶ Pilę etiā sunt opera informia, quę in aqua cōstruuntur, cujusmodi magnifica Genuę visitur, *Molem* vulgò appellant. Earū usus est ad tuendas à fluctibus naves intra portus & navalia. De quarum constructione vide Vitruv. libro 5. Hujusmodi Virgil. lib. 9. describit his verbis: Qualis in Euboico Bajarum in littore quondā Saxea pila cadit. ¶ Et in his omnibus significationibus pila producit penultimā. Quando verò penultimā corripit, accipitur pro rotundā illa sphærula qua luditur. [כידור *chidhór* כדור *chaddúr* σφαῖρος. Gal. *Vne paulme, pelotte, eſtœuf.* Ital. *Palla.* Ger. Ein Ballē die man zur kurtzweil hin vñ her schlecht. Hisp. *Pelota para jugar.* Pol. *Piela.* Vng. *Iapta.* Ang. *A ball.*] à verbo Græco πιλέω, quo, quòd forma sphęrica sit, quę omni ex parte æquia est vel à pilis quibus impleri solet. Plautin Bacch. Ibi te æquia est vel à pilis quibus impleri solet. Plautin Bacch. Ibi te æquia est vel à pilis quibus impleri solet. Plautin Bacch. Ibi te cutsu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo se exercebant magis. Cic. 2. de Orat. Sed ut homines labori assiduo & quotidianō assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, &c. Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 32: Sicut in lusu est aliquid, scitè ac diligenter pilam excipere: sed nō dicitur bonus lusor, nisi qui aptè & expeditè remisit quam acceperat. Celsus lib. 1. cap. 4: Quem verò frequenter citata alvus exercet, huic opus est pilā, similibusq; superiores partes exercere. Quatuor aūt sunt pilarū genera, trigonalis, paganica, follis, & harpastum: quæ omnia explicantur suis locis. Pilæ autem primus invētor fuit Pythus, ut ait Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ A pilæ lusoriæ similitudine etiam pila dicitur quicquid est rotundum instar pilæ. Plin. lib. 12. cap. 10: Cucurbitæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo fiunt.

Pīlŭlă, æ, f. p. quasi parva pila, globulus. [σφαιρίδιον. Gall. *Petite pelotte, pilule.* Ital. *Palleta, pilola.* Ger. Ein tügelin. Hisp. *La pildora, pequenna pelotilla.* Pol. *Pieleczka.* Vng. *Pilula.* An. *A litle ball.*] Plin. lib. 16. cap. 7: Nascuntur in eo pilulæ nucibus nō absimiles intùs habentes flosculos molles, lucernarum luminibus aptos. Idem lib. 30. cap. 11: Scarabæus qui pilulas volvit. Hinc & pharmaca quæ hac forma sumimus, pilulas nominamus. Plin. lib. 28. cap. 9: Vetus axungia phthisin in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco vocabulo καταπότια dicūtur ab absorbendo: nō enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ, sed integræ devorandæ.

Pīlāni, πιλοφόροι. Dicti sunt milites qui pilis pugnabant, testibus Varrone & Festo, alio nomine triarii appellati: ante quos qui prælium capessebant, antepilani dicebantur & principes. Vide suprà in dictione ANTEPILANI.

Pīlārĭī, m. f. σφαιρεῖς. Dicūtur præstigiatores, qui levi agitatione parvas pilas videtur emittere, aut in vas injicere, quum secus faciant. Quintil. lib. 10. cap. 7: Quo constant miracula illa in scenis pilariorum, ac ventilatorum, ut ea quæ emiserint, ultrò venire in manus credas, & quà jubentur, decurrere.

Pīlātim, adverbium à pila. pro columna, Significat per pilas. κατὰ στήλας. Vitruvius: Pilatim struuntur ædificia.

Pīlĕātŭs, Vide PILEVS.

Pīlĭcrĕpŭs, pi, pen. cór. apud Senecam lib. 8. Epist. ad Luciliū, ubi notatur balneorum luxuria, intelligendus est is qui pilas: hoc est, sphæras, aut glomos pice illitos in ignem balneorū, sive vaporarii conficeret, sicubi fortè restingueretur. Quod manifestat Papinius, Sylvarum primo in balneo Etrusci: Quid nunc strata solo referam tabulata, crepanteis Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat, Aedibus, & tenuē volvunt hypocausta vaporē? Meminit hujusmodi pilarum Vitruvius lib. 5. cap. 10: Suspensuræ, ait, caldariorum ita sunt faciendæ, ut primùm sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum: uti pila quum immittatur, non possit intùs resistere, sed rursus redeat ad præfurnium, ipsa per se ita flamma facilius pervagabitur sub suspensione.

Pĭlātŭs, Vide PILVM.

Pilentum, ti, n. s. Vehiculi genus quo matronæ vehebantur. [בכב *tsáb.* μετιωρον ὄχημα. Gal. *Char, ou coche, littiere.* Ital. *Carretta.* Ger. Ein hangender wagen. Hisp. *Carro* Pol. *Kolebka, albo kareta.* Vng. *Kolya, hinto.* Ang. *A wagon or chariot with fowre wheeles that women were wont to be caried in.*] Horat. lib. 2. Epist. Effeda festinant, pilenta, petorita, naves. Ex quo Horatii loco patet non omninò idem esse cum petorito, ut nonnulli putaverunt: sed tamen fortassis illi non dissimile. Est enim pilentū Hispanorū inventum, petoritum aùtem Gallorum. Varro de lingua Latina in consuetudinem sua ætate primùm veniisse scribit. Estq; ejus formæ qua nostri temporis principum Italiæ mulieres vectantur, ita libratum ut considentes in pulvinis, in aëre suspensæ agitari videantur. Virg. 8. Aeneid. - castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus: id est, pensilibus, ut interpretatur Servius Lib. 5. ab Vrbe: Honorēq; ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: ut pilento ad sacra, ludosq;, carpentis festo, profestoq; uterentur.

Pīlĕus, pilei, m. s. Tegmen capitis: quod & pileum dicitur. [מגבעה *mighbahâh.* πιλος, πιλίον. Gall. *Vn chappeau ou bonnet à couurir la teste.* Ital. *Cappello, barretta.* Ger. Ein Hut/parret/kappen. Bel. Een bonet. Hisp. *Sombrero.* Pol. *Czapka.* Vn *Swoueg.* Ang. *A cap or bonet.*] Plaut. in Amphit. Vt ego hodie raso capite calvus accipiam pileum. Persius Sat. 5: - hanc nobis pilea donāt. ¶ Quandoq; pileus pro libertate usurpatur. Hinc apud rerū Romanarū scriptores, servos ad pileum vocatos legimus; hoc est, ad libertatem, cujus insigne est pileus. Livius lib. 24: Posterō die servi ad pileum vocati, & carcere vincti emissi. Suet. in Tib. Servisq; ad pileum frustrà vocatis, in Siciliam profugit. Accipiebant enim servi pileum raso capite, quum manumittebantur.

Pīlĕŏlŭs, & Pileolum, li; cum accentu in antepenultima, Parvus pileus. [πιλίδιον, πιλίσκος. Gall. *Petit chappeau.* Ital. *Picciolo capello.* Ger. Ein hütlin/parretlin Hisp. *Pequenno sombrero.* Pol. *Czapeczka.* Vng. *Swuegeiske.* Ang. *A litle cap or bonet.*] Horat libro 1. Epist. Vt cum pileolo soleas conviva tribulis. Ovid, 1. de Arte: ne turpe putaris Pileolum nitidis imposuisse comis.

Pīlĕātŭs, a, um, Qui pileo tectus est, [πιλίον ἔχων. Gall. *Couuert d'vn chappeau.* Ital *Coperto da capello.* Ger. Der ein Hut oder parret auff hat. Hisp. *Cubierto de sombrero.* Pol. *Czapka nakryty.* Vng. *Swuegos.* Ang. *That is coucred with a cap or bonet.*] Liv. 4. bell. Pun. Pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt. Vnde servi pileati qui pileo impositio vendebantur. Gell. lib. 7. cap. 4: Pileatos servos venū ire solitos, quorū nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sab. Iurisperitus scriptū reliquit.

Pilicrepus, Pilula, Vide PILA.

Pilo, as, priore corr. Vide PILVS.

Pilo, las, priore prod. πιλέω. Græcum est, & significat complānō. A quo sunt cōposita, Cōpilo, Expilo, Oppilo, & Suppilo.

Pīlum, li, priore producta, n. s. Telum Romanum, à perimendo dictum, quasi perillum, ut inquit Varro, [דרך *chets.* πιλος, *βασὶς.* Gall. *Dard.* Ital. *Dardo.* Ger. Ein dreyspitzig Spießlin/welches die Römischen Kriegsleut gegen dem Feynd schussen. Hisp. *Dardo.* Pol. *Oszczep albo włocznia.* Vng. *Darda.* An. *A dart or iauelme.*] Hujus hastile, teste Vegetio, erat pedum quinque semissis, & ferrum trigonali figura novem unciarum. Eraht autem pilā (Varrone autore) tela Romanorum, sicut Gesa Gallorum, & sarissæ Macedonum: Lucan. lib. 1: - pila minantia pilis. Idem lib. 3: Pila sed in medium venēre trementia pectus. Virgil. 1. Georg. Scilicet tempus veniet, quum finibus illis Agricola incurvo terram molitus aratro, Exesa inveniet scabra rubigine pila. Horat. 2. Serm. Satyr. 1: neq; enim quivis horrentia pilis Agmina, hec fracta pereūtes cuspide Gallos, Aut labētis equo describet vulnera Parthi. Plautus in Curcul. Quia ex te hodie faciā pilū catapultariū. Hinc primipilus, πρωτοπιλος, & præpilatę hastę: hoc est præferratę: de quibus infrá. ¶ Præterea pilū, à pinsendo: seu ut placet Servio, à Pilūno, instrumentū quo aliquid in mortario teritur. [פלי *heli.* ὕπερος. Gal *Pilon de mortier.*

Ital. *Il pestello co'l quale si pestano le cose nel mortaio.* Ger. Ein stösset eines Mörsels. Hisp. *El maco para majar en pila.* Pol. *Tłuczek.* Vn. *Mosarłórò.* Ang. *A pestle.*] Plin.lib.18.cap.10: Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata, & stella intùs denticulata, ut nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroq; frangantur. Pilum Græcũ. V. Tolleno. Primũ pilum vocabatur prima centuria in exercitu Romanorũ: quòd circa signa gravis armatura cõstituta esset, in qua inter cætera armorum genera hastile erat pedum quinq; & semissis, quod pilũ nominabant. Cæsar lib.5.bel.Gall. Tum T. Baluentio qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ autoritatis, utrunq; femur tragula trajicitur. Reliqua vide in dictione PRIMIPILVS.

Pīlātŭs, a, um, Pilo armatus. Martialis lib.10: Et pilata redit jãq; subitq; cohors.

Pĭlŭs, li, priore corr. m.f. generalius est quàm capillus. [שער *schahar.* ϑρίξ. Gall. *Poil.* Ital. & Hisp. *Pelo.* Ger. Ein har/es sey am leib wo es wölle. Bel. Een haer/pijl. Pol. *Włosi dzieskol wiek nacztelie.* Vng. Zŏrŏs. An. *The heare.*] Propriè enim capillus de iis tantùm dicitur qui caput vestiunt, quũ pilus omniũ partium corporis sit cõmunis. Plin.lib.11. cap.37: In capite cunctorũ animalium homini plurimus pilus. Cic.2.de Natura deorũ: Muhitaq; sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Iuven. Satyr.9: Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura. Horat.2. Epist. 1: Vtor permisso, caudæque pilos ut equinæ Paulatim vello. Hæc tamen differentia nonnunquam confunditur. Accipitur enim capillus interdum generaliter & in eadem significatione in qua utimur nomine pilus. Gel.lib.12.cap.1: Si ovium lacte hœdi, aut caprarũ agni alerentur, cõstat ferè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. ¶ Pili longiores, proni in colla atq; armos vestientes, jubæ dicuntur: pili verò crassiores, rigidi, quales habent sues, vocantur seræ. ¶ Pili nõ facio, Nec pilo quidem melior: de re nullius momenti. Cic.ad Quint.Frat.li.2: Nihil est quod vereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Catul. Epigr.17: Ludere hanc sinit, nec pili facit uni.

Pĭlo, las, pen. corr. n.p. à pilus, Pilos emitto. [τριχόω. Gall. *Produire du poil.* Ital. *Fare i peli, mandar fuori i peli.* Ger. Haar vberkommen/haarechtig werden. Hisp. *Pelechar.* Pol. *Kosłmacztesie porasłam włosłam.* Vng. *Meg zŏrŏsŏdŏm.* Ang. *To bring out heare, to growe hearie.*] Accius: Tunc primùm pilabant genæ. Afranius: Meum præterea corpus nunc pilare primùm cœpit. ¶ Interdum ponitur pro pilos detrahere. [מרט *marát.* ἀποτριχῶν. Gall. *Arracher le poil.* Ital. *Pelar, trare i peli.* Ger. Das haar außrauffen. Hisp. *Pelar, quitando pelos.*] Mart. Quòd pectus, quòd crura pilas. Idẽ lib.6: Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto, Teq; pilare tuas testificare nates. Hinc Depilo.

Pĭlōsŭs, adjectivum, Pilis abundãs. [שעיר *sahír.* τριχώδης. Gall. *Pelu.* Ital. & Hisp. *Peloso.* Ger. Haarechtig/voll haars. Pol. *Kosłmati.* Vng. Zŏrŏs. Ang. *Hearie, full of heare.*] Varro 2. de Re rustica cap.5: Oculis magnis, & nigris, pilosis auribus. Cicero in Pisonem: Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. ¶ Pilosiora folia, quæ in ipsa superficie veluti adnatos quosdam pilos ostendere videntur. Plin.lib.20.cap.16: Econtrariò quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis, & aculeatis, trita mellis odorem habet.

Pīmpĭnēllă, Pampinella, & Bipennula, & Sanguisorba ideò vocatur: quoniam vulneribus injecta, ferrum & spicula facilè, ac citra sensum doloris exugat, folio parvo orbiculato.

Pĭna, Vide PINNA.

Pinacas, vel Pinaces, πίνακες, Græci dicunt pugillares: id est, tabellas ceratas: & per diminutionem πινακιδίσκ id est, tabellę, in quibus capita omnium rerum continentur: Latinè Indices dicimus Plinius codicillos interpretatur.

Pīnăcŏthēcă. [Ger. Ein Ort dareyn man Gyhergeschirr/Heyonts sche tücher/ gemäl/ vnd dergleichen kleynot behaltet/ Ein tab/tafel/ futer.] Locus est in quo tabulæ pictæ, argentum cælatum, stragula vestis, signa & ornamenta reponuntur. Plin.lib.35. cap. 2. vocat tablinum. Vtrunq; nomen dictum est à tabulis, quæ in hoc loco præcipuè asservabantur. Nam quas Latini tabulas, Græci vocant πίνακας. Varro 1. de Re rust. cap.2: Quum hujus spectatũ veniant villas, nõ ut apud Lucullũ, videant pinacothecas, sed oporothecas. Plin.li.35.cap.2: Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuũt, alienasq; effigies colũt.

Pĭnāstāllŭs: id est, peucedanum, herba sataria.

Pinaster, Vide PINVS.

Pĭncĕrnă, æ, f.p. Pocillator, qui vinum convivis miscet, qui est à poculis. [משקה *maschkeh,* οἰνοχόος. Gall. *Sommellier, escuyer à coupe.* Ital. *Pincerna, coppiero.* Ger. Ein Eynschenck. Hisp. *El escanciador, ò copero.* Pol. *Podczaśi.* Vng. *Pohárnok.* Ang. *A butler that waiteth on a mans cuppe.*] Talem Poëtæ fabulantur in cœlo esse Ganymedem, in Hebes locum, quæ antè eo ministerio fungebatur, suffectum.

Pīndo, is, dere, Ferire est & assiduè percutere. Cornut9 in Pers. Satyr.1, unde pistillũ quo terimus in mortario: de quo infrà.

Pinetum, Pineus, Vide PINVS.

Pīngo, gis, xi, ctum, act.t. Formam alicujus rei ductis lineis repræsento. [חקה *chikkáh* קלע *kaláh.* γράφω. Gall. *Peindre.* Ital. *Dipingere.* Ger. Maten. Bel. Schilderen. Hisp *Pintar.* Pol. *Mabuie.* Vng. *Kepet irok.* Ang. *To paynte.*] Plin.lib.35.cap.8: Adeò colorũ usus increbruerat, adeò ars perfecta erat, ut in eo prælio Ionicos duces pinxisse tradatur. Ciceto Luceio lib.5: Alexander ab Apelle potissimùm pingi, à Lysippo fingi volebat. Idẽ 2. de Orat. Vt in pictura qui hominis speciẽ pingere perdidicerit, is potest cujusvis vel formæ, vel ætatis, etiã si non didicerit, pingere. ¶ Pingere humũ variis floribus, est versicolorem florum varietatem humi spargere: Plautus in Sticho: Age tu ocyus, pinge humũ, consperge antè ædes. ¶ Vsus est pro describere Cic.ad Attic. lib.4: Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. ¶ Hujus verbi cõposita sunt, Depingo, & Expingo, quorum significata vide suis locis.

Pĭctŭs, a, um, [מחקה *mechukkéh* קלוע *kaluáh.* γεγραμμένος, ζωγραφηθείς. Gal. *Peint.* Ital. *Depinto.* Ger. Gemaatet. Hisp. *Pintado.* Pol. *Malowani.* Vng. *Ki irattatot.* An. *Paynted.*] Plautus in Menæch. Tabulã pictã in pariete. ¶ Aliquãdo nomẽ est, & ponitur pro ornatus. Cic. de Clar. Orat. Quo nihil potest esse pictius.

Pĭctūrā, æ, f.p. Ars pingendi. [עקין *miklahá.* γραφική. Gall. *Peinture.* Ital. *Dipintura.* Ger. Die Malerkunst. *Item,* ein gemät. Hisp. *Pintura, ò arte de pintar.* Pol. *Malowanie, maliarstwo.* Vng. *Képirás.* Ang. *Paynthing or the art of paynthing.*] Plin.lib.35. cap.9: Quinimò certamẽ picturæ, etiam florente eâ institutum est Corinthi. ¶ Dicuntur, & picturæ, tabulæ vel aliæ res pictæ. Cic.6. Verr. Negò ullam picturam neq; in tabulis, neq; textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, & quod placitũ sit, abstulerit. Idẽ in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: cõtrà alios nitida, læta, collustrata, delectãt. Idem in Tuscul. Homerum tradunt cæcum fuisse: at ejus picturam nõ poëtis videmus. Idem 2. Academic. Oculi pictura tenentur, aures cantibus. In pictura olim floruêre Zeuxis, Parrhasius, Apelles, aliique nõnulli, quorum nomina & opera exequitur Plinius Natural. Historiæ lib.35. De poëti & pictura Simonidis scitè dictum, vide in dictione LEX.

Pĭctūrātŭs, Varia pictura exornatus. Opus picturatum metallis, Claudia. in 7. Paneg.

Pĭctŏr, m.t. Qui quid pingit. [מחקה *mechakkéh* קלע *kolĕáh.* ζωγράφος. Gall. *Peintre.* Ital. *Di pintore.* Ger. Ein Maler. Hisp. *Pintor.* Pol. *Maliarsi.* Vng. *Képiro.* Ang. *A paynter.*] Horat. de Arte: pictoribus atq; poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Cic.4.Acad. Multa vident pictores in umbris, & in eminentia quæ nos nõ videmus. Idẽ 2. de Leg. Dignissima aũt dona habent & formę ab uno pictore uno absolutæ die.

Pĭctōrĭŭs, Adjectivum. [γραφικός. Vn. *Iros kép irasos.*] Iulianus Digest. lib.38. Tit.1. l.23: Hæ operæ quas libertus promisit, multum distant à fabrilibus, vel pictoriis operis.

Pīnguĭs, & hoc pingue, om.t. Contrarium Macro. [ברא *barí* דשן *daschén* שמן *schamén.* παχὺς, λιπαρός. Gal. *Gras.* Ital. *Grasso.* Ger. Feist/wolgeleibt Bel Vet. Hisp. *Graesso ò gordo.* Pol. *Tłusty.* Vng. *Kövér.* Ang. *Fatt.*] Plin.lib.10.cap.50: Fœminæ quidem nõ omnes ad saginã eliguntur, nec nisi in cervice pingui cute. Virg.1. Georg. Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina. ¶ Aliquãdo pro fœcũdo & ubere. εὔγεως. Virg.4. Georg. Et pingues hortos. Idẽ 3. Aeglog. Heu heu, quàm pingui macer est mihi taurus in arvo. ¶ Aliquando pro imperito & inepto. Cic.lib.4.Acad. Quod ipsi Antiocho pingue videtur, & sibiipsi contrariũ. Pingue, substantivũ, neutri generis, propriè dicitur quod inter carnem & cutem est, succo liquidum, πάρ, πιμελή: differtq; ab adipe quòd hic musculorum extremitati mẽbranisq; adhæreat, & frigefactus durus evadat & fragilis. Qua de re vide plura apud Plin. lib.11. cap.37, & suprà in dictione. ADEPS. Virgil.3. Georg. & omnes Impendunt curas denso distẽdere pingui. ¶ Pingui Minerva aliquid agere: hoc est, crassè, & impolitè. Colum. in Præfatio. totius operis: Potest enim nec subtilissima, nec pingui (quod aiũt) Minerva res agrestis administrari. ¶ Hinc componitur Præpinguis, ὑπερπαχύς. Columel.lib.4: Ideoq; non est vineis apta, vix etiam arbustis, nisi præpinguis. A pinguis fit Impinguo, guas, παχύνω.

Pīnguĭtĕr, adverbium. [λιπαρῶς, παχέως. Gall. *Grassement, grossement, lourdement.* Ital. *Grassamente.* Ger. Feistigklich/mastiglich. Hisp. *Gruessa, ò grosseramente.* Pol. *Tłuście.* Vng. *Kövérön.* Ang. *Fatlie, grosselie.*] Colum.lib.2.cap.2: Proximum deinde huic pinguiter densum.

Pīnguēdo, inis, & Pinguitudo, inis, f.t. licet Servius Grammaticus Latina esse neget: à viris doctissimis tamẽ usurpantur: ut plurimis exẽplis docet Beroaldus in Serviũ. [דשן *déschen* שמן *schémen* משמן *mischmán.* λιπαρία, παχύτης. Gall. *Graisse.* Ital. *Grassezza.* Ger Felste. Bel. Vetheyt. Hisp. *Grossura.* Pol. *Tłuszcz.* Vn. *Kövérség.* An. *Fatnesse or greas.*] Plinius: Omni pinguedine detracta, in olla caro decoquitur. Idem lib.23. cap.8: Nuces

avellanæ

avellanæ cáptis dolorem faciũt inflationem stomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm sit verisimile. Var. 3. de Re rust. cap 9, de gallinis loquens: Et lux pinguitudini inimica. Colum. lib. 2. cap. 15: Ea res admonet nos, inesse tali materiæ naturalem pinguitudinem & succum. ¶ Quintil. libro 1. cap. 11: Quarundam enim vel exilitate; vel pinguedine nimia laboramus. Quid autem sit pinguedo, sive pinguitudo, sive etiam pingue neutri generis, & quomodo differant ab adipe & sevo, ex Plinij sententia abundè docuimus in dictione ADĒPS.

Pīnguĭārĭus, rii, m. s. Qui pinguia amat: [φιλοπίμελος, φιλόλιπος. Gal. *Qui aime choses grasses, graissier.* Ital. *Chi ama le cose grasse:* German. Der gern feiste ding hat. Hisp. *Amador de cosas gruessas.* Polon. *Wttuśłosći sie kochaiaci.* Vng. *Kĕuarseg zeretŏ.* Angl. *That loueth fatt thinges.*] Mart. lib. 11: Carnarius sum; pinguiarius non sum: hoc est, carnosam, & corpulẽtam amicam opto, non nimis pinguem.

Pinguēfăcio fēcis, n. t à Pingueo, gues. Pinguis fio. [שמן *schmán* דשן *daschén.* παχύνομαι. Gall. *S'engraisser, deuenir gras.* Ital. *Diuenir grasso.* Ger. Feist werdẽ. Hisp. *Engordarse.* Pol. *Tłuścieie.* Vng. *Meg kŏuerŏdŏm.* Ang. *To waxe fat.*] Colum. lib. 2. cap. 11: Omne emaciatum armentum medica pinguescit: id est, pingué fit: Martial. lib. 5: Pinguescit nimio madidus mihi crinis amomo; Virgil. 1. Georg. -bis sanguine nostro Aemathiam & latos Hemi pinguescere campos.

Pinguefăcio, pinguefacis, Pinguẽ reddo, & passivũ pinguefio: [השמין הבריא *hibrí hischmin* דשן *dischschén.* παχύνω. Gal. *Engraisser.* Ital *Ingrassare.* Germ. Feist machen/mesten. Hisp. *Engordar otra cosa.* Pol. *Tuczem czynie.* Vng *Meg kouerettŏm, hizlalom.* Angl. *To make fat.*] Plinius lib. 16. cap. 44: Dein ea pinguefacit.

Pinnă, æ, f. p. Propriè penna durior & non pluma. [אברה *ebrâh.* πτέρυξ. Gall. *Plume.* Ital. *Penna.* Ger. Ein grobe fãder. Hisp. *Pluma.* Pol. *Pipa.* Vngar. *Toll.* Angl. *The great feather or a birde.*] Nam penna nomen generale est ad plumas & pinnas: Varro lib. 3. de Re rust. cap 7, de columbis: Qui jam pinnas habere incipiunt, in nido relinquuntur, illisis cruribus: Idem de gallinis: Eligat fœcundas pleruque rubicunda pluma, nigris pinnis. Colum. lib. 8. cap. 4: Siccus etiam pulvis & cinis, ubicunque cortem porticus; vel tectum protegit juxta parietes reponendus est, ut sit quõ aves se perfundant. Nam his rebus plumam, pinnasque emundant. ¶ Pinna etiam quidvis acutum significat. Vnde & pinnæ murorum: id est, summitates. [ἐπάλξεις. Gall. *Creneau de mur.* Ital. *Merlo di muro.* German. Zinnen an der mawren Hispan. *Almena del muro.* Polon. *Koncza toſo, albo wie ſch murow.* Vngar. *Tetŏ hegy.* Angl. *The batlements of walles.*] Livius libro 40: Muri pinnæ aliquot locis decussæ. ¶ Pinnas etiam gestare gladiatores solebant. Vnde pinnuapi retiarii dicuntur, quòd pinnas è galeis mirmillonum jacto reti exciperent. ¶ Sunt etiam pinnæ, quibus innatant pisces, & quarum adminiculis, veluti remis in natando utuntur. [סנפיר *snapir.* Ger. Fisch fãderen/damit die fisch schwimmen. Pol. *Skrzyne.* Ang. *The fine of a fishe.*] Plinius lib. 9. cap. 14: Pinnis quibus in mari etiuntur, humi quoque vice pedum serpunt. ¶ Pinna præterea est conchæ genus, πίννα. vulgò, *Nacra.* Nascitur in limosis, subjecta semper, nec unquam sine comite, quem pinnotherem nonnulli; alii pinnophylacem vocant: is est squilla parva, qui cum pinna quærendæ escæ societatem init: Autor Plin. lib. 9. cap. 42. Cicero 2. de Natura deorum: Pinna verò (sic enim in Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva squilla, quasi societatem coit comparandi cibi.

Pinnŭla, diminutivum à pinna, Est summa pars auris, ab acumine dicta. λοβός. ¶ Aliquando parva pinna: id est, pẽna. πτερύγιον. Colum. lib. 8. cap. 5: Inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares trajecta. ¶ Aliquando pinnula dicitur illud quo veluti remigio quodam natant pisces. Plinius lib. 7. cap. 57: Quædam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu.

Pinnăcŭlum, li, n. s. Fastigium & summitas ædificii in acumen tẽdentis. [גג *ghab* הגבה *Hghaph.* ἐπαλξις, πτερύγιον, ἀκροκέραμον. Gall. *Le plus haut & cime d'vn bastiment.* Ital. *Cima.* Ger. Der gipffel oder spitz eines gebeuws. Hisp. *Lo mas alto del edificio, cima.* Pol. *Spicza.* Vng. *Tetŏ.* Ang. *A pinnacle or highest toppe of a thing.*] Dictũ vel ab eo quòd veteres pinnam dicebant quicquid esset acutum: unde Bipennis, securis quæ utrinque aciem habet, vel quòd pinnaculis addi pinna consuevit, quæ facili motu, ventorum indicaret flatum, quod genus nunc *Pinniculum* vulgò dicitur.

Pinnātŭs, a, um, adjectivum, Quod pinnas habet: [πτερωτός. Gal. *Qui a des plumes, ou aisles, aisle* Ital. *Pennato.* Germ. Das ein gefider mit groben vnnd harten fãderen hat. Hisp. *Lo que tiene plumas y alas, alado.* Pol. *Pierzę grabe y ostre maiący.* Vng. *Tetŏs.* Ang. *That hath finnes or great feathers.*] ut pinnatus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. Cic. 3. de Nat deorum: Dianæ item plures: primas habente. Cic. 3. de Nat deorum: Dianæ item plures: primas Iovis & Proserpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. ¶ Pinnata folia dicuntur, pinnarum modo aculeatá: Plin. lib. 16. cap. 10. de abiete: Folio pinnato densa. ¶ Pinnatus fulgor. Plin. lib. 37. ca. 7: Proximos illis carbunculos, quos vocant syrtitas, pinnato fulgore rádiantes.

Pinnĭrăpus, pi, penult. corr. Gladiator retiarius, qui mirmillonì adversario pinnam: hoc est, acúram galeæ summitatem rapiebat. [πτερυγολάφος. German. Ein fechter.] Iuven. Satyr. 3: Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ.

Pinso, sis, sui, pistum, & pinsum, act. t. apud Vitruvium sæpiùs, teste Budæo: & pinsitum, penult. corr. apud Colum. In pila, sive in mortario contundo & contero, vel potiùs, ut inquit Cornut. pilo tundo. [דך *dach* שחק *schachák* כתש *schathásch.* μάσσω, λειαίνω. Gall. *Piler en vn mortier, broyer.* Ital. *Pestare, frangere.* Ger. Klein zerstossen / wie man vorzeiten ehe das mütenwerck ist erfunden worden/das Getreid zu mãt zerstossen hat. Belg. *Ou stucken stooten oft stampen.* Hispan. *Majar en pila.* Pol. *Wmośłszyć albo wśtupić tuke.* Vng. *Swrŏk.* Ang. *To braye in a morter.*] Antiqui enim ante molarum usum frumenta igni torrebant, & in pilas missa pistillis tundebant, rerebantque. Colum. lib. 2. cap. 9: Panicum pinsitum, & evolutum furfure, sed & milium quoq; pultem, quavis inopia, maximè cum lacte, non fastidiendam præber. Pomponius: Quum neque molis molui, neque palmis pinsui. ¶ Aves pinsere dicuntur; quum rostrum rei alicui crebrò impingũt. Vnde & Persius metaphoram illam sumpsisse videtur, Satyr. 1: O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit: hoc est, rostro tundit, & percutit, ciconiam appellans digitos in formam rostri ciconiæ cõtractos: quod genus olim erat irrisionis apud Italos. Vide CICONIA.

Pīstŭs, a, um, participium, Contusus. [דוך *dach* שחוק *schachúk* כתוש *chathúsch.* κεκομμένος, κεκραγότες. Gall. *Pilé, broyé.* Ital. *Pestato.* Ger. Zerstossen/zerstampffet Hisp. *Majado.* Pol. *Stłu czony, wiłebie.* Vn. *Swlt.* Ang. *Brayed or grounde in a morter.*] Plin. lib. 28. cap. 10. Si pistæ serantur.

Pīnso, sas. In eodem sensu quo pinso, sis, φλάω, Varr. lib. 1. de Re rustica: Promendo diem ut in pistrino pinsetur, ac torreatur: id est, tundatur, vel frangatur.

Pinsĭto, tas, penult. corr. frequentativum à pinso sis, ἀναμῶτω. Plautus in Asinaria: Qui polentam pinsitant: id est, contundunt. Alii ibi legunt, pransitant.

Pīnsŏr, oris, m. t. Qui in pila frumentum comminuit: [שחק *schachek* כתוש *chatúsch.* κόπτης, μασσήτης. Gall. *Pileur ou broyeur.* Ital. *Con pesta in mortaro* Germ. Ein frucht klapffer zu mãt. Hisp. *Majador.* Vng *Buzatŏ.* Angl. *He that or every or grindeth thinges in a morter.*] postea etiam de eo dici cœpit qui farinam subigit, panemque conficit: quem nunc *pistorem* dicimus. Varro: Nec pinsorem ullum nostri, nisi qui in pistrino pinsaret farinam. Pistorem in melioribus exemplaribus legitur, non pinsorem. Vide PINSO. Antiqui pinsere generaliter sumpserũt pro quovis modo tundere sive percutere.

Pīstŏr, otis, m. t. à pinso, sis. [אפה *opheh.* Gal. *Pestrisseur, boulenger.* Ital. *Pistore, fornaio.* Germ. Vorzeiten ein stempffer/der frucht zu mãt / zu vnserer zeit heißt es ein Brotbeck oder ein Pfister. Belg. Een Backer. Hispan. *Panadero ò majador.* Polon. *Piekarz.* Vng. *Kinyerſutŏ.* Angl. *A baker of breade.*] Olim dicebatur qui ante inventum molarum usum, frumenta in pilis pinsebat: hoc est, contundebat. Postea tamen id nomen ad eos quoque translatum est, qui subacta farina panem conficiant, quos Græci vocant ἀρτοκόπους. Plin. lib. 18. cap. 11: Pistores Romæ non fuerunt ad Persici usq; bellum, annis ab Vrbe condita supet quingentos octoginta quatuor. Sueton. in Cæsare: Domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeò, severeque rexit, ut pistorem alium, quàm sibi panem convivis subjicientem, compedibus vinxerit. Varro in Satyra de eduliis: Si quantùm operę sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem, &c. Atteius Capito, pistores tantùm eos qui far pinsebant nominatos esse tradit, eosque coquere solitos panem tostum lautioribus.

Pīstōrĭcŭs, a, um, Pistorius, quod ad pinsendi artem sive ad pistores pertinet. [ἀρτοκοπικός. Gal. *Propre ou conuenable à boulenger.* Ital. *Da pistore.* Germ. Des brotbecken oder Pfisters. Hisp. *Cosa de panadero.* Pol. *Dopiekarſtwa należący.* Vngar. *Kinyerſutheż valo.* Angl. *Belonging to bakers of breade.*] Caius Iurisconsultus: Si quis servos habuerit proprios, sed quorum operas locabat, vel pistoricas, vel histrionicas, servorum appellatione legasse hos videtur.

Pīstōrĭus, a, um, Quod ad pistorem pertinet: [ἀρτοκοπικός. Gall. *De boulenger.* Ital. *Di pistore.* Germ. Dem Brotbecken oder Pfister zugehörig Hisp. *Cosa de panadero.* Polon. *Piekarski.* Vng. *Kinyerſutheż valo.* Ang. *Of a baker of breade.*] ut Ars pistoria, Opus pistorium: nomen generale ad omnia delicatiora panum genera; ut quæ saccharum, mel, ova, butyrum, caseum, vel amygdalas recipiunt: cujusmodi erant quas placentas & mazas appellabãt. Plin. lib. 18, c. 11: Quidam ex ovis, aut lacte farinam subigunt;

[illegible] mos, butyro verò gentes etiam pacatæ, ad operis pistorii [illegible] fraudante cura.

Pistor, ōris, majus p. stricis, fœmininum à pistor, Quę vel fruges molit, vel panem conficit. [מטחן *ophdh.* μυτωνὸς, ἡ. Gal. *Boulengere.* Ital *Fornaia.* German. Ein Brotbeckin oder Pfisterin. Hisp. *Panadera* Pol. *Piekarka.* Vng. *Kinyerſwtő aʒʒony.* Ang. *She that baketh breade.*] Erat enim id apud priscos Romanos præcipuè mulierum opus, teste Plin lib. 18. cap. 11. ¶ Est item pistrix, icis, [illegible] en genitivi prod. bellua marina ingentis magnitudinis: cujusmodi fuisse feruntur quibus Hesione & Andromeda expositæ fuerunt. ¶ Pistrix ab antiquis pro pistrino quoque usitatum, quod indicat Varro libro 4. de ling. Lat. citans ejus rei testem Lucilium poëtam antiquum: Extat autem Lucilii carmen, cujus meminit Varro apud Festum in dictione Mamphula: Pistricem validam si nummi suppeditabūt, Addes empleurum, mamphulas quæ sciat omnes. Hoc cùm Scaliger primus observaverit, ab illo nos sumpsisse fatemur. ¶ Item sidus cœleste, à quadam belluæ hujus similitudine dictum. Cic. in Arato: Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit. Ibidem:- & fera pistrix Labitur, horribiles epulas funesta requirens. Et tursum: Hac una stella vertuntur quam jacit ex se Pistricis spinæ valida cum luce refulgens. Et paulò pòst: Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ Inter pistricem fusæ, sparsæque videntur.

Pistūra, æ, pen. prod. f. p. [ἡ ἀρτοκοπία, ἡ ἀρτοποιΐα. Gall. *Pestrissure, boulangerie.* Ital *Pestamento, arte da pestare.* Ger. Das Beckenwerck/ oder außstampffung. Hisp. *Panaderia, arte de majar* Pol. *Pukarſtwo.* Vn. *Kinyerſwtes.* Ang. *Baking of breade.*] Ars pinsendi, sive (ut alii loquuntur) pisendi: hoc est, frumenta tunicis suis exuendi. Plinius lib. 18. cap 10: Pistura non omnium facilis, quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato. fistula serrata & stella intùs denticulata, ut nisi intenti pinsant. (aliàs pisant) cōcidantur grana ferroque frangantur. Et paulò pòst: Et ipsa quæ evelluntur, varlam pisturam habent

Pistrīnum, ni, n. s. & Pistrina, næ, pen. prod. f. p. Olim dicebatur locus in quo farina molebatur: nomē habens à pinsendo hoc est, contundendo, quòd antè inventū molarū usum, frumenta in pila cōminuerentur. [μύλων, ἀλφιτεῖον. Gal. *Moulin à bras, ou le lieu où on pestrit le pain* Ital. *Pistrino, molino.* Ger. Ein Stampff/ein ort an welchem man vor zeiten das getreid in Mörseren zu mät stieß/ ehe die mutykunst ist erfunden worden. Hispan. *Atahona, acenna ò molino.* Pol. *Zarna,* Vng. *Buza rőrő hely, Malom,* idem vulgò, sed falsò, *ſwrő haz.* Ang. *A mill, or bakehouſe.*] Deinde quamvis mutata re, mansit pistrini nomen etiam illi loco in quo molis servorum, jumentorúmve opera circumactis fruges comminuebantur. ¶ Pistrini item nomen postea cœpit usurpari pro officina in qua opera pistoria: hoc est, panes delicatiores fiebant, cujusmodi erant quas placentas & mazas appellabant. Sueton. in August. Et modò unguentariam tabernam, modò pistrinum Ariciæ exercuisse objicit. Terent. in Andr. Verberibus cæsum te in pistrinum Dave dedam usque ad necem: Ea lege, atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. Cicero 1. de Orat. Oratorem in judicia, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam. ¶ Per translationem Pistrinum pro opere ac munere ingentis laboris, & molestiæ & negotii pleno. Cic. de Oratore: Tibi mecum erit, Crāsse, in eodem pistrino vivendum.

Pistrīnālis, f. p. Idem. Plin. lib. 11. cap. 9: E' siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima. Item Lucilius 16. fœmininé extulit: Media è pistrina ad tabernam referens. Sosipater lib. 1.

Pistrillă, læ, diminutivum à pistrino, secundum Priscianum, χαρεμύλων. Nam diminutiva (*inquit*) quandoque diversa sunt à genere nominum primæ positionis, sicut à scuto scutella. At Donatus à pistrina deducit: nam & id aliquando legitur. Est autem pistrilla, mola trusatilis quæ manibus versatur. Terent. in Adelph. Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pistrīnārius, molitor. [μυλωθρός. Vng. *Molnar, ő-lő*] Ulpianus D. lib. 16 Tit. 3. l. 1: Si quis servum custodiendum conjecerit fortè in pistrinum, siquidem merces intervenit custodiæ, puto esse actionem adversus pistrinarium exconducto.

Pistrīnensis, nense, om. t. Quod ad pistrinum pertinet. [μυλικός. Gall. *Appartenant à moulin.* Ital *Pertinente à molino.* Ger. Das zu einem Kornstampff gehört. Hisp. *Cosa de atahona ò molino* Pol. *Zarnowy.* Vng *Malomhoz valo.* Angl *Belonging to a mill or bakehouſe.*] Apuleius in asinum versus molas pistrinenses per circuitus multivios circumegisse se festiviter ait, describens quales essent ministri in pistrinensi contubernio. Sueton in Calig. cap. 39: Quicquid instrumenti veteris Aulæ erat, ab urbe repetit, comprehensis ad deportandum meritoris quoque vehiculis & pistrinensibus jumentis.

Pinsŏr, oris, Vide PINSO, is.

Pinŭs, fœminini generis, olim etiam masculini: & tàm quartæ quam secundæ declinationis. Arbor est picei generis, nuces ferens omnium maximas, quas Latini pineas, Græci κώνους vocant. [πίνος, κῶν©. Gall. *Vn pin.* Ital. & Hisp. *Pino.* Germ Ein Fiechtenbawm / sein frücht sind die zirbelnüßlin. Pol. *So ſosna.* Vng. *Fenyő fa.* Ang. *A pyne tree.*] Virg. 7. Aeglog. Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis. Legitur & pinea, pro hac ipsa arbore. Colum. lib. 5. cap. 10: Eodem tempore juglandem, & pineam, & castaneam serere oportet.

Pīnĕus, a, um, Quod est natū ex pinu. [πίτνος. Gal. *Du pin.* Ital. *Di pino.* Germ Fiechtbáwmin/ auß fiechtenbawm. Hisp. *Cosa de materia de pino.* Polon. *So ſosnowi.* Vng. *Fenyőfabol valo.* Ang. *Of a pine tree.*] Plin. lib. 15. cap. 10: Pinea corona apud Isthmium victores coronabantur. Virg. 9. Aeneid. Pinea sylva mihi multos dilecta per annos, Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant, &c. Ovid. 2. Fastor. Februa poscenti, pinea virga data est.

Pīnētum, n. s. Locus pinis consitus. [πίτνων. Gal. *Vn lieu planté de pins.* Ital. *Luogo doue ſono molti pini.* Germ. Ein fiechtwald. Hisp. *El pinar lugar de pinos.* Pol. *Mieiſce ſo ſosnowa na sradzone.* Vng. *Fenyő erdő.* Ang. *A place planted with pini tree.*] Plinius lib. 27. cap. 8. Chrysolachanon in pineto lactucæ simile nascitur. Succincta pinera Ovid. 15. Metamor. Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt.

Pīnāstĕr, Pinus sylvestris, miræ altitudinis. [πίνος ἄγελα. Gall. *Pin ſauuage.* Ita. *Pino ſalvatico.* Ger. Ein wilder fiechtenbawm. Hisp. *Pino ſylueſtre.* Vng. *Vad fenyőfa.* Ang. *A wilde pine tree.*] Plinius lib. 15. cap. 10: Pinaster nihil aliud est quàm pinus sylvestris.

Pīnĭfĕr, adjectivum, Pinus ferens. [πιτνώδης, πιτνοφόρ©. Gal. *Où croiſſent les pins.* Ital. *Che porta pini.* Germ. Das fiechtenbáwm tregt. Hispan *Que trae pinos.* Vng. *Fenyő fa termő.* Ang. *Which bringeth pine trées.*] Virgil. 10. Aeneid. -multos Vesulus quem pinifer annos Defendit.

Pĭo, as, are, act. p. Piè colo. [טהר *tiher* כטר *chippér.* σέβ©. Gall. *Purger.* Ita. *Purgare.* Ger Andechtigklich oder mit verehrung beweisen/ verehrentlich/ Büssen Hisp. *Alimpiar por ſacrificios.* Pol. *Oczyſcam, albo wuczyſwoſci niam.* Vng. *Zetwl tiztoldom,* aut ki *tiztitom.* An. *To purge be ſacrifice.*] Plautus in Asin. Vbi piem pietatem, si isto more moratam tibi postulem placere? ¶ Quandoq; ponitur pro cōtaminare, pollucre, μιαίνειν, quod & impiare dicitur: quemadmodum sacrum ponitur pro execrabili. ¶ Quandoque pro piè amare. Nævius apud Nonium: Nemo est qui magis suos pier liberos. ¶ Aliquando pro purgo, expio. ἀφοσιῶμαι, ἁγνίζω. Virgil. 2. Aen. & culpam miserorum morte piabunt. ¶ Hujus verbi compósita sunt, Expio, & Impio: quæ vide suis locis.

Pĭātrix, icis, Sacerdos expiationes peragere solita, quæ & saga, & expiatrix dicebatur, teste Festo. ἀγνίστρια.

Pĭāmĕn, inis, n. t. seu Piamentum, ti, n. s. Expiatio, vel actus expiādi, vel idipsum quo ad expiationem utimur. [כטור *chippúr,* κάθαρσις, ἀφοσίωσις. Gal. *Purgatiō.* Ita. *Purgatione.* Ger. Ein büssung/ versünung Hisp. *Purgation.* Vng. *Kitiztitas.* Ang. *A purging.*] Süt autē, teste Festo, dictiones magis poëticæ quàm oratoriæ. Ovid. 2 Fast. Februa Romani dixére piamina patres. Plin. libro 25 cap. 4. Hac evulsa scrobem repleri vario genere fingrum, religio est, & terræ piamentum.

Pĭācŭlum, li, n. s. Sacrificium, cultus, omne quo fit expiatio. [כטור *chippúr.* κάθαρμα. Gall. *Sacrifice, ou toute choſe offerte pour le peché.* Ital. *Sacrificio, ogni cosa che ſi offerisce per la ſatisfattione de peccati.* Germ. Ein versünopffer/ ein jedes so man setzet zur versünung vñ ablegung. Hisp. *Sacrificio ò el pecado de purgar por ſacrificio.* Polon. *Ofiara.* Vng *Meg tiztito aldozat.* Ang *Sacrifice or all thing offred for ſinne.*] Virgil. 6. Aeneid. -ea prima piacula sunto. Horat. lib. 1. Carm. -teque piacula nulla resolvent: hoc est, nullis hostiis te expiabis. ¶ Aliquando dicitur crimen, flagitium. ἄγος. Virgil. Aeneid. 6: Distulit in seram commissa piacula mortem. Vbi Servius: Piacula commissa, propter quæ expiatio debetur.

Pĭācŭlāris, re, com. t Quod ad expiationem pertinet, quod vim expiandi habet. [ἁγνιστικὸν. Gal *Seruant à purger par ſacrifice.* Ital. *Che ſerua à purgare che ſi fa à Dio offeſa.* Ger. Das krefftig ist zur versünung/ das zu der reinigung der Sünden gebraucht wird. Hisp *Coſa de purgar por ſacrificio.* Vng *Meg tiztito aldozathoz valo.* Angl *That ſerueth to purge by ſacrifice*] Liv. lib. 1: Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, &c. Plautus in Epid. Méne piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam, Ut meum tergum stultitiæ tuæ tubdas succidaneum: id est, Oportétne tuam stultitiam meis scapulis expiari? ¶ Piacularia auspicia dicebantur, teste Festo, quæ sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum edidisset, aut in aliam partem corporis quàm oporteret, cecidisset. ¶ Piacularis porta Romæ appellata ob quædam piacula quæ ibi fieri solebant, teste eodem Festo

Pĭābĭlis, le, om. t. Quod expiari potest: [καθαρτὸς, καθάρσι©. Gall *Qu'on peut purger.* Ital. *Che ſi può purgare.* Germ. Welches durch das versünet werden mag Hispan. *Lo que ſe puede purgar.* Polon. *Czo może bicz przednano albo oczyſczone.* Vngar. *Kitiztethato.*

Ang. T'e

Ang. *That may be purged.*] ut Fulmẽ piabile, apud Ovid. 3 Fast. Cui dea, Ne nimium temere, piabile fulmen Est, aut, & fævi flectitur ira Iovis. Hujus contrarium est Inexpiabile.

Piparẽ, h.p. [πιπίζειν. Gall. *Peper comme vne geline, crier en geline.* Ital. *Pipire.* Germ. *Geypsen oder glucken wie die hennen.* Hisp. *Piar.* Pol. *Gdakać.* Vn. *Krzywgnu kodatsolui.* An. *To cluck lyk a henne.*] Dicuntur gallinæ, quum vocem emittunt. Varro in Orig. Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Nonius.

Pĭpĕr, piperis, n.t. πίπερι, Dioscoridi, Nomen arboris, cujus fructus condimentis aptus, & calidus, ex India ad nos adfertur. [Gal. *Poiure.* Ital. *Pepe penero.* Germ. *Pfeffer.* Hisp. *Pimienta, o pebre.* Polon. *Piers.* Vngar. *Borsos.* Ang. *Pepper.*] Persius Satyr. 5: Rugosumq; piper. Dicitur & piperi invariabile, sicut gummi. Piperis arboris, vel potiùs fruticis, descriptionem vide apud Plin. lib. 12. cap. 7. Theoph. lib. 9. cap. 21. Dioscor. lib. 2. ca 176.

Pĭpĕrātŭs, adjectivum, ut P. peratum vinum. [πιπερίτης. Gal. *Poiuré.* Ital. *Mescolato con penere.* Ger. *Gepfefferet/mit Pfeffer angemacht.* Hisp. *Adobado con pimienta.* Pol. *Pierni, opreprzoni.* Vngar. *Borsos.* Angl. *Pepp ered.*] Quod pipere & melle conditum est. Et piperatum acetum, apud Colum. lib. 12 cap 47.

Pipĕritis. Piperitis, t.t. pen. prod. [πιπερίτης. Germ. *Heydnisch wundtkraut / Frawentraut.*] Herba quæ & siliqua strum dicitur, caule rubro & longo, foliis lauri, gustu piperis. Vide Plin. lib 20. cap. 17.

Pipĭlo, pen. cor. Verbum est quo passerum sonus exprimitur. [πιπίζω. Gal. *Peper comme les passereaux ou pousins.* Ital. *Pipire.* Germ. *Geypsen/schreyen wie die spatzen* Hisp. *Piar el gorrion.* Polon. *Cwierkacz.* Angl. *To cheep lyk a sparrow.*] Catullus de passere Lesbiæ. Sed circumsiliens modò huc, modò illuc, ad solam dominam usque pipilabat.

Pipio, pipīvi, itum, pen. prod. Proprium est vocis pullorum. [πιπίζω. Gal. *Pepir.* Ital. *Pipire.* Germ. *Geypsen oder pypen wie die junge vogel.* Hisp. *Pio pio.* Pol. *Piszczek k. rzecze.* Vng. *Sibo k.* Angl. *To cheep.*] Colum. lib. 8. cap. 5: Die undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova percuderint, & auscultet si pipiant. Sunt etiam qui hoc verbum passeribus tribuant. ut in carmine de Philomela, quod Ovidio falsò adscribitur: Pessima cum passer trina flendo pipit.

Pīpiones, m.t. Columbarũ pulli, qua voce utitur Lampridius in Alexandri Vita. [πιπίσκοι. Gall. *Petis o geniteaux.* Ital. *Pippioni.* Germ. *Junge Taubin oder geyserling.* Hisp. *Palomines, polastros de palomas.* Polon. *Golabieta.* Vngar. *Galamb fi.* Angl. *Yong doues, pigeones.*]

Pīpo, Ŏscorum lingua erat ejulabundè conqueri, ut intelligitur ex Festo. Hinc pipatio clamor plorantis apud Festum, & Lupatus apud Varronem lib. 6. de ling. Lat. Nonius pipare esse tribuit proprium Gallinarum ex autoritate Varronis. Mugit, mugire, bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat.

Pīpŭlum, h. pen. cor. n.s. Cõvitium, tractũ à pipatu pullorum. [πιπισμός. *Cherpido, bolegia.* Gal. *Inuire.* Ital. *Inguria.* Ger. *Schmähsamkeit, schmutzung.* Hisp. *Injuria.* Vng. *Igia agoxitok.* Angl. *Iniurie.*] Horatius Satyr. Ita me bene amet Laverna, te jam nisi reddi Mihi vafra jubes, populo hic difficam ante ædes. Nonius.

Pīrāta, m. p. Prædo maritimus. [πειρατής, λῃστής. Gall. *Pirate, larron de mer, corsaire.* Ital. *Corsale, rubbator di mare.* Germ. *Ein Meerrauber.* Bel. *Een Zeeroover.* Hisp. *Cossário, ladron de la mar.* Pol. *Rozbiynik morski.* Vng. *Tolvay.* Ang. *A pirate, a robber on the sea.*] ἀπὸ τοῦ πειρᾶν, quod est tranare vel pervagari: propterea quòd maria pervagentur piratæ, ut in navigantes impetum faciant, insulas, & loca maritima deprædentur. Cic. 7. Verr. Neque omnes sic habent persuasum, istum clàm à piratis quosdam nunc archipiratam pecuniam accepisse. Lucan. lib. 2: Omne fretum, metuens pelagi, pirata reliquit.

Pīrātĭca, sc. fabrilis antivum, f. p. Latrocinatio maritima, prædo rum & piratarum quæstus. [πειρατική, πειρατεία. Gal. *L'estat de corsaire, pirate, ou larrecin de mer.* Ita. *Arte di corsale.* Germ. *Meerrauberey.* Hisp. *Arte y vsanza di cossarios.* Pó. *Sbyanie namorze.* Vng. *Tolvaisag.* Ang. *Piracie and robbing on the sea.*] Cicer. post. reditum in Senatu. Profectò & egestate, & improbitate coactus, piraticam ipse fecisset.

Pīrātĭcus, a, um, adjectivum, Quod ad piratam pertinet: [πειρατικός. Gall. *De pirate, d'vn pirate, meur de mer.* Ital. *Cosa di corsale, di mare.* Germ. *Das eines Meerraubers ist, Meerrauberisch.* Hisp. *Cosa perteneciente a cossarios.* Vn. *Tolvay hoz valo.* An. *Belonging to a pirat.*] ut Piraticum bellum. Cicero post red. Qui in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profectò & egestate, & improbitate coactus piraticam ipse fecisset. Idem 6. Verr. Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romam missi. Puppis piratica, Claud. 4. Paneg. Navis piratica, Quintil. lib. 2. cap. 14.

Pīrātērĭum, rii, n.s. πειρατήριον. Receptaculum piratarum. Dictio est Latinis scriptoribus minimè usitata, quare ejus significatio è Græco potiùs Lexico erat petenda.

Pirum, Vide PYRVM.

Pĭscis, hujus piscis, m.t. Animal quod in aquis degit, & propriè quod tegitur squamis, ut Plinius docet lib. 9. cap. 12. [דג *dagh:* ιχθύς. Gal. *Poisson.* Ital. & Hisp. *Pesce.* Ger. *Ein fisch.* Belg. *Vische.* Pol. *Ryba.* Vng. *Hal.* Ang. *A fishe.*] Omnia autem in aquis degentia, uno nomine aquatilia dicuntur. Aquatilium (inquit) tegumenta plura sunt: alia corio & pilis tegũtur, ut vituli, hippopotami: alia corio tantùm, ut delphini: cortice, ut testudines: filicum duritia, ut ostreæ, & cõchæ: crustis, ut locustæ: crustis & spinis, ut echini: squamis, ut pisces. Virgilius 5. Aeglogæ: Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit. Idem 4. Georg.: magnum qui piscibus æquor, Et juncto bipedum curru metiuntur equorum. Ovid. 10. Metamorph. Tertius æquoreis inclusum piscibus annum Finierat. Horatius 4. Carm. Ode 3: O mutis quoque piscibus Donatura cygni, si libeat, sonum. Terent. in Adelph.: pisces ex sententia Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur cautio est. Cicero 2. de Nat. deor. Et si pisces (ut ajunt) ova quam genuerunt, relinquunt: facilè enim illa & sustinentur, & fœtum fundunt. ¶ Magis mutus quam piscis, hyperbole proverbio celeris de vehementer infantibus atque infacundis. Convent. & in hominem immodice taciturnum. ¶ Piscis nequàm est nisi recens, proverbio dicitur in hospitem, aut vulgarem amicum, qui primo quidem adventu non ingratus, cæterum ante triduum exactũ putet. Plautus: Quasi piscis, item est amator longe nequam est nisi recens. Vide Erasmi. ¶ Pisces pro signo cœlesti, frequentiùs pluraliter declinantur. Colum. lib. 11. cap. 2: Quintodecimo Calendas Martii Sol in pisces transitum facit. Inveniuntur tamen & in singulari Piscis, pro signo cœlesti. Virgil. 4. Georg. Aut eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi Tristior hybernas cœlo descendit in undas. Colum. lib. 11. cap. 2: Quarto nonas Septembris Piscis Austrinus desinit occidere.

Pīscĭcŭlus, diminutivũ, Parvus piscis. [ἰχθύδιον. Gal. *Petit poissons* Ital. *Pesce picciolo.* Germ. *Ein Fischtin.* Hisp. *Pescadillo, pescesillo.* Polon. *Rybeczka, rybko.* Vng. *Halatska.* An. *A little fishe.*] Terent. in Andr. Etiam puerum inde abiens cõveni Chremis, Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Varro 3. de Re rust. cap 5: E quo rivus pervenit in duas, quas dixi, piscinas ac pisciculi ultrò citrò commeant.

Pīscārī, d p. Est pisces venari. [דוג *hedhi.* ἁλιεύειν, ἀγρεύειν, θηρεύειν.] Gall. *Pescher.* Ital. *Pescare.* Germ. *Fischen.* Bel. *Visschen.* Hisp. *Pescar.* Pol. *Wędzić ryby.* Vng. *Halaszni.* Ang. *To fish*, Plin. lib. 19. ca. 1: Retia in piscando. Cic. 3 Offic. Tum Pythius piscatores ad se convocavit, ab iis petivit ut ante suos hortulos postera die piscarentur. ¶ Piscari in aëre, proverbiũ, idem significans quo Te peram ludere. Plaut. Asin. Jubeas una opera me piscari in aere. Ex quo fit compositum Expiscor: de quo alibi.

Pīscātŭs, tus, m. q. Piscatio, sive actus piscandi. [ἁλιεία, ἀγρευτική. Gal. *Pescheme pescherie.* Ital. *Pescagione.* Germ. *Fischung/fischfahung.* Hisp. *Obra de pescar.* Pol. *Rzby.wa.* Vng. *Halaszas.* Ang. *Fishing or taking of fish.*] Plinius: Quos venatus, aucupia, piscatusque alebant. Plautus in Rudente: Piscatum hamatilem saxatilemque aggredimur. Plinius lib. 6. cap. 22: Esse in piscatu voluptatem, testudinum maximè.

Pīscātŏr, oris, m.t. Qui piscatur. [דיג *dayágh* דיג *dayágh.* ἁλιεύς. *Pescheur.* Ital. *Pescatore.* Ger. *Ein fischer.* Hisp. *Pescador.* Pol. *Rybak.* Vn. *Halaz.* An. *A fisher.*] Cic. 3 Offic. Pisces ad se cõvocat. Ovid. 14. Metam. Miles erat gladio, piscator arundine sumpta. Terent in Eunuch. Coqui, fartores, piscatores, aucupes, &c.

Pīscātrix, f.t. [ἡ ἁλιεύτρια, ἡ ἰχθυάλοις. Gall. *Pescheresse.* Ital. *Pescatrice.* Germ. *Ein fischerin.* Hispan. *Pescadora.* Pol. *Ribaczka.* Vng. *Halaszasszony.* An. *She that fisheth.*] Plin. lib. 9. cap. 42: Nec minor solertia tanæ, quæ in mari piscatrix vocatur.

Pīscātōrĭus, a, um, Quod ad piscatorem pertinet: [ἁλιευτικός, ψαρόδουπος. Gall. *De pescheur, appartenant a pescheur.* Ital. *De pescatore.* Germ. *Eines fischers. dem fischer zugehörig.* Hisp. *Cosa para pescador.* Vn. *Halaszhoz valo halasz.* Ang. *Belonging to a fisher.*] ut, Navis piscatoria. apud Cæsarem Civil. & ludi piscatorii; qui fiebant pro quæstu piscantium. Piscatoria Lucca, Plin. lib. 24. cap 9. Piscatorium forum, Colum. lib. 8. cap. 17.

Pīscārĭus, a, um, Piscatorius, ἁλιευτικός. ut, Hamus piscarius. Plaut. in Stich. Arundinem fert sportulamq;, & hamũ piscariũ. ¶ Piscarium forum, Plaut. Curc. Symbolorum collatores apud forũ piscariũ. Piscaria copia, abundãtia piscium, Plaut. Casin.

Pīscārĭus, piscarii, subst. m.s. Qui pisces vendit. [ἰχθυοπώλης. Gal. *Vendeur de poisson.* Ita. *Venditore di pesci.* Germ. *Ein Fischverkauffer.* Hisp. *Vendedor de pesces.* Pol. *Ktori przedaie ryby, kt przekapian rib.* Vng. *Halarus.* An. *A seller of fishe.*] Varro: Inter piscarios nemo vendebat. Cetarius, idem: quanvis Cetarii potiùs sint qui marinos pisces majores vendunt.

Pīscātrīă, riæ, f.p. Locus ubi pisces vẽduntur. [ἰχθυοπωλεῖον. Gal. *Pescherie.* Ital. *Pescaria.* Ger. *Ein fischmarckt.* Hi. *Pescaderia.* Angl. *The fishe merkate.*] Var. Nullus in piscaria piscis erat.

Pīscōsŭs, sa, sum, Piscolentus, piscibus abundans. [ἰχθυώδης, ἰχθυ.

ἰχθυόεις. Gall. *Plein de poissons.* Ital. *Pieno di pesci.* Germ. Fischreich. Hisp. *Lleno de pesces.* Pol. *Obfitiro ryby.* Vng. *Halas.* Angl. *Full of fishe.*] Martial. lib. 10. Illic piscoso modò vix educta profundo. Ovid. 3. Fast. Est propè piscosos lapidosi Cratidis amnes Parvus ager. Idem 2. de Arte: Cinctaque piscosis Astypalæa vadis.

Pīsculentŭs, Piscosus, piscibus abundans. ἰχθυώδης. Cato: Fluviũ magnum, pulchrum, pisculentum. Plaut. in Rud. Neptuno has ago meo patrono gratias, qui salsis Locis incolit pisculentis.

Pīscīnæ, pen. prod. f. p. Lacus & stagna ab initio dicta sunt, in quibus vivi pisces coërcebantur. [ברכה *berechâh.* ἰχθυοτροφεῖα. Gal. *Vivier ou eſtãg ou boutique à poiſſon, piſcine.* Ital. *Peſchiera, piſcina.* Germ. Fischgruben/Weyer/oder dergleichẽ örter/in welchen man Fisch erhaltet. Bel. Visschereyen. Hisp. *Eſtanque do ſe eriam peſces, vivar.* Polon. *Staw, albo ſtadzaioka rib nik.* Vngar. *Halas to.* Ang. *A fisheponde or stew.*] Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 3: Piscinas voco eas quæ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad villam. Martialis: Piscina rhombum pascit, & lupos vernas. Alio nomine vivaria vocantur. Plinius lib. 9. cap. 17: Nec in piscinis vivariisque crescunt. ¶ Sed quoniam in piscinis natare etiam solebant, invaluit consuetudo, ut omnes in hunc usum collectæ aquæ, sive frigidæ, sive calidæ essent, Piscinæ dicerentur. κολυμβήθρα. videnturque à piscibus dici, quanvis in his nihil piscium sit: nisi quis inde dictas malit, quòd homines piscibus natando similes fiant. Cicero: Latiorem (*inquit*) piscinam voluissem, ubi jactata brachia non offenderentur. Plinius Iunior Epistol. libro sexto: Si natare latiùs, aut tepidiùs velis, in area piscina est, in proximo puteus ex quo possis rursus abstergi. Eædem & natationes appellantur. ¶ Piscinæ pecorum. Columella libro 1. cap. 5: Hæc quoque si deficient, & spes arctior aquæ manantis coëgerit, vastæ cisternæ hominibus, piscinæque pecoribus instruantur colligendæ aquæ tandem pluviali. ¶ Quinetiam vasa lignea ad tenendum aquam, piscinę vocantur. Gallicum vulgus *cuues* vocat. Plinius: Decoquitur in aqua, & in piscinas ligneas funditur.

Pīscīnālĭs, piscinale, om. t. Quod est piscinæ, vel quod ad piscinam pertinet. [ἰχθυοτροφικόν. Gall. *Appartenant à eſtang ou viuier.* Ital. *Pertinente à peſchiera, ò piſcina.* Ger. Das zur Fischgruben oder dem Fischweyer gehört. Hisp. *Perteneſciente à eſtanque ò viuar.* Pol. *Ribnika natie ſaczi.* Vngar. *Halas toho ż valo.* Angl. *Belonging to a fishepond or stew.*] Vnde apud Palladium piscinales cellæ leguntur. Ea voce est Palladius usus.

Pīscīnārĭŭs, rii, m. s. Qui piscinas piscibus refertas habet, vel qui piscibus alendis delectatur. [ἰχθυοτροφεῖα κεκτημένος. Gall. *Qui a boutique ou eſtang de poiſſons, ou qui ſe delecte à en auoir.* Ital. *Chi tiene viuai ò peſchiere, ò qui ſe deletta di peſcare.* Ger. Der viel fischgruben voll fische hat/der gern mit fischweyeren vmbgeht. Hispan. *El que tiene eſtanque ò viuar, ò que ama de peſcar.* Pol. *Ktori ma rib doſtatek wſadzawie, albo wſtadzu.* Vng. *Halas ember hal pöxer.* Angl. *That hath fishe pondes and feedeth fishe.*] Cic. ad Attic. lib. 1: Lucullum & Hortensium piscinarios appellat. Mihi verò ut invideant piscinarii nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum reservabo.


Pōmārĭŭs, rii, m. ſ. Pomorū venditor. [ὀπωροπώλης. Gal. *Fruitier, vendeur de fruicts, comme pommes.* Ital. *Colui che vende pomi.* Ger. Ein Opsverkauffer. Hiſp. *El que vende la frutta dellos.* Pol. Przekupien ſabl'ek. Vng. *Giwemölcz arros.* Ang. *A ſeller of fruite.*] Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Edicit piſcator uti pomarius, auceps, Vnguentarius, ac Tuſci turba impia vici Mane domum veniant.

Pōmĭfĕr, ra, rum, adjectivum, Ferens poma: [μηλοφόρος. Gall. *Portant pommes, portant fruicts.* Ital. *Che produce pomi.* Ger. Opſttragig. Hiſp. *Coſa que trahe ò cria aquella fruta.* Pol. *Owocze rodzacſi.* Vng. *Giwemölcz hozo.* Ang. *That beareth or bringeth forth apples or fruite.*] ut Arbor pomifera. Columel. lib. 5. cap 9: Supereſt ratio pomiferarum Arborum. Autumnus pomifer, Ovidius ad Piſonem. Annus pomifer, Horat. 3. Carm. Ode 23. Montes pomiferi, Ovid. 1. de Ponto.

Pōmōſŭs, a, um, ut Pomoſa corona. [ὀπωρώδης. Gall. *Plein de pommes.* Ital. *Pieno de pomi* Ger. Voll Opo oder öpffen. Hiſp. *Lleno de mancanas.* Pol. *Iabl'kowy.* Vng. *Giwemölczös.* Ang *Full of apples.*] Propert. lib 3. Eleg. 2: Inſitor hic ſolvit pomoſa vota corona, Quum pyrus invito ſtipite mala tulit.

Pōndĕro, Ponderoſus, Vide PONDVS.

Pōndo, nomen indeclinabile, & neut. gen. Libra: hoc eſt, pondus duodecim unciarum. [מנה *manéh.* μνᾶ, λίτρα. Gall. *Le pois d'vne liure.* Ital. & Hiſp. *Libra.* Ger. Ein pfund. Bel. Eenen pondt Pol. *Funt.* Vng. *Egy font.* Ang *A pound weight.*] Quintil. libro 6. cap. 4: Torquem aureum centum pondo. Plinius libro 9 capite 30: Reliquiæ aſſervatæ pependerunt pondo DCC. Calepinus Perottum ſecutus, putavit pondo eſſe pōdus duodecim librarum. Sed uterque deceptus eſt corrupto Livii exemplari. Nam ubi illi legunt, Pondo bina & ſex libras, caſtigatiora exemplaria habent, Pondo bina & ſelibras. Locus Livii eſt libro 22. ad quem lectorem brevitatis cauſa remittimus. Hunc errorem primus notavit Budæus in libro de Aſſe. ¶ Accipitur nonnunquam pondo pro nomine pondus: unde Livius lib. 4 ab Vrbe, ſcribit, coronam auream libræ pondo Iovi dicatam fuiſſe. Plaut. in Rud Neq; piſcium ullam unciam pondo hodie Cepi, nili hoc quod nunc fero in reti. ¶ Hinc fiunt compoſita Dipondium, vel dupondium, & tripondium: de quibus ſuis locis.

Pōndŭs ponderis, n. t Rei alicujus gravitas. [משקל *miſchkál.* βάρος, ἰσχύς. Gall Poix, *charge* Ital *Peſo, carico* Ger. Ein ſchwäre/ein gewicht Bel Gwaerte. Hiſp *Peſo ò el cargo* Pol Waga. Vng. *Terch, nehesſeg* Ang *Poize, weight.*] Plaut. in Amph. Haud malum pondus eſt hunc pugno. ¶ Item pondus, quo ſtatorando ad ſtateram ponderatur. Cic. in Catone Majore: Magnum auri pondus. ¶ Interdum pro numero: hoc eſt, multitudine uſurpatur. Varro de vita Pop Romani: E' Græcia comportaſſe magnum pondus omnium artificum. ¶ Interdum pro autoritate. Cic. Appio: Sed idem ſcribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. ¶ Nonnunquam pro onere. Virgil. 6 Aeneid.- gemuit ſub pondere cymba.

Pōndŭſculum, diminut. [τὸ σταθμίον, τὸ σμικρὸν βάρος. Gall. *Petit pois.* Ital. *Picciol peſo.* Ger. Ein gewichtlin. Hiſp. *Pequenna peſa.* Pol. Wágka. Vng. *Terhetzke.* Ang. *A little weight.*] Colum libro 12. cap. 61: Et ita cum ſaxi ponduſculo in olei atque muſti partem demitti.

Pōndĕrĭtās, atis, antiqua vox. Acciius pragmaticôn libro 1: Et cuncta fieri cætera jubet illa, non quod ponderitatem gravitatemq; hominis.

Pōndĕroſŭs, a, um. Quod eſt grave, ſive gravis ponderis. [βαρύς. Gall. *Peſant, qui poiſe fort.* Ital. *Graue, que peſa molto.* Ger. Schwár / gewichtig / das viel wigt. Hiſp *Cargado ò peſado.* Pol. Czieſzki, wazi. Vng. *Nehez, terhes.* Ang. *Weightie or ponderous.*] Varro 2. de Re ruſtic. cap. 11: Ex ſudore ejus lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore. ¶ Ponderoſam epiſtolam, dixit Cicero pro longa, & continēnte multa, ad Attic. lib. 2: Da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modò rerum, ſed etiam opinionum tuarum.

Pōndĕro, as, act p. Pendo, libro. [שקל *ſchakál* שלם *pillés* ἵστημι, ζυγοστατέω. Gall. *Peſer.* Ital. *Ponderare, peſare.* Ger. Wägen. Hiſp. *Peſar con peſo.* Pol Waze. Vng. *Meg merem.* Ang. *To weigh.*] Plaut. Dum tumulatius ponderaret argentum. Plinius lib. 18. cap. 7: Siquis granum ipſum ponderet. ¶ Per translationem eſt examinare, cōſiderare, perpendere. Cic. 2. Offic. Gravi verò homini, & ea quæ fiunt, judicio certo ponderanti, probari poſſe nullo modo. Idem 1. Offic. In quo tamen in primis, quo quiſque animo, ſtudio, benevolentia fecerit, ponderandum eſt. ¶ Hinc componitur præpondero, quod eſt priùs pondero, ſeu priùs examino ὑστεροβαρέω. Statius 8. Thebaid. Quem viciſſe velit tacitè præpōderat exul. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod eſt prævalere, præcellere, vincere, & quaſi pondere ſuperare. Cic. lib. 3. Offic. Neq; ea volunt præponderari honeſtate.

Pōnĕ, cum accentu in ultima, adverbium eſt, ſignificans pòſt ſive retrò, aut à tergo: contrarium habet antè, quod etiam quandoq; adverbium eſt. [אחר *achár.* ὀπίσω, ὀπισθεν. Gall. *Par derriere.* Ital. *Adietro.* Ger. Hindenvor/ dahinden/ hinderwerts. Hiſp. *Detras.* Pol. *Nazad, potzadu.* Vng. *Vtannom, hat mege.* Ang. *Behind, on the backeſide.*] Virgil. 2. Aeneid. Ponè ſubit conjux, ferimur per opaca locorum. Valer. Max. lib. 1: Mox humani ingenii prona voluntate vetita ſcrutandi, ponè reſpiciens animadvertit immenſæ magnitudinis ſerpentem, concitato impetu omne quicquid obvium fuerat proterentem. ¶ Quandoq; præpoſitio eſt, idem ſignificans quod poſt: cui contraria eſt ante præpoſitio. Liv. lib. 40: Pone caſtra utriq; pabulatum & lignatum ibant.

Pōno, is, poſui, poſitum, act. t. Colloco, conſtituo. [שם *ſám* הניח *hitsigh* הציב *hitsib.* τίθημι, κτίζω. Gall. *Mettre, poſer.* Ital. *Ponere, mettere.* Ger. Getzen/ legen/ ſtellen. Bel. Getten/ oprechtem. Hiſp. *Poner, meter.* Pol. *Kl'ade, ſtawiam.* Vng. *Holy hezetem, tezem.* Ang. *To put or ſett.*] Plinius libro 9. capite 35: Ex præcepto magiſtri unum tantùm vas ante eam poſuêre aceti. Cicer. 7. Verr. Sed quia ſic oportuerit, rectè collocata, & judicio populi digno in loco poſita eſſe videatur. Idem Lentulo: Amplitudo ac dignitas omnis in virtute poſita eſt. Idem: Primùm enim ſtante Republica facere ſolebamus, ut in agendo plus, quàm in ſcribendo operæ poneremus. ¶ Aliquando ponitur pro deſinere: quoniam quum ceſſamus ac opere, collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus. καταπαύω. Virgil. libro 7: Quum venti poſuêre, omniſq; repente reſedit Flatus. ¶ Aliquando pro erigere, ædificare. Virgil. poſuitq; immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus: Bene merenti poſuit. ¶ Aliquando pro deponere. Virgil. 1. Aeneid. ponuntq; ferocia Pœni Corda, volente deo. ¶ Aliquando pro apponere. Martial. Nolo mihi ponas rhombum, mullúmve bilibrem. Hinc poëtæ fabulas, & alia ſcripta ſua ponere dicebantur, quum in ſcena hæc ſpectatoribus, quaſi in convivio fercula apponebant. Iuven. Satyr. 1: Pone Tigillinum: id eſt, affer in ſcenam aliquid de Tigillino ſcriptum. ¶ Aliquando pingere, ſive ſcalpere. Horat. Solers nñc hominem ponere, nunc Deum: nam de ſculptore & pictore loquitur. ¶ Aliquando ſcribere eſt. Horat. in art. poët. Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem. Perſ. Satyr. 1: Nugari ſolitos Græcè, nec ponere lucum Artifices. ¶ Compoſita ſunt, Appono, juxtà pono, addo, παρατίθημι. Cicer. in Piſonem: Ariſtarchus, qui notam apponebat ad malum verſum. Idem 2. de inventione: Caupo gladium propè appoſitum è vagina eduxit. Sæpè etiam idem quod cibum ante convivas pono. Plinius: Nihil ei præter ſecundarium panem, oleraque appoſuit. ¶ Antepono, Præfero, Compono, Circumpono, & Depono: vide ſuis locis. ¶ Diſpono, ordino, quaſi in diverſis locis pono. διατίθω. Hinc diſpoſitio, quæ eſt rerum in ordinem collocatio. διάταξις. Diſpoſitum, decretum, conſtitutum. Vnde ex diſpoſito dicimus: id eſt, de induſtria, & quemadmodum à nobis conſtitutum eſt. ἐκ παρατάξεως. Macrob. An altius quiddam cui remotis arbitris opus ſit, cogitaturi ex diſpoſito conveniſtis? ¶ Expono. ¶ Impono, Interpono, παρεντίθημι, παρεμβάλλω. ¶ Oppono, Præpono, Propono. ¶ Poſtpono, ὕστερον τίθημι, retrò pono, poſthabeo, minoris facio. Cicer. F. Tironi: Omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parérem. ¶ Repono, quod ſignificat, loco ſuo unde ablatum erat colloco. Cicer. pro Seſtio: Hunc Cn. Pomp. cùm in ſuis caſtris ſupplicem abjectumq; vidiſſet, atque inſigne regium quod ille de cápite ſuo abjecerat, repoſuit. Nonnunquā eſt idē quod recondo: ut Scientia condendi ac reponēdi fructus, apud eundem 2. de Natur. deor. ¶ Sepono, ſeorſum pono, removeo. ἀποτίθημι. ¶ Suppono, ſummitto. ὑποτίθημι, ὑφίστημι. Apuleius: Suppoſuitq; humeros oneri. Aliquando adulterum loco veri ſubjicio. ὑποβάλλομαι. Vnde ſuppoſitus partus. ὑποβο-

tus. ὑποβολιμαῖος dicitur, quando fœtus alterius matris non veræ matri ſubjicitur. Item teſtamentum ſupponere, eſt falſum in locum veri ſubſtituere. Plinius: Nam filius patris teſtamentum ſuppoſuiſſe dicebatur. ¶ Superpono, & ſuprapono notâ ſunt, ἐπιτίθημι. ¶ Tranſpono, de uno loco in alium transferò, μετατίθημι. ¶ Pono olim fecit præteritum poſivi. Plaut. Nunc ne apud ſequeſtrum vidulum poſivimus.

Pŏsĭtŏr, oris, verbale, m.t. Conditor. [שם *ſim. κτιστής.* Gall. *Fondateur, edificateur.* Ital. *Edificatore, fondatore.* Ger. Ein erbawer/ ſtiffter. *Item*, ein Setzer. Hiſp. *El que pone, edificador.* Pol. *Budownik, poſtawiacz.* Vng. *Tſinalo, helyheztető.* Ang. *The layer of a ground, a builder.*] Ovid. 9 Metamorph. & in Aſide terra Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen. Templorum poſitor, Idem 2. Faſtorum.

Pŏsĭtŭs, participium, Situs, locatus. [שום *ſim. τεθειμένος, τιθείς.* Gall. *Poſé, mis.* Ital. *Poſto, collocato.* Ger. Geſetzt/ gelegen. Hiſp. *Pueſto.* Pol. *Poł'ożoni.* Vng. *Helyhoztetett, tetett.* Ang. *Sett, put, placed.*] Cic. de Leg. agrar. Roma in montibus poſita. Idem pro lege Manilia: Inſula Delos in Aegeo mari poſita. ¶ Nonnunquam accipitur pro depoſitus, κατ' ἀφαίρεσιν. Livius 7. ab Vrbe: Poſitis omnium aliarum rerum curis. ¶ Aliquando pro exanimato: ſic enim interpretatur Servius locum Virgil. 4. Aeneid. Sic te ut poſita crudelis abeſſem? ¶ Poſitus ſuper armamentarium: hoc eſt, præfectus armamentario. Curtius lib. 6: Itaq; non ultra interpolandum ratus, nobili juveni (Metron erat nomen ei) ſuper armamentarium, poſito quod ſcelus pararetur indicat.

Pŏsĭtŭs, tus, m. q. Poſitio, ſitus. [תשונת *teſchúmeth. θέσις.* Gal. *Situation, aſſiette.* Ital. *Poſitione, ſito.* Germ. Setzung/ gelegenheit. Hiſp. *Poſtura.* Pol. *Poſtawienie.* Vng. *helyheztetes, teues.* Ang. *A putting, ſetting, placing.*] Ovid. 4. Faſtor. Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor, Trinacris à poſitu nomen adepta loci. Tacit. lib. 5: Ille poſitus ſiderum ac ſpacia dimenſus. Celſus in principio lib. 8: Prius poſitus officium, figuras q; indicabo.

Pŏsĭtīvŭs, a, um, Quòd primò poſitum eſt, nec aliunde derivatum. γενικός. Vnde & Grammatici poſitivum à comparativo & ſuperlativo diſtinguunt, quòd illud ſit quaſi fundamentum iſtorum.

Pŏsĭtūrā, æ, f.p. Situs, ſive poſitio. [תשונת *teſchúmeth. θέσις.* Gall. *Situation, aſſiette.* Ital. *Sito.* Ger. Setzung/ gelegenheit. Hiſp. *Poſtura.* Pol. *Poſtawa ſtanowienie.* Vng. *Tetel, helyheztetes.* Ang. *Situation or placing.*] Gell. lib. 4. cap. 1: Vt animadverteretur quo habitu, quaq; forma, quaq; poſitura ſtellarum aliquis naſceretur. Syllabam dicimus eſſe longam poſitura quum vocalem immediatè ſequuntur duæ conſonantes, quarum prior cum ea vocali in eadem ſyllaba cohæret. Nam ſi conſonans utraq; ad ſequentem pertineat ſyllabam (quod mutam liquida ſubſequente contingere ſolet) non efficient poſituram.

Pŏsĭtĭo, onis, f.t. Situs, ſive (ut barbari loquuntur) ſituatio. [תשונת *teſchúmeth. θέσις.* Gall. *Situation, aſſiette.* Ital. *Poſitione, ſito* Ger. Gelegenheit. Hiſp. *Poſtura.* Pol. *Stanowisko. ſtanowienie.* Vng. *Tetel, helyheztetes.* Ang. *Situation or placing or ſetting.*] Quintil. lib. 3. cap. 7: Illa propria quæ ex loci poſitione aut munitione ſunt. Columel. lib. 1. cap. 6: Naturalis calor cõtingit poſitione cœli, & declinatione. Ibidem: Nam ea cœli poſitio maximè frigida, & minimè humida eſt. Quibus in locis ſitũ cœli appellat loci ſitũ certam cœli partem reſpicientem, quem vulgus *aſpectum* vocat. Cic. pro Flacco: De quorum urbis poſitione propter pulchritudinẽ, etiam inter deos certamẽ eſſe proditum eſt. ¶ A' Dialecticis & Rhetoribus poſitiones appellãtur ipſa veluti fundamenta, quibus argumenta innituntur. Quintil. lib 2. cap. 10: Quin aliquando etiã argumenta ex ipſis poſitionum vitiis ducimus. ¶ Poſitio item apud Iuriſconſultos, fundum, ſortem, ſummã ſignificat. Vlpia. l. 3. D. de annu. legat. Hoc ſequemur ut pro poſitione patrimonii, ſine vexatione & incommodo hæredis fiat: id eſt, pro ſumma, pro viribus, pro facultatibus. Idem l. 2. D. de pecul. Si verò eandẽ peculii poſitionem reliquit, debere eum deducere.

Pōns, pontis, m.t. à pendeo, quòd veluti in aëre pendeat: & ſignificat omne per quod ſuper aquas trãſimus. [γέφυρα. Gall. *Vn pont.* Ital. *Ponte.* Ger. Ein Bruck. Bel. Een Brugge Hiſp. *Puente para paſſar rio.* Pol. *Moſt.* Vng. *Hid, palo.* Ang. *A bridg.*] Plin. lib. 8. cap. 3: Territos ſpatio procul pontis à continente porrecti, *&c.* ¶ Accipitur & pro ſcalis nauticis, quæ Græci ἐπιβάθρα vocant. Virg. lib. 10. Aeneid. Interea Aeneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit. ¶ Per pontem olim ferebantur ſuffragia: unde Sexagenarios de ponte dejicere, proverbio dicitur pro ſuffragio privare, vèl omnem autoritatem adimere. Vide Eraſmi Roterodami Adagia.

Pōntĭcŭlŭs, diminutivum, Parvus pons. [γεφυρίς. Gall. *Vn petit pont.* Ital. *Ponticello.* Ger. Ein Brucklin oder ein Stäg. Hiſp *Pequenna puente.* Pol. *Moſtek.* Vng. *Palo, hidatska.* Ang. *A little bridge.*] Cic. 5. Tuſcul. Et quum foſſam latam cubiculari lecto circundediſſet, ejuſq; foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet, eum ipſum quũ fores cubiculi clauſerat, detorquebat.

Pōntōnēs, m.t. Naves quibus in trajiciẽdis amnibus loco pontium utimur. [πορθμεῖα. Gall. *Bacs à paſſer riuiere, barques plattes.* Ital. *Pontoni, fabriche da paſſare vn fiume.* Ger. Schiff mit weichẽ man über die flüß fahrt. Hiſp. *Pontones y barcas para paſſar el rio.* Pol. *Prum, przewoz.* Vng. *Rew haio.* Ang. *Ferry boates.*] Papinianus: Quia via confirmari ſolet vel civitate tenus, vel uſq; ad viam publicam, vel uſq; ad flumen in quo pontonibus trajiciatur. Apul. Et ſi vado non poterunt, pontonibus tranſibunt. Cæſar 3 bell. Civil. Pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Lyſſi relinquit.

Pōntĭcŭs, Vide PONTVS.

Pōntĭfex, pontificis, m.t. Sacer magiſtratus (ut inquit Scævola) à poſſe & facere dictus: vel (ut inquit Varro) à ponte: quia Sublicius pons à pontificibus factus eſt primùm, & reſtitutus ſæpé. [כהן *chohén. ἱερεύς, ἀρχιερεύς.* Gall. *Miniſtre des choſes diuines, pontife.* Ital. *Pontifice.* Ger. Ein Prieſter oder oberſter Prieſter/ ein Vorſtender Heyliger dingen. Hiſp. *Perlado en las coſas ſagradas.* Pol. *Papież, biskup.* Vn. *Fő pap.* An. *A biſhop.*] Cic. ad Attic. lib. 4: Calendis Octobris habetur ſenatus frequẽs, adhibẽtur omnes pontifices qui erant ſenatores, à quibus Marcellinus, qui erat cupidiſſimus mei, ſententiam primus rogatus, quæſivit quid eſſent in decernẽdo ſequuti. Tum Lucullus de omnium collegarum ſententia reſpondit: Religionis judices pontifices fuiſſe, legis Senatum, ſe & collegas ſuos de religione ſtatuiſſe, in ſenatu de lege, *&c.* Libri pontificum, Horatius 2. Epiſtol. 1. Cœnæ pontificum, Idem 2. Carminum, Ode 14. Religio pontificum, Cicero pro Domo ſua. Secures pontificum, Horatius 3. Carm. Ode 2. ¶ Erant aũt majores & minores pontifices, inter quos ſummus põtifex, maximus dictus eſt, quòd maximarum rerum, quæ ad Sacra & religionem pertinent, judex eſſet. Numa pontificem fecit, ciq; ſacra omnia attribuit, ejusq; ſcitis ſacra omnia privata, & publica ſubjecit, inſtituitque ut idem pontifex non cœleſtes modò cæremonias, ſed juſta quoq; funebria placandos q; manes edoceret. Autor Livius lib. 1. ab Vrbe condita.

Pōntĭfĭcātŭs, hujus pontificatus, m.q. Pontificis dignitas, ſicut Conſulatus, dignitas Cõſulis. [כהונה *chehunnáh. ἀρχιερωσύνη.* Gall *Pontificat, l'eſtat de pontife.* Ital. *Pontificato.* Ger. Des Oberſten Prieſters Ampt vnd Wirde/ Biſchoffthumb. Hiſp. *Dignidad de perlado.* Pol. *Biskupſtwo.* Vng. *Fő papſag.* Ang. *The dignitie of a biſhope.*] Cicer. de Aruſpicum reſpon. Qui ſtatas, ſolennes q; cæremonias Pontificatu, rerum benè gerendarum autoritates, augurio contineri putaverunt.

Pōntĭfĭcātŭs Codicillares, Lampridius uſurpat, Egnatio indicante, pro ſcriptis & extraordinariis, quaſi dignitatis umbra gauderent collegiis adſcripti, atq; in codicillos relati. Sic & Secretarios & Conſiliarios haud ineptè appellaveris codicillares, qui extra ordinem ſunt, nomenq; tantùm retinent, adminiſtrationem officii exortes.

Pōntĭfĭcĭus, pontificia, põtificium, Quod eſt pontificis: [ἱερατικός Gal. *De pontife & prelat.* Ital. *Da pontifice.* Ger. Prieſterliſch. Hiſp. *Coſa de perlado.* Pol. *Byskupi.* Vng *Fő paphoz valo.* Ang. *Of a byshope.*] ut jus Pontificibus conſtitutũ: cujuſmodi hodie eſt, quod Canonicũ dicitur, Cic. 3. de Nat. Deor. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus jure pontificio, & more majorum. Cic. 1. de Nat. Deor. Deinde nominum non magnus numerus, ne in Pontificiis quidem noſtris, *&c.*

Pōntĭfĭcĭum, ſubſtantivum, n.ſ. Pro cognitione & autoritate pontificis. [כהנה *chehunnáh. ἱερατικόν, ἱερατικήν.* Gall. *L'autorité & office de pontife.* Ital. *Autorità & vfficio di pontifice.* Ger Der hohen Prieſter Stand/ Ampt vñ Anſehen. Hiſp *La dignidad del perlado.* Pol. *Byskupſtan.* Vng. *Fő papi meltoſag.* Ang. *The auioritie and office of a biſhop.*] Gell. lib. 1. cap. 13: Re ſemel ſtatuta deliberataq; ab eo cujus negotium id pontificium q; eſſet, *&c.*

Pōntĭfĭcālĭs, pontificale, om. t. Quod ad pontificem pertinet: [ἱερατικός. Gall. *Pontifical* Ital. *Pontificale.* Ger. Das zu den Prieſteren gehört. Hiſp. *Coſa perteneſciente à perlado.* Pol. *Byskupi.* Vn. *Fő paphoz tartozo.* Ang. *Beloging to a biſhop.*] ut Pontificalis autoritas, apud Cic. 2. de Legib. Itaq; uſus tantummodò pontificis eſſet, ſi pontificialis maneret authoritas. Pontificalis honor, Ovid. 3. Faſt. Ius põtificale, Cic. 2. de Legib. Sàcrum pontificale, Ovid. 1. Faſt. Pontificialis cœna, dicebatur ὀψιπάρα, ſumptuoſa, & exquiſitis epulis inſtructa, quales eſſe ſolent Pontificum cœnæ. Vide Macrob. 3. Saturn & Chiliad. Eraſmi. ¶ Pontificales libri, in quibus ſacræ cæremoniæ continentur.

Pōntōnēs, Vide PONS.

Pōntŭs, m.ſ. [ים *jam. πόντος.* Gall. *Mer.* Ital. *Mare.* Ger. Das Meer. Hiſp. *La mar.* Pol *Morze.* Vng. *Tenger.* Ang *Ocean.*] Propriè dicitur mare illud quod à palude Mæotide uſque in Tenedum protenditur: ſed ubi primùm ſe arctat à Tenedo incipiens, à caſu Helles, vocatur Helleſpontus, ubi ſe expandit, Propontis: ubi iterum arctatur, Thracius Boſphorus: ubi aũt latiſſimè diffũditur, Pontus Euxinus, qui curvatus in figu-

ram

ram Scythici arcus, committitur ostio Mæotidis paludis, idq; ostium Cimmerius Bosphorus vocatur. ¶ Figuratè autem pro quovis mari ponitur, ut apud Virg. li. 1. Aeneid. -ingens à vertice pontus In puppim ferit, &c. ¶ Est præterea Pontus, Scythiæ fluvius, in quo thracius lapis invenitur, qui aqua accenditur, & restinguitur oleo, ut refert Dioscor. lib. 5. cap. 93.

Pŏpă, æ. [Ger. Opffermetzger.] Dicebatur qui victimas venales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebatq;. Propert. lib. 4: Succinctiq; calent ad nova sacra popæ. Spartianus in vita Getæ: Percussit hostiam popa nomine Antonius. Sueton. in Vita Caligulæ, cap. 32: Admota altaribus victima succinctus paparum habitu, elato altè malleo, cultrarium mactavit. ¶ Accipitur nonnunquam popa metaphoricōs pro guloso, & insatiabili. Persius Sat. 6: At illi tremat omento popa venter.

Pŏpănum, ni, pen. cor. n. s. [πόπανον. Ger. Paſteten/tarten.] Placenta lata, tenuis, rotunda, quam diis veteres offerebant: sed & pro quocunq; libo capitur. [Pol. Pliaczek okragli.] Iuvenal. Satyr. 6: Scilicet & tenui popano corruptus Osiris. ¶ Iulius autem Pollux ait Placentā esse, qua in sacrificiis antiqui utebantur. Cujus dictionis frequēs est usus apud Aristophanem. Calepinus putavit popana esse unguenta quædam pinguia, adducens testimonium ex Iuvenalis Satyr 6: -ridendaq; multo Pane tumet facies, aut pinguia popana Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti. Quo tamē in loco constat Poppæana legendum esse, non Popana. Quod miror Calepinum non animadvertisse quum alioqui in priore carmine integer pes defuturus sit.

Pŏpēllŭs, Vide POPVLVS, masc. gen.

Pŏpīnă, næ, pen. prod f. p. à popa, Locus ubi publicè opsonia, caroq; cocta, ac delicatè cōfecta venditatur, comeditur q;: vel privatim ubi gulosa familia extraordinariè ligurire, & heluari consuevit, autore Valla in Raudensem. [ὀψωλωπεῖον, κωπηλεῖον. Gall. Rotisserie, cabaret, cuisine. Ital. Bottega di pizi cagnolo, bottega di salciaiaio, hosteria, tauerna. Ger. Ein Prätereyn/Zächhauß. Bel. Een Cameret. Hisp. Coxina, venta, taberna. Pol. Obecżna kuchnia. item kuchnia. Vng. Kōzōnſeges kohnia. Ang. A kitchin.] Plaut. in Amph. Interea dum isti certant, in popinam devortundum est mihi, Lances detergam omnes, omnesq; trullas hauriam. ¶ Accipitur nonnunquam popina pro delicatioribus cibis qui in ganea vendi consueverunt. Cic. 3. Philip. Sed quum tam atroci edicto nos concitavisset, cur ipse non affuit? num putatis re aliqua tristi & severa? vino & epulis retentus & alea est, si epulæ potiùs, quàm popinæ dicendæ sunt.

Pŏpīnā, ŭs, popinæ dominus. [κωπηλῶν. Vn. Kohnya gazda.] Lampridius in Alexandro Severo: Cùm Christiani quendam locum qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii dicerent sibi eum deberi, rescripsit melius esse ut quomodocūq; illic Deus colatur quàm popinariis dedatur,

Pŏpīnōnēs, m. t. Helluones, gulones, qui se popinis dedunt, [ἄσωτοι. Gall. Hanteurs de tauernes & cabarets, frians, gourmans, yurongnes. Ital. Lecardi, ghiotti, tauernieri. Ger Schlemmer/Zächbrüder / die stäts in den Zächhäusseren ligen zu dempffen / Trunckenböltz. Hisp. Golosos que vsan las gloxinas. Pol. Zarłokowie Vn. Tobzodo, kōrtſoma hōs, torkos. Ang. That haunteh and vseth tauernes, glutonet, drunkard.] Horat. 2. Serm. Imbecillus; iners, sim quidvis, adde popino. Sueton. de clar. Gram. Lurconem & nebulonē, popinonemq; appellans, & vita scriptisq; monstrosum.

Pŏpīnŏr, aris, d. p. Helluor & indulgeo popinis. [λιχνεύω, ἀσωτεύομαι. Gall. Gourmäder & yurongner, hanter tauernes & cabarets. Ital Disnorare, tragugiare, darsi alla gola. Ger. Schleffen/mit prassen stäts im luder ligen. Hisp Golosear. Pol. Vſtawnerze. Vng. Tobzodom, lakozom. Ang. To haunt tauernes, to eate and riot out of due tyme.] Iul Capit. Dum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam.

Pŏpīnātĭo, onis, f. t. nuncupatur à Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio, quam Græci ἀσωτίαν vocant. [Gall. Yurongnerie, gourmandise. Ital. Esse disnorare à tragugiare. Ger. Zächung/fressung/ das vollwäsen mit schlemmen vnd dempffen. Hisp Obra de goloſar. Pol. Obżarſtwo. Vn. Tobzodas, lakas, torkossag. Ang. Haunting of tauernes.]

Pŏpīnātŏr, oris, m. t. [κωπηλῶν. Vn. Etel aros: Zakats, kohnyas.] Macrob. Saturn. lib. 7. cap. 14: Quod genus apud popinatores, pleraq; scitamentorum cernimus proposita, ampliora specie quàm corpore.

Pŏpīnālĭs, le, om. t. Quod ad popinā spectat. [κωπηλικός. Gall. De cuisine. Ital. Di cucina. Ger. Das der Prätorey des Zächhauß ist. Hisp. De cozina. Pol. Kuchenny. Vng. Tobzodaſra valo. Ang. Belonging to a kitchin.] Colum. lib. 8. cap. 16: Tunc celebres erāt deliciæ popinales, quum ad mare deferebantur vivaria.

Pōplĕs, poplitis, m. t. Pars opposita genu quæ curvatur: dicta quòd post plicetur. [ברך bérech. ἰγνύα. ἰγνύς. Gal. Le iarret. Ital. Garleto, sotto el ginocchio. Ger Die Knetscheib. Bel. Die Kuteschyve. Hisp. Rodilla. Pol Czaſka na kolienie. Vng. Terd hon allia, horgas in. Ang. The hamme of ones legge behind the knee.] Colum. lib. 6. cap. 12: Si dolore nervorum claudicat, oleo & sale genua, poplitesq; & crura confricanda sunt donec sanetur. Curtius lib. 6: Posteaquam deficere se sensit, poplitibus semet excepit. Liv. lib. 2: Quosdam & jacentes vivos succisis femoribus poplitibusq; invenerunt.

Pŏppysmă, n. t. [πομπύσματα. Gal. Vn son de bouche, ou en frappant les mains paulme sur paulme pour flater vn cheual farouche. Ital. Vezzi, vn sono di bocca che si fa palpando vn cauallo. Germ Das zusschreyen vnd streichlen so man den verwildeten oder vngezempten vnnd freudigen Rossen thut Hisp. Silbo ò sonido de la boca ò manos. Pol. Mowa do oglaskania kony. Vng. Tſutſogatas. Ang. Faire speaking or gentle handling of vnruly horses.] Proprie dicuntur ea vocis blandimenta quæ fiunt equis indomitis cum tractatione manuū. Iuven. Satyr. 6: Præbebit vati crebrum poppysma roganti: id est, crebram manuum tractationem, cum quadam vocis adulatione: nam fit à πομπύζω, quod est fibilo, vel adulor. ¶ Est & πομπύζειν (ut quidam exponunt) idem quod plaudere: hoc est, illisis manibus inter se, & palma cum palma collata plausum edere. ¶ Dicitur etiam in eadem significatione poppysmus. Plin. li. 28. cap. 2: Fulgetras poppysmis adorare cōsensus gentium est. Quid verè poppysmus sit, vide in dictione PALPVM.

Pŏpŭlă, æ, Verrucæ sunt eminentes. Cornutus in Persium.

Pŏpŭlnŭs, vide Populus fœm. gen.

Pŏpŭlŭs, li, antepen. corr. singul. numer. masculi generis, Vnius civitatis multitudinem significat, juris consensu & concordi communione sociatam. [עם ham. λαὸς δῆμος. Gall Peuple. Ital. Popolo. Ger. Ein Volck oder gantze Gemeind einer Statt Hisp. Pueblo. Pol. Lud, zgromadzenie mieſzczan. Vng Nepkōſſeg. Ang. The people.] Virgil. 1. Aeneid. Hinc populum latè regem. belloq; superbum Venturum excidio Libyæ. Populi, nationes; gentes diversarum civitatum. Ibidem: Littoraq;, & latos populos. ¶ Populus à Columella de apibus dicitur lib. 9. cap. 13: Id ne fiat duo populi conjungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere.

Pŏpĕllŭs, li, diminutivum. Plebecula. [δημίδιον. Gall. Petit peuple. Ital. Popolo picciolo. Germ. Ein Völcklin/das schlecht gesindlin. Hisp. Pueblo menudo. Pol. Pospoliti lud. Vng. Nepetske. kossegetske. Ang. The simple poore people.] Pers. Satyr. 4: Ante diem blando caudam jactare popello. Horatius 1. Epistol. 7: Vulteium mane Philippus Vilia vendentem tunicato scruta popello Occupat.

Pŏpŭlārĭs, populare, om. t. Quod est populi. [ἰδιωτικός, δημοτικός. Gall. Populaire, du peuple. Ital. Popolare, di popolo Ger Das des Volcks ist. Hisp. Cosa de pueblo. Pol. Ludzki. Vng Nephez tartozo. An. Of te people.] Horatius de Arte: & populareis Vincentem strepitus, & natum rebus agendis. ¶ Interdum popularis dicitur gratiosus, charus & gratus populo, qui sibi populi favorem conciliat, quiq; populi est studiosus. δημοτικὸς, ἐρασὴς τοῦ δήμου, δημαγωγός. Cicero: Nil tàm populare quàm bonitas. Livius: Et quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. ¶ Interdum dicitur plebeius, vilis, & ignobilis. ὁ τυχών. Plautus: Præstat divitem esse ac popularem, quàm nobilem & mendicum. ¶ Popularis item dicitur qui est ejusdem conditionis, generis, sortis & fortunæ. ὁμοεθνὴς, δημότης, ὁ μετά τινος δημοτεύων. Terentius in Phorm. Amicus summus meus, & popularis Geta, erat enim & ipse servus. Quid si popularis, quod ejusdem gentis esset? ¶ Popularis item dicitur civis. Terent. in Adelph. Obsecro populares ferte misero, atq; innocenti auxilium. ¶ Ponitur aliquando popularis pro subdito, autore Budæo. Liv. 1. bel. Maced. Tentando nunc sociorum, nunc popularium animos: id est, qui in ditione eorum atque imperio erant. ¶ Populari nomine vocare, est vocare nomine vulgò à populo usurpato. Plinius libro 13. capite 4: Populari etiam nomine à nobis appellantur balani. Ita popularia verba apud Ciceronem de Offic.

Pŏpŭlārĭă, n. t. dicebantur loca ubi plebs sedebat. Sueton. in Domit. Et quia pars major intra popularia decederat, &c. Vide Equestria in EQVVS. ¶ Item popularia, nugatoria, puerilia. Laberius apud Nonium: Popularia agimus per ludum ¶ Popularia sacra, ut Labeo inquit, sunt quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt, ut Fornacalia & Palilia. δημοτικὰ ἱερά. Sic dicta quòd populo grata essent, propterea quòd tunc in populum missio fieret ab iis qui gratiā plebis captabant: & hoc duplici modo: aut de Rep. bene sentiendo: & ea quæ ad populi salutem spectant recta cum ratione agendo: aut largiendo & adulando, vel aliis corruptelis benevolentiam captando.

Pŏpŭlārĭtās, atis, f. t. Studium & cultus populi: hoc est, affabilitas, humanitas, blanditiæ, quibus populi favorē aucupamur. [δημαγωγία, δημοκρατία, ὀχλοκοπία. Gall Popularité, amitié & humanité enuers le peuple. Ital. Affabilità, humanità verso il popolo. Ger. Gesellschafft vnd freundtligkeit mit dem Volck. Hisp Humanidad y halagos en amor y voluntad del pueblo. Pol. Lagodna mowa do liudu,

liudu, towarzis wesliudě. Vng. *Kőssegnek botswolleti, maga zeretteteſe.* Ang. *Courteſie and humanitie towardes the people.*] Plinius epiſt. 117: Dixit cauſam Claudius Ariſtion princeps Epheſiorum, homo munificus & innoxiæ popularitatis. ¶ Ponitur aliquãdo pro conjunctione atq; neceſſitudine, quæ debet eſſe inter populares: hoc eſt, inter eos qui ex eadem regione ortum traxerunt. Plaut. in Pœn. Siquid opus eſt, quæſo dic, atq; impera populatitatis cauſa.

Pŏpŭlārĭtĕr, Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. [δημοτικῶς. Gall. *Populairement, auec la grace du peuple.* Ital. *Popularmente, affabilmente.* Ger. *Mit verwilligung des Volcks / nach brauch des Volcks.* Hiſ. *En amor y voluntad del pueblo.* Pol. *Ludsko ɫudska, laska.* Vng. *Kedueſſen kőſz nepnek iauallaſaual.* Ang. *With the fauour & loue of the cõmons.*] Iuuen. Sat. 3: - & verſo pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. ¶ Aliquando ſignificat more populi. Cicer. in Som. Scipion. Homines enim populariter annum tantummodo Solis: id eſt, unius aſtri reditu metiuntur. ¶ Hinc dicimus populariter agere, populariter loqui, populariter ſcribere: id eſt, more populi.

Pŏpŭlātim, Per populos. [κατὰ δήμους. Gall. *De peuple en peuple, par tout le peuple.* Ital. *Di popolo in popolo, per tutto el popolo.* Ger. *Von einem Volck zum anderen / durch die Völcker.* Hiſp. *De pueblo en pueblo, per todo el pueblo.* Pol. *Przez liud, obliedu do ludu.* Vng. *Nepenkent, nemſet ſogenkent.* Ang. *Through all the commons.*] Apuleius: Populatim ab omni provincia revocatus. ¶ Ponitur aliquando pro coacervatim & in univerſum. Cęcilius: Ego perdidi te, qui omnes ſervos prodo populatim: quæſo ne addas malum ad hoc malum.

Pŏpŭlōſŭs, ſa, ſum, Quod eſt plenum populo. πολυάνθρωπος. ut Oppidum populoſum.

Pŏpŭlo, as, & populor, aris, d.p. Deprædari, diripere, ſpoliare. [שדד *ſhadhádh*. δενδροτομεῖν, φθείρειν τὴν ἄγειν, λαφυραγωγεῖν, δῃοῦν, πορθεῖν. Gall. *Oſter & piller tout és champs, deſtruire & perdre.* Ital. *Depredare, ſacchegiare, defertare vn paeſe.* Ger. *Verhergen / verwüſten / beraubẽ.* Hiſp. *Robar y deſtruyr el campo.* Pol. *Nyſzcze tepie.* Vng. *Puztitok.* Ang. *To robbe, and deſtroye the cuntrey.*] Cæſ. 1. bel. Gall. In Heduorum fines pervenerant, eorumq; agros populabantur. Virgil. 1. Geor. populatq; ingentem farris acervum. ¶ Hinc depopulor pro deprædor, paſſimq; & populatim diripio. Populare, Nonius populi amorem conciliare eſſe ait, indeq; popularem dictum eſſe, qui à populo pendet.

Pŏpŭlātŭs, a, um, participium, Deprædatus. [שדד *ſchadhúdh*. δενδροτομήσας, πορθηθείς. Gal. *Pillé, deſtruit.* Ital *Depredato, ſacchegiato.* Ger. *Verherget / geplündert / beraubet.* Hiſp. *Robado y deſtruido.* Pol. *Zplundrowani, wyniſzczoni.* Vng. *Puztittatot, meg fuztatot.* An. *Spoyled, deſtroyed.*] Virg. 12. Aeneid. Quiſq; ſuum populatus iter. Cicer 5. Ver. Ejectos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos atque exinanitos à Verre, populatam vexatamq; provinciam.

Pŏpŭlātĭo, onis, verbale, f.t. Spoliatio. [שדד *ſchód.* πόρθησις. Gal. *Saccagement, degaſt.* Ital. *Sacchegiamente.* Ger. *Verhergung / beraubung / plunderung.* Hiſp. *Robamiento, deſtruymiento.* Pol. *Zupienie, wylupienie.* Vng. *Puztitas foztas.* Ang. *A waſting or pilling of a cuntrey.*] Liv. 3. ab Vrbe: Equos populationibus incurſionibusq; meliores eſſe. Columel. lib. 2. cap. 20: Nam ea res à populatione murum formicarumq; frumenta defendit. Idem lib. 3. cap. 21: Aut ſi maturitatem ſerotini expectet, amittat vindemiam præcocem, quæ plerunq; populationibus volucrũ, pluviisq;, aut ventis laceſſita dilabitur.

Pŏpŭlātŭs, us, ui, m. q Populatio. [שדד *ſchodh.* δενδροτομὴ, πόρθησις.] Lucan. li. 2: - ardent Heſperii mõtes ſęvis populatib. agri.

Pŏpŭlātŏr, oris, m. t. [שדד *ſchodhédh.* ὁ πορθήτωρ. Gall. *Pilleur, gaſteur, & deſtruiſeur d'vn pays.* Ital. *Chi ſacchegia vn paeſe.* Ger. *Ein verherger / verwüſter / zerſtörer.* Hiſp. *El que aſſi deſtruye.* Pol. *Nyiezmk, l'upieżca.* Vng. *Puztito, fozto.* Ang. *A robber or deſtroyer of a cuntrey.*] Ovid. 12. Metamorph. Vivit adhuc operis noſtri populator Achilles. Idem 13. Metamorph. Hoc ubi cognovit Troiæ populator Atrides.

Pŏpŭlātrīx, populatricis, f.t. [שדדת *ſchodhédheth.* ὀλοφθόρικὴ. Gall *Pillereſſe, celle qui gaſte & deſtruit tout.* Ital. *Donna che diſtrugge il tutto.* Ger. *Ein Verhergerin / verwüſterin / rauberin.* Hiſp. *La que aſſi deſtruye.* Pol. *La keora l'upi niſzczy, plundruie.* Vng *Puztito aſzszonyſ.* An. *She that robbeth and deſtroyed.*] Martialis lib. 13: Hæc tibi Theſæi populatrix miſit Hymetti, Pallados à ſylvis nobile nectar apis.

Pŏpŭlābūndŭs, Prædabundus, à populando: id eſt, qui populatur. [שדד *ſchodhédh.* λῃστρικῶς, ἁρπακτικῶς, δενδροτομικῶς. Gal. *Qui court parmi les champs pillant & ruinant tout.* Ital *Che va per i campi ſtruggendo & ſi beggiando.* Ger. *Verhergend / beraubend / ſchedigend mit plunderẽ vnd verwüſten.* Hiſp. *Coſa que mucho aſſi deſtruye.* Pol. *Plun[illegible]* Vng. *Puztito, prædalo, dulo fozto.* Ang. *Ranging and robbing & deſtroying.*] Liv. lib. 3. ab Vrbe: In fine, Romanos exciverant, populabũdi magis quàm juſti more belli.

Pŏpŭlārĭs, populabile, om. t. Quod populari poteſt. [πορθητός. Gal. *Qui peut eſtre pillé & gaſté.* Ital *Diſertato, ouero ſog getto a eſſere ſaccheggiato.* Germ. *Das zerſtöret oder verherget werden mag.* Hiſp. *Coſa que aſſi ſe puede deſtruir.* Pol. *Czo ſpuſtoſzicz wolno.* Vng. *El puztithato.* Ang *That may be ſpoiled or deſtroyed.*] Ovid. 9 Metamor. Interea quodcunq; fuit populabile, flamma Mulciber abſtulerat.

Populitari, pro populari & deripi Papyrius poſuit in l. 21. D. de appell. Tamen quum fructus populitarentur ab adverſario, æquum videri ſibi fructus apud ſequeſtres deponi.

Pŏpŭlŭs, Prima ſyllaba producta, f.f. Arbor eſt cerro ſimilis, caudice procero & erecto, cortice levi, foliis dum tenera eſt, circinatæ rotunditatis, quæ in ſenectute anguloſa evadunt ſine flore. [צבעה *libnéh.* Gall. *Peuplier.* Ital. *Poppio, piopa talpone, Albura.* Ger. *Pappelbawm / Garbawm.* Hiſp. *El alamo arbole.* Pol. *Topolia.* Vng. *Nyarfa.*] Duo ejus ſunt genera, Alba, quam & Græci λεύκην dicunt, folio numeroſiore, & tremulo (unde *Trambulam* Galli vocant) uvaſq; ferens quas *brya* dicunt, unguentis experitas. Et nigra, illis αἴγειρος dicta, levior quidem & procerior, ſed fronde rariore. Vtraq; locis aquoſis gaudet & paluſtribus. Virg. 9. Aegłog. - hîc cãdida populus antro Imminet. Plin. lib. 34. cap. 8: Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Colum. lib. 5: Cui rei maximè videtur idonea populus, Ea eſt arbor cerro ſimilis.

Pŏpŭlĕŭs, a, um, Quod eſt confectum ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. [λεύκινος, αἰγείρινος. Gall. *De peuplier.* Ital. *Di poppio.* Ger. *Garbawmen.* Hiſp *Coſa de materia de alamo.* Pol. *Topolowi.* Vng. *Nyarfa bol valo.*] Virg. 2. Geor. Qualis populea mœrens philomela ſub umbra. Frondes populeæ, Idem 8. Aeneid. Vmbra populea, Idem 4. Georg.

Pŏpūlnŭs, populna, populnum, Populeus λεύκινος, αἰγείρινος. Plautus in Caſ. Nõ iſthęc aut populna ſors, aut abigna eſt tua?

Pŏpūlnĕŭs, populnea, populneum, In eadem ſignificatione. Colum. lib. 6. cap. 3: Probatur maximè ulmèa, pòſt fraxinea, & ab hac populnea frons. Idem lib. 12. cap. 2: Frondem querncã, & populneam.

Pŏpŭlētum, populeti, n.ſ. Locus populis conſitus. [αἰγειρών. Gall. *Vn lieu planté de peupliers.* Ital. *Luogo piantato de poppi.* Ger. *Ein ort an dem viel Pappelbãwm oder Garbãwm ſtehn.* Hiſp *Lugar de muchos alamos.* Pol. *Mieyſcze pel'ne topolin.* Vng. *Nyarfus hely.*] Plin. lib. 14. cap. 5: Antea Cæcubo erat generoſitas celeberrima paluſtribus populetis.

Pŏpŭlĕŏn, Medicamentum quod ex floribus populi conficitur conniventibus. Compoſitionem ejus lege apud Galen. lib. 4. de San. tuenda.

Pŏpŭlētum, Myracopon, unguentum populeonis, vulgò ſic dictum.

Pŏrcă, Porcarius, Porcellus. Vide PORCVS.

Pŏrcĕo, porces, verbum obſoletum quo antiqui, teſte Feſto, utebantur pro prohibeo. κωλύω. Lucilius lib. 6: - non tè porrò procedere porcent. Componitur ex porrò & arceo, quaſi procul arceo.

Pŏrcētrā, porcetræ, Porca quæ ſemel tantùm peperit. χοῖρος, aliis δέλφαξ. Scropha, quæ ſæpiùs.

Pŏrcŭlētum, poculeti, n.ſ. Hermolaus ait idẽ eſſe quod porcam: hoc eſt, terram editiorem inter duos ſulcos: cuius generis in hortis hodie pulvini appellantur, in quibus ſua cujuſq; generis olera ſeparatim ſeruntur. Plin. lib. 27. cap. 22: Vmbri & Marci ad vicenos pedes intermittunt arationis gratia: in his quæ vocant pŏrculeta.

Pŏrcŭlum, porculi, n.ſ. Eſt machinæ genus apud Catonem de Re ruſt. cap. 19: Foramen (*inquit*) quod primum facies, ſemipedem ab cardine facito: cætera dividito quã rectiſſimè, porculum in media ſucula facito: inter arbores mediũ quod erit, id medium collibrato ubi porculum figere oportebit, uti in medio prælum rectè ſitum ſiet.

Pŏrcŭs, porci, m.ſ. Sus domeſticus: quemadmodum aper, ferus. [חזיר *chazír* χοῖρος. Gall. *Vn porc.* Ital *Porco.* Ger. *Ein zam Schwein.* Bel. *Een Vercken.* Hiſ. *Puerco.* Pol. *Wieprz.* Vng. *Diszno.* Ang *Anhog, a ſwyne.*] Suis autem appellario utriq; generi eſt communis. Martial. li. 14: Iſte tibi faciat bona Saturnalia porcus, Inter ſpumantes ilice paſtus apros. Iuvenalis Satyr. 10: - vovcasq; ſacellis Exta, & candiduli divina tomacula porci. Dictus ab eo quòd porrecto rictu paſcitur, & terram dum herbarum radices rimatur, latiùs porrigat. Porcus Serarius apud Catonem, qui, vide in Serarius. ¶ Porcus marinus, piſcis marinus, quum capitur, grunniens, ὀρφαγίσκος. Lacedæmonii orthragoriſcum vocãt, ut ex Appionis ſententia refert Plin. lib. 32. cap. 2. ¶ Porcus Trojanus, in Romanorum conviviis per jocum dicebatur aper, qui integer apponi ſolebat, unà cum minoribus animalibus in ventre ejus incluſis, non ſecus atque olim ferunt in equo Trojano incluſos fuiſſe armatos. χοῖρος ἀχαϊκός. Vide Macrob. in Saturnalibus.

Pŏrcă, æ, f.p. Sus fœmina. [חזיר *chazír* ὗς, ὑός. Gall. *Vne truye.* Ital.

Porca,

Porca. Germ. Ein Sauw. Hiſp. Puerca. Pol. Szwinia. Vng. Enie dizno. Ang. A ridge betwene twoo fur rowes.] Cato de Re ruſt. cap. 134. Priuſquam fœminam porcam immolabis. ¶ In agro verò porca eſt terra elata inter duos ſulcos: [תלם téleth. αὔλαξ. Gall. Terre eſleuee entredeux rayons, vn ſeillon. Ital. Scroffa, porca. Ger. Das buhelin zwiſchen zweyen furchen in einem Acker. Hiſp. La tierra que queda entre dos ſulcos.] à porrigendo (ut inquit Varro lib. 1. cap. 29. de Re ruſt.) quòd ea ſeges porrigat frumentum. Vel à porcendo: id eſt, prohibendo, ut Nonio placet, eò quòd ultra ſe jaci ſemina prohibeat. ¶ Porcæ (inquit Feſtus) appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia: ita dictæ quòd porceant: id eſt, prohibeant aquam frumento nocere. Crebriores autem ſulci, limi vocantur. Hæc ille. Colum. lib. 2. cap. 4: Liras ruſtici vocant eaſdem porcas, quum ſic aratum eſt, ut inter duos latiùs diſtantes ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumẽtis præbeat. Sed & triginta pedum latitudinem, CLXXX. longitudinem, porcam vocabãt, eodem autore lib. 5. cap. 1: Campani, inquit Hermolaus Barb. hodie porcas vocant pulvinos ſive hortulos, in quibus veluti ſulcatim ſua cujuſq; generis olera ſeruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam.

Porcẽtrã, Sus quæ ſemel peperit quæ ſæpiùs ſcropha. [Vn. Tenizò dizno.] Meliſſus de loquendi proprietate, qui habet autorem Pomponium in Attellana, quæ hoc eodem vocabulo inſcripta eſt: Ex Gellio lib. 18. cap. 6.

Porcẽllus, & porcellus diminut. [χοιείδιον, χοιείον. Gall. Porcelet, cochon. Ital. Porceletto. Ger. Ein fäcklin. Hiſp. El lechon, puerco pequenno. Pol. Wieprzek. Vng. Diznotska. An. A litle hog or ſwyne.] Suetonius in Nerone: Iterum ac ſæpiùs recoctum porcello objecit. Porculus legitur apud Plautũ in Menæch. Scribit Varro porcum Græcum nomen eſſe antiquum, ſed obſcuratum, quod poſtea vocarunt χοῖρον.

Porcĩnus, a, um, pen. prod Quod ex porco eſt: ut Caro porcina.] χοιρεῖος, ὑείος. Gall. De porceau. Ital. Di porco. Ger. Schweinin/von einer Sauw. Hiſp. Coſa de puerco. Pol. Wieprzowe, ſwiny. Vng. Diznobel valo. Ang. Of an hogge.] Plaut. Cap. Aliũ piſces prætinatum abire, alium porcinam, atq; agninam, & pullos gallinaceos.

Porcĩnãrĭus, m. ſ. Qui carnes porcinas vẽdit. [χοιροπώλης. Gall. Chaircuitier, qui vend chair de porceau. Ital. Chi vende carne di porco. Ger. Der ſchweinin fleiſch verkaufft. Hiſ. El que vende carne de puerco. Pol. Szwinis mieſſoprzedawaracy. Vng Diznohus aros. Ang. A ſeller of hoggès fleſh.] Plaut. in Capt. Quãta laniis laſſitudo, quãdo porcinarius?

Porcãrĭus, a, um, Quod ex porca eſt. [χοιρεῖος. Gall. De truye. Ital. Di porca. Germ. Einer Moren. Hiſp. De puerca. Pol. Szwiny. Vng. Eme diznobol valo. Ang. Of a ſwynee.] Vnde porcariam vulvam dicebant, qua edito partu veſcebantur. Plin. lib. 11. cap. 37: Vulva ejecto pãrtu melior quàm edito: ejectitia vocatur illa, hæc porcaria: primiparæ ſuis optima.

Porcãrĭus, Porcorum cuſtos, ſubulcus. [χοιροβοσκός. Gall Porchier. Ital. Porcaro. Ger. Ein Seuwhirt. Hiſp. El porquerizo. Pol. Szwinopas. Vng. Diznopoztor. Ang. A ſwyne heard or keeper.]

Porcŭlatĭõnem, Antiqui porcorum nutricatum vocaverunt. [χοιροβοσκία. Gall. Nourriture de porceaux. Ital. Notritura di porci. Germ. Seuw erziehung oder meſtung. Hiſp. Criãnca delos puercos. Pol. Szwing chowanye. Vng. Diznotartas.] Varr. lib. 2. de Re ruſt. cap. 4: In nutricatu (quam porculationem appellabant) binis menſibus porcos ſinunt cum matribus.

Porcŭlātŏr, oris, m. t. Qui porcos nutrit ut pingueſcant. [χοιροβοσκός. Gal. Porchier, qui engraiſſe les porceaux Ital. Nutritore di porci. Ger. Einer der Seuw erzeugt oder meſtet. Hiſp. Porquero que los cria. Pol. Tenktori ſzwinie karmi. Vng. Diznotarto. Ang That fiedeth ſwine.] Colum. lib. 7. cap 9: Itaq; porculatoris maximum officium eſt, ut unamquamq; cum prole claudat.

Porrĭ, pororum, Vide PORVS.

Porrŏcēlă, πορροκήλη, Species herniæ eſt, quum ex abſceſſu circá ſcrotum materia induruit. πῦῤῥος enim Græcis inter cætera lapidoſam duritiem ſignificat, ſive callum.

Porphўră, æ, f. p. Latinè purpura. [תכלת techéleth ארגמן arghamán כרמיל charmil πορφύρα. Gall. Pourpre, cramoiſi. Ital. Porpora. Ger. Purpurfarb. Hiſp La purpura, color de carmeſi. Pol. Farba purpurowa. Vng. Barſony. Ang. Purple.] Vnde Porphyriacus, a, um, pen. corr. purpureo. Ovid. Et porphyriacis figere labra genis.

Porphўrĭs, porphyridis, pen. prod. πορφυρίς. Veſtis purpurea.

Porphўrĭo, porphyrionis, pen. prod. f. t. [πορφυρίων. Ger. Ein frembder vogel/möcht in Teutſch / weil er die füß vnd ſchnabel purpurfarb hat/ Purpurvogel genãnt werden: ſeine fädern am gantzen Leib ſind blauw.] Avis eſt collum habens oblongum & anguſtum, crura prælonga, eaq; rubentia, quemadmodum & roſtrum, ſola avium morſu bibens, cibumq; priùs aqua tinctum altero pede, veluti manu, ad roſtrum afferens. Author Plin. lib. 10. cap. 46. Aelianus li. 14. cap. 35, tradit porphyrionem mulieb ris pudicitiæ obſervatorem eſſe, matrisq; familiâs adulterium ſuſpendio ſuo domino indicare. ¶ Fuit item hoc nomine Gigas quidam, Siſyphi filius: qui unà cum reliquis Gigantibus adverſus ſuperos conſpiravit. Claudianus in Gigantomachia Porphyrion trepidam conatur vellere Delon. ¶ Fuit item aurigæ nomen, Neronis tẽporibus, cujus meminit Sueton. Martialis uno diſticho omnes has ſignificationes complexus eſt: Nomen habet magni volucris tam parva Gigantis, Et nomen Praſini Porphyrionis habet.

Porphўrītēs, porphyritis, pen. prod. m. t. [πορφυρίτης. Ger. Ein roter Marmelſtein mit weiſſen dupffitnen geſprecketet] Lapis in Aegypto rubens, candidis intervenientibus punctis: propterea Leucoſtictos appellatus. λευκὸν enim album vocant Græci, & στίζειν pungere. Autor Plin. lib. 36. cap. 7.

Porphyreticus, porphyretica, cum. pen. corr. Adject [Ger Das auß rotem Marmelſtein gemacht iſt.] Quod eſt factum ex porphyrite.

Porphўrŭs, Serpens eſt in călidiſſimis Indiæ locis naſcens, capite quovis lacte candidiore, reliquo corpore purpureo, dentibus carens: ideoq; morſu innocuus: vomitum tamen eructans, quicquid contigerit extabefacientem. Vide Aelianũ lib. 9. cap 57.

Porrăcĕŭs, Vide PORRVM.

Porrĭcĭo, pen. cor. porricere. Quaſi porrò jacio, inquit Feſtus: id eſt, valde porrigo: quod verbũ ſolenne ſacrificantibus erat. [προβαλλειν. Ger. Weit werffen.] Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur diis. Plautus in Pſeud. Nam ſi ſacrificem ſummo Jovi, atq; in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci Si lucri quid detur, potiùs rem divinam deſeriã. Virg. Aeneid. 5. extaq; ſalſos Porriciam in fluctus. Quo in loco nõnulli malè legunt projiciam. Vide Macrob. lib. 3. Satur. cap. 2.

Porrĭgo, is, pen. corr. xi, ctum, act. t. Extendo, dilato, à porrò & rego, ut præteritum indicat, non ab ago, ut quidam malè putaverunt. [נטה natáh שרש parás הושיט hoſchit נתן nathán. ἐρέγω ἐρέγνυμι. Gall. Eſtendre, tendre & bailler. Ital. Eſtendere, porgere. Ger Außſtrecken/ item, darreichen Bel. Bieden, reych, wt ſtrecken. Hiſp. Eſtender. Pol. Wyciągam, daie. Vng Nyuytom. Ang To reache or ſtretch out and offer.] Cicero pro Cælio: Licinium quũ jam manum ad tradendam pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Plinius: Facilius quippe radices porrigũt ſolo ſubacto. ¶ Quãdoq; ponitur pro extenſa manu offerre. ἐμβάλλειν. Vnde Auguſtus, ut eſt apud Macrob. lib. 2. Saturnal. quum ei quidam libellum trepidus offerret, & modò proferret manum, modò retraheret. Putas te, inquit, ſtipem elephanto porrigere? Cic. 2. de Natur. deor. Stultitia eſt à quibus bona precamur, ab iiſdẽ porrigentibus & dantibus nolle ſumere. ¶ Rurſus quia quæ interficiuntur, humi extenduntur, factum eſt ut porrigere ſit proſternere & interficere. Martialis: Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. ¶ Porrigere manum, ſive dextram, eſt adjuvare, ſuccurrere ſive opem ferre: metaphora ducta ab iis qui lapſos tenſa dextra humo attollunt. ¶ Hujus compoſitum eſt Exporrigo ſeu Expergo per ſyncopen, quod eſt explico, erigo, extendo, ἀλαχέω. Terent. in Adelphis: da te hodie mihi Exporge frontẽ: id eſt, exhilara. ἀνέῳξε τὸ πρόσωπον. ¶ Porrigere herbam, eſt victum ſe fateri. Plin. lib. 22. cap. 4: Summum apud antiquos ſignũ victoriæ erat, herbam porrigere victos: hoc eſt, terra & altrice ipſa humo, & humatione etiam cedere. Vide Chiliadas Eraſmi.

Porrĕctŭs, participium. Extenſus, dilatatus. [נטוי natúi נטרש niphrás. πεπταμένος. Gall. Eſtendu. Ital. Steſo. Ger. Außgeſtreckt. Hiſp. Eſtendido. Pol Wieżiagniony. Vng Nyuytatos. Ang. Reached and ſtretched out.] Horat. lib. 4. Carmin. famaq; & imperii Porrecta majeſtas ad ortum. ¶ Aliquando porrectus nomen eſt, idem ferè ſignificãs quod hilaris: ut Frons porrecta: id eſt, alacris. In rebus enim lætis cutem frontis extendere ſolemus, & contrà in triſtibus corrugare. Plautus in Caſ. Primùm ego te porrectiore fronte volo mecum loqui: id eſt, hilariore

Porrĕctĭo; verbale, f. t. Extenſio: cui opponitur Contractio. [אטרש miphrás. ἐπίτασις, πεπτάνσις. Gall Eſtendement, eſtendue. Ital. Eſtendimento. Germ. Außſtreckung Hiſp. Eſtendimento. Pol. Wyciągnienie. Vng Nyuytas. Ang. A reaching out in geuing any thing.] Cic. 2. de Natur. Deorum: Digitorum enim contractio facilis, faciliſq; porrectio propter molles commiſſuras & artus nullo in motu laborat.

Porrīgo, penult. nomin. prod. porriginis, f. t. Capitis affectus eſt, quum tenues & furfuraceæ ſquamulæ ex capite decidunt: [πιτυρίασις Gall. La teigne. Ital. Tigna. Ger Der ſchüppgrind/ des Haupts/ erbgrind. Bel Schorfticheyt Hiſ. Caſpa dela cabeca. Pol. Strapna gl'owie. Vng. Fw kozmoſag korpaſſag. Ang. The ſcurfe or ſcailles of the head, alſo the drie ſcall in the head.] Porrigo eſt (inquit Celſus lib. 6. cap. 2.) ubi inter pilos quædam quaſi ſquamulæ ſurgunt, eæq; à cute reſolvuntur, & interdum madent, multo ſæpiùs ſiccæ ſunt: idq; evenit modò ſine ulcere, modò exulcerato loco: huic quoque modò malo odore, modò nullo ac-

cidente: fereq; id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiã in superciliis. Hæc Celsus. Lucil. lib. 30: Tristem & corruptum, scabie & porrigine plenum. Horat. 2. Sermo. Satyr. 3. Vngere si caules oleo meliore, caputq; Cœperis impexa fœdum porrigine.

Pōrrīgĭnōsŭs, a, um, Qui porrigine infectatur. πιτυριάδης.

Pōrro, Varios in oratione habet usus. Modò enim affirmandi adverbium, idem significat quod sanè, certè, profectò. [אמנם *abdl γαμὲ μὰν.* Gall. *Certainement.* Ital *Certamente.* Germ. Wahrlich. Hisp. *Ciertamente.* Pol *Zaprawde dalei, naostatek.* Vn. *Nyeluan kefen, exutan, touab, penig igen.* Ang. *Truelie moreouer.*] Cicero pro Plancio: Nihil porrò tàm inhumanum, tàm immane, tàm ferum, quàm committere ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare. ¶ Quandoq; temporis adverbium, idem valet quod longè pòst. πόρρω. Virgil 5. Aeneid. - hinc maxima porrò, Accepit Roma, & patrium servavit honorem. Vbi Servius: Porrò, post longum intervallum. ¶ Nonnunquam idem quod in posterum, deinceps, in futurum. ἐπὶ τὰ πρόσω. Terent. in Prolog. Andr. Deinde ut quiescant, porrò monco. id est, in futurum, interprete Donato. ¶ Aliquando loci a Ivcrorum est, idem significans quod ultrà, sive ulteriùs. Liv. 8. ab Vrbe: Et aut eâdem quà te insinuaveris, retrò via repetẽda: aut si ire porrò pergas, per alium saltum arctiorem, impediorémq; evadendum. Interdum idem quod lõgè, sive procul. Virgil. 6. Aeneid. - quæ sint ea flumina porrò. ¶ Sæpissimè autem conjunctio est, atq; idem valet quod autem, sive verò. Νῦν, δὲ. Quintil. in Apol. Paup. Porrò qui confessum defendit, non absolutionẽ sceleris petit, sed licentiam. ¶ Quandoq; expletiva particula est, ornatus tantùm gratia interposita. Terent. in Andr. - adeón' me ignavum putas, Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor, *&c.* ¶ Aliquando hortantis est. Virgil. 9. Aeneid. - percipe porrò Quid dubitem. Quo in loco Servius exponit porrò prò adverbio hortantis. Cic. 4. de Finibus: Perge porrò: nam de isto magna dissensio est. ¶ Porrò autem, idem valet quod præterea verò. Cic. 3. Verr. Hominibus & natura, & disciplina, leniss imis: porrò autẽ pop. Rom. conditione socits, fortuna servis. ¶ Neque porrò, idem quod neq; etiam. Cic. 3. Verr. Neq; enim perfacetè dicta, neq; porrò hac severitate digna. ¶ Porrò minima, dixit Cic. 5. de Finibus, pro longè minima. Ea *inquit*, nos mala dicimus, sed exigua, & porrò minima. Hæc ferè Budæus. ¶ Ponitur aliquando porrò pro valde. Cic. in Cat. Majore: Sæpè à majoribus natu audivi, qui se porrò pueros à senibus audisse dicebant. ¶ Aliquando est adverbium ordinis. Terent. in And. Move ocyus te, ut quid agam, porrò intelligas.

Pōrrum, ri, in plurali, porri, orũ, Genus oleris notissimi. [πράσον. Gall. *Porreau.* Ital. *Porro.* Ger. Lauch Hisp. *Puerro.* Pol. Lug. Vng. *Pare.* Ang. *A leek.*] Plin. lib. 19. cap. 12: In translatione & medicina est: delinuntq; sentire injurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium. Martial. lib. 13: Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros: In medio virides stipite cerne comas. Porrorũ alii sunt Tarentini, qui & secti dicuntur: alii Aricini, qui & capitati: de quibus generibus vide Plin. lib. 19 cap. 6. ¶ Legitur & porrus gen. masc. à quo mansit pluralis numerus ejusdem generis. Celsus lib. 4. cap 6: Aut jus in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus sit. Eodem genere usus est & Plin. lib 19. cap. 6: Laudatissimus (subaudi porrus) in Aegypto, mox Orchiæ, atq; Ariciæ. ¶ Invenitur & porrina pro porro, apud Scevolam l. 58. D. de usufruct. Sempronio do, lego ex redactu fructuum holeris & porrinæ partem.

Pōrrăcĕŭs, a, um. [πράσινος. Gall. *De porreau* Ital. *Di porro.* Ger. Des Lauchs. Hisp. *Cosa de materia de puerro.* Pol Luzowy. Vng. *Parebol valo.* Ang. *Of a leek.*] Plin. lib. 37. cap 10: Heliotropium nascitur in Aethiopia, Aphrica, Cypro, porracei coloris, sanguineis venis distincta.

Pōrtă, portæ, f. p. Propriè aditus civitatis, alteriúsve loci vallo fossáve muniti: [שער *shâhar* פתח *pethách* πύλη Gall *La porte.* Ital. *Porta.* Ger Ein Thor/Pfort Bel. Een duree/Poorte Hisp. *Puerta.* Pol *Brama wrota, drzwi.* Vng. *Kapu.* Ang. *A gate or porte, the entree of a citie.*] à portando nomen habens, sive quòd per eam omnia & importentur, & exportentur: sive ab aratri portatione, (ut inquit Donatus) quia in designatione urbium, subjũctis vacca & tauro, qui urbem designabat, aratrum manu suspendebat, ne sulcum quem primogenium dicunt, faceret, ubi aditus civitatis erant relinquendi. Cæs. 6. bell. Gall. Capit arma à proximis atq; in porta consistit. Item Hircius lib 8: Nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumq; omnium, quâ Cæsar iturus erat, excogitari posset. Virg. 7. Aeneid: Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra. Idem 2. Aeneid. - vix primi prælia tentant Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt. Cicer 4 de Finibus: Si Annibal ad portas venisset, murumq; jaculo trajecisset. ¶ Porta Prætoria, in castris dicebatur quæ erat in fronte valli, qua mules ad prælium educebatur. Antiqui enim *Prætorem* appellabant qui toti prœrat exercitui, qui deinde *Imperator* appellatus est. Porta decumana, quæ in postica parte castrorum erat, qua annona, cæteraq, exercitui necessaria importabãtur: ita dicta à magnitudine. Quoniam enim ita ferè usu venire solet, ut decimà quæq; omnibus propemodum in rebus maxima sint: veteres decumanum, pro magno & amplo accipiebãt. ¶ Portæ item per similitudinem quandam mõtium fauces dicuntur in maximas angustias coarctarq, cujusmodi pleræq; in diversis Tauri montis partibus à Cosmographis commemorãtur: ut sunt Caspiæ portæ, Ciliciæ, & Caucasiæ.

Pōrtŭlă, portella, & porticula, diminutiva. [πυλὶς πυλίδιον. Gal. *Portelette, petite porte, guichet.* Ital. *Picciola porta, portella.* Ger. Ein thürlin Hisp. *Pequenna puerta.* Pol: Drzwiczki, *chwortka.* Vng. *Kaputska.* Ang. *A litle gate.*] Liv. 5. bell. Pun. Philomenes portula assueta venationem inferens, *&c.*

Pōrtĕndo, portendis, act. 1. Prædico, ostendò, vel præmõstro: à porrò, quod est prorsum, & tendo. [יגיד *hîghghîdh.* ἐπισημαίνω, προσημαίνω, προφέρω. Gall. *Porter signification de quelque chose à venir, predire.* Ital. *Prenuntiare.* Ger. Vorbedeuten etwas künfftigs Bel. Bedijden. Hisp. *Significar mal futuro.* Pol. *Przepowiadam.* Ang *To signifie before a thing happeneth.*] Virgil. 7. Aeneid Hunc illum fatis externa ab sede profectum Portẽdi generũ. Plaut. in Asina. Aecastor nobis periculum magnum, & familiæ portenditur, Demæneti si expectemus mortem. Cicer. 1. Divina. Nam quòd de sole ostẽsum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore.

Pōrtĕntum, portenti, n. s. Ostentum & prodigium quod portẽdit aliquid futurum: ut quum insolita corpora in aëre apparent: ut cometæ, turbines, & sereno cœlo tonitrua. [מופת *mopheth.* τέρας. Gall. *Prodige, chose terrible, espouentable.* Ital. *Prodigio, mostro.* Ger. Ein wunderzeichen so etwas künfftigs vordeütet. Hisp. *Malagro que significa mal futuro.* Pol. Dziwo. Vng. *Tsuda.* Ang *A wonderfull and strange thing against the common course of nature foreshewing some thing to come.*] ¶ Portentorum autem significatio, teste Cic. lib. 2. de Natur. deor. sumpta est ex auspiciis, & auguriis. Varro: In cœlo memorabile extitit portentũ. Cic. de Arusp. responsis: Explanationes portentorum Hetruscorũ disciplina continentur. ¶ Aliquando etiam dicuntur portẽta, commenta, fictiones, & mendacia rerum naturæ repugnãtia. Cic. 1. Tusculan. quæst. Aut quid negotii est hæc Poëtarũ, & pictorum portenta convincere? ¶ Virgil. 8 Aeneid pro bono omine posuit, quum ait: ne quære profectò Quem casum portenta ferant. Vbi Servius: Portenta modò significant bona omina quæ victoriam portendunt.

Pōrtēntōsŭs, a, um, Monstrosus, portento similis. [τερατώδης. τερατῶδες. Gall. *Merueilleux, monstrueux.* Ital. *Mostruoso.* Ger. Wundergestaltig so etwas bedeütet. Hisp. *Cosa que significa algun mal.* Pol. Dziwny. Vng. *Tsudas.* Ang *Monstrous, against nature*] Cic. de Divinat. An verò illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? Plin. lib. 22. cap. 8: Portentosum est quod de ea traditur. Portentosa Græciæ mendacia, Plin. lib. 5. cap 1.

Pōrthmĕus. [πορθμεύς. Gal. *Vn passeur, ou passagier.* Ital. *Passagiero.* Ger. Ein vberführer/setzer der die leut vber ein wasser führt. Hisp. *Barquero que passa estrecho.* Pol. Przewoznik. Vng. *Reuez.* Ang. *A ferrier.*] Græca dictio est dissyllaba, quæ nobis portitorem significat: hoc est, eum qui homines in ulteriorem fluvii ripam, vel trans fretum, vel à littore ad navim trajicit. Nam πορθμεύειν Græcis est trajicere, & πόρθμιον naulum quod pro trajectu solvitur: & πορθμὶς cymba ipsa portitoris. Vritur hac voce Iuvenal. Satyr. 3: Iam sedet in ripa, tetrumq; novitius horret Porthmea. Hinc Portmis navis est quo à littore ad littus contrarium trajicimus.

Pōrtĭcŭs, hujus porticus, pen. cor. & fœminino g. [στοὰ. ἡ στοὰ, ἡ πυκνὰς. Gall. *Porche, pourmenoir, ou gallerie, où on se retire pour le Soleil ou pour la pluye.* Ital. *Portico.* Ger. Ein bedeckt ort in welchem man sicher vor der Sonnen/ dem rägen/ ꝛc spacieren kan/ Ein Schopff. Hisp *Portal publico para passearse.* Pol *Ganek podsienie.* Vn. *Tornacz.* Ang. *A gallerie or walking place out of the sunne.*] Locus est amplus, & spatiosus, tecto inclusus propter repentinos imbres, umbræ ac deambulationis gratia ædificatus. Cic. ad Attic. libro 4: In campo Martio sepia tributis comitiis marmorea fumus & tecta facturi, eaq; cingemus excelsa porticu. Virgil 3. Aeneid. Ilos porticibus rex accipiebat in amplis. Idem 2. Aeneid. Vnus natorum Priami per tela, per hostes Porticibus longis fugit. Ovid. 1. de Arte: Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur Porticus. ¶ Porticûs aliquando tentorium, & tabernáculum significat. Cicer. 2. Tusculan. ex poëta: Namque Aesculapii liberûm sautit opplent porticus: quod videtur poëticè dictum pro taberna & officina, in qua sauci à Machaone & Podalirio Aesculapii liberis curabãtur: qui in Græcorum castris medicinam faciebãt. ¶ Multæ Romæ insignes fuêre porticus: omnium tamen magnificentissima fuit, quam, quòd

quòd à Pompeio ædificata esset, Pompejanam vocabant: cujus meminit Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Tu modò Pompeja lentus spatiare sub umbra; Quum sol Herculeæ terga leonis adit.

Pōrtĭcŭlă, æ, diminutivum. [βραχεῖα, ἡ μικρὰ στοά. Gall. *Petit porche.* Ital. *Picciolo portico.* Ger. Ein vorschöpffltn. Hisp. *Pequenno tal portal.* Pol. *Ganeczek.* Vng. *Tornaczyska.* An. *A litle gáler se.*] Cic. lib. 4. Epist. In porticula Tusculani.

Pōrtĭcātĭo, Legitur etiam pro porticu apud Macrum l. 36. D. de religios. & sumptu funer. Si amplum quid ædificari testator jusserit, veluti in currum porticationes, eos sumptus funeris causa non esse.

Pōrtĭo, portionis, f. t. quasi partio, Pars. [חֵלֶק *chélek.* μέρος. Gal. *Part, portion.* Ital. *Parte, portione.* Ger. Ein theil/Portz. Hisp. *Parte oracion de lo entero.* Pol. *Część.* Vng. *Rész.* Ang. *A part or portion.*] Plin. lib 9. cap. 35: Sed quota hæc portio est? ¶ Hinc fit proportio, quæ est duarum rerum invicem facta comparatio. λόγος, ἀναλογία.

Pōrtĭuncŭlă, portiuculæ, diminutivum. [μερίς. Gall. *Petite part & portion.* Ital. *Picciola parte ò portione.* Ger. Ein kleiner theil/Pörtzlin. Hisp. *Pequenna parte.* Pol. *Cząśka.* Vng. *Rezetske.* Ang. *A litle portion.*] Apuleius: Qui quum à me portiunculâ posceret.

Pōrtĭscŭlus, portiscoli, Hortator remigum, qui eam perticâ, quæ & ipsa portiscolus dicitur, in manu tenens, hortatur remiges, urget, & cuncta pro potestate moderatur. [κελευστής. Gall. *Comite.* Ital. *Comito.* Ger. Ein Meister über die Ruderknecht/der sie heysset vnd anweisset. Hisp. *Comitre.* Pol. *Sząper.* Vng. *Hasos paller.* Ang. *An exhorter of the rowers in a shippe.*] Plaut. in Asin. Tute habes portiscolum. Ennius in Annal. Portiscolus quum signum dare cœpisset. Ex Nonio.

Pōrtĭtŏr, portitoris, m. t. Propriè dicitur, teste Valla, lib. 1. qui homines in ulteriorem fluvii ripam, vel de littore ad navim, vel de navi ad litus trajicit, quē Græci vocant *portĭnea.* [πορθμεύς. Gall. *Garde ou fermier d'vn port, passeur.* Ital. *Passagiero che passa la genteil porto.* Ger. Ein vberführer/Der die leut vber die wasser führt. Hisp. *El barquero che pasta estrecho.* Pol. *Przewoznik.* Vn. *Renex.* An. *A ferri er that giueth passage ouer a water.*] Quapropter Charon inferorum portitor dicitur, quòd mortuorū umbras cymba futili per Stygiam paludem putetur trāsvehere. Dictus autem portitor à portando, sicut vector à vehendo: quanvis Laurent. Valla existimare videatur à portu dictum esse portitorem. Virgil. 6. Aeneid. Portitor has horrendas aquas, & flumina servat Terribili squallore Charon. ¶ Dicitur etiam portitor, eodem Laurentio teste, qui portorium: hoc est, fructus pecuniarios ex portu conduxit, quiq; nomine portorii stipem à venientibus exigit. Cic. ad Q. Fratrem: Qui nuper in portoriis Italiæ tollendis, non tàm de portorio, quàm de nonnullis injuriis portitorum querebantur. ¶ Accipitur etiam portitor pro eo qui aliquid portat. Stat. lib. 1. Theb. Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrsæ.

Pōrtōrĭum, rii, n. s. Naulum, & merces quæ datur portitoribus: hoc est, iis qui nos cymba vel ponton trans fluvium vel fretum trajiciunt. [πορθμεῖον. Gall. *Le peage ou impost qu'on paye aux ports.* Ital. *Nolo, pagamento à passare fiume, ò porto.* Ger. Der fuhrlon vber ein wasser. Hisp. *El flete que se paga al barquero.* Pol. *Zapłata od przewozu.* Vng. *Haiober.* Ang. *Frayte for cariage or passage, tollage.*] ¶ Item vectigal quod portitori solvitur: hoc est, illi qui redemit proventum portuū, vel fluminum, vel lacuum, vel stágnorum. ἐπιβάθριον. Lucilius lib. 12: Facit idem quod illi qui in scriptum è portu exportant clánculum, ne portorium dent. Plaut. in Asin. Iam ego hùnc portitorem privabo portorio. Cicer. 1. de Invent. Nam si Rhodiis turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere. Idem 4. Verr. His pro rebus quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium.

Pōrto, portas, act. p. Fero, affero, gero, & tàm de animo quàm corpore dicitur. [נשא *naśá* נטל *śabál.* ἀέρομαι, κομίζω, φέρω, βαστάζω. Gal. *Porter.* Ital. *Portare.* Ger. Tragen. Bel. Draghen. Hisp. *Lleuar ò traher.* Pol. *Niośse.* Vng. *Hordom usse lẽm.* Ang. *To bring or beare.*] Terent. in Andr. Dii boni, boni quid porto? Plaut. in Aulular. Vbi onus nequeā portare pariter, jaceam ego asinus in luto. Plin. lib. 11. cap. 17: Apes fessum regem humeris sublevant, validius fatigatum ex toto portant. Ovid. 2. Trist. Et latro, & cautus præcingitur ense viator: Ille sed insidias, hic sibi portat opē. Virg. 9. Aeneid. Multa patri portanda dabat mandata. ¶ Portare item dicimur, quum navibus aut jumētis aliquid nobiscum vehimus. Virg. 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor, Ilium in Italiam portans, victosq; penates. Ibidem: -portantur avari Pygmalionis opes pelago. ¶ Portare auxiliū dicimus, pro adjuvare. Salust. in Catil. Post ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabāt. ¶ Hujus cōposita sunt, Apporto, Asporto, Cōporto, Deporto, Exporto, Importo, Reporto, Supporto, & Transporto: quorum significata vide suis locis.

Pōrtŭ, to, portitas, frequent. Gel. lib. 20. cap. 1: Crumenam plenā assium portitans.

Pōrtātŭs, tus, verb. m. q. Actus ipse portandi. [βάστωσις, κόμισις. Gall. *Portement.* Ital. *Portamento.* Ger. Tragung. Hisp. *Lleuamẽto.* Pol. *Nieśienie.* Vng. *Hordozas.* Ang. *A bearing or bringing.*] Plin. lib. 9 cap. 35: Tædia exquisita perditiore portatu.

Pōrtŭlacă, f. p. Herba est frigida & hūmida quæ dentium tollit ītuporem. [μαδράχνη. Gal. *Pourpier.* Ital. *Porcellana porcellachia.* Ger. Burgel oder burtzelen. Hisp. *Verdolaga.* Pol. *Kurza noga, tł'uśte ziele.* Ang. *Purselayn.*] Plin. lib. 25, cap. 23, & lib. 20. cap. 20. & Dioscor. lib 2. cap. 138.

Pōrtūnalĭă, Inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunū vocant, instituta. παλαιμόνια. Eadem & Isthmia dicebantur, ab Isthmo Peloponnesiaco ubi solebant celebrari.

Pōrtŭs, us, m. q in dativo & ablativo plurali portubus. Locus in litore naves ab hyemis tempestatumq; injuria vindicans. [יָם *chóph.* λιμήν. Gal. *Vn port.* Ital. *Porto.* Ger. Ein Schiffport/Schifflende/Ein komlich Gestad die schiff darein zu stellē/Meerhafen. Bel. Een haven. Hisp. *Puerto.* Pol. *Port, stanowisko, dliadodzi.* Vn. *Part ren.* Ang. *An hauen for shippes.*] Cic. in Verrem: Statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Metaphoricōs accipitur pro loco tuto, & quodam adversarum rerū perfugio. Cicero ad Brutum: Quanquā tum & fugæ portus erat in tuis castris, & perfugiū salutis in tuo exercitu. ¶ Inde proverbii metaphora, Rem in portu esse dicimus, pro esse in tuto, & extra omne periculum. Plaut. in Merc. In portu res est. Item in portu navigare, pro securum esse, & omni periculo defunctum. Tracta est metaphora à navigantibus, qui quum in medio mari navigant, undarum & ventorum arbitrio jactantur: contrà, quum se in portum receperint, nihil habent negotii cum undis & ventis. ¶ Impingere in portu, est in ipso statim operis initio peccare.

Portŭōsŭs, portuosa, portuosum, Multos portus habens. [λιμενώδης. Gall. *Qui a beaucoup de ports.* Ital. *Dimolti porti.* Ger. Das viel schiffporten oder schifflendenen hat. Hisp. *Cosa que tiene muchos puertos.* Pol. *Maiący gesle stanowiska.* Vng. *Renes.* Ang. *Full of hauens.*] Salust. in Iugurtha: Illam alteram specie quàm usu potiorem, quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat, &c.

Pōrŭs, pori, priore prod. m. s. πῶρος. A medicis appellatur callus perdurus, ossium & cartilaginis fracturā ferruminans. Ossa enim & cartilago, quòd partes spermaticę sint, semel fracta, nunquā renascuntur. Ex viscosiore tamen alimenti parte callus quidam gignitur, quo veluti glutino conjungūtur. Autor Gal. 6. Therap. ¶ Porus item genus est lapidis, Pario marmori candore & duritia similis, minus tamen ponderosi. quē Plinius inter eos annumerat qui cadaveribus asservandis sunt idonei, lib. 36. cap 71. ¶ In articulis itē pori dicuntur tumores, ex crasso terrestriq; humore in eos ingruente collecti: qui nonnunquā etiam contrahuntur ex medicamentorum quorundam usu, quæ multam discutiendi siccandiq; , nullam autem molliendi vim habeant. ¶ Pori pen. corr. πόροι, etiam à medicis appellantur meatus cutis, per quos sudor erumpit, & pili.

Pos, Videtur potiùs significare pontem quàm potentē, inquit Varr. lib. 2 de Ling. Latin.

Pōscă, scæ f. p. Potio ex aquæ acetiq; mistura temperata. [ὀξύκρατον. Gal. *Breuuage d'eau & de vinaigre, buuette ou vin de despense.* Ital. *Vino da dispensa leggiero, mistura di aqua & aceto per medicina.* Ger. Ein sawertranck/sauren/vermischung des wassers mit essich daß es sawer werd. Hisp. *Bebraje de agua y vinagre.* Pol. *Kwaskowi trunek, zwodi z octu y z wody.* Vng. *Ecetes elegi tetẽt uiz ital.* Ang. *A drink of water and vineger mingled together.*] Plin. lib. 30: Torminа sanat palumbus ferus, ex posca decoctus Celsus pu scam appellat per quintam vocalem: Aetius, & Aegineta etiam phuscam.

Poscinumĭus, a, um, αἰτησιχρήματος, qui poscit numos, unde basica meretricia poscinumia dici possunt, quippe quæ nihil aliud quam numos poscant.

Pōsco, poscis, poposcī, n. t. Postulo, mihi rem debitam peto. [שָׁאַל *schaál* αἰτέω, ἀξιῶ. Gall. *Demander.* Ital. *Domandare.* Ger. Begeren etwas billichs/ forderen so man einem schuldig ist. Hisp. *Demandar.* Pol. *Żądam.* Vng. *Meg kena nom, kerõm.* Ang. *To require, to ask.*] Varro: Poscere est quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donatus: Poscimus imperiosè: postulamus jure. ¶ Aliquando ponitur pro provocare: ἐκκαλεῖν. Virgil. 8. Aeneid. Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum. Cic. 3. Verr. Poscunt majoribus poculis: id est, provocāt se mutuo ad largius potandum. ¶ Aliquando pro indicare rem venalem, & pretium ejus taxare. Plautus Mercat. Tanti, quanti poscit, vin' tanti emam illam? CHAR. Auctariū adjicito vel mille numūm, plus quàm poscet. ¶ Aliquando pro requirere, exigere. Cæs. 4. bel Gall. Ad quos se celeriter, quum usus poscit, recipiunt. ¶ Hujus composita sunt, Apposco, quod est jure

posco, exigo, αἰτέω. Terent. in Heavt. Minas quidem jam decem habet à me filia, Quas pro alimentis esse nũc duco datas: Hasce ornamentis consequentur alteræ: Porrò hæ talenta dotis apposcent duo. ¶ Depoſco, vide suo loco. ¶ Expoſco, multum, seu importunè adeò, aut publicè poſco, ἐξαιτέω. Liv. lib. 1: Pacem precibus expoſcunt. Virgil. 3. Aeneid. Sed votis precibusq; jubent expoſcere pacem. ¶ Repoſco, quod meũ est repeto, ἀπαιτέω. Virgil. Parthosq; repoſcere signa. Plaut. in Curc. Quam tui virginem me repoſcis?

Poſitio, Poſitus, Poſitura, Vide PONO.

Poſſeſſor, Poſſeſſio, Vide POSSIDEO.

Poſsibĭlis, Vide POSSVM.

Pŏsſĭdĕo, poſſides, act. ſ. in Pandect. In dominio, seu potestate mea habeo: ex Antiquo nomine pos, quod potentem significabat, & verbo sedeo, ut possidere dicatur, qui potest sedere: id est, sedem atq; habitationẽ suam aliquo in loco collocare. [ישׁב jaráſch אחז achaz קנה kanáh. κτάομαι, κέκτημαι. Gal. Poſſeder. Ital. Poſſedere. Ger. Beſitzen. Bel. Beſitten. Hiſp. Poſſeer. Pol. Oſiadl'em. Vng. Birom. Ang. To poſſeſſe or haue.] Teren. in Andr. Quæ illius fuerunt, possidet. Idem in Adel. Quid hoc rei est? regnúmne Aeschine hic tu possides? Cic. pro Quintio: Omnia autem bona possessa non esse constituti, quòd bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in universis quæ teneri ac possideri possunt. Idem ad Attic. lib. 2: Si mentionem fecerint quo aliter ager possideatur. ¶ Possidere bona publicè, est quod *in manu regia ponere* dicimus.

Pŏsſēſſŭs, sa, sum. particip. [ירשׁ jaréſch. κτηθείς. Gal. Poſſedé. Ital. Poſſeduto. Ger. Beſeſſen Hiſp. Poſſedido. Pol Poſiadł y.] Ovid. 1. Amor. Eleg 2: Et possessa ferus pectora versat amor. Possidere bona ex edicto, est per adjudicationem, sive per decretum.

Pŏsſēſſŭs, us, ui, m. q. Possessio. [κτῆσις. Vn. Birodalom, birás.] Apuleius in Apologia: Nam & contrà plurimis rebus possessu careo, usu fruor.

Pŏsſēſſĭo, possessionis, f. t. In Pand. Est actus, sive ipsum jus possidendi. [ירשׁה jerusſcháh אחזה achazáh. κτῆσις, νομή. Gall. Poſſeſſion. Ital. Poſſeſſione. Ger. Ein beſitzung. Bel. Een beſittinge. Hiſp Poſſeſſion Pol. Wł'aſcią, oſiadł'oſcią. Vng. Birás bŏkseg. An. Poſſeſſion.] Cic. 2. Offic. Quinquaginta annorum possessiones movere, iniquum putabat. Item pro Quintio: Bonorum possessio spectatur, non in aliqua parte, sed in universis quę teneri & possideri possunt. ¶ Possessio fiduciaria, quæ ea conditione nobis traditur ut eam alteri postea restituamus. Liv. lib. 32: Nabidi eam tyranno velut fiduciariam (subaudi ex superioribus, possessionem) dare optimum visum, ut victori sibi restituerèt: si quid adversi accidisset, sibi haberet. ¶ Interdum Possessionis nomine intelligimus fundum, sive agrum, aliámve quamvis rem immobilem. Cic. in Catil. Qui magno ære alieno majores etiam possessiones habẽt. Idem in Parad. Etenim si isti callidi rerũ æstimatores, prata & areas magno æstimant, quòd ei generi possessionum nemo nocere potest, &c. Cic. ad Valeriũ: Is habet in Vŏlaterrano possessionẽ. Vide Posideo.

Pŏsſēſſĭuncŭlă, diminutivum. [τὸ κτησίδιον, τὸ κτημάτιον. Gall. Vn petit heritage, petite poſſeſſion. Ital. Piccola heredita. Ger. Ein kleine beſitzung Hiſp Pequenna heredad. Pol. Dziedźinka. Vng. Birasotska bŏksegetske. Ang. A litle heritage or poſſeſſion.] Cic. ad Att. li. 13: Credas velim mihi majori offensioni esse quàm delectationi, possessiunculas meas.

Pŏsſēſſŏr, poſſeſſoris, m. t. Qui possidet. [ישׁב joréſch. ὁ κεκτημένος. Gall Poſſeſſeur. Ital. Poſſeſſore, poſſeditore. Germ Ein beſitzer. Hiſp Poſſedor, ò que poſſee. Pol. Ten ktori poſiadł'. Vng. Biro, bŏkŏs. An. That enioyeth or poſſeſſeth.] Liv 3. ab Vrbe: Ita sine querelis possessorum, plebem in agros ituram, civitatem in concordia fore. Virg 9. Eglog. Quod nunquã veriti sumus ut possessor agelli Diceret: Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Pŏsſēſſōrĭus, ad possessionem pertinens. [Vn. Birodalomhoz bŏkséghez valo.] Iavolenus D. lib. 8. Tit. 1. l. 2: Ego puto usum ejus viris pro traditione possessionis accipiendũ esse. Ideoq; interdicta veluti possessoria constituta sunt.

Pŏsſēſtrīx, possestricis, f. t. [ירשׁת jeréſcheth.] ut Possestrix monilis apud Afranium, referente Nonio.

Pŏsſēſsīvus, possessiva, possessivum, ut nomen possessivũ, quo res possessa significatur. κτητικός. ut Evandrius ensis, qui ab Evándro possidetur: Aedes regiæ, quas rex possidet.

Pŏſſum, potes, potui, ex pos & sum, Quasi pos sum: id est, potens sum: pos enim antiquis erat potens. [יכול jachól. δύναμαι. Gall Pouuoir, auoir puiſſance. Ital. Potare. Germ. & Bel. Mögen. Hiſp. Poder. Pol. Moge. Vng. Meg lehet. Ang. To may, to haue power.] Constituitur quandoq; cum ablativo. Liv. lib. 10. ab Vrbe: Pecunia deinde qua multum poterant freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur. Habet aliquando post se accusativum, sed hoc non nisi per subauditionem alterius verbi. Virgil. 8 Eglog. non omnia possumus omnes. subaudi facere, vel præstare. Sæpiùs ponitur sine casu. Plaut. Non hic ut possit edit: sed posse cupit, ut edat. ¶ Ponitur aliquando pro valere, & bene habere. ὑγιαίνειν. Cic. 1. Tusc. Nihil enim dolet nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia. ¶ Dicimus venustè, Potest fieri, pro possibile est: Nõ potest fieri, pro impossibile est. Aliquando solùm potest ponitur, nec exprimitur fieri. Plaut. in Pseud. Potest ut alii ita arbitrentur, ego ut nè credam tibi. Cicer. ad Lentulum: Poterat utrunq; præclarè, si esset fides, &c. id est, utrunq; poterat fieri. ¶ Iungitur interdum accusativo cum præpositione apud, & valeo significat: ut, hic apud principem plurimùm potest: hoc est, valet, vel habet magnam autoritatem apud principem. Cicer. 5. Verr. Loquebantur enim decumani palàm, & præter cæteros is qui apud istum plurimùm poterat, &c.

Pŏſt-pārtōrēs, Sunt nostri Successores & hæredes, qui post nos nostra adepti bona possident. Plaut. in Truculento: Vnde anteparta demus post-partoribus.

Pŏtĕſſum, Veteres dicebant quod postea possum, δυνατός. Terent. in Eunuch. At pol ego amatores audieram mulierũ eos esse maximos, Sed nihil potesse. Plaut. in Aulul. Censén' talẽtum magnum exorari potesse Ab isto sene?

Pŏtēſtŭr, pro potest, Frequens apud antiquos, Nonio teste. Pacuvius: Si qua potestur investigari via. Lucretius lib. 3: Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Pŏtēns, tis, om. t. Tàm participiũ quàm nomen, à possum. [δυνατός. Gall. Qui peut, puiſſant. Ital. Potente, che vale aſſai Ger. Vermögen/mechtig. Bel. Machtich. Hiſp. Poderoſo ò ſennor. Pol. Mocny. Vn. Hatalmas. Ang. That hath power or is able.] Sed quãdo participiũ est, tempus significat, & accusativo jungitur, vel verbo infinito, nec comparationem accipit: ut multa potens, potẽs pugnare. Quando verò nomẽ, caret tempore, & genitivo jungitur, & comparationem accipit. Liv. lib. 26: Dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, &c. Cicero Attic. lib. 2: Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. Duo reges potentissimi, apud eundem pro Lege Manilia: Potens imperii, qui imperium obtinet. Potens regni: id est, regno maturus Livius: Iuvenem jam esse dictitans, ac regni potentem. Idem 8. ab Vrbe: Inter sarcinas objacentes, neq; pugnæ: neque fugæ satis potentes, cæduntur. Potens viri virgo: id est, nubilis, & viro matura: Diva potens uteri. Ovid. 9. Metamorph Ilithyam intelligit, quam Latinè nos Lucinã vocamus. ¶ Potens cum ablativo. Virgil. 1. Aeneid. Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ. Ovid. Epist. 13: Classe virisq; potens. ¶ Potens substantivum. Lucan. lib. 1: Ausus & armatos plebi miscere potẽtes. Cic. pro Domo sua: Itaq; quum tu florens & potens per medium forũ popularis volitares, &c. Hujus contrarium est impotens, de quo suo loco. A quibus potentia, & impotentia, potenter, & impotenter.

Pŏtenter, adverbium. [ἰσχυρῶς, δυνατῶς Gall. Puiſſamment. Ital. Valeroſamente, conforza. Ger Gewaltiglich/vermögentlich. Hiſp. Poderoſamente. Pol. Mocnie. Vng Hatalmaſſan. Ang. Mightelie.] Horat. in Arte: cui lecta potenter erit res. Quint. lib. 4. cap. 14: Quod in altercatione fit potentius.

Pŏtēntĭă, æ, f. p. Potestas sive vis. [יכולת jechóleth כוח choach. δύναμις. Gall Puiſſance, force, autorité. Ital Potenza poſſanza, forza. Ger. Macht vñ gewalt/vermögenheit. Hiſp. Potencia ſennorio. Pol. Mocnoſć. Vng. Hatalom. Ang. Power, might.] Virgil. 1 Georgic. Ne tenues pluviæ, rapidíve potentia solis Acrior, &c. ¶ Crebrò pro autoritate, & opibus usurpatur. Cic. 2. de Invent. Potentia est, ad sua conservanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. ¶ Differunt autem secundum Priscianum, Potentia, & Potestas: quòd Potestas magis pro vi accipitur, Potẽtia pro dominatione. Cic. 3. Offic. Qui omnia certa & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. Plin. Epist. 7. lib. 3: Fuit inter principes civitatis sine potentia, sine invidia.

Pŏtēntātŭs, us, m. q Potẽtia, principatus. [שׁלטון schiltón. δυναστεία. Gall Domination, autorité. Ital. Potentato. Ger Ein gewalt oder Herrſchafft/ der ſtand der Gewaltigen. Hiſp. Sennorio, potencia, Pol. Panſtwo. Vng Vraſag: hatalmaſſag. Ang Power, autoritie.] Cæs. 1. bell. Gall. Hi quũ tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, &c. Liv. 6 bell. Pun. At ille cùm ab re aversus, tum æmulo potentatus inimicus, rẽ Annibali aperit.

Pŏtēſtās, tis. f. t à verbo Possum deducitur: [יכולת jechóleth כוח choach שׁלטון ſchiltón. δύναμις, ἐξουσία. Gall Puiſſance, ſeigneurie. Ital. Potenza. Ger Gewalt Hiſp. Potentia ſennorio Pol. Mocnoſć. Vng. Hatalom. Ang. Power, lordship, might.] & multa significat, ut Paulus inquit l. Potestatis. de Verbor signific. Nam in persona magistratuum, imperium significat: in persona liberorũ, patriam autoritatem: in persona servorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione quum eo qui servum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem. ¶ Potestates etiam ipsi dicuntur, qui potiuntur rerum, atque in potestate constituti sunt, quos Græci δυναστὰς vocant: & hi qui magistratus gerunt, & habent merum imperium: hoc est, gladii potestatem, ut ajunt, ad animadvertendum in facinorosos homines,

homines, & judiciis præsunt. Vndę non ineptè Prætores urbis, vulgò nunc *potestates* dicuntur. Suet. in Claudio: Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis & tantùm in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuũ: atq; etiam per provincias potestatibus demandavit. Plin. lib. 29. cap. 4: Pingue draconis in pede dorcadum nervis cervinis adalligatũ in lacerto, victoriam judiciorũ conferre existimant: primum spondylum, aditus potestatum mulcere. ¶ Potestas item pro consilio & ratione Hinc exire aliquem de potestate dicimus, mẽtis impotem fieri. ἐξεστηκέναι. ut apud Cic. 4. Tusc. Iratos propriè dicimus exisse de potestate: id est, de mente & consilio esse dejectos. ¶ Varius est hujus vocis usus. Dicimus enim, dare potestatem alicujus rei cuipiam. Deferre alicui alicujus rei potestatem. Facere potestatem. Facere potestatem alicujus adeundi, & conveniendi. Habere potestatem alicujus rei: Habere aliquem in sua potestate. In potestate alicujus esse: id est, alicui obtemperare, & ejus consilium sequi. Non solùm eorum est, qui coacti parent, sed qui sua sponte, & tanquam autorem rerum sequuntur, quàs gerunt. Permittere potestatem alicui alicujus rei. Pervenire in potestatem alicujus. Ponere quippiam in potestate alicujus. Privare potestate aliquẽ quicquam faciendi. Reddere potestatem alicui alicujus rei. Redigere aliquem in suam potestatem. Redire in potestatem. Sub potestate alicujus esse. Suscipere in potestatem. Dimittere ex potestate. Tenere aliquem in sua potestate. Tradere potestatem alicui alicujus rei. Venire in potestatem alicujus. ¶ Dicimus quoque, Potestas tua est, pro Tu potes. Quæ tum erat potestas, dixit Cicero pro Cluentio, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus verbũ possum ponitur, efferri possunt eleganter per nomen potestas. Terent. in Andr. Cujus tibi potestas summa servandi datur: id est, quem potes servare. Ibidem: Potestas fuit liberiùs vivendi: id est, potuit liberiùs vivere. Cicer. pro Quintio: Potestas tibi fuit quotidie hominem admonendi: id est, potuisti quotidie hominem admonere. Plautus in Stic. Malefaciendi est mihi potestas: id est, possum malefacere.

Pŏtēstam, pro potestate veteres usurparunt. Plautus: Neq; desidiæ in otio operam dedisse, neq; potestam sibi fuisse, adeò arctè cohibitum esse à patre.

Pōssĭbĭlĭs, possibile, om. t. dicitur quod fieri potest: cui opponitur Impossibile. [δυνατόν. Gall. *Possible.* Ital. *Possibile.* Ger. Mǒglich. Hisp. *Cosa que puede ser.* Pol. *Możny.* Vng. *Lehetseges.* Ang. *Possible, that may be.*] Plautus in Sticho: Possibile est tandem Stantem stanti suavium dare amicum amicæ? Quint. lib. 3. cap. 8. possibile, durum ait esse vocabulum, sed necessariũ, quum aliud non habeamus: Melius ergo (*inquit*) qui tertiam partem fecerũt δυνατὸν, nostri possibile nominant, quæ ut dura videatur appellatio, sola tamen est.

Pŏst, prępositio, quę & cõposita, & separata invenitur. [אחר *achár.* μέτα. Gall. *Apres.* Ital. *Dapoi, dopo.* Ger. Nach/hinder. Bel. Nae. Hisp. *Despues.* Pol. *Potim.* Vng. *Vtan.* Ang *After.*] Separata ordinem demonstrat sive loci, sive temporis, sive alicujus alterius rei: & deservit accusativo. Virg. 9. Aeneid. Sed magnũ metuens se post cratera tegebat. Idem 1. Eglog. Post, aliquot mea regna videns, mirabor aristas. Horat. li. 1. Epist. O' cives, cives quærẽda pecunia primũ est Virtus post nũmos. ¶ Quãdoq; loco adverbii, postea usurpatur, & hoc quando nulli casui servit, aut quando jungitur ablativo. ὕστερον. Virgil. 1. Aeneid. Pòst mihi non simili pœna commissa luetis. Salust. Vbi Periculum advenit, invidia atq; superbia pòst fuêre. Cum ablativo. Virgil. 6. Aeneid. - ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ, longo pòst tempore visum. In compositione eandem ferè habet significationem quam separata: ut Postpono, Posthabeo, Posthac, Postea.

Pōstĕă, componitur ex post & ea, Exinde, deinde. [אחר כן *achár chen* אחרי כן *acharé chen.* ἔπειτα μετέπειτα. Gal. *Apres, depuis, apres ce.* Ital. *Dapoi.* Ger Darnach/demnach. Bel. Daerna. Hisp. *Despues.* Pol. *Napotim.* Vng. *Azvtan.* Ang. *Afterward.*] Salust. in Catil. Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est. Hinc fit posteaquã, ἐπειδή, sicut à post, postquam: quæ ambæ connexivæ particulæ sunt, quibus prædictis sequentia connectuntur. Cicero Plancó: Et abfui proficiscens in Græciam, & posteaquam de meo cursu reipublicæ sum voce revocatus, nunquam per Marcum Antonium quietus fui. Aliquando inter postea & quàm, interponitur verò, & significat, sed postea quàm. Cicero Appio: Postea verò quàm ita cœpit. ¶ Grammatici docent ultimam syllabam adverbii Postea, esse producendam, quemadmodum videmus fieri in similibus adverbiis antea, præterea, interea, propterea, & si qua sunt id genus alia. Apud Ovidium tamẽ ferè semper corripitur: ut lib. 1. Fasto. Postea mirabar cur non sine litibus esset Ille dies. Et alibi: Qua semel ámissa postea nullus eris.

Pŏstĕrgo, μεθέπομαι, posthabeo, relinquo, postpono, & quasi post terga jacio: à quo Postergator, & postergatio.

Pōstĕrŭs, a, um, Temporis ordine subsequens: ut postera dies: id est, sequens. [אחרון *acharón.* ὕστερος, ἑπόμενος. Gall. *Qui suit apres, suivant.* Ital. *Chi seque appresso, subsequente.* Ger Das nachgehendig. Hisp. *Cosa siguiente despues de otra.* Pol. *Zadny, ostatny.* Vng *Kõvet kõzendo azutan valo.* Ang. *That commeth after.*] Virgil. 4. Aeneid. Postera Phœbæa lustrabat lampade terras. Cic. 4. Verr. Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere. Ibidem: Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat. ¶ Hinc posteri dicũtur, quicũq; ex nobis & post nos etiã ex aliis nascetur. [μεταγενέστεροι, ἐπίγονοι. Gall. *Successeurs, ceux qui viennent ou sont nez apres.* Ital. *Nostri descendenti, che vengono dopo di noi.* Ger. Die Nachkomẽn/Nachfahren. Hisp. *Los descendientes, generacion venidera.* Pol. *Potomkowie.*] Cicer. 3. de Natura deorum: Expectantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus, ac posteris. Plin. lib. 12. cap. 1: Tam digna miraculo, ut Licinius Mutianus prodendum etiam posteris putarit. ¶ In posterum prospicere, in posterum differre: hoc est, in posterum tempus. Cicero pro Muræna: Sapiens ac multa in posterum prospiciens. Idem ad Atticum: Distulimus sermonem in posterum. Hujus antitheton est In præsens. Cicero in Catil. Magna tempestas invidiæ, si minus in præsens, at in posterum impendet. ¶ Posteri pedes: hoc est, posteriores qui post primos sunt, ὀπισθιοι. ¶ Postero, absolutè, pro postero die. Tacit. lib. 4: Idemq; quum postero ad quæstionẽ traheretur. Hinc deducitur Præposterus: hoc est, perversus, qui rerum ordinem perturbat. ἀπρεπὴς. Cicero. Cass. Præposteros habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen quum à me discedunt, flagitant literas: quum ad me veniunt, nullas afferũt. Quintil. Prępostera rès occidere, deinde erubescere. ¶ Prępostera libido, nefandum masculæ libidinis flagitiũ, quo naturæ sexusq; ordo pervertitur, κατακυβοσύνη.

Pōstĕrĭŏr, & hoc posterius, comparativum. [אחרון *acharón.* ὕστερος. Gall. *Qui vient apres, qui suit apres, posterieur.* Ital. *Chi segue, che viene appresso, qui vien dietro.* Ger. Das nachgehende/ nachfolgende. Hisp. *Postrero entre dos.* Pol. *Zadni.* Vng. *Vtolb valo vtolso.* Ang. *That foolloweth after.*] Vnde posteriora in animali dicuntur quę à tergo sunt, & à facie aversa. Cic. 12. Phil. Posteriores cogitationes (ut ajunt) sapientiores solent esse. ¶ Interdùm idem est quod vilior, abjectior, & minoris pretii. Idem Att. lib. 10: Quorum utrique semper patriæ salus & dignitas posterior. sua dominatione, & domesticis commodis fuit. Idem 5. Philip. Tu verò ita vitam, corpusq; servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc posteriora libertate ducas. Idem in Pison. Nihil isto posterius, nihil nequius. Terent. in Adelph. Si id fit dando, atq; obsequendo, non posteriores feram. Vbi Donatus: Nõ posteriores fetam, subauditur, partes. ¶ Posteriora & Superiora opponuntur. Cic. 3. de Orat. Pariá esse debent posteriora superioribus.

Pōstrēmŭs, superlativum, Vltimus, [אחרון *acharón.* ὕστατος. Gall. *Tout le dernier.* Ital. *Vltimo.* Ger Der allerletst/der hinderist. Hisp. *Postero vltimo.* Pol. *Ostatny.* Vng *Legvtolso.* Ang. *The last of all.*] Terent. in Phorm. Hæc denique ejus fuit postrema oratio. ¶ Postremos homines, pro perditissimis, & sceleratissimis, dixit M. Brutus in Epistol. ad Cic. Quòd si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus. Cicero pro Roscio Amerino: Sin autem id actum est, idcirco arma sumpta sunt ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas unusquisq; impetum facerent, &c.

Pōstrēmĭssĭmŭs, veteres pro postremo dixerũt. ὕστατος, quemadmodũ & postremitas pro extremitate: ut annotavit Sipontinus. Gracchus apud Aulum Gell. lib. 15. cap. 12: Omnium nationum postremissimum, nequissimumq; existimatore.

Pŏstĕrĭŭs, adver. Postea, Posteriore loco, paulò pòst. [אחר כן *achár chen* אחרי כן *acharé chen* ὕστερον. Gall. *Apres, depuis.* Ital. *Dapoi.* Ger. Darnach/nachwertz/nachmalen. Hisp. *Despues.* Pol. *Nażatek.* Vng. *Vtolb.* Ang *Afterward.*] Plaut. in Epid. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere, Quod plus sapitis. Plaut. in Amphit. Ne tu posterius in me culpam transferas. Cic. 6. Ver. Tum mittit Rex ad istum: si sibi videatur, ut reddat: jubet iste posterius ad se reverti.

Postrēmŏ, adverbium ordinis, Deniq;, ultimo loco, tandem. [τὸ ὕστατα, τὸ τελευταῖον. Gall. *Finalement, pour la derniere fois, a la parfin.* Ital. *Vltimamente, finalmente.* Ger Zuletst/endlich Bel Ten laetsten. Hisp. *Posteraray, vltimamente.* Pol *Ostatnie.* Vng. *Vtozor, vegezetre* Ang. *At the last.*] Salust. Postremò omnibus modis pecuniam trahunt Pro eodem: Ad postremum æque dicitur. In posterum verò, significat in futurum tempus. τὸ λοιπόν. Quintil. lib. 1: Multa linguæ vitia nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur.

Pōstrēmùm quoque superlativum adverbialiter ponitur: ut ultimùm. Terent. in And. Si id facis, hodie postremùm me vides.

Pŏstĕrĭtās, .posteritatis. f. t. Ipsi posteri, vel ætas subsequens. [אחרית *acharith.* οἱ μεταγενέστεροι, οἱ ὄπισθεν οἱ. Gall. *Posterité.*

Ital. *Posterità.* Ger. Die Nachkommuß deren ſo nach uns ſeyn werden. Hiſpan. *La generacion venidera, los descendientes.* Pol. *Potomſtwo.* Vng. *Maradek* Ang. *Posteritie.*] Cic. in Læl.: Quo in genere ſperare videor, Scipionis & Lælii amicitiam notam posteritati fore. Idem 1. Tusc. Quum optimus quisque maximè posteritati servit. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 5: Quam laudem à sera posteritate ferat.

Pōſtĕro, pen. corr. act. inconſeq. Postpono, Posthabeo, [אחר *bazáh. ὕστερον τίθεμαι.* Gall. *Postposer, estimer moins.* Ital. *Posporre.* Ger. Nachſetzen/ringer ſchetzen. Hiſp. *Posponer.* Pol. *Na zad kladę.* Vng. *Vtol vetȯm.* Ang. *To estime lesse.*] Plin. lib. 3. cap. 4. de Narbonenſi provincia loquens: Vrbibus, & agrorum cultu, virorum, morumq; dignatione, amplitudine opum, nulli provinciarum postferenda.

Po ſtfŭĭt. Posthabitum est. Saluſt. Sed ubi periculum advenit, invidia, atq; ſuperbia postfuêre. Budæus.

Pōſtgĕnĭtī, diviſis dictionibus, Posteri. [οἱ μετὰταῦτα γενόμενοι. Gall. *Nés, engendrez ou provenus apres.* Ital. *Che vengono dopo di noi.* Ger. Die nachkommen/ſo hernach geboren werden. Hiſp. *Los descendientes.* Pol. *Potomkowie.* Vng. *Vtunnunk valok.* Ang. *The posteritie.*] Horat. 3. Carm. Ode 24: Clarus pòſt genitis.

Pōſthăbĕo, es, act. ſ. Postpono, postfero, vilius pendo. [אחר *bazáh. ὕστερον τίθεμαι, ὀλιγωρῶ, περὶ ἐλάττονος ποιῶ.* Gall. *Postposer, preferer.* Ital. *Posporre, posponere.* Ger. Geringer halten/hindan ſetzen/ fur minder achten. Hiſp. *Posponer.* Pol. *Mnieywaze.* Vng. *Vtanna vetȯm rozzabnak itelȯm.* Ang. *To put back, to estieme lesse.*] Terent. in Phorm. Nam omnes posthabui mihi res, ita ut par fuit: Post quam tantopere id vos velle animum adverteram. Virgil. 7. Aegloga: Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Cicer. 5. Tusc. Vt omnibus rebus posthabitis, totos ſe in optimo vitæ ſtatu exquirendo collocarent.

Poſthac, Deinceps, in futurũ, quaſi poſt hoc tẽpus. [אחר כן *achár chen* אחרי כן *acharé chen. μετὰ ταῦτα, τὸ λοιπὸν, ἐις τ' ἐπειτα.* Gall. *Doresnauant, cy apres à l'auenir.* Ital. *Per l'innanci, da qui à dietro, per l'auenire.* Ger. Furhin/oder hernach. Bel. Hiernae. Hiſp. *De qui adelante.* Pol. *Potym.* Vng. *Ez vtan.* Ang. *Afterward.*] Sicut antehac, ante hoc tẽpus. Terent. in And. poſthac quas facient de integro comœdias. Vide Vallam lib. 2. cap. 57.

Pōſthŭmŭs, penult. corr. ex poſt, & humus componitur, Qui poſt mortem parentis natus eſt, quaſi poſt humatum: hoc eſt, ſepultum patrem natus. [ὀψίγονος. Gall. *Qui est ne apres la mort de son pere, posthume.* Ital. *Nato poi che è morto suo padre.* Ger. Der nach ſeines Vatters tod geboren iſt. Hiſp. *El que nasce despues de muerto el padre.* Pol. *Ten ktory sie posmierczi oyczowskiey mierodzieł.* Vng. *Attya halala vtan zwletȯt.* Ang. *He that is borne after his fathers death.*] Plautus in Aulul. Poſt mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum, Si eam ſenex anum prægnantem fortuitò fecerit, Quid dubitas quin ſit paratum nomen puero poſthumus? Cicer. 3. de Finibus: Dicuntq; ut liberis conſultum velimus, etiamſi Poſthumi futuri ſint. ¶ Poſthumum tamen non eum ſignificare tantùm, qui patre mortuo, ſed & qui poſtremo loco natus eſt; Ceſellius Vindex ex verſibus Virgilianis diſputat apud Gellium lib. 2. cap. 16: Itaq; nonnulli etiam ſine aſpiratione ſcribunt.

Pōſthŭmŭs, ma, mum, pro Futuro, & ſequenti, & poſtero. Vnde & Apuleius Poſthumam ſpem dixit. Virgil 6. Aeneid. tua poſthuma proles. Cic. pro Cæcin. Filius poſthumus.

Pōſtīcum, poſtici, pen. prod. à pòſt ſtando, n. ſ. Oſtium eſt in poſteriore parte ædium. [πυλὶς ὀπίσω. Gall. *Le derriere, ou l'huis de derriere d'vne maison.* Ital. *Postico, luscio de dietro della casa.* Ger. Ein hinderthür. Hiſp. *El postico detras dela case.* Pol. *Tel' zad.* Vn. *Fwl ayto.* Ang. *A gate on the back side of an house.*] Plaut. in Sticho: ſed quum cogito, Potiùs quàm in dividiam veniam, eſt etiam hic oſtium. Aliud poſticum noſtratum harumce ædiũ: Eà ibi opſonatum, eâdem referam opſonium. Horat. libro 1. Epiſt. Atria ſervantem poſtico falle clientem. ¶ Pro eodem etiam poſtica fœminino genere dicitur. Ammianus: Per poſticam ingreſſus, refertam inveni confluente ex finitimis virili & muliebri ſexu: quo verbo ipſum quoque Varronem uſum eſſe Nonius teſtatur. ¶ Poſtica etiam augures appellabant plagam Septentrionalem, propterea quòd qui inaugurabantur, hanc cœli partem à tergo habebant, facie in meridiem converſi, quam idcirco anticam vocabant. Occaſum autem dexteram appellabant, quemadmodũ Ortum ſiniſtram. ¶ Itẽ poſtica, linea eſt in agris dividendis, quæ ab Oriente in Occidentem ſpectat. Omnia deniq; quæ poſt nos ſunt, poſtica dicuntur: & quæ ante nos, antica.

Pōſtĭcŭlă, læ, diminutivum à poſtica. Idem ſignificans. ὑπαιθρόδομος. Apuleius: Per quandam brevem poſticulam intrò vocat me.

Pōſtĭcŭlŭm, li, aliud diminutivum ejuſdem ſignificationis. Plaut. in Trin. Poſticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. Ibidem: Vbi nunc filius meus habitat? S. hic in hoc poſticulo.

Pōſtĭcŭs, a, um, adjectivum eſt, Quod poſt nos eſt. [אחרון *acharón.* ὀπίσθιος. Gall. *Qui est derriere.* Ital. *Chi è dietro.* Ger. Das dahinden oder hinderwerts iſt Hiſp. *Los qué es detra.* Pol. *Zadny.* Vng. *Vtannam valo.* Ang. *That is behind.*] Quando verò anticam & poſticam dicimus, ſubauditur nomen pars, vel aliud ſimile. Perſ. Satyr. 1: ⁂ poſticæ occurrite ſannæ: hoc eſt, irriſioni factæ à parte poſteriore. Auſon. poſtico vulnere foſſor.

Pōſtĭcæ, arum, Abſq; adjunctione alterius, veteres hoc nomine interiores templorum fores vocabant, quemadmodum anticas anteriores. Cornutus in Perſium Satyr. 1.

Poſtĭdĕă, poſt id, ſive deinde. Plautus in Sticho: Quin æquius eſt nos potiorem habere te, poſtidea viros noſtros. Ibidem: Poſtidea loci ſi hoc edixerit.

Pōſtĭlĕnă, poſtilenæ, pen. prod. f. p. Incurvũ lignũ, ſive craſſius lorum quod ſub jumenti cauda ponitur: à pòſt ſtando (ut volunt) dictum, quòd poſteriorem jumentorũ partem exornet. [ὑπαγὶς Gall. *Vne croupiere.* Ital. *Groppiera.* Ger. Das affterges reid oder ſchwantzgereid an einem Pferd / der riemen oder das holtz ſo man den Roſſen vnnd auch den geladnen Mantlthieren vnder den ſchwantz thut. Hiſp. *El ataharre ò grupera.* Pol *Pochwy.* Vng *Far metring, far ham.* Ang. *A crupper of an horse.*] Plautus in Cal. Ita te aggerunda aqua curvum faciam probè, ut poſtilena poſſit ex te fieri. Contrà, antilena dicitur, qua pectus cingitur, τὸ στερνιδιον.

Pōſt-illă. Duæ dictiones in unam conjũctæ per ſubunionem, idem ſignificantes quod adverbium poſtea, autore Donato. Terent. in Eunucho: Tute ſcis poſt-illa quàm intimum habeam te.

Pōſtēs, m. t. In ædificiis dicuntur latera oſtiorum, ex lapide, lignove, quorum alter fores ſuſtinet cardinibus affixos, alter ſeram recipit & repagula quum oſtium clauditur. [סטים *ſippim* מזוזת *mezuzóth. παραστάδες.* Gall. *Les posteaux d'vn huis, ausquels il est attaché & fermé.* Ital. *Le balestrate delle porte ò le porte.* Ger Die thürpfoſten oder thürgeſtell. Hiſp. *Las puertas para cerrar, ò el batidor dela puerta.* Pol. *Podwoie.* Vng. *Ayto ragajto.* Ang. *The dore cheekes or postes that the dore hangeth vpon and is shut by.*] Virgil. 2 Aeneid. Hærent parietibus ſcalæ, poſtesq; ſub ipſos Nitũtur gradibus. Idem 7. Aegloga. hic plurimus ignis Semper, & aſſiduâ poſtes fuligine nigri. Idem 2. Aeneid. emoti procumbunt cardine poſtes. Cic. pro Domo ſua: Parietibus, tectis & poſtibus meis bellum intuliſti.

Pōſtlīmĭnĭum, poſtliminii, n. ſ. ex poſt & limen componitur: quæcunque enim à nobis ad hoſtem perveniunt, quum à noſtro limine exierint, ſi poſt ad idem limen revertantur, poſtliminio redeunt ἐπαναπάμπεσθαι. Feſtus: Poſtliminio receptus eſt ſi qui extra limina: hoc eſt, terminos provinciæ captus fuerat, rurſus ad propria revertitur. Paulus Iuriſconſultus de Cap. l. Poſtliminium. Poſtliminium eſt jus amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos & liberos populos, regesq; moribus ac legibus cõſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam circa bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimus poſtliminio recipere, id quod naturali æquitate introductum eſt: ut qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines ſuos rediſſet, priſtinum jus ſuum reciperet. Servius Sulpitius Iuriſcõſultus, referente Cicerone in Topicis, in dictione poſtliminium, nihil notandum putavit niſi particulam poſt, reliquam vocabuli partem ſolum additamentum putabat, tanquam liminium nihil ſignificaret: ſicut tullium, ſupplementum eſt in meditullio. Scævola autem putavit poſtliminium, ex duabus dictionibus, poſt, & limen eſſe compoſitum. Poſtliminio quietis, apud Apuleium, ſignificat poſt quietem. Nam reverſio quædam poſtliminii vocabulo ſignificatur. Poſtliminio mortis: id eſt, reverſione à morte & poſt mortem.

Pōſtmĕrĭdĭānŭs, Vide POMERIDIANVS.

Pōſtmĭtto, tis, act. t. Poſthabeo, negligo: parvi, aut nihili facio. [אחר *bazáh. ὀλιγωρῶ ἐλάττονος ποιῶ.* Gall. *Postposer.* Ital. *Posporre.* Ger. Minder oder ringer achten. Bel. Laten varen. Hiſp *Posponer.* Pol. *Wzgarozam, zaniedbuie waze.* Vng. *Hatra vetȯm, meg vetȯm semminek itelȯm.* Ang. *To sett litle by, or estieme lesse.*] Cic. pro Cælio: Quod in alicujus agreſtis periculo non poſtmitterer, id homo eruditus in inſidiis doctiſsimi hominis diſsimulandũ puraret?

Pōſtmŏdum, pen. corr. Poſtea, quaſi pŏſt modŏ. [אחר כן *achár chen* אחרי כן *acharé chen. ὕστερον.* Gall. *Apres ce, puis apres.* Ital. *Poco poi, poi poco appresso.* Ger. Hernach/nachwerts/nachmaalen. Bel. Daernd. Hiſp. *Despues.* Pol. *Potym.* Vng. *Ez vtan.* Ang. *Afterward.*] Liv. li 1. ab Vrbe: Sæpè ex injuria poſtmodum exortam gratiam. ¶ Dicitur & poſtmodŏ. Idem lib. 4: Si Ardeates ſua tempora expectare velint, arbitriumq; Senatui levandæ injuriæ ſuæ permittant, fore ut poſtmodò gaudeant ſe ita moderatos.

Pōſtŏmis, poſtomidis, ἐπιστόμις, Ferrum eſt, teſte Nonio, quod ad cohibendam equorum tenaciam, nanbus; vel morſui imponitur. [Pol *Kawecząn*; item *kraganiecz*. Ang. *Barnacles; an instrument*

stramẽt ſett on the noſe of vnruly horſes.]Lucilius:Poſtomides huic ingentes de naribus pendent.

Pŏſtpōno, poſtponis, poſtpoſui, poſtpoſitum, act. 1. Retrò pono, poſthabeo, poſtfero. [מאח *baxáh.* ἀφὲ ὑλάττου ϖιῶ. Gal. *Poſtpoſer, eſtimer moins.* Ital. *Poſporre.* Ger. Nachſetzen einem andern das für gröſſer geachtet wirdt / für geringer halten. Hiſp. *Poſponer.* Pol. *Lekce waże, przekł'adam.* Vng. *Hatal vetõm.* Ang. *To poſpone, to eſteme leſſe.*] Plin. li. 13. cap. 19: Cyrenaica regio loton ſuæ poſtpoſuit paliuro. Ovid. 6. Metam.. vosq; eſt poſtponere natis Auſa ſuis. Horat. 1. Epiſt. 18: Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum Officium. ¶ Aliquando ponitur pro omittere, vel intermittere. Cic. F. ad Tironem: Omnia poſtpoſui, dummodo pręceptis patris parêrem. Cæſ. 6 belli Gall. Vt omnia poſtponere videretur, conſilium in Lutetiam Pariſiorum transfert.

Pōſtprĭncĭpĭă, Dictio cõpoſita, qua Varro apud Gellĭũ utitur, lib. 16. cap. 18. pro progreſſu rei alicujus qui principia ſubſequitur. Voluptas autem (*inquit*) vel utilitas talium diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit, quũ perfectæ abſolutæq; ſunt: in principiis verò ipſis, ineptæ & inſuaves videntur.

Poſtquam, & poſteaquam, Connexivæ particulæ ſunt, quibus dicta ſequentibus connectuntur. [ἐπειδή. Gall. *Apres que, depuis que.* Ital. *Poi che.* Ger. Nach dem. Hiſp. *Deſpues que.* Pol. *Potim.* Vng. *Minek vtauna.* Ang. *After that.*] Virg. 3. Aeneid. Poſtquã altos tetigit fluctus. Vide POSTEA.

Poſtrēmŭs, adjectivum, Poſtremò, adverbium, Vide POSTERVS.

Pōſtrīdiĕ, adverb. Poſtero, vel ſequenti die. [מחר *machár,* τῇ ὑςεραίᾳ, τῇ ἐπιόυῃ. Gall. *Le lendemain.* Ital. *Il giorno ſeguente.* Ger. Morderige / den nechſten tag darnach. Hiſp. *Vn dia deſpues.* Pol. *Nazaiutrz.* Vng. *Masod hap honap.* Ang. *The day following.*] Sicut contrà pridie priore, vel præcedente die. τῇ ϖροτεραίᾳ. Gellius putat pridie dictum eſſe quaſi priſtinò die. Verba ejus ſunt hæc lib. 19. cap. 24: Die priſtini eodem modo dicebatur, quod ſignificabat die priſtino: id eſt, priore, quod nunc dicitur *Pridie* dicitur, converſo compoſitionis ordine, quaſi priſtino die. Feſtus verò (cui magis accedendum puto) compoſitionem pridie antiquam eſſe docet. Privignus, *inquit,* dictus eſt, quòd antequam mater ſecundò nuberet, eſt progenitus. Pri enim antiqui pro prædixerunt. Pridie igitur, ex præ, & die compoſitum priori ſive præcedenti die, ſive die uno antè ſignificat. Poſtridie verò, poſtero die. Valla: Poſtridie, quaſi cras, non præſentis dici, ſed cujuſdam alterius, aut præteriti aut futuri. Sic pridie, quaſi heri, non præſentis dici, ſed cujuſdam alterius, aut præterti, aut futuri. Lactant. lib. 5. de utroque exemplum poſuit, loquens de Carneade: Is (*inquit*) quum legatus ab Athenienſibus Romam miſſus eſſet, diſputavit de juſtitia copioſè, audientibus Galba & Catone, COSS. maximis tunc oratoribus. Sed diſputationem ſuam poſtridie contraria diſputatione ſubvertit: & juſtitiam quam pridie laudaverat, ſuſtulit. Plaut. in Stich. Qui poteſt mulieres vitare, vitèr: ut quotidie pridie caveat, ne faciat quod pigeat poſtridie. Pridie igitur, priori die, ſive præcedente die ſignificat, ut etiam apud Catonem lib. de Re ruſt. Si quem purgare voles, pridie ne cœnet. Poſtridie verò, poſtero die: nec poſt tres dies ullo modo ſignificat, ut hoc Catonis exemplum apertiſſimè demonſtrat, ex lib. de Re ruſt. capite 65: Oleum viride ſic facito: Oleam quamprimùm ex terra tollito: ſi inquinata erit, lavito: à foliis & ſtercore purgato: poſtridie, aut poſt tertium diem quàm lecta erit, facito. Non enim adjeciſſet diem tertium, ſi poſtridie, poſt tres dies ſignificaret. ¶ Habent autem pridie & poſtridie aliquando poſt ſe hos genitivos Ejus diei. Cicero Lentulo, ad duodecimum Calendas Februarii, dum in Senatu pulcherrimè ſtaremus, quòd jam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus: hoc eſt, eo die qui præceſſit duodecimum Cal. Cæſ. lib. 1. bel. Gall. Poſtridie ejus diei Cæſar præſidio utriſque caſtris quod ſatis eſſe viſum eſt, reliquit: id eſt, poſtero die qui illum ſubſequebatur. ¶ Aliquando etiam alius eis genitivus jungitur: ut Pridie, ſive poſtridie Calendarum, Nonarum, Iduum. ¶ Nonnunquam & accuſativum habent. Cic. Appio: Pridie Nonas Iunias quum eſſemus Brunduſii: hoc eſt, die præcedenti Nonas, ſive die ante Nonas. Livius: Etiam poſtridie Idus rebus divinis ſuperſederi juſſum. Quo item modo poſtridie Calendas dicitur: id eſt, die poſt Calendas. Cic. ad Attic. Pridie Compitalia venito, ¶ Interdum pridie & poſtridie ſequitur quàm: ut pridie quàm intres patriam, ſacrificium facito. Liv. lib. 2. ab Vrbe: Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiſcerentur, cœnatum fortè apud Vitellios eſſet, &c. Id eſt, die præcedenti eum, quo legati ad Tarquinios ſunt profecti. Similiter illud Suetonii in Cæſare: Et pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam apud M. Lepidum, quiſnam eſſet finis vitæ commodiſſimus, repentinum inopinatumq; prætulerit. Pridie, *inquit,* quàm occideretur: hoc eſt, eo die qui diem mortis ejus præcedebat. Cujus loco dicere non poſſemus, pridie quo occideretur, ut nonnulli loquuntur: hujuſmodi enim ſententia ſecum pugnaret. Itaq; non ſatis rectè putavit Valla in hujuſmodi locutionibus, QVAM particulam accipi pro relativo QVO. Neque enim ſatis aptè hanc orationem Pridie, quàm occideretur, ſic interpreteris, Pridie quo occideretur: ſed potiùs ſic: Pridie poſtquam occideretur. Similiter, Poſtridie quàm pater mortem obiit, epulum feci: id eſt, poſtquam pater mortem obiit, poſtridie epulum feci: ut dies mortis luctui ſerviat: poſtera verò, epulis. Non autem, poſtridie quo pater mortem obiit, epulum feci: quod neque orationi, neque ſenſui convenit. Nam poſtridie, alium diem exigit præcedentem: in iſto verò exemplo, nullus alius dies præceſſit. Ergo quàm pro poſtquam exponendum eſt, ut poſtridie, ſequatur ipſum diem quo pater mortem obiit. Similiter, Poſtridie quàm uxorẽ duxero, navigandũ eſt mihi. Si quàm, pro quo ſumatur, non rectè fiet interpretatio. Igitur neceſſariò quàm, pro poſtquam, nõ pro quo ſumendum eſt: niſi hoc modo ſumamus, poſtridie: id eſt, poſtero die ab eo quo pater mortem obiit, epulum feci: & Poſtridie ab eo quo uxorẽ duxero, navigandum eſt mihi. Et Valla fortè ita intellexit. Hoc modo ſumenda ſunt pleraq; Livii exempla: ut lib. 3: Anno trecenteſimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis à Conſulibus ad Decemviros. Et lib. 4: Dictator exercitu victore domum reducto, die octavo quàm creatus erat: id eſt, octavo die ab eo quo creatus erat. Et aliud: Quàm condita Roma erat: id eſt, ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam pro poſtquam ſumi poteſt. Poſſunt tamen Vallæ exempla breviùs exponi, ut quàm pro quum ſumatur, hoc modo: quàm: hoc eſt, quum pater mortem obiit, epulum feci poſtridie: & quàm: hoc eſt, quum uxorem duxero, navigandum eſt mihi poſtridie. Illud autem Ciceronis ad Tironẽ: Menãdrius poſtridie ad me venit quàm expectarem: pro quũ omninò ſumitur, non pro poſtquam, neq; pro antequam, neque ab eo quo: hoc modo, Menãdrius quàm: id eſt, quum die præcedenti eum expectarem, venit ad me poſtridie. Vnde rectè ſequitur: Itaq; poſtridie habui noctem plenam timoris: id eſt, noctem quæ ipſum diem præcedentem inſecuta eſt, & interceſſit inter poſtridie: hoc eſt, ſequentẽ diem, & ipſum præcedentem. ¶ A pridie fit Pridianus, pridiana, pridianum, pro eo quod pridie alicujus diei factũ eſt. χθιζός, ϖροτεραῖος. Sueton. in Calig. Marceſcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere Plautus in Milite, poſtriduo dixit pro poſtridie: Poſtriduo (*inquit*) natus ſum ego mulier, quàm Iupiter ex Ope natus eſt.

Pŏſtŭlo, as, act. p. Initãter. & meo quodammodo jure aliquid peto. [שאל *ſhḗal* בעה *bahah.* αἰτέω, ἀξιόω. Gall. *Demander, requerir.* Ital. *Domandare, addimandare con inſtanza.* Ger. & Bel. Begeren / anforderen heiſchen. Hiſp. *Demandar como enjuyzio.* Pol. *Żądam.* Vng. *Merg kevanam meg venom meg kerõm.* Ang. *To require, to demande.*] In qua ſignificatione præter accuſativum habet & ablativum præcedente præpoſitione à vel ab. Cic. 2. lib. Epiſt. Omnia volo à me poſtules & expectes. Idem de Amic. Nec quicquam niſi rectum & honeſtum alter ab altero poſtulabit. Nonnunquã duos accuſativos requirit. Idem alibi. Atq; hoc tamen ſe ſcire volo me de iſto ſumptu nihil decreviſſe niſi quod principes civitatũ me poſtulaviſſent. ¶ Solet ita diſtingui à Grammaticis inter poſtulare, poſcere, petere, obſecrare, & flagitare: quod poſcamus imperiosè, petamus precariò, poſtulemus jure, obſecremus per ſacra, flagitemus, cum arrogantia, nec ſine convitio. Quæ tamen differentiæ nõ ſunt perpetuæ. ¶ Interdũ poſtulare idem eſt quod requirere, vel exigere: ut Res, locus, perſona, tempus, cauſa, hoc poſtulat. Cic. pro Ligario: Longiorem orationem cauſa forſitan poſtulat, tua certè natũra breviorem. Item 2. de Oratore: Vt cauſæ natura, & temporis ratio poſtulabit. ¶ Nonnunquam idem valet quod accuſare in judicio, ſive crimen aliquod intendere. αἰτιᾶσθαι, δικολογεῖσθαι. Suetonius in Cæſare: Cæterum Connectum Dolabellam Conſularem & triumphalem virum repetundarum poſtulavit. Idem in Auguſto, cap. 16: Affuit & clientibus, ſicut ſectatio cuidam evocato quondam ſuo, qui poſtulabatur injuriarum. ¶ Interdum poſtulare, eſt tanquam debitum ſibi quid requirere. Terent. in Adelph. Pet oppreſſionem ut hãc mihi eripere poſtulet: id eſt, velit, aut ſperet. ¶ Item poſtulare (ſicuti docet Vlp. l. 1. ff. de Poſtula.) eſt deſiderium ſuum, vel amici in jure apud eum qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. ¶ Poſtulare quæſtionem, ejus eſt qui injuriam ſibi factã queritur, aut alteri, quem vindicare ad eum pertineat. Liv. 2. ab Vrbe: Senatus tumultuoſè vocatus tumultuoſius conſulitur, quæſtionem poſtulantibus iis qui pulſati fuerant. ¶ Expoſtulare, eſt quum querimur injuriam apud illum à quo accepimus, & habet in ſe reprehẽſionem: de quo alibi. Hinc expoſtulatio, quæ eſt apud illum ipſum qui peccaverit: Poſtulatio, quæ de illo apud alterum.

Pōstŭlātĭo, postulationis, f.t. Querela, & quasi justa interpositio querelarum. [שְׁאֵלָה *sheeláh.* αἴτησις, αἴτημα. Gall. *Demande, requeste.* Ital. *Dimanda, richiesta.* Ger. Ein verweiſſung. *Item,* Ein erforderung/Begerung, Hiſp. *Obra de demandar con inſtancia.* Pol. *Zadanie.* Vng. *Panazolkodas.* Ang. *A requeſt, a demande*] Plaut. in Bacch. Acris postulatio hæc eſt, quum hujus dicta intelligo. Propriè tamen postulatio idem ferè eſt quod petitio. Cic. Attic. lib 3: Eſt illa impudens quidē postulatio. Idem pro Muræna: Conceſſit Senatus postulationi tuæ. ¶ Vacare postulationibus, eſt quod vulgò dicitur, *expedire requeſtas.* Plin. in Epiſtol. Senecio quum exploraſſet Conſules postulationibus vocaturos, convenit me, &c. Reſpondere postulationibus, idem. ¶ Item postulationes advocatorum ſunt, patronorūq; in foro. Suętonius in Nerone: Celeberrimis patronis nō trāſlatitias, & breves (ut aſſolet) ſed maximas, plurimasq; postulationes certatim ingerentibus. Postulatio item expiatio eſt neglectæ religionis. Cic. Quod eodem oſtento telluri postulatio deberi dicitur. Varro videtur dixiſſe postulionē pro poſtulatioñem, libro quarto de ling. Latina: Deūm manium, *inquit,* postulionem poſtulare, civem fortiſſimū eò demitti. Hinc poſtularia oſtenta, prodigia, fulgura quæ neglecta fuerāt, hec procurata, ideoq; expiatione indigebant. Feſtus.

Poſtŭlātum, ti, n.ſ. Postulatio. [שְׁאֵלָה *ſcheeláh.* αἴτημα, ἀξίωμα, τὸ αἰτηθέν.] Cæſ. 4. Belli Gallici: Huc poſtero die quàm frequētiſſimi convenerunt, ut de eorum poſtulatis cogneſceret. Cic. 4. Verr. Hoc commoti dolore, poſtulata Conſulibus, quæ nō poſtulāta, ſed in iſtum crimina viderentur eſſe, ediderunt.

Poſtularia fulgura, inquit Feſtus, quæ votorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant.

Potamogiton, T. Tripolim, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 136.

Potamogiton, Herba apud Dioſcor. lib. 4. cap. 102.

Potamogitom, Limonion, Beta ſylveſtris, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 19.

Pŏtēns, Porenter, Porentatus, Potentĭa, Vide POSSVM.

Pŏtĕrĭum, n.ſ. [סִיר *chos.* ποτήριον. Latinè poculum. Gall. *Vn vaiſſeau à boire, hanap.* Ital. *Bichiere.* Ger. Ein trinckgeſchirr. Hiſp. *Vaſo generalmente para beuer.* Pol. *Kuſiuk, vel kuſel.* Vng. *Pohar.* Ang. *Any veſſel to drinke in.*] Plautus in Stycho: Quibus divitiæ domi ſunt, ſcaphio, cantharis batiolis bibunt: nos noſtro Samiolo poterio tamen bibimus. ¶ Eſt & nomen herbæ ex genere ſpinoſarum, quæ à Galeno neuras appellatur, quòd medeatur nervis. Dicitur & phrynion, quòd rubetis ranis adverſetur, quas Græci *phrynos* vocant. Vide Plin. lib. 27. cap. 12.

Pŏtēſſĕ, Poteſſum, Poteſtas, Poteſtur, Vide POSSVM.

Pothas, duplex: alterum genus hyacinthi flore: alterum ſine colore candidum, quo ſepulcra coronabant, à quo & nomen quaſi deſideratis eſſe dicuntur.

Pŏtĭn, pro potísne, Vide POTIS.

Pōtĭo, potiónis, Potiono, potionas, Vide POTO.

Pŏtĭŏr, & hoc potius comparativa, pro melior & melius, Vide POTIS.

Pŏtĭŏr, potiris, à potis deducitur: hodieq; magis quartæ conjugationis eſt, olim etiam tertiæ, Occupo, vinco compos voti fio, jungitur cum genitivo & ablativo. [רָאָה *raáh.* κρατέω, ἐγκρατὴς γίνομαι, ἐπιτυγχάνω. Gall. *Iouir de quelque choſe.* Ital. *Godere de qualche caſa.* Ger. Eroberen/mechtig werden/ vnder ſein gewalt bringen/erlangen Bel. Inhebben/beſitten/ghebruycken. Hiſp. *Alcancar y gozar lo deſſeado.* Pol. *Otrzymas coholwiek doſtaie.* Vng. *Meg nyerdm, keuanſagom Zerent vele elôk.* Ang *To enioye, to obteine, to achieue.*] Virgil 3. Aeneid. fas omne abrumpit, & auro Vi potitur: quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Ovid. 13. Metam. Tuq; tuis armis, nos te potiremur Achille. In infinitivo, & participiis præteriti & futuri temporis ſemper quartam conjugationem ſequitur, nunquam tertiam. Cicero Lentulo, lib. 1. Epiſt. Si tibi exploratum ſit, ejus regni potiri poſſe. Autor ad Heren. lib 1: Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ. Cic. 1. Offic. Omni Macedonum gaza potitus eſt Paulus. Idem 2. de Invent. Si eo portu potiti eſſent. ¶ Nonnunquam idem eſt quod fruor, & tunc ablativo potiſſimùm jungitur. κτάομαι, κεκτῆμαι. Cicero de Senect. Quòd ſi his voluptatibus bona ætas fruitur libentiùs, primùm parvulis fruitur rebus, ut diximus: deinde iis quibus ſenectus etiā ſi nō abundè potitur, non omninò cāret. Nonnunquam etiam accuſativo, ſed rariùs. Terentius in Adelphis: Patria potitur commoda. Aliquando etiam cum genitivo rerum jūgitur, & ponitur pro principatum teneo. Cicer. ad Lentulum lib. 1: Otium nobis exoptandum eſt, quod ii qui potiuntur rerum, præſtaturi videntur.

Pŏtĭtŭs hoſtium, antiquè, pro in hoſtiū poteſtatem redactus. Plaut. in Epidico: MVL. Tum filiam quam ex te ſuſcepi. PER. Quid eam? M. Eductam perdidi, atq; hoſtium eſt potita. Sic enim paulò pòſt: Nam poſtquam audivi ilicò Ex meo ſervo, illam eſſe captam: continuò argentum dedi, ut emeret. Papinianus quoq; in l. 11. D. de captivis, ſic locutus eſt: Exinde, *inquit,* ſui juris videtur fuiſſe, ex quo pater hoſtium potitus eſt. Hotomanus.

Pŏtĭs, & pote, adject. potior, potiſſimus, Potens, potentior, potentiſſimus, vel bonus, melior, optimus. [δυνατός. Gall. *Qui peut.* Ital. *Potente.* Ger. Mechtig/das mag. Hiſp. *Poderoſo.* Pol. *Mogney.* Vng. *Hatalmaſyo.* Ang. *He that may or is able.*] Virg. 3. Aeneid. Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo. Cicer. 2. Tuſ. ex antiquo poëta: Neq; ſanguis ullo potis eſt pacto profluens conſiſtere. Terent. in Phorm. Mea lege utar, ut potior ſit qui prior ad dandum eſt. Vt potior ſit, *inquit:* hoc eſt, ut melior, vel charior ſit. ¶ Pote apud veteres aliquando legitur pro eo quod fieri poteſt. Plaut. in Caſ. Nec pote quicquam commemorari.

Pŏtín', Hoc eſt potísne es, ſive potésne. Plaut. in Epid. Potín' ut moleſtus ne ſies? Terent. in Andr. Potín' es ut deſinas?

Pŏtĭŏr, & potius, Comparativa ab antiquo nomine potis, melior & melius. [טוֹב *tob* μᾶλλον, βελτίων. Gall. *Meilleur.* Ital. *Megliore, meglio.* Ger. Beſſer/ fürtreffentlicher. Hiſp. *El mejor.* Pol. *Mogneiſzy.* Vng. *Iob hatal maſob.* Ang. *Better.*] Cic. 4. Tuſc. Filius plus pollet potiorq; eſt patre: id eſt, melior, aut præſtantior.

Pŏtĭſſĭmŭs, ſuperlativū. Ferè exponitur per optimus, aut præcipuus. [κράτιστος, ἄριστος, βέλτιστος. Gall. *Le meilleur & principal.* Ital. *Migliore, principale.* Ger. Das beſt/aller fürnemmeſt Hiſp. *Mejor, principal.* Pol. *Naimogneiſzy.* Vng. *Iofagolb.* Ang. *The beſt and principall.*] Plin. Epiſt. 79: Nam ſi hoc opuſculum noſtrum aut potiſſimum eſſet, aut ſolum, &c. Sic potiſſima ratio, potiſſima nobilitas. Quintil. lib. 10. cap. 1: Vt ſemel quod eſt potiſſimum, dicam: hoc eſt, præcipuum.

Pŏtĭŭs, potiſſimùm, vel potiſſimè, adverbia, magis. maximé. [יוֹתֵר *jothér.* μᾶλλον. Gall. *Pluſtoſt.* Ital. *Piu toſto* Ger. Viel lieber/ oder ehe/vorauß vñ vorab/fürnemlichen. Hiſp. *Antes eſte, què eſtotro.* Pol. *Raczey.* Vng. *Inkab.* Ang. *Rather.*] Differunt autem potiùs, & potiſſimùm, ſeu potiſſimè, quòd potiùs ad duo tantùm: potiſſimùm verò ad plura refertur. ut, Quem potiùs inſtituam hæredem? Fabium an Lucium? aut: Quam natarū potiſſimùm eruditam? ſi multæ ſint. Autor ad Heren. lib. 1: Ex cōparatione in qua per contentionem utrum potiùs, aut quid potiſſimùm ſit, quæritur. Idem ibidem: Quum quærit orator, utrum de duobus potiùs, aut quid de pluribus potiſſimùm dicat. Cicer. in Lęlio: Hactenus mihi videor de amicitia quid ſentirem potiſſimè, dixiſſe. Plautus in Pſeud. Hunc diem ſumpſimus potiſſimè. Invenitur tamen quandoque potiſſimùm referri ad duo. Cic. Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen utri potiſſimùm conſulendum ſit, deliberetur.

Pōtĭto, Vide POTO.

Pōtnĭădēs, Quadrigæ apud Virgil. 3. Georg.

Poto, potas, potavi, potatū & potum, n p. Valde bibo. [שָׁתָה *ſchathâh.* πίνω. Gall. *Boire.* Ital. *Beuere.* Ger. Trincken. Bel. Drincken. Hiſp. *Beuer.* Pol. *Piie.* Vng. *Izom kôppentôk.* An. *To drink.*] Cic. de Clar. Orat. Si potare velis, de dolio tibi hauriendū eſt. Idem 2. Philip. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorū, totos dies potabatur, &c. Idem 2. de Finibus: Tum ipſum, quū vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuiſſe, quàm potantem in roſa Thoriū. Aquam potare galea, Tibul. lib. 2. Eleg. 7. Acetum acre potare, Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Virg. 3. Georg. Et hæc concretū cum ſanguine potat equino. ¶ Arbores quoq; potare dicuntur, quum liquor radicibus affunditur. Plin. lib. 12. cap. 1: Docuimus etiam arbores vina potare. Lanæ etiam colores potare dicuntur. Plin. li. 9. cap. 38: Quinis lana potat horis, rurſusq; mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. ¶ Ejus compoſita ſunt, Appoto, quod eſt multùm poto. Plaut. in Curc. Poſtquam cœnati atq; appoti, talos poſcit ſibi in manum: Provocat me in aleam, ut ego ludam. Compoto, ſimul poto συμπίνω. Vnde Comporatio, quā Græci συμπόσιον dicunt. Epoto, potando exhaurio, ἐκπίνω. Perpoto, valde poto. διαπίνω. Præpoto, antè poto. προπίνω. & habent penultimam productam.

Pōtāndŭs, da, dum. ποτός, ποτόμβρος. Ovid. 2. Faſt. Dumq; parant epulas, potandaq; vina miniſtri.

Pōtātŭs, potata, potatum: ut Potata aqua Plin li. 2. cap. 103: In Faliſco Clitumni amnis aqua potata, candidos boves facit.

Pōtātŏr, potatoris, m.t. Qui potationibus indulget. [שׁוֹתֶה *ſchothéh.* Φιλοπότης, πότης. Gall *Buueur yurongne.* Ital *Imbriaco, & gran beuitore.* Ger. Ein zutrincker/ ſauffer. Hiſp. *Grande beuedor.* Pol. *Piianicza.* Vng. *Iuo kôppentô.* Ang. *A great drinker.*] Plautus in Menæch. Nanq; Epidamnea natio eſt hæc ita hominū, Voluptarii, atq; potatores maxumi. Plin. lib. 20 cap. 23: Radix cujuſq; ex aqua decocta, potatoribus ſitim facere narratur. De carduorum ſylveſtrium generibus duobus.

Pōtātĭo, potationis, f.t. Actus potandi. [שְׁתִיָּה *ſchethiá* מִשְׁתֶּה *maſchteh* πολυποσία, συχνὴ πόσις, Φιλοποσία. Gall. *Buuerie, brmage.* Ital. *Beuimento.* Germ Das trincken/oder zutrincken/das ſauffen. Hiſp. *La beuida.* Pol. *Pyanſtwo.* Vng. *Iuás.* An. *A drinking.*]

A drinking.] Cic.1.de Divin. Si modò temperatis escis, modicisq; potationibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet. Plaut.in Sticho: Quo potationes mulsi, quor aūt prandia.

Pōtātŭs,ūs,ui,m.q. potatio. [Vng. *Ital.*] Seneca controvers. lib.2.in 1:Neque potatus objicis filio.

Pōtŭs,pota, potum, participium, ebrius, qui abundè potavit. [רוה *raueh* שכור *schichchór.* ὀινοβάρων, πιπωκώς. Gall. *Qui a bien beu.* Ital. *Che a beuuto.* German. Trunken/voll. Hispan. *El que beuio demasiadamente.* Polon Pijany vel Vpiti. Vng. *Iol ivt, refeg.* Ang. *That hath drunken much, drunken.*] Ovidius libro 3.Fast. Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu Pompa, senem potum pota trahebat anus. Cicero Trebatio libro 7: Itaque etsi domum bene potus, seroque redieram: tamen id caput ubi hæc controversia est notavi. ¶ Ponitur etiam passivè. Ovidius loco jam citato: tanto est Albula pota Deo. Iuvenal. epotaque flumina Medo Prandente. Ovid.lib.15.Metam. Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Pōtūrŭs, potura, poturum: ut Terra potura cruores, Stat. 12. Theb. Oves poturæ, Propertius lib.4 Eleg.4.

Pōtŭs,tus, m. q. Potio. [שתי *schéthi* שתיה *schethijáh* משקה *maschkéh.* πόσις,πόμα. Gall. *Breuuage.* Ital. *Beuanda.* German. Ein tranck. Hisp. *Bouida.* Pol. *Napoy.* Vng. *Ital.* Ang. *Drinke.*] Cic.4 Tusc. Quid quòd ne mente quidem rectè uti possumus, multo cibo & potione repleti? Et in Catone: Tantum cibi & potionis adhibendum ut reficiantur vires, non opprimantur. Plin.lib.10.cap.72:Serpentes exiguo indigent potu.

Pōtĭo, potionis, f. t. potus. [שתי *schéthi* שתיה *schethijáh* משקה *maschkéh.* πόσις,πόμα. Gall. *Breuuage.* Ital. *Beuanda.* Ger. Ein tranck. Hispan. *Beuida.* Polon. Pycie. Vngar. *Ital.* Ang. *Drinke*] Plautus in Sticho: Nam intùs mihi jam potione vinacea onerabo gulam. Colum.lib. 11.cap.51: Vt cibus & potio sine fraude à cellariis præbeantur. Cic.1.de Finib Quum cibo, potioneq; fames, sitisque depulsa est. Cels.lib.1.cap.9: Vinum frigidum bibere, & post cibum magnam potionem sumere: Quintil.lib.7.cap.3: Bibere potionem.

Pōtĭŭncŭlă,æ,diminutivum à potio. [Vngar. *Italotska.*] Suetonius in Domitiano: Vt non temerè super cœnam, præter martianum malum, & medicum in ampulla potiunculam sumeret.

Pōtŏr,oris,m.t Potator, apud Martialem est titulus, ad Sextilianum potorem. [רוה *raueh* שכור *schichchór.* φιλοπότης Gall. *Qui aime à boire, vn bon biberon.* Ital. *Beuitore.* Ger. Ein trincker. Hisp. *Beuedor.* Pol. Pyak. Vn *Iuo nagy italu.* Ang. *A good drinker.*] Horat.1. Epist. 20: Nulla placere diu: nec vivere carmina possunt, Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Pōtōrĭŭs, ria, rium, Quod ad potandum pertinet. [ποτικός. Gall. *Appartenant à boire.* Ital. *Pertinente à beuere.* German Das zu dem trincken gehörtet. Hisp. *Pertenesciente à beuer.* Polon. Czo do pycia przinalezy. Vng. *Italhoz valo.* Ang. *Belonging to drinking.*] Hinc vasa potoria, sicut vasa escaria.

Pōtōrĭum, potorii, n.s. Vas quod ad potū est deputatū [כוס *chos.* ποτήριον. Gall. *Vaisseau à boire, banap.* Ital. *Bicchiere.* Germ. Ein trinckgeschirr. Hisp. *Vaso para beuere.* Polon. *Kufel.* Vng. *Iuo edeny.* Ang. *A drinking vessell.*] Plin.lib. 33.cap.10: Ptolomæum Varro tradit, Pompeio res gerente circa Iudæam, octena millia equitum sua pecunia toleravisse: mille convivas totidem aureis potoriis mutantem vasa cum ferculis saginasse.

Pōtŭlēntŭs,ta,tum,Potus, sive ebrius. [רוה *raveh* שכור *schichchór.* μεθύων. Gall. *Yurongne.* Ital. *Imbriaco.* Germ. Zimlich voll vnd trucken. Hisp. *Embriago, borracho.* Polon. *Opiel'a.* Vng. *Iol ivt, reczeg.* An. *Drunken.*] Suetonius in Othone: Fertur & noctibus povagari solitus, atque invalidum quenque obviorum, aut potulentum corripere. Interdum potulentus idem est quod potui idoneus, πότιμος. Gell.lib. 4.cap. 1:Penus est quod esculentum, aut potulētum est. Sic enim nōnulli malunt legere quàm quod vulgata exemplaria habent poculentus.

Pōtĭto,tas, penult.corr.frequentativum à poto, Frequenter potō. [πολὺς πίνω. Gall. *Boire souuent.* Ital. *Beuer souente.* Ger. Stäts trincken. Hisp. *Beuer à menudo.* Pol. Vstawnie pye. Vng. *Iddogalom, kóppögetŏk.* Ang. *To drinke often, to bibbe.*] Plaut. in Amphit. Nunc tibi hanc pateram quæ dono mihi illic ob virtutem data est, Pterela rex qui potitavit, quem ego mea occidi manu. Idem Asin. Tecum una postea æquè pocula potitet.

Pōtĭōno, potionas, potionem præbeo. πομίζω. Cujus passivum est Potionor. Sueton.in Calig. Creditur potionatus à Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit.

P ante R.

P.R. In notis antiquorum, Populus Romanus. P R. Prætor. PRAE.VIGIL. præfectus vigilum. PRAE.VRB Præfectus urbis. PRAE.PRAES. præfectus præsidii PRAEF. Præfectus PRAEF.VR. Præfectus urbis. P.R.E. vel EX. post reges exactos. PRID.NON. APR. pridie nonas Aprilis. PRINC. IVVENT. princeps juventutis. PRID. KAL. vel K. pridie Kalendas. PRO C. proconsul. PRO COS. proconsul. PROCOSS. vel PROCC. proconsules. PRON. Pronepos, vel pronepotis. PRO PRAE. proprætor. PRO V. provincia. PR. PER. prætor peregrinus. PR PR. proprætor. PR S. Prætores. PR.S. prætoris sententia. PR.VR. prætor urbanus. PR S. præses. PR S præsides. PR S.P. præses provinciæ.

Prăctĭcŭs; practica, practicum, & Practica, practicæ, Vide PRAXIS.

Præ, Præpositio, Antè. [לפני *liphné* נגד *néghedh.* πρό. Gall. *Deuant.* Ital. *Auanti, inanti.* Ger. Vor. Hisp. *Ante, delante.* Polon. *Przed.* Vng. Elől. Ang. *Before.*] Extra compositionem aliquando absolutè ponitur: ut apud Terentium in And. I præ, sequar. Aliquando cū ablativo: ut Præ oculis: id est, ante oculos. Præ cunctis: id est, ante cunctos, vel plus quàm cuncti. ¶ Nonnunquam causam denotat, accipiturque pro ob, vel propter. διά. Terent.in Andr. Præstudio dum efficias quod cupis: id est, ob studium. Idem in Eunuch. Misera præ amore. ¶ Item idē valet quod prætèr. Gell.lib. 1:Præq; se uno, cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gèntemq; omnem togatam, quodcunq; nomen Latinum, rudes esse atq; agrestes prædicabat. Vbi comparationem induit, ut Græcis πρός, παρά. Sic & apud Terent. Eunuch. Hic ego illum contempsi præ me. ὡς πρὸς ἐμέ. Plaut.in Persa: Imò res omnes relictas habeo, præ quod tu velis. In eadē significatione dicimus præ quàm. Plautus in Amph. Prava res est voluptatum in vita, atq; in ætate Agunda, Præ quàm quod molestum est. ¶ Composita, significat antè, vel priùs: ut Præpono, præferò. Aliquando super: ut Præfectus, præsideo. Aliquando valde, vel mirū in modū, sive præter modū: ut, Præclarus, Præcelsus: quorum multa per ex Græcè efferuntur. Magis autem auget quàm per, jungiturq; cum nōnullis dictionibus cum quibus illud non jungitur: ut, Præpotens, ὑπερδυνάστης. Præcelsus, Præclarus, Prælatus, Præfulgens, Prædives. ὑπερφυής. Prædulcis, Prædurus, Præcultus, Prælargus, Prælongus. ὑπερμήκης. Nam Prælongus sermo, & prælonga oratio, ea dicitur quę enormi longitudine est. Prępotens, Præcelsus, & similia, majorem in modum potens, celsusq;, & quasi præter modū, moremq; aliorum potens, ac celsus. ¶ Significat quandoq; etiam ante tempus, sive præter morem aliorū: ut, Præcox uva, Præcox ingenium ¶ Aliquando redundat: ut Præmoror, præcingo, quæ idem significant quod eorum simplicia. ¶ A Præ, fit Præut, quod collationem significat. Plaut. Modestior nunc quidem est de verbis, præut dudum fuit: id est, si pristinos ejus mores respicias, ὡς γε πρὸς τὸ ἔθος τοῦτο. ¶ Hinc etiam deducitur Præter, sicut à sub, subter: in, inter: pro, propter. ¶ Præmitto, præfero, præ se fert. vide infrà in verbo FERO.

Præăccĭpĭo, act.t. Antè accipio. [προλαμβάνω. Gall. *Anticiper.* Ital. *Anticipare.* German. Vor anhin nemmen. Hispan. *Tomar delante.* Pol. Wprzod biore. Vng. Elől voxöm. Ang. *To tak before.*] A quo Præacceptio figura quæ *præsumptio* à nostris: à Græcis verò προλῆψις dicitur, quum poëta aliquid narrando prævertit, quod eo tempore, quo res quas describit gestæ sunt, in rerum natura non fuit Ejusmodi est illud apud Virgil 6. Aen. portusq; require Velinos. Nam quo tempore Aeneas in Italiam venit, Velia nondum erat condita.

Præactĭo, Prius, acuo, aut anteriorem partē acuo. [προθήγω. Gall. *Aguiser par le bout, ou fort aiguiser.* Ital *Molto aguzzare.* Ger. Zu vorderist scherpffen oder spitzen. Hisp. *Aguzar, yl axer muy agudo.* Pol. *Zaostrzam.* Vn. Elől meg fenöm. An. *To sharpe at the poynte or mak very sharpe.*] Cato de Re rust. Vitem teneram præacuito, obliquè inter se medullam cum medulla componito.

Præăcūtŭs,a,um, Valde acutus, vel anteriore sui parte cuspidatus. [πάνυ ὀξύς. Gall. *Fort aigu.* Ital. *Molto acuto.* Germ. Hefftig scharpff/spitzig Hisp. *Muy agudo.* Pol. Zaostrzoni. Vn. *Hegyes igen eles.* Ang. *Very sharpe.*] Plin.li.11.cap.26. Asperitas præacuta in dorso. Cæs.2.bell. Gall. Tum magni pōderis saxa, & præacutas trabes in muro collocabant. Cuspis præacuta, Ovid.7 Metam.

Præăcūtè, admodū acutè. [Vng. *Igön elössen.*] Apuleius in Apologia: Et fortasse an præcutè reperisse vobis videbamini.

Præaltŭs, a, um, Valde altus. [λίαν ὑψηλός, πάνυ βαθύς. Gall. *Fort haut, fort profund.* Ital. *Molto alto, & molto profundo.* German. Vberauß hoch. Hispan. *Muy alto.* Pol. Bardzo wysoki gl'eboki. Vn. *Igen mages igen mely.* Ang. *Very high, very deep.*] Livius 10. ab Vrbe: Ostium fluminis præalti, quo circumagi naves in stationem tutam possint. Præaltus alveus, Idem 5.ab Vrbe: Præalta rupes, Idem 10. ab Vrbe.

Præauditŭs, antè auditus. [Vn. Elöttue meg hallatatot.] Vlpian. de Officio proconsulis. D.lib. 1.Tit.16: Solent etiam custodiarum cognitionem mandare legatis: scilicet ut præauditas custodias ad s. remittant.

Præbĕo, præbes, ex præ & habeo, abjectis a & h, Do, exhibeo. [נתן *nathán* παρέχω, παρέχομαι. Gall. *Bailler, Donner, offrir.* Ital. *Dare.* Ger. Geben/Darreichē. Belg. Biedē/geven Hisp *Dar.* Pol. *Haie.* Vn. *Adom.* An. *To giue, to offerre.*] Nam qui aliquid præbet, id præhabere ratione dicitur. Cic. 1. de Nat. deor. Aër salutē & vitalem

vitalem ſpiritum præbet animantibus. Horat. in Serm. Sunt qui convivas ſalibus cõſpergere gaudẽt, Præter eum qui præbet aquam. ¶ Aliquãdo ſignificat oſtẽdo. Terent. in Adelph. Servũ haud illiberalẽ præbes teꝛid eſt, re ipſa oſtendis, factis probas. Præbere cibũ de manu: id eſt, manu ipſa cibum in os ingerere. Præbere aceeſſum. Præbere aurẽ: id eſt, auſcultare. Præbere auxilium, errorẽ, honorẽ alicui, iter ad aliquid jusjurandũ alicui, ludos, locũ peccandi. Lumẽ præbere dicitur feneſtra. Præbere materiam igni. Præbere metũ, miraculũ, munimenta. Præbere operam: id eſt, ponere. Præbere prandiũ alicui. Præbere ſe ſtrenuum hominẽ: id eſt, oſtendere & probare, Præbere ſe æquabilem, attentum auditorem, credulum, docilem, acrem, judicem, virũ, ſuperbum, durũ. Præbere ſe facilem: id eſt, acquieſcere, ſive obſequi alicui in re aliqua. Præbere ſonitum, ſpem, terrorem, ſpectaculum lętum, vicem alicujus rei, vim alicujus rei, uſum. Præbere ſponſalia: id eſt, convivium ſponſaliorum.

Præbĭtŭs, participium. [נתון *nathún.* παρεσθεὶς, χορηγηθεὶς. Gall. *Donné.* Ital: *Dato, donato.* Ger. Gegeben. Hiſpan. *Donado.* Polon. *Dany.* Vng. *Adatot.* Ang. *Given, or offred.*] Præbita ſubſtantivè, pro rebus neceſſariis quæ ſervis, operariisq; præbentur. Col. lib. 1. cap. 8: Tantoque curioſior inquiſitio patrisfamiliâs debet eſſe pro tali genere ſervorum, ne aut in veſtiariis, aut in cęteris præbitis injuriosè tractentur.

Præbĭtĭo, nis, f. t. [παρεσις. Vng. *Adás nyuytás.*] Calliſtratus D. lib. ult. Tit. 11. l. 2: Deſtituetur annonæ præbitio, cùm avocentur ab opere ruſtici.

Præbĭtŏr, oris, verbale, m. t. Dator. [נתן *nothén.* παρέχων, χορηγός. Gall. *Qui donne & offre.* Ital. *Chi da & porge.* Ger. Ein geber. Hiſ. *El que da ò dun.* Pol Dawęca. Vn. *Ado.* Ang. *A giuer.*] Cic. 2. de Offic. An tu id agis ut Macedonès te non regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent?

Præbĕndă, orum, pluralis tantùm numeri, neutri generis, ſ. dicuntur ligna & ſal, quæ Parochi legibus publicè miſſis exhibere debebant: de quibus Horat. 1. Serm. Satyr. 5: Proxima Campano ponti quę villula, tectum Præbuit, & parochi quę debẽt ligna, ſalemq;. Gell. lib. 15. cap. 4: Comparandis mulis, & vehiculis magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent, præbenda publicè conduxiſſe. Vide in dictione PAROCHVS. Erant autem in exercitu Copiarii, quibus erat præceptum ut præbenda: id eſt, ſalem & ligna publicè miſſis exhiberent.

Præbĭă, A veteribus appellabãtur remedia, teſte Feſto. ἀλεξητήρια. præcipueq; ea (ut lib. 6. de ling. Latin. innuit Varro) quæ amuleti vim habebant; cujuſmodi (*inquit*) erant lora quæ de puerorum collo ſuſpendebantur: ita dicta à præbendo, ut teſtatur idem Varro. Verrius tamẽ contrà non à præbendo, ſed prohibendo dicta eſſe ait, quòd mala prohibeant, caq; à Cæcilia uxore Tarquinii Priſci inventa tradit.

Præbĭbo, is, ante bibo. [προπίνω. Gall. *Boire devant.* Ital. *Bere innanzi.* German. Vörtrincken. Hiſpan. *Beuer delante.* Polon. *Przipilam.* Vng. Előzőr *iszom.* Ang. *To drink before.*] Hieronym. Nec venena jam metuam quum antidotum præbibero.

Præbĭtĕrĕ, pro perimere, ſeu enecare uſurpavit Plautus in Pſeud. Interminatus eſt à minimo ad maximum: Siquis non hodie munus miſiſſet ſibi, Eum cras cruciatu maximo ſe præbitere. Idem in Pœnu. Præbitere dixit pro præterire: At ne inter vias præbiteramus eas, metuo. Fortaſſis eſt perbitere ſine æ, ab antiquo verbo beto. Sic enim & apud Nonium legitur. Vide ſuprà PERBITO.

Præcalvŭs, m. ſ. Calvus in anteriore parte capitis. [בחה *ghibbéach.* ὑπερκεφαλαιος φαλακρός. Gall. *Chauve par devant.* Ital. *Calvo dinanzi.* German. Vornen kaal. Hiſpan. *Calvo delante.* Ang. *Balde in the forehead.*] Suetonius de Galba: Statura fuit juſta, capite præcalvo.

Præcāntātĭo, præcantationis, f. t. verbale, à præcantando, Incantatio. [חבר *chéber.* ἐπῳδή. Gall. *Chant ou enchantement de ſorcier ou ſorciere.* Ital. *Incantamento, incantagione, incantesimo.* Ger: Ein verzauberung/ verhäxung. Hiſpan. *Encantacion.* Ang. *A charming or inchanting.*] Quint 14. Declam. Diris utiq; carminibus, & feralium præcantationum terrore permiſtum.

Præcāntrīx, cis, f. t. Saga, incantatrix. [מכשפה *mechaſchſchephdh.* ἐπῳδός. Gall *Enchantereſſe.* Ital. *Incantatrice.* Germ. Ein Hex/ Bas hold oder Zauberin. Hiſp. *Encantadora.* Ang. *A ſorcereſſe or inchantereſſe.*] Varro de liber. educ. Vt faciunt pleræque, ut adhibeant præcantrices, nec medico oſtendunt.

Præcānŭs, penultima producta, Qui ante juſtos annos canus eſt. [ἀώρως πολιός. Gall. *Chenu devant qu'eſtre viel.* Ital. *Canuto inanzi il tempò.* German. Der vor der rechten zeit graw iſt. Hiſp. *Cano antes des tiempò.* Angl. *That hath à haare head before he be old.*] Horat. libro 1. Epiſtol. Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum.

Præcārŭs. Nimis, ſive multum carus. [יקיר *jakkír.* πολυτελὴς, πολυτελής. Gall. *Fort cher.* Ital. *Molto caro.* German. Vber thewer. Hiſpan. *Muy amado y caro.* Polon. *Barzodrogi.* Vngar. *Igen kedues, Zerelmetős.* Ang. *Very deare.*] Terent. in Phorm. Quantum opus eſt tibi argenti? eloquere. R. Solæ triginta minæ. C. Triginta? hui, prærara eſt, Phædria. Quędam exemplaria Percara legunt.

Præcăvĕo, præcaves, penultima correpta, Antè cavĕo, provideo. [נשמר *niſchmár.* φυλάττομαι. Gall. *Se donner de garde du mal à venir, pourvoir à quelque choſe qu'elle n'aduienne.* Ital. *Schifare inánzi, prauedere.* German. Fürkommen / vor einem ding ſeyn/ ſich zuvor hüten. Hiſpan. *Guardarſe antes.* Polon. *Przeſtrzegatſie.* Vngar. *El tauoz tatom, magam twle meg onom.* Ang. *To be ware before a thing happen.*] Plautus in Amph. An id præcaviſſe oportuit? Cæſar 1. bell. Gal. Id ne accideret, præcavendum ſibi Cæſar exiſtimabat. Cicero ad Attic. lib. 2: Quod à me ita præcautum, atque ita proviſum eſt, non ut ego de optima mea ratione decederem, &c.

Præcautŭs, parti. Antè cautus & proviſus. [נשמר *niſchmár.* φυλαχθεὶς, προφυλαγμένος.] Vt, proviſa & præcauta res, Cic. 6. Verr. Præcauto opus eſt, Plaut. Merc.

Præcautŏr, oris, Verbale, m. t. [φυλάκτης, φυλακτικός. Gal. *Qui ſe donne de garde d'eſtre ſurprins.* Ital. *Chi ſi guarda.* Germ. Ein verhüter/ fürkommer. Hiſpan. *Coſa que ſe garda antes.* Pol. Przeſtrzegacz. Vng. *Maga ouo, χόμος.* Ang. *That is circunſpect of a thing before it come.*] Plaut. Pſeud. Nam ego præcautor & patronus foribus proceſſi foras.

Præcēdo, præcedis, n. t: Antecedo. [קדם *kiddém.* φθάνω, προέχομαι. Gall. *Preceder, aller devant.* Ital. *Precedere.* Germ. Vorgehn. Belg. Voorgaen. Hiſp. *Andar ò yr delante.* Pol. *Idewprzod.* Vng. *Elől megyök.* Ang. *To go before.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Nulla præcedente injuria. Virg. 9. Aen. Turnus, ut antevolans, tardũ præceſſerat agmen. ¶ Per tranſlationẽ ſignificat præcellere. Plaut. Aſin. Vt veſtræ fortunæ meis præcedunt Litane longé. ¶ Præcedere autoritate, ſapore, ſuavitate, & ſimilibus. Plin. libr. 29. cap. 1: Ad ſiderum motus ex ephemeride mathematica cibo dando, horasq; obſervando, autoritate eum præceſſit.

Præcĕlĕr, penultima correpta, eris, & hoc præcelere, Valde celer. [πάνυ ταχὺς, πάνυ ταχύς, λίαν ὠκύς. Gall. *Fort ſoudain & legier.* Ital. *Molto preſto & legiero.* Ger. Gar ſchnell. Hiſpan. *Muy ligero.* Polon. *Barzo prętki.* Vngar. *Igen gyors.* Ang. *Very ſwift and ſpeedie.*]. Plin. libr. 4. cap. 46: Vt prope carinam ventum eſt, niſi præceleri vi repentè rapiant, abſumi ſpectant. Viri præceleres, Statius 6. Thebaid.

Præcĕlĕro, as. [σπεύδω, ἐπειγω, φθάνω. Gall. *Se haſter & aller devant.* Ital. *Affretarſi, andare avanti.* German. Voran oder für eilen. Hiſpan. *Appreſſurar antes.* Polon. *Wprzodſie kwapie.* Vngar. *Elöneſietök.* Ang. *To haſte and ſpeede.*] Stat. 4. Thebaid. . pars acta plebe ſequuntur, Præcelerant lucem, medium ſubit illa per agmen

Præcĕllo, præcellui, præcelſum, Anteeo, præcedo, & ſupero. [נבה *nutſſeách.* ὑπερφέρω. Gall. *Eſtre plus excellent, outrepaſſer.* Ital *Superare, auanzare, precedere.* Germ. Fürtreffen. Hiſpan. *Sobrepujar* Pol *Przewyſzám.* Vng. *Meg aladom f ölywl haladom.* An. *To be more extreamt or of greater honour.*]. Plinius libro 12. cap. 35 Malus Aſſyria odore præcellit foliorum. Robore mentis præcellere, Sallus libro 3.

Præcĕllens, præcellentis, adjectivum, Antecedens, excellens. [אבה *menaſſeách.* ὑπερέχων. Gall. *Fort excellent.* Ital. *Excellentiſſimo.* Ger. Fürtreffend oder fürtreffentlich. Hiſp. *Muy excellente y ſobrepuiado.* Polon. *Wiwyſzony, przewyſzony.* Vngar. *Fw, f ölywl halado.* Ang *Very excellent.*] Plinius libro 12. cap. 1: Priſco ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo: præcellentem arborem dicant. Idem cap. 6: Major alia, pomo & ſuavitate præcellentior, quo ſapientes Indorum vivunt. Idem in Prooem. libr. 6: Videmus Virgilium præcellentiſſimum vatem eadem cauſa hortorum dotes fuiſſe.

Præcelsŭs, a, um, Valde celſus. [ὑπερμεγέθης. Gall. *Fort haut.* Ital. *Molto eccelſo.* German. Gar oder vberauß hoch. Hiſp. *Sobrepujante y alto.* Polon. *Barzowyſſoky.* Vng. *Igen magas.* Ang. *Very high.*] Cicero 6. Verrin. Enna autem, ubi ea quæ dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo, atque edito. Virg. 3. Aeneid. Vna præcelſa conſedit rupe Cæleno.

Præcĕps, præcipitis, om. t. Quum de loco dicitur, altus & præruptus, unde quis facilè in præceps deturbari poteſt. [προβάσιμος, κρημνώδης. Gall. *Fort aiſé à choir, aiſé & facile de mettre du haut en bas* Ital. *Precipite.* German. Gächi/ hochſtonig/ ein ort an dem einer bald den hatß abfallen tödt. Hiſpan. *Coſa que cae de cabeca abaxo.* Polon. Wyſſokoſcz przykra zktore l'atwie mo.e ſpaſcz. Vngar. *Meredök.* Ang. *Headlong, very ſodaine, rash ſwyft.*] Cic. pro Plancio: Vita præceps & lubrica. Virgil. 2 Aen. Turrim in præcipiti ſtantem, ſummisque ſub aſtra Eductam tectis. ¶ Præceps item dicitur qui ex loco ſublimi deorſum decidit. Virg. in Pharmaceutria: Præceps aërii ſpecula de montis in undas Deferar. Dici autem videtur præceps, à capite, ſicut & anceps, biceps & triceps. Propriè enim præcipitem dari dicimus qui ita ex editiore loco deturbatur, ut deorſum decidat in caput. ¶ Per metaphoram autem præceps dicitur qui nulla ratione,

aut modo

aut modo quid agit, & quasi rem & tēpus præoccupat. [שחת *pachàz* מהר *meharàz*. κατασπεύδω. Pol. *Wartogł'ow.*] Cic. de Arusp. resp. Ille dimens, & jam pridem ad pœnam, exitiumq; præceps. Virg. 3. Aeneid. mox sese ad litora præceps Cum fletu, precibusque tulit: Hoc est, sine respectu salutis, inquit Servius. Itaq; pro nimis festino poni solet. Virgil. 2. Aeneid. Præcipites atra ceu tempestate columbæ. ¶ Præcipites palmites apud Columellā, sunt qui de hornotinis virgis enati, in duro alligantur. Hi (ut lib. 5. cap. 6, idem scribit) plurimum fructus ferunt, sed & matri maximè nocent. Itaque nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superavit, præcipitari palmitem non oportet. Habet autem hoc nomen varios in oratione usus. Agere præcipitem, Abire præcipitem, Deferri præcipitem, Dejici præcipitem, Cadere præcipitem, Deturbari & exturbari, Decidere in præceps, Cœlo præcipites labentes stellæ, Committere se in locum præcipitem. Dare aliquem præcipitem, pro depellere & deturbare: & per translationem pro festinanter ejicere, sive expellere. Præcipitem in terram dare, Præcipitem agere, Præcipitem ferri. Amentia & cæcum, ac præcipitem ferri, & præcipitem ferri in hostem. Præcipitem trahere: id est, secum deorsum rapere. In præcipiti esse: id est, in summo discrimine. Præceps senectus: id est, decrepita.

Præcĭpĭto, præcipitas, act. p. In præceps dejicio. [שמם *schamám* מגר *migħgħár*. κατακρημνίζω. Gall. *Precipiter, ruer ou ietter du haut en bas.* Ital. *Precipitare, rouinare.* Ger. Hinab stürtzen. Belg. Van boven neder afwerpen. Hisp. *Darribar ò despennar.* Pol. *Zpycham naſſye.* Vng. *Nyak rafwre tranyom.* An. *To cast hor hurle downe head long.*] Cic. pro Cecin. Præcipitatus ex locis superioribus. Præcipitare se de turri, Liv. lib. 23. Præcipitare se in flumen, Cæsar 4. bell. Gall. Præcipitare palmitē, flagellū, & hujusmodi; pro deorsum reflectere. Columel. lib. 5. cap. 6: Quæ pars palmitis præcipitata est, fructu induitur. Præcipitare ad mortem, est ad mortem præcipitem ágere. Præcipitare moras: id est, festinanter abjicere. ¶ Aliquando neutraliter & absolutè ponitur pro in præceps eo, cado, ruinam minitor. Cicer. pro P. Sylla: Reipublicæ præcipitanti subveni. Præcipitat hyems: hoc est, ingruit, & repentè advenit. Præcipitat Nilus: id est, præceps ruit, & ex alto delabitur. Præcipitant curæ: id est, urgent. ¶ Aliquando accipitur pro temerè, & incōsideratè rem aliquam aggredi. Plaut: Trinummo: Nam qui in amorem se præcipitavit, pejus periit quàm si de saxo saliat.

Præcĭpĭtāns, particip. [שמם *schomēt* מעמ *memaghghér*. κρημνιζων.] Transitivè & absolutè ponitur, ut suum verbum: ut, Celsa præcipitans sese de Leucade Sappho. Cic. pro Cluent. Præcipitantē igitur impellamus, & perditū prosternamus. Sic Solē præcipitantem dicimus, occasui vicinū: item Aetatē præcipitantem: hoc est, cadentem, & ad interitum properantem.

Præcĭpĭtānter, adverb. Idem quod inconsideratè, temerè. [προπετῶς, ἀπερισκέπτως. Gall. *Hastiuement, inconsidereement.* Ital. *Frettolosamente, inconsideratamente.* Ger. Vnbesünēter weiß/in gähe/gählinā. Hisp. *Osadamente, no bien mirando.* Polon. *Wychrowaie, nierozwagenie.* Vn. *Habahurian.* Angl. *Rashlie.*] Lucr. lib. 3: Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter.

Præcĭpĭtātĭo, præcipitationis, verbale: & Præcipitantia, præcipitantiæ, apud Gell. lib. 6 cap. 2. [καταπτῶσις. Gall. *Cheute ou settement du haut en bas.* Ital. *Cadimento ò precipitio d' alto à basso.* German. Vberab stürtzung. Hisp. *Obra de caer ò desfribar y despennar.* Polon. *Zepchnienie.* Vng. *Nyakra fwre leuetēs.* Ang. *Casting downe headlong.*]

Præcĭpĭtium, præcipitii, n. s. Locus præruptus, unde præcipitari facilè quis potest. [κάταντον, κάταντρον, κρημνός. Gall. *Vn lieu haut & mal aisé, par lequel on ne peut descendre sans danger de choir.* Ital. *Precipitio, luoco scoscoso & dirupato.* Ger. Ein vast gäh vnd stotzig ort. Hisp. *Despennadero, ò derrumbiadero.* Polon. *Miesce przykre do zeyścia.* Vng. *Magas meredekliely.* Ang. *A steep downe place dangerous to go downe.*] Quintil. lib. 1: Est etiam non ineruditè ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen qui sacrificanti phrygium cecinerat, acto illo in insaniam, & per præcipitia delato, accusari quòd causa mortis extiterit.

Præcĕpto, Præceptas, Præceptor, Præceptrix, Præceptum, Vide PRÆCIPIO.

Præcĕrpo, is, Antè carpo. [προδρέπομαι. Gall. *Deflorer & cueillir premier qu' vn autre.* Ital. *Sfiorare, raccoglier prima.* Ger. Zuvor hinnemmen/vor abbrechen. Hisp. *Deflorar, coger delante.* Pol. *Wprzod obł'amuie, wprzedam obertwanim.* Vngar. *Elöl le szaggatom.* Ang. *To pluck or gather before.*] Plin. lib. 18 cap. 19: Ne germinum tenera præcerpant. Cic. 6. Verr. Non præcerpo fructum officii tui, non alienam mihi laudem appeto.

Præcĕrtātĭo, onis, verbale à Præcerto, Futuræ pugnæ quasi ptæludium. [προάγων. Gal. *Commencement de debat, premier assaut qu' on donne.* Ital. *Cominciamento di contesa.* Ger. Ein vorkampff oder vorzanck Hispan. *Comienco di pelea.* Polon. *Swaru początek.* Vn. *Harcznia dal kesdes.* Ang. *A striuing before.*] Ad Herenn. lib. 4: Mihi tecum præcertatio non est, ideo quòd populus Romanus, me nolò dicere, ne cui fortè arrogans videat: te autem sæpè ignominia dignum putavit.

Præcīdo, præcidis, pen prod. ex præ, & cædo, act. t. Antè cædo: hoc est, antè immolo, ut interpretatur Festus [קצץ *kitsátz* חרץ *charáts* קצב *katsáb*. κατατέμνω, κατατέμω, ἐπικόπτω. Gal. *Couper pres ou rogner.* Ital. *Tagliare* German. Vorhin schlachten: *Item*, abhauwen/vorschneiden Belg. Voor afhouwen/oft snyden Hispan. *Cortar antes.* Pol. *Wprzodbye, obrzązuie, obcżinam.* Vngar. *El vagom.* Ang. *To cutt of or before.*] ¶ Ponitur pro amputare, obtruncare. Cicer 5. Tusc. At Cinna collegæ sui Consulis Cn Octavii præcidi caput jussit. Præcidere spem alicujus rei, est auferre, sive præcludere, apud Cic. 2. Verr. ¶ Præcidere aliquandò designare est: ut quum quis non simpliciter, & in universum admittitur ad dicendum, aut oppugnandum, sed cogitur id designare quod oppugnare velit Budæus. ¶ Ponitur aliquando pro durè negare. Cicer. ad Att. lib. 10: Quod quia planè, quum in Formianum venisset, præciderat, alteriùs ad te de eo scribere solebam. Idem Attic. lib. 3: Nunquam reo cuiquam tàm humili, tàm nocenti, tàm præcisè negavi, quàm hic mihi planè sine ulla exceptione præcidit. ¶ Præcidi os dicitur, quum bene pulsatur. συγκόπτεσθαι. Seneca lib. 4 Nat. quæst. Qui me usq; ad mendacia hæc leviora, in quibus os præcidi, non oculi erui solent, credulum præsto.

Præcīsus, particip. [מקצץ *mekutsátz* חרוץ *charúts*. κατατετμημένος, κατατμηθείς. Gal. *Taillé* Ital. *Tagliato* Ger Abgehauwē/vorabgeschnitten Hisp. *Cortado.* Pol *Obcżięty obrzązam.* Vn *El vagattatot.* An. *Cutte of* Præcisum caput, apud Plaut. lib. 11 c. 37. Ponitur quoq; pro abrupto, & abscisso Quintil. lib. 10: Qui præcisis cōclusionibus obtecti, &c. ¶ Præcisum (inquit Nonius) dicitur pars carnis & viscerum: hoc est, circa quod viscera involuta sunt, quòd oras circuncisas habeat. Lucil. lib. 20. referente eodem Nonio: Illi præciso, atq; epulis capiuntur opimis. Præcisus pro impudico & patiente muliebria. Vide Præcido.

Præcīsē, adverb. ut Præcisè negare, Præcisè dicere, strictè, compendiosé. [συντόμως, συντόμως. Gal. *Precisement, brieuement.* Ital. *Certamente, brieuemente.* Ger Beschnitzigtlich/kurtz. Hispan. *Determinada y brieuemente.* Pol *Krotko.* Vng. *Summaba rōuidedbegy atallyaba.* Ang. *Streicte, shortlie.*] Cicer. 2. de Nat. deor. Sed id præcisè dicitur, ùt si quis dicat Athenienſium Rempublicā consilio regi, desit illud Areopagi.

Præcīsĭo, verbale, f. t. [קצב *kétseb*. κατατομή, ἀλογρή Gall. *Coupe, coupure.* Ital. *Taglio.* Ger. Beschneidung. Hisp. *Cortadura.* Pol. *Obcżnienie.* Vn. *El vagas.* Ang. *A cutting of or away*] Cic. 3. de Orat. Et huic contraria sæpè præcisio est, & plus ad intelligendum quam dixeris, significatio, & distinctè concisa brevitas.

Præcīdāněus; a, um. [τὸ προτμητέον. Gall *Qu' on coupe le premier.* Ital. *Che si taglia prima.* Germ Das man zu erst oder zuvor schlachtet vnd hinweg hauwet. Hispan. *Cosa que se corta antes.* Polon. *Wprzod porabani.* Vngar. *Előtt le vagatot.* Ang. *That is cutte before an other.*] ut, Præcidanea agna; quæ ante alias cædebatur. Præcidaneæ feriæ, quæ solenes legitimas ferias præcedebant: Præcidaneæ hostiæ, quæ ante sacrificia solennia pridie cædebantur. Præcidanea porca dicebatur, teste Festo, quæ Cereri mactabatur ab eo qui mortuo justa non fecisset: id est, glebam non objecisset: quia mos erat eis id facere priusquam novas fruges gustarent. Hæc ille. Præcidaneus, inquit Nonius; idem quod præcidēdus. Varro de Vita populi Romani: Quòd humatus non sit, hætedi porca præcidanea suscipienda Telluri, & Cereri: aliter familia pura non est.

Præcĭngo, is, xi, ctum, act. t. Cingo. [אזר *azár* חגר *chagár*. ἀμφιζώννυμι. Gall *Ceindre.* Ital *Cingere.* Ger Vmbgürten. Hisp. *Ceñir.* Pol. *Opaſuie.* Vng. *Höżza zoritom, körtwl vezöm.* Ang. *To gird.*] Plaut. Bacch. Cincticulo præcinctus, in sella apud magistrum assideres. Ovid. 2. Trist. Et latro, & cautus præcingitur ense viator. Castris præcingere fluvium, Claud. de bel. Germ: Littora muro præcingere, Sil. lib. 3.

Præcĭnctus, participium. [אזור *azúr* חגור *chaghúr*. περιζωσμός. Gall. *Ceint.* Ital. *Cinto.* German Vmbgürtet. Hispan. *Cennido.* Polon. *Opaſani.* Vngar. *Környwl vetetőt.* Ang *Girded.*] Horat. 2 Serm Satyr. 8: ut omnes Præcincti rectà pueri, comptique ministrent.

Præcĭnctūră, cinctus. [περιζώνησις. Vng. *Szoritas.*] Macrob. Saturnal. libr. 2. cap. 3: In Cæsarem quoque mordaces Ciceronis dentes suos strinxit. Nam primùm post victoriam Cæsaris interrogatus, cur in electione partis errasset, respondit: Præcinctura me decepit.

Prætĕrfĕrŏr, præterferis, præterlatus sum, Prætĕreo, vel transeo. [עבר *habár.* παραφέρομαι, παρεκδαίνω. Gall. *Estre porté ou transporté outre.* Ital. *Passare, esser portato oltre.* Ger. Furuber getragē werden. His. *Passar o ser lleuado allende.* Pol. *Mimo ieśtem niesion.* Vng *Mellette el vitetem.* An. *To be caried beyond.*] Livius 1. bell. Pun. Mago, Numidæq; simulac latebras eorū improvida prætĕrlata acies est, exorti à tergo, ingentem tumultum terroremq; fecēre. Lucretius lib. 4: At quæ pars vocum non aures incidit ipsas, Prætĕrlata perit, frustra diffusa per auras.

Prætĕrfluo, is, xi, xum, præterfluere, n. t. Fluendo prætĕreo; [παραρρέω. Gall. *Couler & passer outre.* Ital. *Correre vicino, trapassare scorrendo.* Ger. Fürfliessen/fürrinnen. His. *Correr lo liquido por alguna parte, trapassar corriendo.* Pol. *Mymopłine.* Vng. *Mellete folsok.* Ang. *To flow beyonde or runne by.*] Livius libro 24: Flumen quod medio oppido fluxerat, extra frequētia tectis loca prætĕrfluebat muros, procul iis quæ inhabitabantur. Varro 3. de Re rust. cap. 16: Cibi pars quoq;, potio, & ea iis aquæ liquida unde bibant, esse oportet: eamq; propinquam, quæ prætĕrfluat, aut in aliquem locum influat. ¶ Prætĕrfluere per metaphoram, pro elabi, pertransire. Cicer. 5. Tuscul. Quo circā corpus gaudere tamdiu dum præsentem sentiret voluptatē: animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem, nec prætĕritam prætĕrfluere sinere. Id est, non negligere prēteritam. Plinius lib. 3. in Præfat. Eorum ego orationes sino prætĕrfluere.

Prætĕrgrĕdĭŏr, ris, prēter gressus sum, d. t. Prætĕreo, vel transeo. [עבר *habár.* παραβαίνω, παρέρχομαι. Gall *Passer outre, marcher outre.* Ita. *Passare oltra.* Ger. Furgehn. His. *Passar cerca à allende.* Pol. *Myam.* Vng. *Mellete el megiek.* Ang. *To passe or go beyonde.*] Cicero Appio Pulchro, lib. 3. Epist. Currens Lepta mihi nuntiavit te jam castra prætergressum esse. Apul. Quumq; stabulum prætergressus fuissem, re cognita, cœpi retrocedere.

Prætĕrlăbŏr, penult. prod. eris, præterlapsus sum, d. t. Vltra labor, prēterfluo, prētereo. [παραρρέω. Gal. *Couler et passer outre, glisser plus outre.* Ital. *Trascorrere.* Ger. Neben anhin fallen/fur fliessen. His *Passar allende.* Pol. *Mimopłine.* Vng *Mellette el felsok.* An. *To slip and slide beyonde.*] Stat. 1. Theb. fluctivaga qua prætĕrlabitur unda Sicanios longè relegens Alpheus amores. Cicer. de Orat. Tum & in sensum, & in mentē judicis intrare nō potest: antè enim prætĕrlabitur, quum percepta est. Virgil. 3. Aeneid. Et tamen hanc pelago prætĕrlabare necesse est Idem 6. Aen. vel quæ Tybetina videbis Ostia, quum tumulum prætĕrlabēre recentem.

Prætĕrmĕo, as, Iuxtà meo, prætĕrfluo, παραρρέω.

Prætĕrmīttо, tis, act. t. Intactum relinquo, omitto, prætĕreo. [עבר *hinniach* עבר *haźáb.* παραλείπω. Gall. *Laisser ou mettre à dire ou faire, le passer.* Ital. *Pretermettere, tralasciare.* Ger Vnderlassen. Bel Onderlaten/verfurmen. His. *Dexar.* Pol. *Zamechiwam.* Vng *Ki hagion.* Ang *To passe or go ouer vnteuched.*] Terent. in Adelph. Nihil prætermitto, consuefacio. ¶ Prætermittere silentio, idem quod prætĕrire silentio. Cic. 13. Philipp. Prætermittere pœnam sceleris. Cicero ad Brutum; idem est quod remittere vel ignoscere. Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut oblivione, aut negligentia prætĕritur: Omitti verò, quod de industria relinquitur. Cic 3. Offic. Minimè verò assentior iis qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consultò relictum.

Prætermīssĭo, onis, verbale, f. t. Omissio, prætergressio. [מחדל *náchath.* παράλειψις. Gall. *Delaissement derriere, omission.* Ital. *Esso pretermettere.* Ger. Vnderlassen. His. *Dexamiento.* Pol. *Zamechanie.* Vng. *Ki hagias.* Ang. *A letting passe.*] Cic. 2. Offic. Mamerco homini ditissimo Aedilitatis prætermissio, Consulatus repulsam attulit.

Prætērmōnstro, as, Gellius lib. 20. cap. 9: Vsus consilio sum magistri, quod docere me ipse debuerat, à quo discerem prætermonstrantis: id est, quasi prætereuntis, & aliud agentis, & præter officium suum monstrantis.

Prætērnāvĭgo, gas, Navigio prætereo, prætervehor. [παραπλέω. Ger. Furschiffen.]

Prætērnavĭgātĭo, verbale, f. t. [ὁ παράπλους, παράπλους. Gal. *Navigation outre ou par aupres.* Ital *Navigatione oltra* Ger. Furschiffung. His *Obra de navigar allende.* Pol. *Mimo płinienie.* Vng. *Mellette valo eueżes.* Ang *A sayling by or beyonde*] Plin. lib. 4. cap. 12: Ab hac Aegina liberæ conditionis XVII. M. P. prætĕrnavigatio est.

Prætērpropter, Vna dictio est composita, significans prætĕrquam, propter: hoc est, propter aliam causam quàm propter eam de qua loquimur: ut prēterpropter vitam vivitur: hoc est, propter aliā causam vivitur, quàm ut vivatur, ut putā propter laudem, vel propter gloriam. Ennius apud Gellium: Otio qui nescit uti, plus negotii habet, Quàm quum est negotiō in negotio. Nam cui quòd agat institutum est, nullo negotio. Id agit, studet ibi, mentem atq; animum delectat suum. Otioso animo

animus nescit quid velit. Hocidem est, neq; domi nunc nos, nec militiæ sumus. Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc libet, Incertè errat animus, præterpropter vitam vivitur.

Prætĕrŏ, præteris, penult. corr. prætrivi. prætritum; pen. prod. [παρατρίβω. Gall. *Frotter auparauant.* Ital. *Fregare prima.* Germ. Vorab reyben oder schleiffen. Hisp. *Trillar antes.* Pol. *Przecżieram.* Vng. *El hagion.* Ang. *To weare in rubbing, to robbe before.*] Plinius lib. 34. cap. 40: Timarchus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum, Frater ejus non mutavit primores, ideoq; prætrivit.

Prætĕrrādo, præterradis, præterradi, penult. prod. act. t. [παραξύω. Gal. *Racler en passant.* Ital. *Rader passando.* Ger. Durchschaben/durchreyben. Hisp. *Raer passando.* Pol. *Przeskrobuie.* Vng. *Mellette el nyrem.* Ang. *To shaue or scrape in passing by.*] Lucr. libro 4: Præterradit enim vox fauces sæpè legitur, & Præterea radit vox, *&c.*

Prætĕrquam, Dictio est composita excipiendi quidem vim habens, quemadmodum & præter: sed casum exigens superiori similem, quia idem verbum subintelligitur: [πλὴν ἢ πλὴν ἐμοῦ. Gall. *Excepté que, fors que, sinon que.* Ital. *Se non che.* Ger. Dann nur/weder allein/außgenommē. Belg. Burgenommen/dan alleen/behalven. Hisp. *Si no que.* Pol. *Oprocz.* Vng. *Hanem tsak.* Ang. *Except.*] ut, Nemo id dixit, præterquā Cicero, Nullius id interest præterquam patris, Nulli id placuit præterquam Cæsari, Neminem præterquam Prætorem timeo, O vos omnes præterquam Plato legite, A nemine præterquam à Socrate didici. ¶ Significat etiam aliter quàm: ἄλλως ἢ. Livius lib. 1: Vocata ad consilium multitudine quæ coalescere in populi unius corpus nulla re præterquam legibus poterat, jura dedit. ¶ Præterquam ponitur aliquādo in oratione sequente semper, prō, cum semper. Gell. lib. 15. cap. 1: Declamaverat Antonius Iulianus rhetor, præterquam semper aliàs, tum nimium quàm delectabiliter, & fœliciter. Aliquando sequente etiam. Celsus: Aqua verò frigida infusa præterquam capiti, etiam stomachō prodest: id est, non tantùm capiti vel, præterquam quòd capiti prodest. ¶ Præterquā quòd: id est, nisi quòd, πλὴν ὅτι. Plin. Iun. Omnia nobis ex voto successerunt, præterquam quòd in itinere defunctam matrem audivimus.

Prætĕrvĕho, is, pen. corr. act. t. Navi, curru, vel jumentis aliquem præter locum aliquem veho. [παραδαίνω. Gall. *Transporter, ou faire passer outre* Ital. *Portare, & passare oltra.* Ger. Fürführen oder fürfahren. Bel. Voer by voeren. Hisp. *Traher y passar allende.* Pol. *Mimowiozę.* Vng. *Mellette el megyek.* Ang. *To carye by or de.* Pol. *Mimowiozę.* Vng. *Mellette el megyek.* Ang. *To carye by or beyonde.*] Cicero 5. de Finibus: Neq; enim vocum suavitate vi beyonde.] Cicero 5. de Finibus: Neq; enim vocum suavitate videntur, aut novitate quadam & varietate cantandi revocare eos solitæ, qui prætervehebantur: sed quia multa se scire profitebantur. Virg. 4. Aeneid. -vivo prætervehor ostia saxo Pantagiæ. Livius lib. 1: Tamen quum prætveherer navibus Galliæ oram, *&c.* ¶ Legitur & absolutè pro præternavigo. Sueton. in Augusto, cap. 93: Caium nepotem, quòd Iudæam prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudávit. Vbi Prætervehens dixit, pro prætvectus. ¶ Oratio prætervecta scopulos, per translationem quę majorem difficiliorémve causæ partem superavit. Cicero pro Cęlio: Sed quoniā emersisse jam è vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Idem 7. Philippica: Magna spe ingredior in reliquā orationem P. C. quoniam periculosissimum locum silentiō sum prętervectus. Hoc est, quoniam vestro cum silentio nullaq; obmurmuratione, difficillimum orationis locum absolvi.

Prætĕrvĕctĭo, onis, verbale, f. t. [παραπομπή, παρέλασις. Gall. *Transport ou passage par deuant ou plus outre.* Ital. *Essō potare ò passare oltra.* Ger. Furführung. Hisp. *Trahimiento allende.* Pol. *Mimowiezenie.* Vng *Mellette vale el menetel.* Ang. *A carying beyonde.*] Cic. 7. Verr. Monimentū sceleris audaciæq; suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, prætervectione omnium qui ultrò citroq; navigarent.

Prætĕrvĕrto, is, Anteverto: & per translationem pro priùs dicō ponitur. Cic. 1. de Divinat. Neq; habet aliquid quod huic sermoni prætervertendum putes. Fortè Prævertendum.

Prætĕrvŏlo, as, are, Volando prætereo. [παρεπίπτομαι. Gall. *Voler & passer soudainement sans s'arrester.* Ital. *Trapassare volando.* Germ Fürüberfliegen. Hisp. *Trapassar volando.* Pol. *Mimo lecżę.* Vng. *Mellette el repvēlōk* Ang. *To passe by by flight.*] Cic. in Arat. Hic jam se totum cæcas equus abdit in umbras, Quem rutila fulgens pluma prætervolat ales. ¶ Per translationem accipitur pro velociter præterire. Sil. lib. 10: Stridentem gelidis vibravit viribus hastam, Quæ medias velox raptim prætervolat auras. Cic. 3. de Orat. Sententiæq; sæpè acutæ non acutorum hominum sensus prætervolant: hoc est celeriter, & antequam intelligantur, præterfugiunt.

Prætĕxo, is, texui, textum, act. t. Ante vel circū vestem, aliúdve quippiam attexo. [ארג *arágh.* περιυφαίνω. Gall. *Border, couurir le bord, tistre deuant.* Ital. *Tessere appresso.* Ger. Vor an wāben/besetzen. Hisp. *Texer antes ò cerca.* Pol. *Kol'o kraiow okl'adam lamure.* Vng. *Melleie zōuōm.* Ang. *To weaue before or to border.*] Hinc Toga prætexta dicta est, quòd purpura ei prætexeretur. ¶ Accipitur pro prætendere, sive velare, causamq; aliquam non veram afferre. [προφασίζομαι, προίσχομαι, προίσομαι. Gall *Bailler couleur & couuerture.* Ital. *Colorare, far vna coperta, trouar fouste.* Germ. Furwenden. Hisp. *Dár color, hallar excusa.* Pol *Zmuliona przyczyne daie.* Vng. *Fedeszegetem, szinwel ele vetem.* Ang. *To cloke or excuse.*] Virgil. 4 Aeneid. Conjugium voçat, hoc prætexit nomine culpam. Cic. in Pisonem: Nemo potest exercitum apertè petere, ut non prętexat cupiditatem triumphi. ¶ Nonnunquā accipitur pro præordiri, sive præordinare, tenuiaq; quædam rei alicujus fundamenta jacere. Cic. 3. de Orat. Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, levioribus principiis natura prætexuit. ¶ Prætexere litora velis, est ea velis quodammodo operire, & abscondere. Ovidius in arte: Quid referam Bajas, prætextaq; littora velis? In eadem propemodum significatione usus est hoc verbo etiam Ausonius: Tu (*inquit*) Auguste venerabilis, distrīctus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubii ora prærexitur.

Prætĕxtum, ti, n. g. vel prætextus, us, m. q. Falsa causa, simulatio. [πρόφασις. Gall. *Couleur, ou vn excuse* Ital *Pretesto, colore, ombraggamento, coperta* Ger Ein furwendung/furwort. Hisp. *So color, cobertura.* Pol. *Zmusliona przyczyna.* Vng. *Fogas szin.* Ang. *A pretence, cloke or colour.*] Sueton. de Cæs. Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. Sueton. in Tiberio: Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad nos deferentur.

Prætĕxtŭs, a, um, adjectivè: ut Prætexta toga, prætextæ actiones: vel substantivè, hæc prætexta, hujus prætextæ. Prætextæ fabulæ, seu comœdiæ, in quibus reges Romani, vel Duces inducebántur, personarū dignitate penè tragœdiis similes. Horatius in Arte: Vel qui prætextas, vel qui docuêre togatas. Dictæ prætextæ, quòd principum, magistratuúmve personæ in iis inducerentur quæ prætextis uti solent. ¶ Prætexta toga, genus vestimēti oblongum ac talare, quod supra tunicas honoratissimi quiq; sumebant: ita dicta quòd ei purpura prætexebatur. ἀπὸ τοῦ φύω. Hoc una cum bulla ingenii pueri utebantur usq; ad 17. annū. Vnde prętextati dicebantur qui nondum decem & septem annos præterierant, à prætexta quam induebant, qua depositā, accipiebāt togam virilem, quum ad annum decimum septimū pervenissent, tanquam non puerīliter, sed viriliter vita essent peragēda. Nam pueri existimabantur, qui minores essent annis septemdecim. Hinc Vlpianus ait: Puertiam duntaxat annis septemdecim finiri: & qui eos non in totū complevit, prohiberi postulare. Cicero de Amicit. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scævolam, sumpta virili toga, ut quoad possem & liceret, à senis latere nunquā discederem. Senec. lib. 1. Epist. Tenes utiq; memoria quantum senseris gaudium, quum prætexta posita, sumpsisti virilem togā. Ideo autē ingenuis pueris attributam existimant togam prætextam, ut ex purpuræ rubore, ingenui pudoris admonerentur. Lege Macrob. lib. 1. Satur. Ab hoc vestimenti genere olim Papyrius cognominatus est Prætextatus, ob tacendi loquendiq; in prætextata ætate prudentiam. Id postea cognomen in omnem ejus familiam translatū fuit. ¶ Erat & Prætexta vestis insignis genus magistratuum & regum Hac Tullus Hostilius primus usus est (ut inquit Plinius) qui debellatis Hetruscis, sellam curulem lictores, & togam pictam atq; prætextam (quę insignia magistratuum Hetruscorū erant) Romam transtulit. Sed postea Tarquinius Demarati filius, quum de Sabinis egisset triumphum, quoniam in eo bello filius ejus annos quatuordecim natus, hostem manu percusserat, & pro concione illum laudavit; & prætexta ac bulla aurea donavit, insignens puerum supra annorum sortem præmiis virilitatis & honoris. Prætextæ igitur ac bullæ gestandæ mos à Prisci Tarquinii filio deductus est. Sunt tamen qui tradunt Priscum regem, quum statum civitatis ordinaret, instituisse ut Patritiorū filii bulla aurea uterentur: & togam quæ purpura prætexitur, iis tantùm quorum patres curulem magistratū gessissent, cæteris prętextam tantùm indulsisse, usq; ad eos quorum parentes stipēdia justa meruissent. Fuit & in usu prætexta bulla, qua nulli alii licebat uti, nec ei qui funus faciebat

Prætĕxtā quatuor hominum genera utebantur: pueri, adusque tirocinii diem: hoc est, ad annum ætatis XVII. magistratus omnes urbani, quod utrunq; nemo, ut opinor, paulò humanior ignorat: præterea quod observatū non ita vulgo credimus, magistri collegiorum, dum ludos compitalitios faciebant, & senatores omnes, cùm deorū festos celebrabant dies: de magistris collegiorum docuit me locus in oratione in Pisonem, quo in loco sunt hæc: Qu Metellus designatus consul, cùm quidam tribunus pleb. suo auxilio magistros ludorū ludos facere jussisset, privatus fieri vetuit: tum cùm in calendas

Ian. compitalitiorum dies incidissent, Sex. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus est, quibus verbis Pædianus hęc subjungit: Solebant magistri collegiorum ludos facere, faciebant compitalitios prætextati. Erat autem satis turpe mendum in iis verbis, Magistros ludorum ludos facere: nam est in omnibus, qui ad hãc diem impressi leguntur, libris, Magnos ludos facere. cùm loquatur Cicero non de magnis ludis, sed de compitalitiis, ut omittam duo argumenta, unum, quòd illud, Facere jussisset? aliquid omnino desiderabat, quem enim tribunus ille ludos facere jussisset alterum, quòd Pædianus ita loquitur, ut significet magistrorum in oratione fieri mentionem: quàm facilè autem ex, magistros, fieri potuerit, magnos, literarum declarat similitudo, præsertim si, magistros, paucioribus literis, apice superimposito, scribatur. De senatoribus autem ex iis verbis, quæ sunt orationc 11. in Antonium, conjeci: Nescis, heri quartum in circo diem ludos Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris, tua lege datum, deseri patimur? Ex commentario Paul. Manutii in oratione pro Sextio.

Prætĕxtātŭs, a, um, adjectivum, Prætextatum sermonem (inquit Festus) veteres appellarunt ab eo quòd prætextatis nefas sit obscœno verbo uti. Vel (ut quidam ajunt) quòd nubentibus depositis prætextis à multitudine puerorum obscœna acclamarentur. Ideoq; prætextatum sermonem appellabant, qui nihil obscœnitatis haberet. Hæc ille. Contra hanc tamen Festi opinionem Suetonius, Gellius, & Macrobius Prætextatũ sermonem (αὐστηρολόγον λόγον) acceperunt pro eo qui apertè obscœnam rem significat. Suetonius in Vespasiano: Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis, ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret. Sic Macrobius lib 1. Satur. Hæc nobis sit literata lætitia, & docta cavillatio, vice planipedis & subulonis, impudica, & prętextata verba jacientis. Sic prætextati mores, dicuntur lascivi, & obscœni. αὐστηρολόγοι. Iuven. Satyr. 2: Sic prætextatos referunt Artaxatà mores. Prætextati anni à Plinio dicuntur lib. 33, pro annis pueritiæ: & prætextata ætas, à Gellio libro 1. Prætextatæ puellæ dicebantur ingenuæ, & innuptæ, à prætextis quas nubentes deponebant.

Prætĭmĕo, prætimes, penult. corr. Valde timeo. [חרד *charádh.* ὑπερφοβέομαι. Gall. *Craindre fort.* Ital. *Temere molto.* Ger. Gar vbel fürchten. Hisp. *Temer mucho.* Pol. *Barzo sie boie.* Vng. *Igen felek.* Ang. *To feare greatlie.*] Plautus Amph. Mirari non est æquum, si sibi prætimet.

Prætĭngo, tingis, tinxi, tinctum, ex præ & tingo. [προβάπτω, προφυρμόττω. Gall. *Teindre auant.* Ital. *Tingere auanti.* Ger. Vorhin getunckt Hisp. *Tennir adelante.* Pol. *Wprzodomaczywam.* Vn. *Elől meg festem.* Ang. *To dippe before.*] Ovid. Semina mollit humus valido prætincta veneno.

Prætŏr, oris, m. t. Athenis omnis magistratus appellabatur, à præeundo quasi præitor, quod populo præiret. [דיין *schallit* משה *moschél* טקיד *pakídh.* ἄρχων, πρυτάνις. Gall. *Preteur magistrat.* Ital. *Pretore, podestà.* Ger. Ein Schuldtheiß/ein Statvogt / ein jeder Oberer dem man muß gehorsamen/als ein Veldherr vnd Oberister vber ein Kriegsheer. Bel. Een Scoutet. Hisp. *Alcade tuex.* Pol *Magistrat na vrzędzie postanowioni.* Vng. *Feiedelem, biro, tizt viselő* An. *The mayor or chiefe officier in a citie.*] Vnde imperatores, Prætores quandoq; vocantur. Autor ad Heren. Epaminondas Thebanorum Imperator, ei qui sibi ex lege successerat Prætor, exercitum non tradidit. Vbi Victorinus: Notare debemus, omnes magistratus. Prætores appellatos. Sed patres quo tempore L. Sextius primus ex plebe Consul creatus est. Furium Camillum primum Prætorem urbanum, qui jus in urbe diceret, creaverunt: mox unico Prætore non sufficiente, quòd multi peregrini in civitatem venirent, alius creatus est peregrinus, eò quòd plerunq; inter peregrinos jus dicebat. Capta deinde Sardinia, aliisq; provinciis, totidem Prætores quot provinciæ in ditionem venerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent. Dictus prætor (ut Livius inquit) quòd præsit: ut Varro à præeundo, quasi præitor quòd præiret jure & exercitu. Idem Livius lib. 5. scribit primum Prętorem ex patribus, qui jus in urbe diceret, creatum fuisse, penes quem magistratum, omnis publici privatiq; juris erat potestas, ut & novum jus condere, & vetera abrogare facultas esset. Idq; ob magistratus honorem, Ius honorarium appellatum est, quũ tamen regia illi essent insignia, ut apparatu Consulibus penè par videretur. Creatus, quum Consules avocarentur bellis finitimis, nec esset qui in civitate jus diceret. Ejus dignitas Prætura dicitur.

Prætŏr de capitalibus criminibus quærebat, non omnibus tamen, sed tantùm de majestate, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu, de veneficio: de incestu verò, & perduellione populus: Prætores autem, quæ cujusq; futura esset quæstio, antè sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, prout sors tulisset, cum consilio quærerent, etsi de crimine inter sicarios, cùm in judicium quandoq; ita multi vocarentur, ut prętor unus minimè sufficeret, non unus, sed duo prætores cognoscebant: quod in oratione pro Cluentio animadvertimus, idemq; eandem ob causam in aliis criminibus interdum esse factum licet existimare: nonnunquam etiam, diem dicente aliquo tribuno pleb. qui cogendi ad judicium populi jus haberet, non prætor, sed populus ipse de majestate quęstionem exercebat. itaq; Cn. Domitius tribunus plebis, qui cum C. Cassio postea consul fuit, accusavit M. Silanum, quòd injussu populi bellum cum Cimbris cõsul gessisset, cùm in eo bello graves ob eam causam calamitates acceptas esse diceret, qua de re suffragium tribus tulerunt. Quod autem dixi, prætores de criminibus quæsisse, unum excipio prætorem urban. qui nullo de crimine publico quæreba: itaq; nec quæsitor dicebatur: tantùm civilibus controversiis ad eum delatis, jus dicebat: hoc est, judices & judicii formulam, quam sequerentur, dabat: nec enim prætor ipse judicare solitus erat, sed, cùm judices ab ipso dati de controversia cognovissent ac judicassent, exequebatur: ideo in omnibus fermè edictis prætorum legitur, Iudicium dabo: in quo posteriores lapsi sunt. Est igitur aliud, jus dicere, aliud judicare: cõtra quàm qui veterum Iurisconsultorum libros ignorãt, opinantur: &, quemadmodum civilibus in rebus prætor non cognoscit, neq; judicat, sed jus dicit: sic, qui ab ipso judices dati sunt, non jus dicunt, sed cognoscũt, ac judicãt: hinc recuperatores, hinc centum viri, hinc arbitri, quos prætor dabat ut judicarent: atque hoc & Cicero sensit in epist. ad Quint. Frat. Prætor, *inquit*, solet judicare, deberi. Quædam tamen erant, in quibus nõ modò nõ judicabat, verùm nec jus dicebat prætor urb. sed omissa jurisdictione, imperio prętorio exequebatur, ut cùm bonorum possessionem secundum tabulas, aut contra tabulas dabat: item, cùm restituebat in integrum, & hujus generis nonnulla. Portò; cujus prætoris erat jurisdictio, ejus nõ erat quæstio publica: neq;, cujus quęstio publica, ejus jurisdictio: unus tamen de toto prætorum collegio, qui erant omnes octo, & juris dicendi, & quærendi potestatem habebat is qui prætor inter peregrinos vocabatur: nam & jus inter peregrinos ab eo dictum, satis constat: & quęsitum, sociorũ: hoc est, peregrinorum, causa de repetundis, Pædianus demonstrat in orationis commentario adversus competitores. Hæc de jurisdictione prætorum: nũc de origine primùm: deinde de numero eorum subjungemus, etsi videri posset ὕστερον πρότερον: sed hic doctrinam quærimus: de ordine non ita laboramus. Scriptum est igitur in Digestis Iustiniani libro primo, sic, ex Pomponio de origine juris: Cùm consules avocarentur bellis finitimis, neq; esse qui in civitate jus reddere posset, factum est ut prætor crearetur, qui urbanus appellatus est, quòd in urbe jus redderet: post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus est & alter prętor, qui peregrinus appellatus est, ab eo quòd plerunq; inter peregrinos jus dicebat, capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia; totidem prætores, quot provinciæ in ditionem venerant: creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent: deinde Cornelius Sylla quęstiones publicas constituit, veluti de falso, de patricidio, de sicariis, & prætores quatuor adjecit: deinde C. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales, constituit: itaq; duodecim prætores, sex ædiles sunt creati: divus deinde Augustus sedecim prætores constituit: pòst divus Claudius duos adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent: ex quibus unum divus Titus detraxit: & adjecit unũ divus Nerva: qui inter fiscum & privatos jus dicerent: ita decem & octo prætores in civitate jus dicunt. Sic in Digestis Pomponius: nos autem, quod sentimus de numero prætorũ, quod quidem legendis veterum libris observare licuerit, exponemus: de numero, inquam, eorum prætorum, qui fuerunt extremis Reip. temporibus: nam eversa Rep. tota ratio magistratuum arbitrio Imperatorum perturbata fuit; Octo igitur prætores nunquam plures, ut nos opinamur, stante Rep. fuerunt: argumenta, quibus adducor, ut ita esse credam, hęc sunt: Prætores, gesto magistratu, exibant in provincias: hoc in dubium vocari non potest, plena exemplorum omnia: videtur igitur esse rationi consentaneum ut earum provinciarum numerus cum prætorum numero congruerit: has porrò in S. C. quod M. Cœlius ad Ciceronem misit, octo video nominari: Itemq;, *inquit*, senatui placere, in Ciliciam provinciã, inq; octo reliquas provincias, quas prætorii cum prætore obtinerent: & quæ sequuntur. & in oratione pro Milone: Erat, *inquit*, id temporis consul P. Lentulus, septem prætores, octo tribuni pleb. defensores mei. Septem nominat, uno Appio de omnibus excepto: quòd apertè indicat in oratione in Pisonem. his verbis: De me cùm omnes magistratus promulgassent, prætereunum

unum prætorem, à quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei: præterq; duos de lapide emptos tribunos pleb. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegæ Qu. Metelli sententia: & pro Sextio sic: Collegas Milo adjutores habebat, consulit alterius summum studium, alterius animus penè placatus: de prætoribus unus alienus. quod si quis putet, unum quidem Appium ex universo prætorum collegio à collegis in Cicerone revocando dissensisse, collegas tamen ipsos nō planè septem fuisse, locumq; jam à nobis ex oratione pro Milone recitatum, fortasse mendo non vacare, quod in notis numerorum faci è solet evenire: hinc opinor, hanc suspicionem eripiam, ipsius Ciceronis testimonio: nam in oratione post reditum in senatu, ubi commemorat eos magistratus, quorum ope redierat ab exilio, nomina ponit octo tribunorum pleb. & septem prætorum, eorum scilicet omniū, quos in ea pro Milone significaverat. Scriptum est etiam apud Dionem lib. XLII. de prætoribus à C. Cæsare, post Cn. Pompeiū in Pharsalia devictum, decem creatis, ut gratiam bene de se meritis referret. ἵνα δή, inquit, πλείους, αὐτῶν ἀμείψηται, στρατηγὸς τὸ δεκατὸν ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἀπέδειξε καὶ ἱερεὺς ὑπὲρ τὸ νενομισμένον. quòd si plures ut remunerari posset, decem Prætores, & plures, quàm antea fuerant, sacerdotes creavit: nimirum constat, prætores non antea decem fuisse. Nàm quòd in Pomponio de origine juris legitur, Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, veluti de falso, de patricidio, de sicariis, de injuriis, & prætores quatuor adjecit: deinde C. Julius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, à Cerere Cereales constituit, id me minimè conturbat: non enim dixit, adjecit quatuor prætores ad numerum veterum prætorum, sed adjecit quatuor de iis, qui prætores erant, ad publicas quæstiones, ut quatuor ab ipso quæstionibus institutis quatuor item prætores præessent: quos autem duos ait prætores à C. Cæsare adjunctos, eos, opinor, intelligit, de quibus meminit Dio, qui denarium numerū absolverunt. Patet igitur de Prætoribus octo usq; ad tertium C. Cæsaris consulatū: quid enim dubias conjecturas colligere opus est, in ea re, quæ satis manifestè probatur, & ex eo S. C. cujus verba recitavimus, & ex quatuor Ciceronis orationibus, & ex Dionis historia? Sed arguit nescio quis, ut decem prætores ostendat, hoc modo: Prætores publicis quæstionibus præerant, urbicæ quæstiones erant septem, inter sicarios, de repetundis, peculatus, de ambitu, de majestate, de vi, de falso, quę crimē veneficii, & alia quędam complectebatur: ergo, quū septem essent quæstiones, & quæstioni inter sicarios duo prætores præessent, quod patet ex oratione pro Cluentio, reliquis aūt singuli prætores: fuisse prætores octo, qui quæstionibus præessent, & duos præterea, quorum alter inter cives, alter inter peregrinos jus diceret, necessarium videtur: dixi jam, nō esse agendum conjecturis, aut argumentis, ubi veterum testimonia perspicua sunt, nec verò illa, quæ jam attuli, obscura videri possunt. Quòd verò ad numerum quæstionū attinet, diversa ratio est: nam si numerum prætorum ad numerum quæstionum accommodabimus, nō modò plures quàm octo, sed plures etiam quàm decem creari prætores necesse erit: est enim quæstio de falso, est de parricidio, inter sicarios, de injuriis, de veneficio, de vi, de ambitu, de majestate, de repetundis, de peculatu, de incestu, aliæ: ego autem ad argumentū illud, ne quis eo in aliquam dubitationem vocetur, ita respondeo: primùm, præesse potuisse unum prætorem quæstionibus pluribus, sicuti non unus prætor, sed duo quæstioni inter sicarios quandoq; præfuerunt: possunt exempli gratia, sex prætores ita distineri crebritate judiciorū, ut novis exorientibus quæstionibus vacare non liceat: potest eo tempore septimus prætor (reliquus erat unus urbanus, qui non quærebat, sed jus dicebat) in ea quæstione minimè occupatus esse, quæ sorte illi contigerat. hic, non dubito quin ad eas quęstiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus vacare sex reliquos prætores non potuisse jam dixi: non enim committendum, ut impunita crimina deserantur, nec sit locus quò nocentes rei adducantur. Age verò, concedatur quæstiones ab uno prætore plures exerceri nō licuisse, sequitúrne necessariò, ut ideo plures, quàm octo, fuerint? non sanè, mihi quidem ut videtur: nisi si mihi illud antè rationibus probetur, quæstiones non potuisse ab aliis, quām à prætoribus, exerceri: quòd si quis aggrediatur probare, fortasse hærebit: At nostra ratio quomodo procedit, optimè videlicet: nititur enim testimonio veterum: à quo ego, quantum in me est, do operam ut ne discedam: quid igitur veteres testantur? præfuisse & publicis quæstionibus, & capitalibus, qui prætores non essent: qui judices quæstionis dicebantur: nam quæstionem de veneficio, quam exercuit prætor Q. Voconius Naso, apud quem Cicero Cluētii causam egit, exercuerat antè C. Iunius, non ut prætor, sed ut judex qūæstionis, qui & quæsitor vocabatur: patet ex oratione pro Cluentio: patet etiam ex Asconii commentariis: judicum autem quæstionis duo fuisse genera, alios prætores ut Q. Voconium Nasonem in causa Cluentii, alios non prætores, ut C. Iunium in causa Oppianici, multis verbis demonstratū est à nobis in libro De legibus. Atq; hac ratione tueor locum illum in oratione pro Cluentio, in quo sex prætores cùm nominasset Cicero, Q. Voconium Nasonē, M. Pletorium, C. Flaminium, seipsum, C. Aquilium, subjunxit: Quid reliquæ quæstiones? quibus ex verbis reliquos prætores intelligi, falsò conjecit is, quem suprà significatione tantùm, ne cui videamur voluisse detrahere, appellavimus: vel enim, ut dixi, de iisdem prętoribus ibi nominatis, qui reliquas illas quæstiones exercere possent, licet intelligere, vel, quod jam probavi, de illis quæstionum judicibus, qui cùm prætores non essent, quæstionibus tamen non modo publicis, verùm etiam capitalibus (nec enim publicæ capitales omnes erant) interdum præerāt. Reliqui duo prætores. Ciceronis collegæ, P. Cassius & C. Antonius fuere, Cassius de majestate quæsivit: Antonium cùm reliqui septem, quos nominavimus, omnes quæsierint, prætorem urbanum fuisse, jusq; dixisse, necesse prorsus est. Hìc teneris, inquit, octo prætores nominasti, & peregrinum omisisti: quem adjungi necesse est: &, si adjungitur, plures erunt, quàm octo. Explico me Pædiani ope: cujus elegantem, plenumq; antiquitatis, ac verè aureū libellum nō me pœnitebit unquam legendo contrivisse: is igitur in commentario orationis adversùs Antonium, & Catilinam, prætorem eùm, qui de repetundis quæreret, eundem jus inter peregrinos dixisse demōstrat: quod nec à ratione videtur discrepare: non enim civium, sed sociorum: hoc est, peregrinorum causa, judicia repetundarum sunt instituta: jure igitur idem prætor & jus dicebat inter peregrinos, & iis petentibus de repetundis quærebat: quod cùm ita sit, jus inter peregrinos prętorem Ciceronem dixisse, qui de repetundis quæsivit, pro certo putandum est: verùm Pædiani verba, ut ejus testimonio res pateat, subscribamus. Antonius, inquit, multos in Achaia spoliaverat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: deinde Græci, quos spoliaverat, eduxerūt Antonium in jus ad M. Lucullum prætorē, qui jus inter peregrinos dicebat. & cùm Lucullus id, quod Græci postulabant, decrevisset, appellavit tribunos Antonius, juravitq; se ideo appellare, quòd æquo jure uti non posset: quem locum & Plutarchus attigit in vita Cæsaris, sed ita mendosè, ut mirer eum in rebus Romanis tam turpiter esse lapsum. Primùm P. Antonium nominat, qui Caius fuit: deinde Macedoniæ prætorem appellat M. Lucullum, qui prætor Romæ fuit tertiò, de corruptis judiciis accusatum ait Antonium, qui accusatus est de repetundis: postremò tradit eum ideo tribunos pleb. appellasse, quòd sibi non licere cum Græcis diceret æquo jure in Græcia contendere: cùm appellare in provincia ad tribunos pleb. qui Romæ erant, nemo soleret: quæstum potiùs ad senatum socii veniebant, nec de corruptis judiciis, sed de pecuniis ereptis, aut de nece injusta, aut hujusmodi flagitiis: de quibus aut ad prætorem, aut etiā ad populum quandoq, agebat accusator. quare Plutarchum hoc in loco non puto posse ab inscientiæ culpa vindicari Hęc paulò fusiùs tractavimus, non ambitione adducti, sed studio veritatis, ne confirmaretur opinio illa de decem prætoribus ante bellum civile Cæsaris & Pompeii. Ex P. Manutii cōmentariis in Epist. ad Quint. Frat.

Prætōrĭus, a, um, Quod est prætoris, seu quod ad prætorē pertinet: [ὁ πραιτωριανός, ὁ τῆς στρατηγίδος. Gall. *Du preteur* Ital. *Cio che s' appartiene al pretore* Ger. Das zu einem Schuldtheissen/Vogt oder Beldherren gehört. Hisp. *Lo que pertenesce al pretor* Pol. Vng. Fejedelemhez, tiztheli emberhez valo. Ang. *Belonging to the mayor or cheif officer in a citie.*] Ut Prætorii jus, Prætoria cohors, quæ à Prætore: hoc est, imperatore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quenq; delegit, qui a se in bello non discederet, & certo munere militiæ vacaret, & sesquiplex stipendium acciperet. Prætoria verò porta dicitur, qua exercitus in prælium educitur: qui initio Prætores erant qui nunc *Imperatores*, qui bella administrabant. ¶ Prætorium genus, ex quo majorum quisquam Præturam gessit. ad Consulatum tamen non pervēnit. Cicero pro Planc. to: Cedat Consulari generi prætorium, nec contendat cum Prætorio Equester locus. ¶ Prætorius vir, qui Præturam gessit, sicut Consularis, qui Consulatum. Cælius Ciceroni: Provinciæ, quas Prætorii pro Prætore obtinerent. Cicero Attico: Consulares atq; Prætorii viri.

Prætōrĭum, rii, n. s. Domus in qua Prætor habitat, sive dux, [πραιτώριον, στρατηγεῖον, πραιτώριος. Gall. *Le logis du preteur pretoire* Ital. *Palazzo da regime, il palazzo del principe.* Ger. Eines Schuldtheissen/Vogts oder Beldherrens behausung. Hisp. *La casa real o consular.* Pol. *Dom przełożonego magistratu, ratuż* Vng. *Vitezi haz, fejedelem haza.* Ang. *The house wherein the mayor dwelleth.*] Quia (ut dictum est) omnis magistratus cui parēret exercitus, Prætor dictus est. Liv. lib. 3: Quercus ingens arbor Prætorio nomine habebat, cujus umbra opaca sedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dictur Au-

tur Augustale. ¶ Prætorium est pars villæ, quam Dominus si quando ruri sit, ipse solet inhabitare. Villæ enim tres partes erant, autore Columella: prætorium sine villa urbana: villa rustica in qua erat colonus: villa fructuaria, in qua condebantur fructus. De prætorio loquitur Suetonius de Calig. In extructionibus Prætoriorum atq; villarum omni posthabita ratione nihil tàm efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Pallad. lib. 1: Ipsius etiam Prætorii situs sit loco aliquatenus erectiore, & sicciore propter injuriam Fundamentorum, & ut læto fruatur aspectu. ¶ Figuratè item prætorium accipitur pro ipso concilio à Prætore in tentorium suum domúmve convocato: unde Dimittere prætorium legimus, sicut Dimittere Senatum. Liv. Fulvius ne idipsum impedimento incœpto foret, dimittens Prætorium, Tribunis militum, ac præfectis sociorum imperavit, &c.

Prætōrĭānī, m. s. Dicebantur cohortis prætoriæ milites, à Prætore; hoc est, Imperatore corporis sui custodiæ causa delecti. Cic. pro Cælio: Nemini unquam præsenti Prætoriani majores honores habuerunt, quàm M. Cælio. Plin. lib. 6. cap. 29: Nuper renunciavêre principi Neroni, missi ab eo prætoriani milites, cum Tribuno ad explorãdum, inter reliqua bella Aethropicum cogitanti.

Prætōrĭŭs, a, um, aliud adjectivum, Prætorius. Martial. lib. 8: De prætoritia folium mihi Paule corona Mittis, hoc phialæ nomen habere jubes.

Prætūra, æ, f. p. Prætoris dignitas, [שׁלטון *schilton* פקדה *pekadáh* ἀρχή, ἡγεμονία, ἡγεμονίη, ἡγεμονίς, ἡγεμονίη, ἡγεμονίη, ἡγεμονίη

Prævĕnĭo, act. q. Ante venio, anticipo. [קדם *kidám.* προφθάνω. Gall. *Venir deuant, preuenir.* Ital. *Preuenire, anticipare.* Ger. Zuuorkommen. Hisp. *Venir antes.* Pol. Vprzedzam. Vng. *Elől vexem.* Ang. *To come before or preuent.*] Livius lib. 24: Cæterùm prævenerat non fama solùm qua nihil in talibus rebus est celerius: sed nuntius etiam ex regiis servis. ¶ Prævenies interposita dictione. Virgil. 8. Eccloga: Nascere, præq; diem venies age Lucifer almum

Prævĕntŭs, [קדמ *mékuddám.* προφθάς. Gall. *Preuenu.* Ital. *Preuenuto.* Ger. Zuuorkommen. Hisp. *Venido antes.* Pol. Vprzedzenie. Vng. *Elől veteret.* Ang. *Preuented.*] Tacitus lib. 17: Atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ prævenitus erat.

Prævĕrbĭum, Adverbium, apud Cornel. Frontonem libro de nominum verborumq; differentiis.

Prævĕrto, is, ĕre, & prævertor, eris, d. t. Prætereo, præcedo, anteverto. [προέρχομαι, φθάνω. Gall. *Aller deuant & gaigner, surmonter & occuper le premier.* Ital. *Trapassare, preporre, preoccupar.* Ger. Zuuorkommen / zuuorlauffen / zuuorucken lassen. Bel. Voorwenden / te boven gaen voorkommen. Hisp. *Yr delante ò anticipar.* Pol. Na iad pośtawiam, wyprzedzam. Vng. *Meg haladom.* Ang. *To go before and preuent.*] Virg. 1. Aeneid. - volucremq; fuga prævertitur Hebrum. Cic. pro Sylla: Nemo me unquam tenuissima suspicione perstrinxit, quĕ non præverterim. ¶ Interdum accipitur pro præfero, præpono. Cic. 2. de Divin. Ita tamen, si vacas animo neq; habes aliquid quod huic sermoni prævertendum putes. Gell. lib. 4. cap. 3: Iurisjurandi religionem animo atq; amori prætulisse. Plaut. in Amph. Illuc redeundum est mihi, ne me uxorem prævertisse dicant præ Republica. Hoc est, ne dicant me uxorem prætulisse Reipublicæ. ¶ Item pro revŏco. Plaut. Amph. Flebilis prævertitur metus: accurro ut sciam quid velit. ¶ Prĕversum fulgur (inquit Festus) quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum. ¶ Prævertere seriò quod dictum est per jocum, est existimare dictum esse seriò quod joco dictum est. Plaut. in Amph. - si quid dictum est per jocum, Non æquum est id te seriò prævortier. Adrianus Cardinalis: Prævertere, & Præverti, non id significant quod præcedere: sed id quod præponere, prævenire: sed non suo, imò potiùs præpostero, ac perverso ordine. Id est, ut quod erat in animo ut postea fieret, fiat antea: & contrà, quod antè erat faciendum, postea fiat. Sed id quoq; præcipuè notandum est, dativum post se plerunq; trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri. Livius 2. ab Vrbe: Nec posse, quum hostes propè ad portas essent, bello prævertisse quicquam Ibidem: Aegrè impetratum à Tribunis, ut bellum præverti sinerent. Idem: Si Punicum Romano prævertisset bellum. Cæsar 7. belli Gall. Cæsar huic rei prævertendum existimavit id est, occurrendum.

Prævĕto, as, [προκατακρούω. Gall. *Defendre auant.* Ital. *Vietar prima.* Ger. Vorher verbieten. Hisp. *Defender antes.* Pol. Wprzod zakazuie. Vng. *Elób meg tiltom.* Ang. *To forbid before.*] Silius.

Prævĭdĕo, prævides, penult. corr. act. f. Ante video. [προοράω. Gall. *Preueoir, veoir par deuant.* Ital. *Preuedere, antiueder.* Germ. Zuuorsehen / fürsich sehen. Bel. Voorsien. Hisp. *Ver antes.* Pol. Przejrzeć. Vng. *Eleb meg latem.* Ang. *To foresee.*] Plinius: Id nos futurum prævideramus. Cicero 1. de Divin. Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet. Virgil. 5. Aeneid. -ille ictum venientem à vertice velox Prævidit. ¶ Hinc Prævidentia. πρόνοια, quæ duplex est. Aut enim animo, aut oculis prævidemus.

Prævīsŭs, a, um, participium. [ὁ προορατός. Gall. *Preueu.* Ital. *Preueduto* Germ. Vorgesehen. Hisp. *Visto antes.* Pol. Przejrzany. Vng. *Elób meg latatot.* Ang. *Foreseen.*] Cic. 5. Verr. Res mihi tota prævisa atq; præcauta est. Idem de Divinat. 1.

Prævĭtĭo, as, act. p. Antè vitio, vel corrumpo. [προδιαφθείρω, προδιαμαίρω. Gall. *Gaster au parauant.* Ital. *Vitiare prima, ò corrompere.* Ger. Vorhin geschenden oder verwüsten. Hisp. *Corromper antes.* Pol. Wprzod każe. Vng. *Eleb meg vextem.* Ang. *To deflore before.*] Ovid. 14. Metam. de Circe loquens: Hunc dea prævitiat, portentificisq; venenis Inquinat.

Prævīnci̇o, is, ire, act. q. Præligo, ligo. Gell. li. 15. cap. 10: Cum eodem laqueo quo essent prævinctæ efferrentur. [προδέω.] Gall. *Lier au parauant.* Ital. *Ligare auanti.* Germ. Vorhin binden. Hisp. *Atar, atar antes.* Pol. Wprzod wiaże. Vng. *Eleb meg kötöm.* Ang. *To bind before.*]

Prævĭus, a, um, Qui præëundo viam monstrant. [ὁδηγός, ἡγεμονικός. Gall. *Qui va deuant.* Ital. *Che va auanti.* Ger. Das vorgeht. Hisp. *Cosa que va delante.* Pol. Wprzod idący. Vng. *Kalauz, vt mutato.* Ang. *That goeth before.*] Cic. in Arat. Alcyonem genuit claris demissus ab astris, Prævius Auroræ, Solis, Noctisq; satelles. Ovid. 11. Metamorph. Nunc præcedentem sequitur, nũc prævius arcet.

Præumbro, as, are, act. p. Tego, caligine offundo, & involvo, inquit Budæus. [חשׁך *hechshich.* προσκιάζω, ἐπισκοτέω. Gall. *Obscurcir en sè mettant au deuant, offuscquer.* Ital. *Coprire d'ombra.* Ger. Beschattigen / verdunckten eben wie etwas das einem vor dem liecht steht. Hisp. *Cubrir de sombra.* Pol. Zacmiewam. Vng. *Be arnyekozom.* Ang. *To shadow, and mak dark by going before.*] Tacitus: Fama, in quantum præumbrante Imperatoris fastigio datur, clarus. Hìc præumbrare dicitur Imperatoris fastigium: quia primorum magnitudine superius splendorĕ eorum obfuscat: quemadmodum præcelsæ arbores fulgore in se recepto alias obscurant inferiores.

Prævŏlo, as, penult. corr. Antè volo. [προπέτομαι. Gall. *Voler deuant.* Ital. *Volare inanzi.* Germ. Voran fliegen. Hisp. *Volar delante.* Pol. Przelatuie. Vng. *Elől repwelők.* Ang. *To flee before.*] Plaut. Milite: Novine mores me tuos meditatè decet, Curamque adhibere ut prævolet mihi quò tu velis. Cicer. 2. de Nat. deor. Basis autem trianguli quem efficiũt grues, ea tanquam à puppi ventis adjuvatur, eæq; in tergo prævolantium cŏlla & capita reponunt.

Præŭro, is, præussi, præustum, act. t. Antè uro: unde Præustus, a, um, particip. in cacumine adustus. [προφλέγω, προκαταυλέω. Gall. *Brusler par deuant, ou auparauant.* Ital. *Abbrugiare nella cima.* Ger. Vornen herbrennen. Hisp. *Quemar antes.* Pol. Wprzod palie. Vng. *Szenes, elől meg egett.* Ang. *To burne before.*] Livius 1. ab Vrbe: Bellum erat consensu fieri solitum, ut Fecialis hastã ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. Virgil. 7. Aeneid. - non jam certamine agresti Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis.

Prăgmătĭci, πραγματικοί, Apud Græcos erant infimæ sortis homines, qui mercede conducti ministros se præbebant oratoribus in judiciis. Quanquam postea hoc nomen omnibus iis communicatum est qui forensia negotia tractarent. Dicti Pragmatici à Græco nomine πρᾶγμα, quod inter cætera causam sive litem significat. Pragmatici erant homines quidam, inquit Budæus, forensis professionis, qui causarum actores, interdum juris ignaros monebant, juris responsa, formulasq; actionum subministrantes, quasi admonitores postici, dicendorumq; suggestores, quum ad juris disceptationem ventum erat. Quint. lib. 12: Quid si fortè peritus ille juris non aderit? neq; ego sum nostri moris ignarus, oblitúsve eorum qui velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neque item quoq; Græcos nescio factitasse, unde nomĕ iis pragmaticorum datum est.

Prăgmătĭcum, ci, substantivum, n. s. Cicer. ad Attic. lib. 14: Tu si quid pragmaticon habes, scribe: hoc est, quod in republica geritur, inquit Budæus. Quintil. lib. 3: Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus meis, sive quod Græci πραγματικὰς vocant juris interpretes. Iuven. Satyr. 7: Inde cadunt partes in fora dera pragmaticorum: hoc est, à judicio discedunt, & litem arbitrio forensium advocatorum seu procuratorum dirimendam permittunt. Cicero lib. 1. de Orat. Itaque non (ut apud Græcos) infimi homines mercedula adducti ministros præbent in judiciis oratoribus, ii qui apud illos pragmatici vocantur: sic in nostra civitate, &c. Idem ad Attic. lib. 2: Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, versibus denique cavere jubent, & vetant credere.

Prăgmătĭcæ sanctiones dicuntur principum rescripta, non de privatorum negotiis, sed corporum, ordinum & collegiorũ causis de consilii sententia emissa: inde fortassis deducto verbo, quòd pragmaticis & peritis viris in consilium adhibitis interponuntur. Hotomanus. De his, tit. in Cod. de divers. rescript. & pragmat. sanctionibus.

Pramnĭum vinum, πράμνειος οἶνος, Generosi vini genus, quòd in Smyrnæorum agro nascebatur, juxta delubrum Martis deûm, etiam Homeri carmine celebratum. Autor Plinius lib. 14. cap. 4.

Prāmnĭon, πράμνιον, Indica gemma est nigerrimo colore, sed pellucida, admistum habens & carbunculi colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Prāndĭum, dii, n. s. Cibus qui circa meridiem sumitur, quam veteres cœnam appellabant. [ארוחה *aruchâh.* ἄριστον Gall. *Le disner, repas qu'on prend deuant midy* Ital. *Il desinare.* Ger. Ein imbiß oder imbißmal Bel. Een noenmael. Hisp. *La comida temprana ò ayantar.* Pol. Obiad. Vng. *Ebed.* Ang. *A dinner.*] Festus: Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est *prandium*: vesperna autem quam nunc *cœnam* appellamus. Nonius: Quæ nũc prandia sunt, cœnas Sabini habebant, & pro cœnis vespernas appellabant. Plautus Pœnulo: Partem prandii pignus cepi, abii foras. Cicero in Verr. Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? Idem ad Atticum libro 5: Antecesserat Statius, ut prandium nobis præberet. Idem pro Muræna: Ac spectacula sunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. Suetonius in Vitel. cap. 13: Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in tentacula, & prandia, cœnas, comessationesque. Finire prandia nigris moris. Horatius 1. Serm. Satyr. 4: - ille salubres Aestates ducet, nigris qui prandia moris Finiet.

niet. Dictum prandium (ut quidam volunt) à peredendo, quòd pauxillulum quiddam in prandiũ pararetur, quod facilè posset absumi. Alii prandiũ dictum volunt quasi parandiũ: quòd levia tantùm quædam & paratu facilia apponerentur. Nam prandium non fuisse præcipuum cibum antiquis apparet ex Celso, libro 7, quum de hyeme loquitur: Si prandet aliquis, *inquit*, utilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Idem lib. 4: Famem facilius fert adolescens quàm puer: & uno cibo, quàm prandio quoque assuetus. Idem lib. 7: Aestate verò & potione, & cibo corpus sæpiùs eget: ideo prandere quoq; commodum est. Plin. lib. 28. cap. 5: Hippocrates tradit non prandentium extà celeriùs senescere.

Prandĭŏlum, li, diminutivum, sive Prandiculum, n. s. Quod jentaculum appellatur. Festus. *τὸ ἀκρατίδιον.*

Prāndĕo, des, prandi, & pransus sum, n. s. Prādium sumo. [טעד *sahádh. ἀκρατίω.* Gall. *Disner.* Ital. *Desinare.* Ger. Zu imbiß essen. Bel. Nocnmaet eten Hisp. *Comer.* Pol. *Obiadwam.* Vng. *Ebellem.* An. *To dine.*] Plautus in Menæch. Prandi & potavi, scortumq; accubui. Cicero pro Cluent. Quum in ejus nuptiis more Larinatium multitudo hominum prãderet. Plautus in Menæch. Prandi in navi, inde huc sum egressus, te conveni. ¶ Interdũ activè accipitur, pro comedere id quod est in prandio, in accusativo positum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Luscimas solti impenso prandêre coëmptas.

Prānsŭs, a, um, participium. [*ἀκρατήσας, ἀκρατηκώς.* Gall. *Qui a disné.* Ital. *Chi ha desinato* Ger. Zu imbiß gessen Hisp. *Que ha comido.* Pol. *Obiadwani.* Vng. *Ebellt.* Ang. *That hath dined.*] Horat. 1. Serm. Satyr. 6: Pransus non avidè. Cicero pro Mil. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Pransos veteres vocabant, teste Nonio, non solùm qui edissent, sed etiam quibus nihil decesset. Varro. Pransum te ac paratum esse oportere.

Prānsĭto, as, pen. corr. frequentativum à prandeo: [*πολὺς ἀκροπατέω.* Gall. *Disner souvent.* Ital. *Desinar souente.* Germ. Offt in imbiß essen. Hisp. *Comer muchas vezes.* Pol. *Vstawnie obiadwuie.* Vng. *Enedle gelem.* Ang. *To dine or eate often.*] quod Plaut. in Anphitr. cum accusativo construxit. Nequam homines (*inquit*) qui polentam pransitant.

Prānsŏr, soris, m. c. Qui prandet, aut qui invitatus est ad prandium. [טעד *sohedh. ἀκρατοποιὸς, ἀκρατίων.* Gall. *Qui dine, ou invité à disner.* Ital. *Che cena, ò inuitato à desinare.* Ger. Ein imbiß esser oder imbiß Gast. Hisp. *Yantador, ò combidado à yantar.* Pol. *Na obiad wezwani.* Vng. *Ebellő.* Ang. *That dineth.*] Plaut. in Menæch. Bonum anteponam prandium pransoribus.

Prānsōrĭus, adjectivum, *ὁ πρὸς τὸ ἀκρατὸν ἐπιτήδειος, ἀκρατικός*, ut Pransorium candelabrum, apud Quintilianum lib. 6. cap. 4: Mirantibus quòd humile candelabrum emisset: Pransorium erit, *inquit*.

Prāsĭnŭs, penult. corr. [*πράσινος.* Gall. *Verd.* Ital. & Hisp. *Verde.* Ger. Grün wie der lauch. Pol. *Zielony.* Vng. *Szőld.* Ang. *Grene.*] Color viridis ad similitudinẽ porri. Nam *πράσον*, Latinè porrum dicitur. Hinc vestes è viridi lana, prasinæ dicuntur. Martialis libro 10: De nostra prasina est syntheſis empta toga. Plautus: Prasina, occina, tyale, soccos, monilia amisit. Plinius lib. 37. cap. 10.

Prāsĭus, *πράσιος.* Gemma est è viridantium genere, virore tamen multò dilutiore quàm smaragdus, utpote quæ ad porri colorem (unde & nomen accepit) maximè accedat. Sunt autem tria prasii genera, quæ vide apud Plinium libro 37. cap. 8.

Prāsŏītēs, pen. prod. *πρασοειδὴς*, Gemma est ex genere topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam *πρασοειδὴς* Græcis idem est quod *porraceus*. Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

Prassocurides, Vermiculi, qui porros, brassicam & lactucam corrodunt.

Prātum, ti, n. s. Ager ex quo fœnum percipitur: [חיר *áchu. λειμών.* Gall. *Vn pré.* Ital. *Prato.* Ger. Ein Matten oder Wysen. Bel. Eenen beembt. Hisp. *Prado.* Pol. *Laka.* Vng. *Szena ret, mezö.* An. *A medow.*] nomen habens ex eo quod sine opera paratum sit, ut placet Varroni lib. 4. de lingua Latina: Pratum (inquit Vlpianus de verborũ significationibus) in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum quòd paratum sit ad fructum capiendum. Columell. lib. 2. cap. 17: Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoq; indiderunt ab eo quòd protinus esset paratũ, nec magnum laborem desideraret. Ovid. 1. Metamorph. Figitur in viridi, si sors tulit, anchora prato. Idem: Area gramineo suberat viridissima prato. Virgil. 8. Aegloga: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ¶ Prata item dicebãtur quæ nũc viridaria, ut plurimum buxo & lauro frequentata.

Prātŭlum, diminutivum, apud Plinium Epistol. 101. [*τὸ λειμώνιον, ικανὸς λειμών.* Gall. *Vn petit pré, vn preau.* Ital. *Piccol prato.* Ger. Ein Matt oder wisentin. Hisp. *Pequenno prado.* Pol. *Laczka.* Vng. *Retteke, meczptske.* Ang. *A litle medow.*] Cicero ad Atticum lib. 12: Pro isto asse sole quo tu abusus es in nostro pratulo. Idem de Claris Orator. Tum in pratulo propter Platonis statuam consedimus.

Prātēnsĭs, se, om. t. Quod est ex prato. [*ὁ λειμώνιος, ὁ ἐλειμώνιος.* Gal. *De pré.* Ital. *Cosa di prato.* Ger. Das auff der matten oder wysen wachßt oder auß der matten kompt. Hisp. *Cosa perteneſciente à prado.* Pol. *L'acany.* Vng. *Retböl valo.* Ang. *Of a medow.*] Colum. lib. 6. cap. 3: Eoq; nemo dubitat quin optima sint vicia in falcem ligata & cicercula, itemq; pratense fœnum. Pratenses flores. Plin lib. 21. cap. 8. pratenses fungi, qui in pratis nascuntur. Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 4: pratensibus optima fungis Natura est: aliis malè creditur.

Prāvŭs, a, um, Distortum, perversum: cui opponitur Rectum. [עוה *nabaúh* מעקש *mehukkál. διάστροφος.* Gall. *Tortu.* Ital. *Torto.* Ger. Krumb, nicht gerad Hisp. *Torcido.* Pol. *Krziwy, ſtoſliwy.* Vng. *Horgas.* Ang. *Croked.*] Cicer. 1. Acad. Quid rectum in oratione, pravúmve. Horatius 1. Serm. Satyr. 3: hunc varum distortis cruribus, illum Balbutit scaurum, pravis fultum malè talis. Lucret. lib. 4: Deniq; ut in fabrica, si prava est regula prima, Omnia mendosè fieri, atq; obstipa necesſum est. ¶ Per translationẽ accipitur pro malo & vitioso. [עוה עשׂה *havvál bikkéſch πονηρὸς, φαῦλος.* Gall. *Peruers, mauuais* Ital. *Cattiuo, maluagio.* Ger. Böß, arg, verkehrt. Bel. Boßg, quaet verdeirven. Hisp. *Hecho al reues, delo bueno.* Pol. *Przewrotni.* Vng. *Gonox.* Ang. *Shrewd, euill, naughtie.*] Terentius in Adelph. Etsi hoc mihi pravum, ineptum, absurdum, atq; alienum à vita mea videatur. Cic. pro Rosc. Com. Nihil ab hoc pravum & perversum produci posse arbitrabantur. Cic. 2. de Finib. Bestiarum verò nullum judicium puto: quanvis enim depravatæ non sint, pravæ tamen esse possunt. Tenax pravi, Virgil 4. Aenecid. Obnoxius pravis, Horat. 2. Serm. Sat. 7. Stultitia prava, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Ambitio prava, Horat. 1. Serm. Sat. 6. Pravo naso vivere, Horat. in Arte.

Prāvĭssĭmŭs, superl. [Vn. *Igön gonoz lator, el fordultchitoan.*] Velleius Paterculus Histor. 2: Evitatis quæ jussu hominis pravissimi tela in eum acta erant.

Prāvĭtās, f. t. Obliquitas mala & perversa alicujus rei constitutio, & compositio. [עקלקלה *hakalkallâh* מעקש *mahakásch. πονηρία, κακία, διάστροφη.* Gall. *Tortuosité, mauuaistié.* Ital. *Tortuosita, mainagitta* Ger. Die krumbe, vngerade. Hisp. *Torcedura de lo derecho.* Pol. *Złość, przewrotność.* Vng. *Horgassag.* Ang. *Crookednesse, shrewdnesse.*] Cic. 4. Tusc. Vitium, quum partes corporis inter se dissident, ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Idem 1. de Legib. Corporis pravitates, si erũt perinsignes, an habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit? ¶ Ponitur aliquãdo pro malitia. [עון עקשות *havón bikkeſchút. φαυλότης.* Vng *Gonoßág.*] Cic. 4. Acad. Taménne in ista pravitate perstabitis? Cic. in Parad. Animi pravitates rectè vitia dicuntur.

Prāvè, adverbium: ejus contrarium est Rectè. [*πονηρῶς, στρεβλῶς.* Gall. *Mauuaiſement, peruerſement.* Ital. *Bruttamente, tortamente.* Ger Böſſertigklich, tälz oder vbel. Hisp. *Contraccedura de lo derecho.* Pol. *Złe, opacznie.* Vng. *Gonoſzul.* Ang. *Naughtily, shrewdlie.*] Cic. 2 de Finib. Ille porro ma è pravè, turpiter cœnabat.

Praxibūlus, li, *πραξίβουλος*, Athenienſium magistratus, cujus meminit Plin. lib. 33. cap. 7.

Prāxis, praxeos. f. t. Latinè Actio. [מעשה עלילה *pehulláh maháseh. πρᾶξις.* Gall. *Action, negoce.* Ital. *Actione, negocio.* Ger. Ein handlung. Hisp. *Obra negocio.* Pol. *Sprawa, handel.* Vng. *Tſelekedet, munka.* Ang. *Doing, or byſsines.*] Vnde practicus, a, um, activus, & qui actu ipso aliquid proficit. Hinc artes dictæ sunt quædam practicæ, quæ in exercitatione & ipsa actione consistunt: diversæ ab illis quę theoricæ: id est, speculativæ, & quę *πνευματικαί*: hoc est, effectivæ dicuntur. De utriſq; Quintil. lib. 2. cap. 18: Quum sint autem artium aliæ positæ in inspectione: id est, cognitione & æstimatione rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cujus studium habet, intellectu contenta: quæ *θεωρητικὴ* vocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilq; post actum operis relinquit, quæ *πρακτικὴ* dicitur, qualis est saltatio. Aliæ in effectu, &c.

Prĕcŏcĭæ Vvæ; teste Servio, dicuntur quę ante alias matureſcũt, quasi præcoquæ. [Pol. *Rane winno.*] Virgilius 2 Georg. Et passo Psythia utilior, tenuisq; Lageos Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam: Purpureæ, preciæq; : & quo te carmine dicam Rhetica?

Prĕcĭum, & precĭosus, Vide PRETIVM.

Prĕcŏr, aris, com. p. cum accusativo, Oro, peto. [חלה *chillâh* עתר *hathár* התחנן *hithpallél. δέομαι, παρακαλῶ.* Gal *Prier.* Ital. *Pregare.* Ger. Bitten. Bel. Bidden Hisp. *Rogar generalmente.* Pol. *Proſze.* Vng. *Kbayörgök* Ang *To praye.*] Cic 1. de Nat deorum: Quid venetamur, quid precamur deos? Ibidem: Dii quos nos colere, precari, veneraq; solemus. Iũctum verò cum dativo, idem est quod opto alicui bonam vel malam fortunam. *Compare.*

μαγ. Quintilianus: Et oram ſolventibus bene precemur. Horatius 2.Serm.Satyr.7:Milvius & ſcurrę tibi nō referenda precati diſcedunt. Dira precari alicui, Tibul. lib.2. Eleg.7. Malè precari alicui. Cic.in Piſonem: An quod tibi proficiſcenti evenit,ut omnes execrarentur,malè precarentur, unam tibi illam viam,& ſempiternam eſſe vellent? Precari ad Deos,Liv.lib.38. Precari deos bonas preces. Cato capite.134: Iane pater te hac ſtrue commovenda bonas preces precor. ¶ Hujus compoſita ſunt,Deprecor,Imprecor:de quibus ſuis locis.

Prĕcātŏr,m.t.Qui pro alio intercedit, vel poſtulat, deprecator. [עותר *hothér.ἱκέτης, δεητικός.* Gall.*Prieur,qui prie.* Ital.*Che prega.* Ger. Ein erbetter oder fürbitter. Hiſp.*El que roga,rogador.* Pol. *Proſzĉiciel.* Vng.*Könyörgő.* Ang.*He that prayeth.*] Terentius in Heaut. Nemo accuſat Syre te:nec tu aram tibi, neq; precatorem pararis.

Prĕcātĭo, onis, verbale, f.t. Obteſtatio, invocatio. [תחבה *techinnáh* תפלה *tephilláh. δεήσις.* Gall.*Priere.* Ital.*Preghiera.* Ger. Ein Bitt/oder Gebätt. Hiſp.*Ruego.* Pol.*Proszba,modlitwa.* Vng. *Könyörges,imatſág.* Ang.*A praying.*] Cicero pro Murę. Quòd ſi illa ſolennis comitiorum precatio,. Conſularibus auſpiciis conſecrata tantam habet in ſe vim & religionem, *&c*. Livius 9.ab Vrbe: Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet, aut obſidibus,ubi precatione res tranſigitur?

Prĕcĭs,preci, precem, *&c*. Obliqui ſunt ab inuſitato nominativo prex:Precatio, ſive obſecratio. [תחבה *techinnáh* תפלה *tephilláh. δεήσις, λιτή.* Gall.*Priere.* Ital.*Preghiera.* Ger.*Gebätt.* Hiſp.*Ruego.* Pol.*Proszba.* Vng.*Imadſág,könörges.* An.*Prayer.*] Terent. Phorm. Sed parúmne eſt quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex, Ni inſtigemus etiam ut nullus locus relinquatur preci? Quintil. lib.3. cap.10: Hac illi opus eſt occaſione,ne cum talium precum pudeat. Terētius in Andr. Nihil eſt preci loci relictum, jam perturbavi omnia. Horat.2. Epiſt.1: Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus. Ovidius 2.de Ponto Eleg.2:Tempus adeſt aptum precibus.

Prĕcārĭŭs,a,um,adject. Eſt quod precibus petenti utendũ conceditur tandiu quãdiu is qui conceſſit,patiturꝰ. [*δεητικός.* Gall. *Emprunté à la charge de le rendre.* Ital *Preſo ad impreſtito.* Ger.*Das einem auß Bitt ein zeit lang geliehen vnd vergönnet iſt.* Hiſp. *Coſa de ruego.* Pol *Na czas do vżywania vproszoni.* Vng.*Engedelemből valo.* Ang.*That by ſute is granted to one for a while, borrowed on a condition to reſtore it at the will of the lender.*] In hanc ſententiam dictum eſt à Seneca, hominem eſſe precarii ſpiritus. Et apud Curtium ait Alexander:Mori præſtat quàm precario Imperatorem eſſe. Idem: Sed precarium ſpernebatur imperium. Vbi precarium Imperium dicitur id quod tandiu obtinetur,quandiu qui conceſſere,permittunt. Anima precaria. Tacit.libro 1; Meq; precariam animam inter infenſos trahere. Precarium auxilium,non juſtum ferre, Liv.8.ab Vrbe.Ius precarium,Tacitus de Germanis. Salus precaria,Brutus Ciceroni. Quæſtus precarius. Cicero Octaviano: Cujus avus fuerit argentarius; aſtipulator pater,utetq; verò precarium fecerit quæſtum.

Prĕcārĭo, nomen, ipſa terminatione dativi pro adverbio accipitur. [*μὴ δώσεως, σοῦ δώσει, δανείσματος.* Gall.*Par priere, par emprunt.* Ital.*Perprieghi,per importunità.* Germ.*Durch bitt/ bittlicher weiß.* Hiſp. *Alcancando por ruegos.* Pol. *Vprosjonym obyczaiem.* Vng.*Könyörges altal.* Ang.*By ſute or prayer.*] Terentius in Eunuch. Seu vi, ſeu clàm, ſeu precario. Paul. Iuriſcon. Precario habere videtur, qui poſſeſſionem corporis, vel juris adeptus eſt ex hac ſolummodo cauſa quod adhibuit preces, & impetravit,ut ſibi poſſidere aut uti liceat.*παρακαλέσας κιχρᾶσθαι* Veluti ſi me rogaveris ut per fundum meum ire, vel agere tibi liceat, vel ut in tectum meum ſtillicidium, vel tignum in parietem immiſſum habeas. Cicero pro Aulo Cecin. Neid quidem ſatis eſt, niſi doceat ita ſe poſſediſſe, ut nec vi, nec clàm, nec precario poſſederit. Idem 3.de Orat. Etenim verecunda debet eſſe translatio,ut deducta eſſe in alienum locum,non irruiſſe: atq; ut precario,non vi veniſſe videatur.

Prehēndo, Vide PRAEHENDO.

Prēlum,li, Vide PRAELVM.

Prĕmo,is,preſſi,preſſum,act.t. Propriè calco, & innitor alicui rei cum pondere, ſtringo. [דחק *dachák* מעך *mahách* הדעיך *hehík* בך *tsár* דרך *darách* עס *has* לחץ *lacháts.πιέζω, θλίβω.* Gall. *Preſſer, fouler, ſerrer, eſtraindre.* Ital.*Premere,calcare.* Ger.*Trucken/ tringen.* Bel.*Dwingen.* Hiſp.*Cargar ò apretar.* Pol.*Cyſne.* Vng. *Niomom,ſzoritom.* Ang.*To preſſe.*] Virg.4.Georg. -& ſpumantia cogere preſſis Mella favis. Idem Aeneid.2:-veluti qui ſentibus anguem Preſſit, humi nitens. ¶ Quandoq; ponitur pro adverſari, vexare. Virgilius 10.Aeneid. Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoſte. Plaut. Amphit. Fata iſthæc me premunt. ¶ Quandoque pro effodere. Idem 10. Aeneid. ſulcumque ſibi premat ipſa carinã. ¶ Quandoque pro inſequi; inſiſtere,urgere. [רדף *radháph* אחז *ats.ἐπιλαμβάνω.*] Virgil.1.Aeneid. Hãc fugerent Graii, premeret Trojana juventus. Idem Georg.3:Ingentem clamore premes ad retia cervũ. ¶ Quandoque occultare. [כסה *chasáh. κρύπτω.*] Virgil.1. Aeneid. Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. ¶ Quandoq; expellere. [דחף *dacháph* נדף *nadhúph. ἐκθλίβων.*] Varro 2:Invitamq; preſſit ab ædibus. ¶ Quandoq; cohibere. [עצר *hatsár.*] Virgil.1. Aeneid.Imperio premit,ac vinclis & carcere frænat. ¶ Quandoq; claudere. Virg 9.Aeneid.-preſsive oculos ac vulnera lavi. ¶ Quandoq; vitiare. [עבה *hinnáh μοιχάω.*] Varro: Qui toties villici tui uxorem abſente preſſiſti viro. ¶ Quandoq; removere, excitare. Virg.1.Georg. -& ruris opaci Falce premes umbram. ¶ Quandoq; vaſtare. Virg. 1.Aeneid.-pelago premit arva ſonanti. ¶ Quandoque occidere. Virg.9. Aeneid. Armigerũq; Remi premit. ¶ Quandoque demergere,infodere. Idem 2.Georg. Quod ſupereſt,quæcũq; premes virgulta per agros Spargere humo pingui ¶ Quãdoque inſtare, & dicendo immorari. Plinius Epiſtol.9. lib.3: Quum Caſcam accuſarem, nihil magis preſſi quàm quod accuſator ejus,*&c*. ¶ Quãdoq; reprehẽdere,maledicere. Quintil.lib.12. de Cicerone: præcipuè verò preſſerunt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant. ¶ Aere alieno premi. Cic. in Catil. Qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expetunt. ¶ Facta premunt annos: hoc eſt,ſuperant Ovid.7 Metamorph. Si titulos,annoſq; tuos numerare velimus,Facta prement annos:id eſt, plura erunt facta quàm anni, aut majora quàm pro ætate. ¶ Anguſtiis premi. Cæſ.3.bell.Gall. Quibus anguſtiis Cæſar à Venetis premebatur,docet. ¶ Hujus compoſita ſunt, Apprimo, Comprimo, Deprimo,Exprimo, Imprimo, Opprimo, Reprimo & Supprimo,quæ habent penultimam correptam.

Prēſſŭs,a,um, participium eſt. [מעוך *mahúch* בתוך *tsarúr* בלחץ *nilcháts.πεθλιμμένος.* Gall.*Preſſé,eſpraint,ſerré.* Ital.*Calcato,carcato.* Germ.*Getruckt.* Hiſp.*Apretado, ò cargado.* Pol.*Vciſniony.* Vng.*Niomot,ſzoritatot.* Ang.*Preſſed.*] Colum.lib.7.cap.8:Illa verò notiſsima eſt ratio faciendi caſei, quem dicimus manu preſſum. Virgil.2. Eclog.-ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis. Idem 3. Georgic. Lacta magis preſsis manabunt flumina mãmis. ¶ Aliquando nomen eſt,& ponitur pro ſubtilis ac brevis. Cic. in Horten. Quis te autem eſt, aut fuit unquam in partiundis rebus, in definiendis & explicandis ſententiis preſsior? ¶ Aliquãdo dicitur onuſtũ,gravatum,*βεβαρημένος.* Virgil.lib.1. Georg. Ceu preſſæ quum jam portum tetigêre carinæ. ¶ Preſſo gradu incedere: hoc eſt, firmo, nec celeri, ſed quo cautòs incedere videmus. Livius lib. 28:Inde ubi incipiendæ jam pugnæ tempus erat,Hiſpanos(ea media acies fuit) preſſo gradu incedere jube. ¶ Preſſum vocat Ovidius quod eſt quaſi impreſſa nota ſignatum. lib.6. Faſtor. Certa fides facti eſt, dictus ſceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt.

Prēſſŭs, us, m.q. Ipſa preſsio ſive premendi actus. [מדרך *midrách* עקה *hakáh* מעוקה *mehukáh. θλῖψις, συνοχή.* Gall.*Preſſement,foulement.* Ital.*Eſſo premere.* Ger.*Das trucken* Hiſp.*Apretamiento.* Pol.*Vciąsk.* Vng *Niomas,ſzoritas.* Ang.*A preſſing.*] Cic. lib.1.de Orat. Nemo eſt quin literatiſsimũ togatorum omniũ Qu.Valerium Soranum lenitate vocis, atq; ipſo oris preſſu & ſono facilè vincat. Idem 2. Tuſcul. Sic animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum.

Prēſſūrā,æ,f.p. Preſſus,hujus preſſus: hoc eſt, actus ipſe premendi. [מדרך *midrách* עקה *hakáh* מעוקה *mehukáh. θλῖψις, συνοχή.* Gall.*Preſſoirement, preſſurage.* Ital.*Eſſo premere ò ſtrignere.* Ger. Ein truck oder zwang. Hiſp.*Apretamiento.* Pol.*Vciąſnienie.* Vng. *Niomas,ſzoritas.* Ang.*A preſſing.*] Plinius lib.18.cap.31: Preſſura una culeos XX. implere debet. Colum.lib.2.cap.36: Muſtũ tortivum eſt quod poſt primam preſſuram vinaceorum circunciſo pede exprimitur.

Prēſſo,as,Frequentativum.à premo. [*πιεστίζω.* Gall.*Preſſer ſouvent.* Ital.*Premere ſouente.* Ger.*Embſig trucken eins truckens.* Hiſp. *Apretar muchas vezes.* Pol.*Vciąskam.* Vng.*Niomogatom.* Ang *To preſſe often.*] Virg.3.Eclog.-preſſabimus ubera palmis. ¶ Invenitur & preſſor,aris, deponens. Plautus in Perſa. Vomica eſt, preſſare parcè. ¶ Preſſatus, participium. Plaut. Aſin. Quin tradis hac crumena preſſatum herum.

Prēſsē, adverbium, Subtiliter, breviter. [*πυκνῶς, συνεσταλμένως.* Gal.*Serreement,ſans ſuperfluité,brevement.* Ital.*Brevemente, ſenza ſuperfluità,ſenza vagare* Ger *Kurtzlichẽ/eingezogẽlich/ohne vberfluß.* Hiſp.*Apretada ò cargadamente,brevemente.* Pol *Krotcze, ſubtilnie.* Vng.*Rewideden.* Ang.*Shortlie,briefflie.*] Cicero 1. Offic: Alterum exercitatio augebit, alterum imitatio preſsè loquentium, & leniter. Idem 4.de Finibus: Sed ut propiùs ad ea Cato accedã, quæ ad te dicta ſunt, preſsiùs agamus: eaq; quæ modò dixiſti, cum his conferamus quæ tuis antepono.

Prēſſōrĭŭs,a,um,adjectivum: [*πιεστικός, πιεστικός.* Gall.*Dequoy on ſe ſert à preſſer* Ital.*Coſa da premere.* Germ *Das zu dem trucken dienſtlich iſt.* Hiſp.*Coſa para apretar.* Pol.*Vciąski'y* Vng.*Niomo, ſzorito.* Ang.*That ſerueth for preſſing.*] ut preſſorium vas, in quo quid premitur. Colum. lib.12. cap.18: Tum ſacrificia Libero,

Liberæq;,& vasis pressoriis,quàm sanctissimè,castissimeq; facienda.

Prĕpŏn, Latinè decorũ. [בעים *naím* בעיות *nehimáh* בעם *nóham.* καλόν. Gall. *Honnesteté, bonne grace.* Ital *Decoro.* Ger *Der wolstand/ gezimmung vnnd erbarkeit in worten vnnd wercken.* Hisp. *Hermosura.* Pol. *Przystoinosć, wmowie y wspiawach.* Vng. *Illendő, tiztesseges.* Ang *Comlinesse, that is decent and becometh.*] Cicero de Orat. Vt in vita, sic in oratione nihil est difficilius quàm quod deceat. πρέπον appellant Græci, nos dicamus sanè decorum. Idem 1. Offic. Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum potest. Græcè enim πρέπον dicitur.

Presbўtĕr, eri, m.s. Senior. [זקן *zakén* πρεσβύτερος. Gall. *Ancien, prestre.* Ital. *Huomo, antico, prete.* Ger. *Ein Alter oder Eltister.* Hisp. *Anciano, viejo, presbytero.* Pol. *Starszy.* Vng. *Idős ember, tanito.* Ang. *An elder.*] Augustinus: Sanè etiam grandioris ætatis, & sicut Scriptura loquitur, plenum dierum posse dici seniorem: hoc est, presbyterum. Proinde omnis senex etiam presbyter, non omnis presbyter etiam senex: quia plerunque est hoc nomen ætatis, quæ infrà senectutem senectuti vicina est, & ex hoc etiam ipsa à senectute nomen accepit in Latina lingua.

Prĕstĕr, presteris, pen. genitivi prod. [שרף *saráph.* πρηστής. Ger. *Ein giftige art der vipernatern/ wird sonst Dipsas genannt.*] Serpentis genus est, quem alio nomine vocant dipladem. Lucanus lib. 9: Oraq; distendens avidus spumantia prester. Plinius lib. 20. capite 20: Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum, & presterum restingui. ¶ Est etiam prester cœlestis flammæ genus, quæ quicquid attingit, amburit, & proterit. Plinius libro 2. capite 48: Idem ardentior accensusque dum furit, præster vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

Prĕtĭum, tii, n.s. Quod datur pro re empta. [יקר *iekár* מחיר *mechír* שכר *sachár.* τιμή. Gall. *Prix.* Ital. *Prezzo, pregio.* Ger *Der kosten oder das gelt mit welchem man ein erkaufft ding bezahlt/ die wirdigung.* Hisp. *Precio, estimacion de cada cosa.* Pol. *Zapłata.* Vng. *Valaminek aźara.* Ang. *Price or valew.*] Plautus in Pœn. Isto pretio tuas nos facilè feceris. Virgil 4. Aeneid. Fœmina quæ nostris errans in finibus, urbem Exiguam pretio posuit. Terentius Heavt. agrum in his regionibus meliorem, neque preti majoris nemo habet. ¶ Avellere pretium antequam ostendatur merx. Horatius 1. Serm. Satyr. 2: an tibi mavis Insidias fieri, pretiumq; avellier antè, Quàm mercem ostendi? ¶ Capi pretio. Tibul. lib. 3. Eleg. 1: pretio capiuntur avaré. ¶ Aliquando pretium accipitur pro mercede sive præmio: idq; interdum in meliorem partem. Terentius And. Feci è servo ut esses libertus mihi, propterea quòd servichas liberaliter. Quod habui summum pretium, persolvi tibi. Virgil 5. Aeneid. Et palmæ pretium victoribus. Interdum in deteriorem, ut idem ferè sit quod pœna. Ovid. 10. Metamorph. Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. Terētius in Andr. Ego pretium ob stultitiam fero. ¶ Legitur etiam pretium aliquando pro composito operæpretium. Tacit. lib. 2: Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Pisonis, & Asinii Galli super eo negotio diversas sententias noscere. Pretium operæ, & pretium curæ, locutiones notatu dignæ. Plin. Id verò audire pretium operę sit. Plin. Epist. 159: Posthea mihi visum est pretium curæ, ipsum Senatusconsultum quærere.

Prĕtĭōsŭs, a, um, Quod est multi pretii. [יקיר *iakkír* τιμιος, εὐτιμος, πολύτιμος. Gall. *Precieux, riche, & de grand valeur.* Ital *Di summo prezzo.* Ger. *Köstlich/ viel wärt.* Hisp. *Di mucho precio.* Pol. *Drogi.* Vng *Draga, bőtswelletes.* Ang. *That is pretious and of great valew.*] Plaut. in Bacch. At nimium pretiosa operaria es. Cic. 3. Officiorum: Quærit, si in mari jactura facienda sit, equine pretiosi potiùs jacturam faciat, an servi vilis. ¶ Emptor pretiosus: hoc est, sumptuosus, qui magno pretio aliquid emit. Horat. 3. Carm. Ode 6: Seu navis Hispaniæ magister Dedecorum pretiosus emptor. Ovid. 3 Amor. Ingenium quondă fuerat pretiosius auro. Idem 1. Metam. subitq; argentea proles Auro deterior fulvo, pretiosior ære.

Prĕtĭōsē, adverbium. [πολυτίμως, ἐντίμως, πολυτίμως. Gall. *Richement.* Ital. *Riccamente.* Ger. *Köstlichen.* Hisp. *Richamente.* Pol. *Drogo.* Vng *Dragan, bőtswelletesen.* Ang *Pretiously, richelie.*] Cicer. 1. de Inven. Vasa magnifica, & pretiosè cælata. Gell. lib. 5. cap. 5: Pretiosè armatum exercitum.

Prĕtĭōsĭtās, f.t. [πολυτέλεια. Vng. *Keduesseg, dragasag.*] Macrobius Satur. lib. 7. cap. 13. ex Atteio Capitone: Electus autem, *inquit*, ipsa lęva manu digitus minimo proximus, quasi aptior cæteris cui commendaretur annuli pretiositas.

Priapeson, Viola purpurea apud Dioscor. lib. 4. cap. 123.

Prīdem. temporis adverbium, Paulò antè, vel parvo tempore prius. [כבר *chebár.* πρὸ ὀλίγου. Gall. *Il y a long temps.* Ital. *Gia tempo ha, gia buona pezza di tempo.* Ger. *Vntangest hievor/ vor etlichet zeit* Bel. *Te voren/ voryes.* Hisp. *Dias ha ya, luengo tiempo.* Pol. *Nie dawno, przed mal'im czasem.* Vng. *Ezelőt, nem regen.* Ang. *Long syne, a great while agoe.*] Plinius lib. 7. cap. 16: Ipsi verò pridem vidimus ea omnia præter pubertatem in filio Corn[illi] Taciti Equitis Romani. ¶ Aliquando etiam de longiore tempore dicitur, multo antè, vel multo tempore prius, πρὸ πολλοῦ. Apuleius: Quod pridem Plato affirmaverat. Quod si cùm pridem aut dudum addamus non, vel quàm, vel ita, significant multo tēpore anté. Plin. lib. 5: Medica non pridem venit in Italiā: id est, nō multo tēpore anté. Cicero pro Qu. Roscio: Quāpridē Fanni nomē in adversaria retulisti? Hoc est, quàm multo tempore anté. Terentius Evnuch. Huc evasit, quampridem pater mihi & mater mortui essent: id est, quantum temporis præteriisset. Cicero in Bruto: Nostra autem civitate non ita pridem dominatu regio liberata: id est, non multo tempore anté. Vide Vallam lib. 2. cap. 34.

Prīdĭē. adverbium, & Pridianus, a, um, vide in dictione POSTRIDIE.

Prīmārĭŭs, Primates, Primitiæ, Primipilus, vide PRIMVS.

Prīmŭs, a, um, Quandoq; ad numerum seu ordinem refertur quemadmodum & secundus, & tertius. [ראשון *rischón.* πρῶτος. Gall. *Premier.* Ital. *Primo.* Ger. & Bel. *Der erst.* Hisp. *Cosa primera en orden.* Pol. *Pierszy.* Vng. *Első.* Ang. *The first.*] Terentius in Adelph. Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia. Virgilius 2. Aeneid. Primus ibis ante omnes, magna comitante caterva, Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Cicero Appio, lib. 3: Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Plancus Ciceroni libro 10: Primæ tuæ sententiæ infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus arbitriumq; amicorum meorum compositæ. Horatius 2. Epistol. 2: Extremi primorum extremis usque priores. Iungitur autem frequenter apud bonos autores cum quisque: ut, Primo quoquè tempore, primo quoque die. Livius 6 ab Vrbe: Decreverunt ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur. Cæsar 6. bell. Gall. Cupiebat Cæsar, si qua conditione posset, adversarios in æquum locum deducere, & primo quoque tempore bello decernere. Pompeius ad L. Domitium. Vt primo quoque die Luceriam advenires. ¶ Prima quaque occasione: id est, ubi primùm se, ulla offerret occasio ἐπὶ παντὶ ἐγχωρήσει ἢ πρώτῃ τοῦ ἐνδεχομένου χρόνου. Plinius Iun. Proinde prima quaque occasione mitte. ¶ Quandoque idem valet quod princeps. Virgilius 1. Aeneid. Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis. ¶ Quandoque ponitur pro optimo, sicut & prior pro meliore. κράτιστος. Idem 9. Aeneid. primos juvenum tot misert Orco. ¶ Quandoque pro præcipuo. Idem 12. Aeneid. quantos primus patiare labores. ¶ Quandoque pro eo ante quem nullus est. Virgilius 1. Eclog. Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. ¶ Prima, plurali numero, pro principiis. Livius lib 1: Quod bellum si prima satis prospera fuissent, haud dubiè perveniset ad Romanos. Curt. Adeoq; aciē versatilem posuit, ut qui ultimi stabant ne circuirentur, verti tamen, & statim circumagi possent: itaque non prima quàm latera, non latera minùs ora fuere quàm terga. Tacit. lib. 18. Quoniam prima consiliorum frustra cecidere. ¶ Primis labris gustare. Cic. 1. de Nat. deor. Hunc censes primis (ut dicitur) labris gustasse physiologiam: id est, naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? ¶ Hinc fiunt adverbia, Primò, Apprimè, Primùm, Primitus, In primis, cum primis, de quibus suis locis.

Primæ, arum pluralis tantùm numeri, f.p. idem valet quod primæ partes vel primus in re aliqua locus. [τὰ πρωτεῖα τῶν πρώτων. Gall. *Les premieres parties.* Ital. *Le prime parti.* Ger. *Der fürnemest theil oder ort/ der vorzug oder vorsitz.* Hisp. *La ventaja o mayoria, o las primeras partes.* Pol. *Przednie rzemienie, przodek.* Vng. *Főlege. Sec.* Ang. *The chief parts or place in any thing.*] Vnde primas ferre, obtinere &c. cæteris quibuscunque in re aliqua locum obtinet. Cic. in Bruto: Ex his Cotta & Sulpitius, cùm meo judicio, tum omnium facilè primas tulerunt: id est, sapientissimi, & doctissimi habiti sunt. Et iterum: Erat excellens judicio vulgi, & facilè primas tenebat. τὰ πρωτεῖα ἔλαχεν. Idem de Clar. orator. Primus in causis agebat Hortensius. ¶ Dicimus in eadem significatione, Concedere, & dare primas alicui. Cicero 2. de Orator. Non possum equidem non ingenio primas cōcedere. Idem 8. Philipp. Pater tuus quotutebat sene autore adolescens, homo severus & prudens, primas omnium civium P. Nasicæ, qui Tiberium Gracchum interfecit, dare solebat. ¶ Deferre primas alicui: pro tribuere principem locum. Cicero 1. de Nat. deor. Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Idem ad Attic. libro 1: Amoris erga me, quum à fraterno amore, domesticoque discessi, tibi primas defero. Id est, post eos ille es qui maximo me amore prosequeris. Idem in Orat. Cui primæ sine controversia deferebantur.

Primùm, adverbium, Primò, primo loco. [בראשונה *barischonáh.* πρῶτον. Gall. *Premierement.* Ital. *Prima, primamente.* Ger.

ersten oder zum ersten. Belg. Den ersten. Hispan. *Primeramente.* Polon. Vng. Elsőször. Ang. *First.*] Ab hoc fiunt compostica, quam primùm, & ut primùm. ¶ Ponitur autem aliquando in oratione nulla alia sequẽte clausula. Plaut. in Asin. Censẽ' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Aliquando alia sequente clausula, cui præponitur præterea, vel deinde. Terent. in Adelph. Næ ego sum infœlix? primùm fratrem nusquam invenio gentium: Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium vidi. Idem in Prolog. Heavton. Id primùm dicam: deinde quod veni eloquar. Nonnunquam sequitur tertia clausula, cui præponitur postremò. Aliquando pro postremò bis subjungitur deinde.

Prīmō, Initiò, principiò, vel ante omnia. [בראשונה *barischonáh.* πρῶτον, πρῶτα. Gall. *Au commencement.* Ital. *Prima, vel principio.* German. Erstlich/von ersten. Hisp. *Primeramente.* Polon. *Na pierwsi.* Vng. Elsőzőr. Ang. *First or in the beginning.*] Terent. in Phorm. Cœpi adversari primó. ¶ Primiter dixit Pomponius in Maccis, geminis prioribus: Bono animo es, eripis primiter. vide infrá. ¶ Primè, Nevius in ἀνορτζομένῳ. Acontizomenus fabula est primè proba, Sosipater. lib. 11. Gram.

Prīmŭlŭs, pen. cor. dimmutivum. Plaut. in Amph. Primulo diculo abiisti ad legiones. ἐπὶ πρῶτον αὐτίκα ἔω.

Prīmŭlùm, adverbium, πῶῦ πρῶτον αὐτίκα. Terent. in Adelph. Paulatim plebem primulùm facto meam. Plaut. in Menæch. Nam tum dentes mihi cadebant primulúm.

Prīmārĭŭs, a, um. Primus, princeps, summus. [הראש *harósch.* πρῶτος. Gall. *Premier, qui est vn des premiers.* Ital. *Primario.* Germ. Das erst oder fürnemest. Hisp. *Cosa primiera en dignidad.* Polon. *Przednieyszy.* Vng. Első, elsö. Ang. *The first, chief or principall.*] Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificii fundamento ponitur. Primarii cives, qui primi sunt in civitate, qui principes cives, & viri principes etiã dicũtur. οἱ πάνυ ἴσχυροι, ἐξαίρετοι. Cic. 5. Verr. Hæc omnia deceo civitatum & privatis primarjorum virorum testimoniis. Plin. lib. 7. cap. 43: Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum Imperatorem, &c. Plautus Sucho: Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam? Terent. Phorm. Neque hujus sis veritús fœminæ primatiæ, Quin tu novo modo ei faceres contumelias. Primatio loco esse, Cic. 3 de Finib.

Prīmātēs, m. t. Dicti sunt qui & summates sive optimates, qui sunt primi in civitate. [ראשים *raschím* גדולים *ghedholim* שרים *sarím* קבִיבים *keisinim.* οἱ πρῶτοι ὄντες. Gall. *Les premiers & principaux.* Ital. *Primati.* Ger. Fürnemesten/die zu oberist am brãt sitzen. Hisp. *Los principales del pueblo.* Pol. Przednieyszy. Vngar. Fő fő nepek. Ang. *The principalles or nobles.*]

Prīmātŭs, hujus primatus, pe. prod. m. q Ipsa primatũ dignitas, sive ordo, principatus. [משרה *misráh.* τὸ πρῶτεῖον, τὸ ἄρχειν, τὸ τῆς πρώτης τάξεως ἄξιος. Gall. *Principauté, primanté.* Ital. *Principato, primo luoco.* Germ. Der Fürnemesten oder Oberisten Stadt vnd Würde. Hisp. *Primeria en dignidad, principado.* Polon. Przednieyszy vrzad albo godnosc. Vng. Vraság, elsőség, meltóság. Ang. *Principalitie or primacie.*] Plin. libr. 15. cap. 12: Primatum mutavit Cæsar. Idem lib. 8. cap. 5: Ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donavit. ¶ Primatum dare alicui rei. Varro 1. de Re rust. cap. 7: Alii dant primatum bonis pratis, ut ego quoq; à quo antiqui prata, parata appellabant.

Prīmānī, m. f. Primæ legionis milites dicebantur, quemadmodum Secundani, secundæ: Tertiani, tertiæ. [οἱ τῆς πρώτης οἱ ἐν τῷ πρώτῳ λεγεῶνι μαχόμενοι. German. Die fürnemesten Roumeister im Krieg.] Tacit Annal. lib. 1: Primani stratis, una & vicesimanorum principibus, aquilam abstulêre. Primanus Tribunus is dicebatur qui primæ legioni tributum scribebat, ut tradit Festus, citans Catonis orationem quam de suis virtutibus contra Thermum habuit.

Prīmōrēs, aliquando adjectivum est, & valet idem, quod summi vel extremi: [ראשים *raschím* גדולים *ghedholim* שרים *sarím* קבִיבים *keisinim.* οἱ πρῶτοι, οἱ ἄκροι. Gall. *Les premiers.* Ital. *Primi, primarij.* German. Die vorderisten / oder ausseristen. Hispan. *Los primeros.* Polon. Przednieyszi, przodkowie. Vngar. Elől való. Ang. *The noble and speciall men.*] ut Primores ungues, Primores digiti, Primores nares, Primoribus labris: nam in neutro genere reliquos casus non habet. Primores (inquit Nonius) dicuntur summæ quæque res. Lucil. libro 8. Satyr. Gallinaceus quum victor se gallus honestè Sustulit in digitulis duobus sumebas primoribus? Idem in Trinummo: Atque etiam modò versabatur mihi in labris primoribus. ¶ Primoribus labris gustare, est leviter quippiã attingere, & quod barbarè dicitur, *superficialiter.* Cicero pro Cælio: Equidem multos & vidi in hac civitate, & audivi, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent: sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando. ¶ Primores viri: hoc est, primi, sive optimates. Suetonius: Scripta famosa, vulgoque edita, quibus primores viri ac fœminæ notabantur, abolevit. ¶ Accusativum singularem protulit Gell. libro 16. cap. 5: Animadverti quosdam (*inquit*) haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulũ esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. Et Cato capite 81: Surculos in terram deprimito, extollitoque primorem partem. ¶ Ponitur aliquãdo primores substantivè pro optimatibus. Livius 1. ab Vrbe: Restitere Romani tanquam cœlesti voce jussi: ipse ad primores Romulus provolat. Virgilius 9. Aeneidos: Protinus armati incedunt: quos omnis euntes Primorum manus ad portas, juvenumque, senumque Prosequitur votis. Vbi Servius: Primorum: genitivus hic venit ab eo quod est, hi Primores, sicuti hi Proceres, quorum nominum nominativus singularis non invenitur, licet dicamus, hujus primoris. Horatius 2. Serm. Satyr. 1: Primores populi arripuit, populumque tributim. ¶ Nonnunquam pro dentibus anterioribus qui primi in ridendo reteguntur: Græcè τομᾶς & κόπους dicuntur. Plin. libro 11. capite 37: Terrestrium minutis quadrupedibus primores bini utrinque longissimi. Ibidem: Capræ superiores dentes non sunt, præter primores gemmos.

Prīmævŭs, a, um, In primo ætatis flore constitutus, ævo & ætate primus. [οἱ ἀκμάζων τῇ ἡλικίᾳ. Gall. *De la premiere aage, le plus aagé, ou plus viel.* Ital. *De eta fiorita.* German. Des ersten/blühenden alters. Hisp. *Cosa de la primera edad.* Pol. Pierwiego wieku. Vng. Viragaban elo. Ang. *The eldest, or of the first age.*] Virg. 9. Aeneid. -vix unus Helenor, Et Lycus elapsi: quorum primævus Helenor. Idem 10. Aeneid. - primævo corpore Lausus. Idem 7. Aen. -primævo flore juventus.

Prīmĭcērĭŭs, à cera (ut autor est Hieronymus in Chronicis, & Cassiodorus in Epistol.) dicebatur notarius principis qui cæteris honore antecedebat. Antiqui enim in ceratis tabulis scribebant. Idem & Græcè πρωτοκηρεύς dicitur. Ammianus Marc. Vexati sunt multi, & nocentes, & innocentes: inter quos Valentius ex primicerio protectorũ Tribunus. Ad eundem etiam modum secundicerius dicebatur qui secundum inter principis notarios gradum obtinebat.

Prīmĭgĕnĭŭs, a, um, Primitivus, quasi primogenitus. [בכור *bechór.* πρωτοτόκος, πρωτογενής, πρωτότοκος. Gall. *Premier né, creé, engendré* Ital. *Premieramente, generato, primogenito.* Germ. Erstlich erzeugt/fürgebracht. Hisp. *Primero engendrado.* Polon. *Pierworodny, pierwszy.* Vng. Elsőszületett, elsőszülött való. Ang. *The first begotten.*] Vnde Prim. - genia semina dicuntur quæ à natura nobis insita sunt, quæ Cicero prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem, conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteraque hujusmodi. Varro 1. de Re rust. ca. 40: In his intùs primigenia semina dedit natura. ¶ Primigenia pecuaria. Varro libro 2. cap. 2: Dicam de primigenia pecuaria: id est, de ovibus, quales sint ad fœturam utiles. ¶ Verba item vocantur primigenia. πρωτότυπα. ut lego, scribo, quæ non sunt profecta ab alio, sed suas quasi radices miserunt. ¶ Item primigenius sulcus dicitur, teste Festo, qui in condẽda nova urbe junctis tauro & vacca designationis causa imprimebatur. Et primigenia jura, primi & maximi natu filii. - Primigenia fortuna. Cicero 2 de Legibus: Fortunaque sit vel hujusce diei: nam valet in omnes dies: vel respicians ad opem ferendam: vel fors, in quo incerti casus significantur magis: vel primigenia à gignendo. Liv. lib. 34: Et ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicavit Qu. Martius Ralla, Duumvir ad ipsum creatus.

Prīmĭtīvŭs, a, um, Quod aliundè non habet originem. [πρωτότυπος. Gall. *Primitif, primeti-n, premier* Ital. *Primitivo.* Germ. Anfenglich oder vrsprunglich Hisp. *Cosa primero engendrada.* Pol. Przodawczy. Vng. Elsőszerzet nelkwel való. Ang. *The first, that cometh not of another.*] Vnde & primitiva verba quæ aliundè non derivantur: ut Amo. Primitivi anni. Colum. de Arbor. cap. 23: Ea res & fertilem arborem reddet, & primitivis annis fructum vinosum: postea verò etiam dulcem, & apyrinum.

Prīmĭpără, pen. corr. f p. Dicitur fœmina in quovis animalium genere, quæ primò peperit. [πρωτοτόκος. Gall. *Qui accouche de son premier enfant.* Ital. *Di primo parto.* German. Die zum ersten gebirt. Hispan *Hembra primeriza.* Polon. *Pierwaſtka.* Vngar. Első hasu. Vng. *That is broght a bed of hir first child.*] Plinius libro 8. cap. 40. de canibus: Et ab ea quæ fœmina sit, ex primipara genita, citiùs cerni.

Prīmĭpīlŭs, li, pen. prod. m. f. Centurio primæ cohortis, ut Liv. lib. 7. scribit. [πρώτου πίλου ἄρχων. Ger. Ein Hauptmañ der ersten Rott.] Nam ordo partes tres habebat, quarũ unamquanq; primipilum vocabãt. Ibidẽ: Id propter P. Solonium postulatũ est à cõjuratis qui alternis propè annis & Tribunus militũ, & primus Centurio erat, quẽ nũc *primipilum* appellant. Cæs. 2. bell. Gall. In his Primipilo P. Sextio Baculo fortissimo viro, multis gravibusq; vulneribus cõfecto. Primipilus (ut ait Veget. lib. 2.) cccc. milites ducebat in prima acie. eratq; caput legionis

Prīmĭpīlārĭs, dici videtur, non tàm miles qui ſub centurione primi pili merebat, quàm ipſe centurio qui olim præditus erat hac dignitate. Et ea ratione dicitur Primipilaris, qua Conſularis. Quintil. lib. 6 cap. 3: An Primipilaris ei teſtamento ſuadere ret ordinare ſuprema judicia. [Ger. Der der erſten Rott Hauptmann geweſen iſt.]

Prīmĭpŏtēns, [Vng. Elsŏ hatalmas, mindĕnŏk vagy hatalmásb.] Apuleius in Aſclepio Hermetis: Illē Divinus & pater, deus primipotens, & unus gubernator mundi.

Prīmĭtĕ̄ & Primitùs, adverbia à Primùm, primò, teſte Nonio. [בראשונה bariſchondh. πρῶτον. Gall. Premierement. Ital. Primieramente. Ger. Erſtlich/anfengtlichen. Hiſp. Primeramente. Pol. Wprzod. Vng. Elŏzŏr. Ang. Firſt] Lucil. lib. 5: Sicuti quū primiter ficos populare ſentis. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2: Primitùs oritur herba imbribus primoribus evocata. Idem lib. 1. cap. 31: In vitiario primitùs quum exit vitis, tota reſecari ſolet. Lucret. lib. 4: Tum quibus ætatis freta primitùs inſinuantur.

Prīmĭtĭŭs, a, um, Quod in aliqua re primū eſt. [ראשון riſchón. τὸ πρῶτον. Gall. Premier ou principal. Ital. Principale. Germ. Das fürnemſt Hiſp. Primero y principal. Pol. Przedny. Vng. Elsŏ. Ang. The firſt or principall.] Ovid. 12. Metam. Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

Prīmĭtĭæ, arum, f. p. Primi fructus ex agro percepti qui Deo offeruntur. [ראשית reſchith בכורים bichchurim. ἀπαρχαί, πρωτογεννήματα. Gall. Primices, les premiers fruits de l'annee qu'on offre à Dieu. Ital. Primitie di frutto che ſi offeriſcono à Dio. German. Die erſtling der newen Früchten. Hiſp. Las primicias de cada coſa. Pol. Pierſze vzitkí zrolei. Vngar. Sengeye. Ang. The firſt fruites of the yeare offered to god.] Priſci enim Romani, teſte Plin. lib. 18. cap. 2, non guſtabant vina, aut novas fruges priuſquam ſacerdotes primitias libaſſent. ¶ Primitias vitis reſecare cenſuerūt, inquit Colum. lib. 4. cap. 10: id eſt, prima flagella. ¶ Primitiæ operum. Stat. 2. Thebaid. Tu bellis, tu pace feres de more frequentes Primitias operum, non indignante Diana. Primitiæ armorū. Idē lib. 11. Thebaid. Hei mihi primitiis armorū, & rite nefaſto Libatus, juſſuſq; mori. Primitiæ lachrymarum, Idem 5. Theb. Primitias egomet lacrymarum, & cædis acerbæ Ante tubas, ferrumque tuli.

Prīmŏdum, pro primò. [בראשונה bariſchonáh. Ger. Zum erſtē/fürs erſt.] Plaut. in Capt. Primodùm opus eſt piſtorienſibus.

Prīmŏgĕnĭtŭs, m. f. inquit Hieronymus contra Helvidium, Eſt qui aperit vulvam, & ante quē nullus eſt genitus, non is quem frater pòſt genitus ſubſequit. [בכור bechór. πρωτότοκος. Gall. Premier-né. Ital. Primogenito. German. Ein erſtgeborner. Hiſpan. Primero engendrado. Pol. Pierworodni. Vng. Elsŏ zweleſzt. Ang. The firſt begotten.] Nam & omnis unigenitus eſt primogenitus: Alioqui ſi non primogenitus eſſet niſi is tantùm quem ſequūtur fratres, tandiu ſacerdotibus primogenita non deberentur, quandiu & alia fuerint procreata, ne fortè partu non ſequente unigenitus ſit, & non primogenitus. Eſt igitur primogenitus, non poſt quem alii, ſed ante quem nullus eſt genitus. Plin. lib. 11. cap. 40: Primogenitis in quacunque parte ſues primas premunt. Intellige mammas. Quanquàm ibi in pleriſq; exemplaribus Primis genitis, legitur, diviſis dictionibus: & præbent pro premunt.

Prīmōrdĭă, n. ſ. Quæ primò ordimur: hoc eſt, initia. [ראשית reſchíth. τὰ πρωτοτόκια, ἀρχαί. Gall. Commencemens. Ital. Principij. Germ. Die erſten anfäng. Hiſp. Comienços. Polon. Początki. Vng. Eley, kezdeti. Ang. The firſt entrances or beginninges.] Plin. lib. 12. cap. 1: Quamobrem par eſt ordinem vitæ, & arbores ante alia dicere, ac moribus primordia ingerere. Cic. in Partit. Vt Primordia rerum & quaſi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti. ¶ Belli primordia, Stat. 2. Achil. Dicēdi primordia. Quintil. lib. 1. cap 9: Geatis primordia, Ovid. 5. Metam: Aſpice, ait, Perſeu noſtræ primordia gentis.

Prīncĕps, principis, com. t. Propriè idem eſt quod primus. [הראשון harischón. πρῶτος. Gall. Prince. Ital. Principe. Germ. Ein Fürnemeſter oder Oberiſter / ein Fürſt. Belg. Een voirſt/overſte. Hiſp. Principe ò varon principal. Pol. Kſiąże. Vng. Fejedelem. Ang. A prince.] Cic. 3. Verr. Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium provincia eſt appellata. Idē de Orat. Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornavit. Ibidem: Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt, &c. Virgil. 9. Aen. Princeps ardentē conjecit lampada Turnus: hoc eſt, primus conjecit. Sic Ianuarium Columella principem menſem appellat, lib. 11. cap. 2. Principem locū vel gradū obtinere: hoc eſt, primum vel præcipuum. Cic. pro Domo ſua: Locum principem autoritatemq; in ſalute mea tenuiſtis. ¶ Ab hac ſignificatione manavit ut qui in civitate reliquis autoritate antecelleret, quiq; primum dignitatis locū obtineret, Princeps appellaretur. [נשיא naſi שר ſar. בן־ראש naghidh] Cic. pro Domo ſua: Civitatis longè princeps Pōpeius. Idē 8. Philip. O dii immortales, quàm magnū eſt, in civitate locū tueri principis. Plin. lib. 7. cap. 3: Fuit inter principes civitatis ſine potētia, ſine invidia. Dearum princeps Iuhō. Ovid. 6. Faſt. Cur igitur regina vocor, princepsq; dearū? Romani item, Imperatores ſuos, quòd Regum nomen iis eſſet odioſius, Principes appellaverunt. Ovid. 4. Triſt. Eleg. 4: Nec tamen officium noſtro tibi carmine factum, Principe tam juſto, poſſe nocere puto. In militia Romana principes dicebantur ſecundæ aciei milites, ex robuſtiore ferè ętate collecti & armis maximè inſignes. Ita enim apud Romanos acies inſtruebatur; ut primi hoſtes aggrederentur manipuli haſtatorū ex flore juvenum pubeſcētium collecti: qui ſi hoſtē propulſare non poſſent, à principibus qui omnes ſcutati erāt, in intervalla ordinum recipiebantur: moxq; hi in eorum locū ſuccedebant: haſtati autem poſt eos ſubſequebātur. Si à principibus quoq; nō ſatis fœliciter eſſet pugnatū, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, unoq; agmine facto, nullaque ſpe poſt ſe relicta, unà omnes in hoſtē procedebāt. Vide Liv. lib. 8. ab Vrbe. ¶ Octavum principem ducere, teſte Budæo, eſt octavum ordinem ducere inter principes. Cicer. ad Brutum: Cretenſi bello Metello imperatore, octavum principem duxit. ¶ Principis cura quæ debeat eſſe, vide Olaum Mag. in Præf. ſuper Goth. hiſtor.

Prīncĭpālĭs, le, om. t. Quod primū & præcipuum eſt, aut quod Principis eſt. [הראשון harischón, ἡγεμονικὸν, κύριον. Gal. Principal. Ital. Principale. German Das Fürnemeſt: Item, Fürſtlich. Hiſp. Principal. Pol. Przedniejszy, kſiążęcy. Vngar. Fő, felleb valo. Ang. Chieffe and principall.] Quintil. lib. 9. cap. 1: Eſt igitur Tropus ſermo à naturali & principali ſignificatione tranſlatus ad aliā, ornandę orationis gratia: id eſt, præcipua. Idem lib. 3. cap. 13: Hanc quæſtionem veluti principalem, vocant ἐφόδιον. Plin. lib. 18. cap. 3: Igitur de cultura agri præcipere, principale fuit & apud exteros. Cic. de Fato: Si omnia fato fiant, ſequi illud quidem, ut omnia cauſis fiant antepoſitis: verùm non principalibus cauſis, & perfectis, ſed adjuvantibus, & proximis. ¶ Principalis apparatus, & Res principales, quæ ſunt Principis, vel Principe dignæ. Tacit. lib. 3: Nullo principali apparatu, ſed vetere egeſtate conſpicuus. Plin. in Paneg. Tanta benignitas Principis, tanta ſecuritas temporum eſt, ut ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos. ¶ Principalis porta caſtrorū, inquit Feſtus, nominatur, quòd in eo loco eſt in quo Principes ordines tendunt. Liv. 4 bell. Maced. Duæ legiones duabus principalibus portis ſigna efferre juſſæ.

Prīncĭpālĭtās, f. t. [Vngar. Fejeg, kiualkeppen valoſag.] Macrob. Comment. lib. 1. cap. 3: Tria illa quæ ſola ſunt genera principalitatis amplectitur.

Prīncĭpātŭs, m. q. Dominatùs, primæ. Cic. de Nat. lib. 2: Principatum id dico, quod ἡγεμονικὸν vocant.

Prīncĭpālĭtĕr, adverb. Præcipuè. [κυρίως, ἡγεμονικῶς. Gall. Principalement. Ital. & Hiſp. Principalmente. Germ. Fürnemlichen oder Fürſtlichen. Polon. Krzetkiem, pokſziazeczu. Vn. Fő keppen. Ang. Cheifflie, ſpeciallie.] Plin. in Paneg. Quid vitam, quid mores juventutis quam principaliter formas? Seneca: Ille qui non magis dolere, quàm gaudere principaliter poſſet.

Prīncĭpĭum, principii, n. ſ. Initium cujuſvis rei. [ראשית reſchíth. ἀρχή. Gall. Commencement. Ital. Principio. Germ. Ein anfang/vrſprung. Belg. Een Beginſel/voorſpronck. Hiſp. Comienco. Pol. Początek. Vngar. Kezdet, eleie. Ang. The beginning of any thing.] Cicer. 3. de Finib. Omnium rerum principia parva: ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur. Idem 1. de Nat. deor. Cujus principium aliquod eſt, ejus neceſſe eſt eſſe extremum. ¶ Principium dicendi, pro orationis exordio: ut exalbeſcere in principiis dicendi, apud Cicer. de Orat. Ibidem: In utroque autem dicendi genere & principia tarda ſunt, & exitus, tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. ¶ Interdùm accipitur pro fundamento artis vel ſcientię, cui innituntur reliqua omnia quæ in ea tradūtur. Cic. 3. de Leg. Quocirca vereor committere ut non bene proviſa, & diligenter explorata principia ponantur. ¶ Interdum accipitur, pro primo illo rerum omnium fonte unde cætera omnia fluxerunt: atque initium ſumpſerūnt. Idem 3. Tuſc. Principii nulla eſt origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipſum autem ex re nulla alia naſci poteſt.

Prīncĭpĭă, principiorū, n. ſ. Locus in acie à principib. militibus ſic appellatus. Inde, Poſt principia eſſe, eſt eſſe in tuto, citraque periculum. Sumptum à bellis, in quibus tutiſſimus locus eſt poſt principia. Livius. Terent. in Eunuch. Tu hoſce inſtrue, hîc ego ero poſt principia. Vide Chiliadas Eraſmi. ¶ Principia in acie, pro principibus, ſæpè apud Livium ſumpta. Cic. ad Brutum: Spes libertatis nuſquam niſi in noſtrorum caſtrorum principiis eſt.

Prīncĭpĭō, adverb Primùm. [בראשונה bariſchonáh. πρῶτον. Gall. Premierement, en premier lieu, au commencement. Ital. Primieramente. Ger. Erſtlich/anfengtlich. Hiſp. Primeramente. Polon. Napoczątku, napoczętku. Vngar. Elŏzŏr. Ang. Firſt, in the beginning.] Terent. in Eunuch. Principiò vos credere ambos hoc mihi vehementer velim. Cicer. 1. Offic. Principiò generi animantium omni eſt à natura tributum, &c.

Prĭŏr,

Prĭŏr, prioris, com.t. Nomen comparativum, quod propriè de duobus dicitur. [הָרִאשׁוֹן *harischón.* πρότερος. Gall. *De deux le premier.* Ital. *Primo di due.* German. *Der vorder.* Hisp. *El primero entre dos.* Pol. *Przedniejszy.* Vng. *Elsŏb.* Ang. *The former or first of two.*] Cic in Pisonem: Me Quæstorem in primis, Aedilem priorem, Prætorem primum populus Romanus fecit. Idem de Claris Oratoribus: Etsi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio. Sic, Prior eloco causam dicere, Idem pro Quintio. ¶ Nonnunquam tamen priorem de pluribus dici legimus, ut idem sit quod primus. Gell. lib. 14: Quotiesque usu venisset, ut eorum prior aliis esset, ei potissimum Senatus consulendi jus fuisset. Apul. lib. 2. Flor. Vt Hippias è numero Sophistarum est artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. ¶ Priores nostros, pro majoribus nostris dixit Plin. lib. 3. Epist. 4: Veniebat in mentem & singulorum hospitum injurias accusationibus voluntariis executos. Et Virg. 3. Aen. Sicanio prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrium undosum: nomen dixêre priores Ortygiam.

Prĭorsum, ἐς τὸ ἐμπρόσθεν. Cui retrorsum opponitur. [Vngar. *Elŏl, elŏ fele.*] Macrob. Satur. li. 7. cap. 9: Septẽ corporei modus, aut enim accedit priorsum aut retrorsum recedit, &c.

Prīscŭs, a, um, Quod superiori ætate fuit, vetus, antiquus: [קַדְמֹנִי *kadhmoni.* ἀρχαῖος. Gal *Du viel temps, du temps iadis.* Ita. *Antico molto.* Ger. *Alt/des vergangnen alters.* Belg Out. Hispan. *Cosa antigua, de otro siglo.* Polon. *Stari.* Vngar. *Regi, ŏ.* Ang. *Ancient, of old tyme.*] ut Prisci Latini, qui fuêre antequam Roma conderetur. Cicero 3 de Orat. Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. Virgil. 9 Aen. -prisca fides facto, sed fama perennis. Martial. lib. 1: Prisca fides taceat, &c. Gens prisca mortalium, Horat. Epod. 2. More prisco. Ovid. 2. Fast. Flamen ad hæc prisco more Dialis erat. Religio prisca, Ovid. 10. Metam. Severitas prisca. Cicer de Arusp. resp. Cujus priscam illam severitatem sacrificii, mirificè tua sŏror existimatur imitata.

Prīscē, adverbium, Priscorum more. [ἀρχαϊκῶς, παλαιῶς. Gall. *À la vieille mode, à l' antique.* Ital. *All' antica, dal tempo antico.* Ger. *Auff die alte weis oder gattung.* Hisp *A guisa y manera antigua.* Pol. *Po staremu.* Vng. *Regi modra.* Ang. *After the maner of the antiquitie.*] Cic. pro M. Cælio: Vtrum me secum severè, & graviter, & prisce agere malit, an remisse, ac leniter, & urbané.

Proſpĭcŭŭs, Intentus, ac vigil, inquit Sipontinus ſed nullū proferet teſtimonium. [משקיף *mischkáph* שקד *ſchokédh.* προσκοπός. Gall. *Vigilant, attentif.* Ital. *Intento, vigilante.* Ger. Auffſehend/fleiſſig/wachbar Hiſp. *Velador.* Pol. *Oſtrożni.* Vng. *Vigyazo, zőmős, zőmlelő.* Ang *Attentiue.*]

Proſpiro, as, pen. prod. Spiritum lōgè lateq; diffundo. [נשב *niſchſchéb* πνέω. Gall. *Souffler loin.* Ital. *Soſiare da lungi.* Ger. Herfür athmē oder blaaſen. Hiſp. *Soplar de lexos.* Pol. *Dech rozpuſzczam.* Vng *Kifiuok ideſtoualelŏk* Ang *To breath a farre.*] Cato: Nam venæ eorum ubi ſuffl uæ ſunt ex cibo, non poſſunt proſpirare in toto corpore.

Prōſtăsis, ſive proſtaſia, προστασία, προστασία. Præfectura: vel præſidentia Latinè dicitur. ¶ Gell. item proſtaſin, quum qui pro alterius liti ſe opponit, & ejus defenſionem ſuſcipit, eventumq; præſtat. Budæus in Comment.

Proſterno ris, ſtrāvi, ſtrātum, 3 p. Intercā dejicio, proſtigo, protero. [הטיל *hittil* προσκλίνω, προσκλίνω. Gall. *Renuerſer, mettre par terre, abbatre.* Ital. *Gettare à terra, atterrare* Ger. Niderwerffen/niderſchlagen oder zu boden werffen Bel. Neder ſlaen/neder worpen. Hiſp. *Derribar, echar à tierra.* Pol. *Porzucam, opuſcie rzucam.* Vng *Le vetzem leuetzŏm* Ang. *To caſt to the ground and ouerthrowe.*] Colum. lib. 11 cap 3. Omnem viridem ſuperficiem intorquere. & in terrā proſternere conveniet. Apul. in Aſino: Puellamq; reluctantem tandem proſtravit. Liv. 9. ab Vrbe: Circa viā haud procul Capua omnium egena corpora humi proſtraverunt. Saluſt. Proſtratisq; militibus fugæ ſe dedit. ¶ Abjicere ſe atq; proſternere: id eſt, animum deſpondere. καταβάλλειν. Cic. in Parad. Sīve te abjicies, atq; proſternes, ut nihil inter te, &c. Proſtratæ religiones, à Cic. 2. de Leg. dicuntur dirutæ, & everſæ.

Prōſthĕſis, προσθεσις, Figura cōtraria aphæreſi, quam nos *additionem*, ſive *appoſitionem* vertere poſſumus, qua ſcilicet litera aliqua principio dictionis adjicitur: ut Gnatus, pro natus. A verbo Græco προστίθημι, quod eſt addere ſive apponere.

Prōſtĭtŭo, is, act.t. Pudicitiam vænalem habeo, corpus quæſtui expono. [προΐστημι, προαγαγών. Gall. *Abandonner à paillardér, faire l'office de maquereau ou maquerelle.* Ital. *Mettere femine in guadagno.* Ger. Herfürſetzen zur vnkeuſchheit/zur Hurey gemein vnd feil geben Bel. Voerſetten/gemeyn maken. Hiſp. *Ponel la maca al burdel y puteria.* Pol. *Kurwam fie ſtawam.* Vng *Bordelyba botſatom, teſtőnimel kereskődőm.* Ang. *To ſett open to euery one, to become a common harlot.*] Ovid. 1. Amor. Eleg. 10: Turpe tori reditu cenſus augere paternos, Et faciem lucro proſtituiſſe ſuam. Proſtituere pudicitiā, eſt pudicitiæ ſuæ nullo pacto parcere, nihilq; ſibi turpe putare quod alterius libidini collibuerit. Suetonius de Nerone, cap. 29: Suam pudicitiam uſq; adeò proſtituit, ut contaminatis penè omnibus membris, virorum ac fœminarum inguina invaderet. ¶ Trāsfertur & ad alia: ut, Proſtituere vocem foro: id eſt, ex cauſarum actione lucrum aucupari. Ovid. Eleg. 15: Non me verboſas leges ediſcere: nō me Ingrato voces proſtituiſſe foro.

Proſtĭtūtŭs, a, um, participium. [קדש *kadhéſch* זנה *zonéh.* πεπορνευμένος, πεπορνευκώς.] Plin. lib. 30. cap. 2: Vtinamq; inferos potiùs, & quoſcūque de ſuſpicionibus ſuis deos conſuluiſſet Nero, quam lupanaribus atq; proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas.

Prōſtĭbŭlum, ī, n.ſ. Locus in quo ſcorta proſtituūtur, lupanar, luſtrum [πορνεῖον, ἑταιρεῖον. Gall. *Bourdeau.* Ital. *Luoco meretricio lordido.* Ger Ein offen Hurenhauß. Hiſp. *La puteria ò burdel.* Pol *Zamtuz*, item kowal. Vng *Bordely.* Ang. *A houſe of bauderie or bawdy houſe.*] Aliquando meretricem ſignificat abjectiſſimam & vilissimam [זנה *zenáh* χαμαιτύπη, ἑταίρα. πόρνη, πόρνος. Gall. *Vne putain de bourdeau.* Ital. *Putana, meretrice.* Ger Ein gemeine Mār oder Dirn/ die ſich an offne örter herfür ſetzet. Hiſp. *Puta del burdel.*] Plaut. in Aulul. Bellum & pudicum verò prodibulum populi. ¶ Dicitur & proſtibula, læ, meretrix. Plaut in Perſa: nam hercle ſi abſq; me foret, & meo præſidio hic faceret te proſtibulā propediem. Feſtus: Alicarię meretrices appellabantur in campis ſolitę ante priſtina alicariorum veſtis, quæſtus gratia: ſicut eæ quæ ante ſtabula ſedebāt, proſtibulæ dicebantur.

Proſto, proſtas, proſtĭti, proſtatum, n.p. Pudicitiam vænalem habeo, corpore quæſtū facio. [זנה *zenáh.* πορνεύω. Gall. *S'abandonner.* Ital. *Proſtituta femina a chi viene à lei.* Ger. Zur Hurey offentlich feil ſeyn. Bel Voorſtaen/te koop ſyn. Hiſp. *Eſtar puesta à la puteria.* Pol. *Przedaie ſie do kurestwa.* Vng. *Teſtőmmel kereskődőm, bordélyos kodom* Ang. *To ſtand to be ſold or hyred.*] Plaut. in Cur. Hæ ſaltem in occultis locis proſtant, vos in foro ipſo. Iuven. Sat. 1. Quid referam, quāta ſiccum jecur ardeat ira, Quū populum grege ſuis comitū premit hic ſpoliator Pupilli proſtantis? Idem & de circumjuſtis proſtare puellas. ¶ Item ante ſtatuam Quinti Iubet proſtare gladio cinctum, Anguli proſtātes, hoc eſt promunturia exeunt a Lucri lib 2.

Proſtĭbĭlum, ī, n.ſ. Tabernæ [כרה *charah.* חנות *chanbáh.* καπηλεῖον. Gall. *Cabaret.* Ital. *Taberna.* Ger Außſchanken. Hiſp. *Mucho canar.* Pol. *Szynk piwny.* Vng *Magzom, nyomi.* Ang *To digge deepe*] ut, Proſtibilis ager, ut campus pecuarius. Virg. lib 3. Georg. Et pede prendat ager, tetram, ſitiat arbore cultas.

Proſtum, proſtis, proſtĭi, Quod pro aliquo ſum, utilitati ſum. [הושע *hóſchia.* Gall. *Aider & ſeruir, profiter à autrui* Ital. *Giouare.* Ger. Nutz ſein Bel. Vorderen. Hiſp. *Aprouechar, ayudar* Pol. *Pomagam, pożytek* Vng. *Haznalok* An. *To profit or y man, to do good to*] ferent in Hexyr. Quicquid eſt id quod reliquit, proſtat. Heſt nobis ſtat, ſicut exponit Donatus. Cōſtruitur aliquando cum dativo, cum præpoſitione Ad. Liv. 2. ab Vrbe: Non tantum quantum profuit ad cōcordiam civitatis, &c. ¶ Aliquando cum dativo. Cic. 4. Acad. Sed etiam ut multis proſimus [illegible]

Proſumĭa, æ, f.p. Genus navigii levis ſpeculatorii, quod & geſtoria vocant. πλοιάριον. Plautus: De nocte ad portum profectus ſum proſumia. Cęcilius: Qui pro gubernatore ſe gerens propè vertit proſumiam.

Prŏtăsis, [προτασις. Gall. *Propoſition.* Ital. *Propoſitione.* Ger Ein kurtzer vnd vollkommer ſpruch/ein ſchlußred. Hiſp. *Propoſition.* Pol. *Przełożenie, propoſika.* Vng. *Diſputalaſra ki iratot kerdes.* Ang. *A propoſition.*] A Græcis dicitur quæ à Latinis enuntiatio: à quibuſdam etiam propoſitio, & potiſſimùm ea quæ in diſputationem vocatur. A verbo προτείνω, quod inter cætera ſignificat, diſputandum propono, ſive in dubium revoco. Ariſtot. in Top. Protaſin eſſe ait quæſtionem quæ in unam duntaxat partem efferatur: ut Súntne divitiæ bonæ? quam ſi in utranq; efferas partem, problema fiet: ut Súntne divitiæ bonæ, an non?

¶ In fabulis

¶ In fabulis item protasis dicebatur prima pars dramatis, teste Donato in Prolegomenis in Terentium. Vnde protaticam personam appellabant, quę in initio fabulæ introducta explicandi argumenti causa, in tota deinde fabula nusquam apparebat. Ejusmodi est persona Sosiæ in Andria Terentiana.

Prōtĕgo, is, pen. cor. protexi, protectum, act. t. Tego, defendo. [סָכַךְ *sachách* בָּנָה *ghanán*. σκεπάζομαι, σκεπαστής. Gal. *Garder, defendre, couurir.* Ital. *Coprire & diffendere.* Ger. Bedecken vnd beschirmē. Hisp. *Cubrir estendiendo, defender.* Pol. *Nakriwam, bronie.* Vng. *Befödözöm, otalmazom.* Ang. *To couer, to defend.*] Plin. lib. 12. cap. 1: Arbor se vastis protegens ramis. Idem lib. 19. cap. 8: Primo anno stramento ab hyeme protegi. Cicero pro Sylla: Ego jacentem & spoliatum defendo & protego. Ovid. 8. Metamor. -suis licet hunc Latonia protegat armis: Invita tamen hunc perimet mea dextra Diana.

Prōtĕctŏr, ris, m. t. ὑπερασπιστής. propugnator. [Vn. *Otalmazo, födözgetö.*] Iulius Firmicus Mathes. lib. 3: Scutarii protectores Imperatorum.

Prōtĕctŭs, à, um, partic. Tectus, sive latè tectus. [סָכוּךְ *sachúch* בָּנוּי *ghanún*. σκεπαστὸς, κεκαλυμμένος. Gall. *Couuert.* Ital. *Coperto.* Ger. Bedeckt. Hisp. *Cubierto.* Pol. *Nakryty, obronioni.* Vng. *Befödöztetöt, otalmaztatot.* Ang. *Couered, defended.*] Ovid. 2. Met. Ecce venit rutilis humeros protecta capillis Filia Centauri. Hoc est, humeros habens tectos capillis. ¶ Aliquando nomĕ est, & ponitur pro cautus. Cicer. 5. Philip. Quid sapientia? cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione prōtectior.

Prōtĕctŭs, us, ui, m. q. σκέπασμα, tegmen, tegumentum, tutela. [Vn. *Födel, födözes otalmazas.*] Scęvola D. lib. 8. tit. 2. l. 4: Lucius Titius aperto pariete domus suæ, quatenus stillicidii rigor & tignorum protectus competebat, januam in publico aperuit.

Protĕctum, cti, n. s. quod & projectum dicitur, Pars est domus prominens, qualia sunt meniana, & podia pensilia, unde prospectus est nobis in vicos. [γᾶσον. Gal. *Soußpenduë, soußpente, saillie.* Ital. *Poggiolo, poggio.* Ger. Erckel oder andere dergleichen fürauß gehende gebeuw. Hisp. *El ala del dejado que buela.* Pol. Al'kierę, *falka.* Vng. *Folioso, tornacz.* Ang. *A place of a house standing further out then the rest to look out at.*] Dicitur autem protectum à protegendo, sicut à projiciendo, projectum. Nam quod alii protegere dicunt, Cicero in Topicis, vocat tectum projicere. προστεγεῖν. Quoniam (*inquit*) Pontifex Scævola id solùm ambitus ædium esse dixit, quantum parietis communis causa tectū projiceretur, &c.

Prōtĕlŏ, as, pen. prod. act. p. Longè arceo, abigo, propello: [דָּחַף *dacháph* דָּחָה *dáchah*. ἀπέρχω. Gall. *Chasser loin, reietter loin.* Ital. *Scacciare lontano.* Ger. Abtreyben oder hinweg treybē. Bel. Wtsluyten/verdryuē. Hisp. *Empuxar à lexos.* Pol. *Odpedzaw.* Vn. *Tauul wzöm.* Ang. *To driue or chase away.*] à Græco adverbio πρόσω, teste Festo, quod significat procul. Sisenna li. 4. Hist. ut citat Nonius: Duæ cohortes de subsidio procedunt, atq; equites protelant. Turpilius Lemniis, apud eundem: Propter peccatum pusillum indignissimè patria protelatū esse sævitia patris. Protelare dictis, idem est quod perturbare. Terent. in Phorm. Neu te iratus suis sævis dictis protelet. ¶ Protelare pro protrahere, D. lib. 3. t. 1. l. 2: In omnibus autē causis in quibus protelatur admonitio, hoc procedere sinè tēporali damno creditorum oportet.

Prōtēlum, li, [Ger. Das hefftig nachtringen vnd beharren in einem Streit.] antiqui dixerūt pro jugi quippiā agendi tenore. Lucil. Satyr. lib. 6. ut citat Nonius: Quem neq; Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis cervicibus possent. Idem lib. 12: Hunc juga prótelo malotum ducere centum nō possunt. Lucret. Vndiq; protelo plagarum continuato: id est, tenore, inquit Donatus.

Prōtēmpŏrĕ, adverbialiter, Pro ratione temporis, ut tempus monet. [κατὰ καιρόν. Gall. *Selon le temps.* Ital. *Secundo il tempo, per necessità.* Ger. Der zeit nach / nach gelegenheit der zeit. Hisp. *Segun tiempo, per necessidad.* Pol. *Wedlie czasu.* Vng. Az Időhöz képest. Ang. *According, to the tyme, as the tyme requireth.*]

Protēndo, is, act. t. Vltrà tendo. [דָּרַךְ בכח *beerich* נָטָה *natáh*. ἐκτείνω, ἐκτανύω. Gall. *Estendre & alonger, auancer.* Ital. *Porgere inanzi.* Ger. Fürauß strecken. Bel. Voorstrecken. Hisp. *Estender antes.* Pol. *Wyczągam.* Vng. *Ki nyuytom, elö nyuytom.* Ang. *To deferre or prolonge, to stretch forth.*] Ovidius ad Pisonem: Tu nanti protende manum, tu Piso latentem Exere. Plin. lib. 11. cap. 43: Inter digitos medius longissimè protenditur. Virg. 2. Aeneid. Ille humili, supplexq; oculos, dextramq; precantem Protendens: Equidem merui, nec deprecor, inquit. ¶ Item ponitur pro profero, differo, ἀναβάλλω. Cic. ad Fam. lib. 10: Comitia tamen in Ianuarium mensem protendimus.

Prōtēntŭs, a, um, participium. [נָטוּי *natúi*. ἐκτεταμένος. Gall. *Estendu, prolongé.* Ital. *Steso, prolongato.* Ger. Außgestrecht. Hisp. *Estendido, prolongádo.* Pol. Wyczągnioni. Vng. *Ki nyuytatot.* An. *Stetched forth, prolonged.*] Virg. 1. Georg. Hinc à sturpe pedes temo protentus in octo. Tacit. lib. 14: Et eques protentis hastis perfringit quod obvium & validum erat.

Prōtĕnŭs, adverbium, Quasi porro tenus, & longè à finibus, interprete Servio. [πηλοῦ. Gall. *Loin.* Ital. *Lontano.* Ger. Wett von dannen. Hisp. *Lexos.* Pol. *Dalieko stad.* Vn. *Tauul, hatartul mezze.* Ang. *A far of.*] Virg. Aeglog. 1: -en ipse capellas Protenus ægerago. Sic enim legit Caper, quanvis in vulgatis quibusdā codicibus Protinus, per i, legatur.

Prōtĕrmĭno, as, Propago, fines promoveo, à termino promovendo ductum verbum. [τὰς ὅρους παρεκτείνω. Gall. *Prolonger le temps, prolonger le terme.* Ital. *Prolongare il tempo, prolongare il termino.* Ger. Die Marcken erweiterē oder weiter hinauß rucken. Hisp. *Dilatar en luengo tiempo, poner terminos à lexos.* Pol. *Granicze rozszerzam.* Vng. *Határt kiliyeb vetök, halogatok.* Ang. *To delay.*] Apul. lib. 9: Fines usq; & usq; proterminaveris.

Prōtĕro, ris, pen. corr. protrivi, protritum, n. f. Pedibus conculco. [דָּרַס *ramás*. καταπατέω. Gall. *Fouler aux pieds, escacher.* Ital. *Calcare con piedi.* Ger. Zertretten mit füssen. Bel. Vertreden. Hisp. *Hollar con los pies.* Pol. *Nogami szperam.* Vng. *Meg tapodom.* An. *To treade with the feete.*] Plaut. Ego hic te mulier, quasi sus catulos pedibus proteram. Et in Amph. Fœdant & proterunt hostium copias jure injustas. Cæs. 2. bell. Civil. Equitatus hostiū ab utroq; cornu circuire aciem nostram, & aversos proterere incipit.

Prōtrītŭs, a, um, participium. Cōculcatus. [דָּרוֹס *nirmás*. καταπεπατημένος. Gall. *Foulé aux pieds.* Ital. *Calcato con piedi.* Ger. Zertretten mit füssen getretten. Hisp. *Hollado con los pies.* Pol. *Nogami starty.* Vng. *Meg tapottatot.* Ang. *Treaden with the feete.*] Liv. 4. belli Macedonici: Quod maturuerat circa demessum, & convectū est viride: ne hostes mox haberent protritum & corruptum.

Prōtĕrrĕo, res, act. s. A'lōgè terreo, vel terrore incusso abigo. [הֶחֱרִיד *hecherídh*. ἐκφοβέω. Gall. *Espouuenter.* Ital. *Spauentare.* Ger. Abschrecken. Hisp. *Espantar.* Pol. *Odstraszam.* Vn. *El ezötöm.* Ang. *To feare away.*] Strab. lib. 2. Theb. Protinus idem ultro jaculo parmaq; Menœten Proterrebat agēs. Virg. 12. Aeneid. Adverso proterret equo: ruit ille recedens.

Prŏtĕrvĭă, æ, f. p. Petulantia, lascivia. [זָדוֹן *zadhón* סָרָה *saráh*. ἀσελγεία, ἀπαιδευσία. Gall. *Fierté & arrogance.* Ital. *Soperbia, sfacciataggine, ribalderia, lasciuia, ostinatione, arrogantia.* Ger. Mutwilligkeit/frechheit/gottlose. Bel. Oertelheyt/brootdronckenheyt. Hisp. *Desuerguenca, soberuia.* Pol. *Zuchwalstwo.* Vng. *Zilayság, faytalanság.* Ang. *Malapertnesse, saucinesse, waywardnes, pride.*] Lucretius: Capripēdes agitat cūm læta protervia Panas. Quo etiam nomine significatur sacrificiū quoddam (ut testatur Macrobius) in quo mos fuit, ut siquid ex epulis superfuisset, igne consumeretur: quemadmodum Moses de agno Paschali præcepit. Hinc est jocus ille Catonis in Albidium quendam, qui quum bona sua comedisset, & novissimè domū quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, proterviam eum feciſſe dicebat. Quod enim comesse non potuerat, id combussisse.

Prŏtĕrvĭtās, tatis, f. t. Protervia. [זָדוֹן *zadhón* סָרָה *saráh*. ἀσελγεία.] Terent. in Heavt. Quām penè tua me perdidit protervitas. Cic. pro Cælio: De corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sumptibus immēsa oratio est. Horat. 1. Carm. Ode 19: Vrit grata protervitas, Et vultus nimium lubricus aspici.

Prŏtĕrvŭs, a, um, Petulans, procax, improbus. [זָדוֹן *zedh* סוֹרֵר *sorér*. ἀσελγὴς, ἀκόλαστος. Gall. *Fier & arrogant.* Ital. *Proteruo, tristo.* Ger. Mutwillig/frāch vnd stoltz/ meisterhafft. Bel. Oertel/hoomoedich. Hisp. *Desuergon cado.* Pol. *Zuchwały.* Vng. *Faytalan.* Ang. *Malapert, proude, saucie.*] Includit enim hoc nomē lasciviā quandam & libidinem cum superbia conjunctā, animiq; incontinentiam pronam ad quemvis lacessendum. Cic. pro Cælio: Si vidua liberè, proterva petulanter, dives effusè, libidinosa meretricio morè viveret: adulterū ego putarem si quis hanc paulò liberiùs salutasset. Terentius Heavt. Ne ineptus, ne protervus videar. Cic. 5. de Fin. Et flexi, fractiq; metus, quales protervorum hominum aut mollium esse solent, contra naturā sunt. Ovid. Epist. 6: Damnaret nati facta proterva pater. Iuvenes protervi, Horat. 1. Carm. Ode 25. Lingua proterva, Ovid. in Ibin. Oculi protervi, Ovid. Epist. 16. Manus proterve, Ovid. 12. Metam. Venti protervi, Horat. 1. Carm. Ode 6

Prŏtĕrvē, adverbium, Petulāter, procaciter, immoderatè, & superbè. [ἀσελγῶς, ὑβριστικῶς, ἀκολάστως, ὑπερηφάνως. Gall. *Fierement, & arrogamment.* Ital. *Fierramente, arrogantemente.* Ger. Frāchlich/mutwilligklich/vbermütigklich/trotzlich. Hisp. *Desuergon cadamente.* Pol. *Zuchwalie.* Vn. *Faytalanul.* Ang. *Malapertlie, proudlie.*] Plaut. in Rud. Quis est qui tam protervè foribus facit injuriam? Ovid. 1. Amor. Eleg. 4: Multa miser timeo, quia feci multa protervè. Terent. Hecyr. Ecce autem tu quoque protervè iracundus es. Ovid. 1. de Arte: Et quicquid dices, facésve protervius æquo, Credatur nimium causa fuisse merum.

Prŏtĕrvĭtĕr, in eadem significatione. Ennius Pancratiaste, ut citat Nonius: Quis est qui nostris foribus tam proterviter insultat?

Prŏtĕrvĭo, is, Lascivio, protervè & petulanter ago, ἀπλογαίνω, ἀκολαστέω.

Prŏtĕstŏr, protestaris, d.p. [העיד *hehídh.* διαμαρτύρομαι. Gal. *Protester.* Ital. *Protestare.* Ger. Offentlich bezeugen. Hisp. *Protestar.* Pol. *Oświadczam sie.* Vng. *Protestálok, tudomanteszök.* Ang. *To protest.*] Iurisconsultorum verbum est, quo illi utuntur pro eo quod est cavenda, & quę fieri nō debent, manifestè denuntio.

Prŏtĕstātĭo, verbale, f.t. Hoc est animi nostri declaratio, juris acquirendi, vel conservādi, vel damni depellendi causa facta.

Prŏthĕsĭs, πρόθεσις, Pars orationis apud Græcos, quam Latini præpositionem appellant. ¶ Est & figura contraria aphæresi, qua litera vel syllaba principio dictionis adjicitur: ut Gnatus, pro natus: tetulit pro tulit. Hanc tamen figuram alii prosthesin malunt appellare.

Prŏthўmă, prothymatis, [πρόθυμος. Pol. *Kurzawa.*] Dicitur vaporatio turis, siliginis, hordei, aliarúmve primitiarū, quæ ante sacrificium fieri solebat.

Prŏthўmĭă, æ, f.p. [προθυμία. Gal. *Promptitude, diligence, allegreté de courage.* Ital. *Prontezza, diligenza, animozita, accortezze.* Germ. Frutsamkeit/leichtsinnigkeit/ gutwilligkeit. Hisp. *Ligereza, prestezza.* Pol. *Dobrotliwość.* Vng. *Kezjeg, haylandosag.* Ang. *Readinesse and good will with courage.*] Latinè prōptitudo, alacritas, animi propensio. Plaut. in Stich. Vides benignitates hominum perire, & prothymias. Sic etiā πρόθυμον dicunt Græci pro prompto, alacri, & propenso. A` nomine θυμὸς oxytono, quod animum, sive animositatem significat: nam θῡμὸν paroxytonon, herbæ nomen est.

Prŏthyrĭs, pen. prod. hujus prothyridis, pen. corr. f.t. Vitruvius. [Ger. Vberthür.]

Prŏthўrŏn, pen. corr. [אולם *vlám.* πρόθυρον. Ger. Ein vorhof oder vorschopff / dardurch man ab der gassen in das Hauß geht. Pol. *Przedsionek.*] Vestibulum in privatis ædibus, teste Vitruvio: nā urbium, templorum, regiarumq; vestibula, propylæa potiùs dicuntur.

Prŏtĭnŭs, pen. corr. Statim, sine mora. [מהרה *meheráh.* αὐτίκα. Gall. *Soudainement, subit, incontinent, tout de suite.* Ital. *Di subito, senza di mora.* Germ. Eins wägs/von stundan/ohn verzug. Bel. Werde terston Hisp. *Luego.* Pol. *Hned, natichmiast.* Vng. *Ningyarust.* Ang. *Furthwith, by and by.*] Virgil. 4. Aeneid. Protinus ad Regem cursum detorquet Iarbam. ¶ Quandoque accipitur pro deinceps, deinde ἐφεξῆς, ἑνὰδὲν. Virg. lib. 3. Georg. Protinus aërii mellis cœlestia dona Exequar. ¶ Quandoq; pro jugiter, cōtinuó. Virg. trajecto missa lacerto Protinus hasta fugit, servatq; cruenta tenorem. Plinius lib. 5. cap. 9: Originem habet in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. ¶ Quandoque pro omnino, ὅλωσιν. Virgil. - quum protinus utraq; tellus Vna foret: id est, omninò una, uel ut Servius exponit, continua. ¶ Ponitur aliquando pro simul, sive etiam. Virg. 6. Aeneid. - quin protinus omnem Perlegerēt oculis. Etenim quod statim fit, quasi simul fit, ait Valla. ¶ Aliquando pro eo quod vulgò dicitur *Directè, & immediatè*, autore Budæo. Vlpianus: Etenim parvi refert protinus patrono libertus cogatur dare, an per interpositam fidejussoris, vel rei personam. ¶ Aliquando pro primùm, sive à principio. Celsus: Aliquæ febres protinus à calore incipiunt. ¶ Aliquando pro uno, eodemq; tempore. Virgil. 8. Aeneid. Nam memini Hesiones visentem regna sororis Laomedontiadem Priamum Salamina petentem, Protinus Arcadiæ gelidos invisere fines. Servius. ¶ Quū autem additur negatio, significat non ideo: sicut fit in continuò, & statim. Quintilianus: Non autem ut quicquid præcipuum necessariò est, sic ad efficiendum oratorē maximi protinus erit momenti. ¶ Protinam veteres dicebant in eadem significatione: quod & Festus annotavit. Terent. in Phorm. Atque hinc me conjicerem protinus in pedes. Vbi Donatus: Protinam fuit, & sic Nigidius legit. ¶ Protenus verò per secundam vocalem in penultima, ex porro & tenus compositum. idem valet quod procul, sive usq; in locum longè dissitum. Virgil. 1. Aeglog. - en ipse capellas Protinus æger ago. Sic enim legit Caper: quanvis in vulgatis quibusdam exemplaribus protinus per tertiam vocalem legatur.

Protion. Veratrum nigrum, Dioscor. lib. 4. cap. 152.

Prŏtŏcōlum, unico l. pen. prod. [πρωτόκολλον. Gall. *Protocole.* Ital. *Protocolle.* Ger. Ein Protocoll/ das ist/ ein kurtze verzeichnuß eines gantzen handels / welchen man hernach weitleuffiger beschreyben kan. Hisp. *El protocolo del notario.* Pol. *Protocul, krotkie naznaczenie rzeczy dostatecznego napisiu.* Vng. *Ki notalas rövidelen valo kis iegyzes.* Ang. *That which is shortlie noted and observed.*] Propriè dicitur illud quod breviter & succinctè à tabellione notatur, ut postea per otium quoties opus sit, latiùs possit extendi. Dictum protocolum, quasi primum membrum, vel potiùs prima membrana. Sunt qui gemino l scribendum velint, putentq; deduci à Græco nomine κόλλα, quod nobis *gluten* significat: sive quòd glutine chartæ soleant conglutinari: sive quòd in glutine seu cera per tabulas extensa olim scriberetur. Vide ea quæ suprà annotavimus in dictione MACROCOLON.

Prōtŏgŏnŏs, Latinè Primogenitus. [πρωτόγονος. Gall. *Premier né, premier engendré.* Ital. *Primogenito.* Ger. Ein erstgeborner. Hisp. *Primero engendrado.* Pol. *Pierworodni.* Vng. *Elsö szülött.* Ang. *First begotten.*] Quo nomine ab Orpheo dictus est Deus, qui ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta creata.

Protogonon, Sempervivum apud Dioscoridem libro 4. capite 91.

Prōtŏllo, is, Differo, prolongo. [האריך *heerich* משך *mischthéch.* μακρύνω. Gall. *Differer, prolonger.* Ital. *Differre, prolongare.* Germ. Verziehen/verlengeren. Bel. Vertrecken. Hisp. *Estender, luengo, differir.* Pol. *Przedłużam.* Vng. *El halaztom.* Ang. *To delay or prolonge.*] Gell. libro 3. capite 16: Neq; ultra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest. Plaut. in Cas. Protollo mortem mihi. ¶ Ponitur & pro profero sive extendo παρατείνω. Plautus in Pseud. Manum protolle, & pariter profecto manum.

Prōtŏno, as, are, pen. cor. n.p. [קרא *kará.* προβοητία, πρὸ βοῆς. Gall. *Tonner avant, crier à haute voix le premier.* Ital. *Gridare avanti la voce.* Ger. Herfür thönen/ votan schreyen. Hisp. *Tronar ántes, gritar el primero.* Pol. Wprzod spiewam. Vng. Dörgök, *fel zavat kolok.* Ang. *To thunder.*] Val. 4. Argon. Devolat inde furens, nec quâ via, cúrve profecti, Nec genus antè rogat, sed tali protonat ira, Incipite, ó juvenes, &c.

Prōtŏmārtyr, com. t. πρωτομάρτυς, primus testis.

Prōtŏnŏtārĭŭs, πρωτονοταρίος, Primus notarius. Notarius verò à nota deducitur, sed primùm notarii barbarè dicuntur.

Prōtŏmўstă, [ראש הכהנים *rosch hachchohanim.* πρωτομύστης.] Mystarum princeps. Mystæ autem sacerdotes appellantur, qui mysteria, & Ecclesiæ secreta regunt & administrant.

Prōtŏplastŭs, πρωτόπλαστος, Epitheton Adāmi, cōmunis humani generis parentis: quem hominum primum Deus creavit, & ex luto finxit.

Prōtŏtŏcŏs, pen. acuta, πρωτότοκος, Quæ semel tantùm peperit, quam & Latini primiparā dicunt. Prototocos autem cum accentu in antepenultima, πρωτότοκος, primogenitum significat. Sed hæc, quoniam ad institutum nostrum nihil pertinent, satiùs fuerit petere ex Græco Lexico.

Prōtŏtŏmŭs, pen. corr. m.s. [πρωτότομος. Ger. Zum ersten abgehauwen oder abgeschnitten/ vom ersten schnitt.] adjectivum est, id significans quod primùm & ante omnia secatur: unde accipitur pro cymis tenerioribusq; caulibus qui verno tempore ex brassicis, aliísve herbis solent succidi. Colum. lib. 10: Sed jam prototomos tempus decidere caules. Martial. lib. 10: Et faba fabrorum, prototomiq; rudes.

Prōtŏtўpŏn, pen. corr. πρωτότυπον, Exemplar primitivū quod ad alterius similitudinem effectum non est: quod & archetypon dicitur. ¶ Est & prototypus adjectivum, πρωτότυπος, idē significans quod primitivus.

Prōtrăho, is, a ct. t. In lucem, seu in conspectum traho. [משך *maschách.* προσύρω. Gall. *Mettre & tirer en avant par force.* Ital. *Tirar fuora.* Ger. Herfür ziehen. Hisp. *Retraher, traher à fuera.* Pol. *Przeciągam.* Vng. *Elö vonzom.* Ang. *To drawe to light or before in presence.*] Liv. 8. bell. Pun. Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicii expromebatur. Cic. 6. Verr. Hinc in convivium Sext. Cominium protrahi jussit. Protrahere ad judicium, Liv. 3. bell. Maced. Verum protrahere alicunde: hoc est, elicere, Lucr. lib. 1. ¶ Protrahere, augere. Valer. li. 1. cap. 3. de C. Cassio: Vt rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret. ¶ Protrahere, differre, prolōgare. [משך *mischschéch.* ἀναβάλλειν.] Sueton in Neron. cap 32: Vt stipendia quoq; militum, & commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset. Seneca in Herc. fur. - & longa fame Mors protrahatur lenta.

Prōtrĕptĭcŭs, προτρεπτικός, Instructivus, & exhortativus. Symmachus in Epist. Indulge stylo, aliquidve didascalicū, seu protrepticum scribe. Ausonius: Libellum (*inquit*) instar protreptici luseram Capitolinus ait librum cui titulus Hortensius, scriptum esse à Cicerone ad exemplar protreptici.

Prōtrĭmĕntă, protrimentorum, n.s. Dicūtur edulia minutim trita, concisa qualia hodieq; in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus frustillatim concisis. A` tritura dicta quasi à proterendo.

Protrŏpon, pi, pen. corr. n.s. [תירוש *tiróschh.* πρότροπον, οἶνος. Gall. *Mere goutte, le vin ou mouſt qui coule avant que les raisins soyent foulez ou pressez.* Ital. *Vino che colla delle vue prima che siano fatte.* Ger. Der vorschutz des Mosts so man auff die trotten schuttet/ eh man anfahet trenen. Hisp. *Vino de vua no pisada.* Pol. *Musst sam przez sie zaczączy sie, niż grona prassuia.* Vng. *Az nyomatlan bor kis szörkedo must.* Ang. *Sweet wine, that floweth or runneth before the berries be pressed.*] Mustum quod sponte profluit antequam uvæ calcentur. Plin. lib. 14. cap. 9: Sed inter genera potuum ponere debeo

& protropum.

& protropũ. Ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens antequam calcentur uvæ. Colum. libro 12. cap. 27, lixivium mustum appellat, quod in lacũ musti profluit antequã uvæ calcẽtur: similitudine nimirum ducta à nostra lixivia quæ per colum madente cinere paulatim distillat. Athenæus prodromum, & protropon appellatũ scribit à Mitylenæis, quod apud eos dulce nascebatur. Quin & Plinius protropon Gaidium inter transmarina vina agnoscit.

Prótrudo, is, Impello, provolvo, quasi porrò trudo. [προωθῶ. Gall. *Pousser en auant.* Ital. *Spingere, riuolgere.* Ger. Furstossen/fuwschatten. Hisp. *Empuxar, rebolver.* Pol. Wypicham. Vng. *Elő tolyom.* Ang. *To thrust forward.*] Cicer. de Fato: Vt igitur qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit, sic, &c. Lucret. lib. 4: Paulatim moles protruditur atq; movetur.

Prótūtēlă, æ, Tutela. [Vn. *Vice gonduiseles, tutorsag.*] Vlpianus Dig. 27. tit. 5. l. 1: Protutelæ actionem necessariò prætor proposuit. Nam quia plerunq; incertum est utrum quis tutor, an verò quasi tutor pro tutore administraverit tutelam, idcirco in utrumq; casum actionem scripsit.

Protūrbo, as, Propello, abigo, arceo. [רשׁ gharásch הדיח *hiddidh.* ἀπάεχω. Gall. *Chasser, ietter hors par force, repousser.* Ital. *Scacciare.* Ger. Hinweg treyben/hinauß stossen/dañen stürmen Hisp. *Empuxar.* Pol. Wyganiam, wypicham. Vng. *El haygalom, el* wżőm, *el taxigalom.* Ang. *To thrust out or frome by force.*] Plin. lib. 11. cap. 19: Apes pigras & ignavas proturbant. Colum. lib. 8. cap. 37: Nisi ea prius muarem cognovit, assilientem admissarium calcibus proturbat. Virgil. 10. Aeneid. Telaq; conjiciunt, proturbantq; eminus hostem. Liv. 5. ab Vrbe: Iamq; & alii congregati, telis missilibusq; saxis proturbare hostes, ruinaq; tota prolapsa acies in præceps deferri.

Prōtўpum, protypi, pen. corr. πρότυπον, Quod in typi vicem formatum est. Plin. lib. 35. cap. 12: Primusq; personas regularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia Protypa vocavit. Postea idem ectypa fecit.

Prōvĕho, is, actꝝ. Vlterius veho, à loco suo aliquantulũ promoveo. [προάγω. Gal. *Porter auant, pousser en auant, auancer.* Ital. *Menar lungi, menar oltra.* Ger. Furführen/weiter führen. Bel. Wort vueren Hisp. *Llenar à lexos.* Pol. *Dales wioze.* Vng. *Eleb vonżom,* vízőm *ki* możditom. Ang. *To promote, to aduance.*] Plaut. in Rud. Quid ego deliqui? TRA. Rogas? Qui arrhabonem à me accepisti ob mulierem & eam hinc abduxisti. LAB. Non avexi. TRA. Cur negas? LAB. Quia pol provexi: avehere non quivi miser. Liv. 10. belli Pun. Naves provectas in altum incendi jussit. Cicer. 8. Phil. Atq; etiam homines agrestes inani spe aquas usq; Puteolanas provehuntur. Virg. 7. Aeneid. Quum provectus equo, &c. Ratem provehere per freta, Valer. 4. Arg. & Virgil. 3. Aeneid. Provehimur Pelago vicina Ceraunia juxta. ¶ Provehi longiùs in scribendò vel orando: id est, progredi, vel procedere. Cic. 3. de Finib. Sed jam sentio me esse longiùs provectum, quàm proposita ratio postularet: verùm admirabilis compositio disciplinæ, incredibilis q; rerum traxit ordo. Paulò lõgius oratio mea provecta est. Cic. pro Roscio Com. Virg. 3. Aeneid. quid ultra Provehor, & fando surgentes demoror Austros? ¶ Provectus ætate id est, vergens ad senium. προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ. Cic. in Catone Majore: Quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen ætate provectum. Prudentia provectá ad extremum spiritum: id est, usq; ad vitæ finem perducta.

Prōvĕnĭo, n. q. Prodeo. [בּוֹא *jatsá* בא *ba.* προέρχομαι. Gall. *Venir en auant, apparoistre.* Ital. *Comparire, vscir fuore.* Ger. Herfur kommen. Bel. Voort komen. Hisp. *Acceder. salir à fuera, comparecer.* Pol. Wychodzę. Vng. *Ki megyők* żőm *elebben megyők.* Ang. *To come out and appeare.*] Plaut. in Pseud. Nam qui in scenam provenit novo modo, aliquod novum inventum afferre addecet. ¶ Interdum ponitur pro gigni, sive nasci. [φύεσθ. Gall. *Croistre.* Ital. *Nascere, crescere.* Ger. Wachsen/herfür kommen. Bel. Wassen. Hisp. *Reutar la heredad.* Pol. Wyrastam. Vng. *Ter mők,* leżők, żwlettőm.] Plin. lib. 9. cap. 10: Neq; ibi aliud animal provenit. ¶ Aliquando idem quod crescere, & felicitate cumulari. Plaut. in Trucul. Quum tu rectè provenisti, quumq; aucta liberis gratulor.

Prōvĕntŭs, m. q. Dicuntur reditus, & non tantùm bonarum rerum, sed etiam malarum [בִּיאָה *biáh* תְּבוּאָה *tebuáh.* πρόσοδος. Gall. *Reuenu, accroissement, abondance.* Ital. *L'vtile che ne viene.* Ger. Das eyntommen es sey guter oder bõser dingen. Hisp. *Renta que viene.* Pol. Dochodi. Vn. *Iduedelőm, io es gonoxnak reank itwuesse.* Ang. *Reuenewes yearlie profites.*] Plautus: Calamitatum & miseriarum tot proventus. ¶ Proventus pro successu. Cæsar libro 2. bell. Civil. Multum ad hanc rem adjuvat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ.

Prōvĕrbĭum, bii, n. s. Accommodatum rebus, temporibusq; ädagium, omnium in ore versans. [משׁל *maschál.* παροιμία. Gall. *Prouerbe, vn dict commun.* Ital. *Prouerbio.* Ger. Ein Sprichwort. Bel. Een Spreckwordt. Hisp. *El refran.* Pol. *Przysłowie.* Vng. *Beldazezed.* Ang. *A prouerbe or commone saying.*] Et modò est simplex: ut, Obsequium amicos, veritas odium parit. Modò obtecta, & aliud significans quàm verba exprimere videantur: ut Equus Sejanus. Cic. 4. Acad. Vidésne ut in proverbio sit, Ovorum inter se similitudo. Idem de Senect. Pares enim cum paribus, veteri proverbio, facillimè congregantur. ¶ Inde Proverbialis, & hoc proverbiale, παροιμιώδης. ¶ Proverbium etiam ponitur pro propositione, ἀξίωσις. Gell. libro 7. capite 7: Addebat etiam quod ad proverbium tuum fermè accederetur.

Prōvĭdĕo, des, secunda syllaba correpta, n. s. Antè, vel à longè, & futurum aliquid video, antequam sit factum. [רשׁע hischghiách προοράομαι, προνοέω. Gall. *Prouoir de loin quelque chose à venir.* Ital. *Prouedere, antiuedere, pronedere.* Ger Fursehen/zuvor sehen |Bel. Voersien. Hisp. *Mirar de lexos, proueer.* Pol. *Przeglądam, przepatrzę.* Vng. *Elől meg latom meg gondolom, hożza latok.* Ang. *To prouide, to foresee.*] Plinius: Hoc enim sapientis est, omnia quæ ventura sunt providere. Cic. 2. de Divin. Medicus morbum ingravescentem ratione prævidet, insidias Imperator, tempestates gubernator: & tamen ipsi sæpè falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. ¶ Quoniam verò ea quæ providemus, si mala sunt, aut vitamus, aut emendamus, factum est, ut providere ponatur pro vitare, sive cavere, ut apud Terentium in Andr. Quæ si non astu providentur: me, aut herum pessundabunt. ¶ Aliquãdo etiam pro consulere & prospicere. Cicero: Satis jam omnibus quæ necessaria erant, provisum putabant. Providere rebus necessariis, est res necessarias comparare. Cicero: Providere rei frumentariæ, Cæsar 5. bell. Gal. Providere rem frumentariam. Idem 6. belli Gall. Providere in hyemes pabulum. Plin. lib. 8. cap. 38: Provisum hoc legibus: hoc est, cautum. Provisum à diis immortalibus, Cic. 2. de Nat. deor.

Prōvīsŭs, a, um, participium. [προορατός. Gall. *Preueu.* Ital. *Preueduto.* Ger. Fürsehen/dem man fürsehung gethan hat. Hisp. *Proueido.* Pol. *Przejrzany.* Vng. *Elővue meg lattatot gondoltatot rendoltetőt.* Ang *Prouided for.*] Colum. lib. 9. cap. 8: Hæc de pabulationibus, domiciliis, & sedibus eligendis abundè diximus: quibus provisis, sequitur ut examina desideremus.

Prōvīsŭs, us, pen. prod. verbale, m. q. [πρόνοια, πρόοψις. Gall. *Prouoyance.* Ital. *Prouisione.* Ger. Ein fürsehung. Hisp. *Preueimiento.* Pol. *Przejrzenie.* Vng. *Hożza latas.* Ang. *Prouiding.*] Tacit. lib. 18. Dispositu, provisuq; civilium rerum peritus.

Prōvīsĭo, onis, f. t. Actus ipse providendi. [ἡ πρόοψις, πρόγνωσις. Gall *Prouoyance.* Ital. *Prouisione ò consideratione.* Ger. Das fürsehen/ fürsehung. Hisp. *Proueimiento.* Pol. *Przejrzenie, opatrzenie.* Vng. *Hożza latas.* Ang. *Forecasting.*] Cicero tertio Tuscul. Tamen quoniam multum potest provisio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata.

Prōvīso, is, pen. prod. duo significat, inquit Donatus, Videre, aut ad videndum ire, & procedere. [προσέρχομαι ἀς ἰδεῖν, προελθὼν ἐπισκέπτομαι. Gall. *Aller voir.* Ital. *Andare à vedere.* Ger. Gehn sehen Hisp *Ye à veer.* Pol. *Przeglądam, przepatruie.* Vng. *Hożza latog::ok.* Ang. *To go to see.*] Terent. in Andr. Proviso quid agat Pamphilus. Idem in Evnuch. Hoc proviso, ut ubi tempus fiet, domum ducam.

Prōvīsŏr, oris, Comparator. [משׁל *maschghiách.* προνοητής. Gall. *Qui prouoit.* Ital. *Chi prouede.* Ger. Ein fursehér. Hisp. *El que proueo.* Pol. *Dozorcza.* Vng. *Hożza latogato vduar biro.* Ang. *A prouider.*] Horat. in Arte: Vtilium tardus provisor, prodigus æris.

Prōvĭdĕns, tis, providentior, providentissimus, Prudens, qui prævidet futura, & cavet. [משׁל *maschghiách.* προνοητικός. Gall. *Qui preuoit les choses de loin, & y pouruoit.* Ital. *Che prouede le cose dà longo tempo.* Ger Fürsichtig. His *El que prouee de lexos.* Pol. *Opatrzni.* Vng. *Hożza lato, ezes gonduiselő.* Ang. *Prouident and wise, that seeth thinges to come before, and is ware.*] Cicero 7. Verr. Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorum, providens homo. Idem Appio Pulcro lib. 3: Id enim mihi & ad brevitatem est aptius, & ad reliquas res providentius. Plin. Epist. 82: Quod dum recordor, intelligo mihi laborãdum, nequa parte videar hanc de me fiduciam providentissimi viri destituisse.

Prōvĭdēntĭă, æ, f. p. Prudentia, sapiẽtia. [πρόνοια. Gal. *Preuoyance ou prouoyance.* Ital. *Prouidenzia.* Ger Fürsichtigkeit. Hisp. *Poueimiento.* Pol. *Opatrnosc.* Vng. *Gonduiseles, bwlts ezes hożza latas.* Ang. *Foresight, forecasting.*] Cicer. Id enim sapientis est providere: ex quo sapientia appellata est providentia. Idem 2. de Nat. deor. Talis igitur mens mundi quum sit, ob eamq; causam vel prudentia, vel providentia appellari rectè possit. Quidam prudentiam à providentia distinguũt: ut prudentiam dicant in rebus humanis, providentiam in divinis. Alii prudẽtiam definiunt, rerum bonarum & malarum, & utrarumque

scientiam: providentiam verò, per quam futurum aliquid videtur antequã factum sit. Cic.lib.1. de Leg. Sic ingenii aciem ad bona deligenda, rejicienda contraria: quæ virtus, ex providendo est appellata providentia. Quintilianus: Nullam ego res humanas despicere providentiam reor.

Prŏvĭdēntĕr, adverb. Prudenter. [ὡς προνοίας. Gall. *Auec prouoyance, en prouoyant bien l'auenir.* Ital. *Con prouidenza.* Ger. Fürsichtigtlich. Hisp. *Con prouidencia, prouidamente.* Pol. *Opatrznie.* Vn. *Exessen, gonduiseles keppen.* Ang. *Wiselie, with foresight.*] Cic. 2. de Nat. deor. Quæ de providentia deorum ab istis sanctissimè, & providentissimè constituta est.

Prōvĭdŭs, a, um, Prudens, diligens, solers, qui non modò præsentia, & quæ ante pedes sunt, sed etiã futura prospicit. [προνοητικὸς, προμηθὴς. Gall. *Diligent & prouoyant à ses affaires.* Ital. *Diligente, & prouido à fatti suoi.* Ger. Fursichtig. Hisp. *Proueido.* Pol. *Opatrzni.* Vng. *Exes gonduiselõ.* Ang. *Forseing, circumspect.*] Cujus contrarium improvidus. ἀπρονόητος. Plinius Iunior: Sed dispice ne sit parum providum, sperare ex aliis quod tuipse non præstes. Cicer. pro Rosc. Itaq; nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti providique fuisse.

Prōvĭdē, pen. corr. Cautè, circunspectè, prudenter. [ὡς προνοίας. Gall. *Auec prouoyance, soigneusement, diligemment.* Ital. *Prouidamente.* Ger. Fürsichtigtlich. Hisp. *Proueidamente.* Pol. *Opoatrznie, bacznie.* Vng. *Exessẽn zomõssen.* Ang. *Warelie, circumspectlie.*] Plin. lib. 10. cap. 33: Iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido providè eligere.

Prōvĭncĭă, ciæ, s. p. Propriè dicitur regio extra Italiam bello acquisita. [מְדִינָה *medhináh.* ἐπαρχία. Gall. *Prouince.* Ital. & Hisp. *Prouincia.* Ger. Ein Landtschafft so mit Kriegen eroberet worden ist/ vnd bevogtet wird/ ein Herrschafft/ein Vogtey. Pol. *Panstwo mieczem wzięte.* Vng. *Tartomany.* Ang. *A prouince or out contrey subdued by force of armes and keept in iurisdiction.*] Scribit enim Hegesippus, Romanos quum vincendo in suam potestatem redigerent procul positas regiones, appellavisse provincias. Primò omnium Sicilia provincia est appellata, sicut docet Cicero quarto Verrin. Primò, *inquit*, quod omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemq; populi Romani applicuit, id quod ornamentum imperii est, prima provincia est appellata. Ovid. 1. Fastorum: Redditaq; est omnis populo provincia nostro. ¶ Redigere autē regiones in provinciæ formam, nihil aliud est quàm regionem subjicere Imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere præfectum. In hac significatione dicimus quempiam habere provinciam. Cicero in Piso. Ille si non acerrimè fureret, auderet quam provinciam P. Lentulus amicissimus huic ordini, quum & autoritate Senatus, & forte haberet interposita religione sine ulla dubitatione depositisset, eam sibi tum ascíscere: quum etiamsi religio non impedíret, mos majorum tamen, & exempla, & gravissimæ legum pœnæ vetarent. Obtinere provinciam. Cicero pro Flacco: Quum provinciam Asiam Consulari imperio obtineres. Deponere provinciam. Cicero in Pisonem: Ego provinciam Galliam Senatus autoritate, exercitu, & pecunia instructam & ornatam, quòd ita existimabam tempora Reip. ferre, in concione deposui, reclamante populo Rom. Provinciarum autem duplex divisio fuit. Nam stante Repub. aliæ consulares, aliæ prętoriæ fuerunt. Imperatoribus autem constitutis, aliæ populi Rom. aliæ Cæsaris factæ sunt. Provinciæ consulares erant, quæ ab iis qui in urbe consulatum gesserant, consulari imperio obtinebantur. Provinciæ populi Roman. quas Cæsares populo relinquebant, ut suo jussu in eas proconsules & proprætores mitteret. Cæsaris verò eæ erant, in quas Cæsar ipse præsides suos mittebat. De his Strabo in fine sui operis, & Sueton. in Augusto. Vide latiùs de his tractantem Hotom. ¶ Per translationem accipitur pro quovis munere, sive onere. Terent. in Phorm. O' Geta, provinciam cepisti duram. Idem Heavt. Idcirco huic nostro tradita est provincia. Cic. 6. Verr. Ferebat graviter illam sibi ab isto provinciam datam, nec quid faceret habebat. Idem pro Sylla: Tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando profitetur, illam sibi officiosam provinciam depoposcit, ut quum prima luce Consulem salutatum veniret, intromissus meo more & jure amicitiæ, me in meo lecto trucidaret. In hac verò significatione dicimus, Capere provinciam, Suscipere provinciam, Dare provinciam alicui, Deposcere provinciam alicui.

Prōvĭncĭă, Exponemus, quot omnino in ditione populi Roman. provinciæ fuerint, & quibus, quóve anno captæ, tum quæ consulares, quæq; prætoriæ. Quo anno M. Cicero Ciliciam pro consule administravit, qui fuit ab Vrbe condita DCCII. M. Marcello, Ser. Sulpitio coss provinciæ XV. fuerunt in ditione populi Romani Sardinia, Corsica, Sicilia, duæ Hispaniæ, citerior, ulterior: Asia, Aetolia, Macedonia, Illyricum, Dalmatia, Africa, Achaia, Galliæ duæ, cisalpina, transalpina: Cilicia, Bithynia, Pontus, Creta, Syria, Cyprus: quibus ex omnibus provinciis vectigal capiebat annuum respub ut à Plutarcho traditum est, octogies quinquies decies centena millia. Sardiniam cepit inter primum & secundum Punicum bellum consul T. Manlius Torquatus: de quo triumphavit, eaq; prima anno urbis DXVIII. provincia populi Romani facta est, missis ad eam componendam X. legatis: quod in faciendis provinciis servatum est. Corsicam vicit, ac provinciam fecit Caius Papirius Maso consul, & à Senatu triumpho non impetrato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphavit anno DXXII. & hanc unà cum Sardinia semper unus rexit magistratus Romanus, Siciliam primus vicit, magnaq; ex parte provinciam fecit, Qu. Catulus primo Punico bello: post aliquot annos, captis Syracusis, universam in provinciæ formam redegit M. Marcellus bello Punico secundo aut certè, qui ei successit, M. Lævinus: nam de Marcello Velicius tradit: debellatũ verò in Sicilia à Lævino potiùs prætore, quàm à Marcello consule, & Cicero in Verrem, & Livius significant. Marcellus quidem sequutus exemplum Papirii Masonis, in Albano monte triumphum egit, urbemq; ovans est ingressus. Hispaniæ tum à Scipione Africano majore, secundo Punico bello, tum aliquot pòst annis, M. Catonis Censorii virtute, multis victoriis domitæ: & in eas magistratus Romani modò pro consulibus, modò pro prætoribus ierunt: variè tamẽ possessæ, &, ut ait Velleius, sæpè partibus amissæ, certæ ac inabilis esse populi Roman. possessio, stipendiumque pendere priùs, quàm Augusto principe cœperunt. Asiam cis Taurum montem bello Antiocho L. Scipio, majoris Africani frater, profectus in eam consul, ad imperium adjunxit, annoq; post consulatum proximo triumphavit, ab urbe cõdita DLXIIII. pòst eam possedêre beneficio senatus populiq; Rom. reges Attali, donec M. Perperna consul Aristonicum, qui eam Attalo rege mortuo, occupaverat, devicit, ac cœpit: eam tamen in provinciæ formam no Perperna, sed, qui ei successit, M. Aquilius consul redegit: qui etiam de Aristonico triumphavit, anno DCXXIIII. Aetoliam M. Fulvius Nobilior subegit: bellum gerere cœpit consul, procõsul confecit, & triumphavit biennio pòst, anno urbis DLXVI. Macedoniam XL. diebus devicit consul iterum. L. Aemilius Paullus, anno DCXXVI. neq; tamen provinciam fecit, sed de sententia X. legatorum, quos ad componendam Macedoniam atq; Illyricum senatus de more misit, Macedonas omnes liberos esse jussit: &, ut suis legibus viverent, suas urbes, & agros haberent, magistratus annuos crearent, permisit: veteris etiam stipendii, quod regibus pependerãt, dimidia parte relevavit: anno proximo. Perse rege inter captivos Romam ducto triumphavit: provinciam verò Macedoniam fecit anno urbis DCVII. Qu. Metellus, is, qui ex ea pro prætore triumphavit, & Macedonici cognomen est adeptus: hanc provinciam postea cum Achaia conjunxit, eq, duabus unã fecit, rogatione perlata, P. Clodius tribunus pl. & utranq; L. Pisoni, quasi præmium, quòd in Cicerone ejiciendo consensisset, dedit administrandam. Illyricum & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam Paullus, L. Anicius prætor debellavit, & unam provinciam fecit, triumphavitq; post Paullum aliquot diebus, rege Illyriorum Gentio cũ fratre, conjuge, & liberis ante currum ducto. Carthaginem & Corinthum, illam Africæ, hanc Achaiæ caput, excidêrunt eodem anno, & triumpharunt, Scipio Aemilianus, & L. Mummius, tulitque inde Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici, factæ sunt provinciæ duæ Africa, & Achaia. Africam autem intelligo regionem universam, quam Carthaginienses possederant: nam Numidia, & ipsa pars Africæ, Massinissæ regnum fuit, Syphace superato, paruitq; regibus, & à C. Cæsare demum, post Scipionem, & Iubam, Mauritaniæ regem, devictos, in formam provinciæ redacta. Mauritaniam verò & ipsam in Africa, multis pòst annis Caligula Imperator in duas provincias divisit. Galliam cisalpinam puto provinciam esse factam eo tempore, cùm M. Marcellus, is, qui consul quinquies fuit, primusque Annibalem acie vicit, Virdumarum Gallorum regem singulari certamine occidit, deque Gallis Insubribus triumphavit, anno DXXXI. patet enim provinciam esse factam, quia coloniæ plures annis sequentibus eò deductæ. Transalpinam verò Galliam, quæ Narbonensis quoque dicta est, Qu. Fabius, L. Paulli nepos devictis Allobrogibus, unde cognomen sumpsit, in provinciæ formam redegit, anno DCXXII. Ciliciam perdomuit P. Servilius pro consule: qui, quòd Isauron, Ciliciæ arcem, evertit, Isauricus est dictus: triumphavitque anno DCLXXIX. ex eo tempore Cilicia provincia fuit. Bithyniam populo Romano, Rex Nicomedes, ut antea Rex Attalus Asiam, testamento reliquit, eaque simul cum Ponto, in quo Mithridates regnavit, una provincia fuit, Bithyniæque nomine appellata: utranque verò provinciam fecit, Mithridate victo, Pompejus Magnus pro consule, triumphavitq; anno DCXXXII. ejusdem Pompeii lex à Plinio Iuniore in epistolis memoratur, Bithynis,

tura ad deligendum quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum, multumque dubitasse, quum duas cerneret vias, unam voluptatis, alterâ virtutis, utram ingredi melius esset. ¶ Interdum Pubescere ponitur pro crescere, sive maturitatem adsequi, Cic. lib. 1. de Nat. deor. Nam & fruges & reliqua, quæ terra parit, & tempestates, ac temporum varietates, cœlique mutationes, quibus omnia quæ terra gignat matûrata pubescant. Virgil. lib. 2. Georg. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu: id est, exuberat.

Pūbĕrtās, atis, f. t. Aetas in pueris, puellisve qua pudenda prima lanugine obducuntur: qui est in maribus annus decimus quartus, in fœminis duodecimus. [ם׳ויל *halumim.* ἐφηβεία, ἥβη. Gall. *L'aage de quatorze ans és masles, & de douze és femelles, iusques à dixhuit.* Ital. *Età d'anni diciotto.* Germ. Das erſt mannber vnd bartbringend alter/an Knaben vmbdas vierzehende jar/an Meydtinen vmb das zwölffte. Hiſpan. *Edad de los mancebos.* Pol. Wzroſt wml'odzei, *gdi pozna z obrá...* Vngar. *Ki mohoz wdŏ if vſag.* Ang. *The age of 14 yeares in men and in women 12 vntill 18 yeares.*] ¶ Item Pubertas est emissio ipsa pubis, à quo anni pubertatis dicti sunt. Cic. 2. de Nat. deor. Vt siquis dentes, & pubertatem natura dicat exitere. Pubertas autem plena annos octodecim cõplectitur. Modest. de Adop. l. Arrogatio. Non tantùm, *inquit*, quum quis adoptat, sed & quum arrogat, major esse debet eo quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit: sed utique plena pubertate: id est, octodecim annis eum præcedere debet. Bud. Vvæ pubertas. Plin. in Proœm. lib. 23: Omphacium qua fieret ratione incipientis uvæ pubertate, in unguentorum loco docuimus.

Pūblĭcŭs, publica, publicum, Quod non est privati alicujus, sed totius populi, commune, quasi populicum. [δημόσιος. Gal. *Public, commun.* Ital. *Publico, commune.* Germ. Gemein. Hiſp. *Publico, commun de muchos.* Pol. *Obecny.* Vng. *Kŏſſeges, anagy, kŏzŏnſeges.* Ang. *Publick, commone.*] Plaut. in Rud. Istic ubi vis condormisce, nemo prohibet, publicum est. Cic. 1. de Invent. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat. Sic loca publica urbis, apud eundē contra Rullum. Publica fides, est quā vulgus Gallicũ *sal-vum conductum* appellat. Saluſt. in Iugur. Comes ejus qui Romā fide publica venerat. ¶ Publica vectigalia, intelligere debemus ea ex quibus vectigal fiscus capit vel ærarium. δημόσια, τέλη. quale est vectigal portus, vel venalium rerũ, & piscinarũ, & metallorũ. Vlp. de Verb. signif. l. Inter publica, Publica judicia, nõ omnia sunt in quibus crimen vertitur, sed ea tantùm quæ ex legibus judiciorũ publicorum vertũtur. δημόσια κρίσεις. ut, Iulia majestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de siccariis, & veneficiis, Pompeia de parricidiis, Cornelia de testamentis. ¶ Publica verba dicuntur quæ in communi sunt consuetudine, & usu. δημόσια ῥήματα. Seneca: Magnam ex epistola tua percepi voluptatem. Permitte enim mihi uti verbis publicis, nec illa ad significationẽ Stoicam revoca. Cic. 1. Acad. Dialecticorũ verò verba nulla sunt publica, suis utuntur. Ovid. 3. de Arte: Munda, sed è medio, consuetaq; verba puellę Scribite, sermonis publica verba placẽt. ¶ Publicũ consiliũ, dictus est Senatus. σύγκλητος βουλή. Cic. lib. de Orat. Pericles Athenis plurimos annos princeps consilii publici fuit.

Pūblĭcum, substantivè, n. s. pro conspectu publico. Hinc dicimus Carere publico, pro eo quod est non prodire in publicũ. Cic. pro Milo. Caruit deinde foro Pompeius, caruit publico. Iderb in Verr. In publico esse nõ audet, inclusit se domi. Liv. de pace Caudina loquens: Vt postero die, ac sequẽtibus duobus nemo forum ac publicum aspicere vellet. ¶ Publica pluraliter dicuntur pro vectigalibus & reditibus populi, unde & publicani dicti qui ea à populo redimebant. Cicer. ad Qu. Frat. Hic te ita versari, ut & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemptis, ac socios perire non sinas, divinæ cujusdam virtutis esse videtur: id est, tuæ.

Pūblĭco, as, act. p. Publicum facio, manifesto. [הודיע *hodhiah* השמיע *hiſchmiah* הלה *ghilláh.* Φανερόω. Gall. *Publier, manifester, divulguer.* Ital. *Publicare* [illegible] Ger. Gemein machen/auſbringen/jederman offenbaren. Belg. [illegible] maken. Hiſpan. *Publicar, divulgar.* Polon. *Obiawiam* Vng. [illegible] *ŏnſegeſſé tezŏm ki hirdetŏm.* Ang. *To publish, to manifeſt.*] Iu[illegible] Non contentus voluptatum suarum tacito [illegible] etiam matrimonii reticenda publicaret. ¶ Publicare ponitur pro in populi potestatem & gratiam redigere, quod vulgo vocãt *confiscare.* [δημεύειν. Gall. *Confiquer.* Ital. *Confiscare.* Ger. Dem gemeinen Gut heimstellẽ/ in gemeinen Seckel ziehen. Hiſpan. *Confiſquar los bienes.* Pol. *Dobra czyie ſkonfiskuię.* Vng. *Tar hazba bŏtſwlŏm.* Ang. *To confiscat goodes to the vſe of the commone wel.*] Cic. 2. de Invẽt. Lex est apud Rhodios, ut siqua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum [illegible] nauis, Rhodiorum in portum navim coẽgit. Quæstor navim populi vocat: navis dominus negat oportere publicari. ¶ Publicare librum aliquem, est edere in publicum. ἐκδίδωμι.

Meretrix quoque se publicare dicitur, quæ se publicè prostituit, nulli mercedem offerenti, sui copiam denegans. Plaut. in Bacch. Tum illam quæ corpus publicavit vulgo suum: id est, sui copiam palàm fecit.

Pūblĭcātĭo, onis, verbale, f. t. Bonorum alicujus in publicum redactio. [δήμευσις. Gall. *Confiscation.* Ital. *Confiscatione.* Germ. Eynziehung in gemeinen Seckel/ gemein machung. Hiſpan. *Confiscation de bienos.* Pol. *Dober confiſcowanie.* Vng. *Tar hazba valo bŏtſwlés.* An. *A publishing or confiscation.*] Cic. in Catil. Adjungit etiam publicationem bonorum.

Pūblĭcānŭs, ni, m. s. Qui vectigalia, & alios populi principúmve reditus exigendos, certo cõstituto pretio redimit, hodie *Datiarium* appellant. [πέλων, πελώνης, ἢ πελάτης. Gal. *Vn fermier publique, peager.* Ital. *Datiero, qui maneggia il danaro publico.* Germ. Der Zöll oder andere Eynkomẽn eines Furſtẽ oder Gemeind an sich kaufft. Belg. Een tollenaer. Hiſp. *El almoxarife, ò arrendador que coge ò recabda la rentas de la communidad ò del principe.* Pol. Cżelnik. Vngar. Fi[illegible] Ang. *A toller or gatherer of tributes.*] Horum ordinem Romæ & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat, quippe cùm omnes Romani equites in hac re essent occupati. Cic. pro Planco: Flos equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reip. publicanorum ordine continetur. Vlpianus de Publ. & vect. l. 1: Publicani sunt qui publico fruuntur: nam inde nomen habent. Et omnes qui aliquid fisco conducunt, rectè vocãtur publicani. Cic. ad Qu. Frat. lib. 1: Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest, quòd, &c. Ibidem: Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt. Mulier publicana. Cic. 5. Verr. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.

Pūblĭcē, & Pūblĭcĭtus, adverbia à publicus nomine derivantur: idemque significant quod vulgò, seu palàm. [δημοσία. Gall. *Publiquement.* Ital. & Hiſp. *Publicamente.* Ger. Offentlich/vor der Gemeind. Belg. Openlijck. Pol. *Obecznie.* Vng. *Kŏzŏnſeges helyŏn.* Ang. *Publicklie.*] Cic. 5. Verr. Itaq; quũ Plinius Herbitensis, homo disertus & prudens & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorũ paucitate publicè diceret. Terent. in Adelph. Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicé. Id est, non facilè aliquid detrimenti ab hoc capiet Respublica. Cic. pro Rosc. Amer. Anseribus cibaria publicè locari: id est, palàm, coramq; omnibus qui interesse voluerint, conductori anseres alendos addicere. ¶ Publicè dare sumptus alicui, est illi sumptus suppeditare ex ærario. ¶ Publicè aliquẽ deportare: hoc est, ex decreto publico. Terent. in Phorm. Nónne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? Vbi Donatus: Publicitus, publica cura & consilio. Plaut. Amph. Hospitio publicitus accipiat: id est, carcere publico.

Pūblĭcŏlă, læ, Qui populũ colit & observat. ὁ τὸν δῆμον θεραπεύων, Plutarcho, quo cognomine dictus est P. Valerius, qui in locũ Tarquinii Collatini suffectus est Consul. Melius Poplicola.

Pūblĭcĭŭs, a, um, τοῦ δήμου. ut, Iter publicium. Ovid. 5. Fast. Vtile nunc iter est, publiciumq; vocant. Publicii ædiles. Ibidem: Plebis ad Aediles perducta licentia talis Publicios.

Pŭdĕt, puduit, vel puditum est. pudere verbum est impersonale, Erubescere, sive pudore affici. [בוש *bóſch* נכלם *nichlám.* αἰσχύνη. Gall. *Auoir honte & vergongne.* Ital. *Vergognarsi.* Germ. Sich schämmen. Belg. Schammen. Hiſp. *Hauer vergnenca, auergoncarse.* Pol. Wſtid ieſt. Vng. *Zegyenlŏm.* Ang. *To haue shame.*] Habet ferè accusativum cum genitivo. Cic. 2. Verr. Sunt homines quos infamiæ suæ neq; pudeat, neq; tædeat. Cicero pro Domo sua: Me non solùm piget stultitiæ meæ, verumetiam pudet. ¶ Differt autem Pudere à pigere: quòd pudere, verecundiæ sit; pigere, pœnitentiæ. Saluſt. in Iugurth. Nam postea quæ fecerit, incertum habeó pudeat; an pigeat magis. Donatus: Pudere est in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum damno ac malo. Pudere, ad dedecus: pigere ad dolorem refertur. Terent. in Adelph. Patris me quidem pudet, pigetque. ¶ Invenitur aliquando personaliter positum cum nominativo: verùm id non aliter quàm in tertiis personis. Lucanus: -semper metuet, quem sæva pudebunt. ¶ Composita ejus sunt Depudet, Dispudet, & Suppudet, de quibus suis locis.

Pŭdens, tis, o. m. t. Verecundus. [בוש *bóſch* נכלם *nichlám.* αἰδήμων. Gal. *Honteux, qui a honte.* Ital. *Verecondo non sfacciatato, sfattoſo.* Germ. Schämmig oder schamhafft. Hiſpan. *Caſto con verguenca, vergonçoſo.* Polon. Wſtydliwi Vngar. *Zŏmermŏs.* Ang. *Shamefaſt.*] Cic. 5. Verr. Metelli est filius in provincia, nón puer, sed adolescens bonus, ac pudens. Terent. in Heavt. Animi est pudentis signum, & non instrenui. Cicer. pro Flacco: Pudentissimus, atque optimus vir. Idem 3. Verr: Pudentissima, lectissimaque fœmina. Cujus contrarium est Impudens, de quo egimus suo loco. ἀναίσχυντος.

Pŭdēntĕr, adverbium, Verecundé. [αἰδημόνως. Gall. *Auec honte & humilité, d'vne contenance hontenſe.* Ital. *Con verecondia & modeſtia.*

German.

German. Schamhafftigkeit / mit schaam. Hispan. Castamente, con verguenca. Pol. Wstidliwie. Vng. Zömermösséen. Ang. With shamefastnesse.] Cicer. pro Quintio: Eum tum pudenter appellare nolebas. Horat. 1. Epist. 18: -distat, faciásne pudenter, An rapias. Cic. in Vatin. Vivere pudenter. Contrarium est Impudenter, de quo suo loco. αἰσχρῶς.

Pŭdēndŭs, da, dum, Quod pudore dignum est: sive quod ejusmodi est, ut illius nos pudere oporteat. [αἰσχυντηλόν. Gall. Dequoy on doit on deuſt on auoir honte, honteux. Ital. Cosa vergognosa. German. Des man sich schämmen muß oder soll. Hispan. Vergoncoso Polon. Wstidu godni. Vng. Zegen, zömerösme melto. Ang. To be ashamed of.] Plin. lib. 29. cap. 29: Quædam pudenda dictu tanta autorum asseveratione commendantur. Ovid. Epist. 5: Causa pudenda tua est. Idem lib. 3. de Arte: Perque aditus tales lucra pudenda petunt. Virgil. 11. Aen. -at non Evandre pudendis Vulneribus pulsum aspicies. Cic. 5. Phil. Vt jam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quàm Senatus.

Pŭdēndă, dorum, substantivum, n. s. Naturales partes dicuntur, tàm in viro quàm in muliere, quæ & Verenda dicuntur, quòd (ut ait Augustinus lib 13. Civi.) libidinis non maximè pudeat. [בשר basár ערוה hervâh מבשים mebaschím. τὰ αἰδοῖα. Gall. Les parties honteuses de l' homme. Ital. Le parte dishoneste dell' huomo. Ger. Die Scham oder Schamglider der Mannen vnd Frawen. Hisp. Los membros genitales, las verguenças. Pol. Wstidliwe cżł'onky. Vng. Zömerösm test. Ang. The priuie partes of man and woman.]

Pŭdĭbĭlĭs, Pudendus. [Vngar. Zömerösm, zömermös.] Lampridius in Heliogabalo: Ad hõnores reliquos promovit, commendatos sibi pudibilium enormitate membrorum.

Pŭdĭbŭndŭs, a. um, Qui pudore ducitur, pudens, verecundus. [בוש bosch נכלם nichlám. αἰδήμων. Gall. Honteux. Ital. Rispettoso, vergognoso. German. Schamhafftig / züchtig Hispan. Vergoncoso, que tiene verguenca. Pol. Wstidliwy. Vng. Zömermös zegyönlö. An. Shamefull and bashfull.] Plin. libr. 10. cap. 20: Pudibundus ac mœrens, quærit latebiã. Ovid. lib. 2. Fast. Illa diu reticet, pudìbundaque celat amictu Ora, fluunt lachrymæ more perennis aquæ. Plin. lib. 10. cap. 20: Idem cauda annuis vicibus amissa, cum foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus. Ac mœrens quærit latebram. Dies pudibunda, pro purpurea, apud Statium, lib. 5. Theb. de Aurora.

Pŭdĭbŭndē, Cum pudore. αἰσχυντηλῶς.

Pŭdĕfĭo, fis, Erubesco, pudore suffundor. [בוש bosch נכלם nichlám. αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι. Gall. Auoir honte. Ital. Vergognarsi. Ger. Schamrot werden. Belg. Scamrot wirden / beschaemt woorden. Hisp. Auergontarse à si mesmo. Pol. Wstidzesie. Vng. Magam meg szégyönlom. Ang. To become shamefull and bashfull.] Passivum est à Pudefacio, quod est pudore m alicui injecto Gell. lib. 15. cap. 17: Tibiam, pudefactus oris deformitate, abjecit.

Pŭdĭcŭs, pen. prod. Castus. [טהור tahór בקי nakí. ἁγνὸς, σεμνός. Gall. Pur, net, chaste. Ital. Pudico, casto. Ger. Keusch / züchtig vnnd schamhafft Hispan Cosa casta con verguenca. Polon Wstidliwy. Vngar. Zwzxtasa zömerösm. Ang. Chaste, honest of life.] Pudicum ingenium Pamphili, apud Terentium in Hecyr. & mores pudici, apud Plautum in Capt. Miles pudicus. Cicer. Epist. ad Octa. Audiet C. Marius impudico Domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit nisi pudicum? Mores pudici, Ovid. Trist. Mulier pudica, Horat. Epod. 2. Thalamos violare pudicos, Ovid. 1. Amor. Eleg. 8. ¶ Pudicior comparativum. Ovid. in Ibin: Nec tibi contingat matrona pudicior illa, Quæ potuit Tydeus erubuisse nuru.

Pŭdĭcē, adverb. Castè. [μετ' αἰδοῦς, ἁγνῶς. Gall. Chastement, pudiquement Ital. Castamente, pudicamente. Ger Zuchtigtlich / schamhafftigtlich / mit keuschheit. Hisp. Castamente. Pol. Wstidliwie. Vng. Zömermeteséen zwzen. Ang. Chastelie.] Ovid ad Liviam: Quid tibi nunc mores prosunt, actumq; pudicè Omne ævum? A quo sit Pudicitia, castitas, ἁγνεία. Quorum contraria sunt Impudicus, Impudicè, & Impudicitia: de quibus suis locis.

Pŭdĭcĭtĭă, æ, f. p. Castitas. [טהרה taherâh בקיון nikkajón. ἁγνεία. Gall. Chasteté, nettetè Ital. Castità, pudicitia. Ger. Keuschheit / zucht. Belg. Beschaemtheyt. Hisp. Castidad con verguenca. Pol. Wstidliwosc. Vngar. Zwzesseg tiztasag, zömermeteséeg. Ang Chastnesse, or chastitie.] Plin. lib. 17. cap. 25: A quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis autor tradidit. Ovid. Epist. 5: Lis est cũ forma magna pudicitiæ. Ibidem: -nulla reparabilis arte Læsa pudicitia: deperit illa semel. Tacit. lib. 4: Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. ¶ Modò pro religiosa munditia ac puritate pœnitur. Virg. 2. Georg. Casta pudicitiam servat domus. ¶ Quandoque Dea quæ Romæ colebatur, Plin. lib. 2. cap. 7.

Pŭdŏr, doris, m. t, ut Stoici definiunt, Est metus infamię qui animum reprimit, ne procaciter, aut inordinatè, aut turpiter quid peragat. [בושת boschet בשנה boschnâh αἰδὼς. Gal Honte. Ital. Timór d' infamia, pudore. Ger. Scham / zucht. Belg. Scaemte / eutpoheyt Hisp. Verguenca con temor. Pol. Wstyd. sramnota. Vngar. Zegyön, zömerösm. Ang. shame.] Cur autem erubescant quos pudut, causam tradunt philosophi, quoniam pudefactis sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita ut superficiem occupet. Pudor à verecundia sic separatur à quibusdam, ut pudor sit rei turpiter actæ: verecundia etiam rectè facti, atq; honesti: quæ tamen differentia, vera non est. Cicer. pro Cluent. Deinde ea flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam nõ pudicitia, nõ pietas revocaret. Plin. li. 11. cap. 37: Pudoris in malis sedes. Ovid. 1. de Arte: Este procul vittæ tenues, insigne pudoris. Erat enim vitta, matronarum ornatus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6: Infans nanq; pudor prohibebat plura profari Ovid. Epist. 16: -fines transire pudoris. ¶ Pudor etiam pro scelere, & probro, vel dedecore sumitur, quæ sunt pudoris causæ. Ovid. Epist. 11: Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem. Idem Epist. 9: O pudor hirsuti costis exuta leonis, Aspera texerunt vellera molle latus.

Pŭdŏrĭcŏlŏr. [Vngar. Piros haynal.] Vocatur hoc nomine aurora rubens, sicut Memnon nocticolor à Nævio in Alcest. teste Gellio lib. 19. cap. 7.

Pŭĕr, pueri, penult. corr. Primùm ponitur pro servo. [נער jéledh náhar. παῖς. Gall. Enfant, petit garson, seruiteur. Ital. Fanciullino. German Ein Kind / Knab / Knecht oder Diener. Hispan. Moco ò mochado de edad. Polon. Chł'opiacą. Vngar. Gyermek. Ang. A childe or boye or seruand.] Terent. in Andr. Et jam puerum inde abiens convenì Chremis. Cicero ad Quint. Frat. libro 1: Túne id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te sine literis miserim? Secundò pro masculo, & opponitur puellæ. Ovidius 9. Metamorph. Cultus erat pueri, facies, quam sive puellæ, Sive dares puero, fieret formosus uterque. Et paulò pòst: Vota puer solvit, quæ fœmina voverat, Iphis. Tertiò pro ætate puerili. Cicero Bruto: Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis. Virgilius 2. Eclog. O formose puer, nimiùm ne crede colori. ¶ Regii pueri, Apud Macedonas vocabantur Principum liberi ad ministerium regis electi, Liv. lib. 5. Decad. 6. [Gall. Pages d' honneur.] ¶ Interdum est ὁ πρὸς πατέρα: denotatque respectum erga patrem vel matrẽ: ut sit idem quod filius. Horat. 1. Epistol. 2: Quæritur argentum, pueris quæ beata creandis Vxor. Virgil. 8. Eclog. Crudelis mater magis, an puer improbus ille. ¶ Apud antiquissimos erat communis generis: quod & Priscianus annotavit, citans illud ex Livii Andronici Od. Sancta puer, Saturni filia. Declinatur & hic puerus, & hæc puera, sicut pùellus & puella. Plaut. in Mer. Tu puere abi hinc intrò ocyus. Varro περὶ φιλονικίας, ut citat Nonius: Properate vivere puerę, quas sinit ætatula ludere, & amare, & Veneris tenere leges. Sueton. in Calig. cap. 8: Quòd antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dictitarant.

Pŭĕrŭlŭs, li, diminutivum. [παιδίον. Gall. Petit enfant. Ital. Fanciullino, picciolo fanciullo. German. Ein Kindtin / Knäblin Hispan. Moco de edad pequenna, Moco pequenno Pol. Chł'opiatko Vng Gyermeketske. Ang. A little childe.] Cic. pro Rosc. Amer. Vt inter suos omniũ deliciarũ atq; omniũ artiũ puerulos, ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hos versari homines penè operarios.

Pŭĕrpĕră, peræ, f. p. Mulier quæ recens peperit, quæq; ex dolore partus decumbit. [חלה choláh. λεχώ. Gall Vne accouchee, femme qui a enfanté. Ital. Donna di parto. Ger. Ein Kindbetterin. Hisp. La parida muger que parìo. Polon. Poł'ożnicza. Vng. Gyermök agyban tekvö. Ang. A woman lying in childe bed.] Terent. in Adelph. -multò rectius est, Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam ægrotam. Plin. lib. 7. cap. 4: Editis geminis raram esse aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitam.

Pŭĕrpĕrŭs, ra, rum, adjectivum: ut Verba puerpera. [λεχωϊκὸς. Gall. Qui produit ou fait produire ou enfanter vne femme Ital Cosa di dona di parto. German. Der Kindbetterin dienstlich. Hispan. Cosa de muger parida. Polon. Poł'ożniczy przyśł'ugniaczy. Vngar. Gyermek agyban fekvöhözualo. Ang That maketh a woman beare children.] Ovid. 10. Metamorph. Admovitque manus, & verba puerpera dixit.

Pŭĕrpĕrĭum, rii, n. s. Nisus, & dolor parientis, vel etiam tempus ipsum quo parit mulier, quóve post partum ex dolore decumbit. [חיל chel. λοχεία. Gall. Enfantement, ou le temps d' enfanter, accouchement, gesine, douleur d' enfanter. Ital. Dolore del partorire. Ger. Die zeit der geburt / oder die kindbette. Belg. Een trancvrouwe Hisp. El parto ò dolor de muger parida. Pol. Rodzenie drzeczieczia. Vngar. Gyer mök zwleśnek faidalma, gyermek agy. Ang Childe bearing or deliuerance of childe.] Plin. lib. 28. cap. 8: Lingua adalligata pericula puerperii tollit. ¶ Aliquando etiam proles ipsa. Gellius: Divo Augusto imperante, ancilla ejus in agro Laurente peperit quinque pueros, qui pauculos dies vixerunt. Mater quoq; non multò pòst mortua, monumentumque ei factum jussu Augusti, in via Laurentina, in quo scriptum fuisse constat numerum puerperii. Sueton. de Calig. Quum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit, & qualiscunque partus, sine ullo sexus discrimine puerperium vocitetur, quòd antiqui etiam puellas pueras, sicut pueros & puellos dictitarant. Plin. lib. 18. cap. 29: Vt in lacte puerperium necat. Idem lib. 7. cap. 11: Vno aborsu duodecim puerperia egesta.

Pŭĕrĭlĭs,

Pŭĕrīlĭs, puerile, penult. prod. om. t. Quod eſt pueri, vel quod puerorum proprium eſſe ſolet: [παιδικός, νηπιακός vel νηπιαχώδης. Gall. *Puerile, d' enfant.* Ital. *Coſa de fanciullo.* Ger. Kindtlich oder Kindiſch. Hiſp. *Coſa perteneſciente à moco.* Polon. Dziecięcy. Vng. *Gyermeki.* Ang. *Childish, boyishe.*] ut Aetas puerilis, apud Ciceronem pro Archia: Quibus artibus ętas puerilis ad humanitatem informari ſolet. Idem ad Attic. lib. 14: Acta enim illa res eſt animo virili, conſilio puerili. Virgil. 5. Aenĕ. ſi jam puerile paratum Agmen habet ſecum. Idem 11. Aen. Tela manu jam tum tenera puerilia torſit.

Pŭĕrīlĭtĕr, adverbium, More puerorum: [παιδικῶς, παιδαριωδῶς. Gall. *Puerilement, en facon d' enfant, en enfant.* Ital. *Amodo di fanciullino.* Ger. Kindtlichen/ Kindiſcher weiß. Hiſp. *Con mocedad, en guiſa de moco.* Polon. *Podziecęinsku.* Vng. *Gyermekűl.* Ang. *Childishlie, lik a boye.*] ut Pueriliter blandiri, Liv. lib. 1. bell. Pun. Cicer. 1. de Finib. Quæ quum res tota ficta ſit pueriliter, tum nec efficit quod vult.

Pŭĕrīlĭtās, atis, f. t. Ineptia, vel incōſiderantia puerilis. [טִפְּשׁוּת *pethajúth.* παιδαριώδης ἀσυνεσία. Gall. *Enfance, puerilité.* Ital. *Fanciullezza.* Ger. Die Kindiſche oder Kindiſcheweiß. Hiſp. *Mocedad.* Pol. Dziecięctwo. Vng. *Gyermekſeg.* Ang. *Childishhoode.*] Senec. Qui pueritiam ejus, ſive potius puerilitatem ludibrio habuit. ¶ Ponitur aliquādo pro ipſa pueritia. [יַלְדוּת *jaldúth.* παιδία.] Varr. de Liberis educandis: Velim me hercules, inquit ipſe, uſu magno puerilitatis formulam audire.

Pŭĕrĭtĭă, tiæ, f. p. Aetas puerilis. [יַלְדוּת *jaldúth.* νηπιάτης, παιδία. Gall. *Enfance.* Ital. *Pueritia, fanciullezza.* Germ. Die Kindtheit/ das Kindtlich alter. Hiſpan. *Edad del moco, mocedad.* Pol. Dziecięctwoſz. Vng. *Gyermekſeg.* Ang. *Childishhood.*] Cic. pro lege Manil. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris. Idem Licinio, lib. 5: Qui me à pueritia ſua ſemper obſervavit. ¶ Quandoque etiam ſumitur pro puritate, ſive caſtitate: quod & Nonius annotavit, citans illud Varronis ex lib. 1. Rerum humanarum: Quæ pueritia eſt frequens polluta. Vide tamen num potius ibi puĕritia legendum ſit.

Pŭĕrāſcĕrĕ, dicuntur qui exacta infantia pueritiam inchoant, νηπιάζειν, νηπιάζω. A quo Repuerāſcere, de quo vide ſuo loco.

Pŭĕllŭs, li, diminutivum à puer, Parvus puer, ſive filiolus. [יֶלֶד *jóledh.* παιδίον. Gall. *Petit enfant.* Ital. *Fanciullino.* German. Ein Kindtin/ Knäblin. Hiſpan. *Pequenno moco.* Polon. Dziecżę. Vng. *Gyermeketske.* Ang. *A litle childe.*] Lucilius: Quumque hic tam formoſus tibi, ac te dignus puellus.

Pŭĕllă, læ, f. p. à puera, per diminutionem. [יַלְדָּה *jaldáh* בְּעֵרָה *naharáh.* παιδίσκη. Gall. *Fillette.* Ital. *Fanciulla.* Germ. Ein Meydlin oder Töchterlin. Hiſpan. *Moca pequenna.* Pol. Dziewczęinka. Vng. *Leany.* Ang. *A litle maid, girll or wench.*] Cic. ad Att. De tutela legitima in quâ dicitur eſſe puella nihil uſucapi poteſt. Virgil. 4. Georgic. Immanem ante pedes hydrum moritura puella Servantem ripas alta non vidit in herba. Ovid. 2. Amor. Elegia 16: Verba puellarum foliis leviora caducis. Ovid. 3. Amor. Eleg. 6: Aut non formoſa eſt, aut non bene culta puella. Virgil. 2. Aen. circum pueri, innuptæq; puellæ Sacra canunt.

Pŭĕllŭlă, æ, diminutivum à puella. [τὸ κορίδιον, τὸ παιδισκάριον. Gall. *Petite fillette.* Ital. *Picciola fanciulla.* Ger. Ein kleines Meydlin. Hiſp. *Moca pequenna.* Pol. Dziewczęinecżka. Vngar. *Leanyotska.* Ang. *A litle maid, girll or wench.*] Catullus in epith. Iuliæ: Floridam ipſe puellulam Matris è gremio ſuæ Dedis. Idem in Mamur. Socii puellularum.

Pŭĕllārĭs, puellare. [κορασιώδης, κορασιακός. Gall. *De fillette.* Ital. *Fanciullesco, puerile.* German. Kindtlich oder den Meydtinen zugehörig. Hiſp. *Coſa perteneſciente à moca.* Pol. Dziecżęinni, dziewczęinski. Vngar. *Leanyi.* Ang. *Of a maid.*] Quintilianus de uxore defuncta: Tum ætate ea puellari, præſertim meæ comparata, poteſt & ipſa numerari inter vulnera orbitatis. Plin. lib. 10. cap. 33: Livia Auguſta prima ſua juventa Tiberio Cæſare ex Nerone gravida, quum parere virilem ſexum admodum cuperet, hoc uſa eſt puellari augurio, ovum in ſinu fovendo, atq; quū deponendum haberet, nutrici per ſinum tradendo, ne intermitteretur tepor: nec falſo augurata proditur. Ovid. 4. Faſt. Præda puellares animos oblectat inanis.

Pŭĕllārĭtĕr, adverbium. [κορασιωδῶς. Gall. *En fillette, à la maniere des fillettes.* Ital. *A foggia di fanciulla.* Ger. Wie die Meydtin. Hiſp. *En manera de moca.* Polon. Podziewczęinsku. Vng. *Leanyul.* Angl. *Lika maid or wench.*] Plin. Epiſt. 163: Dum ſe prægnantem puellariter neſcit, ac per hoc, &c.

Pŭĕllāſcĕrĕ, n. t. Effœminari, θηλυδριᾶν. Pacuvius: Puellaſcunt laſcivia adoleſcentes. ¶ Aliquādo revireſcere, & quaſi ad puellarem ætatem redire. [αὐανεῦσθαι. Gall. *Retourner en aage de fillette.* Ital. *Ritornare in età di fanciulla.* German. Weibiſch werden oder widerumb jungen. Hiſpan. *Tornàr moca.* Pol. *Odmł adzaczęſie, niewieſcżięcz.* Vng. *Leanyoskodin* Ang. *To waxe lik a maid or wench.*] Varro apud Nonium: Quod non ſolùm innubæ fiunt communes, verumetiam veteres puellaſcunt.

Pŭgĭl, hujus pugilis, m. t. Qui pugilatu decertat, nomen à pugna, ſive à pugnis deductum. [πύκτης. Gall. *Qui ancienement s' exercoit au combat à grand coups de poings.* Ital. *Chi combatteua all' vſanza antica co' pugni in luoco publico.* Ger. Ein Fechter/ Kempffer. Belg. Een Kemper. Hiſp. *Combatidor con punnos.* Pol. Szermierz. Vngar. *Baynok bŏköllel kwżkŏdŏ.* Ang. *A champion.*] Cic. de Clar. Orat. Pugiles inexercitati etiam ſi pugnos, & plagas Olympiorum cupidè ferre poſſunt, Solem tamen ſæpè ferre non poſſunt. Idem 2. Tuſc. Pugiles cæſtibus contuſi, ne ingemiſcūt quidem Horat. li. 2. Epiſt. 1: media inter carmina poſcunt Aut urſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Pŭgĭlātŭs, us, m. q. Pugilum certamen. [πυκτική. Gall. *Le ieu & exercice des pugils.* Ital. *Tale giuoco de pugni.* Ger. Ein Fechtſpyl oder Kampffſpyl. Hiſp. *Iuego ò exercicio con punnos.* Pol. Szermierſtwo. Vngar. *Baynok ſag, ŏköllel valokŏż kŏdes.* Ang. *A ſtriuing of champions or with fiſtes.*] Plaut. in Capt, Hic homo pugilatum incipit. Plin. lib. 8. cap. 22: Eundem decimo anno reſtitutum athleticæ, certaſſe in pugilatu.

Pŭgĭlātĭo, Idem. πυκτικὴ, Cic. 2. de Legib. Sunt corporum certationes curſu, & pugilatione, luctatione, &c.

Pŭgĭlĭcĕ, adverbium, Pugilū more. [πυκτικῶς. Ger. Fächteriſch.] Plaut. in Epid. Quid heriis noſter filius? EPID. Valet pugilicè, atque athleticé. Vbi pugilicè & athleticè valere dixit pro eo quod eſt proſperrima, ſummaque valetudine frui. Summam enim tam athletæ, quàm pugiles corporis robori curam impendebant: ita ut interdū ex nimia repletione venæ de ruptione periclitarentur.

Pūgillāris, Pugillus, vide PVGNVS.

Pūgĭo, onis, m. t. Brevioris gladii genus eſt, teſte Nonio: ita dictum ab eo quòd pugno facilè apprehendatur, vel quòd eo punctim pugnetur, ut inquit Feſtus. [שֶׁלַח *ſchélach.* ἐγχειρίδιον. Gall. *Vn poignard.* Ital. *Pugnale.* Germ. Ein Dolch. Hiſpan. *Punnal.* Pol. *Puginał, ſtulich.* Vng. *Hantſar.* Ang. *A dagger.*] Front. lib. 2. Stratag. Qu. Sertorius, quum acie decertaret, barbarum qui ei nuntiaverat Hirtuleium periiſſe, pugione trajecit. ¶ Pugionem plumbeum vocat Cicero invalidum argumentum, lib. 4. de Finib. O` plumbeum pugionem.

Pŭgĭūnculŭs, li, m. ſ. Parvus pugio. [ἐγχειρίδιον. Gall. *Vn petit poignard.* Ital. *Pugnaletto.* Ger Ein Dölchlin. Hiſp. *Pequenno punnal.* Pol. *Puginalik.* Vng. *Hantſarotska.* Ang. *A litle dagger.*] Cicer. Hiſpanienſem pugiunculum. Ca. Piſonem appellat. Idem in Orat. Nam in iis quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas facit ipſa liberiores pedes.

Pugio, Herba Xiphion, apud Dioſc. lib. 4. cap. 23.

Pūgnă, æ, prælium, dimicatio, certamen: quod nomĕ à pugnō deductum exiſtimat Donatus. [מִלְחָמָה *milchamáh* קְרָב *kerab.* μάχη. Gall. *Combat.* Ital. *Pugna, combattimiento.* Germ. Ein Streit. Belg. Een Stacht. Hiſp. *Pelea, ò batalla.* Pol. *Bytwa, walka, woina.* Vng. *Harcż viadal.* Ang. *A combat, or fight.*] Nam veteres, *inquit*, ante uſum ferri, & armorum, pugnis, & calcibus, & morſibus, corporumq; luctatione certabant. Virg. 3. Georg. Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. Idem 8. Aen. quem ſi fortuna ſequatur, Eventum pugnæ cupiat. Idē 11. Aen. Is que ubi ſe nullo jam curſu evadere pugna Poſſe, &c. Cic. pro Murēna: Ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima videtur illa quæ cum Rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. Dicimus pulchrè Committere pugnam, Dare pugnam, Rem venire ad pugnam. ¶ Quandoque apud Poëtas pro ſtupro ponitur. Terent. Eunuch. Dabit hic aliquam pugnam.

Pūgno, as, n. p. Dimico, pugnam committo. [נִלְחַם *nilchám.* μάχομαι, διαγωνίζομαι. Gall. *Combatre.* Ital. *Combattere guerreggiare.* German. Streiten. Belg. Strüden/ vechten. Hiſp. *Pelear.* Polon. Walcze, *wouie.* Vngar. *Harczolok* γnuok. Ang. *To fight.*] Plaut. in Amph. Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximé. Cic. pro Corn. Balbo: Qui cum hoſte noſtro cominùs ſæpè pugnavit. Plin. lib. 32. cap. 1: Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, ut mari quoq; pugnetur velut è muris. Pugnare pugnam: id eſt, pugnam committere, manus conſerere. Gell. lib. 2: Dum Pyrrhus rex in Italia eſſet, & unam atq; alteram pugnam proſperè pugnaſſet. ¶ Interdū Pugnare accipitur pro contendere, certare, litigare. Cicer. 2. de Natur. deor. Videtur Epicurus de diis immortalibus non magnopere pugnare: id eſt, de diis non valde laborare, aut pro eorum defenſione non magnopere cōtendere. Gell. lib. 2. cap. 15: Pugnare de poſſeſſione hominis. Terent. in Prologo Hecy. Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. Pugnare ſecum, vel inter ſe, ea dicuntur quæ inter ſe ſunt contraria: ut, Pugnantia ſtudia, pugnantes ſententiæ. Quintil. lib. 3. cap. 10: Hæc autem quæ tantùm inter ſe pugnant, plerunque nominibus deflecti ſolent. Horat. in Serm. quid mea quum pugnat ſententia ſecum? ¶ Pugnare aliquando ponitur pro conari. Ovid. 1. de Remed. Pugnat in adverſas ire natator aquas. In qua ſignificatione non invenuſtè accuſativum admittit. Cic. Appio Pulchro: Illud pugna atque enitere, nequid mihi temporis prorogetur.

Idem

Idem 1. de Nat. deor. Illud video pugnare te, ſpecies ut quædam ſit deorum. ¶ Pugnaveris, veteres dicebant pro eo quod eſt, ſtrenuè te geſſeris. Terent. in Adelph. Et iſtam pſaltriam unà illuc mecum hinc abſtraham, M. Pugnaveris. Vbi Donatus: Pugnaveris: id eſt, magnam rem geſſeris. ¶ Habet autem hoc verbum ut cætera ejuſdem ſignificationis, varias conſtructiones. Dicimus enim Pugno in hoſtem, contra vel adverſus hoſtem, cum hoſte. Et apud poëtas, Pugno hoſti. Exempla nuſquam non occurrunt. ¶ Pugnatur imperſonale. Cæſar 4. bel. Gall. Quum ab hora ferè quartâ uſque ad Solis occaſum pugnaretur. Ovid. 3. de Arte: Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis: Nec dubito telis quin petar ipſa meis. Cicer. lib. 3. Offic. Quum malè pugnatum apud Claudium eſſet. ¶ Item pugnatur paſſivum, ut Hoc pugnatur, pro hoc contenditur. Cic. pró Roſc. Amer. Hoc ſolum hoc tempore pugnatur, ut ad illam opimam præclaramque prædam damnatio Sex. Roſcii velut cumulus accedat.

Pūgnāns, antis, participium. [חם] *lochém.* μαχόμενος. Gall. *Bataillant.* Ital. *Chi combatte.* Ger. Streitend. Hiſp. *El que pelea, peleador.* Polon. Walczący, woiuiący. Vngar. *Harczolo vitez.* Ang. *Fighting.*] Ovid. 13. Metam. -ego Telephon haſta Pugnantem domui, victum orantemq; refeci. Idem 1. de Ponto, Eleg. 2: Hic me pugnantem cum frigore, cumq; ſagittis, Cumq; meo fato, quarta fatigat hyems. ¶ Interdum migrat in nomen; idemque ſignificat quod contrarius ſive repugnans: ut Pugnantes ſententiæ: hoc eſt, inter ſe contrariæ. Plin. Epiſtol. 167: Quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum, &c. Pugnantia ſtudia. Cic. 1. de Finib. Atqui pugnantibus & contrariis ſtudiis cōciliisq; ſemper utens, nihil quieti videre, nihil tranquilli poteſt. Cicer. 1. Tuſc. Pugnantia te loqui non vides.

Pūgnātŭs, a, um, participium. [μεμαχόμενος. Gall. *Combatu.* Ital *Combattuto.* German. Geſtritten. Hiſp. *Peleado.* Pol. *Woiowanie.* Vngar. *Harczoltatot, viuattatot.* Ang. *Fighted and ſtriued for.*] Saluſtius Iugurth. Quæ negotia multo magis quàm prælium malè pugnatum à ſuis, regem terrebant. Horat. 3. Carm. Ode 19: Et pugnata ſacro bella ſub Ilio. Virgil. 8. Aen. -pugnataq; in ordine bella.

Pūgnātŏr, pen. prod. verbale, m. t. [חם] *lochém.* ὁ μαχητὴς, ὁ μαχόμενος. Gall. *Combatant.* Ital. *Combáttente.* German. Ein Stretter/ Kriegsknecht in einem Streit. Hiſpan. *Peleador.* Polon. Woiownik, walecznik. Vng. *Harczolo vitez.* Ang. *A fighter.*] Liv. 4. bel. Pun. Deinde occupata dextra tenendo caput, fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat.

Pūgnāx, cis, om. t. Bellicoſus. [μάχιμος, μαχητὴς. Gall. *Aſpre au combat, aſpre à combattre.* Ital. *Bellicoſo guerriero.* German. Streitbar/dem wol mit ſtreiten iſt: ſtriegiſch. Hiſpan. *Hombre que mucho pelea.* Pol. Woiowni, walieczni. Vng. *Nagy harczolhato vitato.* Ang. *A great fighter, warrelik; contentious.*] Cic. in Anton. Saxa Centurio pugnax & lacertoſus. ¶ Interdum idem quod vehemens & pertinax in pugnando ſeu contendendo. Cic. 1. de Orat. Carneades dicére ſolebat, me ſibi perfacilem in dicendo, te perpugnacem in diſputando eſſe viſum. Idem in Piſon. Græcus facilis & valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatorem populi Romani eſſe noluit.

Pūgnācĭŏr, pugnaciſſimus, μαχιμώτερος. Plin. libro 22. cap. 21: Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant in cibis eorum additis. Cicero de Clar. Orat. Sed & hujus oratio in philoſophiam tranſlata, pugnacior (ut ita dicam) videtur & illorum in judicio pacatior. Pugnax exordium dicendi: id eſt, efficax & vehemens apud Cic. 2. de Orat.

Pūgnātōrĭus, a, um. [μαχικός. Vng. *Viuo, viadali, viádolhoz valo.*] Suet. in Calig. Atq; ſaltator batuebat pugnatoriis armis.

Pūgnācĭtās, atis, f. t. pugnandi aviditas & pertinacitas. [τὸ μάχιμον. Gall. *Aſpreté de combattre.* Ital. *Aſprezza, oſtinatione de combattere.* Ger Streitbarkeit / begirig zum ſtreiten. Hiſp. *Aquel habito de mucho pelear.* Polon. Checi do walki. Vngar. *Harczolaſra valo ſerenyſeg.* Angl. *A deſire and readineſſe to fight.*] Plin. lib. 10. cap. 33: Perdices capiuntur quoq; pugnacitate ejuſdem libidinis.

Pūgnācĭtĕr, adverbium, Vehementer, pertinaciter, inſtanter. [μαχίμως. Gall. *De force & courage, aſprement & opiniaſtrement.* Ital *Con gran core, aſpremente, oſtinamente.* German Streitbarlich/ widerſpennigklich/ bapfferlich. Hiſp. *Mucho peleando, pertinamente.* Polon. Walecznie. Vngar. *Viaskodas keſſen, harczolua bennmyön, tüſakodna.* Ang. *Contentiouſly, eagerly.*] Cicero 4. Academ. Ergo de omni ſtatu, conſilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cum aliis, tum etiam meipſum velim. Quintil. lib. 9. cap. 4: Vbicunq; acriter erit, & inſtanter, pugnaciterq; dicendum, membratim, cæſimq; dicemus.

Pūgnācŭlum, li, n. f. Propugnaculum: hoc eſt, locus munitus, ex quo hoſtilis vis arcetur. [חומה *báchan* (vel) *bóchan* חומה *bachón.* προβολή. Gall. *Bouleuert.* Ital. *Baſtione.* German. Ein Wehre/ Ein Paſtey ab deren man ſtrettet Hiſp. *La torre para defender.* Pol. *Baſtya, obrona.* Vng. *Baſtya.* Ang. *A bullwark.*] Plaut. in Mil. Meus illic homo eſt, deturbabo ego jam illum de pugnaculis.

Pūgnŭs, gni, m. ſ. Manus clauſa, & in condylos contracta. [אגרוף *eghróph.* δρὰξ, κόνδυλος. Gall. *Le poing* Ital. *Pugno.* Germ. Ein fauſt. Belg. Een vuyſt. Hiſpan. *El punno de la mano cerrada.* Polon. *Pieſci* Vngar. ökŏl. Ang. *The fiſte.*] Terent. in Adelph. Cretipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam uſque occidit. Vbi Donatus: Aut pugnus à pugnâ eſt dictus, aut ab illo pugna. Quidam à Græco πυγμὴ deducunt, quod & inter cætera pugnum ſignificat. Cicer. in Orat. Nam quum compreſſerat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam ajebat ejuſmodi eſſe. Cato cap. 82: Sphæras pugnum altas facito. Hoc eſt, ad craſſitudinem unius pugni. Cicer. in Paradox. Quoniam verbis cōtendimus inter nos non pugnis. Virgil. lib. 11. Aeneid. Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora.

Pŭgīllŭs, li, diminutivum, Significat parvum pugnum. δράκιον.

Pŭgīllārēs, rium, maſcul. gener. vel pugillaria, rium, neutri gener. Tabellæ cereæ, vel ligneæ, ſive alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribimus, dictæ quòd pugno comprehendantur: vel à pungendo, quòd ſtylo in his pungendo ſcribebatur. [πινάκιον, πινακίδιον. Gall. *Tablette a eſcrire.* Ital. *Tauolette incerate ſopra le qua le ſcriuemano anticamente.* German. Ein Schreibtäfelin/ Schreibertäfelin. Hiſp. *Las Tabillas para eſcrivir.* Pol. *Kamienne kſiązki, pugillary.* Vngar. *Iro tabla.* Ang. *Writing tables.*] Plin. li. 13. cap. 11: Pugillarium enim uſum fuiſſe etiam ante Trojana tempora invenimus, apud Homerum. Catul. de Acme: En negat mihi veſtra reddituram Pugillaria, pati ſi poteſtis. ¶ Legitur & Pugillar in ſingulari numero. Auſonius: Bipatens pugillar expedi. Variis autem nominibus dicebantur pugillares apud veteres: alii duplices, alii triplices, alii quadruplices nominabantur. Erant & citrei, eborei, membranei dicti, qui ex citro, ebore, membranis erant cōfecti.

Pŭgīllārĭs, pugillare, adjectivum, om. t. Quod pugillum, ſive pugnum implere poteſt, ſeu quantum pugnus poteſt continere. δρακιαῖος. Iuven. Satyr. 12: Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos, nec vellendas jam præbuit alas.

Pŭgĭlārĕ, per ſimplex l. more pugilis decertare. [πυκτεύειν. Vng. ökŏllel vinni.] Iulius Capitolinus in Galieno: Pugiles faculis non veritate pugilantes.

Pŭgīllātōrĭŭs, a, um, adjectivum, Quod pugno percutitur. [πυκτικός. Gall. *Feru à coups de poings.* Ital. *Ferito di pugni.* Ger. Das man mit der fauſt ſchlecht. Hiſp. *Herido con pugnos.* Polon. *Pięſcią byti.* Vngar. ökŏllel veretŏt. Angl. *That is ſtriken or beaten with the fiſt.*] ut Follis pugillatorius, maximū pilæ genus, quod ſpiritu inflatur, & pugno percutitur, non palma. Plaut. in Rud. -extemplò hercle ego te follem pugillatorium Faciam, & pendentem incurſabo pugnis, perjuriſſume.

Pūlcĕr, cra, crum, Formoſus, bellus, venuſtus. [יפה *japhéh.* καλὸς, εὐπρεπὴς. Gall. *Beau, honneſte.* Ital. *Bello, leggiadro.* Germ. Hubſch/ Schön: Belg. Schoon. Hiſp. *Bello ò hermoſo.* Pol. *Pieknı, nadobni.* Vngar. *Zep.* Ang. *Faire, beautifull.*] Cicer. 5. Tuſcul. Itaque nec pulcros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, &c. Ibidem: Suum cuique pulcrum eſt. Virgil. 2. Georgic. Nec pulcer Ganges auro nec turbidus Hermus Laudibus Italiæ certent. Idem 3. Aeneid. Sic fatus meritos aris mactabat honores, Taurum Neptuno, taurū tibi pulcer Apollo. Sunt qui pulcrum à pollendo dictum putent, quaſi pulcrum, quòd forma polleant pulcri. Illud certè vel Ciceronis teſtimonio conſtat, nomē hoc antiquitus ſine aſpiratione ſcribi ſolere, quanvis perpetuo deinde uſu effectum ſit ut eam receperit, ſed malé. ¶ Ejus diminutivum eſt pulcellus; lalum. Cic. Att. lib. 10: Redeo ad altercationem: ſurgit pulcellus puer. ¶ Interdum pulcer ſumitur pro bono, ſicut bonum pro pulcro. Gell. lib. 19. cap. 8: Ni quid contra ea dicis Poëtarum pulcerrime, quo & te purges, & non eſſe id vitium demōſtres: id eſt, optime. Econverſò bonam formā pro pulcra dicimus, quemadmodum & malam, pro deformi. Terent. Andr. Forma. S O S. Bona fortaſſis. ¶ Interdum pro forti. Virgil. lib 7: Aeneid. -ſatus Hercule pulcro Pulcer Aventinus. ¶ Pulcrior, comparativum & ſuperlativum pulcerrimus. Virgil. 9 Aeneid. -quo pulcrior alter Non fuit Aeneadûm. Cicer. de Senect. Vva quid poteſt eſſe tum fructu lætius, tum aſpectu pulcrius? Virg. lib. 1. Aeneid Regina ad templum forma pulcerrima Dido. Inteſſit, magna juvenum ſtipante caterva. Idē 6. Aen. Hic genus antiquum Teucri pulcerrima proles.

Pūlcrālĭs, Antiqui dixerunt pro pulcro, teſte Feſto. Ennius: Pulcralibus ludis.

Pūlcrē, adverbium, Bellè, benè, præclarè [καλῶς. Gall *Gentement, bien & honneſtement.* Ital. *Bene leggiadramente.* Ger Fein/ wol/ zierlich. Hiſpan. *Hermoſamente.* Pol. *Pieknie, nadobnie.* Vng. *Zepen.* Ang. *Beautifullie, honeſtlie.*] Plaut. Amph. Optumè optumo opmam operam das, datam pulcrè locas. Cic. lib. 10. Epiſt. Lepidum pulcrè noram Plaut. in Merc. Si tu vera dicis, & pulcrè, ædificaras arbitror. ¶ Ponitur aliquando pro ſapienter, interprete Donato. Terent. in Eunuch. Dixti pulcrè, nunquam vidi melius conſilium dari. ¶ Aliquando pro valde, fortiter, nimis, inquit Do-

quit Donatus. Terent. in Evnuch. At dum accubabam, quàm videbar mihi esse pulcrè sobrius.

Pūlcrĭtās, atis, f. t. Antiqui dixerunt pro pulcritudine, ut annotavit Nonius, citans illud Cæcilii: Dii boni, quid illud est pulcritatis? [יפי *iophi.* καλλος.]

Pūlcrĭtūdo, inis, f. t. Species, venustas, decor, elegantia: & ut Cic. lib. 3. Tusc. Quæst. inquit, quædã apta figura membrorum, cũ coloris quadam suavitate. [יפי *iophi.* καλλος. Gall. *Beauté.* Ital. *Bellezza.* Germ. Die hübsche/schöne/wolgestalt Belg. Schoonheyt. Hisp. *Hermosura, belleza.* Pol. *Packnosc.* Vng. *Zépség.* Ang. *Fairnesse, beautie.*] Venustas autem est gratia quam affert pulcritudo. Cic. 1. Offic. Pulcritudo corporis apta cõpositione membrorum movet oculos, & delectat, hoc ipso quòd inter se omnes partes quoddam lepôre consentiunt. Idem lib. 3. de Orat. Tantam habet pulcritudinem, ut nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. Idem lib. 1. Offic. Quis non admiretur splendorem, pulcritudinemq; virtutis?

Pūlĕgĭum, gii, n. s. Herba hortensis est nota. [γλήχων, βλῆχων. Gal. *Herbe appellee polior.* Ital. *Pulegio.* Ger. Poley/ein kraut. Hisp. *Poleo.* Pol. *Poley.* Vng *Pole.* Ang *Penirial or pudding grasse.*] Col. lib. 8. cap. 5: Pulego turculis fumigentur: ea res videtur prohibere pituitam, quę celerrimè teneros inficit. Legitur etiam pro eodem puleium. Cic. lib. 1. de Divin. Nam & masculorũ jecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridũ florescere ipso brumali die. ¶ Accipitur etiã puleium per trãslationẽ, pro suavitate sermonis. Cic. ad Tiro. lib 16 Cras expecto Leptam: etenim ad cujus rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.

Pulex, cis, m. t. Vermiculus notus, inde dictus quod ex pulvere generetur [טרש *parš hših.* ψύλλα. Gall. *Vne puce.* Ital. *Pulice.* German. Ein floch Hispan *La pulga.* Polon *Pchła.* Vngar. *Bolha.* Ang *A flea.*] Plin. lib. 30. cap. 10: Aliud est cuculo miracu.um, quo quis loco primum audiat alitem illam, si dexter pes ei conservatus ac vestigium id defodiatur, non gigni pulices subjecto; spargatur.

Pulĭcōsŭs, a, um, Pulicibus plenus. [ψυλλώδης. Gal. *Plein de puces.* Ital. *Pieno de pulci.* German Voll flöch. Hisp. *Lleno de pulgas.* Polon *Pchłami pełen.* Vng. *Bolhás.* Ang *Full of fleas.*] Colum. lib 7 cap. 13: Pulicosæ sunt remedia sunt: Sume cyminum tritum, pari pondere cum veratro, aquaq; mistum, & illitum, seu cucumeris anguinei succum, vel (si hæc non sunt) vetus amurca per totum corpus infusa.

Pulex araneus, ex. gui corpusculi, acuminatus assultim egrediens, & ob id pulex vocatus.

Pulicaría, psyllum apud Dioscor. lib. 4. cap. 63: Pulicaria Doniza apud Dioscor. lege Conyza.

Pullārĭŭs. Pullaster, vide PVLLVS, substantivum.

Pullārĭŭs, vide PVLLVS, adjectivum.

Pūllescо, Pullĭcenus, Pullĭties, vide PVLLVS substantivũ.

Pūllŭs, pulli, à puellus, ut quidam putant, per syncopen deductũ Quorumlibet animalũ fœtus. [אטרת *ephrâch* זאל *zhoxâl* זוהר *zhar* πῶλος. Gall. *Poulain, poulain.* Ital *Piccioli figliuoli nati di nuovo delle bestie, pollastro, pollino.* German. Das jung eines jeden Thiers. Hispan *Pollo de qualquier ave, ò pollino de qualquier bestia.* Polon *Pisklę, źrzyaky.* Vngar. *Fiatska.* Ang. *The yong of every living creature except man.*] Virgil. libro 3. Georg. Continuo pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur. Iuven. Sat. 13: Quam tu gallinæ filius albæ, Nos viles pulli, nati infœlicibus ovis. De pullis gallinaceis est Epigramma apud Martial. lib. 13. Plin. lib. 8. cap. 44: Pullis eorum ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur. Pullus ranæ. Horat. lib. 2. Serm Satyr. 3: Absentis ranę pullis vituli pede pressis. ¶ Quinetiam prisci pullos dicebant tuos catamitos. Vnde Qu. Fabius, cui Eburno cognomen fuit propter candorem, quòd ejus naris icta esset fulmine, pullus Iovis appellatus est.

Pūllŭlō, m. s. Stolones sunt (ut quibusdam placet) ex arborum radicibus enascentes: [שתילים *schethilim* שחורת *schehuchóth.* βλαστοί, παραφυάδες Gall *Nargeons ou getton de vigne ou autre plante.* Ital. *I nuovi rezmogli degli alberi.* Germ. Die jungen sprõßlin oder schõßlin. Hisp. *Pimpollos que nascen der arbol.* Pol. *Mlode latorosly.* Vng. *Tsõmete.* Ang. *Braches of plantes.*] unde & pullulare dictũ putant, pro eo quod est, stolones, sive germen emittere. Plin. lib. 17 cap. 10: Nullis verò tales pulluli proveniunt, nisi quarũ radices, amore Solis atque imbris, in summa tellure spatiantur. In multis exemplaribus legitur pulli.

Pūllŭlo, las, pen cop. n. p. Fœtibus, quasi pullulos: hoc est, stolones emitto. [נתח *tsamách.* πανφαίνω βλαστάνω Gall *Pulluler, getter surgeons, produire surgeons.* Ital *Pullulare, germogliare.* Germ. Außsprossen/außschlahen/herfür wachsen/zu zweig. Hisp. *Nascer y crecer yervas como en el arbol.* Polon. *Wypuszczam latorosly.* Vngar. *Tsõmet tezõm kifera-om.* Ang. *To springe or come vp yonge.*] Nam pullulare dicimus stolones, quum à rădice novæ plantæ surgunt. Virg. 2. Georg. Pullulat ab radice aliis densissima sylva. Plin. lib. 17. cap. 10: Natura & plantaria demõstravit, multarũ radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre quos enecet. Ejus quippe umbra turba indigesta premitur, ut in lauris, platanis, ceraſis, prunis: paucorum in hoc genere rami parcunt soboli, ut ulmorum palmarumque. Nullis verò tales pulli proveniunt, nisi quarum radices, amore Solis atque imbris, in summa tellure spatiantur. Virgil. lib. 7. Aeneid. Tam sævæ facies: tot pullulat atra colubris. ¶ Hujus compositum est expullulo, quod significat extrà pullulo, vel enascor. Columella libro 3: Nec dubium quin gemmæ quæ cacumini proximæ sunt, infœcundæ in eo relinquãtur, ex quibus pampinus expullulat.

Pullŭlāsco, scis, n. t. Pullulans fio, germẽ emitto. [נתח *tsamách.* βλαστάνω. Gal. *Pullular, bourgeonner.* Ital. *Pullulare, germogliare.* Ger. Schoß vbertommen/ grünen / anfahen außschiessen / oder außschlahen. Belg Nieuwe spruyten voortcomen. Hisp. *Nascer y crecer y como verdeçemuco el arbol.* Pol. *Pocżinam wyrastacz, pokazsie.* Vng. *Ki tsemetezõm ki sirazom.* Ang. *To beginne to budde and springe.*] Colum. lib. 4 cap. 21: Ex novello palmite vitis pullulascit.

Pūllēsco, scis, n. t. Pullulasco. [נתח *tsamách.* βλαστάνω.] Col. lib. 4 cap. 21: Quicquid est supra vetusti brachii, amputatur, & ita ex novello palmite vitis pullescit. Quo tamen in loco in emẽdationibus Columellæ exemplaribus legitur, pullulascit. ¶ A pullesco nonnulli deducunt compositum repullesco, citantes locum Columellæ eodem libro cap. 22: Quùm ferè plurimarũ stirpium natura sic se commodet, ut juxta cicatricem novellis frondibus repullescant. Verùm & ibi emendatiores codices, Repullulascant legendum ostendunt.

Pullāstĕr, & pullastra, Gallus sive gallina adolescens. [ὀρνιθίδιον. Gall. *Vn ieune coq, cochet.* Ital. *Pollo, pollastro.* German. Ein jung Hänlin oder Hennetin. Hispan. *Pollo grande quasi gallina.* Polon. *Mlode kurcze.* Vngar. *Tsirke, tyukfiu.* Ang. *A cockrell or yonge cock.*] M Varro libro 3. de Re rust. cap. 9: Et ea quæ subjicias, potius vetulis quam pullastris, & quæ rostra, aut ungues non habeãt acutos: quæ debent potiùs in concipiendo occupatæ esse, quam in cubando.

Pūllĭcēnŭs, à quibusdam, degenerante jam linguæ Latinę puritate, usurpatum est pro pullo gallinaceo. Aelius Spartianus, de Alexandro Severo: Et ne earum pastus gravaret annonam, servos habuit vectigales, qui eos ex ovis, & pullicenis & pipionibus alerent.

Pūllĭnŭs, na, num, Quod ad pullos pertinet. [πώλινος. Gall. *De poulain, ou poulaine.* Ital. *Di pollastro, o pollino.* Ger. Das eines jungen Thiers ist. Hisp *Di pollo o pollino.* Polon. *Mlodego kurczęcia.* Vng. *Tsirkes.* Ang *Of the yonge of any beast.*] Vnde pullini dentes, quos primùm equi jaciunt. Plin. lib 8 cap. 44: Quæ nõ priusquã dentes quos pullinos appellant, jaceat conceptio certis intelligitur.

Pūllārĭus, m. s. Qui è pullorum captat auspicia. [ὀρνιθομάντις. Gall *Pollastre.* Ital. *Pollastro.* German. Der mit Hünern weiß gehet/oder deren warnimpt/ Hünermeyer. Hisp. *El que cura de los pollos.* Polon *Kuropas* Vngar. *Tyuk etelbõl jõvendõ.* Ang. *A poulterer.*] Livius libro 10: Nam quum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimũ nuntiavit Consuli. Cicero 2. de Divinat. Attulit in cavea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. Liv. 8. ab Vrbe: Nanque Papyrius Dictator à pullario monitus, quum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur. Cicero lib 10 Epist Fam. Litteris reditis, oblata est religio Cornuto pullarii cujusdam admonitu, non tam diligenter eum auspicii superam dedisse.

Pūllātĭo, onis, f. t. Accipitur pro fœtura pullorum quæ & pullitio dicitur. [τόκος πτηνῶν. Gall. *Nourriture ou conservation des poulins.* Ital. *Nascimento, ò il covare de polli.* German. Brutung. Hispani. *Nascimiento, ò crianca de los pollos.* Polon. *Leżenie mlodych kurcząt.* Vngar *Tyukok nyerese tyukkõltes.* Ang. *Hatching or bringing vp of chickens.*] Colum. lib 8. cap. 5: Plerique tamen etiam ab æstivo Solstitio non putant bonam pullationem.

Pūrŭs, ta, rum, Mundus, sine sorde. [בָּר נָקִי D טָהוֹר *nakí tahór.* καθαρὸς, ἁγνός. Gall *Pur, net, clair.* Ital. *Puro, mundo, semplice.* German. Rein / sauber. Belg. Suyver. Hispan. *Puro y no mezclado, limpio.* Polon. Czysti, szczery. Vngar. *Tiztа.* Angl. *Cleane, vndefiled.*] Cic. pro Cæcin. Quicquid inde haurias purum, liquidumque te haurire senties Horat. 3. Carm. Ode 16: Puræ rivus aquæ, silvaque jugerum Paucorum, & segetis certa fides meæ. Cic. 2. de Nat. deor. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aër sit purus, ac tenuis, quàm illorum qui utantur crasso cœlo, atque concreto. ¶ Hinc pura vestimenta à veteribus dicebantur quæ non erant prætexta: purum argentū, quod est sine emblematis & simpliciter laboratum. Cicer. Verr. 6: Emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excussis deliciis, cum argento puro domum revertuntur. ¶ Vlpian. in l. Locum. De reli. & sump. fune. purum locum esse definit, qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est. Sic pura oratio, à Terent. in Heavt. prologo, dicitur quæ nihil fæcis barbaræ habeat admistum. ¶ Pura hasta, à Virgil. 6 Aeneid appellatur quæ est sine ferro, quæ pręmium fuit apud antiquos militum eorum qui ex memorabili aliquo prælio victores evasissent. ¶ Pura vasa, à Paulo in l. Si rem. De rei vendica. dicuntur quæ sunt sine emblemate, sine cælatura, & instructione. ¶ Purum judicium à Cicerone, 2. de Invent. ponitur pro simplici & eo cui adjecta non est exceptio. ¶ Hujus contrarium est Impurus, quod modò sordidum, contaminatumque significat. ἀκάθαρτος. Cic. 4 Philip. Quām multis illum ingenuis, quām multis, matribus familiās in illa terra atq; impura legatione vim attulisse existimatis?

Pūrē, adverbium, Castè, religiosé. [καθαρῶς. Gall. *Purement, nettement.* Ital *Puramente, nettamente.* Germ. Seuberlich mit reinigkeit. Hispan. *Puramente, limpiamente.* Polon Szczrze. Vngar. *Tiztan.* Ang. *Purelie, cleanelie.*] Cicero 1. de Nat. deor. Hæc enim omnia purè ac castè tribuenda deorū numini. Idem de Senect. Quietè, purè, & eleganter acta ętas. Loqui purè, & emendatè, Cicer.

de optim. gener. Orator. ¶ Legitur & puriter apud antiquos' Cato de Re ruſt. cap. 23: Succum puriter omnium dierum pariter in dolia dividito.

Pūrĭmē, dixerunt veteres pro puriſſimè: ut annotavit Feſtus.

Pūrĭfĭco, as, act. p. Mundo, purum facio. [תהר *tihér* הבר *hebár* בקה *ukkáh* ἁγνίζω, καθαίρω. Gall. *Purifier*. Ital. *Purificare, mondare*. Ger. Reinigen/rein oder ſauber machen. Belg. Reynighen. Hiſp. *Apurar ò alimpiar*. Pol. *Wieziſcam, chedogiem ſzyme*. Vng. *Meg tiztitom*. Ang. *To mak cleane*.] Sueton. in Auguſt. Pauloque pòſt egreſſum, illamq; expergefactam, quaſi à concubitu mariti puriſicaſſe, & ſtatim in corpore ejus extitiſſe maculam depicti draconis. Plin. lib. 10. cap. 41: Villaribus gallinis & religio ineſt: inhorreſcunt edito ovo, excutiuntq; ſeſe, & circumactę purificant, ac teſtuca aliqua ſeſe & ova luſtrant. Idem lib. 8. cap. 1. de elephantis: Autores ſunt, Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem cui nomen eſt Amilo, niteſcente Luna nova, greges eorum deſcendere, ibiq; ſe purificantes ſolenniter aqua circunſpergi, atq; ita ſalutario ſidere in ſylvas reverti.

Pūrĭfĭcātĭo, onis, verbale, f. t. Purgatio. [טהר מהרה *tahorah* טהר *tóhar*. ἁγνεία, καθαρμός. Gall. *Purification, purgation*. Ital. *Purificatione*. German. Ein Reinigung. Hiſpan. *Purgation, apuramiento*. Polon. Oczyſzczenie. Vngar. *Meg tiztitas, tiztulas*. Ang. *A making cleane*.] Plin. lib. 15. cap. 30 de lauro loquens: Eadem & purificationibus adhibetur.

Pūrĭtās, atis, f. t. Munditia, caſtitas. [טהרה מהר *tahórah* טהר *tóhar*. ἁγνεία, καθαρότης. Gall. *Pureté, netteté*. Ital. *Purità, mondità*. Germ. Reinigkeit/ Sauberkeit/ Lauterkeit. Belg. Suyverheyt. Hiſp. *Pureza ò limpieza*. Vng. *Tizaſág*. Ang. *Cleaneſſe, puritie*.] Cujus contrarium eſt Impuritas: hoc eſt, turpitudo, ſeu improbitas.

Pūrĭtĕr, Vide PVRE.

Pūs, puris, n. t. Sanies coacta, & ex maturitate craſſa jam effecta & albida. [πύον. Gall. *La bonë & ordure qui ſort d' vn clou, apoſtume ou ſemblables*. Ital. *Marza, the eſce d' vna apoſtema ò di vn bruſco*. Hiſp. *La putrefatione ò podre*. Pol. German. Eyter. Belg. Etter. Hiſp. *La putrefatione ò podre*. Pol. Otok ropa. Vngar. Eu. Ang. *The matter or filthineſſe that cometh out of a ſore*.] Plinius libro 28 cap. 11: Si gravitas ſit audiendi, fel bubulum cum urina capræ vel hirci prodeſt, vel ſi pus ſit. ¶ Pus à ſanie diſtinguit Celſ. libro 5. cap. 6. his verbis: Sanguis omnibus notus: ſanies eſt tenuior hoc variè craſſa, & glutinoſa, & colorata: pus craſſiſſimû, albidiſſimumq́ue, glutinoſius & ſanguine & ſanie: Exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut jam ſeneſcente: ſanies eſt inter utrunque tempus: pus ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante. Movere pus, eſt pus excitare, & evocare. Celſus: Aliud emplaſtrum eodem nomine puri movendo eſt.

Pūrŭlēntŭs, ta, tum, Quod pure, ſive ſanie plenum eſt. [מרי *terí*. πυώδης. Gall. *Plein de boue & d' ordure, d' apoſtume*. Ital. *Pieno di marcia*. German. Eyterechtig / voll Eyter. Hiſpan. *Coſa podrida*. Pol. *Ropy pełny*. Vng. *Eues*. Ang. *Full of matter*.] Plin. lib. 22. cap. 11: Stœbe decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur. Idem lib. 20. cap. 2: Purulenta autem expuentibus auxiliatur cum cumino, pari pondere.

Pūrŭlēntĕ, adverb. [ἐμπύως ἐκπύως. Gall. *Auec boue*. Ital. *Con marza*. German. Mit eyteren. Hiſp. *Con podre*. Vngar. *Eueſſen*. Ang. *Corruptly, as the matter of a ſore*.] Plin. in Proœmio libri 23: Cicatricibus marcidis, oſſibuſ purulentè limoſis plurimùm confert.

Pūrŭlēntĭă, tiæ, Ipſa puris plenitudo, vel vulnus plenum puris. τὸ πυοῦσθαι.

Pūsă, Pro puella apud antiquos acciptebatur. παιδισκάριον. Feſt.

Pŭsillănĭmŭs, mi, Qui eſt puſilli animi. [ἀνανδρος. Gall. *Puſillanime, craintif*. Ital. *Di poco animo*. German. Kleinmütig. Hiſp. *De poco coracon*. Polon. *Boiazny*. Vng. *Kitſin hitw, gyenge ztwuw*. Ang. *Of ſmall courage, cowardous*.] Græci μικρόψυχον dicunt: cui contrarium eſt Magnanimus. A' quo puſillanimitas, μικροψυχία, ἀνανδρία. & Puſillanimiter, adverbium, ἀνάνδρως.

Pŭsillŭs, a, um, Parvulus, exiguus: [חקטן *hkatón* מעט *meát*. μικρός. Gal. *Petit*. Ital. *Piccolo, picciolino*. Ger. & Belg. Klein. Hiſp. *Pequenno ò pequito*. Pol. Mały. Vng. *Kitſin*. Ang. *Little, ſmall*.] quod videtur eſſe diminutivum a puſus, quo veteres pro puerulo utebantur. A' quo rurſus fit aliud diminutivum puſillulus. Martial. lib. 1: Bellus homo, & magnus vis idè Cotta videri: Sed qui bellus homo eſt Cotta, puſillus homo eſt. Trebonius Ciceroni lib. 12: Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamẽtiid eſt paululum recreationis, relaxationis. Horat. 1. Serm. Sat. 4: Di bene fecerũt, inopis me, quodq; puſilli Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis. Cicer. ad Brut. Videlicet quũ illam puſillam epiſtolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Iuvenal. Satyr. 5: Terra malos homines nunc educat, atq; puſillos. Cic. Att. lib. 5: Habuimus in Tuſculano quaſi puſillam Romam, tanta erat in his locis multitudo. Vxor puſilla, Horat 2. Serm. Satyr. 3. Teſtis puſillus, Cic. 2. de Orat. Differt autẽ puſillus & brevis, quòd puſillus dicitur de corpore, ut homo puſillus, puſilla urbs: Brevis autem eſt in natura, ut brevis dies, nox, annus. Soſipater libro 1.

Puſĭo, onis, m. t. Parvus puer. [ילד *jéledh*. παιδάριον. Gall. *Petit enfant*. Ital. *Fanciullo*. Germ. Ein kleins oder junges Knäblin. Hiſp. *El muchacho de poca edad*. Polon. Dziecziatko. Vngar. *Kiſin gyermek gyermeketske*. Ang. *A litle child*.] Veteres enim puſum & puſam, pro puero & puella uſurpabant. Capitur tamen ferè ſemper pro ſcorto maſculo. Cicer. pro Cæl. Qui te amat plurimum, qui propter neſcio quam, credo, timiditatem, & nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper puſio cum majore ſorore cubitavit. Iuven. Sat. 6. Nónne putas melius, quòd tecũ puſio dormit, Puſio, qui noctu non litigat.

Pūſtŭlă, læ, f. p. [שארת הבעבעת *ſeéth* הבעבעת *habaabuháh*. φλύκταινα, φλυκτίς. Gall. *Vne ampoulle ou veſſie*. Ital. *Braffolo, vaſcula, bolſola*. Ger. Ein potpeten oder butzlin ſo auß der haut entſpringt / wachſt gemeinlich ayter hartin / ein blater. Belg. Een puyſiten. Hiſp. *Poſtilla de ſarna ò buua*. Pol. *Kroſta oſpiczowatna*. Vng. *Reh vizketer, bohorſio*. Ang. *A bliſter, wheale, or litle puohe*.] Nomen generale eſt ad tubercula omnia, præter naturã in cute efflorescentia: à pure (ut quidã volunt) quod in ſe continet, deducta appellatione: quãquam etiã latius puſtularũ nomen ad ea extenditur quæ pure carent. Mart. lib. 14: Fervida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat, Exornent docilẽ garrula plectra lyram. Quo in loco puſtulam appellare videtur ampullę genus, in manibus pedibúsve ex nimio labore proveniens. Celſ. lib. 5. cap. 28, puſtularũ nomẽ ad quatuor cõtraxit genera, in phlyctenas ſcilicet: hoc eſt, majores puſtulas, lividas, aut pallidas, aut nigras, humore diſtentas ex frigore, igni, vel medicamẽtis provenientes, ſub quibus quũ ruptę fuerint, quaſi exulcerata caro apparet. In exanthemata, quę Plin. modò eruptiones pituitę, modò papulas appellat. In pſydracia paulò duriora, ſubalbida, & acuta. Et in epinyctidas q̃ ſunt ſublividę, modicè tumeſcẽtes: & plenæ ſanguinis, tibias & pedes noctu ferè, maximè infeſtãtes: unde & nomẽ trahunt.

Pūstŭlātum, argentum, A' puſtulis dicitur, quæ in argento calato in aſprediném quándam exciſæ viſuntur, ſicut puſtulæ in corpore ex igni, frigore, vel labore naſcentes. ἀργύριον φλυκτιδωτὸν Mart. lib. 7: Sed jam ſcio, nulla venit à me Argenti tibi libra puſtulati. Tranquillus in Nerone, puſtulatum argentũ poſuit pro purgatiſſimo, & excoctiſſimo: cujuſmodi aurum obryzum à Græcis appellatur. Exegitq; inquit Suetonius Nero nti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum, aurum obryzum, ut pleriq; omnem collationem palàm recuſarent. Budæus. Nonnulli tamen judicant legendum eſſe puſulatum, quemadmodum legitur L. 31. D. locati. & illud videri deductum à puſula, quo nomine ignis acerrimus ſignificatur. Difficile eſt in hac re tam obſcura omnium ingenia ſatisfacere. Itaq; ſuum cuique relinquendum eſt judicium.

Puſtulago, Tuſſilago apud Dioſc. lib 4. cap 124.

Pūstŭlă, læ, pen. cor. ſ. p. Morbi genus à flavedine, vel renui ſanguine, vel ab utroq; proficiſcens: quẽ & ignem ſacrũ appellãt. [שארת *ſeéth* אבעבעה *abebhubáh*. ἐρυσίπελας. Gall. *Anpoſtume ou veſſie, ou le feu ſainct Antoine*. Ital. *Infermità, ſacro fuoco di Antonio*. Germ. Ein böſe brennende rõte mit blateren / S. Anthonis fewr ein böſe krandheit. Hiſp. *Ronna ò ſarna*. Pol. *Pukzelni ogien*. Vng. *Szent antal tüzo*. Ang. *The wild fyre*.] Colum. lib 7 cap. 3. eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam *puſulam* vocánt paſtores.

Pūstŭlōsŭs, m. ſ. Qui eo morbo laborat. [ἐρυσιπελατώδης. Gall. *Puſtuleux, ou malade du feu ſainct Antoine*. Ital. *Chi ha il ſacro fuoco*. German. Das ein ſolche böſe / oder brennende rõte mit blateren hat. Hiſp. *Doliente de tal ronna o farna*. Polon. *Pukzeh czegom mayący*. Vngar. Az kinek *zent antal tüzevel ygyon*. Ang. *Sick of the wild fyre*.] Idem ibidem: Vivam pecudem, quæ fuerit puſulosa reſupinam obruamus.

Pŭtămĕn, Vide PVTO, putas.

Pŭtĕăl, lis, n. t. [Germ. Der Richterſtul.] Quid ſit, video vel inter primi nominis Grammaticos parũ conſtare. Acron locũ fuiſſe putat ad quẽ convenire ſolebant fœneratores. Porphyrio ſedẽ fuiſſe tradit Prætoris, prope arcũ Fabianum, in quo primũ tribunal & ſubſellia à Libone quodam fuerint collocata: unde & Libonis puteal ab Horatio ait appellatũ, Forum, putealq; Libonis Mandabo ſiccis. P. Victor in regione Vribis octava puteal conſtituit Libonis, & lanos duos, totumq́, eum locũ mercatoribus frequentẽ fuiſſe ait. Verùm omiſſis horum opinionibus, illud certè conſtat, Puteal locũ fuiſſe in comitio in gradibus ipſis ad lævam Curiæ in quo olim Accii Nævii ſtatua poſita fuit, quòd in eo loco is cotem novacula diceretur diſcidiſſe. Sub cujus ſtatua, locus erat ſubterraneus, quem Puteum appellabant, aram habens, & Accii novaculam ibidem defoſſam. Supra autem umbella impoſita erat, ſive petaſus, puteum tegens: unde & locus nomen accepit. Putealia enim puteorum opercula dicuntur. Cic. 1. de Divin. Cotem autem illam & novaculam defoſſam in Comitio: ſupraćq; impoſitum puteal accepimus. Fuiſſe autem hunc locum juri dicẽdo deſtinatum, ſatis apertè docet Horat. 2. Serm. 6: ante ſecundam Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad Puteal eras.

Pūtĕo,

Pūtĕo, putes, putui, prima syllaba prod. n.f. Fœteo, & mali odoris sum. [באש baásch נאש neelách רקב rakáb. ᾠγκάομαι, ὄζω, μυδάω, βρωμᾶμαι, δυσώδης εἰμί. Gall. Puir, estre puant, sentir mal. Ital. Putire, puzzare. Ger. Stincken/ vbelschmecken. Hisp. Heder. Pol. Smierdze. Vn. Illatoszom, bwdós zagu vagyok. Ang. To stink or giue an euill sauour in the nose.] Horat. 2. Ser. Satyr. 2: Putet aper, rhombusq; recens. Satyr. 3: Nec invideas, quòd multa fidelia putet In locuplete penu. Quint. lib. 6. cap. 4: Aliquando desinet putere. Diurno mero putere, Horat. 1. Epist. 20.

Pūtĭdŭs, a, um, pen. cor. Quod est mali odoris. [באש boésch נאש neelách רקב rokeb. μυδαλέος, δυσώδης. Gall. Puant. Ital. Puzzolente, fetente. Ger. Stinckend/ vbelschmeckend. Hisp. Cosa hedionda. Pol. Smrodliwy. Vng. Bwdós dohos. Ang. That stinketh.] Plaut in Bach. Tanti est, quanti est fungus putidus. Cic. in Pis. Ego istius pecudis, & putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? ¶ Transfertur & ad orationem, quæ putida dicitur quum est insuavis, rancida, humilis, & abjecta, aurium judicio nõ satis faciẽs, neq; verborũ pondere rei dignitatẽ exæquans. Nonius: Putidum nõ solùm ab ore fœtido & gravi quod naribus præbetur: sed etiam quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum, putidum dici posse autoritas vetustatis admisit. Cic. 1. Offic. Sonus erat dulcis, literę neq; expressæ, neq; oppressæ, ne aut obscurum esset, aut nimis putidum. Idem Attico: Vereor nè putidum sit scribere ad te quàm sim occupatus. Idẽ in Orat. Quonám igitur modo audiretur Mysius, aut Phryx Athenis, quum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus?

Pūtĭdŭlus, diminut. [σμικρόν, δυσωδέστερος, ἀηδέστερος. Gal. Vn peu puant. Ital. Alquanto puzzolente. Ger. Zimlich stinckend Hisp. Hediondo vn poco. Vng. Dohosotska, bwdósbeske. Ang. That stinketh somewhat.] Cic. Cæs. lib. 7: Sumus enim putidiuiculi, quàm per te vix licet: verùm ut video, licebit.

Pūtĭdŭlus, aliud diminut. Mart. lib. 4: Altera ridicula est, altera putidula.

Pūtĭdē, adverbium, Insuaviter, austerè, rãcidè [δυσωδέστερον, ἀηδέστερον. Gall. Puamment, ordement et vilainement. Ital. Soxamente, con puza. Ger. Vnliebtich/ vnangenemlich Hisp. Hediendamente con hedion-dez Pol. Smrodliwie. Vng Dohosson bwdósan. Ang. Stinkingly, with to much affectation.] Cic. de clar. Orat. Nam siquis eos, qui nec inepte dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, &c.

Pūtesco, cis, Putidus, vel mali odoris fió. [באש baásch נאש neelách רקב rakáb. δυσωδίαν ἔχω. Gal. Puir, estre puant. Ital. Diuenir puzzolente, puzare Ger Stinckend werden. Bel Stinckende woorden. Hisp. Hazerse hediondo. Pol Pozsinam smierdzieć Vng. Iddozom, gyozokbwdós zagu lezók. Ang. To waxe stinking] Cic. no. 2. de Fin. Non inscitè illud dictum videtur, insuavem animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret.

Pūtor, m.t. Fœtor, graveolentia. [באש bóesch רקב rakáb רקבון rikkabón. δυσωδία. Gall Puanteur. Ital Puzzore. Ger. Ein gestanck/ bòser geschmack. Hisp. Hedor y hediondez. Pol. Smrod. Vng. Dohosság, bwdósseg. Ang. Stink, an euill sauour.] Cato cap. 157: Ea omnem putorem adimet. Detergere putorem, Stat. 4. Syl. Lucr. lib. 2: Intempestivos quum putor cœpit ob imbres.

Pūtĕus, tei, Qui perpetuas habet aquas ex terrę venis manantes, nõ tamen fontium more foras prorumpẽtes. [באר bér בור bor. φρέαρ. Gal. Vn puits. Ital. Pozzo Ger. Ein sod oder sodbrunnen/ Schöpffbrunnen Bel. Eene Bomput. Hisp. El pozo. Pol. Zdroy, studnia. Vng. Kut. Ang. A well, a pitt.] Quint. lib. 7. cap. 3: Ille in puteo mortuus est juventus. Dictus quòd puteat ex alumine, & sulphure sæpè, dum cavatur: aut certè, ut Varroni placet, lib 4. de Ling. Latin. à Græco πύτος, quod potum significat Virg. 3. Georg. Ad puteos, aut alta greges ad stagna jubeto Currentem ilignis potare canalibus undam. Horat. 1. Epist. 15: Collectósne bibant imbres putcósne perẽnes lugis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ. Differt autem puteus à cisterna, quòd ille suas habeat aquas ex terræ venis manantes: cisterna pluvias colo perpurgatas. Legitur & puteũ neutri generis, ut annotavit Nonius, citans locum Varronis ad Gallum Fundanium: Primùm de miris, secundò de statuis, deinde de aquis, ut sunt lacus, stagna, putea, & maria.

Pūtĕālis, le, om.t. Quòd ex puteo est. [φρεάτιον. Gal. De puits. Ital De pozzo. Ger. Auß dem sod/ oder des sods. Hisp. Cosa de pozzo. Pol. Studzienni. Vng. Kuti. Ang. Of a well.] Ovid. in Ibin: Vt quos dux Pœnus mersit putealibus undis. Col. lib. 11. cap. 3: Vel si non sit fluens aqua, fonte puteali possit alligari.

Pūtĕānus, a, um, ejusdẽ significationis: ut Aqua puteana. φρεάτιον. Plin. lib. 16: Deinde quantum expressere, adjiciunt vinaceis aquæ puteanæ, ut & secundarium passum faciãt. Colum. li. 12. cap. 26: Et aquæ dulcis puteanæ eodem agro partem decimam adjicias.

Pūtĕārius, ri, m.s. Qui puteos fodit. [φρεατορύκτης, φρεώρυχος. Gall. Puitier, qui fait les puits. Ital. Pozzziero, chi fa pozzi. Ger. Ein Sodgreber. Hisp. El pozzero, que haze pozos. Pol. Studniarsz. Vng. Kut ásó. Ang. That digg eth wells.] Plin. lib. 31. cap. 5: Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrẽtia puteatios necãt.

Pūtĭdŭs, Vide PVTEO, putes.

Putitus pro stulto à Plauto usurpatur, teste Festo.

Pŭto, as, act. p Inutilia, & superflua ex arboribus, fruticibúsve reseco, amputo. [זמר zamár. ἀλλοτριόω. Gall Couper les choses superflues, esmonder, tailler. Ital. Podare, brusçare. Ger. Beschauwen/ beschneitten/ das vnnutz abschneiden. Bel. Snyveren/ snoyen. Hisp. Podar vides ò arboles. Pol. Odcinam galezie. Vng Meg nyesdm el vagóm. Ang. To prune or cutt of superfluous bughes or branches.] Col. lib. 2: Neq; arent, neq; vitem aut arborem putent. ¶ Putare item ad animum transfertur, pro cogitare, considerare, & animo revolvere. [Gall Penser. Ital. & Hisp. Pensar. Ger. Betrachten. Pol. Mislie, mniemam. Ang. To think or iudge] Cogitando enim resecamus meate quæ falsa & inutilia sunt: & quod verum ac bonum est, huic cogitando hæremus. Ter. in Eunuch. Dum hęc puto, prętereì imprudens villam. ¶ Aliquando ponitur pro æstimare. κυβερνᾶσθαι. Cic. in Vęr Si denarius quadringentis Cupidinem illũ putasset. Terent. in Adelph. Mitto maledicta omnia, rem ipsam putemus. ¶ Putare rationem, est calculum subducere. λογίζεσθαι. Plaut. in Aulul. Putatur ratio cum argentario. ¶ Interdum accipitur pro aptare: Titinnius Fullonibus, ut citat Nonius: Da pensam lanam, qui non reddet tempore putatam, rectè facito ut multetur malo. ¶ Interdũ existimare, judicare. νομίζειν, οἴεσθαι. Ter. in Andr. Rectè putas Cicero de Amicitia: Attilius prudens esse in jure civili putatur, id est, existimatur.

Pŭtātor, ris, m.t Hoc est, qui vites, alásve arbores, aut frutices sarmentatis, ramisve inutilibus repurgat. [זמר zamár. κλαδευτής, ἀμπελοκλάδος Gall. Esmondeur, tailleur de vignes. Ital. Potatore d'alberi, o di vigne. Ger. Ein beschneitter / der von bäumen vnd stauden die vberflussigen schoß abhauet. Hisp. Podador de las vinnas ò arboles Pol. Odcinacz albo winiarsz, ktori drzewa obcżina. Vng. Nyesdi el vagó, irto. Ang. He that pruneth and cutteth away bõughes of trees.] Plin. lib. 27. cap. 8: Curarũ ea scio, omnibus ferè ollibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circundata universo corpore vite. Colum. lib. 4 cap. 17: Putatoris officium est, pedali ferè spatio circa jugum vitem compescere. Virg. 2. Georg. summumq; putatori Haud dubitat tertiæ referens mandare cacumẽ. Cic. Orat. Vt quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnes nesciat.

Pŭtāmĕn inis, n.t. rerum quarumlibet purgamentũ, [κάλυφος, ἐλαττώματα ἀμπέλου. Gal. Tout le superflu de vigne & oste de quelque chose, coquille, escaille. Ital. Taglia de qualche cosa. Ger. Die abschneittelũ an einem ding abhauwet. Hisp. La casca de nuez, lupina, luska. Vng Hulladek dió k vagyok, velek. Ang. Huskes, flurtie or that is taken and cast away from any thing] ex aliqua re projicitur, putamen appellatur. Putamen cleũ amisi, reliqui pignori putamina. Cic. Tusc. ut candentibus juglandium putaminibus barbarorum pillum adurerent. Putamina ovorum, Plin. Putamina ovorum, Plin. Studinum putamina secare in laminas, Plin. lib 9.

Pŭtātĭo, onis, f.r. Cic. de Orat. Nemo nescit quid sit [illegible] messis, quid arborum putatio ac vitium.

Putor, putoris, vide PVTEO.

Putris, putre, om.t. Quod est corruptum, ac [illegible] solutum. [באש beésch נאש neelách רקב [illegible] Pourri, gasté [illegible] Ital. Putrido, marcio, corrotto, fracido Hisp. Podrido, podrecido, podrezido, podrezido, podrez

or to be dissolued in to matter.] Pacuvius: Quandquã annis, & ætate hoc corpus putret, Plautus Mostel. Atq; ædepol ita hæc tigna humida putrent.

Putrẽsco, is, n.t. Putridus fio. [באש *baásich* נאלח *neelách* רקב *rakáb.* κηπαπύθομαι. Gall. *Se pourrir, corrompre & gaster.* Ital. *Marcirsi, putrefarsi.* Ger. Faul werden/anfahen faulẽ. Bel. Verrotten/vervuylen/eerrich worden. Hisp. *Podrirse.* Pol. *Gnyc̨ pocz̨inam.* Vng. *El rothadok.* Ang. *To waxe rotten.*] Col. lib. 2: Vt herbarum culmis, cæteris q; rebus immista putrescant. Idem in eodem: Totum sterquilinium rastris permisceri oportet, quò facilius putrescat, & sit arvis idoneũ. Horat. 2. Serm. Sat. 3: -vestis putrescit in arca. ¶ Hujus composita sunt, Computresco, Imputresco: quorum significata vide suis locis.

Putrẽfăcĭo, In putredinem resolvo, corrumpo, putre aliquid facio. [הבאיש *hibeísch.* σήπω, πύθω. Gall. *Pourrir, corrompre & gaster.* Ital. *Putrefare.* Ger. Feüley/faul machen. Hisp. *Podrir.* Pol. *Dopuscz̨a gangrenicz̨.* Vng. *El rothasztom.* Ang. *To mak rotten.*] Colum. lib. 3: Per apertam vitis medullam nimius humor trahitur, idemq; truncum cavat, unde formicis, aliisq; animalibus quæ putrefaciunt crura vitium, latebræ præbentur. Plaut. in Mostel. Venit imber, lavat parietes, perpluunt Tigna, putrefacitq; operam fabri: nequior jam factus est Vsus ædium. Liv. 1. bell. Punic. Ardentiaq; saxa infuso aceto putrefaciunt.

Pūrŭs, ra, rum, Purus, mundus. [טהור נקי *nakí tahór.* καθαρός. Gall. *Pur, purgé, sans mixtion.* Ital. *Puro, purgato.* Ger. Rein/lauter. Hisp. *Puro, alimpiado.* Pol. *Czyści, szczery.* Vng. *Tiszta.* Ang. *Cleane, pure, without mingling.*] Vnde putum argentum: id est, purgatum. Iuven. Satyr. 10: Pauca licet portes argenti vascula puti. ¶ Interdum putus in oratione legitur conjunctum cum adjectivo purus: unde argentum purum putum dicitur, quod ita excoctum est, itaq; purgatum, ut nihil alterius materiæ habeat admistum. Gell. lib. 6. cap. 5: Cautum fuisse, ut Carthaginienses quotannis pop. Rom. darent certum pondus argenti puri puti. ¶ Plaut. in Pseud. ad hominẽ transtulit, quũ ait: Polyma, chæroplacides Purus putus est ipsus: novi. Quasi dicat, ipse omnino est, & non alius prorsus aut adulterinus, aut supposititius. Festus: Putum antiqui pro puro dicebant: unde putum aurum, putatum dici solet id est, expurgatum. Orationes putissimæ. Cic. Attic. lib. 2: Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

P antè Y.

Pyanepsion, πυανεψιών, Mensis nomẽ apud Athenienses, nostro Octobri respondẽs, si Theodoro credimus: quo celebrabantur Pyanepsia, festa Apollini sacra, coquebanturq; fabæ aliaq; legumina, quæ mensi nomen fecerunt.

Pychon, dimensio ab ancone ad digitos si ipsos contraxeris.

Pycnŏcŏmŏn, πυκνόκομον, Herba est à comæ densitate nomen habens, quam Plin. lib. 26. cap. 8, describit his verbis: Alvum solvit & pycnocomon, erucæ foliis, crassioribus, & acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente: caule quadrangulo, modico, tenui flore ocymi.

Pycnotĭca medicamenta, πυκνωτικὰ φάρμακα, A medicis appellantur quæ vim habent condensandi: quibus opponuntur manotica, μανωτικὰ, quæ rarefaciendi habent potestatem. πυκνὸν enim, densum: contrà μανὸν, rarum significat.

Pycnostўlŏn, πυκνόστυλον, Ædificium deambulationi aptum, cinctum columnis densioribus, modicoq; intervallo à se invicem distantibus. πυκνὸς enim nobis significat *densum*, & στύλος, *columnam.*

Pўctă, æ, m. p. vel Pyctes, πύκτης, Latinè pugil dicitur Lampridius in Heliog. Gladiatores ante convivium pugnates sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Columella lib. 8. cap. 2, gallinaceũ in certaminibus gallorum pugnacem pycten vocat: Non rixosarum avium, *inquit*, lanistæ, cujus plerunque totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abstulit. Plin. lib. 7. cap. 47: Euthymus pycta semper Olympiæ victor.

Pўctăcĭum, cii, n.s. [πυκτάκιον. Ger. Ein täfele/Registertin/darin die namen der besonderen Richtern geschriben waren.] apud Lampridium in Alexandri vita dicitur album: hoc est, tabula dealbata, in qua nomina judicum selectorum describebantur: sic enim inquit: Deniq; quũ inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat nomina. De promovendis etiam sibi annotabat, & perlegebat cuncta pyctacia: & sic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis, & qualis esset, & quo innovante promotus.

Pўgărgŭs, gi, m. s. [πύγαργος. Ger. Ein frembd thier/von art der wilden Geissen oder Rechböcken.] Caprea quędã sylvestris, nõ dissimilis damis. Plin. lib. 8. cap. 58: Sunt & damæ, & pygargi, & strepsicerotes, multaq; alia haud dissimilia, Iuven. Sat. 11: -apud quem Sumine cũ magno lepus, atq; aper, atq; pygargus, Et Scythicæ volucres. ¶ Est itẽ pygargus, avis ex genere aquilarũ, in oppidis habitans, & in campis, caudã habens albicantem: unde & nomen accepit, quasi πυγὰς ἔχων ἀργάς. Idem Plin. lib. 10. cap. 3: Secundi generis pygargus, in oppidis mansitat, & in campis, albicante cauda. Sunt qui putant esse erodio rũ genus: quæ ales coitui infesta est, ut quum mas cum fœmina coire velit, acri dolore oculorum utrinq; solvãtur, ac morientium penè simíles abeant.

Pygísta, æ, m. p. πυγιστὴς, dicitur Græco vocabulo, quẽ alio nomine *pæditonem* appellamus, qui scilicet masculis ad præposteram libidinem abutitur. Dicti πυγιστὴ, à contrectandis natibus. Nam πυγὴ à Græcis dicuntur.

Pylæ, f. p. [שערים שחחים *pethachím shcheharím.* πύλαι. Gall. *Les portes.* Ital. *Porte.* Ger Ein Thor oder Port. Hisp. *Puertas.* Pol. *Wrota albo c̨iasnosci̇ miedzi gorami.* Vng *Kapu.* Ang. *Portes or gates.*] Græco nomine dicuntur quas nos *portas* dicimus: unde & pro angustiis montium faucibus accipiuntur: cujusmodi in Amano monte occurrere perhibentur, ex Cilicia Syriam petentibus: quas & Latinè Cilicias portas appellamus. Cic. Attic. lib. 5: Itaq; confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas.

Pўlæă, πυλαία, Cõventus Amphyctionũ ad Thermopylas, ad quem quotannis è singulis civitatibus singuli mittebantur, quos vocabant *Pylagoras*, ἀπὸ τῆς ἐν πυλαίαις ἀγέρσεως, hoc ab eo quod ad pylæan convenirent.

Pўlōrŭs, ri, pen. prod. πυλωρός. A medicis appellatur inferius os ventriculi, per quod primę coctionis excrementa emittuntur in alvũ, & inde in secessum. Ratio nominis inde ducta est, quòd πυλωρὸν Græci *janitorem* vocant. Inferius autem os ventriculi in hoc vel optimi janitoris officio fungitur, quod nihil emittat nisi prorsùs cõcoctum: unde etiam meatus ille à natura factus est angustissimus.

Pynathes, Lacigne densatum.

Pyos, & Pyon Græcis primum lac vocatur: alii sic vocant sanguinem concretum, quem nos Latini vocamus pus.

Pyr, pyros, πῦρ, Latinè ignis: à quo multa per cõpositionẽ fiũt.

Pyren, πυρὴν, olivæ nucleus, quòd facilè ignem concipiat.

Pўră, Rogus. [דורה מדורה *dur medhuráh.* πυρά. Gall. *Vn monceau de bon pour mettre au feu* Ital. *Stipa, mocchio de legne.* Ger. Ein hauffbeigen/scheiterbeig. Hisp. *Hoguera.* Pol. *Stoss drew.* Vng. *Az egy tsutsos rakas fanak tüze.* Ang. *A bone fyre.*] Lignorum cõgeries, cujusmodi olim cremandorum corporum causa extrui solebant. Virg. 4. Aeneid. At regina pyra penetrali in sede sub auras Erecta ingenti, tædis atq; ilice secta, &c. Idem 11. Aeneid. Innumeras struxêre pyras.

Pўrăcānthă, πυράκανθα, nomen est herbæ apud Dioscor. lib. 1. cap. 15.

Pyralis, πυρὰλις, Pennàtum animalculum, magnitudine muscæ, ex igne proveniens. Vnde & nomen accepit. A quibusdã pyrausta, πυραύστης, appellatur. Quamdiu est in igne, vivit: quũ evasit longiore paulum volatu, tunc emoritur. Vide Plin. lib. 11. cap. 36.

Pyrama, ut legit Sipõtinus, vel potiùs Phyrama, ut hodie habent castigatiora Plinii exemplaria, lacrymæ genus ex meteopio arbore stillãs, pingue & resinosum. Vide Plin. li 13. ca. 28.

Pўrămĭs, idis, pen. cor. f. t. [πυραμίς. Gal. *Pyramide.* Ita. & His. *Piramide.* Ger. Ein viereckechtig gebeüw vnden her breit / das sich in die höhe zeucht/vnd je lenger je mehr biß in ein spitz verleurt/Ein Thewer seul. Pol. *Budowanie wieżerzi granie pochodzi̇ste.* Vng. *Te nyes epwlet.* Ang *A steeple, any thing foure square and broad beneth and small & sharp vpwardes.*] Moles maxima, quadrata, ita constructa ut è lato in acutum tendat in formã flammæ, quæ ima sui parte latior, in acuminatum desinit fastigium. Maximæ hujus generis in Aegypto fuisse memorantur circa Memphin, structuręq; ex quadratis lapidibus admirandę, fastigiatæ ultra omnem excelsitatem quæ manu fieri posset, (ut scribit Solinus) sub quibus sepeliebantur reges. Excogitatæ primùm à Regibus Aegypti, ne plebs esset otiosa, vel ne pecuniam successoribus relinquerent. Vide Plin. lib. 36. cap. 12.

Pўrămĭdātŭs, adjectivum. [πυραμοειδὴς. Gall *Fait en pyramide.* Ital. *A foggia di pyramide.* Ger. Dz ein solche gestalt hat wie ein viereckechtiger kegel. Hisp. *Echo en manera de piramide.* Pol. *Koncz̨ati wieżerzi̇ granie.* Vn. *Tornyos tsutsos.* An. *Made lyk a steeple.*] Quod in pyramidis formã factum est. Cic. 1. de Nat. deor. Quædam pyramidata. curvata quædam, & quasi adunca.

Pyramon, ex tritico panis.

Pyratum, ἀπὸ πυρῶν, genus potionis, quod ex pyris factum creditur, & loco vini sumebatur. Hier. cõtra Iovinianũ: Timotheo dolenti stomachũ vinũ suadet bibere nõ pyratũ. Hanc tamen vocem apud probatos autores non facilè invenies.

Pўraūstă, πυραύστης, Animal pennatum, magnitudine muscæ, in igne & nascens & vivens: à quo si paulò longius evolarit, statim emoritur. ¶ Vnde proverbiũ: Pyraustæ interitus, πυραύστου μόρος. In eos dicebatur qui sibiipsis exitiũ accersunt. Alio nomine pyralis dicitur, teste Plin. lib. 11. cap. 36. ¶ Pyrausta item apud Aristotelem, vermiculus est quem & cleron vocat, aranei specie, nocens favis.

Pўrēnes, pen. prod. Sunt ceraforũ ossa, seu baccarum: ut apud Aristotelem

Aristotelem lib.2. Meteororum,in fine, ubi sic legitur: γίνεσθαι ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀκροκόλων πηδῶντες: id est, fieri elisionem, ut nuclei è digitis exilientes. Nominativus singularis est πυρηλών.

Pyrethrum,n.s. [πύρεθρον. Gall. *Herbe nommée pié d'alexandre.* Ital. *Piretro.* Ger. Bertram oder Speichelwurtz. Hisp. *Pelitre.* Vng. *Tarkony.*] Non est herba eadem cum dracunculo,ut perperam credidit Calepinus,Perotti errorem secutus,sed ea quam Romani *salivarem*, vulgus Gallorum hodie *Pedem Alexandrinum* appellat. Folia & caulem emittit, dauco sylvestri & fœniculo similem,umbellamq; anthi circinatæ rotũditatis:radicem habet longam pollicis crassitudine, gustu fervidissimo. Ovid.2. de Arte: Tritaq; in annoso flava pyrethra mero. Macer: Est pyrethrum calidum, siccumq;, & quartus in illo Est gradus: excutiat dentes si frigidus humor, Masticet hæc patiẽs, teneatq; diutius ore. Vide Plin.lib.28.cap 9 & Dioscor.lib.3.cap 84.

Pyretus. [קדחת *kaddháchath.* πυρετὸς.] Febris,ab incẽdio appellata,à Græcis,quemadmodum apud nos *febris* à fervore.

Pyrgītis,Idem quod Phyllitis, apud Dioscor.li.3.cap.120.sic dicta à cutibus:quia à radicibus earum nascitur.

Pyrgitæ,passerculi.

Pyrgus,m.s. [מגדל *mighdal*(vel)*mighdol.* πύργος. Gall. *Vne tour.* Ital.& Hisp. *Torre.* Ger. *Ein thurn.* Pol. *Wieza.* Vng. *Torony.* Ang. *A toure.*] Latinè turris dicitur, quòd fulgureis ignibus ferriturres consueverunt. ¶ A cujus similitudine pyrgus etiã vasis genus dicitur cavitate sessili,quò conjecti tali,agitantur antequam in alveolũ emittantur. Horat.2. Serm.Satyr.7: Mittet in pyrgũ talos. Martialis turriculam Latino vocabulo appellavit. Persius orcam dixit: Scire erat in veto damnosa Canicula quantum Raderet,angustæ collo nõ fallier orcæ. Porphyrio pyrgum idem esse docet cum fritillo,vasculum scilicet in quo conjectæ tesseræ, agitatæq; mittuntur. Iuven. Sat. 14: - parvoq; eadẽ movet arma fritillo. Quibus verbis clarum fit, fritillum turriculam esse, non tabulam lusoriam, quæ lata, & spatiosa esse cõsuevit,& quæ alveus,sive alvcolus,sive latruncularia tabula dicitur.Pyrgus etiã militaris ordo dicitur,quadringentos viros continens: & turma equestris, ἀπὸ τοῦ πυργοῦ, ut quidã existimant,eò quòd in acutum desinat more ignis.

Pyriatæria,Vaporaria lenticula. Vtitur his in passione volvuli,Actius lib 9.cap.28.

Pyriasis, πυρίασις, Fomentum contra pyretum: hoc est, contra febrim.

Pyrini. Panes triticei. Idẽ & Sicanii ex quadrimestro tritico.

Pyrinon,Pyrethrum apud Dioscor.lib.3.cap.84.

Pyrites, pen. prod.m.t: πυρίτης. Silicis genus quod in metallis & fluminibus quibusdã invenitur, æris similitudine: cujus varia sunt genera,cognomen accipientia à metallis quæ in se continent. Nam in quo aurum elucet, chrysodes:in quo,argẽtum, argyrodes:in quo æs, chalcodes: hoc est, æreosus cognominatur. Plin.lib.36.cap.6: Sed est alius etiamnũ pyrites similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt,& in metallis quę sunt circa Acarnaniã,unum argenteo colore, & alterũ aureo. Dictus pyrites,quòd ægerrimè quidem ignem accipiat,semel tamen acceptũ diutissimè conservet. Vide Georg. Agricol. de Re metal.qui multò plura enumerat pyritarũ genera. ¶ Pyrites itẽ dicitur silex ille qui ferro illisus, ignẽ emittit. Plin.li.36. cap.19: Pyritarum etiamnũ,aliqui genus unum faciunt, plurimum habens ignis,quos *vivos* appellamus,& ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorũ maximè necessarii, qui clavo vel altero lapide percussi scintillas edũt,quæ exceptæ sulphuratis,aut fungis aridis vel foliis,dicto celerius ignem trahunt. Hæc Plin. ¶ Quidam etiã molarem lapidem pyriten appellavere,teste eodem Plin.lib.36.cap:19.propterea quòd plurimũ illi sit ignis.

Pyrobolī.pen.cor πυροβόλοι, Sunt tela ignita, & ardentia:quæ cum flamma mittuntur. Vnde Plutarchus in Dione scribit pyrobolorum incendio complures extinctos.

Pyrocorax, πυρροκόραξ, Avis luteo rostro, nigra, præcipuo sapore: nomen habet à colore rostri igneo: quasi ignitum corvum dicas. Vide Plin.lib.10.cap.48.

Pyroïs, pen. cor. genitivi, pyroentis, πυρόεντος, Martis sidus, ab igneo colore dictum. Colum.lib.10. ¶ Est item nomen unius ex equis Solis. Ovid.2.Metamorph. Vide AETHON.

Pyromantiã,pen.acuta, πυρομαντεία, Genus divinationis quę fit per ignem. Vide in dictione MAGIA.

Pyropus,pi,pen.prod m.s. [πύρωπος. Gall *Vn rubis ou escharboucle.* Ital. *Carbonchio.* Ger. *Ein fewerrot edelgestein.* Hisp. *Carombocle.* Vng *Lang zinto dragu kő.* Ang *A carbuncle or rubie.*] Gemma est flammæ colorem referens:unde & nomen. Ovid 2.Metam. flammas imitante pyropo.

Pyros, Chamelæa,apud Dioscor.lib.4 cap.183

Pyrrichă,æ,sive Pyrryche, es: [πυρρίχη. Ger. *Ein Mortischtẽ tantz den Pyrrhus erfunden hat.*] Genus fuit saltationis enoplia: hoc est, quã armati peragebant, quæ Lacedæmoniorũ juventuti loco bellici progymnasmatis erat, teste Aristoxeno, apud quos à quinto statim ætatis anno pueri incipiebãt πυρρίχειν, accinente interim aliquo carmẽ hypo orchematicum, ad cujus numeros motus componebant. Erat autem hoc laboriosum saltationis genus pugnantiũ, jaculantiũq; : itẽ ictus,jactusq; declinantiũ interdũ etiã subsistentiũ, & succiduo poplite excipientiũ, motus, gestusq; exprimens, ut abundè docet Plato lib.7. de legibus. Plin.lib.7. cap.57. à Pyrrho quodã Cretensi primùm instituta tradit in Creta. Aristoxenus originem ejus ad Pyrrhichũ quendam Laconem refert. Aristoteles contrà ad Pyrrhum Achillis filium, quem primùm omnium pyrrhicam ait saltasse ad Patrocli rogum. Suetonius in Cæs. Pyrrhichen saltaverunt Asiæ,Bythiniæq; principum liberi.

Pyrrhichārii, sive Pyrrhicharii, (ut scribebant veteres, nullam peregrinam literã recipientes) πυρριχάριοι, Qui pyrrhicam saltabant armati, pugnantiũ, ictusq; inferentiũ vicissim, & declinantium gestus motusq; ad rhythmum imitantes. Vtitur hac voce Vlp.l. aut damnum §. quicunq; in ludum.ff.de Pœnis.

Pyrrhichius, pen.cor.adjectivum, Liv.1.bell.Maced. Quum legibus cautũ esset ne de pace:bellóve nisi in Panętolico & Pyrrhiacho concilio ageretur. Vetus exemplar habet,Pylaico.

Pyrrhichius, πυρρίχιος, Pes metricus,constans ex duabus syllabis brevibus: dictus à Pyrrho, qui primus victoria potitus, frequentibus pyrrhichiis est laudatus.

Pyrrhopœcilites, πυρροποίκιλος, Marmoris genus, quod & à Syene Thebaidis urbe,circa quam effodiebatur, Syeniticũ dicebatur, sive lapis Syenites. Ex hoc Ægyptiorum reges obeliscos faciebant,quos Solis numini dicabant: teste Plin.lib.36. cap.8. Pyrrhopœcylon autem Græci à fulvarum macularum varietate videntur appellasse. Nam πυρρὸν fulvum appellant, ποικίλον variũm.

Pyrus,priore correpta, f.s. Arbor nota. [ἄπιος. Gal *Vn poirier.* Ital. *Peraro arbore.* Ger. *Ein byrnbawm.* Hisp. *Peral arbol.* Pol. *Grusza,grusskowe.* Vng. *Körtfely fa.* An. *A peare tree.*] Virg.4.Georg. Eduramq; pyrum,& spinos jam pruna ferẽtes. Idem 1.Eclog. Insere nunc Melibœe pyros,pone ordine vites,&c. ¶ Pyrum, fructus: [ἄπιον. Gall. *Vne poire.* Ital. *Pero.* Ger. *Ein byren.* Hisp. *La pera fruta.* Vng. *Körtsely.* Ang. *A peare.*] dictum quòd ad similitudinem pyramidis è lato tendat in acutum, flammæ similitudinem reddẽs. Autumnalia pyra, acidulo sapore jucunda,Tiberiana appellãtur, quòd maximè Tiberio principi placuêre. Plin lib.15:Cucurbitina pyra,ob cucurbitę similitudinẽ sic dicta,Caro cap 7. Decumana pyra, apud Columellam lib. 12. cap.10. Vesci pyris. Horat.1. Epist.7: Non quo more pyris vesci Calaber jubet hospes. Idem Epod.2:Vt gaudet insitiva decerpens pyra. De pyris multa vide apud Plin.lib.15.cap.15. Mammosa pyra, apud eundem ibidem.

Pythonion:Id est,Hiosciamus, apud Dioscor.lib.4.cap.72.

Pythonis oculus,id est,Lychnis apud Dioscor.lib.3.cap 17.

Pytilillare, Galen interpretatur τὸ ἐπὶ τῶν ἀκροδακτύλων, summis pedibus ingredi, manu altera retrorsum, altera prorsus protenta: exercitationis genus.

Pytisinã,atis, [פרק *rok* πύτισμα.] Levis sputi irroratio, à πυτίζειν, quod est sputo leviter & crebrò irrorare. Iuvenal. Satyr. 11:Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem: id est,qui lubricat annulũ sputo. Sunt tamen qui hoc in loco legant pedemate:alii etiam pytilismate. Vide Politiani Miscel. Centuria prima,cap.38.

Pyulcos πύουλκος, Chirurgicum instrumentum, puri eximendo accommodum: ita dictũ quasi τι πύου ἕλκον. Meminit hujus instrumenti Galen.lib.5.Methodi.

Pyxacanthum, πυξάκανθον, Frutex est spinosus, cubitalibus ramis, foliis buxi: unde & nomen accepit, quasi buxea acanthus. Nam πύξος nobis *buxum* sonat. Præstantissimum nascitur in Lycia: unde & medicamentum quod ex eo conficitur, Lycium appellatur:de quo suprà egimus suo loco.

Pyxionix, Aristolochiæ species tertia, de qua vide Dioscor. lib.3 cap.6.

Pyxis,idis,f.t. [πυξὶς. Gall *Vne boiste propre ment qui est de buis.* Ital. *Bossolo.* Ger. *Ein buchß in welche man salb oder ander dergleichen ding behattet.* Hisp. *La buxeta.* Pol. *Szkatuła,kropka,pudelko.* Vng. *Puzdon,kutsin tovaratska.* An. *A boxe made of boxe tree.*] Propriè vasculum e buxo,quod Græci πύξον appellant: ex quo ligno primùm fieri cœpit: quanquã & ex alia materia fieri possit. Nam (ut docet Quintil. lib 8. cap.6) Pyxides cujuscunq; materiæ sunt, quarum usus variis rebus est accõmodatus. Cicero pro Cælio:Eodem Licinium esse venturum,atq; iis veneni pyxidẽ traditurũ. Mart.li.9:Et tarentinã centũ cõdita pyxidibus. Plin.lib. 18.cap 11:Primori inest pyxis ferrea. Apuleius de Asino lib.3: Arcula quadã recluſa pyxides plusculas inde depromit. ¶ Pyxides item in ossibus per similitudinem quandam appellãtur acetabula, pixidum more excavata, quæ rotundum, ossium capita excipiunt.

Pyxidicula,diminutivum,in qua aromata continentur. [

dov. Gall. *Petite boiſte de bowys.* Ital. *Picciol boſſolo.* Ger. Ein büchſſin. Hiſp. *Pequenna buxeta.* Ang. *A litle boxe.*] Corn. Celſus lib. 6: Liquidum collyrium pixidicula ſervatur.

Pyxĭdātŭs, adjectivum, Quod pyxidis ſimilitudinem refert: [πυξοειδής. Gall. *Enboiſté, mis ou ſerré dans vne boiſte.* Ital. *Imboſſolato.* Ger. Den büchſſen gleich. Hiſp. *Coſa encaxada en buxeta.* Pol. *Sloiewi podobni.* Ang. *Layed vp in a boxe.*] Plin. lib. 31. cap. 6: Commiſſuris pyxidatis.

Q



LITERA muta eſt, propemodŭ ſupervacua, ſicut & K: quoniã c poteſt implere earum vicẽ: & propter nihil aliud ſcribenda videtur, niſi ut u vocalem ſemper poſt ſe ſequentẽ in eadem ſyllaba cũ altera vocali conjungat, quæ alioqui in eadem ſyllaba conjungi nõ poſſet, obliquioremq; & pinguiorem efficiat. Quintil. lib. 12. ca. 10: Duras & illa ſyllabas facit, quę ad conjungendas demũ ſubjectas ſibi vocales eſt utilis, aliàs ſupervacua: ut quũ Equũ, ac Equos ſcribimus, quũ ipſæ etiã vocales duę efficiant ſonũ, qualis apud Græcos nullus eſt, ideoq; ſcribi illorũ literis nõ poteſt. Quod ſanè terminatio ipſius q, & neceſſaria conſequentia alterius u poſt illud, & ante alterã vocalẽ indicare poteſt. Nunquã enim in eadẽ ſyllaba vocalẽ poſt q, ponere poſſumus, qn inter q & vocalẽ u interponamus, ut Qualis, quęror, ſequitur, loquor, & quũ. ¶ Mutatur aũt q in c. ut Loquor, locutus, Sequor, ſecutus: in ſ, ut Torqueo, torſi: in x, ut Coquo, coxi. Q. In notis aũtiquorũ Quintus, vel Quintius. Q vel Q Y quartus. Q M quomodo Q A M. vel A M. quemadmodũ. Q. S. S. S. Quæ ſuprà ſcripta ſunt. Q. R. F. E. V. Quod rectè factũ eſſe videtur. Q V A E S. Quæſtores. Q. L. Quinti liberti. Q V A E S. Quæſtor. Q N. A. N N. quandoq; neq; ais, neq; negas. Q. B. F. quare bonũ factũ. Q. E. R. E. Quanti ea res exit. Q. F. Quinti filius. Q L. F. Quinti Lucii filius. Q vel Q V I N T. Quintilian. Q. B. M. V. quæ bene mecũ vixit. Q. E. R. E. I V. D A. Quanti ea res erit, judiciũ dabo. Q V I R. Quirites. Q. L. Quinti libertus. Q M. Quintus Mutius. Q. B. F. Quare bene factum.

Quà, adverbium ſignificationem habens per locum. [אי־זה e-zeh. πῆ δή, ἧς. Gall. *Par où.* Ital. *Per che luogo.* Ger. Wodurch/da durch Bel. Langer/waer. Hiſp. *Por qual lugar.* Pol. *Ktoredy.* Vng. *Maly felé.* Ang. *By what waye.*] Autor Priapeæ: Ad fontẽ dic mihi quà ſit iter. Cicero pro Cęcinna: Omnes introitus quà adiri poterat in eũ fundũ. Idẽ 4. Philip. Ipſe in templũ, neſcio quà, per cuniculũ aſcendit. ¶ Aliquãdo ponitur pro in quantũ, ſive quatenus. καθόσον. Senec. Hominẽ quippe quà animal eſt, moveri ſenſu oportet. ¶ Aliquãdo pro partim vel tum. Plin. Epiſtol. 49. lib. 3: Medium tempus diſtentum, impeditumq; : quà officiis maximis, quà amicitia principũ egiſſe. Cicero Quinto Fratri: Omnia conveſtivit hedera, quà baſim villæ, quà intercolumnia ambulationis. Idem Attico lib. 1: Quà domini, quà advocati ſibilis conſciſſi ſunt: id eſt, Tum domini, tum advocati. Idem alibi ad eundem: At quàm honeſta, quàm expedita tua conſilia, quàm evigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà navigationis, quà congreſſus, ſermonisq; cum Cæſare? id eſt, tum itineris, tum navigationis, tum cõgreſſus & ſermonis cum Cæſare. Vel (ut Budæus interpretatur) qua in parte itineris, navigationis & congreſſus fit mentio. Et rurſum lib. 15: Intelligo te diſtentiſſimum eſſe quà de Buthrotiis: quà de Bruto: id eſt, partim ob Buthrotios, partim ob Bruti ludos. ¶ Interdũ quà idem valet, quoq; qua ratione vel quo modo. Virg. 1. Aeneid. Qua facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem. ¶ Aliquàndo idem quod qua parte. Ovid. in Epiſtol. Phyllidis: Quà patet umbroſum Rhodope glacialis ad Hæmũ. ¶ Eſt etiam qua ablativus fœminin. à nominativo quæ: nã qua nominativo non utimur niſi in cõpoſitis. Qua gratia pulchrè dicitur pro quamobrem. Plaut. in Amph. Amphitryo redire ad navim melius eſt nos. AM. Qua gratia? Qua de re ſimiliter aliquando pro quamobrem ponitur. Cic. Qua de re, Iudices, vobis magnopere providendũ eſt. Aliàs idẽ eſt quod de quare. Cic. 2. Rhetor. Firmatur ſimil.tudine ejus rei qua de re agitur, &c. ¶ Qua cauſa idẽ quod quamobrẽ Plaut. in Menæch. Quid de te merui, qua me cauſa perderes? S. militer qua de cauſa. Plin. li. 18 ca. 7: Qua de cauſa levior illis quam cæteris panis eſt.

Quacunquĕ, adverbium eſt loci, Per quamcunq; partem, vel per quecunq. ocum [ἤ κε, ὅπη, ὅπῃ. Gall. *Par ou ce ſoit, par quelque lieu que ce ſoit.* Ital. *Per ogni parte.* Ger. Geb wa hindurch/durch welches theil oder ort. Hiſp. *Por todas partes.* Pol. *Ktore dukolwiek.* Vn. *Mindõ fele.* An. *By what ſoeuer waye or place.*] Liv. 1. ab Vrbe: Vbi eò ventum eſt, quacũq; incedit armata multitudo, pavorẽ ac tumultũ facit. ¶ Eſt etiã quacunq; ablativus à quæcũq;. Ibidem: Is Aſcanius ubicunq;, & quacunq; matre genitus, &c.

Quādāntĕnŭs, antepen. acuta, Vſq; ad quandã partem, ſive aliquantulum. [ἐπιν ὡς, μίχρις πνός. Gall. *Par quelque part, lieu ou moyen.* Ital. *Al quanto.* Ger. Zum theil/etlicher maaß. Hiſp. *Per alguna parte.* Vng. *Nemineműv modon.* Ang. *By ſome waye or meane.*] Plin. lib. 26. cap. 10: Tria autem genera ejus, latum, & alterum longius, quadantenus rubens.

Quadrā, æ, f. p. Inſtrumentũ planũ, aut modicè concavũ, ſuper quo cibos diſſecamus: ita dictũ à figura quadrata: nam quæ orbiculati ſiunt figura, orbes nominãtur. [πίναξ. Gall. *Vn tailleur quarré.* Ital. *Quadrato tagliere.* Ger. Ein viereckechtiger teller. Bel. Een vierecante telloor. Hiſp. *Inſtrumento para cortar el manjar.* Pol. *Taliery quadratowy.* Vng. *Zeges tanyer.* Ang. *A trencher.*] Eadem & menſæ dicuntur: ſolentq; in iis cibi ſingulis convivis apponi. Neq; ſolùm ex ligno, ſtannóve, aut argento, ut hodie, verumetiam ex pane fiebant. Vnde eſt illud apud Virg. 7. Aen. patulis nec parcere quadris. Et paulò pòſt: Heus etiam menſas cõſumimus. ¶ Aliena quadra vivere, eſt alienis ſumptibus victitare. Iuven. Satyr. 5: Vt bona ſumma putés aliena vivere quadra. ¶ Quadra placẽtę. Mart. lib. 6: Quũ mittis turdúmve mihi quadrámve placentę, Sive femur leporis, ſive quid his ſimile. Bos in quadra argẽtea, βοῦς ἐπὶ πίνακος. In eos qui perſonam ſuſtinent officium aliquod egregium pollicentem, nec ulli tamen ſunt uſui niſi ad voluptatem, aut faſtum.

Quādrāgēnārĭŭs, a, um, Quod in ſe continet quadraginta: ut Quadragenarius lapis: id eſt, quadraginta librarum. Quadragenarius homo: id eſt, quadraginta annorũ. [ארבעים arbahim. τεσσαρακοντούτης. Gall. *Quarantain qui a veſcu quarante ans.* Ital. *De quaranta anni.* Ger. Vierzig jährig. Hiſp. *De quaranta annos.* Pol. Czterdzieſci maiacy. Vng. *Negyuen xamos negyenős.* An. *Of fourtye yeares.*] Grex quadragenarius: id eſt, quadraginta capitũ. Liv. 7. ab Vrbe: Quadragenariæ octo cohortes, lecta robora virorũ ſcribũtur. ¶ Quadragenariæ cohortes: id eſt, quadraginta viros continentes.

Quādrāgēnī, æ, a, Numerus diſtributivus, ſicut bini, & terni. [ארבעים arbahim. οἱ ἀνὰ τεσσαράκοντα. Gall. *Quarante.* Ital. *Quaranta.* Ger. Je vierzig vnd vierzig. Hiſp. *Quaranta.* Pol. Po, czterdzieſci. Vng. *Negyuenönkent.* Ang. *Fourtye.*] Columel. lib. 5. cap. 2: Centies vicies duceni quadrageni, fiunt viginti octo millia & octingenti.

Quādrāgēſĭmŭs, a, um, Vnus ex numero quadragenario. [ארבעים arbahim τεσσαρακοστός. Gall. *Quarantieſme.* Ital. *Quarantesimo.* Ger. Das vierzigeſt. Hiſp. *Quaranta an orden.* Pol. Czterdzieſty. Vng. *Negyuenödik.* Ang. *The fourtieth in number.*] Plin. lib. 14. cap. 20: Cocti parte quadrageſima. ¶ Aliquando ultimus ex quadraginta. Plin. lib. 2. cap. 8: Quadrageſimaſecũda Olympiade. ¶ Quadrageſima abſolutè dicitur pro quadrageſima parte, τεσσαρακοστή. Suet. in Caligula, cap. 4: Pro litibus, atq; judiciis ubicunq; conceptis quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur. Sic dicimus, decimã, vigeſimã, quinquageſimam, centeſimam, PARTIS vocabulum venuſtè ſubintelligentes, quod ruſticè exprimeretur.

Quādrāgīntā, Quater decem adjectivũ eſt numeri cardinalis. [ארבעים arbahim, τεσσαράκοντα. Gal. *Quarante.* Ital. *Quaranta.* Ger. Vierzig. Bel. Veertich. Hiſp. *Quaranta.* Pol. Czterdzieſci. Vng. Negyuen Ang. *Fourtie.*]

Quādrĭēs, adverbium numerandi, Quater decem. [τεσσαρακοντάκις. Gall. *Quarante fois.* Ital. *Quaranta volte.* Ger. Vierzig mael. Hiſp. *Quaranta vezes.* Pol. Czterdzieſci. Vng. Negyuenör. Ang. *Fourtie tymes.*]

Quādrāngŭlŭs, adjectivum, Quod habet quatuor angulos. [רבוע rabúah. ארבע merubbáh. τετράγωνος. Gal. *Quadraugulaire, qui à quattre coins.* Ital. *De quattro cãtoni, quadrãgulo.* Ger. Viereckechtig. Hiſp. *Coſa de quatro angulos.* Pol. Czteri katy maiący. Vng. Negy zegw. Ang. *That hath foure corners.*]

Quadrāns, m. t. Quarta pars aſſis: hoc eſt, unciæ tres. [רבע robáh. τετρημόριον. Gall. *La quatrieſme partie d'vn tout, trois onces.* Ital. *Quarta parte di vna libra.* Ger. Der viertheil eines Aſſis oder pfapparts/drey heller. Hiſp. *Tres vncas de vna libra.* Vng. *Negyed reż.* Ang. *Three unces, a farthing.*] Plin. lib. 28: Ad tuſſim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini ſextariis tribus. Quoties autem de re numaria ſermo eſt, quadrans, æreus numulus eſt, teſte Plinio, qui & triuncis, vel triunx vocatur, à tribus unciis. Vt enim Seſtertius quarta pars eſt denarii: ita quadrãs quarta pars aſsis. Iuvenal. Satyr. 7: Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca Oſtendatur. Quadrans operæ apud Colum. lib. 2. cap. 4. eſt quarta pars operæ. ¶ Eſt etiam quadrãs quũ de mẽſuris loquimur, quarta pars Romani ſextarii: hoc eſt,

hoc est, cyathi, vel unciæ très. ¶ Quadrans pedis, est mensura quatuor digitorum, quam etiam palmum minorem vocamus. [ⲡⲩⲇ *tóphach.* παλαιστή.]

Quadrāntālis, quadrantale, om.t. [τετραμυετῶν. Gal. *De quatre doigts.* Ital. *Di quattro dita.* Ger. Das den vierdten theil eines schuchs lang oder breit ist. Hisp. *Cosa de quatro dedos.* Pol. *Szerokości czterech palcyi.* Vng. *Negyed rezes.* Ang. *Of four fingers or inches.*] Plinius lib. 15. cap. 13: Quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali: id est, pedis quartæ partis.

Quadrāntāl, n.t. Figura est omni ex parte quadrata, quales sunt cubi, & tesseræ, quibus in alveolo luditur. [κύβος. Gall. *Figure toute carree, comme vn dé.* Ital *Figura quadra ò squarrata.* Ger Das in allweg geviert ist alß ein würffel. Hisp. *Figura quadrada como dado.*] In quamcunq; enim partem incubuerint, immotam habent stabilitatem. Gell. lib. 1. cap. 20: Vel qualia sunt quadrata undiq;, quæ κύβους illi, nos *quadrantalia* dicimus. Est etiam quadrantal mensuræ genus, pedem quaquaversum quadratū habens, continens sextarios quadraginta octo: usitatiore nomine *amphorā* appellamus. ἀμφορεύς. Plaut. in Curcul. Anus hæc sitit. P A. quantillum sitit? P H modica est, capit quadrantal.

Quadrāntārĭus, a, um, adjectivum est à quadrante deductum: [τετραμισθιακῶν. Gall. *De trois mailles, de petite valeur.* Ital. *Da poco, di tre onze.* Ger. Das des vierdtheils ist eines blapparts. Hisp. *Cosa de la quarta parte y de poco precio.* Vng *Negyedrezes.* Ang. *Of small or litle price, for a farthing.*] ut, Quadratatia permutatio: id est, permutatio quadrantum. Cic. pro Cælio: Nisi fortasse mulier potens quadrantaria illa permutatione facta familiaris erat balneatoria. ¶ Accipitur pro vili & contemnendo: unde quadrantaria meretrix dicitur vilissimū scortum, quod quadrante se locat. Huc etiam respexisse videtur Cæcilius apud Quint. lib. 8. cap. 9, quum Clytemnestram, quadrantariam vocat, impudicitiam nimirum illius notans. Solet enim prostibulis aliquot quadrantum merces esse constituta.

Quadrārĭus, adjectivum, Quadratus, aut certè quadrangulus: ut Vas quadrarium. [רבוע *rebúah* מרבע *merubbáh.* τετράγωνος. Gall *Quarré, quarre.* Ital *Squarato.* Ger. Gefieret oder viereckecht. Hisp. *Quadrado.* Pol. Wieczeeri rogy czworograniſti. Vng. *Zeges, anagy negy zegü.* Ang. *That hath foure corners, oure square.*] Cato de Re rust. cap. 17: Torcularium si ædificare vis quadrariis vasis, uti contractiora sient, ad hunc modum vasa componito.

Quadrātarĭī, Quadratura, Quadratus, Vide QVADRVM.

Quadrĭcornium, dicimus quod quatuor cornua habet. τετράκερως.

Quadrĭdēns, om.t. Quod quatuor habet dentes. [τετράδους. Gall. *De quatre dents.* Ital *Di quattro denti.* Ger. Das vier zeen hat. Hisp. *Cosa de quatro dientes.* Pol. Czworo zębiaſti. Vng. *Negy fogu.* Ang. *That hath foure teeth.*] Cato cap. 10: Rutra quinq;, rastros quadridentes duos.

Quadrennĭum, nii, n.s. Spatium quatuor annorū. [τετραετία. Gall. *Espace de quatre ans.* Ital. *Spazzo de quattro anni.* Ger. Die zeit begreiffend vier jar. Hisp *Espaccio de quatro annos.* Pol. Czaſ czterech liath. Vng. *Negy eztendö.* Ang. *The space of foure yeares.*] Cic. 5. Verr. Nam quum quadriennio pòst in Siciliam venissem, &c.

Quadrĭfārĭam, adverbium, Quadripartitò, in quatuor partes. [τετραχῶς. Gall. *En quatre parts, en quatre sortes.* Ital *In quattro modi ò parti.* Ger In vier theil. Hisp. *En quatro maneras.* Pol. Na, czteri czeſci. Vng. *Negy keppen.* Ang *Foure foldly.*] Liv. 4. ab Vrbe: Quadrifariam divisо exercitu. Idem lib. 1: Quadrifariam enim Vrbe divisa regionib. collibusq;, quæ habitabātur partes, tribus eas appellavit. Suet. in Vitellio, cap. 13: Sed vel præcipuè luxuriæ sævitiæq; deditus epulas trifariā semper, interdum quadrifariam disperticbat, in jentacula, & prādia, & cœnas, & commessationes.

Quadrĭfĭdus, a, um, pen. cor. Quod in quatuor partes findi potest, aut fissum est. [τετράχηλος. Gall. *Qui a quatre fourchons.* Ital. *Che si può fendere in quatro parti.* Ger. Vierspältig oder in vier theil zerspalten. Hisp. *Cosa hendida en quatro parte.* Pol Naczworo rozlupiom. Vng. *Negy fele hasas.* Ang. *That is cloven in foure partes.*] Virg. 2. Georg. Quadrifidasq; sudes, & acuto robore vallos: hoc est, ita robustas, ut in quatuor partes dividi possint. Trabs quadrifida, Valer. 1. Argon. Labor quadrifidus, Clau. 5. Paneg.

Quadrĭfŏrĭs, quadrifore, Quod quatuor fores, sive foramina habet. [τετράθυρος. Gall. *Qui a quatre portes, entrees ou trous.* Ital. *De quàttro porte ò entrate.* Ger. Das vier löcher oder eyngeng hat. Hisp. *De quatro horados.* Pol. Czworo wesçie. Vng. *Negy aytoin, anagy likv.* Ang. *That hath foure gates, portes or holes.*] Plin. lib. 11. cap. 21: Vespæ nidos Vere faciunt ferè quadrifores.

Quadrĭformē, Quod habet quatuor formas τετράμορφον.

Quadrīgă, æ, pen. prod. f.p. Currus quatuor equis junctus. [מרכבה *merchabáh.* τέθριππον. Gal. *Char ou chariot à quatre chevaux, quatre chevaux attelez en vn harnois.* Ital. *Carretta di quattro cavalli.* Ger. Ein wagen vor dem vier Rossz eyngespannet sind. Hisp. *La carretta ò carro de quatro cavallos.* Pol. *Cugkoni poc zwormi.* Vng. *Negy lovu zeker.* Ang. *A cart drawen with foure horses, or foure horses drawing a cart.*] Gellius libro 19. capite 8: Quadrigas Cæsar etiamsi currus unus, equorum quatuor junctorum agmen unum sit, plurativo numero semper dicendas putat. Horat. 2. Car. Ode 16: tibi tollit hinnitum apta quadrigis equa. Cicer. de claris Orat. Nec enim in quadrigis secundum numeraverim, aut tertium, qui vix è carceribus exierit. Idem 3. de Natura deor. Minervam quadrigarum inventricem ferunt. ¶ Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur equi, qui quadrigas agunt. Colum. lib. 3. cap. 6: Vnde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum semina diligenti observatione custodiunt, & spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti Plaut. in Asin. Nam si huic occasioni tempus se subduxerit, Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea. Vbi quadrigas albas vocat equos Veneris, qui albi erāt, & citi: ut sit sensus, Etiamsi currum Veneris ab alitibus vectum, & per hoc summæ celeritatis, cōscenderet, & se qui vellet jam amissam occasionem, nunquam eam consequeretur. Virgil 8 Aeneid. Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ Distulerant. Claud. 7. Paneg. velut ordine rupto. Quum procul insanæ traherent Phaëthonta quadrigæ. Navibus atq; quadrigis, pro summo studio summaq; festinatione. Flac. in Epistol. ¶ Citis quadrigis & Iovis quadrigis fugere, pro eo quod est quàm ocyssimè fugere, legitur apud Plautum.

Quadrīgŭlă, diminutivum. [τεθρίππιον. Gall. *Petit char ou chariot à quatre chevaux.* Ital. *Picciola carretta di quattro cavalli.* Ger. Ein wägetin Hisp. *Pequeno carro de quatro cavallos.* Vng. *Negy lovu zekeretske.* Ang. *A litle cart drawen with foure horses.*] Cicer. de Fato: At Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare movébatur.

Quadrīgārĭŭs, rii, m s. Qui quadrigas in circensibus agebat, inque Alcon. [רכב *rachchább.* τεθριππηλάτης. Gall *Charretier qui conduit vn chariot à quatre chevaux.* Ital. *Carrettiero chi conduce vn tal carro.* Ger. Ein Karrer oder Furmañ, der ein wagen führt vor dem vier Rossz gespannet sind. Hisp. *El rigidor de aquel carro.* Vng *Negy lovu zeker vezetö.* Ang. *A carter that guideth a cart with four horses.*] Varro 2. de re Rust. cap. 7: Docet aliter quadrigarius, & desultor. Fuit præterea hoc cognomen Q. Claudii, scriptoris vetustissimi, non semel ab A. Gellio citati.

Quadrīgātŭs, Numus erat argenteus, quadrigæ imaginem habens impressam: sicut Bigatus, qui Bigarum notam habebat. Plin. lib. 3. cap. 32: Notà argenti fuêre bigæ, atq; quadrigæ: & inde Bigati, & Quadrigati dicti. Liv. 2. belli Pun. Pacti uti arma, atq; equos traderent in capita Romana tricenis numis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis.

Quadrĭgĕmĭnŭs, adjectivum. [ὁ ἐξ ἡ τετραπλάσιος. Gall. *Doublé en quatre.* Ital *Doppio in quattro.* Ger. Das zweyfach oder doppiet vier ist. Hisp. *Cosa quatro vezes doblada.* Pol. Czworzyſti. Vng *Negyzer kettös.* Ang. *Foure double.*] Plin. lib. 8. cap. 23: Cerastis corpore eminere cornicula sæpè quadrigemina, quorum motu, &c. id est, quatuor cornicula.

Quadrĭjŭgī, sive Quadrijuges, pen. corr. Equi quaterni ad unū jugum alligati: [τετράζυγες, τετράορος. Gall. *Attelé a vn ioug luy quatrieſme.* Ital. *Quattro cavalli à vn giogo.* Ger. Vier Rossz zusamen vnder ein joch eyngespannet. Hisp. *Quatre cavallos de vna ayunta.* Pol. Woſzinki albo czteri komi ſpolnie. Vng. *Egy zekerbe fogot negylo.* Ang. *Foure horses in one yoke.*] sicut Bijugi, Trijugi & Sejugi, quum duo, vel tres, vel sex equi ad unum jugum adhibentur. Ovid. 2. Metamorph. tritumq; relinquunt Quadrijuges spatium: nec quo prius, ordine currunt. Virg. 10 Aeneid. quin ecce Nymphei Quadrijuges in equos, adversaq; pectora tendit. Currus quadrijugi τέθριππον. idem quod quadriga: id est, currus quatuor equos junctos habens. Virg. 3. Georg. Quadrijugo vehitur curru.

Quadrĭlătĕrium, Quod habet quatuor latera. τετράπλευρον.

Quadrĭlībrĭs, quadrilibre, pen. prod. [τετράλιτρος. Gall. *De quatre livres.* Ital. *Peso di quattro libre.* Ger Vier pfundig. Hisp. *Cosa de quatro libras.* Pol. Czterech funtech. Vng. *Negy fontui.* Ang. *Of foure poundes.*] Quod est ponderis quatuor librarum. Plaut. in Aulul. Quadrilibrem ansam auro onustā habeo, qui me est divitior?

Quadrĭlĭngŭs, Qui quatuor linguas habet: aut qui quatuor diversis loquitur linguis. τετράγλωσσος.

Quādrĭmănŭs, [τετράχειρ. Vn Negy kezwe.] Qui quatuor habet manus. Eutrop. lib. 4 de bello Achaico: Eo tempore Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, &c.

Quadrĭmembrĭs, Quatuor membrorum: hoc est, partium. τετραμερής

Quadrĭmŭs, ma, mum, pen. prod. Quod habet quatuor annos.

nos. πεζαετὴς. Gall. De quatre ans. Ital. Di quattro anni. Ger. Vierjährig. Hisp. Cosa de quatro annos. Pol. Czworoletni. Vng. Negy esztendős. Ang. Of foure yeares.] Plaut. in Capt. Perdidi unũ filium puerum quadrimum. Plin. lib. 8. cap. 44: Ad tales partus equis neq; quadrimis minores, neq; decennibus majores.

Quadrĭmŭlĭus, li, diminutivum. ὁ ὀλίγῳ ὑπὲρ πεζαετὴς ὤν. Plautus in Pœnul. Altera quinquẽnis, altera autem quadrimula, Cum nutrice unà periêre.

Quadrimatŭs, tus, m. q. Aetas quatuor annorum. [πεζαετία. Gal. L'aage de quatre ans. Ital. Di quattro anni. Ger. Das vierdtig alter. Hisp. Edad de quatro annos. Vn. Negy eztendős wdő. An. The age of foure yeares.] Plin. lib. 8. cap. 45: Id consequutus nõ est ante quadrimatum ad partus vocando. Idem lib. 19. cap. 11: Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum extra quadrimatum utile est. Agere quadrimatum. Colum. lib 7. cap. 9: Quàm falacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progenerant, dum quadrimatum agant.

Quadringentī, tæ, ta, Quater centum, numeri cardinalis est. [ארבע מאות arbáh meóth. πεζακόσιοι. Gal. Quatre cens. Ital. Quattro cento. Ger. Vierhundert. Hisp. Quatrocientos en numero. Pol. Czterysta. Vng. Negyszaz. Ang. Foure hundred.] Cic. in Pisonem: Centum prope annos legem Aeliam & Fufiam tenuerunt: quadringentos judiciũ, rationemq; Censoriam. Idem de Divinat. Tali quadringenti jacti.

Quadringentĭēs, adverbium. [πεζακοσίακις. Gall. Quatre cens fois. Ital. Quattro cento volte. Ger. Vierhundert mal. Hisp. Quatrocientas vezes. Pol. Czterysta kroć, albo razow. Ang. Foure hundred tymes.] Cic. pro Rabirio: Sestertiũm bis millies & quadringenties, ne magnopere contemneret.

Quadringentēsĭmŭs, a, um, Vnus, vel postremus ex quadringentis [ארבע מאות arbáh méoth. πεζακοσιοστός. Gal. Quatrecentiesme. Ital. Quadringentesimo. Ger. Das vierhundertste. Hisp. Uno de quatrocientos. Pol. Oktatni czterechseth. Vng. Negy szazadik. Ang. The fourhundreth in order.] Plin. lib. 8. cap. 6. Anno Vrb 472.

Quadringēnārĭus, a, um, & (ut nonnulli legunt) quadrigenārius, vel quadricenarius. [ארבע מאות arbáh méoth. πεζακοσιοστός. Gall Quatre cens. Ital. Quattrocento. Ger Vierhundert Hisp. Quatrocientos en numero. Vng. Negy szazadik. An. Foure hundred.] Liv. 8. ab Vrb. Vectigal quoq; eis Campanus populus jussus pendere singulos quotannis (fuêre autem mille & sexcenti) denarios nummos quadrigenos quinquagenos.

Quadrinoctĭum, a, n. Tempus quatuor noctium: sicut Binoctium spatium duarum noctium. πεζανύκτιον.

Quadrinŭs, a, um, pen. prod. adjectivũ, Pro quatuor dicitur. [ארבעה arbábah רביעי rebiĭi. τετράπους. Gall. Quatre. Ital. Quattro. Ger Vierer Hisp. Quatro. Vng. Negy. Ang. Foure.] Plin. lib. 11. cap. 36 Mutationes, & in alias figuras transitus trinis, aut quadrinis diebus.

Quadrīmæ molæ, trapeta quædam & torcularia fuerunt, quadrinis vasis, ut apud Catonem legimus, quæ plus ulli viniquæ premebant: sic Quadrimæ molæ plurimum farinæ in pistrinis faciebant. Hinc illud Pomponii in Pistore: Nam plus quæsti facerem, quàm quadrinas si haberem molas.

Quadrĭpartĭo, [πεζαχῆ διαίρεσις. Vn. Negy reszre osztaty.] Fabius Victorinus, Rhetor. Cic. Hoc quoq; adversarius syllogismum quadripartitur.

Quadrĭpertĭo, ĭr, ĭtus, d. q. In quatuor partes divido. [רבע ribbéah πεζαχῆ μερίζω. Gall Deviser en quatre parties. Ital Dividere in quattro parti. Ger. Viertheilen. Hisp. Partir en quatro. Pol. Rozdzielam na cztery części. Vng. Negy reszre osztom. Ang. To devide into foure partes.] Vnde quadripertitum, in quatuor partes divisum. Plin. lib. 15. cap. 22: Nucleorumq; illis quadripertita distinctio. Cic. 3 Verr. Quare hæc eadem erit quadripertita distributio totius accusationis meæ.

Quadrĭpertĭtō, adverbium idem significans quod quadrupliciter, sive in quatuor partes, πεζαχῇς.

Quadrĭrēmis, hujus quadriremis, pen. prod. f. t. Navis quæ quatuor remorum ordines habet. [πεζήρης Gall Nauire ayant quatre rancs de rames pour banc. Ital. Galea di quattro remi per banco. Ger. Ein Schiff mit vier ruder ordnungen. Hisp. Naua de quatro ordenes de remos. Pol. Okata lodz, wiosłami czterzerna rzędoma robiona. Vng Negy rend euezõ vhaio. Ang. A ship or galey with foure owers ma seate.] Liv. 4. belli Punici: Præmissa quadriremis, quum intrasset fauces portus, capitur. Cic. 7. Ver. Egreditur Centuripina quadriremis è portu.

Quadrĭsyllăbum, Quod est quatuor syllabarum, πεζασύλλαβον.

Quadrivĭum, n. s. Dicitur locus publicus ubi quatuor viæ concurrunt. [πεζόδιον. Gal. Vn carrefour ou ayant quatre chemins. Ital. Luogo de quattro vie. Ger. Ein ort da vier wãg zusammen stossen, ein creützgaß. Hisp. Encruzijada de quatro vias. Pol. Rostanie drog. Vng. Negy vtnak találkozattya. Ang. A place where foure wayes do meete.] Catullus ad Cæsium de Lesbia: Nũc in quadriviis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Iuven. Satyr. 1: Nónne libet medio ceras implere capaces Quadrivio?

Quadro, quadras, Vide QVADRVM.

Quadrum, quadri, n. s. Quadratum, quod scilicet quatuor æquales lineas, quatuorq; angulos rectos habet. [רבוע rabbiah מרובע merubbáah. Gall. Quarré. Ital. Quadro. Ger. Ein gevierter ding. Pol. Vierconatki. Hisp. Quadrado. Vng. Negyszeg. Ang. A figure foure square.] Colum. lib. 8. cap. 2: Pertinaciorem in quadrum. In quadrum sententiam redigere: hoc est, e qualiter fundere, & suo numero servata litera disponere. forma enim quadrata, inquit Quintilianus, nulla est ex parte neq; lõgior, neq; brevior. Cic. in Orat. Quum redigeret omnes ferè in quadrum, numerumq; sententiæ.

Quadro, as, act. t. In quadrum redigo. [רבע ribbéah. πεζαγωνίζω. Gall. Esquarrir. Ital. Squadrare. Ger. Gevieret machen, in die viereung bringen. Bel. Gevierct maken. Hisp. Quadrar en quadro. Pol. Czworowatym dzielę albo czworadzę. Vng. Negyszegelem. Ang. To make foure square.] Horat. 1. Epist. 6: Si quadret acervum. Colum. lib. 11. cap. 2: Arbusta atq. propagines, quibus operis ad unguem quadrantur. q. Per translationem ponitur pro convenire, & ex omni parte convenire. [רבב rabbéb. תכן tekên. תקן tekún. הכין hekín. Gall. Ajuster, accorder. Ital. Accordare. Ger. Richten, schicken, ordnen, fügen. Hisp. Acordar con otro.] Tractum à lapidibus quadratis, qui omnium laterum æquali proportione inter se optimè conveniunt, & ponitur vel simpliciter vel cum accusativo interveniente præpositione In, vel Ad: Virg. 2. Georg. nec tecius omnis in unguem Arboribus positis secto via limite quadret. Apul. Vt omnia ad calamitatem quadrarent. Cic. 3. de Orat. Et tamen cum conjunctionem, sicuti versum, numerose facere, & quadrare, & perfici volumus. Cic. ad Attic. lib 4: Verum est hos mihi ad multa quadrare. Cic. pro Cælio: Quod profectò nunquam hominem sermo, atq; ejus inio comprobasset, nisi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istum quadrare appareremus. q. Summa rationum quadrãbit. r. in qua nihil deerit, & in qua nulla sunt reliquatio: cui, quum aqualis est summa accepti & expensi Budæus.

Quadratŭs, a, um, Quod habet quatuor angulos rectos, & æquales. [מרובע merubbáah. πεζάγωνος. Gall. Quarré, quarrée. Ital. Squadrato. Ger. Geviert, vierecht, viereckicht. Hisp. Cosa hecha del to lo. Pol. Czworo granisty. Vng. Negyszeges. Ang. Foure square.] Liv. 6. ab Vrbe. Capitolium quoq; saxo quadrato substructum erit Plin. Epist. 25. 4. Manent adhuc paucissimi arcus: possunt & emgi quinæ lapide quadrato, qui ex superiori opere derasus est Quadratum agmen. Cic. 2. Philip. Agmine quadrato cum gladiis sequuntur fortunatos. Liv. 2. ab Vrbe. Veientes quadrato agmine pedite ducit. Tres quadratæ id est, quadrilateræ, pyramides Lucret. lib 4. Domus quadrata, Cic. in Tusc. Mutare quadrata rotundis, Horat. 1. Epist. 1. Quadratum corpus id est, mediocre, quod neq; nimis procerum est, neq; nimis humile, sed medio quodãmodo spatio decorum. Cels. Medicinæ lib. 2. Corpus habilissimum quadratũ est neq; gracile neq; obesum. Nã longa statura, ut in juventute decora est, ita matura senectute conficitur. Colum. de canibus: Probatur, inquit, quadratus potius, quam longus aut brevis. Sic & Suetonius Vespasianum scribit quadratæ fuisse staturæ. Quod ita compositum est, æqualiter fusa. Quintil. lib. 2. cap. 5: Quæ vis Sq quadrata, sed similis tamen compositio

Quadrātus, quadrata, quadratum, Quadratus, hoc est, qui quatuor angulos rectos habens & æqualis [מרובע merubbáah. רבוע ribbéah. πεζάγωνος. Vng. Negyszegu. Ang. Foure square.] Cato, de re rust. cap. 7: Pertica debet esse in quadratum. Reliqua vide pauco antè in die [QVADRVM.

Quadratārĭus, Dicitur marmorarius, qui marmora ad amussim quadrat. [πεζαγωνάρχης, ὁ τὰς πλευρὰς τετραγωνίζων λίθων. Gall. Vn tailleur qui esquarrit les pierres. Ital. Squadratore. Ger. Ein Steinmetz der die Marmelstein eben in die viereung hauwet. Hisp. Cantero que quadra piedras. Vng. Mõtezõ, kw faragó. Ang. A carver or framer of stones.] Qua voce usus est Sidonius Apollinaris Vir (inquit) ut vitium non faciat in marmore lapicida: quod factum sive de industria, sive per incuriam, mihi magis, quàm quadratario, lividus lector adscribat.

Quadratūra, Ipsa quadratio: hoc est, alterius figuræ ad quadratam redactio. [רבוע rĕbah. πεζαγωνισμός.] Vnde Archimedes scripsit de Quadratura circuli.

Quadrŭpes, quadrupedis, om. t. Propriè adjectivũ est, quod de omni eo animali dicitur quod quatuor habet pedes. πεζάπους. Gall. Qui a quatre pieds. Ital. De quattro pieds. Ger. Vierfüssig. Hisp. Cosa de quatro pies. Pol. Bestia czterech nogach. Vng. Negy labu allat. Ang. Foure footed.] Terent. in Andr. tu tamen Cura adhibe ut hunc quadrupedem constringas: atq. hæc quadrupedem constringito. Ovid. 15. Metam. Editus in lucem jacuit tunc viribus infans, Mox quadrupes, rituq; tulit sua membra ferarũ. Sæpè tamen accipitur substantivè; idq; modò in masculino genere.

Ovid. 2.

Ovid.2. Metam. Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant, In promptu regere eſt. Virg.11. Aeneid. Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Idē 7. Aeneid. Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. Modò in fœm. gen. Quintil. lib.2. cap.10: Diſtentæ quadrupedes viridi pabulo. Cic. in Parad. Nihil inter te atq; inter quadrupedem intereſt. Plin.lib.10. cap.33: Vt nulla quadrupes poſſit accedere. Aliquando etiam in neutro. Columel.lib.11. cap.2: Nec minus majora quadrupedia charactere ſignari debent. Idem libro 2.capite24: Quinetiam pecus lanatum, cunctaq; quadrupedia tempus idoneum eſt caſtrandi.

Quadrŭpĕdo, as, pen. cor. n.p. Quatuor pedibus gradior. [*τετραποδίζω, τετραποδηδὸν βαδίζω.* Gall. *Aller à quatre piedz.* Ital. *Andare con quattro piedi.* Ger. Mit vier füſſen gehen Hiſp. *Ir à quatro pies.* Pol. Naczterzech nogach chodze. Vng. *Negy labon iarok.* Ang. *To go or walk on four feete.*] Vnde quadrupedantia animalia, quadrupedia dicuntur. Virg.11. Aeneid. de equis: perfractaq; quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. Plin. lib.8. cap.45: Theſſalorum gentis inventum eſt equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare. Quadrupedans ſonitus. Virg.8. Aeneid. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Quadrŭplātōrēs, m.t. à Quadruplor, aris, dicuntur Delatores, & infimæ ſortis accuſatores: ita dicti quòd quartam partem ex damnati bonis conſequerentur. [*ὠδὲ ἔπεται, συκοφάνται, φιλεγκλήμονες.* Gall. *Accuſateurs, qui auoyent la quatrieme partie des biens confiſquez.* Ital. *Accuſatori ch' ha venano la quarta parte de beni confiſcati.* Ger. Ein Verächter oder angeber eines/daß jhme der vierdte theil des verdampten guts werde. Bel. Een verradet. Hiſp. *Acuſadores para auer la quarta parte de los bienes confiſcados.* Pol. Oskarzacz ktori czwarta czeſc wimodnoſci. Vng *Patuaros, az vadoltatos morbaisnak negyed reszeiert vadolo.* Ang. *Which for accuſing gett the fourt part of the goodes confiſcated.*] Cic.4. Verr. Petit Nævius Turpio quidam, iſtius excurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus. Liv.3. ab Vrbe: Clarum hac fore imagine Scaptium nomen? Pop.Rom. quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ perſonam laturum? Aſcon. Quadruplatores, delatores erant criminum publicorum, in qua re quartam partem de proſcriptorū bonis, quos detulerant, conſequebantur. Feſtus tamen eos quadruplatores eſſe affirmat, qui eo quæſtu ſe ruebantur, ut eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.

Quadrŭplŏr, aris, d.p. Quadruplaturam exerceo, ſive delatorio, & damnati quartam partem accipio. [*φώρω, συκοφαντῶ.* Gall. *Emputer ou accuſer pour auoir la quatrieme partie des biens confiſquez.* Ital. *Accuſare per hauere la quarta parte de boni confiſcati.* Ger. Ein Verächter oder Kalthañs ſeyn / vnd den vierdten theil des angegebnen guts empfahen. Hiſp. *Acuſar para auer la quarta parte de los bienes confiſcados.* Pol. *Abych czwarta czeſc wſzral oskarzuie.* Vng. *Patuaroskodom, negyed reszert vadolok.* Ang. *To accuſe for to get the fourt part of the goodes confiſcated.*] Plautus in Perſa: Neque quadruplari me volo: neq; enim decet, ſine meo periculo abire aliena ereptum bona.

Qradrŭplex, hujus quadruplicis, pen.cor.om.t. dicitur quod aut quatuor eſt modorum, aut quatuor ſpecierum, aut ordinum quatuor. [*τετραπλοῦς.* Gal. *Quadruple, doublé en quatre.* Ital. *Di quattro doppie, doppiato quattro volte.* Ger. Vierfaltig oder vierfach. Bel. Viervoudich. Hiſp. *Coſa de quatro dobleces.* Pol. Czworaki. Vng. *Negreto, negy fele.* Ang. *Foure folde.*] Liv.10. bel. Pun. Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adverſus hoſtem oppoſuit. Cicer. in Arato: Præter quadruplices ſtellas in fronte locatas. ¶ Interdum multiplicativi numeri vim habet, idem ſignificans quod quadruplus. *τετραπλάσιος.* Plaut. in Curcul. Quam ego pecuniam quadruplicem abs te lenone auferam. Plin.lib.12. cap.11: Alia arbor floret, albæ violæ ſpecie, ſed magnitudine quadruplici.

Quadrŭplĭco, as, pen.cor. In quadruplū augeo. [*τετραπλασιάζω.* Gall. *Quadrupler, multiplier en quatre.* Ital. *Quatruplicare, doppiare quattro volte.* Ger. Vierfaltig oder vierfach machen. Hiſp. *Doblar quatro vezes.* Pol. Weczwor naſob, przyczynam, albo przym naſzani. Vng Negycerwue tezöm. Ang. *To multiplie by foure.*] Plaut. Sticho: Qui mecin mercimoniis luvit, lucrisq; quadruplicavit rem meam.

Quadrŭplĭcātĭo, pen.prod. n.f. Auctio quadrupli. [*τετραπλασιασμός, τετραπλασίασις.* Gall. *Quadruplication, multiplication par quatre.* Ital. *Quadruplicatione.* Ger. Vierfaltung. Hiſp. *Obra de doblar quatro vezes.* Ang. *An augmenting by foure.*] Vlp. in l.2.ff. de except. Et cōtra replicationē duplicatio, & contra duplicationē ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus quadruplicatio.

Quadrŭplĭcātò, pen.prod. adverb. [Gall. *An quadruple, deuxfois au double.* Ital. *A quattro doppie.* Ger. Vierfaltiglich. Hiſp. *En quatro dobleces.* Vng. *Negy annyor.* Ang. *Foure fold.*] Plin.lib.14. cap.4: Emptis quadruplicatò vineis illis intra decimum fore curæ annum. Idem lib.1. cap.17: Veneris quindecim, & pluribus ſubit: rurſus Saturni & Iovis duplicatò digrediuntur, Martis etiā quadruplicató.

Quadrŭplŭs, a, um, Quater tantundem. [*τετραπλόος.* Gal. *Quadruple, quatrefois autant.* Ital. & Hiſp. *Di quattro tanto.* Ger. Vierfach / viermaal ſo viel. Vng. *Neny anni.* Ang *Foure tymes as muche.*] Plin. lib 7. cap.48: Cornici novem noſtras attribuit ætates: quadruplum ejus cervis: id triplicatum corvis. Plaut. in Trucul. Poſt id ego in te manum injiciam quadruplus venefica; id eſt, ego quartus, ſeu à tribus adjutus. Quintil. lib.7. cap.5: Quum duo fures pecuniam abſtulerūt, ſeparatim quadruplum quiſq; an duplum debeat. Id eſt, quater aut bis tantum, quantum abſtulit. Cato in præfatione operis de Re ruſt. Majores enim noſtri ſic habuēre, & ita in legibus poſuēre, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.

Quadrŭplŭs, adverbium, *τετραπλασίως.* Quadruplicatò. Plin.lib. 11.cap 37 de elephantis: Pulmo quadruplò major bubulo.

Quæ, fœminino à quis. [*זֹאת mi.zis.* Gall. *Quelle, laquelle* Ital. *Quale.* Ger. Welche/was. Hiſp. *Qual.* Vng. *Kitsodamely.* Ang. *Who.*] Modò interrogativè accipitur, modò relativè, modò infinitè, & cum æ diphthongo ſcribitur cum omnibus compoſitis, ut differat à que conjunctione. ut Quęnam, Quædam, Quævis, Quæcunq;, Quælibet, & cætera hujuſmodi.

Quæro, ris, quæſivi, quæſitum, & quæſtum per ſyncopen, act. t. Inveſtigo, exquiro. [בקש *bikkéſch* דרש *daráſch* חפש *chaphás* חקר *chakár.ζητέω.* Gall. *Cercher, enquerir.* Ital. *Cercare.* Ger. Suchen. Bel. Goecken/vragen Hiſp. *Buſcar.* Pol. *Sukam, ſtuedze, pytam.* Vng. *Keraöm keresöm.* Ang. *To ſeek for. to ask or gett.*] Terentius in Adelph Te quærebā ipſum: ſalve Demea. Idē Eunucho: Vbi quæram? ubi inveſtigem? quem perconter? quam inſiſtam viam? Donatus: Non reperitur, niſi quod quæritur: nō quæritur, niſi quod præſto non ſit. Iuvenal. Satyr.9: nec deerit qui te per æompita quærat Nolentem. Virgil.6. Aeneid. huc turpidus, atque huc Luſtrat equo muros, aditumq; per avia quærit. ¶ Item ponitur pro lucrari, & acquirere. [קנה *kanáh.* *κερδαίνειν ἑαυτῷ πορίζειν, κτᾶσθαι.*] Plautus in Curc Qui homo maturè quæſivit pecuniam, niſi eam maturè parcit, maturè eſurit. Idem Trinummo: Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro. Cicero pro Quint. Nec mirum ſi is qui vocem vænalem habuerat, ea quæ voce quæſiverat, magno ſibi quæſtui fore putabat. ¶ Aliquando ponitur pro percontari, ſciſcitari, petere, interrogare. *πυνθάνεσθαι, ἐρωτᾶν.* Plaut. in Amph. Atque ut ne, qui eſſem, familiares quærerent. ¶ Aliquando pro diſputare, conſulere, diſcutere. Plinius libro 31. capite 3: Quæritur inter medicos, cujus generis aquæ ſint utiliſſimæ. ¶ Aliquando quærere ponitur pro judicare, & de publicis criminibus dicitur. Quærere enim propriè dicitur quæſitor, qui publico judicio præeſt, cùm nocens an innocens ſit qui accuſatur, cum conſilio diſquirit. Veteres Anquirere dicebant. Cicerò pro Milo. Tulit enim de cæde, quæ in Appia via facta eſſet, in qua Publius Clodius occiſus fuit. Quid ergo tulit? Nempe ut quæreretur. ¶ Hujus verbi compoſita mutant æ in i productum, quæ ſunt, Acquiro, Circunquiro, Conquiro, Diſquiro, Exquiro, Inquiro, Perquiro, & Requiro: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Quærēns, tis, participiū. [מבקש *mebakkéſch* דרש *doréſch* חפש *chophés* חקר *chokér.ζητῶν.* Gall. *Qui cerche.* Ital. *Chi cerca.* Ger. Suchend. Hiſp. *El que buſca.* Pol. *Sukaiacz.* Vng. *Keresö, kerdö.* Ang *He that ſeeketh or demandeth for.*] Cicero 1, de Oratore: Mihi percontanti, aut aliquid quærenti nunquam defuiſti. ¶ Quærendus. Seneca. Herc. Oetæo: Quoties genitor quęrendus eras?

Quæſītus, a, um, participium, ſive nomen ex participio, ut Artes quæſitæ. [דרוש *darúſch* בחקר *nechkár.ζητητός.* Gall. *Cerché.* Ital. *Cercato.* Ger. Geſucht. Hiſp. *Buſcado.* Pol. *Naleziony.* Vng. *Kereſtetöt, kerdetöt.* Ang. *Seeked for.*]. Virgil.3. Georg. Quæſitę; nocēt artes Ovid.14 Metamorph. Vixq; fuga quęſita ſalus comitiq; militq;. Tacit lib.3: Adulatio quæſitior fuit. Id eſt, exquiſitior. Idem lib.2: Excepêre Græci quæſiuſſimis honoribus. Hoc eſt, exquiſitiſſimis.

Quæſītum, ti, pen. prod. n.ſ. Res exquiſita & parta. [קנין *kinján.* *τὸ κτῆμα.* Gall *Acquis.* Ital. *Acquiſtato.* Ger. Das vberkommen/oder erüberiget. Hiſp. *Alcancado.* Pol. *Nabycie.* Vng. *Keresöt.* Ang. *A thing that is conqueſed.*] Ovid.7 Metam. parcum genus eſt, patiensq; laborum, Quæſitiq; tenax. Cic. in Parad. Cui quæſito autem opus ſit, quis unquam hunc verè dixerit divitem? Quæſitū, pro eo quod eſt rogatum, ſive interrogatum. Ovid.4. Metam. Accipe quæſiti cauſam.

Quærĭto, as, frequent. Inſtanter quæro. [כמש *chippés.ἐπιζητέω.* Gall. *Demander ſouuent ou inſtamment.* Ital. *Dimandare ſouuente, con inſtanza.* Ger. Suchen eines ſuchens/offt ſuchen Hiſp. *Demandar muchas vezes y con inſtantia.* Polon. *Beſq; przeſtanku ſukam pytam.* Vngar. *Keresgetöm, kerdozöm.* Anglic. *To demand often or inſtantly.*]

instantly.] Terent. in Adelph. Eheim opportunè: teipſum quærito. Propriè tamen quæritare dicuntur, qui quotidie inquirendò, vix victum inveniũt, ut inquit Donatus in illud Terentii in Andria: Lana actela victum quæritans. αὐτουργοῦσα. Plaut. Qui inops & ſordidus quæritando alit familiam: id eſt, oſtiatim quærendo victum, quod mendici faciunt, qui & rogatores dicuntur. πλωχοί.

Quæsĭto, as, pen. cor. frequentat. eſt exoletum à verbo quæſo. Priſcian. Quæro, quærito differentiæ cauſa fecit, quia à quæſo, quæſito ſit.

Quæstĭo, onis, f. t. Inveſtigatio, actus quærendi: à ſupino quæſitum. [חֵקֶר *cheker.* ζήτημα. Gall. *Cerchement.* Ital. *Cercamento.* Ger. Ein ſuchung/das ſuchen. Hiſp. *Obra de baſcar.* Pol. *Nalieżceme pytame, mocżenie.* Vng. *Kerdes kereſes.* Ang. *A ſearching or demanding.*] Plaut. Ciſtel. Iube domi operiri, ne quæſtioni mihi ſit, ſi quid eũ velim: id eſt, ne cogar eum quærere. ¶ Quandoq; ſignificat dubitationem ſive interrogationem. [ζήτημα, ἐρώτημα. Gal. *Queſtion, demande.* Ital. *Queſtione, diſputa.* Ger. Ein frag. Hiſp. *Queſtion que preguntanos.* Ang. *A demande or queſtion.*] Plin. lib. 7. cap. 28: Fortitudo in quo maximè extiterit, immenſæ quæſtionis eſt. Cicero ſecundo de Natura deorum: Dividunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quæſtionem in partes quatuor. Primùm docent eſſe deos: deinde quales ſint: tum mundum ab his adminiſtrari: poſtremò conſulere eos rebus humanis. ¶ Significat & quæſtio judicium publicum, non quemadmodum antea hic ſcriptum erat, informationẽ quæ judicia ſolet antecedere. Et hinc judex quæſtionis dicitur, qui quæſtioni: hoc eſt, publico judicio præeſt, qui alio nomine dicitur quæſitor. Cicero pro Milone: Num quæ nova quæſtio decreta eſt? Cicero pro Sexto Roſcio: Cùm huic quæſtioni judex præeſſes: id eſt, huic judicio publico, cùm hanc quæſtionẽ exerceres, quemadmodum locutus eſt Cic. de Fin. Quum prætor quæſtionem inter ſicariòs exercuiſſet, apertè cepit pecunias ob rem judicandam. ¶ Aliquando tamen ponitur pro judicio privato, in quo non de capite, ſed de pecunia diſceptatur. Calliſtratus l. ult. D. ne de ſtat. def. D. Claudius reſcripſit, ſi per quæſtionem numariam præjudiciũ ſtatim videbitur fieri, ceſſare quæſtionem. ¶ Quandoq; torturam corporis, eruendæ veritatis cauſa factam, quam βάσανον Græci vocant. Cic. pro Cluent. Saſſia habere quæſtionem de viri morte cõſtituit. Idem pro Roſc. Amer. Aliquoties duos ſervos paternos, in quæſtionem Sext. Roſcius poſtulavit.

Quæstĭuncŭla, f. p. Parva interrogatio vel dubitatio. [ἐρωτημάτιον. Gall. *Queſtionette, petite queſtion.* Ital. *Queſtionetta picciola.* Ger. Ein frăglin. Hiſp. *Pequenna queſtion.* Pol. *Pytanie maliuczkie.* Vng. *Kerdeſetske.* Ang. *A litle queſtion.*] Cic. 1. de Orator: Quæſtiunculam de qua meo arbitratu loquar, ponitis. Apud Rhetores item quæſtio appellatur, circa quam cauſæ totius cardo vertitur, quæq; ex conflictione in conſtitutione cauſarum gignit controverſiam.

Quæstŏr, oris, m. t. Præpoſitus pecuniæ publicæ, qui cuſtã ærarii habet. [גִּזְבָּר *gbezbár.* ταμίας, ταμιεύειν. Gal. *Vn threſorier.* Ital. *Threſoriere, camarlenga.* Ger. Ein Seckelmeiſter/ ein meiſter vber ein gemeine Schatzkammer, Rentmeiſter. Hiſp. *Contador mayor.* Pol. *Poborcza.* Vng. *Kentſtarto kereskôdô.* Ang. *A treaſurer of the common treaſure.*] Cic. lib. 2. de Inventione: Rhodii quoſdam legarunt Athenas, legatis quæſtores ſumptum, quem oportebat dari, nõn dederunt. Mittebantur quæſtores cum conſulibus & prætoribus in militiam ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam ac manubias in rationes publicas referendas. Cicero de Senectute, ex perſona Catonis: Sed tamen hoc quoq; dicere, non me quidem his eſſe viribus, quibus aut miles Punico bello, aut quæſtor in eodem bello, aut Conſul in Hiſpania fuerim. Hujuſmodi quæſtores hodie *Theſaurarios bellicos* vocamus. Quæſtores urbani, inquit Budæus, ærarium curabant, ejus pecunias expenſas & acceptas referre in tabulas publicas conſuevérant. Pro iis nunc præfectos ratiociniorum habemus, quos *Magiſtros computorum* vocamus. Pecunia publica Romæ in templo Saturni condita erat, quod Aerarium dicebatur, quàm Tribuni ærarii, quum opus erat, promebãt. Quæſtores ærarios hodie vocare poſſumus, eos quos mulctarum, & (ut ita loquitur Feſtus) *Emendarum receptores* vocãt. ¶ Quæſtor præterea dicitur qui præeſt judiciis exercendis & maleficiis puniendis, quemadmodum *judicem* appellare ſolemus. [דָּרַשׁ כֹּהֵן *doréſch cohen noghéſch.* ὁ κάθαρσιν. Gall. *Enqueſteur, juge en matiere criminelle.* Ital. *Giudice che intende le coſe criminale.* Ger. Ein Richter vber das Malefitz. Hiſp. *Peſquiſidor del maleficio.* Pol. *Szedzia ktori ogla vmih rzeczach norzina ſmi rzicz ſkaſtie albona meky wooth.* Vng. *Ewbe iaro dolognak itelb biroia.* Ang. *An inſourmer or iudge which inquireth of any thing criminall.*] Cicer. pro Fonteio: Quid mihi opus eſt ſapiente judice? quid æquo quæſitore? quid oratore non ſtulto? Virgil. 6. Aeneid. Quæſitor Minos urnam movet ille ſilentum Conſiliumq; vocat, vitasq; & crimina diſcit. Verùm de hoc latiùs paulò anté.

Quæsītŏr diſtinguendus eſt à Prætore; judicum enim quæſtionis duo video fuiſſe genera: unum eorum qui cùm prætores eſſent, quæſtionis etiam judices appellabantur: alterum eorum, qui cùm prætores non eſſent, capitali tamen de crimine quærebant. De judice quæſtionis prætore, patet ex oratione pro Cluentio, in qua ita ſcriptum eſt. Iubet lex judicẽ quæſtionis: hoc eſt, Q. Voconium, eosq; qui illi judices obvenerint, quærere de veneno. Voconium aũt prætorem fuiſſe duobus argumẽtis conjicio: primùm quòd in eo loco paulò antè Cicero dixit: Quid ſibi illi ſcribæ? quid lictores? quid cæteri, quos apparere huic quæſtioni video, volunt? lictores enim qui magiſtratum non gereret, non habebat: judicem autem quæſtionis magiſtratus nomen fuiſſe, certè nemo dixerit. Alterum argumentum eſt, quòd ibidem Cic. ſubjungit de aliis prætoribus ſuam unoquoq; quæſtionem exercente. Hæc, *inquit*, quæſtio ſola ita gubernatur? Quid M. Pletorii, & C. Flaminii inter ſicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii de ambitu? quid reliquæ quæſtiones? Quibus ex verbis prætorem fuiſſe Voconium, qui judex quæſtionis appellatur, quis non intelligit? nam etſi prætores non nominat, ſatis tamen conſtat de prætoribus intelligi: à quibus enim & tot quæſtiones niſi à prætoribus; & tam graves exercerentur, inter ſicarios de repetundis, de ambitu, peculatus? præterea ſe quæſiſſe de repetundis in eo loco Cicero dicit: quod ab eo factum in prætura, Valerius & Plutarchus confirmantiut omittam quod quæſitorem Aquilium nominat: cujus annum fuiſſe legitimum; eundem qui Ciceroni ad petendum conſulatum prima docet ad Atticum epiſtola, ex quo fuiſſe collegas in prætura licet exiſtimare, quod etiam libro 2. de Offic. manifeſtum eſt: collegam enim ſuum Cicero appellat. Rurſus judicem quæſtionis Iunium; qui prætor non erat, quæſiſſe veneno in Oppianici cauſa, docet Pædianus his verbis: Iunius quæſitor fuit in Cluentii cauſa. Verte prætore, in qua Oppianicus dãnatus eſt. & alio loco: Damnato Oppianico, res in invidia fuit, quòd pecuniã reus videretur oppreſſus: & princeps illorũ judicũ damnatus eſt, C. Iunius, quòd diceretur alios ſuppoſuiſſe, qui reũ damnarent, nõ eos quos prætor Verres fuerat ſubſortitus: neq; hic eũ Pædianus, neq; ſuprà prætorem nominavit. Cicero aũt in oratione pro Cluẽtio: Condẽnatus eſt, *inquit*, C. Iunius qui ei quæſtioni præfuerat, adde etiam illud ſi placet: Tum eſt condemnatus cùm eſſet judex quæſtionis. & alio loco: Quinctius tribun. pleb. convitium C. Iunio judici quæſtionis maximum fecit: non fuiſſe autem prætorem, apertè, ſic in quam apertè, ut clarius eſſe nihil poſſit, idem demonſtrat in eadem his verbis: In hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæſtioni præfuerat, injectum eſſe memini, & illum hominẽ addictum, [illegible] prætorem

bunal ſui quæſitoris aſcenderit, cumq; vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, urnas deleverit. Ad hanc autem ſimilitudinem (inquit Aſconius Pedianus) Virgilius Minoẽm judicem apud inferos, tanquam prætor ſit rerum capitalium, Quæſitorem appellat, dat ei ſortitionem, ubi urnam nominat, dat ei electionem judicum, quum dicit: Conſiliumq; vocat: dat cognitionem facinorum, quum dicit: vitasq; & crimina diſcit. Verba Virg. hæc ſunt 6. Aeneid. Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine judice ſedes: Quæſitor Minos urnam movet: ille ſilentum Conſiliumq; vocat: vitasq; & crimina diſcit. Claudianus lib. 3. de Raptu Proſerp. quæſitor in alto Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos.

Quæstŏr, Creatos regnante Romulo, quæſtores, Vlp. prodidit à Iunio Gracchano traditũ in iis libris quos de poteſtatibus inſcripſit: idem tamen hæc ſubjũgit: Sicuti dubium eſt an Romulo & Numa regnantibus quæſtor fuerit? Ita Tullo Hoſtilio rege, quæſtores fuiſſe certum eſt: & ſanè crebrior opinio eſt, Tullum Hoſtilium primùm in Rempub. quæſtores induxiſſe. Fuit autem quæſtura patricius magiſtratus: nec à principio i multosq; deinde per annos, niſi ſolis patriciis datus eſt: poſtea non tàm quæſturam, quàm reliquos omnes magiſtratus plebi communicatos animadverto. Ex libro Publii Manutii de Legibus Romanis. ¶ Quæſtor aũt dictus à quærendo, quòd conquireret publicas pecunias & maleficia, quę triumviri capitales nùnc conquirunt.

Quæsītŏr, ōris, Iudex capitali quæſtioni præfectus, judex quæſtionis, prætor rerum capitalium. [דָּרַשׁ כֹּהֵן *doréſch cohen noghéſch.* ὁ κάθαρσιν. Gall. *Enqueſteur, juge en matiere criminelle.* Ital. *Giudice che intende le coſe criminale.* Ger. Ein Richter vber das Malefitz. Hiſp. *Peſquiſidor del maleficio.* Pol. *Szedzia ktori ogla vmih rzeczach norzina ſmi rzicz ſkaſtie albona meky wooth.* Vng. *Ewbe iaro dolognak itelb biroia.* Ang. *An inſourmer or iudge which inquireth of any thing criminall.*] Cicer. pro Fonteio: Quid mihi opus eſt ſapiente judice? quid æquo quæſitore? quid oratore non ſtulto? Virgil. 6. Aeneid. Quæſitor Minos urnam movet ille ſilentum Conſiliumq; vocat, vitasq; & crimina diſcit. Verùm de hoc latiùs paulò anté.

Quæsītŏr diſtinguendus eſt à Prætore; judicum enim quæſtionis duo video fuiſſe genera: unum eorum qui cùm prætores eſſent, quæſtionis etiam judices appellabantur: alterum eorum, qui cùm prætores non eſſent, capitali tamen de crimine quærebant. De judice quæſtionis prætore, patet ex oratione pro Cluentio, in qua ita ſcriptum eſt. Iubet lex judicẽ quæſtionis: hoc eſt, Q. Voconium, eosq; qui illi judices obvenerint, quærere de veneno. Voconium aũt prætorem fuiſſe duobus argumẽtis conjicio: primùm quòd in eo loco paulò antè Cicero dixit: Quid ſibi illi ſcribæ? quid lictores? quid cæteri, quos apparere huic quæſtioni video, volunt? lictores enim qui magiſtratum non gereret, non habebat: judicem autem quæſtionis magiſtratus nomen fuiſſe, certè nemo dixerit. Alterum argumentum eſt, quòd ibidem Cic. ſubjungit de aliis prætoribus ſuam unoquoq; quæſtionem exercente. Hæc, *inquit*, quæſtio ſola ita gubernatur? Quid M. Pletorii, & C. Flaminii inter ſicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii de ambitu? quid reliquæ quæſtiones? Quibus ex verbis prætorem fuiſſe Voconium, qui judex quæſtionis appellatur, quis non intelligit? nam etſi prætores non nominat, ſatis tamen conſtat de prætoribus intelligi: à quibus enim & tot quæſtiones niſi à prætoribus; & tam graves exercerentur, inter ſicarios de repetundis, de ambitu, peculatus? præterea ſe quæſiſſe de repetundis in eo loco Cicero dicit: quod ab eo factum in prætura, Valerius & Plutarchus confirmantiut omittam quod quæſitorem Aquilium nominat: cujus annum fuiſſe legitimum; eundem qui Ciceroni ad petendum conſulatum prima docet ad Atticum epiſtola, ex quo fuiſſe collegas in prætura licet exiſtimare, quod etiam libro 2. de Offic. manifeſtum eſt: collegam enim ſuum Cicero appellat. Rurſus judicem quæſtionis Iunium; qui prætor non erat, quæſiſſe veneno in Oppianici cauſa, docet Pædianus his verbis: Iunius quæſitor fuit in Cluentii cauſa. Verte prætore, in qua Oppianicus dãnatus eſt. & alio loco: Damnato Oppianico, res in invidia fuit, quòd pecuniã reus videretur oppreſſus: & princeps illorũ judicũ damnatus eſt, C. Iunius, quòd diceretur alios ſuppoſuiſſe, qui reũ damnarent, nõ eos quos prætor Verres fuerat ſubſortitus: neq; hic eũ Pædianus, neq; ſuprà prætorem nominavit. Cicero aũt in oratione pro Cluẽtio: Condẽnatus eſt, *inquit*, C. Iunius qui ei quæſtioni præfuerat, adde etiam illud ſi placet: Tum eſt condemnatus cùm eſſet judex quæſtionis. & alio loco: Quinctius tribun. pleb. convitium C. Iunio judici quæſtionis maximum fecit: non fuiſſe autem prætorem, apertè, ſic in quam apertè, ut clarius eſſe nihil poſſit, idem demonſtrat in eadem his verbis: In hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæſtioni præfuerat, injectum eſſe memini, & illum hominẽ addictum, [illegible] prætorem

prætorem opinionibus hominum constitutum, de civitate esse sublatum, ecce non prætorium, sed prætorem opinionibus hominum constitutum dicit: quòd eum prætorem sine dubio futurum homines opinarentur. Prætor autem si fuisset, non eum ædilicium, sed prætorium vocasset: laudabant enim veteres, ubi ornare aliquem vellent ab eo magistratu, quem postremum gessisset: Itaq; homo ædilicius, prætorius, consularis dicebant. Præterea cùm prætores in leges non juraverint, neq; sententias tulerint: quod & Cicero & Pedianus docent. At Iunio autem judice quæstionis ideo multa petita sit: ut in oratione pro Cluent. legimus: quia in legem non jurasset (erat enim illi jurandum idem, quod judicibus leges omnino se esse in ferenda sententia servaturum) satis constat, Iunium quum de Oppianico quæsivit, prætorem non fuisse. Quòd si quis dixerit, non tàm Iunium judicem quæstionis quàm Verrem prætorē, in illa Oppianici causa quæsisse, quia Pædianus ita dicat, Iunius quæsitor fuit in Cluentii causa, Verre prætore: & quia idem alio loco sortitionem & subsortitionem à Verre prætore factam tradiderit: huic ita responderi poterit: sortitionem & subsortitionem non illius modò judicii, verùm etiam aliorum ideò pertinuisse ad C. Verrem, quia prætor urb. erat: quod ipse declarat Cicero in ea pro Cluentio: prætor autem urbanus de criminibus non quærebat: quare nec unquam quæsitor dicebatur, sed jus tantùm dicebat: hoc est, judices & formam judicii dabat: idemq; judices, quibus alii prætores ad cognoscendas capitales causas uterentur, sortiebatur & subsortiebatur: quod ex Pædiano & ex ipso etiam Cicerone satis liquet. Accedit locus ex Oratione in accusationis in Verrem: quo in loco Q. Curtium Iudicem quæstionis appellat Cicero in causa Verris repetundarum de qua prætor M. Acilius Glabrio cognoscebat, eumq; Curtium ait Pædianus à Cicerone esse rejectum. Illud addo, cùm jam docuerim, judicem quæstionis & prætorem, & non Prætorem, de crimine capitali cognovisse; tertium genus judicum quæstionis interdum fuisse, quorum jus cognoscendi nō esset, sed tantummodo sortiendi, quod locus de Qu. Curtio proximus jam ostendit: quem cognovisse de repetundis absurdū est credere, cùm in ea causa prætorem quæsisse Glabrionem ex Cicerone & Pædiano satis cōstet: itaq; tertium hoc genus quæsitores dici non poterant: duo illa superiora genera, quoniā quidem quærerent quęsitores & erant & propriè dicebantur. Exhis P. Manutii de Legib. Romanis.

Quæstorĭus, a, um, Quod ad Quæstorē pertinet. [ταμιεῖον, ταμιευτικός. Gall. *Appartenant au questeur, ou tresorier.* Ital. *Pertinente à camerlengo.* Ger. Das eines Seckelmeisters ist. Hisp. *Cosa perteneciente al contador mayor.* Pol. *Sprzątaiący do skarbu.* Vng. *Kenits tartohoz valo.* An. *Belonging to the treasurer.*] Cicero Caninio lib. 2: Quòd ego officio quæstorio te adductum fecisse, &c. Idem 5. Verr. Tu in iisdem illis locis legatus quæstorius oppida parata sociorum atq; amicorum diripienda ac vexanda curasti. Persona quæstoria. Cicero pro Plancio: Ager quæstorius, qui ex hostibus captus, per quæstores pop. Roman. limitibus actis divisus & venditus. Autore Flacco & Hygino.

Quæstōrĭus, rii, m. s. Qui quæstura perfunctus est. [ὁ ταμιεύσας. Gall. *Qui autres fois a esté questeur ou thresorier.* Ital. *Chi è stato thesoriero ò camerlengo.* Ger. Der ein Seckelmeister gewesen ist. Hisp. *El que fue contador y no lo es.* Vng. *Kenstartosag viselt.* Ang. *He that hath bene treasurer.*] Cic. 13. Phil. Qui Aedilitii, qui Tribunitii, qui Quæstorii? Idem de Claris Oratoribus: Sicinius quæstorius mortuus est.

Quæstōrĭum, ii, n. s. substantivum, Quæstoris erat tabernaculū. [ταμεῖον. Gall. *Thresorerie.* Ital. *Luoco dove si tengono i thesori per la guerra.* Ger. Das Gezelt oder Losament eines Seckelmeisters. Hisp. *Lugar del cōtador mayor.* Vn. *Kenstartohoza.* Ang. *The treasurers house or mansion.*] sicut Prætorium, domus vel tabernaculum Prætoris. Livius lib. 10: Itaq; captum Quæstorium, Quæstorq; ibi Pansa occisus. Cic. pro Planc. Thessalonicam me, in Quæstoriumq; perduxit.

Quæstŭārĭus, m. s. Qui quæstus gratia artem aliquam exercet: [χερμογησικός, φιλοκερδής. Gall. *Mercenaire, qui fait quelque chose pour gaigner.* Ital. *Mercenario, chi lauora per salario.* Ger. Auff den gewin gerichtet. Hisp. *Iornalero.* Pol. *Nastkgomaczi.* Vng. *Keresköds.* Ang. *That vseth trafficke for gaine.*] & Quæstuariæ artes, quæ lucri gratia exercentur.

Quæstūră, æ, f. p. Quæstoris dignitas: sicut Prætura, Prætoris: [ταμιευτικὴ ἐξουσία. Gall. *La dignité de questeur, ou thresorier.* Ital. *Dignità de camerlengo.* Ger. Des Seckelmeisters Ampt vnd Wirde. Hisp. *Catadoria mayor.* Pol. *Poborstwo.* Vng. *Kents tartosag.* Ang. *The treasurers office or dignitie.*] Cic. Acilio lib. 12. Epist. Cujus cum parte mihi magna fuit amicitia, inde à quæstura mea Siciliensi. Idem 2. Verr. Quæstura primus gradus honoris.

Quæstŭs, us, m. q. dativum & ablativum plurales facit quæstubus, Lucrum numariū. [בֶּצַע *betsah.* πόρος, πορισμός, ἐργασία, κέρδος. Gall. *Gain, profit:* Ital. *Guadagno, profitto.* Ger. Gewin. Bel. Winninge. Hisp. *Ganancia.* Pol. *Zysk.* Vng. *Keresködés, nyereség.* Ang. *Vantage, gaine.*] Plautus Pœn. Istis est thesaurus stultis in lingua situs. Vt quęstui habeant malè loqui melioribus. Cic. 5. Ver. Tāntùm de quæstu ac lucro dicā unius agri, & unius anni. Quintilianus: Nā ut lingua primū esse cœpit in quæstu, institutūq; eloquētiæ bonis malè uti. Plautus Rudente: Omnibus modis qui pauperes sunt, homines miseri vivūt, Præsertim quibus nec quæstus est nec artem didicere ullam. Terentius in Eunucho: -imperavi egomet mihi omnia assentiri, is quæstus nūc est multò uberrimus. Antiqui declinabant quæstus, quęsti, p secundā inflexionē, sicut ornatus, ti: apparatus ti: & pleraq; alia apud Comicos passim obvia. Plaut. Aul. Apud nos nihil est aliud quęsti furibus. ¶ Interdū ponitur pro actione ipsa, atq; artificio lucrandæ pecuniæ. Cic. 1. Offic. Iam de artificiis & quęstibus, qui liberales habēdi, qui sordidi sint.

Quæstŭōsŭs, a, um, idem quod lucrosus: [κερδαλέος. Gal. *Qui gaigne beaucop.* Ital. *Huomo che fa gran guadagno & profitto.* Ger. Gewin reich/ das viel gewins bringt/ auff gewin gerichtet. Hisp. *El que haze mucha ganancia.* Pol. Zysk *wiel* ky *nosacy.* Vng. *Sok nyeresegw nyereseges.* Ang *That gaineth much.*] ut Quæstuosus homo, qui lucri quæstusq; avidior, undiq; lucellū captat. Ars quæstuosa, quæ plurimum quæstus affert. Plautus Milite: Dummodo eam des quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore. Cic. 4. Ver. Quā illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur? Cato de Re rustica, cap. 1: Scio idē agrū quod hominem: quanvis quæstuosus siet, si sumptuosus erit, relinqui non multum. Col. lib. 6: In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi pecoris, eademq; quæstuosissima. Quæstuosus, cum genit. o. Cic. 2. Philip. Cujus domus quæstuosissima est talium commentariorum. Et cum ablativo Curtius lib. 4: Nabathæi sunt gens Syrtica, navigiorum spoliis quæstuosa: quippe obsident litora, & æstu destituta navigia notis sibi vadis occupant.

Quæstŭōsĭssĭmē, adverbium. [κερδαλέως. Vn. *Keresködöss nyeresegges.*] Seneca lib. 4. de Beneficentia: Istud nō est beneficium, sed fœnus, circumspicere non ubi optimè ponas, sed ubi quęstuosissimè habeas, unde facilè tollas.

Quæstŭcŭlŭs, li, diminutivum, Parvum lucrum. [κερδάριον. Gal. *Petit gain.* Ital. *Guadagno picciolo.* Ger. Ein gewintin. Hisp. *Pequenna ganancia* Pol. *Maly zysk.* Vng. *Nyeresegetske.* Ang *Small or little gaine.*] Cic. 2. de Divin. Aut fissum jecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus, cum cœlo, terra, rerūq; natura?

Quæso, primam personam indicativi tantùm habet, in utroq; numero: in singulari quæso in plurali quæsumus: cætera exoleverunt. Est autē quæso idem quod rogo. [הִתְחַנֵּן *hithpal.* עָתַר *hathár* חָלָה *chalah* בָּאָה *na. Βοαω.* Gall. *I prie, pous prions.* Ital. *Di gratia, ti prego.* Ger. Ich bitt. Ey vetter. Bel. Ick bidde. Hisp. *Rogar.* Pol. *Proszę.* Vng. *Kerek.* Ang. *I pray or beseech.*] Cic. 2. Ver. Quid est quæso Metelle judicium corrumpere, si hoc non est? Plaut. Amph. Quæso ædepol, num tum etiam insanis, quum id me interrogas? Terent. in Adelph. Deos quæso ut istæc prohibeant. Idem in Andr. Deos quæso ut sit superstes, quandoquidē ipse est ingenio bono. Cic. pro Archia: Quæso à vobis ut in hac causa mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo: vobis, quemadmodum spero, non molestam. Brutus Cic. lib. 11: Deos quæsumus cōsilia tua Reipub. salutaria sint. ¶ Antiqui declinabāt, quæso, quæsis, quæsi, quæsumus: vel secūdum Probum, quæsivi, quæsitum. Lucret. lib. 1. tertia persona singulari præsentis usus est: Ni divūm pacē votis adit & prece quæsit. Apud Salustiū quoq; lib. 1. Histor. lectum est præteritum Quæsivit: Curionem (*inquit*) quæsivit uti adolescentior, & à populi suffragiis integer, ætati concederet Mamerci.

Quæsĭto, as, frequentativum est, de quo supra.

Quæsītĭcŭlŭs, Quæstio, Quæstor, Quæstuosus, Quæstura, Quæstus, Vide QVAERO.

Qualĭbĕt, sive Qualubet, pen. cor. adverbium, idem significās quod per quencunq; locum. [ὅπη αὖ ἤθελε ἐπῆν. Gall. *Par où tu voudras.* Ital. *Per ogni luoco.* Ger. Wo man will/ durch ein jedes ort. Hisp. *Do quiera que* Pol. *Ktoredy kolwiek.* Vng. *Mindön fele mindönwe.* Ang. *By whatsoever place.*] Quint. lib. 5. capite 13: Si vel maxima flumina in rivos deducantur, qualibet transitum præbent.

Quālĭs, quale, relativum qualitatis est, alicujus rei naturā declarās. [οἷος. Gal. *Quel.* Ital. *Quale.* Ger. Wie/ welcherley. Hisp. *Tal qual.* Pol. *Iaky.* Vng. *Minemw.* Ang. *Of what fashion or sort.*] Cic. de Amic. Non sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. ¶ Ponitur & interrogativè. [מַה *mah.* ποῖος.] Cic. 4. Acad Qualis est istorum oratio, qui omnia nō tàm esse, quàm videri volūt? ¶ Interdum etiā infinitè. Terentius in Eunucho: Hoc metuo, qualem tu me esse hominem existimes. Cicero 1. de Legibus: Nulla gens est quæ non, etiam si ignoret qualem habere deū deceat, tamen habendum censeat. ¶ Qualis pro qualiter, comparationibus faciendis apta particula. οἷον. Virgil. 4. Georg.

Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra, Amiſſos queritur fœtus. Et: Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus. Ovid. 3. Metamorph. - falcata noviſſima cauda eſt, Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.

Quālīſquālĭs, geminatum, Qualiſcunq; Iuriſconſultus in l. Reſcriptum. ff. de Diſtract. pign. Ex contractu qualiquali obligatione interpoſita.

Quālĭtās, tatis, f.t. Eſt ſecundum quam quales dicimur: [ποιότης. Gal. *Qualité, ſorte & maniere.* Ital *Qualità ſorte, maniera.* Ger. Die geſtalt oder gattung eines dings von welcher her man fraget/ wie oder welcherley iſt es? Hiſp. *Qualidad, manera.* Pol. *Iakoſć albo opiſtanie rzeczy* y *iaka ieſt ſtad przyrwaia.* Vng. *Minemwſeg, anagy neminemwſeg.* Ang *Qualitie, ſorte, or maner.*] ut, Albedo, nigredo, advocatio, procuratio, legatio, paternitas, quod ſecundū eas albos, nigros, advocatos, procuratores, legatos, patres, dicimus. Cic. 1. Academica: Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant, quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum. Colum. lib. 8. cap. 17: Qualitatem litoris noſtri contemplemur ſi vitemus, ſcopulos an probemus.

Quālĭtĕr, adverbium, Quemadmodum. [οἷον. Gall. *Quellement, comment, comme.* Ital. *Come, in qual modo.* Ger. Gerad wie/ welcher geſtalt. Hiſp. *En qual manera.* Pol. *Yako, yakiem ſpoſobem.* Vng. *Mikeppen.* Ang. *After the ſame maner or faſhion, as.*] Plin. lib. 8. cap. 48: Antiquis enim torus è ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape.

Quālĭtĕrcunquĕ, adverbium, Vtcunq; vel quomodocunque. [ὁπωσοῦν. Gall. *Tellement quellement, en quelque maniere que ce ſoit.* Ital. *Talmente qualmente, en qual modo che ſia.* Ger. Geb wie oder welcherley maß es je ſey. Hiſ *Como quiera que.* Pol. *Yakoskolwiek.*] Col lib. 11. cap. 3: Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpū, qualitercunq; ſatū. Idem li. 2. cap. 10: Et qualitercūq; obruas, ſuffinet coloni negligentiam.

Qualus, li, m. ſ. Genus eſt vaſis viminei per quod vinum guttatim defluit, quum calcatur uva: reliqua verò materia exire prohibetur. [סלסל חורים *ſal chorim* סלסלה *ſalſilláh*, κάλαθος, πλέκτη. Gall. *Vn panier d'oſier.* Ital. *Canagno, ceſto.* Ger. Ein flechtē oder ſigkorb / durch welchen der wein ab dem trotbetꝛ in die bunckē oder taffen laufft. Hiſp. *Canaſta ò ceſto.* Pol. *Koſz.* Vng. *Bor ẑwrò kofar.* Ang. *A panyer, fraile, or baſket.*] Virgil. 2. Georg. tu ſpiſſo vimine qualos, Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis. ¶ Pomine qualos, Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis. ¶ Ponitur etiam pro ciſtula, in qua mulieres ponebant penſa lanę. Horat. lib. 3. Carm. Tibi qualū Cytheręq; puer ales. Apud Apuleium accipitur pro caniſtro quo panis ſervatur. ¶ Eſt & qualus, in quo gallinæ ova edunt apud Columel. lib. 8. cap. 3. ¶ Legitur & Qualum neutr. gener. Cato de Re ruſtica cap. 11: Corbulas amerinas viginti, quala ſataria ſeptem, alveos quadraginta. Colum. lib. 7. cap. 3: Sint quala mundiſſima, neq; earum valetudo, quæ præcipuè cuſtodienda eſt, infeſtetur uligine. Ibi tamen nonnulli ſic legunt, & melius, mea quidem ſententia: Sit caula mundiſſima, &c.

Quāſillŭs, li, & Quaſillum, diminutivū, Ciſtula, ſeu vaſculum in quo mulieres reponebant ea quæ ad lanificium pertinerent. [κάλαθος. Gall. *Vn petit panier d'oſier.* Ital *Ceſtello.* Ger. Ein ſpinſen körblin der Weyberen. Hiſp. *Canaſtillo.* Pol. *Koſziczek, do przędzi.* Vng. *Vekatska koſaratska.* Ang. *A litle panyer, fraile or baſket.*] Feſtus: *Calathos* Græci dicunt, quos nos dicimus *quaſillos.* Cic. 1. Philip. An nō inter quaſilla Pendet aurum? Corripit aūt hoc nomen primam ſyllabam, quanvis qūalus illam producat. Tibul. 4. Eleg. Sit tibi cura togæ potior, pteſſumque quaſillum: Romani veteres quaſillum *Thalaſſionem* appellarunt, ut autor eſt Varro: unde Thalaſſii nomen in nuptis frequentabant, ad lanificium novas nuptias invitantes.

Quàm, Conjunctio diſcretiva, vel electiva. [ἤπερ, ὡς. Gall. *Que, quant, de combien.* Ital. *Che, quanto.* Ger. Dann/ weder Hiſp. *Que relativo de mas.* Pol. *Nyſi tylko yakom.* Vng. *Hegynem mint.* Ang. *Then.*] Cic. lib. 10. Epiſt. Tum ille, nihil ſibi fuiſſe lōgius, quàm ut me videret. ¶ Aliquando ponitur pro poſtquàm, ſive ex quo. Liv. lib. 6: Iupiter atq; dii omnes hæc dederunt, ut T. Quintius Dictator oppida novem caperet die vigeſimo quàm creatus erat. ¶ Aliquando pro antequā ponitur ſi jungatur cum pridie. Suetonius in Cæſare: Et pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam, quisnam eſſet finis vitæ commodiſsimus, repentinum, inopinatumq; prætulerat. ¶ Aliquādo pro quum. Cicero Tironi: Menandrius poſtridie ad me venit, quàm expectaram. De quo genere locutionum nonnihil etiā annotavimus in dictione POSTRIDIE. ¶ Aliquando ſumitur pro quantum: & tàm poſitivo, quàm comparativo, & ſuperlativo jungitur. [מה *mah*, ὡς, ὅσον.] ut, Quàm bene marmorea directa eſt ſemita pontis: id eſt, quantum bene. Cicero: Quàm moroſi ſint qui amant, ex hoc poteſt intelligere. Quintilianus lib. 1: Quàm in his quoq; libris erunt omnia compoſitiora, & quàm nos poterimus elaboratiora: id eſt, quanto. Varro libro 2. de Re ruſtica, de canibus loquens: Quàm paucissimos relinquens, tam optimi in alendo fient: id eſt, quanto pauciores, tanto meliores. Cato de Re ruſt. cap. 65: Quàm acerbiſſima olea erit, dum oleum facies, tam oleum optimum erit. In cujuſmodi locutionibus loco tàm, & quàm ſæpiſſimè poſitum invenimus tantum, & quantum. Cicero: Niſi quòd tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt, morum, ſtudiorumq; diſtantia. ¶ Aliquando intenſiva particula eſt, ſuperlativum exigens, quemadmodum ὡς & ὅτι, apud Græcos. Cicero: Cum quo ſemper quàm familiariſsime vixerat. Curt. Collemq; trajecto quàm celerrimè flumine occupat. ¶ Aliquādo politivo jungitur. Cæſar li. 4. belli Gall. Vt quàm celerem atq; inſtabilem motum haberet: id eſt, valde celerem. Cic. ad Luceium lib 5. Epiſt. Genus ſcriptorum tuorum etſi erat ſemper à me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, meq; ita vel cepit vel incendit, ut cuperem quàm celeriter res noſtras monumentis commendari tuis. Sed hujuſmodi locutiones ſunt rariores. ¶ Aliquando etiam jungitur comparativo, niſi codices ſint mendoſi. Cicero 6. Tuſcul. Abacosq; quàm plures ornavit argento, auroq; cælato. Laurentius tamen negat, Quàm plures Latinè dici: putatq;, ſicubi inveniatur, codices eſſe mendoſos, legendumq; eſſe complures. Iungitur etiam in hac ſignificatione his dictionibus, per. Plin. Perquàm ſcire velim. Terentius: Perpol quàm paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores: quod ſic reſolvitur: Pol perquàm paucos. Sanè. Gellius: Sanè quàm utile eſt. Cic. Nam quod Pompeio Caninius ait, ſanè quàm refrixit, Admodūm. Gel. Voce admodum quàm ſuavi. Oppido. Idem: Oppido quàm libens audivi. ¶ Aliquando quàm comparativè ponitur pro magis, vel potiùs quàm. Plaut. in Rud. Tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens. Ita à Iuriſconſ. uſurpatur locis quàm plurimis. Paul. L. 2. D. de reb. cred. Mutui datio conſiſtit in rebus quæ numero, pondere, menſura conſtant, quoniam earum datione poſſumus in creditū ire, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quàm in ſpecie. Vlp L. 2. D. de judic. Alioquin compelletur judicium, accipere quàm invenire eos qui ſatis pro eo dent. De hujus particulæ uſu vide longè plura apud Vallam, libro 1. cap. 8. ¶ Quamlibet, Quantumvis, Quantumlibet. Idem ſignificant. ὅσον βούλει. Plin. Impudica mulier quamlibet audax facinus audet. Cic. de Amic. Quantumvis licet excellas. ¶ Quàm mox, idem ferè valet quod quàm citó. Plaut. Rudente: - ſed quàm mox coctum eſt prandium? Cic. pro Q. Roſc. Quid expectas, quàm mox ego eos dicam eſſe ordine Senatores, ætate grandes? non faciam. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Intenti quàm mox ſignum daretur. ¶ Quamobrem, quum ponitur cauſativè, tàm plurali reſpondet quàm ſingulari, ſignificatq; quapropter, vel quam ob cauſam. [διὰ τί περί ὅ. Gall. *Pourquoy, parquoy, à quelle cauſe.* Ital. *Per laqual caſa.* Ger. Darumb/ derhalben. Hiſp. *Porende, por laqual cauſa.* Vng. *Minek okaert.* Ang. *Fore what cauſe, where fore.*] Singulari ſic: Vnum eſt quamobrem te amandum putent: id eſt, propter quod unum. Plurali ſic: Quatuor ſunt, quamobrem Imperator maximè laudetur: id eſt, propter quatuor. Cicer. Appio: Multaq; mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. ¶ Aliquando interrogantis eſt particula, & rationem alicujus rei petentis. Cic. 1. de Finib. Quamobrem tandem non ſatisfacit? Vnam dictionem quidam eſſe dicunt, quibuſdam tres eſſe putantur. Dicimus & quas ob res. Cic. 3. Philipp Quas ob res quòd Trib. Pleb. verba fecerunt, ut Senatus Calend. Ian. &c. ¶ Quàm pridem interrogantis particula eſt, idem valens quod quanto tempore anté. Cicer. pro Rabir. Quampridem nomen Fannii in adverſaria retuliſti?

Quāmprīmum, una dictio, Valdè citó. [בטרם טהאם *bephétheh pitheóm*, ὅσον αὐτίκα. Gall. *Soudain, tout incontinent.* Ital. *Subitò, incontinente.* Ger Außbald/ von ſtundan/ eins wegs. Hiſp. *Luego.* Pol. *Skoro, natych miaſt.* Vng *Mentul hamarab.* Ang. *By and by forth with.*] Terent. in Adelph. Obſecro hercle, hominem iſtum impuriſsimum quamprimum abſolvitote.

Quandĭū, Quanto tempore. [עד מתי *hadh mathái*, μέχρις αὖ, ἕως αὖ. Gall. *Combien longuement, combien long temps, juſques à quand, tandis.* Ital. *Quanto tempo.* Ger. Wie lang. Bel. Hoelange. Hiſp *De mientras que.* Pol. *Yako dawno, kiedy.* Vng. *Mig.* Ang. *How long.*] Cicero 7. Verrina: Quandiu vixit domi ſuæ, non ſolùm poſt mortem, tota Sicilia clarus, & nobilis. Huic reſpondet altera particula tandiu. Cicer. ad Atticum: Ego tandiu requieſco, quandiu ad te ſcribo. Idem lib. 14. Epiſtolarum: Qui ſe oppido tandiu tenuit, quandiu in provincia Parthi fuerunt. ¶ Ponitur aliquando interrogativè Plautus in Captivis: Quandiu id factùm eſt? ST. hic annus incipit viceſimus. Cic. in Catilina: Quandiu nos iſte furor tuus eludet?

Quāndo, cum accentu in priore ſyllaba, adverbium eſt temporis, idem valens quod quo tempore: ponitur q; modò interrogativè. [מתי *mathái*. πότε, *when*. Gall. *Quand, puis que.* Ital. & Hiſp. *Quando.* Ger. Wann/ zu welcher zeit. Bel. Wanneer.

Pol.

Pol. *Kiedy, ktorego czasu.* Vng. *Mikor.* Ang. *When, for asmuch as.*] Terentius in Heavton. Quando istuc erit? Modò relativé, haberq; ferè particulam tunc, sese antecedentem. ὅτε λώϊον. Cicero 2. Officiorum: Vtinam tu nec natus essem quando Romani dona cepissent. Quæ tamen particula aliquando non exprimitur. Plautus in Amphitryone: Ita se versipellē facit quando libet. ¶ Nonnunquam & indefinitè. Cicero de Senectute: Semper enim ex his studiis viventi, non intelligitur quando obrepat senectus. ¶ Ponitur interdum pro aliquando. πού. præsertim quum præcedit num, ut Nunquando me audisti? μή ποτε: id est, num aliquando. ¶ Interdum pro siquidē, quoniam, vel quandoquidem: & sic est conjunctio causalis, haberq; accentum in ultima. ὅπως ἐκεῖθι. Virg. 1. Aeneidos: Hic tibi, fabor enim quādo hæc te cura remordet. Terent. in Adelphis: Postremò quando conscia sum à me culpam hanc esse procul, &c. ¶ Quando gentium: id est, quando, absolutè: ea forma qua nusquam gentium, Vbi locorum. Plautus in Amphit. quis te misit Furcifer? S. qui me rogat? A. quando gentiū? S. dudum.

Quāndōquĕ, Aliquando, aliquo tempore. [ἐνίοτε, ἐπ' ὄπτ. Gall. *Quelquesfois, aucunesfois.* Ital. *Alcuna volta.* Ger. Vnderweylen/zu zeiten/Jeder maal. Bel. *Sometijds.* Hisp. *Alguna vez.* Pol. *Niekiedy mędy.* Vng. *Nihaniha.* Ang. *Some tymes.*] Horatius in Arte: quandoque bonus dormitat Homerus. ¶ Aliquando idem est quod post aliquod intervallū. Caius. L. 42. D. de jur. dot. Res in dotem datæ, quæ pondere, numero, mensura constant, ut quādoq; soluto matrimonio, alias maritus restituat.

Quāndōquĭdem, Conjunctio causalis, pro siquidem, seu quoniam. [כִּי *chí.* ὅπως, ὁπλώϊος. Gall. *Puis que.* Ital. *Gia che, dappoi che.* Ger. Dieweil/sitemal. Bel. *Want.* Hisp. *Pues que.* Pol. *Gdyż, poneważ.* Vng. *Mierthogy.* An. *For asmuch as.*] Virg. 3. Aeglog. Dicite quandoquidem in molli consedimus herba. Idem 10. Aeneid. Quandoquidem Ausonios conjungi fœdere Teucris Haud licitum est. Colum. lib. 7: Nam nisi procedat, stare debet: quandoquidem pastoris officium sublime, celsissimamq; oculorum veluti speculam desiderat.

Quāndūdum, interrogativa particula de modico quærens tempore, cui respondetur per jamdudum. πόσον χρόνον. Plautus: Quandudum è foro advenisti domum? P. Non ita dudū.

Quāntŭs, a, um, refertur ad numerum, ad pondus, & ad mensuram. [πόσος, πηλίκος. Gall. *Combien grand.* Ital. *Quanto grande.* Ger. Aiß groß oder wie groß. Hisp. *Quanto grando.* Pol. *Yako wielki.* Vng. *Menyi.* Ang. *How great.*] Et modò interrogativum est, modò relativum. ὅσος ἡλίκος. modò indefinitum, ποσός. Cic. ad Atticum libro 2: Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. Idem pro Milone: Scio quāta, & quàm solicita cupiditas sit Consulatus. Terent. in Heavt. Quanta de spe decidi. ¶ Ejus composita sunt: Aliquantus, Quantisper, Quantuscunq;, Quantusquantus, & Quantuslibet.

Quāntùm, adverbium quantitatis.

Quāntispĕr, Quanto tempore. μέχρις ἕ. sicut Tantisper, tanto tempore.

Quāntŏpĕrĕ, Quàm vehementer: [ἡλίκον. Gall. *Combien grandement.* Ital. *Quanto grandemente.* Ger. Wie hefftig. Hisp. *Quanto grandemente.* Pol. Wielkie srodze. Vng. *Mely igen.* Ang. *How greatlie.*] habetq; ferè antecedentem particulam tantopere, præsertim quum relativè accipitur. Cicer. de Orat. Neq; enim tantopere desiderabā, quantopere delector. ¶ Accipitur & indefinitè. Idem lib. 13. Epist. Famil. Quantoq; opere ejus municipii causa laborarem, tibi ostendi. Idem Attico: Dici non potest quantopere gaudeant.

Quāntūscūnquĕ, Tantus quantus. [ὁπηλίκος ὤν, ὁπηλικοσοῦν. Gall. *Tant grand soit-il.* Ital. *Tanto come è grande.* Ger. Geb wie groß doch seye. Hisp. *Tamanno quanto anno.* Vng. *Valami kora.* Ang. *How great or little soever.*] Cic. 5. Philip. Quorum bona, quantacunq; erant, suis comitibus descripsit.

Quāntŭlūscūnquĕ, diminutivum, Quantumvis exiguus, ὁπηλικοσοῦν. Col. lib. 2. cap. 11: Nam si nox incesit, quantulocunq; humore, priusquam obruatur, corrumpitur.

Quāntūslĭbĕt, Quantum vis magnus. ὁποσοσοῦν. Plin. lib. 8. cap. 16: Vulneratus observatione mira percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit.

Quāntŭlūslĭbĕt, ut quātuluscūq;, [ὁποσοσοῦν. Vn. *Akarmenyitske.*] D. lib. 21. Tit. 1. l. 4: Non deniq; febriculam quantulamlibet ad causam hujus edicti pertinere.

Quāntūsquāntŭs, Quantuscunq;. ὁπηλικοσοῦν. Terent. in Adelph. Tu quantusquantus es, nihil nisi sapientia es.

Quāntŭlŭs, & Quintillus, diminutiva: sicut à tantus, tantulus, & tantillus, quàm exiguus. [ὁπηλίκος, σμικρὸς ὁσοσοῦν. Gall. *Combien petit, si petit soit-il.* Ital. *Quanto picciolo.* Ger. Aiß klein oder wenig. Hisp. *Quanto pequeno.* Vng. *Mikoratska, menyitske.* Ang. *How litle hete litle soever.*] Cicer. 4. Acad. Quantulus nobis videtur? de Sole loquitur. Plaut. in Capt. Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.

Quānvīs, & quanquam, conjūctiones adversativæ, Tametsi, etiamsi licet. [כִּי *chí.* καίτοι, καίπερ. Gall. *Iacoit que, combien que.* Ital. *Benche, ancora che.* Ger. Wiewol. Hisp. *Aunque.* Vng. *Jolde chet.* Ang. *Albeit, althoght.*] In quibus hoc animadvertendū est, quanquā indicativo: quāvis, subjunctivo potissimùm gaudere. Virg. 2. Aeneid. Quanquam animus meminisse horret. Cicer. 8. Phil. Quanvis intentus animus tuus sit ad fortissimum virum liberandum: tamen, &c. ¶ Interdum tamen quanvis ponitur pro quantumvis. ὅσον βούλει. Plaut. in Trin. Quamvis malam rem quæras, illic reperias: id est, quantumvis malam.

Quāpropter, adverbium, Propter quod, sive quamobrem. [כִּן] *lachēn* עַל כֵּן] *hal chen.* αὖθ', ὅτι. Gall. *Pourquoy, parquoy.* Ital. *Per laqual cosa.* Ger. Darumb/derhalben. Bel. Waerom. Hisp. *Porende.* Pol. *Dla czego.* Vng. *Minek okaert armakokaert.* An. *Wherefore.*] Terent. in Adelph. Quapropter quoquo pacto celato est opus.

Quāquā, adverbium. [ὁπῇπερ αὖ, ἤ αὖ. Gall. *Par où que ce soit, par quelque costé que ce soit.* Ital. *Per qual luoco si voglia.* Germ. Geb wo oder an welchem ort. Hisp. *Por do quiera que.* Pol. Aczkolwnk. Vng. *Valamelyfele.* Ang. *By what soever waye.*] Plaut. Epid. Quaqua tangit, omne ambutit. Hoc est, quancunq; partem attingit.

Quāquāvĕrsŭs, sive Quaquaversum, in omnem partem. [πανταχόσε. Gall. *Par quelque costé que ce soit, en toutes parts.* Ital. *Per qual luoco si voglia, in ogni parte.* Ger. Allenthalben hinauß. His. *Por do quiera que, per todas partes.* Pol. Gdzieś kolwiek.] Cæsar in Comm. Legatos quaquaversum dimittere.

Quārē, adverbium interrogandi, notæ significationis. [כִּן] *lachēn* עַל כֵּן] *hal chēn.* αὖθ' ὅτι. Gall. *Pourquoy, parquoy.* Ital. *Per qual causa.* Ger. Warumb/auß was vrsach. Bel. Waerom. His. *Porende.* Vng. *Miert.* An. *Wherefore.*] Cic. 1. de Orat. Nanq; illud quare Scævola negasti? ¶ Quare, infinitè positū. Cic. pro Lege Manil. Quare quū & bellum necessariū sit, ut negligi nō possit. Idem 2. Offic. Vtendum est excusatione, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris. ¶ Quare, illativa, in principio orationis pro quamobrem. Cicero pro Quintio: Quare quòd socium tibi eum velles adjungere, nihil erat. Corn. Fronto de diff. vocab. Cur & quare ita distinguit: Cur simpliciter percontatur. Quare causam rationemq; desiderat.

Quārtūmvĭrī, creati erant, quibus deducendarum coloniarum, aut si quid novum nunciatum foret, ut curarent, ne damno Respub. afficeretur, obq; varia negotia munus mandatum erat, præter quos fuēre Quinqueviri, agris dividundis, muris, turribusq; reficiendis, sæpius ut plebem funebri pecunia leviarunt: utq; æs alienum pro his, qui solvendo non essent, de publico solverent, qui Mensarii nuncupati. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 16.

Quārtŭs, a, um, adjectivum, Proximum, à tertio significat. [רְבִיעִי *rebihi* τέταρτος. Gall. *Quatrieme.* Ital. & Hisp. *Quarto.* Ger. Das vierdt. Pol. Czwarti. Vng. *Negyedik.* An. *The fourth.*] Liv. 4. belli. Pun. Eosq; ubi quartæ vigiliæ signum cecinisset, ad eum locum scalas jussit ferre. Virgil. 4. Georg. Inde ubi quarta sitim cœli collegerit hora. ¶ Quarta classis continebat censum quinq; & viginti millium. τετραγωνον τμημα. Liv. lib. 1. ab Vrbe: In quarta classe cēnsus quinq; & viginti millium, totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter hastam & verutum datum.

Quārtō, & Quartùm, adverbia inter se differūt. [רְבִיעִית *rebihith.* τὸ τέταρτον. Gall. *Quartement, pour la quatrieme fois.* Ital. *La quarta volta.* Germ. Der vierdt oder zum vierdten maal. Hisp. *La quarta vez.* Vng. *Negyed zer.* Ang. *Fourtly, for the fuurt tyme.*] Nam quartò Consul, significat locum Consulum, vel ordinē, hoc modo: Marcus fuit quartò Consul: id est, tres Consules ab origine, & institutione, & ordine Consulatus antè fuerunt quàm Marcus fuisset Consul, qui quarto anno à primis consulibus factus est Consul. Quartùm autem Consul dicitur, qui tribus Consularibus jam perfunctus, quartum gerit Consulatum. Liv. 3. ab Vrbe: T. Quintio quartum Consule.

Quārtānŭs, a, um, adjectivum: [τεταρτῆος. Gall. *Quart.* Ital. & Hisp. *Quartano.* Ger. Das von vieten ist.] ut Quartana febris: Gall. *Fievre quarte.* Ital. *Febre quartana.* Ger. Das viertägig fieber oder tattweh. Hisp. *Calentura quartana.* Vng. *Negyed napi.* Ang. *The feuer quartane.*] quæ quarto quoq; die recurrit, ex humore melancholico originem trahens, quam & quartanam absolutè, suppresso febris nomine, appellamus. Cicero ad Attic. lib. 8: Modò etiam audivi quartanam à te discessisse: moriar si magis gauderem si id mihi accidisset.

Quārtānārĭŭs, Qui quartanam febrem patitur. ὁ τεταρταῖζων. Sipontinus.

Quārtārĭŭs, teste Festo, ab antiquis appellabatur mulio mercenarius, quòd quartam partem quæstus capiebat. ¶ Quartarius etiam apud Catonem, cap. 95, congii quartam partem significat, ut Tertiarius tertiam, & Sextarius sextam: Amurcæ (*inquit*) in vas æneum indito congios duos, postea igne levi coquito, rudicula agitato crebrò, usqueadeò dum fiat tàm

crassum, quàm mel. Quartarium, inquit Budæus, in mensura pro quadrante congii intelligo: sicut in pondere, pro quadrãte libræ. ¶ Quartariũ autem dicit vulgus Gallicum, non quartam partem alicujus majoris mensuræ, ut Latini vocaverunt, sed vas quod quatuor mẽsuras caperet: id est, quaternas cheopinas: sic tertiarium, quod tres.

Quăsĭ, adverbium similitudinis, ita, ut, tanquam. [כמעט *chimohaít* כ *che* מעט *chemó.* κατὰπαν ὁμοιόν.] Gal. *Quaſi, comme.* Ital. *Quaſi, come.* Ger. Gleich/wie. Bel Gelyck Hiſ *Quaſi, poco mas ò menos.* Pol. *Iako by.* Vng *Mintha.* An. *As.*] Plautus in Pseud. Verùm ex transverso cedit. quasi cancer solet. Innuit aũt nõ imaginis, sed substantiæ similitudinem, ut docet Valla libro 1. Elegant. Nam hæc oratio: Incedit quasi leo: non resolvitur per verbum repetitum, ad hunc modum, Incedit quasi leo incedit: sed per verbum substantivum, Incedit quasi esset leo. ¶ Quasi tu dicas, pulchrè dicimus pro eo qui est, verba tua eò tendunt, ut dicas, &c. Plaut. in Pseud. Quasi tu dicas me te velle argento circunducere. ¶ Interdum idem valet quod perinde, acsi. Cicer. 1. Epist. Non poteram, credo, ante hyemem: (sic enim scribis) quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. ¶ Ponitur aliquando pro ferè, pené. Sueton. in Calig. Nono Calend. Februarii, hora quasi septima, cũctatus ad prandium surgeret. Terent. in Heavt. Quasi talenta ad quindecim coegi.

Quăsillŭs, Vide QVALVS.

Quasso, quassas, Quatefacio, Vide QVATIO.

Quātĕnŭs, pen. cor. In quantum, sive usq; ad quem finem: [μεχρὶ ὅσου, κατὰ ὅσον, ἐφ' ὅσον, ἕως τούτου. Gall *Iuſques où.* Ital. *Sino doue.* Ger. Wie weit/oder wievel/wie fern. Bel. Hohe veel/ hohe verde. Hiſp. *Haſta tanto, en tanto.* Pol. *Iakodaleczie.* Vng. *Meddeg mig menyire.* Ang. *How farre, to what end.*] sicut eatenus ih rantum aut ad eum usq; finem. Cic. in Lælio: Videndum est quatenus amicitiæ tribuendum sit. Idem 1. Tus. Magna culpa Pelopidis, qui nõ erudierit nec docuerit, quatenus esset quicquã curandum. ¶ Aliquando significat quo fine: ut eatenus, hoc fine, inquit Festus: ut verberavi filium quatenus sit bonus. id est, ad hoc, vel ad hunc finem, ut sit bonus. ¶ Aliquando idem valet quod quoniam πεφ' ὅσον. Plin. lib. 3. Epist. 51: Et quatenus negatur nobis diu vivere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur: Negant tamen Festus, Caper, Valla, aliiq; docti viri, quatenus pro quoniã accipi: atq; in omnibus exemplaribus in quibus quatenus pro quoniam positum putatur, mendum esse librariorum culpa affirmant, scribendumq; esse quatinus per i tertiam vocalem. ¶ Docet etiam Acron, quatenus esse adverbium loci significans, ad eum usq; locum. ¶ Interdum ponitur pro quomodo. Lactantius lib. 4: Quãto terrori sit dæmonibus hoc signum, sciet qui viderit quatenus adjurati per CHRISTVM, de corporibus quæ obsederint fugiant. Idem: Pleriq; vias sibi devias per præcipitia condiderũt, per quæ plebem incautam ad mortem deducerent, quod quatenus accidat, exponam. Cicero tamen, & quotquot eo sæculo fuerunt, quatenus solùm usurpaverunt, pro in quantũ, & eatenus pro in tantum.

Quātĕr, adverbium numerale. [τετράκις Gall. *Quatreſois* Ital. *Quattro volte.* Ger. Viermaal. Hiſp. *Quatro vez.* Pol. Czterỳ raſi. Vng Negyzer. Ang *Foure tymes.*] Plaut. in Pseud. Utrũ vis, vel quater quinis nimis. Colum. li. 5. cap 2: Hoc duco quater, fiũt LXXX. horũ pars dimidia est XL. ¶ Quater, pro sæpius. Virgil. 2. Aeneid. posuit: quater ipso in limine portæ Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.

Quātĕrnī, æ, Quãvis propriè numerũ significet distributivum, sæpè tamen idem valet quod primitivum suum quatuor. [ארבעה ארבעה *arbaháh arbaháh.* τέσσαρες, α. Gall *Quatre, de quatre en quatre.* Ital. *A quattro à quattro.* Ger. Je vier. Hiſp. *Cada quatro ò de quatro en quatro.* Pol. Poczterzỳ. Vng. *Negyen anag, negyen negyen.* Ang. *Foure, or foure and foure.*] Horat. 1 Serm. Sat. 4: Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos.

Quātĕrnĭo, m. t. Quatuor chartarum, sive alterius cujuscunq; rei compositio. τετράδιον, ut Quatuor quaterniones militum.

Quātĭnŭs, cum i correpta, conjunctio est causalis, Quia [ὅτι. Gall *Puiſque, pourtant que.* Ital. *Poi che, à tanta che.* Ger Dieweil. Hiſp. *Porque.* Vng. *Mert.* An. *Becaus.*] Iuven. Sat. 12: Quatinus hîc non sunt nec venales elephanti. Vide QVATENVS.

Quătĭo, is, ssi, ssum. Moveo cum violentia; concutio. [הרעיש *hirhiſich* רעץ *rahàts* רצץ *ratsáts.* σείω, κατασείω. Gall. *Esbranler, hocher, ecorcher, eſcouer.* Ital. *Crollare, ſcuottere.* Ger. Erschütt. Bel. Schudden. Hiſ. *Sacudir, quebrar.* Pol. Tluke, burze. Vn. ὄχυε verðm, rontom. An. *To shak.*] Liv. Carthaginis mœnia nũc quatit ariete. ¶ Aliquando ponitur pro molesto. Virgil. 9 Aeneid. Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello. ¶ Aliquãdo pro ejicio, κινοτέω, ἀπείργω. Terentius in Eunucho: Nimirum homo quatietur cerrè cum dono forás. ¶ Composita ejus mutant q in c, & abjicitur a: ut Concutio, Decutio, Discutio, Excutio, Incutio, Percutio, Recutio & Succutio, quorum significata vide suis locis. Recutio, iterum quatio. Succutio, subtus quatio, ὑποσείω.

Quassus, a, um Quassatus, fractus. [רצוץ *ratsúts.* κατεαγώς. Gall. *Esbranlé, caſſé, rompu.* Ital. *Scarlatto, concaſſato, rotto.* Ger. Erschuttet vnd zerbrochen oder bereget Hiſ *Sacudido, quebrado* Pol *Sbruzom, sbruzom.* Vng. *ðzuerontatot.* Ang. *shaken.*] Plin li. 18: Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quatta sarcire.

Quassŭs, hujus quassus, verbale, m. q. [רץ רעש *rábasch.* ὁ σεισμὸς, πναγμὸς. Gal. *Esbranlemẽt, caſſure. briſure.* Ital. *Scarlamento, crollamento.* Ger. Ein erschüttung. Hiſp. *Sacudimiento, quebramiento.* Pol. *Sluczeme, sburzeme.* Vng ðzue verefrontas. Ang. *Shaking.*] Cic. 2. Tuscul. Nam attrectatu & quassu sævum amplificatis dolorem.

Quătĕfăcĭo, is, Concutio, expello. [הרעיש *hirhiſch* רעץ *rahàts* רצץ *ratsáts.* κατασείω. Gall. *Esbranler, ou pouſſer auec violence.* Ital. *Commouere, crollare, ſcacciare.* Ger Offt erschut Hiſp. *Sacudir, empuxar.* Vng. *Kiuerðm ðzuerontom.* Ang. *To shak to cause to trembuble and quake.*] Cic. ad Brutum: Nulloq; præsidio quatefecit Antonium.

Quāssō, as, frequentativum, Sæpè quatio. [הרעיש *hirhiſch* רעץ *rahàts* רצץ *ratsáts.* κρούω, σαλεύω. Gall. *Esbranler, hocher, caſſer, rompre.* Ital. *Squaſſare, ſpeſſo crollare.* Ger. Offt erschuten oder rutten. Hiſp. *Sacudir muchas vezes.* Vng. ðzue ſsattogatom rontom. Ang. *To shake often.*] Plaut. in Trin. Quid quassas caput? ¶ Aliquando rumpo. κρούω. Virg. li. 1. Aeneid. Quassatam ventis liceat subducere classem. Hinc Concasso, de quo suo loco.

Quassātĭo, f. t. [κρούσις. Vn ðzue verðgetes ſsattogatas rontas.] Macro. Satur. lib. 7. cap. 15: Si quando catu aliquid paulo densius in pulmonem violentia spiritus trahente decidit, mox nasci tussim nimis asperam & alias quassationes, usq; ad vexationem salutis.

Quātrĭdŭum, quatridui, Spatium quatuor dierum. [τετραημέρου μεσῶ. Gall. *L'eſpace de quatre iours.* Ital. *Spatio di quattro giorni.* Ger. Die zeit vier tag lang. Hiſp. *Eſpacio de quatro dias.* Vng. Negyed nap. An. *The space of four dayes.*] Lentulus Senatui, lib. 12: Nuntiatum est eum quatridui iter à Laodicea abfuisse.

Quatrĭdŭo, adverbium. [τετάρτην ἡμέρᾳ. Gall. *En quatre iours, au quatrieſme iour.* Ital. *Quattro giorni prima.* Ger In vier tagen. Hiſ. *En quatro dias.* Vn. *Mig menyi ideig.* An. *In four dayes, or the fourth day.*] Cicero ad Brutũ: Triduò verò, aut quatriduò ante hanc rem pulcerrimam timore quodam perculsa civitas, &c.

Quātŭŏr, nomen numerale, Binarium numerũ in se bis continens. [ארבע *arbáh* τέσσαρες. Gal *Quatre* Ital. & Hiſp. *Quatro.* Ger. Vier. Pol Czterỳ. Vng Negy. Ang. *Foure.*] Virgil. 6 Aeglogæ: en quatuor aras. A quo quater, τετράκις, adverbium numerãdi: item Quartus, τέταρτος, Quaternus, Quaternarius, Quaternio, Quadruplus, Quadruplum, Quadrennium, Quadriennis, Quadriatum, Quadrum, Quadrantal, Quadrãs, & multa hujusmodi.

Quātŭordĕcim. pen. corr ex Quatuor & decem compositum. [ארבע עשר *arbáh ha-ár.* δεκατέσσαρα. Gall. *Quatorze.* Ital. *Quattordeci.* Ger. Vierzehen Hiſp *Quatorze.* Pol. Czternaście. Vng. Tizen negy. An. *Fourteene.*] Asinius Pollio ad Cic li. 10: Heterenium Gallum histrionem summo ludorum die, anulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit. Plin. lib. 8. cap 36: Præter quatuordecim dies.

Quātŭordĕcĭĕs, adverbium [τεσσαρεσκαιδεκάκις. Gall *Quatorze fois.* Ital. *Quattordeci volte.* Ger. Vierzehen mal Hiſp *Quatorze vezes* Vng *Tizennegyzer.* Ang *Fourteene tymes.*] Plin. lib. 3 cap. 7. Sardinia abest à Gadibus, M. pass. quatuordecies centena.

Quātŭōrvĭrī, ut Triumviri: ut apud Pomponium l ij. de Orig. juris.

Quātŭōrvĭrātŭs, Ipsa quatuor virorũ dignitas. Asinius ad Ciceronem: Quatuorviratum sibi prorogavit.

Quĕ, conjunctio, subjunctivi ordinis, quæ modò est copulativa: [τε, καί. Gall. *Et, auſſi.* Ital. *Et, e.* Ger. Vnd Bel. Ende Hiſ Y. Vng. Es. Ang *And, also.*] ut Arma, virũq; cano. Modò causativa, pro quoniam. Cicer. 1. Offic. Non solùm nobis nati sumus, ortusq; nostri partem patria vẽdicat, partem amici. Modò expletiva, quando scilicet orbatus tantùm causã ponitur. Propert. lib. 3: Deiphobumq;, Helenumq;, & Polydamantas in armis. ¶ Quandoq; pro etiam, καί. Apul. Id ei tenoq; loquenti non crederem: id est, etiam serò loquenti. ¶ In compositione quoq; semper postponitur, ac conjunctionis vim amittit, vim tantùm syllabicæ adjectionis obtinens, ut nanq;, quoq;, atq;, itaq;, undiq;, uterq;, pleriq;. ¶ Componitur etiam cum quis, qui, quæ, quod vel quid: ut quisq;, quiq;, quæq;, quodq; quidq;. ¶ Et interposita particula cum, ut Quicunq;, quæcunque, quodcunq;. Et cum præpositione abs: ut Absq;: cum adverbio, ut Neq; cum conjunctione, ut Atque ¶ Differunt autem inter se que, ac, atque. Que enim postpositiva est & enclitica. Ac semper præpõsitiva: Atque tàm præpositiva quàm postpositiva. ¶ Invenitur autem que aliquando contra naturam suam produci. Virgil. 1. Aeneidos: Terrasq; tractus q;

ctusq; maris, cœlumq; profundum. Idem 3. Aeneid. Liminaq; laurusq; dei. Cujus generis licentia, cæsuræ ratione solet excusari. ¶ Ponitur quandoq; pro an. Horat. 2. Serm. Quid refert uri virgis, ferroq; necari? pro eo quod est, Quid refert uri virgis, an ferro necari?

Quemadmŏdum, dictio composita ex quem, ad, & modū. Sicut, ita ut. [כאשר *chaaſchér* ὥσπερ κρῶτος. Gal *Comme, comment.* Ital. *Come, in qual modo.* Ger. Gleich wie. Bel Gelyck. Hisp. *Como, assi como* Vng. *Ammint ammiskeppen.* Ang *As, lyk as.*] Cicero de Amicit. Pergratum mihi feceris, spero item Scævolæ, si quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quærūtur, sic de amicitia disputaris quid sentias. ¶ Ponitur nōnunquam interrogativè, pro quo modo, sive ad quem modum: πῶς, πίνα τρόπον. Cic. 7. Verrin. Quemadmodum est asservatus? ¶ Aliquando nam interponitur, & dicimus quemnam ad modum: sed tunc, ut arbitror, tres sunt dictiones separatim scribēdæ. Plaut. in Bacch. Qui scire possum? C. nullus plus. P. Quēnam ad modum?

Quĕo, quis, quivi, quitum, Valeo, possum. [יכל *jachól.* δύναμαι, ἔχω. Gal. *Pouuoir, auoir pouuoir & puissance.* Ital *Potere.* Ger. Mögen. Bel. Connen. Hisp. *Poder.* Vng. *Meg lehet. To may, to be able.*] Salust in Catil. Sed neq; pretio, neq; gratia impelli quivit. Cicero ad Terentiam lib. 14: Non queo reliqua scribere, tanta vis lacrymarum est. Horatius 2. Sermon. Satyr. 7: liber sum, dicage non quis? Lucretius libro 3: Mobilitate mali non quit sentire dolorem. Idem lib. 3: Disperisse, neq; in fructū convertere quisse. ¶ Queor, passivum. Lucret. lib. 1: Dum veniant aliæ ac tuppleri summa queatur. ¶ A queo deducitur compositū nequeo: hoc est, nō queo, non valeo, non possum. Virgil. 1. Aeneid. Explere mentem nequit, ardescitq; tuendo. ¶ Antiqui etiam nequeo dixerunt pro non eo: quod & Festus annotavit.

Quĭtŭs, a, um, à Queor dixit Terentius in Hecyr sed antiquè, ut ait Donatus. Nam (*inquit*) quum compressa est gnata, forma in tenebris non nosci quita est:

Quērcŭs, us, f. q. in dativo & ablativo plurali quercubus. Arbor est lignum habens durissimum, glandemq; ferens præstantissimam, quæ ante inventas fruges populis plerisque victum dicitur suppeditasse. [אלה *elah* אלון *elon.* δρῦς. Gall. *Chesne.* Ital. *Quertia, rouere.* Ger Ein eychbawm. Hisp *Enzina arbol* Pol. *Dab.* Vng. *Tser fa, tölgy fa.* Ang *An oake tree.*] Plin. lib. 16. cap. 6: Glans optima in quercu atq; grandissima, mox esculo: nam roboris partu. Virgil. 3. Georg. Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Festus: Quercus dicitur, quòd id genus arboris grave sit ac durum: tum etiam, in ingentem evadat amplitudinem. Querquerum enim quidam grave & magnum dici volunt. Olim etiam secundæ declinationis fuit: unde etiam apud Ciceronem legitur quercorum in plurali genitivo. Ibi (*inquit*) quercorum rami ad terram jacent.

Quērnŭs, a, um, Quod ex quercu est. [δρύινος. Gall. *De chesne.* Ital. *Di quercia.* Ger. Eychbäwmin. Hisp. *Cosa de enzina.* Pol. *Debowi.* Vng. *Tölgi fa.* Ang. *Of an oake.*] Virg. 1. Georg. Sed tamē & quernas frondes.

Quĕrnĕŭs, a, um, ejusdem significationis. δρύινος, ut Frons quernea apud Colum. lib. 6. cap. 3. & Quernæ glandes, apud eundem lib 9. cap. 1.

Quercĕŭs, a, um, idem cum superiori. δρύινος. Servius: Querceā coronam accipiebant qui in bello civem servassent.

Quērcĭŭs, a, um, idem. δρύινος. Sueton in Calig cap. 19: Primo diebus phalerato equo insignisq; quercia corona, &c.

Quĕrcŭlānŭs, a, um, Plin. lib. 16. cap. 10. Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur & quercquetulana.

Quērcētum, ti. pen. prod. n. f. Locus ubi consitæ sunt quercus. [אלון *elón.* δρυμών. Gall. *Chesnaye, vn bois ou forest de chesnes.* Ital. *Luoco doue sono molte quercie.* Ger. Ein eychwald/ ein ort da viel eychbäwm stehen. Hisp. *Enzinal, lugar de enzinas.* Pol. *Debniak* Vng. *Tseres tölgy fak hely.* Ang. *A groue of oakes.*] Varro 1. de Re rust. cap. 16: Si enim ad limitem quercetum habet, non possis rectè secundum eam sylvam serere oleam.

Quērcērŭs, a, um, vel querquerus, Quod est frigidum cum tremore. φρικώδης. ut Febris quercera. Lucilius: Iactas me ut febris quercera. Idem: Querquera consequitur febris capitisq; dolores. Gellius lib. ult. cap. 1: An tu fortè morbum appellari hîc puras ægrotationem cum febri rabida & quercera?

Quĕrēlă, vide QVEROR.

Quĕrŏr, ris, questus sine diphthongo, Lamentor, conqueror. [אנה *anón.* μέμφομαι, ὀλοφύρομαι. Gall. *Se pleindre ou complaindre.* Ital. *Lamentarsi, querelarsi.* Ger. & Bel. Klagen. Hisp. *Quexarse.* Pol. *Zaluie, vskarżamsie.* Vng. *Pana Zolkodom siroa pana Zolkodom.* Ang. *To complaine, to bewaile and mak moone.*] Salust. Sæpè de luxuria & avaritia nostrorum civium questum sum. Admittit autem hoc verbum variam constructionem. In eadem enim significatione dicimus Queror hanc rem, vel de hac re, Cæsari, cum Cæsare, & apud Cæsarem. Cicero de Amic Quorum plerisq; aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. Idem Lent. lib. 1, Epist. Multa de mea sententia questus est Cæsari Ovid. 1: Metam. Cum Iove visa queri. Dicimus etiā queror apud illū. Plin. de Viris illustribus: Quo cognito apud populum questus quod de se tale aliquid timuissent. Aliquādo absolutè, ut apud Ciceronem lib. 1, Epist. ad Lentul. Quid multa? questus est graviter.

Quĕrŭlŏr, pen. cor. queritaris, frequentativum, Multum sæpeq; queror. [ἀναμέμφομαι. Gall. *Se complaindre souuent.* Ital *Lamentarsi spesso, lamentarsi molto.* Ger. Hefftig oder offt klagen. Hisp. *Mucho se quexar, ò quexarse à menudo.* Pol. *Często sie vskarżam.* Vng. *Panazoldogalom sirua panazoldogalom.* Ang. *To complayne often.*] Liv 9. de bello Macedonico: Ne vox queritantis audiretur. Tacit. lib. 16: Igitur flentes queritantesq; qui aderant facessere propere jubet Thrasea.

Quĕrĭtŭs, us, sine diphthongo: in dativo & ablativo plurali questibus, m. q. Lamentatio, querela. [תשובה *telunáh.* μίμψις. Gall. *Plainte, complainte.* Ital. *Lamiento.* Ger. Ein klag mit weinen. Bel. Een beclagtinge Hisp. *Quexa ò querella.* Pol. *Skarga.* Vng. *Sirua valo panazolkodas.* Ang. *A complaynig or making of moone.*] Cicer. 5. de Finib. Quod ejulatu, questu, gemitu, &c. Virgil. 4. Georgic. & mœstis latè loca questibus implet. Idem 4. Aen. Tantos illa suo rumpebat pectore questus. Cicero pro Quintio. Qui denique questus, qui mœror dignus inveniri, &c.

Quĕrēlă, æ, f. p. Querimonia, questus. [תשובה *telunáh.* μομφή, μέμψις. Gall. *Querele, complainte.* Ital. *Querela.* Germ. Ein klag. Hisp *Quexa ò querella.* Pol. *Zaloba.* Vng. *Panazolkodas.* Ang. *A complainte, bewayling.*] Cicero de Senect. Sæpè interfui querelis meorum æqualium. Idem ad Brutum lib. 11: Sed tamen providendum est, ne qua justa querela esse possit. Ovid. 4. de Ponto, Elegia tertia: Nam nisi justa tua est, justa querela mea est. Horat. 2 Ode 9: desine mollium tandem querelarū: & potius nova Cantemus Augusti trophea. Virgil. 4. Aeneid. Desine meq; tuis incendere, teq; querelis.

Quĕrĭmōnĭă, æ, f. p. Querela, lamentatio. [תשובה *telunáh.* μίμψις, μομφή. Gal *Complainte.* Ital. *Querelamēto, lamentatione.* Ger. Ein klag mit trawren. Hisp. *Quexa ò querella.* Vng *Siralmas panazolkadas.* An. *A complaynte, a moone making.*] Cicero ad Q. Frat. lib 2: Eo metu injecto repentè magna querimonia omnium discessimus. Horat. in Arte: Versibus impariter junctis querimonia primum, Pòst etiam inclusa est voti sententia compos. Cicer 7. Verr. Vt si me in ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate, & de civium Romanorum indignissima morte, non modò vires, verumetiam vita deficiet. Quanquam aūt nulla ab autoribus ferè inter querelam & querimoniam videatur observata diff. rentia: tamen Corn. Fronto ita distinguit, ut querimonia certæ rei sit, & gravitatis cujusdam: querela verò supervacua & cum levitate quadam conjuncta.

Quĕrŭlŭs, a, um, pen. corr. Queribundus, vel querelis plenus. [ἐγκλημαπικὸς μεμψίμοιρος. Gall. *Qui ne fait que se plaindre, querelant.* Ital *Lamentenole.* Ger *Klagbar/ Das voll klagens ist/ sich ubel gehebend* Bel. *Klachachtig* Hisp *Querelloso.* Vng *Panazolkodo.* Ang. *That complayneth often.*] Ovid. 3. Trist. Eleg 8: Et nunquā querulis causa doloris abest. Martial. lib. 4 Missa nec a querulo mappa cliente fuit. Ovid Epistol. 5: Implevitq; sacram querulis ululatibus Idam. ¶ Quandoq; à poëtis pro canoro ponitur. Virgil. lib. 2. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Servius: Querulæ cicadæ id est, canoræ. Horat libro 3. Carm. Sub cantu querulæ despice tibiæ. Ovid. 5. Met. Calliope querulas prætentat pollice chordas.

Quĕrĭbūndŭs, Querulus vel plenus querelarum. μεμψίμοιρος. Cic pro P. Sylla: De supplicio P. Lentuli, de carcere, magna & queribunda voce dicebat. Senectus queribunda, Silius lib. 13.

Querquĕdŭlă, æ, f. p. Avis ex genere natantium sive aquaticarum, tàm in aqua quàm in terra vitam agens, quemadmodum anseres & anates: quod genus animalia Græco vocabulo ἀμφίβια vocantur. [Gal. *Cercerelle.* Ital *Cercerella.* Ger. Ein art wasservögel/ Murentē/ sind graw. Hisp. *Vn genero de anade.* Vng. *Tsirke fa.* Ang. *A water fowle called a teale.*] Varro 3 de Re rustic. cap 5: Altera species eorū quę non sunt contenta terra solùm, sed etiā aquā requirunt: ut sunt anseres, querquedulę, anates.

Quērquērā, æ, à κρύω, Frigus, horror. κρυερὸς, horridus: unde querquera febris, horrida. [Vn. *Ixonin hideglelos.*] Apul in Apolog. Posse dicitis ad res venereas sumpta de mari spuria & fascina (nempe veretillum & virginal) propter nominum similitudinem qui minus possit ex eodem littore calculus ad vesicam, testa ad testamentum, cancer ad ulcera, alga ad querceram. Malè scriptum quercerum.

Quĕrquērŭs, a, um, alias quercerus. Vide QVERCVS.

Quĕrŭlŭs, vide QVEROR.

Quī, quæ quod, Relativum est substantię, cujus significatio & usus nulli non est notus. [אשר *asher.* ος, ἥ, ὅ. Gal *Qui, lequel.* Ital. *Il quale, la quale.* Ger. Welcher/ welche/ welches. Bel. Die welche.

Hisp. Quien ò que cosa. Pol. Ktori. Vng. Ki mint. An. Which.] ¶ Ponitur aliquando adverbialiter pro quo modo. πῶς, τίνι τρόπῳ Cicero de Amicit. Quì fieri poterat ut ejus dolore non angerer, qui mecũ semper familiarissimè vixisset. ¶ Aliquando pro ut, ἵνα. Terent. in Andria: Nunc si quid potes, aut tu, aut hic Barbia, facite, fingite, invente, efficite qui detur tibi. Idem in Prolog. Non qui argumentum narret, sed qui veteris poëtæ maledictis respondeat. ¶ Aliquando, pro utinam. εἰ γάρ Terent. in Phorm. Quì illum dii omnes perdant. ¶ Aliquando pro unde. Terent. in Hecyr. Nec quì hoc mihi eveniat scio. Et in And. Nam quì isthæc tibi incidit suspicio? ¶ Aliquãdo pro cur, quamobrem, ἀντὶ τοῦ διὰ τί. Cicer. 1. Tusculan. Quì enim beatior Epicurus quòd in patria vivebat, quàm Metrodorus qui Athenis? Terentius in An. Non potest, P A M. Quì? Donatus, quia: id est, quamobrẽ. ¶ Componitur aliquando cũ Dum, & dicimus quidẽ in eadem significatione. Terentius in Eunucho: At nunquid aliud? P. Quidem. ¶ Est & qui. à quis, abjecto ultimo elemento quod accidit, & loco interrogativè tenetur pro quis. Plaut. in Amph. Quis me alter est audacior homo? aut qui confidentior? ¶ Ponitur aliquando pro nempe qui, vel utpote qui. Cic. Arat. lib. 5: Actio maluimus iter facere pedibus qui incõmodissime navigassemus. ¶ Aliquando pro qualis. Cic. 2. de Divin. Quis non, hunc Socraticus qui vir, & quantus. ¶ Composita à qui sunt Quidã, quicunq; quivis, quilibet, à quo Vnusquilibet. ¶ Quibus in extremis, eleganter dicitur pro quorum in extremo, ἐν τοῖς ἐσχάτοις. Cicer. Cœlãri: Literæ dantur mihi à te, quibus in extremis scriptum est

Quĭa, conjunctio causalis, idem valens quod quoniam. [כִּי *chi*. ὅτι. Gall. *Pource que, pource que.* Ital. *Perche.* Ger. Dieweil/darumb. Bel. Want] Hisp. *Porque.* Pol. *Iż woutenż.* Vng. *Mert.* Ang. *Because.*] Cic. de Amic. Sed quia natura mutari non potest, ideo vera amicitia sempiternæ sunt. Interdum bis ponitur, semel cum subjunctivo, vel indicativo. Quint. lib. 11. cap. 1: Non quia parcendum sit, tam satis sit, sed quià hoc prospicere debet quod, ne quam faciant.

Quĭa nam, adverbium interrogandi. Quare. [כִּי *chi* מָה *mah*. Gall. *Pourquoy?* Ital. *Perche?* Ger. Warumb oder weszhalben? Hisp. *Porque?* Pol. *Dlaczego?* Vng. *Mert?* Ang. *Wherefore?*] Virg. lib. 5: Heu quianam tantos cumulasti funere honores? Ilius.

Quĭa quidem, particula rei certæ & significat certè, revera. [כִּי *chi* אָמְנָם *amnam*. Gall. *Voirement, certainement* Ital. *In vero.* Ger. Warumb. Hisp. *Certamente* Vng. *Nekem igazam* Ang. *Truely, verely*] Virg. lib. 4. Aen. quia me manibus invitæ super ante levatos.

Quiatis, aut. qui pro cuias dixêre. Accius: Quì neq; quiatis sit unquam potuimus nulla rogantes fore.

Quicũnquè, ησις, Qualiquis, [ὁστισοῦν, ὁτιοῦν, ὁστισδήποτε. Gall. *Quiconque quelconque, chacun* Ital. *Chiunque.* Ger. Geb was oder weto er/wer doch. Hisp. *Qualquieraque* Vng. *Valaki* Ang. *Whosoever.*] Cic. pro Sestio: Eodo vos in omni fortuna quæcunq; erunt oblata complectar. ¶ Aliquando accipitur pro qualiscunq;. Cic. 3. de Orat. Nisq; nos primi quicunq; eramus, & quantulumcunq, discebamus, convertimus.

Quĭd nomen substantivum quod ferè interrogativè sumitur. [מַה *mah* מָה. Gall. *Quelle chose? quoy?* Ital. *Che cosa?* Ger. Was? Bel. Wat? Hisp. *Que cosa? Que cosa?* Pol. *Co?* Vng. *Mit?* Ang. *What?*] Cicero de Senect. Quid? de prætorũ virtute dicã? et paulò antè: Quid de utilitate loquar stercorãdi? Nonnun pià etiam indefinitè Virg. 10. Aeglog. Nunc scio quid sit amor. ¶ Aliquando est adverbium interrogandi, pro cur vel quare, τί. Terent. in Andria: Sed quì tam Pamphilum exanimatum video? Ovid. in Epistol. Oenones ad Paridẽ: quid irenæ fœminarum fata? ¶ Aliquando ponitur pro in quo. Cicero in Lælio: Quid enim tam indigens Africanus me? Quintilianus: Quid tibi, ut tam malum fieri? quid offendi? ¶ Aliquando in oratione vacat. Cicer. ad Servium. Trebatio mandavi ut si quid tu voles cum ad me mittere, ne recusaret. ¶ Cõposita sunt quicquid, quicquam, quiddam, quicq;, quippiam, nequicquam, quidnam, nunquid, quidni, quidlibet: Vtus habet ut d sequẽte q, mutetur in c: ut quicq;, quicquam: & sequente p, in p: ut quippiam. Quidcunq; autem & unumquicquid, aut unumquicq;, aut unumquidlibet nequaquam dicetur, sed quodcũcunq;, unumquodq;, quodlibet unum. Quid agimus? consilium quæritis est, inquit Donatus. τί δρῶμεν. Terent. in Eunuc. Quid nunc agimus? Quid hominem habes? cum contemptu dicitur. Terent. in Hecyr. Sed quid mulieris uxorẽ habes? Quid huc? adverbium est segnè consentientis, inquit Donatus. τί δῆτα. Terent. in Eunuch. Quid ist id? si certũ est facere, facias: verùm ne pòst conteras culpã in me. Idem in And. Quid istuc? Istuc, unum hoc esse utile, Nolo tibi ullum commodũ in me claudere. Quid hoc, significat cur, τίνος δή. Plaut. in Aul. Occepi. Quidem Donatus putat esse unam partem orationis. Quidquid, cum in adverbium in compendium redigẽtis, quidquam, quidnam, quidni, etiam quid plura? vel quid opus est verbis? quid ni? præterea? quid vis dicam? τί δὲ λέγω, τί περισσόν;

Cicero ad Attic. lib. 1: Quid quæris? num ad privata rediens? Horat. lib. 1. Epist. Quid quæris? vivo, & regnum mihi nihil istac reliquum. Quid tum, quid tum postea, & quid tum, dicis, idem valent quod ergo? quid itaq; quid interest? quid dicis? τί φῂς, τί λέγεις, quæ omnia significant, quòd pertinet istud de quo loqueris, sive quid attinet hæc dicere? sive quid sibi vult hic sermo?

Quĭdam, cum suis, personã certam dicit, & singulare potiùs signum est quàm particulare. τόδε τι. Gall. *Quelqu'un, aucun.* Ital. *Vnoso.* Ger. Einer. Hisp. *Vn certo* Pol. *Niektori.* Vng. *Egy bizonyos* Ang. *Some.*] Cicero pro Cluent. Quidam ex advocatis, homo summa virtute præditus.

Quĭdem, adverbium affirmandi, Profectò, certè [אָכֵן *achẽn* γέ. γήν. Gall. *Certes certainement.* Ital. *Certamente.* Ger. Zwar. Bel. Voorwaar Hisp. *Certamente* Pol. *Zaiste.* Vng. *Bizonyara, nyilvan.* Ang. *Truely*] Certiores modos in oratione accipi solet. Vno ad distinguendos res, ut Ego quidẽ scribo: tu verò legis: ille aũt dormit. Tu quo modo duobus tantùm comitibus uti potest, scilicet verò & aute. Altero, quasi per exceptionem ejus quod affirmas. Quint. hanc in latinis Terentiis quidem fere usu, ea fatebitur mater. Cic. lib. 2. Offic. Ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. μὲν δή. Futuris ita hoc modo comites habere potest ut Veram, veruntamen, sed tamen, at, atqui, etenim, cæterum. Tertio quasi nulla re adjuta ex præcedentis conjũctione, ut apud eundem: Atque enim is modo quod quidem magis credo) aut si quisquam est, ille sapiẽs fuit. ¶ Quidem, & certe, aliquando simul junguntur. Cic. ad Lentulum, hoc illud quidem certe nostrũ consilium fore tale, ut laudari etiam sit. Terent. in Phorm. quidẽ conjunxit eum hercle. Nam tua quidem hercle certò vita hæc expetẽda. Cicer. autem lib. 10. Epist. ad Attic. post quidem subjunxit profectò. Nunc quidem profectò nonnulli. ¶ Ejus compositum est, Etiamquidem, & quidem de quibus alibi.

Quĭdnam, aliquando interrogativè accipitur, aliquando indefinitè [מַה *mah* מָה. Gall. *Quoy, quelque chose* Ital. *Che?* Ger. Warumb doch oder warumb. Bel. Wat? Hisp. *Que?* Pol. *Czemu?* Vng. *Mit?* Ang. *What?*] Terent. in Phorm. Quidnam ille commotus venerit hoc est quamobrem vel propter quid? Item in Eunuch. Ne ego quidnã Chærea hæc eum gerat.

Rĕgo, gis, xi ctum, act. t. Guberno, administro. [מָשַׁל *mashal.* הִדְרִיךְ *hrahbir.* ἐπιτροπεύω, φορέω, διοικέω, ἀγχιστρεφέω, κυβερνάω. Gal. *Regir & gouverner* Ital. *Reggere, governare.* Ger. Regieren/herrschẽ Bel Regeren. Hisp *Regir ò gouernar* Pol. *Radzę, krolestwo, panuie.* Vng *Igazgatom, gubernalom.* Ang. *To order, gouerne.*] Virg. 4. Aeneid. Pacatũq; reget patriis virtutibus orbem. Cicer. in Somn. Scip. Siquidem deus est qui viget, qui sentit, qui memimit, qui prævidet, qui tam gerit & moderatur, & movet id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundum princeps ille Deus. Virgilius primo Georgic. Per duodena regit mundi sol aureus astra. Terent. Eunuch. Haec, quæ res in se neque consilium, neq; modum Habet ullum, eam consilio regere nõ potes. ¶ Regere, est rectum tenere. [יָשַׁר *iashshár.* ἰθύνω.] Cornelius Celsus: Qui nimio dolore regere caput nõ posset. Regi fines dicuntur, autore Boëtio, cùm propriis finibus quisque ager terminatur. Hinc finium regundorum, vel de finibus regundis judicium quod inter confines redditur. ¶ Hujus composita sunt, Arrigo, Corrigo, Dirigo, Erigo, Pergo, Porrigo, Surrigo, Surgo: quorum significata aperiuntur suis locis.

Rectŭs, cta, ctum, Quod nullam in partem flectitur: cujus antitheton est Obliquus. [יָשָׁר *iashár* ἰθύς, εὐθύς Gall *Droit, iuste.* Ital *Dritto, giusto* Ger. Recht schlecht eben schnurgerad Hisp. *Derecho, iusto.* Pol *Prosty.* Vng *Igyenes.* Ang *Streight, iust,*] Plin. lib. 12. cap. 19: Hi recto cursu per sinus impellũt. ¶ Per translationem accipitur pro bono, & laudabili: cui opponitur Pravus. Cicero prima Academica. Tertia de differendo, & quid verum, & quid falsum: quid rectum in oratione, pravúmve, quid consentiens, quid repugnet ja: candi. Cicero Attic. Saufeiũ sine meis literis ad te venire, vix rectum erat. Idem pro Murœna: Negat Cato rectum esse: hoc est, æquum, justum, & pro ratione officii. Conscientia recta. Cicero ad Attic. lib. 13: In omni vita sua quenq; à recta cõscientia tranvertum unguem non oportet discedere. Consilium rectum. Terentius in Andria: Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus Viae. Recta rem narrare, est narrare rem ut est & nullo colorum uti circuitu. Terentius in Heaut. Imò ut recta via rem narrem ordine Cicero secundo de Oratore: Ego me hercule, *inquit*, Antoni, ita per me fari, quæ recte oratori præcipiantur, rectum ea dicendo videri oportere primũ. ¶ Recta cœna, velocitate, absolute, a ceteris discebatur cœna quam clientibus, & convictoribus, & recto ordine discumbentibus lautè principes dabant. Sueton. de Aug Convivabatur & frugaliter, nec unquam nisi recta, non sine magno ordinum, tum hominum, delectu Idem in Domitia. Multa etiam in convivio mutavit: sportulas publicas sustulit, revocavit cœnam rectum conjuncto Juvenal. Martial. lib. 8: Promissa est nobis Ariana, recta cata est. Liberalitores cum dapes, civilio-

resq; salutatoribus suis legitimum convivium exhibebant, quæ recta cœna vocabatur. Sordidi aũt, & maligniores rectæ cœnæ loco sportulam tantùm præbebant, Sportula specimen erat pusilli, parciq; hominis. Suetonius in Nerone: Adhibitus sumptibus modus, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ ¶ Recta tunica dicebatur quę ita contexta erat ut veluti rigens staret: vel quæ à plantis ab imo in altum texebatur ὀρθοστάδιος. Hac tyrones, & novæ nuptæ induebantur. Hanc parentes liberis suis conficiendam curabant, omnibus cautis, ut tradit Festus. ¶ Rectum intestinum, ἀνάδυσιλλον ἔντερον, sextum est & postremum in ordine intestinorum, à crasso intestino, quod κόλον appellant ad iredum usq; productum, nullis sinibus involutum, unde & nomen accepit.

Rēctŭs, aliquando procerus. ὄψιλος. Celsus Catullus de Quintia: Mihi candida longa recta est. Horat. 1. Sermon. Candida rectaq; sit.

Rēctum, ti, n. s. substantivum, Officium perfectum, omnes virtutis numeros complens, quod Graeci κατόρθωμα appellant. [משור *mischór* מישר *meschár*] Cic. 1. Offic. Perfectum autem officium, rectum, opinor, vocemus, quod Graec. κατόρθωμα. Idem 2 de Finib. Quæ autem nos aut recta, aut perfecte facta dicimus, si placet, illi aũtẽ vocant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent. ¶ Ponitur aliquando pro æquo & justo, non pro perfecto officio. Virg. 1. Aen. - & mens sibi conscia recti. Ovid. 1. Metam. - quæ vindice nullo Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebat.

Rēctā, adverbium, Per rectam viam. [דֶּרֶךְ יָשָׁר *hashmáh.* ὀρθῶς. Gall. *Tout droit.* Ital *Al dritto* Ger Denn rechten. Gutrades Hisp. *Por camino derecho.* Pol *Na prosto prowadzie.* Vng *Igasson* Ang. *Euen forward.*] Terent. in Evnucho: Quid hic itabat? cur ego recta non introibam? Cic. ad Attic. lib 6: E' navi rectà ad me venit.

Rēctāngŭlŭs, a, um, Quod habet lineas in rectum productas, itaq; coeuntes, ut nulla sit quæ magis promineat quam altera ὀρθογώνιος.

Rēctē, adverbium, Bene. [καλῶς. Gall. *Bien, proprement, droitement, à droit.* Ital *Bene, artificiosamente giustamente, ragionevolmente* Ger. Recht wo. Bel Wel. Hisp *Bien, y derechamente y rectamente.* Pol. *Dobrze.* Vng *Igazan, igyenesen, jol.* Ang. *Rightlie, well*] Cicer 4. Academ. Recte concludi tenet: sin vitiose, minam Diogenes reddet. Idem Attic lib 9 Recte auguraris de me: bene enim tibi cogitus sum. ¶ A. quando ponitur pro justè. δικαίως Terent. in And. Pater, non recte vinctus est id est, injustè. ¶ Aliquando pro non obliquè ὀρθῶς. Cicero 1. de Finib. Sive aliæ declinabunt, alię suo nutu rectè ferentur. ¶ Ponitur aliquando in responsione, quum sine injuria interrogantis aliquid recusemus, ait Donatus Terent. in Hecyr. Quid tu igitur ecquomas? aut quid es tam tristis? P. A. Rectè mater. Idem in Adelph. Quid fit? quid agitur? S. Rectè. ¶ Et quando positive, vel etiam. Ibidem: Tu rus hinc abis? D. Recte. ¶ Non rectè dicere alicui, est illi maledicere. Plaut. in Pseud. Nam quanti refert ei nec rectè dicere, qui rectè nihil facit? ¶ Ponitur aliquando pro tutò. ἀσφαλῶς. Cicer. ad Terent. libro 14: Rectè in præsentia domi esse potestis. Cic. ad Lentul. lib. 5: Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dari non præterm ittam, id quibus tutò, & citra periculum dare possim literas. ¶ Rectè esse alicui, est, illum rectè valere, quod etiam dicimus pulcrè alicui esse. Cicer. ad Attic. De Attica pergratum mihi feceris, quòd curasti antè scirem rectè esse, quam non bene fuisse. Recte esse alicubi, est illic sine reprehensione manere. Cicer. ad Attic. Qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm Marcellus? ¶ Ponitur aliquando pro patienter Terent. in Eunuch. Nisi præterquam quas ipse amor molestias habet, addas & illas quas habet, rectè feras. ¶ Rectè otia ponere, dixit Horat. 2. Sermo. pro eo quod est similiter discipulare. ¶ Rectè parere, est non monstrum parere, inquit Donatus. Terent. in Hecy. Præsertim quum & rectè, & tempore suo peperent. ¶ Rectè dicere, est aptè & compositè loqui. Differunt aut rectè dicere, & verè dicere: quòd rectè dicere, ad verba verè dicere, ad sententiam referatur. Nam possumus rectè, & falsum dicere, dummodo nullo vitio verborum dicatur. Terent. in Adelph. Et rectè, & verè dicis. ¶ Rectè atque ordine: hoc est, nihil præposterè agendo. παραβύβως, ἀκόσμως. Cicero sexto Philip. Rectè atque ordine, exq; Repub fecisse videri. Idem 7. Philip. Literas Bruti rectè atque ordine scriptas videri.

Rectūra, ae, f. t. Administratio, gubernatio. [מִשְׁקֹלֶת *mishkólet* תַּחְבֻּלָה *tachbulàh* ἐπιτροπεία. Gall. *Gouvernement* Ital *Ammaestramento* Ger. Regierung/Verwaltung Hisp *Regimento o ordenanza* Pol. *Rządzenie.* Vng *Igazgatás* Ang *Rule, order, ordering.*] Cicer. 3. de Finib. Omniumq; rerum publicarum rectiones præscripsimus. Et paulò pòst: Ea quoq; non solum ad privatæ vitæ rationem, sed etiam ad rempublicarum rectionem relata

Rectŏr, oris, m. t. Gubernator, administrator. [מוֹשֵׁל *moshél* מֹשֵׁל *moshél*

menahégh מדביר *madhbir*, ἐπιτρόπος. Gall. *Gouuerneur* Ital. *Rettore, gubernatore.* Ger. Ein Regierer/ oder Herrscher. Hisp. *Regidor ò endere cador.* Pol. *Rzadzieziel, sprawca.* Vng. *Igazgato, gubernalo.* Ang *A ruler or gouerner.*] Cic. de Somn. Ciuitatum rectores & conservatores. Idem de Orat. Rector Reipub. & publici consilii autor. Rector navis, apud eundem 1. de Divin. κυβερνήτης.

Rectrix, tricis, f. t. Gubernatrix. [מנהלת *menahégheth* רעה *rohah*, ποιμήν. Gall. *Gouuernereſſe.* Ital. *Gouernatrice.* Ger. Ein Regiererin/ Herrscherin. Hisp *Regidora, ò endere cadora.* Pol. *Ta ktora rzadzi, krolnie.* Vng. *Igazgato azzony.* Ang. *She that gouerneth.*] Colum. lib. 3. cap. 10: Videmus hominibus inspiratam, velut aurigam, rectricemq; membrorum animam: sensusq; injectos ad discernenda, quæ tactu, naribus, auribusq; & oculis indagantur: pedes ad gressum compositos, brachia ad complexum, &c. Plin. libro 37. capite 13: Italia rectrix, parensq; mundi altera.

Rĕgĭmĕn, inis, n. t. Ipsa rectio. [טקדה *pekuddáh* תחבולה *tachbulah*, ἐπιτροπία. Gall. *Gouuernement, maniement.* Ital. *Gouerno, maneggio.* Ger. Ein Regiment. Hisp. *Regimiento.* Pol. *Rzadzenie, krolowanie.* Vng. *Igazgatas.* Ang. *Gouernement.*] Livius 3 ab Vrbe: Regimen totius magistratus penes Appium erat favore plebis. Plinius lib. 7. cap. 16: Vocis sermonisq; regimen primores tenent dentes. Lucretius lib. 3: In quo consilii vitæ regimenq; locatum est.

Rĕgŭlă, æ, f. p. Norma qua lineæ reguntur: id est, diriguntur. [קו *kav* פלס *péles* משקל *miſbkál.* γνώμων, κανών. Gall. *Reigle.* Ital. *Regola, misura retta.* Ger. Ein Richtscheit/ Regel/ Lintat. Bel. Een lintet Hisp *La regla para iuz gar lo derecho.* Pol. *Linial, prostamiara.* Vng. *Regula, igyenes linnya.* Ang. *A rule or squire.*] Colum. lib. 3. cap. 13: Nam duas regulas ejus latitudinis, quas pastinator sit cum facturus est, speciem Græcæ literæ χ decussavimus. ¶ Per translationem accipitur pro brevi rerum præceptione. Cicero quarto Acad. Hãc enim esse regulam totius philosophiæ, constitutionem veri, falsi, cogniti, incogniti. ¶ Ponitur aliquando regula pro baculo, quo aliquid rectum tenetur. Columel. lib. 6. cap. 19: Vt insecto capite descendentibus per foramina regulis, cervix tendatur. ¶ Ponitur quoque pro instrumento eundem usum præstante quem fiscus in factura olei. Colum. lib. 12. cap. 52: Suspensa mola oleum frangito, caimq; vel in regulas, vel in novos fiscos adjicito, &c. Vide FISCVS.

Rĕgŭlārĭter, & regulariter, adverbia sunt, teste Diomede Grammatices lib. 1. [Vn. *Regularment, regulariter.*]

Rĕgŭlārĭs, regulare, om. t. Quod secundum regulam est, vel quod in regulam trahi potest. [κανονικός. Gall. *Regulier, fait à la reigle.* Ital. *Fatto con regola à mi, ura.* Ger. Nach dem Richtscheit gemacht/ nach der Regel gerichtet. Hisp. *Hecho con regla.* Pol. *Wedlie miary uczinioni.* Vng. *Regula zerent valo.* Ang. *Made with a rule and squire.*] Vnde æs regulare dictum est quod à caldario, coronatioq; distinguitur: nam coronarium est quod tenuatur in laminas, taurosumq; felle tinctum, speciem auri præbet in histrionum coronis. Caldarium verò quod funditur tantùm, malleis fragile. Regulare quod obsequitur malleis, & ab aliis ductile appellatur. Sed in cæteris metallis regulare dicitur quod excoctum igni diligentius est, vitiisq; purgatum. Plinius li. 34. cap. 8: In Cypro coronarium æs, & Regulare est, utrunq; ductile.

Rex, Regis, m. t. Princeps qui ex legum præscripto suis imperat. Nam si pro libidine id fiat, Tyrannus est [מלך *méleth.* βασιλεύς. Gall. *Roy.* Ital. *Re.* Ger. Ein König. Bel. Een Koninck Hisp. *Rey.* Pol. *Krol.* Vng *Kiraly.* Ang *A king.*] Hinc regiones dictæ videntur quòd singulæ singulis parerent regibus: à quibus & Regna appellantur. Dici tamen & reges possunt, qui unius tantùm urbis imperium habeant. Sic principio Reges Romanorum dicti sunt, quibus imperium Vrbis permittebatur. Cicero 2. Offic. Mihi quidem non apud Medos solùm, ut ait Herodotus, sed etiam apud majores nostros justitiæ fruendæ causa videntur olim benè morati reges constituti. Idem 3. de Finibus: Rectiùs enim appellabitur rex quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit. Virgil. 1. Aeneid. divûm pater, atque hominum rex. Horat. 2. Ser. Satyr. 3: hæc magnos formula reges Excepto sapiente tenet. Ovid. 1. Amor. Eleg. 15: Cedant carminibus reges, regumq; triumphi. ¶ Hinc interrex, qui post prioris decessum, interea regis locum tenet, donec novus præficiatur, μεσοβασιλεύς: & interregnum, spacium illud quod est interrex. Sed de hoc latiùs suo loco. ¶ Reges item à tenuioribus per assentationem appellabantur potentiores, ditioresq;, quos illi sui alterius ve commodi gratia observabant Martial libro 9: Qui rex est, regem Maximè non habeat. Colum. in Præfat. lib. 1: An honestius duxerim mercenarii salutatoris mendacissimum aucupium circunvolitantis limina potentiorum, somnumq; regis sui rumoribus aucupantis. Neque enim roganti quid agatur intùs, respondere dignantur servi.

Rēgīnă, æ, f. p. Regis uxor. [מלכה *malcháh.* βασίλισσα, ἄναξ. Gall. *Royne* Ital *Regina, reina.* Ger. Ein Köngin Bel Een Koninginn. Hisp. *Reyna.* Pol. *Krolowa.* Vng. *Kiralne a zony.* Ang *A quene.*] Cicero Attic. lib. 14: Reginæ fuga mihi molesta est. Vel quæ regnum possidet, etiam si virum nunquam habuerit, utpote ad quam regnum ex successione pervenit, ut Cleopatra in Aegypto, Dido apud Carthaginienses. ¶ Quandoq; pónitur pro muliere divite. Terent. in Eynuch. Quia solæ utuntur his reginæ. ¶ Aliquando pro domina. Plaut. in Trucul, Sed reginæ domi suæ fuêre ambæ. ¶ Refertur & ad inanimata. Horat. 1. Epistol. 6: Et genus & formam regina pecunia donat. Oratio regina omnium rerum, Cic. 2. de Orat. Siderum regina bicornis Luna, Horat. in Carm. seculari.

Rĕgŭlŭs, m. f. diminutivum est à Rege deductum, non statuæ, sed potestatis diminutionem significans. [βασιλίσκος. Gall. *Vn roy de petite puissance, petit roytelet, tyranneau* Ital. *Duca signore, principe.* Ger. Ein König der kein groß Reich vnder jhm hat/ sonder eines kleinen gewalts ist. Hisp. *Duque, senor, principe.* Pol. *Krolik mal'ei ziemie.* Vng. *Kiralyotska, kis kiraly.* Ang. *The king of a litle kingdome.*] Salust. in Iugur. Postquàm illa justa more regio magnificè fecerant, Reguli in unum convênere, ut inter se de cunctis negotiis disceptarent. Plin. lib. 18. cap. 3: Magoni tantum honoris Senatus noster habuit Carthagine capta, ut quũ regulis Africæ bibliothecas donaret unius ejus duodetriginta volumina censuerit in Linguam Latinam transferenda. ¶ Reguli item vocabulum sunt qui & basiliſco serpēti, & trochilo ávi commodent, verùm ejus loco Græcis nominibus receptis utemur.

Rēgĭus, gia, gium, Quod est regis. [βασιλικός. Gall. *De roy, royal.* Ital. *Regale.* Ger. Königlich/ königisch. Hisp. *Cosa real ò perteneſciente al rey.* Pol. *Krolieweski.* Vng *Kirals.* Ang. *Of the king, kingly.*] Cicero lib. 3 Offic. Erat autem regius pastor. Idem 1. Tuscul. Codrum qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio. Virgil. 5. Aeneid. Intextus que puer frondosa regius Ida. ¶ Regius morbus, dictus est quòd mulso (quod genus potionis in regum deliciis erat) curaretur, inquit Varro, ἰκτερῶδες. Vel quia (ut Celsus scribit) eo morbo affectos, apparatu regio: hoc est, lecto, & cónclavi cultiore, & ludis lasciviaq; uti, perutile est: per quæ mens ægrotantis exhilaretur. Horat. in Arte: Aut mala quem scabies, aut morbus regius urget. Idem morbus aurigo antè dicebatur, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa repræsentat. Atquatus quoque morbus appellatur, quòd cœlesti arcui sit concolor: vel quòd ita stringat humana corpora, ut in arcum ducat.

Regĭă, æ f. p. Domicilium & aula regis. [בית המלך *beth hammelech.* τὰ δοχεῖα, τὰ βασίλεια. Gall. *Le palais ou maison royale.* Ital. *Regia, casa regale.* Ger. Ein Königlicher pallast/ des Königs hof. Bel Een Koninckhoff. Hisp. *La casa real, palacio.* Pol. *Palac krolieweski.* Vng *Kirali vdvar.* Ang. *A palace or kinges house.*] Liv. lib. 1 ab Vrbe: Eo tempore in regia prodigium visu, eventuq; mirabile fuit omen. Iustin. lib. 1: In regiam se recipit. Ovid 2. Metamorph. Regia solis erat sublimibus alta columnis. Virg. 2. Georg. Iampridem nobis cœli te regia Cæsar Invidet.

Rēgĭē, adverb. Regio more & imperiosè, sæverè, crudeliter: [βασιλικῶς, τυραννικῶς. Gall *Royalement, en roy.* Ital. *Regalmente.* Ger. Königlichen/ herrschlichen/ prachtlichē. Hisp. *Realmente.* Pol. *Krolewsku, srodze.* Vng. *Kerali modra.* Ang. *Kingly, lyk a king.*] Cicero in Catilin. Si in hunc animadvertissem, crudeliter & regiè factum esse dicerent. Idem 5. Ver. Nunc ut hoc tempore eam, quæ regiè, seu potiùs tyrannicè statuit in aratores Apronius, proponam.

Regĭfĭcŭs, a, um, Regalis. [βασιλικός. Gall. *Royal.* Ital. *Regale.* Ger. Königlich. Hisp. *Real.* Pol *Krolieweski.* Vng. *Kiralyi valo* Ang. *Kingly.*] Valer. 2 Argon. Stāt gemmis, auroq; micantes, Regificoq; paratu Regifico.

Regĭfĭcē, adverbium, Splendidè, sumptuosè & regio apparatu. [βασιλικῶς. Gall *Royalement.* Ital *Regalmente.* Ger Königlichen/ vberauß köstlich. Hisp. *Realmente.* Pol *Krolieweskim strichem.* Vng. *Kirali modra.* Ang *kingly.*] Cic 3. Tuscul. Vidi ego te, astante ope barbarica, tectis cælatis, laqueatis auro, ebore, instructam regificè. Expoëta quodam.

Regālĭs, & hoc regale, om. t. ad claritudinem, eminentiam, & excellentiam pertinet, dignum rege. [βασιλικός Gal *Royal.* Ital. *Regale, pertinente al re.* Ger Königlich/ einē König zugehörig. Hisp *Cosa real ò perteneſciente al rey* Pol. *Krolieweskie.* Vng *Kirali* Ang. *Kingly.*] Cicer. in Cat. Nihil ei tàm regale videri quàm studium agri colendi. Idem 1. de Divin. Vt enim sapere, sic divinare regale ducebant: ut testis est nostra civitas; in qua & Reges augures, & postea privati eodem sacerdotio præditi religionum auctoritate rexerunt. Ovid 5. Metamorph. tremitu regalia turbæ Atria complentur. Virg 2. Aeneid. Regales inter mensas, Laticemq; Lyæum. Idem. At domus interior regali splendida luxu.

Rēgālĭtĕr, Sæverè, crudeliter, & regum more. [βασιλικῶς. Gall. *Cruellement, royalement.* Ital *Crudelmente, regalmente.* Ger. *Herrischlichen/ prachtlichen/ wie die König und Tyrannen.* Hisp. *Cruelmente, regalmente.* Pol *Po pańsku tak jako król.* Vng *Kirali modra.* An. *Cruelly, lyk a king.*] Ovid. 2. Metamorph. precibusq; minas regaliter addit.

Regĭo, onis, f.t. dicta à rego, quòd priusquam provinciæ fierent, regiones sub regibus erant, atque ab his regebantur. [אדיבה *medhinâh* מחוז *machóz.* מאה *pedh.* χώρα Gall. *Region, pays, province, contree.* Ital *Regione, contrata, banda, paese, provincia.* Ger Ein Landt oder Landtschafft. Bel Een landscap/ een gelegenheit. Hisp. *Region, provincia.* Pol. *Krayna.* Vng *Tartomany, orszag.* Ang *A region, province, or cuntrey.*] Cicero pro Sextio: Quæ regio, oráve terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur Idem: Classem fugientem persecuti sumus usq; in Sidã, quæ extrema regio est provinciæ meæ. ¶ Postea majores in urbe partes, regiones appellari cœpte, à similitudine earum regionum in quas orbis dividitur. Quatuor aũt fuerunt antiquitus urbis Romæ regiones, è quibus prima regio Suburbana: secunda Exquilina: tertia Collina: quarta Palatina. ¶ Ponitur aliquando regio, præsertim in plurali numero, pro fine sive termino: ut quum Cicero pro Archia dicit: Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum esse: id est, ut ait Budæus, finibus & terminis. Idem contra Rullum: Vix facilè sese regionibus officii continet: id est, terminis. Regiones vineæ, fines & limites Cic. 2 de Natura deorũ: An Accii Navii lituus ille, quo ad investigandum suem regiones vineæ terminavit, contemnendus est? ¶ Regiones itẽ appellantur quatuor cœli limites sive cardines [אזרח *perâh.*] Ortus, Occasus, Meridies & Septentrio. Cic. 2. de Natura deorum: Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tũ Australis. Regio, inquit Budæus, Gallis vernaculo sermone *Quartier* dicitur. In eâq; significatione accepit Cicero pro Planco, qui etiam tractum vocat. Totus, *inquit*, ille tractus celeberrimus Venafranus Alifanus: tota denique illa nostra aspera & montosa regio. ¶ Ponitur aliquando regio pro orbita, & linea. Cicero in Ver. De omnibus nobis si quis tantulum de regione deflexerit, *&c.* ¶ A regio fit eregione: quod est ex adverso, in cõspectu, quasi rectis lineis, tanquam adverbium in oratione ponitur. [נגד *halpené* κὰτὰ πρόσωπον.] Cæsar 3. bel. Gall. Quum uterq; utriq; esset exercitui in conspectu, fereq; è regione castra castris poneret.

Rēgĭōnātim, adverbium, Per singulas regiones. [κατὰ χώρας. Gall. *Par regions, par quartiers.* Ital *De regione en regione.* Ger. Durch alle vnd jede Landtschafften. Hisp. *De region en region* Pol. *Po krainach.* Vng *Orszagonkent, tartomanonkent.* Ang. *Prouincy to prouincy, contrey to contrey.*] Sueton. in Cęsare: Ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones. Livius 10. bel Macedon. Mutarũt suffragia, regionatimq; generibus hominum, causisq; & quæstibus tribus descripserunt.

Rēgĭōnālĭtĕr etiam dicitur, ut regionatim. [κατὰ χώρας. Vn. *Tartomanyonkent, orszagonkent.*] Apuleius lib. de Mundo: Quæ tamen illi cùm regionaliter videantur esse pestifera, ad omnẽ salutaria sunt.

Rēgnum, gni, n.s. Dicitur tâm regio ipsa subjecta, quæ à rege possidetur, quàm ipse dominatus. [מלכות *malchúth.* βασιλεία. Gal. *Regne, royaume.* Ital *Regno, reame.* Ger Ein Reich/ oder König reich Bel Een Koninckryck Hisp *El reyno ò reynado.* Pol *Krolestwo.* Vng *Orszagh, birodalom.* Ang. *A kingdome or realme.*] Cicer. in Cassio: Non regno, sed rege liberati videmur. Virg. 1. Aeneid. Vultis & his mecum pariter considere regnis? Habere regna, pro regnare. Virg. 1. Aeneid. sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion. ¶ Regnum etiam dici potest privata cujusq; domus, in qua quisq; est tanquam rex Cic. 1. de Orat. Quare negasti te fuisse laturum, nisi in regno meo esses? id est, in Tusculano. ¶ Vnde interregnum propriè appellatur id tempus, quo regnum vacat rege. μεσοβασιλεία. hoc est, antè quam in demortui locum novus rex præficiatur: quanquam & in libera civitate interregnum dici possit, medium illud tempus, ex quo magistratu abierũt Consules, usq; ad novorum creationem. Livius: Quum sine Curulli magistratu Respublica esset, patricii coire, & interregem creavére, contentio, Consulésne, an Tribuni militum crearentur in interregno rem complures dies tenuit.

Rēgno, as, act. p. Regnum possideo, & administro. [מלך *malách.* βασιλεύω Gall *Regner* Ital *Regnare* Ger Regieren/ ein Reich innhaben/ vnd verwalten Bel. Regneren Hisp *Reynar.* Pol. *Krolluie, rządzę* Vng *Vralkodom, orszaglok, regnalok* Ang. *To regne.*] Priscianus: Rex solùm quòd à regẽdo nascitur, peperit ex se aliud verbum, regno. Cicero pro lege Manil. Sed ab illo tempore annum jam tertium & vicesimum regnat, & ita regnat, *&c.* Idem 3 Offic. Nam si violandum est jus, regnandi gratia violandum est Liv 1. ab Vrbe: Manfit Silvius postea omnibus cognomen qui Albæ regnavérũt. ¶ Ponitur aliquando regnare pro autoritate valere & florere. Cicero ad Gallũ lib. 7: Olim quum regnare existimabamur. ¶ Regnatur, impersonale Virgil. 1. Aened. Hic jam tercentũ totos regnabitur annos Gente sub Hectorea. ¶ Regnor, aris, passivum. Tacit lib 7. Neque enim hîc ut in cæteris gentibus, quæ regnantur certa dominorum domus, *&c.* Ovidius 4. de Ponto, Elegia 15. regnata terra Philippo.

Rēgnātŏr, regnatoris, verbale, m. t Qui regnat. [מלך *melèch* βασιλεύων, βασιλεύσας. Gall *Qui regne, regnant.* Ital. *Che regna, regnatore.* Ger Ein Regierer/ Regent. Hisp. *Reynador* Pol *Krolujący.* Vng. *Vralkodo, regnalo* Ang. *He that regneth.*] Virgil 4. Aeneid. Ipse dehinc tibi clarò demittit Olympo Regnator cœlum & terras qui numine torquet. ¶ Aliquãdo pro possessore. Mart. lib. 10. Quisquis eris nostri post me regnator agelli.

Rēgnātrix, cis, verbale, f.t. ut Domus regnatrix [מלכת *melócheth* βασιλεύουσα δύναμις. Gall. *Regnante* Ital. *Regnatrice* Ger. Ein Regierrin. Bel. Een Regentin. Hisp *Reynadora.* Pol *Krolująca.* Vng. *Vralkodo aszszoni.* Ang. *She that regneth.*] Tacit. libro 1.

Regrador, quasi retrò gradior, & per gradus retrò cedo, ἀναχωρῶ.

Rēgrĕdĭŏr, d. t. Retrogredior, revertor. [שוב *schab* לאחור *sagh.* ἀναχωρέω, ἐπανήκω. Gal. *Se reculer, se retourner.* Ital. *Ritornare.* Ger. Wider hinder sich gehen. Hisp. *Tornar atras.* Pol. *Wracam się.* Vng *Vissza terek* Ang. *To go back, to recule.*] Plaut. Auis[illegible] e regredere ab ostio, illuc sis: vide ut incedit. Cic. 3 Offic. Cum utrisq; separatim locutum, ne cupidè quid agerent, nec appeterent, atque ut regredi, quàm progredi mallent. Liv. 10 ab Vrbe: Pars stare, incertiutrum progredi an regredi in castra tutius foret.

Rēgrĕssŭs, us, ui, m. q. Regrediendi actus. [שיבה *schibâh* תשובה *teschubhah.* παλινδρομία, ἀναχώρησις Gall *Retour, reculement.* Ital. *Ritorno.* Ger Der gang wider hinder sich Hisp. *Tornada atras.* Pol *Nawrot.* Vng *Vissza teres.* Ang. *A going back or returning.*] Liv. 4 bel Pun. Neq; locus pœnitendi, aut regressus ab ira relictus esset. Cicero secundo de Natur. deorum: Nihil enim erat, quod in omni æternitate conservat progressus & regressus, reliquosq; motus constantes & ratos.

Regŭla Regulus, vide REGO.

Rĕgŭsto, n. p. iterum gusto, & per translationem relego, recolo [ἀναγεύομαι Gall *Regouster, gouster derechef* Ital. *Gustare di nuouo* Ger. Wider versuchen Hisp. *Gustar otra vez.* Pol *Znowu kosztuie* Vng *Iznet megkostolom.* Ang. *To tast le againe.*] Cicero lib 4. ad Attic. Nam Vesterio dandi sunt dies, & ille Lucullus ἀπὸ τοῦ μεταξὺ ex intervallo regustandus. Eodem lib. 13: Sed crebrò regusto tuas literas: interva.lo acquiesco, tamen aspecto novas.

Rĕgўro, as, pen. prod. are, In gyrum reflectere. [הסב *hasab.*] Varro: Quã non solùm à lateribus per fenestras, sed etiã subtus a solo ventus regyrare posset.

Rējĭcio, cis, pen. cor. Retrorsum jacio, in tergum abjicio: [נחל *ghahal* אחר *achar* מאחורי *meachorai* ἀπωτέρω ἀπωθῶ ἀπωτέρω ποιῶ Gall *Reietter, ietter derriere* Ital *Gettare in dietro scacciare* Ger Hinder sich werffen hinweg werffen Bel Achterwarts werpẽ/ verwerpẽ. Hisp *Echar atras.* Pol. *Odrzucam.* Vng. *Hatrauetem.* Ang *To cast backward or away.*] Ut rejecto scuto fugere, apud Cic. de Orat. Virg. 11 Aeneid. Rejiciunt parmas & equos ad mœnia ducunt. ¶ Quandoq; ponitur pro repellere, arcere. [זרח *gharás.* ἀποπέμπω, ἀποδιώκω.] Virgil 3 Aeglog. Tityre pascentes à flumine rejice capellas. ¶ Quandoq; pro respuo, contemno, nihili facio. ἀποδοκιμάζω Cicer. 1. de Finib Quis Ennii Medeam spernat aut rejiciat? Idem 2. de Divin. Dicæarchus iisdem rebus fidem tribuit: cætera divinationis genera rejicit. ¶ Rejicere judicẽ. vel arbitrum, idem est quod repudiare, sive recusare ἀποδοκιμάζω, ἀποπέμπω. Cicer in Ver. Actio. 3: Sciebam in rejiciendis judicibus nonnullos memoria, *&c.* Receptum enim erat apud Romanos, ut editis judicibus reo liceret, siqui ex iis sibi suspecti essent, repudiare, in quorum locum alii subsortiebantur ¶ Accipitur interdum pro differre sive protrahere. [משך *mischschech* ἀναβάλλω. Pol *Odkladam.* Vng *El halazsam* Ang *To cast off vntill another tyme.*] Cicero Attico lib. 1: In mĕtem Quintilem rejecti sumus. ¶ Interdum pro remittere. [שלח *schilleach.* ἀφιέμενος.] Cicero pro Coinel. Balbo. Quint. Scævola, quum de jure prædiatorio consuleretur, cõsultores suos nonnũquam ad Furium & Cesellium prædiatores rejiciebat. Cic. ad Attic lib 9 Sed ne bis eadem legas, ad ipsam rem ipsam rejicio ¶ Rejicere causam ad Senatũ est [illegible] remittere, ejusq; judicio rem permittere ἀναγκὴν ποιῶ τὴν συγκλητον. Cic. ad Att. lib 2 ait se de consulum sententia rem ad Senatum rejecisse Idem ad Plancum lib 10. Tu quanquam consilio tuo eges, vel abundas potius: tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc rejicias, néve in rebus tam subitis, tamq; angustis à Senatu consilium petendum putes. ¶ Quandoq; evomere ἀποκλύζω. Sueton. de Aug. Senos sextantes non excessit: aut si excessisset, rejiciebantur.

Rè, tertio.

Rĕjĕctĭo, f. t. & rejectus, us, m. q. Vomitus. [עגל *gghóhal*. ἀναγωγή. Gall. *Reiection, repoussement.* Ital. *Regettamento.* Ger. Außwerffung/erbrechung. Hisp. *Obra de echar atras.* Pol. Zrzuczenie. Vng. *Ki vetes, oka das.* Ang. *A casting back or away.*] Plinius. Et vomitio utilis erat, si postquam sorpta fuerat, statim rejectio sequebatur. Celsus: Et rejectus cibi non erit inutilis, si rarò fiat. ¶ Rejectio sanguinis, quũ sanguis per os quovis modo ejicitur, sive id per tussim fiat, pulmone, thoracéve affecto. ἐμέτου ἀναγωγή. sive per vomitum ex vẽtriculo, quum sanguis cò ex hepate lienéve defluxerit: sive per excreationẽ è faucibus, quum è capite ad interiores gurgulionis partes sanguis fuerit delatus. Contingit autem tribus potissimùm de causis: vase rupto, quod ῥηγμοχασμὸν vocant: erosione, quam ἀλίβρωσιν Græci appellant: aut ore venæ paulò latius patefacto, quę vocatur αἱματόμωσις. Plin. lib. 23. cap. 8: Item tussi & sanguinis rejectioni prodest.

Rĕjĕcto, as, frequentat. Spartianus de Anton. Pio: Quum caseũ Alpinum in cœna edisset avidiùs, nocte rejectavit.

Rĕjĕctanĕă, sive rejecta. [בלעים *nighbalím*. ἀποπλανήσια. Gal. *Choses reiettees, reculees & reboutees.* Ital. *Cose cattiue, cose da rifiutare.* Ger. Hinwürffing oder außwürffling/ alles dz man hinwirfft als böß. His. *Cosas que se deuen desechar.* Pol. Zwroczone plugastwo. Vn. *Meg vetendõ.* An. *Tinghes cast away and neglected.*] A Cicer. appellantur, quæ Stoici vocant ἀποπροηγμένα: cujusmodi sunt morbus, egestas, dolor, & id genus alia: quæ vulgò mala dicuntur. Illi verò quòd ἀδιάφορα: hoc est, indifferentia esse vellent: malis non annumerabant: ἀποπροηγμένα tamen id est, rejectanea vocabãt, quòd ab omnibus tanquã mala rejicerẽtur, qualia sunt morbus, egestas, dolor. Cicer. 4. de Finibus: Illa autem morbum, egestatem, dolorem non appello mala, sed si libet rejectanea. Idem 3. de Fin. προηγμένα, & ἀποπροηγμένα, quorum hęc quidem, præposita rectè: illa rejecta dicere licebit.

Rējĭcŭlŭs, a, um, Quod nullo est in pretio, quod ob vitiũ aliquod ab omnibus spernitur & rejicitur. [ἀπόβλητος. Gall. *Reietté, refusé comme chose vile.* Ital. *Cosa di picciol prezzo, cosa di niun valore.* Ger. Außwürffling / das man in keinem wärt haltet. His. *Cosa de meno precio.* Pol. *Na opas wignani.* Vng. *Meg hanyt, meg vettetõt.* Ang. *That is litle good worth or cast away.*] Hinc oves rejiculæ dicuntur, quæ propter ætatem vel morbum rejiciuntur. Var. 2. de Re rustic. cap. 1: Scire oportet in grege, quod rejiculæ sint alienandæ. Armenta rejicula. Cato cap. 2: Vendãt boves vetulos, armenta rejicula, oves rejiculas, lanam & pelles.

Rĕĭtĕro, as, Repeto. [שבה *schanáh* שׁוב *schinnún*. ἀναλαμβάνω. Gall. *Reietter, refaire.* Ital. *Replicare, repetere.* Ger. Widerumb thun/ widerãferen. His. *Repetir, rehazer.* Pol. *Powtarzam.* Vng. *Ismet ele hozom.* Ang. *To rehearse or do againe.*] Vnde reitĕratio verb. idem quod repetitio. [שׁניה *schenináh*. ἀναλῆψις.] Quint. li. 11. cap. 2: Vt crebra reiteratione firmetur.

Rĕlăbŏr, pen. prod. eris, Recido, redeo, remeo. [נטה *naphál* שׁוב *schób*. ἀναπίπτω, ἐκπίπτω. Gall. *Rechoir, retomber.* Ital. *Ricascare.* Ger. Widerumb fallen. His. *Tornar à caer.* Pol. *Odpadam.* Vng. *Vizza esem, vizza terek.* Ang. *To slide or fall againe.*] Ovid. in Epistol. Sapphus ad Phaonem: Huc ades, inq; sinus formose relabere nostros. Horat. 1. Epist. 1: Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.

Rĕlānguĕo, es, sive Relanguesco, is, n. t. Denuò langueo, vel in languorem recido. [ἀῤῥωστῶ. Gall. *Rechoir & tomber en langueur, desfaillir.* Ital. *Tornar languido.* Ger. Widerumb blöd/oder mugloß werden / widerumb in vordertge schwachheit fallen. His. *Tornar à dolerse.* Pol. *Zasie sl' abieie, mdleie.* Vng. *Vizontag betegsegsen esem.* Ang. *To be very feble and faint.*] Cicero ad Attic. lib. 13: Quod autem ille relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis, significavi me non fore σολοικῶς ἀπάτειος. ¶ Refertur & ad animum, pro eo quod est effœminari. χαλᾶν. Cęsar 2. bel. Gal. Nihil pati, vini reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentiũ inferri: quod iis rebus relanguescere animos, eorumq; remitti virtutem existimarent.

Rĕlatĭo, Relator, Relatus, vide REFERO.

Rĕlāxŭs, a, um, Laxus, rarus, solutus. [רטה *ropéh* נרפה *nirpéh* נשׁמט *nischmat* χαῦνος, μανὸς. Gal. *Relasché, fort lasche.* Ital. *Largo, slegato.* Ger. Nachgelassen/auffgelößt/ludentecht. His. *Floxo, aflaxado, desfatado.* Pol. *Popuszczoni.* Vng. *Ritka, lagy.* Ang. *Loose, large.*] Colum. lib. 11. cap 3: Relaxa humo plenioris cralsitudinis fiat radix.

Rĕlāxo, as, act. p. remitto, quod tensum erat, laxũ facio, vel solvo: [רטה *rippáh* פתח *pittách* הרזיך *hittír*. χαυνόω. Gall. *Relascher, mettre au large.* Ital. *Aslargare, duligare, rilassare* Ger. Wider nachlassen das vorhin gespañen war/wider tuck machẽ. His. *Afloxar lo apretado.* Pol. *Popuszczam, rozwieznie.* Vng. *Meg erezsem, meg lagysom.* Ang. *To loose, or to mak large or wide.*] cui contrarium est Astringo. Cic. ad Attic. li. 16: Pater enim nimis indulgẽs, quicquid ego astrinxi, relaxat. ¶ Relaxare animũ, est animũ recreare, & curas intermittere. [שׁעשׁע *heschib*.] Cic. 1. Offic. Atque etiam quum relaxare animos, & dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerintq; verecundiæ.

Rĕlaxātĭo, verbale, f. t. Recreatio, solutio. [רטין *riphjón* מרטא *marpé*. ἄνεσις, ἀναχαλασμὸς, χαύνωσις. Gall. *Relasche.* Ital. *Rilassamento.* Ger Ein vnderleibung/nachtassung zur ergetzung. His. *Floxura.* Pol. *Popuszczenie.* Vng. *Megoldas, ellezes.* Ang. *A releasing or loosing.*] Idem 2. de Orat. Verùm otii fructus est, non contentio animi, sed relaxatio.

Rĕlego, gas, pen. prod. act. p. Ablego, amando, separo, removeo. [שׁלח *schilléach* הסיר *hesír* הלך *higláh*. ἀποπέμπω, ἐκπέμπω. Gal. *Renuoyer au loing, bannir, confiner en quelque lieu.* Ital. *Separare, rimouere, rimandar in bando.* Ger. Hinwegschicken, hinfertigen vnd absunderen. Bel. Affscheyden. His. *Desterrar, ahuyentar, separar.* Pol. *Precz oddaliam, odkazuie zgienie.* Vng. *El kweldõm, el wezõm.* Ang. *To send away, to banish.*] Virg. 3. Georg. Atq; ideo tauros procul atq; in sola relegant Pascua. Cicer. 3. Offic. Criminabatur etiam quòd Titum filium, qui postea Torquatus est appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare jussisset. ¶ Aliquando remitto. ἀναπέμπω. Plin. lib. 7. cap. 1: Nec tamen ego in plerisq; eorum obstringam fidem meam: potiusq; ad autores relegabo, qui de dubiis rogentur omnibus. ¶ Aliquando in exilium rejicio, & in certum aliquem locum exulatum mitto. ἐξοριζω, φυγαδεύω. Plin. Epist. 35: Martianũ in quinquennium relegãt. Ovid. 2. Trist. Vnde precor supplex ut nos in ruta releges.

Rĕlegātī, m. s. Dicuntur in exilium missi. [גלים *mughlím*. οἱ φυγάδες, ἐξόριστοι, ἐξόριμα ἔθνη. Gall. *Releguez, chassez loing, bannis, confinez.* Ital. *Mandati in confino, confinati.* Ger. Verwisne/ oder verjchickte in das Ellend/ Banditen. His. *Desterrados.* Pol. *Zgnanie, wiwolani.* Vng. *Zarkai vettettek.* Ang. *Send away, banished.*] Cic. ad Attic. li. 2: Relegatus mihi videor postquam in Formiano sum. Ovid. 5. Trist. Eleg. 12: Ipse relegati, non exulis utitur in me Nomine: tuta suo judice causa mea est. ¶ Differt autem relegatus ab exule, quod ille in certum aliquem locum est missus, in quo se continere debet: Exul verò ab omni tanta tantum abest, ubicunq; demum sit. Nam olim exules Italia solùm prohibebantur. ¶ Ambitione relegata. id est, citra ambitionem, vel omissa omni ambitione. Horat. 1. Serm. Satyr. 10 Ambitione relegata te dicere possum Polio.

Relēgātĭo, onis, verba. e, f. t. Est exterminatio, cùm quis finibus patriæ exire jubetur, quod Cicero Sedibus expelliere interpretatur [גלות *ghaluth*. ἐξορία, φυγαδεία. Gal. *Bannissement, renuoy.* Ital. *Esilio.* Ger Verschickung vom Vatterlandt/verweysung in das Ellend. His. *Desterramiento.*] Liv. 3. ab Vrbe: Exilio, & relegatione civium alacrescentes Tribunos. Cic. pro Rosc. Amer. Taménne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atq; amandatio appellabitur?

Rĕlĕgo, as, pen. corr. Rursus lego. [ἀναλέγομαι. Gall. *Relire.* Ital. *Rileggere.* Ger. Widerumb vberlesen. Bel. Herlesen. His. *Tornar a leer.* Pol. *Zas czytam.* Vng. *Vyzsza olvasom.* Ang. *To read again.*] Ovid. 3. de Ponto: Quũ relego, scripsisse pudet. Cicero de Natu. deor. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sæpe dicebantur ex relegendo, ut elegantes ex eligendo. ¶ Relegere vias, est per eandem redire viam. ἀναπορεύομαι. Stat. 1. Achil. Plenaq; materni referens præsagia somni, Culpatum relegebat iter. Virgil. 3. Aeneid. Talia monstrabat, relegens errata retrorsum Littora Achæmenides. ¶ Relegere, colligere, ἀναλέγομαι. ut Relegere pecuniã, Horatius Epod. 2: Omnem relegit Idibus pecuniam. Pertinet autem hoc Horatii ad antiquam fœneratorũ consuetudinem, qua ultra statutum Calendarum diem in Idus concederent dilationem: itaq; fieri solebat ut quę in Calendas fœnerayerant, Idibus reciperent & relegerent.

Rĕlēntĕsco, is, n. t. Propriè est ad lentorem pristinum redire. [αὐχλισχραίνομαι. Gall. *Redeuenir lent.* Ital. *Diuenir di nuouo lento.* Ger. Widerumb zäh oder weich werden. His. *Tornar otra vez à ser liento, y flexibile.* Pol. *Zasie mieknieie.* Vng. *Meg lohadok.* Ang. *To relent, to waxe soft.*] ¶ Per translationem accipitur pro flaccescere, & vigorem amittere. Ovid. 1. Amor. Eleg. 8: Nève relentescat sæpè repulsus amor.

Rĕlĕvo, as, pen. corr. act. p. Allevo. [נשׂא הרים *herim*. ἐπαίρω. Gall. *Relever allever.* Ital. *Rileuare, tirar à sublime, auffheben.* Bel. Verlichten. His. *Alçar, leuantar.* Pol. *Zasie vizam.* Vng. *Meg kon[illegible] mak lighe.*] Ovid. 9. Meta[illegible] Traxit, & eter[illegible] lation[illegible] accipitur; [illegible] λαμβάνω.] Terent. in [illegible] bis, qui dolore & m[illegible] Rĕ[illegible] nuere. [הרים *hinhit*.] Plin. in [illegible] egyr. Vt studium omnium, laboremq; & tanquam actor intem[illegible] ticeps, socius q; relev[illegible] ra, mœstũ, [illegible] pimus, ut animus molestiis potissimùm relevaretur. [illegible]

deſſemus civibus noſtris. Ovid. 1. Triſtium, Eleg 4: Omnis ab hac cura mens relevata mea eſt.

Rĕlĭcĭnŭs capillus. [Ger. Ein widerburſt.] Ab Apuleio dici videtur recriſpus, & verſus occiput quodammodo refugiens. Quod nomen quidam putant à recello deductum, quod ſignificat retraho, revibro, reclino, & ceſſim reduco. Et quoniã in recriſpis ad cranium capillitium retorquetur, inde reclinus, veluti recellinus, crinis appellatus, euphoniæ cauſa. Verba Apulei ſunt hæc lib. 1. Floridorum: Laudavit ſeſe, quòd erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus. Idem paulò pòſt, frontem relicinam laudat in Alexandro Magno: Et tabulis, (*inquit*) & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi bellatoris, eadem forma viridis juventę, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur.

Rĕlĭgĭo, onis, f.t. Pietas in Deum. [עבודה *habodháh* יראת *jireáth* האלהים *haelohim* חסד *chéſedh*. δόσεβεια, θρησκεία, ἡ πρὸς τὸ θεῖον δίλαβεια. Gall. *Religion, devotion, crainte de Dieu.* Ital. *Religione, diligentia de ſeruire à Dio.* Ger. Der recht Gottes dienſt/der ernſt vnd andacht Gott zu dienen vnd zu verehren Bel Religion. Hiſp *Religion ò temor de Dios.* Pol. *Nabożeńſtwo, ſkł'ounoſcį do chwał'y bożei.* Vng *Iſteni félelem, tiztelet ſzentſeg.* Ang. *Religion, feare of god.*] Religio, inquit Cicero lib. 2. de Invent. eſt quæ ſuperioris cujuſdam naturæ, quam divinam vocant, curam, cæremoniamque affert. Plutarchus in Vita Pauli Aemilii, religionem interpretatur, divinarum rerum ſcientiam. Maſurius Sabinus ſcribit. Religioſum eſſe id, quod propter ſanctitatem aliquam remotum ac ſepoſitum ſit à nobis: à relinquendo dictum. Unde Virgilius: Eſt ingens gelidum lucus prope Cenitis amnem Religione patrum latè ſacer, undiq; colles Incluſêre cavi, & nigrã nemus abiete cingunt. Oſtendit enim religioſum locum eſſe à populi communione ſeparatum, difficultate adeundi Cicero 1. de Nat. deor. à relegendo deduxit. Qui (*inquit*) omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & quaſi relegerent, ſunt dicti religioſi à relegendo: contrà Lactantius à religando religionem dictam, lib. 4. aſſerit: Hac conditione (*inquit*) gignimur, ut generati, nos Deo juſta & debita obſequia præbeamus: Hunc ſolum noverimus, hunc ſequamur: hoc vinculo pietatis aſtricti Deo, & religati ſumus: unde ipſa religio nomen accepit, non (ut Cicero interpretatus eſt) à relegendo. Venire in religionem res aliqua dicitur, quum religioſa eſſe putatur, & ſancta: hoc eſt, quæ religioſè tractanda eſt. Religio, Latinè loquentibus, eſt id quod vulgò *Debitum officij*: hoc eſt, juſtam muneris functionem appellant. Cic. 4. Verr. Ego quos adhuc magiſtratus mihi pop. Romanus mandavit, ſic accepi, ut me omnium officiorum obſtringi religione arbitrarer. ¶ Ponitur aliquando pro anxia cura, Plin. Epiſt. lib. 4. ad Tacitum: Sed parentibus ſolis jus præceptoris conducendi relinquatur, iiſdemq; religio recti judicandi neceſſitate collationis addatur. Id eſt, ſolicita & anxia cura præceptoris eligendi. ¶ Aliquando pro *ſcrupulo conſcientiæ*. Cic. de Aruſp. Reſp. Quæ tãta religio eſt, qua nõ in noſtris dubitationibus, atq; in maximis ſuperſtitionibus unius P. Servilii reſponſo liberemur? Injicere alicui religionem, eſt deorum metum, & conſcientiæ ſcrupulum ei incutere. Cicero Cæcin. Quum Cotta Decemviris religionem injeciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum juſtum judicari. Pro eodem etiam dicimus, Offerre religionem. Idem in Epiſt. Oblata religio Cornuto eſt pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam deciſſe. Religioni habere, eſt conſcientia & deorum metu à re aliqua impediri. Cic. 2. de Divin. Nec eam rem habuit religioni, objecto ſigno ne committeret prælium. Eſt mihi religio: id eſt, conſcientia prohibeor. Idem in Catil. Quæ religio C. Mario non fuerat, quominus Glauciam prætorem occideret. In eadem etiam ſignificatione dicimus. Religioſum eſt: hoc eſt, religioni repugnans. Livius 2. ab Vrbe: Quem campi fructum, quia religioſum erat conſumere, deſectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſa cordibus fudere in Tiberim. Solvere, ſeu liberare religione, eſt religionem omnem eximere, & à deorum metu ſecurem reddere, & efficere nequid nos deorum iræ reddat obnoxios. Cic. pro Cæcin. Vt civitas religione ſolvatur. Idem in Catil. Ea nos religione in P. Lentulo puniẽdo liberati ſumus. ¶ Ponitur aliquando religio pro eo quod *Rectam conſcientiam* dicunt. Cicer. pro Cæcin. Splendor ordinis Senatorii, decus atque ornamentum judiciorum, exemplar antiquæ religionis Religio in dicẽdis teſtimoniis eſt deorum metus, ne pejerantes, eos offendamus. Cicer. pro Flacco: Itaque videte qua confidentia dicant, tum intelligetis qua religione dicant. Ibidem: Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit. ¶ Quandoq; religio accipitur pro metu: connexa enim ſunt timor & religio. [יראה *jiereáth* δεισιδαιμονία.] Virgil 8. Aeneid. Iam tum religio pavidos reddebat agreſtes Dira loci. Vbi Servius, Religio: id eſt, metus, vel ſolicitudo, ab eo quòd mentem religet.

Rĕlĭgĭōsĭtās, tis, f.t. [δόσεβεια. Vng. Kŏrŏzyenſég, *zentſeg, iſteni félelem tiztelet.*] Apuleius lib. de philoſophia: Religioſitas Deũm honori ac ſuppliciis divinæ rei mancipata eſt.

Rĕlĭgĭōſŭs, a, um, Metuẽs deorũ, pius, integer. [עבד האלהים *hobédh elohim* יראי האלהים *jaré elohím* חסיד *chasidh*. δόσεβης, εὐλαβὴς. Gall. *Religieux, conſcientieux, craignant Dieu,* Ital. *Religioſo, huomo che teme Dio.* Ger. Gott vnd ſeinem dienſt ergeben / from vnd Gottsfürchtig Hiſp *Religioſo ò temeroſo de Dios.* Pol *Nabożni, bogoboini.* Vng. *Iſten félő, ſient.* Ang. *Of a good deuotion fearing god.*] Cicer. in Verr. Orat. 6: Homines integri, innocentes, religioſi. Idem pro Cęcin. Huic ego teſti gratias agam, quòd & in reum miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. ¶ Interdum tamen religioſum in deteriorem partem dicimus, pro ſuperſtitioſo, timido & hæſitabũdo. Terent. in Heaut. Vt ſtultæ, & miſeræ omnes ſumus, Religioſæ. ¶ Loca religioſa dicuntur quæ ſunt religione obſtricta, præcipuè per mortui illationem, & nullam conſecrationem. Vlp. l. 2. ff. de Relig. & ſumptibus fune. Non totus qui ſepulturæ deſtinatus eſt, locus religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum eſt. Religioſi dies (ut lib. 4. cap 9, docet Gellius) dicuntur triſti omine infames, impeditiq;, in quibus res divinas facere, & rem quampiam exordiri temperandum eſt, quos multitudo imperitorum pravè & perperàm nefaſtos appellant, quum potius atri dicendi ſint, vel religioſi. Hinc Cicer. ad Attic. diem Athenienſis pugnæ religioſum eſſe dicit. Macrob. li. 3. Satur. Religioſi ſunt dies qui facienda, & vitanda diſcernunt.

Rĕlĭgĭōsē, adverb. Integrè, piè, & cum deorum metu. [δοσίως, ἁγίως, θεοσεβῶς, εὐλαβῶς. Gall. *Religieuſement.* Ital. & Hiſp *Religioſamente.* Ger. Gottsfürchtiglich. Pol. *Bogoboinie, nabożnie.* Vng. *Zentwel, iſteni félelemmel.* Ang. *Godlie, deuotely, with the feare of god.*] Cic. pro Cæl. Vt ſapiens moderatusq; vir religioſè teſtimonium dixiſſe videatur. ¶ Interdum idem quod ſubtimidè, & verecundé. Cic. lib. 1. Epiſt. Faciamq; id quod facere debent ii qui religioſè, & ſine ambitione commendant. ¶ Aliquando ſolicitè, & accuratè. Colum. lib. 3. cap. 10: Nihil curioſè, nihil religioſè adminiſtrant.

Rĕlĭgo, as, act p. Ligo, vincio. [אסור קשור *aſúr kaſchúr* ברך *aſchár tſarar.* εἰρεδέω, εἰρεδετομέω. Gall. *Lier, reliер.* Ital. *Ligare.* Ger. Binden anbinden. Hiſp. *Atar.* Pol. *Zwięzuie, przywięzuie.* Vng. *Meg kŏtŏzętet.* Ang. *To faſten, to bind hard.*] Virgil 7. Aeneid. Gramineo ripæ religavit ab aggere claſſem. Cicer. Ante exilium: Manus ad demonſtrandam religantur injuriam. ¶ Religare religione bona alicujus, pro conſecrare alicui deo. Cic. pro Domo ſua: Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Cenſori Tribunum plebis facere? nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religavit?

Rĕlĭgātŭs, a, um, participium. [אסור קשור *aſúr kaſchúr* εἰρεδεθεὶς, εἰρεδετομεθεὶς. Gall. *Lié, relié.* Ital. *Ligato.* Ger. Gebunden. Hiſp. *Atado.* Pol. *Przywiązani.* Vng. *Meg kŏtŏzetet.* Ang *Faſtened, bound hard.*] Horat. 4. Carm. Ode 11: - eſt hederæ vis Multa, qua crines religata fulges.

Rĕlĭgātĭo, onis, verbale, f.t. Religãdi actus. [אסורר מסורת *aſúr maſóreth* חשך *chiſchſchúr* חשרה *chaſcharáh.* εἰρεδέσις Gal *Relie ment, attachement,* Ital. *Legamento.* Ger Das binden/ anbindung. Hiſp. *Atadura.* Pol. *Przywiązanie.* Vng. *Meg kŏtŏzęs.* Ang. *A binding or making faſt.*] Cic. de Senect. Et ipſa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, propagatio vitium ſarmentorumq;.

Rĕlĭno, is, pen. cor. relevi, relitum, act. q. Quod oblitum, obturatumq; erat, aperio. [פתח *pathách.* ἀνοίγω, ἀνέῳγω Gall *Ouurir.* Ital. *Aprire* Ger. Die beſtreiche wider dannen thun/öffnen Hiſp. *Abrir lo cerrado* Pol *Odliepiam.* Vng. *Fel nitom* Ang. *To open vp or diſcouer which was ſmeered ouer with any thing.*] Terent in Heaut. Relevi omnia dolia, omnes ſerias. Solebant enim dolia, ne quid vaporis exhalaret, quàm accuratiſſimè oblinunde quũ aperirentur, dicebantur relini, ſoluta nimirum argilla qua erant oblita.

Rĕlĭnquo, quis, act t. Linquo, defero, omitto [עזב *hazáb* הניח *hunniach* השאיר *hiſcheir.* ἀφίημι, καταλείπω, ἀπολείπω. Gall. *Laiſſer.* Ital. *Riſciare, abbandonare, diſmettere.* Ger. Verlaſſen/ſeyn laſſen Bel. Verlaten. Hiſp. *Dexar.* Pol. *Zoſtawiam opuſzczam.* Vng. *El hagiom.* Ang *To leaue, to forſake.*] Plaut. in Moſtel. Reliquit, deſeruitq; me. Cæſar 5. bel. Galli. In littore molli, atq; aperto deligatas ad anchoras relinquebat. Relinqui item hæredibus dicũtur quæ ad eos parẽtis, propinquive morte devolvuntur Plaut. in Aulul. Agri reliquit et non magnũ modum, Quocunq, labore magno, & miſerè viveret. Terent. in Phorm. At ſi talentũm rẽ reliquiſſet decẽ, primus eſſes, memoriter Progeniem veſtram uſq; ab avo atq; atavo proferens. ¶ Relinquere aliquem, eſt ipſum nolle juvare. Cicer. ad Syl. li. 13 Tantùm à tè petimus ut agas eam rem, ne relinquas hominẽ innocentem ad alicujus tui diſſimilis quæſtũ. ¶ Relinquere animã eſt mori. Terent. in Adelph. Animã relinquã potius quàm illas deſeram. ¶ Reliquiſſe æs alienum dicitur,

qui mortuus

qui mortuus est non persoluto ære alieno. Cicero de Orat. Quum æris alieni aliquantulum esset relictum. Hujus compositum est Derelinquo.

Rĕlīnquĭtŭr, pro restat, sive reliquum est. [בשאר *nischeár.* κατάλειπται.] Cicer. ad Att. Relinquitur, ut si in Hispania vincimur, quiescamus.

Rĕlīctŭs, a, um, particip. [עזוב *bazúb* בשאר *nischeár.* ἐγκατάλειφθάς Gall. *Laisié.* Ital. *Lasciato.* Ger. Verlassen worden. Hisp. *Dexado.* Pol. *Opuszczoni.* Vng. *El hagiatot.* Ang. *Left, forsaken.*] Cic. Attic. Tironē ab altera quartana relictū audio. ¶ Relictus ab omni honestate: id est, modis omnibus inhonestus. Cicer. pro Rab Nemo est, *inquam*, invētus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni nō modò honestate, sed etiā simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cū Saturnino fateret. Horat. 2. Ser. Sat. 3: Invidiā placare paras virtute relicta.

Rĕlīctĭo, onis, verbale, f. t. Defectio, destitutio. [בחרת *náchath* שמטה *schemittáh.* ἀπόλειψις. Gall. *Delaissement* Ital. *Esso lasciare.* Ger. Ein verlassung. Hisp. *Dexamiento.* Pol. *Opuszczenie.* Vn. *El hagias.* Ang. *A leaving, or forsaking.*] Cic. 6. Verr. Quibus illā relictionem, proditionemque consulis, *&c.*

Rĕlīctă loca sunt, quæ sive locorum iniquitate, sive arbitrio conditoris relicta, limites nō acceperunt: hæc sunt juris subsecivorum, sicut etiam quę dicuntur extracluſa loca. Ex Frontino de limitibus. Relicta etiam loca nominat Cicero Orat. 1. in Rullum.

Rĭgĕo, ges, gui, n.s. Frigeo, vel durus & inflexibilis sum præ frigore. [*ῥιγόω, πήγνυμι.* Gal. *Estre roid de froid, estre gelé & glacé.* Ital. *Esser freddo, esser aspro, esser duro.* Ger. Erstarten/oder gestabten/von kelte halben geragen. Bel. Kout zijn. Hisp. *Elarse, estar yerto y duro.* Pol. *Wmarznąć em iako kosci.* Vng. *Hideg vagiok, hideg miat meg kemeredem.* Ang. *To be stiff for cold.*] Cicer. 1. Tusc. Cæteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. Plin. Major lib 6. cap. 19: Verùm Asiæ quoq; magna portio [illegible] septentrioni, injuria sideris rigentis, vastas solitudines [illegible]. ¶ Rigere gelu. Livius lib. 1. bell. Pun. Homines intonsi & inculti, animalia, inanimaq; omnia rigentia gelu, cætera vitu quam [illegible] fœdiora terrorem innovavunt. Martial. lib. 1: Quicquid miratur pingui se rore teneri, Concreto riguit victa repente gelu. ¶ Rigentes oculi apud Plinium, qui non circumagunt, ut ait Budæus. ¶ Rigens corpus, nullo modo flexum. Quintilianus: Adversa facies, demissa brachia, & junctí pedes, & à summo ad imum rigens corpus. Hujus composita sunt, Dirigeo, à quo Dirigesco: Obrigeo, à quo Obrigesco, quorum significata vide suis locis.

Rĭgĕsco, n.t. Frigesco, Per translationem Rigescere capitur pro indurari, vel erectũ, seu cõtractum esse: quoniam quæ frigent, horrent, & indurescunt. [קשה *kaschah*. *σκληρώσομαι.* Gall. *S'endurcir.* Ital. *Indurirsi.* Ger. Von kelte erstarret/oder gestablet sterben. Hisp. *Endurecerse.* Pol. *Vmarznąm.* Vng. *Meg hidegwelök, kemeredem.* Ang. *To waxe stiff for cold.*] Virg. lib. 2. Georg. Aeraq; cruentant vulgò, vestesq; rigescunt. Vbi Servius: Durantur, ut frangi potius, quàm scindi posse videantur.

Rĭgŭus, Rigua, Riguum, Vide RIGO.

Rĭma, æ, s.f. Proprie fissura dicitur in tabulis malè junctis, aut [illegible]. [*ῥῆγμα, σχίσμα.* Gall. [illegible] Ger. Ein [illegible] oder ryß. Bel. Een [illegible] Hisp. [illegible] Pol. *Skaľ, [illegible]* Vng. [illegible] Ang. A *crack, a chap or cleft.*] Quæ [illegible] fiunt, ut fissuræ omnes, rimæ [illegible] dicuntur. Sed [illegible] quæcunq; findantur. Plin. lib. 15. cap. 2. Amurca [illegible] cæteas retentorum vestibus, ut formicæ, itinera [illegible] absint. Cic. Att. 10. 14: Tabernaculi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Virg. 1 Aeneid. Laxis laterũ compagibus arcus Accipiunt inimicum imbrem rimisq; fatiscunt. Terentius Eunuch. Plenus rimarum sum hac atq; illac perfluo. ¶ Invenerunt rimam, dicuntur tergiversatores, inquit Erasmus, qui nullum in certa tot fidei vinculis possunt astringi, quin quà elabantur, aliquid inveniant. Plautus Casin. Iis præstigiis dux fuit uxoris ea hanc invenit rimam. ¶ Rimas explere, dicuntur oratores, per translationem, quum verba infarciunt, ut pleniorẽ orationem faciant. Cic. in Orat. Neq; infarciens verba quasi rimas expleat: nec minutos numeros sequens, concidat, delumbetq; sententias. Carminum item rimas explere dicuntur versificatores, qui tibicinibus passim insertis, carminis hiatum supplent. Hujus diminutivum est Rimula.

Rīmōsŭs, a, um, Quod est rimis plenum. [*κλειβεμώδης.* Gal. *Plein de fentes & crenasses.* Ital. *Pieno de fissure.* Ger. *Klecketchtig/voll spälten.* Hisp. *Lleno de endidura.* Pol. *Pełni rozpadlin skał'b.* Vng. *Hasadekos.* Ang. *Full of chapes or clefies.*] Colum lib. 1. cap. 5: Quicquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit, rimosumq;. Virgil. 6. Aeneid. - gemit sub pondere cymba Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.

Rīmŏr, aris, d.p. Diligenter quæro, scrutor, quasi rimulas quasque perquiro. [בקש *bikkósch* חטש *chippes* דרש *daráseh*. *ἰχνεύω.* Gall. *Fouiller par tout, chercher diligemment* Ital. *Cercar bene.* Ger. Fleiffig auch alle spält vnd eleck durchsuchen Bel. Nerstetück onderzoecken. Hisp. *Buscar diligentemente.* Pol. *Pełno szukam.* Vn. *Zorgalmatosan fel keresem.* Ang. *To seak and searche diligentlie.*] Tractum ab avibus, quæ escam inquirunt in terræ rimis. Virg. lib. 1. Georg. Dulcibus in stagnis rimãtur prata Caystri: Id est, pascuntur in pratis, & cibum per omnes rimas terræ perquirũt. Cic. 1. de Divin. Sed tamen id quoq; rimatur, quantum potest. Sil. lib. 8: Quæ natura loci, quod sit rimabere solers Armorum genus. Rimari jecur epulis. Virgil. lib. 6. Aeneid. de Tityo: - rostroq; immanis vultur obunco Immortale jecur tundens, fœcundaq; pœnis Viscera, rimaturq; epulis habitatq; sub alto Pectore. ¶ Interdum rimari est scindere & quasi in rimas agere. [בקע *bakah* *σχίζω.*] Idem 3. Georg. Ergo ægrè rastris, terram rimamur.

Rīngo, is, xi, rictum, Ringor deponens, Os torqueo, quod canes faciunt quum latraturi sunt, vel quum ex ira in rugas diducunt os. [טער טה *tahár peh*. *τὸ στόμα συσπάω* Gall. *Tordre la bouche comme vn homme courroucé, rechigner.* Ital. *Torcere la bocca come, de mato* Ger. Das maul rumpffen/oder zerrumen oder zersperren. Bel. Den mont tsamen trecken. Hisp. *Rifar los canes.* Pol. *Ceba krzywie maią, ieście* Vn. *Az szemeit felen vonogom, vigioritom.* Ang. *To grinne and shew the teeth as a dogge doeth.*] Hinc Ringi, pro irasci, indignari, allatrare, convitiari, murmurare ponitur. [התעבב *hithhábbesch.*] Terent. in Phorm. Quum ille & cura, & sumptu absumitur, dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Dicitur autem ringi à narium tortura: nam *ῥὶν* naris dicitur: ut sit ringi, quasi narem agitare id est, torqueri.

Rictŭs, us, m.q. Non solùm hiatũ significat unde verba exeunt, sed totam illam partem circa ipsum hiatum, quæ in homine ridente, vel alio modo os torquẽte, lineis quibusdã terminatur. [*στομέος.* Gal. *L'ouverture de la bouche quand on ris, ou qu'on rechine.* Ital. *Cesso, apertura di bocca quando se ride.* Ger. Die auffsperrung des mauls/vnd bteckung der zänen. Hisp. *El abertura grande de la boca quando se rie.* Pol. *Otwarcięie gebi.* Vng. *Szay vigiorstas.* Ang. A *grinning or opening of the mouth.*] Budæus: Rictus, est oris distentio, qualis esse solet in ridentibus. Mart. li. 3: Quum comparata rictibus tuis ora Niliacus habeat crocodilus angusta. Contrahere rictum, eorum est qui mœsti, aut meditabundi sunt. *συσπάω* Nigidius [illegible]. Putant & Rictus esse figuram in ore ad tempus aliquod [illegible] contracta, vel producta, vel inversa, vel extẽsa, quæ paulò pòst reditura sit in naturalem formam. Est & communis tam in belluis quàm hominibus. Diducere rictum, est ad hilaritatem impellere. Horat. Ergo nõ satis est risu diducere rictum. ¶ Aliquando diducere rictum, est os aperire. Iuven. Satyr. 10: Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum Contentus. ¶ Ponitur aliquando rictus, pro minaci habitu oris. Cic. Verr. 6. de Herculis statua: Vsq; eò, Iudices, ut rictus ejus, ac mentum paulò sit atrocius. ¶ Dicimus & rictu in neutro genere. Lucret. lib. 5: Irritata canum quum primùm magna molossum Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. ¶ Aliquando accipitur pro rostro: unde nonnulli à Græcis deductum volunt, apud quos *ῥύγχος* rostrum dicitur. Verisimilius tamen est à Latino verbo ringo derivari.

Rīpă, æ, Crepido sive labrũ amnis: hoc est, terræ extrema ora, quæ utrinq; flumine alluitur. [שפה *sapháh* יד *jadh* גדה *ghedháh* *παραγιάλιον ὄχθη.* Gall. *Riue, riuage.* Ital. *Rimera, riua.* Ger. Ein gestad eines fliessenden wassers. Hisp. *La ribera.* Pol. *Brzeg, kraj.* Vng. *Part, mart.* Ang. A *riuer banke.*] Propriè enim fluminũ & torrentium ripæ dicuntur, ut littora maris. Ovid. 1. Metamor. - campoq; recepti Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant. Cæs. 6. bell. Gall. Erat inter Labienũ atq; hostem difficilis transitus flumen, ripisq;, præruptis, *&c.* Invenitur tamẽ Ripa etiam de mari dici Plin. l. 9. cap. 15, de mari Pontico. Thynni dextra ripa intrant, læva exeunt.

Ripŭla, æ, Diminutivum. [*ὀχθίδιον.* Gall. *Petite riue.* Ital. *Picciola riua.* Ger. Ein gestädtlin/flusspörtlin. Hisp. *Pequenna ribera.* Pol. *Brzezek.* Vng. *Partotska.* Ang. A *litle riuer bank.*] Cicero ad Attic. lib. 3: Et tamen hæc *παραγεφύρια* ripulæ, videtur habitura celeritatis satietatem.

Rīpārĭŭs, adjectivũ, Quod in ripis habitat. [*ὀχθηρὸς, παραποτάμιος.* Gall. *Qui se tient és riuages.* Ital. *Che habita à la riua.* Ger. Das an dem gestad eines fliessenden wassers wohnet. Hisp. *Lo que esta en la ribera.* Pol. *Nad brzegu wodnim mieszkaiący.* Vng. *Parti, marti.* Ang. *That dwelleth by the bankes of riuers.*] Plin. lib. 34 cap. 4: Ripariæ volucres. Idem lib. 30: Multo tamen efficacissime, ripariarum pullitita vocant in riparum cavis nidificantes.

Rīpārēnsēs, dicebantur milites qui in Imperii limitibus excubabant pro republica adversus Barbaros: utputa qui citeriores Rheni, & Danubii ripas, ad compescendas Germanorum, vel Sarmatarum excursiones insidebant. Horum meminit Iustinianus C. de Re militari.

Rīscŭs, risci, m.s. [Ger. Ein tenstertin in einer wand/oder ein Reißkasten mit teder vberzogen.] Cistula est, interprete Donato, pelle contecta cui astipulatur Pollux, qui inter arculas memorat. Vlpian. in mũdo muliebri ponit. l. 25. §. 4. de aur. & arg *ῥίσκος.* Servius verò ait esse fenestram parvam in pariete. Terent. in Evnuch. Abi, cistellam domo effer cum monumentis. P. ubi sita est? T. in risco.

Rīsŭs, hujus risus, Vide RIDEO.

Rītŭs, tus, m.q. mos & approbata consuetudo, quam omnes ratam habent. [חק *chók* חקה *chukkáh* תורה *tordh* *νόμος, ἔθος, μεθοδεία.* Gall. *Coustume, facon, maniere de faire accoustumee.* Ital. *Rito, costume, vsanza.* Ger. Ein ordentliche gewonheit / ein breuchliche weiß Bel. Een maniere. Hisp. *La costumbre, modo ordenado de obrar.* Pol. *Obchod zwyczaj przi ofierzech.* Vn. *Szokas, mod, tbruemy.* Ang. A *maner or custome.*] Festus: Ritus, mos est cõprobatus in administrãdis sacrificiis. Ovid. 2. Fast. Hinc Populi ritus edidicêre novos. Tacit. lib. 2: Nisi certã ante diem profanos ritus exuissent. ¶ Accipitur tamẽ etiã generalius (quod & Festus fatetur) pro quovis more, & quavis consuetudine. Cicer. de Amic. De his qui pecu-

qui pecudum ritu omnia ad voluptatem referunt. ¶ Legitur & ablativus rite, tanquam à nominativo rites, sive ritis. Stat. libro 11. Theb. Hei mihi primitiis armorum, & ritè nefasto Libatus.

Rītĕ, Rectè & bene, teste Pompeio. [κ̀ρθῶς. Gall. *Bien & droittement, ainsi qu'il appartient.* Ital. *Drittamente, come è conueneuole.* Ger Ordentlich vnd wol/ nach rechter weiß. Bel. Wel. Hisp. *Bien y derechamente.* Pol. *Wedlie porządku.* Vng. *Iól, igazan.* Ang. *Right and well.*] Varro à ritu dictũ putat, propterea quòd quæ secundum ritum fiant, recta & rata sint. Cic. 2. de Finib. Quæ potest appellari ritè sapientia. Liv. lib. 4. Decad. 5: In monte sacrificio ritè perpetrato.

Rītuālēs libri, Hetruscorum libri erant, teste Festo, in quibus scriptum erat quo ritu Vrbes condantur, aræ, ædes q̃; sacrentur, curiæ, tribus, & centuriæ distribuantur, ἱερολογικὰ βιβλία. Cic. 1. de Divin. Quod Hetruscorum declarant, & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.

Rīvāles, m. t. Qui ejusdem mulieris amore tenentur. [ἀντερασταί. Gall. *Corriuaux, qui aiment vne mesme fille.* Ital. *Riuali, inamorati d'vna sola.* Ger Mitbuler/ zwen oder mehr die alle vmb eine buten. Hisp. *Comblecos, enamorados de vna sola.* Pol. *Freierze miel'ośći; zaiźrzący sobie gramratowie.* Vng. *Egi Zemely Zeretők.* Ang. *They which loue one woman.*] Plaut. in Sticho: Eadem est amica ambobus, rivales sumus. Terentius in Evnuch. Militem ego rivalem recipiendum censeo. Translatio sumpta est vel à bestiis quæ sitientes, quum ex eodem rivulo haustum petunt, prælium contra se invicem concitant, vel à re rustica: nam rivales dicuntur ii quorum agros rivus aliquis disterminat qui incertitudine, & mutatione crebra cursus, lites sæpè inter eos suscitat. Vlpian. de Aqua quotid. & æstiv. l. j: Rivales qui per eundem rivum aquam ducunt, inter quos sæpè contentio est de aquæ usu. ¶ Sine rivali diligere dicuntur ii qui stultè mirantur quòd nemo alius concupiscat: sumpta allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quã alius nemo velit Cic. ad Quint. Fratr. li. 3: O' dii quàm ineptus, quàm se ipse amans sine rivali.

Rīvālĭtās, atis, f. t. Aemulatio illa inter eos qui eandem amant. [קנאה *kineáh*. ἀντιζηλία. Gall. *L'enuie entre deux compagnons aimãs vne mesme fille.* Ital *Concorrentia d'inamorati.* Ger. Der eyfer vnd teid so die mitbuler gegen einander tragen. Hisp. *Competicion de comblecos.* Pol. *Zazrzenie wmiel'ośći.* Vng. *Egy zemeli, zeretők közt valo vetekedes.* Ang *Enuie betwene two that loueth one woman.*] Cic. in Tusc. Obtrectare verò alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est.

Rīvālĭs, & hoc rivale, Vide RIVVS.

Rīvīnŭs, Rivalis, ἀντίζηλος. Plautus in Asin. Cedit noctem filius rivinus, amens ob raptam mulierem.

Rīvŭs, m. s. Aqua fluẽs à fonte vel flumine ducta. [נחל *pélegh*, ῥύαξ. Gall. *Ruisseau.* Ital. *Riuo, rio, fossatello.* Ger. Ein bach/ wasserrunst. Bel Eenen bete. Hisp. *El chorro ò rio pequenno.* Pol. *Struga, stok.* Vng. *Foliam.* Ang. *A riuer.*] Cic. in Topic. Tanquam rivorum à fonte deductio. Virg. 8. Eclog. Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva. Horat. 3. Carm. Ode 16: Puræ rivus aquæ sylvaq̃; jugerum Paucorum. Idem 2. Car. Ode 3: & obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo. Lapidosus rivus, Ovid. 3. Fastor. Sanguinis rivos vomens, Virgil. 11. Aen. Lacrymarum rivum, Ovid 9. Metam. ¶ Hinc derivo, as, & corrivo, as, de quibus suprà suis locis.

Rīvŭlŭs, li, diminutivum, Parvus rivus. [ῥυάκιον. Gall. *Ruisselet, petit ruisseau.* Ital. *Ruisselleto.* Ger Ein Bächlin. Hisp. *Chorro pequenno.* Pol *Strużeczka.* Vng *Foliatska.* Ang. *A litle riuer.*] Cic. pro Cælio: Vt rivulus accersitus, & ductus ab ipso capite. Idẽ 1. Acad. Sed meos amicos in quibus est studium, in Græciam mitto: id est, ad Græcos ire jubeo. ut ea à fontibus potius hauriant, quàm rivulos consectentur.

Rīvālĭs, le, om. t. Quod ex rivo est, sive quod in rivo nascitur. [ποταμηρός. Gall. *De ruisseau.* Ital. *Di ruscello.* Ger. Des bachs/ oder auß dem bach. Hisp. *Coso di chorro.* Pol. *Strużśći.* Vng. *Foliambol valo.* Ang *Of a riuer.*] Colum. lib. 8. cap. 15: Datur cammarus, & rivalis alecula, vel si qua sunt incrementi parvi fluviorum animalia.

Rīvātĭm, adverbium, Per rivos [Vn. *Folyamatonkent.*] Macrob. Satur. lib. 7. cap. 12: Quæ igitur ratio facit, ut rivatim aquæ de Ponto fluant.

Rīxă, æ, f. p. Lis, contentio, pugna, à ringendo, ut quidam volunt: quod propriè est canum quãdo irritantur. [מבה ריב *reb mattsáh* מצות *matstsúth*. ἔρις. Gall. *Riote, noise, estrif, debat.* Ital. *Rissa, discordia, contentione.* Ger. Ein zanck/ hader. Bel. Een geruff. Hisp. *La ranzilla, ò obra de rifar.* Pol. *Swar, zwada.* Vng. *Vizsa vetsse.* Ang *Brawling, chiding.*] Cicero in Verr. Ecce autem nova turbà, atq; rixa. Ovid. 3. de Arte: Nec tua frangetur nocturna janua rixa. Cicer. ad Pætum, libro 9: Etsi academiæ nostræ cum eo magna rixa est. Liv. 2. ab Vrbe: Consulum intercursu rixa sedata est.

Rīxōsŭs, a, um, Contentiosus, litigiosus. [ריב *rab* יריב *jarib*. ἐριστικὸς, δύσερις. Gall *Noiseux, rioteux.* Ital. *Contentioso.* Ger Zänckisch/ häderisch. Hisp. *Zenzilloso ò risador.* Pol. *Zwadliwi.* Vng. *Garazdas, vizsga vonio.* Ang. *That euer chideth and scoldeth.*] Festus: Rictus, rixæ, rixosè, ringitur, dici videntur quia in diversum rumpantur, contrariaq; sint recto. Colum. lib. 8. cap. 2: Nõ rixosarum avium laniſtæ, cujus plerunq;, &c.

Rīxŏr, aris, d. p. Iurgor, contendo, litigo. [ריב *rab* הלה *hitststsáh*. ἐρίζω. Gall *Rioter, esbriuer, noiser.* Ital. *Contendere, mouer rissa.* Ger. Zancken/ haderen. Bel Kuven. Hisp. *Rennir à risar.* Pol. *Swarzesie.* Vng. *Garazdalkodom.* Ang *To chide, to scolde.*] Cicero de Orat. Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. Plin. li. 16. cap. 2: Et ipsos inter se rixãtes, &c. Rixantur herbæ aridę. Varr. 1. de Re rustic. cap. 47: Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celeriùs rumpuntur, quàm lequuntur. ¶ Rixari de lana caprina. Horat. 1. Epist. 19: Alter rixatur de lana sæpè caprina. Proverbium est in eos qui de re nihili disceptant.

R ante O.

Rōbīgo, ginis, sive Rubigo, f. t. Segetũ morbus, est quem *nuyllam* vocant Galli, quo spicæ torrentur, friatilesq; redduntur. [ירקון *jerakón*. ἐρυσίβη. Gall. *Niellure de bleds, nielle.* Ital. *Malatia che viene alle biaue per troppo humore.* Ger. Die rõte des Korns, wann die helm rot vnd fleckecht ig werden. Hisp. *El annublo quando se annubla el pan.* Pol *Rdzana zięcie alboplesn.* Vng. *Regia.* Ang. *Blasting of corne.*] Virgil. Georg. -ut mala culmos Esset robigo.

Rōbīgālĭă, sive Rubigalia, lium, sive rubigaliorũ, Dies festus erat, septimo Calẽdas Majas celebrari solitus, teste Festo, quo Robigo deo sacra fiebant, ut robiginem, sive (ut hodie usitatiùs loquimur) rubiginem à segetibus averteret. Est autem robigo sive rubigo, ἐρυσίβη, Aristoteli, segetum morbus, quam *nuyllam* vulgus Gallorum appellat, qua spicę aduruntur, prorsusq; redduntur friabiles. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 1: Quarto Robigum & Floram: quibus propriis neq; rubigo frumenta, atq; arbores corrumpit: neq; non tempestivè florent. Itaq; publicæ Robigo feriæ, & Robigalia: Floræ ludi, Floralia instituti. Plin. lib. 18. cap. 29: Tria tempora fructibus metuebant: propter quod instituerunt ferias, dies q̃; festos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui undecimo: quæ nunc aguntur ad VII. Calend. Maii, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat.

Rōbŭr, sive Robor, oris, pen. corr. n. t. Propriè species est arboris glandiferæ durissimæ. [אבה *ebáh*. ἀγρία ὀρὺς, ἀλίφλοιος. Gall. *Roure, chesne.* Ital. *Rouere, quercia.* Ger. Eychbawm. Hisp. *La enzina ò robre arbol.* Pol. *Dab.* Vng. *Tserfa, tölgy.* Ang *An oke tree.*] Plin. lib. 16. cap. 2: Roborum vastitas intacta, & congenita mundo. Cic. 2. de Divin. Itaq; perfracto saxo sortes erupisse in robore, insculptis priscarum literarum notis. Ibidem paulò pòst: Quis robur ille cecidit, dolavit, inscripsit? Virg 1. Georg. -grave robur aratri. ¶ Per translationem sumitur pro animi fortitudine. Cic. pro Fon. Equites tantum habuêre animi, tantum roboris, &c. Idem de Orat. Virtutes quę in animi magnitudine & robore positæ sunt. ¶ Capitur & pro corporis firmitate. [חיל *chav*. גבורה *ghebúrah* חזק *chózk* חזקה *chózkah* (vel *chezkáh*) אמץ *ómuts* אמצה *amtsáh* ἰσχὺς, κραταιότης. Gall. *Force, fermeté.* Ital *Forteżza, fermeżza.* Ger. Stercke Hisp. *Fuerca ò reżura* Pol *Moc* Vng. *Erö hatalom.* Ang. *Force or strength*] Cicer. pro Rosc. Amer. Messalla, qui si jam satis ætatis, ac roboris haberet, ipse pro Sexto Roscio diceret. ¶ Demum omnium rerum firmitatem, duritiamq;, robur dicimus. Colum. lib. 2: Quod protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Vnde Servius dicit: Omne quod forte est, robur vocamus. Virg. lib 7: æternaq; ferri Robora. ¶ Robur itẽ, teste Festo, in carcere dicitur is locus quò præcipitatur malefactorum genus: quod antea arcis robustis includebatur. De hoc robore meminit Plaut. in Curcul. At ego vos ambo in robusto carcere, ut pereatis, &c. Erat enim genus supplicii, quod idem Plautus in Pœnu. Codicem robustum vocat

Rōbŏrĕŭs, a, um, Quod est ex materia roboris. [δρύϊνος. Gall. *De roure* Ital. *Fatto di rouere.* Ger. Eychin oder eychbaumin. Hisp. *Cosa de robre.* Pol. *Debowe.* Vng *Tserfabol valo.* Ang. *Of an oke.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem debet. Ovidius 5. Fastor. Tunc quoq; priscorum virgo simulacra virorum Mittere roborco ficirpea ponte solet.

Rōbŭrnĕŭs, adjectivum, Quod ex robore nascitur. δρύϊνος. Columell. lib. 9. cap. 1: Nam ut graminibus, ita frugibus roburneis opus habent: Id est, glandibus.

Rōbŭstĕŭs, denominativum à robur. δρύϊνος. ut Robustea materies, quæ ex robore facta erat, ut esset durior. Varro 1. de Re rustic. cap 38: In eo, si in medio robustea aliqua materies sit depacta, negant serpentem nasci.

Rōbŭstŭs, a, um, Quod est multi roboris. [חזק *chózk* אמיץ *ammits*. ἰσχυρὸς, κρατερός. Gall [illegible] *me.* Ital. *Robusto, forte.* Ger. Starck/ das viel stercke hat. Bel. Sterck. Hisp.

Hiſp *Fuerte ò rezio* Pol. *Mocny.* Vng. *Vaſtag, erőſs.* Ang. *That is very ſtrong*] Colum. lib. 12: Neq; dubium eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtum. Virgil. 4 Eclog. Robuſtis quoq; jam tauris juga ſolvet arator. Cic. 2. in Catil. Tertium genus eſt, ætate jam cõfectum, exercitatione robuſtum. Idem 5. Philipp. Omne malum naſcens facilè opprimitur: inveteratum fit plerunq; robuſtius. Idem 2. Philipp. Sed hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt, omittamus.

Rōbŏro, as, penult. corr. act p. Fortifico, firmo, robur addo. [חזק *chezek* החזיק *hechezik* אמץ *immets* האמיץ *heemits* חזוק *hezéc.* *κραταιόω, ἰσχυροποιέω.* Gall. *Roborer, affermir.* Ital. *Fortificare, rinforzare.* Ger Stercken / ſtarck vnd trefftig machen. Bel. Beveſtigen / ſtarck maten Hiſp. *Fortaleſcer, hazer fuerte.* Pol. *Vmocnyam.* Vng. *Meg vaſtagitom, erősitem.* Ang. *To mak ſtrong, to fortifie.*] Plinius lib. 10. cap. 33: Hirundines nidos luto conſtituunt, ſtramento roborant. Cic. 1. Offic. Catoni autem quum incredibilem tribuiſſet natura gravitatẽ, eamq; ipſe perpetua conſtantia roboraviſſet, ſemperq; in propoſito, ſuſceptoq; conſilio permanſiſſet, moriendum potius, quàm tyranni vultus aſpiciendus erat. Idem lib. 11. cap. 51: Vox roboratur XIII. annis: eadem in ſenecta exilior. ¶ Hinc componitur Corroboro, de quo ſuprà ſuo loco.

Rōbŏrārĭă, Antiqui appellaverunt omnia ædificia, ſepta, villas, quæ incluſa habent animalia: à rabulis roborcis, quibus ſepta erant antè quàm mœnibus cingerentur. *ἀμφιφράγματα.* Vide Gell lib. 2. cap. 20.

Rōbŭs, robŏris, m. g. [אדום *adhóm.* *ἐρυθρός.* Ger. Der aller hübſcheſt Weitzen.] Apud veteres dicebatur rubeus: & *Bovem robum* id circo ruſtici vocabant. Vnde & materia, quæ plurimas hujus coloris venas habet, dicta eſt robus: & homines valentes, ac boni coloris, robuſti Hæc Feſtus. ¶ Robus etiam genus tritici, maximè laudabile (ut inquit Col. lib. 2. cap. 6.) quũ & pondere, & nitore præſtet.

Rōbŭſtĕus, Robuſtus. Vide ROBVR.

Rōdo, is, roſi, roſum, act. 3. propriè mutium eſt. & ſimilium, qui dentibus ferè ſemper aliquid abrodunt. [אכל *achál.* *κόπτω, κατεσθίω* Gall. *Ronger.* Ital. *Rodere.* Ger. Nagen. Bel Knagen / byten. Hiſp *Roer.* Pol *Gryże.* Vng *Ragom* Ang. *To gnawe.*] Cic. de Divin. Quaſi verò quicquam interſit, mures noctem & diẽ aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: & in verſu faciendo Sæpè caput ſcaberet, vivos & roderet ungues. ¶ Per translationem quandoq; pro detracto ſumitur, ſive obtrecto Cic. pro Corneſcio Balbo: More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant, Flumina rodunt ripas, Lucret. lib. 5. Ferrum roditur ſcabra rubigine, Ovid. 1. de Pont. Eleg. 1. Amicum abſentem rodere, Horat. 1. Serm. Satyr. 4. Dentem dente rodere, proverbium in illos qui carpunt eos qui pari ſunt præditi mordacitate: aut qui lædi non poſſunt, neque ſentiunt. Martial. libro 13: quid dentem dente juvabit Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.

Roſĭo, onis, f. t. [*βρῶσις, ἐνγμός.* Gall. *Rongement, morſure* Ital. *Rodimento roditura.* Ger. Das nagen / verſehrung. Hiſp. *Obra de roer.* Pol. *Grizienie.* Vng. *Ragas.* Ang *A gnawing.*] Plin. lib. 10. cap. 21: Succus decoctæ nervis prodeſt, & veſicæ, & inteſtinorum roſionibus.

Rŏgo, as, act. p Poſco, peto, contendo, oro, precor. [שאל *ſchaál* בקש *bikkéſch* בעה *baháh* דרש *daráſch* התחנן *hitpallél* העתיר *hebethír* עתר *hathár.* *αἰτέω.* Gall. *Prier, requerir, demander.* Ital. *Domandare, cercare, pregare.* Ger. Bitten Bel Bidden. Hiſp. *Rogar, preguntar, demandar* Pol. *Proſze* Vng. *Keren, kőnyörgők.* Ang. *To ask, to demande, or pray.*] Gell. lib. 13. cap. 20: Crepidarium cultellum rogavit à crepidario ſutore. Plaut. Rud. Intelligo: hanc quæ proxima eſt, illam pulſare juſſiſti, Atq; aquã rogare. Virgil. lib 7. Aeneid. Litusq; rogamus Innocuum, & cunctis, undamq;, auramq; patentem. Cic. 1. Verr. Rogate & orare, ne illos ſupplices aſpernarer quos me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret. Cic. in Verr. Profectò hinc natum eſt: Malo emere quàm rogare. Cato cap 5: Duas aut tres familias habeat, unde utenda roget, & quibus det. ¶ Aliquando ponitur pro interrogare, quærere. [שאל *ſchaál* *ἐρωτάω.*] Cic. Att. Roga ipſum, quemadmodum Arimini ipſum acceperim. Terent. in Adelph. Nunc ubi me illic non videbit, jam huc recurret, ſat ſcio, Rogabit me ubi fuerim. Idem And. Accedo ad pediſequas, Quæ ſit, rogo: ſororem eſſe ajunt Chriſidis. ¶ Roget quis elegãs loquendi formula, pro eo quod minus ornatè dicitur, Poſſet me aliquis interrogare: qua utimur quoties per antyphoram tacitæ objectioni volumus occurrere. Terent. in Evnuch. Roget quis, quid tibi cum illa? ¶ Rogare ſacramento milites: hoc eſt, jurejurando eos aſtringere. Livius 5. belli Maced. Ex Sicilia Hiſpaniam petentem, tempeſtate in Africam delatum, ſcribit vagos milites, de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe. ¶ Rogare aliquem ſententiam. Quintil. lib. 6. cap. 3: Poſſ acceptam hæreditatem primus ſententiam rogabatur. ¶ Rogare legem id eſt, ſtatuere. *νόμον ἀφίεναι.* Solebat enim populus rogari, num eam legem ratam vellet. Gell. lib. 1: Lex deinde Licinia rogata eſt, Cic. 2. Philipp. Ego ad eum belli civilis cauſam attuli: ego leges perniciosas rogavi. ¶ Compoſita ſunt, abrogo, arrogo, corrogo, derogo, erogo, irrogo, prorogo, & ſubrogo: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Rŏgāns, tis, participium. [שואל *ſchoél* מבקש *mebakkéſch* דורש *doréſch* מעתיר *mathtír* מתחנן *mithpallél.* *δεόμενος, αἰτῶν.* Gall. *Priant, requerant.* Ital. *Che domanda, & prega.* Ger. Bittend. Hiſp. *El quereya.* Pol. *Proſzący.* Vng. *Kerő, kőnyörgő.* Ang. *That asketh, or prayeth.*] Ovid. 2. Amor. Eleg. 3: Mollis in obſequium facilisq; rogantibus eſſes. Idem in Epiſt. Medeæ: En iterum ſcribo, mittoq; rogantia verba. Idem 1. de Arte: Flectitur iratus voce rogante Deus.

Rŏgāndŭs, a, um, *δεητέος, παρακλητέος, ἐνδεητέος.* Ovid. 3 Triſt. Tunc quoq; ſollicita mente rogandus erit.

Rŏgātŭs, ta, tum. [מבקש *mebukkáſch* בקש *bukkáſch* דרוש *daruſch* נבעה *nibhéh.* *δεηθείς, παρακληθείς.* Gall. *Prié.* Ital. *Pregato.* Ger. Gebäuen / gefraget. Hiſp. *Preguntado, rogado.* Pol. *Proſzony, pytany.* Vng. *Kerdetet.* Ang *Prayed.*] Plinius lib. 7 cap. 48: Rogatus ſententiã in Conſulatu. Ovid. 1. de Arte: Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen eſſe rogatæ.

Rŏgātĭo, onis, verbale, f. t. Rogandi actus. [שאלה *ſcheeláh* בקשה *bakkaſcháh* תפלה *tephilláh* תחנה *techinnáh.* *δεησις, ἔντευξις.* Gal. *Preere.* Ital. *Preghiera.* Ger Ein bitt / oder frag. Hiſp. *Ruego.* Pol *Proszba, pitanie.* Vng. *Kerdes, kőnyörges.* Ang. *Praying.*] Legis quoq; rogatio dicitur, quoniam rogare populum Magiſtratus ſolebat an id placeret quod ſtatuerant. *νομοθετεῖν.* Hinc etiam derogare legi, & abrogare legem dicimus: de quibus abundè ſupra dictum eſt. Rogationis autem nomine intelligitur lex nondum à populo juſſa: ſæpè tamen pro lege juſſa & à populo approbata ſumitur. Rogationis autem hæc erant verba ſolennia: Velitisq;, jubeatisne, Quirites, ut hoc vel illud fiat. Vnde rogatio quaſi quædam interrogatio. Sueton. in Cæſare: Reditum in civitatem rogatione Plotia confecit: id eſt, lege à Plotio lata. ¶ Feſtus rogationem videtur accipere pro privilegio: eamq; ita diſtinguit à lege, quòd hæc in omnibus & rebus & perſonis locum habeat: rogatio, de uno, aut certè paucis feratur: neq; ad res omnes pertineat. Verba ejus ſunt hæc: Rogatio ea dicitur, quũ populus conſulitur de uno, plurĭbúsve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una, plurĭbúsve rebus, de quibus nõ omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines, ĭésve populus ſcivit, lex appellatur. Itaq; Gallus Aelius ait: Inter legem & rogationem hoc intereſt Rogatio eſt genus legis: quæ lex eſt non continuò, ea rogatio eſt nõ poteſt non eſſe lex, ſi modò juſtis comitiis rogata eſt. ¶ Ferre rogationem ad populum, Cæſar 3. belli Civil. Itẽ prætoribus, Tribunisq; pl. bis rogationes ad populum ferẽtibus, *ἐφ.* ¶ Perferre rogationẽ: id eſt, legem perferre. Cic. ad Q. Frat. lib. 2: Sed tamen ſuſpicor per vim rogationem Caninium perlaturum. ¶ Accipere rogationem: id eſt, legem accipere & approbare. Cic. ad Attic. lib. 10: Vt Conſules populũ cohortarentur ad rogationem accipiendam.

Rŏgātŭs, us, ui, m. q. Actus rogandi. [שאלה בקשה *ſcheeláh bakkaſchdh.*] Cic. 1. de Nat. deor. Nam quum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu, accerſitusq; veniſſem, offendi eum ſedentem in exhedra.

Rŏgātĭŭncŭlă, diminutivum. [*τὸ δεηθήναι, ἡ σμικρὰ τοῦ ἐρωτᾶν δύναμις.* Gall *Petite priere.* Ital. *Picciola preghiera.* Ger. Ein bittlin / oder frăglin Hiſp. *Pequenno ruego.* Pol. *Mal'a proszba.* Vng. *Kerdeſetske.* Ang. *A little praying.*] Cic. pro Domo ſua: Eaq; te ex una rogatiuncula feciſſe.

Rŏgātŏr, oris, verbale, m. t. Qui rogat. [מבקש *mebakkéſch* מתחנן *mitchannén.* *ἱκέτης.* Gall. *Qui prie, prieur, ſupplyant.* Ital. *Chi prega.* Ger. Ein Bitter oder Bätter. Hiſp. *Rogador, que roga.* Pol. *Ten ktory proſzipyta ſie.* Vng. *Kerdő.* Ang *He that prayeth or asketh.*] Cic. ad Attic. lib. 16: Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Rogatores, Poſtulatores & Mendici, qui eleemoſynam poſtulãt. *ἱκέται.* Plautus: Vt rogator oſtiatim petam panem. Rogator comitiorum, qui populum in comitiis rogat & cum populo agit. Cic. 1. de Divin. Qui recentibus comitiis in Senatum introducti negaverunt juſtum comitiorum rogatorem fuiſſe.

Rŏgĭto, as, frequentativum à rogo: [*πολλὰ δεῖσθαι πολλάκις, πολλάκις* (vel) *πολλὰς δεήσεις.* Gall. *Prier inſtamment, requerir, demander.* Ital. *Pregare, cercare, demandare:* Ger. Bitten eins bittens / embſig bitten oder fragen. Hiſp. *Rogar, preguntar.* Pol. *Pilno pytam, proſze.* Vng. *Kerdezlegelem.* Ang. *To pray or ask often.*] Plinius: Patrem audit, rogitat ut ſui miſereatur. ¶ Aliquãdo ponitur pro iterum atque iterum interrogo, *αὖθις ἐρωτῶ.* Virgilius 1. Aeneid. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. ¶ Hinc componitur Erogito, quod eſt interrogando extorqueo: de quo ſuo loco.

Rŏgĭtātĭo, verbale, Lex, plebiſcitum. Plaut. in Curc. Rogitationes plurimas propter vos populus ſcivit.

Rŏgŭs, gi, m. f. Strues lignorum ad cremanda cadavera: ita dictus, quòd in eo dii manes rogentur. [מדורה medhuráh. πυρά. Gall. *Vn tas de bois qu'on faisoit anciennement pour bruſler les corps des morts.* Ital *Stipa di legne da bruſciare, e corpi morti anticamente.* Ger *Ein Holtzbengen / oder holtzhauffen / ſcheyterbeygen auff welchen man bey den Heyden die abgeſtorbnen verbrañt.* Hiſp. *La hoguera para quemar muertos.* Pol. *Stos drew, na ktorim vmarl'e páliono.* Vng. *Holt teſtnek meg egetesere valo rakas fa.* Ang. *A bone fyre.*] Plaut. in Menæch. Age ianè igitur, quãdo æquum oras, quam mox incendo rogum? Cic. 3. de Finib. Nec ſi beatus unquam fuiſſet, beatam vitam uſq; ad illum à Cyro extructum rogum protuliſſet. Idem 1. de Divin. Siquidem ad mortem proficiſcens Calanus Indus, quum aſcenderet in rogum ardentem: O præclarum diſceſſum, *inquit*, è vita: quum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit. Virgil. 4. Aeneid. Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes, araq; parabant.

Rŏgālis, le, om. t. ὁ ἀ πυρᾶς, ὁ ἀ πυρκαϊᾶς. ut ignis rogalis. Stat. 1. Theb. hæc igne rogali Fulgurat. Ovid. 3. Amor. Eleg. 8: Tene ſacer vates flammæ rapuêre rogales.

Rŏnchŭs, Vide RHONCHVS.

Rŏs, roris, m. t. Humor qui ſereno tempore de cœlo fluit, ſerena nocte, neq; gelu, neq; ardoribus, neq; ventis exiſtentibus. [ὌΔ *tal δρόσος*. Gall. *Rouſee.* Ital. *Rugiada.* Ger. Der tauw. Hiſ. *El rocio.* Pol. *Roſſa.* Vng. *Harmat.* Ang. *The dewe.*] Ariſtot. lib. 1. Meteor. ſcribit, rorem fieri ex vaporatione modica, quum pluvia ex largo vapore progeneretur. Apul. lib. de Mundo: Ros nocturnus humor quem ſerenitatis tenuitas ſpargit: à Græcis dicitur δρόσος. Virgil. lib. 2. Georg. Exigua tantùm gelidus ros nocte reponet. Cicer. 1. de Divinat. Quum primùm gelidos rores Aurora remittit. Ovid. 3. Metam. Virgineos artus liquido perfundere rore. Virgil. 8. Eclog. Quum ros in tenera pecudi gratiſſimus herba eſt.

Rorĭfĕr, ra, rum: [δροσοβόλος. Gall. *Qui apporte la rouſee.* Ital. *Che apporta rugiada.* Ger *Das tauw bringt.* Hiſp. *Lo que trahe rocio.* Pol *Roſſe ſpuſzczaiący.* Vng. *Harmat hozo.* An. *That bringeth dewe.*] ut, Aurora rorifera. Seneca Hippol. Quà rorifera mulcens aura Zephyrus vernas evocat herbas. Biga Lunę rorifera. Statius 1 Thebaid Rorifera gelidũ tenuaverat aëra biga. Lucret. lib. 6. Hinc ubi roriferis terram nox obruit umbris.

Rōrŭlēntŭs, a, um, Quod eſt plenum rore. [δροσερὸς, πολύδροσος. Gall. *Couuert ou plein de rouſee.* Ital. *Ogni coſa piena di rugiada.* Ger. Tauwig / voll tauw / naſſ von tauw. Hiſp. *Coſa rociada, ò llena de rocio.* Pol. *Roſzyſty.* Vng *Harmatos.* Ang. *Couered and full of dewe.*] Colum. li. 5: Cavendum ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentæ, ſed ſiccæ ſerantur vites. Idem lib. 12. cap. 38: Rorulentæ baccæ ne legantur cavendum.

Rŏscĭdŭs, a, um, Quod eſt rore perfuſum: unde Nox roſcida, dicitur quæ rore humecta eſt. [δροσερὸς. Gall. *Plein de rouſee, mouillé de rouſee.* Ital *Irrugiadato.* Ger. Voll tauw / naſſ vñ tauw. Hiſ. *Coſa ruciada.* Pol. *Vprzyſzoni, vroſzoni.* Vng. *Harmatos.* Ang. *Sprinkled with dewe.*] Plinius lib. 18: Quidam pridie rigant prata: ubi ſunt rigua, noctibus roſcidis ſiccari melius. ¶ Similiter Mala roſcida, quæ matutino rore humecta ſunt. Virgilius 8. Eclog. Sepibus in noſtris parvam te roſcida mala (Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem. Aurora roſcida, Ovid. ad Liviam. Gramina roſcida, Claud. 2. de Rapt. Proſerpinæ. Mella roſcida, Virgil. 4. Eclog. Pruina roſcida foliis excuſſa, Ovid. 5 Faſt.

Rorārĭī, Levis armaturæ milites dicebantur, qui antequam acies congrederentur, fundis & lapidibus pugnæ præludebãt. γυμνῆται, ἀκροβολισταί. Rorarii dicti, teſte Nonio, quòd illi prælium, ut ros pluviam, antecederent. Idem & Ferentarii dicuntur, teſte Feſto. Livius: Nam & rorarii procurrebant inter antepilanos. Hinc Rorarium vinum dicebatur, teſte eodem Feſto, quod rorariis militibus dabatur.

Rōrāt, Verbum eſt ex eorum genere quæ Grammatici vocant *verba excepta actionis*, quemadmodum Pluit, & Ningit, per ſe ſine nominativi adminiculo ſenſum explens: eſt enim rorat, idem quod ros decidit. [δροσίζει. Gall *Faire ou ietter rouſee.* Ital. *Inrogiadare, bagnare.* Ger. Es tauwet / das tauw fallt. Hiſp. *Rociar.* Pol. *Roſſe ſpuſzcza, daie.* Vng. *Harmatozo.* Ang. *To dewe or droppe dewe.*] Colum. lib. 11. cap. 3: Idibus Octobris, & ſequenti biduo interdum tempeſtas, nonnunquã rorat. ¶ Per tranſlationem accipitur pro guttatim diſtillare. [רָהַף *rahάph* הִטִּיף *hittiph* נָטַף *natάph*.] Virgil. 8. Aeneid. Raptabatq; viri mendacis viſcera Tullus per ſylvam & ſparſi rorabant ſanguine vepres. Ovid. 3. Metam. Vndiq; dant ſaltus, multaq; aſpergine rorant: Emerguntq; iterum, redeuntq; ſub æquora rurſus: Inque chori ludunt ſpeciem, *&c.* ¶ Aliquando admittit poſt ſe accuſativum: ut, Rorare imbrem. Plin. lib. 17. cap. 10: Periculum tantum eo die eſt, ſi roraverit quantulumcunq; imbrem.

¶ Roror paſſivum, pro irroror, ſive irrigor, aut madefio. Ovid. Epiſt. 21: Scribimus, & lacrymis oculi rorantur obortis.

Rōrāns, tis, participium. [δροσίζων, ψακάζων. Gall. *Qui fait rouſee.* Ital *Che fa rugiada.* Ger. Tauwend. Hiſp. *El que rocia.* Pol. *Roſiſi.* Vng *Harmatozo.* Ang. *Dropping lyk dewe or deuwing.*] Virg. 3. Aeneid. Ter ſpumam eliſam & rorantia vidimus aſtra. Cic. de Senect. Pocula, ut in Sympoſio Xenophontis, minuta atq; rorantia.

Rōrātŭs, a, um, [δρόσου μεστὸς, μεμυσαγμένος. Gall. *Arrouſé & mouillé de rouſee.* Ital. *Inrogiadato.* Ger. Mit tauw beſprengt oder genetzt. Hiſp. *Rociado.* Pol *Vroſzoni.* Vng. *Harmatoztatot.* Ang. *Sprinkled with dewe.*] Ovidius 3. Faſt. Mollis erat tellus, rorata manè pruina.

Rōrātĭo, onis, f. t. Morbus eſt vitium, quum ille defloreſcentes rore læduntur: priuſq; corrumpuntur, quàm in acinos transformentur. [δροσερμός, ὁ δρόσου μεστερμός. Gall. *Coulement de rouſee, coulure de vignes.* Ital. *Colatura de vite.* Ger. Der gepráſt den rãben / wann ſie ſich im bluſt ſchutten vnd abreyſen. Hiſp. *Obra de rociar, coladura de la vid.* Pol. *Roſſa obrazoni* kwiat na winnie. Vn. *Rogiazas.* Ang. *Dropping of dewe.*] Cui vitio affine eſt illud, quod Galli *Colaturam* vocant, quum acini jam nati aut decidunt, aut indureſcunt in callum. Vtriuſq; meminit Plin. lib. 17. cap. 24: Siderationis (*inquit*) genus eſt in vinibus defloreſcentibus roratio: aut quum acini priuſquam creſcant, decoquuntur in callum. Theophr. lib. 4. de Plantis: Roratio, *inquit*, fit quum vitis defloreſcens, irroratur. Propter hoc vitium Floralia ab antiquis inſtituta ſunt, autore Plin. li. 18. cap. 19: Floralia quarto Calendas Maii inſtituerunt anno Vrbis quingenteſimo ſexto decimo ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene defloreſcerent. Et paulò pòſt: Aliud hoc quatriduum eſt, quo neq; rore fordere velint: exhorrent enim frigidum ſidus Arcturi poſtridie occidens, & multo minus plenilunium incidere, *&c.*

Rōrēſco, cis, n. t. Roſcidus fio, rore aſpergor: ab inuſitato verbo Roreo. [δροσίζομαι. Gall. *Eſtre arrouſé & mouillé de rouſee.* Ital. *Inrugiadarſe.* Germ. Mit tauw beſprengt vnnd naſſ werden. Bel. Bedaut worden. Hiſp. *Enrbciarſe.* Pol. *Vmokrzonem roſſa.* Vng. *Meg harmatoſom.* Ang. *To be ſprinkled with dewe.*] Plinius lib. 18, cap. 33: Aquilonem prænuntiat terra ſiccеſcens: ſed roreſcens repentè auſtrum immiſcet.

Rŏsa, roſæ, f. p. Flos è ſpina naſcens: [חֲבַצֶּלֶת *chabatſſeleth*. ῥόδον. Gall. *Roſe.* Ital. & Hiſp. *Roſa.* Ger. Roſen. Pol. *Roza.* Vng. *Roſa.* Ang. *A roſe.*] qui propter pulchritudinẽ, & ſuavem odorem Veneri ſacer eſt: & fortaſſe non abſurdè: quia ſicut roſa brevi viget, ita & venerea voluptas. Quo pacto autem roſa, quæ priùs candida fuit, cruore Veneris infecta, purpureum colorem traxerit, ex Aphthonii fabella cognoſces. De roſis plura apud Plin. lib. 21. invenies: & Theophraſt. lib. 6. cap. 6. & 7. & Dioſcor. lib 3. cap. 132. Cic. 5. Tuſcul. An tu me in viola putas, aut in roſa dicere? Idem 3 Tuſcul Scitis redimiri & roſa. Virg 4. Georg. Primus Vere roſam, atq; Autumno carpere poma Horat. 2. Carm. Ode 3: Huc vina, & unguenta, & nimium brevis Flores amœnæ ferre jube roſæ. ¶ Roſa pro oleo roſaceo, apud Celſum lib. 8. cap. 4: Quòd ſi membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit roſa tepida. Item apud Iuriſconſultum in l. 21. §. fi. D. aur & arg.

Rōsĕus, a, um, Qui roſæ colorem imitatur: [ῥοδινὸς, ῥοδεος. Gall. *De couleur de roſes, vermeil comme roſes.* Ital. *Ogni coſa che moſtra color di roſa.* Ger. Roſenfarb / roſenrot. Hiſp. *Coſa de color roſado.* Pol. *Czerwony iako roza, rumienni.* Vng. *Roſa ſzinue.* Ang. *Of a roſe or coloured lik a roſe.*] ut, Pannus roſaceus, Roſea veſtis. Plinius: Aſini à coitu ſpuma collecta roſeo panno, & incluſa argento, venerem ſtimulat Virgil. 12. Aeneid. Et roſeas lanata genas. Idem 6. Aeneid. Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis Iam medium ætherio curſu trajecerat axem. Idem 2. Aeneid. roſeoq; hæ inſuper addidit ore.

Rōsācĕus, a, um, Quod ex roſa factum eſt: [ῥόδινος. Gall. *De roſes.* Ital. *Ogni coſa fatta di roſe.* Ger. Auß roſen gemacht. Hiſp. *Coſa de materia de roſas.* Pol. *Rozani.* Vng *Roſabol ſinaltatot.* Ang. *Of roſes.*] unde Roſaceum oleum, ex roſis, libro 20. cap. 3: Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto, febrium ardores refrigerat.

Rŏsārĭum, rii, n. ſ. Roſetum. [ῥοδωνία. Gall. *Roſier, vn lieu où croiſſent force roſes.* Ital. *Luogo che abonda di roſo.* Ger. Ein roſengebürtz / ein ort mit viel roſenſtauden. Hiſp *El roſal, donde ay muchas roſas.* Pol. *Mieiſcze roza naſadzone.* Vng. *Roſa kert.* Ang. *A place planted with roſes.*] Plin. li. 31. cap. 11: Roſaria à Favonio foſſa oportet eſſe, iterumq; Solſtitio.

Rŏsētum, n. ſ. ſignificat Locum roſis conſitum. [ῥοδωνία. Gall. *Vn lieu pour planté de roſiers.* Ital. *Luogo piantato di roſe.* Ger. Ein roſgarten. Hiſp. *Roſal.* Pol. *Ogrod rozypel'ni.* Vng. *Roſas hely.* Ang. *A place planted with roſes.*] Virgil. 5. Eclog. Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis, Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amintas.

Rŏscĭdŭs, Vide ROS.

Rŏſĕus. Vide ROSA.

Rŏſĕto. Vide RODO

Roſmărīnus, m.f. ſive (ut apud Plinium legitur) Roſmarinū, in quadruplici eſt differentia. [λιβανωτὶς. Gall. *Roſmarin.* Ital. *Roſmarino.* Ger. Roſmarin. Hiſp. *Romero mata.* Pol. *Roſmarin.* Vng *Roſmarin.* Ang. *Roſemary.*] Sunt enim duo ejus genera fœcunda, quorum alterum folia habet fœniculi craſſiora, & latiora, in roſæ ſpeciem humi ſparſa, jucundè olentia, caulem cubiti altitudine, multis concavum aliis: in cacumine umbellam, in qua ſemen naſcitur copioſum, candidum, ſphondylio ſimile, rotundum, anguloſum, reſinaceum, quod in mandendo linguam exurit, radicem autem prægrandem, candidam, thus redolentem: unde & ruſtici *incenſoriam* appellant. Alterum ſuperiori omnino conſimile eſt, ſemen ferens latum, nigrum ùti ſphondylium, ſed minimè exurēs, radice foris nigra, ſed intùs, ſi frangatur, alba. Tertium, quod ad ſuperiorum differentiam ſterile dicitur, ſuperioribus non diſſimile: ſed neq; caulem, neque florem, neq; ſemen emittit: naſcitur in ſaxoſis & aſperis. Quartum, quod Græci non abſolutè λιβανωτίδα, ſed cum adjectione quadam λιβανωτίδα πφανωτικὴ appellant, frutex eſt notiſſimus, nuſquam non apud nos in hortis obvius, in agro autem Narbonenſi ſpontè tanta proveniens copia, ut non temerè alio ligno ad ignem utantur. λιβανωτίδα autem vocant Græci eadem ratione qua ſuperiora genera, quod ſcilicet thuris odorem referat: πφανωτικὴ autem: hoc eſt, coronariam, quòd coronamentis ſoleat intexi. Plin. lib. 19 cap. 12: Libanotis locis putridis & macris, ac roſcidis ſeritur ſemine. Radicem habet oluſatri, nihil à thure differentem. Vſus ejus poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam nomine alio roſmarinum appellant. Idem lib. 17. cap. 13: Sabina herba propagine ſeritur, & avulſione tradunt fæce vini, aut è parietibus latere tuſo mirè ali: iiſdem modis roſmarinū ſerunt, & ramo: quoniam neutri ſemen. Sic lib. 24. cap. 11. & Colum. lib. 9. cap. 4.

Rōſmărīs, Frutex odoriferus, qui & roſmarinus dicitur. [λιβανωτὶς. Gall. *Roſmarin.* Ital. *Roſmarino.* Ger. Roſmarin. Hiſp. *Romero mata.* Pol. *Roſmarin.* Vng. *Roſmarin.* Ang. *Roſemary.*] Ovid. 3. de Arte: -tegit arbutus herbam, Roſmaris & laurus, nigraq; myrtus olent.

Roſtellum, Vide ROSTRVM.

Rōſtrum, roſtri, n.ſ. Quo aves cibum capiunt. [ῥύγχος. Gall. *Bec, muſeau.* Ital. *Becco, muſo, moſſaccio.* Germ. Ein ſchnabel. Bel. Een neb. Hiſp. *El pico, come de aue: ò hocico, come de puerco.* Pol. *Noſprasji.* Vng. *Madarakuak az orra.* Ang. *The beake of a birde or ſnoutt of a beaſt.*] Cic. 1. de Nat. deor. Procero, corneoq; roſtro aves. Ovid. 6. Faſt. Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ, Canities pennis, unguibus hamus ineſt. Virg. 6. Aeneid. -roſtroq; immanis vultur obunco Immortale jecur tundens, &c. ¶ Nec ſolùm de avibus, ſed de reliquis quoq; animalibus, & de ipſo homine dicitur. Plaut. Menæch. Apud menſam plenam homini roſtrū deliges. Plin. Et mugilis roſtrū. Caprarum roſtra. Varro 2. de Re ruſt. cap. 3: Duo enim genera earum, ſub roſtra duas ut mammulas penſiles habeant, quòd hæ fœcundiores ſint Canum. Plin. lib. 8. cap. 4: Quum ſignificans demonſtratio eſt, cauda primùm, deinde roſtro. Ibidem: Ventos & odorem captantes, prodentesque roſtro cubilia. Suum. Cic. 1. de Divin. Sus roſtrò ſi humi literam impreſſerit, num propterea ſuſpicari poteris Andromacham Ennii ab ea poſſe deſcribi? ¶ A similitudine autem roſtri avium, pars navis exporrecta, & acuminata, ex ære, ferróve, in prora eminens, roſtrum appellatur. [ἔμβολον. Gall. *La hec au deuant du nauire, muni & garni de cuiure ou de fer.* Ital. *Sperone della naue.* Germ. Der vorder ſpitz oder ſchnabel eines Schiffs. Hiſp. *La guarnicion dela prora de la naue.*] A. Hircius de bello Alexand. Navibus actuariis, quarum numerus erat ſatis magnus, roſtra impoſuit.

Rōſtră, orum, Polybio templum erat Romæ in foro, ante curiam Hoſtiliam, navium Antiatium roſtris adornatum: ex quo ad populum concio haberi ſolebat. [οἱ ἔμβολοι. Ger. Ein Tempel zu Rom auff dem platz vor der Curia Hoſtilia / in welchem ein Canthet war auß ſchiffſchnäbten gemacht / von welchē herab man Red hielt.] Livius libro 8. Decad. 1: Naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ: è roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, Roſtraq; id templū appellatum.

Rōſtrātŭs, a, um, Roſtro armatus; [ὁ ἐμβολωτὸς. Gall. *Qui à vn bec, beccu.* Ital. *Che ha becco.* Ger. Geſchnäbtet. Hiſp *Coſa que tiene pico.* Pol. *Noſati.* Vng. *Az minek orra vagion.* Ang. *Beaked, or that hath a beak.*] ut, Naves roſtratæ, quæ in prora æneo munitæ erant roſtro, quo in hoſtium naves cum impetu impacto facè eas diſſolvebant. αἱ χαλκέμβολοι Liv. 4. Decad. lib. 6: Una & octoginta roſtratis navibus, multis præterea minoribus quæ aut apertæ, roſtratæ: aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum trajecit. Idem lib. 8. bell. Pun. Provinciæ ita decretæ: alteri Conſuli, Sicilia, & triginta roſtratæ naves, quas C. Servilius ſuperiori anno habuiſſet: ædem & aratæ dicebantur. Cæſar 2. belli Civilis: Interim L. Naſidius ab Cn. Pompeio cùm claſſe navium ſedecim, in quibus paucæ erant æratæ. ¶ Corona roſtrata: id eſt, navalis, quòd exiguis quibuſdam veluti navium roſtris exornaretur. Plin. lib. 16. cap. 4: Civicis cedunt murales, vallaresq;, & aureæ, quanquam prælio antecedentes: cedunt & roſtratæ, quanvis in duobus ad hoc ævi maximè celebres, M. Varrone è piraticis bellis, dante Cn Pompeio: itémque M. Agrippa, tribuente Cæſare è Siculis. Tempora roſtrata: id eſt, navali, ſive roſtrata corona exornata. Virgil. 8. Aeneid.- cui belli inſigne ſuperbum Tempora navali fulgent roſtrata corona. Roſtratus impetus, qui fit roſtro impacto, apud Plin lib. 10. cap. 12.

Rōſtro, as, act. p. Roſtrum impingo, roſtro penetro. [ῥυγχόω, ῥυμφόω. Gall. *Becquer, piquer & donner du bec.* Ital. *Ponere il becco dentro.* Ger. Mit dem ſpitz oder ſchnabel auffſchürpffen Hiſp. *Poner el pico dētro alguna coſa.* Pol. *Noſen przebyam.* Vng. *Orrommal meg vayom.* Ang. *To pearſe with the beak.*] Plin. lib. 10. cap. 19 Omne arvum rectis ſulcis, mox & obliquis ſubigi debet: in collibus tranſverſo tantùm monte aratur, ſed modò in ſuperiora, modò in inferiora roſtrante vomere: id eſt, roſtum impingente, ait Budæus.

Rōſtĕllum, li, n ſ. Parvum roſtrum. [ῥύγχιον. Gall. *Petit bec.* Ital. *Picciolo becco.* Ger. Ein ſchnäbelin. Hiſp. *Pequenno pico.* Pol. *Noſek.* Vng. *Kis orrotska.* Ang. *A litle beake.*] Plin. lib. 30 cap. 11: Muris roſtellum. Colum. lib. 8. cap. 5: Animadvertat an pulli roſtellis ova percuderint.

Rŏtă, æ, f.p. Cujus converſione currus procedit: à rotunditate, ſeu à ruendo: ruit enim facilè in ſuos orbes. [גַּלְגַּל *ghalghál* אוֹפָן *ophán.* τροχός. Gall. *Vne roue.* Ital. *Rota, ruota.* Ger. & Bel. Ein rad. Hiſp. *La rueda de carro ò de ollero.* Pol. *Koło.* Vng. *Kerek.* Ang. *A wheele.*] Plaut. in Capt. Pro rota me uti licet: Vel ego huc, vel illuc vortar, quò imperabitis. Plinius lib. 16. cap. 40: Sed ſignum non alio penè, quàm ad radios rotarum utile. Horat. 1. Epiſtol. 18: -ſi te pulvis, ſtrepitusq; rotarum, Si lædit caupona, Ferentinum ire jubebo. Ovid. 2. Metamorph. Hâc ſit iter, manifeſta rotæ veſtigia cernes. ¶ Figuratè tamen rota accipitur pro toto curru. Virg. 12. Aeneid.- cq; rotis magnam reſpexit ad urbem. Cicer. in Arati Phænom. Hunc rangit rota fervida Solis. ¶ Rota Fortunæ: id eſt, inconſtantia, & volubilitas. Cicer. in Piſonem: In quo ne tum quidem Fortunæ rotam extimeſcebat. ¶ Rota, tormenti genus. Cic. 5. Tuſc. In eò etiam putatur dicere, In rotam beatam vitam non aſcendere. ¶ Rotæ etiam à Latinis dicuntur capræ quædam feræ, quarum magna eſt copia in Samothrace inſula. Varro lib. 2. cap. 1: Etiam nunc multis in locis pecudum feratum genera ſunt aliquot ut in Phrygia ex ovibus, ubi greges videntur complures: ut in Samothrace caprarum, quas Latinè rotas appellant. ¶ Eſt & rota, piſcis, ſive belluæ marinæ genus à rotæ, quæ in curru volvitur, ſimilitudine dictum. Plin. lib. 9. cap. 4: Apparent & Rotæ appellatæ à ſimilitudine, quaternis, diſtinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus. ¶ Rota item in figlinis dicitur, qua fictilia tornantur: cujus primum inventorem fuiſſe tradunt, Anacharſin Scytham, aut (ut alii malunt) Hyperbion Corinthium. Horat. de Arte: -amphora cœpit Inſtitui: currente rota cur urceus exit.

Rŏtŭlă, f.p. eſt diminutivum. [τροχίσκος. Gall *Petite rouë.* Ital. *Rota piccola.* Germ. Ein Redlin / ſcheiblin. Hiſp. *Pequenna rueda.* Pol. *Kołko.* Vng. *Kerekets ke.* Ang. *A litle wheele.*] Plin. lib. 18. cap. 18: Galliæ verò duas addiderunt rotulas.

Rŏto, as, act. p. Verto, in modum rotæ verſo, circumago. [גָּלַל *hegbél.* γυρόω, κυκλόω. Gall. *Faire la roüe, rouër, rouler.* Ital. *Rotare, ruotare, voltar' atorno, girare.* Ger. Vmbtreyben wie ein rad / vmbrüten / vmbwelltzen. Bel Draeyen. Hiſp. *Rodar ò traher en derredor, hazer buelta en derredor.* Pol. Obracżać wkoło. Vng. *Forgatom.* Ang. *To turne about lik a wheele.*] Mart. lib. 1: Præceps ſanguinea dum ſe rotat urſus arena, Implicitam viſco perdidit ille fugam. Ovidius 4. Metamorph. Deq; ſinu matris ridentem, & parva Learchum Brachia tendentem rapit, & bis terq; per auras More rotat fundæ, rigidoq; infantia faxo Diſcutit ora ferox. Lucretius lib. 6: -rotamq; cavis flammam fornacibus intús. ¶ Rotare item ſe pavones dicuntur, quum veluti pulcritudinem ſuam admirántes, gemmantes caudæ pinnas in orbem explicant, rotæq; orbem imitantur. ἀναγίζουσι.

Rŏtātĭo, nis, f.t. & rotatim, adverbium. [Vng *Kerek modra forgas kerŏnges.*] Diomedes Grammat. libro 3. Huic contrarius Trochæus quam χορεῖον appellant. Conſtat ex longa & brevi, temporum trium, ut Roma, dictus ἀπὸ τῦ τρέχειν: hoc eſt, rotatione: Quippe ejus modulationem poématum ſive metrorum compoſitioni accommodatam rotatim & volubiliter dicebant.

Rŏtālĭs, adjectivum. [Vng. *Kereks kerékhŏz való.*] Iulius Capitolinus in Macrino: Tribunum qui excubias deſeri paſſus eſt,

carpento rotali superadnexum per totum iter vivum atque exanimem traxit.

Rŏtāns,tis, [] *meghél.xυκλάων.*] Horat.4. Carm. Ode 11: Sordidum flammæ trepidant rotantes vertice fumum.

Rŏtātŭs,a, um, [] *naghól. xυκλωθέις.*] Ovid. ad Pisonem: & nunc cervice rotata Incipit effusos in gyrũ carpere cursus. Iuven. Sat.6: aut currũ sermone rotato Torquet enthymema.

Rŏtundŭs,a,um, Globosum: hoc est, quod globi sive sphæræ figuram habet, unica superficie contentum, & in medio sui punctum habens, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. [] *haghól. ghalil. σφαῖρεις, στρογγύλον, σφαιρίσειν, σφαιροειδὲς.* Gall. Rond. Ital. Rotundo. Ger. Rund/ rundlecht. Hisp Redondo. Pol. Okragli. Vng. Gömbelig, körek. Ang. Round, well compact or fashioned.] Dictum Rotundum, (ut quidam volunt) à retundendo, quòd omnis undique retusa sit angulorum asperitas. Plin.lib.10.cap.52: Aquatilium ova rotunda. Ibidem: Ova exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur. Cicero 1. de Natura deorum: Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui mundum animantem, immortalem, & eundem beatum & rotundum esse velint, quòd ea forma neget ullam pulcriorem esse Plato. Horat.8. Epod. Nec fit marita, quæ rotundioribus Onusta baccis ambulet. Cic. de Vniver. Idq; ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, &c. Columell. libro 8. capite 8: Quum deinde quis volet quamplurimos mares excludi, longissima quæq;, & acutissima ova subjiciet: & rursus quum fœminas, rotundissima. ¶ Ore rotundo loqui, est volubili, & concinno orationis genere uti. Horatius in Arte: Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui. Gellius: Crispum sanè agmen orationis, rotundumq;, ac modulo ipso numerorum venustum. Cic. in Orat. Thucydides autem præfractior, nec satis (ut ita dicam) rotundus, primus instituit dilatare verbis. Rotundæ clausulæ dicũtur, intra quas sententiæ clauduntur cũ sequentibus non hærentes. Budæus.

Rŏtundĭtās,atis,f.t. [στρογγυλότης, σφαιρείκεια. Gall. Rondeur. Ital. Rotondita. Ger. Die ründe Hisp. Redondez per totas partes. Pol. Okragloscz. Vng. Göbeligseg, kerekseg. Ang. Roundnesse.] Plin.lib. 2.cap.3: Cornibus quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis. Ibidem, cap.36: Rotunditas oris.

Rŏtundē, adverbium, Aptè, eleganter. [στρογγύλως, σφαιρέως. Gall Rondement. Ital. Rotondamente. Ger. In die ründe/ tiarlich. Hisp. Redondamente. Pol. Okraglie. Vng. Göbeligen. Ang. Roundlie, compactlie.] Cic.4. de Finib. Ista ipsa, quæ tu breviter, Regem, Dictatorem, divitem solum esse sapientem, à te quidem aptè, ac rotundè, &c.

Rŏtundo,as,act p. Rotundum facio. [σφαιρόω. Gall. Arrondir, faire rond. Ital. Rondare, far rotondo. Ger. Rund oder tugelecht machen. Bel Rondt maten. Hisp. Redondear per totas partes, hazer redondo. Pol Okrazam. Vng. Meg gömbelytem kerekitem. Ang. To mak round.] Cicero de Vniver. Quumque similes universitatis natura efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit. Vitr. libro 10. capite 11: Id ad circinum rotundatur. ¶ Per translationem accipitur pro explere sive perficere, eò quòd rotunda forma nulla sit perfectior. Horat. 1. Epistol. 6: Mille talenta rotundentur: totidem altera: porrò Tertia succedant.

Rŏtundātĭo, verbale, f.t. [σφαίρωμα. Gall. Arondissement. Ital. Rotondomento. Ger. Ein rund machung Hisp. Aquella obra de redondear. Pol. Okrazenie. Vng. Göbelites. An A making round.] Vitr. lib. 10. cap. 11: Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia spatia fient.

R ante V.

Rŭbēdo, Rubefacio, vide RVBEVS.

Rŭbēllĭānæ vites, sive rubellæ, quæ dicantur, vide RVBELLVS.

Rŭbēllĭo,onis,m t. Piscis est prægrādi capite, ex genere mullorum, (quem ἐρυθρῖνον vocat Aristoteles, ut Gaza arbitratur) à coloris rubedine nomen habens. Vnde Galli *rougeretum* appellant. Ger Ein Meerfisch/ zu Pariß/ ein Ruget genannt/ dieweil er rotlecht ist. Ang Arochet fishe.] Hic in vino necatus, in posterum vini tædium inducit. Plinius libro 32. capite 10: Mullus in vino necatus, vel piscis rubellio, iis qui inde biberint, vini tædium affert.

Rŭbĕtă, æ, f.p. Ranæ genus venenosum, in sicco semper vivens. & à rubis nomen trahens, in quibus plerunque victitat. [ῥεμῶδες. Gall. Certaine espece de grenouille ou reine ventmeuse qui vit es hayes & arbrisseaux. Ital. Rana sammartina, rossa, botta. Ger. Ein Gartenrot / Ein gifftig thier von dem geschlecht der Krotten oder Frösch/ weiches sich in stauden enthaltet. Hisp. La rana de los carcalas. Pol Zaba krostawia. Vng Varas beka. Ang. A kinde of venemous fragge.] Iuven. Satyra 12: quæ molle Calenum Porrectamq; vitro misceat sitiente ruberam. Plinius libro 8. capite 31: Auxiliantur contra ranam ruberam. Idem libro 32. capite 5: Sunt quæ in vepribus tantùm vivunt, ob id rubetarum nomine, ut diximus, quas Græci *phrynos* vocant, grandissimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt autores.

Rŭbĕŭs, a, um, & Rufus, generalia nomina sunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent. [אדם *adhóm. ἐρυθρὸς.* Gall. Rouge Ital Rosso Ger. Rot Bel Root Hisp Bermejo. Pol. Czerwonawy. Vng Veresspiros Ang. Redde.] Etenim sanguineus, croceus, aureus, ostrinus, fulvus, flavus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, spadiceus, rubei seu rufi coloris sunt, aut acuētes eum, & quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscantes. Gell. lib. 2. cap. 26: Sed quum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum: has singulas rufi varietate, Latina oratio singulis, propriisq; vocabulis non demonstrat, omniaq; ista significat una ruboris appellatione: quum tamen ex ipsis rebus vocabula mutuatur, & igneum aliquid dicit & flammeum, & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. Sunt tamen qui negent rubeum Latinam vocem esse: illud certè constat rubentem, seu rubrum colorem usitatiùs dici, quàm rubeum.

Rŭbĕo,bes, bui, n.s. Rubens sum. [אדם *adhám. ἐρυθραίνομαι, ἐρυθριῶ.* Gall. Estre rouge, devenir rouge. Ital. Esser rosso, arrossirsi. Ger. Rot seyn. Bel Root zyn. Hisp. Embermejecerse. Pol. Czerwienieie. Vng. Veres vagiok, piros vagiok. Ang. To be redde.] Virgil. 2. Georg. Sanguineisq; inculta rubent aviaria baccis. Idem 4. Georg. Antè novis rubeant quàm prata coloribus, &c. ¶ Aliquando ponitur pro pudore suffundor & erubesco, quòd ii quos pudet rubere soleant. Cicero ad Attic. libro 15: Rubeo, mihi crede: sed jam scripseram, delere nolui: id est, præ pudore rubore suffundor. Idem quarto Verr. Hærere homo, aversari, rubere. Mart. lib. 1: Præstanis rubeant æmula labra rosis. Ovid. 2. Fast. Diffugiunt hostes, inhonestaq; vulnera tergo Accipiunt: Tusco sanguine terra rubet.

Rŭbēns, tis, participium, sive nomen ex participio, Rubrum. [אדם *idhóm. ἐρυθρόν.* Gall. Rouge Ital. Rosso. Ger. Rot. Hisp. Bermejo. Pol. Czerwieniacy sie. Vng. Vörösödö, vörös. Ang. Redde.] Virgilius 1. Georg. Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. Ovidius quarto Fastor. tremula dat vina rubenti dextra.

Rŭbēsco,is,n.t. Rubens fio, erubesco. [אדם *adhám. ἐρυθραίνομαι.* Gall. Devenir rouge. Ital. Arossirsi, divenir rosso. Ger. Rot werden. Bel. Root worden. Hisp. Embermejecerse. Pol. Czerwienie sie. Vng. Vörösödöm. Ang. To waxe redde.] Virg. 2. Aeneid. Iamq; rubescebat stellis Aurora fugatis. Ovid. 2. Metamorph. Tum pater ut terras, mundumq; rubescere vidit. Plin. lib. 9. cap. 35: Miror ipse tantum eas cœlo gaudere, sole rubescere, colorēq; perdere ut corpus humanum. ¶ Hinc componitur Erubesco, de quo suo loco.

Rŭbĕfăcĭo, rubefacis, penult. corr. act. t. Rubro colore tingo. [אדם *iddém. φοινίσσω, ἐρυθρόω.* Gall Rougir, faire rouge. Ital. Far rosso, tingere di rosso. Ger. Rot oder rotfarb machen. Hisp. Embermejar à otra cosa. Pol. Czerwienie. Vng. Meg veressitöm verössé tezöm. Ang. To mak redde.] Cujus passivum est rubefio. Silius lib. 16: Visq; Atlantiadum rubefecerat ora suorum.

Rŭbĕfactŭs, a, um, participium. [אדם *meoddám. ἐρυθραθείς.* Gall. Fait rouge. Ital. Arrossito. Ger. Rot gemacht. Hisp. Hecho bermejo. Pol. Czerwono far bowani. Vng Meg veressitetöt. Ang. Made redde] Ovid. 13. Metam. Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus.

Rŭbĕr, bra, brum, Rubeus. [אדם *adhóm ἐρυθρὸς, ἐρυθρίας.* Gall. Rouge. Ital. Rosso. Ger. Rot/ rotfarbig Hisp. Bermejo. Pol. Czerwoni. Vng. Vörös. Ang. Redde.] Horat. in Serm Obscœnoque ruber porrectus ab inguine palus. Ovid. 1. Fast. At ruber hortorum deus, & tutela Priapus, &c. Martial. lib. 1: Flavaq; de rubro ponere mella cado. Ovid. 11. Metamor. Fulmineus rubra suffusus lumina flamma. Horat. 3. Carm. Ode 13: nam gelidos inficiet tibi rubro sanguine rivos. Rubrum mare. Cic. 1. de Nat. deor. An quicquã tàm puerile dici potest, quàm si ea genera beluarum, quæ in Rubro mari, Indiáve gignantur, nulla esse dicamus? Rubrior, comparativus. Plin. lib. 10. cap 63: Colorem illicò mutant rubriore pilo.

Rŭbŏr, oris, m. t. Ipse color rubeus, qui & rubedo dicitur. [הכלורת *hachlilúth ἐρύθρωμα, ἐρυθρότης.* Gall Rougeur. Ital. Rossore. Ger Die röte/ rote farb. Bel. Roetheyt Hisp. Bermejura. Pol. Czerwonosc. Vng Vörösseg Ang Reddenesse] Plin. li. 11. ca. 37: In malis maximè ostenditur rubor. Ovid. 3. Metam. Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem. Lucan. lib. 5: rubor igneus inficit ora Tyri rubores, pro purpura Virg. 3 Georg. Tyros incocta rubores. Virgineus rubor, pro pudore. Virg. 1. Georg. At si virgineum suffuderit ore ruborem.

Rŭbĭcūndŭs, a, um, Rubore plenus, sive abundè rubens. [הכלילי *hachlili. ἐρυθρίας, ἐρυθρός.* Gall. Rouge. Ital Rubicondo, rossegiante. Ger. Bon rotfarb. Hisp. Bermejo. Pol Czerwoni. Vng. Veressöllö vörös. Ang. Redde.] In quo alterutrius causa (ut inquit Priscianus) c loco b ponitur, ne sit absonum si rubibũdus dicatur,

dicatur. Terent. in Hecyr. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Plaut. Pseud. Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum. Plin. lib. 18. cap. 35, de luna loquens: Si rubicunda, ventos portendere creditur. Martial. lib 14: Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere testam Municipem misit casta Sibylla suam.

Rŭbĭcūndŭlus, dimin. Subrubens. [אדמדם *adhamdám.* ὑπέρυθρος. Gal. *Vn peu rouge, rouget.* Ital. *Alquanto rosso.* Germ. Etwitich oder ein wenig rotfarb. Hisp. *Bermejo vn poco.* Pol. Czerwonawi. Vng. Rőssetske. Ang. *Somewhat redde.*] Iuvenal. Satyr. 6: -tandem illa venit rubicundula totum Oenophorum sitiens.

Rŭbĭdŭs, a, um, Rufus cũ aliqua nigredine. [הדמי *adhmoní.* ὑπέρυθρος, αὐχμώδης. Gall. *Rougeastre.* Ital. *Rossardo.* German. Schwartzrot. Hisp. *Runio, roxo.* Pol. Czarwawi rudawi. Vng. Vörhőnyős. An. *Having a swat red.*] Aul. Gel. lib. 2. cap. 26 Nõ enim hæc sunt sola vocabula rufum colorẽ demonstrantia, quæ tu modò dixisti, rufus & ruber, sed alia quoq; hactenus plura, quàm quæ dicta abs te Græca sunt. Fulvus enim & flavus, & rubidus & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix, appellationes sunt rufi coloris. Hæc ille. ¶ Aliquando tamẽ rubidus, pro scabro, & aspero accipitur. Plaut in Stich. Rubiginosam strigilem, ampullamque rubidam. Hinc & panis bis coctus, à scabritie rubidus dicitur, qui & à nautarum usu nauticus etiã appellatur. Plautus: Exiguam buccellam rubidi panis. Quo tamen in loco Festus (si modò emendati sunt codices) rubidũ panem interpretatur panem parum coctum.

Rŭbēllŭs, a, um, Subrubrum: [אדמדם *adhamdám.* ὑπέρυθρος. Gall. *Rouget, rougeastre, tirant sur le rouge.* Ital *Rosseto.* Ger. Rotechte. Hisp. *Bermejo vn poco.* Pol. *Przyczerwieniony.* Vng. Vörhős. wyőtske. Ang. *Reddish, or somewhat redde.*] ut, Vinum rubellum, sive rubellum absolutè, dicitur, quod modicè, & dilutè rubet. Mart. lib. 1: Et Vejentani bibitur fæx cassa rubelli. Rubellæ vites: id est, Nomẽtanę, à materię rubedine cognominatæ. Plin. lib. 14. cap. 2: Proxima dignitatis Nomentanis, rubente materia: quapropter quidam rubellas appellavêre. Easdem & rubellianas vocat. Col. libr. 3. cap. 2: Nomentanæ, *inquiens*, vini nobilitate subsequuntur Ammineas, fœcunditate verò etiam præveniunt: quippe quum frequenter impleatur, & id quod ediderunt, optimè tucantur. Sed earum quoque feracior est minor, cujus & folium parciùs scinditur, & materia nõ ita rubet: ut Amminei: à quo colore rubellianæ nuncupantur.

Rŭbĭă, ę, f. p. Herba radicẽ habens rubram, tingendis lanis, ac coriis idoneam. [ἐρυθρόδανον. Gall. *Herbe nommee Garance.* Ital. *Grana robbia.* Ger. Rőte oder Fetberrőte ein Kraut. Hisp. *La rubia de los tintores.* Pol. *Marzana wełna.* Vng. Festő fw. Ang. *Madder hearbe to die or colour with.*] De qua Plin lib. 24. cap. 21: Erythrodanus, quem aliqui ereuthrodanum vocant, nos *rubiam*, qua tinguntur lanæ, pelles q; perficiuntur: in medicina urinã ciet. Idem lib. 35. cap. 6. & lib. 19 cap. 3. Pharmacopolæ *rubiam tinctorum*, Galli sua lingua *garanciam* nominant.

Rŭbĭcūndŭs, Rubĭdus, Vide RVBEVS.

Rūbigo, pen. prod. rubiginis, f. t. [ירקון *jerakón.* ὸ ἰός. Gall. *Rouil, ou rouille, rouilleure* Ital. *Ruggine, ruggineżża.* Germ. & Belg. Rost. Hisp. *Herrumbre de hierro.* Pol. Rdza. Vng Rosda. Ang. *Rust or canker.*] Vitium metalli, & propriè id quod ferro contrahi videmus, aridum & rubrum, metallũ paulatim erodens. Dicta rubigo à rubro, sive rubido colore: unde & antiquis robigo dicebatur: nam illi *robum* dicebant, teste Festo, quod nos *rubrum.* Aerugo verò propriè fit in ære: sicut ferrugo in ferro: & contrahitur ex humore: neq; rufa est, & sicca, qualem diximus rubiginem esse, sed viridis, atq; humida, Plin. lib. 17. cap. 4: Ferroq; argilla omnis rubiginẽ obducit. Virg. 1. Georg. Exesa inveniet scabra rubigine tela. Catul. Argo. Squallida desertis rubigo infertur aratris. Ovid. 2. Metam. -livent rubigine dentes. ¶ Rubigo vel robigo. [ירקון *jerakón.*] In segetibus, inquit Budæus, est quam *Nuyllam*: hoc est, nebulam, nostrates agricolę vocant: spicę enim marcidæ fiunt hoc vitio, & in pulverem fœtidũ confriatiles dicitur etiam ærugo. [ἰερυσίδη. Gall. *Nielle de blez* Ital. *Rubigine che vsene alle biaue.* Germ. Dier rőte oder der Brennet / Brandt. Hisp. *El annuble de los panes.* Pol. *Plesń na zyczie.* Vng Rogya. Ang. *Blasting of corne.*] Horat. lib. 1. Carm Nec pestilentem sentiet Africum Fœcunda vitis, nec sterilẽ seges rubiginẽ. ¶ A rubigine Rubigalia dicta: id est, festi dies, amolitędę rubigini instituti ab antiquis: quales sunt supplicationes amburbiæ, aut ambarvales, quæ hodie propter ejusmodi causas factitãtur. Plin. lib. 18. cap. 29: Rubigalia Numa constituit, quę nunc aguntur ad septimũ Calen. Maii: quoniã tunc ferè segetes rubigo occupat. Hactenus Budęus.

Rŭbĭgĭnōsŭs, a, um: [ἰώδης, ἰερυσιβόδης. Gall. *Enrouillé.* Ital. *Ruggineso.* German Rostig Hispan. *Cosa con herrumbre.* Pol. Zerdzawi. Vng. *Rosdas rogyas.* Ang. *Rustie or cankred.*] ut apud Martial. libro 5. Rubiginosi dentes. Cætera vide in dictione ROBIGO.

Rŭbĭgĭnŏr, aris, pen. corr. Rubiginem contraho. [ἰόω. Gall. *S'enrouiller.* Ital. *Arrugginirsi.* Germ Rostig werden. Hisp. *Hazer se con herrumbre.* Pol. *Rdzeie.* Vng. *Meg rosdasodom, meg rogyasodom.* Angl. *To waxe russtie.*] Apul. lib. 3. Floridorum: Profectò ut gladius usu splendescit, situ rubiginatur: ita vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur.

Rŭbŏr, Vide RVBEVS.

Rubrĭcă, æ, penultima prod. f. p. Terra rubri coloris, qua fabri materiarii lineas ducunt. [שׁשׁר *sósachár* μίλτος. Gall. *Terre rouge.* Ital. *Terra rossa:* German. Rot erdtrich / das rot ferbet / Rötelstein / Rubric Hispan. *Barro bermejo.* Polon. *Rubrica:* Vngar. Vörős föld, vörős tenta vörős Creta, bonus armenius. Ang. *Redde chaulke or earth.*] Columel. libro 2: Omnes arbusculas priusquam transferas, rubrica notare convenit: ut quũ serentur, easdem cœli partes aspiciant, quas etiam in seminariis conspexerunt. Hac librorum indices: id est, titulos & capita notabant. Ovid. lib. 2. de Tristib. Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. Persius Satyr. 5: Præsertim siquid Masuri rubrica notavit. Hinc

Rubrĭcātŭs, ta, tum, Quod est rubrica intinctum. [מאדם *meudddám.* μιλτωτός. Gall. *Teint de terre rouge.* Ital. *Cosa imbratadis di terra rossa.* Ger Rot geferbt. Hisp. *Cosa ensuziada de barro bermejo.* Pol. *Farba kvora sie maluia bial'egl'owi.* Vng. *Veres cretaual meg festetős.* Ang. *That is dipped with redde chaulke.*] Hieron. in Exodum: Pelles arietũ rubricatas. Rubricata linea, est qua fabri utuntur ad opus suũ dirigẽdum & bene cooptandum, nè ulla inæqualitas appareat. Cornutus in Pers Sat. 1.

Rubrĭcĕtă, Color est quo mulieres genis ruborem inducunt. [φύδρακελος. German. Farb / damit sich die Weyber anstreichen. Polon. Vczerwienioni, vrumienioni.] Plaut. in Truc. Buccas rubriceta, & omne corpus intixit tibi. Alio nomine purpurissum dicitur: unde Plautus ibidem Buccas purpurissatas & rubriceta tinctas, in eadem effert significatione.

Rubrĭcōsŭs, a, um, adject. Rubrica abundans, vel rubricæ similis: [μιλτώδης. Gall. *Plein de terre rouge.* Ital. *Pieno de terra rossa.* Ger. Das voll rot erdtrichs / oder rotferbender matery ist / der Rubric gleich. Hisp *Lleno de barro bermejo.* Pol. *Pełni rubryki.* Vng. Vörhönyős vörős feste khez hasonlo. Ang. *Full of redde chaulk or ruddle to mark sheepe.*] ut, Terra rubricosa, ex qua rubrica effoditur: aut quæ rubra est ad similitudinem rubricæ. Colum. libr. 4. cap. 33: Spissum solum, & rubricosum reformidat.

Rŭbus, bi, masc. vel fœm. s. Frutex notissimus, passim in dumis proveniens, flagellis lentis, & nisi quid occurrat, quod aduncis spinis cõprehendat, humi sparsis, capitibus q; nonnunquã in terram defixis, & radicem denuò ex se agentibus: quæ res agricolas primùm propagandarum vitium rationem videtur docuisse. [סנה *seneh.* βάτος. Gall. *Vne ronce.* Ital *Rubo, rogo.* Germ Brumber staud Hisp. *Carca.* Polon Yeżyny. Vng. *Tsipkè bokor.* Ang. *A bramble, the black berie tree.*] Florem habet candidum, & fructum moris non absimilem. Horat. 1 Carm. -seu virides rubum Dimovere lacertæ. Virg. 3. Aeglog. Mella fluãt illi: ferat & rubus asper amomũ. Quint. lib 9. cap. 4: Rubos arvis excidimus. ¶ Rubus Idæus. [Pol. *Maliny.*] frutex est superiori non dissimilis, tenerior tamen, & minoribus horrens spinis: quanquam & sine spinis inveniatur. Copiosissimè provenit in Ida monte: unde & nomen habet. ¶ Rubus caninus, frutex est arbusculæ instar, rubo longè major, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo olivę simili, qui per maturitatem fulvescit, & flocculos intùs continet, lanæ quandam speciem præ se ferentes. κυνόσβατος. Galli *eglanteriam* nominant.

Rubetum, ti, n. s. Locus in quo rubi copiosè proveniunt, vel ipsa ruborum copia. [βατών. Gall. *Vn lieu où croissent force ronces & eglantiers, buissonniere.* Ital *Macchione.* Ger. Ein ort an dem vil Brambeer stauden stehen. Hisp. *El carcar, lugar de carcas.* Pol. *Miescze pełne yeżyn.* Vngar. Tsipke bokros hely. Ang. *A place where many brambles growe.*] Ovid. 1. Metam Cornaque & in duris hærentia mora rubetis.

Rūctŭs, us, ui, m. q. Est propriè cibi & potus in stomacho malè concocti ventosa per os efflatio. [ἐρυγή. Gall *Rot, rottement.* Ital. *Rotto.* German. Ein görpß / topp / oder reupß. Hisp. *Regueldo.* Pol. Rzganie. Vng. Bőfoges. Ang. *A belche and breaking of wind vpward.*] Mart. lib 1: Ista linunt dentes jentacula, sed nihil obstant, Extremo ructus quum venit à barathro. Cic. Pæto, lib. 9: Stoici crepitus ajunt æquè libros ac ructus esse oportere: Col. lib. 6: Cruditatis signa sunt crebri ructus, at ventri sonitus, fastidia cibi, nervorũ intentio, hebetes oculi. Plin. lib. 21: cap. 13: Anethum quoq; ructus movet, & tormina sedat.

Rūcto, as, Est ructus emitto. [ἐρεύγω. Gall *Rotter.* Ital. *Ruttare:* Germ. Görpsen / Reupsen. Belg. Ripsen. Hisp. *Regoldar.* Pol. Rzigam. Vng. Bőfögők. Ang. *To belche, or bealk or breake wind vpward.*] Iuvenal. Satyr. 4: -laudare paratus, Si bene ructavit, si rectùm minxit amicus. Cic. ad Cornificium lib. 12: Quem ego ructantem, nauseantem conjeci in Cæsaris Octaviani plagas: Plaut. Pseud. Pergín' ructare tu mihi?

Rūctŏr, aris, d. p. Ructo. ἐρεύγομαι. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 2: Ego, *inquit*, te præſertim, cujus aves hoſpitales etiam nunc ructor, quas mihi appoſuiſti paucis antè diebus. Horat. in Arte: Hic dum ſublimeis verſus ructatur & errat.

Rūctātŭs, a, um, Pro eructatus, vel ructando ejectus: [ἐπερεύγεσθαι, ἀπερυγές. Gal. *Iettè en rottant.* Ital. *Gittato ruttando.* Germ. Außgeworffen mit görpſen. Hiſp. *Echado, regolgando.* Pol. Wirzi*gnioni.* Vngar. Bŏfŏges. Ang. *Caſt forth ly bealking.*] ut Ructati cruores. Silius libr. 15: Permiſcetque mero ructatos ore cruores.

Rūctātŏr, oris, m. t. & Ructatrix, verbalia, f. t. Mart. lib. 10: Nec deeſt ructatrix mentha, nec herba ſalax, ἡ ἐρεύγουσα, ἡ ἐρευκτική.

Rūctŭōsŭs, a, um. ὁ ἢ ἐρεύγματώδης, ἐρυγματώδης. Spiritus ructuoſi, Quint. lib. 4. cap. 2.

Rudatum, pro Rudimento poſuit Apuleius.

Rŭdēns, Vide RVDO.

Rŭdĕro. Rudetum, Vide RVDVS.

Rŭdĭārĭŭs, Rudicula, Vide RVDIS ſubſtantivum.

Rŭdĭmēntum, Vide RVDIS adjectivum.

Rŭdis, ſubſtantivum, f. t. Virga rudis & impolita, ſive ea lignea eſſet, ſive ferrea, quæ variis olim uſibus accommodabatur. [ῥάβδη. Gall. *Vne verge de bou ſans eſtre accouſtree.* Ital. *Verga di legno no ornata che ſi daua à ſoldati vecchi, quando ceſſauano della militia.* Ger. Ein vngehoblete vnbereitete Ruten ſie ſey hültzen oder eyſen. Hiſp. *Vara no polida y labrada.* Polon. *Nieowiprawiona rozga bądź żelazna albo drzewiana.* Vng. Wŏgŏlcz valo vezŏtske anagy rudŭska. Ang. *An vnprepared or poliſhed rodde.*] Nam & rudibus agitabantur ea quæ adignem coquebantur, aut alia ratione miſcebantur. Plin. libro 34: Vritur in patinis per laminas minutas cum ſulphure, verſatum rudibus ferreis, aut ferulaceis. Cato de Re ruſt. cap. 104: Hæc rude miſceto ter in die, quinq; dies continuos. ¶ Rudibus item depugnabant gladiatores, teſte Lampridio, qui refert Commodū in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnaſſe. Hinc Ad rudem cōpellere, idem eſt quod cogere depugnare. Cic. Octavio: Qui veteres gladiatores reliquias ludi Cæſaris ad rudem compuliſti. Idem quoties aut ætate emeriti, aut multis jam relatis palmis, vacatione digni videbantur, rude à Prætore donabantur. Cicer. 5 Philip. Tam bonus gladiator tam citò rudem accepiſti? Horat. 1. Epiſt. Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Vbi Donatus rude, per tranſlationem dixit pro eo quod eſt, ætate emeritum. Gladiatores enim accepta rude, ab omni depugnandi neceſſitate eximebantur. Quo fit ut Rudem pro libertate, & optato rei cujuſvis fine accipiamus. Iuvenalis: Ergo ſibi dabit ipſe rudem.

Rŭdĭcŭlă, æ, diminutivum, f. p. Parva virga impolita, ad multa utilis, potiſſimùm autem ad movenda & agitanda ea quę ſuper ignem decoquuntur. [ῥάβδη. Gall. *Vne petite verge ou eſpatule dequoy on remue les choſes qu'on cuit ſur le feu.* Ital. *Verga ò ſpadola da meſcedare nelle coſe che ſi muouono ſopra il fuoco.* Germ. Ein vngehobtet oder vnbereitet rütle oder ſtengtin / alß die ſind mit denen man etwas ob dem Fewer vmbrüret. Hiſp. *El rodauillo ò palo para mecer.* Pol. *Przygrzebacz żelazni.* Vngar. Wŏgŏben valo vezŏtske anagy rudŭska. Ang. *A ſtick or ladell wher with men do ſturre the things that ar ſodden on the fire.*] Cato cap. 9: Igni bene coquito, rudicula agitato crebrò, uſque adeò dum fiat tàm craſſum, quàm mel. Plin. lib. 20: Non eſt opus in hoc uſu lanas rudiculis eſſe curatas.

Rŭdĭārĭŭs, m. ſ. Dicti ſunt qui impetrarunt miſſionem artis gladiatoriæ, donati rude. οἱ ἀπηλλαγμένοι. Suet. in Tiber. cap. 7: Rudiariis quoque quibuſdam revocatis autoramento centū millium dedit. ¶ Item Rudiarii dicūtur qui ſaga rudia, & nova poliunt, ut ait Hermolaus ex Feſto.

Rŭdis, & hoc rude, adjectivum, om. t. Impolitus: [αὐτομάθης, αὐτόμαθος, ἄξεστος, ἄγναφος. Gall. *Rude, nouueau, ruſtaut.* Ital. *Ogni coſa roza.* Germ. Vnbereitet / vngewerckt / rauw. Belg. Rou / groſ. Hiſp. *Coſa no labrada ò no enſennada.* Pol. *Grubi, niewipolerowani.* Vng. *Goromba tudatlan.* Ang. *Rude, ruſticall.*] ut, Rude marmor, ebur rude cui artificioſa forma nulla adhuc eſt inducta. Rude argentum: id eſt, infectum, quod neq; ſignatum eſt, neq; alium in uſum laboratum. Liber rudis: id eſt, non ſatis diligenter excultus. Cicero de Orat. Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. ¶ Transfertur inde ad animū, rudesq; illi dicuntur, qui adhuc animū non expolivêre diſciplinis, & doctrina rerumq; uſu, ἀμαθεῖς, ἀπαίδευτοι. Cic. 2. de Natur. deor. Rudem me diſcipulum integrumque accipe. Plinius libro 2. cap. 7: Sedere cœpit ſententia hæc, pariterque & eruditū vulgus, & rude in eam curſu vadit. ¶ Rudis, genitivo aliquando jungitur. Cic. pro Flacco: Homines imperiti, rerum omnium rudes ignariq; Idē lib. 1. Offic. Rudes Græcarū literarū. Aliquando accuſativo cum prępoſitione Ad. Liv. 4. bell. Pun. Rudem ad pedeſtria bella Numidarū gentem eſſe, equis tantùm habilem. Aliquādo ablativo cū prępoſitione In. Cic. lib. 1. de Orat. Rudem in jure civili. ¶ Ponitur aliquando rudis pro ruſtico. Iuvenal. Satyr. 11: Tunc rudis, & Grajas mirari neſcius artes, Magnorum artificum frangebat pocula miles. ¶ Interdum pro duro & inclementi. Terent. in Phorm. Adeon' te eſſe ingenio rudi, & inexorabili?

Rŭdĭtās, ruditatis, f. t. Diſciplinarum, rerumq; imperitia. [ἀμαθία, ἀπειρία. Gal. *Rudeſſe, ignorance.* Ital. *Ruſticità, ignoranza totale.* Ger. Grobheit des verſtands / vnkönnenheit / vnerfahrung. Hiſp. *Nouedad ò ignorancia.* Pol. *Gruboſć.* Vng. *Gorombaſag, rudatlanſag.* Ang. *Rudneſſe, ignorance.*]

Rŭdĭmēntum, ti, n. ſ. Primum artis cujuſvis tyrocinium, ſeu prima diſciplina qua rudes imbuuntur. [ἀπαρχαὶ ἐπιτεχνήσεως, ἐπιτέχνησις. Gall. *Les premiers cōmencemens de quelque art, apprentiſſage.* Ital. *Primo ammaeſtramento.* Ger. Der anfang oder einfeltigeſt bericht / ſo man einem furgibt / der noch rauw iſt / vnnd erſt anfahet zu lernen. Hiſp. *To principio ò comienco de alguna arte.* Polon. *Pierwſze początki nauki wſzelyakie.* Vn *Tudomanyoknak elsŏ kezdeti aprod exten dŏſeg.* Ang. *The firſt rudiment or inſtruction or teaching of any thing.*] Vnde Ponere rudimenta dicimus pro eo quod eſt artis alicujus principiis operam dare: quanquam figuratè ſimplicitèr accipiatur pro rem quamlibet incipere. Cic. in Saluſt. Verūm eò magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit rudimentum: ſed ita ingreſſus eſt ut neque ab alio vinci poſſit, &c. Liv. 1. bel. Maced Reſpōſum, & patrem ejus Syphacem ſine cauſa ex ſocio & amico hoſtem repentè populi Romani factū: & eum ipſum rudimenta adoleſcentiæ bello laceſſentē Romanos poſuiſſe. Iuſtin. lib. 9: Alexandrum filium XVIII. annos natum ut ſub militia patris tyrocinii rudimenta deponeret, ad ſe acceſſit. ¶ Rudimenta & incunabula virtutis. Rudimentum lucis: pro vitæ initio, apud Plin. in Procœm lib. 7.

Rŭdo, rudis, rudi, n. t. Propriè ad aſinos pertinet, qui rudere dicantur quum vocem emittunt. [נער *nahár.* ὀγκάομαι. Gall. *Recaner, rugir, braire comme vn aſne ou lion.* Ital. *Ragghiare.* Germ. Gigagen / ſchreyen wie ein Eſel. Hiſpan. *Rebuznar, proprio del aſno.* Pol. *Rzęzeć iako oſieł.* Vngar. *Zamar orditas.* Ang. *To braye lik an aſſe or lyone.*] Ovid. 3. de Arte: Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. ¶ Abuſivè & de leonibus, & de hominibus dicitur. Virgil. 7. Aeneid. Hinc exauditi gemitus, iraéque leonum Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum. Idem 8. Aeneid. de Caco: Incluſumque cavo ſaxo, atq; inſueta rudentem. Perſius primam verbi hujus ſyllabam produxit, quum in exemplis jam citatis corripiatur.

Rŭdēns, tis, participium. [נער *nahár.* ὀγκώμενος. Gall. *Qui recane, ou rugit, rugiſſant.* Ital. *Che ragghia.* Germ. Schreyend wie ein Eſel. Hiſp. *Coſa que rebuzna.* Pol. *Rzęząci.* Vngar. *Ordito.* Ang. *That brayeth lik an aſſe.*] Ovid. 1 Faſt. Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus, Intempeſtivos edidit ore ſonos. ¶ Rudens ſubſtantivum, vide ſequentia.

Rŭdēntĭŏbŏlārĭŭs, Sibilus qui rudendo emittitur, vox antiqua poëtarum licentia à Pacuvio conficta, quemadmodum incurvicervicum pecus. Var. lib. 4. de ling. Latin. eodem modo Lucilius domiporta, & repandiroſtrum.

Rŭdens, tis, ſubſtantivum, tàm maſc. quàm fœm. gener. Funem nauticum majorem ſignificans, à rhalo ad puppim religatū: [חבל *chebél.* κάλως. Gall. *Chable ou groſſe corde de nauire.* Ital. *Corda, funo, ſpago, ſarta.* German. Ein groß Schiffſeil Hiſpan. *La cuerda de la naue.* Pol. *Lyna miażſza iakiei na wielkich łodźiach pozwala.* Vngar. *Hajo kŏtel, alattſag.* Ang. *A cable rope.*] quanquam etiam pro eo Plinius accepiſſe videtur quo naves continenti alligantur, quem Græci appellant περιπήσιον. Virgil. 3. Aen. -excuſſoſque jubet laxare rudentes. Plautus: Rud Dum hanc rudentem complico. Catullus: Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes. Cicero 5. Tuſc. Vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam navicatori, quòd multas naves in omnē oram maritimā dimiſiſſet: non ſanè optabilis eſt quidem, *inquit*, rudētibus apta fortuna. Idem 1. de Divin. Sed eſt quaſi rudentis explicatio. Rudentes autem ea de cauſa ſapientiſſimi dictos volunt, quod funes cū vento verberantur, rudere exiſtimentur, atque hunc ſonum proprium funium non aſinorum putant. Ex Nonio.

Rŭdŭs, eris, n. t. Lapidum fruſta, & ruinarum materies. Eſt autem duplex, novum ſcilicet & vetus. [ἐρείπιον. Gall. *Toute rude matiere, ſoit vieille, ſoit neufue, moillons, plaſtras & ſemblables.* Ital. *Scaglia, ogni vecchia materia de rotti edificio, come pietre, calci & ſimili.* German. Allerley matery von einem zerbrochnen Gebeuw / alß zerbrochne Stein / Kalchſcherben / vnnd dergleichen Hiſpan. *La raſſura.* Polon. *Gl'aze, l'amoſz.* Vngar. Kŏ romladek Ang. *Shardes or peeces of ſtones broken, rubbell or rubbuſh of old houſe.*] Novum rudus, eſt materia pavimenti: hoc eſt, ſaxa recentē cōtuſa, ſeu teſtæ confractæ cum calce ad pavimentum faciendum. Vitruv lib. 7: Deinde ruderi novo tertia pars tuſæ adveniſceatur, calcisq; duæ partes ad quinq; mortarii miſti omnibus præſtent reſponſum. Vetus rudus, eſt materia veterum pavimento-

pavimentorum, & dirutorum ædificiorum, quę lapidibus & teſtis confractis, calceq; árena cõmiſta conſtat. Plin. Complanatæ veteri rudere erant viæ. ¶ Antiqui Raudus dicebant, téſte Feſto, coq; nómine, non ſolùm lapidum fragmẽta, verum etiam rem omnem rudem, & impolitam ſignificabant. Quæ de re vide plurà paulò antè in dictione RAVDVS.

Rŭdusculum, vide ſuprà Raudus.

Rŭdĕro, as, act p. eſt rudus induco. [ῥαπεμπλόω. Gall. *Pauer ou remplir de mouillon neuf ou de vieilles matieres d' edifices ruinez.* Ital. *Empire di tale materia, meſcolatui calcina.* German Mit ſtein vnd kalck gemüſet beſchütten. Hiſpan *Xaharrar ò ripiar la pared.* Pol. *Kamieniera ſwapiem zmieſzanim polierwam.* Vng. Kõ *romludekot behordok.* Ang. *To paue or fill with rubbuh of old houſes.*] Vitruv. lib. 7. cap. 1: Ne minori ſaxo quàm quod poſſit manus implere, cruſtuminationibus inductis ruderetur. ¶ Eruderare verò eſt rudus ejicere. ἐξεμπλόω. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap 2: Solum oportet eſſe eruderatum, & proclivum, ut everti facilè queat.

Rŭdĕrātus ager, dicitur qui veterum ædificiorum materia ſcatet. ῥαπωτὸς, ῥαπιώδης, ῥαπίων μεστός. Plin. lib. 21. cap. 4: Roſam ſiccis locis quàm humidis odoratiorem conſtat naſci: ferendam nec pinguibus, nec argilloſis locis, contentamque raris: propriéque ruderatum agrum amare.

Rŭdĕrātĭo, onis, verbale, ſ. t. ῥαπίωσις. Vitruv. lib. 7. cap. 1: Primumque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expoſitionum.

Rŭdĕrārium cribrum, ab Apulejo appellatur cribri genus majus, ex membrana minútis foraminibus pertuſa, quo rudera: hoc eſt, lapilli, conſimiles q; ſordes è frumento expurgantur. [Pol. *Przetak, rzeſzoto.*] Pollinarium autem, ſive excuſſorium cribrum dicitur, quod ex ſetis equinis aut linteo rariore confici ſolet, ad pollinem à furfuribus ſecernendum.

Rŭdĕtum, ti, n. ſ. Locus plenus rudere: hoc eſt, lapidum fragmentis & materia ruinæ. [ῥαπιώδης τόπος. Gall. *Vn lieu plein de vieilles matieres de baſtimens, cheutz ou abatus.* Ital. *Luoco pieno di ſchaglie.* German. Ein ort das da ligt voll ſcherben/ſteinen/vnd anderem gemuſel eines zerbrochnen gemewers. Hiſpan. *Coſa llena de los caſcajos de los edificios viejos.* Pol. *Mieſzcze pieſ'ne ſ' amorza wſziakiego.* Vng. Kõ *romlaſſál be tintót bol hely.* Ang. *A place full of rubbell or ſhardes of old houſes.*] Cato: Lentem in rudeto & rubricoſo loco qui herboſus non ſiet, ſerito.

Rufŭs, a, um, Color non planè ruber, ſed ad flavum nonnihil declinans. [אדמוני *adhmoní* אדמדם *adhamdhám.* ξανθὸς, πυῤῥός. Gall. *Roux* Ital. *Roſſo.* German. Fewrot oder rotprecht. Belg. Blam root/ros. Hiſp. *Ruuio, roxo ò bermejo.* Polon. *Ryſſawi.* Vng. Vörhönyös vörös, *ſarga zinnu* vörös Ang. *Reddiſhe, or ſomewhat redde with yallow.*] Martial. lib. 14: Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis. Terent. in Heavt. Rufámne illam virginem, *&c.* Plin. libro 12. cap. 12: Sincerum quidem levitate deprehenditur & colore rufo. Rufior comparativus. Plin. libro 16. cap. 14: Namque & materies maris dura, rufiorque ac nodoſa.

Rūfŭlus, diminutivum. [πυῤῥούλιος. Gall. *Rouſſelet.* Ital. *Roſſeto.* Ger. Rotlecht Hiſpan. *Ruuio vn poco.* Pol. *Troche ryſſawi.* Vng. Vörhönyoſzke *ſarga zinnu vereſetske.* An. *A litle reddiſh and yallow.*] Plaut. in Amph. Vt primum coivit cicatrix rufula.

Rūfŭli, appellati ſunt Tribuni militum, non à populo, ſed à Conſule facti, quod de eorum jure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi poſtea mutatione unius literæ Rutuli ſunt appellati. Feſtus.

Rūfĕo, es, n. ſ. Rufus ſum: [אדם *adhám.* ξανθός εἰμι. Gall. *Deuenir roux.* Ital *Eſſer roſſo.* German. Rot ſeyn. Hiſp. *Enruuiarſe, enroxarſe.* Polon. *Ryſſawieie.* Vngar. Vörhönyos, *ſarga zinnu* vörös *vagyok.* Ang. *To waxe ſomewhat reddiſh and yallow.*] unde Rufeſco, ξανθίζομαι. Plin. lib. 10. cap. 29: Grues ſenectute nigrę ſcunt: merula ex nigra rufeſcit.

Rūfo, as, act p. Rufum facio. [ξανθίζω, πυῤῥόω. Gall. *Rouſſir, faire roux.* Ital. *Far roſſo.* German Rot machen Hiſp. *Enruuiar ò enroxar otra coſa.* Pol. *Ryſſawo farbuie.* Vngar Vörhonyoue, *ſarga zinnu voroſſé tezom.* Ang. *To mak reddiſh.*] Plin. lib. 15. cap. 22: Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Et lib. 23. cap. 2: Tunc addito lentiſco oleo illita una nocte rufat capillum.

Rūgă, æ, f. p. Contractio cutis in plicas & quoſdam quaſi ſulcos: cujuſmodi in ſenibus conſpici ſolent. [כהה *chehâh, rúzis.* Gall. *Ride, plis.* Ital. *Rappa, falda, reſpargreccia.* German. Ein Runtzen. Hiſp. *La ruga.* Polon. *Zmarſzczenie.* Vng. Sömörgözes. Ang. *A wrinckle.*] Cic. de Senect. Non cani, non rugæ repentè auctoritatem arripere poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas. Ovid. 14. Metam. -& rugis peraravit anilibus ora. Idem 1. de Arte: Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent. ¶ Plicæ quoq; in veſtibus eminentes, rugæ dicuntur: quemadmodum contrà cavitates inter plicas, ſinus appellamus. Plin lib. 35. cap. 8: Præter quæ in veſte rugas & ſinus invenit ¶ In arborum quoque fructibus qui ante maturitatem ſunt decerpti; aſperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ à ſimilitudine rugarum anilium veniunt & ipſæ in nominis hujus cõmunionem. Plin. li. 12. cap. 7: Semina piperis diſtant à junipero parvulis ſiliquis, quáles in phaſeolis videmus. Hæ priuſquàm dehiſcant, decerptæ, toſtæq; ſole, faciunt quod vocatur piper longum. Paulatim verò dehiſcentes per maturitatẽ, oſtendunt candidum piper, quod deinde toſtum ſolibus, fugis coloreq; mutatur. Et paulò pòſt: Deeſt toſta illa maturitas, ideoq; & rugarum coloribusque ſimilitudo.

Rūgōsŭs, a, um, adjectivum, Rugis plenum. [ῥυτιδώδης. Gall. *Plein de rides, ridé, plein de plis.* Ital *Pieno di criſpe.* Gerin. Runtzechtig/voll runtzeln. Belg. Vol vouwen. Hiſpan. *Coſa llena de rugas.* Pol. *Pel'ni marsk.* Vngar. Sömörgözös. Ang. *Full of wrinckles or plaites.*] Colum. lib. 12. cap. 43: Sed hæc ratio facit rugoſa acina, & penè tam dulcia, *&c.* Idem lib. 16. cap. 31: Cortex omnibus in ſenectute rugoſior. Facies rugoſior uva paſſa, Claudian. 1. in Eutrop. Martial. lib. 5: Rugoſiorem ſtola quum geras frontem, Et aranearum caſſibus pares mammas.

Rūgo, as, act p. Rugas contraho. [כהה *chahâh* קמט *kamát.* ῥυτιδόω. Gall. *Faire ride, ſe rider & plier en plis comme vne robe ſe plie.* Ital. *Infaldare, increſpare.* Ger. Fältechtig/oder gerumpffen machen. Hiſp. *Arrugarſe.* Pol. *Marſzcze.* Vng. *Meg sömörgözom.* Ang. *To mak wrinckles.*] Plaut. in Caſ. Vide palliolum ut rugat. Rugata teſta, apud Plin. lib. 9 cap. 33. ¶ Vnde Corrugo, in rugas contraho. συμπτύσσω εἰς ῥυτίδας, ῥυτιδῶ. Horat. 1. Epiſtol. 3: -ne turpè toral, ne ſordida mappa Corruget nares. Huic contrarium eſt Erugare, de quo ſuo loco.

Rŭgĭo, is, rugivi & rugii, n. q. [שאג *ſchaágh.* βρυχάομαι. Gall. *Rugir, bruire, bugler.* Ital. *Ruggire.* Ger. Brüllen oder rurren wie ein löw. Hiſpan. *Bramar el leon.* Pol Ryczeiako lew. Vngar. *Siuok oroslan modra ſiuok.* rewok. Ang. *To roare lyk a lyon.*] unde Rugitus qui propriè leonis eſt, quum vocem emittit. βρυχηθμός. Hieron. Amos 3: Leo rugiet, quis non timebit? Autor Philomelæ: Tigrides indomitæ tancant, rugiuntq; leones. ¶ Hinc componitur Irrugio, gis: de quo ſuprà ſuo loco.

Rūgĭtŭs, us, verb. à Rugio. [שאגה *ſcheaghâh.* βρυχηθμός.]

Rŭĭdŭs, a, um, adjectivum à ruendo; hoc eſt, à cadendo, ut quidam volunt, deductum: ut pilum ruidũ, cujus crebro caſu frumenta pinſuntur. [ἄζω. Ger. Rauch/ vneben/ nicht außgeebnet. Pol. *Tſuk*] Plin. lib. 18. cap. 10: Piſtura nõ omnium facilis. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata: ut niſi intenti pinſant, concidantur grana, ferroque frangantur. Major pars Italiæ ruido utitur pilo, rotis etiam quas aqua verſet obiter, & molat. Quem tamen Plinii locũ explicans Hermolaus, ruidum pilum dictũ innuit, nõ à ruendo, ſed ab aſperitate quaſi ruvidum: ſive (ut alii ſcribunt) rubidum: quod nomẽ antiquis aſperum & impolitũ ſignificabat. Verba Hermolai ſunt hæc: Præferratum pilum in molendo propterea vocatur Plinio, ut à pilo ruido (ſic enim ipſe vocat) quod ſine ferro eſt, id nomẽ habeat, quàm quod aſperum, impolitumque.

Rŭĭnă, vide RVO.

Rūllă, æ, f. p. Inſtrumentum ferreum ſtimulo ruſticorum additum ad vomerem detergendum. [σκοῦός τι χαμερπὲς βελονοειδὲς ᾧ αὖις κεντίζεται. Gal. *Vn inſtrument duquel les laboureurs curent le ſoc de leurs charrues.* Ita. *Inſtrumento di ferro da nettare il vomero dell' aratro.* Ger. Ein ſtäcken mit einem eyſen damit man das pflugeyſen abſchöret. Belg. Eenen ptoech ſcherder. Hiſp. *El ara jeda del que ara.* Pol. *Othka, kosica.* Vng ökörke. Ang. *An inſtrument of yron to cleanſe the culter of the ploughe.*] Plin. lib 18. cap. 19: Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Eſt autem diminutivum à Runa, quod eſt teli genus latiorem habens cuſpidẽ. Vnde Runatum dixit Ennius pro runa armato, ſive (ut Feſtus interpretatur) pro pilato: hoc eſt, pilo inſtructo.

Rūmă, æ, f p à veteribus dicebatur mamma, ut annotavit Nonius, citans locũ Catonis ex opere de liberis educandis. [שד *ſchad,* דד *dadh.* μαστὸς, θηλή. Gal. *Mammelle.* Ital. *Poppa, poccia, tetta.* German. Ein Duten. Hiſp. *Teta.* Polon. Cycek. Vng. Tsöcz. Ang. *The dugge or pape or teat of a beaſt.*] Rumam (inquit Cato) priſco vocabulo mammam appellarũt: à qua ſubrumi etiam nunc appellantur agni ¶ Hinc etiã Irrumare dicebant antiqui pro lactare: quaſi rumam in os inſerere: quod tamen verbum poſtea ad fœdę libidinis ſignificationẽ eſt tranſlatũ, ut latiùs videre licet ſuo loco. ¶ Rumam præterea Servius interpretatur, eminentiorem colli partem, ad quam demiſſus cibus à certis revocatur animalibus. Quod & ipſum Feſtus innuere videtur, quum rumare antiquos dixiſſe ait pro ruminare.

Rumĕn, inis, n. t. propriè in animalibus quibuſdam dicitur quidam quaſi ventriculus, quo illa pabulum ad tempus demittunt, indeq; rurſus ad os revocant: unde & ruminatio nomen accepit. [τὸ ἄνω τῆς γαστρὸς, ὁ κιχῦφαλος. Gall. *Le haut du ventricule de beſtes ruminantes.* Ital. *La gola.* Ger Der vorwanſt der Thieren auß dem ſie die Speiß widerholen / vnd widerkeuwen Belg. Den gorgel. Hiſp. *La etucera con que tragamos.* Pol. *Zoł adek bydlęcy.*

liecęi. Vngar. Kerőragas, kero. Ang. The cudde.] Rumen, inquit Nonius, locus est in vētre, quo cibus demittitur, & unde redditur. ¶ Per translationem tamen pro ipso etiam sumitur ventriculo, cibi & potus receptaculo. Pomponius Prostibulo, ut citat idem Nonius: Ego rumorem parvi facio, dum sit rumen qui impleam. Festus rumen interpretatur partem colli qua esca devoratur. ¶ Rumē item antiqui pro ruma accipiebant: hoc est, pro ubere sive mamma. Plin. lib. 15. cap. 18: Colitur ficus arbor in foro ac Comitio Romæ nata, sacra, fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata, quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen: ita enim vocabant mammam.

Rūmĭno, as, pen. cor. & Ruminor, aris, d. p. Remando, & cibū à rumine ad os revoco: proprieq; de iis dicitur animantibus, quæ in superiore mandibula dentes primores non habent. [רה] ghar. αἰωμηρύκημαι, αἰωμῶσθαι. Gall. Ruminer, remascher ce qu' on a mangé. Ital. Ruminare, quando è buoi è pecore rimasticano, quando hanno mangiato. Ger. Widerteuwen, mōuwen. Hisp. Rumiar los animales, è ruminar. Pol. Znowu zwe. Vngar. Kerőt ragok kerőzőm. Ang. To chaw the cudde.] Colum lib. 7: Propter quæ bos neque ruminat, neq; lingua se detergit. Virg. 6. Aeglog. Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas. Plin. lib. 10. cap. 73: Ruminant præter jam dicta sylvestrium cervi quum à nobis aluntur. ¶ Per trāslationem ponitur pro in memoriam revoco, & diligenter perpendo. αἰωπεμπάζομαι. Varro Bimargo, ut citat Nonius: Odysseam enim Homeri ruminari incipies. Idem, Tanaquile, apud eundem Nonium. Varro: Non modò absens de te sæpiùs cogitabit, sed etiam ruminābitur humanitatem tuam.

Rūmĭnātĭo, onis, verbale, f. t. [רה] gherdh. μηρυκισμός. Gall. Ruminement, remaschement. Ital. Rumasticamento. German. Widerteuwung. Hispan. Obra de ruminar è rumiar. Polon. Rozżuwanie. Vng. Kerőzes. Ang. A chawing of the cudde.] Plin. lib. 11. cap. 37: Quibus neque dentes utrinque neque ruminatio. ¶ Ruminatio, rei cujuspiam in memoriam revocatio. [Pol. Rozmiśliánie.] Cicero ad Attic. lib. 2: Quanto magis vidi ex tuis literis quàm ex illius sermone quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione, &c.

Rūmĭnālĭs ficus, Romæ fuit in Comitio, fulguribus sub ea conditis sacra, à ruminando, ut quidam volunt, dicta, quòd sub ea pecudes ætatis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueverint. Aut certè (ut Plinio lib. 15. cap. 18, placere video) ab eo quòd sub ea inventa sit lupa Romulo & Remo rumen: id est, mammam præbens. [German. Der Feigenbaum vnder welchem die wölffin Romulum vnd Remum gesäuget hat.] Livius libro 1. ab Vrbe: Primum Romularem ficum à Romulo dictam putat, quæ deinde voce paulatim depravata, Ruminalis cœpit appellari. Verba Livii sunt hæc: Ita velut defuncti regis imperio in proxima alluvie, ubi nunc ficus ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. ¶ Ruminales hostiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51: Coruncanus ruminales hostias, donec tridentes fierent puras negavit.

Rumēntum, inquit Festus, idem quod abruptio.

Rŭmĕx, rumicis, m. t. Herba est sylvestris ex lapathi generibus, à quibusdam oxalis appellata, sativæ proxima, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima. [λάπαθον. Gall. Ozeille, pareille, patience. Ital. Rumice. German. Mentzelwurtz, oder Grindtwurtz. Hispan. La romaza yerua conocida. Polon. Kóby li ficiaw. Vngar. Seska. Ang. Sower dock or sorrell.] Quidam etiam lapathum canthefinum appellant, ad strumas cū axungia efficacissimum. Virgilius in Moreto: Fœcundusque rumex, malvæque, violæque virebant. Sunt ex recentioribus qui rumicis appellationem latiùs accipiant: ut ad omnia lapathi genera extendatur. Plinius tamen speciem jam depictam, à cæteris generibus, rumicis nomine distinguit. Vide ipsum lib. 20. cap 21. l. b. 19 cap 12.

Rūmĭfĕro, Rumigero, Vide RVMOR.

Rūmĭgārĕ, Apuleius usus est pro ruminare, & quod Quintilianus ac Plinius ajunt, remādere, & cōmanducare. [רה] ghar. μηρυκάομαι. Gal. Ruminer, remascher ce qu' on a maschè. Ital. Ruminare, masticare bene. Ger Widerteuwen. Hisp. Rumiar. Pol. Pożuwam. Vng. Kerőzni. Ang. The chaw the cudde.] Verba Apuleii sunt hæc lib. 4. de Asin. Iam ferè tertium palàm rumigabam.

Rūmĭno, Ruminor, Vide RVMEN.

Rūmis, Ruma: id est, mamma. Rumis (inquit Festus) mamma dicitur: unde & rustici appellant hœdos *subrumos*, qui adhuc sub mammis habentur. [שד schadh ד dadh. μαστὸς, θηλή. Gall. Mamelle. Ital. Mammella. Germ. Ein Dutten Hisp. La teta. Pol. Cycek, wimiono. Vngar. Tsőts. Ang. The teator dugge of a beast.] Varro de Re rust cap. 11: Mamma rumis, sive ruma: ut antè dicebant: inde dicuntur subrumi agni lactentes.

Rūmo, mas, Antiquis idem erat, quod lacto, quasi rumam in os infero. [θηλάζω. Gall. Donner la mammelle, allaitter. Ital. Lattare, mettere la mammella in bocca. German. Säugen. Hispan. Dar à mamma la leche. Polon. Daie ssać. Vngar. Zopok. Ang. To giue suck.] Vnde deducitur compositum Irrumare, quod olim nihil aliud erat quàm rumam: hoc est, mammam in os pueri inserere. ¶ Rumare item antiqui dixerunt pro ruminare, teste Festo. Nam & rumam, si Servio credimus, iidem pro rumine dixerunt: hoc est, pro eminente sub collo parte, ad quam cibus demissus, à certis revocatur animalibus.

Rūmŏr, oris, m. t. Fama, & sermones populi. [שמע schémah. φήμη. Gal Renommee, brust de ville Ita. Rumor, fama, novella. Ger. Ein geschrey das von einē ding außgeht/ ein gemeine gassenred. Belg. Een gerucht/ fame/ den gemeinen roep. Hisp. La fama de nuevas inciertas. Pol. Wieśćz rozgł'ośenie. Vng. Kőz, hir. Ang. Fame, brute.] Cic. in Philipp. Improbissimis rumoribus dissipatis. Terent. in And. Meum gnatum rumor est amare. Cic. ad Cassium, lib. 12. Epist. Nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella: satis illos quidem constantes, sed adhùc sine autore. Idem Attico, libro 16: Sed tamen rumoris nescio quid afflaverat. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: Frigidus à rostris manat per compita rumor. Virg. 12. Aen. Rumoresq; serit varios, ac talia fatur. ¶ Aliquando ponitur pro favore, seu studio. εὐνοΐᾳ. Virg. 8. Aen. Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.

Rūmūscŭlus, diminutivum, Parvus rumor. [τὸ θρυλλίον, τὸ δεξάριον. Gall. Petit bruit. Ital. Picciola fama, rumore. Ger Ein geschreyn lin/ ein schlechte sag von einem ding. Hisp Pequenna fama. Polon. Mal'a wieśćz. Vng. Kőz, hirőcske. Ang. A smal or litle brute.] Cic. ad Attic. lib. 2: Quas quidem ego multò magis vereor, quàm eorum hominum, qui hodie vivunt, rumuscŭlos.

Rūmĭfĕro, as, pen. cor. Rumorem fero: hoc est, famam spargo: quod & Rumigero, as, dicitur. [רה hischmiah. ἀναφημίζω. Gall. Faire courir vn bruit, semer vn bruit. Ital. Spargere rumore. Ger. Außsagen gemeintich/ ein geschrey außgehn lassen. Hisp. Accarear nueuas. Pol. Rozwieśćzam, rozsi awam. Vngar Kőz kirt hirők. An. To sowor spread a brute and rumour.] Plaut. in Amph. Quamquæ adeò cives Thebani non rumiferant probam.

Rumigerulus, qui rumorem spargit, ὁ ἀναφημίζων.

Rūmpo, pis, rupi, ruptum, act. t. Frango, revello, scindo. [טרף paráts קרע karáh טרם parám. ῥήγνυμι, ἀγνύω, κατεαγότων. Gall. Rompre, mettre en pieces. Ital. Rompere, spezzare, dissolvere. Germ. Brechen/ oder zerbrechen/ zerknellen/ zerreyssen. Belg. Breken. Hisp. Romper, quebrar. Polon. Przeriwam, rozrywam. Vng. El rontom el zakaztom. Ang. To break.] Virgil. libro 5. Aeneid. nodos, & linea vincula rupit. Idem 9. Aeneid. Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis. Rumpere vincula, est effracto carcere, vel ruptis compedibus, aliáve è custodia eximere. Cicero in Catil. Adjungit gravem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit. Idem 4. Tuscul. Nec tamen ulla vincula carceris ruperit. ¶ Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terentius in Hecyr. Vt me ambulando rumperet. ¶ Rumpere silentium, & rumpere vocem, est in vocē prorumpere, & rem silentio aliquādiu suppressam eloqui. ῥῆξαι φωνὴν. Virg. 19. Aen. quid me alta silentia cogis Rumpere? Idem 2. Aeneidos: Composito rumpit vocem, & me destinat aræ. ¶ Rumpere moras, est auferre moras, sive festinare. Virgilius libro 3. Georgic. en age segneis rumpe moras. ¶ Rumpere fidem, est fidem violare. Ovidius Epistol. 23: Rumpi quam ruptam sum mihi questa fidem. ¶ Rumpi item dicuntur, quæ nimia tensione dissiliunt. ἀναῤῥήγνυσθαι. Cicero in Vatin. Vt aliquandō ista, quæ sunt inflata, rumpantur. ¶ Inflatas rumpere vesiculas, apud eundem 2. de Divinat. Horat. Serm. 2. Satyr. 3: quum magis, atque Se magis inflaret, Non si te ruperis, inquit, Par erit. ¶ Hinc sumpta translatione, rumpi invidia, & rumpi malis dicimus, pro eo quod est, graviter discruciari, & vix ferre posse. Virgilius 7. Aeglog. invidia rumpantur ut ilia Codro. Cicero Quint. libro 3: Vt his malis Reipub. licentiaque audacium, quibus antea rumpebar, nunc ne moveat quidem. ¶ Rumpo, pro rumpi facio. Martial. libro 10: Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim. Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium. ¶ Hujus verbi composita sunt, Abrumpo, corrumpo, dirumpo, erumpo, irrumpo, interrumpo, perrumpo, & prorumpo, de quibus suis locis.

Rūptĭo, [ῥῆξις αἱματικός. Polon. Przetargnienie. Vngar. Zakadas.] Vlpianus D. libro 9. Tit. 2. l. 27: Rupisse enim utique accipiemus qui vulneravit: vel virgis vel loris vel pugnis cecidit, vel telo, vel quo alio ut scinderet alicui corpus, vel tumorem fecerit. Aquila enim eas ruptiones quæ damna dant persequitur.

Rūptŏr, oris. m. t. [טרף porétz קרע korèah טרם porém ὁ ἀλλοτρίωτης, ὁ ῥηγνύων, ὁ κλάστης. Gall. Rompeur, qui rompt. Ital. Chi rompe. German. Ein brecher/ zerreisser. Hispan. El que rompe. Polon. Rozrywacz. Vngar. Ronto zagato. Angl. He that breaketh.] Liv. 4. ab Vrbe: Hiccine est, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris?

Rūptŭs,

Rūptŭs,a,um,Fractus. [טָרוּף *parúts* קָרוּעַ *karúab.* *ῥαγές.* Gall. *Rompu,creué.* Ital. *Rotto,creuatto.* Ger Zerbrochen. Hisp *Quebrantado.* Pol *Rozerwani.* Vngar. *El rontatot el zakat.* Ang. *Broken.*] Virg Georg.2:-qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis. ¶ Testamentum ruptum: id est, irritū: cui opponitur Ratum. Cic.de Orat.Testamentum ruptum aut ratum. ¶ Aliquando ruptum dicimus fatigatum & membris fractum ex diutino labore. Apulejus: Quousq; ruptum istum asellum,nunc etiā claudum,frustra pascemus? ¶ Aliquando ruptus, pro eo sumitur qui vestibus est laceris, & pannosus. [קָרוּעַ *karúab.* *ῥαγαλέος.*] Martial. Qui sanct ruptos,dic mihi Galle quis est?

Rūmpī,porum,m.f. qui & traduces dicuntur Brachia sunt vitium,quibus illę ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuò connectuntur. [Gall. *Amantins de vigne.* Ital. *Rampoli, rasoli.* German. Die tangen knebel an den Rāben so man in die höhe von einem Bawm biß zu dem anderen zeuget. Hisp. *Sarmientos de la parra.* Pol. *Krzewienie sie winna.* Vng. *Lugas veszö mas fura altal folyo veszö.* An. *Branches wherby the vine tree is brought frome trees to trees and tied together.*] Varr.lib. 1. de Re ruſt.cap.8:Quartum pedamentum est nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces, quidam *rumpos* appellant.Quibus ex verbis Varronis,quoniam manifestum est eosdem esse rumpos,qui alio nomine traduces dicuntur, reliquum est ut doceamus, hisce nominibus non arbores ipsas significari, (ut quidam putaverunt)neque rursus vites ipsas, sed quædam vitium veluti brachia à sua utrinque matre porrecta, & circa medium arborum intervallum sibi occurrentia,ibidemq; connexa. Id autem planum fiet Columellæ testimonio lib.5.cap.7, ubi sic habet:Cætera simili ratione atque in arbusto Italico administrantur,ut vites longis scrobibus deponantur, ut eadem diligentia curentur, atque in ramos diducantur, ut novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidantur.Si traduces traducem non contingit, media virga inter eas deligetur: Quum deinde fructus pondere urgebit, subjectis adminiculis sustineatur.

Rūmpōtĭnum arbustum, Genus arbusti Gallici est,à rumpis:id est,traducibus nomen hàbens, qui utrinque à matre exporrecti,& circa medium arborum duarum intervallum sibi occurentes cōnectuntur. [Pol.*Wirostlina zwiumego ſztoki.*] Col. lib.5.cap.6: Est & alterū genus arbusti Gallici,quod vocatur rumpotinū. Id desiderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maximè videtur idonea populus: ea est arbor corno similis.Quinetiam cornus, & carpinus,& ornus:nonnunquā & salix. Hoc genus arbusti frequens est in agro Mediolanēsi, ubi etiam hodie nomen servat.¶ Arbores rumpotinę,quibus vites rumpotinæ innituntur. Vites autem rumpotinas (ut ex prædictis facilè intelligi potest)eas vocamus,ex quibus rumpitur id est,traduces ducuntur. Columella loco jam citato: Arboribus rumpotinis si frumentum nō subseritur inter utranque partem, viginti pedum spatia interveniant. At si segetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram viginti relinquuntur.

Rūmpōtĭnetum, Locus rumpotino arbusto cōsitus,vel ipsum arbustum rumpotinum. Col.lib.5.cap.6:Nam ita ferè constitutum rumpotinetum animadverti, ut ad octo pedes locis siccis,& clivosis, ad duodecim pedes planis & uliginosis tabulata disponantur.Reliqua vide in dictione præcedenti.

Rumūscŭlŭs, Vide RVMOR.

Rūnă.Teli genus latiorem habens cuspidem:è quo deducitur adjectivum Runatus:id est, runa armatus.Ennius:Runata recedit:id est,pilata, ut interpretatur Festus. [Polon. *Oſtrzep ſzeroki na zwierz.*] ¶ Hujus diminutivum est Rulla,de quo paulò antè.

Rūncīnă.næ, f.p. [Germ.Ein ſchrotſāg. Belg. Een groote ſage. Pol.*Pił a wielka.* Ang. *A bush ſyth to cut bushes.*] Fabrile instrumentum esse cōstat:id tamen quale sit, video nō satis convenire inter eruditos: aliis asserentibus genus esse serræ majoris,qua fabri materiarii secent arborū moles,subjectis canteriis:aliis rustici ferramenti genus esse existimātibus,ad dumeta excidenda accommodatū. Nos contrà runcinam eandem putamus quā vulgus hodie *planulam* vocat,qua fabri assamēta radunt & lævigant. Idque ut ita censeamus, facilè adducimur Plinii testimonio lib.16.cap 42.ubi sic habet: Firmissima ad tectum abies. Eadem valvarum repagulis, &ad intestina opera aptissima,sive Græco,sive Campano,sive Siculo fabricę artis genere spectabilis, ramentorū crinibus pampinato semper orbe sese volvens ad incitatos runcinarum raptus.

Rūnco,as,act.p.Herbas inutiles,fruticésve noxios evello,sive exturpo: [*βοτανίζω* Gall. *Sarcler,oſter les meſchantes herbes.* Ital. *Eſtirpar l' herbe cattiue.* Ger Außjätten/außreütē Belg. Wuyecken. Hisp.*Rocar.* Pol. Zkorzenim wirzw im. Vng.*Kigyo latom.* Ang. *To weed or pluck out weedes.*] ut Runcare spinas,apud Catonē de Re ruſt.cap.2: Runcare segetem, est herbis noxiis expurgare. Plin. lib.18.cap. 21: Siliginem,far, triticum, semen hordeum occato; sarrito, runcato, quibus dictum erit diebus. ¶ Hinc componitur Erunco, de quo suprà suo loco.

Rūncātĭo.verbale,f.t. [*βοτανισμός.* Gall. *Sarclement.* Ital. *Essoroncare.* German. Jätung. Hisp. *Racamiento.* Pol.*Pliewidł'o.* Vngar.*Kigyomlalas.* Ang *A weeding.*] Columel.lib.2.cap.9: Frequentem tamen exigunt sarritionem & runcationem, ut herbis liberentur.

Rūncātŏr, oris, m. t. [*βοτανιστής.* Gall. *Sarcleur.* Ital *Roncatore.* German Ein jäter/außreütter.Hisp *Rocador.* Polon. *Pliewacz.* Vngar. *Gyomlalo.* Ang. *A weeder.*] Colum.lib. 11.cap.3: Quæque præterieto, intelligi oportebit nullam operam postulare runcatoris.

Rŭo,is,rui,rutum,& ruitum,n.t. Cado, concido. [נָטַל *naphál.* *ἐράσσω,καταφέρομαι.* Gal.*Choir dū haut en bas,tomber,aller en ruine.* Ital.*Reuinar,cadere,precipitare.* Ger Zu hauffen fallen/under fallen. Belg. Omvallen. Hiſpan. *Derribar,caer.* Pol. Walesie vpadam. Vngar.*Le roha nok,le esōm.* Ang. *To fall downe or go violently.*] Virgilius 2.Aeneid. -ruit alto à culmine Troja. Terentius in Heavt. Quid si nunc cœlum ruat? Ovidius quarto de Ponto, Eleg.3: Et subito casu quæ valuêre, ruunt. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro effundi. [נשטך *nischpách.*] Virgilius libro 6: Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ. ¶ Quandoque pro decipi. [טמה *pathdh* בטמה *nphtáh.*] Cicero libro 3. Officiorum : Si hoc non est emptorem pati ruere,& per errorem in maximam fraudem incurrere ¶ Quādoque pro cumulare, vel corradere ponitur. Et sic habet accusativum,quum alioqui sit absolutum. Virgil.lib.1.Georg. Quid dicam jacto qui semine cominus arva Insequitur cumulosque ruit malè pinguis arenæ? Idem libro 1. Aeneid. -spumas salis ære ruebant. Plaut. -æris acervos ruit, *ἐπισωρεύει* scilicet. Horat. idem intellexit, ut metiretur nummos:id est, etiam si modus metiretur & rueret acervos nummorū. Hinc est quod Cicero dixit ad Attic.libro 16: De Dolabellæ laudibus deruam cumulum ¶ Quandoque pro festinanter ire, seu in præceps ferri, & sine cautela in aliquem impetum facere. [פגע *pachdx* חטף *chaphdx* *ἐμπίπτω.*] Virgilius lib.10: Quo moriture tuis,majoraque viribus audes? ¶ Quandoque pro impellere. [הדיח *hiddiuch.* *ἐλαύνειν.*] Terentius in Adelph.Cæteros, ruetem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem. ¶ Quandoq; pro eruo,sive eximo. [הבין *hitsil.* *ἐξαιρέω.*] Virgilius libro 11:-confusa ruebant Ossa focis. ¶ Quandoque pro crepare, & gravi sonitu quodammodo ruinam minari. Virgilius libro 1. Georgic. -ruit arduus æther: id est, tonitru percrepat. Ad eundem modum cœli ruinam idem libro 1. Aen. pro tonitru posuit: Fluctibus (*inquit*) oppressos Troas; cœliq; ruina. ¶ Ver ruit:id est, præcipitatur,& ad finem properat.Idem lib.1.Georg. Vel quum ruit imbriferum ver. Nox ruit.Idē sexto Aen.Nox ruit,Aeneas,nos flendo ducimus horas.¶ Ruere nubem, est egerere,emittere. Virgil. 2 Georgic. -& ruit atram Ad cœlum picea crassus caligine nubem.¶ Hujus composita sunt, adobruo, corruo, diruo, eruo,irruo,obruo,& subruo:quorum significata vide suis locis.

Rŭīnă.æ, f.p.Casus,excidiumq; dicitur. [מַפֵּלָה *mappalάh*(vel) *mappelάh.* *πτῶσις,κατάπτωμα.* Gal.*Ruine,cheutte* Ital.*Rouina,caso.* Germ. Ein fall/vmbfallung.Belg Eenen val. Hisp.*Caida.* Pol. *Obalienie,vburzenie.* Vng.*Romcas.* Ang. *Decay of houſing or falling downe.*] Nam (ut inquit Hieronymus)ruinæ est quum parietes domorum diruuntur. Cic.3.Tusc.Magis me moverunt Corinthi subitò aspectæ parietum ruinæ;quàm ipsos.Corinthios.¶ Ponitur aliquando pro morte. [מוֶת *maváth.*] Plin. lib.17.cap.25: Prodigiū in nostro ævo Neronis principis ruina,factum. ¶ Cœli ruina,pro tonitru. [רעם *rahám*] Virg. 1. Aen.Fluctibus oppressos Troas,cœlique ruina. Vbi Servius: Cœli ruina:id est,tonitribus,quorum sonus similis est ruinis. ¶ Transfertur & longius, ut pro quavis pernicie, seu calamitate accipiatur. [אידה *edh.* Pol.*Szkoda.*] Cic.1.Invect.in Catil: Prętermitto ruinas fortunarū meārū.Idem Att.Magna proximis Idibus ruina impendet. ¶ Subducere caput ruinæ,est exponere se periculo. Curt.lib.5: Hinc spe, hinc metu militares animos versant: ruinę rerū illos subdere capita, in perniciem trahi, quū Bactra pateant exceptura eos donis & opulentia.

Rŭīnōsŭs,sa,sum,Caducus,seu ruinā minans: [*πτωτικός.* Gal. *Ruineux.* Ital.*Ruinoso,che minaccia rouina.* Ger. Bauwfellig/vmbfellig. Hisp.*Cosa que está para caer.* Pol. *Obalyśli l'atwi do obalienia.* Vng.*Romlo.* Ang.*Ruinous,that decayeth.*] ut Aedes malè materiatę,ruinosę, apud Cicer.3.Offic.Ignoretur in omnibus cubiculis apparere serpentes,malè materiatæ,ruinosæ.

Rŭpēs,is,f.t. Petra, sive mons præruptus: à rumpendo. [צוּר *tsur* כֵּף *cheph* סֶלַע *sélah.* *κρηπὶς,πέτρα.* Gall. *Vne roche,vn rocher.* Ital.*Rupe.* Ger.Ein schroff/oder felß. Belg Een staen rotse Hisp. *La penna.* Pol.*Skał'a.* Vng *Meredők kőzikla.* Ang. *A rucke.*] Cęsar 2.bell.Gall. Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectusq; haberet, una ex parte, *&c.*

Rūpĭcēs;

Rūpĭcēs: Festus. [Pol. *Ostreskali.*] Petrones rustici ferè dicuntur propter vetustatem, & quod deterrima quæque, ac præruptis jam agri petræ vocantur, ut rupices iidem à rupinis, aliter à petrarum asperitate & duritia dicti.

Rūpĭcōnēs: Apulejus Floridor. lib. 1: Quis ex rupiconibus, bajulis tabernariis, tam infans est, ut si pallium accipere velit disertis maledicat?

Rūpsĭt, Videntur veteres Latini in imminutione præteritorum tenues in duplices mutare soliti esse plerunque: ut ceperis rapsis, præceperis præcepsis, ruperis rupsis: ut in 12. Tabb. apud Festum, si membrum rupsit, pro ruperit.

Rūpĭcaprā, æ, f. p. Capra sylvestris, quasi rupium capra. [יעלה *jahaláh.* αἴξ ἀγρία. Gall. *Un cheureul.* Ital. *Capra saluatica.* Ger. Ein wilde Geyß die in Bergen vnnd Felsen hin vnnd her stäget / alß die Gembsen. Hispan. *Vngenero de cabra montes.* Pol. *Koza dzyka wgorach howsuia.* Vngar. *Vad ketske.* Ang. *A wilde goat.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Rupicapris in dorsum adunca cornua, demissa in adversum, lib. 8. cap. 53: Capræ tamen in plurimas species latitudines transfigurantur. Sunt capreæ, sunt rupicapræ in ipsis pernicitatis mirandæ.

Rurĭcŏla, Ruricola, Ruro, Vide RVS.

Kursŭs, & Rursum, Iterum, denuò. [עוד *hodh.* αὖ, αὖθις. Gall. *Derechef, d'auantage.* Ital. *Di nuouo, vn' altra volta.* German. Widerumb. Belg. Wederom. Hispan. *De nuouo, otra vez.* Pol. *Zasie.* Vngar. *Megvizontag.* Ang. *Againe, eft soones.*] Cic. pro Murœna: Tacens ut [ursus plebs in Aventinum sevocanda videatur. Terent. in Eunuch. Inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum. ¶ Invenimus interdum rursus & denuò conjuncta. Plautus in Pœnulo: Revertor rursus denuò Carthaginem. ¶ Rursum prorsum. Terent. in Hecyr. Tacè, trepidari sentio, & cursari rursum prorsum. Donatus: Rursum, propriè retrò: Prorsum, antè significat: & est proverbiale, sicut dicimus, Sursum deorsum, Intrò foras, Hac illac. ¶ Quandoque ponitur rursus pro e contrario. Virgil. Haud rursum enodes trunci resecantur.

Rūs, ruris, n. t. Prædium rusticum: ita dictum, teste Varrone lib. 4. de lingua Latina, quod in eo quotannis rursus eadem fiant, ut capiatur fructus, quod tamen ineptum videri potest, cùm verisimilius sit esse ex Græco ἄρουρα, prima litera abjecta: ut ἀμέλγω, mulgeo, & similia. Scaliger in Varronem. [שדה *sadeh* χωρίον ἀγροῦ, ἀγροικία. Gal. *Vn lieu és champs, vn village, les champs.* Ital. *Villa, possessione, contado, campo.* German. Ein Feld / oder Gut / ein Bauwren besitzung. Hispan. *El campo que se labra ò ara, aldea.* Polon. *Folwark.* Vngar. *Mezö parazt maiors.* Ang. *The cuntrey.*] Plautus in Captiv. Rus iit. Horat. 1. Epist. 10: Rusticus amatores hac in re scilicet una Multum dissimiles. Cicero pro Roscio Amer. Habet animi relaxandi causas rus amœnũ & suburbanum. Idem 3. Offic. Ab hominibus relegasset, & ruri habitare jussisset. Virgil. 3. Georg. Luciferi primo cum sidere frigida rura Carpamus. ¶ Rus saturũ dixit Persius, quòd omnibus rebus abundet, Satyra 1.

Rūscŭlum, diminutivè à rus. [Polon. *Wioseczka.* Vngar. *Mezötske.*] Gell. lib. 19. cap. 9: Cœnam dabat amicis ac magistris in rusculo.

Rūrālis, rurale, om. t. Quod ad rus pertinet. [ἀγροικός. Gall. *Champestre, de village.* Ital. *Cosa di villa.* German. Das zu dem Feld gehört. Hisp. *Cosa de campo que se labra, ò de aldea.* Polon. *Folwarkowi.* Vngar. *Mezö höz valo.* Ang. *Of the cuntrey.*] Vnde Rurales dii, Mercurius, Panque, quibus sacrificabant placentas, & vinum, qua de re extat non invenustum Leonidæ Græci poëtæ Epigramma:

Αὐλίε καὶ νυμφῶν ἱερὸς πάγε, σήν τ' ἀπὸ πέτρης
Πίδακες, ἢ δ' ὑδάτων γειτονέουσα πίτυς,
Καὶ σὺ περισκάλλων μάλοτος μεμελημένε ἱερεῦ,
Ὅς τε τὸν αἰπεσσάλῳ πυκνὸν πατέχεις σκοπέλον,
Γλαυκὸν πιὼν ἀπύρωτον, τό τε σαυρωτὸν ἐρωτῆσον εἶναι,
Ἀκτῆς, Αἰακίδαο δόμῳ Νεοπτολέμου. Id est, Stabula & Nympharum sacer pagus, vos sub saxo fontes, tuque aquis vicina pinus, & quadrate ovium servator Majæ Mercuri, quique capris depastum Pan occupas scopulum: propitii hæc liba, populumq; plenum vino suscipite, Aeacidæ dona Neoptolemi.

Rūrātĭo, onis, res rusticæ. [Pol. *Zabawka na wsy.* Vng. *Paraztsag mezei kalandos.*] Apulejus in Apologia: Iste vero ò nec Dus rurationis qui eum pascunt ac vestiunt segetis, ullas aut vitis, aut [ullius pinnatas imperavit.

Rūrĭcĭus, rurestre, om. t. Quod est ruris, vel eorum proprium quorundam est [ἀγροικός. Gall. *De village, rustique.* Ital. *Di villa.* German. [illegible] Hisp. *Cosa de aldea.* Pol. *Chłopski.* Vng. *Paraztos.* Ang. *Of the cuntrey.*] Apul. Rusticum vocabulo [illegible] cum rosas laureas appellat.

Rūsticābar, [illegible] Ochus, [illegible] רעה *rechebar* רעה *hhi'lo hac Ghe* [illegible] *eur des champs, villageois.* Ital. *Contadino.* Ger. Ein Bawr / einer der dgo Feld bauwet.

Hisp. *Aldeano.* Pol. *Chłop, gbur, siodlak, oracz.* Vn. *Mezö mvuelö.* Ang. *That dwelleth in the cuntrey.*] Col. lib. 10. cap. 31: Hęcne ruricolæ paterentur monstra? Ovid. lib. 5. Metam. Ruricolasque boves letho dedit. Aratrum ruricula. Ovid. 4. Trist. Tempore ruricolæ patiens sit taurus aratri.

Rūrĭgĕnă, com. g. Qui ruri natus est. [ἀγροῖώτης. Gall. *Qui est né, ou habite és champs.* Ital. *Nato in villa.* German. Der auff dem Feld oder Landt: das ist / nicht in der Statt erborẽ ist. Hisp. *Engendrado ò nascido in addea.* Pol. *Wieśniak.* Vng. *Mezö ben zwlatet.* Ang. *Borne in te cuntrey.*]

Rūro, ras, Rusticor, ruri ago. [ἀγρωλίω. Gall. *Se tenir ou demener aux champs.* Ital. *Star in villa.* German. Auff dem Feld seyn / mit Feldwerck vmbgehn. Hispan. *Estar enel aldea.* Polon. *Rolniasie bawie, na folwarku mieszkam.* Ang. *To dwell in the cuntrey to exercise husbandrie.*] Plaut. in Capt. Dum rurant homines. ¶ Dicitur & Ruror, aris, deponens. Varr. Serrano, ut annotavit Nonius: Dum in agro studiosius ruror.

Rūstĭcŭs, a, um, penultima correpta, Quod ruris vel rustici est, vel ruri degit: [ἀγρόικος &c. Gall. *Rustique, rural.* Ital. *Rustico.* Germ. Bäwrisch / eines Bauwren. Hispan. *Cosa de aldea.* Pol. *Chłopi.* Vngar. *Mezei.* Ang. *Rustical, of the village or cuntrey.*] ut Domus rustica. Cicero pro Quintio: Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta, & fructuosa. Liv. 11 Bell. Punici: Quæ vox in rusticum inde proverbium [illegible] Cic. pro Roscio Amer. Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas parsimonię, diligentiæ magistra est. ¶ Quandoque rusticus dicitur moribus, & vita incultus, quasi semibarbarus. ἀγροικός. Virg. 2. Aeglog. Rusticus es Corydon. Quintil. lib. 2. cap. 12: Manus indoctæ ac rusticæ.

Rustĭcĭŏr, comparativus. [Polon. *Barzei chłopski.* Vngar. *Paraztob.*] Senec. Epist. 90: Simus hoc titulo rusticiore contenti: ó vitam bonam.

Rūstĭcŭs, ci, substantivum; Agricola sive ruri habitans. [ἄγροικος &c. Gall. *Rustique, villageois, rustiaut.* Ital. *Rustico, contadino, villano.* Germ. Bauwr / oder Bauwrsman. Belg. Den Boer. Hisp. *Aldeano, rusco villano.* Pol. *Chłop, oracz.* Vng. *Parazt mezöben lako.* Ang. *A husband man, or vplandish man.*] Plautus in Mercat. Vrbani fiunt rustici. Virg. 1. Georg. Iam dum acer ceras venientem extendit in annum Rusticus. Cicer. in Orat. Sermo non modò urbanorum, sed etiam rusticorum. ¶ Rustica vinalia, quarta decimo Calendas Septembris celebrabantur, quo die primum in urbem vinum deferebant. τὰ λήνια. Festus autor est, a Latinis primum diem hunc fuisse institutum, qui adversus Mezentium pugnaturi vinum Iovi eo die libarunt.

Rūstĭcē, Veteres pro barbarè usurpabant, sive imperitè. [ἀγροικως, ἀγροικικῶς. Gall. *En villageois, rustiquement, lourdement.* Ital. *Villanamente, rozzamente.* Germ. Bäwrisch weiß / Karsthänsisch. Hispan. *Rudamente.* Pol. *Po chłopsku, grubie.* Vng. *Paraztul.* Ang. *Like an vplandish or rusticall man.*] Cic. 3. Offic. Vrgent sanè rustice: negant enim posse, & in eo perstant.

Rūstĭcĭtas, atis, f. t. Morum incivilitas, urbanitati contraria. [ἀγροικία. Gall. *Rusticité, lourdise.* Ital. *Rusticità, vigliaccaria.* Ger. Bäwrische grobheit / vnhöflichkeit der Sitten. Belg. Boerscheyt. Hisp. *Simplicidad ò mureza, ò sin doctrina.* Pol. *Chłopski obyczaj, grubość.* Vng. *Paraztsag.* Ang. *Inciuilitie of maners.*] Martial. lib. 7: Quære aliquem Curios semper, Fabiosque loquentem, Hirsutum, & dura rusticitate trucem. ¶ Ponitur quandoque pro inepta & timida verecundia, quam ἀγροωσύνην vocant Græci. Ovid. in Arte: Et si rusticitas non vetat, ipsa rogat. Ibidem: Hei mihi rusticitas, non pudor ille fuit.

Rustĭcŭlŭs, a, um, diminutivum, Subrusticus: id est, qui moribus nonnihil rusticis est præditus. [ὑπαγροικος. Gall. *Vn peu rústique qui sent aucunement son rustique & lourdaut.* Ital. *Alquanto rustico, vn poco villano colui che ha costumi villanesci.* Germ. Zimlich bäwrisch vnd grob mit Sitten. Hisp. *Villano vn poco.* Polon. *Przygrubszemu, nieobyczajni.* Vng. *Parazt fotska.* Ang. *That hath vplandish and not cuntu maners.*] Cic. pro Sestio: Sensit rusticulus non incautus (neq; enim homines nequam tacere potuerunt) suũ sanguinem quæri ad restinguendam invidiam facinoris Clodiani. Martial. lib. 10: Nec doctum satis, & parum severũ, Sed non rusticulum nimis libellum Facundo mea Plinio Thalia dedi, perfer. ¶ Rusticula, avis perdici similis, nisi quod rostrum longius habet. Plin. lib. 10. cap 38: Ambulant aves aliquæ, ut passeres, merulę: currunt, ut perdices, rusticulæ: ante se pedes jaciunt, ut ciconiæ, & grues. Extat de hac ave distichon apud Martialem lib. 13:

Rustica sum perdix, quid refert, si sapor idem?
Cantor est perdix, sic sapit illa magis.

Rustĭcānŭs, a, um, Rusticus. [ἄγροικος. Gal. *Rustique.* Ital. *Rustico.* Ger. Bäwrisch. Hisp. *De aldea, aldeano.* Pol. *Chłopski.* Vn. *Paraztparazsi.* Ang. *Rusticall, of the village or cuntrie.*] Cic. 3. de Orat. Et illud quòd loquitur, priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticanũ. Idem pro Rosc. Amer. Tamẽne hæc attenta vita & rusticana, relegatio, atq; amandatio appellabitur.

Rustĭcārĭŭs.

Rŭs, ārĭŭs, ria, rium, Quod ad rus, aut rusticum pertinet. [Gall. *Appartenant à village.* Ital. *Pertinente à villa.* German Den Bawren zugehörig Hiſpan. *Perteneſciente à aldea.* Polon *Chłopi.* Vngar. *Paraztho, valo.* Ang. *Perteining to the cuntrey or village.*] Vnde falces ruſticarias dixit Varro 1. de Re ruſt cap 22.

Rūſtĭcŏr, aris, d p. Ruri dego. [Gall. *Se tenir ou demeurer aux champs.* Ital. *Stare in villa per ſpaſſo, & piacere.* German. Auff dem Feld ſeyn / oder wohnen/mit Feldwerck / oder Bawrenwerck vmbgehn Hiſp. *Eſtar ò morar enel campo ò aldea.* Pol. *Bawieſie ko'oroli, na wſy mieſzkam.* Vng. *Paraztolkodom, mezőn elők.* Ang. *To dwell in the cuntrey, to exerciſe husbandrie.*] Plin. Quum ſimul æſtate ruſticaremur. Cic. Tironi: Liceat modò ruſticari. Idem 1. de Leg. Vt dum conſiſto in Tuſculano, ſciam quid garriat: ſin ruſticatur, quid ſcribat ad te.

Rūſtĭcātĭo, onis, f. t. Actus ipſe ruſticandi. [Gall. *Demeurance és champs* Ital. *Eſſo dimorare in villa.* Ger. Die wohnung auff dem Feld: das iſt/ auſſerhalb der Statt Hiſp. *Aquella eſtancia del campo.* Pol. *Mieſzkanie we wſy.* Vng *Paraztolkodas, mezőn eles.* Ang. *An abiding in the cuntrey.*] Cicer. de Amic. Neque ſolùm militia, ſed etiā peregrinationes, ruſticationesq; communes. Colum lib. 11. cap. 1: Et hoc undecimum præceptum ruſticationis memoriæ tradita.

Rūſtĭcātim, adverbium, pro ruſticé. [Gall. *Ruſtiquement, ruralement.* Ital. *Ruſticamente, villaneſcamente.* German. Bäwriſchen. Hiſp. *Ruſticamente.* Pol. *Po chłopsku.* Vng. *Paraztul.* Ang. *Ruſticallie, vncivillie.*] Pomponius: Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.

Rūſtĭcŭlă, ſive perdix ruſtica Martiali. [Angl. *A woodcock.*] Avis eſt perdici ſimilis, ſed roſtro oblongo, vermibus victitans. Plinius libro 10. cap. 38: Currunt ut perdices ruſticulæ.

Rūſtĭcārĭæ falces, apud Varronem ſunt quibus ruri ſecantur rubi, qui per agros ſerpunt: ita ſentit Turneb. propter Feſtum ſic ſcribentem, ruſtum ex rubus.

Rūſcum; ruſci, n. ſ. vel ruſcus, Humilis frutex eſt, foliis myrti, ſed latioribus, cuſpidis ſpecie, mucronato cacumine baccis per maturitatem rubeſcentibus, quæ à mediis foliis dependent, nucleo intùs oſſea duritia. [Gall. *Meurte ſauuage.* Ital. *Ruſco albero ſaluatice.* Germ Meußdorn/oder Rehzbeſen/ſcharpffer Myrtus. Hiſp. *El bruſco.* Pol. *Miotła, miert polni.* Ang. *A certaine roughe and ſprickled shrubbe, petegrew.*] Græci χαμαιμυρσίνλω, ὀξυμυρσίνλω, & μυρσίνλω ἀγρίω: hoc eſt, humilem, acutam, & agreſtem myrtum appellant. Virgil 7. Aegloga: Horridior ruſco, projecta vilior alga. Idem lib. 2. Georg. -necnon etiam aſpera ruſci Vimina per ſylvam. ¶ Ruſco etiam ſepes muniebantur antiquis. Colum. lib. 10: -hirſuto ſepes nunc horrida ruſco Prodit.

Rūſcĕŭs, a, um, Ruſceam faciem pro colore dixit Cato, qui è viridi rutilus eſt, aut flavus: coronas aureas rūſcea facie, galbeas, lineas, pelles, redimicula. ¶ Legit & Adrian. Turneb. in antiquo quodam Lexico ruſcum pro ſordido, cui pro ſuo merito quiſque fidem vel addat vel detrahat.

Rūſpŏr, ſparis, Antiquis in uſu fuit pro ſcrutari, ſeu diligenter inquirere. [*chippés.* Polon. *Pylno przepatrzyam.* Vngar. *Tudakozom, ertekezőm, fityezők.* Ang. *To ſearche diligentlie.*] Accius Nyctereſia, ut citat Nonius: Vagent ruſpantes ſylvas. Sic ruſpari latebras, apud Feſtum. Tranſlatio ſumpta eſt à gallinis, quæ ruſpari propriè dicuntur, quum eſcam quærentes, terram ſcalpunt. ¶ Hinc componitur Corruſpor, pro conquiro. Plaut. Corruſpare tua conſilia in pectore.

Rūſſŭs, & Ruſſeus, Nomina ſunt coloris, ad rufum inclinantis, diſlutius tamē rubentis. Vnde in factionibus aurigantium ruſſati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. [Pol. *Rumienni.*] Vide Thyleſium in libello de Coloribus.

Rŭtă, orum, Apud Iureconſultos, quaſi eruta dicuntur ut arena, creta, & his ſimilia, nondum in opus converſa. Feſtus: Ruta cæſa dicuntur quæ venditor poſſeſſionis, ſui uſus gratia conciderat, eruendaque contraxerat. [Polon. *Gł'ęb wſzelyaki do budowania, iako kámienpiaſek, wapno.*] Vlpian. in l. Fundi, de act. empt. & vend. Si ruta cæſa excipiantur in venditione, ea placuit eſſe ruta quæ eruta ſunt: ut arena, creta, & ſimilia. Cæſa ea eſſe, ut arbores cæſas, & carbones, & his ſimilia. Mutius l. In rutis, de Verb. ſignif. In rutis, & cæſis ea ſunt quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili, tectoriove non continentur. ¶ Ne in rutis quidem & cæſis, proverbialis locutio eſt, qua uſus eſt Cic. 2. de Orāt. pro eo quod eſt, nulla in parte. Sed dicit te (inquit Cicero) quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolum tibi paternum recepiſſe. Vide de hoc plura in Adagiis Eraſmi.

Rŭtă, æ, f p Herba eſt nulli non nota, etiam hodie nomen vel apud vulgum retinens, luminibus claritatem afferens, ſed venerem coërcens. [πηγανον. Gal. *Herbe appellee rue.* Ital. *Herba detta ruta.* German Rauten ein kraut Hiſpan. *La ruda yerua conocida.* Polon *Ruta.* Vngar. *Ruta.* Ang. *Rue or herb grace.*] Dictam aũt volunt rutā quòd ut[illegible] ex omnibus herbis, propter multiplicem ejus uſum maximè celebretur. Ovid. 2. de Remed. amor. Vtilius ſumas ácuentes lumina rutas, Et quicquid Veneri corpora noſtra negat. Rutā muſtelæ contra ſerpentes dimicaturæ ſe muniunt: habet enim præſentaneum adverſus venena omnia remedium. Vide Plinium libro decimo, capite decimotertio.

Rŭtācĕŭs, a, um, Quod ex ruta confectum eſt: ut aqua rutacea.

Rŭtātŭs, ta, tum, Quod ruta conditum eſt: [ὁ πηγανωτὸς, ὁ πηγάνῳ ἠμμένος. Gall. *Meſlé auec de la rue, ou enueloppé dedans.* Ital. *Coſa meſcolata con ruta.* German. Mit Rauten vermiſchet. Hiſpan. *Coſa meſclada con ruda.* Polon. *Zruta zmieſzani.* Vng. *Rutas.* Ang. *Mingled with rue*] ut Muſtum rutatum. Plinius: Invenio muſtum rutatum populo datum. Rutati lacerti, ruta conditi. Martialis libro 10: Secta coronabunt rutatos ova lacertos.

Rŭtabŭlum, li, n ſ. autore Feſto, propriè dicitur inſtrumentum quo ruſtici utuntur in proruendo igne, panis coquendi gratia. [σκαλὶς ἢ ἀρτοπυϊὸς πρὸς τὸ, τὸ πυρίκαυστα κατασκάπτειν. Gall. *Vn fourgon, ou furgon.* Ital. *Spatola de meſcolare in coſe che ſi euoceno.* German Ein Ofengabel mit deren man das Fewr rüret/ eim Ofentruck. Hiſpan. *Mecedero ò burgonero.* Polon. *Grzebło.* Vng. *Aſug, zen vanyo.* Ang. *Amakron or colerake.*] Colum. lib. 12. cap. 18: Sublata lampade rutabulo ligneo. Hodieq; id nomen ſervatur apud Italos.

Rŭtĭlo, las, Rutilum facio. [הזעיף *hophiah* נגה *naghah.* ξανθίζομαι. Gal. *Faire comme or, iaunir, reluire.* Ital. *Far riſplendere, riſplendere.* Germ. Gitzerend/oder ſcheinend machen. Hiſpan. *Arrutiar ò arroxar, reſplendeſcer.* Polon. *Rożzegam, rożgaliam.* Vngar. *Tündöklő vörösse tezőm.* Ang. *To mak lyk gold, to shyne, to gliſter as gold.*] Plin. lib. 28. cap. 1: Gallorum hoc inventum rutilandis capillis & cinere & ſevo. Comæ promiſſæ & rutilatæ, Plinius lib. 28 cap. 12. Crinis propexus ac rutilatus, Tacit. lib. 20. ¶ Interdum neutrum eſt abſolutum, ſignificans idem quod rutilo colore reſplendere. Virg. 8. Aen. Arma inter nubem cœli in regione ſerena, Per ſudum rutilare vident.

Rŭtĭlēſco, is, n. t. Rutilus fio. [ξανθίζομαι. Gall. *Reluire & ietter lueur comme or.* Ital. *Diuenir ſplendente, chiaro.* German Gitzerend werden/gelbrot werden. Hiſpan. *Enrruiaſterſe, enroxarſe.* Pol. *Starzeſie.* Vng. *Tündöklő vörösse lezők.* Ang. *To waxe gliſtering lyk gold.*] Plin. lib. 8 cap. 55: In Alpibus candidi lepores quibus hybernis menſibus pro cibatu nivem credunt eſſe certè liqueſcente ea, rutileſcunt annis omnibus.

Rŭtĭlŭs, a, um, Color eſt è flavo rubeſcens cum quadam ſplendoris exuberantia. [ירקרק *jerakrák* πυρρόεις, πυῤῥός. Gall. *De couleur iaune comme or, reluiſant, reſplendiſſant.* Ital. *Riſplendente, di color giallo come oro.* German. Goldtgelt vnnd gitzerend. Hiſpan. *Coſa rubia.* Polon. *Zarzyſti, bliesczący, rożpalony.* Vngar. *Tündők lő vörös.* Ang. *Gliſtring, coloured lyk gold.*] Plinius libro 8. cap. 18: Albis maculis colorem rutilum diſtinguentibus. Cicer. in Som. Scipionis: Tum rutilus fulgor horribilisq; terris, quem Martem dicitis. Rutilæ mulieres dicuntur, inquit Varro, valde rufæ.

Rutrum, rutri, n. ſ. Quo quid eruitur: à ruendo. [σκαφεῖον. German. Ein pflaſter hawen/oder pflaſter tetten. Polon *Ridl, łopata.* Vngar. *Aſo.* Ang. *A mattock or pikeaxe.*] Nam ſicut aratum aratrum: ſic rutum rutrum facit. Feſtus: Rutrum tenentis juvenis effigies in Capitolio ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis, exercitationis gratia: quod ſignum deportavit ex Bithynia Romam Pompejus Bythinicus. Plin libro 36 cap. 23: Experimentum marmorati eſt inſubigendo, donec rutro non cohæreat. Cato cap. 11: Oportet habere vilicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos. Significat & hoſtorũ: quod Græci ῥόζανον. Hinc dimiautivum Rutellum. Lucilius: Frumentarius eſt, modium hîc ſecum, atq; rutellum Vnũ affert. Ruere eſt enim modio cumulũ adæquare Cicer. ad Atticum lib. 16: De laudibus Dolabellæ: Deruam cumulum. Plautus: -æris acervos ruit. ἀπὸ μέτρου, ſcilicet: Scaliger in Varronem, ex Nonio.

Rutellum, diminutivum, Lucil. lib. 9. Satyr. 1. ut citat Nonius: Frumentarius eſt, modium hîc ſecum, atque rutellum Vnum affert.

Rŭtŭbam, veteres turbationem appellabant, teſte Nonio. [ῥεμβός. Polon. *Rożruch, gomou.*] Varro Sexgeſ. Id poſtea viderimus, nunc ſumus in rutuba.

S



LITERA est semivocalis, ut quę sonum suum a vocali auspicetur, & in seipsam terminet. Hęc si antecedat m, vel p, vel t, in simplicibus dictionibus, ad subsequętem pertinet syllabam: ut in cosmus, prosper, testis. In compositis verò aliud est: nam in aruspex (teste Quintilian.) quia pars ejus posterior à spectando est, s tertiæ da- [illegible] quia ex abstinentia temeti cōposita vox est, primæ relinquitur. ¶ Transit quandoq; s in m, ut Rursus, prorsum: in n, ut Sanguis, sanguinis: in r, ut Flos, floris. Sabbathum, sabbathi, n. s. [שבת *sabbáth*. σάββατον. Gall. *Le [illegible] qui est le tour du repos aux Iuifs*. Ital. *Sabbato, riposo*. Ger. Der Ruhetag/ oder Sabbath tag/ist bey dē Hebreeren der sibend e. aer jeruchen Wochen Hisp. *El sabado fiesta de los Hebreos*. Pol. *Sobota/ z-wstrzymanie od poczynienia z u żydow*. Vngar. *Szombat*. Ang. *The day of rest, which was sotterday to the Ietwes*.] Hebræi septimum quemque hebdomadæ uniuscujusq; diem appellabant: quem Ethnici *Saturni diem* nominabant, quo die Iudæi ab opere omni feriabantur, Deum mundi architectum imitati, quem Sacræ literæ tradunt, cōfecta sex diebus mundi machina, eaque exornata, septimo die quievisse: unde & sabbathum vocaverūt, quæ vox Hebræis diem quietis significat. Prima itaque sabbathi dicitur, primus dies septimanæ, quem *Dominicum* etiam nominamus. Secunda sabbathi, secundus dies. Tertia sabbathi, tertius dies. Quarta sabbathi, quartus dies. Quinta sabbathi, quintus dies. Sexta sabbathi, sextus dies à die Dominico. Et ipsum sabbathū, septimus dies. Plin. lib 31. cap. 2 In Iudæa rivus sabbathis omnibus siccatur. Hæc Ethnici planetarū nominibus appellāt, quod nunc quoq; retinemus: [illegible] Secunda sabbathi à Luna, dies lunæ sit, tertia à Marte, quarta à Mercurio, quinta à Iove, sexta à Venere. Apud Hebræos quoq; sabbathum, reste Iosepho, pro septimana accipitur. Vnde est illud in Evangelio: Ieiuno bis in sabbatho. Vltimam hujus dictionis syllabam aspiramus: quia à verbo Hebræo fluxit, quod scribitur per ת *th* שבת *schabbáth* quievit, quam s Græci per τ scribant.

Sabbătārĭi, ōrum, dicti sunt Iudęi à Romanis, quòd sabbatha superstitiosè colerent. [οἱ σαββατίζοντες. Pol. *Zydowie, sobotnostwietowi*.] Mirtial. lib. 4. Quod jejunia Sabbatharianorum, &c.

Sabbăthĭsmŏs, σαββατισμός. Celebratio sabbathi.

Sabbătizātē, est sabbatum observare. [שבת *schabdth*. σαββατίζειν.] Hieron. in Levit. Quando fueris in terra hostili, sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suæ.

Sabīnă, æ, f. p. Herba est duorum generum, quarum altera cupressi, altera tamaricis folia refert. [βραθυ. Gall. *Herbe appellee du Sauvier*. Ital. *Savina*. Ger. Sevenbawm. Hisp. *Sabina yerua*. Pol. *Sa[illegible]ſowe wedrzewo*. Ang. *Sauin hearbe*.] Plin. lib. 24. cap. 11: Herba sabina *brathy* appellata à Græcis, duorum est generum: altera tamaricí similis folio est, altera cupresso. Col. lib. 6. cap. 4: Absinthium, sabinam, hyssopum, rutamque cum mero diluunt.

Sibĭnam pen. cor. Illyrii appellabant telum venabuli simile. Festus. Sibynes dicuntur in siccis sabinisq; fodentes. Hæc Festus.

Sambūcŭs, ut Ruellio scribendum videtur: sive Sambucus, ut alii malunt: frutex est duorum generum: quorum alter ad justæ propemodum arboris robur assurgens, à Græcis ἀκτὴ appellatur. [Gall. *Sureau, ou Suscau*. Ital. *Sambuco*. Ger. Holder oder Rauch. Hisp. *El sauco arbol*. Pol. Bez. Vng. *Bozza fa, földi bozza*. Ang. *An [illegible] tree*.] Alter humilis flore tamen & folio superiorum similis, a Latinis ebulus, a Græcis χαμαιακτη nominatur. Vtrumque genus baccas fert in umbella, per maturitatem nigrescentes, succumq; atri sanguinis colore reddentes. [illegible] subjecta ejusdem nominis descriptione SAMBVCVS.

Sabulo, ōnis, & sabulum, i, n. Arena crassior, ponderosiorque. [ψάμμος. Gall. *Sablon*. Ital. *Sabia[illegible] arenosa*. Ger. Grob Sand. Hisp. *Tierra arenisca*. Polon. *Piasek*. Vng. *Homokos*. Ang. *Sand rybtio and ponderous [illegible] of a ship*.] Plin. lib. 17. cap. 43: Invicem sabulum albumen: Tiberi, multique locis aprum, itemque tubrum, etiam pingui terræ permistum, infœcundum est. Col. lib. 4. cap. 33: Pullam terrā, & resolutam desiderat, sabulonem humidum, vel refractū tophum nō respuit. Varr. 1. de Re rust. cap. 9: In quois lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, &c. ¶ Sabulum instrumentum musicum apud Apulejum. Macrobius Sabulo sabulonis videtur pro eodem posuisse. Apud Festum & Varronem Sabulo tibicinem significat, de quo infrà, quod non longè videtur à sabulo aut sabulone recedere.

Sabŭlōsŭs, a, um. Plenum sabulo. [ψαμμώδης. Gal. *Sablonneux*. Ital. *Sabbionoso*. Ger Sandechtig/voll Sand. Hisp. *Lleno de tierra arenisca*. Pol. *Piaszczysty*. Vng. *Homokos*. Ang. *Full of ponderous sand*.] Plin. lib. 13. cap. 4: Palma gignitur levi sabulosaq; terra.

Sabŭlētum, leti, n. s. Dicitur locus in quo sabulum abundat. [ψαμμών. Gall. *Sablonniere*. Ital. *Luogo doue è molto sabbio*. Germ Ein ort an dem viel Sand ist/ein Sandgrub. Hisp. *Lugar de aquella tierra arenisca*. Pol. *Piaskowatosc*. Vng. *Homokos*. Ang. *A place full of ponderous sand*.] Plin. lib. 27. cap. 8: Crocodilion nascitur in sabuletis.

Saburrā, æ, f. p. Propriè sabulum vilius, & crassius, quo naves onerari solent usque ad certam mensuram, quò stabiliores sint. [σαμμα. Gall. *Grosse arene ou grauier dequoy on charge les nauires pour estre plus fermes contre la tempeste, la Saprne*. Ital. *Sabbione, bellota, zauorna*. Ger. Gar grob Sand mit dem man die Schiff beschwäret daß sie sau daher fahren. Hispan. *El lastro para assentar la naue*. Pol. *Gl'az, albo piasek miazgi ktorim okreti l'adnia abi gl'eby ſil'e*. Vng. *Kōuetsōs homok*. Ang. *Balase wherwith shipes ar euen poysed to go vpright*.] Plin. lib. 10. cap. 23: Certum est, Pontum transvolaturas, primùm omnium anguſtias petere, inter duo promontoria, Criumetopon, & Carambin, mox saburra stabiliri. Liv. 7. bell. Pun. Se in animo habuisse, tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra gravatas, atq; eas in faucibus portus supprimere. Priscianus præcipit in hac voce, b literam esse geminandam: quod an verum sit, ipse viderit. Virgilius certè primam syllabam corripit lib. 4. Georg. - & sæpè lapillos, Vt cymbæ instabiles fluctu jactante saburram. Tollunt.

Săburrāre est saburra onerare, & se stabilire adversus vim ventorum [ψαμμοῦν. Gal. *Charger d' arene*. Ital. *Mettere la zauorna nella naue*. Ger Mit grobem Sand beschwären. Hisp. *Alastrar la naue*. Pol. *Pyzak [illegible] nal'adowac*. Vng. *Kōuetsōs homokkal meg terhelni*. Ang *To balase a shipe*.] Plin. lib. 18. cap. 35: Echini affigentes sese, aut arenas saburrantes, tempestatis signa sunt. Solinus: Grues volaturæ arenas devorant, sublatisque lapillis ad moderatam gravitatem saburrantur.

Săburrātŭs, a, um. [ψαμμωδης. Gall. *Chargé d' arene ou de grauier*. Ital. *Carica di grossa arena, ò di sabbia grossa*. German. *Mit grobem Sand beschwäret oder gefüllt*. Hispan. *Cargado de lastro, alastrado*. Pol. *Miazgim piaskiem nal'adowani*. Vng. *Kōuetsōs homokkal meg terhelt*. Ang. *Balased or loden with grauel*.] Saburra oneratus, & per translationem quovis modo expletus. Plaut. Cistel. - quæ ubi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplò sumus.

Sacal, Aegyptiorum lingua electrum significare existimavit Nicias, & in Aegypto ex radiis Solis nasci: ut refert Plin. libr. 37 cap 2. [Pol. *Kontrysal*.]

Sacchărum, ri, per cor. n. i. [σάκχαρον. Gall. *Du sucre*. Ital *Succharo*. Ger Zucker Belg Suycker Hisp. *El azucar de cannas*. Pol. *Cukier*. Vng *Nadmex* Ang *Sugar*] Dicitur mel arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile. Nascitur in Arabia, India, Creta, Italia, & Sicilia. Vnde oxysaccharum, potionis genus ex saccharo & aceto. Plin. lib. 12. cap. 8: Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India. Est autē mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile: amplissimum nucis tantùm avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm usum. Hæc Plinius. Hodie præstantissimū adversus saccharum ex Fortunatis insulis, quas *Canarias* vocant in usum formam redactum. Nascitur & in Aegypto, Cypro, & Rhodo. Galeni seculo saccharum vix notum erat, hodie tam vulgatum, ut ne quotidianus quidem cibus placeat sine saccharo.

Sacciperium, rii, n. s. Major crumena, & minoris marsupii receptaculum. [σακκομίφιον. Pol *Wacyek mysli w.ki*.] Plaut. in Rudente Mercurium marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio. Dictio composita ex sacco & pera.

Saccŭs, ci, m. s. [שק *sak*. σάκκος. Gall. *Sac*. Ital. & Hisp. *Sacco*. Ger. Ein Sack. Pol. *Miech, wor*. Vng. *Sak* An. *A sack*.] Nota significationis est: quippe qđ nō modò apud Hebræos, Græcos & Latinos, verumetiā apud Italos, Hispanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarūq; aliarū linguarū homines eodē nomine dicatur. ¶ Et à Sacco Poloni appellant *Zak*: hoc est, scholasticus, quòd ex literis victū quęrentes, perpetua premantur penuria, & instar mendicorū saccos bajulantiū, sibi difficulter victū quęrunt. Horat. 1. Serm. - congestis undiq; saccis Indormis inhians. Cic. 5 Verr. Quum iste civitatibus frumentū, coria, cilicia, saccos imperaret, neq; ea sumeret, pro iis rebus pecuniam exigeret. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus nivarius: id est, colum ex lapide spongioso, ad colandas aquas ex nivibus resolutas.

Săccŭlŭs,

Sāccŭlŭs, & Saccellus, diminutiva, Exiguus ſaccus, marſupium [σακκίον Gall. *Sacher.* Ital. *Sacheto.* Germ. Ein Säcklin. Hiſp *Pequenno ſacco* Pol. Woreczek. Vngar. *Sakotska, ſeb, taſoly.* Ang. *A little ſack, bagge or purſe.*] Cic. 2. de Finib. Ius, & ſacculos abſtulerit. Aſconius, Sàcci, unde ſacculi, & ſaccelli.

Sāccārĭă, riæ, Saccorum mercatura. σακκηρπολική. Apul. lib. 1. de Aſino aureo: Saccariam faciens merebam.

Sāccārĭŭs, m. ſ. Dicitur bajulus, vel gerulus, qui ſaccis geſtādis victum quæritat, [ναυφόρος &c. Gall. *Vn porteſac, portepoche, porteſaix.* Ital. *Porta ſacco ò peſi.* Ger. Ein Säcktrager. Hiſp. *El baſtaje ò ganapan.* Polon *Miechones.* Vngar. *Sak hordo.* Ang. *A bearer of ſackes.*] Paul. l. Qui fundum. de Contrahen. empt. Siquid ex ſacco ſaccarii cecidiſſet.

Sāccŭlārĭi, orum, m. ſ. [ῥαδιουργοί. Gall. *Pilleurs de bourſes, affronteurs.* Ital. *Fraudatori, ingannatori.* German. Leutbeſcheiſſer/der die Leut betreugt mit böſen künſten / vnnd in ſeinen Sack machet. Hiſp. *Engannadores.* Polon. *Oſzuſtſziliel'a.* Vngar. *Sakba lopok.* Ang. *Robbers of purſes*] Apud Iureconſultos accipiuntur pro fraudulentis impoſtoribus, qui vetitas artes exercent, & in ſacculos partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, quos Vlpianus ait, plus quàm fures puniēdos, de Extraordin. crim. l. Sacularii.

Săcellum, Vide SACER, adjectivum.

Săcĕr, cra, crum, Conſecratus, religioſus. [קדוש *kadhóſch.* ἱερός. Gall. *Sacré, ſainct, de dié à Dieu.* Ital. *Sacro.* Germ. & Belg. Heilig. Hiſp. *Coſa ſacrada.* Pol. *Poſwieczoni.* Vngar. *Zent.* Ang. *Holy, conſecrate.*] Virg. lib. 8. Aen. Extulit os ſacrum cœlo tenebrasque reſolvit. Plaut. Menæch. At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe Iovi ſcio. Plin. Epiſt. 177: Reverere gloriam veterē, & hancipſam ſenectutem quæ in homine venerabilis, in urbibus ſacra eſt. Miſcere ſacra profanis, Horat. lib. 1. Epiſt. 17. Aedes ſacra, Cic. Bruto, lib. 13. Arces ſacræ, Virg. lib. 3. Georg.

¶ Capitur nonnunquam pro execrando, ſceleſto. [ארור *aríór* באלה *neeléh* בזעוב *vithbáh.* κεκατάρατος &c. Pol. Przeklęt'eſt.] Virg. lib. 3. Aen. - quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? ¶ Antiquitus homo ſacer dicebatur, qui poſt diras execrationes, peſtis, alteriúsve calamitatis expiandæ gratia, alicui deorum immolabatur: quanvis per tranſlationem etiā latiùs accipiatur pro quovis homine ſcelerato, & deteſtabili, κεκατηραμένος. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 6: Inteſtabilis & ſacer eſto. Vide plura de hoc apud Macrobium libro 3. Satur. ¶ Sacer ignis, morbus cujus multa ſunt genera, quæ apud Plinium habentur, lib. 26. cap. 11. ἐρυσιπέλας. Celſ. lib. 5: Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Ejus duæ ſunt ſpecies. Alterum eſt ſubrubicundum, aut miſtum rubore atque pallore, exaſperatumque per puſtulas continuas, quarum nulla altera major eſt. In his ſemper ferè pus, & ſæpè rubor cū calore eſt. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueq; in plantis: alterum autē eſt in ſumma cutis exulceratione, ſed ſine altitudine latum & ſublividum. Hæc Celſus. In pecudibus (nam & eas infeſtat) puſula appellatur. Col. lib. 7. cap. 5: Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam *puſulam* vocant paſtores. Ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali morbo correpta eſt, univerſum gregem contagione proſternit. Siquidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum excandeſcit. Inter ſacri ignis ſpecies numeratur, quem vulgus ignem *S. Antonii* vocat. A' Plinio, ni fallor, zoſter appellatur, medium hominem cingens, & ubi cinxerit, enecans. ¶ Sacer morbus, idem qui comitialis, quòd comitia diſſolveret: & Herculeus, propterea quòd Hercules eo laboraſſe dicatur. ἱερὸς νόσος, ἐπιληψία. Sacer autem idcirco dici putatur, quòd ſanctiſſimam hominis partem: hoc eſt, animæ rationalis domiciliū præcipuè infeſtet. Sacer locus, qui publicè eſt dedicatus. ſive in civitate ſit, ſive in agro: ſimiliter ſacræ res, q̄ publicè ſunt conſecratæ. ¶ Sacer ſerpens, ſerpentis genus admodū exiguum, adeò tamen peſtilens, ut vel maximi angues venenum ejus reformident, eoq; adveniente diffugiant, ἱερὸς ὄφις. Magnitudo huic ad cubitum, ſpecies hirſuta. Quicquid mormorderit, continuò putreſcit.

Sācrum, ſacri, ſubſtantivum, n. ſ. Sacrificium. [קרבן *chagh korbán* זבח *zébach* זבחה *zibchdh.* θυσία, λειτουργία Gall. *Sacrifice, ſacrement.* Ital. *Sacramento, ſacro, conſacro.* Germ. Gottesdienſt/opffer/heilig werck. Hiſp. *Sacrificio.* Polon. *Swiatoſc, offiara, miſſa.* Vng. *Zentſeg, aldozat.* An. *A ſacrifice, any thing dedicated to god.*] Virg. 3. Aeneid. Sacra Dioneæ matri, divisq; ferebam. Idem 5. Aen. Sacra Iovi Stygio, quæ ritè incepta paravi. Ovid. 2. Faſt. Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis, Sacra facit tacitè, nec tamē ipſa tacet. ¶ Nonnunquam idem quod templum. [היכל *hechál* מקדש *mikdáſch.* ἱερόν. Gall. *Temple.* Ital. *Tempio.* Germ Ein Kirch/Tempel/heilig ort. Hiſ. *Templo.* Polon. *Mieſcze poſwie czone, koſczioł'.* Ang. *A churche or temple.*] Paulus Iureconſultus: Sunt autem Sacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui privata ſacra, vel ædiculas inculto ditas tentaverint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merentur.

¶ Inter ſacrum & ſaxum, proverbialis locutio eſt, qua utimur, quoties nos in ſummo diſcrimine cōſtitutos volumus ſignificare. Vide Eraſmi Adagia. ¶ Stata ſacra quę dicātur, vide ſuprà in dictione FERIAE, & infrà in dictione STATA.

Săcellum, li, n. ſ. diminut. à ſacrum: & ſignificat locum parvum Deo ſacratum cum ara. [רמה *ramáh.* ἱερόν. Gall. *Vn petit temple, vne chapelle.* Ital. *Capellata.* Ger. Ein Cappel/ Kirchlin. Hiſp. *Templo pequenno.* Pol. *Kopliczą, koſczioł'ek.* Vng. *Kapolna.* Ang. *A chappell or litle temple.*] Cicer. de Lege Agrar. Sunt enim loca publica urbis, ſunt ſacella, &c. Trebatius Iureconſultus ſcribit, Sacellum compoſitum eſſe verbum, quaſi ſacra cella. Sed hoc neque verum eſt, neque veriſimile.

Sacro, cras, act. p. Deo dedico, & ſacrum facio, cōſecro. [קדש *kiddéſch* חנך *chanách.* τελετουργεῖν, ἱερόω, κατηρόω Gall. *Sacrer, conſacrer, dedier à Dieu.* Ital. *Sacrare.* Ger. Weyhen/heyligē/einem heiligen brauch zuegnen. Hiſp. *Conſagrar.* Pol. *Poſwieczam, oddaie na boża ſł'użbe.* Vng. *Meg zentßlöm ißtennek zentßlöm.* Ang. *To conſecrate to god, to mak holy or dedicat.*] Plin. lib. 36: Ejuſdem remanet & alius centum cubitorum, quem poſt cæcitatem viſu reddito, ex oraculo Solis ſacravit. ¶ Sacrare votum diis, eſt voto ſeſe aſtringere. Virg. 8. Aen. - diis Italis votum immortale ſacrabat. ¶ Ponitur aliquando Sacrare pro devovere, & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, ut impunè occīdi, & violari poſſit. [החרים *hecherim.*] Liv. 2. ab Vrb. Ante omnes de provocatione adverſus magiſtratus ad populum, ſacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi conſilia iniſſet, gratę in vulgus leges fuēre. ¶ Hujus compoſita ſunt Conſecro, Deſecro, Obſecro, Proſecro, & Reſecro: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Sācrātĭo, nis, f. t. ſacrandi ritus. [ἱερωσις. Pol. *Poſwiacżanie.* Vng. *Zentßles.*] Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 7: Sacrationis vocabulo obſervantiam divini juris implevit.

Sacrŏr, aris, paſſivum. Ovid. 1. Faſt. Vtque ego perpetuis olim ſacrabor in aris, Sic Auguſta novum Livia numen erit.

Sacrātŭs, a, um, participium: [מקדש *mekuddáſch.* ἱερωθὲις, κατηρωθέις. Gall. *Sacré, dedié à Dieu, conſacré.* Ital. *Sacrato.* Germ. Geweyhet/Geheyliget. Hiſp. *Conſagrado.* Pol. *Poſwieczoni, offiarowani.* Vng. *Meg zentßlteteßt.* Ang. *Conſecrated, dedicated to god.*] ut Caput ſacratū. Virg. 3. Aen. Exorat pacem divûm, vittasq; reſolvit Sacrati capitis. Idem 2. Aen. Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura. Sacratæ leges, vide ſuprá Opus alicui ſacratum. Ovid. 2. Triſt. Idq; tuo nuper ſcriptum ſub nomine Cæſar, Et tibi ſacratū ſors mea rupit opus. ¶ Sacratę leges quibus ſancitum erat ut ſi quis adverſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum cū familia, pecuniaq; eſſet. ὅσιοι νόμοι. Liv. 2. ab Vrb. Præcipuus pavor Tribunos invaſerat, quàm nihil auxilii haberēt ſacratæ leges, morte collegæ monitos. Idem: Sub idem fermè tempus, Ligures lege ſacrata coacto exercitu, nocte caſtra Proconſulis aggreſſi ſunt. ¶ Sacratior, & hoc Sacratius, Sacratiſſimus. Plin. lib. 16. cap 44: Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant Magos) viſco & arbore in qua gignatur, ſacratius. Idem lib. 33. cap. 4: Numine illis gentibus ſacratiſſimo.

Sacrārĭum, rii, n. ſ. Locus in quo ſacra reponuntur. [מקדש *mikdáſch.* ἱεροφυλακεῖον, ἄδυτον. Gall. *Le lieu où on met & ſerre les choſes ſacrees, ſacriſtie.* Ital. *Sacreſtia.* Ger. Ein Sacryſtey/Ein ort einer Kirchen in welches man heilige ding hinbehattet. Hiſp. *El lugar donde ſe guarda lo ſacrado.* Pol. *Zakryſtya, kruchta.* Vngar. *Zentel tetőt hely, zenſeg tarto hely.* Ang. *A place to keep thinges conſecrated in.*] Nam Sacer locus & Sacrarium differunt. Sacer enim locus, eſt locus conſecratus. Sacrarium ſimpliciter in quo ſacra reponuntur, quod etiam in ædificio privato eſſe poteſt. Vnde à Cicerone Sacrarium Bonæ Deæ nominatur. Seneca lib. 5. Quæſt. Arcana illa rerum naturæ ſacra non promiſcuè & omnibus patēt: reducta, & in interiori ſunt clauſa ſacrario. Aegeſippus lib. 5 ſcribit, ſacrarium templi Hieroſolymorum fuiſſe profanatum à Gentibus, quò ſolus ſemel in anno princeps ſacerdotum ſolebat intrare, non ſine ſanguine. ¶ Quid interſit inter ſacrum locum & ſacrarium, oſtendit Vlpian. in l. Sacra. de Diviſ. re. inquiens, Sacer locus, eſt conſecratus: Sacrarium, in quo ſacra reponuntur. Suetonius tamē de Auguſto, non tàm pro ſacrorum repoſitorio, quàm pro ſacello, locoq; ſacrato ſumpſit: Natus eſt (*inquit*) Auguſtus ad capita bubula, ubi nunc ſacrarium habet, aliquantò pòſt quàm exceſſit, conſtitutum. ¶ Ponitur & ſacrarium pro lararıo in ædibus privatis. Cicero ad Memmium, lib. 15: Cajo Aviano Evandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multū utor, & patrono ejus M. Aemilio familiariſſimē.

Sacrēs porci, appellabantur qui puri eſſent ad ſacrificium, ut immolarentur quum primùm depulſi eſſent ab ubere: id autē contingebat die circiter decimo à partu: & ob id appellabantur ab antiquis ſacres, quòd tum ad ſacrificia idonei primū eſſent. [χοῖροι ἀγνοί. Pol. *Oſſiſek.*] Plautus in Menæch. Quanti hi porci ſunt ſacres?

Sacrāmentum, n. ſ. Pecunia dicebatur à duobus contendenti-

bus in jure depoſita, ea conditione ut qui vicisſet, ſuam auferret, victi verò ærario cederet. [Pol. *Zakł'ad.*] Varr. libro 4. de Lingua Latina: Sacramentu a ſacro: & qui petebat, & qui inficiabatur, uterq; quingenta æris ad Pontificem deponebat. De aliis item rebus alio certo numero. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: victi, ad ærarium redibant: id eſt, victus ea pecunia, quam depoſuerat, mulctabatur in pœnâ injuſtæ litigationis, quę ærario cedebat. Cicer. lib. 9. Epiſt. Pugna, ſi me amas, niſi arguta apparebunt, ut ſacramẽto contendas mea non eſſe. Idem de Orat. Agerent enim tecũ Pythagorei, quibuſcum tib. juſto ſacramẽto contendere non liceret. ¶ Injuſtis vindiciis & ſacramentis fundos alienos petere, Cic. pro Milone. ¶ Sacramentum item, interprete Feſto, dicitur quicquid jurejurando interpoſito geritur. [ἐγγυασία, ὅρκος, ἐγγύη. Ger. Dar vorzeiten das gelt ſo zwo rechtgende Partheyen hinder den Dorffen Prieſter legten, mit dem geding, daß deſſen gelt zu dem Gotes dienſt ſolte verfallen ſeyn, ſo den Rechtshandel verlüre: Gementlich heiſt es ein Eyd. Pol. *Obwarowanie przyſięgam.*] Hinc Sacramentum militare dicebatur, quo milites in verba imperatoris ſui jurabant, quod niſi præſtitiſſent, juſti milites non videbantur, eoque abſoluti, in hoſtem legitimè pugnare non poterant. Legitima (inquit Servius) militia erat eorum, qui ſinguli jurabant pro Repub. ſe eſſe facturos, nec diſcedebant niſi completis ſtipendiis: & Sacramentũ vocabatur. Vegetius de Re militari libro ſecundo: Milites jurare ſolent, & ideo militiæ ſacrati dicuntur. Iurant autem ſe omnia ſtrenuè facturos quæ præceperit Imperator, nunquã deſerturos militiam pro Romana Republica. ¶ Iuvenalis Satyra 15: Sacramenta figuratè pro ipſis militibus poſuit: Præmia nunc alia acq; emolumenta notemus Sacramentorum: Id eſt, militum juratorum & ſacramento rogatorum. ¶ Suetonius in Cæſare: Sanxit neminem civis major viginti annis, minórve decem, qui ſacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abeſſe. Teneri ſacramento, eſt obligari per ſacramentũ. ¶ Sacramento rogati, eſt jurejurando adigi. Quint. lib. 12. cap. 2: Sed hæc inter ipſos, qui velut ſacramento rogati, vel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas ducunt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere.

Sacroſanctum, n. i. Dicebatur, teſte Badæo quod jurejurando interpoſito erat ſolutum, ut qui violaſſet, morte pœnas penderet. [קדוש *kadúſch* ἐκτεθειμένον ἱερόν. Gall. *Sainct & ſacré.* Ital. *Sacroſancto.* Germ. Das allerheiligeſt, das ſo heilig vnd theuer geachtet wirdt, daß es bey verluſtung Leibs vnnd Lebens von niemands verletzt oder ſchmächlich gehalten werden ſoll. Hiſp. *Lo ſacrado con juramento, muy ſanto.* Pol. *Przenaſwietſze.* Vng. *Zentſéges.* Ang. *Hallowe de holy.*] Cicero pro Cornelio Balbo: Quid fuit in rogatione, ea quæ de Pompejo à Gellio, & Lentulo COSS. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctum videretur? Idem ibidẽ: Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum, plebémve ſanctum videretur. ¶ Sacroſanctus Tribun. plebis dicebatur, quem violari nefas erat, qui ſine capitali piaculo attingi violenter non poterat. Ideo principes Romanos legimus Tribunitiam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos, ut auguſtiores, & ſacroſanctos facerent: id quod & in numiſmatis quoque eorum extat. Tranquillus in Auguſto, cap. 27. Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit. Tacitus libro 12: Accurrunt Patres, decernitur Othoni Tribunitia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principum honores. Item ſacroſancta templa in quibus eſt, aut aram: è quibus quempiam per vim extrahi nefas putatur.

Sacrifĭco, as, act. p. Sacrum facio. [זבח *zabách* העלה *heleláh* הקריב *hikríb.* Θύω, προσφέρω, ἱερουργέω. Gall. *ſacrifier* It. *Sacrificare.* Ger. Opfferen. Hiſp. *Sacrificar, ofrecer por ſacrificar.* Polon. *Offiaruie.* Vngar. *Aldozom: zentſéget tſinyalok.* Ang. *To ſacrifice.*] Plaut. in Captiv. Quinetiam ut magis noſcas, Genio ubi tuo quando ſacrificat, ad rem divinã, quibus eſt opus, Samiis vaſis utitur. ¶ Interdũ per ſacrificia veniam petoli: interdũ, veniã impetro. Plaut. in Pœn. Si hercle iſtuc unquã factum eſt, tum me Iuppiter faciat ut ſemper ſacrificem, neq; unquam litem. Confunduntur tamen quandoque.

Sacrificātĭo, onis, verbale, f. t. [זבחה *zebhach* קרבן *korbán.* Θυσία, προσφορά. Gall. *Sacrifice.* Ital. & Hiſp. *Sacrificio.* Germ. Opfferung. Polon. *Offiarowanie.* Vng. *Aldozás ennek tſinyalása.* Ang. *A ſacrificing or offering vp.*] Cicer. 1. de Nat. deor. Itaq; in ea ædes quòd eſt earum cuſtos intimarum, omnis & precatio, & ſupplicatio extrema eſt.

Sacrificātīvus, a, um, adj. Sacrificium: [ἱερουργικός. Gall. *Apartenant à ſacrifice.* Ital. *Pertinente à ſacrificio.* Germ. Das zu dem opfferen gehört. Hiſp. *Tocante à ſacrificio.* Pol. *Do offiarowania przynależący.* Vngar. *Zentſéghez tartozo.* Ang. *Belonging to ſacrifice.*] ut Apparatus ſacrificativus. Feſtus lib. 12: Sacrificalem apparatum, feſtum Apollinis ſupplicium per lictores proturbat.

Sacrificŭlus, i, m. ſ. Qui ſacra facit. [כוהן *chohén* עמדה *amadáh.* Ἱερεύς, ἱερεῖον. Gall. *ſacrificateur.* Ital. *Chi fa ſacrificio.* Germ. Ein Opfferer. Hiſp. El *que haze ſacrificio.* Pol. *Ofiarownik.* Vng. *Zentſéges.* Ang. *He that offereth ſacrifice.*] Ovid. 6 Fast. Mos fuit infidos ductum a gente Sabina ab Anco.

Sacrĭficŭs, a, ĭcet. Quod ad ſacra attinet: [ἱερουργικός. Gall. *Appartenant à ſacrifice.* Ital. *Pertinente à ſacrificio.* Germ. Das zu dem opfferen gehört. Hiſp. *Tocante à ſacrificio.* Pol. *Do ofiarowania przynależący.* Vng. *Zentſéghez tartozo.* Ang. *Belonging to ſacrifice.*] ut Sacrificæ res, quibus attendebatur in ſacrificiis. Plin. lib. 16, cap. 27. Nunc ſacrificæ Tuſcorum è boxo tibiæ. Dies ſacrificus. Ovid. 13. Metam. - dies q; Des mihi ſacrificos, calitura q; ignes eras. Ritus ſacrificus, Ovid. 15. Metam. Veſtis ſacrifica, Silius lib. 3.

Sacrĭfĭcŭlus, li, m. ſ. Sacerdos: à ſacris faciendis. [כמר *chamár.* ἱερομνήμων, ἱερεύς. Gall. *Sacrificateur.* Ital. *Che fa ſacrificio.* Germ. Ein Opfferer oder die Opffer vnd ſolche heilige ding verbringt. Hiſp. *El que haze ſacrificio.* Pol. *Ofiarownik.* Vng. *Aldozó pap: zentſéges zárdoknak tartozo.* Ang. *A preaſt that offereth ſacrifice.*] Suet. in Domit. cap. 1. Ardente templo, apud Aedituum clam pernoctavit, ac manè Iſiaci celatus habitu, lineaque ſacrificulos vanæ ſuperſtitionis, &c. Rex ſacrificulus (quem & Athenienſes βασιλέα appellabant) Romæ poſt ejectos Reges primum creatus eſt, quòd quædam ſacra ita inſtituta eſſe, ut neceſſe eſſet ea per Regem obiri. Vide Livium lib. 2. ab Vrbe, Columni lib. 10 cap. 15: Super Flaminem Dialem in convivio, ad Rex ſacrificulus, haud quiſquam alius accumbit. Livius libro 6. bell. Pun. Vulgò ergo pontifices, augures, ſacrificuli Reges creantur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo ſit, imponamus.

Sacrĭfĭcŭlum, i, n. ſ. Sacrum, ſeu res divina. [זבחה *zebhách* קרבן *korbán.* Θυσία, προσφορά. Gall. *ſacrifice.* Ital. & Hiſp. *Sacrificio.* Ger. Ein Opffer Pol. *Ofiara.* Vngar. *Aldozat* Ang. *A ſacrifice.*] Cic. ad Att. Cujus Laurentinæ vos Pontifices ad aram in Velabro ſacrificium facere ſolent. Idem de Aruſp. reſpon. De illo porro ſacrificio quod fit pro ſalute populi Romani. Liv. lib. 4. Decad. 5: In monte Iove ſacrificium perpetrato.

Sacrĭfĭcus, a, um, adj. com. p. Minister ſacrorum, vel ipſe ſacrificus, qui ſacra colens. [ἱερεύς, ἱερουργός. Gall. *ſacrificateur* Ital. *Sacrificatore.* Ger. Ein Diener zu heiligen dingen, oder ein Opffrer, prieſter Hiſp. *Sacrificador.* Pol. *Popeſz ofiarowaiący.* Vng. *Zentſéges papi rendbeli.* Ang. *A ſacrificer.*] Tacit. lib. 15: Damnatus primâ nuptione apud Aedituum occultatus, ſolertia hoſpitis, ac ſimulato turbæ ſacrificolarum immiſtu, ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, juxta verabulum delituit.

Sacrifer, a, um, Sacra ferens. [ἱεροφόρος. Gall. *Qui porte les choſes ſacrées & ſainctes.* Ital. *Che porta le cose ſacre.* Ger. Das heiligthum dahin treget. Hiſp. *El que haze los officios ſagrados.* Pol. *Offiarownik.* Vng. *Zentſéges.* Ang. *That bringeth holy things, or ſacrifices.*] Ovid. 4 Fast. Quum Troiam Aeneas Italos portaret in agros, Et dea ſacrifero ſpernere iuſſa rates.

Sacrĭlĕgus, a, um, adj. com. f. Qui rem ſacram, aut rem profanam de loco ſacro quid ſubripit. [ἱερόσυλος. Gall. *ſacrilege, larron de choſes ſacrées.* Ital. *Sacrilego, che ruba cose ſacre.* Ger. Ein Kirchendieb, oder der aus heiligen orten etwas stilt. Hiſp. *Sacrilego.* Pol. *Swiętokradzca.* Vng. *Szentségtelenitő.* Ang. *That ſtealeth holy things.*] Terent. in Adelph. Verùm hæc inter ſe quid Cicero de Legib. Sacrilego pœnam eſſe vult? Si quis eſt is qui ab æde ſacra, aut de communi, aut de publico aliquid tollit. Id commune quidem jure cautum, quod & nunc multis in locis manet. Satyr. Inde ſacrilegi non ſunt, minor extat ſacrilegus, qui ædes ſacras aut ſepulchra violat.

Sacrificŭlus, a, um, adj. Qui ſacrificant. Artes ſacrificulæ, Manes ſacrilegæ Ovid. de Arte dicit an Roma ibi ſacrificulæ artes, Cum tot deum lingas, tot ſint ad templa ſacerdotes. Cic. 7 Ver. Cacerdotes item deos, deasq; omnes, templa, obtinebo quamvis templis ipſi non utantur, aras quoque furore & ſacrilegia imbuam, bonum factum, in templum impune quemquam non condidiſſe, ſolos ſacrilegos adhibere templi cultum. Liv. lib. 1. [illegible].

Sacrilegĭum, ii, n. ſ. Sacrum ſacrilegium furtum. [ἱεροσυλία. Gall. [illegible] Ital. [illegible] Germ. Ein Kirchendiebſtal, oder diebstal heiliger dinger. Hiſp. [illegible] Pol. [illegible] Vng. *Zentſéghlopás.* Ang. [illegible] Lex ſacrilegii, Quint. lib. 4. [illegible] Nonnulla ſacrilegii habitum facit. [illegible] ſacrilegii, Quint. lib. 4. [illegible]

Sacerdos, ōtis, com. g. Qui ſacra facit, à ſacrificando dictus. [ἱερεύς. Gall. *Sacerdote* [illegible] Ital. *El ſacerdote* [illegible] Germ. [illegible] Hiſp. [illegible] Pol. [illegible] Vng. [illegible] Ang. [illegible] Sacerdos Romanus [illegible] Gallus [illegible]

Martiales, Quirinales, Salii, Pontifices minores, Pontifices maximi, Reges sacrorum, Sacrificuli, & Galli, qui Cybeles sacra faciebant. Ovid. 3. Amorum, Eleg. 7: Ille ego Musarum purus, Phœbiq; sacerdos Ad rigidas canto carmen inane fores. Virg. 6. Aen. Quiq; sacerdotes casti dum vita manebat, Quiq; pii vates, &c. ¶ Sacerdos, otis, genere fœminino. ἱέρεια. Virgil. 6. Aeneid. Deiphobus contrà, ne sævi magna sacerdos: Discedam, explebo numerum, &c. Idem 3. Aeneid. - cursusque dabit venerata sacerdos.

Săcērdōs, Non eadem semper Romæ fuit creandorum sacerdotum ratio: cùm enim, veteri lege, ac more, augures ab auguribus, pontifices à pontificibus, reliqui sacerdotes à suis quique collegiis crearentur, unus pontifex maximus à populo: quod omnium penè historicorum, Livii maximè testimonio constat: Cn. Domitius tribunus plebis, Neronis Imperatoris atavus, pontificibus offensior, quòd alium, quàm se, sui patris in locum cooptassent, lege latâ jus sacerdotum subrogandorum à collegiis ad populũ transtulit, eo anno, quo C. Marius tertium consul fuit: nec multò pòst ipse pontifex maximus populi suffragio creatus est: hujus legis in 11. in Rullũ oratione Cicero meminit, item in ea pro C. Cornelio, quę integra non extat. Postea L. Sylla, rerum potitus, cùm alia multa contra populum, qui Marianas partes foverat, tum hoc sanxit, ut rursus sacerdotes à collegiis crearentur: de quo sic Pædianus in divinationis commentario. Victore Sylla, spoliatus est populus Romanus, arbitrio creandorum sacerdotum. Sed quemadmodum legem Domitiam sua lege Sylla: sic legem Syllæ, aliquot pòst annis, T. Atius Labienus tribunus pleb. ábrogavit, Domitiamq; restituit, fecit autem hoc autore C. Cæsare: qui, si populus in mandãdo sacerdotio suffragium ferret, se, qui popularis admodum erat, pontificem maximum, in demortui Metelli Pii locum creatum iri; non sine causa putabat, quod re comprobatum est: nam P. Servilio Isaurico, & Q. Lutatio Catulo, consularibus viris; & provecta jam ætate dejectis, ipse, nondum prætorius, in amplissimi sacerdotii gradum ascendit. Tulit & ipse legem, non quæ à Labieni lege discreparet, (fuit enim uterque popularis) sed quæ novum aliquod jus ascriberet. Domitiam quidem legẽ in eo capite confirmavit, ut absentibus petere sacerdotia liceret: rursus à populo ad collegia, lege Labieni abrogata, jus cooptandorum sacerdotum retulit post obitum Cæsaris M. Antonius consul, eo consilio, ut facilius ac certius M. Aemilius Lepidus, cujus filio filiam suam collocaverat, pontifex maximus in Cæsaris locum subrogaretur, ita jus creandi sacerdotes quater immutatum est, à Domitio, Sylla, Labieno, Antonio: atque hoc quidem satis ex historia patet: mihi tamẽ & de quinta mutatione oritur opinio (ut puto) satis certa, primùm ex epistola ad M. Brutum: in qua ita scriptum est: Pansa vivo, celeriora omnia putabamus: statim enim collegam sibi subrogasset: deinde, ante prætorem sacerdotum comitia fuissent: cùm enim, quo tempore hæc epistola scripta est, tum non à collegiis, sed à populo subrogari solitos esse sacerdotes, manifestum sit, quia comitia de populo dici nemo nescit: hæc autem epistola eo anno scripta sit, quo Hirtius & Pansa consules fuerunt: id est, eo, qui Antonii consulatum primus consecutus est: liquet Antonii legem non esse servatam, sed eam, quam Domitius tulerat, iterum esse restitutam: nitor etiã Dionis testimonio: qui libro XLVI. leges Antonii à Pansa cõsule abrogatas esse narrat, quod etiam fecit Lentulus ille, qui scripsit his verbis ad Ciceronem: Primus ego leges Antonianas fregi. Est etiam ex ipso Cicerone minimè dubium de abrogatis Antonii legibus argumentum. Acta, *inquit*, oratione XIII. in ipsum, Antonii rescidistis: leges refixistis: per vim, & cõtra auspicia latas decrevistis. Præterea patet hoc eò clarius, quòd in ea de qua proximè memini, ad Brutum epistola proximam legem de sacerdotiis Cicero Iuliam appellat: quòd si post Antonii consulatum, in quo legem tulit de lege cooptandi proxima dicitur C. Cæsaris lex: nimirum sublata jam erat Antonia. Ex libro P. Manutii de legibus Romanis.

Săcerdōtĭssă, fæ, f. p. dixit Gellius, quanvis Sacerdos communis generis sit, lib. 10. cap. 15: Eædem fermè cæremoniæ sunt, quas Flaminicas sacerdotissas Dialeis seorsum ajunt observitasse. [ἱέρεια. Gall. *Femme dediee à quelque religion, nonnain.* Ital. *Sacerdotessa, monaca.* Ger. Ein Priesterin/ Pfäffin/ ein Nunn. Hisp. *Sacerdotissa, monja.* Pol. *Mniszka.* Vngar. *Azzony pap avagy apatzá.* Ang. *A noone.*]

Săcerdōtālis, tale. Quod ad sacerdotem pertinet. [ἱεροφαντικός. Gall. *Appartenant a sacrificateur ou prestre.* Ital. *Pertinente à Sacerdote ò prete* German. Priesterisch/ das den Priesteren oder Pfaffen zugehört. Hispan. *Pertenesciente à sacerdote ò presbytero.* Polon. *Kszięzy, popowski.* Vngar. *Papi, paphoz, valo.* Ang. *Belonging to a preast.*] Liv. lib. 5. ab Vrbe: Virgines, sacraq; in plaustrum imposuit: & Cære, quò iter sacerdotalibus erat, pervexit. Melius sacerdotibus.

Săcerdōtĭum, tii, n. s. Officium & dignitas sacerdotis. [כהנה *chehunnáh.* ἱερωσύνη. Gall. *Prestrise, cure, benifice.* Ital. *Sacerdotio, beneficio.* German. Das Priesterlich ampt vnd wirde/ Priesterthumb. Hispan. *Dignidad dé sacerdote.* Polon. *Kszieństwo.* Vng *Papsag.* Ang *Preasthoode.*] Cicero pro Domo sua: Quum Licinia virgo vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, &c. ¶ Sacerdotium etiam appellatur quod nos dicimus vulgò *beneficium* aut *præbendam.* Liv. lib. 9: Gens Potitia, cujus ad aram Herculis familiare sacerdotium erat. ¶ Sacerdotiorũ autem, sicut & beneficiorum duo fuerunt genera. Vnũ quod sacris esset addictum locis, quæ Reipublicæ aut Principum, aut Pontificum collegii collationis essent: alterũ, quod ædis aut sacelli juris essent, à patrefamiliâs ea ratione erecti, dedicatiq;, ut & sacrorum cura, & fructuum ipsius sacerdotii perceptio, ad solam gentem, familiamq; suam perpetuis successionibus devolveretur. Quod sacerdotiorum genus à priscis *Gentilitia sacerdotia*, à nostris *Beneficia juris patronatus*, appellata sunt. Cornel. Tacit. de Othone: At recens ab exilio reversos adolescentes avitis & paternis sacerdotiis in solatium recoluit. Liv. 10. bell. Pun. In ejusdem locum Pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Servius Sulpitius Galba inauguratus.

Sacodíos, σακώδης, Gemma est hyacinthini coloris unde ñomen habet Nam Indi hyacinthinum colorem *Sacon* vocant, Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Săcōmă, pen. prod genitivo, sacomatis, n. t. [σάκωμα. Gall. *Contrepoin, equivalent, autant poisant.* Ital. *Contrapeso, piombino della stadella.* German. Das gewicht so man zu den leichteren legt/ biß in gleicher schwäre die wag innstehet/ gleich schwär gewicht. Hispan. *Contrapeso.* Pol. *Kamien ktorim waza.* Vngar. *Hasas font fól toltõ font nehésség, avagy mertek eggyes wetteõ, avagy iga xito nehezketske.* Ang. *Equall poize or weight.*] Est æquipondium: hoc est, quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum. Vitruv. lib. 9. cap. 3. de Archimede: Quum auream coronam votivam diis immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locavit faciendam, & aurum ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbavit, & ad sacoma pondus coronæ visus est præstitisse Budæus.

Sacon, Indi vocant colorem hyacinthinum: unde sacodios dicta gemma ex genere amethystarum, in hyacinthi colorem declinans. Autor Plin. lib. ult. cap. 9.

Sacrāmentum, Vide SACER.

Sacratŭs, Sacrifico, Sacrilegus, Sacro, Sacrum, Vide SACER.

Sacrīmă, (inquit Festus) antiqui appellabant mustum quod Libero patri sacrificabant pro vinea, & vasis & ipso vino cõservandis: [ἀπαρχαὶ τῶ γλεύκους. Polon. *Brzerzka,*] quemadmodum præmessum, de spicis quas primùm messuissent, Ceri sacrificabant.

Sacrŭm. Scythárum lingua succinum dici credidit Xenocrates, referente Plin. lib. 37. cap. 2.

Sæculum, Vide SEGVLVM.

Sæpĕ, adverbium, frequenter: recipitque diphthongum, ut differat à sepe ablativo nominis sepes. [טמוים *pehamim.* πολλάκις. Gall. *Souuent, souuentesfois, plusieursfois.* Ital. *Spesso, souente.* Ger Offt/ offtermaalen. Belg. Dickwils. Hisp. *Muchas vezes.* Pol. Często, wiáwnie. Vn. *Gyakorta.* Ang. *Often tymes.*] Terent. in Heavt. Non licet hominẽ esse sępè ita ut vult, si res nõ sinit. ¶ Aliquando ornatus causa jungitur nomen Numero, & fit una dictio Sæpenumeró. Cic. Filius ad Tironem lib. 16. Epist. Sum totos dies cum eo, noctisq; sæpénumerò partem. ¶ Hujus compositum est Persæpè, de quo suprà suo loco.

Sæpĭcŭlē, diminutivum à sæpè: sicut à sæpiùs, sæpiusculé. ϑαμινά. Apul. Nam ut lacrymæ sæpiculè de gaudio prodeunt. Plautus in Casin. Sæpiusculè peccas.

Sævŭs, va, vum, Durus, horridus, crudelis. [אכזר *achzár* אכזרי *achzarí* קשה *kaschéh.* χαλεπὸς, ἀπηνής. Gal. *Cruel, furieux, rigoureux.* Ital. *Crudele, aspro, duro.* Germ. Grausam/ grim/ rauch/ vngeheursam. Belg. Bruet. Hisp *Cruel, aspero, duro.* Pol. *Srogi, okrutny.* Vng. *Kegyõtlen.* Ang. *Cruell, fierce, outragious.*] Virgil. 5. Aen. Quum lævo è scopulo multa vix arte revulsus. Idem 1. Aeneid. - sævæ memorem Iunonis ob iram. ¶ Quandoque ponitur pro forti: apud Virgilium 1. Aeneidos: Sævus ubi Aeacidæ telo jacet Hector. ¶ Quandoque pro irato. Idem ibidem: - & sævum ambobus Achillem. ¶ Quandoque pro magno. Idem de Aenea pio, 12. Aeneid. - maternis sævus in armis. ¶ Quandoq; pro potenti. Idem libro 1. Aeneid. Non illi imperium pelagi, sævumq; tridentem, Sed mihi sorte datum. ¶ Sævior. Ovidius 13. Metamorph. - tua fulmine sævior ira est: Virgilius 3. Aeneid. Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla Pestis, & ira deûm Stygiis sese extulit undis. ¶ Sævissimus. Ovidius 12. Metamorph. Nam tibi sævorum sævissime Centaurorum Euryte, &c. Livius libro 4. belli Maced. Sævissimo & violentissimo in suos tyranno. Virgil. 2. Aeneid.

-hic Iuno Scæas sævissima portas Prima tenet.

Sæviter, adverbium, Crudeliter. [χαλεπῶς. Gall. *Cruellement.* Ital. *Crudelmente.* Germ. Mit grimme / schentzlichen/grausamlich. Hisp. *Cruelmente.* Polon. Okrutnie. Vngar. Kegyetlenwl. Ang. *Cruellie.*] Plautus in Pseudol. Magis cogito, sæviter blanditérne alloquar.

Sævitiă, æ, f.p. & Sævitudo, nis, f.t. Crudelitas. [אכזריות *achzerijúth* עֹרֶךְ *perech.* ἀπάνευε, χαλεπότης. Gall. *Cruauté.* Ital. *Crudelità.* Germ. Grausamkeit/grimme Belg. Wreetheyt. Hisp. *Crueldad.* Pol. *Srogość, okrucieństwo.* Vng. Kegyőtlenség. Ang. *Crueltie, fiercenesse, outragiousenesse.*] Cic. 1. Offic. Sed heris sanè adhibenda sævitia in famulos, si aliter teneri non possunt. Plin. lib. 8. cap 17: Proxima inculta, sævitia gentium, Ovid. 6. Metam. - quid enim mea tela reliqui, Sævitiam, & vires, iramque animosque minaces? Idem Epist. 7: Da breve sævitiæ spatium, pelagique tuæque. Tacit. lib. 5: Quantumque sævitia gliscceret, miseratio arcebatur. Idem lib. 13: Italiam luxuria, sævitiaque afflictavissent.

Sævĭo, sævis, sævivi, & sævii, sævitum, n. q. Crudeliter in aliquẽ ago. [κατασκήπτω, ἀγριαίνω, χαλεπαίνω. Gall. *Estre cruel, vser de cruauté.* Ital. *Crudeleggiari, incrudelirsi.* Germ. Wüten vnd sich tăg gestellen/grimmigklich etwar mit vmbgehn. Belg. Tornich sijn woorden Hisp *Encruelecerse.* Pol. *Srożesie.* Vng. Kegyőtlenkődőm. Ang. *To be fierce, cruell and rigorous.*] Pacuvius: Quid commerui? quid in me sævis pater? Liv. 7. ab Vrbe: In Tarquinienses acerbè sęvitum, multis mortalibus in acie cæsis. Idem alibi: Quũ post victoriam quoque in hostem sæviret. ¶ Aliquando sævire, est fortiter, & strenuè sese gerere. Martial. Belliger invictis quod Mars tibi sævit in armis. ¶ Sęvire animis, pro vehementer irasci. Virg. li. 5. Aen. Tum pater Aeneas procedere longius iras, Et sævire animis Entellũ haud passus acerbis. ¶ Hujus cõposita sunt, Consęvio, Desęvio, & Obsævio, de quibus suis locis.

Săgă, æ, f.p. Anus superstitiosa, vel mulier incantatrix, veneficа, quę malis vetitisq; artibus cuiquã boni aliquid vel mali cõciliat: ita dicta à sagiendo, propterea quòd multa scire velit, ut ait Cic. 2 de Divin. [מכשפה *mechaschschephâh.* φαρμακεύτρια Gall. *Sorcicre, deuinereresse, enchantereresse.* Ital. *Saga, incantatrice.* Germ. Ein Hăr/Vnhold/ ein Weib die mit zauberey vmbgeht. Belg. Een Trooverresse. Hisp. *Muger que adeuina lo venidero, encantadora de palabras.* Pol. Czarownicza. Vng. Bũ baioskantanes kofa. Ang. *A witche.*] Horat. 2. Car. Quæ saga, quis te solvere Thessalis Magus venenis, quis poterit deus? Vbi Acron: Saga dicta est venefica, quòd satis agat, & ea est quę carminibus, & herbis mala hominibus dicebatur vel arcere vel impellere.

Săgănă, pen. corr. Vas in quo aliquid teritur. [מדוכה *medhochâh.* ὑδέα. Gall. *Mortier.* Ital. *Mortaio.* Ger. Ein Mörsel. Hisp. *Mortero.* Pol. *Donicza.* Vng. *Mosar.* Ang. *A morter.*] Est & nomẽ veneficæ, apud Horatium in Epod. At Expedita Sagana per totam domum Spargens Avernales aquas, Horret capillis, ut marinus asperis Echinus, aut currens aper.

Saga, ę, Cato. [Ger. Ein gattung eines kleids/leibrock.]

Sagaría, Sagarius, Vide SAGVM.

Săgăpēnum, pen. prod. σαγάπηνον, Succus est herbæ ferulaceę, quæ in Media nascitur, gustu acri, odore medium quiddam inter laser & galbanũ referens: Officinæ vocant *Serapinũ.*

Săgātŭs, Vide SAGVM.

Săgāx, cis, om. t. à sagiẽdo, Perspicax, odorus. [μυκλάσης. Gal. *Sagace, qui flaire bien le trac.* Ital. *Sagace.* Ger Scharpffschmeckend/ gespürig Hisp. *Ventor ò sabueso.* Polon. Byśtrego rozumu wietrzni do śledzenia. Vng. *Fityezŏ eles zaglosb.* Ang. *Wittie, that hath the senses sharpe, that perceiueth quickely.*] Propriè enim canes sagaces dicuntur, qui odoris ductu venatores ad ferarum cubilia perducunt. Cic. 2. de Divin. Sagire, acutè sentire est: ex quo sagaces dicti canes. ¶ Per translationẽ tamen accipitur pro callido & solerti. [ערום *harúm* חרוץ *charúts* חכם *chachám.* ἐυγλώσσους. Gall. *Sage & prudent, caut & fin.* Ital. *Diligente, acuto.* Ger. Scharpffsinnig/gescheid/klug/ der ein ding bald merckt vnd versteht Belg. Scherpsinnich/cloecktoos. Hisp. *Sabio, prudente y astuto.* Vng. *Sereny okos.*] Cic. 3. de Legib. Homo animal providum, sagax, multiplex. Martial. libro 12: Excogitavit homo sagax, & acutus.

Săgācĭtās, tatis, f.t. Acuta illa sentiendi vis in canibus, & odoratu aliquid prehendendi. [μυκλασία. Gall. *Excellence de sentiment, bon flaitement.* Ital. *Sagacità, excellenza di sentimento.* Germ. Scharpffspürung. Hisp. *Obra de bien sacar el rastro por olor.* Pol. Wietrzność. Vng. *Fityezes, elŏs zaglas.* Ang. *A quickneśse in smelling.*] Cic. 3. Tusc. Canum incredibilis ad investigandũ sagacitas narium. ¶ Per translationem tamen sumitur pro astutia, seu calliditate. [ערמה *hormáh* חכמה *chochmáh.* εὐγλωσία. Gal. *Bon esprit pour sentir ce qu' il faut.* Ital. *Bontà d' ingegno quando vno prouede di subito qualche cosa futura.* Ger. Geschwinde/ gescheydigkeit. Hisp. *La astucia ò prudencia.* Polon. Ostrożność. Vngar. *Serenyseg okossag.* Ang. *A sharpneśse of witt.*] Cicero 4. Verr. Quia est iste sagacitate in his rębus.

Săgācĭtĕr, adverbium, Astutè, prudenter, callidè [ἐυγλώσσως, δεξιῶς, εὐμηχάνως. Gall *Sagement & finement.* Ital. *Accortamente, sagacemente.* German. Geschcidigtlich/fürsichtigklich. Hisp. *Astuta y prudentemente.* Polon. Ostrożnie, rozumnie. Vng. *Serenyŏn okosan.* Ang. *With quickneśse of witt and senses.*] Liv. 7. bell. Pun. Ibi duo duces sagaciter moti sunt: alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem.

Sāgdă, Gemma porracei coloris, quam Chaldæi adhærentem navibus habent. Invenitur & in Samothracia ejusdem nominis gemma nigra, ac fine pondere, ligno similis, Plinius libro ult. cap. 10.

Sāgēnă, nę, pen. prod. [חרם *cherém* σαγήνη. Gall. *Vn grand filé à prendre poissons.* Ital. *Rete da pescatore.* Germ. Ein Zuggarn der Fischeren. Hisp. *La red para pescar.* Pol. Wĭ'ok, niewod. Vngar. *Varsa, awagy met.* Ang. *A nett.*] Genus retis piscatorii: Latini verriculum appellant. Manil. lib. 5: Excipitur vasta circumvallata sagena.

Săgīnă, næ, pen. prod. Cibus lautus, & ad saginandum aptus. [σπαρός. Gal. *Graisse qu' on acquiert pour estre bien traité.* Ita. *Cibo da ingrassare ò grassonel corpo che viene per darsi buon tempo.* Germ. Ein mastspeiß/ein speiß die feißt vnd mastig machet. Hisp. *La gordura ò satin ò sainete.* Pol. *Pokarm ktorim karmimi, tł'uka.* Vng. *Ers kŏueritŏ etek.* Ang. *Superfluous fatneśse, cramming feeding.*] Iuven. Satyr. 4: - genialis agatur Iste dies, propera stomachum laxare saginis. ¶ Sagina dicendi apud Quint. lib. 10 cap. 5, est dicendi ubertas. [Pol. *Wimowność.*] ¶ Quandoq; etiã dicitur pinguedo supervacua, cujusmodi avibus quibusdam arte & fartura inducitur, & in hominibus quibusdam nimio otio contrahitur. Iustinus libro 20: Sublatis deinde æmulis, in segnitiam lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit.

Săgīnārĭum, rii, n.s. Locus ubi saginantur altilia. [ארבך *marbek.* σπηδεών. Gall *Le lieu où on engraisse les beśtes, mue.* Ital. *Luogo doue singrassano le beśtie.* German. Ein meststall/ein ort da man die Thier mestet. Hisp. *Lugar dośe engordan los animales.* Pol. Koczsecz. Vng. *Hizlalo bely.* Ang. *A feeding place, a coupe or stie, or franke.*] Varro lib. 3. cap. 10. de Re rust. Pullos anserum includunt in Saginario, ibique polentã, & pollinem aqua madefactũ dant cibum, ita ut perinde se saturent.

Săgīno, as, pen. prod. Pinguefacio. [הבריא *hibrí.* σπιδάω. Gall. *Engraisser vne beśte.* Ital *Ingrassare vna beśtia.* Germ. Meśten/wol feist machen. Hispan. *Cevar ò engordar animal.* Pol. *Tuczę.* Vng. *Megizlalom.* Ang. *To mak fatt, to franke.*] Colum. lib. 6. cap. 38: Ea herba viridis nec tardè tamen arida fœni vice saginat jumenta, verùm modicè danda, ne nimio sanguine strangulentur pecora. Interdum ablativo jungitur, quum res qua quid saginatur, exprimitur: ut apud eundem libro 5: Formantur offæ quibus avis saginatur. Et rursus lib. 6. cap. 27: Hordeo saginandus equus.

Săgīnātŭs, ta, tum, participium. [אבוס *abús.* σπιδάς. Gall. *Engraissé* Ital. *Ingrassato,* German. Gemestet. Hispan. *Cevado ò engordado.* Polon. *Vtuczoni.* Vngar. *Hizlattatot.* Ang. *Made fatt, crammed.*] Propert. lib. 4. Eleg. 1: Parva saginati lustrabant compita porci.

Săgīnātĭo, onis, verbale, f.t. [σπισμός. Gall. *Engraissement.* Ital. *Ingrassamento di beśtie.* German. Meśtung. Hispan. *La gordura.* Polon. *Tuczenie.* Vngar. *Hizlalas.* Ang. *A making fatt.*] Plin. lib. 8. cap. 51: Pinguescunt sexaginta diebus, sed magis tridui inedia saginatione orsa.

Sĭgĭo, is, ivi, itum, Propriè de canibus dicitur, qui odoris ductu ferarum vestigia pervestigant: quanvis etiam per translationẽ accipitur pro eo quod est aliquid acutè & callidè præsentiscere. [μυκλατίω. Gall *Sentir & flairer excellemment.* Ital. *Sentire & odorare perfettamente.* German. Geschwind erschmecken/ einswege mercken. Hisp. *Sacar perfectamentè el rastro por olor.* Pol. *Czuie, zawietrzam.* Vngar. *Fityazŏk.* Ang. *To be quicke of sent.*] Cic. 1. de Divin. Sagire enim, sentire acutè est: ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Is igitur qui antè sagit, dicitur presagire: id est, futura antè sentire.

Sāgĭttă, tæ, f.p. Genus teli qđ arcu emittĭt. [חץ *chets.* τόξευμα, βέλος. Gal. *Vne flesche, vn trait à tirer.* Ital. *Saetta, freccia.* Ger Ein pfeil. Belg Een pyl Hisp. *Saeta ò yra ò frecha.* Pol. *Strzał'a* Vn. *Nyil.* Ang. *An arrow*] Virgil. 11. Aen. Non secus ac nervo per nubem impulsa sagitta. Tacitus de Germanis: Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Virg. 11 Aen. Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam Deprompsit pharetra. Ovid. 3. Trist. Eleg. 10: longaque volante sagitta. Horat. 3. Carm. Ode 10 Interim dum tu celeres sagittas Promis, hæc dentes acuit timendos. ¶ Sagitta etiam à rei rusticæ scriptoribus sumitur pro novissima furculi parte: sive quia longiùs recessit à matre, & quasi emicuit, atq; prosilivit: seu quia cacumine attenuata, prædicti teli speciem gerit. Vide Col lib 3. ca. 17. ¶ Est & sagitta, herba ex ulvæ generibus, de qua Plin li. 21. cap. 17. ¶ Est & signum cœleste, stellas habens quinq;, quæ

fere in

ferè in fine Capricorni cernuntur. Plin.lib.18.cap.26.

Săgittārĭus,ria,rium,Quod ad ſagittas pertinet,ſive idoneum ut ex eo fiant ſagittæ. [τοξότικός. Gall. *Appartenant à flesche.* Ital.*Pertinente à freccia.* German.Zu pfeylē fügtich oder dienſtich. Hiſp.*Perteneſciente à saeta.* Pol.*Do strzał' dobri.* Vng.*Nyilhoz való.* Ang.*Belonging to an arrowe.*] Plin.lib.16.cap. 36: Suum genus ſagittario calamo eſt.

Săgittārĭus, rii, m. ſ. Qui ſagittas ex arcu emittit. [רֹמֶה *kaſchſchâth.* τοξότης. Gall. *Archer.* Ital.*Sagittario, baleſtriere, arciere.* Germ. Ein Schütz. Belg. Een Schutter. Hiſp. *Frechero, balleſtero, archero.* Pol.*Strzelec gł'uku.* Vng.*Iyas nyilas.* Ang.*An archer.*] Cic.ad Att.lib.5:Magna tormentorum copia, multis ſagittariis,magno labore, apparatu,multis ſauciis ex noſtris, incolumi exercitu negotium cõfecimus. ¶ Eſt & Sagittarius, ſignũ cœleſte, quem alii Centaurũ Chironem arbitrãtur, alii Crocum filium Euphemes nutricis Muſarum, & habitaſſe in Parnaſſo cum Muſis,& venationi incubuiſſet,& uſum eſſe ſagittis,& equo inſediſſe. Poſt mortem precibus Muſarũ à Iove inter aſtra relatũ, & varia forma conſcriptũ. Idibus Februarii veſpere occidit,ac vehementer hyemat,inquit Columella.

Săgittĭfĕr,ra,rum,Qui fert ſagittas: [ὀϊστοφόρος. Gall. *Qui porte fleſches,archer.* Ital.*Che porta saete.* Germ. *Das pfeyl tregt.* Hiſp. *Coſa que tiene è trahe saetas.* Polon.*Strzał'y noſząci.* Vngar.*Nyil hordozo.* Ang.*That beareth arrowes,a fletcher.*] ut Geloni ſagittiferi.Virg.8.Aen. Hic Lelegas, Carasque,ſagittiferosque Gelonos,Finxerat.Sagittiferæ pharetræ, Stat. 1.Achil. Pecus ſagittifera, Claudianus de hiſtrice.

Săgittĭpŏtēns,pen.corr.Pro ſigno cœleſti,quẽ & Sagittarium dicimus. [Pol.*Strzelisc.*] Cicer.in Arato:Menſe Sagittipotens Solis quum ſuſtinet orbem.

Săgītto,tas,Sagittas ex arcu emitto. [τοξεύω. Germ. Schieſſen. Bel. Schieẽ.] Iuſtin.Hiſt.li.41.de Parth. Hos pari cura ac liberos ſuos habẽt,& eqtare, & ſagittare magna induſtria docẽt.

Sāgmă,atis,n.t.σάγμα, Græcis ſcuti thecam ſignificat.[Pol. *Pokrowiecz natarczą.*]nam σάγω illi dicunt quẽ nos *clypeum*,aut *ſcutum* appellamus. Sunt & qui pro jumenti ſella, ſive ſtrato accipi tradant , in qua ſignificatione & Veteris inſtrumenti interpres ſumpſiſſe videtur. [Pol.*Woił'ok, podkł'ad.* Ang.*A pack ſadle.*] Levitici cap.15,ubi ſic legitur:Sagma ſuper quod ſederint,immundum erit.

Sāgmĭnă, Romani herbam appellavêre, quam Græci ἱεροβοτάνην, & εἰρεσιώνην nominãt,noſtri etiam *verbenam*,ſive *verbenacam*: [Germ. Eyſenkraut. Pol. *Koſzyczko ſamiec,żelezník.*] qua Pater patratus & Feciales,tàm fœdera percuſſuri, quàm bellũ denuntiaturi ſolebant coronari. Feſtus : Sagmina vocantur verbenę:id eſt, herbæ puræ: quia ex loco ſancto ſecabantur à Conſule, Prætoréve, legatis ad indicendũ bellum aut fœdus faciendũ proficiſcentibus.Plin.lib.22.cap.2: Quoniã non aliunde ſagmina in remediis publicis fuêre,& in ſacris legationibus,quàm verbenæ. Certè utroq; nomine idẽ ſignificatur, hoc eſt gramẽ ex ara cum ſua terra evulſum.Hac ſemper & legati,quum ad hoſtes,clarigatumq; mitterentur,uſi ſunt.Vide Liv.lib.1.ab Vrb.& lib.10.bell.Punici.

Săgum,ſagi,n.ſ. [σάγος-ἱππικὸς,στρατιωτικὴ, Plutarcho. Gall.*Vn ſaye ou ſayon.* Ital.*Saio, ſaglio, habito da guerra.* Germ. Ein kurtz kriegskleid. Belg. Een vitmantel. Hiſp. *El ſayal ò albornoz.* Pol. *Saian.* Vng.*Curtamente zeke,item tserge.* Ang.*A caſſocke or clok.*] Genus erat veſtis brevioris, qua tempore belli omnes Romani utebantur, exceptis viris Conſularibus: quemadmodum contrà,quum urbs nullo bello premebatur,utebantur togis. Vt enim toga pacis,ita ſagum erat indicium belli:ut non obſcurè colligi poteſt ex Cicerone 8.Philip. ¶ Eſt & Sagum veſtis ſtragulæ genus, nõ diſſimilis cilicio. Suetonius in Othone:Ferebatur & vagari noctibus ſolitus,atq; invalidũ quenq; obviorum vel potulentum corripere,ac diſtento ſago impoſitum in ſublime jactare. In maſculino genere uſus eſt Afranius.Quod quadrati ſunt ſagi.Et Ennius in fœminino.Sagas cærulas Therna purpureis gemmavit pampinus uvis. Soſipater lib.1.& Plinius.

Săgŭlum, diminutivum, Hoc eſt veſtis genus, quod armis ſuperindui ſolet. [καθοπλιστικόν. Gall.*Petit ſayon.* Ital.*Picciolo ſaglio.* Germ. Ein vberkleid / ein kleid ſo man vber den harniſch anhat. Hiſp.*Pequenno ſayal.* Pol.*Sᵴata ktora naᵴbroᵴe obł'oczimeᵴa.* Vng. *Fölsö ruha.* Ang.*A litle caſſocke or cloke.*] Virg.lib.8:Virgatis lucent ſagulis. Liv.lib. 1. bell. Pun. Multi ſæpè militari ſagulo opertum, humi jacentem inter cuſtodias, ſtationesque militum conſpexerunt.

Săgārĭă,ę,f.p. Exercitiũ vendẽdi ſaga:[ἱματοπωλεῖα. Gal.*Marchandiſe de ſayes.* Ital.*Mercantia de ſagli.* Ger. Feilhabung oder verchauffung kurtzer kriegskleyderen. Hiſp.*Mercaderia de ſayales.* Pol. *Taktora przedawa ſacamki.* Vng. *Curtamente, zeka arulas.* Ang. *Merchandiſe or ſelling of caſſockes.*] quemadmodum Linteania, linteorum mercatura. Vlpian. de Trib.act. Duas negotiationes exercebat puer, ſagariam,& linteariam.

Săgārĭŭs,rii,m ſ.Qui ex ſagorum negotiatione quęſtum facit. [ἱματοπράτης. Gal.*Vendeur de ſayes & hocquetons.* Ital.*Chi vende ſagli.* Germ.Ein Krämer oder Verkeuffer der harniſch kleyderen. Hiſp.*El que haze ò vende ſayal.* Pol. *Przekupien ſaiami kow.* Vng. *Zeke kurta mente aros.* Ang.*A ſeller of caſſockes.*]

Săgātŭs,m.ſ. Qui ſago indutus eſt. [χλανιδωτός. Gall.*Qui eſt veſtu d' vn ſaye.* Ital.*Veſtito di ſaglio.* Ger.Der ein kriegs kleid oder kriegs ſchopen anhat/ mit einem prägedin bekleidet. Hiſp.*Veſtido de ſayal.* Polon.*Wſaian oblieczoni.* Vng. *Zekes kurta mentes.* Ang. *Cladde with a caſſocke or cloke.*] Suet.in Cæſare: Duobus triciniis,uno quo ſagati, palliative , altero quo togati cum illuſtrioribus provinciarum diſcumberent. Martial.libr.6:Vis te purpureum Marce ſagatus amem?

Săl,ſalis,per metathelin à Græco deducitur,quod eſt ἅλς:eſtq; illud quo utimur in condiendis cibis. Declinatur utroq; numero.In plurali tamẽ tantùm maſculini eſt generis,quum in ſingulari etiam neutrum admittat. [מֶלַח *melách.* Gall.*Du ſel.* Ital.*Sale.* Ger.Saltz. Belg.Sout. Hiſp.*Sal.* Pol. *Sol.* Vn.*Só.* Ang.*Salt.*] Cato:Ex ſale qui apud Carthaginienſes fit. Saluſtius in Iugurtha: Neque ſalem , neque alia gulæ irritamenta.Columella:Carnem ſalibus aſperſam. Paulus Iureconſultus:Cotem ferro ſubigendam , neceſſaria quoque hoſtibus venundari,ut ferrum,& frumentum, & ſales,non ſine capitis periculo licet. Colum. lib. 12. cap.53: Deinde in ſeriam ſubſternitur ſal coctum,ſed modicè infractum.Dicitur etiam Sale neutro genere,ſecundum Priſcianum pro mari.Ennius lib. 14.Annalium: Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum. ¶ Aliquando ſal ponitur pro ſapientia, in qua ſignificatione maſculino tantùm genere proferri conſuevit. Terent.in Evn. Qui habet ſalem qui in te eſt. Vbi Donatus: Sal neutraliter, condimentum:maſculinum,pro ſapientia. ¶ Aliquando pro urbanitate,joco,& ridiculo, & dictis ad riſum,vel delectationem compoſitis,idque tàm ſingulari, quàm plurali numero, δεξαμενίαι,ἀστεισμός. Catullus Epigr. 81. de Quintia: Nulla eſt in toto corpore mica ſalis. Hoc eſt, nihil venuſtũ, nihil argutum,nihil facetum. Cicer.de Clar.Orat.P. Scipio omnes ſale & facetiis ſuperabat. Lucanus: Non ſoliti luſere ſales.Quintil.lib.6:Salſum (*inquit*) in conſuetudine pro ridiculo tantùm accipimus: natura non utique hoc eſt,quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa: Nam ſicut ſal ſuavitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam urbanorum joca. Sales enim, Ciceronis ſententia, ſunt ipſa ridicula, quæ neceſſariò ſalſa oporteat eſſe.Nam ſalſum erit quod non erit inſulſum, velut quoddam oris condimentum, quod ſentitur latente judicio, & veluti palatum excitat. ¶ Quandoque ſal pro mari ponitur,quemadmodum & ἅλς fœmininum apud Græcos: quia ſalſum eſt, & ex ipſius aqua ſal elicitur. Virg. 1. Aen. -& ſpumas ſalis ære ruebant.

Sălārĭŭs,rii,ſubſtantivum, m. ſ. Qui ſal,vel ſalſamenta vendit. [ταριχοπώλης. Gall. *Qui vent du ſel ou de la ſaline, ſaunier.* Ital. *Chi vende ſale ò ſalumi.* German. Ein verkauffer des ſaltz oder geſaltzner dingen/Grempler. Hiſpan.*El que vende ſal ò coſas ſaladas.* Pol.*Praſoł',przekupien rzeczi naſſolonics.* Vng.*So aros.* Angl.*That ſelleth ſalt.*] Martial.lib.1:Quod viles pueri ſalariorum.

Sălārĭŭs, a, um, adjectivum, Quod ad ſal pertinet. [τὸ ἐξ ἁλός. Gall.*Appartenant à ſel.* Ital.*Pertinente à ſale.* Germ. Das zu dem ſaltz gehört. Hiſp.*Perteneſciente à ſal.* Pol.*Solnyczi.* Vngar.*Sohoz való.* Ang.*Perteaning to ſalt.*]Liv.lib.9.bel.Pun. Vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt.

Sălārĭum,rii,ſubſtantivum,n.ſ.Dicitur ſtipendium, vel merces quam quis pro opera perſolvit. [שָׂכָר *ſachár.* Gall. *Salaire, loyer qu' on receit de ſon labeur.* Ital.*Salario, paga, mercede.* Germ. Die beſoldung/lidlon. Hiſ.*El ſalario ò acoſtamiento del ſennor.* Pol. *Zapł'ata za praczę.* Vng. *Ber, vitalom.* Ang.*Wage payed to hired folkes.*] Plin.lib.31.cap.7: Sal honoribus etiam militiæque interponitur,ſalariis inde dictis,magnâ apud antiquos autoritate. Dictum ſalarium, quòd ita neceſſarium ſit, ut homini ſal. Cornutus in Perſium ſcribit ſalarium victum eſſe unius dici,atque hoc valde congruit cum verbis Plinii: victus enim quotidianus tàm eſt neceſſarius quàm ſal.

Sălārĭārĭŭs,rii, Cui ſalarium ſolvitur. Vlp. L.10. §. 8. D.mandat.Niſi ſi ſalariarius fuit, & hoc convenit,ut ſumptus de ſuo faceret:hoc eſt, de ſalario.Hotomanus.

Salĭctarius,rii,apud Cat.cap.11:Eſt qui ſalictum curat,& ex eo materiam ſalignam viti pedandæ,jugandæq; parat.

Sālsŭs,a,um,Quod ſalis ſaporem habet,ſive quod ſale conditum eſt. [ἁλμυρός. Gall.*Salé.* Ital.*Salato.* Ger.Geſaltzen. Hiſp. *Salado.* Pol.*Przeſoloni,sł'oni.* Vng.*So izɯos.* Ang.*Salted.*]Plaut. in Rud.Itaq; alvum prodiſperavit nobis ſalſis poculis.Horat. Epod.16:Ametq; ſalſa levis hircus æquora. Lucr.lib.1: Et lacrymis ſalſis humectant ora,genasque. Virgil.lib.2. Aeneid. -ſalſusq; per artus Sudor iit.Idem 5.Aen.Et ſalſos reddent revomentem pectore fluctus. ¶ Per tranſlationem ſalſus dicitur pro faceto & urbano. Quintil.lib.6,cap.3: Ridiculum dictum ple-

ctum plerunque ſalſum eſt. Cic. ad Papyrium lib 9: Accedunt non Attici, ſed ſalſiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque urbani ſales.

Sālsē, adverbium, Facetè, & urbanè, & cum quadam mordacitate. [ἁλμυρῶς, ἀστείως, σκωπτικῶς, χαριέντως. Gall. *En picquant, en mordant, en rencontrant* Ital. *Piacevolmente, con gratia.* German. Schimpfflich / mit räſſen poſſen oder ſchimpffreden. Hiſp. *Donaſamente, con denayres.* Pol. *Ostrze a nieobrazliwie.* Vngar. *Eles trefa, helyes trefa.* Ang *Merilie, tauntinglie*] Cic. 2. de Orat. Valde hęc rident ur, & hercle omnia, quæ à prudentibus quaſi per diſſimulationem non intelligendi ſubabſurdè, falſeque dicuntur. Idem eodem lib. Quod eſt hominibus facetis & dicacibus difficillimum, habere hominum rationem, & temporum: & ea quæ occurrāt, quū ſalſiſſimè dici poſſent, tenere. Quint. lib 6. cap. 4: Sed repetam neceſſe eſt infinitas eſſe ſpecies, tàm falsè dicendi, quàm ſeverè, quas præſtat perſona, locus, tempus, caſus denique, qui eſt maximè varius.

Sālsāmēntum, ti, n. ſ. Quod eſt ex ſale compoſitū, ſive quod eſt ſale cōditum ad diuturnū uſum ciborū: [πίερχος. Gall. *Toute ſalure, ou choſe ſalee, ſoit chair, ſoit poiſſon.* Ital. *Salame, ſalſamento.* Germ Allerley eyngeſaltzne ſpeiß / es ſeye fiſch / fleiſch / ꝛc Hiſpan. *Salſas de coſas ſaladas.* Polon. Rzecz każda naſſolona bądź riba, albo mieſſo. Vngar *Sos, ſozot.* Ang *Made of ſalt, or any thing that is ſalted.*] ut piſces ſalū, & lardum: quæ & per ſyncopen ſalſamenta dici poſſunt. Terent. in Adelph. -ſalſamenta hæc Stephanio Fac macerentur pulcrè.

Sālsāmēntārĭus, Qui ſalſamenta vel facit, vel vendit, qui & ſalarius. [πίερχοπώλης. Gall. *Vendeur de ſalines, chaircuitier.* Ital. *Luganegaro, peꝛzicaruolo.* German. Ein Eyngeſaltzene ſpeiß verkaufft. Hiſpan. *El que vende ſaladura.* Pol. *Naſcolonich rzeczy przekupien.* Vngar. *So aros.* Ang. *A ſalter or that ſelleth any ſalt thing.*] Autor ad Herennium libro 4: Vt ſi ſalſamentarii filio dicas, Quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat.

Sālsāmēntārĭŭs, ria, rium, Quod ad ſalſamenta pertinet. [πιερχοπικός. Gal. *Appartenant à ſalures & ſauſſes.* Ital. *Pertinente à ſalame & ſalſamento.* Ger. Das zu dem eyngeſaltzen dienſtlich iſt. Hiſ. *Perteneſciente à ſalſa de coſas ſaladas.* Pol *Do naſſolenia przyndlezaci.* Vng *Soshoz valo, ſozotti* Ang *Veſſeles to ſalt in, or any thing belonging to ſalting.*] Plin. lib. 31: Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tutis cum axungia vetere, miruin in modum prodeſt. Colum. lib. 2. cap. 10: Ita rurſus in ſole ſiccata, & mox refrigerata recondatur, ſi major eſt modus, in horreo: ſi minor, in vaſis olearijs, & ſalſamentarijs.

Salsūră, æ, f. p Salſamentum [πίερχος. Gall. *Salure.* Ital *Salame.* German. Eyngeſaltzene ſpeiß / Sultz. Hiſpan *Saladura.* Pol. *Naſſolenie.* Vngar. *Sozot ſag.* Ang. *Salting or powdring.*] Colum. lib 8. cap. 17: Nulla tamen æquè, quàm prædictæ ſalſuræ pabula, commodè dantur.

Sālsēdo, dinis, Ipſe ſalis ſapor. [ἅλμη. Polon. *Sł'onoſc.*]

Sălīnă f. p. Locus in quo ſal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. [ὁ τόπος ἐξ οὗ ἅλας ἐξορύττουσι, ἢ ἐν ᾧ κατασκευάζουσι. Gal. *Saline.* Ital. *Salina.* Ger. Ein ſaltzgrub / oder ein ort da man auß waſſer ſaltz ſeudet / ſaltzhütten. Hiſp. *Las ſalinas donde ſe haze la ſal.* Pol. *Hutawktorei ſol warzą, gruba zktore, ſol wiczyagaia.* Vng *So akna.* Ang *A place where ſalt is made.*] Plinius libro 13: Fit ſal vulgaris, plurimusque in ſalinis effuſo mari, non ſine aquæ dulcis rivis, ſed imbre maximè juvante. Cicer. ad Attic. libr 5: Deſtrue ſalinarum planè rogo. Idem pro lege Manilia: Quum publicani familias maximas, quas in ſalinis habent, quas in agris, quas in portubus atque cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitrentur.

Sălīnum, ni, n. ſ. Vaſculum in quo ſal reponitur tum ad menſæ uſum, tum ad ſacrificia paratum. [ἁλοδόχος. Gal. *Saliere.* Ital. *Saluno, ſaliera.* Ger Ein Saltzfaß. Hiſp. *El ſalero, vaſo donde ſe pone la ſal.* Pol. *Solniczka.* Vngar. *So tarto.* Ang. *A ſalt cellar, or ſalt fatt to ſett ſalt on the table.*] In eo enim cū ſale dius primitiæ oferebantur Perſius Satyr. 3: -purum & ſine labe ſalinum. Idē Satyr. 5: Vare reguſtatum digito terebrare ſalinum Contentus peragis. ¶ Ponitur tamen pro quocunq; vaſe fictili menſæ pauperis. Horat. lib. 2. Carm. Vivitur parvo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum.

Sălīllum, li, diminutivum, Parvum ſalinum. [τὸ μικρὸν ἢ βραχὺ ἁλοδοχεῖον Gall. *Vne petite ſaliere.* Ital. *Salinetto.* Ger. Ein Saltzfäſſlin / Saltzbüchſlin Hiſp *Pequenno ſalero.* Pol. *Salczenka.* Vng. *Sotarotska* Ang *A little ſalt fat or ſalt cellar.*] Plaut in Trinum. -utrum nos homunculi, Salillum animæ quæ quum extemplò animamus, æquè mendicus, Atq; ille opulentiſſimus cenſetur ad Acherontem mortuus.

Sălĭo, lis, act. q. & prima correpta, Sale condio. [מלח *malách.* ἁλίζω Gall *Saler.* Ital. *Salare.* German. Saltzen Belg Couten. Hiſpan. *Salar.* Polon. *Naſaliam.* Vngar. *Meg ſozom.* Ang. *To ſalt*] Tibul Farre pio placet, & ſaliente ſale. Hujus præteritum Salivi, ſupinum ſalitum. Vnde ſalitus, & ſaliturus. Celſ. lib. 2. cap. 18: Item piſces omnes qui ſalem non patiuntur, ſolidiùs ſaliuntur. Legitur etiam pro eodem ſallio duplici l. Corn. Severus: Ad quem ſalliti pomiliones offerebantur.

Sāllo, lis, per duplex l, tertiæ cònjugationis, ſalli, ſalſum, Salio, ſale condio. [מלח *malách.* ἁλίζω. Gall. *Saler.* Ital. *Salare.* Ger. Saltzen. Hiſp. *Salar.* Pol. *Solie.* Vng. *Meg ſozom.* Ang. *To ſalt.*] Lucilius lib 4: Sallere murænas, & frigidaria terræ. ¶ Participio paſſivæ ſignificationis in dus, uſus eſt Colum. lib. 7. cap. 7. quum inquit: Quòd ſi ea res ægritudinem non depellit, vēdenda ſunt pecora: vel ſi neque id contingere poteſt, ferro necanda ſallendaque.

Sălĭtŏr, toris, m. t. Qui ſalis tributū colligit. [Ger Saltzzoller / der den zoll vom Saltz auffhebt Pol. *Czelnik nadzolia.*] Cic. ad Att. lib. 4: Cōfecta Britānia, obſidibus acceptis, multa pręda, imperata tamē pecunia data ſalitoribus Britānię. Vbi interpres, Salitoribus prefectis, quos juriſperiti Murilegulos appellāt, relictis à Cæſare in Britannia, qui ſalū ſcrutarentur, margaritas q; Britannicas. Quidam codices habent, nō ſalitoribus, ſed data à littoribus.

Sălĭtūră, turæ, f. p. Actus ſaliendi: hoc eſt, ſale cōdiendi. [ἅλισις. Gall. *Quand on ſale.* Ital. *Eſſo ſalare.* German Eyngeſaltzung / Das ſaltzen. Hiſp. *Obra de ſalar.* Pol. *Naſſalanie.* Vng. *Sozas.* Ang. *Salting, when one ſalteth.*] Colum. lib. 12. cap. 21: Poſt ſalituram muſti cochlear cumulatum.

Sālsĭlāgo, laginis, f. t Salſugo. [ἅλμη. Gall. *Saumure, ſalure, liqueur ſalee.* Ital. *Liquore, ſalata, ſalamora.* Ger Saltzbrühe / ſaltzlab. Hiſp *Sudor de la coſa ſalada, ſalmuera.* Pol *Roſſol'.* Vng. *So nedueſſęge* Ang. *Salt liquour, brine.*] Plin. lib. 20 cap. 12. Natura ciceris eſt gigni cum ſalſilagine, ideo ſolum urit. Idem lib. 31. cap. 7: Præter hoc etiamnum appellatur in ſalinis ſalſugo, ab aliis ſalſilago.

Sālsĭtūdo, dinis, f. t. Humor ſaporem ſalis referens. [ἅλμη. Gall. *Liqueur ſalee, ſalure, ſaumure.* Ital *Liquore ſalata, ſalamora.* Germ. Ein räſſe oder geſaltzne feuchte. Hiſp. *Sudor de coſa ſalada, ſalmuera.* Pol. *Oſſolenie.* Vngar. *Sos neduęſſeg.* Ang. *Salt liquour, brine.*] Plin. lib 20. cap. 14: Salſitudines corporis, ſi cum vino tradatur, minuit.

Sālsūgo, inis, f. t. Quivis humor ſalſus: cujuſmodi in ſalinis eſt aqua ſalſa, ex qua ſal conficitur. [ἅλμη. Gall. *Liqueur ſalee, ſaumure.* Ital. *Liquor ſalata, ſalamora.* Ger. Saltzwaſſer / ſaltzlab / ſaltzbrühe. Hiſp. *Sudor de coſa ſalada, ſalmuera.* Pol. *Sł'ona woda.* Vn. *Sos neduedſeg.* Ang. *Any ſalt liquour or brine.*] Plin. lib. 31. cap. 7: Præter hoc etiamnum appellatur in ſalinis ſalſugo, ab aliis ſalſilago, tota liquida marina aqua ſalſior ut diſtans.

Salaconĭa, pen. prod. [σκαλακωνεία. Pol. *Chł'uba, chel'pliwoſc.*] Vox Græca eſt jactantiam ſignificans cum vanitate, & ſuperbia conjunctam. Quidam & mollitiem interpretantur.

Salacones, σκαλάκωνες, Dicuntur homines jactabundi, qui quū iro pauperiores ſint, Crœſos tamē quoſdam ſe eſſe ſimulant: quumq; Sardanapalo ſint effœminatiores, fortitudinis tamē opinionem captant. [Pol. *Chł'upcowie.*] Cic. M. Fabio Gallo: Cognoſti meam cauſam, & iſtius ſalaconis iniquitatē. Suidas hanc ſignificationem fluxiſſe exiſtimat à Salacone quodam, ejuſmodi, quales jam depinximus, moribus prædito.

Sălămāndră, f. p. [σκαλαμάνδρα. Gal. *Salamandre.* Ital. *Salamandra.* Ger Salamandra / iſt ein art der Molen Hiſp. *Salamanqueſa.* Pol. *Salamandra podobny robak iaſzczurce.* Vng *Merges tarka menet auagy gyek.* Ang. *A creket.*] Animal lacerti figura, ſtellatum, nunquā niſi magnis imbribus proveniēs, & ætate deficiens: cujus tantus rigor eſt, ut ignem nulla ſui læſione tactu extinguat, non aliter quàm glacies. Autor Plin. lib. 10. cáp 67: Et licet venenatiſſimum ſit (nam ſi arbori irrepſerit, omnia poma veneno inficit, & eos, qui ederint, interimit: idem facit ſi in puteum cadat) à ſuibus tamen ſine nocumento manditur.

Sălăpusĭus, à ſale, & puſio compoſitum nomen. [Polon. *Niedorosl'ek, karlik.*] Puſius enim, ſive puſio. apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus eſt Calvus, Catulli familiaris, tanquam puer, ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis, & oratoriæ mordacitatis.

Sălārĭum, Vide SAL.

Sānctĭo, onis, f t. Confirmatio: [חק chók חקה chúkkáh. βεβαίωσις. Gall *Ordonnance, ratification, confirmation.* Ital. *Confirmatione, ratificatione.* Ger. Ein beſtätigung/ ein ſatzung/ ein bot oder verbot das man bey einer peen ſteiff halten ſoll. Hiſp. *Eſtablecimento.* Pol. *Vſtawa, vtwierdzenie.* Vng. *Vegezeſſel meg erösites.* Ang *Ordonance, ratifying, or decreting.*] ut Sanctio fœderis, apud Cicer. pro Cor. Balbo, ponitur pro lege, conſtitutione & decreto. Ibidē: Sanctiones ſacratæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœna, quum caput ejus qui contra facit, conſecratur. ¶ Aliquando ſanctio ſignificat partem illam legis qua ſe contra violatores munit, qua pœna conſtituitur. Sanctio (inquit Servius) latio legis eſt, cum terrore pœnæ. Cicero 6. Verr. Niſi vehementiùs homini minatus eſſem, niſi legum ſanctionem, pœnamq; recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Idem ad Attic. lib. 3: Sed vides nunquam eſſe obſervatas ſanctiones earum legum quæ abrogarentur.

Sānctĭtās, ſanctitatis, f. t. Pietas, reverentia, ſanctimonia. [קדש kódheſch. ἁγιότης, ὁσιότης. Gall. *Saincteté.* Ital. *Santità.* Ger. Heiligkeit/ frombkeit. Hiſp. *Sanctidad.* Pol. *Swiatoſć, poboznoſc.* Vng. *Zentſeg.* Ang. *Holineſſe, deuoteneſſe.*] Cic. 1. Offic. Deos placatos pietas efficiet, & ſanctitas. Idem pro Cælio: Si matrem familiās ſecus quàm matronarū ſanctitas poſtulat, hominamus. Idē 2. de Fin. Iam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno verbo temperantia, pœnæ, aut infamiæ metu coërcebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur.

Sanctĭtudo, ſanctitudinis, f. t. Sāctitas. [קדש kódheſch. ἁγιότης.] Cic. 4. de Rep. ut citat Nonius: Eoſdem terminos hominum curæ atq; vitæ, ſic Pontificio jure ſanctitudo ſepulturę. Accius Tereo, apud eundem: Alia hîc ſanctitudo eſt, aliud & nomen, & numen Iovis.

Sānctĭmōnĭă, ſanctimoniæ, Sanctitas. [קדש kódheſch. ἁγιότης.] Cic. pro Quintio: Quid mihi, *inquit*, cū iſta ſanctimonia ſumma ac diligentia? Idem pro Rabirio: Mentes quæ ex hominum vita ad deorum immortalium religionem, ſanctimoniam demigrarunt.

Sānctĭmō-

Sānctĭmōnĭālēs dicuntur monachæ, ἐρημίτριαι. Auguſtinus in pſalmum Iubilate: Iuvenes ſanctimoniales indiſciplinatas, nunquid ideo ſanctimonium reprehendendum eſt?

Sānctĭmōnĭum, n.ſ. ἀσκητέα vocatur ſanctimonialiũ profeſsio.

Sānctŭārĭum, ſanctuarii, n.ſ. Abditiſſimus templi locus, ſacrarium. [מקדש mikdâſch דביר debir. ἁγιαστήριον, ἀδυτον. Gall. *Sanctuaire, vn lieu ſainct & retiré.* Ital. *Santuario.* Ger. Das Heiligthumb. Bel. Een Sacriſtey. Hiſp. *Lugar donde guardan las coſas ſanctas.* Pol. *Mieiſcze ſwiete, gdzie ſam tylko kapłan wchodzi.* Vng. *Zentſeg tarto hely helsõ auagy ritek zent hely.* Ang. *A ſanctuarie, the moſt holie and ſecret place in the churche.*] Sanctuaria quoque Mithridatis appellavit Plin.lib.23.cap.8, quæ alio loco vocat arcana: Plutarchus ἀπόῤῥητα: In ſanctuariis, *inquit*, Mithridatis maximi Regis devicti Cn. Pompeius invenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti, Sanctuariũ Cæſaris appellat Siculus Flaccus, ſanctius tabularium principis.

Sāndălĭum, lii, n.ſ. [σανδάλιον, ἢ σανδαλιον. Ger. Ein gattũg ſchuh: etlich ſagen pantoffeln. Pol. *Patenki.* Ang. *A ſhoe called a ſlipper or pantouffle.*] Luciano muliebris calceamenti genus. Terent. in Evnuch. Vtinam tibi committgari videam ſandalio caput. ¶ Hinc Sandalarius Apollo dictus eſt: à vico, cujus meminit Gellius libro 17: In Sandalario fortè apud librarios fuimus. ¶ Item Sandaligerula, σανδαλιοφόρος, ὁ, quæ ſandaliis utitur. Plautus in Trinum. -ducitur familia tota, Veſtiſpiçii unctor, auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ, Cantrices, ciſtellatrices, nuntii, renuntii, raptores panis & peni.

Sāndălum, li, n.ſ. Farris Gallici genus, plus alio quovis farre panis reddens. Plinius lib.18.cap.7: Gallię quoq; ſuum genus farris dedêre, quod illinc *Brance* vocant, apud nos ſandalum, nitidiſsimi grani. Eſt & alia differentia, quòd quaternis libris plus reddat panis, quàm far aliud. Ruellius autor eſt, etiã hodie Gallis unius literæ immutatione *Blance* appellari.

Sāndălĭdēs, σανδαλίδης, Palmæ genus, à ſimilitudine ſandalii dictum. Plin.lib.13. cap.4: Quarta autoritas ſandalidum, à ſimilitudine appellatum.

Sāndăpĭlă, ſandapilæ, pen.corr.f.p. [πτοὸν τ νῆσθ φορέως νεκρο-φόρος. Gall. *Biere à mettre les treſpaſſez.* Ital. *Cadaletto da morti.* Ger. Ein todenbar. Hiſp. *Lecho en que llevan à enterrar los muertos.* Pol. *Mari.* Vng. *Zent mihaly loua ſelye.* An. *A biere or cophin wherein dead men ar caried.*] Genus feretri, quo tenuiorum cadavera efferebãtur. Mart.li.8: Grãdis in anguſta ſarcina ſandapila.

Sāndăpĭlārĭī, dicebantur veſpillones, qui pauperum cadavera in ſandapila efferebant.

Sāndărăchă, ſandarachæ, f.p. [σανδαράχη. Ger. Roſsgel oder Bergrot. An. *A bright redde colour vſed of peinters, arſenik.*] Coloris rubri genus eſt, quod in aurariis & argentariis fodinis invenitur, eò melius, quò magis rufum, quoq; magis virus redolet, quoq; purius eſt magisq; friabile. ¶ Eſt & ſandaracha factitia, quæ ex cocta ceruſſa confici ſolet. Plin. lib.35. cap.6: Sandaracha quo modo fieret, diximus. Fit & adulterina ex ceruſſa, non in fornace cocta. Colos eſſe debet flammeus. Pretium in libras aſſes quini. Hæc ſi torreatur, æqua parte rubrica admiſta, ſandycem facit. ¶ Sandaracha, item herbæ nomẽ apibus gratiſsimæ, quam allo nomine cerinthum appellant. Vide Plin.lib.11.cap.7.

Sāndărăchĭnŭs, a, um, pen.cort. σανδαράχιν@-, Quod colorem ſandarachæ refert: hoc eſt, quod flammæ colorem imitatur. Nævius apud Nonium: Merula ſandarachino colore.

Sāndărăchātŭs, adject. Cui ſandaracha admiſta eſt. Plin.lib.35. cap.15: Item lentes tollit cum ſquamis çris, aceto ſandarachato admiſto.

Sāndăſtrŏs, Gemma eſt ex genere ardentium, quã aliqui garamantiten vocant. Habet velut in translucido ſtellantes intùs aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Hanc nõnulli eandem putaverunt cum ſandaſere, quam Nicanor ſandaſerion & ſandaſeron appellat: ſed falsò, ut inquit Plinius, vicinitate nominum decepti: quum ſint gemmæ prorſus diverſæ. Vide Plin.lib.37.cap.7.

Sāndўx, ſandycis, m.t. [σανδυξ. Ger. Gammetrot oder Bergrot/ Menning Pol. *Minium.*] Coloris rubri genus, quod fieri ſolet ex ceruſſa vehementiùs aduſta, teſte Galeno ad finem lib.9. Simplic. Plin. & ex ſandaracha fieri tradit, æqua parte rubricæ admiſta. Quo in loco & Virgilium tacitè imperitię videtur reprehendere, quod ſandycem herbam eſſe crediderit: quũ ait: Spõte ſua ſandyx paſcẽtes veſtiet agnos. Verùm (quod viri totius memorię doctiſſimi bona cũ venia dictũ velim) eo ex verſu colligi nõ poteſt, Virgiliũ ſandycem pro herbæ genere poſuiſſe: quod & ante nos annotavit Virgilius Marcellus eo capite quo de ſandaracha agit Dioſcorides. Illud enim ſolùm videtur ſpectaſſe Maro, eam fore rerũ omnium & felicitatẽ, ut ſponte ſua colores in oviũ velleribus naſcerentur, & inter paſcendũ lanæ coloraretur: neq; id paſtu ſandycis futurũ ſignificaſſe, ſed id tantùm voluiſſe: fore ut ſponte ſua lanę ſandycis colorem contraherent, nõ detonſæ, ſed in ipſis agnorum tergoribus, quum interim illi paſcerentur.

Sane, adverb. Profectò, certé. [אכן *achén* אולם *ulám.* μέντοι, ὄντως. Gall. *Certes, vrayement.* Ital. *Certamente, veramente.* Ger. Zwar/warlich. Hiſp. *Ciertamente.* Pol. *Iowſzem.* Vng. *Bizonyara.* Ang. *Truely, ſurely, verely.*] Cic. ad Lentulum lib.1: Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat. ¶ Aliquando in conceſſionibus locum habet: ut, Sit ſanè ut vis pro eſto ut vis. Cicero: Quid enim habet commodi? quid non potius laboris? ſed habeat ſanè. Quint. Tulerit ſanè filius noſter meritò pœnas, dederit ſpiritum ſupplicio, nihil de præteritis loquimur, quaſi dicat: Eſto ità, ſit ut tu vis. ¶ Quandoq; ponitur pro valde, quoniam qui ſanus eſt, validus eſt. μάλα. Sueton. Bellum ſanè difficile geſſit. ¶ Iungitur nonnunquã cum &, affirmativaq; eſt. Quint. Et ſanè quis concipiat vel declamãtis habitum, vel orantis vocem, inceſſum, pronuntiationẽ, illum deniq; animi & corporis motũ? Item cum quàm, Gellius: Sanè quàm utile eſt. ¶ Non ſanè, pro non admodũ. Cic.2.de Finib. Poſt enim Chryſippum nõ ſanè eſt diſputatũ. Budæus. ¶ Sanè bene: id eſt, bene quidem. Cic.pro Quint. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica: ſanè bene culta & fructuoſa. ¶ Ponitur aliquando in principio ſententiæ, Cicer.2. de Natura deor. Sanè reſtat ut qualis corũ natura ſit, conſideremus. ¶ Ponitur aliquando pro Satis. Cicero: Sopater, quum hoc illi improviſum accidiſſet, commotus eſt ſané. ¶ Aliquando pro multum. Terent. in Andr. Sanè pol illa temulenta eſt mulier.

Sānēſco, vide SANVS.

Sangenos, Gemma eſt ex opali generibus, quam ob eximiã gratiam, & παιδίσκην quidam appellaſunt. Plin.lib.ult.cap.6.

Sānguĭs, ſanguinis, m.t. quod & ſanguen, neutri generis ab antiquis dicebatur. [דם *dam.* αἷμα. Gal. *Sang.* Ital. *Sangue.* Ger. Blut. Hiſp. *Sangre.* Pol. Krew. Vng. Ver. Ang *Bloode.*] Lucret. Viſceribus viſcus gigni, ſanguenq; creari. Dicitur aũt propriè ſanguis, qui eſt intra venas: cruor verò, qui jam extra vaſa eſt effuſus. Cic.2. de Nat. deor. In quam ſanguis à jecore per venã illam cavã influit, eoq; modo ex his partibus & ſanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. Idem 2.de Orat. Reliquæ duæ, ſicut ſanguis in corporibus, ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debent. Virg.2. Aen.-nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri. Idẽ Egl.8: Sævus amor docuit natorũ ſanguine matrem Cõmaculare manus. ¶ Detractio ſanguinis, & Sanguinis miſſio, φλεβοτομία: &, Sanguinem mittere, & ſanguinẽ detrahere, φλεβοτομεῖν, apud Celſum lib.2.cap.8.& 9, ſæpiùs leguntur. Quint. lib.2.cap.10: Impleat ſe declamator aliquando, dũ ſciat, ut quadrupedes, quũ viridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur, &c. ¶ Sanguis ærarii, pro ſubſtantia in ærario cõtenta: metaphoricé. Cic.5. Verr. Quæ quũ de pop. Rom. victu, de vectigaliũ nervis, de ſanguine detraxiſſet ærarii, Tertiæ mimæ cõdonavit. Plenus ſanguinis, pro ſanguinario. Plaut. in Bacch. Magiſtrón' quenquã diſcipulũ minitarier? Nil moror diſcipulos mihi eſſe tã plenos ſanguinis. ¶ Sãguis pro vigore ac vi. Cic. ad Att.li.4: Amiſimus, mi Põponi, omnẽ ſuccũ & ſanguinẽ, ſed etiam colorẽ & ſpeciem priſtinã civitatis: nulla eſt Reſp. quæ delectet, in qua acquieſcã. ¶ Sanguis, pro Progenie. [זרע zérah. τὸ μὴ φυλον αἷμα. Gall. *Lignee & race de quelqu'vn.* Ital. *Generatione, progenie.* Ger. Ein Geblüt/ Geſchlecht. Hiſp. *Generacion, linaje.* Pol. *Narod.* Ang. *The ſtock or parentage where of one cometh.*] Virg.4. Aen.-Trojano à ſanguine duci Italiã regeret: genus alto à ſanguine Teucri Proderet, ac totũ ſub leges mitteret orbẽ. Idẽ 2. Aen.-hortamur fari quo ſanguine cretus, Quídve ferat, memoret: quę ſit fiducia capto. Cic. pro Roſc. Amerin. Magnã vim, magnã neceſſitatẽ, magnã poſſidet religionẽ paternus maternusq; ſanguis. Quint. lib.8.cap.3: Vt medici abalienata morbis mẽbra præcidũt: ita turpes ac pernicioſos, etiã ſi nobis ſanguine cohæreãt amputãdos. ¶ A Sãguis fit cõpoſitũ Exãguis. Item denominativũ Sãguineus, ejusq; compoſitũ Cõſanguineus: de quibus ſuo loco. ¶ Sanguine flere. αἵματα κλαίειν, proverbialis hyperbole, ſignificãs nihil nõ fieri quo fleãtur aliquis. Sic enim antiquitus loquebãtur. Haud flectes illũ, ne ſi ſanguine quidẽ fleveris. Translatũ videtur à prodigiis, quibus interdũ ſtatuæ ſanguineis guttis lacrymare videntur.

Sānguĭcŭlŭs, Sanguis hœdi, ſive ſuis, in cibũ formatus. αἱμάτιον. Plin.lib.28.cap.14: Vtuntur ad utrunq; vitium & coagulo hœdi in vino myrteo magnitudine fabæ poto, & ſanguine ejuſdem in cibum formato, quem ſanguiculum vocant.

Sānguĭnālĭs, & hoc ſanguinale, pen.prod. ut ſanguinalis herba. πολύγονον. eadem quæ Sanguinaria. Col.lib.7.cap.12.

Sānguĭnŏlēntŭs, a, um, Plenus ſanguine, & ſanguine conſperſus. [αἱματώδης. Gall. *Sanglant, plein de ſang.* Ital. *Sanguinolento, pieno de ſangue, tutto ſangue.* Ger. Blutig/voll blut. Hiſp. *Coſa llena de ſagre.* Pol. Krwawi. Vng. Verõs vercel tellyes. Ang. *Full or ſprinkled with bloode.*] Varro de Vita popul. Roman. Itaque propter amorem imperii, magiſtratus gradatim, ſeditionibus

ſanguinolentis urbem perturbavêre. Ovid. Epiſt. 3: Vidi quātus erat, fuſum tellure cruenta Pectora jactantem ſanguinolenta virum. Idem 1. Amor. Eleg. 12: Ille color verè ſanguinolentus erat. ¶ Litera ſanguinolenta, pro invectiva, ſeu famoſo libello. Idem in Ibin: Nullaq; quæ poſſit, tot ſcriptis millibus, extat Litera Naſonis ſanguinolenta legi. Sanguinolenti præterea appellabantur infantes expoſiti, quòd recens nati efferrentur, de quibus in C. ſub Rubr. de infant. expoſit. & de iis qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt.

Sānguĭnārĭŭs, ria, rium, adjectivum, Sævus & crudelis. [φιλαίματος, αἱμοχαρής. Gall. *Sanguinaire, cruel.* Ital. *Crudele, ſanguinario.* Ger. Blutdurſtig/blutthund/rauw vnd grawſam. Hiſp. *Enſangrentador, cruel* Pol. Okrutnik, krwieprzelicwcza. Vng. *Ver zopo kegyetlen.* Ang. *Cruell, bloode thriſtie or bloodie.*] Cic. Itaq; gravem illam, ac ſanguinariam vocem audivimus. Sic ſanguinarius homo dicitur à Seneca, qui gaudet humano ſanguine, & crudelis eſt. Cic. ad Att. lib. 2: Megabrotus, & hæc ſanguinaria juventus inimiciſſima eſt. Plin. lib. 19. cap. 5: Tarquinius nuntiũ illum ſævum atq; ſanguinarium filio remiſit ex horto. ¶ Sanguinaria, herba eſt quam Græci à multitudine geniculorum πολύγονον appellant. Sanguinaria dicta, propterea quòd ſuccus ejus infuſus naribus, ſupprimit ſanguinem. Colum. lib. 7. cap. 5: Eſt etiam gravis pernicies herbæ ſanguinariæ, quam ſi paſta eſt ovis, toto ventre diſtenditur contrahiturq́; & ſpumã quandam tenuem tetri odoris expuit. Vocatur & ſanguinalis herba. Colum. lib. 7. cap. 12, cujus hæc ſunt verba: Poſſunt etiam ut Cornelius præcipit, lilii radix, aut ſcylla cum ſale, vel ſanguinalis herba, quã πολύγονον Græci appellãt, vel marrubiũ, ferro recluſa ſanare. Vulgus *corrigiolam* vocat, & *centinodiam*.

Sānguĭnĕŭs, a, um, is cui plurimum ineſt boni ſanguinis. [αἱματώδης αἱμώνιος. Gall. *Sanguin, de ſang.* Ital. *Sanguigno.* Ger. Blutreich/blutig. Hiſ. *Lleno de ſangre.* Pol. Krwiſte pełni. Vng. *Veres akkibe ſokio ver vagyon.* Ang. *That hath much bloode, of a ſanguine or bloodie colour.*] Medicis enim ſanguineus dicitur, cui plurimum inſit boni ſanguinis: hoc eſt, qui temperamento calido ſit & humido. ¶ Aliquando id eſt quod ex ſanguine conſtat: ut Imber ſanguineus, apud Ciceronem 3. de Diviſiat. Plin. lib. 11. cap. 37: Coſtæ nulli, niſi ſanguineum pulmonem habenti. Ovid. 2. Metam. -at inde Sanguineæ manant tanquã de vulnere guttæ. ¶ Interdum idem quod ſanguinolentus. αἱματώδης. Ovid. 3. Triſt. Eleg. 9: Pallentesq́; manus, ſanguineumq́; caput. ¶ Modò ad animum refertur: & ſignificat crudelem cruentumq́;. Ovid. 12. Metamorph. Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ovantem Eminus ingenti reſupinum pondere fudi. Horatius 1. Carminum, Ode 27: Tollite barbarum morem, verecundumq́; Bacchum ſanguineis prohibete rixis. ¶ Sanguineus frutex, à corticis ſanguineo colore nomen accepit, vimina ferens lenta, vitibus vincula ſuppeditantia, teſte Plin. lib. 16. cap. 37: Virgæ ſanguineæ, ex ſanguineo frutice detractæ. Idem lib. 19. cap. 10: Sunt qui virgis ſanguineis tangãt ea quæ crucis nolint eſſe obnoxia. Idem li. 24. cap. 10: Nec virga ſanguinea felicior habetur. Cortex ejus interior cicatrices quæ perſanavêre aperit,

Sānguĭno, ſanguinas, ſanguinare, Eſt ſanguine manare. [αἱμόω, αἱμόρροος. Gall. *Saigner, jetter ſang* Ital. *Inſanguinare.* Ger. Bluten. Hiſp. *Enſangrantar, haziendo ſangre.* Pol. *Krew puſczam.* Vng. *Verrel folyok.* Ang. *To lett out bloode.*] Quint. in Declam. 10: Tum repetitis ſanguinavêre planctibus jam convaleſcentes lacerti. Et iterum: Mulier quæ ſanguinantes porrigit ad judicem lacertos. Tacitus in Dialogo de Oratoribus: Nã lucroſę hujus & ſanguinãtis eloquētiæ uſus recẽs, & malis moribus natus.

Sānguĭſŭgă, ſanguiſugæ, pen. prod. Vermis in aqua degens, ſanguinemq́;, ſeſe lavantium exugens: qui & hirudo dicitur. [עלוקה *haluká*ḥ. βδέλλα. Gall. *Vne ſangsue.* Ital. *Sanſuga, ſanguiſuga, ſanguetta.* Ger. Ein ägel ſo das blut ſauget. Hiſ. *Sanguiſuella.* Pol. Pyawka. Vng. *Nadaly pioka.* Ang. *An horſeleach or bludeſucker.*] Plinius lib. 32. cap. 7: Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur.

Sānĭēs, hujus ſaniei, f. q. Sanguis corruptus, necdum ad puris albedinẽ craſſitudinẽq́; coctus. [חבורה *chabburáh.* ἰχώρ, βρότος. Gall. *Sang meurtri ou venant à corruption.* Ital. *Marza, ſangue marcito.* Ger. Wundſchweiß / die matery auß welcher der eyter wachſet. Bel. Eiter. Hiſp. *Sanguaza de la ſangre.* Pol. Drzen, krow zropa. Vng. *Eu gõnietſeg eretlenni.* Ang. *Mater comming of putrefaction, corrupted bloode.*] Virg. 8. Aeneid. & ſanie, taboq́; fluentes. Celſus lib. 5: Sanguis omnibus notus eſt: ſanies eſt tenuior hoc, variè craſſa, & glutinoſa, & colorata: pus craſſiſſimũ, albidiſſimumq́;, glutinoſius, & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis è vulnere recenti, aut jã ſeneſcente: ſanies inter utrunq́; tẽpus eſt: pus ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante. ¶ Ponitur aliquando ſanies pro lanæ infectura. Plin. lib. 9. cap. 38: Rurſusq́; carminata mergitur, donec omnem ebibat ſaniem. ¶ Sanies oleæ, eſt ipſa amurca: hoc eſt, fæx olei. Plin. lib. 15. cap. 3: Oliveę conſtãt nucleo, oleo, carne, amurca: ſanies eſt hęc ejus amara.

Sānĭōſŭs, adjectivum, Sanie, & impuro ſanguine conſperſus. [βροφώεις. Gall. *Saigneux, plein de ſang meurtri.* Ital. *Guaſto di marza o pieno di eſſa.* Ger. Schweiſſig vnd eyterächtig. Hiſp. *Lleno de ſanguaza.* Pol. *Pokrwawioni, poſoczony.* Vng. *Eretlen eues, gõn yerſeges.* Ang. *Full of putrefaction and corrupted bloode.*] Plin. lib. 7. cap. 15: Aut non vitales partus eduntur, aut ſaniosi, ut autor eſt Nigidius.

Sānĭtās, Vide SANVS.

Sānnă, ſannæ, per duplex n, f. p. Irriſio, quæ (ut inquit Hieronymus) ab occipitio diſtorto ore, & labris cõtractis fit, anteriorum dentium oſtentatione. Cornutus verò in Perſium Satyr. 1. Tria Sannarum genera eſſe ſcribit, cùm aut manum contractis digitis, & ad inferiorẽ partem inclinatis Ciconia ſignificatur: aut auriculæ aſini apponũtur: aut lingua in modum ſitientis canis protenditur. [קלס קלסה *kéles kallasáh.* χλεύη. Gall. *Mocquerie.* Ital. *Irriſione, diſleggiamento.* Ger. Verſpottung mit zerzertem maul/vermupffung. Hiſp. *Ronquido ò eſcarnio.* Pol. Oſzczerſtanie. Vng *Zay vigyo ritaſſal valo gunyolas.* Ang. *A ſcoffe, a mocke.*] Quo vocabulo uſus eſt Iuven. Satyr. 6: I nunc, & dubita qua ſorbeat aëra ſanna Tullia. Et Perſ. Satyr. 1: Vos ô patritius ſanguis, quos vivere fas eſt, Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ. Proverbialiter hoc dixit pro clancularia irriſione. ¶ Hinc Sanniones, & ſannii, ut inquit Probus: de quibus paulò pòſt. Item Deſanno, deſannas, quod eſt, per faſtidium derideo. Subſanno, de quo alibi. χλευάζω. ¶ Similiter ſannatores, qui eo modo irrident. χλευαστής.

Sānnĭo, ſannionis, m. t. Qui ſoluto riſu, & contortis corporis totius partibus quempiam irridet, moresq́; aliorum tam inepto geſtu exprimit, ut quum alios irrideat, ipſe omnibus ſit ridiculus. [מתקלס *mithkallés* χλευαστής. Ariſtot. Gal. *Mocqueur, le fol en vn ieu ou en vne farce.* Ital. *Chi fa il buffone, ò contrafà altrui nelle comedie.* Ger. Ein gläffer / ein ſchalcknarr / der mit ſeinen ſpöttlichen poſſen jederman zu lachen macht / ein täppiſcher ſpötter. Hiſp. *El mofador ò eſcarnidor, bono.* Pol. Oſzczerca. Vng. *Zay vigiortas ſal valo gunyolo, bahatalua valo tſufolo.* Ang. *A ſcoffer or mocker.*] Cic. 2. de Orat. Quid enim poteſt eſſe tàm ridiculum quàm ſannio eſt, qui ore, vultu, imitandis moribus, voce deniq; corpore ridetur ipſo? Idem ad Papyrium, lib. 9: Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum. ¶ Sannio quoque per metaphoram dicitur, qui rectum vultum non habet, quòd ſanniones alios irridendo, os & vultum diſtorqueant, Cornutus in Perſ. Sat. 1.

Sāno, ſanas, vide SANVS.

Sānqualĭs, Avis, quam quidam oſſifragam appellant. φλών. de qua vide Plin. lib. 10. cap. 7: Sanqualem autẽ atq; immuſſulum, Augures Romani in magna quæſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrabantur eſſe, & Sanqualẽ Oſſifragę. Maſſurius Sanqualem oſſifragã dicit eſſe: immuſſulum aũt pullum aquilæ, priuſquam albicet cauda. Quidam, poſt Mutium Augurem non eſſe viſos Romæ affirmavêre.

Sanſucus, vide SAMPSVCHVM.

Sanſă, vide SAMPSA.

Santălum ſantali, [σανδαλον. Ger. Sandelholtz/Sandel.] Aëtio, quod vulgus *ſandalum* vocat, Lignum eſt quod India mittit: cujus tria ſunt genera, candidum, rubrum, luteum: quibus ſimul commiſtis fit compoſitio vulgaris, quæ triſantálων appellatur. Vide Ruellium.

Sāntērnă, ſanternæ, f. p. [Ger. Berggrün.] chryſocollæ genus eſt, quo aurifices utũtur ad auri ferruminationẽ. Temperatur Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Vide Plin. lib. 33 cap. 5.

Santonĭca, Tertia abſinthii ſpecies eſt minore folio quã Ponticum: aliis nominibus abſinthium marinum, & abſinthium ſeriphum appellatum. ἀψίνθιον θαλάσσιον. Dicta ſantonica, ſive (ut apud Plin. lib. 17. cap. 7. legitur) Abſinthium Santonicum; à Santonibus Galliæ Aquitaniæ populis, apud quos copioſiſsimè provenit.

Sānŭs, a, um, Integer, incorruptus, bene habens, proſpera utẽs valetudine, cujusq́; partes omnes probè ſuas obeunt functiones. [בריא תמים *barí tamim* חי *cháj.* ὑγιής. Gall. *Sain:* Ital. & Hiſ. *Sano.* Ger. Geſundt. Pol. Zdrowi. Vng *Egeſſegõs ep.* Ang. *Whole or in health.*] Cicero in Philip. Quaſi medicus illẽ te ſanum feciſſet. Cato cap. 137: Quum plurimũ ederit, tum citiſsimè ſanus fiet ex eo morbo. Propert. li. 2. Eleg. 13: Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentũ cuipiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento ſanus factus fuerit. ¶ Transfertur & ad animũ. Vnde dicimus hominẽ ſana mente, ſanoq; cõſilio. Terent. in Heaut: Satin' ſanus es, aut ſobrius? Plaut. Trinum. Satin' tu ſanus mẽtis, aut animi tui, qui conditionem Hanc repudies? Cicer, 2. de Nat. deor. Eſſe igitur deos, ita perſpicuum eſt, ut id qui neget, cum ſanæ mentis non exiſtimem. ¶ Nihil ſanum, οὐδὲν ὑγιὲς. Proverbiũ, quo indicatur ſumma moriũ corruptio, & nullius honeſti reſpectus. ¶ Hinc inſanus dicitur, cui mentis ſanitas deeſt: hoc eſt, qui inſtrumẽtũ principũ animæ facultatũ habet vitiatum.

vitiatum. ἄλυς, ανόητος. Vnde insania, pro dementia: & Insanio, pro deliro, desipio, mentis compos non sum: de quibus copiosiùs egimus suis locis.

Sānĭtās, tatis, f.t. Bona valetudo: hoc est, status corporis actiones omnes suas probè obeuntis. [רפואה *rephuáh* רפואות *riphoúth* מרפא *marpé* תעלה *tehaláh*. ὑγεία. Gall. *Santé*. Ital. *Sanità*. Ger. Gesundtheit. Hisp. *Sanidad*. Pol. Zdrowie. Vng. Egesség *epség* Ang. *Health of bodie*.] Quintil. lib. 5. cap. 10: Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. Cic. 3. Tusc. Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se è quibus cōstamus, sanitas est. ¶ Per translationem quoq; de animo dicitur, quū ille functiones suas probè obit. Vnde redire ad sanitatem dicimus, pro eo quod est resipiscere. Cicer. Cassio lib. 11. Epist. Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Calend. Septemb. potestas facta est.

Sāno, sanas, act. p. Sanum facio, redintegro, & incolumitati restituo. [רפא *rippá*. רפאה *ghaháh* חיה *chüjáh*. ἰάομαι, ὑγιάζω, ἀλθαίνω. Gall. *Guarir*. Ital. *Sanare, guarire*. Ger. Heylen vnd gesundt machen Bel. Gesondt maten. Hisp *Sanar à otra cosa*. Pol. Vzdrawiam. Vng. *Meg gyogitom*. Ang. *To heale*.] Cic. 4. Tusc. Citiusq; oculorum tamor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Idē 3. de Nat. deor. Nec enim Herculi nocere Dejanira voluit, quum ei tunicā sanguine Centauri tinctā dedit, nec prodesse Pheræo Iasoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quā sanare medici non potuerant. Ovid. 10. Metam. habeo quod carmine sanet, & herbis. ¶ Vulnera Reip. sanare, per translationem. Cic. 4. de Fin. Quæ hic Reipubl. vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Idem 2. in Catil. Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, nō tam ulcisci studeo, quàm sanare, & ipsos placare Reip. Tibul. lib. 2. Eleg. 3: Nec potuit curas sanare salubribus herbis. ¶ Hinc fiunt Consano, & Resano, composita: quorum significationes suprà explicantur suis locis.

Sānātĭo, sanationis, f.t. Valetudinis restitutio. [רפואה *rephuáh* רפאות *riphút* מרפא *marpé* תעלה *tehaláh*. ἴασις, ὑγιασμός. Gall. *Guarison*. Ital. *Il restituir la sanità*. Ger. Heilung/widerbringung der gesundtheit. Hisp. *Obra de sanar*. Pol. Vzdrowienie. Vng. *Meg gyogittas*. Ang. *A healing or curing*.] Cic. 3. Tusc. Quumq; ad corporum sanationem multum ipsa corpora, & natura valeant, &c. Et paulò post: Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est.

Sānābĭlis, le, om.t. Qui sanari potest. [ἰάσιμος. Gall. *Facile & aisé à guarir, guarissable* Ital. *Cosa atta à risanarsi*. Ger. Gnäsertig/das sich leichtlich heylen lasst. Hisp. *Cosa que se puede bien sanar*. Pol. *L'atwi do vzdrowienia*. Vng. *Meg gyogittato*. Ang. *That may be healed or cured*.] Plin. lib. 29. cap. 4: Aspides percussos torpore, & somno necant, omnium serpentum minimè sanabiles. Ovid. 1. de Rem. amor. Vidi ego, quod primò fuerat sanabile vulnus, Dilatum longæ damna tulisse moræ. Cic. 4. Tusc. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut immisericordes, aut invidi, aut tale quid, ii sunt ejusmodi cōstituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen.

Sānēsco, sanescis, n.t. Sanus fio. [חיה *chajáh* ברטא *nirpá*. ὑγιάζομαι. Gall. *Se guarir*. Ital. *Sanarsi*. Ger. Heil oder gesundt werden/genäsen. Hisp. *Sanarse*. Pol. Poczynam ozdrawiaci. Vng. *Meg gyogyulgatok*. Ang. *To waxe heale*.] Colum. lib. 6. cap. 7: Sed vulnera facta igne, dum sanescūt, defricare bubula urina convenit: at ferro rescissa, melius pice & oleo curātur. ¶ Hujus compositum est Consanesco. Colum. lib. 4: Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniam id ex quo virtde, & tenerū decerptum est, celeriter consanescit.

Săpă, æ, f p. à sapiditate, Vinum ex musto ad tertias decocto confectū. σίραιον, Græcè, & ἕψημα ab ἑψεῖν, quod decoquere dicitur. [Gall. *Du vin cuit*. Ital. *Sapa, vin cotto*. Ger. Eyngesotten Wein / oder most biß auff das dritt theil. Hisp. *La meloxa ò arrope*. Pol. *Winno przewarzone*. Vng. *Fôt bor torsia* Ang *Sodden wine*.] Plin. lib. 23. cap. 2: Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars supersit. Idem lib. 14. cap. 9: Siræum, quod alii hepsema, nostri *sapam* appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usq; ad tertiam partem mensuræ decocto. Martialis: Et Lalætanæ nigra lagena sapæ. Ovid. 4. Fast. Lac niveum potes, purpureamq; sapam.

Saperdă, f p. σαπέρδης, Piscis pontici genus, teste Athenæo, lib. 3. qui in Mæotide optimus capiebatur. Pers. Satyr. 5: Ecquid agam, rogitas? En saperdam adveho Ponto. Festus saperdam vilissimum piscem interpretatur. Quinetiā Phocion, referente Cœlio Rhodigino, saperdā pro apua accepit arundini inserta. ¶ Nonius per translationē pro sapiente, & venusto accipi annotavit, citās locum Varronis in Modio: Omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdæ quum simus κατ' ἀντίφρασιν.

Sapīdŭs, Sapiens, Sapientia, Vide SAPIO.

Sapīnŭs, pen. prod. Pars est abietis inferior, quæ enodis est: [ἐλάτη. Gal. *Vn sapin*. Ital. *Abiete albero, parte piu bassa d'esso*. Ger. Das vnderist theil einer tannen so ohne knöpff ist. Hisp. *La parte baxa del abeto arbol, ò abeto ello, ò pinsabo*. Pol. *Pien iodl'owi*. Vng. *Brotketlen iegnye fatöue*. Ang. *The neather part of a firret tree*.] sicut superior, quæ nodosa est susterna. Hodie tamen vulgus Gallorum totam arborem sua lingua *sapinum* vocat. Vide Pliniū lib. 6 cap. 39.

Sapīnĕŭs, a, um, Quod ex sapino est. [ἐλάτινος. Gall. *De sapin*. Ital. *Di abiete*. Ger. Das auß dem vnderisten stammtoch ist. Hisp. *Cosa de abeto*. Pol. *Ziodl'iniçinioni*. Ang. *Of firre*.] Colum. lib. 12. cap. 5: Alii nucibus ardentibus sapineis idem efficiunt.

Săpīnŏs, Genus gemmæ est, ex amethysti generibus, colore hyacinthi, sed paulò dilutiore, quæ & paranites dicitur. Autor Plin. lib. ult. cap. 9.

Săpĭo, pis, pivi, vel sapii, sapitum, pen. prod. vel sapui, sapitum, pen. corr. n. t. Propriè pertinet ad sensuum gustus: proprieque res ipsa sapere dicitur, quæ habet in se aliquem saporem. [χυμίζω. Gall. *Sentir, auoir saueur & gouſt*. Ital. *Hauer sapore*. Ger. Ein geschmack oder tust haben am versuchen. Bel. Smaten. Hisp. *Tener sabor*. Pol. *Smakuie, kosztuie*. Vng. *Kostalassal meg ezöm*. Ang. *To saiuour, to haue a tast in the mouth*.] Iuven. Satyr. 11: Qui meminit, calidæ sapiat quid vulva popinæ. Cicero 2. de Finib. Nec enim sequitur ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Colum. lib. 7. cap. 8: Nec dubium quin fici ramulis gallarus caseus jucundissimè sapiat. ¶ Hinc sapor, & sapidus: quorum significationes vide suis locis. ¶ Transfertur & ad animum, pro sapientem esse, seu recta mēte præditum esse. [חכם *chachám*. φρονεῖν. Gall. *Estre sage & posé*. Ital. *Esser in cervello, esser savio*. Ger. Weiß oder witzig seyn/verstendig seyn. Hisp. *Saber o tener prudencia*. Pol. *Iestem madri*. Vng. *Exesmagyok bolts vagyok*. Ang. *To be wise and wittie*.] Terent. in Evnuch Si sapis, neque præterquam quas ipse amor molestias habet, addas: & illas quas habet, rectè feras. Martialis: Nubere vis Prisco? non miror, Paula: sapisti. Cicero 3. Offic. Quem qui audiunt, intelligere etiam & sapere plusquā cæteros, arbitrantur. ¶ Quandoq; dativo jungitur. Plaut. in Trinum. Habén' tu amicum, aut familiarem cui pectus sapiat? Hic sapit rem suam: id est, scit quid tibi agendum sit. Sapit ad genium: id est, novit curare cuticulam, & indulgere genio. ¶ Accipitur etiam sapio pro refero: ut illud apud Persium: Quum sapimus patruos: hoc est, quum sapientiam patruorum referimus. Ad hunc modum dicimus, Liber hic sapit hæresin, Phrasis sapit Græcanismum: hoc est, refert hæresin, vel Græcanismum. ¶ Hujus composita sunt, desipio, & resipio: quorum significata explicantur in verbo DESIPIO.

Săpĭens, tis, om.t. Qui sapit. [חכם *chachám* בבון *nabón*. σοφός. Gall. *Sage, prudent, bien auisé*. Ital. *Sapiente, saggio, saputo*. Ger. Weiß / verstendig. Hisp. *Sabio ò prudente*. Pol. *Rozamni, madri*. Vng. Exös *bölts*. Ang. *Wise*.] Cicero 4. in Catil. Misero mors sapienti non potest accidere. Horat. lib. 1. Epist. 7: Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratū. Idem lib. 2. Epist. 1: Sed tuus hic populus sapiens. Tacit. lib. 3: Cæteri ad sapientiora converterere. ¶ Sapiens tribus modis dicitur: Primò qui scit etiam aliquam optimè tenet: ut Aristoteles in philosophia, Acilius in jure civili. Secundò, qui per longā ætatem rerū multarum cognitionem adeptus est: ut Cato. Tertiò, qui circa præcepta bene vivendi, & cognitionem versatur: qualis fuit Lelius. Cic. de Amic. Vnum accepimus Apollinis oraculo sapientissimū judicatum.

Săpĭentĭă, sapientiæ, f p. Est (ut ait Cic. 4. Tusc.) rerum divinārum, atq; humanarū scientia, cognitioq;, quæ cujusq; rei causa sit. [חכמה *chochmáh* תבונה *tebunáh*. σοφία. Gall. *Sagesse*. Ital. *Sapientia*. Ger. Weißheit. Hisp. *Sabiduria, prudencia*. Pol. *Madrosc, rozum*. Vng. *Bölcseség, ékesség*. Ang. *Wisdome*.] Idem 2. Offic. Sapientia est (ut à veteribus Philosophis definitum est) rerum divinarum & humanarum, causarumq;, quibus hæ res continentur, scientia. Idem 1. Offic. Princepsq; omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocāt: & qui eam profitetur, sapiens, σοφὸς, appellatur. Vnde qui nunc *Philosophi* dicuntur, primùm σοφοὶ à Græcis, à nostris *sapientes* dicebātur. Neque quemlibet eo nomine olim dignabantur. Vix enim septem eodem tempore invenit Græcia, quibus id nominis deferret: quorum nomina & patria sic se habēt: Thales Milesius: Solon Salaminius, seu Athenienſis: Chilon Lacedæmonius: Pittacus Mitylenæus: Bias Prienæus: Cleobulus Lindius: Periander Corinthius. Sed postea Pythagoras primus non sophum se, sed Philosophum appellavit: hoc est, nō sapientem, sed sapientiæ amatorem: & scientiam ipsam, nō Sophiam, sed Philosophiam nuncupandam existimavit, quòd hominū neminem, sed solum Deum sapientem judicaret.

Săpĭentĭpŏtens, tipotentis, penult. corr. Qui sapientia multùm valet, quemadmodum Bellipotens, qui plurimum potest bello. Est autem vox Enniana satis durè composita. Cicero 2. de Divin. Postremò quanquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Aeacidarum, bellipotens magis quàm sapientipotens, tamen hanc versus amphiboliam intelligere potuisset.

Săpĭentĕr,

Săpĭĕntĕr, adverb. [σοφῶς Gall. *Sagement.* Ital *Sauiamente.* Ger. Weißlich. Hiſp. *Sabia, ò prudentemente.* Pol. *Madrze, rozumnie.* Vng. *Bölczeſſeghöſſen.* Ang. *Wiſely*] Terent. in Andr. Sapienter vita inſtituit. Cicero pro Domo ſua: Quia jus à majorib. noſtris, qui non fictè & fallaciter populares: ſed verè & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, &c. Idem Curioni lib. 2: Nemo eſt qui tibi ſuadere ſapientiùs poſſit ipſo. Ovid 13 Meram. Perq; deos oro, quos hoſti nuper ademi, Per ſiquid ſupereſt quod ſit ſapienter agendum, &c.

Săpŏr, ſaporis, m.t. Eſt qualitas illa quam guſtu dignoſcimus. [טעם *táham.* χυλὸς χυμός. Gall *Saueur, goût.* Ital *Sapore.* Ger. Der geſchmack eines dings ſo man verſucht Hiſp. *Sabor de lo que ſe guſta.* Pol. *Smak, koſztowanie.* Vng. *Kóſtolás, ízleſs.* Ang. *A taſt, ſauour or ſmacke.*] Saporum verò decem ſunt genera (ut docet Plin. lib. 15. cap. 17.) ſcilicet dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, & ſalſus. Cicer. 3. de Finib. Vt enim mel etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis dulce eſſe ſentitur. Plin. lib. 15. cap. 18: Quæ odoratiora, non eadem in guſtu tenera: quia non ſunt pariter odor & ſapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus, quadantenus & cotoneis: nullusq; odorificis. Virg. lib. 4 Georg. Aſper in ora ſapor. Quintil. lib. 1, cap. 10: Et muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem vario florum ac ſuccorum genere perficiunt. Idem lib. 1. cap. 1: Vt ſapor, quo novas imbuas, durat, &c. ¶ Ponitur aliquando ſapor per translationem pro jucunditate ſermonis. Cic. de Clar. Orat. Gravius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo.

Săpĭdŭs, ſapida, ſapidum, Quod gratum ſaporem habet, [ἡδύχυλος. Gall. *Sauoureux.* Ital *Saporito.* Ger Wolgeſchmackt am verſuchen Hiſp. *Sabro al guſto.* Pol. *Smaczni.* Vng. *Io ízw'.* Ang. *That hath a good taſt, ſmak or reliſh.*] Cujus contrarium eſt Inſipidus, ſine ſapore: ut Caſeus ſapidus, Vinum inſipidum.

Săpo, m g. [סבון *ſabún* σαπών, σάπωνος, ὁ σάπων. Gal. *Du ſauon.* Ital. *Sapone.* Ger Seiffen Hiſp. *El xabon.* Pol. *Mydło.* Vng. *Zappan.* Ang. *Sope, or any thing to waſhe and cleanſe with.*] Plin. lib. 28. cap. 12 Prodeſt & ſapo: Gal. oto m hoc invêtum rutilandis capillis & ſevo & cinere. Optimus ſagino & carpino duobus modis, ſpiſſus ac liquidus: uterq; apud Germanos major in uſu viris quàm fœminis.

Săpŏr, Vide SAPIO.

Săpphīrŭs, pen. prod. [סטיר *ſappír.* σάπφειρος. Gall. *Saphir.* Ital *Zaffiro.* Ger. Das edel geſtein ſo man Saphir nennet. Hiſp. *El caſir piedra preciosa.* Pol. *Safier kamien.* Vng. *Saphir kő.* Ang. *A ſaphirre ſtone.*] Lapis pretioſus, coloris aërei, aureis pũctis collucens, de quo vide plura apud Plin. lib. 38. cap. 9.

Săpphīrātŭs, σαπφειρώδης. Sapphiris intertextis variegatus. Sidonius: Ac ſi ſub verſicoloribus figuris vernans herbida cruſta ſapphiratos.

Săpphīrĭnŭs, pen. corr. adject [σαπφειρένος Gall. *De ſapphir.* Ital. *Di zaffiro.* Ger Eines Saphirs. Hiſp. *Coſa de caſir.* Pol. *Safieroui.* Vng. *Saphir kőből valo.* Ang. *Of ſaphirre.*] ut ſapphirinus lapis, Plin. lib. 37. cap. 2.

Saprum, [σαπρόν. Ger Ein angemacht tranck von zerſtoſſenẽ früchten des Bawms *Corni* (das iſt ein kurtzerbawm oder Thierlebawm) mit Saltz vnd Wein vermiſcht / den hefftigen Bauchlauff zu ſtillen.] Plin. lib. 28. cap 9, appellat caſei quoddam genus putridum, quod cum ſale & ſorbis ſiccis è vino tritum epotumq; medetur cœliacis. Græci σαπρὸν vocant putridum: unde & σαπροφάγοι dicuntur, qui putridia veſcũtur: & verbum σαπροφαγεῖν, quod eſt putridis veſci. Quo quidem verbo etiam Martialis utitur lib. 3: Neſcio quod ſtomachi vitium ſecretius eſſe Suſpiceriut quid enim Bætice σαπροφάγος;

Saprophagus, gi pen. corr. Martial. [Ger. Einer der die obgenañte Artzney braucht]

Sarcĭă, à veteribus dictum eſt pro ipſa, vel ſeipſa. Ennius: Quæ res ſaſſam loco ſeſe oſtendat.

Sarcasmŏs, σαρκασμός. Latinè dicitur jocus cum amaritudine, vel hoſtilis inſultatio. [Pol. *Podrzeznianie.*] ut apud Virg. 2. Aeneid. Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta, Degenereimq; Neoptolemum narrare memento

Sarcĭnă, ſarcinæ. Vide SARCIO.

Sarcĭo, ſarcis, ſarcire, ſarſi, ſartum, Verbo conſuo. [טפר בדק *taphár* בדק *bádak* κερκίζω. Gall. *Racouſtrer, refaire, reparer.* Ital *Cuſire veſti, rà conciare veſti.* Ger Zuſammen flicken oder bũtzen Bel. Geheel maken Hiſp. *Coſer, reparar.* Pol. *Iſzwam, oprawiam.* Vng. *Meg varrom, ðzue varrom.* Ang. *To amend, to mende, to ſtoure or renew.*] Vnde Sartores dicti, qui veſtes ſarciunt vere arciũt. ¶ Accipitur & pro reſtituere, inſtaurare, ἀναπληρόω. ¶ Per translationẽ ponitur pro damnũ ſolvere, reparare, ἀντιβαλλω. Pacuvius: Tu damni noſtri cauſa fuiſti, tu nobis ſarcito ut debes. Colum. li. 10. cap. 15: Quæ quum fuci aliquam partem cibariorũ abſumunt, ſarciendo damna, ſiunt agilliores. Dicimus quoq; Sarcire detrimentum, pro reparare. Cæſar 1. belli Civilis: Dum ſarcire acceptum detrimentum volunt, temerè inſecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur. Sarcire infamiam. Idem 3. belli Civilis: Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incõmodo dolor, tantumq; ſtudium infamiæ ſarciendæ, ut nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium deſideraret Generis lapſi ſarcire ruinas. Virgil 4. Georg. de Apibus: Quo magis exhauſtæ fuerint, hoc acrius omnes Incumbẽt generis lapſi ſarcire ruinas. ¶ Hinc componitur Reſarcio pro inſtauro, & quaſi novam formam induco.

Sartŭs, ſarta, ſartum, participium. [בדוק *bádúk* ἐπανορθωτός, κατηρτισμένος. Gall *Racouſtré.* Ital *Racconciato* Ger Zuſammen geflickt / gantz gemacht. Hiſp. *Coſido.* Pol *Zſzity.* Vng. *Meg varratot ðzue varratot.* An. *Amended or botched*] Horat. 1. Epiſt. 3: an malè ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcinditur?

Sārtē, adverbiũ, pro integrè, Sarcire enim eſt integrum facere, Soſipater Inſtit. Grammat. lib. 11.

Sartŏr, ſartoris, m.t. Qui veſtes facit, aut reſarcit: [טפר *tophér.* ἀκεστής. Gall. *Rauaudeur, rapetaſſeur.* Ital. *Racconciatore.* Ger Ein Schneider. Hiſp. *El ſaſtre.* Pol *Krawiec.* Vng *Szabo.* Ang. *A cobler or botcher.*] de quo vide plura in SARRITO, ſarris.

Sartrix, cis, f.t. Mulier quę ſarcit. [טפרת *tophéreth.*] Differt aũt Sartrix & Sarcinatrix, quòd Sartrix eſt tantũmodo quæ ſarcit: Sarcinatrix verò quę ſarcinas ſervat. Cornel. Fronto de differ. vocabul.

Sartă tecta. Opera publica quæ locantur ut integra præſtentur. ἐπανορθώσεις, κατασκευαί. Dicimus aũt exigere ſarta tecta, locare ſarta tecta, cõducere ſarta tecta, tradere ſarta tecta, habere ſarta tecta, præſtare ſarta tecta Locabãt ſarta tecta Cenſores, exigebãt ipſi quoq; Cenſores, interdũ Aediles, aliquando etiam Prætores, nec niſi quũ Senatus decreverat, tradebãt, habebãt, præſtabant, conducebant ſarta tecta, redemptores. Dicimus interdũ cum conjunctione, ſarta tecta, & tarta & tectum. ¶ Vtũtur antiqui hac locutione per tranſlationẽ. Cic. ad Ariſtium. lib. 13. Epiſt Hoc mihi da, atq; largire, ut M. Curiũ ſartũ & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſiacerum integrumq; conſerves. Plautus in Trinum Sarta tecta tua præcepta pater uſq. habui mea modeſtia: hoc eſt: exacta, & conſtante undiq; obedientia, præceptis tuis parui.

Sārcīmĕn, inis, Sutura, ραφή. Apuleius: Tũc tenui ſarcimine ſummas oras cutis adæquavimus, & junctũræ rimam ferę denſitate replumus.

Sarcĭnă, æ, pen. corr. f. p. Propriè utenſiliũ eſt, & eorum quæ ad cultũ, & ſimilem uſum pertinẽt: veluti faſcis, quem quis in itinere faciendo comportare poſſit: atq; ita Corn. Fronto diſtinguit ab onere, quum ait: Onus eſſe vehiculorũ: ſarcinas hominum. [משא *maßa* משאת *mahamaſáh.* σκεῦος, ἐπισαγμα, βαστάγιον. Gall *Charge, fardeau, paquet qu'on porte.* Ital. *Carica, carrico.* Ger Ein burde / puntel Bel Een packt Hiſp. *La carga, farcia, ò fardaje.* Pol *Brzemie, ſtl'omok.* Vng. *Terhh.* Ang *A burden, a fardell or pack cariage.*] Plaut in Moſtell. Hinc ſpeculabor primũ, Vnde adventi farcinam imponã ſeni Hinc milites ubi caſtra movere volunt, farcina colligere dicũtur: & qui in aliã domum immigrant, ſarcinas ſuas cõponere ſolent. Cæſar 2. belli Gall. Quũ prima legio in caſtra veniſſet, reliquæq; legiones ſarcinarũ impedimenta abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri. Ovid. Epiſt. 3: Non ego ſum claſſi farcina magna tuæ. ¶ Res etiam noſtras domi ciſtis, capſiſq; compoſitas, ſarcinas vocamus. Quę facent relictæ ſine hærede ſarcinæ. ¶ Per translationẽ pro domo: Farcina ponitur pro inutili onere.

Sarcĭnŭla æ, diminutivum f. p. [τὸ μικρὸν ἐκβόλιον, φορτίον. Gall *Petit fardeau, petit paquet, fardelet.* Ital. *Piccolo fardello.* Ger. Ein burdelin / pantelin. Hiſp. *Pequenno fardaje.* Pol. *Tł'omoczyk, brzemiaczko.* Vng. *Terhecske.* Ang *A litle fardell or pack.*] Iuven. Satyr. 5 Quis genuer hic placuit cenſu minor, atque puellæ Sarcinulis impar? Idem Satyr. 6: Colliphe ſarcinulas, dicet libertus, & exi: Iam grave ſestertium [illegible] Ocyus.

Sarcĭno, ſarcinavi, pen. corr. [illegible] Pol. *Tł'omoks cżynie.* An. *To make fardles or packes.*] ¶ Interdum ſarcinare capitur pro ſuere. [טפר *taphár* ῥαπίζειν Pol. *Opiawiã* Vng. *Varrom.*] ¶ Hujus compoſitũ eſt contarcino, de quo ſuo loco.

Sarcĭnārĭus, a, um, adject. [illegible] Gall *Chargé de bardes* Ital *Caricato di carga* Ger Mit einer burde beladen Hiſp. *Cargado de fardaje.* Pol. *Tł'omoks obczążony.* Vng. *Meg terhelietõt.* Ang. *That hath or beareth a far dell.*] Sarcinis onuſtus. Plaut. in Pœn. Vidén' homines ſarcinatos ſequi.

Sarcĭnātĭvŭs, a, um, adject. Quod ad ſarcinas pertinet: [σκευοφόρος, ὑποζύγιος Gall *Appartenant à charge & fardeaux* Ital. *Pertinẽte à carica & fardeaux* Ger. Zu den burdinen dienet. Hiſp. *Pertenecziente a carga y fardajes.* Pol. *Do tł'omokow należący* Vng. *Terhhöz valo.* Ang. *Belonging to fardelles or packes.*] Sarcinativa jumenta, quæ ſarcinis vehuntur. Cæſar 1. belli Civ. Et inopes habuit adductos, & quo eſſent ad id capiendi ampliores omnia ſarcinaria jumenta intercepit jubent.

Sārcĭnātŏr,

Sārcĭnātŏr, oris, m.t. Qui ſuit, & veſtes reficit. [תפר *tophér.* ἐπιῤῥάπτης, σκυτοτόμος Gal. *Radoubeur, rauaudeur, racouſtreur d' habits* Ital. *Racconciatore ſtracciaruolo.* Germ. Ein Kleyderbützer / Hoſenflicker. Hiſp. *El ſaſtre de veſtiduras.* Pol. *Ten ktori ſłati opprawia, opprawiacz, partacz.* Vng *Foldozo vawo.* Ang. *A botcher, that amendeth garmentes.*] Lucilius: Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optimè. Plaut. in Aulul. Petunt fullones, ſarcinatores petunt. Paulus in l. Fullo. ff de fur. Fullo, vel ſarcinator, qui polienda, & ſarcienda veſtimenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit.

Sārcĭnātrīx, cis, f.t. Mulier, quæ veſtes ſuit, & reficit. [תפרת *tophéreth.* ῥάπτρια. Gall *Rauaudeuſe, radoubeuſe* Ital. *Donna che raccõcia le veſti.* Ger. Ein Fitckerin / Kleyderbützerin Hiſp. *La ſaſtra de veſtiduras.* Pol. *Taktorá opprawia.* Vng. *Fol dozo varro aʒzony.* Ang. *She that amendeth garmentes.*] Cajus in l. Et ancillarum. de pecul. Maximè ſiqua ſarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat. Cajus autem hîc differentiam ſuprà in voce Sartrix traditam, non obſervavit.

Sārcĭŏn, σαρκίον, Eſt veluti carnoſa quædam vena gemmarũ, vitiumq; carchedonius ſmaragdis admodum peculiare. Vide Plin. lib. ult. cap. 5.

Sārcŏcōllă, [σαρκοκόλλα. Ger. Ein Gummi / behalt noch dieſen Nammen bey den Apoteckern.] Lacryma arboris in Perſide naſcẽtis, ſimilis thuris pollini, inquit Dioſcorides: ita dicta à glutinandis vulneribus. Vide Plin lib. 24. cap. 14, & lib. 13. cap. 11.

Sārcŏphăgŭs, pen. corr. m.ſ. [σαρκοφάγος. Ger. Ein todtengrab: *item*, ein gattung eines ſteins / der die eyngelegte Leyb in dem Grab verzehrt.] Lapidis ſive marmoris genus, quod circa Aſſum Troadis exſcinditur: in quo corpora defunctorum condita, abſumi intra quadrageſimũ diem conſtat, exceptis dentibus: ut tradit Plin. li. 36. cap. 17. Vnde & nomen habet à carne edẽda: σὰρξ, σαρκὸς, enim caro eſt, φάγω, comedo. Vnde cõvenienter pro ſepulcro poni conſuevit. Iuven. Satyr. 10: Sarcophago contentus erit. Auguſtin. lib. 18 de Civit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes jam ſarcophagum vocãt, σορὸς Græcè dicitur, à noſtris pro ſepulcro uſurpatur.

Sārcŭlum, li, n.ſ. Genus raſtri: hoc eſt, cratis illa dentata qu ſegetes herbis purgantur: à ſarmẽdo, ut inquit Varro. [מעדר *maʕdér.* σκαλὶς. Gall *Sarcloir, ou ſarclet.* Ital *Zappa, arpego, ſarchiello.* Ger. Ein jäträchen. Hiſp. *Eſcardillo para eſcardar.* Pol. *Grabie, wł'oka.* Vng. *Gereblye, auag ðzłðke.* Ang. *A rake or weeding hook.*] Cato cap. 10: Sarcula octo, palas quatuor. ¶ Alii putant eſſe ligonem, aut ſimile aliquod inſtrumentum ferratum quo ferra foditur. Horat. lib. 1. Carmin. Gaudentem patrios findere ſarculo Agros. Ovid 1. Faſtor. Sarcula ceſſabant, verſiq; in pila ligones. Idem 11. Metamor. vacuosq; jacent diſperſa per agros, Sarculaq;, raſtriq; graves, longiq; ligones.

Sārcŭlo, ſarculas, actũm. Sarculo abſcindo. [σκαλίζω. Gall. *Sarcler.* Ital. *Arꝛe et ʒappare.* Ger. Jätten / abſchneyden Hiſp *Eſcardar los panes.* Pol. Okrʒeſnie. Vng. *Ki ðzłðkelðm, gereblyelðm.* Ang. *To weed with a weeding hooke or rake.*] Colum. lib. 5: Primò plantæ ſarculari debent, ita ut ſimplex ſtylus altitudinem maximè ſcrobis excedat.

Sārcŭlātĭo, ſarculatiõnis, verbale, f.t. Sarritio. [σκαλισμός. Gall. *Sarclement, ſarclure.* Ital. *Arpegamento, ʒappamento.* Ger. Das jätten. Hiſp. *Aquella obra de eſcardar los panes.* Pol. Okrʒeſowanie. Vng *Ki ðzłðkeles, gereblyeles.* Ang *A weeding with a weeding hook*] Plin. lib. 18. cap. 1: Sarculatio induratam hyberno rigore ſoli triſtitiam laxat temporibus vernis.

Sārdă, dæ, f.p. [σάρδιον. Ger. Ein Carneol / iſt ein gattung eines roten Edelgeſteins.] Gemma eſt vulgaris non pellucida, rubedine diluta carnis colorem referens: unde & apud vulgum *Carnalinæ* nomen obtinuit. Facilè ſcalprum admittit, unde in literis obſignandis plurimus ejus eſt uſus. Sarda dicta eſt, quòd Sardibus primùm fuerit inventa. Vnde Plin: lib. 37. cap. 7. ¶ Eſt & Sarda piſcis ex genere pelamidum, teſte Plinio lib. 32. cap. ultimo.

Sārdăchātēs, pen. prod. σαρδαχάτης. Gemma eſt ex Achatæ generibus, ad ſardæ colorem nonnihil declinans. Hujus gemmę meminit Plin lib. 37. cap. 10.

Sārdĭănŭs, adject. vum. Vide SARDIS.

Sardínia. æ. Colum. [Ger. Meerfiſch / behalten noch bey den Frantzoſen vnd Italienern jhren Nammen / ſind den häringen nit vngleich.]

Sārdo, as, Verbum eſt obſoletum, quo antiqui utebantur pro intelligere. [הבין *hebín.* δάνημι.] Nævius apud Feſtum: Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

Sārdŏă, pen. prod. Herba apiaſtro ſimilis, quæ naſcitur in Sardinia. & in fontiũ defluviis largiùs provenit. [σαρδόνιον πόα. Ger. Ein kraut *Apium riſus* genañt / iſt ein art von dem breñenden Hanenfüß oder Gleyßblumen / Feygwartzeneppich.] Ea ſiquis veſcatur, nervos contrahit, & rictu diducit ora, ut qui moriuntur, veluti ridentium facie intereant. Inde Sardonius riſus, proverbio celebratur pro riſu ficto, aut amarulento, aut inſano. Vide Chiliad. Eraſmi.

Sārdŏnўx, nychis, pen. corr. [שהם *ſchóham.* σαρδόνυξ.] tãm maſcul. quàm fœm gener. quemadmodum & onyx. Gemma eſt in ſumma ſui parte unguis humani candorẽ, inferiore autem dilutum ſardæ raborem referens: ita ut cuipiam videri poſſet non ſimplex eſſe gemma (ut tamen eſt revera.) ſed ex onyche & ſarda compoſita. Plin. lib. 37. cap. 6: Sardonyches olim (ut ex nomine ipſo apparet) intelligebantur ex candore: hoc eſt, veluti carnibus unguc hominis impoſito, & utroque translucido. Sardonychem inſignem habuit Polycrates Samiorum tyrannus: quem ut fortunæ nimium blandientis inſidias alicujus rei charæ jactura redimeret, in mare abjecit, qui tamen in ventre piſcis paulò pòſt inventus, ad eum relatus eſt. Iuven. Satyr. 6: In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyches. Perſius fœminino genere uſus eſt: Et natalitia tandem cum ſardonyche albus.

Sārdŏnўchātŭs, σαρδονυχωτὸς, Sardonyche ornatus. Mart. lib. 3: Cujus & hinc lucet ſardonychata manus.

Sārgŭs. gi, m.ſ. [σαργός. Ger Ein viſch behalt noch zu Venedig dieſen Nammen.] Piſcis genus qui in Aegyptio mari copioſiſſimè capitur. Hic piſcem lutarium perpetuò comitatur, ipſoq; lutum fodiente, excitatum devorat pabulum, Plinius libro 9. cap. 17. & 51.

Sarí, σάρι, neut. genul. Genus fruticis proveniens in aqua, radice dura, intortaq;, ferrariis officinis utile: de quo Plin. lib. 13. cap. 23: Fruticoſi eſt generis & ſari circa Nilum naſcens, duorum cubitorum altitudine, pollicari craſſitudine, coma papyri ſimili q; manditur modo: radice ferrariis officinis præcipua, carbonis uſu propter duritiam.

Sario, ónis, m.t. Piſcis nomen, Auſonius. [Ger. Ein Fohrenen oder halb gewachſener Salmen.] Piſcis ætate media inter ſalmonem & ſalarem Auſonio.

Sărīſſă, f.p. [σάρισσα. Gal. *Vne ſorte de longue lance, comme vne picque.* Ital. *Lancia, lanza, picca.* Ger. Ein lang gtãn oder ſpieß. Hiſp. *Lanca.* Pol Kopya, drzewcze ſpiſ. Vng *Lantſa copia.* Ang. *A long ſpeare.*] Haſta prælonga qua Macedones in bello utebantur. Liv 7. bel. Maced. Prælongas haſtas Macedones *ſariſſas* vocãt. Aelianus docet ſariſſam eſſe lanceam qua utebatur phalanx Macedonica longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. Inde σαρισσοφόροι, qui ſariſſas geſtant. Ovid. 12. Metam. Qui clypeo, gladioq; Macedonicaq; ſariſſa.

Sārmēntă, ſarmentorum, n ſ. Virgulæ ſupervacuæ (inquit Feſtus) à vitæ abiciſſæ. [κλημάδες, οἰναρίδες, φρύγανα Gall *Sarmens de vigne* Ital. *Sarmenti, gli tagli de vite bruſcati.* Ger. Geräſp / allerley vnnütze oder vberflüſſige abgehauwene zweyg Hiſp *Sarmientos de la vid.* Pol. *Obcʒinkrwʒelnakie okrʒos.* Vng. *Saramonta venyike.* Ang. *Twiges or branches of a tree or vine cut of.*] Virgil. 2. Georg. Primus humum fodito, primus devecta cremato Sarmenta, & vallos primus ſub tecta referto. Cic. 3. Ver. Ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubjicere cœperunt. ¶ Frequentiſſimè tamen etiam ſarmentum accipitur pro flagello adhuc in vite hærente, ſive id frugiferum ſit, ſive ſterile. Colum. lib. 3. cap. 10: Numerus uvarum, qui plerunq; conſpicitur in productiſſimo ſarmento. Idem li. 4. cap. 24: At ubi ſpiſſa intermedia, frequentesq; oculi ſunt, quanvis breve ſarmentum multis palmitibus vireſcit. Varr. rei Ruſtic. lib. 1. cap. 31: Emucidum enim ſarmentum, propter infirmitatem ſterileſcit.

Sārmēntĭtĭŭs, ſarmẽtitia, ſarmentitiũ, Quod eſt ex materia ſarmentorum. [κλημάτινος. Gall. *De ſarment.* Ital. *Di ſarmento.* Ger Das von ſötchem geräſp iſt. Hiſp *Coſa de materia de ſarmientos.* Pol. *Chroſtiany.* Vng. *Venyikebðl valo.* Ang. *Of twiges of trees.*] Columel lib. 6. cap. 26: Verùm vulnera ejus ſarmentitio cinere linienda ſunt.

Sārmēntōſŭs, adject Quod plurimum habet ſarmenti. [φρυγῶδης, ὑλώδης. Gall. *Qui a force ſarmens.* Ital. *Che a molti i ſarmenti.* Ger. Das viel ſchoß oder geräſp hat. Hiſp. *Coſa llena de ſarmientos.* Pol. *Pełni chroſtu, okrʒeſſu.* Vng. *Venyikes, ſaramontas.* Ang *Full of twiges or braunches cutt of.*] Plin. lib. 25. cap. 11: Radice tenui, ſupervacua, ſarmentoſum.

Sarapoda, Qui latos habet pedes, cujuſmodi ferunt fuiſſe Pittacum.

Sārpă, Vinea putata: id eſt, pura facta, ut interpretatur Feſtus. [ἄμπελος τρυφῶσα. Gall *Vigne pouee & taillee.* Ital *Vigna bruſcata.* Ger. Ein geſchnittener rábacker. Hiſp. *Vinna cortada ò podada.* Pol. Wynnicʒa wiprawiona. Vng *Metʒőt szőlő.* Ang. *A vine that is pruned.*] Vnde & virgulæ abſciſſæ ſarmenta dicuntur Nam Sarpere antiqui pro purgare uſurpabant. Vnde fortaſſis deductum vulgare noſtrum, hoc eſt Gallicum vocabulum ut *Sarpam* pro falce putatoria accipiamus.

Sarracum, pen. prod. n.ſ. Plauſtrum, ſive vehiculi genus, quo ligna & lapides vehi conſueverunt. [עגלה *haghaláh.* ἅμαξα. Gall. *Vn charret ou vne charrette à porter bois ou pierres.* Ital. *Carro da vettura.* Ger. Ein karren oder wagen auff dem man ſtein oder holtz führet. Hiſp. *Carro ò carretta de carga.* Pol. Wuʒ do wozenia drʒewa.

kamieniu.

kamienia. Vng. *Fa kõ hordo ẓeker.* Ang. *A cart to carie timber and ſtones*] Iuven. Saty. 3: longa coruſcat Sarraco veniente abies. Idẽ Sat. 5: Frigida circũagunt pigri ſarraca Bootę. Quint. lib 8. cap. 3: An quũ dicit in Piſonem Cicero: Quũ tibi tota cognatio in ſarraco advehatur: incidiſſe videtur in ſordidum nomẽ?

Sārrĭo, ſarris, ſarrivi, ſarritũ, act. q. Sarculis fodio, purgo, quod fit quum ſegetes leviter ſcalpendo raſtris, à noxiis herbis purgamus. [עדר *hadhár.* σκαλεύω. Gall. *Sarcler les bleẓ ou biner les vignes.* Ital. *Sappare, ſarchiare.* Ger Jäten/außſchauen oder außhacken. Hiſp. *Eſcardar.* Pol. *Ograbuie.* Vng. *Gereblielue gyom lalom, tiztitom.* Ang. *To weede.*] Plaut. in Capt. Semper occant, priuſquam ſarriunt ruſtici. Plinius lib. 18: Qui ſarriet, caveat ne frumenti radices effodiat. ¶ Hinc componitur Reſarrio, quod eſt rurſus ſarrio. Plin. Quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeverunt, reſarrientes campos.

Sārrītŏr, penult. prod. m.t. Qui ſarrit. [עדר *hodhér.* σκαλεύτης. Gall. *Sarcleur, bineur.* Ital. *Zappatore.* Ger. Der ein ſaamen jätet oder außhacket. Hiſp. *Eſcardador.* Pol. *Tenkiors grabi.* Vng. *Gereblyelõ, gomlalo.* Ang. *He that weedeth.*] Colum lib. 2. cap. 23: Tritici modii quatuor vel quinq;, bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, ſarritoris duas.

Sārrītūră, ſarrituræ, f.p. Purgatura, ſive ipſum ſarriendi actus. [σκαλεύσις. Gall. *Sarclure, binure.* Ital. *Zappamento.* Ger Das jäten oder außſeüberen. Hiſp. *Obra de eſcardar.* Pol. *Wygrabiwanie.* Vng. *Gereblyeuel valo gomlalas irtas.* Ang. *A weeding.*] Colum. libro 11. capite 2: Sarritura quoque frumentorum iteratur egregiè, *&c.*

Sārtŏr, oris, m.t. à ſarrio, Sarritor: id eſt, purgator. [עדר *hodhér.* σκαλεύτης. Ger. Hacker/jätter/karſthans. Pol. *Zawdzięgarz, ograbuiacz.* Vng. *Gereblyeuel gyomlalo irto.* Ang. *A weeder.*] Plaut. in Capt. Sator, ſartorq; ſcelerum, & meſſor maxumé. TYN. Non occatorem dicere debebas prius? Nam ſemper occant priuſquã ſarriunt ruſtici. ¶ Eſt & ſartor à ſarcio: de quo ſup[illegible] mus. Sartor, inquit Nonius Marcellus, non ſolùm à ſarciendo, ſed etiam à ſarriendo deducitur: & tàm eum qui ſarcit, quam qui ſarrit ſignificat.

Sārtūră, ſarturæ, penult. prod. Sartitura: hoc eſt, frugum, vinearúmvè à noxiis herbis purgatio. [σκαλεύσις. Ger. Das jätten oder hacken.] Plinius libro 18. cap. 27: Sartura nocere & vineæ, & ſegeti exiſtimatur.

Sārtāgo, ſartaginis, f.t. Patella in qua caro frigitur [illegible]: hoc eſt, à carne nomen habens. [מרחשת *marḥeſhéth*, מחבת *machabath*, τηγανον. Gall. *Poelle à frire* [illegible]. Ger. Ein röſtpfann/oder braatpfann. Bel. Een braetpanne. Hiſp. *Sarta para freir.* Pol. *Brotfanna [illegible]*. Vng. *Serpenyõ.* Ang. *A frying panne.*] Plin. lib. 16. cap. 11: Item rete [illegible] in Sartagine referventi. Sartago loquendi. Perſius Satyr. 1: Hos pueris monitus patres infundere lippos, Quum videas, quærisne unde hæc ſartago loquẽdi, Venerit in buccas? Forte Sartago.

Sās, Veteres pro ſua dixere & Sam. pro eam. Ennius lib. 1. Virgines nam ſibi quiſq; domi Romanus habebat. Idem lib. 4: Nec quiſquam philoſophiam in ſomnis vidit, priuſquam ſam dicere cœpit.

Sāt, adverbium eſt per apocopen à ſatis deductum: cujus etiã retinet ſignificationem. [דיי *dái* ικανῶς, ἀλις. Gall. *Aſſez.* Ital. *Aſſai, à baſtanza.* Ger. Genug. Bel. Genoech. Hiſp. *Aſſaz.* Pol. *Doſec.* Vng. *Eleg.* Ang. *Ynough.*] Cic. 2. de Nat. deor. Qui non ſat habuit conjugem illexiſſe in ſtuprũ, *&c.* Idem de Senect. Tantum quantum ſat eſt.

Sātăgo, ſatagis, pen. cor. ex ſat, & ago, compoſitum videtur: unde ſategi præteritum, ſatactum ſupinum facit n.t. Eſt autem ſatagere, anxium eſſe, & diſtorqueri difficultate alicujus rei conficiendæ. [חרד *charádh* דאג *daágh.* πολυπραγμονῶ. Μεταπεμπομαι ἐυεργῶ, ὀλοπονέμαι. Gall. *Eſtre fort aſpre à faire quelque choſe, ſoigner & diligenter à la faire.* Ital. *Anſiare, cruciarſi.* Ger. Sorgſam oder angſthafft ſeyn einem ding genug zu thun. Hiſp. *Eſtar ſolicito ò congoxoſo.* Pol. *Vſiel'nie, zwielkim ſtaraniem.* Vng. *Zorgalmatoskodom.* Ang. *To be very ſharpe, earneſt, carefull or diligent.*] Terent. in Heavton. Nam hic Clinia, etſi is quoq; rerum ſuarum ſatagit, attamen Habet bene & pudicè edoctam, ignaram artis meretriciæ. ¶ Aliquando ſignificat diligentem eſſe, ſeu feſtinare. σπουδαζομαι Plaut. in Aſin. Nunc ſatagit, adducit domum etiã ultro & ſcribit nũmos. Quintil. lib. 6. cap. 4: Afer venuſtè Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem, & imponentem: non agere dixit, ſed ſatagere

Sātanās, m.p. σατανᾶς, Interpretatur adverſus, à verbo Hebræo [illegible] *ſatán.* Pol. *Szatan, żart.* Vn. *Satan.* An *Anadverſaire*] quod adverſari declarat. Quo nomine appellatus eſt diabolus, quòd Chriſti adverſarius ſit. Quicquid enim animæ ad Deũ tendenti reſiſtit, & adverſatur, & quicquid paci contrariũ eſt, hoc ſatanas eſſe dicitur: ſicut legitur in Regum libris: Quia ſuſcitavit Deus Salomoni ſatanã, auverſus eum qui erat pacificus. Et: Filii Sarviæ cur efficimini mihi hodie in ſatan?

Sātēllēs, ſatellitis, m.t. Stipator, miles mercede conductus qui ſemper eſt à latere. [שמר *ſhomér.* δορυφόρος. Gall. *Satellite, garde de corps ſergent, miniſtre.* Ital. *Satellitte, birro, ẓaffo.* Ger. Ein trabant. Bel. Een trawant. Hiſp. *El que armado acompana à otro.* Pol. *Drabant.* Vng. *Katona.* Ang. *An officer or ſergeant of the garde of a prince.*] Liv. 2. ab Vrbe: Quum concurſu ad clamorem facto, comprehentum regii ſatellites retraxiſſent ad tribunal regis. Ovid. 5. Faſt. Ille deæ cuſtos ille ſatelles erat. Cic. contra Rullum: Ianitores ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. Satelles Iovis, aquila. Cic. 2 Tuſc. Miniſtri & ſatellites cupiditatum alicujus. Cic. 5. Ver. Qui primus certos inſtituerit, nomine decumanos, re vera miniſtros ac ſatellites cupiditatum ſuarum. ¶ Satelles item dicitur, qui ſontibus capiendis præeſt, qui & apparitor & viator dicitur.

Sātellĭtĭum, ſatellitii, n.ſ. [δορυφόρημα, τὸ δορυφορικόν. Pol. *Drabancẓi.* Vn. *őrzők, katona ſereg.* An. *The gard or office of a ſergeant.*] Luciano, collectivum nomen eſt, ipſos ſignificans ſatellites, tuendi corporis cauſa adhibitos: quemadmodum ſervitium accipitur pro ipſis ſervis: ſodalitium, pro ipſis ſodalibus.

Saterona, Animal amphibitum in humorẽ pariter & ſicco vivens, σαθρέων apud Ariſtotelẽ. Nam apud Latinos nondũ legi.

Satĭn', Vide SATIS.

Sătĭo, ſatias, act. p. Saturo, expleo, à ſat deducitur, pertinetq; ad omnes ſenſus, & frequenter ad animum. [השביע *hubiáh.* πορέω, κορεννυμι, χορταζω. Gall. *Saouler, aſſouuir* Ital. *Satiare, faſtidiare.* Ger Settigen. Bel. Verſaden. Hiſp. *Hartar haẽta el haẽtio.* Pol *Naſiczam.* Vng *Meg elegitẽm.* Ang *To fill or ſatisfie.*] Cic. in Carone: Satiari delectatione non poſſum, ut meæ ſenectutis requietem oblectamentũq; noſcatis. Cic. in Paradoxis: Nunquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Idem lib. 2. de Finibus bonorum & malorum: Veniebat enim ad cœnam, ut ſatiaret animo quieto deſideria naturæ. Ovid. 3. Triſt. Eleg. 8: Forſitan hoc olim, quum jam ſatiaverit iram. Propriè ad famis ſitisq; expletionem pertinet. Colum. lib. 9: Satiatq; ſe modius cibi in diebus ſingulis, vicenos & cẽtenos turtures. Ovidius 8. Metam. Vtq; fretum recipit de tota flumina terra, Nec ſatiatur aquis peregrinosq; ebibit amnes: Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani Accipiunt, poſcuntq; ſimul: cibus omnis in illo Cauſa cibi eſt, ſemperq; locus fit inanis edẽdo.

Sătĭātŭs, ſatiata, ſatiatũ, participiũ, Expletus ſaturatus. [שבע *ſabeah.* κορεσθεὶς, ἐμφορηθεὶς, κατατραφεὶς Gall. *Saoulé, aſſouui.* Ital. *Satio.* Ger Geſettiget Hiſp *Hartado con haẽtio.* Pol *Naſiczony.* Vng *Megelegitetõ* Ang *Filled, ſatisfied.*] Liv. 2. ab Vrbe: Vbi illuxit, Romanus integer, ſatiatusq, ſomno productus in aciẽ, feſſum ſtando & vigiliis primo impetu Volſcum perculit. Iuven Sat 6. Et laſſata viris, nondum ſatiata receſſit.

Sătĭĕtas, ſatietatis, f.t. Saturitas. [שבע *ſabáh* (vel) *ſobáh* שבעה *ſibbáh* κορος Gall *Saoulement, repletion, aſſouuiſſement* Ital *Satietà ſaſiamento, abbondanza* Ger Genügen/ſettigung/maſſleide. Bel. Verſaethent. Hiſp *Harturaẓò haẽtio.* Pol. *Naſiczenie.* Vng. *Eleg feg, meg elegedes* Ang. *Satietie, filling.*] Licet frequẽtiùs accipiatur pro taſtidio quod ex rei alicujus aſſiduo uſu nobis ingignitur. Cicero in Catone: Omnino quidem, ut mihi videtur ſtudiorum omnium ſatietas facit vitæ ſatietatem. Idem 1. de Inventione: Omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſatietatis mater. Quint. lib. 5. cap. 14: Et odium ex quadam ſervitute, & ex copia ſatietatem, & ex amplitudine faſtidium tulerit. Liv. 4. belli Punici: Pluribus vos militibus hortarer ſi cum armatis dimicatio futura eſſet: inermes, incautos ad ſatietatem trucidabitis. ¶ Soſipater lib. 1: Satietatem à ſaturitate ita diſtinguit, ut ſaturitas dicatur in cibo & potione: ſatietas verò in cæteris omnibus: quam diſtinctionem Latinè loquentium uſus comprobare videtur.

Sătĭas, ſatiatis, f.t Satietas. Terent. in Evnuch. Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi: Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit: Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Sallust. Hi ſaltibus occupatis externorũ agros invaſere, frumentiq; ex inopia gravi ſatias facta.

Sătĭē, ſatiei, Idem. Silius lib. 4: Nec finis, ſatiésve, novi ſed ſanguinis ardor Gliſcere.

Sătĭābĭlĭs, ſatiabile, om. t. Qui ſatiari poteſt facilé. [κορετός. Gall. *Aiſé à ſaouler, & aſſouuir* Ital. *Satiabile, che ſatia.* Ger Erſettlich Hiſp. *Coſa que facilmente ſe puede hartar.* Pol. *Latwo do naſiczenia.* Vng. *Meg elegithetõ.* Ang. *That is eaſilie ſatisfied.*] Cujus contrariũ eſt, Inſatiabilis, inexplebilis: ἀκορεστος. Salluſtius: Avaritia inſatiabilis eſt [illegible]; copia, neq; inopia minuitur.

Sătĭo, ſationis, Vide SERO, ſeris.

Sătĭs. Quantitatis adverbium abundè, vel quantum opus eſt: [דיי *dái* ἀλις ικανῶς Gal. *Aſſez ſuffiſamment.* Ital. *Aſſai, abundamẽte, à baſtanza.* Ger. Genug. Bel. Genoech. Hiſp. *Aſſez.* Pol *Doſiẓ.* Vng. *Eleg* Ang *Ynough.*] Cicero de Inventione: Longũ eſt, quod pluribus ſententiis ultrà quàm ſatis eſt, μακρὸν λογον. producitur. ¶ Aliquãdo ponitur loco nominis: ut, Satis eloquentiæ

quentiæ habeo. ¶ Hinc satius, comparativum: id est, melius. Nam quanvis satis significet quantitatem, satius tamen comparativum qualitatem denotat: quia derivatum non semper servat sensum primitivi. Virgil. 2. Aeglog. Nónne fuit satius tristes Amaryllidos iras Atq; superba pati fastidia? ¶ Dicimus pulchrè, Non satis est æstimare, pro eo quod est, Non posset quis satis ęstimare. Plin. lib. 7. in Præfa. Vt non sit satis æstimare, parēs melior homini, an tristior noverca fuerit. ¶ Non satis habeas semel circuire, dixit Cato cap. 1. id est, Non satis sit tibi, non sufficiat tibi, sive non sis contentus semel circuire. ¶ Iungitur Satis cum semper, & dicimus, Satis superq; id est, satis, & plus quàm satis. Cic. 2. de Nat. deor. Nam contra Epicurum satis superq; dictum est. ¶ Satin' pro satisne. Terent. in And. Satín' sanus es?

Sătīsăccĭpĕrĕ, Est accepto fidejussore sibi cavere: cui opponitur Satisdare. [μεσγυόω. Gall. *Prendre caution & respondant de quelqu'vn.* Ital. *Prender cautione ò segurtà per alcuno.* Ger. Ein genugsamme versicherung mit Bürgen empfahen oder nemmen. Hisp. *Recepir de otro caution ò fiancas.* Pol. *Rękoimiemsie oppatrzicz, wziąc cautią.* Vng. *Valakit kezessęg alut meg hinni kezęst kęuanni.* Ang. *To tak suretie or a pledge of one.*] Cic. pro Roscio Com. Qua de causa Flavius, quum de tota lite faceret pactionem, neq; satisacciperet à Roscio, neq; absolveretur à Fannio, &c. Nam satisaccipere dicitur creditor, quum accepit fidejussorem à debitore: contrà debitor satisdare dicitur, quum interposito fidejussore securum reddit creditorē Cic. pro Quintio: Si veretur ut res judicio facto parata sit, judicatū solvi satisaccipiat: quibus à me verbis satisaccipiet, iisdē, quod peto, satisdet.

Sătĭsăccēptĭo, quæ est (ut Pōponius inquit) stipulatio, quæ ita obligat promissorē, ut expromissores quoq; ab eo accipiantur: id est, qui idem promittant. [ἐκδυτὴ ἐγγυητῆ λῆψις. Gall. *Caution prinse de quelqu'vn.* Ital. *Cautionè ò sigurtà presa.* Ger. Die genugsame versicherung durch Mitschuldner so einer von einem anderen empfacht. Hisp. *Aquella obra de recebir fiancas.* Pol. *Zarecżenie, zaśtawienie.* Vng. *Kezessęg alat valo meg hitel.* Ang. *Caution, taking of suretie.*]

Sătīsdo, satisdas, satisdare, act. p. Est dato fidejussore creditorē securum reddo [ἐγγυητὴν κατασῆσαι Gall. *Donner, ou bailler caution.* Ital. *Sicurare, far la sigurtà.* Ger. Einē mitbürgē vnd mitschuldner / ein genugsamme versicherung thun. Hisp. *Dar à otro caucion y fiancas.* Pol. *Zapissuie sie, zarecżam.* Vng. *Kezes vetue bator sagossa tęzlek, kezęst vetők.* Ang. *To giue suretie.*] Cic. Sulpitio: Primùm ut siquid satisdandum erit amplius eo nomine non peti cures ut satisdetur fide mea. Cajus: Satisdatio eodem modo appellata est quo satisfactio. Nam ut satisfacere dicimur ei cujus desiderio implemus: ita satisdare dicimur adversario nostro, quum aliquem damus qui pro eo quòd à nobis petitur ita caveat, ut cum hoc nomine securum faciamus.

Sătīsdătĭo, satisdationis, f.t. [ἐκνοσοδοσία. Gall. *Donnement de caution.* Ital. *Essu dare sicurtà.* Ger. Genugsame versicherung so einer mit Bürgen dem anderen gibt oder thut Hisp. *Aquella obra de dar fiancas.* Pol. *Zarecżenie, zapissanie sie danie.* Vng. *Kezes vetes.* Ang. *A geuing of suretie or caution.*] Cic. ad Attic. De satisdando vero te rogo, quoad eris Romæ, tu ut satisdes: & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium in his & Menianorum prædiorum vel Attilianorum.

Sătīsdătum, satisdati, pen. corr. ut Satisdato aliquid debere. *ἐκνοσοδοσία.* Cicer. Att. lib. 16: Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores ejus non dissolvere

Sătīsfăcĭo, satisfacis, act. t. Exolvo, persolvo. [הִשִּׁיב *heschib* הִשְׁלִים *hischlim.* ἐκτίνω. Gall. *Satisfaire, contenter, faire son deuoir.* Ital. *Satisfare, contentare alcuno, far suo debito.* Ger. Vergnügen / ausrichten vnd bezahlen. Bel. Betalen. Hisp. *Satisfazer de fiancas y deuda.* Pol. *Płacże, doścż czynić.* Vng. *Meg elegitlek, meg fizetőm.* Ang. *To satisfie, to paye.*] Cic. pro Flacco: Hermippus Fusiis satisfacit, & fidem suam liberat. ¶ Interdum idem quod placeo, & efficio ne quid habeat quod de me queratur. Cic. ad Att. li. 7: Cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt. ¶ Aliquando idem ferè quod purgo me, sive excuso. Cic. Philip. 2: Acceperam jam enim antè Cæsaris literas, ut mihi satisfieri paterer à te: id est, ut acciperem tuam purgationem, & excusationem. ¶ Satisfacio, præter dativum, aliquando ablativum habet cū præpositione de. Cæs. 5. belli Gal. Seseq; paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de injuriis satisfacere. ¶ Satisfieri. Cic. Acilio, lib. 13: Quanquam à te quidem cumulatè satisfit & mihi & omnibus.

Sătīsfăctĭo, f.t. Purgatio, & excusatio. [πλημοφορία. Gall. *Satisfaction, cõtentement, excuse.* Ital. *Excusatione, satisfattione.* Ger. Vergnügung / entschuldigung Hisp. *Excusa, obra de satisfazer.* Pol. *Wyprawa winowatka.* Vng. *Leg tetel.* Ang. *Satisfaction, a contenting.*] Cic. ad Treb. lib. 7: Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis.

Sătīspræstārĕ, Satisdare: hoc est, pro re quæ petitur, fidejussorē dare. [ἐγγυητὴν κατασῆσαι. Pol. *Zarecżic.*]

Sătĭus, comparativum videtur esse ab adverbio satis, licet à positivi significatione nonnihil recedat. [טוֹב *tob* מִן *min.* βελτίων. Gall. *Mieux.* Ital *Meglio.* Ger. Besser / wäger. Hisp. *Mejor.* Pol. *Lepiei.* Vng. *Iob.* Ang. *Better.*] Idem enim significat quod melius sive potius. Virg. 2. Aeglog. Nónne fuit satius, tristes Amaryllidos iras, Atq; superba pati fastidia?

Sătĭvus, Sator, Vide SERO, seris.

Satrăpēs, vel Satrapes, satrapæ, pen. corr. m. p. [סַרְבִּים *seranim* אַחַשְׁדַּרְפְּנִים *achaschdarpenim.* σατράπης. Gall. *Satrape, gouuerneur d'vne prouince & pays.* Ital. *Prefetto, presidente.* Ger. Ein landtvogt / Statthalter. Hisp. *Prelado, prefecto.* Pol. *Starośta mektorego powiatus.* Vng. *Tiżt tarto.* Ang. *A piere of a realme, a lieutenant.*] Dictio Persica, apud nos significans *præfectum provinciæ.* Terent. in Heavt. Satrapes si siet Amator, nunquam sufferte ejus sumptus queat.

Satrăpīă, satrapiæ, [σατραπάα. Gall. *Prouince.* Ital. *Prouincia.* Ger. Vogtey / Herrschafft Hisp *Prouincia* Pol. *Państwo, starośtwo.* Vng. *Tarto many, egy tizt tarto birodalma.* Ang. *A duckedome or duchie.*] Idem quod præfectura, quam Græci νόμον appellant: hoc est, regio quæ ab uno administratur præfecto. Suidas, Σατραπάα ἐπαρχία, Σατράπης ὁ σατράπου, καὶ ἀξιώματος. Plin. lib. 6. cap. 20: Etenim pleriq; ab Occidente, non Indo determinãt, sed adjiciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, &c.

Sătŭr, satura, saturum, Quod est cibo plenum. [שָׂבֵעַ *sabéah.* ἐμπλεως, κορεσθές. Gall. *Saoul, plein* Ital. *Satollo, pieno.* Ger. Satt / wol gesettiget. Hisp. *Harto.* Pol. *Nasiczoni, nakarmioni.* Vng. *Meg elegędőt.* Ang. *Full of meat, or full fedde.*] Terent. in Hecyra: Sed tu quum satura atq; ebria eris, puer ut sit satur facito. Cicer. 1. de Divinat, Præclara verò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geritur. Terent. in Adelph. Sed postquam intùs sum omnium rerum satur, Prodeambulare huc lubitum est. Virgil. Aeglog. 10: Ite domũ saturæ venit Hesperus, ite capellæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 1: Inde fit ut ratiò qui se vixisse beatum Dicat, & exacto contentus tempore vitæ, Cedat, uti conviva satur, reperire queamus. ¶ Sumitur interdum pro fœcundo, & abundante, εὔφορος. Persius Satyr. 1: Nec rus saturum laudare. Virgil. lib. 2. Georgic. Saltus & saturi petito longinqua Tarenti. Vbi Servius: Saturi, aut fœcundi, aut quòd juxta oppidum Saturum. Tarentum enim, & Saturum vicinæ sunt Calabriæ civitates. ¶ Satur color: id est, plenus, vehemens, cui opponitur dilutus. Plin. lib. 37. cap. 10: Ion apud Indos violacea est, sed rarò saturo colore lucet.

Sătŭrĭtās, saturitatis, f.t. Cibi, potusq; plenitudo, satietas. [שָׂבַע *sabâh* (vél) *sobâh* שְׂבְעָה *sibhâh.* πλησμονή, κόρος. Gall. *Saoulete, repletion* Ital. *Saturita.* Ger. Sette oder ersettigung. Hisp. *Hartura, hastio.* Pol. *Nasiczenie.* Vng *Męg elegedes.* An. *Fulnesse of feeding.*] Plautus Captivis: Proinde tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi. ¶ Aliquando accipitur pro fœcunditate, seu fertilitate. εὐφορία. Cicero in Catone: Meq; solùm officio, quòd hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quàm dixi, & saturitate copiaq; rerum omnium quæ ad victum hominum, & ad cultum etiam deorum pertinent.

Sătŭro, as, act p. Saturum reddo, satio, cibo, potuq; expleo; [הִשְׂבִּיעַ *hisbiah* κορέννυμι, χορτάζω. Gall *Saouler.* Ital *Satollare.* Ger. Satt machen / ersettigen / erfüllen. Hisp. *Hartar.* Pol. *Okarmiam, hasiczam.* Vng. *Meg elegitőm.* Ang. *To make full with meat and drink.*] Cic. 2. de Nat. deor. Nuper nati mammas appetunt, earumq; ubertate saturantur. ¶ Transfertur & ad animi cupiditates, ut Saturare odium, apud Cic. in Vatinium. Saturare sanguine, apud eundem 4. Philip. Habet autem saturandi verbum vim majorem quàm explendi. Cicer. pro Domo sua: Explevi animos invidorum, placavi odia imperitorum: saturavi etiam perfidiam, & scelus civium. Expleri (inquit Nonius) & Saturari hanc habent differentiam, Expleri, est tantummodo plenum esse: saturari, supra modum, Cicer. libro 6. de Repub. Graves enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atq; imperant, quæ expleri atque saturari nullo modo possunt. ¶ Composita sunt, Exaturo, & Obsaturo: de quibus alibi.

Sătŭrātŭs, ta, tum, partic. idem quod Satiatus: quanquam volunt ita distinguere, ut Satiatus, ventris sit: Saturatus, animi. Corn. Front. de voc differ.

Sătŭllo, satullas, Antiqui dicebant pro saturò. κορέννυμι, χορτάζω. Varro: Neq; in pulvere mihi coquam carnes, quibùs satullem corpora & famem ventris. Nonius.

Sătŭrēiă, f.p. Herba fragrantis odoris, quæ & cunila ducitur, & origanum Heracleoticum. [θύμβρη. Gal. *Sarriette.* Ital *Herba satureia* Ger. Sedeney oder Saturey ein kraut. Hisp. *Axedrea.* Pol. *Cambr.* Ang. *Sauery.*] Plin. libro 19. cap. 8: Thymbra, quæ & cunila, Hæc apud nos habet & aliud vocabulum, *satureia*, dicta in condimentario genere. Venerem emortuam suscitat in cibis sumpta. Vnde ex Græco (ut quidam volunt) nomẽ sibi vendicavit, quasi satyrea, à Satyris, qui sunt in Venerẽ pro-

ni &c

ni & salaces: vel à virili membro, quod σάθω Græci vocant. Diotcor.lib.1.cap.43.

Saturnalia, Vide in PROPRIIS.

Sătŭro, saturas, Vide SATVR.

Sătŭs, sata, satum, Vide SERO.

Sătyră, satyræ, pen.cor. [σατύρα. Ger. Ein miſchteten mancherley dingen. Ein Gedicht der Poeten wider mancherley laſter ohne ordnung beſchriben.] Quaſi ſatura dici videtur, ob carminis varietatem, ſeu propter copiam rerum quæ ibi tractantur. [Pol. Pyſſanie wſzeteczne y wſzyſtkiwe.] Eſt enim Satyra carmen maledicum, & ad carpenda vitia compoſitum, quale ſcripſerunt Lucilius, Horatius, Iuvenalis, Perſius. Accepit & id carminis hunc titulum, quòd perſonis, factisq; ſatiatum abūdare videatur. Quidam à Satyra lance, quæ referta multis, variisq; primitiis in ſacrificiis diis offerebatur. Alii à lege Satyra dictam exiſtimabant, quæ uno rogatu multa ſimul complectebatur. De qua lege Saluſt. in Iugurth. Deinde quaſi per Satyram ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Varro à quodam fàrciminis genere, quod multis rebus referciebatur dictam Satyram eſſe ſcribit. Vnde in ſecundo libro Plautinarum quæſtionum habetur: Satyra eſt uva paſſa, & polēta; & Nuclei pinei ex muſto conſperſi. Sunt qui à Satyris derivent, quòd in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæq; ſcribuntur: quemadmodū proferri à Satyris ſolent. Donatus in Terēnt. Deinde aliud genus fabulæ: id eſt, Satyra, ſumpſit exordium: quæ à Satyris, quos illotos ſemper, ac petulantes eſſe legimus, vocitata eſt. Poteſt etiam dici, Satyram ideò vocatam, quòd in antiqua Satyra introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ ſimiles Satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuiſſe conſtat: alterum antiquius, quod ſola carminū varietate conſtabat: alterum recentius, apertam hominum reprehenſionē continens, & acrem vitiorum objurgationem.

Sătyrĭcŭs, σατυρικός, Quod ad Satyram pertinet, aut Poëta ipſe qui Satyram ſcripſit.

Sătyrĭcē, adverbium, Acriter, cum convitio.

Sătyră, avis, vel ut alii legunt Satyria, à L. Floro pro corvo accipitur. [Ger. Ein rapp. Pol. Kruk wodni.] Verba ejus ſunt hæc: Quum ſingulari certamine Manlius aureum torquem Barbaro detraxiſſet, inde Torquati. Iterum in Pontino agro, quum in ſimili pugna L. Valerius inſidente galeæ S.. yra alite adjutus, Gallum viciſſet, inde Corvini. C.. in loco illud quidem conſtat, Satyrā avem pro corvo accipi cu tamen ita dicatur, video à pleriſq; omnibus ignorari. Quidam ad naturam ejus avis id referunt, quòd ſola ſit Satyrorum more, & ad libidinē proclivior. Quin etiam Anaxagoras ore coire credidit: quod tamen negat Ariſtoteles. Olim tamen vulgò ita perſuaſum fuiſſe ſatis conſtat ex Martialis diſticho: Corve ſalutator, quare fellator haberis? In caput intravit mentula nulla tuum. Veriſimilius tamen eſt, Satyram avem, dictam à loco quo res geſta eſt. Conſtat enim non modò Flori, verumetiam Livii & Gellii teſtimonio, ſingularem hanc Valerii cum Gallo pugnā in agro Pontino factam fuiſſe, quem agrum palus alluebat, quam Plinius Pontoniam, Virgilius Saturæ, ſive Satyræ paludem appellat. Satyra itaq; avis dicta videtur, quaſi avis Satyræ paludis. Corvos enim locis aquoſis delectari, autor eſt Theon apud Aratum, propterea quòd corpora eorum vehementiùs inaruerint. Vide Cælium Rhod. lib 19. cap. 25.

Sătyri, [שעירים ſehirim. σάτυροι. Ger. Satyri ſind vierfüſſige chter in Wälden vnd Bergen Indie / haben Menſchliche geſtalt. Pol. Satyrowie:] Dicti ſunt quòd in libidinem ſemper proni ſint, à virili membro, quod veteres Græcè σάτυρον appellabant. Hi ſunt (ut Plin lib. 7. cap. 2. ait) animalia quadrupedia, in ſubſolanis Indorum montibus perniciſſima, humana effigie, rectè currentia. Veteres hujuſmodi monſtra pro ſylveſtribus diis coluerunt: cujuſmodi à D. Antonio viſum fuiſſe in eremis Aegypti, autor eſt Hieronymus in vita Antonii. Vidit homunculū (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarum pedes deſinebāt. Et præmiſſo ſigno crucis, quū quiſnā eſſet, interrogaſſet Antonius, reſpondiſſe fertur: Mortalis ego ſum, unus ex accolis eremi: quos vano error deluſa gētilitas, Faūnos, Satyroſq;, & Incubos appellat.

Sătyrĭcum ſignum: id eſt, Priapi effigies, quæ in hortis conſtitui ſolet, ad faſcinationes hortorū arcendas. [σατυρικὸν ἄγαλμα. Pol. Straſzidl'ona ogrodziech.] Plin lib. 19 cap. 4: Quam rem comitata eſt & religio quædā: hortosq; & fores tantum contrā invidentiū faſcinationes dicari videmus. In remedio Satyrica ſigna: quanquā hortos tutelę Veneris aſſignante Plauto.

Sătyrĭă, ſatyriæ, σατυρεῖα, Cibus ex variis compoſitus herbis. [Pol. Pokarm ziol' rożnionych.]

Sătyrĭăſis, vel Satyriſmus, σατυρίασις, σατυρισμὸς, Pulſus teſtium, & velut ſingultus quidam inguinis, ſequens inflammatam quandam paſſionem ſeminalis receptaculi, cum intentione, & tentigine. Quòd ſi non ceſſaverit pulſus ille, ſolent ſeminis receptacula intendi, vel ſpaſmus naſci, Satyriſmus, inquit Gal. lib. 2. Methodi, eſt virilis membri præter naturam arrectio. σατυριᾶν enim Græcis arrigere eſt, & rei venereæ prurītu extimulari. Idem & Priapiſmus dicitur, ab obſcœno hortorum cuſtode ducto nomine, qui veretro prægrandi ſculpi ſolet, & erecto.

Sătyrĭŏn, ſ. σατύριον, Herba foliis lilii rubri aliquanto minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus, caule lævi, cubitali modo, radice gemina. Vulgus Teſticulum ſacerdotis appellat. [Ger. Ein vnbekañt kraut in Teutſchland / die gemeinē Artzet vñ Apotecker nennen es Teſticulos canis oder Marienträhern darfur / aber vnbillich: andere Teſticulum ſacerdotis, vnſer frawē träbern / Stendelwurtz mit dreyen blettern / Ragwurtz. Pol. Kſyeze iayka, lyſye iayka. Vng. Kosbor.] ¶ Eſt & alterum Satyrii genus, quod ἐρυθρόνιον cognominant, ſive ἐρυθρόκηκυν, Venerem, etiamſi manu tangatur, extimulans. Semē habet lini, ècoq; majus, durius & lævius [Pol. Kozieł'ki.] Eſt & tertium, cognomento βατραχίων, foliis nigra plumbagine maculoſis, reliqua ſuperficie cynoſorchi ſimilibus, radix eſt lutea, crebriſq; ramis, ad manus effigiem accedens. Officinę Palmam Chriſti appellant. [Pol Rączki dl'on kryſtowa.] Deniq; herbas propemodum omnes, libidinis deſiderium extimulantes, Græci Satyrii nomine ſunt complexi.

Saūcĭo, ſaucias, ſaciare, act. p. Vulnero. [טָבַע patsáh. κεντέω-μαι, τιτρώσκω. Gall. Bleſſer, naurer. Ital. Ferire, impiagare. Ger. Verwunden / vbel wirſen. Bel. Woonden. Hiſp. Herir, llagar. Pol. Raniam, zranſzczam. Vng. Meg ſebeſitēm. Ang. To hurt or wound.] Cic. 3. Ver. Servi nonnulli vulnerantur: ipſe Rubtius in turba ſauciatur. Col. lib. 6. cap. 14: Ferro palatum opus eſt ſauciare, ut ſanguis profluat. Idē li. 4. cap. 25: Saucianda ferro eſt atq; exulceranda vitis in ea parte qua pampinum ſtudemus elicere. Ovidius 3. de Arte: tenues à pectore veſtes Rumpit & indignas ſauciat ungue genas.

Saūcĭātŭs, a, um, participium, Vulneratus. [טָבוּעַ patsúah וְחָלָל chalál. ὁ τετρωθὲς, τετρωμένος, τρωθείς. Gall. Bleſſé, nauré. Ital. Ferito, impiagato. Ger. Verwundet / verwirſet. Hiſp. Herido, llagado. Pol. Ranioni, okrwawiony. Vng. Meg ſebiſitetōt. Ang. Hurt, wounded.] Colum. lib. 11. cap. 1: Sive quis (quod plerunq; accidit) ſauciatus in opere noxam ceperit, &c.

Saūcĭātĭo, onis, verbale, f.t. Vulneratio. [טֶבַע pétſah. τραύτρωσις, τρωῦμα. Gal. Bleſſeure, naureure. Ital. Eſſa ferire, impiagare. Ger. Verwundung. Hiſp. Herimiento, de llaga. Pol. Ranienie. Vng. Meg ſe beſites. An. A hurting, wounding.] Cicero pro Cæcinna: Et ſauciatio quæreretur, quum fugam factam eſſe conſtabit.

Saūcĭŭs, a, um, Vulneratus. [טָבוּעַ patsúah וְחָלָל chalál. τετρωμένος. Gal. Bleſſé, nauré. Ital. Ferito, impiagato. Ger. Verwündt. Bel. Gewondt Hiſp. Herido con llaga. Pol. Ranioni. Vng. Seber. An. Hurt, wounded.] Virg. 2. Aeneid. Quales mugitus, fugit quum ſautius aram Taurus. Cæſ. 3. bel. Civil. Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. Cic. pro Cæcinna: Nemo, inquit, occiſus eſt, neq; ſaucius. ¶ Tranſlumitur & ad animū: ut Amore ſaucius. Cic. pro Cæl. ex vetuſto quopiam Poëta: Medea amore ſævo ſaucia. ¶ Saucius fatigationis: id eſt, feſſus, ſeu fatigatus. Apul. lib. 2. de Aſino: Mihi verò fatigationis heſternæ etiam nunc ſaucio da veniam.

Sāvĭŏr, Savium, Vide SVAVIVM.

Saūră σαῦρα, Lacerta quæ in maceriis; & in ſepibus deliteſcit. [Pol. Iaſzczurka miedzi pl'oti mieſzkaiąca.] Eſt & piſcis nomen, quem & Latini lacertam nominant.

Saūrītes, ſauritæ, σαωρίτης, Gemmæ ſpecies, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inveniri. Plin. lib. 37. cap. 10.

Saurix, Avis de qua infrà in dictione SORIX.

Săxum, ſaxi, n.ſ. Majus, aſperius, duriusq;, quàm lapis: licet quādoq; ſaxum pro lapide ponatur. [אבן צוּר tſúr ében. λίθος. Gal. Caillou, pierre, roche ou rocher. Ital. Saſſo piedra, quadrello. Ger. Ein groſſer rauher vnd harter ſtein. Bel Eenen herden ſteen. Hiſp. Piedra toſca y no labrada. Pol. Opoka, skał'a. Vng. Kő zikla. Ang A rocke.] Cic. pro Cæcin. Qui ſaxa jacerent. Ovid. de Nuce: A populo ſaxis prætereunte petor. Virg. 2. Aeneid. Iamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. Idē 2. Georg. Adde tot egregias urbes, operumq; laborem, Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. ¶ Volvere ſaxum dicuntur, qui inexhauſto quopiam, atq; inutili labore fatigātur. Teren. in Evnuc. Satis diu jam hoc ſaxum volvo. Donatus admonet proverbium fuiſſe dictum in eos qui inextricabili ſudore affligerentur: tractumq; putat à notiſſima Siſyphi fabula, ſaxum apud inferos ſurſum ac deorſum volventis. Ad quem reſpexit & Virgil 6. Aeneid. Saxum ingens volvunt alii, radiisq; rotarum Diſtricti pendent, &c. ¶ Ponitur aliquando pro ſcopulo, ſeu monte ſaxoſo, πέτρα. Plautus in Moſtel. Iterum jam ad unum ſaxum me fluctus efferunt. Virgil. 1. Aeneid. Perq; undas ſuperante ſalo, perq; invia ſaxa Diſpulit. Ovid. 3. Metamorph. Per rupes ſcopulosque, aditusque carentia ſaxa. Virgil. 2. Aeneid. - ſtupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. Idem 2. Georgic. Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.

Sāxŭlum, saxuli, diminutivum. [λιθάριον. Gall. *Petit caillou.* Ital. *Picciol sasso.* Ger. *Ein steinlin/felßlin* Hisp. *Pequenna piedra tosca.* Pol. *Opoczka skałka.* Vng. *Kőzyklaczka.* Ang. *A litle roike.*] Cicer. lib. 1. de Orat. Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam.

Saxētum, saxeti, n. s. Locus saxosus, & petricosus. [πετρώδης τόπος. Gall. *Vn lieu pierreux.* Ital. *Luogo sassoso, pietroso.* Ger. *Ein steinächtig oder felßächtig ort.* Hisp. *Lugar pedroso.* Pol. *Opoczyste mieysce.* Vng. *Kőzyklas.* An. *A place full of rockes or stones.*] Cicero pro Lege Agraria: Quod solum tam exile & macrũ est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Sāxētānus, adject. Quod inter saxa habitat. πετραῖος, λιθήρης. Martialis lib. 7: Quum saxetani ponatur cauda lacerti.

Sāxĕus, saxea, saxeum, Quod è saxo est. [λίθινος. Gall. *De caillioux, ou de pierres, dur comme pierre.* Ital. *Fatto di sasso, duro come saxo.* Ger. *Steinin.* Hisp. *Cosa de materia de piedra.* Pol. *Kamienni, opokowi.* Vng. *Kőzyklabol valo.* Ang. *Of a rock, hard lik a rocke or stone.*] Lucr. lib. 1: Strataq; jam vulgi pedibus detrita viarum Saxea conspicimus. Lucan. lib. 4: Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. Ovid. 12. Metamor.-socium quoque saxea moles Oppressit spatio stantem propiore Cometem. Pons saxeus. Lucan lib. 4.

Saxōsus, saxosa, saxosum, Saxorum copiam habens: ut, Saxosa via, quę saxis abundat. [πετρώδης. Gall. *Pierreux.* Ital. *Sassoso, pien di pietre* Ger. *Steinächtig/voll steinen.* Hisp. *Cosa llena de piedras tescas* Pol. *Kamienisty, skalisty.* Vng. *Kőzyklas.* Ang. *Full of rockes or great stones.*] Col. lib. 5 cap. 10. Loca aprica calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Saxosus frutex, in saxis crescens, vel saxosis locis. Plin. lib. 15 cap. 7. Simillimum huic inest & chamaeleæ frutici saxoso. Virgil. 5. Aeglog. nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles. Idem 2. Georg. Fluminibus salices, crassis q; paludibus alni Nascuntur, steriles saxosis montibus orni.

Saxātĭlis, saxatile, pen. corr. om. t. Quod saxa incolit: [πετραῖος. Gall. *Qui est parmi les pierres, pierreux.* Ital. *Ogni cosa che sta sopra gli sassi.* Ger. *Das in steinen oder felsen wohnet.* Hisp. *Cosa que está entre las piedras tescas.* Pol. *Wopokach mieszkaiący.* Vng. *Kőzyklanlako.* Ang. *That inhabiteth rockes, or is stonie.*] ut Piscis saxatilis. Colum. lib. 8. cap. 16: Rursus optimè saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quòd in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt: ut merulæ, turdiq;, nec minus melanuri. Saxatiles aves, quæ saxa incolunt. Varro 3. de re Rust. cap. 7: Vnum agreste, ut alii dicũt, saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus vil æ, à quo appellat. q columbæ Piscatus saxatilis, qui fit inter saxa Plautus in Rud. Piscatum hamatilem, saxatilemq; aggredior.

Sāxĭfĭcus, fax fica, saxificũ. ut: Os saxificum: id est, vultus aspicientes in saxa vertens. [πετροποιός, λιθοποιός. Gall. *Qui fait devenir pierre ou caillou* Ital. *Che converte qualche cosa in saxo.* Ger. *Das zu steinen machet.* Hisp. *Cosa que haze ò cria piedras.* Pol. *Wopoke obroczmi.* Vng. *Kőzyklaualtoztato.* Ang. *That maket rockes or stones.*] Sen. in Herc. Furen. Tete laborum socia, & adjutrix, precor Belligera Pallas, cujus in læva ciet Aegis feroces ore saxifico minas. Ovid. 5. Metam. Vincis, *ait*, Perseu: remove tua monstra: tc æq; Saxificos vultus, quæcũq; ea, tollt Medusæa.

Sāxĭfrăgum, saxifragi, vel Saxifraga, saxifragæ, vel Saxifragia, saxifragiæ. [σαξίφραγον. Pol. *Panny maryey wł oski.*] Dioscoridi, Herba, à frangendis in corpore calculis appellata: vel quòd in locis saxosis quum enascatur, saxa ipsa frangat. Vulgus *Salvam, vitam* appellat.

Saxĭfrăgæ undæ, Cic. 3. de Orat.

S ante C.

Scābēllum, Vide SCAMNVM.

Scăbĕr, scabra, scabrum, Scabrosus. [שעיר *sabir.* ψωριάω. Gall. *Rude & aspre à manier.* Ital *Aspero, scabroso.* Ger. *Rauch ungreiffen/schebig.* Bel. *Ron/ruydich.* Hisp. *Aspere, barrancoso.* Pol. *Chrupiaſty, skrobowati.* Vng. *Darabos.* Ang. *Rough to handle.*] Cato de re Rust. cap. 96: Si hæc sic feceris, non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt Colum. li. 7. cap. 4: Hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non potest. Varr. 2. de re Rust. cap. 2: Non enim solùm ea uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas scabras fieri cogit. ¶ Quoniã verò quæ scabiosa sunt, cutem asperam habent: factum est, ut scabrum pro aspero ponamus, & impolito. τραχύς. Virg lib. 1. Georg. Exesa invenies scabra rubigine pila. Cic. 4. Tusc. Pectus illuvie scabrum. Celsus lib. 7: At ubi scabri ungues sunt, circũ aperiri debent, quà corpus contingunt.

Scabrōsŭs, scabrosa, scabrosum, Plenus scabritia. [שעיר *sabir.* τραχώδης. Gall. *Scabreux, rude & aspre à manier.* Ital *Rozzo, aspero nel toccare.* Ger. *Wol rauher/schrundechtig.* Hisp. *Aspero, barrancoso.* Pol. *Chrupowati.* Vng. *Dura bosis.* Ang *Full of roughnesse in handling.*] Plin. lib. 20. cap. 21: Hippolapathi radices privatim ungues scabrosos detrahunt.

Scabrum, scabri, substantivum, n. s. Scabrities. τραχύτης. Plin. l. b. 37. cap. 2: Infestantur plurimis vitiis, scabro, [illegible] macula nube, &c. De crystallis.

Scabrātŭs, brata, bratum, Adjectivum τραχυφθαλμῶν. Colum. li. 4. cap. 24: Quo plerunq; fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitis laniata scabrataq; putrescat humoribus.

Scabrēdo, inis, f. t. Scabrities. hoc est, asperitas, & inæqualitas. τραχύτης. Quo vocabulo usus est Hieronymus in divi Hilarionis vita.

Scabrĭtĭă, æ, f. p. & Scabrities, scabritiei, f. q. Asperitas: [τραχύτης. Gal. *Asperté et dureté au toucher.* Ital. *Asprezza che si sente nel maneggiare.* Ger. *Reuhe oder schebigkeit.* Bel. *Ruydicheyt/grindicheyt.* Hisp. *Aspreza.* Pol. *Chruposcią.* Vng. *Dara bossag.* Ang. *Roughnesse in handling.*] Vnde Plin. Vnguiũ scabritiam dixit. ¶ Nonnunquam accipitur pro scabie, Colum. lib. 7. cap. 5. Potest etiã scabritiem tollere succus viridis cicutæ.

Scăbĭes, scabiei, f. q. Asperitas cutis cum pruritu, natura corporis interiora expurgante, noxiosq; humores foras expellente. [חרב *gharáb* חרס *chéres.* ψώρα. Gall. *La rongne.* Ital *Rogna, scabbia.* Ger. *Raud/kretzigkeit.* Bel. *Krauwagtei/schorftcheyt.* Hisp. *La sarna ò semejamente.* Pol. *Krosti, swierzb,* Vng. *Rih senyuedeg.* Ang. *A scab, a scalde or scabbednesse.*] Iuven. Satyr. 2: licut grex totus in agris Vnius scabie cadit, & pori[illegible]i, Vvaq; conspecta livorem ducit ab uva. Virg. 3 Georg. T[illegible] oves tentat scabies, ubi frigidus imber Altius ad vinũ pertcdit, &c. de Arte: Vt mala quem scabies, aut morbus regius urget. ¶ Quoniam verò scabiem comitatur pruritus, pruritum autem scabiẽdi cupiditas, & exfricatione quædam voluptas: factũ est, ut scabies pro voluptatis illecebris accipiatur. Cic. 3. de Legibus: Nos voluptatis blanditiis corrupti, quæ natura bona sunt, ea dulcedine hac & scabie carẽt nõ cernimus satis.

Scăbrōsŭs, scabiosa, scabiosum, Qui scabie laborat [ψωρολέος. Gall. *Rongneux, teigneux, galleux.* Ital. *Rognoso.* Ger. *Reudig/schebig.* Hisp. *Lleno de sarna.* Pol. *Krostawi.* Vng *Rihes.* Ang *Scabbie or full of scailles.*] Persius Satyr. 2: nanq; est scabiosus, & acri Bile tumet. Colum. lib. 11. cap. 2: Nam si paucioribus diebus detur, ut ait Hyginus, per ver scabiosi boves fiunt.

Scăbo, scabis, scabitum, act. t. Frico, scalpo. [ξύω. Gall. *Galler, gratter.* Ital. *Grattare, fregare.* Ger. *Ruckẽ/tratten/schaben/gyffen.* Hisp. *Rascar la sarna ò comezon.* Pol. [illegible] Vng. *Ribalõdom, vakarodom.* Ang. *To scratch or clawe.*] [illegible] 8. cap. 27: Si verò squamæ obtorpuêre, spinis juniperi [illegible] bit. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: & in versu faciendo Sæpè caput scaberet, vivos & roderet ungues.

Scæ̆vă, Qui sinistra manu utitur pro dextra, & dextra pro sinistra. [אסר יד ימין *ittér jadh jemino* שמאלי *semali.* ἀριστερός. Gal. *Gaucher, senestre, gauche, mal droit.* Ital. *Mancino, sinistro.* Ger. *Ein tinckentauß.* Hisp. *Cosa izq quierda.* Pol. *Manczysti.* Vng. *Balog.* An. *That vseth the leaft hand in stead of the right.*] Hoc nomine dictus fuit fortissimus quidam Cæsaris miles, qui apud Dyrrachiũ, magna Pompeianorum vi oppugnatus, multisq; vulneribus acceptis, adduci tamen non potuit ut castelli sibi commissi custodiam desereret. Sueton. in Cæs. Scæva excusso oculo, tra[illegible] humero, centum & viginti ictibus scuto perforato custodiam commissi castelli obtinuit.

Scæ̆vŭs, a, um, adjectivum, Bonum significat, eam ob causam, ut inquit Varro, quòd quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur.

Scălă, æ, f. p. Scalæ, scalarũ, utroq; modo dicitur, à scandendo, quòd his altiora scandamus. [κλίμαξ. *sollám.* κλίμαξ, πασσάλη. Gall. *Eschelle.* Ital. *Scala.* Ger. *Ein tetter/ stägen.* Bel *Een tecre.* Hisp. *La escalera.* Pol. *Drabina.* Vng. *Laytoria garadits labitto.* Ang *A ladder.*] Nam propriè scalæ sunt, quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguunt quidã sic, Scala est quæ ex teretibus lignis, aut funib. aliáve materia simili huc atq; illuc transferri potest: scalæ verò, quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Plin. lib. 14. cap. 11 Etiamnũ scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur. De illa Cajus Iurisconsultus: Vel scalã sciens accõmodaverit ad ascendendũ. Sed sæpè cõfunduntur, & scalæ magis in usu esse, quàm scala dicimus. Salust. in Iuguith. Vnæ, atq; alteræ scalæ cõminutæ sunt: qui superiores erant afflicti sunt. Nõ dixit, Vna atq; altera, singularem numerum tanquam parum usitatum refugiens. Cic. pro Milone: Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. ¶ Scalæ quibus per gyrum ascendimus, à cochleæ forma cochlides, & cochleæ dicũtur: quæ verò ex lignis teretibus constant, sive cannabinis, funibus, à Capanco inventæ primùm fuerunt, ut est apud Vegetium de re militari.

Scalmŭs, m. s. [σκαλμός. Gall. *La cheuille d'vn nauire, à laquelle on attache l'auiron.* Ital. *Palaſch[illegible]* Ger. *Der naget oder rund holtz darauff man das ruder legt / ein ruder staffen.* Hisp. *El esculmo en que se ata el remo.* Pol. *Kol'ek nakuiem rudel albo porazda chodzi.* Vng. *Euezőgio ragaztoia.* Ang. *The brode end of the oare.*] Lignum teres, cui nautæ remos loro quodã alligant:

alligant: sive lignum crenatum, ac feneſtratum in apſidem, capiens remum, ut faciliùs, & ſolidiùs impellatur. Cic. de Clar. Orat. At verò contrà Craſſus ab adoleſcente delicato, qui quũ in littore ambulans ſcalmum reperiſſet, eamq; ob rem ædificare navim concupiviſſet, exorſus eſt. Idem 1. de Orat. Navicula duorum ſcalmorum. Idem 3. Offic. Venit ipſe maturè: ſcalmum nullum videt: hoc eſt, nullam non modò videt ſcapham, ſed ne ſcaphæ quidem ſcalmum. Hinc Interſcalmus, & Decemſcalmus: de quibus ſuis locis.

Scălpellum, Scalper, Vide SCALPO.

Scălpo, tealp s, tealpſi, ſcalptum, act. t Scabo, frico. [גרד *gharadh.* κνάω, κνίζω. Gall. *Gratter, galer, grauer, racler.* Ital. *Grattare, intagliare, ſcolpire.* Ger. Kratzen/ſchaben/ſcharren. Bel. Schrabben/krawen. Hiſp. *Eſcaruar, raſcar, ò raſpar.* Pol. *Drapie, skrobie.* Vng. *Vaiogatom vakarom vakartſalom.* Ang. *To ſcratch or clawe, to carue or graue.*] Plin. lib. 9: Attrituq; petræ ſcalpentes piſces pruritus invadit. Iuvena. Sat. 9: undiq; ad illos Conveniunt, & carpentis, & navibus omnes Qui digito ſcalpũt uno caput. Colum. lib. 7. cap. 5: Vitioſum locum pecudes aut morſu ſcalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt.

Scălpĕrĕ, Item gallinæ, cæteræq; id genus aves dicuntur, quũ eſcam humi quærentes, pedibus diſſipant quiſquilias. [Pol. *Grzeſc.*] ¶ Scalpere item gemmam, aut aliquid aliud, inquit Diomedes, dicimus, non ſculpere: quod ſi verum eſt, innumeri ferè libri mendoſi erunt, in quibus ſculpo, ſculptor, ſæpiſſimè occurrũt. [חתם *pittách* חק *chak* חקה *chikkáh.* γλάφειν.]

Scălptŏr, ſcalptoris, m. t. Qui ſcalpit, ut Scalptor gemmarum, ſculptor, & inciſor. [מחתה *mephatteách.* γλάφης. Gall. *Tailleur ou grauenr.* Ital. *Intagliatore, ſcultore.* Ger. Ein graber Hiſp. *Eſcaruador, eſculpidor, ò entallador.* Pol. *Rzezacz kamienia.* Vng. *Vaiogato, vakartſalo.* Ang. *A grauer or caruer.*] Plin. lib. 37: Expetuntur à ſcalptoribus, ferroq; includuntur, nullam non duritiam ex facili cavantes.

Scălptūră, ſcalptùræ, f. p. Scalpendi actio. [מחתה *pittúach* מקלחת *miklahuth.* γλυφή. Gall. *Tailleure ou grauenre.* Ital. *Intagliatura, ſcultura.* Ger. Das graben. Hiſp. *Eſculpidura ò entalladura.* Pol. *Rzezanie.* Vng. *Vaiogarás vakartſalas.* Ang. *A graning or carving.*] Plin. lib. 37. cap. 7 Omnia autem hæc genera, ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt Diomedes grammaticus, Scalpturam dici probat, non ſculpturam: Scalpta enim, ut gemma dicendum eſt, non ſculpta, quoniam adjecta præpoſitione facit inſculpta.

Scălpturātŭs, adject. [מחתה *mephuttách* מחקה *mechukkáh.* κεκολαμμένος. Gall. *Entaillé ou engrauc* Ital. *Intagliato* Ger. Verſchroten oder eyngetegt/auſgehawen. Hiſp. *Eſculpido ò entallado.* Pol. *Wirzezany.* Vng. *Rakot.* Ang. *Graued or carued.*] ut Pavimentum ſcalpturatum. Genus pavimenti, quod & vermiculatum dicitur, quod Romæ primùm fieri cœpit poſt tertium Punicum bellum ex teſſellis minutis, diverſicoloribus, ut in templis antiquis. ἀσσάριωτον. Nos *Muſaicum opus* dicere ſolemus. In his pavimentis picturæ radendo fiebant, quo modo nunc ſcalpturata albaria in exteriore parte parietum ac murorum fiunt. Alii volunt ſculpturatum pavimentum eſſe, quod ſcalpturis variorum lapidum, & quibuſdam veluti imbricibus compoſitum eſt adornatum. Plin. lib. 37. cap. 25: Romæ ſcalpturatum pavimentum in Iovis Capitolini æde primùm factum eſt.

Scălpturĭo, ſcalpturis, ſcalpturivi, ſcalpturitũ, n. q. Propriè deſiderativum verbum eſt, idem ferè ſignificans quod prurio, vel ob pruritum ſcalpendi deſiderio teneor. [גרד *gharádh.* κνησμοῖς κατεχόμαι. Gall. *Grater.* Ital. *Raſpare.* Ger. Zu gyffen oder kratzen begeren/kratzen/ſcharren. Hiſp. *Raſcar, ò hauer gana de raſcar.* Pol. *Drapacſie chcze, swierzbiese.* Vng. *Vakarodhatnam.* Ang. *To ſcratch or clawe.*] Plautus tamen in Aulularia, pro ſimplici ſcalpo poſuit: Vbi erat hæc defoſſa, occepit ibi ſcalpturire unguibus.

Scălpĕr, ſcalpri, m. ſ. Scalprum: hoc eſt, chirurgicum inſtrumentum, quo caro putrefacta, aut os vitioſum exciditur. [ἰητρὸς. Gall. *Vne lancette de barbier ou de chirurgien.* Ital. *Lanceta de barberio, ò di chirurgico.* Ger. Ein ſchrotmeiſſel. Hiſp. *El raſcador, inſtrumento para raſcar, la lanceta.* Pol. *Rzezak abo noż barwierski.* Vng. *Iſpot.* Ang. *A ſurgeons inſtrument to tak corrupted flesh frome the bones.*] Vnde & Exciſorius ſcalper dicitur. Celſus lib. 8. cap. 3: Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterũ malleolo adactus, id quod inter utrunq; medium eſt, excidit.

Scălprum, ſcalpri, n. ſ. Ferramentũ quo quid inciditur, aliis atq; aliis artificibus alios atq; alios præbens uſus. [κολαπτήρ. Gal. *Inſtrument ou ferremẽt à tailler, grauer, racler, vne lancette, vn tranchăt ou trenchet.* Ital. *Scarpello.* Ger. Ein ſchrotcyſen/meiſſel. Hiſp. *El buril ò trinchete ò raſpa.* Pol. *Dłotko rzemieſnicze.* Vng. *Iſpot metelő, ki vakaro penna aptalo kefetske.* Ang. *A graving yron, a shauing or riping knife.*] Interdum enim Chirurgorum eſt inſtrumentum, quo illi carnem putrefactam, vel oſſa vitioſa excidunt. Celſus lib. 8. cap. 7: Tum demum ad manum ſcalprumq; veniendum.

¶ Scalprum librarium, quo ii utũtur qui libros deſcribunt, ad eradendas lituras. Sueton. de Vitellio: Scalpro librario venas ſibi incidit. ¶ Scalpra ſutoria. Horatius ſecundo Sermon. Satyr. 3: Si ſcalpra & formas nõ ſutor, nautica vela Averſus mercaturis, delirus, & amens Vndiq; dicatur. ¶ Fabrile ſcalprum Livius appellat, quo magiſtri elephantos interimebant, inter aures beluæ adacto, in ipſa compage qua conjungitur capiti cervix. ¶ In falce quoq; putatoria ſcalprũ dicitur ea pars quę à flexu procurrit. Colum. lib. 4. cap. 25: Quæ pars vinitoriæ falcis à flexu procurrit, ſcalprum, quod deinde aduncum eſt, roſtrum appellatur. Cato de re Ruſt. Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleam eſſe voles: deinde librũ ſcalpro eximito.

Scălprātŭs, prata, atum, adject. σμιλοειδὴς ξυσήεις. Col. lib. 9. cap. 15, ferrāmentum ſcalpratum dixit ad ſimilitudinem ſcalpri formatum, quo ait opus eſſe ad caſtrandos apum alveos.

Scălpĕllum, ſcalpelli, diminutivum, n. ſ. Inſtrumentum Chirurgorum quo venam aperiunt. [γραφεῖον μικρόν. Gall. *Vn petit burin ou lancette.* Ital. *Lanceta da barbieri ou d'ingegno.* Ger. Ein flietmen/taſſerſenlin. Hiſp. *Lancet a para ſangrar.* Pol. *Rzezadło.* Vng. *Ervago vas.* Ang. *A little riping inſtrument to ripe wounds with.*] Celſus lib. 2. cap 9: Poſtero die averſo medio digito, non autem ſcalpello, vena ferienda, ut recẽs coitus ejus reſolvatur. ¶ Accipitur & pro alio ferramento, quo putrida in carne excidunt Colum. lib. 6: Ferro cæſa ſcabies perluatur urina. Etiam ſæpè ſcalpello uſq; ad imũ reſecare, & amputare ſcabiem ſæpe profuit. Cicero in Oratione pro Seſtio: Non eſt (*inquit*) ea medicina, quum ſanę parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina eſt iſta, & crudelitas.

Scammŏnĭă, vel ſcammonea. [σκαμμωνία τὸ φυτόν. Gall. *Scammonie ou ſcamonee.* Ital. *Scamnonea herba.* Ger. Ein purgierend kant cruts krauts an ſeiner geſtalt der ſpringwurtz gleich. Hiſp. *La eſcamonea.* Herba eſt radice ramoſa: pinguib. foliis trigulis, albis, crassa, madida, nauſeoſa: quę excavata, ſuccum emittit, quem ſcammonium appellant. Vide Plinium lib. 24. cap. 15. & Cic. de Divin.

Scāmnum, ſcamni, n. ſ. Eſt quod lecto veluti gradus apponitur, ut per id in lectũ faciliùs aſcẽdatur. [כבש *chébeſch* הדום *hadhóm.* βάθρον. Gall. *Vn banc, vn marchepied.* Ital. *Scanno, banche.* Ger. Ein ſchemel/bettſchemel. Bel. Een banck. Hiſp. *Eſcannio ò bancho para ſubir ſe a dormir.* Pol. *Ławka.* Vng. *Pad zek.* Ang. *A footſtoole or an, ſtoole to ſit on.*] Varro ſcribit ſcamnũ eſſe quo duplici gradu in lectũ aliorem eo. ſcendebant: ſcabellum, quo ſimplici ſcanſione in lectum ſolitum ſcandebant. ¶ Interdum tamẽ & ſcamna dicũtur quæ pedibus ſedentium ſubjici ſolent, quæ Græci ὑποπόδια vocant Ovid. in Arte: Et cava ſub tenerũ ſcamna tediſſe pedẽ. Item ſcamnũ dicitur terra illa altior, quę inter duos ſulcos in colẽdo relinquitur. Plin. Scamna inter duos ſulcos cruda relinquantur. Colum. lib. 2. cap. 2, vocat ſcamnum crudũ, ſolum immotũ, minimeq; aratro proſciſſum. Idem lib. 3: Duabus gemmis ſupra terrã eminere paſſi poſita humo, cætera coæquãt: quæ faciunt in eadẽ linea, intermiſſis totidem pedibus ſcamna duna; eragant ordinẽ. ¶ Quandoq; etiã ſcamna accipiuntur pro ipſis ſedilibus, in quibus ſedere conſuevimus. Ovid. lib. 1. Faſt. Ante focos olim ſcamnis conſidere longis Mos erat. Et ſcamna etiã in arboribus dicuntur rapti & brachia ſedẽtium præbentia. Plin. li. 12. cap. 1: Aliud exẽplũ, Caii principis in Veliterno rure mirati platani unius tabulata, laxis q; ramorũ trabibus ſcãna patula, & in ea epulati, *etc.*

Scamilli, ſignificat parvula ſcamna. Scribit aũt Vitruvius adjectionem per ſcamillos impares. Vt enim à mamma, mamilla diminuitur: ſic à ſcamnum ſcamillum, auctor Priſcianus, qui & illud affert. Verùm infirma ſcamillorum obice fultæ fores. Alii Scabillorum legere malunt.

Scābĕllum, n. ſ. Scamnũ exiguũ, quod ſedentiũ pedibus ſubjicitur. [כבש *chébeſch* הדום *hadhóm.* ὑποπόδιον. Gall. *Scabelle, ſcabelle ou petit banc.* Ital. *Banchetta, ſcabello, deſchetto.* Ger. Ein ſchẽmelin/fuſſchẽmelin. Bel. Een voetbanck/een baverken Hiſp. *Eſcannillo, chico, banquillo.* Pol. *Poduocek* Vng. *Lab alat valo ſzeketske, ſamoly.* Ang. *A footſtoole.*] Cic. pro Cælio: Deinde ſcabella concrepant, auleum tollitur. ¶ Scabellum item, teſte Varrone, dicitur illud quo ſimplici ſcanſione in lectum conſcendimus. Quòd ſi duos habeat gradus, jam non ſcabellum, ſed ſcamnum dicitur, à ſcendendo. Vide paulò antè in dictione SCAMNVM.

Scabile, bilis, n. t. Idem quod ſcabellum. ὑποπόδιον. Cato cap. 10: Scamnum in cubiculo unum, ſcabilia tria, ſelles quatuor.

Scāndălĭdēs palmæ, Vide SANDALIDES

Scāndalum, ſcandali, n. ſ. [מכשול *michſchól* מכשלה *machſchelàh.* σκανδάλιον, πρόσκομμα. Gall. *Scandale, eſclandre, offenſe.* Ital. *Scandolo, offenſione.* Ger. Ein anſtoß/ergernuß. Bel. Ergerniſſe Hiſ. *Trompecadero, eſtropieco, eſcandalo.* Pol. *Obrazenie, otrucenie.* Vng. *Botrau kozas.* Ang. *A ſclander or offence.*] Græca vox eſt, quam nos *offendiculum*, vel *ruinam*, vel *impactionem* poſſumus dicere. Quando ergo legimus, Quicunq; de minimis ſcandalizaverit quemi-

rit quempiam: intelligimus qui dicto, factóve occasionē ruinæ sive cadendi cuiquam dederit.

Scāndălizo, scandalizas. [הכשיל *hrnschil* σκανδαλίζω Pol. *Pogorszam.*] quod est, Alicui scandalum præbeo, aliquē offendo.

Scandīx, f.t. [σκανδὶξ Ger. Wilderbietkraut.] Oleris sylvestris genus, gingidio simile, amarū, & subacre, quo tenuiores in cibo utebantur. Athenis olim notissima erat Aristophanis Poëtæ in Euripidem dicteriis: quibus illi objecit, matrem ejus ne legitimum quidem olus, sed scandicem venditasse. Vide Plin. lib. 21 cap. 15.

Scāndo, scandis, scandi, scansum, n.s. Ascendo. [עלה *haláh.* ἀναβαίνω. Gall. *Monter amont.* Ital. *Ascendere, andare in su, andare all' alta.* Ger. Hinauff steygen. Hisp. *Subir arriba.* Pol. Wstępuie. Vng Föl *hagok.* Ang. *To clymme.*] Cic. in Catone: Vt si qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, quum alii scandant malos, alii per foros currant. Virgil. 2. Aeneid. scandit fatalis machina muros. Ibidem: pars ingentē formidine turpi Scandunt rursus equum, & nota conduntur in alvo. Liv. 3. ab Vrbe: Exquilias quidem ab hoste propè captas: & scandētem in aggerem Volscum hostem hemo submovit. ¶ Scandor, eris, passivum. Plin. lib. 14. cap. 1: Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur via una Cypria. Hinc Scalæ dictæ sunt, per quas in altum ascendimus. ¶ Scandere in subrectū, dixit Plin. lib. 10. cap. 18. pro eo quod est felium modo ascendere. ¶ Hujus composita sunt, Ascendo, Cōscendo, Inscēdo, Superscādo, & Transcendo: quorū significata vide suis locis.

Scansōrius, scansile, pen. corr. om. t. Per quod facilē ascenditur. [αἰωρητὸν. Gall. *Aisé à monter.* Ital. *Che si può ascendere facilmente.* Ger. Dauauff gut zu steigen ist. Hisp. *Cosa que se puede subir.* Pol. *L'atwo do wstępienia.* Vng. Föl *haghato.* Ang. *That may be easily clymmed.*] Plin. lib. 17. cap. 11: Ficumq; sic etiam scansilem fieri. ¶ Scansilis annorum lex à Plin. lib. 7. cap. 49. dicitur, per quam ad ætatem veluti quibusdā annorum gradibus ascendimus.

Scansōriæ machinæ apud Vitruv. lib. 10: Sunt quæ à Græcis *aërobaticæ* appellantur, ut multi censent, quòd in altum homines tollant, & in aërem sublimes levent. Verùm Turneb. acrobaticas appellat, quòd in earum summum speculandi causa ascendatur.

Scandŭlācă. [Ger. Glockenblumen. Pol. *Barwinek.*] (inquit Festus, Herba est frugibus inimica, quòd eas velut hedera implicans necat. Cred tur esse secunda species clematidis, quā Latini convolvulum vocant.

Scandŭlæ, scandularum, f.p. [αἰ χίδυκες. Gall. *Petis aix ou aissetes, & hardeaux à couurir maisons.* Ital. *Cantinelle.* Ger. Schinden. Hisp. *Ripias de madera rajada.* Pol. Gunty *ſtindzioły.* Vng. *Sendely.* Ang *Swyngles, or ſlates to couer houſes withall.*] Asserculi è ligno in tenues laminas scissi, quibus ante inventas tegulas ædes tegebantur. Constat enim Romam ad bellum usq; Pyrrhi: hoc est, annos CCCCLXX, scandulis tectam fuisse. Fiunt autem ex robore, abiete, & picea fissis, vel assulatim desectis. Dictæ scandulæ, à scindendo, quasi scindulę: vel à scandendo, quoniam in culminibus tectorum, ad tegulas, imbricesq; sustinendos collocantur, quò scandentes pervenire solemus. Inde tectum scandulare, quod ex scandulis constat. Hinc

Scandulārius, rii; Qui ædes scandulis tegit. [Ger. Tachtecker. Pol. *Pobyacz dachow, guntownik.*] Hujus mentionem facit Tarruntenus Paternus l. ult. D. de jur. immunitat.

Scāntĭānă poma, à Scantio inventore dicta, quæ Cato tradit in doliis optimè condi, referente Plin. lib 15. cap. 14. Scantiana uva, à Varrone dicta est, quę alio nomine Amminea major appellatur: ut refert idem Plin lib 14. cap 4.

Scăphă, scaphæ, f.p. Naviculā parva, quæ majorem alligata sequitur. [עבורה *habarāh.* σκάφη, ἰφέλκιον. Gal. *Nasselle, barchote.* Ital *Barchetta, batello.* Ger. Ein weidling oder kleins schifflin. Bel. Een boorten. Hisp. *Esquife, pequenna barcha.* Pol. Baczyk. Vng. Tsonak. Ang. *A cock boat or boat.*] Cic. li 2. de invent. Postea: Iquantò ipsos quoq; tempestas vehementiùs jactare cœpit, usqueadeò ut dominus navis, quū idem gubernator esset, in scapham confugeret Iustinus lib 2: Scaphā pro piscatoria navicula posuit: Vbi (*inquit*) solutū pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha trajecit trepidus. Liv. lib. 5. bell Pun. Quum mersissent eas in alto, exceptis in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces ementiebātur. Dicta est autem scapha ἀπὸ τῆ σκάπτειν: hoc est, ab excavādo, propterea quòd primùm ex prægrandi arbore cœptæ sint excavari.

Scăphĭum, scaphii, n. s. [σκάφιον. Gall. *Pot à pisser, ou chaire percee.* Ital. *Necessario, cacatoio.* Germ. Ein geschirr zu allerley vnrath fügtich/ein brunzkachel. Bel. Eenen pispot. Hisp. *Servidor ò orinal.* Pol. *Vrinal' albo nacznie iakie, doczynienia potrzebi.* Vng. *Desa, sefel.* Ang *A pispot or chamber pot.*] Vasis genus, quo excrementa tàm liquida quàm sicca excipiuntur: à quadam scaphę similitudine nomen habens. Propriè aūt mulierū erat, quem admodum lasanum virorū: ut annotavit Iulius pollux Onomastici sui li. 10. cap. 9. Vlpian. l. Quin. Mutius. Digest. de Auro & argen. leg. Legato argento, puto habita ventris causa scaphia nō contineri. ¶ Erat item scaphū, fornacula genus, quo athletæ exercendarū virium gratia terram effodiebant, ἀπὸ τῆ σκάπτειν: hoc est, à fodiendo dictū. [Pol. *Motyka.*] Latini bidentem vocant. Vnde Plutarchus in Arato, athleticā ei speciem fuisse tradit à pugilum victu & scaphio non abhorrentem. In qua item significatione à Iuvenale positū existimant, Satyr. 6. ubi virilis mulierum exercitationes insectatur, ne à pugilum quidem & palæstritarum armis abstinentium.

Aspice (*inquit*) quo fremitu monstratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curvetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, quàm denso fascia libro.
Et ride, scaphium positis quum sumpserit armis.

¶ Erat & scaphium vas æneum, in quo styli in medio siti proceritas horarum ductus discriminabat. Vitruvius scaphem, & hemisphęriū appellat. Plutarchus in Numa, Scaphiū appellat, quo ignis sacer extinctus, solis tantùm radiis accendebatur. Suidas præterea Scaphion, ἄδος κυρῶς: hoc est, tonsuræ quoddam genus interpretatur: citatq; Aristophanē in Vespis: σὺ δ' ἴσως εἶναι, σκάφιον ὀπτητὸν μέλει: hoc est, Tu verò Copsycho similis es, cui revulsum est scaphiū. ¶ Athenæus quoq; lib. 4. Scaphium inter vasa potoria enumerat. In qua significatione videtur & Plautus accepisse in Sticho: Quibus divitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiocis utuntur.

Scăpĭlĭum, scapilii, Veteres pro tergo usurparunt, & aliquādo pro ipsa scapula, νῶτον. Vnde & spatium quod inter scapulas quasi vallecula, est, interscapilium dicitur.

Scăpŭlæ scapularum, f.p. Propriè dicuntur ossa, quo in posteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumescente, interiore reducta, extrema sui parte in acetabula quædam desinētia, quæ humerorū capita excipiūt. [כתף *catēph.* שכם *schechém.* ἀμφωμίδες. Gall. *Espaules.* Ital. *Spalle, homeri.* Ger. Die scherten/oder schulterbein Hisp. *Las espaldas, los hombros.* Pol. *Plecze.* Vng. *Val lapoczka.* Ang. *The shulder blades.*] Celsus etiā scapula operta nominat lib. 8. cap. 1. Passim tamen apud scriptores scapulas acceptas invenies pro tota illa regione quæ ponè pectori objecta est. Plaut. in Asinar. Mirabar quid dudū scapulæ gestibant mihi, Hariolariq; occœperunt, sibi esse inundo malum. Varr. 2. de Re rust. cap. 7: Lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maximè duplici. Claud. 1. in Eutrop. quā miseri scapulas tutabimur arte?

Scăpŭlāris, scapulare, adjectivum: [ὠμοφόρος. Pol. Okol'atarczb *pliecze.*] ut Scapularis servus, cujus scapulæ ad flagra denudātur, quiq; tergum habet assiduis verberibus lividum. Scapularis vestis, qua scapulæ teguntur.

Scāptŭs, scapi, Ab architecturæ peritis dicitur ipsum columnæ corpus quod est inter basim & epistylium. [σύλος. Gall. *Le corps ou membre d'vne colonne.* Ital. *Il corpo della colonna* Ger Das theil einer saul so sich vom fuß bis zu dem Capital hinauff erstrecket. Hisp. *El cuerpo ò assil de la columna.* Pol Krzal't st'up.a od zpotku azdowierzchnia Vng Oszlop derek Ang. *The bodie of a piller betwene the chapstre and the base.*] Scapus inquit Budæus corpus columnæ: nam quod super Columnā imponitur, capitulum, vel epistylū vocatur: infra scapū, spira, quæ basis sæpè appellatur: inter scapum & spiram, stylobates. Vitr. lib. 3. cap 3: Scapis columnarum statutis, capitulorū ratio, &c. Et paulò pòst: In summis columnarū scapis. Et cap. 4: Qua crassitudine fecerunt basim scapi. ¶ Scapus item in herbis dicitur caulis simplex in styli modum surrectus. [ὁ καυλὸς ἀπὸ μηκίστης ὁ ῥίζης. Gall. *La tige des herbes.* Ital. *Gambo tronco di herbe.* Ger. Der gerad oder gestracht tengel eines krauts. Hisp. *El tallo ò assil de las yeruas.* Pol. *Glab.* Ang. *The vpright stalk of an hearbe.*] Ruellius lib 1 cap. 2: Radix est id quo alimentum allicitur, & teriæ cohæret: caulis verò, in quod idem defertur nutrimentum, simplexq; super terram assurgit, is si in styli modum sursum prorepat, aut in altum feratur, scapus Latinis nominari consuevit, ducta à columnaribus scapis similitudine. Varro de re Rust. libro 1. cap. 31. ad finem: Vicia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet ut vites, quibus quum sursum versum serpit ad scapum lupini, aliúmve quem hæreat, solet vinciri. Plin. lib. 18 cap. 10: Inventus est jam & scapus unus centum fabis onustus. Hos constat classicis autoribus scapum pro caule frequentatum. Idem quoq; quod in virgulæ modum, vel tenuitudine consurgat, thyrsi nomē sibi vendicat. Hactenus Ruellius. ¶ Scapus cardinalis, rectum illud, & paulò crassius lignum in valvis quo fores ipsæ sustinentur, & reguntur prægnantibus ejus capitibus, seu ambabus extremitatibus in superiori & inferiori cardine insertis valvæ ipsæ volvuntur, aut aperiendæ, aut claudendæ. Vitru. lib. 4 cap. 6 Fores ita cōpingantur, ut scapi cardinales sint ex altitudine liminis totius duodecima parte: inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, &c. ¶ Scapos itē nōnulli appellāt tenues illos, lignosos q; ramusculos, è quibus uvarum acini dependent. Varro libro primo Re rustic. capite 54. Quæ calcatæ uvæ erunt, eorum scapi cum folliculis

culis ſubjiciendi ſunt ſub prelum. Quo tamen in loco alii ſcopi, legendum exiſtimant.

Scărăbēŭs, pen. prod. m. ſ. Inſecti genus, teneras habens pennas, & ob id cruſta tectas, ſtercore potiſſimùm ſeſe alens. [κάνθαρος. Gal. *Eſcharbot* Ital. *Scarafaggio, ſcauara χχο.* Ger. Ein taſttäfer/roſſtäfer. Hiſp. *Eſcaruajo.* Pol Krowka wkobyliencach grzebaca. Vng. *Zarnas χar hatto bogar.* An. *A betell.*] Varia ejus ſunt genera. Sunt enim grandiores, cornua prælonga habentes, biſulcis denticulata forcipibus, in cacumine quum libet, ad morſum coëuntia, quæ infantibus remedii vice ex collo ſuſpenduntur. Hos Nigidius Lucanos appellat. Alii ex fimo ingentes pilas averſis pedibus volutantes, parvosq; in iis cõtra rigorem hyemis vermiculos fœtus ſui nidulãtes. Hos Aegyptii ſacerdotes ſummo venerabantur cultu, animatam Solis imaginẽ eſſe putantes, ut ſcribit Euſebius de Præpar. Evan. volitant alii magno cum murmure, & quodam quaſi mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excavãt, nocturno ſtridore vocales. Scarabeorum generi adſcribuntur & Lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compreſſu obumbratæ nõ ante matura pabula: aut poſt defecta conſpicuæ. Sunt & alia ſcarabeorum genera, quæ vide apud Plin. libro 11. cap. 28.

Scărĭfĭco, ſcarificas, act. p. Scalpello aperio, leviter vulnero quò aliquid facilius exeat. [ἐπιχράφω, ἐπιζέω. Gall. *Scarifier, faire petites inciſions & ouuertures à fin que le ſang ou autre humeur ſorte.* Ital. *Far piccioli tagli nella carne, perche ne eſca piu facilmente il ſangue.* Ger Schräpffen Bel. Koppen. Hiſp. *Iaſſar para ſacar ſangre.* Pol. *Zacznam puſczadl'em, naſiekuie.* Vng. *Sebet meg nyitom ki vaiom koppõlyãsõm.* An. *To launce or open a ſore.*] Plin lib. 12. cap. 7: Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingivis. Scarificare dolorem: id eſt, ſcarificando dolorẽ expellere. Idem lib. 28. cap. 11: Præterea in corde equorum invenitur os dentibus caninis maximè ſimile: hoc ſcarificari dolorem putant.

Scărĭfĭcātĭo, verbale. f. t. [χαραμός. Gal. *Scarification.* Ital. *Eſſo dare tagli piccioli.* Ger. Schräpffung. Hiſp. *Obra de iaſſar para ſacar ſangre.* Pol. *Naſiecznemai'e, paſczanie baniek.* Vng. *Sebki nyitas, köppõlyãsxes.* Ang. *A launcing or opening of a ſore.*] dicitur levis vulneratio, quum aut arborum cortex, aut animalis cutis levi inciſione aperitur. Plin li. 17 cap. 27: Interim eſt & ſcarificatio quædam in remediis, quũ macie corticis ex ęgritudine aſtringente ſe juſtoq; plus vitalia arborum comprimente exactam falcis aciem utraq; manu imprimentes, perpetuis inciſuris diducunt, ac veluti cutem laxant. Colum. lib. 6. cap. 12: Si ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, aſſidua ſcarificatione diſcutitur.

Scărĭtes, ſcaritæ, σκαρίτης, Gemma eſt quę ſcari piſcis colorem refert, ut ait Plin. lib. 37 cap. 11.

Scārŭs, ſcari, σκάρος, Piſcis nobiliſſimi genus, mari Carpathio maximè frequens, qui ſolus piſcium ruminare dicitur, & herbis, non aliis piſcibus, veſci. Lecton Troadis promontorium ſponte non excedit Hunc optatus Elipertius claſſis ſub Claudio præfectus, à mari uſq; Carpathio petitum, navibusq; advectum, inter Oſtienſem & Campaniæ oram diſſeminavit: adhibita etiam cura, ut proximo quinquẽnio capti, mari redderentur: ut refert Plin. lib 9. cap. 17. Oppianus: hic ſcarus ſaxa frequentat, Qui mites inter piſces clamore tremẽdo Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas. Hor. 2. Serm. Satyr. 2: pinguem vitiis, albumq;, nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

Scātĕo, tes, ere, n. ſ Emano, erumpo, ebullio, & propriè de fontibus dicitur. [נבע nabáh הקיר hekír βλύζω, αἰαβλυζω, αἰαβλυσαω. Gall. *Bouillonner, ietter ſources, abonder.* Ital *Vſcire, ſorgere fuori.* Ger. Herfür quellen/herfür wallen oder fliessen. Bel Overloopen/overvloyen. Hiſp. *Bullir lo que mana.* Pol. Wyſſiączam ſie czieke. Vng. *Ki buzgok, kifoliok.* Ang *To ſpring out aboundãtlie, to haue great plentie, to runne or braſt out with aboundance.*] Cic. 1. Tuſc. fontes ſcatere, prata herbis conveſtirier. Ablativo aliquando jungitur. Plaut. Aulul. Quæ mihi inter bibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenen poteſt. ¶ Per translationem accipitur pro abundare. Horat 3. Carm. Ode 27: Scatentem beluis Pontum. Colum. lib. 6. cap. 16: Solent etiam neglecta ulcera ſcatere vermibus. ¶ Aliquando etiam pro exagitari, ſive æſtuare, idq; aliquando cum genitivo. Gell. lib. 1. cap. 17: Irarumq; & moleſtiarum muliebrium per diem, perq; noctem ſcatebat. Nonnunquã etiam cum accuſativo, dependente à præpoſitione ob, vel propter ſubauditis. Plaut. Perſa: Potíu'ne me moneas? memini & ſcio, Et calleo, & commemini: amas pol miſera: id tuus ſcatet animus.

Scātebră, tebræ, pen. corr. f. p. Scaturigo, origo aquæ ex terra provenientis. [נבוע mabbúah מקור makór. βλυσμός. Gall Vne *ſource.* Ital. *Sortiua.* Ger. Ein Brunquall/brunnader/eins waſſers vrſprung. Bel Putaderem. Hiſp. *Aquella obra de bullir para manar, bullidura.* Pol. Zrzodl'o. Vng. *Forrás kutſw.* Ang. *The boyling or riſing out of water out of a ſpringe.*] Virg. lib. 1. Georg. ſcatebris q; arentia temperat arva. Plin. lib. 31. cap. 10: Mirũ eſt & illud ſcatebra fonticuli ſemper emicante, ſacum nec augeri nec effluere. Idem lib. 5. cap. 1: Eundẽ opacũ, nemoroſumq; & ſcatebris fontiũ riguũ, quà ſpectat Africã, fructibus omniũ generũ ſpõtè ita ſubnaſcentibus, ut nunquã ſatietas voluptatibus deſit.

Scātūrīgo, pen. prod. genitivo ſcaturiginis, f. t. Scatebra. [נבוע mabbúah מקור makór. ἀναβλυσις. Ger. Ein vrſprung/auffwallung/ Brunquellen. Pol. *Sitok.* Vng. *Forras.* Ang. *The borling of water out of a ſpring.*] Colum. lib. 3. cap. 13: Nã præſtat non conſerere, quàm in ſumma terra ſuſpendere, niſi tamen ſcaturigo paluſtris obvia, ſicut in agro Ravennate, plus quàm ſeſquipedem prohibeat infodere. Plin. lib. 33. cap. 3: In nigra ſcaturigines non ferè ſunt perennes.

Scātūrĭgĭnōſus, adjectivum, Abundans ſcaturiginibus. [πολυπιδαξ, ὕυδρ. ἐκπαίζων. Gall. *Plein de ſources.* Ital. *Pieno de ſortiue.* Ger. Brunquellig/das viel brunquellen: das iſt/ ſpringender brunnen hat. Hiſp. *Lleno de tales bullduras.* Pol. *Pel'ni zrzodl'.* Vng. *Forrásos.* Ang. *That bruſteth and runneth ouer, full of ſpringes.*] Colum. lib. 5. cap. 8: Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, & in qua ſemper uligo conſiſtit.

Scātūrĭo, ſcaturis, n. q. Pro ſuo primitivo Scateo ponitur, quod propriè fontium eſt: quãvis etiam per translationem accipiatur pro quovis modo abundare. [נבע nabáh הקיר hekír. βλύζω. Gall. *Ietter ſources, ſourdre.* Ital. *Saltare fuori, ſorgere.* Ger. Auffwallen/entſpringen/herfur quellen. Hiſp. *Bullir lo que mana, ſalir hazia arriba.* Pol. *Sacząc ſie, wipuſczam ząſiebie.* Vng. *Ki forruk bux gok bugiogok bwuãlkõdõm.* Ang. *To boyle vp and ſpring out aboundantly.*] Colum. lib. 3. cap. 1: Modicè tamen roſcidum ſolum, quod fontibus non in ſummo, non in profundo terræ ſcaturiat, ſed ut vicinum radicibus humorem ſubminiſtret.

Scātĭnĭă lex, Qua præpoſteræ veneris uſus coërcebatur: ita dicta à Scatinio latore. Iuven. Satyr. 2:

Quòd ſi vexantur leges, ac jura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

Scāurī, m. ſ. [σκαῦροι. Gall. *Qui ont les talons gros, piebots.* Ital. *Chi anno le cauecchie groſſe.* Germ. Einer der groſſe knoden hat / oder ein Tſchiegget. Hiſp *Los que tienen los pies tuertos.* Pol. *Koſtki wielkie maiaci, koſtlawi.* Vng. *Ki ficzamodot bonkos labu.* Ang. *Which hath great hanckles or heles.*] Dicti ſunt qui talos pedum tumentes, ac porrectos habent, vel quibus pedes inflexo talo tardigradi ſunt. Horat. lib. 1. Serm. illum Balbutit Scaurum pravis fultum malè talis. Ab hujuſmodi pedum vitio cognomẽ traxit, qui primus in Aemylia gente SCAVRVS dictus eſt. Vide in ONOMASTICO.

Scazon, ſcazontis, σκάζον, Carminis jambici trimetri genus, in quinta ſede Iambum, in ſexta habẽs ſpondeum, in cæteris nihil differẽs à recto Iambico. Nos delumbes, ſive claudos Iambos nominare poſſumus. Σκάζειν enim claudicare eſt. Hujus generis ſunt illi in Præfatione ſatyrarum Perſii: Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, &c.

Scĕlŏtȳrbē, ſcelotyrbes, σκελοτύρβη, Morbi genus quo cõpages in genibus reſolvũtur. Plin. li. 25. cap. 3: In Germania trans Rhenũ caſtris à Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis, qua pota intra biẽnium dentes decidierent, compagesq; in genibus ſolverentur: *ſtomacen* medici vocant, & *ſcelotyrben*. Hoc mali genere Aelii Galli exercitũ laboraſſe ex Arabicorum fructuum eſu, autor eſt Strabo lib. 15: Fit etiam mali hujus mentio in Medicis definitionibus Galeno attributis.

Scĕlŭs, ris, n. t. Grave aliquod peccatum, ſeu atrox facinus. [זמה zimmáh עון havél רשע réſchah רשעה riſchhdh. μοχθηρία, μιαρία. Gal. *Meſchanceté, meſchant acte, miſfait.* Ital. *Muſatto, ſceleragine.* Ger. Ein grob laſter/ſchwãre miſſethat/laſterſtuck Bel. Een quade daet/een quaet feyt Hiſ. *El grande y deforme pecado* Pol. Wyſtępek nieczno ti'ewi, wielka zł'oſć. Vng. *Latorſąg, bwn.* Ang *A miſchief of a miſchieuous deede.*] Plautus in Sticho: Advorſari ſine dedecore, & ſcelere ſummo haud poſſumus. Quint. lib. 6. cap. 1: Veſtis tamen illa ſanguine madens, ita repręſentavit imaginem ſceleris, ut non occiſus eſſe Cæſar, ſed tum maximè occidi videretur Virg 6. Aeneid Quid moror? Ii tũpunt thalamos, comes additur unà Hortator ſcelerum Aeolides. Dicimus autem facere ſcelus, edere ſcelus in aliquẽ, aſtringi ſcelere, perficere ſcelus, ſuſcipere ſcelus, quorũ exempla nuſquã non occurrunt. ¶ Ponitur aliquãdo ſcelus pro ſcelerato. Plautus in Amphit. Ego tibi iſtam ſceleſtam ſcelus linguam abſcindam.

Scĕlĕrĭtās, tis. f. t. Pro ſcelere obſoleta dictio, qua uſus eſt Martian. in l. 3. D. de bon. eor. qui ant. ſent.

Scĕlĕſtŭs, a, um, Sceleratus, impius, flagitioſus. [עון havvál רשע raſchdh. ἀθεσι. μοχθηρός. Gall. *Meſchant, malheureux.* Ital. *Pien di ſcelerità.* Ger. Laſterhafftig. Hiſp. *Scelerado, lleno de grandes pecados.* Pol. *L'otr nieczuota.* Vng *Lator.* Ang. *Miſchieuous, vengeable, full of naughtineſſe.*] Cicero pro Sexto Roſcio: Res ſceleſta, atrox, nefaria. Plautus Mihte: Atqui rimprobi & ſceleſti, iis

animam adimerent citó. Liv.lib.5.ab Vrbe condita: Ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit.

Scĕlĕstē, adverbium, Sceleratè, flagitiosè, impié. [μιαρῶς, αἰσχίως. Gall *Meschamment*. Ital. *Sceleratamente*. Ger. Laſterhafftig-lich/oder leſterlichen Hiſp. *Con grande y deforme pecado*. Pol *L'otrowskie, niecznotliwie*. Vng. *Latrul*. Ang. *Mischiewouslie*.] Cic. Att. lib.5: Clodium nihil arbitror malitiosè, quanquā scelestè quidem egerit. Liv. lib.4. bell. Pun. Quæcunq; post Hieronis mortem, scelestè, atque impiè facta essent, Andronodorum atque Themistium arguit feciſſe.

Scĕlĕrōsŭs, a, um, Sceleratus. [עון *havvál* רשע *raschâh*. μιαρὸς, μοχθηρὸς, κατάρατος. Gall. *Plein de meschancetez*. Ital. *Pieno di scelerag gini*. Ger. Laſterhafftig/ mit ſchalckheit durch getybt. Hiſp. *Scelerado, lleno de grandes pecados*. Pol. *L'otrzik*. Vng. *Lator*. Ang. *Mischieuous, vengeable, vngracious*.] Terent. in Evnuch. Vbi ego illū scelerosum, misera, atq; impium inveniam? Facta scelerosa atque impia, Lucr. lib.1.

Scĕlĕro, as, act.p. Polluo, coinquino. [חלל *chillél*. μιαίνω. Gall. *Faire meschanceté, souiller & polluer*. Ital. *Maculare*. Ger. Beſtecken mit ſchand vnd laſter. Hiſp *Ensuziar con tal pecado*. Pol. *Poważnie niecznota*. Vng. *Latrul meg fórt bźzetźm*. An. *To do mischief or a mischieuous deede, to defyle*.] Vir.3. Aen. Parce pias scelerare manus.

Scĕlĕrātŭs, ta, tum, Sceleſtus, nefarius, perditus, impius, profligatus. [עון *havvál* רשע *raschâh*. κατάρατος, μιαρὸς. Gall. *Meschant, meffaisant*. Ital. *Scelerato, ribaldo*. Ger. Laſterhafftig/ſchandtlich. Hiſp. *Scelerado, corrupto, lleno de grandes pecados*. Pol. *Niecznotliwi, gal'eźnik*. Vng. *Lator hires lator*. Ang. *Wicked, naughtie, mischieuous*.] Cic. ad Att. Ego autem illum malè sanum semper putavi: nunc etiam impurum, & sceleratum puto. Ovid. 3. Metamor. facto pius & sceleratus eodē. Lucan. lib.2: Quenq; suę rapiunt scelerata in prælia causæ. Ovid. 11. Metamorph. A me causa data est, ego sum sceleratior illo. ¶ Veteres etiam sceleratum accipiebant pro cōtaminato, & scelere aliquo polluto. Vnde Sceleratā portam dixerunt, qua egressi Fabii, ad Cremeram amnem ad unū omnes à Vejentibus sunt interempti: & Sceleratum campū, proximè portam Collinam, in quo virgines Vestales quæ incestum fecerant, defodiebantur. Et sceleratum vicū, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Servium regem socerum suum, corpus ejus jacens, filia carpento supervecta est, properans in possessionem domus paternæ. ¶ Transfertur & ad inanimata, ut idem sit quod noxius. Virg.2. Georg. at sceleratum exquirere frigus Difficile est: Hoc est, nocens, omnia exurens.

Scēnă, scenæ, sine diphthongo, f.p. [סוכה *soch* סכה *suchchâh*. σκηνή. Gall. *Vne ramee, vn eschaffaut couuert*. Ital. *Scena, loco vmbroso & doue stauano i rappresentatori delle comedie*. Ger. Ein laubhütten vmb des ſchattens willen gemacht Hiſp. *Morada sombria, cabannuela, tienda, pauellon*. Pol. *Lietnik, budaigal'eźka, chł'odnik*. Vng. *Leuel zen*. Ang. *A scaffold or stage te behold playes*.] Propriè significat tabernaculum ex frondibus inumbrationis causa compositum: ἀπὸ τῆ σκιᾶς: hoc est, ab umbra, deducto nomine. Vnde & Scenopegia, dicta sunt festa quędam Hebręorū, quibus agentes sub hujusmodi tabernaculis, ex ramis frondibusq; compositis, memoriam renovabāt ejus temporis, quo Aegyptiorum servitute liberati, in solitudine sub tentoriis agitaverant. Ad hanc vocis hujus originem respexit Virgil. lib.1. Aencid. Africæ portum quendam his versibus describens: Hinc atque hinc vastę rupes, geminiq; minantur In cœlum scopuli: quorū sub vertice latè Aequora tuta silent: tum sylvis scena coruscis Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Quanquā ibi scenæ vocabulum, nō pro tabernaculo arte, manúve facto acceperit, sed pro loco, situ naturaq; umbroso. ¶ Et quoniā in ejusmodi tabernaculis Attica juventus, quum adhuc vicatim ageret, carmina quædam incōdita decantabat, fabulasq; quasdam suo more agebat: factum est ut postea in urbem redactis Athenienſibus, nomē idem illi manserit contabulationi, quę inter utrunq; theatri cornu erat protensa, in qua ab histrionibus fabulæ agebantur: quod etiam nomē Romani unà cum re ipsa ab Athenienſibus acceptum, assiduo usu veluti suum effecerunt. Latiùs tamen Scenæ vocabulum interpretatur Labeo, referente Vlp.l.ij.ff de his qui not. inf. cujus verba sunt hæc: Scena est (ut Labeo definit) quæ ludorum faciendorū causa, quolibet loco ubi quis consistat, moveaturq;, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico privatóve, vel in vico: quo tamē loco passim homines spectaculi causa admittebantur. ¶ Scenarū olim varia fuerūt genera: ex quibus, quę Tragica dicebatur, columnis, fastigiis, palatiis, & signis, cæteroq; apparatu prorsus regali instruebatur; Comica, privatorū ædificiorū, & Menianorū, mediocrisq; cultus speciem habebat: Satyrica, arboribus, montibus, speluncis, opereq; topiario exornabatur. Erat & scena versilis, quæ subitò tota machinis quibusdam vertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Item alia ductilis, quæ contractis tabulatis hac atq; illac interiorem picturæ speciem denudabat. ¶ Produci in scenā dicebantur histriones, mimíve quum ab eo qui ludos edebat, mercede, auctoritate, aut gratia adducebantur, ut in scenam ad agendum prodirent. Reduci autem in scenam dicebantur, qui aliquanto intervallo postquàm primum sui spectaculū præbuerant, ad agendum revertebantur. Plin.lib.7. cap.48: Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam à Pompeio Magno, quæ producta fuerat à M. Pōponio Aedili plebis. ¶ Servire scenæ: id est, servire tempori, & rebus præsentibus sese accommodare. Cicero ad Brutum: Tibi nunc populo & scenæ, ut dicitur, serviēdum est. ¶ Scena totius rei hæc est, dixit Cælius ad Cicer. lib.8. pro eo quod est, hæc est totius rei actio, in hoc rei totius cardo vertitur. ¶ Scena minore aliquid agere: id est, minore apparatu, & ostentatione.

Scēnālĭs, scenale, adjectivum, Scenicus. σκηνικός. ut, Species scenalis. Lucretius lib.4: Namq; ibi confessum caveat subter, & omnem Scenalem speciem patrum, matrumq;, deorumq; Inficiunt.

Scēnātĭlĭs, le, & scenaticus, idem quod scenicus. Varro in Modio: Sed ô Petrulle nemeum taxis librum, Si te pepigat hic modò scenatilis. Idem ὅ, ὃ λύχας, ut comici, nitidi, scenatici. Ex Nonio.

Scēnĭcŭs, a, um, [σκηνικός. Gall. *De scene ou eschaffaut*. Ital. *Pertinēte à scena*. Ger. Dz zu den laubhütt ſo man in ſchawſpylē auffrichtet/ gehört. Hiſp. *Perteneſciente à morada sombria à cabannuela ò tenda*. Pol. *Do zaśl'ons przinależącꝛ*. Vng. *Leuol zenhźz valo*. Ang. *Of a scaffold*.] Quod ad scenā pertinet: ut, Scenici ludi. Cic. de Orat. Quis unquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remisse, severas hilarè, forenses scenica prope venustate tractavit? Cic. pro Archia Poēta: Quod scenicis artificibus largiri solebat, id huic summa ingenii prædito gloria noluisset? ¶ Scenicus verò absoluto vocabulo, histrio dicitur, qui in scena agit ὑποκρίτης. Suet. de Nerone: Ac spectaculis theatri clàm illatos cuidam scenico placenti nuntium misit.

Scēnĭcē, adverbium: ut, Facere aliquid scenicé. σκηνικῶς. Quint. lib 6 cap. 1.

Scenofactorius, a, um, σκηνοποιητικὸς: ut, Ars scenofactoria, qua fiunt umbracula, vel tabernacula quacunque re fiant vel funes.

Scēnōmă, scenomatis. [σκήνωμα. Pol. *Buda*.] Tabernaculum, tentorium, sive habitaculum à verbo σκηνόω, quod est castra metari, sive tabernacula figere.

Scēnŏgrăphĭă, σκηνογραφία, In pictura dicitur frontis & laterum abscedentium adumbratio.

Scēnŏpēgĭă, [חג הסכות *chagh hassuchchóth*.] Vide SCENA.

Scēptĭcă, sceptice, σκεπτικὴ, Philosophica quædam secta, nihil astruens, nihil definiēs, aliorū tantùm decreta oppugnās, & in veritatis inquisitione perpetuò versans: unde & Sceptica dicta est, quasi cōsideratrix, ἀπὸ τῆ σκέπτεσθαι, quod est cōsiderare. Primus sectæ hujus autor Pyrrho Eleus fuisse existimatur: unde & Pyrrhonismi quidam appellarūt: ejusq; sectatores, Pyrrhonicos. Gellius lib.11. cap.5: Quos nos *Pyrrhonios Philosophos*, ii Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id fermē significat quasi quæsitores, & consideratores. Nihil enim decernunt, nihil constituunt: sed in quærendo semper, considerandoque sunt, &c.

Scēptrum, sceptri, n.s. [שבט *schébet* שרביט *scharbit*. σκῆπτρον. Gall. *Sceptre, baston royal*. Ital. *Sceptro, bacchetta regale*. Ger. Ein Königsſtab/ Scepter. Hiſp. *El sceptro insigna real*. Pol. *Kroliewsky sceptri*. Vng. *Kiraly tbot, paza*. An. *A scepter, a rodde, a mace royall*.] Baculus regni insigne, quo Reges majestatis gratia utebantur. Propriè autem Iovis sceptrū erat, ab eo ad Reges & principes, & magistratus translatum. Ovid. lib.3. Amor. Eleg.1: Lęva manus sceptrum latè regale tenebat. Hinc ad fœdera facienda semper adhiberi sceptrum consuevit: quando veteres in hoc Iovis simulacrū adhibere solebant cum sceptro. Quod quum difficile esset aliquando, præsertim quando fœdera cū remotissimis fiebant, inventum est, ut sceptrum, quasi imaginem Iovis tenentes, fœdus percuterent.

Scēptrĭfĕr, a. um, [σκηπτοῦχος, σκηπτροφόρος. Gall. *Qui porte sceptre ou baston royal*. Ital *Che porta il sceptro*. Ger. Ein Scepterträger/der des Königs ſtab tregt. Hiſp. *El que lleua el sceptro real*. Pol. *Sceptr kroliewski nośiaci*. Vng *Kirali parcza hordozo*. Ang. *That beareth a mace royall*.] Ovid. 6 Fastor. Sceptriferas servi templa dedisse manus.

Schantzkörb/ Paul. Iov. lib.3. in princip. vocat vimineas turriculas, quas etiam caveones appellari ait. Verba ejus hæc sunt: Sequēti, *inquit*, die multa materia, & viminеis turriculis, quas *caveones* vocant, arena repletis aditus quoſq; cōtinenti totius populi labore præsepsit. &c.

Schĕdă, f.p. [χάρτη. Gall. *Vne fueille de papier ou de parchemin ou autre chose à escrire, tablette*. Ital *Carta, cartella, tauoletta* Germ. Ein blat papyr/ ein zedel: *item*, ein ſchreibtäfelin/ welches man außwtſchen kan. Hiſp. *La carta ò hoja*. Pol. *Czedul'a*: item *tablicza do napiśsania* y *zas źmazania*. Vng. *Ea heybol iſinalt, papyros, cedula*.

Ang.

Ang. *A sheet or shed of paper.*] Tabella ſive pagella philyracea: hoc eſt, tiliacea, qua pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtathius & Aelianus aſſerunt, hodieque Græcum vulgus χάρτας vocat tabulas eas, quibus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur, ut mox litu ſpongiæ leviter aboleri poſſint. ¶ Accipitur aliquando ſcheda pro charta ſeu libello extẽporaneo, non ſatis expolito, cujuſmodi ſunt, quas tanquã relecturi reponimus. Quintil. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excutit, anilibus quoq; fabulis accõmodare ſeſe poteſt. Martial. lib. 4: Ohe jam ſatis eſt, ohe libelle, Tu procedere adhuc, & ire queris, Nec ſumma potes in ſcheda teneri. ¶ Soſipater ſcidam ſcribi à nonnullis ſine aſpiratione, à ſcindendo: & ab aliis ſchidam ex Græco ἀπὸ τῦ χίζειν, confirmat.

Schĕdŭlă, æ, diminutivum à ſcheda. [χεδίον. Gal *Petite charte ou tablette.* Ital. *Carticella, polizetta breue.* Ger. *Ein zedzlin/blettlin papyr darauff man ſchreibt* Hiſp. *Cartezilla à eſcriptura que ſe toma por nota.* Pol. *Czedul'ka.* Vn. *Czedulat ska.* Ang. *A litle sheet or scrow of paper.*] Cicer. ad Caſſium, lib. 15: Hæc te tertia jam epiſtola antè oppreſſit, quàm tu ſchedulam aut literam.

Schĕdĭcŭs, a, um. [χεδιάζω. Gall. *D'improuiſte, baſtif.* Ital. *D'improuiſo.* Ger. *Vnverſehentlich/vrbötzlich* Hiſp. *Appreſurado.* Pol. *Niespodzial'i pretki, odre ku vczinione.* Vngar. *Hertelen valo.* Ang. *That is baſtie or cometh vnwares.*] Extemporarius, ſubitarius, tumultuarius, inelaboratus, qua voce uſus eſt Apuleius de Dęmonio Socratis: In iſto, *inquit*, ſchedico, & incondito experimini, an idem ſim repentinus, qui præparatus. Græci in eadẽ ſignificatione dicunt χέδιον, quũ ſubitarium quiddã ſignificare volũt, neq; magna cura elaboratũ. Vnde & χεδιάζειν dicũt, pro eo quod eſt celeriter, & extempore aliquid conficere: & χέδιον pro ſubitario navis genere, quam ratem Latini appellant: ſive etiã pro ponte tumultuario, quales aut ex funibus, aut ex connexis naviculis extempore ſolent confici.

Schẽmă, ſchematis, n.t. Latinè figura, habitus, modus, ornatus [χῆμα Gall. *Figure, forme, ornement.* Ital. *Forma, figura, ornamento.* Ger. *Ein figur/geſtalt/gezierd.* Hiſp. *El habito, ò modo, ò forma, ò figura.* Pol. *Kſztal't, obraz.* Vng. *Bezednek zollaſnak miuolta, ekeſſege.* Ang. *A figure, or ornament.*] Nævius Lycurgo, ut citat Nonius: Pergite thyrſigerę Bacchæ modo Bacchico cũ ſchemate. Lucil. lib. 29 apud eundem: In gymnaſio, ut ſchema antiquo eſt, ſpectatores retinerem. ¶ Schemata item dicuntur quędam tàm verborũ quàm ſententiarũ lumina, quibus tanquã inſigniori ornatu, tota oratio diſtinguitur. Cic. de Clar. Orat. Schemata enim quę vocant Græci, ea maximè ornant orationẽ, eaq; nõ tàm verbis pingẽdis habent pondus, quàm illuminandis ſententiis. Quintil. lib. 9 cap. 1: Schema propriè dicitur quod eſt à ſimplici, ac in promptu poſito dicendi modo poëticè vel oratoriè mutatũ. ¶ Legitur & ſchema fœm. genere apud antiquos. Plaut. in Prolog. Amph. Quòd ego huc proceſſi ſic cum ſervili ſchema: id eſt, ſervili habitu.

Schĕsĭs, χέσις, Vox Græca eſt habitudinem ſignificans vel affectionem. Accipitur aũt pro figura nõ abſimili antipophoræ, qua adverſariorum affectum quemlibet fingimus, cui mox reſpondeamus. Exemplum vide apud Rufinianum.

Schīdĭă, [חִדּוּ *pélach.* χίδια. Gall. *Fragmens, petites pieces.* Ital. *Scheggie.* German. Zimmerſpän/ hauwſpän. Hiſpan. *Podocos de madera.* Polon. *Trzaski, okrawki.* Vng. *Forgatsfa hulladek faragas.* Ang. *Chippes that carpenters mak*] Sunt aſſulæ ſive fragmenta, quæ fabri materiarii ex ligno dejiciunt: à verbo Græco χίζω, quod eſt findo ſive ſeco. Vnde χίδες ſive χίδακες, & per diminutionem χίδιον ſive χιδάκιον, pro minutioribus illis fragmentis quæ à lignis quum finduntur, dolantúrve, diſſiliunt. Vitruv. lib. 2. cap. 1: Intervallaque quæ relinquuntur propter craſſitudinem materiæ ſchidiis & ludo obſtruunt. Hinc ipſi etiam cunei quibus ligna finduntur, à Græcis, ἐκχιδία appellantur. Cælius lib. 4. cap. 13.

Schīnŏs, χίνος, Arbor eſt eadem cũ lentiſco, maſtichen exudans: ex cujus ligno cuſpides fiunt purgandis dentibus accommoda. Vnde χιονοδόντες à Græcis dicti ſunt homines delicatiores, qui ut dentibus candorem concilient, perpetuò lentiſcum arrodunt.

Schīſmă, ſchiſmatis, n.t. [חִלְקוֹת *machalóketh.* χίσμα. Gall. *Diſcorde, diuiſion, ſeparation.* Ital. *Diſcordia, diuiſione, ſeparatione, diſpartione.* Ger. *Ein ſpaltung/zertrennung/zweyung.* Hiſp. *La ſciſma, diuiſion, diſcordia.* Pol. *Odſzczepienie, odlaczenie.* Vng. *Partwtes, zakadas.* Ang. *Diſcord, diſſention.*] Latinè ſciſſura, à Græco χίζω, quod eſt ſcindo. Hinc diviſionem Eccleſiæ, ſchiſma dicimus, quum ejus membra diviſa, diverſa ſequuntur capita.

Schīſtŏn lac, γάλα χιστόν, in quo pars caſeoſa quodam coctu. ræ genere à ſero eſt ſeparata. [Ger. *Geſcheidene Milch da der Zieger vnd der Schotten noch bey einander ſind.* Pol. *Mliekoz ſiadl'e dlia czinienia ſerow.*] Plin. lib. 28. cap 9: Medici ſpeciem unã addiderũt lactis generibus quod *ſchiſton* appellavêre. Id fit hoc modo. Fictili novo fervet maximè caprinum, ramisq; ficulneis recentibus miſcetur, additis totidem cyathis mulſi quo ſint heminæ lactis. Deinde igne demptum refrigẽratione dividitur, & diſcedit ſerum à lacte.

Schīſtŭs, ſive Schiſtos, χιστὸς, Lapis eſt crocei coloris, in tenuiſſimas bracteas fiſſilis: unde & nomen habet, ἀπὸ τῦ χίζειν, idq; κατ' ἐξοχὴν: multi enim præterea ſunt lapides fiſſiles, quos hoc nomine non dignamur. Effoditur in quibuſdam Hiſpaniæ locis, circa Iberum fluvium, morſus omnino expers: unde & ophthalmicis medicamentis in primis idoneus eſt. Hodie ſeplaſiarii ejus loco utuntur creta alba.

Schœnīſmŏs, χοινισμὸς, Menſura quædam terræ eſt, & torturæ genus, quod fit per funes.

Schœnŏs, [χοῖνος. Gall. *Vne chorde, ou du jonc.* Ital. *Corda, giunco.* Ger. *Ein ſeyl.* Hiſp. *Cuerda, junco.* Pol. *Powroz ſytowi, powrozsl'o.* Vngar. *Kõtel, kaka.* Angl. *A rope or bulrushe.*] Latinè funis & juncus. Plaut. in Ruden. Hi ſchœni enim atque hæ arundines ſunt nobis quæſtu & cultu. Quo nomine etiã dicta fuit urbs in ora Bœotiæ, infra Thebas: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7. ¶ Schœnos quoq; menſura terræ apud Aegyptios, ſexaginta ſtadia continens, ut inquit Herodotus lib. 2. Contrà Plin. lib. 5. cap. 10: Schœno quadraginta tãtùm tribuit ſtadia. Nec mirum eſt de menſuræ ejus longitudine non ſatis convenire inter ſcriptores: quum Strabonis teſtimonio conſtet apud ipſos etiam Aegyptios variè & inconſtanter obſervatam fuiſſe ſchœni longitudinem, quum quibuſdam in locis ſchœni ſinguli centum viginti conſtent ſtadiis, in aliis ſexaginta, in alus tantùm triginta.

Schœnŏbătēs, pen. cor. m.t. [χοινοβάτης. Gal. *Qui marche ſur vne chorde, baſteleur qui danſe ſur vne chorde.* Ital. *Colui che giuoca caminando ſu la corda.* Ger *Ein gaucker der auff dem ſeyl gehet.* Hiſp. *El trepador.* Pol. *Kugliarz po powrozichodzaci.* Vn. *Kõtelõn iaro.* An. *That danſeth on a corde.*] Qui per funes ludẽdo graditur: χοῖνος funis dicitur, & βαίνω, aſcendo. Iuvenal. Sat. 3: Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia novit. Hi à Firmico dicuntur neurobatę, funerepi ab Apuleio, funambuli ab omnibus.

Schœnŏbătĭcă, [χοινοβατική. Gall. *Art de danſer ſur la chorde.* Ital. *Arti di balare ſur la corda.* Germ. *Das gauckelſpyl/ oder kunſt auff dem ſeyl zu gehen.* Hiſpan. *Arte para dancar ſobra la cuerda.* Pol. *Kugliarstwo chodzenia po powrozie.* Vngar. *Kõtelõn iaro meſterſeg.* Ang. *The art of danſing on a corde.*] Ars ipſa ſive exercitium funambulorum. Cælius ad Ciceronem libro 8: Ego qui ſcirem Qu. Pompeium Bauli ſcœnobaticam facere & uſque eò, ut ego miſererer ejus eſuriei.

Schœnŏplŏcŏs. [χοινοπλόκος. Polon. *Powroznik.*] Qui funes torquet, quem Latini reſtionem appellant.

Schŏlă æ, f. p. Ludus literarius: [γυμνάσιον, παιδοτρίβειον, διδασκαλεῖον, φοιτητήριον, ἐργαστήριον. Gall. *Vn eſchole, ou college.* Ital. *Schuola, collegio.* Ger. *Ein ſchul/tehrhauß.* Belg *Een ſchoel.* Hiſp. *Eſcuela* Pol *Szkol'a, dom dziacżwiczenia.* Vn. *Eskola.* An. *A ſchoole.*] à verbo Græco σχολάζω, quod eſt vaco, quia cæteris rébus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debent. Auſonius tamen ἀπὸ τῆς σχολῆς deduci mavult: id eſt, ab vacatione & laxamẽto, quod pueris interdũ dandũ eſſe præſcribit. Sic enim ait: Graio ſchola nomine dicta eſt, Iuſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis. Plurali numero ſcholę apud Feſtum. Cic. 2. Offic. Sed toto hoc de genere, de quærẽda, de collocanda pecunia, etiam de utenda commodiùs à quibuſdam optimis viris ad Ianum medium ſedentibus, quàm ab ullis philoſophis ulla in ſchola diſputatur. Quintil. lib. 3. cap. 8: Hæc vel ad ſcholarũ exercitationes pertinere creduntur. Idem in Procem. lib. 2: Quiſi fuiſſet aliquando perfectus, non à philoſophorũ ſcholis virtutis præcepta peterentur. Eligere ſcholas. Quintil. lib. 1. cap 2: Sed ut fugiendę ſint magnę ſcholę, cui ne ipſe quidẽ rei aſſentior (ſi ad aliquẽ meritò cõcurritur) nõ tamen hoc eo valet, ut fugiendæ ſint omnino ſcholæ: aliud eſt enim vitare eas, aliud eligere. Explicare ſcholam, eſt præcepta doctrinæ exponere. Cicer. 2. de Finib. Primùm, *inquam*, deprecor, ne me tanquã Philoſophum putetis ſcholam vobis aliquã explicaturũ: quod ne in ipſis quidẽ philoſophis magnopere unquã probavi. ¶ Erat & in balneis ſchola apud Vitruv. hoc eſt, pars labri ſive alvei, à præſtolando (ut quidam arbitrantur) dicta, ut occupato ab his qui priores veniſſent labro, in ſchola cæteri circumſpectãtes, rectè ſtare poſſent. Erat & in porticibus, autore Plinio. Alexandrum, *inquit*, & Philippum cũ Minerva, qui ſunt in ſchola in Octaviæ porticibus & Philippi. ¶ Cic. lib. 1. Tuſcul. poſuit ſcholas pro diſputationibus & controverſiis quæ in ſcholis inter doctorẽ & diſcipulos otioſè agitari ſolent, quũ inquit: Hanc perfectã philoſophiam ſemper judicavi, quę de maximis quęſtionibus copioſè poſſet ornateq; dicere: in quã exercitationem ira nos ſtudioſè operã dedimus, ut jam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus.

Schŏlārĭs, ſcholare, om. t. Quod ad ſcholam pertinet. [σχολαστικός. Gall. *Appartenant à eſchole.* Ital. *Pertinente à ſchuola.* Germ. *Schuteriſch.* Hiſpan. *Pertenesciente à eſcuela.* Pol. *Szkolni.* Vng. *Eskolahoz valo.* Ang. *Belonging to a ſchoole.*] Hieronym. ad Da-

maſ. Nec aures Quintiliani floſculis & ſcholari declamatione mulcendæ.

Schŏlāſtĭcŭs, a, um, Quod ad ſcholam pertinet. [σχολαστικός. Gall. *Appartenant à eſchole, ſcholaſtique.* Ital. *Pertinente à ſchuola.* Ger. Das zu der ſchul gehört/ ſchuteriſch. Hiſp. *Coſa perteneſciente à eſcuela.* Pol. *Szkolne.* Vngar. *Eskolaba valo.* Ang. *Belonging to the ſchoole.*] Vnde Scholaſtica diſciplina, & ſcholaſticos vocamus diſcipulos, qui diſcēdi gratia ſcholas frequentant. Plin. epiſt. 24: Scholaſticis porrò dominis, ut hîc eſt, ſufficit abundè tantum ſoli, ut relevare caput reficere oculos, reptare per limitē, unamq; ſemitam terere, &c. ¶ Ponitur quandoq; Scholaſticus pro declamatore ſolùm in fictis cauſis & otioſis verſato, non in veris litibus. Plin. Epiſt. lib. 2: Scholaſticus tantum eſt, quo genere hominum nihil aut ſimplicius aut ſincerius aut melius: nos enim qui in foro, veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolumus, addiſcimus.

Schŏlĭum, ii, n. ſ. Interpretatio brevior, breve ſcriptū. [σχόλιον. Gall. *Vne gloſe, vne brieue interpretation.* Ital. *Breue dichiaratione.* Ger. Ein kurtze erclerung oder auſlegung/ Gloß. Hiſp. *La poſtilla ò gloſa.* Pol. *Krotki wikł ad, glozo wanie.* Vng. *Rövid magiarazat.* Ang. *An ſhort expoſition.*] Cicer. Att. libr. 16: Velim, σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te id facere.

Sciăgraphĭă, [σκιαγραφία. Gall. *Premier delineament, vmbragement.* Ital. *Bozzatura, imbozzatura.* Germ. Erſte entwerffung eines gemähls. Hiſp. *La traca ò debuxo.* Pol. *Pierſze pol'ozenie cżinieniu.* Vng. *Ki linealas ki tegyzes.* Ang. *The firſt draught or delineation of any thing.*] Prima illa & rudis picturæ delineatio, quæ & ichnographia dicitur, quum ſcilicet futuri operis lineamenta carbone, creta aut rubrica ducuntur.

Sciămachĭă, ſive Sciomachia, σκιαμαχία, ἡ σκιομαχία, Pugna umbratilis, teſte Gellio, & armorum meditatio quæ fieri ſolet robois agilitat sq; exercendæ gratia.

Sciătherĭcum, Horologium quo horas ex umbra Solis colligimus [ἀφολογεῖον, σκιαθηρικόν. Gall. *Horologe du ſoleil, vn quadran.* Ital. *Horologio da ſole.* German. Ein Sonnen vhr/ oder Sonnenzeit. Hiſp. *Relox deſombra.* Polon. *Zegar ſłonecżni.* Vngar. *Napſzám.* Ang. *A dyall.*] Cicero primo de Natura deorum Solarium appellat.

Sciătherās, æ, ſive Sciotheron. [σκιαθήρας, ἡ σκιόθηρον. Gal. *La broche ou verge d'vn quadran qui monſtre le heures par ombre.* Ital. *Brocca, raza ò verga de horrologio da ſole che monſtra le hore.* Germ. *Brocca, raza ò veſga de horrologio da ſole che monſtra le hore.* Hiſpan. Der zeiger des ſchattens in einem Sonnen inſtrument. Hiſpan. *La verga del relox del ſombra.* Polon. *Inſtrument gwiazdarſki ktori zcżienia godzini y wiatr pokaſuie.* Vngar. *Arnik hely merö czirkalom.* Ang. *The threade or any thing whereby we knawe the houres in a dyall.*] Inſtrumentum gnomicum quo umbras indagamus. Hoc architecti in metandis urbibus utebantur, octoque cœli regiones exactè colligentes, ventorum vim moleſtam urbibus oppoſitis platearum, angiportorumque angulis frangebant, aut amoliebantur: aurasque corporibus ſalubres platearum directionibus admittebant. Vide Vitruv. lib. 1. cap. 6.

Sciēns, Scienter, Scientia, Vide SCIO.

Scīlĭcĕt, Videlicet, nempe, nimirum, certè, profectò. [δήπου, δηλαδή, ἀμέλει. Gall. *Penſez, que voire, certes, Dieu ſcait que non, pour certain.* Ital. *Certo, certamente.* German. Nemlich / freylich. Hiſpan. *Conuienne à ſabir ò ciertamente.* Polon. *Toczież, zaprawde.* Vngar. *Tudni illik, enbizem byzonyara.* Ang. *Truely, without doubt, that is to ſay.*] Cicero 2. Verr. Reſpondit id quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe prætoris. Idem pro Cælio: Quum ſcires quantum ad ſcelus aurum hoc quæreretur, ad necem ſcilicet legati. Cicer. lib. 9. Epiſt. Quid eos interpretari putas, quū hoc faciunt; ad hoſtem ſcilicet portari. Ovid. in Epiſtol Canaces: Scilicet eſt aliquid cum fœvis vivere ventis id eſt, multum profectò ad rem facit. q Venuſt. ſimè autē ponuntur ironicēſs, præſertim quum rem aliquam abſurdam eſſe, & minimè credibilem volumus ſignificare. Terentius Andr.: Meum gnatum rumor eſt amare. DAV. Id populus curat, ſcilicet. Virg. 4 Aen. Scilicet is ſuperis labor eſt.

Scīllă, f. p. [σκίλλα. Gall. *Squille ou oignon marin.* Ital. *Squilla.* Ger. Meerzwibel/ oder meyſſe bol. Hiſp. *La cebolla albarrana ò ſyluestre.* Pol. *Zamorskie cebula.* Vng. *Kigyo hagyma.* Ang. *A ſhrimpe fiſhe.*] ſive ut apud Varronem legitur, Squilla. Herba eſt ex genere bulborum, radices habens caparū modo multipliciter tunicatam. Officinæ cum Varrone *ſquillam* nominant. Ariſtot. lib. 1. de Plantis: Quædam habent unam tantùm radicem, ut ſcilla: quia illa naſcitur ex ſolo raro, proceditque infernè dilatando ſe. Colum. lib. 10: Sed etiam remedio cum dulci vino tritum ſerpillum, & conciſa, & in aqua macerata ſcilla.

Scīllĭtĭcŭs, a, um, adjectivum. [σκιλλιτικός. Gall. *De ſquille.* Ital. *De ipolla.* German. Auß meerzwibeln gemacht. Hiſpan. *Cebolla albarrana.* Polon. *Zamorskiee cebulie wzinsoni.* Vngar. *Kigyo hagymabol valo.* Ang. *Of a ſhrimpe fiſhe.*] Quod ex ſcilla factum eſt. Plinius libro 24 cap. 8: At cum aceto acri, magisque ſcillitico, &c.

Scīllĭnŭs, aliud adjectivum. Idem Plin. lib. 23. cap 2: Acetum ſcillinum inveteratum magis probatur, &c.

Scīllītēs, acetum, Dicitur in quo ſcillarum bulbi ad medicamentum macerati ſunt. ὄξος σκιλλιτικόν. Plinius lib. 32. cap. 10: Vrtica marina trita ex aceto ſcillite, &c.

Scīmpodĭŏn, ſcimpodii. [σκιμπόδιον. Gal. *Petit lit.* Ital. *Picciol letto.* Ger. Ein Gautſchen / Lotterbett. Hiſp. *Lecho pequenno.* Pol. *Mal'e l'ożko do przeſpaniа ſie wednie.* Vng. *Alatſon agy.* Ang. *A litle bed to reſt on.*] Grabatum, ſive humilior lectulus, diurnæ quieti accommodatus. Gell. lib. 18: Offendimus eum cubantem in ſcimpodio Græcienſi. Eſt aūt diminutivum à Græco σκίμπους, quod eſt ejuſdem ferè ſignificationis.

Scīncŭs, σκίγκος, Genus crocodili terreſtris, ab aquatico diſtans tum candore, & tenuitate cutis, tum ſquamarum ſitu, quas habet ad caput verſas. Affertur ſalſus ex India, & Arabia. Roſtrum ejus, & pedes in vino albo poti, cupiditates Veneris accendunt. Vide Plin. lib. 28. cap. 8

Scindo dis, di, ſſum, per duplex ſſ, act. t Findo, frango, divido. [קרע *karăh* בקע *bakăh.* נתח *patăch.* σχίζω. Gall. *Trencher, couper, deſchirer.* Ital. *Scheappare fendere.* Ger. Schneiden/ Spaltē. Belg. Snyden. Hiſp. *Cortar ò tajar o hender.* Pol. *Rzeże l'upam.* Vng. *Metczöm.* Ang. *To cutt, to deuide, to rent, to teare.*] Virgil. 6. Aen. Procumbunt piceæ: ſonat icta ſecuribus ilex, Fraxineæque trabes, cuneis & fiſſile robur Scinditur. Ovid. 3. Triſt. Eleg. 19: Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas. Cic. 3. Tuſcul. Scindens dolore identidem intonſam comam. Scindere dolorem ſuum, eſt patefacere commemorando. Cic. ad Att. lib. 3: Nolo commemorare, quibus rebus ſim ſpoliatus: non ſolùm quia non ignoras, ſed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum. ¶ Penulam ſcindere dicimur quū ſummo ſtudio hoſpitem diſcedentem retinemus. Cic. ad Att. lib. 13: Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet: ſed ego ita egi, ut nō ſcinderem penulam. Et paulò pòſt: Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt. Scindere ſententiam, eſt mutare. Cic. ad Att. lib. 13: Non licet ſcindere ſententiam ſuā: ſed tamen quæ tum acta ſunt, non poſſum nō probare: & tamen non curare pulcrè poſſum, ſicuti facio. Virg. 2. Aen. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus: Id eſt, Dividitur, & in diverſas ſententias, veluti partes quaſdā, it. ¶ Scindo, ſcindidi, olim in præterito habuit. Plaut. in Pſeud. Nam ego cicilendrum quando in patina ſcindidi. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt. Abſcindo, Conſcindo, Diſcindo, Interſcindo, Proſcindo, & Reſcindo: de quibus ſuo loco.

Scīſsŭs, ſciſſa, ſciſſum, particip. [קרוע *karūah* בקע *nibkăh.* ἐκκοπή, ῥηγνυμένος. Gall. *Fendu, coupé, rompu, deſchiré.* Ital. *Tagliato, feſſo, rotto, ſtracciato.* Ger. Zerſchnitten/ zerriſſen/ zerſchrentet. Hiſp. *Cortado, tajado, hendido.* Pol. *Rozerżnioni, rozpadli.* Vng. *Metczetöt.* Ang. *Cutte, rent, torne.*] Virgil. 12. Aen. Ut ſciſſa velle Latinus Conjugis attonitus fatis, urbisq; ruina. Ovid. Epiſt. 11: Quum ſuperincumbens, ſciſſa tunicaque, comaq;, Pectora roſviſti pectora noſtra tuis.

Scīſsūs, ſus, ſui, Pro ipſa ſciſſura. [קרע *kéăh* בקיע *bekiah.* ῥῆξις, ῥαφή. Gall. *Coupure, rompure.* Ital. *Schiappatura, ſfendimento.* Ger. Ein ſchnitt/ ſchrot/ riſſ/ ein klaff. Bel. Clauage ſnydinge. Hiſp. *Cortadura, hendidura.* Pol. *Rozpadlina, rozłupienie.* Vng. *Metczes.* Ang. *A cutting.*] Vnde Sciſſu materiæ fatigatus, quiſcebat lectulo.

Scīſsĭlĭs, le, pen. corrept. Quod ſcindi poteſt, vel quod ſciſſū eſt. [ῥαγίς. Gall. *Facile à couper, aiſé à rompre & deſchirer.* Ital. *Che ſi poſſe ſchiappare.* Ger. Das gut zu ſchneyden oder zu ſpatten iſt. Hiſp. *Coſa que ſe puede cortar o hender.* Pol. *Lupiſli.* Vngar. *Könnyczkeö.* Ang. *That is eaſily cutte or deuid'd.*] ut Sciſſile alumen, apud Celſum lib. 6. ulceribus, quæ ulcera debent alumine ſciſſili.

Scīſsĭo, nis, f. ſ. ῥῆξις. Pol. *Rożganie.* Vngar. *Haſadas.*] Macrob. Comment lib. 1. cap 6: Sed ille ratione ſciſſionis, hic numero.

Scīſſūră, ſciſſurę, f. p. Ipſa ſciſſio. [קרע *kéăh* בקיע *bekiah.* ῥῆξις. Gall. *Fente, rompure, deſchirure.* Ital. *Schiappatura, fenditura, rompitura, ſtracciatura.* Ger. Ein riſſ/ ſpalt/ zerſchneidung/ ſchrot. Hiſp. *Cortadura, hendidura.* Pol. *Rozpadlina, rozłupienie.* Vng. *Metczes hasadas.* Ang. *A cut, chap or cleft.*] Plin. lib. 11. cap 28: Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura. Idem lib. 5 cap. 9: Vnde ad Ammonis oraculum duodecim dierum iter eſt: ad ſciſſuram autem Nili quod appellavimus Delta, quindecim M. P.

Scīntīllă, ſcintillæ, f. p. Igniculus, propriè qui è ſilice ſuccenditur exilire ſolet. [שביב *ſchebib* נצוץ *nitſotz.* σπινθήρ. Gal. *Eſtincelle* Ital. *Scintilla.* Ger. Ein funck oder gneiſt. Hiſp. *Centella de fuego.* Pol. *Iskierka.* Vng. *Zikra.* Ang. *A ſparke of fire.*] Virg. 1. Aen. At primū ſilicis ſcintillam excudit Achates. Ovid 4. Faſt Pars quoq; quum ſaxis paſtores ſaxa feribant, Scintillam ſubitò proſiluiſſe ferūt. ¶ Per tranſlationem accipitur pro minima lucis alteriúsve rei particula. Cic. 4. Acad. Iſti autem, quos tu probas, tantis effuſis tenebris, ne ſcintillam quidē ullam nobis ad aſpiciendum reliquerunt. Scintilla belli, pro reliquis. Cicer. ad Plancum libr. 10: In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut nequa ſcintilla terrerrimi belli relinquatur.

Scīntīllŭlă,

Scintillŭla, diminutivum. [ἀστυγμάδιον. Gall. *Petite eſtincelle.* Ital. *Scintilleta.* German Ein fünckiin oder gneistin. Hiſpan. *Pequeña centella.* Polon. *Iskiereczka.* Vngar. *Zikratska.* Ang. *A little ſpark of fier.*] Cic. lib. 5. de Finib. Virtutum quaſi ſcintillulas videmus, &c.

Scīntillo, as, n.p. Splendeo, mico, & veluti ſcintillas quaſdam emitto. [ברק *barak.* ἀστυγμάζω. Gall. *Eſtinceller.* Ital. *Splendere, reſplendere, ſcintillare.* Ger. Gneisten / zwitzeren alß ob gneist darvon führen. Hiſp. *Centellar, echar centellas, reſplendeſcer.* Pol. *Skrzęſie, bl'iskam ſie.* Vng. *Szikrazom.* Ang. *To ſparkle or caſt forth ſpark es.*] Plaut. in Menæch. Vt oculi ſcintillant, vide. Virg. 1. Georg. Ne nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſcivêre hyemem, toſta quum ardente viderent Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos. Plin. lib. 20. cap. 1: Hoc enim veri experimentum eſt, ſi admotum prius quàm extinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum cogat.

Scintillātĭo, ſcintillationis, f.t. Actus ſcintillādi. [ἀστυγμασμός. Gall. *Eſtincellement.* Ital. *Scintillamento.* German. Das gneisten vnnd zwitzeren. Hiſpan *Obra de centellar.* Polon. *Bl'iskanie, skrzenie.* Vngar. *Zikrazas* Ang. *A ſparkling.*] Plin. lib. 29. cap. 8: Prodeſſe tradit capitalis dolentibus, oculorum caligini, ſcintillationibusque.

Scĭo, ſcis, ſcivi, ſcitum: futuro, ſciam & ſcibo. [ידע *jadbáh.* οἶδα, γινώσκω, ἐπίσταμαι. Gall. *Scauoir, entendre.* Ital. *Sapere, eſſere dotto.* Germ. Wiſſen Belg. Weten teunen. Hiſp. *Saber, ſer docto.* Pol. Wiem. Vng. *Tudom.* Ang *To know, to vnderſtand.*] Terent. in Adelph. Hinc ſcibo jam ubi ſiet. Et propnè ſcire, eſt rem per cauſam cognoſcere. Plaut. Epid. - quia ego hāc quæ ſiet, Neq; ſcio, neq; novi. Cic. 1. de Orat. Nihil certum ſciri, nihil planè recognoſci & percipi poſſit. Liv. 5. bell. Punic. Iam tumultus erat, clamorq; qualis eſſe in capta urbe ſolet: ſed qd rei eſſet, nemo ſatis pro certo ſcire. Scire linguas: hoc eſt, noſſe, ſive callere. Plaut. Pen. Et is omnes linguas ſcit: ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Scire fidibus. Terent. Evnuch. Is ubi hanc forma videt honeſta virginem, Et fidibus ſcire, pretium ſperans illico producit. Scire Latinè, vel Græcé Cic. de Clar. Orat. Nō enim tàm præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. Idem 2. de Finib. Quum Græcè, ut videor, luculenter ſciam. ¶ Sciri, paſſivum. Cic. 5. Verr. Id adeò ſciri facillime poteſt ex libris publicis. Idem 2. de Orat. Ars enim earum rerū eſt quę ſciuntur. oratoris autem omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. ¶ Hujus compoſita ſunt, Adſcio, Abſcio, Conſcio, Deſcio, Neſcio, Præſcio, & Reſcio: A' quibus Aſciſco, Conciſco, Deſciſco, & Reſciſco de quibus ſuis locis.

Sciēns, ſcientis, participium. a ſcio: ſive nomen ex participio, non ignorans, non neſcius. [ידע *jodbéah.* εἰδώς. Gall. *Scachant, ſcauant, qui ſcait.* Ital. *Sciente, entendente.* Germ. Wiſſend. Hiſp. *El que ſabe, ſabidor.* Polon. Wiedzący Vngar. *Tudo.* Ang *Knowing, vnderſtanding.*] Terent. Andr. Id ego jam nunc tibi renuntio here futurum, ut ſcis ſciens. ¶ Aliquando idem quod prudens, & data opera. Terent. Heaut. Sciens non faciam. Cicero 7 Verr. Nam mihi videor de omnibus jam rebus ejus geſtis dixiſſe, quæ quidem ad belli fugitivorum pertinerent ſuſpicionem: certè nihil ſciens prætermiſi. Idem pro Sylla: Nullum à me ſciente facinus occultatur. ¶ Sciens cum genitivo pro gnarus, ſive peritus Gell. lib. 18. cap. 5: Lucilius adeò vir adprimè linguæ Latinæ ſciens equum equitare dicit. Horat. 3. Carm. Ode 9: Me nunc Threſſa Chloë regit Dulceis docta modos, & citharæ ſciens. ¶ Scientior, comparativus. Cic. pro Lege Manilia: Quis igitur hoc homine ſcientior unquam aut fuit, aut eſſe debuit? ¶ Scientiſſimus, ſuperlativus. Cicer. 1. de Invent. Nam navis optimè curſum conficit, ea quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur.

Sciēntĕr, adverbium, Prudenter, & data opera. [ἐπιστημόνως, ἐπιστημονικῶς. Gall. *Scauamment, à ſon eſcient, & à ſon gré.* Ital. *Sauiamente, ſapendolo.* Ger. Wiſſentlich / mit wiſſen. Hiſp. *Sabia, ſcientificamente.* Pol. Wiedząc. Vng. *Tudua* Ang. *Wittinglie.*] Plin. in Paneg. Explanavitq; verba, quibus caput ſuū, domum ſuam ſcienter ſe fellisſet, deorū inę cōſecraret. ¶ Aliquādo Scitè, Peritè, docté. Cic. in Bruto: Quam omnino multa de jure civili, quę quidē peritè & ſcienter, tum ita breviter & preſſè, & ſatis ornatè, & pereleganter diceret. ¶ Scientius, Scientiſſimé. Cic. in Orat. Nam neminem in eo genere ſcientius verſatum Iſocrate confitendum. Idem lib. 1. de Divinat. Hetruria autē cœlo tacta, ſcientiſſimè animadvertit, eadēq; interpretatur, quid quibusq; oſtendatur monſtris atque portentis.

Scientĭa, ſcientię, f.p. Certa rei alicujus per cauſam cognitio. [דעת *dáhath* מדע *maddáh* חכמה *chochmáh.* ἐπιστήμη. Gall. *Science, cognoiſſance.* Ital. *Scienza, dottrina, ſapienza.* Ger. Wiſſenheit / kunſt Belg. Wetenheit. Hiſ. *Scientia propriamente dicta.* Pol. *Vmieiet noſć, nauka.* Vng *Tudomany.* Ang. *Science, knawledge, vnderſtanding.*] Philoſophi definiunt eſſe habitū, una vel pluribus demonſtrationibus acquiſitum, quo certò ſcimus rem aliter ſe non poſſe habere. Cicer. 1. de Nat. deor. Vt magno argumento eſſe debeat, cauſam: id eſt, principium philoſophiæ eſſe ſcientiam. Idem de Officiis: Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Ibidem. Prudentia eſt rerum, expetendarum, fugiendarumque ſcientia. Idem 2. de Nat. deor. Futurorum malorum ignoratio utilior eſt quàm ſcientia. Idem 3. de Orat. Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. ¶ Dicimus autem conſequi ſcientiam, dare ſcientiam, habere ſcientiam, profiteri ſcientiam, tenere ſcientiam alicujus rei: quæ locutiones viris doctis familiares ſunt. ¶ Contrarium eſt inſcientia: quæ & inſcitia dicitur: de quibus ſuis locis.

Scītŭs, a, um, Venuſtus, elegans, ad ornatum ornatus. [חכם *chacham* ἐπιστήμων Gal. *Sage & ſcauant, fin, accort, bien apris* Ital. *Dotto, ſaputo, arguto, accorto.* Ger. Fein / Zierlich / Klug Belg Wijs / kloeck Hiſp *Sabio, ſcientifico.* Pol. *Slużni, nadobny.* Vng. *Tudos elmes.* Ang *Wiſe, trimme, wittie, feat.*] Terent. in Evnuch. Scitum hercle hominē, hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. Cic. in Lælio: Scitum eſt illud Catonis: Multò melius de quibuſdā acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces videātur. ¶ Interdū accipitur pro formoſo. [טוב *tob* יפה *japhéh.* ὡραῖος. Gall *Gentil, ioly gratieux, mignon* Ital. *Gentile, galante, gratioſo.* Ger. Hubſch. Hiſp. *Hermoſo.* Pol. *Piekni.*] Terent. in And Scitus puer natus eſt Pamphilo. Plaut. in Amph. Hæc nox ſcita eſt in exercendo ſcorto, cōducto malé. Huic opponitur Inſcitus, penultima producta: de quo ſuprà ſuo loco.

Scītum, pro juſſu, vide paulò póſt.

Scīte, adverb. Doctè, pulcrè, benè. [ἐπιστημόνως. Gall. *Gentement, fort bien, mignonnement.* Ital. *Saputamente, dottamente, leggiadramente.* Ger. Fein / Kunſtlich / wol vnnd wäſentlich. Belg. Fray / ſchoon. Hiſp *Hermoſa y ſientemente.* Pol. *Vmieietnie.* Vng. *Tudoſan, ſimeſſen.* Ang. *Featlie.*] Cic. ad Brutum, lib. 11: Satis ſcitè, & cōmodè tempus ad te cepit adeundi. Gell li. 1. cap. 1: Scitè ſubtiliterq; ratiocinatū Pythagoram philoſophum dicit. Hujus contrarium eſt Inſcitè: id eſt, indoctè, imperitè, ineleganter. Col. lib. 4: Nam id plurimum refert inſcitè non facere.

Scītŭlus, diminutivum. [χαριέστερος, κομψότερος. Gall *Gentillet, jolliet.* Ital. *Galentino.* German Zimlich hubſch vnd holdſälig. Hiſpan. *Hermoſo vn poco.* Polon. *Niezadny.* Vngar. *Tudakos.* Ang. *A little feat one.*] Plaut. in Rud. Atque ambas forma ſcitula atque ætatula.

Scīſco, is, n.t. Intelligo, vel operam do ut ſciam. [שאל *alaph* למד *lamádh* μαθαίνω. Gall. *Entendre, ſcauoir, s' enqueſter.* Ital. *Sapere, cercare d' informarſi.* Ger. Erfahren / innen werden. Hiſp. *Entender, buſcar para ſaber.* Vng. *Tudom meg tudom.* Ang *To inquire & vnderſtand.*] Plaut in Amph. Ocyus accurro, ut ſciſcam quid velit. ¶ Aliquando etiam ponitur pro ſtatuere, decernere, ſancire, edicere. [χειροτονέω, χειρόω. Gall. *Ordonner.* Ital. *Ordinare.* German. Ordnen / ſetzen / anſehen. Hiſp. *Ordenar.* Pol *Dowiaduie, doſwiadczam ſie.* Ang. *To ordeine.*] Idē in Curc. Rogationes plurimas propter vos populus ſcivit quas vos rogatos rumpitis. Cic pro Flacco: Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus juberet ſumma vota concione, diſtributis partibus. Idem 3. Offic. Durius etiam Athenienſes, qui ſciverunt ut Aeginetis qui claſſe valebant pollices præciderentur. Idē pro Planco: Plancus primus legem ſcivit de publicanis.

Scītor, ſciteris, d.p. Interrogo, ſeu inveſtigo quæ occulta magis, ac ſecretiora ſunt. [שאל דרש *ſchaál* דרש *daráſch* בקש *bikkeſch.* πυνθάνομαι, ἐρωτάω. Gall. *S' enquerir de quelque choſe, interroguer.* Ital *Interrogare cercare d' intendere.* German. Erforſchen / Fleiſſig erfragen Belg Vragen. Hiſp. *Preguntar para ſaber.* Pol. *Pilno ſie wywiaduie.* Vngar. *Tudakozom.* Ang *To inquire for to knaw.*] Virg. lib. 2. Aen. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Ovid. lib. 10. Metam. - at Cinyras, quem copia digna procorum Quid faciat, dubitare facit, ſcitatur ab ipſa Nominibus dictis, cujus velit eſſe mariti. Cicer. de Orat. Sentiebam non te id ſcitari; qualem. &c.

Scīſcĭtor, aris, d.p. Scitor, ſive inquiro. [שאל דרש *ſchaál* דרש *daráſch* בקש *bikkéſch.* πυνθάνομαι. Gall. *S' enqueſter, s' enquerir, interroguer* Ital *Interrogare, cercare d' intendere.* Ger. Erforſchē / Nach fragen. Belg Onderfragen. Hiſp. *Perguntar para ſaber.* Pol *Wypytuie ſie.* Vng *Tudakozom.* Ang. *To ſearche or inquire*] Plautus Amph. Ibo adverſum, ut ſiquid habent ſe ſciſciter. Cicer. 1. de Nat. deor. Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam. Plaut. Capt. Secede huc: nam ſunt quæ ex te ſolo ſciſcitari volo. ¶ Legitur & ſciſcito, in eadem ſignificatione. Idem in Merc. Imò mane, paucula etiam priùs ſciſcitare volo.

Scītāmēntă, mentorum, n.ſ. Sunt edulia, ex eo dicta, quòd ſciti ſaporis ſint: hoc eſt, egregii & præcellentis [מטעמים *mathammim.* ἐδέσματα. Ger. Artlich vnnd fein erdacht oder erfunden. Pol. *Pokarm przyiemny.*] Macrob. lib. ult. Saturnalium: Apud propinatores pleraque ſcitamentorum cernimus, propoſita amphora ſpecie, quàm corpore: id eſt, jucundiora pulmenta. ¶ Gell. lib. 18. cap. 8, per tranſlationem poſuit pro exornationibus orationis; quæ in collocandis verbis (ſi immodicè uſurpentur)

usurpentur) non carent reprehensione κακοζηλίας. Cæteraq;, *inquit*, hujusmodi scitamenta: id est, scrupulosa & argutulè, ut ipsis videntur, excogitata orationis ornamenta.

Scītumĕn, tis, substantivum, n. s. Decretum, sive jussum. [מִצְוָה *mitsvá*. ψήφισμα. Gall. *Decret, ordonnance.* Ital. *Decreto.* Germ. Ein ertañtnuß Satzung. Hispan. *Statuto, decreto.* Polon. *Decret vznanie.* Vngar. *Decretom vegezes.* Ang. *A decrete or ordinance.*] Liv. lib. 1: Cætera quoque omnia publica, privataque sacra Pontificis scitis subjecit. Hinc Plebiscitum, plebis statutum. Autor ad Heren. lib. 1: In rem confertur, ut si quis ex testamēto, quod facere jussus est, ex plebiscito vetetur.

Sciŏlŭs, penult. corr. Semidoctus, literis leviter tinctus: qui quum in Musarum ædem vix à limine inspexit, nihil tamen non audet, falsaque eruditionis opinione intumescit. [Pol. Medrek. Ang. *A smatterer in learning.*]

Scĭŭs, a, um, ἐπιστήμων, Qui scit: à quo conscius, insciius, nescius & præscius.

Scĭomantĭă, σκιομαντία, Divinatio quæ fit per umbram.

Scīpĭo, onis, m. t. Propriè dicitur baculus ille, cui senes innitentes, gradum stabiliunt. [מִשְׁעָן *mischhán* מַטֶּה *mattéh*. σκῆπτρον. Gall. *Vn baston à s' appuyer.* Ital. *Vn bastone da sostentarse.* Germ. Ein steck an dem alte oder schwäche leut gehen. Hispan. *Cayado.* Pol. *Laska do podpierania.* Vn. Stap. Ang. *A staffe that eldmen leane vpon.*] Liv. 6. ab Vrbe: Scipione eburneo in caput imum lo, manu ivisse. ¶ Scipio in vineis, quo ipsa uva veluti baculo sustinetur: scapum Varro, nostri *caudam* appellant, *ab opere vitæ.* Colum. lib. 12. cap. 39: Vbi satis erunt corrugata arena, demito, & sine scipionibus in dolium conjicito, pedibusque bene calcato.

Scirpī, m. s. Iunci fragiles palustresq; sunt, non in fruticum vepriumve, non in caulium, sive herbarum genere numerati. [גֹּמֶא *aghmón* אַגְמוֹן *ghóme.* βούτομα. Gall. Ionc. Ital. *Giunco.* Germ. Ein binz vberal glatt ohne knöpff/ oder gleich Hisp. *Los iuncos.* Pol. *Rogoż, sytowie.* Vng. *Kakabol.* Ang. *A bullrush.*] Ex his tegetes fiunt domus, & tegetes fiunt, quibus velificāt in Pado nautæ & in mari Africo piscatores. Donatus: Scirpus, sine nodo, est herbæ junci species palustris res. Hinc factū est proverbiū: Nodum in scirpo quæris, de his qui in rebus claris atq; apertis scrupulum quærunt, hoc adagium refertur apud Plautus in Menæch. & verbis iisdem apud Terentium in Andria. Hieronym. in Pamph. Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quærit. ¶ Quidam etiam scirpos accipi putarunt pro nodosis & implicatis ænigmatibus: citantes locum Gellii lib. 11. ubi sic legunt: Quæ Græci αἰνίγματα, Latini scirpos appellaverūt: tales etiam Græcis itidem γρίφοι vocitantur. Quo tamen in loco scirpos legendum est, non scirpos.

Scirpĕus, a, um, Quod ex scirpis confectum est: [σπάρτινος, χοίνικος. Gall. *De ionc.* Ital. *Di giunco.* German. Bintzen/ auß bintzen. Hispan *De iunco.* Polon. *Sytowi, rogozani.* Vngar. *Kakabol valo.* Ang. *Made of bullrushes.*] ut scirpea ratis: Plautus in Asin. Quasi pueris qui nare discunt, scirpea inducitur ratis. Scirpea simulacra, Ovid. 5. Fastor.

Scirpĕă, æ, f. p. Cratis ex scirpis contexta, quæ plaustro imponitur, ut commodiùs stercora in agros vehantur. [φορμός. Gal. *Panier de ionc ou autre matiere à porter fiens ou telles choses.* Ital. *Cesto à portar di vetro di ginochi.* German. Ein Bännen/ oder geflochtner Korb Hispan *Canistrillo hecho de junchos.* Polon. *Koss z sytowia do wywożenia gnoiu.* Vng *Tserény Zekerkas.* An *A basket or skip long made of bullrushes.*] Ovid. 6 Fastor. in plaustro scirpea lata fuit. Cato cap. 10: Crates stercorarias quatuor, scirpeas stercorarias tres.

Scirpĭcŭlæ, f. p. Falces quibus in scirpandis: hoc est, in præcidendis vineis utimur, ad amputanda superflua lignamentorum. [ἀκρόσπονα, τὰ ἐκφυόμενα. Gall. *Sarpette, serpill.* n. Ital. *Cortelet, falcetta da ceusire le viti.* Germ. Rebmesser. Hisp. *Podadera.* Polon. *Sierkacz albo nożyce maly.* Vng *Metczó kes kaczor.* Ang. *A kyn leof hook or sickle in the fyng of vines.*] Varr. lib. 1. cap. 22. Falces dicuntur vineaticæ opus esse sex, scirpiculæ quinque. Hæ etiam dicuntur scirpariæ falces.

Scirpĭcŭlum, li, n. s. Canistrum: vel quod de scirpis, seu lento vimine confectum est: vel, quod verius videtur, à scirpando: hoc est, figādo, sive vinciendo. [Ιο *fal.* τὸ σπάρτινον σκεύασμα. Gall. *Vn panier de ionc, d' oster ou telles choses.* Ital. *Canestro, cestello.* Ger. Ein bintzen körblin, oder krättlin. Hispan. *Canastrillo de juncos.* Pol. *Sytowi koszyk.* Vngar. *Kötöt valo.* Ang. *A basket or basket made of twig es or bullrushes.*] Col. Rec. lib. 10: Cano jam vimine textum Scirpiculum ferrugine cumulate hyacinthis.

Scirrŏphŏrĭon, σκιῤῥοφορεῖον, Mēsis, qui Latinis dicit Majus.

Scirrhōsus, σκιῤῥώδης, Tumor induratus, cum nullo aut modico calore, oriundum trahens ab atra bile, aut a pituita. Vide Celsum, Medicos.

Scīsco, Scītum, Vide SCIO.

Scīsde, Scīsio, Scissura, Scissus, Vide SCINDO.

Scīūrŭs, [σκίουρος. Gall. *Vn escurieu.* Ital. *Schirato.* German. Ein Eichhörnlin. Hispan. *La harda ò esquilo animal noto.* Polon. *Wiewiorka.* Vng. *Enet.* Ang. *A squirell.*] Animal quod caudam pro tecto, atq; umbra, quum est sub dio, habet: ἀπὸ τῆς σκιᾶς, & τῆς οὐρᾶς: id est, ab umbra caudæ. Vide Plin. lib. 8. cap. 8.

Sclōppŭs, pi, Sonus est qui ex inflatione buccarum erumpit. [Pol. *Mlásk.*] Persius Satyr. 5: Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.

Scnipes, qui & ipes, σκνῖπες, ῖπος. Vermiculi sunt culicibus similes, vitium oculos erodentes: quos rustici ampelitide terra enecabant. Vide Galenum lib. 9. Simpl.

Scōbs, scobis, f. t secundum Priscianum, vel hic scops, secundum Phocam, quod ab aliqua materia minutissimum decidit, dum vel per seram secatur, vel terebram perforatur, vel lima politur. [שֹׁבֶב *schabáb.* ῥίνημα, πρίσμα. Gall. *Sciure, ou limeure.* Ital. *Rescatura, segatura.* German. Sägmät/ feylspän/ was vom sägen / feylen oder boren abfallt. Belg. Brisel/ sachmeel. Hispan. *Las asserraduras de la lima ò de la madera.* Polon. *Proch od pil'i.* Vngar. *Hulladek gaz esßlek sõprelek.* Angl. *Any powder or dust that cometh off a wing, filing or boring.*] Horat. 2. Serm. Satyr. 4: Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus Consistit sumptus, neglecti, flagitium ingens. Tén' lapidis varios lutulenta radere palma, &c. Plin. libr. 34: Alii climatam scobem in fictili cado coquunt, in caminis, donec percoquatur figlinum. Iuven. Satyr. 14: & tamen uno Semodio scobis hęc emendat servulus unus.

Scŏbĭnă, æ, penult. corr. f. p. [טְבִירְהִטִים *petsiráphim.* ῥίνη. Gall. *Vne rape, ou vne lime.* Ital. *Lima, raspia.* Germ. Ein Feyl/ Raspen. Hisp. *La escofina para limar madera.* Pol. *Pil'ka.* Vng. *Rezelő.* Ang. *A grauer wherwith bowyers vse to shaue bowes.*] A scops, inquit Varro, lima dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37: Novissima asperitas, ut scobina fabri. ¶ Vnde Descobinatus, teste Nonio: id est defectus, saucius, abrasus. Varro Meleagro, ut citat idem Nonius: Sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo expectare, quàm his descobinatis in sylva currere.

Scōlēcĭă, Aerugo, A vermiculorum specie nomen accepit. ἰὸς σκωληκοειδής. Fit ex Cyprio ære, trito alumine & sale, aut nitro pari pōdere, cū aceto albo quàm acerrimo, trito (*inquam*) donec viride fiat, contrahatque se in vermiculorum speciem. Vide Plin. lib. 34. cap. 12.

Scōlēcĭum, σκωλήκιον, Genus est cōcci, in Attica & Asia nascētis, quod celerrimè in vermiculum commutatur: unde nomen habet. Vide Plin. lib. 24. cap. 4.

Scŏlŏpăx, σκολόπαξ, Avis est rostro oblongo, quam nonnulli gallinaginem appellant, *Vue becasse.*

Scŏlŏpēndră, [חֲגָבִים *ghazám.* σκολοπένδρα. Gall. *Vne chenille.* Ital. *Cento piedi verme.* German. Ein haarechtig Würmlin mit viel füssen Hispan. *El ciento pies.* Pol. *Stonog robak, gasl'anka.* Vng. *Zõros hirnyo pap matskaia.* Ang. *A rough worme, with many feet.*] Animal è vermibus terræ, pilosum, multis pedibus: unde & millepedam, centipedam, & multipedam vocant. Diversa tamen est ab ea multipedæ specie, quam Græci vocant *oniscon*, arcuatum serpentem, tactuque sese contrahentem. Vide Plin. lib. 29. cap. ult. ¶ Est & piscis ejusdem nominis, à terrestris animalculi similitudine dictus, de quo Plin. lib. 9. cap. 43: Scolopendræ, *inquit*, terrestribus similes, quas centipedas vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant: deinde resorbent.

Scŏlŏpēndrĭon, [σκολοπένδριον. Gall. *Ceterach.* Ital. *Ceterace.* German. Miltzkraut. Hisp. *Doradilla.*] Herba est quam alio nomine asplenum vocant, sine flore, sine caule, sine semine, pediculo nigro. Folia filiculæ modo dividuntur, subter flavescentia, hirsutaq;, supernè virentia. Vulgus pharmacopolarum *Ceteracum* vocant.

Scŏlymŏs, [σκόλυμος. Gall. *Artichaut.* Ital. *Scarcioffolo, artichioco.* German Welschdistel/ Strobildorn. Hispan. *Cardo arrociſe que es de comer.* Polon. *Artisiak.* Vngar. *Artisiok.* Ang. *An artichoke.*] Herba est ex genere aculeatarum, quam & Strobilum vocant, propterea quòd capita ferat pineæ nucis similitudinem referentia, mensis hodie gratissima: quæ vulgus *Articocola* vocat. Vide Plin. lib. 22. cap. 22.

Scombrŭs, [σκόμβρος. Gall. *Vn poisson appellé Maquereau.* Ital. *Scombro.* German. Ein gattung eines Meerfischs der im wasser schwäbet farb ist. Hispan. *El alache pesce.* Ang. *A makrell.*] Genus piscis marini, cui in aquis sulphureus color est: extra aquam, qui cæteris. Horum tanta est multitudo in mari Hispanico circa Carthaginē novam, ut vicina Herculis insula ab eo dicta sit Scombraria, teste Strab. lib. 3. Laudabantur autem potissimùm scombri ad gari confectionem, quod sociorum cognominabant: cujus bini congii singulis millibus nummum permutabantur. Autor Plin. lib. 31. cap. 8.

Scommă, n. t. Latinè cavillum dici potest. [שְׁבִיבָה *schenimáh.* σκῶμμα. Gall. *Vn brocard & lardon.* Ital. *Motto, botton.* German.

Ein

Ein ſchmähwort/ein ſuch mit dunckten worten Hiſpan. *Donayre motejando.* Polon. *Sjtich nie krwawi dotknienie.* Vngar. *Homalios gunioló buſsá.* Ang. *A ſcoffe, a mocke.*] Nam (ut Macrobius inquit lib.7. Saturn. cap.3.) eſt morſus figuratus, qui ſæpè fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud ſonet, aliud intelligatur: nec tamē ſemper ad amaritudinem pergit. Ejuſmodi eſt illud in ſalſamentarii filium: Tace tu cujus pater ſe cubito ſolet emungere. Item illud Ciceronis in Caninium: Vnius diei Conſulem, olim Flamines, nunc Conſules ſunt Diales. Lœdoria verò, eodem Macrobio teſte, apertum eſt convitium & manifeſta contumelia, nullo feſtivitatis, ambiguitatisve velamento adumbrata.

Scōpæ, arum, plurali, f.p. Inſtrumētum quo pavimenta eversuntur. [מטאטא *mataháim. σαίρωθρον, κόρημα.* Gall. *Vn balay ou vne verge à nettoyer* Ital. *Scopa, granata* Ger. Beſem Belg Een beſem. Hiſp. *Eſcoba.* Pol. *Miotł'a.* Vn. *Sȫprw.* Ang. *A broome, a brushe.*] Plaut. in Sticho: Munditias volo fieri hic: ferte huc ſcopas ſimulq; arundinēm ut operam omnem aranearum perdam & texturā improbam. Dejiciamq; earū telas. Dictæ ſcopę quaſi ſcobæ: quòd his purgamenta veluti ſcobē educimus. Hoc inſtrumento plectuntur fontes ob nexam quum cęduntur ſcoparum faſciculo manuali, circumducti per fora ut vibices rubentes exiſtant in tergo. ¶ Scopæ diſſolutę, proverbiali metaphora dicuntur homines nihili nulliusque prorſus conſilii. Cicer. ad Atticum lib.7: Cæſarem vidi Minturnis ad VIII. Calend. Februar. manè quum abſurdiſſimis mandatis: nō hominem, ſed ſcopas ſolutas: ut idipſum mihi illic videatur irridēdi cauſa feciſſe. Idem in Orat. Scopas diſſolvere dixit, pro eo quod eſt, rem prorſus inutilem facere. Iſti (*inquit*) quum diſſolvunt orationem, in qua nec res nec verbum ullum eſt niſi abjectum: non clypeum, ſed (ut in proverbio eſt) ſcopas mihi videntur diſſolvere. Vide de hoc plura apud Eraſmū in Adagiis. ¶ Scopæ manuales herbarum, *λεῖα κόμαι*, dicuntur quas medici vocant *manipulos*: hoc eſt, faſciculi, quos una manu poſſumus apprehendere. Plin. lib.24. cap. 15: Incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis ejus in tribus heminis aquæ decoctis uſque ad tertias.

Scōpŭlă, æ, diminut. [*τὸ σαιρώθριον, τὸ κορημάριον* Gall. *Vn petit balay, eſcouette, verges à nettoyer.* Ital. *Peccíola ſcopa, ſconetta.* Germ. Ein Beſemlin/oder ein Gewandtburſt. Hiſp. *Pequenna ſcoba.* Pol. *Miotel'ka.* Vng *Sȫprwſke.* Ang. *A little broome or brushe.*] Col. lib.12. cap.38: Scopulis aridæ virgultia ſufficiatur.

Scopārii, orum m.n. ſ. dicuntur ſervi quorum miniſterium eſt ut ſcopis deverrant pauimenta [*σαιροῦντες, σαιρωτῆρες.* Gall. *Balieurs de maiſon.* Ital. *Scopatori.* Germ. Beſen knecht/ die Knecht ſo das Gaſſ wiſchen kehren. Hiſp. *Los que barren, barrenderos.* Pol *Sługi do zamiatánia.* Vngar. *Haz sȫprȫ.* Ang. *Sweepers of the houſe.*] Varro rer. ruſt. de fundo inſtructo: Si villa cultior ſit, accedere inſtrumento fundi atrienſes ſcoparios.

Scopa regia, teſte Dioſcoride, à Latinis appellata eſt herba; quam Græci *βάσιον* nominant, caule quadrangulo, apii folio: flore anethi, ſemine odorato. Plin. verò ſideritim eam quę latiſſimo eſt folio, eo nomine intelligi voluit, vulneribus præcipuam, ut quæ vel præciſos nervos glutinare poſſit. ¶ Idē alibi ſcopam regiam violæ genus eſſe affirmat, violentum ſpirans odorem, ſed hoc foliis, non floribus.

Scopei, homunculi parvi, qui ab aliquibus Stilpones vocantur. Vide infrá.

Scōpēs, *σκώψ*, Aves ſunt noctuinę ex genere noctuarum, eædem cum iis quas bubones Latini appellant. [Pol. *Puhacz.*] Dictę ſcopes, quaſi *σκεμνὰ ἢ κεχηνότες.* Sunt enim raucæ & minimè canoræ. Plin. lib. 10. cap. 49: Nominantur ab Homeró ſcopes, avium genus, neq; harum Satyricos motus quum inſident pleriſque memoratos facilè conceperim mente: neq; ipſæ jam aves naſcuntur.

Scōptŭlă opera, quæ medicis dicātur, docet his verbis Celſ. lib.8. cap. 1: A cervice duo lata oſſa utrinq; ad ſcapulas tenduntur: noſtri *ſcopulæ opera*, *ὠμοπλάτας* Græci nomināt. Ea in ſummis verticibus ſinuata, ab his triangula paulatimq; lateſcētia ad ſpinā tendūtur: & quo latiora quaq; parte ſunt, hoc hebetiora. Hæc Celſ. Latos humeros quidā vocāt, alii oſſa humeraria.

Scŏpŭlŭs, vide SCOPVS.

Scōpŭs, ſcopi, m ſ. Meta ad quam ſagittę diriguntur. [מטרה *mattaráh. σκόπος.* Gal. *Scopo, but à quoy on viſe.* Ital. *Mira, ſegno, intentione.* Ger. Ein Zweck Belg Dwtt/den doel. Hiſp. *Mirada, ſennal.* Pol. *Cżel.* Vn. *Czél.* Ang. *A mark or butte to shoote at.*] Inde manarūt proverbiales locutiones, Attingere ſcopū, aberrare à ſcopo, & ſimiles. ¶ Per metaphorā ſcopus accipitur pro fine illo quo mentē & propoſitū noſtrum dirigimus. Cic. Att. li.19: Scopus enim hic eſt huic noſtro nihil prębere. ¶ Scopus etiam in uva dicitur ramoſum illud ex quo dependent acini. Varro 1. de Re ruſtic cap 54: Quæ calcatæ uvæ erunt, earum ſcopi cum folliculis ſubjiciendi ſub prelum, ut ſi quid reliqui habeant muſti, exprimatur in eundem lacum.

Scŏpŭlōſus, adject Scopulis plenus. [*σκοπελώδης.* Gall *Plein de rochers* Ital. *Pieno di ſcogli.* Ger. Felſecht/ voll felſen/ vnd felſen. Hiſp. *Lleno de peñas.* Pol. *Skalisty.* Vng. *Kȫ zȫklos.* Ang. *Rocky.*] Plin. lib.6. cap.17: Deſertum, per ſcopuloſa & abrupta, &c. ¶ Per tranſlationem ponitur pro difficili. Cic. 1. Verr. Intelligo quàm ſcopuloſo & difficili loco verſer.

Scōrdĭum, dii, n.ſ. [*σκόρδιον.* Gall. *Stordeo* [illegible] *chamarzu* Ital. & Hiſpan. *Scordio.* German. Lachen knobtauch/ waſſer bathenig. Polon. *Gesi poley.*] Herba eſt, teſte Dioſcoride, tam in montibus quàm in paluſtribus locis naſcens, folius triſſagonis, majoribus tamen & in ambitu nō uſqueadeò diviſis, caule quadrangulo, flore ſubrubro. Dictum ſcordion, *ἀπὸ τῆς σκορόδου*: hoc eſt, ab allio, cujus odorem refert & acrimoniam, teſte Galeno lib.8. Simpl. Facultat.

Scorĭă, æ, f. p. [illegible] Gal *Eſcume de metal.* Ital *Schiuma & feccia del metallo* Germ. Der ſchlack vnnd ſchaum von einem metall Belg Slabet Hiſp *La hez del metal.* Polon. *Szum, żużel.* Vngar. *Vasnak es egieb oluadeknak az ſzara, ſepreie.* Ang. *The ſcowring or droſſe of metall.*] Spurcitia ſive ſordes quæ ex metallo inter coquendū veluti ſpuma quędam expurgatur. Celſus recrementum nominat. Sic enim habet medicinę ſuæ lib. 5. cap. 18: Plumbi recrementum *σκωρίαν μολύβδου* Græci vocāt. Plin. lib 33. cap 4: Spurcitia in omni metallo ſcoria vocatur. ¶ Ponitur interdū pro miſeria: propterea quòd qui in luctu cōſtituti ſunt, omni prorſus cultu neglecto, ſordidati conſpiciantur. Virg. ad Meſſal. & ſcoria patiar tabeſcere tali.

Scŏrŏdŏn [שום *ſchum. σκόροδον* Gall. *Ail.* Ital. *Aglio.* Germ. Knobtauch Hiſp *Ajo.* Polon *Cżoknek.* Vng *Fokhagymá.* Ang. *Garlick.*] Herba eſt nulli non nota, quam Latini allium appellant. ¶ Eſt & ſylveſtris allii genus quod Græco nomine *ὀφιοσκόροδον*, quaſi allium anguinum appellatur.

Scŏrŏdŏpraſsŏn, *σκοροδοπράσσον*, Herba eſt magnitudine porrum æquans, qualitatum porri & allii particeps.

Scŏrpænă, Genus piſcis apud Plin. li. 32. cap. ultim. Meminit ejus & Ambroſius: Scorpæna, *inquiens*, quoq; caſtitatē immaculatam conſervat genus ſuo ſervat, non percutit, ſed refici.

Scorpītēs, *σκορπίτης*, Gemma eſt ſcorpionis colore. Plin. lib. 37 cap. 11.

Scorpĭus, pii & Scorpio, onis [עקרב *akráb. σκορπίος.* Gall *Scorpion* Ital. *Scorpione, Scorpio.* Germ. Ein Scorpion. Hiſpan. *Escorpion, Alacran* Pol *Skorpion, Jaszczurka* Vngar. *Scorpio* Ang. *A Scorpion*] Animal venenoſum, cauda feriens: de cujus natura vide Plin. lib. 11. cap. 25. ¶ Scorpius etiam ſive Scorpio, cœleſte ſignum Colum. Sol ingreditur Scorpion XIIII. Calend. Novemb. ¶ Item militare inſtrumentum, ita dictum, quod parvis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortem: ſive quòd ſcorpionis ſimilitudinem habeat quum arcus hinc atque illinc chelarum ſimilitudine præ ſe ferant ſpiculum caudæ. Vulgus *Arcubaliſtam* appellat. ¶ Quidam etiam accipiunt ſcorpium pro genere tormenti, ut ſunt rubi aculeati, vel flagellum virgarum, ut ſcutica habens in ſummitate glandes plumbeas. Quo quidem tormenti genere ſæpè legimus martyres afflictos fuiſſe. Plinius lib. 7. cap. 56: Et in tormentis ſcorpionem Cretas invenitſſe ferunt. ¶ Præterea ſcorpius herba eſt ſemen habens ad ſimilitudinem ſcorpionis, quæ valet adverſus animal ſui nominis: de qua Plin. lib. 22 cap. 15. ¶ Eſt & ſcorpius piſcis apud eundem Plin. lib. 32. cap. 11.

Scorpionarii, orum, m. ſ. *σκορπιοφόροι*, qui ſcorpiis: id eſt, arcubus utuntur, ut ſagittis feriant.

Scōrpiūrŭs, *σκορπιούρος*, Herba quæ & ſcorpius dicitur, ſemen habens ſimile ſcorpionis caudæ: unde & nomen habet. Plin lib. 22. cap. 21.

Scōrtum, ti, n. ſ. Meretrix: inde dicta, teſte Feſto, quòd tanquam pellicula ſubigatur. [זונה *zonáh. πόρνη.* Gall. *Putain de bordeau.* Ital. *Meretrice.* German Ein Hur oder Hurenſack/ Kȫtz. Hiſp *La puta.* Pol. *Kurwa, nierządnica.* Vngar. *Kurva.* Ang. *An harlot of a common brothell houſe.*] Omnia nanque pellibus facta, antiqui *ſcortea* appellabant. Cicero prō Milone: Clodius ſemper ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. Idem de Aruſp. Reſpon. Quis unquam nepos tām liberè cum ſcortis, quàm hic cū ſororibus voluptatus? ¶ Dicitur aliquando & de

& de maribus, præpostęrè virorum libidini obsequentibus. Cic. pro Sextio: Nec mihi res erat cũ Saturnino, sed cũ scurrarum locupletum scorto, cũ fororis adultero, &c. Quo in loco Clodium intelligit. ¶ Propriè tamẽ scortũ est corium animalium, præsertim corũ quę crassiorem habent pellem ac duriorem. τὸ σκύτος. Scortũ, inquit Festus, pellis testium arietinorũ.

Scŏrtĭllum, dimin. [τὸ πορνίδιον, τὸ παλλάκιον. Gall. *Petite putain.* Ital. *Picciola meretrice.* Ger. Ein Hürtlin. Hisp. *Pequenna puta.* Pol. *Kurewka.* Vngar. *Kurvatska.* Ang. *A litle harlot.*] Catul. Scortillum mihi quum repentè visum est Non sanè illepidum nec invenustum.

Scŏrtĕŭs, a, um, Coriaceus, pelliceus. [σκύτινος. Gal. *Fait de cuir ou de peaux.* Ital. *Fato de pezzi, di cuoro.* German. Ledern. Hisp. *Cosa hecha de cuero ò pelleja.* Polon. *Skorzani.* Vngar. *Bőrből valo.* Ang. *Made of leather or of an hide.*] Ovid. 1. Fast. Scortea non illi fas est inferre sacello. Scortei numi, σκύτινα νομίσματα, qui fiebant ex corio. Donat. quoq; in comment. Virg. pecuniam autumat ex corio bubulo priscis temporibus fuisse, & inde dictam pecuniam, quod ex pecore fieret.

Scortŏr, aris, d p. Meretricor. [זנה *zanáh.* πορνεύω. Gall. *Paillarder.* Ital. *Andare à meretrice.* Ger. Huren/oder hurerey treyben. Hisp. *Andar tras putas ò en puteria.* Pol. *Kurestwo pł'odzę.* Vng *Paraznal Kodom, kurvalkodom.* Ang. *To haunt or companie with harlottes.*] Terent. in Heavt. Scortari crebrò nolunt. Idem in Adelph. Nõ est flagitium (mihi crede) adolescentulum scortari.

Scortātŏr, oris, verb. m. t. Meretricum sectator. [זנה *zonéh, ὁ πορνεύων.* Gall. *Putier, paillard.* Ital. *Puttaniero, fornicatore.* Ger. Ein Hurer/Hurenjäger/ Hurenbub. Hisp. *Putannero, que anda tras putas.* Pol. *Kurewnik.* Vn. *Paraxna, kurvalkodo.* Ang. *An haunter of harlottes.*] Cic. 2. in Cat. O bellũ magnoperè pertimescendũ, quũ hunc sit habiturus Catilina scortatorum cohortẽ prætoriam.

Scōtōmă, n. t. [σκότωμα. Ger. Das schwindlẽ/ein vertunklung der Augen/wañ einer meynt es laufft alles vmb. Polon. *Zawrot gł'owi.*] Vertigo capitis, quum omnia quæ foris oculis occurrunt, in gyrum circumagi videntur: quam & visus obtenebratio, nõnunquam & casus solet comitari. Dictum scotoma quasi obscuratio: σκοτόω enim Græcè tenebras significat: unde σκοτία, obtenebro, obscuro: à cujus præterito pas. deducitur verbale σκοτωμα. Latini hoc mali genus vertiginem appellant.

Scrāntĕum, tei, n. s. Pellem vocant, in quo sagittæ reponuntur, & à scorto deductum existimant.

Scraptĭă, æ, f. p. Vermiculus in frõdibus habitans, unde Scraptiæ, & Scrupeæ, meretrices fordidæ & deformes dicuntur, vel ab excreando, quod vitium est in vetula: Scrupeæ verò à duritie molestiaque lapillorum, qui scrupi, & per diminutionem Scrupuli dicuntur. Plautus: Scruptæ, scrupeæ, de strato vulvæ fordidæ.

Scrĕo, as, act. p. Cum conatu quodam de pectore sputũ ejicio. [ירק *jaráḳ* רק *rak.* χέμπλομαι. Gall. *Cracher.* Ital. *Carcassare, sputare per forza.* Germ. Mit reusperen außwerffen/gragsen. Hisp. *Escupir tossiendo ò gargajear.* Pol. *Charkam.* Vngar. *Hakkogok.* Ang. *To spitte.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Eadẽ in jumento, hominęq; phlegma, aut sanguinẽ qui screatur, talo circumligata sanat.

Scrĕātŏr, screatoris, m. t. Qui screat. [ירק *jorék.* ὁ πτυέμπλης, χεμπλυτής. Gall. *Cracheur.* Ital *Sputatore.* Germ. Ein Koderer/ der rotz oder gragsen außwirfft. Hisp. *Escupidor.* Polon. *Wipluwacz charkot.* Vng. *Hakkogo.* Ang. *He that spitteth.*] Plautus in Milite: Screator sum itidem minimè succidus.

Scrĕābĭlĕ, Quod screari potest. [χεμπλόν. Gall. *Qu' on peut cracher.* Ital. *Che si puo sputare.* Ger. Das gut außzuwerffen oder außzukoderen ist. Hisp. *Que se puede escupir.* Pol. *Co wsplwano byc może.* Vn. *Hakkogbato, ki pőthető.* Ang. *That may be spitted out.*] Vnde compositum Excreabilis. Plin. lib. 20: Pulmonum vitia excreabilia facit.

Scrĕātŭs, tus, Ipsa screatio. [ירק *rok.* χέμψις. Gall. *Crachement.* Ital. *Sputamiento.* Ger. Das reusperen vnd rotz außwerffen/ außtoderung. Hisp. *Obra de escupir tossiendo.* Pol. *Charkanie.* Vngar. *Hakkogas.* Ang. *A spitting.*] Terent. in Heavt. Gemitus, screatus, tussis.

Scranctĭæ, Meretrices dicebantur contemnẽdi causa, quemadmodum blitidæ diobulares, &c. Var. lib. 6. de ling. Lat. Apud Festum & Nonium manifestò legitur scraptæ. Tintimnus Prilla rectiùs mecastor piculetæ posthumę lectum hodie stratum vidi scraptæ mulieris. Vide Scaligerum in Varr.

Scrĭbă, Vide SCRIBO.

Scriblītă, pen. prod. f. p. Genus cibi appellatum, quòd in circuitu ad restis modum torqueretur. [Germ. Ein Fladen oder Küchen. Pol. *Obarzanek, praczel, filesys, bugiel.* Ang. *A tarte.*] Hoc solum differens à placenta, quòd fine melle coquebatur, & ferventissima edi solebat. Mart. lib. 3: Circunlata diu mensis scriblita secundis Vrebat nimio sæva colore manus. Plaut. in Pœn. Dum ludi fiũt, in popinam pedisequi irruptionẽ facite: nunc dum occasio est, nunc dum scriblitæ æstuant occurrite.

Scrĭbēllo, Veteres usi sunt pro scribo, à quo compositum

fit Conscribello. ἐγγράφω, ἐπιγράφω, ἐπιζέω. Varro: Astrologi non sunt, qui conscribellaverunt pingentes cœlum.

Scrĭbli̇̆go, scribendum potiùs Stribligo, Vide suo loco.

Scrĭbo, is, psi, ptum, act. t. Conscribo, opus aliquod compono. [כתב *chathább.* συντίθημι, λογογραφέω, συγγράφω. Gall. *Escrire.* Ital. *Scriuere.* German. Schreyben. Belg. Screyven. Hisp. *Escreuir.* Polon. *Pysze.* Vngar. *Irok.* Ang. *To write.*] Cicer. Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi; in quo, &c. Idem Lentulo lib. 1: Scripsi etiam versibus treis libros de temporibus meis. Plin. lib. 12. cap. 14: Iuba rex iis voluminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium. Horat. 2. Epist. à: Præter cæterá Romæ méne poëmata censes Scribere posse inter tot curas, totque labores? ¶ Interdum tamen scribere accipitur pro literas exarare. γράφειν. Plaut. in Pseudo. Quasi in libro quum scribuntur literæ calamo. Cicer. Attic. Neque semper mea manu literas expectabis. ¶ Quandoq; ponitur pro pingere. Plinius de Nicomacho pictore: Scripsit & Apollinem, & Dianam, Deumque Martem in leone sedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Virgil. 6. Aen. -quin protinus omnia Perlegerent oculis. ¶ Scribere notis, est celeriter excipere, & dictionibus decurtatis aliquid scribere, quemadmodũ olim faciebant notarii, quibus etiam nomen à notis hujusmodi remansit. Quintil. lib. 11. cap. 2: Habemus sanè, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium, &c. ¶ Scribere leges, quod & condere, & dicere, & facere dicitur. Cicer. pro Rosc. Amer. Ejus porrò civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges quibus hodie quoq; utuntur, scripserit. ¶ Scribere hæredem, est instituere, facere. Martial. lib. 10: Hæredem scripsit me Numa, convaluit.

Scriptum, pti, n. s. Scriptura: hoc est, idipsum quod literis mandatum est. [כתב *chethább* מכתב *michtáb.* συγγραμμα. Gall. *Escrit, escriture.* Ital. *Scritto, scrittura.* German. Ein geschrifft. Hispan. *Escriptura.* Polon. *Pyssanie.* Vngar. *Iras, meg iratot.* Ang. *Any thing writen, a writing.*] Lib. 1. ad Herenn. Ex scripto sententiæ controversia nascitur hoc modo: Quum videbitur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. Cic. Luceio: Ardeo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen, ut nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis. ¶ Scriptum facere, est scribendo victum quærere. Gell. lib. 6. cap. 9: C. Plautus patre libertino natus, scriptum faciebat.

Scrīptŭs, ptus, ptui, Scriptũ, sive scriptura. [כתב *chetáb* מכתב *michtáb* γραφή. Ger. Ein Geschrifft. Pol. *Pysmo.* Vng. *Iras.* Ang. *A writing.*] Gell. lib. 6. cap. 9: Dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. De Cn. Flavio.

Scrīptĭto, as, frequent. est à verbo minus usitato scripto, as, quod & ipsum frequentativum est à verbo scribo. [πολὺς γράφω. Gall. *Escrire souuent.* Ital. *Scriuere souente.* Ger. Offt schreyben. Hispan. *Escrimir muchas vezes.* Pol. *Vstawnie pisze.* Vngar. *Irkalok.* Ang. *To writte often.*] Cic. Att. lib. 7: Et hæc, & si quid aliud ad me scribas, velim, vel potius scriptites.

Scrīptĭo, onis, f. t. Actus quidpiam literis mandandi, sive id ipsum opus quod cõscribitur. [כתב *chethább* מכתב *michtáb.* συγγραφή. Gal. *Escriture.* Ital. *Scrittura.* Ger. Ein beschreybung/oder geschrifft. Belg. Een screvinge. Hisp. *Escriptura, obra para escreuir.* Pol. *Pyssanie.* Vng *Iras.* Ang. *The act of writing.*] Cic. 5. Tusc. A quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verumetiam lacessiti. Idem Dolabellæ: Oratiunculã pro Dejotaro quã requirebas, habebam mecum, quod nõ putaram: itaq; eam tibi misi, quam velim sic legas, ut rem tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignã: id est, non magnopere dignam quę literis mandetur. ¶ Ponitur etiam pro quacunq; scriptura, aut ipso scribendi actu. Cic. ad Att. lib. 10: Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem prodigiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam. Varro: Avarus fœnerator, spe lucri rem scriptione duplicarat.

Scrīptĭlĭs. [Polon. *Do pissania dobri.* Vngar. *Irot meg irhato.*] Diomedes Gramma. lib. 1: Vox literalis vel scriptilis appellatur, quia literis comprehendi potest.

Scrĭbă, æ, m. p. Rerum publicè gestarum jussu magistratus scriptor. [כתב *chotheb* סטר *sophér.* γραμματεύς. Gall. *Escriuain, scribe, greffier.* Ital. *Scriuano, cancelliere, notaio.* Ger. Ein Schreiber. Belg. Een Scryver. Hisp. *Escriuano, notario.* Pol. *Pyssarz* Vng. *Iro deak.* Ang. *A scribe or notarie, a clerk.*] Liv. lib. 2. de Cneo Murio loquens, ibi quũ militibus stipendiũ fortè daretur, & scriba cum Rege sedens pari ferè ornatu multa ageret. Et paulò pòst, Scribam pro Rege obtruncat. Cicer. Rufino: Ad ea quæ scripsisti commodiùs equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset.

Scrīptŏr, oris, m. t. Operis alicujus autor, q̃ quippiã literis mãdat. [בעל *báhal* מחבר *mechabbér* כתב *chotheb* סטר *sophér.* συγγραφεύς. Gall. *Escriuain.* Ital. *Scrittore, cõpositore.* Ger. Ein Schreiber. Hisp. *El que escriue cõponiendo libros.* Pol. *Kśiąg widawcza.* Vn. *Iro, szerzo.* Ang. *A writer.*] Horat. in Arte: -scriptor honoratum si fortè

si fortè reponis Achillem. Liv. lib. 1: Etsi in tantâ scriptorum turba mea fama in obscuro est. Donat. in prologo Terentii: Indifferenter, *inquit*, omnis qui aliquid scripsisset, scriptor à veteribus dicebatur ¶ Scriptor legum, legum lator. [מחוקק *mechokék.* νομοθέτης.] Cic. ad Brutum: Neque solùm ut Solonis dictum usurpem, qui & sapiens unus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem.

Scrīptōrĭŭs, a, um, Quod aptū est ut ex eo scribatur, seu quod ad scriptorē pertinet: [γραφικός. Gall. *Seruant à escrire ou à escrinain.* Ital. *Cosa da scriuere ò da scrittore.* German. Zu dem schreiben dienstlich. Hisp. *Cosa para escreuir ò para escriuano.* Pol. *Spossobni do pyssania.* Vng. *Irni valo.* Ang *Belonging to write or a writer.*] ut Atramentum scriptorium, μέλαν γραφικόν, apud Cels. li. 6. cap. 4: Id autem quod subinde raditur, illini atramento scriptorio satis est Idem lib. 5: Sed eadem medicamenta in calamū scriptorium conjicienda sunt, isq; ori fistulæ aptandus, inspirandumq; ut ea medicamenta intùs compellantur.

Scrīptūră, æ, f. t. Scriptio, stylus, vel ipse actus aliquid literis mandandi. [כתב *chetáb* מכתב *michtáb.* γραφή. Gall. *Escriture.* Ital. *Scrittura.* Germ. Ein geschrifft. Hisp. *Escriptura.* Pol. *Pysmo.* Vng. *Irás.* Ang. *A writing.*] Autor ad Herenn. lib. 3: Non sum nescius quantù susceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari scriptura conatus sim voces. Scriptura, *inquit*: id est, scribendo, vel (ut Cicero loquitur) scriptione. Et lib. 5: Reliquū scripturę consumetur in exemplis: id est, reliquū ejus quod scribendū est Cic. Treb. lib. 15: Quum verò ea quæ scriptura persecutus es sine summo amore cogitare nō potueris. Cęcinna Ciceroni: Genus aūt hoc scripturę non modò liberum, sed incitatum, atque latum esse quis ignorat? ¶ Scriptura ponitur aliquādo pro vectigali quod percipitur è portoriis, seu pascuis: vel ipsa ratio eorum qui præsunt hujusmodi vectigalibus: & ii, qui portus, aut portoria curabant, vectigalia describentes, aut colligentes, Magistri scripturæ, & portus dicebantur. Scriptura hujusmodi hodie est eorū mancipum qui glandiarios, & pascuos saltus redimunt. Plaut. in Truc. Nam adversum legem à me ob meam scripturā pecudē accipi, Fieriq;. A. idem quod tu facis, faciunt rem malè gerentes: ubi non Est scriptura, unde dent, incusant publicanos, ¶ Scripturę magister, Qui vectigalia describebat in portu, eorumque rationes conficiebat. ἀλφιγραφεύς. Cic. ad Att. Magister scripturæ, & portus, quidam L. Carpinatius.

Scrīptūrārĭī, Olim dicebātur, teste Nonio, qui postea tabularii dicti sunt quòd scripturis & cōmentariis omnes aut civitatū, aut provinciarū res complecterentur. ἀλφιγραφεῖς. Lucil. lib. 26: Publicarū rerū assuefiam, ut scripturarius. Scripturarius ager, teste Festo, is dicitur qui publicus est, in quo ut pecora pascātur, necesse est ut certum æs pastor pendat publicano.

Scrīnĭum, n. ſ A secernendo, arca dicitur qua servantur pretiosa ac secreta. [ארון *arón.* κιβώτιον. Gal. *Coffret ou cabinet.* Ital. *Scrigno, cassetta.* Germ. Ein schrein/kisten/laden. Hisp. *La caxa en que se gardan las cosas preciosas.* Pol. *Skrzinia.* Vng Zekreni, lada. Ang. *A coffer to keep pretiouse thinges in.*] Plin. lib. 13. cap. 1: Alexander cepit scrinium unguentorum. Horat. 2. Epist. 1: Et prius orto Sole vigil calamum, & chartas, & scrinia posco. Idem 1. Serm. Satyr. 1: Iam satis est, ne me Crispini scrinia Lippi Compilasse putes, verbum non amplius addam. Hujus diminutivum est Scriniolum.

Scrīnĭārĭŭs, Scriniorū custos: id est, rerum secretarum. χαρτοφύλαξ.

Scrōbs, scrobis. [טחרת *páchath* שחרת *scháchath* בור *bor.* ὄρυγμα. Gall. *Vne fosse.* Ital. *Fossa, busa, poro, caua da piantar vigna ò arbori.* Ger. Ein grub. Belg. Een putten. Hisp. *El hoyo para plantar.* Pol. *Gruba, dol'.* Vng. *Verem, arkolas.* Ang. *A pitte or diche.*] Generis tàm masc. quàm fœm. secundū Priscianū. Servius tamen ait magis masculinū esse, quàm fœmininū, & citat Plautum, qui dixit: Sexagenos scrobes. Quod verò Lucanus ait: Exigua posuit scrobe: id vult esse contra artem. Sunt autem Scrobes, fossiones, ut putei, vel foveæ intra terram manu factæ, ad vineas, vel arbores cōserendas, vel ad metalla, & quæcunq; alia fodiēda. Col. li. 4. cap. 1: Cōtenti bipedanea scrobe. Idē: Ante annū quàm poma disponere voles, scrobes fodito.

Scrōbĭcŭlŭs, diminutivum. [τὸ παφείδιον, τὸ βοθρίον. Gal. *Fossette, petite fosse.* Ital. *Fossetta.* Ger. Ein grübtin. Hisp. *Pequenno hoyo.* Pol. *Dol'eczeti.* Vng. *Vermetske.* Ang. *A litle doche.*] Plin. lib. 21. cap. 5: Atque ita in scrobiculis seruntur, heminis fæcis circunfusis. Colum. libr. 15: Et id quod à matre abscissum recessit, confestim à latere circunfoditur & scrobiculo facto ad imum solum præciditur.

Sĕcŭlum, ſeculi, n. ſ. ſive à ſecando, ut quibuſdam placet: ſive, ut alii malunt, à ſequendo deducatur, abſq; diphthongo melius ſcribitur, producitq; antepenultimam contra primitivi rationem. [חֹלֶם holám. αἰὼν, ἡλικία. Gall. Siecle, l'eſpace de cent ans. Ital. Secolo, età. Ger. Ein zeit von hundert jaren/ein alter Hiſp. Siglo, edad. Pol. Wiek, to ieſt czas ſtoletni. Vngar. Hoſzu idő, ſzas extendő. Ang An age, the ſpace of an hundred eyares.] Eſt autem ſeculum idem ferè quod hominis unius ætas. Feſtus interpretatur ſpatium centum annorum. Vnde carmen Horatii ſeculare dicitur, quo deſcribuntur ſacrificia quæ centeſimo quoque anno fiebant. Id etiam colligi poteſt ex lib. 2. Ciceronis de Oratore, quum ait Numam Pompilium duobus ſeculis Pythagoram præceſſiſſe: quem ex Livii autoritate conſtat ducentis annis fuiſſe ante Pythagoram. Sunt qui ſpatium triginta annorum, ſeculum putent: alii verò mille annos ſeculum habere exiſtimant. Cicero Bruto, lib. 11: In multa ſecula videbamus Rempublicam liberatam: hoc eſt, in multum tempus, ſive in multas ætates. Idem 2. de Orat. Seculis multis antè gymnaſia inventa ſunt, quàm in his philoſophi garrire cœperunt: Id eſt, multis retrò ætatibus. Idem 6. Verr. Parietes quorum ornatus tot ſecula manſerat. Idem 4. Acad. Nihílne tot ſeculis ſummis ingeniis, maximis ſtudiis explicatum putamus? Seculum, ſive ſeclum, per ſyncopen, Lucretius pro genere ūſurpat: ut Serpentia ſecla, lib. 6: Naribus alipedes ut cervi ſæpè putantur Ducere de latebris ſerpentia ſecla ferarum. Idem libro 3: Deſiperent homines, ſaperent fera ſecla ferarum. Et libro 1: Efficis ut cupidè generatim ſecla propagent. ¶ Sæpè etiam ſeculum accipitur pro tempore. Cicer. in Parad. Etiam ipſe fortaſſis in hujus ſeculi errore verſor. Id eſt, in errore noſtri tĕporis vel noſtræ ætatis. Aurea ſecula. Virg. 6. Aeneid. Auguſtus Cæſar divum genus aurea cõdet Secula. Aſpera ſecula. Ovid: 1. Metam. Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula pellis. Impia ſecula. Virg. 1. Georg. Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem.

Sĕcŭlārĭs, ſeculare, om. t. Quod centeſimo quoq; anno inſtauratur. [ὁ κατ' αἰῶνα γιγνόμενος. Gall. Qui ſe fait de cent en cent ans, de ſiecle. Ital. Di cent' anni di ſecolo. Ger. Das vber die hundert jar wider gehalten wirdt. Hiſp. De ciento annos, de ſiglo. Pol. Rzecz ktora odnawiaga ſię ſtolatą. Vng. Zaz extendőnkent valo. Ang. That is done euery hundred yares.] Vt ludi ſeculares, qui ita inſtituti erãt, ut nonniſi centeſimo quoq; anno fierent: quanquam poſtea Principum ambitione, minore ſpatio interjecto, ſæpiùs fuerint inſtaurati. In his ludis præco pronuntiare ſolebat, Populum Romanum eos viſurum eſſe ludos, quos nemo ejus ætatis unquam vidiſſet, aut viſurus eſſet poſthac. Plin. lib. 7. cap. 48: Minus miror Stephanionem, qui primus togatus ſaltare inſtituit, utriſque ſecularibus ludis ſaltaſſe.

Sĕcum. Dictio compoſita ex ablativo ſe, & præpoſitione cũ: notæ eſt ſignificationis. [אִתּוֹ himmó. σὺν ἐαυτῷ. Gall. Auec ſoy. Ital. Conſeco. Ger. Mit ſich/mit jhm ſelbs. Hiſp. Conſigo. Pol. Sam ſobą. Vng. Velle. Ang With him ſelf] Cic. Att. lib. 8: Quis autem eſt, tanta quidem de re, quin variè ſecum ipſe diſputet? Virg. 4 Aen. Ille meos, primos qui me ſibi junxit, amores Abſtulit: ille habeat ſecum, ſervetque ſepulcro.

Sĕcŭndo, ſecundas, Vide SECVNDVS.

Sĕcundŭs, a, um, Qui immediatè ſequitur primum: & tàm numeri, quàm dignitatis ordinem denotat. [שֵׁנִי ſcheni. δεύτερος. Gall. Second, deuxieme. Ital. Secondo. Ger. Das ander. Belg. Die tweede. Hiſp. Segundo en orden. Pol. Wtori, drugi. Vng. Masodik. Ang. The ſeconde.] Cic. in Orat. Quoniam id ſecundum erat de tribus. Virg. 11. Aen. Turnus ego, haud ulli veterũ virtute ſecundus. Hirtius 4. belli Alex. Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut ſacerdos ejus deę majeſtate, imperio, & potentia ſecundus à rege conſenſu gentis illis habeatur. ¶ Per translationē ponit pro proſpero: [מַצְלִיחַ matſliach. εὐημερῶν. Gall Heureux, favorable, qui vient à gré. Ital. Proſpero favorevole. Ger. Gluckſich Hiſp. Coſa proſpera, favorable. Polon. Szczeſliwy. Vn Zerentses, bodog. Ang. Proſperous, luckie.] ut ſecunda fortuna: id eſt, proſpera, quòd vel conatus noſtros ſequatur, vel quòd nobis obſequatur. ἀγαθὴ τύχη. Virgil. 9. Aeneid. -tantum fortuna ſecunda Aut diverſa cadat. Sic res ſecundæ, quæ pro noſtro deſiderio ſequuntur. Virgil. 10. Aen. Neſcia mens hominũ fati, ſortiſq; futuræ, Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis. Ventus ſecundus, qui à puppe ſequitur. οὖρος. Virgil. 4. Aen. -nec Zephyros audis ſpirare ſecundos? Secundo flumine nare, ſive navigare: hoc eſt, in eam partẽ in quam flumen decurrit. Ovid. 4. de Ponto: ſed flumine ſæpè ſecundo Augetur remis curſus euntis aquę. Virgil. 3. Georg. -miſſuſq; ſecũdo defluit amni. Secundis auribus aliquid accipere: id eſt, benevolis, clementibus. Liv. Omniaque ſemper quæ magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus: quæ ab noſtrũm aliquo dicentur, adverſis accipietis? Secundo populo philoſophiam vituperare, dixit Cicer. 2. Tuſc. id eſt, favente, & nõ repugnante. ¶ Secundo lumine, pro ſecundo die, poſuit Cic. ad Att. lib. 7. Epiſt. 144. ¶ Secunda claſſis, in cenſu Servii Tullii Romanorũ regis, dicebatur ea pars populi, quæ æris LXXV. M. aut eo amplius, intra tamen centum millia, in cenſum deferebat: iiſdemque armis utebatur, quibus prima claſſis, præter loricam & clypeum, cujus loco ſcuto utebatur. δεύτερον τίμημα. Vide Livium lib. 1. ab Vrbe condita. ¶ Secundę menſæ dicuntur fructus, cæteraque bellaria, quæ ſublatis carnibus ſecundo loco appõnuntur. πρωτόκολλα. Quæ nominis ratio inde ducta eſt, quòd antiqui menſas appellabant ipſos diſcos, ſive quadras, quibus epulæ in convivium inferebantur. Virgil. 2. Georg. Non ego te dius & menſis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia. Horat 2. Serm. Satyr. 2: -tum penſilis uva ſecundas Et nux ornabat menſas cum duplici ficu. Legitur ſecunda menſa, in ſingulari numero. Cic. Att. lib. 14: Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. Plin. lib. 9. cap. 35: Inferri menſam ſecundam juſſit.

Sĕcŭndum, Præpoſitio accuſat. caſui ſerviens, & ponitur pro ex. [עַל hál: אַחַר achár. κατά. Gall Pres, aupres, apres, ſelon. Ital. Secundo, appreſſo. Ger. Nach. Belg. Byna. Hiſpan. Segun ò cerca. Pol. Wedł'ug. Vng. Zerent. Ang. According.] Cic. 6. Verr. Secũdum arbitrium tuũ teſtes dabo: id eſt, ex tuo arbitrio. Idem de Senect. Quid autem tàm ſecundũ naturam eſt, quàm ſenibus emori? ¶ Interdum idem valet, quod poſt. μετά. Servius Sulpitius ad Cic. lib. 4: Duo vulnera accepiſſe, unũ in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Quintil. Nam quod unum mihi ſecundũ patrem, fortuna videbatur paraſſe præſidium: id ego ſperare in alia ſorte non poteram. Cic. 1. Offic. Proximè autẽ & ſecundũ deos, homines hominibus maximè utiles eſſe poſſunt. ¶ Interdum idem valet quod pro: ut Prætor ſecundum me decrevit: id eſt, pro me Cic. pro Q. Roſcio. Secundum nos judicari volumus. Idem Attico: Quiſq; eorũ ſecundum cauſam noſtram judicavit. ¶ Aliquando in: ut Secũdum quietem: id eſt, in quiete. Suetonius in Auguſto: Affirmabat ipſum eſſe, cujus imago ſecundum quietem ſibi obverſata ſit. ¶ Aliquando ſuper, ſive de. περί. Saluſt. in Iugurtha: Secundum ea ut deliberetis, &c.

Sĕcŭndō, adverbium, Secundo loco, ſecunda vice, iterum, rurſus. [שֵׁנִית ſchenith עוֹד hodh. δεύτερον. Gall. Secondement, pour la ſeconde fois. Ital. Secondamente, ſecondariamente. Ger. Zum andern maal. Belg. Ten tweeden maet. Hiſp. Segundamente, ſecunda vez. Pol. Wtorim razem. Vng. Masodzor. Ang. Secondlye.] Cicero Attico: Semel hominem allocutus fueram: an ſecundò mihi redeundum eſſet, ignorabam.

Sĕcŭndæ, arum, f. p. Membrana illa qua partus obvolutus ex utero prodit: dictæ quòd naſcentem infantẽ ſequatur. [שִׁלְיָה ſchiljáh. πλακόεις, ὑστέρα. Gal. La peau dequoy eſt enuelopé l'enfant au ventre de ſa mere, l'arriere faix. Ital. Secondine, la pelle nella quale è inuolto il fanciullo nel ventre materno. Ger Das büſchelin/burde oder nachgeburt/ iſt das fellin in welchem das Kind in Mutter leib ligt. Hiſp. Las pares de la muger deſpuer del parto. Pol. Bł'anka wktorey ſie rodzime,

sie rodzime, czepek. Vngar. *Giermek tarto lantorna, hartika.* Ang. *The skinne wherein the infant lyeth in his mothers wombe.*] Plinius Brassicę succus contra ardorem febrium facit & stomachi vitia, & ad secundas.

Sĕcūndānī, m. s. Dicebantur secundæ legionis milites, sicut Primani, primæ legionis. [*οἱ ἀπὸ τῆς δευτέρας πέξεως στρατιῶται.* Pol. *Posliedni zołnierze.*] Liv. 4. bell. Maced. Dum repetunt enixè signum priores, secundani se porta ejecére. Et paulò pòst: Secundani terga hostium cædunt: cæteri castra diripiunt. Plin. lib. 3. cap. 4: In Mediterraneo colonia Arelate sextanorũ, Bliteræ septimanorum, Atausio secundanorum.

Sĕcūndārĭus, a, um, Quasi secundi ordinis: [שֵׁנִי *schenî.* *δευτερεῖος.* Gall. *Second apres le premier.* Ital. *Secondario, della seconda volta.* Ger. Des anderen. Hisp. *Lo segundo que se saca.* Pol. Wtori. item, *Chlieb poślredni.* Vng. *Masod rendbeli.* Ang. *The seconde.*] ut Panis secundarius: id est, vulgaris & sordidus, ut qui confectus sit ex farina, ex qua pollinis pars antè sit excussa. [*μυπαρὸς ἄρτος.* Gall. *Du pain bis, gros pain.* Ital. *Pane grosso per la famiglia.* Germ. Schwartz vnd rauch Gesindbrot. Belg. Ruggenbroot. Hisp. *El panbaco.*] Suet. in August. Cibi minimi erat, atq; vulgatis ferè: secundarium panẽ, & piscículos minutos maximè appetebat. Hic etiam secũdus dicitur. Horat. -pasti siliquis, & pane secundo. ¶ Legimus & secundarium neut. gen. pro ea parte farinę ex qua conficitur panis secundarius. Plin. lib. 18. cap. 9: Iustum est è grano Campanæ, quum vocant *castratam*, è modio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinq; Præterea floris semodium, & cibarii (quod *secundarium* vocant) sextarios quatuor, furfuris sextarios totidẽ. ¶ Ponitur aliquando pro proximo, & secundo. Cic. 2. de Invent. In hoc aũt loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alii nemini causam fuisse faciendi: secũdarium, si tantam, aut tam idoneam nemini. ¶ Cic. de Clar. Orat. Q. Arrium M. Crassi secundarium appellat: hoc est, secundum à M. Crasso eloquentiæ locũ obtinentem. Idem (*inquit*) faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius.

Sĕcūndo, as, act. p. Prospero, prosperum reddo. [הִצְלִיחַ *hitsliach* *εὐποιέζω.* Gall. *Donner prosperité, faire prosperer.* Ital. *Prosperare:* Ger. Glücken: das ist/glücklich machen. Belg. Gelücklich maken. Hisp. *Prosperar ò fortunar.* Pol. *Szczęść ſtiwo czynie.* Vngar. *Zerentsesiten, bodogitom.* Ang. *To mak prosperous or to luck well.*] Propert. Iam liquidum nautis aura secundat iter. Virgil. 7. Aen. -dũ nostra incœpta secundent. Ovid. Epistol. 13: Blandaque compositas aura secundet aquas. ¶ Hinc obsecundo, as, de quo alibi.

Sĕcūris, hujus securis, f. t. Instrumentum ad secanda ligna: quasi semiquiris, ut inquit Servius, vel, ut verisimilius videtur, à secando. [קַרְדֹּם *kardúm* כַּשִּׁיל *chaschschíl* גַּרְזֶן *gharzén* כֶּלֶף *cheláph.* *πέλεκυς.* Gal. *Vne hache ou cognée.* Ital. *Scure, manara.* Ger. Ein Axt/Beyhel. Belg. Een büt. Hisp. *La segur ò seguron.* Pol. *Siekiera.* Vng. Feyze, zekercze. Ang. *An axe or hatchet.*] Virg. lib. 11: -æratam quatiens Tarpeia securim. Cicer. 3, Verr. Agunt eum præcipitem pœnę civium Romanorũ, quos partim securi percussit, partim in vinculis necavit Idem in Pison. Quum miser ille securibus hospitis sui cervices subjicere gestiret. Hujus instrumenti inventrix fuit Penthesilea Amazon, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Vnde & Amazones securigerę à Poëtis dictæ sunt. ¶ Secures magistratibus, qui animadvertendi potestatem habebant, solebant præferri illigatæ fascibus. Cic. 6. Verr. Quamobrem fasces Prętoribus præferantur, cur secures datæ? ¶ Infligere Reip. securim, per translationem dixit Cicer. pro Plancio, pro eo quod est vehementer lædere, vel graviter ei officere. Idem pro Mur. Quam te securim putas injecisse petitioni tuæ? Id est, quantum detrimenti putas te attulisse tuæ petitioni? quasi dicat, Omnem petitionis tuæ spem quadam quasi securi præcidisti.

Sĕcūrĭcŭlă, læ, Exigua securis. [*πελεκύδιον.* Gall. *Vne hachette, petite hache.* Ital. *Piccola scure, manara.* Ger. Ein ärtlin. Hisp. *Pequenna segur, ò seguron.* Pol. *Siekierka.* Vng. Zekerczetske. Ang. *A litle axe or hatchet.*] Plin. lib. 18. cap. 19: Securiculam insitivam pendere, qua intercidantur radices.

Sĕcūrĭfĕr, ra, rum, Qui fert securim. [*πελεκυφόρος.* Gal. *Qui porte hache ou cognée.* Ital. *Chi porta la scure.* Ger. Ein Axt tragen. Hisp. *El que trahe la segur.* Pol. *Ste kiernik.* Vng. *Szekerczes.* Ang. *That beareth an axe.*] Ovid. 12. Metam. Quinq; necì Cæneus, dederat, Stiphelumq;, Bromumq;, Antimachumq;, Helimumq;, securiferumq; Pyracmon.

Sĕcūrĭgĕr, ra, rum, Securifer. [*πελεκυφόρος.* Ger. Ein Beyheltrager. Pol. *Siekieronos.*] Ovid. Epist. 4: Prima securigeras inter virtute puellas Te peperit, nati digna favore parens. Sil. lib. 16: -hic fera gentis More securigera miscebat prælia dextra.

Sĕcūrĭclă, clæ, Ligneum retinaculum, quod fuscus, sive subfscus dicitur: quo duo ligna inter se tenacissimè vinciuntur. Vnde securiclati cardines apud Vitruv. lib. 10: Nostri, inquit Budæus, ut arbitror, *hirundinum caudas* appellant.

Sĕcūrĭdăcă, Herba est ciceris foliis, pusilla, foliculos habens corniculorum modo aduncos, & in iis semen rufum, securiculæ ancipitis figura, à quo argumento & nomen invenit, *πελέκιον.* Nascitur in hordeo, & tritico, quæ & amplexu suo non rarò enecat. Alio nomine hedysarum dicitur. Apud Gallos varia sortitur nomina, aliis *fabam lupinam*, aliis *erbum*, aliis *granum* appellantibus.

Sĕcūrus, a, um, Tranquillus, cura & anxietate vacans: quasi sine cura. [בָּטוּחַ *batúach* נְאֶמָן *neemán* שָׁלֵו *schalév* שַׁלְוָה *schelév.* *ἄφροντις, εὔθυμος, ἀσφαλὴς.* Gall. *Asseuré, seur.* Ital. *Sicuro.* Ger. Rüwig/ohne sorg/sicher. Belg. Geruſt/sorgeloos. Hisp. *Seguro ò descuydado.* Pol. *Bespieczny, spokoini, bez frassunku.* Vng. *Bator, batorsagban elő.* Ang. *Quiet, slack, slouthfull, assured.*] Et differt à tutus: quòd securus dicatur is qui nõ timet, etiamsi imminet periculum: tutus aũt is qui est extra periculum, quãvis etiam timeat. Ciceroni Plãcus, lib. 10: Si Africanę legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Ovid. 1. Metam. Mollia secutæ peragebant otia gentes. Ibidẽ: Néve fóret terris securior arduus æther, Affectasse ferunt regnũ cœleste Gigantas, *&c.* ¶ Aliquando securus capitur pro cõtemptore, & curioso, & negligente: tuncq; regit genitivum. *ὀλίγωρος.* V. 1. Aen. -securus amorũ Germanæ. Quint. lib. 8: In quod sæpè etiam incidit Cicer. securus tam parvæ observationis. Lucan. lib. 1: Per ferrum tanti securus vulneris exit. De leone.

Sĕcūrĭtās, tatis, f. t. Tranquillitas curę, anxietatis & periculi expers. [בְּטָחוֹן *bétach* בִּטָּחוֹן *bittachón* שַׁלְוָה *schalvá* שַׁלְיוֹ *scholi* *ἀσφάλεια, ἀσφάλεια, εὐθυμία.* Gal. *Seureté, assurance.* Ital. *Sicurtà, sicurezza.* Ger. Sicherheit/ruhe/vnd stille des gemüts. Hisp. *Securidad ò descuydo.* Pol. *Bespieczność.* Vng. *Batorsagos elet, gondnalkwel valo.* Ang. *Quietnesse, securitie, sureneſſe.*] Cic. de Amic. Caput esse ad beatè vivendum securitatem, qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus. Idem 5 de Finibus: Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant *εὐθυμίαν*, eò separãda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ea ipsa est beata vita. Plin. Epist 332: Sicut largitiones ex publico fieri mãdata prohibent, ita vivendum ne multorum securitas subruatur. Philosophi definiunt Securitatem, rectam esse placidamq; animi constitutionem, malorum impendentium cura vacantem

Sĕcŭs, Præpositio cũ accusativo, idẽ significans quod juxta. [*παρά.* Gall. *Pres, aupres.* Ital *Appresso* Ger. Nähend. Belg. By. Hisp. *Cerca.* Polon. *Podlie.* Vng. *Mellette.* Ang. *Nere or nigh to.*] Sempronius Asellio Histor. lib. 14: Ne possent stationes facere secus hoc. ¶ Aliquando adverbium est, & significat aliter. [*ἄλλως.* Gall. *Autrement.* Ital. *Altrimenti.* Ger. Anderſt Hisp. *En otra manera.*] Sequuntur aũt elegãter particulę ac, atq;, quám. Cic. pro Muræna: Qui me non secus amavit ac si meus esset frater. Idem de Orat. Sed paulò secus à me quàm ab illo distributa. Idem de Nat. deor. Sed quoniam cœpi secus agere atq; initio dixerã. ¶ Hinc cõparativus Secius. Virg. 3. Georg. Interea toto non secius ære repulsa. Afranius pro Repub. Sin id quod non spero, ratio talis secius ceciderit. ¶ Secus etiam neutri generis nomen, idem significans quod sexus, notatum à Sosipatro ex Salustio. Virile secus.

Sĕd, conjunctio est discretiva, sive adversativa. [כִּי אִם *chi im.* *ἀλλά* Gall. *Mais.* Ital. *Ma.* Ger. Aber. Belg. Maer Hisp. *Mas ò empero.* Pol *Ale.* Vng. De. Ang. *But.*] Cicer. de Orat. Non de præstanti quadã & eximia, sed propè de vulgari, & communi prudentia disputo. ¶ Aliquãdo incipientis particula est, aut certè ad diversa transeuntis. Terent. And. Sed Pamphilum video. ¶ Jungitur aliquando cũ autem. Plaut. in Rud. Sed autẽ quid si hanc hinc abstulerit quispiam sacram urnam Venetis? Aliquando cum verò. Cicero 7. Verr. O præclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed verò cum Paulis, Scipionibus, *&c.* ¶ Ponitur aliquando pro sed etiam. Cicero pro Milone: Obliti estis non modò inimicorum Milonis sermones, sed nonnullorum imperitorum.

Sĕd ĕnim, Adversativa particula, quandam etiam probationis vim habens adjunctam. [כִּי אִם *chi im.* *ἀλλὰ γάρ.* Gall. *Mais pource que, mais.* Ital. *Ma pur.* Ger Aber doch/dañ je Hisp. *Mas, empero mas.* Pol. *Ale y tez.* Vng. *De mind az altal* Ang. *Bot becaus, bot.*] Virg. 1. Aen. -hoc regnũ dea gentibus esse, si qua fata sinant, jam tum, tenditq; fovetq;. Progeniẽ sedem in Troiano à sanguine duci Audierat, Tyrias olim q̃ verteret arces. ¶ Accipitur & pro autẽ, sive verò. Cic. pro Archia Poëta. Statim Luculli, quũ prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed enim hoc non solum ingenii ac literarum, verum etiam naturę atq; virtutis, ut domus, quæ hujus adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. ¶ Aliquãdo pro etenim sive certè. Plaut. Curc. Sed enim nequeo durare quin herum accusem meum.

Sēdate, Sedatio, Sedatus, Vide SEDO, sedas.

Sĕdĕo, des, sedi, sessum, n. s. Ejus antitheta sunt sto, ambulo. [יָשַׁב *jaschább.* *καθῆμαι, καθίζομαι, καθίζω.* Gall. *Se seoir, s' asseoir, estre assis.*

ẽſſre aſſis. Ital. *Sedere, ſentare, ſtar à ſedere, ſtar aſſentato,* German. Sitzen Belg. Sitten. Hiſp. *Aſſentarſe, eſtar aſſentado.* Pol. *Siedze.* Vng. *Vezteg welȯ* Ang. *To ſitt.*] Cic. 2. de Divin. Quum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. Plaut. Stich. Si nõ ubi ſedeas locus eſt: at eſt ubi ambules. Dicimus aũt, Sedeo ſuper equũ, Sedeo equo, & Sedeo in equo Quintil. An ſit credibile, ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe corvum. Cic. de Orat. In ſolio ſedens domi. Idem 2 de Finib. Sedere in ſolio ornatu regali. Idem Att. lib. 2: Maloq; in illa tua ſedecula ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli. Martial. libr. 5. Epigr. Vno credis equo poſſe ſedere duos? ¶ Sedere in ovis, pro incubare. Plin. libr. 9. cap. 51: Polypus fœmina modò in ovis ſedet: modò cavẽrnã cancellato brachiorũ implexu claudit. ¶ Aves quoq; ſedere dicuntur, quũ arbori, tecto, alíve rei inſiſtentes, nõ movẽtur. Virgil. 12. Aen. Altis in parvæ ſubitò collecta figuram, Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis Nocte ſedens, ſerum canit importuna per umbras. ¶ Aliquãdo ponitur pro otiari, & ignavum eſſe. Cic. Att. Quid enim? ſedere totos dies in villa iſta? Virg. 11. Aen. -ſedeant ſpectentq; Latini. Terent. in Adelph. An ſedere oportuit domi virginem tam grandem? ¶ Aliquando Sedere ponitur pro placere, & tunc cum dativo conſtruitur. Virg. 5. Aen. Idq; pio ſedet Aeneæ, probat autor Aceſtes. Hierom. in Devter. Si aũt poſtea nõ ſedet animo tuo, dimittes eam liberam. ¶ Aliquando pro manere, immorari. Cic. lib 9 Epiſtol. Si venti eſſent, nos hîc Corcyræ non ſederemus. Liv. lib 2 bell Pun Id horreum fuit præſidium Pœnis ſedẽtibus ad Ticoiam. ¶ Item ſecundũ Augures, Sedere, eſt augurium capere. Nam poſt deſignatas cœli partes à ſedẽntibus captabantur auguria. ¶ Veſtis ita ſedere dicitur, quæ apta eſt. Quint. Nam & ita ſedet melius toga, & continetur. A qua loquendi conſuetudine ſumpta tranſlatione, Imperatũ humeris alterius bene ſedere dicimus, quod ille probè convenit & abillo probe cognitate rectè ſuſtinetur. Plin. in Paneg. Quũ abundè expertus eſſet, quàm bene humeris tuis ſederet imperium.

Sĕdēns, part. opium, apud Martial. lib. 10: Sedens lactuca, pro ſeſſili. [ישב *joſchéb.* καθήμενος, καθεζόμενος. Gall. *Seant, qui eſt aſſis.* Ital. *Che ſenta aſſentato.* Ger. Sitzen. Hiſp. *Aſſentado.* Pol. *Siedząca.* Vng. *Vezteg welȯ.* Ang. *Sitting.*] Martial. lib. 10. Epigr. 48 In quibus eſt lactuca ſedens, & ſectile porrum.

Sĕdes, bujus ſedis f. r. Sella in qua ſedemus. [מושב *moſchãb.* ἕδρα, βῆμα. Gall *Siege, ſeiour, logis & demeure.* Ital. *Sede. ſedio, luogo da ſedere, cadrega, ſcagno, seggio.* Ger. Ein ſitz/ ſeſſet. Belg. Eenen Setel. Hiſp. *Aſsiento, ſilla lugar parar aſſentarſe.* Polon *Siedzenie, ſtolek.* Vng. *Szek, pad.* Ang. *A ſeat, or place of remaning.*] Plin. in Paneg. Iamdudum illi radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore. ¶ Interdum ponitur pro habitatione vel domicilio, idq; tàm ſingulari, quàm plurali numero. [Pol *Mieſzkanie.*] Cicer. de Provinc. Conſular. Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet, nunquã hęc urbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet. Idem pro Cluent. Sceleratorũ ſedes atq; regio. Virg. 1. Aen. Hic tamen ille urbem Patavi, ſedesq; locavit Teucrorum. ¶ Interdum ponitur pro ſepulcro. Virgil. 6. Aen. Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. ¶ Interdum pro podice, & ani circulo. Plin. lib 23: Cinis ſarmentorum, vitiumque, & vinaceorum condylomatis, & ſedis vitiis medetur. ¶ Sedes luxuriæ, per tranſlationem, pro loco in quo maximè viget luxuria. Cic. contra Rullum: Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, atque in ſedibus luxuriæ collocati.

Sĕdĭcŭlă f. p. Parva ſedes: [ἑδράζιον. Gal. *Petit ſiege.* Ital. *Sedietta.* Ger Ein ſitzlin/ ſeſſelin. Hiſ. *Aſsiento pequenno.* Pol. *Stolʼeczek.* Vn. *Szeketske* Ang *A little ſeat.*] ſicut ędicula, parva ædes: quanquã non deſunt, qui Sedecula ſcribendũ contendant: quo pacto etiam legitur apud Cic. in Epiſt ad Att. lib. 4: Maloq; in illa tua ſedecula quã habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, &c. Valla tamẽ putat omnino ſedicula eſſe ſcribendũ per tertiã vocalẽ.

Sĕdīlĕ, lis, pen. prod. n. t Sedes, ſubſellium, ſcamnum ad ſedẽdum aptũ. [מושב *moſchãb.* ἕδρα, καθέδρα. Gall. *Siege, chaire* Ital. *Sedia, ſeggia* Ger. Ein ſitz/ ſtul, ſeſſel/ ſchãmel Belg Een Stoel/ een ſetteel: Hiſp *Aſsiento, ſilla.* Pol *Stolek, lawka* Vngar *Pad, zek* Ang *A ſeat or ſtoole to ſitt vpon.*] Plin. Epiſt. 101: Sunt locis plurimis poſita ſedilia è marmore. Virgil. 1. Aeneid Inũs aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo.

Sĕdĭtātĭōnālĭs, ne, Quod ſedendo fit: [ἑδρᾶιος. Gall *Ce qu'on fait aſſis.* Ital. *Che ſi fà a ſedere* Ger. Das man ſitzend thut. Hiſp *Coſa que ſe haze à aſſentadas.* Pol *Pracza ktora bywa ſiedząca.* Vng *Vezteg welȯ* Ang *That is made ſitting.*] ut ars ſedentaria, quæ ſedendo exercetur: quam & ſellulariam vocant: Opera ſedentaria, quæ fit à ſedentibus. Col. lib. 12. cap. 3: Neq; enim ſedentaria ejus opera, ſed modò ad telam debebit accedere: modò eos qui eidem familiæ conficiunt viſere.

Sĕdēntārĭŭs, a, um, Qui ſedẽdo opus facit: ſicut ſutor, ſartor, & id genus alii. [σκυτικὸς, ῥαπτικὸς, ὁ ἐργαζόμενος. Gall. *Vn artiſant qui fait ſon ouurage eſtant aſsis.* Ital. *Chi fa arte ſtando a ſedere,* Germ. Der ſitzlingen ſein arbeit verrichtet. Hiſp. *Haxedor de arte à aſſentado.* Polon. *Ten ktori ſiedząc pracuie.* Vng. *Vereg welȯ, ſeggen welȯ.* Ang. *That ſitteeth and worketh.*] Plaut. in Aului. Calceolarii, ſedentarii, ſutores.

Sēssĭo, onis, f. t. Actus ſedendi. [שבת *ſchébeth* שיבה *ſchibáh.* ἑδρασις. Gall *Aſsiette, lieu à s' aſſeoir, aſsiement* Ital. *Il ſedere.* Ger. Das ſitzen. Hiſp *Obra de aſſentarſe.* Pol. *Siedzenie.* Vngar *Weles.* Ang. *A ſitting.*] Cic. 2. de Nat. deor. Accubatio, inclinatio, ſeſſio. ¶ Aliquãdo ponitur pro ſedili. [מושב *moſchãb* ἕδρα. Gal. *Siege, chaire.* Ital. *La ſedia.* Ger. Ein ſitz Hiſp. *El aſsiento.*] Cic. 2. de Orat. Num tandem aut locus hic non idoneus vĩdetur, in quo porticus hæc ipſa, ubi inambulamus, & palæſtra, & tot locis ſeſſiones, gymnaſiorum & Græcarũ diſputationũ memoriam quodammodo commovent? id eſt, tot ſedilia.

Sēssĭto, as, frequẽtativum, [συχνάκις ἐφεζόμαι. Gall. *S' aſſeoir ſouuent.* Ital. *Sedere ſpeſſo.* Ger. Stäts oder offt ſitzen. Hiſp. *Aſsentarſe à menudo.* Pol. *Vſtawnie ſiedze.* Vngar. *Weldegelek.* Ang. *To ſitt often.*] Cicer. de Clar. Orat. Quam deam in Periclis laboris ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe: id eſt, ſæpiùs ſediſſe.

Sēssĭlĕ, lis, pen. prod. n. t Super quod ſedemus, & quieſcimus. [מושב *moſchãb* ἑδρασμα. Gall. *Siege.* Ital. *Sedia.* Ger. Ein ſeſſet darauff man ſitzt Hiſp. *Aſsiento, ſilla.* Pol. *Siedzenie.* Vng. *Weló hely.* An. *Any thing to ſitt vpon.*] Plaut. in Pœn. Quæ tibi oleant ſtabulum, ſtatum, ſellam & ſeſſibulum merum.

Sēssĭlis, le, om. t. penult. corr. Quod ſedet, vel ſedere videtur. [ἑδραῖος. Gall. *Qui eſt aſsis.* Ital. *Che ſenta à monſtra di ſentare.* Ger Das da ſitzt/ oder ſich anſehen läßt als wann es ſäſſe. Hiſpan. *Aſſentado, rellanado y ancho.* Polon. *Siedząci.* Vng. *Euezteg welȯ.* Ang. *That ſitteth or ſeameth to ſitt.*] Plin. libr. 15. cap. 15: Incerta nominum cauſa eſt barbaricis, venereisque, quæ colorata dicunt, regiisq; quę minimo pediculoſo ſeſſilia, &c. Hinc ſeſſiles lactucę dicuntur, quaſi ſedẽtes: hoc eſt, quæ ita humi projectæ ſunt ut ſedere videantur, neq; ſurſum rectæ eſſe, aut in ſublime aſcendere. Martial. libr. 5: Illic videres frutice nobili caules, Et utrunque porrum, ſeſſilesque lactucas. ¶ Tergum ſeſſile, in quo quis poſſit ſedere. Ovid. 11. Metam. -ſic tergum ſeſſile, ſic ſunt Pectora celſa toris.

Sēssŏr, m. t. [ישב *joſchéb.* ἑδρᾶτης, ὁ καθήμενος, καθεζόμενος. Gall. *Qui eſt aſsis.* Ital. *Chi ſenta.* Ger. Ein Sitzer. Hiſp. *Aſsentado* Pol. *Ten ktori ſiedzi.* Vng. *Vezteg welȯ.* Ang. *He that ſitteth.*] Horat. 2. Epiſt. 2: In vacuo lætus ſeſſor plauſoq; theatro.

Sedimentum. Vide SIDO.

Sēdĭtĭo, onis, f. t. à ſe, hoc eſt ſeorſum, & itio componitur. [מהומה *mehumáh* קשר *kéſcher.* στάσις. Gall. *Sedition, mutinerie.* Ital. *Seditione, diſcordia.* Germ. Ein auffrur/ aufflauff des Volcks. Belg. Een oproer. Hiſp. *Bullicio ò alborote de pueblo.* Polon. *Rozruch.* Vng. *Part wetes, tamadas.* Ang. *Sedition, variance, diſcord.*] Cic. lib. 6. de Republ. docet ſeditionis proprietatem à diſceſſione civium dictam eſſe, quòd ſeorſum eant alii ad alium: eſt enim propriè quum populo diſcordante itur ad manus: qualem deſcribit Virgil. libr 1. Aen. Ac veluti magno in populo quum ſæpè coorta eſt Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus: Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. ¶ Similiter ſeditio in exercitu dicitur, in claſſe, in campo, & ubicunque eſt multitudo hominum adverſus Duces, Magiſtratúsve arma capientium, vel imperium detrectantium. Ovid. 12 Metam. Seditioque recens, dubioque autore ſuſurri. Idem 9 Metam. -creſcitque favore Turbida ſeditio. Cæſar 7 bell. Gall. Verius nequa in caſtris ex eorum cõcurſu & miſericordia vulgi ſeditio oriretur. Pollio Ciceroni, libro 12: Singulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt. Dicimus autem Latinè, eleganterque, Concitare ſeditionem, Facere ſeditionem, Commovere ſeditionem, Oriri ſeditionem, Sedare ſeditionẽ.

Sēdĭtĭōsŭs, a, um, Proclivis ad ſeditionem. [στασιώδης. Gall *Seditieux, mutin.* Ital. *Seditioſo, deſcordeuole, ſcandaloſo.* Ger. Auffrürriſch/ der gern auffruren anſtiffet Belg. Oprocriſch Hiſp. *Alborotador.* Pol. *Rozruch czyniący.* Vng. *Partolkodo, haborusag indito.* An. *Seditious, that ſtirreth vp ſtriffe or diſcorde.*] Cic. 3. Verr. Malus civis, improbus Conſul, ſeditioſus homo Cn. Carbo fuit.

Sēdĭtĭōsĭŏr, comparativus. [Pol *Rozruch harzęi czyniący.* Vng. *Part wetȯb, partoſob vizza vonyob.*] Aſconius Pædian. in Orat. pro Milone: Nam ejus ſeditioſior fuit conditio.

Sēdĭtĭōsē, adverbium, Per ſeditionem, aut more ſeditioſorũ. [στασιαστικῶς. Gall. *Seditieuſement, auec mutinerie.* Ital. *Seditioſamente, con ſeditione.* German. Auffrürriſch. Hiſpan. *Con luciſſion ò alborote.* Polon *Zrozruchem.* Vngar. *Tamadas keppen, partölkodua.* Ang *Seditiouſlie.*] Cicero pro Cluent. Quæ concionibus ſeditioſè cõcitatis accommodatior eſt quãm tranquillis, moderatisque judiciis. Idem ad Atticum libr 2: Multa quum ſeditioſiſſimè diceret, vocem exprimere non potuit.

Sedo, as, act. p. Mitigo, placo, lenio, removeo, frẽno, extinguo. [הרגיע *hechelík* שבח *ſchibbéach* השביח *hiſchbiach* השקיט *hiſchkit.* παύω, καταστέλλω, κατεύνω Gall. *Appaiſer, rendre coy* Ital. *Sedare, aſſettare, mitigare.* Ger. Stillen/ zu friden vnd zu ruhe machen.

Belg.

Belg. Setten. Hiſp. *Aclarar lo turbio ò aſſoſſegar.* Pol. *Vſpokaiam, vbl'agrwam.* Vngar. *Le xallitom, tſendezitem.* Ang *To appeaſe or mittigat.*] Saluſt. in Catil. Nanque animus impurus, diis, hominibusque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari potuit, ita conſcientia mentem excitatam vexabat. Lib. 4. ad Herenn. Et hic ſitiens quàm maximè loquatur, neque habeat qui ſitim ſuam ſedet: id eſt, extinguat. ¶ Dicimus præterea, Sedare arrogantiam, bellum, controverſiam, diſcordias; infamiam, iram, lites, mentes commotas, motus animi, pavorem, tempeſtatem, tumultum: quorum omnium exempla in probatiſſimis quibuſq; autoribus nuſquam non ſunt obvia. Cic. 2. in Catil. Atque hæc omnia ſic agentur, Quirites, ut reſ maximæ minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu, bellum interſtinum ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum & maximum, me uno togato duce & imperatore ſedetur. ¶ Sedare & incendere contraria. [כבה *chibbah.*] Cic. 3 de Leg. At aliquando incenditur, & quidem ſæpè ſedatur.

Sēda ăs, a, um, nomen ex participio, Tranquillus, quietus, minime præceps. [שקם *ſchoket.* ἡσυχῶν, κεχαρηκώς, πραΰνων. Gall. *Paiſe & raſſis, coy & tranquille.* Ital *Acquetato.* Germ Geſtillet/geſetzt/beruwiget. Hiſ. *Soſſeſſado.* Pol. *Spokoini.* Vng. *Tſendez.* An. *Aſſwaged, appeaſid or mitigated.*] Virgil. 12. Aen. Olli ſedato reſpondit corde Latinus. Cicer. Att. lib. 8: Hæc ſcripſi ſedatiore animo quàm proximè ſcripſeram. Horat. in Epiſt. Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi Sedatum celeres.

Sēdātē, Placidè, quietè, tranquillè, & citra commotionem. [ἡσυχῇ, ἡσύχως, πραέως. Gall. *Coyement, ſans trouble.* Ital. *Placidamente, quietamente.* Ger. Ruwigtlich. Hiſp. *Soſſegadamente.* Pol. *Spokoinie.* Vng. *Tſendezes.* Ang *Quietlie, without trouble.*] Cic. in Orat. Cujus oratio, quum ſedatè placideque loquitur, &c. Placidè, & ſedatè ferre dolorem, Idem 4. Tuſc.

Sēdātĭo, onis, f. t. Moderatio, placatio. [שקם *ſchéket.* ἡσυχία, πραότης. Gall. *Tranquillité, appaiſement* Ital. *Moderatione, placaſicamento.* Germ Stillung. Hiſpan. *Soſſiego, aquella aclaration.* Pol. *Spokoinoſci.* Vng *Le tſendezites.* Ang. *An appeaſing.*] Cicer. 1. Offic. Temperantia & modeſtia, omnisque ſedatio perturbationum animi.

Sēdūco, is, pen. prod. act. p. Seorſum duco, ab aliis duco & ſejungo. [טרד *peredh* הטריד *hiphridh.* ἀποχωρίζω. Gall. *Tirer & mener à part.* Ital. *Trargin de la via.* Ger. Raben ſich führen. Belg. Terſijden leyden. Hiſp. *Apartar.* Pol. *Odwodze.* Vng. *Fel fele vizem.* Ang. *To lead or bring a part*] Terent. in Hecyr. Pòſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. Cic. ad Att. lib. 2: Quum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaptius, ait ſe nihil contradicere. Plaut. in Aulul. Eò nunc ſecretò te huc foras ſeduxi. Cic. lib. 1. Tuſc. Quæſt. ad animum tranſtulit, inquiens: Quum à negotio omni ſevocamus animũ, quid, *inquam*, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum advocamus, ſecum eſſe cogimus, maximéque à corpore ſeduximus? ¶ Accipitur & in malam partẽ pro decipio, & in fraudẽ induco. [טמה *pittédh* רמה *rimmádh*, ἐξαπατάω, φενακίζω. Gall. *Seduire, tromper, decevoir.* Ital. *Inganpare.* Germ. Vberführen / verführen / hinder das liecht führen. Hiſp. *Engannar.* Pol. *Powodze.* Vngar. *Meg tſalom, el altatom.* Ang. *To beguile or deceive.*] Terent. in And. Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas?

Sēdūctĭlis, penult. corr. Qui facilè ſeduci: id eſt, decipi poteſt. ἐξαπατητός.

Sēdūctĭo, onis, verbale, f. t. Abductio, ſejunctio. [ἀπαγωγή. Gall. *Deſtournement à part.* Ital. *Eſſo tirare alcuno à parte per parlargli.* Germ. Raben ſich führung. Hiſp. *Apartamento.* Polon. *Odwiedzienie.* Vn. *Fel fele valo vitel.* An. *A leading or conueighing a part.*] Cic. pro Muræna: Mœſtos amicos, obſervationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant.

Sēdūctŭs, us, idem. Senec. de Tranquil. vitæ: Sic hominũ, quorum maximæ in ſeductu actiones ſunt, &c.

Sēdūcŭlum, li, n. ſ. Quaſi ſudaculum dictum, genus eſt flagelli, quòd vapulantes ſudare faciat. Feſtus.

Sēdŭlus, a, um, pen. cor. Diligens, officioſus, intentus. [חרוץ *charúts* שקד *ſchoked* חרד *charedh* תמיד *tamídh.* ἐπιμελὴς, ἀκριβὴς. Gal. *Diligent, ſoigneux.* Ital. *Diligente, officioſo.* Ger. Fleiſſig/ernſthafftig/embſig. Belg. Neerſtich/ernſtlich. Hiſ. *Cuidadoſo ò deligente.* Pol. *Pylni, dbal'i.* Vngar. *Zorgalmatos, tixtibe el iaro.* Ang. *Diligent, geuen to worke, carneſt.*] Cicero de Clar. Orat. Eloquentes videbare, non ſedulos velle conquirere. Tib. 1. Eleg. 3: At tu caſta precor / maneas, ſanctique pudoris, Aſſideat cuſtos edula ſemper anus. Ovid. 1. de Remed. amoris: Nec deſunt comites ſedula turba canes.

Sēdŭlĭtās, f. t. Pro inſtanti & fideli officio, ac diligẽtia. [חרדה *charadháh* דאגה *deaghdh.* ἐπιμέλεια. Gall. *Soing & diligence.* Ital. *Solicitudine, diligenza.* Ger. Fleiß vnd ernſt / emſigkeit / ernſthafftigkeit. Hiſpan. *Cuidado, y diligentia.* Polon. *Pilnoſcz, dbal'oſcz.* Vngar. *Zorgalmatoſſag, tixtben valo el iara.* Ang. *Diligence, or carneſtneſſe in doing.*] Cicero Attico lib. 11: Quæ ſi non eſſent ſedulitate effectæ, & benevolentia tua, liceret mihi abire in ſolitudines aliquas. Ovid. 10. Metamorph. Senſimus (*inquit*) amas: & in hoc mea (pone timorem) Sedula caſa erit apta tibi. Horat. 1. Epiſtol. 7: Officioſaque ſedulitas, & opella forenſis adducit febres.

Sēdŭlō, adverbium, Inſtanter, diligenter, & ſimpliciter, quaſi ſine dolo, ut inquit Nonius. [ἐπιμελῶς, ἀπεχθῶς. Gall. *Soigneuſement, diligemment.* Ital. *Solicitamente, diligentemente.* Ger Fleiſſigklich / ernſtlichen / embſigtlich. Belg. Neerſtelyck. Hiſp. *Cuydadoſa y diligentemente.* Pol. *Pilnie, dbalie.* Vng. *Zorgalmatoſon.* Ang. *Diligentlie.*] Plaut. in Aulular. Nam nunc quum celo ſedulò, ut omnes neſciant, Omnes videntur ſcire. Terent. in Phorm. Ego ſedulò hunc dixiſſe credo. Id eſt, ſimpliciter inquit Donatus. Idem in Hecyr. Non clam me eſt, mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam Propter meos mores hinc abiiſſe, etſi ea diſſimulas ſeduló.

Sēdŭlŏ, adverbium Seduló. ἐπιμελῶς. Colum. lib. 9. cap. 9: Semper quidem cuſtos ſedulè circumire debet alvearia.

Sēdum, di, n. ſ. Herba perpetuò virens: unde etiam ſempervivum appellatur. [ἀείζωον. Gall *De la ioubarbe.* Ital. *Sempreuiua.* Ger. Haußwurtz / mawrpfeffer. Hiſ. *Yerua puntera.* Ang. *Houſleke, ſenegrene or ſemegrene or ayegrene.*] Plin. lib. 18. cap. 17: Democritus ſucco herbę, quæ appellatur aizoon, in tegulis naſcẽs, tabulísve, Latinè verò ſedum, aut digitellum, medicata ſeri jubet omnia ſemina. Col. lib. 2. cap. 9: Id ne fiat, remedio eſt miſtus ſuccus herbæ, quam ruſtici *ſedum* appellant. Duo autem ſedi ſunt genera, quorum alterũ in tectis ferè & ſuggrundiis naſcens, quòd folia habeat latiora ſedum majus appellant. [Pol. *Roiownik.*] Alterum in petris & parietinis provenit, à Latinis ſedum, ſive ſempervivum minus dictum. [Polon. *Roſchodnik.*] Græci, quia quotannis ter floreat, τεθαλὲς cognominarunt. Vulgus à foliis vermiculorum ſimilitudinem referentibus *Vermicularem* nominat.

Sĕgĕs, hujus ſegetis, f. t. Propriè fruges eorum ſeminũ ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa, ut ait Valla lib 4. cap. 24. [קמה *kamádh.* ἀγρὸς. Gall. *Grain, où blé en terre.* Ital. *Frua biáda in herba, ſegete.* Ger. Die ſaat des getreidts / Kornſaamen. Belg. Waſſende koren. Hiſp. *La meſſe.* Pol. *Naſienie, zyto.* Vng. *Gabona, vetemeny.* Ang. *Corne growing or ſtanding.*] Plin. lib. 18. cap. 17: Si in articulum ſeges ire cœperit, runcare remedium eſt, ne herbæ vincant. Et paulò pòſt: Luxuria ſegetũ caſtigatur dente pecoris, in herba duntaxat. Virgil. 1. Georgic. Quid qui, ne gravidis procumbat culmus ariſtis, Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Ovid 1. de Arte: Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Horat. 2. Epiſt. 2: - & villicus Orbi Quum ſegetes occat, tibi mox frumenta daturus, Te dominum ſentit. ¶ Seges per tranſlationem: ut Seges ſtimulorum, apud Plautum in Aulul. Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges? ¶ Ferrea ſeges telorum. Virg. 3. Aeneid. Nam Polydorus ego: hìc confixum ferrea texit Telorum ſeges, & jaculis increvit acutis. Clypeata ſeges virorum, Ovid. 2. Metam. Seges materia gloriæ. Cicer. pro Milone: Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem, atq; materiem ſuæ gloriæ? ¶ Quandoq; accipitur pro ipſa humo jam ſubacta, & ſata, ἐσπαρμένη γῆ. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 29: Seges dicitur, quod aratum eſt ſatum eſt: arvum, quod aratum, nec ſatum eſt: novalis, ubi ſatum eſt antè, quàm ſecunda aratione renovetur. Virgil. 2. Geor. Nulla ſeges, demũ votis reſpondet avari Agricolæ, bis quæ Sol excoquit, bis quæ frigora ſenſit. Plin. lib. 18: Segetes quæ interquievêre, roſam odoratiorẽ, ſativa adeò terra non ceſſat parere. ¶ Seges quoq; aliquando de leguminibus dicitur. Col. lib. 2. cap. 14: Quod prædictorum leguminum ſegetibus fatiſcit.

Segmĕn, Segmentarius, Segmentum. Vide SECO.

Segnis, & hoc ſegne, hujus ſegnis, om. t. Tardus, ignavus, quaſi ſine igne, ſicut contrà. Ardens pro ſolerti, diligenti, & moræ omnis impatienti. [עצל *hatsél.* ἄεργος, ῥᾳθυμος, νωθρός. Gal. *Laſche, pareſſeux, nonchalant, tardif* Ital. *Pegro, tardo, poltrone.* Germ Träg / faul / langſam. Belg Traecheyt. Hiſp. *Perezoxo, floxo; negligente.* Pol. *Gnuſni, lemtwi.* Vng. *Reſt, tunia.* Ang. *Slouthfull, ſlack, ſluggish.*] Virg. lib. 3. Aen. Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes Explorat ventos. Cic. ad Att. lib. 8: Ego ſicut adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi videar, non laboro. Cic. pro Fonteio: Segniores ad imperandum poſthac cæteri ſint, quum videant eos oppugnari, quibus oppreſſis populi Romani imperium incolume eſſe non poſſit. ¶ Interdum ponitur pro infœcundo & inutili, libr. 1. Georg. - ſanisq; horret in arvis Carduus.

Sĕgnĭpēs, dis, pen. corr. Qui tardè incedit. [βραδύπους. Gall. *Qui va lentement, & peſamment.* Ital. *Chi va lentamente, peſatamente.* Ger. Der träg oder gemach zu fuß iſt. Hiſp. *El que camina floxamente.* Pol. *Leniwiecz, gnuſnik.* Vng. *Laſſu.* Ang. *That goeth ſluggishlie or ſlowlie.*] Iuvenal. Satyr. 8: - tritoque trahunt epirhedia collo Segnipedes.

Sĕgnĭtĭēs, tiei, f. q. ſive Segnitia, tiæ, f. p. Tarditas, negligentia.

[עַצְלָה *hatsléh* עַצְלוּת *hatsléuth* עַצְלוּת *hatsléuth* עַצְלָה *hatsléh

Sēmbēllă, Libræ dimidium, quasi semilibella. ἡμίλιτρον. Varro lib. 4 de lingua Latina.

Sĕmĕl, adverbium, Vnica vice. [טעם אחרת *páham áchath. ἅπαξ.* Gall. *Vne fois, tout à vne fois.* Ital. *Vna volta* Ger. Ein mal. Bel. Een maal. Hisp. *Vna sola vez.* Pol. Raz! Vng. Egyszer. Ang. *Ones or one tyme.*] Plaut. in Capt. Satis sum semel deceptus. ¶ Aliquando accipitur pro summatim, aut summa. κεφαλαιώδως. Quint. Deniq; (ut semel finiam) sic ferè componendum quum pronuntiabis, erit. Idem: Vt semel omnia complectar. ¶ Nonnunquam & pro omnino, penitus, immutabiliter, sive irrevocabiliter poni cõsuevit: quia quod semel tantùm fit, nõ habet regressum, ut rursus fiat. Virgil. 11. Aeneid. - qui nequid tale videret, Procubuit moriens, & humũ semel ore momordit. Ovid. Epist. 5: nulla reparabilis arte Læsa pudicitia est, deperit illa semel: id est, omnino, prorsus.

Sēmĕn, inis, n.t. quasi serimen, à sero, ris. [זרע *Zeráh. σπέρμα.* Gall. *Semence.* Ital. *Seme, semenza, semente.* Ger. Ein saamen. Bel. Saet Hisp. *La simiente generalmente.* Pol. *Siemie, nasienie.* Vng. Mag. Ang. *Seed.*] Columel. lib. 1. cap. 7: Et maximè vexant servi qui boves elocant, cosdemq; & cætera pecora malè pascũt, nec industriè terram vertunt, longeq; plus imputant seminis jacti, quàm quod severint, &c. Virgil. 1. Georg. Debita quàm sulcis committas semina, &c. Horat. Epod. 16: Pinguia nec siccis utantur semina glebis. ¶ Nonnunquam etiam de virgultis, & surculis dicitur. Virg. 2. Georg. Seminibus positis superest deducere terram Sępius. Colum. lib. 3: Si compluribus vindemiis eundem tenorem servaverint, ex ejusmodi vitibus lecta semina multum, bonumq; vinum præbebunt. ¶ Est & semen frumenti genus, quod zeam ζειὰν appellant, simile farri. Plin. lib. 18. cap. 11: Alica fit ex zea, quam semen appellamus. ¶ Translatè sumitur pro autore & causa alicujus rei. Cic. Phil. 2: Vt igitur in seminibus causa est arborũ, & stirpium: sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. ¶ Ponitur aliquando pro genere. Sueton. in Calig. cap. 25: Nec ullo firmiore judicio sui feminis esse credebat, quàm feritatis: quæ illi quoq; tanta jam tunc erat, ut infestis digitis ora & oculos simul ludentium infantium incesseret. Virg. 7. Aeneid. - geminosq; jugales Semine ab ætherio, &c. Ovid 10. Metamorph. - coëuntq; animalia nullo Cætera delicto: nec habetur turpe juvencę Ferre patrem tergo: fit equo sua filia conjux, Quasq; creavit init pecudes caperipsaq; cujus Semine concepta est, ex illo concipit ales.

Sēmĭnĭum, nii, n.s. Semen, vel planta, aliúdve quidvis, quod de se aliquid potest producere. [זרע *zeráh. σπέρμα.* Gall. *Semence.* Ital. *Seme, pianta.* Ger. Ein sämling/ darvon man etwas anders zeuget. Hisp. *Semiente, planta.* Pol. Wsadzenie na nasienie. Vng. Mag. Ang. *Seed.*] Colum. lib. 2: Nonnũquam superfusa terra latentibus seminiis. Varr. 2. de Re rust. cap 6: Ego, *inquit*, de asinis potissimùm dicam, quòd sim Reatinus, ubi optimi, & maximi fiũt: è quo seminio ego hîc procreavi pullos. Plaut. in Amphit. - anguineo Repẽte hostes peperit semínio. Lucretius lib. 5: Deniq; cur acris violentia triste leonum Seminium sequitur? vulpes dolus? & fuga cervis A patribus datur? ¶ Quandoq; accipitur pro seminis lucro. Plaut. in Rud. - vænundatur merces non hoc suo seminio.

Sēmĭnārĭum, rii, n.s. Est locus ex quo transferuntur plantæ in aliam terram. [φυτόκηπος. Gall. *Vne pepiniere.* Ital. *Luogo dal quale si trasferiscono le piante in altro terreno.* Ger. Ein ort in dem man junge zweig oder setzling zeucht/ so man hernach außgrabẽ vnd anderßwo hin setzen kan. Hisp. *El al maciga para arboles.* Pol. *Miesce dlia pl'odzenia, zktorego widzei zasie przesadzaia.* Vng. *Plantalo hely.* Ang. *A place or bed wher sead is sowen.*] Colum. libro de Arboribus, capite 1: Qui vineam, vel arbustum constituere volet, seminaria priùs facere debet: sic enim sciet cujus generis vitem posituras sit. Idem lib 5. cap. 6: Operam dabit ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quanque senio, aut tempestate afflictam summoveat, & in vicem novellam sobolem substituat. Id autem facilè consequi poterit si ulmorum seminarium paratum habuerit. ¶ Ponitur & seminarium per translationem pro rei alicujus fonte & origine: idq; tàm in bonam partem quàm in malam. Cicero in Catilinam: Qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote hoc in Republica seminarium Catilinarium futurum. Cicer. 1. Offic. Id autem est principium urbis, & quasi seminarium Reipublicę. Idem in Pisonem: Ex illo fonte & seminario triumphorum quum arida folia laurea retulisses, quum ea abjecta ad portam reliquisti, tum turpe de te sententiam tulisse videris, tum judicium pronuntiavisti.

Sēmĭnārĭŭs, a, um, Quod ad seminandum pertinet. [φυτευτικός. Gall. *Appartenant à semence.* Ital. *Cosa pertinente à semenza.* Ger Den saamen zugehörig. Hisp. *Cosa para simiente.* Pol. *Do nasienia przynalezaci.* Vng. *Magos.* Ang *Belonging to sead.*] Ambrosius: Inest nascentibus singulis aut semen, aut vitus aliqua seminalis.

Sēmĕntĭa, hujus semẽtis, f.t. Satio, seminatio. [זרע *Zérah* זריעה *σπορὰ.* Gall. *Semaille, semoison, le temps de semaille.* Ital. *Il seminare, seminatura, tempo di seminare.* Ger. Säyung/ saamen Bel. Een saayingen dẽ saetudt. Hisp. *La sementera, tiempo de sembrar.* Pol. *Nasienie.* Vng. *Veres.* Ang. *Sowing or tyme of sowing.*] Plin. lib. 18: Sunt qui properent, atq; ita pronuntient, Festinatũ serentem sæpè decipere, serotinam semper. Colum. lib. 13: Quibus magna sementis præparatur. Liv. Vt campani sementem facere possent. Ovid. lib. 1. Fast. Villice da requiem terrę semente peracta. ¶ Nonnunquã pro seminãdi tempore. Col. lib. 2: Prima sementis rarius serere permittit, novissima spissius postulat: Id est, primũ tempus sationis Idem seminari debet post æquinoctium media ferè sementi, læto solo. ¶ Ponitur aliquando pro segete. Gell. li. 2. cap. 29: In sementes fortè cõcesserat tempestiviores. Facit sementis aliquãdo in ablativo sementi, & in accusativo sementim. Cato cap. 27: Sementim facito ita. Col. lib. 2. cap. 12: Peracta sementi.

Sēmĭnālĭs, seminale, om. t. Quod ad sementem faciendam pertinet. [σπόριμος, σπερμαντικός. Gall *De semence, servant à semer.* Ital. *Di semenza da seme.* Ger Das man säyet. Hisp. *Cosa para simiente.* Pol. *Siemie pl'odzace.* Vng. *Veteshez valo.* Ang. *Belonging to sowing.*] Colum. lib. 11: cap. 21 Viciæ pabularis modios septem, vel octo, viciæ seminalis modios quinq;, vel sex.

Sēmēntīcŭs, ca, cum, pen. corr. Quod seminari potest. [σπόριμος. Gall. *Bon à semer.* Ital *Buono da seminare.* Ger. Gut zu säyen. Hisp. *Cosa buena para sembrar.* Pol. *Nasienni.* Vng. *El plantalhato* Ang *That may be sowen*] Plin. lib. 18: Sementica autem triticum, hordeum, fabum, napum, rapam.

Sēmēntīnŭs, a, um, adjectivum: [ὁ κατ' ἄρχων σπόρου ἀκμάζων. Gall. *Qui dure iusques aux semailles.* Ital. *Che dura fin' al seminare.* Ger. Das biß zu dem säyen wäret. Hisp. *Que dura hasta las sementeras.* Pol. *Trwaiacy do nowego.* Vng. *Veteſig tarto.* Ang *That continueth vnto seed tyme.*] ut Sementina pyra, vel à seminum multitudine, vel quòd usq; ad sementis tempus durent, dict. Cato cap. 7: Pyra volema, aniciana, & sementina Feriæ sementinæ. Festus: Sementinæ feriæ fuerant institutæ, quasi ex iis fruges grandescere possent. Dies sementina, festum fuit antiquis celebratum, postquam terræ mãdassent semina agricolæ. Ovid 1. Fast. Nec sementina est ulla reperta dies.

Sēmēntō, tas, Semen produco. [זרע *hizríah. σπερματίζω.* Gall. *Ietter & produire semence* Ital. *Far semenza, andar in semenza.* Germ. Saamen bringen. Hisp. *Sementar para simiente.* Pol. *Nasienie pl'odze.* Vng *Meg magzom.* Ang. *To beare or bring forth seed.*] Plin. lib. 18. cap. 28: Est in primis inutile nasci herbas sementaturas.

Sēmĭnō, nas, act. p Sero, semen spargo. [זרע *Zaráh. σπείρω, φυτεύω.* Gal *Semer.* Ital. *Seminare.* Ger. Säyen. Bel Sayien. Hisp. *Sembrar.* Pol. *Siewie.* Vng. *Magot vetők.* Ang. *To sow.*] Dicimus autem, Seminatur hordeum, & Seminatur ager hordeo: sicut spargitur humor, & spargitur vestis humore. Colum. li 2. cap. 9: Seminari debet hordeum post æquinoctium. Idem li. 3: cap. 8: Ne seminarentur agri. ¶ Semino, progigno. Virg 6. Aeneid. Quale solet sylvis brumali frigore viscũ Fronde virere nova, quod non sua seminat arbos. Colum. lib. 6. cap. 24. de taur. s: Vnumq; marem quindecim vaccis sufficere abũdè est, qui ubi juvencam supervenit, certis signis comprehendere licet, quẽ sexum generaverit: quoniã si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestum est: si læva, fœminam. Plaut. in Amph. Alter decumo pòst mẽse nascetur puer, Quàm seminatus. ¶ Per translationem significat spargo, divulgo. Λέγειν ἀφιέναι. Lactan. lib. 4. Et cultum Deum per totam terrã seminant. Hujus composita sunt, Dissemino, & Intermino: de quibus supra suis locis.

Sēmĭna ſo onis, verbale, f.t. Satio. [זריעה *Zeriah. σπορὰ.* Gall. *Semeure: le fait de semer.* Ital. *Il seminare.* Ger. Säyung Hisp. *Sambradura.* Pol. *Sianie.* Vng. *Veres.* Ang. *A sowing.*] Varr. 2. de Re rustica, cap 6: Ad seminationem onagrus idoneus, quod è fero fit mansuetus facilè, & è mansueto ferus nunquam.

Sēmĭnātŏr, ris, m. t. Qui serit, seminátve. [זרע *Zoréah. σπορεύς.* Gall. *Semeur.* Ital. *Seminatore.* Germ Ein säyer/ oder säymañ. Hisp *Sembrador.* Pol. *Rosiewca.* Vng. *Vetős.* Ang *A sower.*] Cic. 2. de Nat. deor. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator & parens, ut ita dicam, atque educator, & altor est mundus: omniaq;, sicut membra sua, & partes suas, nutricatur, & continet.

Sēmēstrĭs, semestre, om t. Quod est sex mensium: ut Semestris Tribunatus. [ἑξαμηνιαῖος. Gall. *De six mois, semestre.* Ital. *Di sei mesi.* Ger. Sechs monat während. Hisp. *Cosa que dura seis meses.* Pol. *Sześć miesięczny.* Vng. *Fel eżtendős.* Ang. *Of six monethes.*] Plin. Epist. 69: Hunc rogo semestri Tribunatu splendidiorem & sibi, & avunculo suo facias. Plin. lib. 10. cap. 25: Temporum magna differentia avibus: perennes, ut columbæ: semestres, ut hirundines: trimestres, ut turdi, & turtures: & quæ quum fœtum eduxêre abeunt, ut galguli, upupæ. ¶ Semestre regnum. Cicero Attic. lib. 10: Sed tamen ea pone ante oculos, jam intelliges, id regnum vix semestre esse posse.

Sēmígro, as, Ad ſeorſum habitandum me confero. [Χαπιχέω. Gall. *Se retirer ou partir & aller demeurer en autre lieu.* Ital. *Partirſi.* Ger. Nåben ſich an ein ſonder ort ziehen. Hiſp. *Partirſe à mudar caſa de con otro.* Pol. *Na inſze mieiſzcze prowadzę ſie.* Vng. *Kwelön költözöm.* Ang. *To go dwell a part.*] Cicero pro Cęlio: Reprehendiſtis, à patre quòd ſemigrarit: quòd quidem in hac ętate minimè reprehendendum eſt.

Sēmĭănĭmĭs, & cætera à ſemis compoſita. Vide SEMIS.

Sēmĭs, Cujuſcūq; rei dimidium. [ἡμισ-, ἡμίσεια, ἥμισυ. Gall. *Demi.* Ital. *Metà, mezzo.* Ger. Das halb eines jeden dings. Bel. Halff. Hiſp. *La meytad de qualquier coſa.* Pol. *Pol' owiecza od każdey rzeczi.* Vng. *Valaminek az fele.* Ang. *The half or moitie.*] Dicitur quaſi ſemi as, itaq; pro dimidio aſſe: hoc eſt, ſex unciis, & dimidia libra ponitur. [ἡμιλίτρον. Gall. *La moitié d'vne liure, demie liure.* Ital. *La metà de la libra, mezza libra.* Ger. Ein halb pfund. Hiſp. *La meytad de la libra ò ſeis vncas.*] Quandoq; etiam ſignificat dimidium, & indeclinabile eſt: ut, duos & ſenis cubitos habet. Quandoq; ſemiſſis genitivum facit.

Sēmēsŭs, a, um, pen. prod. Semicomeſtum. [ἡμίεφατον. Gall. *A demi mangé.* Ital. *Mezzo mangiato.* Germ. Halb geeſſen/begnaget. Hiſp. *Coſa medio comida.* Pol. Wpoł'i ziedzioni. Vng. *Felig meg ßt.* Ang. *Half eaten.*] Eadē enim forma dicitur qua ambeſum, & comeſum. Suetonius in Tiberio: Solennibus ipſe cœnis pridiana ſæpè, ac ſemeſa opſonia appoſuit. Virgil. 8. Aeneid. Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: -ſemeſaq; lardi Fruſta dedit. Silius lib. 6:

-nunc fractis oſſibus atram
Abſorbet ſaniem, & tabo manante per ora.
Mutat hians hoſtem, ſemeſaq; membra relinquit.

Sēmĭănĭmĭs, me, om. t. vel Semianimus, a, um, Semivivus, ſive ſemimortuus. [ἡμιθανής. Gall. *A demi mort.* Ital. *Mezzo morto, tramortito.* Ger. Halb todt. Hiſ. *Medio muerto.* Pol. Wpoł'i vmarł'y. Vng. *Holtreleuen, felig meg holt.* Ang. *Half quick or half dead.*] Plinius de Viris illuſtribus: Ipſe cum trecentis pugnans cecidit, & poſtea ab Attilio ſemianimis inventus, & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit. Ovid. 1. Triſtium, Eleg. 3: Illa dolore amens tenebris narratur obortis Semianimis media procubuiſſe domo. Virg. 11. Aeneid. Semianimes volvuntur equi, pugna aſpera ſurgit. Lucret. lib. 6: Languida ſemianimo cum corpore membra, videres Horrida pædore, & pannis cooperta perire Corporis illuvie.

Sēmĭăpērtŭs, a, um, Dimidiata ſui parte ápertum. [ὑπανοίκτον. Gall. *A demi ouuert.* Ital. *Mezzo aperto.* Ger. Halb offen. Hiſp. *Medio abierto ò entreabierto.* Pol. Wpoł'i othwarti. Vng. *Felig nitua.* Ang. *Half open.*] Liv. 6, bell. Punic. Paucos ex multis trepida fuga incedentes, ſemiapertis portarum foribus in urbem compulit.

Sēmĭāſſŭs, a, um. [ἡμιοπ-. Gall. *A demi roſti.* Ital. *Mezzo arroſtito.* Ger. Halb gebraten. Hiſp. *Medio aſſado.* Pol. Wpoł'i vpieczoni. Vng. *Felig meg ſwelt.* Ang. *Half roſted.*] Cic. 1. Tuſculan. Heu reliquias ſemiaſſi Regis denudatis oſſibus, Per terram ſanie delibutas fœdè diu vexarier. Ex poëta quopiam vetuſto.

Sēmĭbārbărŭs, [Pol. Wpoł'i grubi. Vng. *Fel paraxt*] Iulius Capitolinus in Maximino: Hic adoleſcens & ſemibarbarus.

Sēmĭbŏs, pen. corr. hujus ſemibovis, m. t. Epitheton eſt Minotauri, quem Poëtæ fingunt, dimidia ſui parte bovem fuiſſe. [ἡμίβους. Gall. *A demi bœuf.* Ital. *Mezzo boue.* Ger. Halb ein rind oder ochs. Hiſp. *Medio buey.* Pol. *Pol' woł'u.* Vng. *Felig ökör.* An. *Half an oxe or cowe.*] Ovid. 4. Trift. Eleg. 6: Centimanumq; Gygen, ſemibovemq; virum.

Sēmĭcăpĕr, pen. cor. hujus ſemicapri, Faunorum & Satyrorum epitheton eſt, qui inferiore ſui parte capris ſimiles pingūtur. [ἡμίτραγος. Gall. *A demi bouc.* Ital. *Mezzo capra.* Ger. Halb ein bock. Hiſp. *Medio cabron.* Pol. *Pol' koźl'a.* Vng. *Felig ketske.* Ang. *Half a goate.*] Ovid. 5. Faſt., Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis. Deus ſemicaper, Ovid. 4. Faſt. Pan ſemicaper, Ovid. 14. Metamorph.

Sēmĭcīrcŭlŭs, m. ſ. Medius circulus. [ἡμίκυκλος. Gall. *Demi cercle.* Ital. *Mezzo circolo.* Ger. Ein halber ring oder circket. Hiſp. *Medio circulo.* Pol. *Pol' cirkl'a.* Vng. *Felig kerecg.* Ang. *An half circle.*] Colum. lib. 5. cap. 2: Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus: aut etiam ſemicirculi, vel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibet. Cic 5 de Finib. Quumq; non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos & ſemicirculos conſectari.

Sēmĭcīrcŭlārĭs, re, om. t. Mediam circuli formam habens. [ἡμικύκλιος. Gall. *Demi rond.* Ital. *Mezzo rotondo.* Ger. Das ein geſtalt hat wie ein halber circket. Hiſp. *Medio rodondo.* Pol. *Pol' circkliowi.* Vng. *Fel kerek.* Ang. *Half round.*] Colum. lib. 1. cap. 2: Semicircularis agri forma.

Sēmĭcīnctĭum, ĉtii, n. ſ. Succinctorium, quòd medium hominē cingat & veſtiat. [חגור *exór* חגורה *chaghór* חגורה *chaghorah.* ζῶμα, μα. Gall. *Vn demi ceint.* Ital. *Cintura.* Ger. Ein ſchurtz ſo nur den halben Menſchen nidſich bedeckt Hiſp. *La cinta para ceñir.* Pol. Szorcz, *inderak*: item, Cziaſnocka. Vng. *Felig be fedö.* Ang. *An apron or any ſuch thing.*] Eſt enim genus veſtis breviſſimæ, quo venter, & velanda teguntur. Apud Martial. libro 14 de ſemicinctio tale eſt epigrammā: Det tunicam dives, et quę præcingere poſſum: Eſſem ſi locuples, munus utrunque darem.

Sēmĭcōctŭs, ta, tum, Semicrudus, dimidia ex parte coctus. [ἡμίεφθος. Gall. *A demi cuit.* Ital. *Mezzo cotto.* Ger. Halb gekochet Hiſp. *Medio cozido.* Pol. Wpoł'i vwarzoni. Vng. *Felig meg főtt* Ang. *Half ſodden.*] Columell. libro 8. capite 5: Semicoctum hordeum. Et apud Plinium libro 22. capite 25: Semicocta aqua.

Sēmĭcrēmātŭs, a, um. [ἡμίφλεκτος, ἡμίπυρος. Gall. *A demi bruſlé.* Ital. *Mezzo abruſciato.* Ger. Halb verbrennt. Hiſp. *Medio quemado.* Pol. Wpoł'i zpalioni. Vng. *Felig meg eget.* Ang. *Half burnt.*] Ovidius in Ibin: Membra feras Stygiæ ſemicremata neci. Martial. libro 11: Thuraque de medio ſemicremata rogo.

Sēmĭcrūdŭs, a, um, penult. prod. [ἡμίωμος. Gall. *A demi cru.* Ital. *Mezzo crudo.* Germ. Halb rauw. Hiſp. *Medio crudo.* Pol. Wpoł'i ſyrowi. Vng. *Felig nyers.* Ang. *Half rawe.*] Columell. libro 6. capite 26: Si jam tali vitio laborant, lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ ſalviati more faucibus ingeruntur. Statius 4. Syl. Quid ſi quum bene manè ſemicrudus Illatam tibi dixero.

Sēmĭdĕŭs, adjectivum. [ἡμίθεος. Gall. *Demi Dieu.* Ital. *Mezzo Dio.* Ger. Halb ein Gott. Hiſp. *Medio Dios y medio hombre.* Pol. Pol' boga. Vng. *Fel iſten.* Ang. *Half a god.*] Lucan. lib. 8: Nec templa tuam Romana accepimus Iſin, Semideosq; canes. Ovid. in Ibin: -vos quoq; plebs ſuperûm Fauni, Satyrique Fluminaq;, & Nymphæ, ſemideumq; genus. Reges ſemidei, Statius 2. Achill.

Sēmĭdŏctŭs, Mediocris eruditionis. [ἡμιμαθής. Gall. *A demi ſauant.* Ital. *Mezzo dotto, ciò è non molto.* Ger. Halb gelehrt. Hiſp. *Medio enſenado.* Pol. Wpoł'i vczoni. Vng. *Valamenire tudos.* Ang. *Of half learning.*] Cicer. 2. de Orat. Hæc ut & properās & apud doctos, & ſemidoctus ipſe percurro, ut aliquando ad illa majora veniamus.

Sēmĭērmĭs, me. [ἡμιοπλος. Gall. *A demi armé.* Ital. *Mezzo armato, diſarmato.* Ger. Halb gewaffnet oder gerüſt. Hiſp. *Coſa medio armada.* Pol. Wpoł'i zbroini. Vng. *Felig fel f-gyuerkezet.* Ang. *Half armed or weaponed.*] Livius 2. bell. Pun. Binis in caſtris quū multitudo ſemiermis, ſine ducibus eſſet, nuntium qui in majoribus erant, mittunt.

Sēmĭfactŭs, a, um. [ἡμιτελής. Gall. *A demi fait.* Ital. *Mezzo fatto.* Ger. Halb gemacht. Hiſp. *Coſa medio hecha.* Pol. *Na poł'i vczynoni.* Vng. *Felig meg ſinalt.* Ang. *Half made.*] Tacit. lib. 15: Semifacta opera fuga perrupit.

Sēmĭfĕr, a, um, vel ſemiferus, Ex dimidia parte ferus. [ἡμίθηρ, ἡμιθήρ, ἡμόθηρ. Gall. *A demi ſauuage.* Ital. *Mezzo ſalvatico.* Germ. Halb grimm oder wild. Hiſp. *Coſa medio fiera medio manſa.* Pol. Wpoł'i dzyko. Vng. *Felig vad.* Ang. *Half wilde.*] Ovid. 2. Metam. de Chirone Centauro: Semifer interea divinæ ſturpis alumno, Lætus erat. Plin. lib. 8. cap. 57: Semiferū & ipſum animal, cui vivaria in doliis idem qui apris inſtituit.

Sēmĭfĕrŭs, pen. corr. idem. ἡμίθηρ. ut Centaurus, quaſi medius equus, ut inquit Servius in ſecūdum Aeneidos: Nam Centaurus anteriore parte homo eſt, poſteriore equus.

Sēmĭfōrmĭs, me, om. t. Mediam habens formam, media ex parte formatus. [ἡμίμορφος, ἡμιμόρφωτος, ἡμίτυπος. Gall. *A demi formé.* Ital. *Mezzo formato.* Ger. Halb geſtaltet. Hiſp. *Medio formado.* Pol. *Do pol'owicze kſztał'towni.* Vng. *Felig formaltatot.* Ang. *Half formed or ſhaped.*] Columell. libro 8. capite 5: Pulliq; ſemiformes interimuntur, antequam totis partibus ſuis conſumentur.

Sēmĭfūltŭs, a, um, [ἡμιτέφωτος Gall. *A demi appuyé.* Ital. *Mezzo ſoſtentato.* Germ. Halb vnderſtürtzt. Hiſp. *Medio ſoſtenido.* Pol. *Do pol'owicze podparti.* Vng. *Felig meg tamaztatot.* Ang. *Half propped.*] Martial. libro 5: Subſellioque ſemifultus extremo, Et malè receptus altero genu, jactat Equiti ſedere, Lectioq; ſe ſtare.

Sēmĭgĕrmānŭs, pen. prod. m. ſ. [ἡμιγέρμανος. Gall. *A demi Alemand.* Ital. *Mezzo Tedeſco.* Ger. Halb Teutſch Hiſp. *Medio Aleman.* Pol. *Pol' niemcza.* Vng. *Felig Nemet.* Ang. *Half a Dutchman or Aleman.*] Liv. 1. bell. Pun. Vtiq; quum quę ad Apenninum ferunt, obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent

Sēmĭgrācŭs, [ἡμιέλλην Gall. *A demi Grec.* Ital. *Mezzo Greco.* Ger. Halb Griechiſch. Hiſp. *Medio Greco.* Pol. *Pol' greka.* Vng. *Felig Börög.* Ang. *Half a Greek.*] Var. 2. de Re ruſt. cap. 1: Vt ſemigræcis paſtoribus dicam Græcé.

Sēmĭgrăvĭs, ve, pen. cor. [ἡμιβαρύς. Gall. *A demi peſant & chargé.* Ital. *Mezzo graue & carricato.* Ger. Halb ſchwärfertig. Hiſp. *Medio graue y cargado.* Pol. Wpoł'i ciężki. Vng. *Felig nehez.* Ang. *Half*

Half weightie or heauie.] Liuius 5. bell. Punic. Quia magnâ pars in turribus epulati aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant.

Sēmĭhŏmo, pen. corr. [ἡμιανθρωπος.] Gall. *A demi homme.* Ital. *Mezzo huomo.* Ger. Ein halber Mensch Hisp. *Medio hombre.* Pol. *Pol' cł'owieka.* Vng. *Felig ember.* Ang. *Half a man.*] Colum. lib. 10: Quanvis semihominis vesano gramine fœta Mandragoræ pariat flores, mœstamq; cicutam. Virg. 8. Aeneid. Hîc spelunca fuit vasto submota recessu Semihominis Caci.

Sēmĭhōrā, æ, pen. prod. f. p. Horæ unius spatiū dimidiū. [ἡμιώρια.] Gall. *Demi heure.* Ital. *Mezza hora.* Ger. Ein halbe stund. Hisp. *La meitad de vna hora, ò media hora.* Pol. *Pol' godzini.* Vng. *Fel ora.* Ang. *An half houre.*] Cicer. pro Rabir. perd. reo: Nunc quoniam Tite Labiene diligētiæ meæ temporis angustiis obstitisti, meq; ex comparato & constituto spatio defensionis in semihoræ circulū coēgisti, parebitur, &, quod iniquissimū est, accusatoris conditioni: & quod miserrimum, inimici potestati. Plinius libro 22. capite 9: Omne autem curatur recens præligato ore, lino crasso, demissum in ferventem aquam semihora.

Sēmĭjŭgĕrum, geri, pen. cor. n. s. [ἡμιπλέθρον. Gal. *Arpent de terre.* Ital. *Mezzo vn campo.* Ger. Ein halbe juchart. Hisp. *La meytad de vna huebra de tierra.* Pol. *Pol' iarock.* Vng. *Fel hold.* Ang. *Half so much land as two oxen yoked can plough in a day.*] Colum. li. 5. cap. 1: At Galli candetum appellant in areis urbanis spatium centum pedum: in agrestibus autem pedum CL. quòd aratores *candetum* nominant: semijugerum quoque *arepennam* vocant. Idem lib. 4. capite 18: Vel in semijugera omnibus modis dirimatur.

Sēmĭlăcĕr, pen. corr. m. s. [ἡμιδιωγής. Gall. *A demi dechiré.* Ital. *Mezzo stracciato.* Ger. Halb zerissen. His. *Cosa medio despedacada.* Pol. *Wpol'i zdarti.* Vng. *Felig el zeg gattatot.* Ang. *Half rent or torne.*] Ovid. 7. Metam. Ille cruore fluens, subitò tamen allevat artus, Semilacer toto tentat consurgere.

Sēmĭlĭbĕr, pen prod. m. s. [ἡμιελεύθερος. Gall. *A demi libre ou en liberté* Ital. *Mezzo libero.* Ger. Halb frey. Hisp *Cosa medio libre.* Pol. *Wpol' wolni.* Vng *Felig zabados.* Ang. *Half free.*] Cic. Attic. 15 13 Obsecro abjiciamus ista, & semiliberi saltem simus: quod assi quemur & tacendo & latendo.

Semĭmădĭdŭs, pen. corr. m. p. [ἡμισεληνοφόρος. Pol. *Polsiergi.*] Livius 8. belli Pun. Sed illi primùm non Annium Umbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubellium Tribunum militum sequuti sunt. Vide LIXA.

Sēmĭmădĭdŭs, pen. corr. adjectivum. [ἡμιβρεχος. Gall. *A demi moite, à demi mouillé et trempé* Ital. *Mezzo bagnato.* Ger. Halb nass. His. *Cosa medio mojada.* Pol. *Wpol'i mokri.* Vng. *Felig meg azott, neduesedet.* Ang. *Half wett.*] Colum lib. 2. cap. 4: Sed quandoq; arabitur, observabimus ne lutosus ager tractetur, néve exiguis nimbis semimadidus.

Sēmĭmārīnŭs, pen. prod. adjectivum, n. s. [ἡμιθαλασσιος. Gall. *A demi marin.* Ital. *Mezzo maritimo.* Ger. Halb des Meers. Hisp. *Medio marino, ò de mar* Pol. *Wpol'i morski.* Vng. *Fel tengeri.* An. *That belongeth half to the sea.*] Lucretius lib. 5: Aut rapidis canibus succinctas semimarinis Corporibus Scyllas.

Sēmĭmās, pen. corr. hujus semimaris, m. t. Castratus, eviratus. [ἡμιάνδρος. Gall. *A demi maste, chastré.* Ital. *Castrato, mezzo maschio.* Ger. Ein halber Mann/verschnitener Hisp. *Cosa medio masculo.* Pol. *Pol' chł'opa, omnissoni, wirznioni.* Vng. *Felig ferfi, meg herelt.* Ang. *Half gelded.*] Varr. 3, de Re rust. cap. 8: E' queis tribus generibus proprio nomine vocantur fœminæ, quæ sunt villaticæ gallinæ, mares galli, capi semimares, quòd sunt castrati. Liv. 1. bell. Maced. Ante omnia abominati semimares, jusiq; in mare extemplò deportari. Ovid. 1. Fast. Semimaris flammis viscera libat ovis. ¶ Semimares item dicuntur androgyni, utrunq; habentes sexum. Ovid. 4. Metam. de Hermaphrodito: Ergo ubi se liquidas, quo vir descenderet undas Semimarem fecisse videt.

Semimetrum, media mensura, ἡμίμετρον.

Sēmĭmĭtræ. [Pol. *Pol' czepcza.* Vng. *Fél zkofia.*] Vlp. D. lib. 34. tit. 2. l. 25: Ornamentorum hæc vittæ, mitræ, semimitræ, calantica.

Sēmĭmōrtŭŭs, a, um. [ἡμιθανής. Gall. *A demi mort.* Ital. *Mezzo morti.* Ger. Halb gestorben/halb tod Hisp. *Cosa medio muerta* Pol. *Wpol'i martwi,* Vng *Felig meg holt, holt eleuen.* Ang. *Half dead.*] Catullus ad Licinium, Epigr. 48: Ad defessa labore membra, postquā Semimortua lectulo jacebant, hoc lucunde tibi poēma feci. Ex quo perspiceres meum dolorem.

Sēmĭnĕcēs, Semimortui: proprieq; de iis dicitur qui gravi vulnere accepto, morti sunt vicini. [ἡμιθανᾶς. Gall. *A demi morts.* Ital. *Mezzo morti.* Ger. Halb tod. Hisp. *Cosas medio muertas y medio vivas.* Pol. *Wpol'i vmarli, y żabyti.* Vng. *Felig meg holtak.* Ang *Half dead.*] Liv. 9. bell. Pun. Tandem postquā ii qui circa regem seminecē restantem, deinde pilo terrę affixū pugnabant, oppressi telis occubuerunt. Ibidem lib. 3: Seminecem cum ad Cannas in acervo cæsorum corporum inventum, curatumq. benignè etiam cum donis Annibal domum remiserat. Ovid. 1. Metam. Atq; ita semineces partim ferventibus artus Mollit aquis, partim subjecto torruit igni.

Sēmĭnūdŭs, pen. prod. adjectivum. [ἡμιγυμνος. Gall. *A demi nu.* Ital. *Mezzo nudo.* Ger. Halb bloß oder nackend. Hisp. *Cosa medio desnudo.* Pol. *Wpol'i nagi.* Vng *Felig mezztelen.* Ang *Half naked*] Livius 9 ab Vrbe: Primi consules propè seminudi sub jugum missi: tum ut quisq; gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus.

Sēmĭŏbŏlŭs, m. s. Oboli dimidium: & per translationē quævis res vilissima. [ἡμιοβόλιον. Gal. *Demi denier, vne maille.* Ital. *Mezzo dinaro.* Ger. Ein halber heller Hisp. *Medio dinero.* Pol. *Pol' pienszaika.* Vng. *Fel filler.* Ang *Half a farthing*]

Sēmĭpăgānŭs, ni, pen prod. adjectivum. [ἡμιδιώτης, ἡμιάγροικος. Gall. *A demi rustique.* Ital. *Mezzo rustico.* Ger Ein halber Bawr oder Dorffmañ Hisp. *Medio aldeado.* Pol. *Pol' siodl'aka kmiecisza.* Vng. *Felig pogan.* Ang. *Half an vplandish man.*] Persius prologo: ipse semipaganus Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

Sēmĭpătĕr, (quòd hîc corruptè legebatur) vide Semicaper.

Sēmĭpēs, pen. cor. semipedis, pen. cor. & m. t. Mēsura dimidiati pedis: hoc est, digitorum octo. [ἡμίπους. Gall. *Demi pié.* Ital. *Mezzo piede di misura.* Ger. Ein halber schuh. Hisp. *Cosa de quantidad de medio pie.* Pol. *Na pol' stopy.* Vng. *Fel lap.* Ang. *The measure of an half foote.*] Plin. lib. 1. cap 18: Cassiæ colos triplex. Quum primùm emicat, candidus, pedali mensura: deinde rubescit addito semipede: ultra nigricans.

Sēmĭpĕdālĭs, le, penult. prod. om. t. Quod dimidii pedis longitudinem habet. [ἡμιποδιαῖος. Gall. *De demi pié.* Ital. *Di mezzo piede.* Ger. Halb schühig. Hisp. *De medio pie.* Pol. *Dł'ugi na pol' stopi.* Vng. *Fel labni.* Ang. *Of the measure of half a foote.*] Plin. lib. 14. cap. 4: Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem lib. 36. cap. 25: Materia crassitudine semipedali ad regulam & libellam exigitur.

Sēmĭpērfectŭs, [Pol *Wpol'i doskonał'i.* Vng. *Fel kész, fel ep, fel egez.*] Suetonius in Caligula: Opera sub Tiberio semiperfecta absolvit.

Sēmĭplăcentīnŭs, Cic. in Pisonem: Quum esses interrogatus, quid sentires de Consulatu meo, gravis autor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsonius semiplacentinus Calventius, respondes, altero ad frontem, &c. ubi Pisonem Cicero vocat Semiplacentinum, quòd matrem ex Placentino municipio habuerit.

Sēmĭpiăgĭum, gii, n. s. Parvum rete. [ἡμιδίκτυον. Pol. *Siatka.*]

Sēmĭplenŭs, a, um, [ἡμίπλεως. Gall. *A demi plein.* Ital. *Mezzo pieno.* Ger. Halb voll. Hisp. *Cosa medio llena, medio vazia.* Pol. *Wpol'i pel'ni.* Vng. *Felig telo.* Ang. *Half full.*] Liv. lib. 5. belli Pun. Qui improviso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ, qua paulò antè excurrerant armati, haud magno certamine Nassum cepêre. Semiplenæ nares, Cicer. 7. Verr. Semiplenæ scrobes, Col. lib. 5. cap 5.

Sēmĭpŭtātŭs, a, um, [ἡμικάθαρτος, ἐκ τῆς ἡμισείας κλαδαφεθείς. Gall. *A demi esmondé.* Ital. *Mezzo tagliato ò brusçato.* Ger. Halb geschnitten. Hisp. *Cosa medio podada.* Pol. *Wpol'i oberznioni.* Vng. *Felig meg metczet.* Ang. *Half cut or cleansed of the branches.*] Virg. 2 Aeglog. Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.

Sēmĭplōtĭa, Soleę quibus utebantur in venando, quo planiùs pedem ponerent.

Sēmĭquīnāria divisio, Cæsuræ genus, quum post duos pedes relinquitur syllaba, partem orationis terminans. πενθημιμερής. ut arma vi-rumq; ca-no. Dicta Semiquinaria, quòd constet ex duobus pedibus & semisse: quod est dimidium quinq; pedum. ¶ Semiseptenaria autem divisio, dicitur quū post tres pedes similiter relinquitur syllaba, partem orationis terminans. ἑφθημιμερής. ut arma vi-rumque ca-no Troiæ.

Sēmĭrāsŭs, a, um, [ἡμίξυρος. Gall. *A demi rais & tondu, à demi rasé.* Ital. *Mezzo raso.* Ger. Halb beschoren. Hisp. *Cosa medio rasda.* Pol. *Wpol'i ostrzyzoni.* Vng. *Felig meg nirbtt.* Ang *Half shaven or shorne.*] Catullus epig. 55: Quam devolutum ex igne prosequens panem, A' semiraso tonderetur ustore.

Sēmĭrĕductŭs, adjectivum. [ἐξ ἡμισείας αὐτοχθόνος. Gall *A demi retiré.* Ital. *Mezzo ritirato.* Germ. Halb wider hinumb gefürt. Hisp. *Medio traido.* Pol. *Wpol'i odwiedzioni.* Vng *Felig hatra vontatot.* Ang. *Half brought againe.*] Ovidius 2 de Arte: Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur læva semireducta manu.

Sēmĭrĕfactŭs, adjectivum. [κατ' ἡμισυ αὐτοκαθαρθείς. Gall. *A demi refait.* Ital. *Mezzo rifatto.* Germ Halb wider gemacht Hisp. *Cosa medio restaurada y rehecha.* Pol. *Wpol'i wzniony.* Vng *Felig meg kezitteto.* Ang. *Half made againe.*] Ovidius Epistol. 7: Et socii requiem poscunt: laniataq; classis Postulat exiguas semirefacta moras.

Sēmĭrŭtŭs,

Sēmĭrŭtŭs,a,um,pen.corr.Quaſi ſemidirutus. [ἡμίπλεως.Gal. *A demi abatu et ruiné.*Ital.*Mezzorotto.*Ger.*Halb vnder gerüſſen oder geſchleifft.* Hiſ.*Coſa medio derocada.* Pol.*Wpol'i rozerwani.* Vng. *Felig el rontatot.* Ang.*Half caſt downe and deſtroyed.*] Liv. lib.2. bell. Macedon. Purgato loco qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promovit. Idem 6. bell. Punici:Quin ubi ſemirutam, ac ſpoliatam patriam reſpexerit, ingrediens Romam, *&c.* Lucretius lib.1: At nunc ſemirutus pendent quod mœnia tectis.

Sēmĭſĕnex,penultima correpta,vel Semiſeneus antiqué. [ἡμιγέρων. Gall. *A demi vieil.* Ital. *Mezzo vecchio.* Ger. *Halber alt.* Hiſp.*Medio viejo y medio moco.* Pol.*Na pol'i ſtarzal'i.* Vng.*Felig meg ag got.* Ang.*Half old.*] Plautus in Milite: O Lepidum ſemiſenem, næ ſi quas memorat virtutes habet, Atque equidem planè eductum in nutricatu Venereo. Alii legunt ſemiſenem.

Sēmĭsĕptēnārĭă, diviſio, vide ſuprà SEMIQVINARIA.

Sēmĭſĕpūltŭs,a,um,adjectivum. [ἡμιθαπτός. Gall.*A demi enſeueli, ou à demi enterré.* Ital. *Mezzo ſepolto.* Germ. *Halb begraben.* Hiſp. *Medio enterrado.* Pol. *Wpol'i zagrzebioni.* Vng. *Felig el temettetes.* Ang.*Half buried.*] Ovid.Epiſtol.1: Semiſepulta virûm curvis feruntur aratris Oſſa: ruinoſas occulit herba domos.

Sēmĭſŏmnŭs,a,um,Vix dũ experrectus, ſomno plenus. [ἡμιϋπνος. Gall.*A demi endormi.*Ital.*Che ſi riſueglia con il ſonno ò gli occhi.* Ger.*Halb entſchlafen.* Hiſp.*Coſa medio adormeſcida.* Pol.*Na pol'i ſpiaczi.* Vng.*Felig aluuo.* Ang.*Half ſleeping half waking,in a ſlumber.*] Cicero ad Marium, lib.7: Quum illi interea, qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent communes mimos ſemiſomni. Livius 9. ab Vrbe: Fuga cuncta complentur, portæq; à ſemiſomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur. Tacitus libro 1:Sine vulnere milites, qui ſemiſomnos, inermes, aut palantes ceciderant.

Sēmĭſōmnĭs,mne,idem.Cic.7. Verr.Confitmant ipſi ſe,quum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet:arma capiunt: totum forũ. atq; inſulam,quæ eſt urbis magna pars,complent. Liv.7.bell. Maced.Pedites verò ordinati, & præparati, ſparſos per negligentiam, & ſemiſomnes propè adorti ſunt: cædes paſſim, fugaq; per campos facta eſt.

Sēmĭſŏpītŭs.a,um,pcã.prod.Semiſomnis: [ἡμινοήμων. Ger. *Entruckt/halb entſchlafen.* Pol.*Na pol'i vſpioni.*] Liv.5.bell.Pun. Pars ſemiſopitos hoſtes cædunt, par ignis eſcas ſtramento arido tectis injiciunt. Ovid.1. Amor.Eleg.14: Purpureo jacui ſemiſopita toro.

Sēmĭſpathĭum,thii.n.ſ. [ἡμισπάθιον. Gall *Demi eſpee, vn verdun.* Ital.*Mezza ſpada, verdugo.*Ger.*Ein duſack/turtzer ſebel.* Hiſp.*Media eſpada,terciado.* Pol.*Kord theſſak.* Vng.*Reuid kard.* Ang.*An half ſword.*] Brevior enſis, quaſi dimidiata ſpatha.

Sēmĭſŭpīnŭs,a,um, [ἡμιῦπτιος. Gall. *A demi renuerſé le viſage en haut.*Ital.*Mezzo ſteſo col ventro in ſu.*Ger.*Halb rücking.*Hiſp.*Medio papo arriba.* Pol.*Wpol'i nawznak liezaczi.* Vng.*Felig haniotta.* Ang.*Lying with halfe the face vp and half down.*] Martialis lib.6: At tu multa diu dicis, vitreisq; tepentem Ampullis potas ſemiſupinus aquã. Ovid.3.de Arte: Quum jacet in dextrũ ſemiſupina latus.

Sēmĭtŏgĭum,gii,n.ſ.Brevis,& quaſi dimidiata toga: à quo Semitogatus ἡμιπάλουν.

Sēmĭtrītŭs,ta,tum,pen.prod. [ἡμίτριπτος,ἡμιτριβής. Gall.*A demi batu & broyé.* Ital. *Mezzo battuto & tridato.* Ger. *Halb zerſtoben oder zermalen.*Hiſp.*Medio trillado.* Pol *Wpol'i roztarty.*Vng. *Felig meg tört.* Ang.*Half worne or brayed.*] Colum.lib.1.cap.6: Huic autem nubilarium applicari debet, maximeq; in Italia propter inconſtantiam cœli,quo collocata ſemitrita frumenta protegantur,ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

Sēmĭvĭrĕtŭs,a,um,pen.prod. Mollis, flaccidus. [רך *rach.* ἥμισυ πάσχων. Gall. *A demi mol & fané.* Ital.*Molle, fiappo.* Ger. *Halb tuck / tubentecht.* Hiſp. *Coſa medio marchita y muella.* Pol. *Wpol'i wiotchi.* Vng.*Felig meg lankatt.* Ang.*Half ſoft and flagging.*] Colum.lib.12. cap.16: Alii ſolis vitigineis, nonnulli plantaninis ſemivietas uvas contegunt, & ita in amphoras recondunt.

Sēmĭvĭr,ri, m.ſ.Mollis, effœminatus,ſpado,evnuchus. [ἡμίανδρος. Gall.*Demi homme,chaſtré.* Ital.*Mezzo huomo.* Ger. *Ein halber Mann/verſchnittner/der keins Manns wärt iſt.*Hiſp.*Medio varon.* Pol.*Pol'czl'owieka,omnißoni.* Vng.*Felig ferſi,herelt.* Ang.*Half a man or a gelded man.*] Livius 3.bell Maced. Errare ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiviros crederet. Plinius lib.11. cap.49: Teſtes homini tantùm injuria, aut ſponte naturæ franguntur: idq; tertium ab hermophroditis, & ſpadonibus ſemiviri genus habent. Virgilius 4. Aeneid. Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu. Ovid.4. Metamorph. Quiſquis in hos fontes vir venerit,exeat inde Semivir,& tactis ſubitò molleſcat in undis. ¶ Eſt etiam hoc Centaurorum epitheton, quos Poëtæ fabulantur interiore ſui parte homines, cætera equos fuiſſe.Idem de Centauro Neſſo,Epiſt.9:Semivir occubuit vi, Lerniferoq; veneno Neſſus, & infecit ſanguis equinus aquas.

Sēmĭvīvŭs,a,um,penult.prod.Semimortuus. [ἡμίζωος. Gall. *A demi vif,à demi mort.* Ital.*Mezzo viuo.* Ger.*Noch halb lebendig.* Hiſp. *Coſa medio viua.* Pol. *Na pol'i żywi.* Vng. *Felig eleuen.* Ang.*Half quicke.*] Cicero 3. Verr. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani ſocium atque amicum,fumo excruciatum,ſemivivum reliquit.Idem pro Sextio:Et quũ erat reclamatum ſemivivis mercenariorum vocibus. Pop. Rom. negare dicebat.

Sēmĭũnĭă,æ, aut potius Semũcia,f.p.Dimidia uncia. [ἡμιούγκιον. Gal.*Demi once* Ital.*Mezza onza.*Ger.*Ein lod.*Hiſ.*Media onca.* Pol.*Pol' vncy.* Vng.*Fel nebezek.* Ang.*An half ounce.*] Perſius: .ſed nullo thure litabis, Hæreat in ſtultis brevis ut ſemuncia recti.Liv.4.bell.Maced. Nequa mulier plus ſemuncia auri haberet:neu veſtimento verſicolori uteretur. Cic. pro Cæcinna: Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinnam.

Sēmūncĭālĭs,le,om.t Quod menſurã,põdus,vel valorẽ ſemũciæ exæquat. [ἡμιουγκιαῖος. Gall.*De demi once.* Ital.*Di mezza onza.*Ger *Lõtig/eines lods ſchwär.*Hiſp.*Coſa de media onca.*Pol.*Pol' vncyowi.*Vng.*Fel nebezekes.*Ang.*Of an half ounce*] Plin.lib.33. cap.3:Mox lege Papyriana ſemunciales aſſes facti.

Sēmūncĭārĭŭs, a, um, Semuncialis. Livius 7. ab Vrbe: Idem otium domi, foriſq; manſit, T.Manlio Torquato, C. Plautio ſecundùm Conſulibus: ſemunciarium tantùm ex unciario fœnus factum.

Sēmĭvŏcālēs,Dictæ ſunt ſex numero conſonantium, quaſi dimidium vocalium ſonum habentes.ἡμίφωνα.

Sēmĭuſtŭs,a,um,Dimidia parte uſtus,ſemiuſtulatus. [ἡμίφλεκτος. Gall.*A demi roſti & bruſlé.* Ital.*Mezzo arſo.* Ger.*Halb verbreñt.* Hiſp.*Coſa medio quemada.* Pol.*Na pol'i zpalioni.*Vng *Felig meg egett.* Ang.*Half burned.*] Et Semuſtus, pro Semiuſtus. Ovidius 4. Faſt. Semuſtamq; facem vigilata nocte viator Ponet,& ad ſolitum ruſticus ibit opus.Virgilius 3,Aeneid.Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac.Robora ſemuſta. Lucan. libro 8. Membra ſemuſta, idem libro 9.

Semĭuſtŭlatŭs,a,um Semiuſtus.ἡμιφλεγής. Cic.pro Milone:Tu P. Clodii cruẽtum cadaver ejeciſti domo, tu in publicum ejeciſti, tu ſpoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione infœliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Sēmĭŭſtŭlāndŭs,a,um,ἡμιφλεκτέος. Sueton.in Tiberio cap.75: Corpus ut moveri à Miſeno cœpit, conclamantibus pleriſq; Atellam potius deferendum,& in amphitheatro ſemiuſtulandum,Romam per milites deportatum eſt,crematumq; publico funere.

Sēmĭzōnārĭŭs, m.ſ. Qui ſemizonia, ſive ſemicinctia conficit. Plaut.Aulul.Strophiarii aſtant,ſemizonarii.

Sēmĭſsis,m.t.Eſt dimidia pars aſſis:hoc eſt, unciæ ſex. [ἡμίσσεον. Gall.*La moitié de quelque choſe.* Ital.*Mezza libra.* Ger.*Das halb theil eines dings das in zwölff theil mag abgetheilt werdẽ.* Hiſp. *La meytad de la libra ò ſeis oncas.* Pol.*Pol' l'otowi, vncy wſobie ſzeſc maiacz.* Vng.*Fel penz.* An.*The half of any thing.*] Cic.ad Att.lib. 15: Sed ſicubi inciderit de Tulliano ſemiſſe, Maxianam adhibebis,ut ſcribis. Ad monẽtam quoq; refertur, ut ait Budæus, quemadmodum triens,& quadrans.Cic.pro P.Sexto: Sed ab uno gladiatore innumerabilis alia nova conſcriberentur: ut remiſſis ſemiſſibus & trientibus, quinta propè pars vectigalium tolleretur. ¶ Semiſſis homo:id eſt, nullius pretii, & vix ſemiſſe æſtimandus. [ἡμισοβολιαῖος. Pol.*Nikczemnik.*] Vatinius Cic.lib.5: Simul verò ſemiſſis homo contra me arma tulit.Semiſſis uſura, dicitur quoties de centum numis ſenos numos uſuræ nomine quotãnis percipimus. Capitol. in Alex. Trientarium fœnus ait eum, æquiſſimum, & leviſſimum exercuiſſe, ad uſum Reipub.Plin.lib.14.cap.4:Ex his tamen uſuræ multiplicatæ ſemiſſibus.

Sēmĭſsālĭs, le, Quod eſt unius ſemiſſis, ut Semiſſales uſuræ, cùm ſeni aurei quotannis in centenos penduntur, L.10. D.de pollicitat.

Sēmĭſsārĭŭs,a,um,idem,ut Hæres ſemiſſarius,qui eſt hæres ex ſemiſſe.L.116.D.de leg.& fideicom.Ex Hotomano.

Sēmĭtă,æ,penult. corr. f.p. Via arcta, & anguſtior, dicta quaſi ſemi iter, ut autor eſt Varro, lib.4. de ling. Lat. [נתיב *nathib* נתיבה *nethibáh* שביל *ſchebil* מסלה *meſillãh.* ἀτραπός. Gall *Vne ſente,vn ſentier,vn chemin eſtroit.*Ital.*Sẽtiero,calle,viotello.* Ger. *Ein fußweg.*Bel.*Een voetpaeytẽ.* Hiſ.*La ſenda ò el ſendero.*Pol.*Sterzka, chodnik.*Vng.*öſueny.*Ang.*A path or footway.*] Cæſ.7.belli Gall. Acne ſinguli quidẽ homini unquã eo tempore anni semitæ patuerant. Virgil.9.Aeneid. Rara per occultos ducebat ſemita calles. Semitam pro via dixit Cic.4. Verr. Attendite, jam intelligetis, hanc pecuniam qua via modò viſa eſt exire ab iſto,eadem

rò, eàdem ſemita revertiſſe. Horat. 1. Epiſtol. & fallentis ſemita vitæ.

Sēmĭtārĭus, m. ſ. Qui ſemitas percurrit. [ὁδοιδόκος. Gall. *Qui eſt ſouuent par les chemins, ou qui guette les chemins.* Ital. *Chi è ſempre per i ſentieri.* Ger. Ein gaſſenrenner/gaſſentreter. Hiſp. *Aquello que anda por la ſendas.* Pol. Wſzedsibel', biegacz. Vng. ösuenyes. An. *That runneth through the pathes.*] Catullus ad contubernales: Omnes puſilli, & ſemitarii mœchi.

Sēmĭto, as, are, act. p. Eo modo dictum, quo Limito, as, [ὁδοποιέω, ῶ. Gall. *Faire vn ſentier.* Ital. *Fare, vn ſentiero.* Ger. Ein fuſſweg machen/pfaden. Hiſp. *Hazer ſenda.* Pol. Ścieżkę, ſtworzyć. Vng. Ösuent ösinalok. Ang. *To mak a path or foot way.*] Plinius lib. 17. cap. 22: Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum tranſitus, aliisq; tranſverſis limitibus denûm pedum diſtingui per media jugera. Aut ſi major ſit modus, totidem pedum cardine, quot decumano ſemitari. Semper verò quintanis ſemitari: hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur.

Sēmĭvīvus, Semiuſtus, & cætera à ſemis compoſita, Vide in SEMIS.

Sēmŏdĭus, dii, m. ſ. Quaſi ſemis modius. [ἡμιμεδίμνος. Gall. *Vn demi boiſſeau.* Ital. *Mezzo mozzo.* Ger. Ein halber ſeſter. Hiſp. *Medio celemin ò modio.* Pol. *Pol'korcowi.* Vng. *Fel veka.* Ang. *Half a bushell.*] Iuven. Satyr. 14: - & tamen uno Semodio ſcobis hæc emundat ſervulus unus. Martial. lib. 7: Semodiusq; fabæ cum vimine Picenarũ. Colum. lib. 2. cap. 11: Quòd eadem quatuor modiis nõnunquam & tribus, interdum etiam duobus ac ſemodio jugerum occupat.

Sēmŏvĕo, ves, pen. cor. act. f. Seorſum moveo, ſejũgo, disjungo. [חסיר hesir קח lakách. ἀφαιρέω. Gall. *Oſter, retirer à part.* Ital. *Leuare via.* Ger. Rãben ſich rucken/oder thun. Bel. Terſidenwaert doen. Hiſp. *Mouer à parte.* Pol. *Odmykam.* Vng. *Kwelõn rekeztem.* Ang. *To tak away and put a part.*] Plaut. in Aſinar. Culpa tua iſthæc, quæ diſcipulum ſemidoctum abs te ſemoves. Cic. de Aruſp. reſp. Itaq; qui antea voce præconis à liberis ſemovebantur, tuis ludis, non voce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant. Terent. in Andr. - jam fermè moriens me vocat: Acceſſi, vos ſemotæ, nos ſoli.

Sēmōtē, adverb. [ἀπαχθέως. Pol. *Naſtronie.* Vn. *Feldntők.*] Diomedes Grammat. li. 1: Separatio, ut ſeorſum, ſeparatim, ſemotè, ſegregatim.

Sēmper, adverbium temporis. [לעולם leholám תמיד tamídh. ἀεί. Gall. *Touſiours, à iamais.* Ital. *Sempre.* Ger. Allwegen/immerdar. Bel. Altyt. Hiſp. *Siempre.* Pol. Zawżdi, vſtawnie. Vng. *Mindenkor.* Ang. *Euer.*] Terent. in Andr. Rectè ego ſemper fugi has nuptias.

Sēmpērlēnĭtās, atis, ſt. unica dictio eſt apud Terent. in Andr. aut certè duæ per ſubunionem conjũctæ. Verba Terentii ſunt hæc: Et heri ſemperlenitas verebar quorſum evaderet.

Sēmpĭtērnŭs, a, um, Quaſi ſemper æternum, perpetuum, & ſemper durans. [תמיד tamídh. ἀίδιος, ἀπολόμενον. Gal. *Sempiternel, eternel, perpetuel.* Ital. *Sempiterno.* Ger. Ewig/immerwãrend. Bel. Eeuwig. Hiſp. *Coſa que ſiempre dura.* Pol. Wieczni. Vng. örökke valo. Ang. *Perpetuall, eternall.*] Plaut. in Merc. Homo me miſerior nullus eſt æquè, opinor, neq; adverſa cui plura ſint ſempiterna. Terent. in Andr. Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror, Quòd voluptates eorum propriæ ſunt. Cic. Luceio lib. 5: Neq; autem ego ſum ita demens, ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari velim.

Sēmpĭtērnò, adverbium, idem eſt, quod in ſempiternum. Cato de conſulatu ſuo: Ego mihi monumenta ſempiternò poſui, quæ cepi. Sosipater lib. 11. Inſtit. Grammat. ¶ Item ſempiternè idem quod ſemper. Pacuvius in Medo: Populoq; ut fauſtũ ſempiternè ſuſpirent. Ex Nonio.

Sēmpērvīvum, vi, Herba quæ Græcè ἀείζωον dicitur, utroq; nomine à perpetua viriditate deducto. [Gall. *Ioubarbe.* Ital. *Sempreuiua.* Ger. Hauſwurtz. Hiſp. *Yerua puntera.* Ang. *Ayegrene, ſenegrene, or ſemegrene.*] Herba hæc folio eſt carnoſo, leni, atque oblongo. Duo ejus genera ſunt: majus in fictilibus vaſculis ſeritur, quod aliqui Buphthalmon, à ſimilitudine: hoc eſt, bovis oculũ vocant. βῦς enim bos, ὀφθαλμὸς oculus. Alii ζωόφθαλμον: hoc eſt, animalis oculum. Alii Hypogeſon, quoniam ferè in ſuggrũdiis naſcitur. [Pol. *Panny maryey ztele, &, wol'etwe oko.*] Alterum genus eſt minuſculum, quod Erithales vocatur, quaſi amor floreſcens. θάλλω enim floreſco ſignificat. Item Trithales, quòd ter floreat. Item Chryſothales, quòd aureum florem producat. Naſcitur in parietinis & petris. Latini utrunque genus Sedum appellant. [Pol. *Rocz chodnik.*] Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Sĕnācŭlum, li, n. ſ. Vbi Senatores conſultandi gratia conſiſtebant. [שער ſchahár. βουλοστήκιον, γερουσία. Gall. *Le parloir ou le lieu où s'aſſemblent les ſenateurs, ſenat* Ital. *Palazzo di conſiglio.* Ger. Ein Rhathauß/oder Rhatſtuben. Hiſp. *Lugar do ſe ayuntauan los ſenadores.* Pol. *Senatorska izba.* item, *ratusz.* Vng. *Tanaczhaz.* Ang. *A conſaile houſe.*] Valerius Maximus ſcribit, Senatũ apud ſenaculum habitare conſuevisſe, ut quum ad Curiam vocaretur, præſtò adeſſet. Fuerunt autem tria præcipua ſenacula Romæ. Vnum ubi nunc eſt ædes Concordiæ, inter Capitolium & forum, in quo ſedebant magiſtratus, de Republica cum ſenioribus deliberantes: alterum ad portam Capenam: tertium intra ædem Bellonæ. Autor Nicoſtratus libro de Senatu habendo. Feſtus: Senaculum, locus Senatorum. ¶ Senaculum item de ſenatu mulierum. Lampridius in Heliogabalo: Fecit & in colle quirinali ſenaculum: id eſt, mulierum ſenatum, in quo antè fuerat conventus matronalis ſolennibus ſaltem diebus

Sĕnārĭus, adjectivum, Vide SEX.

Sĕnātorēs, m. t. inquit Plutarchus in Problematis, Alios Patres vocãt, alios Patres conſcriptos, quia primis à Romulo lectis alii additi, & cõſcripti: vel quia qui ſententiã dicũt, cõſcripti ſunt: qui non ſolùm patres vocati ſunt, ſed cum additione Patres conſcripti. [זקנים zekenim. βουλευτά. Gall. *Senateurs, conſeillers.* Ital. *Senatori.* Ger. Rahtsherren. Hiſp. *Los ſenadores.* Pol. *Radni panowie, ſenatorowie.* Vng. *Tanaczbelsek.* Ang. *Senatours or conſaillours.*] Vlpian. de Senat. l. Nuptæ. dicit Senatores eſſe, qui à Patritiis & Conſularibus uſque ad omnes illuſtres viros deſcendũt, quia hi ſoli in Senatu dicere ſententiam poſſunt: appellatiq; ſunt ab ætate provecta, quòd tales in principio in Senatum electi fuêre. Sed & à ſinendo dici poſſunt Senatores quoniam ipſi agendi facultatem dabant.

Sĕnātōrĭus, a, um, Quod eſt Senatoris: [βουλευτικός. Gall. *De ſenateur.* Ital. *Coſa de ſenatore.* Ger. Rhatsherrlich/ des Rhatsherren. Hiſp. *Coſa de ſenador.* Pol. *Radni, ſenatorski.* Vng. *Tanaczbelyec.* Ang. *Belonging to a ſenatour.*] ut Senatoria dignitas, Senatorium conſilium. Cic. 3. Verr. Reſpub. Senatorio conſilio maximè poſſe defendi. Tacit. lib. 15: Et Vivianus Annius gener Corbulonis nondum Senatoria ætate, ſed pro legato quintæ legioni impoſitus. Cic. pro Flacco: Liſanias adeptus eſt ordinem Senatorium.

Sĕnātŭs, tus, & ti, A` ſenectute, vel à ſinẽdo, quia magiſtratibus non plus licebat quàm Senatus permitteret. [שער ſchahár. βουλή, γερουσία. Gall. *Senat, la compagnie des Senateurs & conſeillers.* Ital. *Senato, palazzo di conſiglio.* Ger. Ein Rhat. Bel. Een Raeth. Hiſp. *Senado ò lugar do ſe ayuntauan los ſenadores.* Pol. *Senat, rada.* Vng. *Tanats.* Ang. *The compaſſe or aſſemblie of the conſaillours.*] Et ſignificat tàm locũ in quẽ Senatores cõveniũt, quàm ipſos Senatores. Cic. pro Sextio: Senatus princeps ſalutis, mentisq; publicæ. Idem alibi: Nec antè in Senatum accederem, quàm rem confeciſſem. Cogere Senatũ, Convocare, vel vocare Senatum. Efficere frequentem Senatũ, eſt farè omnes Senatores cogere. Senatum haberi, eſt cogi. Senatus erit: id eſt, convocabitur, cogetur. Senatus mitti, aut dimitti dicitur, quum datur facultas Senatoribus abeundi domum. Senatus diſcedit, quũ Senatores à Conſule miſſi facti, domum abeunt Senatum cooptare, eſt Senatum conſtituere. In ſenatum legere, eſt Senatorem facere. In Senatum venire, aliquãdo eſt Senatorem fieri. Movere Senatu, & ex Senatu rejicere, idem. Senatum extinguere, eſt Senatus autoritatem & dignitatem deprimere, vel tollere. ¶ Senatũ conſilii in cor convocare, dixit Plautus in Amph quod eſt conſulere apud ſe quid agendum ſit. Huc (*inquit*) conceſſero, dum mihi Senatum conſilii in cor convoco. Idem in Epid. Iam Senatum convocabo in corde conſiliarium.

Sĕnātŭs, Primi ſententias in ſenatu à conſule rogabantur conſules deſignati, ſi modò poſt conſularia comitia ſenatus haberetur: ſin antè, rogabat conſul arbitratu ſuo, non quem vellet ex omni ſenatorum frequentia, ſed quem vellet è numero conſularium: & antiquæ conſuetudini dabatur, ut, quem ordinem interrogandi ſententias conſul calendis Ianuariis inſtituiſſet, eum toto anno conſervaret: quo ordine, Cæſar, neglecto, primùm Pompeiũ poſt affinitatem conſul rogare ſententiam cœpit, cùm antea Craſſum ſolitus eſſet. Quoniã autem cùm deſignati cõſules fuiſſent, ii ſententiam primi rogabantur, venit in mentem, quæri uter poſſe, ex ipſis deſignatis prior rogaretur, nec difficile eſt quærenti reſpondere: nam me quoq; olim ex ipſa re in eandem dubitationem adductum, & aliquandiu hærentem; obſervatio vetuſti moris expedivit. Sciendũ igitur, ſive patritius, & plebeius, ſive duo plebei deſignati conſules eſſent, qui priore loco declaratus eſſet cõſul, eum ih magiſtratu priorem quoq; ſententiam rogaſſe: ideoq; rogavit in re Catilinaria non C. Antonius, ſed M. Cicero, quia conſul priore loco declaratus: nam genere pares erant, uterque plebeius. & lib. 1. epiſtol. ad Attic. Rogat ſententiam M. Puppius Piſo conſul, ex familia plebeia: M. Valerius Meſſala, etſi patritius, tamen non rogat: plebeius igitur anteponitur patritio: cur? quia priore loco declaratus conſul. Vter in magiſtratu prior rogaret, oſtendi, quo conjicitur, & uter rogaretur, cùm deſignati eſſent; Ex noſtro cõmentario in epiſtol. ad

Atticum:

Atticum: Legitimi habendo senatui dies erant, calendæ, nonæ, idus, reliquis diebus, modò comitiales non essent, haberi quidem senatus poterat, sed certus neq; lege, neq; more statutus erat dies, positum id erat in voluntate magistratuum. Ex nostro commentario ad Qu. Fratrem: Animadversione dignũ est, quod legendo observavimus: qui ex equestri ordine senatoriæ dignitatis ad gradum ascendissent, eos inter senatores quidem esse censos, ut, si quid ordine senatorio minus dignũ admisissent, senatu moverentur, verùm eosdem, cùm deinde equitum centuriæ recognoscerentur, inter equites, quandoquidem ipsi quoque equum publicum haberent, citatos esse, ut, si flagitium ullum, quod in equite Romano dedeceret, fecissent, equum publicum amitterent: patet hoc apud Livium duorum censorum exemplo, Neronis, & Salinatoris: quorum alter alteri, cùm census equitũ ageretur, equum ademit: quos tamen antè, cùm senatorum census ageretur, in recitandis senatorum nominibus esse lectos, dubitari non potest. Atque ego, hujus generis cives, minimè crediderim, sua manu, ut cæteros equestris ordinis, equum per forũ traduxisse: proprius enim eorum census non in equestri, sed in senatorio erat ordine: nec equestris ordinis, sed senatorii dicebantur, nec ideo, quod equestris essent ordinis, quem, adepti senatorium, amiserant, sed quia equum publicum haberent, inter equites citabantur: qui verò in senatum, etsi nondum à censoribus lecti: jure tamen magistratus, quem aut gererent, aut gessissent, aditum haberent, cos video, si equites essent, equum publicũ inter cæteros equestris ordinis cives ante censores per forum traduxisse, nec inter senatores, cùm tamen irent in senatum, esse lectos, quod de Pompeio, qui postea cognomentũ Magni est adeptus, à Plutarcho traditum observavimus: is enim eques adhuc, nondum in senatum lectus, consul ob virtutem ac singularia in rempublicam merita ante legitimam ætatem creatus, (solvebantur enim legibus boni viri) equum publicũ ipse ad censores adduxit: præclarumq; fuit populo Romano spectaculum, consulem sua manu equum publicum ducentẽ intuenti. Atque hæc quæ diximus de civibus Romanis, & ex equestri ordine, & ex plebe in senatum lectis, ita tradimus, ut ad reipubl. tempora spectemus: nam regum ætate solis patritiis curia patuit: cùm tamen quod Dionysius Halicarnasseus docet, non omnes patritii senatores essent, sed alii senatores, alii equites, alii de plebe: ut verè diceres: senator est, ergo patritius: non contrà, patritius est, ergo senator: & quanquam ex familiis tum patritiis, tum plebeiis senatus constaret, veteres tamen ita loquutos animadverti, ut de universo planè senatu nobilitatis nomen usurparent: quia scilicet summus ordo senatus esset, eumq; adepti præter cæteros nobiles esse viderentur: quando quidem ob virtutem, quæ nos sola nobiles, sola patritios, sola reges verè facit, dignitas illa mandaretur. Ex P. Manutii observationibus.

Sĕnātūscōnsūltum, ti, n.s. Senatus sententia, senatus autoritas jam perscripta. [דרת *dath* חק *chok* חקה *chukká*. βέλδμμα. ψηφίσμα, τὸ ἀμφιδόξαλδμμον. Gall. *La deliberation ou le conseil des senateurs ou conseilliers.* Ital. *Senato, consolto, deliberatione del senato.* Ger. Ein Rhats erkañtnuß. Hisp. *Establescimiento ò decreto de senado.* Pol. *Vchwalenie wyższych raiczow.* Vng. *Tanats vegezese.* Ang. *A decrete of the senat or consaile.*] Quod fiebat aut per rogationem, quum rogabatur unusquisq; sententiam, aut per discessionẽ, quãdo pleriq; idem sentientes, in unã partem pedibus ibant, sicut testatur Gell. lib. 3. cap. 18. Flavius Vopiscus de Aureliano: Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisq; verbo consentientibus conditum est Senatusconsultum.

Sĕnĕcĭo, onis, Herba est cauliculo cubitali, subrubro, foliis continuis, divisura erucæ, sed multo minoribus, floribus luteis, qui celeriter in pappos vanescunt capillorum modo canescentes, idq; potissimùm vere: unde & *erigeron* à Græcis appellatur. [ἠεραγέρων. Gall. *Senecon.* Ital. *Cardonello.* Ger. Creutzwurtz oder grindtraut. Hisp. *Los berros ò bon varon.* Pol. *Przymiotowe ziole.* Ang. *Groundsell.*] ¶ Fuit item hoc Oratoris cujusdam cognomen Neronis tempore, qui quòd omnia grandia affectaret, per jocum pro Senecione Grãdio dicebatur. Vnde Senecam Suasoriarum lib. 1.

Sĕnĕcĭtās. Senectus, Senesco, Vide SENEX.

Sĕnex, hujus senis, Dictus videtur quasi seminex, quòd acta majori suæ ætatis parte, jam morti propinquior sit. [זקן *zakén* ישיש *jaschísch.* γέρων πρεσβύτης. Gall. *Vieil, vieillard, ancien.* Ital. *Vecchio.* Ger. Alt/ wolbetaget Bel. Out. Hisp. *Viejo.* Pol. *Starzec* Vng. *Ven, agh.* Ang. *An old man or woman.*] Et est generis cõmunis secundum Priscianũ. Tibull. lib. Eleg 6: Cõmemorãt meritò tot mala ferre senẽ: loquitur de meretrice vetula. Apertè aũt Pomponius apud Varronẽ li. 6. de ling. Lat. in fœminino posuit: Dic tu pusam illã, sic fiet mutuo muli. Nam verè pusus tu, tua amica senex. ¶ Hujus genitivus est senis, olim etiã senicis, secundum analogiam. Plaut. in Cistell. Vos negotiosi senicis soletis esse. Comparativum est senior, quod valde senem significat. Ovid. li. 12. Met. Tum senior quãvis obstet mihi longa vetustas. Quint. de Isocrate: Eo nanq; seniore (octavum enim & nonagesimũ complevit annũ) præcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. ¶ Capitur quãdoq; etiam senior pro magis sene. Senec. Epist. 75: Quemadmodũ ex duobus sapiẽtibus, qui senior discessit, nõ est beatior eo, cujus inter pauciores annos terminata est virtus. ¶ Est & senior, generis cõmunis: in obliquis verò cõmune trium generũ. ¶ Senes vocantur quantũ ad privatam ipsorũ vitam, quòd usq; ad senilem ætatẽ vixerunt. Veteres, quantũ ad publicũ tempus, quòd alia ætate vixerunt, etiãsi ad seniũ non pervenerũt: utrique Antiqui dicũtur, sed magis veteres, quàm senes. ¶ Seniores pro Senatu aliquando dicuntur, quo aiam ex provectioris ætatis hominibus legi solet Senatus. Liv. 4. bell. Maced. Scriptum erat Aristonem privatũ ad neminem, publicè ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse.

Sĕnĕctŭs, senectutis, f.t. & Senecta, æ, f.p. Aetas senilis. [זקנה *zíknah* זקן *zóken* זקנים *zekunim.* γῆρας. Gal. *Vieillesse.* Ital. *Vecchiezza, vecchaia.* Ger. Das alter. Bel. Den ouderdom. Hisp. *La vejez.* Pol *Starość* Vng. *Venség, agsag.* Ang. *Old age.*] Terent. in Phorm. Senectus ipsa est morbus. Est aũt senectus, sexta hominũ ætas: unde & senes à senario numero quidã dictos existimãt. Aetas enim prima incipit ab infantia, nomen à nõ fando accipiens. In ea enim ætate nõ fatur homo: aut si fatur, imperfectus est ejus sermo. Secũda, pueritia: cujus pars est pubertas, usq; ad XIIII. annum. Tertia, adolescentia. Quarta, juventa. Quinta, virilis ætas. Sexta, senectus, cujus pars est ætas decrepita. Alii tamen senes à segnitie dictos malunt, quòd tardi sint, & ad res gerendas inutiles. Alii rursus à mortis vicinitate appellatos cõtendunt, quasi semineces. Cic. in Topicis: Senectus est occasus vitæ. Idẽ de Senectute: Hoc enim onere (quod mihi tecũ cõmune est) aut jam urgentis, aut certè adventantis senectutis, & te, & meipsum levari volo. Iuven. Sat. 9: obrepit nõ intellecta senectus. Cic. de Senect. Aedepol senectus si nihil quicquã aliud vitii apportet secum, quum advenerit, unũ id satis est, quòd diu vivendo, multa quæ nõ vult, videt. ¶ Senectus præterea dicitur pellis quam verno tempore serpentes exuunt, quæ & à Græcis γῆρας, à nobis etiam *vernatio* dicitur: unde & senectutem exuere dicuntur. Plin. libro 8. capite 30: Angues modo eodem & stelliones senectutem exuere, eamque protinus devorare, præripientes comitiali morbo remedia.

Sĕnĕctŭs, a, um, Senilis: ut, Membra senecta. [עתיק *hattík* γηραλέος. Gall *Enuiellis, chose de vieil.* Ital. *Cosa de vecchio.* Ger Alt/ eines alte. Hisp. *Enuegescido, cosa de viejo.* Pol. *Starzenie sie.* Vng. *Meg venhodes, meg aggott.* Ang *Old.*] Lucr. lib. 3: Quidve foras sibi vult membris exire senectis. Aetas senecta. Plaut. Aulul. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum, Quem senecta ætate ludos facies haud merito meo. Senectũ corpus. Salustius lib. 4. Histor. Omne, quibus senecto corpore animus militaris erat. Senica idẽ veteribus fuit quod Senex. Pompon. Pistorib. Pappus hic medio habitat senica. Idẽ præcone posteriore: Sed me exercet Senica nequã, neq; illo quid faciam scio. Ex Nonio.

Sĕnĭum, senii, n.s Senectus: [זקנה *zíknah* זקן *zokén* זקנים *zekunim* γῆρας. Gal. *Vieillesse.* Ital. *Vecchiezza.* Ger. Das alter. Hisp. *Vejez.* Pol. *Starość.* Vng. *Venség.* Ang. *Old age.*] ut Confectus senio, apud Plin. lib. 7. cap. 55. Mens senio fluxa, Tacit. lib. 5. Terent. Eunuch. pro improbo & moroso sene posuit, quũ ait: Vt illum dii deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. ¶ Seniũ lunæ, pro decursu. Plin. lib. 7. cap. 48: Quidam lunæ senio annum terminabant, ut Aegyptii. ¶ Quandoq; etiã dicitur tædiũ, tristitia, & molestia: quòd senes omnibus odio sint. Cic. pro Milone: Tota civitas confecta senio est: squalent municipia. Turpilius: Quja odio, ac senio mihi nuptiæ sunt. Nævius senium sanctum appellat, quasi nocẽs, quia senectus naturalis morbus est, ut inquit Aristoteles.

Sĕnĕo, senes, senui, n.s. & Senesco, cis, n.t. Senex fio. [זקן *zakén* בלה *baláh.* γηράσκω. Gall. *S'enuieillir, deuenir vieil.* Ital. *Esser vecchio, enuecchiarsi.* Ger. Alten/ alt werden. Bel. Out worden. Hisp. *Enuejescer.* Pol. *Starzeie sie.* Vng. *Meg venhedem, aggok.* Ang. *To waxe old.*] Catul. Nunc placida senet quiete. Plin. lib 6. cap. 4: Fœminas gigni celeriùs quàm mares, sicut celeriùs senescere. Vnde & Consenesco, de quo suprà suo loco. Senescit civitas otio: id est, otio torpescit. Senescunt consilia, quũ nimia diuturnitate & mora vana fiũt. Senescere fama dicitur, quũ tempore minuitur. Senescit hyems: id est, declinat. Senescit laus: id est, defloreſcit. Senescit morbus: id est, remittitur, relaxatur. Senescunt vitia, abolentur.

Sĕnīlis, le, om. t. Quod ad senem pertinet. [עתיק *hattík.* γηραλέος, γεροντικός. Gall. *De vieillard.* Ital. *Cosa da vecchio.* Ger. Eines alten / das zu einem alten gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à viejos.* Pol. *Do starego przinalezący, dziadowski.* Vng. *Venhez, aghoz valo,* Ang.

Ang. *Belonging to an old man or woman.*] Cic. 1. de Divin. Is autem Tages, ut est in libris Herruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudētia. Ovid. 1. de Ponto: Iamq; meos vultus ruga senilis arat. Cic pro Sestio: Te sororis filius Posthumius, adolescens gravis, senili judicio notavit. Ovid. 5. Metam. hyems senilis tremulo venit horrida passu.

Sĕnĭlĭtĕr, adverbium. [γεροντικῶς, πρεσβυτικῶς. Gall. *En vieillard.* Ital. *Da vecchio* Ger. Nach der alten weiß/wie die alten. Hisp. *Con vejez, en viejo.* Pol. *Wedl'ugstarich.* Vng. *Vén modra.* Ang. *Lik old men and women.*] Vt tremere seniliter, Quint. lib. 1. cap. 11.

Seni, senæ sena, Vide SEX.

Sĕnĭo, senionis, m. t. Latus tali sex puncta continens, & à senario numero dici videtur: ejusq; jactus perutilis erat. [ἑξίμης. Gall. *Six poincts ou dé, ou vn dé qui contient six poincts.* Ital. *Sei punti nel dado.* Ger. Ein sęß auff einem würffel. Hisp. *Seys puntos en el dado.* Pol. *Kośtka ô ſześćiu okach.* Vng. Az kockának hat pontos oldala. Ang. *A sise, the nomber of sixe in the dice.*] Persius Sat. 3: Iure etenim id summum, quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. ¶ Nonnunquam & damnosus, quemadmodum & canis. Erat enim quædā ludi ratio, qua quicunq; aut canem jecisset, aut senionem, numum unum in medium conferre cogebatur: ut est videre in epistola quadam Augusti apud Suetonium. Martialis lib. 13: Non mea magnanimo depugnat tessera talo, Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Sĕnĭum, Vide SENEX.

Sensĭlĕ, Sensim, Sensus, Vide SENTIO.

Sēntēntĭă, Sententiosus, Vide SENTIO.

Sēntĭcētum, [Pol. *Cięternia.*] Vide SENTIS.

Sentīnă, æ, pen. prod. Pars navis inferior, in quam omnes cōfluunt sordes, à sentiendo dicta. [σέντλον. Gall. *L'essec.* Ital. *Sentina, vna parte bassa nella naue.* Ger. Das vnderiſt theil eines Schiffs in welches allerley vnradt vnd wüſt waſſer zuſammen rinnet. Hisp. *La sentina dose coge agua en la nao.* Pol. *Zyża wokrecżie gdżie pługa-wa wode ſcżagara.* Vng. Az haionak alsó reże. Ang. *The pumpe of a shippe.*] Iuvenalis Sat. 6: Si jubeat conjux, durum est cōscendere navem, Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aër. ¶ Per translationem sentina dicitur omnis locus qui sceleratorum hominum receptaculum sit. Cicero in Catilinam: O fortunatam Rempublicam, si quidem hanc sentinam hujus urbis ejecerit. Vno mehercule Catilina exhausto, relevata mihi, & recreata Respublica videtur.

Sentino, nas, Satago, ac subtiliter periculum evitoià sentina navis, quam quisq; ut aqua liberet, evacuare cōtendit. Cæcilius: Capit consilium postquam sentinat satis. Festus.

Sēntĭo, tis, si, sum, act. t. Sensu percipio. [ראה raáh הבין hebín. αἰσθάνομαι. Gall. *Sentir, percevoir.* Ital. *Sentire, pigliare in sentimento.* Ger. Empfinden. Bel Gevoelen. Hisp. *Sentir.* Pol. Czuię. Vng. Erzem. Ang. *To perceiue or feele.*] Plaut. in Curcul. Sentio sonitum. Vnde quinq; corporis sensus appellati sunt, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Lucret. lib. 1: Quin porrò varios rerum sentimus odores, Nec tamen ad nares venientes cernimus unquam. ¶ Interdum sentire ponitur pro intelligere. [νοεῖν. Gall. *Entendre.* Ital. *Intendere.* Ger. Verſtehen/vermerckē. Hisp. *Entender.* Pol. Rozumiem. Vng Ertem. Ang. *To vnderstand.*] Cicero pro Archia: Nam & ipse animus sentit, nescio quid in se esse divinum. ¶ Interdum pro judicare, opinari, φρονεῖν, γνώμην ἔχειν. Plin. Iunior: Cupio abs te intelligere quid sentias. Cic. de Amicitia: Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. ¶ Interdum pro advertere. Plaut. in Amph. Nec nostrum quisquā sensimus, quum peperit. ¶ Sentire pro aliquo, sive ab aliquo, est sententia sua alicui favere. ¶ Sētire graviter de aliquo, est *malam* (ut vulgus loquitur) *de eo opinionem habere*: sive graviter de aliquo judicare, statuere. Budæus. Sentire medicinā, apud Celsum, est melius habere post medicinam. Sic Plin. lib. 22. cap. 25, atropha dixit, quæ cibum non sentiunt: hoc est, quæ ob debilitatem alimentum attrahere non possunt, aut in substantiam sui convertere. Sentire cariem, sentire vetustatem. Plin. lib. 12. cap. 7: Celeriter ea càriem sentit. Hoc est, efficitur carioſa. Idem lib. 11. cap 42: Tradunt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis XX. ita temperato, ut vetustatem non sentiret. Id est, non senescceret. Budæus. ¶ Hujus cōposita sunt, assentio, consentio, dissentio, præsentio, subsentio, quæ vide suis locis,

Sēntīsco, scis, Sentio. [ראה raáh הבין hebín. αἰσθάνομαι.] Lucr. lib. 3: Vsq; adeò prius in nobis sunt multa cienda Semina, corporibus nostris immista per artus, Quàm primordia sentiscūt concussa animai.

Sēnsŭs, us, ui, m. q. Facultas animæ, qua objecta sensilia apprehenduntur. [αἴσθησις. Gall. *Sens, sentement ou sentiment, apprehension.* Ital. *Senso, sentimento.* Ger. Ein ſinn oder empfindtligkeit. Bel. Eenen ſin/oft gevoelen. Hisp. *Sentido, potentia para sentir.* Pol. Zmysł Vng. Erzekenseg. Ang. *The sense, feeling or perceiuing.*] Sensuum autem alii sunt exteriores, visus, auditus, gustus, tactus & olfactus. Alii interiores, sensus communis, imaginatrix, & memoria. Plin. lib. 10. cap. 69: Ex sensibus ante cætera homini tactus, deinde gustus: reliquis superatur à multis Aquilæ clariùs cernunt: vultures sagaciùs odorantur: liquidiùs audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso, atq; surdo natutæ elemento. Cicero 2. de Nat. deor. Gustatus præclarè septus est: ore enim continetur, & ad usum aptè, & ad incolumitatis custodiam: omnisq; sensus hominum multa antecedit sensibus bestiarum. Differunt autem sensus, & sensa: nam sensus sunt facultates ipsæ quibus sentimus: sensa verò, quæ sentiuntur. Sensus humanitatis. Cicero 3. Verr. Non dubito quin tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio unquam fuit religionis: nunc tamen in metu periculoq; tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Idem 7. Verr. An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit? ¶ Sensus vitalis. Lucret. lib. 3: Deniq; sæpè hominem paulatim cernis obire, Et membratim vitalem deperdere sensum: In pedibus primùm digitos livescere, & ungues: Inde pedes & crura mori: pòst inde per artus Ire alios tractim gelidi vestigia lethi. ¶ Mentis conceptus etiā sensa dicūtur. [מחשבה machaschabáh. εὐθυμήματα, νοήματα, λογισμοί.] Quintil. lib. 8. cap 5: Sententiam veteres, quòd animo sensissent vocaverunt: id cùm est apud Oratores frequentissimum, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & juraturi ex animi nostri sententia, & grātulantes ex sententia dicimus. Non ratò tamen & sic loquuti sunt, ut sensa sua dicerent: nam sensus corporis videbantur. Sed consuetudo jam tenuit, ut mente concepta sensus vocaremus: lumina autem, præcipueq; in clausulis posita, sententias. Cicero 1. Acad. Quod autem erat sensu comprehensum, idipsum sensum appellabat. Idem 1. de Oratore: Hoc uno præstamus feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. ¶ Sensus communis. Quintil. libro 1. capite 3: Sensum ipsum, qui dicitur communis, ubi discet, quum se à congressu qui non hominibus solùm, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit? Vbi interpres, Communis sensus accipitur pro rerum peritia, ex multorum hominum congressu comparata, non pro sensu communi, qui in anteriori cerebri ventriculo à Physicis collocatur. Horat. 1. Serm. Satyr. 3: Communi sensu planè caret.

Sēnsĭcŭlŭs, li, diminutivum, [αἰσθητήριον. Gall. *Petit sens.* Ital. *Piccioł senso.* Ger. Ein kleine empfindtigkeit/ſinnlin. Hisp. *Pequenno sentido.* Pol Zmiſł ek. Vng. Erzękenségetske. Ang. *A small sense.*] Quint. lib. 8. cap 5: Inde minuti, corruptiq; sensiculi, & extra rem petiti.

Sēnsim, adverbium, Paulatim seu pedetentim. [דם at דם leát. ὀλίγον κατὰ μικρόν, ἠρέμα. Gall. *Peu à peu, tout bellement, petit à petit.* Ital. *A poco à poco.* Ger. Gemächlich/ſittlich/leiß. Bel. Alleystens/hoetjes. Hisp. *Poco à poco.* Pol. *Leśnko, pomał'u.* Vn. *Lassan lassan.* Ang. *At leasure.*] Plaut in Casin. Sensim super attolle limen pedes nova nupta. Cic. 5. Verr. Quibus rebus non sensim, atq; moratè, ad istius amicitiam adrepserat: sed brevi tempore totum hominem, totamq; ejus Præturam possederat. Sensim & repentè contraria. Cicer. libro 1. Offic. Magis decere censent sapientes amicitiam sensim dissuere quam repentè præcidere.

Sēnsĭbĭlĭs, le, om. t. ferè passivè accipitur, pro eo quod sentiri potest, quod sub sensum aliquem cadit: hoc est, quod vel auditu, vel visu, vel olfactu, vel gustu, vel tactu potest deprehendi. [αἰσθητός. Gall. *Sensible.* Ital. *Sensibile.* Ger. Empfindtlich Hisp. *Cosa que se siente, ò que se puede sentir.* Pol. *L'atwi do obaczenia doczucżia.* Vng. Meg erezhető. Ang. *Sensible, that may be perceiued by the senses*] Nonnunquam & activè, pro eo quod sensus facultate præditum est. αἰσθητικόν. ¶ Hujus contrarium est Insensibilis: quo utitur A Gellius noct. Attic. lib. 17. cap. 10.

Sēnsĭfĕr, ra, rum, Sensum ferens. [αἰσθητικόν, ἢ αἰσθητικὰ φέρων Gall. *Qui porte sentiment.* Ital. *Che porta sentimento.* Ger. Das empfindūg bringt. Hisp. *Que tiene ò haze sentido.* Pol. *Zmiſł daiący.* Vng. *Erzékenseg hozo.* Ang. *That beareth or hath sense.*] Lucret. li. 3: Ideo concluſa movebūt Sensiferos motus. Ibidem: Longè absensiferis primordia motibus errant.

Sēnsĭfĭcŭs, ca, cum, adjectivum, Quod sensus causam præstat. [αἰσθητικός. Gall. *Qui fait sentir, qui donne sentiment.* Ital. *Che fa sentire.* Ger. Das empfinden macht. Hisp. *Que haze à otro sentir.* Pol. *Zmiſł czyniący.* Vng Erzékenseg zerző. Ang. *That giueth the cause of feeling.*] Macrobius: Spiramentum sensificum, ad sua quæq; loca naturali lege ducentes.

Sēnsĭlĕ, pen. corr. Sensibile: Hoc est, quod sensui subjectum est. αἰσθητόν. Insensibile, quod sentiri non potest. Lucret. lib. 2: Ex insensilibus ne credas sensile gigni.

Sēnsŭālĭă, αἰσθητικά, sensilia. [Pol. *Smiſtianie.* Vn. Erzék, erzékönségösök.] Apuleius in Hermetis Asclepio: De sensu autē & de omnibus sensualibus quando & de spiritu, tunc totam vobis præstabo rationem.

Sēntēntĭă, æ, f. p. Iudicium, animi conceptio, mens, animus.

[מחשבה

[מחשבה *machaſchabáh* דעת *dahátH.* γνώμη, νῦς. Gall. *Sentence, opinion, avis.* Ital. *Sentenza, parere, opinione.* Ger. Ein meynung/ vrtheil: *item,* ein ſpruch. Bel. Een meyninghe/ voordeel/ propooſt/ voornemen/ gedachten. Hiſp. *Sententia ò pareſcer* Pol. *Zmiſlenie, mierſyk, pro wieſcą.* Vng. *Ertelem.* Ang *An opinion, ſentence, iudgement.*] Saluſt. At M. Porcius Cato rogatus ſententiã, hujuſmodi orationem habuit. Plautus in Pſeud. Hæc mea ſentẽtia eſt, ut hinc porrò quid agas conſulas. Terent. in Phorm. Alere nolũt hominem edacem, & ſapiunt, mea quidem ſententia. Sic ſententia eſt: id eſt, ita ſtatui in animo. Res poſita in ſententiis dicitur de qua variæ ſunt hominum ſententiæ. In ea ſum ſententia: id eſt, ita ſentio. Omnibus ſententiis abſolutus eſt, dixit Cicero ad Quintum Frat. lib. 2: Id eſt, omnium conſenſu, & calculo. Paulus: Dicere ſententiam æſtimatur is qui ea mente id pronuntiat, ut ſecundũ hoc diſcedere eos, qui litigant, à tota controverſia velit. ¶ Sententias etiam vocamus, inquit Quint. lib. 8. cap. 5, lumina orationis, præſertim quæ in clauſulis ſunt breviter collecta, quas γνώμας vocant Græci: cujuſmodi eſt illa apud Terentium: Obſequium amicos, veritas odium parit.

Sententĭōſŭs, ſa, ſum, Quod ſententiis abundat, & dictis quibuſdam breviter collectis. [γνωμολογικός. Gal *Sententieux.* Ital. *Pieno di ſententie.* Ger. Der voll hübſcher ſprüchen iſt. Hiſp. *Lleno de ſentencias.* Pol. *Pełen pieknich ſentency.* Vng *Ekes mondaſſokkal tellies.* Ang. *Full of ſentences.*] Cic. de Clar. Orat. Genera autem Aſiatice dictionis duo ſunt: Vnum ſententioſum, & argutum: ſententiis, non tàm gravibus & ſeveris, quàm concinnis, & venuſtis.

Sententĭōsē, adverbium. [γνωμολογικῶς, γνωμικῶς. Gall. *Sententieuſement, auec bon ſentiment.* Ital. *Sententioſamente, con buon ſentimento* Ger. Mit hübſchen ſprüchen. Hiſp. *Sententioſamente, con buono ſentido.* Pol. *Zpieknimi powieſciami.* Vng. *Ekes mondaſſul.* An. *With many and good ſentences.*] Cic. 2. de Orat. Sæpè enim ſententiosè ridicula dicuntur. Autor ad Herennium definit ſententiam hoc modo: Sententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita breviter oſtendit.

Sententĭŏlă, æ, f. p. diminutivum. [γνωμίδιον. Gal. *Petite ſentence.* Ital. *Picciola ſentenza.* Ger. Ein ſinnlin oder kurtzer innhalt: *item,* ein hübſch ſprüchlin. Hiſp. *Pequenna ſentantia.* Pol. *Piekna powieſtka.* Vng. *Ekes mondaſotska.* Ang. *A litle ſentence.*] Cic. 3. Philippic. Sententiolas edicti cujuſdam memoriæ mandavi.

Sentis, is, m. t. Spina, quòd à tangentibus quàm primùm ſentiatur. [סיר ſir סלון ſillón קוץ kóts. ἄκανθα. Gall. *Eſpine.* Ital. *Spina.* Ger. Ein dorn Hiſp. *Eſpina.* Pol. *Cżierne.* Vng *Tövis.* Ang. *A briar, thorne, or bramble.*] Colum. lib. 6. cap. 4: Liberantur arva ſentibus, qui æſtivo tempore per Caniculæ ortum reciſi, plerunq; intereunt radicitus. Virg. 2. Aeneid. Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens. ¶ Sentis canis, frutex eſt arbuſculæ inſtar, rubo multo major folia ferens multo latiora myrtho, firmis circa ramos ſpinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo olivæ ſimili, qui per maturitatem fulveſcit, & flocculos intùs continet. κυνόβατος. Alio nomine rubus caninus, & Gallorum vocabulo, *Engleteria* nominatur. Colum. lib. 11. cap. 3: Et ejus quam Græci vocant κυνόβατον, nos *ſentem canis* appellamus.

Sentĭcōſŭs, ſa, ſum, Spinoſus & aſper. [ἀκανθώδης. Gall. *Eſpineux.* Ital. *Spinoſo.* Ger Dörnächtig. Hiſp. *Eſpinoſo.* Pol. *Cżernioſty.* Vng. *Tövisses.* An. *Full of brieres and brambles.*] Lucil. Quàm ſenticoſa verba prætorquet.

Sentĭcētum, ti, n. ſ. Locus in quo ſentes abundant. [ἀκανθών. Gall *Vn lieu où croiſſent forces eſpines, buiſſonniere.* Ital. *Spineto, fratta.* Ger. Ein dorngeſtäud. Hiſp. *Eſpinar, lugar de eſpinas.* Pol. *Cżiernina.* Vng. *Tövisses hely.* Ang. *A place wher brambles grow.*] Plaut. in Capt. Non enim es in ſenticeto, eo non ſentis.

Sentĭus, a, um, Horridus, piloſus, ſitu & ſquallore obſitus. [λάσιος, δασὺς, ωχμηρὸς, ἀρεώδης. Gall *Eſpineux, aſpre comme eſpines & buiſſons.* Ital. *Peloſo ſpinoſo.* Ger. Rauch alß wann es voll dörnen wär/ ſtraubicht/ ſcheußlich. Hiſ. *Lleno de eſpinas.* Pol. *Plugawiecż, ſmarkacż* Vng. *Borzas, ſzennies.* Ang *Rough, couered with pricking heares or ſwine, brierie or bramblie.*] Terent. in Eunuc. Video ſentum, ſquallidum, ægrum, annis, pannisq; obſitum. Virgil. 6. Aeneid Sed me juſſa divûm, quæ nunc hàs ire per umbras Per loca ſenta ſitu cogunt, noctemq; profundam, Imperiis egêre ſuis.

Sĕorſum, adverbium, Separatim. [בד *lebádh.* χωρίς. Gall. *A part, ſeparément, à part ſoy.* Ital. *Separatamente, à parte de parte.* Ger. Sonderbar an einem ort. Bel. Alleen/ terſyden Hiſp. *Apartadamente, à parte.* Pol *Oſſobnie.* Vng *Kwelön.* Ang. *A part, a ſunder, ſeuerallie.*] Cicero lib. 7. Epiſtol. Seorſum à collega puto mihi omnia paranda. Autor ad Herennium lib. 1: Seorſum hoc ab illo tractandum eſt. Plaut. in Epidico: In ædiculam ſeorſum iſthęc eat jube. ¶ Eſt & ſeorſus adverbium. Afranius in emancipato: Principium hoc oro in animo ut ſic tuo ſtatuas, officiis cogi ut abs te ſeorſus ſentiam de re uxoria. Autor eſt Soſipater lib. 11. Inſtit. Grammat.

Sĕōrſŭs, a, um, adjectivum, Separatus. [מבדל *mibdál* מטרך *mephorádh.* κεχωρισμένος, ἀφωρισμένος. Gall. *Separé.* Ital. *Separato.* Ger. Abgeſünderet. Hiſp. *Apartado.* Pol. *Rozsadzoni.* Vng *El valaztatot.* Ang. *Separated, put a part.*] Virgil. in eo opuſculo cujus eſt initium, Eſt & Non: pariter nonnunquam, ſæpè ſeorſis Obſiſtunt dubiis.

Sēpăro, ras, penult. corr. act p. Divido, diſtraho. A se & paro. [הבדיל *hibdíl* הטריך *hiphrídh.* ἀφορίζω, διακρίνω, χωρίζω. Gall. *Separer, departir.* Ital. *Separare, ſpartire, diſtinguere.* Ger. Von einander ſcheyden/ abſünderen/ abtheylen. Bel. Scheiden. Hiſp. *Apartar vna coſa de otra.* Pol. *Rozłączam, rozsadzam.* Vng. *El vallaztom.* Ang. *To ſeparat a part, to ſeuer, to put one frome an other.*] Plinius lib. 13. cap. 17: Mox ſeparant lavando, & ſiccata tundunt. Cic. 4. Acad. Quoniam vera à falſis nullo diſcrimine ſeparantur. Idem contra Rullum: Quum illa duo maria pertenui diſcrimine ſeparentur. Idem 1. Offic. Quod cogitatione magis à virtute poteſt, quàm re ſeparari. Ovid. 1. Amor. Eleg. 4: Separor à domina nocte jubente mea.

Sēpărātŭs, a, um, participium. Sejunctus, disjunctus. [מבדל *mibdál* מטרך *mephorádh.* κεχωρισμένος, ἀφωρισμένος. Gall. *Separé.* Ital. *Separato.* Ger. Abgeſünderet. Hiſp. *Apartado.* Pol. *Odłączoni.* Vng. *El vallaztator.* Ang *Put a part, ſeuered.*] Cic. 4. Tuſculan. Quando igitur virtus eſt affectio animi: & virtus ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis. Idem Attico lib. 14. Iſta verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant.

Sēpărābĭlĭs, le, pen. corr. om. t. Quod ſeparari poteſt. [χωριστός. Gall. *Aiſé à ſeparer.* Ital. *Facile da ſeparare.* Ger. Abſunderig/ das ſich von einem anderen ſünderen laßt. Hiſp. *Que ſe puede apartar.* Pol. *L'atwi do rozł'acżema.* Vng *El vallaztható* Ang. *That is eaſily ſeuered.*] Cic. 1. Tuſcul. Nec ſeparabilem à corpore eſſe.

Sēpărātim, adverbium, Diviſim, ſeorſum. [בד *lebádh.* χωρίς. Gall *Separément, primément.* Ital. *Separatamente.* Ger. Beſonder/ inſonderheit/ ſonderbarlich. Hiſp. *Apartadamente.* Pol. *Oſſobno.* Vng *Kwelön.* Ang. *A part, a ſunder, ſeuerallie.*] Saluſt. Omnia virtutis præmia ambitio poſſidet: neq; mirum ubi vos ſeparatim quiſq; conſilium capitis. Separatim de probitate alicujus dicere, dixit Cicero ad Brutum, pro eo quod eſt ſigillatim: cui opponitur Acervatim. ¶ Legitur & ſeparatè, à quo fit comparativum, Separatius. Cicero 2. de Invent. Quædam ſeparatius ad finem quò referri ad omnem orationem oportet, adjungentur.

Sēpĕlĭo, his, pen. cor. livi, ſepultum, act q. quod verbũ à ſepio quidam deducunt, quia cadaver terra, vel alio materiæ genere circunſepitur. Humo, terra obruo, in ſepulcrum infero, tumulo mando. [קבר *kabár.* θάπτω. Gall. *Enſeuelir, enterrer vn corps mort.* Ital. *Sepelire, ſot terrare.* Ger. Begraben/ zu der Erden beſtatten. Bel. Begrafen. Hiſp. *Enterrar.* Pol. *Pogrzebam.* Vng. *El temetem.* Ang. *To burie, to interre, to lay in te grave.*] Cicero 2. de Legibus: Mortuum in urbe ne ſepelito, nève urito. Cic. lib. 4: Vt in quo vellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. ¶ Sepelire dolorem per translationem, eſt deponere, tegere. Cicero 2. Tuſcul. Amittenda igitur fortitudo eſt, aut ſepeliendus dolor.

Sĕpūltŭs, a, um, Humatus, in ſepulcrum illatus. [קבור *kabŭr.* ταφείς. Gall. *Enſeuely.* Ital. *Sepolto, ſepelito.* Ger. Begraben. Hiſp. *Enterrado.* Pol. *Pogrzebioni.* Vng. *El temettetet.* Ang. *Buryed, interred.*] Plin. lib. 7. cap. 64, Sepultus intelligitur quoquomodo conditus: humatus verò, humo tectus. ¶ Sepultus, pro ſopitus. Virgil. 3. Aeneid Nam ſimul expletus dapibus, vinoq; ſepultus Cervicem inflexam poſuit. Idem 2. Aeneid. Invadunt urbẽ ſomno, vinoq; ſepultã Idẽ 6. Aen. Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto. Cic. pro Lege Manil. Quod bellum expectatione Pompeii attenuatum, atq; imminutum eſt: adventu ſublatum & ſepultum. ¶ Sepultus ſum id eſt, perii. Et plus eſt, quàm nullus ſum, autore Donato in Phor. Ter. Phorm. Lemni habuit aliam. C. nullus ſum. P. ex quo filiam Suſcepit, & eam clàm educat. C. ſepultus ſum.

Sĕpūltūră, æ, f. p. Quandoq; pro ipſo ſepulcro dicitur. [קבורה *keburáh* קבר *kéber.* τάφος. Gall. *Sepulture, enterrement.* Ital. *Sepoltura.* Ger. Begrebnuß. Bel. Een begräeffentſſe. Hiſp. *Sepultura.* Pol. *Pogrzeb.* Vng. *Temetö hely, el temetes.* Ang. *Buryng, or interring.*] Sulp. ad Cic. lib. 4: Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui. ¶ Quandoque pro funeratione, atq; ipſo ſepeliendi actu. ἐνταφιασμός. Plinius: Poſt ſepulturã aliæ manium ambages ſunt. Cic. 1. Tuſc. Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem.

Sĕpūlcrum, cri, n. ſ. Locus in quo corpus, oſſáve hominis ſepulta ſunt: à ſepeliendo dictum, vel à ſeorſum & pulcrum, quod propter recordationem doloris minimè pulcrum & jucundum ſit. Soſipater lib. 1. [קבורה keburáh קבר kéber. τάφος. Gall. *Sepulcre, tombeau, monument.* Ital. *Sepolcro, ſepoltura, auello.* Ger. Ein grab. Bel. Een graſe. Hiſp. *Sepultura generalmente.* Pol.

Grob. Vng. *Koporſo, temetŏ hely.* Ang. *A ſepulcre, grane or burying place.*] Sicut Simulacrum à ſimulando, & Lavacrum à Lavando. Vnde etiã ars exigit ut ſine aſpiratione ſcribatur: cõſuetudo tamen (ut inquit Gellius) obtinuit ut vegetioris ſoni cauſa aſpirationem recipiat. Virg. 1. Georg. Grandiaq; effoſsis mirabitur oſſa ſepulcris. Idem tertio Georg. animamq; ſepulcro Condimus Cicer pro Archia: Ennius in ſepulcro Scipionum putatur eſſe cõſtitutus. Idem pro Sext. Roſc. Cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad ſepulcrum patrium relictum eſt. Idem de Senectute: Nec ſepulcra legens vereor, quod ajunt ne peream memoriam. Sepulcri autem appellatione omnis ſepulturæ locus continetur, ut ait Vlp. de Sepul. violat. l. Prætor ait.

Sĕpūlcrum, Sacra fuiſſe Romanis jura ſepulcrorum, antiquæ legis illa verba declarant: ubi corpus demortui hominis condas, ſacer eſto. & illa: Nequis veſtibulum aditúmve ad ſepulcrum uſucapito, neu buſtum violato. & illa: Deorum manium jura ſancta ſunto: quod & antea ſervatum eſſe, irrogata violantibus pœna, poſteriores Iuriſconſulti Vlpianus, Paulus, Cajus tradiderunt. Quod aũt Cicero ſcripſit lib. 2. de legibus: Credo fuiſſe aut eos, quibus hoc ante hanc legẽ virtutis cauſa tributum eſt, ut Poplicolæ, ut Tuberto: quod eorum poſteri jure tenuerunt: aut eos, ſi qui hoc ut C. Fabricius, virtutis cauſa ſoluti legibus, conſecuti ſunt: id plane ſignificat, etiam ante XII. tabulas intra urbẽ ſepeliri non licuiſſe: ſiquidem Poplicolæ & Tuberto virtutis cauſa tributũ eſt, quod ipſum & Dionyſius confirmat, & Plutarchus. Servius quidẽ ubi exponit illud Virg. lib. 11: Finitimos tollunt in agros, urbiq; remittunt, Duilio conſule primùm à ſenatu decretũ eſſe ait, nequis in urbe ſepeliretur, quod imperatores quoq; Adrianus & Antoninus Pius renovarũt: & fuiſſe hanc veterem conſuetudinẽ patet in lege mortuorum. C. de religioſis, & ſumptibus funerum. legis quidem XII. tab. illa nota ſunt: In urbe ne ſepelito, néve urito: quæ ſcripta ſunt ob eam cauſam, tum ut ab oculis viventium cadavera, quæ mœſtitiam animis inferunt, quamprimum amoverentur: tum ne cœlum illud urbanum, unde próximè ſpiritus duceretur, tetro putreſcentiũ corporũ nidore corruptum, peſtem aliquam importaret. Datum aũt decreto ſenatus iis, qui triumphaſſent, ut cùm eorũ corpora extra urbem cremata eſſent, in urbem oſſa & cineres referrẽtur, humiq; mandarentur. hoc Pyrrhonem Lyparæum ſcripſiſſe tradit Plutarchus in libro Romanarum rerum. Illa verò non inutile eſt cognoſcere, in agris ſepulcra fuiſſe, in agri vẽditione, jura tamen ſepulcrorum penes eum, qui venderet, remanſiſſe: eumq; ſibi tantum agri in venditione excepiſſe, quantum adeundo ſepulcro ſatis eſſet: quod qui non faceret, ei ſummo probro ac turpitudini fuiſſe: unde illud in oratione Ciceronis pro Roſcio Amerino: Cui de tanto patrimonio ne iter quidẽ ad ſepulcrũ patrium relictum eſt: hac autem ipſa de re Pomponius Iuriſconſultus ita ſcripſit: Dominis fundorum, in quibus ſepulcra fecerint, etiam poſt venditos fundos adeundorum ſepulcrorũ jus eſt, tum igitur in agris, tum juxta militares, vel publicas vias cadavera, aut ſi cremata eſſent, cineres condebantur: nã & ſepeliendi cadaveris, & cremandi conſuetudinẽ fuiſſe, indicat illud in XII. tab. in urbe ne ſepelito, néve urito: & illud, quod in II de legibus ſcripſit Cicero: P. Cornelium Africanũ ſepultũ eſſe, L. Cornelũ Syllam primũ è Corneliis cremari voluiſſe. Sepeliri autem antiquius fuiſſe, quàm cremari, Plinius lib. VII. cap. LIIII, declarat his verbis: Ipſum cremari apud Romanos nõ fuit veteris inſtituti: terra condebantur: at, poſtquã longinquis bellis obrutos erui cognovêre, tũc inſtitutũ: & tamẽ multæ familiæ priſcos ſervavére ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorẽ traditur crematus, idq; voluiſſe veritũ talionem, eruto C. Marii cadavere: hęc Plinius cui, quod ante XII. tab. in more fuerit, id vetus non videri, mirum eſt. Cremandi conſuetudo uſq; ad Antoninorum imperatorum ætatem perduravit, ruiſus terra condi certum eſt. Legimus & illud: Majores natu ad tubas, minores ad tibias ad ſepulcrum eſſe delatos: qui verò claris majoribus orti eſſent, his eorum imagines in funere prælatas. addit Servius Honoratus, ante ſepulcrum aram fieri ſolitam. quod & Cicero in epiſtolis ad Atticum ſignificat: tametſi non aram modò, ſed fanum quoq; filiæ mortuę cogitabat. Illud ex Feſto: ſic tu, dignum, antè, quàm cadaver ad pyram deferretur, digitũ abſciſſum eſſe: ut, reliquo corpore peruſto, ad eum juſta fierent. Cadavere pyræ impoſito, qui propinquitate mortuo devinctus arctiſſimè fuerat, is avérſus rogo facẽ accẽſam inferebat. Signum hominis ſepulti non unum fuit: nam & lapis & tegula, & cæſpes, & tumulus, & cippus ſepulturæ locũ indicabant ex libro P. Manutii de legibus Romanis.

Sĕpūlcrālis, le, om. t. Quod ad ſepulcrum pertinet: *ταφικός.* Gall. *Appartenant à ſepulcre.* Ital. *Pertinente à ſepolcro.* Ger. *Das zu dem grab gehört.* Hiſp. *Perteneſciente à ſepultura.* Pol. *Pogrzebowi.* Vng. *Az temeteshez valo.* Ang. *Belonging to a graue.*] ut Ceremoniæ ſepulcrales, quæ pertinent ad funerationẽ, impenſam, ſtructuramq; ſepulcrorum. Ovid 8 Metam. Ante ſepulcrales infelix aſtitit aras. Idem Epiſt. 12: Fax ſepulcralis.

Sĕpūlcrētum, ti, pen. prod. n. ſ. Locus ubi ſepulcrorum eſt frequentia. [*τάφων μνῆμα.* Gall. *Vn lieu plein de ſepulcres, vn cimetiere.* Ital. *luogo pieno di ſepolcri, vn cimiterio.* Ger. *Ein Gottesacker/ Kirchhof/ Greberſtat* Hiſp. *Lugar de muchas ſepulturas.* Pol. *Cmentarz, kierchow.* Vng. *Temetŏ hely.* Ang. *A churcheyard.*] Catul. Epigr. 55: Vxor Meneni, ſæpè quam in ſepulcretis Vidiſtis ipſo carpere è rogo cœnam.

Sĕpĕlĭbĭlis, le, Quod ſepeliri debet, aut poteſt. [*θαπτὸς, θαπτέος.* Gall. *Qui peut eſtre enſeuely.* Ital. *Che puo eſſere ſepolto.* Ger. *Das man begraben ſoll oder mag.* Hiſp. *Que puede ſer enterrado.* Pol. *Latwsdopogrzebienia.* Vng. *El temeteudo.* Ang. *That may or ought be buried.*] Plaut. Ciſtell. facito, ut facias ſtultitiã ſepelibilem. S. Quid faciam? G. in latebras abſcondas pectore penitiſſimo Tuam ſtultitiam.

Sēpēs, pis, f. t Quæ objecta introitum prohibet in agrum aut hortum. [מסוכה (vel) משוכה *meſuchàh. φραγμός* Gall. *Vne haye.* Ital. *Siepo, ceſa, ſpinata.* Ger. *Ein zaun/hag* Bel *Een tuyn.* Hiſ *Seto ò ſoto.* Pol *Pl'ot.* Vng *Sbueny.* Ang. *A hedge, a mound.*] Colum. lib. 10: Talis humus, vel parietibus, vel ſepibus hortis claudantur, neu ſit pecori, neu pervia furi. Virg. 8. Eclog. Sepibus in noſtris parvam te roſcida mala (Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem Idem 1. Georg Quippe etiam feſtis quædã exercere diebus Fas & jura ſinunt: rivos deducere nulla Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem, Inſidias avibus moliri, incendere vepres.

Sēpĭo, pis, pivi, pitum, vel ſepſi, ſeptum, act. q. Circunvallo, circundo. [שׂך *ſach* סבב *ſabab* גדר *ghadhár* הסב *heseb* עזק *hizzék. περιτάσσομαι, φράττω.* Gal. *Enuironner, clorre de hayes* Ital. *Circundare, intornare.* Ger. *Verzeünen/verhagen/mit einem zaun vmbgeben* Bel. *Tuynen.* Hiſp. *Cercar de ſeto o ſeto.* Pol. *Ogradzam.* Vng. *Be kertelem, be fonyom.* Ang. *To hedge or incloſe.*] Dictũ à ſepibus, quæ objectæ intercludũt iter. Cic. 2. de Nat. deor. Latent præterea utiliter, & excelſis undiq; partibus ſepiuntur. Idẽ Epiſt. lib. 15: Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis, caſtriſq; maximis ſepſi. Tacit. lib. 1: Acribus nanq; cuſtodiis domum & vias ſepſerat Livia. Virgil. 1. Aeneid. At Venus obſcuro gradientes aẽre ſepſit. ¶ Sepire veteres ambage quadam verborum [illegible] ſcurare, & ſepe quadam obducta dixerunt: ut & [illegible] re vetus poẽta apud Cic. Quãdoquidem iſte circumveſtit dictis, ſepit ſeduló. Vnde & ſeptuosè pro obſcurè dixit Livius.

Sēptŭs, a, um, participium, Circundatus, munitus. [מסוכ *meſúb* מקף *mukkáph. περιφραγμένος* Gall. [illegible] Ital. *Circundato.* Ger. *Vmbgezeunt/vmbgeben.* Hiſp. *Cercado.* Pol. *Ogrodzony.* Vng. *Be kerteltetet, be fonyattatot.* Ang *Incloſed with a hedge.*] Liv. 1. ab Vrbe: Ad hęc Albana pubes inermis ab armatis ſeptum variis voluntatibus, communi tamẽ metu coercente ſilentium tenuit. Virgil. 1. Aeneid. Infert ſe, ſeptus nebula, mirabile dictu, Per medios, miſcetq; viris, neq; cernitur ulli.

Sēptă, orum, n. ſ Generali vocabulo dicuntur omnia lo[illegible] munita, & quodam ſepimẽto vallata: [גדרות *ghedherót* δρύφακτα, *κλῆθρα, φραγμοί, ἕρκη.* Gall. *Parc, cloſture de haye.* Ital. *Mandria, bronco* Ger *Jettiche örter die vmgezeünt oder eyngeſchrancket ſind / pferch* Hiſp. *Seto ò ſoto ò vallado, circuito.* Pol. *Wſzelakie [illegible]* Vng. *Be kerteltetet, be fonattatot.* Ang. *Places hedged or [illegible] cloſe or encloſure.*] ut Septa villę, quibus villa circunſepi[illegible] ro lib. 1. de Re ruſt. cap. 14: Nunc de ſeptis, quæ tutan[illegible] cauſa, aut partis fiant, videamus. ¶ Hinc etiam pecorum [illegible] bula: ut ſtabula ovilia, bubilia, caprilia, & id genus reli[illegible] Septa nuncupantur. Virg. 1. Aeclog. Quanvis multa meis e[illegible] ret victima ſeptis. E' converſo Lucanus, Ovilia pro ſept[illegible] fuit: -& miſerę maculavit ovilia Romę. ¶ Septa etiam d[illegible] tur loca in campo Martio circundata & circũcluſa, in qui[illegible] populus Romanus ſtans ſuffragia ferebat. Cic. pro Mil. [illegible] ille vi in ſepta irruiſſet. Hæc ſepta Ciceronis tempo[illegible] more facta ſunt. Cicero ad Atticũ: In campo Martio ſ[illegible] morea ſumus facturi, eaq; cingemus excelſa porti[illegible] tial. lib. 9. In ſeptis Mamurra dim multũq; vagatus: Iuniſ[illegible] accipiunt Septa, pro obicibus, & clauſtris quibus utimur ad impetus fluviorum coẽrcendos. Vlp. de rivis l. 1. ¶ Septum tranſvetſum à Mediciș, reiq; anatomicæ peritis appellatur, quód Græci vocãt *διάφραγμα*, quo partes vitales: hoc eſt, cor & pulmo, à naturalibus diſcluduntur: de cujus ſubſtantia, figura & uſũ vide plura ſuprà in dictione DIAPHRAGMA.

Sĕptĭŏsē, adverb. à ſepio. Obſcurè. [*σκοτεινῶς.* Gall *Obſcurement.* Ital *Oſcuramente.* Ger *Verborgentlich/ dunckel* Hiſp *Eſcuramento.* Pol. *Cziemno.* Vng. *Homalioſon.* Ang *Obſcurelie, darklie.*] Liv. Antiopa: Ita ſeptuosè dictio abs te datur quòd cautam agris ſapiens ægrè contulit.

Sēpīmentum, ti, n. ſ. Id dicitur quo aliquid ſepitur. [גדרה *ghedheráh. φραγμός.* Gall. *Cloſture de hayes* Ital *Intermezzat[illegible]* Ger. *Verzeünung.* Hiſp. *Seto ò ſoto, eſpinal.* Pol. *Pl'ot, opparkan[illegible] nie.* Vng.

nio. Vng. *Altal rekextð, kðx fal, anagy ſoueny.* Ang. *A hedge or enclosing with a hedge.*] Varr. 1. de Re ruſt. cap. 14: Primùm naturale ſepimentũ, quod obſeri ſolet virgultis aut ſpinis, quod habet radices vivæ ſepis. Cic. 1. de Leg Atq; hęc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit, differendi ratione, veri & falſi judicandi ſcientia.

Sepĭo, vide SEPES.

Sepĭă, æ, f. p. [σηπία. Gall. *Seiche.* Ital. *Sepa.* Ger. Ein Meerſpin oder Blackfiſch/der ein ſchwartzen ſchweiß von jhm leſt wañ man jhn fahen will/vnd ſich darein verbirgt. Hiſp. *Laxibia peſcado.* Ang. *A fiſhe called a cuttell.*] Genus piſcis, atrum cruorẽ dum ſe peti animadvertit, per aquam effundens, atq; ita piſcatoribus iter veluti præſepiens. Plin. lib. 9. cap. 29: Sepiarum generis mares varii & nigriores, conſtantiæq; majoris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur? at fœmina icto mare fugit. Ambo autem, ubi ſenſêre ſe apprehendi, effuſo atramẽto, quod pro ſanguine iis eſt, infuſcata aqua abſconduntur. Perſ. Satyr. 3: Sepiam pro atramento ſcriptorio poſuit, reſpiciens nimirum ad piſcis ejus ſanguinem, atramenti nigrorem referentem. Verba ejus ſunt hæc: Tum querimur, craſſus calamo, quòd pendeat humor, Nigra quòd infuſa vaneſcat ſepia lympha.

Sēpĭŏlă, diminutivum. Plaut. in Caſ. Emitto ſepiolas lepidas. *&c.*

Seplaſiarius, pro unguentario, & effœminato. Lampridius in Heliogabalo: Pinxit ſe ut cupedinarium, ut ſeplaſiarium, ut popinarium.

Sēpōno, nis, pen. prod. act. t. Seorſum pono, ſeparo, ſejungo, diſjungo. [אבד *atſál* אבד *atſár.* παρατίθω, ἀποτίθημι. Gall. *Separer, mettre à part, reſerver.* Ital. *Mettere da banda, ſeparare.* Ger. Abſeits ſich ſetzen oder legen. Bel. Terſyden leggen. Hiſp. *Poner à parte.* Pol. *Odkładam.* Vng. *El tezem, fel fele tezem.* Ang. *To put aſide, or a part, to lay a part.*] Cicer. in Orat. Vt ii qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent. Idem 3. de Orat. Vt alius aliam ſibi partem, in qua elaboret, ſeponeret. Horat. in Arte: Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto. Quint. lib. 12: In conſiliis verò, quæ ratio ſuadendi eſt, ab honeſti quæſtione ſepoſita eſt: id eſt, diviſa, ſeparata. Livius libro 1. ab Vrbe: Captivam pecuniam in ædificationem ejus templi ſepoſuit.

Sēpŏsĭtĭo, f. t. [ἀπόθεσις. Pol. *Odłożenie.* Vn. *Felðn, kwlðn tenés.*] Vlp. D. lib. ult. Tit. 2. l. 2: Si fortè qui decimam vovit, deceſſerit ante ſepoſitionem.

Sēpŏsĭtŭs, Remotus, disjunctus. [אבד *neetſál.* ἀπεκτεθαμμένος. Gall. *Mis arriere des autres, retiré, reculé & lointain.* Ital. *Tirato à dietro, allontanato.* Ger. Fern gelegen. Hiſp. *Apartado, puesto à parte.* Pol *Odłożony.* Vng. *Tauul valo.* Ang. *Put à part, reculed.*] Mart. lib. 1: Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara, Cæſar, Ex qua ſpectator non ſit in urbe tua?

Sēps, ſepis, m. t. σήψ, Parvus ſerpens, ex cujus ictu membra percuſſa putreſcunt: à σήπω, verbo Græco, quod eſt putrefacio. Nam quicquid momorderit, reſolvitur in putredinem. [Ger. Ein beſondere böſe Schlang/den Natern gleich. Pol. *Padalisec.*] Lucan. lib. 9: Oſſaq; diſſolvens cum corpore tabificus ſeps. Plin. libro 29 cap. 5: Lacerta quam hi Sepa, alii Chalcidem vocant. Auſon. An Lybiæ ferale malum ſit Romula vox, ſeps?

Sēptă, ſeptorum, vide Sepio in SEPES.

Septem, Numerale nomen notæ ſignificationis, à Græco ἑπτὰ deductũ, ſpiritu aſpirato in ſ, mutato, & vocali ultima in em. [שבעה *ſchibháh.* ἑπτά. Gall. *Sept.* Ital. *Sette.* Ger. Siben. Bel. Seven. Hiſ. *Siete en numero.* Pol. *Siedm.* Vng *Het.* Ang. *Seuen.*] Virg. 6. Aeneid. Necnon Threicius longa cum veſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Sēptāngŭlŭs, Dicitur quod ſeptem angulos habet. ἑπτάγωνος.

Septembĕr, m. t. Menſis ſeptimus à Martio, à quo Romani olim annum ſuum auſpicabantur. [תשרי *tiſchri.* μεμφακτηριών, σεπτέμβριος. Gall. *Septembre* Ital. *Settembre.* Ger. Der Herbſtmonat. Hiſ. *El mes de ſetiembre.* Pol. Wrzeſien. Vng. *Mihaly hava.* Ang. *The moneth of ſeptember.*] ¶ Aliquãdo ſumitur adjectivé. Horat. 1. Epiſt. 16: Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ, Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.

Sēptēmflŭŭs, a, um, Quod ſeptẽ alveis, rivis, aut fontibus fluit. [ἑπτάῤῥους. Gall. *Qui coule par ſept lieux.* Ital. *Che cola per ſete luoghi.* Ger. Das ſiben fluß oder furt hat. Hiſp. *Que corre por ſiete partes.* Pol. Wſiedmioro ciekaci. Vng. *Het foliamu.* Ang. *That floweth or ronneth in ſeuen places.*] Ovid. 15. Metam. Perq; papyriferi ſeptemfluа flumina Nili Victrices egiſſe rates.

Sēptēmgĕmĭnŭs, a, um, Quod ſeptem habet partes, ſive membra. [ἑπτάμοιρος. Gall. *Qui double en ſept.* Ital. *Che ha ſette parti à membri.* Ger. Das ſiben theil oder arm hat. Hiſp. *Coſa de ſiete doblezes.* Pol. *Siedm cześci maiaci.* Vngar. *Het reſzes.* Angl. *Seuenfold.*] Virgil. 6. Aeneid. Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

Sēptēmpĕdālĭs, le, om. t. Quod ſeptẽ pedes eſt longum. [ἑπταπόδαιος. Gall. *De ſept pieds.* Ital. *Longo di ſette piedi.* Ger. Sibenſchůhig Hiſ. *Luengo de ſiete pies.* Pol. *Naſiedmi ſtopach długi.* Vng. *Het labni.* Ang. *Seuen foote long.*] Plaut. Curcul. ibi nunc ſtatnã vult dare auream, Solidam faciundã ex auro Philippeo, quæ ſiet Septempedalis.

Sēptēmplĕx, cis, om. t. Quod in ſeptẽ partes diviſum eſt. [ἑπτάμοιρος. Gall *De ſept doubles, ſeparé en ſept parties.* Ital. *Sparto in ſette parti.* Ger. Gibenfach/oder das ſiben theil hat. Hiſp. *Coſa de ſiete doblexes.* Pol. *Siedmioraki.* Vng. *Het retwe.* Ang. *Seuenfold.*] Virgil 12. Aen. & clypei extremos ſeptemplicis orbes Per mediũ ſtridens tranſit femur. Ovid. 2. Triſt Solus ad ingreſſus miſſus ſemptemplicis Iſtri Parrhaſiæ gelido virginis axe premor.

Sēptēmvĭr, ri, ſicut Triumvir, à numero virorum: qui eo Magiſtratu fungebantur, dictum. Cic. 5. Philip. Iudicandumq; nullos Septemviros fuiſſe, nihil placere ratum eſſe quod egiſſent, aut quod ab iis actum diceretur.

Sēptēmvĭrālĭs, ſeptemvirale, Ad ſemptemviros pertinens. Liv. 4 belli Punici: Vt proditio pro Septẽvirali judicio eſſet, ſemperq; aliud ſentiret, infidus ſocius, vanus hoſtis, *&c.*

Sēptēmvĭrātŭs, us, pen. prod. Septemvirorum dignitas. Cic. 1. Philipp. Eundem in Septemviratu nónne deſtituiſti? intervenit enim.

Sēptēnārĭŭs, a, um: ut Septenarius numerus, qui cõſtat ſeptem rebus. [ἑπτάς. Gall. *Contenant ſept.* Ital. *Numero de ſette.* Ger. Die zaht von ſiben. Hiſp. *Numero de ſiete.* Pol. *Liczbá ſiedm wſobie maiaca.* Vng. *Het dologol allo.* Ang. *That conteineth ſeuen.*] Septenarius verſus, ἑπτάμετρος. Cic. 1. Tuſc. Nõ intelligo quid metuat, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

Sēptēmdĕcim, pen. corr. Numeri nomen indeclinabile, notæ ſignificationis. [δεκαεπτά, ἑπτακαίδεκα. Gall. *Dix ſept.* Ital. *Dieciſette.* Ger. Gibenzehen. Hiſp *Diez y ſiete.* Pol. *Siedmnaſcie.* Vng. *Tizen het.* An. *Seuentene.*] Cic. 7. Ver. En quod Tyndaritani libẽter prædicent, nos in ſeptendecim populis Siciliæ nõ eramus.

Sēptēnŭs, a, um, Septem. [שבעה *ſchibbáh.* ἑβδομος. Gall. *Sept.* Ital. *Sette.* Ger. Siben/je ſiben. Hiſp *Siete.* Pol. *Siodmi.* Vng. *Het.* Ang. *Seuen.*] Cic. 4. Ver. Et pueri annorum ſenũm, ſeptenumq; denũm. Senatorium nomen nundinati ſunt. Virgil. 5. Aeneid. Dixerat hęc, aditis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit. Propert. lib. 2. Eleg. 17: Non quia ſeptẽnas noctes ſejuncta cubaris.

Sēptennĭs, ne, Septem annorum: [ἑπταετής. Gall. *Qui a ſept ans, aagé de ſept ans.* Ital. *De ſetti anni.* Ger. Gibenjärig. Bel. Gevenjärich. Hiſp. *Coſa de ſiete annos.* Pol. *Siedmroczny.* Vng. *Chet eztendös.* Ang. *Of ſeuen yeares.*] pro quo legitur & Septuennis, & hoc ſeptuenne. Plaut. in Menęch. Poſtquã jam pueri ſeptuennes ſunt.

Sēptentrĭōnēs, m. t. Sunt ſeptem ſtellæ, ex quibus quaſi junctis Triones figurantur. [עש *haſch* ἄρκτος. Gall. *Septentrion, la partie ſeptẽtrionale oppoſite au midi.* Ital. *La parte ſettentrionale oppoſta à mezzo di.* Ger. Das Mitternächtiſch ſibengeſtirn/der Heerwagen oder Bär. Hiſp. *El norte.* Pol. *Woz niedzwiedzie.* Vng. *Gönczöl ſzekere.* Ang. *The north, or ſeuen ſtarres in the north.*] Scribit Varro *triones* ruſticorũ vocabulo boves vocari, quaſi teriones: hoc eſt, arandæ terræ, ac colendæ idoneos. Alii triones à ſitu dictos malunt, quoniam ita ſitæ ſunt, ut ternæ quæq; ſtellæ proximę inter ſe trigonon: id eſt, triquetram figuram cõſtituant, quam recentiores vocant *triangulum.* Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν: id eſt, plauſtrum dixerunt: noſtri à bobus junctis, *Septentriones* appellarunt. Ab his etiam ventus ſpirat, qui Auſtro objectus eſt: & Latinè Septentrio, & Septentrionalis ventus, & Septẽtrionarius: Græcè verò, quòd ab arcto fiet, *Aparctias* appellatur. Cic. ad Attic. li. 9: Ex ea die fuêre Septentriones venti.

Sēptēntrĭōnālĭs, pen. prod. adject. [ἀρκτικός. Gall. *Septentrional, du ſeptentrion.* Ital. *Settentrionale, di ſettentrione.* Ger. Mitnächtiſch. Hiſ. *Coſa de la parte del norte.* Pol. *Pol'nocżni.* Vng. *E zaki.* Ang. *Of the north.*] Vt Septentrionalis ventus, à Septentrione flans. Plin. lib 9 cap. 17.

Sēptĭēs, adverbiũ, Septem vicibus. [ἑπτάκις. Gall. *Sept fois.* Ital. *Sette volte.* Ger. Siben mal. Hiſp. *Siete vezes.* Pol. *Siedm razow.* Vng. *Hetzer.* Ang *Seuen tymes.*] Cic. 2. Philip. Vbi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat. Plin. lib. 16. cap. 40: Septies reſtituto templo.

Sēptĭfārĭam, Septem modis, ea forma qua multifariam. [ἑπτάχα. Gall. *Diuiſé en ſept.* Ital. *A ſette modi.* Ger Sibnerleyweiß Hiſ. *En ſiete maneras.* Pol. *Siedmiorako.* Vng. *Het keppen.* Ang *Seuen diuerſe wayes.*] Satra de Verborum antiquitate: In quod volumen unum eos ſectitavimus, & poſtea invenimus ſeptiſariam diviſum. Nonius.

Sēptĭmŭs, a, um, Vltimus, ſive unus ex ſeptem. [שבעי *ſchibbhé.* ἑβδομος. Gall. *Septieme.* Ital. *Settimo.* Ger. Der ſibent/einer auß ſibnen Hiſp. *Coſa ſetena en orden.* Pol. *Siodmi.* Vng. *Hetedik.* Ang. *Seuenth in order.*] Plinius li. 7. cap. 52: Vt tamen in ſeptimum & quinquageſimum, atq; centeſimũ vitæ duraret annum. Plaut. Pſeud. Aedes eſſe ſeptumas à porta.

Septĭmùm,

Sēptĭmùm adverb. Septimó. [שבעים *schibhim*, τὸ ἑβδομον, ἑπτάκις. Gal. *Pour la septieme fois, sept fois.* Ital. *La settima volta.* Ger. Zů ſibenden mal. Hiſ. *La ſietesa vez.* Pol. *Siedmim razem.* Vn. *Hetedzer* Ang. *Seuenthlie.*] ut Septimùm Conſul: ſicut & Secundùm Conſul. Cic. 3. de Nat. deor. Cur enim Marius tàm fœliciter ſeptimùm Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

Sēptīngēnārĭŭs, a, um, Quod ſeptingentorum numerũ complectitur: [שבע מאות *ſchebáh meoth*, ὁ ἑπτακοσιοστός. Gall. *De nombre de ſept cens, ſeptcentieme.* Ital. *Di ſettecento, ſettecenteſimo.* Ger. Das ſibenhundert hat. Hiſp. *De ſietecientos.* Pol. *Siedm ſeth wſobie maiacy.* Vng. *Het ſzazas.* Ang. *Of the nomber of ſeuen hundred.*] ut Septingenarius grex. Varr. 2. de Re ruſt. ca. 10: Septingenarii enim mei, tu octiagenarios habuiſti.

Sēptīngēntī, tæ, ta, pluraliter tantúm. [שבע מאות *ſchebáh meóth*. ἑπτακόσιοι. Gall. *Sept cens.* Ital. *Settecento.* Ger. Sibenhundert. Hiſp. *Sietecientos en numero.* Pol. *Siedm ſeth.* Vng. *Het ſzazom.* Ang. *Seuen hundred.*] Plin. lib. 35. cap. 2: Et M. Varro benigniſſimo invento inſertis voluminũ ſuorum fœcunditati nõ nominibus tantùm ſeptingentorum illuſtrium. Livius 3. bell. Pun. Caſilinum oppidum redditum Campanis eſt, firmatis ſeptingentorum militum de exercitu Annibalis præſidio.

Sēptīngēntēsĭmŭs, a, um, pen. cor. Vltimus, ſive unus ex ſeptingentis. [שבע מאות *ſchebáh meóth*. ἑπτακοσιοστός. Gal. *Septcentieme.* Ital. *Settecenteſimo.* Ger. Der sibenhundertiſt / oder einer auß ſibenhunderten. Hiſp. *Sietecientos en orden.* Pol. *Siedmiſethni.* Vng. *Het ſzazadik.* An. *The ſeuenhundreth.*] Liv. 3. ab Vrbe, in Proœm. Res eſt præterea & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

Sēptĭcōllĭs, Vrbis Romæ epitheton, à ſeptem collium numero impoſitum: [ἑπτάλοφος. Gall. *De ſept collines.* Ital. *Di ſette colle, ò montagnette.* Ger. Das ſiben Bühet hat. Hiſp. *De ſiete colinos.* Pol. *Mieſcze oſiedmi gorach.* Vng. *Het hegyue.* Ang. *Of ſeuen hilles.*] quorum nomina erant, Capitolinus, Palatinus, Quirinalis, Aventinus, Cælius, Viminalis, & Exquilinus.

Sēptŭāgīntā, Decies ſeptem. [שבעים *ſchibhim* ἑβδομηκοντα. Gall. *Septante.* Ital. *Settante.* Ger. Sibenzig. Hiſp. *Setenta en numero.* Pol. *Siedmdzieſiat.* Vng. *Hetuen.* Ang. *Seuentie or threeſcore and ten.*] Cic. 5. Verr. Vnus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta oratoribus inanior quum ſit.

Sēptŭāgēnŭs, a, um, Quanvis propriè ad diſtributivum numerum pertineat, ſæpè tamen idem ferè valet quod ſeptuaginta. [שבעים *ſchibhim* ἑβδομηκοστός, vel ἑβδομηκοντα. Pol. *Siedmdzieſiati.* Vng. *Hetuen.* Ang. *Seuentie.*] Plin. lib. 26. cap. 10: Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cujuſdam.

Sēptĭānă mala, σπληνικὰ μῆλα, Dicuntur à Septio Libertino, corũ primo inſitore, inſigni rotunditate prædita. Apud Columellam tamen lib. 5. cap. 10. Vnde Calepinus hæc ſe ſumpſiſſe profitetur, Sextiana poma legimus, non Septiana.

Sēptĭcŭs, a, um, σηπτικὸς, Putrefactivus, ἀπὸ τῦ σήπειν, quod eſt putrefacere. Vnde & σήπλαν dicũtur medicamenta quæ putrefaciendi vim habent. Plin. lib. 28. cap. 9: Quin & ſanguis eorũ ſepticam vim habet.

Sēptūnx, cis, m. t. Menſura, vel pondus ſeptem unciarum: hoc eſt, aſſis partes ſeptem. [ἑπτάγκιον. Gall. *Sept onces.* Ital. *Sette onze, ò ſette parti di dodeci.* Ger. Siben theil eines dings das in zwölffe abgetheilt wirdt. Hiſp. *Siete partes de doze.* Pol. *Siedm vncei.* Vng. *Het lot.* Ang. *Any weight of ſeuen ounces.*] Vnde & in agri menſuris ſeptunx dicitur qui continet ſemijugerum, & jugeri partẽ duodecimam. Colum. lib. 5. cap. 1: Pars dimidia, & una duodecima, pedes ſexdecim millia & octingẽtos: hoc eſt, ſeptunx, in quo ſunt ſcrupula CLXVIII. ¶ Accipitur etiam ſeptunx pro ſeptẽ cyathis vini. Solebant enim veteres, quando ſe paulò liberiùs invitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in amaſiorum, amicarúmve nominibus: ſingulosq; cyathos appellabant uncias. Mart. lib. 8: Si Telethuſa venit, promiſſaq; gaudia portat, Servabor dominæ Rufe triente tuo, Si dubia eſt, ſeptunce trahar: ſi fallit amantem, Vt jugulem curas, nomen utrunq; bibam. Tale eſt illud ejuſdem poëtæ lib. 11: Quincunces, & ſex cyathos, beſſemq; bibamus, Cajus ut fiat Iulius, & Proculus. Quincunces ait: id eſt, quinque cyathos: beſſem: id eſt, cyathos octo. In Cajus enim quinq; ſunt literæ, in Iulius ſex, in Proculus octo. Idem lib. 1: Nævia ſex cyathis ſeptem Iuſtina bibatur, Quinq; Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus: Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno, Et quia nulla venit, tu mihi Somne veni.

Sēptūncĭālĭs, le, om. t. Quod eſt unciarum ſeu partium ſeptem. [ἑπτουγκιαῖος. Gall. *De ſept onces.* Ital. *Di ſette onze.* Ger. Das siben theil hat eines zwölfftheiligen. Hiſp. *De ſiete oncas.* Pol. *Siedm l'otowi.* Vng. *Het lottos.* Ang. *Of ſeuen ounces.*] ut Septuncialis ſatio, qua ſeritur ſemijugerum, & duodecima jugeri pars. Colum. lib. 2. cap. 10: Media ſementi pars ſeri, & pars ultima debet, quæ ſeptuncialis ſatio dicitur.

Sēptŭōsē, Vide SEPTES.

Sēpŭlcrum, Sepultura, Vide SEPELIO.

Sēpum, Vide SEVVM, & SEBVM, ſtinc.

Sequax, Sequela, Vide SEQVOR.

Sĕquēstĕr, ſtris, ſtre: & hic & hæc Sequeſtris, & hoc Sequeſtre, & Sequeſter, ra, rum, Apud quẽ plures rem aliquã, de qua cõtroverſia eſt, depoſuerũt, ut inquit Modeſtinus de verb. ſign. [παραθηκοφύλαξ, μεσέγγυος. Gall. *Gardien de biens ou depoſitaire en juſtice, ſequeſtre.* Ital. *Chi ha in depoſito danari d'altri, intromeſſo.* Ger. Ein Mittelmann / hinder welchen zwo partheyen etwas gelegt haben darumb ein ſpan iſt / ein Scheidmañ / Vnderhandler. Hiſp. *El tercero, aquel en qui en ſe reponen los rehenes ò prendas en terceria.* Pol. *Roziemcza rzeczy ſpornei, na ktorego rozſatku obie ſtronie przeſtawaią, poruwnywacz.* Vng. *Közbiro, az kiremind ket fel haggia magat.* An. *A ſollicitour, or atturney in the law, an indifferent man betwene two parties.*] Dictus (ut docet Gell. lib. 20. cap. 10.) quòd ejus qui electus ſit, utraq; pars fidẽ ſequatur: eſt enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ſeponitur. Quapropter Virg. lib. 11: Pacem ſequeſtram, inducias appellavit, quòd mediæ ſint inter bellũ prætetitum & futurum: Bis ſenos (*inquit*) pepigêre dies, & pace ſequeſtra Per ſylvas Teucri, miſtiq; impunè Latini Erravêre jugis. Sequeſter (inquit Aſconius) apud quẽ pecunia deponitur. ¶ Tribuum quoq; corrumpendarũ conductor, Sequeſter dicebatur: quod etiam annotavit Budæus: Sequeſtri, *inquiens*, verbo Oratores pro iis interpretibus utuntur, qui judiciis corrumpendis, aut ejuſmodi maleficiis ſuſcipiendis operam ſuam locant. Cic. 2. Verr. Moneo, prædico, antè denuntio, qui aut deponere, aut accipere, aut recipere, aut polliceri, aut ſequeſtres, aut interpretes corrũpendi judicii ſolent eſſe: quiq; ad hanc rẽ aut potentiã, aut impudentiã ſuam profeſſi ſunt, abſtineãt in hoc judicio manus, animosq; ab hoc ſcelere nefario. Idem pro Cluent. Quo ſequeſtre in illo judice corrumpendo dicebatur eſſe uſus. ¶ Sequeſter apud Quintilianum eſt, qui à litigatore doctus, docet patronum: is enim ait lib. 12. cap. 8: Quomodo autem ſequeſter ille, & media litium manus, *&c.*

Sĕquēstro adverbium, Apud ſequeſtrem: ἐπὶ μεσεγγύῳ. ut Pecuniã tequeſtrò deponere: hoc eſt, in manibus ſequeſtris, donec ſententia deciſum fuerit cujus eſſe debeat. Sequeſtrò ſe ponere, dixit Cato, pro eo quod eſt ſeſe ſeparare ab eo cũ quo antea fueris conjũctus. Nolite (*inquit*) per Deum immortalẽ vos ſequeſtrò ponere. Hinc S. queſtropoſitus, a, um, quicquid apud ſequeſtrũ poſitum eſt. Differt autem res ſequeſtropoſita à Depoſito, quòd rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet unà cum poſſeſſione, at ſequeſtropoſitæ poſſeſſio ad ſequeſtrum tranſit. Id enim agitur ea diſpoſitione, ut neutrius poſſeſſioni id tempus procedat. Horom.

Sĕquestro, ſequeſtras, apud ſequeſtrem depono. Vnde ſequeſtrata res dicitur. Interdum ſequeſtrare eſt ſeparare. ἀπαγορεύειν.

Sĕquēstrārĭŭs, adject. ut Actio ſequeſtraria. Pompon. in l. ſi in agro. §. Cùm ſequeſtre. ff. depoſiti, vel contrá.

Sĕquŏr, ſequeris, ſequutus, d. t. à Seco deductum eſt verbum commune, ſecundum Priſcianũ. [הלך אחר *halách achár* רדף *radhaph* ἕπομαι, ἀκολουθέω. Gal. *Suyure.* Ital. *Seguire, ſeguitare.* Ger. Folgen / nachfolgen. Bel Volgẽ. Hiſ. *Seguir.* Pol. *Naſladuie.* Vn. Követem, vtanna megyek. An. *To follow.*] Plaut. in Amph. Sequere hâc igitur me. Teren. And. funus interim procedit, ſequimur, ad ſepulcrũ venimus. Cic. 1. Offic. Neq; enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam ſequi quod aſſequi nõ queas. Virg. 1. Aeneid. Hos tota armenta ſequuntur A tergo & longum per valles paſcitur agmẽ. Sequi amicum, eſt facere quod amico placet, & obtemperare illi. Cicero de Amicitia: Vt nequis conceſſum putet, amicũ bellum patriæ inferentem ſequi. Sequi conſuetudinem, eſt facere ſecundum cõſuetudinem. Plin. epiſt. 30: Tu ergo, *inquit*, quam cõſuetudinem ſequeris? ¶ Sequi fidem alicujus. Cic. 2. de Divinat. Quòd fidẽ ſecutus, amicitiamq; pop. Rom. functus ſit officio. ¶ Sequi ſuam fortunam, eſt ſucceſſu, & occaſione fortunę uti. Sequi naturam ducem, facere quemadmodũ natura nos inclinat. Sequi verbum aliquod, eſt ſummæ dictionis cuti inſiſtere, omiſſa interim ſententia. ¶ Hujus compoſita ſunt, aſſequor, conſequor, exequor, inſequor, obſequor, perſequor, ſubſequor, pediſequus, & pediſequa: de quibus ſuis locis.

Sēquūtŏr, oris, m. t. Qui præcũtem ſequitur. [הלך אחר *holéch achár* רדף *rodhéph*. ἀκολουθῶν. Gall. *Qui ſuit.* Ital. *Seguitatore.* Ger. Der nachfolger. Hiſp. *El que ſigue ò va tras otro.* Pol. *Tenktori mnie naſladuie.* Vng. Követő, vtanna menő. Ang. *He that followeth.*] ¶ Sequutores item inter gladiatores dicuntur, qui adverſus retiarios pugnabant, alio nomine mirmillones dicti. Vtitur hac voce Suetonius in Caligula.

Sĕrvĭo, vis, vivi, vitum, n. q In servitute sum, in alicujus manu & dominio sum, domino ministerium exhibeo. [עבד *habádh.* δουλεύω. Gall. *Seruir.* Ital. *Seruire.* Ger. Dienen. Hisp. *Seruir.* Pol. *Służe.* Vng. *Zolgalok.* Ang. *To serue, to do seruice to any.*] Plaut. in Menæch. Propterea heri imperium exequor benè, & sedulò servio. Propertius lib. 3. Eleg. 24: Quinq, tibi potui servire fideliter annos. Horat. 1. Epist. 10: Sic qui pauperiē veritus, potiore metallis Libertate caret: dominū vehet improbus, atq; Serviet æternum: quia parvo nesciat uti. ¶ Dicitur etiā de iis, qui alli alicui rei ita mancipati & dediti sunt, ut dominis servi. Ovid. 2. Amor. Eleg. 17: Siquis erit, qui turpe putet servire puellæ, &c. Interdū idem quod obtemperare, seu morem gerere. Cic. in Catil. Qui aliorum amori flagitiosissimè serviebat. ¶ Servire rei, est rei augendæ incumbere. Terentius Hecyr. Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei serviens. Cic. pro Sext. Roscio: Rei familiari maximè servire, & in prędiis colendis operæ plurimum studiiq; consumere. ¶ Servire item prædia dicuntur, quæ servitutem debent. Cicero de lege Agraria contra Rullum: Capite hoc prædia omnia, quæ serviebant, nō servient. Idem de Orat. Quum Marcus ædes Auratæ vendidisset, neq; servire quandam partem ædium in mancipii lege dixisset. ¶ Servire posteritati, valetudini, honori, dignitati vel commodis, est eorum rationē habere. Cic. 3. Tusculan. Optimus quisq; posteritati servit. Idem Tironi lib. 16. Epistol. Sed indulge valetudini tuę, cui quidem tu, dum mihi deservis, serviſti non satis. Idem Quint. Fratri: Consulere populi cōmodis, & utilitati ejus salutiq; servire. ¶ Servire tēpori, est sese tempori accommodare. Cicero pro Sext. Sed agam moderatè, & huic tempori serviā potiùs, quàm dolori meo. Servire scenæ, idem quod servire tempori, & se præsentibus hominum moribus accommodare: quæ metaphora tracta est ab iis, qui in orchestra cantu, vel gestu, histrionibus in scena fabulam agētibus subserviebant. Cicero Bruto: Ac mihi tum, Brute, officio solùm erat, & naturæ, tibi nūc populo, & (ut dicitur) scenæ serviendum est. ¶ Servitus, impersonale. Cic. 1. Offic Primùm, ut necui no eatu: deinde ut communi utilitati serviatur. Martialis lib 2: Non bene (crede mihi) servo servitur amico. ¶ Servibo, in futuro Plautus Menæch. Tanquam si emeris me argento, liber servibo tibi. ¶ Hujus compositа sunt Asservio, Deservio, Inservio, Reservio, Subservio: quorum significata explicātur suis locis.

Sĕrum, ri, pen. cor. n. s. Pars lactis aquea à caseosa parte separata. [ὀρός Gall. *Lasct clair, mesgue.* Ital *Scolo di latte.* Ger *Käßmolcken.* Hisp. *El suero, agua de la leche.* Pol. *Serwatka.* Vng *Sauo.* Ang *Wheie of milk.*] Virg. 3. Georg. -acrēq; molossum Pascē sero pingui. Ovi. 4. Fastor. Dērq; viā liquido vimina rara sero.

Sērŭs, a, um, Tardus. [מאחר *meachér* χρόνιος. Gal. *Tardif* Ital. *Tardo.* Ger *Spat/langsam* Bel. *Spade.* Hisp *Tardio.* Pol. *Pozni, nierichl'y.* Vng *Kesedelmes, keßö.* An *Late, that is long a comming.*] Mart. lib. 1. Sera nimis vita est crastina, vive hodie. Hinc Col. l. b. 1. comparativum formavit: Sationes (*inquit*) ejus duas servamus, alteram maturam per mediam semeatem, seriorē alteram mense Februario. Plin. lib 15. cap. 15: Patrię cognomina habent seriſſima omnium Amerina ¶ Aliquādo ponitur pro gravi, tristi, & magno. Salust Serum bellum in angustiis futurum. Virg. 5. Aeneid. Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates. ¶ Serus conviva Tonantis, qui serò moritur. Mart lib 8: Esse velis, oro, serus conviva Tonantis. Serum lumen, est, nocti vicinum. Virgil. 1. Georg Illic sera rubens accendit lumina Vesper Seræ frondes, dicuntur serò cadentes. Idem 2. Georg. Et jam olim seras posuit quum vinea frondes.

Sērō, adverbium, Tardè [ὀψέ. Gall *Au soir, tard, trop tard.* Ital. *Tardamente, tardi, di sera* Ger Spat. Bel. Spade His. *Tarde* Pol. *Pozno.* Vng. *Kesen.* Ang *Latelie, in the euen or euening.*] Cicer de Clar Orat. Eloquentia serò prodiit in lucem Idem lib. 1. Epist. Longè absum, audio serò. ¶ Aliquando significat vesperè: hoc est, post occasum, atq; hęc est ejus vera significatio, inquit

Valla

Valla lib.4. Cic. Attico: Eo die alter Consul venit serò. ¶ Aliquando post tempus quæ significatio tracta est ex superiori: quòd enim post Solis lucē est, id verè post tempus dici potest. Ovi. E. de Remed amor. Principiis obsta, sero medicina paratur, Cùm mala per lōgas invaluēre moras. Autor ad Heren. lib. 1. Serò, atq; actō negotiō venisti. Sic etiam Cicero: Quū accusator Milonis identidē interrogatus persisteret, quo tempore Clodius esset occisus, ut hanc responderit: Serò respondit: iudens nimirū in vōcis ambiguitate. Nam quū illud videretur dicere, Vesperi Clodium fuisse occisum: illud potiùs voluit significare, seriùs quàm oportuerat, fuisse interemptū. ¶ Hinc seriùs comparativū: id est, tardiùs. Cic. in Catil. Hoc seriùs à me factum est. Et Serissimè, tardissimè. Plin. lib. 15, cap. 17: Tarentina serissimè legi.

Sērōtīnŭs, a, um, pen. cor. à serò, Vespertinus. [ὀψιμος. Gall. Du soir, tardif. Ital. Di sera, tardi. Ger. Das spat ist. Bel. Spadech tig/Spade Hisp. Cosa tardia ò pertenesciente à la tarde. Pol. Wieczorni. Vng Kesō, estueli An. Of the euen or euening, late.] Hora serotina, tempus serotinū. ¶ Aliquando ponitur pro Tardus: ut poma serotina, quę post legitimū tempus, vel tardiùs cęteris matureſcunt. Colum. lib. 3: Locis frigidis, & autumni temporibus aquosis, præcoces serito, &c. locis hybernis serotina serito. Idem li. 8. cap. 5: Item serotini pulli, quia ab solstitio nati capere justum incrementum non potuerunt.

Sērum, ri, pen. prod. substantivum, n. s. significat extremam partem diei. [ערב hereb, δείλη, ὀψία, ἑσπέρα. Gall. Le soir. Ital. Sera. Ger. Der abend. Bel. Den avont. Hisp. La tarde. Pol. Czas wieczorni. Vng. Estue. Ang. The euen or last part of the day.] Livius: Erat jam diei serū. ὀψὲ δὲ τῆς ἡμέρας. Suetonius in August. Nec multò pòst, navali prælio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, ut in navi victor pernoctaverit: id est, in horam vespertinam. Liv. li. 10. ab Vrbe: Extrahebaturq; in quàm maximè serum diei certamen.

Servus, Vide SERVO.

Sesămă, mæ, f. p. sive Sesamum, mi, n. s. [σήσαμον. Ger. Ein samē wird Sisamum in den Apotecken genannt.] Frugis genus, à Plinio Frumenti, à Columella leguminum generibus annumeratū. Culmum habet ferulaceū, foliis sanguineis, semine candido, infra magnitudinem lini, quod vasculis, ut papaver, continetur, radice simplici & alba. Officine *sisamum*, Itali hodie *jugiolinam* appellant. Plin. lib. 18. cáp. 10: Aestiva frumenta diximus sesamam, milium, panicum. Colum. lib. 2. cap. 10: Sesama, quæ rigantur maturiùs, &c.

Sēsămĭnŭs, adject. ut Sesaminū oleū, de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

Sesămis, idis, σησαμὶς, Placētæ genus, ex sesamo & crudo melle confectum, quod & σησαμοῦντα Græci appellāt. Vide Galen. lib. 1. de Aliment. facult.

Sēsămŏīdēs, dis pe. prod. [σησαμοειδὴς. Ger. Ein vnbekañt kraut purgiert wienteſwurtz.] Herba est ex ellebori generibus, similis senecioni, aut ruscō. Longo folio, flore candido, radice gracili, ignava, semine gustu amaro, cætera sesamo similis, unde & nomē accepit. Nascitur in Anticyra insula, purgationibus utilissimum. Vide Plin. lib. 22. cap. 25.

Sēscūnx, cis, m. g. & Sescūcia, ciæ, f. p. Vnciam significat, & unciæ dimidium, ut aut Bud. [ἡμιούγγιον Gall. Vne once & demie. Ital. Vn' onza e mezza. Ger. Drey tod. Hisp. Vna onca y media de peso. Pol. Pol'tora l'ota. Vng Hat lot Ang. An vunce and an half] Colum. lib. 12. cap. 57: Laseris radicis, quod σίλφιον Græci vocant, sescunciam.

Sēscūncĭālis, le, Quod pondus aut mensuram habet sescūciæ. [ὁ μιᾶς ἡγησίας ἢ ἡμίσεως ὢν, ὁ ἢ δωδεκάδραχμος. Gall. Contenant vne once & demie. Ital. Di vn' onza & mezza. Ger Anderthalb vnzen dick oder schwār. Hisp. De vna onca y media. Pol. Wazni na pol'tora l'ota. Vng. Hat lotos, fontos. Ang Of an ounce and an half.] Plinius lib. 13. cap. 15: Tota crassitudine sescuntiali.

Sescuplum, sive Sesquiplum, Quod numerum, pondus, aut mensuram totam in se continet, & præterea ejus dimidium, ἡμιόλιον. Sic Senarium dicimus esse sescuplum quaternarii, & semissem quadrantis.

Sēsēlis, fœm. gen. sive Seseli, neutro, [σέσελι. Ger. Ein kraut von welchem der samen in den Apotecken Silermontanum genēnt wird: mag Steinkümich geheissen werden/wachst in den steinechtigen hohen Bergē. Pol. Sml'od czarny.] Herba est folio fœniculi, sed crassiore, semine quoq; non absimili, sed callosiore & hebetiore, capite anethi: in quo granum habet oblongū & angulosum: & quū estur, acre: radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum *Saxifragam majorem* appellat. Cic. 2. de Nat. deor. Paulò ante partum cervæ se purgant quadam herbula, quæ Seselis dicitur. Dioscorides quatuor facit seselis genera. Massilioticum, Aethiopicum, Peloponnesiacum, & Creticum.

Sēsquī, Tantūdem, & ejus dimidium: qua voce non modò in compositione utimur, ut sesquialtera, sesquimodius: verum etiam extra compositionē. [ἡμι. Gall. Autant & moitié d'auantage. Ital. Altretanto è la metà. Ger. Anderthalb. Hisp. Otrotanto y la meytad. Pol. Pol'drugiego, pol'tora. Vng. Mas fel anny. Ang. As much and the half more.] Cicero de Perf. Orat. Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem, ita fit æqualis dactylus, duplex jambus, sesquiplex pæon.

Sēsquĭāltĕră proportio, Quæ quantitatem aliquam in se continet, & ejus dimidium. [ἡμιόλιος. Gal. Contenant vne fois & demie autant. Ital. Vna parte piu grande la meta che l'altra. Ger Die vergleichung da ein ding das ander anderthalb mal in sich haltet. Hisp. Vna vez y media. Pol. Poltrzeciego. Vng. Mas fel anny. Ang Conteyning ones and half asmuch.] Cicero de Vniver. Sesquialteris autem intervallis, & sesquitertiis, & sesquioctavis sumptis ex his, &c.

Sēsquĭcŭlĕātŭs dolium, Quod culei mensuram continet, & dimidii. ἡμιόλιον κάλλεον δεχόμενον. Colum lib. 12. cap. 18: Sunt aūt satis sesquiculearibus doliis picis duræ pondo vicenaquina.

Sēsquĭhorā, f. p Vna hora cum dimidia. [ἡμιώριον. Gall. Vne heure & demie Ital. Vn' hora e mezza. Ger. Anderthalbe stund His. Vna hora y media. Pol. Pol'torei godzini. Vng. Mas fel ora. Ang. An houre and a half.] Plin. Epist. 84: Egerā horis tribus & dimidia, supererat sesquihora.

Sēsquĭjŭgĕrum, pen. corr. n. s. [ἡμιπλέθριον. Gall. Vn demi arpent, & la moitié d'vn demi arpent. Ital. Vn campo, e mezzo. Ger. Anderthalb juchart. Hisp. Vna huebra de tierra y media. Pol Pol'tora zagonu. Vng Masfel hold. Ang An aker and a half.] Plin. li. 28. cap. 19 Iterari sesquijugerum.

Sēsquĭlībră, Vna libra cum dimidia alterius. [ἡμιλίτριον. Gal. Vne liure & demie. Ital. Vna libra e mezza. Ger. Anderthalb pfund. Hisp. Vna libra y media. Pol. Pol'tora funta. Vng. Mas fel fone. Ang. A pound weight and a half.] Columella libro 12. capite 36: Sat erit autem rorismarini sesquilibram in duas musti adjicere.

Sēsquĭmēnsis, Vnus mensis cum dimidia parte alterius. [ἡμιμήνιον. Gall. Vn mois & demi. Ital. Vn mese e mezzo. Ger. Anderthalber Monat. Hisp. Vn mes y medio. Pol. Pol'tora miesiaca. Vng. Mas fel holnap. Ang. A moneth and a half.] Varro li. 1. de Re rust. cap. 27: Annus est divisus in quatuor partes, & idem subtilius sesquimensibus in octo.

Sēsquĭmŏdĭus, m. s. Qui continet unum modium cum dimidia parte alterius. [ἡμιμεδίμνου. Gall. Vn muy & demi. Ital. Vn mozzo e mezzo. Ger. Anderthalber sester. Hisp. Vn celemin y medio. Pol Pol'tora korcza. Vng. Mas fel veka, kóból. Ang. A bushell and a half.] Varro lib 1. de Re rust cap. 42: Vt nuces integras, quas uño modo comprehēdere possis, quòd putamina suo quæq; habent loco natura composita, quum eafdem si fregeris, ut sesquimodio concipere possis.

Sēsquĭŏbŏlus, Obolus cum dimidio. [ἡμιωβόλιον. Gall. Vne obole & demie. Ital Obolo e mezzo. Ger Anderthalber heller Hisp. Vn obolo y media. Pol Pol'tora piemadza. Vng Mas fill filler Ang. A farthing and a half] Plinius lib. 25. cap. 8: Dejectoq; quod supernatat, reliquus succus purgat, utraq; parte sesquioboli in aqua mulsa.

Sēsquĭoctāvus, Octavam rei alicujus partem in se continens, & ejus dimidium. ὁ ἐπόγδοος. Cic de Vniver. In primis intervallis sesquioctavi intervallo sesquitertia omnia explebat.

Sēsquĭŏpĕrĭă, f. p. Opera diei unius, & dimidiati. [τὸ ἔργον ἡμιόλιον. Gall. Vne iournee & demie d'œuure. Ital Vna giornata e mezza di opera. Ger Anderthalb tagwerck Hisp Huebra d'vn dia y medio. Pol. Praca pol'drugie godziney. Vng. Mas fel napi munka. Ang. An iournay and a half.] Col lib. 2. cap. 13: Fabæ occantur sesquiopera, iterum farriuntur una opera.

Sēsquĭpēs, pen. cor. m. t. Mensura unius pedis & semissis. [πεντεμιπόδιον. Gall. Vn pié & demi. Ital. Vn piede e mezzo. Ger Anderthalb schuh. Hisp. Vn pie y medio de medida. Pol. Pol'torej stopi. Vng. Mas fel labni Ang. The measure of a foote and a half.] Columb. lib. 3. cap. 13: Nisi tamen si scaturigo palustris obvia (sicut in agro Ravennate) plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Martialis lib 8: Summa Palatini poteras æquare Colossi, Si fieres brevior Claudia sesquipede.

Sēsquĭpĕdālis, le, om. t. [ὁ τῶν ποδῶν ἡμιόλιος. Gall D'vn pié & demi. Ital. Di vn piede & mezzo. Ger. Anderthalb schúhig. Hisp. De vn pie y medio Pol. Szeroki napol'torej stopi. Vng. Mas fel labni. Ang. Of a foote and a half.] Cato cap. 10: Sesquipedalis paries. Plin. lib 7. cap. 16: Sesquipedales quosdam gigni longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. ¶ Sesquipedalia verba: id est, gravia & turgida, qualia Tragicis poëtis solent esse familiaria. Horat. de Arte: Projicit ampullas, & sesquipedalia verba.

Sēsquiplum, sive sesquiplex, Sesquialterū, ἡμιόλιον. Vt quum dicimus senariū esse sesquiplum quaternarii: cōtinet enim eum totum, & insuper dimidiā ejus partem. Budæus. Cic. in Orat. Ita fit æqualis dactylus, duplex jambus, sesquiplex pæon. Et paulò pòst: Modus aut duplex, aut sesquiplex, aut par.

Sēquĭtērtĭus, vide paulò antè in Sesquioctavus.

Sessĭlis, Sessio, Vide SEDEO.

Sessimonium, nii, n.s. Est templum & sedes: deduciturq; à sessu vel sede, ut à merce mercimonium. Vitruv. Suspectus habent in deorum sessimonio: id est, in deorum ædificandis templis & sedibus statuendis: ac sessimonium dici videtur, ut τὸ ὦν Græcé.

Sestāns, tis, sive Sextans, m.t. Sexta pars assis: hoc est, unciæ duæ. [ἑκτημόριον. Gall. *Deux onces.* Ital. *La sesta parte d'vna libra, cio è due oncie.* Ger. Der sechste theil eines dings/zwey theil eines gantzen/das zwölff theil hat. Hisp. *Dos vncias de peso.* Pol. *Dwie vncie, szosta część całości.* Vng. *Egy penznek hatod resze.* Ang. *Twoo ounces.*] Plin. lib. 26. cap. 11: Prodest & vino myrteo fovere: menthæ sestans, vivi sulphuris uncia. ¶ Est item sestans, numulus æreus, tertia parte minor quadrante. Liv. lib. 2. ab Vrb. Extulit eum plebs, sextantibus collatis in capita. ¶ Nonnunquam etiam mensura continens sextam partem jugeri. Varro 1. de Re rust. cap. 10: Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in succisivum esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad jugerum pervenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo.

Sēstāntārĭus, a, um, Quod habet pondus aut mensurā sestātis, ἑξάγιος. Plinius lib. 33. cap. 3: Constitutumq; ut alles sestantario pondere ferirentur.

Sēstertĭus, sestertii, m.s. σησίγενος. Apud Romanos moneta erat argentea, valens quartam partem denarii argĕtei: hoc est, (ut ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigamus) decem denariolos turonicos & semissem. Hic alio nomine numus dicebatur. Interdum utrunq; conjungentes, numum sestertium vocabant. Dictus est autem sestertius, quasi semis tertius, eò quòd in se cõtinebat asses duos, & tertium dimidiatum. Notaturq; apud veteres per geminum LL, qua nota duæ libræ, sive dupondius: & per S, qua semissis sive dimidia libra significabatur. Hæ tres literæ transversa interveniẽte linea postea ad hunc modum sunt conjunctæ H-S. Veteris consuetudinis fuit, ut Semis in compositione antè poneretur: ut Semisquartus, Semisquintus, Semistertius: unde sublatis duabus literis, dictus est Sestertius: Est autem compositio Attico more facta Illi enim ἑπτὰ ἡμισυ τάλαντα: hoc est, septem semitalenta dicebant. ¶ Sestertium autem in neutro genere, & in plurali numero sestertia, singula valebãt mille numos sestertios. Habetq; sestertium in neutro genere eandem proportionem ad libram Romanam, quæ & mina, & pondo dicitur, quam numus sestertius ad assem; hoc est, ad libram æris gravis. Continent enim singula sestertia in se duas libras Romanas & semissem. Singulæ autem libræ drachmas, vel denarios centũ: hoc est, sestertios quadringentos. Duæ itaq; libræ & dimidia, ut clarum est, valebãt sestertios numos mille: idq; uno nomine sestertium dicebant in neutro genere. Decem ergo sestertia valebant decem millia numorum sestertiorum. Quòd si hunc numerũm per adverbium extuleris ad hunc modum, Decies sestertiũm, jam reddideris hanc summam centuplo majorem. Idem enim est dicere Decies sestertiũm, quod Decies centena millia numorum sestertiorum. Vide Budæum de Asse, diffusiùs hac de re tractantem. ¶ Est etiam sestertium, genus veli triplici licio texti, ut tertium filum duobus impar sit. Suet. in Aug. Ita ut in extremis spatiis subsultim discurreret, sestertio vel lodicula involutus.

Sēstērtĭŏlŭs, diminutivum, vel Sestertiolum, Cum accentu in antepenultima. Martialis li. 1: Sed sestertiolum donavit mentula Phœbo Bis decies, &c.

Setæ, arum, f.p. Dicũtur pili crassiores, rigidiq; atq; erecti, quales sues habent. [שערים *seharim.* τρίχες. Gall. *Soye ou posil comme de pourceau.* Ital. *Sede, setole.* Ger. Borstbar/burst. Bel. Borsteten. Hisp. *Las sedas, como de puercos.* Pol. *Szczeciny.* Vng. *Serte.* Ang. *Bristles orbig ge heares.*] Vnde dicrę sunt setę, quasi suetę. A` quo & suo, suis deducitur. ¶ Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. Cic. 5. Tusc. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appẽsum demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Ovid. 8. Metam. Protinus exuvias rigidis horrentia setis Terga dat. Setæ Leonis. Cicero 3. de Orat. Oculos autem natura nobis, ut equo, & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Sētĭgĕr, setigera, setigerum. Quod setas gerit. [χαίτην ἔχων, φερεχαίτης. Gall. *Qui a de la soye sur le dos.* Ital. *Porta sede porta setole.* Ger. Der borst hat. Hisp. *Lo que trahe ò tiene sedas.* Pol. *Szczecinisty.* Vng. *Serte hordozo.* Ang. *That hath bristles.*] Mart. lib. 13: Qui Diomedeis metuendus setiger agris, Actola cecidit cuspide, talis erat. Ovid. lib. 8. Metam. Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas, Nec jaculis isset, nec equo loca pervia sylvas. Virgil. 12. Aeneid. Setigeræ fœtum suis, intonsamque tridentem Attulit.

Sētōsŭs, sa, sum, Quod est setis plenum. [שעיר *sahir.* λαχνώδης.

Gall. *Qui a force soye.* Ital. *Sedoso, pieno di sede, pieno di setole.* Ger. Burstechtig/voll borsthar. Hisp. *Lleno de sedas.* Pol. *Pełen szczeciny.* Vng. *Sertes.* Ang. *Full of bristles.*] ut, Setosum animal. Plinius lib. 8. cap. 45: Torva fronte, auribus setosis. Virgil. 7. Aeglog. Setosi caput hoc apri tibi Delia parvus, Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi. Propertius lib. 4. Eleg. 1: Verbera Pellitus setosa movebat arator.

Setanum, Setanium, Vide SISANION.

Seu, Disjunctiva particula, qua jungimus ea, quorum alterũ, nõ utrunq; affirmamus. [ἤ. Gall. *Ou, ou bien, soit que.* Ital. *Ouero.* Ger. Oder. Hisp. O. Pol. *Albo.* Vng. *Vagy.* Ang. *Or.*] Plaut. in Trinum. Hæc sunt, seu rectè, seu perversè facta sunt, egomet fecisse Confiteor.

Severiana pyra, à Severo insitore dicta: quorum meminit Plin. lib. 15. cap. 15.

Sĕvērus, ra, rum, pe. prod. Gravis, tetricus, tristis, asper. [קשה *kaschéh.* δύστροπος, σεμνός. Gall. *Seuere, rigoureux, rude.* Ital. *Seuero, graue.* Ger. Rauch vnd streng/ernsthafftig. Bel. Strenge/rou/stuer/wreet. Hisp. *Graue y riguroso.* Pol. *Srogi, ostry, straszny.* Vng. *Kemeny tekintetwe, meltosagos zemeliwe.* Ang. *Seuere, cruell, rigorous, rough.*] ut, Severi agricolæ, apud Lucretium lib. 5. Severus autor. Plin. lib. 11. cap. 5. pro gravi, & cui maximè sit fidendum. Virgil. 8. Aeneid. Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; severis. Terentius Heavt. Sed ipse egreditur, quàm severus, rem quum videas, censeas. Cic. 2. Verr. L. Cassius ex familia tùm ad cæteras res, tùm ad judicandum severissima. Cic. 3. Offic. Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè severus in filium. ¶ Aliquando activè accipitur pro eo quod horrorem aspectui incutit. Virg. 3. Georg. Invidia infœlix Furias, amnemq; severum Cocyti metuet.

Sĕvērē, adverbium, Graviter, asperè. [σεμνῶς, αὐστηρῶς, αὐχμηρῶς. Gal. *Seueremẽt, rigoureusement, rudement.* Ital. *Rigorosamente.* Ger. Mit reuche vnd strenge. Hisp. *Graue y riguroſamente.* Pol. *Ostrze, srodze.* Vng. *Kemenyen.* Ang. *Cruellie, rigorouslie.*] Cic. 2. de Finibus: Ita graviter & severè voluptatem secernit à bono. Idem pro Rosc. Com. Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis severissimè fructum, quem meruerunt, retribuam.

Sĕvērĭtĕr, pen. corr. Severé. Titinnius: Severiter hodie sermonẽ amica mecum contulit.

Sĕvērĭtās, tis, f.t. Gravitas & constantia in judicando, & imperando: est pars justitiæ, qua judex nihil omnino de supplicio remittit, neq; à vero discedit: cui vocabulo cõtraria sunt facilitas, & misericordia [קשי קשי *keschí* עורף *pérech.* σεμνότης, ἀπαιδευσία. Gall. *Rigueur, rudesse, seuerité.* Ital. *Seuerità, grauità, durezza.* Ger. Strenge vnd reuche/ernsthafftigkeit. Bel. Strengicheyt. Hisp. *Grauedad y rigor.* Pol. *Srogość, ostrość.* Vng. *Kemenyseg, tökelletes, alhatatos.* Ang. *Crueltie, fierceneſſe, rigorouſneſſe.*] Cic. 7. Verr. Quum iste vestra severitate permotus multa signa dederat quamobrem is respõsurus nõ videretur. Ibidem: Summæ diligentiæ summam imperii severitatem addidit. ¶ Quæ etiam extra judicium dicitur de morum gravitate, & quadam naturæ torvitate, quæ & severitudo dicitur. Plaut. in Epid. Quid illud est, quòd illi cœperat frons severitudine?

Sēvŏco, cas, pen. corr. act. p. Seorsum, seu in alteram partem voco, seduco, sejungo. [χωρὶς καλέω. Gall. *Appeler à part, retirer.* Ital. *Chiamare da banda separatamente.* Ger. Nähensich berüffen. Bel. Ter syden roepen. Hisp. *Llamar à otra apartandolo.* Pol. *Na stronę odwołwam, odwodzę.* Vng. *Felen hiwom, fel fele hiwom.* Ang. *To call a part or away, to withdraw frome.*] Cicer. 2. Philip. Et ob cjus consilii societatem quum interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus sevocari. Ovid. 2. Metamorph. Sevocat hunc genitor, &c. ¶ Sevocare ad se de communi: est de eo quod multis commune est furari. Cicero pro Quint. Itaq; hercule, haud mediocriter de cõmuni, quicquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat. ¶ Sevocare animum ab omni negotio, est animum laxare, & nulli rei intendere. Cicero 1. Tusculanarum: Quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republica, quum à negotio omni sevocamus animum.

Sēvum, vi, quod & sebũ, & sepum dicitur, n.s. Vnctuosum illud, quod in animalibus quibusdam musculorum extremitatibus membranisve adcrescit, ex frigida portione sanguinis, quæ è venis excidens exanguibus, ideoq; frigidis membranis adhæret, ibidemq; non secus atq; oleum frigore concrescit. [σέαρ. Gall. *Suif.* Ital. & Hisp. *Seuo.* Ger. Vnschlitt. Bel. Ruet. Pol. *Łoy.* Vng. *Faggiu.* Ang. *Tallow of beastes.*] Differt aũt ab adipe, quòd sevũ propriè est cornigerorum duntaxat, quæ in una parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habẽt. Bisulca verò, & quæ pedes scissos in digitos habẽt, & carẽt cornibus, non sevũ, sed adipem habent. Vterq; aũt concretus est, & quũ refrixit, facilè frangitur, semperq; est in fine carnis, sine sensu, quia nec arterias habet, nec venas. Contrà pingue inter carnem, cutemque est, succo liquidum, quod etiam in aliquibus sine sensu esse manifestum est. Vnde sues viventes à muribus legi-

bus legimus aliquando fuisse erosas, nido etiam in iis constructo.

Sēvŏĭūs, ſa, ſum. Quod inſtar ſevi unctuoſum eſt. [στεατώδης. Gall. *Plein de ſuif, ou reſemblant à ſuif* Ital. *Simile à ſeuo.* Ger Feißt oder ſchmirbig wie vaſchtit. Hiſp. *Seuoſo ò enſeuado* Pol. *Lotowati.* Vng. *Fegyes.* Ang. *Fat or like tallow, greaſie and fatt.*] Plin. libro 11 cap 37 Sevoſi corrigentis medul.a.

Sēvo, as, ſeu Sepo, pas, Quod eſt ſevum impono, ſeu candelas ex ſevo facio. [στεατόω. Gall *Enduire de ſuif, faire des chandelles de ſuif.* Ital. *Far candelas di ſeuo, vngere con ſeuo.* Ger Vnſchlitterten machen. Hiſp. *Enſeuar, vntar con ſeuo.* Pol. *Lotowe ſmierzę czynie.* Vng. *Fag gyazok, giertiat martok.* Ang. *To mak tallow candles or ſmere with tallow.*] Col. lib. 2. cap. 22: Fetiis autem ritus majorũ etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſevare, ſeu, ut quidam legunt, ſebare, aut ſepare.

Sex, Numeri nomen, notæ ſignificationis, à Græco deductum, mutatione aſpirationis in ſ literam. [שֵׁשׁ *ſchiſchſchäh.* ἕξ. Gall. *Six.* Ital. *Sei.* Ger *Sechs.* Bel Ses Hiſp. *Seys en numero.* Pol. *Szeſcz.* Vng. *Hat.* Ang. *Sixe.*] Hinc multa deducũtur tùm compoſita, tùm derivata quæ ſuo ordine explicabimus.

Sēxāgēnŭs, a, um, Quanvis propriè ſit numeri diſtributivi nomen, ſæpè tamen idẽ eſt quod ſexaginta. [שִׁשִּׁים *ſchiſchſchim.* ἑξηκοντα. Gall. *Soixante* Ital. *Seſſanta.* Ger. Sechtzig. Hiſp. *Seſenta.* Pol. *Szeſcz dzieſiąt.* Vng *Hatuan.* Ang *Sixtie or threeſcore.*] Liv. 8. ab Vrb. Ordo ſexagenos milites, duo centuriones. Cic. 7. Ver. Sexagena millia modiorum.

Sēxāgĭēs, adverbium. [ἑξηκοντάκις. Gall. *Soixante fois.* Ital. *Seſſante volte.* Ger. *Sechtzig mahl.* Hiſp. *Seſentas vezes* Pol. *Szeſcz dziesiąt razow.* Vng. *Hatuanzor.* Ang *Sixtie tymes.*] Cic. 2. Philip. Orabat ut te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertiũm ſexagies peteret, defenderem.

Sēxāgĭntā Decies ſex. [שִׁשִּׁים *ſchiſchſchim* ἑξήκοντα. Gall. *Soixante.* Ital. *Seſſante.* Ger. Sechtzig Hiſ. *Seſenta.* Pol. *Szeſcz dziesiąt.* Vng *Hatuan.* Ang. *Sixticor three ſcore.*] Cic. 3. Verr. Poſſum ſexaginta decreta proferre, in quibus ut ego pecuniã nõ dicam interceſſiſſe, ipſa decretorum novitas, iniquitasq; declarat.

Sexāngŭlŭs, a, um. Quod habet ſex angulos. [ἑξάγωνος. Gall. *Qui a ſix anglets.* Ital. *Che a ſei cantoni* Ger. Sechseckig Hiſp *Figura de ſeys angulos.* Pol. *Szeſciorogi.* Vng. *Hat ſegwe.* Ang. *That hat ſixe corners.*] Plin. lib. 37. cap. 3: Quare ſexangulis naſcatur lateribus, non facilè ratio inveniri poteſt. Idem lib. 11. cap. 11: Apum ſexangulæ omnes cellæ. Ovid. 5. Metam. Nónne vides quos cera tegit ſexangula fœtus, Melliferarũ apium ſine mẽbris corpora naſci?

Sēxcēnŭs, na, num, Numeri diſtributivi nomen, Sexcentenus. [שֵׁשׁ מֵאוֹת *ſcheſch meóth.* ἑξακόσιοι. Gal. *Six-cens.* Ital. *Sei cento.* Ger. Je ſechshundert. Hiſp. *Seyſcientos.* Pol. *Szeſcząſetni.* Vng. *Hatſzaz, ſzaz.* Ang. *Sixe hundred.*] Cic. 7. Verr. Civitatibus pro numero militum pecuniarũ ſummas deſcribere certũ pretiũ ſexcenos nummos nautarum miſſione conſtituere. Col. lib. 2. ca. 3: Quibus & antè jam M. Cato, & mox Terẽtius Varro prodidit ſingula jugera vinearum ſexcenas urnas vini præbuiſſe.

Sēxcēntēnŭs, a, um, Numeri diſtributivi nomẽ ἑξακόσιοι. Idem Col. lib. 3 cap. 5: Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, ſexcenteni malleoli pangendi ſunt. Id eſt, ſexcenti unicuiq;.

Sēxcēntī, tæ, ta, plurale tantùm. [שֵׁשׁ מֵאוֹת *ſcheſch meóth.* ἑξακόσιοι. Gall. *Sixcens* Ital. *Seicento.* Ger. Sechshundert Hiſp. *Seyſcientos en numero.* Pol. *Szeſcz ſeth.* Vng *Hat zazon.* Ang. *Sixe hundred.*] Cic. 2. de Divinat. Sexcenta licet ejuſmodi proferre, ut diſtantiũ rerum cognatio naturalis appareat. Terent. in Phor. Sexcentas proinde potiùs ſcribito dicas. Vbi Donatus: Apud nos ſexcẽta dicere pro infinito numero ferè uſitatum eſt. Cic. pro Roſc. Amer. Sexcenti ſunt, qui inter ſicarios, & de veneficiis accuſabant.

Sēxcēntēſĭmŭs, a, um, pen. cor. Vltimus, ſive unus ex ſexcentis. [ἑξακοσιοστός. Gall. *Sixcentieſme.* Ital. *Seicentoſimo.* Ger Das ſechshundertiſt. Hiſp. *Cada vno, de ſeyſcientos.* Pol. *Szeſcz ſeth maiaci.* Vng. *Hat zazadik.* Ang. *The ſixe hundreth.*] Plin. lib. 8. cap. 7: Anno Vrbis ſexcenteſimo quinquageſimo quinto.

Sēxcēntĭēs, adverbiũ numeri, Sexcentis vicibus. [ἑξακοσάκις. Gall. *Sixcens fois.* Ital. *Seicento volte.* Ger. Sechshundert mahl. Hiſp. *Seyſcientas vezes.* Pol. *Szeſcz ſeth razow.* Vng. *Hat zaſzor.* Ang. *Sixe hundred tymes.*] Cic. Attic. li. 4: Vt forum taxaremus, & uſq; ad atrium Libertatis explicaremus, cõtempſimus ſexcenties H-S. Plin. Epiſt. ultima, lib. 1: Quàm citò ſeſtertiũ ſexcenties impleturus eſſet.

Sēxcēntoplāgŭs, Fictũ à Plauto nomen eſt in Capt. pro eo, qui ſexcentas plagas accepit.

Sexcuplŭs, V. de SESCVPLVS.

Sēxdĕcĭēs, adverbium, Sedecim vicibus. [ἑκκαιδεκάκις. Gall. *Sexe fois.* Ital *Sedeci volte.* Ger. Sechszehen mahl. Hiſp. *Dies y ſeis vezes.* Pol. *Szeſnaſcie krotcz.* Vng. *Tizen hatzor.* Ang *Sixtene tymes.*] Plin. lib. 16. cap. 29: Sebuſus ab Aegypti extremis ſexdecies centena LXXV. M. paſſuum.

Sēxĭēs, adverbium, Sex vicibus. [ἑξάκις. Gal *Six fois.* Ital *Sei volte.* Ger. Sechs mahl Hiſp. *Seis vezes.* Pol. *Szeſcz kroc.* Vng. *Hatzor.* Ang *Sixe tymes.*] Liv. 4. ab Vrbe. Vejentem hoſtem ſexies victum pertimeſcant. Col. lib. 5. cap. 2. Hoc ſexies ducendum eſt, quoniam ſex latera ſunt.

Sextans, tis, V. de SESTANS.

Sēxtŭs, a, um, Vltimus, ſive unus ex ſex: [שִׁשִּׁי *ſchiſchſchi.* ἕκτος. Gall *Sixieſme.* Ital. *Seſto* Ger. Das ſechſt. Hiſp. *Coſa ſexta en orden.* Pol *Szoſti.* Vng. *Hatodik.* Ang. *The ſixte.*] ut, ſexta ætas.

Sextārĭŭs, m. ſ. Dicitur ſexta pars congii, quæ menſura apud antiquos tàm liquidis, quàm aridis ſerviebat. Capit autem ſextarius cotulas binas, quæ & heminæ dicuntur. Sextarius vini. [ℲΙ *hogh.*] Livius 7. ab Vrbe: Iiſdem militibus legiones libras farris, & ſextarios vini contulerunt. ¶ Ducere ſextarium, eſt ebibere. Iuven Satyr. 7: de quo Sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim. ¶ Sextarius aquæ. Cic. 2. Offic. Si emere ſextarium aquæ mina cogeretur. Sextarius olearius, Cato cap. 13 Sextarium, rii, vas ſextarii: id eſt, heminarum duarum capax.

Sēxtĭlĭs, Menſis qui nunc *Auguſtus.* [Pol. *Szerpien.*] Sic autem dicebatur, quòd ſextus eſſet in ordine menſium à Martio: à quo Romani annum auſpicabãtur. Horat. 1. Epiſt. 11: Per brumam Tyberis, Sextili menſe caminus.

Sēxtŭlă, æ, Vnciæ pars ſexta, quatuor cõtinẽs ſcrupula: hoc eſt, aſſis partẽ LXXII Cic. pro Cæcin. Facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cæcinnã: ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris viri, Ebutio ſextulam aſpergit: hoc eſt, hæreditatis totius partem LXXXII. Col. lib. 5. cap. 1: Pars LXXII. pedes CCCC. hoc eſt, ſextula, in qua ſunt ſcrupula quatuor.

Sēxtŭs, ſenę, ſena. à ſex. [שִׁשִּׁי *ſchiſchſchäh.* ὁ ἕκτος. Gall. *Six.* Ital. *Sei.* Ger. Je ſechs. Hiſp. *Seys.* Pol. *Szeſti.* Vng *Hat.* Ang. *Sixe.*] Cic. 4. Verr. Ab iſto & præco qui voluit iſtum ordinem pretio mercatus eſt, & pueri annorum ſenũm, ſeptenumq; denũm Senatorium nomen nundinati ſunt. Anni decies ſeni: id eſt, ſexaginta, Ovid 5 Faſt.

Sēxarĭŭs, a, um, Quod conſtat ſex rebus. [ἑξαδικός Gall. *De ſix.* Ital. *Di ſei* Ger. Das ſechs hat. Hiſp. *De ſeys.* Pol. *Szeſciorakі, poſzoſni.* Vng. *Hatos, hatbol allo.* Ang. *Of ſixe.*] Vt ſenarius numerus. ἑξαμέτρος. Hinc ſenarii verſus, qui & ſenarioli dicti ſunt, à ſex pedibus. Cic. lib. 5. Tuſc. Tenebam enim quoſdã ſenariolos, quos in ejus monumento eſſe inſcriptos acceperã, qui declarabant in ſummo ſepulcro ſphęrã eſſe poſitam cum cylindro.

Sexŭs, us, m. q. Maris & fœminæ diſcrimen. [φύσις. Gall. *Sexe.* Ital *S. Natura.* Ger Geſchlecht/natur/bildenuß/ aiß durch die der Man vnd Weib vnderſcheid in wird. Hiſp. *Sexo, miembro por do ſe diferencia.* Pol *Rodzay rożni miedzy ſam czoma ſamicza* Vng. *Kw ſnbenſeb, meg vallazto termezet.* Ang *A kind or ſexe* [illegible] a Greeke [illegible] vt Feſtus exiſtimat, quod habitum ſignificat Plin. de Viris illuſtr. Ad quos quum utriuſq; ſexus multitudo veniſſet, dato ſuis ſigno, virgines raptæ ſunt. Colum. lib. 6. cap. 24: Certis ſignis comprehendere licet quem ſexum generaverit. Cic. 1. de Invent. Hominum genus in ſexu conſideratur, an virile, an muliębre ſit. ¶ Mentiri ſexum Colum. in Præf. lib. 1: Attonitiq; miramur æſtus effœminatorum, quòd à natura ſexum viris denegatum muliębri motu mentiantur, decipiantq; oculos ſpectantium. ¶ Antiqui Sexus, neutro genere efferebant: quod poſt Nonium etiam Priſcianus annotavit. Plaut Rud. Virile ſexus nunquam habui ullum. Varro lib. 1. de Analog. Sexus utrum virile, an muliębre, an neutrum ſit. Saluſt. lib 2. Hiſt. ut citat Nonius: At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, magna gloria concurrentium undiq; virile ac muliębre ſexus per vias & teſta omnium viſebantur.

S ante I.

Sī, Conjunctio eſt conditionalis. [אִם *im.* ἐὰν, ἐαὰν, λὺ. Gall. *Si, puis que, iacoit que.* Ital. & Hiſp. *Se, ſi.* Ger. Wann/ſo. Bel. Iſt ſache. Pol *Ieſli.* Vng *Ha.* Ang. *Giſ or if.*] Cicero Attic. lib. 6: Moriar ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. ¶ Ponitur interdũ pro utinam. Virg. lib. 6: Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat. ¶ Interdum pro poſtquam. Terent. in Phorm. Herus ſi redierit, molendum uſq; in piſtrino. ¶ Nonnunquã pro quia, ſeu ſiquidem: ut ſit confirmantis. Plaut. in Amph. Si ſimilem rem ipſe in legem juſſit eſſe Iupiter. Virg. li. 1. Georg. veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta. Idem alibi: Si conceſſa peto. Et rurſum: Si qua eſt cœlo pietas. Vbi Servius *Si*, exponit pro ſiquidem: in qua ſignificatione ferè indicativum exigit, quum alioqui ſubjunctivo ſæpiùs jungatur: quem tamen modum etiam tunc invenitur hãbere, quum meram conditionem importat. Terent. in And. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo. Ibidem: Si id facis, hodie poſtremùm me vides. ¶ Ponitur *Si* aliquando pro quanvis, etſi, ſive etiam: idque indifferenter cum indicativo, aut ſubjunctivo. Terent. in Evnuch. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maximè, hac tu indignus, qui faceres tamen.

Plaut.

Plaut. in Mercatore: Decẽ vocasset si ad cœnã summos viros, nimium opsonavit. ¶ Aliquando pro an. Terent. in Heavt. Visam si domi est. Cic. de Divin. Dicito si pascuntur aves. ¶ Aliquando subauditur si. Plin. Iunior: Dedisses huic animo par corpus, fecisset quod optabas. Cic. 1. de Nat. deor. Roges me, quid sentiam, nihil respondeam: id est, si roges. ¶ Si est ut admiserit: id est, si admisit, apud Terent.

Stălŏchī, [σάλοχοι. Pol. *Wipluwacze vſtawni.*] Dicuntur qui inter loquendum unà cum verbis salivam expuũt: σίαλος enim Græcis dicitur spuma vel saliva ex ore emissa.

Sibaris, vide SYBARIS.

Sibĭlŭs, li, pen. cor. m. f. Sonus exilis qui fit ore, cõpressis dentibus & parũ diductis labris. [שׂרקה *sſiberekáh. συριγμός, ῥοῖβδος.* Gall. *Siblement, ou ſifflement, ſifflet.* Ital. *Sibilo, ſubbio, Zuffolo.* Ger. Ein pfeiff des Mundes. Hiſp. *El ſiluo.* Pol. *Kſzykanie.* Vng. *Swewedlues.* Ang. *A whiſteling or hiſsing.*] Col. lib. 2: Sibiloq; allectari, quò libentiùs bibant. Liv. 5. bell. Pun. Vbi jam eò consuetudinis adducta res est, ut quocunq; noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur. Solebat autem populus Rom. in concione & theatro, siquid nõ placeret, sibilo ostendere. Hinc illa Ciceronis, sibilo & convitio explodere, sibilis consectari: itemq; sibilum metuere. pro Rosc. Com. Qui posteaquam è scena nõ modò sibilis, sed etiã convitiis explodebatur. Idem in Pis. Da te populo, committe laudis, sibilũ meturis *&c.* ¶ Dicitur etiam in neutro genere Sibilum. Ovid. Sibila dant, saniẽq; vomunt. Corn. Sever. Et sua concordes dant sibila clara dracones. Sosipater lib. 1. Transfertur etiam ad sonitum venti leviter flantis. Virg 5o Aeglog. Nam neq; me tantũ veniẽtis sibilus Austri, Nec percussa juvãt fluctu tã littora.

Sĭbĭlŭs, a, um, adject. vum: [שׂרק *ſcharák. συρίττων, συριστικός. συριττόν.* Gall *Sifflant, qui ſiffle.* Ital. *Che ſiffola.* Ger. Pfeifend. Hiſp. *Quelle que ſilua.* Pol. *Kſzykanie, gwizdanie.* Vng. *Swewedlŏ.* Ang. *That whiſteleth or hiſſeth.*] ut, Ora sibila, pro sibilãtia, inquit Servius. Virg. lib. 2, Aeneid. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Sibila colla. Idem 3. Georg. - cape robore pastor, Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem Dejice.

Sĭbĭlo, as, n. p. Sibilũ edo. [שׂרק *ſcharák. συρίττω, σιφλίζω.* Gall. *Siffler, ſibler.* Ital *Zuffulare, ſibilare, ſiſchiare, ſubbiare* [illegible] Ger. Pfeifen. Hiſp. *Siluar.* Pol. *Gwizdam kſzykam.* Vng. *Swewedlŏk, ſipolok.* Ang *To hiſſe or whiſtle.*] Cic. ad Att. l. 2: Populares isti jam etiã modestos homines sibilare docuerunt. Ovid. 4. Metam. - quotiesq; aliquot parat edere questus, Sibilat. Virg 11. Aen. Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore. Horat. 1. Serm. Satyr. 1: - populus me sibilat: at mihi plaudo Ipse domi, simulac nummos contemplor in arca. ¶ Hujus composita sunt, Assibilo, & Exsibilo: quorum significata suis locis explicuimus.

Sibus, Veteribus erat callidus, & acutus. *σαυθεγ⊙-.* Festus.

Sibylla, f. p. [נבואה *nebeáh. σίβυλλα* Gal. *Sibylle, prophetesſe.* Ital. *Sebilla.* Ger. Ein weyssagerin/ Sibyll. Hiſp. *Sibylla, prophetiſſa.* Pol. *Sibylla, prorokini* Vng. *Idvenuô mondo aʒzoni, sibylla.* Ang. *A ſibylla, a propheteſſe*] Virgo fatidica ab enuntiandis deorum consiliis dicta. *σὸς* enim deos vocant Aeoles: *βουλὴ* autem Græci omnes dicunt, quod nos *sententiam*, sive *consilium*. Hieronymus contra Iovinianum: Quòd si Aeolici sermonis genere Sibylla θεοβόλη appellatur, rectè consilium Dei sola scribitur nosse virginitas. Sibyllas decem fuisse scribit Varro: Prima fuit Persica: secũda Libyca: tertia Delphica: quarta Cumæa in Italia: quinta Erythræa: sexta Samia: septima Cumana Amalthea nomine: octava Hellespontiaca: nona Phrygia: decima Tyburtina nomine Albunea. Vide plura de his Suidam.

Sĭbўllīnŭs, adjectivum, pen. prod. Quod est Sibyllæ, vel quod à Sibylla factũ est. [ὁ σιβυλλικός. Gall. *De Sibylle, Sibyllin.* Ital. *Di Sibilla, Sibillino.* Ger. Sibyllinisch/ von einer Sibyllen oder weyssagerin. Hiſp. *De Sibylla.* Pol. *Sibyllinin prorokini.* Vng. *Sibyllakhos valo.* Ang. *Of Sibylla.*] Cicer. de Aruſp resp. Ne hoc quidem tibi in mentẽ veniebat Sibyllino sacerdoti: hoc est, ei cujus erat sibyllinos libros aperire, & proferre, siquando vaticinium aliquod petendum erat. De librorum Sibyllinorũ origine prodidit Gellius lib. 1. cap. 19: Anum quandam ignotam, quæ Sibylla Cumana credita fuit, ad Tarquiniũ Priscum regem novẽ libros attulisse, ac pro eis trecentos popoſciſſe Philippeos, regesq; aspernante pretii magnitudinẽ, in conspectu ejus tres libros exussisse, & pro reliquis idem pretiũ postulasse, cumq; à rege velut delira irrideretur, tres præterea alios combussisse, nihiloq; minus pretii pro tribus petisse: regemq; mulieris cõstãtia commotũ, tres illos libros trecentis Philippeis cõparasse, jussisseq; hos libros in Capitolio religiosissimè asservari, & de reb. dubiis à Quindecim viris velut oraculũ cõsuli. Hos libros Stilico, quũ adversus Honorium & Arcadiũ principes defectionẽ moliretur, exusit. De quo Rutilius: Ne rãtùm patris sæviret, ditor armis, Sãcta Sibyllinæ fata cremavit opis.

Sīc, adverbiũ est similitudinis, Ita, hoc, vel eo modo. [כן *chen. οὕτως. αὕτω* Gall. *Ainſi, pareillement.* Ital. *Sì, coſi, in tal modo, in tal guiſa.* Ger. Alſo/ ja. Hiſp. *Aſsi, en tal manera.* Pol. *Tak.* Vng. *Vgy,* *ekkeppen.* An. *So, ſwenſo.*] Virg. 2. Aeneid. Non sic aggeribus rũptus quũ spumeus amnis Exit. Cic. li. 16. Epist. Apud eũ sic fui, tanquã domi meæ. ¶ Aliquãdo respõsiva est particula, affirmandi vim habens, quemadmodũ & Etiam. *vaí.* Cic. 4. Philip. Visne igitur te inspiciamus à puero? Sic opinor. ¶ Quandoq; oprandi. Virg. 10. Aen. Sic pater ille deûm faciat, sic magnus Apollo. ¶ Est & conjunctio illativa, idem valens quod igitur. Cic. 4. Tuscul Sic tot simul virtutes cõtinentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei defecerunt. ¶ Nonnunquam capitur pro valde. Apuleius: Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse. ¶ Duplicatur etiam majoris expressionis causa. Virg. 4. Aen. - sic juvat ire sub umbras. ¶ Aliquando demonstrativum est. Terent. in Eunucho: Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum, *&c.* ¶ Ponitur aliquando pro tam, Plautus in Trinũ. Nihil sic celere est neq; volat.

Sīccĭnĕ, adverbium interrogantis est pro, an sic. [ἀτωσί. Gall. *Eſt il ainſi?* Ital. *E coſi?* Ger. Alſo? der gestalt? Hiſp. *Es aſsi? es en tal manera?* Pol. *Atakże?* Vng. *Vgye?* Ang. *Is it ſo?*] Plautus: Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes?

Sĭcă, cæ, f. p. Genus gladii brevioris, quasi seca, à secãdo. [שׂלח *ſcheldch* רצח *rétsach. ξιφος.* Gall. *Vne dague ou vn poignard.* Ital. *Daga, daghetta.* Ger Ein dolch/ oder dergleichen kurtz gewehr. Bel. Een dagghe. Hiſp. *Dagua, ò cuchillo ſecreto para matar.* Pol. *Pumal', tulich, tujak.* Vng. *Rewid kard.* Ang. *A litle hanger or ſworde.*] Cic. 3. in Catilinam: E' quibus ille maximum sicarum numerũ, & gladiorũ extulit. Ibidem: Nõ enim jam inter latera nostra sica illa versabitur: nõ in campo, nõ in foro, nõ in curia, nõ denique inter domesticos parietes pertimescemus. Idẽ 3. de Nat. deor. Tum hæc quotidiana, sicæ, venena, peculatus, *&c.*

Sĭcŭlă, diminutivum. [τὸ μαχαιρίδιον. Gall. *Vne petite dague, vn petit poignard.* Ital. *Daghetta.* Ger. Ein dölchlin, dägetlin. Hiſp. *Pequenna dagua.* Pol. *Pumalik.* Vng. *Hanczar, dakos.* Ang. *A litle hanger or ſworde.*] Plautus in Rudente: Pòst est situla argenteola, & duæ connexæ maniculæ.

Sīcārĭŭs, rii, m. f. Qui sicam id est, gladio hominem interfecit: vel sicã maleficii alicujus gratia gerit. [φονεύς, ξιφηφόρος, πυλαμυδόν. Gal. *Vn brigãd ou meurtrier.* Ital. *Homicida, aſsaſsino.* Ger. Ein Todschleger / oder der ein dolchen oder kurtz wehr tregt einen heimtich zu ferggen/ ein Ryphyãner. Hiſp. *El que tiene tal cuchillo pequenno eſcondido para matar.* Pol. *Morderz, zabyak.* Vng. *Gilkos, ember öldöklö.* Ang. *A murtherer, that killeth with a litle hanger or ſworde.*] & κατασχεπικῶς, quicunq; eadem telo quocunq; commiserit. Cic. pro Roscio Amer. Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sæpè in cæde versatus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus.

Sīcarĭŭs, vide SICA.

Sīccĭne, vide SICE.

Sīccŭs, sicca, cum, Aridus, sine humore. [יבש *jabéſch. ξηρός.* Gall. *Sec.* Ital. *Secco, ſutto, arido, aſciuto.* Ger. Gantz trocken/ dürr. Bel. Drooch. Hiſp. *Seco.* Pol. *Succhi, wyschł'y.* Vng. *Szarraz, axxu.* Ang. *Drye.*] Virg. lib. 5. Aen. Sũma petit scopuli, siccaq; in rupe resedit. Idem 1. Georg. Et sola in sicca secum spatiatur arena. Ovid. lib. 3. Amor. Eleg. 5: At tibi pro meritis opto, nõ candide, torreas, Sint rapidi soles, siccaq; semper hyems. ¶ Per translationẽ ponitur pro exercitio, quod etiã Nonius annotavit. Nã exercitii vehementia sudantes, corpus siccamus. Lucil. lib. 26: Quum studio in gymnasio duplici corpus siccassem pila. ¶ Item pro continente, sobrio: cujus contrariũ est Madidus, ebrius. Plaut. Asin. Siccũ, frugi, continentem, amantem uxoris maximé Idẽ in Pseud. vini modò cupidæ Estis, eo vos panticesq; adeò madefacitis, quum sim ego hic siccus. ¶ In sicco: id est, extra aquã. Plin. lib. 8. cap 8: Non reversum in maria, atq; in sicco expirasse. Virg. lib. 1. Georg. - cumq; marinę In sicco ludunt fulicæ.

Sicc', adverbium [ξηρῶς Gall. *Seichement.* Ital. *Siccamente.* Ger. Trockentlich/ mit trõcke. Hiſp. *Secamente.* Pol. *Sacho, wyschlie.* Vng. *Zarazon, aʒzusa.* Ang. *Dryely, without humour.*] Colum. li. 6. cap. 12: Vt sicce irriguletur. Dicimus per translationem Siccè dicere, ut jejunè dicere. Cicero in Orat. Id verò desinãt dicere, qui subtiliter dicũt eos solos Atticè dicere: id est, quasi siccè, & integrè, & amplè, & ornatè, & copiosé.

Sīccĭfĭcŭs, [ξηραντικός. Pol. *Wyſuſzaiacz.* Vng. *Szaraxto axalo.*] Macrob. Satur. li. 7. cap. ult. Aeri vis quædã remedialis & siccifica.

Sīccĭtās, atis, & Siccitudo, inis, f. t. Ariditas: cui opponitur Humiditas. [יבושת חרב *jebóſchéth chóreb. ξηρότης.* Gall. *Seicheresſe.* Ital. *Siccita, ſeccagine.* Ger. Trõckne/ dürre. Hiſp. *Secura, ſequedal.* Pol. *Zachoſcz, wyſuſzenie.* Vng *Zaraxag, aʒzusag.* An. *Dryneſſe.*] Col. lib. 2: Si verò tepor cœli, siccitasq; regionis suadebit, Februario statim proscindẽdi sunt. Cæs. 4. belli Gallici: Qui quũ propter siccitates paludũ, quò se reciperent, non haberent, *&c.* Cic 2. de Nat. deor. Neq; enim flumine conturbor inanũ verborũ, nec subtilitate sentẽtiarũ, si orationis est siccitas. ¶ Ponitur aliquando pro firmitate, interprete Nonio. Cic. in Catone Majore: Summam esse in eo corporis siccitatem.

Sīcco,

Sĭccō, cas. āvi, p. Quod humidum erat siccum reddo. [יבשׁ *jabéfch* חרב *hecherib* ξηραίνω. Gal. *Seicher.* Ital. *Secare.* Ger. Trócken machen/trocken machen. Bel. Droogen. Hisp. *Secar.* Pol. Wysuszam. Vng. *Meg axalom, Zarraxtom.* Ang. *To drye or mak drye.*] Col. lib. 2: Si humidus erit, abundantia uliginis antè siccetur fossis. Plin. lib. 8. cap. 24: Mergit se limo sæpiùs, siccatq; sole. Virg. 4. Aeneid. atq; atros siccabat veste cruores. Idem lib. 10. Aen. Interea genitor Tyberini ad fluminis undam Vulnera siccabat lymphis, corpusq; lavabat Arbore de scisa. declivis trunco. Ovid. 8. Metam. Lacrymas siccaverat ardor. Sicco item aliquando ponitur pro exhaurio & ebibo. Horat. Serm. Satyr. 6: Siccat inæquales calices conviva solutus Legibus insanis. ¶ Hujus cōposita sunt, Assicco, quod est valde sicco. Plin. lib. 8 cap. 24: Ea quum spicas ediderint, prius quàm semina hient æstibus, manu carpuntur, & suspensa in sole quū assiccaverint, recondūntur, atq; ita reposita perennant ævo diutiùs, quàm cætera. Absicco, idem quod exicco. διαξηραίνω. Plin. Plurimum refert, non absiccato succo simum vires continere, & assiduo macerari liquore. Desicco, Exicco, vide suprà suis locis.

Sĭccēsco, scis. à Sicceo, cis. Siccus fio. [יבשׁ *jabéfch* חרב *chardb.* ξηραίνομαι. Gall. *Se seicher, deuenir sec.* Ital. *Seccarsi.* Ger. Trocken werden. Bel. Droogh worden. Hisp. *Secarse, hazerse seco.* Pol. Wysicham. Vng. *Meg Zarradok, azok.* Ang. *To waxe drye.*] Plin. lib. 18. cap. 34: Aquilonem prænuntiat terra siccescens repentè, Austrū, humescens rore occulto. Col. lib. ult. Fœnum Græcum vetere vino macerato, deinde in sole exponito, aut in furno, ut siccescat. ¶ Hinc Assiccesco, siccus & aridus fio. Idem ibidem: In muria luere oportet, & expressos in cratibus pendere dum assiccescant.

Sĭccŏcŭlŭs, adjectivum. ξηρόφθαλμος. Plaut. in Pseud. Genus nostrū semper siccoculū fuit. Nomen videtur à Plauto fictum, pro eo quod est siccis oculis: id est, nec lippis, nec lacrymosis.

Sĭccānĕus, nea, neum, Quod est naturaliter siccum, vel quod nullo humore irriguum, vel aspersum est. [ξηρώδης. Gall. *Sec de nature, qui n'a pas grand humeur.* Ital. *Secco di natura.* Ger. Trocken oder dürr von Natur. Hisp. *Cosa seca ò de sequedal.* Pol. *Suchs, wiefchl'i fprzirodzenia.* Vng. *Szarrax, aszzu termezetwe.* Ang. *Drye of the a wun nature, that hath no ſpringes to water it.*] Col. lib. 2. cap. 17: Ejus prati animadvertimus duo genera quorum alterum est siccaneū, alterum riguum. Idem cap 2: De siccaneis & irriguis non comperimus utræ numero vincant.

Sĭcĕlĭŏn, [ψύλλιον Dioscoridi. Ger. Ein kraut/wird in den Apotecken *Pſyllium* genañt.] Herba est, quæ alio nomine pulicularis dicitur, à semine pulicis similitudinē referente. Vide Plin. lib. 25. cap. 11.

Sĭcĕrā, ræ, pen. cor. f. p. [שכר *ſchechár* σίκερα. Ger. Ein ſedes tranck/das da trucken macht. Pol. Wszeliaki napoi wytrzyznioni, iakim ſie upic może. Vng. *Meg rexgitő ital.* Ang. *Sider, drink made of apples.*] Omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare potest (ut scribit Hieronymus ad Nepotianum) sive illa frumento conficiatur sive pomorum succo sive favi decoquātur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimantur in liquorem, coctisve frugibus aqua pinguior coloretur.

Sĭcĭlĕo, les, sicilui, vel Sicilio, lis, livi, litum, Verbū est propriè ad prata pertinens, quæ tunc siciliri dicuntur, quū ea quæ prima sectione relicta sunt à fœnisecis, iterata sectione demetūtur. [χόρτον δὶς θερισθὲν ἀμβλύνω. Gall. *Refaucher, couper & recueillir ce que les fauſcheurs ont laiſſé à faucher.* Ital. *Segare le coſe mal ſegate.* Ger. Nachhin abmähen was die Mäder haben ſtehen laſſen. Hisp. *Segar la ſecunda vez el prado.* Pol. Znowu po koſnikach ſicke trzo pozoſtałe. Vng. *Masod Zor kazalock, aratok.* Ang. *To cutt againe that was not well cutt before, as graſſe in medowes.*] Plin. lib. 18. cap. 28: Prata quoties secta sunt, sicilire oportet: hoc est, quod fœnisecis prætermerunt secare. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 29: Quo facto sicilienda prata: id est, falcibus consecanda, quæ fœnisecæ prætermerunt, ac quasi barba tuberosum reliquerūt campum: à qua sectione arbitror dictum sicilire pratum.

Sĭcĭlĭmĕntum, ti, n. s. Herba sicilitione resecta: id est, ea quæ à fœnisecis prima sectione relicta, iterata sectione demetitur. [δὶς θερισθὲν ἢ χόρτος σιωπώμενος. Gal. *Ce qu'on recueille en vn pré apres les faucheurs.* Ital. *Eſſo ſegare vn prato mal ſegato.* Ger. Das graß ſo im nachmähen abgehawen wird. Hisp. *Aquello que entonces ſe ſiega.* Pol. *Potraw.* Vng. *Masod kazalasbol, aratasbol valo fwe.* Ang. *That is cut or mowed after it was cut before.*] Cato cap. 5: Item fœnū cordum, sicilimenta de prato demito, eaq; arida condito.

Sĭcĭlĭces. Hastarum spicula lata, inquit Festus. Ennius: Incedit veles vulgò sicilicibus latis.

Sĭcĭlĭcum, ci, pen. cor. n. s. Pars assis quadragesimaoctava: hoc est, scrupula sex, sive (quod in idē recidit) drachmas duas continens. [ἧμι *ſchékel.* ὀβολὸς ἥμισυς.] Dictum Sicilicum, à sicilendo: id est, secando, quòd semunciam per medium secet. Neq; solùm de ponderibus dicitur, verumetiam de mensuris. Plin. lib. 13 cap. 15: Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante, & sicilico excedentem, tota verò crassitudine sescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse.

Sicimina, inquit Hieronymus, quidam interpretantur genus arborū, quæ Palæstinæ nascuntur in campestribus, quæ si non vellicentur, amarissimas caryculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. [שקמים *ſchikmim*] Nobis autem (*inquit*) quia solitudo in qua morabatur Amos, nullam hujusmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere qui afferūt mora, & pastorum famem ac penuriam consolantur.

Sicinnis, σίκιννις, Saltationis Satyricæ genus, teste Athenæo, à Sicinno inventore (sive is Barbarus fuit, sive Cretensis) ita dictum à quo & Satyri ipsi Sicinnistæ appellantur. Gellius lib. 20. capite 2. de Sicinnibus loquens: Eos, *ait*, habuisse proprium genus tubæ qua canerent, à cæterorū tubicinum proprietate differens, quos *Sicinnistas* vulgus dicit. Qui rectiùs loquuti sunt Sicinnistas litera n. geminata dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canūt. Posuit hoc verbum Lucius Accius poëta in Pragmaticis.

Siclus, m. s. [שקל *ſchékel.* σίκλος. Ger. Ein Hebraiſcher pfennig Sickel genannt / thut ohngefehrd 4 *drachmas* oder 30 creutzer.] Apud Hebræos dicitur uncia: apud Græcos Latinosq; quarta pars unciæ est, & stateris medietas, drachmas duas appendens. Iosephus ait Hebræorum numisma esse, quatuor drachmas Atticas valens.

Sĭcŭbī, pen. cor. Si alicubi. [ἄπου. Gall. *Si en quelque lieu.* Ital. *Si in qualche luogo.* Ger. Wo etwan/wo etwan. Hisp. *Si en algun lugar.* Pol. Ieſliby gdzie. Vng. *Ha valahol.* Ang. *If in any place.*] Liv. 3. ab Vrbe: Consul providere omnia, laudare fortes, increpare sicubi segnior pugna fuisset. Cic. 7. Verr. Atque hæc sicubi facta sunt, &c.

Sĭcŭndĕ, adverbium de loco, Si ex aliquo loco, si alicunde. [ἄνωθεν. Gall. *Si de quelque part, ou de quelque lieu.* Ital. *Si di qualche luogo.* Ger. Wo etwan her. Hisp. *Si de algun lugar.* Pol. Ieſliby skad. Vng. *Ha valahonnat.* Ang. *If frome any place.*] Cic. ad Atticum, lib. 13: Sicunde potes eruere qui, &c.

Sicŭt & Sicuti, adverbia similitudinis sunt. [כאשר *chaaſchér* כמושׁ *chemóſchc.* ὡς ὥσπερ. Gall. *Comme, ainſi que, ainſi comme.* Ital. *Come, ſicome.* Ger. Eben wie/gleich wie. Bel. Gelyck. Hisp. *Aſsi come.* Pol. Rownie, iako. Vng. *Mint Zinte, mikeppen.* Ang. *As, like as.*] Plaut. in Rud. Quibuscum parva penit Athenis, sicut dixi. ¶ Interdum tamen non res similes, sed diversas, & planè contrarias denotant, & ita in priore membro ponuntur. Quint. lib. 10 cap. 1: Sed hæc eloquendi præcepta, sicuti cognitionī sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit. ¶ Habent etiam venustatem, atq; utilitatem magnā, quoties antecedentē sententiā annectunt cum sequenti. Plin. lib. 7. cap. 19: Ferūt Crassum, avū Crassi in Parthis interempti, cui quā[illegible], ob id Agelastū vocatū, sicuti nec flesse multos.

Side, [שׁקד *ſchkmim* σίδη.] Græcis, Arbor punica, & malum punicum. Est etiam alia arbor non omnino ei dissimilis apud Aegyptios vasculo ampliore & candidis membranis obducto, quę in lacu Orchomenio quoq; est frequēs, ut auctor est Theophrastus. Ab hujus similitudine Martialis ridet calvum: Inter Spondephorum Telesphorumq; Sidē stare putabis Almyroden. Vide in dictione Almyrode.

Sidĕrātĕo, Siderari, Sidereus. Vide SIDVS.

Sĭdĕrĭŏn Heracleum, σιδηρεῖον ἡρακλεῖον, Herba est ab Hercule inventa, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis cucumeris, juxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata sanans. Autor Plin. lib. 25.

Sĭdĕrītĭs, ſt σιδηρῖτις, Herba est foliis marrubii, sed longioribus, cauliculis quadratis, palmæ longitudinē nō multū excedentibus, gustus nō injucundi, & subastringentis, in quibus per interstitia orbiculatæ vertebræ, ut in marrubio, spectātur, & semen in iis nigrū. Vulgus *Tetrahit* sive *Iudaicam herbam* appellat. ¶ Est & sideritis altera, binūm cubitorū, ramulis exilibus, folio filicis numeroso, utrinq; per oras diviso, pediculo longo prodeuntibus è summo alarum sinu furculis lōgis, tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semē continetur, quàm betæ rotundius aliquanto & durius. Hodie chymici & herbarii nōnulli *Lunariam majorem* appellant. ¶ Sūt & alia sideritis genera, quæ ex Dioscoride & Plinio tibi petēda relinquimus.

Sĭdērītĭs, σιδηῖτις. Lapis occulta naturæ vi ferrum ad se trahens: unde & nomen accepit. Nam σίδηρον Græci ferrum appellant. Idem & Magnes dicitur, & Heracleus lapis, eò quòd primùm inventus fuerit in Magnesia Asiæ, circa Heracleam urbem. Plin. tamen in Ida monte primùm repertū arbitratur à Magnete quodam pastore, & ab eo nomen accepisse.

Sĭdērītēs, m. t. [σιδηῖτης. Ger. Ein gattung Demants.] Gemma est ex genere adamantum, à ferri splendore nomen habens, pondere cæteris præstans; sed ictibus fragilis, & ab alio adamante

mante perforabilis, Autor Plinius libro 37. cap. 4.

Sīdo, dis, sedi, sessum, n. t. Deorsum feror, subsido, ad sedendū me demitto, consido resido. [תָּוָה *jaradh.* κατα φέρομαι, δύομαι, ἵζανω Gall. *Aller à fond, descendre, defendre en bas, s' asseoir.* Ital. *Descendere, abassarsi, andare à fondo, sedere.* Ger. Sich setzen oder sich nider lassen. Belg. Sincken Hisp. *Assentarse, hazer assiento la cosa pesada* Pol. *Vsiadam.* Vngar Le erezkedem, el silliedek. Ang. *To sitt downe, lo light as birdes on a tree, to sinke.*] Virg. li. 6: Sedibus optatis gemina super arbore sidūt. Plin. lib. 6. cap. 22. Mare interest vada sum, senis nō amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeò profundū, ut nullę anchoræ sidant. ¶ Hujus cōposita sunt, Assido, Consido, Circunsido, Desido, Insido, Obsido, Resido, & Subsido: quorum significata vide suis locis.

Sēdīmēntum, tí, n. s. Quod in re aliqua subsidit. [ὑπόστασις. Gall. *Affaissement, quand quelque chose s' abaisse & s' affaisse.* Ital. *Ogni materia graue che va à basso.* Ger. Das sich etwan zu boden setzt/ niderseñckung. Hisp. *El assiento ò orruras de cosa liquidas.* Pol. *Vsadzenie, vstanie.* Vng. *Le xallos, le rogygiant.* Ang. *Grounds, or that sinketh to the bottome.*] Vnde crassiorem urinæ partem, in fundo matulæ subsidentem, Medici *sedimentum* appellant. In ædificiis quoq; sedimentum dicitur ipsa subsessio, quum scilicet ob fundamenti infirmitatem ædificium subsidit. Plin. lib. 36. cap. 10: Sive inundationibus Tyberis sedimento molis facto: quanquam ad altitudinem impositæ rei quoque dicantur jacta fundamenta.

Sīdŭs, n. t. [כּכב *chocháb.* ἄστρον. Gall. *Astre, signe au ciel, planette, estoille.* Ital *Stella, segno celeste.* Ger Ein gestirn. Belg. Een geserte. Hisp. *Estrella, ò costellacion de las estrellas.* Pol. Gwiazdy. Vngar. Tsillagbol allo iegy. Ang. *A starre.*] Licet quidam Græcum esse velint, διὰ τὸ σαὸ, simul & ἄσθαι, videre, quòd plures stellæ simul conspiciantur: aut παρὰ τὸ συνοδεύω, quod est commeo & convenio, ut sit plurium stellarum conventus: rectiùs tamē Latinum esse putatur, & à sido deduci: propterea quòd sidera occidentia in mare subsidere videantur. ¶ Est autem sidus signū ex pluribus stellis compositū, ut Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quęcunq; variarum genera formarum feruntur in cœlum recepta, stella verò singularis est. Sic etiam apud Græcos, ἀστὴρ, & ἄστρον diversa sunt, teste Suida. Nā ἀστὴρ est stella una: ἄστρον verò signū stellis coactum: quod nos *sidus* vocamus. ¶ Quandoq; tamen sidus pro stella ponitur. Cic. Itaque nesciunt hos siderum errores. Quintil. Quid hæc fulgentium siderum veneranda facies quæ quadam veluti infixa ac cohærentia perpetua semel capta luce collucent, alia tòto sparsa cœlo vagos cursus certis emetiuntur erroribus.

Sīdĕrālis, siderale, om. t. Quod ad sidus pertinet. [ἀστρικὸς, ἀστρονομικὸς. Gall. *Des astres, des estoilles ou constellations.* Ital. *Pertinente à stelle ò à costellationi* Ger. Das zu den gestirnen gehört. Hisp. *Cosa de costellacion ò estrella.* Pol. Gwiazdzisty. Vng. *Eg beli iegyhez valo.* Ang. *Belonging to the starres.*] Plin. lib. 7. cap. 49: Poscere videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam.

Sīdĕrĕus, a, um, Stellatus. [ἀστερόεις. Gall. *D' astres, d' estoilles, estoillé* Ital. *Stellato, pieno di stelle.* Germ. Gestirnet/ das sternen hat. Hisp. *Estrellado.* Pol. Gwiazdowi. Vngar. Tsillagos. Ang. *Of the starres.*] Sidereа sedes, apud Virg. 10. Aen. id est, sphęra stellata. Cœlū sidereū, Ovid. 10. Meta. ¶ Aliquando ponitur pro alto. Martial. libr. 1: Hìc ubi sidereus propiùs videt astra colossus. ¶ Aliquando pro fulgenti, & lucido: ut ignes siderei, apud Ovid. 1. Metam. Virg. 3. Aen. nec lucidus æthra Siderea polus.

Sīdĕrārī, pass. p. Est sidere pestifero afflari: [ἀστροβολίζομαι. Gall. *Estre gasté du chaut, froid, ou autre iniure du ciel, pluye, orage, vent, gelee, ou tempeste.* Ital. *Sedrarsi, assidrarsi.* Ger. Durch eines gestirns eynfluß/ fürnemlich von hitz vberteriben werden. Hisp. *Pasmarse subitamente.* Pol. *Schnac dlia nieiakiego zł' ego powietrza obwiania.* Vn. *Eghi haboru miat, zaraſſag miat ki vezvi.* Ang. *To be stricken with a blast of winde or planet.*] & propriè de arboribus dicitur, quum per sideris cujuspiam, & præcipuè Caniculæ exortum, æstu vehementer invalescente, aut alia quavis ratione humor cōsumitur, totæq; vel aliqua sui parte subitò inarescūt. ¶ Transfertur & ad animalia, quæ & ipsa siderata appellantur, ἀστροβλητα, quum simili sideris afflatu aliqua sui in parte sphacelismon: hoc est, ossium cariem patiuntur, ita ut subitò ea pars, cum ipsis etiam ossibus inarescat, omnemque prorsus sensum amittat. Plinius libro 28 cap. 16: Sideratis urina pulli asnini nardo admisto perunctione prodesse dicitur. Idem lib. 9. cap. 16: Fluviatilium silurus Caniculæ exortu sideratur, & aliâs fulgure sopitur. Plaut. Sideratus est, moveri non potest.

Sīdĕrātĭo, onis, f. t. proprièplantarum morbus est, quum nimio æstu humore absumpto, vel totæ, vel aliqua sui parte inarescunt. [ἀστροβολία, ἀστροβολισμὸς. Gall. *Corruption de plantes ou membres des animaux* Ital. *Guastatione, ò corrottione totale d' vn mẽbro.* Ger. Schwechung oder verenderung der feldgewächsen von hitz. Hisp. *Aquella obra de astri pasmar.* Pol. *Vrodzaiow zarazenie.* Vng. *Ki aszas, el vezes.* Ang. *Blasting in trees with great heate.*] Quod quoniam sideris alicujus afflatu fieri putatur, & præsertim caniculæ (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον vocat) factū est, ut hoc plantarū vitium Græci ἀστροβολισμὸν, nos *sideriationem* dicamus. Plin. lib. 17. cap. 24: Sideratio tota è cœlo constat. Et paulò pòst: Proprium tamen sideriationis est, sub ortu Canis siccitatū vapor, quum insitæ ac novellæ arbores moriuntur præcipuè ficus, ac vites. ¶ Quin & in animalibus sideratio dicitur: quum pars aliqua corporis pestifero sidere percussa subitò inarescit, ipsaque etiam ossa carie consumuntur. Quod morbi genus Galenus σφακελισμὸν appellat.

Sĭfĭlātōrēs, A veteribus dicebantur sibilatores: & sifilare, quod nos *sibilare* dicimus σφλώζειν. Nonius.

Sĭgāla, Genus frumenti, quod alio nomine Siligo dicitur. Hieron. in Ezech. Quam nos *Vitiam* interpretati sumus, alii *Avenā*, alii *Sigalam* putāt. Secale Latiniùs pro eodē dici puto.

Sĭgillum, **Sigillare**, Vide SIGNVM.

Sĭgillātim, Vide SINGVLVS, adjectivum.

Sĭgma, [σίγμα. Germ. Ein Tafel oder Tisch dar an sechs Personen mögen sitzen/ gemacht wie der Grechisch buchstaben Σ.] Dictæ, sive stibadii, aut cœnationis genus erat, à Græcis (ut quidam volunt) elementi similitudine dictum. Lampridius in Heliogabalo, primus invenit sigma in terras sternere. Idem: Vt de croco sigma straverit, quū summos viros vocaret ad prandium.

Sīgninum opus. [Ger. Ein werck von steingemüsel vnd scherben/ mit pflaster gemacht.] Quod fractis testis, addita calce conficiebatur. Col. lib. 15: Cujus solum terrenum priùs quàm cōsternatur, perfossum, & amurca recenti non salsa madefactum, velut signinum opus, paviculis condensatur.

Sīgnum, ni, n. s. propriè est parva quædam nota, indicans tōtius rei qualitatē, inquit Donatus, indiciū, nota. [אוֹת *oth.* σημεῖον. Gall. *Signe, marque, signet, enseigne.* Ital. *Segno.* Germ. Ein zeichen/ gemerck. Belg. Een teecken. Hisp. *Sennal para sennalar algo.* Pol. *Znach.* Vng. *Iegy.* Ang. *A marke or token, a seale, a signet.*] Terent. in Andr. Vide num ejus color pudoris signum usquā indicat? Ovid. 2. Metam. Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris. ¶ Signa ad salutem, pro signis quæ salutem demonstrant. Terent. in Andr. Adhuc Archillis quæ adsolent, quæq; oportet Signa ad salutem esse, omnia huic esse video. Virgil. 3. Georg. Morborum quoq; te causas & signa docebo. ¶ Dare signum militibus, est pugnam ineundam significare. Terent. in Eunuch. Tu hosce instrue: hìc ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Liv. 2. ab Vrb. Senserè vigiles exercitus, signo dato concursum est ad arma. ¶ Item notæ quæ pecudibus inuruntur, signa dicuntur. Virg. 1. Georg. Aut pecori signū, aut numeros impressit acervis. ¶ Hinc duodecim illa sidera, quę in Zodiaco animaliū figuris imaginamur, signa dicūtur. Sunt enim notæ quædā, ad quæ naturā Solis referūt. Eorum nomina sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. ¶ Item signū vexillum dicitur, ab effigie animalium quæ in vexillis fieri consueverunt. [דֶּגֶל *dęghel.* σύμβολον, σωζήμερα.] Lucan. lib. 1: infestisq; obvia signis, Signa, pares aquilas, ac pila minantia pilis. Plin. li. 7. cap. 25: Signis collatis quinquagies dimicavit. Liv. 3. bell Macedon. In eo prælio supra quadraginta millia hominū cæsa. Valerius Antias scribit, & quingēta septem signa militaria capta. ¶ Hinc Antesignani dicuntur, qui in acie ante signa constituuntur, de quibus egimus suprà suo loco. ¶ Signa quoq; dicūtur sculptilia sive fusilia ad effigiem animalium fabricata. [פְּסִיל *pesilim.* ἀγάλματα.] quē admodum tabulæ, opera pictorū. Vnde signa & tabulas dicimus pro cęlatis operibus atq; pictis. Siquidem in tabulis antiqui pingebant, nō in parietibus. Tabulæ igitur picturæ sunt: signa verò statuæ. Vnde apud Sallustium: Signa & tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea privatim & publicè rapere: delubra spoliare. Cic. 3. in Verr. Delum venit, ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clàm sustulit signa pulcherrima atq; antiquissima, eaq; in onerariam suā navem conjicienda curavit. ¶ Pocula aspera signis, quæ etiam dicebantur sigillata: id est, signis decorata & ornata. qui mos fuit apud antiquos. Virg. 9. Aen. Bina dabo argento perfecta atq; aspera signis Pocula, devicta genitor quę cepit Arisba. ¶ Signū etiam dicitur quo quid cōsignamus, vel obsignamus & notamus: quod sigillū dicitur. [חוֹתָם *chothám* חוֹתֶמֶת *chothémeth.* σφραγὶς.] Cicer. pro Quintio: Tabulę maximè nobilium hominū signis cōsignantur. ¶ Dicitur & signū id quod pro tabernis suspendi solet. Quint. lib. 6. cap. 4: Tabernę aūt erant circa forū ad scutum signi gratia positum. ¶ Signum etiam dicitur miraculū, prodigium, ostentum vel augurium, & tanquam omen boni aliquid malive prænuntians. Cic. lib. 1. de Divin. Equus ejus repentè concidit, nec eam rem habuit religioni, objecto signo ut peritis videbatur, ne committeret prælium.

Sigillum, li, n. s. diminutivum est à signū. Parvum signū parva statua [חוֹתָם *chotham* חוֹתֶמֶת *chothémeth.* ἀγαλμάτιον, σφραγὶς.] Gall. *Signet, marque, cachet, seau des gens de ville.* Ital. *Sigillo, bollo.* Ger. Ein erhebt bildtin oder siget. Hisp *Sello ò sortija para sellar.* Pol.

Pol. *Pieczecz, pieczenie.* Vng. *Iegyetske, peczet.* Ang. *A ſeale or ſigne, a ſigne manuell.*] Cic. 6 Ver. Appoſuit patellam in qua erāt ſigilla egregia. ¶ Aliquando ponitur pro parva imaguncula qua literas obſignamus. Idem 1. Acad. Si in ejuſmodi cera cētum ſigilla hoc annulo impreſſero.

Sīgillātŭs, a, um, participium, Obſignatus. [חתם *chathúm.* ἐσφραγισμένος. Gall. *Marqué, cacheté.* Ital. *Sigillato, bollato.* Ger. Beſiglet. Hiſp. *Sellado.* Pol. *Zapieczetowani.* Vng. *Be petſeteltetet.* Ang *Sealed, marked.*] ut Literæ ſigillatæ. ¶ Aliquando eſt nomen, & ſignificat ſigillis ornatus. Cic. 8. Verr. Iubet me ſcyphos ſigillatos ad prætorem afferre.

Sīgīllo, as, act. p. Signum imprimo, ſigillum alicui rei appono. [חתם *chathám.* σφραγίζω. Gall. *Marquer, cacheter, noter & fermer.* Ital. *Sigillare, bollare* Ger. Beſigten. Hiſp. *Sellar con ſello.* Pol. *Pieczetuie.* Vn. *Betſetelem.* An. *To ſeale, to ſette a mark on a thing.*] Hinc Sigillatæ dicuntur literæ: id eſt, clauſæ & annulo impreſſæ. Propter quod veteres ſigillare ſimpliciter pro claudere uſurpabant. Varro: Contrà, lex nimis impia eſt, Ne filii patribus luce ſigillent oculos.

Sīgnācŭlum, n. ſ. Signum impreſſum. [σφραγίς. Polon. *Znak, cecha.* Vngar. *Belyeg, iegy pētſet.* Ang. *A ſeale.*] Vlpian. D. lib. 16. tit. 3. l. 1: Si pecunia facculo ſignato depoſita ſit, ſi reſignetur ſigillis priùs impreſſis, vel à prætore, vel ab his quibus coram ſignacula remota ſunt.

Sīgnātē, adverbium, Significanter. [ἀσημάνως. Vng. *Tulaydon ietczeſſel.*] Macrob. lib. 6. cap. 7: Quæ à veteribus, qui propriè & ſignatè loquuti ſunt.

Sīgillārĭs, adjectivum à ſigillis deductum. [ὁ σφραγιστής. Gal. *De cachet, ou marque & ſeau.* Ital. *Di ſigillo.* Ger. Der bildtnē. Hiſpan. *De ſello ò ſortija.* Polon. *Pieczetowi.* Vng. *Petſet meczeshes valo.* Ang. *Of a mark or ſeale.*] ut Ars ſigillaris, ἀγαλματοπλαϊκή. Sigillaria opera: id eſt, parva ſigna ſive imagunculæ ex metallo confecta. ἀγαλμάτια.

Sīgnĭfĕr, ri, m. [Qui ſigna fert: hoc eſt, vexillifer. [נסס *noſés,* σημειοφόρος. Gall. *Porte, enſeigne, qui porte marques & ſignes.* Ital. *Porta ſegno, banderale, ſignifero, alfere.* Germ. Ein Fenderich/der das Kriegszeichen tregt. Hiſpan. *Coſa que tiene ò trahe ſenna, alferez.* Pol. *Fenrich, chorąży.* Vng. *Zaxlo tarto.* Ang. *A ſtanderd bearer.*] Cic. 4. Verr. Sit in ejus exercitu ſignifer, &c. Idem 1. de Divin. Quo tempore quum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. &c. Ovid. 5. Faſtor. Romanæque aquilæ ſignifer hoſtis erat. ¶ Signifer item dicitur circulus ille obliquus in quo duodecim ſigna ſunt, qui Græcè ζῳδιακὸς appellātur, ab effigie animalium quæ in eo Aſtrologi imaginantur. Cicero 2. de Natura deorum: Infra autem hanc ſtella Mercurii eſt, quæ anno ferè vertente ſigniferum luſtrat Plin. lib. 2. cap. 4: Adjuvat rerum ordo, deſcripto circulo, qui ſignifer vocatur, in duodecim animalium effigies, & per illas Solis curſus congruens tot ſeculis ratio.

Sīgnĭfex, m. t. Qui facit ſigna: hoc eſt, ſtatuas. [ἀγαλματοποιός. Gall. *Faiſeur d' images & enſeignes.* Ital. *Che fa inſegne, ò ſtatue.* Germ. Ein Bildmacher/Bildſchnitzer/Dockenmacher. Hiſp. *El que haze imagines ò eſtatuas.* Pol. *Sznicząrz.* Vng. *Kep tſinalo.* Ang. *A maker of images.*] Apul. lib. 2: Egregius ille ſignifex.

Sīgno, as, act. p. Signo imprimo. [חתם *chathám.* σημειῶμαι, σφραγίζω. Gall. *Signer, marquer, monſtrer par ſigne.* Ital. *Segnare, ſigillare, bollare* Ger Zeichnen. Belg. Teeckenen. Hiſp. *Sennalar, firmar, ò ſellar ſcriptura.* Pol. *Znacze.* Vngar. *Meg iedzem, belyegzem.* Ang. *To ſeale or mark.*] Virgil. 3. Georg. - & ſummo veſtigia pulvere ſignent. Vade Signare epiſtolam dicimus, anulo ſignum imprimere: cui opponitur Reſigno, quod eſt deleto ſigno aperio. Sic Signatam pecuniam dicimus, & ſignata pecora, quæ ſignis notata ſunt & quæ notam inuſtam habent. ¶ Interdū ſignare ſignificat oſtēdere, indicare ſigno. [הראה *hereáh* הודיע *hodhiah* הגיד *higghidh* חוה *chiuvdh.* σημαίνειν. Pol. *Pokazuie.* Vngar. *Meg mutatom.*] Plaut. in Ciſtel. - cui hæc excidit ciſtella? rectè, Eccam locum ſignat ubi ea excidit. Idē: Hic meretricem deperit, ſignat tamē ſe eam non amare. ¶ Interdum ſcribere. [חתב *chathábh.*] Colum. lib. 1. cap. 3. Huc pertinet præclara noſtri poëtæ ſententia: - laudato ingentia ruſea, Exiguum colito: quod vir eruditiſſimus (ut mea fert opinio) traditum vetus præceptum numeris ſignavit. Vnde & ſubſignare, ſubſcribere dicimus. ὑποσημαίνειν. ¶ Accipitur etiam ſignare pro deſignare. Virgil. lib. 2. Georg. Quinetiam cœli regionem in cortice ſignant. ¶ Hujus compoſita ſunt Aſſigno, Conſigno, Circumſigno, Deſigno, Obſigno, Reſigno, & Subſigno: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Sīgnātŭs, a, um, aliquando participium eſt, idem ſignificans quod inſignitus: hoc eſt, quod ſignum habet impreſſum: ut Pecunia ſignata. [נכסף רשום *niſmán raschúm* σεσημασμένος, σεσημειωμένος. Gall. *Signé, marqué, cacheté.* Ital. *Segnato, bollato.* Ger. Gezeichnet. Hiſpan. *Sennalado, ſellado* Polon *Naznaczoni.* Vngar. *Iegyes, meg ſedzetet.* Ang. *Sealed or marked.*] Cicero 6. Verria. Argentum factum atque ſignatum. Virgil. 2. Georg. - & admorſo ſignata nitet cicatrix. Ovid. 2. de Arte amand. Aſpice ſignatum ſanguine pectus habet. ¶ Aliquando nomē eſt & tunc pro inſigni aliquando captum à veteribus legitur, [illegible] lib. 29, ut citat Nonius: Primùm Chryſidem negat ſignatam reddere.

Sīgnātōres, m. t. Dicebantur qui aut teſtamēris aut cauſis ſeſe ſubſignabant [ἐπισφραγισταί. Gal. *Teſmoins qui ſignent ou ſeellent.* Ital. *Teſtimoni chi ſegnano.* Germ Ein Beſigler der Erbgemechten oder anderer händten. Hiſp. *Teſtigos que ſignan ò ſellan.* Pol. *Pieczetarze.* Vng. *Petſetlők.* Ang. *Witneſſes that put to there ſeales.*] Saluſt. Multis modis mala facinora docebat. Ex illis teſtes ſignatoresq; falſos commodare fidem, fortunas, pericula vilia habere. Sueton. in Tiberio, cap. 23: Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus niſi Senatorii ordinis. Iuven. Satyr. 10: - veniet cum ſignatoribus auſpex. Idem Sat. 1. Et multum referens de Mecœnate ſupino Signator.

Sīgnātōrĭus, a, um, Quod ſignat ſeu quo ad ſignandum utimur [σφραγιστικός. Gall. *Qui ſert à ſeeler & cacheter.* Ital. *Coſa che ſegna, coſa da ſegnare.* German. Mit dem man beſiget. Hiſpan. *Coſa para ſignar ò ſellar, coſa que ſenna.* Polon. *Pieczecz.* Vngar. *Petſetlō* Ang *That ſerueth to ſeale with.*] ut Signatorius anulus. Valerius Maximus, ut anulo quo ſignatorio utebatur. Paulus Iureconſul. Anulus ſignatorius ornamenti appellatione non continetur.

Sīgnātĭtĭo. cas. pen. corr act p Indico, notū facio, demonſtro, oſtendo. [הראה *hereáh* הודיע *hodhiah* הגיד *higghidh* חוה *chiuvdh* σημαίνειν. Gall. *Signifier faire ſigne non loer, donner a cognoiſtre & entendre* Ital *Significare, dimoſtrare, far ſapere, far intendere* Ger Ein zeichen geben / anzeigen. Belg Teekennen geven/bedeeckenen Hiſp. *Significar algo por ſennales, demonſtrar.* Pol. *Oznaſmiam* Vng. *Meg ſelentem.* Ang. *To ſignifie, to ſhewe, to aduertiſe.*] Plaut. in Trucul. Etenim ſic iſtuc volo, ne inter vos ſignificetis, &c. Cic. pro Roſc. Amer. Quid hęc tanta celeritas feſtinatioq; ſignificat? Idem ad Att. lib. 1: Ac ne illud quidem mirere, cur quum ego antea tibi ſignificarem per literas me ſperare illum in noſtra poteſtate fore, nunc idem videar diffidere.

Sīgnĭfĭcāns, tis, nomen ex participio, Apertus & evidens. [מודיע *modhíah* מראה *mareēh* מגיד *maghghidh* מחוה *mechavéh.* ἐμφανής. Gall. *Signifiant, monſtrant bien ce qu' il veut dire.* Ital. *Significante.* Ger. Deutlich. Hiſp. *Coſa que ſignifica.* Polon. *Znaczący.* Vngar. *Niluan valo.* Ang. *That ſheweth or ſignifieth.*] Quintil. lib. 4. cap. 2: Verbis propriis & ſignificantibus. Idem lib. 8. cap. 2: Quo nihil inveniri poteſt ſignificantius.

Sīgnĭfĭcānter. [ἐμφανῶς. Gall. *Clairement, ouuertement, manifeſtement.* Ital. *Chiaramente, apertamente.* German. Deutlichen/ verſtendtlich Hiſpan. *Significativamente, claramente.* Polon. *Znaczące.* Vngar. *Nilvan valagoſon.* Ang. *Manifeſtly, clerely.*] & Significantius, ἐμφανέστερον: id eſt, expreſsè & expreſſius, & quod vulgus dicit *intelligibiliter, notabiliter.* Quintil. lib. 6. cap. 3 Non parum ſignificanter etiam illa in ſchola ὕλη dixerimus. Quintil. lib. 3. cap. 6: Colligere tantùm eadem, ac diſponere parū ſignificantiùs conor.

Sīgnĭfĭcātĭo, onis, verbale, f. t. Indicatio, indicium. [אחוה *achvāh.* ἐπισημασία. Gall. *Signification, demonſtrance, apparence.* Ital. *Significatione, apertimento.* Germ. Ein anzeigung/bedeutung. Hiſp. *Aquella obra de ſignificar ò demonſtrar.* Pol. *Znaczenie.* Vng. *Meg ielentes.* Ang. *A ſhewing or declaring.*] Cicero Heu quæ ſignificatio lucis! Idem de Amicitia: Quum autem contrahatur res amicitiam, ut ſuprà dixi, ſi qua ſignificatio virtutis elucebit ad quam ſe animus applicet, & adjungat. Id quorum contigerit, amor exoriatur neceſſe eſt. Ibidem: Ipſi autem intelligamus à nātura gigni ſenſum diligendi & benevolentiæ charitatem facta ſignificatione probitatis. Cæſar lib. 6. bel. Gal. Monet ut ignes fieri in caſtris prohibeat, nequa ejus adventus procul ſignificatio fiat.

Sīgnĭfĭcātŭs, us, ui, m. q Significatio. [אחוה *achvāh.*] Plin. libr. 18. cap. 25: Ipſi dies ratiò non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. Idem lib. 2. cap. 25: Acontiæ jaculi modo vibrantur ocyſſimo ſignificatu.

Sīgnĭfĭcāntĭă, æ, f. p. Significatio. [σημασία. Polon. *Znaczenie.* Vngar. *Ietczes.*] Fabius Victorinus in 1. Rhetoricor. Cicer. Alia nominis ſignificantia talis eſt.

Sīgnĭfĭcatĭvŭs. [σημαντικός. Vng. *Ietczō*] Caius D. de verborū ſignificatione. Hæc enuntiatio, Quæ ſunt pluris aureorū 30, ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificativa eſt.

Sīgnĭfĭcŭs. [σημειοφόρος. Pol. *Tenktori cſinigaki.* Vngar. *Kep, abrazat, farago.*] Qui ſigna facit, ut ſtatuarius. Apuleius de Deo Socratis: Neſcio ut Hiſmenias tibiis canere, aut Apelles pingere, ut Lyſippus fingere, ſed non pudet me me non eſſe ſignificum.

Sīl, ſilis, n. t. [Ger. Ein gattung gāls teimechtige Erdtrichs/ſo man in Goldgruben vnd Silbergruben find/ Ochragel.] Genus pigmenti luteum colorem quemadmodum ochra reddens: invenitur q; ceu limus quidam in argenti & auri fodinis, quemadmodum

etiam

etiam id aliud pigmentum quod cæruleum à colore dicitur. Vide Plin.lib.34.cap.12. Ausonius in Monosyl. Sitne peregrini vox nominis, aut Latii sil?

Silaceus color, Luteus ex sile cõpositus. Vide Plin.lib.37.c.7.

Silatum antiqui (inquit Festus) dicebant, quod nunc *jentaculum* dicimus, cò quòd tum jejuni vinum sili herba conditum absorbebant.

Sĭlăŭs, ut nonnulli legunt apud Plin.lib.26.cap.8: Herba est in perennibus & glareosis rivis nascens, apii similitudine. Hermolaus tamẽ in castigationibus Plinianis exemplaria corrupta asserit, contenditq; laver esse legendum: sumitq; laver pro ea herba quam vulgus *Crescionem* vocat.

Sĭlē, is, Herba quam alio nomine seselim, σέσελι vocant. [Pol. *Smł'od czarny.*] cujus vel radice, vel semine vinum condiebant, quod ante meridiem sumere mos erat. Propterea Silatum antiqui dixêre, quod nunc *jentaculum* dicimus. Fest. Dioscorid. lib 3 cap 58.

Sĭlĕo, es, ui, n. s. Taceo, conticeo: [דם *dam* דמה *damáh* חשה *chaschàh* חרש *charásch* שקם *schakát.* σιγάω. Gall. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy.* Ital. *Tacere.* Germ. Still schweigen. Belg. Stilsvvghen. Hisp. *Callar.* Pol. *Milczę.* Vng *Halgatok.* Ang. *To keep silence to be still.*] quanvis hæc ita inter se differre velit Servius, ut S. dicatur qui nondum cœpit loqui: tacere, qui jam cœpit. Quæ differentia si vera est, falsi sunt qui dicunt silere factitivum verbum esse, s literæ quæ silentii nota est: quoniam in ludis literariis publicisque conventibus dum volũt silentium indicere, s literam quasi sibilando pronuntiant. Cornel. Fronto, Servio etiam scribit cõtrarium. Tacet, *inquit*, qui nec loqui quidem cœpit. Silet verò cujus oratio comprimitur ab ipsa significatione, S. Iungitur aliquando accusativo. Cicero Attico lib.2: Hæc tu silebis. Frequentiùs ablativo cum præpositione de. Cicero sexta Verrina: Me non solùm de vestris monimentis silere oportebit, sed etiam lætari, P. Africani ejusmodi esse fortunas mortui, ut ejus honore, *&c.* Passivum habet. Plin.lib.12.cap.1: Nullum sileatur rerum naturæ opus. Idem lib.16.cap.21: Idque mirum est Græcis autoribus proditum, apud nos postea sileri. Silent Musę Varronis, dixit Cic. 4. Acad. id est, Varro nihil scribit, nihil edit.

Sĭlens, participium. [חשה *choschéh* מחריש *macharísch* שקם *schakét.* σιγάων, ὁ σιωπῶν. Gall. *Qui se tait, qui est à recoy.* Ital. *Che tace.* Ger Stillschweigend. Hisp. *Que calla.* Polon. *Milczący.* Vngar *Halgato, tsendes.* Angl. *That is still and keepeth silence.*] Quod aliquando fit nomen ex participio. Vnde Silens cœlũ pro tempore sereno & tranquillo. Plin.lib. 18. cap. 28: Alia sunt illa quæ silente cœlo serenisq; noctibus fiunt, nullo sentiente nisi quum facta sunt. ¶ Silens flos, qui nõ amplius crescit & quãodmodo declinat. ¶ Silens luna dicitur quando fit conjunctio ejus cum sole, quod contingit ipso die novilunii. Plin. libr. 16 cap. 39: Inter omnes verò convenit utilissimè in coitu ejus sterni, quem diem alii interlunium: alii silentis lunę appellant. Col.lib. 2. cap. 10: Silente luna fabam vellito ante lucem. ¶ Silentes surculi, silentes vineæ: id est, nõdum germinantes. Col.lib.11.cap. 2: Surculi quoq; silentes ad insitionẽ nunc præcipuè utiliterque leguntur. Col.lib.4.cap.27: Fossor protinus adhuc silentibus vineis inducendus est: id est, nondum gemmãtibus. ¶ Silentes pro mortuis. Ovid.5.Fast. Mox etiam Lemures animas dixêre silentum: id est, mortuorum. Virg.lib.6. Aen. Quæsitor Minos urnam movet: ille silentum Conciliumq; vocat, vitasq; & crimina dicit.

Sĭlentĭum, tii, n. s. Taciturnitas. [דמאז *demamáh* חרש *chéresch* שקם *schéket.* σιγή, σιωπή. Gall. *Silence, taciturnité.* Ital. *Silencio, il tacere, taciturnità.* Germ. Stillschweigung. Belg Stillswyghinge. Hisp. *Silentio ò obra de callar.* Pol *Milczenie czichosć.* Vng. *Halgatas, tsendesség.* Ang. *Silence.*] Plin.lib.10.cap.69: Silentium in mari piscantibus ostrea. ¶ Silentium agere de re aliqua, est illam tacere. Quintil.lib.10.cap.1: Quippe quum Tullius tot millibus versuum de Romanis tantùm Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibuscum convivebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus si & illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & Philosophos, & Poëtas persequi velim? ¶ Silentium est de aliqua re: id est, de re illa nihil dicitur. Cic. ad Att. lib.5: De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Silentio aliquid ferre, est dissimulare, & de re illa nihil cõqueri. ¶ Descendere in silentium, incipere taciturnum esse. Quintil.libr. 10.cap.3: Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentium usque descendant nimia bene dicendi cupiditate. ¶ Silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret, ut ait Cic. lib.2.de Divin. ¶ Silentium noctis, pro intempesta nocte ponitur, quam alii concubium, alii conticinium vocant. Lucr. ab Vrb. Supra ædem Vestæ vocem noctis silentio auditæ clamorem humana.

Silentĭārĭī, m. s. [Pol. *Secretarz.*] Dicti sunt, quorum ministerio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem palatii pertinebant. Accursius Silentiarios dici putat, quos vulgò *Secretarios* appellamus. Sic enim ait Iustinianus C. de Silentiariis: Viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. Procopius lib. 2. belli Pers. Romani, *inquit*, ad ea quæ quietis sunt in palatio, ministrum silentiarium vocant.

Sĭlĕsco, is, n. t. Tacitus, seu quietus fio. [דם *dam* דמה *damáh* חשה *chaschàh* חרש *charásch* שקם *schakát.* σιγηρὸς γίνομαι. Gall. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy.* Ital. *Tacere, acquetarsi.* Ger. Still vnd rũwig werden. Hisp. *Callar.* Pol *Zamilczam.* Vngar. *Le tsendezedem, halgatoua lezek.* Ang. *To be still or to keep silence.*] Terent. in Adelph. Quid ego nunc agam, nisi dum hæ silescũt turbæ, interea in angulum aliquò abeam, atque edormiscam hoc vĩni? Virgil. 10. Aen. Tum pater omnipotens rerum cui summa potestas, Infit: eo dicente, deûm domus alta silescit: Et tremefacta solo tellus: silet arduus æther. Furor cœli silescit, Catul. Epigr 43.

Sĭlĕr, n. t. [German Wasserweyd. Pol. *Smł'od.* Ang. *An osier tree.*] Frutex nonnunquam arborescens, adeò ut baculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit, quasi pumila salix, cujus etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contenditq; non esse id, quod sesseli Massiliense officinæ, & silet montanum appellant. Virgil.libr.2.Georg. Nanque aliæ nullis hominum cogentibus ipse Sponte sua veniunt, camposque & flumina latè Curva tenent, ut molle siler, lentæque genistæ.

Sĭlex, cis, m. t. Lapis durus, ex quo ignis excuti solet: unde & nomen habet, quòd ignis ex eo saliat: vel quòd silentem intra se ignem habeat, qui attritu aut percussu excitetur. [חלמיש *challamisch.* πυρίτης. Gall. *Vn caillou, pierre à feu.* Ital. *Pietra, battisfuoco.* Ger. Ein tißting. Hisp. *El pedernal, ò piedra dura.* Polon. *Krzemien.* Vng. *Koua.* Ang. *A flint stone.*] Virg. 1. Aen. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis. Idem 1. Georg. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Ovid. 7. Metam. Aut ubi terrena silices fornace soluti, *&c.* ¶ Accipitur nonnunquam latiùs silicis appellatio, ut etiam de petris & marmoribus dicatur. Plin lib. 36. cap. 18: Idem Varro Lunensem silicem serra secari tradit. Virg. lib. 8. Aen. Stabat acuta silex, præcisis undique saxis. ¶ Est autem hoc nomen tàm masc. quàm fœm. gen. Lucret. libr. 1: Vnde queant validi silices ferrumque creari. Virgil. 1. Eclog. Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit. ¶ Lapidem silicem manu tenebant fœdera ferientes, itaq; precabantur: Si ferens fallo, qui me despicit, salva urbe, arceque, is me ejiciat, ut hunc ego lapidem.

Sĭlĭcĕus, a, um, Quod ex silice. [λίθινος, πετρώδης. Gall. *De caillou, de pierre à feu.* Ital. *Di pietra foccaia.* Germ. Kißtingin/ von kißling steins. Hisp. *De pedernal.* Pol. *Krzemieniśti.* Vng. *Kouats kőből valo.* Ang. *Of flint.*] Cato cap. 18: Inibi lapides siliceos in totum forum stratuito, *&c.*

Sĭlĭcĕrnĭum, nii, n. s. Varie exponi solet. Scribit Nonius esse funebre convivium, quod senibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quò familia in luctu à fletu purgatur: quia cujus nomine instituebatur ea res, is jam silentium cerneret. Cælius: Credidi mi silicernium ejus esse esurum. Donatus inquit esse cœnam, quæ infertur diis manibus, vel quòd eam silentes cernant umbræ: id est, umbræ possideant: vel quòd qui hæc inferunt, cernant, neque degustent. Nam de iis quæ libantur inferis, quisquis ederit, aut biberit, funestatur. Hinc Terent. in Adelph. appellat senem silicernium, qui jam-jam silentibus cernendus sit. Alii silicernium nomen fictum à Terentio existimarunt pro sene, quòd incurvitate silices spectet. Ab hoc convivio abeuntes, veluti se ampliùs non visuri, mutuò se salutabant. Varro: Funus executi, lautè ad sepulcrũ antiquo more silicernium confecimus. Id est, convivium, in quo pransi discedentes dicimus aliis alii, Vale Silicernium: ergo Terentius senem vocat, atq; decrepitum: id est, dignum vel cui silicernii fiat, vel qui ad silicernii vocetur, πυθοχόρων.

Sĭlĭcŭă, sive Silicula. [πῆλις. Germ. Jenogrecum. Pol. *Boża trawka.*] Dioscoridi, Herba quæ alio nomine fœnum Græcũ, à Theophrasto buceras vocatur, ab aliis ægoceras nuncupatur. Vide Plin lib. 24. cap. 19.

Sĭlĭgo, inis, f. t. Frumenti species est, quæ Gallis olim *arinca* dicebatur, ex qua laudatissimus conficitur panis. [σίλιγνις, ὄλυρα. Gall. *Certaine espece de froment blanc & menu & fort delicat.* Ital. *Fromento bianco, minuto, in che non è segala.* Ger. Rocken oder Weitzenkorn. Hisp. *El trigo candial.* Polon. *Zboże, zyto.* Vng. *Rosz.* Ang. *A kind of small and fine wheat.*] Plin.lib.18.cap.10: Siligo nunquam maturescit pariter: nec ulla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem iis quæ maturuêre, protinus granum dimittentibus: sed minùs quàm cætera frumẽta in stipula periclitatur, quoniam semper habet rectam spicam, nec rorem continet qui rubiginem faciat. Idem lib. 18. cap. 8:

cap.8: E` siligine laudatissimus panis, pistrinarũq; opera laudatissima, prę cellit in Italia. Colum.lib.2: Omne triticum solo uliginoso post tertiam arationē convertitur in siliginē. Plin. eodem lib.cap.8: Siliginē propriè dixerim tritici delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, cõveniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt, & Galliæ comatę. Sed & trans Alpes in Allobrogũ tantùm, Arvernorumq; agro pertinax: in cęteris verò partibus biennio in triticũ transit. Ex his omnibus satis constat siliginem tritici genus esse, quod jam aliquot sationibus in aliam speciem degenerayit, minus quidem potentem ad nutriendum, cæterùm gustui non injucundiorem.

Sĭlīgĭnĕŭs, a, um, Quod est ex siligine: ut panis siligineus: [σιλιγινίτης. Gal. *Fait de froument blanc.* Ital. *Fatto di tale formento.* Ger. Das auß Rocken oder Weitzen gemacht ist. Hisp. *Hecho de aquel trigo, candial ò flor de harina.* Pol. *Rjani.* Vng. *Rosbol valo.* Ang. *Made of fine wheate.*] quem Seneca commendat his verbis: Malum panem, *inquis*: Expecta, bonus fiet, & jam illum tenerum tibi & siligineum fames reddet.

Sĭlīgĭnārĭŭs, ii, m.s. Siliginis vēditor vel distributor. [ὁ σιλιγινοπώλης, ὁ ἀλφιτοπώλης. Gall *Vendeur de ce froument blanc.* Ital. *Venditore di simil formẽto.* Ger. Ein Kornverteuffer/oder Kornhert. Hisp. *Vendedor de aquel trigo candial.* Pol. *Przekupsen zyta.* Vng. *Rosarros.* Ang. *That selleth fine wheate.*]

Sĭlĭquă, pen.cor.f.p. Folliculus, seu integumentum, cui grana leguminũ includuntur, & siquid leguminibus est simile. [[ἐν τοῖς λοβοῖς, κεράτιον. Gall. *L'escosse ou gousse de febues, pois & semblables.* Ital. *Tega, teca, tiga, tauella, scorza.* Ger. Die hülsen oder täfen darin das gemüs wachßt. Bel. *Hulse.* Hisp. *Hollejo de qualquiera legumbre.* Pol. *Ottrebi, l'uska zzyta.* Vng. *Vetemeni magoknak aj toka.* Ang. *The huske or codde of beanes peasons or such like.*] Virg. lib.1. Georgicòn: Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset. Plin.lib.18. de fabis loquens ait: Nam siliquæ caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. ¶ Item siliqua, κεράτιον, sive siliqua Græca, fructus est arboris, quę a Galeno κερατωνία appellatur, siliquis tectus falcatis humani digiti longitudine, iisq; prædulcibus, & ob id in cibis expetitis, quum sæmẽ propter amaritudinem negligatur. Vide Plin.lib.15.cap.24. Horat.2. Epist. 1: vivit siliquis, & pane secundo. Colum.lib.5.cap.19: Siliquã Græcam, quã quidã ceration vocant, & persicũ, ante brumam per autumnũ serito. ¶ Est & alia arbor, siliqua dicta, in Syria nascens, quã Iones *ceraunian* appellant, omnino diversa à siliqua Græca, de qua vide Plin. lib.13.cap.8. ¶ Est etiam siliqua minimi ponderis apud Romanos nomen, quod & à Græcis *Ceration* appellatur, scrupuli sextam partem, drachmę verò decimam octavam conficiens. Sex itaq; siliquæ conficiunt scrupulũ. Scrupula aũt tria, sive octodecim siliquæ, explent drachmam. Sextula autem sexta pars unciæ est, unde & nomen habet: continetq; scrupula IIII, sive siliquas XXIIII. Continet itaq; sextula drachmam unam, & tertiam ejus partem. Drachma Græcum nomẽ est, Latinoq; vocabulo Denarius dicitur, ut Budæus non uno loco prodidit: quanvis Agricola hoc putet interesse inter denarium & drachmam, ut septem denarii octo drachmas, sive unciam expleant. Supra sextulam, semũciam legimus, dimidium unciæ continentem. Vncia ab uno denominatur, quòd ex duodecim ea una est pars assis, & ex octo drachmis conficiebatur, aut ex totidẽ denariis, ut putavit Budæus: quamvis ut suprà diximus, Agricola ex septẽ denariis, qui octo drachmis respondebant, unciam cõstare asserat. Vnciæ duę Sextans, quasi sexta pars assis, nuncupatur. ἑξαμόριον. Quadrans, quarta pars: Trięns, tertia pars: Semis, unciæ sex, quasi semias: Septunx, unciæ septem: Bes, unciæ octo: Dodrans, unciæ novem: Dextãns, unciæ decem: Deunx, unciæ undecim. Inde as, ex duodecim unciis constans, quæ & libra dicitur: minorq; est quàm mina Attica quatuor drachmis. Habet enim Romana libra nonaginta sex non amplius drachmas, quum Attica mina ex centũ drachmis constet. Ex duobus assibus cõficitur Dupondius: ita dictus quòd fit duorum pondo. Vltra dupondium est sestertius, qui ex duabus libris & semisse cõstat, quasi semistertius, de quo vide suo loco: Quod enim fiebat ex duobus assibus, & tertio semisse, *Sestertium* veteres vocavetunt. Supra Sestertiũ, tressis, à tribus assibus. Octussis quoq; ac nonussis, decussisq; reperitur, octo, novẽ, ac decẽ asses. Decussem verò denariũ à decem assibus nominaverunt. A` duobus deinde decussibus, vicessis: id est, viginti asses. A` tribus, tricessis, triginta asses A` centũ, centussis, centum asses: qui erant breves ex æte numi. Supra centussem majus æris vocabulum non habemus.

Sĭlĭquŏr, aris, Siliquas facio: hoc est, siliquis tegor, quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. [ἐκκελύφω. Gall. *Venir en escosse, en gousse.* Ital. *Far tega ò tauella.* Ger. *Hülsen oder täfen gewinnen.* Hisp. *Echar hollejo la legumbre.* Pol. *L'uskami obraßam.* Vng. *Tokossodom.* Ang. *To growe to a huske or codde.*] Plin.lib.17. cap.9: Inter omnes autẽ constat, nihil esse utilius lupini segete, prius quàm siliquetur aratro vel bidentibus versa. Idem lib.18.cap. 7: Siliquãtur verò omnia diversis diebus, & ima primùm parte paulatim flore subeunte.

Sĭlĭquāstrum, n.s. Herba hortensis, quæ alio nomine πασσίμη nominatur, cujus meminit Plin.lib.19.cap.12. [Gall. *Herbe de coq, ou de la pourette.* Ital. *Herba di gallo.* Ger. *Heydnisch wündtraut/Hanenfuß/ein traut.* Hisp. *Pimiento ò pebre de Hispania.*]

Sĭllŏgrăphŭs, σιλλογράφος, Sillorũ scriptor: qualis fuit Timon ille Phliasius, qui librũ quendam convitiorũ, & irrisionis plenum, quem in Philosophos edidit, Sillos inscripsit: quo nomine Græci maledicta, & irrisiones intelligunt.

Sĭlo, m.t. Qui prominentia habet supercilia; à Sileno, quẽ hirsutis superciliis fuisse tradunt. [חרום *charúm.* ἐξοφθαλμος. Gall. *Camus, qui a le nez crochu contremont.* Ital. *Chi a le ciglie alte.* Ger. Der grosse augbrawen hat/oder ein ubersich gebogne naß. Hisp. *Hombre de nariz romo.* Pol. *Ten ktori kośmate brwima, albo nos ku gorze nakrziwiony.* Vng. *Borzas, kin welő zemöldekwe.* Ang. *He that hath a camoised or flatt nose, turned vpward lyk a shooing horne.*] Autor Nonius, citans locum Varronis, ex Satyra, cui titulum fecit, γνῶθι σεαυτόν, Nónne unum scribis esse grandibus supercĭliis lilonem quadratum? Plin. tamen lib.11. cap.37, non obscurè innuit silones dictos fuisse homines repando naso. Altior (*inquit*) homini tantùm, quem novit mores subdolæ irrisioni dicavêre, nasus. Non alii animalium nares eminent. Avibus, serpentibus, piscibus foramina tantùm ad olfactus, sine naribus Et hinc cognomina Simorum, Silonum. Hæc Plinius.

Sĭlphĭŏn, σίλφιον, Idem quod laserpitium, cujus succum laser appellari suprà suo loco ostendimus. Vide Plin. lib.19.cap.3. & lib 22.cap.23.

Sĭlūrŭs, pen.prod. [σίλουρος. Ger. Ein grosser fisch/den etlich für ein Rheinfisch oder ein Wolch hatten.] (si credimus Theodoro) piscis prægrandis, fluviatilis pariter ac marinus, præcipua autẽ magnitudine in Nilo & Gange, carne prædulci, nullis ossibus aut spinis intersitis: rostro autem caudaq; delphino similis. Paulus Iovius in eo libello, quem de piscibus Romanis conscripsit, eum conjicit esse, quem hodie *siurionem* vocamus.

Sĭlŭs, [חרום *charóm.* Ger. Ein kumpffnaß. Pol. *Krziwonos.*] Nasum habens sursum versus aduncum. Vnde galeæ quoq; à similitudine, silæ appellatæ sunt. Cic.1. de Nat.deor. Ecquos Silos, Flaccos, Frontones, Capitones, *&c.*

Sĭmbĕllă, lę, Quasi semilibella: hoc est, dimidia libella. Est præterea Simbella, instrumentũ parvum quo singuli numi ponderantur. Sipont.

Sīmĭæ, & Simii, Hominũ figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Lybia nascuntur: dictæ quòd simæ sint: id est, naribus depressis: vel quasi mimæ: hoc est, imitatrices, [בְּיִים *tsiyim* שְׁמָנִית *semanith.* πίθηκοι. Gal. *Singes, guenons.* Ital *Simie, bertuchie.* Ger. Affen. Hisp. *Monas, ximios, ò monos.* Pol. *Kocżkodamy, małpa.* Vng. *Maiom.* Ang *Apes.*] Martialis lib.14: Callidus emissas eludere simius hastas. Vide Plin.lib.8.cap.54. ¶ Simia per translationem dicitur, qui ridiculè & stultè alium imitatur. Plin. Epist.5: In quo rusticum insectatur, atq; etiam Stoicorum simiam appellat.

Sīmĭŏlŭs, diminutivum, Qui utcunq; alterum imitatur. [πίθηκιον, Gall. *Petit singe, singereau.* Ital. *Picciola simiola.* Ger. Ein äffiin. Hisp. *Pequẽno ximio ò mono.* Pol. *Koczkodanik.* Vng *Maimorska.* Ang *A litle ape, he that somewhat imitateth a man.*] Cic. ad Mart. lib.7: Hic simiolus animi causa me, in quem invecheretur, delegerat.

Sĭmĭlă, læ, pen.cor f.p. Medulla farinæ triticeę: hoc est, ea pars quæ media est inter pollinẽ, & secundariũ potissimùm nutriendi vim habens. [סֹלֶת *sóleth.* σεμίδαλις. Gall. *La pure farine de froument, la fleur de farine, farmoule.* Ital. *Amito, amido, pura farina di fermento.* Ger. Semmelmäl/gretzmäl/das zartist vnd reinist mäl Bel: Semelmeel/de bloome van dem meele. Hisp. *Semola ò acemite, la flor de harina.* Pol. *Swiatł a mąka.* Vng. *Az lisztnek az beli, az iobbik resze.* Ang. *Fine floure of wheate.*] Sũt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundaria sive cibarium, & furfures. Eadem & similago dicitur. Plin.lib.18.cap.10: Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo justũ est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinq; ita enim appellãt in tritico, quod florẽ in siligine. Præterea secundarii sextarios quatuor, furfuruмq; tantũdem. Mart.lib.13: Nec dotes poteris similæ numerare nec usus.

Sĭmĭlāgo, pen.prod. Simila. [Pol. *Zemła tararezuch.*] Plin.lib. 18 cap.10: Simila ex tritico fit laudatissima.

Sĭmĭlāgĭnĕŭs, adject. ut similagineus panis. [σεμιδαλίτης ἄρτος. Gall. *Pain de fleur de farine.* Ital. *Pan di fior di farina.* Ger. Auß semmelmäl. Hisp. *Pan de flor de harina.* Pol. *Zswiatł ei maki vczynioni.* Vng. *Liszbol swelt.* Ang. *Bread of fine floure.*] Senec. Epistol 119.

Sĭmĭlis, le, om.t. Aequalis, par. [דמה *domeh* בשתוה *nischdvéh.* ὁμοῖος, ἐμφερής. Gall. *Semblable, pareil, resemblant.* Ital. *Simile, assomigliante.* Ger. Gleich oder gleichförmig. Bel. Ghelijck Hisp. *Cosa semejante.* Pol. *Podobni.* Vn. *Hasonlatos, egy arami.* An Lik.]

Conſtruiturq; indifferenter cum genitivo aut dativo. Solet tamen ita diſtingui, ut quoties ad morum vel doctrinæ, vel hujuſmodi imitationem refertur, genitivo jungeretur. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 2: ſimilesq; meorum Mille die verſus deſcribi poſſe. Trebatius Ciceroni: Vt aliquorum ſimiles in dicendo valeamus eſſe. ¶ Quando verò vel in forma vel in ætate, vel in fortunis, aut aliis hujuſmodi rebus ſimilitudo eſt, cum dativo. Virgil. libro 1. Aeneid. Os humerosque Deo ſimilis. Plinius: Effigie ac lineamentis corporis patri ſimilis. Sed confunditur apud autores hæc differentia: nam utrunq; indifferenter reperitur. Cic. Ver. 4: Si aliqua in re Verri ſimilis fuero. Idem lib. 5. de Fin. Non video cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius. Liv. lib. 1. ab Vrb. Fratri ſimilior quàm patri. Quibus in locis de moribus, non de figura ſermo eſt. ¶ Hinc Similior & ſimilimus. Cic. pro M. Marcello: Hæc qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico. Plaut. Aſinar. Hic noſter quæſtus aucupii ſimillimus. Virgil. 6. Aeneid. - preſſitq; jacentem Dulcis & alta quies, placidæq; ſimillima morti. Ovid. lib. 4. Metamor. - violæq; ſimillimus ora Flos tegit. Plin. lib. 12. cap. 17: Maſtiche tertia in Ponto bituminis ſimilior.

Sĭmĭlĭtĕr, adverb. Aequaliter, pariter: [כן־גם *gham chen. ὁμοίως.* Gall. *Semblablement.* Ital. *Similmente.* Ger. Gleich/zu gleicher weiß. Hiſp. *Semejantemente.* Pol. *Podobnie, rownie.* Vng. *Haſon latoſon, azon keppen.* Ang. *Likwiſe, after the ſame faſhion.*] ad Herennium lib. 4: Similiter cadens exornatio dicitur, *&c.* Simillimè, ſuperlativum. Cic. 2. Tuſc. Simillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere. Idem pro Lege Agrar. Hic tamen excipit Pompeium: ſimillimè, ut mihi videtur, atq; in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur. ¶ Similis, & ſimiliter nonnunquam in prima orationis parte ponuntur, pro ita, ſequente in ſecunda Vt, vel Ac, aut Atque pro Vt. Colum. lib. 5: Cætera ſimili ratione atq; in arbuſto Italico adminiſtrantur. Livius: Similem pavorem, inde, fugamq; fore, ac bello Gallico fuerat. Cic. de Senect. Similes ſunt ut ſi qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant. Idem de Nat. deor. Similiter facis ac ſi me roges, *&c.* Idem Philip. 1: Neque verò illum ſimiliter atq; ipſe eram, commotum eſſe vidi. Idem de Offic. Similiter eos facere, qui inter ſe contenderent, uter Remp. potiùs adminiſtraret, ut ſi nautæ inter ſe certarent, quis eorũ potiſſimùm gubernaret. ¶ Similes inter ſe: id eſt, ſibi invicem ſimiles. Cic. pro Cluent. Homines inter ſe cùm forma, tùm moribus ſimiles.

Sĭmĭlĭtūdo, inis, f.t. Aequalitas. [דמות *demúth* דמין *dimjón* ומו *ſemél ὁμοιότης.* Gall. *Semblance, ſimilitude.* Ital. *Similitudine, imagine, forma.* Ger. Gleichheit/gleichförmigkeit. Bel. Gheltjcheyt/ghetijckenisse. Hiſ. *La vna y otra ſemejanca, imagen.* Pol. *Podobieńſtwo.* Vng. *Haſonlatoſſag.* Ang. *Likneſſe.*] Cic. lib. 1. Offic. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum: in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates: in iis fit, ut æquè quiſq; altero delectetur, ac ſeipſo. Liv. lib. 5. bel. Pun. Gracchus fraudem & ſermoni, & rei abeſſe ratus, ac ſimilitudinè veri captus, cum lictoribus ac turma equitum è caſtris profectus, duce hoſpite in inſidias præcipitatus. Ejus contrarium eſt Diſſimilitudo. Cicer. in Lælio: Diſpares mores, diſparia ſtudia ſequuntur: quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.

Sĭmĭlĭtās, atis, f.t. Antiquitus in uſu erat pro ſimilitudine. [דמות *demúth* דמין *dimjón* ומו *ſémel ὁμοιότης.*] Cælius apud Nonium, vide quid ferat morum ſimilitas.

Sĭmĭlo, las, Refero, repræſento: exigitq; accuſativum. [דמה *dimmáh. ὁμοιόω.* Gall. *Reſembler.* Ital. *Semigliare.* Ger. Gleich ſeyn. Bel. Gheltjchen. Hiſp. *Semejar.* Pol *Podobni ieſtem.* Vng. *Abrazatiat viſelem.* Ang. *To repreſent or reſemble.*] Mart. Quũ ſint cruta tibi, ſimilent quæ cornua Lunæ. ¶ Hinc componitur aſſimilo, de quo ſuprà ſuo loco.

Sĭmĭtŭ, Antiqui utebantur pro ſimul: quod & Nonius annotavit. [יחד *jáchadh. ἅμα.* Gall. *Enſemble.* Ital. *Inſieme.* Ger. Miteinander/eins mahls. Hiſp. *Iuntamente.* Pol. *Spol'em.* Vng. *Egyzerſmind.* Ang. *Together.*] Plaut. in Mercat. Ita tres ſimitu res agendæ ſunt Idem in Amph. Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.

Sĭmōnēs, [חרומים *charumím. σίμωνες.* Pol. *Pł'askonoſi.* Ang. *Flatt noſed.*] Idem qui ſimi: hoc eſt, qui nares habent preſſas.

Sĭmōnĭam, vulgò dicunt à Simone Mago, quam Latini ambitum vocant, quum quis Eccleſiaſticas functiones, quæ mera Dei dona ſunt, pecunia nundinatur.

Sĭmplex, ĭcis, om. t. cui opponitur Cõcretus. Philoſophis propriè appellatur quod nullo modo compoſitum eſt: quemadmodum elementa quatuor, quæ ſola, ſi rationem cõſulamus, ſunt ſimplicia. [ἁπλᾶς. Gal *Simple, pur, ſangle, qui n'eſt point double.* Ital. *Semplice, ſempio, puro.* Ger. Einfeltig/Nicht auß viel dingen zuſammen geſetzet/einfach. Bel. Eenvoudich/ſlecht. Hiſp. *Coſa ſenzilla ò ſin dobles.* Pol *Nie podſiti, nieſ'ożoni.* Vng. *Zwex, ὁ ẓinte, maſikot nem eppitetőt.* Ang. *Single or ſimple.*] ¶ Aliquando tamen in ſimplicibus diſcernendis à compoſitis, ſenſum, non rationem judicem adhibemus. Et ita partes corporis, partes ſimulares: item plantas omnes ſimplices dicimus, propterea quòd ſenſus in iis compoſitionem nullam poſſit deprehendere. ¶ Argumentum ſimplex, quod in plures partes non eſt diviſum. Terent. Prolog. Heaut. Duplex quę ex argumẽto facta eſt ſimplici. ¶ Aliquando ponitur pro vero, & ſincero, ſicut econtrariò, duplex pro fallaci & vafro. [תם *pethí. ἀφελὴς, ἀπλοϊκός.* Pol. *Szczeri, nieobl'udni.* Vng. *Egyſegiwe.*] Marius Cic. lib. 11: Trebatio noſtro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum ſimplicem, atque amicum aperuit. Horat. Et curſus duplicis per mare Vlyſſæi. ¶ Simplex homo, purus, apertus, nihil tectum, nihil ſimulatum habens. Cic. 4. Acad. Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem, nec magnoperè contenderem. Anni ſimplices: id eſt, rudes, & doli nondum capaces, cujuſmodi ſunt in pueritia, aut prima adoleſcentia, in quibus etiam ſimplex toga pura, quæ prætexta dicebatur, ſumi ſolebat. Mart. lib. 10: Tu mihi ſimplicibus Mani dilectus ab annis Et [illegible] amicitia. ¶ Simplex cibus, Purus, nõ adfectatus, aut aliquo condimento corruptus, vel compoſitus [illegible]. Plin. lib. 11. cap. 53: Homini cibus utiliſſimus ſimplex. Condimentum orationis ſimplex, Quint. libro 6. capite 3.

Sĭmp. ĭcĭſſĭmŭs, [ἁπλούστατος. Pol. *Szczeri, proſtak.* Vng. *Igőn egyes igőn egygyw.*] Senec. 2. de ira: Simpliciſſimi omnium habentur iracundi.

Sĭmplĭcĭtas, atis, f.t. [טהרה *pethajúth. ἁπλότης, ἀφέλεια.* Gall. *Simplicité, ſimpleſſe.* Ital. *Simplicità.* Ger. Einfalt/einfaltigkeit. Hiſ. *Simplicidad.* Pol. *Szczeroſć.* Vng. *Egyſegweſeg, elegtetlenſeg.* An. *Simplicitie, plainneſſe, ſingleneſſe.*] Martial. lib. 10: Vitã quæ faciunt beatiorem, Iucundiſſime Martialis hæc ſunt: Res non parta labore, ſed relicta: Non ingratus ager, focus perẽnis, Prudens ſimplicitas, pares amici. Ovid. 3. de Arte: Simplicitas rudis antè fuit: nunc aurea Roma eſt, Et magnas domiti poſſidet orbis opes. Quint. lib. 5. cap. 7: In paucis atque humilibus accuſator ſimplicitate gloriari poteſt.

Sĭmplĭcĭtĕr, adverbium, Purè, apertè. [ἁπλῶς. Gall. *Simplement, rondement, ſans feintiſe, à la bonne foy.* Ital. *Semplicemente, ſempiamente.* Ger Einfeltigklich/ſchlechtlich/rund heraus. Hiſp. *Simple y ſenzillamente.* Pol. *Po proſtu, oth worziſcie.* Vng. *Tiztan, niluan.* Ang. *Plainelie, ſimply ſingly.*] Plin. Epiſt. 98: Amicè, & ſimpliciter reprehenderunt. ¶ Simpliciter oberrare, eſt imprudenter ab itinere deflecterè. Plin. lib. 8. cap. 4: Elephas homine obvio fortè in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens, placidusq; etiam demonſtrare viam traditur. Quint. lib. 2. cap. 12: Præterea ſecundum aliam ætatis illius facilitatem, velut ſimplicius docentes ſequuntur.

Sĭmplĭcĭſſĭmē. [Pol. *Szczerze.* Vn. *Igőn eggywegőn, eggwgyw kepſen, alazatoſſan, eggyesőn, egyatullyaba.*] Cornel. Tacitus lib. 17: Ego ac tu ſimpliciſſimè inter nos hodie loquimur.

Sĭmplĭcĭtŭs, vereres pro ſimpliciter utebantur. Plaut. in Merc. Vt ſimplicitus dicã. Sic enim legit Nonius: nequis fortè ſciolus librariorum incuria Simplicitus pro Simplicius irrepſiſſe ſuſpicetur.

Sĭmplŭs, nomen numerale, Vnicum, & minimè multiplex. [ἁπλᾶς. Gall. *Simple, ſangle, qui n'eſt point double.* Ital. *Sempio.* Ger. Einzig / einfeſt alß viel. Hiſp. *El tanto en coſa ſenzilla ſimple.* Pol. *Iednaki.* Vng. *Egyes.* Ang. *Single, one only.*] Plaut. in Moſt. Simpla eſt habitatio. Idem Pœn. Liceat ſimplum ſolvere. Sic duplus, bis tantum, Triplus, ter tantum, & hujuſmodi.

Sĭmplārĭŭs, adjectivum à ſimplo, ſive ſimplici deductũ, cujus etiam propemodum habet ſignificationem. *ἁπλοϊκός.* Simplariæ venditiones (inquit Budæus) ſunt pro quibus vẽditor neceſſe non habet de dupla emptori repromittere: quarũ meminit Vlpianus in l. Emptoria, de Evictionibus. Ita enim ſimplariæ venditiones à Pomponio dicuntur: ut ſimplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quę in ſimplum, duplum, quadruplum dabãtur. Eadem ratione armaturę ſimplares, duplaresq; à Vegetio dicuntur, 2. de re milit. quas qui geſtabant, ſingulas, & duplas conſequebantur annonas. Et à Modeſtino de vocabulis rei militaris, Torquati ſimplares, duplaresq;, quòd qui illa præmia virtutis, & decora militiæ meruiſſent, ſingulas, & binas præter alios conſequebantur annonas. Sic hodie in ſacerdotalibus collegiis ſacerdotia quędam ſimplaria dici poſſunt, & quædam duplaria: à ſimplice, duplicęq; ſtipe in conceſſu Eccleſiaſtico accipienda. Vide plura de hiſce in dictione DVPLARIVS.

Sĭmpŭlum, li, n. ſ. Calix fictilis, quo vinũ in ſacrificiis libaturis ſumendo, quòd eo vinum ſumebant minutatim. [ποτὸν ἢ κυλικίον ὀστράκινον. Gall. *Vn vaiſſeau de terre à boire, dequoy ils ſe ſeruoyent iadis és ſacrifices.* Ital. *Vaſo da bere di terra vſato [illegible].* Ger. Ein irdener teich oder becher / vorzeyten bey dẽ Opffern [illegible].

Hiſp.

Hiſp. *Cierto vaſo di barro en los ſacrificios.* Pol. *Dzbanek gliniany.* Vng. *Peher az kivel aldoznak or eltek.* Ang. *A cuppe or chalice of earth vſed in ſacrifices.*] Plin. lib. 35. cap. 12: Sed fictilibus prohibatur ſimpulis innocentius. Apuleius catinum, & ſimpulum ſacrificiis adhiberi ſolita oſtendit his verbis: Paupertas populo Romano imperium à primordio fundavit, proque eo in hodiernum diis immortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat. Feſtus: Simpulum, vas parvum, non diſſimile cyatho: unde mulieres divinis rebus deditæ, ſimpulatrices vocãtur. Varro ſcribit vas eſſe minutim fundens, in cujus locum ſucceſſerit epichyſis: unde veteres res minutas, nulliusq; pretii, *ſimpularias* appellabant. Sunt qui pro ſimpulo, ſimpuvium legunt: cujus meminit Iuvenalis ſatyr. 6: Aut quis Simpuvium ridere Numæ, *&c.* Sunt etiam qui velint ſimpullum geminol, ſcribendum, forma qua ampullam dicimus. ¶ In ſimpulo aliquid facere, proverbii ſpeciem habet: de quo vide Chiliad. Eraſm.

Sĭmŭl, adverbiũ cõgregandi, Vnà, pariter. [יחד *jachádh* יחדיו *jachdáv.* ἅμα, ὁμῦ. Gall. *Enſemble, auec.* Ital. *Inſieme, di compagnia.* Ger. Mitteinãder/zumal/oder eins mals/ Bel. Zſamen. Hiſp. *Iuntamente y en vno.* Pol. *Wespol.* Vng. *Egyxerſmind.* Ang. *Together.*] Ter. in Evnuc. Simul conſilium cum re amiſiſti. ¶ Aliquando ponitur pro deinde, vel etiam, vel præterea. Vatinius Ciceronì: Cives Romanos occidit, abripuit, diſperdidit, regiones vaſtavit: ſimul verò ſemiſſis homo contra me arma tulit. Saluſtius: His amicis ſocíſq; confiſus Catilina, ſimul quòd æs alienũ per omnes terras ingens erat. ¶ Invenitur quandoq; geminatũ, & habet quaſi eandem vim quã cùm & tùm ſive partim. Quintilianus: Simul ut pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei, ſimul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis veſtigiis inſiſtérem. ¶ Ponitur aliquando ſimul pro eadẽ opera. Plautus in Merc. Duas res ſimul nunc agere decretum eſt mihi. Dicimus venuſtè, ſimul, tecum, nobiſcum, & ſimul cum aliquo. Cicero pro Domo ſua: Optimi cives fruũtur nobiſcum ſimul hac civitate. Cicero de Amicitia: Diſſerere cœperunt cum corporibus ſimul animas interire, *&c.* ¶ Accipitur aliquando ſimul pro poſtquã, ſimulac, ſive ſimulatq; Cic. 4. Acad. Et ſimul inflavit tibicen, à perito carmen agnoſcitur.

Sĭmŭlāc, & Simulatq;, Quamprimùm vel ſtatim, quũ, ſive poſtquam. [כאשר *chaaſchér.* ἐπεὶ δὴ τάχιστα, ὡς τάχιστα. Gall. *Incontinent que, apres que.* Ital *Subito che, poi che.* Ger. So bald als. Bel. Zoo haeſt/na dat. Hiſp. *Luego que, ſubito que.* Pol. *Wneskoro, zaraz iako.* Vng. *Mihelt.* Ang *As ſoone as.*] Saluſt. Iam primùm juventus ſimulac belli patiens erat. Columel. lib. 5: Semper conveniet ſimulatq; folia agere cœperint, ficus rubricam amurca diluere. Cicero Appio. Gratiſſimum mihi feceris ſi ad me ſimulatq; adeptus eris, miſeris. In eadẽ etiã ſignificatione dicimus ſimulac primùm, ſimul primùm & ſimul ut Cicer. 5. Verr. Simulac primũ ei occaſio viſa eſt; averſa pecunia publica Quæſtor Conſulem, exercitũ provinciamq; deſeruit. Idem: Simulac poteſtas primùm data eſt, adeũt hi quos dixi. Liv. 6. ab urbe: Interim Quint Fabio, ſimul primùm magiſtratu abiit, ab C. Martio tribuno dicta dies eſt. Plin. lib. 11. cap. 49: Vrſo quoque ſimul ut expiraverit, corneſcere ajunt genitalia. ¶ Ponuntur aliquando ſimul & ſimulq; pro atq; etiàm, vel præterea: ut quum dicimus, Vir fortis ſimul & prudens. Plin. Epiſt. 7. lib. 2: Sordidum ſimul & ſumptuoſum. Plin. lib. 9. cap. 35: Superbo ſimul ac procaci faſtu. Quintil. li. 10. cap. 1: Qualis ferri fulgor, quo mens ſimul viſusq; perſtringatur:

Sĭmŭlācrum, pen. prod. n. ſ. Imago ad ſimilitudinem rei alicujus efficta. [צלם *tſélem* דמות *démuth* דמין *dimjón.* εἴδωλον, εἰκών; ἀπεικόνισμα, ὁμοίωμα. Gall. *Image eſleuée, ſemblance, ſtatue, idole.* Ital. *Simolacro, ſtatua, forma, imagine, idole, effigie.* Ger. Ein bild oder bildnuß. Bel. Een beelt. Hiſp. *Imagen, ò ſemejança.* Pol. *Wiobrazenie.* Vng. *Abrazat, kep.* Ang. *An image, proportion, lykenes, or reſemblance of a thing.*] Cicero pro Domo ſua: Mulieri ſimulacrũ è marmore. Ovid. 10. Metamor. quò multa ſacerdos Lignea contulerat veterum ſimulacra deorum. ¶ Simulacrum civitatis per translationem pro ſigno & nota. Cicero ad Plancũ lib. 10: In qua nec Senatus, nec populus vim habet ullam, nec leges ullæ ſunt, nec judicia, neĉ omnino ſimulacrum aliquod ac veſtigium civitatis. Sic Simulacrum virtutis pro indicio & veſtigio virtutis dicitur. Ne ſimulacrum quidem virtutis in eo apparet, Cicero.

Sĭmŭlo, as, Præ me fero quod non eſt, & fictam rei alicujus ſimilitudinem refero & pro vero falſum oſtendo. [חנף *chaneph* כחד *chachád.* σκιαγραφέομαι, ὑποκρίνομαι Gall. *Feindre, contrefaire, faire ſemblant.* Ital. *Simulare, fingere.* Ger Gleichſnen/ der gleichen thun. Bel Geliicken. Hiſp. *Fingir lo que no es.* Pol. *Zmiſliam, poſtawiam ſie, pokrewam.* Vng. *Tettetẽm.* Ang. *To fayne, to counterfaite, to make a ſemblance.*] Cicero Attico: Simulabat ſe Romam rediturum, quum in Africam navigaturus eſſet. Virgilius primo Aeneidos: Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Ovid. 1. de Arte: Vt ſimulet vultu gaudia, triſtis erit. Ejus antitheton eſt Diſſimulo. Cicer. lib. 7. Epiſt. Multa & ſimulavi invitus, & diſſimulavi cum dolore. ¶ Simulo non ſentire: id eſt, diſſimulo. Plin. epiſt. 14. lib. 3: Ille ſive quia non ſentiebat, ſive quia non ſentire ſimulabat, immobilis & extentus fidem peractæ mortis implevit. ¶ Eſt & Similo, as, per tertiam vocalem in ſecunda ſyllaba, quod ſignificat ſimilitudinem rei alicujus repræſentare. [דמה *dimmáh.* ἐξομοιῶν:] de quo ſuprà.

Sĭmŭlātĭo, onis, verbale, f. t. Fictio & ſimulata fictaq; alicujus rei repræſentatio. [חנף *chóneph* חנפה *chanpháh.* σχηματισμός. Gall. *Feintiſe, ſimulation.* Ital. *Fintione, ſimulatione.* Ger. Gleichſnung/ oder gleichſnerey/ ein erdichte geſtaltung. Hiſp. *Aquella obra de fingir lo que no es.* Pol. *Zmiſliona poſtawa.* Vng. *Tettetes.* Ang. *A fayning, counterfayting, or making of a ſemblance.*] Vnde pro deceptione & circumventione ponitur: quòd animo vel vultu aut volũtate ſimulata fiat. Cicero ad Lentul. lib. 1: A' quibus tuendus fuerat, derelictus: idq; nón ſolùm fronte, atq; vultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur. Idem 3. Verr. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ quàm hæ quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.

Sĭmŭlātŏr, oris, m. t. Qui ſimulat. [חנף *choneph.* Gall. *Simulateur, contrefaiſeur, qui feint, hypocrite.* Ital. *Chi finge, ſimulatore.* Ger. Ein gleichſner. Hiſp. *El que finge lo que no es.* Pol. *Zmiſliacz, pokrywcza.* Vng. *Tettető, kepmutato.* Ang. *That fayneth or pretendeth that which is not.*] Cic. 1. Offic. De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiviq; ſermonis, atq; in omni ratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominaverunt, Socratem accepimus. Ovidius 2. de Arte: Tantum ne pateas verbis ſimulator in illis.

Sĭmŭlātē, adverbium, Fictè. [εἰρωνικῶς; πανουργότερον. Gall. *Par feintiſe, par ſimulation.* Ital. *Fintamente.* Ger. Gleichſnerliſch/ mit gleichſnerey Hiſp. *Fingiendo lo que no es.* Pol. *Nie oto hworzyſcye, pokrycye.* Vng. *Tettetes keppen.* Ang. *Counterfaitly, with a pretence only.*] Cicer. 2. de Natura deorum: Mala enim & impia conſuetudo eſt contra deos diſputandi, ſive ex animo id fit, ſive ſimulatè.

Sĭmŭlāmĕn, nis, vel Similamen, n. t. Repræſentatio, ſimulatio. [צלם *tſelém* דמות *démuth* דמין *dimjón.* εἰκόμοίωσις, μίμησις. Gall. *Repreſentation, imitation, ſemblance.* Ital. *Repreſentatione, ſimigliança.* Ger. Anbildung/ gleichſnete anzeigung. Hiſp. *La ymagen ò ſemejança.* Pol. *Pokrita poſtawa.* Vng. *Ki abrazolas, haſonlatos tettetes.* Ang. *A fayning or pretending of that which is not.*] Ovidius de Adonide, libro 10. Metamorph. Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri: id eſt; repræſentationem noſtri doloris. Loquitur enim de ſacris annuis quæ Adoniã dicebantur, in quibus Adonis plangebatur; ac luctus Veneris referebatur.

Sĭmŭltās, ātis, f. t. Inimicitia, à ſimulando, ut quidam volunt, quòd propriè latens & diſſimulatum odium nomine hoc ſignificari exiſtimẽt: quanquam re vera etiam dẽ apertis inimicitiis dicatur. [איבה *ebáh.* ἔχθρα. Gall. *Haine couuerte* Ital. *Odio coperto.* Germ. Ein heimlicher eyb vnd neyd zwiſchen etlichen/ feindtſchafft/ groll Bel. *Haedt/ heimelijcken nijdt.* Hiſp. *Competicion odioſa entre dos, odio cubierto.* Pol. *Taiemna nieprzyaźn.* Vng. *Allatomba valo gimelősség, ellenkőzes.* Ang. *A couered hatred, grudge.*] Cicero pro lege Manilia: Vt multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas intelligam mihi non neceſſarias, vobis non inutiles ſuſcepiſſe. Iuvenal. Satyr. 15: Inter finitimos vetus atq; antiqua ſimultas. Plaut. Pſeud. Nam hic id metuit, ne illã vendas ob ſimultatem ſuam.

Sĭmŭltĕr, adverbium dixerunt antiqui pro ſimiliter. [כן כם *gham chen.* ὁμοίως.] Plaut. Exoſſabo ego cum ſimulter ut murænam coquus.

Sīmŭs, a, um, [חרום *charóm.* σιμός. Gall. *Camus.* Ital *Con le narre voltate in ſu.* Ger. Ein ſchafonas/ flachnas. Bel. Ingebout/ vlack. Hiſp. *Coſa que tiene las narizes romas.* Pol. *Płaskonos.* Vng. *Simaorru.* Ang. *That hath a flatte noſe.*] Qui preſsis eſt naribus: unde proprium eſt caprarum epitheton. Virgil. 10. Aeglog. Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ. Hieronymus de Socratis uxoribus: Quæ cum crebrò inter ſe jurgarentur, & ille eas irridere eſſet ſolitus, quòd propter ſe fœdiſsimũ hominẽ ſimis naribus, recalva fronte, piloſis humeris, & repandis cruribus diſceptarent. Martial. lib. 6: Atq; ille ſima nare, turgidis labris.

Sīmŭlus, diminut. Martial. li. 6: Simulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhæret Qui Menedore tuæ?

Sin, λὺ δὲ, κεἰ, cum ſubjunctivo, ex ſi & ne componitur, abjecta e, ſignificatq; Si verò: & nunquam in prima parte collocatur, & niſi præceſſerit ſi, ſed in ſecunda, ubi duorum eſt oppoſitio: & ferè ſemper ſi, in priore parte præcedit. [Gall. *Mais ſi, ſi non.* Ital. *Ma ſe* Ger. Oder ſo/ oder wann/ wann aber. Hiſp. *Mas ſi* Pol. *Ieżli.* Vng. *Hapenig.* Ang. *But if, if not.*] Terent. in Andr. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: ſin opitulor, hujus minas: habent enim quandam vim negationis, perinde acſi diceretur; Si autem non relinquo, ſed opitulor. ¶ Aliquando ſin ſolum reperitur, ità tamen ut conditio aliqua intelligatur præceſsiſſe. Saluſtius in Iugurt. Imperat ut pretio, ſicuti multa

cõfecerat, insidiatores Massinæ paret, ac maximè occultè, sin id parũ procedat, quovis modo Numidam interficiat: id est, si potest, occultè: si non potest, utcunq; queat.

Sĭnāpi, pen prod. neut. gen. & indeclinabile. [*σίναπι.* Gall *Senevé, moustarde.* Ital. *Sanaura, sanauro, senape.* Ger. Senff. Bel. Mostaert Hisp. *Mostaza.* Pol. *Gorczycza.* Vng. *Mustar.* Ang. *Mustarde.*] vel Sinapis fœm. gen. Herba est semen ferens tanta acrimonia ut cieat lacrymas comedenti, in hybernis condimentis usitatissimum. Plin. lib. 18. cap. 8: Acerrimum sapore, ignei effectus ac saluberrimũ corpori, sinapi. Plaut. in Pseud. fœm. gen. usus est. Teritur (*inquit*) scelerata sinapis cum illis. Item Colum. lib. 10: Seq; lacessenti fletum factura sinapis.

Sinciput, itis, n. t. Pars anterior capitis, aures temporaq; complectens. [*Βρίγμα.* Gall. *Le devant de la teste.* Ital. *Parte dinanzi de la testa.* Ger. Das vorder theil des Haupts so die ohren vnd schlafaderen begreifft/ das Vorhaupt. Hisp. *Pedaco de cabeca ò pestoreyo.* Pol. *Tył głowi.* Vng *Borcza, az fónek elsõ rexe.* Ang. *The forepart of the heade.*] Sinciput, inquit Cornutus in Persium, anterior pars capitis: Occiput posterior. Plautus Menæchmis: Nõ est tibi sanum sinciput, adolescens. Iuvenal. Satyr. 13: Si verò & pater est, comedam, *inquit*, flebile nati Sinciput elixi, Pharioq; madentis aceto. ¶ Neq; solùm in homine sinciput dicitur, verumetiam in brutis animantibus: & præcipuè in genere suillo. Erant enim olim in deliciis sincipitia verrina sive aprugna, aceto condita, & ad esum præparata. Plin. lib. 8. cap. 51: Interdicta quoq; abdomina, glandia, testiculi, vulvæ, sincipitia verrina.

Sindŏn, f. t. [סדין *sadhin σινδών.* Gall. *Vn linge fort deslié, crespe.* Ital. *Linzuolo molto sottile.* Ger. Reiner vnd köstlicher leinwat. His. *Lienco sutil.* Pol. *Cienniuskie przędzieradło.* Vng. *Giolt.* Ang. *Lawn or fine linnen cloth.*] genitivo sindonis, pen. cor. Amictus ex lino Aegyptiaco: inde, ut creditur, nomẽ habens quòd primùm in Sidone urbe fuerit inventus: ob id Tyria Sindo à Martiale dicta, lib. 4: Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres, Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Sincērāstum, vide SYNCERASTVM.

Sine, præpositio separativa, idem significans quod absque: [בלי *béli* בלתי *bilti.* *ἄνευ.* Gall. *Sans.* Ital. *Senza, sanza.* Ger. Ohn. Hisp. *Sin.* Pol. *Bez.* Vng *Nelkwel.* Ang. *Without.*] ut sine Cerere & Baccho friget Venus, Terent. Evnucho. Virgil. 1. Aen. Imperium sine fine dedi. Ovid. 2. Metam. Immotosq; oculos in se sine fine tenentem Nescius extimuit.

Singŭlī, æ, a, non nisi plurali numero, Vnusquisq; per se: hoc est, separatim ab aliis. [איש כל אחד *ĭsch chol échad.* *ἕκαστοι, οἱ καθ' ἕνα.* Gall. *Chacun, l'vn apres l'autre.* Ital. *Ciascuno da per se.* Ger. Jetlichs besonder. Hisp. *Cada vno, sendos.* Pol. *Każdi zosobna.* Vng. *Feienkent, ki ki mind.* Ang. *Euerichone, seuerally.*] Cicero 7. Verr. Vt non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Virgil. 1. Aeneid. Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo, *&c.* Idem 6. Aeneid. Suscipit Anchises atq; ordine singula pandit. Dicimus autem Latinè Aliquid fieri singulis diebus, vel in singulis diebus, cum præpositione in: vel cũ accusativo in singulos dies, pro eo quod est quotidie. Cicer. pro Muræna: Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. Idem 2. de Nat. deor. Sol binas in singulis annis reversiones facit. Idem ad Atticum: Quotidie vel potius in singulos dies, breviores literas ad te mitto. In dies tamen, sive in dies singulos, licet idem significent quod quotidie, vix unquam tamen in oratione ponũtur sine comparativo aut verbo incrementi. Cic. in Catil. Crescit in dies singulos hostium numerus. ¶ Antiqui etiam singulũ dicebant pro unico & singulari Plaut. in Cistel. At at, singulum video vestigium.

Singŭlāris, re, om. t. Vnicus, peculiaris. [*εἷς μόνος, ἄμφορον.* Gall. *Singulier, seul, vnique.* Ital. *Singulare, vnico.* Ger. Einig/ einzig/ allein. Bel. Een sonderlijck. Hisp. *Cosa singular.* Pol. *Osobliwi, samiuściek.* Vng *Egy gyes, ki valt keppen valo.* Ang. *Singulare, one.*] Plin. lib. 28. cap. 10: Democritus etiamnum effectus auget ejus qui singularis natus sit. Verbis singularibus gratias agere: hoc est, quæ unum tantùm non etiam plures complecterentur. Cicero in Catil. Primùm quòd mihi gratias egistis singularibus verbis, *&c.* ¶ Dicitur aliquãdo singulare quod est excellens, & tàm in malum quàm in bonum sumitur: *ἐξοχήν.* Cicero pro Sylla: Me singulari immanitate & crudelitate præditum. Plin. epist 45: Mox vehiculum ascendit, assumit uxorem singularis exempli, *&c.* Pro eodem antiqui dicebant singularius: quod & Nonius annotavit citans locum Turpilii in Demetrio: Homini natura unica est & singularia. Plaut. in Capt. His indito catenas singularias: hoc est, singulis catenam unam.

Singŭlārĭter, adv. Vnicè, excellẽter, magnopere, mirũ in modũ. [*ἐξαιρέτως, ἐξόχως.* Gall *Singulierement.* Ital. *Singolarmente.* Ger. Sonderlich/ einig für andere. Hisp. *Singularmente.* Pol. *Osobliwie.* Vng. *Kiualt keppen.* Ang. *Singularly, passingly.*] Cic. 4. Ver. Quĕ ego singulariter in prætura mea dilexissem.

Singŭlātim, aliud adverb. Minutatim, seorsim, separatim, per singulos. [*κατὰ ἕνα-νον.* Gall. *Chacun à part soy, l'vn apres l'autre, singulierement.* Ital. *Singolarmente, à vno per vno.* Ger Insonderheit/ besonder. Hisp. *Singularmente, vno à vno, apartadamente.* Pol. *Osobno.* Vng Eggyenkent, kwlõn. Ang Particularly, seuerally, euery one a part.] Cicero 1. Ver. Si tantulum offensum, titubatumq; sit, ut ea quę singulatim ac diu collecta sint, uno tempore universa perdamus. Idem 1. de Invent. Singulatim de unoquoq; genere in secundo libro dicemus. Pro eodem etiam dicimus sigillatim. Cæsar lib. 5. bel. Gal. Centuriones sigillatim, Tribunosq; militum appellat: quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognoscitur.

Sīngillātim. Singulatim: hoc est, unumquodq; per se. *κατὰ ἕνα-νον.* Cic. 4. Phil. Civitas non singillatim, sed provinciis totis dabatur. Lucilius: Singillatim unusquisq; nostrũm movetur. Sueton. in Augusto: Atque etiam singillatim è certo genere hominum libentes, ac pro facultate quisque pecunias contulerunt.

Sīngultŭs, us, ui, m. q. [אנקה *anakdh.* *λύγξ.* Gall. *Hoquet, ou hochet* Ital. *Singolto, singhiozzo.* Ger. Das kluxē/ auffstopffung Bel. Den hick Hisp. *Solloco, ò obra de hipar.* Pol. *Szkanie.* Vng. *Tsuklas.* Ang *Yexing, hichet or sobbing.*] Species est convulsionis, quæ fit vel nimia spirituum suppressione, vel propter inanitionem, vel repressionẽ immoderatã, vel ob erosionẽ ab acrioribus in ventriculo humoribus: quas cùm facultas expultrix per se expellere non possit, motricem in auxilium accersit, spiritumq; aut humores noxios vi quadã & nõ sine sonitu expellit: atq; ita cietur convulsionis quoddã genus in ventriculo quod *singultum* appellamus. Cicer. pro Plan. Non modò lacrymulam, sed multas lacrymas & singultum cum fletu videre potuisti. ¶ Neq; solius hominis est singultus, verumetiam brutorum animantium, ut equorum. Virgil. 3. Georg. imaq; longo Ilia singultu tendunt. Idem 9. Aeneid. & longis singultibus ilia pulsat. Ovid. 3. Amor. Eleg. 7: Oraq; singultu concutiente sonant. Item gallinarum. Colum. lib. 8. cap. 5: Assiduus autem debet esse custos, & speculari parientes: quod se facere gallinæ testantur crebris singultibus interjecta voce acuta.

Sīngūltĭo, n. q. hoc est, singultus emitto. [אנק *anák.* *λύζω.* Gall. *Hoqueter, auoir le hoquet.* Ital. *Singoltire.* Ger. Kluxen. Hisp. *Sollocar ò hipar.* Pol. *Szkam.* Vng. *Tsuklok.* Ang. *To yexe, or haue the hichet.*] Plin. lib. 23. cap. 21: Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa sit, *&c.*

Sīngūlto, as, frequentativum, Quod est frequenter singultio. [*πολὺς λύζω.* Gall. *Sangloter, hoqueter souuent.* Ital. *Singultire spesso.* Ger. Kluxen eins kluxens. Hisp. *Sollocar ò hipar muchas vezes.* Pol. *Vstawnie szkam.* Vng. *Giakran tsuklok.* An. *To yexe often.*] Virg. 9. Aeneid. Tum caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit Sanguine singultantem: Id est, cum Singultu animam efflantem.

Sīngultim, adverbium. [Gall. *En hoquetant.* Ital. *Facendo singolti.* Ger. Mit kluxen oder abgebrochnen worten. Hisp. *Sollocando ò hipando.* Pol *Przeriwszy szkaiąc.* Vng. *Akadozua.* Ang. *With yexing.*] Horat. lib. 1 Ser. Sat 6: Vt veni coràm, singultim pauca locutus: id est, verbis interruptis. Budæus.

Sĭnistră, æ, f. p. Manus læva, à sino, is, ut placet Festo, eò quòd aves, quę ad lævam apparent, rem institutam nos agere sinãt. [שמאל *semól.* *σκαιὰ, ἀριστερά.* Gall. *La main senestre ou gauche.* Ital. *Mano sinistra, man manca, man zanca, man stanca, man mancina.* Ger. Die linche Hand. Hisp. *Mano siniestra ò yzquierda.* Pol. *Lewareka.* Vng *Balkez.* Ang. *The left hand.*] Virg. 10. Aeneid. clypeum tum deinde sinistra Extulit ardentem. Idem 5 Aeneid. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Ovidivs 3. de Ponto: Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra. ¶ Sinistra ponitur aliquando pro ea parte quæ sinistram manum versus est. Cic. 1. de Divin. Cur à dextra corvus, à sinistra cornix faciat ratum. ¶ Ponitur aliquando adverbialiter pro à parte sinistra. Cic. 4. Acad. Et quum in uno mundo ornatus hic sit tam mirabilis, innumerabilis, suprà, infrà, dextrà, sinistrà, antè, póst. ¶ Sinistra manus furtifica appellata à Plaut. in Persa: Vbi illa altera est furtifica læva? eam ob causam, quòd hac manu furta potissimùm fiebant, dum dextra aliud simulabatur. Catullus in Asinum: Inter cœnam Asini manu sinistra Non belle uteris in joco atq; vino, Tollis lintea negligentiorum. Inde apud eũdem sinistra liberalitas in Epigram. ad Cæsarem, quæ ex furtis & concussionibus facta est.

Sĭnistĕr, tra, trum, Quod ad sinistram est: [שמאל *semdli* *λαιὸς, σκαιὸς, & ἀριστερὸς, κατ' ὄφησιν μόν.* Gall *Senestre, à gauche.* Ital. *Chi è alla sinistra.* Ger. Linck/ auff der lincken seiten. Hisp *El que es puesto à la mano siniestra* Pol. *Polowes stronie.* Vng. *Balkes fele.* Ang *That is on she leafi hand.*] ut. Sinistra manus, Sinistrũ cornu. Livius 3. ab Vrbe: Nam quum æquasset aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, renuere. Virgil. 10. Aeneid. Pallasq; sinistro Affixus lateri. Idem 7. Aeneid. vestigia nuda sinistri Instituêre pedis. ¶ Sinisterior, & sinisterius. Var. 2. de

Re ruſt. cap. 5: Siquidem ſi mas eſt, in dexteriorẽ partem abit: ſi fœmina, in ſiniſteriorem. Cicero: Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius. ¶ Siniſtrum autem, quantum ad auguria pertinet, ſignificat proſperum, teſte Feſto, propterea quòd nos agere aliquid finat. Cic. de Leg. Is ave ſiniſtra dictus populi magiſter eſt. Aliã tamẽ ejus rei rationẽ affert Varr. lib. 5. Epiſt. quæſtionum his verbis: A' deorum ſede quum in Meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partem mundi exorientes, ad dextrã occidentes: quo factum arbitror ut ſiniſtra meliora auſpicia, quàm dextera, eſſe exiſtimentur. ¶ Aliquando accipitur pro adverſo, noxio, ominoſo: quòd quæ ſiniſtra manu fiunt, minus rectè fieri videantur. [Gall. *Malheureux, malfortuné.* Ital. *Infelice, nocevole, contrario.* Ger. Vngtücklich/ſchedlich. Hiſp. *Coſa de mal aguero.* Ang. *Vnproſperous, vnhappie.*] Virg. lib. 1. Georg. Arboribusq́; ſatisq́; Notus pecoriq́; ſiniſter. Plin. Epiſt. 9: Nemo me apud quenquã ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo, niſi unum me. Virgil. 9. Aeglog. Antè ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix.

Sĭnīstrē, adverbium, Malè. [σκαίως, δεινῶς. Gall. *Du coſté ſeneſtre, à la mal'heure, gauchement.* Ital. *Da banda ſiniſtra, infelicemente.* Ger. Vngtücklichen/tälp. Hiſp. *Hazia la mano yzquierda, diſdechadamente.* Pol. *Nie dobrze, nie ſzczęśliwie.* Vng. *Gonoxul, nem iol.* Ang. *Vnluckely.*] Tacit. lib. 17: Cæterùm utraq́; cædes ſiniſtrè accepta. Exceptus ſiniſtrè, Horat. in Arte.

Sĭnīstrorſum, adverbium, Ad, ſive verſus ſiniſtram partem. [ἐπ' ἀριστερὰ, ἐπὶ τὰ λαιά. Gall. *A gauche, à la main gauche, du coſté ſeneſtre.* Ital. *Da banda ſiniſtra.* Ger. Auff die lincke hand oder lincke ſeiten. Hiſp. *Hazia la mano yzquierda.* Pol. *Na lieiwą ſtronę.* Vng. *Balkez fele.* Ang. *Towardes the leaſt hand.*] Horat. 2. Ser. Satyr. 3: Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit. Legitur & ſiniſtrorſus: quod & Feſtus annotavit, citans locum Cæſar. 6. belli Gall. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diverſis à flumine regionibus.

Sĭnīstĕrĭtās, atis, f.t. Perverſitas, improbitas. [שד *hável.* σκαιότης. Gall. *Gaucheté, ſottiſe, lourdiſe.* Ital. *Seneſtrezza, malignità.* Ger. Der tinck oder tãp ſinn/gemüchtrey/verkehrung. Hiſp. *Aquella diſpoſicion del ſiniestro, maldad.* Pol. *Złoſći przewrot noſcią.* Vng. *Gonoſſag.* Ang. *Lack of grace in doing a thing vnhandſomeneſſe.*] Plin. Epiſt. 182: Pleriq́; autem dum verentur ne gratiæ potentium nimium impartire videãtur, ſiniſteritatis, atq́; etiam malignitatis famam conſequuntur.

Sĭnīstĭmum, inquit Feſtus, antiqui dixerunt pro ſiniſtro: ut, Siniſtimum auſpicium, quum aves à ſiniſtra conſpiciuntur. Id autem dextro felicius habebatùr. Cujus rationem hanc reddit Feſtus, ex ſententia Varronis, quòd veteres deorum ſedem ad Septentrionem eſſe voluerint, atq́; inde eos in Meridiem ſpectare. Quò fit ut Ortum ad dexterã, Occaſum habeant ad ſiniſtram.

Sĭno, is, ſivi, ſitum, Permitto. [הניח *hinniach.* ἐάω, ἀφίημι. Gall. *Permettre, laiſſer faire.* Ital. *Permettere, laſciare.* Ger. Laſſen oder zulaſſen/geſtatten. Bel. Toelaten/gedooghen. Hiſ. *Dexar ò deſemparar.* Pol. *Dozwaliam.* Vng. *El hagyom meg engedõm.* Ang. *To ſuffer, to permitte.*] Varro: Sine is ad pubertatis annos perveniat. Terent. Andr. Sine nunc meo me vivere interea modo: Ibidem: Sine te hoc exorem. S. Sino. Cæl. 4. bell. Gall. Vinum ad ſe importari omnino non ſinunt.

Sĭtŭs, [אמן *munnách.*] & ſiturus, particip. Permiſſus, & permiſſurus. Cic. pro Seſtio: Accuſare eum moderatè, à quo ipſe nefariè accuſatur, per Senatus autoritatem non eſt ſitus. Idem ad Q. Frat. lib 2: Cato concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum. ¶ Hujus compoſitum eſt Deſino: de quo ſuo loco.

Sĭnŏpis, pen. prod. genit. ſinopidis, f.t. [ששר *ſchaſchár.* σινωπίς. Ger. Rubrick oder Rötelſtein.] Rubricæ genus præſtantiſſimum, quod circa Sinopen Ponti urbem effodiebatur: unde & nomen habet. Plinius lib. 35. cap. 6: Naſcuntur ſinopis, rubrica, parætonium, melinum, eretria, auripigmentum, cæteri finguntur. Et paulò pòſt: Sinopis inventa eſt primùm in Ponto: inde nomen à Sinope urbe. Species ejus ſunt tres, rubens, minus rubens, & media. Hæc ille. Vitrũv. lib. 7, eam rubricam ſinopicam appellavit, Strabonem arbitror ſequutus, qui lib. 12, μίλτον σινωπικὴν eam nominat, & in Cappadocia eam naſci aſſerit: idcirco autem ſinopicam vocari, quòd à mercatoribus Sinopem ſoleret ad mercatum deferri, priuſquam Epheſiorũ emporium tam celebre eſſet.

Sĭnŏpĭcŭs, pen. corr. Adjectivum: ut, ſinopica rubrica, Vitruvius. Idem.

Sĭnŭo, as, Sinuoſus, Vide SINVS.

Sĭnŭs, us, priore correpta, m. q Curvitas illa quæ eſt intra pectoris, brachiorumq́; complexum. [חיק *chek.* κόλπος. Gall. *Sein, replis.* Ital. & Hiſp. *Seno.* Ger. Der buſem. Bel. Den boeſem. Pol. *Zantadua, l'ono.* Vng. *Kebel.* Ang. *The boſome.*] Terentius in Adelphis: Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? Ovidius Epiſtola tertia: Te tenet in tepido mollis amica ſinu. Seneca Troade: Blando ſinu fovens nepotem. Fovere dextram ſinu, Ovidius 1. Amorum, Eleg. 4. Hinc ſinus veſtium appellati ſunt, laxitates inter plicas intermediæ. Virgilius 1. Aeneidos: Nuda genu, nodoq́; ſinus collecta fluentes. ¶ Per translationem quoque ſinus vocantur littora curva, duobus quaſi brachiis longiùs in mare procurrentibus incluſa, Græci κόλπους appellant. [Gall. *Gouffre ou golfe de mer.* Ital. *Golfo.* Ger. Ein Meerſchoß. Hiſp. *Golfo de la mar entre dos cabos.* Pol. Wyrwa wbrzegu morskim, buchta. Vng. *Haylas.* Ang. *The boſome of the ſea.*] Hinc Plinius totam Europam, qua Mediterraneo mari alluitur, in quatuor præcipuos dividit ſinus, quorum primus Calpæ Hiſpaniæ, & Lacinio extremo Italiæ promontorio includitur: ſecundus à Lacinio initium ſumens, Acroceraunii montibus terminatur: tertius ab Acroceraunii ad Helleſponti anguſtias extenditur: quicquid reliquum eſt Europæ uſque ad Tanaim fluvium quarto ſinu includitur. ¶ In oculis item ſinus dicuntur concavitates illæ quibus lacrymæ erumpentes, primùm excipiuntur. Sic enim interpretatur Servius illud Virgilii 4. Aeneidos: Sic effata ſinum lacrymis implevit obortis. ¶ Accipitur item ſinus pro gremio, ſive ea parte veſtis qua verenda teguntur. Iuvenal. Satyr. 9: Fata regunt homines: fatum eſt in partibus illis, Quas ſinus abſcondit: nam ſi tibi ſidera ceſſant, Nil faciet longi menſura incognita nervi. ¶ Nonnunquam etiam pro caſſibus venatoriis. Martialis libro 13: Pulcher adeſt onager, mitti venatio debet Dentis Erythræi, jam removere ſinus. ¶ Aliquando pro velo, quod ventis flantibus curvatur, & ſinuoſum redditur. Virgil. 5. Aeneidos: Colligere arma jubet, validisq́; incumbere remis, Obliquatque ſinus in ventum, *&c.* Iuven. Satyr. 1: Totos pande ſinus. ¶ Sinum ex toga facere, eſt extremas togæ oras ita contrahere, ut in medio ſinus: hoc eſt, capacitas quædam relinquatur. Livius 1. bel. Punic. Tum Romanus ſinu ex toga facto. Hic (*inquit*) vobis bellum atque pacem portamus: utrum placet, ſumite. ¶ E' ſinu alicujus eſſe dicimus, quod ex intima familiaritate ejus eſſe volumus intelligi. Cicer. 3. Verrin. Verres ſimulac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit. Dionem evocavit: calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit: qui, *&c.* In ſinu ſuo habere, pro eo quod eſt habere in poteſtate ſua. Caius Iureconſultus: Titio centum do lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non cavi, quòd omnem fortunam & ſubſtantiam, ſi quam à matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine ulla cautione. ¶ Sinus ſolutus pro liberalitate ponitur: quo modo accipitur à Seneca: Non recipit ſordidum virtus amatorem: ſoluto ad eam ſinu veniendum eſt: id eſt, plena liberalitate, & copia effuſa, ut interpretatur Bud. ¶ Sinus, nus, prior. prod. Genus vaſis ſinuoſi, interprete Nonio, quemadmodum & galeola. Plaut. in Curcul. Hic cum vino ſinus fertur. Varro de vita populi Romani, ut idem Nonius citat: Vbi erat vinum poſitum in menſa, aut galeola, aut ſinu. Virgil. Aeglog. 7: Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis Expectare ſat eſt, *&c.* Varro in hac ſignificatione in neutro genere ponit lib. 4. de ling. Lat. Sinum, *inquit*, à Sinu: quòd ſinum majorem cavationem habeat quàm poculum.

Sĭnŭo, as, Curvo, in ſinus flecto. [κυρτόω. Gall. *Entortiller, ou tortiller en pluſieurs plis, courber.* Ital. *Ingobbire, intorcere.* Ger. Krümmen oder biegen in rend oder fält. Hiſp. *Enroſcar, entorcer.* Pol. *Krecze y tamyſam, fal'duie.* Vng. *Meg haytom, horgaſitom kebe leſſe tozõm.* Ang. *To turne and wind in forme of a ſerpent.*] Virgilius libro 2. Aeneidos: ſinuatque immenſa volumine terga: id eſt, in ſinus flectit. Ovidius libro 2. Metamorph. tremulæ ſinuantur flamine veſtes. Id eſt, rugantur, vel in ſinus colliguntur. ¶ Hinc componitur Inſinuare: de quo ſatis multa dicta ſunt ſuo loco.

Sĭnŭōsŭs, a, um, Quod habet multos ſinus, flexuoſus: [κολπώδης. Gall. *Qui a pluſieurs plis, qui a pluſieurs deſtours.* Ital. *Tortuoſo gombitoſo, golfoſo.* Ger. Das viel krümb oder fält hat/voll wincklen. Hiſp. *Tuerto, torcido, lleno de golfos.* Pol. *Fal'dziſti, pokrecżony.* Vng. *Kobeles horgaſos.* Ang. *That hath many turninges or windinges.*] ut mare ſinuoſum, Vela ſinuoſa, quæ vento inflata in ſinus turgeſcunt. Claudian. libro 1. de Rap. Proſerp. ſinuoſa draconum Membra tegens, volucri per avia nubila, *&c.* Plinius lib. 11. cap. 37: Cor prima domicilia intra ſe animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Virgilius 11. Aeneidos: Sanciùs at ſerpens ſinuoſa volumina verſat. Ovid. 5. Metam. tamen ſinuoſa veſte pependit.

Sĭnŭōsē, adver. [σκολιῶς. Pol. Krecżiſto, wężikowato. Vng. Tekerkõſſen, horgaſſan, homalyoſan.] Vnde ſinuoſius, obliquius ac magis involutè, tectius. Gell. lib. 12. cap. 6: Sed ut tibi à me mos geratur, dicam ego indoctius (ut ajunt) & apertius quæ fuiſſe dicturum puto ſinuoſius, atque ſolertius, ſi quis nunc adeſſet Stoicorum.

Sĭŏn, ii, n. ſ. σίον, [Ger. Bachbun/wie etlich wöllen/iſts aber nicht/ſonder einanõ wolgeſchmackt kraut in den Bächen den Girgeln gleich.] Herba eſt in locis aquoſis naſcens, frutice pingui, recto, foliis latis, oluſatro ſimilibus, ſed minoribus, & odoratis. Alio no-

mine Laver dicitur, & vulgò *Berula*. Plin. lib. 22. cap. 22: His adnumerant Sion, latius apio, in aqua nascēs, pinguius, nigriúsque, copiosum semine, sapore nasturtii.

Sipărium, rii, n. s. Veli genus, quo utebantur mimi, scenicíq; artifices ad scenam velandā. [מסך *masách*. αὐλαία. Gall. *Vn rideau dequoy se seruoyent les ioueurs*. Ital. *Velo da ornare il teatro, tapezzarie*. Ger. Ein vmbhang oder verhenckdecke der heüßtinen in schaw spylen Hisp. *Velo para sombra y ornar el teatro*. Pol *Zasłona, kotrzina*. Vng *Iackó hely beburiba fódozó zoryam*. Ang *A courtaine vsed in stages*.] Cic. de provinciis Cōsul Itaq; ille alter (ut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus) quibuscum jam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

Sīphōnēs, pen prod. m. t. [גבורים *tsinnorim*. σίφωνες. Gall. *Siringues ou tuyaux*. Ital *Canoni condotti da acqua*. Ger Ein rör durch welche man mit dem blast wasser herfür treibt. Hisp. *Los aguatoches ò atenores de agua* Pol. *Rury wodne*. Vng. *Tsótsatorna*. An. *Pipes to conueigh water, a conduite pipe*.] Canales, tubi, sive fistulæ in fontibus, quibus aqua vel alius liquor emittitur: à sono dicti, quem edit aqua per eos erumpens. Iuvenal Satyr. 6: Effigiemq; deæ longis siphonibus implent. Plin. lib. 2, de aqua in summa juga erumpente: Quo spiritu acta, & pondere terræ expressa siphonum modo emicat.

Sīphūnculus, li, diminutivum est à siphone, Exigua fistula ex ære, vel marmore, aliáve materia, ex qua aqua exilit è fonte. [ὁ μικρὸς ἢ βραχὺς σίφων, τὸ σιφώνιον. Gall. *Petite siringue ou petis tuyau* Ital *Picciol canone è condutto da aqua*. Ger. Ein wasserröhrlin/ brunnröhrlin. Hisp *Pequenno aguatocho, ò atenor de agua*. Pol. *Rurka, kurek* Vng. *Tsónetske tsatornatska*. Ang. *A cocke or a conduite, or a litle cunduite pipe*.] Plin. ad Apollinarem: In hoc fonte crater, circà siphunculi plures miscent jucundissimum murmur.

Sīpo, as, are, Antiquis in usu erat pro spargere. [זרק *zarák* זרה *zaráh*. σκεδάζειν, πάσσειν. Ger. Vergeüdē/ auß spreyten. Bel. Verdoen/ verstroyē. Pol. *Sypam*. Vn. *El hintom*. Ang. *To sprinkle or statter abroade*.] A quo manserunt composita Dissipo, insipo, & obsipo: quorum significationem explicuimus suis locis.

Sīquāndo, adverbium temporis, Si aliquando, vel si aliquo tempore: primam productam, & acutam habet. [ἔποτε. Gall. *Si quelque fois*. Ital. *Se qualche volta, se pur vna volta*. Ger. Wann etwan. Bel. Wanneer. Hisp. *Si alguna vez*. Pol. *Ieśliekiedi*. Vng. *Ha valaha*. Ang. *If at any tyme*.] Cicer. de Amicit. Non erunt ergo homines divitiis affluentes audiendi, siquando de amicitia, quam nec usu nec ratione habent cognitā, disputabunt.

Sīquidem, antepenultima acuta, componitur ex si, & quidem: quanvis Si, per se producatur, ibiq; correpta sit, nec significationem partium habeat ex quibus componitur. Significat enim nam, seu quoniam. [כי *chi*. ἔγε. Gall. *S'il est ainsi, car*. Ital *Se pur, poi che, perche, certamente*. Ger Dann je/ dieweil Bel. Want. Hisp. *Certamente*. Pol. *Ponieważ, gdyż*. Vng. *Mert*. Ang. *For, if it be so*.] Cicer. Dolab. Gratulór Batis nostris, siquidem, ut scribis, salubres repentè factæ sunt. ¶ Ponitur & pro Si certè, dubitativa conjunctione. Asinius Cic. Nam & robur, & soboles militum interiit, siquidem quæ nuntiantur vera sunt. Columel. in Præf. lib. 1: Accedit huc, quòd ille, quem nos perfectum esse volumus agricolam, siquidem artis consummatæ non sit, nec in universa rerum natura sagacitatem Democriti, vel Pythagoræ non fuit consecutus: multum tamen profecerit, si usu Tremellios, Saserna sq;, & Stolones nostros æquaverit. Terent. Eunuch. Biduum saltem ut concedas solùm. PH. Siquidem biduum: & non fiant isti viginti dies. Verùm in hac significatione duę divisę dictiones esse videntur: unde Si producendum est, quum in composita dictione corripiatur. Profertur tamen testimonium ex Ovidio, in quo Si, corripi volunt, etiam extra compositionem: id autem est hujusmodi: Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura senectus, Quum desit numeris ipsa juvēta suis? Sic enim legit Laurentius Valla: quum tamen emendatiores codices genuinam lectionem hanc esse ostendant: si qua est ventura senectus.

Siquĭs, siqua, siquod, vel siquid, compositum à quis: Quod si aliquis. [ἔτις. Gall. *Si aucun, si quelqu'vn*. Ital. *Se alcuno*. Ger. So einer oder jemandt/ was jenen etwas Hisp. *Si alguno, si alguna*. Pol. *Ieśliktо* Vng. *Ha valaki*. Ang *If any one, or if any*.] Plin. Epist. 6. lib. 3: Nec vitia, si qua sunt, celant. Siquis alius, ἔτις ἄλλος, clausula est in primis elegans, qua utimur quum significare volumus quempiam in re aliqua vehementer excellere: ut, Varro totius antiquitatis, siquis alius, peritissimus: id est, Aut Varro peritissimus est antiquitatis, aut nemo. Suetonius in Claudio: Siquem alium & se liberum esse.

Sirēmps, Vox antiqua, & prorsus obsoleta: qua tamen Catonem usum tradit Festus, pro eo quod omnimodam rei alicujus similitudinem refert: quasi similis res ipsa.

Sirĭăsis huius Siriasis, f t [σειρίασις. Ger. Ein entzündung am hirne vnd hirnhewtle der jungen kindern.] Inflammatio est partium earum, quæ circa cerebrum aut ejus membranas sunt, ἀπὸ τῆς σειριᾶν, quod est capitis inflammatione laborare. Plin. lib. 20 cap. 10: Ossibus in canino fimo inventis, adustio infantium, quæ vocatur siriasis, adalligatis emendatur. Idem lib. 22. cap. 21: Folia infantium ustulationibus: quod siriasim vocant, illita medentur.

Sirpĕa veles, quæ virgis, ut inquit Varro, sirpatur: id est, colligādo implicatur, in qua stercus aliúdve quid evehitur. [Pol. *Woz ykswow dowiezienia gnoiu narzędzioné*.] Hinc sirpicula diminutione factum vocabulum, quo usus est Lucilius: Tintinnabulum abest hinc, sirpiculæq; oletorum.

Sīrpo, as, are, Est colligando implicare. [Pol. *Oppliatuie*.] Varro αἰεὶ μέλλης: Cupas vinarias sirpare noli Ex Nonio.

Sīrrhŭs, σίῤῥος Suidę, Cuniculus sive fossa subterranea, in qua frumentum quàm diutissimè incorruptum asservatur. [Pol. *Loch*.] Vide infrà in dictione SIRVS.

Sīrŭs σῖρος, sive Sirrhus, duplicato r, σίῤῥος Suidæ, Spelunca subterranea, condendo servandoq; frumento accommodata. [Pol. *Podziemne wdoliech zyta chowanie*.] Varr. lib. 1. de Re rustic. cap 57: Item hujus generis granaria alia quidam habent sub terra, uti speluncas, quas vocāt *siros*: ut in Cappadocia, ac Thracia, Russia & Moscovia: alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi & Oscensi. Horum solum paleis substernunt, & curant ne humor aut aër tangere possit, nisi quum promitur ad usum. Vide in SYRVS.

Sīs, pro si vis dixêre veteres. Ad verba enim imperativa, quia videbantur contumeliosa, addebant sis, pro, si vis: ut Fac sis, Vide sis. Plaut. in Amph. Modò sis veni huc, invenies infortunium. Cicer. pro Sext. Roscio: Age nunc, refer animum sis ad veritatem.

Sisămus, (quod hìc pro Paphlagoniæ urbe corruptè legebatur) Vide SESAMVM.

Sisara, æ. pen. corr. Plin. [Ger Heyd/ ein stäudle also genannt.]

Sisărŏn, sive Sisarum, sisari, pen. corr. σισαρον, Herba est pastinacæ nō dissimilis, quæ Latinè siser appellatur. Vide paulò pòst in dictione SISER.

Sīsĕr, eris, n. t. σίσαρον Dioscoridi. Herba est pastinacæ non dissimilis, quæ hodie vulgò *Servilla* sive *Chervilla* appellatur. [Ger. Girgele/ Geirlin. Pol. *Kucmorka*.] Ejus duo sunt genera, sativum & erraticum. Sativum, caulem habet angulosum, folia oblonga, & in extremitatibus incisa, semen latum, & foliaceum, radices candidas, jucundi gustus, esuq; gratissimas. Sativi rursus duo sunt genera, floris colore distincta. Nam quod ex iis majus est, flores habet luteos, minus candidos. Erraticum verò caule est bicubitali, foliis biximellæ, sed majoribus, flore luteo, & umbella anethi, semine lato & rotundo, ut sativum, radice tenui & longa. Plin. lib. 19. cap. 5: Inter medica dicendum siser: quod ipsum Tiberius princeps nobilitavit: flagitans omnibus annis à Germania. Geldúba appellatur castellum Rheno impositum, ubi generositas præcipua. Inest longitudine nervus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur.

Sīson, σῖσων, Semen est exiguum, in Syria nascens apio simile, nigrum, fervens, & oblongum. Vide Dioscor. lib 3.

Sīsto, is, stĭti, sine supino, n. t. Stare facio, coërceo, reprimo, seu retineo: [עמד *hebemidh*. ἐφίστημι, στάσιν. Gall. *Retenir & arrester, presenter, faire comparoir*. Ital *Fermare, reprimere*. Ger. Stetten/ stillstellen. Hisp *Entancar* Pol. *Zastanowiam*. Vng. *Meg allatom*. Ang *To mak to tary or stand still, to appeare as one doth sued in the law, to stoppe or hold back*.] ut Siste gradum, Siste lacrymas. Plinius: Sanguinis profluvium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Alvum sistere: id est, reprimere. Plinius lib. 20. cap. 6: Capita bis aqua mutata cocta, alvum sistunt, &c. Fugam sistere, Liv. 10. bell. Pun. Ibi Syphax dum obequitat hostium turmis, si pudore, si periculo suo fugam sistere posset, equo, &c. Profluvium genitale, vel sanguinem sistere. ¶ Quandoque ponitur pro sui copiam facere, & se præsentem exhibere ἐφίστημι, παρίστημι. Cicero ad Atticum: Des operam id quod mihi affirmasti, ut te ante Calendas Ianuārias, ubicunque erimus, sistas. Idem 3. Offic. Vas factus est alter ejus sistendi, ut si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. ¶ Sistere etiam pro consistere & stare. ἱστάναι. Cicero 5. Verr. Qui Rempublicam sistere negat posse, ni ad Equestrem ordinem judicia referantur. ¶ Quandoque est confirmare, corroborare, & quasi nutantem fulcire. στηρίζειν, ἐρείδειν. Virgil 6. Aeneid Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sistet eques. ¶ Hujus verbi præteritum est Stiti, non, ut quidam existimarunt, steti: supinum autem nullum habet. Nam statum, à sto, non à sisto deducitur. Vnde & stator Iupiter à stando, non à sistendo, cognominatus est Priscianus præteritum hujus verbi statui esse existimavit: quod certè à verbo statuo esse constat, quemadmodum & supinum statutum. Stiti autem verum verbi hujus præteritum esse, in Noctibus suis Atticis docet Gellius: cujus

hæc sunt

hæc sunt verba: In libro vetere M. Catonis, qui inscribitur Contra Tyberium exulem, scriptum siquidem sic erat: Quid si vadimonium capite obvoluto stitisses? Rectè ille stitisses scripsit, sed falsi, & audaces emendatores, exscriptos per libros stetisses fecerunt, tanquam stitisses vanum & nihili verbum esset. Quin potiùs ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorant stitisses dictum à Catone, quoniam sisteretur vadimonium, nō staretur. Quibus ex Gellii verbis quum satis constet, stiti à sisto præteritum esse, non steti, illud quoq; obscurum esse non potest, supinum stitum esse, non statum: statorisq; appellationem non à sistendo, sed à stando esse deductam. Verùm quoniam hoc ad præsens negotium non multum pertinet, omnē hanc disputationē suum in locum reservabimus, quo ex professo de vocis ejus significatione sumus acturi. ¶ Verbi hujus composita sunt, absisto, assisto, consisto, circunsisto, desisto, existo, insisto, obsisto, persisto, & resisto: quorum significata vide suis locis.

Stător, oris, verbale, m.t. Apparitor, viator, qui magistratui præstò est, ut illius jussu quemlibet accersat, & corā illo sistat: à jugi astandi munere dictus. [שׁוֹטֵר *schotér.* κλητὴς. Gall. *Messager, sergent, ou huissier.* Ital. *Vfficiale, sbirro, Zaffo, mezzo, famiglio de la corte.* Ger. Ein Stattrecht/der stehn muß vnd warten/ wo man jhn hin schicke/ein Weibet. Hisp. *El que está a en pie delante el principe para seruirlo.* Pol. *Mieuski sługa*, item, *woźni.* Vng. *Porozlo.* Ang. *A beadle or sergeant, a somner which warneth men to appeare.*] Cic. lib. 2. Epist. Vt ad te statores meos, & lictores cum literis mitterem. Idem lib. 9: Præstò mihi fuit stator ejus cum literis, quibus ne venirem denuntiabat. ¶ Stator item Iovis cognomen fuit apud Romanos, Græci στήσιον vertunt, nonnunquam etiam ἐπισώσιον: inde dictum quòd Romanos à Sabinis in fugam versos stare fecerit: qua de re sic scribit Liv. lib. 1. ab Vrbe: Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusaq; est ad veterem portam Palatii. Romulus & ipse turba fugientium actus, arma ad cœlum tollens: Iupiter tuis (*inquit*) avibus jussus hìc in Palatio prima urbi fundamenta jeci: arcem jam scelere emptam Sabini habent: inde huc armati superata valle media tendunt. At tu pater deùm, hominumq; hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugamq; fœdam siste: hìc ego tibi templum Statori Iovi, quod monumentum sit posteris, tua præsenti ope servatam urbem esse, voveo. Hæc precatus, veluti si sensisset auditas preces: Hinc *inquit*, Romani Iupiter optimus maximus resistere, atq; iterare pugnam jubet. Hæc ille. Cicero antequam iret in exilium: Iupiter Stator, quem verè hujus urbis statorem majores nostri nominavêre: cujus templum à Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum victoria est collocatum.

Sīstrum, sistri, n.s. [σεῖστρον. Ger. Ein Egyptisch Pfaffengöcklein. Pol. *Rzegotki, klekotki vnas.*] Crepitaculum æneum, quo Aegyptii sacerdotes in Isidis sacris uti solēt: ita dictum ἀπὸ τῦ σείειν: hoc est, à quatiendo, propterea quòd concussum, argutum, sonorumq; ederet tinnitum. Ovid. 2. Amor. Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi. Apuleius: Aereis & argenteis, & aureis sistris argutum tinnitum constrepentes. Mart. lib. 14: Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatiat, tenera garrula sistra manu. Hoc instrumentum apud Aegyptios vicem tubæ exhibebat. Virg. 8. Aeneid. patrio vocat agmina sistro. Ovid. 3. Amor. eleg. 8: Quid nos sacra juvant? quid nunc Aegyptia prosunt Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?

Sīstrātus, ta, tum, Sistrum tenens: quod est proprium epitheton sacerdotum Isidis. Mart. lib. 12: Linigeri fugiunt calvi, sistrataq; turba.

Sīsymbrium, n.s. [σισύμβριον. Gall. *Balsamite, mente romaine, cresson.* Ital. *Balsamita, menta acquatica.* Ger. Wassertressig/Brunnkressig/wilder quendel. Hisp. *Yerua buena de agua, axedrea.* Pol. *Lebiotka.* Vng *Kakukfw.* Ang. *Wilde tyme or creeping tyme.*] Herbæ genus est, teste Dioscoride, quod alio nomine serpyllum sylvestre vocatur. Nascitur in solo inculto, menthæ hortensi simile, odoratius tamen, & latiore folio. Officinæ *balsamitam* vocant. Solet autē hæc herba unà cum myrto coronis adhiberi. Ovid. 4. Fastorū: Cumq; sua dominæ data grata sisymbria myrto. ¶ Est præterea aliud Sisymbrii genus, locis riguis gaudēs, quod alii Cardaminam, alii sion, vulgus autem *Nasturtium aquaticum* vocat. Vtriusque meminit Dioscor. lib. 2. cap. 120.

Sīsyrinchion, σισυρίγχιον, Bulbi genus, cujus imę radices hyeme crescunt: verno autem tempore, quum apparuerit viola, minuuntur ac contrahūtur, bulbo interim pingescente. Autor Plin. lib. 19. cap. 6.

Sītanion, σιτάνιον, Frumēti genus, quod quoniam tertio à satu mense metitur, à Græcis τριμηνιαῖον, à Latinis etiam trimestre dicitur, toti Alpino tractui, atque adeò frigidioribus omnibus regionibus notissimum certissimumq; agricolis famis levamen, quoties aut nives altiores, aut aquæ affluentiores maturam sationem prohibuerunt. [Pol. *Iáre żyto.*] ¶ Hinc Sitanius panis ex sitanio frumento confectus. Plin. lib. 22. cap. 25. de panis generibus loquens: Sitanius: hoc est, trimestris incussa in facie, aut desquamata cum melle aptissimè curat.

Sītārchīa, σιταρχία, Annonæ vel commeatus præfectura: Sitarchus annonæ vel commeatus præfectus. [Pol. *Ten ktori żywności obmislia wprzestwie.*] A Græco σῖτος sive σῖτον, quorum illud cibum, hoc frumētum significat: & ἀρχὴ, quod magistratum denotat, sive præfecturam.

Sītella, Vide SITVLA.

Sīticīnēs, pen. corr. Dicti sunt, teste Gellio, qui apud sitos cānere soliti essent: hoc est, vita functos, & sepulcro ad tempus conditos. Plura de hoc Gell. lib. 20. cap. 2, ex sententia Attei Capitonis, & Nonius de Proserpina.

Sītīs, hujus sitis, f.t. Est appetitus bibēdi. [צָמָא *tsamá* צִמָּא *tsimedh* צִמָּאוֹן *tsimmaón.* δίψος. Gall. *Soif, conuoitise, & enuie de boire.* Ital. *Sete.* Ger. Durst. Bel. Dorst. Hisp. *La sed, appetito de beuer.* Pol. *Pragnienie.* Vng. *Zomusag.* Ang. *Thrist, or appetit of drink.*] Cic. 1. de Finib. Quum cibo, & potione fames, sitisq; depulsa esset. Idem 2. de Fin. Est'ne quæso, *inquam*, sitienti in bibendo voluptas? Quis istud, *inquit*, posset negare? Eadémne, *inquam*, quæ restincta siti? Imò alio genere: nam restincta sitis stabilitatem voluptatis habet, *inquit*: illa autē voluptas ipsius restinctionis in motu est. Virgil. 5. Aeglog. Tale tuum carmen nobis divine poëta, Quale sopor fessis in gramine: quale per æstū Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo. ¶ Per translationem etiam sitis dicitur nimia rei alicujus aviditas. Cic. in Parad. Neq; enim unquā expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Horat. 1. Epist. 18: Quem tenet argenti sitis importuna, famesque.

Sītīo, is, ire, n.q. Appeto bibere, siti laboro. [צָמָא *tsamá.* δίψάω. Gall. *Auoir soif.* Ital. *Hauer sete.* Ger. Dürsten/durst haben. Bel. Dorst hebben. Hisp. *Hauer sed.* Pol. *Pragne.* Vng. *Zomuhozom.* Ang. *To thrist.*] Cic. in Pison. Ipse cum paucis ad portam sitiens perveni. Transfertur etiam ad plantas, quæ tunc sitire dicuntur, quum sicciores sunt, humoremq; desiderant. Cic. in Orat. Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis utitur non modò urbanorum, sed etiam rusticorum: siquidem est eorum, gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. Virgil. 4. Georg. Quum sitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra est. ¶ Aliquando etiam Sitire accipitur pro vehementer cupere, sicut sitis pro vehementi rei alicujus aviditate. Iustinus: Satiare sanguine, quem semper sitisti. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3: Nec sitio honores, nec desidero gloriam, Idem 5. Philip. Etenim aderat L. frater gladiator Asiaticus, qui Myrmillo Mylasis depugnarat, sanguinem nostrum sitiebat. ¶ Passivo sitior, usus est Ovid. lib. 1. Fast. Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Sītiēns, tis, participium, & aliquando nomen, & ponitur pro cupido, avido: [צָמֵא *tsomé.* διψάων, διψαλέος. Gall. *Qui a soif, sec.* Ital. *Chi a sete* Ger. Dürstend/durst habend. Hisp. *Que tiene sed.* Pol. *Pragnaci.* Vng *Zomui hozo.* An. *That thrísteth or is drie.*] ut, Sitiens hortus. Ovid 1. de Ponto, Eleg. 9: Nec dubitem longis purgare ligonibus arva, Et dare, jam sitiens quas bibat hortus aquas. Virg. 4. Georg Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem Hauserat, &c. Idem 1. Aeglog. At nos hinc alii sitientes ibimus Afros.

Sītiēnter, adverbium, Ardenter. [διψόντως, διψαλέως. Gall. *Ardemment, auec grande conuoitise.* Ital. *Ardentemente, con grand desio.* Ger. Durstiglich/begirlich als ob einen dürstete. Hisp. *Con mucho ardor y codicia.* Pol. *Pragnac.* Vng. *Zomuihozo.* Ang. *With great desire and thrist.*] Cic. 4. Tusc Nec sitienter quid appetens

Sītīculōsus, a, um, Sitim afferens. [צָמֵא *tsomé.* διψῶν Gall. *Sans humeur, essardé & alteré.* Ital. *Che fa sete.* Ger Das durst bringt. Hisp. *Cosa que haze sed.* Pol. *Pragnienie cżyniący.* Vng. *Zomuisag hozo, Zomuihoztato.* Ang. *Very thristie, without humour, drie.*] Plinius lib. 23. cap. 6: Melimela, & reliqua dulcia stomachum & ventrem solvunt, siticulosa, æstuosa, sed nervos non lædunt. ¶ Interdum significat siccus, aridus, & vehementer sitiens. [διψαλέος. Gall. *Qui a grande soif: essardé & alteré.* Ital. *Chi a grand sete.* Ger. Vast dürr vnd durstig. Hisp *Cosa que tiene mucha sed.*] Loca siticulosa. Colum. lib. 23. cap. 6: Sed si aspera, & siticulosa loca arboribus observenda sint, neq; populus neq; ulmus tàm idoneæ sunt, quàm orni. Horat. 3. Epod. Nec tantus unquam siderum insedit vapor Siticulosæ Apuleiæ.

Sītībundus, Vehementer sitiens: & per translationem idem quod siccus, & humoris omnis expers. [צָמֵא *tsomé.* διψαλέος.]

Sītōcōmīa, f.p. [σιτωνία. Ger. Kornherrē Ampt/Prouiandtmeisterey. Pol. *Vrzad tego ktori żywność obmisla.*] Dignitas eorū qui frumentum & annonam curabant. Qui verò magistratu hoc fungebantur, σιτώνας dicebantur: quasi τῦ σίτου νόμους, quasi præfecti seu curatores annonæ. Arcad. l. Munerum, de Muneribus & honoribus: Personale munus est, cura emēdi frumen-

ti & olei: nam harum ſpecierum curatores, quos σπογγίτους Græci vocant, creari moris eſt.

Sĭtŭlă, æ, f.p. Vas eſt ad hauriendam aquam accommodum: à ſitiendo dictum, quòd aquam ſitiat. [יָדָל *deli* כַּד *chadh.* κάλπη, κάλπις. Gall. *Seau ou ſeille à porter eau.* Ital. *Secchiella.* Ger. Ein geſchirr mit dem man waſſer ſchöpfft / ein kübel / ſchuffen. Bel. Eenen emer/ater. Hiſp. *Herrada para ſacar agua.* Pol. *Wiadro, weborek.* Vng *Kaponya.* Ang. *A paile or bucket to drawe or carie water in*] ¶ Nonnunquam etiam urna, è qua ſortes ducuntur. Plautus Caſin. Et ſitulam huc tecum afferto cũ aqua, & ſortes. Plaut. in Caſin. Sortiar illa in ſitula.

Sĭtĕllă, læ, diminutivum eſt à Situla. [κάλπίδιον. Gall. *Petite ſeau, petite ſeille à porter eau.* Ital. *Secchiella, picciola ſecchia da portare acqua.* Ger. Ein klein geſchirrlin waſſer zu ſchöpffen/ein ſchapff/ein gätze. Bel. Een kãũe. Hiſp. *Pequenna herrada para ſacar agua.* Pol. *Weborecżek.* Vng. *Kaponyatiska.* Ang. *A litle paile or bucket to carie water in.*] Quemadmodum Matella à matula. Accipitur frequenter pro ſitula ſive urna, è qua ſortes duci conſueverunt. Livius 5. bel. Pun. Tribuni populum ſummoverunt: ſitellaq; allata eſt ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. Plaut. Caſ. Conjiciam ſortes in ſitellam, & ſortiar Tibi & Chalino.

Sĭtŭs, a, um, Poſitus. [מבֹרָן *munnách.* κείμενος. Gall. *Situé, mis, & poſé.* Ital. *Poſto, meſſo.* Ger. Gelegt oder geſetzt. Hiſp. *Pueſto, ſituado.* Pol. *Pol'ożenie.* Vng. *Helyhextetes.* Ang. *Placed, ſituate.*] Liv. 10. Bel. Pun. Ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita eſt Carthago Terent in Adelphis: In te ſpes omnis Hegio nobis eſt. Cicer. 1. de Finibus: Eſt autem ſitum in nobis, ut & adverſa quaſi perpetua oblivione obruamus, & ſecunda jucundè ac ſuaviter meminerimus. ¶ Accipitur aliquando ſitus, pro conditus. Tacitus lib. 3: Vrbemq; Philippopolim à Macedone Philippo ſitam. ¶ Situs præterea dicitur pro ſepulto. Plaut. in Milite: Scio crucem futuram mihi ſepulcrum: ibi enim mei majores ſunt ſiti.

Sĭtŭs, tus, m q. Lanugo ex humore creata, præſertim in locis Sole carentibus. [αὐχμὸς, ῥυπός. Gall. *Chanſiſſure, moiſiſſure, & relend, craſſe & ordure.* Ital *Sito, ruto, ruffa, muffa.* Ger. Schimmel oder ſchimtigkeit/die grawe wollechtige matery ſo von feüle entſpringt. Bel Mos. Hiſp. *Suziedad, moho.* Pol. *Pleſn.* Vng. *Penisz.* Ang. *Ordure and mouſineſſe in a weet place wher the ſunne ſhyneth not.*] Valla lib 6: Situs, ſordes, & illuvies illa, qualis naſcitur inter opaca domus, quæ diu non repurgatur. Virgil. 6. Aeneid. Sed me juſſa deûm, quæ nunc has ire per umbras, Per loca ſenta ſitu cogunt, noctemq; profundam, Imperiis egére ſuis. Solet autem in locis ſitulentis odor quidam teter & fœdus olfactantium nares offendere, qui & ipſe ſitus dicitur. Plin. lib. 21: Peſſimum eſſe crocum quod ſitum redolet. ¶ Accipitur & ſitus pro ſqualore quodam corporis, quũ ſcilicet cultu omni neglecto corpus horriditatem quandam, & ingratum contrahit odorem, quem etiam pædorem dicimus, cujuſmodi libro 5. deſcribit Lucretius: Fœda ſitu macies. ¶ Quinetiam vitibus ipſis Colum. lib. 5, ſirum aſſignat: Iam verò (*inquit*) muſcus qui more compedis crura vitium, & vineta comprimit, ſituq; & veterno macerat, ferro diſtringendus, & eradendus eſt ¶ Accipitur aliquando ſitus pro torpore & inertia ex diutino otio. Virgil. 7. Aeneid. Sed te victa ſitu, veriq; effœta ſenectus. O mater, curis nequicquam exercet. Quem locum explicans Donatus: Situs, *inquit*, eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt ſpecies, uno in loco prolixo tempore conſtitutæ. Vnde Senectus vita ſitu, quaſi otio, & nihil agendo corrupta. Huic non diſſimile eſt illud apud Virg 1. Georg. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campũ: id eſt, quiete & intermiſſione arandi. ¶ Situs præterea dicitur qualitas, & poſitio loci. [בחרת *náchath* תשועת *teſúmeth.* τοποθεσία Gall. *Situation, aſſiette.* Ital. *Situatione.* Ger Gelegenheit Hiſp. *El ſitio ò diſpoſition de lugar.* Pol. *Pol'ożenie.* Vng *Helhexetes allas.*] Cæſar 5. bel. Gall. Sub caſtris ejus vagabantur, aliâs ut ſitum caſtrorum cognoſceret, aliâs collocandi, aut territandi cauſa.

Sīvĕ, conjunctio, quum ex ſi & ve compoſita ſit, duorum generum vim ſimul obtinere videtur. [אוֹ o, κἄν. Gall. *Ou bien, ou ſi, ſoit que.* Ital. O, *ouero, che.* Ger. Gãb/oder. Hiſp O. Pol. *Ieſli, albo, bądź, chociaż.* Vng. *Akar, anagy.* Ang. *Or elles.*] Itaq; quum orationem inchoat, minimè mirum eſt, ſi præter morem aliarum conjunctionum tres minimum ſenſus poſtulat, quum & SI continuativa ſuam apodoſin, & VE alteram disjunctivam exigit: ut, Sive me amas, ſive odiſti, non magni æſtimo. Aliquando quatuor. Ovidius in Epiſt Penelopes: Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victũ, Antilochus noſtri cauſa timoris erat: Sive Menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis, Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos. ¶ Aliquãdo ſimpliciter pro Vel ponitur Cic. ad Qu. Frat. Quapropter hoc te primùm rogo, ne cõtrahas, aut demittas animum, néve te obrui, tanquã fluctu, ſic magnitudine negotii ſihas, contraq; te erigas, & reſiſtas, ſive etiam ultrò occurras negotiis.

Smărăgdītēs, σμαραγδίτης. Gemma viridis coloris, quam alio nomine carchedoniam vocãt, quòd circa Carchedonem: hoc eſt, juxta Carthaginem legebatur. Vide Plinium libro 37. capite 5.

Smărăgdŭs, m. f. [σμάραγδος. Gall. *Vne eſmeraude.* Ital. *Smeraldo.* Ger. Ein Smaragd/iſt ein grün edelgeſtein. Hiſp. *La eſmeralda piedra preciosa.* Pol. *Szmaragd.* Vng. *Smaragd.* Ang. *A ſmaragd ſtone*] Gemma viridis & translucida, tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. Plin. lib 37. cap. 5: Tertia autoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis. Nullius coloris aſpectus jucundior eſt. Nam herbas quoque virentes & frondes avidè ſpectamus: ſmaragdos verò tanto libentiùs, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant. Martialis lib. 5: Sardonicas, ſmaragdos, adamantas, jaſpides uno Portat in articulo. Ovid. 2. Amor. Eleg. 6: Tu poteras virides pennis hebetare ſmaragdos. ¶ Eſt autem ſmaragdus ferè generis maſculini, ut ſæpiùs apud Plin. lib. ult. cap. 5. Apud Suidam tamen invenitur articulo fœminino junctum.

Smărĭs, idis, σμαρίς, Piſcis exigui genus mari peculiare, quod Theodorus ex Ariſtotele cerrum vertit. Plinius libro 32. capite 2: Mulieribus lactis copiam facit glaucíſcus è jure ſumptus, & ſmarides cum ptiſana ſumptæ, vel cum fœniculo decoctæ.

Smĕgmă, ſmegmatis, n. t. [בורית *borith.* σμῆγμα. Gall. *Savon, nettoyement, ce qui ſert à nettoyer,* Ital. *Sapone.* Ger. Seiffen/oder ein jedes ſo reiniget vnd abfeüberet. Hiſp. *Xabon.* Pol. *Mydło.* Vng. *Zappan.* Ang. *Sope, or any thing to clenſe with.*] Sapo, alitúdve quid abſtergendi habens facultatem. ἀπὸ τῦ σμήχειν, quod eſt abſtergere, ſive purgare. Plin. libro 22. cap. 25: Si verò cœleſti aqua decoquantur, ſuccus ille ſmegma fit, quo ſolent fovere gangrænas.

Smĕgmătĭcŭs, adjectivum. [σμηκτικὸς, σμηγματικός. Gall. *Qui a vertu & puiſſance de nettoyer, purger ou abſterger.* Ital. *Coſa ch' ha virtù di purgare & nettare.* Ger. Das die krafft hat zu reinigen oder ab zu feüberen. Hiſp. *Coſa para limpiar.* Pol. *Rzecz wſzelaka dlia wichedożenia.* Vng. *Tiztito mint az Zappan.* Ang. *That hath force to clenſe, as ſope.*] Idem quod abſterſivus. Plin. lib. 31. cap. 7: Sudorem cit, alvum ſolvit in vino & aqua, acopicis & ſmegmaticis utilis: hoc eſt, medicamentis quæ laſſitudinem tollunt, & deterſoriis.

Smĕctĭcŭs, a, um, σμηκτικὸς, Quod habet vim abſtergendi, unde ſmectica vis dicitur, quæ & ſmegmatica: id eſt, abſterſiva. Plin. lib. 30. cap. 4: Omnium autem cochlearum cinis ſpiſſat, calfacit ſmectica vi.

Smīlăx, ſmilacis, penult. genitivi corr. f. t. [σμίλαξ Gall. *Vn arbre nommé if.* Ital. *Naſſo, taſſo.* Ger. Eybenbawm. Hiſp. *Taxo.* Pol. *Iedlina.* Vng. *Merges segnie fa.* Ang. *An ewe tree.*] Arbor eſt abietem magnitudine & foliis referens, in Italia & Narbonenſi Gallia, Hiſpaniæ contermina, abundans: quam Latini, Dioſcoride teſte, taxum appellant. Baccas habet lethales, in Hiſpania præcipué. Ligno quoq; exitialis eſt, adeò, ut compertum ſit lagenas viatorias ex eo cõfectas, ex iis bibentibus exitio fuiſſe. In Arcadia verò etiam umbram lethiferam eſſe tradunt ſub ea aut dormientibus, aut cibum ſumentibus. Galli *Iſum* vocant, puniceam arcubus materiã ſuppeditans. ¶ Smilax hortenſis. [σμίλαξ κηπαία Gall. *Faſeoles.* Ital. *Fagioli, faſeli.* Ger. Kleine faſſeln/ſind ein art welſcher bonen. Hiſp. *Fayones.* Pol. *Wie łogroch, wł'oski bob.* Vng Török *bab.*] Frutex eſt hederæ foliis, ſed moll. oribus, caulibus tenuibus, & capreolis vicinis fruticibus circunvolutis, qui in tantam altitudinem excreſcunt, ut topiarias ſcenas repręſentare videantur. Siliquas habet fœnogræci, ſed longiores, & toroſiores, in quibus ſemina includuntur renibus ſimilia, inæqualiter fulveſcentia. Aërius unà cum recentioribus eandem hanc plantam eſſe exiſtimat, quam alio nomine phaſiolum appellant, non illum quidem candidum, ſed rubentem, qui & lobos & dolichos dicitur. ¶ Eſt & ſmilax aſpera. [σμίλαξ τραχεῖα. Gall. *Smilax aſpera.* Ital. *Hedera ſpinoſa, roua cernino.* Ger. Stechendowinden/ oder ſcharpff winden/ſtechtẽ ſich vmb die zeün vnd weinſtöck Hiſp *Biguorda.*] Frutex hederæ ſimilis, denſis geniculatis caulibus, ſpinoſus, fruticoſis ramis, folio hederaceo, flore candido, olente lilium, infauſta omnibus ſacris & coronis, eò quòd lugubris ſit, puella ejuſdem nominis ob amorem Croci juvenis in hunc fruticem, aut in flores ejus commutata. Ovid. lib 4. Metamorph. Et Crocon in parvos verſum cum Smilace flores. ¶ Eſt & ſmilax lævis. [σμίλαξ λεῖα Gall *Liſes.* Ital. *Volubbio maggiore.* Ger. Glatt winden/zaungtocken. Hiſp. *La campanella, correuela mayor.*] Foliis hederæ non diſſimilibus, ſed mollioribus, lævioribus, & tenuioribus, nullis horrens ſpinis. Circunvolvitur arboribus: fructumq; parit lupini modo nigrum, exiguũ, floribus in cacumine perpetuis, multis, & rotundis.

Smўrnĭum, n. ſ. [σμύρνιον. Ger. Lybſtickel/wie maß meynet. Pol. *Lubſtzęck.*]

Lubſtęck.] Herba eſt ex dauci generibus, myrrhæ odorem referens: unde & nomen accepit. Vulgus *Leviſticum* appellat. Deſcriptionem ejus vide apud Plin.lib.12.cap.15.Theophraſtum lib.6 cap 3.& Dioſcor.lib.2.cap.77

S. ante O

Sŏbŏlēs, ſt. Proles, ab oleſcendo, i. creſcendo dicta. [זֶרַע *jéledh* מִיבְּיאִים *mitſium* נְאֻמִּים *tſeetſaim.* ϕυτά. Gall. *Race, lignée, engeance.* Ital *Succeſtione. figliuolanza.* Ger. Ein zucht / geſchlächt/junge/auffwachſende Bel Racom etinqen. Hiſp *La generacion ò linage que deſciende.* Pol. Rozpłodzenie. Vng. *Magzat.* Ang. *Succeſſion of children, offspring.*] Plin.lib.20 cap 34 Amor utrique ſobolis æqualis. Cic 1. Offic. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui: quæ propagatio & ſoboles, origo eſt rerum publicarum. Virgil. 4. Eclog. Chara deûm ſoboles, magnum Iovis incrementum. Idem 4. Aeneid. Saltem ſiqua mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles. Cic. 3. de Legib. Cenſores populi ævitates, ſoboles, familias, pecunias q; cenſento.

Sŏbŏlēſco, ſcis, ere, n t. Subnaſcor, ſuccreſco. [זֶרַע *jaládh* רְבָה *rabáh* פָּרָה *parádh.* αὐξάνομαι. Gall *Croiſtre & multiplier la lignée, ſe peupler.* Ital. *Figliuolare.* Ger. Sich mehren/auffwachſen Hiſp. *Creſcer en generacion* Pol *Rozradzam ſie.* Vng *Temzŏm.* Ang *To encreaſe and multiplie.*] Livius 9. bel. Pun. illis Romanam plebem, illis Latium juventutem præbuiſſe majorem ſemper, frequentioremque pro tot cæſis exercitibus ſoboleſcentem. Quo tamen in loco ſuboleſcentem potiùs legendum viderur.

Sobrīnī, m.ſ. Duarum pluriúmve ſororum filii, quaſi ſororini. [ἀνεψιοί. Gall. *Couſins germains.* Ital *Cugini germani, figliuoli di ſorelle.* Ger Geſchwiſterte kind/ zweyer Schweſteren kind. Hiſp. *Primos hijos de hermanas.* Pol. Cyoteczni bracia. Vng. *Ket attya fi azzony fi ay.* Ang. *Couſins germanes, ſiſter ſonnes.*] Terent. in And. Quem video eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Idem in Phorm. Eho tu ſobrinum tuum non noras?

Sōbrĭŭs, a, um, Non ebrius, ſanæ mentis. [νήφων, νηφάλιος. Gall. *Sobre, ſage.* Ital. *Sobrio.* Ger Nüchter/ mäſſig mit eſſen vnnd trincken. Bel. Nuchter. Hiſp. *Coſa templada en beuer.* Pol. Trzezwi. Vng. *Iozan.* Ang. *Sober, wiſe, temperat.*] Terent. in Andr. Tu pol homo non es ſobrius. Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua ſobrii. Pocula ſobria. Tibul. lib. 1. Eleg 1: at ipſe bibebam Sobria ſuppoſita pocula victor aqua. ¶ Rura ſobria: id eſt, in quibus antea vinum non naſcebatur. Statius 4. Syl. ſic vitifero ſub palmite nudos Vmbravit colles, & ſobria rura Lyæus.

Sōbrĭē, adverbium, Temperanter. [νηφαλίως. Gall. *Sobrement, ſagement.* Ital *Sobriamente, ſauiamente.* Ger. In nüchterkeit/mäſſigkeit. Hiſp. *Templadamente.* Pol. Trzezwie. Vng. *Iozanon.* Ang. *Soberlie, temperatlie.*] Cicer. 1. Offic. Intelligemus quàm ſit turpe diffluere luxuria, & delicatè, ac molliter vivere, quamq; honeſtum parcè, continenter, ſeverè, ſobriè.

Sŏccŭs, ci, per duplex c, Genus calceamenti, humilius cothurno, quòd non tantùm comœdorum erat (ut apud Horatium: Hunc ſocci cepêre pedem) ſed etiam mulierum. [ἐμβάς. Gall. *Brodequin commun aux hommes & aux femmes.* Ital. *Foggia antiqua di ſcarpe.* Ger. Sockſchuh oder ſockſtifel. Hiſp. *El abarca de madera ò cueco.* Pol Szkarpetka, *kapcia.* Vng. *Kapcza.* Ang. *A kinde of ſhooes, brodekins.*] Sueton. de Calig. Sæpè gemmatas, depictasque penulas indutus, manuleatus & armillatus in publicum proceſſit: aliquando ſericatus & cycladatus ac modò in crepidis vel cothurnis, modò in ſpeculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri.

Sŏccŭlŭs, li, diminutivum, Parvus ſoccus. ἐμβάδιον. Suetonius in Vitell. Pro maximo munere à Meſſalina petiit, ut ſibi pedes præberet excalciandos: detractumq; ſocculum dextrum, inter togam, tunicasq; geſtavit aſſiduè. Plin lib. 9. cap. 35: Quin & pedibus margaritas, nec crepidarum tantùm obſtragulis ſed totis ſocculis addunt.

Sŏccātŭs, Socculos gerens. [Pol. Obkapczie obuti. Vn *Kapczas, kapczą viſelŏ.*] Seneca libro 2. de Beneficentia: Parum enim fœdè, furioſeq; inſolens fuerat, qui de capite conſularis viri ſoccatus audiebat niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator pictos ſoccos.

Sŏcĕr, ceri, pen. corr. m.ſ. Vxoris meæ pater, à quo fœminina, Socrus, uxoris meæ mater. [חוֹתֵן חָם *chothén cham* γαμβρός. Gall. *Le pere de la femme de marié, le beau pere.* Ital. *Socero, meſſer padre della moglie, padre del marito.* Ger. Schwäher. Bel. Een Swager. Hiſp. *El ſuegro padre del marido ò de la muger.* Pol. Oczieczoni moiei. Vng. *Ipa.* Ang. *My father in law.*] γαμβρός. Cic. 1. Offic. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lavantur. ¶ Socer magnus, uxoris meæ avus, qui & proſocer dicitur: cujus relativum eſt progener. Sic etiam avus meus, ſocer magnus eſt uxoris meæ, illa illi pronurus. ¶ Socer autem & ſocrus dicuntur, quia ſibi generum aſſocient. Conſoceros vocant, quorum filii inter ſe matrimonio copulati ſunt. Verbi gratia. Ego illi cõſocer ſum, & ille mihi conſocer eſt, cujus filio filia mea nupſit.

Sŏcĕrŭs, ri, Idem qui & ſocer. Plaut in Menæch. Abiit ſocerus, abiit medicus, nunc ſolus ſum.

Sŏcĭālĭs, Sociabilis, Socio, Vide SOCIVS.

Sŏcĭŭs, ſocii, m ſ. Qui pari conſilio, ſpe, & periculo rem alliquam cum altero aggreditur. [חָבֵר רֵעָה *chabér* רֵעַ *rehá.* רֵדַע *redh* ἑταῖρος. κοινωνός. Gall. *Compagnon.* Ital *Compagno.* Ger. Ein Geſell. Bel. Een medegeſell / deelachtich. Hiſp. *Compannero.* Pol. Towarzyſz. Vng. *Tars.* Ang. *A companion, or fellow*] Cicero 5. Verr. Nam ſocii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt Idem ad Att. libro 11: Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ ſocium. Lucan. libro 1: Nulla fides regni ſocius. Virgil. 2 Aeneid. Addunt ſe ſocios Riphæus, & maximus armis Iphitus. ¶ Hinc Romani ſocios ſuos appellabant, quos ita fœdere conjunctos habebant, ut & belli & pacis eſſent participes. συμμάχους. ¶ Inter negotiatores quoque ſocii dicuntur. qui lucri damnique communionem inierunt. Cicer. pro Q. Roſc. Qui ſocium fallit, in virorum bonorum numero non eſt habendus. Societatis itaque conjunctio fortunarum, & periculi communionem importat: fitq; propemodum inter pares. ¶ Comitum verò appellatio propriè ad eos pertinet, qui non tàm ſui cauſa, quàm ut alium proſequantur, iter, aut expeditionem arripiunt. Cæſar de Labieno: Quum ſe victoriæ Pompeii comitem eſſe mallet, quàm ſocium Cæſaris. ¶ Sodales verò (ut Cajo Iuriſconſulto placet) propriè dicuntur qui ejuſdem ſunt collegii: aut certè qui rerum leviorum jucundiorumq; inter ſe ſunt participes. ¶ Hinc deducitur fœmininum Socia. [חֲבֶרֶת *chabéreth* ἑταίρα. Gall *Compagne.* Ital. *Compagna.* Ger. Ein Geſellin/Geſpil. Hiſp. *Compannera*] Vt Tori ſocia: id eſt, uxor, quæ quum marito non proſperæ ſolùm fortunæ, ſed & adverſæ ſocietatem iniit. Ovid. 10. Metamorph. Appellatq; tori ſociam.

Sŏcĭī Latīnī, dicebant veteres conjunctè, quum tamen & de ſociis: id eſt, Italis extra Latium, & de Latinis intelligerent: ſicuti, æquum bonum, copula omiſſa pro æquum & bonum. Sic, Socii Latini nominis, pro, ſocii, & qui erant Latini nominis: nam Latini, quum ipſi quoque ſocii eſſent, proprio etiam nomine à reliquis Italis diſtinguebantur, & proprio tamen jure fruebantur. Vnde, jus Latii, & jus Italicum, diversè poſita. Erat igitur ſocii nomen generale, ſicuti & fœderati: tàm enim ſocii fœderatique Latini, quàm reliqui Itali. Livius lib. XLI: Moverunt ſenatum, *inquit*, legationes ſociûm nominis Latini, ſumma querelarum erat, cives ſuos, Romæ cenſos, pleroſq; Romam commigraſſe: quod ſi permitteretur, perpaucis luſtris futurum, ut deſerta oppida, deſerti agri nullum militem dare poſſent dixit, Sociûm nominis Latini, pro ſociorum, & nominis Latini, quod idem Livius ibidem oſtendit: ſubjungit enim: Lex ſociis, ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat ut cives Romani fierent. ea lege malè utendo, alii ſociis, alii populo Rom. injuriam faciebant: nam & ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibuſquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant; libertiniq; cives eſſent: & quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, cives Romani fiebant. hîc duo ſunt animadvertenda, primùm de quibus dixerat, ſocium nominis Latini, de iiſdem intuliſſe ſociis, ac nominis Latini: deinde, cùm in eo Sociis, ac nominis Latini, diſtinxiſſet, ac ſeparaſſet ſocios à Latinis, uno tamen poſtea nomine ſimul omnes comprehendiſſe, cùm dixerit: Alius ſocius, alii populo Rom. injuriam faciebant, ut appareat, quanquam Latini ac reliqui Itali non eodem jure eſſent, æquè tamen omnes ſocietate junctos fuiſſe populo Rom. eſt etiam eadem de re, verſibus aliquot interjectis, ejuſdem generis exemplum: Legem, *inquit*, de ſociis C. Claudius tulit S C. & edixit: qui ſocii ac nominis Latini ipſi majoréſve eorum, M. Claudio, T. Quintio cenſoribus, poſtque ea apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent, ut omnes in ſuam quiſque civitatem ante Cal. Novembr. redirent. & lib. XLII. cùm de iiſdem loqueretur: Poſthumius, *inquit*, conſul pro concione edixerat: qui ſocium Latini nominis ex edicto C. Claudii conſulis redire in civitates ſuas debuiſſent, nequis eorum Romæ, & omnes in ſuis civitatibus cenſerētur: ſexcēta ſunt hujuſmodi tùm apud hunc, tùm apud alios: quæ legendo, ſiquis voluerit, obſervet. Ex Pauli Manutii obſervationibus.

Sŏcĭŭs, a, um, adject. Commune, quod eſt ſociorum. [חֲבֶרֶת *chabereth.* κοινωνικός, ἑταιρικός Gal. *Compagnon complice, aliué* Ital. *Compagno, complice.* Germ Geſellig. Hiſp *Compannero.* Pol. *Towarzyſke.* Vng Kŏz. Ang. *Belonging to companions or fellowes.*] Ovid 3. Metam. Dii maris exceptum ſocio dignantur honore: id eſt, honoris ſocietate dignātur. Ovid. 5. Triſt. Eleg 11: Exercent illi ſociæ commercia linguæ. Virg 2. Aen. Primus ſe Dacent illi ſociæ commercia linguæ. Virg 2. Aen. Primus ſe Danaûm magna comitante caterva Androgeos offert nobis ſocia agmina credens Inſcius. Socia nox, quæ alicujus facinoris

perpetrationem juvat. Cicer. 2. Philip. Quum tamen tu nocte socii hortante libidine.

Sŏcĭālĭs, sociale, om. t. Quod est sociorum: ut amor socialis, qualis esse solet inter socios. [συμμαχικὸς, ἑταιρικός. Gal. *De cõpagnie, d'alliance ou d'alliez.* Ital. *Compagneuole, da compagno.* Ger. Gesellig / das der Gesellen ist. Hisp. *Cosa pertenesciente à tales compañeros.* Pol. *Towarzyski.* Vng. *Tarsalkodeke* Ang. *That is sociable or beareth companie or fellowship.*] Ovid. 7 Metamorph. Mutua cura duos, & amor socialis habebat. Ant. sociales. Idem 2. Tristium: Livia sic tecum sociales impleat annos. Sociale bellum, quod cum socius gestum est. Fœdus sociale, Liv. 4. belli Macedon. Quum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coëant.

Sŏcĭālĭtĕr, adverbium, quo usus est Horatius de Arte: non ut desede secunda Cederet, aut quarta socialiter. [ἑταιρικῶς, συμμαχικῶς. Gall. *Selon le droit de societé & compagnie.* Ital. *Come se conuiene alla compagnia.* Ger. Gesellgetlich. Hisp. *A compañando ò en compañia.* Pol. *Towarzyskie.* Vng. *Tarsalkodua,* Ang. *Lyk companions, or like fellowes.*]

Sŏcĭābĭlĭs, sociabile, om. t. Quod facilè conjungitur alteri. [κοινωνικός. Gall. *Compagnable, qui s'accompagne* Ital. *Compagneuole, sociabile.* Ger Gesellig / das sich zusammen gesellen oder fügen lasst. Hisp *Cosa compañera.* Pol. *Skłonni do towarzystwa* Vng. *Tarsasagra valo tarsalkodo.* Ang *Sociable, that beareth or hath compante with an other.*] Plinius lib 16. cap. 42: Eadem & curribus maximè sociabilis glutino, in tantum ut findatur antè quam solida est. Livius bell. Maced. Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionẽ inter binos Lacedæmoniorum reges, salutarem per multa secula ipsis, patriæq;.

Sŏcĭālĭtās, tatis, f. t pro societate seu sodalitio. Vox est satis infrequens classicis scriptoribus, qua tamẽ usus est Plinius Iunior in Paneg. [חבר *chéber* חברה *hebrâh* ἑταιρία. Gall *Bande & compagnie, assemblée de compagnons* Ital. *Compagnanza, compagnia.* Ger. Gesellschafft Hisp. *Compañia en trabajos.* Pol *Towarzystwo.* Vng. *Tarsasag* Ang. *A companying, a fellowshipe.*] Nõ remissionibus tuis eadem frequentia, eademque illa socialitas interesset.

Sŏcĭĕtās, f. t. Communitas, communio fortunæ, & periculi participatio, quæ fit quum socium ad aliquod negotium gerendum nobis adjungimus. [חבר *chéber* חברה *chebrâh.* κοινωνία. Gall. *Societé, compagnie.* Ital *Compagnia.* Ger. Gesellschafft. Hisp. *Compañia.* Pol. *Towarzystwo.* Vng *Tarsasag.* Ang. *Fellowship, companie, societie.*] Cicero 1. Ver. Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum Verre ejusmodi est, ut ea in accusando attingere non audeas. Idem pro Quintio: Cum eo tu voluntariam societatem coibas, qui tem hæreditaria societate fraudarat. Liv. 8 bell Maced Decreverunt renuntiandam societatem Achæis. Livius 1. ab Vrbe: Infida regni societas.

Sŏcĭo, as, act. p Iũgo: quasi sociũ socio appono. cõsocio, conjũgo [חבר *chibbér.* συμμιγνυμι. συναγελάζω. Gall. *Accompagner, conioindre, essocier, assembler.* Ital. *Accompagnare.* Ger. Zusammen gesellen oder fügen. Hisp. *Accompañar.* Pol. *Stowarzyszam.* Vng. *Tarsalkodtatom felekõztetõm tarsul adom.* Ang. *To ioyne together, to confederate, to accompanie.*] Col. lib. 4: At si qui cum scientia sociaverint diligentiam. Virgilius 1. Aeneidos: terræq; marisque Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos, Vrbe domo socias. Ovid. 10. Metamorph. quòd si fœlicior essem, Nec mihi conjugium fata importuna negarent, Vnus eras cum quo sociare cubilia vellem. ¶ Ejus composita sunt, Associo, Consocio, & Dissocio: quorum significata vide suis locis.

Sŏcĭāns, tis, part. [מחבר *mechabbér* συναγελάζων.] Ovid. 11. Metamorph. tumuli de vertice cernunt Orphea percussis sociantem carmina nervis.

Sŏcĭandŭs, a, um. Horat. 4. Carm. Ode 9: Verba loquor socianda chordis.

Sŏcĭātŭs, a, um. [מחבר *mechubbâr.* συζυγὴς, συμπαθὴς. Gall. *Accompagne.* Ital. *Accompagnato.* Ger Zugesellet. Hisp. *Accompañado.* Pol. *Stowarzyszoni.* Vng. *Tarsalkodot tarsul adarot.* Ang. *Accompanied.*] Ovid 2. Amor. Eleg. 7: Quis fuit inter nos sociati corporis index? Idem in Ibin: Perpetuoq; mihi sociatam fœdere lecti.

SŏcĭātrIx, cis, verbale, f. t. [מחברת *mechabbéreth.* συζυγικὴ.] Valet. Flac. 5. Argon. Sed me nuda fides, sanctiq; potentia justi Huc tulit, ac medii sociatrix gratia Phryxi.

Sŏcĭenŭs, Antiquis in usu fuit pro socio: quod & Nonius annotavit. Plaut. in Aulul. Ibo intrò, atque illic socieno tuo jam interstringam gulam.

Sŏcŏrs, Socordia, Vide SECORS.

Socrŭs, hujus socrus, f. q. Vxoris mater, aut mariti: nam & ad generum, & ad nurum refertur. [חמות *chamóth.* γαμβρὸς. Gall. *Belle mere, la mere de la femme ou du mari.* Ital. *Socera, madonna, madre de la maglie ò del marito.* Ger. Ein Schwiger / des Ehemañ oder Ehefrauwen Mutter Hisp. *Suegra, madre de marido ò muger.* Pol. *Swiekra, matka meza.* Vng. *Napa.* Ang. *My wifes mother or mother in law.*] Cicer. pro Cluent. Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auoribus, funestis omnibus omnium. Claud 1. in Eutrop. qualis venit arida socrus, Longinquam visura nurum.

Sŏdālĭs, hujus sodalis, m. t. Rerum lętiorum, læviorumq; cum altero particeps. [חבר רעה *chabêr reheh.* σύνευνος, ἑταῖρος. Gall. *Compagnon proprement à boire & à manger.* Ital. *Compagno de conuiti* Ger. Ein Gesell in schlechten vnd geringen sachen / Burßgesell / Zächgesell Hisp. *Compañero en los plazeres.* Pol. *Towarzysz swopodi'sch. rze. tach.* Vng. *Vigasag bely tars nyasas tars.* Ang. *A compañon in eating and drinking.*] Quint. in Gladiatore: Et tempestiva convivia & pervigiles jocos, advocata sodalium turba, solutus atq; affluens agerem. Cic. pro Planc. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Virgil. 10. Aeneid. nam Pallas antè ruentem Dum furit incautum crudeli morte sodalis, Excipit, atq; ensem tumido in pulmone recondit. Horat. 1. Car. Ode 63: Caris multa sodalibus, &c. Ovid 1. de Arte: Heu facinus, non est hostis metuendus amanti, Quos credis fidos, effuge, tutus eris. Cognatum fratrem, q; cave, fidumq; sodalem: Prębebit veros hæc tibi turba metus. ¶ Cajus Iurisconsultus Sodales interpretatur, qui sunt ejusdem collegii.

Sŏdālĭtās, atis, f. t. Collegium, seu familiaritas, & convictus multorum. [חבר *chéber* חברה *chebrâh* συσσιτία. Gall *Communauté, compagnie de gens beuuans & mangeans ensemble.* Ital. *Compania à tauola.* Ger. Ein Gesellschafft als der Zunfftbrüderen / Burßgesellen / ꝛc Burß. Hisp *Compañia en los plazeres.* Pol. *Towarzystwo, wierna bursa* Vng. *Tarsasag.* Ang. *Fellowship at table.*] Cic. de Senec. Sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt. Idem pro Cælio: Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum.

Sŏdālĭtĭum, tii, n. ſ Sodalitas. [חבר *chéber* חברה *chebrâh.* Ger. Gesellschafft / Bruderschafft / Zunfft.] ad Herennium 4: Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurũ. Cic. pro Planc. Sed aliquando veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus legis complexus es. Idem in Salust. Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegii Nigidiani. Dulce sodalitiũ, Catul. Epig. 95.

Sōdēs, Quidam adverbium precationem vel exhortationem denotans, arbitrantur. ἄγε. Priscianus putat esse verbum defectivum, quum ait: Quædam verba esse, quæ in usu deficiunt personis, ut Cedo, Sodes, Salve, Ave, Furis, Infit, Inquam, Foret, Fio. Dictum Sodes, pro si audes, ut Sis, pro si vis: Illico. pro in loco. Cic. in Orat. Libenter etiam copulando verba jungebant: ut Sodes, pro si audes, Sis pro si vis. Soluto hoc verbo usus est Plautus: Dic mihi, *inquit*, si audes quã ducere vis uxorem. Cornutus in Persium, Sat. 3.

Sōl, hujus Solis, m. t. Planetarum omnium medius & temporum dispensator, ut qui adventu suo diem, recessu noctem efficiat. [שמש *schémesch* ἥλιος. Gall. *Soleil.* Ital *Sole.* Ger. Die Sonn. Hisp *El sol* Pol *Sł'once.* Vng. *Nap.* Ang. *The sunne.*] Dictus Sol, quasi solus, quòd unus sit, & non plures, ut sentit Cicer. 2. de Nat. deor. quodq; tantam claritatem solus obtineat, ut solus quũ est exortus, obscuratis omnibus aliis appareat, quanquam Varro ostendit vocabulum esse Sabinum. Cic. 2. de Nat. deor. Sol, qui astrorum obtinet principatum. Idem 1. Tusc. Sol moderator & dux temporum. Idem de Somn. Scip. Deinde subter mediam ferè regionẽ Sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminum reliquorũ. mens mundi & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret, & compleat. Virg. 3 Georg. Diffugiunt, nõ Eure tuos, neq; Solis ad ortus. Ibidem: & pascere rursus Solis ad occasum, quũ frigidus aëra Vesper Temperat, & saltus reficit jam roscida Luna. ¶ A primo Sole. hoc est, statim post Solis ortum. Iuven. Sat. 2: officium cras Primo à sole mihi peragendum in valle Quirini. ¶ Niger Sol: hoc est, infaustus. Hor. 1. Serm. Sat. 9: hũcci, ne solem Tam nigrũ surrexisse mihi? Sole novo. Virg. 1. Geor. At quum sole novo terras irrorat Eous. Id est, oriente die & sole adhuc recenti, necdum ferventi, ut interpretatur Servius. ¶ Soles plurali numero, pro diebus legimus. Virg. lib. 3. Aen. Tres adeò incertos cæca caligine soles Erramus pelago. ¶ Et soles. Solis splendores vel radii dicuntur. Martialis: Hybernis objecta Notis specularia puros Admittunt soles, & sine face dies. ¶ Item Soles, æstus, vel ardores Solis Horat. 1. Epist 21: Corporis exigui, præcanum, solibus aptum. ¶ Hinc insolo, as, de quo suprà ἡλιάζω.

Sōlĭfĕr, ra, rum, adjectivum. [ἡλιοφόρος. Gall *Qui apporte le soleil.* Ital. *Chi porta il sole.* Ger. Das die Sonnen dahar bringt Hisp. *Que trahe el sol.* Pol *Sł'once przynoszący.* Vng. *Nap hordozo* Ang. *That beareth or bringeth the sunne*] Seneca Hercul. Oetæo: Aut qui soliferæ supposítus plagæ Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

Sōlĭgĕnă æ, pen. corr. [ἡλιογενής. Gall. *Né du soleil, de la race du soleil.* Ital. *Nato da'sole, di razza dal sole.* Ger. Von der Sonnen geboren. Hisp. *Hijo del sol, ò de linaje del sol.* Pol. *Narodzony z sł'onca.* Vng. *Naptul zwletöt.* Ang. *Engendred of the sunne.*] Valer. Flac. 5. Argon. nec fama fefellit Soligenam Aeten media regnare sub Arcto.

Sōlārĭs, solare, Quod est Solis: [ἡλιακός. Gall *Du soleil.* Ital. *Dè sole, solare.* Ger. Der Sonnen. Hisp. *Cosa del sol, solar.* Pol *Sł'onecznè.* Vng. *Napi naphoz valo.* Ang. *Of the sunne.*] ut Radii solares, Annus solaris, quum sol expleto per omnia signa circuitu, ad id unde digressus fuerat, redit, quod fit ferè CCCLXV. diebus & quadrante. ¶ Solaris herba, teste Celso, quæ Græcè ἡλιοτρόπιον dicitur, quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo dicitur tantus est ejus sideris amor. Lumen solare, Ovid. 5. Trist. Eleg. 10.

Sōlānŭs, a, um, pen. prod. Idem quod solaris, ἡλιακός. ¶ Hinc subsolanus vētus, qui sub sole oriēte nasci videtur, ἀπηλιώτης.

Sō'ārĭum, rii, n. s. Instrumentum in quo horæ ad solem conspiciuntur, veruto umbram faciente, vel pinnula. [חַלְּשְׁעוֹת *tsel hammahalóth*. ἀρολογεῖον ἡλιακόν. Gall. *Vn quadran ou horloge au soleil.* Ital. *Horologio del sole.* Ger. Ein Sonnen zeitt/ Sonnen vhr. Hisp. *Relox de sol.* Pol. *Zegar sł'onecznè* Vng. *Hora mutato szamos linea awag, nap armikara mutato hora.* Ang. *A diall.*] Cicero pro Quintio: Non ad solarium, non in campo, non in convivtis versatus est. Id est, in eo loco fori Romani, in quo erat solarium, ubi otiosi deambulare solebant. Primus Romanis hoc statuisse dicitur L. Papyrius Cursor ad ædem Quirini, duodecim annis, antequam cum Pyrrho bellatum est. Nam prius ortus tantùm & occasus Solis nominabantur, post aliquot annos adjecto meridie. ¶ Est item solarium, locus apricus in summa ædium parte, Solis calori fruendo accommodatus. Græci ἡλιοκαμινον appellant. Vlp. l. si arborem. ff. de Servitut. urban. præd. Si arbor in heliocamino, vel solario solem adimat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco, cui Sol fuit necessarius, contra servitutem impositam fieri. Plautus in Mil. Nam certò neq; solarium apud nos est, neque hortus ullus, neq; Fenestra, nisi clatrata. ¶ Solarium pro vectigali. Vide SOLVM, soli.

Sōlātī, m. s. Dicuntur qui sole correpti sunt, quemadmodum Siderati, qui Sidere. [ἡλιαζόμενοι Gall. *Gastez, du soleil.* Ital. *Guasti ò corrotti d'al sole.* Ger. Krancke so von der Sonnen hitz vbertriben worde sind. Hisp. *Guastados del sol.* Pol. *Od sł'onca zemdlone* Vn. *Naptul meg egetöt rontatot.* Ang. *Burnt with the sunne.*] Plin. lib. 29. cap 6. Sic & solatis prosunt.

Sōlstĭtĭum, tii, n. s. Solis statio, quum sol ultrà non progreditur, sed retrocedere incipit. [ἡλίου στροπή. Gall. *Solstice, le plus court iour ou le plus long de l'année.* Ital. *Solstitio, il giorno più longo & il più curto d'ell anno.* Ger Die widerkehrung der Sonnen/ Sonnenwendung. Hisp. *El mayor ò menor dia del solstitio.* Pol. *Przestąpienie sł'onca na inszekrąg.* Vng *Nap meg teresö.* Ang. *The standing of the sunne, when he goeth neither higher nor lower.*] Singulis autem annis duo solstitia sunt: unum æstivum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, hybernus & æstivus. Hybernus est per quem sol transmittens octavam Capricorni partem solstitiū hybernum facit, quo tempore Sol altiores incipit circulos petere. Aestivus verò, per quem Sol octavam partem Cancri transmittens, solstitium æstivum facit, quo tempore remeare Sol ad inferiores incipit circulos. Hoc autem Cæsaris ætate fiebat octavo Calen. Ianuarias, quemadmodum Aestivum solstitium octavo Cal. Iulii. Verùm ea ratio hodie nonnihil est mutata propter minuta supra CCCLXV. dies & quadrantem exuperantia. Hodie enim solstitium æstivum incidit in ipsas Idus Iunii, quemadmodum hybernum in Idus Decembris. ¶ Solstitii tamē nomine veteres, si nihil adjiceretur, æstivum ferè intelligebant. Virgil. lib. 1. Georg. Humida solstitia, atq; hyemes optare serenas Agricolæ. Nam quum hyberaum solstitium intelligi volebant, id non absolutè Solstitium, sed quum adjectione brumale solstitium nominabant. Colum. XVI. Cal. Ianu. quum Sol in Capricornū transitum facit, brumale solstitium.

Sōlstĭtĭālĭs, le, om. t. ad solstitium pertinens: [χειμερός. Gall. *Solstitial, du solstice.* Ital. *Solstitiale.* Ger Das zu der Sonnen widerkehr gehört. Hisp. *Solsticial.* Pol. *Przinależący do obrocżenia sie sł'onca.* Vng. *Nap meg teresere valo.* Ang. *Belonging to the tyme when the sunne is at the fardest.*] ut Circulus solstitialis: id est, tropicus Cancri. Plin. lib. 2. cap. 11: Item quia circa solstitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem umbræ cadant: ortu verò ad Occasum. Tempus solstitiale. Ovid. 6. Fast. Solstitialis dies, Cicer. 1. Tusc. Id est, dies anni totius longissimus, quo Sol altissimum in nostro hemisphærio locum obtinet: dies brumalis, anni totius brevissimus. ¶ Solstitialis herba quæ Græcè dicitur ἡλιοτρόπιον & ἡλιοτροπος, quod τρέπεται: id est, solstitia spectet. Plin. lib 26. cap. 5: Condurdon herba solstitialis, flore rubro, suspensa collo, comprimere dicitur strumas.

Solipunga, Vide SOLIFVGA.

Sōlis gemmă, Quæ ad speciem Solis fulgentes in orbem radios habet. ἡλίου λίθος. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sōlamĕn, solaminis, Vide SOLOR.

Sōlanum, [σφύχνος. Ger. Nachtschatt.] Herba est quatuor generum, quorum unum, quod solanum sativum, sive hortense dicitur, σφύχνος κηπαῖος, cui aptum est, haud magno fructice, sed alis frequentibus nigro folio, majore quàm ocymi, acinis rotundis, quum maturuerint, nigrantibus aut rufescentibus. Officinæ *solatrum* vocant, vulgus *morellam.* [Pol *Psinki, psye wisnie.*] De hac herba lege Gesn. lib. 1. de Animal. Alterum halicacabon cognominant, foliis supradicto similibus, sed latioribus, caulibus quum increvêre, in terram inclinatis. Semen fert in folliculis rotundis ad speciem vesicarum, orbiculatū, rubens, & lævę, acinorum uvæ figura. Mauritani *alcáquengi* nominãt: rustici in Gallia *cocretū.* [Pol. *Mosżenki*, Simon de Lonicz vocat herbario, *michonki.*] Tert. ū figurę genus ὑπνωτικόν: hoc est, somniferum dicitur, ab effectu. Est enim naturæ frigidissimæ: ita ut & velociùs quàm opium necem afferre credatur. Vulgus *solatrum marinum* vocitat. Quartum solani genus peculiariter dicitur à vi insaniā gignendi, μανικόν. Nā drachmę pōdere datur, ut sibi quis placeat, pulcherrimumq; existimet: duplicato pondere, vana spectra animo offert: triplicato legitimus, perpetuusq; subit furor, siquid adjicitur præsentanea mors rapit. Vulgus *Solatrum mortale* nominat. Vide plura de his generibus apud Plin. lib 27. cap. 13.

Sōlarĭs, Solarium, Vide SOL, & SOLVM, soli.

Solatium, Vide SOLOR.

Sōldum, pro solidum. Mart. lib. 1: Ex insulis fundisq; tricies soldum.

Sōldūrĭī, Gallicum est vocabulum, arctissimum amicorū genus significans, quos Latinè devotos dicere possumus: eorumq; ejusmodi erat conditio, ut omnibus in vita commodis unà cum his fruerentur, quorum se amicitiæ addixissent: & siquid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut sibi mortem consciscerent. Autor Cæsar belli Gal. lib. 2.

Sōlĕă, æ, f. p. Calceamenti genus, quo solæ obteguntur plantæ, cæteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantùm quibusdam in superiore parte coëuntibus revinctum, quòd solo pedis subjiciātur. [נַעַל *náhal.* ἐμβάς, ὑπόδημα. Gall. *Semelle, espece de soulliers ou pantoufles, qui ne couurent que la plante du pié, patins.* Ital. *Suola.* Ger. Weit außgeschnittne schuh / ein gattung schuhen so nur ein solen hat / vnd mit einem riemen auff dem rist an fuß gebunden wird/ pantoffien. Hisp. *Alcorque, chapin, o chinela suela.* Pol. *Bandery, sołuliari.* Vng. *Solya ezs pelles.* Ang. *A kind of shooes that couer only the sole of the foote, also the sole of a shooe.*] Plaut. in Truc. Date jam soleas, atque intrò me actutum ducite. ¶ In equis quoque & mulis soleæ dicuntur ferramenta illa quę pedibus illorum subjiciuntur. [Pol. *Podkowa.*] Catul. Et supinam animam gravi derelinquere cœno, Ferream ut soleam tenaci in voragine mula. ¶ Est etiam solea instrumentum quo oleum ex olivis exprimebatur. Colum. lib. 12. cap. 50: Oleo autem conficiendo molæ utiliores sunt, quàm trapetum, quàm canalis & solea. ¶ Item solea genus piscis plani, à similitudine soleæ. [Gall *Sole.* Ital *Suola.* Ger Ein gattung eines Meerfischs/ hat ein gestalt wie ein fuß solen. Hisp. *El lengado.*] Plinius l. b 11: Rhombi, soleæ, passeres, habent formam planam. ¶ Soleæ item dicitur materia roborea, super quam paries cratitius extruitur: ut ex Verrii sententia annotavit Festus.

Sŏ ĕārĭī, m. s. Solearum sutores. [ἐμβαδοποιοί. Gall. *Cordonniers qui font de semelles* Ital. *Scarpolini.* Ger Solenschuster/ Pantoffelmacher. Hisp. *Capateros que hazen suelas.* Pol *Ten ktori pantoflie robi.* Vng. *Solya ezipelles tsinyalo varga.* Ang. *Sole makers, or sowers of shooes.*] Plaut. in Aulul. Solearii astant, astant molochinarii.

Sōlĕātŭs, m. s. Qui soleis indutus est. [χειροδωτός Gall *Qui porte des patins.* Ital. *Solato.* Ger. Der weit außgeschnittene schuh oder pantoffien antregt. Hisp *Calcado de alcorques.* Pol. *Ten ktori wirzewikach wirzezanich chodzi.* Vng *Solyas ezipelles ös* Ang *That weareth shooes to couer the soles.*] Gel. lib. 13 cap. 20: Cur soleatos dixisset, qui Gallicas non soleas haberent? Cic. 7 Verr Strem Soleatus Prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus, in littore. Martial. lib. 12: Etsi jam lotus, jam soleatus erit.

Solēnēs, σωλῆνες, Genus concharum, quod & *onychas* & *digitos* vocamus, itemque *donacas* & *aulos*. Solenes, ut arbitror, dicti à canaliculata longitudine. σωλῆνες enim Græci *canales* appellant.

Sōlēnĭstæ, σωληνιστά, Dicuntur qui id genus concharum piscantur. Quo cognomine Philoxenum quēdam dictum legimus, quòd primùm σωληνοθήρας fuisset, deinde Demagogus, & postremò tyrannus effectus. Vide Cælium lib 13 cap. 5.

Solennĭs solenne, om. t Quod quotannis fieri solet. [ἐτήσιος. Gal. *Solennel, ordinaire, accoustumé.* Ital. *Solenne.* Ger. Jarzeitlich/

duo alia

das alle jar geſchicht. Bel. Jaerlycx. Hiſp. *Coſa ſolenne è cadannerà.* Pol. Vroczny. Vng. *Mindõn extendõn kent Zokot.* Ang. *Solemne, ordinarie, accuſtomed.*] Val. Max. Majores ſtatas ſolennesq; cæremonias Pontificum ſcientia bene gerendarum rerum autoritatę, &c. Virg. 2. Aeneid. Solennes taurum ingentem mactabat ad aras. Horat. 4. Carm. Odyſſ. 11: Quj dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem, Iure ſolennis mihi, ſanctiorq; Pene natali proprio. Ovid. 5. Faſt. Solennes ludos circi celebrare Quirites. Saluſt. in Catil. Sicut in ſolennibus ſacris fieri conſuevit. ¶ Accipitur aliquando ſolenne pro ſolito, recepto, & conſueto. Sueton. de Auguſt. Fœminis ne gladiatores quidẽ, quos promiſcuè ſpectari ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiori loco ſpectare conceſſit. Cic. ad Attic. lib. 7: Tantùm igitur noſtrum illud ſolenne ſervemus, ut nequem iſtuc euntem ſine literis dimittamus.

Sŏlēnnĕ, nis, & ſolennia, ſolennium, ſubſtantivũ, Feſta quæ ſingulis annis certo tempore fiunt. [מועד *mohédh* חג *chagh* εορτή. Gall. *Feſte en certa in temps, feſte ſolennelle, ſolennité.* Ital. *Solennità, ſolenne.* Ger. Jaarzeit/Feſttag ſo man alle jar begeht. Hiſp. *Solennidad.* Pol. *Vroczne ſwieta.* Vng. *Mindõn extendõnkent Zokot innep.* Ang. *Solemnitie, feaſtes that cometh euerie yeare.*] Iuven. Sat. 10: Incolumi Troia Priamus veniſſet ad umbras Aſſarici magnis ſolennibus. Tacit. lib. 12: Et funeris ſolenne perinde ac divo Auguſto celebratur. Idem lib. 11: Cuncta nuptiarum ſolennia celebrat. Virgil. 6. Aeneid. Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent.

Sŏlēnnĭtās, atis, f. t. Cæremonia cum quadã majeſtate. [מועד *mohédh* חג *chagh* εορτή. Gall. *Solennité.* Ital. *Solennità.* Ger. Ein zeit/ oder die feſthaltung eines jaarzeitlichen tags. Hiſp. *Solennidad de cada vn anno.* Pol. Dzen zwielkimi obchodi. Vng. *Pompaſag frin ceremoniasdolog.* Ang. *Solemnitie.*] Gell. lib. 1, cap. 24: Per dierũ varias Solennitates.

Sŏlēnnĭtĕr, adverbium. [Gall *Solennellement.* Ital. *Solennemente.* Ger. Nach jãrlichem oder gewohnlichem brauch. Hiſp. *Solennemente, con ſolennidad.* Pol. *Zwielkim obrzedem przigotowanym.* Vng. *Pompaſſan friſſen ceremoniaſſan.* Ang. *Solemnelie.*] Liv. 5. ab Vrbe: Ibiq; omnibus ſolenniter peractis eadẽ revertẽs. Plin. li. 9. ca. 1: Ibiq; ſe purificantes ſolenniter aqua circunſpergi, atq; ita ſalutato ſidere in ſylvas reverti, &c.

Sŏlēnnĭtŭs, Veteres pro ſolenniter uſurparunt: quod & annotavit Nonius citans Lucilium in Aegyptho: Solennitusq; eum laudet lubens.

Sŏlĕo, es, ſolitus, n. paſſ. Conſuevi, pro more habeo. [נהג *lummádh.* ἔωθα, φιλέω. Gall. *Souloir, auoir de couſtume.* Ital. *Hauer per coſtume.* Ger. Gewohnt ſeyn/pflegen. Bel. Gewoon ſyn/plege Hiſp. *Acoſtumbrar ò ſoler.* Pol. *Zwikł'em.* Vng. *Zoktam.* Ang. *To vſe, to haue an accuſtome or vſe, to be wont.*] Virg. unde omnis Troia videri Et Danaũ ſolitæ naves & Achaica caſtra. Terent. in And. Quod vulgus ſervorum ſolet, dolis ut me deluderes. Virg. 10. Ecl. ſolet eſſe gravis cantãtibus umbra. Cic. de Amic. Si prius, quod maximè reprehendere ſolitus ſit, edixero. ¶ Solere cũ viro, aut muliere, eſt rem ſive conſuetudinem habere. συμπλέκεσθαι. Plaut. in Ciſtell. frigidam Subdolè ſuffundunt: viris cum ſuis nos ſolere prædicant. ¶ Apud antiquos legitur præteritum ſolvi: quod & Feſtus annotavit, citãs locum Cælii ex Annalium lib. 7: Duos & ſeptuaginta lictores domum deportaviſſe, qui ductoribus hoſtium antea ſolverint ferri. Saluſt. lib. 2. Hiſt. Neq; ſubſidiis uti ſolverat cõpoſitis. ¶ Solet, aliquando impersonaliter ponitur: & cum particula ut, vel ſimili, non invenuſtè longiori orationis contextui interjicitur. ἔωθε, φιλεῖ. Cic. pro Cluent. Quum quædam in collibus, ut ſolet, controverſia paſtorum eſſet orta. Hoc eſt, ut ferè fit. Eundem uſum habet ejus compoſitum Adſolet. Cic. in Lælio: Quum in hortos D. Bruti auguris commentandi cauſa, ut adſolet, veniſſemus, tu non affuiſti.

Sŏlens, tis, participium, Aſſuetus. [נהג *limmúdh.* εἰωθώς. Gal. *Ayant de couſtume.* Ital. *Chi a per coſtume.* Ger. Pflegend. Hiſp. *Que tiene coſtumbre.* Pol. *Zwikł'y.* Vng. *Zoketan.* Ang. *That accuſtometh wonteth, or hathã accuſtome.*] Plaut. in Epid. ego abſceſſi ſolẽs Paulùm ab illis. Id eſt, ut ſoleo. Idem in Amphit. Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero.

Sŏlĭtŭs, a, um, aliud particip. Conſuetus. [נהג *limmúdh.* εἰωθώς. Gall. *Qui a accouſtumé, accouſtumé.* Ital. *Solito, vſato, aſſueto.* Ger. Gepflegt. Hiſp. *Acoſtumbrado.* Pol. *Zwikł'y.* Vng. *Zokot.* Ang. *Wonte, accuſtomed.*] Cic. de Orat. Quod optimo cuiq; Athenis accidere ſolitum eſt. ¶ Legitur & ſolitus pro Solus, apud antiquos. Plaut. Amphit. Qui ſoliti inviti cubant.

Sŏlĭtŭs, a, um, nomẽ ex particip. Ovid. 6. Metam. ut ſolito finẽ impoſuêre labori.

Sŏlĭtō, ablativus. [Ger. Mehr dann einer gewohnt iſt / oder eines brauch iſt/ vber gewohnliche maaß. Pol. *Nadzwiczai.* Vn. *Zokaſanal.* Ang. *More then it was wont.*] Qui ſolis comparativis nominibus aut adverbiis jungitur. Liv. 5. bell. Pun. Reate ſaxũ ingens viſum volitare: ſol rubere ſolito magis, ſanguineoq; ſimilis. Ovid. 14. Metam. Ille fugit, ſed ſe ſolito velociùs ipſe Curretẽ miratus. Idem 2. de Arte: Tu neq; ſubjectus ſolito, neq; blandior eſto.

Sŏlĭto, as, Frequenter ſoleo. [ἔωθα. Gall. *Auoir ſouuent de couſtume, auoir ſouuent accouſtumé.* Ital. *Accoſtumare molto.* Ger. Offt pflegen oder gewohnt ſeyn. Hiſp. *Mucho acoſtumbrar.* Pol. Wſtawniem zwikł'. Vng. *Zokdogalok.* Ang. *To be often wonted or acuſtomed.*] Gell. lib. 7. cap. 1: Scipionem Africanum ſolitaviſſe noctis extremo, priuſquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

Sŏlers, hujus ſolertis, om. t. Induſtrius, ingenioſus, acutus, dexter. [חרוץ *charúts* ערום *haróm* חכם *chachám* שקד *ſchokédh.* ἀγχίνους, δεξιὸς, πανοῦργος. Gall. *Ingenieux, caut & fin.* Ital. *Solicito, diligẽte, induſtrioſo, ingenioſo, ſottile.* Ger. Klug/geſchcid/ſcharpffſinnig. Bel Kloeg/verſtandtitch. Hiſp. *Cauto, prudente, y ſabio, y induſtrioſo en lo que haze.* Pol. *Dowczipni, ſprawni, madri, biegłi.* Vn. Sereny, gyors. Ang. *Wiſe, wittie, quick in doing, diligent.*] Terent. in Evnuch. fac periculum in literis, Fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Cicer. pro Roſc. Com. Iam quò quiſque eſt ſolertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius. Colum. libro 8. capite 13. de anſere: Solertiorem cuſtodiam præbet quàm canis. Virg. 4. Georg. Quem mihi vix frugum & pecudum cuſtodia ſolers Omnia tentanti extulerat. Cicer. de Senect. Nec conſitiones modò delectant, ſed etiam inſitiones, quibus nihil invenit agricultura ſolertius.

Sŏlērtĭſſĭmŭs, ſuperlat. [Vn. *Igõn Zorgalmatos.*] Seneca Epiſt. 118: Tranſcurramus ſolertiſſimas nugas.

Sŏlērtĭă, æ, f. p. Ingenii acumẽ, & dexteritas ad rẽ aliquã agendam, induſtria, malicia. [חכמה ערמה *chochmáh hormáh.* ἀγχίνοια, δεξιότης. Gall. *Ingenioſité deſprit.* Ital. *Ingegno, diligentia.* Ger. Klugheit / ſcharpffſinnigkeit / geſchwindigkeit des Verſtands. Hiſp. *Tal ſolercia, diligencia, induſtria, vigilancia ò aſtucia.* Pol. *Biſtroſtz rozumu, dowczip.* Vng. *Gyorſaſag ferenyſeg.* Ang. *Wittineſſe, quickneſſe of witt, craftineſſe in practiſing.*] Cicer. in Catone: Tum eum dixiſſe mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus à quo eſſent illa dimenſa, atque deſcripta. Idem libro 1. Offic. Itaq; eorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminavit, & in medio relictum quod erat, populo Rom. adjudicavit. Decipere hoc quidẽ eſt, nõ judicare. Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſolertia. Claudianus lib. 3. de Raptu Proſerpinæ:

rerumq; remotas
Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas,
Vtq; artes pariat ſolertia, nutriat uſus.

Sŏlērtĕr, adverbium, Ingeniosè, perſpicaciter, ſubtiliter. [δεξιῶς. Gall. *Subtilement, & ingenieuſement.* Ital *Sottilmente, ingeniosamente.* Ger. Geſcheidlich / ſcharpffſinnigklich / ſpitzfündigklich. Hiſp. *Prudente, y diligentemente.* Pol. *Dowczipnie, rozumnie.* Vng. *Serenyõn el meſſen, Zombſſen.* Ang. *Craftelie, quickelie, wittelie.*] Cicero 1. de legib. Artes verò innumerabiles repertæ ſunt docente natura: quam imitata ratio, res ad vitam neceſſarias ſolerter conſequuta eſt. Idem 6. Verrina: Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolertiſſimè perſpicis? Ovid. lib. 11. Metam. Non illo juſſos ſolertiùs alter Exprimit inceſſus, vultumq; ſonumq; loquendi.

Sŏlĭcĭtūdo, inis, f. t. Cura, anxietas, & mentis inquietudo. [דאגה *daaghdh* חרדה *charadháh.* μέριμνα, ἀγωνία. Gall. *Solicitude, ſoing & chagrin.* Ital. *Solicitudine, affanno.* Ger. Sorgfeltigkeit/ vnruhwigkeit des Gemüts vñ der Gedancken. Bel. Sorgfuldicheyt. Hiſp. *Cuydado, cõgoxa.* Pol. *Staranie, fraſzunek.* Vn. *Zorgalmataſſag.* Ang. *Care, cark, penſiueneſſe.*] Ter. in And. Quantas hic confecit ſolicitudines. Cic. 4 Tuſc. Solicitudo, eſt ægritudo cum cogitatione. Idem 1. de Finib. Easq; ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes, dies q; exeduntur, à diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant. Idem ad Attic. lib. 6: Solicitudine provinciæ tamen vel maximè urgebamur.

Sŏlĭcĭtŭs, a, um, Inquietus, anxius, & curis affectus. [דאגה *doégh* חרד *charédh* שקד *ſchokédh.* μεριμνῶν. Gall. *Qui eſt en ſouci & chagrin.* Ital. *Solicito.* Ger Sorgfeltig/vnruhwig von sorgen. Bel Goischfuldich. Hiſp. *Cuydadoſo con congoxa.* Pol. *Fraſzowliwi.* Vng. *Zorgalmatos.* Ang. *Carefull, penſiue.*] Cicero Cælio: Mirificè ſum ſolicitus quidnam de provinciis decernatur. Solicitus ex aliqua re, in eadem ſignificatione dicimus qua Solicitus propter rem aliquam. Terent. in Andr. Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt, ne ſe deſeras. Cic. 2. de Fin. Num igitur eum poſtea cenſes anxio animo aut ſolicito fuiſſe? ¶ Interdum activè accipitur pro eo quod ſolicitudinem & curam affert. φροντικός. Virgil. 10. Aeglog. Incipe, ſolicitos Galli dicamus amores.

Sŏlĭcĭtē, pen. cor. adver. Anxiè, cum cura & ſolicitudine. [ἀμεριμνησίως, πεφροντισμένως. Gall. *Songneuſement.* Ital. *Sollecitamente.* Ger. Sorgfeltigklich. Hiſp. *Cuydadoſamente.* Pol *Fraſzowliwie.* Vng. *Zorgalmatoſſan.* Ang. *Carefullie, penſiuelie.*] Ovidius 4 de Ponto, eleg. 16: veſtri non immemor unquam, Qui mala ſolicitè noſtra levatis, ero.

Sŏlĭcĭtŭs,

Sŏlĭcĭtĭŭs, adverb. Compar. magis solicitè. [Vn. *Sxorgalmatosſ bæn.*] In Epitome Sex. Aurelii Vict. in Theodosio. Annonæ curam solicitius attendere.

Sŏlĭcĭtissĭmè, superl. [Vn. *Földötte igön xorgalmatoſſan.*] Seneca Epist 94. Minimum est de quo solicitissimè agitur,

Sŏlĭcĭtĭŏr, Comparat Magis solicitus. [Φροντικώτερος. Gall. *Plus songneux.* Ital. *Piu sollecito.* Ger. Mehr ſorgfeltiger. Hiſp. *Mas cuydadoſo con congoxa.* Pol. *Frasſowliwſzi.* Vng. *Zorgalmatosbi.* Ang. *More penſiue.*] Senec. de Benefic. li. 3: Multò tardiores futuros ad accipienda beneficia si periculũ causæ dicendæ adituri erant, & innocentiam solicitiore habituri loco. Plancus Cic. lib. 10: Solicitiorem certè hominem non suis contractis, neminem puto fuisse.

Sŏlĭcĭto, as, pen. cor. act p. Inquieto, curam injicio, seu contristo. [עִצֵּב *hitstséb* חִרְחִיק *hecherídh.* ἀθύμως. Gall. *Solliciter, & preſſer de faire, pourchaſſer, faſcher en pourſuiuant.* Ital. *Attriſtare, affannare, ſolicitare.* Ger. Sorgfeltig machen/ mit ſorgen beladen. Hiſp. *Poner cuydado congoxoſo, acruciar.* Pol. *Frasſunek, gadaie, zasmeczam.* Vng *Zorgalmaztatom.* Ang. *To diſquiet, to trouble, to mak carefull, to prouok & lie inſtantly vpon one.*] Ter. in Andr. Cur meam senectutem solicito hujus amentia? Plin. Epist. lib. 9: Nulla spe, nullo timore solicitor, nullis rumoribus inquietor. ¶ Aliquãdo instо, aut spẽ, metúmve ostẽdendo allicio: [שִׁקֵּר *pittáh* שׁקר *ſchakádh* הִסִּית *hesith.* πείθω. Vn. *Kiſergetöm.* An. *To prouoke or intiſe to do a thing.*] ut solicitare pudicitiam mulieris: hoc est, attentare, & conari labefactare. Solicitare animos militũ est ad seditionẽ, defectionem, proditionémve conari impellere. Ἀλλοπροσάζειν. Curt li. 2: Verùm enimverò quũ modò milites meos literis ad proditionẽ, modò amicos ad pernicię pecunia solicitet, ad internecionẽ mihi persequendus est, non ut injustus hostis, sed ut percussor veneficus. Dictum solicitare, quasi solo citare: id est, suo loco movere: propriè enim significat terrã vertere: ideoq; unico l, scribendum videtur. In carmine tamen assũmit alterum, quia alioqui tot cõcurrentibus brevibus syllabis, carmen ingredi nón posset. Tibullus: Et teneram ferro sollicitavit humum. Virg 2. Georg Sollicitanda tamen tellus pulvisq; movendus. ¶ Sed quia solum etiam de mari dicitur, ponitur quãdoq; pronavigare, & mare vertere. Claud. in Præfat. lib. 1. de Rap. Proser. Et rudibus remis sollicitavit aquas. ¶ Solicitare forem, pro eo quod est aperire januam. Ovid. 3. Amor. Eleg. 1: Per me decepto didicit custode Corinna Liminis adstricti solicitare forem.

Sŏlĭcĭtātĭo, verbale, f. t. contristatio. [עִצָּבוֹן *hétseb.* ἀνίασις. Gall. *Sollicitation et pourchas, ſongneuſe pourſuite.* Ital. *Solecitudine, procaccio.* Ger. Bewrũwigung/ bemũung. Hiſ. *Cuydado, congoxoſo, obra de power en cuydado cõgoxoſo.* Pol. *Staranie, fraſſunek.* Vn *Zorgalmaztatas.* Ang. *A ſoliciting or intiſing to do a thing.*] Terent. in Andr. Tot me impediũt curę, quę mẽũ animũ diversè trahũt, Amor, misericordia hujus, nuptiarum solicitatio. ¶ Sumitur & pro tentatione & incitatione ad aliquam rem. [מַסָּה *mephattéh* מַסֵּית *maſith.* πάγος.] Cicer. in Catil. Iam verò illa Allobrogum solicitatio, à Lentulo, cæterisq; domesticis hostibus, tanta res, tam deměter credita & ignotis & barbaris, *&c.*

Sŏlĭcĭtātŏr, oris, verbale, m. t. Tentator, incitator, impũlsor. [מַסָּה *mephattéh* מַסֵּית *maſith.* πάγος. Gall. *Soliciteur, ſolicitateur.* Ital. *Sollecitatore.* Ger. Ein anſtrenger / der ein verſuchſtuck thut ob es gerahten wölle. Hiſp. *Que pone en cuydado congoxoſo* Pol. *Ten ktory poruſza, pobiedza, przemawia.* Vng. *Zorgalmaztato.* Ang. *An intiſer to do any thing.*] ut Solicitator alieni lecti: hoc est, qui pudicitiã matronæ conatur labefactare. Paulus de Extraord. crimin. Solicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores.

Sŏlĭdŭs, a, um, Propriè de eo dicitur, quod habet tres dimensiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis. [קָשֶׁה *kaſcheh* חָזָק *chazák.* στερεός. Gall. *Solide, ferme, maßif.* Ital. *Saldo, fermo.* Ger. Ein jedes das ſein lenge/ breitte/ vnd dicke hat. Hiſp. *Firme, fortalecido.* Pol. Rzecz każda wſobie maiaca, dł uż, ſzerz a y miąſzoſcz, *Zupel'ni, doskonal'i czal'i.* Vng. Merő, ſzerw, eros. Ang. *Sound, wholl, maſſie.*] Linea enim sola longitudine contenta est. superficies, præter longitudinem habet & latitudinem: quibus si profunditas accesserit, tum demum solidum quiddam intelligimus. Cicer. 1. de Nat. deor. Duæ formæ præstantes sunt; ex solidis globus, ex planis circulus, aut orbis. ¶ Accipitur aliquando solidum, pro integro, quod neq; concavum est, neq; ex partibus compositum, sed quod ex uno, eoq; jugi constat corpore. Si colũnas dicimus esse ex solido marmore, non quæ marmoreis tectæ sunt crustis, sed quæ ex uno confectæ sunt lapide. Virgil. 6. Aeneid. Tum Phœbo & Triviæ solido de marmore templa Instituam. Ibidem: solidoq; adamante columnæ: Idem 3. Georg. In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto Gangaridum faciam. Id est, ex integro ebore, non sectili, inquit Servius. Cicer. 1 de Divin. Annibalem Cœlius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Lacinię, auferre vellet, dubitarctq; utrum ea solida esset, an extrinsecus deaurata, perterebraviſſe. ¶ Transfertur & ad alia, accipiturq; pro toto, sive perfecto, quòd scilicet omnibus suis partibus constat, cuiq, nihil est detractũ. [תָּמִים תם *tamim.* ὁλόκληρος, ὁλόμισος.] Sic solidam hæreditatem accepisse dicimus eum, qui ex asse institutus est hæres. ¶ Solidus annus: id est, integer, & non interruptus. Plaut. Decem annos solidos erravit puer. ¶ Solidum beneficium: id est, plenum, & ad cujus perfectionem nihil desideratur. Terent. Eunuch. Vt solidũ paterem hoc mihi beneficium. Solida lętitia, Solida fœlicitas: hoc est, nulla ægritudine aut infortunio contaminata. Plin. li. 7. cap. 44: Nulla est profectò solida fœlicitas quam contumelia ulla vitæ rumpit, nedum tanta. Terent. in And. nónne tibi satis esse hoc visum solidũ est gaudiũ, Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Vbi Donatus: Solidum, plenum, idoneũ, integrũ In solidum aliquid promittere dicuntur plures debitores, fidejussorésve, quorum unusquisq; se rei totius debitorem, fidejussorémve constituit: quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos.

Sŏlĭdŭs, m. s. substantivũ, quo Romani utebantur pro genere quodã numi aurei: ita dicti, quòd justo põdere erat percussus, non dimidiato, aut trientali, quemadmodum semisses, & tremisses. Lampridius in Alexãdro: Vectigalia publica in id cõtraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, tuncq; primùm semisses aureorum formati sunt, tùm etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros. Sed quum non potuisset per publicas necessitates, constari eos jussit, & tremisses tantùm, solidosq; formari. Ex his verbis Lãpridii facilè intelligimus solidos primùm dictos esse aureos numos cujusdam, suiq; ponderis, quasi integros. Bud.

Sŏlĭdē, adverbium, Integrè, omnibus modis. [ὅλως. Gall. *Solidement, entierement.* Ital *Soldamente, intieramente.* Ger. Gãnzlich/ eigentlich. Hiſp. *Firme y enteramente.* Pol. *Zupel'nie, doskonale.* Vng. *Meren erőſſen alhatatoſſan.* Ang. *Soundly, maſtily.*] Terent. And. Nam hũc scio mea solidè solum gavisurũ gaudia. Plaut. Trinum Hic homo solidè sycophanta est.

Sŏlĭdĭtās, atis, Firmitas, stabilitas. [קְוֹמִיּוּת קוממיות *komemiyúth* חֹזֶק *chózek* חֲזָקָה *chezkáh* (vel) *chezkáh.* κράτος. Gal. *Soliditè, maſſiuetè.* Ital *Saldezza, ſaldamento.* Ger. Beſte/ ſteiffe/ oder gãnze. Hiſp. *Firmeza.* Pol. Cał'oſcz, mocz, vgruntowanie. Vng. *Merőſég erőſség alhatatoſſág.* Ang *Soundneſſe, maßineſſe.*] Cicer. de Nat. deor. Ve manu doceat, eam esse vim & naturam deorum, ut primùm non sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum. Idem de Vniverſ. Sed quum soliditas mundo quæreretur, solida autem omnia uno medio, nunquam duobus, semper copulentur, *&c.*

Sŏlĭdĭpes, pen. cor. hujus solidipedis, pen. cor. ồm. t. Quod solidos habet pedes, non bifurcatos. [στερεόπους. Gall. *Qui a les pieds pleins ſans fourcher.* Ital. *Di piedi ſodi non biffurcati.* Ger. Das gantze fůß hat wie ein roſſ. Hiſp. *Animal de vnnas macicas.* Pol. *Wnogi tegi.* Vng. *Merőlabu haſadattan kőrmű.* Ang *Surefooted.*] Plin. lib. 10: Contra naturam solidipedum, aut bisulcorum supra cuncta est murium fœcus.

Sŏlĭdo, as, act. p. Solidum & firmum reddo, stabilio, fulcio. [הָקִים *hekím* קִיֵּם *kiyyám* στερεόω. Gall. *Affermir, faire ſolide.* Ital. *Soldare, affermare, far duro.* Ger. Beveſtnen / hart oder ſteiff machen. Bel. Gantſche maten. Hiſ. *Fortalecer, fundar.* Pol. *Vtwierdzam, vmaczniam.* Vng. *Merőue erőſſe alhatatoſſá tezőm, meg erőſitőm.* An. *To mak ſound, wholl or maſſie.*] Virg. 1. Georg. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro, Et vertenda manu, & cretâ solidanda tenaci. ¶ Nonnunquam quod ruptũ, fractúmve erat, cõglutino, συγκολλάω. Plin. li. 24. cap. 16: Boũ nervos abscissos vomere, solidari ea, rursusq; jungi, addita axungia, affirmans.

Sŏlĭdēsco, cis, n. t. Consolidor, conglutinor, coëo, solidus fio. [דָּבַק *dabák.* συγκολλῶμαι, στερεῦμαι. Gall. *Se reſoudre & reprendre.* Ital. *Saldarſi.* Ger. Gantz werden. Hiſp. *Hazerſe firme, fortaleſcerſe.* Pol. *Mocznim ſie ſtaie, vtwierdzam ſie.* Vng *Meg erőſődőm, merőne lezők.* Ang. *To waxe ſound and wholl, to cloſe as a wound doth.*] Plinius lib. 11. cap. 37: Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit.

Sŏlĭfĕrrĕum, n. s. Genus telĭ appellatum, quasi totum ferreũ. Tractum ex Oscorum lingua, teste Festo, qui *Solon* dicebant, quod nos *tótum.* [Gal. *Armure toute de fer* Ital. *Arma tuta di ferro.* Ger. Ein gantzung eines gantzen eiſnen pfeils Hiſp. *Arma di hierro macica.* Pol. *Bron ſzczerego zelaza.* Ang. *A weapon all of yron.*] Liv. 4. bel. Maced. Vt emissis solliferreis falaricisq; gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna.

Sŏlĭfŭgă, æ, pen. cor. [Ger. Ein giffttige art der Erdſpinnen.] Genus formicę venenatę, à fugiędo sole dicta. Plin. li. 22. ca. 25: Et leguminib. innascũtur bestiolæ venenatæ, quæ manus pũgũt, & periculũ vitæ afferũt solifugarũ generis. Idem lib 29 cap. 4: Est formicarum genus venenatũ, non eas novêre in Italia. Solifugas Cic. appellat; salfugas Bęuca. Festus Solipungã vocat; indeq;

indeq; nomen sortitum existimat, quòd fiat acrius concitatiusq; fervore Solis. A Lucano dicitur Solpuga, li. 9: Quis calcare tuas metuat solpuga latebras?

Sŏlĭlŏquĭum, n.s. Quod per nos contemplando loqui solemus μονολογία.

Sōlĭlŏquŭs, pen. cor, qui solus loquitur. μονολόγος.

Solīstĭmum, tripudium, Dicebatur quum in auspicādo, esca ex ore pulli decidens, solum paviebat: hoc est, terram feriebat: unde & Tripudium dictum, quasi terræ pavium. ¶ Soliſtimŭ autem à solo dictum est, sicut à medio mediastimum. Vide latiùs infrà in dictione TRIPVDIVM.

Solitanæ cochleæ, Ab Africæ loco dictæ, quibus Plin. lib. 30. cap. 6, principatū tribuit. Laudatissimę (*inquit*) sunt cochleæ Africanæ, ex his solitanę. Varr. lib. 3. cap. 14: Nam & valde amplæ sunt quædā ex Africa cochleæ, quæ vocātur Solitanæ, ita ut earum calyces quadrantes octoginta capere possint.

Sōlĭtārĭus. Vide SOLVS.

Sōlĭtaurĭlĭa, orum, neut. gen. plural. numeri, Solennia apud Romanos sacrificia erāt diversi generis, tauri, arietis, & verris, quibus Censores quinto quoq; anno urbem lustrabant, teste Asconio. Dicta Solitaurilia, ut placet Festo, ab integris genitalibus hostiarū, quę immolabātur. Solum enim Osci integrum dicebant: taurum autem etiam Græci eam pudendorum partem, quæ à castratore eximitur: unde & lastauri dicti sunt, qui egregiè sunt mentulati. Liv. 8. ab Vrbe: Si potiatur, Marti Solitaurilibus piaculum fieri.

Sŏlĭto, solitas, Vide SOLEO.

Sŏlĭtudo, Solivagus, Vide SOLVS.

Sŏlĭum, lii, n.s. Sella regia, in qua Reges jus dicentes sedebāt. [כסא *chiſſé*. θρόνος. Gall. *Siege royal*. Ital. *Cadrega, sedia, selio*. Ger. Ein Königtlicher stul. Hisp. *La silla propria delos reyes*. Pol. *Stolicz kroliewski*. Vng. *Kiralyszek*. Ang. *A royall seat, a throne*.] Dictum solium (ut quidam volunt) quasi solidum, propterea quòd olim Reges in thronis ligneis, & quibusdam quasi armariis ob corporis sui tutelam sedebāt. Alii inde dictum malunt, quòd soli in eo Reges sederēt. Asper κατ' ἀντίφρασιν appellatum putat, quasi sedium: quemādmodum & sella dicta est, quasi sedda. Virgil. Præfatus divos, solio Rex infit ab alto. ¶ Quandoq; pro vase saligno, vel abiegno ponitur, quo utimur ad vinum, plurimosq; liquores transferendos, & ad pannos lineos cum lixivio calido, & cinere emaculandos. ¶ Est & solium vas, quo in balneis utebantur, & in quo sedentes lavabantur. Celsus: Interpositis duabus horis, in solium is aquę calidæ resupinus demittendus est, sic ut à genibus ad umbilicum aqua pertingat. Martialis: Non vis in solio prius lavari. Suet. in Auguſt. At quoties nervorū causā, marinis, albulisq; calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. ¶ Nonnunquā etiam solium dicitur loculamentū sepulcrale in quod conduntur defuncti. Plin. li. 35: Quin & defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluēre. Curtius lib. 10: Septimus dies erat ex quo corpus Regis jacebat in solio.

Sŏlĭvăr, ris, dicitur quo solium tegitur, ut toral, quo torus. Varro: Phrygio, qui pulvinar poterat pingere, soliar defingebat.

Sōlo, solas, Vide SOLVS.

Sŏlœcĭsmŭs, [σολοικισμός. Ger. Vngeschicktigkeit vnd mißbrauch zu reden vnd zu schreyben.] Est impar, & inconveniens compositura partiū orationis: à nostris *imparitas*, à vetustioribus Latinis *stribligo* dicebatur, quasi strobligo: hoc est, inversura & pravitas tortuosa orationis. Siquidem στρέφω, torqueo, ac depravo significat. Iuven. Sat. 6: Solœcismum liceat fecisse marito. Martial. in Calliodorum: Vnus quum sitis, duo, Calliodore, sedetis: Surge, solœcismum, Calliodore, facis. Dictus solœcismus, ut in vita Solonis annotavit Laërtius, à colonis quibusdam Athenienſibus, quos Solon Salaminius in Solos Ciliciæ urbem transtulit: qui quum non multo interjecto tempore, patrii sermonis nitorem corrupissent, & parum convenienti partium structura uti cœpissent, factum est, ut qui in ea parte peccarent, σολοικίζειν dicerentur. ¶ Per translationem tamen latiùs solœcismi nomen accipitur, ut quicquid perperam fiat, nec rectè, nec ordine peragatur, solœcismum vocemus.

Sŏlœcŏphănēs, σολοικοφανὲς, Quicquid speciem habet solœcismi, qui ratione aliqua potest excusari: ut quum genus superioris jūgitur inferiori diversi generis: ut Eunuchus Terentiana, respiciendo ad genus superioris, Comœdia.

Sōlŏr, aris, verbū est cōmune, prim. conj. Consolationē do, vel consolationē accipio, cōsolor. [נחם *nichám*. παρηγορέω, παραμυθέομαι. Gall. *Consoler, conforter, se consoler*. Ital. *Consolare, consolarsi*. Ger. Tröſten oder getröſtet werden. Bel. Troosten/vermaken. Hisp. *Consolar à consolarse* Pol. Cżieſze. Vng. *Vigasztalak* Ang. *To comfort*.] Cic. in Vatinium: C. Antonius hac una re miseriam suam solatur. Virg. 5. Aen. Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis. Ovid. 2. Fast. Hinc pater, hinc conjux lacrymas solātur, & orant, Indicet, *&c.* ¶ Solari laborē, vel famē, idē est quod sublevare, Virgil. 1. Georg. Interea longū cantu solata laborē, Arguto conjux percurrit pectine telas. Ibidem: Concussāq; famē in sylvis solabere quercu. Idē 10. Aen. & mœstū Musa solatur amorē. ¶ Hinc fit compositum Consolor: item verbalia Solator, Solamen, & Solatium: quorum significata vide in sequentibus.

Sōlātĭum, n.s. Cōsolatio, miserię mitigatio. [נחם *nócham* (vel) *nichúm* נחמה *nechamáh*. παρηγορία. Gall. *Soulas, consolation, confort*. Ital. *Consolatione, piacere, solazzo*. Ger. Ein troſt. Bel. Vermaetinge. Hisp. *Solaz, consolacion de obras*. Pol. *Pocżiecha*. Vng. *Vigasztalas*. Ang. *Confort, solace*.] Quintil. in Pariete palmato: Cæcitatis miseræ solatiū est, habere tē videntiū. Cic. Mario, lib. 7: Vacare culpa magnum est solatiū. Virg. 9. Aeglog. - heu tua nobis Penè simul tecū solatia rapta Menalca. Quintil. in Procem. lib. 6: Credendumq; doctissimis hominibus, qui unicū adversorum solatium literas putaverunt. Ovid. 8. Metam. - sed vincite fratres, Dummodo quæ dedero vobis solatia, vosq; Ipse sequar. ¶ Solatiū aliquando accipitur pro mercede. l. 13. §. j. D. commun. prædior. Nisi talis cōsuetudo in illis lapicidinis cōsistat, ut si quis voluerit ex his cædere, non alter hoc faciat, nisi prius solitum solatium pro hoc domino præstet. Alciatus tamen hìc legit Solarium. Sed non convenit, præsertim cùm solatium pro mercede in locis multis aliis reperiatur. Vide Lexicon Hotomani.

Sōlātĭŏlum, li, pen. corr. diminutivum. [παρηγορημάτιον, παραμυθίδιον Gall. *Petit soulas, petit confort*. Ital. *Piccioł solazzo*. Ger. Ein geringer oder schlechter troſt. Hisp. *Pequenno solaz*. Pol. *Mała pocżiecha*. Vng. *Vigasztalasotska*. Ang. *Litle or small confort*.] Catul. ad passerem Lesbiæ, epigram. 2. ut solatiolum sui doloris.

Sōlāmĕn, inis, n.t. Solatium. [נחם *nócham* (vel) *nichúm* נחמה *nechamáh*. παραμύθιον. Gall. *Soulas*. Ital. *Solazzo*. Ger. Ein troſt. Hisp. *Solaz*. Pol. *Pocżiecha*. Vng. *Vigasztalas*. Ang. *Solace, confort*.] Cic. in Læl. Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solamen. Virg. 3. Aeneid. Solamenq; mali de collo fistula pendet.

Sōlŏx, m.t. (inquit Festus) Est lana crassa, & pecus, quod passim pascitur nō tectū. Titinnius Barathro: Lana soloci ad puram data. Lucil. Montano hirco, atq; soloce. Hæc Festus, sed succinctiùs, quàm ut à quovis possint intelligi. Fient aūt notiora, si sciamus, duo veteribus in usu fuisse ovilis pecoris geneta: quod vulgatissimū erat & robustissimum, à velleris hirsutie hirtum dicebatur: alterū à lanæ mollitie molle nominabant, hirto pecore multò infirmiùs, sed velleris nobilitate lōgè præstātiùs. Vnde & pellibus quibusdā tectū pasci solebat, ne aut spinis adhærescens lana minueretur, aut luto sordidaretur. Hoc genus è magna Græcia, & præcipuè è Tarento peti solet: unde & Græcū pecus, & Tarentinū solet appellari: nonnunquam etiā ex agro Gallico quod *Altinum* vocitabant. Ex hisce igitur satis constat quid Solocis nomine intellexerit Festus, nimirū vulgatū illud pecudis genus, quod ab hirsutiore vellere hirtum appellat Columella: Id enim nullis pellibus tectum pascebatur, cujus etiam lanam eodem nomine appellabant.

Sōlpūgă, æ, f.p. [Ger. Ein art giffriger ambeissen oder erdspinnen.] Genus est venenatę formicæ, quod etiam à fugiendo sole, solifuga nominatur. Cōcitatur enim acriùs fervore Solis: idcoquè eum fugit quantū potest. Lucian. lib. 9: Quis calcate tuas metuat solpuga latebras? Plin. lib. 8. cap. 29: Latè deserta regio est, à scorpionibus & solpugis gente sublata. A Festo dicitur Solipunga, nisi codex mēdosus sit. Vide suprà in dictionibus SOLIPVNGA, & SOLIFVGA.

Sōlstĭtĭum, Vide SOL.

Sōlum, li, priore cor. n.s. Dicitur omne quod quid sustinet, & rei cuipiā velut fundamentū subjicitur. [קרקע *sadhéh* קרקע *karkáh*. πέδον, ἔδαφος. Gall. *Le parterre, fond de terre*. Ital. *Suolo, suolaro, suola*. Ger Der Boden. Hisp. *Suelo de la tierra*. Pol. *Grunt, dno*. Vng. *Föld, anagy, mindön fundamentum az mi valamit tart*. Ang. *The ground*.] Vnde aquæ superficies dicitur solum, quia navium fundamentum est. Virg. lib. 5: Subtrahiturq; solum. ¶ Cœlum stellarum solum est. Ovid. lib. 1. Metamorph. Astra tenent cœleste solum. ¶ Nævius verò sola terrarum, plurali numero dixit: Sed sola terrarum postquam permensa parumper. Sic etiam Cic. in Orat. pro Corn. Balbo: Vos mutæ regiones implorо, & sola terrarum ultima. ¶ Aër etiam solum dicitur, quia avium sustentaculum. ¶ Item terra ipsa quòd hominum & animalium fundamentum sit. Colum. lib. 2: Nam quod sicco solo ingestum est, & jām inoccatū est, perinde ācsi repositum in horreo non corrumpitur. Ovid. 2. Metam. - inde solo quod texerat herba jacebat. Quint. lib. 2. cap. 19: At in solo fœcūdo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. ¶ Virgil. lib. 7. etiam mensam appellavit solum: Et cereale solum pomis agrestibus augēt. ¶ Aliquādò solū est inferior pedis pars,

dis pars, quam vulgò *soleam* vocāt, quæ calloſa fit, & dura diſcalciatis. Cic. 5. Tuſc. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calciamentum ſolorum callum, cubile terra. ¶ Et ſolum dictum eſt, pro ſolea calciamenti, & corio. ὑπόδημα. Martialis: Dentibus antiquas ſolitus producere pelles, Et mordere luto putre, vetuſq; ſolum. ¶ Propriè tamē ſolum terra dicitur, unde Natale ſolū dicimus, pro patria in qua nati ſumus: quemadmodum exulem qui extra ſolum: hoc eſt, extra patriā ejectus eſt. Vertere ſolum, eſt ſedem & habitationē mutare. Cic pro Cecinna: Nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eò ſolum vertunt: hoc eſt, ſedem ac locum mutāt. ¶ Solum foſſæ, pro ima foſſæ parte. Cæſar 7. belli Gall. Foſſam pedum viginti latam directis lateribus duxit, ut ejus ſolū tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant.

Sŏlārĭum, rii, n. ſ. à nomine ſolum, ſoli, Vectigal quod pro ſolo pēditur. [מדה *midhâh*. τὸ πρὸς τὸ πέδον τελούμενον ὑπὲρ ἐπιφανείας πόσου, ἢ ἐδάφους. Gall. *Ce qu'on paye pour le fond de la terre par chaſcun an, cenſive.* Ital. *Datto, fitto che ſe paga per lo terreno, cenſo.* Ger. Ein Boden zinß. Hiſp. *Renta que ſe paga por el ſuelo de la tierra.* Pol. *Czynſz.* Vng. *Föld ber, kepe.* Ang. *Tribut that is payed for ground or land.*] Qua voce utitur Vlp. 1. ff. Nequid in loco, vel itin. publ. fiat. Siquis nemine prohibente in publico ædificaverit, is tamen obſtet ædificium id publico uſui: utiq; is qui operibus publicis præeſt debebit id deponere: aut ſi non obſtet, ſolarium ei imponere. Sic enim vectigal hoc appellatur, ex eo quòd pro ſolo pendatur.

Sŏlvo, is, vi, ſolutum, act. t. Diſſolvo quod erat ligatū. [שתה *pittách* נתיך *hittír*. λύω. Gall. *Deſlier, foudre, rompre, laſcher.* Ital. *Sciogliere, ſoluere, diſlegare, diſfare.* Ger. Auffbſen oder auffbinden. Bel. Ontbinden. Hiſp. *Deſartar, deshazer.* Pol. Rozwiązuie. Vng. *Meg oldom.* Ang. *To lowſe, to releaſe.*] Virg. lib. 7: Solvite crinales vittas, capite Orgia mecum. Terentius in Andr. Iube ſolvi obſecro. Solvere item dicuntur, qui navi vehuntur, quum ſoluto func quo navis retinetur, recedunt. Et dicimus ſolvere ſimpliciter, nullo adjecto, & ſolvere navem. Cic. ad Tironem lib. 16: Nos eo die cœnati ſolvimus. Cæſ. 1. bell. Civil. Pompeius ſub noctem naves ſolvit. Cic. 3. Offic. Si idem ſciat cōplures mercatores Alexandria ſolviſſe, *&c.* ¶ Et quoniam qui debent, quodammodo obligati ſunt creditori, ſolvere etiam pro debitum reddere ponitur. [Gal. *Payer.* Ital. *Pagare* Ger. Zahlen/ entrichten. Hiſp. *Apagar.* Pol. *Płacę.* Vng. *Meg fizetöm.* Ang. *To paye.*] Cic. 4. Verr. Pro quo frumento pecunia ſoluta non eſt. Solvere ab aliquo: id eſt, per aliquē, quum non ipſi ſolvimus, ſed alium ſubſtituimus, qui ſolvit noſtro nomine. [השיב *heſchíb* השלים *hiſchlím*. ἐπίσαγε παρά τινος.] Cic. ad Atticū: Frater laborat ut tibi quod debet, ab Egnatio ſolvat. Et alibi: Sed etiam dixit ſe à me quodāmodo ſolvere. ¶ Hinc per translationem Solutionis vocabulū ad omnē liberationē quoquo modo factā transfertur, magisq; ad ſubjectū obligationis, quam ad numorū ſolutionem. Vnde ſolvo pro ſatisfacio, ἐκπω. Terent. in Adel. Neq; tu verbis unquā ſolves quod mihi re malefeceris. ¶ Solvere ebrietatē, pro diſcutere, Celſ. Niſi febris acceſſit eo tēpore quo ebrietas ſolvi debet. ¶ Solvere aliquem legibus, eſt eum legū vinculo eximere, & efficere ac legibus teneatur. ¶ Solvere juſta funeri. Cic. pro Roſc. Amer. Hūc miſerū luctu perditū, qui nondū etiā paterno funeri juſta ſolviſſet. ¶ Quādoq; ponitur pro liberare. Virg. 1. Aen. Solvite corde metū Teucri. Vnde Solutus riſus, dicitur magnus, & à curis liber. Idē: -riſuq; ſoluto. Sic etiā dicimus, ſolvere religione: id eſt, religione liberare, & efficere neq; religionis ſcrupulus relinquatur. Cic. pro Cecin. Vt religione civitas ſolvatur. ¶ Solvi cera igni, vel ſole dicitur: hoc eſt, molleſcere, ſive liquefieri. Sic etiam hyemē ſolvi dicimus: hoc eſt, miteſcere, & molliorē fieri. Hor. lib. 1. Carm. Solvitur acris hyems. ¶ Solvere fidem, eſt rumpere, vel nō ſervare fidē. πιστὸν λύειν πίστιν. Terent. in And. Solviſti fidem. ¶ Solvere venā, eſt venam aperire. φλεβοτομῶν. Col. lib. 7: Ea porrò vena, quæ in aure videtur eſſe amplißima, ſarmēto prius verberatur: deinde quū ad ictum intumuit, cultello ſolvitur. ¶ Cōpoſita hujus verbi ſunt, Abſolvo, Diſſolvo, Exſolvo, Perſolvo, & Reſolvo: de quibus ſuis locis. ¶ Solvendo nō ſum: hoc eſt, ſatisfacere nō poſſum id pro quo obligatus ſum, ſive pecunia, ſive remuneratione, ἀξιοχρέως ἐκ ἐμοῦ. Cic. 2 Philip. Tu nec ſolvēdo eras: id eſt, ſolvere debita nō poteras. Idē 2. Offic. Nam cui res erepta eſt, eſt inimicus: cui data eſt etiā diſſimulat ſe accipere voluiſſe, & maximè in pecuniis creditis occultat ſuū gaudiū, ne videatur nō fuiſſe ſolvendo.

Sŏlūtŭs, a, um, nomē ex participio, Securus, liber, cura & ſolicitudine vacuus. [חפשי *chophſchi* מתרת *mephuttách*. ἀμέριμνος. Gall. *Deſlié, deluré, laſché.* Ital. *Sciolto, diſfatto.* Ger. Auffgelößt. Hiſp. *Deſatado, deshecho.* Pol. Rozwiązani, wolni. Vng *Zabados, meg oldatos.* Ang. *Sure and free, ſett a liberte.*] Cic. Attic. Quæ ſoluto animo ſcribi ſolent, ea his temporibus excludūtur. Terra ſoluta: id eſt, rara & lāxa, cui opponitur denſa. πυκνός. Col. lib. 1: Soli pinguis vel macri, ſoluti vel ſpiſſi, humidi vel ſicci.

Sŏlūtī, agri ſunt, quorum fines deprehendi non poſſunt: ut ait Siculus Flac.

Sŏlūtē, adverbium, Sine cura aut ſolicitudine. [ἀμεριμνῶς, ἀμεριμνητεί. Gall. *A deloure.* Ital. *Liberamente.* Ger. Liederlich oder ledigklich Hiſp. *Libremente.* Pol. *Swobodnie.* Vng. *Gondatlanul.* Ang. *Lewſely, diſſolutely.*] Cicer. de Clar. Orat. Tam ſolutè egit, tam lenitèr, tàm oſcitanter. Cic. 2. de Divin. Si aut furore divino incitatus animus, aut ſomnio relaxatus ſolutè moveatur ac liberé.

Sŏlūtĭo, onis, verbale, f. t. Diſſolutio ejus quod compactū fuit: ut quum mortē animæ & corporis ſolutionē dicimus. [תמים *temes* שלום *ſchillúm* (vel) *ſchilem* שלומה *ſchillumáh* λύσις. Gall. *Deſliement, payement.* Ital. *Solutione, pagamento.* Ger. Auffloſung. Hiſp. *Obra de pagar ò deſatar.* Pol. Rozwiązanie. Vng. *Meg oldas*, item *meg fizetes.* Ang. *A lewſing or paying.*] Cic. 4. Tuſc. λύσιν, qua ſi λύσις: id eſt, ſolutio totius hominis. ¶ Solutio ſtomachi, quā & diſſolutionem dicimus, quū naturales ejus facultates aut amiſſæ ſunt, aut viciatæ, aut certè imbecilliores redditæ Plin. lib. 20: Cum melle, aut adipe, aut cera, ſtomachi ſolutiones inſperſum polentæ modo. ¶ Solutio ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisq; ad ſubjectum obligationis, quàm ad nummorum ſolutionem. Vlp. de Verb. ſign. Solutionis nomine ſatisfactionem quoq; omnem accipiendam placet. Cic. 2 Offic. Nec enim ulla res vehementiùs Remp. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.

Sŏlūtĭlĭs, le, pen. cor. Quod ita compactū eſt, ut quoties opus ſit, ſolvi poſſit. [λύσιμος. Gall. *Aiſé à diſſoudre, & deſlier* Ital. *Facile da ſuolgere.* Ger. Auffloßlich / das man wol wider auffloſen kan. Hiſp. *Coſa que ſe puede deſatar.* Pol. *L'atwe do rozwiązania.* Vng. *Meg oldhato.* Ang. *Eaſie to be lewſed.*] Sueton. in Neron cap. 34: Solutilem navem cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus eſt.

Sŏlŭs, a, um, Incomitatus unicus, quā vocē Feſtus ex Oſcorū lingua ductā putat, qui *ſolū* dicūt, quod nos *totū*: nā qui unus eſt, totus eſt. [יחיד *jachídh* בדד *bedhédh* (vel) *badhádh*. μόνος. Gall. *Seul, ſeuler.* Ital. & Hiſp. *Solo.* Ger Alleinig/einig Pol *Sam.* Vng. *Egyedwl.* Ang. *One alone.*] Cic. 3. Offic. Cui quum viſum eſſet utilius, ſolum ſe, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. ¶ Solus, & Vnus pro ſolus, more ſuperlativorum genitivum regunt, vel ablativum mediante præpoſitione ex, vel accuſativum mediante præpoſitione inter. Plin. lib. 9: Solus omnium accipenſer ſquamis ad os verſis contra aquas natando meat. Cic. de Orat. Gorgias ſolus ex omnibus. Idem de Provinciis Conſularibus: Gracchus ſolus ex toto illo collegio. Et quum ſingularitatem ſignificet, invenitur tamē pluraliter. Terent. in Adel. Solæ ſumus. ¶ Ponitur aliquando ſolus pro ſolitario, & deſerto. ἔρημος. Virg. li. 3. Georg. Heu malè tum Libyæ ſolis erratur in arvis. Terent. in Andr. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Idem: Nónne hinc abjici opo. tet in ſolas terras? Salūſt. in Iugurtha: Marius interea exercitu in hybernis compoſito, cū expeditis cohortibus, & parte equitātus proficiſcitur in loca ſola, obſeſſum turrim regiā. ¶ Genitivum facit, ſolius. Olim etiam ſōli, læ, li. Terent. Eunuc. Mihi ſolæ ridiculo fuit.

Sōlŭm, adverbium, Tantùm, tantummodo. [רק *rak* בד *lebádh*. μόνον. Gall. *Seulement.* Ital. & Hiſp. *Solamente* Ger Nur/allein. Pol. *Tylko, iedno.* Vng. *Tſak.* Ang *Only.*] Cicer. 4 Philip. Nos nuntiationem ſolùm habemus, Conſules etiàm inſpectionē. Idem 2. de leg. De una re ſolùm diſſident, de cæteris mirificè congruunt.

Sōlĭtārĭŭs, a, um, Solus agens, ſolivagus, frequentiam vitans. [בדד *bodhéhd* (vel) *badhádh* גלמוד *ghalmúdh* μονήρης, μοναζών. Gall. *Solitaire, ſeulet.* Ital. *Solitario.* Ger. Einſam/abgeſunderet von den teuten/ Einſidler. Hiſp. *Solo y ſennero.* Pol *Puſtelnik, ſammiſtkaiacl.* Vng. *Maga nak valo, egyedwl valo.* Ang *Solitare, alone*] Cic. 1. Offic. Solitarius homo atq; in agro vitam agens. Vita ſolitaria, quæ agitur in ſeceſſu, & procul ab hominum frequentia. μοναστικὸς βίος. Locus ſolitarius: id eſt, locus deſertus, nullisq; incolis frequentatus: ἔρημος. Res ſolitaria: id eſt, ſola, & ſine alterius conſortio. Cic. de Amic Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquid, tanquam adminiculum adnititur.

Sŏlĭtūdo, dĭnis, f. t. Plaga inhabitata, locus deſertus. [ערבה *harabáh* חרבה *chorbáh* ישימון *jeſchimón* מדבר *midhbár* ἔρημος, ἐρημιά. Gall. *Deſert, delaiſſement, vte ſolitaire.* Ital. *Luoco abbandonato.* Ger. Einöde Hiſp. *Soledad ò lugar deſierto* Pol *Puſtinia.* Vng. *Puzta.* Ang. *A deſert, or place not inhabited.*] Cæſ 6 bell. Gall. Civitatibus maxima laus eſt, quàm latiſſimis circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere. ¶ Veteres & ſolitas pro ſolitudine dixerunt. Accius in Eurysace: Tuam ſolitatem memorans, formidans tibi

Sōlĭvăgŭs, a, um, pen. cor. Qui ſolus vagatur. [μοναύζων, μονότης, μοναπολῶν. Gall. *Qui va cà & là tout ſeul, qui n'aime cōpagnie.* Ital.

Solivago. Ger. Das alleinig oder einſam hin vnd här ſchwebt. Hiſp. *Coſa ſolitaria braua, fiera.* Pol. *Samiedim, ſie przechodzaci.* Vn. *Egyedul bodoſo.* Ang. *That wandreth bu alone.*] Plin. lib. 8: Nec niſi lacellitæ nocent, ideoq; gregatim ſemper ambulent, minimè ex omnibus ſolivagi. Cic. 5. Tuſc. Alias volucres cœlo frui libero: ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes: earum ipſarum partim ſolivagas, partim congregatas.

Sōlo, as, act. p. Locum aliquem deſertum & ſolum reddo, depopulor, vaſto, deſolo. [שדד *ſchadhdh* השם *heſchdm.* ἐρημόω. Gall. *Rendre vn lieu deſert, & abandonné.* Ital. *Far' vn luoco deſerto è abbandonato.* Ger. Öd machen. Hiſp. *Aſſolar, hazer algun lugar deſierto.* Pol. *Puſtoſzyć.* Vng. *El puztitom, puztana tezöm.* Ang. *To mak ſolitare and deſert, to ſpoile and deſtroye.*] Stat. 5. Theb. furor omnibus idem. Idem animus ſolare domos, juvenumq; ſenumq; Præcipitare colos: plenisq; adfringere parvos Vberibus ferroq; omnes exire per annos.

Sōmătŏphȳlăcēs, [σωματοφύλακες. Pol. *Gwarda.*] Cuſtodes corporis, quos Latini priſco vocabulo *Latrones* dixerunt, quaſi laterones: quòd principum latera cingerent adverſus vim inſidiatorum. [Ger. Gwardiknecht.]

Sōmătŏpœĭă, σωματοποιία. Figura affinis proſopopœiæ, qua rei incorporeæ corpus tribuimus.

Sōmnŭs, ni, m. ſ. Sopor, quies, quæ ab humoribus à corde ad cerebrum ſublatis concitatur, qui quum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem ejus refrigerant. [שנה *ſchenáh* תרדמה *tardemáh.* ὕπνος. Gal. *Sonne, le dormir.* Ital. *Sonno.* Ger. Der ſchlaf. Bel. Den ſlaep: Hiſp. *El ſuenno quando dormimos.* Pol. *Sen.* Vng. *Alom.* Ang. *Sleepe.*] Dictum autem volunt Somnum à Græco ὕπνος: unde mutata aſpiratione in ſ literam, primùm ſypnum, ſive ſupnum, mox ſopnum, & poſtremò ſomnū volunt appellatum. Virgil. 1. Georg. Nec ſomnos abrumpit cura quietos. Cicer. de Divin. Animus per ſomnum curis vacuus. ¶ Somnum Deum finxit antiquitas, cujus ſedem apud Cimmerios collocat. Ovid. 11. Metamorph. Eſt propè cimmerios longo ſpelunca receſſu Mons cavus, ignavi domos, & penetralia ſomni. Quò nunquā radiis Oriens, mediúsve, cadénsve Phœbus adire poteſt. ¶ Hinc fit compoſitū Inſomnis, ἄϋπνος: de quo egimus ſuo loco.

Sōmnĭum, nii, n. ſ. Inſomniū: hoc eſt, quod videre nobis videmur dormientes. [חלום *chalóm.* ὄνειρον. Gall. *Songe, reſuerie en dormant.* Ital. *Sogno.* Ger. Ein traum/ ein geſicht ſo einem im traum fürkompt. Bel. Een droom. Hiſp. *El ſuenno, que ſonnamos.* Pol. *Sen ktori ſie wnoci ſwi.* Vng. *Alma dozas.* Ang. *A dreame.*] Virg. 8. Aeglog. an qui amāt, ipſi ſibi ſomnia fingunt? Cic. de lege Agraria contra Rullū: Hæc per deos immortales, utrum eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia, & utrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur? Macrob. lib. 1. in Somn. Scipionis, eorum quæ dormientes videre nobis videremur, quinq; tradit eſſe genera: Somniū ſcilicet, quod Græcè eſt ὄνειρος: Viſio: id eſt, ὅραμα: Inſomniū: id eſt, ἐνύπνιον: Oraculum: id eſt, χρηματισμός: & Viſus, qui Græcis φάντασμα dicitur. Ex his inſomnium & phantaſma quum falſa ſint, interpretatione nō indigent: tria reliqua vates interpretantur. Et oraculum quidem eſt, quum in ſomniis aliquid nobis denuntiatur: Viſio, quum id quis videt quod eodem modo, quo apparuerat, evenit. Somnium autem propriè vocatur, quod tegitur figuris, velatur ambagibus nonniſi interpretatione intelligendis.

Sōmnĭo, as, n. p. Per quietē aliquid quaſi vigilās video. [חלם *chalám.* ὀνειρόπλω. Gall. *Songer, reſuer.* Ital. *Sognare, inſognare.* Ger. Traumen/ ein geſicht im ſchlaff ſehen. Bel. Droomen Hiſp. *Sonnar alguna ſuenno.* Pol. *Snimſie.* Vng. *Almado zok.* Ang. *To dreame.*] Cic. de Divin. Nec mihi magis uſquam videor quàm quum in Curia Senatū video ſomniare. Et paulò antè: Defert ad conjectorem ſomniaſſe ſe ovum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. ¶ Somniare item ponitur pro ineptire, & fallere, quòd ſomnia inepta ferè ſint & falſa. Plaut. in Curcul. Quos tu mihi luſcos libertos, quos ſummanos ſomnias? Id eſt, ſomniādo loqueris. Terent. in And. num ille ſomniat Ea quæ vigilans voluit? Cōlum. li. 1. cap. 8: Nunquā non eaſdem ineptias ſomniat. Cic. 2. de Divin. Quod ſi ita natura paratum eſſet, ut ea dormientes agerent, quę ſomniarent, alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent: majores enim quàm ulli inſani, efficerent motus ſomniantes. ¶

Sōmnĭātŭr, impersonale. Plin. lib. 28: Ariſtoteles & Fabianus plurimum ſomniari circa ver & autumnum tradunt: magisq; ſupino cubitu, at prono nihil.

Sōmnĭōſŭs, a, um, Qui crebris ſomniis vexatur. [ὀνειρώδης. Gal. *Qui ſonge ſouuent ou pluſieurs ſonges, ſongeureux.* Ital. *Sonnachioſo.* Ger. Treumig/ dem offt traumet. Hiſp. *Cargado ò fatigado de ſuenno.* Pol. *Vſtawne ſne maiacy.* Vng. *Almadozo.* Ang. *That dreameth often.*] Plin. lib. 28: Somniosos fieri, lepore ſumpto in cibis, Cato arbitratur.

Sōmnĭfĕr, a, um, Quod affert ſomnum. [ὑπνοποιός. Gal. *Qui fait dormir.* Ital. *Sonnacchioſo, porta ſonno.* Ger. Das den ſchlaf bringt. Hiſp. *Coſa que haze ò trahe ſuenno.* Pol. *Sen przinoſzaci.* Vn. *Alomhozo.* Ang. *That bringeth one aſleape.*] Plin. lib. 18: Visq; ſomnifera etiam ſativo papaveri. Ovid. 9. Metam. Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina venenis.

Sōmnĭfĭcŭs, a, um, Quod ſomnum inducit. [ὑπνωτικός. Gall. *Qui fait dormir.* Ital. *Che fa dormire.* Ger. Das den ſchlaf machet. Hiſp. *Que haze ò trahe ſuenno.* Pol. *Senczyniaci.* Vng. *Alom tſinyalo, zárzó.* Ang. *That cauſeth ſleape.*] Plin. lib. 37. Et viſo dracone ſpargere ſomnifica medicamenta, atq; ita præcidere. Idem lib. 29. cap. 4: Quoniam vincatur aſpidum ſomnifica vis.

Sōmnĭcŭlōſŭs, a, um, à ſomniculo magis fit quàm à ſomno: & is dicitur qui ſomno plenus eſt, & ignaviæ. [נרדם *nirdám.* ὑπνηλός. Gall. *Tout endormi, nonchalant.* Ital. *Adormentato, che ſempre voria dormire.* Ger. Schläferig/ ſchläfig/ voll ſchlafs. Bel. Slaperich/ traeg. Hiſp. *Cargado de ſuenno.* Pol. *Oſpal'i, gnuſni.* Vng. *Zunnyadozos, zunnyata.* An. *That is geuen to much ſleape, ſlouthfull, ſlug gard.*] Cic. de Sen. Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignavæ, ſomniculoſæ ſenectutis. Colum. lib. 11. cap. 1: Nā & ebrioſo cura officii pariter cū memoria ſubtrahitur: & ſomniculoſo plurima effugiunt. ¶ Interdum ſomniculoſum dicimus, nō quod ſomno indulget, ſed quod ſomnum inducit, habetq; vim ſomnificā. ὑπνωτικόν. Vnde Siſenna aſpidem vocat ſomniculoſam, non quòd ipſa dormiat, ſed quòd vi ſomnifica homines percuſſos enecet.

Sōmnĭcŭlōsē, adverb. Negligenter. [ὑπνωτικῶς, ὄναρ. Gall. *Negligemment.* Ital. & Hiſp. *Negligentemente.* Ger. Schläferig oder liederlich Pol. *Gnuſnie, oſpalie.* Vng. *Zunnyad agoſſan.* Ang. *Slug gardly, ſlumberly.*] Plaut. in Capt. Haud ſomniculosè hoc agendum eſt.

Sōmnŏlēntŭs, a, um, Somniculoſus: & per translationē tardus, ignavus. [נרדם *nirdám.* ὑπνηλός. Gall. *Tout endormi, plein de ſomne.* Ital. *Adormentato, pien di ſonno.* Ger. Voll ſchlafs/ faul/ träg. Hiſp. *Senoliento.* Pol. *Spania zadoſczyni, lien.* Vng. *Zunny adozo, zunyata reſt tunya.* Ang. *All geuen to ſleape.*]

Sōmnŏrīnŭs, na, num, Apud antiquos dicebatur id quod in ſomnis videtur. Varro in Prometheo, ut citātur à Nonio: Hic ſomnorinas imagines affatur.

Sōmphŏs, σομφός, Cucurbitæ ſylveſtris genus, digitali craſſitudine, non niſi in locis ſaxoſis naſcens, intus inane: unde & nomen invenit. Nam Græci σομφὸν vocant inane. Quidam Cucurbitam marinam appellant. Vide Plin. lib. 20. cap. 3.

Sŏnābĭlĭs, Vide SONVS.

Sōnchŏs, [σόγχος. Gall. *Laitteron, ou lacerons.* Ital. *Cicerbita, creſpina.* Ger. Haſentāl oder haſenſtrauch. Hiſp. *Serraja, ſerralla.* Pol. *Mlieci.* Vng. *Zamar tmuis.* Ang. *An herbe called ſowthiſtle.*] Herba eſt ex genere aculeatarum, cujus duæ ſunt ſpecies: una ſylveſtrior, & ſpinoſior: altera tenerior, olim etiam eſculenta, caule cubitali, anguloſo, intùs cavo, interim rubeſcente, ſed qui fractus copioſo lacte manet, foliis per oras ex intervallo ſciſſis: quum perfectè adoleverit, aculeis quibuſdam aſpera. Galli à lactis copia *Lacteronem* appellant. Plin. lib. 22. cap. 22: Eſtur & ſonchos, ut quem Theſeo apud Callimachum apponat Hecate, uterq; albus & niger, lactucæ ſimiles ambo, niſi ſpinoſi eſſent, caule cubitali, anguloſo, intus cavo, ſed qui fractus copioſo lacte manat.

Sŏnĭpēs, Sonitus, Sono, Sonor, ſoneris, Sonorus, Vide SONVS.

Sōns, ſontis, om. t. Nocens, noxius, criminis alicujus cōvictus. [אשם *aſchém.* ἁμαρτωλός, ἀσεβής. Gall. *Coulpable, maſfaicteur.* Ital. *Colpeuole, maligno.* Ger. Schuldig eines laſters. Hiſp. *Culpado.* Pol. *Winni.* Vng. *Artalmas, bwnös vetkes.* Ang. *Giltie, faultie.*] Cic. 3. de Legib. Vincula ſontium ſervanto, capitalia vindicanto. Idem 1. Offic. Idq; eſt viri magnanimi rebus agitatis punire ſontes, multitudinem conſervare in omni fortuna, recta atq; honeſta retinere. Virgil. 10. Aeneid. Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem. Ovid. 13. Metamorph. Immergitq; manus, fœdataq; ſanguine ſonti, Non lumen (neque enim ſupereſt) loca luminis haurit. ¶ Hujus contrarium eſt Inſons, de quo ſuprà ſuo loco.

Sōntĭcŭs, a, um, Idem quod Gravis, noxius, vehemens. [קשה *kaſchéh* כבד *chabédh* ἡαχηπικὸς, βλαπτικός. Gall. *Malin, meſchant.* Ital. *Maligno, iniquo.* Ger. Heffitig ſchedlich. Hiſp. *Culpado, malicioſo, injuſto.* Pol. *Barzo ſzkodliwi.* Vng. *Analmas; vetkes nehezzö.* Ang. *Wicked, euill, or an euildoer.*] Nævius apud Feſtum: Sonticam cauſam eſſe oportet, quamobrem perdas mulierē. Vnde Sonticum morbum veteres appellarūt, qui ita gravis eſſet, ut ſolitas functiones impediret, quē qui pateretur, juſtā excuſationē habere putabatur, quò minùs in judiciū vocatus, ſe ſiſtere cogeretur: à nocendo ita dictus putatur, autore Feſto, & Caſſio, quòd Sontes ſignificet nocentes. Quæſitū eſt (inquit Iuriſconſultus) quū alter ex litigatoribus febricitans deceſſiſſet, & judex abſente eo pronuntiaſſet, an jure videretur pronuntiaſſe? Reſpondi, quòd ſonticus morbus etiam invitis litigatoribus

gatoribus ac judice, differret diem. Sonticus autem morbus existimandus est, qui cuiq; rei agendæ impedimento est. Porrò quid magis impedimento est, quàm morbus corporis cõtra naturam, quam *febrim* appellant? Potest tamen dici esse aliquam etiam febrium differentiam. Nam si quis sanus aliàs ac robustus, tempore judicandi levissima febri correptus fuit, aut siquis tam veterem quartanam habet ut in ea omnibus negotiis suis superesse soleat, poterit dici morbum sonticum non habere. Plin. lib. 36. cap. 19. de gagate lapide: Deprehendit sonticum morbum, & virginitatem suffitus.

Sŏnŭs, soni, m. s. Quicquid auribus percipitur, sive id ab ore animalis proficiscatur (quam *vocem* appellamus) sive ex aliorum corporum collisione. [קול *kol* שאון *schaón*. ἦχος. Gall. *Son, bruit.* Ital. *Suono di ogni voce.* Ger. Ein thon. Bel. Een geluyt. Hisp. *Son, sonido.* Pol. Dźwiek. Vng Zõnges. Ang. *A sowne or a noise.*] Cicer. de Divin. Qui sono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur. Idem in Som. Scip. Quis est qui complet aures meas tantus & tàm dulcis sonus? Idem 2. de Nat. deor. Aures quum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Virg. 4. Georg. Tum sonus auditur gravior, tractimq; susurrant. ¶ Sonum fundere. Cic. in Acad. Ac mihi videtur dignissimum rebus his, de quibus loquitur, sonum fundere. ¶ A sonus fiunt Absonus, Altisonus, Armisonus, Consonus, Dissonus, Dulcisonus, aliaq; nonnulla, quorum significata explicantur suis locis.

Spūtātŏr, oris, m. t. Qui frequenter ſpuit. [*πτυσμώνης* Gall. *Cracheur*. Ital *Sputatore*. Ger. Ein speuwer oder speutzer. Hiſp *El que mucho eſcupe*. Pol. *Vſtawnie pluuaci*. Vn. *Pökdösö*. Ang. *That ſpitteth often*.] Plaut. in Milite: Minimè ſputator, ſcreator ſum.

Spūtum, ti, n. ſ. Saliva à ſpuendo dicta. [ריק *rok*. *πτύελον* Gall: *Crachat*. Ital. *Sputo*. Ger. Speichel/ ſpeuteten. Hiſ. *Eſcopetina*. Pol. *Slyna*. Vn. *Pök nyal* Ang. *Spittle*.] ¶ Dicitur & ſputus, tus. Lactantius lib. 4: Dabant autem Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuebant venenatos ſputus.

Spūtātĭlĭcŭs, adject. eſt inuſitatum à verbo ſpuo: quo quum uteretur Siſenna in defenſione cujuſdam Chritilii, meritò à C. Ruſcio eſt irriſus, ut refert Cic. de clar. Orat. Fuit accuſator, *inquit*, vetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendẽs, dixit quædam ejus ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Ruſcius: Circumvenior, *inquit*. Iudices, niſi ſubvenitis. Siſenna, quid dicas neſcio, metuo inſidias, Sputatilica quid eſt hoc? Sputa quid ſit, ſcio: tilica neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus rectè loqui, putabat eſſe, inuſitatè loqui.

Spūrcŭs, impurus; obſc. œnus, lutulentus: [נדה *tamé*. *μιαρὸς, ῥυπαρὸς*. Gall. *Ord & ſale, deshonneſte, vilain*. Ital. *Sporco, lordo, mal netto*.

netto. Ger. Vnrein/ vnflättig/ wüſt. Belg. Wyt. Hiſp. *Coſa ſuzia.* Pol. *Stpetni, plugawi.* Vn. *Otſmany tiszt atalã.* An. *Vncleane, filthie, dishoneſt.*] à ſpuendo dictũ, quòd tale ſit quòd deſpuẽtes averſemur. Plaut. Tot noctes reddet ſpurcas, quot puras habuit. Cic. 2. Tuſc. ex poëta quodam: Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus locoque. Idem pro Domo ſua: Spurciſſimus homo, præguſtator libidinum. ¶ Aliquando ponitur pro fœtido, *ὀμφώδης.* Apuleius: Tam multæ res ſpurcæ & graves nares infeſtant. ¶ Aliquando pro vehementi, aſpero, *ὀξυός.* Cic. Lactati tempeſtate ſpurciſſima. Columella in præfatione libri primi: Atq; in his ipſis haberet cognitum quid recuſaret collis, quid campeſtris poſitio, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus ager. ¶ Aliquando pro ſævo & ſanguinario. Varro: Spurcus gladiator & carnifex.

Spūrcē, adverbium. [*αἰχρῶς.* Gall. *Ordement & ſalement, deshonneſtement, vilainement* Ita. *Sporcamente, dishoneſtamente, villanamente.* Ger. Vnflättiglich/ häßlichen. Hiſp. *Fea y ſuziamente.* Pol. *Stpetnie, plugawie.* Vng. *Otſmanyon tiztatalanul.* An. *Vncleanely, filthely.*] Cic. Att. lib. 7: An bene cõveniat, inquit Carneades: ſpurcè, ſed tamen prudentiùs quàm Lucius noſter & Patron. Eidem lib. 11: Deinde perſcribit ſpurciſſimè quas ob cauſas fecerit.

Spūrcĭtĭa, f. p. & ſpurcities, Immūditia. [טָמֵא *tameh* טֻמְאָה *tſoáh* (vel) *tſeáh.* *ἀκαθαρσία.* Gal. *Ordure, ſaleté.* Ital. *Sporcitia, ſporchezza* Ger. Vnflat/ vnſaubertelt/ wüſt. Belg. Vuticheyt/ onreynicheyt. Hiſp. *Suziedad.* Pol. *Plugaſtwo.* Vng. *Otſmanyſag, tiztatalanſag.* An. *Vncleaneſſe, filthineſſe.*] Lucret lib. 6: At contrà nobis cœnum tèterrima quum ſit Spurcities, eadem porcis hæc munda videtur. Colum. lib. 12. cap. 22: Cinis autem odorem aufert, & eluit ſpurcitiam. Idem libr. 1. cap. 5: Nulla alia vis poteſt nocturnas pruinas, & quodcunque rubiginis aut ſpurcitiæ reſedit, ſiccare atque detergere.

Spūrco, as, Fœdo, vitio, contamino, maculo. [טָמֵא *timmé.* *ῥυπόω.* Gall. *Souiller, vilainer.* Ital. *Sporcare, lordare, imbrattare.* Ger. Vnſauber machen / verwüſten / geſchenden. Belg. Vuyt oft onreyn maken Hiſp. *Enſuziar.* Pol. *Plugawie, ſtpece* Vngar. *Meg otſmanyitom rutitom tiztat alannatexőm* Ang. *To mak filthie, to defile.*] Celſus Iureconſul. Cum eo agi poſſe Aquilia, qui vinum ſpurcavit vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit. Plautus in Menæch. Spurcavit naſum odore illutibili. Antiqui ſpurcum vinum dicebant cum aqua miſtum, tanquam non amplius purum fŏret, aut igne calefactum, aut muſtum antequam deferveſcat. Catullus Epigram. 103. ad Siconium: Siconi arbitrio populi tua cana ſenectus Spurcata impuris moribus intereat. ¶ Hinc Conſpurco, de quo ſuo loco.

Spūrcĭfĭcus, m. f. Qui ſpurca & fœda facit. [טָמֵא *tamé.* *αἰχροποιός.* Gall. *Qui fait vne choſe orde & vilaine.* Ital. *Che fa ſporco.* Germ. Ein wüſter vnflat/ der mit vnflättigen ſachen vmbgeht. Hiſp. *Que haze alguna coſa ſuzia.* Pol *Plugawiec.* Vng *Otſmanyito rutito.* An. *That doeth any filthie or dishoneſt thing.*] Plaut. in Trinũ. Spurcificum, immanem, intolerandum, veſanum.

Spūrcĭlŏquus, Qui ſpurca loquitur. *αἰχρολόγος.* Plaut. in Capt. Neque ſpurcilici inſunt verſus.

Spŭrĭus, adjectivum, incerto patre natus. [זָנָה *mamzér.*] *ἀπὸ τῆς πρόσθεν*: hoc eſt, à ſemine: propterea quòd nihil habeat à patre niſi ſemen, vel quaſi *προρρέψαν* conceptus. [טָמֵא *tamé.* *νόθος.* Gall. *Baſtard, né d' vne paillarde publique.* Ital. *Baſtardo, nato di meretrice.* Ger. Ein Baſtart/ oder Banckart/ ohnehrlich geboren/ Hurenkind Belg. Een Baſtaert. Hiſpan. *Qualquiera coſa baſtarda.* Pol. *Bekart.* Vng *Fattyu.* Ang. *A baſtarde borne of a common woman vncertane who is his father.*] Servius: Spurius dicitur, qui ex muliere non nota ortus eſt. Modeſt Iureconſ. ſpurios eos dici affirmat, quos & vulgò *conceptos* appellamus, eos ſcilicet qui incerto patre nati ſint, vel qui eum habeant patrem, quẽ habere non liceat. Plutarch. in Problem. de hoc verbo loquẽs, ita inquit: Spurius proprium eſt nomen apud Romanos, ut Sextus, & Decimus & Cajus. Prima autem nomina non tota ſcribunt, ſed aut una litera, ut T. Titum: aut duabus, ut Cn. Cneum: aut tribus, ut Sex. Sextũ. Sic Spurius Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine patre erant, qui *ἀπάτορες* Græcè dicuntur S. & P. deſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum: ut ſpurii, qui ſine patre ſunt, dicerentur. Transfertur etiam ad alia, & ponitur pro quovis adulterino & falſo, ut Spurii verſus. Auſon. Quique notas ſpuriis verſibus appoſuit.

S ante Q.

Squălĕo, les, ui, n. f. à ſquamarum crebritate & aſperitate dictum eſt, teſte Macrob. lib. 6 Saturn. [טָמֵא *tamé.* *αὐχμέω.* Gal. *Eſtre plein de craſſe & ordure* Ital. *Eſſer ſporco.* Ger. Wüſt vñ öd ſeyn/ vnſauber ſeyn/ von kaut gleiren Belg. Wyt ſijn. Hiſp. *Eſtar ſuzio.* Pol. *Brzydkim od plugaſtwa.* Vng. *Darabos xennyes vagyok.* Ang. *To be ſlutiſh, to be out of faſhion for lack of dreſſing.*] Olim enim hoc verbum de omnibus rebus dicebatur, quæ dura eſſent, denſa & rigida, & ſquamarum ſimilitudinem imitãtia. Hinc Virg. 10. Aen. tunicam auro ſqualentem dixit: hoc eſt, rigentem & denſam, & in ſquamarum modum contextam. Virg. 12. Aen. Ipſe dehinc auro ſqualentem, alboque orichalco Circundat loricam humeris. Poſtea tamen aſſiduo uſu effectum eſt, ut hoc verbum de iis tantùm dicatur quæ inculta ſunt, horrida, deformia, & multarum ſordium congerie contaminata. Virgil. 12. Aen. Squalentem barbam & concretos ſanguine crines. Quint. lib. 10. cap. 1: Neque ego ſqualere arma ſitu & rubigine velim. Cic. pro Sest. Erat igitur in luctu ſenatus: ſqualebat civitas publico conſilio veſte mutata. Virg. 1. Georg. -non ullus aratro Dignus honos: ſqualent abductis arva colonis.

Squales & ſcabres, pro ſqualidus es & ſcabes, dictũ eſt à priſcis, Pacuv. apud Feſtum: Squales, ſcabresq; inculta vaſtitudine.

Squālĭdŭs, a, um, Sordidus, incultus. [טָמֵא *tamé.* *αὐχμηρός.* Gall. *Craſſeux, ord & ſale.* Ital. *Sporco.* Germ. Vnflättig/ vnſaubert/ kaatig/ mûd vnd öd. Belg. Wyt/ onreyn. Hiſp. *Suzio.* Pol. *Plugawi, ſmrodliwy.* Vng. *Darabos xennyes.* Ang. *Filthie, foule, ſlutiſh.*] Terent. Evnuch. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, anniſque obſitum. Liv. lib. 1. bell. Pun. Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie, tabeque ſqualida, & propè efferata corpora variè efferebant. Ovid. 1. Faſt. Ora ſuper poſtes, affixaq; brachia pendent: Squalidaque humanis oſſibus albet humus. Cicer. in Orat. Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicãdis quidã orationis nitor. Squãldam veſtem, Pro ſqualida veſte dixêre veteres, ut annotavit Nonius, citans locum Ennii ex Telamone: Elavêre lachrymis veſtem ſqualdam & ſordidam.

Squālĭdē, adverbium, Horridè, inculté. [*αὐχμηρῶς, ῥυπαρῶς.* Gall. *Salement, mal proprement.* Ital. *Sporcamente, lordamente.* Ger. [illegible]/ vnflättiglich. Hiſp. *Suzamiente.* Pol. *Plugawie, ſtpetnie.* Vng. *Darabosſan xennyeſſen.* Ang *Filthelie and vnproperlie.*] Cicer. 4. de Finib. Primùm enim ipſa illa, quæ ſubtiliter diſſerenda erant, politè, aperteq; dixerunt, cùm definientes, tùm partientes, ut veſtri etiam: ſed vos ſqualidiùs, illorum vides quàm niteat oratio.

Squālŏr, oris, m. t. Inquinatio, ſordes, immunditia. [טָמֵא *tumeáh* טֻמְאָה *tſeáh* (vel) *tſeáh.* *αὐχμός.* Gall. *Craſſe & amas d' ordure.* Ital. *Sporchezza.* Ger. Vnraht/ wüſt der ſich an einding allgemach hencket/ wann man es nicht ſauber vnd in ehren hattet. Hiſp. *Suziedad.* Pol. *Plugaſtwo, niecyſtoſć.* Vngar. *Zeny, otſmanſag xenny eſſeg.* Ang. *Slutiſhneſſe, filthineſſe, deformitie of any thing for lacke of trimming.*] Gell. In corporibus incultis, & ſquamoſis alta congerie ſordium ſqualor appellabatur. Liv. 2. ab Vrbe: Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Cicer. ad Terent. Nam mihi ante oculos dies noctesq; verſatur ſqualor veſter, & mœror, *&c.* Virg. 6. Aen. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſervat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento Canities inculta jacet.

Squālŭs, li, Piſcis marinus ex genere cartilaginoſorum, qui parit circa æquinoctium vernum, teſte Plin. lib. 9. cap. 51. Var. 3. de Re ruſt. cap. 3: Et in ea duntaxat ſqualos ac mugiles piſces. *ſtyn.* vide QVATINA.

Squāmæ, arum, f p. Quibus corium piſcis aut ſerpentis tegitur. [קְשַׂקְשֶׂת *kaskéſeth.* *λεπίδες.* Gall. *Eſcailles.* Ital. *Scaglie.* Ger. Ein ſchüp. Belg Schubben. Hiſp. *Eſcamas.* Pol. *L'uska na ribie albo na wężu.* Vng. *Hal hay.* Ang. *Scailes.*] Plin. lib. 9. cap. 10: Aquatilium tegmenta plura ſunt: alia corio & pilis teguntur, ut vituli: alia ſquamis, ut piſces: Virg. 11. Aeneid. Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat, Arrectisque horret ſquamis, & ſibilat ore. ¶ Hinc deſquamo, mas, de quo ſuo loco. ¶ Ab harum ſimilitudine loricarum quoque catenulæ ſquamæ dicuntur. Virg. 11. Aen. -quem pellis ahenis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. ¶ Eſt & ſquama æris, de qua Plin. lib. 34. cap. 11: Et ſcoria æris ſimili modo lavatur, minor effectu quàm æs ipſum. Sed & æris flos medicinæ utilis eſt: fit ære fuſo, & in alias fornaces tranſlato: ibi flatu crebriore excutiuntur velut milii ſquamæ, quas vocant florem.

Squāmĕus, a, um, adject. Plenum ſquamis. [*λεπιδωτός.* Gall. *Plein d' eſcailles.* Ital. *Scaglioſo.* Germ. Schüppechtig/ voll ſchüppen. Hiſp. *Lleno de eſquamas.* Pol *L'uſk pel'ni.* Vng. *Hal hayas.* Ang. *Scaillie or full of ſcailes.*] Virg. 2. Georg. Nec rapit immenſos orbes per humum: neque tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Squāmōsŭs, idem. Plin. lib 9. cap 16: Vagantur gregatim ferè cujuſque generis ſquamoſi. Virgil. 4. Georg. Squamoſusque draco, & tulva cervice leæna.

Squāmĭger, a, um, Quod haber ſquamas. [*φολιδοφόρος, λεπιδοφόρος.* Gal. *Qui a eſcailles.* Ital. *Che a ſcaglie.* Germ Das ſchüppen hat. Hiſp. *Que tiene eſcamas.* Pol. *L'uſigzyſti.* Vng *Hal hayos.* Ang. *That hath ſcailes.*] Lucr. lib. 1: -è terra poſſet oriri Squamigerum genus: id eſt, piſces. Plin. lib. 11. cap. 37: Simili modo ſquamigeris atque ſerpentibus.

Squāmātim, adverbium, Ad ſimilitudinem ſquamarum [*λεπιδηδόν.* Gall. *En facon d' eſcailles.* Ital. *A foggia di ſcaglie* Germ. Wie die ſchüppen. Hiſp. *A manera de eſcamas.* Pol *Tak iako l'uski.* Vng. *Hal hay rendi zerent.* An. *Lyk ſcailes.*] Plin. lib. 16 cap. 10:

Nucamen-

Nucamenta ſquamatim compacta dependent: Id eſt, velut ſquamæ compactæ, & colligatæ.

Squārōsŭs, A ſquamarum ſimilitudine dicitur, cujus cutis exurget ob aſſiduam illuviem. Lucil. apud Feſtum: Varonum ac rupicum ſquaroſa incondita roſtra.

Squātĭnă, f. p. Ex planorũ piſcium genere, quo propter ſquãioſẽ. hoc eſt, aſperitatẽ cutis, ligna & ebora poliuntur. [*ſiyn.* Gal. *Ange ou eſquaque, ou eſcaye ou eſquadre.* Ital. *Creadibuch.* Ger. Ein vnbekannter fiſch bey vns/der ſo ein rauche haut hat/ daß man mit deren holtz/helffenbein/ꝛc. außreibet/oder außpatieret. Hiſp. *La lexa peſcado.* Pol. *Riba chrapowatei ſkory.* Vng. *Fóueny kezeg.* Ang. *A ſcate.*] Plin. lib. 9. cap. 12: Aſpera cute, ut ſquatina, qua lignũ & ebora poliuntur.

Squillă, æ, f. p. Varroni, reliquis ſcilla. [*σκίλλα*, Dioſcoridi. Gall. *Oignon marinou ſquile.* Ital. *Squilla.* Germ. Meerzwibel / oder meußzwibel. Hiſp. *Cebola al barrana.* Pol. *Zámorska cebulia.* Vng. *Fokos hagyma.* Ang. *A ſhrimpe.*] Bulbus nobiliſſimus, cę pę modo multipliciter tunicatus: qui etiam hodie in officinis nomen retinet. ¶ Eſt præterea ſquilla parvus piſcis, qui cum pinna piſce comparandi cibi init ſocietatem. Cicer. de Natur. deor. Pinna verò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva ſquilla quaſi ſocietatem coit comparãdi cibi. Alio nomine pinnotherem, ſive pinnophylacem appellant. Plin. lib. 9. ca. 42: Concharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper: nec unquam ſine comite, quã pinnotherem vocant: alii pinnophylacem: id eſt, ſquillam parvam: alibi cancer dapis affectator. Iuven. Satyr. 5: Aſpice quam longo diſtendat pectore lancem, Quæ fertur domino ſquilla.

S ante T.

St, Vox eſt ſilentium indicẽtis. Terent. in Phorm. Quid? non is obſecro es, Quẽ ſemper te eſſe dictitaſti? C. St. S. quid has metuis fores? C. Concluſam hîc habeo uxorem ſævam.

Stăbĭlimẽn, Stabĭlĭo, Stabĭlĭs, Stabĭlĭtas, vide STO.

Stăbŭlum, li, n. ſ. à Stando, locus dicitur in quẽ longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quod & diverſoriũ, & hoſpitiũ dicitur. [אורה *aueráh* ארוה *uraudh* ארית *urajáh.* ἔπαυλις, σηκὸς, στεβλεύς. Gall. *Eſtable* Ital. *Stalla.* Germ. Ein herberg/vnderſchleiff. Itẽ ein ſtall. Hiſp. *Eſtablo.* Pol. *Stainia.* Vng. *Istallo (auagy) xallas fogádo haz* Ang. *A ſtall, ſtable or other place for cattaile.*] Vnde & proſtibula meretrices dictæ, quòd quæſtus copioſioris gratia, concurrentibus illuc advenis, manſiones ante ſtabula habuêre. Plaut. in Aulul. Neutrobi habeã ſtabulum ſtabile. ¶ Stabula quoque dicuntur loca generaliter omnia, in quibus armenta, gregesq; conſiſtunt, veluti quædam ſtationes animalium. Nam ubi equi tenentur, ſpecialiter equile: ubi oves, ovile: ubi ſues, haram dixêre: bovile quoq; à bobus: caprile, à capris nomen traxerũt. Virg. 8. Aeneid. Quatuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros Avertit. ¶ Stabulum etiam ſumitur pro quacunq; ſtatione, ſeu habitatione & loco, ubi quis ſtare conſuevit. Virg. 7. Aeneid. Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo Paſtorale canit ſignum. ¶ Stabulum confidentiæ, flagitii, nequitiæ. Plaut. in Moſtel. Nuſquam ſtabulum eſt confidentię. Idem Trucul. Túne ais impudentem me eſſe, ipſa quæ ſit ſtabulum flagitii.

Străbŭlo, as, act. p. In ſtabulũ recipio, in ſtabulo guberno. [*σταθμίζω.* Gall. *Eſtabler, mettre à l'eſtable.* Italic. *Allogiare, metter nella ſtalla.* Germ. In ſtall thun/in ſtall halten. Belg. Herberghen/te herberghen ſyn/ſtallen. Hiſpan. *Tener meſon ò eſtablo, recebir algo en el eſtablo.* Pol. *Doſtainiei ſtawian.* Vng. *Istalloba tartom xallaſon lukon.* Ang. *To put in a ſtable*]. Varro libr. 1 de Re ruſtic. Si prata ſint, & in fundo neq; pecus dominus habet, danda opera, ut pabulo vendito, alienum pecus in ſuo fundo paſcat & ſtabulet, Stat. lib. 1, Theb. Gæticoq; pecus ſtabulare ſub Henno.

Străbŭlŏr, aris, d. p. In ſtabulum recipior, in ſtabulo ſum: paſſivum à ſtabulo [*αὐλίζομαι, ἐπισταθμεύω.* German. Ein Stelle haben / ſtallen.] Inepte enim hîc ſtabulari apud Columellam & Ovidium, activè accipiemus, quemadmodum Calepinus fecerat. Colum. libr. 7: Si idoneis temporibus ad præſepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curæq; fuerit, ut ſtabulentur ſicco in loco, ne humore madeſcant ungulæ. Ovid. 13. Metamorph. Hoc pegus omne meum, multæ ſtabulantur in antris.

Străbŭlātĭo, onis, f. t. Manſio in ſtabulo. [*ἐπισταθμεύσις.* Gall. *Eſtablement, eſtablage, demeure en l'eſtable.* Ital. *Stallaggio.* Germ. Stallhattung/wohnung im ſtall/Stallung Hiſp. *Apoſentamiento en eſtablo.* Polon. *Staine w ſtaini.* Vng. *Istalloba, xallaſon valo letel.* Ang. *A tarying in a ſtable or ſtall.*] Col. lib. 7: Calore boves ſub dio, frigoribus intra tectum manere oportet: itaq; ſtabulatio eorum præparanda eſt.

Străbŭlārĭus, rii, m. ſ. Caupo viatores pretio recipiens. [*πανδοκεύς* Gal. *Hoſtelier, qui loge, vallet d'eſtable.* Ital. *Stallaro allogiatore, oſtiero, tauerniero.* Ger. Ein Wirt: Item, ein Stallknecht. Hiſp. *Eſtablerizo, meſonero ò ventero.* Pol. *Goſpodarz goſcżie przymuiacy:* itẽ, *maſztalierz.* Vng. *Zallas fogado.* Ang. *An hoſtler.*] VIp. Caupones & ſtabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam & ſtabulum exercent. ¶ Stabularius itẽ dicitur, qui ſtabuli: hoc eſt, loci ubi animalia ſtant, curam gerit. Col. lib. 7: Hic enim recognoſci grex poterit, numeruſq; conſtare, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra manſerunt. Varr 2. de Re ruſt. cap. 10: In quibus ſtabularii ſolent equas abigere. ¶ Stabulariæ mulieres, inquit Auguſtinus libr. 8. de Civit. Dei, dicuntur quæ exercent ſtabulum, & viatores mercede paſcunt, *κωμίδες.*

Străchўs, hujus ſtachyos. [*στάχυς.* Ger. Wilde Salbey/ *Fuchſius*, verteutſcht es wilder Andorn. Pol. *Szał wya leſna.*] Frutex eſt marrubio ſimilis ſed lõgior, folia ferens numeroſa, hirſuta, rara, prędura, cana, odoris jucundi, & complureis virgas ab radice exeuntes, marrubio candidiores. Naſcitur in mõtanis & aſperis. Dicta ſtachys, quaſi ſpicata ob caulem quem exſe mittit floribus & ſemine ſpicatum. Nam *στάχυν* Græci *ſpicam* vocant. In officinis quibuſdã dicitur *pituitaria*, quòd ejus ſemen manſum, pituitam ex capite in os deducat: porrò illitum ex oleo capiti puerorum pediculos enecat, unde à quibuſdam appellatur *herba pedicularis.* Plin. lib. 28. ca. 15: Ea quoq; quæ ſtachys vocatur, porri ſimilitudinem habet, longioribus foliis, pluribuſq; & odoris jucundi, coloriſq; in luteum inclinati, pellit menſtrua.

Stactē, ſtactes, fœm. gen. [נטף *natáph.* στακτή. Germ. Ein edle ſtilticher ſafft von Myrrha außgetruckt] teſte Dioſcoride, vocatur pinguitudo recentis myrrhæ, cum exigua aqua tuſæ, & organo expreſſæ: à diſtillando dicta, quod Græci *στάζειν* dicunt: quia ĕ ſtillatitia duntaxat myrrha fiat. Lucret. lib. 2: Sicut amaracini blandum ſtactęq; liquorum.

Stăctĕŭs, a, um, adjectivum: ut, Myrrha ſtactea: id eſt, ſtillatitia, è qua ſtacte exprimitur, quam Theophraſtus factitiæ opponit. Plin. libr. 12. cap. 16: Genera myrrhæ complura, Troglodytica, ſylveſtrium prima, Erythræa ſequens, & Minæa, in qua Stactea Atramitica eſt, *&c.*

Stădĭum, dii, n. ſ Curriculum, locus in quo curſu, & luctatione exercemur. [*στάδιον.* Gal. *Vne ſtade, meſure de cent vingt & cinq pas, lieu pour s'exercer, à la courſe.* Ital. *Stadio, luoco ordinato dal publico per correre, ſpatio di cento venticinque paſſi.* Ger. Ein Rennplatz: das iſt/ ein ort an dem man ſich mit rennen/ vnd lauffen übt: Item, Ein weite CXXV. ſchrittlang. Hiſ. *Carrera da cauallos, ò lugar donde corian eſpacio de* CXXV. *paſſos, ò de* DCXXV. *pies.* Pol. *Mieſzẽ do cżwiczenia wbieganiu.* Itẽ, *dłuż na* CXXV. *ſżritow.* Vng. *Pallya fiuto hely.* Ang. *A place where running u exerciſed as well of men as of horſes.*] Dictum Stadium, ἀπὸ τῆς στάσεως: hoc eſt, à ſtatione, quòd Hercules eo ſpatio uno ſpiritu confecto, conſtitiſſet. Nam clariſſimũ fuit curriculum ſtadii Olympici, quod Hercules ſuis pedibus metatus fertur, continetq; octavã mille paſſuum partem, quod centum viginti quinque (inquit Plinius lib. 2. cap. 23.) noſtros efficit paſſus: hoc eſt, pedes ſexcentos viginti quinque. Quæ menſura octies ſumpta, efficit mille paſſus. Dicimus autem, Curro ſtadium, in ſtadio, & per ſtadium. Cicer. 2. Offic. Qui ſtadium currit, eniti & contendere debet, quàm maximè poſſit, ut vincat. Idem de Senectute: Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, quum humeris bovem ſuſtineret vivum.

Stădĭālĭs ager habebat paſſus CXXV: id eſt, pedes DCXXV: cujus menſura octies cõparata milliariũ facit, qui cõſtat quinq; millibus pedum, ex libello variorum autorum De limitibus.

Stădĭodrŏmī, orum, *σταδιοδρόμοι*, Dicti ſunt qui in ſtadio curſu certant. Iul. Firmicus: Si Mars reſpexit Leporem cœleſtem in horoſcopo, faciet ſtadiodromos. ¶ Stadiodromos etiam locus in quo ludi & curſus exercentur. Plin. libr. 34. cap. 8: Eundem vincit & Leontius, qui fecit ſtadiodromum aſtylon, quĩ Olympiæ oſtenditur.

Stăgnum, ni, n. ſ. A ſtando, dicitur aqua ſtans, vel à Græco, ut autor eſt Feſtus, *στυγνός.* [ברכה *berechâh* ים *iam.* *λίμνη.* Gall. *Eſtang.* Ital. *Aqua morta, ſtagno.* Germ. Ein ſtillſtehend waſſer/ ein See/ oder Weyer. Belg. Een ſtaende water. Hiſ. *Eſtanque, aguare-preſada* Pol. *Iezioro.* Vng *To* Ang. *A ponde or poole, a ſtanding water.*] Plin. lib. 10 cap. 55: Poſtremò lamẽta circa piſcinę ſtagna mergentibus ſe pullis natura duce. Virgil. 4. Georgic. At liquidi fontes & ſtagna virentia muſco Adſint. Idẽ 1. Aeneid. Stagnum pro parte maris profundiſſima poſuit, quod ea minimè moveatur, ſemperque ſtet: id eſt, quieſcat: Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus, & imis Stagna refuſa vadis.

Stăgno, gnas, act. p. Stagnum facio, proprieq; de mari aut flumine dicitur, quum litora aut ripas prætergreſſum, aliquo in loco ſtagnum efficit. [*λιμνάζω.* Gall. *Faire eſtang, devenir eau de lac ou d'eſtang, & ne retourner en la mer comme les eaux qui ſe desbordent.* Ital. *Tenere, ſtagnare l'acqua ſerrata intorno.* Germ. Auß ſchwellen/zu einem See machen. Hiſ. *Hazerſe eſtanque el rio ò la mar.* Pol. *Iezioro cżinie.* Vng. *Tauat tſinalok.* Ang. *To ſtand as water and net to flow.*] Virg. lib. 4. Georg. Nã quà Pellæi gens fortunata Canopi

nopi Accolit, effuſo ſtagnantem flumine Nilum. ¶ Aliquando àctivè accipitur pro inundare. Tacitus lib. 1: Tiberis plana urbis ſtagnaverat: id eſt, plana loca inundaverat. Stagnare item agri dicuntur, qui non abſorbent, ſed contineat aquam. Idem: Agris humidis atq; ſtagnantibus. Hujus compoſitum eſt Reſtagno, quod eſt exundo: ut apud Tacit. lib. 9. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos, altis ſcrobibus, in his locis, ubi nullæ reſtagnent aquæ.

Stāgnāntĭŏr, comparativus. Claudian. de Nilo: Effluit Aegæo ſtagnantior.

Stāgnātŭs, adjectivum, λιμναζόμενος. Aqua ſtagnante humidus. Colum. lib. 10: Nam neq; ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude Perpetitur querulæ ſemper convitia ranæ.

Stălāgmŭs, σταλαγμός, Puriſſimum genus calcanthi, ita dictũ quod è guttis, ſive ſtiriis fieret, hyberno tempore in ſcrobes effoſſos decidentibus. Nam σταλάζειν Græci dicunt *ſtillare*. Vide Plin. lib. 34. cap. 13. ¶ Stalagmum item antiqui appellarũt genus inauris, guttæ figuram imitantis, quam σταλαγμὸν vocant Græci. Cęcilius apud Nonium: Ex auro ejus ſtalagmum domi habeo. Quo in loco Perottus, & Perottũ ſequutus Calepinus corruptè legunt Stalagnium.

Stămĕn, inis, n. t. στήμων. Dicitur ipſum filum quod è colu ducitur, non cannabis, aut lana ſive linum unde fila ducuntur: quemadmodum ineptè hìc antea ſcriptum erat. [Germ. Ein kunckleten / es ſey Wollen / flachs / hauff / ꝛc. Polon. Nicz wſzelyaka wprzędziona. Vng. Nyalas fonal. Ang. *Cloth in the loome or frame, a threade.*] Plin. lib. 8. ca. 48: Inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Ovid. 1. de Arte: Rejice ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos. ¶ Stamina (inquit Sipontinus) etiã dicuntur fila recta in opere textorio, & ſtabilia per pectinẽ tranſmiſſa, quibus alia, quæ ſubtegmina vocant, intertexuntur. [ערב *hereb*. Ger. Ein Zettel / Wäbzettel Belg. Een webbe,] Idẽ 6. Metam. Tela jugo juncta eſt: ſtamẽ ſecernit arundo. Inſcritur medium radiis ſubtegmen acutis. ¶ Dicuntur præterea ſtamina in ligno vel herbis quædã quaſi filamenta. Plin. lib. 21. cap. 5: Ita odor, colorq́ue duplex: alius calycis, alius ſtaminis, differentia anguſta.

Stāmĭnĕŭs, a, um, adjectivum: [σταμίνεος. Gall. D'eſtain. Ital. Di ſtame. Germ. Auß dem vtel ſtreimen / oder fäden gehn wie auß einer kunckleten. Hiſp. *Coſa de ordiembre.* Pol. *Strumienisti.* Vng. *Nyalas fonalas.* Ang. *That hath in it as it were threades*] ut, Vena ſtaminea. Plin. lib. 16. cap. 43: Stamineã hæc uſu probant venam, & vocant fertilem, argumento ſimilitudinis, quoniã lacrymosè criſpã. Propert. lib. 3. eleg. 3: Staminea rhombi ducitur ille rota.

Stānnum, ni, n. ſ. Metalli genus, quod in fodinis invenitur cũ argento, & in fornace primum liqueſcit. [אבר *anách.* κασσίτερος. Gall. Eſtain. Ital. *Stagno.* Ger. Zinn. Belg. Tenn. Hiſp. Eſtanno. Pol. Cyna. Vng. Erez. Ang. *Pewter or tinne.*] Plin. multis in locis plumbum album vocat, ad differentiam plumbi nigri, quod velut argenti ſtanniq́ue quoddam purgamentum in fornace remanet. Verba ejus ſunt hæc, ex lib. 34. ca. 16: Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua provenit vena, nec quicquam aliud ex ſe parit, aut cum argento naſcitur, miſtiſq; venis conflatur. Ejus qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena: quæ portio eſt tertia addita venæ. Hæc rurſus conflata dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem cap. 17: Stannũ illitum æneis valis, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit æruginis virus: mirumq; pondus non auget.

Stānnĕŭs, a, um. Factũ ex ſtanno. [κασσιτέρεος. Gal. D'eſtain. Ital. Di ſtagno. Ger. Zinnin / auß zinn gemacht. Hiſ. *Coſa de eſtanno.* Pol. Cyniani. Vng. *Erizbŏl eſinalt.* Ang. *Of pewter or tinne.*] Plin. lib. 29. cap. 2: Tum in ſtannea pyxide conditur.

Stăpĕdēs, pen. corr. Machinulę ferreæ, in quibus pedes habere ſolemus, quum equitamus. [Germ. Steegreiff.]

Stăphўlē, σταφυλή, Vitis alba, quam alii Ampeloleucen vocãt, alii Melothron.

Stăphўs, hujus ſtaphylis, f. t. [σταφίς. Gall. L'herbe aux poulx. Ital. *Staphiſaria, ſemenza de fiatti.* Ger. Leußeraut. Hiſ. *Fabaz, hauarraz.* Vng. Haalyagfa. Ang. *Staun agre.*] quæ etiam ſtaphys agria, & Latinis pituitaria, & pedicularis dicitur: Vitis eſt cauliculis nigris, rectis, foliis labruſcę, folliculos veriùs, quàm racinos ferens, viridibus, ſimiles ciceri. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Stăphўlīnŭs, [σταφυλῖνος. Gal. *Paſtenade, panets.* Ital. *Paſtinaca.* Ger. Paſteney, Möhrenwurtz. Hiſp. *Canahoria.* Ang. *A parſnep or carret.*] Quam paſtinacam vocant Latini, duorum generũ eſt: hortenſis, quem σταφυλῖνον κηπαδῆν nominat Dioſcorides: & agreſtis, quem idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat. Romani etiã *paſtinacam erraticam.* Hæc folia habet gingidii, ſed latiora, & ſubamara, caulem rectum, ſcabrum, umbellam ſimilem anethi, in qua flores inſunt cãdidi, & in medio purpureum quiddam fermè croceum, radicẽ digiti craſſitudine, & dodrantalem, odoratam, quæ cocta manditur. Galli peculiari nomine *paſtinacam* appellant. Staphylinorum autem nomine, ſi nihil addatur, ſativos potiùs intelligimus, quas idẽ *carotas* ſua lingua nominant. Sic Col. lib. 10: Lætetur, mollemq; ſinum ſtaphylinus inumbret. Loquitur enim de iis quæ in hortis ſeruntur. Idem lib. 11. cap. 4: Tunc agreſtis paſtinaca, & ejuſdem nominis edomita, quam Græci *ſtaphylinum* vocant.

Stăphўlŏdēndrŏs, σταφυλόδενδρος, Arbor trans Alpes ſimillima aceri, alba materia, ſiliquas ferens, & in eis nucleos nucis avellanæ. Quidam eandem exiſtimant cum Theophraſti colicia. Vide Plin. lib. 16. cap. 16.

Stătārĭŭs, vide STO.

Stătēr, ſtateris, pen. prod. m. t. [שקל *ſchékel.* στατήρ. Germ. Ein gattung Münt / galt ſiben guter batzen.] Genus numiſmatis duo didrachma: hoc eſt, quatuor valens drachmas, ſive ſolidos Turonenſes quatuordecim. Dictus ſtater à verbo Græco ἱστάναι, quod inter cætera ſignificat ponderare. Erat autẽ hæc appellatio Perſis cum Macedonibus cõmunis. Vnde & Philippeos, & Daricos, & Alexandreos ſtateras paſſim legimus.

Stătērā, ræ, f. p. Inſtrumẽtũ quo res ſine lancibus ponderãtur. [מאזנים *moznáyim*, στάθμος, ζυγός. Gal. *Balance, trebuchet.* Ital. *Statera da peſare, bilanza.* Ger. Ein bottzwag / ſchnellwag / ein wag die kein ſchuſſel hat. Belg. Een wage oft ſchale. Hiſ. *Balanca ò peſo para peſar.* Pol. *Waga ktora niema miſſek.* Vng. *Lanczos ſont.* Ang. *The gold ſmithes balance.*] Nã quod lances habet, propriè *libram* dicimus. Dicta ſtatera à verbo Græco ἱστάναι. Cic. 2. de Orat. Hęc enim noſtra oratio multitudinis eſt aurib. accõmodãda, ad oblectãdos animos, ad impellendos, ad ea probãda, quæ nõ aurificis ſtatera, ſed quadã populari trutina examinãtur. ¶ Erat itẽ ſtatera vaſis genus in argentea ſupellectili, quod & tympanum & magida appellant. Plin. lib. 33. cap. 11: Tympana verò ſe juvene appellata ſtateras & lances, quas antiqui *magidas* appellaverant.

Stathmŭs, ſtathmi, m. ſ. [מלון *malón.* σταθμός. Gall. Hoſtellerie. Ital. *Hoſteria.* Ger. Ein ſtelle, herberg / ſtall. Hiſ. *Hoſpederia, venta.* Pol. *Stanowisko, ſtamia.* Vng. *Zallas fogado, iſtallo.* Ang. *A place of ſtanding or remaning, hoſtelerie.*] Græca vox eſt, nobis *ſtabulum, diverſorium*, vel *ſtationem* ſignificans. ¶ Item menſuræ geometricæ genus apud Perſas maximè uſitatum, quorum regnum univerſum in ſtathmos regios diviſum erat, diſpoſitis certo intervallo diverſoriis, quò quæ vel in extremis regni angulis gererẽtur, celeriùs ad Regem poſſent perferri. Fuit autẽ ſtathmorũ menſura non ubiq; eadem, ut eſt videre apud Herodotum lib. 5: Ferè tamen res eò redibat, ut ſingulr ſtathmi ſeſquiſtadium ſupra centena continerent, eodẽ Herodoto teſte, qui CXI. ſtathmos, XIII. M. D. ſtadiis exæquat. Sunt & aliæ vocis hujus ſignificationes, quæ quoniã ad Latinæ linguæ inſtructionẽ nihil pertinẽt, ex Græcorũ Lexicis petẽdas relinquimus.

Statice, ſtatices, Herbæ genus ſeptem caulibus veluti roſæ capita ſuſtinens. Vide Plin. lib. 26. cap. 8.

Stătĭcŭlum, ſtaticuli, n. ſ. genus vehiculi, ſeu geſtatorii, ſicut eſſedum & petoritũ. [πάσσον τε ἁρμάμιον. Gal. *Petit chariot branſlant.* Ital. *Picciol carro.* Germ. Ein gattung eines hangendẽ wagens. Hiſp. *Pequenno carro.* Pol. *Lektika kolsebka.* Vng. *Kitſin zeker kotſi* Ang. *A kind of chariot, or a ſtirrup.*] Plin lib. ult. cap. 10. de achatæ generibus loquens: Reddunt ſpecies fluminum, nemorũ, & jumentorum, & eſſeda, & ſtaticula, & equorũ ornamenta. ¶ Apud Plautum in Perſa ſtaticuli ſunt motus ex arte ſaltatoria, & geſticuli, in quibus ad numeros, modulosq; muſicos nũc ſubſiſtendum erat, nunc ſubſiliendũ. χειρόσφα, ὑποσφύγματα. Cato quoq; (referente Gellio) Cæcilium Senatorem, ſaltatorem, & feſcennium vocare ſolet, quòd elegantiùs ſaltaret, & ſtaticulos daret, quàm deceret virum probum.

Stătim, adverbium, Conſtanter, perſeveranter, cõtinuè, quaſi inſiſtẽdo, & uno ſtatu: à ſtãdo [מתאם *péthah pitheóm.* βεβαίως. Gal. *Incontinent, ſoudain.* Ital. *Di ſubito.* Germ. Stendtingen: item, Einswägs / von ſtund an. Belg. Ter ſtondt. Hiſp. *Luego, al a hora.* Pol. *Hned, zaraz.* Vng. *Mingya raſt.* Ang. *Incontinent, forthwith.*] Plaut. in Amph. Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Terent. in Phorm. Bina talenta capiebant ſtatim. ¶ Sæpiùs ponitur pro mox, illicò, continenter, αὐτίκα, ἐξαίφνης. Cic. in Verrem: Statim Meſſanam literas dedit. Idem ad Attic. Has literas ſcripſit ſtatim ut tuas legerem.

Stătĭo, Statĭva, vide STO.

Stătŏr, vide SISTO.

Stătŭă, Statuarius, Statumen, Statumino, vide STATVO.

Stătŭo, ſtatuis, ſtatui, ſtatutum, act. t. Pono, colloco, erigo. [השיב *hoſthib* הציב *hitſtsib* הקים *hutſtsigh.* ἀνάστημι. Gal. *Poſer & mettre, aſſeoir, arrẽter.* Ital. *Statuire, deliberare, ordinare.* Germ. Stellen / ſetzen / auffrichten. Belg. Setten / ordineren / vornemen. Hiſ. *Eſtablecer, ordenar, deliberar.* Pol. *Stawiam.* Vng. *Helyheż tetẽm vegeżtem rendẽlẽm.* Ang. *To ordeine, to ſtand vpon ſome purpoſe, to put or ſett, to aſsigne or appoynt.*] Cic. 2. de Invẽt. Thebani in finibus

bus æneum trophæum ſtatuerũt. Idem 3. Verrina: Syracuſani ſtatuam poſtea ſtatuerunt. ¶ Nonnunquam accipitur pro conſtituo, delibero. [בחר *bachár.* αἱρεσιεύομαι.] Liv. 1. ab Vrbe: Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt. Cicer. 3. Verrina: Iſte certè ſtatuerat, ac deliberaverat nõ adeſſe. ¶ Aliquando pro decerno, judico, cenſeo. [גזר *ghazár.*] Idem 5. Verrina: Statuit Senatus, hoc ne illi quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, à populo factarum, quæſitarumq; rerum ſummas imminuere. Idem 2. de Orat. Sine ulla dubitatione ſic ſtatuo & judico, neminem omnium tot & tanta, quanta ſunt in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi. ¶ Statuo pro dedico. [חבך *chandéch.*] Virgil. 5. Eclog. Cratetasq; duos ſtatuam tibi pinguis olivi: id eſt, dedicabo. ¶ Terentius pro concutere poſuit, quum ait: Sublimem illum arriperem, & caput primùm in terram ſtatuerẽ, Vt cerebro diſpergat viam. ¶ Statuere, providere, exiſtimare, vel expectare, & prorſus ita opinari. Cic. ultim. Ver. Statuerat cauſam ſibi eſſe dicendam, etiã antè, quàm hoc uſu venit. ¶ Exemplum ſtatuere in homine, idem quod edere exemplum. Cic. 4. Verrina: Sed ut illi quoq; qui in ea provincia nõ fuerunt, intelligere poſſint in quo homine tu ſtatueris exemplum ejuſmodi, &c. Budæus.

Stătūtŭs, participium, Conſtitutus: [מוּעד *muhádh* מוּקם *mukám.* τεταγμένος, ἀποτεταγμένος. Gal. *Ordonné, aſſigné, eſtabli.* Ita. *Statuito.* Ger. *Angeſetzt/beſtimpt.* Hiſ. *Eſtablecido.* Pol. *Stanowiony.* Vng. *Rendẽlitetõt regezetetõt, helyheztetõt.* Ang. *Ordeined, appointed.*] ut ſtatuta die: hoc eſt, conſtituta, ac decreta ex conventione. Liv. 1. bel. Maced. Conciliũ Aetolorum ſtatuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat.

Stătŭă, ſtatuæ, f. p. Simulacrum ex ære, alióve metallo, quod alicui vel mortuo, vel etiam viventi antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicujus rei bene geſtæ memoriam. [מבצה *maſſſebah* פסל *peſil.* ἄγαλμα, ἀνδριάς. Gall. *Statue, image de pierre, de bois, & de metail.* Ital. *Statua, imagine, ſimulacro, effigie.* Germ. Ein auffgericht bild jemandts zu ehren etwan hin geſetzt / ein bild ſaul. Belg. Een beelt. Hiſp. *Eſtatua, imagen.* Pol. *Sl'up: item grob zkamienia albo zdrewna wyrzezani.* Vng. *õntõt agas.* Ang. *An image of weod ſtone, or met all.*] Generalius eſt autem imaginum nomen, quàm ſtatuarũ quũ pictas etiam tabellas imagines vocemus: ad quas certè ſtatuarum appellatio non extenditur. Suet. in Tyber. Etiã ſtatuas atq; imagines, niſi permittẽte ſe, poni nõ prohibuit. Cic. 9. Philip. Majores quidem noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis: ſed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate: ſepulcrorũ autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri, neq; deleri poteſt. Catullus: Inaurata ſtatua pallidior.

Stătŭārĭă, ſtatuariæ, f. p. Ars ſtatuas ex ære, alióve metallo conficiendi. [ἀγαλματοποιία, ἀνδριαντοποιία. Gall. *L'art de tailler images.* Ital. *Arte d'intagliare imagini.* Ger. Die kunſt bilder zu machen / es ſey mit gieſſen / ſchnitzten / oder außhawen / Bildhawerkunſt. Hiſ. *Arte de hazer eſtatuas.* Pol. *Nauka wirzynania obrazow.* Vng. *Agas, oZlop õntes faragas.* Ang. *The art of caruing of images.*] Plin. lib. 36. cap. 5, de marmoris ſculptura loquens: Non omittendum, hanc artem tantò vetuſtiorem fuiſſe, quàm picturã, aut ſtatuariam, quarum utraq; cum Phidia cœpit LXXXIII. Olympiade. ¶ Quo in loco Plinius manifeſtè ſtatuariã diſtinguit à ſculptura, Statuariæ nomine intelligens fuſoriam, qua ex ære potiſſimùm, nonnunquam etiam ex alio metallo ſtatuæ conficiebantur: ſculpturam autem, qua ex marmore, lignóve, aut alia materia ſimulacra ſcalpro exculpebantur. Idẽ quoque non temerè ſtatuam appellat, niſi ex metallo confectam: nam quæ ex marmore exculpitur, ſimulacrum potiùs, vel imaginem, vel ſignum appellat.

Stătŭārĭŭs, rii, m. ſ. Propriè is dicitur, qui ex ære alióve metallo fuſoria arte ſigna cõficit: [ἀγαλματοποιὸς, ἀνδριαντοποιός. Gal. *Imageur, tailleur d'images.* Ital. *Intagliatore d'imagini, maeſtro d'intagli.* Ger. Ein Bildhawer/bildſchnitzer/bildgieſſer. Belg. Een beelt mater. Hiſp. *Entallador de ſtatuas.* Pol. *Sznicarz obrazow.* Vng. *Agas oZlop õtõ farago.* Ang. *A caruer or maker of images.*] quo in genere maximè claruerunt Lyſippus, Phydias, Praxiteles, Polycletus, & Alcamenes, quorum meminit Plin. lib. 34. ca. 7, quod de ſtatuariis, antiquis inſcribitur.

Stătŭārĭŭs, a, um, Quod ad ſtatuarum conficiendarum rationẽ pertinet. ἀγαλματοποιικὸς, ἀνδριαντοποιικὸς. ut Ars ſtatuaria. [ἀγαλματοποιική. Gall. *L'art de tailler images.* Ital. *Arte d'intagliare imagini.* Germ. Dao zu dem bilder machen / oder bildſchnitzlerey gehört. Hiſp. *Arte de hazer eſtatuas.* Pol. *Do rzezania obrazow przynalez aci.* Vng. *Agas oxlip õnteshez valo.* Ang. *Perteaning to the making of images.*] Plin. lib. 34 cap. 7: Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ, indicat Hercules ab Evandro ſacratus.

Stătūră, æ, f. p. Corporis magnitudo. [ϑ] *ghodhêl.* μέγεθος. Gal. *Stature, grandeur de corps.* Ital. *Statura grandezza ò picciolezza.* Ger. Die leibs maß / die gröſſe vnd lenge des leibs. Belg. Die groote. Hiſ. *Eſtatura corpulencia y altura de hombre.* Pol. *Czial'a wielkoſcz, ſtanowienie.* Vng. *Allapat, teſt allaſa.* Ang. *The ſtature, and greatneſſe of the boodie.*] Sueton. Statura fuit eminenti, corpore pallido. Cic. 2. Phil. Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſecius qua facie fuerit, qua ſtatura. ¶ Statura de vinibus. Col. lib. 5. cap. 5: Producat in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola.

Stătūmĕn, pen. prod. n. t. Pedamẽtum, ridica, vel palus, quo vitis fulcitur. [יתד *jathédh* מוט *mot.* χάραξ. Gal. *Pieu ou eſchalas.* Ital. *Giaccio.* Germ. Ein rebſtäck/pfal/ſtütz. Hiſp. *El altura ò eſtado de arbol.* Pol. *Tyka, podpora.* Vng. *Vezze karo.* Ang. *A proppe, poſte or shore to hold vp any thing.*] Columel. lib. 4. cap. 30: Quum menſem trigeſimum exceſſerit poſita vinea: id eſt, tertio autumno, vehemẽtioribus ſtatuminibus ſtatim impendẽda eſt: ibidem cap. 33: Spatia hujuſce ſationis capita caſtanearũ recipiunt, MM. DCCCLXXX. cujus ſummæ ex facili jugera ſingula præbebunt ſtatuminum duodena millia. Non tamen de ſolis vitium pedamentis ſtatumina dicuntur, verumetiam de quibuſvis fulcimentis: unde etiam Colum. lib. 6. cap. 18, in deſcriptione machinæ cujuſdam, qua jumenta clauduntur, ſtatumina accipit pro ſtipitibus erectis, quibus lignum quoddã tranſverſum, quod jugum vocat, ſuperincumbit. Primus (*inquit*) duobus ſtatuminibus imponitur firmũ jugum, ad quod jumenta capiſtrantur.

Stătūmĭno, ſtatuminas, act. p. Fulcio, firmo, & quaſi ſtatuminibus quibuſdam ſuſtineo. [חשמיך *hehemidh.* ἐρείδω, στηρίζω. Gall. *Eſchalaſſer, entourner ou clorre de pieux.* Ital. *Agghiacciarſi le viti.* Germ. Sticken/vnderſtützen. Hiſp. *Poner eſtado al arbol.* Pol. *Podieram.* Vng. *Meg karazom.* Ang. *To proppe, to ſett a poſte, or shore to any thing.*] Plin. libr. 18. cap. 6: In ſolutione terra ſepibus firmari, ora utrinq; lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi.

Stătŭs, a, um, & Status, hujus, us, vide STO.

Stĕātītēs. στεάτης, Gemma ſimilitudinem ſevi oſtẽtans, quod Græci στέαρ vocant. Autor Plin. lib. ult. cap. 11.

Stĕātōmă. [שאדן *ſchéfth.* στέατωμα.] Tumor eſt fotis in corpore apparens, pinguem intus materiam cõtinens ſevo ſimillimam, unde & nomen accepit: nã στέαρ, ατος, ſevum ſignificat.

Stĕgă. [στέγα. Gal. *Vne loge.* Ital. *Luoco in naue, coperto, vna loggia.* Germ Ein bedeckt ort in einem ſchiff/ ſchirmheußlin. Hiſp. *Tejado.* Pol. *Buda albo komora na l'odzi.* Vng. *Az hatoban be fõdõzõt hely.* Ang. *A lodge, a litle cottage or houſe.*] Locus in navi contectus: ἀπὸ τῆ στεγάζειν, quod eſt tegere. Plaut. in Bacchid. Fortè ut adſedi in ſtega. Hinc triſtega, τρίστεγα dicitur pro triplici tabulato.

Stĕllæ, unico l, [מצבות *matſebóth.* στήλαι. Ger. Ein ſteinene ſaul oder creutz / wie mans auff die wegſcheid macht.] Vox eſt Græcis quàm Latinis uſitatior, qua ſignificãtur pilæ cum inſcriptione ad rei alicujus memoriam propagandam erectæ. Plin. lib. 6. cap. 29: Stelæ lapideæ literis incognitis. Latini cippos vocant. His fœderã & proſcriptorum nomina inſculpebantur, quò facilius omnibus innoteſcerent, ut eſt videre in Paneg. Iſocratis, & pleriſq; in locis apud Demoſthenem. Hodie ſtelas vocare poſſumus cruces lapideas, quæ paſſim ad viã militarem erectæ cõſpiciuntur cum inſcriptione, ad rei alicujus memoriam propagandam.

Stellă, æ, f. p. A ſtãdo, quòd ſtare ſtellę videãtur. [ככב *chochãb.* ἀστήρ. Gal. *Eſtoille.* Ital. *Stella.* Germ. Ein ſtern. Belg. Een Sterre. Hiſp. *Eſtrella.* Pol. *Gwiazda.* Vng. *Tſillag.* Ang. *A ſtarre.*] Cic. 2. de Divin. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec trajectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt. Virg. 5. Aeneid. Poſtera quùm primo ſtellás oriente fugarat Clara dies. Idem 4. Aen. ubi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Differũt autem ſtellæ à ſyderibus, quòd illæ ſingulæ ſint: ſydera verò ex pluribus ſtellis compoſita, quæ & ſigna cœleſtia vocamus: cujuſmodi ſunt Aries, Taurus, &c. ¶ Eſt & ſtella piſcis marinus, à ſtellæ effigie nomen habens. Plin lib. 9. cap. 60; Præter hæc claros ſapientia autores video mirari ſtellam in mari. Ea figura eſt parva admodum, caro intùs, extrà duriore callo. Huic tam igneum fervorem eſſe tradunt, ut omnia in mari cõ tacta, adurat, omnem cibum ſtatim peragat.

Stĕllārĭs, adjectivum. [Vng. *Tſillagi iſillaghoZ valo.*] Macro. Commentar. lib. 1. cap. 14: Heraclytus Phyſicus dixit animam ſcintillam ſtellaris eſſentiæ eſſe.

Stĕllātŭs, adjectivum, Stellis plenus, propriũ cœli epitheton, quum eſt clarum & ſerenum: quanquam ad alia etiam tranſfertur. [ἀστερόεις. Gall. *Eſtoillé, plein d'eſtoilles.* Ital. *Stellato, pien di ſtelle.* Germ Geſtirnet/voll ſternen. Hiſp. *Eſtrellado, lleno de eſtrellas.* Pol. *Gwiazdziſti.* Vng. *Tſillagos.* Ang. *Starrie, or full of ſtarres.*] Plin. lib. 20. cap. 67: Salamandra animal lacerti figura ſtellatũ. Cic. 5. Tuſc. Nec verò Atlas ſuſtinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaſo, nec ſtellatus Cepheus cũ uxore, genero, filia traderetur: niſi cœleſtium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxiſſet. Ovid. 1. Metam. Talia dicenti ſtellatus ſummovet Argus. Virgilius quarto Aeneidos:

-atque illi ſtellatus jaſpide fulva Enſis erat.

Stēllĭfĕr, a, um. Quod ſtellas fert: proprium cœli epitheton. [ἀστροφόρος. Gal. *Qui porte eſtoilles, eſtoillé.* Ital. *Stellifero.* Germ. Sternentragend. Hiſp. *Coſa que trahe eſtrellas.* Pol. *Gwiazdi rodzący.* Vng. *Tſillago viſelő.* Ang. *Starrie, or that beareth ſtarres.*] Cic. in Som. Scip. Quā ob cauſam ſummus ille cœli ſtelliferi curſus, cujus converſio eſt concitatior acuto & excitato movetur ſono: graviſſimo autem hic lunaris atq; infimus.

Stēllĭgĕr, a, um, ejuſdem ſignificationis cum ſuperiori, ἀστροφόρος. Stat. 12. Theb. radios declinat & horret Stelligeri jubar omne poli. Idem 3. Syly. Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem.

Stēllo, as, n. p. Luceo, & quaſi ſtellas imitor. [בלה *naghdh* הושׁיע *hophiah.* ἀστεράζω. Gal. *Luire comme les eſtoiles.* Ital. *Lucere, far à guiſa di ſtelle.* Ger. Scheynen wie ein ſtern. Hiſ. *Luzir, hazer à manera de eſtrellas.* Pol. *Swiece iako gwiazda.* Vng. *Tſillagok mogyara fenlēm tſillamlom.* Ang. *To twinckle and glyſter as a ſtarre.*] Mart. lib. 2: Et numeroſa linunt ſtellātem ſplenia frontē. Plin. lib. 37: Quoniam ſtellarum Hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur. Claud. libr. 2: Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba juxta Stellantes nox picta ſinus.

Stēllĭo, ſtellionis, m. t. Animal non diſſimile lacertæ, multò tamen minus, tergum habens lucentibus quibuſdā guttis depictum ad modum ſtellatum [σαλαύρης. Gal. *Vne petite beſte comme vne liſarde.* Ital. & Hiſp. *Tarantola.* Germ. Ein geſtäckets heidöchſlin/ſchier wie ein moll/doch kleiner. Vng. *Tarkgayek.* Ang. *An euet, alitle beaſtelyk a liſarde.*] Veſcitur rore & araneis. Exuit quotannis cutem, exutamq; devorat, invidens nimirū homini, comitialis morbi remedium. Vnde & ſtellionum nomē in maledictum abiit. Morſus ejus perrarò interimit hominem, tamen ſemiſtupidum facit & variè afficit. ¶ Eſt & alius ſtellio ex phalangiorum genere, lentiginoſus, acerbi ſtridoris, in cavernulis dehiſcentis per æſtū terræ habitans. Olim Italiæ incognitus, nunc in Apulia frequens viſitur, & ſimiliter *tarantula* dicitur: ſcorpionibus ita contrarius, ut viſus ab eis pavorē ipſis afferat & torporem. Plin. lib. 30. cap. 18. ſtellionem tranſmarinum appellat: eundemq; à Græcis ἀσπαλαξάυτλω vocari tradit: ab eo, opinor, quòd circulatim progrediatur. ἄσπαλος enim Græcis circulus eſt, & βῶ, αὐτὴ τῦ βάινω, incedo.

Stēllĭōnātŭs crimen à Iuriſconſultis dicitur, quando quis alterū callida quapiam impoſtura defraudat: ut ſi quis rem alii obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatē alii vendiderit: aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cujus nulla ordinaria pœna eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat cognitio. Dictus ſtellionatus à ſtellionis natura, quo nullum animal homini fraudulentiūs invidet, ut inquit Plin. li 30. ca. 10: Cutē enim quā quotānis ponit, protinus devorat, ut præripiat homini præſentiſsimum comitialis morbi remedium. Inde eſt (inquit Plinius) quòd ſtellionum nomen in maledictum eſt tranſlatum.

Stēllātūră, æ, Stellionatus: hoc eſt, fraus, deceptio, impoſtura. Lāprid. in Alexand. Annonas (*inquit*) militū diligenter inſpexit: Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit.

Stĕmmă, atis, n. t. Latinè corona: [עטרה *hattaráh* צית *tſits.* στέμμα. Gal. *Couronne, guirlande.* Ita. *Ghirlăda, mazzo di fiori.* Ger. Ein kron/krantz. Hiſ. *Corona, guirnalda.* Pol *wieniec, korona.* Vn. *Korona, czimer.* Ang. *A crowne.*] à verbo στέφω, quod ſignificat coronare. Iulius Firmicus libr. 2: Magnos viros faciet Mercurius qui ſacris & glorioſis ſtemmatibus coronentur. ¶ Stemmata item dicebantur majorum imagines, quæ in atriis magnatum ad nobilitatis oſtentationem ſolent collocari: quanquam nonnunquam etiam pro ipſa ſtirpe ſive generis nobilitate accipiuntur Martial. Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto. Iuven. Satyr. 8: Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri. Suet. in Neron. Quod in vetere gentilium ſtemmate, C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. ¶ Quoniā verò mos erat apud antiquos, ut viri ob res bene geſtas coronis donarentur, & eædem ſtatuarū capitibus imponerentur, invaluit conſuetudo, ut ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Martial. lib. 1: Cæſaris atque Iovis confer nunc ſtemma juventus, Par onus ut tuleri nt altiūs iſte tulit. Plin. lib. 35. cap. 2: Stemmata accepiſſe videtur pro ipſa generis ſerie, gradibusq; deſcendentium, qui ramis quibuſdam, & velut incurrentibus lineis diſtinguebantur. Stemmata verò lineis diſcurrebāt ad imagines pictas. Legimus præterea ſtemmata aliquando accipi pro inſcriptionibus ſaxorum. Mart. Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

Stĕphănŭs, m. ſ. [עטרה *hataráh.* στέφανος. Gal. *Couronne.* Ital. & Hiſp. *Corona.* Germ. Ein kron/krantz. Pol. *Korona.* Vng. *Korona.* Ang. *A crowne.*] Latinè corona: à quo ſtephanium & ſtephaniſcus diminutiva: à quorum poſteriore fit rurſus aliud diminut. Stephanicidium.

Stĕphănōmă, pen. prod. στέφανωμα, Coronamentū: hoc eſt, materia coronarū: id eſt, flores, frondésve, quæ odoris colorísve gratia coronis ſolent intexi.

Stĕphănŏplŏcŭs, Coronarius, coronarum confector. [στεφανοπλόκος. Gal. *Faiſeur de couronnes.* Ital. *Chi fa corone.* Germ. Ein Kräntzemacher/krentzlin flechter. Hiſ. *El que haze coronas.* Pol. *Ten ktori wience czinie.* Vn. *Korona tſinialo.* Ang. *A maker of crownes.*] στέφανος enim coronam ſignificat, & πλέκω, texo. Apud Græcos eſt communis generis. Vnde Plin. libr. 35. cap. 11: Glyceram quandam à Pauſia Sicyonio adamatam, corollarum confectricem ſtephanoplocon appellatam ſcribit.

Stĕphănītæ vites: hoc eſt, coronariæ: nempe quæ per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyroſq; flectuntur, & materiis ſubmiſſis earundem ſtatuminibus, per orbem & in coronam connectuntur. Colum. lib. 3. cap. 1: Nec ſolùm quæ jucunditate ſaporis, verumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, conſeri debent, ut Stephanitæ, ut trepidaneæ.

Stĕphănŏpōlĭs, pen. prod. Corollarum venditrix. [στεφανόπωλις. Gall. *Qui vend couronnes.* Ital. *Chi vende corone.* Germ. Ein krantzkrämerin. Hiſ. *Muger que vende coronas.* Pol. *Ta ktora wience przedaie.* Vng. *Korona kozoor bukreta.* Ang. *A woman that ſelleth crownes.*] Plin. lib. 35. cap. 11: Amavit in juventa Glyceram municipem ſuam, inventricem coronarum, certandoq; imitatione ejus, ad numeroſiſſimā florum varietatem perduxit artē illam. Poſtremò pinxit illam ſedentem cum corona, quę nobiliſſima tabula appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera coronas venditādo ſuſtinuerat paupertatem.

Stĕrcŭs, ſtercoris, pen. cor. n. t. ab extergendo deduci videtur, quod undique abſtergi ſoleat. [אשׁתּוּת *aſchpóth* טרשׁ *peréſch* בּאה *tſoáh* [vel] צאה *tſeáh* דמן *dómen.* ἀφόδευμα, κόπρος. Gal. *Fiente, merde, eſtron, fiens.* Ital. *Sterco, merda.* Ger. Dreck/kaat/miſt. Belg Dreck. Hiſp. *Eſtiercol.* Pol. *Gownogniot.* Vng. *Gane.* Ang. *Dung.*] Plaut. in Aſin. Iuſſin' ſceleſte ab janua hoc ſtercus hinc auferri? Colum. lib. 2. cap. 6: Vineis emaciatis & arvis, optimū ſtercus lupinum præbet. Cicer. 1. de Divin. Tum & dormienti eundem illum viſum eſſe rogare, ut quoniam ſibi vivo non ſubveniſſet, mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe conjectum, & ſuprà ſtercus intectum, &c. Iuvenal. Satyr. 14: Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino Atria diſpliceant oculis venientis amici. Horat. Epod. Colorq; ſtercore fucatus crocodili.

Stĕrcŏrĕŭs, a, um, Ex ſtercore factus: & ponitur pro vili & nullius pretii. [κόπριος. Gall. *De fiente, de merde.* Ital. *Di ſtierco.* Germ. Dreckig. Hiſ. *Coſa de eſtercol.* Pol. *Gnoiowati.* Vng. *Ganebol tſinalt.* Ang *Of dung.*] Plaut. in Mil. - miles meus eſt herus, Qui hinc ad forū abiit: glorioſus, impudens, ſtercoreus, plenus perjurii atq; adulterii.

Subsalsŭs, sa, sum, adjectivum, Quod salis saporem nonnihil refert. [ὑφαλμυρός. Gall. Quelque peu salé. Ital. Salso, che ha sapor di sale. Germ. Ein klein gesaltzen. Hisp. Vn poco salado; que tienne sabor de sal. Pol. Przesolioni, prźi sl'orisźim. Vng. Sos. Ang. Somewhat salt.] Plinius libro 12. capite 29: Subsalsa gustanti herba.

Sūbsānno, as, verbum est adjectivum, Irrideo. [לחק tsachák שחק schachák לעג laháph הלעיב hilbíb. χλευάζω. Gall. Se moquer. Ital. Deleggiare. Germ. Verspotten. Bel. Begecken. Hisp. Mofar ò escarneser. Polon. Posmiewam sie. Vngar. Meg tsufolom. Angl. To mock or scorne.] Nam sanna (ut suo loco docuimus) irrisionem significat, quæ & subsannatio dicitur. χλεύασμός.

Subscrībo, is, act. t. Subnotò, subsigno, quod vulgo efferunt, nomen in literis suppono. [ὑπογράφω. Gall. Subscrire, signer de sa main. Ital. Sottoscriuere. Ger. Vnderschreyben. Bel Onderschryven. Hisp. Firmare le escripto, escriuir por debaxo. Pol. Podpissuie, Vng. Alaia irok. Ang. To wryt vnder, to subscribe.] Cicero ad Attic. libro 8: Literas tibi à L. Domitio ad xiij. Calend. Martii allatas esse, earumq; exemplum subscripseras. ¶ Alias subscribere

bere significat favere, sive approbare. Colum. lib.1. cap.2: Quòd si voto fortuna subscripserit, agrum habebimus salubri cœlo, uberi gleba. Ovid.1.Trist Eleg.2: Néve precor magni subscribite Cæsaris iræ: Sæpè premente deo, fert deus alter opem. ¶ Est etiam subscribo, aliquando verbum judiciis & foro commodatum, & significat judicium dictare, quasiq; dicam scribere. Plin. lib.5. Epist.6: Scis te nō subscripsisse mecū, & jam biennium transisse, omniaq; me usucepisse. Id est, mecum litem non esse expertum, ut interpretatur Budæus. ¶ Vide subscriptores, qui accusatori subscribunt: hoc est, qui secundas accusationis partes sustinent. Cic.1.Verr. Venit paratus cū subscriptoribus exercitatis, & disertis. Vbi Asconius: Subscriptores dicūtur qui adjuvare accusatorem solent: quos oportebat submissius agere, quàm eum quem sequebantur. Budæus in prioribus Pand. Annot. Subscribere dicebant veteres Iureconsulti, quod nunc *adjungere*, dicunt. Subscribendi igitur facta potestas, dicendum, quod Leguleiorum vulgus hodie barbarè effert: *Dictum est quòd adjungere se poterit.* Cicero in Divin. Non modò referendi nominis, sed ne subscribendi quidem, quum id postularet, fecerunt potestatem.

Subscriptio, nis, f.t. Subsignatio. [ὑπογραφή, ὑπογραμμός. Gall. *Subscription.* Ital. *Sottoscrittione.* Ger. Vnderschreibung. Hisp. *Escriptura por debaxo.* Pol. *Podpissanie.* Vng. *Alaia irás.* Ang. *Subscryuing.*] Cicero pro Cluent. Quare quicquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, &c. ¶ Subscriptio censoria est ipsa censura. Cicero pro Cluentio: Ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus quàm proscriptio acerbissima possit afferre. Budæus. ¶ Accipitur præterea subscriptio, pro adjunctione, ut hodie loquūtur nostri Iureconsulti, quum accusatori aliquis ad agendum adjūgitur Cic.1.Verr. Quarum quem sit habituus, non video: nisi quem fortè ex illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt. Præterea Subscriptiones dicebantur eorum constitutiones, quibus respondebant præsentibus sese per libellos consulentibus. Nam quum absentibus respondebant, epistolæ dicebantur.

Subscūs, udis, pen.prod.f.t. [Gall. *Vne tringle, ou queue d'aronde ou cheuille pour faire tenir deux aix ou deux membrures ensemble.* Ital. *Tauoletta con la quale si figgono ò congiungono le tauole l'vna all' altra.* Ger. Ein preißholtz/ preißtrumen / ein höltzin band mit dem zwen trām/ oder dergleichen zusammen geklamert werden Hisp. *El tarugo ò sauina de palo.* Pol. *Zawiassa rzemionna albo zelazna.* Vng. *Ózse fogalalo fa Zeg.* Ang. *A wedge to ioyne other timber together.*] Tabella exigua, inquit Festus, qua tabulæ duæ inter se configuntur: ita dicta à succidendo, quòd quà immittitur, succidatur. Pacuvius: Nec ulla subscus cohibet cōpagem. ¶ Subscudes (inquit Budæus) quæ & subscudes & suscudes appellantur, sunt lignea retinacula, quæ etiā securiclæ à forma vocantur, quasi securiculæ quibus duo tigna tenacissimè inter se vinciuntur: unde Securiclati cardines apud Vitruvium lib.10, licet vulgò *securidati* legatur. Galli *hirundinum caudas* appellant. Solent etiā interdum subscudes ex ferro fieri. Vitruv. li.10. cap.10, loquēs de tympano ad molendam farinam faciendo. Secundum id tympanum (*inquit*) majus item dentatum planum est collocatum, quo cōtinetur axis, habens in capite summo subscudem ferream qua mola continetur. Quum Vitruvius subscudem hîc appellat, inquit Budæus, nostri *ferrum molendini*: ex quo forma subscudis intelligi potest.

Sūbsĕco, as, pen.corr. act p. Ab ima parte reseco, succido, abscindo: [עדר *ghadhâh.* ὑποτέμνω, ὑπονόμω. Gal. *Scier, ou coupper par dessous.* Ital. *Segare per di sotto.* Ger. Vnden abhauwen/ oder abschneyden. Hisp. *Cortar por debaxo.* Pol. *Zpotku odzinam.* Vng. *El metczem.* Ang. *To cutt vnderlie vnder.*] Colum. li.2: Quædam subterraneæ pestes adultas segetes radicibus subsectis enecant. Ovid.4. Fastor. Illa papavereas subsecat ungue comas. Idem 6. Fast. Non ungues ferro subsecuisse licet.

Sūbsĕcīvŭs, Vide SVCCISIVVS.

Subsĕcundārĭŭs, adjectivum, Succisivus, & quod quasi secundo tempore advenit. [δευτερίζων, δευτεραίζων. Gall. *Successif, qui se fait secondement.* Ital. *Succeßiuo.* Ger. Neben zu reisend. Hisp. *Cosa conseguiente.* Pol. *Naßlepuy.* Vng. *Masodik rendwe.* Ang. *That succedeth.*] Gell. lib.20. cap. ult. Quantum autem vitę dcinceps mihi deūm voluntate erit, quantum à cura publica, & à re familiari, procurandoq; cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia succisiva, & subsecundaria tempora, ad colligendas hujusmodi memoriarum delectatiunculas conferam.

Sūbsĕquŏr, eris, penult corr. d.t. Statim sequor, consequor. [הדביק *hidhbîk* רדף *radhâph.* ἐφέπομαι. Gall *Aller apres, suiure de pres.* Ital. *Seguire incontinente.* Ger. Bald nachfolgen. Bel. Zerstone volgen. Hisp. *Seguir despues à luego.* Pol. Wpieti naßaduie. Vng. *Vtanna követkőzőm megiek.* Ang. *To follow or go after.*] Cęsar de bell. Gall. lib.4: Agmen subsequi jussit. Plaut. Bacch. Cedo manum, ac subsequere propiùs me ad fores. Livius 7. belli Pun. Raptimq; cum equitatu profectus, jussis se subsequi peditibus, palatos passim per agros, &c. ¶ Subsequi & imitari aliquem. Plinius in Paneg. Te enim imitari, te subsequi student.

Subsĕro, ris, pen.corr. act.t. Subtus semino, vel planto. [ὑποφυτεύω. Gall. *Soufemer, ou surfemer ou planter au dessous ou incontinent.* Ital. *Sotto seminare, sotto piantare.* Ger. Bald darauff säyen. Hisp. *Sembrar ò plantar por debaxo.* Pol. *Na toż sieie.* Vng. *Alatta vetek, plantalok.* Ang. *To sowe or plant vnder.*] Columell. lib.4. cap.15: Nam plurimum interest adhuc nova consitione pedamen omne vestiri, nec mox vineam tum subseri, quum fructus capiendus est.

Sūbsĕrvĭo, vis, n.q. Diligenter servio, obtempero. [ὑπηρετέω. Gall. *Seruir sous vn autre, seruir diligemment & bien.* Ital. *Seruir benißimo.* Ger. Vnder dienstig seyn/ einē zu seinē dienst ebē gespañen stehn. Hisp. *Seruir muy bien.* Pol. *Posługuie.* Vng. *Zorgalmatoson Zolgalok, engedek.* Ang. *To serue diligentlie or vnder another.*] Plautus in Menæch.: ita istæ solent quæ viros Subservire sibi postulant, fretæ dote feroces. ¶ Subservire orationi alicujus est, ea dicere quę pertinent ad confirmandam alterius orationem. Terentius in And.: ego quoq; hinc ab dextra Venire me assimulabo: tu ut subservias Orationi, utcunq; opus sit verbis, vide.

Sūbsĭdĕo, des, Subsisto, sedeo, consisto, commoror. [עמד *hamâdh* ישב *jashâb* חנה *chanâh.* ὑπομένω, ὑφίσταμαι. Gall. *Surseoir, estre assis au bas.* Ital. *Star sotto, sedere.* Ger. Nider sitzen/ sich setzen. Hisp. *Assentarse de baxo.* Pol. *Vsiadam.* Vng. *Le velők.* Ang. *To rest in the bottome, to sit vnder, to stay.*] Cicer. Att. libro 2: Itaque subsedi in ipsa via, dum hæc summatim tibi perscriberem. Cæsar 6. bell. Gall. Magna præterea multitudo calonum, magna vis jumentorum, quę in castris subsederat, facta potestate subsequitur. ¶ In aquis quoq;, cæteris q; liquoribus subsidere dicuntur, quæ imum petierūt fundum, ibiq; subsistunt. Columel. lib.11. cap.1: Villica debet curam adhibere, ut si quę fæces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint semel, statim emundentur. ¶ Est & subsidere, insidiari. ἐφεδρεύειν. Cic. pro Mil. Cur neque antè occurrit, ne in villa resideret? nec in eo loco subsedit, quo noctu venturus esset? Budæus. ¶ Inde subsessores, & subsessæ: de quibus paulò pòst. ἔφεδροι.

Sūbsĕllĭă, liorum, n.f. Sedes & pulpita, vel (ut ita dicam) scamna humiliora. [משכב *meschâb* הדום *hadhóm.* ἕδρα, τὸ βῆμα. Gall. *Bancs en bas, chaires basses.* Ital. *Sedie, pulpiti, branche.* Ger. Sitz/ benck/ stůl. Hisp. *Las sillas para assentarse.* Pol. *L'awki.* Vng. *Alatson Zekek.* Ang. *Settes or benches where many may sitte.*] Nam Senatores in sellis altioribus considebant. Pers. Satyr.1: Trossulus exultat tibi per subsellia lævis. Scribit Ascanius: Subsellia esse Tribunorum, Triumvirorum, Quæstorum, & hujusmodi minora judicia exercentium, qui nō in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant. Vnde Varro Subsellium dictum existimat, quòd non sit planè sella. ¶ Erāt præterea subsellia sedes in foro, sub dio, ubi judicia publica exercebantur. Cicero in Vatin. Quæro ex te post urbem conditam num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eumq; vi deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleverit? &c. Quo in loco Cicero Prætori tribunal assignavit, qui judiciis præerat, & Quæsitor vocabatur: subsellia verò Iudicibus, qui reos sententiis suis tabellaribus judicabant. Quintil. lib.10. cap.5: Quod accidisse Porcio Latroni traditur, ut quū ei summam in scholis opinionem obtinēti causa in foro esset oranda, impensè petiverit uti subsellia in basilicam transferrentur: ita ei cœlum novum fuit, ut omnis ejus eloquentia contineri tecto & parietibus videretur. ¶ Erant & subsellia in Curia, in quibus Senatores sedebant, ut ostendit Cicer. 1.Invect. in Catilinam. ¶ Item sedes in theatro. Suetonius in August. Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid spectandi usquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. ¶ Item sedes, in quibus sedebant rei, & accusatores, & testes. Cicero pro Roscio Amer. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roscíis Amerinis: quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria hujusce prædia possidere audio. ¶ Subsellia pro ipsis Iudicibus aliquando accipiūtur: quod & Budæus annotavit. Martial. lib.1: Sextiliane bibis, quantum subsellia quinq;.

Sūbsessæ, f.p. Dicūtur à Vegetio insidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale suspicans opprimi solet, à subsidendo, quod aliquando insidiari significat. [ארב *oréb* (vel) *éreb* מארב *maarâb.* ἐνέδρα. Gall. *Guet, embusches.* Ital. *Insidie, aguati, imboscate.* Ger. Ein heimlich hinderwart/ oder hinderhut auff jemandts zu tausteren. Hisp. *Las asse chancas.* Pol. *Taiemna zasadzka.* Vng. *Les. An. Ambushmentes.*] ¶ Subsidere enim significat delitescere: unde subsessores dicti, qui delitescentes insidiantur, & insidiis circumventos interimunt. ¶ Contrà subsessos vocamus hostilibus insidiis circumventos.

Sūbsessŏr, subsessoris, m.t. [ארב *oréb.* ἐνεδρεύων, ἔφεδρος, ὁδοιπορῶν ἐφεδρεύων. Gall. *Espieur, guetteur de chemin.* Ital. *Insidiatore di strada.*

de strada. Ger. Ein heimlicher außspäher/ der eine hindergehet/oder auff einen laufferet jhn zu vberfallen/als die straßräuber. Hisp. *Assechador.* Pol. *Ten ktory zasadza sie do witargnienia mu spodzalego.* Vng. *Lesben valo, lesheskedö.* An. *He that lyeth in waite to deceiue or kill one.*] Qui delitescens insidiatur, & insidiis circunventum interimit. Subsessores vocantur qui occisuri aliquem delitescunt. Servius in illud 5. Aeneid. subsedit Acestes. ¶ Subsessor alieni matrimonii, à Valerio dictus est qui pudicitiæ alienæ conjugis insidiatur.

Sūbsĭdĭum, n. s. Auxilium eum in usum comparatum, ut laborantibus opem ferat. [עזר *hézer* עזרה *hezráh* ἐπικουρία, βοήθεια. Gall. *Aide, secours.* Ital. *Sussidio, soccorso, aiuto.* Ger. Ein hülff/nachhut/entschüttung. Hisp. *Ayuda, soccorro.* Pol. *Pomocz.* Vng. *Segitseg.* Ang. *Aide, help.*] Cicero ad Q. Frat. Sextius multis vulneribus acceptis, subsidio Bestiæ servatus est. Vnde subsidio venire dicimus, pro eo quod est laboranti auxilium ferre. Cicero 6. Philip. C. Cæsar Galliæ provinciæ cum exercitu subsidio profectus est. Subsidium senectutis: id est, perfugium. Columel. Cicero ad Atticum lib. 5: Res Hispanienses valde bonæ, modò Balbyrium incolumem videam, subsidium nostræ senectutis.

Sūbsĭdĭă, orum, Alicubi usurpat Tacitus pro locis, in quibus navigia subsidere possunt, & stare, & suffugia habere. Ita subsidiū simile quiddā est portui & stationi, etsi minus: ejus verba sunt: Quoniam importuosum mare, & vix modicis navigiis pauca subsidia. Hæc Græci videntur ὑφόρμους appellare.

Sūbsĭdĭārĭŭs, a, um, adjectivum, Quod in subsidium paratur. [βοηθικός. Gall. *Subsidiaire, qui vient au secours.* Ital. *Chi viene in socorso.* Ger. Zur hülff oder nachhut verordnet. Hisp. *El que soccorre.* Pol. *Ku posiel'kowi dani.* Vng. *Segitsegre valo.* An. *That helpeth.*] Liv. 5. ab Vrbe: Paulùm erat ab dextra editi loci, quem subsidiariis repleri placuit. Idem 9. ab Vrbe: Qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnę casus reservabantur, in primam aciē extemplò emisit. ¶ Subsidiarius palmes, qui & præsidiarius & resex à Golumella, à Catone custos, & vinarius appellatur palmes.

Sūbsĭdĭō, ās, d. p. Subsidio sum. [עזר *hazár.* ἐπικουρέω, ἐπιβοηθέω. Gall. *Venir au secours.* Ital. *Venire in soccorso.* Ger. Zu hülff kommen/entschütten. Hisp. *Venir para soccorrer.* Pol. *Iesłem na pomocz.* Vng. *Meg segitöm.* Ang. *To aide or help.*] Hirt. 8. belli Gallici: Perterritt non solùm ii qui cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur, sed etiam qui longius subsidiari consueverant.

Sūbsīdo, is, pen. prod. Ad sedendum descendo, pessum eo. [ירד *jarádh.* καταβαίνω. Gall. *S'avaller, s'abaisser.* Ital. *Inchinarsi.* Ger. Sich setzen/niderseitzen/niderlassen. Bel. Sincken Hisp. *Hazer assiento lo pesado.* Pol. *Vstawam sie.* Vng. *Le erekkedem, le lappadok, el silliedek.* Ang. *To sitt downe or sink to the bottonne, to light as birdes on trees.*] Virgil. 5. Aeneid. Subsidunt undæ, tumidumq; sub axe tonanti Sternitur æquor aquis. Ovidius lib. 1. Metamorph. Iam mare littus habet, plenos capit alveus amnes, Flumina subsidunt, colles exire videntur. Et paulò antè: Iussit & extendi campos, subsidere valles. Livius lib. 8. belli Punici: Subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste: inde ad emittenda ipsi consurgunt. ¶ Subsidere, est in subsidio esse. Plautus: Agite nunc subsidite omnes, quasi solent triarii. Solebant enim triarii, ut inquit Varro, tertio ordine in acie subsidio deponi. Huc alludit Cicero, cùm inquit: Quid sim tibi autor, in Sicilià ne subsidas, an ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare? ¶ Subsidere, significat aliquando invadere. Lucan. libro 5: Iure sed incerto mundi subsidere regnum.

Sūbsīgno, ās, signare, act. p. Subscribo, subnoto. [ὑπογράφω. Gall. *Souſigner, escrire au deſſous.* Ital. *Sotto scriuere.* Ger. Vnderzeichnen/vnderschreyben. Bel. Onderteeckenen Hisp. *Firmare escripto, poner el sello debaxo.* Pol. *Podpissuie.* Vng. *Alaia iedzen.* Ang. *To subscriue or put to a seale vnder.*] Cicero pro Flacco: Illud quęro, sintne ista prædia censui censendo: habeant jus civile, subsignati apud ærarium, apud censorem possint?

Sūbsīgnātĭō, nis, f. t. [ὑπογραφή. Subscriptio. Vng. *Ala iras.*] Paulus D. lib. ult. Tit. de verborū significatione: Veteres Subsignationis verbo pro subscriptione uti solebant.

Sūbsĭlĭō, subsĭlis, pen. corr. subsilivi, subsultum, Sursum salio. [קדח *dalógh* רקד *rakódh.* Gall. *Sauteler, ſurſaillir, treſſaillir.* Ital. *Saltar in ſu.* Ger. Auffspringen. Hisp. *Saltare de abaxo arriba.* Pol. Wiskakuie. Vng. *Fel ugrom.* Ang. *To leap a litle, to hop.*] Plautus in Curcul. Subsilite obsecro, & mittite istanc foras. Lucretius lib. 2: Nec quum subsiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma degustant tigna, trabesq;, Sponte sua facere id sine vi subjecta putandum est.

Sūbsŭltō, frequentativum. [πηδῶ ὑφάλλομαι. Gall. *Sauteler, ſauter de bas en haut.* Ital. *Saltar in ſu.* Ger. Offt auffspringen. Hisp. *Saltar de abaxo arriba.* Pol. *Vstawnie kugorze skaczę.* Vng. *Fel ugrok deszelek.* An. *To hop often.*] Plautus in Cas. Vt subsaltabat postquam vicit villicus. Idem: Tu subsultas, ego miser vix asto præ formidine.

Subsŭltum, adverbium. [ἀναπηδητικῶς. Gall. *En treſſaillant, en ſautelant.* Ital. *Saltellando.* Ger. Mit auffspringen / oder auffhupffen. Hisp. *Saltando de abaxo arriba.* Pol. Skaczącz ku gorze. Vng. *Vgrandozua, szökdetselue.* Ang. *By hopping.*] Suetonius in August. cap. 83: Mox nihil aliud quàm vectabatur, & deambulabat, ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret.

Subsĭlĭēs, (inquit Festus) Dicebantur quædam lamellæ sacrificiis necessariæ.

Sūbsĭmŭs, a, um, pen. prod. Aliquantulum simus. [ὑπόσιμος. Gall. *Vn peu camus.* Ital. *Simo, di naſo alquanto tirato.* Ger. Etwas flachnäsig. Hisp. *El que tiene vn poco las narizes romas.* Pol. *Poniel' ad noſſa pl'askiego.* Vng. *Valamenire sima.* Ang. *Somewhat flat in the noſe.*] Varro lib. 2. de Re rust. cap. 5: Vt sint bene compositę, & integris membris, &c. pilosis auribus, compressis malis, subsimisve, gibberibus demissis, &c.

Sūbsĭſto, is, n. t. Contrà sisto, consisto, pedem figo. [עמד *hamádh.* ὑφίσταμαι. Gall. *S'arreſter & demeurer quelque temps.* Ital. *Contraſtare, fermarsi, dimorare in vn luogo.* Ger. Bestehn/ entgegen stehn/bleyben stehn. Bel. Tegenstaen. Hisp. *Que darse, pararse.* Pol. Zastawiam sie. Vng. *Meg allapom.* Ang. *To stand still and tary.*] Cæsar 1. belli Gallic. Quo prælio sublati Helvetii, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere, nonnunquam ex novissimo agmine prælio nostros lacessere cœperunt. Virgil. 9. Aeneidos: Ergo nec clypeo juvenis subsistere tantū, Nec dextra valet. ¶ Subsistere feras, est excipere, nec cedere irruentibus, ut ait Budæus. Livius 1. ab Vrbe: Hinc róbore corporibus, animis q; sumpto, jam non feras tantùm subsistere, sed in latrones prædā onustos impetum facere, pastoribusq; rapta dividere. ¶ Subsistere in aliquo loco, est aliquandiu commorari. Virgil 2. Aeneid. quater ipso in limine portæ Substitit, atq; utero sonitum quater arma dedēre. Plinius Epist. 234: Gravissimis æstibus, utque etiam febriculis vexatus, Pergami substiti. Id est, restiti, remansi, commoratus sum. Lingua substitit timore. Ovidius Epist. 13. Substitit unda: hoc est, stetit, sive constitit. Virg. 8. Aen. Tybris ea fluvium, quàm longa est, nocte tumentem Leniit, & tacita refluēs ita substitit unda, Mitis ut in morem stagni, &c.

Sūbsŏlānŭs, ni, m. s. Ventus spirans ab ortu æquinoctiali, adversus Favonium: ita dictus quòd sub Sole nasci videatur: unde & Græci *Apelioten* appellarunt. [קדים *kadhim.* ἀπηλιώτης. Gall. *Le vent de Leuant.* Ital. *Leuante vento.* Germ Der Ostwind wäyet vom mittem auffgang der Sonnen. Hisp. *Viento del Oriente.* Pol. Wiatr od wschodu sl'onca weiacy. Vng *Nap keleti zel.* Ang. *An eaſt winde.*] Plin. li. 2. cap. 47: Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Illum *Apelioten*, hunc Græci *Eurum* appellant.

Subsŏrtĭŏr, īris, d. q. Est sorte in alterius locum substituo, quemadmodum in judicum rejectorum locum fieri solebat. [ἀναψηφίζομαι. Gall. *Ietter au ſort.* Ital. *Gittare à ſorte, ſortire.* Ger. Durch die loßfellung andere Richter erwehlen. Hisp. *Sortear.* Pol. *Przez los inſza radewi bieram.* Vng. *Sors Zerent valaki helieben valaztot.* Ang. *To choose by lotte after an other haue chosen before.*] Cicer. 3. Verr. Cur ea quàm diu alium Prætorem, cum iis judicibus, quos in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tam diu domi fuerunt?

Sūbsŏrtĭtĭō, onis, f. t. Electio quæ fit subsortiendo, cùm sorte in alterius locum aliquis substituitur. [גורל *ghorál* פור *pur.* ἀναψηφισμός. Gall. *Iettement de ſort, election par ſort.* Ital. *Gittamento à ſorte, eſſo ſortire, elettione per ſorte.* Ger. Ein wahl durch die loßfellung. Hisp. *Obra de ſorte ar, elecion por ſuerte.* Pol. *Przez los wibranie.* Vng. *Sors Zerent valo valaztas.* Ang. *Chosing by lotte.*] Cicero 3. Verr. Nam de subsortitione illa Iuniana Iudicum, nihil dico. Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 41: Ac nequi novi cœtus recensionis causa moveri quandoque possent, instituit quotannis in demortuorum locum ex his qui recensiti nō essent, subsortitio à Prætore fieret. Cicero pro Cluentio: Et quod C. Verres Prætor urbanus, homo sanctus & diligens subsortitionem ejus in eo codice nō haberet, qui tum inter lites proferebatur.

Sūbstāntĭă, Vide SVBSTO.

Substerno, is, avi, atum, act. t. Subtus sterno; subjicio. [הציע *hitstsiah.* ὑποστρώννυμι, ὑποτάσσομαι. Gall. *Eſtendre deſſous, faire litiere.* Ital. *Sotto diſtender.* Ger Vnderstreuwen/oder spreuten Bel. Onderspreyden/onderstroyen. Hisp. *Derrocar por debaxo.* Pol. *Podsciel'am.* Vng. *Alaia teritem* Ang. *To spread or strawe vnder, to litter.*] Terētius in And. Ex ara hinc sume verbenas tibi, atq; eas substerne. Ovid. 15. Metamorph. Quassaq, cum fulva substravit cinnama myrrha. Cicero 2. de Nat. deor. Iam gallinæ aves q; reliquæ quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia sibi, nidosq; constituunt, eosq; quàm possunt mollissimè substernunt, ut quàm facillimè ova serventur. ¶ Substernere animo

animo omnia: id est, subjicere, supponere. Cicero dē Vniver. Animum igitur quum ille procreator mūdi Deus extúlit mente & voluntate genuíssentum denique omne quod erat concretum atque corporeum substernebat animo, interiusq; faciebat.

Sūbstrātŭs, hujus substratus, m. q. Ipse substernēdi actus. [מצע *matstsáh.* ὑπόστρωσις. Gall. *Estendement par dessous.* Ital. *Esso stendere disotto.* Ger. Vnderstreuwung. Hisp. *Derrocamiento por debaxo.* Pol. *Podesłanie.* Vng. *Alataterites.* Ang *Spreading or strawing vnder.*] Plin. lib. 24. cap. 9: Suffitu quoq; aut substratu fugant venenata.

Substrāmĕn, inis, n. t. Quod animalibus substernitur. [τὸ ὑπόστρωμα. Gall. *La tiere qu'on fait aux bestes.* Ital. *Letto che si fa alle bestie.* Ger. Ein vnder streuwe. Hisp. *Paja de la cama ò lecho por las bestias.* Pol. *Podesłanie.* Vng. *Barom allsa, agyas.* Ang. *That whith is spread vnder, litter.*] Varro lib. 3. de Re rustic. cap. 10: Easq; cellas provident, ne habeāt in solo humorem, sed habeant molle substramen è palea, aliáve quare.

Substillŭm, n. s. [Ger Feücht wetter/wann es nichts thut daß seufferen. Item, der kaltseich Pol. *Dżdża kropienie.*] Tempus illud dicitur quod ante pluviā, vel post pluviam est, non siccū, sed humidum, quòd aut jam stillet, aut nondum stillare desierit. Hęc Festus. ¶ Apud Catonē libro de Re rustica, ponitur pro ægritudine, quando stillatim urina emittitur, quam Græci vocant στραγγεύων Nunc (*inquit*) de iis quibus ęgrè lotium it, quibusq; suppositillum est.

Substĭtŭo, is, act. t. In locum alterius surrogo, sufficio. [ὑποκαθίστημι. Gal. *Substituer, mettre en la place d'vn autre.* Ital. *Sostituire* Ger An eines anderen statt setzen. Bel Eenen anderen in iemandts plaetse setten. Hisp. *Sustituir ò poner en lugar de otro.* Pol. *Na drugiego mieysce stanowiam.* Vn. *Mas helieben allatom.* Ang. *To put in an others roome.*] Cic 7. Verr. Tum iste homo nefarius in eorum locum alios substituere, & supponere cœpit. Idem 2. de Divin. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, Philosophiam nobis pro Reipublicæ procuratione substitutam putabamus.

Substĭtutĭo, onis f. t. Surrogatio, suffectio. [ὑποκατάστασις. Gal. *Substitution.* Ital. *Sostitutione.* Ger Ersetzung eines statt/ nachsetzung. Hisp. *Sustituimiento.* Pol. *Zasadzenie na mieysce.* Vng. *Mas helieben valo allatas.* Ang *A putting in an others roome.*] Paulus Iurecōsult. in vulgari substitutiōne qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur, rectè hæres substitutus etiam unico intelligitur.

Substo, stas, act. p. sustineo, & constans sum, non vacillo, aut labasco [עמד *hamádh.* ὑφίστημι Gall. *Tenir, bon, tenir ferme. soustenir.* Ital. *Sostenere.* Ger. Steiff bleyben stehn. Hisp. *Sostener.* Pol. *Tego stoie.* Vng *Alhatatosom meg marradok.* Ang. *To sústeine or abyde constantlie.*] Terentius in Andria: Perii, metuo ne substet hostes.

Sūbstantĭă, æ. f. p. Est quæ per se substat, & fundamentum præbet accidentibus, quæ sine illa subsistere non possunt. [ὑπόστασις, ἕξις, ὑπαρξις. Gall. *Substance, matiere, biens.* Ital. *Sostanza.* Ger Das wäsen eines dings dadurch es besteht. Hisp. *El subiecto de los accidente, lo que es.* Pol. *Podskac.* Vng. *Allat, termezet, valosag.* Ang *Substance, goodes.*] ¶ Quandoq; etiam substantia ponitur pro materia & argumento, circa quæ versatur cardo totius rei, Plinius Novocomensis in Epist. Substantia omnis orationis fuit cohortatus ejus ad pacem. Quint. in Procem. libri 1: Prima apud rhetorem elemēta, & quæ de ipsa Rhetoricæ substantia quæruntur, tractabimus. ¶ Quandoq; pro facultatibus Quint Vt plus substantiæ filio relinquerem.

Substăntīvŭs, a, um, Substantialis: hoc est, quod per se stare potest. [ὑπαρκτικός. Gall. *Substantiel* Ital. *Sostantiale.* Ger. Bestendig/das von jhm selbs besteht. Hisp. *Sustancial.* Pol *Przez sie stał'y.* Vng *Allatu.* Ang. *That may stand by the self. substantiall.*] Ejus contrarium est insubstantivus. Rufinus in expositione Symboli: Sed fortè dicas, ista, quam memoras, insubstantiva est generatio Neq; enim lux substantivum facit splendorem, aut cor substantivum generat verbum.

Substringo, is, act. t. Contraho coarcto, complico. [אסר *aphadh* רכס *rachás* בּרך *tsarár.* συσφίγω. Gall. *Serrer, restreindre referrer, restrecir.* Ital. *Stringere.* Ger. Vnden zusammen ziehen / oder stricken. Hisp. *Estrennir, apretar* Pol *Sczigam, zwieżuie.* Vng *ösue zoritom.* Ang. *To bind streict vnderneath, to straine hard.*] Quint. lib. 10: Omissa supplere, & effusa substringere. Martial. lib. 12: Festinant trepidi, substringere carbasa nautæ. Lucan. li. 3: Hinc & Sidoniæ gentes, auroq; ligatas Substringens Arimaspe comas, &c

Sūbstrictŭs, a, um, participiū. [אסור רכוס *aphúdh rachús.* ὑπερσυσφιγμένος Gall. *Reserré, restreint.* Ital. *Rinchiuso, stretto.* Ger. Engestrengt. Hisp *Estrenido, apretado.* Pol. *Związani.* Vng. *ösue zoritatot.* Ang. *Strayned or gyrded hard vnder neath.*] Colum. lib. 2 cap. 3: Boves quum ab opere disjunxerit, substrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum. ¶ Est & substrictus, nomen ex participio, idē significans quod arctus, & contractus: cui opponuntur Prominens, & effusus. Colum. lib. 6. cap. 1, de tauri forma loquens: Vt sit magna portio corporis, ventre paulò substrictiore, qui magis rectus, & ad inundas fœminas habilis sit. ¶ Substricti testes. Plin. li. 32. cap. 3: Quinimò parvos esse, substrictosq;, & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse.

Substrŭo, is, act. t. Fundamentum jacio, ab imo extruo, à fundamentis erigo. [בנה *banáh* הקים *hikím.* κατασκάπτω, κατασκευάζω. Gall. *Edifier par dessous, bastir sur fondement.* Ital. *Sotto fabricare.* Ger. Vnderbauwen/ vnden auffbauwen. Hisp. *Edificar debaxo.* Pol. *Grunt wzwodzę, iakl'adam.* Vng *Fundamentomot vetek.* Ang. *To lay a fondation, to build.*] Plautus Most. Primùm dum parentes fabri liberûm sunt, & fundamentum liberorum substruunt, extollunt, &c. Liv 6. ab Vrbe: Capitolium quoq; saxo quadrato substructum est, opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum.

Sūbstrūctĭo, onis, verbale, f. t. Actus ipse substruēdi. [בנין *binján.* κατασκευή. Gall. *Bastiment sur fondement ou sur quelque chose.* Ital. *Fabrica, baxo.* Ger. Vnderbauwung. Hisp. *Obra de edificar debaxo.* Pol. *Podsadzenie, podbudowanie.* Vng. *Fundamentom, az allias meg vetes.* Ang. *A building of a fondation.*] Colum. lib. 2. cap. 2: Quibusdam substructionibus partes agri sunt occupādę. Cęsar lib. 2. belli Civil. Altera theatro, quod est ante oppidum substructionibus ejus operis maximis, aditu ad castra difficili, & angusto. Colum. lib. 1: Quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solùm superficiem suam sustinebunt facilè, sed & pro fultura & substructione fungentur adversus ea quæ mox, si fortè ullam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.

Sūbsum, Sub re aliqua situs sum, sub re aliqua lateo. [ὑπειμι. Gall. *Estre dessous.* Ital. *Esser sotto.* Ger. Vnder etwas seyn. Hisp. *Esser debaxo.* Pol. *Podliegł em.* Vng. *Alatta vagiok.* Ang. *To be vnder.*] Plinius: Suberant tecto abiegenæ trabes. Subest causa. Cic. 5. de Finib. Intelligatur aliquā subesse ejusmodi causam. Idem 1. Offic. Quum verò de imperio decertatur, belloq; gloria quæritur causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulò antè, &c. ¶ Aliquando subesse significat latenter inesse. Virg. 2. Georg. Quippe solo natura subest. ¶ Subesse, pro adjuvare aliquando ponitur. Plaut. in Trin. - quod ago, assequitur, subest, subsequitur.

Subsŭo, is, pen. corr. act. t. Ad imam rei cujuspiam partem aliquid assuo. [ὑποῤῥάπτω. Gall. *Coudre par le bas.* Ital. *Cucire di sotto.* Ger. Vnden anflicken oder bützen. Hisp. *Coser de baxo.* Pol. *Odespodznadszywam.* Vng. *Hozza foldom.* An. *To sew to some thing to the end of an other, or vnder.*] Horat. 1. Serm. Satyr. 2: -sunt qui nolint tetigisse nisi illas, Quarum subsuta talos tegat instita veste. Subsutam vestem, limbum intelligit, qui institæ subsuebatur.

Subtăl. Ex sub & talo componitur, significatq; cavum pedis, quanvis, & pro vola quandoq; accipiatur. Sipontinus.

Subtēgmĕn, minis, n. t. Filum quod sub stamine texitur, vel quod stamini intexitur. [ערב *hereb.* κρόκη. Gal. *La trame ou trai me d'vn tisserant.* Ital. *Trama da tessere.* Ger. Der eyntrag eines gewüps. Hisp *Trama de la tela.* Pol. *Watek.* Vn. *Bel fonak.* An. *The woufe of a webbe.*] Terentius in Heavt. Anus subtegmen nebat: præterea una ancilla erat. Ovid. 6. Metam. Inseritur medium radiis subtegmen acutis. Catul. Argon. Currite ducentes subtegmina, currite fusi. Virgil. 3. Aeneid. Fer picturatas auri subtegmine vestes.

Sūbtĕgŭlānĕŭs, a, um, adjectivum, Quod est aliqua ex parte ex tegulis cōfectum. [ὁ κῇ ὑποστεγῶν, ἢ καστέγων, στεγαῖος. Gal. *Qui est sous les tuilles ou dessous le toit, & à couuert.* Ital. *Cosa sotto le tegole ò sotto 'l tetto* Ger. Ein büne mit ziegten besetzt. Hisp *Cosa so la tejado y cubierta de teja.* Pol. *Dno czegł'a pol'ozone.* Vng *Teglabol tsinaltatot.* Ang. *That is vnder the baues or roofe of houses.*] Quæ & Barbarica dicebantur, ex testis tusis, rudere & calce constantia. Plin. lib. 36 cap. 25: Pavimenta credo primùm facta, quæ nunc vocamus *Barbarica* atq; *subtegulanea.*

Subtĕndo, dis, act. t. Subtus extendo, tendēdo subjicio. [ὑποτρώμνυμι, ὑποτείνω Gall Estendre par dessous. Ital Distender sotto. Ger. Vndenfür spannen. Hisp. *Estender debaxo.* Pol. *Odespotkuo podczigam.* Vng. *Alaia teritem.* Ang. *To extend or strecth abroade vnder.*] Cato de re rustica, cap 10: Lectum in cubiculo unum, lectos loris subtentos quatuor, & lectos communes tres.

Sūbtĕntārĕ, Tentare [נסה *nisáh* πειράζω. Gall. *Tenter.* Ital. *Tentare.* Ger. Heimlich versuchen. Hisp. *Tentar.* Pol. *Pokuszam.* Vng *Kefergetni.* Ang. *To assaye.*] Plautus in Truculen. Advenisti huc subtentatum exornatis ossibus.

Subtĕnŭis, tenue, om. t. Aliquantulum tenue. [ὑπολεπτός. Gall. *Vn peu tendre, menu & delié.* Ital. *Alquanto sottile.* Ger. Zimlich dünn/ oder klein Hisp. *Vn poco sotil y delgado.* Pol. *Przycżienszym.* Vng. *Vekoniotska.* Ang. *Somew hat thinne and slender or small.*] Varro 2. de Re rustica, cap. 7: Non angusta juba, crebra, fusca,

subcrispa,

subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem cervicis.

Sūbtĕr, Præpositio locum denotans inferiorem, sicut Super, superiorem. [תחת *tachath.* ὑπένερθε. Gall. *Dessous.* Ital. *Sotto.* Ger. Vnder/vnderthalb. Hisp. *Debaxo.* Pol. *Pod.* Vng. *Alatta.* Ang. *Vnder.*] Iungitur autem ferè accusativo. Cicero in Arat. Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit. Idem 3. Tuscul. Plato itam in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. ¶ Nonnunquam etiam ablativo. Virg. 9. Aeneid. Ferre juvat densa subter testudine casus. ¶ Ponitur & sine casu, adverbialiter. Cicero de Som. Scipionis: Deinde subter mediam ferè regionem sol occupat.

Sūbtĕrdūco, cis, verbum Plautinum, Subterfugio, clàm me educo, elabor. [ὑποκρύπτω. Gall. *Se retirer à part secrettement, se soustraire & retirer de la compagnie.* Ital. *Fuggire di nascoso, sotto fuggire.* Ger. Sich verschleichen oder entziehen. Hisp. *Huyr à escondidas.* Pol. *Czicho vchodzè.* Vng. *El lopom magam.* Ang. *To go away priuelie, to drawe him self frome the companie of others.*] Plaut. in Mil. -serva istas fores, Ne tibi clàm se subterducat istinc. Id est, ne hinc abeat te inscio.

Sūbtĕrfluo, is, ere, n.t. Notæ est significationis. [ὑποῤῥέω. Gal. *Couler par dessous.* Ital. *Correre, scorrere.* Ger. Vndenhärfliessen. Hisp. *Correr por debaxo lo liquido.* Pol. *Odespodz pl'ine, czicke.* Vng. *Alattafoliok.* Ang. *To flow vnder.*] Plin. lib. 8. cap. 50: Torrente rapido minaciter subterfluente.

Sūbtĕrfŭgĭo, subterfugis, pen. corr. Clàm aufugio, subterduco. [ὑπολδύομαι, ὑποκδιδράσκω, ὑποκρύπτω. Gall. *Eschapper, s'enfuir en cachette, euiter.* Ital. *Fuggire secrettamente, di nascoso.* Ger. Heimlich entfliehen. Hisp. *Huyr secrettamente y a escondidas.* Pol. *Czicho vchodze, vcziekam.* Vng. *Alattomba el lopom maganat, el zaladok.* Ang. *To flee away priuelie, to escape, to auoyde.*] Plaut. in Bacch. Subterfugisse mihi sic hodie Chrysalum? ¶ Aliquando vito, vel detrecto. Plautus in Merc. Nequicquã ego mare subterfugi sævis tẽpestatibus. Sic dicimus: Subterfugere militiam, Subterfugere laborem, periculum: hoc est, detrectare.

Sūbtĕrlăbŏr, pen. prod. subterlaberis, pen. corr. d. t. Elabor, & effugio. [ὑπολδύομαι, ὑποκρύπτω. Gall. *S'escouler & s'en aller en cachette, secrettement.* Ital. *Fuggire tacitamente.* Ger. Entrünnen. Hisp. *Huyr à escondidas.* Pol. *Vcziekam.* Vng. *El zaladok.* Ang. *To runne or flow vnderneath, to escape or slipe away priuelie.*] Livius 10. bell. Pun. Sed neq; rostro ferire celeritate subterlabentem poterant: neq; transilire armati ex humilioribus in altiorem navem.

Sūbtĕrlĭno, is, pen. corr. act. t. Imam rei alicujus partem perlino. [ὑποχρίω, ὑπαλείφω. Gall. *Oindre par dessous.* Ital. *Vgnere per di sotto.* Ger. Vnden bestreichen oder ansalben. Hisp. *Vntar por debaxo.* Pol. *Odespodz namazuie.* Vng. *Alatt meg kenem.* Ang. *To anoynt vndernеath.*] Plinius libro 28. capite 7: Sotira obstetrix, tertianis, quartanisq; efficacissimum dixit plantas agri subterlini.

Sūbtĕrmĕo, as, n. p. Subtus transeo. [ὑποπορεύομαι, ὑπερχομαι, ὑποβαίνω. Gall. *Passer par dessous.* Ital. *Passare per di sotto.* Ger. Vnderthalb gehn Hisp. *Passar por debaxo.* Pol. *Odespodz ide.* Vng. *Alatta el megiek.* Ang. *To passe or go vnder neath.*] Claud. de Aponi balneis: Et junctos rapido pontes subtermeat æstu.

Sūbtĕro, is, act. t. Comminuo, attero. [כתרת *chathâth* כתש *chathâsch.* συντρίβω. Gall. *Casser & briser, ou broyer menu.* Ital. *Pestare, tritare, sminuire, consumare.* Ger. Zerreyben/vnden abschleissen. Hisp. *Gastar, desmenuzar, hollar, trillar.* Pol. *Zetieram, odespodz prziczieram.* Vng. *Meg rontom.* Ang. *To bruise in small pieces.*] Columm. li. 12. cap. 5: Salis sextariũ subterito & subtritum cũ quarto mellis aceto diluito. Cato cap. 72: Boves ne pedes subterant, prius quàm in viam quoquam agas, pice liquida cornua infima ungito.

Sūbtrītŭs, a, um, Attritus. [כתרת *chathâth* כתש *chathâsch.* συντεταμμένος. Gall. *Vsé, broyé, brisé.* Ital. *Alquanto frusto, vsato.* Ger. Vnden abgeschtissen. Hisp. *Gastado, desmenuzado, trillado.* Pol. *Despodz otarti.* Vng. *El romlott, kopott.* Ang. *Worne, bruised.*] Plaut. Asin. -sed tamen tu ineptè eos asinos prædicas Vetulos, claudos, quibus subtritæ ad femina jam erant ungulæ.

Subtĕrrānĕus, a, um, Quod est sub terra. [ὑπόγειος. Gall. *Qui est sous la terre.* Ital. *Sotto terra.* Ger. Das vnder der erden ist. Hisp. *So tierra.* Pol. *Podziemni.* Vng. *Föld alat valo.* Ang. *That is vnder the earth.*] Golum. lib. 1. cap. 7: Vinctis quàm saluberrimum subterraneum ergastulum plurimis: sitq; id angustissimum fenestratum illustratum fenestris: Idem: Nam ferè cùm his partibus ædificia rimas egerunt, cava præbent, & latebras subterraneis animalibus.

Sūbtexo, is, xui, xtum, act. t. idem quod Subjungo. [הדביק *hidhbik.* ὑποζεύγνυμι. Gall. *Aioindre, aioustier.* Ital. *Sottogiungere.* Ger. Hinden dran wäben/ vndeh dran setzen. Hisp. *Arimadir y tener por debaxo.* Pol. *Na koncu przidl'uzam.* Vng. *Vtanna vetem.* Ang. *To weane or ioyne to.*] Plin. lib. 25. cap. 11: Verùm & generatim mẽbratimq; singulis corporũ morbis remedia subtexemus.

Sūbtīlis, & hoc subtile, om. t. Quod est tenuium partium: [דק *dak.* λεπτὸς, λεπτομερὴς. Gall. *Subtil, menu, delié.* Ital. *Sottile, tenue.* Ger. Rein/subtyl. Hisp. *Sotily delgado.* Pol. *Subtilni, chedogi.* Vng. *Vekoni, gienge.* Ang. *That is made of thinne and small partes, subtille.*] ut Subtilis succus. Plin. li. 11. cap. 5: Apes succum subtilissimum contrahũt. ¶ Ponitur etiam pro ingenioso & docto. ¶ Subtile consilium: id est, implicatius, nec cuivis obvium. λεπτὸν νόημα. ¶ Conclusio subtilis. Quint. lib. 7. cap. 4: Conclusio subtilis, & ad morem Dialecticorum formata. Cicero lib. 3. de Finib. Stoicorum autem non ignoras quàm sit subtile, & spinosum potius differendi genus. ¶ Subtile judicium: id est, acutum, & perspicax. ὀξύ. Cic. ad Catonem, lib. 15: Nam ad meum sensum, & ad illud syncerum ac subtile judicium nihil potest esse laudabilius quàm est tua oratio. ¶ Subtile palatum, & subtilis gula, quæ sapores acutè dijudicat. Horat. 2. Serm. Satyr. 8: Fervida quæ subtile exudant vina palatum. Colum. lib. 8. cap. 16: Hoc igitur perjurium multorum subtilium fecit gulam, doctaq; & erudita palata fastidire docuit fluvialem lupum.

Subtīlĭtās, atis, f. t. Tenuitas, gracilitas, acumen. [דק *dok* (vel) *dak* λεπτότης, ἰσχνότης. Gall. *Subtilité.* Ital. *Sottiglieza, sottilità, sottigliauza.* Ger. Spitzfündigkeit/subtilheit. Hisp. *Sotileza ò delgadez.* Pol. *Subtilnosnoz, winalazek subtilni.* Vng. *Vekonsag, eles okossag.* Ang. *Subtilitie, sharpnesse of witte.*] Cicer. lib. 1. Acad. Apud nostros enim non ignoras quæ sit, & quanta subtilitas.

Sūbtĭlĭtĕr, adverb. [λεπτὸς, ἰσχνῶς. Gall. *Subtilement, par le menu.* Ital. *Sottilmente, per il minuto.* Ger. Scharpffsinnigerlich. Hisp. *Sotil y delgadamente.* Pol. *Subtilnie.* Vng. *Eleszen, okosson, melyen.* Ang. *Subtillie.*] Acutè, acriter, tenuiter. Cic. 1. Tusc. Sed Zeno quum Arcesilam anteiret ætate, valdeq; subtiliter differeret, & peracutè moveretur, corrigere conatus est disciplinam.

Sūbtĭmĕo, subtimes, penult. corr. Aliquantum timeo, subvereor, subformido. [ὑποφοβέομαι. Gal. *Craindre aucunement, auoir quelque peur.* Ital. *Temere alquanto, dubbitare, hauer paura.* Ger. Ein klein förchten. Hisp. *Vn poco temer, dudar.* Pol. *Obawiam sie.* Vng. *Felek zabassu.* Ang. *To feare a litle.*] Cicero 2. Philip. Num quid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Sūbtrăho, is, act. t. De medio aufero. [נתל *talakách.* ὑπεξάγω. Gall. *Soustraire & retirer d'auec.* Ital. *Tuor di sotto, rubbare.* Ger. Entziehen. Hisp. *Sacar de otra cosa, hurtar.* Pol. *Odczigam, zimuie.* Vng. *El vonzom.* Ang. *To drawe away frome others.*] Plin. lib. 11. cap. 18: Subtrahitur itaq; deducta multitudine. Ovid. in Ibin: Subtrahitur pressò mollis arena pede. Cicero ad Q. Fratrem, lib. 2: Quò ego me libentius à curia, & ab omni parte Reipub. subtraho. Ovid. 5. Trist. Subtrahis & facto tu quoq; colla jugo. Virg. 6. Aeneid. Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro. ¶ Subtrahere etiam accipitur pro surripere, sive furari. Plaut. in Calin. -nam peculi probam nihil habere addecet Clam viro: & quæ habet partum, ei haud commodi est quin viro aut subtrahat, Aut stupro invenerit.

Sūbtrīstis, e, om. t. Aliquantulum tristis. [ὑπολυπηρὸς. Gall. *Vn peu ou aucunement triste.* Ital. *Alquanto di mala voglia, alquanto dolente.* Ger. Etlicher maass trawrig. Hisp. *Cosa vn poco triste.* Pol. *Przesmutniezym.* Vng. *Maid szomoru.* Ang. *Somewhat sadde and heauie harted.*] Terent. in Andr. Subtristis visus est esse aliquãtulum mihi.

Sūbtūndo, is, Tundo. [כתרת *chathâth* כתש *chathâsch.* κόπτω. Gall. *Frapper ou coigner par dessous.* Ital. *Battere, pestare per di sotto.* Ger. Zerbleuwen/ subpen. Hisp. *Tundir ò herir por debaxo.* Pol. *Ztl'ukam, zbyam.* Vng. *Tsrõm, rontom.* Ang *To beat or stroke.*] Tibul. lib. 1. Eleg. 10: Flet teneras subtusa genas: sed victor & ipse Flet sibi dementes tam valuisse manus.

Sūbtūrpĕ, Quod turpitudinis nonnihil habet conjunctum. [ὑπαισχρὸν. Gal. *Aucunement laid.* Ital. *Alquanto brutto.* Ger. Etlicher maass wüst vnd vnflätig. Hisp. *Cosa vn poco torpe ò fea.* Pol. *Przispetnieisim.* Vng. *Rut zabassu.* Ang. *Somewhat vnhoneſt and filthie.*] Cicer. de Clar. Orator. Exprimenda enim sunt, & ponenda ante oculos ea quæ videantur & verisimilia, quod est proprium narrationis: & quæ sint, quod ridiculi propriũ est, subturpia.

Sūbtūrpĭcŭlŭs, diminutivum, Minus quàm subturpis. [ὑπαισχρότερος. Gall. *Aucunement ou vn peu laid, vn peu vilainet.* Ital. *Alquanto ò vn pochetto brutto.* Ger. Ein wenigtin vngeschaffen oder wüstlechtig. Hisp. *Vn poquito torpe y feo.* Pol. *Trochosipetni.* Vng. *Rutotska.* Ang. *Somewhat or a litle filthie.*] Cic. ad Atticum lib. 4. Subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία.

Subtŭs, adverb. Sub. [תחת *táchath.* ὑπένερθε. Gall *Dessous.* Ital. *Sotto.* Ger. Vndenfür/vnderthalb. Hisp. *Debaxo.* Pol *Pod.* Vng. *Alatt.* Ang. *Vnder.*] Varro 2. de Re rust cap. 9: Labris subnigris aut rubicũdis, neq; resimis superioribus, neq; pendulis subrus, mento suppresso.

Sūbŭcŭlă, Intima vestis quæ ferè ex lino fit, ita dicta, quòd ea subtus induamur. [כתנת *chethóneth.* ὑποχίτων, χιτωνίσκος, ὑποδύτης. Gall. *Vne chemise.* Ital. *Camiscia.* Ger. Ein vnderhembd.

Hiſp. *Veſtidura debaxo de otra, camiſa.* Pol. *Wel'niana koſzula, ſerdak.* Vng *Dolomany.* Ang *A ſhirt.*] Varro de vitâ populi Roman. Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam & induſium. ¶ Eſt & ſubucula libū quod diis dabatur ex alica, oleo & melle compoſitum. Feſtus.

Sŭbŭcŭlātŭs, a, um, Subucula indutus. [ὑποστολὴν ἔχων. Gall. *Veſtu d'vne chemiſe.* Ital. *Camiſcrato.* Ger. *Mit einẽ vnderhembd angethan* Hiſp. *Veſtido de camiſa.* Pol. *Oblecżony w koſzule wel'niana.* Vng. *Dolmanyos.* Ang. *That is cladde with a ſhirte.*] Quintil. libro 8, cap. 3: Nec à verbis modò, ſed à nominibus quoq; derivata ſunt quædam: ut à Cicerone ſubuculatum, & ab Aſinio fimbriatum.

Sŭbvĕho, is, act. t. Adverſo flumine adveho, vehiculis, navibúsve affero. [הֵבִיא *hebí.* ὑποκομίζω. Gall. *Lauer en haut, faire monter, enleuer, emporter.* Ital. *Inhalzare ò portare.* Ger. *Hinauffführen/ etwan hinfüren.* Bel. *Opvueren.* Hiſp. *Traer debaxo arriba.* Pol. *Przewożie woze.* Vng *Axvizen ſel vizem.* Ang. *To exſtoll or lift vp, to conueigh or carie.*] Plin. lib. 31. cap 1: Saxa etiam lapides ſubvehunt, portantes aliena pondera. Livius ab Urbe: Nam feſſis omnibus viis per quas commeatus ex Samnio ſubvehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præſidio erant, legatos miſêre ad Conſulem Romanum. Ovid. lib. 8. Metamorph. illa dato ſubvecta per æëra curru Devenit in Scythiam.

Sŭbvĕctārĕ, frequentativum. [πολὺς αὐάζω Gall. *Enleuer ou emporter & charrier ſouuent.* Ital *Menare, portare ſouente.* Ger *Dahẽ führen eine füẽhens.* Hiſp. *Traer muchas vezes.* Pol. *Vſtawnie ieſtem na wozie.* Vng. *Fel viddegelem.* Ang *To liſt vp, conueigh or carie often.*] Plautus in Aſin. Ipſos qui tibi ſubvectabant rure huc virgas ulmeas. Virgilius lib. 6 Aeneidos: Et ferruginea ſubvectat corpora cymba.

Sŭbvĕctĭo, onis, f. t. Subvehendi actus. [κομιδή. Gall *Enleuement, apport, charroy.* Ital. *Eſſo menare ò cõdurre.* Ger *Führ oder führung.* Hiſp. *Traimiento, lleuamiento.* Pol. *Wożienie.* Vng *Fel vives.* Ang *Lifting vp, conueighing or carying.*] Cæſar 7. bel. Gall. Sin maturius ex hybernis educeret, ne abs re frumentaria duris ſubvectionibus laboraret.

Sŭbvĕctŭs, us, ui, m. q. idem. Tacitus lib. 15: Et proviſi ante commeatus, quorum ſubvectu, &c.

Sŭbvĕnĭo, nis, n. q. Subſidio venio, ſuppetias fero, auxilior, ſuccurro, opem fero. [עֵזֶר *hazár* ἐπικουρέω β. Gell. *Secourir, aider, ſubuenir.* Ital *Souuenire, ſoccorre, adiutare.* Ger. *Zuhülff kommen.* Bel. *Helpen* Hiſp. *Seccorrer, ayudar.* Pol. *Na pomoc przychodzie, pomagam.* Vng. *Meg ſegitem.* Ang. *To ſuccour, to aide or help.*] Plaut. Qui toties tibi miſero ſubveni. Cæſar 5. bell Gall. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti ſubvenit. Terentius Evnuch. Sed neceſſe eſt huic ut ſubveniat. Cic. ad Catõnem lib. 15: Quumq; eo animo veniſſem, ut utriq; provinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem

Sŭbvĕnītŭr, impersonale. Cic. de Aruſp. reſp. Idemq; earum templum inflammavit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubvenitur.

Sŭbvēntārĕ, frequentativum. ¶ πολὺς ἐπικουρέω. Gall. *Subuenir, ſecourir & aider ſouuent.* Ital. *Souuenire, ſoccorrere, aiutare ſpeſſo.* Ger. *Embſig zu hülff kommen/zuſpringen* Hiſp. *Soccorrer y ayudar muchas vezes.* Pol. *Vſtawnie ieſtem na pomoci.* Vng. *Meg ſegitdegelni.* Ang. *To ſuccour, help or aide often.*] Plautus Rud. Spes bona obſecro ſubventa mihi.

Sŭbvērbŭſtă, ſtæ: Id eſt, verubus uſta, inquit Feſtus. Plaut. Viſceroſam, compeditam, ſubverbuſtam, ſordidam.

Sŭbvĕrĕŏr, eris, Aliquantulum vereor, nonnihil timeo. [ὑποδέδοικα, ὑποδέδοιχα. Gall. *Craindre aucunement, auoir quelque peur.* Ital. *Dubitare, temere alquanto.* Ger. *Etlicher maß förchten / minder vnd mehr beſorgen.* Hiſp. *Temer vn poco.* Pol. *Obawam ſie.* Vng. *Maid felek.* Ang. *To feare a little.*] Cicero ad Marcellum: Venit enim mihi in mentem ſubvereri interdum, ne te delectet tarda deceſſio.

Subvĕrto, is, act. t. Deſtruo, ſive demolior, tollo, deleo. [נתס *nathás* נתץ *nathátz* נתש *nathásch* καθαιρέω. Gall *Renuerſer ce qui eſt deſſus deſſous.* Ital. *Souuertere.* Germ. *Vmbkehren / das vnder ob ſich kehren.* Belg. *Ombkeeren.* Hiſp. *Tranſtornar debaxo arriba.* Pol. *Wywracam.* Vng. *Elrontem, fel forditom.* Ang. *To deſtroye or turne vp ſide downe.*] Saluſt in Iugurth. Probarentne tantùm flagitium, an decretum Conſulis ſubverterent, parum conſtabat. ¶ Subvertere, perdere calumniis. Tacit. lib 3: Quum omnis domus delatorũ interpretationibus ſubverteretur. ¶ Subverti etiam dicuntur Fruges & legumina, quum impinguandi agri cauſa inarantur. Columell. libro 12. capite 2: Item qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demum aratro ſubvertit.

Sŭbvērto, as, are. frequentativum. [πολὺς καταστρέφω Gall. *Renuerſer ſouuent.* Ital. *Renuerſciare ſpeſſo.* Ger *Offt vnd dick vmbkehren oder vmbwerffen.* Hiſp. *Tranſtornar à menudo.* Pol *Częſto wywracam.* Vng. *Fel forditdagalom.* Ang. *To turne vp ſide downe, or deſtroye often.*] Plautus Cur. Vel qui ipſi vortãt, vel qui alios ſubverſandos præbeant.

Subvĕxŭs, adject. ut Convexus. [ἀναφερής. Gall. *Courbé en haut, comme voulté.* Ital. *Incoruato in alto, come voltato.* Ger *Obſich gebogen.* Hiſp *Encoruado en alto.* Pol. *Sklenieſzi.* Vng. *Domborodo.* Ang. *Bowed vpward lik an arche roofe.*] Livius 3. belli Pun. Omnia faſtigio leni ſubvexa.

Subvĭrĭdĭs, de, pen. corr. om. t. Aliquantum viride. [ὑποπράσινος. Gall. *Aucunement verd.* Ital *Verdegiante.* Ger. *Etlicher maß grün* Hiſp. *Coſa vn poco verde.* Pol. *Przyzielieiſzim.* Vng. *Valamemure Zöld.* Ang. *A litle grene.*] Plin. lib. 37. cap. 10: Balanitæ genera duo habent, ſubvirides, & Corinthii æris ſimilitudine. Idem lib. 25. cap 9: Therionarca fruticoſa, foliis ſubviridibus, flore roſeo.

Sŭbŭlă, læ, f. p. Inſtrumentum ſutorum, quo illi calceos ſuentes corium perforant. [מַרְצֵעַ *martzéah.* ὀπήτιον. Gall. *Alene de cordonnier.* Ital. *Lina ò leſina, ouer ſublia di calegaro.* Ger. *Ein Schumacher aht.* Bel. *Een Eſen.* Hiſp *Aleſna, inſtrumento de capatero.* Pol. *Szydl'oſzwieczkie.* Vng. *Arr.* Ang. *An awle that cordiners vſe.*] Martialis lib. 1: Quodq; tibi tribuit ſubula, ſica rapit. Colum. lib. 6. cap 5: Aenea ſubula pars auriculæ latiſſima circumſcribitur.

Sūbūlcŭs, ci, m. ſ. Cui porcorum nutriendorum cura commiſſa eſt. [ὑοφορβός. Gall. *Porcher.* Ital. *Porcaro.* Ger. *Ein Seuwhirt.* Hiſp. *Porquero, que guarda puercos.* Pol. *Swinski paſtucha.* Vng. *Disno paztor.* Ang. *A Swyneheard.*] Varro de Re ruſtica, lib. 2. cap 4: Altitudinis hæc modus ſit, ut ſubulcus facilè circunſpicere poſsit, nequis porcellus a matre opprimatur. Columella in Præfatione 1: Porculatoris verò & ſubulci diverſa profeſſio, diverſæ paſtiones.

Subŭlo, as, are, n. p. corr. Lingua Hetruſca dicitur tibicen. αὐλητὴς. Latinus apud Feſtum: Subulo quondam vicinas propter aſſidebat aquas. ¶ In alio ſignificatu ſubulones dicuntur cervi quibus ſunt cornua ſimplicia, minimeq; ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem Plin lib. 11. cap. 37: Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Idem lib. 28. cap. 17: Sunt & qui ſuum fimi cinerem profuiſſe ſcripſerint in paſſo: & cervi pulmonem, maximè ſubulonis.

Subvŏlo, as, are, n. p. Surſum volo. [ἀναπέτομαι. Gall. *Voler vn peu en haut.* Ital. *Volar in alto.* Ger. *Auff fliegen / obſich fliegen.* Hiſp. *Volar de abaxo arriba.* Pol *Podlatuie.* Vng. *Fel repwelök.* Ang. *To flie vpward.*] Plin. lib 10 cap 8: Itaq; & columbæ nevêre exitus pericula, viſoq; confidunt, aut ſubvolant. Cicero. Tuſculan. Si hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubvolent. Ovid. 14 Metam. numerusq; ex ordine major Subvolat, & remos planis circumvolat alis.

Sŭbvōlvo, is, ere; act. t. Surſum volvo. [ἀναπυλίω. Gall. *Rouler, faire rouuer* Ital *Riuolgere* Ger *Vberſich welgen / hinauff trollen.* Hiſp. *Reuoluer* Pol. *Zwierchu walic.* Vng. *Fel hömpolgetem.* Ang. *To roll vp.*] Virgil. 1. Aeneid. Inſtant ardentes Tyrii pars ducere muros, Molirique arcem, & manibus ſubvolvere ſaxa.

Sŭbŭrbĭă, n. ſ. plurali numero tantùm ſunt frequentes extra urbem domus, ſeu ſi vici urbani, quaſi ſub urbe. [פְּרָזִי *pherazi* חוּרִי *chavvóth.* τὰ ὑπὸ τὰς πύλας χωρία. Gall. *Fauxbourgs.* Ital. *Borghi.* Ger *Vorſtett* Bel *Voorſteden.* Hiſp. *Arrauales cerca de la ciudad.* Pol *Przedmieſzcia.* Vng. *Hoſtak.* Ang. *Suburbes.*]

Sŭbŭrbānŭm, ni, n. ſ. ſubſtantivum, Prædium urbi vicinum. [פְּרָזִי *mighrásch* חוּרִי *chavvóth.* τὸ ὑπὸ τὰς πύλας χωρίον. Gal. *Maiſon ou edifice es fauxbours & hors la ville.* Ital. *Caſa poſta dell'vna cità.* Ger. *Ein Gut nah bey der Statt gelegen* Hiſp. *La hazera la cerca da la ciudad.* Pol. *Folwark przedmieſzkowy* Vng. *Hatarbeli.* Ang. *A manor or piece land nere a towne.*] Sueton. in Augusto. Natalis locus ejus oſtenditur adhuc locus in avito ſuburbano inter Veliras permodicus.

Sŭbŭrbānŭs, Quod urbi eſt vicinum: [ὁ ἐγγὺς πόλεως ὤν, vel ὁ ἐν τοῖς προαστείοις ὤν. Gall. *Qui eſt des fauxbourgs ou aupres.* Ital. *Di borgo, o appreſſo alla cità.* Ger. *Nah an die Statt ſtoſſend.* Hiſp. *Cerca de ciudad.* Pol. *Przedmieſczani.* Vng. *Axmi kõzel axvarasi.* Ang. *Nigh the towne.*] ut Regio ſuburbana. Colum. lib. 7. cap. 9. Hoc autem fit longinquis regionibus, ubi nihil niſi ſubmittere expedit. Nam ſuburbanis lactens porcus ære mutandus eſt. Cic. de Divin. Ita aqua Albana deducta ad utilitatẽ agri ſuburbani, non ad arcem, urbemq; tenendam. Ros amœnus & ſuburbanum. Cicero pro Roſc. Amer. Hortulus ſuburbanus, Plin lib. 35. cap. 10

Sŭbŭrbānĭtas, atis, f. t. Vibis vicinitas. [ἡ ἐγγὺς τῆς πόλεως ὁμοιότης τῶν προαστείων σωμάτων Gall. *Vn voiſinage de la ville, ou ſont les fauxbourgs ſotto la cità.* Ger. *Die Nachbawrſchafft deren ſo in Vorſtetten wonen.* Hiſp. *Cercanidad de la ciudad* Pol *Przedmieſczenie, ſkrze.* Vng. *Varoſnak közel volta.* Ang. *The neighbourhood of ſuburbes.*] Cicero 4. Ver. de Sicilia loquens: Nec populo Romano jucunda ſuburbanitas eſt hujus provinciæ.

Sŭburo, uris, uſsi, Leviter aduro [ὑποκαίω Gall *Bruſler vn peu.* Ital. *Ardere ò abbruſciare alquanto:* Ger. *Beſengen / vnden auff ein*

ſtein abbrennen. Hiſp. *Quemar vn poco.* Pol. *Przipaliam.* Vng. *Keueſſe meg egetem.* Ang. *To burne a litle.*] Suetonius in Auguſto: Solitusq; ſit crura ſuburere nuce ardenti, quò mollior pilus ſurgeret.

Sūbvūltŭrĭŭs, a, um, [ὁ ἐν γυπειδὴς, γυπὶ παρόμοιος. Gall. *Rapineux & noiraſtre comme le vaultour.* Ital. *Alquanto rapace come l' auoltore.* Ger. Etlicher maß der Raubgeiren art. Hiſp. *Arrebatador como el bueytre.* Pol. *Poniekad zwarzi k ſobie kradnacei.* Vng. *Kefelyð moggyara valo.* Ang *Rauenous.*] Vox eſt à Plauto riſus movendi gratia conficta, qui Ampeliſcæ puellæ corpus ſubvulturium tribuit, quòd vulturis ritu raperet aſpicientes. Verba ejus ſunt hæc in Rudente: Proh dii immortales! Veneris effigia hæc quidem eſt, Vt in ocellis hilaritudo? eia, corpus cujuſmodi Subvulturiũ? illud quidèm ſubaquilum volui dicere.

Sūccēdo, is, n. t. Subeo, ingredior. [ὑπαδύομαι. Gall. *Succeder, venir en la place, entrer.* Ital. *Andar ſotto, ſuccedere, intrare.* Ger. Hinundergehen. Bel. Ondergaen. Hiſp. *Succeder à otro.* Pol. *Podchodze.* Vng. *Be megyök.* Ang. *To ſucced, to come in an others roome.*] Cicero pro Domo ſua: Is tectum, quod imbris vitãdi cauſa ſuccederet, nullum habebat. Virgil. lib. 3. Georg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ, Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere virus. Cæſar 2. belli Gall. Murusq; defenſoribus nudatus eſt: teſtudine facta portis ſuccedunt, murumq; ſubruũt. ¶ Succedo aliquàndo ponitur pro in alterius locum venio. ἀμείβομαι, ὑφίζανω. Cæſar 5. bell. Gall. Stationesq; diſpoſitas haberent, atq; alios alii deinceps exciperent, integriq; & recentes defatigatis ſuccederent. Cic. 3. Offic. Quid ergo? hic non noceat qui quondã quaſi veneno perficiat ut veros hæredes moveat, in eorum locum ipſe ſuccedat? ¶ Inde ſucceſſor, ἀμοιβεύς, & Succeſſio, ἀμοιβή. de quibus infrà. ¶ Accipitur aliquãdo ſuccedere, pro proſperè cedere, ſeu feliciter evenire. [הִצְלִיחַ *hitsliach.* εὐοδοῦμαι.] Terent. in Andr. Hãc nõ ſucceſſit, alia aggrediamur via. Liv. 8. ab Vrbe: Vt ſi ſucceſſiſſet incœptum, cogitaret popul. Rom. potius, cum quãto ſtudio, periculoq; reditum in amicitiam ſuam eſſet, quàm qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum. Cicero ad Brutum: Nos te, tuumq; exercitum expectamus: ſine quo (ut reliqua ex ſententia ſuccedant) vix ſatis liberi videmur fore. ¶ Succeſſit, accipitur pro accidit. Plin. lib. 28. cap. 8: Quòd ſi ſucceſſit alienari mente, vel ex equo hominem decidere. ¶ Succeſſum eſt, impersonaliter. Cicero ad Plancum lib. 13: Qui quum fortè Quæſtor Macedoniã obtineret, neq; ei ſucceſſum eſſet, Pompeius in eam provinciam cum exercitu venit.

Sūccēſſŭs, a, um, participium paſſivum ſine verbi origine, Proſperè ſuccedens, proſperè factus. Cic. ad Tiron. lib. 16: Nam quum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa, tum tua: ſocium enim te meorum commodorum ſemper eſſe volui. τὰ ἐπιτυγήματα, τὰ κατορθώματα, τὰ κατευοδώματα.

Sūccēſſŭs, us, m. q. Eventus tàm malus quàm bonus. [τύχη. Gal. *Bonne iſſue, bonne fin, bon-heur, ſuccez.* Ital. *Auuenimento.* Ger. Ein außgang/ oder fortgang/ er ſey gut oder böß/ glückſat. Bel. Eenen vaortganck. Hiſp. *Lo que ſuccede.* Pol. *Szczeſcie, przypadek ſ'i albo dobri.* Vng. *Ki menetel, kõ vetkezen dõ. dolog.* Ang. *The end and iſſue, ſucceſſe.*] Vnde bonum ſucceſſum, & proſperos ſucceſſus, & infœlices ſucceſſus legimus. Virgil. lib. 2. Æneid, Atq; hoc ſucceſſu exultàns, animisq; Chorœbus. Liv. 1. ab Vrbe, in Præfat. Cum bonis potiùs ominibus, votisq; ac precationibus deorum, dearumq;, ſi (ut Poëtis) nobis quoq; mos eſſet, libentiùs inciperemus: ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Ovid. 8. Metamorph. Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus, Quàm Meleager erat. Idem Epiſt. 1: Flebãm ſucceſſu poſſe carere dolos.

Sūccēſſă, orum, pluralis numeri. τὰ ἐπιτυγήματα, τὰ κατορθώματα. Ovid. 2. Metamorph'. Murmura parva dedit, ſucceſſorumq; Minervæ Indoluit.

Sūccēſſŏr, oris, m. t. Qui alteri ſuccedit. [ἀμοιβεύς. Gall. *Succeſſeur.* Ital. *Succeſſore* Ger. Ein Nachfahr/ Nachtomer/ Der einẽ etwas inn nachtrittet. Hiſp. *El que ſuccede à otro.* Pol. *Moi namieſnik.* Vng. *Vtannam kõuet kõ, en dõ.* Ang. *He that ſuccedeth.*] Cicero ad Caninium, lib. 2: Marium quidem ſucceſſorem tardè video eſſe venturum. Martial. lib. 9: Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres.

Sūccēſſōrĭŭs, Quod ad ſucceſſionem pertinet. Hinc apud Iuriſconſultos ſucceſſorium edictum, quo prætor ſucceſſionem permiſit, inter eos quibus bonorum poſſeſſio defertur.

Sūccēſſĭo, onis, f. t. Ipſe ſuccedendi actus. [ἀμοιβή. Gall. *ſucceſſion.* Ital. *Succeſſione* Ger. Nachtommung/ nachtrettung. Hiſp. *Obra de ſuceeder.* Pol. *Naſlemp.* Vng. *Valami vtan valo kõuet kõ-ues.* Ang. *Succeſſion.*] Cælius ad Ciceronem lib. 8. Epiſt. Prætera Marcellus quòd adhuc nihil retulit de ſucceſſione provinciarum Galliarum. Cic. 1. de Finib. Vt enim quum cibo, potioneq; fames, ſitisq; depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionẽ affert voluptatis: ſic in omni re, doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.

Sūccĕſſĭvĕ, adverbium. [Vng. *Rendel vtanna menue.*] Spartianus in Caracalla: Eumq; cum Severo profeſſum ſub Scævola, & Severo in advocatione fiſci ſucceſſivé.

Sūccēdānĕŭs, a, um, Quod alteri ſuccedit. ſeu quod pro alio ſubjicitur, ſecundarius. [ὑποδολιμαῖος. Gall. *Succeſſeur, ſuccedant, ou eſtant mis au lieu d' vn autre.* Ital. *Succeſſore, vicario.* Ger. An ſtatt eines anderen dargeſtelt. Hiſp. *Coſa que ſuccede à otro.* Pol. *Namieſnik.* Vng. *Vtannam kõuet kõzendõ.* Ang. *That ſuccedeth and is put in an others roome.*] Plaut. in Epid. Mẽ' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam, Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum? ¶ Legitur & Succidaneum à ſuccidendo: ut paulò pòſt docebimus ſuo loco.

Sūccēndo, is, act. t. Ignem ſubjicio, accendo, incendo. [להט *laháth* בער *bíhér* הבעיר *hibhír.* ὑποκαίω, ὑποτύφω, ὑφάπτω. Gall. *Enflamber, mettre le feu deſſous & allumer.* Ital *Infiammare.* Ger. Vnden anzünden. Hiſp. *Encender.* Pol. *Odeſpodk podpaliam.* Vng. *Fel gyuytom.* Ang. *To burne, to kendle.*] Liv. 8 belli Punici: Quum turbam fœminarum, puerorumq; imbellem, inermemq; cives ſui cæderent, & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraq; injicerent corpora.

Sūccēnſŭs, participium. [אבער *mebohár* αὐημμένος, ἀμπυρος, φλόμενος. Gall. *Allumé, enflambe.* Ital. *Allumato, infiamato.* Ger. Angezündet. Hiſp. *Encendido.* Pol. *Zapalioni, zapgnioni.* Vng. *Fel guyulaztatot gõrõsztetõt.* Ang *Kendled.*] Cicero in Piſonem: Sapiens etiam ſi in Phalaridis tauro incluſus ſuccenſis ignibus torreatur, &c.

Sūccēnſĕo ſes, n. t. In re gravi & juſta ex cauſa iraſcor, ut ait Donat. [קצף *katsáph* זעף *zaháph.* ὀργαίνειν. Gal. *Se marrir & courrucer.* Ital. *Accorrocciarſi, adirarſi.* Ger Vber einẽ erzürnet/ oder hõn ſeyn. Bel Gram ſyn. Hiſp. *Enſannar à otro.* Pol. *Sl'uſznie ſie gniewam.* Vng. *Valakire haragzom.* Ang. *To be angrie.*] Cic. 4. Acad. Cur mihi magis ſuccenſeris? qui iſta nõ aſpernor: quàm eis, qui quum audiunt, deſipere nos arbitrantur? Ovid. Epiſt. 16: Nec tamẽ iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti? Cicero pro Dejotaro: Nõ enim jam metuo, ne tu illi ſuccenſeas: illud vereor, ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere.

Sūccēntŭrĭo, act. p. Explendæ centuriæ gratia ſubſtituo, vel centuriæ ſubſtituo. [ἐπιλαγχάνω. Gall. *Fourvir & remplir vne bande au lieu des abſents.* Ital. *Rimetter genti in luogo de gli aſſenti.* Ger. Die abgangne/ oder geſchweinerte zahl wider mit anderen erſetzen. Hiſp. *Soccorrer deſpues à otro.* Pol *Huſſumieſſoni inſzim ſol-nierzem wipel'niam.* Vng. *Az zaz zamban az ki allót nep helyebe maſt allatok.* Ang. *To furnish a bande in place of the abſents.*] Vnde ſuccenturiati milites dicuntur, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, qui ad inſidiandum maximè collocabantur. Ex quo in ſuccenturiis: hoc eſt, in inſidiis, quempiam collocatum dicimus. Terentius in Phorm. Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hîc ero Succenturiatus.

Sūccĕrdă, æ, f p. Stercus ſuillum, interprete Feſto. [βόκος. Gal. *Fiente de porceau.* Ital. *Merda porcina.* Ger. Ein ſeümbreck. Hiſ. *Frica ò eſtiercol de puercos.* Pol. *Swiny gnoi.* Vng *Kan, disno zár.* Ang *Swine dung.*] Titinnius: Quid habes niſi unam arcam ſine clave? eò condis ſuccerdas. Rectiùs videtur unico c ſcribi poſſe. Nam apud Lucilium corripit primam ſyllabam: ex quo hunc verſiculum citat Nonius: Hîc in ſtercore humi fabulisq; ſimo, atq; ſucerdis.

Sūccĕrno, is, ere, Separo, ſecerno. [הבדיל *hibdíl.* ἐκκρίνω. Gal. *Separer, cribler, ſaſſer, tamiſer.* Ital. *Separare, ſpartire.* Ger. Abſünderen. Hiſp. *Cernir, apartar.* Pol. *Odl'aczam.* Vng. *El valaztom, ki valaztom.* Ang. *To range meale with a ſiue, to ſeuer.*] Plin. lib. 18. cap. 11: Farinario cribro ſuccernunt. Cato cap. 18: Eo calcem cribro ſuccretam indito altè digitos duos.

Sūccĕſſĭo Succeſſor, Succeſſus, Vide SVCCEDO.

Succīdo, is pen prod. act t. Subtèco, abſcindo: à ſub, & cædo, [גדע *gha thah* גרד *gharáh* ὑποτέμνω, ὑποκόπτω. Gall. *Couper par bas, ou par deſſous* Ital. *Tagliar ſotto.* Ger. Vnden abhauwen oder abſchneyden. Bel. Affſnyden. Hiſp. *Cortar debaxo.* Pol. *Odeſpodz odcynam.* Vng. *Ki vagom, tõ vebõl ki vagom.* Ang. *To cutt downe.*] Virgil. 1. Georgic. At rubicunda Ceres medio ſuccidituꝛ æſtu. Plin. lib. 16. cap. 12: Poſtea tota arbor ſuccidituꝛ, & medulla ejus uritur. Cæſar 4. belli Gallici: Omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſucciſis.

Sūccīdānĕæ hoſtiæ. Dicebantur quæ ſecundo loco cedebantur. αἱ πρωτοβαλκόρδμιαι θυσίαι. Apud veteres enim, ſi primis hoſtiis litatum non fuiſſet, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur duæ, quæ prioribus jam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebantur. Feſtus.

Sūccīdĭă, diæ, f p. Tergum, ſive maſſa carnis porcinæ ſalita, & in neceſſarium uſum ſervata: ita dicta quòd quoties opus eſt, ſuccidituꝛ. [πελιχέα Gall. *Eliche de lard.* Ital. *Mezena di porco ſalato.* Ger. Einſeiten/ oder ein ander ſtuck ſchweinin fleiſch/ darab man/ wann es noht thut/ hauwen kan. Bel. Een ſijde ſpecks. Hiſp. *El lardo de puerco ſalado.* Pol. *Pol'ec mieſſa.* Vng. *Sos zalonna.* Ang. *A flitch of bacon.*] Nonius ſuccidiam pro lardo exponit. Continet

autem pernam, petasonem, & lardum. Cicero in Catone: Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Varro lib. 4. de lingua Latia. non à succidendo, sed à suibus cædendis dictam existimat. Nam id pecus primùm occidere cœperunt, & ut id servarent, salire. Idem de Re rustica, lib. 2. cap. 4: Quis enim nostrûm fundum colit, quin sues habeat: & qui non audierit patres nostros dicere, ignavum & sumptuosum esse qui succidiam suspenderit in carnario potiùs ab laniario, quàm ex domestico fundo?

Sūccīsīvŭs, a, um, vel quod magis placet eruditis, subcesivum, dicitur omne quod tanquam supervacaneum succiditur, & rebus detrahitur. ut Succisivum tempus, quod subtrahitur rebus magis seriis, ut ad aliquem usum accommodemus. [τὸ παρεργον, ὁ ἐν τῷ παρεργῳ γλιόρῳ. Gall. *Ce qu'on rogne & quasi desrobe de ses principales affaires.* Ital *Sottratto dalle imprese necessarie per fare altre cose.* Ger Das nohtwendigen sachen entzogen wirdt/ oder näben ernstlichen dingen geschicht. Hisp *Cortado y quasi hurtado de principales negocios.* Pol. *Czas pimeiszim sprawom odsetu a do mnieyszich obrocony.* Vng. *Valamitwl el vonyattatot el meczetőt el patot dolog.* Ang. *That is cutt, drawen or severed frome.*] Gellius lib. 20. cap. 11: Quantum autem vitæ mihi deinceps deûm voluntate erit, quamtumq; à cura & à re familiari, procurandoq; cultu liberorum meorum dabitur otii, ea omnia succisiva, & subsecundaria tempora, ad colligendas hujusmodi memoriarum delectatiunculas conferam. Cic. 1. de Legib. Succisiva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: ut siqui dies ad rusticandum dati sint, ad numerum accommodentur, quæ scribimus. ¶ Succisivæ operæ, quæ gravioribus rebus sunt intermixtæ, cùm aliquid otii ab illis datum est. Cicero 2. Philipp. Nec verò tibi de versibus respondebo: tantùm dicam breviter, neq; illos, neq; ullas te omnino literas nosse: me nec Reipub. nec amicis unquam defuisse: & tamen omni genere monimentorum meorum perfeciſſe operis succisivis, ut meæ vigiliæ, meæq; literæ, & juventuti utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrent. ¶ Mensores etiam tertæ nonnũquam dicunt, In succisivum esse unciam agri, aut sextantem, quum ad jugerum interdum pervenerant, & aliquid præter id, quod demetiendum erat, supereſſe videbatur. ¶ Succisiva in agrorum divisionibus dicuntur assignatorum agrorum reliquiæ, quæ à normali linea superabant. ¶ Succisivum (inquit Frontinus) à subsecante linea nomen accepit. ¶ Succisivorum duo genera, unum quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit. Alterum genus quod in mediis assignationibus & integris centuriis intervenit: quicquid enim inter quatuor limites minus, quàm intercluſum est, fuerit assignatũ, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui assignationi supereſt, linea claudatur, & subsecetur. Nam & reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem intereſt, succisivum appellatur. Hæc autem (ut scribit Hyginus) divisionum atq; assignationum autores sibi reservabant. Ab hac similitudine operæ, horæ, dies & tempora, quæ amicorum, fori, Reipub. negotiis supersunt, atq; ex iis quasi subsecantur, quæ nobis reservamus, & perire non sinimus, sed aut legendo, aut scribendo, aut commentando consumimus, subcesiva nominantur. Eam enim scripturã à doctioribus magis probari video, quàm ut scribi solet, succisiva. Cic. 1. de Leg. Subcesiva quædã tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.

Sūccĭdo, is, pen. corr. Sub onere, vel præ lassitudine succumbo: à sub & cado. [ὑποπίπτω. Gall. *Cheoir dessous.* Ital *Cascar sotto.* Germ. Empfallen/hinfallen. Hisp. *Caer abaxo.* Pol. *Pod cżieżaren vpadam.* Vng. *El esẽm alatta.* Ang. *To fall downe or vnder, as one on his knees.*] Gell. Iam continuo labore gravia genua succiderant. Plaut. in Curc. Genua media succidunt lassitudine.

Sūccĭdŭus, a, um, Pronus ad cadendum, sive fermè cadens. [κατάπτωτος. Gall. *Qui cheoit presque, qui cheoit aisément.* Ital. *Disposto à cadere.* Ger. Zum fall genetgt. Hisp. *Cosa que cae baxia baxo.* Pol. *Do vpadnienia skłonni.* Vng *El esẽsre haylan do.* Ang. *That falleth easilie or is nigh to fall.*] Claudian. lib. 3: Succidui titubant gressus. Ovidius Epistol. 16: Succiduo dicor procubuisse genu. Idem 10. Metamorph.. at illi Poplite succiduo genua intremuêre: fugitq; Et color & sanguis, animusq; reliquit euntem

Succĭdŭs, Vide SVCCVS.

Succĭngo, is, Vestis lacinias cingulo coërceo, ut solemus, quò expeditiores simus ad aliquod opus faciendum. [שׁכם schinnés אתר aphádh אזר azár. ὑποζώννυμι. Gall. *Trousser & ceindre par dessous.* Ital. *Cingere, circondare.* Ger. Sich auffschürtzen. Hisp. *Cennir por debaxo.* Pol. *Podpassuie sie.* Vng. Föl körẽm. Ang. *To gird.*] Horatius 2. Serm. Satyr. 2: veluti succinctus curritat hospes. ¶ Nonnunquam ponitur pro circumcingo, sive ambio. Ovidius 13. Metamorph. Illa feris atram canibus succingitur alvum, Virginis ora gerens. De Scylla. ¶ Vrbs succincta portubus: hoc est, circumsepta, ac munita. Cic. de lege Agrar. Deleta Carthago est, quòd cùm hominum copiæ, tũ ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris, &c. Pectora succincta cutis, Stat. 5. Sylv.

Sūccīnctŭs, nomen ex partic. [משׁאם meschunnás אתר aphádh אזר azár ὑποζώννυμι. Gall *Ceint par dessous.* Ital. *Cinto di sotto.* Ger. Obsich zusammen gezogen/zuhettig Hisp. *Cennido por debaxo.* Pol. *Podpassani.* Vng. Föl kötteött. Ang. *Girded.*] Plinius libro 16. cap. 10: Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quos tribulos vocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctioresque, & cliodes. Hoc est, ima sui parte minus ramosas.

Sūccīngŭlum, li, n. s. sive Subcingulum, idem cum baltheo, teste Festo. ζωστήρ.

Sūccĭno, nis, n. t. Canendo subsequor, posteriore loco canos huic opponitur Præcino. [ὑπῳδή. Gall. *Souschanter, chanter apres vn autre, respondre à celuy qui chante.* Ital. *Cantare con vn altro & di bassa voce.* Ger. Einem nachsingen. Bel. Leech singen. Hisp. *Cantar con otro y por debaxo.* Pol. *Zaimsim spiewam.* Vng. Vtanna enekłök. Ang. *To sing after or answer to an other in singing.*] Horatius lib. 1. Epist.. clamat, Victum date, succinit alter, Et mihi dividuo findatur munere quadra. ¶ Accipitur etiam succinere pro eo quod est, submissa voce canere.

Sūccĕntōres dicũtur, quos vulgus *Bassos* appellat. Contrà cantores, qui vocem maximè acuunt. Occentores autem, qui medium inter utrunq; servant tenorem.

Sūccĭnum, succini, pen. corr. n. s. Electrum. [ἤλεκτρον. Gall. *Ambre.* Ital. *Ambro.* Ger. Agstein. Hisp. *Ambar.* Pol. *Burszt.* Vng. *Gyantabol valo.* Ang. *Amber wherof beades &c made.*] Veteres putaverunt esse lacrymam ex arboribus pinei generis. Verùm hodie deprehensum est à viris doctis, qui Pruteniam totam peragrarunt, nihil aliud, esse quàm bitumnis genus ex faxis profluens: primò liquidum, sed postea maris frigiditate condensatum. Succinum (inquit Ruellius) vulgus medicorum *ambram citrinam* vocat. Mauritani *Karabe*. Gestatur à nostris mulierculis decoris gratia: quædam monilium vice, aliæ in orbiculis, quibus preculas suas numerant. Dictum succinum, quod succus esse crederetur profluens ex arboribus pinei generis. Plin. lib 37. cap. 3: Arboris succum esse prisci nostri credidêre, ob id succinum appellantes. Amati Lusitani de succino sive electro verissima verba ita habent: Plinii, *inquit*, verba vera esse hodie cognoscimus, quum in mari Baltheo electrum sive succinum ex quo preculæ sive coronæ fiunt, colligatur & nusquam alibi: quòd vero gummi arboris pineæ simile est, ipsius in attritu pineus odor attestatur, cùm adhuc glutinosum à fluctibus marinis in littus ejicitur. Nascitur enim electrum, liquidum, tanquam pini resina, quod cùm mustum fluit, formicas, muscas, paleas, & alia rapit, quæ omnia postea in eo densato, videntur, ut Martialis hoc distichо complexus est:

Quum Phaëthontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.

Hæc verissimè ita se habere, egomet ipse colligens succinum in littore Dantiscano sum expertus.

Sūccĭnŭs, a, um, adjectivum, Quo id significatur quod ex succino constat. [ὁ ἠλέκτρινος, ὁ ἐξ ἠλέκτρου. Gal *D'ambre.* Ital. *D'ambro.* Ger. Agsteinin/auß agstein. Hisp. *De ambar.* Pol *Burszt[illegible].* Vng. *Gyantabol valo.* Ang. *Of amber.*] Martial. lib. 6: Quum Phaethontea formica vagatur in umbra, Implicuit tenuem succina gutta feram.

Succĭsīvum tempus, Vide SVCCIDO, succidis.

Sūcclamo, as, n. p. Acclamo, alterius orationem clamore excipio. [ἐπιφωνέω. Gall. *S'escrier apres que quelqu'vn a dit quelque chose* Ital. *Gridare.* Ger. Zuschreyen. Hisp. *Dar voces ò llamar de baxo, gritar.* Pol. *Na mowiacego wołam.* Vng. Vtanna vagy fölszama vtan vaßlitßk. Ang. *To crie after that one hathe sade any thing.*] Cicero lib. 8 Epist. Succlamatum est frequenter à militibus. Livius lib. 5. ab Vrbe: Hæc Virginio vociferanti sucelamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos.

Sūcclāmātĭo, onis, f. t. Acclamatio. [ἐπιφώνημα. Gall. *Escri, ou dit & parolle d'autruy.* Ital. *Grido.* Ger Zuschreyung Hisp. *Grita.* Pol. *Przydrugim wołam.* Vng. *Zawa vtan kialtas vagy beszed.* Ang. *Acclamation, or a consent signified by crying.*] Livius 10 bell. Maced. Si ex eo quòd aut inter se loquantur, aut sucelamationibus apud concionantem Imperatorem significent, quid sentiant, &c.

Sūccōllo, as, Collum suppono, cervicibus subjectis porto: quod propriè eorum est, qui aliquem in lectica gestant. [ὑποπαμφαλοκαθέομαι. Gall. *Charger sur son col ou sur ses espaules.* Ital. *Portar su le spalle.* Germ. Auff dem Halß / oder den Achsseln tragen. Hisp *Llevare enel cuello ò acuestas.* Pol *Na szyy nosze* Vng *Nyakamat ala vetẽm.* Ang. *To beare vpon my neck or sulders, to put my neck vnder any thing.*] Suetonius in Claudio Cæsare, cap. 10 Ab his lecticæ impositus: & quia servi diffugerant vicissim succollatubus in castra delatus est.

Sūccōr-

Sūccōrtrīllā, Dictio eſt prorſus obſoleta, quę apud antiquiſſimos ſignificabat vocem tenuem & claram: quod annotavit Feſtus, citans illud Titinnii: Fœmina fabula ſuccortrilla vocula.

Sūccrēſco,is, n.t. Subnaſcor, in ſubſidium vel locum alterius creſco, vel ſub re aliqua altiore creſco. [ַגדַח *ghadhál.* ὑποφύομαι. Gall. *Croiſtre au deſſous, aller en croiſſant, croiſtre peu à peu.* Ital. *Andar creſcendo, ò creſcer di naſcoſo.* Ger. Herfürwachſen / vnden fur wachſen Hiſp. *Crecer ſecreto.* Pol. Wyraſtam. Vng. *Alatta nőnők, helyeben nőnők.* Ang *To grow vnder and low, to waxe more and more.*] Colum. lib 4. cap. 14: Frequenter ſolum exercendum eſt, quum id incremento ſuo vites inumbrent, nec patiantur herbam ſuccreſcere. Ovid. 9. Metamorph.- ſuccreſcit ab imo, Tortaq; paulatim lentus premit inguina cortex. Idem 8:- hauſtum cratera repleri Sponte ſua, per ſeq; vident ſuccreſcere vina. Plaut Trinumm Interim mores mali, quaſi herba irrigua, Succreverunt uberrimé. ¶ Per translationem, Succreſcere gloriæ ſeniorum, & ſuccreſcere ætati alicujus. Cic. 3. de Oratore: Nõ enim ille mediocris orator veſtræ quaſi ſuccreſcit ætati, ſed & ingenio peracri, & ſtudio flagranti.

Sūccūbā, & Succubi, qui dicantur, vide in verbo S V C C V B O.

Sūccŭbo, as, are, n.p. Viro me ſubjicio, ſuccumbo. [ὑπίκειμαι, ὀχεύομαι. Gall. *Cheoir deſſous.* Ital. *Cadere di ſotto.* Ger. Vnden ligen Hiſp. *Caer debaxo.* Pol. *Odeſpodz lieje.* Vng. *Ferfi ala fekŭm.* Ang. *To lye vnder.*] Vnde & ſuccuba dicitur adultera quæ alieno ſuccubat viro. ¶ Item dæmones quidam dicti ſunt ſuccubi, qui aſſumpta muliebri ſpecie, viris ſe creduntur ſubjicere: quemadmodum incubi appellantur, qui virorum ſpecie aſſumpta, mulieres inire exiſtimantur.

Sūccŭbā, æ, f. p. Adultera, quæ ſe alieno marito ſubjicit. [מְנָאֲפָה *menaaphdh.* μοιχαλὶς, μοιχεύτρια. Gall. *Adultere.* Ital. *Adoltera* Ger. Ein ôder Hurenſack ſo ſich vnder einen anderen Mann legt. Hiſp. *La que ſe ayunta con marido ageno, adultera.* Pol. Cząd ſoł ożnica, kurwa. Vng. *Ferfi ala fekŭ kurua, parazna.* Ang A whore or harlot lying with another maunes husband.] Ovid. epiſt. 6: -lecti quoq; ſuccuba noſtri Mœreat, & leges ſentiat ipſa ſuas. Succuboneum pro ſuccuba Titinnius poſuit in Pſaltria: Contemplari ancillas quam arbitror illarum ſuccuboneum eſſe. Ex Nonio.

Sūccūmbo, bis, bui, bitum, n.t. Vincor, defatigor, oneri impar ſum. [נָפַל *naphál.* ἀπαγρεύω, ἀπολείπομαι, ὑπίκειμαι. Gall. *Tomber & cheoir en bas, ſoccomber, ſe laiſſer cheoir comme vaincu & las.* Ital. *Sottogiacere è cader di ſotto.* Ger. Vnder etwas ertigen. Hiſp. *Caer debaxo, ſer vencido.* Pol. Pod częzarem vpadam. Vng. *Le eſŏm alatta alalatta eſŏm.* Ang *To fall downe or vnder.*] Livius 6. ab Vrbe: Cui ſuccumbere oneri coacta plebes. Ovid. 4. Faſtor. Eleg. 2: Iam fera Cæſaribus Germania, totus uŗ orbis, Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. ¶ Succumbere ad animum relatum, pro frangi, & ita debili animo eſſe ut ferre adverſa nequeamus. Cic. 2. de Finib. Potius ergo illa dicantur, turpe eſſe viro debilitari, dolore frangi, ſuccumbere. Idem 2. Tuſculan. Pugiles verò etiam cùm feriant adverſarium, in jactandis cæſtibus ingemiſcunt: non quòd doleant, animóve ſuccũbant: ſed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitq; plaga vehementior. Virgil. 4. Aeneid. Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.

Sūccūrro, is, n.t. Subvenio, ſubſidio ſum, auxiliũ præſto, ſuppetias fero. [עָזַר *haZár.* βοηθέω, ἐπικουρέω. Gall. *Secourir.* Ital. *Soccorrere, ſouenire, porgere ayta, ſocorſo.* Ger. Hinzu lauffen zu helffen / zuſpringen in der noht. Bel. Helpen. Hiſp. *Socorrer, dar ayuda.* Pol. Wpotrzebie vſpomagam. Vng. *Segitſigedre futok.* Ang. *To ſuccour or help.*] Virgilius Aeneid Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Cicero pro Sexto Roſc. Licet omnia pericula impendeant, ſuccurram atq; ſubibo. Idem pro Rabirio: Ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortunisq; communibus. Ovid. 1. Triſt. Ele. 4. - rebus ſuccurrite læſis. ¶ Item ponitur pro in mentem venire. ὑπεισέρχομαι Cicero: Neq; enim mihi ſuccurrebant verba quæ ante diceſſum à Dolabella audieramus. Cicer. filius ad Tironem lib 16: Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, grave eſſe me de judicio patris judicare. Virg. 2. Aeneid. - pulcrumq; mori ſuccurrit in armis.

Sūccūrſum, impersonale. Plin lib 23 cap. 1: Intellectũ ibi remedium eſt, potuq; ſuccurſum. Liv. 3. ab Vrbe: Se quoq; id generi ac nomini dare: nec cum eo in gratiam rediſſe, cujus adverſæ fortunæ velit ſuccurſum.

Sūccŭs, ci, m ſ Humor tàm in animalium quàm in plantarum corporibus, quo illa alunturita dictus à ſugendo, ut quidam volunt, quòd ſingula membra, quantum cuique opus eſt, ex eo exugant, attrahantq; [χυλὸς, χυμός Gall. *Suc, ſeue.* Ital. *Succo, humore.* Ger Ein ſafft Bel Sap. Hiſp *Cumo.* Pol. *Sok.* Vng. *Leu, nedueſſeg.* Ang. *Iuice, all kind of licour.*] Cicero 2. de Natur. Deorum: Principio eorum quæ gignuntur è terra ſtirpes & ſtabilitatem dant iis quæ ſuſtineantur, & ex terra ſuccum trahunt, quo alantur ea quæ radicibus continentur. Virgilius 3. Aeglog. Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. ¶ Succus pomorũ, pro ſapore. χυμός. Virgil. 2. Georg Pomaq; degenerant, ſuccos oblita priores. Qui rem herbariam ex profeſſo tractandam ſuſceperunt, ſuccum diſtinguunt à lacryma & liquore: ut lacryma ſit quæ ſponte profluit: liquor qui ſcarificato cortice emanat: ſuccus, qui ex planta contuſa exprimitur. Quæ differentia, ut cognitu digna eſt, ita à ſcriptoribus nullo pacto obſervatur. Nam & Plinius ſuccum accipit pro reſina ſive pice ex arboribus ſponte profluente. Ita enim habet lib. 16: Arborum ex quibus manat ſuccus, aliæ picem, aliæ reſinam mittunt. ¶ Succus civitatis per translationem. Cicero ad Atticum lib. 4: Amiſimus, mi Pomponi, nõ omnem modò ſuccum & ſanguinem, ſed etiam colorem & priſtinam ſpeciem civitatis.

Sūccōſŭs, Plenus ſucco, quod & ſucculentum dicimus. [χυλώδης Gall *Plein de ſuc, & d' humeur, ſeueux.* Ital. *Pien di ſucco.* Ger. Safftig / voll ſafft Hiſp. *Cumoſo, lleno de cumo.* Pol. *Pel'en ſoku.* Vng. *Leues nedues.* Ang. *Full of iuice.*] Plin. lib. 12. cap 25: Exit & in Pamphilia, ſed acrior minusq; ſuccoſus. ¶ Locus ſuccoſus: id eſt, natura humectus & irriguus. Colum. lib. 2. cap. 17: Meliusq; habetur fœnum quod natura ſuccoſo gignitur cœlo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. ¶ Succoſior comparativum. Colum. lib. 4. cap. 29: Id porrò in aliis ſtirpium generibus, quæ firmioris & ſuccoſioris libri ſunt, poſſe fieri ſanè concederim.

Sūccĭdŭs, a, um, pen. cor. à ſuccidendo, aut à ſucco: aut, ut Varro putavit, à ſudore dictum eſt: ut Lana ſuccida: hoc eſt, pinguis, ſordida & nondum lota: hoc eſt, talis qualis ſucciditur. [Græci ἄλουτον vocant. Gall *Plein de ſuc, ſeueux & humide.* Ital. *Graſſo, ſporco* Ger Neüwgeſchorne wüſte Wollen. Hiſp *Coſa ſuzia, ò coſa xugoſa.* Pol. *Pel'en wolgetnoſzi.* Vng. Wŏgebe valo, otſmanyſiros. Ang. *Full of iuice, moiſte, as vnwaſhed woll.*] Varr. de Reruſt lib. 2. cap. 11: Tonſuræ tempus inter æquinoctium vernũ & ſolſtitium, quum ſudare incœperunt oves: à quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata. Iuven Satyr. 5 Qualis cœna tamen? vinum quod ſuccida nolit Lana pati.

Sūccŭtĭo, tis, ſecunda ſyllaba correpta, act. t. compoſitum ex præpoſitione ſub & verbo quatio, Paululũ quatio. [הִרְעִישׁ *hirhiſch.* ὑποσείω. Gall. *Secouër, aller au trot, trotter.* Ital. *Trottare, andar di trotto, ſcuotere.* Ger. Auffſchüttlen. Hiſp. *Sacudir.* Pol. *Strząſam.* Vng. *Ala verŏm, verŏgetŏm, wŏgetŏm.* Ang. *To ſhake or jogge, to trott.*]

Sūccūſſo, as, frequentativum, proprieq; dicitur de equis qui duriore gradu incedentes, ſefforem concutiunt: quod genus equorum & ſuccuſſores, & ſuccuſſarios, & ſuccuſſatores appellamus. [πολὺς ὑποσείω. Gall. *Secoüer ſouuent, donner pluſieurs ſecouſſes.* Ital. *Scuotere ſpeſſo.* Ger. Auffhotzlen / erſchuttlen eins ſchüttlens wie die hart trabenden Roſſz den Reüteren thun. Bel. Hart draven Hiſp. *Sacudir à menudo.* Pol. *Strząſaci.* Vng. *El vetŏm ala haytom.* Ang *To jogge often, to trott.*] Accius: Agite ac vulnus ne ſuccuſſet greſſus, cautè ingredimini. Lucilius: Succuſſatoris tardi, rariq; caballi.

Sūccŭſſŏr, ris, m.t. ut Equus ſuccuſſor vel ſuccuſſator. [Vng. *Hanyo lo.*] Lucilius apud Gellium lib. 1. cap. 16: Campanus ſonipes ſuccuſſor, nullus ſequetur.

Sūccūſſŭs, us, m.q. [רַעַשׁ *ráhásch.* ὁ ὑποσεισμὸς, ὁ ὑπονυγμός. Gall. *Secouſſe.* Ital. *Eſſo trottar ò ſcuotere.* Ger. Erſchüttlung / auffhotzlung. Hiſp. *Sacudimiento* Pol. *Strząſienie.* Vng. *El vetes, el haitas.* Ang *A jogging or trotting.*] Verbale à Succutio. Cic. 2. Tuſcul. Pedetentim, *inquit*, ite, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat major dolor.

Sŭctŭs, vide S V G O.

Sūcŭlă, pro parvo ſuc, vide S V S.

Sūcŭlæ, f. p. dicuntur ſtellæ, quæ alio nomine Hyades vocantur, à pluvia. [כִּימָה *chimáh.* ὑάδες.] Nam & orientes, & occidentes, tempeſtates & pluvias cient. Vnde etiam à Latinis Suculæ appellantur, quòd ſuum ritu luto delectari videantur. Exoriuntur XII. calend. Iunii. Plin. lib. 18. cap. 26: Aegypto ſuculæ occidunt veſperi. ¶ Eſt & ſucula genus intimæ veſtis. Plautus in Ruden. Duę connexæ maniculæ cum ſucula ¶ Sucula, inquit Budæus, Machina eſt tractorii generis: conſtat autẽ tereti ligno, aut pluribus vectibus trajecto, utrinq; æqua extantibus longitudine. hæc dum verſatur, funis qui ductarius dicitur, circa eam obvolvitur. Hujuſmodi machina hodie vietores: id eſt, cuparii, vina ex hypogeis ſubvehunt, *turnum* eũ appellantes. Budæus.

Sūdēs, hujus ſudis, f. t. Pertica ſeu genus teli ruſtici: hoc eſt, palus igni torridus [זַיִת *záith.* κόμμος Gall. *Vn pieu, vne perche.* Ital *Pertica, baſtone.* Ger. Ein pfaal / ſparie / hebet Hiſp. *La vara ò pertiga ò madera gruеſſa* Pol Ky ọpalony. Vn *Swiŏt hayto pacza.* Ang. *A certane ſtaff burned in the end.*] Virgil. 7 Aeneid. - ſudibusq; præuſtis. Idem lib 1. Georg Quadrifidáve ſudes, & acuto robore vallos. Vbi Servius. Vallus, & ſudes idem eſt;

Sudibus inter se concurrere. Liv. 6. bell. Pun. Tertio die sudibus inter se, in modùm justæ pugnæ concurrerunt, prælatis q; missilibus jaculati sunt.

Sŭdis, hujus sudis, Piscis insigni magnitudine, & sapore non ingrato, quem Græci σφυραίνην appellant. Plinius lib. 32. cap. 11. Sunt præterea à nullo dutore nominati, sudis Latinè appellata, à Græcis *sphyræna*, rostro similis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, sed tamen non degener.

Sūdo, das, n. p. παρὰ τὸ ὕδωρ, quod aquam undamq; significat, derivatum existimatur, aspiratione in s literā conversa. [ἱδρόω. Gall. *Suer.* Ital. *Sudare.* Ger. Schwitzen Hisp. *Sudar manando sudor.* Pol. Potę́ sie. Vng *Veritekŏzŏm.* Ang. *To sweat.*] Et modò absolutè ponitur. Horat. de Arte: sudavit & alsit. Idē 2. Serm. Satyr. 2: tu pulmentaria quære sudando. Cicer. 1. de Divin. Nuntiatum est alicubi deorum sudasse simulacra. Idem 2. de Orat. Quum ille diceret se sine causa sudare: Minimè mirum, inquit: modò enim existi de balneis. ¶ Modò cum ablativo jungitur. Liv. Et scuta duo sanguine sudasse. Virgil. 2. Georg. Vnde cavæ tepido sudant humore lacunæ. ¶ Modò cum accusativo, pro exudare, sive sudādo producere. Virg. 4. Eclog. Et duræ quercus sudabunt roscida mella. Idem Eclog. 8: Pinguia corticibus sudent electra myricæ. ¶ Sudare metaphoricē pro vehementer laborare: nam magnos labores solet & sudor comitari. Terentius in Phorm. ecia sudabis satis, Si cum illo incœptas homine: ea eloquentia est. Hoc est, satis erit tibi negotii, satis laborabis. Cicero pro Sestio: Sudandum est his pro communibus commodis.

Sūdātŭs, participium. [ἱδρωμένος. Gall. *Sué.* Ital. *Sudato.* Ger. Geschwitzet. Hisp. *Sudado.* Pol. *Spoczony.* Vng *Veritekezŏt.* Ang. *Moist e with sweat.*] Stat. 5. Theb. labor gelido sudatus in Hæmo. Claud. 2. de Raptu Proserp. fibula sudata marito.

Sūdātĭo, verbale, f. t. [יזע *jezáh* זעה *zeháh.* ἵδρωσις, ἡ ἱδρώτης. Gall. *Suement.* Ital. *Sudamento.* Ger. Schwitzung. Hisp. *Sudamento.* Pol *Spoczenie.* Vng. *Veritekezes.* Ang. *A sweating.*] Senec. Epist 87: Nisi Tasius lapis, quondam rarum spectaculum in aliquo templo piscinas nostras circundederit, ii qua corpora multa sudatione exinanita demittamus.

Sūdātŏr, ōris, verbale, m. t. Qui sudat. [ἱδρώων. Gall. *Qui sue, sueur.* Ital. *Chi suda.* Ger. Ein schwitzer Hisp. *El que suda* Pol. *Ten ktori sie poczi.* Vng. *Veritekezŏ.* Ang. *A great sweater.*] Plin. lib. 32. cap. 1: Dysentericis, sudatoribus, in longa tussi, in epiphoris, meracum.

Sūdātrīx, cis, verbale, f. t. [ἱδρώουσα. Gall *Celle qui sue.* Ital. *Donna che suda.* Ger. Schwitzerin/ eine so schwitzet. Hisp. *La que suda.* Pol. *Ta ktora sie poczi.* Vng. *Veritekŏzŏ azkoni.* Ang. *A woman that sweateth.*] Martial. libro 12: Dum per limina potentiorum Sudatrix toga ventilat, vagumque Major Cælius & minor fatigant.

Sūdābūndŭs, a, um, [ἱδρῶν ποικίλως. Gall. *Tout suant.* Ital *Che tutto suda.* Ger. Schwitzend/ schweissig. Hisp. *El que suda de todas partes.* Pol. *Poczaci sie.* Vng. *Verite kŏzendŏ auag mindŏn teſteul veritekŏzŏ.* Ang. *All sweatie.*] Ovidius ad Pisonem: totaq; ludos Turba repentè suos jam sudabunda relinquit.

Sūdŏr, ōris, m. t. Excrementum aqueum per cutem exudans. [יזעָה *jezáh* זֵעָה *zeháh.* ἱδρώς. Gall. *Sueur.* Ital. *Sudore.* Ger. Der schweiß. Hisp. *Sudor, aquel humor que se suda.* Pol. *Pot.* Vng. *Veritek* Ang. *Sweat.*] Plin. lib. 10. cap. 72: Serpentes neq; sanguinis, neque sudoris vim habent, quæ aviditatem naturalem ale augent. Cicero 1. de Divinatione: Nec enim sanguis nec sudor nisi è corpore fluit. Virgil. 3. Georg. Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. Idem 2. Aeneid. falsusq; per artus Sudor iit. Idem 3. Aeneid. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. ¶ Sudor, pro labore. Cic. pro Fonteio de Gallis: Qui cum ipso Mat. Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multoq; ejus sudore ac labore sub pop. Rom. imperium ditionemq; cecideruntIdem 1. de Orat. Ac stylus ille tuus quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est.

Sūdātŏrĭŭs, a, um, adjectivum. [ἱδρωτικός. Gall *Qui fait suer.* Ital *Che fà sudare.* Ger. Das schwitzen machet/ oder zu dem schwitzen gehört. Hisp. *Cosa que haze sudar.* Pol. *Do poczenia przinalezaci.* Vng *Veritekŏzŏ.* An. *That maketh one to sweat.*] Plaut. in Stich. Nullos meliores esse parasitos finam, vel unctiones Græcas, sudatorias vel alias malis.

Sūdātōrĭum, ii, n. s. Locus ad sudandum extructus, vaporariū. [τὸ πνευματικὸν, τὸ ἀτμίζον. Gall. *Estuues seches, le lieu és estuues où l'on sue.* Ital *Luoco da sudare, stuffa secca.* Ger. Ein schweißbad/ schwitzstuben / ort da man schwitzet. Hisp. *Lugar enel banno para sudar.* Pol. *L'aznia, miesisce do poceni a.* Vng. *Gőzŏ rŏdŏ* Ang. *Stewes, or a place made to sweat in.*] Seneca de vita beata: Circa balnea & sudatoria, ac loca Ædilem metuentia, &c. Idem epistola 52: Quid mihi cum sudatoriis, in quæ siccus vapor corporum exhausturus includitur.

Sūdārĭum, rii, n. s. Linteum quo sudor faciei detergitur, & nares purgantur. [ἀψιδρόπιον, ἀματίδιον. Gall. *Suaire, linge on mouchoir dequoy on essuye la sueur.* Ital. *Sudario, oner fazzolo, fazzoleto.* Ger. Ein schweißtuch. Bel. Eenen sweetdoek/ eenen sautdoeck. Hisp. *Sudario, ò toca de lienco.* Pol. *Chuśtka do ocţieranta potu.* Vng *Veritek rŏrlŏ kez kenyŏ.* Ang. *A napkin or cloth for sweat.*] Suetonius in Nerone, cap. 48: Adoperto capite, & ante faciem obtēso sudario, equum ascendit quatuor solis comitantibus. Et mox: Ligato circa collum sudario prodierat in publicum. ¶ Hujus diminutivum est Sudariolum. Martialis lib. 11: Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba, Et queritur labris punctа puella meis. Quintilianus lib. 6. cap 3: Quum reus agente in cum Calvo candido frontem sudario tergeret, &c.

Sūdārĭŏlum, diminutivum à sudarium. [Vn. *Veritek rŏrlŏ keskenyoriske.*] Apul. in Apolog. Ais enim me habuisse quædam sudariola involuta apud Lares Pontiani.

Sudum, sudi, n. s. quasi sine udo: id est, humido, est ppriè pars serena inter nubes. [מחשחה *tsachetsachah* חור *tóhar.* εὐδιον. Gall *Beau temps, serain.* Ital. *Tempo asciuto.* Ger. Der schön Himmel so man zwischen den Wolcken hineyn sicht. Hisp. *Tempo sereno y claro.* Pol. *Niebo wessole.* Vng. *Tiszta fŏlyhonek wi valo.* Ang. *Faire weather.*] Virgil. 8. Aeneid. Arma inter nubes cœli in regione serena Per sudum rutilare vident. ¶ Accipitur tamen sudum pro sicco sive sereno tempore, quum scilicet nulla est pluvia. Cicer. ad Tiron. Horologium mittam, & libros, si erit sudum. Plautus in Mil. Curate ut splendor meo clypeo sit clarior, Quàm solis radii esse olim, quum sudum est, solent. Virg. 4 Georg. Ergo ubi ver nactæ sudum, camposq; patentes, Examinant portis.

Sŭĕo, es, antiquum verbum, Soleo: unde suesco. [זמם *lemmádh.* ἐθίζω. Gall. *Avoir de coustume, estre accoustumé.* Ital. *Vsarsi.* Ger. Gewohnt seyn/ pflegen. Hisp. *Acostumbrarse.* Pol. Zwykł'em. Vng *Zoktam.* Ang. *To be wonted or accustomed.*] Lucretius libro 1: & semina rerum Appellare suemus id est, solemus. Livius 5. ab Vrbe: Nec secus quàm divino spiritu tactus, quum se in mediam concionem intulisset, abstinere suetus antè talibus consiliis. Cicero secundo de Natura deorum: Has Græci stellas *Hyadas* vocitare suerunt. Lucretius libro primo: nec frigora quimus Vsurpare oculis, nec voces cernere suemus.

Sŭēsco, is, suevi, suetum, n. t. Consuetudinem capio. [זמם *lemmádh.* ἐθίζομαι Gall. *Avoir de coustume, estre accoustumé.* Ital. *Vsarsi, auuezzarsi.* Ger. Gewohnen. Hisp. *Acostumbrarse.* Pol. *Przyzwyczaiam sie.* Vng. *Zokom.* Ang. *To be accustomed, or to haue an accustume.*] Cicer. Metello: A te id, quod suevisti, peto me absentem diligas, atq; defendas. Claud. lib. 3. post hæc cunabula dulci Ferre sinu, summoq; levi deducere parvam Sueverat, & genibus ludentem aptare paternis.

Suētŭs, a, um, participium. [זמם *lemmádh* זמום *limmúdh.* ἐθισθεὶς, ἐθισμένος. Gal. *Accoustumé.* Ital. *Vsato, solito.* Ger. Gewohnt. Hisp. *Acostumbrado.* Pol. *Przyzwyczaiony.* Vng *Zokot.* Ang. *Accustomed.*] Virg. 5. Aeneid. geminos immani pondere cæstus Projecit, quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum. Cic. ad Attic. lib 6: Ita multæ civitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ sunt, omnes suis legibus & judiciis suetæ, αὐτονομίαν adeptæ revixerunt. Lucan. lib. 1: Bella nefanda parat, suetus civilibus armis.

Suffarcĭnātŭs, Sarcina quapiam oneratus. [סומן *hamús.* συνεσκευασμένος. Gall *Garni de baillons & vieils drappeaux.* Ital. *Caricato, aggravato.* Ger. Beladen Hisp. *Cargado.* Pol *Obrzezoni.* Vng. *Meg terheltetŏt.* Ang. *Loden or burdened stuffed.*] Terent. in And. verùm vidi Cantharam Suffarcinatam Plaut. Curc. Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant, Qui incedunt suffarcinati cum libris.

Suffārrānĕŭs, m. s. [ὁπλῖτης στρατόπεδον. Gall *Vivandier, qui porte quelquerblé ou grain au camp.* Ital. *Vivandiero, che porta grano al campo.* Ger. Einer der Mäl/ oder Korn in das Läger führt/ aber nicht viel jede mal / ein Hodter oder Maredant Hisp. *El que trae trigo y otro grano al real.* Pol *Za obozem zwnoszą wozaci, alio partolena.* Vng. *Lixt hordo* Ang *That beareth wheate to the camp.*] à farre, quemadmodum confarreario, deduci videtur: & significat eum qui far in castra convehit, non justo commeatu aliquo, sed crebris & vilibus institutorum vecturis. Plin. lib 7 cap 43: Cicero mulionem castrensem suffarraneum fuisse, &c.

Sufferō, pen. corr. act. inconj. Sustineo, patior, tolero. [נשא *sabal* נשׂא *nasá.* ὑποφέρω, ὑφίσταμαι Gall. *Souffrir, supporter, endurer, soustenir* Ital *Sofferire, tolerare, patir.* Ger Gedult en/ ertragē. Bel Lyden/ verdragen. Hisp *Sufrir, padecer* Pol *Wytrzymam.* Vng *El viselŏm el zenuedŏm.* Ang. *To suffer, to beare with.*] Virg. 2. Aeneid. nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre valent. Terent. Heaut. satrapes si siet Amator nunquam sufferre ejus sumptus queat. Cicero pro Cæcinna. Quam multam si sufferre voluissent, tamen manere in civitate potuissent. Idem pro Flacco: Nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sufferamus.

Sufferrŭs,

Sūffertŭs, a, um. Deductum videtur à sufferclo, sicut Refertus, à refercio. [Nm *malé. πλησφορηθὲς, ἐμφορηθὲς.* Gall. *Replet, farci & garni, espois.* Ital. *Pieno, spesso.* Ger. Voll/ oder vollgeschoppet. Hisp. *Lleno, spesso.* Pol. *Nathkani, pełnonabyti.* Vng. *Meg tőltetőt.* Ang. *Filled and stuffed.*] Suet. in Neron. cap. 20: Mediaq; in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subdidisset, aliquid se sufferti tinniturum Græco sermone promisit. Hoc est, cantaturum se clarius aliquid: aut quod Græci dicunt *ψυκτὸν*: id est, densum quippiam, aut succi plenum.

Sūffertim, adverbium, plenius, ac densius. [Vn. *Swrwen, tellyesőn, temue.*] Suetonius in Nerone: Si paululum subbibisset aliquid se suffertim tinniturum. Ita enim legendum putat Egnatius.

Sufferv̆ĕo, sufferves, ere, Aliquantulum ferveo. [*ὑπόθερμαίνομαι.* Gal. *Estre quelque peu bouillant.* Ital. *Bogliere vn pochetto.* Ger. Ein wenig sieden vnd studen. Hisp. *Heruir vn poco.* Pol. *Troche wram.* Vng. *Meg hewlők forrok.* Ang. *To be somewhat hoate.*] Plin. lib. 18. cap. 11: Vulgò verò nec suffervere faciunt.

Sūffervĕfăcĭo, cis, ere, act. t. Subfervidum reddo. [*ὑποθερμαίνω.* Gall. *Faire vn peu bouillir.* Ital. *Intepidire, scaldare alquanto.* Ger. Ein wenig siedig machen. Hisp. *Hazer heruir vn poco.* Pol. *Wzewarzam.* Vng. *Meg foralom.* Ang. *To mak somewhat hoat.*] Plin. lib. 12. cap. 26: Odor verò in vino sufferve facti antecedit alios. Idē lib. 22. cap. 25: In vesicæ verò dolore, semuncia amyli cū ovo, & passis tribus sufferve facta à balneo.

Sūffervĕfĭo, vefis, eri, Aliquantulum fervidus fio. [*ὑποθερμαίνομαι.* Gall. *Estre fait vn peu bouillant.* Ital. *Esser tepido.* Ger. Zum theil aufsahen siedig werden. Hisp. *Ser tibio, y caliente.* Pol. *Poczinam wrzec.* Vng. *Meg főzgők, forradok.* Ang. *To be made somewhat hoate.*] Plin. lib. 27. cap. 8: Qui fidem promisso huic quærunt, affirmant lapillos, qui sufferve fiant, unà rumpi.

Sūffēs, etis, pen. cor. m. t. Summi magistratus nomĕ erat apud Carthaginienses, non dissimilis Romanorū Consulatui. Liv. 10. belli Pun. Senatum itaq; suffetes (quod velut Consulare imperium apud Carthaginienses erat) vocaverunt. Idem 8. bel. Pun. Infestus ob direpta quędam ab conscendentibus naves militibus, ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Pœnis est magistratus, cum Quæstore elicuit.

Sūffibŭlum, li, pen. corr. sive Subfibulum, Vestimentum album erat, teste Festo, prætextum; quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

Sūffĭcĭo, iis, ex sub, & facio, Satis sum, par sum. [*דַּי אנִי dáianis. ἐξαρκῶ, ἐκπιαῖω.* Gall. *Suffire, satisfaire.* Ital. *Bastare, essere sofficiente & assai.* Ger. Genug/ oder genugsam seyn. Bel. Genoech syn. Hisp. *Bastar.* Pol. *Dostatczam.* Vng. *Eleg vagyok.* Ang. *To suffice, to be sufficient or ynough, to satisfie.*] Stat. lib. 5. Sylv. Vade puer, tantisq; enixus suffice donis. Id est, satis esto. Cic. in Salust. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Ovid. 3. Trist. Eleg. 2: Suffecitq; malis animus. Virg. 11. Aeneid.: nec sufficit umbo Ictibus: hoc est, satis esse non potest sustinendis ictibus. ¶ Nonnunquam sine dativo collocatur, ejus loco habens infinitivum. Virgil. 5. Aeneid. Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm Sufficimus. ¶ Aliquando ponitur pro subministrare. *ὑπουργῶ.* Virg. 2. Aeneid. Ipse pater Danais animos, viresq; secundas Sufficit humorem. ¶ Aliquando pro substituere, *ἀντικαθιστάνω.* Virg. 2. Georg. Atq; aliam ex alia generando suffice prolem. ¶ Unde suffecti magistratus dicuntur, qui in locum mortuorum, corúmve qui munere suo perfuncti sunt, surrogantur. Cic. lib. 4. Epist. Si Appii os haberem, in cujus locum suffectus sum, tamen, *&c.* ¶ Aliquando inficere, maculare. Cic. in Hortens. Vt ii, qui in convivus purpuram sufficiunt, pòst sanant medicamentis quibusdam.

Sūffĭcĭēntĕr, adverb. Satis abundanter. [*αὐταρκέντως, ἐξαρκέντως, ἀποχρώντως, ἱκανῶς.* Gall. *Suffisamment, à suffisance, assez.* Ital. *A sufficienza.* Ger. Genugsamlich. Hisp. *Assaz, con sufficiencia.* Pol. *Dostatnie.* Vng. *Eleg keppen.* Ang. *Sufficientlie, ynough.*] Vlp. in l. Sed & si quid §. j. ff. de usufr. & quemad. Sufficienter autem alere & vestire debet secundum ordinem & dignitatem mancipiorum.

Sūffīgo, is, xi, xum, act. t. Affigo, in sublimi figo. [*ἀνασταυρόω, ἀνασκολόπω.* Gall. *Fischer dessous.* Ital. *Inficare, afficare.* Ger. Auffhefften. Hisp. *Hincar à otra cosa.* Pol. *Przibyam.* Vng. *Föl fig gezlőm föl gyakom.* Ang. *To fasten, naile or sett vp furelie.*] Cicero in Pisonem: An ego, si te & Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia. Horat. 1. Serm. Satyr. 3: Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus, Semesos pisces, tepidumq; liguerit jus, In cruce suffigat, Labeóne insanior inter Sanos dicatur? Hircius de bello Africo lib. 5: Postero die Iuba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit.

Sūffĭo, fis, fivi, vel fii, ficum, act. q. Suffumigo. [קטר *kittér. ὑποθυμιάζω.* Gal. *Perfumer.* Ital. *Perfumare.* Ger. Bereuchen/ vnden auffreuchen. Bel. Ondertoocken/ onderstruen. Hisp. *Sahumar.* Pol. *Kadze.* Vng. *Fwsztőlom.* Ang. *To perfume or mak sweet smoke.*] Plinius: Hippocrates ruta vulvarum causa naturam suffire jubet. Virgil. li. 4. Georg. At suffire thymo, cerasq; recidere inanes Quis dubitet? Colum. lib. 12. cap. 18: Cella quoq, vinaria omni stercore liberāda, & bonis odoribus suffienda. Lucret. lib. 2: Ignibus æthereis terras suffire feraces.

Sūffītŭs, ta, tum, pen. prod. Suffumigatus. [מקטר *muktár. πεθυμιατρόφ.* Gal. *Perfumé.* Ital. *Perfumato.* Ger. Bereuchet/ den rauch vnden har gelassen. Hisp. *Sahumado.* Pol. *Okadzoni.* Vng. *Fwsztőltetőt.* Ang. *Perfumed.*] Plin. lib. 20. cap. 17: Anisum dolores capitis levat, suffitum naribus.

Sūffītŭs, tus, m. q. Suffumigatio. [קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh. θυμίασις.* Gall. *Perfumement.* Ital. *Perfumo.* Ger. Ein beruchung vnden auff. Hisp. *Sahumerio.* Pol. *Okadzenie.* Vng. *Fwsztőles.* Ang. *A perfuming or fumigation.*] Plin. lib. 24. cap. 11: A multis in suffitus pro thure assumitur. Idem alibi: Et vulvarum conversionem suffitu excitant.

Sūffītĭo, onis, f. t. suffitus, [קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh. ὑποθυμίασις.*] Plin. lib. 25. cap. 22: Orpheus, & Heliodus suffitiones commendavêre. Colum. lib. 1. cap. 6: Ne rursus nimia suffitione medicata sint.

Sūffītŏr, ris, verbale, m. t. à suffiendo deductum. [מקטר *mekattér. ὑποθυμιατής.* Gall. *Perfumeur.* Ital. *Perfumatore.* Ger. Ein beruecher. Hisp. *Sahumador, el que sahuma.* Pol. *Ten ktori kadzi.* Vng. *Fwsztőlő.* Ang. *A perfumer.*] Plin. li. 34. cap. 8: Lycus & ipse puerum suffitorem.

Sūffīmĕn, inis, n. t. Suffitio. [קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh. θυμίαμα.*] Ovidius: Sanguis equi suffimen erit.

Sūffīmēntum, ti, n. s. Suffitus, & Suffitio. [קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh. ὑποθυμίασις, θυμίαμα.* Gall. *Perfum.* Ital. *Perfumo.* Ger. Ein rauch/ oder beruchung. Hisp. *Sahumerio.* Pol. *Wzielka rzecz do kadzenia dobra.* Vng. *Fwsztőles.* Ang. *A perfuming.*] Plin. Quod & suffimentis quibusdam facere consueverunt. Cic. 1. de Leg. Nam & in iis sine illius suffimentis expiati sumus. Suffimenta, inquit Festus, à veteribus dicta sunt, quæ fieri solebant ex faba, milioq; molito, mulso aspersо. Ea diis eo tempore dabantur, quo uvæ calcatæ prælo premebantur.

Sūffĭscŭs, sci, Folliculus testium arietinorum, quo utebantur antiqui pro marsupio: à fisci similitudine dictus. Festus.

Sūfflāvŭs, adject. [*ὁ ἢ ὑποξανθός, ὑπόπυρρος.* Gall. *Iaunastre.* Ital. *Alquanto giallo.* Ger. Ein wenig gäl. Hisp. *Vn poco rouio, ò rozo.* Pol. *Troche zoltawi.* Vng. *Halouany zinw sarga, sargaszinw.* Ang. *Somewhat yeallow.*] Aliquantulum flavus, non planè flavus. Suet. in Nero. cap. 51: Statura fuit penè justa, corpore maculoso & fœdo, sufflavo capillo.

Sūfflo, flas, act. p. Inflo, flatu excito, [נשב נטח *naschább naphách. φυσάω, ἐμπίπλω.* Gall. *Souffler, emplir de vent.* Ital. *Soffiare, soppiare.* Ger. Hinunder blasen/ vndenhar blasen. Bel. Opblasen. Hisp. *Soplar.* Pol. *Poddimam.* Vng. *Föl fuon.* Ang. *To blowe, to fill with wind.*] Plin. li. 43 cap. 8: Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes. ¶ Sufflare buccas: id est, inflare, sive flatu extendere. Plaut. in Stich. Age tibicem, quando bibisti, refer ad labia tibias, suffla Celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia.

Sūfflātĭo, onis, verbale, f. t. Inflatio. [נטח *mappách. ἐμφύσημα.* Gall. *Soufflement.* Ital. *Soffiamente.* Ger. Auffblasung/ blast. Hisp. *Soplo, obra de soplar.* Pol. *Poddęcie.* Vng. *Föl fuas.* Ang. *A blowing at any thing.*] Plin. lib. 9. cap. 7: Præterea bullantium aquarum sufflatio, lunæq; effectu concharum quoque corpora augescentia.

Sūfflāmĕn, minis, n. t. Machinæ genus est, teste Budæo, quo in descensu, vel procursu nimio rota solet retineri. [*ὁ ἀπόχλυσις.* Gall. *Vn enrayoir, vne piece de bois dequoy on arreste les roues en vne descente trop roide, afin qu'elles n' aillent trop viste.* Ital. *Legno da retinere vna ruota che corre.* Ger. Ein spannseil/ oder spannstrick/ mit dem die Fuhrleut die reder spannen an gähen orten. Hisp. *La estornija del exe del carro.* Pol. *Hamulecz.* Vng. *Kerek kőtő.* Ang. *A deuise to stay the ouer speedie going of a cart downe an hill.*] Iuven. Sat. 8: Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

Sūfflāmĭno, nas, act. p. Sufflamine comprimo, & retineo. [*ἀποχλύω.* Gall. *Arrester les rouer, qu'elles n' aillent trop viste, accoustrer d'vn rayoir.* Ital. *Fermare vna ruota mettendoui vn legno.* Ger. Reder spannen daß sie nicht zu schnell tauffen. Hisp. *Carcar la rueda para que no vaya atras.* Pol. *Kola wbiegu hamuie.* Vng. *Meg kőtőmax kerekot.* Ang. *To hold or hinder with a deuise least a cart ouer speedelie go downe an hill.*] Senec. 4. Declam. Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret Itaque D. August. optimè dixit: Aterius noster sufflaminandus est: adeò nedum curtere, sed decurrere videbatur, nec verborum tantùm illi copia, sed etiam rerum erat.

Sūffŏco, cas, penult. prod. act. p. ex sub, & faux, au in o productum conversa, Spiritum præcludo, fauces constringo. [חנק *chanák:*

shanák. ἀπάγχω, ἄγχω. Gall. *Suffoquer, eſtouffer.* Ital. *Suffocare.* Ger. Erſtecken/ Erwurgen. Bel. *Worghen.* Hiſp. *Ahogar.* Pol. *Duſić, dawie.* Vng. *Meg fóytom.* Ang. *To choke, to ſtrangle.*] Quanquam etiam latiùs accipitur pro quovis modo enecare: ut Suffocare fame, Suffocare veneno. Cicero ad Atticum libro 9: Conſilium primum eſt, ſuffocare urbem, & Italiam fame: deinde agros vaſtare, urere, pecuniis locupletum non abſtinere. Idem pro Muræna: Qui gallum gallinaceum ſuffocaverit, Ovidius in Ibin: Suffocent animam dira venena tuam.

Sūffŏcātĭo, onis, verbale, f.t. Suffocandi actus. [חנוכן *machanák. ἀπάγξις, ἀπάγχω, ἀπάγχνιξις.* Gall. *Eſtouffement, ſuffocation.* Ital. *Suffocamento.* Ger. Erſtickung. Hiſp. *Ahogamiento.* Pol. *Zaduſzenie.* Vng. *Meg fóytas.* Ang. *Choking.*] Plin. lib. 20. cap. 5: Ejus ſemen contritum, & in vino potum, tumentem alvum, & ſuffocationes mulierum, doloreſq; lenit.

Sŭffŏdĭo, is, Subtus effodio. [כרה *chardh* חפר *chaphár. ὑπορύττω.* Gall. *Fouir & cauer par deſſous, miner & creuſer.* Ital. *Incauare* Ger. Vnder münden/ oder graben Hiſp. *Cauar por debaxo* Pol. *Podkopuie.* Vng. *Meg áſom az allyat meg kapalom.* Ang. *To digge vnder.*] Colum. libro 2. capite 18: Neque ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet. ¶ Suffodere equum, eſt cum confodere, & propriè ſub ipſo ſeſſore occidere. Cæſar 4. belli Gal. Rurſus his reſiſtentibus, conſuetudine ſua ad pedes deſiliverunt: ſuffoſsisq; equis, compluribusq; noſtris dejectis, reliquos in fugam conjecerunt. Virg. 11. Aeneid Suffoſſo revolutus equo.

Suffŏdĭo, verb. f.t. [ὑπόρυξις. Gall. *Cauement, creuſement.* Ital. *Cauamento.* Ger. Vndergrabung. Hiſp. *Cauamiento, cauadura.* Pol. *Podkopánie.* Vng. *Az allya meg áſása.* Ang. *A digging vnder.*] Seneca Epiſt. 50: Quum hoſtilia in partes tela vibrarent, & ipſum ſolum ſuffoſſionibus tremeret & cuniculis.

Suffræ̆nātĭo, onis, f.t. Colligatio, & arcta ſtructura, quæ lapides veluti fræno retinet. [ἁρμολόγησις, ἡ τῶν λίθων ἢ ἄλλων πώρων ἰσχυρὰ καὶ ἐπίλυτος συνάρμοσις. Gall. *Liaiſon forte & ferrée qu'on fait és murailles.* Ital. *Concatenamente che ſi fa tra le muraglie.* Ger. Eyn zwingung / oder zuſammen klammerung der ſteinen. Hiſp. *Enfrenamiento, atadura fuerte de muros.* Pol. *Klamrami ſpoienie.* Vng. *Köue foglalas tſatlas.* An. *A ioyning or binding together of ſtones in a wall.*] Plin. lib. 36 cap. 22. de quodam lapidis genere: Globoſus, cōtra injuriam fortis, ſed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrænatione devinctus.

Sūffrāgo, pen. prod. ſuffraginis, f.t. Flexura eſt in poſterioribus quadrupedū cruribus, retrorſum incurvata, quæ in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur. [κωμπή. Gall. *Le iarret des iambes de derriere des cheuaux & autres beſtes.* Ital. *Garletti d'alle gambe dietro del cauallo.* Ger. Der hinderſich gewendet knybug an den hinderen füſſen der Thieren. Hiſp. *La quartilla doblegadura della beſtia.* Pol. *Przeguba u nogzadnich u koni albotez u zwierząt inſzych.* Vng. *Axokenlam allatoknak vtoſo ki horgat ina.* Ang. *The paſterne of a beaſt.*] Dictæ ſuffragines, quòd ibi cruris continuitas diviſa, & quodammodo fracta appareat. Plinius libro 8. capite 45: Victimarum probatio in vitulo, ut cauda articulū ſuffraginis contingat. Idem: Aves, & quadrupedes alas in priora curvant, ſuffragines in poſteriora. ¶ Suffragines etiam dicuntur vitis ſoboles, radicibus adhærentes. Colum. lib 5: Et ſi ſoboles (quam ruſtici *ſuffraginem* vocant) radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroq; evellenda eſt, ut hybernas aquas reſpuat.

Sūffrāgĭnōsī equi, m.ſ. Quorum ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. [Gall. *Cheuaux qui ont mal és iarrets, qui oint les eſparuis.* Ital. *Caualli che hanno le poſte.* Ger. Roſſz die an den hinderen fuſterümmen preſthafft ſind. Hiſp. *Caualłos con axuagas ò bexigas.* Pol *Kon chramiacy na nagimkach nog zadnich.* Vng. *In pokos lo kaptatetemes lo.* Ang. *Horſes diſeaſed in the paſterne.*] Colum. lib. 6. cap. 38: Suffaginoſæ hordeacea farina imponitur.

Sūffrāgŏr, ſuffragaris, pen. prod. d.p. Suffragium fero. [ψηφοφορέω. Gall. *Donner ſa voix en vne election, fauoriſer & donner fauueur, aider de ſa parolle.* Ital. *Far fauore fauoreggiare.* Ger. Einem ſein Stimm geben/ zuſtimmen. Bel. Gunſtlich ſyn/ helpen. Hiſp. *Ayudar con ſu voto, dar fauor.* Pol. *Moie rozumienie daie votuie.* Vng. *Ortelme met ki mondom.* Ang *To ſpeake in ones part fauourablie, to giue his good word, to help.*] Cicer. pro Murēn. Quorum ſuffragium tenue eſt, ſi ut ſuffragantur, nihil valent gratia. Per translationem accipitur pro favere, auxilio eſſe, ſententiæ aut voluntati cujuſpiam ſubſcribere. ἐπιψηφίζειν. Cujus contrarium eſt Refragor, pro repugno, adverſor. Autor Priapeiæ: Copia me perdit, tu ſuffragare rogatus. Cicer. 7 Verr. Cui legi veſtra dignitas vehementer adverſatur, ei inſignis iſtius impudentia maximè ſuffragatur. Idem ad Atticum: Nec deſtiti accuſare ejus neceſſarios, qui ejus cupiditati ſuffragari videbantur. Idem Planco lib 10: Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus.

Suff. ăgātĭo, onis, f.t. Ipſe ſuffragandi actus, favor, auxilium. [ψηφοφορία. Gall. *Faueur & aide en vne election, bail de ſa voix.* Ital. *Fauore, aiúta.* Ger. Das günſtlich zuſtimmen Hiſp. *Fauor, ayuda.* Pol. *Przyſzłe wolenie.* Vng. *Ertelömnek ki mondé aſa, sraſa.* Ang. *Fauour in ones part, a voice in giuing conſent.*] Cicer. pro Muræna: Multum autoritatis habet ſuffragatio militaris.

Sūffrāgĭum, populus Rom. primùm voce, deinde per tabellam ſuffragium tulit: quomodo autem à voce ad tabellam deventum ſit, & quibus temporibus, & quibus autoribus, operæpretium eſt cognoſcere. Quatuor igitur leges nominantur, omnes, ut puto, tribuniciæ, Gabinia, Caſſia, Papiria, Cœlia. Gabinia ſanxit, ut populus in magiſtratibus mandandis ſuffragium, non, ut antea, voce, ſed per tabellam ferret. Caſſia biennio pòſt idem juſſit, in omnibus judiciis populi, perduellione excepto. Papiria & ipſa populo tabellam dedit, in jubendis ac vetandis legibus. Cœlia, quo uno in genere vocis ſuffragium reliquū erat: hoc eſt, in perduellione, quod lex Caſſia exceperat, in eo genere tabellam dedit, ita quatuor tribunorum pl. rogationibus factum eſt, ut populus liberè, quod ſentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarum metu poſſet oſtendere: ideò tabellam vindicem tacitæ libertatis appellat Cicero in Agraria 11, & lib. 111. de Legibus: in oratione autem pro C. Cornelio principium juſtiſſimæ libertatis Caſſiam legem, quę tabellam in judiciis populo dedit. magis enim intererat populi, tabella voluntatem in judiciis tegere, cùm ageretur de capite fortunisq; civium, quàm aut in magiſtratibus, quod lex Gabinia ſanxerat: aut in legibus, quod poſtea Papiria. His igitur quatuor legibus ferendi ſuffragii mutata ratio eſt: nūc de latoribus earum legum, & quo quæq; anno lata ſit, agamus. Gabiniam rogavit homo ignotus, & ſordidus: quod libro 111. de legibus Cicero tradit: &, cum biennio ante Caſſiam rogata ſit, quod idem eodem in loco demonſtrat: Caſſiam verò Lepido & Mancino COSS. eſſe latam, ex libro de clatis Oratoribus conſtat: neceſſe eſt, Piſone & Lenate COSS. rogatā, exiſtimare. Caſsiam Lepido & Mancino COSS. autore Scipione Africano poſteriore tulit L. Caſsius, Qu. F. Lōginus Ranilia, pater illius L. Caſſii, qui in omnibus cauſis quærere ſolebat, cui bono: & C. Caſsii, ejus quem C. Mario, C. Flavio COSS. leges multas ad minuendā nobilitatis potentiam tuliſſe, in quibus hanc, ut, quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in ſenatu nō eſſet, Pædianus tradidit. Papiriam tulit C. Carbo, ille eloquentiſsimus: tulit autem (ut opinor) P. Popillio & P. Rutilio COSS. nam eo anno tribunum pl. fuiſſe, quo Scipio Aemilianus de Numantinis triumphavit, omnes hiſtoriæ declarant: quem à porta ad concionem productum, quid de Tib. Gracchi morte ſentiret, ſeditioſè interrogavit Cœlia, nō facilè eſt conjicere, à quo ſit rogata: ſed rogatam Qu. Metello T. Flamínio COSS. crediderim, & ex iis verbis, quę ſunt apud Ciceronem lib. 111. de legibus: Vt opprimeret Cœlius Popilliū: nam, id de P. Popillio dictum eſſe, quem C. Gracchus Metello & Flaminino COSS. tribunus pl. in exilium ejecit, videtur intelligendū, ut ejus judicii cauſa, quo Popillius tribuno pl. Graccho, eſt oppreſſus, Cœlius ſua lege tabellā dederit. Suffragia vel in campum Martium, ſi centuriata comitia haberentur vel in forum, ſi tributa, alióve, ciſtis in pontes deferebātur, & his pontibus populo miniſtrabantur: id ſignificat Cicero in epiſtola ad Atticum lib. 1. his verbis: Operæ Clodianæ pontes occuparunt, tabellæ miniſtrabantur, ita ut nulla daretur, Vti rogas: nam quæ tabellæ legem accipiebant, & probabant, in iis duæ literæ ſcriptæ erant, V. R. quæ ſignificant, Vti rogas: id eſt, uti tu, qui legem fers, non rogas, ita jubemus: quæ verò leges legem antiquabant: hoc eſt, rejiciebant, & improbabant, in iis unica litera, A, ſcripta erat: quę ſignificat antiquo: id eſt, antiqua maneant: nova nō placent: legem reſpuimus. In iis verò comitiis quò populus ut ſuffragium de eo ferret, coire ſolitus eſt, ternæ tabellæ dabantur: quarū in una ſcriptū erat, A. in altera, C. in tertia, N L. & prima ſignificabat, abſolvo: ſecūda, condemno: tertia, nō liquet: id eſt, neq; abſolvo, neq; condemno, cauſam planè non intelligo. Verùm, ut ad pontes redeamus, anguſtiores ut eſſent, legem tulit C. Martius tribunus pleb. qui poſtea ſepties cōſul fuit: tulit autem eam legem, ne quid fraudis in diſtribuēdis tabellis committeretur. multis enim locus eſſe non poteſt, ubi pontes anguſtiores ſunt: at in turba vitiosè aliquid agere difficilis negotii nō eſt: propterea, quòd hac lege ſancitum, id ambitioſis oppoſitum fuiſſe, & planè Cicero narrat libro primo de legibus, & Plutarchus, ſignificat in Marii vita, quum ait: In tribunatu legem de ſuffragiis tulit: qua potentium opes tùm in ferendis ſuffragiis, tùm in creandis magiſtratibus imminuit: ſuffragium ferebant omnes cives Romani in ea quiſque tribu, ubi cenſus erat, aut in ſua quiſque claſſe: libertini tantùm in quatuor urbanis tribubus, quæ minus nobiles erant, ſuffragium tulerunt: nam etſi P. Sulpitius tribunus plebis, L. Sylla, Quintil. Pompeio COSS. tulit, ut in omnibus planè tribubus, quæ XXXV. erant, ſuffragium ferre poſſent; hanc tamen legem puto à victore

victore Sylla, Sulpitii inimico esse abrogatam: putò tamen ob eam causam, quia C. Manilius tribunus pleb. aliquot pòst annis eandem legem ferre conatus est: idemque postea & P. Clodius cogitavit, testis Cicero in duabus orationibus pro C. Cornelio, pro Milone. Hæc ex libro Pauli Manutii de legibus Romanis.

Sūffrāgātŏr, oris, m.t. Qui in creandis magistratibus suffragiū fert. [ψηφιστής. Gall. *Qui favorise à aucun de sa voix ou parolle.* Ital. *Chi favorisce con parole & da la voce.* Ger. Ein mitstimmer/oder zustimmer/der einem in einer wahl sein Stim̃ gibt. Hisp. *El que ayuda à otro cõ su voto.* Pol. *Ten ktori przyzwalia mowa wswodzie napotwierdzenie rzeczy pożądanej.* Vn. *Ertelõm ki iro.* Ang. *A favourer orgiuer of his voice in election.*] Plin. Epist. 64: Addebat quosdam ex suffragatoribus: illi graviter & paucis loquebãtur. Cic. pro Mur. Tua verò nobilitas, Servi Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior.

Sūffrāgĭum, gii, n. s. Iudicium, voluntas, consensus, qui à populo & judicibus olim tabella significabatur. [ψῆφος, ψηφοφορία. Gall. *Suffrage, voix des estisans, consentement.* Ital. *Suffragio, ballota, voce.* Ger. Ein wahlstimm. Hispan. *Voto ò favor para ayudar.* Polon. *Przyzwolenie.* Vngar. *Aka ratomnal ertelmem nekkь iratsa.* Angl. *A mans voice in giuing consent.*] Cicero 3. de Leg. Suffragia in magistratu mandando, aut etiam de reo judicando palàm ferri melius esset. Iuvenal. Satyr. 8: Libera si dentur populo suffragia, quis tam Perditus, ut Senecam dubitet prĕferre Neroni? Cic. 1. de Legib. Si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Sūffrĭco, as, pen. cor. act. p. Leviter frico. [ψάχω, ψήχω. Gall. *Frotter vn peu.* Ital. *Fregare legiermente.* Germ. Vndenauff reyben. Hisp. *Fregar vn poco.* Pol. *Drapie.* Vng. *Vak argatom.* Ang. *To rubbe softely.*] Colum. lib. 12. cap. 23: Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, & siquid fæcis aut labris vasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis oblini.

Suffringo, is, ere, act. t. Frango. [שבר *schibbér.* κατακλάω. Gall. *Rompre & briser.* Ital. *Rompere, spezzare.* Ger. Vndenfur zerbrechen. Hisp. *Quebrar, romper.* Pol. *Podłamuie.* Vngar. *Kstörom.* Ang. *To break.*] Plaut. in Rud. Homini isti talos suffringi volo. Cic. pro Rosc. Amer. Quòd si luce quoq; canes latrent, quũ deos salutatum aliqui venerint, opinor, iis crura suffringãtur: quòd acres sint etiam tùm quum suspicio nulla sit.

Suffrĭo, as, penult. corr. act t. Infrio: hoc est, friatum sive comminutum inspergo. [כתת *chatháth* דדק *hedhák.* ἐπιρρίπτω. Gall. *Esmier & briser fort menu.* Ital. *Minucciare.* Ger. Eynbötteren/eynstäyen/eynreiben. Hisp. *Polvorear desmenuzando.* Pol. *Posypuie.* Vng. *El morsolom.* Ang. *To crumme or break in small pieces.*] Col. lib. 2. cap. 38: Scopulis aridæ myrti suffriatur, operculumque superimponitur, ne quid eò decidat.

Sūffŭĕrat, Pro sub eodem tecto fuerat, scripsêre veteres, inquit Festus.

Sūffŭgĭo, Confugio, sub rem aliquam fugio. [בס *nas* καταφεύγω Gall. *S' enfuir.* Ital. *Fuggire* Germ. Entfliehen/hinunder fliehen. Hisp. *Huyr.* Pol. *Vciekam pod, przykrycie.* Vngar. *Elötte el allok elfutok.* Ang. *To flie vnder or to some thing.*] Liv. 4. bell. Pun. Imber à nocte mediâ coortus, custodes, vigilesq; dilapsos è stationibus suffugere in tecta coëgit. Suetonius verò pro retrofugerè in Tiberio posuit, dicens: Adulationes adeò adversatus est, ut neminem Senatorium ad lecticam suam admiserit. Consularem verò satisfacientem sibi per genua orare conantem ita fuffugerit, ut caderet supinus.

Sūffŭgĭum, suffugii, n. s. Quò quis suffugit: hoc est, securitatis causa sese recipit. [מחסה *machaséh* מעוז *manós.* καταφυγή. Gal. *Refuge, le lieu de refuge.* Ital. *Luogo da fuggire.* Germ. Ein zuflucht / ein ort da einer hinunder fleucht Hisp. *Lugar para huyr ò do huymos.* Pol. *Miesczedoucieczenia bespieczne.* Vng. *Batorsagos otalmazo hely.* Ang. *A place of refuge.*] Ovid. de Nuce: Quid nisi suffugium nimbos vitantibus essem?

Suffulcĭo, is, act. q. Sustĕto. [סעד *sahádh* סמך *samách.* ὑπερείδω. Gall. *Appuyer, soustenir, estayer.* Ital. *Sostentare.* Ger. Vnderstützen Belg. Onderstetten Hisp *Sustentar de baxo.* Pol. *Podpieram.* Ang. *To proppe vnder and hold vp.*] Varr. 1. de Re rust. Vt majoribus perticis suffultæ vites, uuas non pertimescant. Plaut. in Mil. Ecce autem ædificat, columnam mento suffulcit suo. Lucret. libr. 4: Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, Et recreet vires.

Suffūmĭgo, gas, gare, Sufflo, vel subtus fumum excito. [קטר *kittér.* ὑποθυμιάζω. Gall. *Faire fumee par dessous, perfumer, enfumer.* Ital. *Perfumare, affumare.* Germ. Vndenauff rauchen/vndenhär ein rauch machen Hisp. *Sahumar.* Pol. *Odespodz kadzę.* Vngar. *Fwstöl veiök ala, meg fwstölöm.* Ang. *To perfume, or to mak a smoke vnder some thing.*] Cels. lib. 6. cap. 5, de suffusione oculorum: Suffumigare oculos acribus medicamentis.

Sūffundo, is, dere, act. t. Affundo, inspergo, infundo. [נזה *naz-* *záh.* ἐπιχέω. Gall. *Espandre dessus, espandre en bas.* Ital. *Spargere qualche liquore.* German. Angiessen/oder schütten/ Eyngiessen. Hispan. *Derramar lo liquido.* Polon. *Polewam.* Vngar. *Ala ia bntöm.* Ang *To sprinkle or powre out vpon or vnder.*] Plaut. Curc. Manè suffundam aquulam. Columel. lib. 7: Laffæ, & æstuanti mulæ ad os in fauces demittitur, utrùnque in os suffunditur. ¶ Suffundi rubore faciem dicimus, quum sanguis subter cutem sese dispergens, faciem inficit rubore. Quod Virgilius ad auroram trãstulit, lib. 1. Georg. At si virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit. Servius, suffuderit, forinsecus habuerit. ¶ Cic. pro inspergò posuit ad Lentulũ scribens: Novi animum cũ mihi amicissimũ, tùm nulla in cæteros malevolentia suffusum. ¶ Suffundere frigidam, vide in dictione FRIGIDA.

Sūffūsĭo, onis, f. t. Morbus oculorũ, qui fit ex concreto humore inter χοροειδῆ, & ἀραχνοειδῆ tunicas ante ipsam pupillam collecto, quo visus usqueadeò impeditur, ut discretas rerum species, & colores apprehendere non possit. [ὑπόχυσις Gall. *Espartement, la cataracte en l' œil.* Ital. *Spargimento, cataratte negli occhi.* Ger. Die vberschiessung der Augen mit einem fel. Hispan. *Obra de derramar cataratta de ojos.* Pol *Bielmem oczow zaśćie.* Vngar. *Ala ontes.* Ang *A sprinkling or powring out vpon, a disease of the eyes.*] Cels. lib. 6. cap. 6: Suffusio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. Quod si inveteraverit, manu curandũ est. Plin. lib. 22. cap. 23: In tussi una, fellis veteri suffusione.

Sūffundo, as, are, act. p. Pro fundamẽto subjicio. [καταβάλλομαι. Gal *Fonder par bas ou par dessous.* Ital. *Fondare per disotto.* Ger. Vnden zum fundament legen. Hispan. *Fundar por debaxo.* Pol. *Podgrunt kł'ode* Vng. *Fundamentomot verõk* Ang. *To lay a fondation or ground.*] Varro ἐν πρῶτῃ βιβλίου, ut citatur à Nonio: Antiqui nostri domibus laterĭtiis, paululùm modò lapidibus suffundatis, ut humorem sufferrent, habitabant.

Suffurŏr, aris, penult. prod. d p Clàm furor, clàm aufero. [גנב *ghanáb* קרו *lakách.* κλέπτω Gall. *Desrober en cachette.* Ital. *Rubare di nascoso.* Germ. Heimlich verstälen. Hisp. *Hurtar secretamente.* Pol. *Czicho kradne.* Vngar. *El lopom.* Ang. *To steall priuelie.*] Plaut. Truc. Hæc quum video fieri, suffuror, suppilo, de præda prædam capio.

Sūggĕro, ris, ssi, gestum. Subministro, suppèdito. [נתן *nathán.* ἐπαρκῶ. Gall. *Bailler & fournir.* Ital. *Fornire alcuno di quello che gli manca.* Ger Vnderhaltung gebẽ / Steuwr vñ hülff darschieben/vnderschub thun Belg. Onderstant gheven. Hisp. *Suggerir, dar lo que otro ha menester.* Pol. *Pomoczdaie, potrzebami oppatrzuie.* Vng. *Adogatom zolgaltatom.* Angl. *To giue or furnish.*] Terent. Adelph. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? Cicero 2. de Orator. Singŭlis generibus argumentorum copiam suggerunt. ¶ Interdum idem est quod in memoriam redigere, & quod Latinè aliter etiam dicimus, subjicere. ἀναμιμνήσκειν. Cic. 2. de Finib. Si memoria defecerit, tuum erit ut suggeras.

Sūggēstŭs, m q. vel suggestum, n. s. Locus editior, unde oratio ad populum solet haberi. [גדר *mighdál.* βῆμα. Gall. *Vn lieu esleué, comme vne chaire ou vn pulpite pour faire harengues au peuple.* Ital. *Pulpito ò pergamo da predecare.* Ger Ein hoch ort von dem man redt / Cantzel / Predigstul. Hisp. *El cadahalso alto para mirar ò predicar* Polon *Kazatelnica, katedra.* Vngar. *Prædikallo zek.* Ang. *A pulpet.*] Dictum suggestum, sive quòd constet ex suggesta: hoc est, congesta materia, sive quòd inde populo suggeratur, quod in rem ejus esse possit. Plin. lib. 34. cap 5: Eodemque in Consulatu in suggestu rostra devictis Antiatibus defixerat. Cic. 5. Tusc. Idemque quum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Liv. 8. ab Vrbe: Naves Antiatium partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Cicer. 1. de Divin. Neque illud in suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti, signũ sibi ullum, quod consuesset à deo, quasi mali alicujus impendentis datum. ¶ Var. lib. 3. cap. 5: Suggestum posuit pro loco ornithone paulò eminentiore, quàm sit ipsum fatere. Ex suggesto (inquit) faleris. ubi solent esse ἀφετηρίαι μοῦται, prodeunt anates in stagnum, & nant. ¶ Suggestus comæ. Stat. lib. 1. Syl. - celsæ procul aspice frontis honorem Suggestumq; comæ.

Sūggrĕdĭŏr, eris, Latenter gradior, subeo, & clàm propiùs accedo. [ὑποβαίνω. Gall. *Aller en cachette, marcher secrettement.* Ital. *Andare nascosamente.* German. Heimlich gehn. Hispan. *Andar à escondidas.* Polon *Czicho podchodzę.* Vngar. *Bemaszok, bemegyök.* Ang. *To go in priuelie, or to approche.*] Tacit. libro 2: Suggressique propiùs speculatores. ¶ Habet nonnunquam adjunctum accusativum: ut suggredi hostes: id est, latenter aggredi. Idem Tacit. Annal. libr. 4: Quos dux Romanus acie suggressus.

Suggrūndă, orum, vel, Suggrundę, & Suggrundatio. [Ger. Ein vortach/das fur das Gebew herfür geht/ den Regen abzutragen.] vide suprà in SVBGRVNDA.

Suggrūndārĭă, veteres dicebant ſepulchra infantium, qui necdum quadraginta dies impleſſent (ut inquit Fulgentius) quũ nec buſta dici potuerunt, quia oſſa quæ comburerentur non erant, nec tanta magnitudo cadaveris qua locus tumeſceret. Vnde neq; tumuli appellari merebantur.

Sŭgillo, las, act. p. Livido colore inquino, ut cùm ictu fuſtis percuſſa cutis ſanie ſeſe ſuffundente nigreſcit. [ὑπωπιάζω. Gall. *Frapper aucun tellement qu'il y viene de taches noires & meurtriſſemens, marquer de coups.* Ital. *Battere alcuno di ſorte che la carni gli vengano liuide.* Ger. Kölſch machẽ/blaw/vnd gälb maſen ſchlahen. Hiſp. *Magullar la carne.* Polon. *Syno czinie.* Vng. *Vteſſél meg kekitẽm.* Ang. *To mak wanne coloured.*] Sugillata dicuntur, quę maculis hujuſmodi ſunt deformata. Plin. lib. 31. cap. 9. loquens de ſale: Ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſugillatisque cum myrrhæ pari pondere. Idem libr. 27: Caſeus recens cum melle ſugillata emendat. Et libro 29: Cinis allii ex oleo & garo illitus, ſugillata aut liventia ad colorem reducit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro detrahere, reprehendere, vilipendere, contumelia afficere ſive exiſtimationem alicujus lædere. [κακηγορέω, λοιδορέω, κακηγορέω, ἀβλασφημέω. Gal. *Diffamer & bleſſer l'honneur de quelqu'vn.* Ital. *Infamiare.* German. Beſchmützen/ hinderreden/ verleumbden/ verkleinerẽn. Hiſp. *Magullar la honra de alguna, diffamar à otro.* Pol. *Vwł acżam komu, łże drugiego.* Vng. *Valakit allattomba ragalmazok, hire ben neueben meg jersok.* Ang. *To checke or taunt.*] Livius lib. 1. bel. Maced. Legati graviter terentes ſe ſugillatos eſſe. Vlpianus: Si famoſa actio non ſit, vel pudorem non ſugillet. ¶ Item pro occludere veteres poſuerunt, ut autor eſt Nonius, teſtimonium afferens Varronis: Contrà lex Mænia eſt in pietate, ne filii patribus luci claro ſugillent oculos.

Sŭgillātĭo, onis, f. t. Livida cutis cõmaculatio. [חבורה *chabburáh.* ὑπωπιασμός. Gall. *Meurtriſſeure, noirceur ou terne couleur d'vn coup.* Ital. *Quel battimento di carne, macchia di carne.* Germ. Die kölſchen ſtreichmaſſen. Hiſpan. *Maguladura de carne.* Polon. *Sino czinie.* Vng. *Vteſſél valo meg kekites.* Ang. *Paleneſſe or wanneſſe of ſtrypes.*] Et per tranſlationẽ cõtumelia, ſive ignominia. [ὕβρισμός. Gall. *Diffamation.* Ital. *Infamatione.* Germ Verleumbdung/ verkleinerung/ beſchmützung. Hiſp. *Deſmafacion.* Ang. *A checking or taunting.*] Plinius lib. 7. cap. 45: Iuxta hæc Variana clades, & majeſtatis ejus fœda ſugillatio.

Sūgŏ, gis, ſuxi, ſuctũ, Succum labris elicio, exugo. [יבק *janák.* θηλάζω, μυζέω. Gall. *Sucer.* Ital. *Sugare.* Ger. Saugen. Belg. Suyten. Hiſp. *Mamar ò chupar.* Pol. *Sam.* Vngar. *Szopok.* Ang. *To ſucke.*] Cicero 1. Tuſculan. Nunc autem ſimulatq; editi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuò pravitate, & in ſumma opinionum perverſitate verſamur, ut penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. Idem 2. de Nat. deor. Alia ſugunt, aliá carpunt, alia vorant, alia mandũt. ¶ Apud antiquos etiam per ſecundam conjugationẽ inflectebatur Sugeo, ges, unde Exugeo, es. Plautus in Epid. Ego me vertam in hirudinem, atque eorum exugebo ſanguinem.

Sūctŭs, hujus us, m. q. ipſe ſugendi actus. [τὸ μύζημα, ἡ μύζησις. Gall. *Sucement.* Ital. *Seiugamento, ſorbitione.* Germ. Das ſaugen. Hiſp. *Obra de chupar ò demamar, chupadura.* Pol. *Sanie.* Vngar. *Szopas.* Ang. *A ſucking.*] Plinius lib. 8. cap. 36: Aliis diebus reſidunt, ac priorum pedum ſuctu vivunt.

Sŭī, ἑαυτῆ, ἕ: & ejus derivatum Suus, ſua, ſuum. [σφέτερος. Germ. Sein. Belg. Sijn.] Sunt pronomina reciproca: propterea ſic dicta, quòd ſicut reciprocatur ſpiritus, quũ viciſſim efflatur & attrahitur: ita hæc pronomina ad id, unde prodierant, reverturtur. Vnde non rectè dicimus, Ego dixi ſibi, Non eſt ſibi curæ Reſpublica, Tu fuiſti ſecũ: quia nulla in his eſt reciprocatio: ſed dicendum: Ego dixi ei, Non eſt ei curæ Reſpublica, Tu fuiſti cũ eo. Similiter nõ dicimus, Vidi Ciceronẽ & fratrem ſuũ, ſed fratrẽ ejus. Econtrariò nõ rectè dicitur, Omnia à te expectant, ut des illis cibũ in tempore, quũ ſibi dicẽ dum ſit. Sicut enim rectè dicimus, Omnes expectamus ut des nobis eſcam, omnes expectatis ut det vobis eſcam: ita dicendum eſt, Omnes expectant ut ſibi det eſcam. Eſt tamen quando indifferenter uti licet reciproco, aut nõ reciproco, prout ad illius, de quo loquimur, vel ad noſtram perſonam ſermonẽ referimus: ut, Omnes optant quod ſibi utile eſt: &, Omnes optant quod ipſis utile eſt. Illud ad perſonã ejus, de quo loquimur, refertur, & manifeſtam habet reciprocationem: hoc ad perſonam noſtram: ideoque nulla eſt in eo reciprocatio. Cicero: Multi dubitabant quid optimum eſſet, multi quid ſibi expediret. Idem: Legatus in pace profectus in provincia pacatiſſima ſe geſſit, ut ei pacem eſſe expediret. ¶ Nonnunquam etiam amphibologiæ vitandæ cauſa pro ſui, ſive ſuus, ponitur, is, aut ipſe, aut ille. Cicero in Bruto: Is ſoceri inſtituto, quem quia cooptatus in Augurum collegium nõ erat, nõ admodum diligebat: præſertim quum ille Quintium Scævolam ſibi minorem natu generum prætuliſſet. ¶ Accipitur aliquando ſuus pro proprius. ἴδιος. ut Velle ſuum cuique eſt. ¶ Accipitur autem ſui paſſivè, quemadmodum mei & tui. Cic. ad Att. lib. 10: Nicias vehementer tua ſui memoria delectatur. Idem de Vniverſitate: Imitantes genitorẽ & effectorẽ ſui. ¶ Invenitur interdũ ſibi, dativus ſolius venuſtatis gratia, nullaq; neceſſitate in oratione poſitus. Cic. Suo ſibi victitant ſucco. Col. Suo ſibi jure abluuntur. ¶ Dicimus etiam, Suus eſt illius mos, Sua eſt iſtius natura, Suus eſt Ariſtotelis modus, Suum Platonis genus. Habetq; hoc pronomẽ ſuus vocativũ, ut ſi dicam, Defendite Cæſarem ô amici ſui. ¶ Inter, præpoſitio id habet peculiare, ut ſi antecceſſerit genitivus, dativus aut ablativus, indifferẽter uti liceat reciproco pronomine, aut nõ reciproco. Si præceſſerit accuſativus aut nominativus, reciprocum poſtulat. Cic. Nec mihi cæterorũ judicio videtur ſolùm, ſed etiam ipſorum inter ipſos conſenſu: id de genitivo exemplum eſt. Nunc de dativo. Quintil. Circa quẽ inexplicabilis & grammaticis inter ipſos & philoſophis pugna eſt. De ablativo idem: Nam à magnis quoq; autoribus incidũt vitioſa aliqua, & à doctis inter ipſos etiam mutuò reprehẽſa. Vide hac de re plura apud Vallam eo in opuſculo, quo duorũ horum pronominum naturam ex profeſſo exequitur.

Sŭĭllĕ, Suillus, Suinus, vide SVS.

Sūlcŭs, ci, m. ſ. Foſſa illa oblonga, quæ inter arandũ fit vomere. [מעבירת *mahanîth* חלם *telém.* αὔλαξ, πρόσοια. Gall. *Raye ou rayon que fait la charrue en labourant la terre.* Ital. *Solco.* Ger. Ein furchen. Belg. Een voic. Hiſp. *El ſulco que imprime el arado.* Pol. *Brożda.* Vng. *Baraxda.* Ang. *A furrowe.*] Cicer. de Divinat. Quum terra araretur, & ſulcus altiùs eſſet impreſſus. ¶ Non rarò tamen accipitur pro ipſa aratione, ſive terræ proſciſſione. Virgil. 1. Georg. At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum Arcturũ ſat erit tenui ſuſpẽdere ſulco. ¶ Hinc fit ut tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicamus, pro eo quod eſt tertia, quarta aut quinta aratione. Plin lib. 18. cap. 20: Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur voluiſſe quũ ait: Illa ſeges demũ votis reſpondet avari Agricolę, bis quę ſolem, bis frigora ſenſit: hoc eſt, quę bis per æſtatẽ, bis per hyemem aratur. Ibidem: Spiſſius ſolũ (ſicut plerunq; in Italia) quinto ſulco ſeri melius eſt. In vitium quoq; cæterarumq; arborũ plantationibus ſulcum appellamus foſſam in longũ ductam in qua plantantur ſemina. Virg. lib. 2. Georg. Auſim vel tenui vitem committere ſulco. ¶ Hinc Biſulcus, a, um, δίχηλος: unde Biſulcũ animal, nõ ſolidas, ſed fiſſas ungulas habet. Idem Triſulcus, a, um: id eſt, trifidus, ut telum trifidum, quod tres habet cuſpides.

Sulcŭlŭs, dimin. [αὐλάκιον. Gall. *Petit rayon.* Ital. *Picciol ſolco.* German. Ein fürchlin. Hiſpan. *Pequenno ſulco.* Polon. *Brożdeczka.* Vngar. *Baraxdatska.* Ang. *A litle furrow.*] Col. de Arbor. cap. 30: Roſam fruticibus ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales convenit.

Sūlco, as, Sulcos facio, terram proſcindo, proſcindo. [αὐλακίζω. Gall. *Couper ou arer par rayons.* Ital. *Far ſolchi, ſolcare.* Ger. Furchẽ machen. Hiſ. *A ſulcar ò haxer ſulcos.* Pol. *Brożdi czinie.* Vn. *Baraxdalok baraxdat tſinalok.* An. *To mak furrowes.*] Col. lib. 11. cap. 2: In ſubacta jam terra latiores porcæ ſulcantur. Plin. lib 9. cap. 6: Satiansq; ſe per complures dies, alveum in vado ſulcaverat, accumulata fluctibus tantùm, ut circumagi nullo modo poſſet. ¶ Translatè etiam mare ſulcare dicimus. Ovid. 1. de Pont. Nos fragili ligno vaſtum ſulcavimus æquor. Virgil. 10. Aeneid. -ſulcat maria alta carina.

Sūlcātŭs, a, um, particip. Lucanus libro 1: -& quondam duro ſulcata Camilli Vomere.

Sūlcātŏr, oris, verbale, m. t. [αὐλακιστής, ἀροτήρ. Gall. *Laboureur, qui fait rayons.* Ital. *Lauoratore della terra à ſolchi.* Ger. Ein furchs macher/ der mit fahren zerſchneidet. Hiſpan. *A ſulcador, que haze ſulcos.* Pol. *Ten ktori brożdi czini.* Vngar. *Baraxdalo baraxda tſinalo.* Ang. *He that maketh furrowes.*] Silius libro 7: -ſulcator navita ponti. Stat. 11. Theb. -nigri ſulcator Averni.

Sūlcātim, adverbium, Per ſulcos. [κατ' αὐλακας. Gall. *Par rayons.* Ital. *A ſolchi.* German. In furchen weiß. Hiſpan. *Por ſolcos, ò con ſulcos.* Polon. Wbrożdi. Vngar. *Baraxdankent.* Ang. *By furrowes.*] Pomponius: Gerens præterea ſulcatim conciſam faciem.

Sūlphŭr, ſive Sulfur, ri. t. à Plinio lib. 35. cap. 15, terræ generibus aſſignatur, ab aliis quibuſdam inter metallica corpora enumeratur. [טריית *ghophrîth.* θεῖον. Gall. *Soulfre.* Ital. *Solfo.* Ger. Schwebel. Belg Solffer. Hiſ. *Piedra cufre.* Pol. *Siarka.* Vn. *Ken kõ.* Ang. *Brimeſtone.*] Effoditur enim cuniculis in Aeoliis præcipuè inſulis, inter Italiam & Siciliam ſitis, nobilius tamẽ in Melo. Invenitur & in Italia Neapolitano Cãpanoq; agro, in collibus qui vocantur Leucogæi. Dioſcorides duo ejus enumerat genera; Nativum ſive foſſile, quod quoniã ignẽ non eſt expertum, ἄπυρον appellat. Virgilius vivũm cognominat. Alterũ factitium, quod quoniam olei incoctu ad ignẽ perficitur, πυρωμβρον nominant. Plinius loco jam citato quatuor ejus enumerat genera, factitiũ nimirũ in tres ſecãs differẽtias: quas hîc brevitatis cauſa omittimus, ab eo, ſi videatur, perendas. Ovid:

tãs. Ovid. 1. de Arte. Quid referam Bajas prætextaquè littora velis, Et quæ de calido sulphure fumat aqua? Virg. 3. Georg. Et spumas miscent argẽti ac sulphura viva. Idẽ 2. Aen. - & altè circum loca sulphure fumant. ¶ Ponitur aliquãdo pro fulmine, eam ob causam, quòd fulmen quum ceciderit, vicina loca odore sulphuris implentur. Persius Satyr. 1: - quia quũ tonat ocyus ilex Sulphure discutitur sacro, quam tuq; domusq́ue.

Sŭlphŭrĕŭs, a, um, Quod ex sulphure est, sive sulphuris naturã refert. [Θειώδης. Gall. *De soulfre, plein de soulfre, sulfureux.* Ital. *Di solfo.* Ger. Des Schwebels/oder von Schwebel. Hisp *Cosa de materia di piedra cufre.* Pol. *Siarczani.* Vng. *Ken kõues.* Ang *Of brimestone.*] Plin. lib. 36. cap. 19. Quum uritur, odorem sulphureum reddit. Virgil. 7. Aeneid. - audiit amnis Sulphurea Nar albus aqua. Ovid. 15. Metam. Nec quæ sulphureis ardet fornacibus Aetna.

Sulphŭrārĭă, æ, f. p. Locus ubi sulphur coquitur aut effoditur. [Θεῖον. Gall. *Soulfriere, lieu où il y a du soulfre.* Ital. *Luogo doue si fa il solfo.* Ger. Ein ort da man Schwebel grabet/oder machet/Schwebelgrub/oder Schwebelhutte. Hisp. *El minero de la piedra cufre.* Pol. *Huta gdzieſiarke czinia.* Vng. *Ken kõ banya.* Ang. *A place where brimstone is digged or made.*]

Sŭlphŭrātŭs, a, um, Quod sulphur habet admistum. [Θειωτός. Gall. *Ensoulfré* Ital. *Insolforato.* Ger Geschwebiet. Hispan. *Cosa mezclada con piedra cufre.* Pol. *Siarczysti.* Vng *Ken kõues.* Ang. *Mingled with brimestone.*] Plin. lib. 31. cap. 3: Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant. Unde sulphurata dicuntur ligna exilia sulphure ex utraque parte intincta ad accendẽdas lucernas. [καὶ ξυλάρια θεῖα ἐμβεβαμμένα. Gall *Petits eſclats de bois ensoulfrez, alumettes.* Ital. *Solferini.* Ger. Schwebelhölzlin. Hispan *Pequenna lenna cubierta de cufre.* Pol. *Siarczerne.* Vng. *Ken kõuexes.* Ang. *Matches to kendle fier.*] Mart. lib. 1: Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.

Sŭlphŭrātĭo, verbale, f. t. [ἡ θείωσις. Gall. *Ensoulfrement.* Ital. *Solforamento.* Ger. Schweblung. Hispan *Obra de sahumar con cufre.* Polon. *Siarczerne.* Vng. *Ken kõuezes.* Ang. *A mingling with brimestone.*] Senec. lib 3. Natur. quæst Aut æstus corrumpere naturam, aut sulphuratio contraxit humorem.

Sŭltĭs, veteres dixerunt pro si vultis ἐὰν βούλησθε. Plaut. in Asin. Hoc ágite sultis, spectatores nunc jam.

Sum. es, est, verbum substantivum à Grammaticis appellatũ, sive quòd per sese subsistet, solũq; nullius alterius verbi egeat adminiculo: [הָיָה *hajáh.* ἐιμί, ὑπάρχω. Gall. *Estre.* Ital *Essere.* Germ. Seyn. Belg. Syn Hisp. *Estar, ser.* Pol. *Iestem.* Vngar. *Vagyok.* Ang. *To be.*] quum contrà cætera omnia in hoc resolvantur, pleraq; etiam sine ejus ope declinari non possint: sive quòd quum cætera omnia verba aut actionẽ importent, aut passionem, solum hoc sit verbum quod substantiam rei denotet. Variam autem in oratione obtinet constructionem. Aliquando enim similes conjungit casus. Cic. de Divin. Quũ solutus est animus, nihil planè ei est cum corpore. Idem Trebatio: Audio Treviros capitales esse. ¶ Aliquando non invenustè subauditur. Virgil. 1. Aen. Túne ille Aeneas quem Dardanio Anchisæ Edidit alma Venus, *&c.* Idem 3. Aen. Nam Polydorus ego. ¶ Nonnunquam pretium importat, idem ferè significans quod valeo, sive æstimor, in qua significatione genitivum exigit. Salust. in Iugurth. Nunc vos æstimate facta, an dicta pluris sint. Terent. in Adelph. Argenti quanti est, sumito: id est, quanto pretio valet. Cic. lib. 2 Offic. Ut commodius putarent numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. Esset (*inquit*) id est, æstimaretur. Idem 2. Offic. Emere denario quod sit mille denariorum. Idem in Frumentaria: Quum in Sicilia sestertiorum duorum tritici modius esset. Eundem etiam casum exigit quum dominium seu possessionem importat: ut Pecus est Meliboei. ¶ Item quando proprietatem sive possessionem significat: idque in tertia duntaxat persona singularis numeri. Cic. lib. de Orat. Clamare contrà quam deceat, hominis est impudentis. Et paulò pòst: Quorum alterum divinitatis mihi cujusdam videtur, alterum humanitatis. ¶ Quandoque jungitur dativo, & tunc significat habeo. Virgil. 1. Aeneid. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. Iungimus interdum & alterum dativum; Cic. Attic. Postrema tua pagina magnæ mihi molestiæ fuit. Idem 1. Offic. Ampla domus dedecori domino sæpè fuit. Cujus generis orationes ferè exponi solent per verbum Afficio, hoc modo: Postrema tua pagina affecit me magna molestia. Ampla domus sæpè affecit dominum dedecore. ¶ Cum dativo & ablativo. Plautus in Mil. Nihil me pœnitet jam quanto sumptu fuerim tibi. ¶ Est mihi minus cum illo: id est, minus sum ei familiaris. Cic. pro Marcello, lib. 15: Si mihi tecũ minus esset quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. ¶ Ponitur & pro convenit sive contingit: sed in tertia tantùm persona singularis numeri. Valerius Maximus lib. 1: Non est inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, præsertim divinitatis fastigio junctos. Virgil. 6. Aeneid. Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnũ Cernere erat: id est, licebat. ¶ Apponitur quandoque huic verbo ablativus sine præpositione: ut Tuo beneficio liber sum: &, Tu es magna vi animi & corporis. ¶ Aliquando etiam cum præpositione: ut, Hæc res est in potestate mea. Vis est in armis. ¶ Est in bonis, pro in possessione bonorum, bona possidet. Cicero Acilio libro 13: Nullam omnino arbitror de ea hæreditate controversiam eum habiturum, & est hodie in bonis. ¶ Esse in aliquo numero atq; honore. Cæsar 6. bel. Gal. In omni Gallia eorum hominum qui in aliquo sunt numero atque honore, duo sint genera. ¶ Interdum adjunctum habet accusativum mediante præpositione ad: & tunc Est, significat expositum est, vel vergit. Cæs. 1. bell. Gall. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem quæ est ad Hesperiam. ¶ Ponitur nonnunquam sine casu à parte posteriori. Lucretius: Quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ post facta sequentur. ¶ Item jungitur infinitivo alterius verbi: ut Magnæ laudis est vacare sapientiæ: &, Animi fortitudo est, adversa contemnere ¶ Est, pro possibile est. Cels. Non tam facilè iis opitulari est qui in cibo venenum, vel in potione sumpserũt. ¶ Budæus, Es, pro soles. Cic. Cornificio, lib 12: Quòd si, ut es, cessabis, lacessam. ¶ Hujus verbi cõposita sunt, Absum, adsum, desum, exsum, insum, intersum, obsum, possum, præsum, prosum, subsum, & supersum: quorum significata explicantur suis locis. ¶ Esto, ἔσω, ἴσω, futuri temporis imperativi. ¶ Interdum concedentis adverbium est. Virgil. 4. Aen. Esto, ægram nulli quondam flexêre mariti. Idem 7. Aen. Non dabitur regnis esto, prohibere Latinis.

Sumănālĭă, Dicuntur liba farinacea in modum rotæ facta. Festus. Hæc Cælius lib. 9. cap. 16. sumenalia vocat. putatq́ue à sumine esse dicta, eademque esse cum iis, quæ Græci ὀβελίας appellant.

Sūmĕn, nis, n. t. Venter suillus, infra umbilicum, cũ ipsis ubéribus summis olim Romæ in deliciis habitus, præcipuè si ex primipara excisus esset sue uno die post fœtum editũ. [ὑστρὰξ, ὄγκος. Gall. *Vn douillet & friand morceau, viande des tetines d' vne coche apres qu' elle a cochonné.* Ital. *Vivanda di mamelle di scrofa poich' apartorio* Ger. Ein spetz bey den alten von außgeschundenen Mos rendutten. Hisp. *La vbre de la puerca salgresa.* Polon. *Brzuch swoy y ſciężkami.* Vngar. *Az dix nonak az tsötsös naſa.* Ang. *The fatnes in the bellie.*] Antiqui *abdomen* appellarunt. Suminis autem vocabulum à Publio Mimorum Poëta initium sumpsit. Plin. lib. 8. cap. 51: Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictaq; cœnis abdomina, glandia testiculi, vulvæ, syncipitia verrina: ut jam Publii Mimorum poëtę cœna, postquam servitutem exuerat, nullà memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo impositio. Idem lib. 11. cap. 37: Proxima ejectitię vulvæ est, occisę uno die post partum. Hujus & sumen optimum si modò fœtus non hauserit: ejectitiæ deterrimum. Antiqui Abdomen vocabant, priusquam calleret id, scientes occidere non assueti Hæc Plin. Mart lib. 13: Esse putes nondum sumen, sic ubere largo Effluit & vivo lacte pupilla tumet. Plaut in Capt. Quanta labes larido, quanta sumini absumedo? ¶ Dictũ sumen (ut quibusdã placet) quasi suis abdomen: aut, ut alii putant, à sugẽdo: quanquã non desunt, qui sumen dictũ putent, quasi Rumen, à mammis, quas antiqui *Rumas* appellabant.

Sūmĭnātŭs, a, um. [Vngar. *Tôlges hasas disznó*] Lampridius in Alexand. Severo: lutilit ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem: subaudi suem.

Summă, æ, f. p. Caput sentẽtiæ alicujus, aut rerum de quibus verba fiunt, aut etiam quæ numerantur. [ראש *rosch* סך *sach.* κεφάλαιον, τὸ σύμπαν. Gall *Somme, sommaire, abregé, fin de compte.* Ital. *Summa, conclusione.* German Ein kurtzer aber vollkommet Hauptbegriff/ein Summ. Hisp. *La ſumma que ſe cage de los numeros.* Pol. *Summa krotkie ogarnienie rzeczy.* Vng. *Somma.* Ang. *A ſomme, a brieff collection or draught.*] Virgil. lib 4: Naviget, hæc summa est. In summam proficere. Quintil. lib. 1: Majora tamen aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit: Id est, in cumulum excrescere, & ad eam dicendi facultatem, quam adolescenti aut juveni comparare volumus & ad eum finem, quem destinavimus summa victoriæ. Cæs. 7. bel Gal. Nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent: quòd penè in eo, si oppidũ retinuissent, summã victoriæ constare intelligebant. Summa rerum, in qua rei maxima pars consistit. Terent. in Phorm. Ad te summa solum Phormio rerum redit. Cicero de Legib. Leges autem à me edentur non perfectè. nam hoc esset infinitum: sed ipsæ summę rerũ ac sententiæ. Idem pro Quintio: In hoc summa judicii, causaq; tota consistit. Idem ad Titium lib. 13: Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaveris, ut Avianus, quando se à me amari putat, me à te amari sciet: erit id mihi pergratum. Summa pecuniæ. Idẽ 1. Offic. Addendo, deducẽdoq; videre, q̃ reliqui summa fiat. Quint. lib. 5, cap. 10: Creditor totius summæ. Cic.

mæ. Cic. de lege Agrar. Quum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua voluntate confecisset. ¶ Hujus diminutivum est Summula: id est, parva summa.

Sūmmātim. Per singulas summas, in summa, & breviter, & omnibus quasi simul comprehensis [κεφαλαιωδῶς, ὐφαιρῶν. Gall. *Sommairement, en brief.* Ital. *Brevemente, summariamente, in breuità.* Ger. In kurtzem begriff/ in einer summ/ Summarischer weyß Hisp. *Reduziendo en summa, en summa, brevemente.* Polon. W *summie.* Vng. *Sommankent.* Ang. *Shortlie, in few wordes.*] Apuleius: Omnia summatim tetigerat. Plinius: Sed ut hac de re summatim dicam. Idem significant, In summa, & Ad summam. Quintilianus: In summa non recedo: fas est mihi invitis etiam parentibus piè facere. Cic. 3. Offic. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis humani societatem, congregationem, & conciliationem colere, tueri, conservare debemus. Ad summum verò, sive Summum, sine Ad, τὸ μέγιστον: id est, acsi diceremus, Vt summum vel maximū dicam. Cic. pro Milone: Vnus aut ad summum duo inventi sunt, qui Milonis causam non probarent: id est, non plures quàm unus, aut duo ex omnibus. ¶ Pro eo, quod nos dicimus summatim, vel in summa, frequenter uti solet Quintilianus adverbio Semel, Et ut semel omnia complectar: id est, in summa. In eundem sensum etiam quandoque sumitur Breviter. Quintilianus: Breviter tamen longè crudelitatis explicanda sævitia est ex omnibus quæ protuli levissimum fuit, quòd occisus est. Plin. lib. 3. cap. 4: Aliqua verò Gallia cultu virorum, morum dignatione, amplitudine opum præferenda, breviterq; Italia verùs quàm provincia.

Summārĭum, summarii, n. s. Breviarium. [ἐπιτομή. Gall. *Sommaire, abbregé, epitome.* Ital. *Summario, abbreuiatura.* German. Ein außzug oder verkürtzter begriff Hispan. *La summa de lo derramado.* Polon *Summaryusz krotkie ogarnienie* Vng. *Breuiar, summaba iratot könyu* Ang. *A brieff collection or abbridgment.*] Seneca: Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio quàm quæ vulgò *breviarium* dicitur: olim quum Latinè loquebamur, *Summarium* dicebatur.

Sūmmātim. Summatus. Summè. vide SVMMVS.

Summĭtto, is, n. t. Suborno, clanculum & furtim immitto. [ὑποπέμπω, κρυπτοδιάζω, ἐπιβάλλω, ὑπάγω Gall. *Soubmettre, mettre dessous, abbaisser, humilier.* Ital. *Sommettere, sottomettere* Germ. Heimlich hinnach schicken. Belg. Nederlaten/ onder schouden Hisp. *Someter.* Pol. *Tasemnie wpuszczam.* Vng *Alatta botsatom alattomba be botsatom* Ang *To put vnder priuelie, to mak low.*] Sueton in Cæs. Summissis nonnunquam lictoribus, atque militibus. Cicero ꝙ Verrina. Summitebat iste Timarchidem, qui moneret eos si saperent, ut transigerent. ¶ Item ponitur pro demittere sive promittere. κομᾶν. Sueton. in August. Audita clade Tituriana, barbam capillumque summiserit. Namque summittere barbam, & capillum dicimur, quando neque tondemus, neque radimus, permittentes ad enormitatem adolescere, quod specimen est maximi doloris. Id etiam promittere, & demittere dicitur. ¶ Aliquando pro subdere vel successorem in alterius locum mittere. Cic. de Provinc. Consul. Huic viro non summittetis? hunc diutiùs in provincia manere patiemini? Loquitur de Pisone, Macedoniam consulari imperio obtinente, cui sententiâ sua successorem decernit. Lucilius: Summittas alios, si quos posse censeas. ¶ Aliquando sub jugum mittere. Virg. 1. Aeglog. Pascite ut antè boves pueri, summittite tauros. ¶ Idem aliquando quod supprimo. Cic. Tibi ætas nostra cedit facesq; summittit. Idem alibi: Fascibus summissis me adventantem complexus est. ¶ Aliquando idem est quod remitto, cui contrarium est contendo, augeo. Cic. in Ver. Aliquantum remittere ex eo quod facere possis, & multum summittere. Idem de Orat.

Sūmmīssĭo, onis, f. t. Idem quod remissio, relaxatio. [רִטְיוֹן *riphjón.*] Cicer. in Topic. Parium comparatio nec elationem habet, nec summissionem. Idem in Orat. Summissio vocis, summissio orationis.

Sūmmīssŭs, a, um, sive submissus, Incurvatus, sive inclinatus. [ὑφειμένος. Gall. *Mis dessous, abaïsse, mis bas* Ital. *Sommesso.* Ger. Nider gelassen/ gebogen Belg. *Leech* Hisp *Sometido.* Pol *Nachilony, na dol spuszczony.* Vng *Meg haylot alatson.* Ang. *Put vnder, lowe.*] Virgilius 3. Aeneidos. Summissi petimus terram. Plinius lib. 11. cap. 49: Solidipedes inter initia pasci, nisi summissis genibus non possunt. ¶ Interdum idem quod humilis, abjectus. [שְׁפַל *schaphál* (vel) *schaphél.* ταπεινός.] Cic. 1 Offic. Neq; summissum nimis, neq; se nimium efferêtem. Summissa vox: id est, pressa, cui opponitur Clara & elata ὑφειμένη φωνή. Cicer. de Orat. Oratio placida, summissa, lenis.

Sūmmīssē, sive Submissè, Demissè, abjectè, humiliter. [ὑποχῶς, ταπεινῶς. Gall. *Bassement, humblement.* Ital. *Bassamente, humilmente.* Ger. Buderchänigtich/ vnderwürfflichen/ demütigtich. Hispan. *Baxa y sometidamente* Polon *Pokornie.* Vng. *Alazatossan.* Angl. *Lowlie.*] Cicero pro Plancio: Si meum beneficium potiùs ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis summissè supplicarat.

Sūmmissim, summissè, sive voce summissa. ὑφειμένως. Sueton. in Augusto: Nam ad communionem sermonis tacentes etiam, & summissim fabulantes provocabat.

Sūmmo, as, n. p. summam facio, κεφαλαιόω. Hinc Consummo, de quo alibi.

Sūmmœnĭum, nii, n. s. [German Das gemein Hurenhauß auff den Graben bey den Rindtmawren.] Locus sub mœnibus, in quo meretrices prostabant. καμαυπαῖον.

Sūmmœnĭānŭs, a, um, Mart. lib. 12: Summœnianæ ubi pilantur uxores. Idem alibi: Convivia quisquis Zoili potest esse, Summœnianas cœnet inter uxores. Quibus in locis summœnianas uxores appellat vilissimum meretricum genus, quæ ferè in fornicibus sub mœnibus cellas habebant.

Sūmmŏnĕo. vide SVBMONEO.

Sūmmŏvĕo, vide SVBMOVEO.

Tĕmĕrātŭs, à, um, particip. [נטמא *nitmáh.* *βεβηλωθείς.* Gall. *Violé & gasté, souillé, maculé.* Ital. *Macchiato, contaminato.* Ger. Geschendet. Hisp. *Violado, maculado, corrumpido.* Pol. *Pomazany.* Vn. *Meg rontatot, fŏrtŏxtetŏt.* Ang. *Violated, broken.*] Ovid. epist. 16: Ausus es hospitii temeratis advena sacris Legitimam nuptæ solicitare fidem? Liv. 6. bel. Pun. Sepulcra majorum vulsa, temerata ac violata. ¶ Hinc Intemeratus, integer, incorruptus, inviolatus. [טמים *tamím.* *ἀμίαντος.*] de quo suo loco.

Tĕmĕrātŏr, verb. m. t. [*βεβηλωτής.* Gall. *Fausseire.* Ital. *Falsatore.* Germ. Ein felscher. Hisp. *Falsario.* Pol. *Fal'szarz.* Vng. *Meg ronto fŏrtŏxtetŏ Zeplŏsitŏ.* Ang. *He that violateth or breaketh, a forger of writinges.*] Pro falsario, in l. Si qs obrepserit. ad l. Corn. de falsi.

Tĕmētum, ti; n. s. Vinum: ita dictū, q tentet: hoc est, labefactet mentē. [יין *jáin.* *μέθυ.* Gal. *Du vin, ce qui enyure.* Ital. & Hisp. *Vino.* Ger. Wein. Pol. *Vino.* Vn. *Bor.* Ang. Wyne.] Plaut. in Aul. Cereríne Strobile has facturi nuptias? S T R. Qui? S T A. quia temeti nihil allatū intelligo, Liv. 10. ab Vrb. Vŏverat Iovi victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, priùs quàm temetū biberet sese facturū. Horat. 2. epist. 2. penultimā dictionis hujus syllabam producit, quū apud Iuven. corripiatur: Te (*inquit*) dominum sentit: das nummos, accipis uvas, Pullos, ova, cadū temeti: nempe mŏdo isto Paulatim mercaris agrū.

Tĕmŭlentŭs, a, um, Vinolētus, ebrius. [שכור *schschór.* *οἰνόφλυξ.* Gall. *Yure.* Ital. *Embriacco.* Germ. Trucken/voll wein. Hisp. *Embriago.* Polon. *Opiel'i.* Vng. *Rezeg.* Ang. *Drunken.*] Terent. in Evnuch. Temulenta es. P. utinam sic sint qui mihi malè volūt. ¶ Hujus contrarium est Abstemius, sobrius, quasi sine temeto.

Tĕmŭlentĭă, ę, f. p. Ebrietas. [שכרון *schichcharón.* *οἰνοφλυγία.* G. *Yurongnerie.* Ital. *Embriachezza.* Ger. Trunckenheit/weinvölle Hisp. *Embriaguez.* Pol. *Ogralstwo.* Vng. *Rezegseg.* Ang. *Drunkennesse.*] Plin. lib. 14. cap. 2: Siquidem temulentiam sola nō facit. Idem lib. 14: Cato ideo propinquos fœminis osculum dare jussit, ut scirent an temetum olerent, hoc tum vino nomen erat. Vnde & Temulentia appellata.

Tĕmŭlentĕr, adverb. [*μεθυσμώδως, μεθύσως, μεθύσου δίκην.* Gall. *En yurongne, comme vn yurongne.* Ital. *A foggia d' embriacco.* Ger. In einer vollē weiß. Hisp. *Embriagadamente.* Pol. *Ogralie, opielie.* Vng. *Rezegen.* Ang. *Lik a drunkard or dronkenfowelie.*] Col. li. 8. cap. 8: Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aves temulēter eructant.

Tĕmno, nis, tempsi, temptum, Sperno: à *τέμνω*, quod incido, resecoq; significat: quoniam quę spernimus, amputare & resecare cōsuevimus. [בזה *bazáh.* *καταφρονέω.* Gall. *Mesprisser.* It. *Sprezzare.* Ger. Verachtē. Hisp. *Menospreciar.* Pol. Wigardzą. Vn. *Meg vtalom.* Ang. *To dispise, or dispraise.*] Virg. 6. Aen. Discite justitiam moniti, & non temnere divos. Idē 1. Aen. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. Horat. 2. Serm. Satyr. 2: Iejunus stomachus rarò vulgaria temnit. ¶ Hinc contemno, compositum: de quo suo loco.

Tēmo, onis, m. t. Lignum in curru, inter equos intermedium, continens jugū in curru vel plaustro. [*ῥυμός.* Gall. *Le timon ou limon d' vn chariot ou charrette.* Ital *Temone di carro ò carretta.* Ger. Die dech sel an einem Wagen / das lang holtz zwischen den Rossen an welchem die joch sind gebundē. Hisp. *Timon del arado ò pertigo.* Pol. *Dyszelu woza.* Vng. *Rud.* Ang. *The plough beame or of a wayne.*] Temo dictus à tenendo, ut inquit Varro lib. 6. de Ling. Latin. quòd jugū & plaustrum cōtineat. Ovid. lib. 2. Metam. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ. Liv. 7. bel. Maced. Cuspides circa temonem ab jugo decē cubita extantes, velut cornua habebant, quibus quicquid obvium daretur, transfigerent. ¶ Temonem pro stipite Columella posuit, sive pro lignis transversariis & longuriis, lib. 16. cap. 18: Huic solo septenūm pedum stipites recti ab utroque latere quaterni applicantur. Ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesque transversis sex temonibus, quasi vacerræ inter se ligantur. Bud.

Tēmpĕro, ras, act. p. Rem suo ordine ac mensura administrō, moderor, temperationem facio, misceo. [מתן *matách* בהל *nibhégh,* *συγχέω, ἀναμίζω, κεράννυμι.* Gal. *Tĕperer.* Ital. *Temperare.* Ger. Messigen/ordentlich antichten. Belg. Matigben. Hisp. *Templar.* Pol *Vsmierzam, rozrzadam.* Vn. *Meg merteklŏm.* Ang. *To temper or moderat, to forbeare, abstteane or refraine.*] Cic. 1. Tusc. Rempub. verò nostri majores certè melioribus temperaverūt & institutis & legibus. ¶ Sic dicimus temperare vinū aqua, temperare irā sedato animo, temperare ferrū flammis & ictibus. Temperamus item stylum, calamū & hujusmodi: id est, concinnamus. ¶ Temperare dativo junctum significat abstinere: [התאפק *hitheappék.*] ut temperare alicui, pro abstinere ab injuria inferenda. Cic. 3. Verr. Te putet quisquā quū ab Italia freto disjunctus esses, sociis temperasse, qui ædē Castoris testē furtorum tuorū esse volueris? Sibi tēperare. Cic. pro Flacco: Vt qui antedictū testimonium sibi temperarit, quum tamē aliquid, *&c.* ¶ Temperare vino, temperare ab injuria, tēperare in amore, & multa alia: id est, abstinere. ¶ Temperatū est, impersonale pro abstinuerūt. Liv. lib. 1. ab Vrb. condita: Vnaq; hora quadringentorū annorū opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit, templis tamen deūm temperatum est. ¶ Hujus composita sunt, Attempero, & obtempero: de quibus suis locis.

Tĕmpĕrāns, antis, Moderatus, cōtinens, in omni libidine temperatus. [התאפק *hitheappék.* *σώφρων.* Gall. *Bien temperé, posé & rassis, maistre de ses affections.* Ital. *Rimesso, moderato, chi modera suoi affetti.* Ger. Messig. Hisp. *El que tiene templanca.* Pol. *Powczagliwi, skramni.* Vn. *Merteklet ŏs.* An. *Moderat, tĕperat, maister of his affections.*] Cic. pro Font. Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus, ac temperans, plenus pudoris, plenus officii, plenus religionis. Idem in Paradoxis: An temperantem dices qui in aliqua libidine se continuerit, in alia se effuderit?

Tĕmpĕrānter, adverb. Temperatè, moderatè. [*σωφρόνως, μετρίως.* Gal. *Moderéement, attrempéement, poséement.* Ital. *Temperatamente.* Germ. Messigtlich. Hisp. *Templadamente.* Pol. *Skramnie, miernie.* Vng. *Merteklettessen.* Ang. *Temperatlie, or with measure.*] Cicer. ad Att. lib. 9: Nam quod ais, si hic temperantiùs egerit, consideratiùs te consilium daturum. ¶ Temperanter haberi. Tacit. lib 4: Vel quum patres pollerent poscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur.

Tĕmpĕrāntĭă, æ, f. p. Modestia, moderatio, frugalitas, & ut Cic. lib. 2. de Invent. ait: Est rationis in libidinem, atq; in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. [*σωφροσύνη.* Gall. *Temperance, attrempance.* Ital. *Temperantia, modestia, cōtinenza.* Ger. Messigkeit. Belg. Matichent. Hisp. *Templanca.* Pol. *Skramnosc.* Vng. *Merteklettessig.* Ang. *Temperance.*] Hujus partes sunt cōtinentia, clementia, modestia. Temperantiā (inquit Seneca) voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat, & ad sanum modum redigit. Cicer. ad Lentulum lib. 1. Epist. Novi enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ. Idem 5. Tusc. Temperantia est moderatrix omnium commotionum. Idem 5. de Finib. Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. Plin. lib. 28. cap. 5: Multò utilissima est temperantia in cibis.

Tĕmpĕrātŭs, participium, sive nomen ex participio, Moderatus, mediocris, modestus. [*μέτριος.* Gall. *Temperé.* Ital. *Temperato.* German Messig/gemasiget. Hispan. *Templado.* Polon. *Skramni, powczagliwi.* Vng. *Merteklettes.* Ang. *Temperat, modest.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Lux temperato repercussu non obstrepat. Cic. 1. de Divin. Si modò temperatrix escis, modicisque potationibus est affectus. Horat. 2. Carm. Ode 3: Aequam memento rebus in arduis Servare mentem: non secus in bonis Ab insolenti temperatam Lætitia, moriture Deli. Cic. ad Att. lib. 4: Hominem in summa magnitudine animi, multa humanitate temperatum, perdidimus. Idem ad Cornific. lib. 12: Est autem ita temperatis moderatisq; moribus, ut summa severitas summa cū humanitate jungatur. Idem pro Fonteio: Ille igitur ipse homo sanctissimus & temperatissimus multa audivit in sua causa, quæ ad suspicionem stuprorum, ac libidinem pertinerent. ¶ Temperatior oratio. Cic. 2. de Orat. Neq; est ulla temperatior oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis, orationis ipsius humanitate conditur.

Tĕmpĕrātē, adverbium, Moderatè, mediocriter, & quodam cum temperamento. [*μετρίως.* Gall. *Temperéemene, moderéement, mediocrement.* Ital. *Temperatamente, moderatamente.* Ger Messigetlich. Hisp. *Templadamente.* Pol. *Powczagliwie, skromnie.* Vng. *Merteklettessen.* Ang. *Temperatlie, and with a certaine moderation.*] Cato cap. 69: Vbi temperatè tepebit, tum cuminum indito,

postea linito. De dolio loquitur. Cicer. ad Att. lib. 12: Ages, ut scribis, temperaté.

Tempĕrātĭo, onis, s.f. Temperamentum, modestia, moderatio. [חזק *mézegh. κρᾶσις.* Gal. *Attrempement.* Ital. *Temperatione.* Ger. Messigung Hisp. *Templanca.* Pol. *Skramnosć.* Vng. *Meg mertekles.* Ang. *Temperance, modestie.*] Cic. 4 Tusc. Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se, quibus constamus. Idē 1. Tusc. Nec sit quicquā, nisi corpus unū & simplex, ita figuratum, ut temperatione naturę vigeat, & sentiat. ¶ Temperatio æris: id est, mistura. *σύμμιξις.* Cic 6 Verr. Tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissimè perspicis? ¶ Aliquando idem valet quod moderatio, sive gubernatio. Cic. 2. de Divin. Hoc temperatio lunæ cœlique moderatio efficit. Idem de Somn. Scip. Sol mens mundi & temperatio.

Tempĕrātŏr, oris, verbale, m.t. Moderator, gubernator. [מהלך *menahégh* רעה *roheh. ἡγεμών.* Gall. *Qui tempero & mixtionne.* It. *Temperatore.* Germ. Maßger. Hisp. *Templador.* Pol. *Vskrámiácz.* Vng. *Meg mertekló.* Ang. *He that tempereth or moderateth.*] Mart. lib. 1: -sed inquieto Atmorum fato temperator ambit. Cic. in Orat. Et quasi temperator hujus tripartitæ varietatis.

Tempĕrāmēntum, ti, n.s. Moderatio, modus, mediocritas, ratio. [חזק *mézegh. μετρίότης.* Gal. *Temperément* Ital. *Temperamento.* Ger. Ein maß oder massung. Belg. Matinge Hisp. *Templanca.* Pol. *Miernosć, vskromnimie.* Vng. *Mertekles.* Ang. *A temperance, a moderation.*] Cic. 3. de Legib. Inventum est temperamētum, quo tenuiores cum principibus se æquari putarint. Plin. Tali adhibito temperamēto, ut nec laxet nimis, nec arctū esse patiatur. ¶ Temperamentū linguæ: id est, linguę continētia. Liv. 8. bell. Pun. Et si nulla alia re modestia certè & temperamento linguæ adulescens senem vicero. ¶ A' medicis temperamentū appellatur proportio quatuor primarū qualitatum in corpore misto: ejusq; novem constituunt differentias. *κρᾶσις.* Nam aut æqualis est omnium qualitatū proportio: eaq; constat justum legitimumq; temperamentū, quod est veluti canon & norma reliquorū. Aut inæqualis: idq; rursus duobus modis. Nam aut unica est qualitas reliquis excellēs, trib. se moderatè habētibus: indeq; emergūt quatuor simplicia temperamēta. Aut ad summū duę reliquis prevalent duabus: unde rursus oriuntur quatuor alia tēperamenti genera, q̄ cōposita dicūtur.

Tempĕrātūrā, ę, f.p. Temperamentum: id est, proportio partiū simplicium, quæ constituunt corpus mistum: [חזק *mézegh. κρᾶσις.* Gall. *Attrempance.* Ital. *Temperatura.* Ger. Vermischung. Hisp. *Templanca.* Pol. *Temperament, pomiernosć.* Vng. *Mertekles allapat.* Ang. *A mingling or tempering of thinges together.*] ut, quum quempiam calidæ, frigidæ, humidæ, aut siccæ temperaturę esse dicimus. ¶ Nonnunquā accipitur pro ipsa mistura: ut quum æris temperaturam statuariam, formalem vel tabularem dicimus. Plin. lib. 34. cap. 9: Sequensq; æris temperatura statuaria est, eademq; tabularis, hoc modo: Massa proflatur inprimis: mox in proflatū additur tertia portio æris collectanei. Et paulò pòst: Appellatur etiam nunc formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarii vigesima. Temperatura ferri. Plin. Ferrum à rubigine vindicarur cerussa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis *antipathia* dicta. ¶ Temperatura cœli, idem quod temperies. Varro: Quæro, utrum adduxerit cœli temperatura, an terræ bonitas.

Tempĕrĭēs, riei, f.q. Temperamentū, seu status cœli. [*Δυσκρασία.* Gall. *Attrempance.* Ital. *Temperanza.* Ger. Rechtmässigkeit. Hisp. *Templanca.* Pol. *Zdrowe powietrze.* Vng. *Mertekletes allapat.* Ang. *Temperateneśse in colde and heate.*] Plin. Iun. In quo saluberrima est aēris temperies. Ovid. 2. de Pont. Eleg. 7: Temperie cœli corpusq; animusq, juvatur. Plin. Epist. 101: Atq; adeò ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cœli, regionis situm, villæ amœnitatē. ¶ Quandoq; temperies accipitur pro temperantia. Stat. lib. 2. Sylv. -tranquillaque morum Temperies teneroq; animus maturior ævo. ¶ Quādoq; pro tēporis commoditate ad aliquid agendum. *Δυκαιία.* Plin. Sic judicatur anni temperies alibi tardiùs, alibi maturiùs.

Tempēstās, & Tempestivus, vide TEMPVS.

Templum, templi, n.s. Propriè locus vel in cœlo notatus ab augure, vel in terras: à tuendo: id est, cōspiciendo dictū, quòd ex omni parte, vel quòd ex eo omnis pars aspici possit, ut ait Donatus. Primò autē cœlum ipsum dictū est templum, quia ipsum primò tuemur. Ennius: Contremuit templum magnū Iovis altitonantis. Ejus partes quatuor esse dicuntur, sinistra ab Oriente, dextra ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. ¶ In terris autē dictum est templum, quilibet locus inauguratus, propriè tamē unde quis tueri quancunq; cœli partē cōmodè posset. [היכל *hechdl. ναὸς, νεὼς, ἱερὸν ὠράκτον.* Gal. *Temple.* Ital. *Tempio, chiesa.* Ger. Ein Tempel/Kirch. Hisp. *Templo.* Pol. *Kosciol'.* Vng. *Templom.* An. *A temple or churche.*] ¶ Hinc contemplo live cōtemplor, pro diligēter intueor. Itaq; cùm locus in quo Senatus haberi solebat, inauguratus esset, templum ab autoribus appellatur. Cic. pro Domo sua: Curiā est sedes ac templum publici consilii. Idem pro Milone: Curia est templum sanctitatis. ¶ Templum, ædes sacræ. Cic. 6. Verr. Herculis templum est apud Agrigentinos non longè à foro, sanè sanctū apud illos, & religiosum. Virgil. 6. Aen. -Teucros vocat alta in templa sacerdos. Ovid. 1. de Arte: Nec fuge Niligenæ Memphitica templa juvencę. Ibidem: -facto de marmore templo. ¶ Templa linguæ: id est, partes, loca, apud Lucret. lib. 4. ¶ Mentis templa, item apud Lucret. lib. 5, pro interioris animi secretis. ¶ Item Templum vocatur tignū, quod in sacro ædificio transversum supra canterios ponitur, ut inquit Fest. Vitruv. lib. 5: Et canterii prominentes ad extremā suggrundationem, supra canterios templa. ¶ Item sepulchrum dicitur templum. Virg. 2. Aen. Prętereà fuit in tectis de marmore templum Conjugis antiqui. Hæc Sipontinus ex Varrone de ling. Lat. Festo & Nonio. ¶ A' templum fit adverbium Ex-templo: de quo suprà suo loco. Quid autē templum, sacellum, delubrum, fanum, & lucus differant, vide suprà in FANVM.

Templă in Occidentem spectare antiqui architecti rectè scripserunt, postea placuit omnē regionem eò cōvertere, ex qua parte cœli terra illuminatur. Ideo in Orientē ædes sacræ spectant. Ex Hygino de limitibus constituendis.

Temporalis, vide TEMPVS.

Tempŏris, temporis, n.t. ut Varro scribit, Est intervallum mundi, [illegible] in partes aliquot, à Solis & Lunæ cursus à [illegible] tempore temperato tempus dictum est. [עת *beth* זמן *zeman. χρόνος.* Gall. *Temps, faison, opportunité.* Ital. *Tempo.* Ger. Dieszeit Belg. Dat tot. Hisp. [illegible] Pol. *Czas.* Vng. *Wdö.* An. [illegible] Quæ vero sunt tempora præsens, præteritum, & futurum. Cic. 1. de Invent. Tempus autē est, id [illegible] nam ipsum quidē generaliter definire difficile [illegible] æternitatis, cū alicujus anni, mensis, diurni nocturnive spatii certa significatione, *&c.* ¶ Tempore omnia cōsumi. Ovid. his versibus cecinit: Tempus edax rerum, tuq; invidiosa vetustas Omnia destruitis, vitiataque dentibus ævi Paulatim lenta consumitis omnia morte. Et Aristot. lib. 4. Phys. ausc. cap. 15, ostendit causam magis esse corruptionis tempus quàm ortus rerum. Tempus per D Augustū definitur mensura, qua metimur motū corporum, ut Solis, Lunę, Syderum, & aliorū. Rodolph Agricula verò Aristotelis obscuriorē definitionem reddens planiorem. Tempus, *inquit*, est spatium deductum ex cœli Solisq; vertigine, quo rerū omnium agitatio[illegible] & magnitudinemq; metimur. ¶ Ultimorum temporum [illegible] quæ prodigia novissimū diem præcessura [illegible] Lactant. Institut. à cap. 14. usq; ad finē. ¶ Aliquando tempus [illegible] pro tēporis conditione. Cic. O' mores [illegible] tempus, pro autoritate & potentia. Cic. in Brut. [illegible] templo debet esse, quantum in hac urbe [illegible] tū obedire tempori, multorumq; vel honori, vel [illegible] pus pro cōmodo tēporario. Cic. pro [illegible]. Orationes temporū sunt & causarū, non [illegible] ominū ipsorum, aut patronorū. Budęus. ¶ Tempus pro necessitate. Cic. pro Planco: Sed ego id ponderibus meis examinabo [illegible] dicam, de eam sed et amicè à te cupiam [illegible] Tempus pro comit. tutè re[illegible] pore. Terent. in Andr. Pol autem, ut promissa perfici, Tum necessariò se aperiunt, & timent. ¶ Tempus ætatis, pro vigore. Terent. in Heaut. Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum. Cæcum tempus. Cic. lib. 12. Epist. Fuit enim cæcum tempus servitutis. Ut temporibus illis: id est, pro ut tunc erāt tempora. Cicer. in Bruto: Fuit (ut temporibus illis) juris valde peritus. ¶ Pro tempore: id est, pro ratione temporis. ¶ Cum tempore, cum mora & spatio temporis. ¶ In tempore, opportunè, *ἐν καιρῷ.* ¶ Ex tempore, subitò, quasi extra temporis cōmoditatem, Ad tempus quære ut huc reponatur. *αὐτοσχεδιάς.* ¶ Tempus item pars capitis est. [*κρόταφος.* Pol. *Skron.* Vng. *Vak Szóm.* Ang. *The temples of a mans head.*] Habet enim caput duo tempora, unum à dextra, alterum à sinistra: sic dicta, quia anni in eis cognoscantur. Virg. lib. 5. Aen. Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Nam primò tempora canescunt, cavanturque magna diuturnitate temporis. Colum. lib. 7. Decimo tamen anno tempora cavari incipiunt: supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere.

Tempŏrī, adverb. Tempestivè, vel suo tempore. [בעתו *behitó, ἐν καιρῷ.* [illegible] à temps, à heure, bien à point. It. [illegible] tempo, a punto, con [illegible] Gettlich Belg. In tyt. Hisp. *En su tiempo, a ou*[illegible]. Vng. *Ideien.* Ang. *In tyme and season, at the houre appointed.*] Plaut. in Amph. -tu vapula. S. Q[illegible] tempori? non ocyus quivi[illegible]. Cato de Re rust. cap. [illegible] postea: ejus diei villicum vocet rogetq; quid operis fieri factum: fatisne tempori opera sient confecta. ¶ Tempore pro tempori. Cicer. 4 Verr. Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset.

Tempŏrĭtŭs,

Tēmpŏrĭŭs, Comparativum, deductum à tempori adverbio, idem ſignificans quod citiùs, aut tempeſtiviùs. ὠρεώτερον. Col.lib.9: Eſca bis dividenda, ut manè non protinus à cubili latiùs evagentur, & ante crepuſculum propter cibi ſpem, temporiùs ad officinam redeant. Ovid.lib.4 Metam.-modò ſurgis Eoo Temporiùs cœlo: modò ſeriùs incidis undis.

Tēmpŏrārĭŭs, a, um, Quod non eſt perpetuum, ſed ad tempus durans. [עתי *hitti.* πρόσκαιρος. Gal. *Durant pour vn temps.* Ital. *Che dura alquanto tempo.* Germ. Ein zeitlang/lang während. Belg. Tydelyck. Hiſp. *Coſa à cierto tiempo.* Pol. *Doczesni.* Vng. Wdőszerent valo, wdeig valo. Ang. *That laſteth onlie for a certaine tyme.*] Vnde legimus, Scaurum olim feciſſe in ædilitate theatrum temporarium: id eſt, tandiu duraturum, donec ſpectacula peragerentur. Plin.lib.16. cap.33: Nec terræ tantùm natura circa has refert, aut perpetua cœli, verùm & quædam temporaria vis imbrium.

Tēmpŏrārĭē, Ad tempus. [χρονικῶς. Gall. *Pour quelque temps.* Ital. *A tempo.* Germ Ein zeit lang Hiſp. *Temporalmente.* Polon. *Do czaſu.* Vng *Wdeig.* Ang. *For a certaine tyme*]

Tēmpŏrālĭs, om.t. Quod ad tēpus durat. [עתי *hitti.* πρόσκαιρος. Gall. *Durant pour vn temps.* Ital. *Durante vn tempo.* Ger. Ein zeit lang während/zeitlich. Hiſp. *Coſa a cierto tiempo.* Pol. *Doczaſſu trwaiacy.* Ang *That laſteth for a certane tyme onlie.*] Quint. lib 6. cap 3: Adjiciunt quidam peritorum, πρόχρονον temporale eſſe: opponuur enim æterno ¶ Interdum quod ad tempus fit, χρονικὸς ut, Temporale theatrum, apud Plin lib.36 cap.15.

Tēmpŏrānĕŭs, a, um, Quod ad tempus pertinet, ſive quod ſubitò & in tēpore fit. [πρόσκαιρος. Gall *Appartenant à temps.* Ital. *Pertinente à tiempo.* Ger. Zu der zeit gehörig. Hiſp. *Coſa pertenesciente à tiempo.* Pol *Doczesni.* Vng *Wdőszerualo wdeig valo.* An. *Belonging to tyme, or yat is done ſuddenlie.*] Vnde extemporaneum pro ſubitario, ac impræmeditato. ¶ Cõtemporaneum, quod eſt ejuſdem temporis, & Græcè σύγχρονον dicitur.

Tēmpēſtās, atis, f t. Memoria, ætas, tempus. [עת *heth.* χρόνος. Gall. *Temps, ſaiſon, diſpoſition de temps.* Ital. *Tempo.* Ger Die zeit. Hiſp *Tiempo.* Pol Czas Vng. Wdő. Ang. *Tyme, ſeaſon, the weather.*] Plaut.in Caſin. Ea tempeſtate flos puĕtatũ fuit. Saluſt. in Iugurth. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuêre complures novi & ignobiles. Idonea ſive clara tempeſtas dicitur pro tẽpore ſereno & tranquillo. εὐδία. Cæſar 4. bell. Gall. Nactus idoneam ad navigandum tempeſtatem, tertia ferè vigilia ſolvit. Cic.ad Quintum Fratrẽ lib.2: Primã navigationem (dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. Virgil.9 Aen.-unde hæc tam clara repentè Tempeſtas. ¶ Interdum eſt procella, turbo, grando, & generaliter quivis cœli inquietior ſtatus. [סער *ſahár* סערה *ſeharáh.* χειμών, ζάλη. Gall. *Tempeſte, mauuais temps.* Ital. *Tempeſta, fortunale di tempo.* Ger. Vngewitter/vngeſtüme de luffts. Belg. Onweder. Hiſp. *Tempeſtad, de tiempo.* Pol. Powietrze. Vng. *Zel vez, haboru.* Ang. *A tepeſt, euill weather, a ſtorme.*] Plaut in Moſt.-tempeſtas venit, Confringit tegulas, imbricesq; Virg.3.Aen.-hîc pelagi tot tempeſtatibus actus Heu genitorem, omnis curæ, caſusq; levamen Amitto Anchiſen. Ibidẽ: Dii maris, & terræ, tempeſtatumq; potentes, Ferre viam vento facilem. Plin. Hunc diem feſtum tempeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum Idem: Tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; ſimilia intelliguntur: quę quũ acciderint, vis major appellatur. ¶ Tẽpeſtates alicujus, ſubire: id eſt, pericula. Cicer ad Catonem lib.15: Mitto quòd invidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tẽpeſtates & ſubieris, & multò etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris. ¶ Invidiæ tempeſtas. Cic.in Catil. Tametſi video, ſi mea voce ire in exilium animum induxeris, quanta tempeſtas invidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſterum impendeat.

Tēmpēſtīvŭs, a, um, Opportunum, & quod ſuo tempore fit. [καιρὸς, ὥρα. Gall *Fait en temps & ſaiſon.* Ital. *Fatto à ſuo tempo. & ſtagione.* Ger Das zu rechtgeleguer zeit iſt. Belg. Getydicht Hiſp *Coſa à buen tiempo.* Pol. Wczaſowi. Vn. *Ideien koran valo.* Ang *That is done in tyme & ſeaſon, ſeaſonable.*] Virgil. 1. Georg Aut tempeſtivam ſylvis evertere pinum.

Tēmpēſtīvĭtās, f t. Opportunitas. [ὥρα. Gall. *Saiſon, opportunité.* Ital *Stagione, tempo conueneuole.* Ger. Gelegenheit der zeit/rechte zeit Hiſp. *Buen tiempo, opportunidad.* Pol. Prawiczna. Vng. Wdeien koran valoſag alkohuaroſlag. Ang. *Opportunitie.*] Plin. lib.10.cap. 34: Columbæ præparantes tempeſtivitatem cibo. Cic.de Senect. Sua cuiq; parti ætatis tempeſtivitas eſt data.

Tēmpēſtīvē, Opportunè, & ſuo tempore. [ὥραίως. Gall. *De ſaiſon, en temps deu, d'heure.* Ital. *Di ſtagione, à tempo conueneuole.* Ger Zeitlichen/zu rechter zeit. Hiſp. *A buen tiempo.* Pol. Wczesnie. Vng. *Idein koran.* Ang. *In tyme and ſeaſon, at the houre appoynted.*] Plin lib.16. cap 36: Cædi ſolebant tempeſtivè uſque ad Antigenem tibicinem. Cic 2.de Nat.deor. Neq; enim ſerendi, neq; colendi, neq; tempeſtivè demetendi, percipiendiq; fructus, neq; condendi ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt.

¶ Horum contraria ſunt. Intempeſtivus, & intempeſtivè: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Tēmpēſtŭōsŭs, m.f Procelloſus, tempeſtate turbatus. [סער *ſohér.* ζωοκώδης. Gall. *Tempeſtueux, plein de tempeſte.* Ital. *Pieno di tempeſto è rouina.* Germ. Voll vngeſtüme/oder vngewitters. Hiſp. *Lleno de tempeſtad.* Pol. *Miepogodni.* Vngar. *Zel vezes.* Ang. *Stormie.*] Gell. Mare ſævum ac tempeſtuoſum erat.

Tēmpēſtŭs, a, um, Antiqui dicebant tempeſtivus: unde intempeſtus, pro intempeſtivus: ut Nox intempeſta, quòd minimè tempeſtiva ſit rebus agendis.

Tĕmŭlĕntĕr, Temulentia, Temulentus, vide TEMETVM.

Tĕnāſmŭs. [τεναισμός. Gall. *Les expreſſions, deſir & appetit grand d'aller à ſelle.* Ita. *Deſio inſatiabile di ſcaricare il ventre con pocco effetto.* German. Der arogezwang / da einen der ſtulgang ſtäts anſichtet/ vnd mag doch nicht recht zu ſtulgehn. Hiſpan. *El puxo, gana de hazer camara.* Vngar. *Zaraſra biaban valo erőltetes.* Ang. *A great & ardent deſir to go to the ſtoole.*] Frequens, ſed irrita dejiciendæ alvi cupiditas, cum inflammatione ac tumore ſedis, mucoſa & ſanguinolenta quædam egerentis: quod morbi genus naſci ſolet ex bilioſis, acribusq; humoribus, rectum inteſtinũ mordicantibus Plin.lib 28.cap.14: Tenaſmos: id eſt, crebra & inanis voluntas egerendi, tollitur lacte aſinino.

Tĕnax, Tenacia, Tenaciter, Tenacitas, vide TENEÓ.

Tĕndo, dis, tetendi, tenſum, & tentum, act t. Extendo, explico, expono. [נטה *natáh* מתח *mathách* משך *maſchách* שטח *ſchatách.* τείνω. σωρτείνω. Gall. *Tendre, eſtendre.* Ital. *Diſtendere.* Germ Außſtrecken/ſpannen. Hiſpan. *Eſtender.* Pol. Nacziagam. Vngar. *Kiteriesztöm.* Ang. *To bend or ſtretch out.*] Virgil. 3. Aen. Tendunt vela Noti. Saluſtius: Manus ſupplices ad cœlũ tendere. Virgil. 7. Aeneid. Ante urbem pueri, & primævo flore juventus Exercentur equis, domitantque in pulvere currus: Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent, curſuque, ictuque laceſſunt. Ovid. 9. Metam. Tendebat gravitas uterum mihi, &c. ¶ Tendere rete, eſt explicare, & avibus, ferísve eo inſidiari. Ovid. 1. de Arte: Scit bene venator, cervis ubi retia tendat. Terent in Phorm. Quia nec rete accipitri tenditur, nec milvio. ¶ Tendere inſidias: id eſt, parare, vel ſtruere inſidias: hoc eſt, inſidiari. [ארב *aráb* בדה *tſadháh.* ἐνεδρεύειν.] Saluſt. in Catil. Interea Romæ multa ſimul moliri, Conſuli inſidias tendere. Cic. pro Roſc. Comœdo: Ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus irafci & ſuccenſere conſueverunt. ¶ Interdum ponitur pro aſpirare, aſcendere conari. [נטה יגעה *jagháh* נטתה *niphtál.*] Virgil. 2. Aeneid. Ille ſimul manibus tendit divellere nodos. Liv. 4. ab Vrb. Ipſe (ut eſt animus humanus inſatiabilis eo quod fortuna ſpondet) paulatim ad altiora, & non conceſſa, tendere. Id eſt, aſpirabat ad altiora. Quintil. lib. 2. cap. 4: Paulatim ad majora tendere incipiet. ¶ Tendere ad eloquium, eſt ſtudere eloquentiæ, vel ſcopum eloquentiæ nobis præfigere. Ovid. 4. Triſt. Eleg. 9: Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo. ¶ Accipitur aliquando pro ire & incedere. Cic. Att. Itaq; dubito an Venuſiam tendam, & ibi expectem. Idem de Divin. Ad reliqua alacri tendebamus animo: id eſt, pergebamus & proficiſcebamur. Valer. Max. lib. 2: Nequis eorum intra caſtra tenderet. ¶ Interdum pro offerre, porrigere, quod protendendo manus fieri ſolet. ἐρέγειν. Virgil. lib. 2. Aeneid. Parvumque patri tendebat Iülum. Cic. de Orat. Propè cunctis civibus lucem ingenii & conſilii tendere & porrigere. ¶ Aliquando videtur poni, pro tentoria ſeu tabernacula figere. σκηνοῦν. Virg. 2. Aen. Hîc Dolopum manus, hîc ſævus tendebat Achilles. ¶ Tendere alicui metum aut ſpem. Cic. pro Font. Nolunt iſti aut quieſcere, id quod victi ac ſubacti ſolent: aut quum minãtur, intelligere ſe populi Romani, non metum belli, ſed ſpem triumphi tendere. ¶ Tendit res eò: hoc eſt, res eò ſpectat. Cic. ad Brutum: Atqui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, ut ſit illi Octavius propitius. ¶ Hujus compoſita ſunt, Attendo, contendo, circumtendo, diſtendo, intendo, extendo, obtendo, oſtendo, pertendo, prætendo, portendo, de quibus ſuprà ſuis locis: & ſuſtendo, quod eſt decipiendi gratia ſubdo aliquid, aut machinor. ὑποτείνομαι. Saluſt. Dum ſuſtendit inſidias militi.

Tēnſŭs, vel tentus, partic. Diſtentus. [נטוי *natúi* מתוח *mathúach.* πεπλωμένος. Gal. *Tendu, eſtendu.* Ital. *Diſteſo.* Ger. Geſpannen/von einander geſtreckt Hiſp. *Eſtendido* Pol. *Naczianiony.* Vng. *Kiteriesőt.* Ang. *Bended, ſtretched out.*] Horat. 2. Serm. Sat. 3: -ſeu pingui tentus omaſo Furius, &c. Stat. 3. Sylv. 1: -tenſoq; modos imitabitur arcu. Horat. 10 Epod. Illic injuſſæ veniunt ad mulctra capellæ, Refertq; tenta grex amicus ubera.

Tēntōrĭum, rii, n.ſ. Tabernaculum extenſis velis contra æſtum cœlíve injuriam excitatum. [אהל *óhel* סכה *ſuchcháh.* σκήνωμα. Gall *Tente, pauillon.* Ital *Tenda pauiglione.* Germ Ein Zelt/Spannhütten. Belg. Een tenté. Hiſ *Real ò lugar de muchas tiendas, tienda.* Pol. *Namiot.* Vng. *Sator.* Ang. *A tent or pauillion.*] Lucan. lib.

can.lib.1:Deseruêre cavo tentoria fixa Lemano. Ovid.3.Fast. Sub Iove pars durat:pauci tentoria ponunt:Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.

Tēntōrĭŏlum,diminut. [*σκηνωμάτιον.* Gall.*Petite tente.* Ital.*Picciola tenda.* Ger.*Ein kleine Zelt.* Hisp.*Pequenna tienda.* Pol.*Namiotek.* Vng.*Satoretska.* Ang. *A little tente.*] Hirc. lib. 5. bell. Afri. Reliqui ex vestimentis tentoriolis factis ex arundinibus coriis intextis permanebant.

Tēntōrĭŭs,a,um,adject.à tentorium. [Vng.*Satori, satorhoz valo.*] Trebel. Pollio in Claudio:Pellium tentoriarum.

Tēndĭcŭlă, læ, f. p. Laqueus est,quem avibus,sive feris tendimus. [טח *pach* רשת *réshcheth.* *παγίς.* Gall.*Un laqs qu'on tend aux oiseaux,lasson.* Ital *Laccio da pigliare uccelli.* Ger.*Ein strick oder netz damit man den Vögten oder Thieren richtet / härne.* Hisp. *La red tendida para prender.* Pol.*Sidl'o.* Vng.*Tőr czekle.* Ang. *A snare to catch birdes in.*] ¶ Tendiculæ literarū :id est, captiones ex literis & syllabis, quū nō rei æquitati, sed summo juri insistimus,ipsisque voculis adversarium irretire conamur. Cic.pro Cecin. Tum aucupia verborum & literarum tendiculas in in- vocant

Tēndŏnĕs,*τένοντες*,A' recentioribus medicis appellātur quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex nervis & ligamentis conflata,cosque ossibus annectentia. Græcorum nonnulli,quòd ex nervis oriantur,*νευροδρώσους* appellant. Vide Galen.in tractatu de Motibus musculorum.

Tĕnebræ,pen.cor.f.p.plur. tantúm. Obscuritas,caligo,nox, privatio lucis,quòd teneāt:id est,impediant oculos, & visum prohibeant. [חשך *chóschech* אפל *óphel* אפלה *apheláh.* *σκότος.* Gal.*Tenebres,obscurité.* It.*Tenebre,obscurità.* Ger.*Finsternuß.* Bel. *Duysternisse.* His.*Las tinieblas.* Pol.*Czemnosci.* Vn.*Sitetseg.* An. *Darknesse.*] Cic.de Nat.deor.Nos aūt tenebras cogitemus tātas, quātæ quondam eruptione Aetnæorū ignium finitimas regiones obscuraviſſe dicuntur. Virgil.libr. 9.Aen. Hic subitā nigro glomerari pulvere nubē Prospiciūt Teucri, ac tenebras insurgere campis.Idē lib.11.Aen. -& tenebris nigrescunt omnia circum.Ovid.lib.2.Metam. Talia dicentē circunstant omnia solem Numina, néve velit tenebras inducere rebus Supplice voce rogant.¶ Tenebræ,metaphoricè, pro cujuscunque rei obscuritate. Cic.pro Archia poēta: Quę jacerēt in tenebris omnia,nisi literarū lux accederet. Virg.lib.2.Aen. Afflictus vitam in tenebris, luctuq; trahebam. Cicer.Post reditum in Senatu: Ex superioris anni caligine & tenebris lucē in Republica Calend. Ianuarii despicere cœpistis.Item ponitur pro nocte. Cic.in Ant. Primùm luce,nō tenebris intelligitur rediisse. ¶ Lampridius in Commodo in singulari usus est Tenebra: Caligo ac tenebra in circo oborta est.

Tĕnebrōsŭs,a,um,Quod tenebris plenū est.[אפל *aphél.* *σκοτεινός.* Gall.*Tenebreux,obscur.* Ital.*Tenebroso,obscuro.* Ger.*Voll Finsternuß.* Hisp *Lleno de tinieblas,escuro.* Pol.*Czemni.* Vng.*Sitetős.* Ang.*Very dark.*] Var.3.de Re rust.cap.9.de Gall.Eas includūt in locum tepidum & angustum,& tenebrosum. Virgil.6.Aen. -quando hîc inferni janua regis Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso. Ovid.5.Metam.Hanc metuens cladem, tenebrosa sede tyrannus Exierat.

Tĕnebrĭcŭs,a,um,penult. corr.Offusus tenebris,tenebricosus. [אפל *aphél.* *σκοτεῖος, σκοτώδης.* Gall. *De tenebres,tenebreux,obscur.* Ital.*Tenebroso,oscuro.* Ger.*Finsterig.* Hisp.*Lleno de tinieblas,escuro.* Polon.*Czmawi.* Vng.*Sitetős.* Ang. *Dark or full of darknesse.*] Cic.2. Tusc. Hæc à Tartarea tenebrica abstractum plaga,Tricipite eduxit hydra generatum canem.

Tĕnebrĭcŏr, âris, d.p. Tenebras facio,*σκοτίζομαι*, Contenebro & obtenebro,compos.

Tĕnebrĭcōsŭs,sa,sum,Obscurus,tenebrosus. [אפל *aphél.* *σκοτώδης.* Gall.*Tenebreux,obscur.* Ital. *Tenebricoso,tenebroso.* Germ. *Voll finstere/ gar finster.* Hisp.*Lleno de tinieblas, escuro.* Pol *Barzo czemno.* Vng *Sitetős.* Ang *Full of darknesse.*] Tenebricosæ libidines.Cic.de Provin.Consul.Lateant libidines ejus illæ tenebricosæ: quas fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegebat. Idem in Vatinium: Illud tenebricosissimum tempus ætatis tuæ patiar latêre. Idem in Pisonem: Tu ex tenebricosa popina Consul extractus.

Tĕnebrĭo,m.t. Mēdax,& dolosus,qui mēdaciis & astutiis suis quasdam quasi tenebras objicit. [חשך *chachásch.* *ἀπατεών.* Gal.*Qui hait la lumiere,larron de nuict.* Ital.*Che fugge la luce, ladro notturno.* Ger. *Ein leutbescheisser/ der sein hinder das liecht führet.* Hisp.*El que huye la luz, ladron de noche.* Pol.*Oszust,mataraz.* Vn. *Hazug tsalard.* Ang *A knaue that hateth light.*] Alii tenebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris delitescentes. Afranius:Si accusator & reus erunt tenebriones, uterq; utrunque vituperato. Ex Nonio.

Tĕnebrĕsco,scis,n.t.Obscurus fio. [חשך *chasáh.* *σκοτοδμαι.* Gall.*S'obscurcir.* Ital *Oscurarsi.* Ger.*Verfinsteren / finster werden.* Hispan. *Escurecerse.* Pol.*Porzinam czmiec.* Vng. *Megsitetődöm.* Ang.*To waxe dark.*] Vade Contenebresco.Augustinus: Aër contenebrescat,inquit:id est,tenebrosus fiat.*συσκοτάζῃ.*

Tĕnēllŭs,vide TENER.

Tĕnĕo, es, ui, -tentum, act. f. Detineo, servo, habeo. [אחז *achaz* החזיק *hechezik.* *κατασχάνομαι, ἔχω, κρατέω.* Gall.*Tenir.* Ital. *Tenere.* Ger *Haben/halten* Belg *Houden.* Hisp.*Tener.* Pol.*Trzimam,dzierze.* Vng *Tartom.* Ang.*To hold.*] Virg.4.Aen. -neque te teneo,neq; dicta refello Cic.1.Tusc. Et quū penè in manu jam mortiferum illud teneret poculum,locutus ita est. Ovid. Epist.15: -quum te tenet arctius ille.Idem 1.Fastor.Ille tenens baculum dextra,clavemq; sinistra. ¶ Per translationem tenere capitur pro habitare, possidere. [אחז *achaz* ירש *jarásch.* *κτάομαι* Gall.*Posseder,habiter.* Ital.*Possedere,habitare.* Ger. *Innhaben/besitzen.* Hisp.*Posseer, morar.* Pol.*Osiadl'em.* Vngar. *Lakom,birom.* Ang.*To possesse.*] Virgil.lib.4. Georg. -quæ gurgitis hujus Ima tenes.Plin.Epistol.67: Tenet se trans Tiberim in hortis ¶ Teneri,possideri. Cic.2.Offic. Propterea quòd jam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. ¶ Tenere pro reminiscī, meminisse, scire,intelligere. [זכר *zachár.* *ἀναμιμνήσκομαι.*] Virg. Aeglog.9: -numeros memini,si verba tenerem. Martial.libr. 1: Et teneo melius ista quàm meum nomen.¶ Aliquādo pro constringere,includere,continere. [עבר *hatsár* *κρατικλάειν.*] Virgilius 1. Georg. Texendæ sepes etiam & pecus omne tenendū. ¶ Aliquando pro tegere. [כסה *chasáh.* *σκεπάζειν, καλύπτειν.*] Idem 1.Georgic. -& obducto latè tenet omnia limo. ¶ Teneri pro convinci & coargui. *ἐλέγχεσθαι.* Cic.4.Acad.Si rectè cōcluserit, teneo:sin vitiosè, minam Diogenes reddet. Idem 7.Verr. Neq; solùm argumentis, sed etiam certis testibus illius audacia tenebatur.¶ Tenere iter,est iter dirigere,quod & iter habere dicimus. [הלך *halách* *πορεύεσθαι*] Virgil 1 Aen Sed vos quī tandem? quibus aut venistis ab oris? Quove tenetis iter? ¶ Aliquando pro remorari. [עקב *hékkeb.* *κωλύεσθαι, ἐπίχειν.*] Virgil.1.Aen.Hunc Phœnissa tenet Dido. ¶ Item tenere,servare, tueri. [הושיע *hoschiah* יגן *ghan.* *σώζειν.*] Virgil.8.Aen.Stabat pro templo & capitolia alta tenebat:id est,defendebat. ¶ Tenere se castris, est salutem suam castrorum vallo tueri. Cæsar 4.Comment. Sabinus inferior omnibus rebus, loco se & castris tenebat.¶ Tenere cursum propriè naves dicuntur, quarū cursus clavo regitur. Virgil.3. Aen. Inter utramque viam leti discrimine parvo Ni teneāt cursus.¶ Teneri furti, est furto obnoxium esse. *ἐνέχεσθαι τῇ κλοπῇ.*¶ Item tenere est possidere, occupare,corripere,invadere. Salust.in Iugurth.Fortè apud illū, quem inhonesta & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum deditus atq; libertatem suā gratificari.¶ Tenere pro durare *ἀνέχεσθαι, παρατείνεσθαι.* Cæsar 4 belli Gall. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit. ¶ Teneri pro constare. Cicero ad Plancum:Non his modò causis quæ speciem habent magnæ conjunctionis, sed iis etiam quæ familiaritate & cōsuetudine tenentur.¶ Tenere pro stare & inniti. [נצב *natsáb.* *ἵστημι*] Cic.ad Att.lib.12:Occidimus,occidimus,Attice, jampridem nos quidem: sed nunc fatemur posteaquam unum, quo tenebamur, amisimus. ¶ Hujus composita sunt Abstineo,attineo,contineo,detineo,distineo, obtineo,pertineo,retineo,& sustineo:quæ habent ti syllabam correptam.

Tĕnāx,cis,om.t. Viscosus,& quicquid attingit facilè retinens. [*τενακτικός.* Gall. *Tenant,qui tient fort.* Ital *Tenace.* Germ. *Zäh.* Belg *Taytclam* Hisp.*Cosa mucho retenedora.* Pol.*Lepki, kleiowati.* Vn *Enyues,ragado.* Ang.*That holdeth,clámmy,glewish, also sparing or niggish.*] ut, Glutinum tenax dictum est, quod dum attrectatur,digitos tenere videatur. Virg.4 Georg. Excludunt ceras & mella tenacia figunt.Ovid.11.Metam. Vtve tenax gravida manat tellure bitumen. ¶ Memoria tenax: id est,stabilis,constans,firma,quidvis optimè tenens.Plin.Epist. 9: Mira utriq; probitas,constantia salva,decorus habitus, os Latinum, vox virilis, tenax memoria, magnum ingenium. Quintil.lib.1.cap.1: Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus.¶ Morbus tenax, cōtumax,molestus,quiq; difficulter propulsatur. Suet.in Claud. Cæsar.cap. 2:Infans autē relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ atq; adolescentiæ tempus variis ac tenacibus morbis cōflictatus est.¶ Homo tenax:id est, avarus,parcus,sordidus. [כילי *chilái.* *φειδωλός, ῥυπαρός, σμικρολόγος.*] Apuleius:Homo dives,sed nimiùm tenax.Terent.in Adelph Ego ille agrestis,sævus,tristis, parcus,truculentus,tenax. Cic. pro Cælio:Illum filiumfamiliās patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum non potes.¶ Aliquando durus, cōstans, perseverans. *ἰσχυρογνώμων, ἀμετάπτωτος.* Horat.3.Carm. Ode 3:Iustū & tenacem propositi virū. Virg.4. Aen. Tam ficti pravíq; tenax,quàm nuntia veri.Hoc est,in omnibus perseverans, inquit Servius. Iuvenal. Satyr.8: Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi,Iustitiæq; tenax factis dictisq; mereris.

Tĕnācĭŏr & Tenacissimus. Colum.lib.1: Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissimæ memoriæ, rem satis commodè administrare. *μνημονικός.*

Tĕnācĭtĕr,

Tĕnācĭtĕr, adverb. Firmiter, constanter, pertinaciter. [ἐχεγγύως, γλοιωδῶς. Gall. *En tenant fort, en gluant, perseverammment.* Ital. *Tenacemente, con perseveranza.* Ger. Beharrlichen. Hisp. *Mucho teniendo, con perseverancia.* Pol. *Stàlie, mocznie.* Vng. *Ragadoul erõssen.* An. *By fast holding, surely, constantly.*] Ovid. Epist. 3: An miseros tristis fortuna tenaciter urget?

Tĕnācĭtās, atis, f. t. Sordes, parsimonia, avaritia. [בֹּצַע *betsáh.* σμικρολογία. Gall. *Force de retenir quelque chose, tenacité, auarice, chicherie.* Ital. *Tenacità, auaricia.* Ger. Hábigkeit/ tündigkeit/ targheit. Hisp. *Tenacidad à auaricia.* Polon. *Skaposcz, l'akomstwo.* Vng. Fõsuenyseg. Ang. *Force in fast holding, niggardnesse.*] Liv. 4. bell. Maced. Sed in purpura quæ teritur, absumiturq; non justam quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video, &c. ¶ Aliquando firmitas & perseverantia aliquid retinendi. Cic. 2. de Nat. deor. Cibumque partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, &c.

Tĕnŏr, m. t. Accentus: [טַעַם *tahám.* Gall. *Teneur, accent, suitte.* Ital. *Tenore.* German. Thon. Hisp. *Tenor.* Pol. *Ton.* Vng. *Tenor.* Ang. *The tune or accent.*] à Græco nomine τόνος, teste Quintil. lib. 1. cap. 5: Adhuc (*inquit*) difficilior observatio est per tenores, (quos quidē ab antiquis dictos tenores comperi, videlicet declinato à Græcis verbo, qui τείνουσι dicunt) vel accentus, quos Græci προσῳδίας vocant. ¶ Interdū idem est quod ordo, vel forma, seu continuatio. [סֵדֶר *sédher* סוּר *tur.* Gall. *Ordre, suitte, continuation.* Ital. *Ordine, continuatione.* Germ. Der schrot oder ordnung eines dings/ fürfũhrung der angefangnen weis. Hisp. *Continuacion ordenada.* Polon. *Zaczetei rzeczi konczenie.* Vngar. *Rend allapat.* Ang. *An order or continuation of thinges*] Valerius Maximus libro primo: Quò minus religionibus suis tenor suaque observatio redderetur. Virgil. 2. Georg. Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim. Liv. 3. bel. Pun. Hi mores eaq; charitas patriæ per omnes ordines velut tenore uno pertinebat. Ovid. 3 Metam. Cætera paulatim, placidoq; educta tenore. ¶ Erasmus tenorem, rei progressum vocat. Vnde quæ sui similia sibiq; veluti perpetua quadam succedũt serie, horum eundem esse tenorem dicimus. Cicer. de Orat. perf. Isque uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatē & æquabilitatem. Loquitur de æqualitate dictionis, nulla varietate reficientis auditorum aures. ¶ Tenor pugnæ. Liv. 8. ab Vrbe: Fremitus æqualis, tenorque idem pugnæ in defatigationem ultimam, aut noctem spectabat.

Tĕnĕr, a, um, Mollis, tractabilis, delicatus, minimè robustus: [רָךְ *rach* עָנֹג *hanógh* ἁπαλὸς, τέρην, ψαθυρός. Gall. *Tẽdre, mollet, douillet, foible.* Ital. *Tenero, molle, trattenole, di buona pasta.* Germ. Zart. Belg. Teer. Hisp. *Tierno, muelle, tractable.* Pol. *Mieki, ml'odi, sl'abi, kruchi.* Vng. Gyenge. Ang. *Tender, gentle.*] à Græco. τέρην, teste Festo, tribus postremis literis conversis. Cic. 3. de Finib. Tener puer. Liv. 9. bel. Maced. Quum vinum animos & nox, & misti fœminis mares, ætatis teneræ majoribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelæ primùm omnis generis fieri cœptæ. Ovid. 4. Trist. Eleg. 10: Cœpimus & teneræ primos ætatis honores. Anton. Ciceronũ Me deinde sine ad hãc opinionem jam nunc dirigere puerum, & teneto animo ejus persuadere non esse tradendas posteris inimicitias. Cicer. de Amicit. Neq; enim sunt isti audiendi qui virtutem duram & quasi ferream esse volunt: quæ quidem est tùm multis in rebus, tùm in amicitia tenera & tractabilis, ut ex bonis amicis quasi diffundatur, & incommodis contrahatur. Ovid. epist. 4: Ars fit ubi à teneris crimen condiscitur annis. Virg. 1. Aeglog. -quo sæpè solemus Pastores ovium teneros depellere fœtus. Oratio mollis, tenera, & flexibilis. Cic. in Orat. ¶ Tenerior, tenerrimus. Plin. lib. 10. cap. 72: Si tenerior est Catulli adhuc ætas. Idem lib. 13. cap. 4: Et ab radice avulsæ vitalis est satus & ramorum tenerrimus. Ovid. 1. de Arte: Ipsa novas frondes, & prata tenerrima tauro Fertur inassueta subsecuisse manu.

Tĕnĕllŭs, a, um, diminutivum. [ἁπαλὸς, τέρην. Gall. *Tendron, tendret* Ital. *Tenerello.* Germ. Zartlecht. Hispan. *Tierna cosa vn poco.* Polon *Ml'odziuseńki, mskusieńki.* Vng. Gyengetske. Ang. *Somewhat tender.*] Plaut. in Casin. Bellam & tenellã Casinam. Varro 1. de Re rust. cap. 41: Aqua recenti insito inimica: tenellum enim citò facit putre. Stat. lib. 5. Syl. 5: Cui nomen vox prima meum, ludusque tenello Risus, & è nostro veniebant gaudia vultu.

Tĕnĕllŭlŭs, aliud diminutivum. [ὁ πάνυ τρυφερός. Gall. *Fort mollet & douillet, tendrillon.* Ital. *Tenerello.* Ger. Gar jung vnd zart. Hisp. *Tierna cosa vn poquillo.* Polon. *Ml'odziuchni.* Vng. Gyengetske. Ang. *Very tender.*] Catul. Epigr. 17: Vt puella tenellulo delicatior hœdo.

Tĕnĕrĭtās, atis, & Teneritudo, inis, f. t. Mollities, duritas: Roboris contraria. [רֹךְ *mórech.* ἁπαλότης. Gall. *Tendreté, tendreur.* Ital. *Tenerezza.* Germ. Zarte/ weiche. Hispan. *Ternura.* Pol. *Miekoscz, ml'odoscz.* Vng. Gyengeseg. Ang. *Tenderneſſe.*] Cic. 5. de Finib. In primo enim ortu inest & teneritas, & mollities quædam, ut nec res videre optimas nec agere possint. Varro 1. de Re rust. cap 36, de segetibus: Siqua est aqua, deduci: sin siccitates sunt, & terra teneritudinem habet, sarrire vineas, bustaque putare.

Tĕnĕrē. pen. cor. & Teneriter adverbia. [ἁπαλῶς, ἁπαλός. Gall. *Tendrement.* Ital. *Teneramente.* Ger. Zartiglich. Hisp. *Tiernamente.* Pol. *Cźienko.* Vng *Gyengen.* Ang. *Tenderly, louingly.*] Plin. lib. 23. cap. 3: E' radice oleæ quàm tenerrimè cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem rejicientibus.

Tĕnĕrāsco, scis, sive Tenerescо, n. t. Tener fio, miteſco, miseri cordia ducor. [רָךְ *rach.* ἁπαλύνομαι. Gall. *S' attendrir, deuenir tendre.* Ital. *Intenerirsi, diuenir tenero.* Germ. Zart werden. Belg. Teer worden. Hisp. *Enternecerse.* Pol *Miekczeie.* Vng. *Meggyengwlõk.* Ang. *To waxe tender.*] Lucret. lib. 3: Scilicet in tenero tenerascere corpore mentẽ. Plin. lib. 17. cap. 22: In tantũ teneteſcere acinos ut rumpantur. Idẽ lib. 28. cap. 12: Cutem in facie erugari, & teneteſcere, & candorem custodire lacte asininò putant.

Tĕnōntes, τένοντες, à Græcis dicuntur quos recentiores medici novitio quidem vocabulo, attamen inter ipsos meliotis penuria recepto, *Tendones* appellant: quidam etiam Græci ex nervis nascentes, ἀνευρύσεις. Sunt autem quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex nervis & ligamentis conflata, eosque ossibus (quorum motui præcipuè serviunt) annectentia. Habent autem mediam quandam naturam inter nervos & vincula: illis quidem duriores: horum tamẽ duritiem non exæquantes. Vide Galenum in tractatu de Motibus musculorum.

Tĕnŏr, vide TENEO.

Tēnto, as, act. p. Experior, sive periculũ facio, inquiro. [נִסָּה *nissáh.* πειράζω, πειρῶμαι, πειρητίζω. Gall. *Tenter, essayer, experimenter.* Ital. *Tentare.* Ger. Versuchen. Belg. Versoecken/ proeven. Hisp. *Tentar.* Pol. *Kusse.* Vng *Meg kesertõm.* Ang. *To assay, to proone.*] Col. lib. 9: Sæpiùs digitis loca fœminarũ tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova quibus jam partus appropinquat. Cic. in Paradox. Tentare volui posséntne ita dici ut probarentur. Virg. 2. Aen. -vix primi prælia tentant Portarũ vigiles. Terent. in Phorm. Visum est mihi ut ejus tentarem sententiam. Ovid. -sed quid tentare nocebit? Idem 1. Metam. Cuncta priùs tentanda: sed immedicabile vulnus Ense recidendum, est, ne pars syncera trahatur. Cic. 1. Tusc. Tentãvi quid in eõ genere posſem. ¶ Tentari morbo, affligi morbo. [עָנָה *banáh.*] Cic. 4. Tusc. Illud animorum corporumq; dissimile est, quòd animi valẽtes morbo tentari nõ possunt, corpora possunt. ¶ Tentare pudicitiam alicujus, & tentare judicium pecuniâ, est pudicitiam vel judicium conari labefactare, & corrumpere. Cic. pro Cluent. Iudicium pecunia esse tentatum, non à Cluentio, sed contra Cluentium. ¶ Tentare senectutẽ, vel solicitudinẽ alicujus, est aggredi & conari subvertere aliquẽ senectute & necessariorum inòpia infirmũ, & injuriæ facilè obnoxium. Cic. pro Rabir. Idcirco in omnibus iis evertendis, unius hominis senectus, infirmitas, solitudoq; tentata est.

Tēntātŭs, ta, tum, particip. [πειρασθείς. Gall. *Tenté.* Ital. *Tentato.* Ger. Versucht. Hisp. *Tentado.* Pol. *Kosztowani, kusżoni.* Vng. *Meg kesertetõt.* Ang. *Assayed, proowed.*] Ovid. 1. de Arte: Opprime tentatam, nec nisi victor abi. Cicer. lib. 1. Offic. Tentata res est ab omni genere hominum.

Tēntātūrŭs, a, um, aliud particip. Virg. lib. 2. Aen. Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi Tempora.

Tēntātĭo, onis, verbale, f. t. Experimentum, conatus. [מַסָּה *massáh* נַפְתּוּל *naphtúl* πειρασμός. Gall. *Tentation, essay, esprenue, experience.* Ital. *Proua, saggio, experienza.* German. Versuchung. Hisp. *Tentacion, obra de tentar, experiencia.* Polon. *Kosztowanie, doswiatczenie sie.* Vngar. *Kesertes kesertes.* Angl. *An assaying, or proouing.*] Liv. 4 ab Vrbe: Aegrè Hortensius pati, tentationem eam credens esse perseverantiæ suæ. Cicero ad Attic. lib. 10: Valetudinem tuam jam confirmatam esse, & à vetere morbo, & à novis tentationibus gaudeo.

Tēntātŏr, oris, m. t. [מְנַסֶּה *menaséh.* πειραστής. Gall. *Tentateur.* Ital. *Tentatore.* Germ. Ein versucher Hisp. *Tentador, el que tenta.* Pol. *Kusiciel.* Vng. *Keserto.* Ang. *An assayer or prouuer.*] Horat. -notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

Tēntābūndŭs, adject Nunc hoc, nunc illud tentans. [ὁ πειρῶν ἐοικὼς, ἀπορεμφόμενος. Gall. *Essayant, esprouuant.* Ital. *Che tenta.* Germ. Viel oder offt versuchend. Hisp. *El que tenta.* Pol. *Kosztuiac, kusżac y tego y owego.* Vngar. *Keserges.* Ang. *That assayeth much and often.*] Liv. 1. bel. Pun. Ventum deinde ad multò angustiorem rupem, atq; ita rectis saxis, ut ægrè expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta, ac stirpes circa eminentes demittere sese posset.

Tēntāmēn-

Tentāmentum, ti, n. ſ. Tentatio. [מסה *maſſáh* נטה *naphtúl.* πειρασμός.] Gall. *Preuue, eſſay, experience.* Ital. *Proua, saggio, esperienza.* Germ. Verſuchung/probierung. Hiſp *Tentation, experientia.* Pol. *Kuſienie.* Vng. *Keſertes.* Ang. *An aſſaye or proofe.*] Virgil. 7. Aen. -nec prima per artem Tentamenta tui pepigi. Ovid. 7. Metam. -meditataq; penè reliqui Tentamēta fide, fide pro fidei. Idem 15. Metam. -poſtquā mortalia cernunt Tentamenta nihil, nihil autes poſſe medentum, Auxilium cœleſte petunt.

Tentĭpellĭum, lii, Genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur, ut ex Artorii ſententia tradit Feſtus. Alii putant medicamentum eſſe, quo rugæ abiguntur, cutisq; extenditur. Titinnius apud Feſtum: Tentipellium inducis: rugæ in ore extenduntur. Vide plura apud Feſtum.

Tentōrĭum, vide TENDO.

Tĕrrĕstrĭs, & hoc terrestre, om.t. Terrenus: [χερσαῖος, χθόνιος. Gal. *Terrestre, de terre* Ital *Di terra.* Ger Irdisch. Hisp. *Cosa de tierra.* Pol *Ziemni.* Vng. *Földi.* Ang. *Of the earth.*] ut, Terrestre animal, quod in terra vitam agit. Plin.lib.10.cap.61: Rursus in terrestribus pariunt serpentes. Ovid.lib.14. Metam. -tantosq; per alta labores Aequora sustinuit, tantos terrestribus armis. Cic 6. Verr. Illud Flaminius ita ex æde sua sustulit, ut in Capitolio hoc est, in terrestri domicilio Iovis poneret. Liv.3.bell. Pun. Cōsul literis Philippi atq; Annibalis perlectis, cōsignata omnia ad Senatū itinere terrestri misit: navibus devehi legatos jussit. Liv. 1. ab Vrb. Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, dii quę omnes cœlestes, vosq; terrestres, vosq; inferni, audite.

Tĕrrĭgĕnă, penult. cor. com. p. Ex terra genitus. [γηγενής. Gall. *Engendré de la terre.* Ital. *Generato di terra.* Ger. Von der Erden geboren. Hispan. *Engendrado de la tierra.* Polon. *Zziemie wrodzoni.* Vngar. *Föld ből zwletőt.* Ang. *Engendred of the earth.*] Cic.2.de Divin. Terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam, potiùs quàm hominum more cochleam dicere. Lucan. lib.3: Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes. Ovid. Epist. 12: Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres In se constrictas conseruêre manus.

Tĕrrĭcŏlă, com. p. Qui terram habitat. [ἐπιχθόνιος. Gall. *Qui habite en la terre.* Ital. *Chi habita nella terra.* Germ. Eynwohner des erdtreichs. Belg. Erdwoner. Hisp. *El que mora en la tierra.* Pol. *Na ziemi mieszkaiacy.* Vng. *Földi lakos.* Ang. *That dwelleth on the earth.*] Est autem hominum epitheton apud Poëtas, à terræ inhabitatione deductum, quo mortales distinguuntur à superis, qui à cœlesti habitatione cœlicolæ dicuntur.

Tĕrrĭcrĕpŭs, a, um, penult. corr. Iovis vel fulminis epitheton, qui si terribiliter, seu cum terrore increpans. Vox est poëtica. βροντήσιος.

Tĕrræmōtŭs; hujus us, m.q. Terræ concussio, quæ à spiritibus terræ, inclusis & exitum sibi molientibus fit. [רעש *rahásch.* σεισμός. Gall. *Tremblement de terre, mouuement, ou esmotion de terre.* Ital *Terremoto, smouimento de la terra.* Ger. Erdbidem Belg. Erdtbeuinge Hisp. *Terremoto.* Pol *Ziemie trieśienie.* Vng. *Föld nidulas.* Ang *An earth quake.*] Plin.lib. 2.cap.84: Fiunt cum terræmotu inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi, aut residentis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium exiit motus, Tiberii Cæsaris principatu, XII. urbibus Asiæ una nocte prostratis. Cic.2. Offic. Si tecta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate cecidissent. Idem 1. de Divin. Conquassari maximis terræmotibus.

Tĕrrānĕŏlă, læ, cum accentu in antepenultima, Avis alaudæ similis, præterquàm quòd in capite apicem non habet, sicut alauda. χερσαῖος κορυδαλός. ¶ Dicta terraneola, quòd nō in arboribus, sed in terra versetur, atq; nidificet. Sipontinus.

Terripavium, n.s. σεισμός: deinde terripudium, & tandem tripudium dictum est.

Tĕrrŏr, oris, m. t. Timoris incussio. [חתית *chitthâth* חתירת *chittith* מחתה *mechittâh* טחד *páchadh* בהלה *behalâh.* φόβος, δέος & φόβητρον. Gall. *Effroy, frayeur, espouuantement, estonnement.* Ital *Terrore, spauento, paura.* Germ Ein schräcken/oder schreckung Hisp. *Espanto del que espanta.* Pol. *Strach.* Vng *Rettenes, remüles.* Ang *Dread, feare, terrour.*] Cic.4 Tusc. Quæ autē subjecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiam metum consequentis labores, terrorem metum concutientem. Ex quo fit ut pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. Servius inter terrorem & metum sic distinguit: quòd terror propriè sit, qui aliis infertur: unde & terribilis dicitur: metus, quem habent timentes. ¶ Licet aliquando terror pro metu ponitur. Virgil.11.Aeneid. Quod si tantus habet mentes & pectora terror.

Tĕrrĕo, res, rui, act.s. Timorem alicui incutio, terrorem affero, terrorem infero, terrorem injicio, timorem facio. [חתרת *chittéth* הטחיד *hiphchídh* הבהיל *hibhíl.* ἐκπλήττω, φοβέω. Gall. *Espouuanter.* Ital *Spaurire, spauentare.* Ger Erschrecken. Belg. Verschricken/verwären Hisp. *Espantar.* Pol. *Straśę.* Vn. *El rettentőm, sextőm.* Ang. *To feare, to mak affrayed.*] Virg.lib.1.Georg. Et sonitu terrebit aves. Cæs.lib.3. bell. Civil. Et legionarii interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentisq; cujusque generis, telisq; terrebant. Virgil.lib.8.Aen. Iam tum religio pavidos terrebat agrestes Dira loci. Idem lib.6.Aen. -licet ingens janitor antro Aeternum latrans exangues terreat umbras. Idem 8. Aen. Neu belli terrere minis. Ovid. 14. Metam. -tonitruq; & fulgure terruit orbem. ¶ Hujus composita sunt, Abterreo conterreo, deterreo, exterreo, & perterreo: quorum significata explicantur suis locis.

Tĕrrĭtŭs, a, um. participium, seu nomen ex participio: [בחרת *nibhâ.* נבהל *nibhâl.* ἐκπλαγείς, ἐκφοβηθείς. Gall *Espouuanté.* Ital *Spauentato.* Germ. Erschreckt. Hisp. *Espantado.* Polon. *Zastraszony.* Vn. *El rettentetőt, sextetőt.* An. *Feared, or made affraide.*] ut, Territus animi: hoc est, conturbatus animo. Liv.7.ab Vrb. Itaq; Consule territo animi, vidésne tu, *inquit*, A. Corneli, cumen illud supra hostem? Ovid.2.Metam. Venatrixq; metu venantum territa fugit.

Tĕrrĭto, as, pen. corr. act. p. Frequentativum à Terreo. [σκοπέω μετρέω Gal *Espouuanter.* Ital. *Spaurire.* Germ. Offt oder hefftig erschrecken. Hisp *Espantar.* Pol. *Vstawnie straśę.* Vng. *Iezgetőm, rettőgetőm.* Ang *To mak affearde.*] Terent. in And. Dii te eradicent, ita me miseram territas. Virgil 4. Aeneid. -& magnas territat urbes. Idem 12 Aeneid. -quos improbus advena bello Territat. Livius 8. ab Vrbe: Dein postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ Plaut. Amph. Larva umbratilis, tu me minis territas.

Tĕrrĕfăcĭo, cis, pen. cor. act. t. Terrore afficio. [חתרת *chittéth* הטחיד *hiphchídh* הבהיל *hibhíl.* ἐκπλήττω, φοβέω. Gal. *Espouuanter.* Ital. *Espauentare.* Ger. Ein schrecken machen. Hisp. *Espantar.* Pol. *Straśę.* Vng. *El rettentőm.* Ang. *To mak affrayde.*] Hinc Perterrefacio, ut Perterrefacias Davum apud Terent. in Andr.

Tĕrrĭfĭco, as, Terrorem incutio. [חתרת *chittéth* הטחיד *hiphchídh* הבהיל *hibhíl.* ἐκπλήττω, φοβέω. Vng. *Meg rettentőm.* Ang. *To make affrayde.*] Lucret. lib.1: -& quæ res obvia mentes Terrificet morbo affectis. Virgil. lib.4. Aeneid. -cæcique in nubibus ignes Terrificant animos.

Tĕrrĭfĭcŭs, a, um, penult. corr. Terribilis, formidabilis, terrorē incutiens. [בורא *norá.* Φοβερός. Gall. *Chose qui espouuante.* Ital. *Che da spauento.* Germ. Schrecklich/das einen zu erschrecken macht. Hisp. *Cosa que haze espanta.* Pol. *Straśliwi.* Vng. *Rettenetős izgatyu.* Ang. *Terrible, that induceth feare.*] Virg. 5. Aeneid. Seraque terrifici cecinerunt omina vates. Idem 8 Aen. Fulgores nunc terrificos, sonitumq; metumq; Miscebāt operi. Nox terrifica, apud Valerium Flaccum lib. 5. Argonaut. Stridores terrifici apud Silium lib. 5.

Tĕrrĭbĭlĭs, ribile, om.t. Formidabilis, horribilis. [בורא *norá.* Φοβερός, σκυθρωπός. Gall. *Terrible, effrayant, qui donne frayeur & effroy.* Ital. *Che mette pauore, terribile.* Ger. Schrecklich/erschrockenlich Belg. Verschrickelich. Hisp *Cosa que espanta.* Pol *Straśny.* Vng *Rettenetes izonyu* Ang *Terrible, that inducethfeare.*] Virg. 9 Aeneid. Terribilis squalore Charon. Cicer. pro Sest. Alter, ô dii boni, quàm teter incedebat, quàm truculētus, quàm terribilis aspectu. Idem in Parad. Mors terribilis est illis, quorum cum vita omnia extinguuntur. Virgil. 6. Aeneid. Terribiles visu formæ, lethumque, laborque.

Terrĭcŭlum, li, n.s. Quod injicit terrorem. [φόβητρον. Gall. *Chose qui espouuante, espouuantal.* Ital. *Cosa que spaventa, spauentacchio.* Ger Ein schreckentin. Hisp. *El espantajo.* Pol *Strach* Vng. *Iezgetős, rettőgetős.* Ang. *That induceth feare.*] Liv. 5. ab Vrbe: Quum omnium assensu comprobata oratio esset, gauderentque Patres sine Tribunitiæ potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coërcendos magistratus, victi cōsensu omnium, comitia tribunorum militum habuêre. Accius: Proinde ista hæc tua aufer terricula, atq; animum iratum comprime.

Tĕrrĭcŭlāmēntum, n.s. Terriculō. φόβητρον, μορμολύκειον. Phantasma sive spectrum terrorem incutiens. [Vng. *Iezgetős, rőgetős, rettőgetős.*] Apuleius in Apologia: Omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepultorum terriculamenta.

Tĕrrĭtŏr, onis, s.t. [κρουπεσπλῆξις. Vng. *Iextes, rettentes.*] Vlpan. D. lib. 74. Tit. 10. l. 15: Levis territio nō pertinet ad hoc edictum.

Tĕrrĭcŭlāmentă, Phantasmata, sive spectra terrorem incutientia. [φόβητρα. Pol. *Strachi.*]

Tĕrrŭs, terta, tertum, adjectivum: id est, deterſus. [ארם *memorát*] Varr. Terta nitet galea. Cato de Liberis educandis, ut citatur à Nonio. Aliti sant, circuntonsi, terti atque unctuli, ut videantur esse mangonis servuli.

Tertĭānŭs, Tertiarius, Tertio, tertias, Tertius, Vide TER.

Tĕrūncĭŭs, m.s. Numus perexiguus à tribus unciis: hoc est, quarta libellæ parte dictus, teste Varrone lib. 4. de ling. Lat. [אגורה *aghoráh.* τεταρτημόριον, ἡμιόβολιον. Gall. *Vne piece de monnoye de vil prix, comme vn liard, trois onces.* Ital. *Vn bagatino.* Germ. Ein dreyertin. Hisp. *Moneda de tres oncas.* Pol. *Troinik, kwartnik.* Vng *Fillyer, mangor.* Ang. *A dodkin, of small value.*] Plaut. in Capt. Neque ridiculos jam teruncii faciunt. Cicer. in Cani. De præda mea teruncium non attigit quisquam. Idem Attic. lib. 5: Cave putes quicquam homines magis unquam esse miratos, quàm nullum teruncium me obtinente provinciam, sumptus factam esse in Rempublicam, nec in quenquam meorum.

Tĕsqŭĭ, n. plur. tantùm, Loca edita, aspera, & inculta, ipso situ atque silentio religionem quandam & horrorem incutientia. [אשרות *ascheróth*: איתן *eithán.* τὰ ἄλση Gall. *Boscages cōsacrez, & dediez à quelque Dieu.* Ital. *Boschi consecrati à i dij.* Germ. Rauhe/eynöde vnd vngeheure örter oder wildtnen Hisp. *Bosques consecrados à los dios.* Pol. *Puśtinia straśna.* Vngar. *Izonyu rettenetes magas hely.* Ang. *Rough places not haunted, dedicated to some god.*] Horat. 1. Epist. 14: -nam quæ deserta & inhospita tesqua Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: & odit Quæ tu pulchra vocas.

vocas. Nemorosa tesqua apud Luc. lib. 16: Tesqua (inquit Festus) loca augurio designata, Cicero aspera esse ait, & difficilia. Hæc ille. Varro lib. 6. de lingua Lat. Tesca scribit per c literam: putatq; tesca dicta quasi tuesca, à tuendis sacris: locaque quædam agrestia interpretatur: deo cuipiam consecrata. Accii testimonio idipsum confirmans ex Tragœdia, cui Philoctetæ nomen est, in hunc modum citato: Quis tu es mortalis, qui in deserta & tesca te apportes loca? Quid autem tescorũ nomine ibidem intelligere debeamus, explicat idem Accius, paulò pòst subjungens: Celsa Cabyrum delubra tenes, mysteriaq; pristina castis concepta sacris. Hæc ferè Varro.

Tĕssărăcōstŏn, πεντηκοντήμερον, Tempus dierum quadraginta ante partum & totidẽ post partum, quibus mulieres à sacris arcebantur: propterea quòd id ferè temporis tàm ipsæ, quàm earum fœtus plurimis infestentur incommodis. Quo dierum numero exacto, festum celebrabant, quod & ipsum tessaracoston appellabant. [Pol. Więcodzini.] Vide Censorinum de Die natali, & Cælium Rhodig. lib. 26. cap. 21.

Tĕssellă. Vide TESSERA.

Tessĕră, f. p. [κύβος. Gall. *Figure quarrée en tous sens, vn dé à iouer.* Ital. *Dado da giuocare.* Ger. Ein würffel oder dergleichen figur so in allweg gestieret ist. Hisp. *Figura del dado.* Polon. *Kostka czworograniasta.* Vng. *Negy xegw forma iegy.* Ang. *A dice, or a score or taile of wood wheron the number of thinges deliuered is marked.*] Figura omni ex parte quadrata, teste Macrob. lib. 2. in Somn. Scip. hoc est, constans sex lateribus æqualibus: qualem est videre in iis ossiculis, quibus in alveolo ludimus, punctis quibusdã distinctis, & in quacunque incubuerint parte, immotam stabilitatem habentibus, quæ & ipsa à Latinis tesseræ, à Græcis κύβοι appellantur. Cicero de Divin. Quid est enim sors? idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio & cõsilium valet. Idem in Catone: Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Tali autem sive taxilli omnino diversi erant à tesseris: ut qui quatuor tantùm haberent latera ad similitudinem eorum ossiculorum quæ in articulo pedis animalium bisulcorum ventre protuberant, concava vertebra ligata altera parte concava, altera in convexitatem nonnihil assurgente. Sed de his abundè multa dicta sunt suo loco. ¶ In militia item tessera dicebatur symbolũ quo socii ab hostibus & exploratoribus dignoscebantur. [אות oth. σύμβολον, σωζήμερον. Gall. *Mot de guet, marque, enseigne.* Ital. *Nome delle guardie.* German. Die losung/ wortzeichen im Krieg. Hisp. *El appellido de la guerra.* Pol. *Hasło.*] Ea autem erat tabella, teste Polybio, quam Tribuni militares sub noctem ab Imperatore acceptam ad Centuriones perferebant: Centuriones autem ad Decuriones: & ii rursus ad unumquenque suæ decuriæ militem: à quibus rursus, antequam se intenderent tenebræ, redibat ad Imperatorem. Virgil. lib. 7. Aeneid. -it bello tessera signum. Liv. lib. 7: Cæteris omnibus tesseram dari jubet. ¶ Item tessera est belli & pacis futuræ signum. Pomponius: Q. Mutius ad Carthaginienses legatus, quum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utram vellet deferre: utranque sustulit, & ait: Carthaginienses petere debere, utram mállent accipere. ¶ Ponitur nonnunquam pro signo frumentario, quo exhibito, unusquisque frumentum proportione accipiebat à Præfecto annonæ: sicut ex more vetusto in patria nostra fieri solitũ est ab his, qui pauperum curam habent. Nam erogantur signa quædam plumbea, quibus exhibitis sigillatim accipiunt certam mensuram farinæ, vel panis vinive. Suetonius in Augusto: Ac ne plebs frumentationum causa frequentiùs à negotiis avocaretur, ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinavit. Iuven. Satyr. 7: Summula ne pateat, qua vilis tessera vænit Frumẽti. ¶ Sic etiã dicũtur tesseræ numariæ, quibus exhibitis summa nummũm præscripta rèpensari solet. ¶ Item tesseræ collybisticæ, quas vulgus *literas cambis* vocat, eum in usum excogitatæ, ut pecunia argentariis tradita, vel in locis remotissimis citra ullum vecturæ periculum recipi possit. ¶ Item Tessera est lignum utrinque complanatum, in quo numeri inciduntur. Vulgus *Taleam* appellat. Plaut. Suam uterque tesseram habet, ratio constat. ¶ Tessera hospitalis. Fuit antiqui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuò agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam amicus & vetus hospes. Hoc autem jus necessitudinis ad posteros transibat: propterea tesseram hospitalem diligenter asservabant. Plautus in Pœn. Ego sum ipsus, quem tu quæris. P. hem quid audio? A. Antidamæ me gnatum esse. P. si ita est, jam tesseram Confer, si vis, hospitalem. A. eccam attuli. Tesseram hospitalem confregisse dicebatur, qui jus hospitii violarat: hoc est, ut ait Erasmus, qui sibi reditum in domum aliquam præcluserat. Plaut. in Ciſtel. Hic apud nos jam Alcesimarche confregisti tesseram. ¶ In vestibus item figuræ quædam quadratæ, Tesseræ dicebantur: unde & vestes ipsæ dictæ sunt Tessellatæ. Plin. lib. 35. cap. 9, de Zeuxide pictore: Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentarit.

Tĕssellă, læ, diminutivum à tessĕra, Rem quamvis significat formam habentem quadratam: cujusmodi sunt laterculi, sive lapides quadrati, quibus pavimenta sternuntur. [πεζόστρωτον π. Gall. *Petit morceau, ou petite piece quarree, comme dequoy on fait ouurage de marqueterie.* Ital. *Picciola tessĕra.* Germ. Etwas das gevieret ist wie ein würffel. Hisp. *Tablilla.* Pol. Wyselyaka rzecz czworograniasta, bądź cegla albo kostka. Vng. *Negy xegw formatska.* An. *A small piece that men mak checker work within tables or bordes.*] Plin. lib. 37. cap. 10: Androdamas argenti nitorem habet, ut adamas, figura quadrata, & semper tessellis similis.

Tessellātŭs, a, um, Quod tessellis id est, parvis quadratis lapillis est compositum: [ὁ ἀδαπέδοις πετροκλάδοις. Gall. *Fait de petites pieces carrees.* Ital. *Fatto à quadri piccioli.* Germ. Das mit gevierten stücken versetzt ist/ als ein büne die man mit vierecketen Stepnen besetzt. Hispan. *Cosa hecha de tablillas.* Pol. Skwadratowego kamienia vbudowani. Vngar. *Negy xegw kouetskek kèlpagyi monto mozot.* Ang. *A pauement wrought with small stones or any thing with checker work of small pieces of woode, bone, or stone.*] ut, Pavimẽtum tessellatum. Sueton. de Cæs. Munditiarum lautitiarumque studiosissimum multi prodiderunt: quanvis tenuem adhuc, & obgratum, in expeditionibus tessellata & sectilia pavimenta circuntulisse. Vitruv. lib. 7, præcipit pavimenta tessellata angulos omnes æquales: eademque sectilia dici, quoniam in particulas secta sunt, ut quocunque velis, possint circunferri. ¶ Erant & tessellatæ quædam tunicæ tesseris quibusdã distinctę. Vnde palliorum tesseras dixit Plinius libro 35: Zeuxis aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentabat.

Tĕssĕrŭlă, rulæ, f. p. Symbolum sive signum frumentarium, quod, qui ad præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant mensuram: quemadmodum etiam hodie in quibusdam sacerdotum collegiis æneos plumbeósve quadrantes videmus distribui, quos penoris præfectus ab iisdem certa vini mensura, certoque panis pondere solet redimere. [σύμβημον. Gall. *Marque & enseigne, petite piece carree.* Ital. *Insegno, bollo, picciol quadro.* German. Ein geviert wortzeichen. Hisp. *Sennal, tablilla.* Pol. Czecha. Vng. *Balica, iel.* Ang. *A taile of woode to number thinges deliuered.*] Persius Satyr. 5: -scabiosum tesserula far Possidet. Plin. Frumenti rationem tesserulis ostendebat. ¶ Tesserulæ item dicebantur exigui quidam & quadrati lapilli, ex quibus elegantiora pavimenta sternebantur, quæ ab antiquis *Tessellata* dicebantur. Cicer. lib. 3. de Orat. ex Lucilio: Quàm lepidè lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes, Arte pavimento, atque emblemate vermiculato.

Tĕssĕrārĭŭs, rii, m. f. Qui tesseram: hoc est, signum bellicum per contubernia militum nuntiat. [ὁ τὸ σωζήμερον σημαίνων. Gall. *Celuy qui porte le mot de guet.* Ital. *Chi porta il nome alle guardie all' essercito.* Germ. Ein Rottmeister der den Kriegsleuten die heimliche losung gibt. Hisp. *El que trae lo appellido de la guerra.* Polon. *Rotmistrz, hasło porzichu widaieci.* Vngar. *Iel hirdetõ.* Ang. *A bringer of the watchword.*]

Tĕssĕrārĭŭs, a, um, Quod ad tesseras pertinet, κυβικός. ut Ludus tesserarius. κυβεία

Tĕssĕrĕscædĕcătītæ, πεντεκαιδεκατίται, Hinc appellati sunt quòd nonnisi quartadecima Luna, mẽse Martio Pascha celebrabant. Melius secunda syllaba scribetur per a.

Tĕstă, stæ, f. p. Vas fictile, quod ex argilla tornatum, mox ad ignem coquitur: unde & testa dicta, quasi tosta. [חרש chéres. κεραμεῖον. Gall. *Test, ou coquille, vaisseau de terre cuicte.* Ital. *Chiappa, pezzo, guscio, testo.* Germ. Ein irdin geschirr. Hisp. *Qualquier vaso hecho de barro teja ò ladrillo.* Polon. *Garniec, glinżani, skorupa.* Vng. *Tserep.* Ang. *A vessell made of baked earth, a sharde or shell.*] Horat. 1. Epist. 2: Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu. Ovid. 2. Trist. Alter humum, de qua fingantur pocula monstrat: Quæque docet liquido testa sit apta mero. Horat. 1. Carm. Ode 20: Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego testa Conditum levi. Ad Herenn. lib. 4: Prometheus, quum mortalibus ignem dividere vellet, ipse si à vicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur? ¶ Quin & ipsa fragmenta fictilium vasorum, testæ dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 25: Necessarium binas per diversum coassationes substerni, capita earum præfigi ne torqueantur, & ruderi novo tertiam partem testæ tutæ addi. ¶ Testa item dicitur tegmen cujuslibet rei durum & fragile, quod Græci ὄστρακον vocant: ut in piscibus omnibus qui duriore vestiuntur cortice, qui à Græcis ὀστρακόδερμοι appellantur. Cic. 2. de Nat. deor. Quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium, & innatantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhærentium? ¶ Testas quoque figuratè positas legimus pro ostreis, aliisve id genus piscibus, duriore cortice contectis. Horat. 2. Serm. Sat. 4:

Sed non omne mare generoſæ fertile teſtæ. ¶ Teſtas item prò ovorum putaminibus dicimus: item pro conchis cochlearum. Plautus Pœn Scin' quid eſt? cochleę è teſta ut ſuſtolli ſolent, &c. ¶ Veteres etiam teſtu dixerunt tanquam genu, ut Flavius Caper annotavit. Mummius in Attellana: Iunius ad ſpectacula eſt videre in teſtu, quantum ſit caput. Afranius: Indignum verò dici ſolet teſtu. Sosipater lib. 1.

Tēſtŭlă, læ, diminut. [ὀστράκιον. Gall. *Petit teſt.* Ital. *Picciol teſto.* Germ Ein jedin geſchirrlin oder ſcherbtin. Hiſpan. *Pequenna teſa.* Pol. *Garnuſzek.* Vn. *Tſerepetske.* Ang *A litle earthen veſſell, ſhard or ſhell.*] Col. lib. 11. cap. 3. de portis capitatis loquens: Tum teſtulæ, vel conchæ quaſi ſedes in ſingulis ſubjectis ſeminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. Teſtulis ferebantur ſuffragia. Liv lib. 5. bell. Pun. Teſtulis datis, tribuni populum ſummoverunt, ſitellaque allata eſt ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent.

Teſtăcĕŭs, a, um, Quod ex teſta eſt, ſive quod teſtæ duritiem imitatur. [ὀστράκινος, ὀστρακώδης. Gall. *De terre cuicte, de coquille.* Ital. *Di terra cotta.* German. Hart wie ein jrdener ſcherb/das auß ſcherben oder harten ſchalen iſt. Hiſp. *Coſa de barro.* Polon. *Twardi iako skorupa, skorupiſti.* Vngar. *Tſerepes, tſerepből valo.* Ang. *Of baked earth, of a ſhard or ſhell.*] Plin Inſectorũ omnium, & quibus teſtacea operimenta, oculi moventur. Plin. Epiſtol. 136: Quia ſint cæmento medii farti, nec teſtaceo ore præcincti. Idem Epiſt. 254. ad Trajanũ de aquæ ductu Nicomedenſium: Aliqua parſ, ut mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit. Teſtacea pyra, quæ etiam Signina dicebantur. Plin. lib. 15. cap. 15: Signina, quæ alii à colore teſtacea appellant.

Teſtĕŭs, a, um, Adjectivum à teſta, pro teſtaceus. [ὀστρακινός. Vngar. *Tſerepes, tekenős.*] Macrob. Satur. lib. 7. cap. 15: Medicina autem Phyſicæ partis extrema pars eſt, cui ratio eſt, cum teſteis terreniſque corporibus.

Teſtātim, adverbium antiquum, ſignificans idem quod minutatim. Pomp. Iam iſtam colaphis commiauiſſem teſtatim tibi Ex Nonio.

Teſtamentum Vide Teſtator in TESTIS.

Teſticŭlŭs, li, m. ſ. diminutivum à teſtis, quum pro coleo accipitur. [אשך *eſchech.* ὀρχίδιον. Gall. *Genitoire, couillon.* Ital. *Teſticolo.* Germ Hödtlin. Hiſpan. *El cojon.* Pol. *Iaiko.* Vng. *Monyatska.* Ang. *The ſtone of a man & beaſt.*] Autor ad Herenn. lib. 1: Medicus teſticulos arietinos tenens. Arietini teſticuli qui ſint, vide apud Politianum Miſcel. cap. 62.

Teſtĭcŭlŏr, quod & teſtillator ſignificat, jumentis maribus fœminas, vel fœminis mares admoveo.

Teſtĭs, com. t. Qui, quæve teſtimonium dicit. [עד *hedh.* μάρτυς, μάρτυρος. Gal. *Teſmoing.* Ital. *Teſtimonio.* Ger. Ein Zeug Belg. Een getuyge. Hiſp. *Teſtigo.* Pol *Swiadek.* Vng. *Bizonſag.* Ang. *A witnes.*] Teſtibus præſentibus facere aliquid: cui cõtrarium eſt Clàm, furtim, & ſine arbitris aliquid facere. Plautus Curcul. Quod amas, ama teſtibus præſentibus. Mart. lib. 14: Ille dolet vērè, qui ſine teſte dolet. Ovid. Epiſtol. 6: Vix mihi, teſte deo, credita vita tua eſt. Cicer. 3. Offic. Quum verò jurato ſententia dicenda ſit, meminerit deum ſe habere teſtem. Virgil. 8. Ecloga: - quanquam nil teſtibus illis Profeci. Idem 5. Aeneid. Ipſe mihi nuper Libycis ut teſtis in undis Quam molem ſubitò excierit. Iuven. Satyr. 14: Falſus erit teſtis, vendet perjuria ſumma Exigua Cereris tangens, aramque, pedemque. ¶ Teſtis verò pro teſticulo, maſculini generis eſt, dictus quòd virilitatis teſtis ſit. [אשך *eſchech.* ὄρχις. Gall. *Couillon, genitoire.* Ital. *Teſticolo.* Germ. Hoden Hiſp. *Cojon.* Pol. *Iaie.* Vng. *Zömerőni teſt.* Ang. *The ſtone of a man or beaſt.*] Plin. lib. 12. cap. 49: Teſtes pecori armentoque ad crura decidui.

Tēſtĭmōnĭum, nii, n. ſ. Teſtium depoſitio, jurejurando devincta autoritas: [עד *hedh* עדה *hedháh* עדות *hedhuth* תעודה *tehudháh.* μαρτυρία. Gall. *Teſmoignage.* Ital. *Teſtimonio, teſtimonianza.* German. Zeugnuß/Kundtſchafft. Belg. Een getuygenisſe. Hiſp. *El dicho del que es teſtigo.* Pol. *Swiadectwo.* Vng. *Biſonſag tetel.* Ang. *Teſtimonie, witneſſe.*] quæ & teſtatio dicitur: quanquam teſtimonium propriè abſentium ſit, quũ dicta teſtium, quæ alibi depoſuerunt, apud Iudicem in ſcriptis proferuntur: quod genus Græci ἀπομαρτυρίας vocant. Vnde Divus Adrianus (referente Calliſtrato, ff de probat. & præſumpt.) Rufino proconſuli Macedoniæ reſcripſit, teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. Gabinio quoque in hæc verba reſcripſit. Alia eſt autoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent. ¶ Accipitur aliquando latiùs Teſtimonii vocabulum, pro omni eo quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem. Cicero in Topic. Teſtimoniorum duo ſunt genera, divinum, & hùmanum. Divinum, ut oracula, auſpicia, vaticinationes, & reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, conjectorum. Humanũ, quod ſpectatur ex autoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expreſſa, in quo inſunt ſcripta, pacta, promiſſa, jurata, quæſita. ¶ Sumitur aliquando teſtimonium pro elogio, quo ſententiam noſtram de re quapiam declaramus. Cicero pro Domo ſua: Senatus mihi teſtimonium hujus urbis conſervatæ dedit. Idem 3. de Legib. Quandoquidẽ tam præclarũ mihi dediſti judicii tui teſtimonium.

Tēſtŏr, aris, d. p. Teſtimonium perhibeo, teſtimonio ſum teſtificor, teſtimonium do, affirmo, profiteor. [העיד *hehidh.* μαρτυρέω. Gal. *Teſmoigner, dire d' vne choſe c'eſt l' aſſurer.* Ital. *Teſtificare, teſtimoniare, addur in teſtimonio.* Ger. Bezeugen/Kundtſchafft thun. Belg. Getuygen. Hiſp. *Ateſtiguar à hazer teſtigos.* Pol. *Swiadczę.* Vn. *Bizom ſaget tezẽk, meg bizo nyitom.* An. *To teſtifie, to witneſſe.*] Cicer. 2. de Natur. deor. Venæ & arteriæ cruribus, cruque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificioſi operis divinique teſtantur. Idem pro Mur. Ego quod facio, omnium veſtrũm cauſa me facere clamo atque teſtor. Tranquillus in Claudio: Teſtatus quodam per edictum, tantò impenſiùs petere ſe ut natalem patris ſui Druſi celebrarent. Ovid. 8. Metamorph. Et plauſit pennis, teſtataque gaudia cantu eſt. ¶ Aliquando idem eſt, quod teſtem voco, adhibeo, teſtimonium denuntio. [העיד *hehidh.* μαρτύρομαι.] Virgil. 2. Aeneid. Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum Teſtor numen, ait. Cicer. 5. Philip. Is me potiſſimùm teſtatus eſt se æmulum extitiſſe mearum laudum. Idem pro Cornelio Balbo: Teſtantur & mortuos Imperatores noſtros ſe hoc jus eſſe velle. Cicero pro Flacco: Vociferarer quantum maximè poſſem, contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negotiatores: veſtram etiam conſcientiam implorarem. Hoc eſt, teſtes advocarem publicanos, totamque rem eorum judicio permitterem, ut interpretatur Budæus. ¶ Teſtari ponitur interdum pro implorare & obteſtari: hoc eſt, ſupplicĭter aliquid petere, numinum etiam invocatione adhibita. [קרא *kará* שוע *ſchiv'véah.* ἐπομόδιος, ἐπιβοάω.] Plaut. Ipſus tete per ſuperos omnes teſtatur. ¶ Accipitur item teſtari pro teſtamentũ condere. Δια θήκας. Cic. de Invent. Poſitne quiſquam de filii pupilli re teſtari. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt, Anteſtor, atteſtor, conteſtor, deteſtor, obteſtor, & proteſtor: quorum ſignificata explicata ſunt ſuis locis.

Tēſtātŭs, Qui teſtamentum fecit: [Δια θέμενος. Gall. *Qui a fait teſtament* Ital *Chi ha fatto teſtamento* Germ Der ein Teſtament/ oder Erbgemächt auffgerichtet hat. Hiſp. *El que ha hecho teſtamento.* Polon Ten ktory zrobił teſtament dziedzice vczinił. Vngar. *Bizonſag teſtamentom tevő* Ang *That maketh a teſtament.*] cujus contrarium eſt inteſtatus, qui teſtametum non condidit. ἀδιάθετος. Vnde & ab inteſtato dicimus aliquem hæredem factum eſſe, non ex teſtamento, quod nullum erat, ſed jure propinquitatis. ¶ In ſignificatione autem paſſiva teſtatus dicitur apertus, vulgatus, ab omnibus cognitus, quòd id quaſi omnes teſtentur, [מועד *muhádh.* μαρτύρημένος. Gall. *Approuué par teſmoins, teſtifié, cogneu & aueré.* Ital. *Coſa cognoſciuta, manifeſtata.* Germ. Bezeuget/Kundtlich. Hiſp. *Conoſtido, manifeſto porteſtigos.* Pol. *Wiadomi.* Vngar. *Nyilvam valo.* Ang. *Teſtified, knowen.*] Cicero 4 Verrina: Vt res quàm maximè clara: atque teſtata eſſe poſſet, in jus ad Metellum Carpinatium voco, tabulasque ſocietatis in forum defero. Ovidius lib. 3. de Ponto, [illegible] 1: Nota tua eſt probitas, teſtataque tempus in omne. Cicero Curioni: Aut certè teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim. ¶ Hinc Teſtatior, & Teſtatiſſimus. Cæſar 8. bell: Gallici. Itaque omnibus qui arma tulerant, manus præcidit, vitamq; conceſſit, quò teſtatior eſſet pœna improborum. Cic pro Cælio: Nam neceſſe eſt fuiſſe nõ paucos, ut & comprehendi Licinius facilè poſſet, & res multorum oculis eſſet teſtatior.

Tēſtātĭo, f. t. Teſtimonium. [עד *hedh* עדה *hedáh* עדות *hedhúth* תעודה *tehudháh.* μαρτυρία. Gall. *Teſmoignage, le fait d'teſmoigner, depoſition de teſmoings.* Ital. *Teſtatione, teſtimonio.* Germ. Bezeugung. Hiſp. *Obra de teſtificar, dicho del que es teſtigo.* Polon. *Swiatczenie.* Vng *Bizonſag tetel.* Ang *Teſtifying or witneſſing.*] Liv. 8 ab Vrb. Sicut fœderum ruptorum teſtationem, ingenti fragore cœli procellam effuſam. Quint. lib. 5. cap. 13: Siquid ab adverſario teſtationibus comprehenſum.

Tēſtātŏr, otis, m. t. Teſtamenti conditor, vox in primis frequẽs apud Iuriſconſultos. [ὁ διαθέμενος. Gall. *Teſtateur.* Ital *Teſtatore.* Germ. Ein Teſtamentmacher / der ein Erbgemechnuß ſetzt. Hiſp. *El que haze teſtamento.* Pol. *Ten ktory teſtament czyni.* Vng. *Bizonſag tevő.* Ang. *That maketh a teſtament.*]

Tēſtātrix, cis, f. t. [Vng *Bizonſag tevő aszony.*] Scævola Digeſtorum lib. 29 Tit. 2. l 99: Vſus iiſdem, quæ ad exhibitionem à teſtatrice præſtabantur.

Tēſtābĭlĭs, dicitur cui teſtimonii dicendi jus eſt, idque verbum lex Horatia uſurpat, quæ de Caia Tauratia facta eſt. Contrarium eſt in XII. tabulis ſcriptum: Improbus inteſtabilisque eſto. Hæc Gellius lib. 6 cap 7.

Tēſtāmēntum, ti, n. ſ. Inſtrumentum extremæ noſtræ voluntatis continens teſtimonium. διαθήκη, aut διαθῆκαι, plurali num. [Gall *Teſtament.* Ital. & Hiſp. *Teſtamento.* Ger. Ein Teſtament oder Erbgemechnuß. Pol. *Teſtament, dziedzictwo mianowanie* Vng.

Teſtimon-

Teſtamentom. Ang. *A teſtament.*] Vlp. l. 1: Qui teſtam. fac. poſſ. Teſtamentum eſt (*inquit*) voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo quod poſt mortem fieri voluerimus. Et propriè quod perfectum eſt, teſtamentum dicitur. ¶ Sed abuſivè quoque teſtamenta vocamus ea quæ falſa vel injuſta, vel irrita, vel rupta, itemque imperfecta ſunt. Cicer. 2. de Finib. Sic ejuſdem teſtamentum nõ ſolùm philoſophi gravitate, ſed etiam ab ipſius ſententia judico diſcrepare. Idem pro Milone: Vnà fui, teſtamentum ſimul obſignavi cum Clodio. Horat. 1. Epiſt. 7: -& opella forenſis Abducit febres, & teſtamenta reſignat.

Teſtāmēntum, Leges multæ de teſtamentis Romæ latæ ſunt: quarum nominantur Voconia, Furia, Falcidia, Iunia, Velleia, Cornelia, Aelia, Sentia. Voconia, dè mulierum hæreditatibus, interdum ſecundum & poſtremum Carthaginenſe bellum à Qu. Voconio Saxa, Aricino tribuno plebis ſuadente M. Catone Cenſorio lata: ſanxit hoc, nequis hæredem relinqueret filiam: ſupra H-S. XXXV. M. nam Dio. lib. LVI. ita ſcriptum reliquit. Auguſtus quibuſdam fœminis tribùit, ut ſuprà XXV. M hæredes eſſe poſſent. licet hoc lex Voconia vetaret. Furia cavebatur, ut à Theophilo ſcriptum legimus, nè cui plus, quàm M. nummum, legaretur: quod amplius legatum eſſet, quadruplum reſtitueretur. Falcidia cavebatur, ne cui plus liceret legare, quàm dodrantem ex tota hæreditate: id eſt, ut ſive unus hæres inſtitutus eſſet, ſive plures, apud ipſum, eósve quarta pars tantùm remaneret. Meminit hujus legis Celſus, lib. XXII. Digeſtorum, his verbis: Cùm de lege Falcidia quæritur, hæredis probatio eſt, locum habere legem Falcidiam. quod dum probare non poteſt, meritò condemnabitur. In Iunia Velleia hoc erat, ut qui teſtamentum faceret, omnes eos virilis ſexus neceſſariò inſtitueret hæredes, qui, quum naſcerentur, hæredes ei futuri eſſent: eorumque in locum liberi ſuccederent: qui niſi inſtituti eſſent, aut ſi exhæredati ad exemplum poſtumorum eſſent, teſtamentum ne valeret, hæ ſunt quatuor leges tribunitiæ reliquæ ſunt, de quibus dicendum ſit, Cornelia conſularis, L. Syllæ, & Aelia Sentia, à duobus conſulibus, Auguſto principe, Sex Aelio, L. Sentio lata. Cornelia falſum teſtamentum facientibus pœnam irrogabat: eaque lege ſenatores ſoli tenebantur, ut in Suetonio legimus: quòd ſi quis in hoſtiũ poteſtate deceſſiſſet, ejus teſtamentum perinde lex Cornelia confirmabat, ac ſi, qui teſtamentum illud feciſſet, in hoſtium poteſtatem perveniſſet: teſtis Iulianus lib. XXVIII. Digeſtorum. Teſtamenta porrò lex infirmabat, irritaq; prorſus jubebat eſſe, quæ improbá, inofficioſa, inhumana dicerentur: hoc eſt, quę contra leges, mérita, pietatẽ facta eſſent: item illa, quæ à quinq; teſtibus, iisq; fide dignis, non eſſent obſignata. quod ad ſeptem deinde teſtes, imperatorum ætatẽ, tranſlatum eſt, atque horum generum cauſas, reſcindendis, confirmandíve teſtamentis, à centumviris eſſe judicatas, quod haſtæ judicium dicebatur, Cic. Valeriusque declarant. In Aelia Sentia ſcripta ſunt hæc: Vnus modò hæres neceſſarius fieret: plures ſi fierent, irritum eſſet, qui primo loco eſſet nominatus, hæres eſſet: ex libro P. Manutii de legibus Romanis.

Tēſtāmēntārĭus, a, um, Quod ad teſtamentum pertinet: [ὁ τῆς διαθήκης, ὁ διαθηκικός. Gall. *De teſtament, teſtamentaire.* Ital. *Coſa pertinente à teſtamento.* Ger. Das zu einem Teſtament gehört. Hiſp. *Coſa perteneſciente à teſtamento.* Pol. *Teſtamentowi.* Vng. *Teſtamentom hoz valo,* Ang. *Belonging to a teſtament.*] Vnde teſtamentariæ tabellæ. & Teſtamentaria lex, quę Cornelia dicitur: quæ irrogat pœnam ei, qui falſum teſtamentum, vel aliud inſtrumentum ſignaverit, ſcripſerit, recitaverit. Adoptio teſtamentaria, qua quis per teſtamentum ſibi filium adoptat. Plin. lib. 15. cap. 2: Quum Scipionis Africani tranſiſſet atrium, vidiſſetque adoptione teſtamentária Salutionis (hoc ènim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

Tēſtāmēntārĭus, rii, m. ſ. Qui teſtamenta falſa conficit, teſtamentorum ſubjector. [ῥαδιουργός, πλαστογράφος. Gall. *Faulſaire de teſtament.* Ital. *Falſatore de teſtamenti.* Germ. Ein Teſtamentfelſcher. Hiſp. *El albaeca teſtamentario.* Pol. *Fal'ſzerz teſtamentow.* Vng *Hamu teſtamẽtom teuõ.* Ang. *A maker of falſe teſtamentes.*] Cic. lib. 3. Offic. Non de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendũ eſt. Teſtamentarius, notarius, confector, & ſcriptor teſtamentorũ. διαθηκογράφος. Paulus ad leg. Corneliam de Falſis, l. Impuberem: Si teſtamẽtarius ſervo fideicommiſſariam libertatem dederit, videamus ne id extra pœnam ſit. Budæus.

Tēſtĭfĭcŏr, aris, ari, d. p. Teſtimonium dico, notum facio, teſtibus firmo. [עוד hebidh. μαρτυρέω. Gall. *Teſmoigner, dire une choſe & l'aſſeurer, teſtifier.* Ital. *Teſtificare, teſtimoniare.* Germ Bezeugen/ mit Zeugnuß darthun. Belg Betugen. Hiſp. *A teſtiguar.* Pol *Oſwiatczam.* Vngar. *Bizonſagot tezõk.* Ang. *To witneſſe, to teſtifie, to beare witneſſe.*] Cic 3. de Orat. Quod eò sæpiùs teſtificor, ut autoribus laudandis ineptiarum nomen effugiam. Ovid. 2. de Arte: Te memorem dominæ teſtificere tuæ. Cicer. ad Attic. lib. 8: Teſtificor me expertem belli fuiſſe. Teſtificari Deum, pro teſtari, & in teſtimonium invocare. Cic. ad Att. lib. 10: Nam deos, homines q; amicitiam q; noſtram teſtificor, me tibi prædixiſſe, neq; temerè monuiſſe.

Teſtĭfĭcātŭs, a, um, particip. [עוד muhádh μεμαρτυρημένος. Gall *Teſmoigné.* Ital *Teſtificato.* Ger. Bezeuget Hiſp *Teſtiguado.* Pol. *Oſwiatczom.* Vng. *A' murôl bizon ſag tetetõt.* Ang. *Teſtified.*] Cic. Att. lib. 1: Illud ineſt tamen commodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua voluntas omittendæ provinciæ. Ovid. Epiſtol. 20: Linguaq; præſentem teſtificata deam.

Teſtĭfĭcātĭo, onis, f. t. Probatio per teſtes, teſtatio, teſtimonium. [עד hédh עדה hedháh עדות hedhúth תעודה tehudhâh μαρτυρία. Gall *Depoſition de teſmoings, teſmoignage.* Ital *Eſſo teſtimoniare.* Ger. Bezeugung/ Kundtmachung. Hiſp. *El dicho del que es teſtigo, obra de teſtiguar.* Pol. *Oſwiatczenie.* Vng *Biſonſag tenes.* An. *Teſtifying, a prooving by witneſſes.*] Cic 6. Verr. Si ejus rei teſtificatio tolleretur, cautumq; eſſet eos teſtimonium nõ eſſe dicturos. Idem de Clar. Orat. Chirographa, teſtificationes, judicia, quæſtiones, rem manifeſtam facere. ¶ Interdum idem quod declaratio, aſſertio, profeſſio. Cicer. Lent. lib. 1. Epiſt. Sic egit cauſam tuam, ut neq; eloquentia majore quiſquam, nec gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit, cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe meritorum. Idem 9. Philipp. His honoribus habitis Ser. Sulpitio: repudiatæ legationis ab Antonio manebit teſtificatio ſempiterna.

Teſtĭvĭlĭcĭum, n. ſ. Res minimi pretii: ſumptum à filorum fragmentis, quæ de tela decidunt, quæ propriè teſtivilicia vocari volunt. Plaut. Caſin. Non ego hoc verbum emptitem teſtivilicio. Quo tamen in loco Feſtus legit titivillitio.

Teſtŭācĕum. Vide TESTVS.

Tēſtūdo, inis, f. t. Animal tardigradum, à teſta, qua tegitur nomen habens. [χελώνη. Gall. *Vne tortue.* Ital. *Teſtudine, galana.* Ger. Ein Schneck Belg. Een Steede. Hiſ. *Galapago, tortuga.* Pol. *Zoł'w.* Vng. *Tekenõs beka.* Ang. *A ſnaile.*] Earum genera ſunt marinæ, paluſtres, terreſtres, & lutariæ, quę in dulci aqua diverſantur. Ex his marinæ in Indico mari in tantam evadunt magnitudinem, ut ſingularũ ſuperficies habitábiles caſas integant, atq; inter inſulas, Rubri præcipuè maris, non aliis ferè navigent cymbis. Vniverſo aũt generi teſtudinũ dentes nulli ſunt, ſed roſtri margines acuti, ſuperiore parte inferiorẽ claudente, pyxidum modo. Ova pariunt in terra, avium ovis ſimilia, fœtusq; educant annuo ſpatio. Reliquam earum naturam vide apud Plinium libro 9. cap. 10. ¶ Eſt item teſtudo machina bellica, tabulatis cõtexta, & crudo corio, aut cilicinis centonibus cõtecta, aliáve materia quæ difficulter poſſit exuri. Hæc intus habebat trabem funibus ſuſpenſam, quæ ſi unco præmuniretur ferreo, falx dicebatur, eò quòd incurvata eſſet eum in uſum, ut lapides è muro evelleret. Si verò ferro bifurco caput haberet munitũ, aries dicebatur, ſive quòd arietis in morem retroſum cederet: ut majori cum impetu feriret, ſive quòd geminis cornibus capitis arietini ſimilitudinẽ referret. Teſtudo autem dicebatur, quòd modò caput exereret, modò ſubduceret, vivæ teſtudinis ritu. Silius lib. 1: Tandem cũ denſis arctæ teſtudinis armis, Subducto Pœni vallo, cæcaq; latebra Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus urbem. Cæſar 4. bell. Gall. Reliquisq; diebus turres ad altitudinem valli, falces, teſtudinesq; parare, ac facere cœperunt. ¶ Teſtudo item dicebatur congregata militum multitudo conſertis ſcutis tecta adverſus impetum lapidum, aliorumq; telorum deſuper incidentium. συνασπισμός. Liv. 10. ab Vrb. Galli teſtudine facta cõferti ſtabant. Cæſ. 5. bell. Gall. Ac milites legionis ſeptimæ teſtudine facta, & aggere ad munitiones adjecto, locum cepeſunt. ¶ Rurſus teſtudines in ædificiis dicuntur fornices, ſive cameræ, teſtudinei tegminis inſtar convexæ. [אילם elím אילם elám אולם vlám. καμάρα. Pol. *Sklep.* Vng *Bolt.* Ang. *An arch or vault.*] Virg. 1. Aen. Tum foribus divæ, media teſtudine templi, Septa armis, ſolioque altè ſubnixa reſedit. ¶ Eſt item teſtudo, muſicum inſtrumentum, vivæ teſtudinis figuræ non admodum diſſimile, quod & Græci ab animalis nomine χέλυν appellant. [Pol. *Liutnia.* Vng *Lant.* Ang. *A lute.*] Hujus inventionem Mercurio aſſignat Hyginus, qui quum aliquando in teſtudinem incidiſſet, cujus caro longa vetuſtate erat exeſa, ſolis relictis nervis, qui digitis percuſſi non inamœnum edebant ſonum, ex illius ſimilitudine lyram excogitavit: unde & teſtudinis illi nomẽ mãſiſſe quidã exiſtimant. Horat. lib. 1. Carm. O' decus Phœbi, & dapibus ſupremi Grata teſtudo Iovis, ô laborum Dulce lenimen. Virgil. 4. Georg. Ipſe cava ſolans ægrum teſtudine amorem. Cic. 2. de Nat. deor. Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur.

Teſtūdĭnĕus, a, um. adjectivum, Quod eſt teſtudinis: [ὁ ἐκ χελώνης καμαρωτός. Gall. *De tortue, fait en voulte.* Ital. *De teſtudine, digalana, fatto in volto.* Ger. Eines Schnecken Hiſp. *De galapago,*

de tortuga, hecho en boueda. Pol. *Zol'wiowi.* Vngar. *Tekenős bekaë.* Ang. *Of a snaile, or vault.*] ut, Testudineus gradus. Plaut. in Amph. -sive grallatorius, sive Testudineus fuerit (subaudi, gradus) certum est mihi hunc scelestum perdere.

Testūdĭnĕātŭs, ta, tum, Fornicatus, concameratus, sive quod convexum, & incurvum est testudinis more [κεραυνωτὸς. Gal. *Fait en voulte.* Ital. *Fatto in volto.* Ger Zugewelbet/ alß ein Schnecken gemachet Hisp. *Hecho en boueda.* Polon. *Skliepiſti* Vngar. *Botra haytatot, meg haytatot.* Ang. *Made lyk an arche or vault.*] Plin. lib. 33. cap. 11: Sed & testudineatum in usum venisse. Col. lib. 12. cap. 15: Et inter se acclives testudineato tecto more turiorum inarescentem ficum à rore, & interdum à pluvia defendant. Vitruv. lib. 2: Tecta recidentes ad extrema transtra trajiciunt, gradatim contrahentes, & ita ex quatuor partibus in altitudinem educunt in medio metas, quas luto & fronde tegentes, efficiunt testudineata tecta.

Testŭs, us, ui, m. q. Instrumentum, ut Calepinus arbitratur, plerunque fictile, nonnunquam etiam ex ære, aliáve materia, in quo placentæ, aliaque id genus coquebantur. [κλιβανος. Gall. *Couuercle de paelle, vn four de terre.* Ital. *Testo, coperchio della padella.* Germ. Ein Bachöfelin/ oder Bachdüpffe. Hisp. *Vaso ò horno de barro.* Pol. *Chlie bowi piecz:* item *patella.* Vng. *Pogatsa, belős ſwtő ſserep, rex edeny.* Ang. *A pan vnder which thinges ar baked.*] Cato de Re rust. cap. 75: In foco calido sub testu coquito leniter. Ego ex Sosipatro didici, nominativum esse non testus, sed Testu, indeclinabile tanquam Genu, & significare idem quod Tegula. vide suprà in TEGULA. ¶ Legitur & testum in eadem significatione: ut Aereum testum, apud Plin. lib. 30.

Testŭācĕum libum, & Panem testuaceum dicimus, quem Græci vocant κλιβανίτην. [Gal. *Cuit au four de terre.* Ital. *Cotto in forno ò in testo.* German. Ein Küchen in einem Bachöfelin / oder Dupffe gebachen. Hispan. *Cozido en horno de barro.* Pol. *Paſzteta ſmaki.* Vngar. *Cserepbe ſwlt etel.* Angl. *Bread baked in a pan of earth.*] Varro libro 4. de ling Lat. Libum dictum quòd libaretur, priùs quàm esset coctum: testuaceum, quòd in testo calido coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ.

Tĕtānōthră, pen. prod. orum, n. s. [τετάνωθρα. Germ. Salbe oder artzney/ welche die glatte gleyssende haut behalten: vnd die runtzen vertreyben] Medicamenta sunt ejusdem formæ: cujus & psilothra, ψίλωθρα. Sed psilothris ad pilos vellendos, tetanothris ad erugandam, extendamq; in facie cutem utimur.

Tĕtānŭs, penult. prod. Plin. [Germ Halßstarre / ist ein trancksheit/ darvon einer den halß für vnd für muß außgereckt halten/ mag jhn weder hinderſich noch furſich bucken.]

Tĕtānĭcī. [τετανικοὶ Germ. Krumhälß.] A tetano morbo dicti sunt, quum musculi, qui secundum spinam sunt, ita rigent, ut se inflectere non possint. Idque quum anterior pars afficitur, ut si mentum pectori annectatur, ἐμπροσθότονοι: quum posterior, ut si caput scapulis adhæreat, ὀπισθότονοι: quum verò ambæ rigent ex æquo, tetanos vocatur, ut si cervix recta & immobilis intendatur, etiamsi (ut ait Celsus) quidam minus subtiliter, & minus discretè his nominibus utuntur.

Tĕtārtæŭs, adject. τεταρτικὸς, Quartanus. Colum. lib. 3. cap. 20: Tetartæum pro tetrade, sive quaternario numero posuisse videtur, quum ait. Nec tamen ea causa compellere nos debet ad multas vitium varietates: sed quod judicaverimus eximũ genus, id quantæ multitudinis possimus, efficiamus. Quod deinde proximum à primo: tum quod est tertiæ notæ, vel quartæ: quodque eatenus velut lectarum quodam contenti simus tetartæo. Satis est enim per quatuor, vel summũ quinq; genera vindemiæ fortunam operiri.

Tĕtārtēmŏrĭŏn, τεταρτημόριον, Græca dictio quadrantem significans. Plin. lib. 7 cap. 49: Durat & ea ratio quam Petosiris, ac Necepsos tradiderũt, & tetartemorium appellant, à trium signorum portione, qua posse in Italiæ tractu CXXVI. annos vitæ contingere apparet. Quo in loco tetartemorion accipitur pro spatio trium signorum, quæ est pars quarta Zodiaci.

Tetĕr, tra, trum, Fœdus, crudelis, dirus: & tàm ad animum, quàm ad sensus exteriores pertinet: ut Tetra bellua, tetra vox, teter odor, teter aspectus, teterrima mens. [שחור *schohár* בוז *záſo* נוד *tamé:* אכזרי *achzár* אכזרי *acxarí* βλοσυρὸς Gal. *Puant, & infect, ord & infame, cruel, meschant* Ital *Vile, crudele, bruto, ſporco.* German Grewlich / grawſamlich / häßlich. Belg. Quaet/ leelick/ grouwelick. Hispan. *Torpe, ò feo, ò hediondo, ò cruel.* Polon. *Szpetné, mierzteti.* Vng *Ixonyu ondok kegyetlen.* Ang *Foull, cruell, horrible, mishieuous*] Plautus, Most. Ego verò te neque tetriorem belluam Vidisse me unquam, neque pejorem censeo. Ibidem: Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius. Cicero 4. Tuscul. Ipsam ægritudinem, quam nos ut tetram & immanem belluam fugiendam esse diximus, non sine, &c. Claud. 1. Eutrop. -nec bellua tetrior ulla est Quàm servi rabies in libera colla furentis. Sulpitius ad Cic. lib. 4: Ita vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. Col. lib. 7, cap. 5: Toto ventre distenditur, contrahiturque & spumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Virgil. 3. Aeneid. -tum vox tetrum dira inter odorem. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: -postquam discordia tetra Belli ferratos postes, portasq; refregit.

Tētrē, tetriùs, teterrimè, adverb. [βλοσυρῶς, ὀλοσυρδῶς. Gall. *Vilainement, cuellement.* Ital. *Sporcamente, crudelmente.* German. Grewlichen / grawſamlich. Hiſpan. *Fea y cruelmente.* Polon. *Szpetnie, mierzecie.* Vngar. *Ixonun ondokul kegyetlenwl.* Angl. *Foullie, cruellie.*] Cicero 1. de Divinat. Multaque facere impurè, ac tetrè, cum temeritate & impudentia. Idem pro Domo sua: Quod severè de religione decerneret, impurissimè, teterrimeque violasti.

Tētrĭcŭs, Vide suo loco.

Tetro, as, Fœdo, consputo. [ΝΠΟ *timmé.* ἀμαυρόω. Gall. *Vilainer, maculer.* Ital. *Sporcare, macchiare.* Ger. Verwüſten/ häßlich machen/ verſeuwen Hisp. *Enfuxiar, manxillar.* Polon. *Szpecze.* Vng. *Meg ondokitom ixonyuatexőm.* Ang. *To make foull*] Pacuvius: Belluarum ac ferarum adventus loca tetrat.

Tetinerit, pro tenuerit. Pacuv. Cedo, quorsum iter tetinisse ajunt? Idem sub judicio quoque omnes gradus tetinerim. Ex Nonio.

Tetrăchordum, τετράχορδον, Musicum instrumẽtum, quatuor instructum chordis.

Tetrăcōlŏn, penultima producta: [τετράκωλον. Gall. *De quatre membres.* Ital. *Di quattro membri.* German. Das vier ſtuck/ oder theil hat. Hiſpan *De quatro miembros.* Polon. *Szteri cziesci maiaci.* Vngar. *Negy exyikkőlyw.* Angl. *Of foure membres or partes.*] Quod quatuor constat membris. Vnde odarum quædam genera, quatuor constantia carminum generibus, *Tetracola* appellamus.

Tetrădorŏn, penultima producta. [τετράδωρον. Gall. *De quatre paulmes.* Ital. *Di quatro palmi.* German. Vier ſpannen lang. Hiſpan. *De quatro palmas.* Polon. *Szteriri piedzi di'ugi.* Vng. *Negy tegla, sing tegla.* Ang. *Of foure palmes or spannes.*] Lateris genus, à quatuor palmorum majorum: hoc est, pedum trium longitudine dictum. Prisci enim Græci δῶρον palmum vocabant: unde & δῶρα munera dicta, quod manu darentur. Autor Plin. lib. 35. cap. 14.

Tetradrāchmă, mæ, f. p. vel tetradrachmum mi. [τετράδραχμον. Gall. *De quatre drachmes.* Ital. *Di quattro drachme.* Ger. Ein Muntz bey den alten / hielt vier *drachmas* / vngefehr bey vns ein halben Gulden. Hiſpan. *De quatro drachmas.* Polon. *Szteri drachmi wſobie mataci, to iesti poł zł'otego.* Vngar. *Negy penz etős garas.* Angl. *Of foure drammes.*] Nummus quaternas valens drachmas. Livius 4. bell. Maced. Adhæc clypei argentei decem, figuati argenti octoginta quatuor millia fuêre. Attici tetradrachma vocant: trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus.

Tetragnathii, τετραγνάθιοι, Aranei quidã, à maxillarum multitudine ita dicti, quas Græci γνάθους dicunt. Plin. lib. 29 cap. 4: Tetragnathii duo genera habent: prior, medium caput distinguente linea alba, & transversa altera: hic oris tumorem facit. At cinereus posteriore parte candicans, lentior.

Tetrăgōnismŭs, τετραγωνισμὸς, Quadratio, alterius figuræ ad quadratam reductio.

Tetrăgōnŭs, penultima product. τετράγωνος, Quadrangularis, sive quadratus.

Tetragrāmmătŏn, [τετραγράμματον, Gall. *De quatre lettres.* Ital. *Di quattro lettere.* German. Das vier buchſtaben hat. Hiſp. *De quatro letras.* Polon. *Szteri litteri wſobie maiaci.* Vngar. *Negy betwiw.* Ang. *Of foure lettres.*] Quod quatuor constat literis. Vnde Dei nomen dictũ est tetragrammaton, quòd non modò apud Hebræos, verumetiam apud Græcos, Latinos, Aegyptios, Chaldæos, Arabes, Gallos, multosque alios populos quatuor elementis scribatur.

Tetrămetrŏn, pen. corr. τετράμετρον, Carminis genus Comicis familiare, quatuor constans mensuris majoribus: hoc est, pedibus octo, unde & Octonarium vocant Latini.

Tetrăpharmăcum, τετραφάρμακον, Emplastri genus apud Celsum libro 5. cap. 19: puri movendo inprimis utile: ita dictum, quòd ex quatuor constaret simplicibus, cera, pice, resina, & sevo taurino, pari portione commistis. ¶ A gulę quoque proceribus tetrapharmaca dicebantur epulæ quædam delicatiores, quæ ex quatuor pretiosis opsoniis constabant, scilicet phasiano, sumine, perna, & crustulo: quod genus primùm ab Aelio Vero fuisse excogitatum, autor est in vita ejus Spartianus.

Tetrāptōtum, penultima prod. τετράπτωτον, Per quatuor casus variatum.

tignis. Ovid. 8. Metam. Sordida terga suis nigro pendentia tigno. Iuven. Satyr. 3:-ferit assere duro Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam. Cæsar 4. bell. Gall. Tigna bina sesquipedalia ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis. ¶ Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia constant, continetur, inquit Vlp. de tigno juncto l. j. & ad exhib. l. Tigni & Caius de Verb. sign. l. Tigni. ¶ Sed & in vineis Tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, utputa perticæ, pedamenta, ut ait ibidem Vlpian. ¶ Hinc Contigno, vide suo loco.

Tĭgillŭs, & Tigillum, diminutiva. [δοκίδιον. Gall. *Solive au, petit cheuron.* Ital. *Travicello.* Ger. Ein kleine tafen/täfelin. Hisp. *Pequenna viga.* Pol. *Krokwicka, l'atka.* Vng. *Ragazto, lecz gerendatska.* Ang. *A litle beame or rafter.*] Liv. 1. ab Vrb. Transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub jugum misit juvenem. Tibul. libro 2. Eleg. 1: Illi compositis primum docuêre tigillis, Exiguam viridi fronde operire domum. Catul.-janua suffixa tigillo.

Tĭgnārĭŭs, a, um, adjectivum, Tignarius faber, Qui tigna dolat, aut ædificio adaptat. [δικτοποιός. Gall. *Vn charpentier.* Ital. *Marangone.* Ger. Ein Zimmerman. Hisp. *Capintero.* Pol. *Cieślia.* Vng. *Laz gerenda farago.* Ang. *A carpenter.*] In qua significatione legitur & Tignarius absolutè. Cicer. de Clar. Orat. Ego me Phidiam esse mallem quàm vel optimum tignarium.

Tigris, hujus tigris, & tigridis, f. t. [τίγρις. Gall. *Vne tigre.* Ital. *Tigre.* Ger. Ein Tigerthier. Hisp. *La tigre hembra de pardo.* Pol. *Tigris.* Vng. *Tigru.* Ang. *A tiger.*] Fera Tæviissima & velocissima in Hyrcania maximè abundans: ita dicta, quòd sagittæ velocitatem, quam *Tigrim* Medi appellant, cursu videatur adequare. Virg. 4. Aeneid. Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Arrianus, qui res gestas Alexandri condidit, tigrim feram Indicam, non eam esse voluit, quam vulgus *Tigrim* nominat, sed hanc esse thoa: tigrim verò equi magnitudine esse, à superiori longè diversam.

Tigrinus, na num, τιγρινὸς: ut, Tigrinæ mensæ: hoc est, venarum discursu tigridum maculas referentes. Plin. li. 13. cap. 15: Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo evenit discursu ideoq; tigrinæ appellantur.

Tĭlĭă, æ, f. p. [φίλυρα. Gall. *Teil, ou tillet, ou tillenl.* Ital. *Tiglio albero.* Ger. Lindenbawm. Hisp. *Teja arbol.* Pol. *Lipa.* Vng. *Has fa.*] Arbor est apud Gallos nomen retinens, folio hederaceo molliore, & in angulum acutiorem rotundiore, & prolixiore, in orbem lentè crispo, atq; serrato, flore tantisper dum calyculo continetur, herbaceo: dum emersit, flavo, fructus magnitudine fabæ, similis acinis hederæ: in quo semen prætenue, quantum atriplicis, omnibus animalibus ingratum, quum foliorum pabulo maximè ducantur. Virgil. lib. 2. Georg. Nec tiliæ læves, nec torno rasile buxum. Ovid. 10. Metamorph. Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus. ¶ Tiliæ item dicuntur vincula ex arboris hujus membranis tenuissimis, inter cortices & lignum sitis. Plin. lib. 16. cap. 14: Inter cortices & lignũ tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur. Tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumq; honore.

Tĭlĭăcĕŭs, a, um, Quod ex tilia confectum est. [φιλύρεος. Gal. *Fait de tillet.* Ital. *Fatto di tiglio.* Ger. Lindin/ oder Lindenbawmin. Hisp. *Hecho de teja.* Pol. *Lipowy.* Vng. *Has fabol tsinalt.*] Iulius Capitolinus de Antonio Pio: Quum senex & longus esset, incurvareturq;, tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur. Columel. lib. 12. cap. 45: Arculæ faginеæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paulò ampliores præparari debent.

Tilícia, locularis dictio. Cic. de clar. Orat.

Timĕo, es, ui, act. s. Metuo, horreo, reformido, vereor. [ירא *jaré* פחד *pachádh* חרד *charádh* φοβέομαι, δειδιάω. Gall. *Craindre.* Ital. *Temere, hauer para.* Ger. Förchten. Bel. Vreesen. Hisp. *Temer, auer miedo.* Pol. *Boie śie.* Vng. *Felők rettegők.* Ang. *To feare.*] Cicero pro Flacco: Nihil magis quàm perfidiam timemus. ¶ Variis modis construitur, dicimus enim, Timeo te, tanquã inimicum: Timeo tibi, tanquam amico, nequid mali tibi accidat. Terent. And. Pamphili vitæ timeo. Timeo mihi abs te. Cicer. pro Sylla: A` quo quidem genere, ludices, ego nunquam timui: id est, non timui ne malum mihi inferrent. ¶ Invenitur etiam cum ablativo, mediante de. Ovid. lib. 4. Fast. Nec timui de morte: tamen metus obstitit. ¶ Item dicimus, Timeo furem tauro: id est, ne fur taurum furetur. Iuvenal. Satyr. 6: quũ furem nemo timeret Caulibus, aut pomis. ¶ Dicimus etiam timeo pro amico. Gell. lib. 19. cap. 1: Illum autem pro Aristippi anima timere. Timeo quemadmodum hæc explicari possint. Cicer. lib. 15. Epist. Nunc istic quid agatur, magnopere timeo. Idem ad Atticum lib. 2. ¶ Speciale est autem in hoc verbo, & in cæteris ejusdem significationis, ut sive sequatur negatio, sive non, nihil addat, detrahátve sententiæ. Nihil enim refert num ità dicas, Timeo ut possis: an sic: Timeo ne possis.

Grammaticorum ènim quæ traditur differentia, usu Latinè loquentium repudiatur. Composita hujus verbi sunt Extimeo, pertimeo, & prætimeo: quorum significata vide suis locis.

Tĭmĭdŭs, a, um, pavidus, meticulosus. [ירא *jaré* חרד *charéd.* δειλός. Gall. *Craintif, timide, paureux.* Ital. *Timido, pauroso, di pauco animo.* Ger. Forchtsam. Hisp. *Temeroso por naturaleza, medroso.* Pol. *Boiaźliwi.* Vng. *Felenk, rettegő.* Ang. *Fearful, timerous, false harted.*] Cic. 1. Offic. Ne imbelles, atq; timidi videamur. Cicero pro Marcello: Si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens.

Tĭmĭdē, adverb. Pavidè, minùs audacter. [φοβερῶς, ἐπιδεῶς. Gall. *Auec crainte, craintiuement.* Ital. *Con timore.* Ger. Forchtsamlich. Hisp. *Con temor, temerosamente.* Pol. *Boiaźliwie.* Vng. *Felenkwl, felue.* Ang. *Fearfullie, with a faint hart.*] Cic. 2. Tusc. Sed hoc quidem in dolore maximè est providendum, nequid abjectè, nequid timidè, nequid ignavè, nequid serviliter, muliebritérve faciamus.

Timĭdĭtās, atis, f. t. Proclivitas ad timorem. [ירא *jireáh* טחד *páchadh* חרדה *charadháh.* δειλία. Gall. *Crainté, peur.* Ital. *Paura, timidita.* Ger Forchtsamkeit. Hisp. *Temor naturall.* Pol. *Boiaźń.* Vng. *Felenkseg, retteges.* Ang *Bashfulnesse, timerousnesse.*] Cic. 4. de Finib. Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. Idem 3. Tusc Quæ qui recipit, recipiat necesse est timiditatem & ignaviam. Idem in Partit. Verecundiam timiditas imitatur.

Tĭmŏr, oris, m. t. Est (ut Cic. 4. Tusc. quæst. inquit) Metus mali appropinquantis. [ירא *jireah* טחד *páchadh* חרדה *charadháh.* φόβος, δέος. Gall. *Crainte, peur ou pavur.* Ital. *Timore paura.* Ger. Forcht. Bel. Vreese Hisp. *Temor naturall.* Pol. *Boiaźń.* Vng. *Felelőm.* Ang. *Feare of some euill comming.*] Facere alicui timorẽ. Cic. lib. 10. Epist. Quæ res mihi facit timorem. Affici timore de aliquo. Idẽ li. 11. Epist. Amici de nobis magno timore afficiũtur. Injicere timorem. Idem Attico: Nostris animus accessit, hostibus timor injectus est. Perculsus timore. Idem ibidẽ: Civitas perculsa magno timore.

Tĭmŏpōlæ. [τιμοπῶλαι. Ger. Fürkauffen. Pol. *Skupniowie.*] A` Græcis dicuntur qui præmercantur, ut rerum pretia accendant, annonamq; flagellent: id est, duriorem, carioremq; faciant, pretio non parcentes.

Tĭmŏr, Vide TIMEO.

Tin, Antiqui pro eum dixerunt.

Tĭnă, æ, f. p. Vasis vinarii genus, quod à Festo tinion appellatur. Varro lib. 1. de Vita pop. Rom. ut citat Nonius: Antiqui in conviviis utres vini primò, postea tinas ponebant.

Tĭncă, æ, f. p. piscis fluviatilis, vulgò notus. [ὁ ψύλλος, ωος. Gal. *Vn poisson appellé tanche.* Ital. *Tenca pesce.* Ger. Ein Schley. Hisp. *La tenca pesce.* Pol. *Lyn.* Vng. *Czompo.* Ang. *A tenche fishe.*] Ausonius in Mosella: Quis nõ & virides vulgi solatia tincas Norit, & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Tinctĭlĭs, Tinctura, Vide TINGO.

Tĭnĕă, æ, f. p. Vermiculus est, qui aut situ, aut pulvere, ac putredine interdum nascens, vestes, aut libros abrodit, teredo, [עש *hasich.* σής. Gall. *Teigne, ver qui gaste & mange la laine & les habillemens.* Ital. *Tignolo, tarma, verme.* Ger. Ein schabe. Hisp. *La tinna de las colmenas polilla.* Pol. *Mol.* Vng. *Moly.* Ang. *A mothe, a worme yat eateth clothes or bookes.*] Horat. 1. Epist. 21. ad librum suum: -aut tineas pasces taciturnus inertes, Aut fugies Vticã, aut vinctus mitteris Ilerdã. ¶ Item tineæ ventris vermes sunt, in intestini recti extremo nascentes. ἕλμινθες. Celsus Lumbricos appellat. Plin. lib. 11. cap. 33: Sic intra hominem tineæ tricenûm pedum, aliquando & plurium longitudine. ¶ Item tineæ sunt vermes in alvearibus, apibus noxii. Colum. lib. 9. cap. 14: Præterea, ut tineæ si apparuerint, everrantur, papiliones q; enecentur, qui plerunq; inter alveos morantes apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos *alvearum tineas* appellamus.

Tĭnĕōsŭs, sa, sum: [ἑλμινθώδης. Gall. *Plein de tignes.* Ital. *Pieno di tarme.* Ger. Voll schaben. Hisp. *Lleno di tinnas.* Pol. *Pełni molow.* Vng. *Molyos.* Ang. *Full of mothes.*] ut Alvei tineosi, apud Col. lib. 9 cap. 14.

Tingo, gis, xi, ctum, act. t. vel tinguo, Inficio, madefacio, immergo, colore vel humore imbuo. [טבל *tabál* חמם *chamás* βάπτω. Gal. *Teindre.* Ital. *Tingere.* Ger. Tuncken/ oder eyntuncken/ ferben. Bel. Dropen/ natmaken. Hisp. *Tennir ò mojar.* Pol. *Farbuie, maczam.* Vng. *Meg aztatom meg martom meg festőm.* Ang. *To dippe or die colours.*] Mart. lib. 5: Mentiris juvenem tinctis Lentine capillis: hoc est, unctis & coloratis. Virg. 1. Aeneid. Quid tantùm Oceano properent se tingere Soles: id est, immergere. Mart. lib. 11: tingit cutem Catinus, & tamen pallet. Virg. 3. Georg. Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.

Tingens, tingentis, participium. [טבל *tobél.* βάπτων. Ger. Der eyntuncket oder ferbt.] Plin. lib. 9. cap. 38: Sed id tingentium officinæ ignorant, quum summa vertatur in eo.

Tinctŭs,

Tinctŭs, à, um, participium passivum, Immersus, vel infectus: [טבול *tabúl* חמת *chamúts.* βεβαμμένος, βαφθείς. Gall. *Teint.* Ital. *Tinto, tento, tillinito.* Ger. Getuncket/ in etwas gestossen. Hisp. *Tennido, mojado.* Pol. *Omoczoni.* Vng. *Meg martatot festŏt.* Ang. *Dipped, or died.*] ut, Spicula tincta venenis. Ovid. 4. de Pont. Idem 1. de Arte: Consule de gemmis, de tincta murice lana, Consule de facie corporibus q; diem. ¶ Per translationem accipitur pro leviter imbutus. Cic. 1. de Orat. Sit enim mihi tinctus literis. Idem de clar. Orat. Ergo illam patris elegantia tinctam.

Tinctŭs, ŭs, Ipse tingendi actus. [βαφή. Gall. *Teinture, teint.* Ital. *Tintura.* Ger. Eyntunckung/ eynstoffung. Hisp. *Tintura, tennidura.* Pol. *Omoczenie.* Vng. *Martas festes.* Ang. *A dipping, or dying.*] Plin. lib. 10. cap. 48: Et alia eodem nomine crocco tinctu.

Tinctūrā, æ, f. p. Infectio, imbutio coloris. [βαφή Gall. *Teinture, teint.* Ital. *Tintura.* Ger. Eyntunckung/ ferbung. Hisp. *Tintura, tennidura.* Pol. *Farbowanie.* Vng *Festes.* Ang. *A dipping or dying.*] Plin. lib. 37. cap. 9: Adulteratur maximè tinctura, idq; in gloria regis Aegypti adscribitur, qui primus eam tinxit.

Tinctĭlis, le, pen. cor. om. t. Quod intinctum est. [βάπτον. Gall. *Teint.* Ital. *Tinto.* Ger. Tunckig/ darein man etwas tunckt mag. His. *Tennido.* Pol. *Moczĭsti.* Vn. *Martos festetŏt.* Ang. *Died.*] Ovid. de Trist. lib. 3: Nam volucri ferro tinctile virus inest.

Tinīa, Vasa vinaria apud antiquos fuêre, ut inquit Festus. [κοτύλη. Gall. *Tines, cuues.* Ital. *Tine.* Ger. Ein gattung weingeschirr/ Weinzüber. Hisp. *Las tinas, vasijas de vino.* Pol. *Kuffet.* Vn. *Atalag, piucke palazk.* Ang. *Vesselles for wine.*] Nonius Tinas appellavit. Erant autem hæc vasa minora, & omnino diversa ab iis, quæ apud nos sub hoc vocabulo habentur, nec ad eos usus parata. His nanq; è ligno fabricatus, musta cum vinaceis nostri ebulliunt. Apud veteres autem inter *ἀσκοφόρια* numerantur.

Tinnĭo, nis, nivi, itum, n. q. Propriè de metallis dicitur, quum ex eorum pulsatione sonus efficitur. [צלל *tsalál, κωδωνίζω, ἠχέω.* Gall. *Tinter & sonner clair.* Ital. *Resonare, render chiaro sono.* Ger. Klingē/ laut thŏnē. Bel. Klincken. His. *Retenir el metal.* Pol. Dzwiecze, *brzakam.* Vng. *Tsengŏk.* Ang *To ring and mak a cleare sound as metsall.*] Tinnit enim aurum, argentū, æs, ferrum, stannum, orichalcū, & hujusmodi. ¶ Hinc Circuntinnio compositū. Varr. 3. de Re rust. cap. 16: Quum à mellario id feciſſe sunt animadversæ, jaciundo in eas pulverem, & circuntinniendo ære, perterritas, quò voluerit perducet. ¶ Tinnire quoq; dicitur auris, quum inclusi subtiles & leves vapores, interdū per membranam illam, quæ in auribus est, emergunt, & sonum illum fictitium edunt. Catul. ad Lesbiam, Epigr. 48: Aures tinniunt suopte sonitu. Elegāter item Tinnire dicitur, qui nummos habet, vel qui nummos adfert. Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat, Cic.

Tinnĭmentum, ti, n. s. Ipse tinniendi actus. [κωδωνισμός. Gall. *Tintement, son & cornement.* Ital. *Risuonamento.* Ger Ein klang/ hēlter thon. Hisp. *Retinto y son de metal.* Pol. Dzwiek. Vng. *Tsenges.* Ang. *Ringing.*] Plaut. in Rud. Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.

Tinnītŭs, tus, m. q. Metalli sonitus. [κωδωνισμός. Gall. *Tintement, cornement.* Ital. *Risuonamento.* Ger. Das klingen/ thon. Hisp. *Aquell retinto y son de metal.* Pol. Dzwiek. Vng. *Tsenges.* Ang *The ringing of metall.*] Plin. lib. 11. cap. 20: Apes gaudent plausu, atque tinnitu æris. Virgil. 4. Georg. Tinnitusq; cie, & Matris quate cymbala circum. Aurium tinnitu præsentire, Plin. lib. 28. cap. 2.

Tinnŭlŭs, la, lum, Quod acutum edit sonum: cujusmodi est sonus metallorum. [λιγυρὸς, ἠχῶν. Gall. *Tintant, resonnant.* Ital. *Risuonante, & acuto.* Ger. Klingend/ laut oder hell thönend. Hisp. *Cosa que retinne como metal.* Pol. *Brzmiaci.* Vng. *Tsengŏ.* Ang. *That ringeth.*] Ovid. Tinnulaq; æra sonant, & olent myrrhæq; crociq;. Quint. lib. 2. cap. 3: Nam & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunq; alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non virium, sed infirmitatis vitio laborare.

Tinnīno, as, pe. prod. n. p. Resono. [תנה *hamdh.* ἀλαλάζω. Gal. *Tinter, resonner.* Ital. *Risonare, ribombare.* Ger. Widerthönen. Hisp. *Retennir el metal.* Pol. Dzwiecze. Vng. *Tsengŏk.* Ang. *To ring lik metall.*] Catullus ad Lesbiam: sonitu canoro Tinnunant aures. ¶ Dicitur & Tintinnio, nis, nivi. Afranius: Tintinnire janitoris impedimenta audio.

Tintīnābŭlum, li, n. s. Instrumentum æneum, quo populus lavandi hora ad balneas convocari solebat. [פעמון *pahamón.* κρόταλον, κώδων. Gall. *Clochette, sonnette.* Ital. *Campanello, suonaglio.* Ger. Ein glöcklin / schellen / baderbecke/ mit dem man klinget so man in das Bad ladet. Hisp. *Campano ò esquilā.* Pol. Dzwonek. Vng. *Tsengettyw.* Ang. *A bell.*] Nomen factitium à sono quem edit. Iuven. Sat. 6: Tot pariter pelves, tot tintinabula dicas Pulsari. Plin. lib. 36. cap. 13. Vt in summo orbis æneus, & petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinabula, quæ vento agitata longè sonitus referant, ut Dodonæ olim factum. ¶ Tintinabulum, veles quà flercus evehitur, indè fortassis, quòd tintinabula appenderentur, ut audiretur vehiculum appropinquare, quò quisq; omnis generis sordes posset imponere. Lucilius: Tintinabulum abest hinc, sirpiculæq; oletorum.

Tintinācŭlī, Qui flagris cædunt fontes ob noxam, & loris bubulis castigant. κροτολίζοντες. Ficto vocabulo à sonitu, quem verbera efficiunt. Nam dum verberant, & cædunt flagris, tinnitum reddere videntur ex crepitu plagarum: quæ percussio à Plauto dicitur tax, per onomatopœiam, à sonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur, & lorarii: nam cædendo loris, & flagris hunc sonum faciunt. Plaut. in Truc. Nisi ad tintinaculos vultis vos educi viros.

Tinnuncŭlus, Avis est, teste Plin. li. 10. cap. 37, columbas defendens, & accipitres territans occulta naturę vi, in tantum ut visum vocemq; ejus fugiant.

Tipŭlă, æ, pe. cor. f. p. [Ger Ein kleines würmlein/ oder wasserspiñ mit sechs füssen.] Vermis sex pedes habens, sed tantæ levitatis, ut super aquam currens non desidat. Plaut. in Persa: Neq; tipulæ levius pondus est, quàm fides lenonia.

Tis, genitivus est antiquus à Tu pronomine. σῦ. Plaut. in Mil. Tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad me missa est.

Tithymalus, m. s. [τιθύμαλος. Gall. *Herbe à laict, laicteron.* Ital. *Lattaria herba.* Ger. Wolffsmilch. Hisp. *Lechetrexna yerua.* Pol. *Dziwonki.* Vng *Eb tey.*] Herba est lacteum emittens succum: cujus septem enumerantur genera. Characias, myrsinites, paralios sive tithymalis, heliosc opios, cyparissias, dendroides, & platyphyllos. Col. lib. 9: Tithymalus majorum quoq; anſa malium ventrem solvit. Idem paulò suprà: Maximusq; vel minimus annuus earum labor est initio veris, quo tithymali floret frutex. Plin. lib. 26. cap. 10. Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Titi, Columbæ agrestes sunt, ut scribit Cornutus, quas augures in auguriis observare solebant.

Titillo, las, act p. Levi attrectatione alarum, aliarúmve mollium corporis partium risum cuipiam moveo. [γαργαλίζω, κνάω. Gall. *Chatouiller.* Ital. *Prouocare, far gatticiole.* Ger. Kutzlen. Hisp. *Prouocar, haxer coxquillas à otro.* Pol. *L'ekcze.* Vng. *Tsiklondom.* Ang. *To tickle.*] ¶ Translatè accipitur pro voluptatem afferre, & cum suavitate movere. Cic. 1. de Fin. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, *&c.* Lucret. li. 2: & quæ Titillare magis sensus quàm lædere possunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Præterea ne vos titillet gloria.

Titillātĭo, onis, verbale, f. t. Ipse titillandi actus, suavitas, motus. [γαργαλισμός. Gall *Chatouillement.* Ital. *Esso prouocare songatticiole.* Ger. Kutzlung. His *Obra de prouocar y haxer coxquillas a otro.* Pol. *L'ektanie.* Vng. *Tsiklondas.* Ang. *A tickling.*] Cic. in Catil. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

Titillātŭs, ŭs, m. q. idem. Plin. lib. 11. cap. 37: In eadem præcipua hilaritatis sedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum, quas subit.

Titio, m. t. Lignum adustum, quod ab igne extrahitur. [לפיד *lpidh.* δαλός. Gall. *Vn tison de feu esteint.* Ital. *Tizzone di fuoco stinto.* Ger. Ein brand den man ab dem fewr nimpt. Hisp. *Tizon.* Pol. *Glownia.* Vng. *Wzség.* Ang. *A fier brand being put out.*] Celsus libro 3. capite 12: Fomentisq; protinus totum corpus circundare convenit, maximeque involutis testis, & extinctis titionibus.

Titĭvilitium, tii, n. s. Dici voluerunt (inquit Nonius) fila putrida, quæ è telis cadunt. Plaut. in Cas. Non ego istud verbum empritem titivilitio: id est, re admodū vili. [τὸ λεπτὸν μίτυ λεπτόμμυ, ἄξιον ψηφισμάτων, ἢ σμικρόν τι ἄλλο καὶ εὐτελὲς ἄξιον. Gall. *Vn petit bout de fil qui tombe de la toile, chose de nulle valeur.* Ital. *Cosa de niun valore.* Ger. Die fäden oder schleiffen so von einem gewürpp abfallen/ etwas dz nichts wärt ist. His. *Cosa de nada.* Pol. *Kosinod pl'otna albo kadzielie.* Vng. *Metés.* An. *A rotten thread, a vile thing of no value.*]

Titŭbo, bas, penult. corr. n. p. propriè pedibus consistere nequeo, vacillo. [תנוח *mahádh* דח *mat* מוט *namót.* πτῶσσω φέρομαι, συγκλονοῦμαι, στρέφομαι. Gall. *Chancller.* Ital *Vacillare.* ba3ig1ro. Germ. Schwancken. Bel. Gweynen/ waggelen. Hisp. *Bambanearse.* Pol *Chwiescie.* Vng. *Tantorgok.* Ang. *To stay ger or stute in feet or speach, to stammer or stumble.*] Ovid. 3 Metam. Ille mero, somnoq; gravis titubare videtur. Quint. Sed jugulasti vusnetatum, titubantem straviſti. ¶ Transfertur ad animum, quoties ab animo verba dissentiunt, quod inconstantiæ signum esse dicitur: ut apud eundem: Neq; ulla unquam tanta fuerie dicendi facultas, quæ non titubet, aut hæreat, quoties ab animo verba dissentiunt. Plaut. in Mil. -cogitare Nequid ubi miles venerit, titubetur. Terent. in Heaut. Verùm illa nequid titubet. Cic. ad Atticum lib 2: Videbis brevi tempore magnos, non modò eos, qui nihil titubarūt, sed etiam illum ipsum qui peccavit, Catonem. Horat. 1. Epist. 13: Cave ne titubes, mandataq; frangas. ¶ Titubare quoq; lingua & dentes dicūtur. πταιλίζειν. Ovid. 3. Trist. eleg. 1: Hæc ubi sum furtim lingua titubante locutus, *&c.* Idem 6. Fast. Nec mora, convivæ valido titubantia vino Membra movent.

Titŭbātŭs,

Tĭtŭbātŭs, participium ſine verbo, ut inquit Servius: nam titubor non legitur. [מועד *muhádh.* συγκλονηθάς. Gall. *Chancellé.* Ital. *Vacillato, baζζegato.* Ger. Geſchwanctet. Hiſp *Bambaneado.* Pol. *Chwieiaci ſie.* Vng. *Tantorgattatot.* Ang. *Staggered or ſtutted.*] Virgil. 5. Aeneid. - veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo.

Tĭtŭbāntĭă, æ, f.p. & Titubatio, onis, verbalia, f.t Ipſe titubandi actus. [דמי *mot.* πραωλισμός. Gall. *Chancellement.* Ital. *Scorlamento, dubitatione.* Ger. Schwanckung. Hiſp. *Bambaneamiento, obra de bambanearſe, duda.* Pol. *Chwianie.* Vng. *Tantorgas.* Ang. *A ſtammering or ſtutting.*] Suet. in Vitel. Ac de hac quoq; liberos utriuſq; ſexus tulit, ſed marem titubantia oris propè mutum, & elinguem. Ad Herennium lib. 2: Vt ne parvula quidem tubatione aut offenſione impediremur.

Tĭtŭbāntĕr, adverbium, Inconſtanter, dubitanter. [πραγφόρως. Gall. *En'chancellant, en variant, inconſtamment.* Ital. *Dubbioſamente, inconſtamente.* Ger. Schwanckechtig/ zweyfelhafftig/ unbeſtendiglich. Hiſp. *Bambaneandoſe, dudoſamente.* Pol. *Watpliwie, nieſtałe.* Vng. *Tantorogua.* Ang. *With ſtammering or ſtutting.*] Cicer. pro Cæl. Poſuiſtis enim, atq; id tamen titubanter & ſtrictim, conjurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuiſſe.

Tĭtŭlŭs, li, m.ſ. Inſcriptio cujuſcunq; operis: quod ſcilicet libro, operi, vel ſtatuæ ſuperſcribitur, ut ſtatim primo aſpectu argumentum noſcamus, aut artificem. [כותבת *chethâb* כתובת *chethóbeth.* ἐπιγραφή, τίτλος. Gal. *Teſtre, eſcriteau.* Ital. *Titolo.* Ger. Ein Titel oder Vbergeſchrifft. Hiſp. *Titulo de alguna obra eſcrita.* Pol. *Napys, titul'.* Vng. *Főlyul vale iras.* Ang. *A title or inſcription.*] Sueton. in Domit. cap. 5: Plurima & ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit, ſed omnia ſub titulo tantùm ſuo, ac ſine ulla priſtini autoris memoria. Mart. lib. 2: Vnum de titulo tollere jota potes. Ovid. lib. 1, de Remed. amor. Legerat hujus amor titulum, nomenq; libelli. Dictus titulus à tuendo, quaſi tutulus, quòd tueatur factum autoris, & ſiquis alterius opus eſſe contendat, veri opificis indicet nomen. ¶ Per translationem quandoq; ponitur pro laude & dignitate. Ovid. lib. 2. Faſt. At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cæſar Nomina, per titulos ingredimurq; tuos. ¶ Aliquãdo pro monumento. [ציון *tsiiiún* מצבה *matsſsebáh.*] Apuleius: Avorum, & proavorum titulis clarus. ¶ Tituli etiam dicti ſunt milites, quaſi tutuli, quòd patriã tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum eſt, inquit Feſtus. Perſius: Hſc nec more probo videas, nec voce ſerena Ingẽtes trepidare titos. Titulo tenus: id eſt, ſolo titulo, & non reipſa.

Tĭtўrŭs, πυχὸς, Vox Græca majorem gregis arietẽ denotans.

T ante M.

Tmēsĭs, ſis, fœm. tert. τμῆσις: Eſt unius verbi compoſiti, vel ſimplicis ſectio, una dictione, vel pluribus interjectis. Virg. 3. Georg. -ſeptem ſubjecta trioni. Idem 1. Aeneid. Et multo nebulę circum dea fudit amictu: pro circunfudit. Hoc autem tolerabile eſt, inquit Servius, in ſermone compoſito: cæterùm in ſimplici nimis eſt aſperum, quod tamen aliquando fecit antiquitas: ut Saxo cere minuit brum. Vtuntur & hac figura nonnunquam oratores. Cicero pro Seſtio: Quiſquis erat, qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet, quod judicium cunq; ſubierat, damnabatur. Id eſt, quodcunque judicium.

T ante O.

Tŏcūllĭo, onis, minutus, vel parvus fœnerator. Cic. in Epiſt. ad Atticum: Neque te in tocullionibus habebam. Turnebus ſentit nomen eſſe formatum à diminutivo Græco τοκύλλιον: ut apud Plautum à σκευτέριον, ſceparnio. Nonnulli legunt in prædicto Ciceronis loco, Locullionibus, quàm bene, ipſi viderint.

Tŏgă, æ, f.p. Veſtis communis omnium Romanorum, tàm fœminarum, quàm marium: ſicut pallium Græcorũ. [כותנת *chethóneth.* τήβεννα, Plutarcho: τήβεννα, Athenæo. Gall *Vne robbe longue.* Ital. *Toga veſte, palangra.* Ger. Ein ſtattlicher langer rock/ ein erbarer Burgerrock. Hiſp. *Veſtidura propria de Romanos.* Pol. *Szata poczíwa dl'uga.* Vng. *Főlső ruha.* Ang. *A gowne.*] Dicta toga à tegendo, quòd corpus tegat. Superimponebatur autem tunicę, vel potiùs tunicis. Hęc laxa erat, & in ſinum multis crispulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibullus lib. 1. eleg. 7: Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. ¶ Hinc Romani togati dicuntur, quemadmodum & Græci palliati. Virg. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Quoniam verò in pace tantùm togæ uſus erat (nam in bello depoſita toga, ſaga ſumebant) factum eſt, ut toga pro pace, ſeu artibus pacis accipiatur: ſicut arma pro bello, ſeu re militari. Caſſius Ciceroni: Etenim tua toga omnium armis fœlicior. Cicero in Piſonem: Non dixi hanc togam, qua ſum amictus: nec arma, ſcutum & gladium unius imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne & otii, toga: contrà autem arma, tumultus atq; belli. Toga olim etiam utebantur tenuiores, qui potentiores, officii gratia per urbem deducebant, ut ſportulam conſequerentur: Martialis: Si matutinos facile eſt tibi rũpere ſomnos, Atrita veniet ſportula ſæpè toga. Idem: Heu quàm perfatuæ ſunt tibi Roma togæ. ¶ Hinc turbam togatam vocat Iuvenalis Satyra 1, clientelam illam comitum, qui toga induti, potentiores amicos per urbem ducebant, & reducebant: - ſportula (*inquit*) primo Limine parva ſedet turbæ rapienda togatæ. Item opera togata dicitur idipſum togatorum officium. Martialis: Exigis à nobis operam ſine fine togatam. ¶ Toga cãdida, erat quam petitores magiſtratuum induebãt: unde Candidati dicebantur. Plin. lib. 7. de Naſic. In toga candida bis repulſa notatus à populo. ¶ Pura toga, quam tyrunculi forenſes aſſumebant tyrocinii die. Lucan. lib. 7: - pura venerabilis æquè Quàm currus ornante toga: id eſt, nec picta, nec triumphali, nec prætexta, inquit Budęus. Pura enim ideò dicebatur, quòd nullo purpuræ prętextu diſtincta eſſet. ¶ Toga prætexta dicebatur, cujus oræ & circuitus purpura erat prætextus. περιπόρφυρος, Plutarcho. quod ipſum ſatis indicat Liv. 4. Decad. lib. 4: Purpura viri utimur prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtri prætextis purpura togis utuntur. ¶ Toga palmata, veſtis erat triumphalis, à palma: id eſt, victoria ita appellata. Martialis lib. 7: I comes, & magnos illæſa merere triumphos, Palmataq; ducem, ſed citò redde togæ. ¶ Toga picta, veſtis qua Imperatores poſterioribus temporibus uſi, & magiſtratus. Capitol. de Gord. Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus ſuam & propriam habuit: quum antè imperatores vel de Capitolio acciperent, vel de palatio. Lampridius de Alexandro: Prætextam & togam pictam nunquam, niſi Conſul, accepit: & eam quidem quam de Iovis templo ſumptam alii quoq; accipiebant, aut prætores, aut Conſules. Budæus. Toga pulla, qua in funeribus utebantur, ut nunc atra veſte utimur. Alba autem qua in epulo publico. ¶ Toga raſa, ut inquit Plin lib. 8. cap. 48: Divi Auguſti noviſſimis temporibus cœpit. ¶ Toga puerilis, quæ & Prætexta appellabatur, quam ingenui pueri uſq; ad ſeptimumdecimum annum gerebant: quo anno ſumebant aliam, quæ & virilis & pura dicebatur. Gell. lib. 18. cap. 4: Quum jam adoleſcentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutaſſemus. Cicero in Lælio: Ego autẽ à patre ita eram deductus ad Scævolam, ſumpta virili toga, &c. ¶ Per translationem ponitur quandoq; Toga pro officio deducendi & reducendi potentiores. Martialis: Lis nunquam, toga rara, mens quieta. Plinius ad Apollinarem: Altius tibi otium, & pinguius, eoq; ſecurius, nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo. Quod ideò invaluit, quia ad officia præſtanda togati convenìebant: id eſt, ad deducendos, comitandosq; amicos honoris gratia.

Tŏgŭlă, dimin. [τὸ τηβώνιον. Gall. *Petite robbe longue.* Ital. *Picciola toga.* Ger. Ein Burgerrõcklin. Hiſp. *Pequenna veſtidura luenga.* Pol. *Mal'a ſzata dl'uga.* Vng. *Főlső ruhatska.* Ang. *A litle gowne.*] Mart. lib. 1: Ignoſces, togulam Poſthume pluris emo.

Tŏgātĭ, m.ſ. Togis induti: unde Romani togati dicti ſunt, quoniam toga Romanorum propria erat. [τηβεννοφόροι. Gall *Veſtus d'vne robbe longue* Ital. *Veſtiti di longo.* Ger. Mit langen ſtattlichen röcken bekleidet. Hiſ. *Veſtidos de veſtidura luenga.* Pol. *Wdl'ugie poczęte weſzłi obleczeni.* Vng. *Főlső ruhas.* Ang. *Gowned, that weareth a gowne.*] Sic ii qui principes civitatis officii gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant, quoniam togis amicti erant, Togati vocabantur. Iuvenalis: - turbæ rapienda togatæ. ¶ Hi etiam per diminutionem Togatuli dicebantur, quod diminutivum eſt joco formatum. Martialis lib. 10: Quàm diu ſalutator, anteambulones, & togatulos inter Centum mercebor plumbeos die toto. ¶ Togatæ Comœdiæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundùm ritus Romanorum, ſicut Græcas fabulas ab illorum habitu Palliatas appellamus: nam Græci ſupra tunicam pallium ferebant. Togatæ tabernariæ, dicuntur Comœdiæ, in quibus non magiſtratus, ſed humiles perſonæ inducuntur, teſte Donato, quales ferè ſunt qui in tabernis vendunt merces ſuas.

Tŏlĕro, as, unico l. act. p. Fero, patior, perfero, ſuſtineo. [סבל *ſabál* נשא *nasá.* φέρω, ὑποφέρω. Gall. *Endurer, ſouffrir, porter, patiemment.* Ital. *Tolerare, ſofferire, patire, ſopportare.* Ger. Erdulden/ ertragen/ erleyden Bel. Verdragen. Hiſp. *Padecer ò ſuffrir moleſtias.* Pol. *Znaſzam, wieyierpiwam.* Vng. *El zenuedõm, el tworõm.* Ang. *To ſuffer, to abide, to endure, to beare.*] Terent. in Phorm. Vnà tecũ bona, malaq; tolerabimus. Idem in Hecyr. Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ, Cui concedat, cujus q; mores toleret ſua modeſtia. ¶ Tolerare ponitur interdum pro alere & ſuſtentare. Cornel. Nepos in vita Pomp. Attic. Ex quibus agris paterfamiliàs fructus caperet, quibus ſe toleraret. Cæſar: Erat ſumma inopia, adeò ut foliis ex arboribus ſtrictis, & teneris arborum radicibus contuſis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. ¶ In qua ſignificatione etiam dicimus, Tolerare vitam: id eſt, vivere, nutriri. Tacitus:

Tacitus: Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam. Cæsar 7. bell. Gall. Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorū corporibus, qui ætate ad bellum inutiles videbantur, vitam toleraverunt. ¶ Accipitur aliquando tolerare pro portare, seu gestare. κομίζειν. Plaut. in Merc. Tolerat hæc navis metretas trecentas: id est, ferre potest.

Tŏlĕrāns, nomen ex participio: id est, patiens: [סבל sobel נשא nosé. ἀνεχαρτερῶν. Gall. *Endurant.* Ital. *Tolerante.* Ger. Erduldend. Hisp. *El que padece.* Pol. Cierpliwi. Vng. Twrő zenuedő. Ang. *Patient, that suffereth.*] ut, Tolerantissimus penuriæ: id est, patientissimus, apud Col. lib. 7. cap. 1.

Tŏlĕrāntĭŏr, comparativus. [Vng *Zenuedhetőb twrhetőh, twrőb, zenuedőb.*] Coruel. Tacit. lib. 12: Clementiamq; ac justitiam, quantò ignorantiora barbaris, tantò tolerantiora capesseret.

Tŏlĕrāntĕr, adverbium, Patienter, tolerabiliter. [καρτερικῶς, ἀνεκτῶς. Gall. *En endurant, patiemment.* Ital. *Tolerabilmente.* Ger. Duldtiglich. Hisp. *Sufrida y pacientemente.* Pol. Cierpliwie. Vng. *Morne, zenuedne.* Ang. *Patiently.*] Plinius lib. 8. cap. 45: At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur, tolerantiùs tamen bimæ. De bobus. Quint. lib. 8. cap. 6: Qui toleranter videre Septentriones videmur.

Tŏlĕrātĭo, onis, verbale, f.t. Ipse tolerandi actus. [ἡ ἀνοχὴ, ἡ ἀνεκτὴ μονὴ, καρτερία. Gall. *Patience, tolerance, souffrance.* Ital. *Patienza, tolleranza.* Ger. Gedult/oder erduldung. Hisp. *Sufrimiento ò paciencia.* Pol. Cierpliwość. Vng. Twres zenuedes. Ang. *An enduring, suffering, abiding.*] Cic. 2. de Fin, Quædam alia toleratio est verior, qua uti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis.

Tŏlĕrābĭlis, Quod tolerari potest. [ἀνεκτὸς, φορητός. Gall. *Tolerable.* Ital. *Cosa che si può tolerare.* Ger. Leidentlich/das man wol dulden kan. Hisp. *Cosa que se puede sufrir y padecer.* Pol. L'aatwi do wicierpienia. Vng. Twrhető zenuedhető. Ang. *That may be suffred or abiden, tolerable.*] Cic. de Amic. Quæ tamen, si tolerabiles erūt, ferendæ sunt.

Tŏlĕrābĭlĭtĕr, adverbium, Facilè, sine discrimine. [ἀνεκτῶς, ἐυφόρως. Gall. *Tolerablement, passablement.* Ital. *Tolerabilmente.* Ger. Ring/leidlichen. Hisp. *Podiendo se sufrir.* Pol. L'atwie. Vng. Twrhetően keppen. Ang. *With patience, tolerably.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Adhuc tolerabiliter efficies. Cic. Cæl. lib. 2: Quod tolerabiliùs igniculum desiderii tui feramus.

Tŏlĕrāntĭă, tolerantiæ, f.p. [ἀνοχὴ, ὑπομονή. Gall. *Patience, tolerance, souffrance.* Ital. *Pacienza, tolleranza.* Ger. Duldtigkeit/ erduldung/ duldmut. Hisp. *Sufrimiento ò paciencia.* Pol. Cierpliwość. Vng. Twrhetes zenuedhetes. Ang. *Patience, sufferance.*] Cicero in Paradoxis: Tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ. Quint. lib. 1. cap. 2: Tolerantia tamen doloris, laude sua non carebit.

Tōllēnōn, onis, m.t. Genus machinæ, ut ait Festus, quo hauritur aqua, in alteram partem prægravante pondere. [πὲ κηλώνια. Gal. *Vne grue, vne trompe, vne bascule à tirer l'eau d'vn puis.* Ital. *Instrumēto de cauar acqua con vn cōtrapeso di pietra.* Ger. Ein gnepffbawm/wie man sie in den Dörffern bey den sōden oder ziehbrunnen hat/ ein wahgbawm. Hisp. *Cigonnal para sacar agua.* Pol. Zoraw wśtudnies. Vng. *Kankarik fa, kankarik orra.* Ang. *An engine to draw vp water.*] Plin. lib. 19. cap. 4: Vel tollenonum hausturigandos. Livius octavo belli Macedon. Deinde, ut præter spem stare muros viderunt, collectis rursus animis in ariete tollenonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitésve robustos incutiebant.

Tolles, Tumor faucium, teste Festo, quas & *tonsillas* vocamus, παιδάρια.

Tollo, lonis, à Plauto in Rudente videtur positum pro eo, qui ex puteo aquam haurit: Heus (*inquit*) sic tolloni gratia?

Tŏllo, is, sustuli, & secundum antiquos tetuli, sublatum, act. t. Elevo, attollo, sursum erigo. [נשא nasá. αἴρω, ὑψῶ, ἐγείρω. Gall. *Esleuer en haut, hausser, tollir, oster.* Ital. *Leuare, inalzare, torre togliere.* Ger. Auffheben/ erheben. Bel. Opheffen/ opnemen. Hisp. *Alcar ò quitar.* Pol. Podnosze. Vng. Fől emelőm, fől vezőm. Ang. *To lift or sett vp, to tak away.*] Vlpianus præterito usus est tolli. L. 13 § 4. D. de acceptil. Plautus: Tolle caput. Cic. 4. Acad. Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus sæpè tolleret. Ovidius Epist. 14: ter acutum sustulit ensem, Ter malè sublato decidit ense manus. Liv. 4. bell. Maced. Sublatis deinde supra capita scutis, continuatisq;, &c. Vlp. Ius vicino non esse altius ædes tollere. ¶ Aliquándo tollere, est capere. [קחן lakách. λαμβάνειν.] Virgilius lib. 4. Georgic. -& sæpè lapillos, Vt cymbæ instabiles fluctu jactāte saburram, Tollunt, his sese per inania nubila librant. ¶ Aliquando suscipere. ἀναιρεῖσθαι. Suetō. de Neronis parente: Decessitq; Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. ¶ Aliquando nutrire. [רבה ribbáh כלכל chilchél גדל ghiddél. τρέφειν, ἀναστέφειν.] Terent. in And. Quicquid peperisset, decreverunt tollere. ¶ Aliquando aufero. [קחן lakách. ἀφαιρίζω, αἴρω. μαι.] Cic. in Læl. Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. ¶ Tollere de medio: id est, interimere. [המית hemíth הרג harágh, ἀναιρεῖν, ἀναιρεῖσθαι πολεῖν, ἐκτελεῖν. Vng. *Meg ölőm.* Ang. *Tokill.*] Cicero pro Rosc. Amerino: Perfacile hunc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum de medio tolli posse. ¶ Aliquando differre. [משך mischschéch. ἀναβάλλειν.] Plautus: Omnes tollo ex hoc die in alium diem. ¶ Aliquando inferre. [הביא hebí.] Virgil. 3. Georg. Tollentemq; minas & sibila colla tumētem. Nam tollere minas, est minari, timorem incutere, inferre. ¶ Tollere gradum, ambulare. [הלך halách.] Plaut. Bacch. Is est, adibo contrà, & tollam gradum. ¶ Tollere se altiùs à terra, est crescere: ac de herbis, & arboribus dicitur. ¶ Tollere animos, est superbire, audaciorem esse. Propert. lib. 3. eleg. 18: I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos. Terent. in Hecyr. Quia paululum vobis accessit pecuniæ, Sublati animi sunt. ¶ Tollere animos dictis: id est erigere & cōfirmare. Virg. 9. Aeneid. Vltrò animos tollit dictis, atq; increpat ultrò. ¶ Tollere cachinnum, est in clarum, & immoderatū risum solvi. ¶ Tollere clamorē, est clara & magna voce clamare. Cic. 7. Ver. Clamor à fani custodibus tollitur. ¶ Tollere aliquem in cœlum humeris, est illum laudibus celebrare, & quantum fieri potest, diis immortalibus æqualem facere. In qua significatione etiā dicimus, Tollere in cœlum fama aliquē, & Tollere laudes alicujus in astra. Cicero ad Attīcū lib. 2: At hercule alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra tulit? Vir. 5. Aeglog. Daphnimque tuū tollemus ad astra. ¶ Tollere manus, lætitiæ signū est, & gratias agētis. Cic. ad Cæs. lib. 7: Sustulimus manus & ego, & Balbus. ¶ Tollere aliquē ab officio, est privare. ¶ Tollere aliquem de oratione, sua, est eum non amplius nominare. ¶ Tollere aliquē è numero, est eum excipere. ¶ Tollere aliquē de medio, è medio, vel ex rerū natura, idem. ¶ Tollere legem, abrogare, antiquare. ¶ Tollere moram, festinare. ¶ Tollere metum, timorem adimere. ¶ Tollere spem, auferre. ¶ Tollere aliquem testimonio, testimoniis ita convincere, ut condemnetur, & puniatur. ¶ Tollere aliquem ferro, aut veneno, est interficere.

Sūblātŭs, ta, tum, participium, Elevatus, ablatus, &c. secundùm significationē sui verbi. [נשא nisá. ἐπηρμένος, ἀφαιρεθείς. Gall. *Esleué en haut, hausse.* Ital. *Alzato.* Ger. Erhebt. Hisp. *Alcado.* Pol. Wzniesiony. Vng. Fől emeltetőt. Ang. *Lifted vp, taken away.*] Virgil. 2. Aeneid. -& sublatus ad æthera clamor. ¶ Ponitur aliquādo pro superbo, elato, & arrogante. [גבה ghaboáh גאה gheih.] Cæsar 1. belli Gall. Quo prælio sublati Helvetii, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audāciùs subsistere. ¶ Composita hujus verbi sunt, Attollo, extollo, protollo, & sustollo: quorum significata explicantur suis locis.

Sūblātĭo, verbale, f.t. [נשא maßá גבהות ghabhúth. ἀφαίρεσις. Gall. *Esleuement, haussement.* Ital. *Esso inalzare* Ger. Erhebung. Hisp. *Alcamiento.* Pol. *Podniesienie.* Vng. Fől emelés. Ang. *A lifting vp.*] ut, Sublatio animi: id est, elatio, superbia. Cic. 2. de Finib. Voluptatem Stoici sic definiunt: Sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui, &c.

Sūblātē, adverbiū. [ὑπερηφάνως, ὑπερφυῶς. Gall. *Hautement.* Ital. *Altamente.* Ger. Hochtragentlich, hochsinnigetlich. Hisp. *Altamente.* Pol. Wissoka miłka. Vng. Fől emelue. Ang. *Highly.*] Cic. de clar. Orat. Sublatē, ampleq; dicere. Idem pro Domo sua: Nihil unquam de me dixi sublatius adscisendæ laudis causa.

Tŏlūtārĭī, sive Tolutares equi, m.f. Dicūtur qui alio nomine ab Asturia Hispaniæ regione Asturcones dicuntur, à nonnullis etiā Gradarii, propterea quòd gradu non vulgari incedāt, sed alternis crura molliter explicantes, cōmodam sessori præbeant vectationē citra ullam succussationis molestiam. [ἱππομορφεῖς, εὐδρόμοι. Gall. *Chenaux vittes & legers, qui vont les ambles.* Ital. *Cauali che vanno di portante.* Ger. Zeltner. Hisp. *Caualos ambladores.* Pol. Nachodnik. Vng. Paroska. Ang. *Ambling horses.*] Tolutares dicti, sive à tollendis alterno glomeratu pedibus: sive (ut alii malunt) à pedum volubilitate, quàsi volutarii. Sen. in Epist. Mannos tolutares appellat.

Tŏlūtim. [ταχυδρόμως, εὐδρόμως. Gall. *Vittement & legerement, aux ambles.* Ital *Di portante.* Ger. In zeltners weiß. Hisp. *Ligeramente, amblando.* Pol. *Inochodem.* Vng. Parozkalua. Ang. *Ambling wise.*] Id est, volubiliter, & molliter, proprieq; ad asturconum, sive gladiatorum incessum attinet, qui alternis crura molliter explicantes, commodissimā sessori præbent vectationem: quod genus equorum à Polluce εὐδρόμοι appellantur. Tolutim (inquit Nonius) quasi volutim, vel volubiliter. ἐπιτροχάδην. Plautus Asinar. Demā hercle jam de hordeo, tolutim ni badizas. Varro: Vt equus qui ad vehendū est natus, tamē traditur magistro, ut equiso doceat tolutim incedere. Plin. lib. 8. cap. 42: In eadē Hispania, Callaica gēs, & Asturica, equini generis, quos *thieldones* vocamus, minori forma appellatos asturcones

gignunt: quibus nõ vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equus tolutim carpere incursus traditur arte.

Tŏlūtĭlŏquēntĭă, f.p. Volubilis sermo: ut interpretatur Nonius, citans locum Nævii vetusti poëtæ ex Gallinaria: O pestifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia ἐπιτροχο-λόγο.

Tŏmăcŭlă, vel per syncopen tomacla, Edulia sunt, quæ ferè ex jecore porcino minutatim concisо, & jam semicoctò, infusis ovis crudis, & caseo optimo, & liquamine, pipere, anisо, zingibere fieri consueverunt, tegunturq; omento suillo. [ἀλλαντες. Gall. *Saussiſſon.* Ital. *Tomaſelle*, alibi *mortadelle*. Ger. Ein ſůlzwurſt/ſullwurſt. Hiſp *Aſſadura del animal guiſado.* Pol. *Iatrznie ſu.* Vng. *Maios.* Ang. *Puddinges called ſauſages.*] Dicta tomacula, ἀπὸ τῦ τομῶν, quod est incidere. Iuven. Sat. 10: Candiduli divina tomacula porci.

Tŏmăcīnæ, Edulia ex jecore porcino minutim concisо, quæ, & tomacula dicuntur. ἀλλαντες. Varro lib. 2. cap. 4: Quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & petasones. Plin. Tomacinæ appellantur, quæ tomacula Insubres vocant, Galli nostris temporibus *tomacellas*.

Tŏmēntum, ti, n.s. Lana brevis ac concisa, quæ ex vestibus à fullone poliendo detrahitur: & quidquid farciminis ex quacunq; re, sive ex fœno, aut palea, sive ex pluma fuerit quo culcitræ farciũtur. [γνάφαλον. Gall *Bourre, ce qu'on met dans vn matelas.* Ital. *Stopa groſſa, ſtopacci.* Ger Kurtze Wollen/ſchărwollen/ſchoppwollen. Hiſp *Aquelle delo que algo ſe enfunda, como juncos, lana, pluma para enfundar colchon ò colcedra.* Pol *Oſtrzyżki wſzeliiakie do naſipania poduſzek, albo naſciel'ania kol'dri albo piel'.* Vng *Lagy ſółtens valo piti.* Ang *Flockes, lockes clipped of woll.*] Varro de lingua Latina, lib. 4: Postquam transierunt ad culcitras, quod in eas sagos, aut tomentum, aliúdve quid calcabant: ab inculcando culcitra dicta. Videtur autem tomentum deduci à τίλλω, quod significat incido. Sueton. in Tib. Adeò alimēta Druso subducta, ut tomentũ ex culcitra tentaverit mandere. ¶ Tomentorum autem aliud leuconium dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa. Aliud Circense, ex arundinibus concisis factum: idq; stramentum habebatur plebeiorũ. Dictum Circense, quòd in Circo Romano sternebatur, illicq; egeni quiescebant. Seneca lib. de beata vita: Nihilo miserius ero, si lassa cervix mea in manipulo ferri acquiescat, si super circense tomentum per sarcinas veteris lintei affluens incubabo. Martial. lib. 14: Tomentum concisa palus circense vocatur: Hæc pro leuconio stramina pauper emit.

Tŏmĭcē, ces, sive (ut quibusdam placet) Tomix, cis, f.t. [τομιξ. Gall *Vne ſorte de corde faite de chanure qui n'eſt point accouſtré, ou dè geneſt.* Ital. *Fune di canape ò di ſparto.* Ger. Ein grob vngebus̃et hanffſeil. Hiſ. *Tomixa de cannamo ò eſparto.* Pol. *Sznur wi a grubi powrozkonopni.* Vng *Kŏtelnek valo nyuytot maẓzag.* Ang *A cable rope, a coller put on horſes neckes for hurting them.*] Græco nomine appellatur ex cannabi impolita, & sparto leviter torta restis, ex qua funes fiunt. Plin. lib. 17. cap. 10: Tomice moris spinarũ circunlita. Pallad. lib. 1. cap. 13: Tunc eos catenis ligneis ex junipero, aut oliva, aut buxo, aut cupresso factis, ad contignationem suspendemus, & binas inter eas perticas erigemus, tomicibus alligatis. Vitruv. li. 7, docet asseres tomice religandos. Pulvilli quoq; quos in collo habent animalia, ne reste lædantur, tomices vocantur.

Tŏmŭs, mi, m.s. [חלק מגלה ספר. τόμος. Gall. *Tome, volume, piece.* Ital. *Pezzo, parte, volume, tomo.* Ger Ein ſtuck oder theil. Hiſp. *Cortadura.* Pol. *Sztuka, cześć* Vng. *Kez metczes.* An. *A cutting, a volume, a piece.*] Fragmentum vel pars operis, quam Latinè sectionem vocamus. Martialis lib. 1: Scriptura quanti constet, & tomus vilis Vnde Origenes tertium librorum suorum genus tomos inscripsit, quos (ut ait Hieronymus) nos possumus appellare *volumina*. Idem alibi de eodem: Edidit innumerabiles commentarios, quos ipse appellat tomos.

Tōndĕo, des, totondi, tonsum, act. f. Lanam, sive capillos, & hujusmodi incido. [גזז גזר *ghazáz xágw.* Gall. *Tondre.* Ital. *Toſare.* Ger. Schären. Hiſp. *Treſquilar.* Pol. *Golic.* Vng Nyirŏm, *beret valom* Ang. *To clippe, to shere, to ripe or mawe.*] Plinius lib. 8. cap. 48: Oves non ubiq; tondentur. Cic. 5. Tusc. quæst. Regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam, & capillum patris. Martialis lib. 2: Non tondet, *inquam*: quid ergo facit? radit. Virgil. lib. 3. Georg. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cinyphii tondent hirci, setasq; comantes. ¶ Interdum pascere, vel pascendo absumere. [בער *bihér.* νέμεσθ] Virgil. lib. 1. Georg. Ter centum nivei tondent dumeta juvenci. ¶ Aliquando resecare, vel demetere. [קצר *ghazár* קבר *katsár.*] Idẽ libro 1. Georg. Nocte arida prata tondentur: id est, secantur. Tondere aliquem auro: id est, emungere, techna aliqua spoliare. Plaut. in Bacchid Tondebo auro, usq; ad vivam cutem. ¶ Hujus verbi composita sunt, Attondeo, & detondeo: quorũ significata explicantur suis locis.

Tōnsо, as, frequentativum: unde & detonsо. κτενίζω. Gellius: Capillos dialis, nisi qui liber homo est, non detonset.

Tōnsĭto, as, aliud frequentativum. Plaut. in Bacch. Ter in anno tu has tonsitas?

Tōnsŭs, sa, sum, participium, Lana, crinéve spoliatus. [גזז *nagbóx xagés.* Gall. *Tondu.* Ital. *Toſato.* Ger. Beſchoren. Hiſp. *Treſquilado.* Pol. *Ogolieni.* Vng. *Nyirŏt, beretualt.* Ang. *Clypped or shorne.*] Cicero in Pisonem. Cum illa saltatrice tonsa. Mart. lib. 11: & tonsо pura ministro. Ibidem: Iam mihi nigrescũt tonsa sudaria barba. Tonsę valles, quę arboribus & sylvis veluti comis suis spoliatæ sunt. Virgil. 4. Georg.: tonsis in vallibus illũ Pastores, *&c.* ¶ Contrà, Intonsi montes: id est, sylvosi Varro: Intonsi montes, & feris pleni. Villi tonsi. Virg. 1. Aeneid.: tonsis̃q; ferunt mantilia villis. Tonsa oliva. Virg. 5. Aeneid. Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ.

Tōnsæ, f.p. dicuntur remi, à diverberãdis fluctibus. [משוטים *mischschotim.* ἐρετμοί. Gall. *Auirons* Ital. *Pale de remi.* Ger. Ruder. Hiſp. *Palas de los remos.* Pol. *Rudel.* Vng. *Euezŏ dal euezŏ.* Ang. *Owers.*] Virgilius libro 7: & in lento luctantur marmore tonsæ.

Tōnsŏr, oris, m.t. Qui barbam, aut aliud quippiã tondet. [גזז גלח *ghoxéx ghallábh* κειρεύς. Gall. *Barbier.* Ital. *Barbiere.* Ger. Ein Schărer. Bel. Een Schărder Hiſp. *Barbero ò treſquilador* Pol. *Balwierz* Vng *Barbely nyirŏ.* Ang. *A clipper or poller of heades and beardes, a barbour.*] Varro lib. 2. de Re rust. cap. 11: Omnino tonsores in Italia primùm venisse ex Sicilia dicuntur, post Romã conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto, ut scriptum in publico Ardeæ, in literis extat: eosq; adduxisse P. Ticinium Menam. Ibidem: Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuæ, quod pleræque habent capillum, & barbam magnam. Horat. lib. 1. Serm Satyr. 7: Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse. Cic. 1. Tusc. Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Plautus in Asin. Ad tonsorem ire dixit.

Tōnsōrĭus, a, um, Quod ad tondendũ pertinet: [κειρικός. Gall. *Appartenant à tondre.* Ital. *Pertinente à toſare* Ger. Das zu den schăreren gehört. Hiſp. *Perteneſciente à treſquilar.* Pol. *Barwurikŏ.* Vng Nyireshez *beretualashoz valo.* Ang. *Belonging to clipping or polking.*] ut, Culter tonsorius: hoc est, novacula. Cicer. 2. Offic. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum. Apud Martial. lib. 14, titulus est de tonsoriis ferramentis.

Tōnsūră, æ, f.p. Est ipse tondendi actus. [גזז *ghez xugé.* Gall. *Tonſure, ou tonſture.* Ital. *Toſatura.* Ger. Beschărung. Hiſp. *Treſquiladura, obra de treſquilar.* Pol *Strzyżenie.* Vng. *Nyires beretualas.* Ang. *Clipping, polling, shearing.*] Col. lib. 7. cap. 4: Tonsuræ certum anni tempus per omnes regiones servari nõ potest. Idem lib. 11. cap. 2: Oves Tarentinæ radice lanaria lavari debent, ut tonsuræ præparentur. ¶ Legitur quoq; apud veteres tonsus pro tonsura. Plaut. in Amph. Sura, pes, stratura, tonsus, oculi, nasus, labra. Accius: Sed quænam hæc est mulier funesta vestro tonsu lugubri. Ex Nonio.

Tōnstrīx, cis, f.t. mulier tonsoris officio fungens, [גזזת *ghoxéxeth.* κειρεσιτρία. Gall. *Barbiere.* Ital. *Tonditrice.* Ger Ein Schărerin Hiſp *Barbera, à treſquiladora.* Pol. *Barwierka.* Vng. *Nyirŏ, beretvalo aẓzony.* Ang *She that doeth the office of a barbour.*] Plaut. Trucul. Tonstricem Syram novisti nostram.

Tōnstrĭcŭlă, diminutivũ τὸ κειρετρίδιον. Cic. 5. Tusc. Regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam.

Tōnsĭlĭs, le, penult. corr. om. t. Quod tonsum est, ac in orbem & comam putatum: [κειαρρίδιον. Gall *Tondu.* Ital. *Toſato, podato.* Ger Beschoren. Hiſp *Treſquilado* Pol. *Ogolions.* Vng. *Nyirŏs beretualt.* Ang. *That may be sherne or clipped.*] ut, Tonsiles oleæ, Tonsilis buxus. Plin. lib. 12. cap. 2: Primus Cn. Marius nemora tonsilia invenit. Idem libro 18. capite 50: Villo tonsili vestiuntur.

Tōnsīllæ, f.p. Extremæ faucium partes circa radicem linguæ, gulam utrinque attingentes. [παιδίσκαι. Gall *Les glandes au bout du gros de la glande.* Ital. *Pallo.* Ger. Die eusserſten theil des schlunds vmb das zepffli̇n. Hiſp. *Agalla en la garganta del hombre.* Vng. *Nyel ſap.* Ang *Kernelles about the mouth.*] Cic. 1. de Natura deor. Linguam autem ad radices ejus hærens excipit stomachus, quò primùm illabuntur ea, quæ accepta sunt oris utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. ¶ Tonsillas item medici vocant faucium inflammationes cum tumore, quas & Græci παιδίσκας appellant.

Trĕpĭdŭs, a, um, Pavidus, timens. [מבהל *mebohál.* φοβέρος. Gall. *Qui tremble de peur, effraye, & esbahy.* Ital. *Pauroſo, timido.* Germ. Hefftig erſchrocken/ zitterend Belg. Breesende. Hiſ. *Temeroſo, apreſſura.* Pol. *Bardzo drżaci.* Vngar. *Felenk, félelmes rettegõ.* Ang. *That trembleth for feare, effrayed.*] Liv. 2. ab Vrbe: At verò cuncta mœſta, ac trepida ancipiti metu. Trepida res, dubia, & ob hoc timorem inducens. Liv. 1. ab Vrbe: Tullius in re trepida duodecim vovit Salios Virg 12. Aeneid. Illæ intus trepidę rerum, per cerea caſtra Diſcurrunt. Vbi Servius: Trepidæ rerum, neſcientes quid agant, ignaræ auxilii, incertæ, dubiæ. ¶ Trepidus, feſtinus, quòd qui timẽt, feſtinẽt greſſus. [מבהל *mebohál.*] Virg. lib. 3: Hîc me, dum trepidi crudelia limina linquunt, Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro Deſeruêre. Servius: Trepidi, feſtini, ut per timorem, non per contemptum relictus fuiſſe videatur: qui enim timent, feſtinant greſſus. Lucan. lib. 8: -rapitur trepida fugiente carina. Vbi carinam trepidam vocat, aut propter timorem illorum, qui in ea vehebantur: aut trepidam: id eſt, celerem. Hæc Servius.

Trĕpĭdŭlŭs, diminutivum. [τρομώδης. Gall *Vn peu tremblant.* Ital. *Alquanto ſpauentato.* Germ. Etlicher maß erſchrocken oder erzitteret. Hiſp. *Que tiembla vn poco, vn poco temeroſo.* Pol. *Drżaci.* Vng *Felenketske.* Ang *That trembleth for feare ſomewhat.*] Gell. lib. 2. cap. 39: Atq; ubi rediit Caſſita, pulli trepiduli circunſtrepere, orareq; matrem, &c.

Trĕpĭdē, adverbium, Celeriter, & quaſi per timorem. [δι' τρόμου, φοβερῶς. Gall *En tremblant, paureuſement.* Ital. *Tremando di paura.* Germ. Mit forcht/ in eil. Hiſp. *Temeroſa y apreſſuradamente.* Pol *Zboiaźnia prętko.* Vng. *Felelmeſen.* Ang *Haſtelie, & as it were trembling.*] Liv. libr. 10. ab Vrbe: Nam & ſtativa trepidè deſerta fuerant.

Trĕpĭdānter, Timidè. [πεφοβημένως, κατεδεῶς. Gal. *En tremblant de peur.* Ital. *Tremando di paura.* Germ. Forchtſamlich Hiſp. *Temeroſa y apreſſuradamente.* Pol. *Boiaźliwie.* Vngar. *Rettegue, felue.* Ang. *By trembling for feare.*] Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 49: Quod ut ſenſit, trepidanter effatus, &c.

Trĕpĭdo, as, pen. corr. n. p. Timeo, metuo, timore concutior. [רעד *rahádh* רגז *ragház* ירא *jaré.* τρέμω, φοβέμαι, πτώσσω. Gal. *Trembler de peur eſtre effraye* Ital. *Tremere.* German. Von groſſer forcht erzitteren. Belg Breeſſen. Hiſ. *Temer, apreſſurarſe.* Pol. *Od boiaźni drże* Vng. *Felek, rettegõk.* Ang. *To tremble for feare, to be effrayed.*] Terentius in Hecyra: Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum. Terentius in Evnuch. Quid eſt quod trepidas? ſatísne ſalvæ? dic mihi. Cicero 3. de Oratore ex Poëta quopiã antiquo: At Romanus homo, tamen etſi res bene geſta eſt, Corde ſuo trepidat. Cæſar 5 bell. Gall. Tum demum Tituriusuti qui nihil antè providiſſet, trepidare & concurſare. Virgil. 6 Aeneid. Vt videre vitum, fulgentiaq; arma per umbras Ingenti trepidare metu: pars vertere terga, &c. Pro trepidabant. ¶ Et quoniam à timentibus omnia præproperè agunfactum eſt, ut trepidare accipiatur pro feſtinare. [בהל *bihél.* σπεύδω.] Virgil. 4. Aeneid. Dum trepidant alæ, ſaltusque indagine cingunt.

Trĕpĭdātĭo, onis, verbale, f. t. Trepidandi actus, metus, commotio. [חרדה *charadhdháh* בהלה *behalláh.* φόβος, τρόμος. Gal. *Tremblement, frayeur.* Ital. *Eſſo tremare & hauere ſpauento.* Germ. Erzitterung von forcht. Hiſp. *Miedo, obra de tiemblar* Pol. Drżenie *od boiaźni.* Vng *Felelem, retteges.* Ang. *A trembling for feare, feare.*] Cicero pro Dejotaro: Num quæ trepidatio? num qui tumultus? Liv. 2. ab Vrbe: Pilis inter primam trepidationem abjectis.

Trĕpōndo, Trium librarum pondus. [τρίλιτρον. Gall. *Trois liures.* Ita. *Tre libre.* Germ Dreypfund. Hiſp *Tres libras.* Pol *Trzi funtowi.* Vngar. *Harom font.* Ang. *The weight of three poundes.*] Quintil. lib. 1. cap. 9: Nam dua & tre, & pondo diverſorum generum ſunt barbariſmi: at duapondo, & trepondo uſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt, & rectè dici Meſſala confirmat.

Trēs, & hæc tria, pluralis numeri tantùm [שלשה *ſchelaſchdáh.* τρεῖς, & τρία. Gall *Trois* Ital. *Tre.* Germ. Drey Hiſp. *Tres en numero.* Pol *Trzy* Vng. *Harom* Ang. *Three.*] Nomen numerale eſt, notæ ſignificationis Virg. 5. Aeneid. Tres equitum numero turmę ternique vagantur Ductores Idem. 8. Aeneid. Treis imbris torti radios, treis nubis aquoſę Addiderant: rutili treis ignis, & alitis Auſtri. ¶ Trium literarum homo: id eſt, furquòd tres in ea dictione tantùm ſint literæ. Plaut. Aulul. -tu trium literarum homo Vituperas me? ¶ Tribus verbis: id eſt, breviter Plaut. Trinum. Pax, te tribus verbis volo. 5. vel trecẽtis. Idem in Milite: Brevin', at longinquo ſermone? M. tribus verbis.

Trēſvĭrī, orum, Idem qui triumviri: de quibus ſuo loco. τρεῖς, ἀνδρες. Plaut. in Amphitr. Quid faciã nunc ſi treſviri me in carcerem compegerint?

Trēſſĭs, & hoc treſſe, Vilis & minimi pretii, quaſi trium aſſium, τριωβολαῖος. Perſius Satyr. 5: Non treſſis agaſo.

Trĭambĭ, inquit Feſtus, Dicebantur qui terni ex proſcenio loquebantur.

Trĭăngŭlŭs, li, pen. cor. m. f. Figura eſt tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον vocant. [Gall. *Triangle, figure de trois angles.* Ital. *Triangulo, tricantone, coſa da tricantone* Germ Ein dreyglets. Hiſp. *Coſa de tres angulos* Pol. *Trojogranisti. ecete figur/ trianget.* Vng. *Harom zegwe.* Ang *A triangle, a figure with three corners.*] Cic. 2. de Nat. deor. Graecs quorum [illegible] caldiora petentes, maria tranſmittunt, triangulo [illegible] formam.

Trĭăngŭlŭs, a, um, Quod triangularem figuram habet. [ὁ ἔχων τρίγωνον. Gall. *Qui a trois angles, triangulaire.* Ital. *Di tre angoli.* Germ. Das dreyeckechtig iſt Hiſ. *Coſa de tres angulos.* Pol. *wetrą granie.* Vng. *Harom zeges.* An. *That hath three corners.*] Colum. lib. 5. cap. 2: Esto ager triangulus, pedum quoquoverſus trecentorum.

Trĭăngŭlārĭs, are, pen. pro. om t. [ὁ ἔχων τρίγωνον, τρίγωνος. Gal. *Triangulaire, de trois angles.* Ital. *Di tre angoli.* Ger. Dreyſchichtig.

Hiſp. *Coſa de tres angules.* Pol. *O trzech graniach.* Vngar. *Harom zegwe.* Ang. *Of three corners.*] Quod trianguli formam refert, ut Triangularis agri forma apud Colum. lib. 5. cap. 2.

Triārĭi, orum. [*οἱ ἐπιτετιμημένοι, οἱ ἐφεδρεύοντες, ἐπίκλητοι, τριάκοντοι,* Polybio. Gal. *Vieux ſoldats.* Ital. *Soldati vecchi.* Germ. Die dapfferſten triegsleüt/ ſo nicht den angriff thun / ſonder hernach erſt/ wo es von nöhten iſt/ den ſtreit erhalten. Hiſp. *Soldados viejos.* Pol. *Zol'nierze biwali y doſwiatczeni, ktorzi wtrzeczeì rocie bedac, przednei ſzich mezne naſtepuiąſi broniel.* Vng. *Fö vitezek.* Ang. *Old ſouldiours ſets in the rereward.*] Dicebantur milites veterani, ſpectatæ virtutis, qui tertiò loco prælium inibant, poſt profligatos haſtatos, qui primo loco, & principes, qui ſecundo loco pugnam capeſcebāt. Ita enim apud Romanos, teſte Livio lib. 1. ab Vrbe, acies inſtruebatur, ut primo loco hoſtes aggrederētur manipuli haſtatorum ex flore juvenum pubeſcētium collecti, qui ſi hoſtem propulſare nō poſſent, ſenſim retrocedentes à principibus ſcutatis, quos antepilanos vocabant in intervalla ordinum recipiebantur, principesq; in eorum locum ſuccedebant: haſtati autem poſt eos ſequebantur. Si à principibus quoq; nō ſatis fœliciter eſſe pugnatū, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, unoq; agmine facto, jam nulla ſpe poſt ſe relicta, unà omnes in hoſtem procedebāt. Hinc factus eſt locus proverbio, ut quū in re aliqua laboratur, eoq; res adducta eſt, ut extremo conatu ſummisq; viribus ſit enitendū, rē ad triarios rediiſſe dicamus. Triarii (inquit Varro) dicti ſunt, quòd in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponerētur. Plautus: Agite nūc, ſubſidete omnes, quaſi ſolēt triarii. De his vide plura apud Liv. 1. Decad. li. 8. & apud Eraſmū in Adagiis.

Tribrăchŭs, pen. cor. ſive Tribrachys, *τρίβραχυς*, Pes metricus ex trib. ſyllabis brevibus cōſtans: unde & nomen habet: quaſi *τρεῖς βραχείας ἔχων συλλαβάς*: ut Dominus, Loqueris, Agimus.

Trĭbŭlă, læ, f. p. & Tribulū, li. [חרון *charúts* מורג *morágh.* *τρίβολον.* Gal. *Vne traine pour tirer le blé d'auec la paille.* Ital. *Trivolo.* Germ. Ein alte gattung eines karchs mit dem man vorzeitē das korn im tenn außtruckt/ ehe man die pflegel braucht. Hiſ. *El trillo para trillar mieſſes.* Pol. *Iakies ſanki dotarczia vſtarich zita miaſſo czepow.* Vng. *Tſep.* Ang. *A ſtaille or lik inſtrument to thresh corne.*] Genus vehiculi quo frumenta in area teruntur, à tribus lateribus ſic appellatum. Virgil. 1. Georg. Tribulaque, trahęq;, & iniquo pondere raſtri. Varro lib. 1. cap. 52: E` ſpicis in area excuti grana, quod fit apud alios jumentis junctis, & tribula. Colum. libr. 2. cap. 21: Et ſi pauca juga ſunt, adjicere tribulam & traham poſſis, quæ res utraq; culmos facillimè comminuit.

Trĭbŭlo, verbum eſt Eccleſiaſticis ſcriptoribus familiare, pro affligere, ſeu opprimere: [חץ *lachátz* צלל *tſállets* צרר *tſarár.* *θλίβομαι.*] & tribulatio, pro oppreſſione, anguſtia, anxietate, *θλῖψις.* Quæ ſignificationes tractæ videntur à tribulo inſtrumento ruſtico, quo frumenta olim terebantur: aut certè à tribulo herba acutiſſimis ſpinis infeſta: aut (ut alij malunt) à ſtimulo ferreo, formæ tetragonæ, qui quancunque in partem incubuerit, aculeum ſemper infeſtum protendit. ¶ Aliter hoc verbo utitur Cato de re Ruſt. cap. 23, de muſti medicatione loquens: Si (*inquit*) indideris defrutum, aut marmor, aut reſinā, dies viginti permiſceto crebrò, tribulatoque quotidie. Quo tamen in loco non deſunt qui turbato, rectiùs legi poſſe exiſtiment.

Trĭbŭlis, Vide TRIBVS.

Trĭbŭlus, li, pen. cor. [דרדר *dardár* ברקן *barkán.* *τριβόλος.* Gal. *Vn chardon appellé chauſſe-trape.* Ital. *Triolo.* Germ. Waſſernüß/ oder weyernüß/ iſt ein kraut. Hiſp. *El abrojo yerua eſpinoſa.* Pol. *Kniat ząbimi wl' oſami*, fructus, *wodni orzech.* Vng. *Boytorian.* An. *A thiſtle.*] Herba ex foliis ad portulacæ effigiem accedentibus, tenuioribus viticulis in terra ſtratis, ſpinis ſecundum folia rigidis & præduris. Naſcitur ſecundum flumina, & in locis ruderoſis. Ovid. lib. 5. Metam. lolium, tribulique fatigant Triticeas meſſes. Virg. 1. Georg. Lappæque, tribulique, interq; nitentia culta Infœlix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. ¶ Eſt & alterum tribuli genus aquaticum, nonniſi in amnibus naſcens, coma duntaxat aquis extante, folio ulmi effigie, pediculo longo, caule cacuminibus craſſiore, quàm partibus in humore contentis. ¶ Tribulos item vocat Vegetius lib. 3: Stimulos illos ferreos, formæ quadrangulæ, qui in bello adverſus equitatum ſpargi ſolent, in quodcunq; latus incubuerint, infeſtum ſemper aculeum protendentes. Latini Murices appellant. Vide ſuprà in dictione MVREX.

Trĭbūnŭs pl. In Sacro monte, quò plebs irata patribus ſeceſſerat, lata lex eſt, quæ Sacratæ nomen accepit, ut plebi ſui magiſtratus eſſent, iique ſacroſancti: quibus auxilii latio adverſus conſules eſſet: néve cui patrum capere eum magiſtratum liceret: qua lege tribuni pl. quinq; primi creati ſunt, anno poſt reges ejectos XVII, quos ego non dubito curiatis comitiis eſſe factos: nam aliquot pòſt annis Publilius & Lætorius tribuni pl. tulerunt, ut plebeii magiſtratus tributis comitiis fierent. Pòſt, alia lege decem tribuni pl. creati, bini é ſingulis claſſibus, anno à primis tribunis pl. XXXV I. Et quoniam Atinii Plebiſciti, quod ad tribunos pl. pertinuit, mentionem à Gellio fieri video: quæ nam ejus fuerit ſententia, antiquitatis illuſtrandæ cauſa quærendum videtur. Ego ſic exiſtimo: tribunos pl. ante Atinium Plebiſcitum partim ſenatores fuiſſe, alios non fuiſſe: quòd ſcilicet liberum eſſet populo R. tribunatum pl. dare cui vellet. Atinius, quo modo quidem mihi videtur, nec ademit hanc libertatem plebi Romanæ, & auxit poteſtatis tribunitiæ dignitatem: tulit enim, non, nequis, niſi jam Senator, tribunus fieri poſſet (plebis enim libertatē hujuſmodi rogatione minuiſſet, neque id plebes ullo modo ſciviſſet) verùm, ut quē tribunū pl. creaſſet, is hoc ipſo in poſterum ſenator eſſet, atq; hanc eſſe Gellii verborum ſententiā crediderim, cùm ait libr. XV. tribunis pl. ſenatus habendi jus fuiſſe, quanquam ſenatores nō eſſent ante Atinium plebiſcitum: hoc etiam è quodam Suetonii loco ſuſpicamur: nam in Auguſto: Cōmitiis, *inquit*, tribunitiis, ſi candidati ſenatores deeſſent, ex equitibus Romanis creavit. ex quo ſequitur, non licuiſſe antea equitibus Romanis tribunatū petere: multò igitur minùs tertio ordini, iis, qui de plebe dicebantur, qui nec equites, nec ſenatores erant, quin, primis temporibus, tātum abeſt, ut ex ſenatu tribuni pl. createntur, ut ob eam ipſam cauſam inſtituti ſint, ne ſenatus adverſus plebem crudeliùs, aut arrogantiùs ageret: ideoque ex ipſa plebe per annos multos creati ſunt: poſtea cœpēre equites quoq; Romani, ac ſenatores tribunatū plebis petere. Quoniam autē M. Duilius tribunus pl. plebem rogavit, plebesq; ſcivit: qui plebem ſine tribunis pl. reliquiſſent, tergo ac capite punirentur, anno proximo L. Trebonius tribunus pl. rogationē tulit, ut qui plebem Romanam tribunus pl. rogaret, is uſq; eò rogaret, dum X. tribunos pl. faceret: nam Duilia lex de tribunis, nuſquā numerum præfinierat: tantùm, ut reliqui querentur, ſanciebat, & ab iis, qui creati eſſent, cooptari collegas jubebat. ſuſtulit igitur Trebonia lex cooptationem: nā cùm juſſerit, ab eo qui comitia tribunis creādis haberet, omnes planè tribunos, qui X. omnino erant creati: nimirum partē tribunorum creari, reliquos autē ab iis, qui creati eſſent cooptari vetuit, quod cùm M. Duilius tribunus pl. feciſſet: rectēq; factum, neq; cōtra legem ab ipſo latā cōmiſſum, defenderet, anno inſequēti Trebonius tribunus pl. ne in poſterum fieret, lege cavit: nec aliā legem intelligit Liv. lib. 4. cùm ait: Antè omnia refellit falſum imaginis titulum, paucis antè annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret: hæc enim verba nihil aliud ſignificant, niſi id, quod idē lib. 3. ſcripſit, ut qui plebem Romanam tribunus pl. rogaret, is uſq; eò rogaret, dum X. tribunos plebis faceret. Verùm L. Sylla dictator, plebis inimicus ad imminuendā tribunitiā poteſtatem legem tulit, primùm, ne tribunis pl. alios magiſtratus capere liceret: deinde, ne ad eos provocatio eſſet: tùm ne leges ferre poſſent: poſtremò, ne iis cōcionari liceret: hanc Sylla iratus plebi tulit, quia pro Marianis partib. contra ipſum ſteterat. ſed, eo mortuo, C. Aurelius Cotta conſul primū legis caput abrogavit. tulit enim ut alios magiſtratus tribunis pl. capere liceret, alterum caput abrogavit Pompeius Magnus in primo conſulatu, lege lata, ut ad tribunos pl. eſſet provocatio, omniaq; omnino, quæ tribunis pl. ademerat Sylla, illis eſſe reſtituta exemplis intelligitur: jus autem intercedēdi lege nunquā amiſerunt: quod illis initio belli civilis iniquè ereptū, quęritur Cæſar his verbis lib. 1. de bello civili: Aguntur omnia raptim, atq; turbatè: neq; docendi Cæſaris propinquis ejus ſpatiū datur: nec tribunis pl. ſui periculi deprecandi, neq; etiā extremi juris interceſſionem retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur: ſed de ſua ſalute ſeptimo die cogitare cogūtur: quod illi turbulentiſſimi ſuperioris temporis tribuni pl. octavo deniq; menſe ſuarū actionum reſpicere, ac timere cōſueverant, & in eodē libro, paulò pòſt: Novum in rep. introductū exemplum quęritur, ut tribunitia interceſſio armis notaretur, atq; opprimeretur, quæ ſuperiorib. annis armis eſſet reſtituta: Syllam, nudata omnibus rebus tribunitia poteſtate, tamen interceſſionē liberam reliquiſſe: Pompeium, qui amiſſam reſtituere videatur, bona etiā quæ antè habuerat, ademiſſe. Video autem fuiſſe legem, quæ tribunos pl. vetaret integrum diem ab Vrbe abeſſe: nā in Gel. lib. 3. ca. 2. ita ſcriptum eſt: Tribuni quos nullum diem abeſſe Roma licet, cùm poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primā facem ante mediam ſequentē revertuntur, non dicuntur abfuiſſe unum diem: quando ante horā noctis ſextam regreſſi, partem aliquā illius in urbe ſunt. Nam, quod in Livio lib. IX. legitur, duos tribunos pl. Livium, & Qu. Melium, cùm de iis, qui pacem Caudinam fecerant, dedēdis in ſenatu ageretur, ita locutos: Neq; exolvi religione populum deditione ſua, niſi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuiſſent, reſtituerentur, neq; ſe pro eo, quòd, ſpondendo pacē, ſervaſſent exercitum populi Rom. pœnam ullam meritos eſſe: neq; ad extremum, cùm ſacroſancti eſſent, dedi hoſtibus, violarive poſſe:

posse: tribunos quidem pl. esse, cùm hæc dicerent, Livium, & Melium, constat: non tamen simul illud, eosdem fuisse tribunos pl. cùm pacem ad Caudium spoponderunt: nõ enim hoc anno, quo de spõsoribus pacis populo Samnitum dedendis actum est, sed proximo superiore paxilla per sponsionẽ facta fuerat: in qua non affuisse tribunos pl. indicant hæc, quę subscribam, Livii verba: Spoponderũt consules, præfecti, legati, quæstores, tribuni militum: nominaq; omnium, qui spopon derunt, extant, itemq; illa, haud ita multò pòst in eodem libro: Samnitibus non fuit satis, consules spondere: sed legatos, quæstores, tribunos militum spondere coëgerunt, tribunos pl. non nominat: ergo nulli affuerunt. Liv. autem, & Melius eo tempore tribuni militum, ut opinor, in castris fuerãt: unus, quod meminerim, aut fortasse etiam, quod omnino legerim, Qu. Metellus Nepos, cùm tribunatum pl. gereret, contra leges in Syriam ad Cn. Pompeium sua sponte, nulla vi cogente, profectus est: quo facto subiit ignominiam, nulla tamẽ affectus est insigni pœna, consul etiam aliquot pòst annis cũ Lentulo Spinthere creatus est: sive quòd hominis vitia familiæ dignitas tegeret, sive quòd eum non tàm ipsius facta deprimerent, quàm Pompeii, & aliorũ, qui plurimùm in repub. proterant, amicitia sublevaret. Non videtur prætermittendũ, quod Plutarchus in libro *τῶν παροιμιῶν* scriptum reliquit, tribunatum pl. magistratum non esse, cum neq; purpurã habeat: neq; lictoribus utatur: neq; sella curuli sedens jus dicat: neque potestatem, creato dictatore, deponat, more omnium magistratuum. Cicero tamen magistratum appellat in oratione pro P. Quintio. Et quod ait Plutarchus de purpura, id refellit idem Cicero pro Cluentio: qui, quo loco de L. Quinctii tribuni pl. intolerabili superbia verba facit: Vultũ, *inquit*, atque amictum, atque illam usq; ad talos demissam purpurã recordemini. Est illud quoque à nobis animadversum, tribunos pl. comitiis designari solitos antequàm consules, ut ex prima epistola ad Atticum satis dilucidè patet, qui etiam ante cõsules magistratum inibãt, nempe IIII. id. Dec. quod ex Dionysio, Livioq; planum fit: nam quod in Pædiani libris impressum est, tribunos pl. nonis Dec. magistratũ inire solitos: id mendosum puto: nam, ut omittam Livii testimonium, in quo momenti multũ statuo esse, Dionysius cùm de IIII. id. Dec. primo tribunatus pl. die mentionem facit, adjungit illud, *μέχρι τῆς νυῦ*, cùm dicat, suis quoq; temporibus idem servari, eoq; magis adducor, ut suspicer de mendo, quòd, quem locum Ciceronis, qui est in libro II. in Verrem, Pędianus ibi exponit: in eo Ciceronem de alio magistratu potiùs, quàm de tribunatu pl. locutum esse, facilè perspiciet, si quis animũ paulò accuratiùs adverterit: nam si de tribunatu pl. intellexisset, nũquam Sulpicium à Manlio, & Cornificio, quos proximis superiorib. verbis tribunos pl. nominaverat, separalset, nec verò de Sulpicio ullo, nisi patricio, memini me legisse: etiam illud addo, nonis Dec. quo die actũ est in senatu de conjuratis, nõ fuisse M. Catonem tribunum pl. sed designatum, ut esset anno sequenti, patet ex oratione pro Sextio. Ex libro P. Manutii de legibus, & ex commentario ad Qu. Fratrem.

Trĭbūnāl, alis, pen. prod. n. t. Locus excelsus arcuata figura, in quo residebat qui jus tribubus redderet. [כסא *chiſſé. δικαστήριον, βῆμα.* Gal. *Le parquet des Iuges superieurs.* Ital. *Tribunale, ſedia de giudici.* Germ. Ein richterſtul. Hiſp. *El tribunal aſsiento de juez.* Pol. *Sadowi ſtolieć.* Vng. Tőruenteuő *ſzek.* Ang. *The iudgment ſeat.*] Cic. ad Qu. Frat. lib. 1: Nullius inopiam ac solitudinem non modò ullo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidem tua, & cubiculo esse exclusam. Formam autẽ tribunalis vide apud Vitruvium lib. 5. cap. 1.

Trĭbūnī, m. f. Magistratus Romæ plebei primùm creati anno CCLX. quum plebs propter nobilium fœneratorum insolentiam ex urbe discessit, & Anienem montem occupavit. Nã revocari inde non potuit, antequã Senatus permissu magistratum è suo corpore creasset, qui se contra Patriciorum potentiam defenderet. Vnde & Tribuni plebis sunt appellati. [δημαγωγοί, δήμαρχοι. Gall. *Tribuns, magiſtrats Romains defenſeurs du menu peuple.* Ital. *Tribuni, magiſtrati Romani che defendeuano il popolo.* Germ. Oberſte Zunfftmeiſter/waren vorzeyten bey den Rõmeren die bey den Rhatsherren für das volck handleten. Hiſp. *jurados ſeſmeros del pueblo.* Pol. *Hetmani wrzimian, ktorzi wbraniprzed ſenatem, poſpolſtwa bronieli.* Vng. Az kőznep elől iarok, *Capitanok.* Ang. *Shurreffes or ſuch lik magiſtrats.*] ¶ Tribunorũ autẽ nomẽ accepisse existimantur ab eo, quòd id temporis populi tres tantùm erant partes, & ex singulis singuli creabantur tribuni. Alii à centuriarum equestrium numero dictos malunt, quas ab initio tres tãtùm fuisse constat, Ramnensium, Tatiensium, & Lucerum. Nec desunt, qui à tribuũ suffragiis quibus crebãtur, dictos existiment. ¶ Fuerunt & tribuni Celerum à Romulo primùm instituti, de quibus Pomponius in l. j. De. De orig. jur. Tribuni Celerum, *inquit*, Equitibus præerant, & veluti secundum locum à Regibus obtinebant: quemadmodũ Magistri equitũ apud Dictatores, quo in numero fuit Iunius Brutus. ¶ Postea facti sunt tribuni militares, sive Tribuni militum in castris, qui parem cum Consulibus haberent potestatem. *πολίμαρχοι.* Tribunorũ militarium (sicut docet Asconius) duo fuerunt genera: Alii Rufuli dicebantur, qui in exercitu creari solent. Alii comitiati, qui Romæ comitiis designabantur. Tribuni militaris officium erat ut miles veste indutus, armis bene munitus, exercitationis usu, & disciplina eruditus incederet. Olim Tribuni militum Cõsulari potestate promiscuè ex Patribus, ac plebe creati sunt, vario quidem numero: interdum enim viginti, interdum plures, nonnunquam pauciores fuerunt: ut inquit Pomponius loco jam citato. Tribuni militũ, inquit Budæus, fortasse dici hodie possunt, quos *Mareſtallos* vocamus, qui præfecti sunt militũ. ¶ Alii Tribuni ærarii, dicti ab eo, quòd his attributa erat pecunia, quàm militi reddebant. Tribuni ærarii, inquit Budæus, hodie dicuntur, quos *generales receptores* vocant.

Trĭbūnĭtĭus, subst. tivum, Qui tribunatũ gessit: [ὁ δημαρχήσας. Gal. *Qui a eſté tribun.* Ital. *Chi è ſtato tribuno.* German. Der Zunfftmeiſter geweſen iſt. Hiſpan. *El que es eſtado tribuno.* Pol. *Ten ktori bel' Hetmanim poſpolſtwa.* Vngar. *Capitanſag viſelt.* Ang. *That hath bene shirrefor tribune.*] quemadmodum Aedilitius, qui Aedilitate perfunctus est.

Trĭbūnĭtĭus, tia, tium, Quod ad tribunos pertinet. [δημαρχικός Gal. *Appartenant à tribun.* Ital. *Pertinente à tribuno.* Germ. Das zu den Zunfftmeiſteren gehört. Hiſp. *Perteneſciente à jurado ſeſmero del pueblo.* Pol. *Do takiegottet mauſtwa prznależaci.* Vng. *Capitanſag hoz valo.* An. *Belonging to the tribunes or shirreffes.*] Salust. Nam postquam Cn. Pompeio, & M. Crasso Consulibus Tribunitia potestas restituta est. Lucan. lib. 2: truncos laceravit fimbria Crassos: Sæva Tribunitio maduerunt robora tabo. Cic. 2. de Orat. Quum Tribunitia potestas esset constituta.

Trĭbūnātŭs, us, m. q. Ipsa Tribunorũ dignitas. [δημαρχία. Gal. *L'eſtat d'vn tribun.* Ital. *Magiſtrato di tribuno.* Ger. Eines Zunfftmeiſters ampt vnd wirde. Hiſp. *La dignidad de aquel tribuno.* Pol. *Godnoſć hetmanſtwa cżł owieka poſpoli tego.* Vngar. *Capitanſag.* Ang. *The ſirreſhip.*] Cic. in Lælio: De Caii autem Gracchi Tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Trĭbŭo, buis, bui, butũ, act. t. Do, largior, impertio. [נתן *nathán*: חנן *chanán* חלק *chalák.* δίδωμι. Gal. *Donner, bailler.* Ital. *Dare.* Germ. Geben. Belg. Geven. Hiſp. *Dar.* Pol. *Daie.* Vngar. *Adok.* Ang. *To giue.*] Plin. in Paneg. Tribuas ei successorem. Ovid. 2. de Arte: Hæc bona nõ primæ tribuit natura juventæ. ¶ Ponitur aliquando pro attribuo, imputo, ascribo. [חשב *chaſchább.* ἀναγράφω, ἀναγράφω.] Cicero: Sed hoc benevolentiæ ejus tribuendum est. Cic. 4. Acad. Quibus ille secundum fratrem plurimùm tribuebat. ¶ Aliquando pro faveo, & in aliquem propensus sum. *αὐξάνω.* Cicer. Crassipedi: Quum universo ordini publicanorum semper libentissimè tribuerim. ¶ Ponitur interdum pro distribuere. [חלק *chalak. διαιρῶ, μερίζω.*] Cic. 2. de Fin. Omnem vim loquendi, ut jam antè Aristoteles, in duas tributam esse partes. ¶ Tribuere misericordiã, est misereri. Cic. pro Milone: Quid restat nisi ut orem, obtesterq; vos judices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat? ¶ Sic etiam dicimus, Tribuere alicui honorem, gratiam, operam, palmã, præmia, primas, priores partes, tẽpus alicui rei, veniã. Legenti bonos autores exempla passim occurrent. ¶ Tribuere aliquid valetudini, est valetudinis causa nonnihil ab instituti nostri curriculo deflectere, aliquídve ejus causa facere, quod alioqui facturi nõ eramus. ¶ Tributũ est, impersonaliter. Cic. 1. Offic. Generi animãtiũ omni à natura tributũ est, ut se, vitã, corpusq; tueatur.

Trĭbūtĭo, onis, verbale, f. t. Actus tribuendi: [מתנה *mattanáh* מחלקת *machalóketh.* ἡ νομή. Gal. *Diſtribution.* Ital. *Eſſo donare.* Germ. Außgebung. Hiſpan. *Obra de dar.* Pol. Datek. Vngar. *Adas.* Ang. *A giuing, diſtribution.*] Cicer. 1. de Nat. deor. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus: id est, æquabilem tributionem.

Trĭbŭtŏr, is, [νομεύς. Vng. *Ado, ſzolgaltato.*] Apuleius in Hermetis Asclepio: Sic & mundus præstitor est, & tributor omnium quæ mortalibus videntur bona.

Trĭbŭs, bus, f. q. [שבט *ſchébet* מטה *matteh. φυλή.* Gal. *Tribu.* Ital. *Tribu.* Germ Ein Zunffe. Hiſp. *Vando ò collacion.* Pol. *Czech.* Vng. Nemzetſeg. Ang. *A warde or tribe*] A' tributo dando, vel quòd ager Romanus primò divisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ: una Tatiensium, à Tatio Sabinorum duce, jam amico pòst fœdera, & in partẽ regni à Romulo susceptо: alia Ramnium, sive Ramnensium, à Romulo: tertia Lucerum, à Lucumone. Varro enim scribit Romulum dimicantem cõtra Tatium, à Lucumonibus: hoc est, Tuscis auxilia postulasse: uniq; ex iis, qui sibi cum exercitu suppetias tulisset recepto jam in regni portionem Tatio, partem urbis assignasse, indeq; regioni, in qua ille cum Tuscis consedisset, Tusco vico nomen esse factũ. Et quia in tres partes populus divisus erat, factũ est, ut hæ populi partes tribus dicerentur: & qui singu-

lis tribubus præerant, Tribuni: & pecuniæ quæ tributim: hoc est, per tribus imperabantur, vocarẽtur tributa. Sed postea aliæ quoque partes urbis factæ, quæ similiter tribus appellatæ sunt. Nã in sex partes fuit distributa civitas, in primos, secundosq; Tatienses, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias continebat, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ sunt. Hæc Varro, Festus, Plutarchus, & Asconius. Dissentit paulùm ab his lib. 1. Livius, scribens, à Romulo centurias equitũ tres fuisse conscriptas, Ramnenses, & Tatienses & Luceres: nec videtur existimare totum populum in hos distributum, sed solos Equites. Tribus autẽ statim ab initio quátuor esse factas asserit, urbe quadrifariam secundum colles & regiones divisa: tribusq; nõ à numero ternario, sed à conferendo tributo appellatas existimat. Qua in re optimè cum Livio convenit Plinius, qui quatuor ab initio urbanas fuisse tribus affirmat, Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam, ità appellatas à partibus urbis in quibus habitabant. Ciceronis verò ætate urbs in xxxv. tribus erat divisa: quod ipse cùm pleriſq; aliis in locis, tùm apertissimè ostẽdit in orationibus contra Rullum de Lege Agraria. Harum nomina erant Aemylia, Arniensis, Cornelia, Claudia, Collina, Crustumina, Exquilina, Falerina, Fabia, Galeria, Lemonia, Mœcia, Narniensis, Otriculana, Oufentina, Palatina, Papyria, Pollia, Popilia, Põtina, Publilia, Papinia, Quirina, Romulia, Sergia, Suburrana, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Terentina, Tromentina, Velina, Vejentina, Veturia, & Volitina.

Tribuum xxxv. nomina.

AEMY. Aemylia. CICERO ad Atticum libr. II. 36. Liv. libr. XXXVIII. antiquæ urbis inscriptiones 75.

ANI. Anienſis. Cicero Plancio, 260. epistolarum fam. libr. VIII. 117. Liv. libr. X. antiquæ urbis inscr. 160. 175. & in libr. Petri Appiani de inscriptionibus antiquis totius orbis, 93.

ARNIENSIS. Cicero in Agraria II. in Rullũ 81. Liv. lib. VI. & li. XXIX: ubi corruptè legi putamus Narnienſi: nã lapis antiquus, quem Vulsiniis in templi parietib. vidimus, expressam Arnienſis mentionem continet.

CLA. Clàudia. Liv. lib. II. Virg. lib. VII. Dionysius Halic. libr. V. antiquæ urb. insc. 75. 84. 114. liber Appiani 479.

CRV. Crustumina. Cicero pro Plancio 267. pro Balbo 67. antiquæ urb.

COL. Collina. Varro lib IIII. de ling. Lat. Plin. lib. XVIII. ca. III. Festus in litera V. antiquæ urb. inſc. 27. 99. 120. liber Appiani 110.

COR. Cornelia. Liv. lib. XXXVIII. antiquæ urbis inscrip. 29.

EXQ. Exquilina. Varro lib. IIII. de ling. Lat. Plin. li. XVIII. ca. III. Festus in litera V. antiquæ urb. inſc. 75. est præterea in ædibus viri optimi, valdeq; eruditi Gentilis Delphinii Romani fragmẽtum antiqui lapidis cũ hac tribu: quod ipse quidẽ nõ vidi, sed is, cui facilè credo, se vidisse dixit, Honofrius Veronẽsis, monachus ordinis Augustiniani, qui ordinẽ annorum urbis Romæ à Romulo ad Iustinianum peritissimè descripsit.

FAB. Fabia. Horatius epistola VI. libri 1. Suetonius in Augusto 38. antiquæ urb. insc. 61. 73. 76. 94. & Petri Appiani liber 62. 66. 335. 343. 500.

FAL. Falerina. Livius libro IX. in libro Petri Appiani 105. 120. & Neapoli antiquus lapis est ita inscriptus: C. PISTORIO C. F. FAL. FIRMO AEDIL. II VIR. CVRATORI OPER. PVBLICOR. item Ioſephus ἐν τῷ τῆς ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλῇ ιζ.

GAL. Galeria. Liv. lib. XXVII. Plin. lib. VII. ca. II. etſi pro Galeria legitur Galerius. sed corrigẽdus locus est ex antiquo libro, avunculi mei Franciſci Asulani, & antiquę urb. insc. 89. 142. 159. liber Appiani 14. 15. 18. 19. 21. 22.

LEM. Lemonia. Cicero pro Plãcio 267. Philippica IX. 223. Festus in litera L. antiquæ urb. inſ. 91. 151.

MAEC. Mæcia. Hanc in antiquis lapidibus duobus invenimus: C. Octavio C. F. MAEC. VERO: C. HEBACIO MAEC. ROMANO: in libris quater nominatã observavimus, à Tullio lib. IIII. ad Atticum 63. à Livio lib. XXIX. à Valerio Max. lib. II. cap. IIII. à Festo in litera m.

MEN. Mentina. Cicero li. XIII. epist. fam. Ioſephus ἐν τῇ τῆς ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλῇ ιζ. cũ quibus lapides tres consentiunt: C. VALERIO C. F. MEN. DOLVCIO MARCIANO: A: MVNIO A. F. MEN. EVARISTO: C. CATIO C. F. MEN. BALBO. C. CASTIVS. C. F. MEN. GALLVS.

OVF. Oufentina. Livius li. IX. Festus in litera O, antiquę urb. inſ. 86. 133. in libro Appiani 27. 28. 30. 51. 67. 71. 79. 84. 85. 86. & in lib. Veronensium antiquitatum 51: Q. EVPHEMVS Q. F. OVF. LVCVLLIVS.

PAL. Palatina. Cicero in Verrem IIII. 124: Pedianus 18: Varro li. IIII. de ling. Lat. Plin. li. XVIII. ca. III. Liv. lib. XX. Festus in litera P. antiquæ urb. insc. 29 34. 39. 62. 116. 155. 176. liber Appiani 17. 22. 34. 64.

PAP. Papiria. Festus in litera P. antiquæ urb. insc. 72. 135.

PAPIA. Scriptum in libris de hac tribu nihil est, quod ego quidem legerim: in libro tamẽ de antiquæ urbis inscriptionibus explicata mẽtio est 61. nec semel in Pyrrhi thesauris: sic enim ejus libros appello.

POB. Poblilia. Quæ deinde Publilia scripta est: sicuti ex Poblius Publius factus est: reperitur in lapidibus & PV. & PVB. & PVBL. & PVBLIL. & POB. Liv. li. VII. antiquę urb. inſ. 10. liber Appiani 252. & in libro Veronẽsium antiquitatum sæpè exempla Publiliæ, per u scriptæ, quinq; habemus, duo in antiquę urbis insc. 66. 81. tria in Appiani lib. 65. 105. 352.

POL. Pollia. Livius lib. XXIX. Valer. Max. lib. II. ca. IIII. & lib. IX. ca. X. antiquæ urb. inſ. 110. 113. 147. liber Appiani 18.

POP. Popilia. Cicero epiſt. famil. li. VIII. 117. Val. Max. li. VIII. Festus in litera P. liber Appiani 297.

POM. Pomptina. Cicero ad Atticum lib. IIII. 63. Liv. li. VII. Festus in litera P. antiquæ urbis inſc. 114. 117. liber Appiani 141. 484.

PVB. Pupinia. Cicero ad Quintũ Fratrem lib. III. epiſt. fam. lib. VIII. 117. Liv. lib. XXVI. Festus in litera P. duo antiquorũ lapidum exempla extant, alterum Capuæ, D. VIBIDI D. F. PVP. NIGRI: alterum Patavii, C. CLAVSIO C. F. PVP.

QVIR. Quirina. Cicero pro Quintio 4. epiſt. famil. li. VIII. 117. Asconius 61. Festus in litera Q. antiquæ urb. insc. 15. 34. 44. 115. liber Appiani 14. 17. 18. 19. 103.

ROM. Romilia. Cicero in Verrem II. 70. & in Agraria II. 81. Asconius 18: Varro lib. IIII. de ling. L. Festus in litera R. Servius in 3. Aeneidos antiquæ urb. insc. 165. in libro Veronensium antiquitatum, 51: L. GALLIO. L. F. ROM. est etiam Ferrariæ semifractus lapis, in imis summi tẽpli parietibus inſtratum, in quo ita scriptum vidimus: ITIO T. F. ROM.

SAB. Sabatina. Livius libr. VI. Festus in litera S. lapis antiquus

quus Romæ in ædibus Cardinalis Carpenſ. CN. CORNELIO CN. F. SAB. MVSAEO MANCIPI VIAE APPIAE.

SCA. Scaptia. Liv.lib.VIII.Sueton.in Aug.38.Feſtus in litera ſ. lapidis antiqui exemplum Romæ extat in regione Pantheonis: C. AVFELIVS C. F. SCA. SEVERVS: & item aliud: C. GRANTANIVS SCAPTIA MACER.

SER. Sergia. Aſconius 61. antiquæ urb. inſc. 61. 63. 81. 165. eſt & in eodem lib. 63: quatuor literis SERG.

STEL. Stellatina. Livius lib. VI. antiquæ urb. inſc. 110. liber Appiani 150 & duabus literis ST. 239.

SVB. Suburana. Varro lib.IIII. de ling.Lat. Cicero etiã in Agraria:quo in loco videtur corruptè legi, ab Ocriculana: quũ libris quinq; manuſcriptis, quos ſe vidiſſe affirmavit vir optimus ac doctiſsimus Gabriel Phaërnus,legatur,ab uſura nam.unde mihi orta conjectura eſt, quam Phaërnus ipſe & Octavius meus probarunt, legi poſſe, A Suburana,mutatione ferè nulla. Plin.lib. XVIII. cap.III. Feſt.in litera ſ. & litera v. antiquæ urb.inſc.147.

TER. Terentina. Cicero pro Plãcio 263. epiſt.fam. lib.VIII. 117. lib. VI. & lib. X. antiquæ urbis inſc. 140.199 liber Appiani 105.336.

TRO. Tromẽtina. Feſtus in litera t, Livius etiã lib.VI.ſcripſit Tromentina,ut opinor, nõ ut impreſſum eſt,Promẽtina, antiquæ urb.inſ.107.liber Appiani 16. 177, & in lapide,qui Gajetæ eſt. L. ATILLIO L. F. TROMEN.

VEL. Velina. Cicero ad Atticum libr. IIII.63.in Bruto. Horat.Epiſt.VI.li.1. Perſius antiquæ urb. inſc.162.lib. Appiani 19.

VOL. Voltinia. Cicero pro Plancio 267.antiquæ urb. inſc. 155.& in antiquo lapide,qui eſt Venetiis in turri S. Vitalis, CN. NVMERIVS CN. F. VOL. FRONTO. eſt & quatuor literis VOLT. in Appiani lib.484.

VEI. Vejentina. Cicero pro Plancio.

Trĭbŭārĭŭs, a,um, adjectivũ, Quod ad tribus pertinet. [ὁ φερτριακὸς, φυλοπικὸς. Gal. *De tribu.* Ita. *Di tribu.* Germ Der Zunfft. Hiſ *De tal vando.* Pol. *Do czechuprzi należący.* Vn. *Nem zetſeghez valo.* Ang. *Of wardes or tribes.*] ut tribuarium crimen, tribuaria res. Cicero pro Plancio:Itaq; hæſitantem te in hoc ſodalitiorũ crimine tribuario ad cõmunẽ ambitus cauſam te cõtuliſti.

Trĭbūlis, pen.prod m.t. Qui ex eadem eſt tribu. [φυλέτης. Gal. *D'vn meſme tribu & lignee.* Ital. *Della medeſima tribu.* Germ. Ein Zunfftbruder. Hiſp. *Coſa de miſme vando, linaje y collacion.* Pol. *Czechowi brat.* Vn. *Azon nemzetſeghbŏl valo.* An. *Of the ſame warde and tribe.*] Horat.1. Epiſt. 13: Vt cum pileolo ſoleas conviva tribulis. Cic. Servio li.13:Lucio Coſſinio amico,& tribuli tuo valde familiariter utor. Liv.2.ab Vrbe:Vetus Claudia tribus, additis poſtea novis tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata. Mart.li.9:Nũc anus, & tremulo vix accipiẽda tribuli.

Trĭbūtim, adverbium, Per ſingulas tribus. [κατὰ φυλάς. Gall. *Par tributs, de tribu en tribu.* Ita. *Per tribu.* Ger. Durch die Zunfft/ võ einer Zunfft zur anderen. Hiſp. *De collacion en collacion.* Pol. *W każdim czeckv.* Vng. *Nemzetſegenkent.* Ang. *By euerie tribe or ward.*] Cic. Attico lib.4: Populo tributim domi luæ ſatisfecerat.

Trĭbūtum, ti, n. ſ. A tribubus Varro dictum oſtẽdit, quòd ea pecunia quæ populo imperata erat, tributim à ſingulis proportione cenſus ſolvebatur. [ΟΝ *mas.* ἀποφορὰ, τέλος, φόρος. Gal. *Tribut, taille.* Ita. *Tributo.* Germ. Steür/ Schatzung/ Tribut. Hiſ. *El tributo ò pecho.* Pol. *Szaczunek, dan.* Vng. Ado. Ang. *Tribute, tole.*] Feſtus à tribuendo derivare videtur:Tributum (*inquit*) dictum eſt, quia ex privato in publicum tribuitur. Cic.2. Offic. Danda etiã eſt opera, ne,quod apud majores noſtros ſæpè fiebat, propter ærarii tenuitatẽ, aſſiduitatemq; bellorũ tributum ſit conferendũ. Ovid.de Nuce. Fœlix, ſecreto quę nata eſt arbor in agro, Et ſoli domino ferre tributa poteſt. Stat. 4.Syl.1: Reſtat Bactra novis, reſtat Babylon tributis Fræna ri. Dicitur & Tributus. Plaut.in Epid.Tributus major penditur.

Trĭbūtārĭŭs, Qui ſolvendo tributo obnoxius eſt, ſtipendiarius,vectigalis. [ὑποφόρος, ὑποτελὴς. Gall. *Tributaire, qui paye tribut.* Ita. *Tributario, che paga tributo.* Ger. Der Steür oder Schatzung vnderworffen. Hiſp. *Pechero.* Pol. *Ten ktory winien wiſzemu ſiączunek dac.* Vng. *Ado fizető.* Ang. *That payeth tribut or tole.*] Iuſtinus lib.1:Sed civitates, quæ Medorum tributariæ fuerãt. Plin.lib.12.cap.1:Et jam ad Moriños uſque pervecta,ad tributarium,etiam pertinens ſolum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant.

Trĭbūtōrĭŭs, adject. [ὁ τελωνικὸς, vel τελωνικὸς. Gal. *Appartenant à contribution.* Ital. *Pertinente à tributo.* Ger. Zur Steür gehörig. Hiſp. *Perteneſciente à tributo.* Pol *Do ſiączunku przinależący.* Vn. *Adohoz valo.* Ang. *Belonging to be diſtributed or to tribut.*] Vnde titulus Digeſtorum lib.14. de Tributoria actione. Vlp.Ibidẽ. l.Illud quoq;.§. Si cujus dolo factũ eſt quominus ita tribueretur: in eum tributoria datur, ut quantominus tributum ſit quàm debuit,præſtet.

Trīcæ, ſ.p. Capilli pedibus pullorum gallinaceorum involuti:ita dicti,quaſi τρίχες, teſte Nonio: qui quoniam greſſum illorum impediunt,factum eſt,ut omnia impedimenta Tricæ vocentur. [τριχόμοτα. Gall. *Empeſchemens.* Ital. *Intricamenti.* Ger. Haarwirteten/das ſich den hüneren vmb die füß wickelt. Hiſp. *Empachos.* Pol. *Kośmi włakieſekurczeta niotaia.* Vngar. *Acadaly.* Ang. *Heares about pullaines feet, all triffles that hindreth any buſineſſe.*] Turpilius Demiurgo, ut citatur à Nonio:Iudicia,lites, turbas,tricas,cõtentiones maximas. Varro γέροντι διδασκάλῳ. apud eundem Nonium: Putas eos nos citiùs tricas Attellanas, quàm id extricaturos? ¶ Hinc intricare dictũ eſt,pro eo quod eſt involvere, & implicare,ut annotavit idem Nonius, citans Afranium in Epiſt. Ita intricavit hujus hanc rem temeritas. ¶ Itẽ, Extricare pro explicare. Plautus Epidico:Aliqua ope exolvam,extricabor, aliqua inde ex impedimentis liberabor. ¶ Tricas item accipimus pro nugis, & rebus nihili, Plaut. Rudente:Eloquere properè,celeriter.L. numos trecentos.C.Tricas.In qua ſignificatione etiam Tricas & Apinas dicimus,proverbiali nimirum metaphora res viliſſimas ſignificantes.Martial.libro 14:Sunt Apinæ,Tricæq;, & ſiquid vilius iſtis. Ortum creditur proverbium à duobus Apuliæ oppidis hiſce nominibus dictis, quæ Diomedes nullo negotio evertit.Plin.lib.3.cap.11: Diomedes ibi delevit gentes Monadorum,Dardorumq;, & urbes duas,quæ in proverbii ludicrum vertêre,Apinam & Tricam. Vide Eraſmi Adagia.

Trĭcēni, ę,a,pl.num. Triginta:[שלשים *ſchelośchim.* τριάκοντα. Gal. *Trente.* Ita. *Trenta.* Ger. Je dreyſſig. Hiſp. *Treinta* Pol. *Zawdi potrzidzieſcyi.* Vng. *Harmincz.* An. *Threttie.*] quaſi Trigeni,g in c mutata,ea forma,qua vicenos dicimus pro vigenis. Plin. lib.9.cap.36: Latent ficut murices circa Canis exortum tricenis diebus. ¶ Tricenæ amphoræ. Colum.lib.3.ca.3: At ſiqui cũ ſcientia ſociaverint diligentiã,nõ ut ego exiſtimo tricenas vel quadragenas certè:ſed ut Græcinus minimũ computans, licet inquit,amphoras vicenas percipiẽt ex ſingulis jugerib.

Trĭcēnārĭŭs, a,um, τριακοντάϊκός. ut, Vites tricenariæ. Varr.lib. 2.cap.2:Nónne item in agro Faventino,à quo tibi tricenarię appellantur vites,quòd jugerum tricenas amphoras reddat?

Trĭcēntēni, pen.prod.Treceni. [שלש מאות *ſchelóſch meóth.* τριακόσιοι, αι, α. Gall. *Trois cents.* Ita. *Trecento.* Ger. Je dreyhundert. Hiſp. *Tres cientos.* Pol. *Trziſta.* Vng. *Harom zazon.* Ang. *Thrie hundred.*] Colum. lib.5. cap.2: Quoniam ſex latera ſunt, quæ conſummata fiunt duo millia tricenteni & quadraginta.

Trĭcĕphălŭs, pen. corr. τριπρφαλος, idem quod triceps: hoc eſt, tria habens capita: unde Cerberus à Poëtis Græcis hoc epitheto inſignitur.

Trĭceps, Trium capitum. [τριπρφαλος. Gal. *Qui a trois viſages, ou trois teſtes.* Ital. *Che ha tre teſte.* Germ. Dreyköpffig Hiſp. *Coſa de tres cabecas.* Pol. *Otrzech gl'owach.* Vng. *Harom feywe* Ang. *That hath three heades.*] Seneca in Hercule furente: Tricipitem ſecũ belluam manibus trahens. Cicero in Orat. Quid in verbis junctis quàm ſcitè inſipientem,non inſapiẽtem:iniquum, non inæquum:tricipitem, non tricapitem? Idem 1.Tuſc.Dic quęſo,nũ te illa terrent,triceps apud inferos Cerberus? Ovid. 8.Metamorph.Tuq; triceps Hecate.

Trĭcēsĭmus, a,um, pen cor. Vltimus ex triginta. [τριακοστός. Gall. *Trentieſme* Ita. *Trentiſimo.* Ger. Das dreyſſigeſt. Hiſ. *Treinta en orden.* Pol. *Trzidzieſti.* Vng. *Harmincadik.* Ang. *The threttieth in order.*] Cic.ad Attic.lib.6: Triceſimo quoq; die. Plin.li. 17.cap.23: Ante triceſimum ſextum menſem attingi falce vetantur. Horat.1.Serm.Satyr.9: Hodie triceſima ſabbatha.

Trĭchĭās, τριχίας, Piſcis eſt ex genere ſaxatilũ, bis quotannis pariens. Quidam Sardam interpretantur Plin. libr.9.cap.51: Piſcium autẽ lupus & trichias bis anno parit, & ſaxatiles omnes. Idem lib.9.ca.15:Intrantiũ Pontũ ſoli nõ remeãt trichiæ.

Trĭchĭāsĭs, τριχίασις. Morbus mammarũ, qui in lactantibus mulieribus provenit ex pili hauſtu. ¶ Hoc item nomine dicitur rima circa ſpinam in longum producta,ſed adeò exilis,

ut visum fugiat: quæ non rarò mortem affert.

Trĭchilă, orum, τρίχηλα, Nonnulli interpretantur vasa, tria habentia labra, è quibus liquor effluere possit. Quod si verũ est, penultima debebit produci, utpote quæ ex diphthongo scribatur. Columella tamẽ corripit libro 10, sic scribens: Tùm modò depẽdens trichili, modò more chelydri Sole sub æstivo gelidas per graminis umbras Intortus cucumis, prægnansq; cucurbita serpit. Aut igitur Columella vocalem præpositivam è diphthongo abjecit, aut aliud quærendum est vocis hujus etymon. Apud Cæsarẽ de bello Pompeiano, Trichilon accipi videtur pro vestis stragulæ genere tenuissimo: quod & annotavit Cælius Rhodiginus, libro 18. cap. 11, qui vocis hujus originem ἀπὸ τοῦ τρίχες repetit. Verùm hoc Columellæ loco jam citato nullo modo convenit.

Trichinus, a, um, adjectivum obsoletum, tardum & quasi impeditum significat, vel siccum, ut sunt capilli, qui Græcè τρίχες dicuntur. Varro in Eumenidib. Quod tunc quæstus trichinus erat, nunc est uber, ut quæstus sit magnus. Ex Nonio.

Trichitis, tis, τριχῖτις, Aluminis genus, quod alio nomine schiston à quibusdã appellatur, in capillamẽta quædã tenuia dehiscẽs: unde trichitidis nomẽ accepit. Vide Plin. lib. 35. ca. 15.

Trĭchŏmănĕs. [τριχόμανες. Pol. C'zerwone wł'oski.] Herba est, filici similis, sed minor, quã Capillarẽ herbã Romani luxuria capillitii, officinę Polytrichon appellãt. Vide Plin. lib. 22. ca. 22.

Trichrus, τρίχρους, Gemmę nomen, à tribus coloribus impositum, quos reddit coti attrita. Plin. lib. 37. cap. 10: Trichrus ex Africa est: sed tres succos reddit tà radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.

Trĭcĭĕs, adverbiũ, Triginta vicibus. [τριακοντάκις. Gal. Trente fois. Ital. Treute volte. Germ. Dreyssig mahl. Hisp. Treinta vezes. Pol. Trzidzieści razow. Vng. Harmincszor. Ang. Threttie tymes.] Liv. 8. bell. Punic. Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris. Cic. 3. Verrin. His nominibus solis Cn. Dolabellæ H-S ad tricies litem esse æstimatam.

Trĭclīnĭum, nii, n. s. Conclave, cœnaculum. [שכרה lischchâh עליה halijjâh. τρικλίνιον. Gal. Chambre où l'on prend le repas de disner & souper. Ital. Camera, ridotto da conuiti. Germ Ein Saal oder kammer darinn man isset/ hat den nammen von dreyen gautschenbettẽ/ wie die bey den alten vmb die tisch im brauch gewesen seind. Hisp. La sala ò camara do estan tres mesas en fiesta de bodas ò combite. Pol. Komora wiakiei starzi iadali liezac na trzech lozkach. Vng. Ebellõ hely kamora. An A parler or other place to dine or suppe in.] Erat enim locus in quo discumbebant, & cœnabant, & à tribus lectis, quos in eo sternebant, nomen habens. Nã tres mensas in convivio apponere veteres solebãt, & cubãtes cœnare. Hinc Horat. 1. Serm. Satyr. 4: Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos, E` quibus unus avet quavis aspergere cunctos. Præter eũ qui præbet aquã. Iuven. Satyr. 5: ergo duos post Si libuit mẽsis neglectum adhibere clientem Tertia ne vacuo cessaret cul citra lecto, Vnà simus, ait. Ex quibus Iuvenalis verbis apertissimũ est, triclinium discubitorium tribus fuisse instructum lectis, atque inde nomen accepisse. Et quamvis τρικλίνιον sit dictio merè Græca, ita tamen recepta est in Latinam coloniam, ut ea utamur tanquam Latina. Quintilianus: Vix eo limen egresso, triclinium illud supra convivas corruit. In eadẽ significatione Cicero Conclavis vocabulo usus est, eandem cũ Fabio referens historiam lib. 3. de Orat. Hoc interim (inquit) spatio conclave illud ubi epulabatur Scopas, concidit. Quinetiã Vitruvius lib. 4, manifestè triclinia inter conclavium genera annumerat. In tricliniis, inquiens, cęterisq; conclavibus, maximus est usus luminum. ¶ Aliquãdo triclinium accipitur pro ipsis lectis, & reliquo discubitus apparatu. Cic. 4. Verr. In foro sibi triclinium straverat. Quod explicans paulò pòst subdit: Imperavit ut in foro sibi medio lecti sternerentur. ¶ A` triclinio dictus est architriclinus, triclinii præfectus, cui instruendi, ornandiq; triclinii cura incumbit. ¶ Legitur & biclinium apud Plautum in Bacchid pro cœnaculo duobus tantùm lectis instrato. Græci δικλίνιον appellant. Advertite (inquit) Mnesiloche, & tu Pistoclere, Iam facite in biclinio cũ sua uterque amica cubitum eatis.

Trĭclīnĭārĭă, orum, n. s. Aulæa, sive vestes stragulæ, quibus triclinia ornantur. [τὰ τῶ τρικλινίου περίστρώματα. Gal. Tapisserie ou vestimens pour orner telle chambre. Ital. Tappezzarie, ò vestimenti per ornare quella camera. Germ. Teppich oder deckenen mit welchen man ein Saal zieret in dem man isset. Hisp. Tapetes ò vestiduras para afeytar tal sala ò camara. Pol. Obiczia do ozdobienia komori wktorei siadawa. Vng. Karpit, szõnieg. Ang. Arreſor tapestrie for a parler.] Plin. lib. 19. cap. 39: Qua purpura quis non jam tricliniaria facit? Varro 1. de re Rust. cap. 13: Qui elaborant ut spectent sua æstiva triclinaria ad frigus Orientis.

Trĭclīnĭārĭŭs, a, um, & Tricliniaris, tricliniare, om. t. [τρικλινιάρης. Gall. Appartenant à telle chambre. Ital. Pertinente à tale camera. Ger. Das zu einem zächsaal mit dreyen gautschen vmb ein bett gehört Hisp. Perteneſciente à tal camara. Pol. Trzinalieżaci do takiei komori. Vng. Ebellõ helyhez valo. Ang. Belonging to such a parler or chamber.] Quod ad triclinium pertinet: ut Mappę triclinares, & lecti triclinares. Plin. lib. 37. cap. 2: Lectos triclinares tres.

Trĭcōlŏn, pen. prod. [τρίκωλον. Gall. De tron membres. Ital. Di tre membri. Ger. Das drey stück oder glider hat. Hisp. Cosa de tres miembros. Pol. Trzi cz'onki wsobie maiaci. Vn. Harom tagu, rezwe. Ang Of, thrie members.] A` Græcis dicitur, quod nos trimembre vertere possumus. Vnde certa quædam Odarum genera, quæ triplici carminis genere, veluti tribus constant membris, tricola dicuntur: cujus generis nõ pauca sunt apud Horatiũ.

Trĭcōnēs, m. t. Contentiosi, & rixarum peramantes. [אנשי anschê madhón. δυσέριδες. Gall. Trigaux, querelleux, noisifs, hargneux. Ital. Fastidiosi, contentiosi. Ger. Hãderige Leut, denen mit witze wãrzu wol ist. Hisp. Porfiosos, ò porfiados. Pol. Swarci. Vng. Garazdas. An Men of debat or strife, contentious folkes.] Vnde Iul. Capitol. in Aelio Vero: Fertur & nocte perpete alea lusisse; quum in Syria concepisset id vitium: atq; intantum vitiorum Gratianorum, & Neronianorum, ac Vitellianorum fuisse æmulũ, ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanarta, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & cõmiscereetur cum triconibus, & committeret rixas, dissimulans quis esset, sæpeq; afflictum livida facie redusse, ac in tabernis agnitum, quum esse absconderet.

Trĭcōccŭs, ci, τρίκοκκον. Genus heliotropii, quod alio nomine scorpioran appellant, eò quòd semen ferat scorpionis caudę non dissimile. Autor Plinius lib. 22. cap. 21. Apud Dioscor. lib. 1. cap. 138, genus est mespili, buxeæ spinæ similitudine, pomum ferens exigui mali magnitudine, in quo tria sunt osscula: à quibus tricoccus dicta, quasi trigrania, sive triossia.

Trĭcŏr, aris, d. p. Nugas ago, ineptio [λῆρος. φλυαρῶ, βωμολοχῶ. Gall. Bauer, bourder, dire choses frivoles. Ital. Cianciare. Ger. Zirten. His. Desuariar en vanas palabras. Pol. Laſzkuie, pierdolie. Vn. Hazudozok. Ang. To dallue, to triffle or toye with triffling wordes.] Cic. Attic. Brutus Vectenum accusat: tricatur scilicet. ¶ Nonnunquam accipitur pro rixari, ἐρίζειν. Idem eidem: Publius tecum tricatus est.

Trĭcōrnĭs, ne, Quod tria cornua habet. [τρίκερως. Gall. Qui a trois cornes. Ital. Di tre corni. Ger. Das drey hörner hat. His. Cosa de tres cuernos. Pol. Otrzech rogach. Vng. Harom szarw. Ang. Three horned.] Plin. li. 8. ca. 21: Indicos boves unicornes, tricornesq;.

Trĭcōrpŏr, oris, pen. corr. adjectivum, Habens tria corpora. [τρίσωμος. Gal. Qui a trois corps. Ital. Chi a tre corpi. Germ Das drey leib hat. Hisp. Cosa compuesta de tres cuerpos. Pol. Trosstego ciała. Vng Harom testwe. Ang. That hath thrie bodies.] Virgil, 6. Aeneid.- & forma tricorporis umbrę. Silius lib. 3: Geryonis peteret quum longa tricorporis arva.

Trĭūmphātŭs, a, um, de quo triumphatũ eſt. [θριαμβεύτης. Gal. *De qui on à triomphé, vaincu triomphãment.* Ital *Di chi s'è triumphato per la vittoria hauuta da lui.* Ger. Von des ſigs afften vberwindung man triumphieret hat Hiſp. *Vencido con triumpho.* Pol. *Triumph zwięzięſtwa, miani.* Vn. Aż kirbl gidżedelmet võttuk. Ang. *Wherof triumphe is made or reioyced for.*] Virg. li. 3. Georg Bisque triumphatas utroque ab littore gentes. Ovid. 1. Amor. Eleg. 15: Roma triumphati dum caput orbis erit.

Trĭūmphātŭs, us, m.q, ipſa triumphatio. [רנן *ron* רבבה *renandh* רבה *rinnáh* קלס *kéles* קלסה *kallaſáh.* θριαμβεία. Gall. *Triomphement.* Ita. *Il triumphare.* Ger Der herrlich eynrit nach erlangtẽ Sig. Hiſp. *Obra de triumfar.* Pol. *Triumphowanie.* Vng. *Gidżedelmes pompa.* Ang. *A triumphing.*] Plinius: Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

Trĭūmphātŏr, ris, m.t. Qui victis hoſtibus triumphum reportavit. θριαμβεύτης.

Trĭūmphālĭs, le, adject. Quod ad triumphum pertinet. [θριαμβευτικός. Gal. *Propre ou conuenãt au triomphe.* Ital. *Trionfale.* Ger. Zu einem triumph gehörend. Hiſp. *Coſa perteneſciente à triumpho.* Pol. *Triumphowi.* Vng. *Gidżedelmes pompahoż valo.* Ang. *Belonging to a triumphe.*] Vnde triumphales coronæ, quibus Imperatores in triumphis coronabantur. Hæ primùm ex lauro fieri ſolebant, poſtea ex puriſſimo auro cõfectæ ſunt, quod inde Coronariũ appellabatur. Vide ſuprà in dictione CORONA. ¶ Triũphale territoriũ, Romę, quod nunc *Vaticanum* dicitur θριαμβευτικὸς ἀγρός. Vnde Damaſus Papa ſcribit beatũ Petrum ſepultum fuiſſe in Vaticano juxta triumphale territorium. ¶ Triumphalis vir, qui triumphavit: ſicut Cõſularis, qui Conſul fuit. Sueton. de Auguſto: Solos triũphales, quanquã & ſocios expeditionũ, & participes victoriarum ſuarũ, nunquam donis impertiendos putavit, quòd ipſi quoque jus habuiſſent tribuendi ea quibus vellent. ¶ Triũphalis currus, quo vehebantur triumphantes. Plin. lib. 7. c 25: Curru triumphali reverſus eſt. ¶ Triũphalis provincia ex qua triumphus reportatur. Cic. in Piſon. Ex ea provincia quę fuerit ex omnib. una

maxime

maximè triumphalis, &c. ¶Triumphales veſtes quæ triumphantium erant: quemadmodum & Aurum triumphale, & Habitus triumphalis. Plin.lib.8. c.48: Pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe: unde triumphales natæ. ¶Triumphales cœnæ. Plin.lib.9.cap.55: Cœnis triumphalibus Cæſaris Dictatoris ſex milia numero murænarum mutuò appendit. ¶Triumphalis ſtatua. Plin.Epiſt.2.lib.2: Heri à Senatu Veſtricio Spurinnæ, principe autore, triumphalis ſtatua decreta eſt: id eſt, in habitu triumphantis.

Triūmphālis, lium, pluraliter, Ipſa triumphatio, θριάμβευσις. Tacitus lib.4: Dolabellæ petenti abnuit triumphalia, Sejano tribuens, ne Blæſi avunculi ejus laus obſoleſceret.

Triūmvĭr, triumviri, pen.cor.maſc.gen. Nomē magiſtratus, quem tres collegæ adminiſtrant. [ἐκ τῶν τριῶν ἀρχόντων. Gal. *L'vn des trois gouuerneurs ſouuerains ou magiſtrats, non de magiſtrat iadis à Rome.* Ital. *Vno di tre gouuernatori, magiſtrato Romano.* Ger. Dreyerherr. Hiſp. *Vno de tres varones principales.* Pol. *Pan ze trzech ſedzin.* Vng. *Haromſò gubernator.* Ang. *One of three ſouerain magiſtrats, the name of the magiſtrates in Rome.*] Triumviri triplices fuêre, Capitales, Menſarii, Nocturni. De Capitalibus ſic habet Pomponius de Origine juris l. neceſſarium: Triumviri Capitales conſtituti ſunt, qui carceris cuſtodiam haberent, ut Athenis Vndecimviri, οἱ ἕνδεκα. & quum animadverti oporteret, interventu eorum fieret. De menſariis Livius commemorat: Triumviri Menſarii creati ſunt: hiſque numulariis, & monetæ omnis generis, & formæ cuſoribus præerāt. De Nocturnis meminit Cornelius Tacit. Triumviri Nocturni, quòd ad incendium in ſacra via ortum tardè venerant, à Tribuno Plebis die dicta damnati ſunt. ¶Triumvirorum item nomen aſſumpſerūt Octavius, Antonius, & Lepidus, qui oppreſſa jam republica, ut tyrannidem honeſto aliquo velarent nomine, Triumviros reipublicæ conſtituendæ cauſa, ſe dici voluerunt.

Triūmvĭrātŭs, m.q. ipſa triumvirorum dignitas. [ἡ τῶν τριῶν ἀρχή. Gal. *La dignitè de trois gouuerneurs principaux.* Ital. *Dignità di tal magiſtrato.* Ger. Der Dreyerherren ampt vnd wirde. Hiſp. *La dignidad de aquellos.* Pol. *Godnoſć trzech panow radnich.* Vngar. *Haromſò embernek gubernatioia.* Ang. *The dignitie or office of the three chiefe iudges.*] Cicer. de clar. Orator. Qui quidem in triumviratu indicaverit contra P. Africani avunculi ſui teſtimonium.

Triūmvĭrālis, le, om.t. Horat. Epod. 4: Sectus flagellis hic triūviralibus Præconis ad faſtidium.

Triūncis, Numulus æreus, quem poſtea quadrantem appellarunt. [τριόγκιον, τεταρτημόριον. Gall. *De trois onces.* Ital. *Di tre onze.* Germ. Ein viertel. Hiſp. *Tres oncas, ò quarta de libra.* Pol. Cżwartak. Vng. *Harom fontu penz.* An. *Of three ounces.*] Plin.lib. 33.cap.3: Quadrans antea Triuncis vocatus, à tribus unciis.

Trŏchæŭs, τροχαῖος, Pes metricus ſyllabis duabus, priore lōga, altera brevi conſtans. Dictus Trochæus (ut quidam exiſtimant) quòd celeritate ſua imitetur volubilitatem rotæ, quam Græci τροχὸν appellant: vel (ut alii malunt) διὰ τὸ ἀεὶ τρέχοντας τὸν βωμὸν τοιούτῳ μέτρῳ ᾄδειν: hoc eſt, ab eo quòd circum aras currentes carmen decantabant, hoc pedis genere compoſitum. Cic.3.de Orat. Iambum & trochæum frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles.

Trŏchillŏs, pen.prod. τροχίλος, Avicula exigua, quam ideo aquilæ inviſam eſſe quidam tradiderunt, quòd rex avium appelletur. Vide Plin.lib.10.cap.7, & lib.8.cap.25.

Trŏchīſcŭs, Vide TROCHVS.

Trŏchlĕă, æ, pen.corr.ſ.p. Inſtrumentū cum orbiculis ad ſublevanda & demittenda onera. Vel rotula ſtriata è ligno, vel ære, qua aquam haurimus fune ductario, & hydria. [τροχὸς, τροχίλιον. Gal. *Vne poulie.* Ital. *Taglia, cirella.* Ger. Ein ſcheiben oder wellen vber die das ſeil oder ketten geht an einem zug. Hiſp. *Carillo ò polea, engeano.* Pol. *Kol'owrot nad ſtudnia*, item, *kol'ka po ktorich cżuzari wcia gaia nabui.* Vn. *Tſiga.* An. *A windlaſſe or pulley to draw vp heauie thinges.*] Lucret. Multaq; per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi ſuſtollit machina nixu. Budæus ait Trochleā ſignificare totam illam machinam, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam trajectum, circa quem rotula verſatur, & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit, quales in puteis videmus, quas *Polias* vocamus. Trochlearum meminit Cato de re Ruſt. In inſtrumento torcularis, in quo ſuculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere eſſe tradit. ¶Trochleis pituitam adducere per tranſlationem dixit Quintilian. lib.11, cap.3, de pronuntiatione, pro difficulter expuere, his verbis: Iam tuſſire, & expuere crebrò & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etſi non utique vocis ſunt vitia: quia tamen propter vocem accidunt, potiſſimùm huic loco ſubjiciantur.

Trŏchŭs, chi.m.ſ. [τροχὸς. Gal. *Sabot, toupie.* Ital. *Trotolo, moſcolo pirla, pirlo, corlo.* Germ. Ein topff. Belg. Een top. Hiſp. *Trompo ò peonca.* Pol. Cżiga, ſſaparga, ſileſys. Vng. *Tſiga.* Ang. *A toppe.*] Inſtrumentum quo luſitāt pueri, quod Latinè Turbo dicitur: à rotando dictum: τρέχω enim ſignificat curro, & τροχὸς rotam, vel aliud inſtrumentum, quod in gyrum circumvolvitur. Trochus (inquit Acron) turbò eſt, qui à ludentibus pueris ſcutica agitatur & rotatur. Martial lib.14: Inducenda rota eſt, das nobis utile munus: Iſte trochus pueris, at mihi cantus erit. Horatius de arte: Indoctusque pilæ, diſcive, trochive quieſcit.

Trŏchŭlŭs, diminutivum. [τὸ τροχίλιον. Gall. *Petit ſabot, ou toupie.* Ital. *Picciol trottolo.* Ger. Ein töpfflin. Hiſp. *Pequenno trompo ò peonca.* Pol. *Mal'a cżiga.* Vng. *Tſigatska.* Ang. *A litle toppe.*] Plautus in Amphit. Tum meo patri autem trochulus inerit aureus ſub petaſo. Exĕplaria depravatè legūt Torulus.

Trŏchīſcŭs, ſci, m.ſ. diminutivum, Parvus trochus, vel parva rota. [τροχίσκος. Gall. *Petite roue.* Ital. *Picciola ruota.* Germ. Ein ſcheiblin/redlin. Hiſ. *Pequenna rueda.* Pol. *Mal'e kol'ko.* Vng. *Kis tſiga.* An. *A litle wheele.*] ¶Vnde compoſitiones quædam medicorum in formam rotulæ, τροχίσκοι dicuntur Latini vocant Paſtillos, ut apud Celſum lib.5.cap.17.

Trŏpæi, τροπαῖοι, Venti Altani, qui in terra geniti, quum mare perflarint, redeūt ad continentem: ita dicti ἀπὸ τῆς τροπῆς: hoc eſt, à converſione. Iidē quum in mare tendunt, Apogæi vocātur, quòd à terra proficiſcātur. Plin, li.2.c.43: Nanque & è fluminibus, & è nivibus, & è mari videmus etiam tranquillo, & alios, quos vocant Altanos, à terra conſurgere. Qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: ſi pergunt, Apogæi. ¶Tropæi item dicuntur in certo luſus genere, qui alios vellicant, infeſtantq;, & ne deprehendantur, convertunt ſe. Sueton. in Claud. Cæſ. cap.8: Et quoties poſt cibum obdormiſceret, olearum, ac palmularū oſſibus inceſſabatur: interdum ferula, flagróve, velut per ludum, excitabatur à tropæis.

Trŏphæum, trophæi, n.ſ. [נִצָּבוֹן *matſſiſebáh.* τρόπαιον. Gall. *Trophée, enſeigne ou marque de victoire.* Ital. *Trofeo, ſpoglie de nemici poſte in moſtra per memoria.* Germ. Ein Sigzeichen/ etwas ſo man ſtellet oder auffrichtet an einem ort zu einem zeichen das da ſelbſt der Feind begwaltiget vnd vberwundē worden ſey. Hiſ. *Deſpojo del enemigo ahuyentado.* Pol. *Znak poſtawioni na pamiatke zwicżieżonego nieprzyacżielia.* Vn. *Győzŏ delőmnek milekezetire valo iel.* An. *Victorie, the enſeignes of victorie.*] cū æ diphthongo & ph, aſpirato, quamvis apud Græcos ſine aſpiratione ſcribatur, à verbo Græco τρέπω, quod eſt, retroverto. Propriè enim Trophæum eſt monumentum à victore erectum eo in loco, ubi hoſtes in fugam convertit. Prima autem trophæa ex arboribus confecta ſunt, quas amputatis ramis hoſtium ſpoliis decorabant. Deinde etiam cœpta ſunt fieri ex lapide, & in montibus, & locis eminentioribus collocari. Hinc Saluſtius de Pompeio ait, quòd devictis Hiſpanis trophæa in jugis Pyrenæi montis poſuit. Romæ quoque in arcubus figebantur ex marmore ædificatis. Quæ verò ſpolia in trophæo figerentur, docet Virgil.lib.11:

Mezenti ducis exuvias tibi magne trophæum
Bellipotens aptat rorantes ſanguine criſtas:
Telaq; trunca viri, & bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumq; locis, clypeumque ex ære ſiniſtræ
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnū. Nonlus: Spolia capta, fixa in ſtipitib. appellātur trophęa. ¶Accipitur & trophæū pro victoria, ſive pro ſpoliis quę victoria parātur. Horat.2. Carm. Od.9: & potiùs nova Cantemus Auguſti trophæa. Virg. 3. Georg. Et duo rapta manu diverſo ex hoſte trophæa.

Trŏpis, is, ſeu tropios. [τρόπις. Gal. *Le fond d'vn nauire, la carine.* Ital. *La ſentina della naue.* Ger. Ein ſchiffboden. Hiſ. *El hundo de la naue.* Pol. *Dno wł'odzi.* Vng. *Haio oldal.* Ang. *The botome of a ſhippe.*] Præter vulgatam illam ſignificationē, qua apud Græcos carinam navis ſignificat, accipitur etiam pro vino quo in balneis utebantur, ſive ad abluenda corpora, ſive ad ciendum vomitum. Mart.lib.12: Famoſæ feret ipſe tropin de fæce lagenæ: Frontis & humorem colliget uſque tuæ.

Trŏpŏlŏgĭă, τροπολογία, Sermo allegoricus, ad morū emendationem tendens. Græci enim τῷ τρόπου appellatione mores intelligunt.

Trŏpŭs, [נוּשׁן *maſchál.* τρόπος.] Figurata verbi immutatio. Cic. de claris Orator. Ornari orationem Græci putant, ſi verborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους, & ſententiarum, orationisq; formis, quæ vocant σχήματα. Quint. Tropum ſic definit, quòd ſit verbi vel ſermonis à propria ſignificatione ad aliam cum virtute mutatio.

Trŏpĭcŭs, a, um, τροπικὸς: id eſt, figuratus. Auguſtinus: Quod ea locutione dictum, quæ utique tropica eſt, non propria.

Trŏpĭcī, m.ſ. τροπικοί, A' Coſmographis appellantur duo circuli cœleſtes, æquali ſpatio diſtantes ab æquatore, quos Latini Solſtitiales appellāt: quorū alter, qui nobis propinquior eſt, Cancri Tropicus dicitur: alter in Auſtrū vergēs Tropicus Capricòrni. Hoſce circulos Sol nunquā egreditur, verùm ubi ad alte-

ad alterum eorum pervenerit, retrorsum se cõvertit. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆς τροπῆς: hoc est, à conversione Solis.

Trŏpĭcŭs, adjectivum τροπικός. ut Tropica figura. Gell. libr. 13. cap. 23: Tropica quædam figura mutationẽ vocabuli fecerit.

Trŏxĭmŏs, [אשכול eschcól עבט henáb. τρώξιμος.] Vva edulis, quæ cibaria à Plinio vocatur. Apud Iureconsultos, constat troxymos uvas esse, quas non vini causa habemus. Paulus in Pandectis: Qui fundum vendidit, pomum recipit, nuces, & ficos, & uvas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ ejusdẽ generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τρωξίμους appellarent, recepta videri. Ita enim legit Politianus ex Archetypo Pandectarum, qui Florentię asservatur: quanvis ut idem Politianus fatetur, nõ malè ibi à quibusdam legatur ἐδώδιμους, cujus significatio ferè eadem est cum superiore. Vtrumq; enim nobis sonat comestibile: licet hujus significatio videatur generalior, τρώξιμος autẽ, etiamsi nihil aliud addas, propriè de uva intelligitur. Huc accedit quòd τρώξιμος à verbo τρώγω fiat, cujus verbi significatio uvis, cæterisq; bellariis, quæ in secunda mensa apponuntur, optimè congruit. Inde enim fiunt τρωγάλια, τραγήματα, τραγηματοπώλης. Hæc ex lib. 7. Epist. Politiani, Epist. ult.

Trŭă, f.p. Vasis genus, à terendo dicitur, quasi terva, quam nos diminutivè *Trullam* dicimus. Sive (ut Varro docet) à trãsvolando, trajiciendóve, quòd per eam aqua trajiciatur. [πιθὸν ἀγγεῖον. Gal. *Vne sorte de vaisseau à receuoir immondices.* Ita. *Vaso da riceuer le immonditie.* Germ. Ein wett wassergeschirr darinn man wäschet vnd plätteret. Hi. *Barreña.* Pol. *Myśnik wkorim myśimya.*]

Trŭllă, æ, f.p. diminutivũ est à Trua, Vasis vinarii genus. ἀγγεῖον. Trulla (inquit Varro li. 4 de ling. Lat.) dicta est à similitudine truæ: sed hæc magna, illa pusilla. Martial. li. 9: Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro: Deprensus dixit, Stultè quid ergo bibis? ¶Est item Trulla eodem Varrone teste, aliud vasis genus, quo in culina aquam in lavatrinam solent infundere. [Pol. *Dzber.* An. *A tree or such holow vessell occupied about a house.*] ¶Item capitur pro vase lato, profundoq;, quod in mẽsam inferri plerunque solet. Quod licet potui ineptum videatur: tamen usurpatum fuisse legimus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: Qui Vejentanũ festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamq; profestis. Iuvenal. Satyr. 3: Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo. Vbi bibacem arguit, quòd in trulla bibat: ineptum, quòd crepitus inter bibendum edat. Plin. li. 34. cap. 2: Sunt ergo vasa tantùm Corinthia, quæ isti elegantiores nunc æs sculpendo transferunt, modò in lucernas, modò in trullas, nullo munditiarum despectu. ¶Est & trulla cæmentarii instrumentum, quo fabri murarii tectoriis linendis, complanandisq; uti solent: ut non solùm parietes pulchritudinẽ accipiant, sed & firmitatem contra injuriam imbrium, & crebrimas tempestates. [ἡ τύκη. Gal. *Truelle de masson.* Ital. *Cazzuola da murare.* Ger. Ein maurtellen. Hi. *Instrumento para atauiar cimiento, y ẓaharrar la pared.* Pol. *Kielnia muliarska.* Ang. *An instrument seruing for pargetting of walles.*]

Trūllīsārĕ, χριάω, πτύω, apud Vitr. li. 7. ca. 3, pro trulla gypsũ inducere legitur: cujus hæc sunt verba: Coronis explicatis, parietes quam asperrimè trulissentur: postea autem suprà, trullisatione subarescente, deformentur directiones arenati.

Trŭcīdo, Truculentus, vide TRVX.

Trūdo, dis, si, sum, act. s. Propriè significat violentia quadam impello. [דחה dacháh תקע takáh בטח tsanách. ὠθέω. Gall. *Pousser ou repousser à force.* Ital. *Spingere, sborlare, sospingere.* Germ. Gestossen/mit gewalt trucken Belg. Stooten Hisp. *Empuxar.* Pol. *wpycham, wtracam.* Vn *Tolyom.* An *To thrust out with violence.*] Cic. 1. Tusc. Et quum penè in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortẽ trudi, verùm in cœlum videretur ascendere. Plaut. in Asin. Ille æcastor hinc trudetur. ¶ Aliquando est objicere, seu producere. Idem in Epid. Quæ te intemperiæ tenent? Quas tu mihi tenebras trudis? Terent. in Andr. fallacia alia aliam trudit: id est, insequitur. ¶Hujus composita sunt, Abstrudo, protrudo, contrudo, detrudo, extrudo, intrudo, obstrudo. obtrudo, & retrudo, quę habent penultimam productam.

Trūsātĭlĭs, adjectivum, verbale, ὠστὸς, ut Mola trusatilis, quæ manu trudi & circumagi potest. [χειρομύλων. Gal. *Vne meule à main.* Ita. *Mola da mano.* Ger Ein mülle die man von hand zeücht oder stoßt. Hisp. *Muela de mano para moler.* Pol *Zarnowi kamien.* Vn. *Tolyhato forgathato.* An. *That may be thrust or turned about with a mans hand.*] Gell. lib. 3. cap. 3: Ob quærendum victum, ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse.

Trūdēs, dis, instrumenti genus quo in re quapiam protrudẽda utimur. [ὠστήριον. Gall. *Instrument à pousser quelque masse ou grosse piece.* Ital. *Instrumento da spingere à forza.* Germ. Hebel oder dergleichen instrument mit welchen man etwas fürschattet. Hisp. *Instrumento para empuxar algo.* Pol. *wśzelyakie narzinie do strugania dobre.* Vng. *Tolyo zerzam.* Ang. *An instrument in sthrusting out any thing.*] Tacitus lib. 3: Quidam trudibus aut furcis inertem molem prosternere.

Trŭllĕum, lei, n. s. Vasis genus quo manus perluuntur, simile trullæ, nisi quòd latius erat. [χειρόνιπτρον. Gal. *Bacin à lauer les mains.* Ita *Bacino, napo.* Ger Ein handbeck. Hisp *El aguamanil para lauar.* Pol. *Miednica.* Vng. *Mosdo.* An. *A basin or lauer to wash handes in.*] Varro de vita popul. Roman. lib. 1, ut citatur à Nonio: Itaque ea sibi non ponere ac suspendere quę utilitas postularet trulleum, matellionem, pelvim, nasiternam. Apud Varr. lib. 4. de ling. Lat. Truellum legitur non trulleum.

Trūncō, as, act. p. Amputo, in partes scindo, mutilo. [קטע kitsstsés כרת charáth גדע gharáh בתק nakáph. μηλίζω, ἀκρωτηριάω, κολοβόω. Gall. *Tronquer & coupper.* Ital. *Troncare, xoncare, tagliare.* Ger. Stümlen. Belg. Afhouwen/ affsnyden. Hisp. *Descabecar o cortar miembro.* Pol. *Odcinam.* Vn. *El vagom meg tsonkitom.* An. *To cutt of in pieces and make vnperfite.*] Valerius Flaccus 6. Argon. -jam non per curva volantem Stagna, nec in medio truncantem marmore cervos. Claud. de bel. Get. -manibus truncatus & armis. ¶ Hujus composita sunt, Detrunco, dutrunco, obtrunco, pertrunco: quorum significata vide suis locis.

Trūncŭs, ci, m. s. Pars arboris crassior, è qua rami enascuntur. [עץ ghéẓah. στέλεχος. Gal. *Le tronc ou trognon d'vn arbre.* Ita. *Tronco d'albero ò d'altra cosa.* Germ. Ein stock oder stamm eines bawms. Belg. Den bloock. Hisp. *Tronco de arbol, ò de otra cosa.* Pol. *Pien.* Vng. *Fa tw, tőke.* Ang. *A logge.*] Columel. lib. 3: Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt & maximè fertiles. Cic. 3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia denique, nisi ad suam retinendam, conservandamq; naturam. Virg. 3. Georg. Arboris obnixus trunco. Idem. 10. Aeneid. Vulnera siccabat lymphis, corpusq; levabat Arboris acclivis trunco. ¶ Truncus corporis. Cic. pro Rosc. Comœd. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio Comico æstimabat. Virg. 2. Aen. -jacet ingens littore truncus, Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus. ¶ Truncus per translationem pro homine stupido, quemadmodum & Stipes. Cic. in Pison. Sed qui tanquam truncus, atque stipes, si stetisset modò, potuisset tamen sustinere titulum Consulatus.

Trūncŭlŭs, diminut. [τὸ στελέχιον, στελεχάριον. Gall. *Petit tronc.* Ital. *Picciol tronco.* Ger. Ein stöcklin/blöchlin Hisp *Pequenno tronco.* Pol. *Pniak.* Vn. *Fa tőnetske tőketske.* An. *A litle logge.*] Cels. lib. 2. cap. 19: Præcipuè tamen in unguibus, trunculisq; suum, in petiolis, capitulisque hœdorum.

Trūncŭs, ca, cum, Quod est truncatum vel mutilum. [מקטע mekutsstsáts כרות charúth גרוע gharúah. κολοβός. Gall. *Tronqué, couppé.* Ital. *Troncato, xoncato, tagliato.* Germ. Gestümlet oder gestumpet. Belg Beschneden Hisp. *Descabecado, cortado.* Pol. *Obcziate* Vng. *Meg tsonkitatot.* Ang. *Cutt, or made vnperfite.*] Colum. lib. 2: Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam levato. Virg. 3. Aeneid. Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat. Idem 6. Aeneid, -& truncas inhonesto vulnere nares. Propert. lib 4. Eleg 9: Iactabat truncas ad cava buxa manus. Ovid. 3. Metam. Non habet infœlix quę matri brachia tendat Trunca, sed ostendens dejectis vulnera mẽbris, Aspice mater, ait, &c.

Trĭo, onis, Avis cygno non dissimilis, quæ alio nomine *Onocrotalus*, ὀνοκρόταλος, dicitur: in faucibus ipsis capacissimũ ventriculum habens, quò omnia congerit, donec perfecta rapina sensim inde in os reddita, in veram alvum ruminantis modo refert. Supra rostrum verò nares habet valde prominentes: unde Cæcilius, referente Festo, nasi cujusdam magnitudinem irridens: Proh dii immortales (inquit) unde hic prorepsit truo?

Trŭtĭnă, æ, pen. corr. f. p. Statera. [מאזנים moznáyim טלם péles. πάλαγξ, πρυτάνη. Gall. *Balance, trebuschet.* Ital. *Stadera, bilancia.* Ger. Ein wag Hisp *El peso ò balãca para pesar.* Pol *Waga.* Vn. *Mertek serpenyő.* Ang. *A goldsmithes balance.*] Vitr. lib. 1 ri: Id autẽ ex trutinis, quæ stateræ dicuntur, licet considerare. Cornutus tamen scribit trutinam foramen esse, intra quod est lingua bilancis, ad quod est examinatio, quod alii æquamentum, alii libramentum, alii æquilibrium vocant. Translatè ponitur pro judicio. Hor. li. 1. Serm. Satyr. 3: -in trutina ponetur eadẽ. Cic. lib. 1. de Orat. Ad ea probanda, quæ non artificis, sed populari quadam trutina examinantur.

Trŭtĭno, as, pen. corr. Examino, pẽsiculo, libro. [שקל shkál פלס pillés. ζυγοστατέω. Gall. *Balancer, trebuscher, peser.* Ital. *Essaminare, pesare.* Germ. Erwägen. Hisp. *Pesar en balanca.* Pol. *Wage.* Vng. *Meg merőm.* Ang. *To weigh in balances.*] Hieronym. ad Damascum: Sint alii diserti, laudentur ut volunt, & inflatis buccis verba spumantia trutinent.

Trŭtĭnŏr, deponens, idem. Persius Satyr. 3: Atque exporrecto trutinantur verba labello. Apuleius Trutinatam sententiam, vocat gravem, & rectè examinatam.

Trux, trucis, omn. t. Ferox, crudelis. [אכזרי achzár אכזר achzár. ἀπλωής. Gal. *Cruel.* Ital. *Crudele.* Germ. Grausam/grim. Belg.

Belg. Grouwelijck. Hiſ. *Cruel.* Pol. *Srogi.* Vng. *Kegyetlen ixonyu.* Ang. *Fierce, cruell.*] Plaut. in Bacch. Arietes truces nos erimus. Cic. 2. de Divinat. Capite brevi, cervice anguina, aſpectu truci. Idem 2. de Nat. deor. E' trucibuſq; oculis duo fervida lumina flagrant. Plin. lib. 6. cap. 22: Ipſos verò excedere hominũ magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci, nullo commercio linguæ. Ovid. 8. Metamorph. Non armenta truces poſſunt defendere tauri. Tacit. li. 4: Et Cęſar truci vultu defenſionem accipiens, *&c.*

Trŭcīdo, as, pen. prod. act. p. Crudeliter neco, mŏrti do. [שחט *ſchachát* המית *hemith* הרג *hardgh.* κατακόπτω, ἀποκτείνω. Gal. *Aſſommer, tuer cruellemẽt.* Ital. *Taglıar à pezzi, ammazzare crudelmente.* Ger. Grauſamlich vmbbringen. Belg. Grouwelijck dooden. Hiſ. *Matar deſpedacando y cruelmente.* Pol. *Zabyam, morduie.* Vng. *Meg nyomaztom meg ölẽm.* Ang. *To murther, to ſlea cruellie.*] Virgil. 2. Aeneid. Fit via vi, rapiunt aditus, primosq́ue trucidant. Cic. 4. in Catil. Qui nos, qui conjuges, qui liberos noſtros trucidare voluerunt. Idem in Catil. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nõdum voce vulnero. ¶ Trucidari fœnore per tranſlationem dixit Cic. pro Cæl. Parcat (*inquit*) juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur.

Trūctă, Aeliano τρώκτης, Alias Amia, & recentioribus Trutta. Varius Iſidoro, quibuſdam Sario, ſive Fario Auſonii, aliis Salmo fluviatilis. [Vng. *Pixtrang.*] Piſcis eſt etiã in torrentibus, rapidiſſimisq́ue fluminibus vivens, quin & adverſum means acſubiens, cui parvi ſalmonis figura (ob idq́ue Salmo fluviatilis Plinii eſſe creditur) dorſum flaveſcit, corpus parvis ſquamis contectum & guttis rubris ſtellatum, ac inſignitum eſt. Divus Ambroſius lib. 5. Hexaẽmer. c. 3: Piſcium alii ova generant, ut ii quos *Truclas* vocant, & aquis foyenda committũt. Iſidorus: Piſcium nonnulli à colore appellantur, ut varii, à varietate, quos vulgo *truttas* vocant. Hoc genus piſcis, & maximum & præſtantiſſimum provenit in Lacu Lemano, cui (præſertim in copia) reſpondet Tranſylvaniæ quædam provincia ab accolis *Fogaraſinum* vocata.

Trŭcĭdātĭo, onis, verbale, f t. Occiſio, cædes. [הרג *héregh* הרגה *haregháb.* φόνος. Gall. *Tuement cruel, cruelle tuerie.* Ital. *Eſſo ammazzare.* Germ. Ein grauſammer oder grewlicher todtſchlag. Hiſp. *Obra de matar cruelmente.* Pol. *Mord.* Vng. *Meg nyomaztas wles.* Ang. *A cruell ſlaying.*] Cic. 4. Philipp. Nullus ei ludus videtur eſſe jucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio civium.

Trŭcŭlēntŭs, a, um, Qui vultu crudelitatẽ præfert, aliosq́; terret. [אכזר *achzér* אכזרי *achzarí.* ἀπλωής. Gal. *Cruel, fier.* Ital. *Crudele, fiero.* Germ. Scheützlich/ grawſam/ grcülich. Belg. Grouwelijck/ verſchreckelijck. Hiſp. *Terrible y cruel.* Pol. *Srogi.* Vng. *Kegyetlen ixonyu, rettenetes tekintetw.* An. *Cruell, fierce.*] Terent in Adelph. Ego ille agreſtis, ſævus, parcus, triſtis, truculentus, tenax. Cic. pro Seſtio: Alter ô dii boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Ovid. 2. de Pont. Eleg. 7: Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. ¶ Invenitur dativo junctum. Plin. lib. 8. cap. 4: Sic & tigris etiam ferîs cunctis truculenta.

Trŭcŭlēntĕr, tiùs, tiſſimè, adverb. [ἀπλωῶς, ὠμῶς. Gall. *Cruellemẽt.* Ital. *Crudelmente.* Germ. Scheützlichen/ grauſamlich/ rewtſch. Hiſp. *Cruelmente.* Pol. *Srodze.* Vng. *Ixonyun rettenteſſen, keg gõtlonwl.* Ang. *Cruellie.*] Cic. contra legem Agrar. Truculentiùs ſe gerebat quàm cæteri.

Trŭcŭlēntĭă, tiæ, quæ & Truculentitas ab antiquis eſt dicta. ὠμότης.

Trўchnŏs, quæ & Strychnos [Germ Nachtſchat] Herba eſt quam Latini ſolanum appellant: cujus quatuor ſunt genera quæ ſuprà explicuimus in dictione SOLANVM, τρύχνος, ἡ φύκνῳ. Plin. lib. 21. c. 31: Strychno, quam quidam Trychnon ſcripſêre, utinam ne coronarii in Aegypto uterentur, quos invitat hederæ florum ſimilitudo.

Trўgĭnŏn, τρύγινον, Atramenti genus ex vini fæce excoctum. Plin. lib. 35. cap. 6: Sunt & qui vini fæcem ſiccatam excoquãt: affirmantq́; ſi ex bono vino fæx fuerit, Indici ſpeciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura Athenis, è vinaceis fecêre, Tryginon appellant.

Trўgŏdæmŏnĕs, τρυγῳδοὶμονες, Poëtæ dicebantur, qui fæce faciem inuncti, ne cognoſcerentur, plauſtris invecti, Poëmata canebant.

Trygœdus, vel Trigôdus, trigódi, pen. prod. m. ſ. Qui fæcem vini per urbem emptitat, Bud. [Ger. Außſchreyer oder außrüffer der weinhefen oder weintruſen.]

Trygon, τρυγὼν, Piſcis eſt ex genere venenatorum, quem Latini paſtinacam vocavêre, nonnulli etiam turturem, Græcos imitati, qui una voce & avem ſignificant & piſcem.

Tryxalis, τρυξαλὶς, Animal locuſtæ ſimile, ſine pennis, quod nonnulli idem eſſe putant cum eo, quod alio nomine *Gryllum* vocamus. Vide Plin. lib. 30. cap. 6.

T ante V.

Tū, tui, vel tis, tibi, Vnicũ ſecundæ perſonæ pronomẽ. [אתה *attdh.* σὺ. Gall. *Toy.* Ital. & Hiſ. *Tu.* Germ. Du. Pol. *Tỳ.* Vng. *Te.* Ang. *Thou.*] Plautus in Amph. Lacrumantẽ ex abitu concinnas tu tuam uxorem. Cicer. pro Rab. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cujuſquam denique hominis popularis mentionẽ facis? Plaut. in Merc. Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. ¶ Tute, tu ipſe. Terent. in Eunuch. Et quod nũc tute tecum iratus cogitas. ¶ Tutemet, idem Lucr. lib. 4: Tutemet in culpa quum ſis.

Tŭātĭm, inquit Nonius: id eſt, tuo more. Plaut. Amphit. Ecce rem jam tuatim facis.

Tŭbă, æ, f. p. Buccina, inſtrumentum incurvum ex ære argentóve, cujus ſonitu milites equiq́; ad prælium inflammantur: à tubi: hoc eſt, canalis concavitate nomen habens. [שופר *ſchophár* חצוצרה *chatſotſerah.* σάλπιγξ. Gal. *Trompe ou trompette.* Ital. *Tromba.* Germ. Ein trommet oder poſaun. Hiſp. *El annafil à trompeta derecha.* Pol. *Traba.* Vn. *Trombita, kwrt.* An. *A trumpet.*] Hujus inventionem Piſeo Tyrrheno aſſignat. Plin. lib. 6. cap. 56. Cic. in Catil. Quum tubas & ſigna militaria ſcirem eſſe præmiſſa. Virg. 2. Aeneid. Exoritur clamorq́ue virûm, clangorq́ue tubarum. Autor ad Herenn. lib. 4: In concione de virtute loqueris, in prælio per ignaviam tubæ ſonitum perferre non potes. Lucan. lib. 1: Vangiones, Batavosq́; truces, quos ære recurvo Stridentes acuêre tubæ. Tacitus lib. 2: Tũ Sentius occanere cornua tubasq́;, & peti aggerem, erigi ſcalas juſſit, ac promptiſſimum quenque ſuccedere.

Tŭbārĭŭs, σαλπιγκτὴς, qui tubas efficit. [Vn. *Trõbita gyarto.*] Tubariorũ meminit Calliſtratus D. li. ult. Tit. 6. l. 6. inter eos, quib. aliquam vocationẽ munerũ graviorum cõditio tribuit.

Tŭbĭcĕn, tubicinis, pen. corr. Qui tuba canit. [חצוצר *chotél.* σαλπιγκτὴς. Gal. *Vn trompeteur, ou trompette.* Ital. *Sonatore di trombeta.* Ger. Ein Trommeter. Hiſ. *Varon que tanue trompeta.* Pol. *Trebacz.* Vn. *Trombitas.* Ang. *A trumpetter.*]

Tŭbĕr, eris, neut. t. & prima ſyllaba producta, Tumor ſive callus, in quocunque corpore eminens. [שאת *ſchéth.* ὄγκος. Gall. *Truffes, boſſe.* Ital. *Gonfiamento, tartofola.* Ger. Ein höhe/ auff von geſchwulſt/ ein hofer oder bühel am leib. Hiſp. *Hinchazon ò torodon, turma de la tierra.* Pol. *Puchlina.* Vn *Tſomo.* An. *A mushroom, alſo a ſwelling.*] Terent. Adelph. Præterea colaphis tuber eſt totum caput. Plin. lib. 8. cap. 18: Tubera bina in dorſo habent cameli. ¶ Tuber, pro callo præduro in arboribus eminente. Plin. lib. 16. cap. 16: Reperitur & in alno tuber, tanto deterius, quanto ab acere alnus ipſa diſtat. ¶ Tubera item dicuntur tumentis terræ calli, & quidam prægnantis arenæ fœtus, ſiccis in locis ſine ullo caule provenientes, nullisq́ue radicis nixi capillamentis. Plin. lib. 19. cap. 2: Tubera enim undique terra circundata, nullisq́ue fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, nec utique extuberante in quo gignuntur loco, aut trimam ab gente, neque ipſa terræ cohærẽt: cortice etiam includuntur, ut planè nec terram eſſe poſſimus dicere, nec aliud quàm terræ callum, *&c.* Idem cap. ſeq. Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, naſcuntur, & maximè è tonitribus nec ultra annũ durant. Iuvenal. Satyr. 5: poſt hunc radũtur tubera, ſi ver; Tunc erit, & faciẽt optata tonitrua cœnas Majores. Mart. li. 13: Rũpimus altricem tenero de vertice terram, Tubera boletis poma ſecũda ſumus. ¶ Eſt & Tuber priore brevi & fœmin. gen. arboris genus, poma ferens baccis quàm malis ſimiliora, à Sexto Papinio ex Africa in Italiam tranſlatum. Plin. lib. 16. cap. 25: Ab Amygdala proximè florent Armeniaca: deinde tuberes & præcoces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Fructus quoque arboris hujus Tuberes dicuntur, ſed maſc. gen. Sueton. in Domit. Pridie quàm periret, quum oblatos tuberes ſervari juſſiſſet. Mart. lib. 12: Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libycis? Nebricẽſis, & Sabellicus putantes Vernæ ibi adjectivum eſſe, dixerunt Tuberes fœm. gen. eſſe: at ſubſtantivum eſt plurale ab hic Verna, ut per appoſitionẽ dicamus Tuber verna: id eſt, turi noſtro natus, non ex Africa allatus. ¶ Tuber terræ, herba eſt folia habens hederæ purpurea, varia maculis utrinque albicantibus, caule quadrantali, nudo, floribus purpureis, roſarum effigie, radice nigra & tuberoſa, ita ut rapum videri poſſit: à cujus figura apud Latinos etiam nomen accepit κυκλάμινος. Vide Plin. lib. 25. cap. 9.

Tŭbĕrcŭlum, tuberculi, diminutivũ. [ὀγκίδιον, φυμάτιον. Gall. *Boſſette.* Ita. *Picciola confiatura.* Germ. Ein hübele. Hiſp. *Pequenna hincazon ò torondon.* Pol. *Mal'a puchlina, napuch.* Vn. *Tſomotska.* Ang. *A litle ſwelling or bunche.*] Plin. libr. 11, cap. 11: Apes regias extruunt tubereulo eminentes. Colum. lib. 7. ca. 5: Clavi quoque dupliciter infeſtant ovem, ſive quum ſubluvies atque intertrigo in ipſo diſcrimine ungulæ naſcitur: ſeu quum idem locus tuberculum habet, cujus media ferè parte canino ſimilis extat pilus, eique ſubeſt vermiculus.

Tŭbĕro, as, n. p. Tuberoſus ſum, tuberis modo emineo, in tuber

tuber excresco. ὀγκᾶμαι, unde Extubero, & protubero composita: de quibus vide suis locis.

Tŭbĭlustrium, (inquit Festus) Dies erat quò aqua tubæ lustrabantur.

Tŭbūrcĭnŏr, tuburcinaris, d.p. Raptim comedo. [λαφύσσω. Gal. *Bouffiner & manger auidement.* Ital. *Deuorare, mangiare ingordamente.* Ger. Schwappten/in eil freſſen. Hiſp. *Tragar mucho.* Pol. *L'apaiac cypam.* Vn. *Mohon eχδm.* An. *To eat greadelie.*] Tritinius apud Nonium: Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plaut. in Perſ. Tuburcinari de ſuo ſiquid eſt domi.

Tŭbŭs, tubi, maſc. ſ. Canalis teres, & concavus, ſeu fiſtula major, qua aqua ducitur: nomen habens à tumore. [צִנּוֹר *tſinnór.* σωλήν. Gall. *Tuyau ou canal comme ceux des fontaines.* Ital. *Canna, cannone, docciene.* Ger. Ein ronder teüchel. Hiſ. *El atanor para traer agua.* Pol. *Rura do prziwiedzienia wodi.* Vn. *Viz hozo tseu, tsatorna:* An. *A conduite pipe, or pipe to conueigh water.*] Cic. li. 2. de Legib. Ductus verò aquarum, quos iſti tubos, & curipos appellant: quis non, quum hæc viderit, irriſerit? ¶ Tubos viſcerum, Martial. lib. 11, per tranſlationem poſuit pro podice, & pudendo muliebri, quod iis meatibus, veluti canalibus quibuſdam, excrementa tàm liquida quàm ſicca egerantur: Modò (*inquit*) qui per omnes viſcerum tubos ibat.

Tŭbŭlŭs, tubuli, pen. cor. diminutivum, Canaliculus; parva fiſtula. [σωλωίδιον. Gall. *Petit tuyau ou canal.* Ital. *Picciolo cannone ò cõdutto.* Germ. Ein teüchelin. Hiſ. *Pequenno atanor.* Pol. *Rurka:* Vngar. *Vizhozo tseu etske tsatorna tska.* Ang. *A conduite pipe.*] Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 8: Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant, qua humor adventitius tranſire poſſit. Tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace aſcendens, primùm parietem, deinde & locum vicinum calefaciebat. ¶ Hinc eſt quod apud Paulum Iuriſconſultum legimus tubulos eos eſſe, quibus paries calore torretur. Apud antiquos enim nullus in cubiculis triclinĭisve uſus erat ignis, nondum ſcilicet ratione excogitata fumum per infumibula emittendi.

Tucētă, inquit Cornutus in Perſium, Satyr. 2. apud Gallos ciſalpinos bubula caro dicitur, condimentis quibuſdam craſſis oblita ac macerata, ac ideo toto anno durat. ¶ Ponitur etiam pro ipſis condimentis, quibus caro bubula cõditur, quæ Perſius valetudini inimica eſſe notavit, quum dicit Saty. 2: Poſcis opem nervis corpusq; fidele ſenectæ? Eſto, age, ſed grandes patinæ tucētaq; eraſſa. Annuere his ſuperos vetuêre.

Tŭdēs, itis, idem quod malleus, teſte Feſto, à tundēdo dictus. [טַטִּישׁ *pattiſch* טעם *pahám.* σφύρα. Ger. Ein hammer.] Vnde cuidam nomen factum eſt Tuditano, quòd caput oblongum habetet, & malleo ſimile. Hæc ille.

Tŭdĭcŭlă, læ, f. p. Inſtrumentum quo vaſis ſigna imprimuntur. σφραγίστρα. ¶ Quidam etiã accipiunt Tudiculam pro cochleari majori quo olla movetur. τηλύη Ariſtophani. ¶ Eſt & Tudicula machina, qua tunduntur oleæ. [ὁ ὀρθὸν, τὸ τρίβον τοῦ λεπτοῦ ξύλου. Gall. *Tordoir, le bois en vn preſſoir dequoy on preſſe l'huyle d'oline.* Ital. *Foggia di mola à far oglio d'oliue.* Germ. Ein ölbeer ſtäpff. Hiſp. *Vna manera de muela para apretar lo azeyte.* Pol. *Czechado znaczenia, warzecha,* item *tłuk.* Vng. *Bilyeg nas ſwtò nas.* Ang. *A printer yron.*] Colum. lib. 12. cap. 50: Eſt & organum erectæ tubulæ ſimile, quod tudicula vocatur, idque nõ incommodè opus efficit, niſi quòd frequenter vitiatur, & ſi baccæ pluſculum injeceris, impeditur.

Tŭdĭcŭlo, penult. corr. Imprimo, ac ſculpo: [חָקָה חקק *chak chikkáh.*] & per tranſlationem commoveo, excito. [הֵעִיר *heniah* : הֵעִיר *hebir.* κινέω.] Varro Marcipore: Hæccine nobis cernis hanc mala tudiculaſſe vetulam?

Tŭdĭto, ditas, pen. corr. [Ger. Vmb gewins willen werben vnd handlen.] Negotii aliquid ago, teſte Feſto, & quaſi tundendo aliquid efficio. Lucre. lib. 2: Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus ullam Corpora conficere. Tractum à fabris, qui malleis ſæpè percutiendo opera faciunt.

Tŭĕŏr, eris, d. ſ. Tutor, conſervo, cuſtodio, defendo, ſecundæ conjugationis eſt: à quo tutus: [בָּן שׁמר *ghanán ſchamár.* φυλάττω, ἀμύνω. Gall. *Defendre, garder, contregarder.* Ital. *Diffendere, cuſtodire.* Ger. Schirmen/bewaren. Belg. Beſchermen/behouden. Hiſ. *Defender.* Pol. *Bronie.* Vng. *Otalmazom.* An. *To defend, preſerue, or keep from harme.*] quanvis Tuitus ejus participium ſit, quo uſus eſt Quintilianus in declamatione Cæci: Tuitus ſum (*inquit*) aduleſcentis miſerrimi cauſam. Quem imitatus Laurentius Valla in Raudenſem: Quis, *inquit*, narrat Verrem ſuperaſſe Dacos? Tantum Siciliam contra piratas fortiter tuitum eſſe accepimus. ¶ Hinc & Tuitio nomen verbale, non tutio: id eſt, defenſio, cuſtodia. Cicer. in Top. Tuitio ſui. Similiter in compoſitis, Intuitum dicimus, nõ intutum. Tutus autem magis nominis, quàm participii vim habet, licet activã, & paſſivam in ſe gerat ſignificationem, ut Valla docet: ut Tutus portus. Tuta urbs: quòd tueatur alios, non quòd ab aliis defendatur. Cæſ. 3. belli Civil. Hîc ſubitam fortunæ commutationem videre licuit: qui modò ſibi timuerant, hos tutiſſimus portus recipiebat, *&c.* Sic apud Terent. in Heaut. Tutum conſilium: id eſt, firmũ, ſecũrum. Tutus locus, in quo ſecurè verſari, aut quippiam agere poſſumus. Plaut. in Milit. Nam opus eſt nunc tuto loco. ¶ Non rarò etiam paſſivè accipitur: & tũc ferè ablativo cũ præpoſitione à, vel ab jungitur: ut tutus ſum ab hoſtibus, pro munitus & ſine periculo ſum. Cæſar 2. bell. Gallic. Quæ res & latus unum caſtrorum ripis fluminis muniebat, & poſt eum quæ eſſent, tuta ab hoſtibus reddebat. Sic dicimus quempiam tutum à calore, à vi, à perfidia, *&c.* Cætera vide in dictione TVTVS, ſuo loco. ¶ In hac autem ſignificatione Tueor unicum habet compoſitum Contueor, quo uſus eſt Cic. in Clod. Videant hi in illum Pompeii inimicum, ob eamque cauſam tot, tantisque ſceleribus contuebantur, & nonnunquam ejus indomitos furores plauſu etiam ſuo proſequebantur, quàm ſe citò inverterit. ¶ Tueri paſſivè poſitum in L. 7. D. decur. fur. Concilio & opera Curatoris tueri debet, non ſolùm patrimonium, ſed & corporis ſalus furioſi.

Tūtŏr, aris, deponens, p. ſive (ut Priſciano placet) commune diligenter protego, ſive defendo. [בָּן שׁמר *ghánan ſchamár.* ἀμύνω, σκεπάζομαι. Gal. *Defendre.* Ital. *Diſendere.* Germ. Mit fleiß ſchirmen. Hiſp. *Defender.* Pol. *Obraniam.* Vng. *Otalmazom.* An. *To defend.*] Horat. in Epiſt. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. Terent. in Hecyr. Ego interea meum non potui tutari locum. Cicero pro Syllâ: Hunc patronum defenſorem, cuſtodem illius coloniæ, ſi in omni fortuna atque honore incolumen habere non potuerunt: in hoc tamen caſu, quo afflictus jacet per vos tutari, conſervareque cupiunt. Virgil. 7. Aeneid.

& jubat arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem. Idem 2. Aeneid.
Sin aliquam expertus ſumptis ſpem ponis in armis,
Hanc primum tutare domum, cui parvus lũlus, *&c.*

Tūtŏr, oris, m. t. Nomen verbale, quo is ſignificatur, qui jus & poteſtatem habet in capite libero, ad tutandum eum, qui ſe per ætatem nondum tueri poteſt. [בָּן *ghonén* מָגֵן *maghén.* κηδεμών, ἐπίτροπος, κηδεμόλος. Gall. *Tuteur, defenſeur.* Ital. *Tutore, defenſore.* Ger. Ein Vogtmann/Schirmvogt/Vormünder Belg. Een Momber. Hiſ *Tutor del menor de edad.* Pol. *Obronca opieke.* Vng. *Tutor oralmazo gonduiſelõ.* Ang. *A defender or perſeruer.*] Hæc autem ætas (ſecundum Iuriſconſultos) eſt uſque ad pubertatem: id eſt, uſque ad decimumquartum annum. Nam inde uſque ad vigeſimum quintum dantur curatores, qui etiam furioſis, & mente captis dari ſolẽt. ¶ Eſt igitur Tutor, pupilli defenſor. Liv. 1. ab Vrbe: Poſtremò tutor etiam liberis regis teſtamento inſtitueretur. Cic. de Orat. Q. Sergius Galba populum Romanum tutorem inſtituere ſe dixit filiorum ſuorum orbitati. Idem de Claris orat. Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus. ¶ Tutor finium: id eſt, defenſor. φύλαξ. Horat. Epod. 2: Et te pater Sylvane tutor finium. ¶ Tutor rem pupilli emere non poteſt, idemq; porrigendum ad ſimilia: id eſt, curatores, procuratores, & qui negotia aliena gerunt. l. ſi in emptione. §. ſi emptio. ff. de contr. empt.

Tūtōrĭus, a, um, Quod ad tutorem pertinet. φυλακικός, ut Autoritas tutoria.

Tūtēlă, læ, f. p. quid ſit docet Paulus Iuriſconſul. ff. de Tut. Tutela, *inquit*, eſt jus ac poteſtas in capite libro, cõſtituta ad tuẽdum eum, qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa: ex qua ipſi tutores nomen acceperunt, quaſi tuitores, atque defenſores: ſicut Aeditui, qui ædis tuẽtur. [מָגֵן *maghén.* ἐπίτροπή. Gall. *Tutelle, defenſe.* Ital. *Difenſione.* Ger. Beſchirmung/ bevogtung/ des Vogts ampt vnd ſorg. Belg. Een vormemberinghe. Hiſ. *Defenſion, tutela ũel menor de edad.* Pol. *Obrona, Opieka.* Vng. *Otalmazas gonduiſeles.* Ang. *Defence. preſeruing, wardſhip.*] Cic. de Orat. Filius ejus parvus, qui tibi in tutelam eſt traditus. ¶ Accipitur item latiùs Tutelæ nomen, pro quavis protectione. φυλακή. Cic. 3. de Finib. Atque etiam Iovem, quum optimum & Maximum dicimus, quumq; eundem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem: hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela. Horatius 1. Epiſt. 1: rerum tutela mearum Quum ſic, *&c.*

Tūtēlārĭs, re, om. t. Quod quippiam in ſua habet tutela: [φυλακικός. Gall. *De tutelle & defenſe.* Ital. *Di tutela & defenſione.* Germ. Das der bevogtung oder beſchirmung eſt Hiſp. *Di tũtela y defenſion.* Pol. *Opieke wmoci maiaci.* Vng. *Otalmozo gonduiſelõ.* Ang. *Perteyning to the cuſtodie of a warde.*] ut, Dii tutelares: id eſt, urbium præſides, in quorum tutela illæ eſſe putabantur. Hi autem in oppugnationibus urbium certo carminis genere ſolent evocari, ne cum ipſis etiam diis bellum ſuſceptum videretur. Tutelaris prætor, cujus officium erat pupillis tutores attribuere. Hunc autem omnium primus M. Antonius imperator conſtituiſſe exiſtimatur, ut in vita ejus narrat Capitolinus.

Tūtēlārĭŭs,

Tūtēlārĭŭs, m. ſ. Aedituus, qui ædes ſacras, aut publicas ſuo periculo tuetur. [ἱεροφύλαξ. Gall. *Sacreſtain, garde de tẽple, marguillier.* Ital. *Sacreſtano guardiano di chieſa.* Ger. Ein kirchenhüter/ dem der ſchirm vber ein gemeine behauſung befohlen iſt. Hiſ. *El ſacriſtan ò guardador del templo.* Pol. *Stroż, opiekun koſcielńi.* Vn. *Egyhazfiu, eghaz őrző.* Ang. *A churchewarden.*] Plin. lib. 34. c. 7: Aetas noſtra vidit in Capitolio, priuſquàm id noviſſimè cõflagraret, à Vitellianis incẽſum, in cella Iunonis canẽm ex ære vulnus ſuum lambentem: cujus eximium miraculum, & indiſcreta veriſimilitudo, non ex eo ſolùm intelligitur, quòd ibi dicatus fuerat, verùm & nova ſatiſdatione: nam ſumma nulla videbatur par. Capito tutelarios cavere pro eo, inſtituti publici fuit.

Tūtāmēntum, ti, n. ſ. Defenſio. [מָגֵן *maghén.* ὑπέρλημμα. Gall. *Defenſe.* Ital. *Difenſione.* Germ. Ein ſchirm. Hiſp. *Difenſion.* Pol. *Obrona.* Vng *Otalmazas.* Ang. *Defence.*] Liv. 1. bell. Punici: Vt ea ſola ignibus aliquoties conjectis ab hoſte etiam tutamentum fuerit.

Tūtāmĕn, inis, n. t. idem. Vir. 5. Aeneid. Donat habere viro, decus & tutamen in armis.

Tūtō, adverbiũ, ſine periculo, impunè. [ἀσφαλῶς. Gal. *Seuremẽt, à ſeureté, ſans dãger.* Ita. *Securamente, ſenza pericolo.* Ger. Sicherlich/ ohn alle geferd. Belg. Veriẽt. Hiſp. *Seguramente, de peligro.* Pol. Bezpiecznie. Vng. *Batorſagoſſan, batron.* Ang. *Surelie, without danger.*] Plaut in Amphit. Patri ut liceret tutò illam amplexarier? Cic. 4. Verr. Quà vix tutò tranſire poſſe videamur.

Tūto, as, verbum antiquum, Protego, defendo. [בָּן *ghanán.* ἀσφαλίζω. Gal. *Defendre.* Ital. *Difendere.* Ger. Beſchirmẽ. Hiſ. *Defender.* Pol. *Bronie.* Vn. *Otalmazom* őrzöm. An. *To defend.*] Plaut. in Mercat. Invoco vos Lares Diales, ut me tutetis.

Tūtŭs, & Tuitio, Vide TVEOR.

Tŭgŭrĭum, rii, n. ſ. Caſa ruſtica ex leviore materia excitata, arundine aut ulva paluſtri tecta. [מְלוּנָה סֻכָּה *ſuchcháh. melunáh.* κλίθη. Gall. *Vne loge.* Ital. *Texotto, teza.* Germ. Ein nachgüttig bawrenhauß mit ſtrow gedeckt/ bawrenhütten. Hiſp. *Choca, cabanna, ò caſa pobre.* Pol. *Kucza.* Vng. *Galiba kunnyo.* Ang. *A cotage, a lodge.*] Dictum tugurium, quaſi tegurium, à tegendo, propterea quòd ruſticos ab æſtus tempeſtatumque injuria tegat. Virg. 1. Aeglog. Pauperis & tuguri congeſtum cespite culmẽ. Tuguri appellatione (ait Pompon. de Verb. ſignific. l. Tugurii) omne ædificium quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ cõvenit, quàm urbanis ædibus, ſignificatur. Propriè autem quæ ædificantur, ut nec parietes habeant, nec luto cruſtata ſint, ſed ſtramentis, vel arundinibus, alióve ſimili genere teguntur, tuguria appellant.

Tŭgŭrĭŏlum, cum accẽtu in antepenultima, Parvum tuguriũ. [καλύβιον, οἰκίδιον. Gall. *Logette.* Ital. *Picciola caſetta.* Germ. Ein bawrenhüttlin. Hiſp. *Pequenna, choca, cabanna ò pequenna caſa pobre.* Pol. *Kuczka.* Vng. *Galibatska kunnyotska.* An. *A litle cotage or lodge.*] Quod ſi anguſtius ſit, gurguſtium nominatur, à gurgulione verme.

Tŭlī, Modò attuli ſignificat. *Ἤνεγκα.* Terent. in Andr. Nam ſi illum objurges vitæ qui auxiliũ tulit, Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum. ¶Modò pertuli. Virg. 1. Aen. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus. ¶Modò ſuſtuli. Vide in Dictione FERO.

Tŭllĭŏs, Alii dixêre eſſe ſilanos, alii rivos, alii vehemẽtes projectiones ſanguinis arcuatim fluentis, quales ſunt Tiburi in Aniene. Ennius in Ajace: Ajax miſſo ſanguine tepido tullii efflantes evolant. Feſtus.

Tum, particula in oratione plerunq; ſubſequens poſt Cùm, ejuſdem ferè cum illo ſignificationis, niſi quòd tùm majus quiddã in ſe contineat, aut ſpecialius, Ἔ, μάλιστα δή. Nam ſi mẽbra ambo ejuſdem ſint põderis, magis utimur Tum geminato. Verùm de hoc abundè multa ſuprà diximus in particula Cum. ¶Tum autẽ ponitur pro Et, teſte Donato. Terent. in Evnuch. Vt illũ dii, deæq; ſeniũ perdãt, qui me hodie remoratus eſt: Meq; adeo, qui reſtiterim, tum autem qui illum non flocci fecerim. ¶Aliquando pro præterea, inquit Donatus. Cic. de Natur. deor. Is tùm fuſus ſublimè fertur, tùm autem concretus in nubes cogitur. ¶Tùm demum: id eſt, noviſſime. τότε δή, τέλος. Virgil. lib. 12: Tùm demum movet arma leo. ¶Ponitur aliquando pro tunc, tandem. Cic. 2. de Legib. Quæ non tùm denique orta eſt. Tùm demum incipit eſſe lex ſcripta, ſed tùm quum orta eſt. Tùm deniq; id eſt, tùm demum, vel ad extremum. Cicer. ad Quint. Frat. lib. 1: Atq; ille quidẽ princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Reſpublicas putavit, ſi aut docti aut ſapiẽtes homines eas regere cœpiſſent. ¶Tùm verò: id eſt, deinde, Cum non præcedente. ἔπειτα. Cic. de Orat. Ex his enim & dignitatem maximè expetendã videmus: tum verò & juſtus, ac honeſtus labor honore, præmiis, ſplendore decoratur.

Tŭmbă, æ, f. p. [קֶבֶר *kéber* קְבוּרָה *keburáh.* τύμβος. Gall. *Tombe, ſepulture.* Ital. *Tomba.* Ger. Ein hütte vnder der erden/ ein grub. Hiſ. *La tumba ò ſepultura.* Pol. *Iama podziemna, grob.* Vng. *wreg hely, barlang, temetõhelifer.* Ang. *A tombe, ſepulchre or graue.*] Locus

concavus ſub terra. Vnde & pro ſepulchro poni conſuevit: πυρὸς ὁ τύφος ἐκεῖ τὸ νέκρου σῶμα, τοντέστι καῦσος: hoc eſt, ab eo quod corpus mortui ibi uratur.

Tŭmĕo, mes, mui, n. ſ. Inflor, protubero, turgeo, in tumore ſum. [בָּבָה *tſabáh* גָּאָה *ghaáh.* οἰδέω, ὀγκόω. Gal. *S'enfler, ou eſtre enflé.* Ita. *Eſſer ſgõfio.* Ger. Bläſtig ſeyn/ geſchwollẽ ſeyn. Belg. Geweten. Hiſ. *Hincharſe.* Pol. *Nadal'em ſie.* Vng. *Föl dagadok.* Ang. *To ſwell, to be puffed vp with pride or anger.*] Plaut. in Perſ. Quid hoc quod in collo tibi tumet? Virg. 2. Georg. Vere tument terrę & gentilia ſemina poſcunt. Ovid. 3. Metamorph. Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno. Tibul. lib. 1. Eleg. 8: Et tua jã fletu lumina feſſa tument. ¶Ponitur aliquãdo pro ſuperbire, quoniam inflari quodammodo ſuperbientium animi videntur. [גָּאָה *ghaáh* גְּבָה *ghabáh.* ὀγκῶδες.] Plin. lib. 7. cap. 7: Tu qui te Deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti tamen perire potuiſti. Cicer. 3. Tuſcul. Sapientis autem ànimus ſemper vacat vitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet. Hor. 1. Epiſt. 1: Laudis amore tumes. ¶Tumẽt negotia, dixit Cic. ad Attic. lib. 14: id eſt, ſeditiones erumpunt, & bella, ut ait interpres.

Tŭmĕſco, is, n. t. Tumidus fio, Turgeſco. [בָּבָה *tſabáh* גָּאָה *ghaáh.* ὀγκώδης γίνομαι. Gal. *S'enfler.* Ita. *Gonfiarſi.* Ger. Geſchwellẽ. Hiſp. *Hincharſe.* Pol. *Nadimamſie.* Vng. *Föl dugadok.* Ang. *To waxe prowde, to beginne, to ſwell.*] Virg. li. 1. Georg. Continuò vẽtis ſurgentibus aut freta põti Inciplunt agitata tumeſcere. Idẽ 1. Georgic. maria alta tumeſcũt. ¶Hinc cõtumeſco, extumeſco, & intumeſco: quorum ſignificatio ſuprà eſt explicata.

Tŭmĕfăcĭo, facis, act. t. Tumidũ facio. [הִבְבָּה *hitsbáh* οἰδαίνω ποιέω, ἐξογκόω. Gal. *Enfler.* Ital. *Sgonfiare.* Germ. Geſchwollen oder auffgeblaſen machen. Hiſp. *Hinchar.* Pol. *Nadeto czinie.* Vng. *Föl dagaztom, dagatta teżõm.* An. *To make to ſwell.*] Cic. 1. de Divin. Quum ſit immoderato tumefacta potu, atque paſtu. Martial. lib. 4: Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes. Ovid. 15. Metamorph. Extentam tumefecit humum.

Tŭmĭdŭs, a, um, Inflatus. [בָּבֵה *tſabéh.* ὀγκώδης. Gall. *Enflé, eſleué.* Ital. *Gonfiato.* Ger. Geſchwollen/ auffgeblaſen. Belg. Geſwollen. Hiſp. *Hinchado.* Pol. *Nadeti.* Vng. *Dagat fel fut.* Ang. *Swelled, proude.*] Cic. 3. Tuſc. Num aliquod quodpiam mẽbrum tumidum ac turgidum non vitioſè ſe habet? Virgil. lib. 3. Aeneid. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor. ¶Per tranſlationem accipitur pro ſuperbo. Ovid. 8. Metamorph. Ergo impunè feret, vivusq; & victor, & ipſo Succeſſu tumidus, regnũ Calydonis habebit.

Tŭmŏr, ris, m. t. Inflatio. [שְׂאֵת *ſéeth.* גָּאוֹן *ghaón.* οἴδημα, ὄγκος. Gal. *Enflure.* Ita. *Sgonfiatura.* Ger. Geſchwulſt/ auffblaſung. Belg. Een geſwel. Hiſp. *Hinchaſon.* Pol. *Nadeczie.* Vng *Dagadas.* An. *A ſwelling.*] Cic. 3. Tuſc. Nũ manus affecta rectè eſt, quum in tumore eſt? Idem 4. Tuſc. Citiusque repentinus oculorum tumor ſanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Celſus lib. 5. cap. 28: Ea ſic temperanda eſt, ut & manu contingenti jucũda ſit: uſque eò adhibenda, donec aliquid ex tumore minuiſſe, colorémve ulceri magis naturalem reddidiſſe videatur. ¶Per tranſlationem ponitur pro ira. Cic. 3. Tuſ. Quum tumor animi reſediſſet. Idem ad Attic. lib. 14: tumorem rerum, pro commotione dixit, & perturbatione.

Tŭmŭlo, Vide TVMVLVS.

Tŭmŭltŭs, us, ui, m. q. Metus, vel trepidatio, quaſi timor multus. [מְהוּמָה *mehumáh.* θόρυβος. Gal. *Trouble, mutinerie, eſmeute, bruit.* Ital. *Romore, tumulto, ſeditione.* Ger. Ein empörung ſo jederman erſchrocken iſt/ auffrur. Belg. Een oproer. Hiſp. *Bullicio ò alboroto.* Pol. *Rożruch.* Vng. *Tſata pate vizzá vonyas.* Ang. *A tumult, vprore.*] Proprieq; dicebatur bellum aliquod ſubitum, quod ob periculi magnitudinem, hoſtiumque vicinitatem magnam urbi trepidationem incutiebat. Cic. 8. Philip. Quid aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tãta, ut major timor oriatur? Vnde & nomen ductũ tumultus, quaſi timor multus. Itaque majores noſtri, tumultũ Italicum, quòd erat domeſticus, tumultum Gallicũ, quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullũ tumultum nominarãt. Livius 8. ab Vrbe: Nondũ perfunctos cura Privernatis belli, tumultus Gallici fama atrox invaſit, haud ferè unquam neglecta patribus. Cicer. 5. Philip. Rem adminiſtrandam arbitror, ſine ulla mora, & confeſtim gerendam cenſeo, tumultum decerni juſticium indici, ſaga ſumi dico oportere, delectũ haberi ſublatis vacationibus in Vrbe & in Italia. Hiſce verbis Cicero omnia tumultus ſigna expreſſit: quibus apparet omnia in tumultu præpoſterè adminiſtrari publicè privatimq; ſolita, quum bellũ urgens, & quaſi muris imminens ſolennes actus non amittit. Inde factum, ut tumultuarium pro prępropero, & ſubitario, ac rapidè facto, aut quæſito accipiatur. ¶Ponitur aliquando tumultus pro omni motu, trepidatione, ſeu perturbatione. Cæſ. 1. bell. Civil. Cõclamant legiones tertiædecimæ, quæ aderat, milites (hanc enim initio tumultus evocaverat, reliquæ nondum convenerant) ſeſe paratos eſſe Imperatoris ſui, Tribunorumq; plebis injurias defendere. Plautus in Milite: Nunc in tumultum

ibo, intus clamorem audio. Virg. lib. 1. Georg. -ille etiam cæcos instare tumultus Sæpè monet. Idem 2. Aeneid. Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. Terent. And Nihil ornati, nihil tumulti. Tumulti in genitivo, pro tumultus, more antiquo.

Tŭmŭltŭōsŭs, a, um, Qui turbas excitare solitus est, turbulentus. [הוֹמֶה *homéh.* ϑορυβώδης. Gall. *Tumultueux, mutineux, mutin.* It. *Strepitoso, turbatore della pace.* Ger. Auffrürisch. Bel. Opruetich. Hisp. *Lleno de bullicios.* Pol. *Nieſpokoiny, ten ktory rad czyni rozruch.* Vng. *Tsatè pates vizzauónyo.* Ang. *That raiseth tumultes.*] Liv. 4. ab Vrbe: In otio tumultuosi, in bello segnes. ¶ Tumultuosus item dicitur plenus tumultu. Cicer. 1. de Divin. Ex seditiosa & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. Liv. 2. ab Vrbe: Latini equites cum tumultuoso advolant nuntio; Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnandam venire. Horat. 3. Carm. Ode 1: Desiderantem quod satis est, neque tumultuosum solicitat mare.

Tŭmŭltŭōsĭssĭmŭs, superlat. [Vngar. *Igën hasartos, vizza vonyo, tsate pate zörzö, haborito.*] Seneca de consolatione, ad matrem. cap. 6: Atqui futuro se bello ante bellum paraverunt, compositi & adaptati primùm, qui tumultuosissimus est, rectũ facilè excipiunt.

Tŭmŭltŭōsē, adverbium, Cum tumultu, turbulentè. [ϑορυβωδῶς. Gal. *Tumultueusement, auec trouble & mutinerie.* Ital. *Con tumulto con romore & strepito.* Germ. Auffrürischen/ mit vngestümem geschrey vnnd getummel. Hisp. *Con bullicio ò alboroto.* Pol. *Zroz ruchiem.* Vngar. *Tsate patenal vizzauomassal, fŏl haborottul.* Ang. *With tumultes and vprores.*] Liv. 2. ab Vrbe: Adeò tumultuosè excepta est clamoribus undiq; & indignatione patrum. Cæs. 7. bell. Gall. Cæsar mittit complures equitum turmas eo die media nocte: iis imperat ut paulò tumultuosiùs omnibus in locis pervagarentur. Hinc Tumultuosissimè. Cic. in Verrem: Quàm tumultuosissimè aliquem adoriri.

Tŭmŭltŭo, tuas, n. p. In perturbatione sum. [הָמָה רָגַשׁ *hamáh raghásch.* ϑορυβῶμαι. Gall. *Tumultuer, faire bruit & tumulte.* Ital. *Esser in trauaglio.* Germ. Vnrůwig oder auffrürisch seyn. Belg. Bewert zyn/ oproer maken. Hisp. *Alborotarse.* Polon. *Rozruch czynie.* Vng. *Fŏl habörodom.* Ang. *To make a tumult or vprore.*] Plaut. Rud. Vt mihi istud dicas, negotii quid sit, quod tumultues.

Tŭmŭltŭŏr, aris, deponens; p. Turbas facio; inquietus sum. Plaut. in Pœn. Atque interfectis hostibus non decet tumultuari. Terent. Hecyr. Nescio quid jamdudum hîc audio tumultuari, misera Malè metuo. Cic. 1. Offic. Fortis verò animi & constantis est non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur: sed præsenti animo uti & consilio, nec à ratione discedere. Cæsar 7. bell. Gall. Vno ferè tempore sub lucem hostibus nuntiatur, in castris Romanorũ præter consuetudinem tumultuari, & magnum ire agmen adverso flumine.

Tŭmŭltŭātĭo, onis, verbale, f. t. [תְּהוּמָה *mehumáh.* ϑορύβημα. Gall. *Tumulte, sedition.* It. *Tumulto, seditione.* Ger Ein gewůl/ auffrauff. Hisp. *El bollicio ò el alboroto.* Pol. *Rozruch, burzka.* Vng. *Tsate pate fŏl haborodas.* An. *Tumulte, vprore.*] Liv. 8. bell Maced. Hæc tumultuatio regem cupientem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare primos, & eadem, qua venerat via, referre cœpit signa.

Tŭmŭltŭārĭŭs, a, um, Quod sine præmeditatione factum est. [παραυτόν, αὐτοσχέδιος. Gall. *Fait en trouble, faict à la haste.* Ital. *Fatto con fretta, ò tomolto.* Germ Das in einem gewůl oder eyl geschicht: Hisp. *Hecho con alboroto.* Pol. *Na prętce wzamieszaniu vczynione.* Vngar. *Hirtele nebe valo zur zavaros.* Ang. *That is done in hast, with feare and without aduisement.*] Vnde Tumultuaria oratio dicitur: Quicquid properatum & subitarium, aut rapidè factum, quęsitúmve est. Tumultuarium dicitur, ut ait Budęus: ut, Tumultuarius miles. Liv. 5. bell. Macedon. Mens ea Senatui fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur. ¶ Tumultuarius dux, qui pro tumultu eligitur. Tumultuarium opus, in promptu, & raptim factum. Tumultuarius exercitus dicitur, qui quasi tumultu quodam præparatus est: id est, raptim, & festinanter conscriptus. Liv. lib. 3: Quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto ægrè ad undecimum lapidem occursum est.

Tŭmŭltŭārĭŏ, adverbium. [ἐν τῷ παραυτόν. Gall. *Auec trouble & mutinerie.* Ital. *Con strepito & tumulto.* Germ. Entendts oder in einem gewůl. Hisp. *Con bollicio y alboroto.* Pol. *Na prętce; wzamieszaniu.* Vng. *Tsate patenal zur zavarul.* Ang. *With trouble or vprore.*] Apuleius: Et ex more calida tumultuariò lavacro nostro præparato.

Tŭmŭlŭs, li, m. f. Colliculus, locus è terra nonnihil eminens. [תֵּל *tel*] γήφαλ. λόφος, βῶλος. Gall. *Tombeau, sepulcre, tertre.* Ital. *Mucchio, sepolcro.* Ger Ein bůhel oder hůbel. Belg. Een aerdthoop. Hisp. *Sepultura, cerro ò collado.* Pol. *Pagorek.* Vng. *Domb, temetŏ domb.* Ang. *A heape of earth, a graue.*] Virgil. lib. 2. Aen. Est urbe egressus tumulus. Cæs. 1. bell. Gall. Planities erat magna; & in ea tumulus terreus satis grandis. Cicer. antequam iret in exilium: Dii deæque immortales, qui excellenti tumulo civitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam. Virgil. 5. Aen. -socios in cœtum littore ab omni Advocat Aeneas, tumuliq; ex aggere fatur. Ovid. 15. Metam. Est prope Pittheam tumulus Trœzena, sine ullis Arduus arboribus, quondam planissima campi Area, nunc tumulus, &c. ¶ Aliquãdo accipitur pro sepulcro, quòd ubi aliquis sepelitur, ibi terra eminere soleat. [קֶבֶר *kéber.* τάφος.] Virgil. lib. 3. Aen. O fœlix una ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori. Cic. 3. Tusc. ex Homero: Quò magis est æquũ tumulis mandare peremptos Firmo animo, & luctũ lacrymis finire diurnis. ¶ Tumulus honorarius: hoc est, vacuũ sepulcrũ, quod in mari submersis, iisque quorum corpora haberi non poterant, erigi solet. κενοτάφιον. Suet. in Claudio: Cæterùm exercitus ei honorarium tumulum excitavit, circa quem, &c.

Tŭmŭlōsŭs, a, um, adjectivum, Quod est tumulis plenũ. [βωλώδης. Gall. *Bossu, plein de petis tertres.* Ital. *Pieno di picciole eleuature.* Ger. Hübelichtig/ reinechtig. Hisp. *Cosa llena de cerros.* Polon. *Pagorkow pel'ni.* Vngar. *Dombos, temetesŏs.* Ang. *Full of heapes of earth.*] Salust. in Iugurth. Ante lucis adventum pervenit in locum tumulosum, à Capsa non amplius duûm millium intervallo.

Tŭmŭlo, as, act. p. Sepelio, in tumulo condo. [קָבַר *kabár.* θάπτω. Gal. *Ensepulturer, mettre dans le tombeau.* Ital. *Sepelire, sotterrare.* Germ. Begraben. Belg. Begraven. Hisp. *Sepultar ò enterrar.* Pol *Pogiersebam.* Vng. *El temetŏm.* Ang. *To mak holow, to burie.*] Mart. lib. 11: Aeolidum Canace jacet hoc tumulata sepulcro Victima, cui parvæ septima venit hyems. Ovid. 8. Metamorph. -ne conjugis unquam Busta meæ videam, neu sim tumulandus ab illa. Catul. Argon. Nec injecta tumulabor mortua terra. ¶ Vnde & Attumulo, quod est terram aggero, & quasi tumulum juxtà facio. Plin. lib. 19: Dem si terram fugientes cauliculos seces, à terraque proceritate luxuriosa attollentes se exaggerando, aliam attumules.

Tūnc, adverbium temporis, Eo tempore: & de omnibus temporibus dicitur. [אָז *az.* τότε, τηνικαῦτα. Gall. *Lors, alors, adonc.* Ital. *All' hora.* Ger. Dazumal. Belg Dan. Hisp. *En aquel tiempo.* Polon. Wtenczas. Vngar. Akkor. Ang. *Then.*] De præterito. Virgil. Tunc decuit, quum sceptra dabas. De præsenti. Plaut. Tunc ad eam accede, quum potes. De futuro. Idem: Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit. ¶ Additur quandoque genitivus temporis: ut apud Iustinum: Tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro. ¶ Tunc demum, idẽ quod tum demum. Plin. lib. 11. cap. 14: Tunc demum labra utraque morsu apprehendentes.

Tūndo, tundis, tutudi, tunsum, act. t. secundum Priscianum; licet ejus composita ipsum n nõ habeant, ut Obtundo, obtudi, obtusum: Comminuo, tero, cædo, pulso, verbero. [כָּתַשׁ *chittésch* כָּתַת *chiatáth* הָדַק *hedhák.* κόπτω, ἀλοάω, ἀράσσω. Gall. *Frapper, coigner, broyer, piler.* Ital. *Pestare, polverizare, sbattere.* Ger. *Knutschen/ stampffen/ stossen* Belg. Ontstucken stoote. Hisp. *Tundir, ò herer.* Pol. *Tłuke, bye.* Vngar. Wtŏm, verŏm. Angl. *To knocke, thumpe or beat.*] Virg. lib. 4. Georg. Profuit & tunsum gallæ admiscere saporem. Plin. lib. 31: Tusum sine n posuit: Hæc tusa, cribrataque vino quantum possit excellenti. Diomedes putat habere duplex præteritum, & duplex supinum, scilicet tutudi, tusum, & tunsi, tunsum. Plaut. in Asin. Sed quid hoc quòd picus ulmum tundit? Col. lib. 2. cap. 11: Ipsæ autem spicæ meliùs fustibus tunduntur. Et lib. 6. cap. 7: Quibus in unum tunsis. Cic. 7. Verr. Quum ille nihilominus jacenti latera tunderet, ut aliquando spondere se diceret. Ovid. 1. de Arte: Iamq; iterum tundens mollissima pectora palmis. ¶ Refertur interdum ad verba, & significat sæpiùs idẽ repetere. Terent. in Hecyr. Tundendo atq; odio effecit senex. Id est, sæpè dicendo, sive iterãdo. Et est translatio sumpta à malleo fabrorum sæpè percutiente. Tundere aures. Plaut. in Pœnul. Pergin' aures tundere? id est, obtundere sæpè idem repetendo. ¶ Tundere eandem incudem assiduè, proverbialiter dicitur pro eo, quod est indefatigabili assiduitate in operis alicujus studio perseverare. Vide Chiliadas Erasmi. ¶ Hujus composita sunt, Contundo, extundo, obtundo, pertundo, protundo, & retundo: quorum significata explicantur suis locis.

Tūnĭcă, æ, f. p. Vestis erat apud Romanos interior, & sine manicis, cui toga superinduebatur, à tuendo corpore dicta, auctore Varrone: vel ab induendo, ut induca. [כֻּתֹּנֶת *chethóneth.* χίτων. Gall. *Vn saye.* Ital. *Tonica, toneca.* Ger. Ein vnderrock ohn ermel. Hisp. *Sayo sin mangas.* Pol. *Spodnia sukinia.* Vng. *Dolmany; subicza, tsoha.* Ang. *A coate; a iacket or ierken.*] Virg. 9. Aen. Et tunicæ manicas, & habere redimicula mitræ. Hoc autem dicit, ut barbarum & peregrinum morẽ inducat, nõ Romanũ, quum apud Romanos sine manicis tunicæ gestarẽtur. Plaut. Manuleatam tunicam habere hominẽ decet. Cic. 5. Tusc. Atq; is quũ pila ludere vellet (studiosè enim id faciebat) tunicamq; ponere-

poneret,adoleſcentulo quem amabat,tradidiſſe gladium dicitur. Mulieres quoq; olim tunicis utebantur, ſed oblongis, & talcaribus, quæ ima etiam crura tegerent. Plin.Epiſt.lib.2: Aurelia ornata fœmina ſignatura teſtamentum, ſumpſerat pulcherrimas tunicas. Martial.in Lesbiam: De cathedra quoties ſurgis,jam ſæpè notavit, Pædicant miſeram Lesbia te tunicæ. ¶ Tunica item omnium intima dicebatur, qua hodie linea utimur. Ovid.2.Amor -qualem vidi tetigiq; puellam, Sic etiam tunica tangitur illa ſua. Idem 3.Amor. Illic nec tunicam tibi ſit poſuiſſe pudori. Et alibi: Pugnabat tunica ſe tamen illa tegi. ¶ Vtebantur & tunica quæ media dici poteſt, cujuſmodi eſt ferè tunica lanea, rubra, albáve, qua brumali tempore utimur. ¶ Erat & alia tunica, quæ his ſuperinduebatur: à Gallis vocabuli Græci veſtigia retinẽtibus, *Hocqueton* appellatur, quaſi ὀχετὸν. Neq; verò id cuipiam mirũ videri debet, Gallicæ vocis etymon ex lingua Græca peti: ſiquidem olim Druidæ Gallorum ſacerdotes in publicis, privatisq; rationibus Græcis literis utebantur, ut legimus in ſexto Commentariorum Cæſaris. Hæc ferè ex Bayfio. ¶ Tunica moleſta, genus erat ſupplicii: ea ignium alimentis illita & intexta, ut Seneca docet, ac mox ſuccenſa, cruciabiliter obvolutos nocentes, qui ſceleris convicti gravioris forent, amburebat. Vide Cælium Rhod.antiq.lect.lib. 10. cap.5. ¶ Tunicæ oculorũ, ſunt membranę quibus oculi ſunt compoſiti. Plin.lib. 11.cap.37: Tenuibus multisq́ue membranis oculos natura compoſuit, callo-ſis contra frigora caloresq́ue in extremo tunicis. ¶ Arborum quoque & fruticum membranas, Tunicas appellamus. Plin. lib. 12.cap. 19: Probatur caſia brevi tunicarum fiſtula, & non fragili.

Tŭnĭco,tunicas,pen corr.act p. Tunicam induo,veſtio. [לבש *labáſch.χιτωνίζω.* Gall. *Veſtir & couurir d' vn ſaye.* Ital. *Veſtire vna tunica.* Germ Ein vnderrock oder teibrock anlegen. Hiſp. *Veſtir tal ſayo.* Pol. *Wſukuie obl'oczam.* Vn. *Tſohaban öltözöm.* Ang. *To put on a iacket or coate.*] Varr. λοιμαχία, ut citat Nonius: Hæc lanigeras detonderi docuit tunicarecq; homulum.

Tŭnĭcātŭs,a,um, Qui ſola indutus eſt tunica: hoc eſt, qui nullã tunicæ ſuperinduit togam: cui opponitur Togatus. [ποδοχίτων, χιτωνοφόρος. Gal. *Veſtu d' vn ſaye.* Ital. *Veſtito di tonica.* Ger. Der ein vnderrock anhat. Hiſp. *Veſtido de tal ſayo.* Pol. *Wſpodnia ſu'knie obliecżoni.* Vng. *Subiczas, dolmanyos.* Ang. *Cladde with a coate.*] Plaut. Pœnul. Noviſtin' tu illune tunicatum hominem qui ſiet? Iuven. Satyr. 3: -tunicati fuſcina Gracchi. Eſt autem Tunicatus, non participium, ſed nomen adjectivum, à tunica deductum ea forma, qua à caligis caligatum dicimus, & à calceis calceatum.

Tŭĕŏr,tueris,pen.corr.dep. Video: à quo deducuntur compoſita, Contuor, intuor, & obtuor. [הביט *hibbít* ὀπλομαι. Gall. *Regarder, voir.* Ital. *Guardare.* Ger. Sehen/ſugẽ. Hiſp. *Mirar.* Pol. *Widżę, patrżę.* Vng. *Latom nizöm.* Ang. *To ſee, to behold.*] Plaut. Aſin. At hercle ipſum adeò contuor: quaſſanti capite incedit. Et iterum: Nam ego illud argentũ tàm paratũ filio ſcio, quàm me hunc Scipionem contui. Idem Moſtell. -profectò nullam equidem illic cornicem intuor. P. At tu iſtac ad nos obtuere, quoniam cornicem aequis Cõſpicari: ſi vulturios fortè duos poſſis contui. Hodię tamen Tuor cum compoſitis rarò eſt in uſu: eorumq; loco magis recepta ſunt tueor, contueor, & intueor: ut latiùs docuimus ſuprà in verbo TVEOR.

Turarĭus,rii, m. ſ. Is dicitur qui tus parat & vendit: quod ex Cornuto in Perſiũ intelligit, quũ ſcribit: Bona carmina nullũ periculum habent apud ſalſamẽtarios & turarios, ideò quòd chartę, in quibus vilia carmina ſcribuntur, quaſi non neceſſaria, aut ad tus inciduntur involvendum, aut ſalſamentum.

Turbă,æ, f. p. Multitudo, ſeditio, vis, tumultus, perturbatio. [המון *hamón.* τύρβη, πάροχλος. Gall. *Rumeur, trouble, bruit.* Ital. *Turba, turbamento, romore.* Ger. Ein vnruh/ da viel mit einander haderen vnd baigen/ ein getümmel. Belg. Een getier. Hiſp. *Turba, turbamiento.* Pol. *Zamieſżanie miedżi ludem.* Vng. *Sereg vizżauonias, tſatepate zurzauar.* Ang. *A multitude or throng of people, trouble, ruffling, debate.*]. Vlp. Vi boni. Rap. & de turba l. Prætor ait: Turbam appellatam eſſe Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam commiſerint, utiq; nõ accipimus in turba id factum, quia duo turba non propriè dicuntur. Si verò fuerint decem aut quindecim homines, turba dicetur. Sed quia multitudo ferè non vacat perturbatione, factum eſt ut perturbationẽ appellemus turbam. Eſt igitur turba, & multitudo, & in multitudine perturbatio. Cic. Cæcinnæ: Exponerem etiam quemadmodum hîc, & quanta in turba, quantaq; in confuſione rerum omniũ viveremus. Terent. in Andr. Dii veſtram fidem, quid turbæ eſt apud forum? Cicer 6. Verrin. Ecce autem nova turba atq; rixa. ¶ Turba, pro multitudine. [המון *hamón.* ὄχλος, τὸ πλῆθος. Gall. *Troupe & multitude de gens.* Ital. *Concorſo di gente vile.* Ger. Ein menge/ ſchar/ geſchwirm. Hiſp. *Muchodumbre de hombres.* Pol. *Wielkoſcż ludu', zaſtep.*] Cic. 2. Verr. Videt ad ipſum fornicem Fabianum in turba Verrem: appellat hominẽ, & ei voce maxi-

ma victoriam gratulatur. Idem 5. Tuſc. Quid erit in philoſophi gravitate, quàm in vulgi opinione, ſtultorumq́ue turba, quod dicatur aut gravius, aut grandius. Ovid. 1. Amor. Eleg. 7: Quę q́; tuos currus comitantũ turba ſequetur. ¶ Turbă prunorũ, pro variis generibus prunorũ, dixit Plin. lib. 15. cap. 13. &, Turbam vulnerũ, pro multitudine vulnerũ, lib. 11. cap. 37.

Tŭrbēllă, læ, diminut. f. p. Parva turba. [παροχλίδιον. Gall. *Petit, trouble, petit bruit.* Ital. *Piccĩola turba, picciol rumore.* German. Ein wenig vnrůwigs wäſen mit haderen vnd baigen. Hiſp. *Pequenna turba y turbamiento.* Polon. *Mał'e zamieſżanie.* Vn. *Seregetske.* Ang. *A litle trouble or ſturre.*] Plaut. in Pſeud.

Scis tu quidem hercle, mea ſi commovi ſacra,
Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare?

Tŭrbĭdŭs, a, um, Conturbatus, confuſus, non clarus, commotus. [חמר *chomér* בעכר *nehchár:* זעף *záhęph* הומה *homéh.* ὀχλερός. Gall. *Trouble, troublé.* Ital. *Contorbato, torbido.* Ger Betrůbet/ bewegt. Belg. Bevoert. Hiſp. *Turbio ò perturbado.* Pol. *Kalni, zamieſżani.* Vng. *Fől haborodot zauaros.* Angl. *Troublous, not cleare.*] Horat. 1. Carm Ode 3: Quj vidit mare turbidũ. Turbidus dies, procelloſus. Plin. lib. 11. cap. 10: Quin & excrementa operantium intus, ne longiùs recedant, unum congeſta in locũ, turbidis diebus, & operis otio egerunt. Turbidus homo, commotus, plenus perturbationis, terribilis. Virgil. 9. Aen. -huc turbidus atq; huc Luſtrat equo muros, aditumq́ue per avia quærit. Idem lib. 12: Tum ſic affatur regem atq; ita turbidus infit. Tacit. lib. 20: Mox C. Cæſar turbidus animi, &c. Turbida aqua: id eſt, turbata, & impura. Cicer. 5. Tuſc. Darius in fuga, quum aquam turbidam & cadaveribus inquinatam bibiſſet, negavit unquam ſe bibiſſe jucundius. Virg. 5. Aen. -ruit æthere toto Turbidus imber aqua, denſisque nigerrimus Auſtris. Turbidior, turbidiſſimus. Ovid. 1. Triſt. Eleg. 1: Pectora ſunt ipſo turbidiora mari. Actiones turbidiſſimæ, apud Quintil. lib. 1. cap. 10.

Tŭrbĭdē, adverb. Turbulentè, tumultuoſé. [ὀχλερῶς. Gall. *En trouble, auec trouble.* Ital. *Con turbidezza.* Ger. Mit betrůbung/ vnruwigkeit. Hiſp. *Turbia, y perturbadamente.* Polon. *Zamieſżanie.* Vng. *Fel haborottul, zauaroſon.* Ang. *Troublouſtie, with trouble.*] Cic. 4. Tuſc. Intelligatur igitur perturbationem jactantibus ſe opinionibus conſtanter & turbidè, in motu eſſe ſemper.

Tŭrbŭlēntŭs, a, um, Commotus, iratus, turbidus, contentione plenus. [חמר *chomér* בעכר *nehchár:* זעף *záhęph* הומה *homéh.* παροχλώδης, ὀχλώδης. Gall. *Troublé, eſmeu, plein de troubles, turbulent.* Ital *Torbolento, torbolato, tribolato.* Germ. Betrůbet/ bewegt/ entrüſtet. Belg Beroert. Hiſp. *Turbio ò perturbado.* Pol. *Swarliwi, poruſżoni, zamieſżani.* Vng *Fől haborodot zauaros.* Ang. *Troublous, full of trouble and ſedition.*] Plaut. in Epid. Tu ædepol re es turbulentus. Conciones turbulẽtæ. Cic. ad Att. lib. 4: Conciones turbulentæ Metelli, temerarię Appii, furioſiſſimę Publii. Tempeſtas turbulenta. Idẽ 7. Verr. Vt nullus unquã dies tàm magna, turbulentaq; tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore ſolem ejus diei homines viderent. Idem pro Sylla: In illa turbulentiſſima tempeſtate Reipub. mea ſponte deſpexerim: Turbulentus animus: id eſt, perturbatus. Liv. 2. ab Vrb. Turbulentior inde animus L. Valerio, T. Aemilio COSS.

Tūrbŭlēntē, adverb. Turbidè, tumultuoſé. [παροχωδῶς. Gall. *Auec trouble.* Ita. *Turbatamente.* Ger. Zorniger weiß/ mit entrüſtung/ oder betrůbung. Hiſp. *Turbia y perturbadamente.* Pol. *Zamieſżanie.* Vng. *Fől haborodottul zauaroſſan.* Angl. *Troublouſtie, with trouble and ruffling*] Cic pro Domo ſua: Omnia contra leges, moresq́ue majorũ temerè, turbulentè, per vim, per furorẽ eſſe geſta.

Tŭrbŭlēntĕr, aliud adverb. Turbidè, tumultuoſé Cicer. ad Cælium lib. 2: Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus.

Tūrbŭlēnto, turbulentas, Exagito, perturbo. [המם *hamám.* ἀλαοχωδίω Gall. *Troubler.* Ital. *Perturbare.* Ger. Betrůbt machen. Hiſp. *Turbar, perturbar.* Polon *Zamieszam.* Vng *Fől haborittom fől zauarom.* Ang. *To trouble, to mingle or confound.*] Apuleius: Mẽ ſtrepitu turbulentavit.

Tūrbo, as, act. p. Confundo, commoveo, perturbo, obturbo; turbas facio, miſceo. [עכר *hachár* הבהיל *hibhíl* בערפ *bihéth.* παροχλῶ, ὀχλέω, κυκάω, ταράζω. Gall. *Troubler, meſler, brouiller.* Ital. *Turbare.* Ger. Betrůben. Belg. Beroeren. Hiſp. *Turbar ò perturbar.* Pol. *Zamieſżanie czynie.* Vng. *Fel haboritom.* Ang. *To trouble, to mingle or confound.*] Plaut. in Capt. Adveniens turbavit totum cum carne carnarium: id eſt, commovit. Marr. lib. 2: Pectore te nolim, ſed nec turbare capillos. Cic. 1. de Nat. deor. Ariſtoteles quoq; in tertio de Philoſophia libro multa turbat, à magiſtro Platone uno diſſentiens. Idem pro Cluent. Mare quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur, atq; turbatur. Virg. 1. Aen. -ſed res animos incognita turbat. Idem 12. Aen. -& ſubita turbaret clade Latinos. ¶ Turbare abſolutè. Tacit. lib. 4: Quum repentè turbare fortuna cœpit. ¶ Turbatũ eſt, imperſonale. Terent. in Eunuch. Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi. ¶ Turbaſſit, pro turbaverit,

usurpatum ab antiquis. Cic. 3. de Legib. ex XII. Tab. Aſt qui turbaſſit in agēdo, fraus autoris eſto. ¶ Turbor paſſivum. Cic. ad Att. lib. 2: Prorſus ut ſcribis ita ſentio: turbatur Sampſiceranus. ¶ Hujus compoſita ſunt, Conturbo, deturbo, exturbo, diſturbo, interturbo, obturbo, & perturbo quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Turbātŭs, Cōmotus, perturbatus. [בעכר nehechár] מבהה mebohál. παραγμῶδης. Gal. *Troublé, eſmeu.* Ital. *Turbato ſmoſſo.* Ger. Betrübet. Hiſp. *Turbado, perturbado.* Polon. *Zamieſzani, poruſzoni.* Vngar. *Föl meg haboritatot.* Ang *Troubled, vexed.*] Cæſ. 2. bell Civ. Turbatus ex inopinato malo.

Tūrbātē, adverb. Turbulenter. [παραχωδῶς. Gall. *Auec trouble.* Ital. *Turbatamente.* German. Mit betrübter ordnung/vnordentlich. Hiſp. *Turbia y perturbadamente.* Pol. *Pomieſzanie, nieporządnie.* Vngar. *Föl haboradottul.* Angl. *With trouble.*] Cæſ. 1. bel. Civ. His de cauſis aguntur omnia raptim atq; turbatè.

Tūrbātŏr, oris, m. t. qui rem aliquam conturbat, perturbator. [עכר hochér. παραχυτής. Gall. *Troubleur, brouillon.* Ital. *Diſturbatore.* Ger. Ein betrüber. Hiſp. *Perturbador.* Pol. *Nieſpokoinik, rozruch czyniaci.* Vng. *Föl haborito.* Ang. *A troubler or vexer.*] Liv. 4. ab Vrb. Parum id videri, quod omnia divina humanaq; turbertur, jam ad conſulatum vulgi turbatores accingi. Idem lib. 2: Quum pacis ipſe autor à belli turbatoribus premeretur.

Tūrbāmēntum, ti, n. ſ. Turbatio. [בעכרת nehechéreth. παραχή, τάραχος. Gal. *Troublement, trouble.* Ital. *Turbamento.* Germ. Ein betrübung. Hiſp. *Turbamiento.* Pol *Rozruſzenie.* Vng. *Föl haboritas.* Ang. *Troubling or vexing.*] Tacit. lib. 17: Quæq; alia turbamenta vulgi. Saluſt. in oratione Lepidi ad Quirites: Maxima Reipublicæ turbamenta atq; exitia probare.

Turbaſ ĭs, τάραμα, lapis ſpumæ candidæ, nitentisq;, non tamen tranſlucentis. Alii ſtibium vocant.

Tūrbo, turbinis, m. t. Ventus validiſſimus, & vorticoſus, obvia quæq; deturbans, proſternens q;, ventus omnia turbans & involvens. [סער ſabár. τρόχιλος. Gall *Vn tourbillon de vent, vent impetueux.* Ital *Nembo di vento.* Ger. Ein windsbraut Hiſp. *Torneliño, viento remolinado.* Pol. *Powrot trze wychrowate.* Vngar. *Forgo zel.* Ang. *A whirle winde.*] Virg. 1. Aen. - venti velut agmine facto. Quā data porta ruunt, & terras turbine perflant. Cic. 3. de Orat. Vndique omnes venti erumpunt, ſævi exiſtunt turbines ¶ Turbo pacis per trāſlationem, pro turbatore & everſore. Idem pro Domo ſua: Tu procella patriæ, turbo ac tempeſtas pacis atq; otii. ¶ Eſt & turbo genus inſtrumenti luſoris, quod à pueris ſcutica in gyrum circumagitur. [τρόχιλος, τροχὸς βεμβίξ. Gall. *Vn ſabot, ou vne toupie.* Ital. *Trottolo, moſcolo, con che giuocano i fanciulli.* Germ. Ein topff. Hiſp. *El trompo ò peonca.* Pol. *Cząga.* Vn. *Tſiga.* Ang. *A toppe.*] Tibullus lib. 1. Eleg. 5: Namq; agor ut per plana citus ſola verbere turbo, Quem celer aſſueta verſat ab arte puer. Virgil. 7. Aen. Ceu quodam torto volitans ſub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent. Atq; in hāc ſignificatione eſt etiam nominativus Turben. Tibullus: Nanque agor ut per plena citus ſola verbere turben. Soſipater lib. 1. ¶ Ab hujus inſtrumenti ſimilitudine Turbo dicitur, quicquid è lato paulatim deſinit in acutum. [κῶνος. Gal. *Vne figure ronde qui va en pointe comme vn ſabot.* Ital. *Ogni coſa puntuta di ſotto & baſſa di ſopra.* Germ. Ein jedes ding das rund iſt vnnd ſich vnden auff allgemach in ein ſpitz zeucht. Hiſp. *Coſa en figura de trompo.* Polon. Wſzelyaka rzecz ſpiczata. Vngar. *Tſuczos, tornyos.* Ang. *A figure round and long lik a toppe.*] Cic. de Fato: Sed revertitur ad cylindrum, & ad turbinem ſuum: quæ moveri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. Plin. de aloë lib. 27. cap. 4: In turbinibus cadorū. Ovid. 1. Metam. - cava buccina ſumitur illi, Vortilis, in latum, quæ turbine creſcit ab imō.

Tūrbĭnĕus, a, um. [ὁ κῶνος ὁ τροχοειδὴς, κωνοειδὴς. Gall *Qui eſt rond comme vn ſabot, en facon de poire.* Ital. *Acuto, puntuto di ſotto come vn pero.* Ger Das wie ein topff vmbzwirbiet. Hiſpan. *Hecho en guiſa de trompa ò peonca:* Pol *Wichrowati kracaci ſie.* Vng. *Tſiga moggiara valo, forgozeles* Ang. *That is round lik a toppe.*] ut, Vortex turbineus. Ovid. 8. Metam. Multa quoque hic torrens nivibus de monte ſolutis; Corpora turbineo juvenilia vortice merſit.

Tūrbĭno, as, pen. cor. In turbinis figuram exacuo. [ἐπιτροχίζω, τρομβίζω. Gall. *Aguiſer, faire pointu.* Ital. *Aguzzare, apuntare.* Ger. Etwas runds vnd auſgeſpitzets machen wie ein topff. Hiſp. *Aguzar, hazer agudo* Pol. *Krecze wwirchoł ek.* Vng. *Tſiga formaira cormozo.* Ang. *To sharp and mak pointed.*]

Tūrbĭnātŭs, adject. Quod in turbinis figuram deſinit. [κωνοειδὴς. Gall. *Long & rond en forme de ſabot, en facon de poire.* Ital. *Acuto in punta, puntuto di ſotto cōme vn pero.* Ger. Das rund vñ allgemach auſgeſpitzet iſt Hiſp. *Hecho in manero de trompo ò pero.* Polon. Wſzyce ſzoſtrzoni. An. *Long & round lik a toppe.*] Plin. li. 37. cap. 4: Siquidē & colore tranſlucido nō differt, & laterū ſexangulo lęvore turbinatus in mucronē. Idem lib. 11. cap. 37: Cor homini infra lęvam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Idē lib. 15. cap. 15: Turbinatior pyris figura quam malis.

Tūrbĭnātĭo, onis, ſ. t. [ἡ τρίμβωσις. Gall. *Forme & figure en facon de ſabot ou toupie.* Ital. *Aguzzamento, & punta diſotto come vn pero* Ger. Die geſtalt ſo von der breite in ein ſpitz außgetrāyet iſt. Hiſpan. *Forma y figura en manera di trompo ò peonca.* Pol. *Zaſzpiczenie.* Vng. *Tſiga formaiara valo formozas.* Ang. *A forme or shap lik a toppe.*] Plin lib. 15. cap. 20: Aliis turbinatio pyri, aliis ovata ſpecies.

Turbўſtum, Medicamentum eſt, cogens ſorbere, & pro colore tinctūræ etiam ſumitur.

Tūrdŭs, m. ſ. Avis nota, & inter primas à ſaporis bonitatè collocata. [κίχλα. Gal. *Griue, tourd.* It. *Tordo.* Ger. Ein Krametsz vogel. Hiſpan. *Torzal, auue conocida.* Polon. *Drozd.* Vngar. *Hutos madar.* Ang. *A felde fare or trushe.*] Horat. lib. 1. Epiſt. 16. Nil melius turdo, vulva nil dulcius ampla. ¶ Eſt & Turdus nomē piſcis, quem & ipſum κίχλαν vocant Græci. Plin. lib. 32. cap. 11: Turdus inter ſaxatiles nobilis.

Tūrdā, ſum, Locus quo turdi aluntur ad ſaginā. κιχλοτροφεῖον.

Turĕŭs, turea, tureum, Vide TVS.

Turgĕo, ges, tūrſi, n. ſ. Tumeo, inflatus ſum. [גאה ghaáh גבה tſabah. ὀγκῶμαι. αἴδω. Gall. *S' enfler, ou eſtre enflé.* Ital. *Gonfiarſi.* German Barſzen von wölle/ſich blāyen. Hiſpan. *Hincharſe.* Polon. *Oddimam ſie.* Vngar. *Föl fudom.* Ang. *To ſwell, to be puffed vp with pride or anger.*] Virg. Aeglog. 7: - jām læto turgent in palmite gemmæ. Turgere alicui, eſt iraſci in aliquem, ſive cōmoveri. Plaut. in Caſ. Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Idem in Moſtel. Tota mihi turget uxor nunc domi, ſcio. Plin lib. 20. cap. 13: Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ. ¶ Compoſita ſunt, Deturgeo, & obturgeo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Tūrgĕſco, n. t. Turgidus fio, tumeſco. [גאה ghaáh גבה tſabáh. ὀγκῶμαι. Gall. *S' enfler.* Ital. *Gonfiarſi.* Ger. Barſzend werden/ſich auffblāyen. Hiſpan. *Hincharſe.* Polon. *Poczinam ſie oddimac.* Vngar. *Föl tualkodon.* Ang. *To begime to ſwell, to waxe proude.*] Perſius: Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat dare pondus idonea fumo. Cicer. 3. Tuſc. Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9: Objiciendum pullis diebus quindecim primis manè ſubjecto pulvere (ne roſtris noceat terrā dura) polentam miſtam cum naſturtii ſemine, & aqua aliquanto antè facta intrita: & ne tum deniq; in eorum corpore turgeſcat aqua, prohibendum. Ovid. 3 Amor. Eleg 9: Prima Ceres docuit turgeſcere ſemen in agris. Plin. lib 7 cap. 50: Novembri menſe, ut Martio pariant capræ turgeſcentibus virgultis.

Tūrgĭdŭs, a, um, Tumidus, inflatus. [גבה tſobéh. ὀγκώδης. Gall: *Enflé.* Ital. *Gonfio.* Germ Barſzend/auffgebtaſen/getrungen. Belg. Opgeblaſen. Hiſp. *Hinchado.* Pol. *Nadęti.* Vng. *Felfuako vot.* An. *Swelled, puffed vp.*] Plaut. in Milite: Cubare in navi lipp(a)m atq; oculis turgidis. Cic. 5. Tuſc. Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſè ſe habet? Horat. 3. Carm. Ode 13: - cras donaberis hœdo, Cui frons turgida cornibus.

Tūrgĭdŭlŭs, diminut. [ὁ σμικρὸν πεφυσημένος, ὀγκωδέστερος. Gall. *Vn peu enflé.* Ital. *Alquanto gonfio.* Ger. Etlicher maß auffgebtaſen oder getrungen. Hiſpan. *Vn poco hinchado.* Polon. *Troche nadęti.* Vngar. *Fel fualkodottetska.* Ang. *A litle fwollen or bollen.*] Catullus: Flendo turgiduli rubent ocelli.

Turĭbŭlum, Turifer, Turicremus; Vide TVS.

Tūrĭōnēs, m. t. Teneli arborum, fruticum aut herbarum cacumina. [τὰ τῶ κλάδου ἔσχατα. Gall. *Tendrillons du bout des branches d' arbres ou arbreaux.* Ital. *Teneri germoli d' albero.* Germ Die zarten tolderſchoß der bāwmen oder ſtauden / die oberſten köpfflin der treuteren. Hiſp. *Los renuenos del arbol.* Polon. *Wierchol'ki ml'ode vtiol' y udrzew.* Vng. *Fanar anagy fuuek nak gyenge hegyi.* Ang. *The tender croppes of trees or hearbes.*] Colum. lib. 12. cap. 48: Conciſis deinde pleno vaſe olivis, immitte defrutum uſque ad os, lauri turiones in hoc uſu mittito, ut olivas deprimant: poſt dies viginti utere.

Tūrmă, turmæ, f. p. Ordo militaris, trés equitum continens decurias, totidemque habens decuriones. [גדוד ghedhúdh. ἴλη. Gall. *Bande de gens d' armes.* Ital. *Compagnia de ſoldati.* Ger. Ein geſchwader Reuter. Hiſp. *Batalla de los de cauallo.* Polon. *Rota haſſiecz.* Vng. *Louag ſereg.* Ang. *A bande of men of warre.*] Romuli enim tempore quum tres tantùm eſſent tribus, Ramnēſium, Tatienſium, & Lucerū, ex ſingulis tribubus deni equites in turmam aſcribebantur; & ſinguli decuriones: à quo etiam numero Turmam dictam aſſerit Varro, quaſi terdenam. Cic. pro Marcel. Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Virgil. 5. Aeneid. Tres equitum numero turmæ ternique vagantur Ductores, pueri biſſeni quenque ſecuti. Horat. lib. 3. Carm. Ode 4: Divosque mortales q; turmas Imperio regit unus æquo.

Tūrmālēs, Dicti qui in turma ſunt eadem. Livius 5. ab Vrbe: T. Manlius Conſulis filius ſupra caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus evaſit.

Tūrmālĭs, turmale, adject. Quod ad turmam pertinet. Clav.

de bel. Gall. Excitet incestos tūrmalis buccina somnos. ¶ Aliquando idem quod equestris, ut Turmales statuæ, apud Ciceronem de Orat.

Tūrmatim, adverb. Per turmas [ἰλαδὸν Gal. *Par bandes.* Ital. *Per compagnie* Ger. Mit schaaren / hauffechtig. Hisp. *De batalla en batalla* Pol. *Wsyscy.* Vng. *Seregenkent.* Ang. *Band by band.*] Cæsar 8. bell. Gall. Turmatim in eum locum devenerunt. Liv. 5. ab Vrb. Mox ululatus, cantusq; dissonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

Tūrpis, & hoc turpe, om. t. Deformis, inhonestus, fœdus, distortus: est enim contrarium Pulchro. [שׁעֹן *schohár* מוּם *tamé* רע *rah* αἰσχρὸς, ἀπρεπὴς. Gall. *Laid, vilain, difforme, deshonneste.* Ital. *Sozzo, brutto. turpe, difforme.* German. Ungestalt/ schnöd/ häßlich Belg. *Leelick.* Hisp *Feo ò deshonesto.* Pol. *Szpetni.* Vng. *Rut.* Ang *Filthie, vnhonest.*] Terent. in Phorm Lacrymæ, vestitus turpis. Horat. 3. Carm Ode 27: Antè quàm turpis macies decentes Occupet malas. Ovid. 3. de Arte: Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus, Et sine fronde frutex, & sine crine caput Ovid. 1. Amor. Eleg. 13: Si mihi Tithono detenarrare liceret, Turpior in cœlo fœmina nulla foret. ¶ Transfertur etiam ad animum. Cicero pro Quintio: Multis vexatus contumelijs, plurimis jactatus injurijs, non turpis ad te, sed miser confugit. Terent. in Heaut. -pudet Dicere hac præsente verbum turpe. Ovid 1. Amor. Eleg. 9: Turpe senex miles, turpe senilis amor. Cic. 1. Offic. Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tùm senectuti fœdissima est. ¶ Interdum ponitur pro magno, ut annotavit Nonius. Virg. 3. Georg. -optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. Idem 4. Georgic. -& turpes pascit sub gurgite phocas. ¶ Item pro crudeli, ut non uno in loco apud Sallustium.

Tūrpĭ-ūlus, a, um, diminutivum, Subturpis. [ὑπαισχρὸς. Gall. *Assez vilain.* Ital *Alquanto sozzo* German. Ein wenig häßlich oder wüst. Hispan *Feo ynpoco.* Pol *Kes szpetny.* Vngar. *Rutaska.* Ang. *A litle filthie or vnhonest.*] Cicero 3. de Orat. locus in turpiculis, & quasi deformibus ponitur. ¶ Hinc fit compositum Subturpiculus. Idem Att lib. 4 Quid? etiam subturpicula mihi videbatur palinodia.

Tūrpĭfĭco, turpificas, act. p. fœdo, turpitudine afficio. [מוּם טבן *timmé* טבן *tinnéph* αἰσχύνω. Gall. *Souiller & vilener, enlaidir* Ital. *Far sozzo* Ger Verwüsten / wüst oder häßlich machen. Hisp *Hazer feo.* Pol. *Szpecze, szkaradze.* Vn. *Megrutitom.* Ang. *To make filthie, to defile.*] Cic. 3. Offic. Quanta illa depravatio, & fœditas turpificati animi videri debet.

Tūrpĭtūdo, turpitudinis, f. t. Deformitas. [מוּם רע *mum rah:* בּלָה שׁחרוּרִיה *balàh schaharurijàh.* αἶσχος, αἰσχρότης Gall. *Laideur, difformité, deshonnesteté, laideur.* Ital *Bruttezza, dishonestà.* German. Schandt häßligkeit/ vnerbarkeit. Hispan *Fealdad, ò deshonestidad.* Pol *Szpetnosc, niepoczciwosc.* Vng. *Rutsag.* Ang. *Villanie, deformitie, shame.*] Cicer. 2. de Finib. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ nisi honestatis natura plurimũ valeat, cur non cadant in sapientem non est facilè defendere. Quint. lib. 2. cap. 2: Carendum non solùm crimine turpitudinis, verùm etiam suspicione. Cic. 2. de Orat. Verborum turpitudinẽ, & rerum obscœnitatem vitare.

Tūrpĭtĕr, adverbium, Fœdè, inhonestè, indecorè. [αἰσχρῶς. Gall. *Vilainement, laidement, deshonnestement.* Ital. *Bruttamente, dishonestamente.* German. Schandtlichen/ häßlichen/ vnehrbarlich. Hispan *Fea, y deshonestamente.* Pol. *Szpetnie, szkaradzie.* Vng. *Rutul.* Ang. *Filthelie, villanouslie.*] Plautus in Mer. Quod in se olim admiserit turpiter. Cæs. 3 bell. Civil. Reliquos turpiter fugere coëgerunt. Cicero 3. Tusc. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Ovid. 5. Trist. Eleg. 7: Turpius ejicitur quàm non admittitur hospes.

Turpo, turpas, act. p. Fœdo, turpitudine afficio. [נוּם *timmé* טבן *tinnéph.* αἰσχύνω. Gall. *Souiller, vilener, enlaidir, barbouiller, fallir.* Ital. *Sporcare, lordare, macchiare.* Ger. Verwüsten Hispan. *Afear otra cosa.* Polon *Szpecze.* Vngar. *Megrutitom.* Angl *To defile, to make foull or ill fauoured.*] Cicer. 1. Tusc. ex vetusto quopiam Poëta: -Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Iovis aram sanguine turpari. Virgil. 10. Aeneid. -& terra sublevat ipsum Sanguine turpantem comptos de more capillos. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: -at illi fœda cicatrix Setosam lævi frontem turpaverat oris.

Turris, hujus turris, fœminini generis, t. A' terrendis hostibus dicta est: [גֹּבַהּ *mighdhál.* πύργος. Gall. *Tour.* Ital. & Hisp. *Torre* Germ Ein thurn Belg. Een toren. Pol. Wieza. Vng *Torony.* Ang *A tower.*] sicut Arx ab arcendis: vel quòd aspectu torva sit. hoc est, terribilis. Cæsar 5. bell Gallic. Tùm ex omni parte lapidibus conjectis deturbati, turrisque succensa est. Cicero 5. Tusculan. Dionysius concionari ex turre alta solebat. Virgil. 10. Aeneid. Nec spes ulla fugæ miseri stant turribus altis Nequicquam, & rara muros cinxêre corona. Idem 9. Aeneid. -tùm pondere turris Procubuit subitò, & cœlum tonat omnè fragore. Horat. 2. Carm. Ode 10: Sæpiùs ventis agitatur ingens Pinus: & celsæ graviore casu Decidunt turres, feriuntque summos Fulmina montes. Fiunt etiam turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius libro 4. cap. 17. sic scribit: Turres dicuntur machinamenta, ad ædificiorum speciem tabulis, tabulatisque compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissimè ex crudis coriis vel centonibus communitur, quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdũ quadragenos, vel quinquagenos latæ sunt. Proceritas autem ipsarum tanta fit, ut non solùm muros, sed etiam turreis lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subduntur, quarum lapsu volubili, magnitudo tàm alta moveatur. Præsens autem periculum civitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diverso genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cujus impetu destruit muros. Circa mediam verò accipit pontem factum de duabus trabibus, septumque de vimine, quem subitò prolatum inter turrem murumque constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in civitatẽ transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati, & sagittarii collocantur, qui defensores urbis ex alto contis, saxis, missilibusq; prosternant.

Tūrrĭcŭla. Diminutivum, Parva turris. [πυργίον. Gall *Tourrette, petite tour* Ital *Picciola torre, torricella.* Germ Ein thürntin. Hisp. *Pequenna torre.* Pol. *Wiezka.* Vng. *Tornyotska.* Ang *A litle tower.*] ¶ Est & vasculi genus, turris similitudine, per quod tali in alveolum mitti solent, ne in jaciendo fraus committi posset. Græci πύργον vocãt. Persius etiam Orcam. Extat distichon apud Mart. lib. 14, turriculæ usum describens:

Quærit compositos manus improba mittere talos?
Si per me missit, nil nisi vota facit.

Tūrrītus, ta, tum, Turribus instructus. [ὀπυργωμένος, πυργοφόρος. Gall. *Qui a tour ou tours, haut comme vne tour.* Ital. *Alto, sublime.* Ger Gethürnet/ das thürn hat. Hisp. *Alto, torreado de torres.* Pol. *Wieszpol ni.* Vng. *Tornyos.* Ang. *That is high, or towred.*] ut, Mater deûm turrita: id est, Cybele, quæ eadem credebatur cum Tellure. Virgil. 6. Aeneid. -qualis Berecynthia mater, Læta Deûm partu Phrygias turrita per urbes Invehitur curru. Castella turrita. Lucan. lib. 5: -turritaque summis Disponit castella jugis. Elephanti turriti, quibus turres superponuntur, vel qui turres gestant. Plin. lib. 8 cap. 7: Iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus. Mœnia turrita. Ovid. 3. Amor. Eleg. 7: Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes? ¶ Interdum Turritus accipitur pro alto, & turris instar edito, ὑψηλός. Virgil. 3. Aeneid. -gemino demittunt brachia muro Turritæ scopuli.

Tu rĭgĕr. Turrifer, Gerens turres. [πυργοφόρος. Gall. *Qui porte tour, qui a des tours.* Ital. *Chi porta torre, che a torre.* Ger. Der thürn tregt. Hisp. *Lo que trae o tiene torres.* Pol. *Wiezy'cy.* Vng. *Tornyhordozo.* Ang *That beareth a tower.*] Plin. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Virgil. 10. Aeneid. Alma parens Idæa Deûm, cui Dindyma cordi, Turrigeræque urbes, &c. Dea turrigera, eadem cùm Cybele, sive Tellure, Ovid. 4. Fast. Carina turrigera, Lucan. lib. 3. Frons turrigera Cybeles, Ovid 6. Fastor.

Tūrsĭo, tursionis, Piscis est delphino non dissimilis; tristitia tamen aspectus ab eo differens: lasciviæ ejus, quæ in delphino conspicitur prorsus expers, rostro tamẽ canicularum maleficentiam præ se ferens. Hæc Plin lib 9 cap. 9.

Tūrtŭr, ris, m. t. Avis nota ex genere columbarum, à sono quẽ edit nomen habens. [תּוֹר *tor.* τρυγών. Gall *Vne tourte ou tourterelle.* Ital. *Tortora* German Ein Turtettaub Hisp. *Tortol a aue.* Pol. *Sinogarlica.* Vngar. *Görlicze.* Ang. *A turtle doue.*] Plaut. in Mostel. Tu tibi istos habeas turtures. Servius, & quidam eum secuti putãt fœmininũ esse in hoc versu Virgilii ex 1. Aeglog. Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. Sed procul dubiò decipiuntur. Nam adjectivum aëria, non cũ nominativo turtur, sed cum ablativo ulmo cohæret. ¶ Est item Turtur piscis marinus, ex genere venenatorum, qui & τρυγὼν dicitur à Græcis, eodem quo avis nomine.

Tūrundă, f. p Massa, sive buccella, qua farciuntur, sive saginãtur alilia. [ψωμός. Gal *Vne soupe de pain, vn morceau de paste, vn apasté* Ital. *Tronella.* Ger. Ein klos oder brödtlin damit man dz gefluget mestet. Hisp. *Sopas à manera de bocadillo para engordar aues.* Pol. *Kukiel'ka zmaki taka tuczą ptastwo.* Vng *Ir Metelt [illegible]tás.* Ang. *A morsell or soupe wherby fowles ar fedde.*] Varr. 3. de Re rust cap. 89: Gallinas farciunt turundis hordeaceis. ¶ Apud Catonem tamen cap. 89, significat linamentum illud ex filis, quod in ulcus immitti à medico solet. Ait enim: Et si fistula erit, turundam intrò trudito.

Tus, hujus turis, n. t. Lacryma libani arbusculæ, uni terrarum Arabiæ concessa, divinis sacrificiis & templorum suffimentis dedicata. [לְבוֹנָה *lebonáh.* λίβανος. Gall. *Encens.* Ital. *Incenso.* Germ Weirauch. Belg. Wierook. Hispan. *Encienso.* Polon. *Kadzidl'o.*

Kadzidl'o. Vng. Tõmien. Ang. Frankencense.] Ovid. 14. Metam. Templa tibi ſtatuam, ſolvam tibi turis honores. Tibul. lib. 1. Eleg. 3: Redderet antiquo menſtrua tura Lari. Varro à tuſis glebis dictum exiſtimat: cui & Servius aſtipulatur, & Priſcianus. Quocirca ſine aſpiratione ſcribendum videtur. Alii tamen originem ejus à Græco verbo θύειν petere malunt, quod eſt ſacrificare: unde etiam per aſpirationem ſcribendum præcipiunt. Provenit autem tus potiſſimùm in regione Sabæorum, quæ fœlicis Arabiæ pars eſt. Virg. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua tura Sabæi. Colligitur aũt duplici vindemia: quarum prior eſt circa canis ortum: altera, verno tempore, inciſo arboris cortice, quà maximè videtur eſſe prægnans, & ubi tenuiſſimus tenditur. Laxatur hinc plaga, unde proſilit ſpuma pinguis, quæ concreta denſatur. Probatur tus candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut ſtatim ardeat, & frietur potiùs quàm dentem recipiat.

Tūrĕŭs, a, um, Quod ex ture eſt. [λιβανωτός. Gall. D'encens. Ital. Di encenſo. Ger. Von Weirauch. Hiſp. Coſa de materia de encienſo. Pol. Kadzidlni. Vngar. Tõmienbõl valo. Ang. Of frankencenſe.] Colum. lib. 3: Iam tuream plantam maturè ampliatam, florentesq; hortos myrrha & croco. Virg. 2. Georg. -ſola India nigrum Fert hebenum, ſolis eſt turea virga Sabæis. Idem 6. Aen. -congeſta cremantur Turea dona. Ovid. 4. Faſtor.

Farra deæ, micæq; licet ſalientis honorem,
Detis, & in veteres turea grana focos.

Tūrĭbŭlum, li, n. ſ. Vas quo tus adoletur. [מחתה machtáh. θυμιατήριον. Gall. Encenſoir. Ital. Turribulo da incenſare. German. Weirauchfaß. Hiſp. Encenſario donde ſe quema el encienſo. Polon. Kadzielnica. Vngar. Tõmien egetõ edeny tõmienes. Ang. A cenſer.] Liv. 9. bell. Pun. Eæ per manus ſuccedentes, deinde aliæ aliis, omni effuſa civitate obviam, turibulis ante januas poſitis, quà perferebatur, atq; accenſo ture precantibus, &c. Cicer. 6. Verr. Nam etiam de L. Papyrio viro primario, locuplete, honeſtoq; equite Romano turibulum emiſti?

Tūrĭfĕr, ra, rum, penult. correp. Tus producẽs: [λιβανωτοφόρος. Gall. Qui porte, ou produit encens. Ital. Che porta ò produce incenſo. German. Das Weirauch tregt. Hiſpan. Coſa que trae ò cria encienſo. Polon. Kadzidl'o rodzaci. Vng. Tõmien termõ hozo. Ang. That beareth frankencenſe.] ut, Regio turifera. Plin. lib. 6. cap. 23: Veniuntque circiter xxx. diem Ocelin Arabiæ, aut Canam turiferæ regionis. Idem libro 12: Vt ille modo, quum deviciſſet turiferas gentes, ſupplicaret. Ovid. 3. Faſtor. Et domitas gentes turifer Inde tuas.

Tūrĭcrĕmŭs, a, um, Cremans tus: ut, Aræ turicremæ, βωμοὶ ἐν οἷς λιβανωτὸς καίεται. Virg. 4. Aen. -turicremis quum dona imponeret aris. Ovid. Epiſt. 2:

Sæpè deos ſupplex, ut tu ſcelerate valerès,
Sum prece turicremis devenerata focis.

Tūrĭlĕgŭs, a, um, pen. cor. [λιβανολόγος. Gall. Qui recueille & amaſſe l'encens. Ital. Chi raccoglie incenſo. German. Das Weirauch zuſamen leſet oder ſamlet. Hiſp. Codegor de encienſo. Pol. Kadzidl'o zbieraiaci. Vng. Tõmien zedõ. Ang. That gathereth frankencenſe.] ut, Arabes turilegi: id eſt, colligentes tus. Ovid. 4. Faſtor. Nam modò turilegos Arabas, modò deſpicit Indos.

Tūſcŭlum, li, dimin. [λιβανωτοθυμιατήριον, λιβανὸς σμικρόν τι. Gall. Vn petit morceau d'encens. Ital. Vn pezzo di incenſo. Ger. Weirauchs tin. Hiſp. Vn pedaco de encienſo. Polon. Kadzidl'eczko. Vng. Tõmienetske. Ang. A litle of frankencenſe. Plaut. Aulul. Nunc tuſculum emi.

Tuſsĭs, ſis, f. t. Vehemens ſpiritus efflatio (ut definit Galenus in tractatu de Sympt. cauſis) ea quæ meatum ſuum obſtruũt excutere conantis. [βήξ. Gall. Toux. Ital. & Hiſp. Toſſe. Ger. Der huſten. Pol. Kaſzel. Vngar. Kõhõges. Ang. The coughe.] Quę ſi continuè vexet, à Seneca pertuſſis nuncupatur. Eſt enim cõtinens tuſſis & inveterata, quæ vix unquam eliditur, ex qua multi cõficiuntur. Terent. in Heavt. Gemitus, ſcreatus, tuſſes, riſus abſtinete: Virgil. 3. Georg. Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis. Catull. Epigram. 41: Fui libenter in tua ſuburbana villa, Malamq; pectore expuli tuſſim. Ibidem: Hic me gravedo frigida, & frequens tuſſis Quaſſavit.

Tūſsĭcŭlă, tuſſiculæ, diminutivum. [τὸ βήχιον. Gall. Vne petite toux. Ital. Picciola toſſe. German. Kleiner huſten. Hiſp. Pequenna toſſe. Polon. Mal'i kaſzel. Vngar. Kõhõgeſetske. Angl. A litle coughe.] Plinius Epiſtol. 114: Veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, &c.

Tūſsēdo, tuſſedinis, idem quod tuſſis. βήξ. Apuleius: Aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci pectora.

Tūſsĭo, ſis, ſivi, ſitum, n. q. Tuſſim patior. [βήττω. Gall. Touſſer, ou touſſir. Ital. Toſſire. German. Huſten. Hiſpan. Toſſer. Pol. Kaſzl'am. Vn. Kõhõgõk. Ang. To coughe, to auoyde with coughing.] Plautus in Aſin. Fortè ſi tuſſire occepſit, ne ſic tuſſiat, Vt cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. Plinius libro 20. cap. 2: Semen eorum cumino tritum, potumque in vino, tuſſientibus auxiliatur. Martial. lib. 1: Et placet, & tuſſit. Horat. 2. Serm. Satyr. 22: -ſiquis Fortè cohæredum ſenior malè tuſſiet.

Tūſsĭlāgo, tuſſilaginis, f. t. Herba eſt ſylveſtris folia habens quina, aut ſeptena, majuſcula quàm hederę, ſubalbida à terra, ſupernè pallida, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, radice tenui. [βήχιον. Gal. Pas d'aſne. It. Paſſo d'aſino, farfara. Ger. Hufflattich/ oder roßhuff. Hiſp. Vnna de aſino farfaro. Polon. Podbial', kniat. Vng. Zamar lapu ſima lapu Zamar kõrõm. Ang. An hearbe which remedeth the cough.] Nomẽ habet ab effectu, quòd fumus ejus per arundinem hauſtus, tuſſim quantumvis veterem ſanare dicatur. Officinę Vngulam caballi hodie appellant. ¶ Eſt & Tuſſilago ſativa, à quibuſdam ſalvia appellata, ſimilis verbaſco, quæ in pulverem contrita, adverſus tuſſim utiliter bibitur. Autor utriuſque Plin. lib. 26. cap. 6.

Tūtĕ, Tu ipſe. σὺ αὐτός. Cicer. 4. Verr. Hoc autem tute fatebere. Idem 2. Tuſc. Reliquum eſt ut tute tibi imperes.

Tūtēlă, Tutelaris, Vide TVEOR.

Tutŏr, Tutorius, Vide TVEOR.

Tūtŭlŭs, inquit Feſtus, Ornamentum capitis Flaminicarum, & vitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinẽ erecta, qua Flaminica à cæteris mulieribus diſcernebatur. Viri item in ſacris tutulis utebantur, qui inde tutulati dicebantur. Varro lib. 6. de ling. Latin. Tutulati dicti, qui in ſacris habere ſolent ut metam in capitibus: id tutulus appellatur, ab eo quòd matres familiâs crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos: ſive ab eo quòd tuendi cauſa capilli fiebant, ſive ab eo quòd altiſſimum in urbe, quod eſt arx, ea res tutiſſima, tutulus vocatur.

Tūtŭs, tuta, tutum, Vide TVEOR.

Tŭŭs, tua, tuum, pronomen poſſeſſivum à Tu. [σός. Gall. Tien, qui eſt à toy. Ital. Coſa tua. Germ. Dein. Hiſp. Coſa tua. Pol. Twoi. Vng. Tied. Ang. Thyne or belonging to the.] Plaut. in Perſa: Tua merx eſt, tua indicatio. Cic. ad Trebonium lib. 15: Nunc hæc primò cupio cognoſcere, iter tuum cujuſmodi ſit. ¶ Tuũ eſt, ad te ſpectat, tui eſt negotii & officii. Terent. in And. Tuum eſt, ſiquid præter ſpem evenit, mihi ignoſcere. De tuis unus, pro unus tuorum amicorum, vel de numero amicorum tuorum. Cic. ad Cæſ. lib. 13: Qui & in bello tecum fuiſſet, & propter memoriam Craſſi, de tuis unus eſſet. ¶ Tuapte, & Tuopte, ablativi ſunt ex Tua, & Tuo ablativis, & Pte, ſyllabica adjectione compoſiti: ut, Tuapte ſponte: id eſt, tua ipſius ſponte: Tuopte conſilio: id eſt, tuo ipſius conſilio. Plautus Mil. Quippe ſi reſcivêre inimici conſilium tuum, tibi Tuopte conſilio occludant linguam. Tuatim adverbium ſignificat tuo more. Plaut. in Amphit. Iam tuatim facis: ubi Soſipater lib. 2: ſuæ Gram. tuatim, tuo more exponit.

T ante Y.

Tylus, li, m. ſ. Vermiculus eſt, pluribus pedibus, colore fuſco, ſub lapidibus aut figulinis vaſis vivens, qui tactus ſe arcuat, atque in globũ contrahit ad ſimilitudinẽ parvæ pilæ. ὀνίσκος.

Tўmbădēs, [τυμβάδης. Germ. Vnholden/ Hexen.] Græco nomine appellantur ſagę, & veneficæ: quòd περὶ τύμβους: hoc eſt, circa ſepulcra verſentur, cadavera mutilantes aliquo membro, quo ad veneficia ſua abutantur. [Polon. Czarownica.] Cælius lib. 12. cap. 38.

Tўmbŏs, tymbi, m. ſ. [קבר kéber. τύμβος. Gal. Tombe, tombeau, ſepulcre. Ita. Sepolcro, monimento. Germ. Ein Grab. Hiſp. Tomba ò ſepultura. Pol. Grob. Vngar. Holt tag egetõ hely, temetes. Angl. A tombe or graue.] Vox eſt Græca, quam Latinè buſtum vettere poſſumus, teſte Cicerone. Fit enim παρὰ τὸ τύφεσθαι ὑπὸ τοῦ νεκροῦ καῆναι: hoc eſt, ab eo quòd ibi mortui cadaver exuratur. Latini paucis literis immutatis, etiam tumbam appellant. Cic. 2. de Finib. Siquis buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violârit, dejecerit, &c.

Tўmpănum, tympani, n. ſ. [תף toph. τύμπανον Gall. Tabourin, bedon. Ital. Timpano. Ger. Ein Trummen. Hiſp. Atabar, ò pandero. Pol. Beben. Vn. Czimbalom. Ang. A drumme.] Inſtrumentũ ex una parte planum, membrana clauſum, intùs vacuum, quod baculo pulſatur. Eo uti ſolebant in ſacrificio Matris deũm. Virgil. 9. Aeneid Tympana vos buxuſque vocat Berecynthia Matris Idææ: ſinite arma viris, & cedite ferro. Ovid. 4. Faſtor. Ibunt ſemimares, & inania tympana tundent. Idem 4. Met. Quacunque ingrederis clamor juvenilis, & unà Fœmineæ voces, impulſaque tympana palmis, Concavaque æra ſonãt, longoque foramine buxus. ¶ Eſt & Tympanum vehiculi tectum, ut inquit Servius, ſive (ut aliqui putant) teſtudo ſupra radios. Radii autem dicuntur ſtipites, altera parte rotæ centro, altera canthis infixi. Virgil. 2. Georg. Hinc radios trivêre rotis, hinc tympana plauſtris. ¶ Eſt præterea Tympanum, machina rotunda ad rotæ ſimilitudinem, qua à calcantibus hominibus verſata, pondera in ædificiis ſubvehuntur, vel aqua hauritur ſitulis majoribus ex puteis, vel ex rivis per canales ad irrigandos hortos diffunditur. [German. Ein Zugrad oder Trãtrad/ groſſe Laſt auffzuziehen.] Hujuſmodi etiã Tympana in

portubus insignioribus videmus ad exonerandas naves accommodata. Lucret lib. 4: Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi sustollit machina nisu ¶ Tympanum genus vasis. Plin. lib. 33. cap. 11: Tympana verò se juvene appellata stateras, & lances, quas antiqui *magidas* appellaverant.

Tympanísates margaritæ, de quibus Plin. lib 9 cap. 35: Crassescunt etiam in senecta, conchæq; adhærescunt, nec iis avelli queunt nisi lima, quibus una tantùm est facies, & ab ea rotũditas: aversis planicies, ob id tympana nominãtur Item Paulus L. 32. D. de aur. & arg. Quum quædam ornamentum mamillarum ex tympanis margaritis triginta quatuor legasset.

Tympănĭtĭcŭs, tympanitici. [τυμπανιτικός. Germ Ein Wassersüchtiger / dem der Bauch aß ein Trummen auffgeht.] Qui tympanitæ laborat: hoc est, ea specie aquæ intercutis, quum venter spiritu, aquaque distentus, sonum reddit tympani, quum pulsatur. Plin. lib. 25. cap. 5: Hydropicis, incipientibusq; tympaniticis, stomachicis, &c.

Tympănīstă, tympanistæ. [תוֹפֵף *tophéph* מתופף *methophéph*. τυμπανιστής. Gall. *Tabourineur*. Ital. *Sonator di tympano*. Ger. Ein Trummenschlager. Hispan. *Aduśero, tannedor de atabal ò pandero ò adufe*. Polon. *Bebenik*. Vng. *Czimbalo mos*. Ang. *That soundeth the drumme*] Qui tympana pulsat.

Tympănīstrĭă, tympanistriæ. [תּוֹפֶפֶת *tophephdh* מתופפה *methophephah*. τυμπανίστρια. Gall. *Tabourineuse*. Ital. *Suonatora di tambure*. Germ. Ein Trummenschlagerin Hisp. *Tannedora de pandero ò adufe* Pol. *Bebenistka*. Vng *Czimba lomos aszony*. Ang. *She that soundeth the drumme*.] Mulier tympanum pulsans. Sidon. us lib. 1. Epist. Tympanistria, psaltria canit.

Tympănītēs, tympanitis, penult prod. [τυμπανίτης. Ger. Die Wassersucht / von welcher der Bauch wird wie ein Trummen.] Genus hydropis est, quum ventre vehementer intento, creber intus ex motu spiritus sonus est, teste Celso lib. 3. cap. 21.

Tympanicus, penult. corr. Plin. [German. Der gestallt wassersüchtig.]

Tympănīzo, tympanizas. [תּוֹפֵף *tophéph*. τυμπανίζω. Gall. *Iouer du tabourin, sonner d' vn bedon*. Ital. *Timpanizare, sonar il timpano*. German. Trummenschlagen. Hisp. *Tanner atabal ò pandero ò adufre*. Pol. *Wbeben bye*. Vng. *Czimbalo mozok*. Ang. *To sound or playe on the drumme*.] Tympana pulso. Sueton. de August. cap 68: Et assensu maximo comprobavit versum in scena pronuntiatum, De Gallo matris deûm tympanizante, Videsne, ut cincœdus orbem digito temperet?

Tympănŏtrĭbă, tribæ, m. p. [תּוֹפֵף *tophéph* מתופף *methophéph*. τυμπανοτρίβης. Gall. *Vn ioueur de tabourin, tabourineur*. Ital. *Suonator di tamburo*. German Ein Trummenschlager. Hisp. *Adufero, tannedor de atabal, ò pandero à adufre*. Polon. *Bebenista*. Vngar. *Czimbalom verö*. Angl. *A player on the drumme*.] Qui tympanum terit & pulsat, apud Plaut. in Trucul. Tympanotribam amas, hominem non nauci.

Tympănŭs, i, τύμπανον, Avis est quæ à Cornice occiditur, inquit Aristoteles Historiæ Animalium lib 9 cap. 1.

Typhă, τύφη, Planta est folio cyperidis, caulem habens enodem, cujus in summo capite flos enascitur, evadens in pappum sive lanuginem. [Polon. *Pal'ki*. Ang. *Reed mace or cattes taill*] A' Galeno lib. 1. de Aliment. numeratur inter legumina. Officinis hodie est incognita.

Typhōn, typhonis, m. t. [סער *sahár*. τυφών. Gall. *Vn tourbillon de vent impetueux*. Ital. *Nembo di vento*. Germ. Ein windsbraut / windswirbel. Hisp. *El toruellino, viento remolinado*. Polon. *Wycher*. Vng. *Sebes forgo szel*. Ang. *A whirle wynde with great force*.] Flatus vorticosus, mira velocitate, sed sine igne è nube erumpens. Plin. lib. 2. cap. 48: Sin verò depresso sinu arctiùs rotati effregerint sine igne: hoc est, sine fulmine, vorticem faciunt: qui typhon vocatur: id est, vibratus ecnephias. Defert hic secum aliquid abruptum è nube gelida convolvens, versansque, & ruinam suo illo pondere aggravans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipuã navigantium pestis, non antennas modò, verùm ipsa etiam navigia contorta frangens. A. Gellius Noctium Atticarum libro 19. cap. 1: Quin turbines etiam crebriores, & cœlum atrum, & fumigantes globi, ac figuræ quædam nubium metuendæ, quas typhonas vocabant, impendere, imminereque, ac depressuræ navem videbantur. Producit autem hæc dictio priorem syllabam. Lucan. libro 7: Et trabibus mistis avidos typhonas aquatum.

Typŭs, m. s. [תּוֹאַר *tsurâh* תואר *toar*. τύπος. Gall. *Type, premiere forme de quelque chose*. Ital. *Forma, stampa*. Germ. Ein vorbild / form so etwas gestaltet / modet Hisp. *Forma, figura, molde*. Polon. Wiobrazenie. Vng *Kep abrazat peldazat*. Ang. *The forme, shape or figure of any thing*] Latinè forma, figura, adumbratio rudis, exemplar umbra, & velut imago quædam alterius rei. Cicer. ad Attic. lib. 1. Epistol 6: Præterea typos tibi mando, quos in tectoria, &c. ¶ Hinc Protypa, dicta sunt opera, quæ ante typos facta sunt. Ectypa verò, quæ ex ipsis sunt formata typis. Plin. lib. 35. cap. 12: Dibutades primus personas tegularũ extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocavit, postea idem ectypa fecit. Archetypa autem dicuntur prima & principalia exemplaria, quæ non aliunde sunt desumpta, neque ad aliorum similitudinem efficta, cujusmodi vulgus vocat *originalia*. Typi item, teste Gell. lib. 1: quemadmodum & hypographæ, à Græcis dicuntur, quas nos *descriptiones* appellamus, quæ rudiores sunt, minusque exactæ quam ὁμοιώσεις, quas nos *similitudines* vocamus. ¶ Typus item dicitur figura & umbra & velut imago & symbolum veritatis. Sic vetus Testamentum Novi typum esse dicimus.

Typĭcŭs, a, um, τυπικός: Id est, mysticus, umbratilis, allegoricus.

Tyrānnŭs, tyranni, m. s. [משׁל *moschél*. τύραννος. Gall. *Tiran, seigneur, ou seigneur cruel*. Ital. *Tiranno, signore*. Germ Vorzeyten hiess es ein Kõnig / jetz ein Wüterich / Tyrann. Hisp. *Tyranno, sennor, ò sennor iniusto* Polon. Okrutnik, *tyran*. Vngar. *Kegyetlen*. Ang. *A tyranne or cruele lord*.] Apud veteres in bonã partem dicebat pro domino, rege, seu monarcha, qui plenam habebat in subditos potestatem. Ab initio enim, Trogo teste, omnium civitatum, regionumque imperium penes reges fuit: quos ad hujusmodi fastigium majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat, qui etiam tyranni, ob fortitudinem vocabantur. Virgil. 7 Aen. Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. ¶ Postea tamen Tyranni nomen ad illos solùm restrictum est, qui per insolentiam imperii viribus abutebantur, & vi & quadam animi libidine dominabantur. non jure & legibus æquis. Cicer. 2. Offic. Nec verò hujus tyranni solùm, quem armis oppressa pertulit civitas, interitus declarat, quantum hominum odium valeat ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum. Ovid. 1. Metamorph. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni Ingredior.

Tyrannĭs, tyrannidis, f. t. [τυραννίς Gal Tyrannie, *seigneurie* Ital. *Tirannide, tirannia* Ger Tyranney / ein grausamme wüterische herrschung / nicht nach billigkeit / sonder mutwillen. Hisp. *Tyrannia, sennorio*. Pol Okrucieństwo. Vn. *Kegyetlenség* An. *Tyrannie, lordship*.] Dominatio, monarchia, sævum ac violentũ imperium. Iuven. Satyr. 8: Quid Nero tàm fæva, crudaque tyrannide fecit? Ovid. 15. Metam. - odioq; tyrannidis exul Sponte erat.

Tyrānnĭcŭs, tyrannica, tyrannicum. [τυραννικός. Gall. *Tyrannique, cruel*. Ital. *Cosa tyrannica, crudelle*. Ger. Wüterisch / Tyrannisch. Hisp. *Cosa de tyranno, sennio injusto y cruel*. Pol. Okkrutni. Vng. *Kegyetlen*. Ang. *Cruell*] Quod est tyranni: hoc est, crudele, & superbum. Cic. 1. de Leg. Aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges justæ haberentur. Idem de Invent. Quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam, quæ res ab legibus, & ab æquabili jure remotissima est.

Tyrānnĭcē, adverb. Crudeliter, violenter, & more tyrannorum. [τυραννικῶς. Gall. *Tyranniquement, cruellement*. Ital. *Crudelmente*. Ger. Wie ein Wüterich / Tyrannischer weiß. Hisp. *Cruelmente*. Pol. Okkrutnie. Vng. *Kegyetlenwl*. Ang. *Cruelly, lik a tyranne*.] Cic. 5. Verr. Nunc ut hoc tempore ea, quæ regiè, seu potiùs tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam.

Tyrānnŏctŏnŭs, ni, pen. cor. [τυραννοκτόνος. Gall. *Qui a tué ou fait mourir vn tyran*. Ital. *Vccisitore, ammazzatore del tyranno*. Ger. Ein Tyrannentödter. Hisp. *El que mato algun tyranno*. Pol. *Zabyacz tyranna*. Vng. *Kegyötlen öltö kergetö*. An. *That slayeth a tyranne*.] Tyrannicida, percussor tyranni: à verbo κτείνω, quod est interficio. Cic. ad Att. lib. 14: Sustulisse mihi videtur simulationem desiderii adhuc quæ serpebat in dies, & inveterata verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset.

Tyrānnĭcīdă, dæ, pen. prod m. p. Qui tyrannum occidit. [τυραννοκτόνος. Gall *Qui a tué vn tyran* Ital. *Ammazzatore del signore*. Germ. Ein Tyrannentödter / der ein Wüterich umbbringt. Hisp. *El que mato el sennor iniusto*. Pol. *Zgladzacz tyranna*. Vng. *Kegyetlenök öldöie*. Ang *That killeth a tyranne*.] Plin. lib. 7. cap. 23: Non indicavit Harmodium, & Aristogitonem tyrannicidas.

Tyrānnĭcīdĭum, tyrānicidii, n. s. Tyranni cædes. [τυραννοκτονία. Gall. *Occision d' vn tyran, tuement de tyran*. Ital. *Vccisione di vn tyranno*. Ger Ein erschlahung eines Tyrannen. Hisp. *Matanca de tyranno*. Pol *Zabicye okkrutnika*. Vng. *Kegyetlenök öldese*. Ang. *The slaughter of a tyranne*.] Quintil. lib 7. cap. 4: Tyrannicidium est occidere tyrannum.

Tyrĭămĕthўstŭs, τυριαμέθυστος, Amethysti color, Tyria rursus purpura inebriatus. Plin. lib 9. cap 41: Non est satis adhuc visse gemmæ nomen amethystum: rursum absolutas inebriatur Tyrio, ut sit ex utroque nomen improbum; Tyriame thystus. simulque luxuria duplex

Tyrĭānthĭnŭs, a, um, penultima correpta, τυριάνθινος, Vox est ex Tyrio & ianthino compolita colorem significans, qui resultat ex ianthino: hoc est, violaceo, rursus Tyria purpura inebriato.

Tyrĭāthĭnæ, dicuntur veſtes colore hujuſmod infectæ. Mart. libro 1:

Sic interpoſito vilis contaminat uncto
Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

Tȳro, tyronis, m. t. Novus miles, & fortis ad militiam exercēdam. [νέος στρατιώτης. Gall. *Aprentif, nouueau ſoldat, bachelier aux armes.* Ital. *Tirone, ſoldato nouello* German. Ein newer oder junger Kriegsmañ / ſo man erſt anfähet. Hiſpan. *Nouicio en la guerra y armas.* Pol. *Ml'odi zol'nierz.* Vng. *Vy ſoldos, vy vitez.* Ang. *Apprentis, or young man of warre.*] Cicer. 2. Tuſc. Aetas tyronum plerunque melior: ſed ferre laborem, contemnere vulnus conſuetudo docet. Liv. 10. bel. Maced. Veteribus militibus tyrones immiſceantur. ¶ Per tranſlationem Tyrones generaliter appellamus, qui prima in arte aliqua ponunt rudimenta. πρωτοπείρους. unde pro rudi adhuc & novitio gladiatore poſuit Suetonius in Cæſare: Tyrones neque in ludo, neque per laniſtas. Sic adoleſcentes quandoq; togam ſumebant, & barbam ponebant, eloquentiamque in foro auſpicabantur, Tyrones dicebātur, & illa prima actio, tyrocinium. Senec. lib. 3. Declam. Ille in foro primùm dicturus, tyro dictus eſt. Sueton. in Nero. cap. 7: Deductus in forum tyro, populo cōgiarium, militi donativum propoſuit, indicta decurſione. ¶ Sunt qui ſcribant Tiro per i noſtrum, & melius fortaſſis. Arbitror enim Græcam dictionem non eſſe.

Tȳrūncŭlŭs, diminut. Pro juvenculo, qui prima in arte aliqua cœpit ponere rudimenta. [πρωτομύσης, πρωτόπειρος. Gall. *Ieune aprenty.* Ital. *Giouane che ſi ammaeſtro, diſcepolo.* German. Ein Lehrknäblin. Hiſpan. *Nouicio, diſcipulo.* Polon. *Ml'odi vczen.* Vngar. *Aprod, valamel tudomannak vy tanuloia.* Ang. *A litle young man of warre or apprentis.*] Plin. Iun. in Epiſtol. Quod me, quamvis tyrunculum incitavit ad emendum: hoc eſt, rudem, & nondum ſatis exercitatum in cognitione ſignorum. Iuven. Satyr. 11: -nec latus Afræ Novit avis noſter tyrunculus.

Tȳrūncŭlă, f. p. quo Columella uſus eſt pro cane adoleſcentiore, in educandis catulis parùm adhuc exercitata. Quoniā (inquit lib. 2. cap. 7.) tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tȳrōcīnĭum, tyrocinii, n. ſ. Prima artis alicujus rudimenta. [πρωτοπειρεία, ἡ μάθησις, ἡ ἄσκησις, ἐπίδειξις. Gall. *Aprentiſſage.* Ital. *Eſſo imparare, capo di opere.* Germ. Ein erſter anfang / das erſt verſuchſtuck. Hiſp. *Aquella nouedad, cabo de obra.* Pol. *Pierſze wnaukach początki.* Vngar. *Valamely tudom annak elsō kezdeti.* Ang. *Prentiſhippe.*] Suet. in Tyber. cap. 54: Neronem & Druſum patribus commēdavit: diemq; utriuſq; Tyrocinii congiario plebi dato celebravit. Tyrocinii autem die adoleſcentuli togam puram ſumebant. Tyrociniū navium dixit Plin. lib. 24. cap. 7. per metaphoram, quum primùm mari committuntur, & veluti in Neptuni militiam conſcribuntur.

Tȳrōcnēſtĭs, [τυρόκνηστις. Gall. *Vne gratuiſe.* Ital. *Gratarola, alibi gratacaſo.* Ger. Ein reibeiſen. Hiſpan. *El rallo.* Polon. *Tarl'ko.* Vng. *Torma ſayt rezelō.* Ang. *A gratter.*] Inſtrumentum culinarium, quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

Tyrotarichus, tyrotarichi, penult. corr. m. ſ. [τυροτάριχος. German Ein alter fauler Keß / Hafenkeß.] Genus opſonii, ex caſeo, ſalſamentisque confecti. τυρὸς enim caſeus eſt, τάριχος, ſalſamentum. Cicer. ad Pætum lib. 9: Tu verò (volo enim abſtergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Et ad Att. lib. 4: Multa me in epiſtola tua delectarunt, ſed nihil magis quàm patina tyrotarichi.

Tȳrsĭs, τύρσις, Græcis ſignificat ambitum murorum: ἀπὸ τῶν τειχῶν: hoc eſt, à Tyrrhenis inventoribus appellatione deducta.

V



LITERA vocalis eſt, quæ ſæpè in conſonātem tranſit: & modò vim ſimplicis habet: ut apud Virgilium: Quum tales animos juvenum, & tàm certa tuliſtis Pectora. Modò duplicis: ut Cupivi, cupiveram: in quibus i, ante u conſonantem poſita, producitur, & eadem ſubtracta corripitur. ¶ Aliquando u conſonans per diæreſim ratione carminis in vocalem correptam mutatur. Horat. in Epod. Nivesque deducunt Iovem, Nunc mare, nunc ſylvæ. ¶ Interdum à vocali tranſit in conſonantem: ut Nauta, navita: Gaudeo, gaviſus. ¶ Quandoq; amittit vim literæ, quum ſubditur poſt q aut g: ut Aliquis, Sanguis. Idem fit antecedente ſ: ut Suavis, ſuetus. ¶ Tranſit quandoq; per derivationes in a, ut Veredus, veredarius: in e, ut Pondus, ponderis: Dejerat pro dejurat. Contrà, antiqui Auger, pro augur dicebant. ¶ Similiter in gerundiis, quę à tertia conjugatione naſcuntur, loco e ſcriptitarunt u: ut Faciundum pro faciendum. ¶ In compoſitione etiā u ſæpè mūtatur in i correptam: ut Cornu, corniger: Arcus, arcitenens: Fatum, fatidicus: Aurum, aurifex: luctus, luctificus: Fluctus, fluctivagus: Magnus, magnificus: Opus, opifex Scribebant etiam antiqui Carnufex pro carnifex, & Lubens pro libens: Peſſumus, pro peſſimus: quorum innumera occurrunt exempla apud Comicos. Hæc litera quoque interdum ponitur pro y: ut Sulla pro Sylla, Sullanus, pro Syllanus. Eadem majuſcula ſignificat quinque.

V ante A.

Văcāntĕr, vide VACO.

Vaccă, per duplex c, f p. Bos fœmina. [עֶגְלָה *hegláh* טְרוּדָה *parâh*, βοῦς, ἡ. Gal. *Vache.* Ital. *Vacca, madra del bue.* Germ. Ein Kūh. Belg. Een koe. Hiſp. *La vaca.* Pol. *Krowa.* Vngar. Wnō. Ang. *A cowe.*] Cicero 1. de Nat. deor. Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? Varr. 2. de Re ruſt. cap. 5: Diſcernuntur in prima vitulus & vitula: in ſecundā, juvencus & juvenca: in tertia & quarta, taurus & vacca. Virg. 4. Aeneid. Ipſa tenens dextera pateram pulcherrima Dido Candentis vaccæ media inter cornua fundit. Ovid. 2. de Arte: Cynthius Admeti vaccas paviſſe per æſtus Fertur, & in parva delituiſſe caſa. Virgil. 6. Aen. -ſterilemque tibi Proſepina vaccam. Vacca quæ ſterilis eſt Varroni Taura appellatur.

Văccŭlă, diminutivum. [βοίδιον. Gall. *Vacheté.* Ital. *Vachettá.* Germ Ein Kühle / kleine Kūh. Hiſpan. *Pequenna vaca.* Polon. *Krowka.* Vng. *Vnōtske.* Ang. *A litle cowe.*] Virgil. Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans.

Văccīnŭs, a, um, pen. prod. Quod eſt ex vacca. [βοικός. Gall. *De vache.* Ital. *Vaccino, di vacca.* German. Kūin von einer Kūh. Hiſpan. *Coſa de vaca.* Polon. *Krowi.* Vng. *Vnōbol valo.* Ang. *Of a cowe.*] Plin. lib. 24. cap. 3: Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, ſerpentis plagæ.

Văcērră, vacerræ, f. p. Palus vel ſtipes humi defixus ad caſtra munienda vel hortos claudendos. [יָתֵד *jathéd* DIM *mot.* σκόλοψ, πάσσαλος, σφηκίσκος. Gall. *Vne cloiſon en facon de treillis.* Ital. *Palo da ligare i caualli alla mangiatore.* German. Ein Pfal oder Stud. Hiſpan. *Eſtaca para atar beſtias ò otra coſa.* Polon. *Palie kol'i do oggradzania.* Vngar. *Le vert karo.* Ang. *A ſtake to tie horſes vnto.*] Columel. libro 9. cap. 1. de vivariis claudendis loquens: Vbi verò neutrum patrifamiliæ conduxit, ratio poſtulat vacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorum, idque fabricatur ex robore, quercu, vel ſubere. Et mox: Satis eſt vacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſque tranſverſis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas, quæ foraminibus intervenit, pecudi præbeat fugam. Et paulò pòſt: Nam & vacerris fabricandis ingens eſt in Gallia materiæ copia, & cætera in hanc rem fœliciter ſuppetūt ¶ Vacerram, inquit Feſtus, Aelius & alii complures ajunt eſſe ſtipitem, ad quem equi ſolebant religari. ¶ Alii dicūt maledictum ſignificari hoc nomine acerbitatis magnæ, ut ſit vecors & veſanus.

Văcillo, vacillas, vacillare, n. p. Nuto, labo, fluctuo, titubo. [נוּעַ *mahádh* DM *mat.* παραφέρομαι. Gal *Vaciller, varier, branſler ca & là, & n'eſtre conſtant.* Ital. *Vacillare, non eſſer conſtante.* Ger. Schwancken / vnbeſtendig ſeyn. Belg. Waggelen. Hiſpan. *Titubar ò banbanear.* Polon. *Koliſze, koliebse, chwiese.* Vngar. *Tantorgok.* Ang. *To wag or wauer, to move vnconſtantly.*] Cic. ad Att. lib. 12: Sed quòd ſcribis igniculum matutinum, παρονηκήσειν, eſt memoria vacillare. Idem 1. de Nat. deor. Sed & ille reprehenſus à multis eſt, nec vos exitum reperitis, totaque res vacillat & claudicat. Idem 3. Offic. Iuſtitia vacillat vel jacet potius. ¶ Vacillare item teſtis dicitur, qui in dicendo teſtimonio non ſatis ſibi conſtat, & modò negat quod paulò antè affirmarat.

Văcillātĭo, vacillationis, verbale, f. t. [DIM *mot.* παραφορά. Gall. *Vacillation, branſlement cà & là.* Ita. *Vacillamento, ſcorlamento.* Ger. Schwanckung / das gnappen. Hiſpan. *Obra de banbanear y titubar.* Polon. *Kol'iſſanie, chwianie.* Vngar. *Torgas.* Ang. *A wagging or wauering.*] Quint. lib. 11. cap. ult. Eſt & illa indecora in dextrū ac lævum latus vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium.

Văcillāns, vacillantis, participium. Cicero Tironi, libro 16: Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis: id eſt, non rectè præ valetudine ſcriptis. Idem 3. Philipp. In Galliam mutilatū ducit exercitum, cum una legione, & ea vacillante.

Vaccinĭum, vaccinii, n. ſ. à Romanis dictus eſt flos purpurei coloris, teſte Dioſcoride, quem Græci vocant ὑάκινθον: quod etiam apertiſſimè teſtatur Servius explicans illud Virgil. 2. Aeglog. Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Quo in loco nonnulli Servium immeritò reprehendūt, quòd vacinium pro hyacintho acceptum Maroni affirmarit. Nec ob-

ſtat quòd vacciniis nigrum colorem tribuat Virgilius, quum purpuream quoque violam, nigram vocare ſoleant autores: præſertim ſi fuſcioris purpuræ habeat colorem. Galli ſervatis non obſcuris priſci nominis veſtigiis *vacietum* appellant: herbam autem ipſam à quadam cæpæ ſimilitudine, *cæpam agreſtem*. Habet enim, Dioſcoride teſte, folia bulbi & radicem bulbaceam, caulem verò dodrantalem, minimo digito tenuiorem, comam procumbentem, incurvamque purpureorum florum plenam. Vaccinia in Italia aucupiis ſerebantur, in Gallia etiam tincturæ. Servorum enim veſtibus purpureus color is inducebatur, teſte Plin. lib. 16. cap. 18.

Văco, vacas, n. p. Do operam: [שקד *ſchakád.* χολάζω. Gall. *Vaquer & entendre à quelque choſe.* Ital *Dar opera.* German. Obſtigen/muß nemmen etwar auff fleiß an zu wenden. Belg. Neerſtich zyn. Hiſp. *Dar obra à algo* Polon. *Pilnuie.* Vngar. *Valamiben mukalkodom.* Angl. *To apply and giue his mynd to ſome thing, to be at leyſure.*] & conſtruitur cum dativo: ut Vaco philoſophiæ. Cicer. 1. de Divinat. Ego verò, *inquam*, philoſophiæ Quinte ſemper vaco. Plin. epiſtol 49: Solutus cæteris curis, huic uni vacabat. Vacare corpori, eſt curare corpus. Plin. epiſtol 9: Quod evenit mihi, poſtquam in Laurentino meo, aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori vaco. ¶ Iungitur aliquando accuſativo cum præpoſitione in. Ovid. 3. de Ponto, Eleg. 3: In nullũ mea mens grande vacabat opus. ¶ Interdum vacare ſignificat vacuum eſſe, & ſic ferè abſolutè ponitur. [חורק *hurák.* κενὸν ἔναγ. German *Iſt ſeyn/geruhen.*] Plautus in Caſina: Fac vacent ædes. Cæſ. 1. bell Gall. Id ea ratione maximè fecit, quòd noluit cum locum, unde Helvetii diſceſſerãt, vacare. ¶ Vacat agri: id eſt, nihil proferunt, non excoluntur. Cæſar 4. bell. Gall. Itaque una ex parte à Suevis circiter millia paſſuum ſexcenta agri vacare dicuntur. ¶ Interdum accipitur pro carere, idque ferè cum ablativo nulla præcedente præpoſitione. [חסר *chaſér.* ὑστερῶ.] Cicero libro 9 Epiſtol. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. Idem 1. Epiſtol. Præſertim quum in quo accuſabar, culpa vacarem Idem 1. de Natura deorum: Cœleſtem ordinẽ, qui vacare mente putat, is ipſe mentis expers habendus eſt. ¶ Interdum vacare eſt otioſum eſſe, nihil agere, vacuum eſſe, ceſſare, atq; interdum abſolutè. [בּרטה *birpéh.* χολὴν ἄγω. German Müſſig ſeyn/der weil haben.] Cicero libro 12. Epiſtol. Si ne tu quidem vacas, noli mihi moleſtiam exhibere. Idem Attico: Scribes aliquid, ſi vacabis. ¶ Nonnunquam cum ablativo præeunte præpoſitione à, vel ab. Plin. Epiſtol 51: Doctiſſimis ſermonibus dies tranſigebat, quum à ſcribendo vacaret: id eſt, quum à ſcribendo ſuperſederet. Cicero in Bruto: Nullum tempus ei vacabat, aut à forenſi dictione, aut à ſcribendo, aut à cogitando. Idem de Natura deorum: An dii ab omni oratione & adminiſtratione rerum vacent. Vacare animo, eſt curis ſolutum eſſe. Cicero 1. de Divinat. Si vacas animo, neque habes aliquid quod huic ſermoni prætervertendum putes ¶ Vacat mihi, imperſonaliter: id eſt, otium vel vacuum tempus eſt mihi. σχολὴν ἔχω. ¶ Aliquando tamen dativus non exprimitur. Virgil. 2. Aeneid. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, Et vacat annales noſtrorum audire laborum. Iuvenal. Satyr. 1: Si vacat & placidi rationem admittitis, edam: id eſt, ſi otium eſt vobis. ¶ Quandoque ponitur pro curæ eſſe Quintilian libro 11. cap. 1: Et cui eſſe diſerto vacet. Vacare populo, eſt operam populo dare & inſervire, χρηματίζειν. ¶ Aliter vacare populo, ſignificat liberum eſſe à populo, popularique judicio. In quem ſenſum Cicero videtur libro 2, Tuſculan. quæſtion. accipere, quum ait: Amplitudo animi una eſt omnium rerum pulcherrima, eoque pulchrior, ſi vacet populo, nec plauſum captans, ſe tantùm ipſa delectet.

Văcāns, Qui otiatur. [בּרטה *birpéh.* χολάζων, χολαῖος. Gall. *Qui eſt ſans affaires, qui ne fait rien.* Ital. *Che ſta in otio, ſenza lauorare.* German. Müſſig Hiſpan. *Ocioſo.* Polon. *Proznuiaci.* Vng. *Hiuolkodo.* Angl. *That is idle, or at leyſure*] Cælius ad Ciceronẽ libro 8: Hoc mihi certum ac jucundiſſimũ vacanti negotium erat, tecum id otii tempus conſumere. Ovid. 9. Metam. Nec petiit horamque, animumque vacantem. Vacans mulier, pro vidua dicitur in l. 5. D. de vi public. Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo ſupplicio punitur.

Văcāntĕr, adverbium Sine cauſa, fruſtrà, ſuperflué. [κενῶς, χάλλω. Gall. *Auec grand loiſir, inutilement.* Ital. *Con grandi otio, inutilmente.* German Vnnutzlich / müſſigerlich. Hiſpan *Ocioſo y deſaprouechadamente.* Polon *Proznie.* Vng. *Hiuolkodua.* Ang *With great leyſure, in vaine.*] Gell. lib. 17. cap. 10: Vacanter hoc cumulavit & inaniter.

Văcātĭo, onis, verbale, f. t. Ceſſatio, immunitas, feriæ. [רפיון *riphjón* שבּרת *ſchebeth.* χολή. Gall. *Vacation, diſpenſe, immunité, exemption.* ital *Ceſſamento, immunità, eſſentione.* German. Auffhörung/muß/ſtillſtand Hiſpan *Vacation, obra de vacar.* Polon. *Proznowanie. przeſtanie* Vngar *Hiuolkodas, meg nyugouas.* Ang. *Leyſure, ceaſing from work*] Cæſ. 6 bell Gall. Militiæ vacationẽ, omniumq; rerum habent immunitatem. Habere vacationẽ: id eſt, ceſſare, intermittere. Cicero 4. Acad. Sed quum ſacerdotes deorum vacationem habeant, quanto æquius, *&c.* Dare vacationem: id eſt, ceſſationem vel immunitatem alicui permittere. Cic. 6. Verr. Vacatio data eſt ab illo, *&c.*

Văcŭus, a, um, Inanis, nihil continens, expers, exhauſtus, nudus, jejunus, liber. [ריק *rek.* κενός, ἀλλότριος, λιχαρός. Gall. *Vuide.* Ital *Vuoto, vacuo.* German. Läer. Belg. Idel/leech. Hiſpan. *Vazio* Polon. *Prożni.* Vngar. *Vres.* Ang. *Emptie, voyde.*] Cicer. de Vniverſitate: Nihil igni vacuum videri poteſt. Cicer. in Catil. Quid quod adventu tuo ſubſellia iſta vacua facta ſunt? Et paulò antè Quum morte ſuperioris uxoris novis nuptiis domum vacuam feciſſes. ¶ Aliquando item vacuum accipimus pro vaſto & ſpatioſo. [רחב *rachább.*] Virgilius 3. Georg. Saltibus in vacuis paſcant & plena ſecundum Flumina. Idem 7. Aeneid. Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent. Sic etiam aërem vacuum eſſe dicimus, ſive propter inſignem vaſtitatẽ, qua terrã & mare multis partibus exuperat: ſive quòd in eo nullum conſpiciatur corpus. Virgil. 3. Georg. -jamque elati ſublimè videntur Aëra per vacuum ferri atque aſſurgere in auras. Quo in loco Virgilius Lucretium videtur imitatus, qui inane neutro genere pro aëre poſuit: -longum, *inquiens*, per inane reſolvit. ¶ Vacua pecunia dicitur, quæ eſt otioſa, nullam pariens uſuram. L. 28. C. depoſiti. ¶ Vacuus animus, otioſus, nullis curis, nullis negotiis irretitus. [בּרטה *birpéh.*] Cic. de Clar. Orat. Nunc verò, *inquit*, ſi es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. ¶ Vacuos habere dies: id eſt, nullis rebus dedicatos. Vacuus equus, qui ſine ſeſſore eſt. Liv. 7. bell. Pun. Vacuus paulò pòſt equus, errans per urbem cognitus, *&c.* Vacuum remum trahere, eſt remum inutiliter, incaſſum fruſtra trahere. ¶ Iungitur aliquando genitivo. Plautus in Bacchid. Valens, afflictat me jam vacuum virium: id eſt, invalidum. Terent. in Heaut. Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. ¶ Aliquando ablativo ſine præpoſitione. Cic. 2 de Fin. Quum vacui curis etiam quid in cœlo fiat ſcire avemus. ¶ Aliquando cum præpoſitione Cic. ad Sin. Sin eus ab iſto periculo vacuus, *&c.*

Văcŭĭtas, vacuitatis, f. t. Inanitas, abſentia, privatio [ריק *rik* חסר *chóſir* κενότης. Gall *Vuidange, vuidité.* Ital *Eſſer vacuato.* German Läre/erledigung Hiſpan *Vacidad* Polon *Wyprożnienie.* Vngar *Ures* Ang *Emptineſſe, voydneſſe*] Cicer 1. de Offic. Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus. Idem 5 Tuſcul. Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt.

Văcŭo, vacuas, act. p. Vacuum facio, vacuum reddo, evacuo. [ריק *herik.* κενόω. Gal. *Vuider.* Ital. *Vuotare.* Gér. lären. Hiſp. *Vaziar lo que eſta lleno.* Pol. *Wyprożniam.* Vngar. *Meg wreſitöm.* Ang. *To make emptie or voyde.*] Mart. lib. 11: Si redeant veteres ingentia nomina partes, Elyſium liceat ſi vacuare nemus. Colum. lib. 3. cap. 13: Opus eſt autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam erigi jubeat, fulcumque evacuari.

Văcŭĕfăcĭo, idem quod vacuo. [κενοῶ. Vng. *Meg wreſitöm.*] Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 2: A` prætextato veniam poſtulando mihi in cœna vacuefeciſti locum.

Vădĭs, hujus Vadis, m. t. Ab antiquis dictus eſt ſpõſor in cauſa tàm pecuniaria, quàm capitali. [ערב *horéb.* ἐγγυητὴς ὁμηρ. Gall. *Pleige.* Ital. *Segurta.* German. Ein Bürg in einem Handel ſo leib vnd leben betrifft. Belg. Een Borge. Hiſp *Fiador de la perſona.* Pol. *Rekoimie* Vng *Kezes.* Ang. *A pledge or ſuretie.*] Vide in dictione VAS.

Vădĭmōnĭum, vadimonii, n. f. Eſt ſpõſio quædam ſiſtendi cõparendique in judicio ad diem præſtitutam, per ſe, vel per advocatos, quod deſerere nõ licet. [תערובה *taharubáh* ערבן *herabón.* ἐγγύη, ὁμηρεία ῥύσιον. Gall. *Promeſſe & obligation de comparoir en juſtice.* Ital. *Obligo di comparere in giudicio.* German. Ein gelobung oder verbürgung zum Rechten auff ein beſtimpten tag zu erſcheynen. Hiſpan. *Fianca de la perſona.* Polon *Zarecżenie do poſtawenia.* Vngar. *Kezeſség.* Ang *A promiſe or bande to appeare at the tyme appoynted, a mainprize.*] Seneca: Vadimonium promittimus, & tamen deſeritur. ἐγγυάμεθα. Cicero pro Quintio: Ad vadimonium non venit: qui tibi præſtò ſemper fuit? Et paulò pòſt: Non dubitavit, *inquit*, quum vadimonium deſertum eſſet, bona proſcribere. Vadimonium promittere, eſt promittere, comparere in judicio ad diem præſtitutam, per ſe vel per advocatũ. Cic. 5. Verr. Statuit iſte, ut arator decumano, quò vellet decumanus, vadimonium promitteret. Vadimonium conſtituere, eſt *diem aſſignare*, ut loquuntur, quo quis in judicio comparere debeat. Cic. de Senectute: Omnia quæ curant meminerunt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, cui ipſi debeant. Vadimonium deſerere, eſt non comparere in judicio ad diem præſtitutam. Plinius in Præfatione Naturalis Hiſtoriæ: Inſcriptiones, *inquit*, propter quas vadimonium deſeri: id eſt, inſcriptiones librorum tàm ampla & magnifica pollicentes, ut propter eorum librorum aut lectionem, aut recitationem vadimonium deſeri poſſit. Differre vadimonium, eſt

nium, est differre diem cõtentionis, quo reus in judicio comparere promiserat. Plin. lib. 7. cap. 53: Bebius Iudex quum vadimonium differri jubet. Vadimonium missum facere, est vadimonii obligationem remittere, condonareq; : Cicero pro Quintio: Qui quo tempore primùm malè agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit: qui postea quoq; vadimonium missum fecerit. Vadimonio obstricti, hodie dici possunt, qui ob crimina in judicium vocati ab judicibus, ut fit, impetrarunt ut aut sua, aut sponsorum fide dimittantur, ea lege ut in diem certum, aut quando cunq, judici visum fuerit, ad judicium sistantur: quos *Elargitos* vulgus barbarorum vocat. Concipere vadimonium, est exprimere certam formulam vadimonii: id est, sistendi, comparendiq;, &c. Cicero Quint. Fratr. libro 2: Negat enim in tanta multitudine eorum, qui unà essent, quenquam fuisse qui vadimonium concipere posset.

Vădŏr, aris, verbum commune, secundum Priscianum, Denuntio adversario ut in jus veniat, & ejus rei sponsores accipio. [κλητεύω, ἐγγυῶμαι τῷ δίκῃ, αἰναδέχομαι τῷ δίκῃ Gall. *Adiourner aucun à comparoir, ou estre adiourné à comparoir, s'obliger de comparoir en iugement, ou obliger de comparoir.* Ital: *Far la segurtà uolgarsi di comparere in giudicio.* Ger Zum Rechten sich verbürgen/ versprechen auff ein Rechtstag zu erscheynen. Bel. Verborgen/ oft borge begeeren. Hisp *Fiar la persona ò hazer fiar.* Pol. *Zaręczam do possławienia przed prawo.* Vng. Tŏruenybe kezęssegalat sdezŏm. Ang. *To bind him selfor an other to appeare in iudgement.*] Vt autem melius hujus verbi vis intelligatur, sciendum est, morem hunc veteribus fuisse, ut qui litem vellet intendere, adversario denunciaret ut in jus veniret: si nollet, vel eum cogeret, vel sponsorem acciperet, fore ut constituto se die sisteret. Illa autem denunciatio Vadatio dicebatur. Nam & qui denunciabat & cui denunciabatur, vadari dicebatur. Ex Hotomano, qui cùm innumeras voces Latinas ingeniosissimè, tùm hanc præcipuè optimè explicat. Cicero pro Quintio: Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: vadari vis, promittit: in jus vocas, sequitur: judicium postulas, non recusat. Livius 3. ab Vrbe: Decem, finierunt: tot vadibus accusator vadatus est reum. Cicer. 5. Verr. Vt hic quoque Apronio, quum ex Leontino usque Lilybeum aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi quæstus accederet. Ovidius 2. de Remed. amor. Iamq; vadaturus, lectica prodeat, inquit. Horat. 1. Serm. Satyr. 9: & casu tunc respondere vadato Debebat, quod ni fecisset, perdere litem.

Vădo, dis, si, sum, n. s. Eo, iter facio, quasi viæ me do. [הָלַךְ *halách* βαδίζω. ἴπμι, βαίνω. Gal. *Aller.* Ital. *Andare.* Ger Gehen. Bel. Gaen. Hisp *Yr camino, andar.* Pol. *Ide.* Vng. *Elmegyök* Ang. *To go.*] Virg. 2. Aeneid. Vadimus immissi Danais, haud numine nostro. Ibidem: per tela, per hostes Vadimus haud dubiã in mortem. Cic. ad Attic. lib. 4: Ad eum postridiè manè vadebam, quum hæc scripsi. ¶ Transfertur & ad fluvios, pro eo quod est, fluere. ῥέω. Liv. 1. ab Vrbe: Quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset. Plin. lib. 5: cap. 26: Scinditur Euphrates à Zeugmate LXXXIII. pass. circa vicum Massicen: & parte læva in Mesopotamiã vadit per ipsam Seleuciam: circa eam profluenti infusus Tigri. ¶ Hujus verbi composita sunt, Circumvado, evado, invado, & pervado, pen. prod. quorum significata vide suis locis

Vădum, vadi, n. s. Qua flumen aut aquam transire possumus. [מעבר *mahbár* מעברה *mahbaráh.* πόρος. Gall. *Vn gué, la part d'vne eau par où on peut aisément passer à pie.* Ital. *Acqua bassa, guado* Ger Ein furt in einem wasser durch welchen man watten mag. Bel. Den gront Hisp. *La baxa, vado del rio ò de la mar.* Pol. *Brod.* Vng. Tsŏkel *labbalo.* Ang. *A fourde.*] Liv. 8. belli Maced. Pontem quia vado nusquam transitus erat, facere instituit. Idem lib. 3. bell. Gallici: Romanos neq; ullam facultatem habere navium, neq; eorum locorum ubi bellum gesturi essent, vada, portus, insulasq; novisse. ¶ Vadum pro mari. Catullus Argonaut. Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi. Virgil. 5. Aeneid. sulcant vada salsa carinæ. Ovid. 3. Trist. Eleg 9: Impia desertum fugiens Medea parentem Dicitur his remos applicuisse vadis. Emersisse è vado, dicitur qui maximam rei alicujus difficultatem superavit. Tractum à navigantibus, qui non sine maximo discrimine inter brevia, & loca vadosa navigant. Cic. pro Cælio: Sed quoniam emersisse jam è vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. ¶ Res in vado est, proverbialiter dicitur, pro eo quod est, In tuto est. Tractum videtur à natãtibus. quibus ut in profundo periculum, ita in vado est securitas. Terẽtius in Andria: Omnis res in vado est. Plaut. Aul. Hæc propemodum jam esse in vado salutis res videtur.

Vădo, vadas, prior. corr. Vado trajicio. [διαβαίνω, διαπορεύω. Gall *Passer à gué.* Ital *Passare il fiume, guazzo.* Ger. Durchwatten. Hisp. *Vadear passando el vado,* Pol. *Przechodze.* Vng. *Labbalom.* Ang. *To wad or go ouer a fourde.*] Papinianus: Flumine publico interveniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habeat: secùs autem si vadari nequeat, sed pontonibus trajiciatur. Solinus: Fluminẽ quod propter brevitatem non facilè vadari poterat.

Vădōsŭs, a, um: ut, Vadosus amnis, qui frequentia habet vada. [πορώδης, πολύπορος. Gall. *Qui a plusieurs lieux par où on peut passer à gué ou à pié, qui a plusieurs gués.* Ital *Che ha molti guadi da passarus à piede.* Ger Ein fluß durch den man an vilen orten watten mag. Hisp *Lleno de qualesquiera vados.* Pol. *Częste brody maiący.* Vng. Tsŏkelyŏs *labbalo.* Ang. *That is full of fourdes.*] Cæsar 3. belli Civil. Quòd his locis vadosum mare erat longius progressus, &c. Liv 7 bel. Maced. Quod in fluminis modum, longum & angustum & vadosum ostium portus sit.

Væh, Interjectio, his rebus quas execramur, propria: ut, Vah misero mihi. [אוֹי *oi.* οἰμωγή] Gall *Malheur, voix quand on a quelque chose en horreur* Ital *Oh, oime, modo di dolersi, parola laquale dimostra horrore.* Ger O wee Hisp. *Ay, ò guay.* Pol. *Biada.* Vng. *Iay.* Ang. *Allace.*] Virgil. 9 Aeglog. Mantua væh miseræ nimium vicina Cremonæ. Quædam væ sine aspiratione scribunt: recipit tamen diphthongum, ut distinguatur à ve, conjunctione: de qua infrà suo loco.

Vœnĕo, is, ivi, Verbum est sub voce neutrali, passivam habens significationem. Vendor. [מכר *nimchár.* πωλοῦμαι Gall. *Estre vendu.* Ital. *Essere venduto.* Ger Verkaufft werden. Bel. Verkofft worden. Hisp. *Ser vendido.* Pol. *Przedawni się tem.* Vng *El adatom.* Ang *To be sould.*] Plaut. in Menæch Quibus hic pretiis porci vœnunt? Sunt qui hoc verbum sine diphthongo scribere malint, quod eandem habeat originem, cum verbo vendo, in quo profectò nemo diphthongum agnoscit. Vide plura de hoc infrà in verbo VENEO.

Vœnŭlus, Vide VESANVS.

Vafer, fra, um, Callidus, astutus, quasi valde Afer: mira enim sollertia hujus gentis calliditas. [ערום *harúm.* πανοῦργος. Gall. *Fin & caut, rusé* Ital *Astuto, ghiotto, schaltrito.* Ger Geschetdigtlich/ argistigtlich. Hisp *Astuta y recatadamente.* Pol. *Chytrze.* Vng. Okossan ravasz on. Ang. *Wely.*] Cic. 4. Ver. Nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est.

Vāfrāmēntum, vaframenti, n. s. [ערמה *hormáh* ארמה *mirmáh.* τὸ πανοῦργημα, τέχνασμα σόφισμα, ἡ μηχανὴ εἶα. Gall. *Finesse, cautelle, ruse.* Ital. *Accortezza, scaltrimento.* Ger. Ein geschwinder argtisti geschetdigkeit. Hisp. *Astucia ò recatamiento.* Pol. *Chytrość.* Vng. Okos ravasság. Ang. *Wilnesse, craftinesse.*] Valer. Max. libro 7. capite 3: Quantum imperium quàm parvo interceptum est vaframento. Item: Lampsacenæ urbis salus unius vaframenti beneficio constitit.

Vāgīnă, pen. prod. f. p. Gladii theca. [תער *tdhar* בדן *nédhen.* θήκη, κολεός. Gall. *Gaine ou fourreau* Ital. *Guaina.* Ger Ein Schetden/ futer. Bel Een scheede. Hisp. *Vayna de cuchillo.* Pol. *Pochwa.* Vng Hwuely. Ang. *A sheth.*] Cicer. in Catil. Veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. Cæs. 5. bell. Gal. Advertit hic casus vaginam, & gladium educere conantis dexteram moratur manum. Ovid 10. Metam. verbisq; dolore retentis Pendenti nitidum vagina dirripit ensem. Virgil. 4. Aeneid. vaginaq; eripit ensem Fulmineum, strictoq, ferit retinacula ferro. ¶ Vagina frumenti, quidam quasi folliculus, quo spica etiamnum pubescens, necdum planè apparens, circumvolvitur. Varro lib 1. cap. 48: Spica ea quæ mutica non est, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam: & etiam primitus spica quum oritur, vaginam. Et paulò pòst: Aristæ quasi cornua sunt spicarum, quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent, in qua sublatent herbæ: ea vocatur vagina, uti qua latet conditus gladius. Idem cap. 32: libro eodem. Quòd frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis. Cicer. de Senect. Culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur. Vaginæ corporis. Plin. libro 8 capite 15: Mirum pardos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringantur, hebetenturq;, ingredi, aversisq; falculis currere, nec nisi appetendo prætendere. Idem lib 11. cap. 37: Omnia quidem principalia viscera membranis propriis, ac velut vaginis includit providens natura.

Vagīnŭlă, diminutivum. [τὸ λεμμάτιον, τὸ κυλίσκιον. Gall *Petite gaine ou fourreau.* Ital. *Picciola vagina ò guaina.* Germ Ein scheidlin. Hisp. *Pequenna vayna* Pol. *Pochewka.* Vng Hwuely iske. Ang.

etske. Ang. *A litle sheth.*] Plinius li. 18 cap. 7: Et far in vaginulis servant ad satus.

Vāgĭo, gis, givi, gitum, n. g. Ejulo, puerorum infantium more ploro. [בכה *bachi.* βάζω. Gall. *Braire comme les petis enfans.* Ital. *Piangere come fanno y fanciulli.* Ger. Schreyen oder greynen wie die jungē kind. Bel. Weenen. Hisp. *Llorar los ninnos.* Pol. *Płacze iakodziecie.* Vng. *Nyiuok.* Ang. *To crie out as a child doeth.*] Cic. in Catone: Quod si quis deus mihi largiatur, ut ex ætate repuerascam, & in cunis vagiam. Ovid. 4. Fast. Intus ut infanti vagiat ore puer.

Vāgītŭs, pen prod. m. g. Infantium fletus. [בכי *bechi.* βάζω. Gall. *Cri & brayement de petis enfans.* Ital. *Vagito, verso di fanciulli.* Ger. Schreyen oder greynen wie die jungen kind. His. *Lloro de ninnos.* Pol. *Płacz ł'kanie dziecżn kie.* Vng. *Nyiuas.* Ang. *A weeping or crying of infantes.*] Martialis lib. 9: Sordida vagitu posceret æra puer. Virg. lib. 6. Aeneid. Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, Infantumq; animæ flentes.

Vāgŏr, vagoris, m. t. Vagitus, [בכי *bechi.* βάζω.] Lucret. lib. 2. Et superantur item, miscetur funere vagor.

Vāgŭs, Huc illuc oberrans, incertus, instabilis, inconstans: cui opponitur Stabilis, certus. [נע *nah* נדד *nadh* הלך *nodhédh* γολέω. πλανης, πλανητης, πλανητός. Gall. *Vagant, vagabond, incertain, muable.* Ital. *Vago, vagante, vagabondo.* Ger. Umbschweiffig. Hisp. *El que vaga, errado.* Pol. *Smikacz, tul'l'acz.* Vng. *Budosó.* Ang. *That wandereth, a vagabonde.*] Cic. Attic. lib. 7: Itaque vagus esse cogitabam. Vaga sententia: id est, incerta. Cic. 2. de Nat. deor. Est enim & philosophi, & Pontificis, & Cottæ, de diis immortalibus habere non errantem, vagam, ut Academici, sed ut nostri, stabilem, certamq; sententiam. ¶ Vagum nomen herbæ, dixit Plin. lib. 27. cap. 4, id est, inconstans, & multis opinionibus obnoxium.

Vāgē, adverbium, Dispersè, diffusé. [πλανητικῶς, διεστραμμένως. Gall. *En vagabond, çà & là, sans ordre.* Ital. *Vagando ò foggia di vagabondo.* Ger. Hin vnd wider/vmbschweiffigerlich. Hisp. *Vagando à manera de errado.* Pol. *Tul'aiąc sie.* Vng. *Budosua.* Ang. *In wandering hither and thither.*] Liv. 6. bel. Pun. Qui vagè effusos per agros, palatosq, adortus, &c.

Vāgŏr, vagaris, d. p. Huc illuc oberro, volito, passim voluto, nō consisto. [נע *nah* נדד *nadhádh* תעה *taháh.* πλανάομαι. Gall. *Vaguer, aller çà & là.* Ital. *Vagare, andare vagando.* Ger. Umbschweiffen/hin vnd her streichen. Hisp. *Vagar, andar vago ò errado.* Pol. *Tul'am sie, wloczęsie.* Vng. *Budosom.* Ang. *To wander.*] Cic. pro Font. Hi contrà vagantur lati, atq; erecti passim toto foro, &c. Idem 1. de Invent. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. Virgil. 4. Aeneid. Vritur infœlix Dido, totaq; vagatur Vrbe furens. Vagatur animus: id est, inconstans est, & instabilis. Cic. 2. Offic. Non enim sumus ii, quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam quod sequatur. ¶ Sunt qui illud interesse existiment inter vagor & erro, quòd vagari sit per diversa, errare per aliena. Cicero lib. 1. de Orat. Ne vagari & errare cogatur oratio. ¶ Invenitur etiam Vago, as. Plaut. in Mil. Te alloquor, vitii, probrique plena, quæ [illegible] vicinos vagas.

Vāgāns, tis, participium. [נע *nah* נד *nadh* נדד *noa* [illegible] γολέω. πλανητικός. Gall. *Vagant, vagabond.* Ital. *Che [illegible] vagabondo.* Ger. Umbschweiffend. Hisp. *El que vaga, vagat[illegible]* Pol. *Smikadł'o, tul'l'acz.* Vng. *Budosó.* Ang. *That wandreth, a vagabonde.*] Cic. 2. de Divin. Quæ igitur natura, quæ volucres huc & illuc passim vagantes afficiat, ut significent aliquid?

Vāgātĭo, onis, f. t. Ipse vagandi actus. [נדוד *nedhúdh* (vel) *nedhódh.* πλάνη. Gall. *Quand on ne se tient point en vn lieu, mais on vage çà & là.* Ital. *Lo andar vagabondo.* Ger. Umbschweiffung. Hisp. *Obra de vagar ò espaciarse.* Pol. *Tul'anie sie, posmikanie.* Vng. *Budosas.* Ang. *Wandring or going astray.*] Liv. 5. ab urbe: His tribunis dum cura omnium in Vejens bellum intenta est, neglectum Anxuri præsidium vagationibus militum, & Volscos mercatores vulgò receptando, proditis repentè portarum custodibus, oppressum est.

Vāgābŭndŭs, Qui sedem stabilem nullā habet, sed modò huc, modò illuc oberrans, tempus inutiliter absumit. [נע *nah* נד *nadh* נדד *nodhédh* תל *gholéh.* ἀλήτης. Gall. *Vagabond.* Ital. *Vagante.* Ger. Stäte vmbschweiffend. Hisp. *El que mucho anda vagando, vagabundo.* Pol. *Vstawni tul'acz, posmik.* Vng. *Budosó.* Ang. *That wandreth or strayeth.*]

Vāh, Interjectio est insultantis. [הא *hoach.* φεῦ. Gall. *Esprit de resiouissance.* Ital. & Hisp. *Vah.* Ger. *Pfuydich.* Pol. *Ach.* Vng. *Ehe vah.* Ang. *Allace, ach.*] Hieronymus ad Damasum: Sicuti nos in lingua Latina habemus interjectiones quasdam, ut in insultando dicamus vah, & in admirando papæ, & in dolendo hei, & quando silentium volumus imperare strictis dentibus spiritum coarctamus, & cogimus tantùm sibilum in sonando fit: ita & Hebræi inter reliquas proprietates Linguę suę habent interjectionem, &c. Plautus in Mostel. Vah, quid illa potest pejus quicquam muliere memorarier? Idem: Vah homo impudens. ¶ Interdum est interjectio admirantis. Plaut. in Curc. Subegit solus intra viginti dies. L Y. Vah C. quid mirare? ¶ Aliquando exultantis, vel lætitię. Plaut. in Bacch. Ducentis Philippeis rem pepigi. N. vah, Salus mea servasti me.

Vāhă, Interjectio exultantis vel ridentis. Plautus in Casina: vaha. S. Quid negotii est, &c.

Vălde, Multum, vehementer, majorem in modum, adverbium est per syncopen à Validè effectum, quemadmodum & calidus pro calidus: quo fit ut in valde posterior syllaba producatur. [מאד *meódh.* λίαν, σφόδρα, φοῦ. Gall. *Beaucoup, grandement, fort.* Ital. *Molto grandemente.* Ger. Echt/hefftig. Bel. Seer. Hisp. *Muy mucho, muy grandemente.* Pol. *Barzo.* Vng. *Igen.* Ang. *Much, greatlie.*] Iungitur autem ferè positivis. Cicero ad Callium lib. 15: De Hispania nihil novi, sed expectatio valde magna. ¶ Aliquando adverbiis. Cicero ad Attic. lib. 11: Qui primùm illud valde graviter tulerunt. ¶ Aliquando verbis, Cicero ad Tironĕ lib. 16: Literas tuas valde expecto. ¶ Ponitur aliquando junctum positivis cum tàm, & quàm. Cic. 2. de Divin. Nihil est tàm valde vulgare, quàm nihil sapere. ¶ Dicimus & valdequàm, sicut sanequàm, & perquàm. Decius Brutus ad Cic. Nam suos valdequàm paucos habet.

Vāldĭŭs, comparativum est à valde deductum, idem significās quod magis, sive vehementiùs: μᾶλλον.

Vēlĭfĭcātus, a, um. participiũ. Propert. li. 2. eleg. 29: Vna ratis fati nostros portabit amores Cęrula ad infernas velificata rates.

Vēlĭfĭcātĭo, onis, verbale, f.t. Ipse velificandi actus. [ἱστίων πίτνασις. Gall. *Voguement, ou navigation à voile desployé.* Ital. *Esso navicare à velo* Ger Schiffung mit sägten. Hisp. *Navegamiento haziendo vela.* Pol. *Żeglowanie.* Vng. *Enezẽs, haiozas.* Ang. *A sayling.*] Cic. ad Lent. lib. 1: Quum verò id possis mutata velificatione assequi: stultum est cum tenere cum periculo cursum, quem cœperis.

Vēlĭfĕr, ra, rum, Ferens velum: [ἱστιοφόρος. Gall. *Qui porte voile, voilé* Ital. *Che porta vela.* Ger. Das ein sägel tregt. Hisp. *Cosa que tiene ò trae velas.* Pol *Żagle nioszaci.* Vng. *Vitorlas hordozo.* Ang. *That beareth a sayle or vaile.*] ut Carina velifera. Ovid. 15. Metamorph. Huc ubi veliferum nautæ avertêre carinam, &c. Malus velifer. Valer. Flac. 1. Arg. Pallada velifero quærentem brachia malo.

Vēlĭfĭcus, adjectivum; ἱστιοδρομικὸν. ut Velificus cursus, qui velis fit. [ὁ διὰ ἱστιοδρομίας τοῦ πλοῦς. Gall. *Le cours d'vne nauire à voile desployé.* Ital. *Corso di naue à vele spiegate.* Ger. Die schiffahrt mit außgespañten sägten. Hisp. *Corrida di nane haziendo vela.* Pol. *Iazda pod żagliem.* Vng. *Vitorlasos.* Ang. *The course of a sayling shépe.*] Plin. lib. 13. cap. 11: Noctis denique velifico navigii cursu. Idem lib 9. cap. 17: Complures autem totam ipsius longitudinem XL. dierum noctiumq; velifico navium cursu determinavêre.

Vēlĭvŏlus, a, um, pen. corr. Propriè navium est epitheton, quæ ut alis aves, ita velis quodammodo volitare videntur. [ἱστιοδρομῶν. Gall. *Qui nauige à voile, volant & courant à voile* Ital. *Che si nauica à vela.* Ger. Das mit den sägten dahär fahrt alß ob es flüge. Hisp. *Cosa que buela ò nauega con velas.* Pol. *Lietzący pod żaglem.* Vng *Vitorlaual repwelõ.* Ang. *That sayleth.*] Ovid. 4 de Ponto, eleg. 5: Et freta velivolas non habitura rates. Virgil. 1. Aeneid. ad mare ipsum transtulit: Despiciens mare velivolum, terrasq; jacentes.

Vēlĭvŏlantēs naves, Cic. 2. de Divin. ἱστιοδρομοῦντες νῆες.

Vēlo, las, per simplex l, act p. Tego, operio. [עטה *hatáh* עטף *hatáph* כסה *chasáh.* σκεπάζω, καλύπτω. Gall. *Voiler, couurir, cacher.* Ital. *Coprire, nascondere.* Ger. Bedecken. Hisp. *Cubrir cõ velo, esconder.* Pol. *Nakriwam.* Vng. *Befedem.* Ang. *To couer, to hid, to drawe a courteine ouer.*] Cic. pro Domo sua: Tu, tu, *inquam*, capite velato, cõcione advocata, Virg. 3. Aenecid. Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. ¶ Nonnunquam ponitur pro vestire, induere, &c. ἐνδύειν, περιβάλλειν, ἀμφιέζειν. Ovidius 3. de Arte: -croceo velatur amictu. Plautus: Muliebri velatus toga. Hinc velati olim dicebantur: teste Festo, qui postea literis aliquot immutatis velites appellati sunt, quòd vestiti, non armati, exercitum sequerentur. ¶ Nonnunquam pro celare, abscondere. ἀποκρύπτειν. Plin. in Paneg. Agentibus tibi gratias, nihil velandum est. ¶ Hic velanda corporis, pro pudendis posuit idem Plin. Epist. 110. Velatæ manus: id est, velamenta supplicũ præferentes. Plaut. in Amphit. Velatis manibus orãt: ignoscamus peccatũ suũ. ¶ Cõposita hujus verbi sunt Advelo, evelo, develo, prævelo, & revelo: quorum significata vide suis locis.

Vēlātŭs, ta, tum, participium, Velo ornatus, tectus & opertus. [עטוי *hotéh* כסוי *chasúi* ἐσκεπασμένος, κεκαλυμμένος. Gall *Couuert, voilé, caché.* Ital. *Coperto, velato.* Ger. Bedecket/verhencket. Hisp. *Cubierto con velo.* Pol. *Zasł'onioni, okryti.* Vng. *Be fedetet.* Ang. *Couered with a cloth, hidde.*] Cicer. 2. de Nat. deor. At verò apud majores tanta religionis vis fuit, ut quidam Imperatores etiã seipsos diis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Republica devoverent. Virg. 11. Aeneid. Iamq; oratores aderant ex urbe Latina. Velati ramis oleæ. Vbi Servius: Velati, instructi, & ornati. Id est, in manibus olivæ ramos tenentes. Cætera vide in verbo VELO, as.

Vēlāmĕn, inis, n.t. Operimentum, tegmen, vestis. [מעטה *mahatéh* מעטפה *mahataphâh* צעיף *tsahîph*. ἄλυμμα, περικάλυμμα. Gall. *Couuerture de quelque sorte que elle soit.* Ital. *Ogni sorte di coperta.* Ger. Ein decke/decktuch. Hisp *El velo, toda cobertura.* Pol. *Zasł'ona.* Vng. *Fedel.* Ang. *That couereth any thing, a couerlett.*] Virgil. 1. Aeneid. Et circuntextum croceo velamen acantho. Ovid. 6. Metam. -velamina Progne Deripit ex humeris auro fulgentia lato: Induiturq; atras vestes. Idem 2. Fast. -Nymphæ velamina ponunt.

Vēlāmĕntum, ti, n.s. Tegmen, operimentum, tunica, involucrũ. [מעטה *mahatéh* מעטפה *mahataphâh* צעיף *tsahîph*. ἄλυμμα, περικαλύμμα, σκέπασμα. Gall. *Toute sorte de couuerture.* Ital. *Ogni sorte di coperta.* Ger. Ein decke/decktuch. Hisp. *Toda cobertura.* Pol *Deka, nakrycie.* Vng. *Fedel, be fedezõ* Ang. *All kynd of thing that coucreth.*] Vnde testiculorum tunicæ, velamenta à Celto appellantur. ¶ Velamenta item à Romanis dicebantur, quæ Græci vocant ἱκετήρια: hoc est, ea quæ supplices misericordiæ movendæ causa præferebant: cujusmodi erant rami olearum vittis obvoluti. Livius: Oratores ad Romanos cum infulis, & velamentis miserunt. Ovid. 1. Metamor. Velamenta manu prætendens supplice, &c. Tacit. lib. 19: Mox velamenta & infulas pro muris ostendunt.

Vēlārĭa,rum, Vela erant, quibus theatrum ſupernè tegebatur. ¶ Item theatrum ipſum, aliúsve locus velis tectus. [מסך *masách.* ὀθόνια, ἱστία. Gall. *Lieu couvert de voiles ou tapiſſeries.* Ital. *Luoco coperto de vele.* Ger. Ein ort mit tücheren verhenckt. Hiſp. *Lugar cubierto de velas.* Pol. *Nákrycie.* Vng. *Befedő, fator.* Ang. *Courtaines.*] Iuven. Sat. 4: & pueros hinc ad velaria raptos.

Vēlābrum,brĭ,pen.prod.n.ſ. βήλαβρον, Locus in urbe juxta Avĕtinum montem,in quo vela obtendebantur, ſub quibus oleũ & ſimilia vendebantur. Plaut.in Capt. Quaſi in velabro olearii.Suet.in Cæſ. Gallici triumphi die Velabrum prætervehens, penè curru excuſſus eſt,axe defracto.Horat.1.Serm.Sat.3: Cũ ſcurris fartor, cum Velabro omne macellum Manè donũ veniant. Cic. Bruto lib.15: In eoq; ſum majorum exemplum ſecutus,qui hunc honorem mulieri Laurentię tribuerunt,cujus vos Pontifices ad aram in Velabro facere ſoletis.

Vēlābrēnsĭs,velabrenſe. Mart.lib.11: Vel Velabrenſi maſſa recocta foco. ¶ Velabrenſis caſeus,qui in Velabro conficiebatur, cunctis præferendus. Mart. lib.13: Non quencunque focum:nec fumum caſcus omnem, Sed Velabrenſem qui bibit, ille ſapit.

Vĕlŭt, & veluti,Sicut, quemadmodum. [כ *che* וכמו *chemó.* οἱονεὶ, ὥσπερ. Gall. *Comme,ainſi comme.* Ital. *Si come.* Ger. Gleich wie/ alß. Bel. Gheliick. Hiſp. *Aſsi como.* Pol. *Iakobi.* Vng. *Mint.* Ang. *As,lik as.*] Cicer.2.de Fin.Non elogia monumentorum hoc ſignificant,velut ad portam. Idem de Aruſp.reſp.Si conabitur, cjus conatum refutabo, velut heſterno die. ¶ Ejuſdem ſignificationis eſt Veluti. Cic.1.de Nat. deor. Beſtiæ quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. Quomodó autem hæc differant à quaſi,ceu,& tanquam,fusè explicat Valla lib.2.cap.36.

Vēnă,æ,f.p. Conceptaculũ ſanguinis miſti,confuſiq; cum ſpiritu naturali,in quo, ut ait Gellius lib.18.cap.10, plus ſanguinis,minus ſpiritus. [φλὲψ, βάσ. Gall. *Veine.* Ital. *Vena.* Ger. Ein Blutader. Hiſp. *La vena proprio lugar de la ſangre.* Pol. *Ziel'a.* Vngêr. Ang. *A vaine.*] Plin.lib.11.cap.37: Inter hos latent arteriæ: id eſt, ſpiritus ſemitæ His innatant venæ: id eſt,ſanguinis rivi. Venæ ſuapte vi immobiles ſunt, & ſanguinis tantùm mittendi gratia explorantur.Arteriæ autem motu,atq; pulſu ſuo habitum,& modum febriũ demonſtrant. Super arterias locantur venæ,præterquã in dorſo,in quo magna arteria,quæ Trachia dicitur,eſt poſita ſuper venam. ¶ Vena tamẽ aliquando pro arteria ponitur. Celſ. lib.2. cap.6: Venis enim credimus, fallaciſſimæ rei: quia ſæpè iſtæ leniores, celetiorésve ſunt & ætate, & ſexu, & corporum natura. Ovid.10. Metam. -ſaliunt tentatæ pollice venæ. Cic.de Fato: Si cui venæ ſic moventur, is habèt febrem,*&c.* ¶ Incidere venam dixit Cicero de Aruſp. reſp. pro eo quod eſt ſcalpello venam aperire, φλεβοτομεῖν, & quod vulgò dicimus,ſanguinem mittere.Concidere venæ dicuntur à Celſo lib.3.cap.6.quando arteriarum pulſus languidus fit. ¶ Tenere venas cujuſq; generis hominum,ætatis,ordinis,*&c.* dixit Cic.1. de Orát. pro eo quod eſt uniuſcujuſq; naturam pernoſcere,& ingeniũ ¶ Venę quoq; de arboribus dicuntur. Plin.li.16.cap.38: In quarundam arborum carnibus pulpæ, venæq; ſunt. ¶ Ponitur aliquando vena pro ingenio hominis ad aliquid ſcribendum apto. Iuven. Sat 7: Sed vatem egregium,cui non ſit publica vena,*&c.* hoc eſt,ingenium vulgare,& rude, commune cum aliis. ¶ Per tranſlationem quoque venæ in terra dicuntur ſubterranei meatus per quos unda manat,aut alius liquor. [מבוע *mabbudh* מקור *makór.*] Hircius 4.belli Alex. Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis habere venas. ¶ Venas quoq; argenti, & venas auri dicimus. Cic.2.de Nat. deor. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus,*&c.*

Vēnōsŭs, a, um, Quod eſt venis turgentibus plenum. [φλεβώδης. Gall. *Veineux,plein de veines.* Ital. *Pieu de vene.* Ger. Aderechtig. Hiſp. *Lleno de venas.* Pol. *Zielisti.* Vng. *Eres.* Ang. *That hath many and great vaines.*] Plin. lib.12. cap.13: Amomi uva in uſu eſt,frutice venoſo. ¶ Transfertur etiam ad alia, ut ad orationem, quæ tanquam corpus conſtruitur, quod ſuccum & ſanguinem habet,& venas,& oſſa,& nervos,& carnem,& toros, & robur, & coloretn, decoremq;. Vnde à Perſio dictus eſt liber venoſus,pro aſpero,duro & horrido,quum ait Satyr.1: Et nunc Briſei quem venoſus liber Acci. Sunt quos Pacuvius, & verrucoſa moretur Antiopa.

Vēnābŭlum, li, n.ſ. Telum quo venantes utuntur, aciei longiſſimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. [αἰγόβολον, ὀβελός. Gall. *Vn eſpieu, vouge, ou gouge.* Ital. *Spedo da saccia.* Ger. Ein Jägerſpieß/ſchweinſpieß. Hiſp. *Venablo,arma de montero.* Pol. *Oſzczep l'owczi, wl'ocznia.* Vng. *Darda,kep.* Ang. *A dart that hunters vſe.*] Mart.lib.14: Si directa geres longo venabula roſtro,Hic brevis in grandem cominus ibit aprum.

Vēnālĭs, & hoc le; Venalitiarius, Venalitius, Vide VENEO.

Vēnātĭcŭs,vide VENOR.

Vēndĭco,as,pen.corr. Aſſumo, aſcribo, & mihi tribuo. [קח *lakách.* ἀναλαμβάνομαι, ἰδιοποιοῦμαι, ἀξιόω ποιεῖσθαι, αὐτάζομαι. Gall. *S'attribuer quelque choſe,& en faire ſon propre.* Ital. *Attribuirſi, appropriarſi qualche coſa.* Ger. Zueignẽ/jhm zuſchreybẽ. Bel. Toeeygenen/toeſchryven. Hiſp. *Vſurpar ò appropriarſi.* Pol. *Przywł'aſzczam.* Vng. *Magamnak tulaidonitom.* Ang. *To clayme or chalenge to him ſelf.*] Plin. Epiſt.47: Quam curam, etiamſi non mandaſſes, vendicaſſem. Cicero pro Archia: Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant,Salaminii repetunt, Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant. Ovid.4. de Ponto, eleg.1: Vendicat ut Calais laudem quos fecit equorum. Cic. 1. Offic. Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi, ſi id mihi aſſumo,videor id meo, jure quodammodo vendicare. Idem eodem libro: Non nobis ſolùm nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria vendicat, partem amici. ¶ Interdum ponitur pro libero, & eximo. Cic.de Natura deor.Solutus & in libertatem vendicatus. Idem pro Sylla: Sed me neq; honoris neq; ætatis excuſatio vendicat à labore.

Vēndĭcātŏr,vendicatoris,m.t. [ἀφαιρετής. Vng. *Tizthöſſeg kenano,maganak tulai domito.*] Cornelius Tacitus li.17: Famę nec incurioſus nec vendicator.

Vēndo,dis,act.t.ex venum & do, ſecundum Apuleium, abjectis u & m. Et conſtruitur cum ablativo, ſi exprimatur pretiũ rei,quæ venditur,vel cum genitivis,pluris,minoris,tanti,quãti,& eorum compoſitis ſubſtantivè acceptis. [מכר *machár.* πωλῶ, πιπράσκω, πωλέω, δίδωμι. Gall. *Vendre.* Ital. *Vendere.* Ger. Verkauffen. Bel. Vercooper Hiſp. *Vender.* Pol. *Przedaie.* Vng. *El adom.* Ang. *To ſell.*] Plaut.in Merc. Viginti minis opinor poſſe me illam vendere. Cic.3.Offic. Vendo meum nõ pluris quàm cæteri, fortaſſe etiam minoris, quum major eſt copia. Quòd ſi addantur ſubſtantiva, ſtatim in ablativos reſolvuntur. Et ſicut non dicimus,Quanto vendidiſti, ſed quanti, ita non dicimus, Quanti pretii vendidiſti, ſed quanto pretio. Varro tamen ablativo uſus eſt ſine ſubſtantivo, quum ait: Veneunt propter penuriam magno. Et ſanè rectè, quum non ſit ex quatuor illis exceptis,tanti,quãti, pluris,minoris. ¶ Hujus compoſitum eſt,Divendo.

Vēndĭtŏr, oris, m.t. Qui vendit. [מכר *mochér.* πωλητής. Gall. *Vendeur.* Ital. *Venditore.* Germ. Ein Verkeuffer. Hiſp. *Vendedor.* Pol. *Przedawacz.* Vng. *El adó, arros.* Ang. *He that ſelleth.*] Cicero 3. Offic. Vt nequid omnino quod venditor norit, emptor ignoret.

Vendĭtĭo,onis,f.t. Actus vendendi. [מכר *mimchár.* πωλή. Gal. *Vente,vendition.* Ital. *Venditá.* Germ. Ein kauff oder verkauffung. Hiſp. *Obra de vender.* Pol. *Przedanie.* Vng. *El adas.* An. *Selling.*] Cic.pro Roſc. Amer. Oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorũ, illum pecuniam grandem amiſſurum.

Vēndĭto,as,Sæpè,ſeu continuè vendo. [ἀπεμπολάω, ἀποδίδομαι, πωλέω. Gall. *Vendre ſouvent, ou continuellement.* Ital. *Vender ſpeſſo.* Ger. Offt verkauffen. Hiſp. *Vender amenudo.* Pol. *Vſtawnie przedaie.* Vng. *El addogalom.* Ang. *To ſell often.*] Plinius lib.22.cap. 22: Hæc eſt quam Ariſtophanes Euripidi poëtæ objicit joculariter: matrem ejus, ne olus quidem legitimum venditaſſe, ſed ſcandicem. ¶ Venditare ſe cuiquam, cum dativo, eſt per aſſentationem operam ſuam ultrò ſpondere, & quaſi venalem ſe oſtentare. [ὑποδέικνυμι, ἐπαγγέλλειν ἑαυτὸν τινὶ & χαρίζεσθαι ἑαυτὸν, χθήσασθαι, ὅπως εὖ βήλωται. Pol. *Pochliebuiac ſi' ujbi zaleczam.* Vn. *Arulom magam,kerkedem.* Ang. *To vant much.*] Cicero Attico lib.8: Quomodo autem ſe venditant Cæſari? Id eſt, quomodo ſe in clientelam Cæſaris tradunt, & in ejus partes adjungunt. Liv.3.ab Vrbe: In foro volitare, per illos ſe plebi venditare, donec collegæ quoq;, *&c.* ¶ Venditare, interdum eſt venale habere, inquit Budæus. Plinius Epiſt.24: Tranquillus cõtubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur.

Vēndĭtātĭo, nis, verbale, f.t. Oſtentatio. [גאות *ghaón* גאוה *gheúth.* ἀλαζονεία, ἀλαζονέια. Gall. *Vanterie & oſtentation.* Ital. *Avantamento di qualche coſa.* Ger. Spieglung / herfürthũung vmb ruhms willen. Hiſp. *Obra de moſtrar algo à vana gloria.* Pol. *Pokazowanie ſie,chl' ubienie ſie.* Vng *Kerkedes,maga hanias.* Ang. *Vanting and forth ſhewing of him ſelf.*] Cic.2. Tuſc. Quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia,quę ſine venditatione, & ſine populo teſte fiunt.

Vēndĭtārĭŭs, a,um, Venalis. [πραστικός. Gall. *Venal, mis en vente.* Ital. *Coſa poſta in vendità.* Ger. Feil. Hiſp. *Coſa que eſta pueſta para vender.* Pol. *Przedajni.* Vng. *El ado, arros.* Ang. *That is to be ſold.*] Plaut.in Stich. Neq; aliud quicquam, niſi quòd hoc habeo palliũ, Præter unam linguam quoq; etiam venditariam.

Vēndax, cis. Qui facilè, ſeu libenter vendit: ſicut contrà Emax, qui proclivis eſt ad emendum. [φιλοπράτης. Gall. *Grand vendeur,qui aime à vendre ou vend beaucoup.* Ital. *Diſpoſto à vẽdere,gran venditore.* Ger. Verkauffig/ der gern verkaufft. Hiſp. *El que mucho vende.* Pol. *Rad przedaiacz.* Vng. *El adogato.* Ang. *A great ſeller.*] Cato de Re ruſt. cap.2: Patremfamiliãs vendacem, & nõ emacem eſſe oportet.

Vēndĭbĭlĭs, le, om. t. Quod facilè vendi potest, probabilis. [πραλφὴς. Gall. *Vendible, qui est de bonne vente.* Ital. *Cosa facile da vendere* Ger. Verkeufflich. Hisp. *Cosa que se puede bien vender* Pol. *Przedaini.* Vng. *El adhato.* Ang. *That is easily sold.*] Cic. in Rul. Accedunt salicta ad Minturnas: adjungetur etiam illa via vendibilis. Herculanea multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ. Colum. lib. 7. cap. 6: Dum possit esse vendibilis. Horat. 1. Epist 17. Indotata mihi soror est, paupercula mater. Et fundus nec vēdibilis, nec pascere firmus. Ovid. 3 Amor. eleg. 11: Vendibilis culpa puella mea est. ¶ Per translationem ponitur pro populari, & vulgo grato. Cic. de Amic. Tamen illius vendibilem orationem rēligio deorū immortalium nobis defendentibus facilè vincebat. Id est, plausibilem, & allectibilem. ¶ Aliquando pro vulgari. Cic de clar. Orat. Horū ætati propè conjunctus L. Gellius, non tàm vendibilis orator, quàm ut nescires quid ei deesset.

Vĕnēnum, ni, n. s. [חמה *chemáh* (vel) רוש *rosch.* Gall. *Venin, poison, bouquon.* Ital. *Veneno, toßico* Ger. Gifft Bel. Fenlin. Hisp. *Ponconna, ò purga* Pol. *Iad, trucizna.* Vng *Ital, mereg, etetò.* Ang. *Venim, poysone.*] Vocabulum medium est, quod tàm in bonam quàm in malam partem sumi potest: quemadmodum & φάρμακον apud Græcos. Vtrunque enim generale est ad ea omnia, quæ naturam ejus, cui ipsa admoventur, possunt immutare. Vnde etiam salutaria medicamenta venena dici possunt. Qui igitur venenum dicit (inquit Caius Iurisconsultus de verb. sign.) adjicere debet, utrum bonū an malum. Hodie tamen venenum vix aliter quàm in deteriorē partem accipitur, pro deleterio. Cic. in Catil. Qui ficas vibrare, & spargere venena didicerūt. Idem de Clar. Orat Fuit suspicio Themistoclem veneno sibi mortem consciviſſe. Plin. Galbanum adversatur venenis maximè toxicis, cum myrrha & vino. Color quoque qui à vestibus imbibitur, quóve lanæ medicantur, per quandā similitudinem venenum appellatur. Virg. 2. Georg. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. ¶ Ponitur aliquando venenum pro arte malefica. Cicer in Orat. Quum sibi venenis ereptam memoriam diceret: id est, magica arte, vel alia malefica, inquit Budæus:

Vĕnēnārĭus, rii, m. s. Qui parat, vel conficit aut vendit venena. [φαρμακοποιὸς. φαρμακοπώλης. Gall *Empoisonneur.* Ital *Auenenatore.* Ger Ein Gifftrāmer/ Gifftbereiter. Hisp. *El que dispone, ò vende ponconnas.* Pol. *Truciznę przedaieci.* Vng. *Mereg tsinalo, arulo.* Ang. *That maketh or selleth poysone.*] Apuleius: Qui venenarium accusat, scrupulosiùs cibatur: qui furem arguit, sua custodit. Suet. in Nerone, cap. 33: Britannicum veneno aggressus est: quod acceptum à quadam Locusta venenariorum indice, quum opinione tardiùs cederet, &c.

Vĕnēfĭcus, ci, m. s. [כשוף *mechaschschéph* φαρμακὸς, φαρμακεὺς. Gall. *Empoisonneur, sorcier.* Ital. *Chi auenena ò incanta.* Ger. Ein Vergeber mit gifft/ zauberer Hisp. *El que haze echizos.* Pol. *Truciznę zadaieci, czarownik.* Vng ördöngös, *kanta iros, bwenes baios.* Ang. *He that poysoneth or vseth sorcerie.*] & Venefica, Qui & quæ venena conficit, & qui incantationibus, & cæteris malis artibus utitur φαρμακὶς, φαρμακεύτρια. Cic. in Catil. Quis tota Italia veneficus. Idem 13. Philip. Nimirum rectè veneficum appellas, à quo tibi præsentem pestem vides comparatam Ibidem: Veneficum audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? Ovid. Epistol. 6. Barbara narratur veniſſe venefica tecum. ¶ Hinc triveneficatus est, excellens venefica. Plautus: Mussas adhuc triveneficas.

Vĕnēfĭcus, adject. [ὁ ἐκ φαρμακεύδης, ὁ φαρμακευτικὸς, ὁ ἐκ φαρμακοποιὸς. δηλητήριος. Gall. *Qui empoisonne.* Ital. *Chi auenena.* Ger. Gifftig Hisp *Cosa que haze echizos ò ponconnas.* Pol. *Iadowici.* Vng *Merges.* Ang *That poisoneth or is venimous.*] ut Venefica aspectus: id est, veneno inficiens. Plin. lib. 28 cap. 3: Hominum monstrificas naturas, & venēficos aspectus plenius diximus, &c.

Vĕnēfĭcĭum, cii, n. s. Veneficii, artificium, crimen veneni. [כשוף *chaschâph.* φαρμακεύσις, φαρμακεία. Gall. *Empoisonnement, sorcelerie.* Ital. *Auenenatione, incantesimo, strigheria.* Ger. Vergifftung/ vergäbung mit gifft/ zauberey. Hisp. *Maleficio, como disponer la ponconna para matar con ella, y dar la obra de echizos.* Pol. *Zadanie iadu, czarowanie.* Vng. *Mereg tsinalas, etetes.* Ang. *Making of poysone or poysoning sorcerie.*] Cic. pro Cluent. Altera tantummodo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere rationem veneficii criminum. Tacit. lib 12: Diligitur artifex talium, vocabulo Locusta, nuper veneficii damnata. ¶ Aliquando pro maleficis artibus, & vetito magiæ genere, φαρμακεία. Cic. de clar. Orat. Idq, veneficiis & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat. Ovid. 1. de Remed. amor. Ista veneficii vetus est via: noster Apollo Innocuam sacro carmine monstrat opem.

Vĕnēfĭcĭum capitale fuit: quæsivit autem de eo non prætor modò, verumetiam judex quæstionis, qui prætor interdum erat; in quo Budæus, vir alioqui bene doctus, satis manifesto errore videtur esse lapsus in suis annotationibus: criminalibus enim, ut appellant, in causis, præter prætorē urb. neminem quæsisse, cūq; tū, nomine cōmutato, judicē quæstionis esse dictū, tradidit: capitale fuisse veneficiū, indicat exilio Oppianici, de veneficio condēnati: cujus mētio fit in oratione pro Cluētio: & in eadē, quū futurū ait Cicero, si Cluētius veneficii reus damnetur, ut patris sepulchro privetūr, clarissimē autem hoc significatur instit. juris civilis lib. IIII. Quod autem à Budæo scriptum est prætorem urb. ubi de criminibus quæreretur, solum cognovisse: apertè falsum esse dico: non modò enim solum non quæsivit prætor urb. sed nec omnino quæsivit: ipse jus dicebat: quod, quærere nō est, quærebant cæteri collegæ cum iis judicibus, quos prætor urb. & sortitus, & subsortitus esset: exemplorum plena sunt omnia: unam, quæ multorum exemplorum loco sit, rationem afferam. Accusat Verrem. Cicero in suis libris acerbissimè: prætura urbana totam exagitat: objicitne unquam, quòd in causa capitali contra leges aliquid commiserit? nunquam certè: neq; dubium, quin Verres si potestatem illam prætor habuisset, multa fuerit iniquè facturus. Addidit idem Budæus, prætorem urb. cùm quæreret, judicem quæstionis esse dictum, hoc certè nemo (de veteribus loquor: hos enim sequor) unquam tradidit: mirorq;, cur hoc illi, qui suæ sententiæ testem non haberet, placuerit affirmare. sed, ut opinor, error ex errore fluxit: nam cùm prætorem urbanum quærere de criminibus jam sibi persuasisset (quod omnino falsum est) sequi videbatur, ut idem quæstionis judex appellari posset Leges, quibus veneficium, vindicaretur, Romæ per annos multos nullæ fuerunt, anno demum urbis conditæ DCXXII. C. Valerio Flacco, M Claudio Marcello COSS. de veneficiis esse quæsitū, legemq; latam, Liv. lib. VIII. scriptum reliquit. Cornelia postea fuit, L. Syllæ: quam, bello civili confecto dictator tulit, cùm unus omnia teneret. de quo scriptū est in oratione pro Cluentio. Hujus autem legis pœna capitalis non ad veneficos tantùm, sed ad eos etiam pertinuit, qui magicis incantationibus homines occidissent, aut qui mala medicamenta publicè vendidissent: omnesq; prorsus, neminē excepto, viri, mulieres, liberi, servi, hac lege in judicium vocabantur. Permissum autē esse reo, ut ex illius voluntate, clàm, aut palàm à judicibus sententiæ ferrentur, ex ea, qua de proximè meminimus, oratione cognoscitur, eadēq; lege de corruptis judiciis quæsitum, eadem declarat oratio. Secuta est consularis Iulia, C. Cæsaris, nec tamē deinde ex lege Iulia, sed ex Cornelia, quanquam vetustior fuerit, judicia sunt administrata: puto, quia non semper posterior lex priorem comprehendebat, sed interdum aliquid tantùm addebat: ut universa penè judicii ratio à priore lege penderet. propterea Cornelia potiùs, quàm Iuliam posteriores jurisconsulti nominarunt. Ex lib. P. Manutii de legibus Romanis.

Vĕnēnĭfĕr, ra, rum, Venenosus. [ἰοβόλος. Gall. *Qui porte venin, venimeux.* Ital. *Chi porta veneno.* Ger Das gifft tregt. Hisp. *Que trae ponconna.* Pol. *Truciznę nosiaci.* Vng. *Merges.* An. *Venimous.*] Ovid. 3. Metamorph. lamq; venenifero sanguis manare palato Cœperat.

Vĕnēno, as, are, Inficere veneno. [φαρμακεύω. Gall *Empoisonner, envenimer.* Ital *Auenenare* Ger Vergifften Hisp. *Ponconnar.* Pol. *Truie.* Vng. *Meg mergeßitem.* Ang. *To poysone.*] Lucret. lib 6: Vt spatium cœli quadam de parte venenet.

Vĕnēnātŭs, ta, tum, Venenosus, veneno infectus: [ἰοβόλος. Gall. *Envenimé, empoisonné, venimeux* Ital *Auenenato.* Ger. Vergifftet. Hisp. *Lleno de ponconnas* Pol. *Otruti, iadem napoiony.* Vn. *Merges.* Ang. *Poysoned.*] ut Venenata caro, apud Cic. 2. de Nat. deor. Sic Venenata munera, Venenatum pabulum, Venenatæ sagittæ, Venenatus morsus, Venenata sanies, Venenatum telum. Plin. lib. 8. cap. 58: In Italia muribus araneis venenatus est morsus. Cic. 2. de divin. Quum Ptolemæus familiaris ejus, in prælio telō venenatō ictus esset, &c. Ovid. 14. Metam. Attonitum monstris vulgus pavet: illa paventum Ora venenata tetigit mirantia virga.

Vĕnēnōlŭs, la, lum, Quod venenum habet. ἰώδης. ut Venenosus serpens.

Vēnĕo, nis, nivi, vel venii, supino venum, quanvis analogiæ, compositionis q; ratio videatur exigere venitum, sicut reliqua composita à verbo Eo. [מכר *nimchár.* πωλέμαι. πιπράσκομαι, πράσσομαι. Gall. *Estre vendu.* Ital *Esser venduto* Ger Verkaufft werden. Bel Vercoopt worden. Hisp. *Ser vendido.* Pol. *Przedaie.* Vng. *El adatom.* An *To be sold.*] Componitur enim ex dictione Venū, & verbo eo, abjectis duabus literis: quemadmodū fieri videmus in verbo vendo. Sequiturq; per omnia ferè conjugationem verbi eo. Sub voce tamen neutrali habet significationem verbi passivi. ¶ Est enim veneo idem quod vendor, habetq; eandem omnino constructionem. Nam ipsum quod venditur, in nominativo ponitur: & is à quo venditur, in ablativo cum præpositione: & pretium, in ablativo sine præpositione. Cui aūt venditur, in dativo: ut Centum aureis nummis & mangone veniēre mancipia mihi. Sed nōnunquam venditor, & pretium

& pretium rei non explicantur. Plaut. in Menæch. Quibus hîc preciis porci veneunt? Varro: Veneunt propter penuriam magno. Cic. pro Sext. Rosc. Amerin. Primùm hoc videamus, ejus hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerũt. Idem de Arusp. resp. Atq; ei sese, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: - venit vilissima rerũ Hîc aqua. Claud. 1. in Eutrop. Nõ pudet (heu superi) populos venisse sub hasta Vẽdentis. ¶ Apud antiquissimos legitur Veneor. Plautus apud Diomedem: Egóne illi veneat? Sunt qui hoc verbum in prima syllaba per æ diphthongum scribendum putent, ut differat à verbo venio, cui in multis temporibus & personis adeò simile est, ut solo sensu alterũ ab altero possit dignosci. Quicquid id est, prima syllaba hujus verbi producitur, quæ in verbo venio corripitur.

Vĕnālis, venale, om. t. Quod venum expositum est. [ὠνητὸς, πρατὸς. Gall. *Exposé en vente, qui est à vendre.* Ital. *Cosa posta in vendita.* Ger. Feil. Hisp. *Cosa que está a puesta para vender.* Pol. *Przedamni.* Vng. *El ado, arruba botsattatot.* Ang. *That is to be sold or sett to sell.*] Cicer. lib. 3. Offic. Venales quidem hortos se non habere dixit. Salust. in Iugurt. O' urbem venalem, & citò perituram, si emptorem inveniat. ¶ Venales etiam, si nihil addas, servi intelliguntur, qui ad vendendum sunt expositi, & propriè, quemadmodum Hotomanus annotavit ex Fabio, Novitii. Itaq; quod Cicero in oratione post reditum dixit de grege venalium, in Pisoniana disertè de grege Novitiorũ dixit. Hinc etiã venalitia familia, quæ venalis est. ¶ Venalis ascriptor, qui pretio emitur, pecunia cõparatur. Cic. pro Domo sua: Deniq; ille Novitius Ligur, venalis ascriptor & subscriptor tuus, *&c.*

Vĕnāle, substantivum, neutri generis, Id quod vẽditioni exponitur. [מכר *mécher* מקחה *makkachâh.*] Plin. lib. 6. cap. 22: Fluminis ulteriore ripa merces positas juxta venalia tolli ab his si placet permutatio. Alii primam hujus dictionis diphthongo scribunt: de quo vide VENEO.

Vĕnālĭtārĭus, rii, masculini generis, apud Varronem & Plinium dicitur mango, & novitiorum servorum negotiator. [αἰχμαπωλικός. Gall. *Vendeur ou maquignon de serfs ou esclaues.* Ital. *Venditori di serui.* Ger. Ein verkeuffer steybeigner Leüten. Hisp. *Vendedor de siervos.* Pol. *Ten ktorist ugi przedaie.* Vng. *Ember arros. kereskedõ.* Ang. *A seller of bondemen.*] Africanus: Mercis appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed venalitiarios appellari ait. Vlp. li. 21. Digest. Quia ergo venalitiarii sciunt facilè decurri ad novorum emptionẽ, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt.

Vĕnālĭtĭus, substantivum, idem quod venalitiarius, qui scilicet greges mancipiorum venales habet. αἰχμαπωλικός. Cicero in Orat. Neq; me divitiæ movent quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalitii, mercatores esq; superarunt. ¶ Aliquando venalitius capitur adjectivè, idemq; significat quod venalis. Plin. lib. 35. cap. 8: Hoc est insigne venalitiis gregibus, opprobriumq; insolentis fortunæ. Sic Pomponius Iureconsultus lib. Digest. 24: Quòd si familiam domesticam uxoris, aut venalitiam paravit.

Vĕnālĭtĭum, tii, n. s. Locus ubi mancipia venalia prostant, vel ipse grex venalium. [αἰχμαπωλεῖον, πωλητήριον. Gall. *Le lieu où se vendent les serfs ou esclaues.* Ital. *Luogo doue si vendeno gli serui, mercato de serui.* Ger. Ein Leütmarckt. Hisp. *Mercado de siervos.* Pol. *Rinek gdzie lindzi przedaia.* Vng. *Rab arrulo piacz.* Ang. *A place where bondemen are sett forth to be sold.*] Venuleius de Aedilitio edict. l. ult. Nam quicunque ex venalitio novitiorum emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum è veteratorum numero esse.

Vĕnĕrīs gemma, Ex genere est amethystorum, roseum habens nitorem ex carbunculo in purpura refulgentem. *αἰτίης, παιδέρως.* Autor Plin. lib. 37. cap 9.

Vĕnĕrŏr, aris, com. p. Colo, honoro, cultu & observantia prosequor: quod verbum quidam dictum existimant, quasi veniam oro. [כבד *chibbédh:* השתחוה *hischtachavâh* חלה *chillâh* התפלל *hithpallél* התחנן *bithchannén.* σέβομαι, αἰδέω. Gall. *Reuerer, auoir en reuerence.* Ital. *Hauer in riuerẽtia, honorare.* Ger. Verehren/Ehr beweysen. Bel. Eeren. Hisp. *Honrar y acatar.* Pol. *Poczciwosc wirzadzam, czcze.* Vng. *Tiztelem, bõtsuellem.* Ang. *To honour, to worshipe.*] Virgil. 1. Georg. In primis venerare deos, atq; annua magnæ Sacra refer Cereri. Idem 3. Aeneid. Templa dei saxo venerabar structa vetusto. Cic. 6. Ver. Quod in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verumetiam osculari solent. Idem 1. Tusc. Ejusq; inventori & principi gratias exultantes agunt, eumq; venerantur ut Deum. ¶ Venerari quoq;, orare est, precari. Plaut. Est Deus, Veneror, ut nos ẽrũna ex hac miseras eximat. Virg. Multa movẽs animo nymphas venerabar agrestes, Ritè secũdarent visus, omenq; levarẽt. Cic. in Catil. 2. Quos vos, Quirites, precari, venerari, atq; implorare debetis, ut urbem pulcherrimam à nefario scelere defendant.

Vĕnĕrāns, tis. part. [מכבד *mechabbédh.* σεβόμενος.] Virg. 12. Aen. -& aram Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus.

Vĕnĕrātŭs, a, um, aliud partic. [מכבד *mechubbádh* בכבד *nichbádh.* σεβαστὸς, αἰδεσθείς. Gall. *Reueré & honoré.* Ital. *Honorato.* Ger. Verehret. Hisp. *Honrado.* Pol. *Vczczoni.* Vng. *Tiztelteletet.* Ang. *Worshipped, humblie prayed vnto.*] Horat. 2. Serm. Satyr. 2: Ac venerata Ceres, ut culmo surgeret alto, *&c.* Poëtæ tamen quandoq; veneratum pro venerabili ponunt. Virg. 3. Aeneid. -cursus q; dabit venerata sacerdos.

Vĕnĕrātŏr, oris, m. t. Cultor. [מכבד *mechabbédh.* σεβαστής. Gall. *Qui a en reuerence, qui reuere & honore.* Ital. *Chi fa riuerenza & honore.* Ger. Ein verehrer/ehrbeweiser. Hisp. *Honrador que haze honra.* Pol. *Czczyciel.* Vng. *Meg tiztelõ, bõtsuellõ.* Ang. *He that reuerenceth or worshippeth.*] Ovid. 2. de Ponto, eleg. 2: Ille domus vestrę primis venerator ab annis.

Vĕnĕrātĭo, onis, f. t. Cultus & honor. [עבודה כבוד *chabódh habodháh.* σέβασμα. Gall. *Reuerence.* Ital. *Reuerentia che si fa ad alcuno.* Ger. Verehrung/ehrerbietung. Hisp. *Obra de honrar.* Pol. *Czczenie, poczciwosc wirzadzanie.* Vng. *Tiztelet, bõtsuõllet.* Ang. *Honour, worshipping.*] Plin. lib. 8. cap. 1. de Elephantis: Imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quoque siderum, Solis q; ac Junæ veneratio. Cicer. 1. de Nat. deor. Habet enim venerationẽ justam quicquid excellit.

Vĕnĕrābĭlis, Qui cultu & veneratione dignus est. [מכבד *nichbádh.* σεμνὸς, σεβάσμιος. Gall. *Venerable, digne d' honneur & reuerence.* Ital. *Digno di honore, venerabile.* Ger. Ehrwirdig. Bel. Eerweerdich. Hisp. *Cosa que deue ser honrada.* Pol. *Czczi godny.* Vng. *Bõtsuellendõ, tiztelendõ.* Ang. *Worthie of honour and reuerence.*] Plin. Iunior in Epist. Vir gravis, & ipsa senectute venerabilis. Liv. 1. ab Vrbe: Venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines. Mart. lib. 1: Hic ubi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant. Ovid. 2. de Remed. amor. Est prope Collinam templum venerabile portam.

Vĕnĕrābŭndŭs, da, dum, Cum veneratione aliquid faciens. [מכבד *mechabbédh* משתחוה *mischtachavéh.* σεβασμιος. Gall. *Qui fait reuerence.* Ital. *Chi fa riuerentia.* Ger. Verehrend/ehrerbietend. Hisp. *El que haze honra.* Pol. *Poczciwosc wirzadzaiaci.* Vng. *Bõtsuelletesen tselekedõ.* Ang. *One that doeth worship or honour.*] Curt. lib. 8: Itaq; more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Livius 1. ab Vrbe: Quum perfusus horrore, venerabundusq; astitissem, petens precibus, ut contrà intueri fas esset. Abi, nuntia, *inquit*, Romanis, *&c.*

Vĕnĕrāndŭs, a, um, Venerabilis, colendus. [מכבד *nichbádh.* μεγαλεῖος, σεμνὸς, σεβάσμιος, τίμιος, αἰδέσιμος. Gall. *Venerable, digne d'estre reueré.* Ital. *Venerabile, degno di honore.* Ger. Ehrwirdig/der zu verehren ist. Hisp. *Cosa que deue ser honrada.* Pol. *Czci godni.* Vng. *Bõtsuellendõ, tiztelendõ.* Ang. *Worthie to be honoured or reuerenced.*] Seneca: Vocem existimatione dignam & omni seculo venerandam. Virg. lib. 9. Aeneid. Te verò, mea quem spatiis propioribus ætas Insequitur, venerande puer, jam pectore toto Accipio. Mart. lib. 1: Inde sacro veneranda petes palatia clivo, Plurima qua summi fulget imago ducis.

Vĕnĕrāntĕr, Cum veneratione. [σεμνῶς αἰδοῖ. Gall. *Auec reuerence, reueremment.* Ital. *Con riuerentia.* Ger. Ehrerbietiglich/ehrbewetslich. Hisp. *Con honra y acatamiento.* Pol. *Zreuerentia.* Vng. *Bõtsuelletesen.* Ang. *With reuerence.*] Apuleius: Et ab eo veneranter exceptus, paululum quievi.

Vĕnĭă, æ, f. p. Remissio culpæ, & condonatio erroris. [סליחה *selichâh* חנה *chemlâh* מחילה *machmâl.* συγγνώμη. Gall *Pardon.* Ital. *Perdono.* Ger. Verzeihung/vergebung. Bel. Vergiffenisse. Hisp. *Pardon.* Pol. *Odpuszczenie, dozwolenie.* Vng. *Bocsanat.* Ang. *Pardone, forgiueneſſe, leaue.*] Quint. in Gladiat. Peccavi, veniam peto. ¶ Quandoq; ponitur pro beneficio, indulgẽtia, & permissione. [רשיון *rischjón.* συγχώρησις. Gall. *Licence, permission, congé.* Ital. *Combiato, permissione.* Ger. Verwilligung/zulassung. Hisp. *Paz, licencia.*] Cic. lib. 1. de Orat. Date nobis hanc veniam, *συγχωρῆτε*, ut quæ sentitis de omni genere dicẽdi, subtiliter prosequamini: id est, concedite. Terent. in And. Da pater veniam, sine te exorem. Cum venia: hoc est, cum pace tua, & te permittente. Sic cum venia legere, dixit Quintil. lib. 10. cap. 1. pro eo quod est, non nimium rigidè examinare, sed inter legendũ ad quædam connivere. Sic Cic. pro Rosc. Amer. Cum venia audire dixit: Bonaq;, *inquit*, cũ venia verba mea audiatis. Idem de Nat. deor. Vt molestè ferrem tantum ingeniũ (bona venia me audies) in tàm leves sententias incidisse. Liv. Cum bona venia, quæso, audiatis, Patres conscripti, id quod eloquar. Hoc est, Audite me, & siquid dixero quod vobis displiceat, aut parum gratum sit, ignoscite. ¶ Habere veniam, pro ignoscere. Quint. lib. 11. cap. 1: Nos institutionem professi nõ solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus, ideoq; paulò pluribus verbis debet haberi venia.

Vĕnĭālis, veniale, om. t. Quod venia dignũ est. [συγγνωστὸς. Gall. *Veniel, digne de pardon.* Ital. *Degno di perdono.* Ger. Nachlässlich/dem zu verzeyhen

zu verzeyhen iſt. Hiſp. *Coſa digna de ſer perdonada.* Pol. *Godni odpuſzczenia.* Vng *Meg botſanando.* Ang *Worthie of pardone.*] Macrobius: Si venialis erit iſta translatio.

Vĕnĭo, nis, nire, ventum, n.q. Advenio, accedo. [בא *ba.* ἔρχομαι, ἥκω. Gall. *Venir.* Ital. *Venire.* Ger. Kommen. Bel. Commen. Hiſp. *Venir.* Pol. *Przichodze.* Vng *El megyek, ſzüsk.* Ang *To come.*] Virg. 6. Aeneid. Veniſti tandem. ¶ Aliquando tamē ponitur pro Eo. Terent. Niſi ego ad mercatum venio. Sic econtrario ire, pro venire. Terent. in And. Ibam ad te. ¶ Admittit aliquando dativum, qui reſolvi poteſt in accuſativū mediante præpoſitione ad, vel in. Virg. 1. Aeneid. Hinc populum latè regem, belloq; ſuperbum, Venturum exitio Latii. ¶ Poëtæ aliquando venire pro imminere uſurpant. Virg 7. Aeneid. Se ſatis ambobus Teucriſq; venire Latinisq;. ¶ Aliquando pro creſcere, provenire. [טרה *pardh*]ד[*ghadhdl.* φύεσθ.] Item lib. 1. Georg. Hic ſegetes, illic veniunt fœliciùs uvæ. Idem eod. lib. circa principium: Principio arboribus varia eſt natura creandis: Nanq; aliæ, nullis hominū cogentibus, ipſæ Sponte ſua veniunt, camposq; & flumina latè Curva tenent. ¶ Aliquando pro portari, ſive afferri. Plin. lib. 35. cap 6: Species ſinopidis tres, rubra, & minus rubens, & media inter has: ejus quæ ex Africa venit, octoni aſſes Cic. ad Brutum lib. 11: Quod ſcribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, ſi per hoſtem licet, non erraris. ¶ Venire ab aliquo, eſt ab ejus ædibus, ubi aderat, venire. Cic. pro Roſc: Comœd. Quia veniebat à Roſcio. plus etiam ſcire quàm ſciebat, videbatur: id eſt, è ludo vel è diſciplina Roſcii. Ad Arceſilaum veniamus, dixit Cic. 4. Acad. hoc eſt, de Arceſilao loquamur. ¶ Venire adverſum, eſt venire obviam. ¶ Quod venit in buccam. Cicero Attico lib. 1: Tu velim ſępè ad nos ſcribas: ſi rem nullā habebis, quod in buccam venit, ſcribito. Proverbialiter, pro, quicquid in mētem veniet. ¶ Venire in cognitionem, Quint. lib. 7. cap. 3: Potest hoc genus in cognitionem venire Senatus. In confeſſum venit: id eſt, notum & manifeſtum eſt. Plin. Epiſt. 302: Vt neceſſe ſit in ea re, quæ & in confeſſum venit, & exemplis defenditur, deliberare. ¶ Venire in conſilium: id eſt, accedere ad cōſilium convocatum. Cicero ad Atticum lib. 10: Veniendúmve ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. ¶ Venire in crimen. Terentius in Hecyra: Hera in crimen veniet, ego verò in magnū malum: hoc eſt, accuſabitur. ¶ Venire in fidem alicujus: hoc eſt, ſeſe dedere. Liv. 6. belli Punici: Prodita brevi ſunt viginti oppida: ſex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. ¶ Venire in flammam. Cicero ad Atticum lib. 16: Veniendum eſt igitur, vel in ipſam flammam: turpiùs eſt enim privatim cadere quàm publicé Hoc eſt, oportet conjicere ſe in periculum. ¶ Venire ponitur etiam pro evenire & accidere. Cicero ad Tironem: Emiſſe te prædium vehementer gaudeo, fœliciterq; rem tibi iſtam venire cupio Venire viam. Cic. 3. Philip. Quis neſcierit veniſſe eam tot dierum tibi viam gratulatum? In uſum venire. Plin. lib. 24. cap. 11: Nec thus Latinum nomen habet, quum in uſum plurimis modis veniat. Vſus venit, vel uſu venit, elegantèr ponitur pro evenit, accidit. Terent. in Heavt. Et ne ego te (ſi uſus veniat) magnificè, Chreme, Tractare poſſim. Cicero ad Atticum lib. 7: Nunc venit idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis. Venire in religionem res aliqua dicitur, quum conſcientię (ut vulgus loquitur) ſcrupulus de ea exoritur. Cic. 2. de Natura deorum: Gracchus quum comitia nihilominus peregiſſet, rēmq; illam in religionem populo veniſſe ſentiret ad Senatum retulit. Venire in mētem, eſt ſuccurrere, in animum incidere: neq; ſolùm ad recordationem pertinet, verumetiam ad conſiderationem & reputationem, ἐπιβάλλειν, ἐλθεῖν εἰς νοῦν. Terent in Evnuch. Hoc adeò ex hac ré venit in mentem mihi. Virg. 4. Aeneid. Nec venit in mentem quorum conſederis arvis? Lucret. lib. 5: Et venit in mentem Solis, Lunæque viarum. Cic. 1. Ver. In mentem tibi non venit quid negotii ſit cauſam publicam ſuſtinere? Venire divitiæ ad aliquem dicuntur, quæ morte cujuſquam ad eum devolvuntur. Cic pro Sext Roſc. Ad quem morte Roſcii divitiæ venerunt. Venire ad manus, vel ad arma, eſt rem eò uſq; progredi, ut pugna, vel bellum ex eo emergat. Cic 6. Ver. Nonnunquam etiam res ad pugnam, & ad arma veniebat. Venire oratum, eſt orandi gratia venire. Cæſar 7. belli Gallici: Legati ad eum principes Heduorum venīūt oratum, ut maximè neceſſario tempore ſubveniat, ſummo eſſe in periculo rem.

Vĕnĭtŭr, pen prod. impersonale. Plin. Epiſt. 190: Venitur ad me, conſurgo. Ovid. 3. Faſtor. Seu quòd ad uſq; decem numero creſcente venitur Ventū eſt. Liv. 1. ab Vrb. Ad Ianiculum fortè ventum erat. Ovid. 5. Faſt. Quò poſtquam ventum eſt, &c.

Vĕnĭens, tis, participium. [נא *ba.* ἐρχόμενος.] Cic. ad Qu. Frat. Non enim ſumus omnino ſine cura venientis anni, etſi ſumus ſine timore. Virg. 5. Aeneid. Gratior & pulchro veniēs in corpore virtus.

Vĕnturŭs, a, um, aliud participiū, ἐλευσόμενος. Ovid. 3. de Arte: Vĕturæ memores ſīā nūc eſtote ſenectæ: Sic nullū vobis tēpus abibit iners Virg 4. Georg. Vĕturæq; hyemis memores, æſtate laborem Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.

Vĕntĭo, onis, verbale, f.t. [ביאה *bidh* קרבה *kerabáh.* ἡ ἔλευσις, ἡ ἄφιξις, ἡ πρόσοδος. Gal. *Venue.* Ital. *Venuta.* Ger Kommung. Hiſp. *Venida.* Pol. *Przyſzcie.* Vng. Iövés. An. *A comming.*] Plaut. Truc. Quid tibi huc ventio eſt?

Ventĭto, as, frequentativum ab inuſitato vento, Frequenter venio, identidem adeo. [φοιτάω. Gal. *Venir ſouvent.* Ital. *Venir ſpeſſo* Ger Offt kommen/oder kommen eins kommens. Hiſp. *Venir amenudo.* Pol. *Vſtawnie przychodze.* Vng. Iövdegelek. Ang. *To come often.*] Plin. lib. 35. cap. 10: Gratior Alexandro Magno erat frequenter in officinam ventitanti. Cic. Attico li. 1: Dies ferè nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet. Catuli Epig. 8: Quum ventitabas quò puella ducebát.

Vĕnŏr, aris, d. p. Feras indago, feris inſidior, & quaſi circunvenio. [ציד *tsiddh,* ἄγρεύω, κυνηγάω, θηράω, θηρεύω. Gall. *Vener, chaſſer, aux beſtes ſauuages.* Ital. *Cacciarè le beſtie ſeluatiche.* Ger. Jagen. Hiſp. *Montear ò cacar.* Pol. *Ieſtem na ſwoyna miſtrſtwie.* Vng. *Vadaſzok.* Ang. *To chaſe beaſtes, or to hunt.*] Cic. ad Cæl. li. 2: De pantheris, per eos qui venari ſolent, agitur mandato meo diligēter Virg. 3. Georg. Et canib. leporē, canibus venabere damas: Plin. lib. 16. cap 1: Fugientes cum mari piſces circa tuguria venantur. Cic. 2. de Nat. deor. Canū tanta alacritas in venando. ¶ Per translationē venari capimus pro captare: hoc eſt, artificio quodam, & ſolertia quærere. θηράω. ut, Venor laudē, gloriam: quod etiā Aucupari dicimus. Cic. Att. lib. 16: Bene igitur tu, qui ἀδωναΐσιν venaris; relinquis patriā. ¶ Venari apros in mari dixit Plaut in Aſin. pro eo quod eſt operam perdere, & fruſtrà aliquid conari. ¶ Legitur etiam venari paſſivè pro captari, ſive dolis impeti, circunveniri. [לכד *nilchádh.* θηρεύεσθ.] quod & Nonius annotavit, citans illud Ennii ex Nemea: Teneor conſepta atq; undiq; vēner.

Vēnātŭs, us, m. q. Ipſa venatio. [ציד *tsâjid.* ἄγρευσις, θήρευμα, κυνηγεσία. Gal. *Chaſſe de beſtes ſauuages.* Ital. *Caccia di ſaluatiscine.* Ger. Ein gejägt. Hiſp. *Monteria, caca de fieras.* Pol. *Lowienie, miſtrſtwo.* Vng. *Vadaszas.* Ang. *Hunting.*] Plaut. in Ruden. Hunc qui cepi in venatu meo. Virg 9. Aeneid. Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem Venatu aſſiduo, & totum cognovimus amnem. Ovid. Epiſt. 5: Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos? Cic. 5. Tuſc. Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

Vēnatĭo, onis, f.t. Ferarum perſecutio & inveſtigatio. [ציד *tsâjidh.* ἄγρευσις, θήρευμα, κυνηγεσία: Gall. *Chaſſe de beſtes ſauuages.* Ital. *Caccia di ſaluaticine.* Ger Jagung/gejägt. Hiſp. *Monteria, caca de fieras.* Pol. *Miſtrſtwo.* Vng: *Vadaszas.* Ang *Hunting.*] ¶ Venationes item dicebātur ludi quibus feræ magno diſcrimine ab iis, qui depugnabant, cōficiebantur. Cic. 2. Offic. Omnino duo ſunt genera largorū: quorū alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorū muneribus, venationumq; apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam ſint relicturi omnino. Liv. 5. belli Punic. 2: Convenerat autem ut Philomeles portula aſſueta venationem inferens, armatos induceret.

Vēnātŏr, oris, m. t. Qui feras perſequitur. [ציד *tſajiád* צד *tſadh.* κυνηγέτης, κυνηγός. θηρευτής Gall. *Veneur, chaſſeur* Ital. *Cacciatore.* Ger. Ein Jäger Hiſp. *Montero, cacador de fieras.* Pol. *Lowiec, miſtrwiecz.* Vng. *Vadasz.* Ang. *An hunter.*] Horat. lib. 1. Carm. Ode 1: Manet ſub Iove frigido venator, teneræ conjugis immemor. Cic. 2. Tuſc. Pernoctant venatores in nive, in montibus viri ſe patiuntur.

Vēnātrīx, icis, f. t. Mulier feras perſequens. [צדה *tſadháh.* κυνηγός, ή. Gall. *Veneuſe, ou venereſſe. femme qui va à la chaſſe.* Ital. *Donna cacciatrice* Ger. Ein Jägerin Hiſ. *Montera y cacadora de fieras.* Pol. *Miſtrwczowa.* Vng. *Vadaszaszoni.*] Virg. 9. Aen. comitē Aeneæ quem miſerat Ida Venatrix, jaculo celeri ē, levibusq; ſagittis.

Vēnātĭcŭs, a, um, Quod ad venationē pertinet. [θηρευτικός, κυνηγετικός. Gall. *De chaſſe, de veneur* Ital. *Coſa de caccia.* Ger Jägerisch/des Jägers. Hiſp. *Coſa de monteria.* Pol. *Myſtrwczy, l'owiczi.* Vng. *Vadaszo.* Ang *Belonging to hunting.*] Vndē venaticos canes dicimus, quibus feras perſequimur. Var. 2. de Re ruſt cap. 9: Canum duo genera: unum venaticum, & pertinet ad feras, beſtias, ac ſylveſtres: alterum quod cuſtodiæ cauſa paratur. Col. li. 7. cap. 12: De villatico igitur & paſtorali dicendum eſt: nam venaticus nihil pertinet ad noſtram profeſſionem. Cic 6. Ver. Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia, & perveſtigabant. Canum venaticorum elegantiſſimè excogitata nomina habes apud Ovid. 3 Metam. & apud Xenophontem in tractatu De venatione. ¶ Paraſiti venatici. Plaut. Cap. Prolatis rebus paraſiti venatici ſumus.

Vēnātōrĭus, a, um, Venaticus κυνηγετικός: ut Venatoria inſtrumenta, quibus in venando utimur. Culter venatorius, apud Mart. lib. 14: Venatorius ludus, in quo feræ magno diſcrimine ab iis qui depugnabant conficiebantur.

Vēntĕr,

Vēntĕr, hujus ventris, m. t. Tota illa pars corporis concava à mucronata cartilagine & nothis costis, usq; ad pubem extensa. [בטן *béten* כרש *chéres*. γαστὴρ, κοιλία. Gall. *Ventre.* Ital. *Ventre, lo stomacho.* Germ. Der Bauch. Belg. Den buyck. Hisp. *El vientro.* Pol. *Brzuch.* Vn. *Has.* Ang. *The belllie.*] Plin. lib. 9. cap. 50: Pisces attritu ventrium coëunt tanta celeritate, ut visum fallant. Ibidem: Fœmina pisces coitus tempore marē sequitur, ventrē ejus rostro pulsans. ¶ Venter, pro vēntriculo, in quē cibus receptus cōmutatur in chylum. γαστήδιον, στόμαχος. Pers. in Prolog. Sat. Magister artis, ingeniiq; largitor Venter negatas artifex sequi voces. Fames enim in superiori ventriculi orificio potissimū sentitur. Iuvenal. Satyr. 5: Ventre nihil novi frugalius. Plaut. in Capt. Proin tu tui quotidiani victi ventrē ad me afferas. ¶ Vēter pro alvo. Cels. lib. 3. cap. 18: Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est, ventrem ejus antè solvendum esse: ubi à superiore, comprimendum. Col. lib. 9. cap. 12: Nam & tithymalus majorum quoq; animalium ventrem solvit. ¶ Ventrem ferre, est esse gravidam, σὺν γαστρὶ ἔχειν. Colum. lib. 7. cap. 24. de vaccis: Nam decem mensibus ventrem perferunt.

Vēntrĭcŭlŭs, li, m. s. Cibi & potus receptaculum, primæq; coctionis instrumentum, quod & Stomachum nonnulli appellant. [γαστὴρ, γαστήδιον, κοιλία. Gall. *Ventricule, petit ventre, l' estomach.* Ital. *Lo stomacho.* Ger. Der Magen. His. *Estomago.* Polon. *Zoł'adek.* Vngar. *Giomor.* Ang. *The stomack.*] Cels. lib. 4. cap. 1: Ventriculus autem, qui receptaculum cibi est, constat è duobus tergoribus: isq; inter lienem & jecur positus.

Vēntrālĕ, hujus ventralis, neut. gen. Vestimentum ventrem cōtegens. [τὸ ἐπιγάστριον ἐπίδλημα. Gall. *Vn vestement qui couure l' estomach.* Ital. *Vestimento chi copre il ventre.* Ger. Ein vorschürtztin/ *eſtomach.* Hisp. *Vestidura de vientre ò para cubrir el vientre.* Pol. *Napierśien, żal'oga napierśi.* Vng. *Has be fedō ruha.* Ang. *A cloth that coureth the bellie, an apron.*] Plin. lib. 8. cap. 48: Patris mei memoria cœpêre amphimalla vestra, sicut villosa etiam ventralia. Videtur item ventrale sacculi genus fuisse, pecuniæ ad usum quotidianum necessariæ gestandæ accommodatum, & sub ventrē appensum. l. 6. D. de bon. dam. Nonnulli tamen putant esse ventrale dicendum. Hotomanus.

Vēntrōsŭs, a, um, Qui magnum habet ventrem. [γαστρώδης. Gall. *Ventru, qui a grand ventre.* Ital. *Chi a gran ventre.* German. Ein beuchling / der ein grossen Bauch hat. Hispan. *Cosa que tiene mucho vientre.* Polon. *Brzuchati.* Vngar. *Hasas, potrohos.* Ang. *That hath a great bellie, or bellied.*] Plaut. in Merc. Canum, varum, ventriosum. Idem in Asin. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Pro eodem nonnulli utuntur ventricosus, interjecta inter duas vocales c consonante, quanvis primitivum eam literam non habeat. Quod etiam in aliis nonnullis adjectivis usuvenire videmus: ut ab Arcadia fit Arcadicus, & ab Italia Italicus.

Vēntrōsŭs, a, um, γάστρων, γαστρώδης. Idem. Plin. lib. 14. cap. 21, de doliis loquens vinariis: Ventrosa, ac patula minus utilia.

Vēntĭlo, las, pen. cor. act. p. Ventum excito, ventū facio. [זרה *zaráh*. λικμάω, πτυονίω. Gall. *Esventer, vanner.* Ital *Suentare, vannire.* Ger. Wadlen/ein lufft machen. Belg. Wayen. Hisp. *Auentar como para trillada, ò hazer ayre con moscador.* Pol. *Wieie.* Vngar. *Legiezek, szelet inditot.* Ang. *To fanne or winnow.*] Propert. lib. 4. Eleg. 3: Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipsa facem. ¶ Ventilari frumentū dicitur, dum in area ventilabro purgatur. [λικμᾶσθαι. Pol. *Wiaczyto.* Vngar. *Megszorni.*] Plin. Multi ventilare quoque granum vetant. ¶ Et ventilari vinum dicitur, pro eo quod dicunt, *dare ventum vino*: ut fit, quum difficulter exit è dolio. Colum. lib. 12. cap. 30: Quò major æstus erit, eò sæpiùs convenit vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. ¶ Ventilare annulum, est è digitis exemptum manibus versare, & veluti vento perflandū exponere. Iuven. Satyr. 1: -quum verna Canopi Crispinus Tyrias humero revocante lacernas Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum. ¶ Translatè etiam populus & concio ventilari dicitur, quum oratione seditiosi alicujus cōmovetur & excitatur. Cic. pro Flac. Cujus lingua quasi flabello seditionis illatum est egentium concio ventilata. ¶ Hujus compositum est Eventillo, de quo suo loco.

Vēntĭlātĭo, onis, verbale, f. t. Actus ventilandi. [זרוי *mizréh*. πίνισις. Gall. *Esuentement.* Ital. *Suentamento.* Ger. Erlufftigung. Hisp. *Auentamiento.* Pol. *Wianie.* Vng. *Legiezes, szoras.* Ang. *A fanning or winnowing.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Innocentiores uvæ, quæ decerptæ diu pependêre, qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho, ægrisq;.

Vēntĭlātŏr, ris, m. t. Qui ventilatione frumenta purgat, aut legumina: hoc est, qui post triturā frumēta aut legumina vētilabro in sublime ejaculatur, ut ventorum flatu grana secernantur à palea. [זרה *zoréh*. λικμητής Gall. *Vanneur.* Ital. *Suentatore.* Ger. Ein erlufftiger / Kornschwinger / Kornrürer. Hisp. *Auentador.* Pol. *Ten ktory wieiezito.* Vng. *Szoro.* Ang. *A fanner or winnower.*] Col. lib. 2. cap. 10: Faba quæ longiùs emittetur, pura eò perveniet, quò ventilator eam jaculabitur. ¶ Ventilatores apud Quintil. lib. 12. cap. 7, sunt præstigiatores, qui ut ventilatores grana quæ purgant, in ventum projiciunt, ita rem, quā retinent, manibus ejicere videntur. ῥίπτειν. Ita enim ait: Quo usu constant mira illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, ut ea quæ emiserint, ultrò venire in manus credas, & quā jubentur decurrere.

Vēntĭlābrum, bri, pen. prod. n. s. Instrumentum quo rustici frumenta, leguminave post triturā sursum ejaculātur, ut ventorū flatu à paleis repurgētur: quē in usum rustici hodie habēt palas: quib. frumēta ita in sublime ejaculātur, ut aliò grana suo pondere, aliò paleę ventorū vi ferātur. [זרוי *mizráh*. πτύον, ῥιπίς. Gal. *Vn van, vn esuantoir.* Ital. *Ventaglio, vn vano.* Germ. Ein wurffschauffel Hisp. *El ventallo ò instrumento para cuentar para trillada, auentadero.* Pol. *Wieiaczka, łopata zitna.* Vng. *Szoro lapat.* Ang. *A fanne, an instrumento to winnow corne.*] Col. lib. 2. cap. 10: Nam quū acervus paleis granisq; mistus in unū fuerit cōgestus, paulatim ex eo vētilabris per lōgiùs spatiū jactetur: quo pacto palea quę levior est, citrā decidit, faba quę lōgiùs emittetur, pura eò perveniet, quò ventilator eam jaculabitur.

Vēntŭlŭs, diminut. Lenis & exiguus ventus, aura. [αὐρίδιον. Gall. *Petit vent.* Ital. *Picciol vento.* Ger. Windlin. Hisp. *Pequenno viento.* Pol. *Wiatrek.* Vng. *Szellō, szeletske.* Ang. *A litle aïr, or soft blowing wind.*] Terent. in Eunuch. Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lavamur.

Vēntōsŭs, a, um, Vento plenus: [αὐρώδης, φυσώδης. Gall. *Venteux.* Ital. *Pieno di vento.* Ger Windig/ voll Windo. Hisp. *Cosa de mucho viento.* Pol. *Wietrzny.* Vn. *Szeles.* An *Windie.*] ut Ventosus aër, apud Plin. lib. 2. cap. 18. Ventosi folles. Virgil. 8. Aen. -alii ventosis follibus auras Accipiunt, redduntque. Fornax ventosa: id est, vento exposita. Cato cap. 38. Vbi satis foderis, tum fornaci locū facito, ut quàm altissima, & quàm minimè ventosa siet. ¶ Per translationē accipitur pro tumido, inflato, vano, & inani. κενός. ut Ventosa verba: id est, inflata quidem & tumida, cæterum sine ullo pondere & effectu. Ventosa natio: id est, levis, & vana. Plin. in Paneg. Superbiebat ventosa

& insolens natio. Ventosa gloria. κενοδοξία. Virgil. 11. Aeneid. Iam noscent, ventosa ferat cui gloria fraudem. Horat. 1. Epist. 19: Non ego ventosæ plebis suffragia venor Impensis cœnarum & tritæ munere vestis.

Vēnŭcŭlă, f. p. Vvæ genus, quod in ollis cōditum quàm diutissimè incorruptum servabatur, Colum. lib. 3. cap. 2: Itē quorum uvæ temporibus hyemis durabiles vasis conduntur, ut venuculę, ut nuper in hos usus exploratæ Numesianæ. Plin. lib. 14. cap. 2, Veniculam appellat, per tertiam vocalē in secunda syllaba. Veniculam (inquit) inter optimè defloresćentes, & ollis aptissimā, Campani malunt Sirculam vocare, alii Staculam. Philippus Beroaldus utrobiq; Venunculam legendum existimat: quemadmodū & apud Horatiū in præceptis Catianis: -venuncula convenit ollę. ¶ Venuculum, farris genus, clusino ponderosius. Col. lib. 2. cap. 6: Far quod vocatur venuculum, rutilum, atq; alterum candidū, sed utrunq; majoris ponderis quàm clusinum. Quo in loco Ruellius legit Vermiculū: nonnulli etiam Vernaculum: quam lectionem etiā Plinio teste tueri conantur, quē ajunt vernaculum inter adorei genera enumerare: quod tamen nos apud Plinium invenire non potuimus. Verùm illi acutiores fuerunt, qui viderunt quod nusquam erat. Eo tamen in loco Ruellius legit Vermiculum, ex Plinio fortasse, qui lib. 22. cap. 25, ait in farre vermiculum esse teredini similem, qui dentibus vitiatis medeatur. Verùm quid si vernaculum legatur? quum idem Plinius far adoreum vernaculum appellari affirmet?

Vēnum, Aliqui adverbium esse putant, quemadmodum & pessum: usurpatur tamen pro supino verbi veneo: admittitq; secum præcipuè hæc verba, eo, do, expono, & fortassis nonnulla alia. ¶ Est autē venum ire, idem quod vendi. Venū dare, idem quod vendere: pro quo etiam unica dictione cōposita dicimus Venundare. Liv Se venū à primoribus datos. Idem lib. 3: Tum etiam legem fecerunt sanciendo, ut qui tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decemviris nocuisset, ejus caput Iovi sacrum esset, familia ad ædem Cereris liberi liberæque venum irent: id est, venderentur. Salust. in Iugurth. Quippe cui omnia venum ire, in animo hæserat. Vbi illud notandum est, quòd dicimus, Venum ire, non venum iri, sicut Vapulatum ire, non iri: quia venum & vapulatum semper sunt passivæ significationis, ne duo passiva copulentur. In cæteris verò quæ ambigua sunt, quòd activè & passivè accipi possint, ad distinguendum sensum accommodamus infinitum hoc, vel activum, vel passivum: ut ideò te amatum ire, vel iri: quia talia supina sunt ancipitis significationis.

Vēnūndo, das, ex venum & do, Vendo, venale expono. [מכר *machár.* πωλέω, ἀποδίδομαι, ἀπεμπολέω, ἀπεμπολάω. Gall. *Vendre, mettre en vente.* Ital. *Vendere.* Ger Zu kauffen geben. Belg Verkoopen Hisp. *Vender.* Pol *Przedaie.* Vng. *El adom, arruba borsatom, arrulom.* Ang. *To sell, to sett forth to sell*] Cic. 3. Offic. Quum in venundando rem eam scisset, nec pronuntiavisset emptori. Plin. lib. 35: Octoginta talentis venundatas.

Vēnūndātĭo, onis, f. t. idem quod venditio, ἀπεμπόλησις.

Vĕnūstŭs, a, um, Quod in se habet venustatem, lepidus, festivus: [יפה *japhéh* טוב *tob.* ἐπαφρόδιτος, ἐπίχαρις, χαρίεις, εὐχήμων. Gall *Fort beau, gentil, ioly, braue, qui a bonne grace.* Ital. *Molto gratiato.* Ger. Schön/hübsch/holdselig Belg. Schoon. Hisp. *Hermoso, con gracia.* Pol. *Piekni, nadobni, wdzięczni.* Vng. Ekes, *szep.* Ang *Beautifull, plesant, that hath a goodly grace.*] ut venustus homo, & venusta oratio: sicut Lepidus homo, & Lepida oratio. Catul. de passere: Lugete ô Veneres, Cupidinesq;, Et quantū est hominū venustiorum. Cic. de clar. Orat. Gestus & motus corporis ita venustus, ut tamē ad forum, nō ad scenam institutus videretur. Idem 2. de Orat. Sed quum omnium sis venustissimus, & urbanissimus, &c. Venustus vultus, ingenuus, elegans. Terēt. in And Et vultu Sosia adeò modesto, adeò venusto, ut nihil suprá. L. pidus autē & Venustus ita inter se differunt, quòd Venustum vocamus (ut ait Quintil. lib. 9. cap 4.) quod cum gratia quadam, & Venere dicitur: lepidum, quod rotunditate quadam & brevitate, atque acumine verborum delectat ἐπιχάριτον, ἐπαφρόδιτον.

Vĕnūstē, adverbium. [χαριέντως, καλῶς, ἀστείως. Gall. *Gentement, brauement.* Ital. *Gratiatamente.* German Holdseligklich/zierlichen. Hispan. *Hermosamente, con gracia.* Polon. *Nadobnie wdzięcznie.* Vng. Ekesen, szepen. Ang *Beautifullie, prettilie, with a goodly grace.*] Cælius ad Ciceronem lib. 8: Quia in re mihi videtur illud per quàm venustè cecidisse.

Vĕnūstŭlŭs, dimin. [ὁ χαριέστερος, σμικρόν τι ἐπαφρόδιτος. Gall. *Gentillet, ioliet, d'assez bonne grace.* Ital. *Alquanto bello & gratiato.* German Zimlich schön oder liebklich. Hisp *Vn poco hermoso* Pol. *Niezadni.* Vng *Szepetske.*] Plaut. in Asin. compellando blanditer. Osculando oratione vinula, venustula.

Vĕnūstās, atis, f. t. Propriè pulchritudo muliebris, præterea lepor, gratia, suavitas. [יפי *jephí* חן *chen.* εὐχαριστία χαριεντισμός. Gall. *Gentillesse, beauté, bonne grace, brauete.* Ital. *Bella, buona gratia, auenenza.* German Schöne/ wolgestaltē. Belg. Schoonheit/ fraye heit. Hispan. *Hermosura con gracia.* Polon. *Czystość, piękność.* Vngar. Ekesség, szépség. Angl. *Grace and delectable comlinesse in speach & gesture*] Cicero 1 Officior. Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. Idem in Oratore: Vultus multam affert, tùm dignitatem, tùm venustatem. Firmicus lib. 4. Matheseos: Si Luna à Iove defluat ad Venerem, facit venustos, & quibus ex venustate potestas maxima comparetur. ¶ Accipitur etiam venustas, pro lepōre sive gratia dicendi & suavitate χαριεντισμὸς, εὐφυολογία Cic. 1. de Orat. Dicēdi vis egregia summa festivitate, & venustate conjuncta proficit. Idem 7. Verr. Iste autem homo venerius, & ad libidinem omni lepōre & venustate &c Quintil. lib 4 cap 2: Commendatur expositio venustate. Cicer. 1. de Orat Tum ea denique vestire atque ornare oratione, pòst memoria sepire, ad extremum agere cum dignitate & venustate.

Vĕnusto, as, Orno. [טאר *peér* עדה *hadháh* הדר *hadhár.* κοσμέω. Gall. *Faire beau & gentil* Ital. *Adornare, far bello.* Ger. Zieren/ schön vñ hubsch machen. Hispan *Adornar con gracia, hazer hermoso.* Pol *Zdobie, chedoze.* Vng. *Megekesittem.* Ang *To make beautifull and plesant.*] Hujus contrarium est Devenusto. Gell. Tanquam pulchritudinis sibi insignia devenustet.

Vepr̄ēs, hujus vepris. masc. secundum Probum fœm. secundum Priscian. Spinæ genus nocentioribus aculeis, quibus tenaciter prætereuntium vestibus adhæret. unde & nomen accepisse existimant, quòd vehementer prehendat. [שיח *schájsith* קוץ *kots* סיר *sir* ἄκανθα. Gall *Espines, espinaye* Ital *Spine.* Ger Dörn Hisp *Las espinas* Polon *Cyernie.* Vngar *Tovisses boker.* Ang *A brere or bramble.*] Ovid. lib. 5. Metam. Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit Ora canum. Horat 1. Epist. 17: Corna vepres, & pruna ferant: & cornus & ilex. Virg. 8. Aen. Asparsi rorabant sanguine vepres. Cic. 5. Tusc. Septum undiq;, & vestitum vepribus.

Vēprēcŭlă, læ, diminutivum à Vepres, Spinula. [ἀκάνθιον. Gall. *Petite espinaye ou petite espine.* Ital. *Picciola spina* Germ. Dörnlin. Hisp. *Pequenna espina.* Polon. *Cyernina.* Vngar. Tövisske. Ang. *A litle brere.*] Cic. pro Sextio: Quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex veprecülis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.

Vēprētum, ti, n. s. [ἀκανθών. Gall. *Espinaye, lieu plein d'espines.* Ital. *Luoco pieno di spine.* Ger. Ein dorngesteud/ ein ort da viel dörn stehn. Hisp. *Espinal, lugar de espinas.* Polon. *Cyernina.* Vng. Tövisses hely. Ang. *A brerie place.*] Locus vepribus plenus. Colum. lib. 4. cap. 32: Fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodiùs quàm mediis agris deponitur.

Vēr, hujus veris, n. t. [ἔαρ. Gall. *Le printemps, le renouueau* Ital. *Primauera.* Ger Der Frühling/ Lentz. Belg Die lentē. Hispan. *El verano quarta parte del anno.* Pol. *Wiosna.* Vng *Tauasz, ki keleti.* Ang. *The spring of the yeare.*] Anni quadripartiti pars temperatissima: ita dicta à virore, teste Varrone lib 5. de Ling Latina, quòd tum virgulta virere incipiant: sive à vertēdo, quòd tunc vertere se incipiat anni tempus, sive ab eo quod Iones ἦρ dicunt, pro eo quod cōmuni lingua dicitur ἔαρ. Cic. 7. Ver. Quū aūt ver esse cœperat, cujus initium iste nō à Favonio, neq; ab aliquo astro notabat: sed quum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. Dividitur autē ver, ut cæteræ anni partes, in portiones tres: in Ver novum, sive primū, adultū & præceps. Nam quum vernū tempus sit trimestre, primus mēsis primo, sive novo Veri assignatur: secundus adulto tribuitur: tertius præcipiti sive cadēti Virg. 1. Georg. Vere novo, gelidus canis quum montibus humor Solvitur. Plin. lib. 10. cap. 29: Luscinię pariunt Vere primo quum plurimum sena ova. Liv. Primo Vere exercitum moturus erat. ¶ Ver sacrum, sacrificii genus erat apud Italos, quo diis immolabatur quicquid proximo Vere apud ipsos natū esset. Quam consuetudinē à Sabinis ortam putat Strabo lib. 5, qui adversus Vmbros quū aliquoties infeliciter pugnassent, Marti votū fecerunt, si victoria potiri contingeret, se illi consecraturos quicquid proximo Vere apud ipsos nasceretur. Quare quum re bene gesta in patriam essent reversi, omnē pecoris proventū Marti immolarunt: liberos quoq; eo Vere natos, quoniam crudele videbatur occidere, Martis ministerio consecrarunt, posteaq; adultos, velato capite, extra fines suos exegerunt. Quondam (inquit Sisenna lib. 4. Histor.) Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se Ver sacrum facturos Liv. lib. 4. ab Vrb. Ver sacrum factum erat priore anno M. Porcio, & L. Valerio COSS. Id quum P. Licinius Pontifex non esse rectè factum collegio primùm, deinde ex auctoritate collegii Patribus renuntiasset, de integro faciendum arbitratu Pontificum censuerunt, ludosq; magnos, qui unà voti essent, tanta pecunia, quanta assolerent faciendos.

Vērnŭs, a, um, Quod est Veris: [ἐαρινός. Gall *Du printemps.* Ital. *Di primauera.* German. Des Frühlings. Hisp. *Cosa de verano.* Pol. *Wiesienni.* Vng. *Tauaszi, ki keleti.* Ang. *Of the spring tyme*] ut,

Verni

Verni flores: Vernum æquinoctium. Plin. lib 10. cap. 51: Oscines non temerè fœtus faciunt ante æquinoctium vernum. Ovid. 3. Trist. At mihi sentitur nix verno sole soluta. Horat. de Arte: -ô egó lævus, Qui purgor bilem sub verni temporis horam. Cic. 5. Tusc. Alia verno tempore tepefacta frondescunt. Idem de Senect. Breve ẽnim tempus ætatis satis est longum ad bene honesteq; vivendum: sin processeris longiùs, nõ magis dolendum est, quàm agricolæ dolent præterita verni temporis suavitate, æstatem autumnumq; venisse.

Vērnālis, le, or. t. Quod est Veris. [*ιαρινός.* Gall. *Du printemps.* Ital. *Di primavera.* Ger. *Deo Frühlingo oder Grentzen.* Hisp. *De verano.* Pol. *Wiesienowi.* Vng. *Tauaxhoz valo.* Ang. *Of the springe tyme.*] August. lib. 7. de Civit. Dei: Propter vernalem quippe faciem terræ quæ cæteris temporibus est pulchrior, Porphyrius philosophus nobilis Atyn florem significare perhibuit.

Vērno, as, Pullulo. [תּאח *tsamách* טרד *pardách.* βλαστάω. Gall. *Fleurir, bourgeonner, ou reuerdir sur le printemps* Ital. *Fiorire, ò verdeggiare da primavera.* Ger. *Grunen wie im Frühling.* Hisp. *Florescer ò hazer verano.* Pol. *Ktnie, zielenieste na wiosnie.* Vngar. *Ki kelek virágzom.* Ang. *To budde, to spring or florish*] Mart. lib. 2: Dum tibi vernarent tenera lanugine malæ: id est, pilos emittere inciperent, & tenera quadam lanugine ætatis florem præ se ferrent. A Vere deductum verbum, quo tempore omnia renasci conspiciuntur. ¶ Aliquando pro canere. Plaut. Dum aviculæ vernant. Quippe verno tempore omnia lætari videntur. ¶ Ponitur aliquando pro splendere. Plin. lib. 8. cap. 27: Anguis hyberno situ membrana corporis obducta fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidus q; vernat.

Vērnāns cœlum, Vernam quandam temperiem præ se ferens. Plin. lib. 7. cap. 2: Salubri cœlo semperq; vernante. Vernans ager, pullulans, floridus, viridis, lætus. Mart. lib. 9.

Vērnātio, onis, f. t. Corium vetus, quo serpentes verno tempore exuuntur, quod & Senectus dicitur. [Ἀλθηξίς. Gall. *La vieille peau d'vne couleuure, qu'elle deuest au printemps.* Ital. *Scorza che lascia la biscia primavera.* German. Ein abgestreiffte Schlangen haut Hisp. *Hollejo de la culebra.* Polon. *Skora ktorąwąż zł'ozel'na wiosnie.* Vngar. *Kigio bay, bőr.* Angl. *The skinne of a serpent which it casteth in the springe tyme.*] Plin. lib 29. cap. 6: Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibum sumptis anguillarũ modo, aut vernatione, quam exuunt, pota. ¶ Nonnunquam verbalis significationem retinet, actum ipsum exuendæ cutis significans. [ἡ τοῦ ἔαρος κατάστασις. Gall. *Le temps du nouueau.* Ital. *Tempo d'ella primauera.* German. Die abstreiffung der alten Schlangenhaut im Frühling. Hisp. *Tiempo del verano.* Vng Az kigio vetkezese.] Plin. lib. 30. cap. 3: Anguinæ vernationis membrana cum oleo, tedæque resina calefacta; auribus prodest. Plin. lib. 29. cap. 5: Membrana, sive senectus anguium vernatione exuta cum cancro masculo trita.

Vērātrum, tri, n. s. [Gall. *Veratre ou ellebore.* Ital. *Veratro herba.* German. Nießwurtz. Hispan. *Vedegambre.* Pol. *Czemierzica.* Vng. *Szaxpa.* Ang. *Boresfoote hearbe.*] Herba est quã Græci vocant ἐλλέβορον, vehementem habens vim purgandi, educendiq; humores noxios, principis animæ facultatum sedem infestãtes: unde melancholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Pers. Satyr. 3: -non est hic Ilias Accii Ebria veratro. Dictum autem putatur Veratrum à vertenda mente. Ejus duo sunt genera, album & nigrum: de quibus satis multa dicta sunt suprà in dictione HELLEBORVM.

Verāx, Vide VERVM.

Vērbāscum, n. s. Herba est duo summa habens genera, album & nigrum, folii colore distincta. [φλόμος. Gall. *Bouillon blanc, ou bouillon noir.* Ital. *Tassõ, barbassõ.* Ger. Wullkraut/ oder Kertzenkraut. Hisp *Varbasco ò gordolobo.* Pol *Szrawiná, Ruthenis, burean.* Ang. *A primerose or cowslipe.*] Gall *Bulionem album & nigrum* appellant. Candidum rursum in marem & fœminam dividitur. Fœmina folia habet brassicæ, sed hirsutiora, latiora, & candidiora: caulem cubitalem, candidum & leviter pilosum: florẽ album aut suppallidum: semen nigrum, radicẽ longam, acerbam, digitali crassitudine. Nascitur in campestribus. Mari folia candicant, sed longiuscula sunt & angustiora quàm fœminæ: caulis quoq; tenuior. Verbascum verò nigrũ omnia huic paria habet, folia tantùm latiora minusq; candida. [Polon. *Máżaná.*] Est & sylvestre verbascum, altum virgis arboreis, folia salviæ, orbibus virgas cingentibus, ut marrubium, flore luteo, fulgore auri. Vide Plin. lib. 25. cap. 10.

Vērbēnă, næ, sive verbenaca, f. p. Herba est ramulos habens cubitales, anguloso s, in quibus ex intervallis folia quercus, sed minora angustioraque, eisdem divisuris in ambitu, colore aliquatenus cæsio: radicem autem longam, tenuem, flores purpureos, & graciles. [περιστερεών. Gal. *Veruaine.* Ital. *Herbena.* Ger. Eysenkraut. Hisp. *La grama hyerua, verbena.* Pol. *Kosżyczko samiec, żelezník.* Vngar. *Szaporafwe.* Ang. *Veruen.*] Galli ex Latino vocabulo litera tantùm una immutata *Vervenam* appellant. A Græcis etiam *hierobotane, iseὸ βοτάνη* Dioscoridi dicta est, propterea quòd ad multos sacrorum usus ea uterentur. Plin. lib. 25. cap. 9: Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quàm hierobotane. Aliqui peristereona, nostri *verbenacam* vocant. Hæc est, quã legatos ferre ad hostes indicavimus. Hac Iovis mensa verritur, domus purgantur, lustranturq;. Hęc ille. Peristereona autem Græci idcirco appellarunt, quòd plurimũ in ea mansitent columbę. ¶ τὰ περιστερεωνικὰ tàmen quaslibet herbas & frondes festas, ad aras coronandas, ex puro loco decerptas, *Verbenas* appellamus, quasi herbenas: quod & Donatus annotavit in locum illum Andriæ Terentianæ: Ex ara verbenàs hinc sume. Quo profectò in loco Terentius non videtur intellexisse herbam illam, quam propriè verbenam appellari diximus, quum apud Menandrum, à quo illa transtulit, μυρσίνην: hoc est, myrtus legatur. Plin. lib. 22. cap. 2, verbenatũ, & sagminum nomine idem significari ait: hoc est, gramen ex arce cum sua terra evulsum, iisq; semper usos legatos, quũ ad hostes clarigatum mitterentur: indeq; unum ex iis, qui verbenas ferret, Verbenarium fuisse appellatum.

Vērbēnācă, Herba fœmina vulgò, quę Dioscoridi cęterisq; antiquis autoribus *eryssimon* Græcè, Irio Latinè nuncupatur, & nihil commune cum verbena habet. [Pol. *Kosżyczko samicá.*]

Vērbĕr, is, Instrumentũ verberãdi (inquit Valla lib. 6.) longũ, & exile, qualis est virga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & siquid est simile. [חוש *schot* חוטש *schotét.* μάστιξ, εἴσιγμα. Gall. *Verge longue & delice, fouet.* Ital. *Verga longa da battere alcuno.* Ger. Ein rũt/ steck/ ein jedes ding damit man einen schlecht. Belg. Een roede Hisp. *Vara para herir ò hoźtigar.* Pol Rożga wżelyaka do bicżia. Vn. *Vessző, verő szerszam* Ang *A scourg or whippe.*] Virg. 3. Georg. -illi instant verbere torto. Cic. 7. Verr. Ne catenæ, ne verbera, ne secures, ne cruciatus sociorum. Plin. lib. 8. cap. 9: Domantúr autem rabidi famę & verberibus. Terent. in And. Verberibus cæsum te in pristrinum Dave dedam usq; ad necem. ¶ In vitibus quoq; & arboribus, Verbera dicuntur teneriores virgæ, longitudine & flexibilitate sua flagrorũ speciem referentes: unde & flagella à rei rusticæ scriptoribus appellantur. Quintil Declamat. ult. Ignesq; ex proximo raptos, verberaq;, quæ casus obtulerat in vado. ¶ Verbera nonnunquam pro ipsa verberatione, sive ictibus accipimus. [מכה *machchâh.* πληγαὶ, αἰκίσματα] Virg 3. Georg. Ac neq; eos jam fręna virũm, nec verbera sęva, Non scopuli, rupesq; cavę, atq; objecta retardant Flumina, *&c.* Terent Heavt. Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Radiorũ verbera. Lucret. lib. 1: -quoniam mitescere multa videbant Verberibus radiorũ, ac æstu victa per agros. Ventorũ verbera vitare, apud eundẽ lib. 5: Linguæ verbera, objurgationes. λοιδορίαι. Horat. 3. Car. Ode 12: -aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ.

Vērbĕro, act. p. Cædo verbere. Sic enim à verbere fit verbero, quomodo à fustis, fustigo, à flagellũ, flagello. [הכה *hichchâh.* μαστιγόω, μαστίζω. Gall. *Battre, fouetter, frapper.* Ital. *Battere.* Ger. Schlahen. Belg Smyten. Hisp. *Acotar con acotes.* Pol. Bye. Vng. *Meg verem.* An. *To scourge, to whippe.*] Cic. 7. Ver. Quę quũ apud te diceret, virgis oculi verberabantur. ¶ Verberari etiã verbis quis dicitur, quoniam (ut testatur Nonius) nõ solùm verberare à verberibus dictũ, sed etiam à verbis. Plaut. in Trucul Me illis quidẽ hęc verberat verbis. ¶ Verberare convitio, vel injuria, est lacessere. Cic. filius ad Tironem lib 16: Verberavi te cogitationis tacito duntaxat convitio ¶ Hujus composita sunt, Adverbero, diverbero, everbero, reverbero, & transverbero: quorum significata explicavimus suis locis.

Verberito, sæpè verbero, Cato.

Vērbĕrātio, onis, verbale, f. t. [מכה *machchdh.* ἡ μαστίγωσις, ἡ ῥάβδισις. Gall. *Batement, bature.* Ital. *Battimento.* Ger. Ein schlahung. Hisp. *Acotamiento.* Polon. Bicżie Vngar. *Meg veres.* Ang. *A scourging, whipping.*] Cicer. filius ad Tironem lib. 16: Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.

Vērbĕrātŭs, us, m. q. Ipsa verberatio. [מכה *machchdh.* μαστίγωσις, αἴκισμα. Gall. *Batement, bature.* Ital. *Battimento.* Germ. Ein schlag/ oder streich. Hispan. *Acotamiento.* Polon Vderzenie, raz. Vngar. *Meg veżkőzes.* Ang *A striking, whipping.*] Plin. lib 31. cap 3: Si etiam expressa in altum, aut è sublimi dejecta verberatu corripiat aëra. ¶ Verberatus pro impulsu. ἐπίδοσις. Curtius lib. 7: Si quum propemodum tuo verberatu ei omnes tè præeunte juravimus, eosdem nos inimicos, *&c.*

Vērbĕrĕŭs, a, um, Verberibus dignus. [μαστίγιας Gall *Digne du fouet.* Ital. *Degno di essere battuto.* Germ. Streichwirdig Hisp. *Digno de ser hoźtigado.* Polon. *Godny bycżia.* Vngar. *Melto veresegre.* Angl. *Worthie of whippes or strikes.*] Plaut. in Pseud. Sed video eccum verberam statuam: ut magnificè infert sese. Idem Persa: Aín' verò verbereum caput.

Vērbĕrābĭlis: id est, verbero, seu verberibus dignus. [μαστίγιας. Gall. *Digne du fouet.* Ital. *Degno di essere battuto* Germ. Streichwirdig. Hispan. *Digno de ser hoźtigado* Polon. *Godny karania.* Vngar. *Veresęg erdemlő.* Ang. *Worthie of strikes.*] Vnde superlativum Verberabilissimus deduxit Plautus in Aulul. Verberabilissi-

berabiliſſime(*inquit*)etiam rogitas nõ fur,ſed trifur. Sic enim habent emendatiora exemplaria, quanquam non deſunt, in quibus verberabiliſſime legatur.

Vērbĕro,onis,maſc. t. [ὁ μαστιγίας. Gall.*Digne d'eſtre batu,& fouetté,qui eſt ſouuent fouetté.* Ital.*Digno di eſſere battuto.* German. Ein ſtreichwirdiger / der ſtreich wol verdienet hat. Hiſpan. *El que muchas vezes es acotado, ò digno de ſer acotado.* Pol. *Godni kazniei.* Vngar. *Melto veresegre.* Angl. *A knaue that deſerueth to be whipped.*] Verberibus dignus,vel qui perpetuùm vapulat, quem etiam Græco vocabulo *maſtigiam* vocamus. Plautus in Amphit. Aín' verò verbero? Idem,tún' me verbero Audes herum ludificarier.

Vērbum, bi, n. ſ. generaliter accipitur pro quavis dictione, quæcunque ea ſit orationis pars: inde nomen habeas quod aëris verberatu formetur. [דבר *dabár* דברה *dabberáh* אמר *ómer* אמרה *imráh*. λέξις,ἔπος. Gall. *Mot,parolle.* Ital. *Parola,motto.* German. Ein Wort. Belg. Een Woerdt. Hiſpan. *Palabra generalmente.* Polon. *Sl'owo.* Vngar. *Ige,xo,mondas,bezed.* Ang. *A worde.*] Varro tamen à veritate deducit,quòd verum nos loqui oporteat. Terent.in Eunuch. De excluſione verbum nullum. Idem Hecyr. -verbis dici non poteſt Tantum, quàm re ipſa navigare incommodum eſt. Cic.2.de Orat. Neque enim quoties verbum aliquod eſt ſcribendum, nobis toties ejus verbi literæ ſunt cogitatione conquirendæ. ¶ Aliquàndo ſpecialiter, pro parte orationis per tempora & perſonas declinabili. ῥῆμα. Vnde verbale nomen dicimus, quòd à verbo originem accepit. ¶ Nonnũquam verba ita accipimus, ut rebus, ſive factis opponantur. λόγος. Cicer.in Saluſtium: Vbi rerum teſtimonia adſunt,non opus eſt verbis. Cic.pro Quintio: Adverſarium habet verbo Sext. Nævių revera fortiſſimos & nobiliſſimos noſtræ civitatis. ¶ Hinc verba dare dicimus,pro decipere, & verbis circumvenire. [תהה *pittáh*. παραλογίζομαι.] Cic.Attico:Verba dari mihi facilè patior:meque libenter prębeo credulum. ¶ Interdum ita accipimus verbum, ut ſcripto opponatur: unde Verbo alicui mandata dare: hoc eſt, viva voce, & non ſcripto. Cic.lib.7.Epiſt. Plura illi mandata verbo quàm ſcripto dedi. ¶ Nonnunquam non ſingulas tantùm dictiones Verbi nomine complectimur, verumetiam ſolidas orationes. Quo fit ut modò ſententiam aliquam inſignem, modò tritum proverbium, verbum appellatum inveniamus. Terent. in Adelph. Poſtremò illud non meum verbum facio quod tu Mitio Bene & ſapienter dixti.Et paulò antè:Nam vetus verbum hoc quidem eſt:Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. ¶ Meis verbis, locutio in primis elegans, pro eo quod eſt,meo nomine.Cic.Attico:Atticæ, quoniam hilarula eſt,meis verbis ſuavium des. Et alibi:Tu Atticam,quæſo,cura:& ei ſalutem,& Pyliæ,Tullię quoque verbis plurimã. Idem lib.4 Epiſt. Cum Sura locutus ſum, ut ei meis verbis diceret. ¶ Verbi cauſa,idem valet quod exempli gratia. Cicer.3.Verr. Siquis,verbi cauſa,oriente Canicula natus ſit.Verbi gratia,in eadem ſignificatione apud Cicer.1.Acad. ¶ Verba facere,diſſerere,orationem habere, diſputare, proloqui. ἀγορεύω. ut, Facere verba in Senatu, apud eundem 5.Verr. Idem de Clar. Orat. Qui nunquam verbum in publico fecerunt. ¶ Verba mortuo facere, in eadem ſignificatione dicimus, qua Surdo fabulam narrare: hoc eſt, ei velle aliquid perſuadere qui aut non audiat, aut nolit audire. Terent. in Phorm. Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego:Sed eam, quæ ſit ignoſcenda.P.verba fiunt mortuo. ¶ Verbum de,vel è verbo exprimere,ad verbum transferre. Verbum pro verbo reddere, totidem verbis transferre. Terent. in Prolog. Adelph. -eum hic locum ſumpſit ſibi In Adelphos: verbum de verbo expreſſum exrulit.Verbum reddere de verbo. Horat.de Arte: Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.Idem Cic. de optimo genere Orat. Converti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias, Aeſchinis, Demoſthenisque: nec converti ut interpres, ſed ut orator,ſententiis iiſdem, & earum formis,tanquam figuris,verbis ad noſtram conſuetudinem aptis:in quibus non verbum pro verbo habui neceſſe reddere,ſed genus omnium verborum,vimque ſervavi.Cic.lib.6.ad Atticum: Eiſdem verbis aliquid reddere.Idem Cic.de Clar. Orat. Primùm, *inquit*, memoria tantâ, quanta in viro cognoviſſe arbitror, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet,quibus excogitaviſſet.Quod Cic.Eiſdem verbis,Quint. libro 10. cap. 6, Ad verbum dixit. ¶ Verba dare,eſt decipere. [תהה *pittáh*. παραλογίζομαι.] Terent.in And. Cui verba dare difficile eſt. ¶ Verba ad rem conferre: hoc eſt,re ipſa verborum fidem facere,& dicta factis comprobare:πρὸς ἔργα πιστοῦσθαι. Terent.in Evnuch Verùm ſi verba ad rem cõferet, vapulabit.

Vērbāl ĕ, Quod à verbo deſcendit. ῥηματικόν, ut, Lector,à Lego, Doctor à Doceo. Dictio Grammaticis familiaris.

Vērbĭgĕro,ras,Verba facio. [דבר *dibbér*. ἀγορεύω] Gall. *Babiller,jaqueter.* Ital. *Cianciare,ciacalare.* Ger. Wort treyben. Hiſp. *Contender con palabras.* Pol. *Bliekocze, geba mielie.* Vngar. *Beszelgetek.* Ang. *To ſpeak much,to chatt or bable.*] Apul. Nimis multa oratio eſt, ſi velim memorare quæ ego contrà reſponderim, quàm diu, & quoties inter nos verbigeratum ſit. Verbum eſt vetus & inuſitatum.

Vērbōsŭs,a,um,Multiloquus,garrulus,locutuleius. [πολυλάλος,πολύμυθος. Gall. *Qui a beaucoup de paroles,abondant en langage,babillart.* Ital. *Cianciatore,chi abunda in parole.* Ger. Wortreich/das viel wörter oder reden hat. Hiſp. *Lleno de palabras.* Pol. *Bliekotliwi,pliaparz.* Vngar. *Tſatſogo,ſok ſzauu.* Ang. *That hath many wordes,and ſpeaketh much.*] Cicer.pro Muræn. Non ſolùm iſta veſtra verboſa ſimulatio prudentiæ,ſed etiam ipſa illa domina rerum ſapientia.Quintil.lib.2.cap.4:Vt quidam ſententiarum gratia verboſiſſimos locos arceſſunt, quum ex locis debeat naſci ſententia.Cic.Mario,lib.7:Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quàm velles.

Vērbōsē, adverbium,Multis verbis. [πολυλόγως. Gal. *Auec beaucoup de parolles.* Ital. *Con molte parole.* Germ. Mit viel worten/weitleuffigklich. Hiſp. *Con muchas palabras.* Pol. *Ijerokimi sl'owi.* Vn. Bõuen,ſok bezeddel. Ang. *With many wordes.*] Cic.pro Muræn. Satis verboſè,ſed quid poſtea?

Vērbŭlum, ῥημάτιον, diminut. Hieron. Secreta verbula non carent ſuſpicione.

Vērē, vide VERVS.

Vĕrēcūndĭă, æ, f. p. Pudor, modeſtia, ingenuitas,contraria Arrogantię: [בושה *buſchdh* בשרת *bóſcheth* בשנה *boſchnáh* כלמה *chelimmáh*. αἰδώς. Gall.*Honte,modeſtie honteuſe.* Ital. *Verecondia,modeſtia.* Germ. Scham/ſchamhafftigkeit. Belg. Schaemte, Hiſp. *Verguenca con temor.* Polon. Wſtidliwoſcz. Vngar. *Zemermeteſſeg.* Ang. *Bashfulneſſe or ſham fulneſſe,modeſtie.*] à quo tamen in hoc differt,teſte Donato, quòd Verecundia,ingenuitatis cujuſdam ſit & modeſtiæ:unde & in laude ponitur: Pudor verò animi ſibi malè conſcii ob ſcelus aliquod perpetratum. αἰσχύνη. Cic.pro Quintio:Homo timidus, virginali verecundia.Liv.1.ab Vrb.In eam verecundiam adducti ſunt,ut civitatem totam in cultum verſam deorum, violari ducerent nefas.Plin.Epiſt.7.lib. 2: Cauſas ſumma fide,pari conſtantia, nec verecundia minore defendit.

Vĕrēcūndŭs,a,um.Pudens,modeſtus:cui opponitur petulans, arrogans. [בוש *ſanuáh* בוש *boſch* נכלם *nichlám*. αἰδήμων. Gall *Honteux,modeſte.* Ital. *Verecondo,modeſto.* Ger. Schämmig/ oder ſchamhafftig. Belg. Schamel. Hiſp. *Vergoncoſo con temor,modeſto.* Pol. Wſtydliwi. Vng. *Szemermes.* Ang. *Bashfull,shamefaſt, modeſt,demure.*] Ovid.1. Amor. eleg. 5: Illa verecundis lux eſt prębenda puellis. Idem 14.Metam.Illa verecundo vix tollens lumina vultu,*&c.* Cic.3.de Leg. Verecundus eſt, qui ut bene audiat, erubeſcit & pudet impudica loqui. Verecũdus & parcus in transferendo: hoc eſt, nõ nimiũ audax, aut frequens in tranſlationibus, qui ſcilicet metaphoris utitur non nimiùm duris, neq; longè petitis. Idem de Orat. Nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus.Verecunda tranſlatio: id eſt,modicè detorta, & non nimis longè petita, apud eundem lib.16.Epiſt.

Vĕrēcūndē,Cum verecundia,pudenter. [αἰδημόνως. Gall. *Auec honte,honteuſement.* Ital. *Con vergogna.* Germ Schamhafftigklich. Belg. Schamelyck. Hiſp. *Con verguenca.* Pol. Wſtydliwie. Vng. *Szemermeſen.* Ang. *Shamefaſtlie, demurlie.*] Cic.3.de Fin. Tum ille timidè, vel potiùs verecundè:Facio, *inquit*, equidem. Idem.2. de Finib. Cyrenaici quidem non recuſanti veſtri hoc verecundius,illi fortaſſe conſtantiús.

Vĕrēcūndŏr,aris, Verecundia teneor,vereor.erubeſco. [בוש *boſch* נכלם *nichlám*. αἰδοῦμαι. Gal *Eſtre honteux,auoir honte.* Ital. *Vergognarſi honeſtamente.* Germ. Schamhafftig ſeyn/ſich ſchemmen. Belg. Schamet zyn. Hiſ. *Temer à auer verguenca.* Pol. Wſtidzeſie. Vn. *Zegyenlem.* An *To be aſhamed or bashfull.*] Cic.lib.3.de Orat. Alterũ conſtantem,& quaſi verecundantem incitabat. Plaut. in Trinum. Verecundari neminem apud menſam decet.

Vĕrĕdŭs, di, pen. prod. Equus curſus velociſſimi: qualibus antiqui utebantur in venatione. [ἵππος ταχύδρομος. Gall. *Cheual de poſte, ou vitte.* Ital. *Cauallo di poſta ò veloce.* Germ. Ein ſchnell Roſſ/Poſtroſſ. Hiſ. *Cauallo ambiador ò troton.* Pol *Zawodnik.* Vng. *Io futo lo.* Ang. *A poſt horſe or ſwift in running.*] Mart. li.14.Stragula ſuccincti venator ſume veredi: Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo.Idẽ alibi:Parcius utaris moneo rapiente veredo, Priſce,nec in lepores tam violentus eas.Veredis itẽ utuntur principum tabellarii,qui mutatis per ſtationes equis quã velociſſimè,quò inſtituerunt, perveniunt:qui inde etiam veredarii appellati ſunt. [Pol. *Poſtowonikon.*] Iulius Firmicus Matheſeos lib.3:Regum nuntios, veredariosque reddent. In qua etiam ſignificatione vocẽ eandem uſurpavit Procopii interpres belli Perſici lib.2.Sunt qui veredum dictũ putant à vehenda rheda:unde & veredarium urbis,apud Hieronymũ legimus,metaphora profectò nõ invenuſta, pro gubernatore, rectore,ſeu,adminiſtratore: Singulæ(*inquit*)metuunt veredarius

rium urbis offendere. Quanquam non desunt qui rhedarium ibi potiùs quàm veredarium legendum censeant.

Vĕrĕor, eris, itus, Revereor, extimesco, nõnihil commoveor. [ירא jaré. δέδοικα, αἰδοῦμαι Gall. Craindre, redouter, auoir en reuerence. Ital. Temere, dubitare, auer in riuerenza. Ger. Schamhafftigkeitich fürchten. Belg Duchten/ontsien. Hisp. Temer con verguenca. Polon. Wstidzac sie bore. Vngar. Felek. Ang. To feare, to reuerence.] Est enim vereri propriè liberorum qui honestatis gratia moventur. Timere autem servorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciunt, aut omittunt. Cic. ad Atticum lib. 7: Et quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit Terent. in And. Sed quídnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid siet. Et ut dicimus, timeo te, tibi, à te: sic dicimus, Vereor te, tibi, à te, in eadem differentia quam explicavimus in verbo Timeo. Cic. 4. Acad. Vos autem veremini mihi, ne labar, &c. Terent. in And. Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te, &c. In eadem significatione dixit Cic. in Caton. Major. De qua (loquitur de Carthagine (non antè vereri desinam, &c. id est, timere ne nobis malum inferat.

Vĕrens, entis, participium, seu nomen è participio, Timens, metuens. [ירא jaré. αἰδούμενος. Gall. Qui craint. Ital. Chi teme. Ger Fürchtend. Hisp. Que tiene miedo. Polon. Boiaci sie. Vng. Felő. Ang. That feareth a litle.] Cic. ad Papyrium lib. 4: Qui te ad scribendum incitavit verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi solicitudinis attulisset.

Vĕrendus, a, um, Venerandus. [נורא norá נכבד nichbádh. αἰδέσιμος. Gall. Digne d'estre craint & reueré. Ital. Degno di honore. Ger. Das zu fürchten ist. Hisp. Que deue ser honrado. Polon Godni czczi y bania sie. Vngar. Bĕtsĕwellendő, tiztelendő. Ang. Worshipfull, to be honoured.] Ovid. 4. Metam. - & abstulit illis Quod mortale fuit, majestatemque verendam, Imposuit: nomenque simul, faciemque novavit. Idem 4. de Pont. Eleg. 1: Curia cum Patribus fuerat stipata verendis.

Vĕrendă, orum, n. s. numeri pluralis tantùm, Corporis partes pudendæ, quæ sine verecundia nominari non possunt. [אבשים mebuschim. τὰ αἰδοῖα. Gall. Les parties honteuses de l'homme. Ital. Le parti dishoneste del huomo. Germ. Des Menschen schum. Hisp. Las verguencas genitales. Polon. Wstid przrodzoné. Vng. Az szemerem teste. Ang. The privie partes.] Plin. Epist. 14. lib. 3: Repentè eum servi circunsistunt, alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem, atque etiam (fœdum dictu) verenda contundit.

Vĕretrum, tri, n. s. Penis, mẽtula, membrum virile. [אבשים mebuschim αἰδοῖον. Gall. Le membre viril, les parties honteuses de l'homme, la verge. Ital La parti dishoneste dell' huomo, membro virile. German Des Manns thût / das männtlich glid. Hisp. Las verguencas genitales. Polon. Meski czł'onek, korzen. Vngar. Mony, fark. Ang. A mans secret member, the wand.] Sueton. in Tib. cap. 62: Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam ut larga meri potatione per fallaciam oneratos repentè veretris deligatis, fiduciarum simul, urinæque tormento distenderet.

Vĕrgo, gis, versi, vel secundum Diomedem, xi, xum, n. t. Tendo; specto, inclinor, declino. [נטה natáh στρέφω, βίπτω, πλανάω, φέρομαι. Gall. Tendre, s'encliner, tourner ou pancher vers quelque chose Ital. Tornare verso qualche cosa, dechinare. Ger. Sich neigen/oder leinen/strecken. Belg. Strecken. Hisp. Inclinar ò ser inclinado, embrocar ò trastornar. Pol. Schilam sie. Vng Hatloo. Ang To incline or hange toward some place.] Virg. 11. Aeneid. Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum. ¶ Iungitur aliquando accusativo cum præpositione ad, vel in. Cic. 11. Philip. Et ejus auxilium ad Italiam vergere, quàm ad Asiam, maluerũt. ¶ Venenũ vergere alicui, activè pro miscere, porrigere. Lucr. lib. 5: Illi imprudentes ipsi sibi sæpè venenũ Vergebant, aunc dant aliis solertius ipsi.

Vĕrgens, tis, participium [נטה notĕh. στρέφων.] Lucanus lib. 2: Illyris Ionias vergẽs Epidaurus in undas. Sueton. in Othone, cap. 7: Vergente jam die ingressus senatũ: id est, inclinato.

Vĕrĭdĭcus, Verisimile, Veritas, Vide VERVS.

Vermis, hujus vermis, masc. ter. A vertendo dicitur, quòd rependo torqueat sese & vertat. [רמה rimmáh תולעה tolehádh. σκώληξ. Gall. Vn ver. Ital. Verme. Germ. Ein Wurm. Belg. Een Worm Hispan. El gusano. Polon. Robak. Vng. Fereg, nywe. Ang. A worme.] Plin. lib. 18. cap. 17: Vulgò verò si dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium est amurca pura, &c. Lucret. lib. 2: Quippe videre licet vivos existere vermes Stercore de tetro.

Vermĭcŭlus diminutivum, Exiguus vermis. [σκωλήκιον. Gall. Vn petit ver Ital. Vermicello. Ger. Ein Würmlin. Hisp. Gusanillo. Pol. Robaczek. Vng. Fergetske. Angl. A litle worme.] Plin. lib. 10. cap. 65: Iam obituris muribus vermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. lib. 2: Et tamen hæc quum sunt quasi putrefacta, per imbres, Vermiculos pariunt.

Vermĭcŭlor, aris, Vermiculis infestor, vermiculos gigno: quod vitium nõ modò lignis & arboribus, verumetiam aliis plantis & fructibus solet accidere. [רם ram. πεμδολίζομαι, σκωληκόομαι Gall. Se vermoulir, estre vermoulu, faire vers. Ital. Far vermi. German. Voll würmen werden/würmstichig werden. Hisp. Tener ò criar gusanos. Polon. Robaki mnoze. Vng. Meg fergesedem. Ang. To be ful of wormes or engender wormes.] Plin. lib. 17. cap. 27: Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen ferè, idque aves cavi corticis sono experiuntur.

Vermĭcŭlātĭo, f. t. Vitium arborum, aliarúmve plantarum, aut etiam fructuum, quum vermiculis infestantur. [σκωληκοτυκία. Gall. Vermolissure, quand les vers s'engendrent és fruits ou arbres & les mangent. Ital. Quando si generano vermi nel formento, ò negli alberi. German. Die würmptag an den Bäwmen/ oder anderen gewechsen. Hisp. Obra de tenir ò criar gusanos. Polon. Robaczywa rozmnozenie nadrzewach. Vngar. Meg fergesedes. Ang. Worme eating or breeding of wormes in fruite.] Plin. lib. 11. cap. 17: Ficus si scilla seritur, ocyssimè ferre traditur pomum, nec vermiculationi obnoxium: quo vitio non carent reliqua poma similiter sata.

Vermĭcŭlātus, a, um, Quod quandam vermiculorum effigiem imitatur, ornamentis quasi vermiculis aut tesserulis variatum & distinctum. [σκωληκοειδής. Gall. Marqueté ou fait en marqueterie, fait à la mosaique. Ital. Fatto à musaico. German Gewürmlet/in gestalt vieler würmlin abgetheilt/ verschroten / eyngetegt. Hispan. Differente, vario, ò hecho à semejanca de las rayas que hazen los gusanos. Polon. Sztuk werkowani rozmaitim, zwierzęti. Vng. Czifras. Ang. Coloured and steyned here and there.] Vnde opus vermiculatum dicitur, quod minutis tessellis insitiis Vermiculorum instar variegatum est ac distinctum. λιθόστρωμα, διάφοικτον. Plinius libro 35. cap. 1, de pictura loquens: Nunc verò in totum marmoribus pulsa, tum quidem & auro: nec tantùm ut parietes toti aperiantur, verùm & interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum, & animalium crustis.

Vermĭna, teste Festo, dicuntur ventris tormina, quum intestina minuto motu, quasi vermibus quibusdam scindi videantur: quod doloris genus Græci στροφὸν appellant. Hæc Festus.

Vermĭno, as, penult. corrept. Vermibus infestor. [רם ram. σκωληκιάω. Gall. Auoir des vers, produire vers. Ital. Hauer vermi. German. Würm haben Belg Wormen hebben. Hispan. Tener gusanos, ò tener comezon de gusanos. Polon. Robaczywem kaze. Vng. Az fergektől izgattatom. Ang To haue or engender wormes.] Cornel. Cels. Nihil periculosius pueris, dum verminant. Mart. lib. 14: Si tibi morosa prurigine verminet auris.

Vermĭnātĭo, f. t. Vitium in jumentis, quum à verme infestantur. ἡ σκωληκίασις. Plin. lib 28. cap. 11: Iisdem sanari dimissis in fauces jumentorum verminationes notum est.

Vermĭnor, aris, deponens, p. Ventris torminibus vexor. στροφοῦμαι Vermina enim, teste Festo, veteres ventris tormina appellabant. Pomponius Hirnea, ut citat Nonius: Decimo mense demum turgens verminatur, parturit. Tractum à vermibus; qui in animalium alvo sese moventes, intestina excruciant.

Vermĭnōsus, Qui vermes habet. [σκωληκιδ. Gall. Plein de vers. Ital. Pieno di vermi, bacchi. German. Voll Wurmen. Hispan. Lleno de gusanos. Polon. Robaczywi. Vng. Ferges, nitweues. Angl: Fuhll of wormes.] Vnde verminosæ aures, quibus innati sunt vermes. σκωληκιῶντα ὦτα. Plin. lib. 20. cap. 14: Succus auribus verminosis instillatur.

Vērnă, vernæ, com. p. Servus, aut ancilla domi nostræ, aut certè ex ancilla nostra natus, natáve: quod nomen Festus à Vere deductum putat, quòd id tempus maximè idoneum sit fœturæ. [יליד הבית jelidh habbájith. οἰκογενὴς, οἰκογενὰφὴς. Gall. Né en nostre maison de nostre serue ou esclaue domestique. Ital. Nato in casa nostra di nostra schiaua. German. Ein teybeigner / oder teybeigne so nicht anderswoher erkaufft worden ist/ sonder in vnserem hauß erboren. Hispan. Sieruo ò sierua nascidos en casa. Polon. Wdomu naszym vrodzoni. Vngar. Hazunknal szwelettetőt. Ang. A slaue that is borne in our awin house.] Plautus in Milit. Quid nutrici non missurus quicquam, quæ vernas alit? Cælius Cicero. libro 9. Bellienus verna Demetrii, qui ibi cum præsidio erat, &c. Tibul. lib. 1. eleg. 1: Turbaque vernarum, saturi bona signa coloni, Ludet. Horat 2. Serm. - vernasq; procaces Pasco libatis dapibus. Vernarũ nomen apud antiquos, teste Nonio, pro convitio habebatur, quòd eo nomine primùm dicti fuerunt ii, qui sacro vere nati essent. Plaut. Amph. Cum cruciatu tuo istæc verna verba funditas.

Vernŭla, diminutivum. [οἰκογενὰφὶς, δουλάριον. Gall. Petit serf ou esclaue né en nostre maison d'vne serue & esclaue. Ital. Picciol seruo ò esclauo nato in casa nostra. German. Ein erboren dienstlin in vnserem hauß Hispan Pequenno sierno ò sierna nascidos casa. Polon. Wnaszym domu ił uzebnice vrodzona. Vng. Hazunknal lős. Ang. A litle slaue borne in our awin house.] Plin. lib. 22. cap. 17: Vernula charus Pericli Athenienssium principi, &c. Mart. lib. 14: Si quis plorator collo tibi vernula pendet. Iuven. Satyr. 10: Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Vernăcŭ-

Vērnāculŭs,la,lum, Domeſticus, proprius domi noſtræ vel in patria noſtra natus. [ἐπιχώριος. Gall. *Qui naiſt & croiſt en noſtre pays ou maiſon, propre, naturel, familier.* Ital. *Chi naſce à creſce nella noſtra caſa à paeſe.* Ger. Heymiſch/landtlich/das bey vns daheymen oder in vnſerer landoart geboren iſt. Belg Eyghen. Hiſp. *Coſa nacida à criada en nueſtra caſa à prouincia.* Polon. *Domowi, wyemi naſzes vrodzoni.* Vngar. *Tulaidon, hazunkbeli.* Angl. *That is bred and broght vp in our awin houſe.*] Vt vernacula lingua, quæ regioni noſtræ eſt peculiaris, quam vulgus *maternam* vocat. Vernaculæ uvæ, quæ exoticæ aut peregrinæ non ſunt, neque aliunde tranſlatæ. Plin.lib.14.cap.2: Potiſſima nobilitas datur uvis peculiaribus, atq; vernaculis Italiæ. Sapor vernaculus: id eſt, regioni ſuæ peculiaris. Cic. in Bruto: Neſcio quo ſapore vernaculo Idem in Verrem, actio.6: Non ut ſolemus interdum in defenſionibus dicere crimen domeſticum ac vernaculum. Vernacula putatio: id eſt, regioni noſtræ conſueta. Plin.lib.17: Vernacula putatio dejectis per ramos vitium crinibus, circunveſtit arborem.

Vērnīlĭs,vernile,penult.prod. Servilis. [οἰκετικός. Gall. *Seruil.* Ital. *Seruile.* German Knechtiſch/vnfrey. Hiſpan. *Coſa perteneſciente à eſclaues.* Polon. *Sl'uzebnicęi.* Vngar. *Zolgai.* Ang. *Seruile.*] Tacitus lib.18: Quanvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. Hoc eſt, ſervilibus & adulatoriis, liberoque homine indignis.

Vērnīlĭtās, atis, f.t. Servilis aſtutia. [δουλοπρέπεια. Gall. *Seruilité, plaiſanterie ſeruile & deshoneſte.* Ital. *Aſtutia, ſeruile.* German. Tucklſtigkeit/vnfreye böſſertige art Hiſpan. *Aſtutia de los eſclauos.* Polon. *Sl'uzebnicęa chitroſcį.* Vng. *Zolgai rauaſſag.* Ang. *A ſlauerie.*] Plin.lib.34. cap.8: Lyciſcus puerum fecit Lagonem ſubdolæ ac fucatæ vernilitatis. Quintil. lib. 1. cap. 11: Nec vitia ebrietatis effingat, nec ſervili vernilitate imbuatur.

Vērnīlĭtĕr, Blandè, adulatorié [οἰκετικῶς. Gall. *Seruilement, par deshonneſte & ſeruile plaiſanterie.* Ital. *Seruilmente, con luſinghe dishoneſte.* Ger Mit vnfreyem zeugten oder ſchmeichten. Hiſpan. *Seruilmente, à manera de ſieruo, con liſonjas.* Polon. *Zpodbyanim bebenka, zpochlebſtwem.* Vngar. *Hizelkedue.* Ang *Flatteringly, lik a ſlaue.*] Tractum à vernis, inquit Nonius, quibus ea vivendi ars eſt Cælius Venatore, ut citatur ab eodem Nonio: Credo minus tandem hoc fit verniliter. Quo tamen in loco emendatiora Nonii exemplaria Vernaliter legendum oſtendunt.

Vērnālĭtĕr, adverb Serviliter, blandè, & adulatorié. [οἰκετικῶς. Ang. *Knaueshly, lik a ſlaue.*] Horat. 2. Serm. Satyr.6: -nec non vernaliter ipſis Fungitur officiis. Cæcilius in Venatore, ut citat Nonius: Credo minus tandem hoc fit vernaliter.

Vērnŭs, Vide VER.

Vēro, Aſſentientis particula eſt, idem valens, quod ſanè, vel utique: ſemperque ſecundo loco in oratione collocatur. [אך *ach achen.* μάντοι. Gall *Mais.* Ital. *Ma.* Germ. Zwar/aber. Belg. Voer waer. Hiſp. *Mas.* Pol *Iouſzem.* Vng. Vgy. Ang. *Bot, truelie.*] Cic. in Bruto: Tum Brutus in me intuens, orationes, *inquit*, veteres nobis explicabis. Ego verò, *inquam.* Brute, ſed in Cumano. Terent. Heavt. Heus, laudas, qui heros fallunt? CH. In loco ego verò. Cicer. Serv. Sulpit. lib.4 Epiſt Ego verò, Servi, vellem, ut ſcribis, in meo graviſſimo caſu aſſuiſſes. ¶ Aliquando diſcretiva particula eſt, idem valens quod autẽ, δέ. Cic. de Orat. Poëta numeris aſtrictior paulò, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus ſocius, ac penè par. ¶ Pro interjectione ſtomachantis accipi ait Donatus in illo Eunuchi: Move verò ocyus te nutrix. ¶ Aliquando etiam particula eſt, ironiam adjuvans: ut apud Virgilium 4 Aeneid. Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis, Tuque, puerque tuus. ¶ Ponitur etiam pro quinimo. Seneca: Socratem cum Platone, & Zenonem, & Cleanthem in animũ meum ſine dignatione recipiam? Ego verò illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo. Plinius in Præfat. Proinde occupantibus locum faveo, ego verò & poſteris. Vide plura de hac particula apud Vallam lib.2.cap.24.

Vēro, veras, Vide VERVS.

Vērpŭs, m.ſ. Recuritus, qui ſcilicet verpam: hoc eſt, mentulã habet præputio nudatam. [יון *mul* מוּל *nimmól.* λατὸ δέρμα, ψωλός. Gall *Deſcouuert de ſa peau, circuncu.* Ital. *Diſcapellato, retagliato.* Germ. Ein beſchnittner/oder einer dem die Kapp abgeſtreifft iſt. Hiſp. *Iudio, circuncidado à retajado.* Pol. *Ol'ſienie na korzeniu mężkim.* Vng. *Körnitvel meteltetet.* Ang. *That hath hu wand denuded of the skinne, circonciſed.*] Quo fit, ut Iudæi peculiari vocabulo *Verpi* dicantur, qui ex præſcripto legis præputium pueris præcidunt. Martialis libro 7: Dum ludit media, populo ſpectante, palæſtra, Delapſa eſt miſero fibula, verpus erat. Iuvenalis Satyr. 14: -eadem niſi ſacra colenti Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Vērpă, verpæ, Vſurpatum eſt à veteribus pro membro virili. [מבשׁים *mebaſchim* ψολὸς, πέος. Gall *Le membre viril.* Ital. *Membro virile.* German Der Mannes rût Hiſpan. *Verguencas genitales.* Polon. *Męzski korzeń.* Vngar. *Mony.* Ang. *A mans mem-ber or wand.*] Martialis libro 11: Iam niſi per ſomnum non arrigis: & tibi Mevi Incipit in medios mœjere verpa pedes.

Vērrēs, is, m.t. Porcus non caſtratus. [χοῖρος. Gal. *Verrat.* Ital. *Porco maſchio, verro, porco non caſtrato.* German. Ein Eber Hiſp. *Verraco, puerco no caſtrado.* Polon. *Kiedroż.* Vngar. *Artan, kan dixno.* Ang. *A tame boare.*] Varro de Reruſt. lib. 2. cap.4: Caſtrantur verres commodiſſimè anniculi: utique ne minores quàm ſemeſtres: quo facto, nomen mutant, atq; è verribus dicuntur majales.

Vērrīnŭs, adjectivum, Quod eſt verris. [χοίρειος. Gall. *De verrat.* Ital. *Di verro.* Germ Von einem Eber. Hiſpan. *Coſa de verraco* Pol. *Kiernoży.* Vngar. *Kan dixnobol valo.* Ang. *Of a tame boare.*] Plin.lib.28.cap.9: Adipe verrino confici. Ibidem cap. 10: Simili modo verrinum jecur exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere.

Verrĭcŭlum, li, n. ſ. Rete piſcatorium, ita dictum quòd per aquam verratur: id eſt, trahatur. [מכוֹדה *metſudháh* (vel) *metſodháh.* σαγήνη Gall. *Vn filé à peſcher.* Ital *Rete da peſcare.* Germ. Ein Fiſchergarn/ Zuggarn/ Spreitgarn. Hiſp. *La red barredera para peſcar.* Polon. *Brodnia.* Vngar *Hal fogo.* Ang. *A nett.*] Idem & everriculum dicitur. Vide ſuprà ſuo loco.

Verrĭcŭlātŭs, a, um, adjectivum. [σαγηνοειδής. Gall. *Fait en facon de filé à peſcher.* Ital. *Fatto à foggia di rete da peſcare.* Germ Wie ein Fiſchergarn gemacht. Hiſpan. *Hecho à manera de red barradera para peſcar.* Polon *Iakobrodnia vczynioni.* Vngar. *Hal fogo formaia ſinalt.* Ang. *Made lik a nett.*] Ad verriculi formam factum. Colum.lib.2.cap.21: Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel roſtratis, vel denticulatis medium culmum ſecant.

Vēsĭcŭs, a, um, Eſui aptus: à Ve, augmentativa particula, & nomine eſca [ἐδώδιμος, τρόξιμος. Gal. *Bon à manger, qui raſſaſie.* Ital. *Buon da mangiare.* Germ. Eſſig/ gut zu eſſen. Hiſ. *Coſa que ſe come ò puede comer.* Pol. *Dobri doiadl'a.* Vng. *Etelre valo.* Ang. *All thing that may be eaten or is good to be eaten.*] Vnde Lucretius lib. 5, Salem veſcum dixit. Item Virgilius 4. Georg. Veſcum papaver, quod videlicet in cibis adhibeatur: & Veſcas ſalicū frondes, quoniam eſcis jumentorum ſunt accommodatæ. ¶ Rurſus veſcum ponitur pro parvo & minuto. Vnde & apud Marſos lingua vernacula quum dicunt, *malvam veſcam*, intelligunt de ea quam parvam dicunt. Ovid. lib. 2. Faſtorum: Nūc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni, Quæ malè creverunt, parvaque veſca vocant. Plin libr. 7. cap. 10: Corpore veſcos eſſe, ſed eximiis viribus. Et in hac ſignificatione Ve, στερητικὸν μόριον eſt: hoc eſt, privativa particula. Habet enim Ve, in compoſitione (ut libro 5. cap. 12, docet Gellius) duplicem ſignificationem. Nam augendæ rei, & minuendæ valet, propter quod accidit, ut quædam vocabula, quibus particula iſta præponitur, augmentum importent, ut Vehemēs: quædam diminutionem, ut Vecors, vegrandis: quædam ambigua ſint, cujuſmodi eſt, de quo modò agimus, veſcus.

Vēscŭlī. Homines graciles dicuntur, teſte Feſto, & malè curati. [λεπτοί, ἰσχνοί, μονοχρόμενοι. Gall. *Maigres, mal traittez.* Ital. *Magri, male nodriti.* Ger. Kane oder magere leūt / denen man übel zum mant ſugt. Hiſ. *Magros, mal criados.* Pol. *Lendze wichudli od gl'odu.* Vng. *Keskeny vekony emberek.* Ang. *Leane and thinne folkes.*] Veteres enim rebus exiguis Ve particulam pręponeie ſolent, ut latiùs eſt videre in dictione VESCVS.

Vēsĭcă, veſicæ, penult. prod. f. p. Vrinæ receptaculū. [מראה *mureáh.* κύστις, φύση. Gal. *Veſſie.* Ital. *Veſſica.* Ger. Die blaſen/ oder harnblater. Hiſp. *Vexiga.* Pol. *Macharzina wktora ſie vrine zgromadza.* Vn. *Hoiag.* Ang *The bladder.*] Cicero 2. de Finibus: Tanti autem morbi aderant veſicæ & torminum, ut nihil ad eorum magnitudinē poſſet accedere. Ovid. 15. Metamorph. Extētum tumeſcit humum, ceu ſpiritus oris Tendere veſicam ſolet. Plinius libro 11. cap 37: Veſica membrana conſtat; quæ vulnerata cicatrice non ſolideſcit. Horatius 1. Serm. Satyra 8: Et diſploſa ſonat quantum veſica pepedit. Caper Venſicā ſeri bendum affirmat, eò quòd à vento deduci exiſtimet.

Vēsĭcŭlă, æ, diminutivum: [κυστίδιον, κύστις, κύστιγξ, φυσαλίς. Gall. *Petite veſſie.* Ital. *Picciola veſſica.* Ger. Ein blāterlin Hiſ *Pequenna vexiga* Pol. *Bl'aneczka, macharzinka.* Vng. *Hoiagotska.* Ang. *A litle bladder.*] ut, Veſicula fellis, κύστις χολοδόχος, quæ in cava jecoris parte ſita, bilem excipit, proprioque meatu in ecphyſin emittit: qua de re vide Galenum libr. 4 & 5, de Vſu partium. ¶ Veſiculæ item in herbis quibuſdam dicuntur folliculi quibus ſemen includitur. Cicero 2. de Divinat. Et pulegium aridum floreſcere brumali ipſo die, & inflatas rumpi veſiculas, & ſemina malorum, quæ in his media incluſa ſunt, in contrarias partes ſe vertere.

Vēsĭcārĭă, f. p. Secunda ſolani ſpecies eſt, quā peculiari nomine Halicacabum vocant, frutex veriùs, quàm herba, veſicas habens humanis non diſſimiles, & in iis grana, ubi maturuerint, rubentia. φύσαλος, ἀλικάκαβος, φυσαλίς. Officinæ vocant *Alcaquengi.* [Ger. Jūden kirſe Pol. *Pſye wiſnie, moſzenki.*] Veſicaria autem dicta eſt ſive à folliculis humanis veſicis ſimillimis: ſive ab effectu, quòd veſicæ calculis medeatur, ut placet Plinio libr 21. cap. 31.

Vēspă, veſpæ, f. p. Inſectū volucre, api ſimile: ita dictum quòd veſperi muſcas venetur in cibum. [σφήξ. Gall. *Mouche gueſpe ou bourdon.* Ital. *Veſpa* Ger. Ein weſpe. Hiſp. *Abiſpa.* Pol. *Oſſa.* Vn. *Daras.* Ang. *A waſpe.*] Vide Plinium de hac abundè tractantem libro 11. capite 21.

Vēspĕr, veſperis, pen. corr. m. t. vel Veſperus, ri, maſcul. ſ. Vna errantium ſtellarum, quæ & Venus & Lucifer, Nam eadem ſtella quum antegraditur ſolem manè orientem, Lucifer: [Pol. *Iutrzenka.*] quum ſubſequitur occidentem, veſper dicitur, medium inter Solis, & Mercurii ſphæras ſitum obtinens: ita dicta quòd Sole jam occiduo, prima omnium ex ſtellis lucere veſperi conſpicitur. [ἑσπερος. Gal. *L'eſtoille du iour*

& du ſoir. Ital. Vna ſtella coſi detta. Germ. Der Abendſtern. Belg. Die Avonſterre. Hiſp. Luzero de la tarde. Pol. Zwierzęca gwiazda. Vng. Eſtue hay nal iſtllag. Ang. The day and euening ſtarre.] Plinius lib. 2, cap. 9: Infra Solem ambit ingens ſidus appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipſisque cognominibus æmulum Solis & Lunæ. Præveniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans. Contrà ab Occaſu refulgens nominatur Veſper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Eadem & Veſperugo dicitur, & Græco nomine Heſperus. Plautus Amphitr. Neque Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt. Virgilius 10. Ecloga: Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ. ¶ Sæpiſſimè tamen Veſper, & Veſperus accipiuntur pro extrema dici parte, qua ſtella hæc incipit apparere, quam & Græci ἑσπέρον vocant. [ערב hereb. Gall. Le ſoir. Ital. Veſpero, ſera. Germ. Der abend. Belg. Den avont. Hiſp. La tarde. Pol. Czas wieczorni. Vng. Eſtue. Ang. The euen, or euening.] Statius libro 10. Thebaid. -ied Veſper opacus Lunares jam ducit equos. Cæſar 2. belli Civil. Magiſtris imperat naviũ ut primo Veſpere omnes ſcaphas ad litus appulſas habeant. Cicero ad Atticum libro 12: Quumque manè me in ſylvam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperum. Virgilius tertio Georgic. Solis ad occaſum quum frigidus aëra veſper Temperat, & ſaltus reficit jam roſcida Luna. ¶ In eadem ſignificatione legitur & veſpera, ræ, fœmin. gener. Plautus in Curcul. Si media nox eſt, ſive eſt prima veſpera, Neſcis quid ſerus veſper vehat. Ex Menippeis Varronis Satyris citatur hic titulus, tum ab Aulo Gellio, tum à Macrobio: neque dubitandum quin proverbialis ſit, ſicuti ſunt & alii plerique. Quo ſalubriter admonemur, ne præſentium ſucceſſum proſperitate ſublati, futuri curam abjiciamus: neque ulla de re ſecuri ſimus, priuſquam exitum viderimus. Idem hodie quoque vulgò dicunt, diem nondum ad veſperam decurriſſe, quum ſignificant diverſum exitum poſſe accidere. Apparet Maronem ad parœmiã alluſiſſe, quũ ait libro primo Georgic. Denique quid ſerus veſper vehat: agens de prognoſticis occaſus. Livius lib. 5. Decad. 5: In ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet, nec præſenti cedere fortunæ, quum quid veſper ferat incertum ſit. Hæc Eraſmus in Chiliad. ¶ Sunt qui dicant veſper etiam fœminini gen reperiri (ſed quàm benè, ipſi viderint) adducentes teſtimonium ex libro ſecundo Georgic. Virgilii: Illic ſera rubens accendit lumina veſper. Vbi volunt adjectivum ſera cohærere cum vocabulo veſper: quod certè non eſt veriſimile, præſertim quum veſper aliud adjunctum habeat adjectivum rubens. Eſt itaque proculdubio ſera adjectivum conjungendum cum ſubſtantivo lumina: ut hic ſit ſenſus, Illic rubens veſper accendit ſera lumina. ¶ Invenitur etiam veſper, veſpera, veſperum. Vnde quum Veſperum dicimus neutro genere, intelligimus tempus. Plinius libro 18: His horæ rigandi matutina atque veſpera. Idem: Matutinum tempus atque veſperum.

Vēſpĕrī, adverb. Tempore veſpertino. [בערב babèreb. ἑσπέρας. Gall. Au ſoir, ſur le veſpre. Ital. Su'el veſpero. Germ. Zu abend. Hiſp. Tarde, tiempo del dia. Pol. Na wieczor. Vn. Eſtue Ang. At euen, or in the euening.] Cicero ad Mat. lib. 11. Epiſt. Nam quum in Tuſculanum veſperi veniſſem. ¶ Pro eodem legimus & veſpere. Cicero ad Attic. libr. 11: Cephalio mihi à te literas reddidit ad octavum Idus Martii veſpere.

Vēſpĕrtīnŭs, na, num, adjectivum, ut Tempus veſpertinum. [ἑσπερινός. Gall. De ſoir. Ital. Di ſera. Germ. Des abends. Hiſp. Coſa perteneſciente à la tarde. Pol. Wieczorni. Vng. Eſtueli. Ang. Of the euening.] Cicero de natura deorum: Tum veſpertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo. Veſpertinæ literæ, dicuntur quæ veſperi ſcriptæ, aut redditæ ſunt. Cicero ad Atticum libro 13: Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis. Horatius 1. Epiſt. 6: Gnavus manè forum & veſpertinus pete tectum. Idem lib. 2. Serm. Satyr. 4: Si veſpertinus ſubitò te oppreſſerit hoſpes.

Vēſpĕrārĕ, n.p. Eſt veſperum fieri. [הערים heberib. ἑσπερίζειν, ουσποιεῖσθαι. Gal. Venir ſur le veſpre, ſe faire tard. Ita. Farſi ſera, ane nottarſi. Germ. Abendſwerden. Hiſp. Anochecer. Pol. Kwieczorowi przichadzic. Vng. Eſtue lenni be eſtue ledni. Ang. To waxe euening or late.] Gellius lib. 17. cap. 8: Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis cœna plerunque ad id diei, ubi jam veſperaverat: id enim eſt tempus iſtic cœnandi frequens.

Vēſpĕrāſcĕ, n. Serum diei fit in tertiis tantùm perſonis. [הערים heberib. ἑσπερίζει. Gall. Venir ſur le veſpre, ou ſur le ſoir, auesprir. Ital. Farſi ſera. Germ. Es wirt abend oder ſpat. Hiſ. Haxer ſe tarde, anochecer. Pol. Do wieczora ſie chili. Vng. Eſtue lezõn be eſtue ledrik. Ang. To waxe euening.] Terentius in Heavt. Et veſperaſcit, & non noverunt viam. ¶ Hinc Adveſperaſcit, & Inveſperaſcit. Terent. in Andria: Cur uxor non accerſitur? jam adveſperaſcit. Livius libro 39: Iam inveſperaſcebat.

Vēſpĕrālĭs, & hoc veſperale, penultima producta, om. t. [ὁ ἑσπέρος, ὁ ἑσπερινός. Gal. Du veſpre, veſpertinal, occidental, du coſté où ſe couche le ſoleil. Ita. Di ſera, da veſpero. Germ. Des abends. Hiſp. Coſa de la tarde. Pol. Wieczorni. Vng. Eſtueſi. An. Of the euening, weſt where the ſunne goeth downe.] Solinus capite 14: Igitur Macedoniam præcingit Tracius limes, Meridiana Theſſaliæ Epirotæ tenẽt, à veſperali plaga Dardani ſunt & Illyrii, quà Septẽtrione tenditur, Pæonia ac Pelagonia protegitur. Veſperalem plagam dixit pro Occidentali.

Vēſpĕrnă, f.p. Cœna apud veteres dicebatur: nã (ut Feſtus inquit) cœna vocabatur, quod nunc eſt prandium. [δεῖπνον. Gal. Le repas qu'on prend au ſoir, le ſouper. Ital. Cena. Germ. Ein abendmal/nachtmal. Hiſpa. La cena. Pol. Wieczerza. Vng. Vatofora. Ang. The ſupper.] Veſperna autem, quam nunc cœnam appellamus: quòd id convivium nonniſi adventante nocte inibant priſci.

Vēſpĕrtĭlĭo, veſpertilionis, maſculini t. incertæ naturæ eſt: eſt enim mediæ cujuſdam inter avẽ & murem ſpeciei, ut mus alatus dici poſſit. [עטלף hatelléph. νυκτερίς. Gall. Chauueſouris. Ital. Veſpertilione, nottola, grinapola, pipiſtrello. Germ. Ein fledermauß. Hiſp. Morcielago. Pol. Niedoperz. Vng. Tenderewer, puppereuer. Ang. A batte or reremouſe.] Volat enim pinnatis alis, ſed inter volucres non eſt habendus, quòd quatuor pedibus graditur, pullosque parit, non ova, quos & lacte nutrit. Dictus veſpertilio, quòd veſpere ſe ad volatum proferat. Varro: Factus ſum veſpertilio, neque in muribus planè, neque in volucribus ſum. Vide Plinium libro 10. cap. 61. ¶ Per tranſlationem etiam veſpertiliones dicuntur debitores qui ære alieno obruti, interdiu domi delitescunt metu creditorum, noctu tantùm prodeuntes. Vide Alciatũ in libris prioribus Parergõn.

Vēſpĕrūgo, nis, f.t. Stella eſt eadem quæ & Veſper, & Heſperus, & Lucifer, & Venus dicitur, ἑωσφόρος. Plautus in Amphitr. Neque veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Vēſpillo, veſpillonis, maſcul. t. Vilis cadaverum funerator: ita dictus, quòd veſpertino tempore mortuos efferre ſoleret, qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. [νεκροφόρος. Gall. Foſſoyeur, qui porte & met les corps en terre. Ital. Sepeltore di morti. Germ. Ein Todtengrebet/der die abgeſtorbenen zu abend auß den heüſeren tregt. Hiſp. El que entierra muertos de noche. Pol. Vmarl'ich pogrzebacz. Vng. Holt teſt temeto. An. A burier of the dead.] Vnde & funera à funalibus dici autumat Donatus: quia noctu efferebantur ob ſacrorum celebrationem diurnam. Martialis libro 2: Qui fuerat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus.

Veſtĕr, a, um, Quod ad vos attinet. [σφωίτερος. Gall. Voſtre Ital. Veſtro. Ger. Ewer. Hiſ. Coſa vueſtra! Pol. Waſz. Vn. Tierek. Ang. Perteaning to yowe.] Virgilius tertia Aeglog. Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.

Vēſtrās, veſtratis, Quod ex veſtra regione eſt, aut patria. [ὑμέδαπος. Gall. De voſtre pays, de voſtre lignage ou ſecte. Ital. Di voſtro paeſe, lignagio ò ſetta. Germ. Der eweren einer. Hiſ. De vueſtra parte ò vando. Pol. Waſzyniek. Vng. Tw földetekből hazatokből valo. Ang. One of yowre cuntrie] Cicer.

Vēſtĭārĭum, Veſtiarius, Vide VESTIS.

Vēſtĭbŭlum, veſtibuli, n.ſ. Locus erat ante ædium januam, inter ædes ipſas, & viam relictus, cum in uſum, ut qui ædium dominum ſalutatũ veniſſent, neque in via ſtarent, neque in ipſis eſſent ædibus. [אולם vlám. πρόδομος, προαύλιον. Gal. L'entrée d'vne maiſon. Ital. Entrata della caſa. Ger. Ein vorſchopff/ober vorhuſ. Hiſp. El portal fuera de caſa. Pol. Przedſionek: item, Nadworze. Ang. A porche before a dore, an entrie.] Plautus in Moſt. Viden veſtibulum ante ædeis hoc, & ambulacrum cujuſmodi ſit? Dicta ſunt autem Veſtibula à Ve, & ſtando, quod multum in iis ſtaretur. Nam qui domos amplas antiquitus faciebant, locum ante januam relinquebant, qui inter fores domus, & viam medius eſſet, in eo loco qui dominum ejus domus ſalutatum venerant, priuſquam admitterentur, conſiſtebant. A' qua ſtatione, & quaſi cõſtabulatione, Veſtibula appellata ſunt ſpatia, in quibus multùm ſtaretur ab adveniẽtibus, prius quàm intromitterẽtur in domũ. Alii veſtibulũ à Ve privativo deduci volunt, refereates nõ ad eos, qui adveniũt, ſed ad eos, qui in domo commanent, quoniam illic nunquam conſiſtant, ſed ſolùm tranſitus cauſa ad hunc locũ veniant exeundo, ſeu redeundo; ut ſit veſtibulum, non ſtabulum: ſicut Veſanus, non ſanus. ¶ Poteſt etiam dici veſtibulum prima pars januæ, quod januam veſtiat: vel (ut Ovidius ait) à Veſta, quòd ea potiſſimùm pars in ædificio ſit Veſtæ conſecrata: ſicut culina diis penatibus: & macerias, quæ ambit domum, Herceo Iovi: ſingula enim domus ſacrata ſunt diis. Ex hac opinione nata fuit olim conſuetudo, ut novam nuptam mariti domum ingredientem nefas putaretur limen pedibus contingere. Ovidius libro 6. Faſt. Hinc quo-

quoque Vestibulum dicì reor, unde precamur, Quam famur Vestam, quæ loca prima tenet. Vide Gellium libro 16.cap.5.

Vēstĭceps, pen.corr. vesticipis, pen.corr. Pubes, quemadmodum qui pubes non est, Investis appellatur. [γνωθῶν, γνωμὸς, ὁ ἄρτι γνωσάμενος. Gal. *A qui la barbe commence à venir.* Ital. *A cui la barba commincia à venire.* Germ. Bartfähig / dem der bart herfür sticht. Hisp. *El mancebo que comienca à barvar.* Pol. *Brode puszczaiacy.* Vng. *Ki mohozot iffiu.* An. *Whois bearde beginneth to grow.*] Gell.libro 5.cap.19: Sed arrogari non potest, nisi jam vesticeps.

Vēstĭgĭum, vestigii, n.s. Pedis impressio: id est, signum quod à pede relinquitur. [עקבה *hikkebáh* מדרך *midrách.* ἴχνος, σῖβος. Gall. *Vestige, pas ou trace, la marque du pié.* Ital. *Vestigio, segno che lascia il piede ò pedata.* Germ. Ein fusteritt / fusstapff. Belg. Een voetstap. Hisp. *El rastro ò la pisada.* Pol. *Stopa, slad.* Vn. *Lab nyom.* Ang. *A footesteppe, or print of a foote.*] Virgil.4.lib.Georg. Et gradiens ima vertit vestigia cauda. ¶ Ponitur quandoq; pro ima parte pedis. Idem libro 5: vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam. ¶ Per translationem ponitur pro quocunque rei gestæ indicio seu signo. Cic.pro Font. Vnæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniã Fonteio datam. Virgilius 4. Aeglog. Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis. Omnibus vestigiis indagare aliquid, est ubique quærere, & diligenter. Fallére vestigium, de loco lubrico dicitur. Ponere vestigia leviter, est ita progredi, ut vix vestigia appareant. Dicimus quoque insistere in vestigio, Imprimere vestigium, Facere vestigia in aliquo loco. ¶ Occumbere in vestigio, est statim eo in loco interfici, ubi ab Imperatore in acie collocatus fuerat. ¶ Vestigium corporis, est ipsius corporis impressio. Vestigiũ equi, dicitur aliquando ipsius equiferrea solea. Plinius libro 28.cap. 20: Vestigium equi excussum ungula, ut solet plerunque, siquis collectum reponat, singultus remedium esse recordantibus, &c.

Vēstĭgo, vestigas, penult producta, act.p. Quæro, quasi vestigia indago, investigo, pervestigo, inquiro. [חשש *chaphás* חקר *chakár.* ἰχνεύω, σῖβεύω, ἰχνηλατέω. Gal. *Tracer, cercher diligemment.* Ital. *Cercare, investigare.* Germ. Dem gespür nachsuchen. Belg. Spoeren. Hisp. *Buscar por el rastro ò pisadas* Pol. *Sliaduie.* Vng. *Keresõm nyomozom vadaszom.* Ang. *To searche, to trace, to seak by the printe of the foote.*] Cicero libro 3. de Orat. Ipsa tractatio, & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges. Virgil.7. Aeneid. Quæ loca, quive habeant homines, ubi mœnia gentis Vestigemus. Cicero 2. de Orator. Non & conjuncta quæremus, & causas rerum vestigabimus. Virgil.6.Aeneid. Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum Carpe manu. ¶ Hujus composita sunt, Investigo, & pervestigo, quorum significata explicantur suis locis.

Vēstĭgātŏr, verbale, m. t. Venator, à vestigiis ferarum dictus, ut auctor est Varro 4 de lingua Latina. [חשש *chophés* חקר *chokér.* ἰχνεύτης. Gal. *Traceur, braconier, chasseur, veneur.* Ital. *Inuestigatore, cacciatore.* Ger. Ein jäger so dem gespür nachsuchet. Hisp. *El que busca pol el rastro, cacador.* Pol. *Zastiadem chodzaci, misliwiecz.* Vng. *Vadazo nyomozo keresõ.* An. *He that searceth by the printe of the foote.*] Columell.lib.9.cap.8: Nam statim sono territum, vel in frutice, vel in editiore sylvæ fronde considet, vel à vestigatore præparato vase reconditur.

Vēstis, is, f.t. A velando, quod corpus velet: seu à vellere, quod est universę ovis lana. [בגוש *lebúsch* לבש *béghedh* שמלה *simláh* שאה *salmáh.* ἱμάτιον, ἔνδυμα, στολή. Gal. *Vestement, habillement.* Ital. *Vesta.* Germ. Ein kleid. Belg. Een cleet. Hisp. *Vestidura.* Pol. *Sukmia.* Vng. *Tsoha ruha.* Ang. *A garment or vesture.*] Et est generale nomen, quodvis significans indumẽtum, tãm virile, quàm muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, serica, bombicina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, insternendi, accubandive causa apparata sunt, & quæ accessionis jure cedunt, cujusmodi sunt instita, pictura, clavique quæ vestibus insuuntur. Cicero 7. Verr. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, thus alii atque odores, vestemq; lineã, gemmas alii, & margaritas. Quintil.lib. 11.cap.1: Monilia & margaritæ, vestis longa, sunt ornamenta fœminarum. Virgilius 9. Aeneid. Dives equùm, dives pictaï vestis, & auri. Cicero 2. Philipp. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & lauta supellex, & magnifica, multis locis, &c. ¶ Ponitur interdum vestis pro barba. Ἥθειον. Virgilius 7. Aeneid. Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis. Vbi Servius: Vestis: hoc est, barba: unde econtrà, investes dicimus imberbes: unde est, Tunc mihi prima genas vestibat Flore juventa. Lucret.lib. 5: Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas Tempore, & impubem molli pubescere veste. Veste: hoc est, pilo & lanugine, seu prima barba.

Vestis, quibusdam nationibus sua cuique propria vestis est: ut Parthis sarabaræ, Gallis linæ, Germanis rhenones, Hispanis striges, Sardis mastrucæ. Sarabaræ sunt fluxa ac sinuosa vestimenta: de quibus legitur in Daniele: Et sarabaræ eorum non sunt immutatæ. & Publius: Vt quid ergo in ventre tuo Parthi Sarabara suspẽderunt? Apud quosdam autem sarabara nuncupantur capitum quædam tegmina, qualia videmus in capite magorũ picta. Linæ saga quadra & mollia sunt: de quibus Plautus: Lina cooperta est textrina Gallia. Rhenones sunt velamina humerorũ, & pectoris usque ad umbilicum atque intortis vilis, adeò hispida, ut imbres respuant: quas vulgò *reptos* vocant, eò quòd longitudo villorum quasi reptat: de quibus Salustius: Germani intectum rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones à Rheno Germaniæ flumine, ubi his frequenter utuntur. Mastruca vestis Germanica ex pelliculis ferarum: de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit. Mastruca autem dicta, quasi mõstruosa, eò quòd qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformantur. Dignoscuntur & gentes ita habitu, sicut & lingua discordes. Persæ brachia & crura linamentis, caput tiara tegunt: eminẽt apicibus fastigiatis Alani: horrent & malis tecti cum latrantibus linguis Scoti, sagati sunt Almani, linteati Indi, gemmati Persæ, sericati Seres, pharetrati Armeni. Nonnullæ etiam gentes non solùm in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vendicant: ut videmus cirros Germanorum, granos & cinnabar Gothorum, stigmata Britonũ: circuncidũt quoq; Iudæi præputia: pertundunt Arabes aures: flavent capitibus intextis Getę: nitent Albani albẽtibus crinibus: Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis: sine equis inertes extant Alani. Isidorus de etymologiis.

Vēstĭo, is ivi, tum, act.q. Vestem induo, tego, obduco, sepio. [לבש *labásch.* ἱματίζω, ἐνδύω, σκεπάζω, στολίζω. Gall. *Vestir.* Ital. *Vestire.* Ger. Kleyden Belg. Kleeden. Hisp. *Vestir.* Pol. *Przyodzieiwam.* Vng. *Megruhazom fol öltözöm.* An. *To apparell, to put on a garment.*] Plautus in Casin. Vir te vestiat, tu virum despolies. Cicero pro Sex Rosc. Quasi verò nescias hunc ali & vestiri à Cælia, &c. Cicero secundo de Natura deorum: Primùm oculos membranis tenuissimis vestivit, & sepsit. Vestivit: id est, operuit, munivit, contexit, velavit. Columella libro 4, transtulit ad arbores: Vbi se frondibus vestierint, teneris caulibus, necdum adultis, modus adhibendus est. Vestire agrum vineis, apud eundem libro 3. cap. 1. Vestire gramine ripas, apud eundem libro 8. cap. 5. Vestiti montes sylvis, apud Livium 2. bell. Maced Vestite parietes tabulis, Cicero 6. Verr. Vestiri pilo, Plinius libro 9. cap. 13. Vestita floribus terra, arboribus, frugibusque, &c. apud Cicer. 2. de Natura deor. Plinius lib. 2. Epist. 17: Hortum morus, & ficus frequens vestit: id est, contegit, ornat. ¶ Hujus cõposita sunt, Convestio, circunvestio, supervestio: quorum significata explicantur suis locis.

Vēstĭtŏr, m.t. Qui vestes facit, sartor. [ἀκεστὴς. Vng. *Zabo.*] Lãpridius in Alex. Severo: Ita ut annonas non dignitates acciperent fallones, & vestitores & pictores.

Vēstĭtŭs, us, m.q. Vestimentum, sive vestis. [בגוש *lebúsch* לבש *béghedh.* ἐσθὴς, ἔνδυμα, στολή. Gall. *Vestement.* Ital. *Vesta.* Ger. Kleidung. Hisp. *Vestidura.* Pol. *Odzienie, szati.* Vng. *Ruhazat öltözet.* Ang. *Apparell or rayement.*] Plinius lib.8, cap.22: Vestitu quoq; in quercu suspenso: tranare atque abire in deserta. Cic. 1. de Nat. deor. Reliquos deos ea facie novimus, qua pictores, fictoresq; voluerunt: neque solùm facie, sed etiam ornatu, ętate, vestitu. ¶ Orationis vestitus. Cicero de clar.Orat. Cõcinnitas illa crebritasq; sententiarum pristina manebat: sed ea vestitu illo orationis quo consueverat, ornata non erat. Montium vestitus densissimi, Cic.2. de Nat. deor. Riparum vestitus viridissimi, Cic.ibid. Vir muliebri indutus vestitu, Cic.ad Attic.libro 1.

Vēstīmēntum, ti, n.s. Vestis. [בגוש *lebúsch* לבש *béghedh.* ἐσθὴς, ἐπίβλημα, ἱμάτιον, ἔνδυμα. Gall. *Vestement, habillement.* Ital. *Vesta, habito.* Ger. Ein Kleid. Hisp. *Vestidura.* Pol. *Szata, odzew.* Vng. *Ruha öltözet.* Ang. *A garment or vesture.*] Cic.pro Mil. Milo autem quum in Senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est, domum venit, calceos & vestimenta mutavit. Horatius 1. Epistol. 18: Vestimenta dabat pretiosa, &c. ¶ Vestimentum aliquãdo Iureconsultis idem est, quod pannus apertissimè in L. vestimentum. ff. de auro & argento legat. Vestimentum: id est, quod detextum est, etsi dissectum non sit: id est, si sit consumatum, quod in tela est nondum pertextum vel detextum, contextum appellatur.

Vēstĭārĭum, rii, n.s. Locus in quo vestes vel servãtur, vel vẽduntur. [ἱματοθήκη, ἱματοφυλάκιον. Gall. *Garderobbe, lieu à serrer hãbillements.* Ita. *Guarda vesti.* Ger. Ein kleyderkast / oder kleydergaden / gewandtkammer. Hisp. *Lugar donde se ponen los vestidos para guardar, ò vender.* Pol. *Skrzinia, albo komora gdzie szaty chowaia.* Vn. *Ruha tarto hely, ruha arulo hely, ruha piacz.* Ang. *Where clothes ar keept, or sett out to besolde, a warderobe.*] Plin.li. 15.ca.8: Vestiariũ etiam contra teredines, ac noxia animalia amurca aspergi.

¶Aliquando veſtiarii nomine veſtitus intelligitur. *ἱματισμός, σκεπασμός.* Colu.li.1.c.8: Tantoq; curioſior inquiſitio patrisfamiliàs debet eſſe pro talr genere ſervorũ, aut in veſtiariis, aut in cæteris prębitis injunosè tractentur. Vide in dictione CALCEARIVM.

Vēſtĭārĭŭs, m.ſ. Qui veſtiario præeſt, aut veſtes vendit. [*ἱματιοπώλης.* Gall. *Faiſeur ou vendeur d'habits.* Ital. *Chi fa ò vende veſti.* Ger. Ein gewandmeiſter / oder ein kleyder verkauffer. Hiſp. *El que haze ò vende veſtiduras.* Pol. *Ten ktory ſzati przedaie.* Vng. *Ruha aros.* Ang. *A maker or ſeller of clothes.*] ¶Aliquãdo adjectivum eſt: ut, Veſtiaria arca, apud Catonem libro 11, in qua veſtes reponuntur, & conſervantur.

Vēſtĭſpĭcŭs, veſtiſpici, & Veſtiſpica, veſtiſpicæ, pen.cor. Servus, ſive ancilla cuſtodiens veſtes, quòd frequenti diligentia veſtes inſpiciat. [*ἱματιοφύλαξ.* Gal. *Celuy ou celle qui garde les habits ou habillemens, qui prend garde qu'ils ſoyent nets & ne ſe gaſtent.* Ital. *Guarda veſti.* Ger. Einer oder eine ſo zu den kleyderen tuget vnd die verwaret Hiſp. *El que alimpia las veſtiduras y las guarda.* Pol. *Ten ktori ſzati chowa.* Vng. *Ruha őrző zolga.* Ang *He or she that keepeth the warderobes.*] Plaut. in Trin.-ducitur familia tota, Veſtiſpici, unctor, auri cuſtos. Afran. Novi non inſciam ancillulã veſpere & veſtiſpicam.

Vēſtītĭſſĭmŭs, veſtitiſſima, veſtitiſſimum, Quod eſt optimè veſtitum. Colum. lib. 7. ca. 3: Id pecus, quanvis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt. De ovibus.

Vĕtĕr, veteris, pen.corr. adjectivũ trium generũ, Senex, vetuſtus. [ישן *jaſchén* עתיק *hattík* קדמון *kadhmón.* *γηραὸς, πάλαιος.* Gal. *Viel, ancien.* Ital. *Vecchio, antiquo.* Ger. Alt. Belg. Out. Hiſ. *Viejo anciano.* Pol. *Stari.* Vn. *Regi, ag.* Ang. *Old, ancíẽ.*] Ennius: Quum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.

Vĕtĕrĭŏr, & Veterĭmus. Plautus in Bach. Senẽ illum ego tibi dedo veteriorem, lepidè ut lenitum reddas. Trebat. Ciceroni: Pro noſtro veterrimo, veriſſimoq; amore. Virgil. 2. Aenei. Ingens ara fuit juxtaq; veterrima laurus. Tacit. libr. 5: Arſacem liberorum ſuorum veterrimum impoſuit. Id eſt, maximum natu. Cic. de amicitia: Veterrima quæque (ut ea vina, quæ vetuſtatem ferunt) eſſe debent ſuaviſſima.

Vĕtĕrāmĕntārĭŭs, Veteranus, Veterator, Vide VETVS.

Vĕtĕrīnŭs, a, um, adjectivum: ut Veterina animalia. [*ζῶα φορτηγά.* Gall. *Cheuaux ou mulets, ou autres beſtes qui portent ſomme.* Ital. *Ogni beſtia da ſoma, come cavalli, muli, aſini & ſimili.* Germ. Laſtbare thier ſo man braucht allerley burde zu tragen Hiſ. *Qualquier beſtia para cargos.* Pol. *Wſzelyakie zwierzęta ktore skrzinie naſobie noſzą.* Vn. *Terőh hordo barom.* An. *That carieth or beareth burdens.*] Dicuntur ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere poſſunt. Ita dicta, quaſi venterina, teſte Feſto, quod ad ventrem onus religatum gerãt: vel potiùs à vehẽdo, quaſi veherina. Plinius li. 11. ca. 46: Vngulæ veterino tãtùm generi renaſcuntur. ¶Legitur & Veterinum, ſubſtantivè, pro animali veterino: hoc eſt, vecturæ idoneo. *ζῶον φορτηφόρον.* Plin. lib. 11. cap. 37: Ætas veterinorum, dentibus indicatur.

Vĕtĕrīnārĭŭs, ria, rium, Quod ad veterina animalia pertinet: [*κτηνιατρικός.* Gal. *Appartenant à beſtes de ſomme.* Ita. *Pertinente à beſtia de ſoma.* Ger. Das zu laſtbaren thieren / oder ſaumroſſen gehört. Hiſ. *Perteneſciẽte à beſtias de cargos.* Pol. *Przinależący do naiem nich koni.* Vn. *Terőh hordozo barmokhos valo.* An. *Belonging to cariage beaſtes.*] ut, Medicina veterinaria, *κτηνιατρία, ἱππιατρία.* Col. li. 6. ca. 3: Quare veterinariæ medicinę prudens eſſe debet pecoris magiſter.

Vĕtĕrnŭs, veterni, m.ſ. Morbus eſt naſcens ex humoribus frigidis cerebrum infeſtantibus, memoriã ſimul & rationẽ tolſens, inevitabilemq; dormiẽdi neceſſitatẽ inducẽs. [*λήθαργος.* Gal. *Lethargie, maladie qui rend les gens endormis & pareſſeux.* Ital. *Infermità per troppa ętà, la quale induce eſtremo ſonno.* Germ. Die ſchlaffſucht Hiſp. *Dolencia que haze mucho adormecer.* Pol. *Spanie mięzmierne.* Vng. *Mely alomban, luhnyaſagban eytő betigseg.* An. *A drouſie diſeaſe engendring through idleneſſe, a continuall deſire of ſleeping.*] Plautus in Menæch. Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodum ſenectus, ideo veternus quandoque pro pigritia ponitur. [עצלה *hatſláh* עצלות *hatſluth.* *νωθρότης.* Gal. *Faitardiſe.* Ital. *Dapocaggine, tardezza.* Hiſ. *Ocioſidad ò pereza.* Pol. *Gnuſnoſć.*] Virg. libr. 1. Georg. Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno. Cic. lib. 6. Epiſt. Niſi ego cum tabernariis & aquariis depugnaſſem, veternus occupaſſet civitatem. ¶Quandoque pro nimia dormitione. Plin. lib, 8. ca. 36: Primis diebus bis ſeptenis tam gravi ſomno urſi premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queãt, tunc mirum in modum veterno pingueſcunt.

Vĕtĕrnōſŭs, Qui veterno: hoc eſt, lethargo laborat. *ληθαργικός.* ¶Per tranſlationem tamen ſumitur pro ſomnolento, & ſegni. [עצל *hatsél.* *νωθρὸς, οὐραῖος.* Gal. *Endormi & appeſanti, pareſſeux & faitard.* Ital. *Addormentato, tardo.* Ger. Schläferig. Hiſ. *Adormecido, ocioſo, perezoſo.* Pol. *Oſpały i dad miare.* Vng. *Mely alomban eytő betigseges zsunniadagos tichnya.* An. *That hath a drouſie diſeaſe and ſleepeth much.*] Terent. in Evnuch. Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex. Quo in loco Terent. in Eunuc. vocat veternoſum, quòd tardus eſſet, & ſegnis, ac ſi veternum pateretur. ¶Cato verò Veternoſum appellat hydropicum, quum inquit: Veternoſus quàm plurimùm bibit, tam plurimùm ſitit.

Vĕtĕro, Vide VETVS.

Vĕto, vetas, vetui, vetitum, Prohibeo, abſterreo, interdico & impero ne quid fiat. [אסר *manáh* כלה *chaláh* כלא *chalá.* *ἀπαγορεύω, κωλύω.* Gal. *Defendre de faire quelque choſe, prohiber.* Ital. *Vietare, prohibere.* Germ. Verbieten / wehren. Belg Verbeen. Hiſp. *Vedar.* Pol. *Zakazuie, bronie.* Vn. *Meg tiltom nem engedőm.* Ang. *To forbid.*] Liv. lib. 2: Illi victi ira, vetuêre reddi. Terent. in Phorm. Aruſpex vetuit ante brumam aliquid novi Negotii incipere. Cæſar. 2. bell. Gallic. Et quòd ab opere ſingulisq; legionibus ſingulos legatos Cæſar diſcedere, niſi munitis caſtris, vetuerat. Cic 5. Verr. Vetat te Volcatius tuæ tuorumque deliciæ, mentionem mancipis facere. Virg. 1. Aeneid. Quippe vetor fatis. Horat. 1. Serm. -ridentem dicere verum Quid vetat? Virgil. 10. Aeglóga: -non me ulla vetabunt Frigora Parthenios canibus circundare ſaltus. ¶Legitur etiam præteritum vetavi, & ſupinum vetatum. Perſ. Sat. 5: Excepto ſiquid Maſuri rubrica vetavit. Quo tamen in loco nonnulli Notavit, legendum contendunt. ¶A' veto, quamvis ſupinum faciat vetitum, participium tamen futuri temporis deducitur vetaturus, non vetiturus. Item verbale vetatio, non vetitio, autore Valla li. 1.

Vĕtāns, vetantis, participium. [אסר *mineáh.* *κωλύων.* Gall. *Qui defend & prohibe.* Ital. *Chi prohibiſce & vieta.* Germ. Verbietend / wehrend. Hiſ. *Que vieda, viedador.* Pol. *Zakazuiaci, bronsaci.* Vn. *Tiltó.* Ang. *That forbiddeth.*] Cic. 2. de Legibus: Ita principem legem illam, & ultimam, mentem eſſe dicebant omnia ratione aut cogentis, aut vetantis Dei.

Vĕtĭtŭs, præteriti participium. [אסר כלוא *nimnáh* כלא *chalú.* *κεκωλυμένος, ἀπαγορευθείς.* Gall. *Prohibé, defendu.* Ital. *Vietato.* Germ. Verboten. Hiſ. *Vedado.* Pol. *Zakazani.* Vn. *Meg tiltatot, tilalmas.* An. *Forbidden.*] Virgil. 6. Aeneid. Hic thalamum invaſit natæ, vetitoſq; hymenæos. Ovid. 2. Metamor. -vetito tentarunt æquore tingi. Horat. 1. Carm. Ode tertia: Audax omnia perpeti Gens humana ruit per vetitum nefas.

Vĕtĭtum, ti, ſubſtantivum, Prohibitum. [אסר *nimnáh.* *κεκωλυμένον, τὸ ἀπαγορευθέν.* Gall. *Choſe defendue.* Ita. *Coſa vietato.* Ger. Ein verbott. Hiſ. *Coſa vedada.* Pol. *Zakazanie.* Vng. *Tilalmas tio lalom.* Ang. *A thing forbidden.*] Virgilius 10 Aeneid. Quæ contra vetitum diſcordia? Ovid. 3. de Arte amandi. Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata.

Vĕtŏnĭcă, Vide BETONICA.

Vĕtŭs, eteris, pen.corr.omn.t. Antiquum & multorum annorum, menſium, aut dierum ſignificat, ſecundum id, cui adjectum eſt. [ישן *jaſchén* עתיק *hattík* קדמון *kadhmón.* *πολιοῦ, ἀρχαῖος.* Gal. *Vieil, ancien.* Ita. *Vecchio, antiquo.* Germ. Alt. Belg. Out. Hiſp. *Viejo, anciano.* Pol. *Stari.* Vng *Regi ô.* An. *Old, ancient.*] Plaut. in Truc. Vetus eſt materia. Cicer. pro Cæcin. At verò hoc quidem jam vetus eſt, & majorum exemplo multis in rebus uſitatum. Quidam dici putant, quaſi vietus: hoc eſt, ſine vi: ætas enim debilitat vires. Alii à ve, pro valde, & ætas. Et plerunque in laude ponitur. Vnde dicimus, Apud veteres: eos videlicet autoritatis plenos ſignificantes. Item Vetus Falernum, quod per ętatem vires acquiſivit. ¶Interdum ad vituperationem refertur, & pro carioſo, ſeu rancido ponitur, proque eo quod ætate jam deterius eſt effectum. Terent. in Andr. -ſed qui malevoli Veteris poętæ maledictis reſpondeat. Vetus adagium, vetus verbum: id eſt, jamdiu uſurpatum, & à veteribus etiam dictum. Plautus in Amph. Vetus eſt adagium: -fames & mora Bilem in naſum conciunt. Terentius in Adelph. Nam vetus verbum hoc quidem eſt: Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Cornel. Fronto inter antiquum & vetus ita diſtinguit:

Vetus

Vetus eſt, *inquit*, quod eſt multorum annorum. Antiquum, quod exceſſit patrum memoriam.

Vĕtŭlŭs, diminutivum. [ישן *jaſchén* עתיק *hattík* זקן *zakén* ישיש *jaſchiſch* קדמון *kadmón.* γερόντιον. Gall. *Vieillard, vieillot.* Ital. *Vecchietto.* Ger. Zimlich att/ alttecht. Hiſp. *Pequenno, viejo.* Pol. *Przyſtarſzema.* Vng. *Regieske, otska.* Ang. *Somewhat old.*] Plautus in Epid. Quales volo vetulos deos. Horatius 4. Carm. Ode 13: Servatura diu partem cornicis vetulæ temporibus Lucerii, *&c.* Arbor vetula. Cic. 5. de Finib. Itaque & vivere vitem & mori dicimus: arboremque & novellam, & vetulam: & vigere, & ſenescere. Equus vetulus. Cic. de Amic. Num quando amici novi digni amicitia, veteribus ſint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere ſolemus. Falernũ vetulum. Catul Epigr. 24: Miniſter vetuli puer Falerni. Vinum vetulum. Colum. lib. 10: Brachia jactantes vetulo marcentia vino.

Vĕtŭſtŭs, a, um, Vetus, antiquus, priſcus. [ישן *jaſchén* עתיק *hattík* זקן *zakén* ישיש *jaſchiſch* קדמון *kadmón.* ἀρχαῖος. Gal. *Vieil, ancien, antique.* Ital. *Vecchio, antiquo.* Ger. Alt. Hiſ. *Viejo, anciano.* Pol. *Barzoſtari.* Vn. *Regi ô.* Ang. *Old, ancient, of great antiquitie.*] Livius libro 1: Poſſe quidem ſe vetuſto jure agere. Cicero Acilio libr. 13: Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt. Idẽ de claris Orat. Sed multò tamen vetuſtior, & horridior ille, quàm Scipio. Ovidius 2. Faſt. Tybri doce verum, tua ripa vetuſtior urbe eſt. Virgilius 2. Aeneid. Eſt urbe egreſſis tumulus, templumq; vetuſtũ Deſertę Cereris, juxtaq; antiqua cupreſſus Religione patrum multos ſervata per annos. Plinius lib. 25. ca. 2: Vt Aeſchylus è vetuſtiſſimis in poëtica refertam Italiam herbarum potentia proderet. Tacitus libro 2: Qui Vonomen vetuſtiſſimum liberorum ejus accirent. Hoc eſt, maximum natu.

Vĕtūſtē, adverbium, Antiquè. [ἀρχαίως. Gall. *Anciennement.* Ital. *Anticamente.* Germ. Von altem här. Hiſp. *Vieja y antiguamente.* Pol. *Zdawna.* Vn. *Regien.* Ang. *Anciently.*] Plin. libro 27. cap. 7: Vetuſtiſſimè in uſu eſt: hoc eſt, diutiſſimè conſervatum in uſu eſt.

Vĕtūſtās, vetuſtatis, f. t. Antiquitas. [קדם *kédhem* קדמה *kadhmáh.* ἀρχαιότης. Gal. *Vieilleſſe, ancienneté.* Ital. *Vecchiezza, antichità.* Germ. Die alte. Hiſ. *Vejez.* Pol. *Staroſcą.* Vng. *Regi ſeg.* Ang. *Ancientie, oldneſſe, eldertime.*] Plinius libro 27. cap. 7: Nix vetuſtate rubeſcit. Livius decimo ab Vrbe: Nec quicquid quoque anno actum ſit in tanta vetuſtate non rerum modò, ſed etiam autorũ, digerere poſſis. Cicero de Amicitia: Magna eſt vis vetuſtatis & conſuetudinis. Ovid. 5. Metamorph.

Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus ævi
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Vĕtūſtēſco, is, Inveteraſco, vetuſtatem acquiro. [עתק *hathák* בלה *baláh.* παλαιόομαι. Gall. *Enuieillir.* Ital. *Inuecchiare, diuenir vecchio.* Germ. Alten/ alt werden. Hiſp. *Ennejecerſe.* Pol. *Poczinam ſie ſtarzec.* Vn. *Meg oulok regie lezók.* An. *To waxe old or ancient.*] Columella lib. 1. cap. 7: Apothecę rectè ſuperponentur his locis, unde plerunque fumus earum exoritur, quum vina celeriùs vetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcocem maturitatem trahunt.

Vĕtĕro, veteras, Vetuſteſco, vetuſtatem acquiro. [עתק *hathák* בלה *baláh.* παλαιόομαι. Gal. *Enuieillir.* Ital. *Inuecchiare.* Germ. Alten/ alt werdẽ. Belg. Out werden. Hiſ. *Ennejecer.* Pol *Starzewam ſie.* Vng. *Meg oulok, regie lezok.* Ang. *To waxe old.*] Celſus lib. 3. cap. 12: In his autem febribus quę veteraverunt, utilis fames non eſt. ¶Hinc compoſitum Invetero, & augmentativum Veteraſco, quæ ſunt ejuſdem ſignificationis. Columella lib. 2. cap. 15: Aptior eſt tamen ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris veteraſcere, ſi vitibus aut pomorum arboribus adhibeas. ¶ Ab hoc fit Inveteraſco, quod eſt valde vetus fio, ſeu valde in conſuetudinem venio. ¶Nigidius differentiam ponit inter vetuſteſcere, & veteraſcere: quod quæ vetuſtate deteriora fiunt, vetuſteſcere dicantur: veteraſcere, quæ meliora. Columella verò libro 6. docet veteraſcere, ſeu inveteraſcere, non ſemper in melius dici: cujus hæc ſunt verba: Sed ſi jam inveteravit morbus, vehementioribus eſt opus remediis.

Vĕtĕrāſco, veteraſcis, Vetus fio, vetuſtatem contraho: quod vetuſteſcere dicimus. [עתק *hathák* בלה *baláh.* παλαιόομαι. Gal. *Enuieillir.* Ita. *Inuecchiare.* Ger Alten/ alt werden. Hiſp. *Ennejecerſe.* Pol. *Poczinam bitſtarim.* Vn. *Meg aggok oulok regie lezók.* Ang. *To waxe old.*] Columel. libro 2. cap. 14: Aptior tamen eſt ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris veteraſcere.

Vĕtĕrātŏr, veteratoris, m. t. Homo veteris aſtutiæ, ut inquit Donatus, & in omni re callidus: à multarũ rerum gerendarũ vetuſtate. [ערום *harúm.* παλίμπαιδος, παλίρροθος, παιούργος. Gal. *Fin, cauteleux & ruſé de long temps.* Ital. *Gratta vecchia, trinc.to, ſcelerato, gliotto, cattivo, triſto, di mala ſorte, di mal pelo.* Ger. Ein a[illegible]halck/ der allzeit argliſtig geweſen iſt/ vnd voch darinn beharret. Belg. Een out ſchalck. Hiſ. *Aſtuto, malicioſo, enganoſo, enuejecido en ſu arte.* Pol. Czwiek ſtari, dawno achtriſziderę. Vn. *Agrauaz.* An. *An old craf ie knaue, long acquanted and noozled in falshood.*] Ter. in Heav. Idẽ iſtuc mihi venit in mentẽ. C. veterator. Idẽ in And. Quid hic volt veterator ſibi? ¶Veterator, inquit Budęo, eſt qui diuturna ac multiplici, & ſæpè cõmutata ſervitute aſtutus & vafer evaſit: quod genus ſervorũ olim minori erat in pretio quàm novitiorũ: unde ab Aedilibus præceptũ erat, referente Vlpiano, ne veterator pro novitio veniret. ¶Veterator & ad liberos homines trãsfertur, pro eo qui quovis inſtituto aſtutia & ſolertia plurimũ pollet. Cic. li. 2. de Finib. Acutũ, verſutũ, veteratorẽ, facilè ut excogitet quomodo occultè ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. Gellius lib. 3. cap. 1: Videbatur eſſe in literis veterator. ¶ Veterator, advocatus dici hodie poteſt, qui diu, ac multum in foro verſatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagioſas fugitandi ludificationes, omnes prehenſiones, nexuſq; lubrici litium certaminis, qui in ancipiti forẽſium ſalebrarum Marte belliſſimè inſidias diſponere, atque etiam providere novit: ſed is propriè (ut uno verbo abſolvam) qui eam ſe artem ſcire, atque exercere profitetur, qua cauſa inferior, ſuperior evadere, vel reclamare æquo bonoque poſſit. Budæus.

Vĕtĕrātōrĭus, veteratoria, veteratorii, Stibdolus, impoſtorius, vafer, aſtutus. [ערום *harúm.* παιούργος, ἀπατηλικὸς, κερδηλικός. Gal. *Cauteleux fin, ruſé.* Ital. *Ingannatore, aſtuto.* Ger Argliſtig/ voll lang geübtes betrugs. Hiſp. *Engannador, aſtuto.* Pol. Czwiczoni vchitroſczi. Vn. *Agrauazokos.* Ang *Guilfull, ſubtill, wilie.*] Cicero in Verr. Nihil ab iſto tectum, nihil veteratorium expectaveritis: omnia aperta, omnia perſpicua reperientur.

Vĕtĕrātōrĭē, adverbium, Aſtutè, callidè, malitioſè. [παιούργως. Gal. *Par ruſe & fineſſe, cauteleuſement.* Ita. *Aſtutamente, con cautele.* Germ Argliſtiglich. Hiſp. *Enganoſamente, cauteloſamente.* Pol. *Wiwrotnie, chytrze.* Vng. *Okoſſan agrauazol.* An. *By deceit, lik an old foxe.*] Cicero in Oratore: Ille enim ſummiſſus: quòd acutè, & veteratoriè dicit, *&c.*

Vĕtĕrātrīx, veteratricis, f. t. Fœmina in aſtutiis & fraudibus exercitatiſſima. [ערומה *harummáh.* παιούργος, ή.]

Vĕtĕrāmĕntārĭus ſutor, Calcearius, qui veteres calceos reficit. [κρηπιμόπων ῥάπτης, ſeu παιπάλης. Gal. *Sauetier.* Ital. *Zauatiero.* Germ Ein ſchuhbletzer. Belg. Een ſchoenlapper. Hiſp. *El remendon de capatos, capatero.* Pol. *Latacz.* Vng. *Foldozo varga.* Ang. *A ſouter or cobler.*] Eaque forma dicitur veteramentarius, qua ab armento armentarius, à ferramento ferramentarius. Suet. in Vitel. Caſſius Severus, nec minus alii, eundem & ſutorem veteramentarium prodiderunt.

Vĕtĕrānŭs, veterana, veteranum, Vetus. [ישן *jaſchén.* παλαιός. Gal. *Vieillart, ancien.* Ital. *Vecchio, veterano, prattico.* Germ. Alt. Belg. Out. Hiſp. *Viejo, anciano.* Pol. *Stari bi waliec.* Vng. *Regi, ag* Ang. *Old, ancient.*] Livius lib. 1. bell. Pun. Pœnum hoſtem veteranum, trium & viginti annorum militia duriſſimas inter Hiſpanas gentes ſemper victorem. Vnde veterana mancipia, quæ à novitiis diſtinguuntur. Veterana, quæ anno nondum ſervierũt, ut ait Martianus de Publicanis & vectigalibus. ¶ Veterani milites, qui multis annis ſtipẽdia fecerunt, & diuturno uſu in re militari ſunt exercitati. Budæus in libro de Aſſe, ex autoritate Taciti, oſtendit eos propriè dictos eſſe veteranos, qui ſtipendia quidem legitima confecerant, adhuc tamen ſub vexillo continebantur, quoad militiæ præmia, coloniaſq; acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulſandi hoſtis. Stipẽdiorum autem legitimorum tempus non ſemper idem fuit. Conſtat enim quoſdam tricena, alios quadragena impleſſe ſtipendia. Sub initium autem principatus Tiberii, ſuborta hoc nomine ſeditione in caſtris Pannonicis, placuit, poſt ſenadena ſtipendia milites exautorari, quatuorque poſt annos, antequam miſſionem adipiſcerentur, ſub vexillis retineri, indulgentiore militiæ genere: quo tempore Veterani dicebantur. Cicero 2. Tuſc. Ergo hæc veteranus miles facere poterit: doctus vir, ſapiens, facere non poterit? Cæſar libro 1. bell. Gallic. Ipſe interim in colle medio triplicem aciem inſtruxit legionum quatuor veteranorum. Lucan. libro 1: Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ noſter veteranus aret. Veteranum pecus. Colum. libro 6. cap. 2: Verùm iſta ſic agenda præcipimus, ſi veteranum pecus non aderit. Veteranæ vites dicuntur veteres, & antiquæ. Colum. libro 3. cap. 15: Deinde eam velut veteranam vitem totam exputare, & ad unam materiam firmiſſimam redigere.

Vetrale, Vide VENTRALE.

Vĕxillum, vexilli, n. ſ. Signum militare. [נס *nes* דגל *déghel.* σημεῖον. Gall. *Baniere, enſeigne, eſtendart.* Ital. *Bandera.* Germ. Ein Fendlin/ Panier / Feldzeichen. Belg. Een vaenten. Hiſpa. *La ſenna.* Pol. *Choragiew.* Vng. *Zaslo.* Ang. *A flagge, enſeigne, or ſtanderd.*] Cæſar 2. bell. Gallic. Vexillum proponendum, quod erat inſigne, quum ad arma concurri oporteret. Tacit.

lib. 1: Postquam turbatum in castris accepêre, vexilla convellunt. Cic. in Orat. docet velum à vexillo factum, ut à paxillo palum, à taxillo talum, extritis tribus literis, gratia vitandi durioris soni. ¶ Vexillum autem continebat homines centum octogintasex, teste Livio lib 8. ab Vrbe.

VĒXĪLLĪFĔR, m. f. Signifer, gestator vexilli, quem & *Aquiliferum* vocabant Romani. [נסס *nosés. σημειοφόρος*. Gall. *Portenseigne, guidon.* It *Bandiraro, alfiero.* Ger. Ein Fenderich/ Panerherr. Hisp. *Alferez.* Pol *Chorazi.* Vn. *Zaxlo tarto.* An. *That beareth a standerd.*]

VĒXĪLLĀRĬŬS, m. s. Signifer, q vexillū fert. [נסס *nosés. σημειοφόρος.* Gall. *Portenseigne, guidon.* Ital. *Bandiraro, alfiero.* Ger. Fenderich/ Panerherr/ Zeichentrager. Belg. Een Vaendrager. Hisp. *Alferez.*] Liv. lib. 8: Ordo ter sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habet.

VĒXĪLLĀTĬO, quid significet, declarat Vegetius lib. 2. ca. 1: Equitum (*inquit*) alæ dicuntur ab eo, quòd ad similitudinem alarũ ab utraque parte protegant acies, quæ nunc *Vexillationes* vocantur, à velo: quia velis: hoc est, flammulis utuntur. Sueton. in Galba, cap. 20: Illud mirum admodum fuerit, neq; præsentium quenquam opem Imperatori ferre conatum, & omnes qui accerserentur, spreviſſe nuntium, excepta Germanicorum vexillatione. [ὁ λόχος, ἡ ἴλη. Gall. *Vne compagnie de gens de guerre estans sous vne enseigne.* Ital. *Compagnia de soldati sotto vna bandiera.* German. Ein fendlin Knecht Hisp. *Compannia de hombres armados vno alferez.* Polon. *Na skrzidliech roth zasadzenie.* Vng. *Had zarny.* Ang. *A bande of men of warre vnder one standerd.*]

VĔXO, vexas, act. p. Agito, molesto, perturbo, infesto, populor, diripio, & huc atque illuc distraho. [עבה *hinnáh* עבב *batsáh* הכאיב *hicheíb* חמם *hamám*: שדד *schadhádh* שלל *schalál* סחב *sachább* ערף *gharáph.* σείω, διαχυίω, ὀδύζω, σείω. Gal. *Vexer, tourmenter, harceler, tempester.* It. *Disturbare, molestare, noiare.* German Plagen/ vbel bemühen/ vnrůwig machen/ vexieren Belg. Quellen. Hispan. *Fatigar, molestar, enojar.* Polon. *Nagabam, wexuie, przesliaduie.* Vngar Gyöt rõm, kenzom. Ang. *To vexe, to torment, to trouble.*] Tractum ab eo quod est veho, in quo inest jam vis quædam alieni arbitrii: non enim sui potens est qui vehitur. Vexare autem vi atque motu proculdubio vastiore est Nam qui raptatur, & huc atque illuc distrahitur, (ut inquit Gellius libro 2. cap. 6.) vexari propriè dicitur: sicut taxare, pressiùs, crebriusque tangere. Iactare, multò fusiùs, largiusque jacere. Quassare etiam, quàm quatere, graviùs violentiusque. Cicero 2. Verr. Quam iste per triennium ita vexavit ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. De Sicilia loquitur: in quem locum Asconius, nimirum Vexavit, ingentis calamitatis usum significat: nam & ipse suprà sic ait: Populatæ, vexatæ, funditus eversæ provinciæ. Virgilius 6. Aegloga: Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias vexasse rates. ¶ Vexare nos dicuntur vitia, quia animũ jactant, distorquent, agitant, infestant. Salust. in Catil. At me, quum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quæ cæteros fama atq; invidia vexabant. ¶ Hujus composita sunt, Devexo, & divexo, quorum significata vide suis locis.

VĒXĀTĬO, vexationis, verbale, f. t. Populatio, direptio, infestatio, afflictio. [עני *honi* עבורת *henúth* עבבות *batsitsebéth* עבבון *batsitsabón* מכאוב *machseób.* κάκωσις, πόςησις, ἐνόχλησις, ἐτάσις. Gall. *Grief tourment, vexation.* Ital. *Trauaglio, trauagliamento.* German. Plagung / beleidigung. Hispan. *Enojo, obra de molestar.* Polon. *Przegabanie, pustoszenie.* Vngar. *Gõtrelõm, kenlodas.* Ang. *Griefe, sorow, paine.*] Cicero in Catilin. Tibi vexatio, direptioque sociorum impunita fuit ac libera. Idem 4. in Catil. Tum lamentationem matrumfamiliâs, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco.

VĒXĀTŎR, vexatoris, m. t. Infestator. [מעבה *mehanséh* עבב *batsáb* מכאיב *machseíb* κακοδάιμων, λοιμώντης, κακωτικός. Gal. *Vexeur & tourmenteur.* Ital. *Chi tormenta, fieramente.* German. Plager/ der einem leid vnnd vbertrang anthut. Hispan. *El que molesta cruelmente, y da enojo.* Polon. *Nagabacz, przesladownik.* Vngar. *Gyötrõ kenzo.* Ang. *He that greueth, or troubleth.*] Cicero de Aruspicum responsis: Tam crudelis mei, tam sceleratus Reipubl. vexator esse potuisset?

V ante I.

VĬĂ, viæ, f. p. Dimidius actus, qua potest ire vehiculum. Dicta est via, vel ab eundo, quasi ia, vel à vehendo, autore Varrone, primùm veha, & tum deinde Via. [דרך *dérech* ארח *órach* הליכה *halichdh.* ὁδός. Gall. *Voye, chemin, rue.* Ital. *Via, strada.* Ger. Ein wág/ straß. Belg. Eenen wech. Hisp. *El camino, ò la calle.* Pol. *Droga.* Vng. *Vt.* Ang. *The way.*] Via (inquit Paulus Iureconsultus) cõstitui, vel latior octo pedibus, vel angustior potest, ut tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: alioqui iter sit, non via. ¶ Abusivè tamen sumitur pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plin. Quũ de via vocassent. Terentius in Eynuch. -haud convenit Vnà ire

amicam cũ Imperatore in via. Horatius 1. Serm. Satyr. 9: Ibam fortè via sacra, sicut meus est mos. Virgilius 2. Aeneid. Obsedêre alij telis angusta viarum Oppositi. ¶ Aliquando sumitur pro ipso actu eundi. [מהלך *mahalách* ὁδεία] Cicero 1. Philipp. Quumque de via languerem, & mihimet displicerem. Ovid. 2. Metamor. Audiraque viæ causa: Non utile carpis, Inquit, iter. Cicero de Senectute: Potest enim quicquam esse absurdiùs, quàm quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere? ¶ Aliquando ponitur pro ratione, forma, modo, & instituto. Virgilius lib. 4. Aeneidos: Inveni germana viam, gratare sorori. Idem libro 6. Aeneidos: Auttu, siqua via est, siquam tibi diva creatrix Ostendit, &c. Cicero 2. Verr. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum consilia investigare & consequi possim. Terentius in Heavton-timorumeno: Sed vi & via pervulgata patrum quotidie accusabam. ¶ Viarum quædam publicæ sunt, quædam privatæ, quædam vicinales, ut inquit Vlpianus in titulo: Ne quid in loco publico. §. Siquis. Publicas vias dicimus, quas Græci. βασιλικὰς, nostri *Prætorias, Consulares*, & *Militares* appellant. ¶ Vicinales sunt viæ, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas quidam dicunt, ut ait Paulus titulo De loco & itinere publ. Viæ vicinales. ¶ Privatæ sunt, quas agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem accipi possunt, vel ea quæ sunt in agris, quibus imposita est servitus, ita ut ad agrum alterius ducat: vel eæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus cõmeare liceat. ¶ Aperire viam, est ad veterem altitudinem, latitudinemq; restituere. Purgare viam, est id de via tollere quod superfluum est. Reficere viam dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnino omnes qui in pristinũ statum reducunt. Vlpianus in l. Prope ait ff. De via publ. Coërcere viam, est ire, peregrinari. ὁδεύειν. Cicero de Senectute: Volumus sanè nisi molestum est tibi, Cato, tãquam aliquam viam longam confeceris, quà nobis quoque ingrediendum sit, istuc quò perveniſti, videre quale sit. Exigere viam dicuntur magistratus, quum vicinum cogunt munere suo sumptu viam domibus suis vel possessionibus adjacentem. Via prima. Plautus in Mil. Dummodo nunc prima via inducamus, vera ut esse credat, quæ mentibimur. Id est, primo ipso congressu. In viam dare se, est cõmittere se viæ. Invenire viam, est exitum reperire. Virg. 3. Aeneid. Fata viam invenient, aderitq; vocatus Apollo. Viam facere, est locum ubi non erat via, aperire. ὁδοποιῆν. Viam munire, est reficere, instaurare: nonnunquam etiam lapidibus sternere, quod propriè sternere viam dicimus. [Ιο *sal.* ὁδοποιεῖν.] Cicero pro Cœlio: Perinde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, sed qua posteri sui impunè latrocinarentur? ¶ Munire viam, per translationem, pro eo quod est, compendiariam rei alicujus rationem præmonstrare. Quint. Propterea quod plurimi autores quanvis eôdem tenderent, diversas tamen vias munierunt, & in suam quisque induxit sequentes. ¶ Tota via errare, proverbium in eos, qui vehementer à vero aberrant. Terentius in Eynuch. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Vide Erasmi Chiliades.

VĬĀTŎR, viatoris, m. t. Qui iter facit. [ארח *oréach.* ὁδίτης. Gall. *Vn passant qui passe son chemin, voyageur* Ital. *Viandante.* Germ. Ein reysender / wanderer. Hisp. *Caminante, que anda camino.* Pol. *Podrożni.* Vn. *Vton iaro.* Ang. *A trauellour in the way, a wayfaring man.*] Mart. lib. 2: Lassus tam citò deficis viator. Iuven. Satyr. 10: Cantabit vacuus coram latrone viator. Cicero pro Mil. Non semper viator à latrone, nõnunquam etiam latro à viatore occiditur. ¶ Viatores olim dicti sunt, qui ex agris in curiam Senatores accersebãt. κλήτορες. Columella in Præfat. lib. 1: Illis temporibus proceres in agris morabantur, & quum consilium publicum desiderabatur: à villis arcessebantur in senatum: ex quo qui eos arcessebat, viatores nominati sunt. Cicero de Senectute: A villa in Senatũ arcessebantur Curius & cæteri senes: ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Hinc cõsuetudine sermonis translatum est ad eos hoc verbum, qui magistratibus, præcipuè Tribunis plcb. apparebant. Livius 2. ab Vrbe: Ardens itaq; ira Tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gellius lib. 13. cap. 12. ex lib. 12, Rerum humanarum Varronis: In magistratu (*inquit*) habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum: Vocationẽ, ut Consules, & alii qui habent imperium: prehensionem, ut Tribuni plebis, & alii qui habent viatorem: neque prehensionem, neque vocationem: ut Quæstores, & cæteri qui neque lictorem habent, neq; viatorem.

VĬĀTŌRĬŬS, a, um, Quod ad viam pertinet. [ὁδοιπορικός. Gall. *Seruant ou propre à ceux qui cheminent ou vont par le pays.* Ital. *Che serue per camino.* Germ. Das auff die reiß/ oder straß dienstlich ist. Hisp. *Cosa para caminar.* Pol. *Do podroznich przynalezaci.* Vng. *Vtra valo.* Ang. *Perteaning to the way,*] Vnde viatorium vas, quo iter agentes ferendi potus gratia utuntur. Plinius libro 16, ca. 10, de taxo loquens: Vasa viatoria ex taxo vimis in Gallia

lia facta, mortifera fuisse compertùm est. Idem libro 37. cap. 2: Qui sceptra & personas, & cubicula viatoria unionib. consternebat.

Vĭātĭcŭs, viaria, viarium: ut, Lex viaria. Cælius Cic. lib. 8: Levissimè enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legemq; Viariam nō dissimilem Agrariæ Rulli, & Alimentariam, quas jubet Aediles metiri, jactavit.

Vĭātĭcum, ci, n. s. Cibus, pecuniáve, quam iter facientes nobiscū circunferimus. [ארחה *arucháh* ציד *tsdiidh* צדה *tsedháh*. ἐφόδιον, σίτα, νεῦ. Gall. *Prouision, soit de viures ou autres choses pour passer le chemin & voyager, victuaille.* Ital. *Vettouaglia, ogni cosa portata per andare in viaggio.* Ger. Zehrung / oder etwas das man auff der straß braucht / zehrpfenning. Hisp. *La despensa para el camino, el manjar que se lleua por el camino.* Pol. *Oppatrzenie na droge wpieniadze y wiadł o.* Vn. *Vti kŏltseg eledel.* An. *Prouision of thing es necessarie for a iourney.*] Plaut in Capt. Sequere me, viaticū ut dem à trapezita tibi. Cicer. Attic. lib. 12: Velim videas, & quid viatici, & quid instrumenti satis sit. ¶ Aliquando capitur pro facultate, seu apparatu. Qu. Claud. in Annal. Simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, cōfidentia, pariter præcellebant, ut facilè intelligeretur magnum viaticū. Id est, magna facultas, magnus apparatus. ¶ Viatica cœna, dicitur quę datur abituro. εἰδιπόφαον. Plaut. in Bach. Ego sorori meę cœnam hodie dare volo viaticam.

Vĭātĭcŏr, d. p. Viaticum paro.

Vĭātĭcŭlum, diminut. [τὸ σμικρὸν τῆς ὁδοῦ ἐφόδιον. Gal. *Petite victuaille & prouision.* Ital. *Picciola vettouaglia.* Germ. Ein Zehrpfenning. Hisp. *Pequeno manjar por el camino.* Pol. *Mał'i datek na droge.* Vng. *Vti kŏltegetske, elidelŏtske.* Ang. *A litle prouision of thinges for a iourney.*] Apul. libr. 7. de Asin. aureo: Viaticulum mihi corrasi.

Vĭātĭcātŭs, viaticata, viaticatū, Viatico instructus. [ἐφοδιασμένος. ἐπισιτισμένος. Gall. *Muni & garni de ce qu'il faut pour le chemin.* Ital. *Munito & garnito de vettouaglie.* Ger. Mit einem zehrpfenning auff die straß gefasset. Hisp. *Que tiene despensa por el camino.* Pol. *Wpotrzebi na droge opatrzoni.* Vng. *Vti eledellel es kŏlt seggel fŏl kezrolt.* Ang. *That is furnisſed with thinges necessarie for a iourney.*] Plautus in Menæch. Quum marsupium inspicio, viaticati hercle admodum æstivè sumus.

Vībex, vibicis, penultima producta, f. t. Signū verberis in humano corpore remanens: ita dictum, autore Festo, quòd vi fiat. [חבורה *chabburáh* טבע *pétsah*. μάλωψ, πελίωμα. Gall. *La marque qui demeure apres les coups de verges, les frangées.* Ital. *Segno di percussione.* Germ. Ein schnatten / streichmasen. Belg. Een strame. Hispan. *Roncha ò señal de golpe ò herida.* Pol. *Dega, prega, blizna.* Vn. *Kek verseg helye.* Ang. *The mark or printe of a stripe.*] Plin. lib. 30: Verberum vulnera, atque vibices, pellibus oviū recentibus impositis, obliterantur. Persius Satyr. 4: Si puteal multa cantus vibice flagellas.

Vībones, Britannicę herbę flores, qui devorati ante tonitrua à fulmīnibus securos reddere existimantur. Plin. lib. 25. cap. 3: Herba quæ vocatur Britannica, non nervis modò, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes. Florem vibones vocant, qui collectus antequam tonitrua audiantur, & devoratus, securos in totum reddit. Frisii, quà castra erant, nostris demonstravêre.

Vībrissæ, [Ger. Das nasenhar. Pol. *Wł'osi wnosie.*] Sunt pili in naribus hominū, quòd his evulsis, caput vibretur. Festus.

Vībro, vibras, act. p. Moveo, quatio, tracto, agito. [הרעיל *hirhil* ירה *jaráh* עוטף *hophéph*. κραδαίνω, πάλλω. Gall. *Remuer & branster vn dard pour le ietter, brandiller, darder.* Ital. *Vibrare, mouere, lanciare vn dardo ò otra cosa.* Ger. Schütten / schwingen. Belg. Worpen. Hisp. *Esgremir alguna cosa, mouer, lancar tiro ò otra cosa.* Pol. *Podnosse, potrzasam, wkol'o obracam.* Vng. *Razom.* Ang. *To shake a thing, or to quauer, to brandishe.*] Cicero libr. 2. de Orat. Atque ejusmodi illa prolusio debet esse, non ut Sampitū, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnādo nihil utuntur. Ovid. us Epistol 11: Sic mea vibrari pallentia membra videres. Virg. 11 Aeneid. hastasque reductis Protendunt longè dextris, & spicula vibrant. ¶ Vibro, aliquando neutraliter ponitur, pro mico, & intremisco, ut ait Budæus. Cicero 4. Academ. de mari loquens: Quódque nunc, quia Sole collucer, albescit, & vibrat: Dissimileque est proximo ei continenti. ¶ Nonnunquam pro impetu quodam ferri. Cicero in Orat. Demosthenis non tā vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.

Vībrāns, vibrantis, particip. [מרעיל *marhil* מעוטף *mahophéph* ירה *joréh* מורה *moréh*. πάλλων, κραδαίνων. Gall. *Qui se remue dru & menu, brandillant.* Ital. *Che spesso si muoue.* Germ. Erschüttend / schwingend. Hisp. *Lo que se mone muy mucho, y amenudo.* Pol. *Podnosiąci, potrząsaiąci.* Vngar. *Razo.* Ang. *That shaketh, quauereth or brandisheth any thing.*] Virgil. 2. Aeneid. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Cic. de clar. Orat. Et erat oratio cùm incitata & vibrans, tùm etiam accurata & polita. Ovid. 12. Met. Concutientq; suis vibrantia tela lacertis.

Vībrātŭs, a, um, aliud particip. [מרעל *morhál* מורה *noráh*. νευραχμῶς, πεπαλμένος. Gall. *Lancé, brandillé, dardé.* Ital. *Lanciato.* Germ. Geschwungen. Hisp. *Lancado.* Pol. *Winoſrac ſatrząſſam.* Vng. *Razattatot.* Ang. *Shaken, and brandished.*] Ovid. 8. Met. -ambo vibrata per auras Hastarum tumulo quatiebant spicula motu. Virg. 8. Aen. Nanq; improviso vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit.

Vībrātŭs, pro crispo, οὖλος. Plin. lib. 2. cap. 78: Barba & capillo vibrato. Virgil. 12. Aeneid. Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes. Id est, crispatos calamistro, inquit Servius.

Vībrīssārĕ, Est vocem in cantando crispare: à vibrare, vel à vibrissis narium pilis. Festus. μινυρίζω.

Vībūrnum, n. s. Genus fruticis, lentum in primis, & flexibile, ideoq; fascibus ligandis idoneum: prorsus simile viti sylvestri cauticæ, nisi quòd semen fulvum in folliculo nigro continet. [βεμονία, μέλαινα, ἄμπελος μέλαινα. Gal. *Viorne.* Ital. *Viorne uttice.* Ger. Ein wyd / Nieten / oder sandbawm / wie etlich meynen. Hisp. *Vn genero de vimbres.* Pol. *Mazetrzy wielki.* Vng. *Tsŏmete.* Ang. *An oſier tree.*] Virg. 1. Aegloga:

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Vĭcānī. Vide VICVS.

Vĭcārĭŭs, Vide VICEM.

Vĭcātim. Vide VICVS.

Vĭcem, & in ablativo vice, solùm in singulari numero: in plurali verò habet omnes casus præter genitivū. [טעם *pahám*: חלף *chéleph*: חליפה *chalipháh* מחתי *táchath*. ἀμοιβῆς, ἀναδοχῆς. Gall. *Fois, lieu & place d'vn autre.* Ita. *In luogo à vincenda.* Germ. Streit / gefärligkeit. Hisp. *La vez.* Pol. *Bytwa na odmiani.* Vng. *Vizontagsag helyebe valosag.* An. *The roome and place of an other.*] Dictæ sunt vices (ut quidam ajunt) à vi: & à veteribus pro pugnis, & periculis accipiebantur, quoniam per vicissitudinem pugnetur. Virg. 2. Aen. Iliaci cineres, & flamma extrema meorum, Testor in occasu vestro, nec tela, nec ullas Vitavisse vices Danaûm. Id est, pugnas, & pericula. Plaut. Vices ejus memorat, & dicatrices denudat. ¶ Item pro pœnis & incommodis, quòd vi fiunt. Cic. pro Domo sua: Mihi uni necesse est & meā & aliorum vicem pertimescere. Horat. lib. 1. Carm. - vicesque superbæ Te maneant ipsum. ¶ Quoniam verò per vicissitudinem pugnari solet, factū est, ut vices pro alternatione, sive vicissitudine capiamus, ἀμοιβή. Plin. lib. 10. cap. 29. Audit disciplinam intentione magna, & reddit, vicibusque reticet. Vice mutua, pro vicissim, locutio Iureconsultis usitatissima. ¶ Interdum vicem accipimus pro loco, munere, vel officio. Horat. de Arte: fungar vice cotis, acutum Reddere, quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. Cicer. 2. de Leg. Nulla est enim persona, quæ ad vicem ejus, qui è vitā emigravit, propiùs accedat quàm hæres. ¶ Vice alterius fungi, ἀντ' ἐτέρου εἶναι, dicimus eum, qui alterius locum supplet, absentisq; munere fungitur: ut quum Lunam dicimus Solis vicem supplere, ἀντὶ ἡλίου λειτουργοῦσαν: hoc est, eosdem usus præbere, quos sol præsens exhiberet. Veteres Meam, tuam, suam vicem per accusativum efferebāt: quod hodie potiùs per ablativum, Mea, tua, vel sua vice dicimus. Plaut in Rud. - si appellabit quempiam, Vos respondetote istinc istarum vicem. Id est, vice istarum, sive pro istis. Sic ferè semper Plautus. Ciceronem etiam ac Livium sic frequenter loquutos invenies. Cicer. ad Lentulum libr. 1: Nostram vicem ultus est ipse per sese. Id est, sese pœna afficiendo, occupavit officium nostrum. Livius: Clamor undiq; ab solicitis vicem Imperatoris militibus sublatus est. ¶ Reposcere vicem, est pro beneficio in alterum collato mutuam gratiam repetere. ¶ Reddere vicem, est gratiam referre, & beneficium acceptum mutuo beneficio rependere. Plin. Epist. 9. lib. 2: Reddam vicem, si reposcet.

Vĭcārĭŭs, vicaria, Vicarium, Qui vicem alicujus gerit, sive obtinet, & in ejus locum successit. [ὁ ἀμοιβαῖος, ὁ ἀντιπληρῶν, τὸ ἑτέρου νῦν μέρος. Gall. *Vicaire, lieutenant.* Ital. *Vicario, luocotenente.* Germ. Statthalter / Verwäser. His. *El que suple ò tiene la vezes de otro.* Pol. *Namiesnik.* Vng. *Locum tenens vice tisztw.* Ang. *That is in steed of another and doeth an others office.*] Quint. Vicariam ei operam impendi. Cicer. pro Roscio Am. Propterea quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorū supponitur. Quint. in Gladiatore: Quod unum mihi relictum est, en polliceor patri tuo vicarias manus. Ibidem: Vna fingitur conjux, quæ jam perituri viram mariti vicaria morte sua redemit. Cicer. libr. 9 Epist. Itaque te do vicarium, tu illum observabis. ¶ Vicarius, apud Iureconsultos, oratores & poëtas, usurpatur pro servo, servi majoris in familia vices gerente. Horat. 2. Serm. Sat 7: Sive vicarius est, qui servo paret, uti mos Vester, ait, seu conservus. Mart. Esse sat est servum, jam nolo vicarius esse.

Vĭcĭssīm, adverbium, Per vices, sive alternatim: [חליפות *chaliphóth*,

liphóth. ἀμοιβαδὸν, ἐναλλάξ. Gall. Chacun ſa fois, l'vn apres l'autre, tour à tour. Ita. A vincenda, eſcambieuolmente. Germ. Hergegen/abgewächſleter weiſ-/ eine vmb das ander. Belg. Die een om d' ander. Hiſp. A vexex. Pol. Na odmiani. Vng. Vizon rag, iſmeg. Ang. By courſe or turning, euerie one his tyme and part.] ut, Viciſſim incũbunt oneri: id eſt, modò hic, modò ille incumbit oneri. Plaut. Aſin. Inambulandũ eſt, nũc mihi viciſſim ſupplicabunt. Virg. 3. Aegl. Vis ergo inter nos, quid poſſit uterque viciſſim, Experiamur? ¶ Quandoque ſignificat ſecundo loco, ſive ſimiliter, ſive ex altera parte. Terent. in Heaut. Sed nũc Clinia, da te mihi viciſſim. Nam amici quoque res eſt videnda. Virg. 5. Aegl. Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra viciſſim Dicemus. Cicer. 4. Academ. Sed & vos ab illo irridemini: & ipſi illum viciſſim eluditis. Cic. in Læl. Sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Plaut. in Curc. Sed quum adhuc naſo odos eſt obſequutus meo, da viciſſim meo gutturi gaudium. Cic. App. Pulcro: Hoc ego meo facto delector, nihil enim potuit fieri amantius: conſidera nunc viciſſim tuum.

Vĭcĭſsātim, Idem. [חליפות chaliphóth. ἐναλλαγμάτως, ἐναλλάξ.] plaut. in Pœn. -ad argumentum nunc viciſſatim volo Remigrare Antiquum.

Vĭcĭſsĭtūdo, viciſſitudinis, f.t. Alternatio, & mutatio ex alio in aliud, inquit Cic. lib. 5. Tuſcul. [חליפה chéleph חליפות chaliphóth. μεταβολὴ, ἀμοιβὴ, ἐναλλαγή. Gall. Tour & changement en ſon reng, à chacun ſa fois. Ital. Permutatione, cambiamente di tutte le coſe. Ger. Abwechſlung/veränderung Belg. Veranderinge. Hiſpan. Mudanca à vezez. Pol. Odmiana. Vng. Vizon tagſag valtozas. Ang. A ſucceeding by courſe.] Idem Lucio lib. 5: Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas, fortunæq; viciſſitudines. Terent. in Evnuch. Omnium rerũ viciſſitudo eſt. Cicer. de Amic. Nihil eſt enim remuneratione benevolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque jucũdius. Idem 1. Tuſcul. Vt quum videmus ſpeciem primùm, candoremque cœli: deinde converſionis celeritatem tantam, quantam cogitare non poſſumus; tùm viciſſitudines dierum atque noctium.

Vĭcĭſsĭtās, tatis, f.t. Apud antiquos pro viciſſitudine. Accius apud Nonium: Viciſſitatemq; impetrandi tradit.

Vīcenārĭŭs, vicenaria, vicenariũ, Quod eſt viginti capitum: [עשרים heſrim. ὁ ἐκγόνων. Gal. Vingtieſme. Ital. Venteſimo. Germ. Das zwentzig begreifft Hiſpan. Cada vno de veynte. Pol. Dwadzieſcia wliczbie máiáci. Vng. Huzadik. Ang. The twentieth in nomber.] ut, Grex vicenarius, ex viginti cõſtans pecudibus. Aut viginti librarum: ut Lapis vicenarius. Aut viginti annorũ: ut, Puella vicenaria. ἐκγοναίτης. Lex quina vicenaria. Plaut. Pſeudolo: Tum lex me perdit quina vicenaria: omnes metuunt credere. Vbi interpres; Videtur lex lata, ut ſi cuipiã crederetur ſupra vigintiquinque minas, redhibitio nulla eſſet. Alii Quinam vicenariam interpretãtur Centenariam omnes profectò nimiùm inepté. Nos Plautum de annorum numero ſenſiſſe omnino exiſtimamus. Cõſtat enim inter eos, qui vel à primo limine Iuriſprudẽtiam ſalutarunt, Macedoniano Senatuſconſulto cautum eſſe, nequid minori vigintiquinq; annis crederetur: ſi contrà fieret, ejus rei nullam fore actionem, niſi fortè in rem minoris eſſet converſa. Callidorus itaque adoleſcentulus, qui ad eam ætatem nondum pervenerat, hãc ſibi legem impedimento eſſe queritur ad inveniendam pecuniam, quòd nemo tàm ſtolidus inveniretur, qui contra legis præſcriptum ſibi aliquid crederet, quod poſtea legibus repetere non poſſet.

Vīcēnī, vicenæ, vicena, pluraliter, quamvis propriè diſtributivus numerus ſit, accipitur tamen ſimpliciter pro Viginti. [עשרים heſrim. ἔκγονοι. Gall. Vingt. Ita. Venti. Germ. Zwentzig. Hiſp. Veynte. Pol. Dwadzieſcia. Vng. Huzan. Ang. Twentie.] Colum. lib. 3. cap. 3: Vicenas amphoras percipient. Liv. 2. bel. Maced. Vicena quina millia æris. Plin. lib. 6. cap. 23: Circa has hydri marini vicenum cubitorũ adnatantes terruêre claſſem.

Vīcēſĭmŭs, a, um, Ordinis numerus eſt, ſignificatq; ultimum ex viginti: pro quo & vigeſimum dicimus. [עשרים heſrim. ἐκγοναῖος. Gal. Vingtieſme. Ital Venteſimo. Germ. Zwentzigeſt. Hiſp. Cada vno de veynte. Pol. Dwadzieſti. Vng. Huzadik. Ang. The twentieth in order.] Cic. 2. de Finib. Viceſimo die Lunæ. Idem Cornificio libr. 12: Altero viceſimo die. Aeſtas viceſima, pro viceſimo anno, apud Ovidium ad Piſonem.

Vīcēſĭmă, viceſimæ, f.p. Vectigalis genus quo in centenas libras quinæ exigebantur. [ἐικοστή. Gal. La vingtieſme partie, impoſt de la vingtieſme partie de quelque choſe. Ita. Venteſima parte, tributo della venteſima parte. Germ. Ein Steur oder Tribut/ das man von zwentzigen fünff geben muß. Hiſp. Veyntena parte, la renta dela veyntena. Pol. Podatek gdźie odeſta piec biwa dáwáno. Vng. Huzad. Ang. The twentie part.] Cicer. ad Attic. lib. 2: Et eò magis quòd portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum præter viceſimam, quæ mihi videtur una conciuncula clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura.

Vīcēſĭmārĭŭs, a, um: ut Aurum viceſimarium, ὁ διὰ ἐικοστολόγων ἀπαγόμενος. Liv. 7. bel. Pun. Cætera expedientibus quæ ad bellum opus erant Conſulibus, aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit. Id eſt, aurum quod ex viceſima colligebatur.

Vĭcĭēs, adverbiũ numerandi, Viginti vicibus. [ἐικοσάκις. Gal. Vingt fois. Ital. Venti volte. Germ. Zwentzig mahl. Hiſp. Veynte veyxes. Pol. Dwadzieſcia raźow. Vng. Huzzor. Ang. Twentie tymes.] Plin. lib. 7. cap. 28: Centies vities præliatus. Col. libr. 5. cap. 2: Ita, ut paulò antè dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus ſic multiplicabis, centies vicies duceni quadrageni fiunt viginti octo millia & octingenti.

Vĭcĭă, f p. Leguminis genus, jumentorum pabulo notiſſimũ, cubitali altitudine, foliis ferè petroſelini, amplioribus tamẽ, flore piſi, minutis, nigrantibusq; in ſiliqua granis. [σάμαχον, κύαμος, βίκιον. Gall. Veſce. Ital. Vezza. Germ. Wicken. Hiſp. El arueja. Pol. Wyka. Vng. Roſnok vad zab. Ang. Fitches.] Dictæ viciæ, ut ait Varr lib. 1. de re Ruſt. cap. 31: quòd capreolos habeant, ut vitis, quibus ſurſum vorſum ſerpunt ad ſcapum lupini, aliúmve calamum, ad quem ut hæreat, cum ſolet vincire. Alii dictas malunt à Græco βίκιον, qua nomenclatura, plerique omnes Græciæ populi uſi ſunt, Atticis exceptis, qui σάμαχον, aut κυάμους maluerunt appellare, teſte Galeno lib. 1. de Aliment. facult. Plin. lib. 18: Naſcuntur in vicia cochleæ minutæ erodentes eam.

Vĭcĭārĭŭs, a, um, Quod ad viciam pertinet: [βικιακός. Gall. De veſce, appartenant à veſce. Ital. Pertinente à vezza. Germ. Das zu den wicken gehört. Hiſp. Coſa de arueja. Pol. Wykowi. Vng. Roſnok hoz valo. Ang. Belonging to fitches.] ut, Cribrum viciarium, quo vicia expurgatur à frumento. Colum. lib. 8. cap. 5: Cribro viciario, vel etiam loliario, qui jam fuerit in uſu, pulli ſuperponantur: deinde pulegii ſurculis fumigentur.

Vīcĭnĭă, Vicinus. Vide VICVS

Vĭctĭmă, æ, pen. cor. f p. Hoſtia, oblatio. [זבח zébach. ἱερεῖον, θυσία. Gal. Sacrifice, principalement pour la victoire gaignee. Ita. Vittima, beſtia di ſacrificio, animale da ſacrificare. Germ. Ein ſchlachtopffer. Hiſ. El ſacrificio que hazian de animales que matauan. Pol. Offiárá. Vng. Aldozat. Ang. A ſacrifice for to obtaine victorie of our enemeis.] Proprieq; erat ea, quæ ab imperatore poſt triumphũ in Capitolio dextra victrice immolabatur. Ovid. 1. Faſt. Victima, quæ dextra cecidit victrice vocatur. Virg. 2. Georg. Hinc alibi Clitumne greges, & maxima taurus Victima ſæpè tuo perfuſi flumine ſacro, Romano ad templa deûm duxêre triũphos. Horat. 3. Car. Ode 23: Victima pontificum ſecures Cervice tinget. Iuven. Sat. 12: Et cadet ante lares Gallitæ victima ſacra. Cic. pro L. Flacco: Quam poteſtis P. Lentulo mactare victimam gratiorem, quàm ſi L. Flacci ſanguine illius nefariũ in vos odium ſaturaveritis?

Vĭctĭmārĭŭs, victimarii, m. ſ. Sacrorum miniſter dicebatur, qui victimas ligabat, & cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria. [ἱερουργός. Gall. Sacrificateur, ſacrifieur. Ital. Sacrificatore. Germ. Ein diener zu den ſchlachtopffern. Hiſp. El que haze aquel ſacrificio. Pol. Ten ktori offiari czyni. Vn. Adozo pap. An. A ſacrificer.] Valer. Max. lib. 1. ca. 1: Iisdem libros Petilius Prætor urbanus ex autoritate Senatus, per victimarios facto igne, in cõſpectu populi cremavit. Liv. 10. bel. Maced. Libri in comitio, igne à victimariis facto, in cõſpectu populi cremati ſunt.

Vĭctĭmārĭŭs, m. ſ. Qui victimas emebat ut venderet ἱερώνης. Plin. lib. 7. cap. 12: Victimarii negotiatoris, vilis mãcipio. Sic enim legunt quidam, Perotum ſecuti, quum emendatiores omnes Plinii codices hanc oſtendant lectionem: Suarii negotiatoris vile mancipium.

Vĭctĭto, vide VIVO.

Vĭctŏr, Victoria, Victoriatus, vide VINCO.

Victŭs, victus, victui, vide VIVO.

Vīcŭs, ci, m. ſ. [κώμη, κώμη Gal. Village, bour gade rue. Ital. Contrada, calle, calleſella borgo, viottolo. Ger. Ein Gaſſen an der zu bey den ſeiten Heuſer ſtehn. Belg. Een ſtrate. Hiſ. Aldea, ò brario ò calle.] Locus eſt, in quo ſunt humiles domus, ut inquit Soſipater. Atq; Varro quoque vicum ex domibus conſtare ait, Itaq; qui viam eſſe putarunt vicum, valde meo quidem judicio errarũt. Hinc in urbe Roma vicus Cyprius, Publilius, Coſconius, Sceleratus, & cæteri, urbis partes ſunt, non viæ, id quod ex ipſis verbis autorum facilè intelligitur. Vicorum autem alii Vrbani ſunt, alii Pagani. Vrbani vici à via dicuntur, teſte Varrone, quòd ex utraque parte viæ ſunt ædificia. In urbe enim fiunt vici, connexis & coherentibus ædificiis Cicero pro Milone: Nullum in urbe vicum, nullum angiportũ eſſe dicebãt, in quo Miloni non eſſet conducta domus. Horat. 2. Epiſtol. 1: Deferar in vicum vendentem tus & odores. Ovid. 6. Faſt.

Certa

Certa fides facti, dictus Sceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea pressa nota. ¶ Vici pagani, sunt pagi ex pluribus villis domibúsve rusticis coagmentati, spatio aliquãtulo ab urbe remoti (nam quæ urbi contigua sunt, suburbia dicuntur) nullisq; mœnibus cincti: nam sic Castella dicerentur. [טִירוֹת *perazóth* טִירִים *perazím* טִירוֹן *perázon*.] Cic. ad Terent. lib. 14: Quòd ad me, mea Terẽtia, scribis, te vicum vẽdituram, quid, obsecro te, me miserum? quid futurũ est puero? Idem ad Attic. lib. 1: Quod si assequor, Crassum divitiis supero, atq; omnium vicos & prata contemno. Plura de hac dictione videto apud Vallam lib. 4. cap. 20.

Vĭcŭlŭs, dimin. Pro Rusticis aliquot ædificiis conjunctis, aut certè spatio non ita magno à se invicem separatis.

Vīcānī, m. s. Qui vicos rusticos habitant. [κωμῆται. Gal. *Villageois, qui demeurent au village.* Ital. *Ch' habitano in villa.* Ger. Ein Dorffmañ/ein Meyer. Hisp. *Los que viuen y moran en aldea.* Pol. Wieśniaci. Vng. *Falubelieck.* Ang. *That dwelleth in the villages or in the cuntrey.*] Liv. 8. bel. Maced. Vicani, quiq; ibi exules habitabant. Cic. 1. de Div. ex vetusto quopiam Poëta: Non habeo deniq; nauci Marsum augurem, Non vicanos, aruspices, non de circo astrologos. Idem pro Flac. Trimoclites ille vicanus, homo non modò nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus.

Vīcīnŭs, vicini, m. s. Qui in eodem vico, aut certè non procul ab ædibus nostris habitat. [שָׁכֵן *schachén* קָרוֹב *karób* סָמוּךְ *samúch*. γείτων, ὁ πλησίον. Gal. *Voisin.* Ital *Vicino.* Ger. Ein Nachbawr. Belg. Een gebuer. Hisp. *Vezino.* Pol. *Sasiad.* Vng. *Zomzed.* Ang. *Anighbour.*] Cic. pro Sext. Rosc. Quasi verò mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre, vel tribules, vel vicinos meos, qui, *&c.* Horat. 2. Epist 2: Cætera qui vitæ servaret munia recto More bonus, sanè vicinus, amabilis hospes, Comis in uxorem, *&c.* Cic. Attic. lib. 2: C. Arrius proximus est vicinus, imò ille quidem jam contubernalis. ¶ Hujus fœminium est vicina. Terent. in Evnuch. Hanc Thaidem non sciebam nobis vicinam.

Vīcīnŭs, adject. Propinquus, cognatus, cõjunctus. [שָׁכֵן *schachén* קָרוֹב *karób* סָמוּךְ *samúch*. ὁ ἀγχοῦ τὸ ἐγγύς, ὁ ἀγχοῦ τὸ πλησίον. Gal. *Voisin, proche.* Ital. *Propinco.* Ger. Nahe/nahgetegen. Hisp. *Cosa cercana como quiera.* Pol. *Blizki.* Vng. *Zomzed.* Ang. *Anighbour, or that dwelleth nigh or by vs.*] Cicer. in Orat. Vicina, & finitima rhetoricæ dialectica. Plaut. Merc. Nunc ego verũ illud verbũ esse experior vetus: Aliquid mali esse propter vicinũ malum. Virg. 1. Aegl. Non mala vicini pecoris contagia lædent. Idem 1. Georg. in fine: Vicinæ ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt. Horat. 1. Ser. Sat. 5: - nisi nos vicina Trivici Villa recepisset. Ovid. 6. Fast. Ni connexa foret parti vicinior esset, *&c.*

Vīcīnĭă, f. p. Loci vicinitas, seu vicinorum inter se propinquitas, vel ipsi etiã vicini. [קִרְבָה *kerabáh*. γειτνίασις, γειτνίαι. Gal. *Voisinage, voisineté, les voisins, lieu circunvoisin.* Ita. *Vicinanza, vicinità.* Ger. Nähe/oder nachbawrschafft Belg. Gebuerte. Hisp. *Vezindad.* Pol. *Sąsiádźtwo.* Vn. *Zonszesag.* Ang. *Nighbourhood a companie of nighbours.*] Ovid. 4. Met. Notitiam, primosq; gradus vicinia fecit Cic. 1. Tusc. Inde in vicinia nostra Avernî lacus. Hor. 2. Serm. Sat. 5: - funus Egregiè factũ laudet vicinia. Idẽ 1. Epist. 17: Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota.

Vīcīnĭtas, vicinitatis, f. t. Vicinorum propinquitas, & aliquando vicinorũ multitudo. [קִרְבָה *kerabáh*. γειτνίασις. Gall. *Voisinage, voisineté, assemblée de voisin.* Ita. *Vicinanza, vicinità.* Germ. Nachbawrschafft. Belg Gebuerschap. Hisp. *Vezindad.* Pol. *Sąsiedźtwo.* Vng. *Zomzedsag.* Ang. *Nighbourhood, or the companie of nighbours, or dwelling nigh.*] Ter. in Heavt. Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas facit, ut te audacter moneam, & familiariter. Cic. 6. Ver. Signum quod notũ erat vicinitati, buccina datur. ¶ Vicinitas etiã aliarum rerum dicitur: ut quũ dicimus, Vicinitas sylvæ, vicinitas nominis, & ejusce modi. Plin. li. 4. ca. 16: Triginta propè jam annis notitiam ejus Romanis, armis nõ ultra vicinitatem sylvæ Calidoniæ propagantibus. Idem lib. 21. cap. 18: Multi verò non discernunt à Cypiro vicinitate nominis. Quint. lib. 3. cap. 6: Virtutibus ac vitiis vicinitas quædã est. Cicer. de Clar. Orat. Artium studiorumque quasi finitima vicinitas.

Vīcīnĭum, subst. ant. n. s. [קִרְבָה *kerabáh*. τὸ πλησιόχωρον. τὸ ὅμορον, τὸ σύνορον, γειτνίασις. Gall. *Voisinage.* Ital *Vicinanza.* Germ. Nachbawrschafft. Hisp. *Vezindad.* Pol. *Sąsiedźtwo.* Vng. *Zomzedsag.* Ang. *Nighbourhoode.*] Senec. de brevitate vitæ: In vicinio versatur invidia, simplicius longa posita miramur.

Vīcīnālĭs, vicinale, om. t. Ad vicinia pertinẽs: [γειτνιῶν. Gal. *De voisinage, ou des voisins.* Ital. *Cosa de vicinità.* Germ. Der nähe oder nachbawrschafft. Hisp. *Cosa de aquella vezindad.* Pol. *Sąsiedzki.* Vng. *Zomzedsaghoz valo.* Ang. *Perteaning to nighbourhood.*] ut, viæ Vicinales. Paulus in l. Viæ. ff. de loco, & itinere publ. Viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis factæ sunt, quarũ memoria non extat, publicarum viarum numero sunt. Vicinalis usus. Liv. 1. bell. Pun. Ita q; ingens coacta vis navium est, lintriumq; temerè ad vicinalem usum paratarum: hoc est, ad usum viciniæ, seu vicinorum.

Vīcātim, adver. Sparsim, per vicos & pagos. [κατὰ κώμας. Gall. *Par villages, par rues.* Ita. *Per varie ville, per villaggi.* Ger. In Dörffer oder Flecken. Hisp. *De barrio en barrio.* Pol. Powśiach y miaśtecżkach. Vn. *Falunkent vczanken.* Ang. *Streate by streate.*] Plin. lib. 6. cap. 26: Mesopotamia tota Assyriorum fuit vicatim dispersa, præter Babylona, & Ninum. ¶ Dicitur & de vicis urbanis: ut idem sit vicatim, quod per singulas urbis vias. Cicer. pro Domo sua: Servorum omnium vicatim celebratur tota urbe descriptio.

Vĭdēlĭcĕt, adverbium confirmandi, quasi videre licet, Certè, nimirum. [δηλαδή, δηλονότι. Gal. *Certes, certainement, c'est à sauoir.* Ital. *Certamente, veramente, cioe.* Germ. Alß nemlich/freylich. Hisp. *Conuiene à saber, ò es licito de veer, ciertamente.* Pol. Toczież. Vng. *Bizony nyluan tudni illik.* Ang *Truely, without doubt, that is to say.*] Terẽt. in Adelph. Videlicet hoc audivit: hoc est, certè audivit. ¶ Aliquando ironiæ vim habet, & ponitur pro scilicet. Salust. in Catil. Vos de parricidis quod statuatis, cunctamini: videlicet cætera vita, illorum huic sceleri obstat? Sed parcite dignitati Lentuli. Vide Vallam lib. 2. cap. 61.

Vĭdĕo, vides, vidi, visum, act. s. Oculorum sensu aliquid percipio. [רָאָה *ráäh* חָזָה *hábbit*. βλέπω, ὁράω, ὄπτομαι, θεῶμαι. Gal. *Veoir.* Ital. *Vedere.* Germ Gehen/sugen. Hisp. *Veer.* Pol. Widzę. Vng. *Latok.* Ang. *To see.*] Virg. 2. Aenеid.: quæque ipse miserrima vidi, Et quorum pars magna fui. ¶ Quandoq; adjicitur ablativus oculis: ut, Videre & perspicere oculis, apud Cicer. 6. Verrina, quod & Græci dicunt, αὐτοψίαν τοῖς ὀφθαλμοῖς. ¶ Transfertur etiam ad animũ. Ovidius ex persona Medeæ: video meliora, proboque: Deteriora sequor. Video (*inquit*) meliora: hoc est, intelligo, & cõsidero, quæ sint meliora. Teren. in Andria: Vide quò me judicas: id est, animadverte, & considera. ¶ Vide tibi: id est, provide. Terent. in Phorm. Restè mihi vidissem, & senis essem ultus iracundiã. ¶ Me vide, phrasis est Comica, pro eo quod est, in me recipio, certum id habeo. Terent. in Andria: Atque istuc ipsum nihil periclî est, me vide. ¶ Videre somnum, est dormire. Cicer. ad Cur. lib. 7: Fuit enim mirifica vigilantia, qui suo totò Consulatu somnũ non viderit. Terent. Heavt. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis. ¶ Videre aliquando pro vigilare ponitur. Virgil. 6. Aegloga, de Sileno: - jamque videnti Sanguineis frontẽ moris, & tempora pingit. Hoc est, vigilanti jam, & expergefacto. ¶ Aliquando est prævidere, prænoscere. προορᾶν. Cic. in Epist. An tu non videbas mecum simul, quàm illa crudelis esset futura victoria? ¶ Videto ponitur pulchrè pro cavebo, & attentè considerabo. Terent. Adelph. Ego istuc videro: id est, istuc mihi curæ erit. ¶ Vide sis, hortandi formula antiquissimâ, ubi sis, pro si vis, quemadmodũ etiam sis, pro suis; sos, pro suos, sas, pro suas: & idem significat quod cave si vis, prævide tibi si videtur. Persius Satyr. 1: - vide sis ne majorum fortè tibi frigescant limina. ¶ Hujus passivum est Videor, ceor, ἀποσπicior. βλέπομαι, ὁρῶμαι. Virg. 4. Aegloga: - divisque videbit Permistos heroas: & ipse videbitur illis. ¶ Frequentissimè tamen accipitur pro appareo. δοκῶ, φαίνομαι. Cicer. 2. Offic. Induxit eam, quæ videtur esse, non quæ esset, repugnantiam. Plautus Cicer. libr. 10. Epist. Amicum eum Reipub. cognoscere videor, Videor videre, elegans loquendi formula, pro eo quod vulgus imperitorum dicere solet: *Videtur mihi quòd ego video.* Cicer. Tironi libr. 16 Epistol. Videre videor te ementem rusticas res. Idem in Catil. Videor mihi videre hanc urbem subito uno incendio concidentẽ. ¶ Si videtur: id est, si placet, si molestũ non est. Cic. Terent. lib. 14: Tu, si videbitur, villis illis utere. Idẽ lib. 7 ad Fabium Gallum: Facies me, si tibi videbitur, certiorem. ¶ Vide quid agas, ptotrita est clausula, qua eos monemus, qui magna aggrediuntur: non terrentis tamen est, sed excitantis, ut inquit Donatus in illud Terentii in Phorm. Vide quid agas, prima coitio est acerrima. Viderit Epicurus, inquit Cicero 4 Academ. μελέτω τὸ ἐπικούρῳ: id est, videat: hoc est, hujus rei illi cura sit: vel hujus opinionis rationem reddat, non ego. ¶ Sic accipienda sunt, Tu videris, vos videritis, illi viderint, & cætera id genus. Cicero ad Brutum: De hoc tu videris.

Vīsŭs, visa, visum, participium, Animadversus. [רָאָה *reeh*. ἐπορθρῶν, ὀφθείς. Gall *Veu.* Ital. *Veduto.* Germ. Gesehen. Hisp. *Visto.* Pol *Widziani.* Vng *Lattatot.* Ang. *Seene.*] Plin. libr. 7. cap 19: Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu. Virgil. 2. Aen. Infœlix simulacrum, atq; ipsius umbra Creusæ Visa mihi ante oculos & nota major imago. Interdum visum dicimus, non quod oculis percipimus, sed quod nobis apparet. Terent. Heavt. Visa est verò, quod dici solet, aquilæ senectus. Idem Hecyr. Martis vox visa est Philumenæ. Vbi Servius: Omnia hæc, quæ sensu percipi possunt, visa dicimus. Virgil. lib. 6. Aeneid. - visæque canes ululare per umbram.

Vīsum,

Vīsum, visi, n. s. Spectrum, phasma, sive species aliqua, quã dormientes videmur videre: quanquam nõnunquam & vigilantibus usuveniat; quemadmodum Bruto legimus mali genii visum nõ multo ante cladem Philippicã apparuisse. [מראה *mareèh.* φάντασμα. Gall. *Vision, songe, fantosme.* Ital. *Sogno, visione.* Germ. Ein gesicht/erscheinung. Hisp. *La vision.* Pol. Widzenie, ſnawienie. Vngar. *Latas.* Ang. *Sight, vision, a fantasie.*] Virg. 4. Aen. Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori est. Cic. lib. 1. Academ. Plurima autẽm in illa tertia philosophiæ parte mutavit: in qua primùm de sensibus ipsis quædã dixit nova: quòd junctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille *φαντασίαν*, nos *visum* appellamus. Idem 2. de Divin. Si Deus ista vĩsa nobis providendi causa dat, cur non vigilantibus potius dat, quàm dormientibus.

Vīsūm, visi, n. s. Pro spectaculo: hoc est, pro re quavis quæ spectanda proponitur. [מראה *mareèh.* τὸ ὄραμα. Gal. *Ce qui est veu.* Ita. *Cosa veduta* Ger. Ein Gesicht/schawstuck. His. *Cosa vista.* Pol. *Gra.* Vng. *Nizni valo dolog.* Ang. *That is seene*] Propert. lib. 2. Eleg. 6: Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia visa domo.

Vīsŭs, us, m. q. Videndi actus, vel ipsa videndi facultas. [ראי *roí* ראות *reúth.* ὄψις. Gall. *Veuë.* Ital. *Il vedere.* Germ. Das gesicht. Hisp. *Obra de veer, ò sentido para poder veer.* Pol. Widzenie. Vng. *Latas.* Ang. *The sense of seing or sight.*] Plinius lib. 8. cap. 22: Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius. Ovid. 3. Fastor. Mergetur, visus effugietq; tuos. Plin. lib. 9. cap. 50: Pisces attritu ventriũ coëunt tanta celeritate, ut visum fallant. Quintil. lib. 10. cap. 1: Qualis est ferri fulgor, quo mens simul, visus que perstringuntur. ¶ Visus pro viso & spectro aliquando ponitur. [מראה *mareèh.*] Virg. 3. Aen. Nymphas venerabar agrestes, Gradivumq; patrẽ, Geticis qui præsidet arvis, Ritè secundarent visus, omenq; levarent. Idem 5. Aen. Obstupuit visu Aeneas. Horat. 2 Serm. Satyr. 5: tum immundo somnia visu Nocturnam vestem maculant, ventremq; supinum. Nocturnus visus. Tacit. lib. 20: Advocata cõctione jussu numinis, suos, Ptolemæiq; visus, & ingruentia mala exponit. ¶ Visus, pro specie. Cic. 1. de Nat. deor. Ex quo existit & illud, multa esse probabilia, quæ quanquam nõ perciperentur, tamen, quia visum quendam haberent insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur.

Vīsĭo, visionis, verbale, f. t. Ipse vidẽdi actus. [ראי *roí* ראות *reúth.* ὄψις. Gall. *Veuë, regard.* Ital. *Esso vedere.* Germ. Das sehen. Hisp. *Obra de ver ò la vista.* Pol. Widzenie. Vng. *Latas.* Ang. *Seing or a sight.*] Cic. 4. Academ. Nec potest is cui est visio veri falsiq; communis ullum habere judicium, aut ullam omninò veritatis notam. Cic. 2. de Nat. deorum: Neq; visionem, neq; auditum, neq; sonum sine aëre fieri posse. ¶ Visio item ponitur pro viso & spectro. [φαντασίαι. Gall. *Visions, fantasies.* Ital. *Vision, fantasie.* Germ. Ein gesicht so einem wunderbarlich fürkompt. Hisp. *Las visiones ò phantasias.* Pol. *Strach, ſiawienie.*] Quint. lib. 6 cap. 2: Tentabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας Græci vocant: nos sanè *visiones* appellemus, per quas imagines rerũ absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis ac præsentes habere videamur. Macrob. in Somn. Scip. Omniũ quæ videre sibi dormientes videntur, quinque sunt principales, & diversitates, & nomina. Aut enim est ὄνειρος, secundum Græcos, quod Latini *somnium* vocant, aut ὅραμα, quod *visio* rectè appellatur: aut χρηματισμὸς, quod *oraculum* nuncupatur: aut ἐνύπνιον, quod *insomnium* dicitur: aut est φάντασμα, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, *visum* vocavit.

Vīso, sis, si, sum, act. t. Ad videndum eo, invisq, adeo, convenio. [שקד *pakádh.* ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπέω. Gall. *Veoir souuent, aller veoir.* Ital. *Andar à vedere.* Germ. Gehn sehen oder sugen. Belg. Geen om te sien. Hisp. *Yr con effecto à veer.* Pol. *Nawiedzam.* Vng. *Meglatogatom.* Ang. *To visite, to go see, to see often.*] Cicero ad Attic. Cupio equidem, & jampridem cupio Alexandriam, reliquamq; Aegyptum visere. Id est, ad videndum ire. Terent. in Hecyra: Non visam uxorem Pamphili, quum in proximo sit ægra? Illud verò in Andria: Id viso, túne, an illi insaniant: expouit Donatus, ad videndum venio, ¶ Eadem etiam vis servatur in compositis. Terent. in Andr. Revíso quid agant. Redeo (inquit Donatus) ut videam quid agant. Et in Adelphis: Hera ego hinc ad hos provisam quàm mox virginem accersant. Proviso (*inquit*) duas res significat, procedo, & video. Plaut. in Menęch. Provisam quàm mox vir meus redeat domũ. Non rarò tamẽ Viso accipitur pro primitivo Video, præsertim cũ verbo eo, aut Venio cõjunctum. Plautus Rudente: Nunc huc ad Veneris fanum venio visere rem divinam facturam se dixerat. Terentius Hecyra: - postquam accersivit sæpiùs, Aegrã simulant mulierem nostra illicò It visere ad eam: admisit nemo. Idem Phorm. Vultísne eamus visere? ¶ Idem usuvenit quando jungitur his ablativis gratia, causa, studio, & hujusmodi. Salustius: Multi autem qui è castris visendi aut spolian di gratia processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem, pars autem cognatos reperiebant. Terentius in Hecyra: Ne mittas quidem visendi causa quenquam. Virgilius 2. Aen. Vndiq; visendi studio Trojana juventus Circumfusa ruit. Ex quibus datur intelligi, hoc verbum non esse desiderativum, sicut multi putant, sed magis exercitativum. Nã si viso in his exemplis intelligas, videre cupio, sensus erit ineptus: superflui enim ita forẽt hi ablativi, studio, causa, gratia, quos habet adjunctos. ¶ Invenitur & passivum Visor, in tertius potissimùm personis. Cic. 6. Ver. Cupidinem fecit illũ, qui est Thespiis, propter quem Thespiæ visuntur. Idem 1. Officior. Domus Cn. Octavii vulgò visebatur.

Vīsendŭs, particip. Lustrãdus. [ἐπισκεπτέος, ἀθεάτος. Gal. *Digne d'estre veu.* Ita. *Digno di esser veduto.* Ger. Besichtigens wärt. Hisp. *Digno de ser visto.* Pol. *Godni nawiedzenia.* Vng. *Meg latogatando.* An. *Worthie to be visited or sighted.*] Cicero pro Pomp. Quæ cæteri tollenda arbitrabãtur, ea sibi ille ne visenda quidem existimabat. ¶ Aliquando nomen est ex participio. Plin. lib. 16. cap. 44: Vicina luco est ilex, & ipsa nobilis xxxv. pedũ ambitu caudicis, decem arbores metiens singulas magnitudinis videndæ: id est, spectabilis, admirandæ, dignę videri.

Vīsĭto, tas, Frequentativum est à Viso, sæpè viso, & frequenter convenio, adeo. [שקד *pakádh.* ἐπισκέπτομαι. Gall. *Visiter, aller veoir souuent.* Ital. *Visitare.* Ger. Offt besehen/oder heimsuchen. Belg. Besoecken. His. *Ver à menudo.* Pol. *Nawiedzam.* Vng. *Meg latogatom.* Ang. *To visite, to go often to see.*] Cic. 5. de fin. Is quũ arderet podagræ doloribus, visitasset que hominem Carneades, Epicuri per familiaris, & tristis exiret, &c. Plaut. in Curc.

Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro
Lyconem trapezitam noverim.
Dico me noviſſe, quid lenonem Cappadocem? annuo Visitasse. Idem Epidic.
Noscito hanc: nam videor nescio ubi me vidisse prius.
Est ne ea? an non est quam animus retur meus?
Dii boni, visitavi antehac: certè ea est.

Vīsĭtātĭo, visitationis, verbale, f. t. Actus visitandi.

Vīsĭbĭlis, & hoc visibile, om. t. Quod videri potest: sicut invisibile, quod videri non potest. [מראה *mireèh.* ὀφατὸν, ὁρατόν. Gal. *Visible, qu'on peut veoir.* Ital. *Visibile.* Ger. Sichtbar Hisp. *Cosa que se vee ò se puede veer.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Oculi, seu vasa quædam, visibilem animi partem accipiunt, atque transmittunt.

Vĭdŭă, viduæ, f. p. Mulier viro orbata: à ve particula intensiva (ut quibusdam videtur) & antiquo verbo Iduare, quod olim Hetruscis *dividere* significabat. [אלמנה *almanáh.* χήρα. Gal. *Vefue, femme qui à perdu son mari.* Ital. *Vedoua, senza marito.* Ger. Ein Witfraw/Wittwe. Belg. Een weduwe. His. *La muger viuda de marido, viuda.* Pol. Wdowa. Vng. *özvegy.* Ang. *A wedow.*] Plautus Sticho: Quæ tam diu vidua viro suo caruit. Horat. 1. Epist. 1: - sunt qui Fructis & pomis viduas venentur avaras. Contrà Iabolenus Iurisconsultus Viduam dictam putat à Ve privativo, & nomine Duo: ut Vidua dicta sit, quasi sine duitate: eaq; voce non eam solùm intelligi putat, quæ orbata est viro, verùm etiam quę nunquam nupsit. Viduam (*inquit*) dici placet, non solùm quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoq; quę virum non habuisset: quia Vidua sic dicta est, quemadmodũ Vecors, Vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter Vidua, quasi sine duitate.

Vĭdŭo, viduas, act. p. Orbo, seu privo. [שכל *schichchél.* χηρόω, χηρεύω. Gall. *Rendre ou faire vefue, priuer de mari ou d'autre chose.* Ita. *Priuare.* Ger. Berauben. Belg. Berooven. His. *Priuar como de marido.* Pol. *Osieroctam, pozbawiam.* Vng. *özveggyetezöm.* Ang. *To mak a wedow, to spoile of an husband or other thing.*] Virgil 8. Aeneid. - tot ferro sæva dedisset Funera, tam multis viduasset civibus urbem Horatius 2. Carm. Ode 9: Et foliis viduantur orni.

Vĭdŭātŭs, viduata, viduatum: [שכול *schachchúl* אלמן *almán.*] ut Leges viduatæ Iudice, Claud. 8. Pan. Regna viduata lumine, pro inferis, Sil. lib. 3. Cõjux viduata tedis, Seneca Medea.

Vĭdŭŭs, a, um, Privatus, orbatus, destitutus. [שכול *schachchúl* אלמן *almán.* χήρος. Gal. *Vef, ou vefue, priué de quelque chose.* Ital. *Vedouo, priuato.* Germ. Beraubet. Hisp. *Cosa priuada como de marido.* Pol. *Oppuszczoni, owdowiał i.* Vng. *özvegy.* Ang. *Bereft, depryued, alone.*] Horat. lib. 1. Carm. Voce dũ terret, viduus pharetra, Risit Apollo. Cic. 2. Tusculan. Sic me ipse viduus pestes excipio anxias. ¶ Hinc viduus lectus, dicitur qui altero conjugum careat. Lucanus: Insomnis viduo tum primum frigida lecto. Ovid. 1. Fast. Per totidem mẽses à funere conjugis uxor Sustinet in vidua tristia signa domo. Idem epist. 18: Cur ego tot viduas exegi frigida noctes? Arbor vidua, quæ viti non est maritata. Horatius 4. Carm. Ode 5: Et vitem viduas ducit ad arbores.

Vĭdŭĭtās, viduitatis, f. t. Vita cælebs post nuptias. [אלמנות *almenúth.* χηρεία. Gal. *Vefuage, viduité, priuation.* Ita. *Viduità.* Ger.

Der

Der witwenſtand. Hiſp. *Aquella priuacion de marido.* Pol. Wdowſtwo. Vng. özvegység. Ang. *wedowhood.*] Liv.li.10.bel.Maced. In viduitate relictæ filiæ ſingulos parvos filios habentes. Idē 4.bel.Maced. Et ipſe libertatē quàm viduitas & orbitas facit, deteſtantur. ¶Ponitur aliquādo pro inopia. Plaut.in Ruden. Omnium copiarum, atque opum, auxilii, præſidii, viduitas nos tenet.

Vĭdŭĕrtās, viduertatis, antiquis, teſte Feſto, idē erat quod Calamitas: ita dicta, quòd bonis viduaret. [רעה *rahàh.* συμφορά.] Cato Rei ruſt.ca.114: Vti tu morbos viſos inviſosq; viduerrat ē, vaſtitudinemq; calamitates, intēperiasq; prohibeſſis.

Vĭdŭlŭs, viduli, m.ſ. Bulga, vel ſacculus quo viatores pecuniam aliás veres charas circunferunt. [אמתחת *amtáchath.* πήρα. Gal. *Vne male, vne valixe, ou vne bougette.* Ital. *Mala biſaccia, valixa, borſa.* Germ. Ein wätſch gertin/bulgen. Hiſ. *La bolſa.* Pol. *Torba, wacżek podrożnego.* Vng. Tvrzsök. Ang. *A buget or bagge.*] Plaut. Rud. Eſt ne hic vidulus, ubi ciſtellam tuam ineſſe ajebas? ¶ Hinc vidularia Plauti Comœdia, quæ aliquoties citatur à Nonio.

Vĭĕo, vies, vievi, vietum, act.ſ.Ligo, ſeu inflecto, interprete Nonio. [עוה: קשר *kaſchár.* λυγίζω. Gall. *Lier d'oſier ou de telles choſes, tordre comme vn hart à lier.* Ital. *Ligare con verghe.* Ger. Winden mit träyen. Belg. Winden. Hiſp. *Atar.* Pol. *Obwiam, zwieżuie.* Vng. Meg kötöm veszköuel föl köröm. Ang. *To bind with oſiers or twigges as hoopers, do to hoope.*] Var. lib.1.de re Ruſt. Vt habeas vimina, unde viendo quid facias. Var:lib.4 de ling.Lat. Viere eſt vincire: unde apud Enniū: Ibant viere Veneream corollam. ¶Hinc vimina, & vaſa vimínea, teſte Feſto.

Vĭĕtōrēs, m.t. Qui vaſa vinaria religant, ſtipantq;, inquit Budæus: à viendo: hoc eſt, ligando, ſeu vinciendo. [λυγεῖς. Gal. *Tonneliers, qui relient les tonneaux.* Ital. *Bottaïj chi fanno botti.* Ger. Ein faßbinder oder küffer. Hiſp. *Los que hażen vaſos.* Pol. *Bednarże.* Vng. Kádar. Ang. *Hoopersor coopers.*]

Vĭĕtŭs, a, um, Mollis, languidus, ſine vi, naturalibus privatus viribus. [אמלל *amelál* [vel] *umlál* דוי *davvai* חלש *challáſch.* παρειτὸς, χαλαρός. Gall. *Aiſe à plier, flechible, mol, fletri, ſans force ne vertu.* Ital. *Molle, effeminato, di poche forze.* Germ. Luck/ todentecht/ lampecht. Bel. Weecklos. Hiſ. *Coſa marchita y muelle.* Pol. *Sł'abi bł'ahi, wyſchł'y.* Vng. Gyenge haylo. An. *Soft, weake, bending.*] Varro de Oporothecis: Ne quum humorē amiſerit pertinaci vento, mala vieta fiant: id eſt, flaccida & rugoſa. Habet aūtē hoc nomen penultimā ſyllabam indifferentem. Lucretius lib.3: Nec ſupra caput ejuſdē cecidiſſe vietam Veſtem ſentimus. Horat. lib.1. Carm. Qui ſudor vietis, & quàm malus undiq; membris Creſcat odor. Victum cor. Cic.2.de Divin. Ego enim ſuſpicari poſſum cōtractum aliquo morbo bovis exile, & exiguum & victum cor. Ficus victa. Colum.lib.12.cap.15: Ficus porro neq; nimium vieta, neq; immatura legi debet.

Vĭgĕo, ges, gui, n.ſ. Floreo, polleo, ſive potens aut in vigore ſum, & viriditatem quandam habeo. [עבם *hatsám* חזק *chazák* טרח *tſamách* נבון *pardch* הביץ *betsits* גבר *ghabar.* ἀκμάζω, ἀκμάζω. Gal. *Eſtre en vigueur, eſtre en ſa force* Ital. *Eſſere nel ſuo vigore & forza, vigoreggiare.* Germ. Blůen/ oder grůnen/ in ſeinem wäſen oder krafft ſeyn. Belg. Groyen. Hiſp. *Esforcarſe, ſer in vigor.* Pol. *Ieſtem przimoci rożne, ktne.* Vng. *Erombe vagyok.* Ang. *To be in his force and ſtrenght, to be luſtie.*] Cicero 1. Tuſcul. Multaq; ſecula poſtea ſic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. Idem 11.Philippic. Nihil ſemper floret: ætas ſuccedit ætati: diu regiones Cęſaris figuerunt, nunc vigent Panſæ. Idem ad Atticum lib.4 Nos animo duntaxat vigemus etiam magis quàm quum florebamus. Virgil.2. Aen. Dum ſtabat regno incolumis, regnumq; vigebat Conſiliis, & nos aliquod nomenq; decusq; Geſſimus. Idem 4.Aeneid. Fama malum quo non aliud velocius ullum: Mobilitate viget viresq; acquirit eundo.

Vĭgens, tis, particip. [עבם *hatsúm* חזק *chazák* טרח *poréach.* ἀκμάζων, εὐθηνῶν. Gal. *Vigoureux.* Ital. *Vigoroſo.* Ger. Blühend/ grunend. Hiſp. *Vigoroſo.* Pol. *Rośnáci, ktnaci.* Vng. *Ereiben levő.* Ang. *That is luſtie, in his force and ſtrenght.*] Cicero 2. de Finibus: Homines enim etſi multis aliis, tamen hoc uno à beſtiis plurimùm differunt, quòd rationem habeant à natura mentemq́ue datam & acrem & vigentem. ¶ Inter Vegetum & Vigens hoc intereſt: quòd vegetum ſit incolume: Vigens forte. Nam Vegetum corporis: vigens animi poſſumus dicere Nonius.

Vĭgēſco, ſcis, inchoativum, Catullus Epigram.43 Iam læti ſtudio pedes vigeſcunt.

Vĭgŏr, vigoris, m.t. Firmitas, robur. [עבם *hotsém* עבאה *hoſmah* חזק *chozék* [vel] *chézek* כח *chodch* [vel] לחה *leách* לחה *lechóh* נשך *leſchádh* נבח *netsách.* ἀκμή. Gal. *Vigueur, force.* Ital. *Vigore, franquezza, gagliardezza.* Germ. Blůſt / krafft / muckerkeit. Belg. Groeynge. Hiſp. *Fuerca, ò eſfuerco de animo.* Pol. *Moc, potężnoſć.* Vng. Nyers erő. Ang. *Strenght, force, luſtineſſe.*] Plin.lib.7. cap.25: Animi vigore præſtantiſſimum arbitror C. Cæſarem Dictatorem. Liv.1.bel. Pun. Eundem vigorem in vultu vimq; in oculis, habitum oris, lineamentaq́ue intueri. Virg.9.Aen. nec tarda ſenectus Debilitat vires animi mutatq; vigorem. Ovid.12 Metam. Gratus in ore vigor, *&c.*

Vĭgŭl, pen.cor. adjectivum eſt, om.t. ablativum faciens vigile, vel vigili: quanvis in plurali numero neutrum genus nō habeat. Eſt autē Vigil idem quod vigilans: hoc eſt, qui nō eſt torpens: quales ſunt dormientes, ſed qui in vigore ſuo eſt. [עיר *hír.* ἐγρηγορὼς, ἀγρυπνός. Gall. *Veillant, qui veille.* Ital. *Vigilante.* Germ. Wachtbar oder wacker. Hiſp. *Velador.* Pol. *Oſtrożny.* Vn. *Vigyazo.* Ang. *Watchfull.*] Virgil.4.Aeneid. Monſtrum horrendum, ingens, cui quot ſunt corpore plumæ. Tot vigiles oculi. Ovid. 3. Metam. Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ.

Vĭgĭl, ſubſtantivū, Nocturnus cuſtos, qui & excubitor dicitur, à quo præfectus vigilū vocatus eſt. [שומרת *ſchomér* אשמורת *aſchmoreth* אשמורה *aſchmurah.* φρουρός. Gall. *Garde de nuit, le guet.* Ita. *Chi ſia la guardia di notte* Germ. Ein Wechter. Hiſp. *Velador, guarda de noche.* Pol. *Stroż* Vng. *Vigyazto.* Ang. *A watchman.*] Plaut.in Amph. Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper lōcat. Cic.6.Verrin. Clamor à Vigilibus, faniq; cuſtodibus collitur Lucan.lib 7: nē rumpite ſomnos Caſtrorū vigiles, nulla tuba verberet aures, *&c.*

Vīgēſĭmŭs, a, um, Vltimus ex viginti. [עשרים *heſrím.* εἰκοστός. Gall. *Vingtieſme.* Ital. *Vinteſimo.* Germ Zwentzigeſt. Belg. Twintichſte. Hiſ. *Cada vno de veynte.* Pol. Dwudźieſti. Vng. Huszadik. Ang. *The twentieth.*] Cicero pro Pompeio: Ex illo tempore tertium jam & vigeſimum regnat annum.

Vīgēſĭmă, vigeſimæ, f.p. Tributi genus, quum in centenas minas quinæ exiguntur. εἰκοστή. Plin. in Paneg. His vigeſima reperta eſt, tributum tolerabile. Vide VICESIMA.

Vīgēſĭmārĭum aurum, à Livio dicitur quod ex vigeſimis colligitur. εἰκοσαῖον χρυσίον. Erant autem vigeſimæ tributi genus dimidia parte levius quàm decimæ. Vide ſuprà VICESIMARIVS.

Vīgēſĭs, m.t. Quod eſt viginti aſſium. [ὁ εἰκοσαῖον ἔχων ὠνητὸς. Gall. *Qui coſte vingt aſſes.* Ital. *Che coſta venti denari.* Germ. Das zwentzig *aſſes* oder plappart gültet. Hiſp. *Coſa que coſta veynte aſſes.* Pol. *Odwudźieſtu pieniadżach.* Vngar. *Has penzes.* Ang. *That is of twentie pound weight, or coſt twentie ſhillinges.*] Martial. lib.12: Amphora vigeſſis, modius datur ære quaterno: id eſt, viginti aſſibus amphora venditur.

Vĭgĭlo, vigilas, n p. Excubo, vigilias ago, nōn dormio. [ער *hár* חטיר *hehír* שקד *ſchakádh.* ἀγρυπνέω, γρηγορέω. Gall. *Veiller.* Ital. *Vigilare, vegghiare.* German. Wachen. Belg. Waken. Hiſpan. *Velar.* Pol. *Czuiè, nieſpie, ſtrżeże.* Vngar. *Vigyazok virrazżok.* Ang. *To wake or watche.*] Terentius in Eunucho: Ne ſurſum deorſum curſites, neve uſque ad lucem vigiles. Cicero de Somn. Scipionis: Me & feſſum de via, & qui ad multam noctem vigilaſſem: arctior quàm ſolebat ſomnus complexus eſt. Idem 2. Catilin. Tardiſſimè autem Lentulus, credo quòd literis dandis præter conſuetudinem proxima nocte vigilarat. Horatius 1 Sermon.Satyra 3: noctes vigilabat ad ipſum Mane, diem totū ſtertebat nil fuit unquam Sic impar ſibi. ¶ Per metaphoram accipitur vigilare pro eo quod eſt omni cura vigilantiaq́ue in id incumbere, ne quid nos inopinantes ſubitò opprimat. Cicero pro Planc. Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ fiunt bonis. Idem 6. Philip. Quamobrem, Quirites, conſilio quantum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo vigilaboque pro vobis.

Vĭgĭlŏr, aris, paſſ. Ovid. Epiſtol. 12: Non mihi grata dies noctes vigilantur amaræ: Nec tener in miſero pectore ſomnus adeſt.

Vĭgĭlātŭr, impersonale. Martial. libr.12: Otia me ſomnusq́ue juvant, quæ magna negavit Roma mihi: redeo ſi vigilatur & hic.

Vĭgĭlans, tis participium. [שקד *ſchokédh.* ἀγρυπνῶν, ἀγρηγορῶν. Gal *Veillant, qui veille.* Ita. *Vigilante.* Germ Wachend Hiſpan. *Velador.* Pol. *Strżegąc, czuiąc.* Vngar. *Vigyazo, virrazżo.* Ang. *That watcheth.*] Plautus in Captiv. Vigilans ſomniat. Terentius Andr. num ille ſomniat Ea, quæ vigilans voluit? ¶Aliquando nomē eſt, idem ſignificans quod diligens, providus, intentus. ἐπιμελής, φρόνιμος. Plinius epiſt.17. libr.2: Vir exercitatus & vigilans. Cic.2.Verr. Perficiam ut nemo unquā poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, compoſitior ad judicium veniſſe videatur.

Vĭgĭlāndŭs, a.um, ἀγρυπνητός. Tibul.lib.1.eleg.2: Cum fletu nox vigilanda venit. Quint.libr.11.cap. 5: Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda. ¶ Vigilandum aliquando accipitur, pro eo quod eſt vigilanter providendum, vel ſummo ſtudio diligentiaq́ue conficiendum: ut annotavit Servius in illud Virg.1.Georg. Quæ vigilanda viris, *&c.*

Vĭgĭlāntĭă, f.p. Diligentia, attentio. [ἐγρήγορσις, ἀγρυπνία. Gal. *Veillance, vigilance, diligence.* Ital. *Vigilantia.* Germ. Wachbarkeit.

Hiſp.

Hiſp. *Vela, diligencia.* Pol. *Czainoſcz, oſtrożnoſcz.* Vngar. *Vigyazas, virraztas.* Ang. *Watchfullneſſe, trauayle.*] Idem in Adelph. Vigilantiã tuam mihi narras? Cicero Curio lib. 7: Nihil tamẽ eo Conſule mali factum eſt: fuit enim mirifica vigilantia.

Vĭgĭlāntĕr, adverb. Cum diligentia & ſolicitudine. [ἐπιμελῶς. Gall. *Vigilamment, ſongneuſement, diligemment.* Ital. *Vigilantemente, con diligentia.* Germ. Wachbarlich. Hiſpan. *Velando diligentemente.* Pol. *Czuiwie.* Vng. *Vigyazua, virraztua.* Ang. *Watchfully, with trauayle.*] Cicero 6. Verrin. Quòd vigilanter provinciam adminiſtraſſet, cujus omnes vigilias in ſtupris conſtat, adulteriisque eſſe conſumptas. Plancus ad Ciceronem lib. 10: Tu mihi Cicero quod adhuc feciſti, idem præſta ut vigilanter nervoſeq; nos qui ſtamus in acie, ſubornes.

Vĭgĭlĭārĭŭs, rii, m. ſ. Excubitor. [φύλαξ, φρουρός. Gall. *Garde de nuit, vn du guet.* Ital. *Guardia di notte.* Germ. Ein wechter/wachthatter. Hiſp. *El velador, guarda de noche.* Pol. *Stroż.* Vng. *Vigyaſo virraztoshaſa allo.* Ang. *A watchman.*] Senec. Epiſt. 58: Quid intereſt, utrum ſuper aliquem vigiliarium ruat aut mons, aut turris.

Vĭgĭlāx, acis, Sagaciter, multumque vigilans. [שקד *ſchokéd.* ἀγρυπνικός. Gall. *Fort veillant, qui ne dort point.* Ital. *Molto vigilante.* Germ Gantz wachbar. Hiſp. *Muy velador.* Pol. *Dobrże czuiący.* Vng. *Vigiazhato, varraxthato.* Ang. *Watchfull.*] Colum. lib. 7. cap. 12. de canibus loquens: Maximè autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici: nec erronei, ſed aſſidui & circumſpecti magis quàm temerarii. Idem uſus eſt Iuriſconſultus in l. 18. D. de ædil. edict.

Vĭgĭlĭă, æ, ſive Vigiliæ, arum, f. p. Inſomnia, excubiæ nocturnæ. [משמרת *aſchmóreth* משמרה *aſchmuráh.* ἀγρυπνία, παννυχίς. Gall. *Veille, guette de nuit.* Ital. *Vigilia, guardua di gente d'arme.* Germ. Wacht/nachtwacht. Belg. Wate. Hiſp. *Vela, obra de velar, guarda de noche.* Pol. *Czuinoſcz.* Vng. *Vigyazas virraſtas, ſtraſa allas.* Ang. *Watching.*] Cicero ſeptima Philippica: Idcirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus, ut populum Romanũ vacuum metu noſtra vigilia redderemus. Idem 4. Tuſc. Cui non ſunt auditæ Demoſthenis vigiliæ? qui dolere ſe ajebat ſiquando opificum antelucana eſſet victus induſtria: vigilias militares in quaterna olim horarum ſpatia dividebant: ita ut prima, ſecunda, tertia, & quarta vigilia diceretur. Cæſar 1. bel. Gal. Vbi per exploratores Cæſar certior factus eſt, tres jam partes copiarũ Helvetios id flumen traduxiſſe, quartamque ferè partem citra flumen Ararim reliquam eſſe, de tertia vigilia cum legiõnibus tribus ex caſtris profectus, ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen tranſierat. ¶ Interdum vigiliæ dicuntur ipſi cuſtodes: qui vigilant. οἱ φύλακες. Saluſt. in Iugurth. Sed neque more militari vigiliæ deducebantur. Idem in Catilin. Et ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam. ¶ Vigiliæ Cereris dicuntur à Plauto in Adul. nocturna ſacra, quibus in æde Cereris pervigilabant mulieres, quæ & myſteria & initia dicebantur, παννυχίδες, μυστήρια. Nam ea nocte cum viro concumbere, piaculum erat. Is, *inquit*, adoleſcentis illius eſt avunculus, Qui illam ſtupravit noctu Cereris vigiliis.

Vĭgĭlĭum in neutro etiã dixerunt veteres. Varro in Eudymionibus: Animũ mitro ſpeculatum toto orbe, ut quid facerent homines quum experrecti ſint, me faceret certiorem, ſi quis melius operam ſuperet, ut ejus conſilio potius vigilium adminiculatem noſtrum. Ex Nonio.

Vīgīntī nomen numerale indeclinabile. [עשרים *hoſrím.* ἔικοσι. Gal. *Vingt.* Ital. *Venti.* Germ Zwentzig. Belg. Twintich. Hiſp. *Veynte.* Pol. *Dwadźieścia.* Vng. *Huz.* Ang. *Twentie.*] Cicero 3. de Oratore: Annosq; natus unum & viginti, nobiliſſimũ hominem & eloquentiſſimũ in judicium vocarim. Virg. 1. Aeneid. ad littora mittit Viginti tauros.

Vīgīntīvĭrī, nomen magiſtratus apud Romanos: [ἀνδρίαρχοι. Germ. Der nam einer Oberkeit zu Rom.] ut Triumviri. Cic. ad Atticum lib. 2: Vbi nemo ſit præter me, qui quenquam ex vigintiviris unum eſſe ſalvum velit.

Vīgīntīvĭrātŭs, us, ui, m. q. [Ger. Oberkeit vnd Ampt der zwentzig Mannen.] Officium viginti virorum. Cicero ad Attic. lib. 9: Repudiari ſe totum magis etiam quàm olim in vigintiviratu, putabit.

Vīgŏr, vide VIGEO.

Vīlis, le, om. t. Contemptus, abjectus, humilis, plebeius, levis, communis, vulgaris. [זול *zolél* בקר *nekál* בזוי *bazúi* בזזה *nibzéh* נקלה *nikléh.* φαῦλος. Gall. *Vil, de petite valeur, de petit prix, de petite eſtime.* Ita. *Vile, da buen mercato, di poco conto.* Germ. Schlecht/vnachtſam/nachgüttig. Belg. Oncoſtelick/ſlecht. Hiſp. *Coſa de poco pretio ò barato.* Pol. *Podl'i, wzgardzoni, nikczemni.* Vngar. *Ala valo rox, hituan.* Ang. *Good cheape, litle worthe.*] Cicero ad Quint. Fratrem lib. 1: Semper eos putavi, ſi vulgares eſſent, viles: ſi temporis cauſa conſtituerentur, leves. Saluſt. in Catilin. Fidem, fortunas, pericula vilia habere: id eſt, non magnifacere. Cic. 3. Officior. Quærit ſi in mari jactura faciẽda ſit, equine pretioſi potius jacturam faciat an ſervuli vilis. Idem 2. de Finib. Non minor, *inquit*, voluptas percipitur tam ex viliſſimis rebus, quàm ex pretioſiſſimis. Horat. 2. Serm. Saty. 5: Et genus & virtus, niſi cum re vilior alga eſt. Vile à villa deduci quidã putant, quòd omnia in villa viliora ſint quàm in urbe. Eſt enim propriè vile, quod parvo conſtat, cujus contrariũ eſt carum, ὄνιλές. Cic. 5. Verr. Frumentum, quoniam vilius erat, ne emiſſes. Plautus in Trinumm. Neq; quicquam hic vile nunc eſt, Niſi mores mali. ¶ Ponitur interdum pro abundanti, teſte Servio, quia omne quod plurimum abundat, vile eſt: id eſt, parvo venditur pretio. Virg. lib. 1. Georg. Si verò viciamque ſeres, vilemq; phaſellum. Vilis oratio dicitur à Quintil. lib. 8. ca. 3, neglecta, inelaborataq;: cui opponitur Accurata. ¶ Vili ablativus verbis pretii addi ſolet. Mart. lib. 12: Inſtructam vili vendis Amœne domum.

Vīlĭŭs & Viliſſimè, adverbia, Minoris & minimo pretio. Plin. lib. 18. cap. 6: Quicquid per aſellum fieri poteſt viliſſimè conſtat. Col. lib. 12. ca. 39: Hoc ubi lignorũ copia eſt, viliſſimè conſtat, & eſt in uſu vel dulcius quàm ſuperiores notæ paſſi.

Vīlĭtās, atis, f. t. Exiguitas pretii: [זול *zollóth.* ὄνιλεια. Gall. *Petit prix, petite valeur & eſtime, vilité.* Ital. *Vilità, buon mercato.* Germ. Wolfeile/nachgüttigkeit. Hiſp. *Aquel poco precio ò barato.* Pol. *Tanioſcz.* Vng. *Hituanſag, alaualoſag.* Ang. *A litle price or value, good cheapeneſſe.*] cui opponitur caritas: ut, Vilitas annonæ. Cicero pro lege Manilia: Tanta repentè vilitas annonæ ex ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, unius ſpe & nomine, quantam vix ex ſumma ubertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. ¶ Vilitas ſui, per tranſlationem dicitur, quum quis ita temerè ruit in periculum, ut nihil vita ſua vilius habere videatur. Curtius libro 5: Quid ruimus belluarum ritu in pernicicm non neceſſariámq; Fortium virorum eſt magis mortem contemnere; quàm odiſſe vitam. Sæpè tædio laboris ad vilitatem ſui compelluntur ignavi.

Vīlĕo, es, n. ſ. ὀνιλίζομαι, φαυλίζομαι, vilis ſum, à quo Vileſco.

Vīlēſco, ſcis, n. t. Vilior fio, ut Annonam vileſcere dicimus, quũ pretium ejus remittitur. [בקר *nekál.* ὀνιλίζομαι. Gall. *Denenir vile & de petit prix, auillir.* Ital. *Diuenir vile ò de poco prezzo.* Germ. Wolfeil oder nachgüttig werden. Hiſpan. *Valer poco ò barato.* Pol. *Tanżiim ſie ſtawam.* Vngar. *Alaualoua hituanna lezők.* Ang. *To become vile, of no price, valew or eſtimation.*] Contrà, accendi dicitur, quum pretium ejus immoderatè augetur. ¶ Gratiam item vileſcere dicimus: hoc eſt, ſordeſcere & minoris æſtimari. φαυλίζεσθαι.

Vīlĭto, as, pen. cor. vilem reddo. [הביזה *hibzáh.* φαυλίζω. Gal. *Auillir, faire ou eſtimer peu.* Ita. *Far vile, eſtimar poco.* Ger. Schlecht/oder vnachtſam machen. Hiſp. *Menoſpreciar.* Pol. *Tanioczinie.* Vn. *Alanaloua hituanna tezóm.* Ang. *To mak good cheape or litle worthe.*] Turpilius apud Nonium: Et quærat tua vitia quæ te vilitant.

Villă, æ, f. p. Domus in agro, agri colendi, & fructuũ condendorum, aut etiam habitationis cauſa conſtituta. [כטר *chópher* פרזון *perazón.* ἐπαυλις, ἀγροικία, χωρίον. Gall. *Village, metairie, grange.* Ital. *Villa, caſtello.* Germ. Ein Meyerhof/ bawrenhauß/ auff die Güter gebawen. Belg. Hoeve. Hiſp. *La caſa en la heredad del campo, la poſſeſſion del campo, villa.* Polon. *Folwark, dworzec do mieſzkania we wſy.* Vng. *Maior.* Ang. *A village, farme, or manour place.*] Plin. lib. 18. cap. 6: Modus hic probatur, ut neq; fundus villam, neq; villa fundum quærat. Cic. pro Quin. Roſc. Com. Tum erat ager incultus, ſine tecto: nunc eſt cultiſſimus cum optima villa. Idem ad Atticum lib. 10: Præteriit villam meam Curio, juſſitq; mihi nuntiari mox ſe venturum. Horatius 1. Serm. Satyr. 5: Hinc nos Cocceii recipit pleniſſime villa: id eſt, populoſa. ¶ Dicta eſt autem villa à vehendo, quaſi vehilla, quòd in eam fructus à villico cõvehantur, & evehantur quũ veneunt, ut ait Varro de re Ruſt. lib. 1. ca. 2. Columella villam tripartitò diſtribuit, partem unam urbanam, ruſticam alterã, & tertiam fructuariam appellans. Villa ruſtica, eſt ea pars villæ, quam villicus colonus, vel vinitor, vel arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ viliaticæ, atque inſtrumento omni ruſtico condendo, aut continendo eſt accommodata. Villa urbana prætorium dicitur, & eſt ea pars, quam dominus, ſi quando in villa ſit, ſolet habitare: quę quia elegantiùs, amœniusque ædificari ſolet, & inſtrui, ideò urbana vocatur, quaſi urbani nitoris, & elegantiæ plus habens quàm ruſtica. Fructuaria autem villa dicitur, ubi fructus reconduntur. Budæus.

Vīllŭlă, æ, diminutivum. [ἐπαύλιον. Gall. *Petite metairie.* Ital. *Picciola villa.* German. Ein Meyerhöfflin. Hiſpan. *Pequenua villa, pequenua aldea.* Pol. *Folwarczek.* Vng. *Maiorotska.* Ang. *A litle farme or manour place.*] Cicer. ad Atticum lib. 8: Ego Arpini volo eſſe pridie Cal. deinde circum villulas noſtras errare. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: Proxima Campano ponti quæ villula tectum Præbuit.

Villānŭs, villani, pen. prod. m. s. Qui in villa habitat: [טרזי *peraxí. ἀγροικ⊙.* Gal. *Vilain, laboureur, contadin.* Ital. *Villano, rustico, lauoratore, contadino.* Germ. Ein Meyer/ein Bawr/ein Bawr so ein Meyerhof besitzet. Hisp. *Villano, aldeano.* Pol. *Wieśniak, nabożi mieszkaiący.* Vng *Maiorba lakoző.* Ang. *That laboureth a farme.*] unde & Semivillanus, semirusticus. ¶ Villani (inquit Budæus) dicuntur, quòd villæ (unde dicti villici) astripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sint, aut eorum majores fuerint: quarum rerum vestigia nõ obscura multis in locis extant. Quod tamen nomen loquentium insciția in contumeliam jam vertit. Villanum enim & vilem vernacula simplicitas confundit.

Vīllāris, villare, Villaticus. [טרזי *paraxí. ἐπαυλικὸς, ἀγροικικός.* Gall. *De village ou metairie.* Ital. *Di villa.* Germ. Eines Meyerhofs. Hisp. *Cosa de aquella possessiõn del campo.* Pol. *Wieski siedliski.* Vng. *Maiorbol valo.* Ang. *Of a farme or manour place.*] Plin. lib. 10. cap. 41: Villaribus gallinis & religio inest: inhorrescunt edito ovo, excutiuntq; sese, & circunrectę purificant, aut festuca aliqua sese & ova lustrant.

Vīllāticŭs, a, um, Quod ad villam pertinet: [טרזי *peraxí. ἐπαυλικός.* Gall. *De village ou metairie.* Ital. *Villesco, di villa.* Germ. Meyerhõffisch / bewrisch. Hisp. *Cosa de aquella possessiõn del campo.* Pol. *Poltwarkowi.* Vng. *Maiorhoz valo.* Ang. *Perteaningtoa, farme or manour place.*] unde Villatica pastio, dicitur alimentum, quod pertinet ad animalia, quæ ruri nutriuntur, utputa, pecudes, aves, pisces. Villaticus canis qui villæ asservandæ gratia alitur. Col. lib. 2. cap. 10: De villatico cane igitur, & pastorali dicendum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Plin. lib. 23. cap. 1: Ajunt si quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, turasque fieri villaticas aves. Villaticæ gallinæ dicuntur gallinæ illæ vulgares, quales plerunque in villis, & in ipsis etiam urbibus vulgò videmus educari. Dictæ villaticæ ad differentiam agrestium, & Africanarum: de quibus vide in dictione GALLINA.

Vīllĭco, villicas, & Villicor, villiçaris, deponens, Rusticor, sive in villã animi causa secedo. [*ἀγροικ⊙.* Gal. *Gouuerner vne metairie, & y labourer les terres & faire autres affaires rustiques, grangier, metayer.* Ital. *Star à la villa, gouuernare la villa, lauorare la terra.* Ger. Auff einẽ Meyerhof sitzen/Bawrenwerck treyben. Bel. Boerenwerck doen. His. *Vsar di officio, de mayordomo, labrar la tierra.* Pol. *Má fol warkuśie bawie.* Vn. *Maio roskodom.* An. *To rule a farme, and labour it, or to dwell in a manour place.*] Pomponius: Ego rus eo, ut aliquot dieb. villicer. Terentius in Hecyra: Hìc villicor ante urbem Plin. lib. 18. cap. 6: Quorum prædia colenda suscipiebat Resp. exercitusque ducebant, Senatu illis villicante. ¶ Aliquando villicari, Est villæ præesse. *οἰκονομεῖν, ἀγρονομεῖν.* Pomponius: Longè ab urbe villicari, quò herus raro venit, non villicari, sed dominari mea est sententia.

Vīllĭcātĭo, f. t. Ipsa rustica negotiatio, vel villæ dispensatio. [*οἰκονομία, ἀγρονομία.* Gal. *Gouuernement de metairie, grangenge.* Ital. *Gouerno di villa.* Ger. Bawrengewerb. Hisp. *Obra de mayordomo.* Pol. *Gospodarstwo kol'o roles.* Vngar. *Maioroskodas.* Ang. *The ruling of a farme.*] Col. lib. 11. cap. 1: Qui suscepit officiũ villicationis, in primis convictum domesticum, multoq; etiã magis externum vitet.

Vīllĭcōnēs, Villici, vel præfecti villicationis, ut est apud Apuleium in Apologia: *ἀγρονόμοι, τῆς ἐπαυλίας ἐπιστάται.*

Vīllĭcŭs, ci, m. f. Præfectus villæ, cui tota rei rusticæ cura à domino committitur. [*ἀγρονόμ⊙, τῆς ἐπαυλίας ἐπιστάτης.* Gal. *Metais ou metayer, grangier.* Ita *Fattore, guastaldo.* Germ. Ein Meyer/ein hausshalter in einem Meyerhof. Belg. Een Meyer. Hisp. *Mayordomo del campo, aparador que los ferranos llaman capataz.* Pol. *Vrzędnik, folwarkowi, starośta, sołtys.* Vng. *Maior.* Ang. *A farmer or that gouerneth a farme.*] Varro de re Rust. lib. 1. cap. 1: Villicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus à villa: villa, ab eo quòd in eam convehuntur fructus, & evehuntur, quum veneunt A' quo rustici etiam nunc quoq; viam *veham* appellant, propter vecturas: & Vellam, non Villam, quòd vehunt, & unde vehunt. Oeconomus autem tàm pecuniæ quàm fiugũ, & omnium quæ dominus possidet, dispẽsator est. Cicero lib. 4, Tusculanarum quæst. Qui quũ villico factus esset ratione: Quo te modo, *inquit*, accepisse̅m, nisi iratus essem? Horat. lib. 1. Epist. Villice sylvarum & mihi me reddentis agelli. Colum. lib. 11: Villicus semper caveat ne improvidus ab opere vincatur: res est agrestis, insidiosa cunctanti.

Vīllĭcă, villicæ, f. p. Vxor villici. [*ἡ ἀγρονόμ⊙, ἡ ἐπιστάτου τῆς ἐπαύλεως γυνή.* Gall. *La metaise ou metayere, la femme du metais ou metayer.* Ital. *Femina di villa, moglie de le guastaldo, guastalda.* Germ. Die frawe des verwalters eines Meyerhofs/ Meyerin. Hisp. *La muger mayordoma de aquella casa.* Pol. *Vrzędniczka, śtarka.* Vng. *Maior azzony.* Ang. *The farmers wife.*] Mart. lib. 1: Pinguis inæquales onerat cui villica mensas. Iuve. Sat. 11: Asparagi, posito quos legit villica fuso.

Vīllum, villi, vide VINVM.

Vīllŭs, m. s. Non propriè pilus est, ut nonnulli interpretantur, sed multorum pilorum collectio, & quidam quasi floccus; quales in jubis leonum, & luporum, & nonnullorum etiam canum videmus propendere. [שער *sehár* בשמה *tsámmah.* *θρὶξ, λάχνη, λάγνος.* Gal. *Poil.* Ital *Peli messi insieme, come è vn maxxo di setole.* Germ. Ein Haarlock. Hispan. *El vello, pelo sotil.* Pol. *Kośmątrosł'i.* Vng. *Moh gyapiu plih.* Ang. *A bigge heare.*] ¶ In vestibus etiam villi dicuntur, flocci illi prominentes, qui hodie etiam ornatus causa arte fullonia pannis inducuntur. Cic. 2. de Nat. deor. Animantium verò quanta varietas est? quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: plumas alias, alias squama videmus obductas: alias esse cornib. armatas, alias habere effugia pennarum. Plin. lib. 8. cap. 50, de capris loquens: Depẽdet omnino mẽro villus, quem aruncum vocant. Virgil 3. Georg. Dulcibus iccirco fluviis pecus omne magistri Perfundunt, udisq; aries in gurgite villis Mersatur. Mart. lib. 14: Calfaciunt villi pallia nostra mei.

Vīllōsŭs, adject. Quod villis plenũ est, hirsutus, hirtus. [שעיר *sahír. τριχώδης, μαλλώδης.* Gal. *Velu, pelu.* Ital. *Peloso.* Ger. Zottecht/ forstechtig. Hisp. *Cosa velłosa ò peluda de tal pelo.* Pol. *Kośmati.* Vng. *Pihes, gyapias mohos.* Ang. *Rough, full of heares.*] Colum. lib. 7. cap. 12: Amplo, villoso̅que pectore. Virg. 8. Aeneid. villosi pelle leonis.

Vīmĕn, inis, n. t. Omne virgultum lentum, & flexile, ad ligandum aptum quasi vitimea. [*λύγ⊙, οἰσύα, ἰτέα.* Gal. *Toute sorte de verges molles & aisées à plier pour lier, soit d'osier, orme, peuplier, bouleau ou autres.* Ital. *Stroppa, vimine, legame, fatto d'oigni sorte di ramo d'herba.* Germ. Weiche gerten oder weiden / damit man binden oder flechten kan/ korbreiß. Belg. Een wisse. Hisp. *Vara ò verga que se doblega.* Pol. *Witka.* Vng *Vitla żirony kŏrŏ vesszŏ.* Ang. *A twig, osier, or wicker.*] Colum. lib. 4 cap. 30: Nec refert cujus generis vimen seras, dum sit lentissimum. Virg. 3, Aen. Rursus & alterius lentum convellere vimen Insequor, & causas penitus tentare latentes. Idem 2. Georg.-aqua eluctabitur omnis, Scilicet, & grandes ibunt per vimina gutte̅. Idem 11. Aen. Haud segnes alii crates, & molle pheretrum Arbuteis texunt virgis, & vimine querno. Colum. lib. 14 cap 13: Si viminibus salicis aut ulmi ligaveris. Cæsar 1. bell Civ. Reliquum corpus navium, viminibus contextum, coriis integebatur. Fiunt autem vimina ex populorum virgis, ulmi, & sanguineorum fruticum, & betulæ, & vitis, & coryli intortæ, & salicis quæ principatum obtinet.

Vīmĭnĕŭs, a, um, Quod est ex vimine; [*οἰσύιν⊙.* Gall. *D'osier ou d'autres verges propres à lier.* Ital. *Fatto de venchi ò altre verghe.* Germ. Auß welchen bauden oder kõrbreiß gemacht. Hispan. *Cosa hecha de tales varas.* Pol. *Zwitek vrobioni.* Vngar. *Vitlabol żirony bol, kŏtŏ vesszŏbŏl valo.* Ang. *Made of wickers.*] ut vasa viminea. Plaut. in Epid. Viminei fasces virgarũ. Virg. 1. Georg. Vimineasq; trahis crates, *&c.* Cæs. 3. bel. Civil. Multum autem ab ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, viminea tegumenta galeis imposita defendebant.

Vīmĭnālis, viminale, om. t. Quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad vimina: [*ὁ ἢ ἱμαντώδης, ὁ ἢ λυγώδης, ὁ ἱκανὸς, λυγιστικός.* Gall. *Propre & conuenable pour lier.* Ital. *Conueniente à ligare, ò pertinente à vimine.* Ger. Das zu den weiden oder baud den dienstlich ist. Hispan *Conueniente para atar, perteneściente à varas ò vergas que se doblegan.* Pol. *Witkowi.* Vngar. *Kŏt ŏżni valo vitla vesszŏbŏl valo.* Ang. *Perteaning to twigges.*] ut, Salix viminalis. Plin. libr. 17. cap. 20: Salicis viminalis singula jugera sufficiunt viginti quinque vineæ jugeribus. Columel. libr. 4. cap. 10: Quare salices viminales, atque arundineta, vulgaresque sylvæ, vel consultò consitæ castaneis priùs faciendæ sunt.

Vīmĭnālĭă, absolutè, Nomen generale est, omnibus tùm arboribus, tùm fruticibus commune, quæ vimina producunt. *λυγικά.* Plin. lib. 17 cap. 20: Hæc est viminalium cultura.

Vinācĕă, Vinaria, Vinarius, vide VINVM.

Vīncă, vincæ, f. p. Herba topiaria, humi repens, lauri foliis tenuibusque sarmentis quibus obvia quæque vincit: unde & nomen invenit. [*κλημάτις, δαφνοειδής.* Germ. Jngrien.] Plin. Jun. lib. 2. Epist. 17: Adjacet gestationi interiore circuitu, vinca tenera, & umbrosa, nudisque etiam pedibus mollis & cedens, eadem & Vincapervinca appellatur à Plinio majore libro 21. cap. 11.

Vīncăpērvincă, [Pol. *Barwinek*] Herba est topiaria, perpetuò virens, foliis geniculatim vestita, veteribus inopiam florum supplere solita, humi serpens, & in modum funiculi sese porrigens, & vicina quæque vinciens: unde & nomen invenit. *κλημάτις, δαφνοειδής.* Plin. libro 21. cap. 11, alio nomine chamædaphnen, quasi humilem laurũ, appellari tradit propter foliorum similitudinem. Omnino tamen diversa est chamædaphne Dioscoridis, quam Latini Laureolam appellant, sive Lauraginem. Officinæ *Pervencam* nominant.

Vīnctĭo, vincis, vinxi, vinctum, act. q. Ligo, constringo. [אסר *asár* קשר *kasthár.* *δέω, δεσμέω, ἄγχω, πεδάω.* Gal. *Lier.* Ital. *Legare,*

re. Germ. & Belg. Binden. Hiſ. Atar. Pol. Wiaze. Vng. Meg kötözöm zoritom. An. To tie or binde.] Virg. 1. Aen. Purpureoq; altè ſuras vincire cothurno. Ovid. 10. Met. -non huc ut opera viderem Tartara deſcendi: nec uti villoſa colubris Terna Meduſæi vincirē guttura Monſtris. Cic. pro Marcel. Omnia quæ delapſa, jam fluxerūt, ſeveris legibus vincienda ſunt. Idem in Orat. Et verba eligebant: & ſententias graves & ſuaves reperiebant: ſed eas haud vinciebant, haud explebant.

Vīnctŭs, a, um, participium, Ligatus, conſtrictus. [אסור קשור kaſchúr. δεδεμμένος. Gal. Lié Ital. Ligato. Germ. Gebunden. Belg. Gebonden. Hiſp. Atador. Pol. Związani. Vng. Meg kötöztetet. Ang. Tied, or faſtened.] Cic. 6. Ver. Dedit igitur ubi fortuna Siculorum C. Marcellum judicem: ut cujus ad ſtatuā Siculi te Prætore alligabantur, ejus religione te eundem vinctum aſtrictumq; dedamus. Terent. in Eunuch. -quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient. ¶ Vinctus aliquando pro captivo accipitur, ſive pro ſervo compedito, qui ex vinculis aut in ergaſtulo opus facit. δεσμώτης. Seneca: Qui unus erat è vinctis Cęſaris, mox libertate donatus eſt. Plin. Epiſt. 19: Nam nec ipſe uſquam vinctos habeo.

Vīnctŭs, us, ui, m. q. Ligamen. [אסור בֶּרוך eſúr tſerór. δέσις, δεσμός. Gal. Vulien, liaiſon. Ita. Ligamento. Germ. Bindung oder band. Hiſp. Atadura. Pol. Związek. Vng. Kötel. Ang. A band to tie any thing with.] Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 8: Et vindemia facta deniq; diſcat pendêre in palmam aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant ceſtum.

Vīnculum, vinculi, n. ſ. Ligamen. [אסור בֶּרוך eſúr tſerór. δεσμός, ἅμμα, ἐγγύη. Gal. Lien. Ital. Ligame. Ger. Ein Band. Hiſp. Atadura. Pol. Związek. Vngar. Kötözes kötel. Ang. A band to tie any thing with.] Cic. 3. Offic. Nullum enim vinculum ad ſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. Copulare uno vinculo, Liv. 8. bel. Pun. Virg. 2. Aen. -nam teneras arcebant vincula palmas. Ovid. 9. Metam. Dixerat, & ſummo digitorum vincula collo Injicit. Virg. 4. Georg. Hinc tibi nate prius vinclis capiendus. Cic. pro Cæcin. Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit, non modò judiciorum, ſed etiam utilitatis, vitæq; communis. ¶ Vincula pro viminibus, quibus vites religantur. Col. li. 3: Salix humida loca deſiderat, geniſta etiam ſicca, utręque tamen circa vineam ſeruntur, quum palmitibus idonea præbeant vincula. ¶ Vinculum, jugale, per tranſlationem pro conjugio. Virg. 4. Aeneid. Ne cui me vinclo vellem ſociare jugali. ¶ Vincula, pro carcere in quo noxii vincti ſervantur. δεσμωτήριον. Cic. 7. Ver. Quid ſi autugiſſet? ſi vincla rupiſſet? In vinculis eſſe, eſt in carcere eſſe vinctum. Plin. lib. 7 cap. 34. de Scipione Naſica: In ſumma, ei in patria mori non licuit: non Hercle magis quàm extra vincula illi ſapientiſſimo ab Apolline judicato Socrati. Venulcius de verb. ſign. Vinculorum appellatione, vel publica, vel privata vincula ſignificantur. Cuſtodiæ verò tantùm publica cuſtodia.

Vīnctūră, æ, pen. prod. f. p. [אסור בֶּרוך eſúr tſerór. ἡ δέσις, ὁ χωμός. Gal. Liaiſon. Ital. Ligamento. Germ. Bindung. Hiſ. Atadura. Pol. Związanie. Vng. Kötözes kötöl. An. Binding or tying.] Plin. lib. 16. cap. 37: Pariuntq; baltheo corticis vincula: & aliq; virgas ſequacis ad vincturas lenticiæ. De ſalicibus.

Vīnco, vincis, vici, victum, act. t. Supero, ex certamine ſuperior evado, victoriam reporto, ſupero, devinco, expugno. [נִצַּח nitstseach. κρατέω, καταγωνίζομαι, νικάω, ἡττάω. Gall. Vaincre, ſurmonter. Ital. Vincere, ſuperare, farſi ſuperiore. Germ. Überwinden/im Streit obligen/ſygen. Belg. Overwinden. Hiſp. Vencer è ganar en juegos. Pol. Zwiężyężam: Vng. Meggyőzőm. Ang. To overcome, to vanquish.] Cicero in Catilina: Mihi vivendum eſt cum illis, quos vici, & ſubegi. Virg. 10. Ecloga: Omnia vincit amor. Idē lib. 1. Georg. -labor omnia vincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas. Cic. lib. 1. Offic. Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui invictum ſe à labore præſtiterit, vinci à voluptate. ¶ Per tranſlationem ponitur pro exprimo, & quaſi difficultatem rei dicendo ſupero. Virg. 3. Georg. Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnū Quàm ſit. ¶ Item pro animi compos fio: unde & victor, pro animi cōpote accipitur, ἐπικρατής. Idem lib. 3. Georg. Illi victor ego, & Tyrio cōſpectus in oſtro. ¶ Ponitur aliquando pro convincere, docere, probare. Cic. pro Cluent. Vinco deinde virum bonū fuiſſe Oppianicum. ¶ Vincere cibum dixit Plin. lib. 11. cap. 53. pro concoquere. Vincere expectationem: eſt facere plus quàm quiſquam ſperaverat. Vincere ſua fata, dicuntur parentes ſuis liberis ſuperſtites. Virg. 11. Aen. Contrà ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes Reſtarem ut genitor: id eſt, naturalem ordinē vita longiore ſuperavi: nanq; hic ordo eſt, ut ſint parentibus ſuperſtites filii.

Vīctŭs, victa, victum, participiū, Certamine ſuperatus. [נִצַּח menutstsách. κεκρατημένος. Gal. Vaincu, ſurmonté. Ita. Vinto, ſupera to. Germ. Überwunden. Hiſp. Vencido. Pol. Zwiężżeżoni. Vng. Meggyőzhető. Ang. Ouer come, vanquished.] Cic. lib. 2. de Divin. Galli victi ſilere ſolent, canere victores. Horatius Epod. 9: Terra mariq; victus hoſtis, &c. Victi, & ſubacti populi, apud Ciceronem ad Atticum: cujus contrarium eſt invictus: id eſt, inſuperabilis. ἀνίκητος. Cicero lib. 1. Offic. Animi excelſi, atq; invicti magnitudo ac robur. ¶ Ponitur aliquando Victus, pro voti impote, ἀτυχής. quemadmodum contrà Victor, pro voti compote. ἐπικρατής. Virg. 9. Eclog. Nūc victi triſtes: quoniam ſors omnia verſat. ¶ Victus aliquādo dicitur à propoſito recedens. Virgil. 2. Aeneid. Hìc verò victus genitor ſe tollit ad auras. Servius.

Vīctŏr, victoris, pen. prod. m. t Qui in certamine ſuperior evaſit. [נִצָּחוֹן menatstseach. νικητής. Gal. Vainqueur, victorieux. Ital. Vincittore, vittore. Germ. Ein vberwinder/Siger. Belg. Een overwinder. Hiſp. El que vence, vencedor. Pol. Zwiężięzca cżeł. Vngar. Győző delmes. An. That vanquisheth or ouercometh.] Cęſar 2. bel li Gallic. Noſtros victores tranſire flumen conſpexerant. Plin. lib. 7. cā. 18: L. Sicinius Dētatus cēties vities præliatus, octies ex provocatione victor, XLV. cicatricibus adverſo corpore inſignis, nulla in tergo. Cicero Marcello lib. 4: Multa enim victori eorum arbitrio per quos vicit, etiā invito facienda ſunt. ¶ Aliquando accipitur pro voti compote. Virg. 3. Georg. Victorque virūm volitare per ora. Vbi Servius: Victor, effector propoſiti & voti.

Vīctrīx, victricis, verbale fœmininum, t. Mulier quæ in certamine ſuperior evaſit. [נִצַּחַת menatstsáchath. νικήτρια. Gal. Vainquereſſe, victorieuſe. Ital. Vittrice, vittoriosa, vincetrice. Germ. Überwinderin/Sygerin. Hiſp. Vencedora. Pol. Zwiężięzca cżelka. Vngar. Győző delmes azzony. Ang. She that vanquisheth.] Cicer. ad Brutum: Erat victrix Reſpublica cæſis Antonii copiis. Idem 1. Tuſcul. Oraculum erat datum, ſi rex interfectus eſſet, victrices Athenas fore. ¶ Accipitur & pro voti compote, ἐπικρατής. Virg. 7. Aen. Iunonem victrix affatur voce ſuperba. ¶ In plurali numero adjectivè accipitur, facitq; de ſe neutrū, victricia. Virgil 3. Aen. Res Agamemnonias, victriciaq; arma ſequutus: id eſt, quę vicerunt. Vbi Servius: Omnia à verbo venientia, quum in or exeunt, maſculina ſunt, ut victor: quum in trix, fœminina, ut victrix: neutra verò non faciunt, niſi tantùm in numero plurali: unde eſt victricia. ¶ Victrices literæ dicuntur victoriam denuntiantes. Cic. ad Attic. lib. 5: Quo autem die Caſſii literæ victrices in Senatu recitatæ ſunt, &c.

Vīctōrĭă, victoriæ, f. p Hoſtiū ſuperatio. [נִצָּח nétſach תְּרוּעָה teruhah תְּשׁוּעָה teſchuháh. νίκη. Gal. Victoire. Ital. Victoria. Ger. Sig/überwindung Belg Een overwinninge. Hiſp. Vittoria, vencimiento. Pol. Zwiężięſtwo. Vngar. Győződelőm. Ang. Victorie.] Varro libr. 4. de lingua Latina: Victoriam ab eo dici putat quòd ſuperati vinciuntur, eodemque modo Venerem victricem dici à Comico, non quòd vincat, ſed quòd vinciat. Cic. pro. M. Marcello: Victoria, quæ natura inſolens, atq; ſuperba eſt. Idem pro lege Manil. Cujus adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis non offenſionibus belli, ſed victoriis: non ſtipendiis, ſed triumphis eſt traducta. Horatius 1. Sermon. Satyr. 1: -quid enim? concurritur: horę Momento cita mors venit, aut victoria læta. ¶ Pulchrè autem dicimus, Conſequi victoriam, & reportare victoriam, parere victoriam, victoriam in manu habere. Eripere victoriam de manibus, extorquere victoriā de manibus, & multa alia, quæ legenti veterū ſcripta paſſim occurrunt. ¶ Apud Romanos Victoria, deæ nomen erat, cujus ſimulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmę, altera oleę ramum præferens, Orta patre Cœlo & matre Tellure: unde & Victoriam dici ſcribit Varro, quòd ex tellure victa Cœlo nata ſit.

Vīctōrĭālĭs, adjectivum. [Vng. Győződelmes.] Iulius Capitolinus in Galieno: Populumque quaſi victorialibus diebus ad feſtivitatem ac plauſum vocavit.

Vīctōrĭātŭs, victoriati, Genus numi argētei, lege Clodia percuſſi, qui alio nomine Quinarius dicebatur, quòd quinq; aſſibus valeret: hoc eſt, dimidio denarii, ut ex Voluſio docet Agricola. νικηφόρος. Dictus victoriatus, quòd victoriæ nota ſignatus eſſet. Quintil. lib. 6. cap. 4: Dicente quodam, victoriato ſe uno in Sicilia quinq; pedes longam murænam emiſſe. Vide Plinium lib. 33. cap 3.

Vīctōrĭōsŭs, Vincere aſſuetus, ſive qui varias aut plures victorias reportavit, qua dictione uſus eſt Cato, teſte Gel. lib. 4. ca. 9. [κεκλικώς. Gal. Victorieux, qui a gaigné pluſieurs victoires. Ita. Vittorioſo. Germ. Sighafft. Hiſp. Coſa de muchos vencimientos. Pol. Szczęśliwy do zwiężięſtwa. Vng. Győződelmes. Ang. Victorious, that vanquisheth often.]

Vīncĭbĭlĭs, Superabilis, qui vinci poteſt. [νικητός. Gall. Aiſé à vaincre, vincible. Ital. Atto da eſſer vinto. Ger. Überwindlich. Hiſp. Coſa facil de ſer vencida, que puede facilmente ſer vencida. Pol. Łatwo do zwiężięzenia. Vng. Meggyőzhető. Ang. That may be ouercome or is eaſilie vanquished.] Colum. lib. 3. cap. 12: Gravem terram, vix ulla

ulla cultura vincibilem. ¶ Interdum activè accipitur pro eo, quod vincere potest: ut, Causa vincibilis, quæ facilè possit, & meritò debeat obtineri. Terent. in Phorm. Iustam illam causam facilem, vincibilem, optumam.

Vīndēmĭă, vindemiæ, f. p. Collectio uvarū, quasi vinidemia, à vino demendo. [בָּצִיר *batsír.* τρυγητός. Gall. *Vendange.* Ital. *Vindemia.* Germ. Der Herbst / der Trauben zusamen lesung. Belg. Wijn sniding. Hisp. *La vindemia.* Pol. *Zbieranie winna.* Vngar. *Zwret.* Ang. *The grape harvest.*] Colum. lib. de Arb. Vindemia facta, statim putare incipito ferramentis quàm optimis. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 54: In vinetis uva quum erit matura, vindemiam ita fieri oportet. ¶ Nonnunquam accipitur pro ipsis uvis. Virg. lib. 3. Georg. Mitis in apritis coquitur vindemia saxis. Idem 2. Georg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. ¶ Transfertur & ad aliarum rerum collectionē. Plin. Prima mellis vindemia melior. Col. lib. 10: Mox Vere transacto, sequitur mellis vindemia.

Vīndēmĭŏlă, vindemiolæ, pen. cor. dimin. [ὁ τρυγητὸς, & βραχὺς τρυγητός. Gall. *Petite vendange.* Ital. *Picciola vindemia.* Germ. Ein Herbstlin. Hisp. *Pequenna vindemia.* Pol. *Mal'e winna zbieranie.* Vng. *Zwretetske.* Ang. *A litle harvest or gathering of grapes.*] Cic. ad Attic. libr. 1: Ego omnes meas vindemiolas eò reservo, ut illud subsidium senectuti parem. De studiorū fructu loquitur.

Vīndēmĭo, vindemias, Vvas colligo. [בָּצַר *batsár.* τρυγάω. Gal. *Vendanger.* Ital. *Vindemiare.* Germ. Herbsten / Wümmen / Trauben abtesen. Belg. Wijn sniden. Hisp. *Vendimiar.* Polon. *Winno zbieram.* Vngar. *Zwrök.* Angl. *To gather grapes.*] Plin. lib. 14. cap. 2: Novissimas vindemiant.

Vīndēmĭālĭs, [τρυγητικός. Vngar. *Zwereti, Zwrethöz valo.*] Macrob. Satur. lib. 7. cap. 7: Nuper in Tusculano meo fui, cùm vindemiales fructus pro annua solennitate legerentur.

Vīndēmĭātŏr, m. t. Qui vindemiam colligit. [בֹּצֵר *botsár.* τρυγητής. Gall. *Vendangeur.* Ital. *Vindemiatore.* German. Ein leser im Herbst. Belg. Wijn snider. Hisp. *Vendimiador.* Pol. *Ten ktori winno zbiera.* Vng. Zwrö, zöld zedö. Ang. *A gatherer of grapes.*] Colum. lib. 4: Vindemiatoribus quoq; hæ semitæ laxitatem opportunam præbent, per quam vel fructus, vel statumina portentur. ¶ Hujus dictionis secundam syllabam contra primitivi naturam corripuit Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 7: Durus vindemiator, & invictus, cui sæpè viator Cessisset magna cōpellans voce cucullum. Ovidius verò detraxit a, ut de syllabā produceret in 3. Fast. At non effugiet vindemitor. ¶ Est & vindemiator sidus cœleste, quod tertio Nonas Martii apparet. Plin. lib. 10. cap. 31: Delphinus occidens XI. Calend. Sept. Cæsari, & Assyriæ stella, quæ vindemiator appellatur.

Vīndēmĭātōrĭŭs, ria, rium. Quod ad vindemiā pertinet. [τρυγητός. Gall. *De vendangeur ou seruant à vendanger.* Ital. *Vinaia, pertinente à vindemia.* Ger. Zu dem Herbst dienstlich. Hispan. *Cosa para vindemiar.* Pol. *Do zbieravia winna przinalezaci.* Vng. *Zwrethez valo.* Ang. *Belonging to the gathering of grapes.*] Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 2: Nihilo magis torcular, vasa vindemiatoria aut serias olearias aut trapeta.

Vīndex, cis, com. t. Propriè ultor injuriæ. [נָקָם *nokém.* τιμωρὸς, ἔκδικος, ἐκδικητής. Gall. *Vengeur, qui fait la vengeance de quelque chose.* Ital. *Vindicatore.* German. Ein Recher / Straffer. Belg. Wreter. Hisp. *Vengador.* Pol. *Pomściciel.* Vng. *Bozzu allo.* Ang. *A revenger, or defender from wrong.*] Cic. ad Scitium lib. 5. Epist. Sed partim odio inducti me excludunt, & apertè vindicem conjurationis oderunt, partim non credunt. Idem 3. de Nat. deor. Furiæ deæ sunt, speculatrices credo & vindices facinorum & sceleris. ¶ Accipitur item Vindex pro assertore, seu defensore. [בֵּן *ghonén* נָצַל *matstsíl.* Gall. *Qui revenche, defend & met en seureté.* Ital. *Chi mette in luogo sicuro.* German. Ein Erretter / Beschirmer. Hisp. *El que libra de seruidumbre y defiende.*] Cic. Octavio: Extitisti tu vindex nostræ libertatis. Idem de Orat. Provocatio patrona illa civitatis, & vindex libertatis. Quid autem inter vindicem & ultorem, itemq; inter vindictam & ultionē intersit, vide infrà in dictione VLTIO.

Vīndĭcĭæ, arum, f. p. Sententiæ, sive assertiones, aut adjudicationes, quæ si à servitute in libertatē sunt, dicuntur vindiciæ secundū libertatem: si verò à libertate in servitutem, dicuntur vindiciæ secundū servitutem. ἐλευθερώσεις. Vnde Prætor dicitur Decernere vindicias secundū libertatem, quādo in libertatem asserit. Idem dicitur Dare vindicias secundū servitutē, quando pronuntiat eum servi loco habendum, donec dicta causa de statu cōstiterit. Hujusmodi enim vindiciæ: id est, adjudicationes libertatis, aut servitutis propriè pendente lite à Prætore dari dicuntur: dum qui sui status quæstionem patitur, postulat à Prætore vindicias secundū libertatem: id est, ut interim pendente lite, sit in ipsa possessione libertatis: hoc est, ut interim libertate potiatur. ¶ Nec tantùm de libertate aut servitute vindiciæ dicuntur, sed & de aliis rebus: ut quum de re aliqua inter duos aut plures apud Prætorem controversia est, & incertum est uter litigatorum pendente lite rei controversæ possessor esse debeat, uterq; autem à Prætore vindicias postulat: id est, ut hodie causidici loquuntur, *recredentiam*: dat aūt judex cui æquū esse videt. Cui aūt dederit, satisdat adversario suo, nihil se deterius facturū in possessione, de qua jurgium est: rursus sponsione ipse provocatur ab adversario certæ pecuniæ aut æstimationis, quam amittat, ni sua sit hæreditas, de qua contendit. ¶ Vindiciarum nomen à Vindicio servo tractum esse, autor est Liv. lib. 2. ab Vrb. qui quòd conjurationem juventutis de reducendo Tarquinio indicasset: primus in libera civitate libertatem est assequutus. Alii tamē à vindicando dictum malunt, quod inter cætera aliquando significat vindicias dare. Liv. 3. ab Vrb. Ita vindicatur Virginia spondentibus propinquis: id est, dantur vindiciæ puellæ Virginiæ secundum libertatem. Vindiciarum lis est ea, qua rei controversæ *momentaneam* (ut loquuntur) *possessionem* petimus, interea dum de ipsa possessione disceptatur.

Vīndĭco, vindicas, pen. cor. act. p. Propriè ulciscor, punio, castigo. נָקַם *nakám* יָסַר *jasár.* ἐκδικέω, τιμωρέω. Gal. *Venger, punir.* Ital. *Vendicare, punire.* Ger. Rächen / mit der straff zukommen. Belg. Wreken. Hisp. *Vengar.* Pol. *Mścić sie, karze.* Vng. *Bozzut allok.* Ang. *To reuenge, to punishe.*] Cic. 2. de Leg Graviter olim ista vindicabat vetus illa Græcia longè providens. Plin. lib. 10: Scipionis verò Aemyliani nemo vindicaverat mortem. Ovid. 6. Fast. Quiq; necem Crassi vindicet, ultor erit. Cic. 5. in Verr. Omnia postremò quę vindicaris in altero, tibi ipsi vehemēter fugienda sunt. ¶ Vindicatū est, impersonaliter, pro animadversum est. Cic. 7. Verrin. Fateor non modò in socios, sed etiā in cives milites q; nostros persæpè esse severè ac vehementer vindicatum. ¶ Vindicare item ab injuria, cōtumeliáve est defendere & liberare. [הִצִּיל *hitstsíl.* ἀποδιδράσκειν. Gall. *Deliurer, defendre.* Ital. *Liberare, defendere.* Germ. Erretten / erlösen / schirmen. Hisp. *Librar de danno, defender.* Pol. *Wibawiam, bronie.* Vngar. *Meg Otalmaxom.* Ang. *To delyuer, to defend from wronge or danger.*] Cicer. de Senect. Est & senectus, natura loquacior: ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Liv. lib. 3: A' cujus crudelitate vosmeipsos armis vindicastis. Vindicare in libertatē: id est, asserere, ἐς ἐλευθερίαν ἐξαιρεῖσθαι. Cic. in Parad. In libertatē vindicari vult? Idem 2. de Orat. Me tamen ita oscitans sapientia, simularque ad eam confugero, in libertatem vindicabit. Cæsar 1. bell. Pun. Vt se, & pop. Rom. paucorum factione oppressum, in libertatem vindicaret. Liv. 9. bell. Pun. Et missum se ad eos vindicandos in libertatem ait.

Vīndĭcātĭo, onis, verbale, f. t. Vltio, vindicta, & injuriæ propulsatio. [נְקָמָה *nekamáh.* ἐκδίκησις, τιμωρία. Gall. *Vengeance, reuanche.* Ital. *Vendetta.* Germ. Rächung / oder rach. Hisp. *Venganca.* Pol. *Pomśta.* Vng. *Bozzu allas.* Ang. *Reuengement, punishment.*] Cic. 2. de Invent. Vindicationem per quā vim & cōtumeliam, defendendo, aut ulciscēdo propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis chari esse debent, & per quam peccata punimus.

Vīndĭctă, æ, f. p. Vltio, vel animadversio. [נְקָמָה *nekamáh.* ἐκδίκησις, τιμωρία. Gall. *Vengeance.* Ital. *Vendetta.* Ger. Rach. Belg. Een wrate. Hisp. *Venganca.* Pol. *Pomśta.* Vng. *Bozzu allas.* An. *Reuengement, punishment.*] Paul. l. Quod Reip. de injuriis: Quod Respub. vindicandæ causa secundū bonos mores fit, etiamsi ad contumeliam alicujus pertinet, quia tamen non ea mente magistratus facit, ut injuriam faciat, sed ad vindictam majestatis publicæ respiciat, actione injuriarū non tenetur. Ovid. lib. 4. de Pon. Quum tibi susceptæ est legis vindicta severę, *&c.* ¶ Aliquando vindicta, significat modum servos manumittendi, quæ fiebat vindicta: hoc est, virgula sive festuca capiti servi imposita. Nam libertatem donandi tres sunt species, ut ostendit Cicero in Topicis: Vna, ut censu liber fiat: censebantur enim antiquitus soli cives Romani. Itaq; si quis consentiente, vel jubente domino, nomen detulisset in censum, civis Romanus fiebat, & servitutis vinculo solvebatur. Altera pars adipiscendæ libertatis, vindicta vocabatur, quum prætor manumittendi servi capiti virgā imponens, eundem in libertatē vindicabat. Nam virgula hæc vindicta vocabatur, vel quòd in libertatem servi ea vindicarentur: vel à Vindicio servo, qui primus hoc modo manumissus, autore Livio libr. 2: Tertia, si quis suprema voluntate in testamenti serie, servum liberum scripserit. Cicer. in Top. Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: neque est ulla earum rerum: non est igitur liber. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: -quem res vindicta quaterque Imposita haud unquam misera formidine privet. Vbi Acron: Vindicta: id est, virga qua percutiebantur servi dum liberi fiebant.

Vīnĕă, vineæ, f. p. Multitudo vitium simul consitarum. [כֶּרֶם *chérem* גֶּפֶן *ghéphen.* ἀμπελὼν, ἀμπελών. Gall. *Vne vigne, vergoble.* Ital. *Vignala, vigna.* Ger. Ein Rebgarten / Weingarten / Rebacker. Hisp. *La vinna vinnedo, ò pago de vinna.* Pol. *Winnica.* Vng. *Zöllö.* Ang. *A vine or vineyarde.*] Col. lib. 3. cap. 2: Ideò non est vineis apta, vix etiam arbusto. Virgil. lib. 2. Georg. Hinc omnis longo pubescit vinea fœtu. Idem 4. Ecloga: Non rastros pa-

tietur humus, non vinea falcem. Cic. de Senect. Nec verò segetibus solũ, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ latæ sunt, sed pomariis etiã, & hortis: tùm pecudũ pastu, & apum examinibus, tùm florum omnium varietate. Ovid. 5. Fast. Si bene floruerint segetes, erit area dives: Si bene floruerit vinea, Bacchus erit. Vinearũ quinq; sunt genera: unũ sparsis palmitibus humi repens: alterũ pedatum, simplici adminiculo systentatum: tertium jugãtum: quartũ compluviatum: quintũ arbustivum: quæ omnia latiùs exequitur Plin. lib. 17. cap. 22. ¶ Est etiam vinea instrumentũ bellicum, ex lignis compactum, latũ pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, tectũ duplici ligno, cratibusq; contextum Latera quoq; vimine sepiuntur, ne saxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinsecus ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quũ plures fuerint, junguntur ordine, sub quibus oppugnãtes tutius ad muros subruendos procedũt. Plaut. in Mil Ad eum vineas, plutcosq; agam. Cicer. ad Caton. lib. 15: Aggere, vineis, turribus oppugnavi, ususq; multis tormentis.

Vīnĕālĭs, le, om. t. Quod est aptum ad vineam. [ἀμπέλεος. Gall. De vignoble, de vigne. Ital. Da vitti, di vigna. Ger. Des Rebs garten/oder Rebackers. Hisp. Cosa perteneſciente à vinnas Pol. Winni czi. Vng. Zőlő hőz valo. Ang. That ſerueth for vines.] Col. lib. 3. cap. 12: Sed ne nunc per infinitas terreni species evagemur, non tempestivè commemorabimus Iulii Græcini cõscriptam velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Vīnĕārĭŭs, a, um, Quod est vineæ, vel quod ad vineam pertinet. [ἀμπελικὸς. Gall De vigne. Ital. Chi ſerue à viti. Germ Des Rebackers oder darzu gehörend. Hisp. Cosa perteneſciente à vinnas. Pol. Do winni ce przynalezace. Vng Zőlős, zőlőhőz valo. Ang Of a vyne.] Colum. lib. 5 cap. 5: Validam vitem in ramos diducere censeo & traducibus dispergere, atque diradiare cæteros que vinarios colles præcipitare.

Vīnĕātĭcŭs, ca, cum, idem ἀμπελεῶν. ut Falces vineaticę. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 22: Sic alia quoq; nonnulla genera species habent plures, ut falces. Nam dicũtur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex. Col. lib 4 cap. 1: Vnum atq; alterũ reprehẽdisset, quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes.

Vīnētum, ti, n. s. Locus vineis abundans. [ἀμπελών. Gall. Vignoble Ital. Vignale, luoco piantato di veti. German Ein Rebacker/ ein ort da viel Reben zeuget sind /Weingewächs. Hispan. El pago ò vinnedo, lugar de vinnas. Pol. Winnica. Vng. Zőlő hegy. Ang. A vyneyarde or a place planted with vynes.] Colum. lib. 3: Cui vineta facere cordi est, faciat vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Cic. 2. de Nat. deor. Nec verò ita refellendũ est, ut si segetibus aut vinetis cujuspiã tempestas nocuerit, &c. Virgil. 2. Georg. Néve tibi ad solem vergant vineta cadentem.

Vīnĭtŏr, vinitoris, penult. corr m. t. Rusticus vinearum cultor. [כורם chorèm. ἀμπελουργός. Gall. Vigneron. Ital Coltiuatore de viti. German. Ein Rebman Belg Een Wynman. Hisp Vinnadero, ò vendimiador. Polon. Winnarz. Vng Zőlő mwues. Angl. He that dresseth a vyneyarde] Colum. lib. 2: Separandi sunt aratores à vinitoribus. Cic. 5. de Finib. An ea quæ per vinitorem antea consequebatur, etiam per seipsam curabit? Virg. Aegl. 10: -maturæ vinitor uvæ.

Vīnātōrĭŭs, a, um, Quod est vinitoris. [ἀμπελουργικὸς. Gall. Appartenant à vigneron. Ital. Pertinente à coltiuatore de vite. Germ. Einem Rebmann zugehörig Hisp. Perteneſciente à vinnadero. Pol. Winnarzow. Vngar. Zőlős mwuese. Ang Belonging to the dresser of a vyneyarde.] Colum. lib. 4. cap. 25: Est autem sic disposita vinatoriæ falcis figura.

Vīngum, οὖιγσον, Herba est foliis amplis, pusillo caule & radice longa, cibis idonea: quam Aegyptii colligere solent quum effusus fuerit amnis, eaq; deorum aras coronare. Theophrastus de caus. plant. lib. 1. cap. 11.

Vīnnŭlus, a, um, antiquum adjectivum, quod venustum & blandum significat. Plaut. in Asin. Compellando blanditer, osculando, oratione vinnula, venustula. Ex Nonio.

Vīnum, ni, n, s. à vi deducitur: quòd vim inferat menti, vel à Græco οἰνος. [ϝῖνον. Gall. Vin Ital. & Hisp. Vino. Germ. Wein Belg Wyn, Pol. Winno. Vng. Bor. Ang Wyne.] Ovid. lib. 1. de Arte: Et venus in vinis, ignis in igne fuit. Quo tamẽ in loco nonnulli malunt legere Et venus in venis. Martial. lib. 3: Resinata bibis, vina Falerna fugis. Virgil. 9. Aen. -fusique per herbam indulgent vino & vertunt crateras ahenos. Cicer. de Senect. Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. Quatuor præcipui sunt vini sapores, dulcis, acutus, lenis, & austerus: primus Noë vinum invenit, sicut sacræ testantur literæ. At gentiles docent Bacchum vini repertorem fuisse. Primus verò Italis Saturnus dedit è Creta in Latium advectus. ¶ Vinũ tortivum, quod novissimè expressum est. Colum hbr. 12. cap. 36: Tortivum mustum dicitur, quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur. Contrà πρόπτοτον vocamus quod defluit priùs quàm uvæ calcentur. Vina pro poculis seu vasis vinariis. Virgil. 1. Aen. Crateras magnos statuunt, & vina coronant. In vino, in vino & alea, in joco atq; vino, genera dicendi antiqua sunt, quibus tempus post convivium significabatur Namq; remotis epŭlis convivæ inter se poculis certantes aut jocabantur, aut alea ludebant exhilarandi animi causa. Vide supià in præpositione In.

Vīllum, li, Vinum nullarum aut exiguarum virium. [οἰνάριον. Gall. Petit vin, vinet. Ital. Vineto, picciol vino. Germ. Schlechter Wein. Hisp. Pequenno vino. Pol. Podl'ewinno. Vng. Erőtelen bor. Ang. Small or weake wyne.] Terent. in Adelph. -interea in angulo Aliquò abeam atq; edormiscam hoc villi.

Vīnācĕă, vinaceorum, neutri generis, pluralis numeri, Granula illa lignosa, quæ in uvarũ acinis nascuntur. [χάραπτα. Gall. Le marc, ou le pepin des raisins. Ital. Vinaccie della vua. Ger. Trebet/ Traubenkernen. Belg. Wyntreſter. Hisp. Granillos de la vua. Pol. Iadra wiagodach winnich. Vng. Zőlő mag. Ang The kernels of reyſons.] Colum. de Arboribus cap. 9: Vt autem uvæ sine vinaceis nascuntur, malleolum scindito, ita ne gemmæ lædantur: medullamque omnem eradito, &c. Et paulò pòst: Adulta vitis tales uvas sine vinaceis creabit. ¶ Nonnunquam tamen vinacea dici invenimus, pro tortis uvæ expressæ reliquiis: hoc est, non solùm pro hisce granulis, verumetiam pro ipsis folliculis. Col. lib. 12. cap. 36: Tortivum mustum dicimus, quod post primam pressuram vinaceorum circuncisо pede exprimitur. Colum. lib. 8: Vinacea quanvis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus temporibus anni avis fœtum non edit. Idem lib. 6. cap. 3: Licet etiam, si sit leguminum inopia, & eluta, & siccata vinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. ¶ Legimus & vinaceos, genere masculino, in eadem significatione. Varr. 3. de Re rust. cap. 11: Pabulum his datur triticum, hordeum, vinacei uvæ. Item vinaceas, fœminino genere. Plin. lib. 17. cap. 22: Circum capita addito stercora, paleas vinaceas aut aliquid hörumce.

Vīnācĕŭs, a, um, adject. ut Acinus vinaceus. [οἰναρὸς, οἰνηρὸς, χάραπτος. Gall. Grain de raisin. Ital. Grano ò granella de vua. Germ. Traubenkernen Hisp. El granillo della vua. Polon Ziadra winne. Vng Zőlő magos. Ang. A kernell of reyſons.] Cic. de Senectute: Omitto enim vim omnium quæ generantur è terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosq; procreat.

Vīnālĭă, tàm secundæ quàm tertiæ declinationis, pro die festo quo veteres novum vinum Iovi libabant, nono Calendas Maii: ut ait Plinius libro 18. cap. 29. πάροινία. Erant & altera vinalia, quæ ad 13. Calend. Augusti. celebrabantur, teste eodem Plinio loco jam citato.

Vīnārĭŭs, rii, m. s. Vini venditor. [οἰνοπώλης. Gall. Vendeur de vin. Ital. Venditor di vino. German Ein Weinschenck/ Weinmann. Hispan. Vinatore que trata por vino. Polon. Winno ſzinkuiacz. Vngar. Bor arros, kortſomaros. Ang. A ſeller of wyne.] Plautus in Asinaria: Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo, Iam pro iis satisfecit Sticho? Sueton. de Claud. Quum de laniis aut vinariis ageretur, exclamavit in curia. ¶ Ponitur aliquando pro vinoso ac ebrioso. Vlpian. in l. Ob quæ, de ædilit Item aleatores & vinarios non contineri edicto, quosdam respondisse Pomponius ait, &c.

Vīnārĭŭs, a, um, Quod ad vinũ pertinet. [οἰνηρὸς. Gall. Seruant au vin. Ital. Che ſerue à vino. Ger. Zu dem Wein dienstlich. Hisp. Cosa perteneſciente al vino. Pol. Do winna przinaleiaci. Vngar. Bor hoz valo. Angl. Belonging to wyne.] ut Taberna vinaria, in qua venditur vinum: vas vinarium, in quo vinum apponitur. Cic. 6. in Verr. Erat etiam vas vinarium, ex una gemma prægrandi. Cella vinaria, apotheca, in qua vinum asservatur. Plin. lib. 12. cap. 13: In quibus erant claves vinariæ cellæ. Lacus vinarius, in quem mustum defluit. Col. lib. 12. cap. 18: Tum lacus vinarii & torcularii, & fora, omniaq; vasa si vicinum est mare, aqua marina: sin minus, dulci elevãda sunt, & commutanda.

Vīnĭpōtŏr, penult. prod. hujus vinipotoris, m. t. Potator vini. [שכור sőbè. οἰνοπότης. Gal. Beuueur de vin, yurongne. Ital. Embriaco, beuetore di vino. Ger Ein Weintrincker/ Weinsaufferr. Hispan. Beuidor de vino, embriago. Polon. Ozorka winni. Vng Bor iszak. Ang. A drinker of wyne.] Plin. lib. 10. cap. 54: Scitum de quodã vini potore reperitur Syracusis tandiu potare solitum, donec ab eo cooperta in terra ova fœtum ederent.

Vīnŏlēntŭs, a, um, Ebriosus, vino se ingurgitans. [שכור sőbè שכון schichchór ἐξοινῶν, παροινῶν, οἰνοφλυξ. Gall. Yurongne, pleins de vin Ital. Embriaco. Ger Trunckenbolt. Hisp. Embriago, lleno de vino. Pol Gzarti winnem. Vng Reszges. Ang. A drunkerd, much giuen to wyne] Cic 4 Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii: dubitant, hæsitant, revocant se interdum, hisque quæ vident imbecillius assentiuntur: quumque edormierunt, illa visa quàm levia fuerint intelligunt.

Vīnolĕntĭă,

Vīnōlēntĭă, f. p. Ebrietas. [שכרון *schichcharón.* μέθη, οἰνοφλυγία. Gall. *Yurongnerie.* Ital. *Embriacchezza.* Ger. Trunckenheit. Hiſp. *Embriaguez.* Pol. *Ogralſtwo.* Vng. *Reſegseg.* Ang. *Drunkennesſe.*] Cicer. in Top. Cujus etiam generis illa ſunt, ex quibus verum nonnunquam invenitur, pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania.

Vīnōsŭs, a, um, Qui vini cupidior eſt, ut ait Valla li. 10. [סבא *ſobé* שכור *ſchichchór.* μεθυσικός, οἰνώδης. Gal. *Addonné au vin, yurongne.* Ital. *Dedito à vino, embriaco.* Germ. Dem Wein ergeben/ weinſuchtig. Hiſ. *Embriago, lleno de vino.* Pol. *Winno miel'uiaci.* Vng. *Boros, bor kewanbato.* Ang. *A drunkerd, much giuen to wyne.*] Ovid. 3. de Arte: Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota poëtæ, Sit quoque vinoſi Teia muſa ſenis. Plaut. in Curcul. Quid opus eſt verbis? vinoſiſſima eſt. Vinoſus ſuccus, vini ſaporem referens, qualis eſt moro, pyro, myrto. Plin. quoque inter mali punici genera, vinoſa quædam appellat, quæ alvum ſiſtunt & ſtomachum.

Vĭnŭlŭs, pen. corr. vox eſt Plautina, quam pro ſuavi uſurpaſſe videtur. Plaut. in Aſin. Cōpellando blanditer, oſculādo oratione vinula, venuſtula. Nonius aūt legit Vinnulus duplici n.

Viocurrus, idem arbitror ſignificare quod currus. Varr. libr. 4. de Ling. Latina: Quis enim non videt unde ærifodinæ & viocurrus? Malunt tamen nonnulli hîc legere Vnoculus.

Vĭŏlă, ſ. p. Floſculus purpurei coloris, cujus planta folium habet hederæ non diſſimile, nigrius tamen & tenuius: caulículi autem à media radice proſilientem, florem, uti dictum eſt, ferentem purpureum. [ἴον. Gall. *Violette.* Ital. *Viola.* German. Byolen. Hiſp. *Violeta generalmente.* Pol. *Fial'ka.* Vn. *Viola.* An. *A violet.*] Cic. lib. 5. Tuſc. An tu me in viola putabas aut in roſa dicere? Virg. 2. Aeglog. -tibi candida Nais Pallentes violas, & ſumma papavera carpens, &c. ¶ Dicta autem putatur viola quaſi vitula, propterea quòd hunc florem poëtæ fabulantur in pabulum lûs puellæ jam in juvencam cōverſæ, à terra fuiſſe effuſam: unde & à Græcis ab ejuſdem puellæ nomine ἴον appellatum volunt. ¶ Sunt & luteæ violę, & cæruleæ, & albæ, quas omnes Græci λευκόϊον nomine complectuntur. Vide Plin. lib. 21. cap. 6.

Vĭŏlācĕŭs, a, um, Purpureus, violæ colorem referens: [ἰοειδής, ἰαθινθ. Gall. *De couleur violette.* Ital. *Violato, colore di viola.* Ger. Byolfarb. Hiſp. *Color de violetas.* Pol. *Fial'kowi.* Vn. *Viola xinw.* Ang. *Of or like a violet.*] Corn. Nepos, ut tradit Plin. lib. 9. cap. 39 dixit: Me juvene violacea purpura vigebat.

Vĭŏlārĭă, orum, Loca in quibus copioſæ violæ naſcuntur. [ἰωνιές. Gall. *Violier.* Ital. *Violari.* Germ. Oerter da viel Byolen wachſen. Hiſp. *Lugar donde ſe crian las violetas.* Pol. *Miefcegdzie wielie fial'kow.* Vngar. *Viola termô hely.* Ang. *A bed or place where violets grow.*] Virgil. lib. 4. Georg. -irriguumq; bibant violaria fontem. Vel ipſæ potius violæ uno in loco conſitæ. Ovid. 4. Faſtor. Ille legit calthas, huic ſunt violaria curæ.

Vĭŏlārĭs, re, quòd eſt coloris violæ.

Vĭŏlārĭŭs, ii, Dicitur violacei coloris infector. [ἰωβάφος. Gall. *Qui teint en violet.* Ital. *Tintore in violato.* Ger. Ein Byolbraunfercber. Hiſp. *Tintor de color de violetas.* Pol. *Fial'kowei farbi.* Vng. *Viola zin feſtô.* Ang. *That dieth violet colour.*] Plautus in Aulul. Flammearii, violarii, carinarii.

Vĭŏlo, las, pen. cor. act. p. Corrumpo, polluo, lædo, macula afficio, offendo: quod propriè de virgine dicitur, quum pudicitia ejus vi eripitur. [עבה *hinndh* חלל *chillél.* βιάζομαι, παρθενεύω: Gal. *Violer, corrompre, gaſter.* Ital. *Violare, guaſtare, macchiare.* Ger. Notzwingen / mit gewalt ſchwechen / verletzen. Belg. Schenden / verachten. Hiſp. *Corromper por fuerca.* Pol. *Gwal'ce.* Vng. *Meg zeplôſitôm, meg fertôztetôm, rayta erozakot tezôk.* Ang. *To defile, violate, corrupt, to deflour, to break as man doeth a law.*] Cicer. lib. 3. de Nat. deor. Minerva quinta Pallantis, quę patrem dicitur interemiſſe, virginitatē ſuam violare conātem. Tibul. lib. 1. Eleg. 6: Parcite, quam cuſtodit amor, violare puellam. ¶ Transfertur & ad alia. Dicimus enim, violare amicitiam, dignitatem, exiſtimationem, fidem conjugii, fœdus, hoſpites, jura, loca religioſa, parētes, Rempublicam, ſacra, famā, &c. Cic. 3. Ver. Quŭ apud exteras nationes imperii, nominisq; noſtri famam, tuis probris flagitiiſq; violāris. Idem ad Quint. Philippum, lib. 13: Niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Idē 3. de Finib. Vt peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. Virg. 4. Aen. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat, Antè pudor quàm te violem, aut tua jura reſolvam.

Vĭŏlātŭs, a, um, particip. [עבה *mehunnéh* חלל *mechullál* חלל *chalál.* βεβιασμένος, ὑβρισμένος. Gal. *Violé, outragé, corrompu.* Ital. *Violato, oltraggiato.* Germ. Verletzet. Hiſp. *Corrumpido por fuerca.* Pol. *Zgwal'coni.* Vng. *Fertox tetôt, zeplôſitetôt.* Ang. *Violated, corrupted, defloured.*] Liv. 6. ab Vrb. Poſt publicā cauſam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis Conſulibus rogationem tulit ad populum. Ovid. 3. de Ponto, eleg. 5: Ipſe quidem Getico peream violatus ab arcu.

Vĭŏlandŭs, a, um, ut fœdera clam violanda. Tibul. lib. 1. eleg. 9.

Vĭŏlātĭo, onis, verbale. f. t. Corruptio, prophanatio. [חלילה *chalilâh.* βιασμός. Gall. *Violament, corruption, outrage.* Ital. *Violatione, corrottione.* Ger. Verletzung/ anfallung mit gewalt zu geſchenden. Hiſpan *Obra de corromper aßi.* Polon. *Zgwal'cenie.* Vngar. *Meg fertôztetes zeplôſites.* Ang. *A corrupting, deflouring or breaking of a law.*] Liv. lib 9. bell. Pun. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem injecit: atque inter ſe ducem in ducem, militem in militem, rabie hoſtili vertit.

Vĭŏlātŏr, violatoris, m. t. Corruptor, ruptor. [מעבה *mehannéh* מחלל *mechallél.* βιαστής. Gall. *Violateur, violeur, corrompeur.* Ital. *Violatore.* Ger. Verletzer/ gewalt anthûer/ geſchender. Hiſp. *Forcador, corrumpidor.* Polon. *Gwal'townik.* Vngar. *Meg fertôztetô, zeplôſitô.* Ang. *A corrupter or deflourer.*] Liv. 4. ab Vrb. Hiccine eſt, *inquit*, ruptor fœderis humani violatorque gentium juris? Ovid. 2. de Ponto, Elegia 2: Confugit interdum templi violator ad aram.

Vĭŏlābĭlĭs, Qui aptus eſt ut violetur. βιάσιμος. ut contrà, Inviolabilis, qui non facilè violari poteſt. Virg. 2. Aen. Vos æterni ignes & non violabile veſtrum Teſtor numen, ait.

Vĭŏlēns, apud Horatium, teſte Budæo, pro violento legitur. βίαιος.

Vĭŏlēntĕr, adverb. Injuriosè, per vim. [βιαίως, βιαστικῶς. Gall. *Violamment, par force.* Ital. *Violentemente.* Germ. Mit notzwang/ vngeſtümigkeit. Hiſp. *Fuercoſamente.* Polon. *Gwal'tem, gmoci.* Vngar. *Erôs-keppen.* Ang. *Violently, with force.*] Liv. lib. 5. ab Vrb. Quia tolennia ludorum, quos intermitti nefas eſt, violenter [illegible] Proconſulatum violēter gerere apud Plin. epiſt 9. lib. 3. id eſt crudeliter. Violēter tolerare, apud Terent. in Phorm. id eſt, ægrè, invitè.

Vĭŏlēntĭſſĭmē, [βιαιοτάτως. Vng. *Fôlôtte nagy eroszakkal.*] Iuſtin. Hiſt lib. 25: Inter confertiſſimos violentiſſimè dimicans, ſaxo de muris jactato, occiditur.

Vĭŏlēntĭă, tiæ, f. p. Vis major, impetus. [חמס עשק *chamás héſchek.* βία. Gall. *Violence, impetuoſité.* Ital. *Violenza, impetuoſità.* Ger. Vngeſtümer gewalt. Hiſp. *Fuerca, fuercoſa.* Polon. *Gwal't.* Vngar. *Erô zak.* Ang. *Force, violence.*] Plin. lib. 2. cap. 38: Quoniam & tonitruum & fulminum jactus horum violentiæ plerique aſſignant. Cic. 5. Tuſc. Ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat, antè deſcendit. Virgil. 2. Aen. Haud ſecus accenſo gliſcit violentia Turno.

Vĭŏlentŭs, a, um, Qui vim facit, injurioſus. [חמס חמץ *chomés chomets* עשק *heſchék.* βίαιος. Gall. *Violent, impetueux.* Ital. *Violente, violento.* Ger. Voll vngeſtümes gewalts. Hiſp. *Coſa fuercadora.* Pol. *Gwal'towni.* Vng. *Ero zak teuo.* Ang. *Violent.*] Ovid. 8. Metam. Nunc violentus aper, nunc quem tetigiſſe timerent, Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum. Claud. 8 Paneg. -peragit tranquilla poteſtas Quod violenta nequit. Virgil. 2 Georg. Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus. Ovid. 3. Metam. -aliis violentior æquo Viſa dea eſt. ¶ Ponitur quādoque pro ſuperbo. Virgil. 10. Aeneid. -violentaque pectora Turni Edocet.

Vīpĕră, viperæ, pen. corr. f. p. Serpentis genus, quòd vi pariat. Vulgò enim perſuaſum eſt, pullos eroſis matris lateribus cū interitu ejus erumpere. [אפעה *ephhéh.* ἔχις, ἔχιδνα. Gall. *Vipere.* Ital. *La ſerpe detta vipera.* Germ Ein Nater. Hiſp. *La biuora ſierpe.* Pol *Iaſczurka.* Vng. *Vipera merges kigyo.* Ang. *A viper.*] Cic. de Aruſp. reſp. Etiámne in ſinu, atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac peſtiferam habere potuerunt? Virgil. lib. 3. Georg. Sæpè ſub immotis præſepibus aut mala tactu Vipera delituit. Ovid. 2. de Remed. amor. Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum. Ambroſius lib. Hexam. Vipera (*inquit*) nequiſſimum genus beſtiæ, & ſuper omnia quæ ſerpentini ſunt generis, aſtutior. Vbi coëundi cupiditatem aſſumpſerit, murænæ maritimæ notam ſibi requirit copulam, vel novam præparat: progreſſaque ad litus, ſibilo teſtificata præſentiam ſui, ad conjugalem amplexum illam evocat. Muræna autem invitata non deeſt venenatæ ſerpenti, expetitos uſus ſuæ impertit conjunctionis. Atque ubi adventare vipera comparem ſenſerit, venenum evomit, reverētiam marito deferens. Hieronymus verò ad Præſidium ſic ſcribit: Viperæ per os coitum faciunt. Maſculi mortem contemnunt: ſed fœmina in ipſo coitu, ſive magna dulcedine exagitata, ſive futuri præſciens periculi, dum abſorbet ſemen, caput maſculi excîdit, & ſic eum occîdit. Sed quum conceperit, viſcera illius ab ipſis quos conceperit, comeduntur, & ſic matrē occidunt. De vipera Plinius abundè multis locis, maximè verò lib. 10. cap. 62: Viperæ (*inquit*) mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit ova uniùs coloris, & mollia, ut piſces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde ſingulos ſingulis diebus parit, viginti ferè numero. Itaq; cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera occiſa parēntē. Hæc Plinius. Apollonius tamen apud Philoſtratum negat, hoc eſſe verum; quanvis à

gravissimis autoribus affirmetur: eò quòd aliquando visa sit vipera catulos suos, quos peperisset, lambere & expòlire: idq; etiã hodie frequẽti experientia cognitũ est. Quò fit ut rectiùs sensisse putentur: qui viperam dictã putant, quasi viviperam, quòd non ova, ut cæteri serpentes, sed vivum pariat animal.

Vīpĕrīnŭs, a, um, pen. prod. adjectivum. [ἰχιόδης. Gall. *De vipere.* Ital. *Di vipera.* Ger. Ein Natter. Hisp. *Cosa de bivora.* Pol. *Iaszczurczy.* Vng. *Vipera kigiobol valo.* Ang. *Of a viper.*] Plinius: E viperina carne fiunt theriaci pastilli, Cic. 2. de Finib. Cui viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient. Plin. lib. 11. cap. 53: Scythę sagittas tingunt viperina sanie & humano sanguine. Horat. Epod. 3: Quid hoc veneni sævit in præcordiis? Num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit?

Vipĕ. ĕŭs, a, um, ejusdem significationis. Virg. lib. 7. Aen. Viperam inspirans animam. Idem ibidem: Vipereo generi; & graviter spirantibus hydris. Ovid. 2. Metam. -videt intus edentẽ Vipereas carnes vitiorum alimenta suorum Invidiam.

Vipiones, Sunt minores grues, sicut Pipiones minores columbi [γερύλλια Gall. *Petites grues.* Ital. *Picciole grue.* Ger. Kleine trenchin Hisp. *Cayda's ò cruxiás, pequennas gruxes.* Pol. *Mlodzi żurawie.* Vng *Daru fiu.* Ang *Litle crannes.*] Plin. lib. 10. cap. 49: In Balearibus insulis & buteo accipitrum generis in honore mensarum est: item vipiones: sic enim vocant minorẽ gruem.

Vir huius viri m. s. à vi dicitur, quòd vi: hoc est, viribus & robore præstet. [אישׁ ישׁ ghéber (vel) ghebár. ἀνήρ. Gall. *Homme.* Ital *Huomo.* Ger. Ein Mann Belg. Een Man. Hisp. *El varon.* Pol. Mąż Vng *Ferfiu.* Ang. *A man.*] Et modò respectu ætatis dicitur vir. Plin. lib. 7: Quod non modò in puero, sive adolescẽte, sed etiam in viro admiratione dignum videretur. ¶ Modò respectu sexus: ut Plinius lib. 10. cap. 63: Vitos avidiores veneris hyeme, fœminas æstate, Heliodorus prodidit. ¶ Vnde semiviri dicuntur evnuchi, & molles atque effœminati. ἡμίανδροι. ¶ Modò respectu conjugii. Terent. in And. Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum. Ovid lib. 1. Metam. Imminet exitio vir conjugis, illa mariti. ¶ Nec solùm de hominibus, sed etiam de brutis dicitur. Virgil. 7. Eglog. Vir gregis ipse caper. ¶ Modò respectu fortitudinis. Virum enim hominem præsenti, excellentiq; animo nuncupamus. Curtius: Exurgite (*inquit*) aliquandò si viri estis, atque arma capessite. Cicer. pro Cælio: Quum is jam sẽ corroborassit, ac vir inter viros esset Terent. in Adelph. Laudo, Ctesipho, patrissas: abi, virum te judico. ¶ A vir fiunt composita, Duumvir, Triumvir, Quinquevir, Septemvir, Decemvir, Centumvir, Levir, Viripotens, & de quo paulò antè meminimus, Semivir, quæ omnia (secundum Priscianum) ideò composita accipiuntur: quia sub uno accentu pronuntiantur.

Vīrāgo, pen. prod. in genitivo viraginis, f. t. Mulier fortis, quæ viro similis sit, & virilia opera faciat. [ἀνδρώδης. Gall. *Femme vertueuse, & qui faict actes d'vn homme.* Ital. *Donna che tien dell' huomo.* Ger Ein mannin / oder mañtich Weib. Hisp *Muger que representa varon.* Pol. *Niewiasta mężna.* Vngar. *Ferfimoggiara termõt azzony.* Ang. *A manly or lustie tall woman.*] Plaut. in Merc. Rectè ego emero matri tuæ Ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala. Ovid. 2. Metam. Huc ubi pervenit bello metuenda virago.

Vīrīlĭs, le, pen. prod. om. t. Quod est viri: [ἀνδρικὸς, ἀνδρῶδης. Gall. *Viril, masle d'homme.* Ital. *Virile.* Germ. Mannlich. Belg. Mantyck. Hisp. *Cosa pertenesciente à varon.* Pol Męzki. Vngar. *Ferfiu.* Ang *Perteaining to a man.*] ut Opus virile, proles virilis. Virg. lib. 7. Aen. Filius huic fato divûm, prolesque virilis Nulla fuit. Forma virilis. Ovid. Epist 4: Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina compti: Fine còli modico forma virilis amat. Stirps virilis. Liv. lib. 1. ab Vrb. Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixêre nomẽ. Sexus virilis. Plin. lib. 10. cap. 55: Livia Augusta parere sexum virilem admodum cupiebat. ¶ Per translationem accipitur pro forti & magnanimo, & minimè effœminato. Terent. in Phorm. Animo virili præsentique ut sis, para. Cic. ad Atticum lib. 14: Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. Pars virilis: id est, vires animi, fortitudo. Cic. 5. Verr. Qui præsertim plus etiam quàm pars virilis postulat, pro voluntate pop. Rom. oneris ac muneris suscipere debeant. Pro virili parte: id est, pro viribus. Cic. pro Sest. Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt.

Vīrīlĭtĕr, adverb Fortiter & magno animo. [ἀνδρικῶς. Gall. *Virilement, en homme vaillant.* Ital Fortemente, virilmente. Germ. Mannlichen Hisp. *Fuertemente.* Polon. Męznie. Vng. *Embõ mõl, erõssen.* Ang. *Courageously, valiantlye*] Cic. 2. Tusc Itaq; Barbari quidam, & immanes, ferro decertare acerrimè possunt, ægrotare viriliter non queunt. Idem 1. Offic. Quod enim viriliter, animoq; magno fit, id dignum viro, & decorum videtur. Ovid. 1. Fast. Cui genitrix flenti, Fortuna viriliter, inquit (Siste precor lacrymas) ista ferenda tibi est.

Vīrīlĭtās, atis, f. t Virilia, seu viri pudẽda. [מבשׁים *mebuschím* בשׂר *basár.* τὰ αἰδοῖα. Gall. *La partie virile, ce qui fait qu'vn homme est homme.* Ital. *Parti dishonneste dell' huomo.* Germ Mannheit: das ist/die mannliche scham. Hisp. *Las verguencas del hombre, membros genitales.* Pol. Męzky korzeń. Vng. *Ferfi szõmerõm teste.* Ang. *That in a man wherby he is knawen to be a man.*] Martial. lib. 9: Non per avari sectus arte mangonis, Virilitatis damna mœret ereptæ. Plin. lib. 23. cap. 1: Vtiliter etiam fovetur vino calido virilitas jumentis. Quintil. lib. 4. cap. 12: Non alio medius fidius vitio discentium, quàm quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate excisa lenocinantur. Plin. lib. 7. cap. 4: Ex fœminis mutari in mares, non est fabulosum, Lucinius Mutianus prodidit visum à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset, nupsisse etiam: mox barbam & virilitatẽ provenisse, uxoremque duxisse.

Vīrīlĭă, virilium, tantùm pluraliter, n. t. Verenda, seu pudenda viri. [מבשׁים בשׂר *mebuschím basár.* τὰ αἰδοῖα. Gall *Les genitoires d'vn homme.* It. *Parti dishonneste del huomo.* Ger Die Mannitich scham. Hisp. *Membros genitales.* Vng. *Ferfi szõmerõm teste.* Ang. *A mans secret partes.*] Plin. lib. 21. cap. 27: Et in totum ad virilia, cauliculis ejus, vino & aceto tritis, nihil utilius putant.

Vīrīpŏtens, com. t. Nubilis, viro matura: [ὠρίμη γάμου. Gall. *Preste ou bonne à marier.* Ital. *Figliola da marito.* Germ Mannbar. Hisp. *Que puede ser casada.* Pol. Męża gdy ala. Vng. *Hazassag ra alkolmato.* Ang. *Meete and readie to be maried.*] ut, Virgo viripotens, apud Plautum in Persa.

Vīrītim, adverbium, Per singulos viros, per singula capita. [κατὰ ἄνδρας Gall. *A chasque homme, d'homme à homme.* Ital. *Ad huomo ad huomo.* Ger. Von Mann zu Mann Hisp. *A cada vn varon.* Pol. *Nakazda osobe.* Vng. *Ferfian kent, fienkent.* Ang. *From man to man.*] Cic 2. de Rep. ut citat Nonius: Ac primus agros quos bello Romulus ceperat, divisit viritim civibus. Varro lib. 1. de Vita pop. Rom. Agros viritim populo Romano attribuit. Liv. 1. ab Vrb. Ex quo pacis belliq; munia non viritim, ut antè, sed pro habitu pecuniarum fierent. ¶ Aliquando tamen viritim accipitur pro separatim, & seorsum: ut, Pugnare viritim. μονομαχεῖν. Curtius libro 7: Si quis viritim dimicare vellet, provocavit ad bellum.

Vīrōsŭs, a, um, prima syllaba cor. Viri appetens. φιλανδρος: sicut Mulierosus, mulieris appetens. Lucil. lib. 7, ut citat Nonius: Dixi ad principium venio, vetulam, atque virosam Vxorem cædam potiùs, quum castrem egomet me. Afranius Divortio, apud eundem Nonium: Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria, virosa non sum, & si sum, non desunt mihi qui ultrò dentatæ integra est, formæ satis.

Vīro, as, Fortifico, ἀνδρόω. A quo Eviro: de quo suprà.

Vīrētum, sive Vīrectum, Vīreo, vide VIRIDIS.

Vīrēs, virium, vide VIS.

Virgă. ę. f. p. Vimen, bacillum tenue, vel aliud quidvis, quo ad ligandũ, verberandúmve utimur. [מטה *mattéh* שׁבט *schébet* מקל *makkél.* ῥάβδος. Gall. *Verge, housine.* Ital *Bacchetta, virga, vimine.* Ger Ein rũt / ein gert. Belg. Een roede / gerde. Hisp. *Verga ò vara ò vimbre.* Pol *Rozga.* Vng. *Vezzõ.* Ang. *A rodde, a yearde.*] Cic. pro C. Rabirio: Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorũ corpore amovit. Virg. 1. Georg. Nunc facilis rubea texatur fiscina virga. Idem 2. Georg. -solis est turea virga Sabæis. Plin. lib. 12. c. 14: Virgis etiã tureis ad nos cõmeantibus. ¶ Virga censoria, proverbialiter dicitur pro superstitiosa & nimia judicãdi autoritate: à Romanorũ nimirum magistratu sumpta translatione, penes quẽ autoritas erat de civiũ moribus judicandi, equitemq; equo, & senatorem ordine suo privandi. Quint. lib. 1. cap. 5: Quo quidem ita sunt severè usi veteres Grammatici, ut non versus modò censoria quadam virga notare, &c. Interpres Quintiliani obeliscum intelligit, quo Grammatici jugulare solent versus, quos nothos judicabant & irreptitios.

Vīrgŭlă, dimin. pen. cor. [ῥαβδίον. Gall. *Petite verge.* Ital. *Verga picciola.* Ger. Ein Rüttlin / Gertlin. Hisp. *Pequenna verga ò vara.* Pol. Rozdżecka. Vng. *Vezzõtske.* Ang. *A litle redde.*] Col. lib. 3. cap. 13: In cujus latere virgula prominens ad eam altitudinẽ. ¶ Virgula divina, proverbii speciem habet, quo utimur quoties aliquid nõ humana ope, sed numinis alicujus favore cõtigisse volumus significare. Cic. 1. Offi. Quòd si omnia nobis quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina (ut ajunt) suppeditarentur. Vide latiùs in Erasini Adagiis.

Vīrgātŭs, a, um, adject. Multis quasi virgulis & lineis distinctus: [ῥαβδωτὸς. Gall. *Vergé, qui a lignes comme verges sur soy.* Ital. *Cosa che ha verghe.* Ger. Gestrefft / mit streymen abgetheilt. Hisp. *Cosa que tiene vergas.* Pol. *Postrichowani.* Vn. *Vezzõs.* Ang. *That hath lines as roddes vpon him.*] ut, Virgata vestis, diversi coloris virgis variegata, & distincta: aut (ut Iulius Pollux interpretatur) in qua intexebantur virgæ purpureæ: hoc est, lineæ, quas Græci παρύφους vocant. Virg. 8. Aen. Aurea cæsaries ollis, atq; aurea vestis Virgatis lucent sagulis, Corpore virgato tigris,

Silius lib.

Silius lib. 5. Et apud eundem lib. 4: Veſtes virgatæ auro: hoc eſt, virgis ſeu lineis aureis diſtinctæ.

Virgātŏr, otis, m. t. Qui virgis cædit. [ῥαβδοῦχος, ῥαβδιστὴς, ῥαβδοφόρος. Gall. *Feſſeur de verges, houſſineur, qui bat de verges.* Ital. *Chi batte con verghe.* Ger. Ein ſtreicher mit der Ruten. Hiſp. *El que hiere y hoſtiga con vergas.* Pol. *Rozgami karzący.* Vngar. *Vezkŏ* vel *verŏ.* Ang. *That whipeth with roddes.*] Plaut. in Aſin: Vbi ſæpè cauſam dixeris pendens adverſus octo Aſtutos, audaces viros, valentes virgatores.

Vīrgĕus, a, um, Quod eſt factum ex virgis. [ῥάβδινος. Gall. *Fait de verges.* Ital. *Fatto de verghe.* Germ. Auß Ruten oder reiß gemacht. Hiſp. *Coſa de materia de vergas.* Pol. *Zrobiony z rozgini.* Vng. *Vezkŏ ből tſinalt.* Ang. *Made of reddes.*] Virg. lib. 1. Georg. Virgea præterea Cælei, vitis ſq; ſupellex: id eſt, vaſa ex vimine facta. Col. lib. 1. cap. 6: Ideoq; periti ruſtici quicquid ovilibus ſtabulisq; converſum progeſſerunt ſuperpoſitis virgeis cratibus tegūt. ¶ Flamma virgea: hoc eſt, flamma ex virgis accenſis facta: ut ſit flamma validior, inquit Servius in illud Virg. 7. Aen. -magno veluti quum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni.

Vīrgētum, ti, pen. prod. n. ſ. Locus virgis conſitus, ad alligandas vites. [ῥαβδών. Gall. *Lieu planté de verges à lier les vignes.* Ital. *Luoco piantato de verghe.* Ger. Ein ort da viel gerten oder band ſtehn. Hiſp. *Lugar do ſe crian vergas.* Pol. *Miejſce rozgi pełne.* Vng. *Vezkŏs, vezkŏ termŏ hely.* Ang. *Where roddes grow.*] Cic. 2. de Legib. Sacerdotes vineta, virgetaq;, & ſalutē populi inauguranto.

Vīrgīndēmĭă, æ, Collectio virgarum, verberandi, vinciendíve gratia. [ῥαβδολογία. Gall. *Cuillette & comme vne vandange de verges.* Ital. *Raccolta de verghe.* Ger. Die Rutē ſamlung. Hiſp. *La coſeja de vimbres.* Pol. *Zgrom adzieniorozg.* Vngar. *Vezkŏ xedes.* Ang. *A gathering of roddes or twigges.*] Varro in Agathone: Quid triſtiorem video te eſſe? an ideo quia ſcapulæ metuunt virgindemiam? Plaut. Rud. Tergumque obteſtor tuum, ut tibi uberam ulmeam eſſe ſperes virgindemiam.

Vīrgūltă, n. ſ. Multitudo virgarū pullulātium. [שׁיחים *ſichím.* φρύγανα, ῥάμνες. Gall. *Petits arbriſſeaux ne produiſſans que verges & heuſſines.* Ital. *Picciolí arbuſcelli, che non producono altro che verghe.* Ger. Gertengeſtend/reißgehürſt. Hiſpan. *Matas de varas ò vergas.* Polon. *Rozgi pekaiące ſie.* Vng. *Sarw vezkŏ.* Ang. *Little fettes or graſſes.*] Virg. 1. Georg. -quæcunq; premes virgulta per agros Sparge ſimo pingui. Cic. pro Cælio: Ergo hæc deſerta via & inculta, atq; intercluſa jam frondibus, & virgultis relinquatur. Cæſ. 3. bell. Gall. Sarmentis virgultisq; collectis, quibus foſſas Romanorum compleant, ad caſtra pergunt.

Vīrgo, inis, f. t. Puella intacta: cui opponitur mulier, à viridiori: id eſt, validiori ætate appellata eſt: unde & mares aliquādo virginēs, appellatas invenimus. [בתולה *bethuldh.* παρθένος. Gall. *Vierge, pucelle.* Ital. *Virgine, vergine.* Germ. Ein Junckfraw/junge Tochter. Belg. Een Maecht. Hiſp. *Virgen, donzella.* Pol. *Panna.* Vng. Zwz. Ang. *A maid or virgin.*] Virgil. Eclog. 6, de Paſiphaë, quę trium liberorū mater erat: Ah virgo infœlix quæ te dēmentia cœpit? Proptiè autem virgo dicitur de puella grandi virum non experta, Cicerone referente. Quint. lib. 6. cap. 4: Objurgātibus quòd ſexagenarius Popilium virginē duxiſſet: Cras mulier erit, *inquit.* Vlpian. Quòd ſi ego me virginē emere putarem, quū eſſet mulier, emptio nō valebit. Virg. 2. Aen. Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus à tēplo Caſſandra. Horat. 3. Carm. Ode 6: Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. Gell. lib. 12. cap. 7: Virginē habens jam maturā viro. Ovid. 2. Metam. Virginibus q; trib. gemino de Cecrope natis. ¶ Bruta etiam animalia, quæ marem nondū admiſerūt, virgines dicuntur. Plin. lib. 28. cap. 9: Quin & ſanguis equorū ſepticam vim habet: item equarum, præterquam virginū, erodit, emarginat, ulcerat. ¶ Per tranſlationē Virginis vocabulū etiam aliis rebus cōmunicatur, quas incorruptas ſignificare volumus. Vnde Cic. in Orat. Philoſophiam, caſtam, verecundam, & incorruptam virginē appellat. ¶ Eſt item Virgo unum ex Zodiaci ſignis, quam quidam Aſtræam, ſive juſtitiam eſſe putant, Iovis filiam. Alii Erigonē, Icari filiam, ob inſignē pietatem in cœlum tranſlatam. Ferunt enim Icarum à Baccho utrem vini accepiſſe, ut ejus uſum mortalibus cōmunicaret. Quare quum ruſticos quoſdam ad bibendum invitaſſet, illi potus ſuavitate capti, æquo largiùs hauſerunt. Qua ex re quū crapulæ incommodum ſentirent, malum ſibi medicamētum datum rati, Icarum interfecerunt. Erat Icaro canis, cujus ductu Erigone ad patrem pervēnit: quem quum mortuum inveniſſet, doloris magnitudine contabuit, & Iovis miſeratione inter aſtra eſt tranſlata. Hujus ſimulacrum virginis habitu fingebatur, ſpicas aliquot manu tenentis: unde quidam eandem putaverunt cum Cerere. Cic. 1. de Nat. deor. Spicum illuſtre gerens inſigni corpore virgo. ¶ Eſt præterea Virgo, fontis nomen, cujus etiam hodie ductus Romæ conſpicitur. Mart. lib. 7: Sed curris nitidas tantùm prope Virginis undas.

Vīrgūncŭlă, dimin. [παρθενικάριον. Gall. *Petite vierge, petite pucelle.* Ital. *Virginella.* Ger. Ein Junckfrewlin. Hiſp. *Pequenna doncella.* Polon. *Panienka.* Vngar. *Zwzetske.* Ang. *A little maide or virgin.*] Iuven. Satyr. 13: -tunc quum virguncula Iuno, Et privatus adhuc Idæis Iuppiter antris.

Vīrgĭnālĭs, le, om. t. Quod eſt dignum virgine, aut quod ad virginem pertinet: [παρθενικός. Gall. *Virginal, digne de vierge ou pucelle.* Ital *Di vergine, ò degno di virgine.* Ger. Junckfrewlich. Hiſ. *Coſa de virgen ò digna della.* Pol. *Panienski.* Vngar. *Zwzibŏ xillendŏ, melto zwzi.* Angl. *Belonging to a virgin.*] ut, Virginalis modeſtia, apud Cicer. 1. de Divin & virginalis habitus, atque veſtitus, apud eundem 6. Verr. Virginalis verecundia, in Orat. pro Quintio.

Vīrgĭnĕus, virginea, virgineum, Quod eſt virginis, aut quod virginem decet. [παρθενικός. Gall. *De vierge.* Ital. *Di virgine.* Germ. Junckfrewlich Hiſp. *Coſa de virgen.* Pol. *Panienski.* Vng. *Zwzi ſwzŏx illendŏ.* Ang. *Of a virgin.*] Virgil. libr. 1. Georg. Aſſi virgineum ſuffuderit ore ruborem. Ovid. 5. Metam. Virginei vultus, & vox humana remanſit.

Vīrgĭnĭtās, atis, f. t. Caſtitas virginis, cui nullum fuit cum viro commercium. [בתולים *bethulim.* παρθενία. Gall. *Virginité.* Ital. *Virginità.* Germ. Junckfrawſchafft Hiſp. *Virginidad.* Pol. *Panieńſtwo.* Vng. *Zwzeſſeg.* Ang. *Virginitie.*] Plin. lib. 24. cap. 13: Anaxilaus autor eſt, mammas à virginitate illitas, ſemper ſtaturas. Ovid. in Epiſt. Oenones ad Paridem: Me fide conſpicuus Troję munitor amavit: Ille meę ſpolium virginitatis habet. Cic. 3. de Nat. deor. Minerva patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem. Virgilius 11. Aeneid. -ſola contenta Diana Aeternum telorum, & virginitatis amorem Intemerata colit.

Vīrĭă, æ, ſive Viriola, æ. [Germ Ein Hatßgeziert von grünem Edtengeſtein.] Ornamentum colli, è gemmis viridibus, ut quidam volunt. Iabolenus in l. Medico, de aur. & argent. leg. Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunq; ſepulturæ meę cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis.

Vīrĭātŭs, Antiquis in uſu erat pro valido, & magnarum virium homine, ut annotavit Nonius, citans illud Lucilii ex lib. 26. ſat. Contra flagitium, neſcire bello vinci à barbato viriato Annibale. κεφαλλὸς, ἀδόκιμος.

Vīrĭcŭlum, li, Miſſilis genus, bello Perſico inventum, ut annotavit Cælius lib. 27. cap. 4. [λίσπον. Germ. Ein Wurffgewehr/welches die Griechen *Ceſtron* hieſſen.] Plin. lib. 35. cap. 11. pro ferramento poſuit, quo ebur ſcalpitur: In encauſtice (*inquit*) pingēdi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore ceſtro: id eſt, viriculo, donec claſſes pingi cœpēre.

Vĭrĕo, onis, pen. prod. m. t. χλώρεον. Plin. lib. 18. cap. 29: Avem parram oriente Sirio, ipſo die non apparere, donec occidat. Econversò virconem prodire ipſo ſolſtitii die. Gaza enim intelligit, quæ Ariſtoteli & Plinio vocatur Chlorion.

Vĭrĭdĭs, & hoc viride, om. t. Quod eſt herbacei coloris: à vigore, ut nonnulli exiſtimant, quòd nunquam æquè vigeant plantæ, atq; quū virides ſunt. [ירוק *iaróc* רענן *rahandn* רטוב *ratób* לח *lach.* χλωρὸς, ὑγρὸς. Gall. *Verd.* Ital. *Verde.* Germ. & Belg. Grün. Hiſp. *Verde de color.* Pol. *Zieloni.* Vng *Zŏld.* Ang. *Grene.*] Virgil lib. 8. Aen. -viridique in littore conſpicitur ſus. Plinius lib. 10. cap. 42: Super omnia humanas voces reddunt pſittaci, & quidā ſermocinantes. India autē hanc mittit. Pſittacum vocant, viridē toto corpore, torquet tantùm miniato in cervice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit verba, pronuntiat, in vino præcipuè laſciva. Cic. 2. de Nat. deor Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos amnium, riparum veſtitus viridiſſimos. Ovid. 10. Metam. In viridem verti cœpēre membra colorem. Virg. 2. Georg Quæque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit. ¶ Per tranſlationem Viride accipitur pro florenti, & vigore prędito. ἀκμαστικός. Virgil. 6. Aen. Iam ſenior, ſed cruda deo viridiſq; ſenectus. Viridis ætas. Colum, in præfatione operis: Quum iſtud opus non ſolùm ſcientiam, ſed viridē ætatem cū robore corporis ad labores ſufferēdos deſideret. Plin. Epiſt. 144: Numidia Quadratilla paulò minus octogeſimo ætatis anno deceſſit, uſque ad noviſſimam valetudinem viridis. Iuventa viridis. Virg 5. Aen. Euryalus forma inſignis, viridíque juventa.

Vĭrĭdāns, antis, particip. ſine verbi origine, Virens ſive viride. [רענן *rahandn* ירוק *iaróc* רטוב *ratób* χλωρὸς, χλοερός Gal. *Verdoyant.* Ital. *Verdeggiante.* German. Grünend. Hiſp. *Verde cón luſtre.* Pol. *Zielenieiaci ſie.* Vng. *Zŏldellŏ.* Ang *Waxing grene.*] Plin. lib 37. cap. 8: Viridantium & alia plura ſunt genera. Virgil. libro 5. Aeneid. Sic fatus cingit viridanti tempora lauro. Idem ibidem: Proximus ut viridante toro conſiderat herbæ. Plinius libro 4. cap. 8: Intus ſua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu.

Vĭrĕo, virui, n. ſ. Viridis ſum, frondeſco. [רענן *rahandn.* χλωρῶ, χλωρεύομαι, χλοεύομαι. Gal. *Verdoyer, eſtre verd ou verdoyant.* It.

Eſſere verde, verdeggiare. Ger Grün ſeyn. Belg Groen zijn. Hiſ. *Sé verde, enuerdecerſe.* Pol *Zielenieie.* Vn. Zǒldellǒk. An. *To waxe grene.*] Virg. lib. 6. Aen. Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum Fronde virere nova. Cic. 5 Tuſc. Itaq; & arbores, & vites, & ea quæ ſunt humiliora, neq; ſe tollere à terra altiùs poſſunt: alia ſemper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt. Ovid. 2. Metam. Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.

Vĭrēns, entis, particip. [רענן *rahanán* ירוק *jaróḳ* רסוב *ratób.* χλοάζων. Gall. *Verdoyant.* Ital *Verdeggiante.* German. Grünend. Hiſp *Verde con luſtre.* Pol. *Zielenieiaci ſie.* Vng Zǒldellǒ. Ang. *Being grene or flourishing.*] Horat. de Arte: Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli. Virgil. 4. Georg. At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco.

Vĭrēſco, prima ſyllaba cor. n. t. Viridis fio, frondeſco. [רענן *rahanán* θαλλίζω, θαλέθω, θάλλω, θάλλω· χλόωμαι, ἀνθολόω. Gal. *Deuenir verd, ſe reuerdir.* Ital. *Diuenir verde.* German Grün werden/ grünen. Hiſp *Enuerdecerſe.* Polon *Poczinam ſie zeleniec.* Vngar. Zǒldwlǒk. Ang. *To wax grene.*] Virg. 1. Georg. Hìc ſegetes, illìc veniunt fœlicìùs uvæ, Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt Gramina. Colum. lib. 11. cap. 2: Quidam quum vidiſſent partem aliquam uvarum vireſcere, crediderunt tempeſtivam eſſe vindemiam. ¶ Hinc fit compoſitum Evireſco: de quo ſuprà ſuo loco.

Vĭrēſco, prima producta, vide poſt vis.

Vĭrĭdārĭum, rii, n. ſ. Locus virentibus arboribus herbisque amœnus. [ירדם *pardés.* ἀλωά. Gall. *Vn verger, jardin verdoyant.* Ital. *Horto, giardino.* Ger Ein Luſtgart in dem viel grüner Bäwm vnd Kreüter zeuget ſind Hiſpan *Verger, jardin, huerto.* Pol. *Ogrod pel'ni drzew y ziol' pieknich.* Vngar. Zǒld *agas fas hely leuel ken.* Ang *A place grene with trees, hearbes, or graſſe.*] Suet. in Tib. cap. 60: Militem Prætorianum ob ſurreptum è viridario pavonem capite punivit.

Vĭrĭdārĭī, m. ſ. Ab Vlpiano appellantur ſervi viridariorum curæ præpoſiti. [*οἱ κηπουροί.* Gall. *Iardiniers.* Ital. *Giardinieri.* Ger. Gartner. Hiſp. *Iardineros* Pol. *Ogrodow ſprawci.* Vngar. Zǒld *fas leuel vengaggya viſelǒk.* Ang. *Gardeners.*]

Vĭrĭdĭfĭcō, ăs, ta, tum, Viridis, viridibus conſitus. [רענן *rahanán* ירוק *jaróḳ* רסוב *ratób.* χλοερός. Gall. *Verd.* Ital. & Hiſp. *Verde.* German. Grün. Pol. *Zielonawi* Vngar. *Leuel zenes zǒld agas.* Ang. *Made grene*] Cic. ad Quint. Frat equidem hoc quod melius intelligo, affirmo mirifica ſuavitate te villam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylva viridicata.

Vĭrĭdĭtās, atis, f. t. Color viridis. [ירקון *jerakón.* χλωρότης. Gall. *Verdeur, verdure* Ital. & Hiſp. *Verdura.* Ger Grüne Belg. *Groenheyt.* Pol. *Zielonoſt.* Vng Zǒldſeg. Ang. *Greneneſſe*] Cicer. de Senect. Terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. ¶ Per tranſlationem accipitur pro vigore ſeu flore, quam ἀκμὴν vocant Græci Cic. 3 Tuſc Sed quandiu in illo opinato malo vis quædam inſit & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur recens. Idem de Amic. Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Vĭrētum, ti, n. ſ. Locus naturali herbarum arborúmve viriditate amœnus. [ארה *maharéh.* ἀλωά. Gall *Lieu plein de verdeur.* Ital. *Luoco pieno di verdura.* Germ. Ein grüner Platz. Hiſp. *Vergel ò foreſta, ò lugar verde* Pol. *Zielsone miejſce.* Vng. Zǒld *aggal es fuuel zǒldellǒ hely.* Ang. *A place full of greneneſſe or grene thinges.*] Virg. lib. 6: Devenêre locos lætos, & amœna vireta, Fortunatorum nemorum.

Vĭrīlĭs, Viripotens, Virítim, vide VIR.

Vĭrŏr, ris, A' quibuſdam uſurpatur pro viriditate: hoc eſt, pro colore viridi, ſive herbaceo. χλωρότης.

Vīrōsŭs, à Virus, prima producta, vide VIRVS.

Virtūs, tutis, f. t. Probitas, integritas, recta ratio: vitio contraria: [חסד *cheſed* תאה *tummáh.* ἀρετή Gal. *Vertu, force & puiſſance.* Ital. *Virtù, vertù.* Germ. Tugend. Belg. Dapperheyt/een ducht. Hiſp. *Virtud generalmente.* Pol. Cnota. Vng. *Ioſagau tſelek edet.* Ang. *Vertue, ſtrenght manhood power.*] quam Ariſtoteles lib 1. Rhetor definit eſſe δύναμιν παρασκευὴν ἀγαθῶν, & φυλακτικὴν, δύναμιν διεργαστικὴν πολλῶν & μεγάλων, ἢ πάντων ἁπλῶς πάντα. Hoc eſt, facultatem bonarum rerũ conciliatricem, & conſervatricem, facultatem beneficam multarũ & grandium rerũ, atq; adeò omnium per omnia. Alii ſic definunt: Virtus eſt facultas, animi cõſtans, conveniensq;, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe, ſponte ſeparata etiã ab utilitate, laudabilis. Horat. lib. 1. Epiſt. Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima Stultitia caruiſſe. ¶ Dicta eſt autem Virtus à viro, teſte Cic. 2. Tuſc. quæſt. Quo fit ut ſæpè peculiariter accipiatur pro præſtantia in re militari, & pro robore animi, & fortitudine, quæ viro propria eſt, quam & Græci ἀρετὴν vocant, nonnunquam etiam [δύναμιν & ἰσχύν. חיל *cháyil* כח *chodch* גבורה *gheburáh.*] Lactant. lib. de opificio: Vir nominatus, quòd in eo major vis eſt quàm in fœmina: & hinc Virtus nomẽ accepit. ¶ Vnde quum virum dicimus, non tàm ſexum ſignificamus, quàm robuſtum & fortem. Viri enim propria eſt virilitas & robur. Virg. 5. Aen. Tunc pudor incendit vires, & conſcia virtus. Cæſar. 1. bell. Gall. Perfacile eſſe, quum virtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. Cic. Planc. lib. 10 Epiſt. Omnia conſecutus es: virtute duce, comite fortuna: eaq; es adeptus adoleſcens multis invidentibus, quos ingento induſtriaque fregiſti. ¶ Virtus apud Romanos pro dea colebatur, cujus templum ita conjunctum erat cum æde Honoris ut in hanc, nonniſi per illud pateret aditus: quo commento hoc ſignificare volebant, veram, unicamque parandi honoris viam eſſe virtutem. ¶ Virtutes aliquando ironicôs pro vitiis ponũtur, ut annotavit Donatus in illud Terentii in Adelphis: Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus. ¶ Virtus pro facultate, vi, ſeu proprietate rei unicuique inſita. [כח *chodch.* δυνάμεις.] Cic. lib 5. de Finib. Atqui in ſenſibus eſt & ſua cuiq; virtus. Quint. lib. 4. cap. 2: Sunt hæc quidẽ, quas ſuprà retuli, virtutes aliarum quoque partium. ¶ Virtus, pro ope & auxilio. [עזר *hézer.* βοήθεια.] Plautus: Deũm virtute eundem hoſpitio accipiam. ¶ Aliquando pro merito, ſeu præſtantia. Idẽ Moſt. Virtute formæ id evenit, ut te deceat, quicquid habeas.

Vīrŭs, priore producta, Indeclinabile, n. g. Venenum. [זוהמה *chemáh.* ιός Gal. *Venin, poiſon, mauuaiſe ſenteur.* Ital. *Veneno.* Ger. Gifft. Hiſp. *Ponconna.* Pol. *Iad, trucizna.* Vn. Merǒg. Ang *Poyſon, venim*] Virg lib. 1. Georg. Illemalũ virus ſerpentibus addidit atris. Cic. in Arat. Hìc valido cupidè venantem perculit ictu; Mortiferum in venas figens per vulnera virus. ¶ Virus acerbitatis per tranſlationẽ. Cic. de Amic. Tamen is pati non poſſit ut non acquirat aliquem, apud quẽ evomat virus acerbitatis ſuæ. ¶ Frequenter accipitur pro graveolentia, ſeu tetro odore. [באש בחבה *beóſch* בחבה *tſachanáh.* δυσωδία. Gall. *Mauuaiſe ſenteur, puanteur.* Ita. *Fetore, odore ſpiacenole che ſi ſente dalle aſcelle* Ger. Geſtanck. Hiſp. *Hedor.*] Plin. Prodeſt & ad virus ſalarum. Idem: Signũ eſt vernis temporibus odoris virus. ¶ Virus paludis, apud Colum li. 1, & apud Plin. de baſiliſco: Huic tali monſtro muſtelarum virus exitio eſt: id eſt, necatur odore muſtelarum, ut interpretatur Budæus. ¶ Aliquando ſignificat aſperitatem ſaporis. Idem lib 31. cap. 8: Aqua marina vetuſtate virus deponit: id eſt, amaritudinẽ illam, & ſalſedinem. Idem: Virus mali medicitid eſt, acor & amaritudo. ¶ Aliquando aſperitatem coloris. Plin. de ſanguine purpuræ: Tum ſuper additum decoquitur virus. ¶ Aliquãdo genituram: id eſt, humorem qui è genitalibus fluit. Plin. lib. 28. cap. 11: Virus verrinum è ſcropha, à coitu exceptum, prius quàm terram attingat, gravitati aurium prodeſt. ¶ Aliquando accipitur pro virtute naturali, ut annotavit Nonius, citans locũ ex Lucret. lib. 2: Concoctosq; ſervare, & condere viro. ¶ Accipitur aliquando & in meliorem partem, pro ſuavibus aromatũ odoribus. [בשם *bóſchem.*] Stat. lib. 2. Syl. -atq; omne benignè Virus, odoriferis Arabum quod creſcit in arvis. Habet autem hoc nomen tres tantùm caſus ſingularis numeri, nominativum, accuſativum, & vocativum. Olim toto ſingulari numero declinabatur, quemadmodum Vulgus, & Pelagus. Lucretius: Liquit enim tetri ſuprà contagia viri.

Vīrōsŭs, a, um, prima ſyllaba prod Fœtidus, graveolens: à nomine virus, quod modò venenum, modò ingratum odorem ſignificat. [באש נאלח *nibeáſch neelách.* δυσώδης. Gall. *Venimeux, qui ſent mal* Ital. *Di triſto odore, venenoſo.* Ger. Stinckend/ voll gifftigs geſchmacks Hiſp. *Venenoſo, hediondo.* Pol. *Iadowiti, ſmrodliwi.* Vng. Mergǒs Ang. *Full of poyſon, venimous.*] Virg. lib. 1. Georg. At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus Caſtorea, Eliadum palmas, Epeiros equarum. Conſtat enim caſtoreum fœdi & execrandi odoris eſſe, adeò ut prægnantes ejus olfactu ejiciant fœtum. Servius tamen ibi interpretatur viroſa: id eſt, venenata.

Vīrŭlēntŭs, Qui eſt plenus veneno. [ἰώδης. Gall. *Venimeux.* Ital. *Venenoſo.* Germ. Gifftig/voll gifftes. Hiſp. *Ponconnoſo.* Pol. *Pel'en jadu.* Vngar. Mergǒs. Ang. *Full of poyſon, ſtinking.*] Gel. lib. 16. cap. 11: Vt ſerpentium virulentorum domitores ſint.

Vīs, hujus vis, f. t. Vires, violentia, impetus, poteſtas. [כח *chóach* גבורה *gheburáh* חזק *chézek* (vel) *chózek* חזקה *chozkáh* עשק *hóſchek* חמס *chamás* ἰσχὺς, δύναμις, βία. Gal. *Force & puiſſance, pouuoir, vertu.* Ital. *Poſſanza, forza, poteſtà, vehemenza.* Ger. Krafft/macht/vermögenheit. Belg. Kracht/gewelt/macht. Hiſpan. *Fuerca.* Pol. *Moc, mognoſc.* Vng. Erǒ (*anagy*) *erǒzak.* Ang. *Strenght, power, force.*] Cic. pro Domo ſua: Magna vis eſt in deorum immortalium numine. Saluſt. in Procem. Cat. Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt. Virg. lib. 1. Aen. Nõ ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis. Cic. lib. 2. Offic. Magnã vim eſſe in fortuna in utranq; partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas quis ignorat? Virgil lib. 2. Aen. Fit via vi, rumpunt aditus. Cicer. pro Sext. Quos homines ſi (id quod facile factu fuit, & quod fieri debuit, quodq; à me optimi & fortiſſimi cives flagitabant) vi armisq; ſuperaſſem: nõ verebar, nequis aut vim vi repulſam

repulsam reprehenderet, aut perditorum civium, vel potiùs domesticorum hostium mortem mœreret. ¶ Aliquando pro multitudine ac copia, πλῆθος. Liv. Magna vis est Sicilia advecta. Salust. Secunda tempestate ex Ponto vis piscium erumpit. Cic. pro Lege Manilia: Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimamq; rerum omnium, &c. Idem 1. de Legib. Quid sit homini tributũ natura, quantã vim rerum optimarũ mens humana contineat. ¶ Aliquando pro celeri impetu, ῥοιζός. Cic. in Orat. Enervetur oratio cõpositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit. Summa vi aliquid facere: id est, totis viribus, & magno conatu. Terent. Adelph. Summa vi hanc defendam atq; illũ mortuum. ¶ Vis divina, ea est quę & Vis major dicitur. Vlpian. de Damn. infect. l. Fluminum. §. Vitium aũt. Servius quoq; putat, si ex ædibus promissoris vento tegulæ dejectę damnũ vicino dederint, ita eum teneri, si ædificii vitio id acciderit, nõ si violentia ventorũ, vel qua alia ratione, quę vim habeat divinam. Quæ sit Vis major, docet Plin. lib. 18. cap. 28. de sterilitatum causis: Ante omnia autem, inquit, duo genera cœlestis injuriæ meminisse debemus: unũ, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; similia intelliguntur: quæ quum acciderint, Vis major appellatur. Hęc ab horrendis sideribus exeunt, veluti Arctuto, Orione, Hœdis. Ex his verbis apparet, Vim majorem esse, quã Vlpian. tit. Loc. & Conduc. l. ex conducto, Tempestatem calamitosam appellat. Col. lib. 1. cap. 7: Nam ubi seduxò colitur ager, plerunq; cõpendium: nũquam, nisi si cœli major vis, aut prędonis incessit, detrimentũ affert. ¶ Habebat olim hoc nomen tres casus pluralis numeri similes nominativo singulari. Salust. libr. 3. Histor. Malè jam assuetum ad omnes vis controversiarũ. Quę declinandi ratio jam exolevit: in cujus locum successit Vires, virium, viribus.

verborum ſignificationibus: Victus verbo continentur quæ eſui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad vivēdum homini ſunt neceſſaria, Cic. de Amicit. Multi divitias deſpiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusq; delectat. Virg. 3 Aeneid. Arebant herbæ, & victum ſeges ægra negabat. Ovid. 6. Faſtor. Nunc inopes victus, ignavaq; fata timentes, &c. Cicer. 1. Offic. Vita, victusq; cōmunis in amicitiis vigent maximè. ¶ Victi genitivus à victus legitur apud Plautum in Capt. Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ A quo Convictus, unà vivendi ſocietas, quum plures ſimul vivunt, συμβίωσις. Cicero lib. 5. Epiſtolarum: Ut iſtis te moleſtiis laxes, & ad noſtrum convictum redeas. ¶ Victuis in genitivo pro victus antiqui dixēre. Varro: Primùm de re familiari: ſecundò de victuis conſuetudine diſſeram.

Vīctŭālĭs, [βιοτικός. Vng. *Eleſegre valo.*] Apuleius de dogmate Platonis: Inferiora reguntur optimatum præſtantia, & ipſa miniſterium ſuggerunt victuale.

VĪvŭs, a, um, Spirans, animatum, vita præditum. [חי *chái.* ζῶος, ζῶν, ἐμψυχος, ἔμπνοος. Gall. *Vif, vivant.* Ital. *Vivo.* Ger. Lebendig. Bel. Levendich. Hiſp. *Coſa viva.* Pol. Zywy. Vng. Elő, *elenem.* An. *Liuing, or alife.*] Cic. ad Attic. lib. 4: Cato tamen affirmat ſe vivo illum non triumphare. ¶ Quandoq; ponitur pro naturali & non artificioſo. Virg. lib. 2. Georg. & viva ſua plantaria terra. Idem 1. Aen. vivoq; ſedilia ſaxo. ¶ Quando q; pro valido, aut vehementi. Virg. 1. Aeneid. paulatim abolere Sichæum Incipit, & tĕtat vivo prævertere amore. ¶ Viva ſepes dicitur, quæ dumis non præciſis, ſed in eo loco natis contexitur. Colum. lib. 1. cap. 3: Vetuſtiſſimi autores vivam ſepem ſtructili prætulerunt: quia non ſolùm minorē impenſam deſideraret, verùm etiam diuturnior immenſis temporibus permaneret. ¶ Viva aqua, naturalis & indidem nata. Varro 1. de Re ruſt. cap. 11: Si omnino aqua non eſt viva, ciſternæ faciendæ ſub tectis, & lacus ſub dio: ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti poſſit. Flumen vivum. Virgil. 2. Aeneid. donec me flumine vivo Abluero. Lacus vivi. Virgil 2. Georg. Speluncæ, viviq; lacus, ac frigida Tempe. ¶ Vultus vivos ducere: hoc eſt, vivam & naturalem effigiem referētes. Virg. 6. Aeneid. Excudent alii ſpirantia mollius æra (Credo equidem vivos) ducent de marmore vultus.

Vīvāx, is, pen. prod. om. t. Longævus, ſeu vitæ diuturnioris. [חי *chái* עבם *bátſum.* μακρόβιος. Gall. *Vif, qui vit long temps, plein de vie.* Ital. *Vivace, vivo, vigoroſo.* Ger. Lebhafft. Bel. Leefachtich. Hiſp. *Coſa que vive mucho tiempo.* Pol. Długożywi. Vng. *Sokaig elő.* Ang. *Of long life, liuely.*] Virgil. 2. Georg. Palladia gaudent ſylva vivacis olivæ. Idem Aeglog. 8: Et ramoſa Mycon vivacis cornua cervi. ¶ Hinc Vivacior, Vivaciſſimus. Plin. lib. 9. cap. 20: In ſicco quoq; repunt: ideo etiam vivaciora talia. Horat. 2 Serm. Sat 2: Poſtremo expellet certè vivacior hæres.

Vīvācĭſſĭmŭs, ſuperlat. [μακροβιώτατος. Vn. *Igŏn ſok ideig elő, igŏnelenen.*] Iulius Capitol. in Pertinace: Carbones vivaciſſimi. Gell. lib. 15. cap. 21: Cerva alba, eximiæ pulchritudinis, & vivaciſſimæ celeritatis.

Vīvācĭtās, atis, f.t. Longævitas, vitæ diuturnitas. [μακροβιότης. Gall. *Vivacité.* Ital. *Vivacità.* Ger. Lebhafftigkeit/lenge des Lebens. Hiſp. *Aquella obra de mucho vivir.* Pol. *Długowieczie.* Vng. *Hoszu elet.* Ang. *Liuelineſſe.*] Colum. lib. 11. cap. 3: Multis etiam locis vivacitatem ſuam uſq; in annos decem prorogat.

Vīvĭfĭco, as, [ζωοποιῶ. Vng. *Meg eleuenitőm, meg elezőm.*] Apuleius in Hermetis Aſclep. Iguis ſolùm quòd ſurſum verſus fertur vivificat.

Vīvīſco, is, Vivus fio, animor: proprieq; de rebus inanimatis dicitur, quum anima imbuūtur. [חיה *chaiáh.* ἐμψυχῶ, ζωπυρῶ. Gall. *Prendre vie & croiſtre* Ital. *Prender vita.* Ger. Lebendig werdē. Bel. Levendich worden. Hiſp. *Tomar vida.* Pol. Ożywiam. Vng. *Meg eleuenedem.* Ang *To waxe liuelie or luſtie.*] Plinius lib. 9. cap. 51: Anguillæ atterunt ſe ſcopulis: ea ſtrigmenta viviſcunt: nec alia eſt earum procreatio. Idem libro 16 capite 25, de Favonio vento loquens: Hoc enim maritantur viviſcentia è terra, quo etiam. equæ in Hiſpania. ¶ Per translationem accipitur pro invaleſcere, & vigorem acquirere. [חזק *chazák.* κρατυῶ, ἰσχύω. Luc. libro 4: Quod cupido affixum cordi viviſcit, ut ignis. Et paulò pòſt: Vlcus enim viviſcit, & inveteraſcit alendo.

Vīvĭdŭs, a, um, penult. corr. Multo vigore præditus. [חי *chái* עבם *batsúm* ἀκμαῖος, ἐσταμόζων. Gal. *Plein de vie, fort vif, vertueux & vigoureux.* Ital. *Pieno di vita, vivace, virtuoſo.* Ger. Lebhafft/ober lebhafftig. Bel. Levende. Hiſp. *Coſa llena de vida, y con vigor.* Pol. *Prawie czerſtwi, żywi.* Vng. *Eleuen, giors.* An. *Liuelie, luſtie.*] Plin. in Paneg. Amas conſtantiam civium, rectoſq;, ac vividos animos. Virg. 5. Aen. Exigui numero, ſed bello vivida virtus. Liv. 6. ab Vrbe: Sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatq; integris ſenſibus. ¶ Interdum Vividum accipitur pro viventi. ἔμψυχος. Propertius: Quatuor artificis vivida ſigna boves. Vbi ſigna vivida, dixit, quaſi viventia: idq; hyperbolicè, quemadmodum Virgilius ſpirantia æra: hoc eſt, tanta arte confecta, ut vivere & ſpirare videantur.

Vīvŭs, pyrites, Lapis eſt ex omni pyritarum genere ponderoſiſſimus, ex quo ignis excutitur. πυρίτης ζωός. Plin. lib. 36. cap. 19: Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimū habens ignis, quos *vivos* appellamus, & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorum maximè neceſſarii, qui, clavo, vel altero lapide ſcintillas edunt, quę exceptę ſulphuratis aut fungis aridis, vel foliis, dicto celeriùs ignem trahunt

Vix, adverbium, Propemodum, non ægrè, vel difficulter, quaſi cum vi & labore. [μόγις, μόλις, χολῆ. Gall. *A grand' peine, à peine.* Ital. *A pena, difficilmente.* Ger. Kaum/tumerlich. Bel. Nau. Hiſp. *A penas.* Pol. *Ledwo.* Vng. *Alig.* Ang. *Scantlie, hardly, vneth.*] Virgil. lib. 2. Georg. Vix humiles apibus caſias, roremq; miniſtrat. Terent. Vix retraxi filium ab amore ancillæ. ¶ Aliquando refertur ad tempus, pro vix dum, ſive vix adhuc, ſtatim ubi, vel jamjam. Virgil. 1. Aeneid. Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Id eſt, ſtatim poſtquam è cōſpectu Siculæ, &c. Idem: Et quos Sidonia vix urbe revelli: id eſt, nuper. ¶ Aliquando ponitur pro Non. Lucan. Carcer vix carere dignus. Ovid. Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit: hoc eſt, non fuit tanti Priamus, ut exponit Donatus. ¶ Vix tandem, poſt multum temporis. μόλις πολυτῶν. Cicero Appio Pulc. Vix tandem legi literas dignas Appio. Virg. 2 Aeneid.

Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aræ.

V ante L.

VLcĕro, ulceras, vide VLGVS.

VLciſcŏr, ſceris, ultus ſum, d.t. Vindico, injuriam non impunitam relinquo, pœnas repeto, & ſupplicium ſumo. [נקם *nakám.* ἐκδικῶ, τιμωρῶ. Gall. *Venger, punir.* Ital. *Vindicare, far vendetta.* Ger. Rächen. Bel. Wreken. Hiſp. *Vengar la iniuria.* Pol. Mścić ſię. Vng. *Bozzut allok.* Ang. *To be reuenged, trauenge, to take punishment.*] Dicimus autem, Vlciſcor te, Vlciſcor te pro hoc ſcelere, Vlciſcor ſcelus, Vlciſcor me. Terent. in Eunuch. Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus, Vlciſcar. Plaut. in Menæch. Ni hanc injuriam, meq; ultus fuero. Idem in Amph. Ego pol illum ulciſcar hodie Theſſalum veneficum. Cic 2. de Inven. Deinde hoc ſi conſtitutum ſit, ut peccata homines peccatis, & injurias injuriis ulciſcantur, quantum incommodorum conſequatur? Ovid. 7. Metam. Androgeiq; necem juſtis ulciſcitur armis.

VLtĭo, onis, verbale, f.t. Vindicta. [נקמה *nekamáh.* ἐκδίκησις, τιμωρία. Gal *Vengeance.* Ital. *Vendetta* Ger. Rach/rechung. Hiſp. *Obra de vengar injuria, venganca.* Pol *Pomſta.* Vng *Bozzu allas.* Ang *Reuengement.*] Plin. li. 11. cap. 28: Illis etiam ultionis cauſa datum eſt. Tacitus lib. 2: Simul perfidos & ruptores pacis, ultioni & gloriæ mactandos. Intereſt autem hoc inter ultionē & vindictam: quod ultio factum vindicet: Vindicatio ſive vindicta futura prohibet, atq; eam ob cauſam Mars ultor, nō vindex dicitur. Cor. Fronto de diff. vocab.

VLtŏr, oris, pen. prod. verbale maſculinum, t. ab Vlciſcor, ris, Vindex, vindicator, qui injuriam illatam ulciſcitur. [נקם *nakém.* τιμωρός, ἐκδικος. Gall. *Vengeur.* Ital. *Vendicatore.* Ger Ein Rächer. Bel. Een Wreker. Hiſp. *Vengador.* Pol. *Pomſciciel.* Vng. *Bozzu allo.* Ang. *A reuenger.*] Cicero pro Sylla: Ego ille conjurationis inveſtigator atq; ultor, certè nō defenderem Syllam, ſi conjuraſſe arbitrarer. Virgil. 4. Aeneid. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor.

VLtrīx, fœmininum, t. à quo Vltricia, ut Victricia, à Victrix. [נקמת *nokemēth.* ἐκδικος, ή. Gall. *Vengereſſe.* Ital. *Donna che ſi vendica.* Ger. Ein Rächerin Hiſp. *Vengadora.* Pol. *Mściciela ſie.* Vng. *Bozzu allo azzony.* Ang. *She that reuengeth.*] Virg. 11. Aeneid. Hæc cape, & ultricem pharetra deprome ſagittam. Idem 4. Aeneid. ultricesq; ſedent in limine Diræ. Idem 6. Aeneid. Veſtibulum ante ipſum, primisq; in faucibus orci Luctus, & ultrices poſuēre cubilia curæ.

VLcus, ulceris, n.t. Solutio unitatis in carne, quæ fit per eroſionē: ut docet Galenus in tractatu de differentiis morborū. [שחין *ſchechín.* ἕλκος. Gall. *Vlcere, bleſſure & entamure de peau.* Ital. *Piaga nata da per ſe* Ger. Ein eiß od geſchwär Bel. Eenen ſwär. Hiſp. *Llaga que haze materia y que naſce.* Pol. Wrzod. Vng *Seb, fekely.* Ang. *A byle, botche or ſore.*] Virg lib 3. Georg. Nō tamen ulla magis præſens fortuna laborū eſt, Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummū Vlceris os, alitur vitium, vivitq; tegendo. Vulnus verò eſt hians, patensq; apertura corporis, ictu facta. ¶ Vlcus tangere, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod eſt movere dolorem, & rei alicujus, quę nos magnopere urat, mentionē facere. Terentius in Phormion Quid minus utile fuit, quàm hoc ulcus tangere? Cic. 1. de Nat. deor. Quidquid enim horum attigerit, ulcus eſt: ita malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. Id eſt, ita ab eo defendi non poterit, quin erroris vanitatis q; convincatur.

VLcuſcŭlum, diminutivum, n.t. [ἑλκύδριον. Gall. *Petite vlcere.* Ital. *Pic-*

Ital. *Picciola piaga.* Ger. Eißlin/geſchwärlin. Hiſp. *Pequenna llaga.* Pol. Wrzodek. Vng. *Sebetiske.* Ang. *A litle byle or ſore.*] Plin. lib. 28. cap. 19: Lien vituli in vino decoctus, tritusq́; & illitus, ulcuſcula oris ſanat.

Vlcĕro, as, pen. corr. act. p. vel ut alii, Græcam originē ſequentes, malunt ſcribere, Hulcero, ulceroſum facio, ulceribus infeſto. [עָבַט *patsdh.* ἕλκοω. Gall. *Vlcerer, bleſſer & entamer la peau.* Ital. *Impiagare.* Ger. Geſchwär/oder eiſſen machen/die haut zerzerrē. Bel. Die huyt ophalen. Hiſp. *Vlcerar y hazer llaga.* Pol. Owrzedzā. Vng. *Meg ſebeſſitem.* Ang. *To maka bile, borche or ſore.*] Plin. lib. 28. cap. 9: Item equarum (ſubaudi ſanguis) præterquàm virginum erodit, emarginat, ulcerat. Horat. 1. Serm. Satyr. 6: nunc mihi curto ire licet mulo, vel ſi libet uſq; Tarentum, Mantica cui lūbos onere ulceret, atq; eques armos. Cic. de Fato: Nondum enim ulcerato ſerpentis morſu Philocteta, quæ cauſa in rerum natura cōtinebatur, fore ut is in inſula Lemno linqueretur? ¶ Hinc Exulcero, compoſitum, cujus ſignificationem vide ſuprà ſuo loco.

Vlcĕrātĭo, verbale, f.t. [עָבַט *pétſah.* ἕλκωσις, τὸ ἕλκωμα. Gall. *Vlceration, entamure, bleſſure.* Ital. *Impiagamēto* Ger. Erſchwārung. Hiſp *Llagamiento, obra de llagar.* Pol. Owrzedzenie. Vng. *Meg ſebheites.* Ang. *Making of a bile, a ſwelling.*] Senec. ad Serenum: In dolores, damna, ulcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa ſe frementium ſecurus aſpiciat.

Vlcĕrōſŭs, ſa, ſum, adjectivum, Quod eſt plenum ulceribus. [ἑλκώδης. Gall. *Plein d'vlceres, entamures & bleſſures.* Ital. *Pieno di piaghe.* Ger. Voll eiſſen oder geſchwären. Hiſp. *Llagado o llaguiento.* Pol. Wrzodowati. Vng. Fekelyes, ſebeſſ. Ang. *Full of byles or botches.*] Horat. 1. carm. Ode 25: Quum tibi flagrans amor, & libido, Quæ ſolet matres furiare equorum, Sæviet circa jecur ulceroſum, Non ſine queſtu. ¶ Transfertur & ad arbores. Plin. lib. 17. cap. 17: Ante omnia gemmantes nitere conveniet, nihil uſquam ulceroſum eſſe, aut retorridum. Quidam hoc nomen aſpitandum putant, & melius fortaſſis. Nam à Græco ἕλκω deduci videtur, quod primam vocalem habet aſpiratam.

Vlex, cis, Frutex roriſmarini ſimilis, ſed aſperior, qui retinendi auri gratia ſterni ſolet in foſſis canalibuſve, ad lavandas montium ruinas fieri ſolitis. Plin. lib. 33. cap. 4.

Vligo, ginis, penult. prod. f.t. Terræ humor naturalis, ex ea nunquam recedēs, inquit Servius [שִׁחַת] *leſchādh.* ἰκμάς. Gall. *Moiſteur, naturelle humidité.* Ital *Humido naturale della terra.* Ger. Die natürliche feüchtigkeit der Erden. Hiſp. *Humidad cruda de la tierra.* Pol. Wilgotnoſc wziemi. Vng. *Az föld termezed ſerent valo nedueſſege.* Ang *Naturall moiſtneſſe of the earth.*] Virgil. 1. Georg. At quæ pinguis humus, dulciq́; uligine læta. Silius lib. 8: Et quos peſtifera Pontini uligine campi, *&c.* Varro ſecundo de Re ruſt. capite 2: Solum oportet eſſe eruderatum & proclivū, ut everri facilè poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolùm ea uligo lanam corrupit ovium, ſed etiam ungulas ſcabras fieri cogit.

Vlĭgĭnōſŭs, a, um, Sēper uvidus: ut Vliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus: humidus verò qui aliquādo ſiccatur. [רָטוֹב *ratób.* ὑγρὸς & ὑγρός. Gall. *Touſiours moiſte & humide.* Ital. *Ogni coſa humida.* Ger. Stāts voll feüchte. Hiſp. *Coſa humida aſsi.* Pol. Vſtawnie wilgotni. Vng *Nedues, ſeppedekes.* Ang *Waterie and moiſtie earth.*] Plin. lib. 17. cap. 5: Terram amaram, ſive macram ſiquis probare velit, demonſtrant eam atræ, degeneresq́; herbæ: frigidam autem, retorridè nata: item uliginoſam triſtia, rubricam oculi, argillāq́;, operi difficillimas, quæq́; raſtros, ac vomeres ingentibus glebis onerent, quanquam aliquando non quod operi, hoc & fructui ſit adverſum. Columell. libro 2. cap 4: Igitur uliginoſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis.

Vllŭs, a, um, Aliquis: ab unus, ut putatur, per diminutionem formatum. [τίς. Gal. *Aucun, quelque, quelqu'vn.* Ital. *Alluno.* Ger. Jenen einer/jemandts. Hiſp. *Alguno.* Pol. Zaden, niektori. Vng. *Valaki.* Ang. *Any one.*] Nam quum dicimus nō eſſe ullum, qui legibus pareat, perinde eſt acſi dicas, ne unum quidem eſſe. Nunquam autem hoc nomine utimur affirmativé. Non enim dicimus, Sunt ulli, qui ſtudia amplectantur: ſicut ſunt aliqui. ¶ Sed vel negativè: ut, Non eſt ullus, qui publica commoda privatis rationibus præferat. ¶ Vel interrogativè, ut: Eſt'ne ullus, qui legum metu ſolutus ab injuriis temperet? ¶ Vel infinitè: ut Neſcio an ullus ſit, qui non majorem opibus quàm virtuti honorem deferat. Cic. 6. Verr. Nullum, *inquam*, horum reliquit: neque aliud ullum tamen, præter unum pervetus ligneum, bonam Fortunam, ut opinor: eam iſte domi ſuæ habere noluit. Idem 2. Offic. Juſtitiæ tanta vis eſt, ut ne illi quidem, qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine ulla particula juſtitiæ vivere. Virgil. 3. Aeglog. - in me mora non erit ulla. vide Vallam, lib. 3. cap 63.

Vlmŭs, ulmi, f.f. Arbor eſt propter raritatem foliorum maritandis vitibus maximè idonea. [πτελέα Gall. Orme. Ital. *Olmo.* Ger. Ein Bimenbawm/rüſtbaum. Hiſp. *Olmo arbol conoſcido.* Pol. *Vlmowe drzewo.* Vng. *Szil fa.* Ang. *An elme tree.*] Colum. lib. 4. cap. 13: Quja ſi viminibus ſalicis aut ulmi ligaveris, increſcens vitis ſeiptam præcîdit. Virg. 1. Georg. quo ſidere terram Vertere Mecœnas, ulmiſq́; adjungere vites Conveniat. Idem 2. Aeglog. Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.

Vlmĕus, a, um, adjectivū, Quod ex ulmo eſt. [ὁ πτελεῖος. Gal. D'orme. Ital. *Di olmo.* Ger. Bimenbāwmin. Hiſp. *Coſa de olmo.* Vng. *Szil fabol valo.* Ang. *Of an elme.*] Columell. 6. cap. 3: Probaturq́; maximè ulmea frons.

Vlmārĭum, rii, n.ſ. Arbuſtum, ex ulmis, vel ulmorum ſeminarium. [πτελεών. Gall. *Vne ormaye, vn lieu complanté d'ormes.* Ital. *Luoco piantato d'olmi.* Ger. Ein ort da viel junge bimenbāwm ſtehn. Hiſ *Olmedo.* Vng. *Szil fa erdö.* Ang. *A place planted with elmes.*] Plin. lib. 17. cap. 11: Differendæ ex arearū venis poſt annum in ulmaria, intervallo pedali in unāquanq; partem. Vlmaria quo pacto confici debeant, docet Colum. lib. 5. cap 4.

Vlmitrĭbă, pen. prod. [Ger Der mit Bimenbāwmin ruten geſchlagen iſt.] Vox eſt Plautina ex Græco & Latino compoſita: ſignificatq́; eū, qui aſſiduè ulmeis virgis cæditur. μαστιγίας. Vtitur hac voce Plautus in Perſa.

Vlnă, æ, f.p. Brachium. [זְרוֹעַ *zeróah* חֵבֶק *chéiſen* (vel) *cheiſen.* ὠλένη. Gall. *Bras, la longueur de deux bras eſtendus* Ital. *Braccio, gomito.* Ger. Der arm. Hiſp. *Bracada.* Pol. L'okiec. Vng. *öl.* Ang. *The arme.*] Catul. Epig. 17: Nec ſapit pueri inſtar Bimuli tremula patris dormientis in ulna. ¶ Eſt item menſuræ nomen tantam habentis longitudinem, quantum complectūtur duo brachia utrinq; extenſa. [Gall. *Aulne, longueur de deux bras eſtendus.* Ital *Lunghezza di due braccia.* Ger. Ein ellaffter. Bel Een Elle. Hiſ. *Medida de deux bracos.* Pol. *Klaftrana dwuſazennach, ſtos.* Vn. *Sing.* Ang. *An elne.*] Virgil. 3. Aeglog. Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Treis pateat cœli ſpatium nō amplius ulnas. Vbi Servius: Vlna propriè eſt ſpatium, in quantum utrumq; extēditur manus: licet Suetonius unum cubitum tantum eſſe velit.

Vlocŏtum, ὁλόχυτον, Far ſale conſperſum, quo hoſtiæ perfiebant: ita dictum ab eo quod Iones ὁλέω dicunt ἀντὶ τοῦ λύω: hoc eſt, pro hordeo ſive farre, & χέω fundo.

Vlophŏnum, penult. corr. ὀλόφονον, Chamæleontis ſpecies, quā plerique Ixiam vocant, quòd quibuſdā in locis viſcum gignat ſub alis foliorum, maximè ſub Canis exortum, quo mulieres in Creta pro maſtiche utūtur. Vlophonum autem dictū eſt quaſi ὅλον φονεύσαν: hoc eſt, totum exitiale. Fertur enim à juvencis guſtatum veluti angina quadam eas interficere.

Vlpĭcum, pen. corr. n.ſ. [Ger. Ein gattung knobtauch / groſſer knobtauch.] Genus allii grandius, præcipuè Africæ celebratum inter pulmentaria ruris: unde & Punicum allium à quibuſdā appellatur. πόπουλον, ἀφροσκόροδον. Colum. lib. 11. cap. 3: Vlpicum vocant alium Punicum, Græci autem ἀφροσκόροδον appellant longè majoris incremēti quàm allium. Plaut. in Pœn. Tu autem plenior allii ulpici quàm Romani remiges.

Vls, Antiquis in uſu fuit pro ultra, ut annotavit Feſtus ex Catone. [עֵבֶר *héber* מֵעֵבֶר *haledh.* πέραν.] Eadem enim forma ab Vls deducitur Vltra, quemadmodum à Cis derivatum eſt Citra. Varro quoq; eo eſt uſus lib. 4. de lingua Latina.

Vltĕrĭŏr, ulterius, Vide VLTRA.

Vltĭo, vide VLGISCOR.

Vltrā, Præpoſitio eſt, quum accuſativo deſervit, ſignificatq́; præter, & trās: & nōniſi ſeparata invenitur. [עֵבֶר *heber* מֵעֵבֶר *haledh* πέραν, ὑπὲρ, ἐπέκεινα. Gall. *Outre, pardela.* Ital. *Oltre, oltra.* Ger. Vber/jenſeit/ennerthalb Bel. Verder/boven/op geenſyde. Hiſ. *Allende.* Pol. Zonetrone, dalei. Vng. *Tul, altal.* Ang. *Beyonde.*] Saluſt. in Iug. Mauriq́; vagum genus, ut alii Aphricæ, contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Perſarum & juſtos & egregios agere. ¶ Adverbium eſt, quum ſine caſu ponitur, idem ſignificans quod præterea. Cic. de Vniver. Si probabilia dicentur, nil ultra requiratis. ¶ Ponitur aliquando pro amplius ſive diutiùs. Liv. 4. belli Mac. Tanta vi ſe in hoſtem intulerunt, ut ſuſtineri ultrà non poſſent. ¶ Hinc deducuntur Vlterior, & Vltimus. Cic. ad Attic. lib. 8: Ille Galliæ ulterioris adinventor. ¶ Fit autem ultra ab Vls, quo veteres utebantur, ſicut Citra à Cis. Autor Gell. lib. 12. cap. 13. ¶ Vltra famam: id eſt, ſupra opinionem, vel plus quàm homines opinentur: πέραν δόξης. ſicut intra famam eſſe dicitur, quod famæ magnitudini non reſpondet. Quint. Hortenſii ſcripta tamen intra famam ſunt.

Vltĕrĭŏr, ab ultra comparativus. [ἀποπέρω. Gall. *Plus outre, ou plus auant.* Ital. *Piu oltre, piu auanti.* Ger. Der weiterer/das ba jenſeit für iſt. Hiſp. *Coſa mas allende.* Pol. *Dalſzi.* Vng. *Tovab valo.* Ang. *More beyonde or out ward.*] Terentius in Phorm. Sed eccū ipſum: quis eſt ulterior? Cicero de Provin. conſular. Quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem. Vlterior ripa, quæ trans flumen eſt, Liv. lib. 2. Dec. 5. Vlteriora mirari, præſentia ſequi, Tacit. lib. 20. Lo qui ulteriora, Ovid. 5. Faſt.

Vltĕrĭŭs,

V ante M.

Vltĕrĭŭs, adverbium. [πρόσωτέρω, ἐπέκεινα. Gall. *Plus outre, plus auant.* Ital. *Piu oltre, piu auanti.* Ger. Für baß/noch weiter. Hiſp. *Mas allende.* Pol. *Dalei.* Vng. *Vtolſo.* Ang. *More beyonde.*] Ouidius 2. Metamorphoſeos: Inde abit ulterius, mediiq; per æquora ponti Fert prædam. Senec. Epiſtol. 103: Et ulterius ſi licuiſſet, juvabit de immortalitate animorum quærere, imò credere.

Vltĭmŭs, ultima, ultimum, penul. corr. ab Vltra, poſtremus. [אחרון *acharón.* ὕστερος, ἔσχατος. Gall. *Le dernier.* Ital. *Vltimo.* Ger. Der letſt. Bel. Dat aldet werſte/oft leſte. Hiſ. *Poſtrero, ò poſtrimero.* Pol. *Oſtatni.* Vng. *Vtolſo.* An. *The laſt.*] Cicero de Natura deorum: Luna, quę omniũ ultima eſt. Ovid. 3. Metamorph. -ſed ſcilicet ultima ſemper Expectanda dies homini eſt, dicique beatus Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet. Horat. 1. Epiſt. 16: -Mors ultima linea rerum eſt. Liv. 4. ab Vrbe: Neceſſitate, quæ ultimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis. ¶ Aliquando etiam accipitur pro primo. Virg. lib. 8. Aeneid. de Saturno, primo Latini regis progenitore: -tu ſanguinis ultimus autor. Dictus Vltimus, quòd ultra omnia ſit, ſive antè reſpicias, ſive retrò. Cic. 1. de Finib. Quod quàm magnum ſit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tàm multis, tamq; variis ab ultima antiquitate, repetitis, tria vix amicorum paria inveniuntur.

Vltĭmùm, adverbium, Poſtremùm. [באחרונה *baacharonáh.* ὕστατον. Gall. *Pour la derniere foi, à la parfin.* Ital. & Hiſp. *Vltimamente.* Ger. Zum letſten. Pol. *Naoſtatek.* Vng. *Vtolzor, vegezetre.* Ang. *Laſt of all.*] Liv. 1. ab Vrbe: Nunc errabundi domos ſuas, ultimùm illas viſuri, pervagantur. Curtius lib. 5: Darius Artabazum, ultimùm illum viſurus, amplectitur.

Vltĭmō, aliud adverbium, ejuſdem ſignificationis cum ſuperiori. [באחרונה *baacharonáh.*] Suetonius in Ner. cap. 32: Vltimò templis compluribus dona detraxit, ſimulacraq; ex auro vel argento fabricata conflavit.

Vltrō, Vltrà, ſive inſuper. [עוד *hodh.* ἔτι, πρόσω. Gall. *Plus outre, par dela.* Ital. *Oltra, ancora.* Ger. Darüber. Hiſp. *Allende.* Pol. *Nad to.* Vng. *Az felet.* Ang. *Moreouer, more beyonde.*] Virg. 2. Aen. His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus ultrò. Vbi Servius: Vltrò, non ſponte: nam jam rogaverat, ſed inſuper: quia plus quàm rogaverat Sinon, ei præſtitit Priamus. Vſitatiùs tamen accipitur pro ſponte: hoc eſt, nemine rogãte, aut cogente. [בנדבה *bindabáh* נדבה *nedhabáh.* αὐτομάτως, αὐθαιρέτως. Gall. *Volontairement, ſans en eſtre requis.* Ital. *Di volontà ſpontaneamente, ſenza eſſer rechieſto.* Ger. Gutwilligetlich/von jhm ſelbs/vnangeforderet. Bel. Van ſelfs. Hiſp. *De buena gana, ſin ſer requerido.* Pol. *Zdobrei woli.* Vng. *Szabad akaratt zerent.* Ang. *Willinglie.*] Plautus in Epid. Continuò te orabit ultrò, ut illam tranſmittas ſibi. Terẽtius in Adelph. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant ſibi fieri injuriam ultrò, ſi quã fecẽre ipſi poſtulant, Et ultrò accuſant. Hoc eſt, ipſi priores accuſant, non expectata querela eorum, qui injuria ſunt affecti.

Vltrōnĕŭs, [ἐκόσιος, αὐτόματος. Vn. *Zabadakaratu, wnkent valo.*] Apul. Florid. lib. 2: Vt virgo nobilis ſpretis junioribus, ac ditioribus procis, ultronea ſibi optaverit.

Vltrō, citroq;. Huc illuc, ſurſum, deorſum. [כה וכה *choch vachóh.* δεῦρο κἀκεῖσε. Gall. *Decà & delà, d'vn coſté & d'autre.* Ital. *Di quà & di là.* Ger. Hin vnd wider/wider vnd für/hin vnd här. Bel. Herwart en derwart. Hiſp. *Aquende y allende, de todas partes.* Pol. *Tam y ſam, ſi tu y ogdzie.* Vng. *Alaſel, ſimide amoda.* Ang. *Hither and thi ther, vp and downe.*] Cic. 6. Verr. Qui ultrò citroq; navigant. Idem pro Sextio Roſcio: Poſtea homines curſare ultrò & citrò non deſtiterunt. ¶ Accipitur aliquando pro hincinde viciſſim, ſive ab utraq; parte. ἀμφοτέρωθεν. Cicero in Somnio Scipionis: Multis q; verbis ultrò citroq; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies.

Vlvă, æ, f. p. [Ger. Moßkraut/waſſer kreüter/ oder ſonſt kreüter im Meer.] Herbæ paluſtris genus eſt. Virgil. 2. Aenecid. Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in ulva Delitui.

Vlŭlo, as, pen. corr. n. p. Flebilem & mœſtum ſonũ edo more luporum. [יללה *belíl.* ὀλολύζω. Gall. *Heurler.* Ital. *Vlulare, vrlare.* Ger. Heülen. Bel. Huylen. Hiſp. *Aullar los lobos ò mugeres.* Pol. *Wye.* Vng. *Orditok.* Ang. *To howll lik a dog ge or wolfe.*] Virg. 1. Georg. Per noctem reſonare lupis ululantibus urbes, Idem 4. Aeneid. -ſummoq; ululârunt vertice Nymphæ.

Vlŭlātŭs, us, m q. Clarus, & inconditus clamor. [יללה *jelalâh* יליל *jelél.* ὀλολυγμός. Gall. *Heurlement.* Ital. *Vrlamento.* Ger. Heulung Hiſp. *Aullido.* Pol. *Wycie.* Vng. *Orditas.* An. *An howling.*] Cæſ. 5. bell. Gall. Tum verò ſuo more victoriam conclamant, atq; ululatum tollunt.

Vlŭlă, penult corr. f. p. Avis nocturna, ex genere noctuarum: [αἰγωλιός. Gall. *Chouecche.* Ital. *Alocco.* Ger. Ein Eül/oder Vhu. Hiſp. *Antillo aue conocida.* Pol. *Sowa.* Vn. *Bagaly.* An. *An owle.*] ita dicta, teſte Servio, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, quod eſt ululare, & flere. Virg. 8. Aeglog. Certent & cygnis ululæ.

Vmbēllă, vide VMBRA.

Vmbĭlīcŭs, lici, penult. prod. m. ſ. Quicquid in aliqua re eſt medium. [שור *ſchur* טבור *tabbúr.* ὀμφαλός. Gall. *Le nombril, le milieu de quelque choſe.* Ital. *Ombellico, bellico.* Ger. Das mittel eines jeden dings/der nabel am Menſchen. Bel. Den Navel. Hiſp *Ombligo.* Pol. *Srzodek kazdei rzeczi pepek.* Vng. *Köldök, középi.* Ang. *The nauell, the middle of any thing.*] Vnde Cic. 6. Verr. Ennam civitatẽ Siciliæ vocat ejus inſulæ umbilicum. Raptam (*inquit*) Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore arbitrantur: qui locus quòd in media inſula eſt ſitus, Siciliæ umbilicus nominatur. Sic etiam Plinius Vmbilicum Italiæ circa lacum Reatinum dixit, quòd ibi medium Italiæ ſit. ¶ Item Vmbilicus dicitur ligamentum inteſtinorum, quod mediam ferè ventris planitiem obtinet: ad hoc factus, ut per eum fœtus, dum eſt in utero matris, nutriatur. Plin. lib. 10. cap. 52: Vmbilicus ovis à cacumine ineſt, ceu gutta eminens in putamine. ¶ Vnde Vmbiliſecæ, obſtetrices umbilicos infantium deſecantes. ὀμφαλοτόμοι. ¶ Ab hujus quoq; ſimilitudine parvus circulus in terra deſcriptus, ad cognoſcendos ventos, Vmbilicus dicitur. Plin. lib. 18. cap. 33: Per hujus mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, vel cinere lineam, mediamq; circũſcribi circulo parvo, qui vocatur umbilicus. ¶ Item parvi, ac rotundi, politiq; lapilli, eadem ratione Vmbilici dicuntur. Cicero 2. de Oratore: Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita narrare ſolet Scævola, conchas eos, & umbilicos ad Cajetam, & ad Lucrinum legere conſuevisſe. ¶ Sunt præterea Vmbilici, ornamẽta, & veluti claviculi quidam, quibus libri ornantur. Martial. lib. 2: Quid prodeſt mihi tàm macer libellus, Nullo craſſior, ut ſit umbilico? Vmbilici (inquit Porphyrio) ornamenta oſſea erant, aut lignea, corneáve, umbilici noſtri formam imitantia, quæ voluminibus jam abſolutis addebantur. Hinc natum eſt vulgatum proverbium: Ad umbilicũ perducere, pro eo quod eſt abſolvere, ad finem perducere, extremam manum imponere. Hæc Porphyrio in illud Horat. in Epod. Deus, deus nam me vetat Inceptos olim promiſſum carmen, Iambos ad umbilicum ducere: In quem ſenſum & Martialis finem quarti libri clauſit, inquiens: Ohẽ jam ſatis eſt, ohe libelle, Iam pervenimus uſq; ad umbilicum: Tu procedere adhuc, & ire quæris, *&c.* ¶ Dicitur præterea Vmbilicus in anulo, vel monili, ea pars quam alio nomine Palam vocamus, cui ſcilicet gemma, vel margarita illigatur. Plinius de margaritis loquens: Et alios cõvenit nõ oportere perforari, quorũ ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatũ ex auro capita cõprehendentibus. ¶ Vmbilicus Veneris, herba eſt in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, brevi in medio cauliculo, in quo ſemẽ ineſt, radice olivæ modo rotũda. κοτυληδών. Eſt alterum ejuſdem genus, cymbalion aliqui vocãt, pinguibus foliis, latioribus, ligularũ modo denſis, circa radicem medium oculi ambitũ deſcribentibus, ut in majore Sempervivo, aſtringẽtis guſtus; cauliculo tenui; in quo flores & ſemina hyperici, radice majuſcula.

Vmbĭlīcātim, ſignificat Per umbilicos. κατ' ὀμφαλούς.

Vmbĭlīcātŭs, umbilicata, umbilicatum, adjectivũ, Quod umbilicos habet, vel quod ad umbilici ſimilitudinem factum eſt. [ὀμφαλόεις. Gall. *Fait en la facon de nombril.* Ital. *Fatto à foggia di ombilico.* Ger. Gemacht in der geſtalt eines Nabels. Hiſp. *Hecho à manera de ombligo.* Pol. *Iako pepekuczinioni.* Vng. *Köldökös.* An. *Made lik a nauell.*] Plin. lib. 13. cap. 4: Et in alvo media fiſſura pleriſq; umbilicatum.

Vmbo, onis, m. t. Media pars clypei eminentior: licet quandoq; pro toto clypeo ponatur. [ἰτυς, ὀμφάλιον. Gall. *La boſſe & le milieu d'vn bouclier.* Ital. *La brocca, ò el mezzo dello ſcudo.* Ger. Der mittelſt theil eines Buckler ſchilts. Hiſp. *La copa de la tarja ò del broquel.* Pol. *Srodek Ypuklierza koncati.* Vng. *Az paiſnak az középi.* Ang. *The boſſe of a buckler or ſhield.*] Liv. 5. ab Vrbe: Gallum umbone ictum deturbat. Statius: Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo. ¶ Eſt etiam Vmbo in monili, aut anulo, ea pars cui inſeritur gemma, quam & palam & umbilicum vocari diximus. Plinius libro 37. capite 6: Arabicæ excellunt candore circuli perlucido, atque non gracili, neque in receſſu gemmæ, aut in dejectu renitente, ſed in ipſis umbonibus mitente, præterea ſubſtrato nigerrimi colotis. ¶ Cornutus in Perſium: Satyra quinta, totam virilem eſſe ſcribit, qua adoleſcentes utebantur. Perſius: -totaque impunè ſuburra Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo: qua in re tamen non ſatis attendiſſe videtur, cùm de clypeo commodiſſimè intelligi poſſit. ¶ In montibus quoque ὑψηλοὺς τόπους umbones Latini vocant, quemadmodum Græci ἄμβωνας vocant quicquid extumidum eſt & prominet, ut ventrem ampullatum. Plutarchus in Lycurgo. Statius in Achilleide: -undiſonæ quos circuit umbo Maleæ: Id eſt, quod poëtis Græcis πρῴρα. Idem in Thebaide: Stant juga & objectus geminis umbonibus agger Campũ exire vetat. Idẽ in Hercule: -vaſto metuenda

tuenda umbone ferarum Excutiens ſtabula. Hæc ex Scaligero in Varronem, ubi plura exempla notata ſunt, quę quilibet inde petere poteſt.

V͞mbrā, æ, f.p. Aër carens ſole, quod fit alicujus corporis objectu, præſertim nubium. [ⱩⱩ *tſel* ⱩⱩ *tſelél*. σκιασμος, σκιά. Gall. *Ombre*. Ital. *Ombra*. Ger. Schatten. Bel. Die ſchaduwe. Hiſ. *Sombra*. Pol. Cȩien cȩinie. Vng. *Arniek*. Ang. A *ſhadow*.] Virgil. 1 Aegloga: tu Tityre lentus in umbra Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas. Quidam ἀπὸ τῆς ὑμεῖρας, quod eſt imber, umbram appellatam exiſtimant, quòd omnes umbræ humidæ ſint. ¶ Vmbræ etiam dicuntur, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ ſunt, ſolidæ videantur. Cicer. 4. Academ. Quàm multa vident pictores in umbris, & eminentia, quæ nos non videmus? ¶ Vmbræ etiam dicuntur mortuorum animæ. Virgil. 6. Aeneid. Vmbrarum hic locus, & ſomni, noctiſq; ſoporæ, Corpora viva nefas Stygia vectare carina. Ibidem: -imas Erebi deſcendit ad umbras. ¶ Vmbra item olim dicebatur, qui veniret ad convivium non vocatus, ſed illius qui vocatus fuerat, comes: nam ſic vocatum ſequitur, veluti umbra corpus. Horat. lib. 1. Epiſt. -ad ſummam, locus eſt, & pluribus umbris, Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ. ¶ Velut umbra ſequi dicitur, qui nunquam deeſt: nam umbra corpus aſſectatur, velis nolis. Plautus in Caſ. Decretum eſt mihi quaſi umbra quoquo ibis tute, perſequi. ¶ Suam ipſius metuere umbram, proverbiali hyperbole dicitur, qui pueriliter trepidat, etiam quum nulla ſubſit cauſa timoris. Vide Chiliades Eraſmi. ¶ Vmbra veritatis, eſt ſpecies quædam veritatis, & quod veriſimile dicitur. Vmbram luxuriæ, dixit Cicero pro Muræn. pro luxuriæ tenuiſſimo ſigno, ſive veſtigio.

V͞mbĕllă, læ, f.p. diminutivum. [σκιάδιον. Gall. *Ombrette, petite ombre*. Ital. *Picciola ombra*. Ger. Schättin. Hiſp. *Pequenna ſombra*. Pol. Cȩionek. Vng. *Arnyekotska*. Ang. A *litle ſhadow*.] ¶ Eſt & Vmbella inſtrumentum, quo mulieres ſolem à facie arcent. Iuvenalis Satyra nona: Et cui tu viridem umbellam, cui ſuccina mittas Grandia. ¶ Vmbella præterea dicitur in fœniculo, aniſo, ſambuco, & ſimilibus plantis, floris vel ſeminis pedamentum in plures diviſum longiores pediculos, hemiſpherii quandam imaginem ſitus rotunditate referentes, & in orbem ſe colligentes.

V͞mbro, umbras, act. p. Tegendo umbram facio. [ⱩⱩ *hetsál*. σκιάζω. Gall. *Ombrager, faire ombre*. Ital. *Adombrare, ombreggiare, far ombra*. Ger. Beſchattigen / ſchatten geben. Bel. Een ſchaduwe maȩen. Hiſp. *Hazer ſombre, cubrir con ſombra*. Pol. Cȩien cȩinie. Vng. *Be arniekozem*. Ang. *To ouder ſhadow or caſt a ſhadow ouer*.] Plin. lib. 19. cap. 1: Marcellus velis forum umbravit. Virgil. 3. Aeneidos: Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. Colum. lib. 5. cap. 7: Tum omnes penè virgæ, ne umbrēt, eo tempore quo vitis putatur, abraduntur. ¶ Hujus compoſita magis ſunt in uſu, ſcilicet Adumbro, inumbro, obumbro, præumbro: quorum ſignificata vide ſuis locis.

V͞mbrātĭcŭs, umbratica, umbraticum. Quod eſt ex umbra, ſeu ad ſimilitudinem umbræ. [σκιώδης. Gall. *Ombrageux, d'ombre*. Ital. *Adumbrado*. Ger. Schattenförmig. Hiſp. *Sombrio*. Pol. Cȩieniaſti. Vng. *Arniekos*. Ang. *That is lik a ſhadow, of a ſhadow*.] Auguſtinus libro 2. Confeſſ. Non ſaltem, ut eſt quædam defectura ſpecies & umbratica, vitiis fallentibus. ¶ Vmbraticus homo, dictus eſt à Plauto in Curcul. trapezita, qui in umbra ſub tecto vitam agit otioſam. ἐσκιονόμος. ¶ Artes quoque & negotia umbratica nominantur, in quibus per deſidiam in umbra elangueſcimus. Plin. Epiſtol. 179: Nos quàm anguſtis terminis claudamur, etiam tacente me perſpicis: niſi fortè volumus ſcholaſticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere.

V͞mbrātĭlĭs, umbratile, penult. corr. adjectivum, Quod in umbra otioque verſatur. [σκιαφός Gall. *Fait à l'ombre* Ital. *Fatto all' ombre*. Ger. Das man daheim am ſchatten verſchteißt. Hiſp. *Hecho à la ſombra*. Pol. Wcȩieniu prozniaci. Vng. *Arniekba heneröd*. Ang. *That is done in a ſhadow, that is done with out great trauaile*.] Cic. 2. Tuſculan. Sic ad malam domeſticam diſciplinam, vitamque umbratilem & delicatam quum acceſſerunt etiam Poëtæ, nervos omnis virtutis elidunt. Studioſi vitam umbratilem colunt, quos libri docent in umbra & otio, ut inquit Cicero pro Cornelio Balbo. ¶ Res etiam umbratiles dicuntur, quæ fiunt per involucra, & inanitatem, qualis umbra eſt. Vmbratilem exercitationem dicit Cicero de Oratore, quæ in loco operto atq; adeò in otio fit.

V͞mbrācŭlum, umbraculi, n.ſ. Tabernaculum, velúmve umbræ cauſa erectum. [סכך *ſuchchdh* סבך *ſóbech*. σκιάν. Gall. *Ombrage, ramée, fueillée*. Ital. *Fraſcata, vmbramento come di rame o foglie*. Ger. Ein ſchattenhütt / etwas damit man ein ſchatten machet. Hiſp. *Sombraje, que haze ſombra*. Pol. Zaſ'ona. Vng. *Arnick, lauel* Ζιν. Ang. A *shado wed place, or thing that shadoweth*.] Varro libro 1. de re Ruſt. cap. 51: Propè aream faciunt umbraculum quo ſecedant homines in æſtu tempore meridiano. Valer. Maxim. lib. 2: Quint. Catulus primus ſpectantium conſeſſum velorum umbraculis texit. ¶ Ponitur & umbraculū pro umbella mulieris qua tegitur ejus facies, ad Solis calorem arcendum, σκιάδης. Ovid. in Faſt. Aurea pellebant tepidos umbracula ſoles.

V͞mbrĭfĕr, umbrifera, umbriferum, adjectivum, Ferens umbrā. [ⱩⱩ *métſal* ⱩⱩ *tſiltsál*. σκιάδιον. Gall. *Qui porte ombre*. Ital. *Che porta ombra*. Ger. Das ſchatten bringt. Hiſp. *Coſa que trae ſombra*. Pol. Zaſ'one cȩiniacy. Vng. *Arniek tſinalo*. Ang. *That caſteth a ſhadow*.] Varro ſecundo de re Ruſt. cap. 2: Circiter meridianos æſtus dum deferveſcunt, ſub umbriferas rupes, & arbores patulas ſubjiciunt. Virgil. 6. Aeneid. -atq; inimica refugit In nemus umbriferum.

V͞mbrōſŭs, adjectivum, Opacus. [ⱩⱩ *metsál* ⱩⱩ *tſiltsál*. ἰσκιόεις, σκιάδης. Gall. *Ombrageux*. Ital. *Ombroſo, oſcuro*. Ger. Schattechtig. Hiſp. *Sombrio*. Pol. Cȩieniſti. Vng. *Arniekos, homalos*. Ang *Thath hath much ſhadow*.] Virgil. 8. Aeneid. Et crines umbroſa tegebat arundo. Cicero ad Quin. Frat. lib. 3: Ego locum æſtate umbroſiorem vidi nunquam. Plin. lib. 16. cap. 26: Ficofolium maximum, umbroſiſſimumq;. Ovid. 7. Metam. Quas nemus umbroſum, ſecretaq; ſylva tegebat.

V ante N.

V͞nā, poſteriore acuta, Simul, pariter. [יחד *jachádh* יחדיו *jachdáv* ἅμα. Gall. *Enſemble, auec*. Ital. *Inſieme, in compagnia*. Ger. Mit einander beren / zumal. Bel. Meetſamen. Hiſp. *Iuntamente, concordamente, de compannia*. Pol. *Spolnie*. Vng. *Egyſzer*. Ang. *To gether*.] Cic. ad Attic. Si in Italia Pompeius conſiſtit, erimus una Idem 1. Verr. Vnà & id quod facio probabit, & in hac cauſa profectò neminem mihi eſſe præponendum actorem putabit.

V͞nănĭmĭs, & hoc unanime, & Vnanimus, a, um, Qui unius animi eſt, & unius ſententiæ cum altero conſentiens congruens, conveniens. ὁμόψυχος. Gall. *D'vn meſme cueur & courage, d'vn meſme vouloir*. Ital. *D'vn animo, de l'iſteſſo animo*. Ger. Einmütig. Hiſp. *Concorde de vno coracon, de vna voluntad*. Pol. *Iednego vmyſłu*. Vng. *Egy ſziwue, akaratu*. Ang. *Of one hart or minde*.] Virgil. 4. Aeneid. Quum ſic unanimem alloquitur malè ſana ſororem. Liv. 7. ab Vrbe: Conſules funebrem quoq; rem, quæ deſtinere unanimos videbatur, levare aggreſſi, &c.

V͞nănĭmĭtās, atis, f.t. Concordia, conſenſus, æquanimitas. [ὁμοψυχία. Gall. *Vn meſme vouloir*. Ital. *Vna medeſima voluntà*. Ger. Einmütigkeit. Hiſ *Concordia ò vniformidad*. Pol. *Iedeń vmyſł*. Vng. *Egyetteſség, egy ertelem*. Ang. *Concorde*.] Plaut. in Truc. Non amātis mulieris, ſed ſociæ unanimitati fidētis fuit. Liv. 10 bel. Maced. Mihi, Antiocho, & cuilibet regū hujus ætatis nulla re magis quàm fraterna unanimitate regnum æquaſſe videtur.

V͞nănĭmĭtĕr, adverb. [ὁμοψύχως. Vn Egy akarattal izenlő ζwe-uel.] Vopiſcus in Tacito: Et mihi hoc ſolùm obeſſe incipiat, quòd me unanimiter delegiſtis.

V͞nci͡ă, æ, f.p. Aſſis pars duodecima, quaſi una ex duodecim dicta. [ὐγκία. Gall. *Once* Ital. *Onza*. Ger Der zwölffte theil eines dings / ein vntz. Hiſp. *Onca, duodecima parte de lo intero*. Pol. *L'ott, to ieſt dwanaśta cȩesc' wiektorei rzeczi*. Vng. *Lott*. Ang. *An ounce*.] Plaut. in Menęch. Atq; huic ut addas auri pondo unciam. Vnciæ partes ſunt Semuncia, cōtinens drachmas quatuor: Duella, pendens duas Sextulas: hoc eſt, tertiam partem unciæ. Sicilius, quod & Didrachmum dicitur, pondus eſt duarū drachmarum: hoc eſt, quarta pars unciæ. Sextula, ſexta pars unciæ. Deinde ſequitur Drachma, quę octies ſumpta explet unciam. Quòd ſi ad minora pondu ſcula libeat deſcendere, unciamq; in minimas particulas diſſecare, cōtinent ſingulæ unciæ ſcrupula XXIIII, obolos XLVIII, ſemiobolos XCVI, ſiliquas, ſive ceratia CXLIIII. Quoties autem de menſuris ſermo eſt, Vncia mēſuralis accipitur pro duodecima parte Romani ſextarii: medici frequentiùs *Cyathum* vocant. ¶ Hinc deducuntur cōpoſita Quincunx, pondus, vel menſura quinq; unciarū: & Septunx, ſeptem unciarum. ¶ Vncia in menſuris Geometricis dicitur duodecima pars pedis: alio nomine Pollex. Frontinus de Aquæductibus: Eſt autem Digitus, ut convenit, decimaſexta pars pedis. Vncia 12.

V͞nci͡ŏlă, æ, pen. corr. f.p. diminut. ab Vncia. [ὐγκιάδιον. Gall. *Petite once*. Ital. *Picciola onza*. Ger. Der zwölffte theil eines dings. Hiſp. *Pequenna onca*. Pol. *L'ocȩik*. Vng. *Ku lott*. Ang *A litle ounce*.] Iuvenalis, Sat. 1: Vnciolā Proculeius habet, ſed Gillo deūcem, Partes quiſq; ſuas ad menſurā inguinis heres Accipiat.

V͞nci͡ālĭs, unciale, om. t. Quod eſt unius unciæ: [ὐγκιαῖος. Gal. *D'vne once, de la grādeur ou valeur d'vne once*. Ital. *Che peſa vn onza*. Ger. Das nur ein *vnciam* haltet / oder einer groß iſt. Hiſp *Coſa de vna onca*. Pol. *Oiednim l'ocȩie*. Vng. *Egy lott*. Ang *Of one ounce*.] ut, Vncialis as, qui unciam tantùm valebat. Plinius lib 33. cap 3: Quint. Fabio dictatore aſſes unciales facti. ¶ Vncialis herba, quę eſt pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices conficiunt pedē. Idem li. 13. cap. 16, de Medica herba loquēs: Ideò protinus altitudine unciali herbis omnibus liberāda eſt.

¶ Vnciales

¶ Vnciales literę, pollicis craſſitudine exaratę, inquit Budęus.

Vncĭārĭŭs, a, um, adjectivum, ab Vncia derivatur: [ἀγκιαῖος. Gall. *D'once.* Ital. *Di onza.* Ger. Das zu dem zwölfften theil eines gantzen gehört Hiſp. *Coſa de onca.* Pol. *L'otowi.* Vn. *Lott feldl valo.* Ang. *Of an ounce.*] ut, Lex unciaria, apud Feſtum: & Fœnus unciarium, quod erat leviſſimum quoddam uſuræ genus, quum ſcilicet ex ſorte centum aureorum quotannis redit aureus unus. Dictum Vnciarium fœnus, quòd duodecima tantùm pars ſit uſuræ centeſimæ, ſive quòd ſingulis mẽſibus unciam: hoc eſt, duodecimam partem aurei unius pareret. Nam ſicut ex uſura centeſima quotannis ex centum aureorum ſorte aurei duodecim redibant: hoc eſt, in ſingulos mẽſes aureus unus: & ex ſemiſſib. uſuris in ſingulos annos aurei ſex, & ex trientalibus aureis quatuor: ita etiã ſervata proportione convenit, ut unciaria uſura ex centum aureorũ ſorte quotannis aureum unum pariat, vel (quod in idem recidit) unciã: hoc eſt, duodecimam partem aurei in ſingulos menſes. Liv. 7. ab Vrbe: Nã etſi unciario fœnore facto levata uſura erat, ſorte ipſa obruebãtur inopes. Rurſus ſemunciarium fœnus, dimidio levius eſt unciario, quod ex centũ aſſibus quotannis ſemiſſem pariebat, vel in menſes ſingulos ſemũciam. ἡμιεγκιαῖον τόκον. Hujus fœnoris ibidem meminit Livius: Semũciarium (*inquit*) tantùm ex unciario factũ fœnus, & in penſiones æquas triennii. ¶ Vnciaria ſtips, Romæ erat moneta omnium minima, duodecimam tantùm aſſis partem valens. Plin. lib. 34. cap. 5: Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam Trigeminam unciaria ſtipe collata. ¶ Vnciariæ vites dicebantur, quæ ita diſpoſitæ eſſent, ut inter quamlibet vitem uncia unius jugeri relicta, intervalla omnia paria fierent. Colum. li. 3. cap. 2: Nec ſolùm quæ jucunditate ſaporis, verumetiam quę ſpecie commendari poſſint, cenſeri debent ut ſtephanitæ, ut tripedaneæ, ut unciariæ, ut cydonitæ.

Vncĭātim, adverbium, Per ſingulas uncias. [κατ' ἀγκίας. Gall. *Once à once, par onces.* Ital. *A onza à onza.* Ger. Stucklech tig/ein wenig nach dem anderen. Hiſp. *De onca en onca.* Pol. *Po l'ocie.* Vng. *Lottonkent.* Ang. *By euerie ounce.*] Terẽtius in Phormion.: quod ille unciatim vix de demẽſo, Suum defraudans genium, comparſit miſer, &c. Plin. lib. 28. cap. 9: Datur & phthiſicis unciatim cum vini veteris hemina decocta, donec tres unciæ è toto reſidant.

Vncĭnŭs, ni, pen. cor. ὄγκιν. Græca dictio eſt, Latinè uncus, vel curvus.

Vncĭnātŭs, a, um, adjectivum, Vncinis hamatus. [ἀγκιστρωτὸς, ἀγκιστροειδὴς. Gall. *Qui a croc ou crochet.* Ital. *Che ha rampini, vncino.* Ger. Gehaatet/das haaten hat. Hiſp. *Ceſ. con mucho. ganchos.* Pol. *Naſiecżoni.* Vng. *Horgas.* Ang. *Hooked, or crooke.*] Cic. 4. Acad. Nec ille qui aſperis & lævibus, & hamatis, uncinatiſq; corpuſculis concreta hæc eſſe dicat interjecto inani.

Vnctŭs, vide VNGO.

Vncŭs, ci, m. ſ. Inſtrumentum incurvum, & in ſeſe reflexum, quo ad multa utimur. [וו *vav* חכה *chachchdh* קרס *keres.* ἄγκιστρον. Gall. *Vn croc ou crochet, vn hauet.* Ital. *Rampino, vncino.* Ger. Ein haat Bel Een hat Hiſp. *El garfio, eſcarpia, ou cocle.* Pol. *Hak.* Vng *Horog.* Ang. *An hooke or crooke.*] Iuven. Satyr. 10: impacto Sejanus ducitur unco. Dictus Vncus, ἀπὸ τῆς ὀγκῆς: quod eſt extuberare, vel intumeſcere, quod hoc inſtrumẽtum ab ea parte qua incurvatur, intumeſcere ac extuberare videatur. Cicer. 2. Philip. Vncus impactus eſt fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaſerat. Liv. 30 belli Punici: Poſtremò aſſeres ferreo unco præfixi (harpagines vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti. Colum. lib. 3. cap. 18: Et velut uncus infixus ſolo, antequam extrahatur, prærumpitur.

Vncŭs, a, um, Incurvus, aduncus. [כטוף *caphúph* נהה *nahaveh.* ὄγκιος, γαμψός. Gall. *Crochu.* Ital. *Piegato, torto.* Ger. Haat echtig/krumb. Hiſp. *Corno.* Pol. *Krżiwi, hakowati.* Vng. *Horgas.* Ang. *Crooked.*] Colum. lib. 7. cap. 11: Atq; uncis digitis alterũ quoq; teſticulum educito. Virgil. 1. Georg. Adſis ô Tegeæe favens, oleęq; Minerva Inventrix, unciq; puer monſtrator aratri. Ovid. 15. Metam.: de parte ſepulta Scorpius exibit, caudaq; minabitur unca. Idem 1. de Ponto, eleg. 7: Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat. ¶ Hujus compoſita ſunt Aduncus, & Reduncus, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Vndă, æ, f. p. Fluctus ſive globus aquæ in unũ collectus: quales in mari ventis exagitato maximè ſolent excitari. [לג *ghal.* κῦμα. Gall. *Onde, vague, flot* Ital. & Hiſp. *Onda.* Ger. Ein waſſers wällen Bel. Een bare Pol. *Wal'i wodne.* Vng. *Viz, hab.* Ang. *A wane of water.*] Dicta Vnda (ut quidam volunt) quòd ſit una, & in ſe coacta. Virgil. 1. Aenеid. Frangũtur remi, tum prora avertit, & undis Dat latus, &c. Ovid. 8. Metamorph.: ſuccede meis, ait, inclyte fratris Cecropide, nec te cõmitte rapacibus undis. ¶ Aliquando ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Ovid. 1. Metamorph.: & terris abſcidit undas. ¶ Aliquando pro hominum multitudine. Virgil. 2. Georg. Si non ingentem foribus

domus alta ſuperbis Manè ſalutantũ totis vomit ædib. undã.

Vndŭlă, diminutivum. [κυμάτιον. Gall. *Petite onde.* Ital. *Picciola onda.* Ger. Ein kleine waſſerwällen. Hiſp. *Pequenna onda.* Pol. *Mal'a wal'a na wodzie.* Vng. *Vizetske, habotska.* Ang. *A litle waue.*] ¶ Vndæ comitiorum, per translationem pro varia ſententiarum multitudine, quibus veluti undiſ mare, ita etiam comitia fervere videntur. Cicero pro Planc. Si campus atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum & immenſum, ſic efferveſcunt &c.

Vndăbūndŭs, a, um, Vndoſus, procelloſus: [בסער *nihár* בלרש *nighráſch.* κυματώδης. Gall. *Qui fait des ondes & vagues.* Ital. *Pieno de onde.* Ger. Voll waſſerwällen/das wällen gibt. Hiſp. *Lleno de ondas.* Pol. *Pel'ni wal'ow wodnich.* Vng. *Habos.* Ang. *That hath many waues.*] ut, Vndabundum mare, apud Gell. lib. 2. cap. 30.

Vndātim, Ad undarum ſimilitudinem. [κυματοειδῶς. Gall. *A la facon d'ondes, par ondes.* Ital. *A faggia di onde.* Ger. Alß die wällen. Hiſp. *Onda à onda, à manera de ondas.* Pol. *Iakobi woda.* Vng. *Hab mog giara.* Ang *Lik the waues, by euerie waue.*] Plin. lib. 13. cap. 15: Sunt & undatim criſpæ menſæ, &c.

Vndĭſŏnŭs, a, um, pen. cor. Quod undarum more ſtrepit, vel quod undis ſtrepit. [הֹמֶה *homéh.* πολύφλοισβος. Gall. *Que les ondes, vagues, & flots font sonner & crier.* Ital. *Fluttuoſo.* Ger. Das von Wällen toſet. Hiſp. *Coſa de las ondas del rio ò de la mar.* Pol. *Wal'ami pluskaiac.* Vng Zörgö, *Zugo.* Ang. *That ſoundeth lik waues.*] Vnde Mare undiſonum dicitur, quòd fluctuando ſonitum reddat. Vndiſoni dii. Propert. li. 3. Eleg. 11: Ergo ego nũc rudis Adriaci vehar æquoris hoſpes, Cogat & undiſonos nũc prece adire deos. Stat. 1. Achil. At Thetis undiſonis per noctẽ in rupibus aſtans.

Vndĭvŏmŭs, a, um, pen. cor. Quod undas id eſt, aquas vomit. κυμοβόλος. ut undivoma charybdis.

Vndo, as, Fluctuo, undis agitor. [בסער בלרש *nihár nighráſch.* κυματόω, κυμαίνω, κυμαπίζω, κυματόω. Gall. *Ondoyer, flotter.* Ital. *Fluttuare, ondeggiare.* Ger. Wällen geben oder treyben. Bel. Baren maten. Hiſp *Ondear o haxer ondas.* Pol. *Wal'ami ſie tocże.* Vng *Habor gok, habzog.* Ang. *To riſe in ſourges and waues.*] Cic. 2. de Natura deorum. Subter radices penitus undanti in freto. ¶ Vndare quoq; per quandam ſimilitudinem dicimus aquam fervente, quòd quibuſdam quaſi undis agitari videatur. Virgil. 6. Aeneid. Pars calidos latices, & ahena undantia flammis Expediunt. Idem ſeptimo: magno veluti quum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni, Exultantq; æſtu latices, fortiuntus aquæ vis. ¶ Accipitur aliquando undare, pro ſuo compoſito abundare, κατ' ἀφαίρεσιν. Claud. de Rap. Proſerp. l. 3: Vndaret neu ſylva favis, neu vina tumerent. Valerius Flacc. 1. Argon. Iampridem regio undat equis floretq; viris. Sic etiam Virg. 2. Georg. Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum. Quanquam ibi non tàm propter copiam buxi, qua omnino mons ille abundat, verbo hoc utitur, quàm ut levibus auris impulſi arbuſti motum, undabundi maris ęmulum, exprimeret. ¶ Legitur & undare activè pro inundare ſive undare facere. Statius 1. Achil. Quum tuus Aeacides tepido modò ſanguine Teucros Vndabit campos.

Vndāns, tis, nomen ex participio. [κυλινδούμενον, κυματίζων. Gall. *Ondoyant.* Ital. *Ondeggiante.* Ger. Wällen treybend/ſchwanckend. Hiſp. *Que ondea y haze ondas.* Pol. *Pl'oące.* Vng. *Habos.* Ang. *Riſing in waues.*] Vndantem chlamydem facere, eſt incedendo chlamydem laxam, rugoſamq; ſic in dextram modò, modò in lævam jactare, ut ejus pars potiſſimùm inferior undas modò accedentes, modò recedentes imitari videatur. Plaut. in Epid. Sed hic quis eſt, quem huc advenientẽ conſpicor, Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit?

Vndōſum mare: id eſt, fluctuoſum, undis exagitatum. [כסער בלרש *nihár nighráſch.* κυματώδης, ἁλώσιμος. Gall. *La mer fluctueuſe, abondante en ondes.* Ital. *Mare fluttuoſo.* Ger. Das Mier ſo voll wällen iſt. Hiſp. *Mar lleno de ondas.* Pol. *Morże wal'ow pel'ne.* Vng *Fel haborodot.* Ang. *Full of waues and sourges.*] Virgil. 4. Aeneid. Troia per undoſum peteretur claſſibus æquor.

Vndŭlātŭs, a, um, aliud adjectivum: ut Vndulata veſtis, veſtiment igenus, ab undis quibus depictum erat, nomen habens: [κυματώδης ἐσθής. Gall *Robe faite à ondes, ondoyante, madrée de camelot.* Ital. *Veſte fatta à onde.* Ger. Ein kleid das hubſche waſſer hat/alß der Schamlot. Hiſp. *Veſtidura de chamelote.* Pol. *Pregi maiare wodne, iakie naſiami'acie wydaſi.* Vng. *Habos ruha.* Ang. *Made lik waues of water, as chamblet.*] cujuſmodi hodie ad nos afferunt ex hircorum & caprarum pilis veriùs quàm lanis confecta: quæ ſymballota paſſim appellantur, ἀπὸ τῆς συμβάλλειν, quaſi σύμπλεγμα, quòd coacto potiùs implexu quàm textu ſint confecta: ceu origine ab illo veſtium genere accepta, de quo Plinius ita ſcribit: Lanæ & per ſe coactæ veſtem faciunt. Vndulatæ autem (ut diximus) appellatæ ſunt ab undarum imagine per eas diſcurrente, ea forma qua à ſcutulis ſcutulatæ. Hanc eandem quidam & cymatilem dictam fuiſſe exiſtimant:

ſtimant: ſed falsò, mea quidem ſententia, quum cymatilis eadem ſit quæ cerulea, non à diſcurrentibus undarum lineis, ſed à fluctuũ colore appellata. Varro li. 11. de Vita pop. Rom. Vndulatã togam pro pura pósuit, idq; novè, ut annotavit Non. A' quibuſdam (inquit Varro) dicitur eſſe Fortunæ virginis ſimulacrum, ideò quòd duabus undulatis togis eſt opertum, perinde ut olim reges noſtri prætextatas & undulatas togas ſoliti ſunt habere.

V⁻ndĕ, adverbium, Ex quo loco, vel à quo loco. [אי־משה *eimi̇zkh. πόθεν, ὁπόθεν, ὅθεν, ὁθούνεκ.* Gall. *Dont, d'ou.* Ital. *Onde, donde.* Ger. Von dannen/von wannen/woher. Bel Van waer. Hiſp. *Donde.* Pol. *Skad.* Vng. *Honnat.* Ang. *Frome what place, or whence.*] Cic. pro Cec. Hoc verbũ unde utcunq; declarat, & ex quo loco, & à quo loco. ¶ Accipitur autem modò interrogativè. Cic. in Rullũ: Vnde iſte amor tam repentinus? Modò relativè. Virg. 2. Aen. Turrim in præcipiti ſtantem, ſummisq; ſub aſtra Educta tectis: unde omnis Troia videri, Et Danaũm ſolitæ naves, & Achaïca caſtra. Et paulò antè: Evado ad ſummi faſtigia culminis: unde Tela manu miſeri jactabãt irrita Teucri. ¶ Nõ nunquam etiam infinitè. Cicero ad Attic. Non recordor unde ceciderim, ſed unde ſurrexerim. ¶ Aliquando non ad locum refertur, ſed ad perſonam. Cicero Terentiæ: Hem mea lux unde omnes opem petere ſolebant. Idem de Senect. Quaſi divinarem, illo extincto fore, unde diſcerem, neminem. ¶ Vnde nam, illo extincto fore, unde diſcerem, neminem. ¶ Vnde gentium. Idem quod unde. Plautus in Aſinaria: Face id ut pagentium. Idem quod unde. Plautus in Aſinaria: Face id ut patrem jam ſit. L. unde gentium? Idem Pſeudolo: Vnde ego hominem hunc eſſe dicam gentium?

V⁻ndĕcũnquĕ, adverbium, Ex quocunq; loco. [*ὁπόθενοῦν.* Gal. *De quelque coſté que ce ſoit.* Ital. *Da tiaſcun loco.* Ger. Geh wohãr. Hiſp. *Donde quiera.* Pol. *Skadkolwiek.* Vng. *Vala honnat.* Ang. *Frome whatſoever place.*] Liv. 4. belli Pun. Bellum undecũq; cum Annibale Conſulibus mandatum. Plinius lib. 26. cap. 4: Vulnerum quoq; ſanguinem, & undecunq; fluentem, ſiſtit per ſe, vel ex acetõ.

V⁻ndĕũndĕ, Vndecunq;. *ὁπόθενοῦν*, quemadmodum Vbiubi dicimus pro ubicunq;, & Quoquo pro quocunq;, & Quaqua pro quacunq;.

V⁻ndĕcẽntum. Nonaginta novẽ, centũ minus uno. [תשעים ותשעה *tiſchhim vethiſchhdh, εἰνενηκονταεννέα, ἑκατὸν εἰὸς δέοντα.* Gall. *Nonanteneuf, quatre vingts & dixneuf.* Ital. *Nonantanoue.* Ger. Eins minder dann hundert/ neün vnd neüntzig. Hiſp *Nonanta y nueue.* Pol. *Dziewiecdziesiat y dziewiec.* Vng. *Kilenczuen kilencz y nueue.* Ang. *Foure ſcore ad nynetene.*] Plin. lib. 7. cap. 6. Parucrunt tamẽ eis annis undecentum.

V⁻ndĕcẽnī, æ, á, Idem *εἰνενηκοντατρία, ἑκατὸν εἰὸς δέοντα.* Plinius lib. 36. cap. 8, de Aegypti obeliſcis agens: Idemq; digreſſus inde, ubi fuit Mnevidis regia; poſuit alium, longitudine undecenis pedibus, per latera cũbitis quatuor.

V⁻ndĕcĭẽs, adverbium, Vndecim vicibus. [*εἰδεκάκις* Gall. *Onze fois.* Ital. *Vndeci volte.* Ger. Eilff mal. Hiſp. *Onze vezes.* Pol. *Iedenaſcie razow.* Vng. *Tizen egyzer.* Ang. *Eleuen times.*] Col. lib. 5. cap. 2: Hanc ſummã undecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti.

V⁻ndĕcĭmŭs, undecima, undecimum, pen. corr. Vltimus ex undecim. [עשרי עשר *haſchté hasár. εἰδέκατος.* Gall. *Onzieme.* Ital. *Vndecimo.* Ger Das eilfft. Hiſp. *Cada de onze.* Pol. *Iedenaſti.* Vng. *Tizen egyziedik.* Ang. *The eleuenth.*] Virg. 8. Aeglog. Alter ab undecimo tum me jam cœperat annus.

V⁻ndĕcĭrēmĭs, hujus undeciremis, pen. prod. Navis undecim remorum ordines habens. [*εἰδεκήρης.* Gall. *Galee d'onze rames pour banc.* Ital. *Galera di vndeci remi.* Ger. Ein Galeen ſo in einer zeileten eilff ruder hat. Hiſp. *Galea de onze ordines.* Pol. *Okret wiednim rzadzie iedenaſcie poiazdmaieci.* Vng. *Tizenegy rend euezõs hajo.* Ang. *A galey hauing a eleuen oares on euerie ſeat.*] Plin. lib. 16. cap. 40: Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii ſuccisa centum triginta pedum longitudinis: craſſitudinis verò ad trium hominum complexum.

V⁻ndēnī, æ, adjectivum, Vndecim. [עשרי עשר *haſchté hasár. εἴδεκα.* Gall. *Onze.* Ital. *Vndeci.* Ger. Eilff. Hiſp. *Onze.* Pol. *Iedenaſcie.* Vng. *Tizen egy.* Ang. *Eleuen.*] Plin. lib. 11. cap. 23: Pariuntur autem undeni. Ovid. 1. Amor. Eleg. 1: Muſa per undenos emodulanda pedes.

V⁻ndĕvīgīntī, adjectivum indeclinabile, Novemdecim, viginti minus uno. [תשעה עשר *tiſchhdh hasár. ἔνδεκα εἰὸς, δέοντα.* Gall. *Dixneuf, vingt moins vn.* Ital. *Diecinoue.* Ger. Eins minder dann zwentzig. Hiſp *Diez y nueue.* Pol. *Dziewietnaſcie.* Vng. *Tizen kilencz.* Ang. *Nyntene.*] Cicero de Clar. Orat. Vndeviginti annos natus erat eo tempore. Livius 3. belli Pun. Vbi ea dies venit, ad conducendum tres ſocietates aderant hominũ undeviginti.

V⁻ndĕvīcēsĭmŭs, a, um, Decimus nonus. [תשעה עשר *tiſchhdh hasár: εἰνεακαιδέκατος, ἐκατὸς εἰὸς δέοντα.* Gall. *Dixneufieme.* Ital. *Decimonono.* Ger. Das neünzehentſt. Hiſp. *Diez y nueue en orden.* Pol. *Dziewietnaſti.* Vng. *Tizen kilenczedik.* Ang. *The nyne tenth.*] Cic. de Sen. Anno enim undevicesimo poſt ejus mortem, hi Conſules T. Flaminius, & M. Attilius facti ſunt.

Vndevicesimanus, i, Vndevicesimæ legionis miles. [Vn. *Egybean huzadik ſeregi.*] Hircius de bello Alexandrino: Cognita te noctu cum quinq; cohortibus undevicesimanorum egreditur.

V⁻ndētrigēsĭmŭs, a, um: id eſt, vicesimus nonus. [תשעה עשרים *heſchrim vethiſchhdh. ἐνενηκοστὸς εἰὸς δέοντα.* Gall. *Vingtneufieme.* Ital. *Ventéſimonono.* Ger Ohn eins das dreyſsigiſt/neün vnd zwentzigeſt. Hiſp. *Veynte y nueue en orden.* Pol. *Dwudzieſti ad ziewiati.* Vn. *Egi hian harmincz.* An. *The nynth and twenteith.*] Liv. 5. bell. Pun. 2: Anno octogeſimo poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt.

V⁻ndēquādrāgīntā, Triginta novem. [שלשים ותשעה *ſchelo ſchim vethiſchhdh. ὀγδοηκονταεννέα, τεσσαράκοντα εἰὸς δέοντα.* Gall. *Trenteneuf.* Ital. *Trentanoue.* Ger. Eines minder dann viertzig/ neün vnd dreiſſig mal. Hiſp. *Treinta y nueue.* Pol. *Trzidzieſci y dziewiec.* Vng *Egi hian negyuen.* Ang. *Threttie and nyne.*] Livius 5. belli Pun. Ad mille CCCC. Carthaginienſium cæſi, undequadraginta vivi capti.

V⁻ndēquādrāgĭēs, adverbium, Novies & tricies. [*ὀγδοηκονταεννέακις, τεσσαρακοντάκις εἰὸς δέοντα.* Gall. *Trenteneuf fois.* Ital. *Trentanoue volte.* Ger. Eines minder dañ viertzig mal/neün vnd dreiſſig mal Hiſp. *Treynta y nueue vezes.* Pol. *Dziewiety trzidzieſci.* Vng. *Harmincz kilenczer.* An. *Threttie and nyne tymes.*] Plin. lib. 7. cap. 25: Solus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicaverat.

V⁻ndēquīnquāgīntā, Quadraginta novem, quinquaginta minus uno. [ארבעים ותשעה *arbahim vethiſchhdh. τεσσαρακονταεννέα, πεντήκοντα εἰὸς δέοντα.* Gall. *Quaranteneuf.* Ital. *Quarantanoue.* Ger Eines minder dann fünffzig. Hiſp. *Quarenta y nueue* Pol *Szterdziesci y dziewiec.* Vng. *Egi hian ötuen.* An. *Fourtie and nyne.*] Liv. 7. bell. Maced. In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ translatæ ſunt.

V⁻ndēquīnquāgēsĭmŭs, a, um; Quadrageſimus nonus. [ארבעים ותשעה *arbahim vethiſchhdh. τεσσαρακοστὸς εἷς απὸ τεσσαράκοντα, πεντηκοστὸς εἰὸς δέοντα.* Gall *Quarantenieuſieme.* Ital. *Quarantesimonono.* Ger. Ohn einen der fünffzigeſt. Hiſp. *Vno di quaranta y nueue.* Pol. *Dziewiatia ſtrerdziesty.* Vng *Negiuen kilenczedik.* Ang. *The fourtie nynth in order.*] Cic. pro lege Manil. Ipſe autem ut à Brunduſio profectus eſt, undequinquageſimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adjunxit.

V⁻ndēquīnquāgintā, Quinquaginta novem. [חמשים ותשעה *chamiſchſchim vethiſchhdh. πενταεννηκοντάκις, ἑξήκοντα εἰὸς δέοντα.* Gall. *Cinquanteneuf.* Ital. *Cinquantanoue.* Ger. Eines minder dann ſechtzig. Hiſp. *Cincuenta y nueue.* Pol. *Piedziesiat y dziewiec.* Vng. *Egi hian hatuan.* Ang. *Nyne and fiftie.*] Liv. 3. belli Punici: Ceperunt amplius tria millia hominum, paulò minus mille equorum, undeſexaginta militaria ſigna.

V⁻ndēoctōgīntā, Septuaginta novem, octoginta minus uno. [שבעים ותשעה *ſchibhim vethiſchhdh. ἑβδομηκονταεννέα, ὀγδοήκοντα εἰὸς δέοντα.* Gall *Septanteneuf.* Ital. *Settantanoue.* Ger. Eines minder dann achtzig. Hiſp. *Setenta y nueue.* Pol. *Siedm dziesiat y dziewiec.* Vng. *Egi hian nolczuan.* Ang. *Seuentie nyne.*] Horat. 2. Ser. Sat. 3: ...age ſi ſtramẽtis incubet, unde Octoginta annos natus, cui ſtragula veſtis; Blattarum ac tinearum epula putreſcat in arca, &c.

V⁻ndĕvĭs, & Vndelibet, Ex uno quovis loco. [*ὅθεν βούλει.* Gall. *D'où tu veux, de quelque coſté que tu veux.* Ital. *Di qualunque luoco.* Ger. Wohãr du wilt. Hiſp. *Donde quiera.* Pol. *Skadiednochczes, tewſiad.* Vng. *Akar honnan.* Ang. *Out of whatſoever place.*] Autor ad Heren. libro 4: Aſt iſtud quidem facilè fuit unde libet invenire.

V⁻ndĭquĕ, adverbium, Ex omni parte. [*πανταχόθεν, παντοθεν.* Gall. *De toutes parts, de tous coſtez.* Ital. *Da ogni parte, da ogni banda.* Ger. Allenthalben/an allen orte. Hiſp. *De cada parte.* Pol. *Skazdei ſtroni.* Vng. *Minden felöl.* Ang. *Frome all places, on euery ſide.*] Cicero pro Pompeio: Sicilia multis undique cincta periculis. Idem 2. de Fin. Habes undique expletam & perfectam, Torquate, formam honeſtatis. Virg. 8. Aenecid. ...ductores primi Meſſapus & Vfens, Contemptorq; deũm Mezentius, undiq; cogunt Auxilia, & latos vaſtant cultoribus agros. ¶ Vndiq;, ex omni genere. Cicer. 5. Tuſcul. Sic vita non ſolùm ſi undiq; referta bonis eſt, ſed ſi multò majore & graviore ex parte bona propendent, beata rectè dici poteſt. Idem pro Sextio: Non ſum tam ignarus, Iudices, cauſarum, non tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undiq; floſculos carpam ac delibem.

Vnĕdo, pen. cor. unedonis, pen. prod. Fructus eſt arbuti, terreſtribus fragis non diſſimilis: inde nomen habens, quòd plures edi non poſſint. [*κόμαρον, μεμύκυλον.* Gall. *Arbouſſe.* Ital. *Albaro, cereſa del mar.* Ger. Die frucht des bawms Arbũti, iſt dem Quittenbawm nicht vngleich. Hiſp. *Madronno.* Pol. *Iabl'ko podobne*

pigwie. Vng. *Vad alma.* Ang. *A wilding or crabbe frutie.*] Plin. lib. 15 cap. 24: Aliud corpus est, terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa: fructus anno maturescit, parturq; floret subnascens, & *prior* coquitur. Pomum inhonorum, ut cui nomen sit ex argumento unum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, *comarum* & *memecylon*. Ex quo apparet totidem genera esse & apud nos. Alio nomine Arbutus vocatur. Hæc Plinius.

Vngo, is, xi, ctum, & Vnguo, guis, secundum Priscianum, act. t. Oleo, aliove pingui oblino: ab uniendo (ut volunt) dictum, quòd unguëtis densentur corpora atq; uniantur. [משח *maschách* ἀλείφω, χρίω Gal. *Oindre.* Ital. *Ongere.* Ger. Salben/schmirben. Bel. Salven. Hisp. *Vntar.* Pol. *Pomazuie.* Vng. *Meg kenem.* Ang. *To anoynte or besmeere.*] Cato cap. 73 1 Picem liquidam cornua infima ungito. Cicer. 6. Verr. Vnxisse unguentis: compleisse, &c.

Vnctĭto, as, frequentativum. [πολὺς ἀλείφω, πολλάκις χρίω. Gal. *Oindre souuent.* Ital. *Ongere spesso.* Ger. Offt salben. Hisp. *Vntar muchas vezes.* Pol. *Vśtawuie maźo.* Vng. *Meg kenegetem.* Ang. *To annoynt often.*] Plaut. Most.-quia ecastor mulier rectè olet, ubi nihil olet Nam istæ veteres quæ se unguentis unctitant, interpolles, Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis succo occultant: Vbi sese sudor cum unguentis sociavit: illico Itidem olent, quási quum unà multa jura confundit coquus.

Vnctum, ú. s. Pingue quod in porci dorso molliusculum est. [ἄλειμμα. Gall. *Sain de pourceau.* Ital. *Onto.* Ger. Rucken fuśte von einem Schwein. Hisp. *Pedaco de cośa gruessa.* Pol. *Tł'uśtośc' na chrybecie wieprzowim.* Vng. *Axorya az disznonak, disznó zold.* Ang. *The fatnesse or suet in a swine.*] Colum. lib 6. cap. 29: Frigoris fomenta adhibentur, capite & spina tepenti adipe vel uncto linuntur. Sic enim legunt tibi nonnulli: quũ tamen emendatiora exemplaria Vino ibi legendum ostendant, non uncto.

Vnctŭs, a, um, participium verbi passivi ungor, Vnguento oblitus, perunctus, unguentatus [משוח *maschúach* χρῖσις, κεχρισμένος. Gall. *Oinct, gras.* Ital. *Onto.* Ger. Gesalbet. Bel. Gesalvet. Hisp. *Vntado.* Pol. *Namazani.* Vng *Meg kenetett.* Ang. *Anoynted, besmeered.*] Cicer. 3. Philip. Antonius eo die nudus, unctus, ebrius concionatus est. ¶ Olera uncta: hoc est, lardo, oleo, aliove pingui condita. Horat. 1. Ser. Sat 6: O quando faba Pythagoræ cognata, simulq; Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo. ¶ Hinc Vnctum & unctius, per translationem dicimus pro splendido & splendidiore: inde tracta metaphora, quòd opulentiores liberalius condire soleant sua opsonia. Cic. de Clar. Orator. Iam enim erat unctior quædam splendidiorq; consuetudo loquendi. ¶ Aliquando tamen Vnctum accipimus pro sordido, & pinguedine oblito. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. Magna movet stomacho fastidia, seu puer unctis Tractavit calicem manibus.

Vnctŭscŭlŭs, a, um, Hoc est, paulò unctior: ut, Pulmentũ unctiusculum: hoc est, paulò liberaliùs conditum. [ὀσμηρῶς ἀλειμμένος, ὑπολίπαρος. Gall. *Vn peu plus oinct.* Ital. *Poco più vnto.* Ger. Ein wenig feiśtlech tig/zumlich geschmaltzen. Hisp. *Poco mas vntado.* Pol *Kes tł'uśti.* Vng. *Iobbadon meg kent.* Ang. *Somewhat anoynted.*] Plautus Pseud. Nunc tua etiã est mihi hodie & tuorum opera confervorum, caput Nitidissimum: ac cur non ipse ego pulmento utor magis unctiusculo.

Vnctĭo, unctionis, f. t. Vnguendi actus. [משחה *mischchâh* χρίσις, ἄλειμμα. Gall. *Onction, oinćture.* Ital. *Ontione.* Ger. Salbung. Hisp *Obra de vntar.* Pol. *Pomazanie.* Vng. *Kenes.* Ang. *An anoynting.*] Cicer 2. de Orat. Philosophum omnes unctionis causa reliquerunt.

Vnctŏr, unctoris, m. t. Qui ungit. [משחה *moschéach* ἀλείπτης, χρίστης. Gall *Oigneur, qui oingt.* Ital. *Chi vngue.* Ger. Ein salber/oder Schmirber. Hisp. *Vntador.* Pol. *Ten ktory namazuie.* Vng. *Kenő.* Ang. *That anoynteth.*] Cicero ad Gallum lib. 7. Epist. Ille autẽ qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum unctorem, discessit à me.

Vnctōrĭŭs, a, um, Quod unctioni destinatum est: [ἀλειπτικός. Gall. *Qui sert & est destiné à oindre.* Ital. *Che serue à ongere.* Ger. Das zu dem salben verordnet ist. Hisp. *Pertenesciente à vntar.* Pol. *Do mazania narzadzoni.* Vng. *Kenni valo, kenőcz.* Ang. *That serueth for anointing.*] ut, Hypocaustum unctorium, apud Plin. lib. 2. Epist. 17, pro loco in quo post sudationem, aut lavationem unguentis perungebantur.

Vnctūra, f. p. unctio. [משחה *mischchâh* χρίσις, ἄλειμμα. Gall. *Oinćture, onction* Ital. *Vngere.* Ger. Salbung Hisp. *Obra de vntar.* Pol *Mazanie.* Vng *Kenes.* Ang. *Anoynting.*] Cic. 2. de Leg. Hæc præterea sunt in legibus de unctura. Et paulò pòst: Servili unctura tollitur, & omnis circumpotatio.

Vngēntum, ungenti sive Vnguentum, n. s. [שמן *schemén* ἄλειμμα Homero. μύρον Gall. *Onguent, oignement.* Ital. *Vnguento, onto, ontione, perfumo.* Ger. Ein salb. Bel. Een salve Hisp. *Vngnento oloroso, vnto.* Pol. *Maść.* Vng. *Kenetts.* Ang. *Oynćtment.*] Non est illa compositio tenax, qua chirurgi utuntur ad vulnera curanda, sed commistio diversorum odorum addito oleo, ad unguenda corpora, deliciarum, & luxuriæ causa inventa. χρῖσμα sive χρῖσμη, veteres χρῖμα. Vulgare autem ac promiscuum, & ferè palæstris dicatũ, ἄλειμμα, ἀλοίφημα, & ἐπάλειμμα, vocat Iccisius. Vnde ἀλείπλας, & ἀξυλέπλας, nostri *unctores* & *remćtores* vocant: Græcis frequẽter κονιατὴς χρίστης, ac παιδοτρίβης nominatur Hæc Hermolaus. Plautus in Mostel. Non possunt omnes olere unguenta exotica. Cic. 5. Verrin. Quum interea Apronius caput atq; os suũ unguento perfricaret. Horatius secundo Carmin. Ode 7. . . fundo capacibus Vnguenta de conchis. Pomponius tamen Iureconsultus titul. de Auro, argẽto, mundo, ornamẽ. l. Argumento, scribit unguenta esse, quę valetudinis causa cõparantur: sed hæc magis medicamenta dicuntur. Servius ait hoc nomẽ unguentum nõ recipere u, sicut nec ungo: unguen verò u habere.

Vnguēntātŭs, a, um, Vnguento oblitus. [μεμυρωμένος. Gall. *Oinct d'onguent.* Ital. *Vnto d'onguento.* Ger. Gesalbet/mit salben bestrichen. Hisp. *Vntado de vnguento.* Pol. *Pomazaniec.* Vng. *Meg kenetet.* Ang. *Anoynted, smered ouer with oynctment.*] Catul. Epigr. 65: Diceris malè à tuis unguenta te glabris marite Abstinere.

Vnguēntārĭŭs, rii, vel potiùs ungentarius, m. s. ut Servius scribendum affirmat, Qui unguenta conficit ac vendit. [רקח *rokéach* μυροψὸς μυροπώλης. Gall. *Qui fait ou vend vnguent.* Ital. *Vnguentario, speciario, medico.* Ger. Ein Salbträmer/der salbẽ macht vnd sie verkaufft. Hisp. *El que haze ò vende vnguentos.* Pol. *Maśći przedawaiacy.* Vn. *Kenet artos.* Ang. *A maker or seller of oynctements.*] Cic. 1. de Offic. Adde huc si placet, unguentarios, saltatores, totumq; ludum talarium. Horat. 2. Sermon. Satyr. 3: pomarius, auceps, Vnguentarius ac Tusci turba impia vici.

Vnguēntārĭa. Quæ unguenta conficit & vendit. [רקחת *rakkachâh* μυροψὸς. Gall. *Celle qui fait vnguent.* Ital. *Donna che fa vnguenti.* Ger. Ein salbträmerin. Hisp. *Muger que haze vnguentos.* Pol. *Taktora maści cźini y przedaie.* Vng. *Kenet tsinalo azzony.* Ang. *She that maketh or selleth oynctments.*] Plin. lib. 8. cap. 5: Et unguentariã quandam dilectam Iuba tradit, &c. ¶ Est & unguentaria ars ipsa conficiendorum unguentorum: unde Vnguentariam facere dixit Plaut. in Pœn.

Vnguēntārĭŭs, a, um. Vnguentis idoneus, ad unguenta pertinens. [μυροψικός. Gall. *D'onguens, ou qui sert à onguens* Ital. *Pertinente à vnguenti.* Ger Zum salben gehörend. Hisp. *Cośa para vnguentos.* Pol. *Do maści dobre.* Vng *Kenesholz valo.* Ang *Serving for oinctment.*] Plin. lib. 36 cap. 8: Tunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optimè servare incorrupta dicitur.

Vnguĕn, inis, n. t. Quidvis pingue quo quippiam possumus inungere. [שמן *schamén* דשן *daschén.* ἄλειφαρ, ἄλειμμα. Gall. *Onguent.* Ital. *Onguento.* Ger. Ein jedes feiśt ding mit dem man etwas salben kan. Hisp. *Vnguento.* Pol. *Maść tłuszczyaka.* Vng. *Kenocz.* Ang. *Any fatt thing to anoynt an other thing, oynctment.*] Plin. lib. 28. cap. 11: Epiphoras bubulo sevo cum oleo cocto illinunt: cervini cornu cinis scabrities eodem unguine sanat. Virgil. 3. Georg. & pingues unguine ceras. Valerius Flaccus 6. Argon. Pingui fluit unguine tellus. Palladius: Sumas tantundem unguinis quod vocamus axũgiam, vel sevum. Persius Sat. 6: Fœnisecæ crasso vitiarunt unguine pultes.

Vnguĭnōsŭs, adject. Pinguis: [שמן *schamén* דשן *daschén* λιπαρὸς, πίων. Gall. *Gras, oncteux.* Ital. *Ontuoso.* Ger. Schmirbig/feiśt. Hisp. *Vntoso.* Pol. *Vmaśćiony.* Vng. *Kenes, kenőczős.* Ang. *Fatt, full of oynctement.*] ut, Vnguinosum medicamentum, unguinosæ nuces. Plin. h. 23. cap. 8: Sunt autem recentes nuces juglandes jucundiores: siccæ unguinosiores, & stomacho inutiles.

Vnguĭs, huius unguis, m. t. Corneum illud quod in extremis digitis enascitur, non solùm in manibus, verumetiam in pedibus, neq; iis solùm humanis, sed cæterorũ etiam animalium quæ pedum digitos habent separatos, ut sunt simiæ & aves. [טפרן *tsippóren*, ὄνυξ. Gall. *Ongle.* Ital. *Onghia.* Ger. Ein nagel/als wie ein Mensch an Fingeren vnd Zehen hat/ etliche Thier an den klawen Hisp. *Vnna generalmente.* Pol. *Paznogiec kopito.* Vng. *Körm.* Ang. *The naill of a man or beast.*] Dicti ungues, ab eo quòd Græci ὄνυχας in eadem dicunt significatione: aut certè ab eo, quod iidem dicunt ὄγκινον pro incurvum: cujusmodi avium ferè omnium sunt ungues. Plin. lib. 11. cap. 45: Vngues simiæ imbricati sunt, hominibus lati, rapacibus unci, cæteris recti, ut canibus, præter eum qui à cruce pleriśq; dependet. Idem de aquila: Vngues quoq; huic generi invertuntur. ¶ Interdum tamen Vngues in animalibus bisulcis dici invenimus pro unguis. Colum. lib. 6. cap. 11: de medicina bovis claudicantis: At si jam in ungulis est sanguis, inter duos ungues cultello leviter aperies. Et paulò pòst: Si sanguis in inferiore parte ungulæ est, extrema pars ipsius unguis ad vivum resecatur. ¶ In bdellio quoq; maculas quasdam candidas, humani unguis similitudine Plinius Vngues appellat, lib. 12. cap. 9: Bactriano, inquit, nidor siccus, multiq; candidi ungues. Vngues ferrei

apud

apud Colum.lib.12.cap.18.ſunt inſtrumenta quædam ferrea, quibus vindemiatores unguium vice utebantur ad colligendas uvas, ne ipſas manibus diſtringerent. Fieri enim non poterat, ut dùm unguibus manuum uvas colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu, in terram nõ delaberetur. Colum lib.12.cap.18: Et ungues ferrei quàm plurimi parandi, & exacuendi ſunt, ne vindemiator diſtringat uvas, & non minima fructus portio, diſperſis acinis, in terram dilabatur. ¶ Vnguem tranſverſum, ſive unguem latum non diſcedere: proverbialis hyperbole eſt pro eo quod eſt, quàm minimo ſpatio diſcedere. Cic.2. Academ. Ab hac regulâ mihi nõ licet tranſversum, ut ajunt, unguem diſcedere. Idem Attic.libro 13: Curandum eſt, atque hoc in omni vita, ſua quenque à conſcientia tranſverſum unguem non oportere diſcedere. ¶ Vnguem medium oſtendere proverbium eſt, quo ſummus contemptus ſignificatur: inde ſumptum, quòd medius digitus pro impudico habebatur. Iuvenalis Satyr.10: -quum fortunæ ipſe minaci Mandaret laqueum, mediumq; oſtenderet unguem. ¶ Vngues arrodere, proverbiali metaphora dicuntur, qui cogitabundi ſunt, & rem aliquam ſecum agitant. Horat.1.Serm. Satyr.10: Si foret hoc noſtrum fato delapſus in ævum, Detereret ſibi multa, recideret omne, quod ultra Perfectum traheret, derideretur, & in verſu faciendo Sæpè caput ſcaberet, vivos & roderet ungues. ¶ Vnguis, nervoſa quædam adnatæ membranæ excreſcentia, à majori oculi angulo utplurimùm naſcens, ad oculi coronam ita procedens, ut quãdoq; pupillam operiat. ὑλεγύιον. Celſus lib 7: Vnguis verò, quod ὑλεγύιον Græci vocant, eſt membranula nervoſa oriens ab angulo, quæ nõnunquam ad pupillam quoq; pervenit, eiq; officit. Sæpiùs à naſum, interdum etiam à temporum parte naſcitur.

V̄nguĭcŭlŭs, unguiculi, penult. corr. diminutivum, Parvus unguis. [ὀνύχιον. Gall. *Petit ongle, onglet.* Ital. *Onghia picciola.* Ger. Negelin. Hiſp. *Pequenna vnna.* Pol. *Paznogietek.* Vng. *Körmötske.* Ang. *A little nayll.*] Plautus in Epid. Contempla Epidice, uſque ab unguiculo ad capillum ſummũ. Cic.5, de Finibus: Valetudinem, vires, ſtaturam, formam, integritatem unguiculorum omnium. ¶ A' teneris unguiculis, ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων, proverbialiter dici ſolet pro eo quod eſt ab infantia, ab incũabulis. Cicero Lentul. Sed præſta te tè ætate, à puero, ab incunabulis. Cicero Lentul. Sed præſta te eum qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. ¶ In eãdem etiam ſignificatione dicimus, De tenero unguĭ. Horatius in Odis: Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, & fingitur artubus Iam tunc, & inceſtos amores A' tenero meditatur ungui.

V̄ngŭlă, læ, f.p. Calceus corneus, pedes muniens eorum animalium quæ digitos nõ habent: ſive etiam ea pars pedis, quæ cornu tegitur. [טַרְסָה *parsáh.* ὀπλή. Gall. *La corne du pié d'vne beſte.* Ital. *Onghia del animale.* Ger. Hůff. Hiſp. *Vnna de los animales patihẽdidos.* Pol. *Kopyto.* Vn. *Körém.* Ar. *The hoofe of a beaſt.*] Virgil.3.Georg. & ſolido graviter ſonat ungula cornu. Idem 8.Aeneid. Quadrupedãte putrem ſonitu quatit ungula campum. Cic.3.de Natura deorum: Ergo illud in ſilice veſtigium Caſtoris equi credis eſſe? Colum.lib 6.cap.11: Sed ſi ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, ſecatione aſſidua diſcutitur. At ſi jam in ungulis eſt, inter duos ungues cultello leviter aperiẽs. Et paulò pòſt: Si ſanguis in inferiore parte ungulæ eſt, extrema pars ipſius unguis ad vivum reſecatur. Quibus in locis manifeſtè Columella Vngues, pro ipſis calceis corneis accepit: Vngulam verò pro ea parte pedis, quæ cornu tegitur. Contrà pro ipſis calceis apertè accepit Plin.lib.11.cap. 46. quum ait: Vngulæ veterino tantùm generi renaſcuntur. Idem lib.eod.cap.45. ea ratione ungulas diſtinguit ab unguibus, ut ungues iis tantùm eſſe aſſerat, quibus pedes ſunt, & in pedibus digiti: cæteris autẽ neq; pedes tribuat, neq; ungues, ſed tantùm ungulas. Omnia (*inquit*) digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidẽ quinq;, ſed indiviſi, ac leviter diſcreti, ungulisq; non unguibus ſimiles. Hanc differentiam eleganter exprimit Ovidius in transformatione Iûs, è bovis effigie in primã formam redeũtis: Vngulaq; (*inquiens*) in quinos delapſa abſumitur ungueis. ¶ Omnibus ungulis, proverbii ſpeciem habet, pro eo quod eſt, omnibus viribus manuumq; pedumq;, & conatu totius corporis niti, ut etiam ungues, qui ſunt in extremitate collocati intendantur, quod Plinius exiſtimat eſſe ſummas nervorum clauſulas. Cic.lib.2. Tuſculan. Toto corpore atq; omnibus ungulis (ut dicitur) contentioni vocis aſſerviunt. ¶ Injicere ungulas, eſt rapere, vel furari. Plautus: Nunc ſcio febrim tibi eſſe, quia non licet huc injicere ungulas.

V̄ngŭlātŭs, Qui magnos ungues habet, ac ſcabros: quaſi ungulis ſimiliores quàm unguibus: ut ex Catonis ſententia refert Feſtus. ὀνυχώδης.

V̄ngŭlum, Antiquis anulum ſignificabat, cujus de etymo nihil eſt quod laboremus, quum Feſtus autor ſit peregrinum eſſe vocabulum, & ab Oſcis ſumptũ. [טַבָּעַת *tabbahath.* δακτύλιος, σύμβολον. Gall. *Anneau.* Ital. *Anello.* Ger. Ein fingerring. Hiſp. *Anillo.* Pol. *Pierſcien.* Vng. *Gyürö.* Ang. *A ring.*] Plinius libro 33. cap.1: Miror Tarquinii ejus ſtatuam ſine anulo eſſe, quanquam & de nomine ipſo ambigi video: Græci à digitis appellavêre: apud nos priſci *vngulum* vocabant: poſtea Græci, & noſtri *Symbolum.*

V̄nĭcāulĭs, Vnicolor, Vnicornis, Vnicus, Vnigenĭtus, Vnijugæ, Vnimanus, vide V N V S.

V̄nĭo, unionis, f.t. Cõcordia, conſenſus. [שָׁלוֹם רָצוֹן *ſchalóm ratsón.* σύμφωνος. Gall. *Vnion, vnité.* Ital. *Vnione, concordia.* Ger. Einigkeit. Hiſp. *Vnion ò vnidad.* Pol. *Ziednocenie vgodá.* Vng. *Eggyeſség.* Ang. *Vnion concorde and agrement.*] Auguſtinus: Nam hoc fieri poſſe in tanta animorum unione quis dubitet? Aliquando ſignificat margaritam, μαργαρίτην, quòd in conchis nulli duo reperiantur indiſcreti. [טְנִינִים *peninim.* Gall. *Vne perle.* Ital. *Perla.* Ger. Ein pärlin. Hiſp. *La perla ò alio far grueſſo.* Pol. *Perłá.* Vng. *Gyöngy, vnio dragakö.* Ang. *A perle.*] Plinius lib.9. cap.35: Dos omnis unionum eſt in candore, magnitudine, orbe, lævore, & pondere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiſcreti: unde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuêre deliciæ: nam apud Græcos non eſt, nec apud Barbaros inventores ejus aliud quàm Margaritæ. ¶ Eſt & Vnio, cæpæ genus capitatum. Colum. lib.12.cap.10: Pompeianam, vel Aſcalonitam cæpam, vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant *unionem* ruſtici, eligito. Hoc autem nomen, ut inquit Ruellius, apud Gallos: velut triviale hactenus uſurpatum eſt pro eo cæpæ genere, quod pluribus bulbis non coagmentatur.

V̄nĭŏcŭlŭs, Vniſtirps, Vnitas, Vniter, Vniverſus, Vnivocus, Vniuſmodi, vide V N V S.

V̄nquam, adverbiũ, Vllo tempore, omni memoria. [לְעוֹלָם *leholam.* ποτέ. Gall. *Quelque fois, quelque temps, onques.* Ital. *Alcuna volta.* Ger. Je vnd je. Bel. Immermeer. Hiſp. *Alguna vez.* Pol. *Ktorẽgokolwiek czaſu.* Vng. *Soha.* Ang. *At any tyme.*] Cicer. in Orat. Iſocrates præſtat omnibus qui unquam orationes attigerunt.

V̄nŭs, una, unum, Numeri participium eſt. [אֶחָד *echádh.* ἕις. Gall. *Vn, vn ſeul.* Ital. *Vno.* Ger. Eins. Bel. Een. Hiſp. *Vno, principio de contar.* Pol. *Ieden.* Vng. *Egy.* Ang. *One.*] Cicero pro Quintio: Alphenus ſervulum unum abducit. ¶ Aliquando accipitur pro ſolo. μόνος. Plautus: Vnus tum domi eram, & fores erant clauſæ. In qua ſignificatione quandoque genitivo jungitur, & ferè genitivo Omnium. Plinius lib.9. cap.17: Accipenſer unus omnium ſquamis ad os verſis, contra aquã natando meat. ¶ Nonnunquam etiam genitivo nominis ſubſtantivi, ſed ferè ſubintelligitur genitivus Omnium. Plinius lib.11. cap.37: Calvitium uni tantùm animalium homini. ¶ Aliquando in oratione Vnus ſubticetur. Quintil. lib 9. cap.1: Nec deſunt, qui tropis figuræ nomen imponant, quorum eſt C. Atterius Proculus. Hoc eſt, quorum unus eſt, &c. ¶ Ponitur aliquando pro pronomine Idem. Plautus in Capt. Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic quato ſuo peculiarem, quia quaſi una ætas erat: id eſt, eadem ætas, ſive ejuſdem ætatis erant. Vno exemplo omnes vivũt: id eſt, eodem. Plaut. in Mil. Sic etiam accipiendum eſt illud Ovid.1. Metamorph. Vnus erat toto naturæ vultus in orbe: id eſt, idem vultus, & ſibi per omnia ſimilis. ¶ Aliquando pro primo. Virgil.2. Aeneid. -cadit & Ripheus juſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris. ¶ Vnus & alter, pro duobus. [שְׁנַיִם שְׁלִשִׁים *ſchenáyim ſchelóſhim.* δύο τρεῖς.] Cicero quarta Verr. Dicit unus & alter breviter, nihil interrogatus. Terentius in Andr. Sed poſtquam amator acceſſit unus, & item alter, pretium pollicens. ¶ Sic alter & tertius, pro tribus. Tacitus: Sed & alter & tertius dies cũctatione abſumitur.

V̄nūſquīſquĕ, & Vnuſquiviſ, Quilibet. [כָּל אֶחָד *chol echádh* אִישׁ *iſch.* ἕκαστος, ἕκαστος. Gall. *Vn chacun.* Ital. *Chiaſcuno, ognuno.* Ger. Ein jeder/oder jetlicher. Hiſp. *Cada vno.* Pol. *Każdy.* Vng. *Ki ki mind.* Ang. *Euery one, all.*]

V̄nūſquīſpĭam, Aliquis unus. [אֶחָד *echádh.* τις. Gall. *Aucun.* Ital. *Alcuno.* Ger. Etwan einer. Hiſp. *Alguno.* Pol. *Ktokolwiek.* Vng. *Valamely.* Ang. *Some one.*]

V̄nūſquīſquĕ, unaquæq;, unumquodque, & unumquidque, Singuli: dictio univerſalis, potiusq; cum poſitivo quàm ſuperlativo jungitur, eò quòd unus vim quandam ſuperlativi obtineat. [כָּל אֶחָד *chol echádh* אִישׁ *iſch.* πᾶς ἕκαστος, πᾶς τις, πάντες ὅσοι. Gall. *Vn chacun.* Ital. *Ciaſcheduno.* Ger. Ein jeder. Bel. Een jegelijck. Hiſp. *Cada vno.* Pol. *Każdy.* Vng. *Ki ki mind.* Ang. *Euery one, all.*] Cicer. pro Font. Movetur eo tempore quo unuſquiſq; noſtrûm, quum in eum locum productus eſt. Ibidem enim ſemper unaquaq; de re teſtis non ſolùm ſemel, verumetiã breviter interrogatus. Idem pro Roſ. Amer. Leviter unũquodq; tangere.

V̄nĭcăl̆āmŭs, pen.corr. adjectivum. [ὁ ἓν ἢ μονοκάλαμος. Gall. *Qui n'a qu'vn tuyau ou vn chaulme.* Ital. *Di vn ſol calamo ò gamba.* Ger. Das nur ein ror oder halm hat. Hiſp. *Coſa que tiene vna ſola*

canna ò paja. Pol. Oiednim zdźblie. Vng. Egy szaru. Ang. That hath one stalke.] Frumentum unicalamum. Plin. lib. 18. cap. 7: Vnicalamum præterea, nec usquam capax, seriturq; nonnisi tenui terra.

V-nĭcāulĭs, le, Quod unum caulem habet, nec in rāmos spargitur. [μονόκαυλος. Gall. Qui n'a qu'vne tige. Ital. Di vn cosstone. Ger. Das nur ein stenget hat. Hisp. Cosa que ha vn solo tallo. Pol. O iednim gl'abin. Vng. Egi leuelwe. An. That hath one stalk.] Plin. lib. 19 cap. 10: Est autem unicaule, radice bulbo simili.

V-nĭcŏlŏr, pen. corr. & omnis gen. Vnius coloris. [μονοχρώματος. Gall. D'vne couleur. Ital. Di vn colore. Ger. Einer farb. Hisp. Cosa de vn color. Pol. O iednei farbie. Vng. Egi szinwe. An. Of one colour.] Plin. li. 32. cap 9: Dulciores fœminæ sunt, & unicolores. Ovid. 11. Metam. At medio torus est hebeno sublimis in antro Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus.

V-nĭcōrnĭs, hujus unicornis, m. t. A recentioribus quibusdam ex nostris appellatur fera, quam Græci μονοκέρωτα appellant. [Gal Licorne, qui n'a qu'vne corne. Ital. Licorno. Ger. Ein Einhorn. Hisp. Animal de vn solo cuerno, vnicornio. Pol. Iednorożec. Vng. Egy szarw. An. That hath one horne.] Hanc Plinius cervino capite esse scribit, pedibus elephanti, cauda caprí, reliquo corpore equo non dissimili, unicum media in fronte cornu gerentem cubitorum duorum longitudine. ¶ Est & unicornis, & hoc unicorne, adjectivum, quod unum cornu tantùm habet. Plinius lib. 11: cap. 46: Vnicorne bisulcum orix. Idem libro 8. capite 21: In India boves sunt solidis ungulis, & unicornes.

V-nĭcŭs, a, um, Singularis, vel solus: [יחיד jachídh. μόνος. Gall. Vnique, seul. Ital. Vnico, solo, singulare. Ger. Einzig/einig. Bel. Eenich. Hisp. Cosa sola y vnica. Pol. Iedini. Vng. Egyetlen egy. An. One, alone.] ut, Phœnix est unica avis. Cic. pro Rosc. Amer. Et quæramus quæ tanta vitia fuerint in unico filio.

V-nĭcē, adverbium, Singulariter. [μοναχῶς. Gall. Vniquement, singulierement. Ital. Vnicamente, singularmente. Ger. Bonauß vnd alß einzig. Hisp. Vnica, y singularmente. Pol Osobliwie. Vng. Egyetlen egyiwl. Ang. Only.] Plautus in Bacchid. Imò unicè unum plurimi pendit.

V-nĭfōrmĭs, [μονοειδής. Vng. Egyformain, egyarantualo egyfele.] Julius Firmicus Mathes. lib. 1. De Zonis: Quædã ipsarum uniformes sunt.

V-nĭfōrmĭtās, tis, f. t. [Vn. Egyezes, egaruntualosag.] Macrob. Saturn. li. 7. cap. 5. Cur illis providere veritatẽ laboras, illi squallorem uniformitatis adjicis?

V-nĭfōrmĭtĕr, adverbium, [ὁμοιογενμάτως. Vng. Egyarant, egyezwé.] Diomedes Grammat. lib. 1: Simplex vel unica est, quæ per omnes casus uniformiter currit.

V-nĭgĕnă, næ, penult. corr. & comm. p. Vnicus, unigenitus. [יחיד jachídh. μονογενής. Gall. Seul né, vnique fils ou fille. Ital. Solo figliuolo. Ger. Eingebozen. Hisp. Hijo solo. Pol. Iednorodni. Vng. Egy szult. Ang. Only begotten.] Cicero de Vniv. Singularẽ Deus hunc mundum atq; unigenam procreavit. Alia ratione Pallas à Catullo dicitur Vnigena, quòd scilicet unico parente crederetur genita, ex cerebro nimirum Iovis.

V-nĭgĕnĭtŭs, m. s. vox frequens est Ecclesiasticis scriptoribus pro filio unico, qui neq; fratrem habuerit, neq; sororẽ. [יחיד jachídh. μονογενής. Gall. Fils vnique. Ital. Sol figlio, vnigenito. Ger. Ein eingebornet. Hisp. Hijo solo. Pol. Iednorodzoni. Vng. Egy gietlen egy szülötte. Ang. An only begotten sonne.]

V-nĭjŭgæ vineæ, Quæ simplici nituntur jugo, quum binis hastilibus in terra defixis, singulæ transversæ perticæ in unam tantùm partem ordinis superincumbunt. μονόζυγες ἄμπελοι. Plin. lib. 17. cap. 22: Si unijuga erit vinea.

V-nĭmănŭs, unimana, unimanum, Vnam tantùm manum habens. [μονόχειρ. Gall. Qui n'a qu'vne main. Ital. Di vna mano. Ger. Der nur ein hand hat. Hisp. Cosa de vna sola mano. Pol. Iednoręki. Vng. Fel kezw. Ang. That hath but one hand.] Liv. 5. belli Macedonici: Capram sex hœdos uno fœtu edidisse ex Piceno nunciatum est, & Aretii puerum natum unimanum.

V-nĭmŏdŭs, uniusmodi. [Vng. Egyfele, egymodu.] Apuleius de Philosophia: Vnimodam verò esse virtutẽ, quod bonum suapte natura adminiculo non indiget.

V-nĭo, unis, univi, unitum, act. q. Conjungo, in unum redigo: [יחד jichédh חבר chibbér. σύνδω. Gall. Vnir, conioindre. Ital Adunare, aggiongere Ger. Vereinbaren/ vereinigen Bel. Vereenigen. Hisp. Ayuntar. Pol. Spaiam, złączam. Vng. Egibe foglalom. Ang. To couple together and mak one.] unde uniti animi, qui sunt unius voluntatis.

V-nĭstīrpĭs, unistirpe, Quod à radice caudicem habet unicum assurgentem. [μονοπλεχῶν. Gall. Qui n'a qu'vne racine ou vne tige. Ital. D'vna stirpe. Ger. Das nur ein stam hat. Hisp. Cosa de vna sola planta. Pol. Iednim-pretem rosnaci. Vng. Egy szaru. Ang. That hath one roote or stalke.] Plin. lib. 16. cap. 30: In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, & si qua unistirpia.

V-nĭtās, unitatis, f. t. Indivisibile numeri principium. [μονάς. Gall. Conionction de plusieurs choses en vn, vnité. Ital. Congiontioni d'vna ò di più cose, vnità. Ger. Das eins in der zahl: ittẽ einigkeit/ vereinbarung vieler dingen alß ob es eins wäre. Hisp. Vnidad: Pol. Iedenśtwo złączenie. Vng. Egy. An. Vnitie.] ¶ Accipitur & pro omnimoda similitudine. Colum. lib. 7. cap. 3: Idéo nisi lanatas oves emi non oportet quò melius unitas coloris appareat. Plin. lib. 7. cap. 12: Toranius M. Antonio jam Triumviro, eximios forma pueros; alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta unitas erat.

V-nĭtĕr, penult. corr. adverbium, Conjunctè, concorditer. [ἅμα, κοινῇ. Gall. En vn, ensemble. Ital. Congiontamente, in vno, insieme. Ger. Einträchtiglich. Hisp. El vno, juntamente. Pol. Zgodliwie. Vng. Egyessen. An. In one, together.] Lucretius li. 3: quum corporis atq; animai Dissidium fuerit, quibus hæsimus uniter apti.

V-nĭvĕrsŭs, universa, universum, in singulari quidem idem est quod totus: [Ὅλος chol. σύμπας, ἅπας, ὅλως, ἅπας. Gall Vniversel, general. Ital. Vniverso, il tutto, senza trarne alcuna cosa. Ger. Gantz/oder allsampt Bel. Geheel. Hisp. El todo ayuntado de partes. Pol. Wszystek, spolni. Vng. Mind az egez. Ang. All at once or together.] ut Vniversus ager, universus exercitus. ¶ In plurali verò significat omnes conjunctim. Nam si dicimus: Omnes sibi domicilium constituerũt, intelligitur domicilium sibi unumquemque constituisse. Si verò dicimus, Vniversi sibi domicilium constituerunt: significatur omnes simul unum sibi domicilium fecisse. Cicero libro 4. Academicarum: Qui loquitur de universis, nihil excipit: quid enim potest esse extra universa? Terentius in Phormione. Quod ille unciatim vix de demẽso suo, Suum defraudans genium, comparsit miser: id illa universum abripiet. Cic. 3. Officiorum: Ego unũ debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscujusq; & universorum, &c.

V-nĭvĕrsē, adverbium, Generalitet, generatim, sigillatim. [καθόλου, ὅλως. Gall. Vniuersellement, en general, generalement. Ital. & Hisp. Generalmente, vniuersalmente. Ger. Gemeinlich/ vnunderschetenlich/ samenthafft. Pol. Spolnie. Vng. Kőzönseges keppen. Ang. Generallye, altogither.] Cicero in Vatin. Quæro abs te primùm universè, quod genus improbitatis & sceleris in eo magistratu tu prætermiseris. Idem 7. Verrina: Quid ego de exteris civium Romanorum supplicijs sigillatim potiùs quàm generatim atq; universè loquar?

V-nĭvĕrsim, aliud adverbium ejusdem significationis.

V-nĭvĕrsĭtās, universitatis, f. t. [כלל michlál כלל michlól (vel) machlúl. τὸ ὅλον, τὸ σύμπαν. Gal. L'vniuers, le tout ensemble. Ital. Vniuersità, communità. Ger. Ein gantze Gemeinsame/ allgemeine Versamlung. Hisp. Ayuntamiento de partes. Pol. Spolne zgromadzenie. Vng. Kőzönseg. Ang. The vniuersitie or any multitude all at once.] Cic. 2. de Natura deorum: Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. Columella in Præfatione libri primi: De rusticationis universitate nihil attinet nunc plura dicere. ¶ Vniversitas pro cõmuni collegio interdum poni solet. Dig. lib. 3. Tit. 4. leg. 2: Si mancipes vel aliqua universitas ad agendum det actorem.

V-nĭvĕrsālĭs, universale, om. t. Ad universos pertinens. [καθολικός. Gall. Vniuersel. Ital. Vniuersale. Ger. Allgemein. Hisp. Vniuersal. Pol. Spolni, pospolity. Vng. Kőzönseges. Ang. Vniuersall.] Autor ad Herennium: Nam in hujusmodi rationibus, non universali, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Quo tamen in loco sunt qui malint legere Vniversa. Vtitur tamen hac voce & Varro lib. 2. de Analog. Quod (inquit) ad universalem pertinet causam.

V-nĭvĭră, æ, f. p, quę uni tantùm nupsit, quod μονανδρεῖν dicitur. [Vn. Etczbr hasasult.] Tertullianus lib. de Monogamia: Fortunæ muliebri coronam non imponit, nisi univira.

V-nĭvŏcŭs, univoca, univocum, pen. corr. Quod & nomine, & re pluribus convenit. Græcè συνώνυμον dicimus: sicut contrà Aequivocum, quod nomine, sed non re pluribus convenit, & à Græcis ὁμώνυμον appellatur. Animal itaque respectu hominis, & equi, univocum est, quia illis & animalis nomen commune est, & ratio substantiæ eadem: utrique enim convenit animalis definitio, corpus animatum sensibile. Grammatici dicunt, Homonyma esse, quæ voce, sed non significatione conveniunt: ut Nepos & filii filium significat, & prodigum. Synonyma, quæ non voce sed significatione conveniunt: ut ensis & gladius.

V-nĭvŏcĕ, adverbium. συωνύμως.

V-nĭūsmŏdī, pen. corr. nomen indeclinabile, Vniformis, non varius. [ὁμοιοδής Gall. Qui tousiours est d'vne sorte, tousiours d'vne maniere. Ital. Di vna forma & fugura, non vario. Ger Einerley maß oder weiß. Hisp Cosa de vna sola manera. Pol. Iednako. Vng. Egy formaiu. Ang Of one sorte or fashion,] Terent. in Heavt.- nam parentũ injuriæ Vniusmodi sunt fermè. Cic. Att. lib 9: Noli enim putare tolerabiles horum insanias, nec uniusmodi fore.

V-nĭŏcŭlŭs,

Vnĭŏcŭlus, qui & Vnoculus dicitur, Vnicum habēs oculum: quales Poëtæ fingunt fuisse Cyclopes. [μονοφθαλμος. Gall. Qui n'a q. vn œil. Ital. Chi ha vn solo occhio. Ger Ein eineugiger. Hisp. Tuerto de vn ojo. Pol. Jednooki. Vng. Egy szemmel, fel szemmel. Ang That hath one eye.] Plaut. Vnocule salve. Gell. lib. 3. cap. 11, de Cyclope itidem inquit vel maximè, quòd fuerit unoculus.

Vnōsē, adverbium antiquū, Simul significat. Pacuvius in Ilione: Occidisti, ut multa paucis verba unosè enuntiē. Ex Nonio.

V ante O.

Vŏcābŭlum, Vocalis, Vocativus, Vocator, Vocifer, Vocito, Voco, vide VOX.

Voconia, Genera sunt pyrorum, quemadmodum & volema. Plin. lib. 15. cap. 15.

Vōcŭlă, vide VOX.

Vŏlă, f. p. Cava pars manus, sive pedis. [כף chaph. θέναρ. Gall. La paulme de la main. Ital. Palma. Ger. Das mittel oder die höle inwendig der Hand oder Fuß/gauff. Bel. Die palme Hisp. La palma de la mano. Pol. Dłon Vng Tener. An. The palme of the hand the holowneſſe or balle of the and.] Plin. lib. 12. cap. 45: Vola homini tantùm exceptis quibusdam. ¶ Hinc Involare, pro rapere, quasi volam injicere. ἁρπάζειν. Plin. lib. 9. cap. 49: Singulos involat veriùs quàm capit.

Volatĭcus, Volatilis, Volatura, Volatus, vide VOLO.

Vŏlēmă, pen. prod. Pyra prægrandia, ita dicta quòd impleant volam: quorum meminit & Cato de Re rustica, & post eum Virg. Georg. nec surculus idē Crustumiis, Syriisq; pyris, gravibusq; volemis.

Vŏlēns, Volentĭa, vide VOLO, vis.

Vŏlgĭŏlum, vo gioli, inter rustica instrumenta connumerat Plin. li. 17. cap. 10: Scritur mense Aprili, area æquata cylindris, aut volgiolis, densum. De semine cupressi.

Vŏlo, as, n. p. Aërem pennis seco. Proprium est alas habentiū. [עוף haph העביר heebir דאה daáh נטה natsáh. πετομαι, ἱπτάμαι, πτέσομαι Gal. Voler. Ital. Volare. Ger Fliegen. Bel. Vliegben. Hisp. Volar. Pol. Látám. Vng Repwelők. Ang To flie in the aire lyk a birde.] Ovid. 3. Trist. Eleg. 4. Nempe quòd hic altè, demissius ille volabat. Plin. lib. 10. cap. 24: Sturnorum generi proprium catervatim volare & quodā pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Virgil. 1. Aeneid. -volat ille per aëra magnum Remigio alarum. ¶ Transfertur etiam ad alia quæ celeriter feruntur: ut Navis volat, fama volat, & hujusmodi. Ter. in Hec. Ne me frustra illic expectet, vola: id est, celeriter curre. Virgil. 3. Aeneid Fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. Idem 2 Georg Et proni dant lora, volat vi fervidus axis. Idem 1. Aeneid. Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat. Ovid. 10. Metam. -passu volat alite virgo. Cic. ad Attic. li. 6: Tu autem fac ut mihi tuæ literæ volent obviæ. Liv. 5. bel. Pun. Ingens enim jam vis omnis generis telorum è muris volabat.

Vŏlāns, volantis, participium. [עף háph. πετόμενος, ἱπτάμενος. Gal. Volant, qui vole Ital. Che vola. Ger. Fliegend. Hisp. Que vuela Pol Latáiący. Vng Repwelő Ang. That flieth.] Virgil. 1. Aeneid. -cœloq; infectus aperto Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo. Idem 3. Georgic. -currus agitare volantes. ¶ Volantes substantivè pro avibus. Virgil. lib. 6. Aeneid. de Averno: Quam super haud ullæ poterunt impunè volantes Tendere iter pennis.

Vŏlĭto, volitas, Frequenter volo. Plinius: Super aquas assiduè volitans. [ἀναπέτομαι. Gall. Voleter, courir çà & là legerement, voler souvent Ital Svolazzare, volar sovente. Ger Offt oder stets fliegen/ fliegen eins fliegens. Hisp. Volar á menudo y muchas vezes. Pol. Vstawnie latám. Vng. Repiśek. Ang To flie often.] Cicer. 1. de Natura deorum: In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum. Plinius lib. 10. cap 16: Vespertilio geminos volitat amplexa infantes Ovid. 2. Metamorph -volitant super ora favillæ. Livius lib. 5. belli Punici: Reate saxum ingens visum volitare. ¶ Ponitur etiam volito μεταφορικῶς, pro discurro, Vagor & cum insolentia quadam hinc inde curro. Cicero pro Domo sua: Itaque quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares, &c. Martialis li. 1: Aethereas lascive cupis volitare per auras, I, fuge: sed poteras tutior esse domi. ¶ Volitare cupiditate gloriæ, est efferri & vehementer trahi Cicero in Pisonē: Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus & constans. ¶ Volitare in re aliqua insolentius: id est, jactare sese & efferri. Cicer. pro Flacco: Nunc verò non insultabo vehementius nec volitabo insolentiùs.

Vŏlūcĕr, cris, volatica, volaticum, Velox, quasi volatilis. [עף kal. πτερόεις. Gall Volage, inconstant. Ital. Volatico, volatiuo. Ger. Geflügte/unbeſtendig/hin und hár fahrend. Hisp. Muy ligero, que buela. Pol. Latawiec, niestał'e. Vng. Repwelő giors. Ang. Swift, speedie, as it were flying.] Et per translationem præceps, inconstans. ἀστάθμητος, ἀστήρικτος. Cicero ad Atticum libro 13: O academiam volaticam, & sui similem, modò huc, modò illuc, &c. Idem de Aruspic. respons. Illius furētes ac volaticos impetus in seipsos posse converti.

Vŏlātĭlis, le, penult. corr. Volucris, adjectivum, ut Bestia volatilis. [עוף hoph עוף haph. πτηνός. Gall. Qui vole ou peut voler, volaille. Ital. Volatile, volante. Ger. Fliegend/das fliegen kan Hisp. Cosa que buela. Pol. Latac mogący. Vng. Repwelő, madar. Ang. That flieth or may flie, a foull.] Cicero de Natura deorum: Præterea vescimur bestiis & terrenis & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. ¶ Ferrum volatile pro sagitta, ferrea cuspide præmunita, quæ ex arcu emissa, celeriter fugit, velocitatem adjuvantibus pennis, alarum quodammodo vicem supplentibus. Virgil. lib 4. Aeneid. -qualis conjecta cerva sagitta, Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum Nescius. Idem lib. 8: Stupea flāma manu telisq; volatile ferrum Spargitur. ¶ Volatilis ætas: id est, fluxa & caduca. ὀλισθηρά. Ovid 1. Metamorph. Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas, Et nihil est annis velocius.

Vŏlātŭs, us, m. q. Ipsa volatio & volandi actus. [πτῆσις. Gall, Vol, volée, volement Ital. Volato, volo. Ger. Das fliegen Hisp Buelo. Pol Latanie. Vng. Repwdes. An. A flying.] Cic. de Nat. deor. Idemq; & volatus alitum sustinet, & spiritus ductus alit, & sustentat animantes. Martial. lib. 11: Si tam præcipiti fuerant ventura volatu Debuerant alia fata venire via.

Vŏlātūră, æ, f. p. Volatus πτῆσις. Varro 3. de Re rustica, cap. 5: Ibi in prima volatura quum veniunt, morantur dies paucos requiescendi causa. Colum. li. 8. cap. 9: A volatura ita ut capitur, futuræ destinatur.

Vŏlo, vis, n. f. Voluntas est, voluntatem habeo, voluntas mea fert. Pertento volui, notæ significationis est. [רצה ratsáh אבה ibáh חפץ chapháts] הואיל hoil. βούλομαι, θέλω. Gall. Vouloir. Ital. Volere. Ger. Wöllen. Bel. Willen. Hisp. Querer. Pol. Chce. Vng. Akarom. Ang. To will.] Virgil. 3. Aeglog. Vis ergo inter nos quid possit uterq; vicissim Experiamur? ¶ Vŏlo te, volo te verbis paucis, subaudi alloqui. Plaut. in Capt Philocrates per tuum genium obsecro exi, te volo. Idem Epid. -volo te verbis pauculis, Si tibi molestum non est. Terentius in And. Quis me vult? ¶ Velit nolit: pro velit an non velit. Cicer. ad Quintum Fratrem lib. 3: Crassum Iunianum hominem mihi deditum, per me deterruit: velit nolit, scire difficile est. ¶ Ponitur aliquando pro opto & cupio. Cicero ad Cornificium lib. 12: Eandem rem ubi volo bene & feliciter evenire. ¶ Volo omnia tua causa: id est, tibi in omnib. bene cupio. Cicero ad Tironem lib. 16: Quum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua. Quid sibi vult istud? Cicero in Verrē: Quid sibi equestres statuę volunt propter ædem Vulcani: hoc est, quid significant? ¶ Ponitur aliquando pro opinor & censeo. Cic. 1. de Natura deorum: Quatuor etiam naturas, ex quibus omnia constare censet, divinas esse vult.

Vŏlēns, volentis, participium, ut Volenti animo: libenter, non invitè [רצה rotséh חפץ chaphéts. βυλόμενος. Gall. Voulant, qui veut. Ital. Volente. Ger. Wöllend/gutwillig. Hisp. El que quiere. Pol. Chcący. Vng. Akaro. Ang That willeth, willing.] Salust. in Iugurth. Hæc Romæ plebes, literis quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperat. Liv. Precatus deinde si divus, si diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitiusq; adesset: id est, favens & prosper. Salustius tamē lib. 4. Hist. referente Nonio: Volentia plebi dixit hoc est, placētia & grata. Verba Salustii sunt hæc: Multisq; suspicionibus volentia plebi factorius videbatur.

Vŏlentĭă, in compositione idem esse videtur quod voluntas. [חפץ chéphets רצון ratsón אבה ebéh. βύλησις.] Nonius, A volentia fit benevolentia, Malevolētia pro amore & odio, quasi bona & mala voluntas. Item Benevolus & malevolus.

Vŏlūntās, tis, f. t. Animi nostri sententia, mens, animus, sensus. [חפץ chéphets רצון ratsón אבה ebéh. θέλημα, βύλησις, εὐδοκησις, γνώμη. Gall. Volonté. Ital. Voluntà. Ger. Wil. Bel. Den wille. Hisp. Voluntad, potentia libre. Pol. Chcęiwość, ecenie. Vng. Akarat. Ang. Will.] Cic. 4. Tuscul. Natura enim omnes ea quæ bona videntur, sequuntur fugiuntq; contraria. Quamobrem si simul objecta species cujuspiam est quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura: id quum constanter prudenterq; fit, ejusmodi appetitionem Stoici βύλησιν appellant, nos appellamus *voluntatem*: eam illi putant esse in solo sapiente, quū sic definiunt: Volūtas est quę quid cum ratione desiderat. Quæ autem adversus rationem incitata est vehementius, ea libido est vel cupiditas effrēnata: quę in omnibus stultis invenitur. Cic. 3. in Catil. Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemq; suscepi. ¶ Ponitur aliquando pro studio, amore & benevolentia in aliquem. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3: Significat valde te sibi gratum fecisse, quòd de sua voluntate erga Cæsarem humanissimè, dili-

mè, diligentiſſimeq; locutus eſſet. Terent. in prolog. Phorm. Voluntas veſtra ſi ad poëtam acceſſerit: id eſt, faveritis poëtæ. ¶ Voluntate ablativus pulchrè ponitur pro eo quod eſt Bona cum gratia. Terentius in Adelph. Quod vos jus cogit, id voluntate impetret. Cicer. 1. Verr. Ego jam tibi ipſe iſtud, quod expetis, mea voluntate concedam: id eſt, ſponte. Cicero ad Valerium lib. 13: Reditus tamen in patriam voluntate omniũ concedi videretur. Id eſt, omnibus volentibus & concedentibus.

Vŏlūntārĭŭs, adjectivum, Quod ſit ſponte, ad libidinem & arbitrium, vulgò *Spontaneum* vocant. [נדיב *nadhib*. αὐτόματος. Gall. *Voluntaire, de franche volonté & ſans contrainčte.* Ital. *Voluntario chi opera ſpontaneamente.* Ger. Willig/freywillig. Hiſp. *Voluntarioſo.* Pol. *Chcący, dobrowolni.* Vng. *Zabad akarat Zerent vala.* Ang. *That is done willinglye.*] Cic. ad Martium lib. 7: Aut cõſciſcenda mors voluntaria. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Ferociſſimus quiſque juvenum cum armis voluntarius adeſt. Plinius de Viris illuſtribus: Voluntarium militem ſe obtulit. ¶ Voluntarii milites dicuntur, qui ſponte nomina dant. Cæſar 5. belli Gall. Neq; ſibi voluntariorum copias defore, ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet.

Vŏlūntārĭē, & Volūtariò, adverbia. Sponte, bono & prompto animo, nõ coacto. [בנדבה *bindabáh* נדבה *nedhabáh*. αὐτομάτως. Gal. *Voluntairement, franchement.* Ital. *Voluntariamente, francamente.* Ger. Willigklichen. Hiſp. *Voluntarioſamẽte.* Pol. *Chcząc*. Vn. *Zabadakarat Zerent*. An. *Willinglye, readely.*] Cęſ. lib. 3. belli Civil. Milites electi circiter centum viginti voluntariè ejuſdẽ centuriæ ſunt proſecuti. Liv. 1. ab Vrbe: Inde ob reſiduas bellorum iras, maximè ſolicitatis ad defectionem animis, volũtariò traxêre.

Vŏlōtiēs, Dicti ſunt ſervi, qui bello Punico, quum deeſſent liberi, qui in militiã nomina darent, pro dominis pugnaturos ſe poluciti, in civitatẽ recepti ſunt: & Volones appellati, quia hoc ſponte voluerunt. Feſtus. Liv. lib. 3. belli Punici: Volones liberi eſſe juſſi. Ibidem: Vt tyrones (ea maxima pars volonum erat) diſcerent ſigna ſequi.

Vŏlsēllă, læ, ſive Vulſella, f. p. Inſtrumentum pilis è corpore evellendis idoneum. [μυοδιήθειον, τριχολαβίς. Gall. *Des pinſettes de chirurgien.* Ital. *Moietta, molletta.* Ger. Ein rauffzengtin. Hiſp. *Las tenaxuelas ò pincas para pelar.* Pol. *Kleszczyki do wyrwania włoſow.* Vng. *Zõr tepõ Zerzam.* Ang. *A paire of pincers.*] Martialis li. 9: Purgentq; ſęvę cana labra volſellę, Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos, Et quicquid uſquam legimus piloſorum Loqueris, ſonasq; grandibus minax verbis. ¶ Volſella item, ſive Vulſella inſtrumenti chirurgici genus eſt, quo caro ex ulceribus pręcidenda apprehenditur. Celſus lib. 6. cap. 18: Deinde oræ vulſella prehendendæ, tum quicquid corruptum eſt, excidendum.

Vŏlvă, volvæ. f. p. Involucrum, quo quid involvitur: [תכריך *tachrích* חתולה *chathullâh* חתול *chittúl*. ἕλυμμα, ὠάλυμμα. Gall. *Enuelopoir.* Ital. *Inuilupo, coſa chi ſi inuolge.* Ger. Ein jedes ding da reyn man etwas verwicklet oder windet. Hiſp. *Enuoluedor.* Pol. *Pielucha, obwicie.* Vng. *Takara.* Ang. *Wher in any thing is rolled vp & wrapped in.*] unde à Plinio lib. 22. cap. 22. accipitur pro albo illo involucro boletorum in ovi ſpeciem prorumpentium: Volvam (*inquit*) terra ob hoc prius gignit ipſum poſtea in volva, ſeu in ovo eſt luteum. ¶ Eodem etiam nomine antiqui uterum appellabant in muliere: hoc eſt, locum in quo fœtus concipitur: quam hodie literæ unius immutatione *Vulvam* appellamus.

Vŏlūbĭlĭs, vide VOLVO.

Vŏlŭcĕr, hæc volucris, hoc volucre, Volatilis, penniger. [עוף *hoph* עוף *haph* עיט *háyit*. πτηνός, πτερόεις. Gall. *Qui vole.* Ital. *Volante.* Ger. Fliegend Hiſp. *Qualquiera coſa que buela.* Pol. *Látáiący.* Vng. *Zarniaz, repwelõ.* Ang. *That flieth.*] ¶ Et per translationem velox, celer. [קל *kal*. πτηνός, ὠκύς. Gall. *Viſte, ſoudain.* Ital. *Veloce, preſto.* Ger. Schnell Hiſp. *Ligero, preſto.* Pol. *Prętki.* Vng. *Giors, hamar.* Ang. *Swift, ſpeedie.*] Martialis: Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. Virgil. 1. Aeneid.: volucremq; fuga prævertitur Hebrum. Cicer. pro Plancio: Nihil eſt autem tâm volucre quàm maledictum: nihil faciliùs emittitur, nihil certiùs excipitur, latiùs diſſipatur. Idem pro Sylla: O falſam ſpem! ô volucrem fortunam! Virgil. 5. Aeneid.: illa Noto citiùs, volucrique ſagitta Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.

Vŏlucrĭs, hujus volucris, fœm. t. Omne id quod volat, non ſolùm aves, ſed apes quoq;, veſpæ, tabani, & reliqua hujuſmodi. [עוף *hoph* עוף *haph* עיט *háyit*. ὄρνεον, τὸ πτηνόν. Gal. *Volaille, toute choſe qui vole.* Ital. *Ciò che vola.* Ger. Ein jedes Thier ſo geflucket iſt; daa iſt/ ſo fliegen kan/ Gefügel. Hiſp. *Aue ò coſa que buela.* Pol. *Káżdá rzecz ktora látáć może.* Vng. *Repwelõ, madar.* Ang. *All thing that flieth.*] Cic. 2. de Orat. Quemadmodum volucres videmus procreationis atq; utilitatis ſuæ cauſa fingere & conſtruere ſibi nidos. Virgil. lib. 3. Georg. Omne adeò genus in terris, hominumq;, ferarumq;, Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres, In furias, ignemq; ruunt, amor omnibus idem. Ovid. 2. Metamorph. Flumineæ volucres medio caluêre Cayſtro.

Vŏlucră, Genus animalis quod prærodit teneros pampinos. [ἐριλος, ἰνψ. Gall. *Liſet, qui ronge la vigne bourgeonnante.* Ital. *Animaletto che rode i teneri pampini.* Ger Ein rãbwürmlin/ ein wurmlin das die zarten rãbſchoß abfrißt. Hiſp. *El rebolto que roe las vides.* Pol. *Zwierz, ogryzaiący pnie winne.* Vng. *Hirnio.* An. *A caterpiller.*] Colum. de Arboribus, cap. 15: Genus eſt animalis, volucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & uvas: quod ne fiat, falces quibus vineam putaveris, peracta putatione ſanguine urſino linito.

Vŏlumĕn, vide VOLVO.

Vŏlūntās, Vide VOLO, vis.

Vŏlvo, vis, vi, duarum ſyllabarũ, act. t. Verto, verſo, torqueo, in orbem torqueo. [גלל *ghalál* חול *holél*, κυλίω, κυλίζω, κυλινδῶ, σκολιάζω. Gall. *Rouler, tourner, virer.* Ital. *Volgere.* Ger. Weltzen/ trosten. Bel. Wentelen/ omteren/ rollen. Hiſp. *Boluer, boluer en derredor.* Pol. *Toczę, obracam.* Vng. *Forgatom.* An. *To tumble, to roll, to wallow, to wrappe.*] Virgil. 6. Aeneid. -ubi mille rotam volvêre per annos. Cic. de Clar. Orat. Volvendi enim ſunt libri, cùm aliorum, tùm in primis Catonis. Virgil. 3. Aeneid. -ſic fata deûm rex Sortitur, volvitq; vices: invertitur ordo. Idem lib. 3. Georg. Collectumq; premens volvit ſub naribus ignem. Idem 6. Aeneid. Saxum ingens volvunt alii. ¶ Volvere, cogitare, verſare animo, ἐξετάζειν. Catull. Epigram. 59: Quæ tum proſpectans cedentem mœſta carinã, Multiplices animo volvebat ſaucia curas. Virgil. 1. Aeneid. At pius Aeneas per noctem plurima volvens. Ibidem: Quídve dolens Regina deũm, tot volvere caſus Inſignem pietate virum, tot adire labores Impulerit? Livius libro 6. ab Vrbe: Has inanium rerum inanes ipſas volventes cogitationes, fortunæ loci delegaverant ſpes ſuas.

Vŏlvēndŭs, a, um, κυλινδητέος. Virgil. 1. Aeneid. Triginta magnos volvendis menſibus orbes Imperio explebit. Id eſt, volubilibus, interprete Servio.

Vŏlūtŭs, ta, tum, aliud participium. [גלל *megholál*. κεκυλισμένος. Gall. *Roulé, tourné, viré.* Ital. *Voltato.* Ger. Geweltzet/ getrõlet. Hiſp. *Boltado.* Pol. *Obracani.* Vn. *Fordittatot.* An. *Turned, rolled, wallowed.*] Virg. 3. Georg. Non umbræ altorum nemorum, nõ gramina poſſunt Grata movere animum: nõ qui per ſaxa volutus Purior electro campum petit amnis.

Vŏlūto, penult. prod. act. p. Sæpè, multumq; volvo. [גלל *gholél* חול *holél*. τρέφω, κυλινδῶ, συγκυλινδέω. Gall. *Veautrer, tourner, & rouler ſouuent.* Ital. *Trauoltarſi.* Ger. Offt oder embſig weltzen. Hiſp. *Rebolcarſe.* Pol. *Vśtawnie przewaliam, obrácám.* Vng. *Forgatom, hõmpõlygetõm.* Ang. *To tumble and roll often.*] Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap 9: Antè ſit veſtibulum ſeptum, in quo diurno tempore eſſe poſſint, atq; in pulvere volutari. Cic. in Saluſt. Itaq; nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus, cum quovis volutari. ¶ Ponitur etiam pro accuratè perpendo, & diligenter conſidero. ἐξετάζω. Virg. 9. Aeglog. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe voluto. Idem 4. Aeneid. Atq; hæc ipſe ſuo triſti cum corde volutat. Liv. 4. bel. Maced. Has cõditiones quãquam ipſe in ſecreto volutaverat cum amicis, vulgò tamen omnes fama ferebant.

Vŏlūtātŭs, volutata, tum, participium, Sæpè multumq; volutus. [גלל *megholâl*. κεκυλισμένος. Gal. *Veautré, tourné, roulé.* Ital. *Voltato ſpeſſo qua & la.* Ger. Offt geweltzet. Hiſp. *Rebolcado à menudo à ſi à otro.* Pol. *Vśtawnie przewracani.* Vng. *Forgottatot, hõmpõligetetõt.* Ang. *Rolled, tumbled, or wallowed often.*] Plin. lib. 8. cap. 37: Præparant hyemi & herinacei cibos, ac volutata ſuprà jacentia poma, affixa ſpinis unum non amplius tenentes ore, portant in cavas arbores. Cicero de Aruſpic. reſpon. Quis unquam nepos tam liberè eſt cum ſoortis, quàm hic cum ſororibus volutatus? Idem lib. 2. ad Quint. Fratrem: Itaque ad Calliſthenem & Philiſtum redeo, in quibus te video volutatum: hoc eſt, cum labore verſatum.

Vŏlūtātĭo, volutationis, verbale, f. t. à volutando deductum. [κύλισμα. Gal. *Roulement, veautrement.* Ital. *Riuolgimiento.* Ger. Weltzung/ trõlung. Hiſp. *Obra de boluer à menudo.* Pol. *Przewracanie, wal'eſanie.* Vng. *Forgatas, hõmpõlyzetes.* Ang. *A rolling or wallowing.*] Cicero in Piſonem: An verò, tu parum putas inveſtigatas eſſe à nobis labes imperii tui, ſtrages que provinciæ, quas quidem nos non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus?

Vŏlūtātŭs, volutatus, volutatui, verbale, m. q. Volutatio. κύλισμα. Plin. lib. 10. cap. 4: Multum pulverem volutatu collectum, inſidens cornibus excutit in oculis.

Vŏlūtābrum, penult. prod. n ſ. Locus ubi ſues volutantur. [κυλίσρα, ἀλιτυλίστρα, κύλισμα, κυλινδήθρα. Gall: *Bourbier, ou autre lieu où les beſtes ſe veautrent.* Italic. *Luoco doue ſi voltano i porci.*

German.

German Ein mistlach / sawlach. Hispan. *Reboleadero, como de puercos.* Polon. Kal'wg. Vngar. *Az mely sarba az disno heuer.* Ang. *A place where swyne do wallowe.*] Virgil. libro 3. Georgic. Sæpè volutabris pulsos sylvestribus apros Latratu turbabis agens.

Vŏlūtātim, Iterum atque iterum volvendo. [κυλιδὸν. Gall. *En roulant.* Ital. *Rivolgendo.* Ger Trötlechtig/mit weltzen Hisp. *Rebolcandose.* Pol. *Przewalaiąc.* Vng. *Forgatua, hömpölygetue.* Ang. *By rolling, and wallowing.*] Plautus in Milite: Volutatim domum te rapiam.

Vŏlūbĭlĭs, volubile, om. t Quod facilè volvitur, & in orbem incitatur. [ἐπίτροχος, εὔτροφος. Gall. *Aisé à tourner ou faire virer, qui tourne.* Ital. *Volubile, instabile.* Germ. Weltzbar/das leichtlich zu weltzen ist Hisp. *Cosa que se buelue ò puede boluer.* Pol. *Obrotni.* Vngar. *Forgo, fordithato.* Ang. *That is or may easily be tumbled or rolled.*] Cicero de Vniuers. Deinde animum circundedit corpore, & vestivit extrinsecus, cœloque solivago & volubili, & in orbem incitato, complexus est. Virgil. 7. Aeneid. Impubesque manus mirata volubile buxum. ¶ Volubilis fortuna: id est, instabilis, inconstans. ἀστεμφής. Cic. pro Mil. Quàm vaga, volubilisque fortuna.

Vŏlūbĭlĭtĕr, adverb. Celeriter, incitatè. [εὐτρόπως. Gall. *Rondement, en roulant.* Ital. *Volubilmente, senza fermezza.* German. Rugetechtig Hispan *Podiendo boluerse.* Polon. *Obrotnie.* Vng. *Giorson, hamar.* Ang. *Rollingly, roundly.*] Cicero in Orat Sæpè etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerosè & volubiliter oratio.

Vŏlūbĭlĭtās, atis, f.t. Volubilis motus & conversio. [τὸ εὔτροφον, ἡ εὐτροχία Gall. *Tournoyement, virement en rond.* Ital. *Volubilità.* Germ Ringfertigkeit im weltzen/ bewegligkeit. Hisp. *Aquella possibilidad de bolverse.* Polon. *Obrot.* Vngar *Forgo sag, giörs forgas.* Ang *A hastie rolling about, vnconstancie.*] Cic de Nat. deor. Ex utraque re & mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset. Volubilitas fortunæ, inconstantia. Cic. 2. de Divin. Quomodo ergo id quod temerè fit, cæco casu, & volubilitate fortunæ præsentiri & prædici potest? ¶ Volubilitas linguæ, levitas, promptitudo, dexteritas.

Vŏlūmĕn, voluminis. secunda syllaba producta, n. t. A' volvendo, quòd majores nostri in libris arborum: id est, corticibus scribebant, & libellos illos, quò ferrent commodiùs, complicabant. [מְגִלָּה *megillah* גִּלְיָון *ghillayón.* γραμματεῖον, σωτωγμὸς, σύγγραμμα. σων τάξις. Gal *Volume, roule, vne partie d' vn liure* Ital. *Volume.* Germ Ein Büch Hisp. *Vn libro ou volumen.* Pol. *Ksiega.* Vngar. *Sreg könywe.* Ang. *A volume, the part or grosseneſſe of a booke.*] Ideoque volumina appellata sunt, libellis similiora quàm libris. ¶ Est enim propriè volumen pars codicis, ut puta Metamorphoseos liber in quindecim volumina distinctus est. Ovid. 1. Tristium: Sunt mihi mutatæ ter quinque volumina formæ Plin. Iunior: Libri tres in sex volumina propter amplitudinem divisi, quasi in sex minores libros: ut sint volumina aliquantò minora quàm libri. Igitur volumen pars libri est: Liber verò pro toto codice, & pro volumine accipitur Inde dicimus Evolvere libros: id est, aperire lectitandi gratia, quasi rem complicatam explicare. ἀνελίττειν τὰ βιβλία. sicut Revelare, rem velatam detegere. Cic. lib. 3 Tusc. Quoniam duobus superioribus de morte & dolore dictum est: tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. ¶ Accipitur aliquando volumen pro ipsa circumvolutione. περιαγωγή. Ovid. 2. Metam. Adde quòd assidua rapitur vertigine cœlum, Sideraq; alta trahit, celeriq; volumine versat. ¶ Nonnunquam pro volubilitate, sive inconstantia. Plin lib. 7. cap. 45: Si diligenter æst mentur cuncta, magna sortis humanæ reperientur volumina. ¶ Volumina vinculorum. Virgil. 5. Aen. -& ipsa Huc, illuc, vinclorum immensa volumina versat.

Vŏlvŏx, volvocis, penultima prod. m. n Vermis teneros vitium pampinos, & pubescentes uvas erodens, qui & Convolvolus & Volucra dicitur. [ἴψ, ἴουλος. Gall. *Liset, hurbec ou vercoquin, qui ronge les bourgeons des vignes.* Ital. *Voluo, verme che rode i teneri pampini delle viti* German. Ein Rebwürmlin/ welches sich in die bletter der jungen Rebschossen verwicklet/ vnd sie abfrisset. Hisp. *El gusano rebolton.* Polon. *Gasianka winna.* Vngar *Hernio, ferego.* Ang *A caterpiller, a worme that eateth vine boughes.*] Plinius lib. 17. cap 28: Simili modo ne convolvolus fiat, in vinea amurcæ congios duos decoctos in crassitudinem mellis, rursus cũ bituminis tertia parte, & sulphuris quarta sub dio coqui, ne excandescat sub tecto. Hoc vites circa capita ac brachia ungi: ita nõ fore convolvulum: alii Volvocem appellant, animal prærodens pubescentes uvas. Hæc Plin.

Vŏlūptās, voluptatis, f.t. Iucunditas, fructus jucunditatis, & lætitiæ. [עֵדֶן *hèdhen* עֶדְנָה *hedhnáh* עֹנֶג *hónegh* תַּעֲנוּג *tahanúgh.* ἡδονή. Gall. *Volupté. aise, plaisir.* Ital. *Voluttà. piacere.* Germ. Wollust Belg. Wollustigheyt Hisp. *El deleyte generalmente.* Pol. Rozkosz Vn. Giönerwesèg. An. *Pleasour, delight.*] Vnde quicquid cũ delectatione animum demulcet, voluptas dicitur, quòd id maximè velimus. Referturque tàm ad animum, quàm ad corpus, quanvis nonnulli insimulent solius corporis esse, actur pem: quod certè verum non est. Est enim voluptas vocabulũ medium, omnemque jucundum motum, quo sensus hilarẽtur, significat, quem Græci vocant ἡδονὴν. Cic. 1. de Orat. Percipietis enim illam ex cognitione Iuris lætitiam & voluptatem. Voluptatem ejus capio, dixit Plin. Epist. 17. lib. 2, pro voluptatem ex eo capio. Cum voluptate legere: id est, cum delectatione. Cic. 1. de Finib. Omne autem id quo gaudemus, voluptas est: ut omne quo offendimur, dolor. Ovid 7 Metam. -nulla est sincera voluptas. Voluptati esse: id est, esse gratũ & jucundum. Cic. Lentulo lib. 1: Quod mihi de filia, & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatẽ tuam, speroq; & opto, nobis hanc conjunctionẽ voluptati forę. Quibus ồmnibus in exemplis voluptas in meliorem partem accipitur, pro ea quæ in animum cadit. ¶ In malam partem quoq; capitur, & pro eà voluptate, quæ corporis propria est apud Cicer. de Senect. Divinus enim Plato escam malorum voluptatem appellat: quòd ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. Ibidẽ: Nullam capitaliorem pestem quàm voluptatẽ corporis homini dicebat à natura datam: cujus voluptatis avidę libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitarẽtur. Idem 1. de Legib. Ab ea quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni, voluptas: malorum autem omnium mater.

Vŏluptabĭlĭs, voluptabile, om t. Gratum, voluptuosum. [רְצוּי *ratsúi* נִרְצֶה *nirtséh* מְעֻנָּג *mehannégh.* ἡμερήσιος, περπνὸν, ἡσὺ. Gall. *Qui donne ou apporte plaisir.* Ital. *Grato.* German Lust vnnd frewd bringend/ lieblich Hispan. *Agradecido ò aplasible.* Polon Rozkoszą przynoszący. Vngar. *Giönörwesèges.* Ang. *Plesant, delightfull, that bringeth pleasour.*] Plaut. in Epid. Voluptabilem mihi tuo adventu attulisti nuntium.

Vŏlūptārĭŭs, voluptaria, voluptarium, Quod voluptatem affert. [רְצוּי *ratsúi* נִרְצֶה *nirtséh* מְעֻנָּג *mehannégh.* περπνὸς. Gall. *Plaisant, voluptueux.* Ital. *Cosa piaceuole* German. Lustbar / das wollust bringt/ oder dem wollust ergeben. Hisp. *Cosa deleytosa.* Pol. Rozkoszą czyniący. Vng. Giönörkötetö. Ang *That bringeth plesure, delisting in plesure.*] Cic. lib. 3. de Finib. Aegritudo, libido, formido, quamq; Stoici communi nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant. ego malo lætitiam appellare, quasi gestientem animi elationem voluptariam. Voluptarius homo, voluptati deditus. φιλήδης. φιληδονός. Plautus in Menæch. Nanque Epidamnea natio est hæc, ita hominum Voluptarii atque potatores maximi Cic. 2 Tusc. Ego à te non postulo ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem: homo, ut scis, voluptarius. Idem 3. de Orat. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter cæteros sensus commovetur.

Vŏlūptŭōsŭs, voluptuosa, voluptuosum, Habitum, & vehementiam significat, & affectionem: [רְצוּי *ratsúi* נִרְצֶה *nirtséh:* מְעֻנָּג *mehannégh.* φιληδονός. Gall. *Voluptueux* Ital *Voluttuoso.* Germ Wollustig begirig/ oder das voll wollusts ist Hisp *Deleytoso* Polon. *Rozkoszy pożadliwi.* Vngar. *Giönörwesegben el merwelt.* Ang. *Voluptuous, vnsatiable in pleasure.*] ut, Voluptuosus homo, qui perquàm amat voluptatem, quem Cicero voluptarium vocat. ¶ Voluptuosa res, quæ in se habet voluptatem, & quæ voluptate afficiat. Ille recipit, hæc recipitur. Plin. libr. 2. Epist. 13: Voluptuosam rem esse, utrunque eadem opera eodem viatico invisere.

Vŏlŭpĕ. Delectabile, gratum, jucundum. [רְצוּי *ratsúi* נִרְצֶה *nirtseh:* מְעֻנָּג *mehannégh* ἡδὺ, περπνὸν, ἡμέρησις. Gall. *Chose, agreable & plaisante.* Ital. *Voluttà, da piacere* German. Lustgefellig/ wollust/ anmütig. Hispan. *Deleyte.* Pol. Wdzięczno. Vngar. Giönyörwesèges, kedues. Ang. *That is pleasant, and delighteth.*] Quanquam non rarò substantivè accipitur pro ipsa delectatione seu voluptate, ἡδονή. Plaurus in Amph. Nam quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe mihi est. ¶ Legitur & volup, per apocopem: quod & Nonius annotavit. Plautus in Casina: Facite animo vestro volup: Idem Asinaria: Hic senex siquid clam uxore animo fecit volup.

Vŏlūtæ, f. p. Ab architecturæ peritis appellantur capreoli, in columnarũ capitulis ex herbarũ foliis enascentes, & ubi abacum jam propemodũ contingunt, in orbẽ circunvoluti: unde tàm apud Græcos, quã apud Latinos nomẽ invenerũt. ἰλίκες. Vitruvius lib. 3: Dempta abaci crassitudine, dividatur reliqua pars in partes tres: ex quibus una imo folio detur, secundum folium mediam altitudinem teneat: cauliculi eandem altitudinem habeant è quibus folia nascũtur projecta, uti abacum excipiant, quæ ex cauliculorũ foliis nata, procurrũt ad extremos angulos volutæ, minoresq; helices intra suum medium, qui sunt in abaco floribus, subjecti scalpantur. Idem paulò pòst: De volutarum autem descriptionibus, uti ad circinum sint rectè involutæ quemadmodum distribuantur, in extremo libro forma & ratio earum est descripta. Idem lib. 7. cap. 5: Nam pinguntur tectoriis monstra potiùs, quàm ex rebus

finitis imagines certę. Pro columnis enim ſtatuuntur calami, pro faſtigiis harpaginetuli ſtriati, cum criſpis foliis, & volutis. Item candelabra ædiculatarum ſuſtinentia figuras, ſupra faſtigia earum ſurgentes ex radicibus cum volutis: colliculi teneri plures, habentes in ſe ſine ratione fidentia ſigilla, non minus etiam ex coliculis flores, dimidiata habentes ex ſe exeuntia ſigilla, alia humanis, alia beſtiarum capitibus ſimilia. Hæc Vitruvius.

Vŏlūtabrum, Volutatim, Voluto, Vide VOLVO.

Vŏmĕr, vomeris, maſculini generis. Vide VOMO.

Vŏmĭcă, vomicæ, pen. corr. ſ. p. Abſceſſus internus copioſam evomens ſaniem: unde & nomē accepit. [נזיד *mazór.* ἀπόστημα. Gall. *Apoſtume.* Ital. *Apoſtema.* Germ. Ein eytergeſchwär oder eyß. Belg. Een puyſte. Hiſp. *Poſtema.* Pol. *Ropa ze wrzodu.* Vng. *Daganat kelgiu.* Ang. *A rotten impoſtume or running ſore.*] Cic. de Nat. deor. Nec prodeſſe voluit Pheræo Iaſoni qui vomicam ejus aperit, quam medici ſanare nō potuerant. Serenus: Sunt odio quos dira vomit natura, tumores, Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam. Plin. lib. 20 cap. 12: Petroſelinon præcipuum ad vomicas. Hinc Plaut. in Perſa, non infeſtiviter vomicam appellat crumenam numis refertam, atq; tumentē. Quid hoc, *inquit*, quod in collo tibi tumet? SA. vomica eſt, preſſate parce. ¶ Plin. lib. 33, cap. 6. per tranſlationem accepit pro argenti vivi vena jugiter manante. Eſt (*inquit*) lapis in his venis, cujus vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. Nonius vomicam pro concavis locis & vetuſtate exeſis poni probat. Ex Lucilio.

Vŏmo, vomis, vomui, vomitum. Per os ejicio, egero. [הקיא *hekí* קאה *kadh.* ἐμέω, ἐξεράγμαι. Gall. *Vomir.* Ital. *Vomitare.* Ger. Kotzen. Belg. Spauwen/overgeven. Hiſp. *Gomitar.* Polon. *Zrzucam.* Vng. *Okadom.* Ang. *To vomite, to parebrake.*] Cic pro Dejotaro: Quum (*inquit*) poſt cœnā vomere te velle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt. Idem 2. Philipp. Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſteras, ut tibi neceſſe eſſet in populi Romani cōſpectu vomere poſtridie. Virg. 9. Aen. Purpuream vomit ille animam, & cum ſanguine miſta Vina refert moriens.

Vŏmĭto, as, frequentativum. [πολλάκις ἐμέω. Gall. *Vomir ſouuent.* Ital. *Vomitar ſpeſſo.* Ger. Offt kotzen. Hiſp. *Gomitar à menudo.* Pol. *Vſtawnie zrzucam.* Vng. *Okadozom.* Ang. *To vomite often.*] Col. lib. 7. cap. 10: Quam quum pecudes biberunt, nauſea correpte vomitant, atque expurgantur.

Vŏmĭtĭo, vomitionis, f. t. Cibi, potúsve per os ejectio, quę vĕtriculi ſubverſione cōtingit. [קיא קיא ke. ἔμετος, ἐξέρευγμα. Gall. *Vomiſſement.* Ital. *Eſſo vomitare, vomito.* Germ. Kotzung/ers brechung. Hiſpan. *Gomito.* Polon. *Zrzucanie.* Vngar. *Okadas.* Ang. *A vomiting.*] Plinius libro 11. cap. 53: Homini cibus utiliſſimus ſimplex: acervatio ciborum peſtifera, & condimenta perniciosiora. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & avidè hauſta: & æſtate, quàm hyeme difficilius, & in ſenecta, quàm in juventa. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maximè autem dentibus. Somno concoquere corpulentię, quàm firmitati utilius: ideo athletas malūt cibos ambulatione perficere.

Vŏmĭtŭs, tus, m. q. Vomitio. [קיא ki קא ke. ἔμετος.] Plin. libr. 20. cap. 14: Mentaſtrum cum ſucco granati ſingultus & vomitus ſiſtit, ut Democritus monſtrat.

Vŏmĭtŏr, oris, m. t. Qui vomit. [קיא *meki.* ἐξεραύκτης. Gall. *Vomiſſeur.* Ital. *Chi vomita.* Ger. Ein kotzer/ der ſich erbricht. Hiſp. *El que gomita.* Pol. *Tenktori zrzuca.* Vng. *Okado.* Ang. *That vomiteth.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Non expedit vomitoribus, ſicut neque muſtum, neq; ſapa, neq; paſſum.

Vŏmĭtōrĭă. [Vng. *Oly hely, ax mellyőn tolyongua ſok embőr ki vagy be megyőn.*] Macrobius Satur. lib. 6. cap. 4. Virgil. Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam. Pulchrè vomit undam, & antiquè: nam Ennius: Et Tyberis flumen vomit in mare ſalſum. Vndè & nunc vomitoria in ſpectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt.

Vŏmĭtōrĭŭs, vomitoria, vomitorium, Quod vomitum ciet. [ἐμετικός. Gall. *Qui fait vomir.* Ital. *Coſa che fa vomitare.* Germ. Kotzerig. Hiſpan. *Coſa para hazer gomitar.* Pol. *Zrzucenie czyniaci.* Vngar. *Okadtato.* Ang. *That hath power to cauſe one vomite.*] Plin. lib. 21. cap. 6: Hunc ſtomacho inutilem, & ideo vomitorium. Idem lib. 20. cap. 9: Bulbus quem vomitorium vocant ab effectu, ſolta habet nigra cæteris longiora.

Vōmĕr, & vomis, hujus vomeris, generis maſculini, ferramentum aratri quo ſulci fiunt. [מחרשת *macharéſsheth.* ὦκις. Gall. *Le ſoc d' vne charrue.* Ital. *Vomere, vomiero del aratro.* Germ. Ein pflugeyſen/ wägeyſen/ ſäch. Belg. Een ploechyſer. Hiſp. *La raja del arado* Pol. *Pług* Vn. *Zanio was.* Ang. *The culter of a ploughe.*] Ita dictum quòd terram vomat: hoc eſt, eruat. Virg. 1. Georg. Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. Idem: Vomis & inflexi primum grave robur aratri. Plin. lib. 18. cap. 18: Vomerum plura genera: Culter vocatur, prędenſam priuſquam proſcindatur, terram ſecans, futuriſque ſulcis veſtigia pręſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus eſt vulgare, roſtrati vectis. Tertium in ſolo facili, nec toto porrectum dentali, ſed exigua cuſpide. In roſtro hæc quarto generi, ſed exactior in mucronem faſtigiata, eodemque gladio ſcindens ſolum, & acie laterum radices herbarum ſecans: id non pridem inventum in Rhætia. Galliæ verò duas addiderunt rotulas: quod genus vocant *planarati.* Cuſpis effigiem palæ habet. Latitudo vomeris ceſpites verſat. Ovid. 1. Metam. Ipſa quoque immunis raſtroque intacta, nec ullis Saucia vomeribus, perſedabat omnia tellus.

Vōpiſcŭs. [ὁ ἐκ τῶν διδύμων ἕν παιδίον τεχθείς. Gall. *Celuy de deux gemeaux qui vient a profit.* Ital. *Vno di due gemelli che viene à profitto.* German. Der ein auß den zweyllingen ſo außgetragen vnnd fürkommen iſt. Hiſpan. *Vno de dos mellizos que viue y es approuechado.* Polon. *Ieden zbliſniatziwi gdzieſtrugi bel' martwi.* Vngar. *Az kettős giermekek kőzzwel az ki meg el.* Ang. *One of two conceaued at one tyme which cometh to perfection.*] Dicitur qui ex duobus conceptis, uno abortu excluſo, ad partum legitimum ducitur. Quo cognomine dictus eſt Flavius hiſtoricus, qui Imperatorum vitas ſcripſit. Plinius libro 7. cap. 10: Vopiſcos appellabant è geminis, qui retenti utero naſcerentur, altero interempto abortu.

Vŏro, as, act. p. Cibum non confectum deglutio. [אכל *achál* בלע *baláh* ע *lah.* βρώσω, καταφάγω, ἀναπίπλω. Gall. *Deuorer, aualler ſans maſcher, engloutir.* Ital. *Deuorare, tranſgugiare.* Germ. Freſſen. Belg. Opſtocken/ inſtocken. Hiſpan. *Tragar lo que no ſe maſca.* Pol. *Zramczam.* Vng. *El nielem.* Ang. *To deuore, to ſwallow vnchewed.*] Cicero libro 2. de Nat. deor. Alia vorant, alia mandunt. ¶ Hinc per tranſlationē vorare capitur pro avidè ſumere. Plaut. in Trucul. Interim ille hamum vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit meré. Cicero ad Atticum libro 4: Nos hic voramus literas cum homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionyſio.

Vŏrāgo, inis, ſecunda ſyllaba producta, f. t. Locus immenſæ profunditatis, quicquid acciperet devorans, & propemodum inexplebilis. [תהום *tehúm.* ἀβυσσόμαγμα, βάραγγρον. Gal. *Gouffre.* Ital. *Voragine, baratro.* German. Ein tieffer ſchlund. Hiſp. *Tragadero ò remolino de agua.* Polon. *Gl'ebia niezmierna.* Vngar. *őrueny melyſeg.* Ang. *A goulfe or ſwallowing pitte.*] Cicero 1. de Divinat. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum dimiſiſſet in flumen, ſummerſus equus voraginibus non exiit. Virgil. 7. Aeneid. Hic ſpecus horrendum, & ſævi ſpiracula Ditis Monſtrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago. Idem 6. Aen. Turbidus hic cœno vaſtaque voragine gurges Æſtuat. Curtius lib. 8: Imber violentius quàm aliàs fuſus campos lubricos & inequitabiles fecerat: graveſque & propemodum immobiles currus illuvie & voragine hærebant. ¶ Transfertur ad hominem inſigniter prodigum, cujus gula vel ampliſſimis patrimoniis in ventrem tanquam in barathrum quoddam conjectis expleri non poteſt. Cic. pro Sextio: Meo periculo, *inquit*, gurges & vorago patrimonii helluabere?

Vŏrāgĭnōſŭs, voraginoſa, voraginoſum, adjectivum, Quod eſt voraginibus plenum. [βαραγγρώδης.] Gall. *Plein de gouffres.* Ital. *Pieno di voragini.* German. Voll tieffer löcheren oder lotſchen. Hiſpan. *Lleno de remolinos.* Polon. *Pełni głębokich dzur.* Vng. *Bruenies.* Ang. *Full of goulfes or ſwallowing pittes.*] Hirc. 6. bell. Hiſpan. Nam paluſtri & voraginoſo ſolo currebant ad dextram partem.

Vŏrāx, voracis, om. t. Multa abſumens, inexplebilis, inſaturabilis. [Ζωλέλ. πολυφάγος, ἀδηφάγος, πολύφαγος, ἀκατάσχετος. Gall. *Grand deuourur, goulu, glouton, gourmand.* Ital. *Vorace, deuoratore.* Germ. Freſſig. Hiſp. *Coſa que mucho traga, comilone.* Pol. *Zarl'ok.* Vngar. *Nagy ebetű.* Ang. *That ſwalloweth a thing vnchewed.*] Ovid. lib. 15. Metam. Nec niſi perdideris alium, placare voracis, Et malè morati poteris jejunia ventris. ¶ Charybdis vorax. βαραγγρώδης. Cicero 2. Philip. Quę Charybdis tam vorax tot res tam citò abſorbere potuiſſet? Vſura vorax. Lucan. lib. 1: Hinc uſura vorax, avidumq; in tempore fœnus, Et concuſſa fides, & multis utile bellum.

Vŏrācĭtās, atis, f. t. Edacitas, inexplebilis edendi aviditas. πολυφαγία.

Vōrsūră, vide Verſura in VERTO.

Vorto, is, vide VERTO.

Vōrtĕx, vide Vertex in VERSO.

Vōs, veſtrum, vel veſtri, pronomen pluralis numeri à tu. Voſmetipſi, pro voſipſi [אתם *attém.* ὑμεῖς. Gall. *Vous.* Ital. *Voi.* Ger. Ihr ſelbs. Hiſp. *Vos.* Pol. Wyſami. Vng. Ti we. Ang. *Ye or yow.*] Cic. li. 4 Acad. Nos autem dicimus ea nobis videri, quę voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe conceditis. Idē pro Roſc. Amer. Quæ facitis ejuſmodi ſint, ut ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini.

Vōtīvŭs, Votum, vide VOVEO.

Vŏvĕo,

Vŏvĕo, vŏves, vovi, votum, n.f. Deo aliquid sanctè promittò, vota facio, vota nuncupo, vota fusc ipio. [נדר *nadhăr.* εὔχομαι, ἀναθέματι. Gall. *Vouer, faire veu.* Ital. *Far voto, avuotare.* Germ. Gelobẽ/ein Gelübd thun, Belg Ghelooven. Hisp. *Votar ò dessear.* Polon. *Bogu nieco obiecuię.* Vng. *Istennek fogadást tezek.* Ang. *To vowe.*] Pro quo etiã dicimus vota facere, & vota nuncupare. Liv. lib. 1. ab Vrb. In re trepida duodecim vovit Solios, fanaque Pallori & Pavori. Horat. lib. 3. Carm. Ode 8: Voverim dulces epulas, & album Libero caprum. Ovid. lib. 9. Metam. Vota puer solvit, quæ fœmina voverat Iphis. ¶ Vovere caput pro salute patriæ, dixit Cicero libro 5. de Finibus: pro objicere se periculis pro salute patriæ. ¶ Hujus compositum est Devoveo: de cujus significatione abundè multa dicta sunt suo loco.

Vŏtus, vota, votum, participium. [נדור *nadhŭr.* ὁ εὐχόμενος. Gall. *Voué, promis.* Ital. *Votato, promesso.* German. Gelobt/durch Gelübd verheissen. Hisp. *Votado, prometido.* Polon. *Obiecani, poswieconi.* Vng. *Istennek igirtetŏt.* Ang. *Vowed.*] Cicer. de Nat. deor. At earum templa sunt publicè vota, & dedicata. Liv. libr. 4. ab Vrb. Ludi ab Decemviris per secessionẽ plebis à Patribus ex Senatusconsulto voti, eo anno facti sunt.

Vŏtum, ti, n.s. promissio facta Deo, voti sponsio qua Deo obligamur. [נדר *nédher.* εὐχή. Gall. *Veu.* Ital. & Hisp. *Voto.* Germ. Ein Gelübd. Belg Een ghetoefte Pol. *Obiecanie bogu.* Vng. *Istennek fogadas.* Ang. *A vowe or promise made to god.*] Cicer. de Nat. deor. Nónne animadvertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint? Idem 1. de Legib. Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsiõ, quo obligamur Deo: pœna verò violatæ religionis justam excusationem non habet. Virgil. 8. Aeneid. Vota metu duplicant matres propiusq; periclo It timor. ¶ Nefarium votum. Cicero pro Cluentio: Quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse, sceleratasq; ejus preces, & nefaria vota cognovimus. ¶ Et quoniã quæ magnopere desideramus, adhibitis votis à diis petere solemus: factũ est, ut Vota accipiamus pro optatis. εὐχαί. Plin. Epist. 45: Hanc ego vitam voto, & cogitatione præsumo. ¶ Vnde voti cõpotem dicimus eum, qui desiderii suũ affectus est. Et pro voto succedere: id est, pro desiderio. κατὰ γνώμην συχωρεῖν. ¶ Item facere vota, pro optare. εὔχεσθαι. Cic. pro Milone: Vota enim feceratis, ut in eos se potiùs mitteret, quàm in vestras possessiones. ¶ Nonnunquam tamẽ facere vota, idem ẽst quod vovere. Cicero de Aruspic. respon. Nostri Imperatores maximis & periculosissimis bellis huic deæ vota fẽcerunt, eaque in ipso Pessinũnte ad aram principem persolverunt. ¶ Voto aliquem fingere: id est, talem fingere, qualem vel maximè optaremus. Plin. Epistol. 112: Tibique, ut qui exploraverim spondeo habiturum te generum, quo mẽlior fingi ne voto quidem potuit. ¶ Nuncupare vota pro imperio, apud Ciceronem 6. Verr. id est, nominatim aliquid vovere, quod Respublica periculo liberata, sis persoluturus. ¶ Voto teneri: id est, voti reum esse. Cicero ad Atticum: Sed jam quasi voto quodam & promissõ me teneri puto. ¶ Vota solvere, est ea quæ vovimus, præstare. Cicero ad Atticum: Vota reddere, apud eundem libro 3. de Legibus. Liberare se voto, est solutione eorum quæ vovimus, eximere sese ab obligatione sponsionis diis factæ. ¶ Legimus tamen & liberare se voti, ubi intelligitur sine dubio, Sponsione, aut simile aliquid. Liv. lib. 5. ab Vrb. Verecundiam non tulit Senatus, quin sine mora voti liberaretur. ¶ Reus voti, & Damnatus voti, vide in dictionibus DAMNATVS & REVS.

Vōtīvŭs, votiva, votivum, penultima producta, Quod ex voto dari promittitur, quod ex voto fit & suscipitur. [נדרי *nadhŭri.* εὐκτός. Gall. *Qui est voué.* Ital. *Di voto.* German. Verlobt/durch Gelübd versprochen. Hispan. *Cosa prometida por voto.* Pol. *Bogu obiecani.* Vngar. *Istenі fogadasbol lĕtt el aianlott.* Ang. *Promised with a vowe.*] Horatius 1. Epistol. 3: Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca. Ludi votivi, qui ex voto fiunt. Solebant enim in Reipub. periculis, aut principis adversa valetudine ludi voveri, quos deinde voti damnati ingenti cum apparatu faciebant. Plinius libro 7. capite 48: Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam, Cn. Pompeio, Qu. Sulpitio Coss. ludis pro salute D. Augusti votivis, annum centesimum quartum agens. ¶ Thura votiva, quæ voti causa persolvuntur. Ovidius libro 3 Amor. Eleg. 12: Accipit ara preces, votivaq; thura piorum, Ara per antiquas facta fine arte manus. ¶ Legatio votiva, quæ voti ergô suscipitur. Cicero Attic. libro 15: Votiva (subaubi legatio) ne tibi quidem placebat. Etenim erat absurdum, quæ, si stetisset Respublica, vovissem, ea me eversa illa vota dissolvere. ¶ Aliquando votivum significat quod voto desideratum est. ἐκτὸς, Apuleius libro 6: Tota civitas ad votivum conspectum effunditur. ¶ Votivæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. in Casin. Aures votivæ si sunt, animum advortite.

Vōtītŭs, votita, votitum, si Nonio credimus, idem est quod religione aliqua prohibitum, vel interdictum Plaut. in Asin. Nolo illam habere causam, & votitam dicere.

Vōx, vocis, f. t. propriè dicitur sonus qui ab animalis ore profertur. [קול *kol* φωνὴ, φθογγὴ, ὀψ. αὐδή. Gall. *Voix, son.* Ital. *Voce, suono, dittione.* German. Ein Stimm. Hispan. *La vòx, son.* Pol. *Głos.* Vngar. *Szo.* Ang. *The voice.*] Fit enim ἀπὸ τῦ βοᾶν, quod est clàmare. Cicer. lib. 2. de Nat. deor. Vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: grave, acutum: flexibile, durum: quæ hominum solùm auribus judicantur. Idem in Oratore: Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commoventur. Mira est enim quædam natura vocis: cujus quidem è tribus omnibus sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta sit & tam suavis varietas perfecta in cantibus. De vocis quantitate, ac qualitate, vide Quintilianum libro 11. cap. 3. Ovid. 2. Metamorph. Nec conata loqui est. nec si conata fuisset, Vocis habebat iter, saxum jam colla tenebat. Idem 2. Amor. Eleg. 6 de Psittaco: Non fuit in terris vocum simulantior ales. Virgil. 3. Aeneid. Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit. Quintilianus libro 11. cap. 4. Augentur autem, sicut omnium, ita vocis quoq; bona cura: & negligentia minuuntur. ¶ Nonnunquã tamen Voces dicimus pro rerũ etiã inanimatarum sonis. Virg. 6. Aen. de Orphei cithara: Necnõ Threïcius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Vŏcŭlă, voculæ, pen. corr. f. p. diminut. Parva vox. [φωνίδιον. Gall. *Petite voix.* Ital. *Vocina, voce picciola.* German Stimmlin. Hisp. *Pequenna vox.* Polon. *Głosſek.* Vngar. *Szquatska.* Ang. *A small voice.*] Cic. ad Qu. Fratr. Quanto molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones, ac falsæ voculæ, quàm certæ, seu severæ? Propertius lib. 1. Eleg. 15: O utinam trajecta cava mea vocula rima Percussas dominæ vertat in auriculas.

Vŏcābŭlum, vocabuli, penultima correpta, n.s. Dictio qua res singulæ vocantur, aut voce efferuntur. [מלה *milldh.* λέξις. Gall. *Vocable, diction, nom ou surnom.* Ital. *Dittione, vocabulo, voce.* German. Ein Nam̃/Wort Hispan. *La palabra.* Pol. *Słowko, mianowanie.* Vngar. *Ige, szo, bezed.* Ang. *A worde.*] Terentius in Eunucho: Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula. Plinius Epistol. 14: Neque alio vocabulo potest exprimi. Cicer. 3. de Orat. Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet. Quint. lib. 9 cap. 1: Mutatur vocabulis vis rerum.

Vōcālĭs, vocale, om. t. Quod est sonorum, & summæ vocis. [φωνήεις, εὔφωνος. Gall. *Qui a bonne voix ou hautaine & resonante.* Ital. *Vocale, sonore.* German. Hällschreyend/ hällthönend/ das ein hälle oder laute Stimm hat. Hispan. *Cosa que resuena y tiene vox.* Polon. *Głosni.* Vngar. *Hangos szauu.* Ang. *That hath a lowde voice.*] Plinius libro 18: Ranæ quoque ultra solitum vocales, sunt signa tempestatis. Tibul. lib. 2. Eleg. 5: Nunc te vocales impellere pollice chordas, Nunc precor ad laudes flectere verba meas. Ovid. 11. Metamorph. Carmine vocali clarus citharaque Philemon? ¶ Vnde vocales dictæ sunt quinque illæ apud Latinos literæ: quia per se voces faciunt, & sine his vox proferri non potest φωνήεντα. ¶ Hinc semivocales, quæ quasi dimidiatum vocalium sonum habent. ἡμίφωνα. Vocalium concursus. Cic. in Orat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam. ¶ Vocalis etiam dicitur, qui voce utitur, & proferre verba potest: puta si quis, quum mutus fuisset, postea loquatur. ἔμφωνος. Valerius libro 1: Aegles Samius athleta mutus, quum ei victoriæ titulus & præmium eriperetur, indignatione accensus, vocalis evasit.

Vōcālĭtās, vocalitatis, f. t. Consonantia, quam Græci εὐφωνίαν vocant [Gall. *Consonance beau, bon & plaisant son.* Ital. *Consonanza.* German Wollautung. Hispan. *Consonancia.* Polon. Zgodnigł'os. Vngar. *Hangossag.* Ang *The tune or sweet sound of a voice.*] Quint. lib. 1. cap. 5: Sola est, quæ notari possit velut vocalitas, quæ εὐφωνία dicitur.

Vŏcāmĕn, nis, n. t. Nomen, appellatio. [שם *schem.* ὄνομα. Gal. *Nom, appellation.* Ital *Nome, appellatione.* German. Ein Ramm. Hisp. *Nombre ò llamamiento.* Pol. *Nazwanie.* Vng. *Neu, neuezes.*] Lucret. lib. 2: & Bacchi nomine abuti Mavult, quàm laticis proprium proferre vocamen.

Vōcātīvŭs, adjectivum fictum à Grammaticis: ut vocativus casus, per quem aliquem vocamus. κλητική.

Vōcātīvĕ, adverbium, apud Gell. lib. 13. cap. 21: Vocativè, *inquit*, dicit: id est, per vocativum.

Vōcĭfĕrŏr, is, Clamo, clamorem edo, exclamo. [צעק *tsahăk.* κεκράζω, βοάω. Gall. *Crier, brayre, huyer.* Ital. *Gridar forte, gridar ad alta voce.* German Die Stimm erheben/ laut schreyen. Belg Luyt roepen. Hispan. *Gritar mucho, dar voxes.* Polon. *Głossem wołam.* Vng Weöltsk, kialtok. Ang. *To crie out or lowde, to braye.*] Cic. 6 Verr. Minitari absenti Diodoro, vociferari palàm, lacrymas interdum vix tenere. Lucret. lib. 2: Nulla est finis, uti docui: res ipsaq; per se Vociferatur, & elucet natura profundi. Virg. 2. Aen. Talia vociferans gemitu tectum omne replebat ¶ Vociferare

ciferare activum protulit Cicero Act. 4. in Verrem, si mendo locus vacat: Nam me dies, vox, latera deficient, si hoc nunc vociferare velim, quàm miserum indignumq; sit, &c.

Vōcĭfĕrātĭo, vociferationis, verbale. f. t. Clamor, actus vociferādi. [עַעֲקָה tsehakáh. κραυγὴ, βοή Gal. Brayèment, criement, hüyement. Ital Esso gridare. Ger. Erhebung der stimm/lautschreyung. Hisp. Obra de gritar. Pol. Głosne wołanie. Vng. Weöltes, kialtas. Ang. A crying lowde, braying.] Cic. pro Cluent. Nam in ipso sermone hóc & vociferatione mortua est. Ad Herenn. li. 3: Habet enim quiddam illiberale, & ad muliebrem potiùs vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Vŏco, vocas, act. p. advŏco, accerso, appello, adduco. [קרא kará. καλέω φωνέω, βοάω. καλητός. Gall. Appellé, huché. Ital. Chiamato. Germ. Berüfft. Hispan. Llamado. Polon. Zawołani. Vngar. Hiuattatot neuezetet. Ang. Called.] Ovid. 1. Metam. Conciliumque vocat: tenuit mora nulla vocatos. Horat. 2. Carm. Ode 18: Vocatus, atque non vocatus audit.

Vŏcātŭs, vocata, vocatum, participium. [קרוא karú בקרא nikrá ὁ κεκλημένος, ὁ κλητός. Gall. Appellé, huché. Ital. Chiamato. Germ. Berüfft. Hispan. Llamado. Polon. Zawołani. Vngar. Hiuattatot neuezetet. Ang. Called.] Ovid. 1. Metam. Conciliumque vocat: tenuit mora nulla vocatos. Horat. 2. Carm. Ode 18: Vocatus, atque non vocatus audit.

Vŏcātŭs, vocatus, vocatui, m. q. [תְּפִלָּה tephilláh. κλῆσις παράκλησις. Gal. Invocation, priere. Ital. Invocatione, prega. Ger. Anrüffung/oder berüffung. Hisp. Obra de llamar, ruego. Pol. Wzywanie. Vngar. Kiöntörges. Ang. Calling, or invocation and prayer.] Virg. 10. Aeneid. - nunc ô nunquam fruſtrata vocatus Hasta meos, &c. Vbi Serv. Vocatus: hoc est, invocationes & preces: nam appellatio est à verbo quæ semper in io exit, aut in us: id est, nomen verbale. Cic. 3. de Orat. Manè Idib. Septembr. & ille Senatus frequens vocatu Drusi in Curiam venit.

Vŏcātŏr, penultima producta, oris, verbale, m. t. [קרא korá. ὁ καλητής, ὁ κλήτωρ, ὁ ἐπὶ τὸ δεῖπνον παρακλέων. Gal. Semonneur, inuiteur au banquet. Ital. Chiamatore, inuitatore. Germ. Ein berüffer/tader. Hispan. Que llama à otro que venga, combidador. Pol. Wzywac. Vng. Hiuo. Ang. A caller.] Vocatores dicti sunt, quibus datum est invitandi negotium, sive qui ipsi invitant ad cœnas. Plin. lib. 35. cap. 10: Invitatus ad Regis cœnam venit, indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, ut diceret, à quo eorum invitatus esset.

Vŏcĭto, as, penult. corr. Frequenter voco. [κἀκφωνέω. Gall. Appeller ou hucher, sommer. Ital. Strachiamare. German Embsig berüffen/oder nennen. Hispan. Llamar a menudo. Polon. Vstawnie wzywam. Vngar. Hiddagalom. Ang. To call often.] Plautus in Capt. Pægnium vocitatus est, pòst vos nomen indidistis Tyndaro. Cicero 2. de Nat. deor. Quas nostri septem soliti vocitare triones.

V ante P.

Vpĭlĭo, onis, m. t. Positum est à Virgilio pro opilione, causa metri, Aegloga 10: Venit & Vpilio, tardi venêre bubulci. Est autem opilio, vel upilio, ovium custos. [רֹעֶה roéh. ποιμήν. Gal. Berger Ital Pecoraro. Germ. Ein Schaafhirt. Hisp. Pastor de ouejas. Pol. Owczarz. Vng. Iuh paztorhaz, iuhaz. Ang. A sheepherd or keeper of cataill.]

Vpŭpa, upupæ, f. p. Avis, cristis à capite exeuntibus galeata, in fimo semper commorans. [ἔποψ. Gall. Hupe. Ital. Bulba. Ger. Ein Wydhopff. Hisp. El abubilla aue. Pol. Dudek. Vngar. Bwedös bubuk. Ang. A lapwinck birde.] Plin. lib. 10. cap. 29: Mutat & upupa, ut tradit Aeschylus poëta, obscœna aliàs pastu avis, crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigensque per longitudinem capitis. ¶ Plaut. in Captivis, Vpupam pro meretrice accipit. Itidem (inquit) huc mihi advenienti upupa quæ me delectet, data est.

V ante R.

Vrāchŭs, pen. cor. ἀγγεῖς, Meatus est proficiscēs ex fundo vesicæ fœtus in utero existentis, lotium deferens in membranam urinæ recipiendæ destinatam, quę à medicis ἀμφιπυελὶς appellatur. Vide Galenum lib. 13, de Vsu partium, & in tractatu de Confectione vulvæ.

Vrædŏn, Piscis, thynni pars Varroni lib. 4. de Ling. Lat. Græci Grammatici, τὰ ἐσχάτα, μέρη τοῦ ἰχθύος. Persius: -rubrumq; amplexa catinum, Cauda natat thynni. Athenæus ἐσχάτον partem ex thynno vocavit.

Vranos, Vox Græca cœlum significans, quasi ὁρατὸς (ut inquit Ambros. lib. Hexam.) ab ὁράω, quòd sit visui pervium, & minimè densum, ut est aqua & terra.

Vrănŏscŏpŭs, pi, ἀστροσκόπος, Piscis idem cum callionymo, fel habens prægrande, quo cicatrices, & excrescentes in oculo carunculæ persanantur. Dictus uranoscopus ab oculo, quem in capite habet ita situm, ut eo cœlum intueri videatur. Vide Plin. lib. 32. cap. 7.

Vrbānātim, Vrbanè, Vrbanitas, Vrbanus, Vide VRBS.

Vrbĭnă, urbinæ, pen. corr. Teli genus oblongum. Plautus in Bacch. Si tibi est machæra, & nobis urbina est domi. Verba sunt Chrysali, minas referentis, & militis sęvitiā sęvis itē dictis retundētis. Placiades Fulgētius legit hoc loco Vervinā, & interpretat jaculi genus, qd Verutū vocāt. Vide Eras. Adagiā.

Vrbs, hujus urbis, f. t. Oppidum muro cinctum: [עִיר hir ἄστυ. Gall. Vne ville. Ital. Citta Ger. Ein Statt. Belg Een Stat. Hisp. La ciudad. Pol. Miasto. Vng. Keritet varras. Ang. A towne enuironned with walles.] ab Vrvo, aratri curvatura: quod antiqui junctis bobus, tauro & vacca, Hetrusco ritu in condendis urbibus, interiore vacca, aratro circumagebant sulcū, intra quē urbem ædificarent. Hoc faciebant religionis causa die auspicato, ut urbs fossa, muroq; munita esset: & locum unde terrā fodissent, Fossam vocabant. Virgil. lib. 1. Georg. Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro. Quidam ab orbe urbem appellatam putant, quòd sulcus in orbem duceretur: nam civitates antiquæ in orbem fiebant. Propriè autem Roma Vrbs dicta est per antonomasiam; quum cætera dicantur Oppida, ut testatur Quintil. lib. 8. cap. 2. ¶ Vrbis autem vocabulo propriè ædificia ipsa significantur, Virgil. lib. 1. Aeneid. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni, Carthago. ¶ Civitatis autem nomine intelliguntur cives ipsi. Cicero libro 1. de Repub. Quam quum locis manuque sepsissent, ejusmodi conjunctionem tectorum Oppidum, vel Vrbem appellarunt, delubris distinctam spatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui, Civitas est. Idem pro Sextio: Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure & humano mœnibus sepserunt. Sed confunduntur quandoque, ita ut Vrbs pro civitate ponatur, idque per metonymiam, ut ait Quintilian. lib. 8. cap. 6. Virgil. 2. Aeneid. Invadunt urbem somno, vinoque sepultam. Et civitas pro urbe. Senec. Quum pleraſque civitates viderimus terræ motu funditus collapsas. ¶ Ab urbe fit Suburbium & Suburbanum, Vrbanum, & Vrbicus: sicut ab oppido Oppidanus, & Oppidicus.

Vrbĭcŭs, urbica, urbicum, Quod ad urbem pertinet: sicut Rusticus, quod ad rus. [ἀστικός. Gall De la ville. Ital. Cittadinesco. Ger. Stattlich/ der Statt. Hisp. Cosa perteneciente à ciudad. Pol. Myeski. Vngar. Varasi. Ang. Of a towne] Gell. lib. 15. cap. 1: Si quod autem posset remedium esse, ut ne tam assiduè domus Romæ arderent, vænum hercle dedissem res rusticas, & urbicas emissem. Suetonius in Augusto: Ut feraciorem, habiliorem que annonæ urbicæ redderet. Martial. in Procemio libri 12: Quæ absolvenda non esset inter illas quoque occupationes urbicas, quibus facilius consequimur ut molesti potiùs quàm officiosi esse videamur.

Vrbānŭs,

Vrbānŭs, urbana, urbanum, Vrbicus: cui opponitur villanus: [ἀστικὸς, ἀστεῖος. Gall. *Ciuil, bourgeois, ioyeux & recreatif.* Ital. *Ciuile, vrbano, costumato bene.* Ger. Stattlich/ höflich. Belg. Steeds. Hisp. *Ciuil, cosa de ciudad.* Pol. *Myeński.* Vng. *Varabeli.* Ang. *Of a towne mirrie, ioyefull.*] ut Vrbani mores, Vrbana curia: aut qui in urbe habitat. Ejus contrarium est Rusticus. Plaut. in Merc. Vrbani fiunt rustici. ¶ Vrbana prædia. Vlpian. l. urbana. ff. de verb. significat. Vrbana prædia omnia ędificia accipimus, non solũ ea quę sunt in oppidis, sed & si fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis: vel si Prętoria, voluptati tantùm deservientia, quia urbanum prædium non locus facit, sed materia. Vita urbana. Terent. in Adelph. Ego hanc clemẽtem vitam, urbanam, atque otium secutus sum. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 9: Nec tu credideris urbanæ cõmoda vitæ Quærere Nasonem: quærit & illa tamen. ¶ Per translationem accipitur pro faceto, comi, lepido, quem Greci ἀστεῖον vocant, sive χαρίεντα: [Polon. *Obyczaini, zartowny.* Vngar. *Emberfeges, trefas.*] & pro eo qui in verbis & sono, & usu proprium quendam præ se fert urbis gestum, & sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem: qua tamen in significatione Ciceronis tempore dictio fuit nova. Cicero in Epist. Fam. Te, *inquit*, hominem, ut nunc loquũtur, urbanum: id quod Quintilianus lib. 8. cap. 3, quoque notavit. Cicer. pro Domo sua: Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum, ac venustum. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem, &c. Et differt à Dicaci, quòd dicax est, cujus sermo cum risu aliquem incessit. Ideo Demosthenem urbanũ fuisse dicunt, dicacem negant. ¶ Quẽadmodum autem urbanum & dicacem hominem dicimus, ita urbanum & dicacem sermonem: unde urbanitas & dicacitas tàm de oratione, quàm de homine dicuntur.

Vrbānĭcŭs, idẽ quod Vrbicus: ut urbanici milites, qui in præsidio urbis locati sunt. l. 35. §. 1. D. ex quib. caus. major. ubi tamen nonnulla exemplaria habent Vrbaniciani.

Vrbānĭtās, atis, f. t. Sermonis lepor, oratio salibus condita, sal, facetiæ. [ἡ χεν. ἀστειότης, χαρακτὴρ, ἀστεισμός. Gall. *Ciuilité, bonne grace, bon entregent.* Ital. *Vrbanità, bona gratia, ciuilità.* German. Stattligkeit/ höfligkeit. Hispan. *Crianza como de ciudad, ciudidad.* Pol. *Obyczaie oxdobne y zarti poczciwe.* Vng *Emberseg emberseges trefa, es nyarassag.* Ang. *Good maner, gentleneſſe in speache and behauiour.*] Vrbanitas (inquit Quintilianus libro 6. cap. 3.) illa est, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil incõditum, nihil peregrinum neque sensu, neque verbis, neque ore, gestúve possit deprehendi. Cicer. 1. de Finib. Et sunt illius scripta leviora, ut urbanitas summa appareat, doctrina mediocris. Idem pro Cælio: Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius jactatur, convitium: si facetius, urbanitas nominatur. Quintil. lib. 4. cap. 2. Vrbanitas opportuna reficit animos. Est autem hęc significatio metaphorica, tracta à moribus eorũ, qui in urbibus agũt, quorum oratio, vitaq; omnis lepore, salibus, & venustate amœnius condita est, quàm eorum qui in agris agunt. ¶ Non nunquam tamen legitur in propria significatione pro rebus ipsis urbanis, vel pro vita urbana. τὰ ἀστικά. Cicer. Trebatio: Tu modò desideria urbis & urbanitatis depone.

Vrbānĭcāni milites, ἀστικοὶ στρατιῶται dicuntur non tàm qui urbani sunt: id est, Romani, quàm qui ad urbem pertinent.

Vrbānē, adverbium, Facetè lepidè, venustè. [ἀστείως, χαριέντως. Gall. *Ciuilement, plaisamment, de bonne grace.* Ital. *Piacevolmente, con gratia.* Ger. Höflichen/ stetblichen. Hisp. *A manera de ciudad, con gracia, y ciuilidad.* Pol. *Poczciwie y przystoinie.* Vng *Emberfegessen.* Ang. *Courteously, gently.*] Cic. 1. de Finib. Facetè & urbanè, ut è patre audiebam Stoicos irridente. Quint. lib. 2. cap. 11: Nec fanè potuit urbanius ex confessione insciti suæ elabi.

Vrbānātim, Antiquis in usu erat, pro urbanè: hoc est, urbanorum more, ἀστικῶς. sicuti contrà Rusticatim, pro rusticè, sive rusticorum more. Pomponius apud Nonium: At ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.

Vrcĕŭs, urcei, m. s. ut Paulus Iureconsultus ait: Est vas quo aqua in urnam infunditur, vel in ahenum. [חארן *chémeth* (vel) *chémath* (vel) *chamáth* כד *chadh.* κεράμιον. Gall. *Pot de terre ou d'airain, cruche, buye, coquemart.* Ital. *Boccale, orciolo.* Ger. Ein wasser geschirr/ es sey jrdin oder auß metall/ schöpffgeschirr. Hispan. *El jarro.* Pol. *Weborek albodzban do czerpania wodi.* Vng. *Kantso fwles kaponya.* Ang. *A pitcher or pot for water.*] Martial. lib. 14: His tibi donatur panda ruber urceus ansa, Stoicus hoc gelidã Fronto petebat aquam. Colum. lib. 12. cap. 21: Sal autem quàm candidissimus conjicitur in urceo fictili sine pice: qui urceus quũ recipit salem, diligenter totus oblinitur luto palcato. Horat. in Arte: amphora cœpit Institui: currĕte rota cur urceus exit.

Vrcĕŏlŭs, diminut. [τὸ κεραμίον, ἀγγειοφόρον. Gall. *Vn petit broc.* Ital. *Picciol tal vaso.* Ger. Wassergeschirrlin/ schöpffgeschirrlin. Hisp. *Pequenno jarro, ò el arcadax para sacar agua.* Polon. *Weborczek, skopieczek.* Vngar. *Kantsotska wles kap nyaiska.* Ang. *A litle pitcher or pot for water.*] Colum. lib. 12. cap. 16: Eodem tempore sorba manu lecta curiosè in urceolos picatos adjicito. Iuven. Satyr. 2: Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex, Ornamẽtum abaci, necnon & parvulus infrà Cantharus, &c.

Vrcĕŏlārĭs herba, A Romanis dicta est, quam herbariorum vulgus hodie *parietariam*, seu *muralem* appellat. ἐλξίνη, Dioscoridi, [Pol. *Nocy dzien.*] ¶ Dicitur & perdicium, quòd perdices hac herba peculiariter delectentur. Urceolaris autem idcirco appellata est, quòd sua asperitate sit lavandis urceis maximè idonea. Plin. lib. 22. cap. 17: Perdicium, sive parthenium à nostris *herba urceolaris* vocatur, ab aliis astericum, folio similis ocymo, nigrior tantùm, nascens in tegulis, parietibusque.

Vrēdo, uredinis, f. t. Morbus herbarum, fruticum, arborumque qui in vitibus etiam carbunculus dicitur: & in cæteris rubigo, fata, plantas, arboresque adurens. [ירקון *jerakón.* ἰερακόν. Gal. *Brusture, secherefſe ès plantes.* Ital. *Seccura, quando si seccano gli alberi & le herbe.* German Der brand. Hisp. *Quemadura de plantas.* Pol. *Palenie ziolkarstwa.* Vngar. *Ragya meg egetes.* Ang. *Burning in fores by occasion of any heat medecine.*] Plin. lib. 20. cap. 22: At in magna duritia sine fico impositum, vel si vehementior urigo timeatur, per duplices pannos.

Vrīnă, urinæ, penultima producta, f. p. Serum sanguinis, quod in renibus colatum per ureteras transmittitur ad vesicam. [מיי רגלים *meméraghlaïim.* οὖρον. Gall. *Vrine, pissat.* Ital. *Orina, piscio, pissò.* German. Harn/ brunz. Belg. Pisse. Hisp. *Vrina.* Pol. *Mocz, vrina.* Vng. *Vizellet, hagy.* Ang. *Vrine pisse.*] Latini etiam lotium appellãt. Dicta Vrina à verbo ἀγῦρ, quod est mejere. Colum. lib. 2. cap. 15: Aptior est tamen surculis hominis urina quam sex mensibus passus fueris veterascere. ¶ Vrinam facere, & urinam reddere, idem quod mejere. Plin. lib 8. cap. 16: Vrinam mares crure sublato reddere, ut canes. Col. lib 6. cap 30: Quum suo tempore urinam non fecerint. ¶ Vrina genitalis, est genitale sperma. Plin. lib. 8, cap. 43: Incontinens asinæ utetus genitalem urinam reddit, ni cogatus in cursum verberibus à coitu.

Vrīno, as, penult. prod. sive Vrinor, deponens, penultima producta, Aquam subeo, & rursus emergo: [השיק *heschik.* κύβδην, ὑποδύομαι καλυμβάω. Gall. *Nager entre deux eaux, se plonger tout dedans l'eau.* Ital. *Nuottare sott' aqua, soppozzarsi in acqua.* German. Vnder das wasser schiessen vnnd darunder schwimmen.

Belg.

Belg. Duycken Hiſpan. *Nadar à ſomorgujo.* Pol. *Narzam ſie to wodzic, y zaſte wi narzam.* Vng. *Vizellõm, huddon.* Ang. *To dive or ducke vnder the water.*] dictum ab Vrvo, ut Sipontino placet: hoc eſt, à curvatura aratri, quam urinantes imitari videntur, vide infrà Vrvus, vel ut alii malunt, ab Vrna, qua aquam è puteo aut flumine haurimus: quæ ut aquam capiat, primùm immergitur, deinde extrahitur. Plinius lib. 11. cap. 37: Eadem eſt cauſa, quare ſub aqua diu ranæ, & phocæ urinentur. ¶ Hinc compoſitum Inurino. Col. lib. 8: Lacus, piſcinaq; fiant, ut ſint quibus inurinare poſſint aves.

V̄rīnātōrēs, apud Varronem, m. t. Qui in aquam, merguntur, & ſub ea natant. [משׁיחים *meſchikim.* κυβιστητῆρες, δύτται, ὕφυδροι, κολυμβῆται, κολυμβῆται βύθιοι. Gall. *Plongeons, qui ſauent nager entre deux eaux.* Ital. *Che ſanno nuottare ſott' acqua* German. Einer der vnder das Waſſer fahrt vnnd darunder ſchwimmet. Hiſp. *Nadadores à ſomorgujo.* Polon. *Nurkowie.* Vngar. *Buuok.* Ang. *Which dineth and ducketh vnder the water.*] Calliſtratus Iurecõſultus ita appellat eos, qui merces è mari extrahunt, navigii levandi gratia jactatas.

V̄rīnum ovum, Ovum irritum, & inefficax, quod citra coitum editur, veneris tamẽ imaginatione, ut quũ fœminę ſeſe mutuò ſaliunt. [ὑπαλείμενον ᾠόν. Gall. *Oeuf qui n'a point de germe.* Ital. *Vouo che non vale per far polcini.* Ger. Ein vngeſtückt oder fauler Ey. Hiſp. *Hueuo que ſale guero.* Pol. *Ialowe iaie, ktore kokoſzi znaſzaia bez zeiſcia skurem.* Vng. *Kakas nekül toiot tyukmony ez, kibõl tſirke nemlezõn.* Ang. *A winded egge.*] Plin. lib. 10. cap. 58: Palumbes, & turtures, plurimũ terna pariunt ova, nec plus quàm bis ferè pariunt: atq; ita ſi prior fœtus corruptus eſt. Et quanvis tria pepererint, nunquã plus duobus educãt. Tertiũ, quod irritũ eſt, uriam vocant. Græci id genus ova ὑπαλείμενα appellant, quaſi dicas ſubventanea: qua voce utitur & Plinius loco jam citato. Et ipſe (*inquit*) inter ſe, ſimas non ſit, fœminæ ſaliunt, pariuntq; ova irrita, ex quibus nil gignitur, quę Græci *hypenemia* vocant. Eadẽ & zephyria appellãtur ab eodẽ Plin. lib. 10 cap 60: Irrita ova, quæ hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut pulvere: nec columbæ tantùm, ſed & gallinæ, perdices, pavones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem Sterilia, & minora, ac minùs jucundi ſaporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari: qua de cauſa etiam Zephyria appellantur.

V̄rīŏn, Terrę genus, quòd in corrugis faciendis diligẽter vitant quĩ aurũ in montium ruinis quęrunt, per ſilices potiùs & calculos flumina rivosq; ducentes. Autor Plin. lib. 33. cap. 4.

V̄rnă, næ, f. p. Vas quo aqua è puteis, fluminibúsve hauritur: ita dictũ, quòd ſubter aquã demerſum, atq; inde rurſus emergens, urinantis ſpeciem præbere videatur. [כד *chadh* דלי. κάλπη, χάμυξ. Gall. *Vaiſſeau de terre à porter eau, cruche, ou tel vaiſſeau.* Ital. *Vrna ſecchio, ſedello, orna.* Germ. Ein Ymer / Schöpffgeſchirr Belg. Een emmer. Hiſp. *Cantaro ò vaſijo para ſacar agua* Pol. *Wiadro.* Vngar. *Veder.* Ang *A pot to draw water with or other lik beſſell.*] Plautus in Pſeud. Tu qui urnam habes, aquam ingere. ¶ Dicebatur etiam urna apud veteres, vas quo judicum ſuffragia colligebantur. Virgil 6. Aeneid. Quæſitor Minos urnã movet. ¶ In urnis præterea mortuorum cineres ſervabantur. Cic. 1. Tuſc. Quid poëtæ? nónne poſt mortem nobilitari volunt? unde ergo illud? Aſpicite ô cives ſenis Enni imaginis urnam. ¶ Eſt item urna, menſuræ genus, quatuor capiens congios: hoc eſt, amphoræ dimidium.

V̄rnŭlă, urnulæ, f. p. diminutivum. [χαμύδριον, χάμυνος. Gal. *Petite cruche, ou ſeille.* Ital. *Picciola orna.* Germ. Eymerlin. Hiſp. *Pequenno cantaro.* Pol. *Wiaderko.* Vngar. *Vedretske.* Ang. *A litle pitcher or pot for water.*] Cic. in Paradoxis: Minúsve gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuiſſe, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

V̄rnālĭs, le, om. t. Quod urnam capit: ut Vrnales caliculi vel urcei. χάμυνος. Cato cap. 13: Vrceos fictiles, urnales duos, trullas ligneas duas.

V̄rnārĭum, rii, n. ſ. interprete Varrone libro 4. de lingua Latina: Menſa quadrata, quòd urnas cum aqua poſitas ibi potiſſimùm haberent in culina. [τὸ τραπέζιον ἐν ᾧ αἱ κάλπαι ἢ τὰ τοιαῦτα σκεύη ἐν ἀπόκειται. Gall. *Table ſur laquelle on met les cruches, aiguieres ou tels vaiſſeaux.* Ital. *Tauola da porui ſoprai vaſi da acqua.* Germ. Ein Tiſch / auff welchem man die Geſchirr mit Waſſer ſtellet. Hiſp. *Tabla ò lugar donde ſe ponen las vaſijas para ſacar agua.* Pol. *Stol' na ktorim wode wkuchni ſtawiaia.* Vng. *Viz edeni vider auagy korſo tarto ak, tal.* Ang. *A borde to ſett pitchers, potes, or ble veſſells on.*] Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt: foramine per quod aqua effluat relicto, ac ſuper id eſcaria vaſa epulis uncta per ancillas lavantur. Varro ταφῇ μάρπτου, ut citat Nonius: Sed quæ neceſſitas te juvet aquam effundere domi tuæ, ſi vaſa habes pertuſa. plumbum non habes? ad quam rem nobis eſt confluvium? ad quam rem urnarium? Ante balnea item urnaria erant, teſte Varrone loco jam citato, in quibus urnæ cum aqua collocabantur.

V̄ro, uris, uſſi, uſtum, verbum activum eſt, Cremo, vel calore aut frigore lædo. [יקד *jakádh* שרף *ſaráph* כוה *chavah* בער *bihér* הבעיר *hibhir.* φλέγω, καίω, κατακρύγω. Gall. *Bruſler, faire ardre.* Ital. *Bruggiare, ardere.* Germ. Brennen. Belg. Branden. Hiſp. *Quemar.* Pol. *Przipaliam.* Vngar. *Meg egetõm.* Ang. *To burne.*] Cicer. lib. 1. Tuſcul. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut urantur calore. Virgil. 2. Aeneid. Aut pelago Danaũm inſidias, ſuſpectaque dona Præcipitare jubent, ſubjectiſque urere flammis. Ovid. 6 Metamorph. -quum Sol gravis ureret arva. Lucan. lib. 4: Vrebant montana nives. Quo in loco uro de frigore dicitur. ¶ Per tranſlationem ponitur pro cruciare, ſicut βασανίζω Græcè. [עבט *hatſdh.*] Virg. Vrit atrox Iuno. ¶ Vri virgis, eſt cædi, flagellari. [הכה *hichchah.* μαστιγοῦσθαι, μαθδίζεσθαι.] Nam ex virgarum percuſſione corpus calefit, ac inflammatur. Horat. 2. Serm. Satyr. 7: Quid refert uri virgis, ferroque necari? ¶ Eodem modo & calceus anguſtior dicitur urere pedem. Horat. libr. 1. Epiſtol. -ut calceus olim Si pede major erit, ſubvertet: ſin minor, uret. ¶ Vro hominem, per tranſlationem ſignificat dolore cogo, autore Donato, aut ango, ut vult Budæus. Terent. in Evnuch. Vro hominem. ¶ Vri aliquando eſt amore conſumi, conflagrare. Virg. 4. Aen. Vritur infœlix Dido, flammaq; fatetur.

V̄rens, urentis, participium. [יקד *jokédh* שרף *ſoréph.* καίων. Gall. *Qui bruſle.* Ital. *Che bruggia.* Germ. Brennend. Hiſpan. *Coſa que quema.* Polon. *Przipalaiaci.* Vngar. *Meg egetõ* Angl. *Burning.*] Horat. 1. Serm. Sat. 5: Vdos cum foliis ramos urente camino.

V̄stŭs, a, um, Aliud participium. [שרוף *ſarúph* נשרף *niſráph* נכוה *nichvéh.* ὁ κεκαυμένος, ὁ καύσας. Gall. *Bruſlé, ars.* Ital. *Abbruciato.* Ger. Gebrent oder verbrennt. Hiſp. *Quemado.* Pol. *Przipaloni.* Vng. *Meg egetteõt.* Ang *Burned.*] Ovid. 1, Metam. Tum primùm ſiccis aër fervoribus uſtus Canduit.

V̄rendŭs, a, um, Horat. 1. Serm. Satyr. 3: Negle&is urenda filix innaſcitur agris.

V̄stĭo, onis, verbale, f. t. Vrẽdi actus, aduſtio, combuſtio. [יקד *jekádh* כי *chi* כויה *chevijáh* מכוה *michvédh* שרטה *ſerephah* תבערה *tabberdh.* καῦσις. Gall. *Bruſlement, bruſture.* Ital. *Abbruciamento.* German. Brennung. Hiſpan. *Quemadura, obra de quemar.* Polon. *Przipalenie.* Vngar. *Meg egetes.* Ang. *A burning.*] Cato cap. 38: Virgas & ſarmenta quæ tibi uſtioni ſupererunt, in ſegetem comburito. ¶ Vſtio pro cauteriżatione quam vocant. Plin. libr. 34. cap. 15: Quædam uſtione ſanantur, privatim verò canis rabidi morſus. Celſus: Omnes autem hujuſmodi dolores vix citra uſtionem finiuntur. Id eſt, citra candentis ferri admotionem.

V̄stŏr, verbale, m. t. Proprìè dicitur qui corpora in buſtuariis cremat. [יקד *jokédh* שרף *ſoréph.* ὁ ἐνταφιαστής, ὁ καυστικός. Gall. *Bruſleur.* Ital. *Abbruciatore.* German. Ein verbrenner. Hiſpan. *El que quema.* Polon. *Przipaliacz.* Vngar. *Teſt egetõ.* Ang. *He that burneth.*] Martial. lib. 3: Vſtorque tædas præferat novæ nuptæ. Budæus.

V̄stĭto, as, pen. cor. frequentativum. [αἰθάλω. Gall. *Bruſler ſouuent.* Ital *Bruggiare ſpeſſo.* Ger. Brennen eins brennens. Hiſp. *Quemar à menudo.* Pol. *Vſtawnie przipaliam.* Vng. *Egetdögelõm.* An. *To burne often.*] Plautus Moſtell. Calidum hoc eſt, etſi procul abeſt, uritat malè.

V̄stŭlo, as, pen. corr. Vro, aduro, cremo. [יקד *jakádh* שרף *ſaráph* חרך *charách.* καίω, καυτηριάζω. Gall. *Cauteriſer, bruſler à l'entour.* Ital. *Bruggiare.* Germ. Brennen / beſengen. Hiſpan. *Quemar ò chamuſcar.* Pol. *Oppaliam.* Vng. *Cxõpögetteſſel langul egetõm.* An. *To burne or feare a thing.*] Pacuvius: Candenti ferro crines uſtulare. Livius: Pauci ſemiuſtulati venêre in poteſtatem. Catullus Epigr. 34: Scripta tardipedi deo daturam Infœlicibus uſtulanda lignis.

V̄strīgo, inis, penult. prod. [ירקון *jerakón.* ἰερυσίδη.] Vox eſt claſſicis ſcriptoribus nequaquam recepta: qua tamen Ambroſius in Hexam. pro uredine, ſeu rubigine utitur. Non deſinit, *inquiens*, eſſe triticum, ſi aut uſtrigone aduratur, aut imbre madidetur.

V̄strīnă, æ, pen. prod. f. p. Locus in quo metalla candeſcunt, ut laborentur. [τὸ καμινεῖα. Gall. *Vne forge, le lieu où les forgerons embraſent & forgent leurs metaux.* Ital. *Foccina da fonder metalli, luoco doue ſi ardena vn corpo morto.* German. Ein Eß wie man ſie in den Schmitten hat. Hiſp. *Lugar donde algo ſe quema.* Pol. *Komin gdzie zelazo rozpaliaiam.* Vngar. *Twzesiõ kok.* Ang. *A melting houſe for metall.*] Plin. lib. 36. cap. 21: In uſtrina ter ſiccantur, ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino reſtinguantur albo. ¶ Vſtrina ait Feſtus, locus dicebatur in quo mortuus combuſtus fuit, qui alibi ſepultus eſt. Buſtum autem eſt locus in quo quis & combuſtus, & ſepultus eſt.

V̄rŏpўgĭum, ſive (ut apud Pollucem legitur) Orthopigium. [ὀρθοπύγιον, ἢ ὀρθοπύγιον. Gall. *Le cropion.* Ital. *Croppa* German. Arßbürtzel. Hiſp. *Abiſpillo, ò rabadilla del aue.* Polon. *Wzitek jakó wzarku u kokoſzi wydaſz.* Vngar. *Farſik.* Ang. *The rumpe.*] Oſſia

facti extremitas, vel potiùs ſpinæ extremum oſſi ſacro ſubtus adhęrens, podiciq; ſupernè imminens, quod aliis nominibus κόκκυξ & ὄρρος appellatur. Ariſtoteles verò libro ultimo de Animalibus, ut caudam quadrupedum vult eſſe, ita volucrũ uropygium, & earum duntaxat quæ ſciſſas alas habent: idq; datum volucribus ad dirigendos volatus, quemadmodum navigiis temones. Martialis lib. 3: Vetuſtinæ vetulæ inter cæteras deformitates uropygium macræ anatis objicit, depygem videlicet eam ſignificans, tritisque & exilibus natibus. Quum (*inquit*) anatis habeas uropygium macræ, *&c.*

Vrpīx, cis, pen. prod. m. t. Inſtrumentum ruſticum. Cato cap. 10: Vrpicem unum, crates ſtercorarias quatuor, *&c.*

Vrrūncum, ci, n. ſ. In ſegetibus dicitur, quod eſt in imo ſpicæ circa ſummum culmi cacumen, minus grano. [τὸ πλεῖστον ἐν τῷ στάχυι μικρὸν ἀπεμφαίνον πρὸς τὸ καλάμου ἀπεσκίαμμον. Gal. *Ce qui eſt au bas de l'eſpic contre le bout du tuyau, moindre que n'eſt le grain.* Ital. *Parte della ſpica vicinal al grano.* Germ. Ein tlein fäſe lin das zu vnderſt am äher auff dem halm ſteht. Hiſp. *El grano mengado del trigo.* Pol. *Gubeczęż wikł oſie na ſpotku, ziarnku podobni.* Vng. *Kalax tw mag.*] Varro lib. 1. de Re ruſtica. cap. 48: de ſpica loquens: Illud autẽ ſumma in ſpica jam matura, quod eſt minus quàm granũ, vocatur frit: quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quàm granum eſt, appellatur Vruncum.

Vrſŭs, urſi, m. ſ. Animal ferum, hybernorum menſium ſomno pingueſcens: cujus naturam omnem latiſſimè exequitur Plinius lib. 8. cap. 36. [ἄρκτος. Gal. *Ours.* Ital. *Orſo.* Germ. Ein Bär/ das Mennlin. Hiſ. *Oſſo.* Pol. *Niedzwiedz.* Vng. *Bak medue.* An. *A beare.*] Virg. lib. 3. Georg. nec funera vulgò Tam multa informes urſi, ſtragemq; dedêre. Ovidius 10. Metam. Raptoresq; lupos, armatosq; unguibus urſos Vitat, & armenti ſaturatos cæde leones. Iuvenalis Satyr. 15: Indica tigris agit rabida cum trigide pacem Perpetuam: ſævis inter ſe convenit urſis.

Vrſă, urſæ, fœminiñ ab Vrſus. [ἄρκτος, ἡ. Gall. *Ourſe.* Ital. *Orſa.* Germ. Ein Bär das weibtin. Hiſp. *Oſſa.* Pol. *Niedzwie dzica.* Vng. *Nőſtény medue.* Ang. *The she beare.*] Plin. lib. 10. ca. 63: Informia etiam magis, quàm ſuprà dicta, urſę pariunt, *&c.* ¶ Vrſæ item dicuntur duo ſydera cœleſtia, quas ἄρκτους etiam Græci appellant, nos à ſimilitudine ſeptẽ boum jugum ſubeuntium etiam *Septentriones* dicimus: Græcorum nonnulli etiam ἁρμάξας, quòd plauſtrorum ſimilitudinẽ referant. Sunt autem urſæ duæ, quarum quæ major eſt, Helice: quæ minor, Cynoſura appellatur.

Vrſīnŭs, urſina, urſinum, pen. prod. denominativũ: [ἄρκτειος. Gal. *D'ours, orſin.* Ita. *Di orſo, orſino.* Ger. Bärin/ eines Bären. Hiſ. *De oſſo.* Pol. *Niedz wiedzi.* Vng. *Medues, medues.* Ang. *Of a beare.*] ut Rabies urſina, Plinius libr. 8. cap. 36: Quoniam potum in urſinam rabiem agat. ¶ Vrſinum allium, apud eundem libro 19. cap. 7.

Vrſŭlŭs, pen. corr. aliud diminutivum: cujus fœmininum eſt urſula, ἄρκτος.

Vrtĭcă, urticæ, penult. prod f. p. Notiſſimũ genus herbæ, ab urendo, quòd ejus folia tacta acerrimè urant. [חרול *charúl* נטע *mallúach* קימוש *kimóſch* [vel] *kimmóſch.* ἀκαλύφη. Gall. *Ortie.* Ita. *Ortica.* Germ. Neſſet Belg. Een netet. Hiſp. *Hortiga.* Pol. Pokrzywa. Vng. *Tſalan, tſanal.* Ang. *A nettle.*] Plin. libro 9 cap 45. Conſtat, ſi equæ marem nõ admittant, & urtica infricetur natura, libenter coitum pati. Scribũt Phyſici, urticam in cibis coctam utiliſſimam eſſe lieni, ventris duritiæ, articulatibus, podagricis morbis, arteriæ, tuſſi, ventris diſtillationi, ſtomacho: pectus præterea purgare, urinam ejicere, ſanguinẽ narium ſiſtere, calculos rumpere, uvam reprimere. Iuvenalis Satyra 2, pro pruritu libidinis poſuit: unde Hæc tetigit Gradive tuos urtica nepotes? ¶ Eſt præterea urtica genus piſcis, nomen inde habentis, quòd tactu uredinem excitet, quemadmodum ejuſdem nominis herba. Plinius lib. 9. cap. 45: Urticæ nõctu vagantur, noctuq; mutantur: carnoſæ frondis his natura, & carne veſcuntur. Vis pruritu mordax, eademq; quę tetreſtris urticæ.

Vrŭs, uri, Animal eſt Hercinię ſylvę peculiare, imagine tauri, ſed majore corpore, miraque velocitate. [οὖρος. Gall. *Bœuf ſauuage.* Ital. *Bue ſeluatico.* Germ. Wrochs/ ein wilder ochs. Hiſp. *Buey ſyluestre.* Pol. *Zubr.* Vng. *Erdei, bika.* Ang. *A wild oxe.*] Cæſar lib. 6. belli Gall. loquens de feris quę in Hercynia ſylva naſcuntur: Tertium (*inquit*) eſt genus eorũ qui uri appellantur: ij ſunt magnitudine paulò infrà elephantes, ſpecie & colore, & figura tauri. Magna vis eſt eorum & magna velocitas, neq; homini, neque feræ, quàm conſpexêre, parcunt: hos ſtudiosè foveis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere venationis exercent: & qui plurimos ex iis interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferũt laudem. Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri ne parvuli quidẽ excepti poſſunt. Amplitudo cornuum, & figura, & ſpecies multum à noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudiosè conquiſita, ab labris argento circuncludunt, atq; in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur. Hæc Cæſar. Dicti uri, ut quidam putãt, ἀπὸ τῶν ὀρέων hoc eſt, à montibus, quia in montibus eſſe cõſueverunt. Virgilius 4 Georg. Quęſitas ad ſacra boves Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Plin. lib. 8. ca. 15: Pauciſſima Scythia gignit, inopia fructuum: pauca contermina illi Germania: inſignia tamen boum ferarum genera, jubatos, biſontes, excellentique & vi & velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum gignat Africa, viculi potiùs, cervive quadam ſimilitudine.

Vrvŭs, a, um, antiquum vocabulum, idem ſignificans quod ſurſum verſus reflexum. ¶ Hinc urvum, vi, aratri curvatura, & verbũ Vrvare quòd ſignificat Circundare, ut Feſto placet. Eſt autem urvare ita ſe jactare, ut ſurſum denuo excitet ſe: unde & urinare is dicitur, qui in aquam immerſus iterum ſurſum verſus exiſtit. Hinc amburvare apud Lucilium dicuntur Salii, qui eo modo corpora ſaltu reciprocabãt, præſul ut amburuat, ſic volgus redandruat inde. Hæc ferè ex Scaligero in Varron.

V ante S.

Vsīă, penultima acuta: [קום *jecúm.* οὐσία. Gall. *Subſtance.* Ital. *Soſtanca.* Germ. Wäſenheit. Hiſp. *Subſtancia, ſubiecto de los accidentes, lo que es.* Pol. *Podſtac.* Vng. *Allat.* Ang. *Subſtance.*] Vox Græca, quam Quintilianus Eſſentiam interpretatur, verbo quidem (ut ipſe fatetur) duriuſculo, nõ uſquequaque tamen refugiendo, præſertim quum aliud lingua Latina nõ habeat. Marcus Tullius tamẽ modò Naturam vertit, modò Materiam. Auguſtinus in Dialectica: Vſia eſt propriè & principaliter dicta, quæ neq; in ſubjecto, neq; de ſubjecto ſignificatur. Idem lib. 12. de Civitate Dei: Sicut ab eo quod eſt Sapere, vocatur Sapientia: ſic ab eo quod eſt Eſſe, vocatur Eſſentia, novo quidem nomine, quo uſi veteres nõ ſunt Latini ſermonis autores, ſed jam noſtris temporibus uſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ, quod Græci appellant οὐσίαν. Hoc enim verbum è verbo expreſſum eſt, ut diceretur Eſſentia.

Vsĭo, Vſitatus, Vſitor, Vide VTOR.

Vspĭam, Vſquam, & in loco, & ad locũ ſignificat. [ποῦ. Gal. *En quelque lieu.* Ital. *In qualche luoco.* Germ. Jergend an einem ort. Hiſ. *En algun lugar.* Pol. *Gdzieko lwiek.* Vng. *Valahol, valahoua.* An. *Any where.*] Terent. in Adelph. Aut uſpiã ceciderit. Plautus in Caſ. Num me es expertus uſpiam? id eſt, in re aliqua, vel in aliquo negotio.

Vsquam, Alicubi, uno aliquo in loco: à quo nuſquam, nullibi. [ποῦ. Gall *En quelque lieu.* Ital. *In alcun luoco.* Germ. Jergend an einem ort. Belg. Ywers. Hiſpan. *A algun lugar.* Pol. *Gdzieko lwiek mieiſcu.* Vng. *Valahol.* Ang. *Any where, in any place.*] Cicero 6. Verrina: Quam crucem non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua, ac latrocinia communicaſſet. Virgil. 1. Aeneid. ſi quid uſquam juſtitiæ eſt. Cicero 2. Offic. Nec eſt uſquam conſilio aut autoritati locus. Vſquam gentium. Terentius in Hecyra: An uſquã gentium eſt æquè miſer.

Vsquĕ, præpoſitio eſt, ſignificans continuationem, & finem actus, loci, temporis, aut hujuſmodi. [עד *hadh.* ἄχρι, ἄχρις, μέχρι. Gal. *Iuſques ou iuſque.* Ital. *Fino, in fine.* Germ. Biß. Belg. Tot. Hiſp. *Haſta.* Pol. *Aż.* Vng. *Addig.* Ang. *Vnto, vntill.*] Habetq; ferè adjunctam alteram præpoſitionem accuſativo ſervientem. Cicero 2. Verrina: Vſq; ad eum finem dum judices rejecti ſunt. Idem de Oratore: Ab initio rerum Romanarum, uſque ad P. Mutium Pontificem. Virgilius primo Georgicorum: Vſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Sed quum nominibus propriis minorum locorum, vel cum hiſce accuſativis Domum, Rus, Militiam, jungitur, frequẽtiùs ſine alia præpoſitione ponitur. Cicero 6. Verrina: Sacerdotes uſq; Ennam profecti ſunt. Idem ad Atticum: Quintus uſque Puteolos venit. ¶ Quandoque tali accuſativo poſtponitur. Terentius in Adelphis: Miletum uſque obſecro. ¶ Quandoque etiam additur præpoſitio ad, vel ſimilis. Cicero pro Dejotaro: Vſque ad Numantiam miſit. ¶ Interdum etiam originem vel motum ex loco importat. Cicero pro Flacco: Hanc legationem non à ſuis accepit civibus, ſed uſque Timulo petivit. Idem 1. de Natura deorum: Vſque à Thalete enumeraſti ſententias philoſophorum. Terentius in Eunucho: Ex Aethiopia eſt uſq; hæc. ¶ Quandoq; adverbium eſt, ſignificans aſſiduè, vel jugiter, διὰ παντός. Idẽ in Adelphis: Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam uſque occidit: id eſt, aſſiduè, ſeu, identidem verberat. Nam occidere veteres pro verberare accipiebant. Cicero Cornificio: Mihi curæ uſq; erit quid agas. Virgilius libro 6: Nec vid. ſſe ſemel ſatis eſt: juvat uſq; morari. Plautus in Epidico: Benéne uſq; valuiſti? id eſt, ſemper, vel hactenus. ¶ Vſque ad hunc, eleganter ponitur pro eo quod eſt, Hoc excepto. Plinius Epiſtol. 35: Aſſenſerunt Cõſules de-

signati, omnes etiam consulares, usque ad Pompeium: id est, excepto Pompeio. ¶Vsq; affatim, est quod dicitur usque ad satietatem. Plautus in Pœnulo: Edas de alieno quantum velis, usq; affatim. ¶Vsq; adhuc: id est, hactenus, vel hucusque. Plautus in Aululari. Quod celatum est, atq; occultatum usq; adhuc, nunc nõ potest. ¶Vsquedum: id est, usquequo, quoad, quandiu. Plautus in Menæch. Vsquedum regnum obtinebit Iupiter? ¶Vsqueadmodum posuit. Cato capite 136, pro tandiu. ¶Vsqueadeò: id est, intãtum. Virgil. 1. Aeglo. undiq; totis Vsqueadeò turbatur agris. ¶Ponitur aliquãdo pro tandiu, & accipit post se donec, vel dum. ἐπὶ ποσόν. Plautus in Cistell. Non desistiti instare usqueadeò, donec adjurat se anus se eam mihi monstrare. Terentius in Evnucho: Vsqueadeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba, Verba dũ sint. ¶Vsqueantehac: id est, antequam, sicut exponit Donatus. μέχρι πρὸ τούτου. Ibi junguntur duæ præpositiones, sed una est, velut adverbium. Nulla enim præpositio præpositioni jungi separatim potest, sed Vsque ejusmodi est, ut sine aliqua præpositione rarò inveniatur. Terentius in Andria: Vt animus in spe, atque in timore usque antehac attentus fuit. Vsqueantehac: id est, antequã tua verba audirem. ¶Vsqueeò: id est, in tantum. μεχρὶ τοσούτου. Cicero: Vsqueeò ut ego miserer ejus. Vsqueeò, sequente dum: id est, tandiu, quoad. Livius libr. 3. ab Vrbe: Vt qui plebem Romanam Trib. pleb. rogaret is, usqueeò rogaret, dum decem Tribunos plebis faceret.

Vsquĕquāquĕ, Passim, assiduè, semper, quasi in unoquoque loco, sive unoquoq; tempore. [תָּמִיד *tamidh.* πάντη, πάντως. Gall. *De toutes parts & costez, par tout, du tout en tout.* Ital. *D'ogni intorno, in ogni luoco, sempre mai.* Germ. Allenthalben / vmb vnd vmb. Hisp. *Siempro, en todo lugar.* Pol. Okolicznie, wszędzie. Vng. *Mindõn felõl zellel, mindõnkor.* Ang. *Euery where.*] Cicero Trebatio: Vsquequaque sapere oportet. Plautus in Bacchi. Chrysalus mihi usquequaque loquitur: id est, ubicunque me reperit, mihi loquitur. Idem Pœnulo: Mari terraq; illas usquequaque quærentat: id est, ubique.

Vsquĕquō, Quousque, donec, quoad, quandiu. [עַד אָנִי *hadh mathai.* ἕως οὗ, ἀχρίπου. Gall. *Iusques à ce.* Ital. *Fin doue, fin quanto, finche.* Germ. Biß wann/wie lang. Hispan. *Hasta quando.* Pol. *Iak długo.* Vng. *Mig.* Ang. *Vntill, how long.*] Varro lib. 1. de Re rust. ca. 2: Quod jubet ranam luridam conjicere in aquam, usquequo ad tertiam decoxeris.

Vstĭo, Vstrigo, Vstrina, Vstulo, Vide VRO.

Vsŭalĭs, Vsurarius, Vsucapio, Vsura, Vsurpo, Vsus, Vsusfructus, Vide VTOR.

V ante T.

Vt, Conjunctio causativa, causam denotans finalem, quemadmodum Vti, quò, & similia. [אֵמָן *lemahán* יַעַן *jahán. ἵνα, ὅπως, ὅστε, ὄφελον.* Gal. *A fin, à celle fin, pour, comme, ainsi que.* Ital. *Accioche, che, poiche, quando, come, cosi.* German. Daß. Belg. Dat. Hisp. *Aßi, como, para despues, que.* Pol. *Abim, żeby.* Vng. *Hogy.* Ang. *That, to thend, to thintent.*] Cicero Lentulo: Non illi quidem, ut mihi stomachum facerent. ¶Interdũ adjunctiva est. Plautus: Is mihi suasit ut ad te irem. ¶Interdum elegantiæ causa ponitur. Cicero de Senectute: Invitus feci ut L. Flaminium de Senatu ejicerem. Nihil enim significat, nisi invitus ejeci. ¶Interdum ponitur pro quod. Terentius in Phormione: Nihil do, ut etiam imparatus ille me irrideat. ¶Interdum est adverbiũ temporis, & significat postquam, ex quo statim, ex quo primum. [כַּאֲשֶׁר *chaaschér. ὡς, ὡς ἐπιδή.*] Virgilius 2. Aeneid. Vt regem æquævum crudeli vulnere vidi Expirantem animam. Idem 12. Aeneid. Turnus ut infractos adverso Marte Latinos, &c. ¶Interdum particula est admirantis, idẽ valeas quod quomodo, vel quantopere. ὡς. Virgilius: Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error: id est, statim postquam vidi, sive quũ primùm vidi, quomodo perii. Cicero pro Milon. Vt contempsit? ut pro nihilo putavit? ¶Nonnunquam interrogantis. [אֵיךְ *ech* אֵיכָה *echáh. πῶς.*] Plaut in Persa: Vt vales? id est, quomodo vales? πῶς ἔχεις; ¶Quandoque ei postponitur Ita, & superlativo jungitur, pro tanto & quanto. Cicero libro 1. de Oratore: Vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimũ. ¶Eleganter præterea accipitur pro prout, uel *secundum quod*, ut vulgò loquimur, & hoc ferè per parenthesim. [כַּאֲשֶׁר *chaaschér.*] Livius: Gens (ut in ea regione) divitiis præpollens: hoc est, secundum divitias ejus regionis, vel habita ratione divitiarum ejus regionis. Simile est illud Terentii in Phorm. Vt nunc sunt mores, adeò res rediit, Siquis quid reddit, magna habenda est gratia: hoc est, secundum mores quibus hodie utimur. Cicero de Senectute: Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis, scientia juris Augurum, multæ etiam (ut in homine Romano) literæ. Hoc est, pro ea eruditione, qua tunc Romani erant imbuti. ¶Quandoq; pro quippe. Quintil. Nec ignoro quos transeo, nec utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid. ¶Interdum significat Ita ut, sive propter quod, vel quapropter: ὥστε. Plautus in Pœn. Olent, falsa sunt, tangere ut non velis. ¶Item est adverbiũ optandi, idem valens quod utinam. [לוּ *lu.* εἴθε, εἴθ' ὄφελον.] Terentius in Evnuch. Vt illum dii, deæque senium perdant. ¶Interdum significat quantum. πόσον. Plaut. in Asin. ut nostræ fortunæ procedunt Litanę! ¶Aliquãdo ponitur pro quemadmodum, sive quomodo, sine interrogatione, & sine admiratione. [כַּאֲשֶׁר *chaaschér.*] Terent. in Andr. Ego postquam te emi à parvulo, ut semper tibi Apud me justa & clemens fuérit servitus, Scis. ¶Nonnunquã pro quanvis. κἄν. Plaut. Vt istuc periculum ingens sit, me tamen non tremefacit. Ovidius ad Ruf. Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas. ¶Pro quám. [אִם *mah. ὡς.*] Cicero pro Cluentio: Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandissimè potest. ¶Pro ne non. μή. Terentius in Andria: Dies hic mihi ut satis sit vereor ad agendum. ¶Iungitur autem ferè subjunctivo, præsertim quum accipitur pro quòd, vel ne non. Virgil. 2. Aeneid. Infandum regina jubes renovare dolorem. Trojanas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. ¶Quando autem optandi vel execrandi particula est, optativum exigit. Plaut. in Persa: Vt illum dii deæque perdant. ¶Aliquãdo pro licet, esto, sit sanè. ἔστω. Cæsar in Cõment. Ac jam ut omnia contra opinionem accidérent, tamen multò se plurimùm navibus posse prospiciebant. Ovidius de Ponto: Luce minus decima dominam venietis in urbem, Vt festinatum non faciatis iter.

Vtŭt, Vtcunque, quocunque modo. [ὅπως, ὅπωστε. Gall. *Comme que ce soit.* Ital. *Comesi voglia.* German. Geb wie. Hisp. *Como quiera que.* Pol. *Iakokol wiek.* Vng. *Akarhog akarmint.* Ang. *Howsoeuer.*] Terentius in Adelph. imò hercle hoc quæso Syre, Vtut hæc sunt facta, potiùs quàm lites sequar, Meum mihi reddat. Plautus in Mercatore: Verùm hercle postremò, utut est, non ibo tamen.

Vtcūnquĕ, Quomodocunq;, quocunque modo. [ὅπως δήποτε, ὅπως δηπωτοῦν. Gall. *Aucunement, en quelque sorte que ce soit.* Ita. *Sia como si voglia.* Germ. Geb wie/geb welcher gestalt/so anhin. Hisp. *Como quiera.* Pol. *Iakotako.* Vng. *Valahogy.* Ang. *Howsoeuer.*] Livius in præfatione libri primi: Vtcunq; erit, juvabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi, pro virili parte, & meipsum consuluisse. Plautus in Epid. Vtcunq; in alto est ventus Epidice, eximo velum vortitur. Idẽ in Pœnulo: Vtcunq; est ventus, exin velũ vortitur. Cicero in Oratore: Itaq; ille perfectus, quemadmodum jam dudum nostra indicat oratio: utcunq; se affectum videri, & animum ardentius moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum.

Vtēnsĭlĕ, Vide VTOR.

Vtĕr, utris, generis masculini, Pellis qua viaũ, aut oleum deferri solet. [חֵמֶת *chémeth* (vel) *chémath* (vel) *chamdth* נֵבֶל *nébel* נאד *nodh. ἀσκός.* Gal. *Peau de bouch ou de cheure à mettre vin ou huyle, outre, cheure.* Ital. *Odero, pelle.* Germ. Ein schlauch/ein zusammen genehte haut in deren man wein oder öl führet. Hisp. *Odre para vino, ò zaque.* Pol. *Skora ząszita wia kiei oliwe noszą.* Vngar. Tõmlõ. Ang. *A bottle.*] Virg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos salière per utres. Plin. lib. 12. cap. 7: Lycion aptissimũ medicinæ, quod est spumosum: Indi in utribus camelorum aut rinocerotum id mittũt. Ovid. 3. Amor. Eleg. 11: Acolios ithacis inclusimus utribus Euros.

Vtrĭcŭlŭs, diminutivum, ἀσκίδιον. Plin. lib. 11. cap. 37: Fœminis eadem omnia præterq; vesicæ junctus utriculus: unde dictus uterus. ¶Vtriculos item in farina videtur Plinius accipere libro 18, quod Galli Cisalpini *Redundaginem*, in Venetia provincia pleriq; *Subventres* vocant. ¶Idem Plinius alibi utriculos vocat, quæ Græci ἴλυσχα: id est, seminum in frugibus involucra, & operimenta, quæ trita, & cribro excussa, glumæ, sive acus dicuntur. ¶Quinetiam prima illa florum germina, quæ veluti quidam utriculi tument priusquam flos arborum aperiatur. Plinius utriculos etiam vocat, libro 16. cap. 26.

Vtrĭcŭlārĭus, m. s. Qui canit tibiis infixis utriculo, quæ vocantur tibiæ utriculares. [ἀσκαύλης. Gall. *Cornemuseur.* Ital. *Chi suona la piua.* Germ. Ein sackpfeiffer. Hisp. *Gaytero.* Pol. *Buda, gaida.* Vng. *Tõmlõs sipos, bordo sipos.* An *A bagge piper.*] Sueton. in Neron. Voverat se proditum hydraulam, choraulam, & utricularium.

Vtrārĭus, ii, m. s. [ὁ ἀσκοφόρος, ὁ ἀσκοφορῶν. Gall. *Qui porte de l'eau, du vin, ou autre liqueur dans des chieures ou ouyres.* Ital. *Chi porta acqua, vino, ogli in odri.* Germ. Einer der wasser/ wein / oder öl in schleuchen zuttregt. Hisp. *El que trae agua, vino, azeyte en odres.* Pol. *Ten ktori oliwe, albo winno, zkorze nosi.* Vng. *Tõmlõ bor (avagy) viz hordo.* Ang. *That beareth wyne, or water in bottles.*] Liv. lib. 4. Decad. 5: Postremò sequi se utrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, jussit.

Vtĕr, a, um, genitivo utrius, interrogativũ est, quæ rẽs de duobus. [πότερος. Gall. *Lequel des deux.* Ital. *Qual de due.* Germ.

Wederer/

Weders/welches auß den zweyen. Belg. Wie van beyden. Hiſp. *Vno qualquiera de dos.* Pol. *Ktori zeich dwu.* Vng. *Mellik.* Ang. *Which of the two.*] Cicero 3. Verrina: Vtrum reprehēdis, quod patronum juvabat, eum qui tum in miſeriis erat: an quod alterius patroni mortui voluntatem conſervabat, à quo ſummum beneficium acceperat? utrum horum reprehendis? ¶Accipitur aliquando uter pro alter. Cicero pro Milone: Vter utri inſidias fecerit. Hoc eſt, uter alteri inſidias fecerit: quod & ipſum claſſicis ſcriptorib. uſurpatur. Plinius: Vter alteri dixerit, neſcio. ¶Ponitur aliquando pro alteruter. Cicero in Frumentaria: Omnium controverſiarum, quæ eſſent inter aratorem, & decumanum, ſi uter velit, edicit ſe recuperatores daturum.

Vtĕrcūnquĕ, Vtervis, ſive uterlibet. [*ὁπότερος δήποτε.* Gal. *Lequel des deux que ce ſoit.* Ita. *Qual tu vuoi.* Ger. Geb weders es ſeye Hiſ. *Qualquiera de dos.* Pol. *Ktorikolwiek.* Vngar. *Akar mellik.* Ang. *Any of the two.*] Cicero ad Torquatum, lib. 5: Magnæ utrinq; copiæ ita paratæ ad pugnandum eſſe dicuntur, ut utercunq; vicerit, non ſit mirum futurum. Gell. lib. 5. cap. 10: Ne ſentētia ſua utramcunq; in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet.

Vtĕrlĭbĕt, Alter ex duobus, quem tibi capere libet. [*ὁποτερονοῦν.* Gal. *Lequel des deux tu voudras.* Ital. *Vno de duoi.* Ger. Weders du wilt. Hiſ. *Qualquiera de dos.* Pol. *Ktorie ſie po doba.* Vng. *Akar mellik.* Ang. *Any of the two.*] Cicero pro Quintio: Vtrūlibet elige: alterum incredibile eſt, alterum nefarium, & ante hoc tempus utrumq; inauditum. Plin. libr. 24. cap. 4. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit.

Vtĕrnam, Vter. [*πότερόν γε, ὁπότερόν γέ.* Gal. *Lequel des deux.* Ital *Qual di duoi.* Germ Wederer. Hiſ. *Qualquiera de dos.* Pol. *Ktori zeik dwu.* Vng. *Mellik.* Ang. *Which of the two.*] Horatius Serm. utérnā Ad caſus dubios fidet ſibi certius? hic qui Pluribus aſſuerit, *&c.*

Vtĕrquĕ. [שבים *ſchenáyim. ἑκάτερος, ἀμφότερος.* Gal. *L'vn & l'autre.* Ital. *L'vno è l'altro.* Ger. Beyd/der ein vnd der ander. Hiſp. *Entrambos à dos.* Pol. *Oba.ſwa.* Vng. *Mindketto, mindönik.* Ang. *Both ſeverally, aſwell thone as thother.*] Significat ambos, licet inter ſe differant: quòd quum utrunq; aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc, & ab illo ſeparatim id factum intelligimus: ut, Vterq; ſibi domum ædificavit: hoc eſt, & hic ædificavit ſibi domum, & ille. Quum verò ambos dicimus feciſſe, ab utroque conjunctim id factum oſtendimus, ut, Ambo ſibi monumentum conſtituêre: hoc eſt, hic & ille ſimul unum ſibi commune monumentum fecêre. Propter quod utrunq; alterum verberaſſe rectè dicimus: hoc eſt, hunc illum, & illum hunc verberaſſe. Cicero 1. Offic. Quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. Quintilianus: Quum enim uterq; alteri objiciat, palam eſt utrunq; feciſſe. Terentius: Quia uterq; utriq; eſt cordi. ¶Ambos autem alterum verberaſſe, Vel ambos verberaſſe ambos, non rectè dicimus, quia ſignificaretur ambos ſeipſos verberaſſe, ſed ambo ſe mutuò verberaverunt. ¶Vtriq; autem in plurali numero dicitur de pluribus duo genera facientibus. Cicero 2. in Catil. Quos ergo utroſq;, Quirites, in eodem genere prædatorū direptorumq; pono. Hoc tamen poëtæ aliquando confundunt, apud quos pluralis hujus dictionis numerus pro ſingulari accipitur. Virgil. 5. Aen. -ſuper utraq; quaſſat Tempora: hoc eſt, ſuper utrunq; tēpus.

Vtĕrvĭs, Vter quem tu vis. uterlibet. [*ὁποτεροσοῦν.* Gall. *Le quel que tu veux des deux, l'vn ou l'autre.* Ital. *Qual tu vuoi.* Germ. Weder deren du wilt. Belg. Welck van tween ghywilt. Hiſp. *Qualquiera de dos.* Pol. *Ktorego tichcześ.* Vng. *Akar mellik.* Ang. *Any of the two.*] Hoc autem differūt utervis & uterlibet, à quivis & quilibet, quòd illa unum ex duobus ſignificant, hæc unū ex pluribus. Terentius in Adelph. Abs quivis homine, quū eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Quintil. Periculoſum, & cum cura intuendū genus: quòd ſi in proponēdo unū quemlibet amiſerimus, cum riſu quoq; tota res ſolvitur: tutius ſit interrogare, ſi hæc actio non ſit, quæ ſit. Simul enim removentur omnia, vel quum duo ponentur inter ſe contraria, quorū tenuiſſe utrumlibet ſufficiet. Ecce in eodem loco utrumlibet, & quodlibet uſus eſt. Altero pro eo quod eſt unum de duobus: altero pro eo quod eſt unum de pluribus.

Vtrĭbi, Adverb. loci, idē ſignificat, quod quónam in loco. Nevius in Tarentilla: Vtribi cœnaturi eſtis, hic an in triclinio? ¶Vtrinde. Cato pro Luſitanis Hiſpanis. De frumento utrobi bona, utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi pares.

Vtrĭnquĕ, adverbium. Ab utroque latere, ab utraque parte. [מזה ומזה *miZZéh vmiZZéh. ἑκατέρωθεν.* Gall. *D'vne part & d'autre, de tous coſtez.* Ita *D'ogni parte.* German. Zu beyden ſeyten. Belg. Op beeden ſyden Hiſpan *De ambas à dos partes.* Pol *Zobu ſtron.* Vng. *Mind ket felöl.* Ang. *On both ſides.*] Cæſar belli Gallic.: Multis utrinq; interfectis.

Vtro, adverbium, Vtram partem verſus. [*ὁποτέρωσε.* Gall. *En quelq; l'vn de deux lieux.* Ital *In alcuno de duo luoghi.* Germ. Wegen wedeter ſeyten. Hiſ. *En alguno de dos lugares.* Pol. *Sktoreikol wiekſtroni.* Vng. *Akar mely felöl.* Ang. *To which of the two partes.*] Plin. lib. 18 cap. 19: Id demum rītē ſubactum erit, ubi non intelligitur utrò vomeri erit.

Vtrōbĭquĕ, adverbium, In utroq; loco. [*ἀμφοτέρωθι.* Gall. *En, ou enuers tous les deux coſtez.* Ital *In amendue le bande.* Germ. An beyden orten oder ſeyten. Belg. Op beede plaetſen. Hiſp. *En ambas partes.* Pol. *Zobudwu mieſc.* Vng. *Mind ket helyön.* Ang. *On or towardes both ſides.*] Liv. 6. ab Vrbe: Ab ducibus utrobiq; proditæ temeritate, atq; inſcitia res.

Vtrōquĕ, Ad utrunq; locum. [*ἑκατέρωσε.* Gall. *A ou vers tous les deux coſtez.* Ital. *A l'vn è l'altro luoco.* Ger. Auff dieſe vnd auff jene ſeyten. Hiſ. *Hazia ambas à dos partes.* Pol. *Stei y zowei ſtroni.* Vng. *Minked helyre.* Ang. *Towardes both the ſides.*] Livius 8. ab Vrbe: Vtroque exercitus miſſi. Vtraq; pro utrinq; vel utrôq; veteres uſurpabant. Hennia hiſtor. lib. 4: In Hiſpania pugnatum bis, utraq; noſtri loco moti. Nonius.

Vtrum, adverb. modò interrogantis eſt. [מם *im. ἆρ οὐ, ἀρά γε, ἆρα, ἆρα ἤ.* Gall. *Aſſauoir mon?* Ital. *Qual di duí?* Germ. Entweders? Hiſp. *Qual de dos?* Pol. *Coſtich dwu?* Vng. *Anagy, melliket?* Ang. *Wheather?*] Plautus: Vtrum id verum putas an non? ¶Modò dubitantis. Seneca: Vtrum id nobis conveniat, animadvertendum. ¶Ferè ſemper habet patticulam AN ſequentem, licet ſine ea aliquando inveniatur: ſed rarò: idē autem ſignificat quod Num. Terentius in Phorm. Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia Dicam: ſcientē, an imprudentem, incertus ſum. Cic. Lentulo: Multum Intereſt utrum laus minuatur an ſalus deſeratur.

Vtĕr, uteri, m. ſ. vel uterus, uteri, penult. corr. Loci muliebres in quibus concipitur fœtus. [רחם *récham. μήτρα, νηδύς, δελφύς.* Gal *La marri, la matrice, ou le ventre d'vne femme.* Ital. *Matrice di femine ò il ventre.* Germ. Die Muter oder bermuter. Belg Die moeder. Hiſpan. *El vientre donde concibe la muger* Pol. *Zywotnie wieſcze.* Vng *Hás, méh.* Ang. *The wombe.*] Eſt enim propriè mulieris: nā in cæteris animalibus Vulvam potiùs appellamus, teſte Plin. lib. 11. cap. 37. Idem tamen lib. 8. cap. 43, aſinæ uterū tribuit. Nōnulli & Matricem nominant: quanquam propriè Matrix ſit fœmina, quæ fœtus gratia alitur. Dictus uterus, quòd in eo, tanquam in utre quodā fœtus contineatur, Plautus in Aulul. Obſecro mea nutrix, uterus dolet? Hinc uterum ferre, dicuntur quæ gravidæ ſunt, *ὑ γαστρὶ ἔχειν.* ¶Quandoq; tamen uterus ſumitur pro ventre: utin illo Virgil 2. Aeneid. -uterumq; armato milite complent. Plautus in Aululatia, in neutro genere dixit: perii mea nutrix, obſecro, uterum dolet? Item Turpilius apud Nonium: Diſperii miſera, uterum cruciatur mihi.

Vtĕrcŭlŭs, li, diminutivum eſt ab uter, pro ventre. [*γαστρίδιον.* Gal. *Petit ventre.* Ital. *Picciol ventre.* Germ. Beuchlin. Hiſp. *Pequenno vientro.* Pol. *Brzuſzek.* Vngar. *Haſatska, vehetske.* Ang. *A litle wombe.*] Plin. lib. 11. cap. 12: Præterea è fronde, ac pabulis potus in uterculos congeſtus aptum (ore enim evomunt) & ad hæc, *&c.*

Vtĕrīnī fratres, Qui ex eodem utero prodierunt. [*ὁμογάστριοι.* Gal. *Freres d'vnne meſme mere.* Ita. *Fratelli d'vna iſteſſa madre.* Ger. Leibliche Brüder/die in einer Mutter leib gelegen ſeind. Hiſ *Hermanos de vn vientre.* Pol. *Rodzeni bracia.* Vng. *Azon mehből valo atyafiak.* Ang. *Brethren of one mother.*] hoc eſt, qui matrem eandem, non tamen eundem habuerunt patrem. Inſtitut. libr. 3. de Bonor. poſſeſ Frater ſorórve, conſanguinei, vel uterini.

Vtí, Vt, [כאשר *chaaſchér. ὡς, ὥσπερ.* Gall. *Comme, ainſi que.* Ital. *Che, accioche.* Germ. Wie. Belg. Ghelyck. Hiſp. *Aſsi como.* Pol. *Iako.* Vng *Hegy.* Ang. *As, euen as.*] Plautus in Amphit. Tamen quin loquar hæc uti facta ſunt, Nunquam ullo modo me potes deterrere. ¶Ponitur aliquando pro tanquam, cum pronomineis, ea, id. Cicero 9. Philipp. Quod ſepulchrū ipſius, liberorū, poſterorumq; ejus ſit, uti quod optimo jure ſepulchrum publicè datum eſt: id eſt, tanquam id quod optimo jure, *&c.* ¶Denotat aliquando & cauſam finalem, quemadmodum & Vt. Cic. lib. 6. Epiſt. Is ad me dedit literas, uti ſe tibi placarem.

Vtĭlis, Vtilitas, Vtiliter, Vide VTOR.

Vtĭnam, adverbium optantis. [לוא *achlái. εἴθε, εἴφελον.* Gal. *Pleuſt à Dieu que, à la mienne volonté.* Ita. *Voglia Dio.* Germ. O das/wölte Gott das. Hiſp. *Oſi, ò oxala.* Pol. *Bogbi todaſ'.* Vng. *Vayha.* Ang. *Wald to god.*] Terentius in Andr. Vtinam id ſit quod ſpero. ¶Quandoq; etiam dicimus, O utinā. Ovid. in Epiſt. Penelopes: O utinā tunc, quum Lacedæmona claſſe petebat, Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

Vtiquĕ, adverbium affirmandi eſt, & ponitur pro certè vel profitus. [אך אכן *ach achén. ἄρα, δήπου, δήπουθεν* Gal. *Certes, certainement.* Ita. *Certamente fermamente.* Ger. Ja freylich/ gewißlich. Hiſ. *Ciertamente.* Pol *Prawdziwie.* Vn *Bizo nyara.* An. *Trueo lie.*] Quintilianus in Paſtu cadaverum: Solent hujuſmodi negotiatores aliquid proprium ac privatum ſtipulari: utique

quum rem alienam vendant. Sueton. in Tito: Cæterum Titũ, qui propè aſtabat, utiq; imperaturum.

Vtor, uteris, d.t. Vſurpo, uſum rei alicujus habeo: [הִתְעַמֵּר *hithhammér* עָבַד *habádh* אָחַז *acház*. χρῶμαι. Gal. *Vſer, ſe ſeruir.* Ital. *Vſare.* Germ. Brauchen/ nutzen. Belg. Gebruycken. Hiſp. *Vſar de alguna coſa.* Pol. *Pożiwam.* Vng. *Előkuele.* Ang. *To vſe, to occupye.*] ut, Vtor domo, diligentia, conſuetudine, ſtudio, & hujuſcemodi. Terentius: Scio te nõ eſſe uſum antehac amicitia mea. Sed quum de perſonis loquimur, accipitur pro converſari. συζῆν, χρῆσθαι. Cicero Lentulo: Aulo Trebonio multos annos utor valde familiariter. ¶ Conſtruitur quandoq; cum accuſativo. Varro: Vtile utamur potius, quàm ab re abutamur. Plautus in Aſinar. Cætera quæ volumus uti, Græca mercamur fide. ¶ Vti poteſtate, Prætura, & ejuſmodi ad quæſtũ, eſt eam exercere ad quæſtum. ¶ Vti re aliqua ad ſpeciem, eſt quod barbari dicunt, *habere & oſtendere pro monſtra.* ¶ Vti invidia minore dicitur, cui minus invidetur. ¶ Vti aliquo: id eſt, alicui eſſe familiarem. Terentius in Heayt. Mihi ſi unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre. Hoc eſt, facilis illi, & placabilis pater ero. ¶ Vti valetudine minus commoda, eſt ſubægrotare. ¶ Vti via populi, eſt populi more cuilibet ſententiæ ſine ullo judicio aſſentiri, & numero vocũ potius, quàm veritati operam dare. ¶ Vti valetudine firma, eſt bene habere.

Vtĕndŭs, adjectivum. Terent. in Heayt. Quòd illa ætas magis ad hæc utenda eſt idonea.

Vsŭs, hujus uſus, m. q. Ipſe utendi actus, exercitatio, tractatio, uſurpatio. [תַּרְבּוּת *achuzzáh*. χρῆσις. Gall. *Vſage, vtilité.* Ital. *Vſo, vſanza, conſuetudine.* Germ. Brauch/ nutz. Belg. Gebruyntinge. Hiſp. *Vſo, coſtumbre.* Pol. *Pożitek.* Vng. *Vele eles.* Ang. *Vſe, profite.*] Cicero in Topicis: Vſus enim, non abuſus legatus eſt. Plin. Epiſt. 20: Vſus magiſter egregius. Idem Epiſt. 115: Vſus optimus dicendi magiſter. Cic. lib. 1. de Orat. Adjungant uſum frequentem, qui omnium magiſtrorũ præcepta ſuperat. Plin. lib. 10. cap. 69: Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus. Cicero pro Cornelio Balbo: Aſſiduus uſus uni rei deditus, & ingenium & artem ſæpè vincit. ¶ Interdum conſuetudo, converſatio, familiaritas. συνήθεια. Quintilianus: Mulierum cum qua illi lõgus fuerat uſus. Cicero ad Volum. lib. 7: Quòd ſine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primùm addubitavi nũ à Volumnio Senatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus uſus. Ovid. lib. 3. Triſt. eleg. 6: Tu tamẽ à nobis uſu junctiſſime longo, Pars deſiderii maxima penè mei. ¶ Interdum uſus in eadẽ accipitur ſignificatione, qua opus, indeclinabile: eandémque habet conſtructionem. Virg. lib. 8. Aen. Arma acri faciunda viro, nunc viribus uſus, Nunc manibus rapidis. Terentius in Hecyra: Non uſus facto eſt mihi. Cic. lib. 1. Offic. Potiusq; & amicis impertientes & Reipublicę ſi quando uſus eſſet. Idẽ quarta Tuſculana: De cæteris ſtudiis alio loco dicemus, ſi uſus fuerit. Plautus in Aſinaria: Viginti jã uſus eſt filio argenti minis. Plautus in Pſeudolo accuſativo junxit: Ad eam rem uſus eſt hominem aſtutum, doctum, &c. id eſt, opus eſt homine aſtuto, & docto. ¶ Interdũ pro fructu & utilitate, quòd ſoleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructũ percipiamus. χρεία. Cicero Attico lib. 1: Fuit & mihi & Quinto Fratri magno uſui in noſtris petitionibus. ¶ Ex uſu eſſe: pro utile eſſe, & expedire, χρειώδες εἶναι. Terentius in Hecyra. Si ex uſu eſſet, noſtro hoc matrimonium. Colum. lib. 6. cap 1: Pabulum è fundo plerunq; domeſticis pecudibus magis, quàm alienis depaſcere, ex uſu ſit. ¶ Vſus venit, ponitur pro opus eſt. Terent. Heavt. Non uſus veniet, ſpero. Hoc eſt, non opus erit, non erit neceſſe. Plautus in Bacchide: Aufugero hercle, ſi magis uſus venerit. ¶ Vſu venit verò: id eſt, accidit, evenit. Cicero pro Quint. Nã quid homini poteſt turpius, quid verò miſerius, aut acerbius uſuvenire? ¶ Ponitur aliquando pro conſuetudine, ſive more. ἔθος. Terent. in Heavt. Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto, face. Id eſt, ſic mos meus eſt, ita conſuevi.

Vsŭālis, uſuale, Vſuarium: quod uſui noſtro ſervit. [ὅτι χρῆται χρηστέον. Gall. *Dequoy nous vſons, choſe pour noſtre vſage.* Ital. *Coſa per noſtro vſo.* Germ. Brauchich. Hiſp. *Coſa pertenesciente à vſo.* Pol. *Pożitecżni.* Vng. *Eletunkre haznidkra valo.* Ang. *That ſerueth for our vſe.*] Martianus in l. Interdum de public. Quotics quis mancipia invecta profeſſus non fuerit, ſive venalia, ſive uſualia, in pœna commiſſi eſt.

Vsŭārĭus, uſuarii, m. ſ. Dicitur ille, cujus eſt uſus, qui rei uſum capit. [ὁ χρώμενος. Gal. *Qui à l'vſage de quelque choſe* Ita. *Chi a l'vſo d'vna coſa non la proprietà.* Germ. Ein nutzer vnd brauche. Hiſp. *El q̃ tiene vſo de alguna coſa.* Pol. *Ten ktori pożiwa.* Vng. *Valami el elő, haznaveuő.* Ang. *He that hath the vſe of any thing.*] ¶ Vſuarius verò adjectivum, quod in uſum quotidianum paratum eſt Gellius lib 4 cap. 1: Ex iis autem quæ promercalia, & uſuaria in locis eiſdẽ eſſent, ea ſola eſſe penoris putat, quæ ſint uſu annuo.

Vsŭsfrŭctŭs, nomen utrinq; declinatum, ſignificans rei uſum fructuoſum, quum ſcilicet res aliqua nõ noſtra eſt, ſed perinde ex eâ fructum atque utilitatem capimus, acti noſtra eſſet. [אֲחֻזָּה *achuzzáh*. ἐπικρατεία, ἐπικράτησις. Gall. *Vſufruit.* Ital. *Vſofrutto.* Germ. Die nutzung ſo einer hat ab einem Gut das er beſitzet oder braucht vnd doch nicht ſein iſt. Hiſp. *Vſofructo de la heredad.* Pol. *Pożitek zrzeczenżdżei.* Vng. *Haznos elet, haznon.* An. *The fruitefull vſe of any thing.*] Definitur ab Vlpiano lib. 1. de uſufruct. quòd ſit jus alienis rebus utendi, fruendiq;, ſalva rerum ſubſtantia. Cicero pro Cęcinna: Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſennię legavit, ut frueretur unà cum filio, neque à ſecundo hęrede legavit, mortuo filio mulier uſumfructum non amittet.

Vsŭfrŭctŭārĭus, Qui uſumfructum habet, qui & fructuarius dicitur. [χρεπούμενος. Vng. *Valami dolognak haszna veuõie, akki valaminek haznat vesi.* Ang. *He that hath the vſe and fruit, but, not the propertie.*] D. lib. 7. Tit. 1. l. 7: Quicunque reditus eſt, ad uſufructuarium pertinet.

Vsŭcăpĭo, is, f. t. Id eſt, rem aliquam continuatione uſus, & poſſeſſionis mihi attribuo, vendico, in meum uſum converto. [χρόνου ἰδιοποίημα. Gall. *S'attribuer, faire ſien par deſcription & poſſeſſion de long temps.* Ital. *Attribuirſi, far ſuo.* Germ. Ein lang genutzet Gut zu eygen vbertommen/ oder an ſich ziehen. Hiſp. *Continuar poſſeſſion.* Pol. *Przez dł'ugie pożiwanie ſobie przywłaſzczam.* Vng. *Zokaſſal emintne tezõm.* Ang. *To mak his awin through long poſſeſſion.*] Cicero 2. de Legibus: Quod autem χρόνον: id eſt, veſtibulum ſepulcri, buſtúmve uſucapi vetat, tuetur jus ſepulcrorũ. Idem de Aruſp. reſpon. Nihil mortales à diis immortalibus uſucapere poſſunt. Paulus: Qui alienam rem mortis cauſa traditam uſucepit, non ab eo videtur accepiſſe cujus res fuiſſet, ſed ab eo qui uſucapionis præſtitiſſet.

Vsŭcāptĭo, ſive Vſucapio, onis, f. t. Eſt acquiſitio, vel adjectio dominii, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, ut puta trigiata aut quadraginta annorũ, ſi res immobilis ſit, quam poſſidemus: item trium annorum, ſi mobilis. [ἡ διὰ τῆς χρονίας, χρήσεως ἀνομῆς, προσποίησις. Gall. *Acquiſition de la ſeigneurie de quelque choſe par preſcription.* Ital. *Acquiſto di proprietà per vſo di longo tempo.* German. Die übertommung eines dinge nach langer beſitzung oder nutzung. Hiſp. *Poſſeſſion continuada, ò continuation de poſſeſſion.* Pol. *Przez dł'ugie zaſzczenie rzeczy nieiakiey zadu dł'ugim pożiwaniem.* Vng. *Zokaſſal tulaydonna tetel.* Ang. *The conqueſſing of the lordship of any thing by continuation of tyme.*] Recentiores primam illam Præſcriptionem: hanc verò, Vſucapionem vocant. Cicero lib. 1. de Legibus: In qua quoniam uſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academię ab hoc acuto homine non ſinemus. Cato: Hæc pignoriſcapio ob æs militare facta eſt, quòd æs à Tribuno ærario miles accipere debeat.

Vsĭo, uſionis, pen prod. Vſus. [תַּרְבּוּת *achuzzáh*. χρῆσις. Gal. *Vſage.* Ital. *Vſo, vſanza.* Germ. Nutzung/ brauch. Hiſp. *Vſo.* Pol. *Vżiwanie.* Vng. *Haznos elet haszon.* Ang. *Vſe.*] Gellius lib. 4. cap. 1: Longæ uſionis gratia contrahuntur, & reconduntur. Vlpianus l. Qu. Mutius. ff. de auro & argento legat. Si factũ aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſive id ſuæ, ſive alterius Vſionis cauſa paratum eſſet.

Vsĭtŏr, aris, d. p. Frequenter utor. [χρῶμαι. Gall. *Vſer ſouuent.* Ital. *Vſare ſpeſſo.* Germ. Offt brauchen. Hiſp. *Mucho vſar.* Pol. *Vſtawnie vżiwam.* Vng. *Veleelde gelők, haznat, veddögelőm* Ang. *To vſe ofien.*] Gellius lib. 1. cap. 10: Romanos quoque homines ajunt ſic plerunque anulis uſitatos. Idem lib 17. cap. 1: Tametſi aliquoties verbo ipſo, alio quoque modo uſitati ſunt.

Vsĭtātŭs, uſitata, uſicatum, Conſuetus, ſolitus, in uſum receptus: [ἔθιμος. Gal. *Vſité, accouſtumé, qui eſt en vſage.* Ital. *Solito, auuezzato, vſato.* Germ. Breüchig. Hiſp. *Acoſtumbrado.* Pol. *zwyczaiini.* Vng. *Zokot.* An. *Wonted, accuſtomed.*] ut uſitata conſuetudo, uſitata vocabula, uſitatus mos. Cic. pro Quintio: Iacet res in controverſiis, iſto calumniante biennium, uſque dum inveniretur qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet. Idem tertio de Finibus: Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. Idem quarta Verrina: Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more, ſi denique uno aliquo in genere peccaſſet. Idem: Cur in re tam veteri, tam uſitata, quicquam novi feceris?

Vsĭtātĭssĭmŭs, ſuperlativũ, Tritiſſimus. [ἐθιμώτατος. Vng. *Igón zokot.*] Seneca de vita beata, ca. 2: Quæramus quid optimè factum ſit, non quid uſitatiſſimum.

Vsĭtātē, adverbium. [ἐθιμῶς. Gal. *Selon l'vſage & couſtume.* Ital. *Secondo l'vſo & coſtume.* Germ. Breüchtlichen / nach gemeinem brauch. Hiſp. *Segun la coſtumbre.* Pol. *Zwyczaiinie.* Vng. *Zokotsul.* Ang. *After the accuſtomed fashion.*] Cic. 4 de Finibus: Cur igitur quum de re conveniat, non malumus uſitatè loqui?

Vsū,ī,usuræ,f.p. Vsus. [χρῆσις. Gall. *Vsage.* Ital. & Hiſp. *Vſo.* Germ. Brauch/nutzung. Belg. Gebruyck. Pol. *Vzywanie, pożytek.* Vng. *Valaminel valo eles, haszon.* Ang. *Vſe, occupying of a thing.*] Plautus in Amphitruone: Vſuram ejus corporis cepit ſibi. Cicero pro Rabirio Poſthumo: Vos obſecro, Iudices, ut huic optimo viro, quo nemo melior unquam fuit, nomen equitis Romani, & uſuram hujus lucis, & veſtrum conſpectum ne eripiatis. Idem ſeptima Verrina: Cur, *inquam*, civibus Romanis, quos Piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnā dediſti? Idem ad Appium Pulchrū, lib. 3: Perficiam profectò, ut longi temporis uſuram qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorū ſarciā. ¶ Vſura item ponitur pro pecunia, quæ à debitore datur creditori pro uſu pecuniæ ſibi creditæ. [נשך *néſchech* תרבית *tarbíth.* τόκος. Gal. *Vſure.* Ital. *Vſura.* Germ. Wucher. Belg. Woecker. Hiſp. *Logro, vſura.* Pol. *Lichwa.* Vng. *Oſora.* Ang. *Vſurie or intereſt.*] Cic. 5. Verrina: Vt quum Senatus publicanos uſura fœpè juviſſet, magiſtratus à publicanis pecuniam pro uſuris auderet auferre? Idem de Senectute: Tertia nunquam recuſat imperium, nec unquam ſine uſura reddit quod accipit: ſed aliàs minore, plerunq; majore cum fœnore. Lucanus lib. 1: Hinc uſurā vorax, avidumq; in tempore fœnus, &c. Hanc Varro impendium vocat, quòd inter ſe jungat, unumq; fiat quaſi compendium. Sidonius Apollinaris poſteriora vocat, quoniam qui fœnus agitant, & in uſuras extendunt, videntur aggregare, poſteriora prioribus, & ortis oritura cōnectere. Ob id Græci τόκους vocant uſuram, quaſi partus poſteritatem. ¶ Ponitur aliquando uſura pro familiaritate, converſatione: συνήθεια. Cicero: Longa quæ inter nos fuit uſura, hoc efficit: hoc eſt, uſus, conſuetudo, familiaritas.

Vsūrārĭus, uſuraria, uſurarium, Quod ad uſurā vel uſum pertinet, ut Pecunia uſuraria, quæ ſub uſuris debetur. L. Vndecima, Digeſtis de compenſationibus: Cùm alter alteri pecuniā ſine uſuris, alter uſurariam debet, concurrentis apud utrunq; quantitatis uſuræ præſtandæ non ſunt. ¶ Vſuraria uxor, pro uſuaria, ea qua quis pro uxore utitur. Plautus in Amphitr. Volo deludi illum dum cum hac uſuraria uxore nunc mihi mongero. Hotomanus. ¶ Vſurarius, etiam dicitur qui pendit uſuras. Papinianus Digeſt. lib. 22. Tit. 1, l. 7. Debitor uſurarius creditori pecuniam obtulit.

Vsūrpo, as, are, act. p. Eſt in frequēti uſu habeo: & hoc ſive verbis, ſive factis fiat, ut ait Valla Elegant. lib. 5. [αὐτέχομαι, χρῶμαι. Gal. *Vſer ſouuent.* Ita. *Vſar ſouente vna coſa ſiano parole ò fatti.* Germ. Offt oder ſtāts brauchen. Belg. Gebruycken. Hiſpan. *Vſar muchas vexes de alguna coſa.* Pol. *Vżiawanie pożiwam.* Vng. *Valamiuel gyakorta elők.* Ang. *To vſe often and much.*] Colum. lib. 1: Nam illud quod in quibuſdam provinciis uſurpatur, ut cornibus illigetur jugum, ferè repudiatum eſt ab omnibus. Cic. in Oratore: Quod ſemper uſurpamus in omnibus dictis ac factis, minimis & maximis: quum hoc decere dicimus, illud nō decere. ¶ Vſurpare oculis dixit Lucretius libr. 1. pro videre. Plautus in Trinummo: Advenio ex Seleucia, Macedonia, atq; Arabia, quas ego neq; pedibus unquam uſurpavi: id eſt, quas neq; vidi, neq; adii, ſive nunquam ingreſſus ſum. ¶ Vſurpare civitatē, eſt dicere ſe civem, & pro cive ſeſe gerere. ¶ Vſurpare jus, eſt quod dicunt *capere poſſeſſionem*, & jure eo uti quod conceſſum & datum eſt. Livius: Non tamen ultrà proceſſum eſt, quàm ut unus ex plebe uſurpandi juris cauſa, P. Licinius Tribunus militum crearetur. Itaq; uſurpare & uſucapere verba ſunt inter ſe contrariè relata. Nam uſucapere eſt utendo acquirere: uſurpare verò utendo retinere, & uſucapionē interrumpere. Hinc Paulus: Vſurpatio eſt, *inquit*, uſucapionis interruptio. Nam dum quis ſuam rem uſurpat, ab alio ea uſucapi non poteſt. Atq; ita intelligendum eſt quod ſcribit Gell. lib. 3 cap. 2: Mutium Iureconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierē, quæ quum Calendis Ianuariis apud virum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, ante diem quartū Calendas Ianuarias ſequentes uſurpatum iſſet: non enim poſſet impleri trinoctiū, quod abeſſet a viro uſurpandi cauſa continuo decem tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis poſterioris ſexte horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis.

Vsūrpātĭo, uſurpationis, verbale, f. t. Frequens uſus. [*ἰδιοποίησις.* Gall. *Long vſage, vſurpation.* Ita. *Longo vſo, vſurpatione.* Germ. Brauchung/langer brauch. Hiſp. *Vſo luengo.* Pol. *Długie przywanie.* Vng. *Valaminel gyakorta eles.* Ang. *Long and often vſing.*] Cicero de Claris Oratoribus: hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo conſoletur ſecum conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione & renovatione doctrinæ. Paulus l. 1. de uſucap. Vſurpatio eſt uſucapionis interruptio: oratores autē frequentem uſum vocant.

Vtensĭlĭa, n. t. pluralis tantùm numeri, Quæcunq; uſui noſtro ſunt neceſſaria. [כלים *chelím.* σκεύη. Gall. *Vtenſiles, ce qui eſt neceſſaire à noſtre vſage.* Ital. *Ogni coſa neceſſaria à noſtro vſo.* Germ. Allerley brauchige ding. Hiſp. *Alhaja ò coſa para vſar.* Pól. Wſzelyakie rzeczy ktorich pożiwanie. Vng. *Eletnechre haszнos żuk-ſégós eſzkōk.* Ang. *What ſoeuer is needfull or neceſſarie for our vſe or occupying.*] Çolum. lib. 11: Vtenſilia quibus aut alitur hominū genus, aut etiam excolitur. Idem lib. 8. cap. 4. vocat utenſilia, quæ apes in alvearia conferunt. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Exutus q; omnibus utenſilibus miles, Tuſculum ſe fide, miſericordiaq, victurus hoſpitum, contulerat. Idem lib. 6. belli Punici: Queq; una ſecum dediderunt, agrum, urbemq;, divina, humanaq; utenſilia, ſive qui illud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites.

Vtĭlis, le, om. t. Fructuoſus, commodus, accommodatus, frugifer, quod ex uſu eſt, quod uſui eſt utilitati. [טוב *tob* אתיל *mohil* χρώδης, χρησιμος, ὠφέλιμος. Gal. *Vtile, prouffitable, cōmode.* Ita. *Vtile.* Ger. Nutzlich/oder nutzbar. Belg. Profitelijck. Hiſ. *Prouechoſo para algun fin.* Pol. *Pożyteczny.* Vng. *Haszнos.* Ang. *Commodious profitable.*] Terentius in Adelphis: Quum amet aliam, non eſt utile hanc illi dari. ¶ Conſtruitur aliquando cum dativo. Cic. ad Marium lib. 11: Quod enim vehementer mihi utile eſſe putabas, nec inutile ipſi Cæſari, perfeciſti ut ille me diligeret, coleret, haberet in ſuis. ¶ Aliquando cum accuſativo, cum præpoſitione ad. Plin. lib. 8. ca. 31: Evomit fel ſuum ad multa medicamenta utile. Neutro pede ſatis utilis, apud Plinium lib. 7. cap. 28: hoc eſt, cujus pes uterque vitiatus, commodè officio ſuo fungi non poteſt. Horat. in Arte: Omne tulit punctū, qui miſcuit utile dulci. Dolabella Cic. li. 9: Quamobrem quid aut ille ſperare poſſit, aut tu, animū adverte pro tua prudentia: ſic enim facillimè quod tibi utiliſſimum erit, conſilium capies.

Vtĭlĭter, pen. corr. adverbium. Ex uſu, cōmodè. [χρησίμως. Gal. *Vtilement, profitablement.* Ital. *Vtilmente.* Germ. Nutzlichen, nutzbarlich. Hiſp. *Prouechoſamente.* Pol. *Pożytecznie.* Vng. *Haszнoſſan.* Ang. *Profitably.*] Cic. 4. Academ. Atque illi quidem etiam à natura utiliter dicebat per motiones iſtas animis noſtris datas. Ovid. lib. 13. Metamorph. Longa referre mora eſt, quæ cō ſilioq; manuq; Vtiliter feci ſpatioſi tempore belli. Horat. lib. 1. Epiſt. 16: Vendere quū poſſis captivum occidere noli, Serviet utiliter. Ovid. 1. Epiſt. Vtilius ſtarent etiam nunc moenia Phœbi.

Vtpŏtĕ, adverbium confirmantis, & cauſativum Quoniam, quandoquidem, nempe quippe. [כי *chi.* οἷα δή, οἷον. Gall. *Pourtant que, car, comme ainſi ſoit, puis que, ainſi eſt.* Ital. *Come, perche.* Germ. Alß nemlich/ von wegen. Hiſpan. *Aſſi como.* Pol. *Przeto, bapryklad.* Vngar. *Tudniillik vgymint.* Ang. *Bacauſe that, ſith that.*] Saluſt. in Cat. Antonius aberat à bello, utpote æger, ac jacens. Sueton. in Auguſto: Aedes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas reſtituit, easq; opulentiſſimis donis adornavit, utpote qui in Cellam Capitolini Iovis ſexdecim millia pondo auri, una donatione contulerit.

Vtpŭtă, Quemadmodum, verbi gratia. Apud Ciceronē lib. 7. Epiſt.

Vtquĭd. Quamobrem, propter quid. [ἱνατί. Gall. *Pourquoy.* Ital. *Perō.* Germ. Warumb. Hiſp. *Porque.* Pol. *Dlia czego.* Vng. *Miert.* Ang. *Why, or for what cauſe.*] Cicer. Attic. Depugna potius, *inquis* quàm ſervias. Inquio?

Vtrĭcŭlārĭus, Vtriculus, Vide VTER, utris.

Vtribi, Vtrinque, Vtro, Vtrobique, Vtroque, Vtrum, Vide VTER, adjectivum.

Vtŭr, Vide VT.

V ante V.

Vvă, uvæ, f. p. Fructus vitis: dicta ab uvido. [עבט *hendb* אשכל *eſchchól.* σταφυλή. Gall. *Grappe de raiſin.* Ital. *Vua, grappo di vua.*

Germ. Ein weintraub Belg. Een wyntruyve Hiſpan. Vua. Pol. Winna vagoda. Vng. Zőlő. Ang A grape or bearie.] Colum. lib. 3. cap 6. Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cujus ſingulæ uvæ in ſingulis ſarmentis conſpiciuntur. Cicero de Senectate: Gemma, à quâ oriens uva ſe oſtendit, quę & ſucco terræ, & calore Solis augeſcens, primò eſt peracerba guſtatu, deinde matura dulceſcit. Virgilius lib. 1. Georg. Hîc ſegetes, illic veniunt fœliciùs uvę. Ovidius lib. 2. de Arte amandi, Elegia decimaſexta: Terra ferax Cereris, multoq; feracior uvis. ¶ Dicitur & de aliis fructibus, qui in morem racemi conſtant ex pluribus acinis conglobatis. Plinius lib. 12. cap. 13: Amomi uva etiam in uſu eſt. ¶ Aliquando ponitur pro vite. Virgilius lib. 2. Georgicorum: Et turbes avibus prædam fert uva tacemos. ¶ Eſt etiam uva, pellicula quædam in fine palati dependens circa fauces, ut in hiante homine conſpicitur: ſic dicta, quia ut uva dependet, & humiditate variatur, & eſt vocis moderatrix: & aliquando ad ſimilitudinem uvæ intumeſcit, cum vehementi inflammatione ac dolore. Seren. Aegreſcunt teneræ fauces quum frigoris ora Vis ſubiit, vel quum ventis agitabilis aër Vertitur atque ipſas flatus gravis inficit uvas. Sortitur autem hoc mali genus à duplici forma nomen duplex. Nam ſi teretem habeat figuram à columnæ ſimilitudine columella, κίων, dicitur. Sin verò in acini efficiem conglobetur, à Græcis σταφυλή, à nobis *uva* appellatur. ¶ Dicitur etiam uva de apibus, quum collectæ ſunt, & in modum botri dependent. Colum. lib. 9: Quum examẽ glomeratum in proximo frondentis arbuſculæ ramo conſederit, animadvertito an totum examen in ſpeciem unius uvæ dependeat. Plinius libro 11. cap. 17: Tunc oſtenta faciunt, privata ac publica, uva dependente in domibus, templisque. Virgilius libro quarto Georgicorum: & denſis uvam dimittere ramis. Servius: Vvam dimittere: id eſt, in morem uvæ vel botryonis defluere.

Vvĕŭs, a, um, Quod ex uva fit: [σταφύλινος. Gall. *Mouſt.* Ital. & Hiſpan. *Moſto.* German. Auß weyntrauben. Pol. Z winnei vagodi. Vngar. Zolőből valo, Zőlői. Ang. *Of a grape or bearie.*] ut Succus uveus, apud Poëtas: ἀδιάφθορος pro vino ex uvis expreſſo.

Vvĭfĕr, uvifera, uviferum, Producens uvas: [σταφυλοφόρος. Gall. *Qui porte grappes.* Ital. *Che porta grappo de vua.* German. Das trauben tregt. Hiſpan. *Que trae vua.* Pol. Winno rodzaci. Vng Zőlő termő. Ang. *That bringeth or beareth grapes.*] ut, Glebæ uviferæ apud Silium lib. 7. Et Maſicus uvifer, apud Statiũ 4 Sylvarum.

Vvĭdŭs, uvida, uvidum: Quod eſt humidũ, pingue, quodq; præcipuè habet aliquid humoris intrinſecus: unde & uva dicta. [רסוב *ratób* ח *lách*: שחמן *ſchamén.* ὑγρός. Gal. *Moiſte, humide.* Ital. *Humido, molle, bagnato, immoſtato* Germ. Feücht oder naſſ; innenfur. Hiſp. *Coſa humida ò mojada.* Pol. *Sokupel'ni, wilgotni.* Vng. *Ned ves.* Ang. *Moiſt wett, danke.*] Humidum, quod habet humorem extrinſecus. Colum. libro 3. cap. 2: Niſi prępingui, & uvida terra. Virgilius 10. Ecloga: Vvidus hyberna venit de glande Menalcas. Vbi Servius: Vvidus, pinguis. Plautus in Rud. Siccine hîc cum uvida veſte graſſabimur? id eſt, humore madente.

Vvēſco, uveſcis, n. t. Vvidus fio, humorem contraho. [רסב *ratáb.* βρέχομαι Gall. *Deuenir ou eſtre moiſte, ſe ramoiſtir.* Ital. *Diventar humido, eſſere bagnato.* German. Feücht oder naſſ werden. Hiſp. *Humedecerſe, ſer humido.* Pol. *Sok rozmnazam.* Vng. *Meg. nedueſwlők.* Ang. *To waxe dank.*] Lucretius libro 1: Denique fluctifrago ſuſpenſo in littore veſtes Vveſcunt, tandem candenti.

Vūlgă, f. p. quæ & Bulga, Sacculus ſcorteus, ſive ex alia materia, in quo pecuntam, aliáve itineri neceſſaria circunferimus. Ita dicta quaſi volva, quòd viaticum involvat. [בְּרוֹר *tſerór* כיס *chis.* πήρα, ἀσκοπήρα. Gal *Bourſe, bougette.* Ital. *Bolgia di cuoro.* German Ein bulg/oder wätſchger/wathſack. Belg. Een boeger. Hiſp. *Bolſa.* Pol. Tł'omok ſzatni. Vng. Twrő. Ang. *A bouget or bagge.*] Vulga (inquit Nonius) capacitas, vel ſinus cum laxitate. Lucilius lib. 2: in vulgam penetrare piloſam. Varro: Vt viaticum ex arcula adderem in vulgam. Lucilius lib. 3, ut citat Nonius: Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus Bulgam, & quicquid habet numorũ, ſecum habet ille: Cum bulga cœnat, dormit, lavit. ¶ Aliquando ponitur pro vulva, & ecõtrariò, vulva pro ſacculo. Idem lib. 26: Ita ut quiſquę noſtrûm è bulga eſt matris in lucem editus.

Vulgŭs, vulgi, maſculini & neutri generis, Pars populi ignobilior, plebs: à volvendo (ut quidam volunt) nomen habens, quòd inconſtanter ſtulteque huc atq; illuc volvatur: unde etiam ignobile vulgus Virgilius appellavit. [המון *hamón.* οἱ πολλοί, τὸ πολύτροπος. Gall *Le commun peuple.* Ital. *Volgo, plebe.* Ger. Das gemein volck/der pöfel. Hiſp. *Pueblo de los menudos.* Pol. *Lud poſpolitu, poſtpoſlſtwo.* Vng. Kőzség, kőz nep. Ang. *The commone or meane people.*] Virg. lib. 1: Aeneid. - ſævitque animis ignobile vulgus: Virg. lib. 2. Aeneid. - & ſpargere voces In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma. Horat. libr. 2. Sermonum, Sat. 3: - huic ego vulgum Etrori ſimilem cunctum inſanire docebo. Saluſt. In Iugurtha: Alii vulgum effuſum oppidum cædere, alii ad portas feſtinare. Cicero 5. Tuſcul. Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, moleſtiæ habeat, quàm voluptatis. Idem pro Plancio: Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, *&c.* ¶ Vulgus de ovibus dixit Virgilius lib. 3. Georg. Continuò ferro culpam compeſce priuſquam Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. Antiqui etiam vulgu & hujus vulgus dixerunt. Vnde ablativus apud Varronem 9. Hebdom. A' vulgu condemnaretur. Vſus etiam eſt Oppius de vita Caſſii, itemque in vita prioris Africani. Autor eſt Soſipater lib. 1.

Vŭlgō, Paſſim, nuſquam non, plerunq;, & quod vulgus dicit *Communiter.* [παρδημεί Gal. *Vulgairement, communeement, par tout.* Ita. *Volgarmente, d'ogni banda.* Germ. Gemeintlich Hiſpan. *Vulgarmente.* Pol. *Poſpolicie.* Vng. Kőzség kőzőt, *xellel*, kőzőnſeg *eſſen.* Ang *Commonly, abroade.*] Cicero 1. de Inventione: Deinde natura ejus evenire vulgò ſoleat, an inſolẽter & raró. Virgilius lib. 3. Georgicorum: Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis. Idem libr. 3. Aenecidos: Centum alii curva hæc habitant ad littora vulgò Infandi Cyclopes, & altis montibus errant: Id eſt, paſſim. Terentius Andr. Verum illud verbum eſt, quod vulgò dici ſolet: Omnes ſibi melius malle eſſe, quàm alteri. ¶ Vulgò cõcepti, ſive vulgò quæſiti. [ממזרים *mamzerim.* νόθοι, ἀπάτορες.] Modeſtino dicuntur qui patrem demonſtrare non poſſunt: vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet: qui & Spurii vocantur. Vlpianus Digeſtor. l. 2. ad Tertullianum: Sive injuſtè ſint procreati, ſive vulgò quæſiti. ¶ Vulgò occidere: id eſt, publicè, paſſim. Cicero pro Roſcio Amerino: Ejuſmodi tempus erat, *inquit*, ut homines vulgò impunè occiderentur. Cæſar lib. 2. belli Gallici: Quòd in Gallia potentioribus, atq; iis qui ad conducendos homines facultates habebãt, vulgò regna occupabantur.

Vŭlgāris, vulgare, om. t. Quotidianum, commune, protritum, pervulgatum: cui opponitur ſingularis. [ἐγκύκλιος, δημώδης, ἰδιωτικός. Gal. *Vulgaire, commun.* Ital. *Volgare, vile.* Germ Gemein/damit auch das gemein volck vmbgeht. Hiſp. *Coſa commun y demenoſprecio.* Pol. *Poſpoliti.* Vng. Kőzőnſeges, mindennapi. Ang. *Common, belonging to the common people.*] Cicero lib. 2. de Invent. Magna an parva, facilia an difficilia: ſingularia ſint, an vulgaria: vera, an falſa. Horatius lib. 2. Sermonum, Satyr. 2: Iejunus ſtomachus rarò vulgaria temnit. Cicero pro Roſcio Amerino: Deniq; nihil tàm vile, neq; tàm vulgare eſt, cujus partem nullam reliquerint. Idem ad Cęſarem lib 13: Genere novo ſum literarum ad te uſus ut intelliges, non vulgarem eſſe commendationem. Vulgaris via: pro ratione trita, & conſueta. Quintilianus: Simul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem. Vulgares artes, quæ vulgò Mechanicę dicuntur. Cicero pro Roſcio Amerino: Mitto artes iſtas vulgares, coquos, piſtores, lecticarios, *&c.* Vulgaris forma: id eſt, quotidiana, qualis vulgò videri ſolet. Plinius libr. 10. cap. 42: Nec vulgaris piſtacis forma, quanvis non ſpectanda. Vulgaris puella: id eſt, vulgata, & vulgi libidini expoſita. Ovid. 4. Faſt. Numina vulgares Veneris celebrare puellæ Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus.

Vŭlgārĭtĕr, adverbium, Populariter, uſitatè, ſolitè, more vulgato & conſueto. [κοινῶς, πρόχειρος. Gal. *Communément, vulgairement.* Ita. *Volgarmente.* Germ Gemeintlich. Hiſp. *Communemente.* Pol. *Poſpolicie.* Vng. Kőzőnſegeſſen. Ang. *Commonly.*] Cicer. lib. 13. Epiſt. Vt intelligeres, me non vulgariter, nec ambitioſè, ſed ut pro homine mihi perneceſſario ſcribere.

Vŭlgo, as, act. p. In vulgus enuntio, vulgo notum facio, pervulgo, divulgo. [הודיע *hodhíah* השמיע *hiſchmíah.* διαφημίζω, διαβοῶμαι. Gal. *Diuulguer & publier par tout.* Ital *Diuulgare, manifeſtare, appaleſare.* German. Außbringen in das gemein volck. Hiſp. *Diuulgar ò publicar.* Pol. Wyſzedzic rozſławiam. Vng. Kihirdetőm mindennek. tuttaradom. Ang. *To publish or make knowen abroade.*] Virgilius 10. Aeneid. - quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbi vulgare dolorem? ¶ Interdum vulgare, eſt vulgi uſui exponere. Cic. de Aruſp. reſponſ. Navis in flumine vulgata omnibus: id eſt, omnium uſui expoſita. ¶ Vulgare corpus, eſt proſtituere. Liv. lib. 1: Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter paſtores vocatam putent. Plaut. in Amphit. Cui me abſente corpus vulgavit ſuũ. ¶ Vulgare morbos, eſt morborum cõtagia in vulgus propagare. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Miniſterioq; invicem ac cõtagio ipſo vulgabant morbos. Curtius lib. 9: Contagium morbi etiam in alios vulgatum eſt.

Vŭlgātŭs, ta, tum, participium, ſeu nomen ex participio: [διαφημισθείς, διαβοηθείς, Gall. *Diuulgué, publié, commun*, é Ital.

commune. Germa. Das außkommen iſt vnder dẽ gemein volck. Hiſp. Comun. Pol. Rozſławioni. Vng. Ky hi reſitelẽs mindennek tuttara adutot. Ang. Publiſhed, made knawen abroade] ùt, Vulgatus cibus, quo vulgus paſſim, & quotidie utitur. Plinius libro 13 cap. 23: Ibi & capparis firmioris ligni frutex, ſeminisque & cibi vulgati. Virgilius libro primo Aeneidos: Bellaque jam fama totum vulgata per orbem. Liv. libro 1. ab Vrbe: Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum novos tranſtuliſſe muros. Quinctilianus libro ſecundo, capite quarto: Nam quid ki poſſint in cauſis proprium invenire, qui etiam in his quæ ſunt communia, & in plurimis cauſis tractantur, vulgatiſſimos ſenſus verbis, niſi tãto antè præparatis, proſequi nequeant?

Vulgātūtŭs, ra, rũ: ut litera Vulgatura nefas. Claud. 2. Panegyr.

Vūlgātŏr, oris, verbale, m. t. Evulgator, enuntiator: [מוֹדִיעַ modiah. ἀμροσιάστης, ἀλφηνιστής. Gall. Publieur de ſecrets. Ital. Publicatore de ſecreti. Germ. Ein außbringer in die gemeind / außſchweyer. Hiſp. Diuulgador, reuelador de ſecretos. Pol. Rozſławca. Vngar. Hirẽſitő, hirdető. Ang. A publiſher of ſecrets.] ut, Taciti vulgator: hoc eſt, Tantalus, qui deorum menſæ adhibitus, illorum arcana enuntiavit. Ovid. lib. 3. Amor. Eleg. 6: Sic aret mediis taciti vulgator in undis, Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet.

Vūlgĭvăgŭs, adjectivum [πάνδημος, ἐπιδήμιος. Gall. Vulgaire, commun. Ital. Volgare, commune. Germ. Gemein. Hiſp. Coſa comun. Pol. Poſpolity. Vng. Közönſeges. Ang. Common.] Lucretius libro 4: Vulgivagaque vagus venere. Id eſt, ſectatus plebeiam, popularemque venerem, non certæ mulieris amore captus. Budæus. Idem Lucretius lib. 5: Vulgivago vitam tractabant more ferarum.

Vūlnŭs, hujus vulneris, n. t. Plaga, & propriè hians, patensq; apertura corporis ictu aliquo inflicta. [טֵבֶת pétſah מַכָּה machcháh (vel) machchéh. πεφώμα. Gal. Vne playe. Ital. Piaga ferita, taglia. Germ. Ein wunden. Hiſp. Llaga, herida. Pol. Rana. Vn. Seb. Angl. A wound, a hurt.] Livius lib. quarto belli Punici: Tandem vulneribus confectæ virgines, quum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corrueruut. Virgilius libro quarto Aeneidos: -infixum ſtridet ſub pectore vulnus. Idem libro ſeptimo Aeneidos: -hæſit enim ſub gutture vulnus, & udæ Vocis iter, tenuemque incluſit ſanguine vitam. Ovidius libro ſexto Metamorph. Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam. Virg. libr. 6. Aeneid. Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora, Ora, manusque ambas, populataque tempora raptis Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares. Idem libro quarto Georgicorum: -& corpora bello Obiectant, pulchramque petunt per vulnera mortem. ¶ Per tranſlationem accipitur pro angore animi, ſive mœſtitia, λύπη. Virgilius libro duodecimo Aeneidos: -ſic exhortata reliquit Incertam, & triſti turbatam vulnere mentis. Ovidius libro quinto Metamorphoſ. At Cyane raptamque deam contemtaque fontis Iura ſui mœrens, inconſolabile vulnus Mente gerit tacita, lacrymisque abſumitur omnis. ¶ Aeternum vulnus, pro æterno odio. Virgilius libro primo Aeneidos: Tum Iuno æternum ſervans ſub pectore vulnus. ¶ Vulnus pro amore. Virgilius libro quarto Aeneidos: At regina gravi jamdudum ſaucia cura Vulnus alit venis: hoc eſt, amoris dolorem ac moleſtiam fovet intra venas. Sic mutua vulnera dixit Ovidius libro decimoquarto Metamorphoſeos pro amore mutuo. ¶ Vulnus orbitatis: id eſt, dolor ex orbitate. Quintilianus libro ſexto: Illum enim de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem unicam ſenectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis amiſi.

Vulnĕrārĭŭs, ria, rium, adjectivum, m. f. Vulnerum ſanandorum vim habens. [πεφωματικός. Gall. Seruant à playes. Ital. Pertinente à piaghe. Germ. Den wunden heylſam. Hiſp. Perteneſciente à llages. Pol. Maiacznoc do goienia ran. Vng. Seb gyogitaſra haznos. Ang. Belonging to woundes.] ut, Vulnerarium emplaſtrum, quod vulneribus imponitur. Plinius libro vigeſimotertio, capite quarto: Vulnerariis emplaſtris utile. Idem libro trigeſimoquarto, capite undecimo: Cruda autem ærugo vulnerariis emplaſtris miſcetur.

Vulnĕrārĭŭs, rii, ſubſtantivũ. m. ſ. Curator vulnerũ, chirurgus. [πεφωματικός, χειρουργός. Gall. Chirurgien, medecin. Ital. Chirurgo, medico. Germ. Ein Wundartzet. Hiſp. Cirurgiano. Pol. Barwierz, rani goiaci. Vngar. Seb gyogito. Ang. He that cureth woundes.] Plinius libro 26. cap. 1: Ob id publicè vulnerarium fuiſſe eum tradunt vocatum, mireque gratum adventum ejus initio.

Vūlnĕro, ras, act. p. Saucio, vulnus infligo, plagam impono. [נָכָה patsáh הִכָּה hicchâh. πεφόω, τιτρώσκω. Gall. Bleſſer, naurer. Ital. Ferire. Germ. Verwunden / wund machen. Hiſp. Llagar herendo. Pol. Rane ządáie. Vng. Meg ſebeſitẽm. Ang. To wound or hurt.] Cæſar 1. belli Gallici: Et nonnulli inter carros, rotasque mazaras ac tragulas ſubjiciebant, noſtrosque vulnerabant. Cicero tertia Verrina: Servi nonnulli vulnerantur: ipſe Rubrius in turba ſauciatur. ¶ Vulnerare voce: id eſt, lædere, & verbis offendere. Cicero prima in Catilinam: Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Vulnerari ictu fortunæ, eſt ex fortunæ adverſitate mœſtitia affici. λυπᾶσθαι. Ovid. lib. 2. de Ponto, Eleg 7: Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu. ¶ Vulnerare aures nuntio, eſt triſti nuntio aures offendere. Virgilius libr. 8. Aeneidos: -gravior ne nuntius aures Vulneret.

Vūlnĕrātĭo, ónis, verbale, fit. Sauciatio. [מַחַץ máchats. τὸ πεφωμένον, ἡ πεφώσις. Gal. Bleſſeure, naureure. Ital. Eſſo ferire. Germ. Verwundung. Hiſp. Obra de llagar. Pol. Ranienie. Vng. Meg ſebeſites. Ang. A wounding or hurting.] Cicero pro Cæcinna: Sin autem vim ſine cæde, ſine vulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis, &c.

Vulnĭfĭcŭs, ca, cum, Quod vulnus infligere poteſt. [πεφωματουργικός. Gal. Qui fait playe, qui bleſſe & naure. Ital. Che fa piaghe ò ferite. Germ. Das wunden macht. Hiſp. Coſa que haze llaga de herida. Pol. Ten ktory ranecznie. Vng. Sebẽſitő. Ang. That woundeth or maketh woundes.] Virg. li. 8 Aeneid. Vulnificusque chalybs vaſta fornace liqueſcit. Ovid. libr. 8 Metam. In juvenes certo ſic impete vulnificus ſus Fertur.

Vūlpes, hujus vulpis, f. t. Animal ferũ, ſingulari aſtutia nulli non notum: cujus naturam explicat Plinius libro 10. cap. 63. [שׁוּעָל ſchuhál. ἀλώπηξ. Gall. Vn renard. Ital. Volpe. Germ. Ein fuchß. Belg. Een vos. Hiſp. La rapoza, Zorra. Pol. Lys. Vn. Roka. Ang. A foxe.] Dicta vulpes, ut putat Varro, quaſi volipes, à velocitate pedum. Horatius libro primo Epiſtolarum: Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, referam. Vulpem habere ſub pectore, proverbium dicitur de eo qui aſtutus, & callidus eſt. Perſius Satyra quinta: Aſtutam rapido ſervas ſub pectore vulpem. ¶ Quàm facilè vulpes pyrum comeſt: proverbium de re admodum facili. Plautus Moſtellariâ: Tam facilè vinces, quàm vulpes pyrum comeſt. Nihil enim negotii eſt vulpi dentatiſſimæ pyrum edere. Vide Chiliad. Eraſmi.

Vūlpēcŭlă, vulpeculæ, diminutivum. [ἀλωπηξίς. Gall. Renarde au. Ital. Volpetta. Germ. Ein füchßlin. Hiſp. Pequenna rapoza. Pol. Lyſſeczka. Vng. Rokatska. Ang. A young foxe, a cubbe.] Horatius libro primo Epiſtolarum: Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram fiumenti.

Vūlpīnŭs, vulpina, vulpinum, penult. ina producta, Quod pertinet ad vulpem. [ἀλωπηκός. Gall. De renard. Ital. Di volpe. Germ. Füchßin. Hiſp. Coſa perteneſciente à rapoza. Pol. Lyſſowi. Vnga. Rokai, rokahoz valo. Ang. Of a foxe.] Suetonius: Vbi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt. Plinius libro 28. ca. 11: Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negãt. ¶ Aliquando ponitur pro aſtuto. πανοῦργος. Plautus: Vulpinus animus nequid moliatur mali.

Vūlpīnŏr, penult. prod. vulpinaris, d. p. Mẽdaciis ac fraudibus vera perverto, ſive effugio. [ἀλωπηκίζω. Gall. Renarder, vſer dè fineſſe comme le renard. Ital. Volpinare, far in modo di volpe. Germ. Geſchwinde liſt oder füchß dück brauchen. Hiſp. Hazer à guiſa de raposa. Pol. Zprawdi kl'amſtwo cżinie. Vn. El hazudozom, az igazat hazugsaggal el fordutom, rokaikodo. Ang. To vſe deceit, wilineſſe and guile.] Tractum ab intorto vulpiũ curſu, ut placet Nonio. Varro in Myſteriis: Vulpinare modò, & concurſa, qualibet erras.

Vūlſūră, vide VELLO

Vūltŭr, ris, m. t. Avis eſt rapax, & carnivora: ita dicta, quòd propter magnitudinẽ corporis tardè volet. [דָּאָה dadh רָאָה ráâh. γύψ. Gall. Vn vẽautour. Ital. Voltore. Ger. Ein Geyr. Belg. Een Gier. Hiſp El buytre. Pol. Sep. Vng. Sas keſelyő. Ang. A grappe, a rauenous foule.] Refert Plinius lib. 10. ca. 6, ex Vmbricis Aruſpicis ſentẽtia vultures biduò triduóve antè eò cõgregari, ubi futura ſunt cadavera. Mirum enim in modum corporibus jam putrefactis delectantur. Vnde non invenuſtè ex Græcis nonnulli πόφους ἐμψυχοῦς appellarunt: hoc eſt, ſepulcra animata. Livius lib. 7. belli Punici: Vulturemq; frequenti foro in tabernaculum devolaſſe. Virg. lib. 6. Aeneid. -roſtroq; immanis vultur obunco Immortale jecur tundens.

Vultŭrĭŭs, hujus vulturis, Antiquis in uſu erat, p ave ea prægrãdi, quæ jam à nobis duabus literis ſubtractis, vultur dicta eſt. Ennius: Vulturis in ſylvis miſerum mandebat homonem.

Vūltŭrĭŭs, vulturii, Avis eadẽ cum vulture, de qua jã diximus. Lucret. li. 4: Mellis apes quanvis lõgè ducantur odore Vulturiiq; cadaverib. Plaut. Truculẽt. Iã quaſi vulturi ttiduo prius prædivinabant, quo die eſurituri ſient. Et quoniam hæc avis rapax in primis eſſe traditur & carnivora, factum eſt, ut homines inſatiabilis rapacitatis vultures appellemus. Cicero pro Sextio: Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo vultures paludati. Intelligit Gabinium & Piſonem Coss. inimicos ſuos, provinciarum (ut ſæpè eos nominat) vorãgines. De eodẽ Piſone in Piſoniana, appellatus eſt hic vulturius illius provinciæ (ſi diis placet) imperator. Itẽ Aemilius Scaurus

in Cepionem, Parricida patriæ, nefarius vulturius Reipublicæ. Sosipater libro primo. ¶ Vulturius pro certo tali latere. Plautus Curc. Provocat me in alcam ut ego ludam: pono pallium. Ille sartum amictulum opponit: invocat Planesium: jacit vulturios quatuor Talos simplo: invoco almam meam nutricem Herem: jacto basilicum.

Vŭltŭrīnŭs, na, num, pen. prod. Quod est vulturis. [γύπειος. Gall. *De veautour.* Ital. *Di voltore.* Ger. Von einem Geyren. Hisp. *De bueytre.* Pol. *Sepowi.* Vng. *Sas keselyői.* An. *Of a grappe.*] Plin. libr. 30. cap. 4: Vulturinus sanguis cum chamæleontis albæ (quam herbam esse diximus) radice & cedria tritus, lepras sanat. Vulturina species, apud eundem lib. 10. cap. 3.

Vultŭs, hujus vultus, m. q. Propriè dicitur habitus sive status faciei, qui pro animi affectibus alius atque alius ostenditur. [פנים *panim.* πρόσωπον. Gall. *Visage, viaire, trongne, face.* Ital. *Volto, faccia.* German. Angesicht Hispan. *Cara, el gesto de la cara, la haz.* Polon. Twarz. Vngar. *Vekintet orcza.* Ang. *The visage, or countenance.*] Dictus vultus à verbo volo, sicut à color cultus. Cicero in Pisonem: Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus decepit, &c. Cicero libro 3. de Oratore: Imago animi vultus est, indices oculi. Plinius libro 7. cap. 19: Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cicero pro Cluentio: Recordamini faciem atque illos ejus fictos, simulatosque vultus. Idem 1. de Legibus: Et is qui appellatus vultus, qui nullo in animante esse, præter hominem potest, indicat mores. ¶ Apud pœtas tamen non rarò vultus accipitur pro facie. Martialis libro 1: Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. Ovidius libro 3. Metamorphoseos: Quid moror interea crudelia vulnera lymphis Abluere & sparsos immitti sanguine vultus? Antiqui protulerunt vultum, neutro genere: quod & Nonius annotavit. Ennius: Aversabantur semper vos vestraque vulta. Lucret. lib. 4: -sed quod utriusque figuræ Esse vides mistim referentes vulta parentum.

Vultŭcŭlŭs, diminutivum est, Vultus severitas. [τὸ πρόσωπείον seu πρόσωπον. Gal. *Petit visage.* Ital. *Picciola faccia.* Germ. Angesichtlin. Hisp. *Pequenna cara y haz.* Pol. Twarzicżka. Vng. *Kemeny tekintet.* Ang. *A litle visage.*] Cic. ad Att. lib. 14: Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret.

Vultŭōsŭs, vultuosa, vultuosum, Tristis, severus, vel nimia vultus ostentatione, & mutatione, quod mimicum est & scenicum. [πρόσωπώδης. Gall. *Qui tient contenance & visage severe & grave.* Ital. *Chi ha volto severo, e grave.* Germ. Eines ernsthafftigen Angesichts. Hispan. *Cosa con gestos ò visages torcidos.* Polon. *Tenktori frogzei iest twarzi.* Vngar. *Zomoru, komor valtoso nehez tekintetw'.* Ang. *Of an heavie and sad countenance.*] Cicero in Oratore: In quo quum effeceris, nequid ineptum sit aut vultuosum. Quintilianus libro 11. capite ultimo: Quare non immeritò reprehenditur pronuntiatio vultuosa, & gesticulationibus molesta, & vocis mutationibus resultans. ¶ Vultuosa frons apud Apuleium pro tetrica legitur, & ad severitatem composita. Ait enim libro tertio Metam. Longè dissimilis advenit, non læta facie, sed vultuosa fronte, rugis insurgentibus asseverabat.

Vŭlvă, vulvæ, f. p. Vtriculus ille in fœminis, in quo fœtus fit conceptus. [רחם *réchem.* ἀδελφὸς, μήτρα. Gall. *L' amarri, la matrice.* Ital *Matrice.* German. Die Bermuter. Belg Die Bärmoer der. Hispan *Vientre donde conciben las hembras.* Polon. *Sawiczi wstud,* item *niewiescżi żywoth.* Vngar. *Még.* Ang. *The wombe of a woman.*] Dicta vulva, quasi volva, quòd fœtus ea involvatur. Propriè autem vulva est brutorum animantium: uterus autē mulierum. Plinius libro 11. cap. 37: Fœminis eadem omnia, præterque vesicæ junctus utriculus: unde dictus Veterus, quos alio nomine locos appellant: in reliquis animantibus, vulvam. Vulvam suillam Romani in deliciis habuêre, præsertim ejectitiam. Nam quæ effœtis à partu eximebatur (quam *porcariam* vocabant) tanquã lividam, & macram rejiciebant. Plinius loco jam citato: Vulva ejecto partu melior quàm edito. Ejectitia vocatur illa, hęc porcaria, primiparæ suis optima. Contrà effœtis à partu, præterquam eodem die suis occisæ, livida ac macra. Nec novellarum suum præterquam primiparārum probantur, potiusque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo ejecerint die. Mart. Te fortasse magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de sue vulva capit. ¶ Quandoque accipitur vulva, pro ore vulvæ: hoc est, pro ipso pudendo muliebri. Iuvenalis Satyra sexta: -adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ. ¶ Plinius quoque boletorum prorumpentium in ovi speciem album illud involucrum, Volvam nuncupat. Plin. lib. 22. cap. 22: Volvam enim terra ob hoc prius gignit: ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteum. Vide VOLVA.

V ante X.

Vxŏr, uxoris, f. t. Quæ viro tradita est. [אשה *ischscháh.* γυνὴ, ἄκοιτις, σύνοικος, ἄλοχος. Gall. *Femme mariée.* Ital. *Moglie, moglieta, donna.* Ger. Ein Ehefraw/oder Eheweib. Belg Een huysvrou. Hispan. *Muger casada generalmente.* Pol. *Zona, mał żonka.* Vng. *Feleseg haszas tars.* Ang. *A wife.*] Terent. in Adelph. Vxor sine dote veniet. Cicero pro Sextio: Duxit uxorem patre vivo viri optimi & calamitosissimi filiam C. Scipionis. Idem libro 2. de Oratore: Ex tui animi sententia tu uxorem habes? Virgil. 8. Ecloga: Mopse novas incide faces, tibi ducitur uxor. Horat. libro 1. Epist. 2: Quæritur argentum, puerisque beata creandis Vxor. Dictas autem putat uxores Servius quasi unxores, ab ungendo, quòd antequam limen mariti transirent, postes averruncandorum malorum causa ungerent. Verba ejus sunt hæc in librum 4. Aeneidos: Mos erat, ut nubentes puellæ, simul quum venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo ungerent: & inde Vxores dictæ sunt, quasi unxores. Plinius quoque lib. 28. cap. 9, scribit novas nuptas mariti domũ intrantes, solenne habuisse adipe postes inungere.

Vxorcŭlă, uxorculæ, diminutivum, Ab uxore blandiendi gratia deductum. [γυναικάριον, γαμετίον. Gall. *Femmelette mariée.* Ital. *Mogheretta.* Germ. Eheweibtin. Hispan. *Pequenna muger casada.* Pol. *Zonka.* Vng. *Felesegetske hasus tarsotska.* Ang. *A litle wife.*] Plautus Casina: Eia uxorcula.

Vxōrĭŭs, uxoria, uxorium, Quod est uxoris, vel quod ad uxorem pertinet: [γυναικῶος. Gall. *De femme mariée.* Ital. *Dełla moglie.* Ger. Einẽ Eheweib zugehörig. Hisp. *Cosa pertenesciente à muger casada.* Pol. *Do mał żouki przinależaci.* Vngar. *Felesegem hõz valo felelegenie.* Ang. *Of a wife or belonging to a wife.*] ut Res uxoria. Cic. lib. 3. Offic. In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius. Tacitus libro 3: Quod honestius, quàm uxorium levamentum? Ovid. lib. 2. de Arte amandi: Hoc decet uxores: dos est uxoria lites. ¶ Vxoria forma, à Phavorino apud Gellium lib. 5. cap. 11, vocatur forma media inter pulcherrimã, & deformissimã, quæ scilicet & nimiæ pulcritudinis periculo, & summo deformitatis odio vacat: quã Ennius in Menalippa Statam formã appellat. ¶ Aliquando Vxorius, dicitur qui uxori nimis intervit. [φιλογύνης. Gall. *Qui se laisse gouverner à sa femme.* Ital. *Chi si lascia governare alla moglie.* Germ. Ein Weybermañ/der seiner Ehefrawen wol vorgeben kan/oder nachgeben. Hisp. *Que se governa por su muger.* Polon Liżżonka. Ang. *One that is in his wyfes subjection.*] Virgil. 4. Aen. -tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulcramq; uxorius urbem Extruis?

X



LITERA semivocalis est, ξ quæ vim duplicis consonantis habet, pro qua modò cs, modò gs, primitus utebãtur, ut Apecs, Gregs: pro quibus nunc Apex, Grex dicimus. Quintil. lib. 1. cap. 4: Et nostratum ultima X, qua tamẽ carere potuimus, si nõ quæsissemus. Latini hoc elementũ, quòd vastioris soni videret, quibusdã dictionibus exemerunt: unde pro vexillo Velum, pro axilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipsum testatur Cicero in Oratore ad Brutũ: Quemadmodum (*inquit*) Axilla noster Ala factus est, fuga vastioris literæ: quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Contrà Attici exactissimi elegantiæ omnis judices, sępè repudiato σ, eandem tanquam soni amabilioris, temperatioris quę susurri, sunt amplexi. Nam & ξυμφορὰ, & ξυνδεῖσθαι, & ξυμβαίνειν dicunt, pro quibus communis lingua συμφορὰ, συμβαίνειν, & συμβαίνειν agnoscit. ¶ X litera apud veteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarii: quemadmodũ V, ę dimidiata pars est literę X, nota est numeri quinarii. Hinc factum est, ut in vetustis codicibus hæc nota aliquando inveniatur pro denario Romano: hoc est, pro genere numismatis, quod quatuor valebat numis sestértiis. Plin. lib. 12. cap. 12: Quod minore folio est, Mesosphærum appellatur: emitur X. LX. Laudatissimum microsphærum è minimis foliũ: pretiũ ejus X. LXXV. Si vel sola vel post alias ponatur, significat numerũ denariũ, quemadmodũ V, quę dimidia pars est literę X, quinariũ. Quòd si tamen præponatur literæ vel C, vel D. vel M. vel L. decẽ detrahit & tollit

X ante A.

Xānthĕnēs, ξανθήνης, Gemma quædam in Media naſcens, electri colore, & ſiquis terat in viño palmeo & croco, ceræ modo lentescens, odore magnæ ſuavitatis: ut ex ſententia Democriti refert Plin. lib. 37. cap. 10. quanquam in pleriſque Plinii codicibus Zanthenes legatur per Z. in capite, corrùptè, ut arbitror: præſertim quum à flavo electri colore nomen videatur accepiſſe.

Xānthĭŏn, ξάνθιον, Herba eſt ex Lapparum genere, quæ alio nomine philanthropos, & vulgò *Lappa minor* appellatur. [Pol. *Rzepik.*] Xanthion autē appellata putatur ab effectu, quòd eo rufentur capilli. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 122.

Xānthŏs, ξανθός, Gemmæ nomen, quæ in India reperitur, è fulvo candicans, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

X ante E.

Xĕnĭum, nii, n. ſ. [מתן *mattán* מתנה *mattánah.* ξένιον. Gall. *Preſent qu' on fait à ſes amis qui viennent voir,* étraine. Ital. *Preſente dato à gli amici per ſegno di alegrezza.* Ger. Ein Gaſtſchencke/ ein Gab mit der man ein frembden verehret. Hiſp. *Don ò preſente de hueſped ò amigo.* Pol. *Podarek przyſpolnemu albo goſciowi dani.* Vng. *Vendegnek valo aiandik.* Ang. *A gift, preſent or fairing.*] Munus hoſpitibus dari ſolitum. Vide Martialis librum decimumtertium, in quo ejuſmodi munera diſtichis deſcribit, qualia hoſpitibus mitti ſolent, Xenia nominavit, & verſus ipſos pro xeniis mitteret: quod & ipſe teſtatur primo ſtatim Epigrammate: Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello, Conſtabit numis quatuor empta tibi. Quatuor eſt nimium? poterit conſtare duobus, &c.

Xĕnĭŏlum, diminutivum, Parvum xenium. Apuleius: Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola, porcum opimum, & quinq; gallinulas, & vini cadū jam ætate pretioſi.

Xĕnŏdŏchīum, pen. prod. n. ſ. [ξενοδοχεῖον, ξενοδοχεῖον. Germ. Ein Gaſthauß oder Spittal. Pol. *Goſpoda obecna.*] Locus publicus quo hoſpites: id eſt, peregrini excipiuntur: quod genus Hieroſolymis primùm ab Hyrcano extructū fuiſſe, auctores ſunt Ioſephus, & Hegeſippus. Hieronymus Xenodochium in portu Romano ſitum totus pariter mundus audivit.

Xĕnŏpărŏchī, ξενοπάροχοι, Iidem, qui parochi, qui legatis Romam miſſis, cæterisq; alicujus dignitatis hoſpitibus, ſalem & ligna præbebant: unde & nomen acceperunt, παρὰ τὸ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, quòd hoſpitibus neceſſaria ſuppeditarēt. Arcadius titulo de Muneribus l. Munerum: Tabularii (inquit) vel xenoparochi, ut in quibuſdam civitatibus, &c.

Xerāmpĕlĭnus color, ξηροπήλινον χρῶμα, Medius eſt (inquit Probus) inter coccinum, & muriceum, quo matronæ peculiariter uti ſolēt. Dictus Xerampelinus à ſiccis vitium foliis, quæ ejus ferè ſunt coloris. ξηρὸν enim aridū eſt, vel ſiccū, & ἄμπελος vitis. Vulgò *Color ſiccæ roſæ* dicitur. Hinc Xerampelinæ veſtes dicuntur, quæ hoc colore tinctæ ſunt. Iuven. Sat. 6: Et Xerampelinas veſtes donaverat ipſi. Has nonnulli atrabaticas vocāt, alii atrabapticas, ut quibuſdā placet. Vide Thyleſium in tractatu de coloribus, & Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10.

Xēriă, ξήρια, τά, Emplaſtra ſicca: ſicut Hygremplaſtra vocantur humida emplaſtra.

ălœphĭă, ξηραλοιφία, Vnctio ſicca: hoc eſt, quæ fit citra lotionem. Contrà quæ poſt lavacrum adhibetur, Hygralœa, ὑγραλοιφία appellatur.

ŏmyrum, ξηρόμυρον, Vnguentum eſt ſiccum: ut Hygrotron, ὑγρόμυρον, liquidum, fœminarum auribus expetitum.

rōphthālmiă, [ξηροφθαλμία. Pol. *Zawrzewanie oczą.*] Aridæ ophthalmiæ, quum nec tument, nec fluunt oculi, ſed rubent tantùm, & pruritu infeſtantur, & noctu prægravi pituita inarescunt. Vide Celſ. lib. 6. cap. 6.

X ante I.

Xĭphĭă, æ, ξιφίας, Piſcis genus, roſtrum habens mucrone armatum: unde & Latini, Græcos imitati, gladium appellant. [Ger. Ein Meerfiſch: von der geſtalt vnd gröſſe ſeines ſchnabels genañt ein Schwertfiſch Pol. *Miecz konciaty.* An. *A fiſhe called a ſword fiſhe, hauing a beak lik a ſworde.*] Plin. lib. 31. cap. 2: Xiphiam: id eſt, gladium, roſtro mucronato eſſe, ab hoc naves perfoſſas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocatur, non procul à Lixa flumine. Trebius Niger autor eſt. ¶ Xiphiæ item, ſtellæ ſunt ex genere Cometarum, in mucronem faſtigiatæ, pallidæ, ac quodam gladii nitore ſine ullis radiis. Autor Plin lib 2. cap. 25.

Xĭphĭŏn, ξιφίον, Herba eſt folio mucronato, iridis folio non diſſimili, quam Romani *gladiolum*, vulgus herbariorum *Spatulam fœtidā* appellat. [Ger. Kleine blauwe Gilgen oð Schwertel. Pol. *Polna wika.*] Deſcriptionē ejus vide apud Plin. lib. 25. c. 11.

X ante Y.

Xўlĭnum, pen. corr. [ξύλινον. Germ. Allerley bawmwullin / alß Schürtz/ Barget/ Bombaſin, &c. Pol. *Báwełná.* Vngar. *Fanterme̋ feherlen.* Ang. *Fuſtian.*] Lini genus candidiſſimi, & molliſſimi, naſcens in fruticē, cui nomen eſt xylon, pomis quibuſdam incluſum, barbatæ nuci non diſſimilibus, quæ maturitate hiſcentia globum oſtendunt lini, quod à nomine fruticis xylinum appellamus. Plin. lib. 19 cap. 1: Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem alii goſſipium vocant, plures xylon, & ideò lina inde facta, xylina. Parvulus eſt, ſimilemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ſunt ulla eis candore, mollitiaq; præferenda. Hactenus ille. Hodie hoc ligni genus etiam in Italiæ locis quibuſdam gignitur, vulgique vocabulo *Cotonum* appellatur

Xўlŏbālsămum, [ξυλοβάλσαμον. Ger. Balſam bawmin holtz.] Balſami arbuſculæ lignum, cujus ſuccus Opobalſamū appellatur. Plin. lib. 12. cap. 25: Et balſami quoq; ſarmenta in merce ſunt. Amputatio ipſa, ſurculusq; venit intra quintum demum annum. Xylobalſamum vocatur, & coquitur in unguentis.

Xўlŏcĭnnămum, [ξυλοκίνναμον. Ger. Das holtz von dem Zimet bawm.] Cinnami lignum. Plin. lib. 12. cap. 19: Ipſum verò lignū in faſtidio eſt propter organi acrimoniam: xylocinnamon vocant.

Xўlŏn, [ξύλον. German. Ein frembde ſtaud/ daran die bawmwoll wachſt.] præter vulgatam illam ſignificationem, qua Græcis lignum ſignificat, peculiariter etiam accipitur pro quodam fruticis genere, quod & goſſipion vocant, olim in ſola Aegypti ſuperiore parte: hodie etiam in Italia naſcentis, pomū ferentis ſimilitudine barbatæ nucis, quod matureſcēs copia lanuginis, quam incluſam habet, dirumpitur, liniq; globum incluſum, multò majorem quàm pro pomi magnitudine detegit: idq; lini genus xylinum, ſeu goſſipīnum appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 1.

Xўlŏphăgŭs, pen. corr. ξυλοφάγος, Vermis albus obeſus: capite ſi ad reliqui corporis magnitudinem comparetur, graviſſimo, ſub arborum corticibus potiſſimùm naſcens. Plin. lib. 17. cap. 24. coſſos vocat: eosque à quibuſdam in ſummis ciborum deliciis habitos tradit: quinetiam farina ſaginari, altiles q; fieri. Idem tradit & Hieronymus contra Iovinianum, de Ponti & Phrygiæ populis loquens: Et quomodo (*inquit*) apud nos ficedula, & attagēn, mullus, & ſcarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγοι comediſſe, luxuria eſt.

Xўris, ξυρὶς, Herba eſt folia habens iridis, ſed latiora, & in turbinem mucronata, quorum è medio caulis erumpit craſſus, cubitalis, ex quo ſiliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos. in medio puniceus, ſemen in folliculis ſimile fabris, rotundum, rubrum, acre: radix longa, geniculata, rufa. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 24. & Plinium lib. 21. cap. 20. Officinæ *Iridem ſylveſtrem* appellant. Hæc herba dicitur provenire circa Leopolim primariam Ruſſiæ urbem, eſſēq; nodoſam, inſtar acori veri. Vnde Iudæi & alii nebulones ipſam cum acori radicibus commiſcent atq; vendunt, eadem quoq; appellatione Polonica lingua nominantes *Tatarskie ziele.*

Xўſtĭcī, Vide XYSTVS.

Xўſtĭŏs, ξύστος, Gemma quædam plebeia, apud Indos naſcēs, quam Plinius inter Iaſpidum genera annumerat lib. 37. cap. 9.

Xўſtŭs, xyſti, m. ſ. [פרדס *pardés* ξυστός. Gall. *Pourmenoir, galerie.* Ital. *Portico, luoco da paſſeggiare, loggia.* Germ. Ein weiter bedeckter Gang oder Schopff. Hiſ. *Portal para paſſearſe.* Pol. *Ganek albo ſalado gier ſprawowania.* Vng. *Buß tornacz.* Ang. *A gallerie, an alley or walking place.*] Apud Græcos porticum amplam ſignificat, teſte Vitruvio lib. 6, hybernæ Athletarum exercitationi accommodatam. Latini verò, eodem Vitruvio teſte, Xyſti appellatione ſubdialem ambulationem magis intelligunt, arborum fruticúmve ordinibus diſtinctam. Cicer. in Bruto: Quum ambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi. Ante cryptoporticū xyſtus eſt violis odoratus. Plinius Iunior, lib. 5. Epiſtol. Ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctuſque buxo. Idem: Non tàm ſtatuarum, & tabularum pictarum ornatu ædes ſuas, quàm xyſtis, & nemoribus excoluit. Dicitur & Xyſtum, hujus ſti, ξυστόν. Et quum ξυστὸς, & ξυστὸν idem apud Græcos ſignificent, apud Latinos tamen nonnihil habere diſcriminis docuit Gulielmus Philander in Annotationibus in Vitruvium. Nam Xyſtos, *inquit*, Latini vocant porticus tectas, ubi athletæ per hyemem exercebantur. Xyſta autem ſubdiales ambulationes, ubi ſudo cœlo ſuas exercebant paleſtras.

Xўſtĭcī, ξυστικοὶ. Dicti ſunt athletæ, ſive quod in xyſtis ſe ſub tecto exercerent: ſive quòd xyſtis depugnarent. Sic enim Græco vocabulo appellabant haſtas, quibus illi utebantur: unde & Xyſtophori dicti ſunt ſpiculatores. Suet. in Auguſt. Nec tamē eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas fæveriſſimè ſemper exigit.

Y



GRAECORVM vocalis est, qua in illorum dictionibus scribendis tantùm utimur. Hujus loco antiqui qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem substituebant. Cicero in lib. de Oratore sic inquit: Purrum semper Ennius: nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Fruges: non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant: nunc autem etiam duas: & quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat, aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solùm Græcè loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum autium causa dicimus. Hæc ille. Peculiare autem & proprium est huic elemento, ut in capite dictionum perpetuò aspiretur. Quare quæ ab eo initium sumunt, requirenda sunt inter aspirata.

Z



LITERA Græca est, qua in Latinis dictionibus non utimur. Est autem gemina consonans, loco cujus nos interdũ geminum ſſ, ut Patrisso, pro παττίζω, Pityssо, pro πιτύζω. Interdum ſd substituimus, ut Esdras, pro ἔζρας. Antiqui loco ejus unicum aliquando ſ scribebant: ut Sacynthus, pro ζάκυνθος: Sethus pro ζῆθος. Nonnũquam etiam d literam loco ejus usurpabãt, ut Medentius, pro Mezentius. Sed hoc tantùm apud antiquissimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z ante E.

Zeă, [ζειά. Gall. *Espeautre.* Ital. & Hisp. *Spelta.* Ger. Spelt, oder auch Dinckel Pol. *Spelta, ziarno mąiáca tak dobre iako y pszenica, inde xytho antiquum.* Vn. *Tizta buxa auagy lizt lang.* An. *A kind of graine.*] Genus frumẽti, simile farri quod vulgò *Spelta* dicitur. Duo ejus genera tradit Dioſc. lib. 2. cap. 80: alterum simplex, & unius tantùm grani: alterum quod dicoccon: hoc est gemini & duplicis grani appellant, duobus utriculis conjunctũ semen habens. Plin. lib. 18. cap. 8: Qui zea utuntur, non habent far. Est & hæc Italiæ in Campania maximè, semenq; appellatur. Hoc habet nomen præclara res, ut mox docebimus, propter quam Homerus ζαόφαγον ἄνδρα dixit. Plura de zea vide apud Galenum lib. 1. de Aliment. facultate.

Zēlŭs, m. ſ. [קנאה *kineáh.* ζῆλος. Pol. *Zawiſc, ząſdroſc.* Vng. *Gywlőſeg, buzgo zerelőm.* Ang. *Enuie, Zele, loue.*] Modò invidiam, modò studium, modò amorem, modò æmulationem significat: quo fit ut ab aliis alio modo definiatur. Quidã tristitiam esse ajunt ob alterius bona, quæ quis sibi adesse cuperet. Alii διάχυσιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ κακὰ διὰ τὰ ἀγαθὰ πεφθονῆσθαι ὀφόντος.

Zēlŏtўpĭă, f. p. [קנאה *kineáh.* ζηλοτυπία. Gall. *Ialouſie.* Ital. *Geloſia.* Ger. *Eyfertge liebe/eyferung.* Hisp. *El zelo ò inuidia.* Pol. *Zazdroſć albo ząſdroſć.* Vng. *Gywlőſeg, buzgo zerelőm.* An. *Geloſie.*] Aegritudo animi ex eo proveniens quòd quis timeat ne adsit alteri quod cũ nemine velit habere commune. Cic. 4. Tusc. Obtrectatio autẽ est ea quã intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo quòd alter quoq; potiatur eo, quod ille ipse cõcupiverit. Antonius Ciceroni inter epist. ad Att. li. 10: Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra quę magis à zelotypia mea quàm ab injuria tua nata est.

Zēlŏtўpŭs, pi. pen. cor. m ſ. [קנאה *kanná* (vel) *kannó.* ζηλότυπος. Gall. *Ialoux.* Ital. *Geloſo.* Ger. Ein eyferer. Hisp. *Zeloſo.* Pol. *Zazdroſtliwi, ząwiſni, wmieloſći.* Vn. *Gywlőlő, buzgozerető.* An. *That is gelous.*] Suspicioſus in amore, quemq; id solicitum habet, ne quis eo perfruatur quod ipse amat, quasi dicas formæ æmulatorem. Nam ζῆλος æmulationem, & τύπος formam significat. Iuvenal. Satyr. 5: -quas in digitis fronte solebat, Ponere zelotypo juvenis prælatus Iarbæ.

Zeros, Gemma similis iridi, alba ac nigra macula distinguente crystallum. Plin. lib. 37. cap. 9.

Zĕtă, & Zetecula, diminutivum apud Plin. in Epist. Est locus capax unius lecti, cũ sellis duabus, qui velis obductis, & reductis modò adjicitur cubiculo, modò auferẽ. [Ger. Ein vnderſchlacht einer Kammer mit vorhengen gemacht/in welchem nur ein Bett mit zweyen ſchemlen ſtehen mag/ vnd da man das vndergeſchlacht/wañ man will/ widerumb kan hinweg thun.] Nomen inde deductum, quoniam tribus è partibus fenestras, & prospectus habeat, atque solem multipliciter accipiat, quasi διὰ τῆς ζέης, quod est fervere. Nam & heliocaminus in ipsa zeta ponitur: hoc est, vaporarium quoddam solare, non ad ignis usum, sed ad Solis, veluti id quod Vulgò *Luminare* dicitur, & in Paduana Gallia *Lucerium.* Vel διὰ τῆς ζῆν, quòd in ea commodissimè vivatur (ut quam delicias, & amores suos vocet Cæcilius) licut à conversatione, victuq; dieta. De Heliocamino Vlpianus de servitutibus urbanis: Si arbor (*inquit*) heliocamino, vel solario Solem adimat, dicendum erit, quia umbram facit in loco cui Sol fuit necessarius, contra servitutem impositam fieri. De zeta Lampridius: Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas sine carbonibus jubebat incendi. De zetecula Plinius: Mox zetecula refugit quasi in cubiculum.

Zeugītæ, ζευγῖται, Calami aucupatorii, in Orchomenio lacu post annuam inundationem nascentes. Autor Plin. lib. 6. cap. 36. ¶ Zeugitæ item dicebantur tertii census homines in Republica Solonis, ab equis jugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties necessitas urgebat, minas decem tributi nomine conferebant. Vide Cælium Rhodig. lib. 25. cap. 18.

Zeugmă, zeugmatis, n. t. ζεῦγμα, Latinè connexio, sive adjunctio dici potest. Est autẽ figura dictionis, quũ plures sensus uno cõnectuntur verbo, quod tribus modis fit: aut præposito verbo, ad quod reliqua respiciant: ut Vicit pudorẽ libido, timorem audacia, rationem amentia. ¶ Aut verbo postposito: ut, Neq; is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore, revocarit. Aut in medio sensuum posito verbo: ut, Trojugena interpres divũm, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ. Aeneid. 3.

Zeus, zei, Piscis præstantissimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes qui eo in mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine fabrum appellant, à colore, opinor, fuliginco, quo fabri plerunq; nigricant. Plin. lib. 9. cap. 18: Est hæc natura, ut alii alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Aegypto.

Zeus, idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebusum salpa. Colum. lib. 8. cap. 16: Vt Atlantica faber, qui & in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur: eumque prisca consuetudine *Zeum* appellamus.

Z ante L

Zīgnўs, zignydis, ζιγνύς, Lacerta minor, quam & chalcida vocat Aristoteles de Natura animalium.

Zīngĭber, zingiberis, m. t. [ζιγίβερις Dioscoridi. Gall. *Gingembre.* Ital. *Gengera.* German. Imber. Hisp. *Gengibre.* Polon. *Imbier, ząwor.* Vngar. *Gyömber.* Ang. *Ginger.*] Genus est aromatis, parvas habens radices, albescentes odoratas, sapore piperis. Nascitur in Troglodytica & Arabia. Vide apud Dioscorid. lib. 2 cap 149.

Zizănĭă, zizaniæ, f p. & Zizanium, zizanii, n. ſ. [קנח *kétsach* ראש (vel) רוש *roſch.* ζιζάνιον. Gall. *Yuraye.* Ital. *Loglio.* Ger. Lolch/vnkraut ſo vnder Weytzẽ wachſet. Belg. Oncruyt. Hisp. *El joyo ò vallico.* Pol. *Kąkol.* Vn. *Konkoly.* An. *Cockle among corne.*] Vitiũ tritici, hordeiq;, nimia loci uligine corrupti, jugibúsve pluviis diluti, quod Latino vocabulo Loliũ appellatur. Galli, quòd caput tentet, vertigines generet, & vini modo inebriet, *yuraye* appellant. Effigiem habet hordeo haud dissimilẽ, sed folium angustius, pinguius, & hispidius, semen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpureum. Dioſc. libr. 2. cap. 27, ἄγρια appellat.

Zīzĭphŭs, pen. cor. [ζίζυφος. Ger. Ein bawm welches frucht die Apotecker *Iujubas* nennen.] Genus arboris, novissimis Augusti tẽporibus ex Africa in Italiam translatum: fructum fert, quem neutro genere ziziphum appellamus, baccis similiorẽ quàm malis. Officinæ *Iujubas* vocant. Plin lib. 15. cap. 14: Aequè peregrina sunt zizipha & tuberes, quæ ipsa non pridem venêre in Italiam: hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Z ante M.

Zmilaces, ζμιλάκης, Gemma est in Euphrate nascens, Proconneso marmori similis, medio colore glauco. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Z ante O.

Zōdĭăcŭs, penult. correpta. [ζωδιακός. Gall. *Zodiaque.* Ital. & Hispan. *Zodiaco.* German. Der himmliſch Thierkreiß. Polon. *Okrąg wſobie maiący dwanaſcie znakow zwierzęcych.* Vngar. *Ey es nap eggiez terő es kwlömbőz terő egi hatar.* Ang *The zodiak circle.*] Circulus est in sphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens signa: ex una parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac medium intersecans Aequatorem: à quo vicissim & ipse secatur circa principia Arietis & Libræ. Porrò quum cæteri omnes circuli sine latitudine & profunditate esse intelligantur, veluti [illegible] lineæ, huic tamen latitudo graduum octodecim tribuatur, quam qui ocan

quidem latitudinem mediam dividit linea Ecliptica, utrinque gradus octo, atitudinis relinquens. Dicitur autem Zodiacus, ἀπὸ τῶν ζώων: hoc est, à figura animalium, quę in eo imaginantur, ut sunt Aries, Taurus, &c.

Zōnă, f.p. [חגורה *ezór* חגור *chagór* חגורה *chaghoráh* מזח *mézach*. ζώνη. Gall. *Ceincture*. It. *Cinta, cintura, corregia*. Ger. Ein gürtel/guet. Bel. Een riem. His. *La cinta*. Pol. *Pás, tasma*. Vn. ô *maxzag*. An. *A girdle*.] Cingulū quo cingimur. Mart. lib. 14: Longa satis nunc sum: dulci sed pondere venter Si tumeat, fiam tum tibi zona brevis. Ovid. 2 Fast. Dat teretem zonam, qua modò cincta fuit. Horatius 2. Carminum, Ode 30: - & solutis Gratiæ zonis, properentq; Nymphæ, Mercuriusque. Catullus Epigramm. 2: Quod zonam solvit diu ligatam. C. Gracchus apud Gellium lib. 15. cap. 12: Zonas quas plenas argenti extulit, eas ex provincia inanes retuli. ¶ Zonā perdidit, proverbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia destitutus est: tractum à militibus, qui quicquid habent, in zona circunferunt. Horat. 2. Epist. lib. 2: Ibit eò quò vis, qui zonam perdidit. ¶ Zonæ item dicuntur, circuli quidam lati, cœlum, terramq; veluti cingula quędam ambientes. Sunt autem numero quinque: ex quibus media quæ inter Tropicos est, nimio calore parum apta creditur hábitationi: duæ verò extremæ sub Arctico & Antarctico circulis sitæ, nimio frigore horrent: unde & ipsæ habitationi parum sunt idoneę. Reliquæ autem duæ, ut quæ mediū inter torridam, & gelidam situm obtinent, temperatæ sunt, & humanæ vitæ accommodatissimæ. Virgil. 1. Georg. Quinque tenent cœlum zonæ: quarum una coruſco Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. Quam circum extremæ dextra lævaq; trahuntur Cęrulea glacie concretę, atq; imbribus atris. Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris Munere cōcessæ dīuûm, & via secta per ambas: Obliquus quà se signorum verteret ordo. Ovid. 1. Metam.

Vtque duæ dextra cœlum, totidemq; sinistra
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei: totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utranque locavit,
Temperiemq; dedit mista cum frigore flammæ.

¶ Est item zona Stephano, Ciconum urbs in Tracia, non procul ab Hebro fluvio, & Zerynthо antro, in quo Hecatæ canes immolabant, de quo plura infrà in dictione ZERYNTHON.

Zōnārĭus, substantivum, m.s. Qui zonas facit. [ζωστηλόκης. Gal. *Ceinturier*. Ital. *Cinturato*. Germ Ein Gurtler. His. *El que haze cintas*. Pol. *Pasznik*. Vng. ô *gyarto masszag tsinalo*. Ang. *A girdler, that maketh girdles*.] Cic. pro Flacco: Quòd Mithridates, qui multitudinem illam non autoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit: id sutores & zonarii conclamarunt.

Zōnārĭus, adjectivum, Quod ad zonā pertinet: ut, Sector zonarius, qui zonam seu loculos incîdit, quem crumenisecam appellare possumus. [βαλαντοτόμος. Gal. *Coupeur de bourses, coupebourses*. Ital. *Taglia borse*. Ger. Gürtel abschneider/seckel abschneider. His. *El ladron, corta bolsas*. Pol. Rzezmieszek. Vng. ôbôz *maszaghoz valo erszeny metelô*. Ang *Perteining to a girdle*.] Plaut. in Trin. - mira sunt, ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

Zōnŭlă, æ, [ζωνίδιον. Gal. *Petite ceincture*. It. *Cintura picciola*. Ger. Ein gürtelin. His. *Pequenna cinta*. Pol. *Passek, tasiemka*. Vn. *Maszagotska*. Ang. *A litle girdle*.] diminutivum. Catul. in Epithal. Tibi virgines zonula solvunt sinus.

Zōnātim, adverbium antiquis usitatum, Per gyrum. Lucil. lib. 6: Zonatim circum impluviū cameram is cludebat. Ex Nonio.

Zōnītĭs, penultima producta, ζωνίτης, Cadmiæ species est, lineas quasdam latiusculas zonarum instar discurrentes habens: unde & nomen accepit. Eadem & Placodes, πλακώδης dicitur, quasi crustaceam dicas. Autor Dioſc. libr. 5. cap. 40.

Zŏŏnўchŏn, pen. cor. ζωόνυχον, Herba eadem cum leontopodio: apud Dioscor. lib. 4 cap. 132.

Zōōphthālmŏs, [ζωόφθαλμος. Ge. Hauszwurtz] Herba in tectis & suggrundiis nascēs, quę notiore nomine *Sempervivum majus* appellatur. ἀείζωον τὸ μέγα. Folium habet carnosum & subrotundum, oculi animalis similitudinem referens: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. cap. 13, & Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Zoŏphўtă, ζωόφυτα, dicuntur, teste Budæo, quæ mediam naturam inter plātas & animalia habēt: [Pol. *Zubi urkó*.] ut sunt ostrea, spongiæ, quæ neque stirpes neq; animalia dicere possis, sed medium quiddam inter utrunque: Nam sensu prædita esse manifestum est, quum tamen motu careant progressivo. Nos (inquit Budæus) fortè *Plantanimantes* dicere possemus: vel *Plantanimalia*.

Zopissă ζώπισσα. f.p. Pix navibus abrasa, teste Plin. lib. 16. cap. 12: Quæ admista cera, & marino sale macerata, multò ad omnia est efficacior, quàm aliæ pices. Sed propriè resina ex pinu. Dioscorides libro 1. cap. 99: ζώπισαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ὑπὸ τῶν παλαιῶν ξυομένην ῥητίνην μετὰ τῆς κηροῦ, καλουμένην ὑπὸ ἐνίων δᾳδόχυμα, ὅταν διαχυτικὴ διὰ τὸ ὑγρὰ εἶναι τῇ γλαίσῃ βρέχεσθαι. οἱ δὲ τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν: hoc est, Zopissam aliqui ajunt derasam navibus resinam cum cera, quam alii apochima appellant. Ea dissipandi naturam habet, quoniam marino sale macerata sit. Alii ex picea resinam hoc nomine vocaverunt.

Zōpўrŏn, pe. cor. [ζωπυρον. Ger. Ein gatung des wilden Poley.] Herba est similis serpyllo, nascens in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: unde & Clinopodium à quibusdam appellatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Zōrŏnўsĭŭs, ζωρονύσιος, Gemma magica, quæ nascitur in Indo flumine Plin. lib. 37. cap. 10.

Zōstēr, ζωστὴρ, Genus ignis sacri, medium hominem ambientis, & enecantis si cinxerit. Plin. lib. 26. cap. 11: Ignis sacri plura sunt genera: inter quæ medium hominem ambiens, qui zoster appellatur: & enecat si cinxerit.

Z ante V.

Zūră, Aphrorum lingua semen paliuri vocatur, contra scorpiones efficacissimum. Plin. lib. 24. cap. 11.

Z ante Y.

Zўgænă, ζύγαινα, Nomen piscis apud Aristot. de animalibus.

Zўgis, Vide ZINGI.

Zўgĭă, ζυγία, A Græcis appellatur aceris arboris genus, rubēs, frilili ligno, cortice livido & scabro: Latinè Carpinum vocamus. Dicta zygia, quòd ex ea materia fiant juga jumētis, quę apud Græcos Zygæ vocantur. Vide Plinium libr. 16. cap. 15. ¶ Zygia item Iunonis cognomentum est, apud Pindarum, eò quòd nuptiis præsidere putabatur: unde & γαμηλίαν vocant Græci. Latini etiam Pronubam. Vir. 4. Aeneid. - prima & Tellus & pronuba Iuno Dant signum. Eôdem spectat & illud eodem libro: Iunoni in primis, cui vincla jugalia curæ.

Zўgis, ζυγὶς, Serpillum sylvestre, non serpens humi, quemadmodum hortense, sed in altitudinem increscens, ramulos edens tenues, surculosos, foliis refertos longioribus quàm rutæ, & durioribus, & angustioribus: flores autem gignit jucundè olentes, & gustu acres. Autor Dioscorides lib. 3. ca. 37.

Zўgītæ, [ζυγῖται, Ger. Die mittelsten Rut knecht.] Ex remigibus dicebantur, qui medio sedebant loco. Nam qui summi erant, Thravitę dicebantur: qui verò infimi, Thalamii. Dicti Zygitæ, ἀπὸ τῶν ζυγῶν, quo nomine inter cætera transtra, & sedilia in navibus vocantur, quæ & Latini juga appellant. Virg. 5. Aeneid Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat. Vide Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 10.

Zўgōstătæ, [ζυγοστάται, Ger. Ein Wagmeister oder Gewichtbeschawer.] Ponderū examini præfecti, quorum officium est prospicere, nequa in ponderibus fraus committatur: ut annotavit Alciatus in legem 2. Digest. Si certum petatur.

Zўmītēs, pen. prod. [חמץ *chaméts*. ζυμίτης.] Panis fermentatus: ἀπὸ τῆς ζύμης, qua voce Græci fermentum appellant. Huic opponitur Azymus, ἄζυμος: id est, panis fermenti expers.

Zўthum, n.s. vel Zythus m.s. [ζῦθος. Gall. *Certain breuuage fait de blé, ou autre grain comme de la biere*. Ital. *Acqua d'orso*. Ger. Bier. His. *La cerueza de cevada*. Pol Pywo. Vn *Zadad ser*. Ang *Beere*.] Potus ex hordeo aqua resoluto confectus, acris gustu, & vini in morem inebrians. Hoc Aegyptii vini loco utebantur (unde & Pelusiacus potus à Poëta invenitur appellatus) sicut Hispani simili factitii potus genere, quam *celiam*, vel *ceriam* appellabant. Plin. lib. 22. cap. ult. Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, celia & ceria in Hispania, cervisia & plura genera in Gallia, aliisq; provinciis: quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit.

FINIS.

PR
NO
A
NV

ONOMASTICON

PROPRIORVM NOMINVM, PRIMVM

A' D. CONRADO GESNERO, EX VARIIS DICTIONARIIS collectum.

NVNC VERO' HAC POSTREMA AEDITIONE A' QVO-dam Studioso post Herculeos labores, summis vigiliis, summaq; diligentia in compluribus hinc inde locis castigatissimum & locupletissimum factum:

VNA' CVM

GERMANICARVM vocum additione.

CATALOGVS ILLORVM, QVORVM NOMINA propria in hoc ONOMASTICO *declarantur:*

Viri.	Dii.	Emporia.	Navalia.
Regiones.	Monstra.	Populi.	Sectæ.
Menses.	Vrbes.	Sidera.	Venti.
Montes.	Oppida.	Maria.	Fluvii.
Sinus.	Castella.	Vici.	Promontoria.
Fontes.	Insulæ.	Pagi.	Lacus.
Solitudines.	Stagna.	Paludes.	Speluncæ.
Mulieres.	Sylvæ.	Portus.	*Et catera.*

CONRADI GESNERI,

DE

ΘNOMASTICO

editione,

AD LECTOREM admonitio.

IN *primâ editione* ONOMASTICI *nostri, quæ publicata est Basileæ, anno* 1544. *continentur propria nomina, quatunque* AMBROSIVS CALEPINVS *olim in* DICTIONARIVM *suum retulit, & iij eidem postea addiderunt. Item* Elucidarius carminũ *sive poëticus (ut vulgò inscribebatur) integer primùm quidem congestus ab* HERMANNO TORRENTINO, *ex* Salustio, Livio, Strabone, Plinio, Justino, Virgilio, Nasone, Perotto, Tortellio, *variis poëtarum interpretibus, & Græco vocabulario* IO. CASTRONE, *ut ipse scribit: deinde verò à* ROBERTO STEPHANO *luculenta cum accessione editus. Verba ejus in Præfatione hæc sunt:* Nos (*inquit*) ab aliis tradita studiosè omnia collegimus: fabulas ex Servio, Acrone, cæterisq; nobilibus Grammaticis deprompsimus: clarorum virorum historiam à præstantissimis quibusq; rerũ scriptoribus mutuati, quod commodè facere potuimus, eos suis dictis, factisque illustravimus. Quod autem attinet ad locorum rationem, urbium situm, fluminum magnitudinem, omnia tanto studio, curaq; persequimur, ut non tàm à nobis scripta, quàm ab autoribus ipsis, Plinio, Strabone, Ptolemæo, dicta esse videantur. *Hæc Robertus. Eodem tempore* IO. CIBENIVS *idem opus locupletavit, cùm alibunde, tum ex commentariis* IACOBI MICYLLI *in Boccatium, præsertim quod ad poëtarum fabulas de diis attinet, &c. Ex omnibus istis collatis & passim emendatis in Orthographia præsertim corpus unum confeci: meo quidem labore in vocabulis iis, quæ incipiunt à literis* A, B, R, S, V, X, Z, *amicorum, in reliquis. In iisdem vocabulis eadem aliquando reperta sunt, pleraq; tamen ob aliquam differentiæ causam: & malui prolixior esse, quàm aliquid ab alijs dictum omittere. Hæc de prima editione. Nunc in hac secunda editione non pauca castigavimus, tùm nostra, tùm amicorum præcipuè errata: & insuper* STEPHANI *Grammatici Græci vocabularium Geographicum reliquis immiscuimus: sic ut omnia quæ apud* STEPHANVM *sunt vocabula, hîc etiam explicentur. Si quæ verò parùm ad Latinos pertinere videbantur, aut alioqui prolixa erant in vocabuli alicujus descriptione, ut sunt autorum testimonia, historiæ, quædam fabulæ, & etyma & nomina à singulis derivata sæpè omissa sunt, præsertim ab initio Operis, sæpè cùm brevitèr fieri poterat, adjecta.* STEPHANI *autoris nomen ubiq; adscripsimus, ut ipso fonte qui Græcè scirent, vel certiùs vel copiosiùs nonnulla requirerent. Multa sanè apud Græcos gentilia, aliaq; derivata, Latinam formam vel terminationem idoneam non habent, & ut Latinè scribantur, homonymia laborant. Multa apud illos terminatione sola distinguuntur, plurimum alioqui diversa: apud Latinos non item. Non solùm autem quo* STEPHANVS *ordine procedit, singula adjecimus: sed insuper plurima, quæ non suis locis: id est, non alphabetico ordine commemorabat, & ubi recitanda erant, omittebat, ad ordinem quæq; suum hîc redegimus. Græca vocabula Latinis, ut plurimum adjecimus ex* STEPHANO, *ut orthographia melius servaretur, minusq; depravarentur voces, & de prosodia, etymologia & inflectionis modo certiùs constaret. Magna etiã accessio facta est ex* C. PLINII *opere De natura præsertim ab initio, sed ita ut testimonii loco tantũ Plinius citaretur, quoq; libro & capite singula ab eo petenda essent, annotaretur: adjectis numeris, quorũ prior libri, posterior capitis est. Hæc hactenus etiam de secunda editione dixerim, in qua si post multas castigationes adhuc depravata quædam reperiantur, non in negligentiam nostram, sed* AMBROSII CALEPINI *& aliorum ex quibus hæc congesta sunt vel oscitantiam vel imperitiam referri debent. Plurima sanè simpliciter emendavimus non rarò ad calcem castigatio adscribitur, aut lector alio remittitur. In præsentia ad qualecunq; fastigium labore & diligentia nostra hoc Opus excrevisse, & maximum bonis studijs compendium accessisse, quo hactenus multa secula caruerunt, boni & eruditi & affectibus liberi homines agnoscent & approbabunt.*

De triplici utilitate hujus Operis.

Prima & maxima utilitas est, quæ ex veris, utilibusq; historijs & locorum descriptionibus percipitur.

Altera minor, non spernenda tamen præsertim Christianis & solida doctrinæ studiosis, quod multas gentilium fabulas & nugas, quas alioqui longo tempore perdiscere oporteret, vel in quærendo laborare, ut multa, variaq; sunt figmenta, deorum, hominumq; genealogiæ, & alia vanæ eruditionis spectra, statim cùm opus erit, hîc in promptu habere liceat.

Tertia commoditas est, quòd poëtarum historicorum, & aliorum etiam autorum interpretes, qui Commentarios & Scholia conscribunt, lectores huc remittere possint, ut nos fecimus in Annotationibus super Tatiani libro contra Græcos, ne multa sæpiùs repetenda vepiant, atque eadem in singulis propè super singulos autores annotamentis inculcanda, ut instar communis Commentarii in plerosq; scriptores, hic liber sit. Quod etsi nondum dici meretur, non multùm tamen ad hanc professionem desiderari videtur, quod vel à nobis, vel alijs olim, aspirante Deo, suppleri poterit. Nequaquam enim alios ab iis, quæ adjecto nomine meo edita sunt, operibus abstinere velim, qui sciam & sentiam vixuni me, nedum omnibus absolvendis sufficere, cùm alias ob causas, tum ingenii doctrinæq; tenuitatem, tum communem illam, qua propter vitæ brevitatem inchoata absolvere pleriq; omnes impedimur. Itaq; studiosos ac eruditos ultrò adhortor & oro, ut si quid habent, habituri ve sunt aliquid, quod vel ad hujus, vel aliorum operum meorum accessionem, emendationémve pertineat, id veluti symbolum in commune deponant.

NOTANDA QVÆDAM:

Terminatio Latina in us ubi occurrit, quæratur Græcè in ος: & contrà, Quæ non inveniuntur cum r tenui, fortè se offerent cum rh aspirato: & contrà, In gentilibus Græcorum in ως diphthongum terminatis, ultimam plerunq; acuto notavimus, ut de Græca orthographia constaret, & syllabarum numero, ut *Tyanem*.



A'RON: [אהרון *Aharón*. Ἀαρὼν Suidæ.] Nomen proprium ſummi Sacerdotis apud Hebræos, qui una cum fratre Moſe Iſraëlitas eduxit ex Aegypto.

A'bă, Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ urbis tyrannidem; quam pater procuratorio nomine adminiſtrârat, cultu, obſequiisq; ab Antonio & Cleopatra ibi impetravit. ἄβα. Vide Strab. lib. 14. ¶ Fuit præterea Aba, ut idem Strabo refert lib. 10. ex Ariſtotelis ſententia) civitas Phocidis, cujus cives Abantes, ἄβαντες, dicebãtur: qui poſtea ejecta patria Eubœam incoluerunt, quę etiam ab ipſis Abantis, ἄβαντις Stephano dicta eſt. Eſt etiam Aba, mons Armeniæ, ex quo Domitius Corbulo Euphratem naſci voluit, referente Plin. lib 5 cap. 24.

A'băcænă, ἀβάκαινα Ptolemæo, vel Abacęnum. ἀβάκαινον Suidæ & Stephano, Oppidum eſt Siciliæ, non procul à Meſſana: cujus incolæ dicuntur Abacæni. ἀβακαῖνοι Stephano. Eſt præterea Abacæna, teſte Ptol. lib. 6, Oppidum Mediæ.

A'bācĭon, & Abachium, Vrbes Bavariæ

A'bæ, Abarum, ἄβαι, Oſpidi nomen eſt in Phocide, ab Aba quodam heroë illi inditum, ut Stephanus & Suidas prodiderunt. Hujus incolæ dicti ſunt Abantes, ἄβαντες, qui poſtea hac urbe relicta, in Eubœa ſedes fixerunt, eamq; inſulam de ſe vocaverunt Abantidem. Pro eodem legitur & Aba ſingulari numero. Vide ABANTES.

A'bæă, Abææ. ἄβαια Ptolemæo, Oppidũ eſt in ſinu Meſſeniaco, non procul à Pharis, quod nonnulli idem eſſe putant cum Hira, ſeu Oechalia, una ex ſeptem civitatibus, quæ apud Homerum 10 Iliad. Achilli offerebantur ab Agamemnone. Vide Hermol. in Plin.

A'bæăræ, penult prod ἀβαάιται, Populi ſunt Arcadiæ in ſinu Meſſeniaco, quorum urbs Abæa commemoratur à Ptolemæo lib 5. Vide Plinium lib. 4 cap 6.

A'bălă, ἄβαλα, Oppidum eſt Troglodytarum, non procul à mari Rubro. Vide Plin. lib 6 cap. 29.

A'bălītēs ſinus, ἀβαλίτης κόλπος, Exiguus eſt ſinus in tractu Troglodytarum: ita dictus ab Abala, ejus regionis oppido maritimo. Vide Plin. lib 6. cap 29.

A'bălŭs, ἄβαλος, Inſula eſt Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt electrum ex arboribus fluere. Plin. lib. 37. cap. 2. ¶ Sunt & Abali Indię populi ad Gangẽ fluviũ. Plin. lib. 6 c 19.

A'bănă, næ, pen. corr Fluvius Damaſci, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

Abania, Pater gratus Domino, vel pater gratificans Deum.

A'bāntēs, ἄβαντες, Populi ex Thracia oriundi, qui finibus ſuis egreſſi, in agro Phocenſi oppidum condidêre, quod à ducis egreſſi, in agro Phocenſi oppidum condidêre, quod à ducis ſui nomine Aban vocavêre: ipſi quoq; à nomine oppidi Abãtes vocati. ¶ Hi poſtea in Eubœam tranſgreſſi, quæ tunc Macris dicebatur, à ſuo relictiq; nomine oppidi, Abantidem illã vocavêre. Hos Herod. lib. 1, inter Ionas commemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus in Argonaut. juxta Pontum collocat, Vide Abantis.

A'bāntĭās, adis, ἀβαντιὰς, Patronymicum eſt à nomine Abas, quo ſignificatur vel filia, vel nepus Abantis. Apud Poëtas ferè pro Danaë ponitur, Abantis ex Acriſio nepte, vel pro Atalanta, nepte ejuſdem ex Iaſio Vide ABAS

A'bāntĭs, idis, Straboni, aut Abantias, adis, Plinio, ἄβαντις Stephano & Suidæ, Inſula eſt Bœotię adjacens, tam exiguo à cõtinenti Euripo diſcreta, ut ponte jungatur. Hęc, teſte Strabone, in principio libri 10. olim Macris dicebatur obſitus longitudinẽ: poſtea ab Abantibus Thraciæ populis; qui relicta Aba, Phocenſis agri oppido, in hac inſula ſedes ſuas fixerunt, dicta eſt Abantis: & poſtremò Eubœa. In hac inſula eſt Caphareus promontorium, Græcorum naufragiis infame.

Abaortæ. à Plinio li. 6 c. 20, numerantur inter Indię populos.

Abarbarea. ἀβαρβαρέα, Vna Najadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis Aeſopum genuit, & Pedaſum. Homer. Iliad 6.

Abarim, [עברים *habárim*.] Mons excelſus dividens terram Amon & Euphratis à terra Promiſſionis, contra Iericho ad Iordanem uſq; fluvium protendens radicem.

Abarimon, Scythiæ regio in magna Imai montis convalle, in qua ſylveſtres homines degunt averſis poſt crura plantis, qui maximam habent velocitatem, paſſimque cum feris vagantur. ἀβάριμον. Plin. lib 7. cap. 2.

Abăris, hujus Abaris, pen. corr. Nomen viri proprium, quem ferunt ſagittam per orbem terræ circumtuliſſe, nihil omninò veſcentem. Hunc Abarim Seuthæ filium, non ignarum literarum, oracula ſcripſiſſe traditur, quæ Scythica nuncupentur: & nuptias Hebri fluminis, ac Apollinis adventum ad Hyperboreos, ratione metrica, abs quo ſagittam acceperit, quam diximus. Hujus & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad Magnum Baſilium. Hactenus Cælius. Præter oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, alia quædam ſcripſit, ut commemorat Suidas. Meminerunt hujus Herodotus in Melpomene, & Strabo lib 7. & Scholiaſtes Ariſtoph.

Abarnus, ἄβαρνος Stephano, vel Abarnis, ἀβαρνὶς Herodoto, Oppidum eſt, & regio aſpera in tractu Bariano ad Propontidem. Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Helleſpontum collocant, & Lampſaci arcem eſſe volunt. Vide Stephan.

A'bās, ἄβας, ἄβαντος, per unum b, rex duodecimus Argivorũ, Lyncei ex Hypermneſtra conjuge filius: ſunt tamẽ qui Beli filium faciunt, homo bellicoſus & acerrimi ingenii fuit, & regnavit annis XXIII, ut inquit Euſebius. Pater fuit Prœti & Acriſii, & avus Perſei, à quo poſtea Argivorum reges, Abantiadæ dicti. ¶ Abas alius fuit quidam nobilis comes Aeneæ: de quo Virg. lib. 10: Vnà torvus Abas, &c. Et alibi: Aere cavo clypeum magni geſtamen Abantis ¶ Alius item fuit Centaurus, Ixionis & Nubis filius. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam, qui & hiſtoricos quoſdam commẽtatos, & Rhetoricem ſcriptam reliquit, autor Suid. Ab Abas fit Abantius, ἀβάντιος Item Abantiades patronymicum maſculinũ. Ovid. 5. Metam. Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam Vltor Abantiades: Hoc eſt, Perſeus pronepos Abantis.

Abaſes, Plurali numero, loca ſunt deſerta & inacceſſa in Occidentali plaga Aegypti. ἄβασοι. Hoc enim nomine Aegyptii vocant regiones inhabitatas, & maximis deſertis circundatas, ut ſcribit Strabo lib. 17.

Abaſter, Vide Alaſter in APPELL.

Abaſgis ἄβασγις, in Scythia vicini Sannige. Steph.

A'băos, penul. correp. Inſula eſt Aegypti, in palude Memphitica poſita: ita dicta quòd ad illam propter limi & papyrorum copiam difficillimus ſit aditus: ab ἀ, privativa particula, & βαίνω, vado, vel aſcendo, ἄβατος. Hujus meminit Lucan lib. 10. Hinc Abatos; quam noſtra colit veneranda vetuſtas. Terra potens. Hoc nomine etiam vocatus eſt locus ultra Aegyptum & Aethiopas, juxta paludem, quam Stygem vocant. Latini hujuſmodi loca, ad quæ difficiles dantur acceſſus, Invia vocant ſive Avia, ſive Inacceſſa. Sic etiam Ovid. de Pont. Parthorum gentem inviam vocat:

Gens fuit & terris, & equis, & tuta ſagittis,
Et non acceſſis invia fluminibus.

¶ Abatos præterea ædificiũ nomẽ fuit, quod à Rhodiis fuit erectum ad regendum Artemiſię trophęũ, quod religione impediti diruere nõ poterant. De hoc ita ſcribit Cælius Rhodig. Antiq. lect lib. 12. cap. 33: Artemiſiam mirari nõ deſinunt Græci, quæ irruentes Rhodios claſſe exuerit, inſulamq; domuerit, erecta in urbe Rhodio ſtatua, quæ civitati ſtigmata videretur inuere. Quem locum obſeptum mox Abaton dixêre: quoniã trophæa moviſſe religio eſt.

Abazeă, penult product. ἀβάζεια, Feſta fuerunt, vel potiùs ſacra à Dionyſio Capri filio, & Aſiæ rege inſtituta. Cicero 3. de Nat. deor. Dionyſios multos habemus: primum Iove & Proſerpina natum: ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe: tertium Caprio patre, eumque regem Aſiæ præfuiſſe dicunt: cujus Abazea ſunt inſtituta. Dicta Abazea à taciturnitate, qua hęc ſacra celebrabantur ἄβαζος enim taciturnum ſignificat. Sed hęc falſa eſſe jam pridem docuerunt docti viri: legendum enim apud Cicer. Sabazia.

Abbarim, Vide ſuprà ABARIM.

Abbatia caſtellũ in Atheſi inſula: de quo vide Dom. Marium Nigrum lib. 7.

Abdariſtenſes, populi, Plin. lib. 4. cap. 10: Sed correctiùs legitur, Audariſtenſes.

A'bdĕră, pen. prod. ἄβδηρα, Vrbs eſt Thraciæ maritima, Democriti patria, non procul à Neſſi fluminis oſtio, à Teiis condita, ut teſtatur Herodotus lib. 1. Vulgò *Polyſtylo*. ¶ Hinc natum proverbiale ænigma: Abdera pulchra Tejorum colonia, Ἄβδηρα καλὴ τηίων ἄποικία: quo ſignificamus non deeſſe quò confugiamus, ſiquis præter modũ pergat eſſe moleſtus. Huc fortaſſis alluſit M. Tull. 4. & 7 Epiſt. ad Attic. Vadianus exiſtimat cõvenire proverbium, ubi quis fortunã tenuem, ſed cum libertate conjunctam anteponit amplis opibus, ſed obnoxiis ſervituti. Nam damnatus eſt Abderitarum aër, & item paſcua. Alii (inter quos eſt Pomponius Mela) à Diomede conditam urbem volunt, & à nomine Abderæ ſororis ipſius nomen eſſe ſortitam. Effertur autẽ Abdera, æ, vel Abdera, orum. Ovid. in Ibin: Aut te devoveat certis Abdera diebus. Plin lib. 23. cap. 8: Circa Abderam & limitem, quem Diomedis vocant, equi paſti inflammantur rabie. Plurali utitur Mela lib. 2: Turris, quam Diomedis vocant, ſignum fabulæ remanet: & urbs, quam ſoror ejus ſuo nomine nominavit, Abdera. Supra hanc urbem Byſtonium ſtagnũ eſſe dicitur, in quo natantia omnia demerguntur: unde & nomen accepit ἀπὸ τοῦ βυθίζω, mergo. Stephanus hanc urbem ab Hercule conditam exiſtimat, & à nomine Abderiti, quem in deliciis habuit, Abderam fuiſſe nominatã.

¶ Est & Abdera urbs in Bætica Hispanię regione, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1. fortè *Almeria*. Hinc Abderita, gentile, vel Abderites, ἀβδηρίτης: de quo paulò pòst.

Abderītānŭs, a, um. adjectivum: ut, Abderitana plebs. Martial. lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes.

Abdĕrĭtĭcŭs, a. um. ἀβδηριτικός. Cic. ad Attic. Imperium Abderiticum. Abderitica mentis id est, stupida, aut insana. Abderitanis enim natura peculiarem fuisse mentis stuporem, indicat M. Tullius in libris de Nat. deor. & Plin. lib. 25. cap. 8. Vide Cęlium Rhod. Antiq lect. lib. 16. cap. 13.

Abderītæ, ἀβδηρῖται, Populi Thraciæ sunt: qui quum à muribus acrianis vexarentur, coacti sunt natale solum relinquere, & alias quærere sedes. Hos Cassander, sedibus in ultimis Macedoniæ partibus concessis, suscepit, pactione simul initâ cũ eis de pace, quum suam timebat invasuros patriam.

Abdon, ἄβδων, indeclin. nomen proprium est unius è Iudicibus Israel.

Abdua, Vide ABDVS.

Abea, Vide ABAEA.

Abeacus, Siracorum rex, qui sunt populi ad radices Caucasi. Vide Strabonem lib. 11.

Abearæ, Vide ABABATAE.

Abellānæ, ἀβελλάνα Ptolemæo, oppidum est Campaniæ nõ procul a Nola, quę & Avella dicitur mutato b in u consonantem. Virg. 7. Aen. Et quos malifere despectant mœnia Abellę Hinc nuces Avellanæ dictæ, quæ ibi copiosissimè proveniunt.

Abellīnum, sive Avellinum, ἀβέλλινον, Italiæ oppidum, in tractu Campaniç, teste Plin. libro 3. cap 3, hoc idem esse creditur cum eo quod Virgilius Abellam vocat: unde & nuces Abellinæ primùm, & postea Avellanæ dictæ sunt. ¶ Est & Abellinũ, testę Ptolemæo lib. 3, Hirpinorum oppidum, nõ procul à Nuceria Apulorum. Ejusq; oppidi incolę dicũtur Abellinates, ἀβελλινάται. discriminis tamen gratia, posteriores Protropos cognominat Plin. lib. 3. cap. 11.

Abel-maim, civitas est, quam ut Paralip. Historia narrat, rex Asa expugnavit.

Abel-meholah, civitas est, Helisæi prophetæ patria.

Abesamis, Syriæ oppidum, quondam à Semiramide conditum, ἀβησαμις. Plin. lib. 6. cap. 28: A Petra incoluerunt Omani ad Characem, oppidis quondam claris à Semiramide conditis, Abesamide, & Soractia.

Abeste, Oppidũ apud Hermandũ fluviũ, Plin. autore, l. 6. c. 23.

Abii ἄβιοι populi sunt, ut Stephano placet, Scythię: aut, ut alii malunt, Thraciæ: ita dicti quòd Abianum amnem accolant, aut certè quòd in curribus degentes, lacte vescentes, & in cælibatu vivẽtes, vitã humanã agere nõ videantur: ut Abios intelligas, τοὺς μὴ ἔχοντας ἡμῖν ὅμοιον βίον. Alii Abios dictos putãt, quasi ἀβιάστους, quod in pace degentes nemini vim inferãt. Unde & ab Homero mortalium justissimi appellantur, Iliad. 13: γαλακτοφάγων, ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Sunt quoq; qui inde Abios dictos putãt, quòd more vicinarũ gentium arcu nõ utantur, ut sit cõpositum à nomine βιὸς, quod accentum habens in ultima, arcũ significat. Apud Homerũ tamẽ Abiorum nomen, ut & Galactophagorum, nõ tàm Gentile esse videtur, quàm Mysorum, quorum in præcedẽti versu meminit, epitheton. Vide Strabonem lib. 7. & Cælium lib. 18. cap. 23

Abīla, pen cor. ἄβιλη, Stephano, oppidi nomen est ad Iordanẽ fluvium. Est & Abila, ἄβιλα, Stephano & Suidæ oppidũ in regione Decapolitana, Diogenis Sophistæ patria: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 18. Item, mons Mauritanię in faucibus freti Gaditani, è regione Calpes, Hispaniæ montis, ἄβιλξ Suidæ. Plin in Procem. lib. 3: Proxima autem faucibus utrinq; impositi montes coërcent claustra. Abila Africæ, Europæ, Calpæ, laborum Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntq; per fossas exclusa antea admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem.

Abis, Fluvius in Danubium influens. Hic etiam Absus dicitur. Auror Althamerus.

Abisama, ἄβισαμα, Ptolemæo, civitatis nomen, quæ à Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur.

Abisari, aliàs Biasari, regio est Indiæ, apud Strabonem lib. 15.

Abisontes, à Plin. lib. 3. c. 2. inter Alpinos populos numerãtur.

Ableti, Populi sunt non procul à Pergamo, qui parent Mysis, ut autor est Strab lib. 13.

Abnoba, mons Germaniæ, in quo oritur Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12. In plerisq, tamẽ Plinii codicibus Arnoba legitur, nõ Abnoba: Vide infrà in dictione Arnoba. Vulgò *Bor.* Vide Synonymum Otlii.

Abobrica nomen est insignis oppidi in citeriori Hispania, in conventu Bracarum, autore Plin. lib 4 cap. 20. Ptolemæus vocat Ἀβόβριγαν

Aboccis, Aethiopiæ oppidum. Plin. lib 6. cap. 29.

Abolani, sunt populi Italiæ, Albensibus proximi inter Latinos à Plinio relati, lib. 3. cap. 5.

Abolla, ἄβολλα, si credimus Stephano, oppidum Siciliæ, cujus incolæ vocantur Abollæi, ἀβολλαῖοι.

Abonotichītæ, Populi sunt ad Pontum Euxinum: ita dicti ab exquo oppido, cui Ἀβώνου τεῖχος: hoc est, Aboni murus, nomen est. ἀβωνοτειχῖται. Hæc Steph. vide & Lucianum in Pseudomante. Ptolemæo est oppidum Galatiæ.

Aboraca, Regiuncula est ad Męotidem paludem, non procul ab Hypani fluvio, ἀβόρακα. Vide Strab. lib. 11.

Aborigĭnĕs, pen correp. ἀβορίγινες, Stephano appellati sunt populi antiquissimi, qui primi tenuerũt agrum illum, in quo postea condita fuit Roma: sic dicti, quòd primi visi sint, tanquam editi sine patribus, & quasi sine origine: aut quòd ex varia gentiũ colluvione misti erant. Hi postea adventu Aeneę Phrygibus juncti, Latini uno, nomine appellati sunt. [Germ. Die Völcker so anfengklich in Italia / die Landtschafft vmb Rom gesessen / bewohnet haben.] Livius 1. ab Vrbe: Ibi egressi Trojani, ut quibus ab immenso propè errore nihil præter arma, & naves superesset, quum prædam ex agris agerent, Latinus rex, Aborigines q̃q; qui tùm ea loca tenebant, ad arcendam vim advenarum, armati ex urbe, atque agris concurrunt. Dionysius autem Arcades fuisse, & cum Oenotro Lycaonis Arçadiæ regis filio in Italiam venisse tradit. Possunt tamen & aliarũ urbium primi cultores Aborigines dici, ut Græcè αὐτόχθονες, ac si sine terra geniti. Idem Græcè, προγενεῖς appellantur: hoc est, primogenitores, à quibus cæteri generis trahunt originem: dicuntur & ἐγχώριοι: hoc est, indigenæ: qua voce usus est Ambrosius in Hexam.

Aborrhas, Fluvius est Mesopotamiæ in Euphratem influens, ἀβόρρας Strabo lib. 16. Ptolemæo χαβόρας, Marcellino Abora.

Aborrus, ἄβορος, fluvius. Steph. in Respons.

Aborīs, penultima correpta, ἄβορις, Urbs est Aegypti, ut tradidit Hecatæus, cujus incolæ dicuntur Aborītæ, ἀβορῖται. Vide Stephanum de Vrb.

Abraces, à Xenophonte in lib. 1, de Cyri expeditione, numeratur inter duces copiarum Artaxerxis.

Abradatas, ἀβραδάτας, Rex Susorum fuit, & maritus Panthęę nobilissimæ matronę, quam quum à Cyro captam castè & liberaliter haberi præter spem intellexisset, ad eam accedens, quæsivit quid sibi illa faciendum censeret, quò pro tanti principis beneficio gratiam aliquã referret. Cui quum illa respõdisset, ut enteretur se tanto Regi simillimum præstare statim in aciem profectus, strenuè pugnans occubuit. Cujus corpus ad se relatum, quum Panthea aspexisset, acinace scipsam cõfodit, capite super viri pectus recumbens, ut è jugulo profluẽs sanguis, marmi vulneribus infunderetur. Vide Xenophontem Pædiæ Cyri lib. 7.

Abram, Nomen primi patriarchæ, & Latinè pater excelsus interpretatur, quem Deus ab iis quæ videtur, ad invisibilia provehens Non vocaveris, inquit, Abram, sed Abraham erit nomen tuum: quia te multarum gentium patrem posui. Secundùm tamen declinationem Latinam Abraamus dicitur, vel cum aspiratione Abrahamus.

Abrettānus, pen. prod ἀβρεττανὸς Suidæ, Mysiæ regio est: ita dicta à Brettia nympha. Vnde Abrettanus Iupiter, ἀβρεττανὸς ζεύς, qui in Abrettana colebatur: de quo vide Strab. lib. 12. Incolæ quoq; Abrettani dicuntur, ἀβρεττανοί Stephanus hanc regionem Abrettinam, ἀβρεττίνην: & Plinius populum ipsum Abrettinos appellat, ἀβρεττίνους

Abrinatæ, populi sunt non procul à Ponto. ἀβρινάται. Vide Stephan.

Abrincatui, à Plinio libro 4. cap. 18, numerantur inter Galliæ Lugdunẽsis populos. Dividit enim Gallią Lugdunensem in Lexovios, Bellocasses, Galletos, Venetos, & Abrincatuos.

Abrocomas, vel Abrocomes (utroque enim modo legitur) ἀβροκόμας Suidæ, ἀβροκόμης Herodoto, pen. corr. Darii filius fuit, atq; unus ex præcipuis Persarum Satrapis, qui unà cum Xerxe in expeditionem profectus, à Lacedæmoniis cæsus est ad Thermopylas. Vide Herod. lib. 7.

Abrodiætus, ἀβροδίαιτος, cognomen fuit Parrhasii pictoris nobilissimi: quod Latinè significat delicatum atq; elegantẽ. Talem autem seipse putavit diciq; voluit. Herculem quoque Lyndi fecit, asseverans eum à se talem pictum, qualem sæpè in quiete vidisset. Plin lib. 35. cap. 10.

Abron, ἄβρων Suidæ, Grammaticus fuit è Phrygia, ex Rhodo oriundus, & Tryphonis discipulus. ¶ Abrones etiam dicuntur homines molles & delicati: nominis occasione sumptã ab Abrone quodam Argivo divite luxurioso & molli, cujus vita locum fecit proverbio, ἄβρων βίος: hoc est. Abronis vita, pro splendida & molli. Vide Zenodoti paræmiam. Aut certè à Græco ἁβρὸν, quod splendidum & delicatũ significat.

Abroni mœnia, lege Aboni mœnia: Vide ABONOTICHITAE.

Abronus,

Abronus, Pictor Samius, de quo Plin. ¶ Abros, gens Tarentinorum ad mare Adriaticum. Steph.

Abrŏnўchŭs, pen. corr. ἀβρόνυχος, nobilis Athenienſis fuit, Lyſiclis filius, cujus fideli, ſtrenuaq; opera uſus eſt Themiſtocles in bello Perſico, & in legatione apud Lacedæmonios. Vide Herod. lib. 8. & Thucyd. lib. 1.

Abrŏtŏnĭŏn, ſive Abrotonium: nomen proprium eſt meretricis, & matris Themiſtoclis. ἀβροτόνιον. Nomẽ eſt ductum ἀπὸ τῆς ἁβρᾶς, quod Latinè ſonat glabrum & delicatũ. In quo vocabulo libet annotare quę apud Græcos in on exeunt, apud nos in um exire: in um autem exeuntia, omnia eſſe neutra, præter propria virorũ, quę ſunt maſculina, ut Pægnium, Dinacium: & mulierum propria, quæ fœminina ſunt, ut Glycerium, Philotium, Euſtochium, & ſimilia. Licet ergo utriq; ſexui conveniant, ut ſcortum & mancipium, & pluralia in a, pro hominibus ponantur, ut Servitia, pro ſervis, Miniſteria, pro miniſtris: & licet flumẽ notent, ut Rhenum, Cruſtumtum: aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur, ut poma apud Tibullum: aut quanvis animalia (quæ pauciſſima ſunt, & aut maſculina, aut fœminina, aut cõmunia eſſe debẽt) ſignificẽt, ut oſtrea: tamen quia in um exeunt, aut ſingulariter per um terminantur ſuprà dicta omnia cenſebuntur neutra.

Abrŏtŏnum, pen. corr. ἀβρότονον Steph. Oppidi nomen eſt in Africa inter duas Syrtes, non procul à Lepti, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 4. & Strab. lib. 17.

Abſarum Plinio, ἄψορρος Ptolemęo, flumen eſt Armenię minoris, nõ procul à Sebaſtopoli, in Pontum influens. Hoc cum Pariedris mõtibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione ſeparat, teſte Plin. lib 6. cap. 9. ¶ Eſt & caſtellum ejuſdem nominis, fluvio huic imminens: ut teſtatur idem Plin. lib. 6. cap. 4.

Abſilæ, ἀψίλαι Stephano, populi Aſiæ, à Plin. lib. 6. cap. 4. in Colchide prope Phaſim amnem collocati.

Abſinthus, vel Abſynthus, utroq; enim modo ſcribitur, teſte Stephano, ἄψινθος ἢ ἄψυνθος, urbs eſt Thraciæ: cujus incolæ dicũtur Abſinthii, ἀψίνθιοι, quorum meminit Herod. lib. 6.

Abſituís, oppidum Aſiæ. Plin. lib. 6. cap. 26.

Abſoros, pen. corr. ἄψορος. *Offero.* Inſula eſt in mari Adriatico, nunc in Venetorum ditione, Liburniæ adjacens, cum oppido ejuſdem nominis. Vtriuſque meminit Ptol. apud quem ſcribitur ἄψορρος.

Abſus, Fluvius, Vide ABIS.

Ăbſyrtĭdĕs, ἀψυρτίδες, Inſulæ ſunt in Adriatico mari, Illyrico adjacentes, à fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Abſyrto, ſic appellatæ, ut Plin. ſcribit lib. 3. cap 26. & Strabo lib. 7.

Ăbſўrtĭum, ἀψύρτιον. Inſula eſt maris Adriatici, non procul ab Iſſa, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 21.

Ăbſўrtŭs, ἄψυρτος, AEetæ regis Colchorũ & Ipſeæ, ſive (ut alii malunt) Idiæ filiæ Oceani filius, alio nomine Aegialeus dictus, quem ſoror Medea cum Iaſone diſcedens membratim diſcerptum circunquaq; disjecit, ut ſequentẽ ſe patrẽ in colligendis oſſibus occupatum remoraretur, ne ſe à fuga retraheret: unde locus ille dictus eſt Græca voce *Tomos*: id eſt, inciſio. Hæc Ovid. lib. 3. Triſtium, eleg 9. Plinius verò & Strabo non apud Tomitas Abſyrtum diſcerptum voũlt, ſed in inſula quadam maris Adriatici, una earum, quæ ab illius exitio Aſyrtides vocatæ ſunt. Vide Plin. lib. 3 cap. 26, & Strab. lib. 7. Fuit inſuper Abſyrtus, teſte Suida, Nicomedienſis quidam miles, qui quum ſub Conſtantino ad Iſtrum militaret, librum utiliſſimum ſcripſit de medicandis equis, & de cura animalium, eumque pulcherrimum & emendatiſſimum habet Antonius Vicecomes Mediolanenſis.

Abudiacum, ἀβυδιακὸν, Vrbs eſt Germaniæ, nõn procul ab Auguſta Vindelicorum, Ptolemæo.

Abula, Vrbs Hiſpaniæ, Ptolemæo.

Abubus, Britanniæ Fluvius maximus, Ptolemæo: ſed rectiùs Abus legitur.

Abus, ἄβος, Pars eſt montis Tauri ſupra Armeniam ad viam quæ fert verſus Ecbatana. Vide Strab. lib. 11. ¶ Eſt etiam Abus Ptolemæo fluvius Britanniæ.

Abutucenſe, Oppidum. Plin. lib 4. cap. 29.

Ăbўdēnī, populi ἀβυδηνοὶ, ab Abydo civitate Aſiæ: qui quũ tam arcta obſidione coanguſtarentur, ut nulla ſalutis ſpes ſupereſſet, mutua multitudinem tanta invaſit rabies, ut repentè proditos rati, qui pugnantes occubuiſſent perjurium alii aliis exprobrantes, & ſacerdotibus maximè, qui, quos ad mortem devoviſſent, eorum deditionem vivorum hoſti feciſſent, repentè omneis ad cędes conjugum, liberorumq; diſcurrerent, ſeq; ipſi pariter omneis læti interficerent. Vide Livium.

Ăbўdon, ônos, pe. genitivi prod. ἄβυδων. Regiuncula eſt Macedoniæ. Autores Suidas & Stephanus.

Ăbўdŏs, penult. prod. ἄβυδος, Vrbs Aſiæ à Mileſiis condita, Gyge Lydorũ rege permittẽte, qui totius Troadis imperium habuit: cui Seſtos in Europa opponitur, intercedẽte anguſto mari, quos ab Helle Phryxi ſorore in eo ſubmerſa, Helleſpontus nuncupatur. Id quũ Aſiam ab Europa dividat, Xerxes põte conjunxit. Vnde & Muſæus: Σηστὸς ἴλιον, ϑ' Ἄβυδος ἐναντίον ἔγγυθι πόντε, Γείτονές εἰσι πόλησι, & ſubdit: Ἡ μὲν Σηστὸν εἶσιν, ὁ δ' εἰς πολυλίθρον Ἄβυδον, Ἀμφοτέρων πολίων πεδιηγενέες, ἀστῆρες, ἄμφω Ἕλκτλοι ἀκοίτοισι. ¶ Fuit aũt Abydos patria Leandri. De hac Virg. lib. 1. Georg. Põtus & oſtriferi fauces tentantur Abydi. Et dicitur hęc Abydos, & hoc abydũ. Hinc Abydeus, a, um, & ſic Abydenus, a, um, ἀβυδηνός. Ovid. in Epiſt. Leandri ad Ero: Mittit Abydenus, quã mallet ferre, ſalutem. Eſt idem Aegypti oppidum, Mennonis regia, & Oſiris templo inclytum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Abyla, ἄβιλυξ Suidæ, pen. dichrona, Mons eſt excelſus Mauritaniæ Calpæ monti, qui in Hiſpania eſt oppoſitus, quos ambos Herculis columnas dicunt. De hac Dionyſius Apher: Ἀλλ' ἤ τοι πυμάτη μὲν ἀγαυὴ ἐκτὸς ἰδέσθαι, Γείτων ὠκεανοῖο κατὰ ῥόον ἑσπερίοιο, τῇ δὲ οἱ ἄκρη Σπιλάων ἀβύλη κάτω μία, τῆς δ' ὑπὸ χθὼν Ταρτησσὸς χαρίεσσα: id eſt, Sed ultimus clarorum Iberorum terminus Oceano proximus eſt occiduo, cui præcelſa una ex columnis Abyla imminet, inſia quam urbs amœna Tarteſſos Qua de re multa Euſtathius ſcribit. Abyla & Calpæ montes olim perpetuo jugo cõjuncti, ab Hercule (ut eſt in fabulis) ſunt ſeparati, & ſic immiſſum terris mare, quod in hodiernũ uſq; diem *Mediterraneum* nuncupatur. In his prętereà ſunt Herculis Columnæ, quas ibidem fixiſſe dicitur, quum boves Geryonis veſtigaret; perinde atque ultima ibidem eſſet orbis meta. Ptolemæo Abylis vocatur, ἄβυλις: Suidæ ἀβίλυξ: Plinio, Latinisque ferè omnibus Abila per noſtrum: quemadmodum & nos ſcribendum putamus. Vide ſuprà ABILA. In ſuperiore loco Dionyſii ſcribitur Ἄλύβη, quã ſcripturam retinet Euſtathius. Vide Synony. Ortelii in Alybe.

Ăbzŏe, penult. corr. Populi ſunt ad Oceanum Scythicum, Plinio teſte, lib. 6. cap. 13.

A ante C.

Aca, vel Ace. [עכו *hachchó*. ἀκὴ Suidæ.] Phœnicum eſt oppidũ non procul à Tyro, poſtea Ptolemais dictum, Claudii Cęſaris colonia inſigne. Vide Plin. lib. 5. cap. 19. & Strab. lib. 16

Acabe, ἀκάβη, Mons eſt in finibus Aegypti à Ptolemæo collocatus.

Acabis, ἄκαβις, Civitas eſt in Cyrenaica Africæ regione, Ptolemæo.

Acacius, ἀκάκιος, Patriarcha fuit Conſtantinopolitanus, vir in primis pius, & Leoni Imperatori gratiſſimus. Vitã ejus vide apud Suidam. ¶ Fuit prętereà Acacius, Rhetor inſignis, qui Libanii & Iuliani temporibus floruit, teſte eodem Suida.

Acaceſium, ἀκακήσιον Stephano, Vrbs Arcadiæ: ſic dicta ab Acaco Lycaonis filio, ut tradit Pauſanias lib. 8.

Ăcădēmĭă, ἀκαδημία Suidæ, ἀκαδήμεια & ϑυμαδήμεια Stephano, Locus nemoroſus, ab Athenis mille paſſus diſtans: ab Academo heroë, ut Eupolidi placet: Ἐν Δουκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου ϑεῦ: hoc eſt, In ambulacris umbroſis Academi dei. Ibi verſatus eſt Plato, & philoſophiam magna diſcipulorũ frequẽtia profeſſus eſt. Vnde & ejus ſectatores Academici vocati ſunt, ſicut à Stoa quę porticus Græcis eſt, Stoici. Hinc eſt illud Timonis apud Laërtium: τὸν πάντων δ' ἡγέτα πλατύσκωπτον, ἀλλ' ἀγρηνής, Ἡ' ἀμυκτὴν, κἀπιλιξὶν ἰσοχρόφον, οἷϑ' Ἐκαδήμου Δίνδρεσ' ἐφεζόμενον ὅππα λεπτύνοισιν ἰῆσι: id eſt, Hos inter dux ille Plato celſiſſimus ibat, Cujus ab ore melos manabat, quale Ecademi Arbuſtis lepida modulantur voce cicadæ. ¶ Hinc quũ cujuſpiam hominis ſeveritatẽ, cultum cõpoſitum, doctrinam ſeu mores nitidos approbare volumus, hac proverbii forma uti licebit: Ex Academia venis, Ἀκαδημείηϑεν ἥκεις. Illic enim hominum quantumvis agreſtium animi ita cõponebantur, ut illinc egreſſi, vultũ modeſtũ, hilarem, ſeverum & gravem præ ſe ferrent. Quanquam & ἀγρυπνικὸς torqueri poterit in faſtuoſum & vultu tetrico Philoſophum agentem. Vide Athenæum lib. 12. Antea per ĕ tenue ſcribebatur, Ecademia. Erat autẽ Academia gymnaſium inferius: quũ ſuperiori gymnaſio, cui Ariſtoteles præerat, nomẽ eſſet Lyceum, λυκεῖον: quæ & inferior ambulatio, & ſuperior dicebantur. ¶ Academia noſtro tempore vulgò uſurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur ſtudiorum gymnaſia: ut Academia Pariſienſis, quæ vulgò æquè *Vniverſitas* dicitur. ¶ Academia dici quoq; poteſt quælibet literarum ſchola inſignior atq; celebrior. ¶ Hujus nominis Academia penultima producitur à Cicerone: Inque Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo. Sic & in alio verſu Laureæ, Tullii: Atque Academiæ celebratã nomine villam. Verùm alii etiam corripiunt, & cõmunis uſus ſervat. Claud. In Latium ſpretis Academiâ migrat Athenis. Sidonius: Obruet & quanquam totis Academia ſectis. Vtiq; rectè. Nam (ut ſuprà diximus) modò Ἀκαδημία apud Græcos ſcribitur per ε, penult. modò Ἀκαδήμεια per ει diphthongum. Fuit etiam eo nomine villa Ciceronis ad Avernũ lacum nõ procul à Puteolis in littore ſita, porticu & nemore inſignis: à qua etiã Academicis quęſtionibus, quas in ea villa cõſcripſit, nomẽ impoſuit. Extat de laude ejus

villæ apud Plinium Laureæ Ciceronis liberti Epigramma: quod quia elegantissimum & dignum est quod ubiq;, & non ibi tantùm legatur, hîc adscripsimus:

Quòd tua Romanæ vindex clarissime linguæ
Sylva loco melius surgere jussa viret:
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore levant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope:
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ. Plinius libro 31. capite 2.

Acădēmĭcus, ca, cum, adjectivum, ἀκαδημικός. ut, Sectæ Academicæ, hoc est, eorum qui Academicos sectantur.

Acestinus, Fons est Siciliæ juxta Delos lacus, Palicis fratribus sacros, ad quem juramenti veritatem explorare ad hunc modum solebant. Iuramenti verba tabulis ligneis inscribebant, easq; in fontem dejiciebant, quę supernatantes juramenti irregulatem, demersę perjurium indicabant. Alexander ab Alexandro ex Aristotele. Ita quidem ille, sed hæc esse falsa & ex prava lectione Aristot. verborũ nata esse, docẽt verba authoris quæ subjiciemus, ne quis posthac hic erret: Ἐπὶ δὲ τῆς κρήνης τῶν Παλικῶν φασὶ, Σικελίας ὡς δεκαλίτρου. οὐκ οἶδ' ἐναργὲς ὕδωρ, & quæ seq. lib. ὡς δ' ἔφασαν. ἀκριβῶς. Ergo pro ὡς δεκ. ut habet Aristot. legit ἀκαδημικῶν: matè ut ex Stephano constat, qui eadem verba Aristot. profert. Vide plura apud Macrob. 5. 19.

Acalandrum, Plinio, ἀκάλανδρον. Straboni: Fluvius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. Vide Plin. libro 3. cap. 11.

Acallĭs idis, ἀκαλλὶς, Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Steph. de Vrb. Oaxus (inquit) oppidum Cretæ est, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

Acamantĭs, ἀκαμαντὶς, Insula est in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis, ab Acamante promontorio sito ad Occasum. Vide Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Fuit etiam Acamantis, una ex decem tribubus Athenienśium: ita dicta ab Acamante Thesei filio. Vide Suidam.

Acamantĭum, ἀκαμάντιον, Vrbs est in majori Phrygia, opus Acamantis Thesei filii, qui quum in expeditione adversus Solymos se strenuè gessisset, locum condendæ urbis à patre impetravit. ¶ Hinc fit gentile Acamantius, ἀκαμάντιος, & fœminina Acamātis, ἀκαμαντὶς, & possessivum Acamanteus, pen. pro ι ἀκαμαντεῦς. Vide Steph.

Acamantĭus, ἀκάμαντιος, Philosophus fuit Heliopolita. Vide Suid

Acamarchis, ἀκαμαρχὶς, Marinæ Nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, cujus meminit Diodorus lib. 6.

Acampas, tis, ἀκάμας, Promontorium est saltuosum in Cypro insula, quod procul aspicientibus duarũ mammillarum speciem præbet: à quo Cyprus anteà Acamantis vocitata est, autore Strab. lib. 14 ¶ Meminit prętereà Homer. lib. 2. Iliad. Acamantis cujusdã Thracis, qui Trojanorum amicus, & in bello socius erat. ¶ Fuit prætereà Acamas Thesei filius, à quo una tribuum Athenienśium Acamantis, ἀκαμαντὶς, nominata est: & oppidum Phrygiæ Acamantium: de quibus vide suprà.

Acampseonysis, (aliàs Campseonysis) fluvius. Plin. li. 6. c. 49.

Acannæ, ἀκάννα, Emporium est ad mare rubrũ, de quo Steph.

Acanthon, ἀκάνθων, Mons est Aetoliæ, cujus meminit Plinius libro 4. cap. 2.

Acanthus, ἄκανθος, Oppidum Macedonię, situm ad Isthmum ejus Chersonesi, in qua est Athos mons. De hoc Plin. lib. 5. cap. 11. ¶ Item alterũ ejus nominis oppidum in Aegypto, trecẽtis viginti stadiis distans à Memphi. Vide Stephanum. ¶ Itẽ tertium in Asia ad Ninum fluvium: quod olim Dulopolis dicebatur. Vide Plin. lib. 5. cap 28.

Acapeatæ, ἀκαπεάται, Populi sunt circa Mæotim: de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

Acăpis, pen. corr. Fluvius Asiæ apud Lazos populos.

Acărā, pen. cor. ἀκάρα, Oppidum est in medio Pannoniæ. ¶ Est etiam alterũ hujus nominis oppidum, in octava Italiæ regione, non procul à Regio Lepido: cujus meminit Strabo libr. 5.

Acarassus ἀκαρασσὸς. Oppidũ est Lyciæ, in minore Asia: cujus meminit Steph de Vrb. ¶ Inde fit gẽtile Acarassius, ἀκαράσσιος.

Acaria, ἀκαρία, Fons est in agro Corinthio, apud quem Iolas Euristhęo caput amputavit. Autor Strabo lib. 8.

Acarnē ἀκάρνη. Oppidum est Magnesiæ regionis Thessaliæ: ut tradit Plin. lib. 4. cap 9. ¶ Est & Acarne, piscis marini genus. Plin. lib. 32. cap. 11: Peculiaris autem maris accipenser, aurata, asellus, acarne, aphya. ¶ Acarne quoq; Theophrasto: herba quædam aculeata, attractylidi simillima, spinam habens pro folio, colore rufo, & succo pingui. ¶ Est etiam Acharne Athenæo lib. 8. & Aristoteli ἄκαρνον, piscis marini genus pagri vel erythrini forma, colore candido, squamis argenteis, oculis magnis, aureisque. Linea recta à branchiis ad caudam ejus protenditur. Plin. lib. 32. cap. ult. Peculiaris autem maris accipenser, aurata, asellus, acarne, aphya.

Acarrha, geminato r, ἄκαρρα, Vrbs est Achaiæ, teste Stephano: Vnde fit gentile Acarrhæus, ἀκαρρεῦς.

Acarnania, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Aetolia dividit. In hac, ut in Epiro, gignuntur equi corpore & viribus maximi, eximiiq; pretii: hinc proverbiũ manavit: Equi Acarnici, Ἀκαρνικοὶ ἵπποι. Convenit uti de re quapiam eximia aut insigni præmio. ¶ Est & regio quædam parva in Aegyptò dicta Acarnania, sicut scribit Serv. in lib. 5. Aen. ¶ Et civitas non procul à Syracusis (ut inquit Cic. in Verr.) in qua Olympii Jovis antiquissimum fanum fuit.

Acarnan, anis, ἀκαρνάν, Qui ex Acarnania est. Virg. 5. Aen. quorum alter Acarnan, Alter ab Arcadia Tegææ sanguine gentis.

Acasta, ἀκάστη, Nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiod. in Theogon.

Acastus, ἄκαστος, Peliæ & Thessalorum regis filius: venator sagittis clarus, cujus meminit Ovid. lib. 8. Metam. Hic uxorem Creteidem, sive (ut Suidæ placet) Atalantam duxit, quę quum Peleum amaret, neq; ille contrà hujus amori obsequi vellet; ultrò eum de stupri appellatione apud virum accusavit. Itaq; Acastus Peleo ceu venationis causa in saltum Pelii mõtis abducto, ibiq; omnibus armis spoliato, feris lacerandum præbuit: verùm Chiron, sive is Mercurius fuit; interveniẽs, accepta Vulcani machæra, Pelium liberavit: qui postea domũ reversus, ab Argonautis adjutus, Acastum cum uxore interfecit.

Acca Laurentĭa, Faustuli uxor, quæ Romulum & Remum lactavit, & materna solertia gubernavit. Hæc vocata est Lupa, eò quòd nobile scortum fuerit: vocantur enim scorta, Lupæ; ob avaritiam, cujus causa pudicitiam prostituêre: & cellæ earum Lupanaria. In honorẽ hujus instituta sunt festa, quæ Romani testamẽto ejus locupletati, Laurentinalia vocabant: de quib. suo loco plura dicẽtur. ¶ Fuit & alia Acca Tarunti, sic dicta à Tarquntio nobili quodã Tusco & diti viro, cui nupsit: Vide de his Accis quæ notat Scalig. ad Varr. de Lingua Lat.

Accabicotichitæ, ἀκκαβικωτιχῖται, Populi sunt in Mauritania, non procul a monte Atlante: ita dicti ab oppidulo, cui Ἀκκαβικὸν τεῖχος: hoc est, Accabicus murus nomen erat. Autor Stephan.

Accărōn, ἀκκαρὼν, Palæstinæ urbs, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Cæsarea appellata est.

Accisi, Populi sunt ad Mæotim: quorum meminit Plinius libro 6. cap. 7.

Accitana colonia, ἀκκιτανὴ ἀποικία, recensetur à Plinio in Hispania citeriore, in conventu Carthaginensi. Vide Plinium libro 3. cap. 3.

Accĭus, ἀκκιὸς, Tragœdiarum scriptor fuit, tanta sententiarum gravitate, verborũq; pondere, ut Decius Brutus vir amplissimus templorum ac monumentorũ suorum aditus illius carminibus exornaverit: habitus tamen est duriusculus, neq; aliter fieri poterat in prima illa nascentis adhuc Poëticę ruditate. Vide Crinitum de Poëtis Latinis.

Acco, accûs, Ἄκκως, teste Plutarcho, nomẽ est mulieris cujusdã, vel potiùs terriculamenti, cujus metu solent matres pueros in officio continere, & à peccando deterrere. Item aniculę cujusdã delirę nomẽ: de qua vide plura in dictione ACCISSO.

Accusiorum colonia, ἀκκουσιὼν Ptolemæo, Vrbs Allobrogũ esse creditur, quæ postea à Gratiano, Gratianopolis dicta est. Aliàs Acus uno c.

Acedici, penultima correpta, ἀκηδικοὶ, Populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Aequicolis paruerunt. Vide Plin. libro 3. cap. 12.

Acela, sive Acele, penult. corr. ἀκέλη. Civitas est Lyciæ: ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. Vide Stephanum.

Acelum, ἄκελον, Oppidum Italiæ in ora Venetorum. Vide Plinium lib. 3. cap. 19.

Acerræ, ἄκερραι, Oppidum est in sexta regione Italiæ, in tractu Vmbriæ. Vide Plin. lib. 3. cap. 14 ¶ Est & alterum hujus nominis oppidum mediterraneum Campanię, ad Clanium amnẽ, cujus frequẽti inundatione penè est exhaustum. Ad quod alludit Virgil. libr. 2. Georg. quum ait: -vacuis Clanius non æquus Acerris. Hujus incolæ dicti sunt Acerrani, quorum meminit Plin. lib. 3. cap, 5.

Aces, ἄκης, Fluvius est in Asia, Chorasmiorum, Parthorũ, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigãs. De hoc Herod. lib 3.

Acesæ, pen. corr ἀκέσση, Oppidum est Macedoniæ: cujus cives dicuntur Acesæi, ἀκεσσαῖοι. Vide Stephanum.

Acesamenæ, ἀκεσαμηναί. Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene, uno eorum qui in Pieria regnaverunt. Vide Stephanum. Gentile est Acesamenius, ἀκεσαμήνιος.

Aceseus,

Aceſeus, Pataræus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Caryſtio, Palladis, quę Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Vnde etiam nobilia opera, & inſigni arte confecta, vulgato proverbio Aceſei & Heliconis opera dicebantur, Ἀκέσεως Ἑλικῶνος ἔργα.

Aceſias, ἀκέσιας, Nomen eſt imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quàm tollebat. Hinc fit, ut in Proverbium abierit: Aceſias medicatus eſt, ἀκέσιας ἰάσατο, quando quò magis malo nitimur occurrere, tantò magis ingraveſcit. Autor Diogenianus. Vide Eraſm. in adag.

Aceſinus, pen. prod. [ἀκεσίνος. Ger. Ein fluß Indiæ/an welchem roht wachſen vnſägliche grösſe.] Fluvius Orientalis, qui in Indũ fluvium cadit, magnus & navigabilis: circa quem ferũt arundines tantæ magnitudinis naſci, ut ſingula internodia incolis præſtent vicem navigii. Eſtq; gemmifer. Plin. lib. 4. cap. 12. & lib 6. cap. 20. Strabo Aceſinem vocat.

Aceſium, Apollinem apud Heleos eundem Pauſanias putat, quem Alexicacon vocant Athenienſes. Cæl. Ant. lib. 9. cap. 19. & id ratio nominis confirmat.

Aceſius, ἀκέσιος, Novatianorum Epiſcopus fuit, ſub Conſtantino Imperatore: de quo vide Suidam.

Aceſſeus, ἀκεσσαῖος, Nauta ignaviſſimus, qui ſemper lunam accuſabat, ut parùm navigationi opportunam. Hinc locus Adagio, Aceſſæi luna, ἀκεσσαίη σελήνη. Itaq; Aceſſæi dicti ſunt compercudinatores, quibus nunquam ad benè agendum tempus eſt opportunum. Diogenianus.

Ăcĕſtă, ἀκέστη Stephano, Vibs Siciliæ, ab Aceſte rege ſic nominata, quæ eadem poſtea Segeſta dicta eſt, ut inquit Servius Virgilii 5. Aeneidos: Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam. In ea partem ſuorum reliquit Aeneas, quum peteret Italiam.

Ăcĕſtēs, ἀκέστης, Filius fuit Criniſii fluminis Siciliæ ex Egeſta Trojana muliere, ut teſtatur Servius. Virg. 5. Aeneidos: occurrit Aceſtes Horridus in jaculis, & pelle Libyſtidis urſę. Hic jam ſenex, primò Anchiſen, & Aeneam Italiam petentes ſuſcepit hoſpitio, & mortuum Anchiſen in Eryce monte Siciliæ ſepelivit. Demùm iterum à Carthagine redeuntem Aeneam, quò illum venti impulerant, ſuſcepit: abeuntem vino, & aliis muneribus, memor veteris amicitiæ, liberaliſſimè proſequutus eſt.

Aceſtis, ſtis, Fluvius Indiæ navigabilis: juxta quem Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

Aceſtium, Aceſtii, Nomen mulieris proprium apud Pauſaniam.

Aceum, Oppidum eſt Cholchidis in ripa Phaſidis.

Ăchæi, ἀχαιοί, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

Ăchæmĕnēs, cum diphthongo, pen cor. ἀχαιμένης. Nomen primi Perſarum regis (ut ſcribit Herodotus,) à quo reges omnes uſque ad Darium deſcenderunt. Hinc Perſæ dicti ſunt Achæmenii, & Achemænidæ. ¶ Fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine. Lucan. lib. 2: conjuret in arma Mundus, Achæmeniis decurrant Medica Suſis Agmina.

Ăchæmĕnĭă. ἀχαιμενία, Pars Perſidis, ab Achæmene Aegei filio. Autor Stephanus. ¶ Inde Achæmenius: id eſt, Perſicus vel Parthicus. Lucanus: Paſſus Achæmeniis longè decurrere campis.

Achæmenides, [ἀχαιμενίδης. German. Ein ſpießgeſell Vlyſſis. Pól. Giermek.] Fuit unus ex ſocius Vlyſſis, Ithacus, Adamaſti filius: à quo apud Cyclopas relictus, vitam in ſylvis aliquandiu radicibus, fructibusque ſylveſtribus ſuſtinuit, donec eôdem delatus Aeneas, navigationis ſuæ comitem cum aſſumpſit. Vide apud Virg. 3. Aen.

Achæorum portus, ἀχαιῶν λιμήν, Portus eſt in Troade, ſub promontorio ejuſdem nominis: ita dictus, quòd ibi Græci claſſis ſuæ ſtationem habuerunt, quo tempore Trojanis bellum inferebant. Hujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Ăchāĭă. [ἀχαΐα. Germ. Ein fürnemme Landtſchafft Peloponneſi.] Propriè dicitur Peloponneſi regio Septentrionalis ſecundum littus ſinus Corinthiaci, ab ipſo iſthmo uſq; ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extenſa: ita dicta, ab Achæo Xuthi filio, ut tradit Strabo libro 8. Hæc & Aegialus dicta, quòd penè tota litoralis ſit, præcipuasque ſuas urbes habeat ſecundùm mare extenſas. In hac urbes fuerunt, Bura & Helice à mari abſumptæ: item Sycion, Aegira, Aegion, & multæ aliæ, quas enumerat Plin. lib. 4. cap. 5. Hanc Ptolemæus, ut ab Hellade diſtinguat, Achaiam propriè dictam appellat. Plinius verò hanc ſolam Achaiæ nomine dignatur. Ptolemæus verò Achaiæ nomine (quoties nihil addit) latiſſimam regionem intelligit extra Peloponneſum, quæ à Plinio Hellas ſive Græcia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epirum: à Septentrione Macedoniam habet, & partem Aegæi maris: ab Ortu quoque partem Aegæi maris uſque ad Sunium promontorium: à Meridie Ionium mare juxta littus, quod ab Acheloo amne uſq; ad Iſthmum extenditur. Hujus partes ſunt Attica, Bœotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plinio lib 4 cap 7.

Ăchæŭs, vel Achivus ἀχαιός, Propriè dicitur, qui ex Achaïa oriundus eſt. Ovid. 4. de Pont Nec potes infeſtis conferre Charibdin Achæis. Sæpè tamen uno nomine accipitur pro quibuſvis Græcis. Horat. in Epiſtol. ad Loll. Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi. ¶ Fuit etiam Achęus, poëta quidam Eretrienſis, Tragœdiarum ſcriptor, paulò junior Sophocle, qui fabulas 44. docuit: una autem vicit. ¶ Fuit & alter ejuſdem nominis Tragicus poëta, Syracuſis oriundus, qui & ipſe decem fabulas edidit. Autor Suidas.

Ăchāĭcŭs, a, um, pen. corr. ἀχαϊκός: id eſt, Græcus. Virg 2. Aen. Et Danaûm ſolitæ naves, & Achaïca caſtra. ¶ Et Achaïcum mare dicitur quod Achaïam Græcorum provinciam ad Meridiem & Occidentem alludit.

Ăchæĭădes, ados, ἀχαϊάδες, Ovid. Epiſt. 3: Inter Achæïadas longè pulcherrima matres. Sunt qui legant Achaiadas

Ăchāĭs, pen. prod. idis, Ovid. 5. Metam. Per tot Hæmonias, per tot Achaidas urbes.

Ăchāĭs, idis, ἀχαΐς, Oppidum eſt ſitum ad Orientalem plagam maris Hircani, non procul ab Oxo amne, quod antea Heraclea dicebatur, donec ab Antiocho, Seleuci filio inſtauratum, Achaïs cœpit appellari. Vide Plin. lib. 6. cap. 16.

Achana, Fluvii nomen in Arabia, non procul ab Euphrate: de quo Plin. lib. 6. cap. 28.

Achani, ἀχανοί, Populi ſunt Scythiæ, qui & Acharni, ἀχαρνοί, dicuntur à Theopompo. Autor Stephanus.

Achar, Nomen civitatis, quæ nunc Nazibis appellatur.

Acharitanum, ἀχαρίτανον, Oppidum liberum eſt in Africa propriè dicta: ab ea parte, qua ſpectat tractum Cyrenaïcum. Plin. lib. 5. cap 4.

Acharnæ, ἀχαρναί, Civitas eſt Græciæ, in Attica regione, tertius ejus tractus olim potentiſſima, teſte Thucyd lib 2. Verba Thucydidis ſunt: ἐὡς ἀφίκοντο ἐς ἀχαρνὰς χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς, καὶ δήμων πολυανδρώτατον: i. Donec Acharnam pervenerint locum agri Attici maximum unus de iis quos vocant pagos. Vide Stephanum. Errant igitur qui aliam in Græcia civitatem ab hoc pago collocant.

Ăchātēs, Fluvius eſt Siciliæ: & apud Virgilium, aſſiduus Aeneæ comes, ἀπὸ τοῦ ἀχεῖν: hoc eſt, à cura dictus, quæ perpetuò Reges comitatur.

Achedorus. Vide ECHEDORVS.

Ăchĕlōŭs, ἀχελῶος, Aetoliæ rex, à quo fluvius ejuſdẽ nominis, qui à Pindo oriens, & Aetoliam ab Acarnania dividens, in Maleacum ſinum defluit. Theas antè appellabatur.

Ăchĕlōĭŭs, a, um, ἀχελῷος, quod modò poſſeſſivum eſt. modò pro Aqueus ponitur. Virgil. Georg. 1: Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis. Veteres enim aquã omnem Acheloum nuncupavêre, quòd primus poſt diluvium erupiſſe terra fertur: ſive quòd Achelous in Grœcia (ubi tot ingenia flora fertur: ſive quòd Achelous in Grœcia (ubi tot ingenia flora ferunt) omnium fluviorum celeberrimus fuit. De hoc Macrob. lib. 5. cap. 18. ¶ Hinc Acheloïdes, ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ ſunt.

Achemon, ſive Achmon, ἀχμὼν ἢ ἀχμών, unus fuit Cercopũ, qui unà cum fratre Paſſalo, nullo non injuriarum genere in obvium quenque debacchabatur. Hiſce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cavere juſſit, nequando in Melampygum inciderent. Evenit deinde, ut Hercules, aliquando ſub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Acceſſerunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipſius armis aggredi tentarunt. At ille protinùs inſidias ſentiens, correptos ac vinctos de clava à tergo ſuſpendit leporum ritu, atque ad eum modum geſtabat. Capitibus itaq; pendentes deorſum demiſſis, poſticum Herculis nigris pilis horridum, atque hiſpidum viderunt, non Lydorum more lævе ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter ſe confabulabantur. Quod ſimulac audiſſet Hercules, cognomine delectatus, & in riſum ſolutus, vinculis eos liberatos dimiſit. Hæc Eraſmus in proverbio: Ne in Melampygum incidas. Meminerunt hujus fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazianzenus.

Ăchĕron, rontis, maſc. gen. ἀχέρων, Epiri fluvius eſt juxta Pandoſiam urbem, ex Acheruſia palude Theſprotiæ profluens, multisq; fluviis auctus in ſinum Ambracium influens. Quem qui trajecerit, nunquam redire à pœtis fertur. Ad quod alludens meretrix apud Plautum amanti repoſcenti quę dederat, reſpondet: Nam itidem ut Acheronti hic ratio accepti ſcribitur, Intro receptum, quando acceptum non poteſt ferri foràs. Sentit nihilo magis ad amantem redire quod in meretricis domum eſt delatum, quàm redeunt ab inferis mortui: unde, ut Catullus ait, negant redire quenquam. ¶ Eſt & alter Acheron, teſte Strabone, in agro Brutio, ubi Alexander Moloſſorũ rex à Lucanis trucidatus eſt, Dodonæo deceptus oraculo, quo jubebatur Acheruſiam aquam, Pandoſiamq; urbem ca-

vere. ¶ Dicitur autem Acheron, non ut quidam somniant, ab ἀ, & χαιρὼν (sic enim diphthongo scriberetur: quod fieri non potest, quum penultimam semper corripiat) sed potiùs ἀπὸ τῦ ἄχθ, ἔ ῥέω, quasi doloris fluvius. Vnde etiam poëtæ fluvium inferorum esse finxerunt. [Germ. Ein Hellischer fluß.] Virg. 7. Aen. Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. ¶ Ab Acheron fiũt adjectiva, Acherusius, a, um, ἀχερούσιος, & Acherontius, ἀχερόντειος & ἀχερόντιος, Aristophani, & Acherons apud Plautum: Verumenimvero nullus adæq; est Acherons. Accipitur etiam pro infero loco.

Ăchĕrōntīnī, ἀχερόντινοι, Populi sunt in agro Brutio juxta Acherontem fluvium habitantes: quorum meminit Plinius libro 3. capite 5.

Ăchĕrōntĭă, Civitas parva Apuliæ in monte sita: quam ob hoc *nidum* appellavit Horatius: quia parva est, & in montis constituta summitate, sicut nidi avium in summis arboribus. Horat. lib. Carm. 3: Mirum quod foret omnibus Quicunque celsæ nidum Acherontiæ, &c.

Ăchĕrūsĭă palus, ἀχερουσία λίμνη, inter Capuam & Aversam, per aperta plana ad ipsas usq; Cumas penè diffusa. Diodorus lib. 2: Bibliothecæ, agens de sepulchris Aegyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadavera in ulteriorem ripam deferenda: navim verò ipsam qua trajicitur, Barim: hoc est, onerariam appellari: inde natam de Charonte, qui animas trãsvehebat Stygem, fabellam. ¶ Acherusia, item specus est juxta Heracleam urbem, ab Hercule conditam in litore maris Euxini, ad manes usque (ut fama fert) pervius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incolæ memorant. De hac Ovid. lib. 7. Metam. -specus est tenebroso cæcus hiatu, Et via declivis, per quam Tyrinthius heros Restantem, contraque diem, radiosque micantes Obliquantem oculos, nexis adamante catenis Cerberon attraxit. ¶ Itẽ, lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit, qui in Ambracium sinum defertur. Autores Pomp. lib. 2. & Strabo lib. 5, & Plin. lib. 3. cap. 5.

Ăchĭllās, ἀχίλλας Plutarcho, Servi Aegyptii nomen est, cujus manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharsaliæ: -sceleri delectus Achillas. De hoc vide plura apud Plutarchum in vita Pompeii.

Ăchĭllēă, ἀχίλλεια, Insula est exigua, Borysthenis ostio objecta: ab Achille in ea sepulto nomẽ habens: ut refert Pomp. lib. 2. ¶ Est & Achillea, æ, ἀχίλλεα, herba millefolio similis, qua Achilles illius inventor Telephum sanasse fertur, teste Plin. lib. 25. cap. 5. Hodie tamen parùm est cognita, inquit Cordus.

Ăchillēŭs cursus, ἀχίλλεως δρόμος, Peninsula est non procul ab ostio Borysthenis amnis, ad formam gladii in transversum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Vide Plin lib. 4. cap. 12.

Ăchĭllēĭs, ἀχιλλὶς, Opus est Statii Papinii, quo ille Achillis pueritiam descripsit, totã ejus vitam prosequuturus, nisi immatura ejus mors tam insigne nobis opus invidisset.

Achilleon, ἀχίλλειον, oppidum Troadis juxta tumulum Achillis, à Mitylenis conditum, ubi classis ejus steterat, auth. Plin. lib. 5. cap. 12. & 30 ¶ Est & castellum prope Smyrnam, & locus in Sicilia, & vicus, & portus, Messenes. Steph.

Ăchĭllēs, sive Achilleus. [ἀχιλλεύς. German. Ein handvester Hauptmañ der Griechen vor Troya.] Nomen viri apud Homerum celeberrimi. Hujus nominis genitivus tàm in i, quàm in is finitur: ut, Achillis à nominativo Achilles: Achilli verò à nominativo Achilleus. Nomina enim in eus, per diphthongũ terminata, quæ more Latino genitivum faciunt in ei, per duas syllabas, fæpè per crasim cõtrahuntur, in ei diphthongũ, vel i longũ, ut apud Virg. 1. Aen. Troas reliquias Danaũm atq; immitis Achilli. Interdum solvitur hęc diphthongus in carmine: dicimusq; Achillei, pro Achillæ, & Vlyssei, pro Vlyssæ. Horat. lib. 1. Carm Nec cursus duplicis per mare Vlyssei. Hic Pelei, & Thetidis filius Chironi nutriẽdus datus est. Inter filias Lycomedis habitu muliebri absconditus, ex Deidamia generavit Pyrrhum. Iratus Agamemnoni, post mortẽ Patrocli susceptit à Vulcano arma nova, Hectorem occidit. A Paride conjugium Polyxenæ sperans tandem occiditur, & in Sigæo sepelitur. ¶ Tantæ fortitudinis fuisse fertur, ut (teste Gell. lib. 2. cap. 11.) insigni fortitudine duces Achilles appellentur, & Argumentum Achilleum, quod sit insuperabile & insolubile, vocetur. Quicquid itaq; invictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus. Vnde de iis qui omni in re vincerent, dictum fuisse ex Aristophane conjiciendum est. Iecit Achilles duas tesseras & quatuor, βέβληκ' ἀχιλλεὺς δυὸ κύβω & τέσσαρας. propterea quòd is tesserarum jactus felix esset.

Ăchĭllĭs, Achillidos, ἀχιλλὶς, Insula in Ponto Euxyno ad Borysthenem, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Achimenes, lege Achæmenes, & vide in dictione ACHAEMENIA.

Achisaris, Oppidum, Plin. lib. 6. cap. 24. 30.

Achisarmi, ἀχισαρμοὶ, Africæ populi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 36.

Achne, ἀχνὴ, autore Plin. lib. 5. cap. 31: Insula est Rhodiorum in mari Carpathio, quæ deinde Casos dicta est. ¶ Achne etiã: id est, ἄχνη, significat minutas quasdã festucas ex spicis inter triturandũ evolantes: & latiùs accipitur pro quibusvis rebus minutis: dicta quasi ab ἀέχνη, ab ἀ privativo, & ἔχω, teneo. Vide Erasmum in proverbio: Ne ramenta quidem.

Acholai, ἀχολαοὶ, Oppidũ est Arabię non procul à Nabathæis, Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

Acholla, ἄχολλα, Libera civitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella, autor Strabo, lib. 17.

Achomæ, & Achomeni, populi sunt Arabiæ felicis. Steph.

Achor, ἀχὼρ, Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam invehebat, quę protinus ut Deo huic litatum erat, extinguebantur. Vide Plin. lib. 10. cap. 28.

Achradĭnă, pen. prod. ἀχραδὶνη Stephano, Pars est urbis Syracusanæ, cum reliquis urbis ejus partibus ponte conjuncta. Vide ejus descriptionem apud Ciceronem, Act. in Verr. 6.

Achrīane, ἀχραιάνη Stephano, Oppidum est ad mare Hyrcanũ, cujus meminit Polybius lib. 10.

Achrua, Ptolemæo, est civitas Arabiæ felicis. Vide Achomæ.

Acĭbi, ἄκιβοι, Populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes. Recensentur à Ptolemæo.

Ăcĭdălĭă, ἀκιδαλία, Veneris epitheton, vel quia injicit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt: vel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ civitate, in quo se Gratiæ lavant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim & liberi filiæ sunt nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hæc Servius.

Ăcĭdălĭŭs, penult. corr. ἀκιδάλιος Suidę, Fons in Orchomeno, oppido Bœotiæ, Veneri sacer: unde etiam Acidalia dicta est. Virg. 1. Aeneid. -at memor ille Matris Acidaliæ. In hoc etiam fonte se Gratiæ lavare dicuntur: unde & ipsæ, Sorores Acidaliæ passim à Poëtis appellantur. Græci hunc fontem ἀκιδάλιον efferunt fœminino genere, respicientes nimirum ad subsṭātivum κρήνη vel πηγὴ, ejusdẽ generis. Nos Acidalium efferimus qui fontis nomẽ in masculino genere appellamus, quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi κασταλίαν.

Acidon, ἀκίδων, Amnis est in Elide Peloponnesi regione, Iardanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

Acidulus, Fontis nomen in agro Venafrano: ita dictus, quòd aquas haberet acidulas: id est, subacidas. Plin. lib 31. cap 2.

Ăcĭensēs, Olim populi erant in Latio, qui unà cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Horum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Acila, ἀκίλα, Emporium est maritimum Arabię, distans (autore Plin. lib. 6 cap. 28, in descriptione navigationis Indicæ) triginta dierum navigatione à Berenice Troglodytarum urbe.

Acilisena, pen. prod. ἀκιλισήνη, Regio est Asiæ inter Taurum, & Euphratem: de qua Strabo lib. 11.

Acĭlĭorum, Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui devicto Antiocho statua oblata est aureis bracteis incrustata: ut annotavit Cælius Rhod. libr. 29. cap. 24. ¶ Item Acilius prænomine Marcus, quo consulatum gerente cum C. Portio, lacte & sanguine pluisse, autor est Plin. lib. 2. cap. 56. ¶ Fuit & Acilius cognomine Buta, cui post amplissimum patrimonium absumptum, inopiam suam confitenti, nihil aliud à Tiberio responsum est, quàm illum sero experrectum esse. Vide Suet. in Tiberio.

Acimero, Oppidum est ulterioris Hispaniæ, in tractu Celtico, juxta Lusitaniam in cõventu Hispaniæ: de quo Plin. lib. 3. ca. 1.

Acina, ἄκινα, Oppidum est interioris Aethiopię, ultra Syenem, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Acĭris, ἄκιρις, Fluvius est in ea Italiæ parte, quæ olim Græcia magna dicta est, juxta Heracleam & Metapontũ. Plin. li. 3. c. 5.

Ăcis, ἄκις, Fluvius Siciliæ, ex Aetna procedens: ex cujus ripis fertur Polyphemus saxum in Vlyssem jam fugientem ejeciſſe. ¶ Acis, Insula una ex Cycladibus. Plin. lib. 4 cap. 12. ¶ Acis etiam adolescentis Siculi nomen fuit, Fauni & Symæthidis filii, qui quum Galateam Nympham adamaret, à Polyphemo rivale suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. Vide Ovid. 13. Metam.

Acitani, ἀκιτανοὶ, Hispana gens simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione colens, quẽ Necyn: id est, Martẽ vocant. Macrob. Satur. lib. 1. Vide Strabonis lib. 4. initio.

Acitavones, Plinius libro 3. capite 20, numerat inter populos Alpinos.

Ăcĭthius, ἀκίθιος, Fluvius est Siciliæ, non procul à Lilybæo promontorio in mare influens. Autor Ptolemæus.

Acmata, Arabiæ regio, Steph.

Acme, est mulieris nomen apud Catullum.

Ăcmōdæ, penultima producta, ἀκμώδαι, Septem sunt insulę post

poſt Hyberniam, non procul ab Orcadibus. Vide Plin. lib. 4. capite 16.

Acmonia, ἀκμονία Stephano, Vrbs eſt Phrygiæ in conventu Synnadico: cujus meminerunt Ptolemæus & Stephanus.

Acmonienſes, ſive ut apud Plinium Nat. hiſt lib. 5. cap. 25, legitur, Acmonenſes: ἀκμονίτης Stephano, populi ſunt Acmoniæ urbis.

Acmonides, ἀκμονίδης, Inter Vulcani miniſtros numeratur: dictus ἀπὸ τοῦ ἄκμων: hoc eſt, incude.

Ăcœtēs, ἀκοίτης, apud Ovid. lib. 3. Metam. nautæ pauperis nomen eſt, quod & ipſum vocis cōpoſitio indicat. ἄκοιτος enim apud Græcos ſonat, Sine cubili.

Acolitanum, ἀκολιτανὸν, Oppidum liberum eſt in Africa propriè dicta, ab ea parte qua tractum Cyrenaicum ſpectat. Vide Plin. lib. 5. cap 4.

Ăcōnteŭs, ἀκοντεύς, Venator egregius, ut docet Statius lib. 7. Thebaid. donec flammatus Aconteus Strage virûm, cui ſuetas feras proſternere virtus.

Ăcōntĭŏn, ἀκόντιον, Oppidum eſt Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. De hoc Stephanus.

Ăcōntĭŭs, ἀκόντιος. Bœotiæ mons eſt, teſte Plin. lib. 4. cap 7.

Ăcontĭŭs, ἀκόντιος, Adoleſcentis nomen eſt ex Cea Corycti maris inſula oriundi, qui quum in Dianæ templo Cydippen conſpexiſſet, ejus amore captus, devolvit ad pedes ejus malū hujuſmodi carmine inſcriptum: Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti, Iuro quam colimus, numina magna deæ. Poſtea à patre alteri deſponſa, quum periculoſiſſima febri eſſet correpta, rata perjurium, morbi ſui cauſam eſſe, maluit Acontio nubere, quàm Dianæ iram ulterius experiri. Extant hac de re duæ Ovidii epiſtolæ, una Cydippes, Acontii altera.

Ăcră, Vicus eſt Panticapenſis agri ad oſtium Męotidis 70. ſtadiorum freto à Corocondame oppoſita ſibi urbe diſcretus. ἄκρα. ¶ Eſt & acra cognomento Iapygia, promontoriū extremum Salentinorum, quo quàm longiſſimè (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 11.) in mare excurrit Italia: Iapygiæ cognomentum diſcriminis gratia additum eſt. Nam Græci quęlibet promontoria Acras, ἄκρας vocant. Vnde & pleræq; urbes in promontoriis ſitæ, Acrę appellantur. Vide Stephanum, qui decem hujus nominis urbes enumerat.

Acrabathena, Vna eſt ex decem Iudææ toparchiis, ἀκραβαθηνή. Vide Plin. lib. 5. cap. 14.

Acradina, vel potiùs Achradina Stephano, ἀχραδινὴ, vide ſuprà Achradina, & infrà in dictione SYRACVSAE.

Acræă Iuno, Ἥρα ἡ ἀκραία, Dicta fuit à Corinthiis, quòd ἐν ἄκρᾳ πως: hoc eſt, in promontorio quodam inter Lechæū & Pagas, nō procul à Corintho coleretur: ubi & vetuſtum ejus extabat oraculum. Strab. lib 8.

Acræphĭă, ἀκραιφία, Vrbs eſt Bœotiæ, quæ ab Homero Arne vocatur: dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, ut Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert, Acræphium, ἀκραίφιον.

Ăcrăgăs, penult. correp. Nobilis artificis nomē eſt, qui in auro, argentoq; cælando plurimùm præſtitit: cujus etiam Plinii ætate Rhodi in templo Liberi patris opera quædā extabant, Bacchæ ſcilicet & Centauri in ſcyphis cælati. ἀκραγας. Vide Plinium lib. 33. cap. 12. ¶ Eſt item Acragas, ἀκραγας Stephano, Mons Siciliæ, non procul à Pachyno promontorio, cum oppido ejuſdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur, teſte Plin. lib. 3. cap. 8. Virgil. 3. Aenеid. Arduus inde Acragas oſtentat maxima lōgè Mœnia. Stephanus exiſtimat hanc urbem, ut pleraſq; in Sicilia, à prętерlabente fluvio nomen accepiſſe. Alii ab Acragante Iovis & Aſteropes filio dictam putant. ¶ Quatuor præterea alias hujus nominis urbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit: alteram in Eubœa: tertiam in Cypro: quartam in Aetolia. Scribitur & Agragas per quintam conſonantem in ſecunda ſyllaba. Hinc deducitur gentile Agraganinus, ἀκραγαντῖνος. Lucr. lib. 1: Quorum Agragantinus cum primis Empedocles eſt. Hos Latini vocant Agrigentinos.

Acratus, ἄκρατος, Bacchantium Genius Athenis ſpectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Autor Pauſ. in Attica.

Acraviſci, ἀκραυίσκοι, Populi ſunt Pannoniæ inferioris, juxta Scordiſcos: de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

Acrenſes, ἀκρῆνοι, Populi ſunt Siciliæ, ſtipendiarii Romanorum, non procul ab Aceſta oppido: de quibus Plinius libro 3. capite 8.

Acrĭă, ἀκρία, Oppidum eſt Hiſpaniæ in cōventu Hiſpalenſi: de quo Plin. lib. 3 cap. 1. Item alterum in Peloponneſo, ad oſtiū Eurotæ fluvii, in ſinu Laconico: de quo Ptolemæus.

Acrĭdophagi, [ἀκριδόφαγοι Ger. Heuſchrecken freſſer/ein Volck in Morenland.] Populi ſunt inter Aethiopes, veloces curſu: vita verò adeò brevi, ut annoſiſſimus quadrageſimum annum non excedat: ſolis ferè locuſtis victitant, à quibus & nomen invenerunt. Nam Acridas, ἀκρίδας, Græci dicunt, quas nos Locuſtas. Vide plura de his apud Diodorum Siculum, libro 4. cap. 3. Et Matthæus Ioannem Baptiſtam refert locuſtis uſum, capite 3.

Acrilla, ἄκριλλα, Oppidum eſt Siciliæ, non procul à Syracuſis: cujus incolæ dicuntur Acrillæi, ἀκριλλαῖοι. Vide Steph.

Acrĭo, onis, Locrus, Philoſophus fuit Pythagoricus, cujus meminit Cic. lib. 5. de Finib.

Acrĭſĭŭs. penult. correp. [ἀκρίσιος. Ger Ein König der Argivorum vnd ein Vatter Danaës / welche Jupiter beſchlaffen hat / alß er ſich in ein guldinen Regen vergeſtaltet hat.] Filius fuit Abantis, & pater Danaës, qui Prœto fratri in regnum Argivorum ſucceſſit. Hic cū oraculo monitus eſſet fore ut à nepote vita exueretur. filiam ſuam unicam munitiſſimæ turri incluſit, eo conſilio, ut ea perpetua virginitate damnata, omni, qui à poſteritate impendere videbatur, metu ſolveretur. At Iupiter Danaës amore captus, in ſpeciem imbris aurei ſe transformavit, & per impluvium in puellę gremium deſcendit: votiq; compos factus, ex ea Perſeum genuit. Quod ubi Acriſius animadvertit, filiam unà cum infantulo recēus nato in arcam impoſitam, in mare abjecit: quæ ad littus Apulum appulſa, & à piſcatoribus excepta, ad Pilumnum regem deducta eſt. qui & forma ejus & genere adductus, eam ſibi uxorem delegit. Porrò Perſeus ſimulac adolevit, adverſus Gorgonas expeditione ſuſcepta, victor evaſit: nec ita multò poſt Argos venit, faxificum Meduſæ caput ferens: in quod quum fortè Acriſius incidiſſet, in lapidem tranſmutatus eſt. Hæc ex Ovid. & aliis. ¶ Fuit & Acriſius alter, Vlyſſis avus paternus: quem alii Arceſium legunt apud Ovid. Metam. 13. Verba Ovidii ſunt: Nam mihi Laërtis pater eſt Acreſius illi, Iupiter huic.

Acrĭſĭŏnĕus, a, um, adjectivum, ἀκρισιώνειος Virg. 7. Aen. hanc dicitur urbem Acriſioneis Danaë fundaſſe colonis.

Acrĭſĭŏnĭădēs, Acriſioniadæ, penul. corr. Patronymicum maſculin. gener. ἀκρισιωνιάδης, Perſeus Acriſii ex Danaë nepos. Ovid. 4 Metamorph. Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduſæ Acriſioniades, adigitq; in pectus.

Acrĭſĭŏnē, ἀκρισιώνη, penult. prod. patronymicum fœmin. ab Acriſio deductum, quo ſignificatur Danaë filia Acriſii, & Perſei mater.

Acritas, Peloponneſi promontorium juxta Maleam & Tænarum. Autor Pompon Mela, lib. 2, & Plin. lib. 4 5. cap. 13.

Acroathon, ἀκρόαθον, Oppidum eſt Thraciæ in vertice montis, qui Athoś dicitur, ſitum: unde & nomen habet. Pompon. Mela, lib. 2.

Ăcrŏcĕraūnĭă, orum, vel Acroceraunii montes, [ἀκροκεραύνια Ger. Das hoch Gebirg/ ſo durch Epirum an das Meer ſtoßt/ vnd alß vel alß ein Marcſtein iſt / ſo das Adriatiſch Meer vom Joniſchen vnderzeichnet.] Montes ſunt in fronte Epiri, Ionium mare ab Adriatico dirimentes: ita dicti, quòd propter immenſam altitudinem vertices habeant fulminibus maximè obnoxios, ἄκρος enim verticem ſignificat, & κεραυνὸς fulmen. Horat. lib 1. Carm. ad Virgil. Qui ſiccis oculis monſtra natantia, Qui vidit mare turgidum, & infames ſcopulos Acroceraunia Plin lib. 3. cap. 23: Inde initium Epiri, montes Acroceraunii. Idem in procemio lib. 4. Item ejuſdem libri cap. 1: Non defuerunt qui & juxta Armeniam montes Acroceraunios collocarent: verùm illi nominis vicinitate lapſi ſunt. Siquidem illi Ceraunii montes appellantur, non Acroceraunii. De quibus vide Plin. lib. 5 cap. 27. & inſi à ſuo loco.

Acrŏceraunion, ἀκροκεραύνιον, Eſt primum Epiri promontorium, caq; Acroceraunиorū montium pars, quæ mari imminens ſecundum Europę ſinum à tertio: hoc eſt, Adriaticū mare ab Ionio dividit: diſtatq; à Lacinio, extremo Italiæ promōtorio 7500. paſſ. Vide Plin. lib. 3. cap. 11 & 29.

Acrŏcōmæ, ἀκροκόμαι, Populi ſunt Thraciæ, à capillorū longitudine dicti, quòd antias in fronte, mulierum more demiſſas geſtarent. Autor Homerus in Catalogo naviū. Sed apud eum ἀκροκόμας appellari ἱππηκάς, Thraces ſatis conſtat: idq; non quòd antias in fronte demiſſas geſtarent, ſed quòd in ſummo capite capillos alerent: id eſt, ἐν τῇ ἄκρᾳ τῆς κεφαλῆς. Vide Euſtath. & Herodotum.

Acrocorinthus, [ἀκροκόρινθος. Ger. Ein hoher Berg bey Corintho.] Mons Peloponneſi inter duo maria, Aegeum ſcilicet & Ionium, ſtadiorum trium & dimidiati altitudine ad perpendiculum: ſub cujus radice in plano, inſtar menſæ, jacet oppidum Corinthus. Strabo lib. 8, autor eſt montem hunc mœnibus ita fuiſſe circundatum, ut arcis uſum præberet: quò fit, ut minimè mirum videri debeat, Ancrocorinthū à Plinio arcem appellari, quem Strabo montem vocitat. Plin. lib. 4. cap. 4: Medio hoc intervallo, quod Iſthmi appellavimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, anteà Ephyra dicta, ſexagenis ab utroq; littore. ſtadiis, è ſumma ſua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, qua fons eſt Pirrhene.

Acrŏlīſſŭs, ἀκρόλισσος, Arx eſt in colle ſupra Liſſum Illyrici urbem, cujus meminit Strabo lib. 7.

Acrolochías, ἀκρολοχίας, Promontorium eſt Aegypti ad Pharon. Strabo lib. 17.

Acron, Ἄκρων, Fuit Cenienſium rex eo nomine, quem Romulus ſingulari certamine vicit, ejuſq; arma Iovi Feretrio dedicavit. ¶ Acron prætereà medicus Agrigentinus fuit, qui Athenis unà cum Empedocle philoſophatus eſt. Antiquior fuit Hippocrate. Scripſit lingua Dorica de victu ſalubri librũ unũ, autore Suida. Vide Lærtium in Empedocle.

Acronius lacus [ἀκρωνία λίμνη Ger. Der Coſtentzerſee oder Bodenſee.] Olim dictus, qui aliis nominibus & Podamicus, & Brigantinus nuncupatur. Hodie à Conſtantia urbe imminente, Conſtantienſis dicitur. Pompon. Mela, lib. 3: Rhenus ab Alpibus decidens propriè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium.

Acrorei, Vrbs Triphyliæ, Steph.

Acrotadus, ἀκρόταδος, Inſula eſt in ſinu Perſico: de qua Plin. lib 6 cap. 23.

Acrothon, Vide ACROATHON.

Actæõn, ἀκταίων cũ diphth. Ariſtęi & Antonoes filius à Diana in cervum cõverſus, & à ſuis canibus dilaceratus. Vide fabulam apud Ovid. lib. 3. Metam. & Fulgentium, atq; etiam in Commentariis Apollonii lib. 4.

Actania, ἀκτανία, Inſula eſt in mari Germanico, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 13.

Actē, es, ἀκτή, Græciæ regio nobiliſſima, quæ poſtea ab Attide Granai regis filia, Attica nominata eſt. Dicta Acte, vel ab Actæo quodam rege indigena, ut refert Stephanus: vel potiùs, quòd maxima ſui parte littoralis ſit, & ad mare extenſa. Nam ἀκτὴν Græci littus vocant. Plin. lib. 4. cap. 7: In ea prima Attica, antiquitùs Acte vocata.

Actæus, a, um: id eſt, Atticus, ἀκταῖος. Ovid. 1. Metamorph. Separat Ionios Actæis Phocis ab arvis.

Actiſanes ἀκτισάνης, Rex Aethiopię, qui Amaſim Aegypto depulit, quòd nimis immoderatè tyrãnidem exerceret, regnũq; ejus occupavit. Vide Diodorum lib. 2. cap. 1.

Actium ἄκτιον, Epiri promontorium, ubi Auguſtus, devictis navali prælio Antonio & Cleopatra, urbem condidit: & Nicopolim à victoria nominavit.

Actius, a, um, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός, Virgil. 3. Aen. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. Sappho ad Phaonem: Cur nõ Actiacas miſeram me mittis ad oras?

Actius navius, Inclytus Tarquinii Priſci temporibus Augur fuit, quem inſpectante rege, cotẽ novacula diſcidiſſe fabulantur. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe. Alii malunt ſcribere Accius.

Actius, ſive Accius, Fuit Tragœdiarum ſcriptor, natus libertinis parentibus, & inter colonos Piſaurum deductus: à quo & fundus Actianus juxta Piſaurum dictus. In ſcribendis Tragœdiis, ſententiarum gravitate, verborum pondere, perſonarum autoritate clariſſimus extitit. Vide ſuprà ACCIVS.

Actor, ἄκτωρ, Comes fuit Herculis in expeditione contra Amazones, in quo bello vulneratus, quũ domũ redire vellet, in itinere mortuus eſt. ¶ Actorides, ἀκτορίδης, Patroclus, nepos Actoris. Is enim ex Aegina, quam ei Iupiter à ſe vitiatam, uxorem dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem relicta Aegina, Opuntem in Locros ſe cõtulit, & ibi Patroclum genuit. ¶ Fuit & Actor quidam Auruncus, cujus meminit Virgilius lib. 12. Aeneid. validam vi corripit haſtam Actoris Aurunci ſpolium, &c.

Actuārius, ἀκτουάριος, Medici Græci nomẽ, qui plurimis ſcriptis voluminibus, artem ſuam illuſtravit: ex quibus etiam hodie ſunt in manibus ſeptem libri de urinarum ratione.

Acuſilaus, [ἀκουσίλαος. Ger. Ein Redner zu Athen.] Athenienſis Rhetor, qui Galba imperante ſeſe Romam contulit, ibiq; ludum aperuit tanto ſucceſſu, ut moriens Athenienſibus decem myriades ex fœnore partas reliquerit. ¶ Fuit & Acuſilaus quidam Argivus Hiſtoricus, qui Genealogias quaſdam conſcripſit, ex æneis tabulis, quas patrem ejus ferunt inveniſſe, quum in domo ſua neſcio quid foderet. Vtriuſq; meminit Suidas.

Acutea, pen. prod. ἀκύτεα, Hiſpaniæ urbs eſt Stephano: cujus incolæ dicuntur Acutani ἀκυτανοί.

Acutia, P. Vitellii uxor. Tacit. lib. 5.

Acylas, Ἄκυλας, Philoſophi nomen, qui Dialecticos commentarios conſcripſit de Syllogiſmis. Suidas.

Acyphas, ἀκύφας, Oppidũ eſt in Dorica tetrapoli, ut ex Theopompo refert Stephanus.

Acyros, ἄκυρος Stephano, Inſula eſt non procul à Creta, è regione Cydoniæ civitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

A ante D.

Ada, Ἄδη, Filia fuit Hecatomni Cariæ regis, & Artemiſiæ ſoror, quæ Hydrieo fratri nupſit: ut tradit Strabo lib. 14.

Adachídæ, gens Lybica, Steph.

Adadata, ἀδάδατα, Civitas Piſidarum, ad Taurum montem. Strabo lib. 12.

Adad, teſte Macrobio Saturnal. libro 1. capite 23, non Adab, quemadmodum hactenus legebatur, Aſſyriorum ſummus habebatur Deus. Cui etiam deam Atargatim uxorem aſſignabant: per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes: quod ex his duobus potiſſimùm cuncta crederent procreari.

Adæ, Ἄδαι, Oppidũ eſt Aeolidis, 40. ſtadiis ab Hydera promontorio diſtans, nõ procul à Cuma. Autores Strab. lib 12. & Plinius lib. 5. cap. 30.

Adam, ἀδὰμ, Hebraica lingua (ſicut lib. 1. Ioſephus ſcribit) idẽ eſt quod Ruber: quoniam è rubra terra factus eſt.

Adamaſtus, ἀδάμαστος, Ithacenſis fuit, pater Achæmenidis, ſocii Vlyſſis: ut videre eſt apud Virgil. Aeneid. lib. 3. Latinè interpretari poſſumus indomitum, ab ἀ privativa particula, & δαμάζω, domo.

Adamiani, vel Adamitæ, Hæretici, ab Adam nominati, cujus imitãtur nuditatem, qua fuit in Paradiſo ante peccatũ. Credebant enim quod nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaq; mares, fœminæq; conveniunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant ſacramenta. Auguſt. lib. de hæreſibus ad Quodvultdeum.

Adana, orum, Ἄδανα τὰ, Vrbs Ciliciæ: ita dicta ab Adano, qui eò coloniam deduxit unà cum Saro, poſtquam bello adverſus Tarſenſes geſto, inferiores diſceſſiſſent. Autor Stephanus. Meminit urbis hujus & Plin. lib. 5. cap. 27.

Adani, ἀδανοί, Inſulæ duæ ſunt in ſinu Arabico, quas commemorat Ptolemæus.

Adarupolis, urbs Perſica, Steph.

Adbellum, oppidum, Plin. lib. 57. cap. 233.

Addũa, Fluvius eſt in Inſubribus, qui per medium Larium lacum fertur, ita ut aquæ non commiſceantur. Claudianus: Addua quo ſciſſas ſpumoſior incitat undas. Vide Plinium, lib. 2. capite 103.

Adelphius, ἀδέλφιος, Hiſtoricus fuit M. Antonio familiaris, qui ejus in Parthos expeditionem conſcripſit, in qua ipſe & adfuit, & præfuit. Strabo lib. 11.

Ader, [עדר *hedher.*] locus juxta Bethleem, ubi vel angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora ſua pavit, loco nomen imponens, vel (quod verius eſt) quodam vaticinio futurum jam tum myſterium monſtrabat.

Aderco, ἀδέρκων, Hiſpaniæ urbs eſt Stephano: cujus cives dicuntur Aderconitæ, ἀδερκωνῖται.

Ades, Ἄδης à Græcis dicitur inferorum deus, quẽ nos Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab ἀ privativo, & ἰδεῖν, videre: propterea quòd in denſiſſimis inferorum tenebris, noſteq; profunda perpetuò agens nihil cernere videatur. Nam ſine aëris lucidi medio (qui apud inferos nullus eſt) viſio fieri non poteſt. Græci tamen Grammatici dictionis hujus principium contra etymi naturam aſpero ſpiritu ſcribendum præcipiunt.

Ades, ſive Hades, Ἄδης Moloſſorum rex, cujus filiam nomine Corã apud Acherontem fluviũ conatus eſt rapere Pirithous. Vnde factus eſt locus fabulæ, Pirithoum ad inferos deſcẽdiſſe, & uxorem Ditis Perſephonem, quæ & Cora, κόρη à Græcis dicitur, rapere voluiſſe. Vide Cælium Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theſeo: qui tamen regem hunc non Adem vocat, ſed Aidonem.

Agãndeſtrĭus, Cattorum princeps, Tacit. ad fin. libri ſecundi Annal.

Adiabaræ, Populi ſunt Aethiopiæ. Plin. lib. 6. cap. 30: Deinde contra Meroën Megabari, quos aliqui Adiabaras nominavere.

Adiabene, ἀδιαβηνή, Eſt ultra Armeniam regio, quæ Aſſyria antè dicebatur, ut placet Plinio, libro 5. capite 12: Ptolemæus verò, & Strabo Adiabenam Aſſyriæ portionem faciunt, eamque ad ortum collocant ultra Meſopotamiam. Nomen habet à difficili tranſitu, ab ἀ privativo, & διαβαίνω, Tranſeo: Amnium enim, qui eam rigant, multitudo, iter reddit impeditum.

Adiatorix ἀδιατόριξ Meclii cujuſdam Galatiæ Tetrarchi filius fuit, qui quum apud Heracleã Ponticam, coloniam Romanorum eò miſſam, ſedente una juſſu Antonii jugulaſſet, paulò pòſt in prælio Actiaco captus, & in triumpho circũductus, una cum filio [illegible]ius eſt. Strabo lib. 12.

Adilidis ἀδιλίδις Mons eſt Bœotiæ, de quo Plinius libro 4. ca[illegible]. 7.

Admantus ἀδάμαντος, Nomen viri Athenienſis, fratris Platonis, Laërt. lib. 3. ¶ Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui quum Themiſtocli exilium objiceret: Num putas, reſpondit Themiſtocles, exulem quempiam eſſe, qui ducentas habeat triremes? Ex Suida.

Admetẽ, hujus Admetes ἀδμήτου, pen. prod. Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia.

Admētus, penultima producta, ἄδμητος Suidæ, Theſſalorũ rex fuit, cujus armenta novem annos Apollinem paviſſe ferunt, quum

runt, quum ob interfectos Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus Aesculapius filius ejus erat necatus, Olympo depulsus humana specie apud mortales exularet: à quo quum perhumaniter tractaretur, ad referendum patrono beneficium, à Parcis impetravit, ut quum fatalis ejus dies adesset, hac lege mortem effugeret, si quis reperiretur qui illius vice mortem oppetere vellet. Quod amici cũ omnes recusarẽt, una Alcestis uxor vitæ suæ dispendio mariti vitam redemit. Qua defuncta stridulæ quædam & lugubres næniæ decantabantur assiduè apud Admetum tanti beneficii memorem, donec mota Proserpina remisit Alcestidem: aut ut quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco hanc ad superos reduxit. Hinc locus factus Proverbio: Admeti næniæ, ἄδμήτου μέλος. quod accommodari poterit ad orationem querulam ac miserabilem, aut ad cantiones faciles & illaboratas, nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur, & ex tempore. Callimachus tamen contra receptum Poëtarum consensum, ita scribit in Hymno Apollinis: Φοίβου, τῷ Νομιον κικλησκομεν ἐξέ πεδινε Ἐξοτ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγηπόδας ἵπτορι ἵππους Ηιζεν ὑπ' ἐρση πεκαωμί νος Ἄδμητος Hoc est, Phœbum & Nomium vocamus. ex quo sub Amphryso jugales pascebat equos, adolescentis Admeti amore accensus.

Adonis, nis, & nidis, penultima producta, ἄδωνις; Nomẽ proprium filii Cinyræ Cypriorum regis, & Myrrhæ, quem ob formæ excellentiam Venus in delicijs habuit. Hic apri dente sub inguine percussus, interfectusq; à Venere in florem Anemones herbę, qui sanguinis colorem imitatur, dicitur conversus, referente Theocrito & Nicandro. Quod etiam latiùs explicat Ovid. ad finem lib. 10. Metam. his verlibus: nec plena longiori hora Facta mora est, quum flos de sanguine concolor ortus, Qualem, quæ lento celant sub cortice granum Punica ferre solent: brevis est tamen usus in illo. Nanq; malè hærentem, & nimia levitate caducum Excutiunt iidem, qui perflant omnia, venti. Hieronymus in Ezechielem sic habet: Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thamuz vocat. Vnde quia juxta gentilem fabulam in monte Iulio, amasius Veneris & pulcherrimus juvenis occisus, & deinceps revixisse narratur, eundem Iulium mensem eodem appellant nomine, & anniversariam ei celebrant solennitatem in qua plangitur quasi mortuus: & postea revivisceus canitur, atq, laudatur. Vnde apud Ezechielem Prophetam legitur: Ecce ibi mulieres sedebant, plangentes Adonidem. Vbi intelligi vult, fuisse idololatriam celebratam in honorem Adonidis. Macrobius accepit Adonidem pro sole. Moscopulus, ἀδώνιδος nomen ab ἄδω, quod est cano, derivatum putat. De eodem festivissimè Theocritus ἀδωνιαζ. & κθ ¶ Adonidis horti, ἀδώνιδος κῆποι, Proverbialiter dicuntur res leves & amœnæ quidem, attamen nulli rei utiles. Tractum est proverbium ab hortis quibusdam ad solam voluptatem comparatis, qui Veneri, & ejus amasio Adonidi sacri credebantur. ¶ Adonis, etiam est piscis nomen, qui relicto mari somni causa in siccum egreditur litus: ut tradit Plin. lib. 9. cap. 19. Hic & exocœtus dicitur. ἐξώκοιτος, ὅτενος κρίτας (ut inquit Oppian. 1. lib. Halieuticõn.) ἐκτὸς ἁλὸς νίηται. μοῦνος δ' ἐπὶ χέρσου ἀμείδει: hoc est: quia prosilit undis, In littus sicca ponens tellure cubile. ¶ Piscis est similis mænis jam fœtis, aut gobionibus, cui semipedalis magnitudo: forma teres, color subfulvus: linea candida à Branchijs ad caudam distinguitur. Vide Athenæum libro 8. ¶ Adonis item fluuius est ex Libano mõte profluens, nõ procul à Byblo oppido: ut tradit Plin. lib 5. cap 20.

Adovacris, ἀδόακρις, Rex Herulorũ fuit, qui anno nostræ salutis 475. tanta cum manu in Italiam irrupit, ut terrore perculsus Augustulus, spontè purpuram poneret. Quo tempore finẽ accepit Occidentis imperium, anno ab urbe condita 1226. Vide Paulum Diac. lib 16.

Adra, ἄδρα, Trium oppidorum nomen est à Ptolemæo: quorũ unum in Arabia petrosa collocat: alterum in Cava Syria: tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Bebiorum montium, non procul à Tito fluvio.

Adramytteon, pen prod. ἀδραμύτηιον, sive (ut apud Plinium legitur) Adramytteos, Civitas est littoralis in majore Mysia, sive Aeolide: ita dicta ab Adamytto conditore, Alyattæ filio, & Crœsi fratre, ut tradidit Aristot. in Polit. Alij à Mercurio nomen accepisse ferunt, quam Lydi Phrygia lingua Adramyn, ἄδραμυν vocant. Thucydides libro 5: Atramytteon vocat ἀτραμύτηιον, λέγ. τῦ τ'. quam scripturam etiam Stephanus agnoscit. Quem vide de varia hujus vocis scribendæ ratione.

Adramyttenus, adjectivum, sive Atramyttenus, penult. prod. ἀδραμυττηνὸς, ἢ ἀτραμυττηνὸς: ut sinus Adramyttenus, ἀδραμυττηνὸς κόλπος, qui & Idæus appellatur: ut est autor Strabo lib. 13.

Adrana, ἄδρανα, Fluvius est Catthorum in Germania, ut tradit Tacitus Annal. lib. 1. ¶ Est etiam Adrana, ἀδράνη, teste Stephano, oppidum Thraciæ, quod & ἀδρίνη à Theopompo appellatur. Vide ANDRENA.

Adranon, ἄδρανον, Siciliæ oppidum in Aetnæ montis radicibus, fluvium habens ejusdem nominis. ¶ Gentile est Adrani tes, ἀδρανίτης. quo utitur Apollodorus. Ex Stephano.

Adramelech, Idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluẽre.

Adrapsa, orum, neut. gen. ἄδραψα, Vrbs Bactrianorum, Strab. libro 15.

Adrastea, sive Adrastia, ἀδράστεια, Oppidum est Troadis inter Priapum & Parium situm, ab Adrasto rege nomẽ habens, qui primus Nemesi templũ erexit, & Adrasteam nominavit. Hæc urbs campum habuit subjectum, qui Adrasteæ campus, ἀδραστείας πεδίον appellatur, Apollinis Actæi, & Dianæ oraculo insignis: quo postea diruto, saxa Parium translata sunt, ex quibus ædificata est ara, Hermocreontis opus, & magnitudine, & pulchritudine memorabile. Hanc urbem alii ab Adrastea Nympha quadam montana, nomẽ accepisse volunt. ¶ Gentile est Adrastenus, ἀδραστηνός.

Adrastia, [ἀδράστεια. Pol. Ponstla.] Necessitatis ac Iovis filia, scelerũ ultrix, cujus vindictã credebant nullo modo posse vitari. Hanc alio nomine Nemesin vocaverũt, ejusq; sedẽ Aegyptii Thebarum [illegible] constituere, ut inde velut regina & arbitra hæc inferiora despectaret. Strabo lib 13. nominis rationem hanc refert: Adrastum regem, qui primus Nemesi templum erexit, Adrasteum, ejus sacra appellavit. Aristot. lib. de Cœlo definit esse ἀναπόδραστον αἰτίαν, ἕνεκα κατὰ φύσιν, τῆς αἱρέσεως ἀεὶ ἕνεκεν: hoc est, inevitabilem causam, existentem secundum naturam, parcamq; semper existentem. Hinc locus factus Adagio: Adrastia Nemesis. ἀδράστεια Νέμεσις. Subaudiendũ est, adest vel aderit. Quo [illegible], quibus ob insolentiam, arrogantiamq; fortunæ [illegible] mutationem minamur: vel, qui à rebus florentibus [illegible] fortunam redacti sunt.

Adrastus, ἄδραστος, Nomen regis Argivorum, qui fuit filius Talaõ & Eurymones. Hic quum duas haberet filias, Argiam & Deiphilen, in somnis visus est alteram leoni, alteram apro uxorem dare. Quare quum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos venisset, ille apri, hic leonis pelle tectus, insomnium memor, utrũq; in generum, adscivit, Deiphile Tydeo Argia autem Polynici tradita. Deinde cum utroq; genero Thebas profectus, ut Polynicẽ ab Eteocle fratre exclusum, in regnum reduceret, magno accepto detrimento, in regnum revertit est. De Adrasti vide Herodotum, Terpsichore.

Adria, pen. corr. ἀδρία Stephano & Ptolemæo, Romanorum colonia Piceno, quinta Italiæ regione XII M. pass. à mari distans: A qua ager ipse Adrianus dicebatur, vino generosissimo nobilis, quod & ipsum Adrianũ fuit appellatum. Plin. lib. 3. cap. 13. de Picentibus: Tenuẽre ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus & Adria colonia, à mari VII. M pass. ¶ Sunt qui ab hoc oppido, Adriatico mari nomẽ factum existiment. Verùm illi nominis vicinitate decipiuntur. Nam (ut mox suo loco docebimus) Atria oppidum fuit ad Padum amnem à Tuscis conditum, nobili portu in primis clarum: à quo vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit: & deinde literæ unius mutatione Adriaticum: ut docet Plin. lib. 3. cap. 16, & Cato in Originib. ¶ Adria, mascul. gener. ἀδρίας Stephano & Suidæ, idem quod mare Adriaticum. Pompon. Mela lib. 2: Hucusq; Adria, hucusq; Italiæ latus alterum pertinet. Luc. lib. 5: sonat Ionio vagus Adria ponto.

Adriaticum mare, [ἀδριατικὴ θάλασσα. Ger. Das Adriatisch oder Venediger Meer. Vn. Adriatick tengel.] Est sinus ille maris, inter Lacinium extremũ Italię, & Acroceraunium primũ Epiri promontoriũ irrumpens, quod & Superum mare appellatur, sive quòd Italiã ab Oriente alluat, sive quòd ex urbe eò tendentibus Apenninus superandus sit. Hoc primùm Atriaticũ dicebatur, ab Atria nobili oppido à Tuscis ad Padum cõdito, quod postea Atrianæ paludes hauserunt: deinde unius literæ mutatione Adriaticũ dici cœpit: ut docent Cato in Orig. & Plin. li. 3. c. 16. Pro eodem etiam dicimus, Mare Adrianum, & Adriacum. Cicero in Pison. Brundusium viravit, & ultimas Adriani maris oras petivit. Horat. libro 1. Carm. Sive mari libet Adriano. Propert. libro 3: Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes.

Adrianopolis, [ἀδριανῆ πόλις. Ger. Ein Statt in Thracien dem Türcken vnderworffen.] Civitas est Thraciæ ad Hebrum fluvium, primùm Oresta dicta, à nomine Orestis conditoris: postea ab Adriano instaurata fuit, quum ei furore agitato responsum esset, ut se in furiosi domum reciperet. Vide Cæl. Rhodig. lib. 17. cap 2.

Adrianus, pen. prod. ἀδριανὸς, Decimus quintus Romanorum Imperator fuit, & successor Trajani, qui Hierosolyma à T. Vespasiano solo æquata, muro cinxit, & à prænomine suo Aeliã appellavit.

Adrianus ager limitibus maritimis & Gallicis, quos nos D. & K.

& K. appellamus, finitur, per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel novercarum, quod tegulis conſtruitur: aliis verò locis muris, maceriis, ſcoroſionibus, cõgeriis, carbunculis, terminis Auguſteis, fluminum curſibus. Ex libro de limitibus agrorum.

Adrius, ἄδριος, Mons eſt Dalmatiã per medium ſecans. Strab. libro 7.

Adrobicum, ἀδροβικόν. Oppidum eſt in Artabris Hiſpaniæ populis, in tractu Celtico, cujus meminit Pomponius Mela libro 3.

Adrotta, orum, ἄδροτα, τά, Stephano, locus eſt in Lydia, mari adjacens: cujus incolæ dicuntur Adrotteni, ἀδροτηνοί.

Adrumẽtum, pen. prod. ἀδρύμης Stephano, Civitas eſt Lybiæ, non procul à Carthagine, quæ etiam hodie extat. De hac Plin. lib. 5 cap 4.

Adryx, ἄδρυξ, Civitas eſt in agro Syracuſano, cujus meminit Stephanus. Hinc Adrycinus gentile, ἀδρυκῖνος, ſicut ab Eryx, Erycinus.

Adullas, ἀδυλλᾶς, Mons eſt in Rheticis Alpibus, ex quo in Septentrionẽ profluit Rhenus, & Addua in Meridiem. Autor Strabo lib. 4.

Adulis, pen prod. ἄδυλις, Civitas Aethiopiæ, quę & Panos inſula dicitur. Oppidani dicũtur Adulitæ, ἀδυλῖται. Vide Steph.

Aduliton, ἀδυλία Ptolemæo, Oppidum eſt maritimũ in Troglodytarum regione, ſive ea Aethiopiæ parte, quæ ſub Aegypto ad mare ſpectat, commune Aethiopum, & Troglodytarum emporium, à ſervis, qui à dominis profugerant, conditum. Vnde & nomen habet, ut indicat Plin lib. 6. cap. 29 Diſtat à Ptolemaide quinq; dierum navigatione. A Stephano Adulis appellatur. à Ptolemæo Adulia. Hinc vicino ſinui Aduliti cognomen factum eſt, qui in mare Rubrum excurrit, ἀδυλιτικὸς κόλπος.

Adunicatæ ἀδυνικάται Populi in Gallia Narbonenſi commemorantur à Plin lib. 3. cap. 4.

Adyrmachidæ, ἀδυρμαχίδαι, Populi ſunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Aegyptũ ſpectat. De horum moribus memoriæ proditum eſt, uxores in utroq; crure armillam æream geſtare. Vtrunq; aũt ſexum, ex æquo comatũ eſſe, quo fit, ut plurimos alant pedunculos: quos ubi ceperint, prærorſos abjiciũt. Virgines viro maturæ ad Regẽm conveniunt: ex quibus ille unã deligit, quam ubi vitiârit, ſtatim dimittit. Vide Cæl. Rhod.

A ante E.

Aeã, Αἶα, Civitas eſt Cholcidis, AEetæ regis opus (ut ſcribit Stephan.) quam Hippos & Cyanos fluvii è diverſis locis in Phaſim influentes, peninſulã efficiunt. Fabulãtur Poëtæ Aean nomen accepiſſe à puella ejuſdem nominis, quę quum Phaſidis amnis vim effugere nõ poſſet, miſeratione deorum in peninſulam eſt converſa, quã etiam nunc, ut veterem illũ amorẽ adhuc poſſis agnoſcere, magna ſui parte ambit, & veluti amplectitur Phaſis. De hac Plin. lib 6. cap. 4

Aeæa Αἰαία, Circe dicta, ab aſpernantiũ voce, propter celebratas illic corporum mutationes: ut placet Servio in illud Virg. 3. Aen. Aeæaq; inſula Circes. Veriſimilius tamen eſt Aeæam dictam ab Aea Colchorum civitate, quemadmodũ & Cytęis, ſive Cytæa dicta eſt κυταΐς, ἢ κυταία, à Cyta ejuſdem regionis oppido. Quod etiã ab Apollonii interpretibus annotatũ eſt.

Aeæus, αἰαῖος, Denominativum eſt ab Aea Colchidis peninſula, & urbe ejuſdem nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia. Vnde peculiari epitheto Aeæa appellatur. Vir. 3. Aen. Inferniq; lacus Aeæaq; inſulá Circes.

Aeæẽ, ſive Aeæa, αἰαίη, inſula fuit in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italia dirempta, hodie cõtinens: ita tamen ut paludibus circumquaq; cincta inſulæ ſpeciem præ ſe ferat. In hac Homerus Circes ſedem collocavit, ſic ſcribens lib. 10. Odyſſ. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔναιε Κίρκη ἐϋπλόκαμος, &c Hujus meminit & Virg. lib. 3. Aen. Inferniq; lacus, Aeaeq; inſula Circes. Tametſi Servius ibi tres diphthongos videtur agnoſcere, ut ſit Aeæa Circes. Latini quoq; locum hunc à Circes domicilio Circæum, vel Circæos appellant: ibidemq; antiqui Latii terminum conſtituunt. Vide Plin. lib. 2. cap. 85. & lib 3 cap. 5.

Aeăcus, αἰακός, pen. corr. Iovis filius ex Aegina filia Aſopi: qui primus inſulam, in qua regnavit, Aeginam à matris ſuę nomine appellavit, quum antea Oenone diceretur (ut Plinius, Strabo, & Stephanus tradiderunt) aut certè Oenopia, ut apud Naſonem legitur lib. 7. Metamorph. Oenopiam veteres appellavêre: ſed ipſe Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Hunc tantæ juſtitiæ fuiſſe dicunt, ut apud inferos animarum creditus fuerit à Plutone delectus judex, cum Minoẽ, & Rhadamãtho, & peccantiũ peccata diſcutere, & pro meritis pœnas inferre Ovid in Ibin: tuasq; Aeacus in pœnas ingenioſus eris.

Aeăcidēs, αἰακίδης Suidæ, Patronymicum maſculinũ, quo ſignificatur filius vel nepos vel aliquis ex poſteris Aeaci. Virg. 1. Aen. Sævus ubi Aeacide telo jacet Hector. Hoc eſt, telo Achillis, Aeaci ex Peleo nepotis. ¶ Aeacides itẽ Pyrrhus, Aeaci ex Achille pronepos. Virg. 3. Aen. Conjugio Aeacidæ Pyrrhi, ſceptrisq; potitum. ¶ Pyrrhus item Epirotarũ rex ab Aeaco trahens originem, Aeacides dictus. Virg. 6. Aeneid. Ernet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas, Ipſumq; Aeacidem, genus armipotentis Achilli.

Aeăcĭdēĭus, a, um, adjectivum ſex ſyllabarum. Ovid. 7. Metam. Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.

Aeăcĭdīnus, a, um, ab Aeaco Achillis patre. Plaut. in Aſinar. Siquidem hercle Aeacidinis minis, animisq; expletus incedit. Iratus ſi me tetigerit, iratus vapulabit. Non ſine proverbii ſpecie dictum fuit, pro atrocibus & ſuperbiſſimis minis.

Aeamene, pen. prod. αἰαμενίη, Regio eſt Nabathæorum, apud Stephan.

Aeane, αἰανή, Macedoniæ oppidum, dictum ab Aeano Helymi filio, qui eò coloniam deduxit.

Aeanæus, αἰανεύς, Nomen gentile, Vide Steph.

Aeanitis, αἰανῖτις, Regio Nabathæorum.

Aeanites, αἰανίτης, Gentile.

Aeantium, αἰάντιον Ptolemæo, Oppidum Troadis, à Rhodiis conditum eodem in loco, in quo ſepultus eſt Ajax, & ubi claſſis ſuæ habuerat ſtationem. Vnde & nomen habet. Nam quẽ nos Ajacem, Græci αἴαντα vocant. Vide Plin. lib. 5. cap. 30. ¶ Eſt & nomen promontorii in Magneſia, ad ſinum Pelaſgicum: de quo idem Plin. lib. 4. cap 9.

Aeas, antis, αἴας, Fluvius qui ex Candaviis Macedoniæ montibus ortum ducit, & non procul ab Apollonia Taulantiorum urbe, in mare Ionium illabitur. Lucanus lib. 5: Purus in occaſum parvi ſed gurgitis Aeas, Ionio fluit inde mari. Meminit hujus fluvii etiam Plin. lib. 3. cap. 23.

Aebudæ Inſulæ quinq; Britanniæ, Steph. Vide HEBVDES.

Aebura. Oppidum Hiſpaniæ, Steph. Vide EBVRA.

Aeca, αἴκα. Marſorũ civitas: à qua Aecani populi, αἰκανοί, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Aecalum, Oppidum Italiæ, Steph.

Aedepſus, αἰδηψός Stephano, Oppidum fuit Eubœæ inſulæ, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Aeclus, αἴκλος, Nobilis Athenienſis, qui Eretriam Eubœæ civitatem coloniam duxit. Strab. lib. 10: Poſt res verò Trojanas Aeclus & Cothus, ex Athenis profectis, colonias duxerunt: ille quidem Eretriam: Cothus verò Chalcidem.

Aedĕsĭă, αἰδεσία, Mulier Aegyptia, uxor Hermeæ, & Syriani Philoſophi propinqua, totiusq; caſtitatis & probitatis exemplar: cujus vitam latiſſimè deſcribit Suidas.

Aeduſii, ſocii Romanorum juxta Galliam Celticam. Steph.

Aeētēs, vel AEeta, pen. prod. αἰήτης. Rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Perſa Oceani filia, & pater Medeæ, Abſyrti, & Calciopes: qui quum aureũ vellus à Phryxo Athamantis filio in luco Martis ſuſpenſum diligentiſſimè aſſervaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus inſuper liberis ſpoliatus eſt. Nam Medea, quum Iaſoni in rapiendo vellere ſe adjutricẽ præbuiſſet, unà cum illo profugit, fratremq; Abſyrtum, quem fugæ comitem aſſumpſerat, ut patrem inſequentem remoraretur, multas in particulas diſcerpſit. Fabula notiſſima eſt ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicũ AEetias, αἰητιάς, quo ſignificatur Medea AEetæ filia. Ovid. 7. Metam. Concipit interea validos AEetias ignes.

Aegă, αἰγά, Promontorium eſt Acolidis, nõ procul à Caici fluminis oſtio. Strabo lib. 13.

Aegæ, αἰγαί, Multorum oppidorum nomẽ eſt: quorum unum eſt in Macedonia, non procul ab Halyacmone fluvio, in quo receptum erat, Macedonum reges ſepelire. De hoc Plin. lib. 4. cap. 10 Alterum in Cilicia, nõ procul à Pyramo fluvio, ut tradidit Plin. lib. 5. cap. 27. Tertium in Aeolide, apud eundem lib. 5. cap. 30. Quartum in Eubœa, à quo Strabo Mare Aegæum dictum putat. Quintum in Lydia. Sextum in Aetolia, & Septimum in Locride commemorantur à Stephano.

Aegææ, αἰγαῖαι, Nomen duarum urbium, ut ſcribit Ptolemęus, quarum una in Emathia, alia in Mauritania. Commemorantur & à Strabone duo hujus nominis oppida, quorum unum ad Amanum montem, alterum in Agro Laconico collocat.

Aegææ, αἰγαῖαι, Inſulæ ſunt Ioniæ adjacentes, quæ cõmemorantur à Plin. lib. 5. cap. 31.

Aegæon, αἰγαίων, Nomen gigantis, quem centum manus, & quinquaginta ventres habuiſſe fabulantur. Hunc Homer. 1. Iliad. ab hominibus quidem Aegæonem, à diis verò Briareũ vocari tradit. Vide latiùs in dictione BRIAREVS.

Aegæum mare, αἰγαῖον πέλαγος, ἢ αἰγαῖος πόντος, Vulgò Archipelago. Stephano, & Suidæ, Amplißimus eſt maris mediterranei ſinus, à parte Orientali Iſthmi Corinthiaci (ut Plinio placet) aut certè à Sunio Atticæ promontorio (ut tradit Ptolemæus) ad ipſum uſq; Helleſpontũ extenſus, alia aliis in locis à regionibus, quas alluit, nomina ſortitus. De ratione nominis varia traduntur à ſcriptoribus. Nõnulli (in quibus eſt Suidas) ad

das) ad Aegæum Thesei patrem referunt, quem in hoc mare sese præcipitem dedisse ferunt, quum navim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat nigro cum velo (quod sibi cum nauclero amissi filii signum convenerat) redeuntem videret. Alii ab insula quadam, seu verius scopulo deductum putant, in hoc mari inter Tenedum & Chium sito, quem à capræ similitudine, αἴξ, nautæ appellant. In hac sententia est Plinius, sic scribens lib. 4. cap. 11: Aegæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium, verius quàm insula, Aex nomine, à specie capræ (quæ ita à Græcis appellatur) repentè in medio mari exilientis. Cernunt eum à dextra parte Andrum navigantes, ab Achaia dirum & pestiferum. Idem sentit & Solinus, cujus verba, quòd parùm discrepent à Plinianis, supervacuum esset hîc adscribere. Strabo autem lib. 8. ab Aegis Euboeæ oppido, Aegæum appellatum existimat: tametsi idem lib. 13. παρὰ τὴν Αἰγαὶ: hoc est, ab Aega Aeolidis promontorio dictum velit, quod suo seculo Canam, sive Canas traditum fuisse appellatum. Hæc etymi diversitas facit ut nec de orthographiæ ratione idem omnes sentiant. Græcorum tamen consensus, in eam me adducit sententiam, ut Aegæum potissimùm per æ diphthongum scribendum existimem. ¶ Hoc mare cæteris est periculosius ob frequentes scopulos. Vnde locus Proverbio apud Aelianum: Aegæum navigas, τὸν Αἰγαῖον πλεῖς, ut subaudias κόλπον. Quadrabit in eum, qui in maximis versatur difficultatibus. In hominem quoq; ob lucri studium nihil omninò periculi recusantem. ¶ Vtitur & Lucianus in Sectis alio Adagio ab hoc mari tracto, Viminea scaphula Aegæum transmittere, ἐπὶ ῥιπὸς τὸν Αἰγαῖον διαπλεῦσαι. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam levi opera conficere tentant.

Aegaleos, αἰγάλεω, Nomē montis apud Strab. lib. 8. sub quo antiqua Pylos Messenia civitas erat.

Aegēmōn, αἰγήμων, Poëtæ Græci nomen est, qui bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios gestum, carmine complexus est.

Aegeria, αἰγερία, Nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & connubium, & colloquium se habere simulavit super cultu religionum: quò armorum & prædę studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. Vnde Ovid. in Fast. 3:

Aegeria est quæ præbet aquas, dea grata Camœnis,
Illa Numæ conjux, consiliumq; fuit.

Aegestānī, αἰγεσταῖοι Stephano, Populi sunt Siciliæ, quorum urbs Aegesta non procul à Lilybæo promontorio sita est, ab Aegesto Trojano nomen habens. Hi Segestani vocātur à Plinio lib. 3 cap. 8.

Aegeūs, per duas syllabas, αἰγεύς, filius Pandionis fuit, & rex Athenarum, qui ex Aethra Pitthæi Trœzeniorum regis filia Theseum suscepit, ex Medea autem ab Iasone repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Iustino. Hoc jam ad senium vergente, Minos Cretensium rex Atheniensibus ob Androgei filii necem bellum intulit, victusq; durissimas pacis conditiones imperavit, ut septem quotannis juvenes Athenienses ex suis in Cretam mitterent, Minotauro monstro objiciendos: Quibus legibus quum triennio paruissent, evēnit ut quarto anno sors inter omnes ex æquo ducta Theseum prodiderit: qui maximo omnium cum dolore navim cōscendens, à patre in mandatis accepit, ut siqua fatorum benignitate sospes remearet, velum navis quod nigrum, præsentiq; fortunæ congruum erat, candido commutaret: idq; eo consilio, ut siquid filio accidisset, veli colore suæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis suæ nuntium morte posset prævenire. At Theseus, occiso Minotauro, opeq; Ariadnes è Labyrintho eductus, paternorum monitorum immemor, nigro in patriam velo revectus est: quod quum eminùs è specula intueretur Aegeus, filium interiisse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienses Thesei opera gravissima servitute liberati, divinos honores instituerunt, Deum marinum, & adoptivum Neptuni filium appellantes. Mare quoq; ipsum nonnulli sentiunt ab eo Aegeum esse appellatum.

Aegiālē, αἰγιάλη, sive αἰγιάλεια, Vxor fuit Diomedis, quam Venus à viro ejus in bello Trojano vulnerata, tanta adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recusarit, acceptaq; à Dauno agri portione, urbem condiderit in ea parte Italiæ, quæ magna Græcia dicitur, quam à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellavit: quæ deinde Argyripa, & postremò Arpi fuit appellata. Vide Servium in illud Aeneid. lib. 11:

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Aegialeūs, αἰγιαλεύς, filiūs Adrasti fuit, & frater Medeæ, à quā discerptus fuit, ut patri eam persequēti mora injiceretur. Alio nomine dictus est Absyrtus, Vide suprà suo loco. ¶ Fuit etiā hoc nomine Phoronei regis Argivorum filius, cui Apis (quē quidam Phoronei, quidam Iovis filium, ex Niobe Phoronei filia, esse tradunt) postquā Argis regnasset, in Aegyptum transiens, Achaiæ regnum reliquit.

Aegialia, αἰγιάλεια, Insula est adjacens Aetoliæ regioni. Plin. lib. 4 cap. 12.

Aegida αἴγιδα, Oppidum Istriæ. Plin. lib. 3. cap. 19. Quod deinde Iustinopolis, hodie Capus Istriæ dicitur, à Colchis conditū.

Aegīdes, penult. prod. αἰγείδης, Patronymicum masculinum est, formatum à nomine Aegeus: quo Poëtæ utūtur pro Theseo Aegei filio. Ovid. 3. de Arte: Perfidus Aegides ducentia fila sequutus.

Aegīla αἴγιλα, Insula est in sinu Megarico XXV. M. passuum distans à Phalasarna Cretæ oppido, & à Cythera XV. M passuū, Plinio teste lib. 3. cap. 12.

Aegilodes sinus, αἰγιλώδης κόλπος, Sinus est exiguus inter Messeniacum & Laconicum medius: de quo Plin. lib. 4 cap. 5.

Aegilos. [αἰγιλῶψ, Isola di Capri.] Insula est in mari Ligustico, quæ Latinè Capraria dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 6.

Aegimius, αἰγίμιος, Senis ætate provectissima nomen, quem Anacreon Poëta (referente Plin. lib. 7. cap. 48.) tradidit ad ducentesimum usq; annum vixisse.

Aegimori, αἰγίμουροι, Duæ sunt insulæ in mari Libyco è regione Carthaginis. Autor Plin. lib. 5. cap. 7.

Aegimurōs, αἰγίμυρος, Insula est in mari Libyco, insidiosa nautis, ejus. Vide Strab. lib 6 & 7.

Aegīnā, pen. prod. αἴγινα, fuit Asopi Bœotiæ regis filia, & mater Aeaci, à qua insula Peloponnesō adjacens cōtra Atticam, Aegina vocata est, quū anteà Oenone diceretur (ut apud Strabonem, Plinium & Stephanum legitur) aut certè Oenopia, ut placet Ovidio lib. 7. Metam. ubi sic scribit: Oenopiam veteres appellavêre, sed ipse Aeacus Aeginā genitricis nomine dixit. ¶ Ab hujus insulæ nomine ductum proverbium. Primùm Aegina pueros optimos alit, πᾶσιν ἀρίστους παῖδας Αἴγινα τρέφει. De re quapiam quę melioribus initiis cœpta, paulatim ad deterius delabitur. Vide Eras. in Chiliad.

Aegineta, αἰγινήτης, Gentile. Vnde Paulus Aegineta medicus clarissimus.

Aeginēticus, a, um, αἰγινητικός. ut, Aegineticum æs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur: ut est autor Plin. lib. 34. cap. 2.

Aegīnium αἰγίνιον: Oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10. ¶ Est & Aeginos, Cicuta, apud Dioscor.

Aegiochus Αἰγίοχος, Iovis est cognomentū, inde tractū, quod cum Titanibus pugnaturus, ægide: hoc est, scuto caprino corio contecto, fuerit armatus. Et sic erit compositum à nomine αἰγὶς, & verbo ἔχω, ut sit Aegiochus, quasi ægida tenens. Alii malunt Aegiochum dictum esse, διὰ τὸ αἰγὸς ἀέχειν: hoc est, à caprę alimento, quòd Iupiter infans caprino lacte in Creta feratur nutritus.

Aegion, αἴγιον Suidę, Oppidum Achaię propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Vide Plin. lib. 4. cap. 5.

Aegipanes, αἰγιπανῆες, quos nōnulli Semicapros vocāt, Monstra sunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humānā referentia figuram. Plin. lib. 5. cap. 1: Atlantem Africæ montē prodiderūt noctibus micare crebris ignibus. Aegipanum, Satyrorumq; lascivia. Veteres hujusmodi mōstra pro semideis, sive pro sylvestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Sylvanosq;: Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Sylvanos sylvarum.

Aegīrā, pen. prod. αἴγιρα, Oppidum Achaiæ in Peloponneso, de quo Plin. lib. 4 cap. 5.

Aegiroessa, αἰγιρόεσσα, Oppidum Aeolidis in Asia: cujus meminit Herodot. lib 1.

Aegīsthŭs, αἴγισθος, Thyestis filius, ex Pelopeia, ejusdem filia, quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendū feris exposuit in sylvis: sed à pastore inventus, ejusq; beneficio nutritus est, & inde αἰγισθος dictus, quòd nutritus sit à capris. Hic provectior ætate Atreum, impellente tamen patre, interfecit, & ejusdem filium Agamemnona in balneis, vel ut alii volunt, in primo egressu, adjuvante uxore Clytemnestra, qua etiam turpissimè usus erat, obtrūncavit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris mortē ulciscente, è medio est sublatus. Ovid. de Remed amor. lib. 1: Quæritur Aegysthus quare sit factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat.

Aegīstŭs, Beli Prisci filius. Vide AEGYPTVS.

Aegium, αἴγειον, Oppidum Achaiæ, quæ est in Peloponneso, quo in loco Iovem à capra nutritum ferūt: unde oppido nomen. αἴγα enim capram dicunt.

Aegle, αἴγλη, Vna Hesperidum fuit: hoc est, una filiarū Hesperi, Italiæ regis, quæ unà cum Atethusa, & Hesperethusa, sororibus, amœnissimos in Mauritania hortos habuit juxta Lixū Romanorum coloniam, jussu Claudii Cęsaris eò deductam: in quibus

in quibus(ut eſt in fabulis)aurea mala naſcebãtur, quæ à pervigili dracone aſſervabãtur, quę poſtea abſtulit Hercules, dracone interempto. Vide infrà in dictione Heſperides. ¶ Fuit & nympha hoc nomine, una Najadum, Solis(ut volũt)ex Neæra filia. Virg in Sileno: timidisque ſupervenit Aegle, Aegle Najadum pulcherrima.

Aegles, *αἴγλης*, Athletæ Samii nomen, qui quum per omnem ætatem mutus fuiſſet, in ſacro tamen certamine quum in ſortitione fraudem committi videret, animo loquendi deſiderio, linguæ vinculum rupit, & diſtincte quãdiu vixit, loquutus eſt: quod & Crœſi filio contigiſſe legimus. Vide Gell. lib. 5. cap. 9, & Valer Max lib 1 cap, 8.

Aegon, Nomẽ paſtoris apud Virgiliũ in Palęmone, & Theocrit. ¶ Mons prętereà Quirinalis, qui antequam in eum Sabini commigrarent, Aegon appellatus eſt: portaq; ipſa Aegonenſis dicta eſt, quę alio nomine Quirinalis dicitur. Autor Feſtus.

Aegophagos, *αἰγοφάγος*, Iuno apud Spartanos dicta, quòd ibi capris præcipuè ſacrificabant. Cælius Antiq. lect. lib. 26.

Aegos Potamus ſeu flumẽ, *αἰγὸς ποταμὸς*, Thracię fluvius, ad cujus oſtia claſſis Athenienſiũ à Lyſandro capta fuit. Plin. lib. 2 c. 60: Idq; factũ interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Stephanus ad Helleſpõtum collocat oppidũ nomine *αἰγὸς ποταμὸς*, quod nos *Capræ flumẽ* interpretari poſſumus: à quo deducitur gẽtile Aegopotamites, vel Aegopotamita, *αἰγοποταμίτης*.

Aegoſthenia, *αἰγόσθενα*, Civitas eſt Locridis, quam recenſet Ptolemæus in deſcriptione Achaiæ. Hujus incolæ à Plinio, lib 4. cap. 7. vocantur Aegoſthenenſes, Megarenſium juriſdictioni attributi.

Aegyla Vide ſupra à AEGILA.

Aegyptius. *αἰγύπτιος*, Urbs ad ipam Iſtri fluvii ſita, nomen habuit ab Aegypſo Coſpiæ conditore Ovid. 1 de Ponto, Eleg 7: Sa[illegible] urbs, &c. Catonis Aegyſa fuere

Aegyptii. pen. prod. Dicuntur Aethiopes: quia Aegyptiis [illegible] Autor Feſtus

[illegible]ypta *αἰγύπτιος*, Ciceronis libertus fuit, cujus identidẽ meminit in Epiſt. ad Tyronem. Tres autem præcipui numerantur Ciceronis liberti, Tyro, Aegypta, & Laurea, cujus extat [illegible] aquis Ciceronianis apud Plin. lib. 31.

Aegyptus, [*αἰγύπτου*. Ger Das Aegyptenland.] Regio ab Aphri[illegible] ut Plinius inquit) Canopico diſterminatur oſtio: ab Aſia verò Peluſiaco, quam ob rem quidam inter inſulas Aegyptũ computavére. Qui tamen Aſiam dimenſi ſunt, inter Aſiæ regiones Aegyptum quoq; dinumeraverunt. Eſt Aphricæ proxima: ab Aegypto Danai fratre ſic appellata, priùs Aëria dicta. Hæc(teſte eodem Plin. lib. 5.) ab Oriente Rubro mari, Aſſyriaq; conjungitur, ab Occaſu Cyrenen & Aphricę reſiduum habet, à Meridie uſq; in Aethiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Aegyptium. Ejus inſignes urbes ſunt, Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hac(ut Plato inquit) nũquam viſum eſt pluere, ſed Nili inundatione fœcundatur. Ejus figura triquetra eſt, quam efficit Nilus, ita ſe dividens, ut Δ literam facere videatur. Tempore Amaſis regis urbes habuit 20000. Natio fuit ſuperſtitioſiſſima, adeò, ut nõ ſolùm bruta animalia, ut canem, bovem & ſimilia, verùm etiam res inanimatas: ut allium, & cæpas inter deos collocârit. ¶ Dicitur parens terrarum, ut inquit Crinitus: nam Aegyptii omnium populorum vetuſtiſſimi, diſciplinarumq; complurium inventores, rerumq; divinarum, & ſiderum peritiſſimi dicuntur: primiq; animam eſſe immortalem dixêre, & de corpore in corpus vagari, ut autor eſt Diodorus. In hanc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, complureſq; alii eruditionis cauſa profecti, dogmata in ſuam quiſq; patriam retulêre.

Aegyptiacus pen. cor. adjectivum, Plin. lib. 6. cap. 28: Ad mare noſtrum, littuſq; Aegyptiacum.

Aegyptius, adjectivum, *αἰγύπτιος*. Syl. Ital. lib. 13: Aegyptia tellus. Cic. in Piſon. Nomen ad dignitatem imperii regi Aegyptio vendidit. ¶ Admirabiles adeò fuêre in nectendis machinis Aegyptii, ut hinc tractum fuerit proverbium: Nectunt ſtupendas machinas Aegyptii, *Δαιδάλεον πλέκειν τὸν μηχανὰν αἰγύπτιον*. De verſutis, &, ut ait Plautus, conſutis dolis dictitatum. Torqueri poteſt & in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in Sycophãtas & delatores, qui vera falſis permiſcendo, nectunt calumnias.

Aegyptii prætereà quòd geſtandis oneribus quæſtum nõ ſatis honeſtum factitare conſueverint, unde & *ἀχθοφόροι* dicti, in jocum proverbialem abierunt, hoc Adagio: Quos non tollerent centum Aegyptii, *ὃς οὐκ ἄρειεν ἑκατὸν αἰγύπτιοι*. De moleſtis dici ſolitum ac moribus intolerandis ſeu faſtu prætumidis. Refertur Adagium ab Eudemo, à Suida, & ab Ariſtophane in Ranis ¶ Huic affine eſt, Aegyptius laterifer, *αἰγύπτιος πλινθοφόρος*. Ariſtophanes in Avibus, quadrare videtur in ſordidum atq; infimę ſortis hominem. Aut in eum qui moleſtis negotiis premitur.

Aegyptus, *Αἰγύπτου*, Beli Priſci filius fuit, & frater Danai: qui quum quinquaginta haberet filios, totidem eos fratris ſui filiabus matrimonio conjunxit: quæ à patre Danao inſtructæ, prima è nuptiis nocte ſuũ quęq; maritum interfecerunt, præter unã Hypermneſtrã, quæ Lynceo marito viro ſuo pepercit: qui poſtea, pulſo Danao, Argivorum regnum invaſit. Vnde Adagii figura, Aegypti nuptiæ, *αἰγύπτιοι γάμοι*, inauſpicatæ & infœlices dicebantur. Torqueri poterit in ſimulatam amicitiã, aut in munus honoris gratia datum in ſpeciem, quum revera quæratur pernicies ei cui datur. Vide infrà in dictione BELIDES.

Aegys, *αἴγυς*, Oppidum eſt Laconicæ regionis, apud Steph.

Aelana, ſive, ut alii malunt, Læana, *αἴλανα, ἢ λαίανα*, Oppidum eſt Arabiæ fœlicis, juxta ſinum, qui ab eo Aelaniticus dicitur, ſive Læaniticus, *λαανίτης κόλπος* Ptolemæo. Plin. lib. 6. cap. 28. Sinus intimus, in quo Læanitæ, qui nomẽ ei dedêre Regia eorũ Agra, & in ſinu Læana, vel, ut alii, Aelana. Nam & ipſum ſinum noſtri Aelaniticum ſcripſêre, alii Elanaticum, Artemidorus Alanaticum, Iuba Læaniticum.

Aelia, *αἰλία*, Vrbs eſt Palæſtinæ, quæ priùs Hieroſolyma: ita dicta ab Aelio Adriano. Steph.

Aelianus, *αἰλιανὸς*, Sophiſta fuit Præneſtinus, tanta linguæ Atticæ puritate, ut *μελίγλωσσος*, & *μελίφθογγος* cognominaretur. Scripſit Hiſtoriam de Animalibus: de varia hiſtoria: de re militari, quæ omnia ad nos pervenerunt. Claruit ſub Adriano principe. Suid.

Aelius, *αἴλιος*, Nomẽ proprium, quo plurimi ex Romanis viri illuſtres fuerunt appellati: ut, Aelius Gallus, vir equeſtris ordinis, qui ſolus Romanorũ Arabiam hoſtiliter eſt ingreſſus, ut teſtatur Plin. lib 6. cap. 29, & Strabo lib. 2. ¶ Aelius, prænomine Publius, qui eo anno Romæ Conſulatum gerebat cum Cn. Cornelio, quo Annibal in Africa victus fuit, teſte Plin. lib. & cap. 18. ¶ Aelius Stilo, nobilis ſcriptor, cujus meminit Plin. lib. 9 cap 35. ¶ Item Aelius Adrianus, & Aelius verus, Romanorum imperatores, quorum vitam vide apud Eutropium.

Aello *ἀελλώ*, Trium ſyllabarum, una eſt Harpyiarum: ſic dicta, quaſi *ἄελλον ἄλλο*. hoc eſt, alienum tollẽs. Ovid. 13. Metam. Strophadũq; receptos Portubus infidis exterruit ales Aello. ¶ Eſt etiam nomen unius ex canibus Actæonis, Apud Ovid 3. Metamor. dictum (ut videtur) *ἀπὸ τῆς ἀέλλης*: hoc eſt, à procella, quã curſus celeritate referebat.

Aemathia. Vide EMATHIA.

Aemilia Regio Italiæ, quæ & Flaminia, & Romandiola etiã d[illegible] In qua ſunt urbes, Ariminum, Cæſena, Saſſina, Faventia, Ravenna, Forum Livii, Bononia, Ferraria, Imola.

Aemilia, *αἰμιλία*, Vxor fuit majoris Africani: de qua vide Suid.

Aemilia gens, Familia fuit Romæ in primis illuſtris: ex qua fuit Paulus ille Aemilius, qui in cõſulatu ſuo Perſen Macedonum Regem bello vicit, captumq; in triumpho duxit. ¶ Item Q. Aemilius Lepidus, quem Plin. li. 7. cap. 53. refert, quum cubiculo egredi pararet, nihil mali ſentiens, offenſo ad limẽ pollice, repentè obiiſſe. ¶ Item Aemilius Scaurus, homo factioſus, & ſubdolus: de quo multa Saluſt. in Iugurtha. Sunt qui Aemylius ſcribere malint per y, in antepenultima, nominis ejus initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philoſophi filium, qui ob ſingularem morum comitatem, ſermonisq; lepõrem, quem Græci *αἰμύλιον* dicunt, Aemylos eſt cognominatus. Animadvertimus tamen à Græcis ipſis, & præcipuè in Onomaſticis, in quibus literarum ſeries dictionum initia non facilè ſinit corrumpi, *αἰμύλιος, αἰμυλία*, & *αἰμυλιανὸς* ſcribi per quartam Græcorum vocalem, non per ſextam. Præterea Moſchopuli in lib. *περὶ χρόνων* hæc ſunt verba: *Αἰμύλος ὁ ἀπατηλὸς, παρὰ τὸ ψιλοῦσθαι τὸ Αἰμύλος, Αἰμύλιος ὄνομα κύριον παρὰ τὸ ει*.

Aemilia, *αἰμιλία*, Virgo Veſtalis fuit ex nobiliſſima Aemiliorum familia: de qua ſic ſcribit Valer. lib. 1. cap. 1: Aemiliæ virginis diſciplinã, extincto igne, tutam ab omni reprehenſione numen Veſtæ præſtitit: qua odorante, quum carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit.

Aemilianus, *αἰμιλιανὸς*, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Aemilii filius, cùm ex Aemilia gente in Scipionum familiam eſſet adoptatus. Adoptionis enim indicandæ cauſa nomen naturalis familiæ una aut altera litera producebatur. Poſteà & alii plerique ejuſdem familiæ viri clariſſimi & triumphales, eodem cognomine dicti fuerunt. Iuvenal. Sat. 8: -pictoſq; oſtendere vultus Majorum, & ſtantes in curribus Aemilianos.

Aeminium, *αἰμίνιον* Ptolemæo, Oppidum Luſitaniæ mediterraneum.

Aeminius, *αἰμίνιος*. Fluvius Hiſpaniæ à Minio Tarraconenſis tractus fluvio diſtans CC. M. paſſ. ut ex Varronis ſententia tradit Plin. lib. 4. cap. 22.

Aemochares, *αἱμοχάρης*, cognomen Martis fuit, quaſi ſanguine gaudens: *αἷμα* Latinè ſanguis dicitur. Hæmochares potiùs ſcribendum.

Aemŏnĭă,

Aēmŏnĭă, pen.cor. αἱμονία Stephano, Regio (quæ postea dicta est Thessalia) ab Aemo mõte, cui propinqua est, vel ab Aemone Deucalionis filio: priùs Pyrrhæa dicta, à Pyrrha Deucalionis uxore. Quidam cum aspiratione scribunt Hęmonia, αἱμονία: quo pacto etiam apud Suidam legitur.

Aēmōn, onis, gentile, αἵμων Stephano: & fœmineum Aemonis, idis, αἱμονίς: Et possessivũ Aemonius, a, um. Ovid. in Epist Laodamiæ ad Protesilaum, Aemonis Aemonio Laodamia viro. ¶ Aemonia item Oppidum est Norici, apud Plin. lib. 3. cap. 24.

Aēmŭs, αἷμος Stephano, Mons Thraciæ: sic dictus ab Aemo Boreæ & Orythiæ filio. In hoc monte Martis domicilium collocaverunt Poëtæ: Sunt qui per aspirationem scribũt Hæmus, ἅιμος: quo pacto & apud Suidam legitur.

Aemylia, Vide AEMILIA.

Aenaria, αἰναρία, Insula est in sinu Puteolano, de qua sic scribit Plinius lib. 3. cap. 6: Aenaria à statione navium Aeneæ. Homero Inarime dicta, Græcis Pithæcusa, non à simiarum multitudine (ut aliqui existimavêre) sed à figlinis doliariorũ. Hodie Ischia dicitur, à figura oppidi quod in monte habet coxendicis figuram.

Aenarius, αἰνάριος, Locus in Achaia Peloponnesi regione, juxta Olenum oppidum, in quo Achæi, de rebus communibus consultaturi, conventum agebant. Autor Strabo lib 8.

Aēnēa, αἰνέαι, Vrbs in Thracia, ab Aenea, ut Stephano placet, condita: quam nos eandem esse credimus cum ea, quam Plinius Aenon vocat. Hujus meminit Livius lib. 4: Proficiscuntur (inquit) à Thessalonica Aeneam ad statutum sacrificium. Item Theophrastus de plantis: Circa Aeneam ficus arbor scabiem non sentit. ¶ Hinc fit gentile Aeneates, αἰνεάτης Stephano, & Aeneaticus, αἰνεατικός, denominativum. Hoc etiam nomine olim dictum fuit oppidulũ, urbi Romę imminens, quod & Ianiculum dicitur, conditum à Romulo Aeneæ filio, ut tradit Dionysius. Ianiculum verò dictũ Festus ait: quia per ipsum populus Romanus transire cœperat in agrum Hetruscum. Nam & Ianus ab eundo dictus est, quasi Eanus, ut Cicero de Nat deor. ait.

Aenēās, αἰνείας, penul. prod. Veneris & Anchisæ filius, Virgilii carmine notissimus. Dictus Aeneas, ut quidam putãt, ab αἰνέω, quod est laudo: nã Laus à Græcis αἶνος dicitur. Ab Aenea dicti sunt Aeneadæ, αἰνεάδαι, Trojani. De hujus genealogia vide Ovid. lib. 4 Fastorum ibi: Dardanon Electra, &c.

Aenesidemus, αἰνησίδημος, Illustris Argivorũ Imperator fuit, qui quũ Argis à Philocle obsideretur, nec urbem tueri posset, impetrata militibus abeundi facultate, ipse honestè in præsidio sibi credito occumbere maluit, quàm cũ dedecore in patriam reverti. Vide Liv. lib. 32. ab Vrb. cond.

Aeni Insula, αἶνος νῆσος, Est insula in sinu Arabico, Ptolem.

Aēnĭă, αἰνία Stephano, Oppidum est Perrhæborum non procul ab Acheloo fluvio: cujus meminit Strabo lib. 8.

Aēnĭēnsĭs, gentile, quo utitur Plin lib. 4. cap. 9 & Aenian, anis, αἶνιαν Strabo ni, sicut Acarnan, anis.

Aēnĭānĭcŭs, denominativum: ut Aenianicus sinus, αἰνιανικὸς κόλπος.

Aēnĭochi Vide HENIOCHI.

Aenobarbus, dictus est Domitius: [Ger. Der Keiser Domitius von seinem roten oder kupfferfarben bart] quòniam Castor & Pollux quum victoriã illi nuntiarent, ipsęq; minimè crederet narrantibus, malas, barbâq; manibus permulserũt, & eam ex fuscã in flavã converterunt: unde à barba rutila, æneiq; coloris Aenobarbus dictus: quod postea à Domitiorũ cognomẽ fuit.

Aēnos, αἶνος Stephano, Oppidum Thraciæ liberum, cum Polydori tumulo. Plin lib. 4. cap. 11. Strabo ni Poltiobria dicitur. Oppidum hoc Virgil. credi vult ab Aenea conditum fuisse, & ab eo nomen accepisse, quum ait lib. 3. Aen.-feror huc, & littore curvo Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis, Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo. Serv.

Aēnŭs, αἶνος, Germaniç fluvius est, Vindelicos à Noricis dividens Ptolemæus.

Aeŏlĭă, αἰολία Stephano, Insula est Siciliæ adjacens, una earũ, quæ à Græcis Hephæstiades, à Latinis Vulcaniæ appellãtur, & Acoliæ. Putatur eadem esse, quę alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Aeolus quanvis Vulcaniis omnibus imperaret, præcipuè domicilium habuisse fertur. Plin. li 2. cap. 106: Aeolia insula juxta Italiã cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piavit. Meminit hujus & Hom. lib. 10. Odyss Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεσθα Et hunc imitatus Virgil. lib. 1: Ventorum in patriam, loca fœta furentibus Austris, Aeoliam venit. ¶ A' quibusdam etiam Aeolia dicitur, regio minoris Asiæ, Hellesponto, & Propontidi adjacens, quæ olim Mysia dicebatur. Verùm hanc cũ Plinio, Strabone, Mela, cæterisq; Geographis meliùs Aeolidẽ appellaveris. Vide paulò pòst in dictione AEOLIS. ¶ AEOLIAE INSVLAE, quæ & Vulcaniæ, ἡφαιστιάδες. Insulæ sunt numero septem, non procul à Peloro Siciliæ promõtorio dissitę, de quibus sic scribit. Plin. lib. 3. cap. 8: Citra verò Siciliam ex adverso Metauri amnis XII. millibus fermè passuum ab Italia, septem Aeoliæ appellatæ. Eædem Liparæorum, & Hephæstiades à Græcis, à nostris Vulcaniæ. ¶ Dictæ Aeoliæ, quòd Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Harum insularum nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, & Evonymus. Plin eod. lib. cap. 5.

Aeŏlēs, pen.corr. αἰολεῖς, Populi fuerũt Græciæ ita dicti ab Aeolo Hellenis filio. Hi relicta patria, in Asiã trajecerũt, sedibusq; in Mysia minore fixis, Aeolidem à sese vocaverunt. Antea Pelasgi dicebantur, teste Herodoto lib. 7.

Aeŏlĭcŭs, a, um, αἰολικὸς: ut Lingua Aeolica, una ex quinque Græcorum dialectis.

Aeŏlĭdēs, αἰολίδης, dictus est Vlysses ab avo Aeolo, qui filium habuit Sisyphum ex quo & Anticlea antè Laërtæ nuptias natus est Vlysses. Virg. lib. 6.-comes additur unà Hortator scelerum Aeolides. Hoc etiam nomine vocat Virg. Misenum Aeneæ tubicinem. Misenum, inquit, Aeoliden, quo non præstantior alter Aere ciẽre viros.

Aeŏlĭs, idis, [αἰολίς. Ger. Ein Landtschafft des minderen Asiæ.] Regio est in minore Asia, Lecto promontorio à Troade: Hermo autem fluvio ab Ionia divisa: ita dicta ab Aeolibus Græciæ populis qui duodecim in ea urbes ædificarunt, teste Herodoto lib. 1. Antea Mysia dicebatur, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

Aeŏlŭs, pen.corr. [αἴολος. Ger. Ein Sohn Jovis/ist für ein Gott der Winden gehalten worden.] Iovis filius ex Acesta sive Sergesta, filia Hippotę Trojani: à quo Hippotades dicitur. Ovid. 11. Metam. Quòd socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes Contineat vẽtos. Hic in hospites benignus fuisse, & Aeolias à se nominatas insulas in ora Siciliæ tenuisse perhibetur, & in his Strongylen, ex cujus fumo, quinam flatus futuri essent, in triduum prædicebat. Vnde ventorũ rex putatus est. ¶ Aeolus Hellenis filius, à quo ventorum rationem primò inventã tradit Plin. lib. 7. cap. 56.

Aeŏs αἶος, Typhonis fuit filius, quem quidã scribunt Paphon Cypri civitatem condidisse: quùm tamen sint, qui Paphi Pygmalionis filii opus esse scribant.

Aepēă, αἶπεια Stephano, Agri Laconici oppidum, non procul à Pharis. Strabo li. 8: Aepea hoc tempore Thuria dicitur, quam Pharis conterminam commemoravimus: sita verò est in excelso colle: unde αἶπεια: id est, celsa, nomen sortita est.

Aepŏlŭs, pen.cor. αἰπόλος, Pastoris nomen apud Theocritũ, per syncopen dictum (ut quidam putant) pro αἰγοπόλος, ἀπὸ τῆς αἰγὸς. ἢ πολλοὶ δὲ αὐταφίφονται· quasi ὁ τὰς αἶγας αὐτὰς τρέφων. Latinè Caprarium vertere possumus. Nam illi αἰπόλιον dicunt, quem nos Caprarum gregem.

Aepulo, Istriæ rex fuit, teste Livio, qui à Romanis victus, ferro se maluit occidere, quàm vivus in Romanorum potestatem venire.

Aepў, αἶπυ, Vrbs fuit sub ditione Nestoris, quam ὄχθηον: hoc est, benè munitam dixit Homerus lib. Iliad. 2: Et in montibus sitam esse dicit Stat. lib 4. Theb. quum inquit: Quos Thyron & summis ingestum montibus Aepy. Vnde & nomen accepisse videtur, quòd edito in loco situm esset. Nam αἰπὺς, idem est quod altus, sive excelsus. Meminit urbis hujus & Strabo lib. 8.

Aequī. Populi fuerũt Italię, Latinis & Volscis finitimi, à Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

Aequĭcŭlānī, Italiæ populi, Sabinis ad Orientem proximi: quorum oppida sunt Cliternum, & Calceoli. Horũ meminit Plin. lib. 3 cap. 12. Iidem à Virg 7. Aeneid. Aequicolæ vocantur. Horrida (inquit) præcipuè cui gens, assuetaq; multo Venatu nemorum, duris Aequicola glebis. Eosdem & Aequicolos dictos invenimus. Ovid. 3. Fast Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

Aequimelium, Locus Romæ, ubi domus Melii solo æquata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionem affectatę dominationis venit: & quum ad populi fidem fugeret, à Servilio Hala magistro equitum comprehensus & occisus est, domusq; ejus diruta, & area Aequimeliũ dicta. Ex Tito Liv. 1. decad. lib. 4. Cic. pro Domo sua: Melii regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud çquum accedisse Melio Populus Rom. indicavit? Nomine ipso Aequimelii stultitiæ pœna comprobata est.

Aĕræ, αἰγαὶ, Oppidum est Macedoniæ, cujus incolæ Aeræi, αἰγαῖοι, dicuntur. Alterum ad Hellespontum: à quo gentile Aerates, αἰγατης. Tertium in Ionia. Vide Stephanum de Vib.

Aĕrĭă, ἀεγία, Olim dicta est Aegyptus, teste Stephano. Aëria, Narbonensis Galliæ oppidum, apud Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Item insula in mări Aegeo, non procul à Nessi fluminis ostio, quæ alio nomine Thassus dicitur. Autor Plin. lib. 4 cap. 12. ¶ Hoc etiam nomine dicta est insula, quæ notiore nomine Creta appellatur, ut idem Plin. testatur loco jam citato.

Aĕrŏpē, per quatuor syllabas, & pen. corr. ἀερόπη. Vxor Atrei, ex qua Tyestes duos suscepit filios, quos postea Atreus fratri comedendos

comedendos posuit. Quorum scelerum turpitudine polluerētur, Solem aversum fabulantur Poëtæ. Ovid. 1. Trist. Si non Aëropen frater scelleratus amassēt, Aversos Solis non legeremus equos.

Aesă, ἡ, Thraciæ oppidum est Pallenæ proximum, cujus incolæ dicuntur Aesæi, Αἰσαῖοι. Ex Stephano.

Aesăcŭs, Αἴσακος, Priami filius ex Alyxothoë nympha, qui quum Hesperies amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, evenit ut serpēs à puella calcatus, pedem ejus mordicus apprehenderet: quo ex vulnere quum illa interiisset, Aesacus doloris impatientia sese in mare præcipitavit. Quē Thetys miserata (ut lib. 11. Metam. fabulatur Ovidius) in mergum avem convertit.

Aesărŭs, Αἴσαρος, Fluvius est in magna Græcia, juxta Crotonem oppidum: de quo Strabo lib. 7.

Aeschīnēs, pen. prod. [Αἰσχίνης. Ger. Ein Redner zu Athen.] Athenienſis orator, Demosthenis æmulus: cujus orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Præter hunc alii septem hoc nomine claruērunt, teste Diogene Laërtio. Primus, philosophus, Socratis discipulus. Secundus, qui artem oratoriam scripsit. Tertius, hic orator. Quartus, Arcadia profectus. Quintus, Mitylenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus, Neapolitanus, philosophus Academicus. Melāthii Rhodii discipulus. Septimus, Nilesius scriptor. Octavus, statuarius.

Aeschўlŭs Αἰσχύλος, pen. corr. Poëta tragicus Atheniēsis. Hor. lib. 2. Epist. Idem in Arte poëtica: Post hunc personæ, pallæq; repertor honestæ Aeschylus, & modicis instravit pulpita tignis: Et docuit, magnūq; loqui, nitiq; cothurno. Valer. Max. li. 9 cap. 12. eum appellat originem & principiū fortioris tragœdiæ. Hic Athenis excedens in Siciliam venit. Quumq; monitus esset, in fatis esse, ut ex ictu superne proveniente mori eū oporteret: erectū vitans sub dio manebat aperto capite. Itaque moenibus urbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atq; lapidi eam illisit, ut fractæ testudinis vescerētur: eoq; ictu extinctus est annos ætatis LVIII. Ex Valer. & Volater. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. Quint. lib. 10. cap. 1. & Cic. 2. Tusc.

Aeschўlŭs, Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere usus est. Cic. in Bruto.

Aeschўlĕŭs, pen. corr. adject. Αἰσχύλειος. Propert. lib. 2. Eleg. ult. Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

Aeschrion, Αἰσχρίων, Mitylenæus versificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximeq; ei dilectus, ut tradit Nicāder Alexādrinus in lib. de discipulis Aristotelis. Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

Aescŭlānŭs, Deus, & Argentinus, dicti sunt dii æris, & argenti: id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Bud. lib. 5. de Asse.

Aesculapius, [Αἰσκληπιός Ger. Ein Sohn Apollinis ein außbündiger lehrer vnd erleuchter der Artzney.] Nomen est Apollinis filii, qui medicinam artē, vel laude, vel opere amplıavit, ob eamq; rem in deorum numerum receptus fertur. Cujus duo filii, Podalirius & Machaon, bello Trojano Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus attulēre.

Aesepŭs, pen. prod Αἴσηπος, Fluvius est in Minore Mysia, ex Ida monte profluens: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. ult. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolonis filii Laomedontis, & frater Pedasi, quos ille ex Abarbarea nympha suscepit, ut refert Homerus in principio lib. 6. Iliad.

Aesĕrnĭă, Αἰσερνία, Ptolem. Samnitū urbs in Italia. Strabo. lib. 5: Aesernia, & Allife, Samnitica sunt oppida: alterū bello Marsico deletum: alterum superstes adhuc. ¶ Hinc Aesernini, Αἰσερνῖνοι, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Quanquam ibi Esernini legatur sine diphthongo.

Aesis. [Αἶσις Fiemesino.] Vmbriæ fluvius est, inter Anconem & Senogalliam, in mare Adriaticum influens, qui olim Italiam à Gallia dividebat. Fluvii hujus meminit Ptolemæus in descriptione Italiæ. Pliñius lib. 3. cap. 14. Strabo lib. 5. ¶ Hoc quoque nomine à Ptolemæo appellatur ejusdem regionis oppidum, quod à Strabone Aesium vocatur. Nomen utrunque ab Aesi fluvio ductum videtur, à quo oppidum hoc non longè est dissitum. Hinc Aesinates, Αἰσινάται, quorum meminit Plin. lib. 3 cap. 14.

Aesĭsium. [Αἴσιον. Aſciesi.] Vrbs Vmbrorum, Ptolemæo. Aſſisi: hodie dicta.

Aesŏn, Αἴσων. Crethei filius, frater Peliæ regis Thessaliæ, & pater Iasonis, qui ab eo vocatur Aesonides.

Aesŏpŭs. [Αἴσωπος. Ger. Der Fabeldichter.] Philosophus, Phryx genere, conditione servus Xanthi, liber factus ab Idmone cæco, tempore Crœsi Lydorū regis, cui fabulas suas dicavit. Quas antiquitus etiā Vulgus idiotarū tenebat. Has qui [illegible] nihil scire videbatur. Vnde locus proverbio apud Aristophanem & Suidam: Ne Aesopum quidem trivisti, οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας, De vehementer stupidis & imperitis. ¶ Fertur hunc nihil commeritum interemptum fuisse à Delphis: qui oborta pestilentia gravissimas pœnas dedēre. Vnde ortum Adagium: Aesopicus sanguis, Αἰσωπεῖον αἷμα. Dici solitum, quum quis præter meritum acerba patitur: aut ubi propter læsam innocentiam, irati Superi pœnam sunt immissuri: aut, ut etiā refert Plutarchus, quoties serò pœna datur. ¶ Itē alius Aesopus anagnostes Mithridatis eruditissimus. Scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut author est Suidas. ¶ Præterea Aesopus, Tragœdiarum actor amicitia junctus Ciceroni, cum quo sæpè in Curiam ad videndum pronuntiantem Hortensium profectus est, teste Valerio. Hic ad tantas opes ex histrionica pervenit, ut sexcentis H-S ei patina steterit: filium reliquerit adeò divitem, simul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis apponeret, ut scribit Plin. lib. 10. cap. 51.

Aesŏpĭŭs, vel Aesopeus, Αἰσώπιος. Macrob. lib. 1. Comment. in Somnium Scipionis 15. cap. 2: Aesopiæ fabulæ elegantia fictionis illustres.

Aestræum, Αἴστραιον, Oppidum Macedoniæ, & Aestræi populi, sunt ejus urbis incolæ, teste Ptolemæo.

Aesўma, Αἰσύμη, Stephano, Vrbs Thraciæ, patria Castianirę, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Trojano ab Ajace fuit interfectus. Autor Homer. 8. Iliad.

Aesўmnĭŭs, Αἰσύμνιος, Vir fuit Megarensis, qui regum tyrannidem exosus, consuluit Apollinem, quo potissimùm modo Megarenses felicissimè Rempublicam possent administrare: quumq; responsum esset: Si cum pluribus consultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui vivorum numerum longè exuperant, tumulum Heroibus congessit, qui ab ipso Aesymnius dictus est, Curiamq; extruxit, quæ ambitu suo tumulum includeret, arbitratus ita futurum, ut ipsi etiam mortui ipsorū consultationibus interessent.

Aesўmnŭs, Αἴσυμνος, ab Homero inter principes Græcorum memoratur, qui ab Hectore sunt interfecti, Iliad. 12.

Aesўrmus, Vrbs Thraciæ, teste Homer. Iliad. lib. 8.

Aeta, Vide, AEETA.

Aēthæă, Αἰθαία, Regionis Laconicæ oppidum, apud Steph.

Aethalia. [Αἰθαλία Straboni, Αἰθάλη Stephano, Palmoſa.] Insula est in mari Tyrrheno, distans à continenti stadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quæ à fossoribus exhaustæ, certo tempore succrescant. Autor Strabo libro 5. Alio nomine Ilua vocatur, teste Plinio libro 3. capite 6. Quo nomine & à Virgilio appellatur Aeneidos libro 10: -ast Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Aethalides, Αἰθαλίδης, Mercurii filius creditur, qui à patre impetravit, ut & vivus, & vita defunctus, omnium quæ gererentur, haberet memoriam. Hunc se aliquādo fuisse, Pythagoras gloriari solet, atq; inde sibi omnium eorum quę gesserat, quū Hermotimus esset, aut Euphorbus, memoriam mansisse.

Aetherii, [Αἰθέριοι. Ger. Die Moren.] Populi subter Aegyptū, qui postea ab Aethiope Vulcani filio *Aethiopes* vocati sunt. Author Plin. lib. 6. cap. 30.

Aethices, Αἰθικες Stephano, Populi Thessaliæ, quorum meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

Aethione, insula maris Oceani: Macarea anteà appellata, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

Aethĭŏpē, Αἰθιόπη, Insula Asiæ adjacens, non procul à Lesbo, quæ olim Macaria appellabatur, teste Plin. lib. 5. cap. ult.

Aethĭŏpĭă, [Αἰθιοπία. Ger. Morenland/in dem die Leut von gruſſer hitz der Sonnen gantz ſchwartz werdē. Vng. Szeretſin orſzág.] ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit: dicta, ut ait Plin. li. 6. ca. 36. vel à Græco αἴθω, cremo, & ὄψ, aſpectus, facies: nā Solis vicinitate ejus regionis incolæ torrentur: est enim ibi jugis æstus. Quicqd ejus fertile est, sub meridiano cardine est. Circa verò Occiduū, montosa est, arenosa in medio. Ad Orientalē plagā, deserta. Cujus situs ab Occiduo, Atlantē montē: ad Orientem usq; in Aegypti fines porrigitur: à Meridie Oceano: à Septentrione, Nilo flumine clauditur. Plurimas habet gentes, diverso vultu & mōstrosa specie horribiles. Ferarum quoq; & serpentium referta est multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus, basiliscus, dracones ingentes. ¶ Straboni lib. 1. Homerum sequuto duplex est Aethiopia. Altera ad plagam Africæ Orientalem, primùm ab iis cognitam, qui ex Arabia solverunt: Altera ad Occidentē, cujus notitiam primi habuerunt, qui Gadibus egressi Occiduum litus lustraverunt.

Aethĭŏps, [Αἰθίοψ. Vn. Szeretſin.] Vulcani filius fuit, qui Aethiopiā à se denominavit, ut placet Plin. li 6. c. 30. ¶ Aethiopes quoq; dicuntur, qui Aethiopiā incolunt, & mulieres Aethopissę, Αἰθιόπιδες. ¶ Sunt qui Aethiopas dictos putent, à Chus filio Cham. Nam Chus Hebręis, Aethiopē sonat. Hi olim ad Indum fluviū habitasse creduntur, relictisq; sedibus suis, juxta Aegyptū cōsedisse inter Nilum & Oceanū supra Heliopolim, & paulatim

& paulatim etiam ad interiora Africæ penetrasse. ¶ Aethiopes tam atro sunt colore, atq; adeò immutabili, ut proverbiali figura dictum sit: Aethiops non albescit, αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται: de iis qui nunquam mutaturi sunt ingenium. Quicquid enim nativum, id haud facilè mutatur. Fertur in hanc rem Epigramma Luciani nomine: Εἰς τὰ μέλανα νίπτεις δέρματα ἰνδικῷ, ἴσχνε πάχνη. Οὐ δυνάσῃ δ' ὑφελεῖν νύκτα κροκαλίσσῃ: id est, Abluis Aethiopem frustrà: quin desinis artem? Haud unquam efficies nox sit ut atra, dies. ¶ Eandem vim habent, Aethiopem lavas, αἰθίοπα σμήχεις: &, Aethiopē dealbas, αἰθίοπα λευκαίνεις. Hoc item peculiariter quadrabit, quum res parùm honesta verborū fucis adornatur: aut quū laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Vide Aesopi apologū, de mercatore, qui empto servo Aethiopi assidua lotura faciem divexavit. Nam vestem mutare potest Aethiops, faciem nō potest. Hinc etiā proverbialiter dicimus, Aethiopē ex vultu judico. Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τοῦ ὄψεως γινώσκω. Præfert quisq; aliquo signo cujusmodi sit moribus.

Aēthōn, [αἴθων. Ger. Eins auß den wagenpferden der Sonnen.] Equus Phœbi dictus est. Fuére autē (ut in fabulis fertur) quatuor equi Solis: Phlegon, Pyroeis, Eous & Aethon, quibus significantur quatuor diei horæ. Ovid. 2. Met. Interea volucres Pyroeis, Eous, & Aethon, Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent. Latinè Aethon interpretatur ardēs: Phlegon, inflammans: Pyroeis, ignitus: Eous, lucifer.

Aēthrā, αἴθρη, Filia Pitthei regis, & uxor Aegei, materq; Thesei. Ovid. in epistol. Adrianes ad Thesēum: Nec pater est Aegeus, nec tu Pittheidos Aethræ Filius. Vide in Aegeo. Alia fuit Aethra Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea XII. filias, & unum filium, Hyantem videlicet, suscepit: sed Hyas in Libya à serpente occisus est: cujus mortē quum quinque sorores nimiùm deflerent, luctu contabuerunt: sed Iovis commiseratione inter sydera sunt trāslatæ, Hyadesq; à fratris nomine dictę. Reliquæ septē, eò quòd plures superstites mansissent, Plejades sunt appellatæ, ut autor est Timæus Græcus scriptor: sed de his infrà paulò aliter.

Aēthræā, [αἰθραία. Ger Die Insel Rhodis.] Insulæ nomen est in mari Carpathio, quæ hodie Rhodos dicitur. *Rodas*. Autor Plin. lib. 5. cap. 33.

Aethría, αἰθρία, In Aegeo mari insula est, quæ & Aeria, & Thassos appellata est, Plin. l. b. 4 cap. 12.

Aethruría, Vide HETRVRIA.

Aēthūsā, αἴθουσα, Insula est in mari Libyco, quæ à quibusdam Aegusa dicitur Plin. l. 5. 3. cap. 8.

Aētiā, orum, αἴτια. Vide in APPELLATIVIS.

Aētius, ἀέτιος, Medicus fuit insignis, ex Antiochia Syriæ urbe, discipulus Eunomii, tēpore Constantini Imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret nullum esse Deum, ut alii quidā impii philosophi. Scripsit de Re medica libros sedecim, & Epistolas quasdam. Nomen deductum est ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ: hoc est, ab aquila. Vnde per quatuor syllabas proferri debet.

Aetna. [αἴτνη. *Mongibello*. Ger. Ein berg in Sicilien der fewr außwirfft.] Mons Siciliæ perpetuo clarus incendio, eoq; nomine à Poētis celebratus. Incēdii autem ejus causas explicat Trogi abbreviator. Iustin. lib. 4: Sicilia (*inquit*) terra est cavernosa, & fistulosa, quò fit, ut ventorum flatibus pateat: unde ignis concipitur. Intrinsecùs sulphur habet & bitumen, quòd ubi vētus per spiramenta cavernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem: sic Aetnæ durat incendium. Motus ergo ventorū, causa incendii est. Aetnam & Athonem montes in molestiæ, tædiique proverbium abiisse testatur Lucil. apud Gellium libro 16. cap. 9.

Aētnæus, a, um, αἰτναῖος, Denominativum. Virg. 8. Aen. Cyclopum exesa caminis Antra Aetnæa tonant. Accipitur interdum pro magno, instar Aetnæ mōtis, ut annotavit Cælius Ant. lect. lib. 21. cap 23. In qua significatione Virgilius quoq; usurpasse videtur lib. 3 Aen. Cernimus astantes nequicquā lumine torvo Aetnæos fratres. ¶ Et proverbialiter Aethnęus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος. De magnis & fœdis. Est enim cantharus sive scarabeus insecti genus fœdum, quod ut è stercore nascitur, ita pascitur. Aristophanes in Pace.

Aētnā, Oppidū in Sicilia, nō procul à Catana. Hieronis opus, quod olim, teste Stephano, Inessum dicebatur. Hinc Aetnenses populi, αἰτναῖοι, quorum meminit Plinuis libro 3. capite 8.

Aētōlĭā, [αἰτωλία. *El de portato*. Ger. Ein Landtschafft in Grieche-land.] Græciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima: dicta ab Aetolo Martis (ut Plinio placet (sive (ut Stephanus mavult) Endymionis filio: quū antea Hyantis ὑαντὶς diceretur.

Aētōlus, a, um, sive Aetolius, αἰτωλὸς, αἰτώλιος. Virg. lib. 11. Aen. Nō erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi. Aetholius heros, Diomedes Tydæi Aetoliæ regis filius. Ovid. 14. Metam. ¶ Aetoli, αἰτωλίται, dicti sunt olim joco proverbiali, qui juxta mores Aetolorum petaces essent & improbi. Allusum est ad vocem: Aetoli nanq; dicti videntur, quòd omnia petant; παρὰ τὸ ὅλον αἰτεῖν. Meminit Stephanus. Dicitur & Aetolicus. Liv 4. Decad. libro 7. Aetolicum magis ad Thermopylas bellum, quàm regium fuit. Iterum lib. eod. Aetolica vestis. Plaut. in Pœnul. Aetolicus ager.

Aētōlus, αἰτωλὸς, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 56. Martis fuit filius: Homeri aūt enarrator, de Aetolo sic tradidit: Aetolus (*inquit*) filius Endymionis fuit: qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Aetolia dicta est: ibiq; genuit filium Pleuronem, à quo urbs Aetolia dicta. Hujus autem alii duo filii fuerūt, Cures, & Calydon: à quibus rursus aliis urbibus nomina data sunt.

Aētus, [ἀετὸς. Ger. Der fluß Nilus in Aegypten.] Olim appellatus fuit Aegypti fluvius, qui postea Nilus dictus est: ut ex Lycophrone annotavit Cælius Rhod. Antiq. lect. lib. 20. cap. 13. Quod nomen à cursus velocitate illi impositum fuisse apparet, quòd scilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant ἀετὸν) propemodum æquare videretur. Commemoratur & in Scythia fluvius nomine Aētus, qui quòd Promethei agrum uberem alioqui, crebris exūdationibus infestaret, fecit locum fabulæ, ut Promethei continuò renascens jecur, ab aquila exedi diceretur. Ex ejusdem Cælii lib. 7. cap. 20.

Aex. [αἴξ, γός. Ger. Ein kleine Insel vnd gar nahe nur ein blosser Berg / im Egeischen Meer / welcher von fernuß wie ein Geiß anzusehen ist.] Insula scopulosa in mari Aegæo inter Tenedum & Chiū, quæ capræ speciem procul aspicientibus præbet. Vnde & nomen accepit. Nam αἶγα Græci vocant, quam nos *capram*. Ab hac insula mari Aegæo nomen factum esse tradit Plin. libro 4. ca. 11. quanquam alii alias ejus nominis afferant rationes. ¶ Est etiā avis Aex apud Aristot. li. 8. c. 3. de Hist. anim. quę Latinè vertitur *Capella*, sed nomē à voce. Hęc amnes & lacus incolit: satis pulchra est, & cirrhata (ob id quibusdā Stymphalis Plīnii) ac in hortis assuescit, herbis quæ noxia animalia, ut erucas, depascitur.

Aexonía, urbs Magnesiæ, & Aexonæ pars tribus Cecropidis.

Aezica, pars Thraciæ, Steph.

A ante F

Afer, aut potius Apher, λίψ. Vide in AFRICA.

Afrānius, Poëta Latinus fuit, togatarum fabularū scriptor. Cujus comœdiæ, alioqui festivæ & elegantes, minùs gratæ fuerunt, quòd fœdis puerorum amoribus essent cōspurcatæ. ¶ Etiam dux fuit Pompeianarum partium, victus à Cæsare in Hispania ad Sicorum amnem. Vide Lucanum lib. 4.

Afrania, Licinii Bructionis uxor prompta ad lites contrahendas, muliebris verecundię oblita, adeò ut pro crimine improbis fœminarum moribus C. Affraniæ nomen objiciatur. Valer. Max. lib. 8. cap. 3.

Africā. [λιβύη. Ger Einer auß den drey grossen theilen des Erdbodens.] Regio est latissima, una ex tribus præcipuis mundi partibus, ad Orientem Aegypto & Nilo fluvio: ab Occasu Oceano Atlantico terminata: à Meridie Oceanum Australem: ad Septentrionem mare Libycum spectans. Nomē habet (si Iosepho credimus) ab uno posterorum Abrahæ, cui nomen erat Afer: vel (quod verisimilius est) ab ἀ privativo, & Græco nomine φρίκη, quod horrorem significat. Est enim hæc regio frigoris, horrorisq; expers, ut quæ majore sui parte inter Tropicos sita sit. Provincias habet ad Mediterraneū mare extensas, duplicem Mauritaniā, Tingitanam, & Cæsariensem: deinde, Numidiam, pòst Africam propriè dictam, quę & Africa minor dicitur. Hanc excipit Cyrenensis, sive Pentapolitana regio. Post hanc est Libya Mareotica, Aegypto cōtermina. Interiora Africæ Aethiopes habent, plurimiq; alii populi monstrosi, quos enumerat Plin. li. 5. cap. 8. ¶ Africa minor, olim urbes habuit Carthaginem, Vticam, Adrumetum, Zamam, Hipponem regium, & alias quasdam. ¶ Africa semper aliquid novi apportat. Proverbium quod quadrat in homines lubrica fide, semperq; novandarum rerum avidos. Quod quidem ideò dicebatur, quòd in Africa siticulosa regione ad unum aliquem rivum plurimæ ferarum species bibendi gratia convenire cogantur, ibiq; varia mistura violentæ veneris varias monstrorū formas, subindeq; novas nasci. Ex Plin. lib. 8. cap. 16. Arist. de Generat. Animal. lib. 2. cap. 5.

Afer, afra, um, λίψ, Adjectivū, Armentarius Afer, Virg. 3. Geor. Murice Afro tinctæ lanæ. Horat. 2. Carm. ¶ Afra avis, Proverbii species, λιβυκὸν ὄρνεον. Refertur à Suida de rebus prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aves immani magnitudine. Horatius de prælauta usurpavit: Non Afra avis descendat in ventrem meum, Iucundior quàm lecta de pinguissimis Oliva ramis arborum. Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas aves appellant. Acron videtur de struthione sentire, quę & ipsa avis mira mole corporis esse fertur. Non meptè jacietur in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plaut: Pœnul. Pœnum avem, ve cave ob manicas

cas alarum instar utrinq; pensiles. Proverbium extat in Avib. Aristophan. Interpres indicat convenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes ferè timidiores. Ter. Hic nebulo magnus est. Ex Adag Chiliad.

Afer, λίβυς, qui est ex Africa. Dirus Afer, Horat. 4. Carm. Sitiētes Afri, Virg. 1. Aeg. Est enim Africa calidissima regio.

Afrĭcŭs, a, um, λιβυκὸς: ut Africa bella, apud Sil. lib. 16

Afrĭcānŭs, a, um: ut Gens Africana, Gallinæ Africanæ. Varr de Re rust lib. 3. cap. 4: Gallinæ Africanæ sunt grandes, varię, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci

Afrĭcānæ. Feræ sunt in Africa copiosę, ex genere pantherarum, quæ & Variæ appellantur, à macularum varietate. παρδάλεις. Plin lib. 8. cap. 17. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere.

Africŭs, substantivum, venti nomē est ab Africa spirantis inter Austrum & Zephirum qui & λιψ à Græcis dicitur. [Ital *Ponente, Lebeche* Flandris. Suid/Westen/Weste Ger. Der Wind von Nidergang/welcher vber *Africam* hineyn wähet.] Virg. 1. Aen. Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus. Horat. lib. 1. Carm. Luctantem Icariis fluctibus Africum.

A ante G

Agactari. populi, aliàs Agaturi Plin lib. 6 cap 28 68.

Agaerus, ἀγαιρος, Scythicum rex. Vide in Panticapæo.

Agamantæ. Populi sunt circa Mæotim. Plin lib. 6 cap. 7.

Agamede, ἀγαμηδη, Oppidum Lesbi insulæ Plin lib. 5. cap. 31.

Agamedes ἀγαμηδης, Viri ejus nomen fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit: cujus meritū nomine, quum ab Apolline præmium postulassent, quod ille homini optimum duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt.

Agămēmnōn, [ἀγαμέμνων. Ger. Ein Oberster vber den gantzen Heerzeug der Griechen vor Troia] Atrei & Aeropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quā Græci ob Helenæ raptum adversus Trojanos susceperunt, omnium consensu universi exercitus dux est declaratus. Quo in bello, decimo demum anno victoria potitus, ubi primùm in Græciam rediit à Clytemnestra uxore, adjuvante Aegistho (qui cum illa absente viro, adulterii consuetudinem habuerat) est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignā patris necem ulciscens, matrem unà cum adultero interemit. Vide Senecam in Agamemnone, & Euripidem in Oreste

Agămemnŏnĭs hostia, ἀγαμέμνονος θυσία, in duros & persuasu difficiles dicitur. Inde natum, quòd Agamemnone rem divinam in Troia facturo, bos effugerit, vixq; multo negotio cōprehensus, reductus est. Quadrat it etiam in eos qui nolentes & adacti quippiam agūt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac volens adstaret. Quòd si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & hūc posse referri, quòd Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificavit, sed admodum invitus. Recensetur à Zenodoto.

Agămēmnŏnĭus, Adjectivū, Virg lib. 6 Aen. Eruet ille Argos Agamemnonioq; Mycenas. ¶ Agamēnonii putei, ἀγαμεμνόνεια φρέατα, proverbialiter de admirandis operibus dicebantur: Ajunt enim & circa Aulidem & passim in Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Autor Zenodotus.

Agamnestor, ἀγαμνήστωρ, Nomen est Athenienſium regis.

Agamzŭă, Mediæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 14.

Agandei, Populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap 7.

Agane, ἀγαυη, Nomen proprium filiæ Cadmi & Hermiones & Echionis uxoris, quę versa in furiā, Pentheum filiū laniavit.

Agānippē, pes, Fons Bœotiæ à Cadmo mōstratus. Musis sacer, quē poëtæ fabulantur factū esse Pegasi equi alati ungula: [ἱπποκρήνη. Ger. Ein Brunen im Land *Bœotia* dē *Musis* zugeeignet]

Agănīppæŭs, a, um, denominativū, ἀγανιππαῖος. Propertius: Par Aganippææ ludere docta lyræ.

Agănīppĭs, ἀγανιππὶς, patronymicū fœmininum. Ovid. 5. Fast. Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Medusæi signa tenetis equi.

Agăpēnor, pen. prod. ἀγαπήνωρ, Præfectus classis Agamēnonis, & apud Hom. in Catalog. navium. Latinè amās viros, vel qui ab aliis amatur.

Agapeta, pen. prod. Vide in APPELLATIVIS.

Agapetus, pen. prod. ἀγαπητὸς, Synnadæ, quæ est in Phrygia, Episcopus: de quo vide Eusebium in Histor. Eccles. Latinè interpretatur diligibilis, vel dilectione dignus.

Agapius, ἀγάπιος, Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantii magna celebritate medicinam docuit. ¶ Fuit & alter Atheniensis philosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agar, ἄγαρ, nomen ancillæ Abrahæ, quod interpretatur advena, à qua Agareni, ἀγαρηνοὶ, Populi Arabiæ, qui nunc *Saraceni* dicūtur, à Sara uxore Abrahæ. Hos bello aggressus Trajanus Cęsar, eorum oppidum Agaram mœnibus nudavit, eos tamē nunquam potuit acie superare, tempestate cœli tanquam divinitùs perpetuò obstante. Autor Dion.

Agarum, ἄγαρον, Promontorium est Sarmatiæ Europææ, ab ea parte, qua Bosphoro Cimmerio proxima est. Autor Ptolemæus.

Agarus, ἄγαρος, Fluvius Sarmatiæ Europææ, in Bosphorum Cimmerium illabens, circa quem radix quædam fungosa arboribus adnascitur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluvii hujus meminit Ptolemæus in descriptione Sarmatiæ, & Cæl. Antiq. lect 18. cap. 8.

Agasias, ἀγασίας, Ex Stymphalo Arcadiæ oppido vir fortis, & bello clarus, de quo Xenophon lib. 6. de expeditione Cyri minoris.

Agasicles, ἀγασικλὴς, Spartanorum rex clarissimus fuit, cujus extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma: Nullum esse firmius stabiliendi regni præsidium, quàm si Rex ita civibus imperet, ut parentes liberis.

Agăsō, Nomen proprium servi. Horatius: Si patinam pede lapsus frangat Agasō.

Agasthenes, ἀγασθένης, fuit, teste Homer. lib. Iliad. 2. pater formosi Polyxeni, qui navibus suæ gentis præfuit in expeditione Trojana. Latinè interpretatur insigniter robustus.

Agastrophus, ἀγάστροφος, Pęonis fuit filius, & heros inter primos Trojanorū bellatores: sed à Diomede vulneratus in coxa, mortem obiit, ut scribit Homer. lib. Iliad. 11.

Agatha, ἀγάθη Stephano, Oppidum provinciæ Narbonensis, quondam Massiliensium. Vide Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Fuit præterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano lib. 13.) Cathanēsis, & martyr, sub Gallo mammillis torta.

Agatharchides, ἀγαθαρχίδης, Historicus Samius, de quo Plutarchus in historia Persica, & Diodorus Siculus. Extāt hodieque nonnulla ex ejus scriptis exempla.

Agarhea, pen. prod. ἀγάθεια, Oppidum est Phocidis. Steph.

Agathias, ἀγαθίας, Smyrnęus fuit historicus nobilissimus, qui Iustiniani Cæsaris gesta conscripsit.

Agathyrnum, Vide AGATHYRSVM.

Agatho, pen. cor. ἀγάθων, Philosophi Pythagorici nomen fuit. Hic quum annorum esset octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc servaret pristini roboris reliquias. Quid nisi inquit: nam non modò Ver, verùm etiam Autumnus consuevit bonos fructus proferre. ¶ Fuit etiam hoc nomine Athenienſis vir, portētosæ procerit atis & fortitudinis: de quo Philostratus in vita Herodis Attici. ¶ Fuit & nomen filii Priami: qui cū patre Hectoris corpus redempturo, ad Achillē profectus est, ut habet Homer. Iliad. lib. ult. ¶ Alius fuit Agathon tibicen quispiam, cantilenarū suavitate majorem in modum aures deliniens. Nec hujus mores dissimiles musicæ perhibentur: laboravit enim infamia mollitiei. Vnde Adagium: Agathonia cantio, Ἀγαθώνειος αὐλησις. Rectè dicetur de oratione blanda magis quàm frugifera. Autor & Suidas & Zenodotus.

Agathopolis, ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonensis civitas est, quæ hodie *Monspessulanus* dicitur. [vulgò Mōtpellier, vel potiùs Agde.]

Agathocles, [ἀγαθοκλῆς. Ger. Eines Hafners Sohn ward Kōnig in Sicilia.] Siculus tyrannus fuit, qui ex sordido genere natus, patre scilicet figulo, quum libidini, latrociniisq; operā dedisset, gregariam militiam exercuit. In qua quòd manu strenuus esset, & in concionibus perfacundus, brevi ex centurione tribunus militum evasit: & primo quidem bello cōtra hostes pugnans, magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeò ut in demortui regis locum fuerit suffectus. Nec multò pòst interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensibus bellum gessit. Deinde spe ampliandi regni in Italiam trajecit: ubi quum deceptus fuisset, ex indignatione morbū contraxit: ex quo etiam vita functus est. Hic quū figuli (ut modò diximus) esset filius, generis humilitatem non modò non dissimulavit, verùm etiam eo veluti firmissimo argumento usus est, ad inflammandos suos ad capessendam virtutem. Vnde vasis aureis frequenter figulina solebat admiscere, ut ostenderet sordidissimæ etiam conditionis hominibus per virtutem ad honores iter patere

Agathusa, ἀγαθοῦσα, Callimacho dicta est insula unguēto nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur Plin lib. 4. cap. 12

Agăthyrsum, sive Agathyrsa, ἀγάθυρσα Stephano, Vrbs est Siciliæ quæ recensetur à Plin. lib. 3. cap 8.

Agăthyrsi. [ἀγαθυρσοι. Ger. Völcker in Asia/an die Scythen stossend/welche viel Golds haben/das doch bey jhnen in keiner achtung ist.] Populi Scythis vicini, qui multū habent auri, sine avaritia, aut invidia. Hos Plin. lib 4. cap. 12. scribit habere capillos cæruleos. Poëtæ pictos vocār: quoniam versicoloribus vestibus induuntur. Virgil. lib. 4: Cretesq; Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi: Dicti Agathyrsi, ab Agathyrso Herculis filio.

Agāve penul. prod. ἀγαύη, Filia Cadmi & Hermiones, & uxor Echionis, quę in furorem versa, Pentheum filium, regem Thebanorum,

banorum, in Orgiis Bacchi ſuis manibus dilaniavit.

Agaví, ἀγαυοὶ, populi ſunt Septentrionales: quos Homerus circa initium lib. 13. Iliad dixit eſſe gentem innocentiſſimam, ut quæ ſine ullis divitiis equino victitat lacte. Verba Homeri ſunt, Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων τε καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν: ubi tamen plerique putant vocem ἀγ. eſſe epithetum, non proprium gentis nomen.

Agāvus, pen. prod. ἀγαὸς, Vnus è Priami filiis, apud Homerum, lib. Iliad. ult. qui patrem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

Agbarus, ἄγβαρος, Rex fuit Edeſſæ, cujus ad Chriſtum Servatorem noſtrum epiſtolam, Chriſtiq; itidem reſponſum, vide apud Euſebium.

Agbatana, orum, ἀγβάτανα Stephano. Oppidum Phœnices, quod Plin. lib. 5. cap. 19: Ecbatana appellat. ¶ Item oppidum Mediæ, totius regionis caput, à Seleuco conditũ: quod & ipſum Plinius Ecbatana appellat, lib. 6. cap. 14. [Ger. Die gewaltig Hauptſtatt in Media.]

Agēdēcum, pen. prod. ἀγήδηκον, Ptolemæo Gallorum Senonum oppidum eſt, quod idem eſſe exiſtimatur cum eo, quod Galli ſua lingua *Sens* vocant. Scribitur apud quoſdam Agendicum. Vide Vigenereum in Cæſarem.

Agelades, ἀγελάδης, Nomen inſignis ſtatuarii, & magiſtri Polycleti: cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Agelaſtus, Vide in APPELLATIVIS.

Agenor, pen. prod. [ἀγήνωρ. Ger. Ein König der Phenicer/ ein Vatter Cadmi vnd Europæ.] Nomen regis Phœnicum, & Beſi filii. Hic genuit Taygetam & Europā filias: filios verò Ciliccm, Cadmum & Phœnicem. Virg. 1. Aeneid. Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Trojani.

Agerochus, filius fuit Nelei ex Chlori uxore, ut eſt apud Homer. lib. 11 Iliad.

Agēſīmbă, Aethiopum regio in Africa.

Agēſtis, Apollinis filius, ut habet Iuſtinus, ex Cyrene virgine, Pelio monte Theſſaliæ rapta frater Ariſtei. Hunc alii nunc Argeum vocant.

Agora, oppidum in Cherſoneſo. Steph.

Agerona, Deæ cujuſdam nomen erat apud Romanos, ab agendo dicta, quòd induſtriæ præſidere putabatur. Sicut contrà Murcea, ſocordiæ Dea credebatur.

Ageſander, [ἀγήσανδρος. Ger. Ein berümpter Bildhawer auß der Inſel Rhodiß bürtig.] Inſignis ſtatuarius fuit ex Rhodo inſula, qui unà cum Polydoro & Athenodoro, Laocoontẽ marmoreum fecit in domo Titi Veſpaſiani Imperatoris, omnium artificum opera longo intervallo ſuperantem. Vide Plin. libro 36. cap. 5.

Ageſias, ἀγησίας, Cyrenaicus philoſophus, cui à Ptolemæo Philoſophiæ profeſſione fuit interdictum, quòd animæ immortalitatem docens multos ad ſpontaneam mortem compelleret, ut Cleombroto Ambraciotę accidit. Cic. in Tuſc. lib. 1. Hic ab aliis Hegeſius appellatur.

Agēſīdāmŏs, ἀγησίδαμος, Locrenſis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

Ageſilaus, ἀγησίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius, qui poſt mortem Agidis fratris ſui rex conſtitutus, Tiſſaphernem in Aſia, qui principatũ tenebat inter Perſas, vicit, & Athenienſeis & Bœotios apud Coroneã urbem Peloponneſi. Brevi ſtatura corporis, & altero pede claudus fuit, ſed rara virtute præditus. Vitam ejus vide apud Plutarch.

Ageſinates, Galliæ populi ſunt, Pictonibus vicini. Plin. libro 4. cap. 19.

Agēſĭpŏlĭs, ἀγησίπολις, Lacedæmoniorũ dux, qui ſpecioſam ſæpiùs victoriam ab Argivis retulit. Vide Xenophontem rerũ Græcarum lib. 4.

Agēſſĭs, Vrbs Thraciæ, Steph.

Ageris, Apollinis filius, ut habet Iuſtinianus, ex Cyrene virgine, Pelio monte Theſſaliæ rapta, frater Ariſtæi. Hunc alii nunc Argeum vocant.

Agilis, Propriũ viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

Aginum, Vrbs Galliæ, Ptolemæo. Vulgò *Angoleſme*.

Agis, ἄγις, Lacedæmoniorũ rex, qui cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit: à ſuis tandem civibus in carcere necatus, quòd Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plut. in Vita ejus, & Cic. Offic. 2.

Agiſimba, Aethiopum regio in Africa.

Agla, ἄγλη, Hiſpanię oppidum in tractu Bætico, apud Plin. lib. 3 cap. 1.

Aglaia, ἀγλαΐα, Vna eſt ex Gratiis ſeu Charitibus. Latinè interpretatur *Letitia*.

Aglais, idis, ἀγλαΐς, Megaclis filia, mira guloſitate & voracitate mulier, utpote quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & vini choam: hoc eſt, Romanũ congium, ſive ſextarios ſex, unica cœna abſumeret. Cæl Rhod. lib. 15. cap. 19

Aglaonice, ἀγλαονίκη, Hegemonis filia fuit, aſtrologiæ petita, quæ quòd eclipſes Lunæ prædicere poſſet, jactabat ſe Lunam de cœlo detrahere: propter quam inſolentiam punita, locum fecit proverbio: τὴν σελήνην καθαιρεῖς: quo utimur, quoties aliquis ſua jactantia in calamitatem incidit.

Aglaope, ἀγλαόπη, Vna Syrenũ, quaſi ſplendida aſpectu. Nam ἀγλαὸν ψ apud Græcos, nobis ſonat *aſpectu ſplendidum*.

Aglaophon, ἀγλαοφῶν, Pictor nobiliſſimus. Plin. li. 35. cap. 9. & Cic. 3. de Orat. Floruit nonageſima Olympiade.

Aglaūrŏs, ἄγλαυρος, Cecropis regis Athenienſium filia, quæ quum Mercurio Herſen ſororem ſuam adamanti accepta pecunia operam ſuam eſſet pollicita, poſteaq; invidia correpta, limen ingredienti pertinaciter obſtaret, in ſaxum cõverſa eſt. Vide latiùs hanc fabulam apud Ovid. 2. Metam.

Aglaus, ἀγλαὸς, Senex fuit Pſophidius, qui ab Apolline Gyge felicior eſt judicatus, quòd agelli ſui limites nunquam eſſet egreſſus. Plin. lib. 7. cap 46. Valer. 7. cap. 1.

Agnicornu, Promontorii eſt Bolbiticum Nili oſtium. Strab. libro 17.

Agnicis, Fluvius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 27.

Agnitas, tæ, vel Agnita, tæ, ἀγνίτας, Aeſculapii cognomentum apud Spartanos, apud quos ejus dei ſimulacrũ ex agno, quæ planta eſt, erat exculptum. Cælius Lect. antiq. lib. 18. cap. 5.

Agno. [ἀγνώ. Ger. Ein Hexenthrunn in *Arcadia*.] Fons Arcadiæ eſſe traditur, cujus aqua cęremoniis quibuſdam commota, nebulę in morem in aërem aſcendens, largiſſimos demittit imbres: ita dicta ab Agno, una ex Iovis nutricibus. Cæl. Rhod. Lect. antiq. lib. 13. cap. 17.

Agnon, Nomen autoris apud Quint. lib. 2 cap. 17.

Agoce, ces, Nomen, urbis Aethiopiæ, quæ eſt ſub Aegypto. Plin. lib. 6. cap. 29.

Agōnalĭă, ium, vel iorum, ἀγόνια. Feſta erant apud Romanos, quotannis celebrari ſolita in honorem Iani (ut eſt apud Ovid. 1. Faſtorum) aut certè in honorẽ Agonii Dei (ut Feſtus tradit) qui rebus agendis præeſſe putabatur. Hoc die rex ſacrorum arietem immolabat, ut tradit Varr. lib. 5. de ling. Lat Nominis rationes multæ afferuntur. Nam Varro loco jam citato, ex ritu ſacrorum ductum exiſtimat, in quibus miniſter ſtrictum ad arietem jugulandum tenens cultrum, identidem rogare ſolet, Agón'? Quam opinionem Ovidius quoq; attigit his verſibus: Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter, Hoſtia cœlitib. quo feriente cadit, Qui calido ſtrictos tincturos ſanguine cultros, Semper agátne rogat, nec, niſi juſſus, agit. Feſtus (ut diximus) ad Agonium, rerum agendarum Deum, dictionis hujus etymon refert. Alii ad Agonem montem, in quo die illa ſacra fieri ſolebãt, qui poſtea Quirinalis dictus eſt, ex quo in eo commederũt Sabini, in urbis portionem recepti. Alii à certamine curuli dictum putant, quod hiſce feriis antiquitus ſolet celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellant. In quã opinionem Ovidius quoq; deſcendit, quum ſic ſcribit: Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum Nomina de ludis Græca tuliſſe diem, Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo, Veraq; judicio eſt ultima cauſa meo.

Agonia, Vide in APPEL

Agonax. Zoroaſtris fuit præceptor in arte Magica: apud Plin. tamen lib. 30. cap. 1: Azonacem hunc, non Agonacem appellatum invenimus.

Agonenſis porta, Romæ fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.

Agonis, idis, Liberta Veneris Erycinæ. Apud Cic. 1. Verr.

Agora, Oppidum in Cherſoneſo, Steph.

Agoracritus. [ἀγοράκριτος. Ger. Ein außbündiger Bildhawer. Pol. *Synicarg.*] Inſignis ſtatuarius fuit. Phidię diſcipulus, cujus opus eſſe creditur Veneris Rhamnuſię ſignũ, quam Nemeſim appellavit. Nam quum de facienda Venere cum Alcamene condiſcipulo ſuo contenderet, ſuffragio imperiti populi, non arte ſuperatus, uſq; adeò rei indignitate commotus eſt, ut ſignum illud Nemeſim appellaverit, caq; lege vendiderit, ne Athenis eſſet. Autor Plin. lib. 36. cap. 5.

Agoroſus. Oppidum Cariæ, Steph.

Agra, ἄγρα, Regia Læanitarum, Arabiæ populorum. Plin. lib. 6. cap. 28.

Agradatus, ἀγράδατος, Rex Perſarum, poſtea Cyrus dictus, à Cyro Perſidis fluvio. Strab. lib. 15.

Agræ, arum, ἄγραι, Oppidum eſt mediterraneũ Arcadiæ, apud Plin. lib. 4. cap. 6 Item Atticę regiuncula, Dianæ ἀγροτέρας templo inſignis. Vide Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 7.

Agræi, ἀγραῖοι Stephano, Populi ſunt Arabiæ in ſinu Læaniteo, quorum oppidum eſt Agra, ἄγρα, Læanitarum regio: cujus meminit & Plin. lib. 6. cap 28.

Agrăgās, Qui & Acragas, ἀκράγας, Siciliæ mons eſt, & in eo oppidum ejuſdem nominis, quod hodie *Agrigentum* vocant.

Vulgò *Gergento*. Virgil. 3 Aeneid. Arduus inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia.

Agrăgāntīnŭs, idem quod Agrigentinus. Lucr. lib. 1: Quorum Agragātinus cum primis Empedocles est. Vide AGRAGAS.

Agre. ἄγρη, Civitas est Lydiæ, apud Stephanum.

Agrĭgēntum, ἀκράγας, Vrbs Sicilię, quę & Acragas, sive Agragas dicitur, ex qua Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum fæviſſimus originem duxerunt.

Agrĭgēntīnŭs, a, um, possessiv. pen. prod. [ἀκραγαντῖνος. Pol. *Kol'omeika.*] ut Tyrannus Agrigētinus, & Sal Agrigētinus, qui igni fluit, & in aqua vel liquore alio crepitat, quasi torreatur. Plin. l. 31. c. 7: Agrigentinus sal ignium patiens, ex aqua exilit.

Agriodos. pen. cor. Numeratur ab Ovidio inter canes Actęonis, 3. Metamorphoseos.

Agrionía, Festa erāt apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

Agriophagí, ἀγριοφάγοι, Aethiopum populi sunt, Solis ferarum carnibus vescentes. Solinus & Plin. lib. 6. cap. 30.

Agriophagítæ, Cyclopes dicuntur, vel monoculi: quia unũ habent oculum in media fronte ad modum cycli. Hos India gignit.

Agríppa, ἀγρίππας, Sylvius Tyberini Latinorum regis filius, qui submerso patri successit in regnum, & quũ quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Agrippæ, quasi Aegrippæ, qui, & cur sic appellati, Vide in APPELLATIVIS.

Agríppína. penult. prod. ἀγριππῖνη, M. Agrippæ filia, & neptis Augusti, & uxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata est: ubi quum ille misto à Cn. Pisone veneno interiisset, cineres ejus in Italiā reportavit, & Iulię familię monumento intulit, Pisonemq; judicio persequuta ad spontaneam necem adegit. Postremò apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in invidiam adducta, inedia sibi mortẽ conscivit. ¶ Iulia Agrippina, Germanici, & superioris Agrippinæ filia fuit, quæ primùm C. Domitio Aenobarbo nupsit, cui Neronem peperit, mortuoq; Domitio, novo quodã exemplo cum Claudio Cęsare patruo suo secundas nuptias contraxit: quem, ut Neroni filio suo expeditam ad imperũ viam sterneret, venenato boleto sustulit. Tandem infinitis nobilissimorum virorum cædibus grassata, immissis Neronis jussu percussoribus, multis vulneribus confossa est, illud identidẽ clamitans: Feriri ventrem, qui mõstrum tàm ferum tulit. Vtriusq; vitam vide latiùs apud Tacitum.

Agrīppīnā, sive Agrippinēsis Colonia. [Ger. Die Statt Cöln am Rhein.] Vrbs est celeberrima ad Rhenum fluvium, Vbiorum metropolis: nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ ut patriam (ibi enim nata erat) splendidiorem redderet, sociisque etiam nationibus potentiam suam ostentaret, Veteranorum coloniam eò deduci imperavit. Vide Tacitum Annal. lib 12.

Agrísa, oppidum Carmaniæ, Steph.

Agrĭus, ἄγριος, Martis ex Parthaone filio nepos, & Thersitæ pater, teste Homero, cujus nihil præter nudum nomen ad nos pervenit. ¶ Fuit & Agrius Vlyssis ex Circe filius, ut autor est Hesiod. in Theog.

Agrōn, ἄγρων, Primus qui & Heraclidis Sardibus regnavit. Herod. lib 1. ¶ Agron Illyricorum rex, qui quum Aetolos superbissimos populos bello domuisset, tanta sese præ gaudio vini copia obruit, ut pleuritide correptus, subitò fuerit extinctus. Autor Polybius. ¶ Agron præterea apud Cæl. Rhod. li. 4. cap. 22. medicus summè laudatus, quòd Athenas magna pestilentiæ vi sæviùs infestante, affectorum plerisq; salutarem tulisset opem, accensis in proximo ignibus. ¶ Agron Nini filius à Græcis dictus, quòd in agris natus esset, apud eundem Cæl. lib. 23. cap. 5.

Agrōspī, ἄγροσποι, Populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 30.

Agrosus, Mons est, ubi nunc Roma, quem Faunus rex, Evandro ex Arcadia pulso concessit, quem ille postmodum Palatinum appellavit.

Aguntum, ἄγυντον Ptolemęo, Oppidum est Norici, quod & à Plinio recensetur lib. 3. cap. 24.

Agyía, ἀγυιὰ Stephano, Vide AGYIEVS.

Agyieus, ἀγυιεύς, per tres syllabas, Proprium est Apollinis epithetον: dictum à viis urbanis, quas Græci ἀγυιὰς vocant, quib. Apollo præesse creditur: unde & ἀλεξίκακος: hoc est, malorum depulsor vocatus est. Ex Stephano.

Agylla, ἄγυλλα, Vrbs Thusciæ, aliâs Cære vocata, & Agyllina, à nomine conditoris, quem Virg. lib. 8. ex Lydia venisse ostendit, quum ait: Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Vrbis Agyllinæ sedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclara jugis insedit Hetruscis. Vide Stephanum.

Agyrium, sive Agyrena, ἀγύριον Dionysio, ἀγύρεια Stephano, Oppidum Siciliæ: Vnde Agyrini populi, quos recenset Plinius in descriptione Siciliæ, li. 3. cap. 8. Stephanus Agyrenæos vocat, ἀγυρωναίους. Vulgò *Los de S. Philippo, de Agirone.*

A ante H & I.

Aharna, Oppidum Hetruriæ, apud Livium Decad. 1. bel. rò.

Aĭax. [αἴας. Ger. Ein dapfferer Held im Griechischen Heerzeug vor Troia.] Duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit: quorũ alter à patre Telamone Telamonius cognominatus, proximã ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est, & victor evasisset, nisi noctis advẽtu pugna fuisset dirempta. Quæ necessitate adactus, re infecta ad suos rediit, gladio ab Hectore donatus, quem ipse vicissim baltheo donavit: quæ dona (ut exitus declaravit) utiq; fuerũt exitialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractũ est ab Achille. Ajax verò Achille interempto, quum de armis illius cum Vlysse judicium instituisset, adversariq; eloquẽtia superatus, inferior discessisset, rei indignitate in furorem versus, in muta pecora sævit, Atridas sese & Vlyssem credens interimere. Verùm ubi ad mentis sanitatem rediit, seq; delusum cognovit, acri dolore compulsus, gladio, quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confodit: cruorq; ejus in Hyacinthũ florem est permutatus. ¶ Ajax alter fuit, qui ab Oilei patris sui nomine Oileus dictus est. Hic Locrensium rex fuit, velox pedibus, & peritus hastę vibrãdæ, multaq; fortitudinis exempla in obsidione Trojana edidit. Capto aũt Ilio, Cassandram virginẽ in Minervæ templo (cujus illa sacerdos erat) violavit. Quam ob causam indignata Minerva, tempestatẽ Græcis redeuntibus circa Caphareum promontorium immisit, in qua quum alii plerique, tùm ipse etiam Ajax periit. Virg. 1. Aeneid. -Pallásne exurere classem Argivũm, atq; ipsos potuit demergere ponto, Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei?

Aĭdōnĕŭs, ᾅδωνεύς, Rex inferorum, quem nos *Ditem* & *Plutonem* appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cujus filiam nomine Persephonem Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluvio. Vnde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonẽ Ditis uxorem rapere voluisse. Vide Plut. in vita Thesei, & quæ suprà annotavimus in dictione ADES.

Aĭlanites, αἰλανίτης, sinus juxta Aegram Arabiæ civitatem. Steph. in Egra.

Aĭjŭs, Deus à Romanis dictus est, ab eo quòd ajebat: id est, loquebatur. Nam olim Romę audita vox est silentio noctis, clarior humana voce, quæ jubebat magistratibus nuntiari, Gallos advẽtare, & ut providerẽt ne Roma ab iis caperetur: Propter quod beneficium templum ædificatum est Deo illi talia monenti: quem cùm nomen ejus ignorarent, Ajum appellarunt. Cic. lib. 2. de Divin. Quid ergo? Ajus iste loquens, quando eum nemo norat, ajebat, & loquebatur: unde & nomẽ adinvẽnit. Livius hunc eadem ratione vocat Locutium.

A ante L.

Alaba, ἀλάβα Ptolemæo, Oppidum est Celtiberorum.

Ălăbandă, ἀλάβανδα Stephano, Cariæ civitas est, non procul à Mæandro fluvio, scorpionum copia affluens, duobus montibus ita subjecta, ut cistæ inversæ aspectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clarissimi oratores, Menecles, & Hierocles fratres, & Apollonius Molo. Nomẽ accepit ab Alabando Evippi filio, ut Stephano placet. Apud Latinos frequentiùs legimus Alabandæ, arũ, plurali numero. Iuven. Sat. 3: Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Plin. li. 37. cap. 7: Adjiciunt Aethiopicos, & Alabandicos in Orthosia cautè nascentes, sed qui perficiantur Alabandis. Stephanus quoq; admonet, olim Alabandam inter Cariæ civitates opulentissimam ac florentissimã fuisse, ut huic proverbio locum fecerit: Alabanda Carũ fortunatissima. Ἀλάβανδα κωφῶν εὐτυχεστάτη: intelligi fortunam amplã, & vitæ genus voluptuarium, à literis & virtutis studio alienũ. Veluti si dicat aulicus, aut negotiator quispiã, Alii se in literis macerent, alii cum paupertate philõsophentur: Alabanda Carum fortunatissima. Poterit & per irrisionem usurpari, veluti si joceris in quempiam parũ egregium, qui tamen in gente vehementer barbara & crassa præcellere videatur.

Ălăbandŭs, ἀλαβανδεύς, gentile. Cic. 2. de Nat. deor. Alabandi Alabandum consecrarunt.

Ălăbandĭcŭs & Alabandiacus, ἀλαβανδικός, & ἀλαβανδιακός, possessiva: ut Rosa Alabandica, apud Plin. lib. 21. cap. 4: Quæ folia habet albicantia, & inter viliora rosarum genera connumeratur.

Ălăbāstrŭs, ἀλάβαστρος, Fluvius est in Aetolide minoris Asiæ regione. Plin. lib. 5. cap. 30. ¶ Est & alabastrũ oppidum Aegypti. Plin. lib 5. cap 9

Ălăbūrĭŏn, ἀλαβύριον, Syriæ oppidum, Steph.

Alabus, ἄλαβος, Fluvius in Orientali parte Siciliæ, Ptolemæo.

Alachroæ, populi Africæ juxta Aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Alalcomenæ,

Alalcomenæ, sive Alalcomenium, ἀλαλκομεναὶ Strabonι, ἀλαλκομένιον Stephano, Oppidū Bœotiæ, ab Alalcomeneo cōditore appellatum, qui & Minervę simulacrum ibidem consecravit, quā à suo nomine ἀλαλκομενίδα appellavit: cujus meminit & Hom. Iliad 4.

Alalia, ἀλαλία, Vrbs insulæ Cyrni, Phocensium colonia. Herod. lib. 1.

Alana, Vrbs Aethiopiæ. Plin lib. 6. cap. 29.

Alānĭă, Regio est Scythiæ Europæ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit: ejus incolæ Alani: de quibus Plin. lib. 9. cap. 12.

Alānus, penul. prod. [Ger. Ein fluß in Scythien.] Scythiæ fluvius: à quo Alani populi dicti sunt juxta Roxalanos: de quibus Plin. lib. 4. cap. 12. Ammianus scribit Alanos dici, quos prisci Massagetas dixerūt. Hi carnibus vescuntur, & panē non manducāt. Mart. lib. 7: Nec te Sarmatico transit Alanus equo. Iulius. Capit. Alanos in parte Daciæ collocat: Ptolemæus verò in ea Scythiæ parte, quæ est intra Imaum.

Alānōrsi, Populi Scythici ad Septentrionē ultimi, Ptolemęo.

Alāpēni, ἀλαπηνοὶ, populi in Arabia fœlici, Ptolemæo.

Alaricus, [ἀλαριχός. Ger. Ein König der Gothen.] Nomen Regis Gothorum, qui Romam aliquādiu obsessam tandem expugnavit, & solo æquavit. ¶ Fuit & alter Alaricus, quartus Gothorū rex, qui & ipse Romā cepit anno nostrę salutis octingentesimo quinquagesimo quarto: qua tamē nō diu est potitus. Nā in ipso Paschæ festo insidiis Italotū circūventus, unà cum suis omnibus est trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

Alarodii. ἀλαρόδιοι Stephano, populi sunt circa Pontū, de quibus Herodotus lib. 3.

Alata, ἀλάτη, Civitas in Arabia fœlici, apud Ptolem. lib. 6. cap. 7. Item altera ejusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem lib. 5. cap. 10.

Alatacastra, τὴ ἀλατὰ στρατόπεδα Ptolemæo, Oppidum Britanniæ insulę, quod alii castra puellarum vocant. Credunt eruditi nostri sęculi urbem esse Scotiæ, quæ illorū lingua Edimbourg vocatur.

Alatrium, Vrbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt saxosa Campaniæ loca incolentes, Volaterranus. Vulgò *Alatro*.

Alatrinates Hernicorum populi, Liv. 1. Decad. lib. 9.

Alauna, ἀλαύνα, Oppidum est Britanniæ insulæ, apud Ptolemæum.

Alaūnĭi, populi sunt Scythiæ regionis, Ptolemæo teste.

Alaūnus, ἀλαῦνος, Duorum fluviorum nomen est in Britannia, quorum alter est in Orientali ejus insulæ plaga: alter in Meridionali. Ptolemæus.

Alazon, ἀλαζὼν, Fluvius ex Caucasęis montibus in Cyrum amnem defluens, Albanosq; ab Iberibus dividens. Plin. lib. 6. cap. 10

Alba, ἄλβα, Nomen est duarum urbium, quarū una est in Latio, à qua Albāni populi, ἀλβανοὶ, & Albanus mons, sub quo Ascanius civitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Livius scribit lib. 1. ab Vrbe) à situ porrectæ in dorso urbis, Alba longa vocata est. Vulgatior fama est ab omine porcæ albæ ibidem inventæ, Albam esse dictam. ¶ Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, ἀλβιᾶς: quanvis etiam Albani quandoque vocentur. ¶ Hoc addere placuit esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taurorum, & Belgradum appellatam: nūc Albam Græcā. [Ger. Griechisch Weissenburg. Vng. *Lándor fejér vár.*] ¶ Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quòd Pannoniī reges in ea inaugurari soleant & inungi. [Ger. Stutweissenburg. Vn. *Székes fejér vár.*] ¶ Item tertiam in Transsylvania, quę Alba Iulia dicitur, Principum Transsylvaniæ sedes, & habitatio perpetua. [Vng. *Gyula fejér vár.*]

Albă, ἄλβας, Flumē est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenęi. Plin. lib. 3 cap. 3.

Albānă. ἄλβανα, Ptolemæo, Vrbs fœlicis Arabiæ.

Albānĭă. ἀλβανία, Regio in Oriente à colore populi vocata, eò quòd albo crine nascantur. Hæc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per Oram Oceani septētriónalis usq; ad Mæotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albana civitas, & Albanus fluvius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occīdunt. Hæc Nomadico generi proxima est, inter Hiberiam & mare Caspium, ab Ortu Solis mari conjuncta, ab Occasu Hiberiæ finitima, à qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus munitur Caucasęis montibus, Australe Armeniam contingit. Strabo sex & viginti linguas Albanorum fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuēre & sub imperio Persarum: postea Macedonum: deinde Romanorū. Sed Trajanus Imperator his Regem dedit. Nunc sub Magno Came degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, juxta Dyrrachium. & in Epiro, quæ hodie vulgò *Albania* dicitur.

Albānus. ἀλβανὸν ὄρος, Nomen est montis, & lacus non procul ab urbe: unde vaticinium fuit, nunquam Romanos Vejos capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua. ¶ Item Albanus nomen est duarum urbium, quarum una est in Macedonia mediterranea: altera in majori Armenia, ubi divus Bartholomæus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus est fluvius Albaniæ.

Albānus, a, um, ἀλβανὸς, Possessivum ab Alba, Latii urbe: ut, Albani patres, Apud Virg. 1. Aen.

Albatenius, Medici nomen, qui Galeni libros primus in Arabicum cōvertit idioma, teste Ioanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

Albĭă, ἀλβία, Regiuncula est montana, Carnis finitima. Strabo. lib. 7.

Albĭi, [ἄλβιοι. Ger. Das Alpgebirg.] Olim dicti fuerunt montes, quos nunc *Alpes* dicimus, Athenæus. Albii etiā dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. lib. 4 cap. 18.

Albimilium, Ptolemæo, Liguriæ urbs, quam alio nomine Vintimilium, sive corrupta voce Vintimiam vocant. Vulgò *Vintimiglia*.

Albignă, Oppidum, Ligurum colonia ad mare deducta, cujus incolę Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum stadia sunt septuaginta. ¶ Dicitur & Albingaunū. Vide in dictione sequenti.

Albīngaūnum, ἀλβίγαυνοι, Ptolem. & Albium Intemelium, ἄλβιοι ἰντεμήλιοι, Ligurię oppida quædam. Nam quum Ligures partim Ingauni, γαυνοι, partim Intemelii dicerentur, eorū coloniæ ad mare deductæ: altera Albium Intemelium, quasi Alpium Intemeliū: altera Albingaunū vocitatæ sunt. Vtriusq; oppidi meminit Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgò *Albenga*.

Albigerius, Magus fuit Carthaginēsis, qui quid quisq; egisset, aut omninò cogitavisset, suggerentibus dæmonibus, respondebat: cujus vaticiniis sę fæpiùs interfuisse tradit Augustinus.

Albĭnŏvānus, cognomē Celsi cujusdā ex familiaribus Horatii, ad quem extat epistola, cujus initium est: Celso gaudere, & benè rem gerere Albinovano Musa rogato refert.

Albīnus, ἀλβῖνος, Nomē imperatoris Romani, ita dicti quòd exceptus sit utero candidissimus, cōtra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, quum involuti secundis, erumpente menstruo, perliti esse soleant profluvio sanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poētæ: modò primos incipientem Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem. Vide Cælium Rhod. lib. 15. cap. 23. ¶ Fuerunt & ante hunc pleriq; apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus commemorantur à Salustio Spurius, & Aulus, Albini fratres, qui rem infœlicitèr gesserunt adversus Iugurtham.

Albion, [ἀλβίων Stephano. Ger. Engelland.] insula est (hodie *Britannia* à doctis, à vulgò *Anglia* dicta) ab albis rupibus, quas mare abluit. Vide ANGLIA.

Albion, & Bergion, [ἀλβίων, & βεργίων. Ger. Zwen Risen/ die Jupiter/ den Herculem zu erretten/ mit steinen hat zu todt geworffen.] Gigantes fuerunt, & filii Neptuni in Herculis gratiam à Iove interfecti. Hercules enim quum Rhodani óstia transiret, ei obviam facti hi duo fratres, transitum ejus impedīverunt: quapropter Hercules cum eis pugnavit: & quum sibi tela deficerent, Iovem patrem in auxilium vocavit, qui lapidum imbrē demittens, inimicos ejus interfecit. Autores Pomponius Mela, & Diodorus Siculus.

Albis, ἄλβις, Fluvius est nobilissimus, quem Romani olim voluerunt esse terminū sui imperii. Oritur ex montibus qui Moraviam à Boëmia dividunt. Suscepto deinde Molta fluvio, Pragam Boëmorum metropolim præterlabitur. Influit in mare vastissimo ostio juxta Haburgam. Vulgus Germanorum hodie *Elbam*, die Elb/ vocat. De hoc Lucanus lib. 2: Fundat ab extremo flavas Aquilone Suevos Albis, & indomitum Rheni caput.

Albium Intemelium. Oppidum Ligusticum, Plin. li. 3. cap. 5. Vide suprà in dictione ALBINGAVNVM.

Albĭus, Proprium nomen viri. Hor. 1. Serm. Sat. 4: Stupet Albius ære. ¶ Albius Tibullus poēta elegiographus, Horatio & Ovidio familiaris. Horat. lib. 1. Epist. Albi nostrorum sermonum candide judex. Hic Messalam Corvinum in Provinciam sequens, in Corcyra insula morbo correptus, extremum vitæ diem clausit. Vide Crinitum de poētis Latinis.

Albonenses, Liburniæ populi in conventu Scardonitano. Plin. lib. 3. cap. 21.

Albucilla, Apud Tacitum mulieris nobilis nomen est, sed admodum impudicæ, & multis adulteriis infamis.

Albŭlă, Fluvii nomen, Vide in APPELLATIVIS.

Albulates, Fluvius est in quinta regione Italię. Plin. li. 3 ca. 15.

Album, Promontorium Africæ, V. M. pass. freto à Mellaria Hispaniæ vico diremptum Plin. in Procœmio lib. 3. ¶ Est & alterum ejusdem nominis Promontorium, in Phœnice, non procul à Tyro: de quo Plin. lib. 5. cap. 19.

Albuna, Deæ nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur λεύκωθέα, putaturq; fuisse Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, unà cum Melicerta filio se in mare præcipitavit. Alii Sibyllam Tiburtinã fuisse existimant, quæ ob admirabilem sapientiam, humanaq; majorem, à vicinis populis dea credita est.

Albŭnĕă, Fons & nemus juxta Anienem, sive ab albore aquę sulphureæ, sivę quòd Albuna Latinè sit, quæ Græcè λεύκωθέα dicitur. Virg. Aén. 6. lucosq; sub alta Consulit Albunea, memorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

Alburnŭs, Lucaniæ mons à candore verticis dictus, & portus ejusdem nominis. Virg. 3. Georg. Est lucos Silari circum, ilicibusq; virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo Romanum est.

Albutius Silus, Novariensis orator, Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ Novariam rediit, convocataq; plebe, causis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo, sibiq; inedia necem consciv. Ex Tranquillo. ¶ T. Albutius, cujus M. Varro meminit, dicitq; scripsisse Satyras Luciano stylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miscentem verba, notat his verbis: Græcum te Albuti, quàm Romanum, atque Sabinum, &c. Vide reliqua apud Ciceronem in principio de Finibus.

Alcæŭs, ἀλκαῖος, cum diphthongo, Nomen poëtæ Lyrici Mitylenæi. Hic magnificus, brevis, diligens & plurimùm Homero similis.

Alcamenes, [ἀλκαμένης. Ger. Ein außbündiger Bildhawer] Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Athenienſis suffragiis superavit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alcandĕr, dri, ἄλκανδρος, Vnus è comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Vlysse ad Trojam occisus. Ovidius 13. Metamorph.

Alcanŏr, ἀλκαθόης, Viri proprium, cujus mentionem facit Virgil. lib. Aeneid. 10 Huic frater subit Alcanor, &c.

Alchathŏē, ἀλκαθόη, Vrbs eadem esse putatur, quã alio nomine Megaram vocant. Ovid. 9. Metamorph. Alcathoe quam Nisus habet.

Alcathŏŭs, ἀλκάθοος, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occisoq; leone, qui Citharonius à loco dicebatur, adscitus à Megareo gener, in regnum illi successit, & urbem Megaram Alcathoën appellavit. ¶ Alcathous, alius fuit Trojanus, qui Hippodamiam Anchisæ filiam in uxorem habuit, & in pugna apud Trojam ab Idomeneo Cretensi occisus est.

Alcē, ἀλκή, Canis nomen, apud Xenophontem de Venatione.

Alce, Nomen meretricis, Vide Gel. lib. 4. cap. 11.

Alcēnōr, ἀλκείδης, Vir Argivus fuit, qui ea in pugna, qua trecẽti Argivi cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt solus, cum Chromio ex suis superfuit, hostibus quoq; omnibus, uno Othryade excepto, ad internecionem deletis, Herod. lib. 1.

Alces. Bithyniæ fluvius. Plin. lib. 5 cap. ult.

Alcestē, es, sive Alcestis, idis, ἄλκηστις, Fuit Peliæ filia, Admeti Pheræorum regis conjunx, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recusaverit. Nam quum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetrasset, ut fatalẽ diem proferre posset, si quis aut cognationis, aut amicitiæ vinculo adductus, spontaneã pro eo mortem obire vellet, cæteris id abnuentibus, sola Alcestis inventa est, quæ mariti vitam sua morte redimere non recusaret. Iuvenalis. Spectant subeuntem fata mariti Alcesten. Plura apud Euripidem in Alceste.

Alcetas, ἀλκέτας, Molossorum rex fuit, longa generationum serie, genus suum ad Pyrrhum Achillis filium referens. ¶ Fuit & alter hoc nomine, unus eorũ qui sub Alexandro Macedone ordines duxerunt: utriusq; meminit Suidas.

Alcēus, dictio dissyllaba, ἀλκαῖος, Pater Amphitryonis, & avus Herculis, à quo & Alcides, ἀλκείδης appellatur.

Alchidas, ἀλχίδας, Rhodius Cupidinẽ nudum Praxitelis manu factum adamavit, atq; in eo amores vestigiũ reliquit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alchione, ἀλχιόνη, Mons Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

Alchippē, Marsorum oppidum est, lacu Fucino absumptum, extructum à Marsya Lydorum duce. Plin. lib. 3. cap. 12. Alii tamen Archippe scribunt.

Alcĭbĭădēs, pen. corr. [ἀλκιβιάδης. Ger. Ein fürtreffenlicher Hauptmañ der Athenienſeren.] Nomen Athenienſis Imperatoris summi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: dives præterea, affabilis, patiens: deniq; summis naturæ, ingeniiq; dotibus egregiè exornatus: cæterùm tanto rursus vitiorum agmine deformatus, ut si vitia virtutibus pẽses, meritò addubites, laudéne, an vituperio dignior videatur. Hic quum esset proclivis ad luxum & ad cæteras voluptates, ad bonam disciplinam traductus est à Socrate. Nam discendi studio, & sapientiæ amore pellectus, extemplò cunctis amatoribus, adulatoribusq; repulsis, ad Socraticam disciplinam animum vertit, nunquam recedens à latere philosophi sapientissimi. Reliqua vide in vita ejus apud Plutarchum.

Alcĭdămās, ἀλκιδάμας, Luctator insignis. Stat. 10. Theb. tuque ô spectate palæstris Omnibus, & nuper Nemæo in pulvere fœlix Alcidama. ¶ Alcidamas Eleates, philosophus, scripsit de musica, discipulus Gorgiæ Leontini. Suidas hũc inter scriptores Rhetoricæ annumerat. Quint. lib. 3. cap. 1. meminit ejus & Laërtius in Protagora.

Alcidamus, Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. Cic. lib. 1. Tusc.

Alcīdes, pen. prod. [ἀλκείδης. Ger. Der vberauß ſtarck vnd manhafft Hercules.] Hercules Græca significatione à virtute appellatur: nam ἀλκὴ virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel venùs Alcides (ut Herodotus ait) nomen est patronymicum ab Alceo, avo paterno: hoc est, Amphitryonis patre.

Alcimachus, [ἀλκιμάχος. Ger. Ein berümpter Maler.] Pictor nobilis. Plin lib. 35. cap. 11.

Alcĭmēdē, pen. corr. ἀλκιμέδη, Vxor Aesonis fuit, mater Iasonis. Valer: Flac. Argon. 1: hunc gravis Aeson Et pariter vigil Alcimede spectantq; tenentq;.

Alcĭmĕdōn, ontis, ἀλκιμέδων, Sculptor nobilis, apud Virgil. 3. Aeglog.

Alcimenes, ἀλκιμένης, Poëta tragicus, Megarensis. Suidas.

Alcimus ἄλκιμος, Orator omnium, qui in Græcia tum florebant, eminentissimus. Diog. Laërt. libro 2. in vita Stilponis. ¶ Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate insignis, ingenioq; mitissimo. Cælius Lectionum antiquarum lib. 19. cap. 2.

Alcĭnŏŭs, penult. correp. ἀλκίνοος. Nausithoi filius, teste Homero Odyss. 7. Rex Phęacum in Corcyra insula justissimus, dicente Orpheo in Argonaut. κεκλήσεται δικαίοτατος βασιλεύων. Fuitq; diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit Virg. lib. 2. Georg. Pomaq; & Alcinoi sylvæ: id est, arbores pomiferæ. Hujus meminit Ovid. 2. Metam. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, ut maturis fructibus novi succederent. ¶ Alcinoi apologus. De longis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogeniano, & Iulio Polluce lib 6. Sumptum ex Homer. Odyss. ubi Vlysses in convivio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas ac deridiculas fabulas & portenta sua miracula commemorat, de Lotophagis, Læstrygonibus, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacũ insitia: ut fit Alcinoi Apologus ficta narratio apud Alcinoũ habita. Hoc proverbio usus est Plato de Rep. lib. 2. Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologum. ¶ Fuit etiã Alcinous philosophus Platonicus, qui Epitomen cõposuit de Academicorum Platonis.

Alcion Medicus, de quo Ioseph. Antiq. Iud. lib. 19 cap. 12

Alciphron, ἀλκίφρων, Magnesius, Alexandri temporibus philosophus. Suidas.

Alcippē, ἀλκίππη, Vna ex Halcyonei gigantis filiabus, quæ Halcyonides, ἀλκυονίδες, dictę sunt. Suidas. Est præterea Alcippe nomẽ rusticę mulieris propriũ, cujus sæpè meminit Theocritus, & Virg. Aeglog 7: Quid facerem? neq; ego Alcippen, nec Phyllida habebam.

Alcīppŭs, [ἄλκιππος. Ger. Ein fürnemmer Burger zu Athen, welcher auß ſeinem Vatterland vertrieben ward.] Lacedæmonius civis fuit, inter suos maximæ autoritatis, patriæq; studiosissimus, qui ab inimicis contrarias in Republica partes fovẽtibus, in exilium actus fuit. Huic uxor fuit nomine Damocrita: quæ quum virum in exilium euntem prosequi prohiberetur, filiæq; jam viro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, nequis ex illis injuriæ avo illatæ ultor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex more fœminæ urbis primariæ ad nocturnum sacrum in andronem quendam convenissent, Damocrita à filiabus adjuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignemq; injecit, ut omnes intùs exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris illa filias primùm: deinde seipsam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

Alcisthĕnē, ἀλκισθένη, Nobilis pictricis nomen apud Plin. lib. 35 cap. 11.

Alcithoe, ἀλκιθόη, Thebana mulier fuit, quæ quum Bacchum, ejusq; Orgia contemneret, cæterisq; mulieribus sacra celebrantibus cum sororibus & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem mutata est: telæ autem in vitem & hederam. Vide Ovid 4. Metam.

Alcmæōn, ἀλκμαίων, Amphiarai vatis, & Euriphyles filius fuit, qui matrẽ suam in ultionẽ patris, quem illa dolo occiderat, interemit. ¶ Item Alcmæon, Philosophus Crotoniates, Pythagoræ

Pythagoræ auditor, qui, teste Laërtio, primus de naturæ ratione scripsit lingua Dorica.

Alcman, ἀλκμὰν, E Lydia, Messenius, pœta Lyricus, filius Damantis. Claruit XXVII. Olympiade, quũ apud Lydos regnaret Ardis, pater Aliattæ. Hic quum nimio amore puellã quandam deperiret, amatorios cãtus primus invenit. Fertur phthiriasi Morbo interisse. Suidas.

Alcmania, ἀλκμανία, Civitas Cariæ mediterranea: aliàs Heraclea dicta. Steph.

Alcmenă, pen. prod. [ἀλκμήνη. Ger. Die Mutter Herculis.] Nomen proprium fuit matris Herculis: Electrionis filia, Amphitryõnis Thebani uxor, quæ Iovi Herculem peperit. Dicitur, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς: id est, à robore: quoniam hæc mulier multùm præ se tulerit animi constantiæ, ad viros proximè accedens. Aliquando postponitur u, Alcumena, prout versus exigit. Vide Hesiodum in Aspid.

Alcŏmĕnæ, ἀλκομεναὶ, Ithacæ insulæ civitas est, à qua Ulysses Alcomeneus, ἀλκομενεύς, à poetis appellatur, Steph.

Alcon, ἄλκων, Nomen proprium Cretensis sagittarii, cujus filium quum draco invasisset, tanta arte direxit sagittam, ut ea in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Fuit hic Alcon Erichthei Athenienssium regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit. Virg. 5. Aegl. siquos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.

Alcothus, Lege, ALCATHOVS.

Alcyŏnē, pen. corr. [ἀλκυόνη. Ger. Die fraw Aeoli der Winden König / welche in ein Seevogel ist verwandtet worden.] Acoli regis ventorũ filia fuisse creditur, & uxor Ceycis: quę desiderio mariti, qui naufragio perierat, in mare se dejecit, versaq; est, ut poëtæ fabulantur, in avẽ sui nominis. Vide Ovid. 11. Metam. ¶ Altera fuit Alcyone Eveni fluminis filia, uxor Idęi, antè Marpessa appellata: quam Apollo quum rapuisset, non dubitavit maritus sumpto arcu & sagittis uxorem vi ab eo repetere. Quod quũ frustrà conatus esset, parentes filiæ casum lugẽtes, cõmutato nomine Alcyonẽ eam appellarũt, quod fatũ superiori Alcyone non dissimile sortita videretur. Hæc Homer. 9. Iliad. Alii scribunt Halcyone, prima vocali aspirata: qua de re vide ea, quæ suprà annotavimus in dictione ALCEDO.

Alcyŏneus, ἀλκυονεύς, Gigas fuisse traditur, Porphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cujus & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitãtes se, ab Amphitrite in Alcyones, ut quorundam opinio est, sunt mutatæ. Harum nomina sunt, Phostonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Asterie. Ex Suida. Alii scribũt Halcyoneus. Vide ALCEDO.

Alĕă, ἄλεα, Stephanus, Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. ¶ Item Minervæ cognomẽ, quæ circa hanc urbẽ colebatur, ut est videre apud Herod. li. 1. Verùm in duabus hisce postremis significationibus primam corripit, quam alioqui producit. Papinianus in Sylvis: Aut Aleæ lucis vidit Tegeæa sacerdos.

Alebas, pen. prod. ἀλήβας, Lariſſæorum in Thessalia crudelissimus tyrannus fuit, ab ipsis tandem satellitibus, quos ad corporis custodiam adhibebat, interfectus.

Alebecerii, Galliæ Narbonensis populi. Plin. lib. 3. cap. 4.

Alecto, [ἀληκτώ. Ger. Eine auß den vnsinnigen Hellischen Weybern.] Una ex furiis infernalibus, & Latinè incessans interpretatur, ab ἀ privativa, & λήγω, desino: quia cupiditas nunquam satiatur.

Alector, ἀλέκτωρ, Filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit unus è septem ducibus Argivorum apud Thebas. Volaterr.

Alectryon, [ἀλεκτρυών. Ger. Der gehempt Kämmerling Martis.] Adolescẽs fuit (ut fabulatur Lucianus) Martis adeò familiaris, ut adulterii, quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhiberetur, foribusq; custos apponeretur, ne Solis interventu deprehẽderetur adulter. Verùm quum ille somno oppressus negligentiùs excubias ageret, amantes ejus fiducia in utranq, aurẽ dormientes, à Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis multò antè eum in usum paratis, sunt impliciti. Qua de causa indignatus Mars, Alectryonem in avem sui nominis transformavit, quem gallum Latini appellãt: qui etiam hodie veteris negligentiæ memor, Solis adventum cantu suo prænuntiat.

Alegenor, Vnus fuit filiorum Boëthi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teste Diodor. libro 5.

Alēĭi campi, ἀλήϊα πεδία, Locus est Lyciæ, in quem cecidit Bellerophontes, quum à Pegaso ab œstro agitato excuteretur: sic dictus, quòd in eo cæcus errârit Bellerophontes, donec periret.

Alele, Phazaniorũm urbs in Africa. Plin lib. 5. cap. 5.

Alemani, [ἀλαμανοὶ Stephano. Ger. Die Teütschen. Pol. Niemey. Vng. Német. Ang. Germanes, Almaunes.] Populi Septentrionales, qui & Germani dicuntur: Rheno fluvio à Gallis, Alpibus ab Italis discreti: ita dicti patrio vocabulo, quasi prorsus viri. Quũ enim Germani illi Septentrionales, præsertim Transalbiani mutare sedes cogitarent, imitati priores Germanos, qui trajecto Rheno, quò se totos viros ostenderent, sibi hoc nominis, quasi Gar ein Mann imposuissent: & ipsi se, quòd fortissimi bellatores & viri omnes esse & vellent, & deberẽt, Alemanos, quasi alle Männer appellavêre. Hæc Beatus Rhenanus in Tacitum.

Alemanus, Spartianus in Caracalla, Cùm Alimani nomen ascriberet.

Alemanus, Fluvius apud Rysios originẽ à rubro castro Rottemburg trahẽs: hic ad Kethem oppidũ jungitur Danubio. Vulgò *Altmola*, vel Altmül appellatur. Vide Althamerũ in Tacitũ.

Alemusii, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ, & Proserpinæ templum. Pausanias in Attic.

Alenticus, Sinus. Plin. lib. 6. cap. 87.

Aleopetra, Insula in Mæotide.

Aleria, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plinius lib. 3. cap. 6.

Alesa, Civitas est Siciliæ, Ptolemęo. ¶ Hinc Alesinus, na, num. Cic. in Epist. Famil. In Alesina civitate, &c.

Alesius, ἀλήσιος, Oppidum Elidis Stephano. ¶ Item mons Arcadiæ, non procul à Mantinea: sic dictus ab errore Rheæ. Autor Pausanias.

Alēsĭum, ἀλήσιον, Oppidum Peloponnesi apud Strab. lib. 8.

Alēthēs, ἀληθὴς, Nomen proprium viri Trojani, de quo Virg. lib. Aeneid. 1: & qua grandævus Alethes. Latinè sonat *verace*.

Aletium, ἄλητον, Oppidum Salentinorum in Italia, authore Ptolem. & Plin. lib. 3. cap. 11. ¶ Hinc Aletini populi, apud Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgò *Lexe in terra di Otranto*.

Aletrinates, Italiæ populi, in tractu Campaniæ. Plin. li. 3. cap. 5. Aletrini apud eundem lib. 3. cap. 11.

Aleus, Fluvius Siciliæ & tribus quædam sive locus in Chronico. Ita dictus ab Alentio quodam rege: interpres Theocriti in septimum Idyllium.

Alex, Alecis, Fluvius Rheginum agrum à Locrensi disterminans, Strab. lib. 6. Apud Theocritum verò scribitur Ales, alitis. Hic fluvius Plinio Carcinas appellatur, Pausaniæ & Aeliano Cecinus. Volaterranus.

Alexamenus, Aetolus, Nabidis tyranni Lacedæmonii interfector, mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatus. Liv. Decad. 4. lib. 5.

Alexandĕr, [ἀλέξανδρος. Ger. Der groß Alexander / König in Macedonien.] Nomen proprium regis Macedonici, cujus clarissima gesta & ab historicis & in Sacris literis traduntur. Hic longè omnium excellentissimus fuit, cui ex rebus àctis & auctis, Magni inditum est nomen, ne vir unicam gloriã adeptus, sine laude unquam nominaretur. Nam solus, à condito ævo, quantum hominũ memoria est, inexuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua major fuit, successusq; ejus amplissimos & provocavit ut strenuus, & æquiparavit ut meritus, & superavit ut melior, solusq; sine æmulo clarus, adeò ut nemo audeat virtutẽ ejus sperare, vel optare fortunam. Hæc Apuleius. ¶ Fuêre & alii Alexandri: quorum unus Aphrodisæus, interpres Aristotelis, sed tali ingenio, ut Aristotelem identidem carpat. De hoc Suidas & Stephanus meminerunt. ¶ Alius fuit Alexander Grammaticus, ex oppido quod Goticòn dicitur, qui de varia historia sive materia XXIIII. volumina scripsit, peritissimus ætatis suæ vir. ¶ Alius Alexander Asiæ rex, & Syriæ, dictus Balam. ¶ Alius Iudæorum rex, qui Aneus dictus fuit, & regnavit annis vigintiseptem. ¶ Alius Alexander Epirota, qui quum Italiæ bellum inferret, à Lucano milite interemptus est.

Alexandră, Quæ & Cassandra, Priami filia, ac vates. Hoc etiã nomine Lycophronis inscribitur poëma de Alexandro Paride. Volaterr. ¶ Est & Alexandra, Alexandri Iudæorum regis uxor, Egesippo lib. 1. cap. 12.

Alexāndrĭă, [ἀλεξάνδρεια. Ger. Ein statt in Egyptenland nit weit von einem außlauff des Nili, am Meer gelegẽ.] Vulgò à Turcis *Scanderia* dicitur: Vrbs Aegypti, non longè à Nili ostio: ab Alexandro Macedone condita: urbs fertilissima: quam Dinocrates architectus metatus est mirabili ingenio, quindecim millium passuum laxitate ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosam, anguloso dextra, lævaq; procursu. Mareotis lacus ad meridianam urbis partẽ Euripo Canopico ostio immittitur. Habuit olim scholas omnium disciplinarum liberalium: fuitq; ob commoditatem maximum totius orbis emporium. Constructum autem fuit ante Salvatoris adventum, anno vigesimo supra trecentesimum, intra spacium septemdecim dierum (ut testatur Iustinus lib. 11.) cum sex millibus murorum passibus.

Alexandrĭŭm, ἀλεξανδρεῖον, Iudææ oppidum Iosepho & Strabon. lib. 16.

Alexandropolis, ἀλεξανδρόπολις, Parthorum civitas, sic ab Alexandro Magno conditore nuncupata. Plinius libro 6. capite 25.

Alexía, Sequanorum urbs est, quam Ptolemæus Regiacũ vocat. Diodorus autor est, hanc urbem ab Hercule conditam esse, semperq; liberam mansisse, donec à Cæsare longa obsidione capta, Romano accessit imperio. Creditur eadẽ esse, quam Galli hodie Aussoy vocant.

Alexis, ἄλεξις, Asinii Pollionis puer fuit, quem Virgilius ejus amore captus, ab illo dono accepit. In hujus gratiam (ut Servius putat) Virgilius scripsit secundam Aeglogam.

Alexis Thurius, ἄλεξις θούριος, Qui priùs Sybaris dicebatur, poëta comicus ante Menandrum, reliquit plures fabulas. Habuit filium Stephanum, poëtam & ipsum comicum. Suidas.

Algidus, pen. corr. Mons ab urbe duodecim passuum millibus distans, ab assiduo frigore sic dictus. Horatius: Quæq; Aventinum tenet, Algidumq;. Ab hoc quoq; sylva Algida dicta est, huic monti subjacens, in cujus ingressu Regillus lacus est.

Algidum, ἀλγίδον Stephano, Italiæ oppidum non procul à Tusculo in alto monte situm, ex aëris algore propterea dictũ, nunc *Roca di Pape* ex veteris situs descriptione existimatur, sylvaq; proxima adhuc Algidi sylva cognominatur. Volater.

Algidensis, adjectivum, ut Raphanus Algidensis, qui circa Algidum nascebatur longus & translucidus. Plin. lib. 19. cap. 4.

Alicariæ, Meretrices in Cãpania appellatę, quòd solitę essent circa pistrina alicariorum versari. Festus.

Aligurius. Proprium nomẽ. Cic. Tironi, lib. 16. Epist. 18. ad finem: Aligurius Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus.

Alimala. ἀλίμαλα Stephano, Locus est in Lycia.

Alinda, ἄλινδα. Vrbs Cariæ, in qua regnavit Ada, filia Hecatomni regis Cariæ, auxilio Alexandri Magni, Strabo lib. 14.

Alindoia, ἀλινδοία, Civitas Macedoniæ, Steph.

Aliphẽ, pen. prod. ἀλίφη, Olim oppidũ erat in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula apud Hor. lib. 2. Serm.

Aliphiræi, ἀλιφιρεῆοι, Arcadiæ populi. Plin. lib. 4. cap 6 ab oppido Aliphira. Cic. ad Att. lib 6. Epist. 113: Arcadiæ censebat esse Lepreon quoddam maritimum. Tene autem, & Aliphira, & Fitia vernacula ei videbantur.

Alisarna ἀλισαρνα, Oppidum est Troadis, apud Stephanum: à quo fit gentile Alisarnæus, ἀλισαρνεύς.

Alistus ἄλιστος Ptolemæo, Oppidum Germanię, in tractu marino Saxoniæ.

Alsum, pen. prod. ἄλσον Ptolemęo, Oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul à Sicambris.

Alista, ἄλιστα, Insulæ Corsicæ urbs in latere Meridionali, Ptol.

Alizones, pen. prod. ἀλιζῶνες, Asiæ minoris populi, inter Mysos, Caras, & Lydos siti, Autor Stephanus.

Allalia, ἀλλαλία, Corsicæ insulæ oppidum, Phocensium opus, teste Herodoto. Gentile est Allaliæus, ἀλλαλιεύς, Steph.

Allantẽ, es, ἀλλάντη Stephano, duorum oppidorũ nomen est, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Inde Allantii, ἀλλάντιοι, qui & Allantenses dicuntur à Plin. lib. 4. cap. 10.

Allia ἀλλία, Nomen fluvii, qui à Crustuminiis montibus præalto defluens alveo Tyberino amni miscetur, quadragesimo ab Vrbe lapide, ubi magna strage Romani à Gallis profligati sunt. Hinc Allienses dies dictus est, tanquam infaustus. Sunt qui arbitrentur hoc nomen esse fœmininum, decepti autoritate Lucani: Et damnata diu Romanis Allia fastis: quod tamen ita non est. Nam id licenter à Lucano factum est, per subauditionem nominis generalioris Aqua. Hujus nominis prima semper producitur. Silius: Major & horrificis sese extulit Allia ripis. Hæc erat in fastis cui dat gravis Allia nomen. Virgil. libro 7: Quosque secans infaustum interluit Allia nomen. Vbi Servius malè putavit alterum l, metri causa esse interpositum. Nam quod Lucan. libro 7. dicit: Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes, Quas aliæ clades: Aliæ, non fluminis nomen, sed diversitatis relativum est, ab Alius, alia, aliud.

Allienus, ni, Proprium viri, qui fuit Prætor Sicilię sub Cæsare. Hirtius in Commentat. de bello Afric. in princ.

Allobrõges pe. cor. [ἀλλόβριγες, & ἀλλόβυγες, Stephano. Ger. die Saphoyer.] Populus Galliæ juxta Rhodanum, nunc Sabaudienses, & Delphinates, victoria Fabii, & Catilinę conjuratione noti, ad tractum Lugdunensem siti, Ptolemæo. Hor. Epod. 16: Novisq; rebus infidelis Allobrox.

Allobrõgicus, a, um, adject. ἀλλοβριγικός, ut apud Cels. li. 4. cap. 5: Vinum Allobrogicum.

Alloria. ἀλλωρία, Vrbs Cretæ, ut ex Polyh. store refert Stephanus. Gentile est Alloriates, ἀλλωρεάτης.

Allotriges, ἀλλότριγες, Populi in tractu Septentrionali Hispaniæ, Strabo lib. 3.

Almedessos. ἀλμηδησσὸς, Oppidum in ora Thraciæ, non procul à Bosphoro. Recensetur à Plin. libro 4. capite 11. Ptolemæus vocat ἀλμίδασσον, Halmidassum. Aut potius ἀλμύδησσον sine aspiratione.

Almene, pen. prod. ἀλμήνη, Oppidum est ad Pontum Euxinum: à quo fiunt gentilia, Almenius ἀλμήνιος, & Almenites ἀλμηνίτης, Steph.

Almon, ἄλμων, Oppidum Thessaliæ, quod à nonnullis Elmon appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Est etiam Almon apud Virgil. 7. Aeneid. Pastoris nomen, filii Tyrrhæi, regii pecoris magistri.

Almopia, ἀλμωπία, Macedoniæ pars est, quæ ab almope gigante, Helles ex Neptuno filio, nomẽ accepit: à qua etiam incolæ Almopes dicti sunt. & Almopii Stephan.

Almos, ἄλμος, Sisyphi filius, ut inquit Apollonius, frater Porphyrionis, ex cujus filia Chrysogone, & Neptuno, natus est Minyas rex Orchomeni. Idem tamen Minyę matrem Hermippem Bœoti filiam appellat.

Aloeus, ἄλωεύς, Nomen Gigantis, Titanis & Terræ filii: cujus uxor Iphimedia à Neptuno violata, duos peperit filios, Otum & Ephialtem, quos Aloeus pro suis educavit: unde & Aloidę, ἀλωάδαι appellati sunt. Hi quum Gigantibus superis bellum inferentibus, opem ferrent, Apollinis & Dianæ telis confixi sunt. Virgil. 6. Aeneid. Hic & Aloidas geminos, immania vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum Aggressi.

Alogiani. [ἀλογίανοι. Ger. Ketzer/welche Christum das Wort des ewigen Vatters: das ist/ wahrer Gottes Sohn seyn/ verleügneten.] Hæretici fuerunt, sic vocati tanquam sine verbo: propterea quòd οὐ τῷ λογῳ hoc est, Dei filio, qui Patris verbum appellatur, divinitatem non agnoscerent, Ioannis Evangelium respuentes.

Alone, es, (ut apud Melam legitur) sive Alona, æ, ἀλόνη Ptolemæo, Fluvius est Hispaniæ in sinu Illicitano. Est & Alone, ἀλόνη, insula inter Lebedum & Theon repentè enata. Plin. lib. 2. cap. 89.

Aloni. Populi Mesopotamiæ Gordyæis juncti, per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit. Plin. lib. 6. cap. 26.

Alontigiceii, Hispaniæ populi in conventu Hispalensi. Plin. lib 3. cap. 1.

Alontium, Vide ALVNTIVM.

Alope, es, ἄλοπη, Thessaliæ civitas est apud Plin lib. 4. cap. 7. dicta ab Alope Cercionis, sive (ut aliis placet) Actoris filia. Enumerantur & aliæ quinq; ejusdem nominis civitates: quas vide apud Stephanum.

Alopece, ἀλωπίκη, Insula est Bosphori Cimmerii apud Plinium lib 4. cap. 12. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula, è regione Smyrnæ sita, in mari Aegæo: quæ recensetur à Plinio lib. 5. cap 31.

Alopeconnesus, ἀλωπεκόννησος, Oppidũ est, teste Stephano, in Hellespontiaca Chersoneso, ex oraculo nomen adeptum, quo jubebãtur Athenienses ibi urbem condere, ubi vulpinos catulos reperissent. Circa hanc urbem præstantissima tubera nasci, autor est Plin. lib. 19. cap. 3. Est præterea ejusdem nominis insula, ante Thraciam Chersonesum, non procul à Cæla, ejusdem Chersonesi portu, de qua Plin. lib. 4. cap. 12.

Aloros, ἄλωρος, Ptolemæo, Macedoniæ urbs, autore Pomp. libro 2.

Alostici, Hispaniæ populi in conventu Hispalensi. Plinius lib. 3. cap. 1.

Alpes. [ἄλπεις, τὰ ἄλπια ὄρη. Ital. *Alpi*. Ger. Alpgebirg/Schneegebirg so Italiam von Franckreich vnd dem Schweitzerland absunderet. Vng Hauas.] A candore nivium dictę sunt: quia perpetuis ferè nivibus albescũt. Sabini enim Alpũ dixêre, quod postea Latini albũ: unde Alpiũ nomẽ. Silius: -clausas nivibus rupes, suppostaq; cœlo, Saxa vocat. Sunt autẽ montes altissimi, qui Galliam Transalpinam à Cisalpina dividebant: nũc verò promotis finibus termini sunt Italiæ. In longitudine centum millia passuum patẽt, à supero mari ad inferum, ut Celsus tradit: Livius verò tria millia stadiorum. Hinc fit Alpinus, na, num, pen. prod. ἄλπιος, Plin. Gentes Alpinæ, & venti Alpini, qui ab Alpibus flant. Vnde & Cisalpinus, na, num, & Transalpinus, cõposita.

Alpesa, Oppidum est Celticæ regionis in Hispania ulteriori, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Alpheias, ἀλφειάς, Dicitur Arethusa apud Ovid. lib. 5. Metam. Tum caput Eleis Alpheias extulit undis. Vbi alludit ad fabulam, qua fertur Arethusam Alphei amatoris vim fugientem, in fontem sui nominis esse conversam.

Alphenus, Nomen est sutoris apud Hor. lib. 1. Serm. ut Alphenus vafer in omni Abjecto instrumento artis, clausaq; taberna Sutor erat, &c.

Alphesiboea, ἀλφεσίβοια, Phlegei fluminis filia, quam Alcmæon donato illo monili, quod Eryphilæ matri detraxerat, in uxorem duxit.

Alphesi-

Alphĕsĭbœus, ἀλφεσίβοιος, Nomen pastoris, apud Virgil. Aeglog. 5. παρὰ τὸ ἄλφειν τοὺς βοῦς, quasi inveniens boves.

Alpheus, Per tres syllabas, & peu. prod. ἀλφειός. Vulgò *Rofea.* Fluvius est in Elide Peloponnesi regione, quem Pausanias lib. 5. tràdit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliæ lo em desinere. Qua in re sequutus est Poëtarum fabulas, qui Arethusam venatricem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam: cui quum ille vim adhibere pararet, Dianæ miseratione in fontem sui nominis esse cõversam, occultisq; meatibus, ne amatoris undis pollueretur, in Siciliam usq; fugisse: tandemq; in ea parte Syracusanæ urbis, quæ Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse: Alpheumq; amatæ Nymphæ desyderio eõdem esse insecutum. Virgil. 3. Aen. -Alpheum fama est hûc Elydis amnem Occultas egisse vias subter mare, qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis. Verùm hæc fabulosa esse constat: quum Alphei aquæ nusquam absorbeantur, ut docet Strab. lib. 6. ejusq; ostium manifestè videatur inter Ichthyn promontorium, & Haliartum oppidum.

Alpheoniæ Dianæ Templum, Locus est ad Alphei fluminis ostium, ab Olympia stadiis octoginta distans. Strabo libro 8.

Alphĭŏn, ἀλφεών, Lacus in Pyrrhea, vitiligines tollens. Plin. lib. 31. cap. 2.

Alphius, Fœneratoris nomen, à quo primùm profecta esse dicitur celebris illa sententia: Vel optima nomina, non appellando mala fieri. Hujus meminit Horat. in Epod. Ode 2.

Alpĭnŭs, Malus quidam Poëta fuit, qui Memnonis Auroræ filii bella descripsit, sed tàm malè, ut ab Horatio dicatur, Memnona suis carminibus jugulare. Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona &c.

Alsă, Fluvius est Venetiæ, Aquileiam præterfluens. Plin. lib. 2 [illegible]. 18.

Alsĕdia, Vrbs Hassiæ.

Alsià Villæ nomen est, ditionis Mediolanensis, in Varisiensi præfectura. Vide annotationes Alciati in Cornelium Tacitũ.

Alsĭum, ἄλσιον Ptolemæo, Vrbs est Tusciæ littoralis, quam hodie *Sanctam Severinam* vocant. Plin. lib 3 cap. 5.

Alsŭs, Nomen est pastoris apud Virg. lib. 12. Aen. - Podalirius Alsum Pastorem, primaq; acie per tela ruentem Ense sequens nudo supereminet.

Altellus, Romulus dictus est, sive quòd in tellure altus fuerit à lupa: sive quòd rebus gestis excelsus ac gloriosus esset: seu quòd à Tatio Sabinorum rege in colloquium postulatus, alternis vicibus audierit ac loquutus fuerit. Nam sicut à Macro Marcellus, à vafro Vafellus: ita ab altero Altellus fit. Hæc Festus.

Althæă proprium Meleagri matris nomen: quæ ut fratrum suorũ cædem ulcisceretur à Meleagro filio suo perpetratã fatalem illius stipitem igni imposuit, filiumq; unà cum illo exussit. Vide infrà in dictione MELEAGER.

Altĭnŭm, penult. prod. ἄλτινον. Vulgò *Altino.* Vrbs olim in littore Venetiæ florentissima fuit: à qua Altinates populi dicti sunt. Plinius lib. 3. Epistol. Arrianus Maturius Altinatium est princeps.

Aluntium, sive Alontium, ἀλόντιον Ptolemæo, Oppidum Siciliæ non procul à Lilybæo promontorio. ¶ Inde Aluntini, sive Alontini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Aluona, ἄλυονα Ptolemæo, quę & Albona: vulgò *S. Angelo.* Oppidum Liburniæ. Inde Aluonenses, sive Albonenses, populi, quorum meminit Plinius in descriptione Liburniæ.

Alusię, specus sacer in Thalamo Thurię mõte, ab Allusio proximo amne cognominatus, ut scribit Lucius Ianus Parrhasius in Claudianum.

Alutæ, Populi Illyrici, in conventu Scardonitano. Plinius libro 4. capite 21.

Alutrenses, Istriæ populi. Plin. lib. 3. cap. 19.

Alyăcmōn, Fluvius Macedoniæ. Claudianus: Et frustrà rapidum damnant Alyacmona Bessi. ¶ Legitur & Haliacmon pro eodem.

Alyatta, ἀλυάττα, Regiũncula Bithynię: ita appellata ab Alyatte rege. Stephanus.

Alyattes, ἀλυάττης, Lydorum rex fuit, Crœsi Pater, cujus memorię extructum est monumẽtum apud Sardos, maxima impensę parte ab ancillis, quę omnes apud Lydos corpore quęstum faciunt, in hoc opus collocata.

Alyba, ἄλυβη, Regio non longè à Mysia: ubi argentifodinę esse ab Homero traduntur.

Alybes, ἄλυβας, Gręcorũ nonnulli eos putant esse, qui & Chalybes. Strab. lib. 12.

Alycus, Civitas Peloponnesi. Steph.

Alysius, ἀλύσιος, Bacchus dicitur, ἀπὸ τῦ λύω: id est, solvo. Cæl. lib. 7 cap. 15.

Alysonii, ἀλυσόνιοι, Populi sunt Scythiæ Asiaticæ, ut docet Herod lib. 4.

Alyssos, Arcadiæ fons est, cujus aqua canis rabidi morsui medetur.

Alyxŏthŏē, ἀλυξοθόη, Nymphæ nomen, ex qua Priamus Aesacum suscepit. Ovid. lib. 11. Metam. Aesacon umbrosis furtim peperisse sub Ida Fertur Alyxothoë.

Alyzia, penultima producta, ἀλύζεια Stephano. Acarnaniæ civitas est, non procul a littore. Strab. lib. 10 Cic. Tironi. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus: is locus est citra Leucadam stadia CXX.

A ante M.

Amadoca, orum, ἀμαδόκα, τὰ, sive Amadoci, Montes sunt in Sarmatia Europæa: à quibus & accolæ, Amadoci dicuntur. Ptolemæus.

Amādrўădēs, Vide HAMADRYADES.

Amæa, ææ, Apud Trœsenios Ceres dicta: Proserpina verò Azesia, autore Didymo. Vnde proverbium Amæa Azesiam reperit. Dici consuevit de diu, multumque quæsita, desideratáque. Nota est fabula de Cerere quærente Proserpinam, refertur à Plutarcho.

Amalchium, à Scythis appellatur Oceani Septentrionalis portio, quam nos *Mare congelatum* dicimus. Plinius libro 4 cap. 13.

Amalecitæ, ἀμαλεκῖται, Gens Hebræorum. Steph.

Amăltheă, penult. prod. ἀμαλθέα, Fuit nutrix Iovis infantis. Nam Melissus rex Cretę duas filias habuit, Amaltheam & Melissam, quæ Iovem caprino lacte & melle nutriverunt, teste Lact. lib. 1. Institut. Alii dicunt capram illam appellatam esse Amaltheam: ut Parmenius Poëta Græcus, quæ propterea in cœlum sublata, inter sydera cum geminis hœdis fuit collocata. In ejus autem ortu & occasu maximę fiunt pluviæ. Hinc & illud Ovid. 5. Fast. Nascitur Oleniæ signum pluviale capellæ. Et 3. Metam. - & Oleniæ sydus pluviale capellę. Porrò Olenia dicitur: quia in Oleno urbe Bœotię, vel Achaię, ut alii volunt, nutrita est. Sunt qui tradant ex altero Amaltheę cornu fluere, Ambrosiam, altero nectar, cibum & potum deorum. ¶ Est & nomen Sibyllæ apud Tibullum.

Amana ἄμανα, Civitas Mediæ Ptolemæo.

Amandră, Regio ad Indum fluvium, in quatuor divisa populos, Peucolaitas, Arsagalitas, Geretas, & Asdos. Autor Plin. lib. 6. cap. 20.

Amanides portæ, ἀμανίδες πύλαι, Dicuntur angustiæ Amani montis, in quas ille desinit à Tauro discedens. Vide Strabonem libro 4.

Amanoides, ἀμανοηδὴς, Ciliciæ promontoriũ, Pomponio sic dictum, quòd formam, effigiemq; Amani circũnavigantibus exhibet. Hermolaus.

Amanthes, Populi sunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tùm salis, tùm carbunculorum, gemmarumque copia est, adeò ut ex sale domos sibi extruere dicantur. Autor Solinus.

Amantia, ἀμαντία, Civitas Macedonię, Ptolemęo. Cic. 11. Philipp. C. Antonius qui tenet Apolloniam, magnam urbem, & gravem: tenet opinor Bulidem, tenet Amantiam, &c.

Amantini, ἀμαντῖνοι Ptolemæo. Amates Plinio, Populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Vngaria dicitur.

Amanus, pen. prod. ἄμανος Stephano, Pars Tauri montis, qua Syria à Cilicia dividitur. Strabo lib. 11.

Amărăcŭs, pen corr. [Pol *Maieran.* Vng *Maiorána.*] Cynaræ regis Cypri puer, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, fregit alabastrum. Deinde quum nimio dolore contabuisset, versus est in sampsuchum, quæ ex ejus nomine Amaracus cœpta est appellari, ἀμάρακος, σύμψυχος. Virgil. 1. Aeneidos: -ubi mollis amaracus illum Floribus & dulci aspirans complectitur umbra. Plin. lib. 21. cap. 22: Sampsuchum, sive amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, scorpionibus adversatur, ex aceto & sale illitum. Herbam hanc vulgò *Majoranam* vocamus.

Amaramis, ut refert Iosephus, fuit nomen patris Mosis.

Amaranthi, ἀμαραγθοὶ, populi inter Colchos, apud quos Phasis fluvius oritur: unde & Amaranthius à quibusdam appellatur. Steph.

Amarbi populi Scythię, Hircanis proximi: quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 13. Strab. lib. 11, Amardos vocat.

Amardus, Mediæ fluvius, Ptolemæo.

Amarusia, ἀμάρυσια, Dianę cognomen est: tractum (ut Pausaniæ videtur) ab Amarintheo Eubœæ vico, ubi summa cũ veneratione colebatur Diana.

Amarynthus, ἀμάρυνθος, Vicus est Eubœæ insulę juxta Eretriam, in quo Diana colebatur, quæ inde Amarusia dicta est: Strab. lib. 10.

Amăsentis pen. prod Fluvius Volscorũ. ¶ Est & alius in Sicilia eodem nomine, de quo Ovid. lib. 15 Metam. Necnon Sicanias volvens Amasenus arenas.

Amasia, penult. prod. ἀμάσεια, Oppidum Cappadocię, quod

Iris fluvius præterfluit, Strabonis Geographi patria, ut idem Strabo teſtatur lib. 12.

Amaſias, ἀμασίας Straboni, Fluvius eſt Germaniæ inter Rhenũ & Albim, juxta Emdam Phryſiæ orientalis metropolim, in Oceanum illabens. Germani ſua lingua Die Ems vocant. Plin. & Pomp. Melæ Amiſius dicitur.

Ămasĭs, pen. prod. ἄμασις, Nomen proprium regis Aegypti, cujus tumulus fuit una pyramidum, dicẽte Lucan. lib. 9: Non mihi pyramidum tumulis evulſus Amaſis. Hic legem condidit, ut quiſq; quotannis apud præſidem rationem vitæ redderet, demonſtraretq; unde viveret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur, qui hoc non facèret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Aegyptiis tranſtulit ad Athenienſeis. Regnavit eodem tẽpore in Aegypto, quo ſeptem ſapientes in Græcia floruerunt. Multa de hoc Plutarchus in Sympoſio ſeptem Sapientum, & Diogenes Laërtius in vita Periandri.

Amaſſi, Plin. lib. 6. cap. 7, populi circa Mæotim.

Amaſtris, ἀμάστρις, Metropolis Paphlagoniæ, quę antea Cromna dicebatur: poſtea Amaſtris appellata ab Amaſtri, muliere Perſica, filia Oxyathrę, fratris Darii: aut (ut aliis placet) ab Amaſtri quadam Amazone. ¶ Eſt & urbs Bithyniæ, Ptolemæo.

Amath, Nomen filii Chanaan, qui (autore Ioſepho) Amathones inſtituit, qui & Amathei dicuntur.

Amata, à Pontifice appellabatur Virgo Veſtalis, quũ ad miniſterium Veſtæ capiebatur: quòd prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcircò dicebatur, quòd veluti bello capta à parente, vel ab eo, in cujus poteſtate erat, manu à Pontifice maximo apprehenſa abducebatur. Vide Gellium lib. 1. cap. 12.

Amatæ, populi Indiæ. Plin lib. 6. cap. 20.

Amathia, orum, ἄμαθα, τὰ, Regio Arabiæ. Vnde Amathęi, ἀμαθαῖοι, Arabiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 22. Horum meminit Ioſeph. lib. 1. Antiq. cap. 12. & Stephan.

Amathe, es, ἀμάθη Stephano, Oppidum eſt Phœnices, & alterum Siciliæ. Ab utroque deducitur gentile Amathæus, ἀμαθαῖος.

Ămăthŭs, pen. corr. thuntis, ἄμαθος, Cypri civitas eſt Veneri ſacra, in qua & Adonis colebatur. Virgil. lib. 10: Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera. Ovid. Piſcoſamque Guidon, gravidamq; Amathunta metallis.

Ămăthūntēŭs, tea, teum, pen. prod. Idem lib. 10: Lactanteis vitulos, Amathunteasq; bidenteis.

Ămăthūntĭŭs, tia, tium. Virgil. in Cyri: Quòd ſi animo quovis alio jactaris amore: Nam te jactari, non eſt amathuntia noſtri Tam rudis, ut nullo poſſim cognoſcere ſigno. Vbi tamen in caſtigatioribus exemplaribus non Amathuntia legitur, ſed Amathuſia.

Ămăthūsĭī, ἀμαθήσιοι, Cyprii ſunt ab Amathunte urbe. Strab. libro 8.

Ămăthŭs, amathi, ἄμαθος, Fluvius Pylon urbẽ, Neſtoris patriam præterlabens: à cujus nomine Pylos ipſa Amathoëſſa videtur appellata. Hic etiam Pamiſius vocatur. Strabo lib. 8. & Mamaus, & Arcadicus. Autor Strabo lib. 8.

Ămăthusĭă, ἀμαθουσία, Inſula in mari Cilicio, ab Amathunte vetuſtiſſima urbe ſic appellata. Nunc *Cyprus* dicitur. Plinius lib. 5. cap. 31.

Ămăthūsĭăcŭs, a, um, adjectivum. Ovid. Metam. 10: Lactãteis vitulos Amathuſiacasq; bidentes.

Ămāxă, ἄμαξα Stephano, Bithyniæ locus: à quo gentilia Amaxæus, ἀμαξαῖος, & Amaxites, ἀμαξίτης.

Ămāxĭă, ἀμαξία, Ciliciæ urbs eſt, materia ad fabricandas naves maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strab. lib. 14.

Amaxobii, populi inter Sarmatas, Vide HAMAXOBII.

Amaxitus, ἀμαξιτὸς Stephano, Trojadis locus, ara duodecim deorum inſignis, quam Agamemnon conſtruxit. ¶ Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incolæ, quos Apollodorus Amaxitenos, ἀμαξιτηνοὺς appellat. Meminit hujus loci Plin. lib. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13. ¶ Eſt præterea Amaxitus, oppidum in ſinu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Ămāzŏnĕs, pen. corr. [ἀμάζονες. German. Streitbare Weyber in Scythien.] Fœminæ bellicoſiſſimæ, Scythiam juxta Tanaim primùm, deinde ad Thermodoonta incolentes, quæ magnam Aſiæ partẽ occupavêre. Dictæ Amazones, eò quòd mammis carerent: ab ἀ, ſine, μαζὸς, mamma. Mos enim fuit Amazonibus, interfectis maribus, quos genuiſſent, ſervare fœminas, earumque infantium mammas dextras inurere, ne impedimento eſſent ad pugnam conſerendam, & ne ſagittarum jactus impediretur. Vel Amazones & ἀ, & μάζης: id eſt, pulte, ſeu pane, quaſi ſine pane, eò quòd non pane veſcerentur, ſed carnibus. Alii ab ἀμα & ζωὸς, cum aſpiratione in principio, tanquam in commune viventes, dictas putant. Stephanus dictas putat à nympha Amazonide, filia Samornæ. Fuêre & in Libya Amazones, unde Silius Ital. libro 2: Hasbiten Harbæ filiam Amazonica pelta inſignem facit. Alii ab Amazone puella, Dianæ ſacerdote, & regina Epheſi, Amazones volunt appellatas.

Ămāzŏnĭă, ἀμαζονία, Illarum regio dicitur. ¶ Amazonum cãtilena, ἀμαζονικὰ ἄσματα, in delicatos & parùm viros. Philoſtrat. in Apollonii vita lib. 4. ¶ Amazones pro pauperioribus, & tenuiori, promiſcuoq; victu utentibus, apud Græcorum ſcientiſſimos reperiuntur, veluti qui mazam: id eſt, panem, non habebant. Vide Cæl. libro 5. cap. 31. & Hermolaum in Plin. libro 6. capite 7.

Ămāzŏnĭcŭs, idem quod Amazonius: apud Sueton. in Nerone: peltæ Amazonicæ.

Ămāzŏnĭŭs, Mons Cappadociæ, præter cujus radices labitur Thermodoon fluvius. Plin. lib. 6. cap. 3.

Ambārrī, à Cæſare inter Galliæ Lugdunenſis populos numerantur.

Ambaſtæ, populi ſunt Aſiæ. Et Ambaſtum, fluminis nomen in Aſia, autore Ptolemæo.

Ămbē, ἄμβη, Civitas eſt Arabiæ fœlicis, Ptolem.

Ambĭānī, ſive Ambianenſes, ἀμβιανοὶ, Populi ſunt Galliæ Belgicæ, quos Plin. lib. 4. Bellovacis conjungit. Gal. *Amiens*.

Amberga, Palatini ducatus urbs in Germania non longè à Bavaria. [Germ. Amberg.]

Ambigatus, Celtarum rex fuit, qui ubi majorem vidit ſuorũ multitudinem, quàm ut commodè ab ea regione ali poſſent, Bellovesum & Sigovesum ſororis ſuæ filios cũ magna Senonum parte ad quærendas novas ſedes, alterum in Italiam, alterum ad ſaltus Hercinios miſit. Vide Liv. ab Vrb. cond. lib. 5.

Ămbrăcĭă, ἀμβρακία. Vulgò *Arta*, Vrbs in Epiro, Pyrrhi regia ab Ambrace rege, Theſproti filio, à quo proximus ſinus Ambracius dictus eſt.

Ămbrăcĭēnſĭs, & Ambraciotes: ſive Ambraciota, ἀμβρακιώτης. Ex hac urbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus: qui quum Platonis librum de æternitate animarum perlegiſſet, præcipitem ſe dedit in mare.

Ămbrŏnēs, ἄμβρωνες, Gentes quædam Gallicæ, quæ ſubita inundatione maris, quum ſedes ſuas amiſiſſent, rapinis ſe alere cœperunt. Hos cum Cimbris, Teutonicisq; Marius delevit. Hinc tractum eſt, ut turpis vitę homines, Ambrones dicantur. Vide de hoc latiùs in Epitom. lib. 68. & Plutarch. in vita Marii.

Ambroſius, ἀμβρόσιος, Proprium nomẽ, divinus ſeu immortalis dicitur.

Ămbrўſĭŭs, penul. prod. ἄμβρυσος, Nomẽ eſt duarũ urbium, quarum unam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. ¶ Eſt & hoc nomine fluvius Magneſiæ, juxta quem Apollinẽ Admeti regis pecus paviſſe Poëtæ fabulantur. Alii ſcribunt Amphryſus. Vide infrà.

Ambulatri, A Plinio lib. 4. cap. 19, referuntur inter populos Galliæ Aquitanicæ.

Amelas, Lyciæ oppidum, Plin. lib. 5. cap. 27.

Amelius, Philoſophus Apamienſis, diſcipulus Plotini, Porphyrii magiſter, Ammonii & Origenis coætaneus. Suidas.

Ămĕrĭă, ἀμέρειον Stephano, Vulgò *Amelia*, Civitas in Vmbria, ante Perſicum bellum annis noningentis ſeptuaginta quatuor condita: unde Salix Amerina apud Plin. libro 24. cap. 9. ¶ Et, Amerina retinacula, pro viminibus. Virgil, 1. Georg. Atq; Amerina parant lentę retinacula viti. Vbi Servius Amerina retinacula, virgas de quibus vites religantur: quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cujus crebram in Roſciana fecit Cicero mentionem.

Ămĕrĭŏlă, Oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5.

Ămēſtrātŭs, ἀμήστρατος, Siciliæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Ameſtratini, ἀμηστρατῖνοι. Autor Stephanus. Horum meminit Cicer. 5. action. in Verrem: Quid Ameſtratini miſeri, impoſitis ita magnis decumis?

Ămēſtrĭs, ἀμεστρὶς, Regina fuit Perſarum, uxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

Ămĭlcăr, aris, penult. genitivi correp. ἀμίλκαρ. Punicum nomen eſt, quo dicti ſunt aliquot illuſtres Carthaginienſiũ duces, quorum præcipuus fuit Annibalis pater, qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. ¶ Fuit & alter Alexandri magni tempore, qui quum cives ſui creſcẽtes Alexandri vires extimeſcerent, exulem ſe fingens, ad ejus caſtra transfugit. Receptus itaque ab Alexandro in militiam, & conſiliis adhibitus, ſuis omnia civibus in tabellis ligneis, cera ſuperinducta perſcribebat.

Amilus, Vrbs Arcadię, Steph. & fluvii nomen. Vide Anulus,

Ămĭpsĭās, ἀμειψίας, Poëta comicus Athenienſis, Suidæ. Hujus meminit Laërtius in Vezate.

Amiſius, Fluvius eſt Germaniæ, quem Amaſiam à Strabone vocari ſuprà diximus. Hic in Friſia Orientali juxta Emdam civitatem in Oceanum influit. Germani hunc fluvium ſua lingua Die Embs vocant, quaſi Emyſium dicas. Meminit ejus Plinius lib. 4. cap. 14.

Aminatiæ,

Aminaríæ, Genus Nabatheorum Arabum, teste Iosephó. Dicti autem sunt ab Amanno filio Lothi, Steph. in Aman montis mentione. In veteri Testamẽro Ammonitæ vocantur, quorum metropolis erat Rabbath Philadelphia dicta.

Amisum, ἄμισον, sive Amisus, ἄμισος Stephano, Oppidum est insigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, distans à Sinope CXXX. M. passus. De hoc Plin. lib. 6 cap. 2.

Amitérnum, ἀμίτερνον, Vrbs Campaniæ, ex qua Crispus Salust. natus perhibetur. Hodie *Aquila* dicitur. Plin. lib. 3 cap. 5.

Amitérnus, adjectivum: ut, Amiterna cohors apud Sil. Ital. lib. 8 Item Amiternus ager. Martial. lib. 13: Nos Amiternus ager fœlicibus educat hortis.

Amithaón, ἀμυθάων, Pater Melãpi vatis. Stat. Theb. 3: -sõlers tibi cura futuri Amphiaraë datur, juxtaq; Amythaone cretus Iam senior, sed mente virẽs, Phœboq; Melampus. ¶ Amithaonia domus. Propert. Mox Amithaonia nupta futura domo.

Amithoscuta, Regio Arabiæ Plin. lib. 6 cap. 28.

Amithínenses, Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plinius libro 3. cap. 5.

Ammon, onis, ἄμμων Suidæ, sive (út alii malunt) Hammon, Iupiter appellatus fuit, qui in desertis Libyæ sub arietis forma colebatur. [Germ. Ein zunam Iovis.] Cujus appellationis ratio hæc fuisse traditur: Quum Liber pater per desertum Libyę exercitum duceret, universa jam Asia devicta, & siti admodũ laboraret, imploraſſe à patre auxilium dicitur. Quo facto, apparuisse ei extemplò arietem: quẽ dum fugientem persequitur, pervenisse illo duce ad fontem amœnissimum: Quapropter desyderio potitum, existimasse arietem illũ fusse Iovem, eiq; templum mirę magnitudinis in arena cõstituisse, & Deũ vocasse Ammonem: hoc est, Iovem arenarium. Sunt qui dicãt lingua Aegyptia Ammon Iovem dici: hinc corrupto nomine Ammonem vocitatũ. Alii tradunt Ammonem dictũ ab Ammone quodam pastore, qui primus illic templum ædificavit. Hujus meminẽre Suidas, & Aristophanes, ἐν ὄρνισιν.

Ammonethus, Insula Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

Ammónia, [ἀμμωνία. Germ. Ein sandechtige Landtschafft in Lybyen.] Regio mediterranea Libyę, in qua Iupiter Ammon colebatur: ita dicta ab arenæ copia, quæ ἄμμος Græcis dicitur.

Ammónius, ἀμμώνιος, Alexandrinus philosophus fuit, Origenis & Porphyrii coætaneus: de quo vide Euseb. in Histor eccles.

Ammónis, ἀμμωνίς, Nymphę nomen est: ita dictum ἀπὸ τῆς ἄμμου τρέχειν, quasi per arenam currens.

Amnus, Insulæ Dolicæ in Arabia fluvius. Plin. lib. 6. cap. 28.

Amata, omnis virgo, quę à Pontifice max. capitur ad sacerdotium, Vestæ appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine traditur. Gell. lib. 1. cap. 12.

Amometus, ἀμώμητος, de Seribus privatim condidit volumen, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 6 cap. 17.

Amorgẽs, ἀμόργης, Fuit ex Darii ducibus unus, qui a Caribus insidiis circunventus, unà cum Dauriſe, & Sisamace, & Myrſe Gygis filio fuit obtruncatus. Herodot. lib. 5.

Amorgós, ἀμοργός, Insula una ex Sporadibus. Strabo lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 12.

Amorrhæi, ἀμορραῖοι, populi dicti sunt ab Amor patre Sichẽ, vel ab Amorrhæo filio Canaan.

Ampẽ, ἄμπη, Oppidũ Arabię non procul à Mari rubro: cujus meminit Herod. lib. 6. Gentile est Ampæus, ἀμπαῖος, Steph.

Ampela, Civitas est Cretæ insulæ apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Ampelos, nomen civitatis Macedoniæ, apud Plin. lib. 4. cap. 10. ¶ Ptolomæus quoque Ampelon urbem in Creta collocat. Stephanus aliam in Cyrenaica regione. ¶ Est prætereà Ampelos, promontorium Sami insulæ, è regione Drepani Icariæ insulę. Autor Strabo lib. 14.

Ampeloessa, ἀμπελοῦσσα, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. Autor Plin lib. 5. cap. 18.

Ampelusia, ἀμπελουσία, Nomen est promontorii in ea Africæ parte, qua Atlantem alludit Oceanus, à vitium copia impositum. Plin. lib. 5. cap. 1.

Amphapalía, Locus est Cretæ, apud Strabonem; in ipsius insulæ descriptione.

Amphe ἄμφη, Vna Cycladum, Vide CASOS.

Amphea, ἄμφεια, Vrbs Messenæ, Steph.

Amphiala, Oppidum est Atticæ. Strab. lib. 9.

Amphiaraus. pen. prod. ἀμφιάραος, Argivus Oeclei, aut (ut alii malunt) Lini & Hypermnestræ filius, vates & Augur fuit, futurorum peritissimus: qui quum prævideret fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitavit. Tandem tamen ab uxore proditus, invitus à Polinyce ad bellum est pertractus: ubi, quum fortiter pugnaret, unà cum curru terræ hiatu absumptus est. Vide hæc latiùs apud Statium.

Amphías, ἀμφίας, Tarsius fuit, qui ex infima sorte ad summas opes evectus, quum amicum, tanquam degenerem, multis probris affecisset, tandem, velut resipiscens, subjecit: Sed & nos ex iisdem seminibus sumus. Quæ vox ab astantibus summa lætitia excepta est.

Amphictyones. [ἀμφικτύονες. German. Die gantze versambtung der Rhatsherren oder Landtherãten in Griechenland. Polon. Zgromadzenie. Vngar. Országgyulése.] Publicum Græcię concilium, ut scribit Cicero de Invent. lib. 2. Vnde decreta Amphictyonum citat Demosthenes in oratione prò Crestphonte. Constabat autem Amphictyonum conventus ex septem Græciæ civitatibus, ut docet Strabo lib. 9. Vnde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Dionysius lib. 14: Amphictyonem Heleni filium commentum esse Amphictyonicũ concilium; cui ab ipsius nomine nomen indiderunt. ¶ Hinc Amphictyonicus, ca, cum: ut, Leges Amphictyonicę, quibus ad concordiam colendam invitabantur. [Germ. Rhatsherren oder Landtherãt/so bey der gantzen versambtung Griechenlandts gewesen.] ¶ Amphictyonum concessus, Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον. De frequenti gravium virorum conventu. Vel venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conventum, qui tibi tamen Solones esse videantur.

Amphídamas, ἀμφιδάμας, Busiridis fuit filius, quem Hercules unà cum patre hospites immolante, interfecit.

Amphígenía, ἀμφιγένεια, Oppidum Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cujus meminit Statius 4. Theb. Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia, Planaq; Messene, montanaq; nutrit Ithome. Meminit ejusdem & Homerus.

Amphílochi. ἀμφίλοχοι, Acarnaniæ populi, Argo Amphilochicum incolentes.

Amphilochus, ἀμφίλοχος, Athenienſis philosophus, & agriculturæ scriptor, ut testis est M. Varro lib. 1. de Re rust. ¶ Fuit & Amphilochus filius Amphiarai vatis ex Eriphyle susceptus, ut in Odyssea testatur Homerus.

Amphílytus, ἀμφίλυτος, Ariolus ex Acarnania, qui Pisistrato tertiò Athenarum tyrannidem repetenti autor fuit, ut noctu Athenienses invaderet. Herodot. lib. 1: Hic divina pompa fungẽns Amphilytus Acarnan, vir ariolus, Pisistratum cui assistebat, adit, atq; hæc hexametro carmine vaticinatus est, inquiens: Est nummus projectus, item sunt retia tenta, Nocte meãt thynni clare sub fydere lunæ.

Amphímachus, ἀμφίμαχος, Creari filius, unus ex quatuor ducibus Epeorum: de quo Homerus in Catalogo.

Amphímalis, ἀμφίμαλις, Sinus est Cretæ insulæ, ut testis est Ptolem. Hodie S. *Nicolaus* vocatur. Stephano Amphimállum, vel Amphimalla civitas est Cretæ. Memiait etiam Plinius lib. 5. cap. 12.

Amphímedõn. Nomen Libyci cujusdam, qui in Aula Celphei regis adversus Persẽi pugnans, occisus est. Ovid. 5. Met.

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas.
Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam.

Amphinóme, ἀμφινόμη, Nympha, à circumpáscendo, quòd propium est aquarum, quæ ripas & litora circunquaque depascuntur.

Amphíon. pen. prod. [ἀμφίων. Ger. Ein fürtreffenlicher Musicus auff der Leyren oder Harpffen.] Iovis & Antiopes, vel secundũ aliquos, Mercurii filius, à quo accepta lyra adeò suaviter canebat, ut saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur. Horatius: Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis, Saxa movere sono testudinis. Quod ideò fictum: quia eloquii suavitate homines rudes, & incultis moribus ad obsequii civilis pellexit disciplinam. Quod idem Horatius exposuit: nam quũ dixisset: Sono testudinis, addidit: Et prece blãnda. Ferunt hũc invenisse Musicam De Amphione lib. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis. ¶ Hinc Amphionius, a, um.

Amphipolis, ἀμφίπολις, Civitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eam Strymon amnis circunfluat.

Amphirrhoe. ἀμφιῤῥόη, Nympha, ab undequnq; fluendo.

Amphisbæna, sive (ut alii placet) Amphisibæna, ἀμφίσβαινα, ἢ ἀμφισίβαινα, Serpẽs est in Libyę desertis. duo habens capita: unde & circulatis tractibus creditur incedere Lucan. lib. 9. Et gravis in geminum surgens caput amphisibæna

Amphiscii. [ἀμφίσκιοι. Ger. Die Eynwohner des Erdbodens/so in eines jars frist schatten gegẽ allen orten vmb sich haben.] Appellantur ii, qui sub æquinoctiali habitant circulo, eò quòd quadruplici verberentur umbra. Nam Sole existẽte in alterutro punctorum æquinoctialium: hoc est, in principio Arietis aut Libræ, umbra eorum matutina jacitur versus Occidentem, vespertina versus Orientem. Sole autẽ Cancrum, aliquódve ex cæteris signis Septentrionalibus perambulante, umbram habent Australem: contrà verò Septentrionalem, Sole sub Capricorno, aliquóve alio Australium signorum iter faciente.

Amphissa ἄμφισσα, Vrbs Locrorum, qui Ozolæ dicũtur: ita appellata, teste Stephano, quòd undique montibus cingatur. Lucan. libro 3: Phocaicas Amphissa manus, scopulosaque Cyrrha. ¶ Hinc Amphissæi, ἀμφισσαῖοι, qui Delphicum templum

plum diripuerũt, apud Demosthenem in oratione pro Ctesiphonte.

Amphītrītē, pen. corr. ἀμφίτριτος, Statuarii nomen apud Plin. lib. 36. cap. 5.

Amphithoe, ἀμφιθόη, Nymphæ nomen est, à circũcursitando dictum, ab ἀμφὶ circum, undequaq;, & θέω, curro.

Amphītrītē, tes, pen. prod. [ἀμφιτρίτη. Germ. Des Neptuni Weib: das Meer.] Oceani & Doridos filia, quę fingitur à Poëtis esse uxor Neptuni: & per metonymiã ponitur pro mari. Nomen deductũ est ab ἀμφιτρέχειν: hoc est, à circunterẽdo, quòd mare terram undiq; terat, & lancinet. Ovid. Metam. 1: nec brachia longo Margine terrarũ porrexerat Amphitrite.

Amphitus, ἄμφιτος, Alter ex Castoris & Pollucis aurigis. Plin. lib. 6. cap. 5.

Amphitryōn. [ἀμφιτρύων. Ger. Der Fürst zu Thebis/ein Gottes vatter Herculis.] Princeps Thebanus Alcei filius, & Alcmenæ Herculis matris conjux, à τρύζω gemo, vel τρύχω, vexo. Plaut. tamen Amphitruo scribit, aut quòd vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant: aut quòd υ. Græcũ idem sonat ac u exile Latinum: unde & Phruges dicebant, quos nos phryges, & Sullam, quem nos Syllam. ¶ Hinc deducitur Amphitryonides patronymicum, & per epenthesim Amphitryoniades, quo Poëtæ utuntur pro Hercule, Amphitryonis re vera filio, quanvis ob rerum gestarum magnitudinem nonnulli originem ejus ad Iovem retulerint. Virg. 8. Aen. Intereà quũ jam stabulis saturata moveret Amphitryoniades armenta.

Amphrȳsĭus, penult. prod. ἄμφρυσος, & ἄμφρυσσος Stephano, Fluvius Thessaliæ: juxta quem armenta regis Admeti Apollo pavisse traditur. Lucan. lib. 6: Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

Amphrȳsĭus, a, um, ἀμφρύσιος. Virg. 6. Aen. Quę cõtrà breviter fata est Amphrysia vates. ¶ Item, Amphrysiacus, ca, cum. Papinius: Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi. ¶ Est & nomen duarum urbium. Vide suprà AMBRYSUS.

Ampsăga, ἄμψαγα Ptolemæo, Fluvius est Mauritaniæ Cæsariensis: cujus meminit & Plin. lib. 5. cap. 2.

Ampsălis, ἀμψαλὶς, Civitas Sarmatiæ in Asia, Ptolemæo.

Ampȳcus, ἄμπυκος, Titanoris filius, qui ex Chloride, ut ait Apollonii Commentator, Mopsum augurem suscepit, à quo Ampycides appellatur. Ovid. lib. 12. Metam. Nec tu credideris tantùm cecinisse futura Ampyciden Mopsum, &c.

Amsānctus, Locus est in medio Italię apud Hirpinos, sulphureas habens aquas, quę quòd undiq; sylvis, angustiisque clausæ sint, tam pestilentem emittunt odorẽ, ut propiùs accedentes eò, enecentur. ¶ Hinc factus est locus fabulæ, in Amsancti vallibus, inferorũ spiraculum esse. Cic. 1. de Divin. Quid enim non vidimus, quàm sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, ut & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. Virg. 7. Aen. Est locus Italiæ in medio sub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum. Servius ex omni parte sanctus interpretatur, sed malè, cum non sit nomen adjectivum, sed proprium.

Amsterodama. [German. Amsterdam.] Holandiæ Vrbs.

Amŭlĭus, ἀμύλιος, Porcæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratri abstulit, atq; omnem ejus stirpem virilem necavit. Fratris quoq; filiæ, Rheæ Sylviæ, per speciem honoris, quũ Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Liv. 1. ab Vrbe.

Amycla, ἀμύκλη. Vna è filiabus Niobes, quam tradit Pausanias cũ Melibœa sorore servatã, implorata Latonę venia. Homer. tamen omnes interiisse tradit. Hermol. in Plin. lib. 36. c. 5.

Amȳclæ, ἀμύκλαι, Pluraliter nomen est urbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati sunt Castor & Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus, à Laconibus condita, juxta Servium: cujus cives, quum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstinerent cęde animalium, nec vicinæ paludis serpentes interimerent, ab illis deleti sunt. Alii non à serpentibus, sed hostium repentino adventu hanc urbem deletã prodiderunt. Nam quum aliquoties falsò nuntiatus esset adventus hostium, postea cautum est, ne quis ampliùs nũtiaret. Inde ex improviso captæ sunt Amyclę. Hinc proverbium, Loqui volo: nam scio Amyclas tacendo periisse. Hinc Virgil. tacitæ Amiclæ, dictæ sunt.

Amyclæus, a, um, adjectivum, ἀμυκλαῖος.

Amyclas, ἀμύκλας, Lacedæmonis filius, ut est autor Dictys Cretensis in libro, quem de expeditione Græcorum in Trojanos composuit.

Amȳcus, ἄμυκος, Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam consuetudinẽ habuit, ut advenas in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen provocaret, & insidiis circunventos ibidem interficeret. Quum itaq; Argonautæ in Bebrycium venissent, Pollux ab eodem ad certamẽ provocatus, cognitis insidiis, socios convocavit, & ab iis adjutus Amycum interfecit. Virg. 5. Aen. qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. ¶ Amycus item unus è Centauris fuit, Ixionis & Nubis filius. ¶ Alius fuit Aeneæ comes. Virgil. 9. Aen. inde ferarum Vastatorem Amycum, &c.

Amȳdōn, penult. corr. ἀμυδών, Civitas Pæoniæ, quæ auxilia misit Trojanis. Iuvenal. Satyr. 3: Hic alta Sycione, aut hic Amydone relicta.

Amymone, ἀμυμώνη, Vna ex quinquaginta filiabus Danai regis, quæ dum se in sylvis jaculando exerceret, Satyrum percussit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo passa est, quod à Satyro formidarat. Itaque prægnans facta, Nauplium peperit. Vide Strabonem libro 8. ¶ Est & Amymone apud eundem, fons juxta Lernam, cujus meminit & Plinius libro 4. capite 5.

Amȳntās, ἀμύντας, Pater fuit Philippi Macedonis. ¶ Est item pastoris nomen apud Theocritum, & Virg. 3. Aegl. At mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas.

Amȳntōr, ἀμύντωρ, Dolopum rector. Ovid. 12. Metamorph. Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor. Hic, Homero teste Iliad. 2, pater fuit Phœnicis. Ovid. 8. Metam. Amyntore, cretus Phœnix.

Amyrgium, Campus Sacarum. Steph.

Amyrum, ἄμυρον, Thessaliæ oppidum. Steph.

Amysum, Oppidum Paphlagoniæ. Plin. lib. 6. cap. 5.

Amȳthāŏnĭă, ἀμυθωνία, Elidis pars est, teste Stephano: ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

Amȳthāōn, ἀμυθάων, Melampodis insignis auguris & medici pater fuit, quem ab illo Amythaoniũ vocat. Virg. 3. Georg. Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.

Amyzon, ἄμυζον Ptolemæo, Cariæ oppidum est, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

A ante N.

Ana, sive (ut apud Melam legitur) Anas, ἄνας Ptolemæo, Fluvii nomen est apud Hispanos, Bæticam: hoc est, Granatam, à Lusitania, quam hodie vocant *Portugaliam*, dividit. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. & 22. Vulgò *Guadiana*. ¶ Est quoque nomen animalis cujusdam Orientis.

Anabis, ἀνάβις, Oppidũ Hispaniæ, in tractu Tarraconẽsi. Ptol.

Anabura, ἀνάβουρα, Pisidiæ oppidum apud Strab. lib. 12.

Anace, ἀνάκη, Oppidum Achaiæ apud Steph.

Anacharsis, ἀνάχαρσις, Philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ admirandæ, ut scribit Cicero libro 5. Tuscul. qui studio cognoscendi ritus & mores Græcorum in Græciam se cõtulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebãt. Hujus imaginibus inscriptum erat: Lingua, ventre, pudendis abstinendum esse. Plin. tradit Anacharsim invenisse rotam figuli, cujus circuitu vasa formantur. Sed si (ut inquit Seneca) apud Homerum longè antiquior inveniatur figuli rota, non video quomodo Anacharsis esse autor hujus rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum teliis quàm simillimas esse dicebat, quòd muscas quidem, & cætera ejus generis infirmiora animalcula irretirent: à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus autem quo pacto abstemius fieret, respondit: Si ebrioforum motus sibi ante oculos ponat. De genere mortis ejus tradit Laërtius, quòd quum in patriam se recepisset, Græcoque ritu sacrificaret, à fratre suo Scytharum rege, fuerit interemptus.

Anacrĕōn, ἀνακρέων, Nomẽ proprium poëtę lyrici, à quo metra Anacreontica dicta sunt. Ortus fuit ex Teo Ionię civitate: ex qua etiam Hecateus historicus. Amavit puerũ nomine Batyllum visenda pulchritudine spectabilem. Horat. Non aliter Samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta Teium. Perit acino uvæ passæ strangulatus, ut tradit Plin. lib 7. cap 7.

Anactoria, ἀνακτόρεια Stephano, Oppidum est Acarnanię, colonia olim Corinthiorum, ad sinum Ambracium. Plin. lib. 4. cap. 1. ¶ Est item hoc nomine Ioniæ urbs in minore Asia, postea Miletus appellata, ut testatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Anæa, ἄνεια Stephano, Vrbs Cariæ contra Samum: à qua fiũt gentilia, Anæus, ἀναῖος, & Anaites, ἀναίτης. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ philosophus, & historiarum scriptor egregius.

Anætia, ἀνατία, Oppidũ majoris Armenię, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5 cap. 24.

Anāgnĭă, ἀναγνία Ptolemæo, Civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius sorore Augusti cõtempta, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam feriri jussit. Virgil. lib. 7: Quos dives Anagnia pascit, &c.

Anagyrus, ἀναγυρεύς, populus Athenienses, tribus Erechtheidis. Vide Steph.

Anahœrath, Civitas est terræ Canaan, quæ per sortẽ missam tribui Isascharis obvenit.

Anaïtis, idis, ἀναΐτις, Deæ cujusdam nomen, quæ in Sacasena Armeniæ

Armeniæ regione præcipuè colebatur. Hujus deæ ministerio moris erat optimatum filias forma præstantissimas dedicare: quæ ubi aliquandiu omnibus corporis sui copiam fecissent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps viris tradebantur. Dies festus huic numini dicatus, Sacca vocabatur, quo se viri, mulieribusq; permisti ad stuporem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam victoriæ, quam Cyrus de Saccarum gente retulit, esse instituta. Ferunt enim Saccas Cyri castra ingressos, quæ ille simulata fuga, epulis, vinoque differta reliquerat, ita se vino obruisse, ut à Cyro omnes ad internecionem penè deleti fuerint priùs, quàm possent expergisci. Strabo lib. 11.

Analitæ, ἀναλῖται, populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anapavomenos. [ἀναπαυόμενος. German. Ein Brunn in Dodon/ so ihr Mittag ersiget.] Fons est in Dodone, Iovi sacer: ita dictus παρὸ τὸ ἀναπαύεσθαι, eò quòd sub meridiem quotidie desinat fluere. De hoc sic scribit Plinius libro secundo, capite 103: In Dodone, Iovis fons quum sit gelidus, & immersas faces extinguat: si extinctæ admoveantur, accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa Anapavomenon vocant: mox increscens ad medium noctis exhuberat: ab eo rursus sensim deficit.

Anaphe, ἀνάφη, Insula est una Sporadum, inter Therasiam & Astypalæam, quam Plin. lib. 2. cap. 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerserunt. Nominis ratio à Stephano hæc traditur, quòd Argonautis intermestri luna tempestate jactatis, opportunè apparuerit.

Anāpis, pen. prod. ἄναπις, Siciliæ fluvius leniter decurrens, decem stadiis procul à Syracusis in mare defluens. Ovid. 5. Metam. Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapis.

Anariacæ Straboni, Anariaci Plinio, ἀναριάκη Stephano, populi sunt ad mare Caspium ad Ortum incolentes: quorũ oppidum Anariace, ἀναριάκη commemoratur à Stephano.

Anas, ἄνας, Fluvius ulterioris Hispaniæ, Bæticam dividens à Lusitania: de quo Pomp. Mela lib. 2. ¶ Antiqui præterea Anatem vocabant annuum morbum, scilicet vetularum. Festus.

Anasa, ἄνασα, Oppidum Germaniæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anava, ἄνανα, Vrbs Phrygiæ, Steph.

Anaurŏs, ἄναυρος, Fluvius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absque aura dictus. Lucanus lib. 6: Quique nec humenteis nebulas, nec rore madentẽ Aëra, nec tenues ventos aspirat Anauros. De hoc fluvio, vel potiùs torrente, vide plura apud Apollonium Argonaut. lib. 6.

Anausis, apud Flaccum in Argonaut. Procus est Medeæ, Alanorum & Heniochorum rex, postea à Stylo rivali interfectus.

Anax, ἄναξ, Proprium viri nomen, qui fuit Cœli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 1.

Anāxăgŏras, penul. corr. ἀναξαγόρας, Clazomenius philosophus fuit, in Physicis præcellens, qui non modò generis gloria & divitiis, verùm animi quoque magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quũ ab eis negligentiæ insimularetur: Quid ergo, inquit, ꝓnãe vos ista curatis? Mox abscedens, ad speculandum rerũ naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei & privatæ; & publicæ omninò negligens, & incuriosus, adeò ut cuidam ipsum ita cõpellanti, Nullane tibi patriæ cura est? dixerit: Mihi verò patriæ cura & quidem summa est: digitum in cœlum intendens. Hic quum post diutinam peregrinationem in patriã rediisset, possessiones q; desertas vidisset: Non essem, inquit, ego salvus, nisi istę periissent. Digna profectò vox philosopho, qui pluris faceret culturam ingenii, quàm prædiorum. Vide plura de hoc apud Laërtium.

Anaxandrides, ἀναξανδρίδης, Poëta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui tẽpore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas 65. vicit una, ut scribit Suidas.

Anaxantini, populi Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 12.

Anaxarbani, populi Ciciliæ, ab eadem urbe sic dicti, apud Plinium.

Anāxārchus. [ἀνάξαρχος. German. Der Rath eines Gottlosen Philosophen/ welchen der König in Cypern mit eysinen stämpfen hat lassen zerstampffen.] Nomen proprium philosophi Abderitæ, sectatorisque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo cõprehensus, conjectusq; in pilam saxeam, quam Græci ὄλμον vocant, ibiq; ferreis malleis cõtusus, adeò toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile cõduplicaverit: Tunde, tunde, Anaxarchi follem. Anaxarchum enim nõ tundis. Ad ultimum amputationem linguę minitante tyrãno, protinùs dentibus abscissam & cõmanducatam linguã in os ejus ita patulum dicitur expuisse. Vide Laërtium, Valerium, Ciceronem. Floruit Anaxarchus Olymp. CX. ut scribit Suidas.

Anāxărĕtē, ἀναξαρέτη, Puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba, quam quum Iphis infimæ sortis juvenis perditissimè amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia sese ad fores ejus suspendit: cujus funus quũ Anaxarete siccis, immotisq; oculis intueretur, in saxum est conversa, ut fabulatur Ovid. lib. 14. Metam.

Anaxarus, civitas mediterranea Ciciliæ, ut scribit Plin.

Anaxenor, ἀναξήνωρ, Citharœdus fuit, quem Magnesia civitas valdè extulit: sed magis M. Antonius, qui quatuor civitatum ei tributa legenda tribuit, ut scribit Strabo lib. 14.

Anaxilas, ἀναξίλας, Poëtę comici nomẽ, cujus meminit Suid.

Anaxilaus, ἀναξίλαος, Rheginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Mycithi servi sui tutelæ commendavit. Mycithus autem provinciam sibi impositam, tanta fide, moderationeq; administravit, ut Rhegini servi imperium non detrectarent. Pueris deinde ad legitimam ætatem provectis bona fide & imperiũ, & paternam hæreditatem restituit, sibiq; exiguo servato viatico, reliquum vitæ privatus peregit. ¶ Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui unà cum Lycurgo in vincula conjectus fuit, & paulò pòst cum eodem absolutus. Vide Plutarchum in Alcibiade.

Anaxylides, ἀναξυλίδης, Nomen philosophi, de quo Hieronymus cõtra Iovin. scribit, quòd in lib. 2. Philosophię asserat Potonam matrẽ Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quod q; sapientię principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

Anāximāndĕr, ἀναξίμανδρος, Milesius philosophus, Thaletis auditor, primus terrę, maris q; circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit, ut inquit Laërtius. Hic dixit infinitũ rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse: & partes quidem universi corrumpi; totum autem esse immutabile. ¶ Præterea cylindri formæ esse terram asseruit, tantæ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas tertia inveniatur.

Anāximĕnēs, ἀναξιμένης, Philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius. Anaximãdri discipulus. successorq;, q eo die obiit, quo Sardis à Cyro captæ fuerunt. Hic principium rerum aëra opinatus est, quem genere infinitũ, qualitatibus finitum ajebat, cujus condensatione ac rarefactione cuncta gigni putavit. Motum verò ab æterno esse dixit: Terram ex aëre constipato, primum omnium factam latam, magnam: idcircò non absque ratione super aërem contineri, Solem, Lunam, cæteras q; stellas à terra ortum habere.

Anaxini, populi in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 12.

Anaxius, Fluvius qui fluit per Feltrensem agrum.

Anaxo, ἄναξώ, Ancæi cujusdam filia fuit, quã quidam Alcmenes matrem faciunt, nõ Lysidicen sororem Pitthei ex Pelope & Hippodamia, ut habet Plutarchus.

Anazarba, ἀναζαρβα Stephano, Oppidum est Cilicię, Dioscoridis illustrissimi medici patria.

Ancæus, ἀγκαῖος, Samiorum rex, qui strenuissimus agricola habitus fuit. Huic, quum servos nimio labore premeret, prædictum fuit à servo, nullum illum ejus vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis pòst annis, coacta ejus vineæ vindemia, jussit sibi ex lacu vinum hauriri, increpans eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Iamque calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abjecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Hûc alludit Horatius, quum aiti - inter calicem supremaq; labra Multa cadunt. Vide Erasmi Adagia. ¶ Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Anchāces, Nomen ducis in exercitu Persæ contra Æeten Colchorum regem, fratrem Persæ. Valerius 6 Argonaut. Doctus, & Anchaces, patulo vaga vincula gyro Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Anchĕmŏlus, ἀγχέμολος, Rhœti regis Marrubiorum filius fuit, qui quũ Casperiæ novercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnũ in militiã profugit. Hęc Servius in illud Virg. 10. Æn. Hinc Stelenũ petit, & Rhœti de gente vetusta Anchemolum, thalamos ausum incestare novercæ.

Anchiale, ἀγχιάλη, Civitas Ciliciæ, de qua Strabo: Post Zephyrium, inquit, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui nõ à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult Cydni matre, à quo nomen vicino flumini. Ex Stephano.

Anchialos. ἀγχίαλος, Vrbs Thraciæ sita in intimo sinu, atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, nõ procul à magna Apollonia. Hæc Pomponius. ¶ Est & Anchialos, astrologi nomen, cujus meminit Cic. lib. 2. de Divin.

Anchīsēs. [ἀγχίσης. Ger. Der Bauer Aeneæ.] Capyos filius, ante bellum Trojanum, nemorum latebras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armentis intentus: quibus quũ vacaret, à Venere adamati cœpit, & cum ea cõcubuit, unde natus est Æneas apud Simoëntа Troiæ fluvium, ut scribit Servius.

Portò

Porrò quum se Veneris concubitu usum fuisse jactasset, à Iove fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Trojanorum consiliis non interfuisse. Ardente Troia, quum nulla salutis spes appareret, senio confectũ Aeneas humeris imposuit, secumq; Drepanum usq; Siciliæ urbem vexit, ubi fatis concessit. Virgil. 1. Aen. Túne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam.

Ancore, ἀγκόρη, Vrbs Bithyniæ, Antigonia postea dicta.

Anchūrus, ἄγχυρος, Midæ regis filius fuit: de quo hęc tradit Plutarchus in Parallel. Circa Celænon Phrygię oppidum, terra ingenti hiatu divisa, quum Midæ responsum esset, futurum ut terra coiret, si res in hiatũ pretiosissimas dejecisset, Anchurus regis filius nihil hominis anima pretiosius existimans, cõscenso equo, se in specum pręcipitavit. Nec ita multò pòst terra in pristinam coiit figuram.

Ancōn, onis, sive Ancona, ę, pen. prod. [ἀγκών. Ger. Ein Statt in Italien am Venedischen Meer gelegen.] Vulgò *Ancona*. Vrbs est totius Piceni celeberrima, portũ habens insigni opere à Trajano Cæsare extructum. Nomen habet à situ qui cubiti flexuram refert. Græci enim cubitum, & locum cubiti modo sinuosum, ἀγκῶνα appellant. Plin. lib. 3. cap. 13: Ab isdem colonia Ancon, apposita promontorio Cumero in ipso flectentis se oræ cubito. ¶ Fuit item Ancon, apud Carthaginienses obscurum domicilium, in quod detrudebantur, quibus iratior erat tyrannus. ¶ Ancones item vasa sunt cubitalia, ut origo vocabuli declarat, quorum meminit Paulus in L. 13. D. de instruct. vel instrum. leg.

Ancus, [ἄγκων. Germ. Der vierdt König der Römer.] cognomento Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numę Pompilii ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum ponte sublicio Vrbi cõjunxit, Romanorumq; limites ad mare usq; promovit, ubi & Ostiam condidit. Reliqua vide apud Liv. lib. 1. ab Vrbe condita. Dictum autem volunt Ancum ἀπὸ τῶν ἀγκῶνος: hoc est, à cubito, quem incurvum habebat, nec poterat exporrigere. Vide Servium in illud Virgil. 6. Aeneid. Quem juxtà sequitur jactantior Ancus.

Ancyra, ἄγκυρα, Nomen duarum urbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyritana, in jure Pontificio sæpè nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris navium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex suppetias Gallogræcis miserat. Vide Stephanum & Plin. lib. 5. capite ultim.

Andania, ἀνδανία Stephano, Oppidũ est Peloponnesi in tractu Messeniaco, cujus meminit & Strabo lib. 8.

Andanis, ἄνδανις, Fluvius est Carmaniæ regionis, cujus meminit Plin. lib 6 cap 23.

Andarum, Vrbs Cariæ. Vide Stephanum in Bargylla.

Andegavi, Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. Cornel. Tacitus lib. 3: Erupêre primi Andegavi ac Turbnii, quorũ Andegavos Acibius Aviola legatus excita cohorte, quę Lugduni Præsidium agitabat, coërcuit. Horum meminit & Plin. lib 4 cap. 18 Vulgò *Angevins*.

Andĕlus, ἄνδηλος, Civitas est Hispanię in Vasconia non procul à Pompejopoli, quæ vulgò *Pampilona* appellatur: metropolis regni Navarræ.

Andēs, ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricensi, Oceanoque proximi, quos Ligeris flumen alluit. Plin. Andegavos appellat: Cæsar Andes. Vulgò *Angiers*.

Andēs, Vicus non procul à Mantua, Virgilii patria. [Germ. Ein Dorff bey Mantua in Italia / *Virgilii* Vatterlandt.]

Andīnus, adjectivum: ut Andinus vates: cantus Andinus. Sil. lib. 8: Mantua musarum domus, atq; ad sydera cantu Evecta Andino: id est, Virgiliano.

Andocides, ἀνδοκίδης, Vnus ex decem præcipuis Athenienśiũ Rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaę posteris, ut ex Helanici sententia tradit Suidas.

Andrĭă, ἀνδρία, Phrygiæ oppidũ, apud Plinium lib. 5 cap. ult. Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

Andríaca, ἀνδριακὴ Ptolemæo, Oppidum est in Media: & alterum in Lycia, Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

Andrĭcus, ἀνδρικὸς, pen. corr. Ciliciæ mons, ut inquit Strabo lib. 14 Quo etiam nomine dictũ est flumẽ quoddam ejusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5.

Andrōbius, ἀνδρόβιος, Nobilis pictoris nomẽ, qui Scyllin pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Plin. lib. 35. cap. 11.

Androcleus, ἀνδρόκλεος, Fuit philosophus, Porphyrii discipulus, cujus ipse Porphyrius mentionem facit, ut refert Volaterranus.

Androdamus, ἀνδρόδαμος, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

Androdus, Nomen proprium filii Codri Athenienśium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. ¶ Fuit & alter Androdus servus, hospes, & medicus Leonis: de quo vide historiam cognitu dignissimam apud Aulum Gellium.

Andrŏgĕōs, ἀνδρόγεως, Præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Athenienśibus & Megarẽsibus per invidiam occisus est, quod palæstra cæteros superaret. Quapropter suscepto à Minoë adversus hos populos bello, primò Megarenses subegit: deinde Athenienses sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienses Minotauro cœpit objicere.

Androgyni, ἀνδρόγυνοι, Sunt populi in Africa supra Nasamonas, ut lib. 7. cap. 2. Plin. scribit, utriusq; naturę, inter se vicibus coëuntes. Dextera mamma his virilis, læva muliebris.

Androlitia, Oppidum. Plin. lib. 5. cap. 29 41.

Andrŏmăchē, penultima correpta, ἀνδρομάχη, Aetionis regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, & Hectoris Trojani uxor, & mater Astyanactis, quæ à virili pugna nomen sortita est: fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago. Hanc, mortuo Hectore, Pyrrhus in Græciã adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteaque Heleno vati Priami filio eam uxorem tradidit, regniq; portionem eidem assignavit.

Andrŏmăchus, ἀνδρόμαχος, Adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Author Plutarchus. ¶ Fuit & Andromachus sophista è Neapoli Syriæ, filius Zonę, qui Grãmaticam docuit Nicomediæ, Diocletiani principis tempore, ut autor est Suidas.

Andromarrunum, Lingonum civitas in Gallia. Ptolem.

Andrŏmēdē, penult. correp. ἀνδρομέδη, Cephei & Cassiopes filia, quæ ob matris superbiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphis scopulo fuit alligata, & cete devorãda exposita, sed Persei virtute liberata, qui illàc opportunè iter faciens, & cetum interemit, & Andromedem uxorẽ duxit. Postremò Minervæ beneficio inter astra collocata dicitur. Oritur in parte piscium duodecima.

Andromon, Nomen est ejus, qui Colophonem ædificavit.

Andron, (sicut scribit Ptolemęus) est oppidum inferioris regionis Nili.

Andronicus, Rhodius, Philosophus Peripateticus, cujus meminit Strabo. ¶ Fuit & alius Andronicus grammaticus desidiosior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam, ut refert Tranquillus. ¶ Andronicus item alius fuit historicus, qui res Alexandri scripsit, ut scribit Volaterranus. ¶ Fuit item Andronicus Livii cognomen, poëtarum Latinorum vetustissimi: cujus vitam vide apud Crinitum.

Andros, sive Andrus ἄνδρος, Insula est una Cycladum, Eubœę adjacens, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Andrus, insula Oceani Septentrionalis, inter Hyberniam & Britanniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

Anemo, Fluvius est in octava Italiæ regione, apud Plinium libro 3. capite 15.

Anemorea, ἀνεμώρεια Homero, Oppidũ Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt.

Anemurium, Oppidum in Cicilia. Plin. lib. 5. cap. 31. Anemurĭ, lib. 1. cap. 27.

Anetia, Oppidum. Plin. lib. 5. cap. 25.

Aneticus, Asiæ locus est, arundinibus abundans.

Anetussa, ἀνήτεσσα, Vrbs Libyæ. Steph.

Angaris, Mons est Idumææ, apud Plin. lib. 5. cap. 13.

Anger, nomẽ fluvii in Illyrico. ¶ Est & genus serpentis, de quo in APPELLAT.

Angerona, [ἀνγερών. Germ. Die Göttin des Wollusts.] Vocitata est voluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui sacra à Romanis instituta sunt, quum Angina civitas vexaretur, ab angore tollendo sic dicta. Ejus festa Angeronalia sunt vocitata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo promissso voto fuisse liberatum. Huic Pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciebant.

Angilæ, ἀγχίλαι, Populi in Africa ad Garamantes. Fertur eorũ fœminas nocte qua nubunt, omnium stupro patere, reliquũ pudicas esse.

Angitia, AEetæ filia, & soror Medeæ, quę prima Marsis remedia contra venena fertur ostendisse Silius libro 8: AEetæ prolem Angitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt, tãctuq; domare venena.

Anglĭă, [βρεττανία. Gall. *Angleterre*. Ital. *Inghilterra*. German. Engelland. Hisp. *Inglaterra*. Pol *Angielska ziemia*. Vngar. *Angliai orszag*. Ang. *Ingland*.] quæ Britannia à veteribus dicta: Insula insignis in Oceano, quæ undique à circunfuso mari complexa est, nusquam juncta continenti, sed ab omni orbe nostro divisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare undique abluit, Albion dicebatur. Hanc primùm Troës incoluerunt: qui Troia disjecta fugerunt excisam patriam. Palladisq; oraculo classe in hanc insulam migraverunt: atque gigantes, tunc insulam tenentes, multis victos prælis expugnaverunt.

Hanc

Hanc postmodum longo temporum tractu Saxones, qui sunt illustres Alemanniæ populi, oppressêre, agrosque & opes inter legatos Saxonum regina Angela divisit. Atque ut linguæ pariter & gentis memoria indevicta insula sempiterna foret, ab Angela, cujus ductu victa est, Angliam tellurem illam vocavit. Quanquam pleriq; Angliam veluti nostri orbis angulũ prædicent dictam. Sita est (ut inquit Plin lib.4. cap 16) ex adverso Galliæ, Germaniæ, atque etiam Hispaniæ, licet longiore intervallo. Agrippa longitudinẽ ejus prodidit esse DCCC. M. passuum: latitudinem verò CCC. M.

Angolus, Ptolemæo Angula, Plinio Vestinorum urbs in Italia: vulgò *Angelus*.

Anguitia, tiæ, Vide ANGITIA.

Angrus, ἄγρος. Fluvius est ex Illyricis, versus Boream fluens. Herod. libro 4: Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, plánitie Triballiam interfluens, Brongum intrat, Brongus iste, Istrum.

Ania. [German. Ein ehrlich verstendig Römisch Weib.] Romana mulier, quam quum propinquus moneret, ut alteri viro nuberet: esse enim ei & ætatem integram, & faciem bonam: Nequaquam hoc faciam, inquit. Si enim virum bonum invenero, ut antè habui, nolo timere ne perdam: si malum, quid nocere est post bonum pessimum sustinere.

Anichia, Oppidum. Plin. lib.4 cap.7.

Ănigrŭs, ἀνίγρος, penult. prod. Fluvius est Thessaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt sua vulnera. Vnde quum anteà haberet aquas purissimas, Centaurorum sanguine sordidæ redditæ sunt & impuræ. Autor est Ovid. Metam. lib. ultim. Antè bibebatur, nunc quas contingere nolis, Fundit Anigrus aquas, &c.

Ănĭo, Anienis, pen. prod. ἀνίων, Nomen fluvii in agro Tiburtino, qui è sublimi in vallem subjectam præceps fertur. Horat. Et præceps Anio, & Tyburti lucus. Vulgò *Teverone*.

Ănĭēnŭs, na, num, Propertius: Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes. Anieni nomẽ indidit Anius rex Hetruscorum, qui insequens Gethegum filiæ raptorem, quũ eum assequi nõ posset, in fluvium insilit, ibiq; extinctus, ut Anio vocaretur, effecit.

Anĭtius, Viri Prænestini nomẽ, qui unà cum Cn. Flavio, Appii Cæci scriba, Aedilis curulis fuit eo anno, quo usus annulorũ etiam plebi permissus est, quum anteà soli Senatores, & Equites annulos gestarent. Vide Plin. lib. 33. cap. 1.

Ănĭus, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrũ filium. Virgilius lib. 3. Aeneid. Rex Anius, rex idem hominũ, Phœbique sacerdos.

Ănnă, ἄννα, per duplex n, Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit, & Carthaginem ab Iarba Getulorum rege occupatam, relicta sede patria, ad Battum regem, qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A quo jure veteris hospitii benignè susceptæ, duos & ultrà annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem jam cum armis adventare didicisset, Battus veritus potentiam illius, Annam ut inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Cameram navigare contendeset, vi tempestatis acta, in Laurentem oram pervenit, ubi jam Aeneas pacatis rebus, & ducta uxore Lavinia, imperabat. Hic tum fortè solo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Quj quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principiò, sororis casum ante oculos ponens: postea verò ab illo benignè invitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lavinia, amorem conjugis suspectum habens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis à Didone monita, ut infaustam domum relinqueret, statim per fenestram exiliit. Quumq; citato cursu ad Numicũ amnem perveniisset, in eum se præcipitem dedit. Ortâ deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrũ proficiscuntur. Apparent vestigia pedum usq; ad Numicium amnem, ultrà nihil videtur. Quod dum admirantes secum animis volutant, ipsa loqui visa est: placidi sum Nympha Numici, Amne perenne latens, Anna perenna vocor. Quapropter læti convivia celebrarunt, eam pro dea venerantes, quem ritũ postea longissimo tempore servarunt.

Anna, civitas Iudææ supra Hierichuntem, Steph.

Annibăl, [ἀννίβας. Germ. Ein dapfferer Hauptmañ der Carthaginenser.] Amilcaris filius fuit, quem adhuc impuberem jurejurando ante aras pater astrinxisse fertur, ut quum primùm per ætatem liceret, arma contra Romanos sumeret. Quapropter jam adultus in Hispaniam trajecit, ibique quibusdam civitatibus subactis, per Galliam in Italiã trajecit. Alpibus, quò expeditiùs iter faceret, igni & aceto patefactis. Ibi occurrentem sibi Titum Sempronium Consulem apud Trebiam profligavit: Flaminium fudit ad Trasimenum lacum cæsis 15000. Romanorum. Postea tamen vites ejus à Fabio Maximo multùm sunt imminutæ. Sed rursus collectis viribus, tertiò Paulum Aemilium & Terentium Varronem novos Cõsules creatos apud Cannas vicit: in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duo millia, supra septingentos equites, cæsa dicuntur, adeò ut tres modios & dimidium annulorum Carthaginem miserit. Quam urbem capere facillimè posset, in Campaniam revertitur, & Capuæ voluptate detentus, omnẽ animi vigorẽ remisit, ita ut apud Cumas à Sempronio Graccho magna suorum cæde repulsus, obsidionem reliquerit. Postea etiam apud Nolam non mediocre damnum à Marcello accepit. Deinde à Carthaginiẽsibus, qui à P. Scipione acerrimo bello premebantur, ex Italia revocatus, cum eodem apud Zaman Africæ oppidum congressus est: in quo confl ctu viginti millia Pœnorum cæsa sunt, & totidem capta. Dux ad Antiochum profugit, cujus auxilio bellum redintegravit: sed Antiocho quoq; debellato, Romani Annibalem sibi captivũ dedi petierunt: quod Pœnus sentiens, ad Prusiam Bithyniæ regem confugit: à quo quum iterum deposceretur, Pœnus Prusiæ levitatem suspectam habens, hausto veneno, quod sub gemma in annulo gesserat, voluntaria morte obivit. ¶ De Annibale latiùs scripsêre Livius & Plutarchus. ¶ Annibales multi fuêre: primus, Senior appellatus, Asdrubalis filius, quem Orosius libro 4. dicit ob rem malè gestam à Carthaginiensibus lapidibus obrutum. Livius autem cruci adfixum tradit. ¶ Fuit item Annibal hujus filius, qui missus est ab Amilcone duce in Lilybæum quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos, ut autor est Polybius. ¶ Fuit prætereà Annibal alius Rhodius, dux item Carthaginiensis in eodem bello, qui tandem à Romanis interceptus est, ut scribit Polybius ¶ Fuit postremò Annibal Amilcaris filius, qui omnes hos fama, virtuteq; superavit. Is sæpiùs Romanos vicit fidit q;. Vide Livium, Plutarchum, & Polybium.

Annichori vel Annichores, ἀνιχῶρες, Populi Persis vicini, Steph. qui & ἀνιχαῖοι nominat, tanquam civitatis aut regionis nomen.

Anolus ἄνολος, Vrbs Lydiæ, Steph.

Anopolis, ἀνώπολις, Vrbs Cretæ, Vide ARADEN.

Ansanctus, Vide AMSANCTVS.

Ānser. nomen poëtæ, quem Ovidius procacem vocat lib. 2. Trist. Cinna quoque hic comes est, Cinnaque procacior Anser.

Anspachium Franconiæ urbs.

Ăntæŏpŏlis ἀνταιόπολις, Aegypti oppidum, cujus incolæ dicuntur Antæopolitæ. Steph.

Ăntæŭs, cum diphthongo, & sine h, ἀνταῖος, Gigantis Libyci nomen, Neptuni ex Terra filii, magno ac procero corpore: quippe qui in quadraginta cubitos excreverit. Hic cum Hercule congressus, quoties membra labore defecta essent, tactu terræ recreabatur. Qua re animadversa Hercules, altè sublatum terræ contactu prohibuit, pectoriq; suo arctius astrictum enecuit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud Tygænam oppidum in sepulchro Antæi, cadaver inven sse. Eutebius in Chronicis scribit, Antæum, palęstricæ artis fuisse doctissimum, & quorumcunq; certaminum, & ob id se arbitrari fictum, quòd fuerit filius Terræ, & quòd viribus restauraretur ab ea.

Antalcides, Fuit nomen proprium viri Lacedæmonij, qui præ cæteris visus est honore præstitisse. Plutarchus in vita Pelopidæ

Ăntăndrŏs, ἄνταν δρος, Phrygiæ urbs, ad Meridiem posita, quam habitavêre Leleges, finitimi Cilicibus. Virgilius 3. Aeneidos: Classemq; sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Ăntemnæ, ἀντέμναι, cum m, ante n, Vrbs Sabinorũ, quasi ante amnem dicta, quòd eam amnis præterfluat, de qua Virgil. lib 7: Antemnæ Tegmina tuta cavant capitum.

Ăntĕmus, untis, ἀντεμοῦς, Fluvius est Colchidis, Coraxos urbem præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

Antĕnor, ἀντήνωρ, Trojanus fuit, patriã prodidisse existimatus: quia & legatos, qui ad repetẽdam Helenam venerant, susscepit hospitio, & Vlyssem intra mœnia dissimulato habitu cognitum nõ indicavit. Capta Troiã, adjunctis sibi Henetis & Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici sinum sese cõtulit, ibiq; urbem condidit non procul à mari, quam de nomine suo Antenorium appellavit. Postea Patavium dictum est, & hodie *Padua*. De hoc Virg. 1. Aen. Antenor potuit medius elapsus Achivis, Illyricos penetrare sinus. Et paulò pòst: Hic tamen ille urbem Patavi, sedesq; locavit Teucrorum. Et Livius meminit in principio primi libri.

Ăntĕrŏs, ôtis, ἀντέρως. Veneris est & Martis filius: cujus meminit Cic. lib. 3 de Nat. deor.

Ăntēs, ἄντης, Mons est Achaiæ, non procul ab Argis. Plin. lib. 4. capite 5.

Ăntĕvŏrtă, Dea est Romanorum, quod futura prospiceret, Vide POSTVORTA

Anthana, ἄνθανα Stephano, Vrbs est Laconica: ita dicta ab

Anthe

Anthe Neptuni filia, ut ex Philostephani sententia tradit Stephanus.

Antharis, Rex Longobardorum, Theolindæ maritus, quum sex regnasset annos, insidiis domesticorum apud Ticinum extinctus est venenato poculo. Autor Paulus Diaconus de rebus gestis Longobardorum.

Anthedon, ἀνθηδών, Vrbs est Bœotiæ, habitata quondam à Thracibus, de qua Pomp. & Strabo lib. 9. Nomẽ habet (ut Stephanus existimat) ab Anthedone Neptuni pronepote, aut certè, ἀπὸ τοῦ πάντων ἀνθηροτάτην εἶναι: hoc est, quòd omnium floridissima sit. Sita est in extremo litore Bœotiæ, è regione Eubœæ insulæ. Vnde Homerus ἀνθηδόνα ἐσχατόωσαν: hoc est, ultimam vel extremam Anthedonem appellat.

Anthemion, ἀνθεμίων, Vir Trojanus, Simosii pater. Autor Homer. lib. Iliad. 4. De Simosio, vide suo loco.

Anthĕmĭs, ἀνθεμὶς, Insula est Thraciæ adjacẽs, quę & Imbrasus aliquãdo vocata fuit, & Parthenia, à Parthenio fluvio: notiore nomine Samothrace appellatur. Strabo lib. 10.

Anthemusia, ἀνθεμοῦσία, Oppidum est Mesopotamiæ, ad Aborram flumen situm. Strabo lib. 16.

Anthĕus, ἀνθεὺς cum h, Antenoris filius fuit, quẽ Paris amavit, & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus est unus ex Aeneæ ducibus; de quo Virgilius: Anthea Sergestumque vocat.

Anthia, ἄνθεια, Vrbs fuit propinqua Pylo, sub ditione Agamemnonis, una earum quas ille Achilli obtulit, ut secum in gratiam rediret: ut scribit Hom. lib. Iliad. 9.

Anthium, ἄνθιον, Oppidum Thraciæ, de quo sic Plinius in Thraciæ descriptione: Astice regio, *inquit*, oppidum habuit Anthium, nunc est Apollonia.

Antho, ἀνθὼ Fuit Amulii Albanorum regis filia.

Anthŏrĕs, Nomẽ est proprium viri, de quo Virgilius lib. 10. Aeneid. Egregium Anthorem latus inter & ilia figit, Herculis Anthorem comitem.

Anthŏs, ἄνθος, Vnus ex filiis Nestoris est: & Latinè flos interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur, quòd flore pascatur. Vide ANTHVS.

Anthrōpŏphăgī. [ἀνθροποφάγοι. German Menschenfresser/ sind grausame Völcker in Scythien.] populi Scythiæ, qui humana carne vescuntur. Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Massagetis vicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thabin vocant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 30, & Gellium.

Anthyllă, ἀνθυλλα, Aegypti urbs est, autore Herod. lib. 2. quæ reginæ in calceamenta dabatur.

Antĭă, ἀντία, Vxor fuit Prœti Argivorum regis, Abantis filii.

Antiatæ, ἀντιάται, Dicti sunt populi Italię, qui Antium urbem Latii maritimam incolebant. Apud hos fuit insigne Fortunæ templum, quam Antiatem Fortunam vocavêre. Horat. libro 1. Carm. O diva, gratum quæ regis Antium. ¶ Antiates plurimum classe valebant, cujus rei indicio id esse potest, quòd deleto à Romanis Antio, rostra navium in foro affixa nomen fecerunt loco, unde ad populum cõcio haberi solet. Vide Titum Livium, 1. Dec. lib. 6.

Antĭbacchĭæ, Insulæ sunt in sinu Aethiopico, Bacchis oppositæ, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Anticasius, Mons Seleuciæ, ut author est Strabo.

Antĭchrīstŭs, ti. [ἀντίχριστος. Vng. *Antichrist.*] Vox Theologicis scriptoribus notissima, significans Christi adversariũ, Pseudochristus. Licet differant Antichristus & Pseudochristus. Vox enim Antichristi latiùs patet quàm nomen Pseudochristi: quia Christo adversari potest, qui tamen sese pro Christo non venditet: Hunc Apostolus nomine sceleratissimi hominis designavit.

Antīchthŏnēs, [ἀντίχθονες. Ger. Die leut auff Erdtreich so vns entgegen stehn vnnd wohnen.] populi qui habitant in Zona hyemali. Hos Martianus sejungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis adversam & contra pedes nostros habitant. Pomponius tamen videtur Antichthones pro Antipodibus accipere.

Antĭcirēs, ἀντικείρης, penult. corr. Amnis Sarmatiæ Asiaticæ, non procul à Rombite minore in Mœotim influens. Strabo libro 11.

Anticlea, pen. prod. ἀντίκλεια, Fuit mater Vlyssis, quæ quum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Sisypho latrone, Aeoli filio, capitur & adulteratur. Alii dicunt quum Laërtæ jam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & ut multi putant, ex eo Vlyssem concepisse. Quod Ajax apud Ovid. 13. Metam. vitio vertit Vlyssi: -& sanguine cretus Sisyphio.

Antĭcrăgus, ἀντίκραγος, Mons Lyciæ, Crago oppositus, teste Strabone lib. 14.

Antĭcўră, ἀντίκυρα, pen. cor. Insula ad sinum adjacens Maleacum, & Oetam montem, cujus meminit Strabo lib. 9. ubi, autore Plinio, helleborum tutissimè sumitur. Ovid. libro 4. de Ponto, bibe, dixissem, purgantes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanum hominẽ significare volumus, Anticyra egere: aut Naviget Anticyras, πλεύσεται ἐς Ἀντίκυρας, Proverbialiter dicimus. Horatius eleganter novavit adagii quasi faciem, quũ ait in Serm. Naviget Anticyras. Quibus verbis Stoicum insanum significat. Idem: Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquã Tonsori Licino commiserit. ¶ Est & Anticyra civitas juxtà Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium conversa sinum, ab Anticyreo quodam, Herculis ætate: Capparissus ab Homero dicta. Hanc alii Anticyrrham, appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomẽ accepisse, quòd sita sit in promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrhæ.

Antĭgĕnēs, pen. corr. ἀντιγένης, Nomẽ pueri rustici, apud Virgilium in Daphnide: At tu sume pedum, quod, me quum sæpè rogaret, Non tulit Antigenes.

Antĭgĕnĭdēs, ἀντιγενίδης, Autore Suida, Thebanus musicus, tibicen, Philoxeni discipulus, qui primus calceamentis Milesiis lascivioribus usus fuisse dicitur. Hujus meminit Plin. lib. 16. cap. 36. Hic etiam, ut autor est Cic. in Bruto, discipulo frigenti ad populum ait: Mihi cane & Musis. De eo vide Gell. lib. 15. cap. 17, & Valer. lib. 3. cap. 7.

Antĭgŏnē, ἀντιγόνη, Oedipodis Thebanorum regis filia, quæ patri cæco à Creonte in exilium acto, se viæ ducem præbuit: fratribusq; suis Polynici & Eteocli mutua cæde interemptis, contra Creontis edictum, funebre officium præstitit: ob quam pietatẽ postea unà cum Argia Polynicis conjuge jussu tyranni est interfecta. Hæmon quoq; nobilis adolescens, qui mutuo ejus amore tenebatur, sua sese manu ad tumulũ ejus jugulavit. ¶ Fuit etiam hoc nomine una filiarum Priami, quam quum formæ suæ fiducia nimis arrogantem reddidisset, à Iunone in ciconiam mutata est. Vide Ovid. lib. 6. Metam.

Antĭgŏnīă, ἀντιγόνεια, Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33, & Strabo lib. 13. ¶ Est præterea ejusdẽ nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea, Plin. lib. 4. cap. 6.

Antĭgŏnŭs, ἀντίγονος, pen. cor. Nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Evergetes est dictus. Nam quum Cleomenem Lacedęmoniorũ regem prælio vicisset, Spartamq; cepisset, militem victorem ab omni injuria continuit, pristinamq; civitati libertatem restituit.

Antigragus, Vide ANTICRAGVS.

Antĭlĭbānŭs, ἀντιλίβανος, Mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad Montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strab. lib. 16.

Antĭlŏchŭs, ἀντίλοχος, pen. cor. Nestoris filius major natu, quem in bello Trojano Memnon Aurorę filius interemit. Vnde patris prece motus Achilles Memnona occidit. Ovid. autẽ vult ab Hectore fuisse occisum Antilochum. Ita enim ait in Epistola Penelopes: Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore cæsum, Antilochus nostri causa timoris erat.

Antĭmăchŭs, ἀντίμαχος, Cõlophonius poëta Græcus. Is quum poëma quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes, præter Platonem, quòd minimè illud intelligerent, discessissent. Plato: Mihi, *inquit*, pro omnibus. Hæc Cicero. De eodem Plutarch. in Lysandro: Hic aggressus belli Thebani materiam, vigesimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas usque perduceret. ¶ Antimachos quoque alios duos Suidas ponit: alterum Aegyptium, patria Hieropolitanum, qui Cosmopœiam heroïco carmine cõscripsit: alterum poëtam Melicum cognomento Pfecam. ¶ Fuit item præter hos etiam alius Antimachus Trojanus, qui donis Alexandri, auroq; corruptus, impedimento fuit, quò minus Helena redderetur: quin pro cõcione Trojanos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbem venisset cũ Vlysse, redire ad suos sinerent: sed in urbe asservarent, trucidarentq;, Homero autore lib. Iliad. 11.

Antĭnŏēă, ἀντινόεια Stephano, Vrbs Aegypti: ita dicta ab Antinoo Adriani amasio, ut scribit Hieronymus in Iovinianum.

Antĭnŏŭs, ἀντίνοος, Nomen unius ex procis Penelopes, apud Ovid. in Epistol. Penelopes. ¶ Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynicus, tanta formæ elegantia, ut Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam constituerit, & urbem quandam Aegypti Antinoeam à nomine ejus appellârit. Hæc Pausanias.

Antiochia: [אנטיוך chamáth, ἀντιόχεια. Germ. Die hauptstatt in Syrien.] Syriæ urbs est, ad Orontem fluvium sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore condita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, ut tradit Strabo libro 15. Stephanus Byzantius duodecim alias enumerat ejusdem nominis urbes, quarum unam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat. ¶ Alteram in Mesopotamia, quę & Mygdonia, & Asibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus,

Stoicus, & Pharnuchus Persicę historiæ scriptor, nati dicũtur: Vulgò, *Alippa*. ¶ Tertiam in Pisidia cõstituit, cujus meminit & Strabo libro 12. ¶ Quartam inter cavam Syriam, & Arabiam, Semiramidis opus. ¶ Quintam in Cilicia, ad Pyramum fluviũ. ¶ Sextam in Pieria, quæ & Arados à Syris appellatur. ¶ Septimam ad Callirhoëm lacum. ¶ Octavam ad Taurum mõtem, in Comagena regione. ¶ Nonam in Scythia. ¶ Decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. ¶ Vndecimã in Margiana, ab Antiocho Sotere conditam. ¶ Duodecimam eandem facit cum Tarso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochensis, *ἀντιοχεύς, καὶ ἀντιόχιος*.

Antĭŏchŭs, *ἀντίοχος*, Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filii, hujus nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnavit annis xx. ¶ Secundus Antiochus, hujus filius, dictus Achios, regnavit annis xx. veneno ab uxore Laodicea extinctus. ¶ Tertius Antiochus Galericus. ¶ Antiochus quartus, Rex, cognomẽto Magnus, regnavit annis xxxvi. Dictus est etiam Hierax, quòd accipitris more in rapiendis alienis vitam duceret. Hic Ptolomæum Philometorem prælio superavit. ¶ Quintus Antiochus Syrię rex, dictus nobilis sive illustris, qui regnavit annis x. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Iudæis. ¶ Sextus Antiochus Syriæ & Asiæ rex, dictus est Eupator. ¶ Fuit & alius Antiochus Ascalonita, philosophus, Ciceronis, Brutiq; præceptor.

Antĭŏpā, *ἀντιόπη*, Nyctæi filia fuit, & uxor Lyci Thebanorum regis. Hanc quum Iupiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiavit, uxoremq; Dircen superinduxit, quę Antiopam in carcerem conjecit. Verùm instante partus tempore, illa ruptis vinculis, in Cithæronem montem se recepit, ubi & Amphionem & Zetum peperit: qui à pastoribus inventi & educati, maternæ injuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecto. Vnde locus factus Proverbio: Antiopæ luctus, *Ἀντιόπης γράφω*. Dici consuevit ubi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Alii paulò aliter tradunt hanc fabulam, Lycum non maritum Antiopæ, sed fratrem Nyctæi.

Antĭpătĕr, penult. corr. *ἀντίπατος*, Nomẽ proprium poëtæ Sidonii, seu ex Tyro Phœniciæ, Stoicæ sectæ, qui post Panætium de officiis scripsit. Hic quo die natus fuit, eodem quottum annis febre laboravit. Et quum diu vixisset, postquam ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset, eo die & eodem morbi genere consumptus est. Hic antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter musas eam cooptat. Ex temmate in Sappho, decimam inter musas eam cooptat. Ex temmate in Sappho, decimam inter musas eam cooptat. Ex temm

loco, ubi plurimùm proficere & valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maximè opportunis orationis partib. collocabãtur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicẽdum videbatur: sed ita erat paratus, ut judices illo dicente nonnunquam viderentur nõ satis parati ad cavendum fuisse. Verba ipsa non illa quidem elegantissimo fuerunt sermone: itaq; diligenter loquendi laude caruit: neq; tamen est admodum inquinatè loquutus: interfectus est à Mariana factione, unà cum pluribus aliis clarissimis civibus, quorum capita in rostris pependêre. ¶Hujus filii M. & C. Antonii fuêre: quorum M. Antonius gratia Cottæ Consulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & provincias omnes depopulatus est. Et ad postremum inferens Cretensibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Salustius ait perdẽdę pecunię genitum, & vacuũ à curis, nisi instantibus. Autor Pæd. ¶C. Antonius, alter Oratoris filius, multos in Achaia spoliavit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: quo nomine à Græcis tractus est in jus ad M. Lucullum prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæsar, etiam tum adolescentulus: & quum Lucullus id, quod Græci postulabant, decrevisset, appellavit Tribunos: juravitq; se ideò ejurare, quòd æquo jure uti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexennio post petitionem Consulatus, senatu moverunt: causasq; subscripserunt, quòd socios diripuisset, quòd judicium recusasset, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mãcipasset, bonaque sua in potestate nõ haberet. Pædianus. Hunc item Cicer. in Verr. vocat in exercitu Syllano prædonẽ, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. Nam inter eos fuit, qui jussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitaverunt. Hic cum Cicerone Consul fuit: cíq; maximè est adversatus, ut qui Catilinæ conjurationi faveret. Placatus ab eo demum pactione provinciæ, rectaq; de Republica sentire persuasus est. ¶M. Antonio, Oratoris filio, tres filii fuerunt, M. L. & C. quorũ M. Antonius postea Triumvir, causa & fax totius belli civilis extitit. Nam quum esset Tribunus plebis, Cæsarisq; partibus in civitate tutandis sese imparem videret, unà cum C. Curione (qui & ipse Tribunus plebis erat) conducto vehiculo, habituq; maximè miserabili, in Galliam ad Cæsarem profugit, eumque adhuc hærentem, ad bellum sine mora suscipiendum inflammavit. Cæsarem quoque occisum laudavit pro rostris: vestemq; ejus sanguinolentam ostendens, & testamentum recitans, quo ille Pop. Romano drach. 73, viritim legaverat, perfecit ut percussores ob metum ab urbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Mutinæ obsideret, hortante Cicerone, à Senatu hostis judicatus est: & ab Hircio & Pansa Consulibus, & Octavio adhuc adolescentulo, ingenti prælio superatus. Post hæc Triumviratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippos superavit. Quo bello confecto, Octavius valetudinis causa Romam rediit: Antonius in Græciam, Asiamq; profectus honore quaquaversus proficisceretur, ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidẽs, Lepido Africa obtigisset, multos per Oriẽtem reges & tetrarchas debellavit. Inter quos Antigonum Iudæorum regem securi percussit: quod anteà Regum nulli cõtigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eiq; regna multa cõcessit in Syria: Fulviam uxorem statim initio Triumviratu repudiavit, ac Octaviam Augusti sororem duxit: quam & ipsam deinde ob Cleopatram contempsit. Ad bellum Parthicum Vẽtidium legatum misit, qui interfecto Pacoro, regis filio, ab Antonio missus Romam, triumphavit. Inde Cleopatra in Aegyptum remissa, per Armeniã, Arabiamq; profectus, copias undiq; contraxit. Cum Phraate Medorum rege prælio congressus, ac victor eum usq; ad Araxam fluvium persequutus est. Dein in Armeniam reversus, ejus regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octavia, causa fuit inter eum & Octavium dissensionis. Quo quum postremò ad Actium navali pręlio congrediens, superatus est: Alexandriãq; confugiens, atq; ibidem ab eodem obsessus, gladio spõtè occubuit, anno ætatis LVI. Hujus viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit. Nec ob res malè gestas quicquã de solita voluptate remisit. Hæc ex Plutarcho. ¶L. Antonius Triumviri frater, apud Perusiam ab Octavio obsessus, fameq; adactus, venit in deditionem cum CCC. aliis: quibus, ut ait Florus in Epitome Livii, Octavius pepercit: at verò Tranquillus, omnes ad aram Cæsaris necari crudeliter jussit. ¶C. Antonius, Lucii & Marci frater in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortensii Manibus inferias missus est. Autor Plutarchus in Antonio, & Bruto. ¶Antonius Iulianus rhetor Romæ, perquàm fuit honesti atq; humani ingenii: doctrina quoq; ista utiliore ac delectabili, veterumq; elegãtiarum cura & memoria multa fuit.

Adhæc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, ut judicium ab eo factum ex amussim diceres.

Antrõnĭă, [Ger. Ein Statt in Thessalien/bey deren man viel muy-stein graben hat.] Pomponio Melę civitas est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, quæ à Stephano, & Strabone Antron, ἄντρων dicitur: ab antris nimirum quoque nomine deducto, quorum magnam circà hanc urbem copiam fecerant molarium lapidum fodinæ. Circa hanc urbem procerissimi gignebantur asini: unde factum est, ut Antronius asinus, proverbio dicatur de homine corpulento & robusto: in quo tamen ingenium & animi vigor desiderentur.

Antŭērpĭă, [Vulgus Germanorum Antorff appellat. Gall. *Anuers.* Ital. *Anuersa.* Vng. *Antuerpia.*] Vrbs est Brabantiæ & Belgicæ totius emporium celeberrimum.

Anubis, [Ger. Ein Gott der Aegyptieren so sie in einer hundts gestalt verehret.] Genitivũ facit Anubis, vel bidis, ἄνουβις, Lingua Aegyptiaca dicitur canis, sub cujus forma colebatur Mercurius, ut inquit Servius. Virg. 8. Aen. Omnigenũq; deũm monstra, & latrator Anubis. Ovidius in Elegiis: Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi. Diodorus scribit, Anubim filium fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tanquam arborum insignia. Ex quo Aegyptii canem venerãtur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anulus, fluvius Mauritaniæ, Vide ANVLVS in APELLAT.

Anulus, Nomen fluvii cujusdam.

Anxa, Oppidum, Plin. lib. 3. cap. 11. 14.

Anxani, populi, Plin. lib. 3. cap. 12. 4.

Anxĭus, fluvius ex Armenio monte oriens, per Caucasum in Mesopotamiam defluit, & Pactolo flumini ex Caucaso cadẽti occurrit: unumq; facti, Euphratem demerguntur.

Anxur, tàm masculini, quàm neutri generis, Vrbs est Italiæ, quam nunc *Tarracinam* dicunt. Mart. Sive saluriferis candidus Anxur aquis. Horat. 1. Serm. Sat. 5: Millia tũ prãsi tria repsimus, atq; subimus Impositum saxis latè candentibus Anxur. ¶Dicitur autẽ Anxur (ut Servius docet) quia illic colebatur Iupiter Imberbis, quem idcircò Anxurũ, quasi ἀνάξυρον vocabãt, quasi ἀνάξυρον: hoc est, sine novacula. Virgilius Aeneidos 7: Circæumque jugum, queis Iuppiter Anxurus arvis Præsidet.

Anyger, sive **Anygrus**, vide suprà ANIGROS.

Anylis, Aegypti rex est, autor Herod. lib. 2. Stephano urbs est ἄνυσις Aegypti.

Anytus, ἄνυτος, Rhetor Athenicnsis fuit, acerrimus Socratis inimicus: à quo & reus peractus est. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: -qualia vincunt Pythagoram, Anytiq; reum, doctumq; Platona. De hoc vide Plutarchum in vita Socratis.

A ante O.

Aon, ἄων, Neptuni filius, ut dicit Lactãtius, qui factione suorum ex Apulia pulsus, navigio ad Eubocam venit, & inde se in Bœotiam contulit, ubi populis montes habitantibus imperavit, eosq; Aones, ex suo nomine appellavit: à quibus Neptuni filius est habitus, quum Onchesti ditissimi cujusdam Appuli filius fuerit, ex Parichia conjuge: filium Dyamantem reliquit, qui ei in regno successit. Perottus.

Aonĭă, ἀονία, Regio Bœotiæ, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quem factione ex Appulia pulsum, in Bœotiam tradunt venisse, ac de suo nomine mõtanam regionem Bœotię vocitasse Aoniam, & incolas ipsos Aonas.

Aonĭus, ἀόνιος, adjectivum. Ovid. 1. Metamor. Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis.

Aonĭs, idis, ἀονίς, Patronymicum fœmininum: quo Poëtę frequentissimè utuntur pro ipsis Musis. Iuven. Sat. 7: -aptusq; bibendis Fontibus Aonidum.

Aoris, ἀορίς, Aratis filius, venator & bellicosus, &c. Steph.

Aornos, ἄορνος πέτρα, Fuit petra apud Indos præceps & invia, monumentis historicorum celebrata: ita dicta ob admirandã altitudinem, quasi ipsis etiã avibus inaccessa. Scribit Plutarchus: Alexandrum, quum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse: Nunc locus iste facillimus est captu. ¶Est & Aornos locus in Epiro, ita dictus à pestifera avibus exhalatione, teste Plinio in Proœmio lib. 4. ¶Hoc etiam nomine dictus fuit lacus inter Puteolos & Bajas, qui postea Avernus est appellatus. Vide infrà.

Aoros, ἄορος, Cretæ civitas, ab Aora Nympha ita appellata: quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, uno ex Curetibus. Ex Steph.

Aorsi, [ἄορσοι. Ger. Völcker in Scythia innerthalb dem gebirg Imao gelegẽ.] populi Scythiæ intra Imaũ, quos Ptolemæus collocat non procul ab Iaxarte fluvio, qui in mare Hyrcanum defluit. Strabo lib. 11. duplices facit Aorsos, quorum alteros maris Caspii oram maxima ex parte tradit tenuisse: alteros juxta Tanaim habitasse, quos superiorum exules esse opinatur. Plin. verò lib. 4. cap. 12, Aorsos quosdam in Europa collocat juxta Hamaxobios.

Aoti-

A[illegible]unt in finibus Thraciæ, Getis fi-
[illegible]rum Plin.lib.4.ca.11.
[illegible]rit in ea parte Macedoniæ, quę
[illegible]ul ab Apollonia in mare illa
[illegible]cin appellent, teste Plin.lib.3.cap.23.
[illegible]ante P.
A[illegible]opuli in Aethiopia, sub Aegypto, Memnoni-
bu[illegible]eam proximi, d[illegible] quibus Ptolem.lib.4 cap.8.
[illegible] Apamea, ἀπάμεια, Vrbs celeberrima in Tetrapo
[illegible]a, a Seleuco Nicanore cōdita, & à nomine uxoris ejus
ita appellata, ut testatur Strabo lib.15. ¶ Est & Apamia, Par-
thorum civitas, Heracleæ, & Rhagis finitima: de qua apud
eundem lib. 11. ¶ Tertia est in ora maritima Bithyniæ, inter
Rhyndaci & Ascanii ostia, Antiochi Epiphanis opus: cujus
meminit Stephanus, & Ptolemæus lib.5.ca.1. ¶ Quartam col-
locat Plin.lib.5.cap.29, in ipso Marsyæ fluminis ostio, ubi sci-
licet Marsyas in Mæandrū influit quam anteà Celænas: dein-
de & Ciboton ait appellatam. Hanc Strabo ab Antiocho So-
tere conditam scribit, & à nomine Apamiæ matris ejus (quæ
Artabazi filia fuit, & uxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuisse
appellatā. Fuit hæc urbs olim clarissima, totiusq; Asiæ empo-
rium post Ephesum celeberrimum.
Apameste, Oppidū in ea Italiæ parte, quæ olim Magna Græ-
cia dicta est. Hujus incolæ dicuntur Apamestini: quorum me-
minit Plin.lib.3.cap.11.
Apavortene, ἀπαωρτηνή, Regio est Scythiæ, in qua est Hyrca-
nia provincia.
Apellēs, Apellis, ἀπελλῆς, Nomen pictoris eximii, patria Coi,
qui omnes priùs genitos, futurosq; postea artificio superā-
vit, & picturæ plura solus propè cōtulit, quàm cæteri omnes.
Fertur Alexādrum Macedonem à nullo pingi voluisse, quàm
ab Apelle. De hoc Ovidius: Si nunquam Venerem Cois pin-
xisset Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. De hoc
vide multa apud Plin. lib.36 cap.10
Apellēus, a, um, adjectivum, Stat.lib.5.Syl. Vt vel Apelleo vul-
ta signata colore.
Apenestē, lege APAMESTE.
Apenninus, ὁ ἀπεννῖνος ὄρος Vulgò Il monte Apennino Ger Das
Gebirg so sich mitt̄ durch Italiam wie ein ruckgrad zeucht. Pol. Aspe
mudgi wl'ochia ɣwarcarmi. Vng. Apenninus hexy.] per duplex n,
vel Apœninus cum œ, diphthongo, ut scribit Servius, quasi
alpes Pœni, quòd eas Annibal primus superavit. Mōs est, qui
Italiam mediam dividit, incipitque à Genua & supra Carnos
incumbit. Ejus descriptionem vide apud Lucanum.
Apenninigenā, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino
versatur: ut Apenninigenæ pastores. Claud. Apenninigenis
cultas pastoribus aras.
Apenninicolā, Idem Virg.11.Aeneid. Apenninicolæ bellator
filius Auni.
Aperantia, ἀπεραντία, Vrbs Thessaliæ, Steph.
Apesus, suntis, pen.cor. ἄπεσος, Montis nomen est, qui Nemeę
superjacet, ubi Thesēus Iovi primùm operatus creditur. Dictꝰ
ab heroë, cui Apesas nomen erat. Papinius: Mons erat audaci
seductus in æthera dorso, Nomine Lernæi dicunt Apesunta
coloni, Gentibus Argolicis olim sacer. In castigationibus ta-
men exemplaribus hoc loco apud Statium Aphesanta legi-
tur à nominativo Aphesas. Apud Plin. autem lib.4.ca.5, Ape-
sas absque aspiratione.
Aphace, ἀφάκη, Vrbs Libyæ. Steph.
Aphannæ, regio Siciliæ ignobilis: unde proverbium: Ad A-
phannas, de obscuris & relegatis. Steph. ἀφάννα.
Aphareus, per tres syllabas, pen.corr ἀφαρεύς, Patris Lyncei
nomen est: à quo Ovid. Lynceum prolem Apharejam vocat
lib.8 Metam.
Apharus, Locus in Euxino, Absyrtus anteà dictus.
Aphedas, nomen regis Athenienſium: vel, ut Stephanus, Mo-
lossorum, ἀφέδας.
Aphesas, antos, Montis nomen est supra Nemeam. Vide
APESVS.
Aphetæ, ἀφεταί. Vibs Magnesiæ in Paganetico sinu: causam
nominis lege apud Steph.
Aphidantes, ἀφίδαντες, populi sunt ex Molossis (ut inquit)
Stephanus) ita dicti ab Aphidante rege.
Aphīdnæ, arum, ἄφιδνα Stephano, Locus celebris in Attica.
Seneca in Hippol. --parvas alius Calcet Aphidnas. Est etiam
Civitas Laconiæ.
Aphneum, ἄφνειον, civitas Phrygiæ, & alia Lydiæ, Steph.
Aphnites, palus circa Cyzicum, Artynia prius, ἀφνίτης, Steph.
Aphormium, ἀφόρμιον, locus Thespiensium, Steph.
Aphrica, [λιβύη. Ger. Einer auß den drey teilē des Erdbodens oder
der Welt.] tertia orbis pars, ab Asia Nilo fluvio, ab Europa
mari mediterraneo discreta: ita dicta quasi Aprica, ꝙ Soli
admodum maximè sit exposita. Alii à Græcis sumptum putant
nominis hujus etymon, ut Africa dicta sit, quasi ἄνευ φρίκης:
hoc est, sine horrore aut frigore. Est enim hæc regio calidissi-
ma, ut quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plurà
supra in dictione AFRICA.
Aphrodisias, ἀφροδισιάς, Insula est in mari Persico, ubi Persis
a Carmania disparatur: sic dicta, ꝙ in ea Venus quàm religio-
sissimè coleretur: alio nomine κηλιὰς dicta. Insulæ hujus me-
minit Plin.libro 6 cap.25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciliciæ
oppidum, teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispa-
nico, non procul à Gadibus: de qua Plin.lib.4.cap.22.
Aphrodisium, ἀφροδίσιον, Oppidum fuit in Latio maritimū,
quod postea mutato nomine Antiū dictum est. De hoc Plin.
lib.3.cap.5. ¶ Apud Græcos hoc nomine significatur statua
Veneris, atq; adeò res ipsa venerea. Vnde & ἀφροδισιάζειν di-
cunt, pro eo quod est Rem veneream exercere.
Aphrodisium, ἀφροδίσιον, Cariæ promontoriū est Pōponio,
quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium
Ptolemæo urbs Africæ. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispa-
niæ Tarraconensis promontorium, eodem autore.
Aphrodīsĭus, ἀφροδίσιος, Præsul Bituricensis, Petri discipu-
lus, genere Aegyptius, qui diem suum obiit apud Bitutiges,
teste Volaterr.
Aphrŏditē, [ἀφροδίτη. Ger. Ein junauñ Veneris.] Veneris cō-
gnomen est, dictum ἀπὸ τῆς ἀφρῦ: hoc est, à spuma. Venerē enim
ex spuma maris ortam esse Poëtæ fabulantur.
Aphrhides, pars Aegypti, Steph.
Aphthonius, ἀφθόνιος, Sophistę cujusdā nomen, qui in Rhe-
torica Hermogenis προγυμνάσματα hoc est, præexercitationes
conscripsit, quæ etiam hodie extant.
Aphydna, Vide APHIDNA.
Aphyte, es. ἄφυτα, vel Aphytis, ἄφυτις, Oppidū est Thracię non
procul à Pallene. Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodā
indigena ita appellatum. Hujus incolæ dicuntur Aphytæi,
ἀφυταῖοι Stephano.
Apidănŏs, ἀπιδανὸς, Fluvius est Thessaliæ, cui Enipeus, Me-
las, & Phœnix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert,
ut habet Lucanus, li.1: -it gurgite vasto Apidanus, nunquāq;
celer, nisi mistus Enipeus.
Apiennares populi, Plin.lib.3.cap 14.
Apĭnă, & Trĭcă, Duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diome-
des evertit tanta ignominia, ut in proverbii ludibrium trāsie-
rint. Quoties enim rem nullius pretii ostendere volumus, A-
pinas & Tricas nominamus. Mart.li.13: Sunt Apinæ, Tricęq;,
& si quid vilius istis.
Apisla, civitas Italiæ.
Apis, [ἆπις. Ger. Ein Ochs/welchē die Aegyptier für ein Gott verch-
reten.] Bovis nomē apud Aegyptios, quem pro deo colebāt:
alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, cādida fron-
te, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lin
gua cā:haro notatus, quem certos vitæ annos excedere non
licebat. Hūc in lacum demersum Aegyptii, indicto justitio, ves-
te scissa, & laceratis crinibus defunctum plangebant: invento
verò alio mirificè lætabantur. Responsa autem dare nō ut re-
liqua oracula tolitus: sed si manu oblatum pabulum sumpsis-
set è cōsulentibus, secundos eventus, atque omnia prospera
decernebat: si verò abnueret, omnia sinistra portēdebat. Ideo
quum à Germanico Cæsare pabulum oblatum renuisset, fu-
nestum omen & indubiam necem, quæ paulò pòst sequuta
est, prænuntiavit. Hæc Alexander ab Alexandro libro 6. cap.
2. & eadem ferè Marcellinus lib 22
Apis, Argivorū rex fuit, ex Iove & Niobe Phoronei filia pro-
genitus, Isidem habuit in uxorem. Hic quum Aegialeum fra-
trem regem præfecisset Achaię, in Aegyptū, suum imperium
transtulit, & quum ibi multa, præcipuè vini usum homines ru-
des docuisset, post mortē factus est Serapis, & Maximus Ae-
gyptiorum deus, qui in forma Bovis adhuc viventis colebatur, quem post certos vitæ annos mersum in sacerdotē fon-
te enecabant, alium cum luctu quærentes, quem sustulerunt,
mœrebantq;, perrasis tantisper etiam capitibus, donec alium
reperissent. Est autem Apis lingua Aegyptiaca Bos. Macrob.
per Apim Solem intelligi putat, lib.1 Satur. Ovid. Et comes in
pompa corniger Apis erat. Vide OSIRIS alibi, ut priora ex
Perotto, & aliis paulò aliter tractantur. Vide Strab.lib.ult. &
Plin.lib.8 cap.46.
Apiscĭon, Nomen viri Trojani proprium.
Apitani, populi, Plin.lib.6, cap.20.36.
Apicius, ἀπίκιος, Omnium nepotum fuit princeps, cui parū
visum est & principum cōgiaria, & Capitolii vectigal comes-
sationibus devorasse, nili suæ etiam gulæ monimentum po-
steris reliquisset, conscriptis de gulæ irritamentis aliquot li-
bris. Hunc vixisse suo seculo testatur Seneca in lib. de Conso-
lat. ad Albinam.
Apobæoti, ἀποβαῶται, populi Aeroliæ, Steph.
Apœnīnus, Vide APENNINVS.
Apolecti, Vide in APPELLATIVIS.

Aˇpŏllo, inis, Ἀπόλλων, Creditus fuit Deus: quem Græci etiam φοῖβον: hoc est, Solem appellant. Cui, ut Macrobius inquit, variæ fuerunt potestates. Nam fuit autor carminis, præses vaticinii, sagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & citharam adinvenit. ¶Vnde Adagium: Quid tibi Apollo cecinit? Hoc est, quid tibi respondit? Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poëtæ. Vsus est Aeschyl. in Ajace Locrensi. Refertur à Zenodoto. Conveniet, ubi quis à principe redeuntem percunctabitur quid responsi tulerit, τί σοι Ἀπόλλων κεκλήγοκεν. ¶Idem dicitur Liber, quòd liberè vagetur per aërem. ¶ Nomius etiam: id est, pastor, dictus est ab eo, quòd Admeti regis paverit armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuisse constat trium pedum, à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, quum uxorem duceret. Porphyrius ait eũdem esse Solem apud superos: Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa ejus simulachrum videmus: Lyram, quæ nobis cœlestis harmoniæ imaginem monstrat: Grynæum, quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus indicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus est, ut quidam existimãt, ἀπὸ τοῦ ἀπολύειν, quòd perdere significat, sive destruere, quòd nõ paucos nimio æstu crederetur extinguere. Vnde etiam spicula ei assignavit vetustas: quæ tamen non dextera gestat, sed sinistra, quòd ad juvãdum promptior sit, quàm ad nocendũ. Vnde etiam nonnulli παρὰ τὸ ἀπαλλάττειν τὰς νόσους: hoc est, ab abigendis morbis, Apollinem dictum existimant. ¶Apollines quatuor Cicero ponit. Primum, antiquum custodem Athenarum: alterum Corybantis filium, natum in Creta: tertiũ ex Iove & Latone natum, qui ex Hyperboreis Delphos venerit: quamvis Eusebius antiquorum illum describat: quartum in Arcadia, quem Arcades, quòd illis leges dedêrit, Nomion vocant. Deinde ob nimiam severitatem regno pulsus, ad Admetum Thessaliæ regem confugit, & juxta Amphrisum amnem ejus armenta pavit. Quare à posterioribus pro deo colitur, & ab Homero variis nominib. appellatur. ἀργυρότοξος, ἐκηβόλος, ab ejus scilicet artibus & inventis.

Apollinis insula, in Libya est. Steph.

Apollinis civitas, Minor in Aegypto est, Libyam versus: major in Aegypto: tertia in Aethiopia juxta rubrum mare. Steph.

Apollo, [Germ Ein Gott bey den Griechen/welchen sie für ein erfinder der Artzney/ des Gesangs vnd der Reimen hielten.] Iovis & Latonæ filius, natus ex Delo eodem partu cum Diana, quæ & ipsa Phœbe dicitur. Aduitus Pythonẽ serpentem sagitta occidit: deinde Cyclopes, ob fabricatũ fulmen, quo filius ejus Aesculapius fuit, ad inferos detrusus: unde aliquãdiu divinitate privatus. Admeti Thessaliæ regis armenta apud Amphrysum ejusdem regionis fluvium pavit. Fertur accepisse citharam à Mercurio, & postea Musis præfuisse. Amavit Cyrenem puellã: item Daphnem, Penei fluminis filiam, quæ fugiẽs illius amorem, in laurum conversa est, arborem huic sacram. Item Hyacinthum, liberali forma parvulum, quem mortuum in florem sui nominis commutasse fertur. Branchum item Thessalum, cui in suo templo sacra fieri jussit. Vicit Marsyam tibicinem, à quo lacessitus fuerat tibiæ cantu, victũ excoriavit. Illi muros, adjuvante Neptuno Laomedonti regi ædificavit. Medicinæ usum primus intulisse & propterea deitatem meruisse dicitur. Author est Carminis & Musices: quapropter poëtæ præcipuũ sibi nomen faciunt. In Rhodo insula Colossum habuit tantæ magnitudinis, ut inter septem mundi miracula sit connumerato. Triplex ejus potestas, ut sit sol in cœlo: liber pater in terris: Apollo apud inferos. Ejus simulachra tria adpingebãtur, lyra, clypeus & sagittæ. Eidem ut Baccho perpetua juventus adscribitur, propterea semper imberbis à Poëtis fingitur. Multa habet nomina, quæ à locis, in quibus potissimùm colebatur, ei sunt indita.

Aˇpŏllĭnĕus, a, um, adjectivum, [φοίβειος. Pol. Liekarꝫ.] ut Apollinea ars, pro arte medica. Ovid. lib. 3. Trist. Nullus, Apollinea qui levet arte malum est. Est ars Apollinea, pro arte vaticinandi. Ovidius in Ibin: Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam intelligit.

Aˇpŏllĭnārēs Ludi, qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum institutione vide Livium. Ἀπολλώνια. Cic. ad Att. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter invectus est.

Aˇpollĭnarēs, Ludi quum in unum annum voverẽtur, incertoq; die fierẽt, senatus P. Licinium Varum, prætorem urb. ferre ad populum jussit, ut in perpetuum in statum diem voverẽtur: hi ludi, quum Annibal esset in Italia, ex Marti, clari vane primùm instituti, cujus in libris hæc inventa Li[illegible] 5. eademq; ferè & Macrobius lib. Sat. 1: Hostes, [illegible]is, Apollini vovendos censeo ludos, [illegible]pollini fiant: quum populus dederit [illegible]erant pro re, tuisq; iis ludis [illegible]q; dabit sum-mum, x viri Græco ritu sacra faciant. Hoc invento carmine, cẽsuerunt patres Apollini ludos vovendos, faciẽdosq;: voveri autem, & fieri à prætore urb. quòd is esse videretur, qui jus populo, plebiq́ue summum daret: quum facti essent, duodecim millia æris prætori ad rem divinam, & duas hostias majores dandas: & ut x viri sacra ritu Græco facerent, hisq; hostiis Apollini bove aurato, & capris duab. albis auratis: Latonę bove fœmina aurata: ludos prætor quũ facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodũ esset, conferret: populus eos coronatus spectavit: matronæ supplicavêre, vulgoq; apertis januis in ꝑpatulo epulati sunt: celeberq; dies omni ceremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætore, decrevit Senatus, ut ii ludi in perpetuum voverentur: triennio pòst, ut in perpetuũ in statum diem voverẽtur. P. Varus, ut diximus, prætor urb. à senatu jussus, legem tulit, & ex lege ipse primus vovit, fecitq; ante diem II. nonas Quint. eumq; diem solennẽ deinde servatum Livius tradidit: ego tamen M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, prætoris urbani absentis nomine, neq; uno die tantùm, neque II. nonas Quint. factos invenio, sed quũ nonis Qu. essent cõmissi, usq; ad III. idus datos fuisse: quod ex duob. locis epist. ad Attic. lib. XVI. colligitur: atq; hoc ipsum de plur. bus ludorum Apollinarium diebus, cõfirmat satis planè, ut videtur, Livius lib. XXXVII, his verbis: Ludis Apollinaribus ad V. idus Quint. cœlo sereno, interdiu obscurata lux est. Ex libro nostro de legibus Romanis.

Aˇpŏllŏdōrŭs, Ἀπολλόδωρος, Nomẽ pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni, Apollodori sex memorantur. Primus Atheniẽsis Comicus. Secundus Celeus, cujus comœdiæ fuerunt Philadelphi, & Sysiphus. Tertius Tarsensis Tragicus. Quartus item Athenensis grammaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamenus rhetor, præceptor Calidii, qui docuit Augustum. Sextus Alexandrinus Comicus, Menandri æmulus.

Aˇpŏllōnĭă, Ἀπολλωνία, Oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari adjacet, Corinthiorum colonia, optimis olim instituta legibus. Vulgò his temporib. Valona nominatur. De hac Strabo: Condidêre Apolloniam Corinthii, Corcyrę́q; ab Acante fluvio stadiis decem, à mari sexaginta. ¶ Est & Apollonia inter insulas Thraciæ, cis Istrum amnem locata. ¶Est & Apollonia civitas in Creta, & alia in Syria. Vide Stephanum.

Aˇpŏllōnĭātæ, Ἀπολλωνιάται, populi Apolloniæ. Valer. Max. li. 1: Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

Aˇpŏllōnĭās, Ἀπολλωνιάς, Vrbs in Parnasso juxta Delphos, alias Cyparissus dicta, Stephanus. Vide in Cyparisso. Troëzen etiam Peloponnesi olim Apollonias dicebatur. Stephanus.

Aˇpŏllōnĭŭs, Ἀπολλώνιος, Nomen philosophi Alexãdrini, qui Rhodi vixit: unde & Rhodius appellatus est ¶Fuit etiam hoc nomine Alabandensis Philosophus, dictus à Suetonio clarissimus dicendi magister, sub quo (ut Plutarchus scribit) Cic. & Cæsar condiscipuli fuêre. Præter hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus Philosophus, & magus, cujus vitam scripsit Philostratus, Græcorum omnium mendacissimus. Fertur hic dum Ephesi vitam ageret, & fortè in multitudine disputaret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis stetisse, atq; ubi primùm loqui potuit, exclamasse: Euge Stephane, pulchrè, Stephane percute sceleratum: pulsasti, vulnerasti, & interfecisti.

Apolisopolitis, præfectura, Plin. lib. 5. cap. 9 11. 70.

Aˇpŏnŭs, penultima correpta, ἄπων, Fluvius seu fons calidis aquis, haud lõgè à Patavio, vel vicus ipse, in quo Balneæ sunt. Lucan. lib. 6: Colle sedẽs, Aponus terris ubi fumifer exit, Atque Antenoreī dispergitur unda Timavi. Aponus autem dicitur nõ tàm quòd morbis medeatur, quàm quòd sine dolore remedium afferat.

Aˉppĭānŭs, Ἀππιανός, Alexãdrinus nobilis historicus, qui Adriani imperatoris temporibus claruit. Scripsit Romanę historiæ libros XXII, quorum novem tantùm ad nos pervenêre.

Aˉppĭōn, Ἀππίων, Nomẽ fuit Grammatici Aegyptii, Plistonici filii, qui à laboris magnitudine cognominatus est Mochthus. Hunc Tiberius Cæsar per cõtemptum Cymbalum mundi appellabat, quũ publicę famæ tympanũ potiùs videri posset. Autor Plin. in præfatione. Immortalitate à se donari scripsit, ad quos aliqua cõponebat. De hoc etiã Iosephus scribit, quòd esset malus & indoctus, totiusq; vitę rẽporibus importunus calumniator omnium, cor asini habens. Tu vide Iosephum. Floruit temporibus Dionysii Halicarnassei & Iosephi.

Aˉppĭūs Claūdĭŭs, Qui postea Cæcus cognominatus fuit, inter oratores numeratur à Cicerone in Bruto. Hic cum Cajo Fabio Censor creatus, viam ex lapide quadrato stravit, quæ à Porta Capena Brundusium usq; duceret. Aquam quoq;, quæ ab illo Appia dicta est, in urbem duxit. Idem postea cæcus factus, quum audisset Romanos de Pyrrhi pace consultare, in

Curiam

Curiam ſeſe deferri juſſit, graviſſimaq; oratione obtinuit, ne cum Pyrrho, niſi priùs Italia deceſſiſſet, pax iniretur.

Appĭa via, ὁδὸς ἀππία. Via erat Romę ſaxo quadrato ſtrata per portam Capenam, Capuam: vel, ut alii volunt, Brunduſium uſq; ducens, ab Appio Claudio Cæco ſtrata. Cic. pro Cælio: Appius, Claudius Cęcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, viam munivit.

Appĭāna poma, ἀππιανὰ μῆλα, ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus eſt, ferè cotoneorum, magnitudo non multò inferior. Plin. lib. 15. cap. 14.

Appote, Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 28. 55.

Aprĭēs, ἀπρίης, Pſammis Aegypti regis filius, cui in regno ſucceſſit. Hic, ut teſtatur Herod. lib. 2. ab Aegyptiis, qui à ſe ad Amaſim defecerant, ſtrangulatus eſt, & ſepultus in paternis monumentis.

Aprus, ἄπρος, ὁ, Vrbs Thraciæ. Steph.

Apros, colonia. Plin. lib. 4 cap. 11. 36.

Apruſius, fluvius. Plin. lib. 3. cap. 15.

Apruſtini, populi. Plin. lib. 3. cap. 11. 15.

Aprutium, Italiæ regio inter Apuliam & Picenum. Hæc etiã Samnium dicebatur, ubi multi populi erant. In ea civitates, Aquila, Adria, Sulmo, Otrona, Arpium, Aquinũ, & multæ aliæ.

Apharus locus in Euxino, abſyrtus antea dictus.

Apſilæ, ἄψιλαι, Gens Scytica, Lazis vicina. Steph.

Apſorus, Vrbs Ponti Cappadociæ. Ptol.

Apſorus, ἄψορος, Inſula in mari Adriatico, adjacens Liburniæ, in qua civitas eodem nomine, ut Ptol. lib. 1. ſcribit.

Apſus, ἄψος, Fluvius eſt in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit non procul à Dyrrachio: de quo Strab. lib. 7. Lucan. lib. 5: Teſſus quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus Circumeunt ripis.

Apſynthus, ἄψινθος, civitas Thraciæ, & regio Apſynthis dicitur.

Aptera, ἄπτερα, neutri generis, Vrbs in Lycia & altera in Creta à Sirenibus vocatur, quòd victę ibi cantu à Muſis, præ mœrore, exutæ pennis in mare deſiliſſent. Autor Steph.

Apuani, Vulgò *Geneueſi*, Ligures ſunt, teſte Liv. lib. 10: Sempronius (*inquit*) è Piſis in Apuanos Ligures vaſtando, aperuit ſaltus, &c.

Apŭlĭa, [*Puglia*. Germ. Ein Landtſchafft *Italiæ*, wird gemeinlich *Puglia* genennet.] Italiæ regio, mari Adriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionem retinuit, dicta eſt. ἰαπυγία. Corripit autem hoc nomen primam ſyllabam, & unico p ſcribendum eſt: aſſumit tamen interdum alterum p, ut eandem producat. Secundam autem ſyllabam ſemper producit: Contrà Apulus ſemper primam producit, & corripit mediam. Hor. li. 3. Carm. Nutricis extra limen Appuliæ. Iuven. Vendit agros, ſed majores Appuſia vendit: ubi & prima producitur. ¶ Hinc Apulus, a, um, ſive Appullus, adject. Lucan. libr. 5: Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

A ante Q.

Aquæburgum, Vrbs Bavariæ, vulgò Waſſerburg.

Aquæ Auguſtæ, ὕδατα σεβαστά, Vrbs in Gallia Aquitanica, Ptolemæo. Hanc Vulgò *Bajonam* vocant.

Aquæ Calĭdæ, ὕδατα θερμά, Vrbs Britanniæ inſulæ, Ptol.

Aquæ mortŭæ, Hodie vocatur oppidum Narbonẽſis provinciæ, ad alterum ex Rhodani oſtiis ſitum. Ptolemęus Marianas foſſas appellat, à propinqua foſſa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, oſtreis (ut ſcribit Strabo) abundantem. De hac foſſa vide Plin. lib. 3. cap. 4. & Melam, lib. 2. & Strab. lib. 4. Vulgò *Aigues mortes*.

Aquæ Sextĭæ, ὕδατα σέξτια Ptolemæo, Vrbs Galliæ Narbonenſis, juxta quã ſunt aquę calidę, quę ægros curare ſolẽt: ita appellatę à Sextio quodam Romanorũ duce, qui perdomitis Salybus oppidum hoc extruxit. Autor eſt Strabo lib. 4.

Aquila, Vrbis nomen eſt in Brutiis, ex ruinis Furconiis antiquiſſimi oppidi à Longobardis ædificatæ. Volaterr.

Aquilēĭa, ἀκυλήια, Vulgò *Aquileia*, Carnorũ metropolis, juxta quam defluit Timavus: à legendis aquis dicta. Martialis: Et tu Ledęo fœlix Aquileia Timavo. Plinius Aquileiam collocat in decima regione Italię. Fuit autem Romanorũ colonia duodecies mille paſſib. à mari ſita. Ad eam flumine adverſo onerariis navigatur navibus per Natiſonem fluvium. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpè ſcripſit: & Rufinus Græcè, Latinęq; eruditus, qui Ioſephum convertit in Latinum, cujus archetypũ eſt Mediolani in ſancti Ambroſii fano, Longobardis characteribus cariosiſſimis.

Aquĭlĭus, ἀκύλιος, Cognomen Iuriſconſulti, factum à colore ſubnigro.

Aquĭlo, pen. corr. Ventus Septentrionalis, frigidus & ſiccus: ita dictus à vehementiſſimo volatu inſtar Aquilæ. [ꝛlD *tſofon*, Βορέας. Gall. *Le vent de Biſe, le vent de Septentrion*. Ital: *Aquilone, Borea*. Germ. Nortwind / der Wyſer / der Schindtenhengſt von Mitnacht. Hiſp. *Regnon, viento entre Norte y Solano*. Pol. *Wiatr ſpol noczi*. Vn. *Eſzaki ſzel*. Ang. *The northwind*.] De hoc ſcribit Ovid. lib. 6. Metam.

Apta mihi vis eſt, qua triſtia nubila pello,
Et freta concutio, nodoſaq; robora verto,
Induroq; nives, & terras grandine pulſo.
Idem ego quum fratres cœlo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther.
Exiliantq; cavis eliſi nubibus ignes.
Idem ego quum ſubii convexa foramina terræ,
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cavernis,
Solicito manes, totumq; tremoribus orbem.

Flat autem hic ventus, teſte Plin. lib. 2. ca. 47. inter Septentrionem & ortum ſolſtitialem, è regione Cauri.

Aquĭlōnārĭs, re adject. [ꝛlDכ *tſephoni*. βόρειος. Ang. *Toward the north*.] Cic. de Nat. deor. Sed etiã regio, quæ tùm eſt Aquilonaris, tùm Auſtralis.

Aquĭlōnĭus, a, um, ut loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. lib. 27. cap. 13: Omnes verò herbę vehementiores effectu, viribusq; ſunt in frigidis locis, ut in Aquilonis.

Aquinum, ἀκουῖνον Ptolemæo, Vulgò *Acquino*, Oppidum eſt Latii, aut (ut aliis placet) Campaniæ. Cic. 2. Phil. Quum Romã proficiſcẽs ad Aquinum accederet, obviam proceſſit magna ſanè multitudo.

Aquiſgranum. Germaniæ nobiliſſima civitas, priùs Vegerra dicta, Caroli Magni ſepulchro nobilitata. [Vulgò *Aquiſgrano*. Ger. Aach.]

Aquitania. [ἀκουιτανία. Vulgò *Guienne* vel *Gaſcongne*. Ger. Gaſconien iſt ein Landtſchafft in Francreich.] Régio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Hæc à Circio Oceanũ habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur: à Meridie Hiſpaniam: à Septẽtrione Lugdunenſem provinciam: ab ortu Narbonenſem. In ea Tholoſa, & Burdigala civitates. ¶ Hinc Aquitanus, na, nũ: unde Aquitani populi, ἀκουιτανοί.

Aquītes, pen. corr. Sacerdotis nomen apud Phaſidẽ. Valer. Flac. libro 6: —magnique ſacerdos Phaſidis arctois Aquites errabat in agris.

Aquulæ, Ptolemæo Oppidum Hetruriæ: unde Aquulenſes, quos Aquenſes vocat Plin. lib. 3. cap. 5.

A ante R.

Ara, civitas Arabiæ regia, nec non & inſula Arabię adjacens, ut ſcribit Ptolemæus. Habet autem hoc nomẽ priorẽ ſyllabã productam.

Ărăbĭa, [ἀραβία. Ger. Ein Landtſchafft in Aſia zwiſchen dem Jüdiſchenland vnd Egyptẽ gelegen.] Regio inter Iudęam & Aegyptũ, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus Arabi interpretatur, ſacram. ¶ Eſt autem triplex Arabia, ſecũdùm Plin. li. 2 Vna fœlix, εὐδαίμων, altera Petręa, πετρώδης: tertia deſerta ἔρημος, de quibus plura in dictione ſequenti. In Arabia eſt mons Sina, qui & Oreb, in quo Moſes legem accepit. In eadẽ & Phœnix avis naſcitur & Sardonix gẽma. ¶ Arabia Petręa, ἀραβία πετρώδης. Sic dicta à Petra vetuſtiſſimo oppido, pars illa Arabiæ, quę eſt Aegypto, Iudęæq; confinis. Autor Ptolemæus. Straboni ac Plinio alio nomine Nabathæa dicitur. ¶ Poſt Petræã, ſequitur alia Arabiæ pars, Arabia deſerta Ptolemæo vocata: Straboni autẽ Scenitis, ἡ τῶν σκηνιτῶν, quòd gẽs vaga & ſine ædificiis in tẽtoriis habitet. Hęc à Meridie montibus Arabiæ Fœlicis cincta eſt: à Septentrione Meſopotamiam habet: ab Occidente Petræam. ¶ Cavam Arabiam ſerere, τὴν κοίλην Ἀραβίαν σπείρειν, Pro fruſtra ſudare, aut in re perdifficili, nec admodũ frugifera operam ſumere. Lucian. in Apologia. ¶ Arabia Fœlix Meridiẽ verſus, inter duos ſinus Arabicum, & Perſicũ, veluti peninſula excurrit, fluminibus ſcatens: quæ, ut Strabo ſcribit, bis quotannis, ut India, ſeritur ob fœcunditatem. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Ărăbs, bis, ἄραψ, Gentile nomen eſt, quo is ſignificatur, qui ex Arabia ortũ traxit. Virg. 8. Aen. -omnis eo terrore Aegyptus, & Indi Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Ărăbĭus & Arabicus, ἀραβικὸς, adjectiva, ut Arabicus odor. Plaut. Mercat. Virg. li. 7: Hircanísve, Arabísve parant. Propert. Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella. Vbi metri cauſa legendum eſt Arrabio. ¶ Arabius tibicen, Ἀραβικὸς αὐλητὴς: aut, Arabius nuntius, Ἀραβικὸς ἄγγελος. In eos dici ſolitum, qui à ſemel cœptis nunquam deſiſtunt. Adagiũ hinc natum exiſtimant, quòd olim ſola mancipia muſicam exercerent, quę plerunq; ex Arabia producebãtur. Citatur ex Menandro: illiusq; meminit Iul. Pollux.

Ărăbĭcè, adverb ut Arabicè olere: id eſt, benè olere, & odoribus Arabicis, ἀραβικῶς ὄζειν.

Arabus, ἄραβος, Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. lib. 7. ca. 56, quem medicinę artis quidam voluerũt extitiſſe repertorẽ. ¶ Eſt & Arabus lapis, teſte Plin. li. 36. c. 21, eburnei cãdoris, qui in pulverẽ redactus, aptiſſimus eſt dẽtifriciis.

C 2 Ărăchnē,

Arachnē, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio causa fuisset cum Pallade certare, victrice dea percussa radio in aranearn est commutata. Verùm hoc à poëtis fictũ est. Cõstat enim, autore Plinio, Arachnem linũ & retia invenisse: Cloanerem autem filium ejus fusos in lanificio. Suidas scribit ἀράχνιον filum esse & licium tenuissimum: ἀράχνης, fœminini generis, telam seu texturã: masculino genere, ἀράχνης, pusillũ animal: ita dictum, quòd rara molliaq; habeat vestigia.

Arachosia ἀραχωσία, Regio est Scythiæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedrosiis finitima: cujus præcipuæ civitates sunt Alexandria, & Arachotus, ἀράχωτος, quæ regioni nomen dedit. Vide Strab. lib. 11. & Ptolem. lib. 6 cap. 20.

Arachoti ἀραχωτοί, Indiæ civitas, ab Arachoto fluvio sic dicta.

Arachtus, ἄραχθος, Fluvius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambraciũ influens. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolemæus lib. 3. cap. 14.

Arăcynthŭs, ἀράκυνθος, Mons est Acarnaniæ, teste Plin. li. 4. cap. 2 ¶ Est & alter in Attica mons ejusdem nominis: de quo Virg. 2. Eclog. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilium personæ pastoritiæ rationem habuisse: ideoq; in Attica montem collocasse, qui re vera est in Acarnania: cujus generis pleraq; etiam apud Theocritum animadvertimus. Stephanus præterea Aracynthũ in Bœotia collocat: à quo Minervam Aracynthiam dictam scribit.

Araduca, ἀραδούκη, Vrbs Lusitaniæ, quæ vulgò ab Hispanis *Arzya* dicitur. De hac Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Aradus, ἄραδος, Insula est; sive potiùs urbs in pétra sita, habẽs in ambitu septem circiter stadia, distans à Phœnice, cui adjacet, viginti stadiis. Estq;, ut tradit Strabo lib. 16, una ex Phœniciæ urbibus, quæ Tripolim efficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Hujus etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 31: In Phœniceo, *inquit*, mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua objectam Andromedam belluæ ferunt, jam dicta Arados: inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut autor est Mutianꝰ) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto usq; à vado trahitur. E regione ejus insulæ, ad Meridiem, urbs est huic opposita, quæ olim Antarados: hodie *Tortosa* vocatur.

Aræ Flaviæ, Vrbs Germaniæ, non procul à Danubio fluvio, quam Germani sua lingua Rötlingen vocant: alii putant Heydenheim.

Aræ, αἱ ἀραί, Tres insulæ Ioniæ, sic dictæ propter execrationes, quibus Dorienses devoverunt Pentapolitas. Steph.

Aræthyrea, ἀραιθυρέα, Regiuncula est Achaiæ propriè dictæ, postea Asophis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat, ἀραιθυρεΐδω, ἐρατεινὴν, eam appellans. De hac Plin. libro 4. capite 5, & Strabo libro 8.

Aragus ἄραγος, Fluvius Massagetarum agrum irrigans, cujus meminit Strabo lib. 11.

Aram. Syria est, quæ à Semi filio hoc nomen accepit. Cujus Ioseph. lib. 1. Iud. antiq. in hunc modum meminit: Aram verò Armenos instituit, quos Græci *Syros* appellant. Strabo lib. 13. Arimorum recordatur his verbis: Quidam Syros pro Arimis accipiunt, quos nunc *Aramos* vocant.

Arameï, Teste Plin. lib. 6 cap. 17, ab antiquis dicti sunt Scythę: alio nomine Sacæ à Persis appellati.

Arantia, ἀράντια, Vrbs, Philus postea dicta, Steph. Qui etiam in Aretyrea de eadem scribit.

Araphea, ἀραφέα, Insula Cariæ, Steph.

Araphen, ἀραφὴν, pars tribus Aegidis, Steph.

Ărăris, penult. corr. & per apocopen Arar, ἄραρ, Fluvius Galliæ Lugdunensis, à monte Vogeso per fineis Heluorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucan: libro 6: Rhodanumq; fluentem Præcipitavit Arar. Hodie *Saona* dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Helvetios lapsus, hodie *Arola*, vulgò Aar, dicitur.

Ararus, ri, ἄραρος, Fluvius Scythiæ Europæ, in Istrũ influens, cujus meminit Herod. lib. 4.

Arath, ἄραθ, Regio Armeniæ campestris, per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis ad radices Tauri montis, qui usq; illûc extenditur.

Ărātŏr, Poëta Christianus, Romanus Subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta, hexametro versu conscripsit, ut notat Volaterranus.

Aratores, populi sunt Scythiæ in ea parte Aemi montis habitantes, ubi Polydori tumulus ostenditur, ut ait Solinus.

Aratus, ἄρατος, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cujus Phænomena extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescente versa. ¶ Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberavit: de quo Cicero 3. Offic.

Araurius, ἀραύριος, Ptolemæo, vel (ut Straboni placet) Rauraris. Fluvius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

Araūsĭo, Civitas est Galliæ Narbonensis, prope Avenionem, principatu nobilissimo insignis: vulgò *Aurange*. Hujus oppidi meminit Plin. libro 3. cap. 4. & Strabo lib. 4.

Ărăxă, ἄραξα, Vrbs Lyciæ. Steph.

Araxæ, vel Araxi, populi Illyriæ. Steph.

Ărăxēs, [ἀράξης. Der Ein fluß *Armeniæ*.] Fluvius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniamq; ab Atropatia dividens. De hoc scribit Pomp. lib. 3: Araxes Tauri latere demissus, quo ad campos Armeniæ secat, labitur placidus, neq; in utram partem cat, quanquam incuearis, manifestum. Quum in asperiora devenit, hinc atq; illinc rupibus pressus: & quantò angustior, tãtò magis pernix. Frangit se subindè ad apposita cautium: atque objecta ingenti cum murmure, sonansq; devolvitur, adeò citus, ut quà ex præcipiti casurus est, in subjectam nõ declinet statim undam, sed ultrà quàm canalem habet, evehat plus jugeris spatio, sublimis, & aquis pendẽtibus semetipsum sine alveo ferens. Deinde ubi incurvo, arcuatoq; amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus & vix fluens, in littus elabitur. Hæc ille. Meminit hujus fluvii & Plin. lib. 6. cap. 9.

Ărăxum, Plinio, ἄραξος Ptolemæo. Promontorium in occidua parte Peloponneli, non procul à Patris. Vide Plin. libr. 4. cap. 4. & Ptol. lib. 3. cap. 6.

Arazus, ἄραζος, urbs juxta Pontum, ab Arazo ducę. Steph.

Ārbă, ἄρβα, Plin. lib. 3. cap. 21: Insula est ante Illyricum. Ptolemæus verò lib. 2 cap. ult. Arbam civitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adjacens.

Arbace, civitas Celtiberiæ, Steph. ἀρβάκη.

Arbanium, ἄρβανιον, civitas juxta Pontum, Steph.

Arbaxani, ἄρβαξανοὶ, Populi Liguriæ, Steph.

Arbela, ἄρβηλα, Vrbs Siciliæ, Steph. ¶ Arbela, pen. prod. ἄρβηλα, civitas Persica ab Arbelo Athmonei filio dicta, Steph.

Arbea, civitas Iudææ dicta: quia ibi tres Patriarchę sepulti fuere, & quartus Adam.

Ārbĭi, ἄρβιοι, ἢ ἄρβιται Stephano, Populi sunt Indis finitimi, nõ procul ab Arianis, & Gedrosiis: ita dicti ab Arbi vicino fluvio. Recensentur à Plin lib. 6. cap. 23.

Ārbĭs, ἄρβις, Fluvius est in finibus Carmaniæ, non procul ab Arianis & Gedrosiis: à quo vicini populi Arbii, ἄρβιοι, dicũtur. Vide Plin. lib. 7 cap. 2.

Ārbĭtŭs ἄρβιτος, Mons Cretæ, & mõtis incola similiter, Steph.

Arbucale, ἀρβουκάλη, civitas maxima inter Iberum, quam Annibal ægrè obtinuit.

Arbon, ἄρβων, civitas Illyriæ, Steph.

Arborfelix, Vrbs in Helvetia. [Vulgò *Arbon*.]

Arbuscula, meretrix floruit cum Origine & Cythoride meretricibus.

Arca, Vrbs Cœlesyriæ antiquum adhûc retinens nomen inter Barbaros, teste Ioseph. 5. antiquit.

Ārbŏr, Piscis nomen, Vide in APPELLATIVIS.

Ārcădĭa, ἀρκαδία, Peloponesi regio intima, à mari undiq; remota: ab Arcade Iovis filio ex Calisto Lycaonis Arcadię regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia à Pelasgo rege magno, sapiente viro, qui vitæ cultioris autor ejus fuit, & victum ex stirpibus herbarum, arborumq; frondibus transtulit ad glandem, maximeq; ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquãdo Gigantis, & aliquandò Parthasia dicta est, teste Stephano. Arcas autem quũ Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiã nominavit. Scribit Plinius hanc universam, veluti pensante equorum incursus natura in montes 76. attolli. Habet hæc regio asinos proceriſſimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. Habet & lapidem asbeston: hoc est, inextinguibilem. Oppida ejus præcipua sunt, Mantinea, Tegea, & Stymphalus. Montes Pholoë, Cyllene, Lycæus, Menalus, & Nonacris. Fluvit Ladon, & Erymanthus. ¶ Arcadiam me postulas, Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς. Diogenianus Proverbii duplicem ostendit usum: convenit enim vel in magna: vel inutilia petentem. Herodotus libro primo, innuere videtur natum ex Oraculo.

Ārcădĭcŭs, ca, cum, ἀρκαδικὸς, Quod est ex Arcadia: ut Arcadici mores, Arcadicum pecus, Arcadicum germen, Ἀρκαδικὸν βλάστημα. De grandibus & ignavis dici solitũ. Arcades enim olim male audierunt ob stuporem ingenii.

Ārcās, cădis, Ἀρκὰς, Nomẽ Iovis filii ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Est & gentile ab Arcadia. Ovidius 5 Fastor. Arcadis Evandri nomen tibi sæpè refertur. ¶ Arcadas imitãtes, Ἀρκάδας μιμούμενοι. Zenodotus indicat dictum in eos qui aliis, non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quòd comœdias à se conscriptas aliis gẽdas traderet ob inopiã. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suoque titulo nunquam hostem ullum superarunt: verùm aliis suppetias ferentes persæpé. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.

Ārcădĭŭs,

Arcădĭŭs, a, um: ut, Arcadius deus, pro Pane, apud Propertiũ. Arcadium ſydus, Vrſa, vel Arctos, Senec in Oepido.

Arcădĭŭs, Ἀρκάδιος, Theodoſii filius, Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit prætereà hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conſcripſit. Suidas.

Arce, ἄρκη, civitas Phœnitiæ, quæ nunc Arco, ἄρκαι vocatur. Stephan.

Arcĕſĭlās, Sive (ut apud Laërtium legitur) Arceſilaus, ἀρκεσίλας, ἢ ἀρκεσίλαος, Philoſophus fuit, ex Pitane Aeolica civitate ortus, qui relicto natali ſolo, Sardeis ſe primùm: deinde & Athenas contulit, ubi initiò Crantorem: deinde & Polemonem audivit. Poſt hæc eximius & ipſe philoſophus effectus, mediã primus Academiam invexit. Fuiſſe autem traditur miro ingenii acumine, ſed nimia in diſputando pertinacitate. Fuit enim aſſertor ἀκαταληψίας: unde & Ignorantiæ magiſter à Lactantio appellatur. Hic eſt ille, quem Cic. lib. 5. de Finib. ait evertiſſe omnem philoſophiam, quemadmodum Gracchi everterũt Rempub. Induxit enim philoſophiæ quoddã genus ἀσύστατον: hoc eſt, quod ſubſiſtere nõ poteſt, aſſerens nihil omninò ſciri poſſe: quod certè abſq; repugnantia intelligi nõ poteſt. Si enim ſciamus nihil ſciri poſſe, falſum eſt nihil ſciri poſſe, quum jam aliquid ſciamus.

Arcĕſĭlaŭs, pen. prod. Vnus è quinq; ducibus Bœotorum, qui ad Trojam cum quinquaginta navibus advenerunt. Homer. lib. Iliad. 2.

Arcēſĭŭs, ἀρκήσιος, Iovis fuit filius, pater Laërtis, ut teſtatur Vlyſſes apud Ovid. 13. Matamor. Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi, Iupiter huic, &c. ſcilicet Arceſio.

Arcente, Vrbis nomen, Vide in DORBE.

Arceſine, civitas in Amorgo una ex Cycladibus. Stephan. in Amorgo.

Archadius, Grammaticus, lege ARCADIVS.

Archagathos, Ἀρχάγαθος, Medicus in Peloponneſo, Lyſaniç filius, qui primus è medicis Romã venit, L. Aemilio, & M. Livio Coſſ. anno urbis D. XXV. cui & jus Quiritium datum eſt, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus eſt: mireq; gratus advẽtus ejus initiò fuit: mox à ſęvitia ſecãdi, urendiq; Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.

Archānděr, ἄρχανδρος, Phthii Achęi filius, & Danai gener: de quo Herod. lib. 2.

Archandrupolis, ἀρχανδρόπολις, civitas Aegypti, Stephan. ex Herodot.

Archedĭcus, ἀρχέδικος, Poëta comicus, ſcripſit contra Democharem Demoſthenis propinquũ. Fabulæ ipſius, Theſaurus & Diamartanon. Autor Athenæus in Dipnoſophiſtis.

Archelaus, ἀρχέλαος, Philoſophus Athenienſis, ſeu Mileſius qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor, ſucceſſorq; Anaxagoræ, à quo Socrates Philoſophiã audivit. Hic Phyſicam philoſophiam ex Ionia Athenas invexit: eſtq; Phyſicus appellatus, quòd in eo defecerit philoſophia naturalis, Socrate Ethicen introducente Quãquam ne hic quidem Ethicę rudis fuit, qui de legibus, de honeſto, & de ęquo philoſophatus eſt. ¶ Fuit & alter Archelaus, Antenoris Trojani filius, quem Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimum fuiſſe. ¶ Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam deſcripſit. ¶ Alius de rerum naturis carmine ſcripſit. Alius Oratoriam docuit. Autor Diogenes Laërtius.

Archĕmŏlŭs, Vide ANCHEMOLVS.

Archĕmŏrŭs, ἀρχέμορος, Lycurgi Thracũ regis filius, & Hypſipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quum ſitientibus, qui ad Thebarum expeditionem proficiſcebantur, Langiam fontem oſtenderet, Archemorum puerum ſuper viridi herba depoſuit, qui à ſerpente vulneratus periit. Vnde fons ille Archemorus vocitatus eſt, & annuus agon in pueri illius memoriã celebrari cœptus, quem Nemęos ludos appellarũt. Vide Statiũ lib. 6. Theb. ¶ Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ovidius Antegorum nominat.

Archeptolemus, ἀρχεπτόλεμος, Filius Iphyti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede ſuffectus.

Archĭās, ἀρχίας, Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum Oratorum, præſertim Lucullorum; & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum civitatibus donatus. Ciceroni in primis familiaris. Hic cùm diſcederet è Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adſcribi in eãdem voluit: quod & ſua virtute, & Luculli amicitia facilè impetravit. Poſtea verò mota ei de civitate cõtroverſia, quum eo nomine in judicium vocatus eſſet, defenſus eſt à Cicerone, brevi quidem: ſed tamen ornatiſſima illa oratione, quę etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, arq; ipſius Archiæ laudibus obiter admiſcentur. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracuſas, ut ſcribit Volaterranus. ¶ Rurſum alius Hyblæus quidam Præco celeberrimus, qui ter vicit Olympia & Pythia: ubi icon ipſius & epigramma Græcum. Pollux. ¶ Alius item fuit Mitylenæus, muſicus.

Archibius, ἀρχίβιος, Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ ſub Trojano principe. ¶ Fuit etiam alter ejuſdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conſcripſit in Callimachi Epigrammata. Vtriuſq; meminit Suidas.

Archĭdămŭs, pen. corr. ἀρχίδαμος, princeps Lacedęmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Atheniẽſes deficiẽtem recepit: in bello contra Pylum primus è navi proſiliens, nec vulneratus eſt, nec ſcutum amiſit. Deniq; adverſus Amphipolim ſtrenuè decertavit. Inſimulatus poſtremò, quòd Agathonis Thraciæ regis amicitiæ ſtuderet, dãnatus eſt, ut ſcribit Suidas. ¶ Archidamicum bellum, ἀρχιδάμειος πόλεμος, de bello ſævo, crudeliq; dicebatur.

Archīgăllŭs, Iulius Firmicus Matheſ. li. 3. Archigallos faciẽt, & qui virilia propriis ſibi amputant manibus. Alibi abſciſſi archigalli.

Archĭgĕnēs, pen. corr. ἀρχιγένης, Medicus fuit ex Apamia Syriæ civitate, Agathini diſcipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Trajani temporibus. Hæc Suidas. In hũc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, ſæpiſſimè invehitur Galenus. Meminit ejuſdem & Iuven. Satyr. 7: --tunc corpore ſano Advocat Archigenem.

Archĭlŏchŭs, pen. corr. ἀρχίλοχος, Nomẽ poëtę Lacedæmonii. Hic fuit inventor carminis Iãbici, quod ab eo Archilochiũ vocatur: quo Lycãben quendam, & filiam ſibi pactã alteri locaviſſet, ad ſuſpendium creditur adegiſſe. Horat. in Arte poët. Archilochũ proprio rabies armavit Iambo. ¶ Archilochia edicta Ciceroni ſunt cõtumelioſa & virulẽta, ad Atticũ, li. 2: Itaq; Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt jucũda, ut eum locũ in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, trãſire nequeamus: ipſi ita acerba, ut tabeſcat dolore. Sic ad finem epiſtol. præcedentis. ¶ Archilochi patriam, ἀρχιλόχου πατρίδα, Diogenianus teſtatur dici ſolere de mordacib. ac maledicis. Archilochi poëtæ mordacitas vulgò celebratiſſima fuit. ¶ Alius fuit Archilochus Neſtoris filius, qui patrem in expeditione Trojana ſecutus, à Memnone interfectus eſt. ¶ Alius fuit Siculus qui Africam urbem condidit.

Archĭmēdēs, [ἀρχιμήδης. Ger. Ein fürtreffenlicher *Mathematicus* zu Syracuß in Sicilien.] Nomen propriũ viri Syracuſii, qui Geometricę, ac machinalis, ſyderaliſq; ſcientiæ cõſultiſſimus fuit, & celeberrimus, teſtimonio Livii, Plinii, & Plutarchi. Vnde quum rem mira arte factam, atque ita ſummo ſtudio elaboratam, perfectamq; ſignificare volumus, proverbii ſpecie nobis vulgare eſt dicere: Archimedes non poſſet melio deſcribere. Vſus eſt Cic. in Orat. pro A. Cluentio: Hic velut deus terrenus mechanico artificio ſphærã vitream fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorum viſebantur. De qua ſic ſcribit Claudianus: -jura poli, regnumq; deorum Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex. Percurrit proprium mẽtitus ſignifer annum, Et ſimulata novo Cynthia menſe redit. Marcellus in expugnatione Syracuſarum interdixit, ne Archimedes unus violaretur: verùm quum Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra diſixis formas geometricas deſcriberet, à milite ignaro quis eſſet, interfectus eſt.

Archīppŭs, ἄρχιππος, Nomẽ philoſophi qui Thebis ſcholas habuit (ut ſcribit Hieronymus) & Pythagoræ auditor fuit.

Archўtās, pen. cor ἀρχύτας, Heſtiæi, ſive (ut alii malunt) Mneſarchi filius, Philoſophus fuit Pythagoricus, Patria Tarẽtinus, qui Platonẽ adverſus Dionyſii inſidias præſtitit incolumem. Hic in Mathematicis majorem humano captu progreſſum feciſſe traditur, adeò ut & cubum primus invenerit, & columbã ligneam tam affabrè effinxerit, libraverit, & inflaverit, ut vivæ volatum imitaretur. Primus etiam platagen: hoc eſt, crepitaculum puerorum traditur inveniſſe, quo pueros nũquam interquieſcẽtes, & à periculoſioribus ludis advocãret. Hinc factus eſt locus proverbio: Archytæ crepitaculum, Ἀρχύτα πλατάγη: quo garrulos, diſipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicimus recidiſſe.

Arcilalis, ἀρκιλαλίς, Oppidum eſt Hiſpaniæ in tractu Bætico. Ptolemæus.

Arcīnnă, ἄρκινα, Oppidum eſt Daciæ, Ptolemæo.

Arcĭroeſſa, ἀρκιρόεσσα, Civitas in Ponto Heracleæ ſubdita. Stephan

Arctanēs, ἀρκτανὲς, Gens Epirotica. Steph.

Arctax, Mons eſt Proponditis apud Strabonem.

Arctonnēsŭs, pen. pro. ἀρκτόννησος, Oppidum eſt Mileſiorũ, ad Propontidem ſitum, quod alio nomine Cyzicum appellatur Plin lib 5. cap ult.

Arctōn, ἄρκτων, Mons, qui imminet Cyzico: ita dictus à Iovis nutricibus, quas illic in ἄρκτους: id eſt, in urſas migraſſe tradũt.

Arctophylax, Arctos, Arctous, & reliqua ſiderum nomina, require in APPELLATIVIS.

Ardalides, vel Ardabotides, Muſæ coluntur in Trœzene, ab

Ardalo quodam conditore, aut à loco dictæ. Stephanus.

Ārdĕă, ἀρδία, Nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorum regia, a Danae Perſei matre: vel, ut alii malunt, à Dauno Pilumni filio cōdita, & à fervore regionis ſic dicta, quę decem & octo milliaria ab Vrbe eſt poſita. Martialis: Ardea ſolſtitio, Pętanaque rura petantur, Quiq; Cleonæo ſydere fervet ager. Servius Ardeam dictam ait, quaſi arduam: id eſt, magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio avis Ardeam dictam vult. Hanc urbem poſt Turni mortem igne conſumptam, & in avem ſui nominis commutatam eſſe fabulatur Ovid. 14. Meram.

Ārdĕātēs, pen. prod. ἀρδιάται, Populi ſunt Ardeæ incolæ.

Ārdĕās, atis, adject. Cic. 3. de Nat. deor. Cui in agro Ardeati rem divinam facere ſolemus. Legitur & Ardeatino.

Ardĭa, Civitas Illyriæ. Steph. cives Ardiæi dicuntur.

Ārdĭſcŏs, ἄρδισκος, Teſte Ariſtarcho, fluvius Scythiæ, cujus meminit & Herod. lib. 4.

Arduenna, Sylva eſt miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Trevirorum finibus, ad Nervios uſq; pertigit, & in longitudinem, teſte Cæſare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgò *Ardene*.

Ardys, ἄρδυς, Filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno ſucceſſit, ut ſcribit Herod. lib. 1.

Arca, ἀρκάια, ſive aria. media producta, Inſula eſt in Pōto verſus Cholchos, Marti conſecrata. Item Arca, ἄρκη, fons & lacus in Thebis, incolæ Arii dicuntur. Steph.

Arecomici, orum, populi ſunt Gallię Narbonēſis, trans Rhodanum, in Occaſum verſi, quorum metropolis eſt Nemauſum. Vulgò *Nimes*. De his Plinius libro 3. capite 4, & Pompon. libro 2. Strabo Aricomiſcos vocat, Ptolemæus Arecomios.

Arelate, ἀρελάτη, Civitas eſt in Mediterraneo Narbonenſis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum: quoniam ex ſexta legione coloni eò deducti ſunt. Vulgò *Arle*. ¶ Eſt & Germaniæ civitas in Norico, Ptolemæo, quæ vulgò Lintz appellatur.

Ārēmŏrĭcă, Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluvio diviſa: alio nomine Aquitania dicta, teſte Plin. lib. 4 ca. 17 Vulgò *Guienne*.

Ārēnă, ἀρήνη, Peloponneſi civitas eſt juxta Pylum, quę flumine Minyeio abluitur. Vrbis hujus meminit Hom. li. 2. Iliad. & Strabo lib. 8.

Areopagus, pen. prod. [ἄρειος πάγος Stephano. Germ. Ein platz zu Athen genannt vom tempel Martis, in welchem man uber das blůt vnd andere wichtige ſachen richtet.] Vicus erat Athenis à templo Martis ſic cognominatus, ubi primum judicium capitis actum fuiſſe ſcribit Plin. lib. 7. Nam quum Mars Halirrhothiū, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ ſuæ intulerat, occidiſſet, à Neptuno homicidii reus factus eſt, cauſaq; à duodecim diis in Areopago cognita, ſex ſententiis eſt abſolutus. Meminit hujus judicii Hellanicus 1. Hiſtoriar. Libanius quoq; pereleganti declamatione Martis cauſam tuetur.

Areopagītæ, penult. prod. [ἀρειοπαγῖται. Ger. Die ernſthafften Richter zu Athen im tempel Martis.] Illi dicebantur, qui in templo Martis judicabant: quod judicium exquiſitiſſimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur ἄρης, homicidii crimine reus factus eſſet à Neptuno, judicantibus duodecim diis, in eo pago ſex ſententiis abſolutus eſt, ut Stephanus Byzantius docet, & multi alii Græci. De his vide copioſiùs apud Alexandrum ab Alexandro, lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 11, & lib. 6. cap. 11. Apud Cælium Rhodig. Antiq. lect. lib. 7. cap. 19. Budæum in Pandectis, & Eraſ. in Chiliad. qui duas ab hac voce ortas parœmias recenſet. Vna eſt, Areopagita, Ἀρειοπαγίτης. De triſti, ſeveroq; dicebatur: aut etiam de judice vehementer incorrupto. Invenitur & Σκυθρωπότερος Ἀρειοπαγίτου: id eſt, Triſtior Areopagita. Alluſit ad hoc proverbium Cic. ad Att. libro 1. & 4. Altera eſt, Areopagita taciturnior, Ἀρειοπαγίτου σεμνότερος. Dicebatur de eo qui commiſſum arcanum optimè contineret.

Areopolitę, pen. prod ἀρειοπολῖται, Qui habitant Areopolim. Areopolis autem civitas eſt Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. De qua in dictione MOAB.

Ares, Aretis, ἄρης, Regio Eubœę, Stephano: hinc Areſiŋ gĕtile.

Areſtor, ἀρέστωρ, Pater Pelaſgi. Vide in PARRHASIA.

Areta, ἀρέτη, Fuit Ariſtippi philoſophi filia, quæ ei ſucceſſit in ſchola ſummum bonum in voluptate, quæ maximè ſenſum moveret, poſuit. Hujus filius fuit Ariſtippus, qui quòd à matre philoſophiam hauſerit, μητροδίδακτος cognominatus eſt. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis uxor: de qua Homerus in Odyſſ.

Arethous ἀρέθουσα, Rex fuit in Arna Bœotiæ.

Ārĕthūsă, ἀρέθουσα, Virgo venatrix, Dianę comes, ab Alpheo amata, cujus vim quum effugere non poſſet, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis dicitur commutata: qui ne amatoris aquis polluëretur, per ſubterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & juxta Syracuſas uberrimo aquarum gurg. emergit: Vnde & Syracuſæ Arethuſides dictæ ſunt, form. patronymici fœminini. Ovid lib. 4. Faſt. Vtq; Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis Claudius. ¶ Fuit & Arethuſius fons Smyrnæ: tertius in Calcide: quartus in Ithaca: quintus in Eubœa: ſextus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo ejus nominis fontes commemorat: adeò ut epitheton eſſe putetur cujuſcunque fontis, ab irrigando. ¶ Eſt prætereà Arethuſa, lacus Armeniæ majoris, pondera omnia ſuſtinens, & nitrum nebulis exhalans: per quem Tigris fluvius tanto fertur impetu, ut aquæ non commiſceantur. Vnum ei piſcium genus eſt, & hoc tranſcurrentis fluvii alveo non miſcetur, ſicut nec è Tigri piſces in lacum tranſnatant. Autor Plinius libro 6. capite 27. ¶ Eſt & Arethuſa locus Syriæ munitus juxta Emeſam ſexdecim millibus paſſuum: qua Arethuſeii, ut inquit Strabo. ¶ Eſt item Arethuſa urbs una Eubœæ: altera Syriæ, autore Volaterrano.

Ārētĭum, ἄρητον, Arezzo, Civitas Tuſciæ, à Græcis condita eo tempore quo populus Iſraël ſub judicibus regebatur: à qua incolæ dicti ſunt Aretini. ¶ Vaſa quoq; fictilia quæ in ea fiebant, Aretina appellabantur. Mart. li. 4: Aretina nimis ſpernas ne vaſa monemus: Lautus erat Tuſcis Potſena fictilibus.

Ārgæŭs, ἀργαῖος, Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. ¶ Alius fuit Licymnii, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregrè periit, cujus crematos cineres Hercules retulit, ut juſjurandū, quod dederat ſe illum reducturum, ſervaret. Hunc dicunt primum fuiſſe qui crematus ſit, & ab eo deinde morem ſervatū. ¶ Eſt item Argæus, Cappadociæ mons arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Mazaca civitas Cappadocum metropolis ſubjacet. ἀργαῖον. Autor Strabo lib. 12.

Ārgănte, ἀργάνη, Civitas Indiæ. Steph.

Ārgănthōnĭŭs, ἀργανθώνιος, Rex fuit, ut teſtatur Herod. lib. 1, in Arna civitate Bœotiæ. ¶ Fuit item Arganthonius, Tarteſſiorum rex in Hiſpania, quē Plinius ait vixiſſe CXX annos: Silius autem CCC. qui ejus meminit li. 3: Arganthoniacos armat Carteia nepotes. Rex proavus fuit humani ditiſſimus ævi, Ter denos decies emenſus belliger annos.

Argathon, ἀργάθων, Mons in Myſia, ubi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rheſi cōjuge, cui & Argathon, ut monti quoq; nomen fuit.

Ārgĕă, pen. prod. Loca quędam Romę appellantur, quòd in iis ſepulti eſſent quidam Argivorum illuſtres viri. Hæc Feſtus. Livius Argęos vocat maſculino genere. Sic enim ſcribit lib. 1. ab Vrbe: Multa alia ſacrificia, locaq; ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit. A Varrone libr. 4. de ling. Lat. Argeorū ſacraria appellantur. Reliqua (*inquit*) urbis loca olim diſcreta, quum Argeorum ſacraria in ſeptem & viginti partes urbis ſint diſpoſita.

Argenuſa, ἀργηνοῦσα, Stephano, Inſula eſt Lesbo adjacens, juxta Argemon promontorium: in qua Alcibiades extinctus eſt. Plin. lib. 5. cap. 31, Arginuſam vocat.

Argentina vel Argentoratum, [ἀργεντώρατον Ptolem. Vulgò Straßburg dicitur.] Vrbs Gallię ad Rhenum fluviū: quam tamen Germani habitant, ſicut pleraque alia cis Rhenum oppida.

Ārgēŭs, gea, geum, ἄργειος, Denominativum deductum ab Argis Peloponneſi urbe, idem ſignificans quod Argivus. Horat. lib. 4. Carminum: Tybur Argeo poſitum colono. ¶ Argei quoque, teſte Varrone, dicebantur ſcirpeæ effigies, quæ per virgines Veſtales jactebantur ſingulis annis in Tyberim per pontem Sublicium.

Ārgīa, pen prod. ἀργεία, Adraſti regis Argivorū filia, & uxor Polynicis: de cujus in defunctum maritum pietate, vide Statium lib. 12. Theb.

Ārgīæ, pen prod ἀργέαι, Inſulæ ſunt numero viginti. Cariæ jacentes: ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 31.

Argīla, ἄργιλα, Vrbs Cariæ, Steph.

Ārgīlētum, Locus erat Romæ juxta Palatium: ita dictus (ut quidam volunt) ab Argo Argivorū duce, qui ab Evandro hoſpitio exceptus, quum in affectati regni ſuſpicionem veniſſet, ab Arcadibus, inſcio (ut volunt) Evandro, eſt occiſus. Cui poſtea Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletū appellavit. Huc alludit Virg. 8. Aen. & letū docet hoſpitis Argi. Alii, Argiletum dictum putant, quaſi argiletum, ab argilla: hoc eſt creta, cujus eo in loco erat magna copia. Vtāq; opinionem refert Varro lib. 4. de ling. Lat.

Ārgĭlŭs, pen. corr. ἄργιλος Herodoto, libro 7. hiſt. teſte, Vrbs fuit Aemathiæ, non procul ab oſtiis Strymonis fluvii verſus Occidentem.

Argĭnuſa, æ, ἀργινοῦσαι, Inſula eſt exigua, Lesbo adjacens inter Methymnam & Mitylenen, juxta Argennum promontorium: unde & nomen habet. Meminit hujus inſulæ Plin. li. 5. ca. 31. Stephanus ἀργινοῦσαι vocat. Strabo autem lib. 13, tres facit inſulas Arginuſas modico intervallo diſtantes.

Argiphontes,

Argíphontes, [ἀργιφόντης. Germ. Ein zunam Mercurii, welchen er bekommen hat / daß er den Argum vmbbracht hat.] Cognomen est Mercurii, tractum ab Argo centoculo, Iûs custode, quem Iovis jussu interfecit. Mythologici interpretantur Argũ sphęram esse stellatam, quòd illi insit species quædam cœlestium oculorum. Io autem terrã esse volunt, quam Aegyptii in hieroglyphicis literis bovis imagine exprimũt. Hanc Argus: hoc est, cœlum stellatum nocturno tempore desuper videtur observare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earumq; conspectum mortalibus eripit. Vide Macrob. Satur. lib. 1. cap. 19.

Argĭppæī, orum, ἀρίππαιοι, Populi sunt Scythiæ, juxta Sarmatas & Thussagetas, ab ipsa nativitate calvi, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodã oris sono, ex arboribus victitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur injuria: propterea quòd sacri putentur. Iidem finitimorum controversias dirimunt, & ad se cõfugientes tuentur ab injuria. Plura de his Herod. lib. 4.

Argĭssă, ἄργισσα, Thessaliæ civitas est prope Peneum, condita à filiis Larissæ: deinde Arguſa vocata, ut scribit Strab. lib. 9.

Argo, signum cœleste, itẽ prima navis, qua Iason cum flore juvẽtutis Græciæ, Colchida navigavit, Vide in APPELLATIVIS.

Argŏnautæ, Vide in APPELLATIVIS.

Argopelasgos, Homerus vocat Thessalos.

Argos, eos, & in plurali numero Argi, orum, [ἄργος, τό. Ger. Ein berümpte Statt der Griechen in Morea gelegen.] Clarissima civitas Peloponnesi, non procul à Mycenis, quæ ad discrimen aliarum ejusdẽ nominis, urbium Argos Hippium dicebatur, quòd agrum haberet pascẽdis equis in primis idoneum. Dicitur & Dipsion, ab aquæ penuria: quòd fit ut plures eodem utẽtur puteo: quod genus est apud illos arctissimæ societatis. Aliquando & Phoronicum dictum est, teste Stephano, à Phoroneo primo rege. Est autem hoc nomen singulari numero neut. gener. quod apud Græcos declinatur, τὸ ἄργος, τοῦ ἄργεος. Apud Latinos autem tantùm in usu habet nominativum, accusativum & vocativum. In plurali verò masculinum est secundæ nominum inflexionis. Horatius: Aptum dicit equis Argos, ditesq; Mycenas. Virg. 7. Aeneid. Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis Clara Iovis conjux. Idem lib. 10: Herculis Antorẽ comitem, qui missus ab Argis. ¶Est item Argos oppidum Thessaliæ, quod & Pelasgicon dicunt, à Pelasgis. Lucanus: - ubi nobile quondam Nunc super Argos arat. ¶Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatũ, quod Alcmęon, ejusq; liberi condidêre, ut inquit Strab. lib 7. ¶Fuit & Argos Apuliæ oppidum, à Diomede conditũ, & primùm à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatum: quod deinde Argyrippam, & postremò Arpos vocitarunt. ¶Thessaliam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, autor est Plin. lib. 4. cap. 7. ¶Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellavêre: ut scribit Strabo lib. 8. ¶Est item Argos, sive Argus, canis nomen apud Homer. lib. 17. Odyss. qui solus Vlyssem vigesimo demum anno in patriam redeuntem agnovit.

Argīvŭs, pen. pro. adjectivum, ἀργεῖος: id est, Græcus. Virg. 2. Aen. Argiva phalanx. Cic. 2. de Orat. Argivus orator. ¶Argiva calumnia, ἀργέα φορά. De calumniosis & delatoribus dici solitum. Nam Argivos olim notavit antiquitas, tanquã sycophantas & litiũ avidos. Eustathius ex Pausania, & Diogenianus in collectaneis. ¶Argivi fures, Ἀργεῖοι φῶρες. De palàm improbis. Nam Argivi in furacitatis infamia laborabant antiquitus. Extat & hoc apud Suidam. ¶Argivos vides, Ἀργείους ὁρᾷς: id est, stupentibus & attonitis oculis.

Argŏlĭcŭs, ca, cum, ἀργολικός, Idem quod Argivus: ut Virg. 1. Aen. - Argolicis excindi Pergama telis. Cicer. in Arat. Argolica navis.

Argŏlĭs, idis, fœminini generis, ἀργολίς: Id est, Argiva. Ovid. 9. Metam. - at longis anxia curis Argolis Alcmene.

Argōŭs, a, um, ἀργῶος, Idem quod Argolicus. Horat. in Epod. Non huc Argoo contendit remige pinus.

Argulus, Filius fuit Amyclatis, quem primum apud Achæos quadrigam junxisse dicunt, quũ alii Arogilo illud adscribãt.

Arguſa, Civitas Thessaliæ, quæ prius Argissa dicebatur. Vide ARGISSA. Est & locus Eubœæ. Vide Steph. qui loci illius incolas etiam Argivos, & Leontinos vocari scribit.

Argŭs, ἄργος, Nomen proprium regis Argivorum, filii Apis, à cujus nomine Argivi appellati sunt. Hoc regnãte cœpit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis alibunde seminibus. Et post obitum Deus haberi cœpit, templo & sacrificiis honoratus. ¶Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transvectus est. ¶Fuit & alius Argus, πανόπτης à Græcis cognominatus, quòd totus oculis scateret, quem Poëtæ fabulantur ã Iunone constitutum fuisse custodem Ius Inachi filiæ, quam Iupiter in juvencæ formam cõmutaverat. [Ger. Einer dieſes nammens / der nach Poëtiſchem gedicht hundert Augen gehabt hat.] Hunc postea Mercurius Iovis jussu interfecit: unde & ἀργιφόντης cognominatus est. Iuno autem oculos ejus, avis suæ: hoc est: pavonis caudæ inseruit. ¶Hinc, Argum fallere proverbialiter dicimus de vehementer astuto. Hanc fabulam latissimè describit Ovid. lib. 1. Metamorph. Mythologici Argum interpretantur sphæram esse stelliferam, innumeris oculis: hoc est, stellis refulgentem: Mercurium autem Solem esse volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucem obscurat. Vide Macrob. 1. Saturn. cap. 19. unde & ἀργιφόντης cõgnominatus est, quòd Argum peremerit. Mystice autem Argus est cœlum stellatum, luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium videtur oculorum. ¶Argus quoque vocatus fuit navis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason, unà cum Minyis in Colchidem vectus est.

Argyra, ἄργυρα, Civitas Siciliæ, unde se Diodorus Siculus oriundum facit: à qua Argyrini. ¶Est & Argyra, Taprobanæ insulæ metropolis, cujus incolę dicuntur Argyritę, ἀργυρῖται, Stephano.

Argyrippa, ἀργυρίππη Stephano, Apuliæ civitas est, à Diomede condita: quam primùm à nomine relictę patriæ Argos Hyppium appellavit. Postea corrupto vocabulo Argyrippa dicta est, & Arpi. Virg. lib. 11. alterum p abjecit metri causa. Ille (inquit) urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Argyrini, ἀργυρῖνοι, populi Epirotici. Steph.

Argyrondas, ἀργυρώνδας, Aetoliæ fluvius: ita dictus ab argenteo aquæ candore.

Argyrotoxos, ἀργυροτόξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Argyrus, Ἄργυρος, Civitas quædam apud Philistium, Steph.

Argyrus, ἀργυρῆς, Mons. Vide TARTESSVS.

Aria, ἀρία, Regio est inter Indos & Parthos sita, juxta Gedrosios, & Drangianos: quam recẽtiores Geographi Turqueſtam vocant. ¶Est etiã Aria, insula in Ponto, versus Colchos, Marti sacra, aliàs Chalceritis dicta. Plin. lib. 6. cap. 12.

Ariabignes, ἀριαβίγνης, Fuit Darii filius ex filia Gobryæ, qui unà cum Præxaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herod. lib. 7.

Ariadna, ἀριάδνη, Filia Minois regis Cretæ ex Pasiphaë uxore, cujus industria Theseus ab Athenienſibus Cretam missus à Minotauro devorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, evasit, occiso priùs Minotauro. Theseus autẽ ejus amore captus, quum in patriam reverteretur, eam abduxit: sed prioris beneficii immemor, abductam in Insula Chio, seu Naxo perjurus deseruit, quam Bacchus postea in uxorẽ duxit, ejusque coronam novem stellis ornatam, quam à Venere acceperat, astris intulit, vocaturque corona Gnosia. Postremò à Diana sagitta dicitur occisa, eò quòd virginitatem non servasset.

Ariamnes, Fuit nobilissima Armeniæ civitas. Tortellius.

Arĭānthē, Civitas Oenothrorum, ἀριανθη Steph. Vide in ARINTHE.

Arianus. Poëta, cujus carminibus Tiberium principem delectatum fuisse, Tranquillus scribit. Ejus autem opera Suidas cõmemorat Metaphrasim Georgicorũ Virgilii, Alexandriada, Poëma videlicet de rebus gestis Alexandri Magni.

Ariapyres, Scytharum rex, Tortellius.

Ariaria, Ἀριαρία, Gens Gadusiis finitima, Steph.

Ariarathes, ἀριαράθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societatẽ acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariarathea civitatẽ condidit in finib. Cappadociæ: de qua Steph.

Aricandus, Fluvius est Niliadis (quę est minoris Asiæ regiũcula, in confinio Pamphyliæ, Ciliciæ, & Lycaoniæ sita) qui in Lymirum amnem influit. ¶A fluvii hujus nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Utriusque meminit Plin. libr. 5. cap 27.

Arĭcĭa, ἀρικία, Vrbs est in Italia, quã ædificavit Hippolytus Thesei filius, & à nomine conjugis Ariciam appellavit. Abest ab Vrbe ad decimum lapidem. Mart. Mittit præcipuos nemoralis Aricia portos. Lucanus: Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Arĭcĭnum nemus, erat juxta Aritiam urbem, in quo Aegeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Arĭcĭnus lacus, erat juxta Aritiam urbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoq; insulæ procens arboribus nobiles conspiciuntur.

Aricomisci, populi in tractu Narbonensis Galliæ, trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. lib. 3 cap. 4, & Pomponius lib. 2. Arecomicos vocant. Ptolemęus Arecomios. De his sic scribit Strabo lib 4

Vlteriores fluvii (Rhodanum intelligit) partes Volſcæ, quos Aricomiſcos appellant, maximum incolunt ſpatium, quorũ portus & navium receptaculum Narbo dicitur.

Ariel, [אריאל *ariel. ἀριήλ.*] Quidam putãt eſſe Acropolim ac idolum Martis, quod illic ſitum eſt: interpretatur autem Leo Dei, Hieruſalem figuraliter ſignificans.

Arii, *Ἄριοι*, populi ſunt juxta Indiam, Gedroſiis & Drangianis finitimi. Herod. lib. 4. hiſtor.

Arima, *Ἄριμα*, Locus Ciliciæ, vel Syriæ, vel in Pithecuſis juxta Tyrrhenos, ubi Typhoëum terra obrutum in fabulis eſt. Stephanus. Vide INARIME.

Arimanius, *Ἀριμάνιος*, Plutonis cognomen apud Perſas.

Arimaſpi, [*Ἀριμασποί.* Ger. Völcker in Scythien ſo nur einäugig ſind.] Populi Scythiæ Europææ, verſus Aquilonis exortũ, ut lib. 7. Plin. refert, qui unicum in media frõte habent oculum, & cum gryphis auri cuſtodibus continuè præliantur.

A˘rĭmāſpŭs, [Ger. Ein fluß in Scythien der Goldtſandt treibt.] Fluvius eſt Scythiæ in Aſia, aureis arenis abundans. Vnde Lucan. lib. 3: -auroq; ligatas, Subſtringens Arimaſpe comas.

Ariminum, *Ἀρίμινον*, Vulgò *Arimino*. Civitas Italiæ, à flumine propinquo ejuſdẽ nominis ſic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, ſicut & Ravenna: verùm utraq; accepit Romanos inquilinos. Habet autem hæc civitas portum non ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiam à Gallia diſcernebat. Aedificata eſt autẽ anno ante Chriſti exortum 270, Ptolemæo Lagi filio Aegyptiis imperante, P. Sempronio & Appio Claudio Conſulibus. Ad quam viſendam, compoſitis Siciliæ rebus, Sempronius navigavit. Eam Octavius ampliavit, & à Liburnis dirutam Diocletianus repoſuit, fuſisq; Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit. ¶Eſt etiã Ariminum urbs Galliæ Aquitaniæ provinciæ, quæ, teſte Plinio, Armoriaca dicta fuit, unde adhuc hodie ejus pars *Armiſnac* vulgò appellatur. Eutropius lib. 2. de bello Tarentino: Conditę ſunt à Romanis civitates Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio.

Arimphæi, *Ἀριμφαῖοι*, Sunt populi Aſiæ Septentrionalis prope Riphæos montes. Habent pro domib. nemora, pro alimẽtis baccas, & tàm fœminæ, quàm mares, comam tondent. De his Ammianus ſic habet: Vbi montes Riphęi deficiunt, Arimphæi inhabitant, juſti homines, & morũ placiditate cogniti.

Arimus, Rex Myſiæ, ſeu Mæoniæ. Autor Varro, Xanthum citans antiquum rerum ſcriptorem.

Arindela, *Ἀρίνδηλα*, Pars quædam, aut vicus Palæſtinæ. Steph.

Arinthe. Vide ARIANTHE.

Ariobarzanes, *Ἀριοβαρζάνης*, Cappadocũ rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeii partes adverſus Cæſarem fovit.

Ariodunum, Vrbs Bavariæ [Vulgò Erdingen.]

Ariomachus, Fuit, teſte Herodoto, Darii filius.

A˘rīōn, pen. prod. [*Ἀρίων.* Ger. Ein berümpter Poëtund Harpffen ſchlaher auß der Inſel Lesbus bürtig.] Citharœdus nobilis fuit, & Poëta lyricus ex Methymna Lesbi civitate ortus, qui primus dithyrambos creditur inveniſſe. Hic quum ex Italia, ubi ingentem pecuniæ vim arte ſua meruerat, Corinthũ trajiceret; videretq; à nautis, qui opibus ſuis inhiabant, ſibi inſidias ſtrui, nonnihil ſpatii ab aliis ſibi concędi poſtulavit, quo veluti cygnus moriturus, ſuas ſibi exequias caneret. Quod quum impetraſſet, ſtans celſa in puppi, cármen orthium diis marinis cecinit: quo peracto, ſe in mare præcipitem dedit: ſtatimq; à delphino exceptus, ad Tænarum Laconiæ promontorium eſt pervectus: unde ſeſe ad Periandrum Corinthiorũ tyrannum contulit: qui emiſſis navigiis cũ militibus, nautas comprehendit, qui rem, uti geſta erat, cõfeſſi, graviſſimo ſupplicio ejus juſſu ſunt affecti. Refert hiſtoriã hãc, ſive potiùs fabulam, Herod. lib. 1. & Plutarchus in Sympoſio ſeptẽ Sapientum. ¶Fuit & Arion equi nomen. Propertius:

Qualis & Adraſti fuerit vocalis, Arion,
Triſtis ad Archemori funera victor equus.

Ariopagus, Vide AREOPAGVS.

Arisbē, *Ἀρίσβη*, in agro Trojano civitas fuit ab Achille everſa. ¶Item alia in Lesbo inſula. Vide Strab. lib. 13.

Arisbus, Fluvius Thraciæ, *Ἄρισβος*, Steph.

Ariſtadium, Turingiæ Vrbs, vulgò Arnſtat.

A˘rīſtæŭs, *Ἀριστεύς*, Filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluvii Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnavit, & primus apum, olei, & mellis uſum, lactisq; coagulum demõſtravit, & alia quamplurima adinvenit: ut refert Iuſtin. lib. 14. Primus quoq; apum ex bubulis viſceribus reparandarũ rationem traditur inveniſſe. Nam quũ Eurydicæ Orphei uxori amore ejus captus, vim inferre conaretur, illa per avia fugiens, morſu ſerpentis eſt occiſa: in cujus ultionẽ Nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris auxiliũ imploravit, quæ illum ad Protea conſulendũ perduxit: à quo infortunii cauſam edoctus, Eurydicen ſacrificiis placare juſſus eſt: quod quum faceret, taurosq; quatuor & totidem juvencas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit, atq; hoc pacto apes ſuas recuperavit, ut ſatis copioſè tradit. Virgilius ferè in fine libri 4. Georg. ibi: Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe, *&c.*

Ariſtagoras, *Ἀριστογόρας*, Fuit præfectus exercitus Darii contra Græcos, teſte Herod. lib. 5.

A˘rīſtārchŭs, *Ἀρίσταρχος*, Nomen Grãmatici, qui tantùm ſibi in Homeri poëmate permiſit, ut verſus quos vellet, velut ſuppoſititios partus, ab Homeri familia ſubmoveret. Vnde etiã hodie Ariſtarchos vocamus alienorum ſcriptorũ cenſores. ¶Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus, cujus meminit Horatius: Fiet Ariſtarchus. ¶Fuit item alius Mathematicus.

Ariſteas, *Ἀριστέας*, Patria Proconneſius, nobilis poëta fuit, qui Cræſi & Cyri tẽporibus claruit. Scripſit Theogoniam, & tres libros eorum carminum, quæ Arimaſpea dicuntur. Suidas.

A˘rīſtīdēs, *Ἀριστείδης*, Cognomento *Δίκαιος*: id eſt, juſtus, Athenis à Themiſtocle in adminiſtranda Republ. diſſenſit, quum eſſet diverſis moribus: Catoni alter, Cæſari Themiſtocles cõparandus. Autor Plutarchus. Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, ut quoties Imperator deſignaretur, neceſſe eſſet aliquid ei pecuniæ in crepidas, & pallium decernere. In ſenatũ quandoq; vocatus, ea excuſatione uſus eſt, quòd pallium haviſſet, nec aliud haberet, quo indueretur. Eo mortuo, in ædib. ejus nihil præter veru ferreum inventũ eſt. Civitas tamen beneficiorum ejus non immemor, filias ejus ex publico egregiè dotavit. ¶Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam, ex Adrianis Myſiæ, ſive Bithyniæ urbe ortus, qui quum Smyrnæ profiteretur, advenienti fortè M. Antonio principi unus omnium non proceſſit obviam, eoq; modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. ¶Ariſtides item Thebanus pictor fuit Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & ſenſus expreſſit omnes, quos Græci vocant *ἦθη*, durior aliquantulum in coloribus. Hujus pictura illa præcipuè laudatur: infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis. Sentire mater & timere videtur, ne è mortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander tranſtulit Pellam. Ex Plin. lib. 35. cap. 10.

A˘rīſtīppŭs, *Ἀρίστιππος*, Nomen philoſophi Cyrenaici. Hic dicere ſolebat, quòd lautior victus nulli erat impedimẽto ad benè vivendum. Socratis etiam auditor fuit, primusq; Socraticorum mercede philoſophatus eſt. Habuit ingenium ad omnia pro tẽpore, loco, & perſona ſimulanda omninò promptum, & ob hoc Dionyſio præter omnes erat charus. Et ut præſentibus voluptatibus libenter fruebatur: ita & abſentes facilè contemnebat. Hic quum è patria in Græciam philoſophãdi cauſa proficiſceretur, juſſit ſervos aurum projicere, ut expeditiores ad iter capeſſendum eſſent. Voluptatem, bonorum: dolorem, malorum finem conſtituit: cæteras ſcientias excluſit, illud ſolum utile putans, Vt quæras, ſi quid domi mali aut boni tibi contigit. Summum bonum poſuit in levi motu ad ſenſum emananti: id eſt, in voluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerũt, & in dogmate permanſerunt, ab hominis patria Cyrenaici ſunt appellati. Tradunt Platonem dixiſſe, Soli Ariſtippo & chlamydem & pannum ferre datum eſt. Horatius: Omnis Ariſtippum decuit ſtatus & color & res. ¶Fuit & alter Ariſtippus, hujus nepos ex filia, Metrodidactus dictus, quaſi à matre doctus. Hic in navigio à tempeſtate deprehenſus timuit, & expalluit. Et interrogatus, à quodã, quare philoſopus timeret, quum ipſe contra nihil metueret, feſtiviter reſpondit: Non eandem ſibi & illi cauſam eſſe: quoniam is non eſſet magnopere ſolicitus pro anima nequiſſimi nebulonis: ſeſe autem pro Ariſtippi anima timere.

Ariſto, *Ἀρίστων*, Philoſophus, cognomẽto Scepticus, quod Latinè quęſtor & cõſiderator dicitur. Semper enim in quęrẽdo, cõſiderandoq; fuit. Hic natione Cous, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia, ut erant inter optimè valere, & graviſſimè ægrotare, nihil intereſſe diceret: quare etiã tanquam naturam ipſam excludens, ab omnib. fuit rejectus.

A˘rīſtŏbūlŭs, [*Ἀριστόβουλος.* Ger. Einer auß den 72. Dolmetſchen der Heiligen geſchrifft.] Iudęus ex Paneade, Agathobuli Hebręi diſcipulus, unus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui miſſi fuêre ad Ptolemæum, tunc Iudææ dominũ, uti ſacros libros in Græcum ſermonem converterent. Qui multa ex præceptis Moſeos proponenti regi, percontantiq;, ſapienter reſpondit. Hic commentarios etiam in legem Hebręorum edidit. Autor Euſebius. ¶Ariſtobulus alter hiſtoricus item Iudæus, qui res geſtas Alexandri magni conſcripſit, comesq; peregrinationis fuit. Volaterranus.

A˘rīſtŏclēs, *Ἀριστοκλῆς*, Philoſophus fuit Meſſanẽſis peripateticus. Scripſit de philoſophia libros decem, Vter eſſet ſtudio & doctrina prior, Homeriſne an Plato: in quibus Philoſophorum omnium catalogum contexit, opiniones q́ue recenſet. ¶Fuit item Ariſtocles Lampſacenus philoſophus. ¶Itẽ alius Megarenſis ſophiſta, ſub Trajano & Adriano, ſcripſit de Rhetorica epiſtolas, & declamationes ad Imperatorem, Suidas.

das. ¶Nomen item fuit avi paterni Platonis, qui & ipse Aristocles vocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dictus. Vide Laërtium.

Aristoclides, ἀριστοκλείδης, Orchomeni tyrannus, qui Stymphaliden virginem adamavit. Vide in dictione STYMPHALVS.

Aristocrates, ἀριστοκράτης, Civis quidam Rhodius fuit, qui quòd plurimum dignitatis, strenuitatis q; præ se ferret, civium omnium cõsensu belli dux delectus est: in quo spem suorum egregiè fefellit: utpote qui in rebus gerendis, tanquã adulterinus nummus in igne, degener planè apparuerit, & omninò aliùs, quàm prima fronte promiserat. Ex Suida.

Aristodemus, pen. prod. ἀριστόδημος, Nobilis Grammaticus fuit, Pompeii liberorum præceptor: manè Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat. Strabo.

Aristogenes, ἀριστογένης, Medici Thasii nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniæ regem. ¶Aristogenes alter Gnidius, item medicus, servus Chrysippi, famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatæ. Autor utriusque Suidas.

Aristogiton, ἀριστογείτων, Nomen est civis cujusdam Atheniensis, qui adjutus ab Harmodio Pisistratum tyrannum interemit: unde utriq; ab Athenienſibus in fòro positæ sunt statuæ. Vide Herod. ¶Fuit etiam hoc nomine Orator Atheniensis, qui Canis dictus est, quòd optimo cuiq; allatraret. Scripsit enim invectivas adversus Timotheum, Timarchum, aliosq; complures. Vide Suidam.

Aristolaus, ἀριστόλαος, Pictor, Pausiæ discipulus, è severissimis pictoribus fuit. Ejus opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

Aristolochia Cretica, tertiũ ejus genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferens ut capparis.

Aristomache, ἀριστομάχη, Nomen sororis Dionysii tyranni, & uxoris Dionis. Vide Plutarchum in vita Dionis.

Aristomachus, penult. corr. ἀριστόμαχος, Solensis quidam fuit, qui tãto apum amore flagravit, ut annis duodesexaginta nihil aliud egerit. Quinetiam librum de eorum cura, & ratione mellificii edidit. ¶Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi volumen conscripsit. Utriusque meminit Plinius: illius quidem, libro 11. capite 9 hujus verò, libro 14 cap. 19.

Aristomenes, pen. cor. ἀριστομένης, Nomen Messenii viri, qui justissimus fuit, ut scribit Hieronymus. Hic Lacedæmoniis quibusdam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hyacinthia, rapuit de choris ludentium virgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, excessit de finibus Spartanorum: quumq; eas comites ejus vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non parcẽtes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ, quum Aristomenem viderent cædis reum fieri, tandiu ad patriã non sunt reversæ, quãdiu judicum advolutæ genibus, defensorẽ pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, ut sæpè Lacedæmonios deciperet: quorum sæpè urbem ingressus est, & aliquando captus, atq; in vincula conjectus calliditate sua aufugit: quod quum semel atq; iterum & tertiò feciſſet, tandem occisus est à Lacedæmoniis, & execto corpore inventum est cor ejus pilosum fuisse.

Ariston, onis, penult. genitivi cor. ἀρίστων, Sculptor, cujus meminit Plin. lib. 34 cap. 8. ¶Et Iurisconsultus quidam doctissimus apud Gell lib 11. cap. 18.

Aristonicus, ἀριστόνικος, Evnuchus fuit, summus alioqui belli dux, cujus fidelis opera Ptolemæo plurimùm in bello profuit. ¶Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Utriusque meminit Suidas.

Aristonides, ἀριστωνίδης, Statuarii insignis nomen: qui quum Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem, ejusq; pœnitentiam veller exprimere, ferrum, & æs miscuit, ut ferri rubigine per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Plin. lib. 34 cap. 14.

Aristonymus, ἀριστώνυμος, Insignis comœdiarum scriptor fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit, cujus etiã bibliothecæ fuit præfectus. Suidas.

Aristopatra, ἀριστοπάτρα, Mater Crateri cujusdã, qui sub Alexandro militavit, ut autor est Strabo.

Aristophanes, pen. corr. [ἀριστοφάνης. Germ. Ein Griechischer Poët auß der Insel Rhodys bürtig.] Poëta comicus ex Lindo Rhodi oppido: lege verò Atheniensis, patre Philippo: maledicus, & in carpendis hominum vitiis liberrimus ac mordacissimus: invẽtor tetrametri & octometri versus. Filios habuit Ararota. Philippũ, Philetærum, Comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, ut Dionysio rogãti, aliquem ejus sermonis eruditum, autorem hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. ¶Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti & Dionysii. Autor Suidas. Aristophanis Grammatici Quintil. lib. 1 mentionem facit.

Aristophon, ἀριστοφῶν, Pictoris nomen apud Plinium, lib. 35. capite 11.

Aristor, oris, penult genitivi correpta, ἀρίστωρ, Crotopi filius fuit, & pater Argi cẽtoculi, qui ab eo Aristorides vocatur. Ovid. 1. lib Metam. Donec Aristoridæ servandã tradidit Argo.

Aristoteles, pen. corr. [ἀριστοτέλης. Germ. Ein Hochgelehrter Philosophus/des Bücher von allerley Philosophey vorhandẽ seindt.] Nomẽ Stagiritæ philosophi, Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum: matrem verò Phæstiaden. Fuit parvus, gibbosus & difformis, balbutiens, sed dives, ut qui socius, & præceptor, & secretarius Alexandri esset. Septemdecim annos natus, Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam evocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quàm fuerit clarus, vel illud unum abundè magno est argumẽto, quòd Stagiritam patriam ejus, quam diruerat, in gratiam ejus instauraverit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in Lycẽo tredecim annis philosophiã professus est. Postea accusatus, quòd de diis non rectè sentiret, cedens invidiæ, abiit in Chalcidem, ibiq; reliquũ vitæ transegit. Excessit ætatis anno LXIII, sub idem ferè tempus, quo & Demosthenes extremum vitæ diem clausit. De hoc Quintilianus: Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem? ¶Hinc fiunt adjectiva, Aristoteleus, & Aristotelicus.

Aristoxenus, ἀριστόξενος, Tarentinus, Mantineç tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus, audivit patrẽ & Lamporũ philosophum Erythræum: item Xenophilum Pythagoreum: postremò Aristotelẽ, cui morienti convitiũ dixit, quòd Theophrastum sibi in scholę successione præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præsertim Suidas. Hic animã dixit harmoniam esse, ut tradit Cic. in Tusc. ¶Aristoxenus alter Cyrenæus, qui ãdeò delicatus fuisse dicitur in hortorũ cura, ut vesperi lactucas musso irrigaret, ut luxuriosiùs succrescerent, & saporis essent præstantioris. Autor Suidas

Arius, ἄρεος, Fluvius qui Ariam regionẽ irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arii populi. De hoc Plin lib. 6. ca. 23.

Armalchar. alio nomine Euphrates fluvius, Plin. auth.

Armene, ἀρμήν, vel ἄρμενον, vicus Paphlagoniæ Steph.

Armenia, [ארדט ararat. ἀρμενία. Germ. Ein furnemme Lande schafft in Asia zwischen dem Berg Taurus vnd Caucaso gelegen / stoßt an das Hircanisch Meer / so heut Mare de Bechau genennet wird.] Regio Asiæ inter Taurum & Caucasum mõtes sita, & a Cappadocia ad Caspium usq; mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio (ut ex Antipatri sentẽtia tradit Stephanus) ita appellata: Et ut Plin. lib. 6 autor est, duplex est: major scilicet, & minor. Major post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolemæus) à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam minorem, Armeniam, & Syriam Cœnagenem relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspii assurgunt: à Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluvii: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus & Mediã percurrens, postremò Abus appellatur: Gordiæus, ex quo Tigris oritur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atq; Assyriam ab Armeniis disterminant: Caspii, qui vergunt ad Medos: & Caucasii, qui septentrionalia, Iberiam versus, Albaniamque concludunt. Flumina sex, Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam, Albaniamque dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratesque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomũ. Armeniam Hebræi Ararath vocant. In ea civitas insignis Artaxata.

¶Armeniam Hebræi *Ararath* vocant. In ea civitas insignis Artaxata.

Armĕnĭus, a, um, adjectivum, Quod est ex Armenia. [Pol. Ormianin. Vng. Arméniai.] Horat. 1. Epod. Cantaber Agrippæ Claudi virtute Neronis Armenius cecidit, Virgil. 5. Æglog. Armenias cutru subjungere tigres.

Armĕnĭăcus, a, um: ut, Mala Armeniaca. [μῆλα ἀρμενιακά. Gal. Abricots. Pol. Morelle. Vng. Kopasz barasnk.] Poma sunt Mediã quẽdam locum obtinentia inter persica & pruna. Sunt enim minora persicis, sed citiùs matureſcunt. Ossibus ad prunum, carnè ad persicum quàm proximè accedunt. Dioscorides alio nomine Præcocia vocari testatur. Galenus verò libro de Alimẽt. facult & libro 7. Simplic. medic. Armeniaca discernit à præcocibus: hæcq; illis multò præstantiora esse testatur.

ſtatur. Illud tamen fatetur, vetus Armeniacorum nomen ſua etiam ætate in uſu eſſe deſiiſſe, & utranq; ſpeciem nullo diſcrimine præcocium nomine appellari cœpiſſe.

Armilustrum, Feſtum apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, & ſacrificantes canebant tubiſ. Item locus in quo hujuſmodi ludi fiebant. Varro hoc nomen ab ambitu luſtri dictum exiſtimat: quòd ibi circunferretur pompa, & equi currerent.

Armoricæ civitates, A Cæſare appellantur civitates Galliæ ad Oceanum occidentalem ſitę: quas incolebant Rhedones, Curioſolites, Oſiſſimi, Cadetes, & Vnelli. [Germ. Meerſtädt im Britannniſchen Franckreich/Normandien/Flandern/ꝛc. Am Engellendiſchen Meer.] Eą eſſę creditur quæ hodie, *La duché de Bretaigne* dicitur.

Arnā, ἄρνα, Civitas Liciæ, Xanthus poſtea dicta, Steph.

Arneus, Vide IRVS.

Arnates, Apud Plin. lib. 3. cap. 14. Populi ſunt in ſexta regione Italiæ ab Arma Vmbrorum civitate ita dicti.

Arne, es, ἄρνη, Civitas eſt juxta ſinũ Maliacũ, primùm à Bœotiis inhabitata: deinde à Theſſalis occupata: ut eſt author Thucydides lib. 1. Bel. Pelopon. ¶ Sunt & aliæ ejuſdem nominis civitates, quæ recenſentur à Stephano.

Arnoba, ut habet Plinius: Abnoba ut Ptolemæus: Arbona ut Cornelius Tacitus, Mons eſt ex adverſo Raurici Galliæ oppidi ex quo Danubium oriri ferunt. [Germ. Der Rauchen oder die Baar/ iſt das Gebirg/ ſo ſich bey Doneſchingen verleurt/ an dem die Donaw entſpringt.] Vide Plin. lib. 4. cap. 11

Arnus, [ἄρνος. Vulgò *Arno*. Germ. Arnfluß/ ein Schiffreich Waſſer in Italien ſo durch Florentz fleußt.] Fluvius eſt Hetruriæ, Florentiam alluens, etiam hodie nomen ſervans.

Aroe, ἄρη, Civitas Achaiæ, à cultu terræ ſic dicta, aliàs Patræ, Stephano

Aroerni, ἀρόερνοι, gens bellicoſa Gallorum. Stephano, nimirum Arverni.

Arogylus, is fuit qui primus quadrigam in Græcia jũnxit, regnante Argis Phorbante. Vide ARGVLVS.

Aroma, pen. corr. ἄρομα, Lydiæ, ſive Mæoniæ oppidum eſt, cujus meminit Strabo lib. 14, & Aethiopũ urbs, Steph. & Cappadociæ: cujus meminit Capella poſt Plinium.

Ἀρραπῆες, Vide MEGASA.

Arpandēs, fuit Aegypti pro Cambyſe præfectus, qui poſtea à Dario interfectus eſt: autor Herod. lib 3

Arpī, Vrbs Apuliæ, quæ, ut annotat Serv. in 7. Aen. primò Argi: pòſt Argyrippa: pòſt Arpi dicta eſt. Vide ARGYRIPPA.

Arpi, Vrbs eſt Apuliæ, à Diomede cõdita, quam priùs Argyroſiphum: vel, ut alii volunt, Argos Hippium vocavit: deinde Argyrippa dicta eſt. Virg. alterũ p elidit, quum inquit lib. 11. Aen. Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, &c.

Arpina, ἄρπινα, Civitas Elidis, ab Arpina Aſopi filia. Steph. Vide OLYMPIA.

Arpina, Aſopi filia ex Marte, Oenomaum peperit, Steph.

Arpīnum, pen. prod. ἀρπῖνον, Civitas inter Foram & Aquinũ, porrecta in monte, ex qua orti fuêre M. Cicero, Plautus Comicus, & C. Marius, qui ſepties Conſul fuit. ¶ Vnde Arpinas, atis, quod modò ſubſtantivum eſt ſignificans eum qui Arpini natus eſt. Modò adjectivum, ea denotans quæ ad id oppidũ aliquo modo pertineant. Cicero pro lege Agraria: Meus paternus, avitusq; fundus Arpinas.

Arras, Vulgo dictum oppidum, vide ALEXIA.

Arrha, Oppidum Arabiæ fœlicis apud Ptolemæum, Steph. ἄρρια, civitas Illyriæ eſt.

Arrechi, ἄρρεχοι, Gens Mæotorum, Steph.

Arrhentia, ἀρρέντια, Civitas Italiæ, Steph.

Arrhetium, ἄρρητιον, Civitas Tuſciæ, Steph. vide ARETIVM.

Arrhia, Romana fuit mulier (licet alii Patavinam faciãt) quę damnato Pæto marito ſuo, corpus gladio ſodit, quem vulnere educens, ipſi Pæto quærenti dedit, ut idem faceret. Mart. Caſta ſuo gladium quum traderet Arria Pæto, Quẽ de viſceribus traxerat ipſa ſuis. Vide Tacitum & Dionem.

Arrianus, ἀρριανὸς, Philoſophus fuit Nicomedienſis, qui Romæ Adriani temporibus floruit: à quo etiam ſummis honoribus eruditionis nomine eſt affectus. Scripſit Epicteti Philoſophi vitam, & Alexandri Magni hiſtoriam, quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana aſſervantur. ¶ Fuit etiã Poëta quidam hoc nomine, cujus verſibus Tiberium Cæſarẽ unicè delectatum ferunt.

Arrius, ἄρριος, Philoſophus Alexandrinus fuit, tanto in honore apud Auguſtum habitus, ut aliqua ex parte Alexandrinorum ſalutem illi deberi fateretur. Tribus enim ex cauſis ſe Alexandrinis peperciſſe ajebat: primùm ne unà cum urbe Alexandri magni memoriam videretur delere: ſecũdò propter urbis ipſius pulchritudinem: tertiò propter Arrium Philoſophum. Autor Plutarchus in Antonio. ¶ Fuit etiã hoc nomine Hæreſiarcha quidam, à quo Arriana ſecta originem cepit.

Arrhyba, ἄρρυβα, & gentile Arrhybas. Steph. nec aliud addit.

Arſaces, pen. corr. ἀρσάκης, Nomen proprium Parthorum regis, cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerũt propter quæſitum, conſtitutumque ab eo regnum, ut omneis deinde reges ſuos *Arſaces* appellaverint: quemadmodũ Aegyptii reges ſuos vocaverunt *Ptolemæos*. Quin & Parthi ipſi ab eo dicti ſunt Arſacidæ.

Arſacia, ἀρσακία, priùs vocata Europus. Vrbs eſt in Media, ſic à Parthis appellata. Autor Strabo lib. 11.

Arſanca, Vrbs Germaniæ, Ptolemæo.

Arſanias, ἀρσανίας, Fluvius eſt Armeniæ: qui cum Tigri circiter quatuor paſſuum millia fluit: deinde divisus, in Euphratem illabitur. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap. 24.

Arſenotheleas, ἀρσενοθήλεας, Deos antiqui eſſe dixerunt utriuſq; ſexus participatione, quaſi maſculo fœmineos. Quo nomine quædam quòq; animalia ab Ariſtotele nominantur ſemetipſa ineuntia.

Arſenaria, ἀρσενάρια Ptolemæo, Mauritaniæ Cæſarienſis colonia, tribus paſſuum millibus à mari ſita. Recenſetur à Plin. lib. 5. cap. 2, & à Ptol. lib. 4. cap. 2.

Arſenium, ἀρσένιον, Germaniæ oppidũ apud Ptol. li. 2. ca. 11.

Arſia, Hetruſcorum ſylva fuit, Romanorum cum Vejentibus & Hetruſcis pugna celebris.

Arſicina, Vrbs Germaniæ, Ptolem. hodie Brunna.

Arſicoras, Sardorũ rex tempore Annibalis, ut ſcribit Livius.

Arſinoe, ἀρσινόη, Fuit filia Ptolemæi, Lagi filii, qui Aegyptum poſt Alexandrum tenuit, & uxor Lyſimachi regis Macedoniæ, forma præſtantiſſima: à cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus frater urbem condidit in Cyrenaica regione.

Arſonium, Vrbs Germaniæ. Ptol.

Arſyſia, ἀρσυσία, Regio Pyrorum, & Chii, Steph.

Artabanus, pen. prod. ἀρτάβανος, Vltimus Arſacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Perſa interemit, ſuisq; regnum reſtituit, quod poſt Darium regem ab Alexandro victum ſemper penes Parthos fuerat. ¶ Fuit & alter Artabanus, Hyſtaſpis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionẽ in Græciam parantem fruſtra conatus eſt ab inſtituto revocare. In ipſa quoq; expeditione quum Regis conſilia identidem improbare videretur, veluti militiæ inutilis, ad regni adminiſtrationem in Perſidem remiſſus eſt: ubi poſtea Xerxem obtruncavit. Vide Herod. lib. 7, & Iuſtinum lib. 2.

Artabazus, ἀρτάβαζος, Armeniæ rex fuit, filius Mithridatis, vir in tam remota barbaria omnium tamen literarum peritiſſimus. Hic quòd exercitũ Antonii Parthis prodidiſſet, ab eo Alexandriæ ad ludibrium per urbem circunductus, tandem in carcere necatus eſt. ¶ Fuit & alter hoc nomine, ex ducibus Xerxis, qui re infeliciter adverſus Græcos geſta, cum paucis ſuorum effugit. De hoc Herod. lib. 9.

Artabicia, Inter inſulas Propontidis Stephano numeratur.

Artabri, orum, ἄρτάβροι, Hiſpaniæ populi in extremis finibus Luſitaniæ, ad Septentrionem & Occaſum, auro, argento, & ſtanno abundãtes: ita dicti ab Artabro vicino promontorio. Meminit horum Strab. lib 3.

Artaca, ſive Artace, ἀρτάκη, In Cyzicenorum inſula, mons eſt arboribus plenus, in fronte habens quandã parvam inſulam eodẽ nomine: propè eſt promontorium, quod Nigri appellatur: id in priore navigatione eſt, è Cyzico Priapum delatus. Hæc Strabo lib. 12, & 13. ¶ Eſt etiam Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Mileſiorum colonia: quod tamen Ptol. lib 5. cap. 1 Villam appellat, Plinius portum.

Artacena, æ, ἀρτακήνη, Regio eſt Syriæ, Lyco & Capro fluviis irrigata, in qua Darium ab Alexandro victũ fuiſſe tradit Strabo in prin. lib. 16.

Artachæes, ἀρταχαίης, Vnus fuit ex ducibus Xerxianis, totius exercitus, uno Rege excepto, proceriſſimus, quippe cui ad ſtaturã quinq; cubitorũ quatuor tantùm digitorũ deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (ubi foſſæ ducendæ præerat) fato functum, Xerxes eximio ſepulturæ honore eſt proſequutus.

Artacã, regio Perſica, ἀρταῖα, Incolæ Artæ, vel Arteatæ, Steph.

Artaeī murus, ἀρταῖον τεῖχος, oppidum juxta Rhyndacũ fluvium Steph.

Artaci, ἄρτακοι, populi Thraciæ, Steph.

Artageras, proprium Syrti hominis apud Strabonem in deſcriptione Syriæ

Artanes, Sophenus rex Armeniæ, qui Auſtrales partes poſſedit, eas maximè quæ vergunt ad Occidentem. Hic à Tigrane deletus eſt. Autor Strabo libr. 11. ¶ Eſt & Artanes fluvius in Iſtrum defluens, teſte Herod. lib. 4.

Artaunum, Vrbs Germaniæ, Franciæ Orientalis metropolis, Ptolemæo: hodie *Herbipolis*. [Vulgò Wirtzburg.]

Artaxa, (aliàs Artaxias) rex Armeniæ, à quo ducebat originẽ Tigranes.

Artaxatã, orum, ἀρταξάται, Clariſſima Armeniæ urbs, ad Araxem amnem ſita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen

& nomen acrepit. Alio nomine Artaxiasota, ἀρταξιάσπαι, appellata, teste Strab. lib. 11.

Artaphernes, Ἀρταφέρνης, Hystaspis filius fuit, & frater Darii, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit: ut scribit Herod. lib Historiarum 7.

Artaxerxes, ἀρταξέρξης, Nomen proprium Xerxis filii, qui Longimanus dictus fuit: quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex concubinis, CXV filios suscepisse traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum & Ararathen: quorum Darius à patre Rex declaratus, levem ob causam cum quinquaginta ex fratribus adversus eum rebellavit: qui postea separati, ad unum omnes cum uxoribus & liberis jussu Regis sunt interfecti. Ab hoc profecta est celebris illa sententia: Beneficium addere longè magis regale esse, quàm auferre. Fuit & alius Artaxerxes, Cyri junioris frater, cognomento Memor. Huic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtulisset, jucundè suscepit: Per Solem, *inquiens*, hic is mihi videtur, quem urbem quoq; ex parva magnam reddere posse existimem.

Artayctes, ἀρταύκτης, Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui quum multa nefariè perpetrasset, tandem à Xantippo Atheniensium duce captus, vivus palo suffixus est. Herod. lib. 7

Arteatæ. Ἀρτεάται, Gens fuit Persica: ita dicta ab Artea Persidis regione: de qua Stephanus, & Herod. lib. 1.

Artembares, ἀρτεμβάρης, Vir in primis clarus inter Medos, cujus filius quum à Cyro adhuc puero, & incognito, injuria affectus esset, Artembares eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit, ut regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. Herod. lib. 1.

Artemidorus, pen. pro. ἀρτεμίδωρος, Gaidius Philosophus fuit, Bruto familiaris: qui quum conjurationis in Cæsarē factus esset particeps, oblato Cæsari libello, rem ordine exposuit: sed ita jam urgente fato cecidit, ut Cæsar libellum, tanquam alio tempore lecturus, in sinū rejiceret, qui postea ipso interfecto inventus est. ¶ Fuit & alter Artemidorus, Philosophus Daldianus (est autē Daldis Lydiæ civitas) qui de somniis, auspiciis, & chiromantia libros quatuor conscripsit. ¶ Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomēto Pseudaristophanem, qui rei culinarię voces congessit.

Artemis, ἄρτεμις, Diana, sive Luna, quasi ἀρτιτομή: id est, aērē secans, ut quidam volunt: vel quòd integros faciat partus. Strab. lib. 14.

Artemisia, [ἀρτεμισία. Germ. Der Gemahel des Königs Mausoli in Caria, welche jhm ein vberauß köstliche Begrābnuß hat machen lassen.] Mausoli Carię regis uxor, quæ insignis pudicitię fuisse perhibetur, & virum ultra humanæ affectionis fidē amasse creditur. Nā & mortui cineres vino commistos ebibit: & memoriæ ejus tàm splendidum erexit sepulchrum, ut magnifica omnia monumēta, Mausolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata.

Artemisium. ἀρτεμίσιον, Vt Demosthenes pro Ctesiphonte docet, promontorium Eubœæ est. ¶ Artemisium item lucus est prope Ariciam, Dianæ sacer, quasi Dianium dictum: Latini Nemus, & agrum vicinum Nemorensem dixerunt, unde & Nemorensis rex, dictus est sacerdos illius regionis.

Artemisius, Ἀρτεμίσιος, Apud Macedonas mensis Majus dicitur: quo nomine etiā vocatur mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. ca. 6.

Artemita, ἀρτεμίτα, τῆς Ἀρτεμίτας, Insula Tuscię, juxta Thaliam insulam: Straboni civitas est juxta Parthyæorum. Artemidorus Cherronesum circa ostia Acheloi sic vocari scribit. ¶ Est etiam insula prope Oxeas insulas. Steph.

Artemite, ἀρτεμίτη, insignis est civitas quingētis stadiis à Seleucia distans. Autor est Strabo lib. 15. ¶ Alii dicunt insulam Ortygiæ proximam, quam Celadusam vocant.

Artemitium, Vrbs Oenotrorum, aliàs Artemisium.

Artemius, ἀρτέμιος, Romæ fuit præfectus carceris, qui unà cū uxore Candida, & Paulina filia jacent in via Aurelia, martyres sub Adriano principe. Autor. Volaterr.

Artemon, Medicus, quē Plin. lib. 28. cap 1 ex hominis cremati calya aquam propinasse scribit adversus morbum comitialem. ¶ Alius item pictor nobilis fuit, cujus opera enumerat Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Artemon prēterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis, ut Laodice, neçato Antiocho, regni successionē per eum fuerit adepta, ut tradit idem Plin. lib. 7. cap. 12. ¶ Alius fuit Artemon adolescens certatim adamatus à mulieribus ob insignē formā. Vnde locus factus proverbio: Versatilis Artemon, ὁ κατεφόρητος ἀρτέμων. De iis dici solitum quorum gratia vehementer decertatur.

Artemonē, ἀρτεμώνη, Apud Plautum dicta est mulier quædam: ab ἀρτίζω, perficio, quòd perficeret quæ vellet, quòd esset egregiè dotata.

Artigis, ἀρτιγὶς Ptolemæo, Hispaniæ civitas, in tractu Bætico: alio nomine Alhama dicta.

Artilla, Vide ARETISSA.

Artochmēs, Ἀρτόχμης, Vnus fuit è Xerxis ducibus, qui Darii filiam uxorem duxit, ut testis est Herod. lib. hist. 7.

Artotyritæ, ἀρτοτυρῖται, Populi, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerebant enim panem & caseum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ovium fuisse celebratas.

Artynia. Stagnum est minoris Asiæ, Olympo Mysiæ monti propinquum, & juxta Miletopolim civitatem, ex quo Rhyndacus fluvius, anteà Lycus denominatus, effluit, Asiam & Bithyniam disterminans. Plin. lib. 5. cap. 32.

Artymnessus, ἀρτύμνησσος, Civitas Lyciæ, Xanthiorum colonia, Stephanus.

Arvāles fratres, [Ger. Priester zu Rom so den Göttern opfferten/damit Wein vnd Korn wolgerietе.] Dicti sacerdotes, quos Romulus primus instituit, seq; inter illos duodecim fratres appellavit: quorum officium erat Cereri, & Baccho pro frugum & vini ubertate ambarvales hostias mactare: quæ idcireo Ambarvales dicebantur, quòd antequā mactarentur, ter circum arva ducebantur. Virg. in Georg. Terque novas circum fœlix eat hostia fruges. Et sacerdotio Acca Laurentia, quæ postea eat hostia fruges. Et sacerdotio Acca Laurentia, quæ postea populum Romanum hærēdem instituit, Romuli nutrix, tribuit infulas albas, & spiceam coronam pro religiosissimo insigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non nisi vita finitur, exulesq; & captos comitatur.

Arvērni, ἀρύερνοι, Stephano, Galliæ populi ad Ligerim siti, qui multis hominum millibus Vercingentorige cōtra Cæsarem profecti sunt, quum priùs adversus Maximum Aemilianū & Domitium Aenobarbum etiam ducentis hominū millibus conflixissent. Strab. lib. 4. Vulgò *Auuergne & Auuergnats.*

Arvisium, Chii insulæ promontorium. Inde Arvisia vina. Virgil. in Daph. Vina novum fundam calathis Arvisia nectar. Nunc adjecta una litera *Marvisia* dicitur.

Arūncā, Vrbs fuit antiquissima in Italia, ab Ausone cōdita.

Arūncus, a, um. [Vng. *Ketske szakálla.*] Virg. 7. Aeneid. Atq; equidem memini (fama est obscurior annis) Aruncos ita ferre senes. Idem lib. 10: Occurrit Halęsus Aruncæq; manus. Rectiùs scribitur Aurunca, & Auruncus.

Arūns. [Germ Ein Warsager in Thuscia.] Vates Thuscus fuit divinādi scientia insignis. Lucan. lib. 1: Acciri vates, quorum qui maximus ævo, Aruns incoluit desertę mœnia Lunę, &c. ¶ Est item nomen viri, qui Camillam occidit, de quo Virgil. lib. 11. Aeneid. ¶ Fuit etiā hoc nomine Tarquinii Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacū facta est, Iunium Brutum interemit, & ab illo vicissim (dum uterq; hostis potiùs feriendi, quàm corporis sui tegendi rationem habet) hasta trajectus est. Vide historiam apud Livium. lib. 2. ab Vrbe.

Arupenum, Iapodum oppidum in confinio Istriæ, & Illyrici: cujus meminit Strabo lib. 4. & 7.

Arupinus, est Pannoniæ urbs, cujus meminit Strabo lib. 7.

Arus, Fluvius, Vide DRYS.

Arxata, Vrbs Armeniæ, de qua Strabo lib. 11.

Aryandes, ἀρυανδής, Aegypti prætor fuit à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore, quū æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Autor Herod. lib. 4.

Arycanda, ἀρύκανδα, Civitas Lyciæ, Steph.

Arype, ἀρύπη, Civitas Aegypti, cujus cives Arypes, Steph.

A ante S.

Asæ, ἀσαί, Vicus est Peloponnesi in agro Corinthio non procul à Genea civitate, ut autor est Stephanus.

Asachæi, Populi sunt in mōtibus Aethiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinq; itinere, viventes elephantorū venatu. De his Plin. libr. 8: Asachæi vocantur Aethiopes, apud quos maximi nascuntur dracones.

Asacus, fluvius est Heracleam alluens civitatem, sitam ad radices montis Oetæ, teste Liv. lib. 5. de bel. Mac. Plin. lib. 4. ca. 10. Apylam vocat.

Asæa, ἀσαία, Nomen est proprium montis. Autor Suidas.

Asæus, ἀσαῖος, Vnus fuit ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Autor Homerus lib. 11. Iliad.

Asander, dri, Ἄσανδρος, Viri proprium, apud Strabonem lib. 7. qui Tauricam Chersonesum à continente separavit, ducto per ejus Isthmum muro, à sinu Carcinitico usque ad Męotim paludem.

Asaris Fluvius est Heracleam Oetam alluens.

Asatobas, ἀσατόβας, Fluvius Aethiopiæ, juxta Meroën. Heliodorus Aethopicæ historiæ lib. 16.

Asassus, Fluvius est Thessaliæ, juxta Heracleam urbē, quæ est in radicibus Oetę montis, effluens. Hunc Plin. Apylam vocat.

Asbestæ, Libyę populi, ubi Ammon ōraculum fuit: author Volaterranus.

Asbitæ. Vide HASBYTAE.

Asbōtus, pen. prod. Ἄσβοτος, Vrbs Thessaliæ, Steph.

Asbȳlus,

Asbўlŭs, Crotoniata, cujus meminit Pausanias, & Plato in libris de Republica.

Ască, Oppidum est Arabiæ, apud Strabonem lib. ult.

Ascalaphus, ἀσκάλαφος, Acherontis & Orphnes Avernalis nymphæ filius fuit: postea à Proserpina in bubonem mutatus. Nam post raptam à Plutone Proserpinam, quum Ceres filiæ suæ reditum à Iove ea lege impetrasset, si nihil apud inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit, quòd decerptum ab arbore malum comedisset. Indignata itaq; Proserpina, sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, convertit eũ in bubonem avem funestam, & tristium semper rerum nuntiam. Ovid. 5. Metamorph.

Ascalingium, Ptolemæo urbs Germaniæ, hodie Hildesheim.

Ascălōn, pen. cor. ἀσκάλων, Civitas Palæstinæ, ab Ascalo Hymenæi filio condita: à qua Ascalonitæ, ἀσκαλωνῖται, homines in ea nati Vulgò *Escalona*.

Ascalus, Tantali frater fuit, Hymenæi filius, ut scribit Xant. Steph. in Ascalon.

Ascănĭă, æ, ἀσκανία, Insula est una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa, de qua Plin. lib. 4. cap. 11. ¶ Est & Ascania, Phrygiæ locus, de quo Plin. lib 5. cap. ult. ¶ Item alius in superiori Mysia, sive Bithynia, juxta Ascanium lacum: quam Mysiacam vocat Strabo, ad differentiã superioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipsum lib. 12. & 14.

Ascănĭŭs, [ἀσκάνιος. Ger. Ein Sohn Aeneæ.] Aeneæ filius, teste Virgil. ex Creusa regis Priam. filia: fugæ, laborumq; in quærendis sedibus patris socius. Liv. libr 1. ab urbe condita, dubitat Creusæne, an Laviniæ filius fuerit: sed Poëtæ omnes & cæteri historici cum Virgilio Creusæ filium fuisse affirmãt. Dictus est autem primùm Ascanius ab Ascanio Trojæ fluvio: deinde Ilus ab Ilo Trojanorum rege: postea Iulus à prima barbæ lanugine. Vnde Virg. 1. Aeneid. At puer Ascanius, cui nũc cognomen Iulo Additus: Ilus erat, dum res stetit Ilia regno, &c. Huic, quum avus & pater jam diruta Troja, de fuga disceptarent, flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil lesionis intulit, neq; etiam manibus extingui potuit: unde illi futuri imperii omen sumpserunt. Post hæc cum patre post multos errores in Italiam venit, ubi Turno occiso, & patre etiam mortuo, quum apud Lavinium 30. annis regnasset, Albam longam condidit, restituta tamen priùs in regnum noverca, quæ anteà ob timorem in sylvas aufugerat. Tandem quum universis 38. annis imperii gubernacula tenuisset, jam moriens, quum videret filium Iulum Sylvium regno non satis aptum, Sylvium posthumum fratrem, sed ex diversa matre, pietate & justitia præstantem, regni hæredem reliquit ¶ Est prætereà Ascanius Mysiæ superioris, sive Bithyniæ lacus, fluvium emittens ejusdem nominis, qui circa Eribœam in Propontidem illabitur. Virg. 3. Georg. trans Gargara, transq; sonantem Ascanium. Vide Strab lib. 12. & 14.

Aschalitæ, ἀσχαλίται, Populi juxta Indicum sinum. Steph. in Ἀσπίται.

Aschium, ἄσχιον, Civitas Achaiæ. Steph.

Asciburgium, Vibs est inter Germanos, quam illi sua lingua Emerich vocant.

Ascitæ, ἀσκῖται, Arabes dicti sunt ab utribus, quos Græci ἀσκοὺς vocant: quoniam bubulos (ut Plin. lib. 5. cap. 29. inquit) utres binos sternentes, piraticam exercent.

Asclēpĭădēs, ἀσκληπιάδης, Nomen historici Cyprii, qui floruit eodem tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente: quo etiam tempore scribit esum carnium in usu non fuisse. ¶ Alius fuit Philosophus cæcus, quem ferunt (ut Cicero lib. 5. Tusc. quæst. ait) quam quidã quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, ut puero uno esset comitatior. ¶ Fuit & alius Asclepiades Prusiensis medicus, qui lapsu scalarum interiit. ¶ Fuit & alius Asclepiades poëta, à quo carmen Asclepiadeum dictum est.

Asclepiodorus, pen pro. ἀσκληπιόδωρος, Nobilis pictor fuit, quo nemo fœlicius symmetriam membrorũ observavit. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Fuit & Asclepiodorus Alexandrinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem, cognitionemq; herbarum & lapidum, inquit Suidas.

Asclepeius, filius fuit Machaonis, ut putat Augustinus, & Aesculapii nepos.

Asclētārĭŏn, ἀσκληπεῖον, Mathematicus fuit tẽporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se discerptum iri à canibus: ea propter à Domitiano jussus est interfici, & accuratissimè sepeliri, ut vanitas ejus artis redargueretur. Sed repentina tempestate disjecto funere semiustum canes discerpsêre.

Asconius Pædianus, Grãmaticus fuit & Historicus, sub Nerone clarissimus, qui in Ciceronis orationes reliquit cõmentarios, quorum nonnulla extant fragmẽta. Hic LXXIII, ætatis anno captus luminibus, XII, postea summo cum honore, & hominum gratia vixit annos, autore Eusebio.

Ascră, ἄσπερος, Vicus Bœotiæ in aspero & sterili loco, in dextra parte Heliconis, Hesiodi patria. De quo Gell. libr. 2. Asceram rus miserum penes hic Helicona colebat, Hyberno dirum, triste æstu, optabile nunquam.

Ascræŭs, a, um, adjectivum, ἀσκραῖος. Virgil. 2. Georg. Ascræumq; cano Romana per oppida carmen. Et Ovid. 9. Fast. Ascrææ oves.

Ascŭlum, ἄσκλον, Oppidum est Piceni, memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabritio Romanis consulibus: ut latè ostendit Plutarchus in vita Pyrrhi.

Ascurium, ἀσκούριον, Vrbs Liburniæ Ptolemæo. Plin. lib. 3. ca. 22. Ascrivium appellat, incolæ modò Catharum appellant, teste Dom. Mar. Nigr. lib. 6.

Ascus, ἄσκος, Gigas, quem quomodo Dionysius vinctum cũ Lycurgo in fluvium cõjecerit. Vide apud Stephanum in Damasco.

Asdrŭbăl, ἀσδρούβας, Gener Amilcaris patris Annibalis fuit, qui post ejus mortem septem annos imperium tenuit, favente factione Barchina: demum à servo barbaro, cujus dominũ occiderat, interfectus est in medio suorum. Comprehensus deinde à circunstãtibus servus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridentis præbuit. Autor Liv. lib. 21. ¶ Asdrubal item alius fuit. Annibalis frater, qui quum in Italiam trajecisset cum magnis copiis, ut fratri suppetias ferret, juxta Trasimenum lacum, à Cl. Nerone, & M. Livio Salinatore Consulibus victus est, & occisus: caputq; ejus præcisum in Annibalis castra projectum est. Historiam hanc vide latiùs apud Livium in 2. lib. bell. Pun. & Plutarchum in Annibale. ¶ Fuit præterea Asdrubal, cui Calvo cognomen erat, qui in Sardiniam dux classis missus, tempestate rejectus est ad insulas Baleares, ubi tantisper, quoad quassas reficeret naves, resedit. De quo plura apud Livium. ¶ Asdrubal præter hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Aemiliano tanta clade superatus, ut mox civitatis sequuta ut deditio. Hujus uxor, quum paucis ante diebus à viro impetrare non potuisset, ut ad victorem transfugeret, in medias urbis flãmas sese cum filiis jecit. Autor Liv. lib. 35. ¶ Asdrubal itẽ, Gisconis filius, cujus meminit Plutarchus in vita Scipionis.

Asea, vel Aseates, ἄσεα ἢ ἀσεάτης, vicus Arcadiæ, ex quo Alphęus profluit, Stephanus.

Asellĭŭs Sempronius historicus, & Tribunus, militavit sub Scipione Aemiliano apud Numantiam, qui illud bellum literis mandavit. Citatur sæpè testis à Gellio. ¶ Asellius item Claudius, eques Romanus, Tribunus militum, sub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memoranda fortitudinis exempla edidit. Hujus meminit Volaterr.

Asembobiti, populi dicti quasi post Sembobitim insulam, de qua Plinius.

Asĭă, pen. corr. [ἀσία. Ger. Einer auß den drey theilen der Welt so sich weit biß in Auffgang der Sonnen erstreckt / vnd der aller grõste ist.] Nomen tertiæ partis orbis, quo ad numerum: nam quo ad magnitudinem, dimidia reperitur. ¶ Est autem duplex Asia: major scilicet & minor. Asia minor in quatuor partes dividitur, in Phrygiam, Lydiam, Mysiam & Cariam. Major autẽ Asia distinguitur ab Europa Tanaide flavio: ab Africa autem Nilo. Dicta est autẽ Asia ab Asia nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapeti conjuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: sive, ut quidam volunt, ab Asio, Manei Lydi filio. ¶ Ab Asia fit Asius, sia, sium, Asiacus, Asiaticus, Asianus, & Asis, idis: de quibus infiá Est & Asia, ἀσία λίμνη, Nomen paludis in Mysia, prope Caystrum fluviũ, à quo vicinos campos Asia prata vocavit Virg. 1. Georg. Iam varias pelagi volucres, & quę Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. In hac autẽ significatione Asia primam syllabam producit: aliter eandem corripit: ut, Europa atq; Asia pulsus.

Asĭăcŭs, a, um, ἀσιακός, Possessivum ab Asia formatũ. Ovid. 11. Metam. Ecquid, ubi Asiacas casuras aspicis arces, Ingemis?

Asĭănĭcŭs, a, um, ἀσιανικός, Idem quod Asianus, vel Asiacus. Cic. de Clar. Orat Genera Asiaticæ orationis duo sunt. Sic Asiaticæ pecuniæ, apud eundem pro lege Manilia.

Asĭănŭs, a, um, ἀσιανός, Denominativum ab Asia formatum: unde Asiani oratores dicti sunt, qui in claro & redundãti orationis genere utebantur, cujus nunc fere sunt oratores eorum, qui in Asia aut nati erant, aut instituti.

Asĭs, idis, Possessivum fœmininum, patronymica forma ab Asia deductũ, ἀσίς, ἀσιάδος. Ovid. 9. Metam. celeriq; catina Aegæas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis.

Asiarchæ, ἀσιάρχαι. Viri erant communi Asiaticarum civitatum consensu delecti, qui cõmunia negotia curarent: de quibus Strabo lib. 14.

Asibe, ἀσίβη, aliàs, νισίβη ἢ νισβις, civitas Mesopotamiæ ab incolis vocatur, quæ alio nomine Antiochia vocatur, Steph.

Asida, æ, Oppidum mediterraneũ in Bætica, Hispaniæ regione: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1

Asĭlās, ἀσίλας, Auguris nomen, qui Aeneæ in auxilium venit contra

contra Turnum. Virg.lib.10:Tertius ille hominum,divumq; interpres Asilas,&c.

Asine,es,pen.corr. [ἀσίνη. Vulgò Fanaromeni.] Oppidum Peloponnesi in sinu Messenio. Lucan.lib.8: Quas Asine cautes, & quas Chios asperat undas. ¶ Hinc Sinus Asineus, Strab. lib 8.& Pomp.Mel.lib.2. ¶ Asine item insula est,una ex Sporadibus,quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, cujus meminit Pompon.lib.2.& ejus interpres Vadianus.

Asinius,ἀσίνιος, Viri nomen. Asiniorum Romæ illustris familia fuit:ab asinis dicta:sicut Porciorum à porcis .Ex hac familia erat Asinius Pollio, Augusti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit inventionem,summamq; diligentiam: tã longè tamẽ à Ciceronis jucunditate & nitore dicit abesse, ut seculo prior videatur. Hujus filius Asinius Gallus librum cõscripsit de Comparatione patris sui & Ciceronis: quem idcir co Aulus Gellius monstrum vocat verius, quàm hominem. Vide Aulum Gell. lib.7.cap.1.

Asis,idis,Vide suprà post ASIATICVS.

Asisium. Vide AESSIVM.

Asius,ἄσιος, Filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, sed ex diversis patribus,& Hectoris avunculus. Hic etiam Priamo adversus Græcos auxilium tulit,ut Hom.2. Iliad.tradit.Fuerunt & alii hujus nominis, quorum passim meminit Homerus. ¶Est & Asius, Ptolemæo, Senonũ fluvius, juxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (ut opinor) cum eo, quẽ Plinius Aesim appellat.

Asius campus, sive Asium pratum,ἄσιος λειμών, Campus est uliginosus, juxta Caystrum Mysiæ fluvium : de quo suprà in dictione ASIA.

Asopiades,patronymicum masculinum, ἀσωπιάδης,Quod apud Poëtas accipitur pro Aeaco, Asopi nepote,qui pater fuit Aeginæ matris Aeaci.Ovid.lib.7.Metam.Huic Asopiades,Petis irrita,dixit,&c.

Asopis,idis,ἀσωπίς, Regiuncula est Peloponnesi,in tractu Achaiæ propriè dictæ circa Phliuntem : ita dicta ab Asopo fluvio,cui adjacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teste Plinio lib.4 cap.5.Strabo,lib.8.etiam Asopiam appellat.

Asopus. [ἀσωπός. Ger. Ein Fluß in Morea so nicht weit von Corintho in das Meer laufft.] Fluvius Peloponnesi, è Chronio monte mediam præterfluens Corinthi regionem, in sinum labitur Corinthiacum. Est & alius ejusdem nominis fluvius in Bœotia,qui Thebas, Plateas, & Tanagran præterfluit. ¶ Interdum alius in Asia propriè dicta, qui unà cum Capro fluvio Laodicem urbem celeberrimam alluit, Lyco flumini impositam. ¶Est & quartus in Paro insula. Horum omnũ meminit Strab.lib.8. ¶Hinc Asopis,idis, ἀσωπίς,patronymicum fœmininum,quo Poëtæ utuntur pro Aegina Asopi filia.

Asorus,Fluvius est,teste Liv.lib.6. Decad.4.alluens Heracleã civitatem,sitam in radicibus montis Oetæ. Hunc esse conjici potest,de quo Plin.lib 4.cap.10. In ora Heraclea,flumen Apylas.Hic à Boccatio Asassus, ab aliis Asarus vocatur.

Aspalathia,ἀσπαλάθεια, Vrbs Taphinorum,Steph.

Aspalatis, ἀσπαλατίς, insula Lybiæ, propter Asphaltos in ea nascentes, Steph.

Aspasia,ἀσπασία, Mulier Milesia fuit, acutissima sophistria, & (quod in eo sexu rarissimum est) Rhetorices peritissima. Hãc ab Athenien sibus captam Pericles duxit uxorem,infausto patriæ matrimonio , utpote quòd duorum maximorum bellorum Peloponnesiaci,& Sami originem præbuit.

Aspasius,ἀσπάσιος, Sophista fuit Ravennas, Demetriani filius,auditor Pausaniæ & Hippodromi: qui Romæ docuit sub Alexandro Severo. Scripsit contra Aristonem & maledicos diversas orationes. De hoc multa Philostratus. ¶ Fuit item Aspasius cognomento Byblius,qui de Byblo patria sua librũ condidit, ac artem rhetoricam scripsit, & Panegyricum in Adrianum principem,cujus temporibus floruit.Autor Suidas. ¶Præterea Aspasius quidam fuit Tyrius historicus, qui de Epiro variam historiam scripsit:ut idem autor Suidas.

Aspathines, ἀσπαθίνης,Ex Persis unus, qui cũ Dario in Smerdim Magum conjuraruut.Herod.lib.hist.3.

Aspella, Vnum ex Cypri insulæ nominibus , apud Plin. libro 5.cap.31.

Aspendius,citharœdus, [ἀσπένδιος κιθαρῳδός. Germ. Eigennützige Leüt / die in allen dingen jhren nutz vnd vortheil suchen.] proverbio dici solet in eos, qui rei nullius, quàm privati sui compendii rationem habent.Tractum ab artifice quodam Aspendio, qui tã leviter sinistra manu citharæ suæ chordas movebat,ut sonus ad ipsum tantùm citharœdum,aut certè ad proximè astantes perveniret. Cic.in 3.Verr.Atque etiam illum Aspendium citharistam,de quo sæpè audistis id,quod est Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. In quo Ciceronis exemplo, Intus canere proverbialiter dictũ est, pro eo quod est, omnia privata metiri emolumento.

Aspendus,ἄσπενδος,Stephano,Pamphyliæ urbs, Argivorum ædificium,teste Pomp.lib.1. Hic Veneri suibus sacrificabant: eò quòd autor ejus generis Mopsus ex Argis huc proficiscens, primum obvium sacrificare voverat: occurrit autẽ sus.

Asphaltites, [ἀσφαλτίτης. Germ. Das todt Meer / ist ein wüster vnd böß dempffender See im Jüdischen Landt.] Lacus est Iudææ, bitumen gignens : unde & nomen habet. ἄσφαλτος enim bitumen significat. Nullum corpus vivum in eo submergitur: unde & Mare mortuum dicitur. Autor est Plinius libr. 5. cap. 15,& 16.& Iust.lib.36.

Asplẽdon,pen.prod.ἀσπληδών, Phocensiũ urbs,ut tradit Pausanias.Hanc Eustathius vocatã Apricam dicit, tùm quòd hybernationi locus amœnus sit, tùm ad differentiam alterius, cujus meminit Homerus in catalogo lib.2.Iliad.

Asporenus, ἀσπορηνός, Mons est prope Pergamum Asiæ urbem:ab asperitate & sterilitate dictus. Habet celebre Cybeles templum, quod ab eo etiam Asporenũ, & dea ipsa asporena dicitur.

Aspurgiani,ἀσπυργιανοί,circa Mœotim paludem,Steph.

Assa, Civitas juxta Athon:item vicus Scythiæ,Steph.

Assacani, Indiæ regio est, in qua est Magosa civitas regionis totius caput.Strabo lib.15.

Assaracus,ἀσσάρακος, Trois filius fuit, avus Anchisæ, & pater Capyos.Virg.3.Georg.Assaraci proles.

Assaradon,ultimus Assyriorum rex & Sennacherib filius.

Assedones. Vide ESSEDONES.

Assera, ἄσσηρα,τά,urbs Chalcidensium.Steph.

Assesus,ἄσσησος, Vrbs est Milesiæ.Steph.

Assisia,apud Milesios Pallas vocatur.

Assisium, Vmbriæ urbs est, quam Ptolemæus Acsisium vocat, Ascisci.

Assius, Vide ASSVS.

Assorum,ἄσσωρον,Mõs Sami,à quo fluit Amphilysus. Steph.

Assorium,vel assorũ,ἄσσώριον,ἢ ἄσσωρον, Civitas Siciliæ.Steph.

Assos,ἄσσος per duplex ss, Civitas Cretę ubi vetustissimũ Iovis templum fuit. Apud Steph. Asos per simplex s legitur.

Assuerus,sicut testatur Iosephus,fuit Cyrus,Xerxis filius,qui post Darium patruum Persidis rexit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Artaxerxem apud Græcos vocatum fuisse,cognomento Longimanum,qui regnavit quadraginta annis.

Assus, si, geminato ss.ἄσσος, Vrbs est Troadis, teste Strab.libro 13. & natura , & arte munita , ab ea parte qua mare spectat,arduum & erectum ascensum habens. Vnde factus est locus vulgatissimę illi Stratonici sententiæ: Qui celeri passu Assumit, magnum vitæ periculum adit. Circa hãc urbem sarcophagus effodiebatur,à quo cadavera omnia in eo cõdita intra quadragesimũ diem solis dentibus exceptis,absumebantur. Autor Plin.lib.36.ca.17.Ex hac urbe ortum traxit Cleanthes Stoicus philosophus,qui Zenoni in schola successit,quã ipse Chrysippo tradidit. ¶Assus autẽ unico s,sive (ut apud Plinũ legitur) Asum,Cretę oppidum est:de quo infrà suo loco.

Assius,a,um,ἄσσιος, adjectivum est ab ea urbe deductũ:unde Assius lapis, quoddã sarcophagi genus , in quo cõdita cadavera, intra dies quadraginta,unà cũ ossibus, solis dentib. exceptis,cõsumuntur, ut jam dictũ est.Vide Plin.lib.36. cap.17.

Assur,Assyria est , quæ ab Assure Semi filio suũ accepit nomẽ. Hunc Xenophon in æquivocis Ninũ:id est, Iovẽ cognominatum esse scribit. Assyrii Netyron bovem Deum appellaverũt.

Assyria, [אשור aschschúr,ἀσσυρία. Germ. Ein Landtschafft im grösseren Asia gelegen.] Regio est majoris Asiæ , quam Ptolemæus ab ortu mediæ parte terminat, ab Occasu Mesopotamia,à Septentrione parte minoris Armeniæ, juxta Niphatem montem, à Meridie Susiana. Plin.lib.5.ca.11. Assyriam docet Syriæ partem esse,quę postea vocata est Adiabene.Strabo autem longè latiores Assyriæ fines assignat, eo nomine cõprehendens Babyloniam, & maximam circumjacentium regionum partem.Eadem & Syria à Græcis vocata est,teste Iustino lib. 1. & Herod. lib.7. quanquam multò latiores Syriæ fines fuerunt,quàm Assyriæ. ¶Dicta est autẽ Assyria,teste August. lib.15.de Civit.Dei,ab Assur filio Sem.

Asta,ἄστα, Civitas est Bæticæ, inter sacrum promontorium, & Herculeas Columnas , de qua Plin.lib.2.cap.1. ¶Est & Asta, Insubriæ urbs,non longè à Novaria distans.De hac Claudianus: nec plus Pollentia rebus Contulit Ausonis, aut mœnia vindicis Astæ.Meminit & Plinius lib.35.cap.12.

Astaboras,vel Astabores,teste Plin.lib.5.ca 9, Alter est ex alveis Nili , qui Meroën insulam à sinistra alluit : ille verò, qui à dextra parte est, Astusapes appellatur. Strabo verò Astaborẽ fluvium esse docet diversum à Nilo, circa Meroën insulam in Nilum influentem.

Astaces,ἀστάκης,Fluvius est in Põto, Asiæ regione,cujus aquis irrigati campi oves pascunt, nigro lacte accolas alentes. Autor Plin.lib.2,cap.103.

Astacum,

Aſtacum, Plinio, ſive Aſtacus, ἄστακος Stephano & Straboni, Bithyniæ oppidum fuit: ita dictum ab Aſtaco quodam Neptuni & Olbiæ Nymphę filio. A quo vicinus ſinus Aſtacenus appellatus eſt, teſtibus Plin. lib. 5. ca. ult. & Strab. lib. 12. ¶Fuit & altera ejuſdē nominis urbs in Acarnania, quæ & ipſa propinquo ſinui Aſtaceno nomen fecit, teſte Strab. lib. 10.

Aſtaorhia, (quod hic haſtenus corruptè lectum eſt) Vide ASTYOCHIA.

Aſtapæi, Lybiæ populi, Steph. ἀστραπαῖοι.

Aſtapus, Straboni fluvius eſt circa Meroën, in Nilum influens, qua in re à Plinio nōnihil videtur diſſentire. Plinius enim Nilum ipſum ſupra Meroën Aſtapum aſſerit vocari, quòd ſępè terra receptus, velut è tenebris in lucem erumpat (ſic enim vocant Aegyptii aquas è tenebris emergentes) Nili autem nomen antè non aſſumere, quàm ſe concordibus aquis junxerit. Vide Strab. lib. 17. & Plin. lib. 4. cap. 9

Aſtaroth, [עשתרת *haſchtaróth.*] Antiqua civitas Ogregis Baſan, in qua habitaverunt gigantes, & poſtea cecidit in ſortem tribus Manaſſes, regionis Bethaniæ. Sunt autem duo caſtella in Bethania hoc vocabulo, novem inter ſe millibus ſeparata, inter Aderam & Abellam urbeis.

Aſtarte. [עשתרת *haſchtóreth.* ἀστάρτη. Germ. Ein Abgott der Syrier.] Syriorum Dea erat, quam alio nomine Atergatim aut Derceto nominatam volunt. Cic. 3. de Nat. deor. vult fuiſſe Venerem quæ Adonidi nupſit. Hanc ſacræ literæ Aſtartem Sidoniorum deam vocant: cui Salomon rex uni pallacarum ſuarum obſequi volens, altaria condidit.

Aſter, nomen urbis, Calepinus. ¶ Aſter, puer, Platonis carminibus celebratus, in quem extant epigrammata libr. 3. Epigram. Græc.

Aſtĕrĭă, æ, vel Aſterie, es, ἀστερία, Nomen Latonæ ſororis proprium. ¶Eſt & Aſteria Deli, & Rhodi inſularum nomen, teſte Plin. libr 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31. ¶ Significat & gemmā, incluſam quandam lucē pupillæ modo continentē, quæ oppoſita Soli, radios regerit candicanteis. Plin. lib. 37. c. 9.

Aſteria, filia fuit Cei, Titanis filii, ut Theodoſio placet. Hæc autē, ut ait Fulgentius, poſt vitiatam Latonam à Iove dilecta eſt, à quo in aquilam verſa, oppreſſa fuit: eiq; ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, ut quibuſdam placet, adverſus Iovem ſentiens, & ejus fugiens iras, deorū miſeratione in coturnicem verſa eſt, quę Græcè vocatur ὄρτυξ: nomenq; dedit inſulæ, in quam aufugerat, ubi à Iove in lapidem mutata eſt, undisq; demerſa, & ab eiſdem huc illuc agitata, quę tādem ob ſuſceptam Latonam firmata eſt. Ex Bocatio Hæc inſula ob ſuſceptam Latonam ſupernatavit, & primò Neptuno ac Doridi conſecrata eſt: poſtea Delos dicta, in qua inſula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Aſterion, ἀστέριον Civitas Theſſaliæ: ſic dicta, quòd in alto ſita monte velut aſtrum quoddam procul aſpicientibus fulgere videatur, ut tradit Stephanus, qui eam ſua ætate Pyreſiam vocatam aſſerit. ¶Eſt & altera urbs ejus nominis in Syria. ¶Eſt & fluvius Achaię, in Nemeça ſylva leniter fluens, & fructuum juxta ripam abundantiſſimus, ut teſtis eſt Lactantius. ¶Item mons Peloponneſi, ad ſinum Argolicum, de quo Plin. libr. 4. cap. 5. ¶Eſt & herba quædam hoc nomine apud Pauſaniam, in agro Argivo naſcens ad ripam fluvii ejuſdem nominis, cujus folia Iunoni ſacra accolæ in coronas nectunt. [Germ. Schattenblum/ oder Sternkraut. ¶ Aſterion item, ἀστερίων, Cometæ filius, qui Iaſonem Colchos navigantem ſecutus eſt: ut habet Apollonius. Valer. lib. 1. Argon. celer Aſterion, quem matre carentē Clenæus gemino fovit pater amne Cometes.

Aſtĕrĭs, pen. corr. ἀστερὶς, Inſula eſt in medio Sami, & Ithacæ ſita, Strab. lib. 1. ¶ Eſt & Aſteris civitas Hiſpaniæ, Ptolem.

Aſteruſia, ἀστερουσία, Mons Cretæ ad meridiē, mare aſpiciens: à quo & Aſteruſia Indię urbs nomen habet, quòd illic Cretenſes coloniam collocarint. Hujus incolæ Aſteruſiani vocātur, & Aſteruſii, ἀστερουσιῆς. Stephano.

Aſtice. [ἀστική. Germ. Ein Landtſchafft in Thracien ſo an das Euxiniſch Meer ſtoſſet.] Regio eſt Thraciæ, ſupra Boſphorū, Ponto Euxino imminens, cujus urbes ſunt Apollonia, Thynnias, Almedeſſus, Develton, & Phinopolis. De hac Plin. lib. 4. ca. 11.

Aſtigi, Civitas Bęticæ, à qua Aſtigitanus ager. Plin. lib. 3. ca. 1.

Aſtiochja. Vide ASTYOCHIA.

Aſtŏmi, [ἄστομοι. Germ. Völcker in Indien/ die kein Mund haben/ vnd nur vom geſchmack leben.] Indiæ populi ſine ore, anhelitu tantùm viventes, & odore: ab ἀ, privativa, & στόμα quod Latinè os ſignificat. Plin. lib. 7. cap. 1.

Aſtræă, ἀστραία, Aſtræi & Auroræ, ſive (ut alii malunt (Iovis & Themidos filia, Iuſtitiæ antiſtita, quam Poëtæ fabulantur aureo illo ſeculo è cœlo in terram migraſſe, & tandem, mortalium ſceleribus offenſam, cœlū repetiviſſe. Ovid. 1. Metam. Vltima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

Aſtræŭs, ἀστραῖος, Vnus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma ſumpſerunt. Hic cum aurora fertur concubuiſſe, & ex ea ventos generaſſe: qui ab eo Aſtræi fratres dicti ſunt. Ovid. 14. Metam. Aĕraq;, & tumidum ſubitis concurſibus æquor Aſtręi turbant, & cunt in prælia fratres.

Aſtrapæus, ἀστραπαῖος, Dictus eſt Iupiter, ab Aſtrape, quæ eſt coruſcatio. ¶Item Aſtrapæus ventus, qui fulgetras excitat.

Aſtreus, ei, Dictio diſſyllaba, ἀστρεύς, Nomen unius ex iis, qui à Perſeo in aula Cephei regis ſunt occiſi. Ovid. 5. Metam. Occidit & Celadon Mendeſius, occidit Aſtreus.

Aſtrophe, (Quod hic pro una ex Plejadibus corruptè legebatur) Vide ASTEROPE.

Aſtŭ, generis neutri, ut cornu, Pro civitate Athenienſi, quam ἄστυ vocabant: ſed à Latinis mutatur y in u, & fit aſtu, ut inquit Priſcianus. Terēt. in Evnuch. An in Aſtu venit? Probus Aemylius in Alcibiade: Poſtquam in aſtu venit, concione advocata verba ſic fecit. ¶Apud Latinos verò Aſtu, ſive Aſtus, idem eſt quod calliditas, πανουργία, quæ & Aſtutia dicitur. Feſtus Pompeius: Aſtu apud Poëtas aſtutiā ſignificat: cujus origo à Græco ἄστυ: hoc eſt, ab oppido deducit, in quo qui verſati aſſiduè ſint, cauti & acuti eſſe videtur. Vide infrà in dictione ASTVS.

Aſtura, ἄστυρα, Flumen Latii, & inſula in fluvio oſtio. Plin. lib. 3. cap. 5: Antium colonia, flumen Aſtura, & inſula. Et libr. 33: Tenuit & noſtra memoria navem Caii principis ab Aſtura Antium navigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Vnde Feſtus: Stura, flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vocant.

Aſtūrĭă, ę, ἀστυρία, Regio Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi, Artabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Aſturcones vocati ſunt.

Aſtŭr, ris, ἀστύρις, Gentile nomen eſt, eum ſignificans, qui ortus eſt ex Aſturia Tarraconenſis Hiſpaniæ regione. Martialis pro poſſeſſivo uſurpavit, Aſturem equum dicens, pro Aſturico, ſive Aſturicenſi. Ita enim habet in Diſtichis: Hic brevis ad numerū rapidos qui colligit ungues, Venit ab armiferis gentibus Aſtur equus. ¶Eſt item Aſtur, Hetruſci cujuſdam proprium nomen, qui Aeneæ ſuppetias tulit adverſus Turnum: de quo Virg. lib. 10 Aen. ¶ Aſtur item, Ariſtot. ἱέραξ, ἀστύρις, Gallis *Auſtour*, avis eſt. Aſturum & Falconum meminit Iulius Firmicus lib. 5. Matheſeos. Vide TRIOCHES.

Aſtūrēs, ἀστύρεις, Sunt Hiſpaniæ populi memoratiſſimi, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, aurifodinis & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt. Plin. lib. 8. Meminit Aſturum multis locis lib. 3. Silius: Eorum tractus, Aſturiæ nomen habet.

Aſturia, Germaniæ urbs, Ptolem. vulgò Wodenhauſen.

Aſturica Auguſta, Hiſpan. Tarraconenſis urbs in finibus Aſturiæ. Ptolem.

Aſtūrcōnēs, [German. Zeltner roſſ. Polon. Inochodnik. Vngar. Iramoló poroſzka. Angl. *Ambling geldings, or hackneys, as a genet of Spaine.*] Equi ab Aſturia regione Hiſpaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt: ut tradit Plinius libro 8. cap. 42. Silius libr. 3: His parvus ſonipes neq; matri notus: at idē Aut inconcuſſu glomerat veſtigia dorſo, Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo. Talem greſſum Græci ἀσύραμον vocant, à bonitate curſus, Latini dicūt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tollutim glomerandis.

Aſtyages, ἀστυάγης, Cyaxaris filius, Perſarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambyſi mediocris dignitatis Perſæ nupta, Cyrum peperit: quem avus, in ſomniis quibuſdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus necandum tradidit. Qui quum tam crudele miniſterium per ſeipſum nolet exequi, Mitradati regio bubulco onus illud injunxit. Erat Mitradati uxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canē ſonat. Hæc tum fortè mortuum ediderat partum, quem pro Cyro magnificè curat ſepeliri: Cyrum autem ipſum, tanquā filium ſuum, domi educat. Qui poſtea ab avo agnitus, & in Perſidem ad parentes remiſſus, ſimulatq; adolevit, Harpagi inſtinctu avo bellum intulit, eumq; in prælio captum, quoad vixit, penes ſe habuit. Ex Herod. lib. 1.

Aſtyalus. Vide ASTYLVS.

Aſtyanaſſa, ἀστυάνασσα, Helenæ Menelai uxoris ancilla laſciviſſima, dominamq; prorſus ſe dignam nacta, quæ prima de variis cōcubitus modis librum conſcripſit: cujus exemplum poſtea imitatæ Philænis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Autor Suidas.

Aſtўănax, [ἀστυάναξ. Germ. Ein Sohn Hectoris.] Vnicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus poſt inchoatum bellum inter Trojanos & Græcos, quem Vlyſſes, antequam naves è Sigeo ſolverent, è turri mira inhumanitate dedit in pręceps, nequid reliquiarum ſupereſſet, quod excidium Troię, & populi ruinam ulciſceretur. Hector ut plurimū vocabat Scamandrium. Virg. lib. 2. Aen. Parvumq; manu Aſtyanactem trahebat. Latinè principem civitatis ſonat, quaſi ἀστυάναξ.

Aſtyerātia,

Aſtycratía, filia Acoli, teſte Homero, Odyſs. lib. 10.
Aſtydamas, ἀστύδαμας, Athenienſis, filius ejuſdē nominis, ambo Tragici poëtæ fuerunt: pater etiam ſummus philoſophus, & Socratis auditor. Suidas.
Aſtydamía, ἀστυδάμεια, Ormeni filia, quam Hercules, patre priùs occiſo, rapuit. Ovid. Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.
Aſtўlus, ἄστυλος, Vnus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoſcens, fratres monuerat, ne bellū adverſus Lapithas aſſumerent: ſed exorto in nuptiis bello, ipſe ſibi timens, unà cum Neſſo Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ovid. 12. Metam. Aſtylus ille etiam metuenti vulnera Neſſo, Ne fuge, ad Herculeos, inquit, ſervaberis arcus.
Aſtylus, ἄστυλος, Crotoniata curſor tribus Olympicis cōtinuis vicit, ſtadio, diaulo & dolicho. Quòd autem in ultimo ſe Hieronis magiſtrum ac Syracuſanum à præcone declarari fecerit, Crotoniatę irati, ſtatuam ejus fregerunt, bona inſuper publicaverunt. Autor Pauſanias. Meminit ejus Plato in legibus, qui eum nō tàm curſu, quàm perpetua virginitate clarum prædicat ¶ Fuit præterea Aſtylus quidam Trojanus, à Meneptolemo occiſus, teſte Homero in princ. 6. Iliad.
Aſtymeduſa, ἀστυμέδουσα, Oedipi fuit uxor (hanc enim repudiata matre, quā priùs matrimonio ſibi cōjunxerat, ſed incognitam, in uxorem duxit) quæ ut liberis prioris conjugis infenſum parentem faceret (ut ferè omnium novercarum mos eſt) apud patrem eos accuſavit, tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſent: quapropter Oedipus iratus regnum cruentum reliquit.
Aſtynome ἀστινόμη, Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia (unde & Chryſeis dicta eſt) quæ, Chryſa oppido à Græcis expugnato, in prædę diviſione Agamemnoni ceſſit. Quam tamen poſtea peſtilentia ab Apolline immiſſa adactus, patri reſtituit. Autor Homer. 1. Iliad.
Aſtynous, ἀστύνοος, Princeps quidam Trojanus, quē Diomedes in bello Trojano interfecit, ut ſcribit Homer. libro quinto Iliad.
Aſtyochía, pen. prod. ἀστυόχεια, Actoris filia fuit: quę quum ſola in ſummum paternę domus cœnaculum aſcendiſſet, à matre compreſſa creditur. ¶ Fuit & altera ejuſdem nominis, quā Hercules rapuit, & ex ea Tlepoſemum genuit: de qua Homer. in Catal. navium.
Aſtypalæa, ἀστυπάλαια, Inſula eſt in mari Carpathio aut certè Icario, è regione Cnidi, oppidum habens ejuſdem nominis. De hac Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Eſt item Aſtypalæa oppidum in Cô inſula, cujus meminit Strabo lib. 14.
Aſtyra, ἄστυρα, τά, vel Aſtyrum in ſingulari, Civitas Myſiæ, juxta Troadem. Eſt & vicus prope Adramyttium, item civitas Phœniciæ, ubi Minerva colebatur, & Bœotiæ juxta Potnias: Item Italiæ regio Stephanus.
Aſula, per ſimplex ſ, oppidum in agro Brixiano.
Aſurus, Vide ASORVS.
Aſus, ſive ἄσος Stephano, ſive (ut apud Plinium legitur) Aſum, Oppidum eſt Cretæ inſulæ mediterraneum: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.
Aſychis, ἄσυχις, Aegyptiorum rex, poſt Mycerinum, cujus opus fuit lateritia pyramis apud Memphim, ut teſtatur Herodot. lib. 2.

A ante T.

Aᵕtăbŭlŭs, [ἀτάβυλος. Pol. *Wiatr przykry ſimnem wiſſuſaiacy.* Vng. *Apuliaſzkl.*] Ventus Apuliæ peculiaris: unde etiam Apulus peculiari epitheto appellatur. Horat. 2. Serm. Satyr. 5: Incipit ex illo montes Appulia notos Oſtentare mihi quos torret Atabulus Quem locum explicans Porphyrion, Atabulum dictum ait, παρὰ τὸ τοῦ ἄτου βάλλειν: hoc eſt, à noxa, detrimentoq; inferendo. Eſt enim frigidiſſimus, teſte Plin. lib. 17. cap. 24. & ſi flaverit circa brumam, omnia exurit, frigore arefaciens, ut nullis poſtea poſſint ſolibus gecreari.
Atabyría, ę, [ἀτάβυρία. Ger. *Ein alter nam̃ d Inſel Rhodiſ*] Vnū eſt ex veteſtis Rhodi inſulæ nominibus, ductum ab Atabyro rege, ut Plinio placet lib. 5. cap. 31. ſive (ut alii malunt) ab Atabyri, editiſſimo totius inſulæ monte.
Atabyris, ἀτάβυρις, Mons eſt editiſſimus totius Rhodi inſulę, Iovi Atabyro ſacer: cujus meminit Strabo lib. 14:
Atacini. orum, ἀτακῖνοι, Populi Narbonenſis provincię, Atacis amnis accolę, qui circa Narbonem Martium fluit: à quo & nomen acceperunt. Meminit horū Pompon. lib. 2, & Hermolaus in Plinium: qui etiam Atacinorū familiam Romæ illuſtrem, nomen hinc traxiſſe exiſtimat.
Atæon, (quod hìc perperam legebatur) vide ACTAEON.
Aᵕtălāntă, ἀταλάντη, Schœnei, vel ut alii malūt, Iaſii Argivotū regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præſtans, quæ prima aprum Calydonium ſagitta vulneravit. Hęc quum mira corporis velocitate præſtaret, & à nuptiis omninò abhorreret, ſylvis tantùm & venatu ſeſe oblectabat, procisque ſuis curſus certamen propoſuit, in quo victura, mortis pœna: victorem, conjugii ſui præmium ſequeretur. Multis itaq; ſuperatis, tandem ab Hippomene, Veneris conſilio victa, nupſit victori: quumq; in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reverentia, cū illo cōcubuiſſet, in leęnam converſa eſt, & Hippomenes in leonē. Vide fabulā apud Ovid. lib. 10. Met. & Muretū ad Catul. ¶ Fuit & Atalāta, uxor Acaſti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta quū ab eo repulſam tuliſſet, amore in odium cōmutato, Peleū apud virum detulit, quod vim ſibi inferre conatus eſſet. Quamobrē Acaſtus uxoris delationi temerè fidē habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorū in Colchica navigatione ſocius fuerat) in auxiliū vocatis, Acaſtum prælio ſuperavit: captaq; Iolco, Atalantam ſupplicio affecit. Ex Suida. ¶ Eſt & Atalanta, fons in portu Cyphantarum: dictus quòd ibi venatrix fœmina ſitu & ęſtu languida conſederit, & petra venabulo ejus percuſſa, laticem præbuerit, ſicut ſcribit Pauſanias.
Aᵕtălāntē, [ἀτάλαντη Germ *Ein Inſel nahe bey Nigropont gelegen.*] Exigua eſt inſula Euboeæ adjacens, è regione Opuntiorum: cujus meminit Thucyd. lib. 2.
Atarbicis ἀτάρβικις, civitas in Propontide inſula. Steph.
Atargata, apud Strab. lib. 16, deę cujuſdam nomen eſt, quæ apud Aſſyrios colebatur. Ab aliis Atergatis dicitur. Vide infrà.
Atarna, æ, ἄταρνα, Stephano, Vrbs fuit in ora Myſiæ, è regione Lesbi.
Atarnes, ἀτάρνης, Darii Perſarum regis frater, filius Hyſtaſpis, cujus filiam unicam nomine Phratagunam Darius uxorem duxit: ut teſtatur Herod. lib. 7.
Atarphyni, οἱ ἄταρφωοι, Gens magna Arabiæ, Steph.
Aᵕtăx, ăcis, Fluvius eſt Galliæ Narbonenſis, ortum habens ex Pyrenæo monte, qui infunditur in mare Tyrrhenum. Lucan. lib. 1: Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.
Aᵕtē, [ἄτη Pol. *Nedza.* Vng *Vétek, ártalom*] Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fingitur, quæ homines malis implicat, mentes q; ſeducit, & perturbat: cui repellendæ & placandæ Litæ Iovis filiæ oppoſitæ ſunt, quæ tantò ſunt tardiores, quantò noxa eſt gravior. Vide Eraſmum in Adagio: Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit.
Atelos, (quod hìc pro inſulæ nomine depravatè legebatur) vide TELOS.
Aterium ἀτήριον, Civitas Siciliæ, Steph.
Athacus, ci, Genus volucris gradiēs ſuper quatuor pedes, lōgioraq; retrò crura habens, de quo fit mētio apud Leviticū.
Athamanía, Regio Illyriæ, ſècundùm alios Theſſaliæ. Steph.
Athana, Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 28.
Athanes, Fluvius eſt Scythiæ Thraciæ in Iſtrum defluens.
Atharabis. Vrbs Aegypti, Stephano.
Atiſcoti, Populi Britannici.
Atergatis, [ἀτέργατις. German. *Ein Abgōttin der Aſcalonitter in Syrien/mit obenauß ein weibsbild/vndenauß ein fiſch.*] quam & Atergatam & Dercето Strabo lib. 16. appellat, Deæ cujuſdam nomen, quæ apud Aſcalonem Syriæ civitatē colebatur. Hanc Plinius prodigioſam Atergatim vocat, quòd ſimulachrū ejus mōſtro ſimile effingeretur, ſuperiore parte mulierem, reliqua piſcem referens. Hanc ferunt fuiſſe matrem Semiramidis, quæ ob amiſſam pudicitiam tantum animo dolorem concepit, ut ſeſe in lacum præcipitem dederit: quumq; cadaver ejus ab urinatoribus inveniri non poſſet, creditum eſt eam in piſcem fuiſſe transformatam. Quo factum eſt, ut deinceps à piſcium eſu vicini populi religioſiſſimè abſtinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quaſi ἀτεργάνδης, quod Syris ſine, piſcibus ſonat. Macrob. 1. Satur. duo fuiſſe Aſſyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabātur: per Adad nimirum Solem, per Atergatim terram intell. gentes. Vide Cælium Rhod. lib. 23. cap. 5.
Aternus, Fluvius eſt Italiæ, in ora Ferentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticū illabens. Plin. lib. 3. cap. 12. & 13.
Ateſte, Civitas regionis Venetæ ut tradit Plin. lib. 3. cap. 19.
Aᵕthămās, ἀθάμας, Suidæ, Aeoli fuit filius & Thebarum rex, qui Nephelem in uxorē duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed quum Nephele, furore Liberi patris concitata, in ſylvas abiiſſet, Athamas liberis ſuis Ino Cadmi filiam ſuperinduxit novercam: quæ privignos identidem apud Patrem accuſans, eò illos compulit, ut conſcenſo aureo ariete (quem quidam ex Neptuno & Theophane genitum tradunt, & ejus vellus à Phryxo mari conſecratum, poſtremò inter ſydera relatū) fuga ſibi conſulerent Quapropter Iuno irata Furias in Athamantem immiſit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, ut quum Ino ad ſe euntem videret, hanc leænam, & filios ſuos ejuſdem cátulos arbitratus, raptum Learchum ex filiis alterū ſaxo illiſerit. Quod Ino videns cum Melicerta altera prole fugiens, ſe ex rupe in mare præcipitem dedit, & deorum miſeratione in deam marinam mutata eſt: quam Græci quidē Leucothean. Latini autem Matutā appellant. Vide infrà in dictio-

D nc INO.

ne INO. ¶ Hinc Athamantis: id est, Helle ejusdem filia.

Athămanthĭădēs: Id est, Phryxus, Melicertes, vel Learchus Athamantis filius. ¶ Athamas etiam est Thessaliæ mons, ut habet Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Est etiam fluvii nomen, qui decrescente Luna ligna sibi admota incendit, ut autor est Ovid. 15. Metam. Admotis Athamātis aquis incendere lignum Narratur, minimos quum Luna recessit in orbes.

Athamanes, ἀθαμᾶνες, Populi sunt Aetoliæ: de quibus Plinius lib. 4. cap. 2.

Athanasius, [ἀθανάσιος. Ger. Ein frommer Bischoff zu Alexandria.] Præsul Alexandrinus, educatus ab Alexandro ejus civitatis præsule, olim Diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem aufugit. De quo plura Volaterranus.

Athenæ, arum. [ἀθῆναι. German. Die Stat Athen in Griechenland/so von jhrer Hohenschul/auß deren so viel fürbundiger Gelehrter kommen seind/trefflich berümpt gewesen ist.] Civitas Græciæ totius celeberrima disciplinarum omnium altrix, & amplissimarum coloniarum fœcundissima genitrix, in ea Achaiæ parte sita, quæ quòd magna sui parte litoralis est, olim Acte, & deinde Attica vocata fuit, quasi Actica. Hanc Cecrops primus condidit: unde & Cecropia dicta est: postea à Mopso Mopsopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minerva Athenæ. Græci enim Minervam ἀθῆναν dicunt. Horat. 2. Epist. Adjecêre bonæ paulò plus artis Athenæ. Cic. 1. de Orat. Vt omittam Græciã, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit: atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inventa est, & perfecta. Tres autem (ut quidam asserunt) fuêre Athenæ, ab unis Athenæi: ab alteris Atheniẽses: ab aliis Athenopolitæ dicti sunt.

Athēnĭēnsĭs, adjectivum, ἀθηναῖος. Cicer. pro Flacco: Adsunt Athenienses: unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributæ putantur. ¶ Atheniensiũ inconsulta temeritas, Ἡ τῶν Ἀθηναίων ἀβουλία. Quadrat in eos, quibus malè consulta vertunt benè. Nam id olim vulgò tributum est Athenienses, quòd ipsi quidem socorditer consultarent, parumq; prospicerent: verùm Minerva civitatis præses illorum malè instituta benè vertere consuevit.

Athēnæum, ἀθήναιον. Lucos erat Minervæ dicatus, ad quem Poëtæ, aliiq; scriptores Græci scripta sua deferebant, quemadmodum Poëtæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quẽ conveniebant studiosi, ut aut Poëtas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos, aliarúmve disciplinarũ Professores audirent. [Ger Ein ort da man gute Künst pflitteret vñ lehret] Dictum est autem Athenæum, ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς: hoc est, à Minerva, studiorum antistita. Iulius Capit. Postea verò ubi adolevit in Athenæo controversiis declamavit, audientibus etiam imperatoribus suis. Lampridius: Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum vel Poëtarum causa frequenter processit. ¶ Est & Athenæum promontorium Campaniæ non procul à Pompeiis in extrema sui parte Minervæ facellum habens, ab Vlysse conditum Autor Strab. lib. 5.

Athēnæŭs, ἀθήναιος, Cilix Peripateticæ sectæ Philosophus fuit tempore Augusti. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammaticus Naucratites, qui sub M. Antonio claruit, qui libros Dipnosophistarum varia eruditione refertos conscripsit: quos Hermolaus Byzantius in Epitomen contraxit. Plura de hoc vide apud Suidam.

Athenĭōn, ἀθηνίων, Pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthii discipulus, cujus opera numerantur à Plin. lib. 35. cap. 11.

Athenŏdōrŭs, ἀθηνόδωρος, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem quum natura ad iram propliviorem videret, hoc illum præcepto instruxit: Quũ ira, Cæsar, te ceperit, nihil priùs neque dixeris, neque feceris, quàm ipsa quatuor & viginti elementa literarum Græcarum tecum ipse percurreris, & memoria recensueris: ut ita concitatio illa, quæ momentosa est, mente aliò traducta, parvi temporis interjectu languescat. Hic fuit discipulus Dionysii Areopagitæ. Composuit opus varium, quod Διάφορος inscripsit. ¶ Fuit & Athenodorus sculptor eximius. Plin. lib. 34. cap 5.

Athenopolis, ἀθηνόπολις, Oppidũ Massilienſiũ. Plin. li. 3. c. 4.

Athesinus, pen. prod. ἄθησινος, Fluvius effluens è lacu, qui in Apennino est, supra Carnos incumbente, & labitur in Istrium. Autor Strabo lib 4.

Athesis, pen. corr. [ἄθησις. Germ. Ein fluß so von dem Tridentischen Gebirg durch Italiam ins Meer laufft/welchen die Itali, Ades, Germani, die Etsch nennen.] Fluvius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam dividit: deinde per latas Padi paludeis gradiens, non longè à Brundulo portu in Adriaticũ mare influit. Plin. lib. 3. cap. 16.

Athlibis, Vrbs Aegypti, & alia Arabiæ, Steph.

Athmodum, Pars Cecropidis tribus, Steph.

Athochari, Populi sunt Scythici in Asia, Herod.

Athōs, [ἄθως Stephano, Vulgo *Monte sancto*. Germ. Ein hoher spitziger Berg zwischen Thracien vnnd Macedonien gelegen] Mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, ut usque ad insulam Lemnon umbram porrigere dicatur. ¶ Vnde locus factus proverbio: Athos celat latera Lemniæ bovis, Ἄθως κρύπτει πλευρὰ τοῦ ἐκ Λήμνου βοός. Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cujuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Traditur in Lemno bovis fuisse simulacrum ingens, candido facturi lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus intervallo: tamẽ ob summam celsitudinem obscurat umbra sua. Ita dictus à Gigante ejusdem nominis. Situs est hic mons in Cherroneso, quę Chalcidicę regioni angusto isthmo annectitur: quẽ Xerxes bellum Græciæ inferens, perforavit, montemque ipsum à continente abscidit. Huc alludit Iuven. Sat. 10: - creditur olim Velificatus Athos. Servius in illud Virg. 12. Aeneid. Quantus Athos, aut quantus Eryx. Athon metri necessitate, non Athos legendum præcipit: existimans nimirum posteriorem syllabã corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Græcos ἄθως scribatur per ω magnum.

Athrys, hujus Athrys, fluvius est Thraciæ in Istrum fluens.

Athymbra, Vrbs Carię juxta Menandrum, ab Athymbro cõdita, & Nysa postea dicta. Steph.

Athyras, Portus & fluvius juxta Byzãtium, & sinus quidam, & fluvius Scythiæ, Steph.

Atĭmētŭs, pen. prod ἀτίμητος, Libertus Cæsaris fuit, ut deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quem Homonææ uxori suæ defunctæ posuit cum elegantissimo Epithaphio: cujus exemplum videto infrà in dictione HOMONAEA.

Atīnă, pen. prod. ἀτῖνα, Civitas juxta Pontinas paludes: dicta à moribus, qui Græcè ἄτται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Mart. lib. 10: Quo cive prisca gloriatur Atina. ¶ Inde Atinates populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Atintania, ἀτιντανία, Pars Macedoniæ, ab Atintane Macedonis filio dicta, Steph.

Atiscoti, populi Britannici.

Atlantĭcæ Insulæ. [ἀτλαντίδες νῆσοι. Vulgò *Insũlæ beatæ*.] quas Beatas vocant: septem quidem hæ sunt, parvo inter se divisæ mari, decem millibus stadiorum ab Atlante distantes. Imbres illic rari, mediocres q;: venti autẽ plurimùm suaves ac roriferi. Solum verò pingue: nec arari ullo modo, plantarive desyderat, sed etiam ex se absq; ullo humano studio fructum producit, dulcem quidem & otiosam multitudinem nutrire sufficientem. Aër syncerus, ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti, ut Boreas & Aquilo, propter longinquitatẽ per vasta & inania incedentes spatia fatigantur, & deficiunt priusquam ad eas insulas pervenerint. Qui verò à mari perflant Argestę & Zephyri, raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferũt. Plurima verò per humiditatem aëris cum summa facilitate nutriunt, ut etiam apud Barbaros increbuerit fides, ibi Elysios campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata).

Atlās, antis. [ἄτλας. Germ. Ein König in Mauritania/des sternensehens vnd der kunst von des Himmels lauff wol berichtet] Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cœlum sustinuisse dicitur, quòd primus cursum Solis & Lunæ, syderũq; omnium versationũ rationes, vigore animi, solertiaque deprehenderit. Hic fuit Promethei frater, qui quũ monitus esset oraculo, ut caveret à Iovis filio, nullũ hospitio suscipiebat: quod Perseus Iovis ex Danaë filius indignè ferens, ostendit ei caput Gorgonis, quo cõspecto Atlas in montẽ conversus est tàm excelsum, ut ejus cacumen cerni nequeat. Hinc factus est locus fabulæ, ut Atlas rex Mauritaniæ cœlũ humeris suis fulcire dicatur. Ferè è medio monte nubes incipiunt: hyeme & æstate nivem habent. Columnam cœli indigenæ appellant. ¶ Atlas cœlum, Ἄτλας τὸν οὐρανὸν, Subaudiendum ὑπεδέξατο: id est, sustinuit. Dici solitum de iis, qui sese magnis & molestis involvunt negotiis, ipsiq; sibi malũ accersunt. Nam hic Cœlum hospitio excepit: deprehensus autem quod illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum. ¶ Ab eo monte populi incolẽtes Atlantes dicũtur, qui soli sunt anonymi: hoc est, sine nominibus: nam in universum Atlantes nominantur: singulis nullũ proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentemq; dira imprecatione cõruentur, ut exitialem ipsis, agrisq;. Neq; insomnia visunt qualia reliqui mortales. Plinius, Solinus, Herodotus autores. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quę Nilus. August. lib. 18. de Civit. Frater Promethei Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur: unde occasionẽ fabula invenit, ut eum cœlũ portare confingeretur: quanvis mons ejus nomine nuncupetur, cujus altitudine potiùs cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Diod. lib. 4: Ferũt Atlantem astrologię fuisse peritissimũ, decq; sphæra primùm inter homines disputasse: qua ex re visus est cœlũ suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphæræ inventione. Scribunt quidã duos esse montes in Mauritania Atlantes dictos: alterum columnis

lumnis Herculis viciniorem: alterum in interiore Libya. Remotior ab Atlante rege in eum converso dictus est, quem cœli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memorãrunt. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ uxoris Coryti. ¶ Alter rex Arcadiæ & pater Majæ, ex qua natus est Mercurius. ¶ Tertius Maurus, qui dictus est Maximus. Hic primus navim cõstruxit, navigavitq; ¶ Sumitur nonnunquã a Poëtis Atlas pro hominis simulacro, sustinente columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad similitudinẽ Atlantis cœlum humero torquẽtis, qui etiam Latino vocabulo Telamones appellantur. Fiebant aũt ferè gibbosa figura, more eorũ, qui onera dorso gestant: erátque omninò duo, interdum aversi, interdum se invicem spectantes. Martialis: Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. ¶ Est & Atlas, teste Herodoto, lib. 4: Fluvius ex Hęmo mõte nascens, & Aquilonem versus in Istrum defluens.

Atlāntĭcŭs, a, um, ἀτλαντικός: ut, Atlanticum mare: id est, ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlãnte monte, qui eam Oceani partem respicit. Cic. de Somnio Scipionis: Omnis terra quę colitur à vobis, parva quædã insula, circunfusa illo mari, quod Atlanticũ, quod magnum, quod Oceanum appellatis in tetris. *Mar Oceano.*

Atlāntēŭs, a, um, pen. prod. Horat. 1. Carm. Atlanteusque finis Concutitur. Plejades Atlãnteæ, apud Ovid. 3. Fastor.

Atlāntĭădēs, ę, & per epenthesim Atlãtiades. ἀτλαντιάδης, ἢ ἀτλαντιάδης. Patronymicum masculinum: quo Poëtæ utuntur pro Mercurio Majæ filio & nepote Atlantis. Ovid. 8. Metam. Venit Atlantiades positis caduciser alis.

Atlāntĭs, idis, sive Atlantias, adis, ἀτλαντὶς, ἢ ἀτλαντὰς, Patronymicum fœmininum, significans filiam vel neptem Atlantis. Virgilius octavo Aeneid. -Electra Atlantide cretus. Silius libro 16: Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum. Vbi Atlantiades sorores vocat Plejades: de quibus suprá. ¶ Atlantides, ἀτλαντίδες, Vergiliæ dictæ sunt: Atlas enim ex Plejone Oceani filia, ut ait Higinus (ut alii, Deucalionis) habuit quindecim filias, quæ uno vocabulo Atlantides dicuntur. Verùm quinque ex his Hyades sunt nominatæ, à fratre Hyante à sororibus plurimùm dilecto: reliquæ Plejades à mãtre dictæ. ¶ Vergiliæ dicuntur: quia cũ Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissimè apparent: septima verò, quia Sisyphò nupsit, non videtur. Cicero ait Hyadas à pluendo dictas. Nostri Suculas vocant à suibus: quoniam sues luto gaudent. Indicant enim pluvias.

Atōssă, ἄτοσσα, Filia fuit Cyri, quæ primùm Cambysi, & post ejus mortem Dario nupsit. Herod. lib. 3.

Atramĭtæ, Populi Arabiæ fœlicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Atrani, Populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Atratinus, Oratoris nomen est, qui Cælium accusavit, defendente Cicerone.

Atrax, ἄτραξ, Fluvius Aetoliæ: à quo Atraces quidam populi cognominati sunt; ut scribit Plin. lib. 4. cap. 2. ¶ Est item Atrax, Thessaliæ oppidum à quo Hippodamia Pirithoi uxor Atracis Ovidio dicta est: & Atracia ars, Statio pro Magia, quæ apud Thessalos plurimùm viguit.

Atrăcēs. pen. corr. ἄτρακες, populi sunt Aetoliæ, quibus nomen dedit Atrax fluvius per agrum eorum in mare Ionium illabens, teste Plin. lib. 4. cap. 2.

Atrăcĭs, idis, ἄτρακις, Gentile fœmininum ab Atracibus deductum, Aetoliæ populi: aut etiam ab Atrace Thessaliæ civitate. Vnde Ovidius Hippodamiam Pirithoi uxorem Atracidem vocavit. Atracis (*inquit*) ámbiguos traxit, in arma viros.

Atrăcĭŭs, a, um, ἀτράκιος, poss. ssivum deductũ ab Atracia Aetoliæ regione: sive ab Atracæ Thessaliæ oppido. Vnde Atraciam artem Statius appellavit Magiam, quæ apud Thessalos plurimùm viguit. Sic enim habet ille lib. 1. Thebaid. -qualis per nubila Phœbes Atrácia rubet arte color.

Atræ ἄτραι, Civitas inter Euphratem & Tigrim, Steph.

Atrebates. [German. Völcker des Niderlandts / so gemeinlich Artas oder Artois genennet werden.] Appellantur à Cæsare populi inter Belgas, quos hodie *Arteſienſes* vocamus. Vulgò *Artas*, vel, *Artois*.

Atrĕus, dissyllabum, ἀτρεύς, Pelopis & Hippodamiæ filius fuit, pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipso Atridę dicti sunt. Fratrem habuit Thyestem, qui fratris uxori stuprum intulit. Atreus verò fratri filium epulandum apposuit. Ob quæ facinora, Sol, ne polluueretur, cursum retrorsum dicitur convertisse. ¶ Hinc proverbiali figura dicimus, Atrei oculi, Ἀτρέως ὄμματα, de torvo truculentoque aspectu. His enim oculis in Tragœdiis inducebatur Atreus.

Atrĕus, a, um, ἀτρεῖος, Adjectivum est, trium syllabarũ. Statius Theb. I precor, Atrei siquid tibi sanguinis unquam.

Atrĭdēs, dæ, pen. prod ἀτρείδης, pluraliter Atridę, arum, Atrei filii, Agamemnon & Menelaus. Virgil. 1. Aeneid. Atridas, Priamumq;, & sævum ambobus Achillem, Atrides minor, & major. Ovidius 12. Metamorph. Non minor Atrides, non bello major, & ævo. ¶ Non soli Atridæ amant uxores. Dici solitum, quoties significabimus suam cuique dolere injuriam, contumeliam aut damnum: nec oportere quenquam impunè lædi. Homer. Iliad. 1: Ἦ μοῦνοι φιλέισ' ἀλόχους, μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδηι: id est, Num solis hominum Atridis affectus, amorq; Vxorum est.

Atria, Oppidum fuit insigne Tuscorum, portam habens insignem non procul à Padi ostiis: à quo vicinum mare Atriaticũ vocatum est, & postea Adriaticum. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Atropatia, ἀτροπατία Stephano, Altera est ex partibus Medię: ita dicta ab Atropato duce qui eam à Macedonum vi tutatus est. Media enim in duas distributa est partes: quarum altera Media major appellatur: cujus metropolis sunt Ecbatana. Altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Vide Strab. lib. 11.

Atropatus, ti, ἀτροπατος, Vide ATROPATIA.

Atrŏpŏs, pen. corr. [ἄτροπος Ger. Eine auß den dreyen Göttinẽ des Lebens so den faden des Lebens abschneidet.] Vna ex tribus Parcis: ita dicta quasi immutabilis, quòd ad nullius preces convertatur. Copiosiùs in dictione PARCAE.

Attæa, ἄτταια, Stagnum in Bœotica urbe Phrygiæ, salem producens, Steph.

Attalis. Tribus est Attibæ, Steph.

Attacum, ἄτταγον, Hispaniç oppidum in tractu Celtiberorum. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Attă ἄττα, Civitas Arabiæ fœlicis, autore Ptol. lib. 6. cap. 8.

Attabes, & Numenius Iatrones fuerunt famosissimi, adeò ut Proverbio locũ fecerint: Convenerunt Attabas & Numenius.

Attălŭs. penult. cor. ἄτταλος, Nomen Pergami regis, pecuniæ ditissimi, & splendidæ, abundantiq; supellectile: à quo omnia magnifica, Attalica dicta sunt: ut inquit Plin. lib. 8. cap. 48. Propertius: Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. Hic quũ liberis careret, populum Romanum testamento suo hæredem instituit. ¶ Fuit & Attalus nomen medici, cujus meminit Plin. lib. 32 cap. 8

Attalĭa, ę ἀτταλεια Stephano Oppidum est Aeolidis, apud Plinium libro 5. capite 30. ¶ Item alterum in Pamphylia: cujus meminerunt Ptolemæus libro 5. capite 5, & Strabo libro 14. Vulgò *Satalia.*

Attalyda, ἀτταλύδα, Vrbs Lydię, condita ab Atthide post mortem ejus à filio Lydo. Steph.

Attĕĭŭs Philologus, Libertinus Athenis natus, quem Capito Atteius Iurisconsultus ejus patronus, inter Grammaticos rhetorem, & inter rhetores Grammaticum fuisse ait. Eum juvisse scripta Salustii in componẽdo autor est Pollio. Coluit familiarissimè Salustium, eoque mortuo; Pollionem. Autor Tranquillus.

Attellă, ἄτταλλα, Oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc *Aversam* dicimus.

Attēllānŭs, a, um, adjectivum. Cicero Cluvio: Loquutus sum de agro vectigali municipii Attellani. ¶ Attellani histriones; ab Attella oppido dicti. Cic. in Epist. fam. Quando tu secundum Oenomaum Accii, non ut olim solebas Attellanum, sed ut nunc fit, mimum introduxisti.

Attēllānĭŭs, a, um, aliud adjectivum. Cicero 2. de Divinat. Totum omninò fatum etiam Attelliano versu jure mihi esse irritum videtur.

Attēllānæ, ἀτταλλανὰ δράματα, Latinę sunt fabulę, quæ ab Attella Oscorum civitate sumptæ fuerunt, in quibus ridiculę personæ inducebantur, & argumẽtis, dictisq; jocularibus respõdebant Satyricis fabulis Græcis. Propriè autẽm Attellanicum dicebatur exordium. Liv. lib. 7: Iuventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit, quæ exordia postea appellata, consertaq; fabellis potissimùm Attellanis sunt: quod genus ludotum ab Oscis acceptum tenuit juventus.

Atthĭs, idis, ἀτθὶς, Cranai filia, à qua regio Attica (ut quidam existimant) dicta est, quũ priùs Actica ab Actæone diceretur: sive ab Acteo rege, ut Favorino & Lycophroni placet: sive ab ἀκτὴ. quod litus significat: propterea quòd ea regio, sicut scribit Strabo, magna ex parte litoralis sit. Qua voce etiam utuntur Latini. Virg. 5. Aen Ár procul in sola secretæ Troades acta Amissum Anchisen flebant. Præcipuæ regionis hujus civitates fuerũt Athenę, Eleusis, Marathon, & aliç nõnullæ. ¶ Atthidem prætereà Poëtæ Lusciniam appellant, ad fabulam nimirum respicientes, qua Philomela Pandionis Athenienſium regis filia in hanc avem dicitur esse transformata. Martial. Sic ubi multisona fervet sacer Atthide lucus.

Attĭcă, ἀττικὴ, Regio est Achaiæ, ab agro Megarensi usque ad Sunium promontorium extensa: olim Acte appellata, & Actica, quòd maxima ex parte litoralis sit, teste Strab. libro 9. Vrbes præcipuas habet Athenas, Eleusinem, Marathonem, & alias nonnullas.

Attĭcŭs, ca, cum, ἀττικὸς, Quod ex Athenis est, vel quod ad Athenas pertinet: ut, Regio Attica. ἀττικὴ. ¶ Atticus advena,

Ἀτάκτους πάροικους. In violentos & feroces vicinos dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quòd olim finitimos è sedibus suis exigere cõsueverint. Craterus inde manasse putat quòd Athenienses, qui Samũ missi fuerant, indigenas expulerint. Arist. lib. Rhet. 3: Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod asciti sunt, ut superiores ejiciãt. ¶ Attica bellaria, Πέμματ' Ἀττικά: de cupediis. Transferri potest ad rem quãcunq; majorem in modum suavem ac jucundam. Plat. Polit. lib. 3. ¶ Lepos Atticus, Attica eloquentia pro summa. Terent. Eunuch. Dixin' in hoc Atticam esse eloquentiam? ¶ Huic finitimum est Attica musa, Ἀττικὴ μοῦσα: pro venusta, lepidaq; oratione. Nam inter dicẽdi genera laudatur in primis Atticum. ¶ Atticus testis, Ἀττικὸς μάρτυς, legitur in Collectaneis Diogeniani pro probatissimo atq; incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiam torqueat in testem vanum, non inconcinnè dixerit. ¶ Attica fides, Ἀττικὴ πίστις, legitur apud eundem de minimè vanis, minimeq; perjuris: inde natũ, quòd apud Atticos templum esset, Fidei deæ constructum, cujus etiam meminit Plautus in Aululatia. Velleius Paterculus Hist. 2: Adeò enim certa Atheniẽsium in Romanos fides fuit, ut semper & in omni re, quicquid syncera fide gereretur, id Romani Attica fieri prædicarent. ¶ Atticus in portum, Ἀττικὸς ἐς λιμένα: In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent ubi tutum est, atque ubi nihil opus. Ἀ nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri, ostẽtandi sui gratia, magnificè sese gerebant: in ipsa re: hoc est, in prælio navali, non perinde strenui.

Ἀττικὲ. adverb. ἀττικῶς: ut Atticè loqui: hoc est, lingua Attica. Cic. de Clar. Orat. Nam si quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè nisi Atticum probat neminem.

Ἀττικῐσμῠ́s, ἀττικισμὸς, Est quædam peculiaris Attici sermonis elegantia. Cic. de Clar. Orat. Et ille Latinus Atticismus ex intervallo regustandus.

Ἀττῐκῐ́ssō, as, Atticè loquor, ἀττικίζω. Plautus: Nõ Atticissat, sed Siculissat Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatissimè loquebantur: ita Siculi omnium pessimé. Vnde etiam Cic Q Cæcilium irridet, quòd linguam Græcorum nõ Athenis, sed in Sicilia didicisset.

Attílius Regulus. [German. Ein Burgermeister zu Rom/welchen die Carthaginenser durch list im Krieg fiengen.] Consul Romanus, qui primo bello Punico quum Carthaginienses sæpè vicisset, tandem per insidias captus, & postea Romam missus est à Carthaginiensibus pro permutandis captivis: sed quum Romam venisset, ipsemet permutationem dissuasit, & Carthaginem rediens, crudelissimè est necatus. De hoc multa Cicero lib. 3. Offic.

Attropatía, Vide ATROPATIA.

Atuacutum, ἀτουάκουτον Ptolemæo, urbs est inter Tungros, post Tabullam flumen sita. Sunt qui Antuerpiam esse credãt: sed hoc Ptolemæi descriptioni non convenit. Antuerpia enim sita est ad Scaldem fluvium, qui etiam à Cæsare eodem nomine dicitur. Oceaniq; æstu alluitur. Tungri verò in Mediterraneo sunt, multùm à Scalde dissiti. Vide Becani Origines.

Atura, Oppidum est Galliæ Aquitanicæ.

Aturía, ἀτυρία, pars Assyriæ, in qua Ninus civitas est. Strabo ab initio lib. 19.

Aturíus, Galliæ fluvius, teste Ptolem. vulgò Le Dou.

Attyla, [ἀττίλας. Ger. Ein mechtiger vnd grimmer König der Hunnen. Vng. Hatalmas Atilla király.] Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere, qui subacta Pannonia, Italiam ingressus, Aquileiam subvertit: & in Germaniam transiens, plurimas vastitates ædidit: indeq; domum reversus, dum novis nuptiis operam dat, vino plenus effuso è naribus multo sanguinis suffocatus est. Hic tot cladibus rem Christianam afflixit, ut apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.

Ἄττῠς, ἄττις, Apud Poëtas pueri formosissimi nomen est, quem Cybele casto amore adamavit, eumq; sacris suis præfecit ea lege, ut perpetuò castitatẽ conservaret. Sed quum postea voti sui parùm memor, Sangaritidem nympham compressisset, ab irata dea in furorem actus, testes sibi execuit: quumq; etiam manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinũ arborem mutatus est. Vide Ovid. lib. 10. Metam. ¶ Atys alius fuit Crœsi, Lydiæ regis filius, qui quum antea semper mutus fuisset, in eo tándem prælio, quod Lydię servitutẽ attulit, quũ Cyri militem videret sublato ense patri suo cædem illaturum, nimia loquẽdi cupiditate linguæ vinculũ abrupit, claraq; voce patris sui interitum deprecatus est. Autor Herod. libro 1. ¶ Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta est: & Tyrrhenũ à quo Tyrrheni appellati sunt, de quibus Strab. lib. 5. ¶ Atys alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptiis occisus est à Perseo: corripit autem primam Ovid. lib. 5. Metamorph. - erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita Lirãniace vitreis peperisse sub undis Creditur.

Atÿs Sÿlvíŭs, Albæ Sylvii filius, quem Eusebius Aegyptum Sylvium vocat. Hic quũ vigintinovem annis regnasset, Capy filio relicto, diem clausit.

A ante V.

Avalítes, sinus, αὐαλίτης κόλπος, in dextra parte rubri maris: Vide ABALITES, Stephanus.

Avalla, Vide ABELLA.

Avantíci, [αὐαντικοί. Germ. Wiflispurg.] Ptolemæo, populi Helvetiis finitimi, quos Ptolemæus lib. 2. cap. 9. inter Sequanos collocat.

Avarícum, Oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus cinctum: de quo multa apud Cæsarem de bell. Gall. Sunt qui credant hoc oppidum esse, quod Galli vocant Vierron en Berry.

Avasís, αὔασις, Vrbs Aegypti, quæ & Oasis vocatur: causam nominis vide apud Steph.

Avatha, vel Avara, αὔαθα, ἢ αὔαρα, τὰ, Oppidum. συνωνύμως est Arabum. Steph.

Auctonus, filius Apollinis & Cyrenes Penei filiæ.

Aucula, Vrbs Tuscorum Ptolemæo: alii Aquula.

Avelburgum, Marchiæ Brandenburgensis.

Avella. Vrbs est Campaniæ, Vide in APPELLATIVIS.

Avenío, onis. [αὐενίων Stephano: Vulgò, Avignon. Ger. Avignon ein provintz dem Bapst zugehörend.] Oppidum est Narbonẽsis Galliæ, ad Rhodanum, Cavarum metropolis: de quo Plin. lib 3. cap. 4. Hodie Pontificię ditionis est, Clemẽti enim sexto ejus nominis Pontifici, urbem hanc cũ vicino agro vendidit Iohanna Siciliæ regina: ut est videre apud Volaterranum.

Ā̆ventīnŭs, ni, pen. prod. [αὐεντῖνος. Ger Einer auß den fiben Bnheten in der Statt Rom an dem die Tyber vnden hin laufft.] Vnus ex septem urbis Romę montibus, cujus radicem Tyberis prę-terlabitur: ita dictus ab avibus (ut ex sententia Nævii refert Varro) quarũ ob situs opportunitatem, amnisq; vicinitatem maxima ibi copia erat. Vel ab Aventino Albanorũ rege, qui in eo extinctus est, & sepultus. ¶ Vel ab adventu hominũ, qui ad Dianæ templum, quod eo in mõte à communi Latio cõditum fuit, cõmeabant. ¶ Vel ab advectu: quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons reliquis paludibus discretus. Vnde ratibus ad eum advehebantur, quadrantẽ pro naulo persolventes. ¶ Fuit item Aventinus, cognomento Sylvius, Albanorum rex, Romuli Sylvii filius, & pater Procæ, à quo nonnulli Aventino monti (in quo sepultus est) nomen factũ existimant. ¶ Est prætereà Aventinus apud Virgil. 7. Aen. nomen filii Herculis ex Rhea, qui Turno adversus Aeneam suppetias tulit.

Ā̆vĕntīnŭs, na, num, adjectivum: ut Arx Aventina, apud Ovid. 6 Fast. Et Aventinum jugum apud eundem lib. 3.

Ā̆vĕrnŭs, ἄορνος, gener. mascul. in plurali Averna, orum, Lacus Campaniæ, prope Bajas, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen esse rudis vetustas credidit. Vulgò Lago de Tripergola. Vnde & pro inferorum sede à Poëtis usurpatur. ¶ Dictus Avernus, quasi ἄορνος: hoc est, avibus carens, sive quòd aves supervolantes gravi ejus odore enecẽtur: sive quòd sulphureæ exhalationes aërem usque adeò extenuent, ut aves sustinere non possit. Lucr. lib. 6: Principio quòd Averna vocant, non nomen id ab re Impositum est: quia sunt avibus cõtraria cunctis. Strab. lib. 6: Contiguus Bajis Lucrinus abest sinus, intra quem Avernus est.

Ā̆vĕrnŭs, a, um, adjectivum. Ovid. 17. Metam. Ne flectat retrò sua lumina, donec Avernas Exierit valles. Virg. 2. Georg. Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Avernis.

Ā̆vĕrnālĭs, le, adjectivum: ut, Aquæ Avernales. Horat. 5. Epod. Avernales nymphæ, Ovid. 5. Metam.

Ā̆vĕrrūncŭs, ci, Dei nomen erat apud Romanos, qui mala averruncare: hoc est, depellere, atq; avertere putabatur. ἀποπομπαῖος. Cujusmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos idcirco ἀλεξικάκους, ἀποτροπαίους, & ἀπωτροπαίους appellabant. Pacuvius apud Varr. lib. 6. de ling. Lat. Deus qui meis rebus præest Averruncus.

Aŭfēĭă aqua, Olim dicta fuit, quæ postea Martia dici cœpit, omnium aquarũ toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris, salubritatisq; laude cæteris prælata. Oritur in ultimis montibus Pelignorũ: transit Marsos & Fucinũ lacum, Romã nõ dubiè petens: mox specu mersa, in Tyburtina se aperit, novẽ millium passuũ fornicibus perducta. Primus eam in Vrbẽ ducere auspicatus est Ancus Martius, unus è Regib. postea Qu. Martius rex in Prætura: à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, quum anteà Aufeia diceretur. Hæc ferè Plin. lib. 31. cap. 3.

Aufĭdēnă, æ. penult. prod. αὐφιδηνᾶται, Oppidum est in quarta regione Italiæ, sub Ferentanis situm, teste Ptolemæo, libro 3 capite 1.

Aufĭdēnātēs, αὐφιδηνάται, Populi, quorũ Plinius inter Samnites meminit, lib. 3. cap. 12.

Aufĭdĭŭs, Cognomento Lurco, qui primus pavones saginare aggressus

re aggressus est, ex eo quæstu reditum sexagenorum millium sestertiorum percipiens. Autor Plin. lib. 10. cap. 20. ¶ Aufidius Bassus, nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.

Aufĭdus, di, pen. corr. αὔφιδος. Straboni, Fluvius est in Hirpinorum montibus nascens, & præter Canusium in mare Adriaticum influens: quem ex Clade Cannensi Romanorum sanguine aliquandiu rubuisse, tradit Livius in tertio bello Punico. Vulgò *Fanto in terra de Barry.*

Augă, æ, vel Age, es, vel Augea, æ, αὐγη, ἡ αὐγέα, Mater fuit Telephi, quam Euripides dicit ab Alæo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impositam, & in mari demersam esse: sed Palladis providentia urnam ad Cayci ostia transmissam evasisse, & Augem à Teuthrante exceptam, eidē nupsisse illumq; Telephum pro filio educasse, & regni successorē instituisse. Verba sunt Strab. lib. 13. Aliter Diodorus lib. 5: Auge (*inquit*) mater Telephi fuit ex Hercule, quę à patre deprehēsa gravida esse, nauclero cuidam tradita est submergenda. Sed antequam ad mare perveniret, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui postea invētus est à pastoribus Coritho regi datus est, & Telephi nomine appellatus, quòd à pastoribus inventus esset pendens ab uberibus cervæ. Auge verò à mercatoribus, qui illam à nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem regem delata est, ubi postea à Telepho filio fuit agnita.

Augasii, αὐγάσιοι, Populi sunt inter Massagetas, apud Steph.

Augeas, αὐγέας Suidæ, Atheniensis Comicus fuit, ut est autor Athenæus. ¶ Fuit & Augeas Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Vide infrà AVGIAS.

Averni Vide ARVERNI.

Augia, sive Augea, penult. prod. αὐγῆα Stephano, Nomen est duarum urbium, quarum altera in Locride est, cujus in Catalogo navium meminit Homerus: altera in Laconia.

Augias, sive Augeas, pen. prod. αὐγέας, Nomē regis Eleorum ab Hercule interfecti. Huic bubile erat capiens tria boum millia, nunquam repurgatum ante Herculis adventum, unde etiam inter Herculis labores enumeratur hujus stabuli repurgatio. ¶ Augiæ stabulum repurgare, proverbialis allegoria in hominem aut in rem majorem in modum inquinatam Græci sic efferunt, Αὐγέου βουστάσιον. Lucian. in Pseudomante.

Augila, αὔγιλα, Vrbs Libyæ, Steph.

Augŭstă Cæsarea, Vrbs est Hispaniæ citerioris.

Augusta Cæsaria, αὐγύστα, Vrbs supra Iberum sita. Distat à Numantia ad 80. stadia.

Augusta Emerita. [Vulgò *Medina de Rioseco.* German. Ein Stat in Portugal.] Civitas Lusitaniæ, quæ à militibus emeritis conditoribus & Augusto nomen sortita est. Nam ut Diomedes refert, quo tempore Cæsar Augustus Cantabris & Asturibus devictis in Italiam rediret, reliquit milites qui supra ætatem forent, atq; concessit ipsis, ut in Lusitania Augustam Emeritam condèrent.

Augusta Vindelicorum, Germaniæ urbs est celeberrima ad Lycum amnem sita, quam Germani sua lingua Augspurg vocant.

Augusta Trevirorum. [Vulgò Trier à Germanis dicitur: à Gallis *Trevers.*] est metropolis Trevirorum ad Mosellam flumen sita.

Augusta Rauracorum, Germaniæ urbs celebris, ad Rhenum sita, quæ jam Basilea dicitur: à Germanis vulgò Baset: à Gallis *Basle.*

Augustodunum, Heduorū metropolis, quam Galli sua lingua *Autun* vocant.

Augustoritum, αὐγουστόριτον Ptolemæo, Vrbs est Pictonum, quam Gallicè, *Poictiers* vocamus.

Augustæ, [German. Ein nam der Römischen Keyserinen.] Conjuges dicebantur Imperatorum. Divæ autem post mortem tantùm. Augustarum nomina hæc sunt, Livia Augusti, Agrippina Agrippæ filia, uxor Germanici, Lepida Galbæ, Pompeja Sabina Othonis, Petronia Vitellii, & reliquæ quas enumerat Volater. lib. 14.

Augustæ, αὔγουστα, Vrbs in Cilicia, & in Italia, Steph.

Avia, vel potiùs Livia, Vrbs Hispaniæ. Ptol. vulgò *Villalon.*

Aulæ, αὐλαὶ, Navale Cilicum inter Tarsum & Anchialē, Steph.

Aulerci, apud Cęsarem, Galliæ Celticæ populi sunt, ad Oceanum siti, inter civitates Armoricas. Orontius credit eos esse, quos hodie vocamus *Rhotomagenses*, Vulgò *Roan.*

Aulis, lidis, αὐλὶς, Regiuncula est saxosa Bœotiæ, è regione Chalcidis oppidi Eubœæ, unà cū oppido ejusdem nominis, quod portū habet exiguum, quinquaginta nón ampliùs navium capacem. Huc Græcorū classem convenisse ferunt, Trojanis bellum illaturam: ibidemq; maris tempestate retentum Agamemnonem filiam suam Iphigeniam Dianæ sacrificasse. Strab. tamen lib. 9. placet, nō in hunc portum tam angustum, Græcorum classem coactam fuisse, sed in alterum majorem & profundiorem, qui Tanagræorum vico proximior est. Meminit etiam Virg. lib. 4 inquiens: Non ego cū Danais Trojanam excindere gentem Aulide juravi, &c. Lucanus genitivum nominativo similem facit, dicens: Euripusq; trahit cursum mutantibus undis Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim. Cujus meminit etiam Homer. lib. Iliad. 2.

Aulŭs, Fuit conditor Sinopis, & comes Iasonis apud Strabonem: tertius athleta nobilis pancratiastes, cujus statuam in foro fuisse autor est Pausanias. Meminit & Plin. hujus artificis lib. 34 cap. 8.

Aulocrene, nes, penult. prod. Reguncula minoris Asiæ, in cōventu Apameno, per quā ab Apamia in Phrygiā itur. Ibi Platanus ostenditur, ex qua pependit Marsya victus ab Apolline. Plin. lib. 16. cap. 14, & lib. 15. cap. 29. ¶ Auloi, vide VNGVES.

Aulōn, apud Steph αὐλών, Vrbs est Laconica, una ex centum: & alia Arcadiæ, & alia civitas, vel locus Cretę: item Arabię locus, & alia à Crotoniatis condita, Caulonia etiam dicta. Hæc nimirum est quam in monte Calabriæ esse diximus. Vide infrà CAVLVM & CAVLON.

Aulōn, αὐλών, Mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni vini. Mart. libro 13: Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon. In eo est & oppidum ejusdem nominis. ¶ Est & nomen duarum urbium, quarum una est in Macedonia, alia in Cilicia.

Avo, Pomponio, Avus Ptolemæo, Fluvius est Hispaniæ citerioris, qui Celetinorum populorū supra Bracaras & Gronios agrum alluit. Vide Melam, lib. 3, & Ptol. lib. 2. cap. 6.

Aurās. αὖρας, Fluvius ab Hęmo in Istrū defluens, Herodot. li 4.

Aurēlĭa, æ, αὐρηλία, Nomen matris Cæsaris Dictatoris: ut est videre apud Sueton. in Cæsare. ¶ Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit, à Sabinis (ut Festo credimus) oriunda, cuī locus publicè designatus erat, in quo Soli sacra faceret. ¶ Ex hac Aurelii pleriq; illustres Romani originem traxerunt, primùm Auselii dicti, sicut Papisii, qui postea Papyrii. ¶ Est & Vrbs Galliæ. [Vulgò Orleans in Franckreich.]

Aurígda, Ptol. Vrbs Cyrenes.

Aurora, Vide in APPELLATIVIS.

Aurūncă, Latii civitas fuit, Ab Ausone Vlyssis & Calypsus filio condita, à qua Aurunci dicti fuerunt vetustissimi Latii populi, quorum meminit Plin. lib 3. cap. 5.

Ausa, Civitas est Hispaniæ, Ptolem. ¶ Est etiam parvus amnis Cornica Aquileiam civitatem circunfluens, olim Alsa dictus. Dom. Mar. Niger. lib. 7.

Ausci, Populi sunt Aquitanię in Gallia. Plinius libro 4. cap. 19. Vulgò *Aux.*

Auser, vel Auseris, Fluvius est Hetruriæ, non procul à Luca. Strabo lib. 5, Aesarem vocat. Vulgò *Serchio.*

Ausigda, gen. neu. αὐσίγδα. Vrbs Libyę (Hecatęus insulam esse scribit) Steph.

Ausitis, idis, αὐσῖτις, Regio, quæ Hebraicè dicitur עוץ *huts* seu *Hus*, in qua natus est Iob.

Ausŏnĭă. αὐσονία, Olim pars Italiæ dicebatur, in qua sunt Beneventum, & Cales: ita dicta, teste Festo, ab Ausone quodam Vlyssis & Calipsūs filio, qui & Auruncam traditur cōdidisse. ¶ Hujus regionis incolę propriè Ausones, αὔσονες dicti sunt, & Ausonii: quanquam id nomen postea toti Italiæ fuerit communicatum. Vide Dom. Mar. Nig.

Ausŏnĭus, αὐσόνιος, Sophista, scripsit epistolas & alia quędā, ad Nonnum, ut ait Suidas. ¶ Fuit & Ausonius poëta Gallus, patria Burdegalensis; cujus extant epigrammata & opuscula quædam.

Ausŏnium, mare, [αὐσόνιος πόντος, ἢ αὐσόνιον πέλαγος. Ger Das Meer so vō Auffgang an Sicilien flosset.] Ionii maris pars, est quæ ab Orientalis Siciliæ parte usque ad Salentinos extenditur, in tres divisa sinus, ut ex Polybii sententia tradit Plinius libro 3. cap. 5, & 10. Strabo lib. 5. alio nomine Siculum mare vocari testatur. Ausonium autem dictum putatur, ab Ausonibus populis, qui eo in tractu primùm habitarunt, autore Plin. lib. 3. cap. 10. quod tamen loco jam citato negat Strabo. Festus ab Ausone quodam Vlyssis & Calypsūs filio mari huic nomen factum existimat.

Austrania, Insula est in Oceano Septentrionali, aliàs Glessaria dicta. Plin. lib. 4 cap. 13.

Austrĭa, [Ger. Oesterreich. Pol. *Rakuska ziemia.*] Regio est Germanię ad Danubiu, olim Pannonia superior dicta, Metropolim habens Viennam, frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam.

Ausugani, Populi sunt inter Feltriam & Tridentum, ab Ausugo oppido dicti, nunc *vallis Sugana* vulgò appellari solet, ubi lanæ copia fit.

Autander, αὐτανδρος, Filium habuit Tagiram. Stephan. in Tauchira.

Autariatæ, αὐταριάται Stephano, populi in Illyrico bellicosissimi: qui

simi: qui quum Triballos, & Ardiæos vicinos suos debellassent, postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitùs deleti sunt. Autor Strab. lib. 7.

Authē, Alcionei gigantis filia fuisse perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis sororibus se in mare præcipitavit. Sex autem Alcionei filiæ fuisse creduntur, Pausonia, Authe, Asterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quæ ob desiderū patris ab Hercule occisi, quum in mare se dejicere vellent, in Alcyones aves sunt mutatæ. Apud Suidam tamen, unde hæc videntur esse descripta. αὔθη legitur, non αὐθη.

Autini αὐτῖνοι, Hiberniæ populi sunt Ptolemæo.

Autocanes, Mons ponitur ab Homero in Hymnis.

Autolia, (quod hîc corruptè legebatur pro matre Vlyssis,) Vide ANTICLEA.

Autŏlўcŭs, αὐτόλυκος, Fur maximus perhibetur: avus paternus Sinonis & maternus avus Vlyssis. Mart. libro 8: Non fuit Autolyci tam piceata manus. ¶ Alter fuit Parnassi incola, de quo Strabo libro nono scribit, quòd furto vicinorum bona surriperet.

Autolĭus. Vide AVLIVS.

Autŏlŏlēs, pen. corr. αὐτόλολες, populi sunt Africæ ad Atlantē montem. Vide Plin. lib 5 cap. 1. & 2, & Silium lib. 3: Necnon Autololes levibus gens ignea plantis, Cui sonipes cursu, cui conferit incitus amnis, Tanta fuga est.

Automalax Ptolemæo, Automala Straboni, Castellum est in intimo Cyrenaici sinus recessu situm. Sunt, qui hodie Eſtam vocari credant.

Autŏmĕdon, penultima correpta, Nomen aurigæ Achillis. Virgil. 2. Aeneidos: -& equorum agitator Achillis Armiger Automedon.

Autŏnŏē, ones, αὐτονόη, Cadmi Thebarū cōditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Aristęo mater, qui & ipse à nomine matris, Autonoeius vocatur ab Ovid. lib. 3. Metam.

Autrĭcum, αὔτρικον, Apud Ptol. lib. 2 cap. 8: Galliarum urbs esse creditur, quæ vernacula lingua *Chartres* appellatur, à Cæsare Carnutum.

Avus, αὐος, Fluvius Thesprotiæ, ad quem Paravei populi habitant, Stephanus.

Auxīmum, penultima prod. αὔξιμον, Piceni urbs: à qua Auximates populi dicti sunt, quorum meminit Plin. libr 3. Vulgò *Osimum* dicitur.

A ante X.

Āxāntŏs, Insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam. Plin. lib 4 cap 16.

Āxĕnum Mare. [ἄξενος πόντος, ἄξενος. German. Das vngehewr Pontisch Meer von wegen der grausamkeit der vmbligenden Völcker.] Olim dicebatur quod hodie *Ponticum*, & *Euxinum* dicitur: sic à truci accolarum barbarie appellatū. ἄξενος enim inhospitalis est. Nam, ut Strab. libro 7. tradit, solebant Scythę, maris hujus accolæ, hospites immolare, eorumque carnibus vesci, calvisque uti loco poculorum. Ovidius de Ponto: Frigida me cohibent Euxini littora Ponti: Dictus ab ant. quis Axenus ille fuit.

Āxĭă, ἀξία, Vrbs Locrorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Est & alia Italiæ. Steph.

Axiacæ, ἀξιάκαι, populi sunt Sarmatiæ Europeæ, inter Tyran & Borysthenem amnes Peucinis & Carpianis proximi: ita dicti ab Axiace fluvio, ex Peucinis jugis nascente, qui Carpatho monti adhærent. Hos autem populos justissimos fuisse tradit Pomp. lib. 2. ut qui furti omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12, & Ptol. lib. 3. cap. 5.

Axiaces, ἀξιάκης, Fluvius est Sarmatiæ Europeæ, in Peucinis jugis nascens, qui Carpatho monti cohæret: à quo vicini populi Axiacæ nominati sunt: ut docent Mela lib. 2, Ptolem. lib. 3. cap. 5, & Plin. lib. 4. cap. 12.

Āxĭēs. Mulieres dicebantur, sive dii unà agentes, Festus.

Axĭŏchŭs, ἀξίοχος, Nomen Athenienſis cujusdam clari, quem Plato in libro de Morte contemnenda unà cum Socrate disputantem introducit, fortè quòd Socrates illi fuerit familiaris.

Āxĭŏn, ἀξίων, Frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, vel ut sentire videtur Ovidius, à filiis Calirhoës.

Axĭum, ἀξίπολις, Vrbs in Mysia inferiori, Ptol. vulgò *Chilia*.

Axĭus, ἄξιος, Vulgò *Vardari*, Fluvius Macedoniæ, in sinum Thermaicum influens, de quo Plin. lib. 4. cap. 10: Europus, *inquit*, ad Axium fluvium, & paulò pòst: Mox in ora Ichnæ fluvius Axius. ¶ Est item alius hujus nominis fluvius Paphlagoniæ per Mygdoniam fluens.

Āxŏn, ἄξον, Ionum fluvius in minore Asia. Plin. lib. 5. cap. 27.

Āxŏnă, æ, pen. corr. ἄξονα, Fluvius est in extremis finibus Rhemorum. Ausonius in Mosella: Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps.

Āxŏs. Vrbs Cherronesi Thraciæ. Axos etiam Græci crepidines vocant.

Axumites. ἀξωμίτης, Metropolis Aethiopum, Stephan.

Axŭlŭs, ἄξυλος, Phrygis cujus tam nomen est, singulari benevolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Trojam interemit: ut tradit Homer. Iliad. 6.

A ante Z.

Aza, æ, ἄζα. Oppidum est Armeniæ minoris, cujus meminit Plin. lib 6. cap 9.

Azan, anis, ἄζαν, Mons est Arcadiæ, Cybele deorum matri sacer, à quo nonnulli vicinā regionem Azaniam vocatam volunt: quem tamen Stephanus ab Arcadica quadam muliere nominatam mavult, cui Azano nomen erat. Statius: Venit & Ideis ululatibus æmulus Azan.

Azania, æ, ἀζανία Stephano. Regio est Arcadiæ: ita dicta à monte editissimo, cui Azan nomē est: sive (ut Stephano placet) ab Arcadica quadam muliere, quæ Azano dicebatur, ut dictum est. ¶ Azanæa mala, Ἀζαναῖα κρανία. Dicti solitum, ubi quis in re perdifficili & infrugifera plurimū sumeret laboris, aut ubi res esset cuipiam cum homine difficili, moroso, intractabili, tenaci. ¶ Hujus regionis incolæ Azanes dicti sunt, ἄζανες. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres præcipuos divisi erāt populos: Parrhasios, Azanes, & hisce recētiores Trapezuntios. ¶ In hac regione fons fuit, cujus aquam gustantibus tantum deinceps aquarum oboriebatur fastidium, ut ne odorē quidem earum ferre possent. Non me lātet, plerosq; in ea fuisse sentētia, Azānii fontis aquas, vini, non aquæ fastidium generare: quorum judicio quo minus subscriberem, fecit Eudoxi ipsius auctoritas, cujus verba ex sexto de terræ circuitu lib. refert Stephanus hunc in modum: Ἐπὶ κελῶν δ' Ἀζανίας, ἣ τοὺς γδουπρήρους ἔνδατος πιεῖ μὴ δὶ τὸν ὁμιλὸν ἔνδατος ἀνίχεται. Huic fonti contrariam vim obtinet, qui in agro Clitorio est, cujus aquas qui gustaverit, absternius redditur, ut tradit Plin. lib. 31. cap. 2. & Ovid. 15. Meram.

Azani, orum, ἄζανοὶ Stephano, Oppidū est in ea parte Phrygiæ, quæ Epictetica cognominatur: de quo Strabo. lib. 12.

Azenia. Pars tribus Hippotoontidis in Attica. Steph.

Azilis, Aziris, Azirus, Locus, vel urbs, vel fluvius Libyę Steph.

Aziris. ἄζιρις Ptolemæo, Civitas est Armeniæ minoris.

Azon, Vide AZA.

Azorus. Vrbs Paphlagoniæ Tripolitidis. Steph.

Āzōtŭs, ἄζωτος, pen. prod. Vrbs Syriæ, inter Ascalonem & Joppen, quam, ut ait Stephanus, condidit quidam è mari rubro profugus, ex nomine uxoris suæ Azæ. Hæc est una è quinque Philistinorum urbibus, quondam clarissima. ¶ Est & Azotus, urbs Achaiæ, cujus meminit idem Steph.

Āzōtĭŭs, a, um. adjectivum, ἀζώτιος: ut, Viri Azotii, ἀζώτιοι, qui Azotum habitant.

B

Baal, [בעל *bâhal.*] βαὰλ Suidæ, ait Augustus. nomen apud Tyrios, quod datur Iovi. Nam Baal Punici videntur dicere dominum: unde Baalsamen, quasi dominum cœli dicunt: Samen quippe apud eos cœlum appellatur. Vide in BAHAL.

Baælah, civitas est in tribu Dan, quam Salomon rex splendidis exornavit ædificiis.

Babactes, βαβάκτης, Vnum ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τῦ βαβάζειν, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quosdam ululatus edebant.

Bābbă Plinio, βαββᾶ Stephano, Africæ oppidum est, ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia tranſlata est, & à nomine avunculi Iulia campestris appellata. Plin. lib. 5. cap. 1.

Babilius, animal volatile, quod vulgò *Barbellus* dicitur, de quo Amb. lib. Hex. Fertur hic corniger vermis converti primùm in speciem caulis atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bambilius: nec eam tamen formam, figuramq; custodit, sed laxis & latioribus foliis pinnas videtur assumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad usus sibi proprios divites vendicarent.

Babrantium, βαβράντιον, Locus circa Chium Steph. videtur aūt etiam Babras dici apud eundem. Babras enim, *inquit*, oppidum est Acolidis prope Chium, à quo gentile Babrantius.

Bābўlōn, pen. prod. [בבל *babèl* βαβυλών. Ger. Die grosse vnnd gewaltige hauptstatt Babylon in Chaldęa am fluß Euphrate gelegē.] Vrbs nobilissima, ad Euphratem fluvium sita, olim Chaldææ totius caput, à qua magna Mesopotamiæ, Assyriæq; pars Babylonia appellata est: ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26. Hanc Strab. lib. 16. à Semiramide conditam tradidit. Hebræorum verò literæ originem ejus ad Nimbrod gigantem referunt: & à linguarum confusione ita nominatam volunt. Hæc postea à Nino vel Semiramide instaurata, mœnibus ac hortis pensilibus, temploq; ac arce maximè fuit admirabilis: campi planitie undiq; con-

diq; conſpicua, natura loci lætiſſima, caſtrorum facie, mœnibus paribus per quadrum diſpoſita. Murorum ejus vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo: utpote qui in latitudinem cubitos quinquaginta habuerint: in altitudinem ducentos. Ambitus ejus quadringentorum octoginta ſtadiorum fuiſſe traditur. Euphrate fluvio mediam eam interfluēte. Murus coctili latere atque interfuſo bitumine compactus. Quem tam latum fuiſſe quidam ſcribunt, ut quadrigę ſibi invicem occurrentes, facilè pertranſire poſſent: Vnde & inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa extrinſecùs latè patēs, vice amnis circunfluit. A' fronte murorum centum portæ æreę. Hæc urbs quum aliquando defeciſſet, & Semiramis circa cultū corporis occupata eſſet, ſolutā adhuc altera crinium parte, ad eam reēuperandam cucurrit: nec priùs decorem capillorum redegit in ordinem, quàm urbem in ſuam poteſtatem reſtitutam vidit. ¶ Eſt & Babylon Aegypti caſtellum, ut ait Strabo lib. 17. naturā munitum, à Babyloniis quibuſdam conditum, qui relicta patria, ſedem ibi permittente Rege, ſibi delegerant. Hic poſtea collocata fuit una ex tribus legionibus, quæ Aegypto præſidii gratia impoſitæ erant. A' Ptolemæo Babulis, *βαβυλὶς* appellatur. Non procul diſtat à Delta Nili inſula, eam partem ſpectans, in qua ſita eſt Memphis, ampliſſima Aegypti urbs, quæ hodie Cayrum appellatur.

Bă̆bȳlōnĭă, *βαβυλωνία*, Regio eſt majoris Aſiæ: à Septentrione Meſopotamiæ partem ſpectans: ab Ortu Suſianam: à Meridie ſinus Perſici partem: & ab Occaſu Arabiam defertam: ita dicta à Babylone urbe ſplendidiſſima, quæ olim Aſſyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Bă̆bȳlōnĭcŭs, a, um, *βαβυλωνικὸς*, Poſſeſſivum à Babylone formatum: unde Babylonicæ veſtes, & Babylonica ſtragula dicta ſunt, quæ diverſos colores habebant intextos: quod genus Babylone maximè celebratum fuit, teſte Plinio libro 8. capite 48. ¶ Eadem & Babylonica ſubſtantivè dicuntur. Plinius loco jam citato: Merellus Scipio Babylonica triclinaria ſeſtertiūm octingentis millibus vænitſſe, in criminibus Capitonis poſuit.

Bă̆bȳlōnĭŭs, *βαβυλώνιος*, Gentile nomen à Babylone formatū. Cicer. 2. de Divin. Nam quod ajunt, quadringenta ſeptuaginta millia annorum in periclitandis, experiundisq; pueris, quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt. Babylonius, adjectivum. Lucan. libro 6: Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Babyrſa, Caſtellum munitiſſimum Atropatiæ regionis Medię propè Artaxata urbem, Strabo lib. 11.

Babȳtace, *βαβυτάκη*, Vrbs Perſicā, Steph.

Baccales, (quod huc ex Herodoto corruptè tranſlatum erat) Vide CANABALES.

Baccæum, *βακκαῖον*, Hiſpaniæ gens. Steph.

Baccha, Villa quædam circa Mæotidem.

Bacchemon, teſte Lactantio, Perſei fuit filius, & Andromedę, &, ut idem dicit, apud quoſdam populos Orientales imperavit (ex Bocatio) qui poſtea ab Achęmenide Baccho montis filio Achæmenides appellati ſunt: hi Apollinis ritus ſe inveniſſe aſſerunt.

Bacchĭdes, penult. correp. *βακχίδης*, Nomen proprium viri, quod apud nos luctus fortis, vel vetuſtas in vomitu dici poteſt.

Bacchĭdes, Ducis proprium, qui Sinopem urbem Lucullo prodidit. Autor Strabo lib. 12.

Bacchĭlĭo, Fluvius qui de Vicentinis montibus defluit.

Bacchŭs, *βάκχος*, Iovis ex Semele filius, putatus eſt deus vini, & pro ipſo vino poni conſuevit. Hic multi nominis fuit: nam primū Dionyſius: deinde Liber pater dictus eſt: & poſtremò Bacchus, ut Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quas *βακχοῦντας*: hoc eſt, inſanientes, & immodeſtè ſe gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas ſecum habuiſſe fertur. Idē & Oſiris dicitur, & Bromius & Lenæus. A' Græcis etiam *δὶς μήτωρ*, quòd bis natus fuiſſe, & duas quaſi matres habuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelen ex Iove jam gravidam, quum ab amatore deo (qui ſe illi daturū quicquid petiiſſet, per Stygiā paludem juraverat) Iunonis dolo hoc ſibi munus rogaſſet, ut talis ſecum, qualis cum Iunone ſolebat, nocte una cōcumberet, fulmine fuiſſe exuſtam, puerumque utero exemptum, Iovis femori fuiſſe inſertum: quem ille poſtea maturo partus tempore, more gravidæ mulieris eſt enixus. Hic orbem ferè terrarum peragravit: multas nationes domuit: Indos debellavit, & primus omnium triumphavit, vectus Indico elephanto, ut ſcribit Diodorus. Primus emere ac vendere inſtituit, & diadema regum ac triumphū invenit. Dictus etiam Bacchus fertur, *ἀπὸ τῆ βάζω*: hoc eſt, à vociferando & ululando, adjecta litera *κ*, quo vaſtiōr ille Mænadum ſonus in ipſo Dei nomine redderetur. ¶ Cicernus Bacchus, *Ἐφεδρικὸς Διόνυσος*, De re vehementer contempta. Sumptum adagium à potu exleguminibus confecto, qui vinum imitatur. ¶ Crudelis Bacchus, *ὠμηστὴς Διόνυσος*. Baccho quondam vivos homines ſacrificare mos erat: unde in crudeles convenit, ſive quòd temulentia feroces reddat & immites. ¶ Nihil ad Bacchum, *οὐδὲν πρὸς Διόνυσον*. Vbi quis ea nugatur, quę ad rem præſentem nihil attinēt? quæ eleganter dicimus *ἀπὸ σκολιᾶς*. ¶ Multi thyrſigeri, pauci Bacchi, *πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι*: id eſt, pluréis thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos. Carmen hexametrum proverbio Græcis celebratum, quo ſignificatum eſt, compluribus mortaliū adeſſe virtutis inſignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Bācchā, bacchę, *βάκχη, μαινὰς*, Bacchi ſacrificula, quę & Męnas, & Thyas, & Baſſaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoq; anno ad Citheronem montem catervatim cum Thyrſis convenientes; ut ibi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ovid. 9. Metam. Vtq; tuo motę, proles Semeleïa, Thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Cicér. Fab. lib. 7: Bacchis verò ubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt: novi optimè, & ſæpè vidi. ¶ Bacchæ more, *βάκχης τρόπον*. De tetricis ac taciturnis dictitari ſolitum, quòd eſſent hujuſmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore: Autor Diogenianus. At Iuvenalis retulit ad vitam intemperantem: Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.

Bācchānāl, vel Bacchanale. [*διονύσιον, βακχεῖον*. Pol. *Miejſce pusthe y poganski roj pusł*. Ang. *Dayes whereon thay ſolemniſed Bacchus feaſtes in riote and dronkennesſe*.] Locus in quo Bacchi feſta celebrā tur. Plaut. in Aulul. Ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatū. Bacchanalia, quæ & Dionyſia, *διονύσια*, Bacchi feſta, in quibus viri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miſcebantur per dolū. Vnde eſt illud apud Iuven. Sat. 2: Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt. Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoq; celebrabantur. ¶ Eſt autem hoc nomen pluralis numeri tantùm: facitq; genitivum Bacchanalium, vel Bacchanaliorum: quod & in cæteris feſtorum nominibus obſervatur.

Bācchĕ̆ĭs, idos, *βάκχις*, Denominativum fœmin. Vide in APPELLATIVIS

Bācchēŭs, a, um, per tres ſyllabas, quarum penultima producitur. *βακχεῖος*, poſſeſſivum à Baccho deductum. Colum. libro 10: -per omiſſa ſilentia Muſis Pierii nemoris Baccheia voce frementem. Virgilius ei diphthongum dividens, per quatuor ſyllabas extulit, lib. 1. Georg. Quid memorandum æquę Bacchęia dona tulerunt?

Bācchĭcŭs, a, um, *βακχικὸς*, Poſſeſſiv. Vide in APPELL.

Bacchĭdēs, pen. corr. *βακχίδης*, Patronymic. Vide in APPELLATIVIS.

Bacchides nomen unius ex ſatrapis Aſſyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio adverſus Machabæos miſſus, ab illis eſt interfectus.

Bācchĭum, ſive Baccheum penult. prod. *βακχεῖον*, Vide in APPELLATIVIS.

Bācchĭădæ, *βακχιάδαι*, Dicti fuerunt qui è Corintho exules in Siciliam devenerunt, & urbem inter Pachynum & Pelorum ædificantes Siculi facti ſunt. ¶ Hi à Bacchia Dionyſii filia originem duxerunt. Strāb. lib. 8. de Corintho loquens: Bacchiadæ, *inquit*, annis fermè CC. urbem dominatione tenuerant, & tyranni locupletiſſimi, & numero plurimi, & gehere clari evadentes, emporium ipſum adempto metu fructuoſum poſſidere, *&c.* Ovidius tertio Metamorph. Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Bacis; Vates quidam Bœotius, cujus meminit Cicer. in lib. de Divinat.

Bāctēs, *βάκτης*, Bacchi nomen, quemadmodum & Babactes, *ἀπὸ τῆ βάζω*. id eſt, clamo, vociferor. Solent enim Baccho: hoc eſt, vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omniā tumultuario quodam, & incondito clamore repleré.

Bactrā, orum, *βάκτρα*, Scythiæ provincia, ultra Aſſyriam, à flumine Bactro cognominata. Virgilius libro ſecundo Georg. -neque Bactra, neque Indi Laudibus Italiæ certent. Ejus provinciæ populi Bactri, Bactrii, & Bactriani. *βάκτροι βάκτριοι*, & *βακτριανοὶ* vocati ſunt, quorum rex fuit Zoroaſtres, magicæ artis inventor. Bactrianum regnum olim mille urbibus fuiſſe inclytum ferunt ¶ Bactrā item ſive Bactrum (ut apud Plinium legitur libro ſexto, capite 16.) oppidum eſt ejuſdem regionis, Bactrianorum regum regia, & totius regni caput: ita dictum à Bactro fluvio, quum antea Ariaſpe appellaretur. De Bactrianorum moribus memoriæ proditum eſt ab Oneſicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales vocant, quibus parentes morbo, ætatéve confectos objiciunt dilacerandos. Mulieres autem earum ſplendido cultu & unguentis uti, à ſervis & ancillis multò magis quàm viros coli, nec niſi equo inſidentes, magnoque & auri & gemmarum apparatu excultas, in publicum prodire: matrimonii autem caſtitatem non ſervare,

vare,sed tàm servis,quàm advenis promiscuè sese commiscere: nec à viris eo nomine accusari, quibus ipsæ dominari videntur.

Bactrōs,Fluvius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio,& Bactrum urbs nomen sumpsit. Lucan.libro 3:Errantes Scythiæ populi,quos gurgite Bactros Includit gelido, &c.

Bacuri,vel Bacyriani,*vel,βάκυροι τῷ βακυριανοὶ*, Gens Parthis & Medis vicina.

Bacuntius, vel Baguntius,Pannoniæ fluvius est, in Savum influens. Autor Plin.lib.3.cap.25.

Badas, Syriæ fluvius est, Memnonis sepulchro nobilitatus. Strabo lib. 15.

Badacum,ci,*βάδακον*, Civitas est Norici,apud Ptolem. lib.2. cap.14, quam nōnulli putant eandem esse cum ea,quam hodie à *Saltza* vicino fluvio *Saltzburgum* vocant.

Badena, Vrbs alia in Helvetia:alia in Marchia : à Thermis apud Germanos nomen suum habens.

Badeos,*βάδεως*,Vrbs Fœlicis Arabię,juxta rubrū mare, Steph.

Badiza,*βάδιζα*,Vrbs Britanniæ,Steph.

Baĕ,*Βαῖος*,Mons Cephalinę à Bæo Vlyssis gubernatore,Steph.

Baeci *βαικοι* Civitas Chaoniæ,Steph.

Babe *βαβῆ*,Oppidum Cariæ,Steph.

Baecyla,*βαικύλα*,Vrbs Iberię juxta Herculis columnas, Steph.

Baetiscus vide BENACVS.

Bænnĭ, vide BENNA.

Bætis *βαῖτις*, apud Strab lib.3, Fluvius est Lusitaniæ, omniū ejus regionis fluviorum,longè maximus,cujus fons est apud Cantabres. Alio nomine vocatur Minius.

Bacodurum, vel Bacodurum,vel Bolodurum,vel Batabis,Ptol.Poëticum. [Vulgò *Passaw*,] propter confluentem Aeni in Danubium. Vrbs est Bavariæ.

Bæsămpsĭ. *βαισαμψα* Civitas in Arabico sinu circa rubrum mare,quæ domus est Solis.

Bæsi *βαῖσοι*,vide SCYTHOPOLIS.

Bæsarhus *βαισάρης*,Magnus vicus in Palæstina,Steph.

Bærhamĭ. *βαίβερρα*,Vrbs Celticæ,Steph.]

Bætira *βαίτιρα*,Vrbs Galliæ Narbonensis. Ptolem lib.2.cap. 10.forte *Beziers*.

Bætică. [*Granata.Il regno di Granata.* German. Das Königreich Granatē in Hispanien. Polon. *Krolies, two Granat,skewtsi Hyspanii.*] Hispaniæ regio Australis, à Lusitania Ana fluvio discreta: ita dicta à Bæti amne, qui eam mediam perfluit. De hac Plinius libro 3. cap. 1, & 2. Hodie bona hujus regionis pars *Granata* dicitur, à grani tinctorii copia, quod Græco nomine *Coccum* appellamus.

Bætis, [*βαῖτις*. German. Ein fluß in Hispanien des Königreichs Granaten] Fluvius est ulterioris Hispaniæ, qui ex Tarraconēsis agri finibus labens, Australemque Hispaniæ regionem, quæ ab eo Bætica appellatur,mediam percurrens:tandem nō procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Hujus fluvii aquis lanas optimè tingi,autor est Martialis , quum ait:Bætis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingit aquis,

Bætĭcŏlă,læ,pen.corr. Accola Bætis fluvii.Sil.lib.1: -& vulgus Iberum,Bęticolasq; viros spatiis agitabat iniquis.

Bætĭcŭs,ca,cum,adjectivum: [*βαιτικός*.Polon.*Szarawi*. Vng. *Fekete szin*. Ang.*Puke colour,betwene russet and blake.*] ut Bæticus color,obscurus,qui & pullus dicitur,& Hispanus,& Nativus. Nam in Bætica Hispaniæ regione vellera natura pulla sunt,ex quibus tenuiores sibi vestes conficiunt,quæ fidelissimè colorem suum servant,neque facilè maculis inficiuntur.

Bætĭcātŭs,a,um,aliud adject. Pullatus. [Polon.*Wᵹrzᵹne obliecᵹoni*. Ang *Cladde in mourning apparel.*] Mart.lib.1: et bæticatus,atq; leucophæatus.

Bætium,*βαίτιον*,Vrbs Cappadociæ.Steph.

Bætūlōn, *βαιτύλων*, Hispaniæ fluvius est in Tarraconensi tractu,circa montem Iovis , non procul à Barcinone in mare influens.Hispani hodie sua lingua *Besonem* vocant.Meminit hujus fluvii Pomponius Mela lib. 2. ¶ Est item Bætulon oppidi nomen in eodem tractu:quod recensetur à Plin. lib. 3. cap. 2. & Ptol.lib.2.cap.6.

Bærylus, *βαίτυλος*.Vide in APPELL.

Bæus, Gubernator Vlyssis, Vide BAEA.

Bæzær, Civitas est trans Iordanem,Orientem versus ad solitudinem vergens,in campestri terra sita. Hæc secundùm Mosen lib.5, nō solùm fugitivis homicidis tutissimum asylū fuit: verumetiam, testante Iosua, Metari nepotibus de tribu Ruben assignata est.

Bagadonia,Pars Macedoniæ maximè australis,Ptolem.

Bagantium.Autore Ptolemæo,Nerviorum civitas, alio nomine Tornacum.

Bagoas, *βαγώας*, teste Curtio , Evnuchus fuit, ab Alexandro Magno turpiter adamatus. Hunc Orsines satrapes inter Persas nobilissimus, quum Regis amicos omnes muneribus affeciisset, solum prætetiit , admonitusque à quodam,eum regi esse charissimum, respondit: Se amicos Regis, non scorta colere.

Baguntinus,Vide BACVNTIVS.

Bahal, [בעל *bahal.βαάλ.*] numero singulari, inquit Hieronymus,Tyriorū Deus habebatur. Bahalim pluraliter, deos sive idola significat,& est masculini generis. Vbicunq; enim in fine Hebraicæ dictionis IM syllabam legimus in numero plurali,est generis masculini. Vbi autem OTH, numero plurali, generis fœminini.

Baiānum *βαιανόν*,Civitas Campaniæ,secus Campanum mare sita,situs amœnitate & aquarum salubritate celeberrima: ita dicta à Baio Vlyssis socio illic sepulto.In hujus agro aquę calidæ sunt,& ad voluptatem,& ad varios morbos commodæ. Silius: -docet ille tepentes Vnde ferant nomen Baiæ, commemq; dedisse Dulichiæ puppis stagno sua nomina monstrat. Horat.libro 1.Epist.Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis. ¶ Hinc fit Baianus, a,um, ut sinus Baianus, qui hinc Miseno monte, illinc Puteolis clauditur. Baiana littora, & Oræ Baianæ,apud Statium.

Bairon, Historicus, scripsit Breviarium rerum ab Alexandro gestarum. Autor Suidas.

Baius, Servio *βαῦϑ*, vel Baias Straboni, *βαίας*, Vnus ex sociis Vlyssis fuit, à cujus nomine Baiæ appellatæ creduntur. Vide BAIAE.

Bala,*βάλα*,Civitas Galilææ,Steph.

Balanea,Plinio,*βαλανέα* Stephano,Oppidum in confinio Syriæ & Phœnices,cujus meminit Plin.lib.5 cap 20

Balani Sardiani *βάλανοι σαρδιανοὶ*. A Græcis omnes appellabantur, quas nos *Castaneas* dicimus. Putant enim Sardibus creduntur provenisse:ut tradit Plinius libro decimoquinto, capite 23.

Balbina,Virgo Romana & martyr Quirini, liberata à strumæ vitio per Alexandrum pontificem, Euspicia matris Copia juxta patrem:qui ambo sub Trajano sunt passi.Autor Vsuar.

Balbura *βαλβοῦρα, τα*, Vrbs Lyciæ,Stephan. Vide Bubo apud eundem.

Bălbŭs Cornelius, Vide CORNELIVS.

Balcea, Vrbs citra Propontidem,Steph.

Baldraca, Puella generis obscuri,peregrinæque conditionis, quæ quanvis multarum rerum ob paupertatem esset tradita: noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni imperatori, quanvis multa promittenti;ut scribit Volaterranus.

Bălĕārēs. [*βαλεαρίδες*. Vulgò *Majorica & Minorica* German. Zwo Insten dieser nammen in vnserem Meer das an Hispaniam vers Auffgang stosset] Duæ insulæ ante Hispaniam,30000. passuum intervallo à se invicem distantes, quarum major, quæ Orientem spectat,100000 passuum longitudinem habet: circuitum autem passuum 480000.cujus præcipua oppida olim fuerunt Palma.& Pollentia. Alterius in 60000. tantùm passuum longitudo extenditur:circuitus autem in passuum 150000. ¶ Dictæ Baleares, (ut quidam volunt) à Baleo quodam Herculis comite ibi relicto. Aut certè *ἀπὸ τοῦ βάλλειν*, hoc est à jaculando: propterea quòd fundæ jaculatione Baleares peritissimi habiti sunt.Tradit enim Lycophron,& post eum Florus lib.3.cap. 8,eam hisce in insulis observatam fuisse consuetudinem, ut esurientibus filiis à matribus jentaculum in sublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi priùs funda dejecissent. A Græcis dicti sunt *γυμνήσιαι*, ὸ quòd nudi aliquandiu vitam egisse dicantur,nec vestibus utentes, nec calceis. In hisce insulis tantus olim cuniculorum proventus fuit, teste Plin. lib. 8.cap 52, ut in eos præsidium militare ab Augusto petere sint coacti. Hodie ab Hispanis : quorum imperio parent, *Majorica & Minorica* appellantur. ¶ Baleares etiā dicuntur incolæ harum insularum. ¶ Inde fit possessivum Balearis,& are. Virgil.lib.1,Georg Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

Bălĕārĭcŭs, ca, cum: ut Balearica funda.Ovid.2.Metamorph. Non secus exarsit , quàm quum Balearica plumbum Funda jacit:volat illud,& incandescit eundo.¶ Balearica vina. Plin. libro 14.capite septimo: Balearica vina ex insulis,cōferuntur Italiæ primis.Balearicæ cochleæ quæ herbis non vivunt; sed uvæ modo inter sē cohærent, à terræ cavis non prorepentes: unde & cavaticæ à Balearibus appellantur.Autor Plinius lib. 8. cap. 39.

Balesium,autore Plinio,Apuliæ oppidum est maritimum,nō procul à Brundusio.Plin.lib.3.cap.11.

Baliardus, Philosophus quidam Gallicus ac Peripateticus, Parisiis prodiit vir doctissimus ab orthodoxis tamen in quibusdam aberrans, à quibus nec per synodum jussu regis Ludovici hujus gratia coactam avelli potuit:sed in quodam loco deserto, cum socus nonnullis omne ævum abstinēdo exegit.Volaterr.lib. 22.

Balias, sive Balius, (nam & in Græcis quibusdam codicibus

Βαλιας

βαλίας legitur: in aliis βάλιος,) Vnus fuit ex equis Achillis, à Balio colore ita dictus. Commemorat autem Homer. lib. 16. Iliad. tres Achillis equos, quorum duos Baliam & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro vẽto, & Podarge Harpyla prognatos: tertium autem mortalem, nomine Pedasum.

Balienus. Avunculus Catilinæ, Lucretium Asellam, consulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum civitatis statum petentem, occidit jussu Syllæ tunc Dictatoris, accusatus postea, ac damnatus. Pædianus.

Balimenses, Populi in Latio, qui aliàs Trebulani dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 5.

Balis. Vrbs juxta Libyæ Cyrenẽ, βάλις: dicta quòd Balis Deus in ea coleretur. Steph.

Bāllă, Vrbs Macedoniæ. Steph.

Balœum βάλοιον, Vrbs Macedoniæ. Steph.

Bālsă, βάλσα, A Plin. lib. 5. cap. item 5, numeratur inter Cyrenaicę regionis oppida. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Lusitaniæ, non procul à Sacro promõtorio, & Anæ fluvii ostiis, quæ vulgò nunc *Tavila* dicti creditur. Commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 22, & Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Bălthĭă, Insula est in mari Germanico, quæ mari Baltico nomen dedit. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 4. cap. 13.

Bambērgă, Vrbs Episcopalis Franconiæ.

Bamborum, Flumen Mauritaniæ crocodilis & hippopotamis refertum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 1.

Bambyce, βαμβύκη, Straboni Mesopotamiæ civitas est, sive (ut Plinio placet) Syriæ Cœles, in qua Atergatis dea colebatur. Hęc alio nomine Hieropolis: hoc est, sacra civitas appellatur, & Edessa. Vide latiùs in dict. one EDESSA.

Banasa, Apud Plin. lib. 5. cap. 1, Romanorum colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

Banaurides, βαναυρίδες, Insulæ Thusciæ, à Banauro filio Ajacis, Stephanus.

Banisæ, aliàs Basanisæ, Populi Thraciæ, Steph.

Bantiă, βάντια, Vrbs Italiæ, Steph.

Bānti, Populi Thraciæ, βάντιοι. Steph.

Banurri, Getuli sunt, incolæ Tingitanæ provinciæ, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 2.

Bāptæ, [βάπται. Ger. Geile Pfaffen zu Athen der Göttin der Vnkeuschheit.] Athenis erant sacerdotes Cotyttús, impudicitiæ deæ, cui nocturna sacra peragebãt, saltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti autem sunt Baptæ, ἀπὸ τῦ βάπτειν, quòd qui sacris illis initiabãtur, aqua calida tingerentur. Iuven. 2. Sat. Cecropiã sõliti Baptæ lassare Cotytto In hos Eupolis Comœdiam conscripsit, quam ab illorũ nomine Baptas appellavit, in qua mollitiem eorum & libidinem depinxit. Quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus: Vide plura de his apud Suidam, & Politianũ Miscellaneorum cap. 10.

Bărabbās, [בר-אבא *bar-abbá* βαραββᾶς. Ger Ein Vatterſonte.] per duplex b, est Syra dictio, sicut & sequentes duæ, qua apud nos significatur filius patris. Componitur enim ex בר *bar*, quod apud illos filius dicitur, & אבא *abbá* pater. Sedulius:

Tum coluêre Bahal, tunc elegêre Barabban.

Barace, Insulæ Gedrusiæ, Steph.

Barach. [ברק *barák*.] Nomen viri propriũ, & apud nos significat *fulmen*.

Barachias, βαραχίας, nomen viri, & *benedictus* seu *Fulgur Domini* interpretatur.

Baracum βάρακον, Oppidum Africæ in tractu Cyrenaïco, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. item 5.

Bărăcūră, Ἐμπόριον, Emporium Indiæ extra Gangem, autore Ptolem. lib. 7. cap. 2. hodie Bangella civitas fœcundissima, & regnum latissimum.

Baragasa, Aethiopiæ oppidum, de quo Plin. lib. 6. cap. 29. Aliqui unum Aethiopiæ oppidum ultrà ponunt in littore, Baragasa.

Baramalacum, Nabathæorum oppidum non spernendum in ea parte Arabiæ, quæ est cõtermina Syriæ, ut autor est Plinius lib. 6. cap. 28.

Bărăthrum, [תהום *theóm*. βάραθρον. Gal. *Abisme, gouffre, lieu profond & dangereux.* Ital. *Abisso, profundità.* Ger. Ein grauſame tieffe grub / oder loch / war vorzeiten zu Athen ein ſolches das vnden voll mûr vnd kaat / in welches ſie die Vbelthäter verſanckten. Hisp. *Lugar sin hon don* Pol. Przepaść Vng. *Mély barlang.* Ang. *A deep and dangerous gulfe or pitte.*] Locus Athenis fuit immensæ profunditatis, in imo mollis & cœnosus, in quem noxios, & damnatos deturbabant. Hinc factum est, ut loca omnia profunda, unde quis emergere non possit, ab illius similitudine Barathra dicantur: cujusmodi apud inferos Tartarum fingunt Poëtæ, qui Bis patet in præceps tantùm, tenditque sub umbras. Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum. ¶ Hoc etiam nomine appellantur tetræ cavitates, quæ fluvios hauriunt, aliis in locis rursus emersuros. Transfertur quoque ad alia. Martialis Barathrum fœmineum, pro locis mulièbribus dixit. Idem stomachi imũ hiatum Barathrũ appellavit, quũ ait: Extremo ructus si venit à barathro. Horat. de Lurcone quodam loquens lib. 1. Epist. 16, usurpat pro ingluvie & voragine. Apud Demosthenem ponitur pro pernicie, ut annotavit Harpocrãtion.

Barbalissus, βαρβάλισσος, Castellum in oriente muris cinctum, Steph.

Bārbărā, Virgo Nicomediẽsis Dioscori nobilis viri filia, à quo in turrim est conjecta, quòd se Christianam profiteretur: ac post omnibus probris nudatum, converberatumq; corpus, ab eodem ad præsidem ducta, jugulataq; in eadem urbe sub Maximiliano est. Demum Venetiis (quò translata est) condita. Autor Volaterr.

Barbarium, βαρβάριον, apud Strab. lib. 3: Promontorium est Lusitaniæ, inter Tagi & Calybis ostia.

Barbărĭă, pen. corr. βαρβαρία, Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. in Catil. Quare bellum nulla unquã barbaria cum sua gente gessit.

Barbesula, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conventu Gaditano: & fluvius, qui urbi nomen fecit. Vide Plinium libro 3. capite 1.

Bārcē, βάρκη, Vna est ex quinq; Libyę Cyrenaicæ urbibus, quę Pentapolim efficiunt: ita primùm dicta à Barce regina: postea Ptolemais appellata: ut testantur Strab. lib. ult. & Plin. lib. 5. cap. item 5.

Barcæi, βαρκαῖοι, Regionis hujus incolæ. Virg. 4. Aeneid. Hinc deserta siti regio, lateq; furẽtes Barcæi. ¶ Est item Barcę promontorium in occidua Africæ parte, Oceano imminẽs: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 1.

Bārcēnis, [Ger. Der Schwartzwald.] Sylva est Germaniæ, Suevos à Cheruscis dividens. Volaterr. credit eam esse, quæ hodie *Sylva nigra* vocatur, non procul ab agro Badensi

Bārchă, Cognomeñ fuit nobilissimæ apud Carthaginienses familiæ, ex qua fuerũt Annibal & pater ejus Amilcar. ¶ Inde Barchina factio est, quæ Barcharum potentiæ favebat, & eorum in gerendo bello autoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est apud Liv. lib. 2. bel. Pun.

Bārcĭno, pen. corr. βαρκίνων Ptolemæo, Vrbs est apud Hispanos, totius tractus Tarraconẽsis celeberrima, quæ vulgò *Barcelona* dicitur. Ausonius ad Paulinum: Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.

Barderate, Vrbs est Galliæ Togatæ ad Apenninum. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Bardĕsānēs, Βαρδησάνης, Nomẽ proprium historici Babylonii, qui in duo do[illegible] Indos gymnosophistas dividit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samanæos. Quorum continentiæ sunt, ut vel pomis arborum juxta [illegible]gium, vel publico orizæ & farinæ alantur cibo: & quum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum cœlestium, omnium Chaldæorum excellentissimus fuit. Cujus mentionem facit Eusebius lib. 6 Præparat. Evang.

Bardesene, Mesopotamiæ præsul, Syrorum lingua doctissimus, & vehemens dialecticus, adversus Marcionem patria lingua scripsit: sed & Græcè ad Antoninum. sub quo fuit, librum de Fato, aliaq; complura, ut ait Euseb. lib 4.

Bardines βαρδίνης, Fluvius juxta Damascum. Steph.

Barduli, sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turguli & Tapari dicuntur. Plin. lib. 4. cap. 22.

Bareá, Oppidum est Hispaniç citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

Barenē, βαρλῶν, Vrbs Mediæ, vicina Ecbatanis. Steph.

Barĕtĭum, βαρήτιον, Regio ad mare Adriaticum. Steph.

Bargăsă, Vrbs Cariæ, à Bargaso filio Barges & Herculis, quem Lamus Omphales & Herculis filius persecutus est. Stephan. Vide CYARDA.

Bārgēnī, Populi sunt Africæ, ex Troglodytis, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 29 in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici, & Aethiopici.

Bārgŭs, Thraciæ fluvius est in Hebrum cadens. Plin. lib 4. cap. 11: Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus: unde Barguſii.

Bargўlă. orum, βάργυλλα, τὰ, Stephano, Oppidum est Cariç: ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi ictu interiit. ¶ Vnde Bargyllitici campi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap 29

Bārgўlŭs, Mons Syriæ, in confinio Phœnices, cujus meminit Plin. lib 5. cap 20.

Bariades βαριάδης, Indorum rex, bellum adversus Dionysium gessit: meminit Steph. in civitate πήρινα.

Bārĭs, Oppidi, & fluvii nomen, Vide in APPEL.

Barium, βάριον Ptolemęo, Apuliæ oppidum est, teste Plin. lib. 3. cap. 11, quod servato antiqui nominis aliquò vestigio, vul-

gò *Barri* vocatur. Horat. 5. Sat. 5: Bari mœnia piſcoſi. Vbi Bari dixit, pro Barii.

Barnichius, βαρνίχιος, Fluvius eſt Peloponneſi, in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur à Strab. lib. 8.

Bărnŭs, Barnutius, Oppidum eſt Macedoniæ, prope Heracleã. Autor eſt Strabo lib. 7.

Bărōvĭă, æ, Provincia eſt Vngariæ ſive Pannoniæ inferioris, ſoli fertilitate, panis & præſertim vini abundantia & præſtantia reliquas omnes ferè Vngariæ provincias vincens, unde etiam Pannonum lingua nomen traxit Baranya, quaſi *Boranya*, mater vini. Hæc provincia duplex eſt: ſuperior, cujus caput eſt Tholna, & inferior, cujus metropolis Laſco, utraque Danubio celebris.

Bărră, Oppidum Orobiorum in Italia Tranſpadana, regione undecima, Autor Plin. lib. 3. cap. 17.

Barthgadoth, βαρθγαδδώθ, Filius Triſtitiæ ut Timor Martis.

Barutus, vel Barutum, Vide in dictione BERYTOS.

Barygaſa, Inſigne emporium Gedroſiæ, Steph.

Baſabocates, Galliæ populi ſunt, teſte Plin. lib. 4. cap. 19. Pictonibus vicini.

Baſan, [בָּשָׁן *baſchhân* βάσαν.] Regio trans Iordanem eſt, quã duæ & dimidia tribus poſſederunt, quæ interpretatur uberrima & pinguis.

Baſaniſæ, vel (ut aliis placet) Baniſæ, per tres ſyllabas, βασανίσαι, ἢ βανίσαι, Populi ſunt Thraciæ, Stephano.

Baſera, pen. prod. βάσηρα, Oppidum Phœnices, Steph.

Băſĭlēă, pen. prod. [βασιλέα. Ger. Baſel Vng. *Baſilea.*] Raura eorum urbs celebertima, ad Rhenum fluvium in agro Gallico ſita: à Germanis tamen (ut pleraq; cis Rhenũ loca) habitata, eadem, aut certè proxima ei, quę Auguſta Rauracorum Ptolemæo appellatur. Vulgò *Baſle.*

Băſĭlĭcē, Adv. [βασιλικῶς. Pol. *Panko.* Vng. *Királyul*, *friſſen.* Ang. *Richelie, magnificklie.*] Regiè, magnificè, ſplendidè, egregié. Plaut. in Pœn. Baſilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

Băſĭlēī, orum, βασίλειοι Straboni, Populi ſunt Sarmatiæ Europæ ad utranq; Iſtri ripam incolentes, Iazygibus, & Vrgis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus: hoc eſt, paſtoribus cõſtantes: iidem (opinor) cum iis, quos Pomponius à regiis moribus Baſilidas vocari tradit.

Băſĭlĭă, βασιλέα, Inſula in Oceano ſeptentrionali, immenſæ magnitudinis, diſtãs à Scytharum littore tridui navigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, teſte Plin. lib. 4. cap. 13.

Băſĭlĭcŭs ſinus, βασιλικὸς κόλπος, qui Ioniam, Aſiæ minoris regionem alluit. Plin. lib. 5. cap. 29.

Băſĭlĭdæ, βασιλεῖδαι, Populi ſunt Sarmatiæ Europæ, Gerrho amne à Nomadibus diſcreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regiis moribus, ut tradit Pompon. lib. 2. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

Băſĭlĭdēs, βασιλείδης, Nomẽ proprium cujuſdam hæretici, qui trecẽtos ſexaginta quinq; cœlos eſſe credebat, quo dierũ numero annus includitur: cujus ſectatores dicti ſunt Baſilidiani.

Băſĭlĭs, βάσιλις, Civitas Arcadiæ, Steph.

Băſĭlĭŭs Cæſarienſis, Gregorii Nazianzeni, & Ioannis Chryſoſtomi temporibus floruit. [Ger. Ein frommer Biſchoff zu *Cæſarea.*] Is Cæſareæ Cappadocum præſul factus, juſſus à Valente, qui Arianis favebat, deſerere officium, atq; in exiliũ abire. Quumq; ille minimè obtemperaret, atq; uti contumax tribunali præfecti adhiberetur; ac minis parere principi diu fruſtrà tentaretur, nox ei ſpatium ad deliberandum datur. Baſilius: Nequaquam ego, *ait*: tu potiùs in hoc ſpatio ab incœpto deſiſtes. Itaq; in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia inſuper parvula extincta, Valens rogatum miſit ad Baſilium, ut precibus ad Deum fuſis, ipſe ſaltem ſervaretur. Sic itaq; accidit ut Baſilius ſervaretur. Hæc ex hiſtoria Ruffini. ¶ Baſilius Ancyranus præſul, arte medicus, ſcripſit contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Conſtantino, in parte Macedoniæ cum Euſtathio & Sebaſtiano princeps fuit. Autor Hieronymus. Aliũ quoq; ejus nominis Suidas commemorat, præſidem Ciliciæ ſub Anaſtaſio principe floruiſſe: haud abſimilem primo & abſtinentia, & vitæ inſtitutis, ſcripſiſſeq; cõtra Archelaum quendam presbyterum Colonienſem. ¶ Baſilius item Aſiæ fluvius. Strab. lib. 16. Inter Euphratem atq; Tigrin fluit aliud flumen quod Baſilius appellatur.

Băſĭlŭs, unus ex interfectoribus Cæſaris ponitur ab Appiano. Item alter fuit pirata infamis. Lucanus:

Et Baſilum videre ducem, nova furta per æquor.

Baſinni, βασιννοί, Populi Arabiæ Steph.

Baſiſtani, Strab. lib. 3, Populi ſunt Hiſpaniæ, in tractu Bætico, qui & Baſtuli dicuntur.

Baſoropeda, Regio Medorum Armeniæ contributa; ut tradit Strab. lib. 11.

Baſsianus, patria Syracuſanus, Romam ſtudiorum cauſa miſſus, ubi Chriſtianus factus, Ravennam inſectante patre fugit. Inde Laudenſis præſul electus, ibidem deceſſit nonagenarius 14. Calend. Februar. clarus prodigiis, ab ulceroſis maximè invocatur: emicuit Ambroſii tẽporibus, quem ægrotantẽ adiit, morientiq; interfuit. Autor Volaterr.

Baſſăris, is, vel idis, βάσσαρις, Baſſarei: hoc eſt, Bacchi ſacrificula. Perſ. Sat. 1: Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. ¶ Eſt etiam veſtis genus ad talos uſq; demiſſa, qua in Bacchi ſacrificiis utebãtur ſacerdotes. Dictus autem eſt Bacchus Baſſareus à Baſſa Lydiæ oppido, ubi præcipuè colebatur: vel ἀπὸ τοῦ βάζω, quod eſt clamo, quòd ejus ſacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarẽtur, vel à genere veſtis, ut inquit Cornutus in Perſium, Sat. 1, qua Liber pater utitur demiſſa ad talos, quam Thraces *Baſſarin* vocãt. Horat lib. 2. Carm. Ode 18: Non ego te candide Baſſareu Invitum quatiam.

Baſſŭs, Poëta Epicus, cujus fuit, teſte Quint. li. 10. cap. 1, vehemens, ac poëticum ingenium: nec ipſum ſenectute maturum, præveniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco cõtigit. Item: Aufidius Baſſus, hiſtoricus, Quintiliani temporibus. qui bellum Germanicum ſcripſit. Vide Quint. lib. 10. cap. 1. ¶ Cæſius item Baſſus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo ſcribit Probus: Cæſium Baſſum poëtam Lyricum fama eſt in prędiis ſuis, ardente Veſevo, & latè vagantibus ignibus, cum villa ſua flagraſſe. Quintilianus quoq; ſe eum vidiſſe ait. ¶ Baſſus item Romanus medicus fuit, cujus unguentum arthriticum citatur ab Aëtio lib. 12. ¶ Præter hos fuit Baſſus martyr ſub Decio clavis ferreis confixus. Autor Volaterr.

Baſtărnæ, βαστάρναι Steph. Populi ſunt Sarmatiæ Europæ, ad Boryſthenem amnem non procul à Peucinis: quorum meminerunt Ptolem. libro 3. capite 5, Plin. libro 4. capite 13, & Strabo lib. 7.

Baſtuli, Bæticę Hiſpanię populi prope Turdulos, quorũ oppida ſunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod & ab Hiſpanis Vbida. Mons item Calpe, circuitu quidem nõ magnus, cæterùm adeò erectus, ut procul aſpicientibus columnæ effigiem repræſentet. Vide Strab. lib. 3, Ptolem. lib. 2. cap. 5, & Plin. lib. 3. cap. 1. & 3.

Baſulii, βασυλιῆς, Populi Lybiæ.

Bata, orum, βάτα, τά, Vicus eſt & portus in Sarmatia Aſiatica, ſupra Boſphorum Cimmerium, non procul à ſinu Cercetico. Vide Ptol. lib. 5. cap. 9, & Strab. lib. 11.

Batala, Antiquiſſimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Livio commemoratum.

Batalus, li, βάταλος, Epheſius tibicen fuit, teſte Libanio, qui omniũ primus in ſcena calciamentis fœmineis uſus eſt, & fractis cantibus artem tibiarum emollivit. Vnde factum eſt, ut effœminati & parum viri, proverbiali figura, *Batali* à Græcis dicantur: quo etiam cognomẽto Demoſthenes ab inimicis notatus eſt, ut ipſe teſtatur in oratione pro Cteſiphonte.

Batana, βάταναι, Locus juxta Euphratem, Stephano. Vide Agbatana apud eundem.

Bataneæ, βατανέαι, vel Batanea in ſingulari, Vicus, σωμοικία, Syriæ, Stephan. Vide BETHANIA.

Bătăvĭă, Germaniæ provincia duobus Rheni alveis bona ex parte incluſa, quæ hodie, *Hollandia* appellatur.

Bate, βατή, Pars tribus Aegeidis. Steph.

Batetara, βατέτερα, Vrbs Ligurum. Steph.

Bătavŭs, a, um, penultima indifferente. Lucan. lib. 1: Vangiones, Bataviq; truces, quos ære recurvo Stridẽtes acuẽre tubæ. Cornelius Tacitus de ſitu Germaniæ: Omnium harum gentiũ virtute præcipui Batavi, non multũ à ripa, inſulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis conteruntur, nec Publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in uſum præliorum ſepoſiti, velut tela atq; arma bello reſervantur. Hæc ille, Fuerunt autem Batavi olim craſſitiæ, & ſtupiditatis notati: quo fit, ut Auris Batava, proverbio dicatur de craſſo, ſtupido, & nullius judicii homine. Vide Eraſmi Adag.

Bătăvŏdūrum, βαταυόδουρον Ptolemæo, Batavorum oppidũ ad Rhenum fluvium, cujus meminit Tacitus Annalium libro 21. Creditur idem eſſe cũ eo, quod in agro Trajectino hodie *Vicum* appellant.

Batia, ſive Batia, pen. prod. βάτεια, Filia Teucri Scamandri fluvii filii, uxor Dardani. Diodor. lib. 5.

Băthyllŭs, li, βάθυλλος, Poëta Tragicus fuit inſignis, in Comœdiis non æquè fœlix. ¶ Fuit item Bathyllus, Samius adoleſcens, Anacreontis Poëtæ amaſius. Horatius in Epod. Nõ aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium.

Bătĭæ, βάιαι, Civitas eſt mediterranea Epiri, cujus meminit Strabo lib 7.

Bătĭēă, pen. prod. βατίεια Stephano. Locus eſt editus in agro Trojano, qui & Ili tumulus appellatur, teſte Strab. lib. 13.

Bătīnă,

Bătīnă, pen. prod. βάτινα, Oppidum Apuliæ. Vnde Horat 3. Carm. Ode 4. saltusq; Banuos & arvum.

Batnæ βάτναι, Civitas Orrhoenæ. Steph.

Bato, βάτων, Historicus fuit Sinopæus, qui historiam de rebus Persicis scripsit. Strabo lib. 12.

Batrachus, nomen proprium scriptoris, Vide in APPEL.

Bătrĭădes, Dictus est Callimachus Poëta Elegiographus, à Batto patre. Ovid. in Ibin: Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin; Hoc ego devoveo teq; tuosq; modo.

Bătrĭs, βατρὶς, Puella fuit formosissima, quam Philetas Poëta Elegiographus adamavit, suisq; carminibus celebravit. Ovid. lib. 1. Trist. Nec tantum Coo Battis amata suo.

Battŏn, onis, βάττων, Poëta Comicus fuit, cujus tres fabulæ enumerantur à Suida.

Bătrus, Pastor quidam fuit equarum, de quo talem fabulam recitat Ovid. lib. 2. Metamorph. Quum Apollo Admeti regis armenta pasceret, Mercurius boves quasdam, quæ longiùs processerant, furto abactas, in sylva occultavit, Battoq; cuipiã equarũ custodi, à quo uno visus fuerat, mãdavit, ne cuiquam illud furtum indicaret: quod ut libentiùs faceret, vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius verò abiens, ut hominis experiretur fidem, sumpta alia figura, paulò pòst ad eum redit, rogans, an vaccas quasdam illàc transeuntes vidisset, pollicensq; si indicaret, vaccam cum tauro daturum. Battus itaq; spe muneris corruptus sub quo monte pascerentur, indicavit, ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem, qui Index dicitur, commutavit Ovidius:

Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo
Rure senex, Battum vicinia tota vocabat.

¶ Alius fuit rex Melitæ insulæ, de quo suprà in dictione Anna. Vide Battiades. ¶ Fuit item Rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quẽ linguæ adeò impeditæ fuisse ferunt, ut verbũ βατταρίζειν ab eo originem traxisse putetur. ¶ Batri silphium βάττις σίλφιον, Græci novum & ratũ quempiã honorem proverbio vocãt. Aristoph. in Pluto. ¶ Battus item inepti cujusdam Poëtæ nomen est, de quo paulò antè in dictione BATTOLOGIA.

Bătŭlum, Castellũ est Campaniæ, cujus incolæ Turno in auxilium venerunt adversum Aeneam. Virgil. lib. 7. Aen. Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, &c.

Bacyri, vel Bacyriani, βάκυροι & βακυριανοὶ, Gens Parthis & Medis vicina. Steph.

Baucĭs, βαυκὶς, Anus paupercula est apud Ovid. lib. 8. Metamorph. quę cum Philæmone marito Iovem & Mercurium suscepit hospitio. Cornutus in Persii Satyr 4. scribit anum fuisse pannosam, quæ quum ocymum venderet, non sine modulatione & adulatione ementes incitabat. Sic enim de illa Persius: Dum ne deterius sapiat pannuccea Baucis, Quum benè discincto cantaverit ocyma Vernæ.

Bavius & Mevius ineptissimi Poëtæ fuerunt & malevoli, Augusti temporibus, qui Virgilio suam gloriam invidêrunt. De quibus Virgilius ipse in Bucol.

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi.

Baūlī, Villæ nomen est, quæ inter promontorium Misenum, Bajarumq; lacum flexo mari alluitur. Servius causam nominis inde factam memorat, quòd olim Hercules juxta Bajas fecit caulam bobus, & eam sepsit, qui locus primò Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

B ante E.

Bĕātrix, virgo Romana & martyr sub Diocletiano Faustinum & Simpliciũ item martyres fratres, quos priùs tumulavit, paulò pòst eodẽ supplicio secuta, quòd prædiũ cuidã potenti vendere noluerat. Hæc enim dives erat: ac unà cum beata Lucina occisorum corpora in agro suo condebat. Autor Volaterr.

Bebius, cui cognomẽ fuit Massa, Delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cujus meminit Iuvenalis Satyra 1: quem Massa timet, quem munere palpat Carus. ¶ Fuit & Bebius Pamphilus Consul Romanus, cum P. Cornelio, eo anno, quo Numę Pompilii libri in agro C. Petilii effossi sunt. Vide Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1.

Bebrĭăcum, ci. [Ger. Ein Dorff zwischen Cremona vnd Dietrichs Bern in Italien.] Vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud quem Vitellius Othonem superavit. Iuvenal. Satyr. 2: Bebriaci in campo spolium affectare Palati, Cornel. Tacit. Annalium libro 18 Eo die, quo Bebriaci certabatur, avem inusitata facie apud Regium Lepidi celebri luco consedisse in colle memorant, nec deinde cœtu hominum, aut volantium alitum territam, pulsámve, donec Octho se ipse interficeret: Hunc vicum Itali hodie *Labinam* vocant.

Bebrĭăcēnsis, se, adjectivum: ut, Aves Bebriacenses: ita dictæ quòd ejus pugnę tempore, quę apud Bebriacum inter Othonem & Vitellium commissa est primùm in Italia apparuêrũt. Plin. lib. 10. cap. 49: Venêre in Italiam Bebriacenses bellis civilibus trans Padum, externæ & novæ aves, (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulùm infrà columbas magnitudine, sapore gratæ.

Bebryces, βίβρυκες Stephano: vel Bebrycii, Populi à Thracibus oriundi, qui eam partem Asiæ incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est: ut est videre apud Strabonẽ lib. 7 & 12. Hos Arrianus originẽ à Bebryce trahere una filiarum Danaï scribit, quæ unà cũ Hypermnestra præter jussa patris viro pepercit, quare fugiens parentẽ, unà cũ viro in hęc loca pervenit, incolasq; ritus docuit Aegyptios: prò quibus meritis regionem ab ejus nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totum tractum usq; ad Ephesum & Magnesiam Ioniæ oppidum, ut scribit enarrator Apollonii, Charontem adducens autorem, qui dicit Lampsacenorum regionem, olim Bebryciam appellatam. Ex Volaterrano.

Bebrўcĭă, βεβρυκία, Regio est minoris Asiæ ad Propontidem: postea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis: & Bithynia à Bithyno rege appellata. ¶ Bebryces populi ejusdem regionis, quos Strabo lib. 7 & 12. Thraces fuisse putat. ¶ Bebrycium nemus, de quo suprà in dictione AMŸCVS.

Bebrўcĭŭs, a, um, βεβρυκιος, Possessivum à Bebrycia, Asię regione. Virgil. 5. Aeneid. - qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

Bebryx, ycis, βίβρυξ, Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quos etiam à Pyrene illius filia nomẽ traxisse, idem autor est. ¶ Est item Bebryx, nomen gentile, cum significans, qui ex Bebrycia ortus est: de quo vide paulò antè in dictione BEBRYCES. Hujus autem nominis obliqui indifferenter efferuntur à Poëtis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Valerius Flaccus 2. Argonaut Bebrycis, & Scythi procul inclementia saxi. Silius lib. 3: Possessus Baccho ęva Bebrycis in aula.

Bechires Plinio, βιχῆρες Stephano, populi Themiscyræ, Asiæ regionis, Cappadociæ cõtermini: de quibus Plin. lib 6 cap. 4. Hi quum Attilæ ductu in Italiam venissent, vinũq; antea ipsis incognitum gustassent, brevi mortalium omnium bibacissimi evaserunt.

Beda, Natione Anglus, [Ger. Ein gelehrter Engellendischer Theologus] ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Ioanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa solventes, Hispaniam invaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandam solicitavit. Græcè, Latineq; eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorũ, & in Lucam. Autor Volaterranus.

Beduini, Ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis adjecti spimoribus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. Ii nulli ratione, inermesq; unà cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes [illegible] non posse, fatoq; omnia referunt. Hircinis amicti pellibus. Solem orientem adorant. Volater.

Beggrgrgis. Vibs Trallianorum, sic vetto, quod apud Stephanum scribitur, πόλις τραλλέων.

Bĕelphĕgŏr, [בעל פעור *báhal pehór.* βεελφεγώρ. Ger. Ein Abgott der Moabiten] Idolum fuit Moabitarum, nomine Behel sive Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno: ut annotavit Cælius Rhodig. Ant lib. 13. cap. 23.

Bĕĕl zĕbŭb, [בעל זבוב *báhal zebúb.* βεελζεβούλ. Ger. Der Musicken Gott oder der oberist der Teüfflen. Pol *Piekielnekszlaje.* Vng. *Beelzebub*, ördögöknek. *feiedelure.*] Idolũ fuit Accaronidarũ: quo nomine idolũ muscæ significatur. Bel (inquit Hieronymus) & Beel, & Baal, idem Hebræis est. nam iis vocibus indicatur idolum. Zebub autem muscam signat: unde Beelzebub (etiam Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam muscæ dicatur idolum. Sed & pro dæmonarcha ponitur: hoc est, dæmoniorum principe.

Beergios. (quod hîc pro Neptuni filio corrùptè legebatur) lege BERGION.

Bela. [Vng. *Béla király.*] Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis vectigalibus immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteamq; monetam percussit. Decessit post annos regni tres, membris equi lapsu fractis. Fuêre quatuor hujus nominis Pannoniæ reges, ut autor est Volaterranus lib. 8.

Belbina, βιλβῖνα, Strab. lib. 9: Insula è regione Anaphystiorũ; apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Belea, βελία, Velia, Vide ELEA.

Beledonii, βελεδόνιοι, Populi juxta Oceanum. Steph.

Belitra, βέλιτρα, Civitas Italię non procul à Roma. Steph.

Belgæ, arum, [βελγαι Ger. Die Niderlendischen Völcker/vñ Rheinstrũ an das Britannisch Meer. Pol. *Niderlandrowie.*] Populi Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Scaldem fluvios siti, in quindecim olim populos divisi. Plin. lib. 4. cap. 17: Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur: à Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnã Celtica, eademq; Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania.

Bĕlgĭcŭs,

Bēlgĭcŭs, a, um, adjectivum: ut, Essedū Belgicū, Currus quoddam genus, apud Belgas primùm inventum. Virgil. 3. Georg. Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Bēlgium, gii, apud Cæsar. 3. bell. Gall. Oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgarum regio.

Belgites, Pannoniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

Belippo, Oppidum Hispaniæ Bæticæ in conventu Gaditano, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Belisarius, βελισάριος Suidę. Fœliciſſimus pro Iustiniano principe belli dux fuit, qui Persas in Oriēte, Gothos in Italia, Vuādalos in Africa prælio superavit, corū rege Gilismere in triumphum ducto. Hic tām strenuus belli dux, & in hostibus perdomandis fœliciſſimus, invidiam vincere nō potuit. Nimia ejus potentia eum apud Iustinianum in suspicionem affectati imperii adduxit, qui utrunq; ei eruit oculum. Quare quum principis ingratitudinem aliter ulcisci non posset, exiguum extra urbem tugurìolum extruxit, ubi per omnem vitam, à prætereuntibus stipem emendicavit: illud identidem repetens: Da obolum Belisario, viator, quem invidia, non culpa cæcavit. Vide Crinitum. & Volaterranum.

Bēllă, Vide ABELLA.

Bellĕrŏphōntēs, tæ, seu Bellerophon, tis, βελλεροφόντης, Fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conspicuus, & virtutis maximæ. Hic quum à Sthenobœa uxore Prœti de coitu interpellatus esset, veritus hospitalis Iovis iram, lascivam fœminam repulit. Vnde exardens repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusavit: qui hospitii jure motus, illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis, ad Iobatem socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis, Iobates in ultionē criminis ad Solymos domandos Bellerophontem misit, ut sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verùm quum & Solymos facilè vicisset Bellerophontes, & aliis plerisq; periculis objectus semper victor rediisset, postremò ad interimendam Chimæram missus est: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegasum equum, summa cum laude superavit. Quapropter Iobates virtutem juvenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte uxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam suscepit, ut lib. 6. Iliad. refert Homerus. Quod quum audisset Stenobœa, sibiipsi mortem conscivit. Bellerophontes autem fœlici rerum successu elatus, quum in cœlum evolare cum Pegaso conaretur, immisso à Iove œstro, equo excussus est, decidítque in eum campum, qui postea Alejus appellatus est. Pegasus autem à Iove inter sydera est relatus. Hic primùm Hipponous dictus est, Bellerophontes postea appellatus, à Bellero quodam Corinthiorum primate, quem de medio sustulit. ¶ Bellerophontis literas, βελλεροφόντης τὰ γράμματα. Subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiæ, affert, aut aliud aliquod. Locus erit huic proverbio, quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgò *literas Vriæ* vocant, neq; dissimilis est historia apud Hebræos.

Bellĕrŭs, βίλλερος, Corinthiorū primus quidam, à quo interfecto Bellerophontes dictus est, quum antea Hipponous diceretur. Vide Cælium Rhodig. lib. 13. cap. 9.

Bellĭtani, Populi Edetaniæ, quæ est regio citerioris Hispaniæ ad Iberum fluvium. Plin. lib. 3. cap. 3.

Bellōnă, æ, pen. prod. ὀυνὰ, Bellorum dea, & Martis soror. [Ger. Ein Schwester *Martis*, ein Göttin des Kriegs.] Virgil. 9. Aen. Quam cum sanguineo sequitur Bellòna flagello. Huic proprio sanguine sacerdotes sacrificabant. Ante Bellonæ templū columna erat, quæ bellica dicebatur, super quam hastam jaciebat Fecialis bellum indicēs: ut post Festum annotavit Alexander ab Alex. li. 3. cap. 12. Hęc ab antiquis Duellona à duello, quod illi ipsi bellum appellabant.

Bellovaci, βιλλόβακοι, Populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes superarunt, quos Cęsar, duce eorum interfecto, in potestatem redegit.

Bellŏvăcum, pen. corr. Oppidum Bellovacorum, apud Cæsarem Comment. lib. 8. Vulgò *Beauvais*.

Bellogradum, Vngariæ urbs, ad confluxum Sai, & Danubii sita. [Vulgò Griechisch Weissenburg. Pol. *Bial'ogrod.* Vng. *Landor fehér vár.*]

Bĕlŏn, βίλον, per simplex l, Nomen urbis, & fluvii in Hispania Bætica, Straboni lib. 3.

Belunium, *Monte Belunio*, Venetiarum oppidum in Italia, ut Patavium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin. lib. 3. cap. 19.

Belŭs, βῆλος, per simplex l. [Ger Der erst Assyrisch König.] Nomen proprium primi regis Assyriorum & patris Nini, à Sole deductum, qui Assyriorum lingua *Bel* dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babylonii, divinisq; eum honoribus sunt prosequuti. ¶ Fuit item Belus, cognomento Priscus Epaphi, vel (ut alii malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Isis post Apidis mortem nupsit, regnante Athenis Cecrope. Hujus filii fuerunt Danaus, & Aegyptus, quem alii Aegisthum vocant: à cujus etiam nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ sunt: ut paulò antè ostendimus suo loco. ¶ Hoc etiam nomine dictus fluvius Syriæ, ubi primò repertū fuisse vitrum, Plinius scribit lib. 5. cap. 19. Ioseph. lib. 1. belli Iudaici: Stadiis, *ait*, duobus à Ptolemaide Belum amnem distare, juxta quem sepulchrum Memnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circundatis jugis convehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. ¶ Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didûs, vir militaris scientiæ peritissimus, qui Cyprios Phœnicum littus infestantes piratica subegit, ut est apud Virgil. lib. 1. Aeneid. genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum, *&c.* Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Servius. ¶ Belus Stephano, Oppidum est Hispaniæ, nō procul ab Herculis columnis, idem fortassis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur. ¶ Belus, gēma est vitrea specie, magnitudine nucis juglandis, in Arbelis nascens, ut ex Democriti sententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.

Bēlĭdēs, hujus Belidæ, pen. long. βελίδης, Patron. masc. quo significatur filius, seu aliquis de genere Beli. Virgil. 2. Aeneid. Fando aliquid si fortè tuas pervenit ad aures Belidæ nomen Palamedis, *&c.*

Bēlĭs, hujus Belidis, βηλὶς, Patronym. fœm. quo significatur filia vel neptis Beli. Vnde Belides dictæ sunt quinquaginta filię Danaï, Beli filii: quas quum Aegisthus Danaï frater (quem alii Aegyptum vocant) totidem filiis suis peteret uxores, Danaus despondere noluit: didicerat enim ex oraculo, se à genero interfectum iri. Sed postea coactus à fratre promisit se Aegisthi petitioni satisfacturū. In nuptiarum autem nocte filias subornavit, ut clàm se cultris armarent, & viros jam vino, luxuriaq; sopitos jugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tempore necarunt viros, unaquæque suum, excepta sola Hypermnestra, quæ Lynceo seu Lino viro suo pepercit, qui postea occiso Danao, regnum apud Argos invasit. ¶ Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum dolium, proverbio celebratur, pro barathro quodam inexplebili, & insatiabilis cupiditatis homine. Fingūtur enim à poëtis, Danaï filiæ apud inferos eo supplicii genere perpetuò damnatæ esse, ut dolium quoddam pertusum aqua conentur implere, unde tantum effluat, quantum illæ possint infundere. Ovid 4. Metamorph. Moliriq; suis lethum patruelibus ausæ, Assiduè repetunt, quas perdant, Belides undas. Vide BELVS.

Bēmārchĭŭs, βημάρχιος, Ex Cæsarea Cappadociæ sophista, qui scripsit res gestas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes. Autor Suidas.

Bembina, βεμβῖνα Stephano, Nemeæ vicus est, quem Hellanicus Bembinon, βέμβινον appellat: unde Nemeæus leo à Poëtis Bembinatis bellua dicitur. Plaut. Mil. Bembinatidis belluæ instar: hoc est. Nemeæi leonis instar.

Bembinadia, Regio Arcadię inter Clitorium & Cleonem oppida. Plin. lib. 4. cap. 6: Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemeęa, Bembinadia vocitata. Sic enim legit Hermolaus, cujus verba hæc sunt: Legendum est Bembinadia: fuit enim vicus Bembina: unde Nemeæus leo à Poëtis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite: ubi dicitur, Bombamatides elutum instar: cogitent legentes, an emendandū sit: Bembinatidis belluæ instar: hoc est, Nemeæi leonis instar. Vide BEMBINA.

Bēnācŭs, pen. prod. [βλιάκος. Vulgò *Lago di garda.* Ger. Der Gardsee in Italia.] Lacus Cisalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem ajunt aureas arenas evolvere, & ex eis nutrire pisces, quos indigenæ *Carpiones* vocant, nusquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluvius excurrit in Padū. De hoc lacu Virgil. lib. 2. Georg. Fluctibus & fremitu assurgēs Benace marino.

Bĕnē, es, βλών Stephano, Oppidum Cretę, sub Gortyne sita: cujus incolæ dicuntur Benæi, βλωεῖοι.

Bĕnĕdictŭs, patria Nursinus, primò Sublacū secessit, ubi ordinem monachorum instituit, in Italia primùm, quem antea Basilius in Oriente constituerat. Deinde quum à frequentibus adiretur vitandæ gloriæ gratia, Casinum venit, ubi templum Apollinis Ioanni Baptistæ dedicavit. Ad quem Totilas rex Gothorum experiundi vaticinii gratia dicitur incognitus venisse, servo præmisso cultu regio, ab eoq; patefactus fuisse. Decessit Casinii Benedictus: ubi & sepultus cum Scholiastica sorore, imperante Iustino seniore. Fuit & alter ejusdem nominis, eodem ferè tempore quo superior Benedictus, qui à Gregor. 3 memoratur in dial. Vivebat monachus in Latio, XI. ab urbe Lapide.

Bĕnĕventum, βενδοσίνη Ptolemæo, βενβεντὸν Suidæ & Stephano,

phano, Hirpinorum urbs, quæ quum eò colonia duceretur, boni ominis causa ita vocari cœpit: nam antea Maleventum vocabatur. Vulgò *Benevento*. Hęc urbs à Diomede condita fertur: apud quam xxx. millia Samnitum cæsa fuerunt, Sulpitio & Petilio Consulibus. De hac Plin. lib. 3. cap. 11.

Benis. Vide NEBIS.

Bĕnnă, vel per diphthongum Bænna, vel Bena cum simplici n, urbs Thraciæ, unde Bennicus sinus. Stephano. Apud eundem: Benna unus est ex senatoriis ordinibus Ephesi, cujus Senatores Bennii.

Berbecomagus, Vrbs, hodie Speyr dicta.

Bĕrĕcyntĭă, *βερεκυντία*, (inquit Servius) Mater deûm dicta à monte Phrygiæ Berecynto: cujus ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthum dicimus. ¶ Est aût tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam Ripæi montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus, quũ Riphæos montes Scythiæ significamus. Hæc Servius in illud Virg. lib. Aen. 9. Ipsa Deûm fertur genitrix Berecyntia, *&c.*

Bĕrĕcyntĭus, *βερεκυντ&*. Stephano, nomẽ montis est Phrygię, & nomen oppidi, in quo Cybele mater deûm priscorum ritu colebatur: unde Berecyntia dicta est. Plin. lib. 16

Bĕrĕcyntĭus, a, um, adject. *βερεκυντ&*: ut cornu Berecyntium, apud Horatium 1. Carm. hoc est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ sacerdotes. ¶ Tibia Berecyntia, Idem 3. Carm.

Bĕrĕnīcē, es, pen prod. *βερενίκη* Ptolemæi Lagi uxor. Ea genita Aegypti, à cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus filius insignem urbem, quam in sinu Arabico condidit, Berenicem appellavit. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. ¶ Fuit & alia ejusdẽ nominis Aegypti Regina, Ptolemæi Philadelphi & Arsinoës filia, quæ Ptolemęo Evergetæ fratri suo nupsit: qui quũ paucis à nuptiis diebus, in Asiam expeditionem suscepisset, Berenice crinem se detonsuram vovit, si ille salvus reverteretur, cujus voti damnata, absciſſam comam in templo Veneris consecravit: quæ quum postridie non apparuisset, ægrè id ferenti Regi, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter sydera collocatam affirmavit, septem ei figura vacuas ad caudam Leonis ostendens stellas, in quas Berenices crinem mutatum asserebat. ¶ Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filii ex Salome sorore neptis, cujus meminit Strabo li. 16. ¶ Berenice prætereà à Valerio Maximo appellatur lib. 8. cap. 6, quam Plin. lib. 7. cap. 41, Pherenicen vocat, cui soli ex mulieribus, quòd filia, mater, & soror esset Olympionicarum, concessum est, ut gymnicos ludos posset spectare, fœminis omnibus interdictos.

Bĕrĕnīcē es, *βερενίκη*, Multarum urbium nomen est, quarũ prima in Libya Cyrenaica est, in extimo majoris Syrtis cornu sita, una ex iis quæ Pentapolin efficiunt: de qua Plin. lib. 5. cap. 5. ¶ Secunda, ad sinum Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipso solstitii die hora sexta umbras penitùs ablumi tradit Plin. lib. 6. cap. 29. ¶ Tertiam cognomento Panchrysos, & quartam Epidiren dictam enumerat idem Plinius loco jam citato. ¶ Duæ prætereà ejusdẽ nominis urbes recensentur à Stephano, quarum alteram in Cilicia collocat: alteram Chium olim vocatã asserit.

Bĕrĕnīcĭdæ, *βερενικίδαι*, Ptolemaica tribus populi apud Atheniẽses. Stephano.

Bĕrĕnīcĭs, idis, *βερενικὶς*, Tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenicen urbem. Lucanus libro 9: -nam quicquid pulvere sicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

Bĕrēs, *βέρης*, Vrbs Thraciæ, à Berete filio Macedone, Stephan. Vide Mieza apud Steph.

Bĕrex, *βέρεξ*, Gens inter Indiam & Aethiopiam, Steph.

Bērgē, *βέργη*, Vrbs aut vicus Thracię, ex qua natus est Antiphanes Bergæus Comicus, qui incredibilia conscripsit: unde proverbium *βεργαίζειν*, pro nihil veri dicere. Vsurpatur & Bergiũ diminutivè, Steph.

Bērgĕpŏlĭs, *βεργόπολις*, Vrbs Abderitarum, Steph.

Bērgĭdŭm, *βεργίδιον*, Oppidum Ilergetũ, in eo tractu Tarraconensis Hispaniæ, qui Vasconibus proximus est.

Bērgĭŏn & Albion, Gigantes, filii fuêre Neptuni, ab Hercule interfecti, ut scribit Pomponius Mela libro 2. Vide suprà ALBION.

Bergomum, Oppidũ est Italiæ, trans Padũ, à Plinio in nona Italiæ regione collocatũ, etiam hodie nomẽ retinens. ¶ Hinc Bergomates ejus oppidi incolæ dicti sunt.

Beriades, *βεριάδης*, Indorum rex, bellum adversus Dionysium gessit. Steph. in civitate *πόλεις*.

Bĕrĭthrŭs *βήλιθρος*, Vrbs Trojana, Steph.

Berlinum, Vrbs Marchiæ Brandenburgicæ.

Bernārdŭs, [Ger. G. Bernhard der from Abt.] Abbas inter Burgundos, nobili ortus genere, anno ferè 12. ætatis, sub abbate Stephano, qui tertius fuerat in Cœnobio Cistercienſi paulò antè instituto, unà cum 30. sociis monachũ professus, doctrinæ, vitæq; laudata fama adeò profecit, ut Clarævallẽsi cœnobio tunc primùm Roberti viri illustris impensa cõstructo, prępositus sit: cui annos 36. præfuit. Plura reliquit scripto Comment. in Cantica. Considerationes divinæ contemplationis ad Eugenium pontificem. Vnde Pontificii munĕris ratio dicatur. Varias insuper epistolas, sermones etiam in diebus solennibus habitos. Volaterr.

Bernava, Apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul à Cæsarea Augusta, Celtiberis & Bessetanis ad Orientem proximum. Vulgò *Benavar*.

Bĕrŏe, *βερόη*, Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quam se mutavit Iuno, Semele persuasura, ut à Iove veram illius formam peteret, qua cum Iunone congredi soleret: ut superiùs de Baccho dictum est. Ovid. Metamorph. 3: Ipsaq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrix. ¶ Beroës quoq; cujusdam Dorycli Ismarii conjugis meminit Virg. lib 5: Fit Beroë Ismarii conjunx longæva Dorycli, *&c.* ¶ Est item Beroë Stephano, urbis nomen in Macedonia, non procul à Pella, Alexandri Magni patria: quæ aliàs Beroëa, sive (ut quidam malunt) Berrhoëa vocatur, vide infrà suo loco.

Bĕrŏĕa, sive Berrhoea, *βέροια* Stephano, *βέρροια* Suidæ, Vrbs Macedoniæ ad Haliacmonem fluvium sita, non procul à Pella, Alexandri Magni patria. Meminit urbis hujus Plin. li. 4. cap. 10 Virgò *Veria*. ¶ Est etiam in Cava Syria hujus nominis oppidum in quo Bassianus Rhetor natus traditur, à quo dicti sunt Berœenses, quorum meminit Plin. lib. 5. cap 23.

Berenice. Vide BERENICE.

Berecinthus. Cacumen est Taurorum, tres habens fontes, sine remedio mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103.

Berosus. [Ger. Ein furbundter Astrologus auß Chaldæa.] Chaldæus fuit, Astrologiæ peritissimus, cui propter admirandam prædicendi futura scientiam, Atheniẽses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. Autor Plinius libro 7. capite 37.

Bersabe [באר־שבע *beér-schébah*.] Vrbs Iudææ, quæ puteus juramẽti interpretatur: quia quum ibi habitaret Abrahã cum Abimelech, mactatis septem ovibus in fœdus mutuò juraverunt. Hæc terminus fuit terræ promissionis possessæ à populo Iudæorum, postquam reversus est ex Aegypto, & tenditur usque ad Dan, spatio in longum CLX. millium, sicut scribit Hieronymus ad Dardanum.

Bersanæ, Vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Autor est Diodorus.

Bĕrŭnŭs, *βέρουν&*. Steph. Italiæ civitas, nimirùm Verona.

Beryllus, *βήρυλλ&*, Bostrenæ urbis Arabicæ Præsul fuit, qui quum plura rectè pro religione scripsisset, postremò omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul à veritate abhorrentia. Quamobrem convocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Origene, ad sanitatem reductus est. Vide Volater. lib. 6.

Berytis *βέρυτις*, Troica, urbs videtur addendum. Steph.

Bērytŏs, pen. prod. *βηρυτὸς*, Vrbs est Phœnices, in ora Libanó monti subjecta, Iustiniani temporibus legum studiis celeberrima. Vulgò *Barutum* vocant. Hinc Berytia vina, hodie quoq; nominatissima: de qua Plin. lib. 15. cap. 17.

Berytus, Alia est urbs Arabiæ, Diospolis priùs dicta. Steph.

Bescĭă *βεσκία*, Vrbs Ausonum. Steph.

Besă, simplici s, *βῆσα*, Fons est Thessaliæ inter Ossam & Olympum, juxta Cycesium oppidum: de quo Strabo lib. 8. ¶ Est & Besa tribus nomen in agro Attico: cujus meminit idem Strabo lib. 9.

Bēssă, geminata ss, *βῆσσα*, Campus est Locridis, densis arbustis refertus: unde & nomen accepit. *βῆσσαι* enim saltus à Græcis nominantur. Vide Strabo. lib 9. ¶ Est & *βῆσσα* Bessa ejusdem regionis oppidum, apud Steph.

Bēsbĭcŭs. *βίσβικ&* Stephano. Insula est exigua Propontidis, XVIII. M passuũ circuitu, è regione ostii Rhyndaci fluvii. Vide Plin. lib. 5. cap. ult.

Bĕsippo, *βεσιππὼ* Ptolemæo, Hispaniæ Bæticæ portus, & oppidum non procul à Mellaria urbe, patria Pomponii Melæ, ut ipse testatur Geographiæ suæ lib. 2.

Bessără. *βίσσαρα*, Civitas est Assyriæ apud Ptol. lib. 16. cap. 1.

Bēssi. *βησσοι*, Populi Thracum, teste Plin. lib. 4. cap. 11, magnæ ex parte Hæmum montem incolentes, rapto & latrociniis victitantes, de quibus Ovid. lib. 6. Trist. Vivere quam miserum est inter Bessosq;, Getasq;.

Bessȳgă, pen. corr. *βήσυγα, τὰ*, Emporium in India, ubi & amnis Bessygas: unde Bessygitæ populi, qui humana carne vescuntur. Steph.

Bestĭă Appia, legitur apud Volater. lib 14. ex Livii lib. 2. bell. Pun. apud quem nunc legimus Vastia Oppia.

Bethārmŏ-

Bēthārmŏnĕs, βηθαρμωνες, Ab Homero Corybantes vocantur, Odyſſ. 8.

Betacharum, Vicus inter Hieroſolymã & Thecuam in monte ſitus. Compoſitum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa. Immò ut videtur eſſe [בית-הכרם *beth-hachchérem.*] merè Hebraicum eſt.

Bethania, [בית-עניא *beth-hanjá.* βηθανία.] Villa ſecũdo milliario ab Hieruſalem, in latere montis Oliveti, Marthæ, ac Mariæ memoria inſignis. ¶ Eſt & altera Bethania trans Iordanẽ, ubi Ioannes quondam baptizabat. Volaterr.

Bethel, [בית אל *beth-el.*] Vrbs Samarię, quam Iebuſęi condiderunt, quæ priùs vocabatur Luza.

Bethlema, Vide BETHLEHEM.

Bethlehem, [בית להם *beth-léhem.* βηθλεέμ. Ger. Die Gebuttoſſtat Chriſti vnſers Heylandts. Vng. Bõthlehem.] Nomen civitatis David, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Chriſti ſervatoris noſtri natalibus inſignis. Nũc viculus eſſe dicitur, qui ab Ioppe quadraginta millibus diſtat. Ex hac civitate ortus, atq; ibidem in regem unctus eſt David. Ibi Rachel occubuit: & ſepulchrum Ieſſe patris David oſtenditur. Eſt autem hic locus in tribu Iuda, ſexto ab Hieruſalem milliario poſitus, contra Meridiem in itinere, quo itur Hebron. Quando autẽ Iacob ibi pecora ſua pavit, loco Bethlehem nomen impoſuit, quod domus panis interpretatur: propter eũ panem qui ibi de cœlo deſcendit. A Stephano βηθλεμμ appellatur neutro genere, & plurali numero. ¶ Hinc Bethlehemitæ, pen. prod. dicti ſunt ejus incolæ.

Bethphagĕ, pen. prod. [בית-פאגי *beth-phagé.* βηθφαγή. Ger. Ein dorff nicht weit von Jeruſalem am Oelberg gelegẽ. Vn. *Betfage.*] Vici nomẽ eſt in Iudæa, nõ procul ab Hieroſolymis, quod Syris domum oris, vel maxillæ ſonat.

Bethſaida, [בית-צידא *beth-tſaidá.* βηθσαϊδά.] Galilęę civitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad Lacum Tyberiadis ſita.

Bethſames. [בית-שמש *beth ſchémeſch.*] Nomen urbis Galilææ, ubi Dominus perhibetur multa ſigna feciſſe: à qua Bethſamitæ populi.

Bethſura, & Bethſuræ, tantùm plurale, pen. prod. [בית צור *beth-ſſur.*] Munitum fuit Iudæorum præſidium: de quo multa lib. 2. Machabæorum.

Betis, fluvius Hiſpaniæ ulterioris. Vide BAETIS.

Betulo, Hiſpaniæ fluvius eſt in tractu Tarraconenſi, Barcinonenſem agrum irrigans. Rectiùs ſcribitur Bætulo per diphthongum. Vide ſuprà ſuo loco. Vulgò *Becon.*

Bēvā βέβα, Vrbs Macedoniæ. Steph.

Bevŏs, βέβος, Fluvius. Steph.

B ante I.

Bĭānŏr, βιανωρ, Nomen viri qui & Ocnus dictus eſt, filius Mantûs fatidicę, & Tuſci fluminis, qui Mantuam urbem à nomine matris appellavit. Virgil. Aegl. 9: nanq; ſepulchrũ Incipit apparere Bianoris, hîc ubi denſas, &c. ¶ Fuit itẽ unus ex Trojanis principibus, qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus eſt, teſte Homer. lib. Iliad. 11.

Bias, Bantis, [βίας Ger. Einer auß den ſiben Weyſen des Griechenlandts.] Nomen Philoſophi Prienenſis, qui fuit unus ex ſeptẽ Græciæ ſapientibus. Hic (Laërtio teſte) vir fuit totus regius, & civium ſuorum princeps, quos diu adverſus pericula tutatus eſt. Sed tandem capta patria, quum univerſi fugerent rerum pretioſiſſimarum ſarcinulis onuſti, ipſeq; interrogaretur, cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret, reſpõdit: Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona ſua non numerabat.

Bĭāctĭă Ptolemæo, Oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, fortaſſe idem cum eo, quod hodie Baeza nominatur.

Bibaculus, Patria Cremonenſis, ut ſcribit Euſebius, qui ſimul & Catullus inter poëtas Iamborum Latinorum ponuntur Quintiliano. Eſt & Bibaculus alter, cujus meminit Cæſar in Commentariis.

Bibaga, inſula eſt Indiæ, oſtreis & conchyliis referta, ut ſcribit Plin. lib. 6 cap. 21.

Bibaſtus, βίβαστος, Vrbs Thraciæ. Steph.

Biberius, Tiberii agnomen per deriſum, propter nimiam vini aviditatem.

Bibiana, Virgo Romana & martyr ſub Iuliano, quæ unà cum parẽtibus martyrum corpora ſepelichat, ſepulta eſt apud palatium Lucinianum. Autor eſt Volat. lib. 3.

Biblĭă, ſive (ut alii vocãt) Billia, Vxor Duellii Romani, qui primus Romæ ex navali certamine triumphavit: quæ tantæ pudicitię fuit, ut illo ſeculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monſtrum erat, non vitium. De hac memoriæ proditum eſt, quòd quũ Duellio in jurgio quodam oris graveolentia objecta eſſet, eoq; nomine à viro illo accuſaretur, quòd vitii ejus ipſum nunquam monuiſſet, Bibliam reſpondiſſe: Id quidem ſe facturam fuiſſe, niſi viros omnes credidiſſet ita olêre.

Biblĭna, æ, βιβλίνη, Thraciæ regio, vinò generoſo inſignis, quod Biblinum ab ea appellatur: tametſi alii à biblia vite appellatũ malint. Demus aũt Delius Biblinum vinum, Naxium interpretatur, eò quòd Biblus Naxi inſulæ fluvius ſit, Vide Stephanum.

Biblus, βίβλος, Naxi inſulæ fluvius, à quo nõnulli, Biblinũ vinum nominatum putant. Vide ſuprà indictione BIBLINA.

Bibrācte, Heduorum oppidum eſt apud Gallos, autore Cæſare. Hodie Sequanis: hoc eſt, Burgundis annumeratur. Vulgò *Beaulne.*

Bibracum, Vrbs Sueviæ, Vulgò Biberach.

Bibrĕvĭs, pes, Pyrrichius, Diomedes Grammaticus lib. 3.

Biburcum, Daniæ urbs. Vulgò Biborg.

Bĭbŭlŭs, Collega Cæſaris fuit in conſulatu, nomine potiùs quàm re: Cæſar enim ſolus quicquid viſum erat, inconſulto collega, pro ſuo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat, homines urbani Cajo & Cæſare Coſſ. geſtum dicebant. Vide Eraſmum in Apoph. Extat etiã apud Tranquillum in vita Cæſaris ea de re diſtichon hujuſmodi: Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt. Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

Bĭcūrgĭum, βικούργιον Ptolemæo, Germaniæ urbs eſt, quam *Erfordiam*, Vulgò Erdfurt vocant.

Bidini, Populi ſunt Ciciliæ, Citariis, & Cacirinis vicinitut autor eſt Plin. lib. 3. cap 8.

Bidios, βίδιος, Caſtellum in agro Tauromenitano. Steph.

Bidos, βίδος, τό, invenitur & cum diphthongo, adhuc caſtellum in Sicilia, Stephan.

Biemus, Vrbs Cretæ, Vide hiſtoriam apud Stephanum, ubi ait de Vienna Galliæ.

Bĭēndĭum, Citerioris Hiſpaniæ portus eſt, apud Plin. lib. 4. in deſcriptione citerioris Hiſpaniæ.

Bigargitani, Populi ſunt Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

Bigerones, Aquitaniæ populi ſunt, apud Cæſarem, Tarbellis & Sontiatibus vicini.

Bigerra, βίγερρα, Ptolemæo, Hiſpaniæ civitas eſt, Setabis contermina, quæ hodie *Beiar* ab incolis vocatur.

Bilæus, βιλαῖος, Fluvius eſt Ponti, in finibus Paphlagoniæ, nõ procul ab Heraclea. Vide Plin. lib 6. cap. 1.

Bilbĭlĭs, βίλβιλις, Oppidum Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi, ad Salonem fluvium, optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Martialis pœta originem traxit, ut ipſe multis in locis teſtatur. Vulgò *Calatayut.*

Bilbĭna, Vrbs Perſica. Steph.

Bion, βίων, Borysthenîtes philoſophus fuit, & ſophiſta callidus, qui philoſophiam vario orationis flore veſtivit. Hic primùm Crateris Cynici Philoſophi auditor fuit: à quo ſeſe ad Theodorũ contulit. Fertur hic dixiſſe ad eum qui fundos ſuos ingluvie voraverat, Terra Amphiaraum abſorbuit, ſed terram tu. ¶ Fuerunt & alii ejuſdem nominis Philoſophi, quos vide apud Laërtium.

Bipedĭmui, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Plin. lib. 4. cap. 19.

Biracelium, Thuſciæ oppidum eſt Ptolemæo, hodie *Vicarellum.*

Bĭrĕndĭum, Citerioris Hiſpaniæ portus. Plin. lib. 4.

Bĭrmātĕr, Agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelen & Iovem, matris fungentẽ officio, δημήτωρ. Vide ſuprà in nomine BACCHVS.

Bingium, Vrbs in littore Gallico ad Rhenum ſita, eo loco ubi Naus fluvius in Rhenum exit. [Vulgò Bingen.]

Biſaltes, Vide BISALTIA.

Bĭſāltĭă, βισαλτία Stephan. Regio Macedoniæ libera, ad Strymonem amnem: ita dicta à Biſalte Solis & terræ filio, aut à Biſalte vicino fluvio.

Bīſāltæ, βισάλται Stephan. Populi liberi Macedoniæ ad Strymonem amnem, teſte Plin. lib. 4. cap. 11, qui famem in bello lacte concreto, & ſanguine equino tolerant. Virgil. 3. Georg. Biſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus, Quũ fugit in Rhodopen, aut in deſerta Getarum, Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

Bīſāltĭs, idis, βισαλτὶς, Gentile fœmininũ à Biſaltia Macedoniæ regione formatum. Ovid. 6. Metam. tu viſus Enipeus Gignis & Aloidas, aries Biſaltida fallis.

Biſanthe, βισάνθη Steph. Oppidum eſt Macedoniæ, nõ procul à Melane fluvio, eoq; oppido, cui μάκρον τεῖχος: hoc eſt, longus murus nomen eſt. Vide Plin. lib. 4. cap. 11.

Biſargis, βισαργὶς, Oppidum Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi, ad Iberum fluvium: cujus meminit Ptol. lib. 7. cap. 6.

Biſtŏnĭă, æ, βιστονία. Regio Thraciæ, inter Neſſum & Hebrum fluvios: ita dicta à vicino lacu, quem Biſtonidem appellant: ſive (ut quibuſdam placet) à Biſtone rege. ¶ Biſtona præterea Stephano oppidum eſt ejuſdem regionis non procul ab Abderis.

Biſtŏnĕs,

Bīstŏnēs, Βυσσόνες, Populi Thraciæ, inter Neſſum, & Hebrum fluvios: ita dicti à Biſtonide lacu, ſive (ut Stephano placet) à Biſtone rege. ¶ Inde *Βύσσονις*, patronymicum fœminini generis, quod ſæpiſſimè tamen accipitur adjectivè & poſſeſſivè. Ovid. in Epiſtola Paridis ad Helenam: Tuta tamen bello Biſtonis ora fuit.

Bīstŏnĭŭs, a, um, *Βυσσόνιος*, poſſeſſivum: quod Poëtæ ſuo more accipiunt pro Thracio. Ovidius: Brachia Biſtonia candidiora nive. Idem: Feſſaq; Biſtonia membra lavabis aqua.

Bīstŏnis, *Βυσσονὶς*, ſive Biſtonius lacus, in Biſtonia Thraciæ regione eſt, nō procul ab Abderis oppidoim quo natantia omnia demerguntur: unde & nomē accepit, à verbo ſcilicet Græco, *Βυσσόω*, quod eſt demergo. Vnde & byſtonis per y Græcum ſcribendum videtur. Stephanus tamen & Suidas *Βισσὶν*, *Βισσνίδα*, & *Βισσνὶς* ſcribunt, per quartam Græcorum vocalem.

Biſurgis, [Ger. Ein fluß in Teutſchland/ der Weſer genennet/ fleußt durch Sachſen vnd das Land Braunſchweig.] Straboni lib. 7: Germaniæ eſt fluvius, ſexcentis à Rheno ſtadiis diſtans. Pompon. Viſurgim appellat lib. 3.

Bithalbe, *Βιθάλβη*, vide Helienopolim apud Steph.

Bithia, Pharaonis filia, quæ Moſen adoptavit.

Bithŭs & Bacchius, Vide in APPELLATIVIS.

Bithyæ, *Βιθύαι*, Populi ſunt Thraciæ, apud Stephanum, quorū autor fuit Bithys Martis, & Setæ ſororis Rheſi filius. ¶ Bithyæ quoq; mulieres fuerūt in Scythia, in ſingulis oculis binas habentes pupillas, ideoq; viſu effaſcinātes: ut ex ſententia Apollonidæ tradit Plin. lib. 7. cap. 2.

Bithȳnĭă, [*Βιθυνία*. Ger. Ein Land ſchafft des minderen *Aſiæ*.] Regio miñoris Aſiæ, adverſa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (ut Solinus ſcribit & Servius) primùm Bebrycia: poſtea Myg donia: deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libyſſa eſt, ubi Annibal ſepultus eſt. Sunt qui ſcribant Thymos populos tranſiſſe ex Thraciâ, qui deinde Bithyni dicti ſunt, & regio ipſa Bithynia. Claud. Thyni Thraces erant, quæ nūc Bithynia fertur. ¶ Ex Bithynia fuerunt viri in diſciplinis memorabiles, Xenocrates philoſophus, & Dionyſius dialecticus, & Hipparchus, & Theodoſius, & filii ejus mathematici, & Cleoſthanes orator ex Myrlea, & Aſclepiades medicus Pruſienſis.

Bīthynĭcŭs, a, um, *Βιθυνικὸς* Quod Romanorum quibuſdam in cognomen ceſſit à devicta nimirum Bithynia. Martial Iam terem factam Bithynicam credis habere. De origine Bithynorū vide latiùs apud Strabonem lib. 12. Herodotum lib. 7. & Dionyſium Afrum de Situ orbis.

Bīthȳnŭs, a, um, aliud adject. *Βιθυνὸς* Stephano: Iuven. Quanquā & Cappadoces faciant, equitesq; Bithyni. Vbi illud animadvertendū eſt, à Iuvenale corripi primam nominis hujus ſyllabam, quæ à cæteris omnibus producitur.

Bithynium, *Βιθύνιον* Stephano, Civitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienſes populi dicti ſunt.

Bithynopolis, Vrbs à Bithye dicta. Steph.

Bithynus, Iovis & Thraces filius. Stephano *Βιθυνὸς*, fratrē habuit Doloncum, à quo Doloncī Thraciæ populi dicti ſunt.

Bithys, *Βίθυς*, nomen viri, de quo Steph. in Bithyæ & Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bĭtĭas, fuit unus ex Carthaginienſium principibus. Serv. in illud Virg. 1. Aen. Tum Bitiæ dedit increpitans, *&c.* ait Bitiam fuiſſe præfectum claſſis Punicæ. Meminit etiam Bitiæ cujuſdā Virg. li 9. qui frater Pandari fuit ex Alcanore Trojano, & Hiera. Hi cum Aenea poſt Trojæ excidium in Italiam venerunt, & quum apertis etiā portis auſi eſſent Rutulos, abſente Aenea, laceſſere, ab ijſdem ſunt trucidati.

Biton. *Βίτων*, Alter fuit ex filiis Argię ſacerdotis, & frater Cleobis: de quibus ſic ſcribit Cic. 3. Tuſc. Primùm Argię ſacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur. Nota fabula eſt. Quū enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum morarenturq; jumenta: tunc juvenes ii, quos modò nominavi, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad jugum acceſſerūt. Ita ſacerdos advecta in fanum, precata à Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſit à Deo. Pòſt epulatos cum matre adoleſcētes ſomno ſe dediſſe, manè inventos eſſe mortuos. Hæc ille.

Bituítus, Arvernorum rex in Gallia, ſpecie colloquii comiter hoſpitio invitatus à Cn. Domitio, & vinctus eſt, & Romam deportatus.

Bĭtŭrgĭă, æ, *Βιτυργία*, Oppidum fuit Tuſciæ, teſte Ptolemæo, libro 3. capite 1, non procul à Manliana, hodie Pontificum villa.

Bĭtŭrĭgēs, Populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, teſte Plin. lib. 4. cap. 10, quorum frequens eſt mentio apud Cæſarem. Hi uno die vigiati oppida incenderunt, ut Cæſarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horum metropolis Avaricum erat: hodie *Bourges en Berry*. Singularis nominativus eſt Biturix, quo uſus eſt Lucan. libro 1: Et Biturix, longiſq; leves Axones in armis.

Bizen, Civitas Thraciæ. Steph. *Βίζη, πόλις Θρᾴκης, τὸ πλῆ ἀρσ βικάλικον*. Plinius libro 4. capite 11, Bizian vocavit: Bizia, *misquit*, arx regum Thraciæ, Terei nefaſto crimine invisa hirundinibus.

Bizĭă, [Ger. Ein Schloß der Königen *Thracie*, zu welchem kein ſchwalm fleugt.] Arx eſt regū Thraciæ, teſte Plin. lib. 4. cap. 11. ad quam hirundines non advolant. Ejus rei cauſa ad Terei inceſtū, & Prognes flagitium refertur à Græcis ſcriptoribus. Vide BIZEN.

Bizon, Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam, & Calatidē ſitum, magna ex parte terræ motibus hauſtum. Plin. lib. 4. cap. 11. & Strabo 7.

B ante L.

Blaberura, *Βλαβέρουρα*, Oppidum eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ non procul à Pyrenæis montibus: cujus meminit Stephanus in voce *Ἰνδική*.

Blaëna, triſyllabum, Ponti regio fecax, per quam Amnias flumen labitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias funditūs delevit, haud quidē præſens, ſed per legatos: unde ille cum paucis domum fugiens ſervatus eſt, & inde in Italiam navigavit. Verba ſunt interpretis Strab lib. 12.

Blandă Italiæ oppidum in agro Brutio, nō procul à Bato flumine, & Parthenio portu. Plin. lib. 3 cap. 5 ¶ Eſt & Blanda, ſive Blande, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in agro Barcinonenſi, juxta Larnum flumen. Vulgò, *Blanes*.

Blānde, Fluvius eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in agro Barcinonenſi juxta oppidum ſui nominis. Autor Plin. lib. 3. cap. 3.

Blāndŭsĭă, In agro Sabino regio eſt, in qua Horatius habuit villam, & in ea fontem, quem celebrat elegāti carmine, cujus principium eſt: O' fons Blanduſiæ ſplendidior vitro, *&c.*

Blāſcōn. [*Βλάσκων*. Ger. Ein Inſel im außlauff des fluß *Rhodani*.] Inſula in Rhodani oſtio, prope Metunam. Plin. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 4.

Blemmyes. [Ger. Völcker im heyſſen Morenlād/ welche kein Haupt/ ſonder das Maul vnd Augen an der Bruſt haben.] Plin lib. 5 cap. 8. ſive Blemyes unicorn, *Βλέμυες* Stephano, Populi ſunt in Aethiopia verſus Auſtrum, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis: ita dicti, (Stephano teſte) à Blemye quodam, unō ex tribus ducibus, qui ſub Dionyſio in iis regionibus militarunt. Hi alio nomine Bleptæ vocantur.

Blēnæ, narum, [Ger. Völcker in Africa die jr angeſicht an der Bruſt haben.] Populi ſunt Africæ, faciem in pectore habentes. Claudianus: errat Per Meroën, Blenasq; feros, atramq; Syenen. Quo tamen in loco Blemyas legendum crediderim. Vide in præcedenti dictione.

Blēptæ, *Βλέπται*, Populi Africæ, ſine capitibus, habentes oculos in pectore. Eoſdem & Blemyas vocat Pomp. lib. 1.

Bleraní, Italiæ populi in tractu Hetruriæ Cortonenſibus, & Capenaribus vicini. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Bliteræ, Oppidum provinciæ Narbonenſis, de quo Plin. lib. 3. cap. 5. In Mediterrano (*inquit*) colonia Arelate Sextanorum, Bliteræ Septumanorum, Arauſio Secundanorum.

B . ante . O.

Bŏăgrĭŭs, *Βοάγριος*, Locrenſium amnis, ſive potiūs torrens, qui Thronion urbem præterfluit: interdum tam exiguus, ut ne pedes quidem tranſeūntis tingat: interdum tam latus, ut ad bina diffundatur jugera. Strabo lib. 9.

Bŏăūlĭă, *Βοαύλια*, Vrbs Scythiæ. Steph.

Bobium, Oppium eſt Apœnini juga ſitùm, ubi cœnobium dicitur à Theolinda regina Longobardorum extructum: quò in loco nuper hujuſmodi libri reperti ſunt, Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitii carmen, LXX epigrammata: Terentianus Maurus de literis, ſyllabis, & metris omnis generis: Cæſius Baſius: Velius Longus de Ortographia: Adamātius Martyrius de litera muta B. & V, vocali: Probi Catholica: Cornelii Frontonis Elegantiæ Latinæ: Servius grammaticus de literis: Liber perſimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum: Paraphraſis ſuper ſex Virgilii libris: Trium Aeglogarū Virgilii enarrationes: & alia prætereà multa, quæ Volaterranus enumerat.

Bŏbŏnĭă *Βωβόνεια*, Vrbs Italiæ, Steph.

Bocalium, Arcadiæ oppidum eſt, juxta Megalopolim & Catinam, teſte Plin. lib. 4. cap. 6.

Bŏcatius, Scriptor Italus fuit, ſua lingua quàm Latina terſior. Scripſit Latinè Genealogiam deorum: de illuſtribus mulieribus: item de fluminibus & montibus, & pleraq; alia ſuæ linguæ.

Bōcchŭs, Rex Mauritaniæ fuit & Getulię, qui Iugurtham Syllæ tradidit. Vide Saluſtium in Iugur.

Bōcchȳrĭs, pen. prod *Βόκχυρις*, Rex quidam fuit Aegyptiorū, qui juſtè, ſyncereq; judicaſſe fertur, adeò ut ejus nomē in proverbium venerit juſtiſſimè judicantium.

Boccorí,

Boccorí, qui & Concordienſes, Populi ſunt Luſitaniæ, teſte Plin lib.4 cap.22.

Bŏccénses, Sardiniæ populi, teſte Plin.lib.3.cap.7.

Bochiana, Oppidi nomen Troglodytarum. Apud Plin. lib. 6 cap.29, in deſcriptione ſinus Maris rubri, Troglodytici & Aethiopici.

Bodería, Ptolemæo, Aeſtuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum in Vita Agricolæ.

Bodíncomagum, Oppidum eſt ad Padum, alio nomine Induſtria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua *Bodincus* fuit appellatus, quaſi fundo carens. Plin.lib.3.cap.16.

Bodincus, [Ger. Der Bodenloß fluß in Italia/die Po genañt.] Ligurum lingua dictus fuit Padus fluvius, propter immenſam ait ta[illegible] quaſi fundo carens. Vide in præcedentì dictione.

Bodonæus, Vide Dodone in Steph.

Bodónia βοδώνη, Vrbs Perrhebiæ, vel potiùs Theſſaliæ. Steph.

Bodotria. Vide BODERIA.

Bœæ, Oppidum eſt Peloponneſi in ſinu Argolico, non procul ab Epidauro, ut ſcribit Plinius libro 4 capite 5, in deſcriptione Achaiæ.

Bœbe, es, βοίβη, Oppidum eſt Cretæ, nõ procul à Gortyne. Stephanus. ¶ Eſt & Bœbe Theſſaliæ oppidum, lacui adjacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strabo lib 9.

Bœbĭs, idis, ſive Bœbias, adis. ſive Bœbeis, idis, βοίβη, ἡ βοιβιάς, ἡ βοιβὶς λίμνη, Stephano, Lacus in Theſſalia ad radices Oſſæ. Lucanus lib.7 Ire per Oſſæam rapidus Bœbeida ſanguis. Valer.Flac. Perderet & pingui miſeros in Bœbide crineis.

Boëmía, Regio Germaniæ, trium ferè dierum longitudine, & totidem latitudine, Hercynia ſylva undiq; cincta, & Albi fluvio irrigata: ab Oriente ſpectans Moravos: ab Arcto Saxones: ab Occidente Noricum: à Meridie ſuperiorẽ Pannoniam, quæ *Auſtria* hodie dicitur. [Gal. *Boheme*. Ital. & Hiſp. *Boemia*. Ger. Böhem. Pol. Czeskazemia. Vng. *Tſeh orſzág*. Ang *Beame, the name of a countree.*] ¶ Hujus incolæ Boëmi appellantur, lingua & moribus à Germanis omnib. diſtincti. Vide plura de his apud Aeneam Sylvium, qui Boëmorum hiſtoriam conſcripſit.

Bœōtĭă, [βοιωτία Ger. Ein Landſchafft in Griechenland / nah bey der Inſel Euboea, ſo jetz Nigropont heißt/gelegen.] Regio eſt in finibus Græciæ, Euboeæ inſulæ objecta: ab Attica autem Cithærone monte diſcreta: ita dicta (ut nonnulli putant) à bove, cujus ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi poſtea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit Ovid.3.Metamorph. quum ait: Bos tibi, Phœbus ait, ſolus occurret in arvis. Nullum paſſa jugum, curviq; immunis aratri: Hac duce carpe vias, & qua requieverit herba, Mœnia fac cõdas, Bœotiaq; illa vocato. ¶ Alii alias afferunt nominis hujus rationes: quas vide apud Stephanum. ¶ Olim etiam Aonia dicta eſt, & Ogygia, & Hyantis, & Meſſapia, & Cadmeis. Thucydidi. ¶ Hinc Bœoti, βοιωτοὶ, dicti ſunt regionis hujus incolæ, qui ſtupiditatis, & craſſi ingenii nomine malè audierũt. Hinc eſt illud Horat.lib 2. Epiſt. Bœotûm in craſſo jurares aëre natum

Bœōtĭŭs, a, um, adjectivum, Cic. 1. de Divin. Quod & ſomniantibus ſæpè contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, ut Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. ¶ Bœotia auris, βοιώτιον ὠτίον. In pingui judicio hominem quadrat. Bœotorum ſtoliditas compluribus proverbiis locum fecit. Similimum illi, Auris Batava. Diogenianus meminit Adagii. ¶ Bœoticum ingenium, βοιωτικὸς νοῦς, pro ſtupido & ſtolido. Quicquid enim inſulſum eſſet ac ſtolidum, id Bœoticũ dicebatur. Lucian. in Iove Tragœdo: Ἀ᾽γροικον τῶν ἄγαν & ἀηκόων βοιωτικὸν: id eſt, Iſtud quod dixiſti, prorſus agreſte eſt & vehementer Bœoticum. Horat. in Epiſt. Bœotûm in craſſo jurares aëre natum. ¶ Eundem ſenſum habet, Bœotica ſus, ἡ βοιωτία ὗς. Vetuſtiſſimum adagium. Qui enim priſcis temporibus Bœotiã regionem incolebant, ὕαπες appellabantur, gens barbara & agreſtis: proinde quidam depravata voce, pro, ὕαπας, ὗας: id eſt, ſues appellabant. Idq; ſcomma ceſſit in proverbiũ. ¶ Bœotica cãtilena, βοιώτιον νόμιον, dicebatur ſi quibus rerum initia tranquilla ac proſpera fuiſſent, poſteriora turbulẽta ac triſtia. Natum ex hiſtoria: nam Bœotii primùm liberam ac pacatam agebant vitam: deinde mortuo Laio in varias calamitates inciderunt, ut illorum cantilena à læto initio in luctum deſiſſe videatur. Citatur à Zenodotò. ¶ Bœotica ænigmata, βοιώτια αἰνίγματα, dicebantur obliquè atq; obſcurè dicta, quæq; perdifficilè percipi poſſent.

Bœōtĭŭs, a, um, aliud adjectivum. Ovid. 12. Metam. -Bœotaque tellus Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.

Boërhíŭs, Zenone imperante ob affectatæ libertatis ſuſpicionẽ à Theodorico rege exilio damnatus: deinde cuſtodiæ traditus, plura conſcripſit. Tandem ſimul cum Symmacho ſenatore, ſocero ſuo, aliisq; præſtantibus viris interficitur, ut ait Euſebius.

Bœtĭŭs, Ineptus quidã poëta fuit Tarſenſis, qui Philippenſem Antonii victoriã carmine cõſcripſit: quo nomine præter alios ſummos honores, quibus ab illo eſt affectus, gymnaſii etiam Tarſenſis præfecturam eſt aſſequutus. Vide Strab.lib.14.

Bœtus, ut inquit Strabo, Hiſpaniæ fluvius, ex eiſdem naſcens locis, ex quibus Anas, & Tagus.

Bogadíum, Ptolemæo oppidum eſt Germaniæ, quod hodie Boiſſeleiß vocatur.

Boges, Fortiſſimi cujuſdam Perſæ nomẽ eſt, qui ab Athenienſibus obſeſſus, quũ nihil commeatus ſupereſſet, maluit uxorẽ primùm & liberos, deinde ſeipſum interficere, quàm vivus in hoſtium manus pervenire. Herod. lib 7.

Bōgŭd, dis, pen. genitivi correpta, Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana vocata eſt, teſte Plin.lib.5.cap.2. ¶ Fuerunt aũt plures ejuſdem nominis, ex quibus poſtremus fuit, qui in Actiaco bello Antonii partes ſequutus, ab Agrippa ſupplicio affectus eſt. A` Strabone Bogus dicitur lib.8. barbara voce in ſuaviorem ſonum, & terminationem declinationi aptiorem tranſmutata.

Bogus, Vide BOGVD.

Boĭănum, Hodie *Boviano*, Oppidi nomen eſt inter Samnites, Ptolemæo.

Bōĭī, βοῖοι Straboni, populi fuerunt Galliæ Lugdunenſis, teſte Plin.lib.4.cap.18, qui putantur agri Borbonienſis tractum incoluiſſe. Hi poſtea Alpes tranſgreſſi, juxta Padum conſederũt, ubi & Laudam Pompejam urbem condiderunt, teſte eodem lib.3.cap.17. Iidem poſtea à Romanis expulſi, in Germaniam ſe contulerunt, teſte Strabone lib.7. ubi Hercyniæ ſylvæ partẽ incoluerunt, quę Pannoniis proxima eſt: quæ regio ab eis primùm Boiohemia, & poſtea abiectis aliquot literis Boëmia appellata eſt, quod ſonat nihil aliud quàm Boiorum patriã.

Boin, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico, Plinius libro 5. cap.te 5.

Boion, βοιὸν Stephano, Doridis oppidum in Græcia, teſte Plin. lib.4.cap.7. Doris (*inquit*) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

Bolă, βόλα Stephano, Oppidum agri Campani in Italia: cujus meminit T. Livius. Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus vicini, apud Plin.lib.3. cap.5. Virgil.6. Aeneid. Pomerios, caſtrumq; Inui Bolamq; Coramq;.

Bolbítina, βολβίτινα, Vrbs Aegypti.

Bolbulæ, Inſulæ nomen in mari Aegæo, non procul à Teo: ut refert Plinius in deſcriptione inſularum ante Aſiam, libro 5. capite 31.

Bolbitínum, à Plin.lib.5.cap.10. numeratur inter oſtia Nili.

Bolentium, Pannoniæ ſuperioris oppidum eſt, apud Ptolemæum, quod illi ſua lingua Raſchelſpurg vocant.

Bolíne βωλίνη, Vrbs Achaiæ. Steph.

Bolíngæ, Populi ſunt Indiæ. Plin.lib.6.cap.19.

Bŏlíssŭs, βολισσὸς, Vrbs Aeolica in edito ſita, prope Chium. Stephanus.

Bŏlŏgĕsĭă, βολογήσα, Vrbs juxta Euphratẽ, à Bologeſſo rege condita. Stephanus.

Bologeſiphora, βολογησίφορα, Vrbs Perſica. Steph.

Bolurus, βόλυρος, Vrbs Tralleorum in Illyria, & alia Theſprotiæ. Steph.

Bomareí, Aſiæ populi ſunt à Caſpiis mõtibus Orientem verſus incolentes, ut autor eſt Plin.lib.6.

Bombína, Lege BEMBINA.

Bombŏs, Cilicię fluvius. Plin.lib.5.cap.27: Prætereà intus flumina Liparis, Bombos, Paradiſus.

Bōmī, βῶμοι, Aetoliæ colles ſunt, quorum incolæ Bomii, βωμιεῖς. commemorantur à Thucydide lib.3.

Bomilcar, Carthaginienſis fuit. Amilcaris filius, qui quum apud ſuos in ſuſpicionem veniſſet, quòd cum Agathocle ſentiret, in crucem ſublatus eſt. Vide Iuſtinum Trogi abbreviatorem lib 33.

Bomítæ, Oppidi nomen eſt in Amano monte, qui Syriã à Cilicia dirimit. Plin.lib.5.cap 22

Bonandría, Hodie [illegible] Syriæ civitas, quę olim Apollonia.

Bonaventura Fãciſcanus theologus, ex oppido Bagico regio, ob virtutem & comm[illegible]ritos eam[illegible]os, in Cardinalium numerum ex generali (quod [illegible] peculiari, utuntur Franciſcani) à Gregorio X. relatus eſt. Habit[illegible] quo nunc utuntur Franciſcani cardinales inſtituit, quum priùs [illegible]orum cardinalium modo incederent. Dum privatus eſſet, ne gratis victitaret, ſacros aliquot libros ſcriptitare ſolebat, cuſtodi tradere mercedis loco venundandos. Poſtremò à Xyſto IIII. in catalogum relatus eſt. Hujus poſtea libros in Epitomen redegit Gulielmus Fulginas ejuſdem ordinis. Autor Volaterranus. ¶ Fuit itẽ Bonaventura alter ejuſdem ordinis Patavinus Cardinalis S. Cæciliæ factus, ſub Ioanne XXII. doctrinæ ſanctitatem adjecit, ut qui pro martyre ferè colatur, à Carranẽſi principe ſagitta peremptus, dum Eccleſiæ libertatem cõtra tyrannos tueretur. Vtriuſq; autor Volaterranus.

Bõnchæ,

Bŏnchæ, *βόγχαι*, Populi Carthenis vicini, inter Euphratem & Cyrum fluvium. Steph.

Bonchis, *βῶγχις*, Civitas Aethiopiæ juxta tertium cataractem. Stephanus.

Bonicius, Præsul Avernensis, vir sanctitate clarus, cujus tunica etiam hodie monstratur, qua à diva genitrice fuit donatus in excessu montis, eòdemq; primùm sacrificavit. Autor Volaterranus.

Bonifacius, Romanus, apud Tarsum Aglaes divitis viduę res procurabat, cum qua rem habebat, ebrietate, cæterisq; moribus infamis. Factus repentè alius, martyrium sub Diocletiano subiit, relatusq; deinde à servis Romã, eiq; templum in Aventino dicatum, quod & Alexio postea commune fuit. ¶ Alius fuit Britannicus natione, præsul Maguntinus, apud Phrysios & ipse martyr, quòd jussu Stephani II. Pontificis, Pipinũ Caroli patrem regem oleo sacro perunxerit. ¶ Alius ejus nominis præsul Carthaginiensis Zenone imperante. ¶ Alius item præsul Ferentinas ambo confessores. Quintus prætereà martyr Bosnensis, Othonis tertii consanguineus. Autor Eusebius. His additur à Volaterr. Bonifacius Africæ comes, sub Honorio Aelii ducis æmulus, Augustino amicissimus.

Bŏnnī, (quod hic corruptè legebatur) Vide BOMI.

Bŏnōnĭă, *βονωνία*, Princeps Hetrurię colonia, Felsina olim vocitata, in octava Italiæ regione: ut tradit Plin. li. 3. cap. 15. Vulgò *Bologna*.

Bonosius, Romanorum tyrãnus miræ bibacitatis: de quo Aureliani illud celebratur, non ut viveret illum esse natum, sed ut biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non vino prudentior: & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad æquilibrium. Hunc ad laqueũ quum coëgisset Probus imperator, jactatũ est militari joco: Amphoram pendêre, non hominem.

Bonus, Presbyter Romanus, simul cũ Fasto & Mauro diaconis, Romæ sub Valerio principe passus, sepulti omnes in via Latina Autor Volaterranus.

Bŏos Coetē, *βοὸς κοίτη*, Hellesponti urbs est, quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Plin. lib. 5. cap. ult.

Bŏos Vr̃ă, *βοὸς ἀγρὸς*, quasi Latinè Bubulã caudam dicas, Vrbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet, Autor est Strabo lib. 14.

Bŏōtēs, tis, vel Bootes, tæ, *βοώτης*, à bove deductum nomen, Latinè Bubulcus, cœleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi videtur. ¶ Fuit autem Bootes (ut refert Higinus) Iovis ex Calisto filius; nepos Lycaonis, regis Arcadiæ, qui unà cum matre in cœlum est translatus, & illi veluti custos appositus. C. cer. 2. de Nat. deor. Septentriones autem sequitur Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes. Quòd quasi temone adjunctã per se quatit Arcton. Ovid. Arctophylax formam terga sequentis habet. Iuven. Frigida circumagit pigri [illegible] Bootæ. Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gell. lib. 2. cap. 21.

Borama, Phœnices oppidum est, non procul à Beryto & Byblo. Autor Strabo lib. 16.

Borcani, Populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, ut autor est Plin. lib. 3. cap 11.

Borcobe, Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli vicinum, ut autor est Plin. lib 4. cap. 11.

Bŏrĕŏstŏmă, pen. corr. [*βορεόστομα*. Ger. Eins auß den außgängē der Thonaw in das Euxinisch Meer.] Vnum est ex ostiis Danubii fluminis. Plin. lib. 4. cap. 12, de Danubii ostiis: Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce Insula: à qua proximus alveus appellatus, XIX. M. passuum magna palude sorbetur. Ex eodem alveo & super Istropolin lacus gignitur LXIII. M. passuum ambitu: Halmiris vocant. Secundum ostium, Naracostoma appellatur. Tertium, Calostoma juxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula autem ora & ostia tanta sunt, ut prodatur in XL M. passuum longitudinis vinci mare, dulcemq; intelligi haustum.

Borgodi, Asiæ populi, in insula Asgilia, teste Plin. lib. 6 cap. 28, in descriptione Arabiæ.

Bŏrĭŏn, sive Boreon, pen. prod *βόρειον* Ptolemæo, Africæ promontorium est, quod majorem Syrtim includit, dicente Plin. lib. 5. cap. 4: Promontorium quod majorem includit (Syrtim intelligit) Borion appellatur. Hujus etiã meminit Strabo lib. 17: Vltra Berenicen est parvum quoddam promõtorium nomine Borion, quod est Syrtis ostium.

Bŏrmīscŭs, *βορμίσκος*, Regio Macedoniæ ubi canes Euripidem lacerarunt. Stephan.

Boron, Est Troglodytarũ oppidũ, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

Bŏrsĭppă, *βόρσιππα*, Civitas est Mesopotamiæ, Dianę & Apollini sacra, in qua præcipuę viguit lanificium. Circa hoc oppidum maxima est vespertilionum copia, qui ad esum condiũtur. Strab. lib. 16.

Bŏrўsthĕnēs, pen. corr. [*βορυσθένης*. Vulgò *Neper*. Ger. Ein grosser fluß im nähheren Scythia / wird geneñt Neper.] Fluvius Scythiæ secundum Istrum omnium maximus, cujus aquæ ad potandum sunt suavissimę, & magnos pisces alunt nulla habentes ossa. ¶ Est item Borysthenes oppidum, quod Borysthene amnẽ alluitur unde & nomẽ accepit. ¶ Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. libro 7. & Ptolem. libro 3. capite 5. Pomponius Mela Borysthenidem appellat libro 2. ¶ Est & insula ejusdem nominis, ante fluvii hujus ostia sita: cujus etiam meminit Ptolemæus loco jam citato. ¶ Lacus quoque est ejusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. li. 4. cap. 12.

Bŏrўsthĕnĭdæ, *βορυσθενῖται* Stephano, Populi ad Borysthenem amnem, Olbiam urbem incolentes, quæ & ipsa Borysthenes, sive Borysthenis, appellatur. Propert. Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Bŏrўsthĕnĭŭs, a, um, adjectivũ. Ovid. 4. de Pont. Eleg. 10: Cũq; Borysthenio liquidissimus amne Dyaspes.

Boryza, *βόρυζα*, Vrbs Pontica, Steph.

Bŏvillæ, arum, *βοίλλαι* Stephano, Oppidũ fuit in Latio, haud procul ab urbe Roma, via quæ Ariciam ducebat, ut inquit Asconius. Nam ad Bovillas interfectus est Clodius, Aricia rediens. Dictæ Bovillæ, quasi bovis ilia, quòd eò vulnerata bos sua trahens intestina devenerit. Vnde populus Bovillanus dictus est.

Bosgœdarĭza, Locus est in confinibus majoris Armeniæ situs, Autor Strabo lib. 12.

Bosĭrata, Vrbs Aegypti, Steph.

Bosphŏrŭs, pen. corr. *βόσπορος*. Græcè, sine aspiratione: & ita ratio vera postulat, Angustas maris fauces significat, à meabili bovis transitu impolito nomine, ut testatur Plin. li. 6. cap. 1. quasi *ὁ βοὸς πορεία*. Sunt autem duo Bosphori, Thracius & Cimmerius, tanta uterque angustia, ut & alitum cantus, & canum latratus ab ulteriore littore invicem audiantur: manẽte etiam humanæ vocis inter duos orbes commercio, nisi quũ id auferunt venti. ¶ Thracius Bosphorus juxta Byzantium est, quingentorũ non amplius passuum freto, Asiam dirimens ab Europa: quà Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. Valerius Flaccus fabulatur Io puellam in vaccam commutatam, per hasce angustias in Asiam tranavisse: indeq; fretum illud Bosphori nomen traxisse: Sic enim scribit lib 4. Argonaut. Iamq; dies, atque aura vocant, rursusq; capessunt Aequora, quà rigidos eructat Bosphorus amnes. Illos, Nile, tuis nondũ dea gentibus Io Transierat fluctus: unde hæc data nomina Ponto. Vulgò *Estrecho de Constantinopla*. [Ger. Der eng schlund des Meers bey Constantinopel / welchẽ ein mal ein Rind durchgeschwümen hat.] ¶ Alter in introitu est Mæotidos paludis, juxta Tauricam Cherronesum, duorum millium passuum latitudine, per quem palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius Bosphorus dicitur à Cimmeriis populis, qui partem ejus frigidissimam incolunt. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerii appellantur. ¶ Inter Bosphorum Thracium & Cimmerium, ut ex Polybii sententia scribit Plin. lib. 4. cap. 12, interjacent millia quingenta ¶ Est & Bosphorus urbs Franconiæ in Germania, vulgò Ochsenfurt.

Bōsphŏrānŭs, & Bosphorius. Cic. pro Lege Manil. Bosphoranus finitimis sũis bellum inferre simulasset. Ovid. 2. Trist. Egerit Ionio, Bosphorioq; mari. ¶ Est item Bosphorus Stephano duarum urbium nomen: quarum alteram ad sinum Cimmerium, & fretum ejusdem nominis collocat: quæ & Bosphoropolis dicitur: alteram in India constituit.

Bosră, [בָּצְרָה *botsrâh*.] Non est altera civitas, ut multi putãt, sed Idumæa, juxta illud: Quis est iste qui venit ex Edom tinctis vestibus de Bosra? Esa 63. ¶ Est etiam oppidũ terræ Moab hoc nomine, Ierem. 28.

Bōstră, *βόστρα*, Phœnices civitas est, ad mare sita. Strabo, lib. 16.

Bostrata, Vrbs Aegypti, Steph.

Botachidæ, Lacus Arcadiæ in Tegea, Steph.

Bŏtĭæi, sive Bottiæi duplicato t, *βοττιαῖοι*, Populi sunt Thracię, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Bŏtĭ̆eum, *βοτίειον* Stephano, Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem sale fœcundam.

Botrodius, Vicus non longè à Segobria: quondã oppidum, sed à Tiberio Graccho diruitum, ut refert Polybius.

Bŏtrўs, *βότρυς* Stephano, Oppidum est Phœnices, cujus mentionem facit Plinius libro 5. capite 20, in descriptione montis Libani.

Bovianum, Samnitium colonia vetus, dicente Plin. li. 3. cap. 12: Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixêre, colonia Bovianum vetus, *&c.*

B ante . R.

Brabastenes, Mons, quem Liv. lib. 4. de bel. Mac. decem millibus passuum à Lacædemone distare dicit.

Bracari, sive Bracares, Populi Hispantæ Tarraconensis, ad

Minium fluvium, qui unum constituũt ex septem Hispanię citerioris conventibus, quem Bracarum cõventum vocat Plin. lib. 3. cap. item 3. Nunc, *inquit*, universa provincia dividitur in conventus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Clusiensem, Asturum, Lucensem, Bracarũ. Ptol. lib. 2. cap. 6, Bræcaros appellat, eosq; inter Callecos annumerat: eorumq; metropolim Brǽcaram Augustam vocat.

Brachmanes, vel Brachmanæ, [*βραχμᾶνες* Stephano. Ger. Der nam̃ der Weisen vnd Hochgelehrten in Indta.] Indiæ sapientes diligentissimi syderum observatores. Horum vitam descripsit Bardesanes Babylonius (ut suprà admonuimus) qui Gymnosophistarum duo tradit genera: quorum̃ illi, qui ex generis successione veluti hæreditariam sapientiæ possessionem amplectabantur, Brachmanes dicti sunt: qui verò electione ad philosophiæ professionẽm assumebantur, Samanei. Ad hos profectus est Apollonius Thyaneus, ut Iarchã in solio aureo sedentem de syderum motu audiret disserentem, ut testatur Hieronymus in præfatione Bibliorum. Vide Strab. li. 15. Plin. lib. 6. cap. 7.

Brachodis, *βραχώδης*, Promontorium est Africæ propriè dictę, in extimo Syrtis parvæ cornu. Autor Ptolem. lib. 4. cap. 3.

Brachybii, [Ger Die Moren haben diesen nammen/ darumb daß sie so kurtzes lebens seind. Pol. *Murkinowie krotkokyaci*. Vng. *Rõuid élettw fzere tsinõk.*] à Dionysio vocantur Aethiopes à vitę brevitate. Siquidem quadragesimum annum non excedunt.

Brachyle, *βραχύλη*, Vrbs Ceretũ, qui Iberis vicini sunt. Steph.

Brāctĭă, Insula, Vide BRATIA.

Brǽcara Augusta, Oppidũ Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Minio fluvio. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 6. & quæ suprà annotavimus in dictione BRACARI.

Brǽsĭ, *βραιοὶ*, Populi Macedõniæ, Steph.

Bragada, pen. corr. *βραγάδας*, Fluvius, qui juxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu cũ ballistis & catapultis serpens centum & viginti pedes longus occisus est. In castigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic fluvius, non Bragada.

Bragæ, Insulæ quædam sunt desertæ, ut tradit Plinius libro 6. capite 28.

Brana, Turdulorũ oppidum est in Hispania, in conventu Cordubensi, Plin. lib. 3. cap. 1.

Branchídæ, *βραγχίδαι*, Apollinis Didymæi sacerdotes sunt apud Posideum, oppidum & promõtorium Ioniæ: qui locus, teste Plin. lib. 5. cap. 29, priùs Branchidarum oraculum dicebatur: deinde Didymæi Apollinis à littore distans stadiis, 20. vide Strab. lib. 14.

Brānchŭs, ut scribit Lactantius, Filius fuit Apollinis, ex filia Iaucis & Sucronis conjuge susceptus, qui quũ Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitq; vaticinari, & subitò nusquam apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod Branchiadon nominarunt. Idem autor alibi dicit Branchum, quendam Thessalũ fuisse, ab Apolline maximè dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem jussit. ¶ Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi sacerdotes, qui Apollinis Didymæi oraculo præfuerũt. ¶ Branchi meminit Stat. lib. 3. Theb. & Strabo lib. 14. & alibi.

Brancolí, Populi sunt Indiæ, quorum meminit Plinius lib. 6. capite 20.

Brāndă, à Poëtis brevitatis causa appellatur Apuliæ urbs Brũdusium. Vide suo loco.

Brandeburgum, Vrbs celebris Germaniæ inferioris.

Brasídas, *βρασίδας*, Lacedæmoniorum dux fuit, qui circa Amphipolim cum pauciss̃imis cinctus ab Atheniensibus, qua hostium copiæ rariss̃imæ erant, sibi ferro iter aperuit. Vide Suidam.

Brasĭæ, *βρασίαι*, Vrbs Laconica, Steph.

Brāurĭă, Insula est, una ex iis quæ Illyrica adjacẽt. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. ult. Illyrici oram, quòd vadosum ibi sit mare, mille ampliùs insulis frequentatam esse: inter quas enumerat Brattiam, bobus & capris laudatam.

Brāurõn, *βραύρων*, Atticæ oppidum, ubi Dianæ Brauroniæ sacellum est. Autor Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

Brauum, *βράουον*, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, sub Cantabris sita, autore Ptolemæo, quæ eadem esse creditur cum ea quam illi sua lingua *Burgos* vocant.

Brĕă, *βρέα*, Civitas in quam Athenienses coloniam miserunt, Stephan.

Bregi, & Breges, & Phryges, idem sunt. Strabo lib. 12.

Brēgmēntrānī, Asiæ populi in Troade. Autor Plinius libro 5. capite 36.

Bremis, Vrbs Saxoniæ, vulgò Bremen.

Bremen, Vide PHABIRANVM.

Brennŭs, vel (ut aliis placet) Brenno, [*βρέννος*. Ger. Ein Fürst vnd Hauptmañ der Gallier/ der Italiam verheeret hat/ vñ Dietrichs-

bern gebawen.] Dux Gallorum, qui Brenonam Venetiæ urbem ædificavit, quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Hic quum trecentis armatorũ millibus in Italiam irrumpens, primùm Romanos apud Alliam fluvium profligavit: deinde ab urbem pergens, eandem cepit, totamq; exussit, præter Capitolium: in quo nobilior juventus confugerat: sed quum & illud aggrederetur, Romani cum illo convenerũt, ut acceptis aliquot auri talentis, obsidionem relinqueret. Quum igitur aurum penderetur, ipse dux gladium suum vagina educens, & hunc pensari imperavit: sed quũ hoc Romani, ut rem injustam, recusarent, atq; ita invicem cõtenderent, Camillus exul, qui absens Dictator creatus erat, collectis iis, qui Roma profugerant, Gallos ex improviso adortus est, qui relicto auro, cũ maximo suorum detrimento fuga sibi consulere coacti sunt. Camillus verò eos continuò persequens, ex Italia expulit. Postremò Brennus Apollinis Delphici templum prædę causa ingressus, ira numinis se interfecit. Propertius: Torrida sacrilegũ testantur limina Brennum. Vide quoq; Proverbium: Quid victis, nisi dolor?

Brēnthā, *βρεῖθη*, Vrbs Arcadiæ, & fluvius Brenthiates. Steph.

Brēntŭs, *βρέντος*, Herculis filius, à quo Brundusiũ, *βρεντήσιον*, dictum. Steph. Est & Brentus Herculis filius.

Brepium, Promontorium est Achaiæ, teste Plin. lib. 4.

Bretena, Vrbs Italiæ sub Venetia, Ptolemæo, *Brintum* hodie.

Brætolæum, Ptolemæo, Lusitaniæ oppidum est, quod hodie *Britium* dicitur.

Brettanis, Insula, *βρεττανὶς*, Vide BRETTOTIA.

Brettĭŭs, Vide BRETTOTIA.

Brēttŏtĭă, *βρεττωτία*, Insula in Adriatico mari.

Brēucī, teste Plin. lib. 4. cap. 35, sunt Pannonię populi ad Saum fluvium. [Vng. *Szauai toltok.*]

Breuni, Plinio inter Alpinas gentes numerãtur. Sic enim scribit lib. 3. cap. 20: Gentes Alpinæ devictæ, atq; sub imperiũ populi Romani redactæ, Triumpilini, Canuni, Vennotes, Venonetes, Hisarci, Breuni, *&c.*

Briareus, *βριάρεως*, Gigas, Cœli & Terræ filius, quem Poëtæ finxerunt centum habuisse brachia, & quinquaginta ventres. Hunc fingit Homerus, quum Pallas, Iuno, Neptunus, aliiq; ex Diis nõnulli, adversus Iovem conjurassent, persuasum à Thetide in cœlum ascendisse, ut Iovi suppetias ferret, deosq; conjuratos illius adventu territos à cœptis destitisse, & cum Iove in gratiam rediisse. Hæc Homer. 1. Iliad. ubi etiam hoc addit, à superis quidem Briareum dictum fuisse: ab hominibus autem Aegæonem. Alii Briareum inter eos numerant gigantes, qui adversus Iovem conspirarunt: unde à Virgil. lib. 6. cum aliis monstris in vestibulo inferorum collocatur. Dictus Briareus à corporis robore. Nam *βριαρὸν* Græci pro forti dicunt, & robusto.

Brías, adis, *βριάς*, Vrbs est Pisidiæ regionis in Asia. Autor Strabo lib. 12. Artemidorum antiquum scriptorem citans.

Bricinnia, *βρικιννία*, Vrbs Ciliciæ, Steph. Vide BVCINA.

Brĭgāntĕs, *βρίγαντες*, Hyberniæ populi sunt, teste Ptolem. lib. 2 cap. 2. Horum civitas hodie *Ganaforda* vocatur.

Brigantium, Oppidum est Rhetiæ, ad lacum Acronium, sive Podamicum, qui & Brigantius ab oppidi hujus nomine appellatur. Vulgò Bregentz am Bodensee.

Brigiani, Populi inter Alpinas gentes Plin. enumerãtur lib. 3. capite 12.

Brigida, Mulier vitæ sanctitate insignis. Romam venit à Suecia, Vrbano V. Pontifici maximo, quatuor liberos mares, totidem fœminas omnes sanctos habuit, inter quos Catharinam quæ eam viduam Romam comitata est, cujus etiam cura atq; opera in patriam relata est. Autor Volaterranus.

Brilessus, Atticæ mons est, Plin. lib. 4. cap. 7.

Briletus, Atticæ mons, in quo bina leporibus sunt jecinora, cervis renes quaterni: pennatis autem & squamosis nulli, ut scribit Plin. lib. 11. cap 37. Suspicor eundem esse cum eo, quem idem lib. 4. cap. 7, Brilessum vocat: unde & Brilettus scribendũ videtur Atticorum more, qui dictiones eas, quas *κρινῶ* per duplex ν scribi solent, geminato λ efferunt.

Brimo, [*βριμώ*. Ger. Ein Schreckteüffel.] Vnum est ex Hecates, sive Proserpinæ nominibus: *ἀπὸ τῆς βριμᾶν*: hoc est, à terendo impositum: eò quòd nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur: ut ex Apollonii interpretibus annotavit Cælius Rhodig. lib. 11. cap. 16. ¶ Brinthus, *βρίνθος*. Aristot. Histor. libro 9. capite 11: Avis canora, quæ in montibus sylvisque versatur.

Brisa *βρίσα*, Promontorium Lesbi, in quo Dionysius colitur, qui ab eo Brisæus appellatur, ut autor est Stephanus. Cornutus autem in Persii Sat. 1, Brisæum appellatũ esse scribit vel à mellis usu, quòd ipse primùm mel invenisse dicatur, & ex favis exprimere, vel ab uva, quòd uvam invenerit & expresserit, quũ Brisare sit exprimere: vel à nympha quæ eum nutrisse dicitur. Brysæus etiam poëtarũ epithetum est, quòd is in Liberi

patris

patris tutela esse credantur. Pers. Sat. 1: Est nunc, Brisæi quem [illegible]sas liber Accî.

Br[illegible]tæ, Indiæ populi trans Indum fluvium; quorũ mentionem facit Plin. lib. 6. cap. 20. in descriptione Indi fluminis.

Brisēĭs, pen. prod. *βρισηΐς*, Lyrnesia puella fuit, à patre Brisę ita appellata: quum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyrnesso urbe, Achilli victori in sortem cessit, & postea ab Agamemnone erepta, implacabilis dissidii causa fuit inter Agamemnonẽ, & Achillem. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neq; unquam adduci potuit ut arma sumeret, donec Patrocli mors nuntiata eum ad vindictã extimulavit. Extat hujus Briseidòs ad Achillẽ epistola apud Ovidium in Epistolis Heroidum.

Brĭtānnĭă, [*βρεττανία* Straboni. Gall. *Angleterre.* Ital. *Inghilterra.* Ger. Engelland. Hisp. *Inglaterra.* Pol. *Angielska ziemia.* Vng. *Anglia.* An. *Ingland and Scotland.*] per duplex n, insula in Oceano Septentrionali, omnium, quæ Europæ adjacent, maxima: unde & orbem alterum quidam ex poëtis appellavêre: à Britone rege Britannia dicta, quum priùs Albion diceretur, ab albis mõtibus, qui ad eam navigantibus primò apparẽt. Hodie in duas divisa est partes: quarum alteram, quæ in Septentrionem vergit, Scoti incolunt, Caledoniæ sylvæ nomine cognitam: alterã, quæ cultior est, & Belgis vicinior, Angli tenẽt, Saxóniæ populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsis. Hæc ab Ortu Germanico: ab Occasu Hybernico: à Septentrione Caledonio Oceano abluitur: ad Meridiem [illegible] gusto freto à Belgis dirimitur. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis invenitur, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Vrbem habet Londinum, nunc *Londram*, copia negotiatorum celebrem. Inter Septentrionẽ & Occidentẽ (ut celebres Geographi tradũt) duæ sitæ sunt insulæ, Britãnia & Hybernia paulò minor Britannia, ultra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spatiis inter se distinctæ. Apud Britannos longissimus dies septemdecim horarũ deprehẽditur, & æstate lucidæ sunt noctes, autore Plinio. ¶ Britanniæ, arum, ut Galliæ etiam dicuntur multitudinis numero. Catullus in Cæsarem: Hũc Galliæ timent, timent Britanniæ. Plin. lib. 33: Galliæ Britanniæq; inde modico dicuntur usæ.

Brĭtānnĭcŭs, a, um. Quod ad Britanniam pertinet, quod ex Britannia est. [*βρεττανικός.* Ital. *D'inghilterra, inglese.* Ger. Engellendisch. Pol. *Angielski.* Vng. *Angliai.* Ang *Belonging to england or Scotland.*] Juven. Sat. 7: Quantum delphinus balena Britannica major. Cic. 3. de Nat. deor. Qui æstus maritimi, vel Hispanienses vel Britannici, eorumq; certis temporibus vel accessus, vel recessus, sine Deo fieri nõne possunt?

Brĭtānnŭs, *βρεττανὸς*, Gentilẽ à Britannia insulâ deductũ. Virg. Aegl. 1: Et penitùs toto divisos orbe Britannos.

Brĭtānnĭcŭs, Nomen fuit filii Claudii Cæsaris, ex Messalina, quem primò Germanicum, & mox Britannicũ appellavit: qui quãvis adhuc infans à patre in castris sæpè circunlatus fuisset, & militibus commendatus: Neronis tamen opera veneno sublatus est: ut est videre apud Tacitum lib. 13.

Brĭtĭum, Lusitaniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

Britomartis, Puella fuit ex Gortynæ Cretæ civitate, Iovis & Charmes filia, Dianæ in primis chara: alio nomine Dictynna appellata, *ἀπὸ τῦ δικτύου*: hoc est, à retibus, quorum usum in venatione traditur invenisse. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamasse, cujus vim quum alioqui effugere non posset, ex alta sese rupe in mare præcipitavit. Vide Virgilium in Citi, & Diodorum lib. 5.

Brĭtŏna, Puella Cretensis fuit insigni forma, & Dianæ in primis dilecta, quæ quum Minois vim alioqui declinare nõ posset, in fluvium se præcipitavit: lævius rata vitæ, quàm pudicitiæ jacturam facere. Hæc à Diodoro lib. 5, & Virgilio in Citi, Britomartis dicitur.

Brĭtŏnĕs, Vulgò *Bretons*, Populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio, ad mare Oceanũ sita, Northmannis ac Pictavis contermina. Hi olim Britanniam insulam dicũtur incoluisse, indeq; ab Anglis Saxoniæ populis expulsi, in adverso littore sedes fixisse. Iuvenalis: Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Brīvates, Lugdunensis Galliæ portus apud Ptolem. libro 2. capite 8.

Brixellum, Oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volaterranus.

Brīxēntēs. Populi Alpini, Lepontiis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

Brīxĭă, [Vulgò *Brescia.* Ger. Brixien/ein Stat in Italia.] Vrbs est Transpadanæ regionis, opus Cenomanorum, qui post Insubres in Italiam venerunt, Livio & Polybio testibus. ¶ Est itẽ Brixia fluvius Elymaidis, quæ est regio Persidi finitima.

Brīxĭllum, Vulgo *Bercelle*, Oppidum Hetruriæ apud Mutinã, Plin. lib. 8. cap. 15. in descriptione octavæ regionis Italiæ.

Brīzo, *βριζὼ*, Apud Delios vàticiniorum, quæ ex somniis sumuntur, Dea habita est: eiq; scaphas omni genere bonorum plenas, solis piscibus exceptis offerebant. Dicta autem putatur Brizo, ab eo quòd *βρίζειν* prisci Græci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhod. lib. 27 cap. 10.

Brŏmĭŭs, *βρόμιος*, Bacchi cognomẽ, *ἀπὸ τῦ βρέμειν*: id est, à fremendo: vel *ἀπὸ τ βροντῆς*: hoc est, à tonitru, eò quòd natus sit cum tonitru, ejus genitrice fulmine perempta.

Brōngŭs, gi, *βρόγγος*, Fluvius est ex Illyrico Boreã versus fluẽs, & excepto Angro, in Istrum influens. Herod. lib. 4.

Brōntēs, [*βρόντης.* Ger. Einer auß den Schmidtknechten *Vulcani*, so dem Jupiter die straalen schmiden.] Vnus ex ministris Vulcani, qui Iovi cudũt fulmina, *παρὰ τὸν βροντὴν*: hoc est, à tonitru dictus. Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, & Pyracmon, quem Ovid. 4. Fastor. Acmonidem appellat. Hos Hesiodus in Theogonia Cœli & Terræ filios facit: quanquã alii ex Neptuno & Amphitrite natos malunt. Virg. 8. Aen. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

Bronteus. Dictus est Iupiter, à *βροντὴ*, quod est tonitru.

Brŏtĕās, & Ammon, Gemini fratres fuerunt, cæstibus clari, qui ab Ibineo occisi sunt in aula regis Cephenorum. Ovidius lib. 5. Metamorph. Hinc gemini fratres Broteasq; & cæstibus Ammon Invicti, vinci si possent cæstibus enses, Phinica cecidére manu.

Brŏthĕus, [Ger. Ein Sohn *Vulcani*/ der sich von seiner vngestalte wegen selbs verbrennt hat.] per duas syllabas, Vulcani filius fuit, qui irrisus propter oris deformitatem, conjecit se in ignem, & vitam incendio finire maluit, quàm omniũ ludibrio esse expositus. Ovid. in Ibin: Quodq; ferunt Brothеũ fecisse cupidine mortis, Des tua succensæ membra cremanda pyræ.

Brullĭtæ, Populi Asiæ, quos Ephesiorum conventui attribuit Plin. lib. 5. cap. 29: Ephesum (*inquit*) alterum lumẽ Asiæ remotiores conveniunt Cæsarienses, Metropolytæ, Cylbiani, inferiores & superiores, Myso Macedonenses, Masturenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dios hieritæ.

Brumus. Vide BRVMALIA.

Brundulum, Portus, quem Athesis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Brondolo.*

Brundunum, Vrbs Bavariæ, vulgò Braunaw.

Brundŭsĭum, [*βρεντήσιον.* Ger. Ein Statt in Calabrię am Adriatischen Meer gelegen / heißt jetzt *Brandizzo, Brandisio.*] Vrbs Calabriæ, ad mare Adriaticum sita, via Appia eousq; perducta, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tritissimus olim fuit in Græciã transitus: ita dicta à cervini capitis similitudine, quod Brundusium Messapii sua lingua appellabãt. Græci *Brenteſium* appellant, à Brento quodam (si Stephano credimus) Herculis filio. Ex hac urbe Pacuvius poëta ortum traxit.

Brusa, Lege PRVSA.

Brusis, Pars Macedoniæ, *βρῦσις* à Briso Emathii filio, Steph.

Brunsuicum, [Ger. Braunschweig.] Vrbs Germaniæ.

Brŭtĭī, [*βρέττιοι.* Ger. Völcker zu hinderst in Italien am Sicilischen Meer gelegen.] Italiæ populi, in eo tractu, qui hodie *Calabria* dicitur, post Laum fluvium incipientes, & in fretum Siculum in modum peninsulę procurrentes: dicti quasi bruti & obscœni. Fuerũt enim Brutii, servi & pastores Lucànorum, qui inde aufugêre, & furtim in regione consederunt, ubi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis: quam regionem priùs Ausones habitaverunt. Hi multò pòst tempore, & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam plenè deleti fuêre, sine dignitate, sine honore, ad servilia opera semper coacti. Hæc regio (ut autor est Strabo lib. 6.) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est Pandosia, ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est. ¶ Est & Rhegium civitas olim potentissima, in extrema agri Brutii parte sita, ubi Siciliam ab Italia traduxit fuisse abscissam.

Brūtĭānæ parmæ, dicta sunt scuta quibus Brutii utebantur.

Brūtĭānī, [Pol. *Woyni*, item *Sługa mieiski.* Vng. *Porokló.*] à Romanis dicebantur, qui officia servilia magistratibus præstabant, nomine tracto à Brutiis: qui quòd primi Annibali adhęsissent, & cũ eo perseverassent, donec ex Italia discederet, hac ignominia à Romanis notati sunt, ut vilissima quæq; munia per illos obirent. Vide Alex. Genial. dier. lib. 1.

Brutĭna, Vrbs Hispaniæ, Ptolemæo, Vide BRVTOBRIA.

Brūtĭŭs, a, um, aliud adjectivum, à Brutiis Italiæ populis: unde Brutia pix, secundus liquor qui ex tæda excoquitur, & acero coagulatur: doliis, aliisq; vasis illinẽdis utilis, ab alia pice lentore differens. Primus autem tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Aegyptii defunctorum corpora incorrupta cõservabant. Vide Plin. lib. 16. cap. 11. Hujusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: unde & nomen accepit.

Brutĭum, Promontorium Italiæ extimum: ubi Sicilia olim agro Brutio adhæsit. Plin. lib. 3. cap. 1: Primus Europæ sinus à Calpe extimo Hispaniæ mõte Locros Brutium usq; promon-

torium immenſo ambitu flectitur. Ptolemæus Scyllæum appellat. Vulgò *Burſano in Calabria.*

Brūtobrĭă, æ, *βρυτοβρία* Stephano, Oppidum eſt Hiſpaniæ in tractu Bætico, quod & Brutica appellatur. Dicta Brutobria quaſi Brutia civitas: ea forma, qua Selymbria, & Poltyobria: in quibus Bria civitatem ſignificat.

Brūtus, Cognomẽ familiæ Iuniæ, quod primus tulit L. Iunius Brutus, propter ſtultitiam, quam Tarquinii metu ſimulabat. Hic exactis regibus, civitateq; in libertatem vindicata, primus Romæ cũ L. Tarquinio factus eſt Conſul: rebusq; multis præclarè geſtis, tandem eo in prælio, quod ad Regillum lacum commiſſum eſt, occubuit: eumq; matronæ, ut fortiſſimũ muliebris pudicitiæ vindicem, annum integrum luxerunt. ¶ M. Brutus, unus fuit ex Cæſaris dictatoris percuſſoribus, qui in campis Philippicis ab Octavio & Antonio victus, necem ſibi conſcivit. ¶ D. Brutus, acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit, qui Mutinæ aliquãdiu ab Antonio obſeſſus, eaq; obſidione Hirtii & Panſæ opera liberatus, tandem à militibus ſuis deſertus eſt, & ab hoſtibus occiſus.

Brutus, & Bruti, & Scævæ, & Bubulci, cognomina gentis Iuniæ fuerunt. Brutorum præcipuè nominãtur, Lucius ille Brutus, qui reges ejecit, & M. Brutus, qui Cæſarẽ occidit. Lucius patricius fuit: de Marco, patricius fuerit an plebeius, poteſt ambigi: patriciũ fuiſſe, Poſidonius philoſophus, eumq; ſecutus Plutarchus affirmat: Brutum enim eum, qui reges expulit, tres filios habuiſſe, duos quos participes conjurationis in temp. ultimo ſupplicio, patre conſule ſpectante, affectos, hiſtoriæ narrant: tertiũ, unde Iunia gens propagata eſt, & a quo M. Brutus originẽ duxit. Contrà, plebeiũ ut fuiſſe credamus, Dionyſii Halicarnaſſæi facit autoritas: nam, etſi Plutarchum, ut ſoleo ac debeo plurimi facio: tamen Halicarnaſſeum, qui nititur argumentis, libentiùs hac quidem in re authorem ſequor. Plutarchi eſt ſimplex & nuda narratio: nam illud neſcio quid quod affert ex Poſidonio: ipſius Poſidonii ætate fuiſſe Romæ præſtantes ex ea gente viros, quorum forma ad ſimilitudinem imaginis accederet illius Bruti, qui civitatem dominatu regio liberavit: ita planè mihi eſt, ut refellendum nõ exiſtimem. Noſter autem Cicero, quum in Philippicis orationibus, & in libro de Claris oratoribus dixit idem, quod poſtea Poſidonius & Plutarchus, potuit id Bruto gratificari: quẽ unicè diligebat, tum ad ſtudium libertatis recuperandæ facilius impelli poſſe exiſtimabat, ſi ab illo Bruto, qui primus Romæ jugum ſervitutis virtute depulerat, progenitum oſtenderet. Dionyſii ratio hæc eſt, eaque, ut mihi videtur, admodum firma. Si Lucius ille Brutus, qui libertatem Romæ conſtituit, virilem ſtirpem reliquiſſet: ejus poſteri patricii fuiſſent: quòd ſi Patricii, conſulatum ſine dubio multi geſſiſſent: at per annos CC. quod faſti declarant, conſul Romæ Iunius nemo fuit: nam quòd, Scævas & Bubulcos, qui, ut diximus, Junii fuêre, conſules videas, CC. poſt reges exactos annis, hoc potiùs docemur argumento, plebeios fuiſſe, quàm patricios: quum in conſulatu cõllegas habuerint de gẽte patricia: eo porrò tempore conſules fuerint: quum eum magiſtratum duobus patriciis mandari, lex Licinia vetaret. Præterea, in ejuſdem Dionyſii hiſtoria tribunũ pl. video Brutum quendam, plebeiæ partis defenſorem acerrimũ: item alterum in oratione pro Quinctio alios etiam alibi, quos, ut opinor, de gẽte Iunia fuiſſe, nemo negabit, & plebeios fuiſſe: ideò putandum eſt, quòd tribunatum pl. plebeiis tantùm hominibus deferri leges juberent. Livius ſanè duos tantùm nominat Bruti filjos: in quos, conjurationis crimine convictos, animadverſum eſt: ſed verbum addit nullum, unde ullum præterea Bruti filium fuiſſe, poſſit intelligi. Apud Dionem eadem ferè, quæ apud Livium leguntur: ut nõn facilè, utrum ſenſerit, dijudicare liceat: iraq; dubitatio ex Dionyſio, Plutarcho, Poſidonio tota naſcitur, quãquã egò quidem, quum argumenta illa duo, quæ poſui, quum animo meo conſidero, unum de nullo Iunio per CC. annos, poſt reges ejectos, conſule, alterum, de Brutis tribunus pl. quos Dionyſius, & Cicero nominant: non admodum eſſe video, cur dubitem, & ab eo Bruto, quem contra patres multa pro plebe geſſiſſe Dionyſius memorat, potuit M. Brutus, Serviliæ filius, cæteriq; Bruti ejus ætatis ortũ trahere: is porrò ab aliquo L. Bruti patricii liberto: nam liberti ita familiæ nomen aſſumebant, ut patricii, licet ab homine patricio manumiſſi, tamen eſſe non poſſent. Ex noſtro commentario ad Qu. Fratrem.

Brŭxellă, Brabantiæ urbs celebris. [Ger Brüſſel]

Bryanion *βρυάνιον*, Theſproriæ civitas, Stephano.

Bryaxis, inſignis ſtatuarius fuit, qui cum Leochare, & Timotheo, Mauſoleum in Caria ex marmore excidit. Plinius lib. 36. capite 5.

Bryazon, Amnis Aſiæ in Bithynia. Plin. lib. 5 cap. 32.

Bryges, *βρύγες*, Populi Thraciæ fuerũt: qui poſtea Phryges dicti ſunt, à quibus Phryges Aſiæ populi originem traxerũt. Autor Strab. lib 7. Stephanus Brygas in Macedonia collocat.

Brygion, Inter urbes Macedoniæ Plin. ponitur lib. 4. cap. 10.

Bryllium, *βρύλλιον*, Propontidis oppidum, Stephano.

Brỳſacíon, Vrbs Parthinæ, Steph.

Bryſæ, Thraciæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 11, in deſcriptione Thraciæ.

Bryſani, Cyconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur, lib. 6. cap. 17.

Bryſea, Vrbs Laconiæ, à qua Bacchus Bryſeus cognominatus eſt, quòd ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryſeum dici putant ab antiquo verbo *βρύω*, quod eſt ſcaturio: quoniam ex alveariibus mella, vel ex uvis muſta exprimere primus docuit. Alii Byrſeum potiùs quàm Bryſeum volunt cognominatum, à byrſa: hoc eſt, pelle, quam in bello induebat. Nam teſte Diod. lib. 5, Bacchum in prælijs pardalium pellibus uſum cõſtat. Byrſa autem corium ac tergus ſignificat.

Bryſeus, *βρυσεύς*, Vnum ex agnominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βρύειν; quod ſignificat inundare & madefacere: vel (ut alii malunt) à Bryſea Laconiæ civitate. Vide dictionem præcedentem, & ſuprà B R I S A.

Bryſiæ, *βρυσιαὶ* Vrbs Elidis, Stephano.

Bryſtacía, *βρυστακία*, Vrbs Oenomorum, Stephan.

Brỳx, & Brygæ, Gens Macedoniæ Illyriis finitima, Steph.

B ante V.

Bubalus, Pro pictoris nomine, vide B V P A L V S.

Bubāſtĭs, *βούβαστις* Herodoto, ſive Bubaſtus, *βούβαστος* Stephano, Aegypti urbs, in qua quotannis conventus celebrabatur in honorem Dianæ: quæ & ipſa Bubaſtis ab urbis hujus nomine fuit appellata. Ovid. 9. Metam. -cùm qua latrator Anubis, Sanctaq; bubaſtis. ¶ Hinc Bubaſtites nomos, appellabatur quædam ex Aegypti præfecturis, urbi huic proxima: cujus meminit Plin. lib. 5. cap 9.

Bubāſĭus, Cariæ regio eſt, cujus mulieres ab Ovidio vocantur Bubaſides, quum inquit li. 4 Metam. Bubaſides videre nutus.

Bubēſum, Natio eſt, vel oppidum Cyrenes, teſte Plinio, libro 5 capite 5.

Bubetani, Campaniæ populi Coriõnalis vicini. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Bubinda, Fluvius eſt in Orientali latere Hyberniæ apud Ptolemæum lib 2. cap 2.

Bŭbōn, *βοῦβων*, Civitas eſt Caballiæ, quæ Lyciæ eſt regiuncula, tribus oppidis habitatã, Onoanda, Balbura, & Bubone, Autor Plin. lib. 3. cap. 17. Stephanus Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit, quemadmodum & Balburam ab alio latrone, nomine Balburo.

Bubona, Boum dea habita eſt, quemadmodum Pomona pomorum.

Bubula (quod hìc pro Lybiæ Cyrenaicæ oppido malè legebatur) vide B V L V B A.

Buca, Oppidum eſt Frentanorũ in quarta Italiæ regione, Autor Plin. lib. 3. cap. 12.

Bŭccellārĭus, Suidas Buccellarios Gallogræcos fuiſſe ſcribit: & Buccellariorũ regionem, Gallogræciam. Copioſiùs Alciatus lib. 6. Diſpunct.

Buccina, Nomen oppidi in Sicilia, Vide in A P P E L L.

Bucephalus, pro equo Alexandri, Vide in A P P E L L.

Bucephala, Plinio, [*βουκεφάλεια*. Stephano. Ger. Ein Statt in India ſo Alexander der Groß gebawen hat/ da jhm ſein Gaul der *Bucephalus* im Streit vmbkommen iſt / vnd von dem her der Statt den namen gegeben.] Indiæ oppidum eſt ad Hydaſpem fluviũ, ab Alexandro Magno cõditum, & à nomine Bucephali equi ita appellatum, qui ibi interfectus fuit eo in prælio, quo Alexander Porum vicit. Vide Plin. lib. 6. cap. 20.

Bucephalas, *βουκεφάλας*, Portus eſt in ſinu Saronico, non procul ab Iſthmo Peloponneſi: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Bucha, Miſniæ, Buech vulgò.

Buchía, (quod hìc pro Ioniæ loco perperam legebatur) vide B V T I A.

Bucínna, Inſula eſt exigua; Siciliæ adjacẽs, à Lilybæo promõtorio in Africam vergens. Vide Plin. lib. 3. cap. 8.

Bucolíon, *βουκόλιον*, Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea Nympha Pædaſum & Aeſepum ſuſcepit. Autor Hom 6 Iliad.

Buda, [Vng. Hayregy ío.] Vngariæ, ſive Pannoniæ metropolis eſt, non ita procul à Danubii ripa diſſita: olim munitiſſimũ tótius Germaniæ propugnaculum: nunc Turcarũ ditioni paret, ut penè tota Pannonia. Germani vocant Ofen Fuit ſedes & inhabitatio Regum Vngariæ longè pulcherrima & munitiſſima, unde dicterio locus in tota Europa tres omnium pulchermas eſſe urbes, Venetiás in aquis: Budam in monte: Florentias in planitie.

Büddă, Gymnoſophiſtarum apud Indos princeps extitit, quẽ illi ex virginis latere natũ fuiſſe, credi voluerunt. Cælius Rhodiginus lib. 14. cap. 1.

Budĕă,

Būdēă, penultima longa, βούδεια, Stephano Magneſiæ civitas, à Budeo quodam conditore dicta: à qua etiam Minerva, quę in ea civitate colebatur, Budea dicta eſt. Homerus βούδειον appellat. ¶ Eſt & Budea Phrygiæ oppidum, Stephano.

Būdēī, βυδηνοί, Mediæ populi, Stephano.

Budini, βυδῖνοι, Scythiæ Europeæ populi, non procul à Boryſthene amne, Gelonis, Thuſſagetis, & Baſilidis finitimi: quorū meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Budoræ, [Ger. Zwo Inſlen nahe bey Candia gelegen.] inſulæ duæ prope Cretam inſulam, ut ſcribit Plin. lib 4. cap. 12.

Budorgis, A Ptolemæo dicta creditur Germaniæ civitas in Sileſiæ tractu, quæ hodie *Vratiſlavia* dicitur: Vulgò Breſlaw in der Schleſy.

Budoris, Germaniæ urbs eſt, ſub ditione Comitis Palatini: Vulgò Heydelberg.

Būdōrum, βούδωρον, Promontorium eſt apud Salaminem, Stephan.

Buges, Amnis eſt Scythiæ Europæ, qui flexum Mæotidis ſecat, ut autor eſt Pomponius Mela. Supra Bugen verò, amnes ſunt Agarus (quem Sagarim Ovidius nominat) & Lycus, clariſſimi, Ptolemæo. Plin. autore li. 4. cap. 12: Buges lacus eſt, nō fluvius, à Coreto Mæotidis ſinu petroſo diſcluſus dorſo, & foſſa in mare emiſſus.

Bulgaria, à recētioribus appellatur Europę regio ſupra Thraciam, inter Danubiū & Pontum Euxinum ſita, Daciæ & Mœſiæ contermina. ¶ Hinc Bulgari dicti, qui eam incolunt.

Bulini, βούλινοι, Gens circa Illyriam. Artemidorus non gentem, ſed βουλίνη, Bulinen civitatem eſſe dicit, Steph.

Būlĭs, βῦλις, Phocidis oppidum, inter Parnaſſum & Heliconē ſitum: ita dictum à Bulone conditore. Hinc Bulii & Bulienſes, Cic. in Piſonem. Parthenii & Bulienſes illuſi.

Būllă Rēgĭă, Liberum eſt Numidiæ oppidum, teſte Plin. lib. 5. cap. 3.

Būllēnſēs, Oppidum & Populi Locrorum apud Plin. lib. 4. capite 3.

Būllĕum, βούλλαιον, Britanniæ inſulæ oppidum, apud Ptol. lib. 2. cap. 3.

Bulliones, Barbari incolæ Macedonię, dicente Plin. lib. 4. cap. 23: Apollonia quondam Corinthiorū colonia, VIII. M. paſſuū à mari recedens. Cujus in finibus celebre Nympheū accolunt Barbari, Amantes, & Bulliones. Hæc Plinius.

Būllĭs, idis, βυλλίς, Oppidum in ea parte Macedonię, quæ mari Adriatico adjacet, nō procul ab Apollonia, teſte Ptolem. lib. 3. cap. 13. Plin. Bullidenſam coloniam vocat, lib. 4. cap. 10. & populos ipſos Bulliones, lib. 3. cap. 23.

Būlūă. [βύλλα. Vulgò Bodoya.] Oppidum Liburniæ, non procul à Drilone fluvio, Ptol. lib. 2. cap. 17.

Buluba, Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 5.

Bunæ, Nomē loci. Plut. in libello Vtra plus ſapiant: καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀφὲ αὐτῶν ἐωρακαμεν, ἀ πάλαι Ϲ ἀφ' ἑτέρου ἐμυθεύοντο, ἀ πόρρω βυναὶ ἐξοικειλαντ@ Ϲ κατασυρσάντ@ λοιμὸν ἐμυιδεαι. Fortè eadem quæ Brunnus.

Bunartis, βύναρτις, Vrbs Libyæ. Steph.

Bunema, βύνεμα, τὰ, Vrbs Epiri ab Vlyſſe condita, Steph.

Bunitium, βυνίτιον, Vrbs Germaniæ in climatē magis Septentrionali: de qua Ptol. lib. 2. cap. 11. [Ger. Sund.] ut quibuſdam videtur.

Bunomus, βύνομ@ ὁ βυνόμα, Macedonię civitas, Pella poſtea dicta, Steph.

Būnnŭs. βύνν@, Illyridis oppidum eſt: cujus gentile eſt Bunnius βυνν@. Steph.

Būpălŭs, li, [βύπαλ@. Ger. Ein färbindiger Mater.] Pictoris inſignis nomen, qui quum Hipponactem Poëtam deformi figura pictum omniū riſui expoſuiſſet, tam mordaci ab eo carmine fuit perſtrictus, ut laqueo vitam finierit. Hor. in Epod. Qualis Lycambæ ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis bupalo. Bupali hujus meminit & Plin. lib. 36. cap. 5.

Buphia. βυφία, Sicyoniæ vicus apud Steph.

Buprăſium, βυπράσιον, Epæorum oppidum, Elidi finitimum: cujus meminit Homerus in Catalogo navium. Plin. li. 4. cap. 5: Achaiæ propriè dictæ annumerat.

Būră, βῦρα, Achaiæ propriæ dictæ urbs, ad ſinum Corinthium ſita, olim florentiſſima: nunc unà cum Elice vicina urbe, maris impetu hauſta: de qua Ovid. 15. Metam. Si quæras Elicen, & Buran, Achaidas urbes, Invenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis. Plin. lib. 2. cap. 92: Pyrrham & Antiſſam circa Mæotim Pontus abſtulit: Elicen & Buran in ſinu Corinthio, quarum in alto veſtigia apparent.

Burchana, Inſula (ut lib. 3. cap. 13. Plinius docet) in Oceano Germanico: à Romanis *Fabaria*, à frugis ſimilitudine ſpontè provenientis appellata.

Burchanis, βέρχανις, Inſula in Celtica, Steph. ex Strabone.

Burdegala, ſive (ut apud Suidam legitur) Burdigala, βυρδίγαλα, Galliæ Aquitanicæ urbs clariſſima, Auſonii Poëtæ patria. Strabo Burdigalliam appellat. Vulgò *Bordeaux*.

Būrgī, Vide in APPELL.

Burea, Vrbs Italiæ à Bureo condita, Steph.

Burea, Burrhis, vel Burrhina, βύρεια, βύρρις, ἡ βύρρινα, Fons eſt in loco quodam inſulæ Coſ: ſic dictus, quod bovis naribus ſimilem habeat meatum unde ſcaturit, interpres Theocriti. Meminit enim ejus Theocritus Idyllio 7.

Būrgūndĭă, Gallię provincia Celticę, ducatus titulo inſignis, quum antea ſub Regibus fuerit: à quo Burgundi, & Burgundiones. Eam olim Sequani ac Hedui tenuerunt. Burgundiones. Plin. lib 4. cap. 14, inter genera Germanorum ponit: ſic enim ſcribit: Genera Germanorum quinq; Vindelici, quorum pars Burgundiones. Varrini, Carini, Guttones. Vulgò *Bourgongne*. [Ger Das Hertzogthumb Burgund. Pol. *Burgundia*.]

Burgūndiōnēs, unde dicti, Vide ſuprà in dictione BVRGI.

Būrnīſtæ, Plin. lib. 3. cap. 21: Populi Illyrici ſunt, Scultinis & Albonenſibus finitimi.

Burſaonenſes, es; Hiſpanię citerioris populi ſunt, Calagurritanis, & Conplutenſibus vicini. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

Burtina, apud Ptol. lib. 2. cap. 6: Ilergetum civitas eſt in Hiſpania Tarraconenſi. Vulgò, *Barbaſtro*.

Būſæ βῦσαι, Herod. lib. 1, Populi ſunt Medorum, quos ſubegit Dioces.

Buſcum, Ducis Brabantiæ urbs: vulgò Hertzogenboſch.

Būſīrĭs, pen. prod. βούσιρις, Neptuni & Libyes filiæ Epaphi filius, crudeliſſimus Aegyptiorum tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argivis imperavit. Hic quum hoſpites omnes Iovi immolaret, ab Hercule in Aegyptum delato, quum eaſdem illi inſidias pararet, unà cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe & miniſtris aræ interfectus eſt. ¶ Hujus dictionis media ſyllaba producitur. Virg. 3. Georg. quis aut Euryſthea durum, Aut illudati neſcit Buſiridis aras? Ovid. in Epiſt. Heroid: Si te vidiſſet cultu Buſiridis in iſto. Statius tamen lib. 12. Theb. (ſi modò emēdata ſit lectio) corrupit: ſic enim ibi legitur: Nō trucibus monſtris Buſirim, infandūq; dediſti Cercyona. ¶ Eſt & Buſiris nomen urbis in Aegypto ad Nilum fluvium, à Buſiride condita: in qua fuit templum magnum Iſidis. Hinc Buſiritica præfectura, apud Strab. lib. 17.

Butadæ, βουτάδαι, Populi Attici ex Aegeide tribu, apud Steph.

Būtēs, βοῦτης, Filius fuit Amyci, Bebryciorum regis, qui ob ſęvitatē patris ab Argonautis cæſi, regno pulſus; parvo navigio Drepanum in Siciliam confugit, ubi à Lycaſte nobili meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt, à qua quum ob formæ, morumq; & ætatis elegantiam diligeretur, ejus concubitu uſus, Erycem filium ex ea ſuſcepit: & quoniam Lycaſte ob eximiā pulchritudinem Venus vocabatur, datus eſt locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. Contrà Virg lib. 5. Aen. Butem à Darete juxta tumulū Hectoris occiſum tradit, inquiēs: Idemq; ad tumulum, quo maximus occubat Hector, Victorē Buten immani corpore, qui ſe Bebrycia veniēs Amyci de gente ferebat: Perculit, & fulva moribundū extendit arena. ¶ Alius fuit Butes Trojanus, à Camilla occiſus, ut eſt idem autor lib. 11. ¶ Commētarius Apollonii, alterius quoq; Butæ meminit, filii Cecropis cujuſdam. ¶ Eſt & Butes, Scytharum fluvius, cui propinqui ſunt Agathyrſi & Sarmatæ.

Būthĭă βυθία, Ioniæ oppidū, teſte Stephano, aut certè regiuncula, ut idem refert ex ſententia Theopompi.

Buthŏn. βύθον, vel βυθλῶ, ſi rectè ſcribitur apud Steph. Vrbs Illyridis, &c. Qui à βυθοῖν putant legendū, falluntur in analogia.

Būthrōtum, ſive Buthrotos, penultima producta, Romanorum colonia eſt, teſte Plin. lib. 4. cap. 1. in finibus Epiri, ad ſinum Ambracium. Apud Græcos nominativus eſt βυθρωτός. Stephanus de Vrbibus: βυθρωτὸς νῆσ@ καὶ χέρσυ καὶ πόλις. Sic etiam Ovid. lib. 13. Metam. Epiros ab his, regnataq; vati Buthrotos Phrygio. Cic. ad Tironem: Septimū jam diem Corcyræ tenebamus: Quintus autem Frater & filius Buthroti. Servius explicans illud Virg. 3. Aeneid. portuq; ſubimus Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus arcem: Arcem, *inquit*, Buthroti: id eſt, Buthrotium Ex quo loco (ſi emēdata eſſet lectio) videretur Buthroti, genitivum eſſe conciſum per ſynæreſin à nominativo Buthrotium: quem tamen nuſquam arbitror reperiri, Quò fit, ut apud Servium Buthrotum legendum putem: & ita in vetuſtiſſimis quibuſdam exemplaribus ſcriptum invenimus.

Būthŏs, Vide BVTOS.

Būtĭs, βῦτις, Syriæ civitas, Pella poſtea dicta, Steph.

Būtŏs, βῦτ@, Oppidum eſt Aegypti, apud Ptolemæum lib. 4. cap. 5; & Plin. lib. 5. cap. 10. Stephanus alterum ejuſdem nominis oppidum in Gedroſia collocat.

Butra, Inſula eſt maris Mediterranei propè Cretam inſulam: Autor Plin. lib. 4. cap. 5.

Butrĭum, tri, βυτρίον, Oppidum Italiæ, non procul à Ravenna, cujus meminit Strabo lib. 5.

Butua, Plinio inter oppida Liburniæ recenſetur, libro 4. capite 12.

Butuntinenſes, Populi ſunt Calabriæ in Italia, quorũ meminit Plin. lib 3 cap. 11.

Būtŭs, βοῦτος, Pandionis filius: unde Butadæ pars tribus Aegeidis, Stephan. Eſt & Aegypti civitas. Vide ſuprà BVTHOS. Herodianus vicum eſſe ſcribitur Buto, βοῦτος dictum, ubi oraculum fuerit: unde & Latona Buto. Eſt & alia Gedroſiæ, Stephan.

Būxentum, πυξοῦς, Oppidum Lucaniæ, quod Græci *Pyxunta* vocant, à buxo arbore, quæ copioſa illic provenit. Plin. lib. 3. cap. 5 Vulgò, *Beluedere.*

Būzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur. libro 6. capite 20.

Buzeri, Gens Themiſcyræ regionis in Aſia. Plin. lib. 6. cap. 4. Vide BYZERES.

Buzigeus, Mons eſt Theſſaliæ, Plin. lib. 4. cap. 8.

B ante Y.

Bybaſſus βύβασσος, Cariæ oppidum Stephano, ita appellatũ à Bybaſſo paſtore, qui Aeſculapium maris tempeſtate in Cariam delatum ſervavit.

Bybe, βύβη, Thraciæ oppidum apud Stephanum, cujus incolæ Bybi, βύβοι, appellantur à Stephano.

Bybleſia, Cariæ regio, ab Iſthmo Cnidiorum initium ſumens: de qua ſic ſcribit Herodot. libro 1: Nam quum initium Bybleſiæ ex peninſula auſpicetur, ſintque Cnidii propemodum circunflui, eam partem, qua Boream ſpectat, Ceraunius claudit ſinus: Auſtralem verò Symanum. Rhodiumque mare: reliquam frontem: hoc eſt, Iſthmum, qui perexiguus eſt, nempe quinque ſtadiorum, Cnidii tentaverunt perfodere.

Byblĭs, idis, βύβλις Suidæ, Filia Mileti fuiſſe fertur ex Cyanee Nympha, à fratre Cauno, cujus amore deperibat, repulſa, impatientia amoris in fontem ſui nominis eſt mutata. Vide latiùs totam fabulam apud Ovid 9 Metam.

Byblĭs, βύβλις, *Milo*, Parva maris mediterranei inſula eſt cum oppido, alio nomine Mulos dicta. Ariſtoteles Zephyriam: Callimachus Mimallida: Heraclides Siphnum & Acyton vocant. Hæc inſularum rotundiſſima eſt. Verba ſunt Plin. lib. 4. capite 12.

Byblus, Eſt Phœnices urbs, Beryto vicina, in qua Adonidis olim inſigne fuit templum. Eam tyranno oppreſſam Pompeius liberavit, illo ſecuri percuſſo. Sita eſt in excelſo quodam loco, non procul à mari. Hæc ex Strab. libro 16. Hodie *Geta.*

Bycus, Sarmatiæ Europææ fluvius eſt apud Ptolemæum, qui Pomponio Buges dicitur.

Byle, βύλη, Vrbs, Vide ELEA.

Byllĭs, βύλλις, apud Stephanum, Illyrici oppidum eſt, quod à Ptolemæo βύλλις appellatur: & in ea parte collocatur Macedoniæ, quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio: ubi & Plin. Bullidenſium meminit.

Bymazus, βύμαζος, Vrbs Pæoniæ, Steph.

Byrſă, Vide in APPELL.

Byſnæi, Genus Bebrycum, Steph.

Byſalas, βυσσαλὰς, Regio juxta Syrtes, Vide Byzantes in Stephan.

Byſus, vel Byſſus, Gens quædam, Steph.

Byzacium, Africę regio. Plin. lib. 4. cap. 5. in deſcriptione Africæ, Vide BYZANTIVM.

Byzanthes, Populi Africæ, Vide BYZANTIVM. De Byzante & Strabone ejus fratre, vide Steph. in Binæcopolis.

Byzantium. [βυζάντιον. Vulgò *Conſtantinopoli.* Ger. Conſtantinopel. Turcis, *Cezgraudum.* Pol. *Conſtantinopolie.* Vng. *Kuſtanczinápoly.*] Vrbs Thraciæ, ad ipſum ſita Boſphorum, primùm à Pauſania Spartanorum rege condita: poſteà à Conſtantino in majus aucta, & ſacri Imperii ſede eò translata, ab illius nomine Conſtantinopolis dicta eſt. Hodie non ſine graviſſima orbis Chriſtiani ignominia, crudeliſſimi Turcarum tyranni paret imperio. ¶ Eſt item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa: quam ſic deſcribit Plinius libro 4. capite 5: Libyphœnices appellantur, qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta millium paſſuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hîc oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Tapſus. Hæc ille.

Byzantĭus, a, um, adjectivũ: ut. Littora Byzantia, Ovid. 1. Triſt. Byzantii exules, Cic pro Domo ſua.

Byzĕres, pen. prod βύζηρες Stephano, Populi in Ponto, qui Straboni Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flac. 5. Argon. Byzeresq; vagi, Philyręq; à nomine dicta Littora. Plin. lib. 6. cap. 4, Buzeros vocat. ¶ Ab his portus quidam Ponti, Buzericus βυζηρικὸς λιμὴν appellatur: cujus meminit & Steph.

C

Abalaca, Albaniæ in Aſia oppidum. Plin. lib. 6. cap. 10: Prævalent oppida Albaniæ, Cabalaca: Iberiæ, Harmaſtis juxta flumen, *&c.*

Cabales, κάβαλις, Populi ſunt Lyciæ regionis, quarum regio Cabalia appellatur: in qua ſunt urbes, Oenoanda (quam Strabo Oenoandron vocat) Balbura, & Bubon. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & Herodotum lib. 4.

Cabalĭo marinus, Vide HIPPOCAMPVS.

Cabalis, κάβαλις, Oppidum eſt Cabaliæ regionis Aſiæ, cujus meminit Stephanus. ¶ Eſt autem Cabalia Lyciæ pars.

Cabaſſus, κάβασσος, vel Cabeſſus, κάβησσος, Homero, Oppidũ Cappadociæ: quod tamen alii trans Hæmum montem collocant. ¶ Appion verò vicum eſſe ait inter Tarſum, & Mazacam. Vide Steph.

Cabellio, Narbonenſis provinciæ oppidum eſt, prope Druteniam fluvium, & Carpentoracte. A Strabone Caballio vocatur. Vulgò *Cavaillon.*

Cabera, Proci filia fuiſſe fertur, quę ex Vulcano tres Caberos genuit, totidemq; nymphas Caberides: quibus omnibus dicata fuiſſe templa, autor eſt Strabo lib. 10.

Caberon. Aſię fluvius eſt, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 23. in deſcriptione Carmaniæ.

Cabiria, æ, κάβειρία, Oppidum citerioris Aſiæ, quod Cabirii inhabitabant. Sunt & Cabirii Bœotii populi: Vtriuſque autor Stephan.

Cabul, Galilęæ regio eſt, quæ Joſeph. lib. 8. Lingua Phœnica à diſplicendo: mihi verò à terra tenaci, ob copiam argyllæ, qua figuli utuntur, nomen accepit.

Cabullinum, κάβυλλινον Ptolemæo, Sequanorum oppidum eſt ad Ararim, quod alio nomine Catalaunũ, Gallicè *Chalons ſur Saone* dicitur.

Cabura, æ, Fons Meſopotamiæ, præter aquarum omnium naturam, egregiè odoratus: cujus fabuloſam rationem reddunt, quòd Iuno eo aliquando fuerit perfuſa. Vide Plin. libro 11. capite 3.

Cabyle, κάβυλα, Vrbs in Thracia, ut inquit Polybius.

Cācă, Soror fuit Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicaſſe, & ob id meruiſſe ibidem diu ara, ſacrisq; venerari. Sed longè aliter Virgilius libro 8, & Ovid. libro 1. Faſt. ſentiunt.

Caccabe, es, κακκάβη, Olim appellata fuit urbs totius Africæ celeberrima, quę notiore nomine Carthago dicitur. Vide Stephanum in dictione καρχηδών.

Cacidíri, Inter celeberrimas Scytharum gẽtes Plinio ponuntur lib. 6. cap. 17.

Cacidini, Siciliæ populi Latinæ conditionis, ut ſcribit Plinius lib. 3. cap. 8.

Cācŭs, κάκος, Filius fuit Vulcani, qui Latium undique latrociniis & incendiis infeſtabat: demum Herculis quoque ex Hiſpania, occiſo Geryone, redeuntis, & apud Evandrum hoſpitantis, boves noctu cauda traxit in antrum ſuum, quas quum manè diminutas cerneret Hercules, nec quorſum erraſſent, ſcire poſſet, fortè fortuna ad hoc antrum pervenit: ſed quum veſtigia omnia foràs verſa videret, cum reliquis abiit. Abeũtibus autem cęteris, occluſæ boves aliarum deſyderio mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognovit, raptaq; clava iratus recurrit: ſed Cacus ſpelunca freus, in eadem ſe abſcondit, clauſis foribus ingenti ſaxo. Quod Hercules videns, ad montis cacumen tendit, & ad extremum dejecto ſilice, qui antri ori ſummo incumbebat, intrepidè deſiliens, Cacum ſtrangulavit, bovesq; ſuas recepit, ut copiosè deſcribit Virgil. lib. 8. Aeneid. [Ger. Ein Sohn Vulcani/der dem Hercules ſeine Rinder geſtoln hat.] ¶ Sunt qui affiment hunc Cacum Evandri fuiſſe ſervum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio vaſtaverit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ovidius fabulatur illum tricipitem fuiſſe, quũ inquit Mænalio jacuit fuſus tria tempora ramo Cacus, *&c.* Veritas tamen ſecundùm philologos & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Evandri nequiſſimum ſervum, ac furem. Novimus autem malum à Græcis κακὸν dici, quem ita illo tempore Arcades appellabant, poſtea translato accentu Cacus dictus eſt, ut Helene Helena. Ignem autem dictus eſt vomere, quòd agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua ejuſdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacrum meruit, in quo ei per virgines Veſtæ ſacrificabatur. Hæc Servius enarrans eum Virgilii locum lib. Aeneid. 8: Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu, Semihominis Caci, *&c.*

Caddufii, Strab. libro 11, populi ſunt Mediæ, prope Albanos, & Caſpios.

Cadena, Regio fuit, in urbis modũ inſtructa in montibus Lycaoniæ, ut autor eſt Strabo lib. 12.

Cadſ,

Cadí, orum, apud Strab. lib. 12, Phrygiæ urbs eſt: quam tamen nonnulli ad Myſiam pertinere dicunt.

Cadíſcus, Vide in APPELL.

Cadmeă, καδμεία, autore Plutarcho in vita Pelopidæ, Arx fuit Thebana: licet nonnunquam pro ipſa ſumatur urbe.

Cādmēŭs, a, um, per tres ſyllabas, & pen. prod. κάδμειος. Idem eſt quod Thebanus. Statius 8. Thebaid. -pudeat Cadmea juventus. ¶ Cadmea victoria, καδμεία νίκη: hoc eſt, Thebanorũ victoria: quod proverbii vim habet, quoties ſignificare volumus, tam magno conſtitiſſe victoriam, ut non ita multum interſit inter victoris ſortẽ, & victi. Tractum eſt adagium à bello Thebano inter duos fratres geſto. Vide Eraſmum in Adagiis. Stephanus autor eſt, ipſam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuiſſe appellatam.

Cādmēĭs, idis, pen. prod. καδμηίς, Regio eſt Achaiæ, è regione Eubœæ ſita, quæ poſtea dicta eſt Bœotia. Autor Thucydides Belli Peloponneſiaci lib. 1.

Cādmŭs, [κάδμος. Ger. Ein Sohn Agenoris des Königs in Phœnicia, ſo die gewaltig Statt Thebas erbawen hat.] Agenoris Phœnicũ regis filius fuit, qui à patre miſſus ad quærendã Europam ſororem, juſſuſq; ſine ea non reverti, deſperato reditu, Thebas in Bœotia cõdidit. Ab hujus nomine ipſæ etiam Thebæ Cadmeę dicuntur à Cadmo conditore. Propertius: Quũ tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. Poſtea autem à Zetho, & Amphione regno pulſus, ad Illyrios ſeſe cõtulit: ubi deorum miſeratione, & ipſe, & uxor in ſerpẽtes mutati ſunt. Filias habuit Semelem, Agaven, Ino, & Antonoẽn. ¶ Ferunt Cadmum decem & ſex literas è Phœnicia in Græciam detuliſſe, α β γ δ ε κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His Palamedem Trojano bello quatuor adjeciſſe, ξ θ φ χ & totidem poſt eum Simonidem Melicum, ζ η ψ ω. Ajunt quoque Cadmum hiſtoriam inveniſſe, & primùm pro ſacram orationem inſtituiſſe. Paulò junior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adſcripſit Pherecydi. Fertur item inveniſſe auri metalla, atque conflaturam. ¶ Eſt & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluvius fluit. Autor Strabo lib. 12, & Plin. lib. 5. cap. 26.

Cādmēĭs, idis, fœm. gener. patronymicum à Cadme. καδμηίς. Ovid. 4. Metamorph. Aequora diſtringunt ſummis Cadmeïdes alis.

Cādmēĭŭs, a, um, per quatuor ſyllabas, καδμηίος, ut Aemõ Cadmeĭus. Stat. Theb. 8:- levius Cadmeĭus Aemon Tela rotat.

Cadmus fluvius Ceſtrinus, vide in CAMMANIA.

Cādmŭs, item Mileſius fuit, teſte Suida, Orpheo aliquanto recentior, qui de Meliti origine, & rebus Ionicis lib. 4. cõſcripſit. Hic primus fuiſſe creditur, teſte Plin. lib. 5. cap. 26. qui proſam orationem ſcribere aggreſſus ſit: ut jam fuſiùs dictum eſt.

Cadrema, κάδρεμα, urbs Lyciæ, Olbiorum colonia, ἐρημωθεῖσα ὑπὸ τῶν Φιγμῶν ἡ πόλις, Stephanus.

Caducifer, nomen Mercurii. Vide in Appellativis CADVCEVM & CADVCIFER.

Caduení, Sardaniæ juriſdictionis in Caria populi: ut autor eſt Plin. lib 5 cap. 29.

Cadurci κάδουρκοι, Galliæ Aquitanicæ populi, Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò Cahors.

Caduſíi, κάδουσιοι, Aſiæ populi, inter mare Caſpium, & Pontũ. Strab. lib. 11.

Cadytis, Vrbs Syriæ maxima, Herod. lib. 2.

Cæ. (quod hîc pro inſulæ nomine corruptè legebatur, Vide CEA.

Cæcília, prænomine Caia, Tarquinii Priſci uxor, maximi animi mulier, & lanificii peritiſſima, quæ priùs Tanaquil dicebatur. Vide Plin. lib. 8 cap 48, & Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Cæcĭlĭŭs, Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium, & alios poëtas novos prælegere cœpiſſe: quod etiam Domitii Marſi verſiculus indicat: Epirota tenellorum nutricula vatum. Ex Tranquillo. Hujus etiam meminit Macrobius. ¶ Cæcilius Gallus, in diſciplina juris, atq; legibus pop. Rom. noſcendis, interpretandisq, ſcientia, uſu, autoritateq; illuſtris fuit, tempore Gellii: cujus etiam ipſe meminit: dicitq; librum ſcripſiſſe de verborũ ſignificatione, quæ ad jus civile pertinerent. ¶ Cæcilius item Claudius Iſidorus, qui C. Aſinio Gallo, & Martio Cenſorino COSS. ad VI. Calend. Febr. teſtamento ſuo edixit, quanvis multa civili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſervorũ quatuor millia CXVI. Iuga boũ tria millia DC. reliquũ pecoris CCLVII. millia: in numerato HS. DCM. Autor Plin. lib 33. cap. 10. ¶ Fuit & Cæcilius Callantianus (Callantis autem civitas Siciliæ eſt) Iudæorum religionis ſectator, qui Romæ docuit ſub Auguſto uſq; ad Adrianũ. Scripſit librum contra Phrygas: Dictionarium ex ordine literarũ, Comparationem Demoſthenis & Ciceronis, & alia. Autor Suidas. ¶ Præter hos Cæcilius Argivus, verſificator fuit, qui ſcripſit de piſcibus. Autor Suidas. ¶ Cæcilius item Statius, poëta Comicus, quem Cic. ad Atticũ, malum Latinitatis autorem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Ennii contubernalis: quidã Mediolanenſem faciunt. Deceſſit anno poſt Ennium ſepultas in Ianiculo. Autor Euſebius.

Cæcinum, καίκινον Stephano Oppidum in finibus Italiæ, inter Locros & Rheginos, à Cæcino vicino amne ita appellatum.

Cæcínos, καίκινος, Fluvius in finibus Italiæ, qui Rheginum agrum à Locrenſi dividit Plin. lib. 3. cap. 10.

Cælẽſtīnī, populi Vmbriæ ſunt, qui à Plin. lib. 3. cap. 14. in ſexta Italiæ regione collocantur.

Cælĭum, Oppidum Calabriæ, non procul à Brunduſio, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Cælĭŭs, [Ger. S. Johans post in der Statt Rom.] Mons urbis Romæ ex ſeptem: à Cælio Vibeno nobiliſſimo duce Tuſco dictus: quòd Romulo adverſus Latinum regem cum auxiliaribus venerit: à quo Cælimontia, aut Cælimontana porta. Hunc montem Tullius Hoſtilius urbi addidit, ibiq; ipſe habitavit, quò frequẽtiùs habitaretur, ut inquit Livius. In eo habitavit Ennius poëta. ¶ Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

Cælĭŭs. [Ger. Ein ſcharpffſinniger Redner / ein Lehrjunger Ciceronis.] Orator acerrimo ingenio fuit, diſcipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani elogium, longiore illum vita, & meliore mente dignum fuiſſe. Hic poſtea ab Atratino quodã accuſatus, quòd cum Catilina conſpiraſſet in perniciem Reip. quodq; aurum à Clodia Clodii ſorore extorſiſſet, eiq; venenũ propinaſſet, defenſus eſt à Cicerone elegãtiſſima illa Oratione, quæ hodie quoq, habetur in manibus. ¶ Alius fuit Cælius Pontius, Prætor urbanus, cui jus dicenti, quum picus capiti ejus inſediſſet, ab Aruſpice reſpõſum eſt: dimiſſa ave, hoſtium victoriam fore: occiſa, Reipublicæ: eum tamen interiturum, qui eam occidiſſet: intrepidè tamen avem occidit: unde non ita multò pòſt cum quadraginta ſuæ familiæ hominibus eſt interfectus.

Cælŏs, Thraciæ portus apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Cælus. οὐρανός, Cognomen indigenę fuit, qui ex terra ſororẽ in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana, & Atlanta genuit. A' cujus nomine mira varietate, formoſiſſimum ſupremum corpus Cœlum dicunt fuiſſe appellatum.

Cænargía, καιναρχία, regio quædam. Vide infrà in THYREA.

Cænẽ, καινή Ptolemæo, Sinus Laconici oppidum, non procul à Tænaro promontorio. ¶ Hinc Cœnites portus, apud Plin. libro 4. capite 5, & Cæneus Iupiter dictus eſt. Ovid. Victos ab Oechalia Cæneo ſacra parabat Vota Iovi. ¶ Cæne item parva quædam inſula in mari Siculo in Africam verſa, cui vicina eſt Gaulos & Melite: Plinio ſcribitur lib. 3. cap. 8.

Cænẽum, καίνεον, Promontorium eſt Eubœæ ad Septentrionem, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Cænẽus, Elati filius, ā prima ætate puella fuit forma venuſtiſſima, adeò ut Neptunus illius forma tactus, cum ea cõcubuerit: in mercedem autem concubitus petiit illa, ut in virũ mutaretur, & eſſet invulnerabilis, quòd factum eſt. ¶ Vnde locus factus proverbio: Invulnerabilis es, ut Cæneus, ἄτρωτος κατάπληξ ὡς Καινεύς: de iis qui lædi nõ poſſunt. Cæterùm quum poſtea Cæneus ſuperbia elatus, contemptis diis, juberet Lapithas, quibus imperabat, per haſtam ſuam jurare, Iupiter illius ſuperbiam ultus eſt. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro violari non poſſet, tanta arborum mole oppreſſus eſt, ut vivus ſub terram detruderetur, atq; hoc modo interiit. Poſt mortem autem in avem mutatum dicit Ovid. lib. 12. Metam. -ſalve Maxime vir quondam, ſed avis nũc unica Cæneu. Virg. verò lib. 6. Aen poſt mortem in ſexum rediiſſe dicit: It comes & juvenis quondam, nunc fœmina Cęneus, Rurſus & in veterem fato revoluta figuram. ¶ Fuit & alius Cæneus philoſophus, cujus mentio eſt apud Laertiũ & Ariſtotelẽ in Organo.

Cænica, Thraciæ regio, Plinio autore lib. 4. cap. 11.

Cænína, à Plinio inter Latii oppida nominatur, lib. 3. cap. 5. Hinc Cæninenſes populi à Romulo victi, ut eſt videre apud Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Cænĭs, (ut fabulatur Ovid. lib. 12. Metam.) Theſſalica puella fuit, quæ à Neptuno compreſſa, ab eo muneris loco impetravit, ut in virum transformaretur, nullisq; unquam vulneribus poſſet ſauciari. Mutato itaq; ſexu etiam nomen mutavit, & ex Cænide factus eſt Cæneus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere lædi poſſet, cõgeſta arborum mole, obrutus eſt, & in Cænidem avem transformatus.

Cænītēs, pen. prod. Achaiæ portus fuit, non procul à Saronico ſinu, querno nemore exornato. Plin. lib 4. cap 5.

Cænys, καινὺς, Italiæ promontorium eſt, quod adverſum habet Pelorum in Sicilia, XII. ſtadiorum intervallo. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

Cæporí. Hiſpaniæ citerioris populi ſunt. Plin. lib. 4. cap. 20.

Cæpŭs, facie Satyro ſimilis, cætera inter canem & urſum, naſcitur in Aethiopia, Strabo lib. 17.

Cære, καῖρες aut καιρὴ Stephano, neutro genere, & indeclinabile, Vrbis

le, Vrbis insignis nomẽ in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quondam Agyllam nominatã, & à Pelasgis è Thessalia profectis conditã ferunt. Deinde verò Lydis, quos postea Tyrrhenos nominaverũt, adversus Agyllinos bellum gerentibus, quũ quidam murũ subiens, urbis ejus nomẽ percõtatus fuisset, eiq; à Thessalo quodã de muro χαῖρε responsum esset, eo veluti omine à Tuscis accepto, captam postea urbem mutato priori nomine, Cære vocavêre. Verùm tam splẽdidæ, tamq; gloriosæ civitatis, Strabo lib. 5. asserit, vix ulla sua ætate extitisse vestigia: & solo vicinorum balneorum nomine, quæ Ceretena dicebantur, fuisse celebratam. Festus: Cæremoniarum causam aliqui ab oppidi Cære dictam existimant. ¶ Declinatur & Cæres, itis, pen. obliquorum corr. Virg. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. ¶ Legitur & ablativus Cærere, pen. prod. tanquam à nominativo Cæres, etis. Virg. lib. 10. Aeneid. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis. Quanquam non desunt, qui Cærere ibi adjectivum esse contẽdant. ¶ Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatæ sunt, in quas Censores referri jubebant, quos notæ causa suffragii & reliquo civitatis jure privabant, præterquam quod ut cives tributum conferre cogebantur. Nam urbe à Gallis capta, quũ Cæretani eos, qui unà cum sacris, æternoq; Vestæ igne ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent: Romani deinde restituta in statum meliorem urbe, satis malignam illis gratiã retulerunt. Nam civitate quidem eos donaverũt: suffragii autem jus eis non concesserunt. Hinc factum est, ut quum aliquẽ ignominia & contumelia dignum volumus significare, Cærite cera eum dignum esse dicamus.

Cærete, Vide CAERE.

Cæretum, Vmbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cæretani appellantur: totũ orbem vano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quã causam ferè continuè peregrinantur, familia atq; uxoribus domi relictis.

Cæsar, [καῖσαρ. Vng. Tsáisar.] Cognomen Iuliorum est. Ille enim qui primus Cæsaris nomẽ adeptus est, ab eo dictus fertur, quòd cæso matris utero fuerit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorum Cæsar appellatur. Vel quòd oculis cæsiis: hoc est, glaucis fuerit. Vel à Cæsarie, cum qua natus proditur. Hoc cognomen posteri deinde ex Iulia familia nati tanquã suæ familiæ propriũ gesserũt. Nam Iulius Cæsar, à quo omnes Imperatores postea Cæsares appellati sunt, nõ est natus cæso utero materno, qui matrẽ Aureliã habuit, quã amisit quũ in Gallia bellũ gereret: cujus etiam pater Cæsar est nuncupatus, qui prætura functus Pisis obiit. Hic Iulius Cæsar omnem Galliã, quæ à saltu Pyrenæo, Alpibusq;, & monte Gebenna, fluminibusq; Rhodano & Rheno continetur, novem annis in provinciæ formã redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorũ ponte fabricato aggressus est. Aggressus est & Britannos, ignotos antea superatisq; pecunias & obsides imperavit. Deinde quum obtinere non potuisset, ut sui absentis in Consularibus comitiis ratio haberetur, arma in patriam convertit: neminẽq; repugnante Galliam Cisalpinam, Picenum, Vmbriam, & Hetruriam occupavit: Pompejumq; Italia expulit. Post hæc in Hispaniã transgressus, validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superavit. Pompejum funestissimo in campis Pharsalicis prælio superavit. Ptolemæum in Aegypto subegit. In Africa devicit Scipionem & Iubam, in Hispania liberos Pompeii. Triumphavit quinquies: primùm de Gallia: postea de Alexandria: deinde de Ponto: & Africa. & de Hispania Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos, de quibus Suetonius. ¶ Cæsares præterea duo alii fuerunt, C & L. quorũ C. Poëta tragicus fuit, & Orator, (ut testatur Pædianus) frater uterinus Catulli Oratoris: cujus & Cicero sic meminit in Bruto: C. Iulius, L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit, oratorq; fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepôre, nemo suavitate conditior. Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem Tragœdiis, lenitas ejus sine nervis perspici potest. Hactenus Cicero. ¶ L. verò, hujus frater, Prætor & Consul fuit: ambo Syllam sequuti, jussu Marii interfecti sunt, quo tempore item M. Antonius Orator, Crassi æqualis, simili fato periit. ¶ Cæsar præterea alius fuit, prænomine L. M. Antonii Triumviri avunculus, Pompejanarum partium, missus utrinque aliquoties Orator de pace: Postremò inter proscriptos ab Octavio relatus est, & interfectus: in cujus locum obtinuit Antonius, ut M. Cicero item proscriberetur. Vide Plutar. in Augusto, Cicerone, & Antonio.

Cæsarea, penult. prod. [καισάρεια Stephano. Ger. Ein Stat des Gerobtẽ Lands am Meer gelegen.] Vrbs Palęstinę in litore maris magni, quę turris Stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honorẽ Cæsaris nobilius ædificata, Cæsarea est appellata: in qua idem Herodes in honorem Cæsaris magnificam domum albo marmore construxit. Vbi nepos ejus Herodes ab Angelo percussus, eò quòd non dedisset honorẽ Deo, consumptus à vermibus expiravit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus est. ¶ Altera Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, ubi duo fontes, Ior scilicet, & Dan oriuntur ¶ Tertia Cappadociæ, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quũ antè Masaca diceretur. Autor Eusebius. ¶ Quarta Mauritaniæ, nobili portu insignis, antè Iol vocitata: quam quum Iuba Ptolemæi pater muniret, Cæsaream appellavit. Autor Strabo libro 17.

Cæsaraugusta, καισαραυγούστα, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis: quam Strabo Augustam Cæsaream nominat: anteà Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum *Sarragossam* vocat.

Cæsăreus, a, um, ut Domus Cæsarea, [Vng. Tsáisari.] Ovid. 1. Trist. eleg. 1. Vultus Cæsarei, Idem 2 de Ponto, eleg. 8.

Cæsărĭānus, a, um, [Vn. Tsáisari.] Cic. ad Attic. li. 16: Facilè me ille esset assequutus: ajunt enim eum Cæsariana uti celeritate. ¶ Cæsariani, in Codice Iustiniani & Theod. dicũtur servi procuratores Cæsaris. ut in l. 5. De jure fisci lib. 10.

Cæsărĭēnsēs, Ionię populi, in Ephesiorum conventu. Plin. lib. 5. cap. 29. Ephesum verò, alterum Asiæ lumẽ remotiores conveniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani.

Cæsariensis Mauritania, Vide infrà in dictione MAVRITANIA.

Cæsarium, Aegypti emporium est, & secessus quidam. Strab. libro 17.

Cæsarobricenses, Lusitanicæ Hispaniæ populi, apud Plin. lib 4. cap. 22.

Cæsennă, Vrbs Flaminiæ provincię, à cædendo, quòd exiguo amne cæsa: id est, divisa sit: vel quòd ager ejus duobus fluminibus, Sapi, & Rubicone sit divisus. ¶ Hinc Cæsennates dicti sunt, Cæsennam habitantes: & Cęsennaria vina, quæ inter generosa numerabantur. Vulgò *Cesena*.

Cætobrix, καιτόβριξ, Lusitanię urbs est, alio nomine dicta Cezimbria. Ptol. lib. 2. cap. 5. Vulgò *Cezimbra*.

Căĭcŭs, κάϊκος, pen. prod Fluvius est Mysiæ, in Theutrania nascens, & per campum sui nominis in Elaiticũ sinum defluens. Virgilius 4. Georgic. Saxosumq; sonans Hypanis, Mysusq; Caïcus.

Cāĭētă, Nomen mulieris Trojanæ, quam alii Aeneæ, alii Ascanii, alii Creusæ nutricem faciunt. Hanc Aeneas ab inferis reversus fato cessisse inveniens, eam non longè à Bajano sinu sepelit: ibiq; & urbem condidit, quam unà cũ adjacenti portu Cajetam dixit. Virg. lib. 7: Tu quoq; littoribus nostris Aenea nutrix, Aeternam moriens famam Cajeta dedisti. Strabo autem lib. 5: Cajetam à sinus curvitate appellatam existimat, Laconum idiomate, qui curva omnia Cajattas solent nominare. Vulgò *Gaeta*.

Caïnas, Indiæ fluvius navigabilis, Brachmanarum agrũ irrigans. Autor Plin. lib. 6 cap. 17.

Caïrus, vel Acarinoa, Aegypti civitas. Vide in BABYLON.

Căĭŭs, γάϊος, Pronomen a parentum gaudio sumptum. Et est dictio dissyllaba, nisi per diæresim ex, i, consonante facias vocalem, ut apud Martialẽ: Pervigil in pluma Caïus ecce jacet. Profertur per G, & notatur per C, quæ inversa Ↄ, mulierẽ Cajam declarat, Quintiliano autore li. 1. cap. 13. Cic. pro Muræn. Putarunt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Cajas vocari. Apud priscos autem pro domino ponebatur, sicut & Caïa γαΐα pro domina. Vide Plutarch.

Cājānŭs, a, um, Statius lib. 4. Sylv. emptum plus minus asse Cajano.

Călabrĭă, pen. cor. [καλαβρία. Ger. Die aller hinderste Land schafft *Italiæ* so an das Meer stoßt.] Extrema Italiæ regio est, peninsulæ formam referens, cujus Isthmus est, unius diei via, quæ à Tarento Brundusium ducit. Aliis nominibus Messapia, & Salentina, & Peucetia dicta est, teste Strab. lib 6. & Plin. lib. 3. cap. 11. Oppida ejus præcipua sunt Brundusium, & Hydrus totius Italiæ extremum. Horat 1. Carm. Ode 31: Non æstuosa grata Calabriæ Armenta.

Călăbĕr, bri, Calabriam incolens. ¶ Et Calaber, bra, brum. Ovidius lib. 3. de Arte: Ennius emeruit Calabris in montibus hortos. Dicitur δὲ ἔτι καλὸς, καὶ βελτίων, quòd sit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Călabrĭcŭs, a, um, ut Calabrica olea. Colum. lib. 12 cap 49: Veruntamen habetur præcipua in hos usus olea Calabrica, quã quidam propter similitudinem, oleastellum vocant.

Călabrī, καλαβροί, Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorum regio Calabria est, fructibus in primis abundans: quos quoniam hospitibus obtrudebant, sibi alioqui nulli usui futuros: factum est ut Dona Calabri hospitis in proverbium cesserint, pro nullius pretii muneribus, quæ donanti oneri magis sunt, quàm usui.

Călæ,

Călæ, arum, κάλαι, Civitas in India.

Calænus, κᾰλαίνος, Fons Lyciæ, apud Stephan. qui & Calbius nomine.

Calagurítani, Hiſpaniæ citerioris populi in conventu Cæſarauguſtano: quorum alii Naſciſci, alii Fibularenſes cognominati ſunt. Vtrorumque oppidum Calagurium dictum eſt. Plin. lib. 3. cap. 3.

Calaís, κάλαις, Boreę ex Orithya conjuge filius alatus, qui unà cum Zethe fratre ſimiliter alato cũ Argonautis Colchos profectus eſt. Qua in expeditione, quum à Phineo rege humaniter eſſent accepti, Harpyias, quæ regnũ illius infeſtabant, perſequi conſtituerunt: quas quum & alarum auxilio, & ſagittãdi peritia in Plotas uſq; inſulas fugaſſent, ab Iride admoniti ſunt, ne Iovis canes ulteriùs perſequerentur. Inde itaq; retrorſum converſi, duas illas inſulas, in quibus Harpyias reliquerunt, à converſione ſua Strophadas appellarunt, quum anteà Plotæ dicerentur. Poſtremò ab Hercule occiſi dicuntur, & in ventos cõmutati, qui Caniculę exortum dies ferè octo prędedunt: unde προδρομοι: id eſt, prędurrẽtes appellantur. ¶ Eſt etiã Calais gemma ſaphyro ſimilis, candidior tamen, & litoroſo maris ſimilis. Hanc pleriq; eandẽ eſſe exiſtimant cum Augite.

Calamæ, κάλαμαι, Vrbs Peloponneſi, Steph.

Calamenthe, κᾰλαμένθη vel κᾰλαμίνθη, Vrbs Lydię vel Phœnicum, meliùs per iota in penultima.

Călămis, idis, Nomen ſtatuarii, qui equos abſolutos & perfectos effinxit. Ovidius: Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit equorum. Hujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8, & Quintil. lib. 12. cap. 10.

Calamíſus. Locrorum oppidum, Plin. lib. 4. cap. 3.

Calamos, Phœniciæ oppidum in ora ſubjecta Libano monti. Plin. lib. 5. cap. 20.

Calanus, pen. prod. κάλανος, Fuit philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, qui ſecutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, quũ apud Paſagardas ægrotare cœpiſſet, facta pyra, & aurea lectica ſuperimpoſita, in ea cubans combuſtus eſt, ſtramentis opertus. Fertur, quũ Alexander Magnus rogaret eum, ſi quid vellet, dixiſſe: Propediem te videro. Quod non multò pòſt contigit: nam in Babylone paucis pòſt diebus Alexander mortuus eſt. Lege Arrianum de geſtis Alexandri. Indi autem quenque ſapientem *Calanon* vocant, ut ſcribit Suidas.

Calapís, Pannonię amnis eſt, in Saum influens juxta Siſciam, duobus alveis inſulam efficiens, quę *Segeſtica* vocatur. Plinius lib. 3. cap. 25.

Calaris. [Ger. Die haupſtatt in der Inſel Sardinia.] Civitas in Sardinia apud Plin. lib. 2. cap. 170, cujus meminit & Claudianus de Bello Gildonico. Vide in dictione SARDINIA.

Calaritani, Sardiniæ populi, ad Meridiem ſiti: quibus Calaris oppidum nomen fecit, cujus meminit Plinius lib. 2. cap. 108. Vulgò *Caller*.

Calaritanum, Sardiniç promontorium Africam ſpectans: apud Plin. lib. 3. cap. 7.

Calarna, κάλαρνα, Vrbs Macedoniæ, Steph.

Calarus, κάλαρος, Inſula, aliàs dicta Alopecia, vel Alopeconeſus, quum vulpem catulos ſuos ferre & deponere vidiſſent: deinde Calarus à Calero (ὁ παρὰ καλήρου) rege. Alii civitatem Calerum dictam volunt, Steph.

Calaſíris, κᾰλάσειρις, pars Aegypti, incolæ Calaſirii, & Calaſiriæ, Steph ex Herodoti lib. 2.

Calathe, κᾰλάθη, quam alii Calathuſam vocant. Nomen urbis ad Herculis columnas ſitę Autor Stephanus. Plinius verò lib. 4. cap. 12. Calathuſam inſulam eſſe aſſerit in mari Aegæo, non procul à Cherſoneſo ſitam.

Calathus. Filius Iovis & Antiopes, ut autor eſt Hom. in Odyſſ.

Calathuſſa, κᾰλάθουσα, à Plin libro 4. capite 11, numeratur inter inſulas deſertas, quæ inter Cherſoneſum, & Samothracen interjacent.

Calatís, κάλαντις Stephano, Thraciæ civitas, non procul à Tomis, Ponto Euxino imminens: cujus meminit Plin lib. 4 cap. 11, & Strab. lib. 7. ¶ Ex hac civitate ortus fuit Iſter Poëta, qui de ratione ſcribendæ Tragœdiæ opus inſigne conſcripſit.

Calatiæ, κάλατιαι. Indiæ populi apud Stephanum. ¶ Calatiæ prætereà inter urbes Italię ponuntur à Plin. libro 3. cap. 5, non procul à Bovillis, & Caſino.

Calarybus, κᾰλάρυβος, Vrbs Libyæ, Steph.

Calaurea, ſive Calauria, κᾰλαύρεια Stephano, Inſula eſt in ſinu Argolico, contra Trœzenem, nulla alia re, quã morte Demoſthenis nobilior. In hac etenim inſula templum erat Neptuni, quò Demoſthenes, audito Archię ſatellitis Antipatri advẽtu, confugit, & ne vivus in Antipatri poteſtatẽ perveniret, hauſto veneno ex calamo, vitam finivit. Hanc nonnullis in locis Calabriam appellatam invenimus, ſed mendoſé. Vulgò *Sidra*.

Calaurĭa, inſula eſt juxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. ¶ Eſt etiam urbs Locrorum, in qua Latona maximè colebatur. Vide Ovid. lib. 7. Metam.

Călbis, Cariæ amnis, ut ſcribit Pompon. Mela lib. 1.

Calbĭus, Vide CALENVS.

Calce, A` Strabone lib. 5, numeratur inter Campanię civitates, non procul à Theano Sidicino.

Călchās, antis. [κάλχας. German. Ein Griechiſcher warſager/ welcher im zug vor Troja geweſen iſt.] Proprium nomen Græci auguris, Theſtoris filii (à quo Theſtorides à Poëtis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus eſt: & quoniam divinandi arte plurimùm præſtabat, ejus conſilio multa geſta ſunt. Nam in Aulide oſtendit quomodo placata Diana, venti ſedari poſſent: & apud Trojam in caſtris docuit, quæ ratio Apollinis placandi, ut peſtilentia ceſſaret, foret: & ex paſſere, quæ cum novem pullis à Dracone vorabatur, indicavit decennalem obſidionem Trojæ futuram. Quapròpter inter cæteros Achilli acceptiſſimus erat, adeò ut ejus præſidio plèrunque defenderetur: præcipuè verò quum ſuaderet Chryſeidem patri reddendam eſſe. Tum enim Agamemnon non ſolùm in vatem, ſed etiam in ipſum Achillem incenſus ferebatur. Diruta autem Troja reverſus cum Amphilocho Amphiarai filio terreſtri itinere, Colophonem (quæ urbs eſt Ioniæ) quum in luco Apollinis Clarii extra urbem apud fanum in Mopſum præſtantiſſimum Augurem incidiſſet, artis peritia ab illo ſuperatus, dolore contabuit, quòd propoſita ſibi à Mopſo caprifico (ut refert Heſiodus) aut (ut Pherecydes mavult) ſive gravida, conjicere non potuiſſet quot in illa ficus eſſent, quotve hæc utero ſuculas gereret: quod tamẽ Mopſus ſine ullo errore divinavit. De Calchante vide multa apud Homer. lib. 1. Iliad. & Virg. 2. Aen.

Călcĭŏlī, (quod hîc corruptè legebatur) Vide CARFIOLI, & CARSEOLI.

Călcĭŏpe, κᾰλκιόπη, Filia Aeetæ Colchorũ regis ſoror Medeæ & Abſyrti, & conjunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ovid. in Epiſt. Helenę ad Paridem: Non erat Aeetes, ad quem deſpecta rediret, Non Ipſea parens, Calciopeq; ſoror.

Căldĭus, militari joco dictus eſt Claudius Cæſar, pro Claudio, quemadmodũ & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Neroñe. Suetonius in Tiberio: In caſtris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero dictus eſt.

Cale, Cales civitas Campaniæ. Nam eſt in via Flaminia, quæ Cale dicitur. ¶ Eſt & in Gallia hoc nomine, quam Saluſtius captam à Perſenna commemorat. Hæc Serv. lib. 7. Aeneid.

Căledŏnĭă ſylva, in ea parte Britannię fuiſſe putatur, quę hodie *Scotia* dicitur, ſæviſſimis olim urſis nobilitata. Martialis: Nuda Caledonio ſic viſcera præbuit urſo. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonii dicũtur à poẽtis. Idem: Quam te Caledonios Ovidi viſure Britannos. Corripit autem hoc nomen in hac ſignificatione antepenultimam ſyllabam: ſecundam verò producit. Apud Græcos enim ſcribitur per η. Contrà quum Aetoliæ ſylvam ſignificamus, ſecunda ſyllabà ſcribitur per υ Græcum, & ubique corripitur: ſequens autem producitur, cõ quòd apud Græcos ſcribatur per ω. Vide plura de hoc ſuo loco.

Calegía, Ptolemæo Germaniæ civitas putatur inter Saxones, quam Vulgò *Vvitembergam* vocant.

Calena. [German. Orenfurt ein Statt in Engelland.] apud Ptolemæum civitas in Anglia eſſe creditur, quæ hodie *Oxonia* appellatur.

Călēnum, κάλληνον, teſte Plinio, Campaniæ oppidum eſt, non procul à Capua, in cujus agro mite & generoſum vinum naſcitur. ¶ Inde Caleni populi dicti, qui hanc urbem, aut agrum vicinum incolunt. Horum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Hoc etiam oppidum Cales, Calium, in numero plurali appellatũ invenitur. Virgil. 7. Aen. -quidque Cales linquunt, amnisque vadoſi Accola Vulturni. Idem Horat. lib. 4. Carm. Sed preſſum Calibus ducere Liberum Si geſtis. Vulgò *Carinola*.

Călēnŭs, a, um, κάλληνος, poſſeſſivum, à Calibus, ſive Caleno Campaniæ urbe deductum. Horat. lib 1. Carm. Ode 20: Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes uvam.

Calepium, κᾰλέπιον, Oppidũ in Cenomanis, ad xiiii. lapidẽ à Bergomo Brixiam verſus, ad colles in ſiniſtra parte poſitũ: à bonitate vini denominatum, κᾰλὸς bonus, & πίνω bibo.

Cales, κάλητες, Oppidum in Gallia: aliud in Campania, à quo Cales populi juxta Falernos & Maſſicos, de quibus Virg. lib. 7: Aequora quicq; Cales linquunt. Hinc Calenum vinum.

Caleſia, κᾰλησία, Vrbs Italiæ, Steph.

Caleſtra, Oppidum eſt Theſſaliæ ad mare ſitum, juxta quod Axius fluvius in mare Aegæum defluit. Herod. lib. 7.

Calete, Ignobilis inſula inter Samothracem & Cherſoneſum, Plin. lib 4. cap. 12.

Caleti, vel (ut alii volunt) Caleces, Populi ſunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorum urbs à Ptolemæo Geſoriacum navale vocatur, hodie *Caletz*. Plinius libro 19. capite 1: Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum

existimati Morini: imò verò Galliæ universæ, vela texunt. ¶ Apud hos erat Itius portus, ex quo brevissimus erat in Britanniam trajectus, cujus frequens est mentio in Commentariis Cæsaris.

Caletranus ager, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia. Plinius: In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Crustumius, Caletranus.

Calianassa, & Calienera, Vide CALLIANASSA & CALLIANIRA.

Calicadnus, Vide CALYCADNVS.

Calicula, Vrbs Hispaniæ, Ptol. Calucula Plin. dicta.

Călĭgŭlă, Dictus fuit Cajus Imperator: à caligis, quas margaritis refertas primus portavit: vel potiùs à caliga militari, qua frequenter in exercitu utebatur ad concilrandos sibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem vestibus nihil à gregario milite differre viderent. Ausonius: Cajus cognomen caligæ cui castra dederunt. In exercitu enim natus erat. Caligulas Cornutus in Persium idē esse vult quod Crepidas, quibus Græci utebantur: sed dubitandum non est quin diminutivum sit à caliga, qua quum Imperator uteretur, minori fortasse quàm milites, dictus est Caligula.

Calingæ, Populi sunt Indiæ maritimæ, quorū fœminæ quinquennes feruntur concipere: octavum autem vitæ annum nō excedere. Autor est Plin. lib. 6. cap. 17.

Calingii, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. Autor Plin. lib. 6. cap. 26.

Calingon, Indiæ promontorium. Plin. lib. 6. cap. 20.

Calinipaxa, Indorum oppidum, non procul à Gange fluvio. Plin. lib. 6. cap. 17.

Calinus, Statuarius, cujus meminit Quintil.

Callaici, καλλαϊκοὶ, à Ptol. lib. 2. cap. 6 appellātur Hispaniæ Tarraconensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: qui à Plinio Galleci appellantur.

Callet, Oppidum ulterioris Hispaniæ, in conventu Gaditano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Calliæ, κάλλιαι, Vna ex tribus Aetoliæ urbibus, teste Steph.

Callianassa, καλλιάνασσα, & Callianira, καλλιάνειρα, duo Nympharum marinarum nomina: alterum à benè imperando: alterum à viris honestandis dictum.

Callĭarus, ri, κάλλιαρος, Locrorū oppidum: ita dictum à Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio: ut ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit hujus oppidi & Strabo lib. 9.

Callias, κάλλιας, Atheniensis poëta fuit, Comœdiarū scriptor, quem Schœnion appellatū fuisse Suidas tradit, quòd ob paupertatem funes torqueret. ¶ Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Athenienſiū nobilis, contra Artaxerxem missus. Autor utriusq; Suidas. ¶ Callias Methymnæus Grāmaticus, quem Strabo dicit Alceum, Sapphoq; poëtas enarrasse.

Callicrates, καλλικράτης, Sculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parva fecit ex ebore, ut earum partes cerni non possent, Vide Plin. lib. 36. cap. 8.

Callidorus, καλλίδωρος, Viri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

Callidromus, καλλίδρομος, Mons est juxta Thermopylas. Plinius libro 4. capite 7.

Cāllĭmăchŭs, penultima correpta, καλλίμαχος, Nomen poëtę Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. ¶ Fuit & alius historicus Aegyptius, filius Batti & Mesatmæ discipulus Hermocratis Iasei Grammatici. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum usque ad Evergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poëmatis genus attigit. In adversarium poëma acerbissimum scripsit, quem ficto nomine Ibin appellat: unde Ovidius poëta nomen, & argumentum mutuatus est. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam unam in lavacrum Palladis, & quosdam hymnos in deos. ¶ Callimachus alius sculptor fuit, qui se πεξιτεχνον nominari voluit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem, exquisitioremq; disciplinam reduxisse. τήκειν enim liquefacere, conflareq; est. Nam ipse primus lapidem perforavit, minutatimq; tractavit. Autor Pausanias.

Callinicus, κάλλινικος, Sophista Syrius, vel Arabs, qui Athenis professus est. Scripsit de cacozelia: de Rhetorica ad Cleopatram: de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Autor Suidas.

Callĭŏpē, penult. corr. [καλλιόπη German. Eine auß den neun Musis, hat den Nammen von der guten vnd feinen Stim̃] Vna Musarum, & quidē præstantissima, quæ etiam Calliopeia, καλλιόπεια dicitur: sicut Penelope Penelopeia: à pulchra voce dicta. Præest heroicis versibus. ¶ Est item Calliope, oppidum Parthorum, Stephan.

Callipia, καλλιπία, Fons est Ephesiorum, apud Plinium libr. 5. capite 29.

Callipidæ, καλλιπίδαι, Populi Scythici, Hypanim fluvium accolentes, ut autor est Herodotus.

Callipolis, καλλίπολις Vrbs Thraciæ in extremo Hellesponti, è regione Lampsaci, à quo quadraginta tantùm distat stadiis, ut scribit Strabo libro 13. ¶ Est item Callipolis Peloponnesi civitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenen & Patras: cujus meminit Pompon. Mela libro 2. ¶ Callipolis prætereà insula est maris Aegęi, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Autor Plin. lib 4. cap. 12.

Cāllīppŏs, καλλιππος, Philosophus, qui honestati voluptatem adjunxit, sicut & Dinomachus.

Cāllīppŭs, καλλιππος, Athenienſis, Platonis auditor, interfectus à Syracusanis, quòd tyrannidem post Dionysium aggrederetur, Dionemque patriæ liberatorem prodidisset. Plutarchus in Dione.

Cāllĭrŏē, καλλιρόη, Fons apud Athenas. Papinius lib. 12. Thebaid. Et quos Calliroë novies errantibus undis Implicat. Hic postea à tyrannis reparatus, συνάκρυος dictus est: Valla ex Thucydide, Novē fistulas vertit. Martianus de hoc fonte: Fontes multi Atticæ, inter quos Calliroë prædicatur.

Cāllĭrŏē, item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quę Diomedem liberavit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, à quo quum se desertam videret, vitam laqueo finivit. ¶ Fuit item Calliroë, Acheloi fluminis filia, quæ Alcmæoni nupsit, ut suprà docuimus in dictione ALCMAEON.

Cāllīstē, καλλίστη, Insula maris Aegæi, una Sporadum, alio nomine Thera appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Cāllīsthĕnēs, pen. corr. καλλισθένης, Nomen Philosophi Olynthii Alexandro Magno familiaris, ejusdemque sub Aristotele cōdiscipulus, quem ille postea in Asiam accersivit, ut res suas memorię proderet. Huic nocuit immodica libertas, gravitasque invisa Regi, quum haudquaquam assentantium accommodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arrogātior factus, regio more adorari vellet, acerrimus inter recusantes Calisthenes fuit, palàm dictitans, Alexandrum non adorandum esse: quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. ¶ Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, conjurationis consćium fuisse criminatus est, eumq; truncatis membris, abscissisque auribus, ac naso, labiisq; deformatum, cum cane in cavea clausum circunferri jussit: diuque tortum tandem necavit. Vide hæc latiùs apud Quintum Curtium de Gestis Alexandri.

Cāllīstŏ, ûs, καλλιστώ, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Iove compressa, gravidaq; effecta, quum unà cum Pallade lavaretur, tumore uteri prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in sylvis peperit: à quo postea Arcadia dicta est. Hęc postea à Iunone in ursam commutata, & Iovis miseratione in cœlo collocata, majorem efficit ursam: quæ & Arctos à Græcis dicitur. Propert lib. 2: Callisto Arcadios erraverat ursa per agros: Hæc nocturna suo sidere vela regit.

Cāllīstrătŭs, pen. cor. καλλίστρατος, Nomen statuarii, cujus meminit Plin. lib. 24. cap. 8.

Cāllīstŭs, καλλιστος, Libertus fuit Claudii Cæsaris potentissimus, qui ipsum etiam Crassum opibus longè superavit. Hic scenam Romæ ædificavit, triginta solidis ex onyche columnis fultam. Vide Plin. lib. 36 cap. 7, & lib 33. cap. 10.

Cāllīstŭs, Vnus inter comites Iuliani principis expeditionis, heroico versu ejus historiam conscripsit Volaterr.

Calœnum, Vide CALENVM & CALENI.

Caloactites, Vide καλὴ ἀκτή.

Callon, κάλλων, Statuarius nobilis fuit, qui 87. Olympiade floruit: teste Plin. lib. 34 cap. 8, & Quint. lib. 12. cap 10.

Caloſtoma, καλόστομα, vel καλὸν στόμα, commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 12, inter Danubii fluvii ostia. Vide suprà in dictione BOREOSTOMA.

Cālpās, καλπη Stephano, Bithyniæ portus est prope Rhesum fluvium, & Sangarium. Autor Plin. lib. 6 cap. 1. ¶ Straboni tamen amnis est: sic enim scribit libro 12: Inter Calcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, è quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius.

Cālpē. [καλπη. Vulgò Monte Gibaltar. Germ. Ein hoher spitziger Berg/ einer auß den Seulen Herculis.] Hispanię mons, circuitu nō magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ, altera ex columnis Herculis: in cujus radicibus urbs est nomine Calpe, ut inquit Strabo: quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades, angusto discreta freto.

Cālphurnĭă. Mulier fuit importunissima, quæ sexus sui verecundię oblita, per seipsam causas egit, adeoq; molestam se judicibus præbuit, ut occasionem dederit edicti, quo cautū est, ne mulieri in posterum causas agere liceret. Vide Iurisc.

Cālphūrnĭŭs Bestĭa, Nobilis fuit Romanus, qui pecunia coruptus, rem adversus Iugurtham malè gessit. Huic à M. Cęcilio ac-

cilio accusatore objectum est, quòd uxores suas dormientes interemisset. Vide Plin. lib. 17. cap 2.

Calucula, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ ex stipendiariis. Plin. lib. 3. cap 1. Vulgò *Cabra*.

Calydium, Italię oppidum est in via Appia, qua Brundusium itur. Strabo lib. 5.

Calyba, κάλυβη, Thraciæ urbs est, à Philippo Alexandri patre condita, ex Strabone lib. 7.

Calycadnus, καλύκαδνος, Ciliciæ fluvius est, Seleucium præterlabens, juxta Sarpedonem promontorium. Strabo lib. 14.

Calydna, κάλυδνα, Insula est una Sporadum, Calymnis proxima, teste Plin. li. 4. cap. 12. Homer. Iliad. 2. duas facit Calydnas insulas. Vide Strabonē ad finem lib. 10. ¶ Est etiam, teste Stephano, Calydna oppidum Cariæ, cujus meminit & Plin. lib. 5. cap. 27. Vnde Calydneus, καλυδνεύς, nomen Gentile.

Călydon, pen. corr. κάλυδών Stephano, Aetolorum civitas, regia Oenei patris Meleagri: à qua regio vicina Calydonia, καλυδωνία, dicitur. Distat à mari septem milliū quingentorū passuum spatio, per quam Evenus fluit. Lucanus: Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Evenos Calydona secat. ¶ Ab hac etiam urbe vicina sylva Calydonia dicta est, in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit, quem & ipsi poëtæ Calydonium aprum vocant. ¶ Fuit præterea in ea Britanniæ parte, quam hodie *Scotiam* vocant, Caledonia sylva. Sed hoc ferè observant poëtæ, ut quum Aetoliæ sylvam denotare velint, secundam nominis hujus syllabam per y Græcum scribant, eandemq; corripiant: producāt autem antepenultimā. Contrà quum Britanniæ sylvam sunt declaraturi, secundam syllabam per e scribāt, eandemq; producant, correpta antepenultima. De quo plura suo loco.

Călydōnĭus, a, um, & Calydonis, dis. Ovid. lib. 8. Metam. Plangunt se matres Calydonides.

Calymna, κάλυμνα, Insularum duarum nomen est inter Sporadas, non procul à Calydna. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Călypso, κάλυψὼ. Nympha Oceani & Tethyos filia: vel (ut aliquibus placet) Atlantis. Regnavit in Ogylia insula, Lacinio promontorio adjacente, quam postea à nomine ipsius Calypsus insulam nominarunt: ubi Vlyssem naufragum humaniter excepit, & in septimum usque annum apud se retinuit, cōjugium illi suum & immortalitatem offerens: quæ tamen ille patriæ, & Penelopes suæ amori omnia posthabuit. Vide Homerum Odyss. lib. 5.

Camacæ, Populi inter Scythicas gentes Plin. commemorantur lib. 6. cap. 17.

Camæ, Populi inter Scythicas gentes, Plin. lib. 6. cap. 17.

Camaldunum, Plinio oppidum est Britanniæ, lib. 2. cap. 75. Vulgò *Duncastre*.

Camara, κάμαρα Stephano, Vrbs Cretæ est, Lato priùs dicta. Vulgò *Camera*.

Camareni, κάμαρελῶοι, Insulæ Arabum & earū incolæ, Steph.

Camaria, κάμαρία, Vrbs in Italia ab Albanis condita. Vide CAMERINVM.

Camarica, Ptolemæo, est urbs Hispaniæ, quam alio nomine Victoriam vocant.

Cămărīnā. [κάμαρίνη. Ger. Ein giffriger vbelstinckender Weyer/ oder See in Sicilia. Pol. *Iakisi smordliwe staw wsinly.*] Stephano, Palus est Sicilię (teste Servio) juxta oppidū ejusdem nominis, cujus aquæ quū fœtore suo pestem generarent, consuluerunt Apollinem, expedirétne ipsis Camarinam exiccari: quibus ab Apolline responsum est: Camarinam nō esse movendam. Neglecto tamen oraculo siccaverunt paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manavit proverbiū: Camarinam movere, pro eo quod est, sibi malum accersere. ¶ Alii dicunt Camarinam fruticem esse, cujus ramos si quis commoveat, quatiatq;, tetrum quendam edere odorem. Vide Erasmi Adagia. Vulgò *Cammarana*.

Cambades, Vide CHAMBADES.

Cambala, Cambalorum, Asiæ locus est in Cyspiretide regione, ubi auri métalla effodiuntur. Strabo lib. 11.

Cambalidus, Mons, Caucasi ramus in Susianis, Plin. libro 6. capite 27.

Cambodunum, Vindelicorum urbs est in Germania. Hodie *Monachum*. Vulgò München im Beyerlandt.

Cambolectri, populi, inter Galliæ Narbonēsis gentes Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4, & lib. 4 cap. 19.

Cambusis, Aethiopiæ Vrbs est, Plin. lib 6. cap. 23.

Cambysena, κάμβυσηνή, Regio Asiæ, à Cambyse sic appellata: ut Xerxena à Xerxe. Steph.

Cambyseni populi, κάμβυσηνοὶ, Steph.

Cambȳses, pen. prod. κάμβύσης, Mediocris dignitatis Persa fuit, cui Astyages Persarū & Medorū rex, Mandanen filiā suā collocavit: ex qua natus est Cyrus, q postea victo avo, regnū invasit. ¶ Cambyses item alius fuit, Persarum & Medorū rex; Cyri filius, & superioris Cambysæ nepos: qui patriis regnis Aegyptum adjecit: sed offensus illorum superstitionibus, Apidis, cæterorumque deorum ædes dirui jussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui in Libya deserta arenis obrutus, universus interiit. Vide Herod. lib. 1. & 2. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius Hyrcaniæ, ortum habens in montibus Caucasiis, Septentrionē versus per Iberos & Albanos defluens. Autor Plin. lib. 6. cap. 13.

Camelani, Italiæ populi sunt, qui à Plin. libro 3. cap. 14, in sexta Italiæ regione collocantur, Narnienſibus, & Nucerinis vicini.

Camelides, Insulæ duæ sunt, Ioniæ adjacentes, non procul à Mileto. Autor Plin. lib. 5. cap. 32.

Camelocomi, καμηλοκόμοι, populi Arabiæ Stephan. in Chatramotites.

Camesene, κάμεσόλη Suidæ, κάμησόλη Straboni, regio in qua regnavit Camesis.

Cameracum, oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Picardiæ. Vulgò *Cambray*.

Camerinum, pen. prod. κάμερινον Ptolemęo, Vulgò *Camerino*, Vmbriæ urbs præclara, à curvitate situs ita appellata: quam Livius scribit P. Scipioni in Africam trajecturo, cohortem unā sexcentorum millium præbuisse.

Cameropis, Civitas est Indiæ, Straboni.

Cămĕrtes appellati sunt Vmbrię populi, in montibus Piceno conterminis: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. & Strab. lib. 5. Cic. pro Cornel. Balbo: Neq; Fulginatium, neq; Camertiū fœdere esse exceptum. Rectus singularis est Camers. Silius lib. 8: Et armis vel castris laudandæ Camers. Adjectivum est, Cic. pro Syll. In agro Camerti, Piceno, vel Gallico.

Cămĕrtīnus, a, um, Cic. pro Corn. Bal. Is igitur M. Annium Appium fortissimum virum, singulari virtute præditum, civitate donavit, quum Camertinum fœdus sanctissimum, atque æquissimum sciret esse.

Camerium, Latii oppidum juxta Collatiam apud Plin. libro 3. capite 5.

Cameses, sive Camesis, Italię indigena fuit, consors Iani qui cum illo bonam Italiæ partem Tyberi vicinam possedit, potentia ità participata, ut regio Camesene, oppidum Ianiculum vocaretur.

Camicus, κάμικος, Vrbs Siciliæ, in qua Colacus Dædali filius imperavit. Charax hanc urbem Inycum vocat, Steph. Vide INYX.

Cămillā, κάμιλλα, Regina Volscorum, Metabi & Casmillæ filia, cujus pater Metabus, propter invidiam suorum pulsus, Dianæ eam vovit: quum autem jam adolesceret, solis armis studuit: jamq; in omni armorum genere instructissima, Turno & Latinis adversus Aeneam in auxilium venit, & post multas res præclarè gestas, ab Arunte occisa est, ut copiosè describit Virg. lib. 11: -matrisque vocavit Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam.

Cămillus. [Ger. Ein berümpter/ vnd weitberümpter Mann zu Rom.] Qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suæ ætatis clarissimus fuit, qui Vejos toto decennio obsessos per cuniculos cepit. Nec multò pòst, quum crimini illi daretur, quòd albis equis triumphasset, & prædam iniquè divisisset, die dicta ab Apulejo Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones urbem diripuissent, ipsumq; Capitolium arctissima premerent obsidione, absens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos, incautos oppressit. Post hæc populum Romanum Vejos migrare volentem. Elegantissima illa, quæ apud Livium legitur, concione retinuit: in qua omnes urbis dotes laudesque licet agnoscere. Tertium deinde Dictator creatus, Satricum sociam Pop. Romani urbem, ac impetu Latinorum tutatus est. Quartùm Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusavit, aliumq; sibi subrogandum curavit. Quintùm Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superavit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interiit (ex Livio, & Plutarcho) qui Gallos, qui capta urbe Capitolium obsidebant, Italia expulit, patriamq; in libertatem vindicavit. Vitam ejus vide apud Plutarchum.

Camirus, κάμιρος, Vrbs fuit in Rhodio, ita dicta à Camiro Herculis filio, quē ex Iole Euryti regis filia susceperat: cujus meminit Hom. in Catalogo navium.

Cammania, κάμμανία, Pars Thesprotiæ (quę Cestrinia postea dicta est, ex qua Cadmus fluvius Cestrinus) condita à Cestrino Heleni Priamide filio: populi Cammani, Steph.

Cămœnæ, cum œ diphthongo, Musæ, Iovis & Memoriæ filiæ, à cantus amœnitate ita dictę. Varro autor est, ab antiquis Carmœnas, & Casmœnas dictas fuisse, quæ postea abjecto r, vel s, Camœnæ appellatę sunt. Aliter Festus: Camœnę (*inquit*) à carminibus sunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes; vel quòd sint gestæ mentis præsides. Virgil. 3. Aeglog. Alteris dī-

ternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Dicimus etiam Camœna numero singulari. Persius Satyr. 5: -tibi nunc hortante Camœna Excutienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille vocali genitus Camœna.

Cămpānĭă, [*καμπανία*. German. Ein fruchtbare Landtschafft Italiæ in welcher Neaples ligt.] Regio Italiæ feruliſſima, in qua ſummum eſt Liberi patris (ut venuſtè à Plinio dictum eſt) & Cereris certamen: ſic dicta, quòd campeſtris ſit. Iuvenalis: Provida Pompeio dederat Campania febres. A' qua Campani, qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliasq; complures.

Cămpānŭs, a, um, adjectivum: ut, Vrbs Campana. Virgilius 10. Aeneid. Et Capys: hinc nomen Campanæ dicitur urbi. Littus Campanum, Statius 3. Syl. Morbus Campanus. Horat. 1. Sermon. Campanum ob morbum in faciem permulta jocatus. ¶ Campana ſuperbia, dici ſolet pro intoleranda arrogantia. Cicero in oratione pro Rull. aliisque locis ubi Colonos Capuæ in domicilio ſuperbiæ atque in ſedibus luxuriæ ait eſſe collocatos.

Cămpī Diomedĭs, in Apulia ſunt: & eſt regio quæ Diomedi ceſſit in Apuliæ diviſione.

Campidona, Vrbs German. in Alegoia, Vulgò Kempten.

Camponi, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib. 4. cap. 19.

Cămpsĭanī, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni lib. 7: Sunt (*inquit*) alii Germaniæ populi, indigentiâ magis laborantes: Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campſiani, cæter. q; complures.

Cămpŭs lapideus. [*λιθινὸν πεδίον*. German. Das Steinfeld im Delphinat / drithalb groſſer Teutſcher meil wegs breit.] Galliæ Narbonenſis campus eſt, centum ferè ſtadiorum diametrum habens, lapidibus qui ſinguli manum impleant pleniſſimus: ſub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli ſuppeditatur ubertas. In medio ſalſæ ſcatent aquæ, ſalisque vis magna. Vniverſa circùm adjacens ora, ventis expoſita eſt: validiſſimè autem Melamborni venti procellis infeſtantur: quo ſaxa ipſa diſtrahi & volvi traduntur, homineſque ex cunctis excuti, & vi ventorum armis, veſtibusque nudari. Hujus rei originem ad hujuſmodi referunt fabulam: Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnantem, quum deficientibus telis in vitæ diſcrimen veniſſet, Iovem patrem oraſſe, ut ſibi tela adminiſtraret, ſtatimque imbrem lapideum ea in loca decidiſſe, quo gigantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strabonem lib. 4.

Cana, ſive Canæ Straboni lib. 13, promontorium Aſiæ, quod contra Lectum conſurgens, Adramyttenum ſinum efficit, cujus pars eſt Elaiticus. ¶ Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, ſitum in agro Canæo. ¶ Cana prætereà vicus Galilææ eſt, & urbs Lycaoniæ, *κανά*.

Canace, *κανάκη*, Aeoli filia fuit, & Macareï ſoror: de qua Ovid. ſcribit in Epiſtol. 11.

Canæ, *κανὲς*, Oppidulum Euboiæ vel Locridis, juxta promontoria Lesbi. ¶ Eſt & Cane, *κάνη*, mons, & civitas, & ſtagnum.

Cannăchæ, ab Ovidio 3. Metamorph. numeratur inter canes Actæonis: quod nomen *ἀπὸ τῆς καναχῆς*: hoc eſt, à clamore & ſtrepitu impoſitum videtur.

Canaius, Amnis Aeolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Canan. [German. Das Arabier Landt.] Dicta eſt Arabia à Cam, qui ea conſedit: à qua Cananæi. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignoravit: quia princeps ejus, & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo: itaq; ignorantiam Divinitatis minoribus reliquit.

Cananæa. [כנען *chenaban*. *καναναία*. Germ. Das Gelobt Landt Canaan. Vng. *Canan földe*.] Syriæ regio à Canaan filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à ſe Cananæam nuncupavit.

Cananitis, dis, *κανανίτης*, penultima correpta, poſſeſſivum eſt patronymici fœminini forma deductum à nomine Canaan, ut Regio Cananitis.

Cănārĭă, inſula eſt Atlantici Oceani, ad lævam Mauritaniæ, una ex iis, quas veteres ob inſignem aëris temperiem, Fortunatas vocavêre. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, ut ex Iubæ ſententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. Hodie omnes illæ inſulę, quas veteres Fortunatas dixêre, uno nomine *Canariæ* appellantur: quarum nobiliſſima eſt Palma, præſtantiſſimo ſaccharo, quod Canarium vocant, inſignis. Vulgus nomen retinuit.

Canarii, Africæ populi ſunt circa Atlantem, habitantes in ſaltibus plenis elephantorum, ferarum, & ſerpentum: ita dicti, quòd canum victus ipſis promiſcuus ſit. Vide Plinium lib. 5. capite 1.

Canas, Oppidũ Lycię regionis Aſiaticę. Lycia quondam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27.) LX. oppida habuit, nunc XXXVI. habet. Ex his celeberrima, præter ſupradictas, Canas, Candyba.

Canaſtræum, *κανασταῖον*, Promontorium eſt Macedoniæ, Pallenæ proximum, in ſinu Thermaico. Plin. lib. 4. cap. 10.

Canatha, *κανάθα* Stephano, Oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ jungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

Cancer, Nomen poëtæ Tragici.

Canchlei, Arabiæ populi, Cedreis, & Nabathæis finitimi. Autor Plin. lib. 5. cap. 11.

Candace, es. [*κανδάκη* Suidæ. Germ. Ein berümpte Köntgin der Moren.] Aethiopum regina fuit, tempore Auguſti, quę maximi animi mulier, tantique in ſuos meriti fuit, ut omnes deinceps Aethiopum reginæ, ejus nomine fuerint appellatæ. Strabo lib. 17: Candace per noſtra tempora Aethiopibus imperavit, virilis ſanè mulier, ſed altero oculo capta. Plin. lib. 6. cap. 29: Regnare fœminam Candacem: quod multis jam annis nomen ad Reginas tranſiit.

Candara, *κανδαρα*, Paphlagoniæ oppidum, tribus ſchœnis à Gangris diſtãs, & Thariba vico. Gentile eſt Candarenus. *κανδαρηνὸς*.

Candaria, Promontorium eſt in Coo inſula. Autor Strabo libro 14.

Candaſa, Caſtellum Cariæ, *κανδασα*, Steph.

Candavia, Mons èſt in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Adriaticum vergit, LXX. M. paſſuum à Dyrrhachio diſtans. Lucanus li. 6: Devia quà vaſtos operit Cãdavia ſaltus. Plin. Candavias montes, multitudinis numero appellat, lib. 3. cap. 23.

Cāndaules, *κανδαύλης*, Lydorum rex fuit, qui quum uxorem haberet formoſiſſimam, non contentus, ſecreta voluptatum ſuarum cõſcientia eam Gygi amico nudam oſtendit: quo facto ſodalem forma Reginę captum ex amico hoſtem fecit, & tanto propoſito præmio in necem ſuam pellexit, uxoremque & regnum dotale veluti in manum tradidit.

Candax, Vide CANDACE.

Candebœa, Palus Phœnices, in radicibus Carmeli montis: de qua Plin. lib. 36. cap. 26: Pars eſt (*inquit*) Syriæ, quę Phœnice dicitur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices palude habens, quæ Candebœa nominatur. Ex ea creditur naſci Belus amnis.

Candei, Populi ſunt in ſinu Arabico, qui, quòd ſerpentibus veſcantur, Ophiophagi vocantur. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. Pomponius lib. 3, in deſcriptione ſinus Arabici.

Candidum, *λευκὸν*, Zeugitaniæ regionis (quæ propriè Africa dicitur) promontorii eſt. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, teſte Plin. lib. 5. cap. 4: Candidũ, circa quod Scipio in Africã proficiſcẽs, copias ſuas expoſuit: mox Apollinis adverſum Sardinię, & Mercurii adverſum Sicilię: quę in altũ procurrentia, duos efficiunt ſinus, Hipponenſem, & Diarrhytum.

Candiope, *κανδιόπη*, Oenopionis filia & Orionis ſoror (ut Theodotius aſſerit) quã quum frater in venatione in antrum traxiſſet, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum ſuſcepit: quod quum Oenopion reſciviſſet, indignatus, filium exulatum abire juſſit, qui oraculo edoctus, verſus Orientem in Thraciam cum Candiope & parvo filio delatus, ibiq; ob inſignes virtutes in magno pretio fuit.

Candyba, *κανδύβα, τὰ*. Stephano, Lyciæ regionis civitas eſt, ubi laudatur Oenium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

Cănēns, entis, Nympha fuit, Pici Laurentum regis uxor, quæ quum virum à Circe in avem mutatũ ſupra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tyberis, ubi hæc contigerunt, nomen ſuum reliquit. Fabulam hanc vide latiùs apud Ovid. 14. Metamorph.

Cane, Oppidum Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Cane vel Cana, promontorium Aeolidis, olim Aegeates. Vide Stephan.

Canebium, *κανήβιον*, Vrbs Cariæ, Cyon pòſt appellata, Steph.

Cănĭdĭă, Vnguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam in veneficam, ſæpè invehitur Horatius.

Canínius, Septem horarum Conſul fuit, in quem jactatũ eſt ſcomma illud Ciceronis: Mira fuit Caninii Conſulis vigilantia, qui toto ſuo Conſulatu ſomnum non vidit. C. Caninius alter eques Rom. quũ in Siciliam otiandi cauſa veniſſet, hortosq; à Pythio argentario viro dolo emiſſet, inſtructos piſcibus & piſcatoribus de induſtria poſitis, poſtera die, quum ad eoſdem ipſe amicos invitaſſet, nullos ibi neque piſces, neque piſcatores reperit. Vide Cic. lib. 3 Offic.

Caníus, Poëta fuit temporibus Martialis, eiq; familiaris: qui natura ita hilaris erat, ut ſemper rideret. De quo idem Mart. lib. 1. epigram. ad Maximum.

Cānnæ, arum, *κάνναι*, tantùm pluraliter. Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus. Lucanus libro 7:

-non illum Pœnus humator
Conſulis, & Libyæ ſuccenſæ lampade Cannæ
Compellunt, hominum ritus ut ſervat in hoſtes.

Cānnēnſes, Populi Cannas inhabitantes, Corinẽſibus & Collatinis vicini, teſte Plin. lib. 3. cap. 11. Pugna Cannẽſis, Propertius lib.

tius lib.3. Cannensis calamitas, Cicero de clar. Orat.
Cannenufates, Populi sunt insulani, Batavis finitimi, apud Plin lib.4.cap.15.
Cannobus & Cannobitæ, Vide CANOPVS.
Cănŏpĭcum, Zeugitanæ regionis, quę propriè Africa, & Minor Africa Plinio dicitur, oppidũ est, eodem autore lib.5.cap.4. ¶ Est item Canopicum unum ex Nili ostiis Africæ proximũ, quo Aegyptus à Libya Marcotica dirimitur. Plin.lib.5.ca.10. [Germ. Eins auß den außgengen des fluß *Nili*.]
Cănŏpĭtānum, Oppidum liberum Zeugitanę regionis, sive Africæ minoris. Plin.lib.5.cap.4.
Cănŏpŭs, penult. prod. [κάνωπος Suidæ. German. Ein berümpte Stat in Aegypten vier grosser Teutscher meil von Alexandrien gelegen.] Civitas Aegypti, distans ab Alexandria CXX. stadiis, ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam: dicta, quasi Canobus, à Canobo, Amyclæo Menelai navis gubernatore, ibi sepulto. Nam devicta Troja in Aegyptum viventorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu serpentis, quem Hæmorrhoida vocant, amisit, in ejusque memoriam urbem condidit, relictis ibi iis, qui ad navigandum inutiles erant. Hæc salubris aëris benignitate homines allicit. Iuvenal. Satyr. 15: -sed luxuria quantum ipse notavi, Barbara famoso non cedit turba Canopo. Virgil. 4. Georg. Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. Vulgò *Damieta*. ¶ Est ibi Nili ostiũ, quòd Canopicũ, κανωπικὸν στόμα vocãt, cujus meminit Strab. lib. ult. Plin. li. 5. cap. 10, Pomponius lib. 1, Ammianus libro 22. Sunt exemplaria quædam, in quibus Canobum & Canobitas legimus. ¶ Est prætereà Canopus syderis nomen, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22, in descriptione Taprobanæ insulæ.
Cănŏpītæ, pen. prod. Qui Canopum habitant.
Cănŏpĭcus, a, um, possessivum à Canopo. Varro: Nobis Sarpedæ videmur, quum simus Canopici.
Cāntabrī, penult. correp. κάνταβροι, Vulgò, *Vizcaya*, y *Lepuzcua*. Hispaniæ Tarraconensis populi sunt Asturibus finitimi: à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi effexi sunt, & nullam vitam sine armis esse existimant. Silius Ital. libro 3: Cantaber ante omneis hyemisque, æstusque, famisq; Invictus. Ermox: Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis Lucis causa sita est, damnatum vivere paci. ¶ Cantabrorum regio Cantabria, καντάβρια dicitur. Memoriæ proditum est, Cantabros solitos canere pæana lætitiæ suffixos cruci ab hostibus.
Cāntabrĭŭs, a, um: ut Cantabria gens.
Cāntabrĭcŭs, a, um: ut, Cantabricum bellum, & Cantabrica herba: de qua Plin. lib. 25. cap. 8.
Cantanus, κάντανος, Vrbs Cretæ, Steph.
Cantanus, Poëta comicus Athenienſis, cujus feruntur fabulæ nonnullæ positę à Suida.
Cantharus, Comicus Athenienſis fuit, cujus scripta memorantur à Suida. ¶ Est item cantharus cœleste signum, in Aquario, ex tribus constans stellis.
Cantharolethros, καντηρόλεθρος, Locus Thraciæ exiguus, à canthari exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.
Cānthēle, καντήλη, Vrbs Libophœnicum, Steph.
Canthelia, καντηλία, Vrbs juxta Carthaginem.
Cantherius, ut author est Varro, mons in Sabinis.
Cānthus, Abantis filius fuit, qui ab iis, qui Argonautica scripserunt, numeratur inter Argonautas.
Cāntĭă, Regio ubi civitas est Cantuaria.
Cānti cōbrĭs, καντιοβρὶς Ptol. lib. 2. cap. 11, Vrbs est Germaniæ ad Albim fluvium quæ Vulgò *Hamburgum*, Hamburg in Sachsen / dicitur.
Cāntĭum, κάντιον, Vulgò *Kent* apud Ptol. lib. 2. cap. 3: Britanniæ est promontorium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & civitas Cantuaria. Vulgò *Canturberi*.
Cantuaria, Angliæ Vrbs.
C. Canuleius, Tribunus plebis, rogationes duas tulit, Vt cõnubia plebis cũ patribus essent communia: & ut alter Consul de plebe crearetur. Orationem ejus adversus Consules vide apud Liv. lib.
Cānŭsĭum, καννῖον, Apuliæ oppidum ad Aufidum fluvium, laudatissimæ lanæ ferax; quæ Canusina dicitur, cujus color rutilus. Vulgò *Canossa*.
Canytis, κάνυτις, Vrbs Syrorum magna, Steph.
Capæ κάπαι, Vrbs Hellesponti, Steph.
Cāpăneŭs, per tres syllabas, pen. corr. καπανεύς, Argivus fuit, qui unà cum Polynice ad bellum Thebanũ profectus, quum scalas muris admovere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum, quũ deorum cõtemptor esset, à Iove fulmine esse percussum. Vegetius li. 4. de re militari: Qui scalis (*inquit*) in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent; exemplo Capanei: à quo primùm scalarum oppugnatio perhibetur inventa: qui tantâ mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus. Vnde Ovid. lib. 4. Tristium: Quum cecidit Capaneus subito temerarius ictu.
Cāpānēŭs, a, um, adjectivum tetrasyllabum, & pen. prod. καπανεύς: ut, Capanea pinus apud Statium 8, Theb. -capaneaque pinus Iam procul Aoniis volet agnoscenda catervis.
Cāpānēĭŭs, a, um, aliud adjectivum. Statius 12. Thebaid. -ausa ante alias Capaneia conjunx.
Capara, καπάρα, Vrbs est Hispaniæ, in tractu Lusitaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 5.
Capastite, à Plin. lib. 5. cap. 9, numeratur inter Aegypti prefecturas, quas vocant *Nomos*.
Cāpēnă, penult. prod. Oppidum vicinum Romæ, juxta fontem Aegeriæ. ¶ Capena porta Romæ, à Capena urbe, quam Italus rex ædificavit, ut inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est per quam Capuam itur: ut Frontinus lib. de Aquæduct. ¶ Dicta est & triumphalis, quòd triumphantes per eam potissimùm in urbem invehi soleant. Hodie *portam D. Sebastiani* vocant.
Cāpēnās, atis, penult. prod. Fluvius qui Feroniam præterlabitur Silius lib. 13.
Caper, Straboni lib. 12, Fluvius est qui Laodiceam Cariæ urbem cum Lyco, & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.
Cāpĕtŭs, penultima correpta, Albæ rex fuit, Capyos filius, & Tyberini pater.
Cāphārēus, trisyllabũ, pen. prod. καφηρεύς, Eubœæ mons altissimus, versus Hellespontũ, ad quem Grecorũ classis à Troja rediens Nauplii dolo magna ex parte allisa, naufragium fecit. Nam quum ab Vlysse Palamedes ejus filius proditionis falsò accusatus, iniquo Grecorum judicio esset interemptus. Nauplius, ut injustam filii necem ulciscereturobscura nocte redeuntibus Græcis, ex Capharęo promontorio ignem ostendit: unde illi portum arbitrantes, impegerunt in scopulos.
Cāphārĕŭs, a, um, adjectivum tetrasyllabum: ut, Saxa Capharea. Propertius libro 3: Saxa triumphales fregêre Capharea puppes, Naufraga quum vasto Græcia tracta salo est.
Capharnaum, seu potiùs Capernaum, καπερναὰμ, totius Galilęæ metropolis fuit, multis Christi Servatoris miraculis nobilitata.
Capheris, Inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracen sunt, numeratur à Plin. lib. 4. cap. 12.
Caphyia, καφύα, Vrbs Arcadiæ, à Capy patre Anchisis, vel à Cepheo. Gentile καφυεύς, Caphyates, Steph.
Cāpīllātī, Populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20: Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.
Capinna, καπίννη, in singul. vel plural. Vrbs Tyrrhenica. Gentile Capinnates, possessivum Capinnatius, Steph.
Capissenæ, Asiæ populi, Capissam urbem habent, quã diruit Cyrus. Hæc Plin. lib. 6. cap. 33.
Cāpĭtālĭă, Mons est totius Indię altissimus. Plin. lib 6. cap. 20.
Capito Lycius, composuit historiam Isauricam libris octo. Epitomas Livii & Eutropii in Græcum vertit sermonem. Scripsit & res Lyciæ & Pamphyliæ. Volater. lib. 14.
Cāpĭtōlīnŭs, M. Manlii fuit cognomen, qui urbe à Gallis capta, assumptis mille juvenibus, arcem Capitolinam ab hostiũ injuria defendit: unde & nomen invênit. Hic quum postea in suspicionem affectati regni venisset, ab ea ipsa rupe Capitolina, quam servaverat, præcipitatus est. ¶ Fuit etiam Historici cognomen, qui Cæsarum vitas conscripsit.
Cāpĭtōlĭum, [καπιτώλιον, alii καπιτόλιον. Germ. Ein Tempel Iovis mit sampt einer Vesten zu Rom/ auff dem Berg so jetzt heißt *Sancta Maria ara cœli*.] Templum erat Iovis in clivo Tarpeio, dictum à capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Antè enim Tarpeia arx dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, atque sepulta fuit.
Capitulum, Italiæ Vrbs prope Bovillas & Calatias.
Capnŏbătæ, penult. corr. καπνοβάται, Mysiæ populi dicti sunt, quali fumi cõscensores, quòd tranquillam agant vitam, solis sacrificiis, & deorum cultibus intenti. Vide Strab. lib. 7.
Caporé, Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin. lib. 5. cap. 24.
Cāppădŏcĭă. [כפתור *chaphthór*. καππαδοκία. *Cappadocia*.] Pontica regio est, ut scribit Solinus, quæ lævo latere utrasque Armenias, Comagenemq; tangens, dextro plurimis Asię populis circumfusa, ad Tauri juga & Solis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia majore dividit. Appianus minoris Armenię partem: Ptolemęus verò minorem Armeniam esse scribit. [Germ. Ein Landtschafft im mindern Asia/ stossend an Armeniam.] ¶ Dicta Cappadocia à Cappadoce amne, antè Leucosyria vocata. ¶ Vnde Cappadoces Leucosyrii. Hinc Cappadox, cis. pen. corr. καππαδόξ, pro eo, qui est ex Cappadocia. Lucan. lib. 2: Cappadoces mea signa timent. Pers. - nec sit præstantior alter Cappadocas rigida pingues clausisse catasta.

Cāppădŏ-

Cāppădŏcŭs, a, um, possessivum. Mart. lib. 10: Nec de Cappadocis eques catastis.

Cāppădŏcĭŭs, cia, cium, apud Apul.

Cappagum, Hispaniæ oppidum est in Bætica provincia, Gaditani conventus. Plin. lib. 3. cap. 1.

Căprārĭă, Insula in mari Tusco seu Ligustico capris abundans, quam Græci *Aegilon* dicunt. Plinius libro 3. cap. 6. Vulgò *Isola de capri*.

Caprasia, apud Plinium libro 3: capite 18: Vnum est ex ostiis Padi fluvii.

Caprĕæ, κάπρεαι, ἢ κάπρεαι Stephano, Insula ultra Surrentum Campaniæ urbem circiter octo millia passuum, teste Plinio, lib. 3. cap. 6 Tiberii arce nobilis, & abundans coturnicũ multitudine, q̃ ex Italia volãtes, illic principio autumni capiũtur.

Capria, Lacus est apud Strabonem in descriptione Pamphyliæ, libro 14.

Caprine, κάπρεαι, insula Italiæ. Dicuntur & Capriæ. Capriata erat Blesus poeta παρὰ τὰς αἰγαίους: id est, natus in hac insula.

Caprotinam Iunonem veteres dixerũt, quòd illi Nonis Caprotinis sub arbore caprifico sacra fierent ab ancillis simul & liberis. Nam post urbem captam, quum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta Republ. finitimi opportunitatem invadẽdi Romani Imperii aucupati, præfecerũt sibi Posthumium Livium Fidenatium Dictatorem: qui fecialé ad Senatum misso postulavit, ut si vellent reliquias suę urbis non deleri, matresfamilias & virgines omnes sibi dederentur. Quumque patres essent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malũt) Tutela, assumptis cęteris omnibus ancillis, matrumfamiliãs, virginumq́; habitu sumpto, nomine dominarũ ad hostes transiit, prosequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ quum à Livio in castris distributæ essent, hostes plurimo vino provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes: quibus somno obrutis, ex caprifico dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaq; populus Romanus accepti ab ancillis beneficii, omnes jussit manumitti, dotemque eis ex publico assignavit: diemq́; ipsum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprifico, ex qua signum acceperat: sacrificiumq́; annuum Iunoni Caprotinæ sub caprifico instituit: cui etiam lac, ex caprifico ad rei memoriam adhibebatur.

Caprullon, Provincia est prope montem Atho, Pomponio Melæ lib. 1.

Capsa, κάψα. Vrbs Chalcidicæ regionis juxta Pellenem, Thermæo sinu victa Steph.

Capsitani, Populi sunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Căpŭă, κάπυη Stephano, *Capua*, Totius olim Campaniæ urbs præstantissima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporũ latitudine, in quib. sita est, ita dicta, ut inquit Cic. Livius à Capy Samnitium duce dictam existimat. Alii à falcone, sub cujus augurio condita est, qui prisca Thuscorum lingua *Capys* dicebatur. Virgilius à Capy Aeneæ commilitone, qui eam condidit. Strabo, quòd esset XII. urbium caput: hoc est, ipsa duodecima reliquis undecim præesset, dictam existimat. Quidam à capacitate, quòd omnem vitæ fructum capiat. Eustathius etiam ab urbe, cui nomẽ campus esset: vel à camporum planitie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone COSS. exædificatam eam tradit. Suet. certè in Cęsare Dictatore, cap. 81, urbs hujus originẽ & nomenclaturam ad Capyn conditorẽ refert: in cujus sepulchro æneã tabulam inventam tradit, quæ Cæsari necem denuntiabat.

Căpўs, κάπυς, Nomen Trojani cujusdã, qui Capuam ædificavit. Virg. lib. 10. Aen. Et Capys, hinc nomẽ Campanæ ducitur urbi. Hujus meminerũt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. Item interpres Quinti Calabri poętę in lib. 12. qui cum majestate Homeri videtur quasi contendere. ¶ Fuit item Capys, filius Assaraci, & pater Anchisæ. Ovid. in Fastis: Tros est generatus ab illo: Assaracum creat hic, Assaracusque Capyn. ¶ Capys item Sylvius, Albanorum rex, & Capeti pater.

Carabis, κάραβις, Fluvius est apud Seras, Scythię populos, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Caracra, Oppidum esse in Hispania creditur, quod hodię vulgò *Guadalaira* dicitur.

Caralitanum, & Caralitani, (quæ huc perperam ingesta erant) vide CALARITANVM, & CALARITANI.

Carambis, κάραμβις, *Campo pisello*, Promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam, quod longo spatio pelago incumbens, Scythicæ objectum peninsulę, Euxinum Pontum bimarem videtur efficere.

Carambucis, Fluvius est Scythiæ ad montes Riphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.

Carana, Ponti oppidum, à quo Caranensis regio dicitur: ut scribit Strabo lib. 12. Geographiæ.

Caranitis, Præfectura est Armenię majoris. Plin. lib. 5. cap. 24.

Caranus, Macedoniæ rex, cujus historiam pluribus persequitur Iust. lib. 7. Ejus etiã meminit Solinus cap. 12. ¶ Est item Caranus Aradiorum portus in Phœnice prope Paltum urbem. Vide Strab. lib. 16.

Carasení, Populi Tauricæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12.

Carastasci, Plin. lib. 6. cap. 7. Populi sunt circa Mæotin.

Caraxus, quod hactenus hîc vitiosè scriptum, ita alieno loco collocatum fuit. Vide CHARAXVS.

Carbă, Vide GARBAS.

Carbana, ę, κάρβανα, Vrbs Lyciæ est, apud Stephanum.

Carbantia, Pomponio Melæ lib. 2. commemoratur inter parvas insulas Tyrrheni maris, Italiæ adjacentes.

Carbileti, Thraciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 11.

Carbilius, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Hujus autem patronus Carbilius, cognomẽto Ruga, primus Romę uxorem, quòd sterilis esset, repudiavit, præstito ante juramento, se uxorem liberorum causa quærere. Autor Gellius.

Cārbo, κάρβων, Prænomine Cneus, ter Consul fuit, & in tertio Consulatu jussu Pompeii, quòd Marianas partes sequeretur, dum alvum exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. ¶ Fuit & C. Carbo hujus frater summus Orator, cujus meminit Cicer. in Bruto, quòd voluntaria morte se à judicum severitate vindicârit. ¶ Fuit & alius Carbo, hujus filius, quem Cicero Oratorem non satis acutum fuisse ait: verborum tamen gravitatem ei tribuit, & naturalem quandam orationis autoritatem. Hic ab exercitu suo interfectus fuit, quem bellis civilibus solutum ad disciplinam revocare conabatur.

Carbulo, Autore Plin. lib. 3. cap. 3: Oppidum est Bæticę prope Cordubam.

Carcasęs, Populi sunt Narbonensis Galliæ, quorum oppida sunt Anatilia, Aëria, Bormannico, Macina, & Cabellio. Autor Plin. lib. 3 cap. 4.

Carcasum, à Plin. lib. 3. cap. 4. vocatur oppidum Galliæ Narbonensis, quod hodie *Carcassonam* vocant.

Carcathiocerta, Armeniæ majoris Vrbs Tigri proxima, ut autor est Plin. lib. 6. cap. 11.

Cārchēdŏn, pen. prod. [κάρχηδών, Ger. Die gewaltig Statt Carthago in Africa.] A Græcis appellata est urbs Africæ totius olim potentissima, infestissimaq́; Romani imperii æmula. Vnde Carthaginienses ipsi ab iisdẽ Carchedonii, κάρχηδόνιοι, appellantur. Hinc etiam Plautus Comœdiam suam Penulum Carchedonium nominavit. ¶ Carbunculos quoq; Garamanticos Plinius autor est lib. 37. cap. 7, ab hujus urbis opulentia Carchedonios fuisse vocatos, non quòd circa Carthaginem invenirentur, sed quòd à Pœnis negotiatoribus Romã afferrentur. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, cujus meminit Appianus. Sed vulgatior fama est, cõditam fuisse à Didone. De hac multa Eustathius in Dionysium.

Carchesia, Insula una Cycladum, aliàs Amargus, Steph.

Carcina, κάρκινη, Civitas est Scythię Europęæ, à qua sinus Carcinites. Plin. lib. 4. cap. 12, & Pomp. lib. 2, ubi & Carcinites amnis, eam civitatem prętefluens, ut autor est Ptol. lib. 3. cap. 5.

Cardamyla, κάρδαμύλη, Vrbs fuit Peloponnesi propinqua Pylo, sub dominio Agamemnonis: una earum quæ reconciliationis ergò Achilli ab Agamemnone offeruntur, apud Homer. lib. 9. Iliad.

Cardamylessus, κάρδαμυλήσσος, Vicus quidam Steph.

Cārdāx, κάρδαξ, Saltatio obscœna & Comica, inquit Budęus.

Cārdĭă, sive Cardinea, Dea apud Romanos, quę cardinibus præerat, quasi Cardina. Vide CARNA.

Cārdĭnĕă, Dea, quæ & Cardina dicta est: cardinibus præesse dicebatur.

Cārdūchī, κάρδουχοι Stephano, Parthorum populi, ad Tigrim fluvium: quorum meminit Strab. lib. 16.

Cardytus, κάρδυτος, Vrbs magna Syrorum, Steph.

Carene, κάρηνη, Vrbs Mysiæ, Steph.

Carenses, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. lib. 3 cap 3.

Carentani, Italiæ populi sunt, in quarta regione à Plin. lib. 3. cap. 12, locati, prope Frentanos.

Cares, pro statuarii nomine, Vide CHARES.

Cārēs, numero plurali, κάρες, Populi Cariæ, qui sub Minoẽ Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occupaverunt, quæ Rhodum spectat, ab eaque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara ejus orę rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clarissimè ostendit Cic. in Orat. pro L. Flacco: Vestra, *inquit*, Asia, ut opinor, cõstat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus proverbium: Phrygem plagis fieri solere melìorem? Quid de tota Caria, nónne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimùm esse faciundum? ¶ Hujus itaque populi mores proverbiis aliquot fecêre locum: ut,

cum: ut, Cum Care carizas, ὡς πρὸς κριὸν κριζεις: Hoc est, rusticè agis cum rustico, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. ¶ In Care periculum, ἐν κριὸς τὸν κίνδυνον, subaudi facito. Hoc est, in homine aut re viliore fac periculosam experientiam, in qua, si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendii faciendum.

Cărĭă, [κρεία. Vulgò *Lango*. Germ. Ein Landtschafft des Mindern *Asiæ* / wird jetzt *Lango* genennet.] Regio minoris Asiæ inter Lyciam & Ioniam. Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine clausit: ab Occidẽte Icario, & Myrtoo pelago: à Meridie Rhodiensi: ab Ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Caria concluſit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ Meridionalis est. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria avium dicitur inveniſſe. Hujus populi Cares, κῆρες dicti, de quibus vide suprà. ¶ Multitudo Imperatorum Cariam perdit, πολλοὶ στρατηγοὶ κρείων ἀπώλεσαν, Multi duces deperdidêre Cariam. Admonet senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit.

Cărĭcŭs, a, um, pen. corr. κρεικὸς, Quod est ex Caria: ut Carica charta. Statius 4. Syl. Chartæ Thebaicæve, Caricæve. ¶ Caricus hircus, κρεικὸς τράγος. Diogenianus indicat dictitatum de vilibus & contemptis. Plato κρεικὸν ἀνθρώπιον, Caricum homuncionem, dixit pro vili, nihilique. ¶ Sic More Carico, χύμην κρεικῇ, fieri dicebatur quod sordidè, incompositeque fiebat, præsertim in rebus obscœnis. ¶ Carica musa κρεικὴ μοῦσα. De lugubri aut rustica, atque indocta seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poëtam aut oratorem indoctum. ¶ Caricum sepulchrum, κρεικὸς τάφος. De re magnifica, sumptuosaque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

Carĕsus, κάρησος, Fluvius est Troadis. Homer. 12. Iliad. celebratus: cujus Plinius ait nulla sua ætate extitiſſe vestigia, libro 5. capite 30.

Caretha. Insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Carĭcon, κρεικὸν, Locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati sunt. Autor Steph.

Cărĭllæ, arum, Picentum oppidum fuit, ab Annibale secundo bello Punico deletum. Meminit hujus oppidi Silius libro 8: -exhauſtæ mox Pœno Marte Carillæ.

Cărīnæ, arum, Nomẽ vici Romani ad pedem clivi Capitolini, in quo fuit domus Pompeii. Virgil. 8. Aeneid. -passimque armenta videbant Romano q; foro, & lautis mugire Carinis. Varro Carinas dici putat ab eo, quòd hinc oriretur caput sacræ viæ, κάρης, Latinè caput dicitur.

Carini, Germaniæ populi. Plin. libro 4. cap. 14, forsan *ducatus* hodie *Wirtenbergenſis*.

Carioſvelites, Galliæ Lugdunensis populi sunt apud Plin. lib. 4. cap. 18.

Caris, olim vocabatur Cos insula, κρεὶς, Steph.

Cariſa, Cognomine Aurelia, civitas est Hiſpaniæ, ad Bætim fluvium, in Gaditano conventu. Plin. lib. 3. cap. 1.

Carius, κάριος, Nomen filii Iovis & Torrhebiç, qui circa Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiviſſe, & ab eis Muſicam didiciſſe, eamque apud Lydos propagaſſe. Quapropter divinos honores apud ſuos meruit, templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipſe Carius à nomine ejus appellatus est. Autor Steph.

Carmacæ, Aſiæ populi circa Mœotim. Autor Plinius libro 6. capite 7.

Carmania, [κρεμανία, Vulgo *Narſinga*. Germ. Ein Landtſchafft *Aſiæ* / ſo an Indiam ſtoſſet / wird heut *Narſinga* genennet.] Regio est Indis contermina, quam duplicem esse Ptolemæus tradit: cultam alteram, alterã deſertam. Hujus regionis incolæ Carmani dicũtur, Ichthyophagi cognominati, quòd ſolis piſcibus veſcantur, quorũ etiam coriis veſtiuntur. Pomp. lib. 3: Carmani ſine veſte, & fruge, ſine pecore, ac ſedibus, piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur, præter capita toto corpore hiſuti.

Cărmēlŭs, penult. prod. & unico l. [כרמל *charmel*. κρεμηλος.] duorum montium nomẽ, teſte Hieronymo, quorum alter est in Galilæa, ad Auſtralẽ plagam, in quo habitavit Nabal Carmelus maritus Abigail: alter Phœnices, juxta Ptolemaidẽ mari imminens, in quo Elias Propheta flexis genibus pluviam impetravit. Poſterioris hujus meminit & Plin. libr. 5. cap. 19: Promontorium, *inquit*, Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.

Cărmēntă, κρεμέντα, & Carmentis, Evandri mater: ita cognominata à carminibus, quibus dabat reſponſa (erat enim fatidica mulier) quum propriè Nicoſtrata vocaretur. ¶ Hinc Carmentalis porta, quæ poſtea Scelerata dicta est, quòd per eam fex & trecenti Fabii cum clientum quinque millibus egreſſi, adverſus Hetruſcos ad amnem Cremeram omnes interfecti fint. Virg. 8. Aeneid. Et Carmentalem Romano nomine portam. Ovid. 2. Faſt.

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos:
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Carmĭna, κρεμινα, Inſula Indiæ, insulares Carmini & Carmĭnæi, Stephan.

Cărmōn, κρεμων, Est locus in Meſſenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneſo.

Cărnă, κρεῖρα, sive Cardinea, Dea quę vitalibus humanis seu cardinibus præesse existimabatur. Ovid. libro 6. Faſtor. Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est. Hæc ſtriges nocturnas, puerorum (ut dicebant) cunas infeſtantes, à limine ſummovebat.

Carnana, κρέγραια, Vrbs Minæorum: & populi juxta mare rubrum cives Carnanatę. Sunius Carnaniam & Carnanitẽ (gentilia nimirum) uſurpat. Steph.

Carnapæ, Populi ſunt circa Mæotin. Plinius libro ſexto, capite ſeptimo.

Cārnē, κρέρνη. Phœnices oppidum est ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20. ¶ Est item Carne Stephano, Aeolidis civitas: à qua fit gentile Carnæus, à ſuperiori verò Carnites.

Cārnĕădēs, κρεναδὴς, Cyrenæus novæ Academiæ princeps fuit, qui adverſus Zenonem Stoicæ ſectæ principem ſcripturus, cerebrum helleboro candido purgavit, ne quid ex corruptis ſtomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & conſtantiam, vigoremq; mentis labefactaret. Hic tanta eloquẽtia præditus fuiſſe perhibetur, ut quum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus veniſſet, M. Catoni reddiderit legationem ſuſpectam: qui identidem Senatũ monuit, ut ab illorum eloquentia caveret: qua quicquid vellent etiam ab invitis poſſent extorquere. Autor est Gell. lib. 16. Idẽ etiam penè dicit Quintil. lib. 12. cap. 1. ¶ Fuit & alter Carneades, Philoſophus Athenienſis, Anaxagoræ diſcipulus, cujus meminit Suidas.

Carnī, [κρέρνοι. German. Die Kentер.] Populi ſunt Iſtris finitimi, ab ea parte qua Alpes Iuliæ Aquileiæ incumbunt, qui à Plinio collocantur in decima regione Italiæ ad Tergeſtũ fluvium, qui in Venetiarum ora in ſinum Adriaticum influit.

Cārnŏdūnum, κρερνόδυνον, Oppidum est Vindeliciæ, ad Danubium, teſte Ptol. lib. 2. cap. 13.

Carnorum, Regio est totius Gallię mediæ, κρερνῶν, Druidum ſedes, de quibus in dictione DRVIDES.

Carnus, κάρρος, Vide Carne. Est etiã inſula Acarnaniç. Steph.

Carnūnti, Populi Germaniç inter Danubium & ſylvam Hercyniam, in confinio Pannoniç. Plin. lib. 4: Superiora inter Danubium & Hercynium ſaltum uſque ad Pannonica hyberna Carnunti tenent, Germanorumq; ibi confinium est.

Carnuntum Oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ, inter Danubium & Hercynium ſaltum. Plin. lib. ult. Abeſt centum M. paſſuum à Carnunto litus Pannoniæ, quò à Germania ſuccinum importatur.

Carnutēs, ſive Carnuti, κρερνῦται, Galliæ Lugdunensis populi, Andegavenſibus, & Turonenſibus finitimi: apud quos Druydes ſuas habebant ſedes, teſte Cæſare libro 6. comment. Horum oppidum est Carnutum, quod Galli ſua lingua *Chartres* appellant.

Carodunum, Vide CARNODVNVM.

Carœa, κάροια, Vide CARIA.

Carolobergomum, Vrbs Bavariæ, Vulgò *Kartſperg*.

Caroloſtadium, Franconiæ Vrbs, Vulgò *Carolſtat*.

Caronium, κρερώνιον, Oppidum est Tarraconensis Hiſpaniæ, in tractu Callaicorum, non procul à Nerio promontorio. Autor Ptolemæus lib. 1. cap. 6. Vulgò *Cherga*.

Caropolis, κρεροπόλις, Vrbs Cariæ, Steph.

Caros Cepi, κρερὸς κῆπος: id est, Caris horti, parva regio Thraciæ, Stephan.

Carpaſium, Cypri inſulæ oppidum est, apud Plin. libro 5. capite 31 Stephanus Carpaſiam, κρερπασία, vocat, & à Pygmalione conditam aſſerit. ¶ Carbaſiam etiam nonnulli appellarunt inſulam inter Cretam & Rhodum ſitam; quæ notiore nomine *Carpathus* appellatur. Demetrius Salaminius Carbaſiam maluit appellare, quòd ad ventum κρερβία: hoc est, Africum, ſita videatur.

Cărpăthŭs, pen. corr. [κάρπαθος. Vulgò *Scarpanto*. Germ. Ein Inſel gegen Aegypten vber gelegen / zwiſchen Rhodyß vnnd Candia / wird heut genennet *Scarpanto*.] Inſula contra Aegyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum ſtadiorum circuitum habens, quatuor inſignis urbibus: à qua vicinum mare ad Aegyptum vergens Carpathium, [κρερπάθιον πέλαγος. Ital. *Il mar de Scarpanto* Germ. Das Carpatiſch Meer.] dictũ est. Homer. 2. Iliad. duabus literis tranſpoſitis, κρερπαθον appellat: Νίσυρος Νίσυ-

ευς Νίσυρόν τ' ἔλχον, Καρπαθόν τε, Κάσον τε. ¶ Carpathius leporem, Καρπάθιος τὸν λαγώ. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accersérent. Hinc deductum Adagium, quòd quum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verùm ubi ejus animantis magna vis increvisset, ut est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœpêre. Referunt & interpretantur Iulius Pollux 5. lib. de rerum vocab. & Aristotel. lib. Rhetor. 3.

Carpatus, sine aspiratione, κάρπατος, Mons est Iazygibus, Metanastis, & Dacis imminens, & in Mysiam inferiorem ad ipsa penè Danubii ostia excurrens. Vide Ptolemæum in tabula nona Europæ. Vulgò *Crapalex*.

Carpesia, vel Carpeo. Vide CARPETANI.

Carpentoracte, Plin. lib. 3. cap. 4, Civitas est Galliæ Narbonensis. Vulgò *Carpentras*.

Cārpēsĭi, κάρπησοι, Gens Iberica intra Iberum fluv. Steph.

Carpētānī, κάρπητανοὶ, Populi, quos Plin. lib. 3. cap. 3, in Hispania collocat ad Tagum fluvium, juxta Vacceos.

Cārpī, Populi sunt Africæ in Zeugitana regione, quæ minor Africa dicitur. Plin. lib. 5.

Cārpĭs, κάρπις, Scythiæ fluvius est. Herod. lib. 4.

Carpocrates, καρποκράτης, Nomen cujusdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carraca, Italiæ Vrbs sub Venetia, Ptolemæo.

Cārrhă, κάρρα, Civitas Arabiæ ad rubrum mare: à qua Carrhæi dicti sunt populi. Plin. lib. 6. cap. 28: Carrhæis latissimos & fertilissimos agros. ¶ Sed Carræ, arum, κάρραι Stephano, Civitas Mesopotamiæ trans Edessam, Crassi & Romani exercitus cruore nobilis. Lucan. lib. 1: Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas.

Cārsĕōlī, Oppidum est in via Valeria, non procul à Pelignis, à quo ipsi etiam incolæ Carseoli dicũtur. Horũ meminit Ovid. 4 Fastor. Frigida Carseolis, nec olivis apta serendis Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Cārsĕōlānŭs, a, um, Ovid. 4. Fastor. -nam dicere certam Nunc quoq; lex vulpem Carseolana vetat.

Cārtă, sine h, nomen unius ex Darii satrapis, apud Curtium.

Cartēĭă, καρτήια Ptolemæo, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in tractu Bastulorum, ad radicem Calpes promontorii. Tartessos, παρὰ τὸν à Græcis dictum. Vulgò *Tarifa*.

Cārtēsĭŭs, a, um, ut Litus Cartesium, in quo freti angustię sunt.

Cartēnnă, Augusti colonia in Mauritania Tingitana. Plinius lib. 5. cap. 2.

Carthæa, καρθαία Steph. Vrbs in Cea insula. Hæc apud Plin. lib. 4. cap. 12. corruptè (ut suspicor) Carthęia appellatur: certè apud Stephanum per αι diphthongum scribitur.

Cārthæĭŭs, a, um, Ovid. lib. 12. Metamorph. Transit & antiquæ Carthęia mœnia Ceæ.

Cārthæŭs, adjectivum. Idem 10 Metam. Nanq; sacer Nymphis Carthæa tenentibus arva Ingens cervus erat.

Cārthago, [καρχηδών. Ger. Die gewaltig Stat Carthago in Africa am Meer gegen Sicilien über gelegen.] Vrbs Africæ totius celeberrima, quæ post Trojanum bellum (ut docet Eusebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Æmiliano penitùs eversa. ¶ Est & alia Carthago in Hispania, quã Asdrubal condidit, quæ Nova perpetuo epitheto dicitur ad differentiam Carthaginis Libycæ. Vulgò *Cartagena*. Hæc etiã à sparti copia, quod in ejus agro copiosissimè provenit, Spartaria appellata est. Carthaginis autem nomen quidam à Cartha oppido haud procul à Tyro dici putant. Cicero verò lib. 2. de Nat. deor. scribit dictam à Carthagine Herculis filia, quũ Byrsa priùs diceretur.

Cārthāgĭnĭēnsĭs, καρχηδόνιος, Dictio sex syllabarum est: nam autore Prisciano, inter n & e, interponitur i: ait enim lib. 4: Si Tertię sint declinationis, abjiciunt extremam genitivi, & assumunt ensis, ut Pistor, Pistoris, Pistorienſis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. Ennius: Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Cārtĭī, Populi Persiæ, ut scribit Strabo lib. Geograph. 11.

Cārtrĭs, Cimbrorum peninsula, dicente Plinio lib. 4. cap. 13, promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur.

Caruentus, καρύεντος, aliàs καρύσιος, Vrbs Latinorũ, gentile Carventanus, Steph.

Carusii, Populi sunt Troglodytis finitimi pariter & Aethiopibus in finibus Africæ, ad latus meridiem spectans inhabitantes. Sipontin.

Carya, κάρυα, Civitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus contra Græciam consensit: unde postea à Græcis delecta fuit. Vitruv. lib. 1.

Caryanda, καρύανδα, Lacus est & insula eodem nomine Cariæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strab. Geog. lib. 14.

Cărўstŏs, sive Cărўstus, κάρυστος, Eubœæ insulæ oppidum, in littore situm, ad radicem Ochæ mõtis, è regione Andri: cujus meminerunt Plinius lib. 4. cap. 12, & Pompon. lib. 2. Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum, & macularum varietate in primis commendatum, quod à loco Carystium appellabant: de quo vide Strab. lib. 10, & Plin. lib. 36 cap. 6. Lucan. lib. 5: Quà maris angustat fauces saxosa Carystos. Sita est ad pelagus Myrtoum sub Ocha monte, cui à Iovis & Iunonis concubitu nomen inditum est. aut quòd oves illic pastæ concipiant, ὀχεύομαι κύησιν. ὄχος enim Achæi pastum & cibum vocant. Dicitur etiam ὄχνη. Lapis in hac civitate mirabilis gignitur, ex quo pannus contextus, ut sordes abstergat, in ignem injicitur. Vocatur etiam Aegæa ab Aegone loci domino, à quo & mare Aegæum. ¶ Est item Carystus locus τῆς Ἀγκῶνος juxta Arcadiam, ubi columnæ Carystiæ ex latomiis, & vinum Carystium celebrantur, Stephanus.

Cărўstĕŭs, a, um, pen. prod. Ovid. 3. Fast. Quaq; Carysteis frangitur unda vadis.

Cărўstĭŭs, a, um, Plin. Epistol. 101: Vitem quatuor columellæ Carystiæ subeunt.

Cassandra, Insula in Oceano meridionali, contra Persidem. Plin. lib. 6. cap. 25: Contra Persidem, *inquit*, insulæ, Philos, Cassandra, Aracia, &c.

Cāscāndrŭs, inquit Plin. lib. 6. cap. 25, Insula est deserta in Oceano Indiam versus.

Casilini, Italiæ populi sunt in agro Campano, quorum oppidum etiam Casilinum appellabatur, quod Plinii temporibus interciderat, ut ipse testatur lib. 9. cap. 5.

Casina, pen. corr. Plauti fabula est, nomẽ habens à Casina ancilla, quam Stalino senex, ejusq; filius, certatim deperibant. Scribitur autem unico s, ut facilè colligi potest ex fabulæ ejus argumento, in quo versum literæ capitales Casinæ nomen exprimunt.

Cāsīnum, penult. prod. Campaniæ oppidum est in Italia. Silius libr. 4: Mittebant saxa & nebulosi rura Casini. Hujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Casiotis, κασιώτις Ptolemæo, Regiuncula est Arabiæ Petrææ, Pelusio ostio ab Aegypto divisa: in qua Casius mons est, Pompeii Magni tumulo insignis: à quo & Regio ipsa nomen accepit.

Cāsĭŭs mons. [κάσιος ὄρος. Germ. Ein Berg in dem Steinechsten/oder Felsechten Arabia.] Trans Pelusium est, extremum Nili ostium, in ea Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc monte Casiotis Ptolemæo appellatur: in quo & Iovis Casii templum erat, & Magni Pompeii tumulus ab Adriano instauratus, ut in Adriano restatur Capitolinus. ¶ Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam, cognomine Pieriam, ut autor est Plinius libro 5. cap. 22. cujus altitudo in directum est quatuor millium passuum. ¶ Ptolemæus prætereà lib. 5. cap. 18, Cassium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra altero ejusdem regionis monte: cujus meminit & Suidas.

Cāsĭŭs, a, um, Lucan. lib. 10: Lucifer à Casia prospexit rupe.

Casmene, κασμήνη, Vrbs Siciliæ. Steph.

Casos, pen. corr. κάσος, Vulgò *Caso*, Insula juxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum ejusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, qui eò colonos deduxit: à quo & Casius mons in Syria nomen traxisse creditur. Meminit hujus insulæ Plin. lib 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31.

Caspapyrus, κασπάπυρος, Vrbs Gandarica: Scythărum verò ἀκτή: id est, litus. Steph.

Caspĕrĭă, Rhæti regis Marrubiorum uxor fuit, quæ cum Anchemolo privigno corpus commiscuit. Vide ANCHEMOLVS. ¶ Est item Casperia oppidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Silius Casperulam vocat. Virgil. 7 Aeneid. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum, Casperiamque colunt.

Casperula, Sabinorum oppidũ est, apud Silium, ut dictũ est.

Cāspĭæ portæ. [κασπίαι πύλαι. Ger. Ein enge Clauß durch den Berg Taurum in Media/welche zwo gemeiner Teutscher meil wegs lang ist/so eng das kaum ein Wagen dadurch kom̃en mag.] Angustię sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solin. in longitudinem extensæ: latitudine tam exigua, ut vix plaustro sint perviæ. Nõ satis tamen convenit inter autores ad quam maris partem conjungantur. Quidam Amazones portis Caspiis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidêre: sed illæ Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas (ut inquit Plinius) ad eum transitũ respiciebat. Verùm mons Taurus tribus in locis interruptus, quasi portis quibusdã pertãsitum Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantùm Caspiæ portæ appellantur, quę apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has transi-

tus est

tus est ex Babylone, & Persíde ad mare Caspium. Vnde etiam Caspiæ dictæ sunt. ¶Iuga verò Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios, ulteriores q; populos pertinent.

Cāspĭī, Populi Scythiæ ad Caspium mare, ut autor est Pomp. libro tertio, apud quos sævissimi sunt canes, ut scribit Valer. Flacc. lib 6.

Cāspĭum mare. [κασπία θάλασσα. Ital. *Mar di bacà*. Germ. Das Hyrcanisch Meer in *Asia*.] Immensæ magnitudinis lacus est inter Caspios & Hyrcanos montes, à quibus nomẽ accepit. Hujus maris accolæ Turcæ fuisse creduntur, qui deinde cœli clementioris desiderio adducti, primùm Armenis: deinde reliquis Asiæ populis sua sede pulsis, & bona Europæ parte occupata, à sinu Persico adusq; mare Adriaticum imperium suũ extenderunt.

Cāspīrūs, pen. prod. κάσπειρος, Vrbs Parthorum, finitima Indiæ: cujus incolæ cursu velocissimi sunt, ut ex Dionysii Bassaricis annotavit Stephanus.

Cassandane, Filia fuit Pharnaspis, uxor Cyri, & mater Cambysę, teste Herodoto histor. lib. 2, quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse deflevit, & publico regnorum suorum luctu decorari voluit.

Cassāndră, κασσάνδρα, Priami & Hecubæ filia, quæ quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret: quod Apollo se facturum juramento firmavit. Sed quum illa promissis non staret, iratus deus fecit ut ejusdem vaticiniis nulla fides adhiberetur, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Chorœbo, ut ait Maro (Homerus verò Orthryon eum nominat) qui in auxiliũ Trojanis veniens, in postrema nocte periit. Hanc quoq; Ajax Oileus in Minervæ templo vitiavit, ut superiùs auditum est. Tandem devastata Troja, Agamemnoni in sortẽ contigit, cui omnia fata, quæ à conjuge servarentur, prædixit: sed more solito nihil ei creditum est. Veniens igitur cum Agamemnone domum cum eodem in convivio jussu Clytæmnestræ occisa est. Virgil. 3. Aeneid. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quam Bellerophonti nupsisse Homerus autor est. ¶Est & Cassandra oppidum, & Cassandria colonia, de quibus infrà in POTIDAEA.

Cassanitæ, κασσανῖται, Populi sunt in littore maris rubri incolentes, Stephanus.

Cassera, Macedoniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniæ.

Cassanorus, κασσάνορος, Vrbs Aegyptia, Steph.

Casienus, martyr apud forum Cornelii, ubi & jacet, & quò venerat peregrinationis gratia è Brixina urbe Germaniæ, cujus erat civis & præsul: quumq; apud forũ Cornelii doceret, jussu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Christianos docere, stylis discipulorum confossus est. ¶Alius ejusdem nominis Alexandrinus sub Joviniano in Italiam veniens, apud Ortanum templum construxit, cujus & præsul electus: inde peregrinando Augustodunum venit, & episcopo Simplicio, viro sancto successit. ¶Alius monachus Honorii tempore à Hierosolymitana Ecclesia ab Hæreticis ejectus, Massiliam venit, ubi duo condidit cœnobia: scripsit & de monachorum institutis, ubi dicit, cibi abstinentiam omnium virtutum esse fundamentum. Volaterranus.

Cassipea, Vide CASSIOPE.

Cassilium, Vulgò Caſſel/ Vrbs Hassiæ, Vide Sterenontium.

Cassinum, Teste Varrone lib. 6. de Ling. Lat. Oppidũ Samnitium fuit, qui à Sabinis ortum traxerant: ita dictum à vetusto nomine Casco, quod Sabinorũ lingua antiquum significabat: unde & forum vetus Cassinum appellatum est.

Cāssĭŏdōrŭs, κασσιόδωρος, Ravennas fuit, Theodorici Gothorum regis præceptor, qui ex Senatore factus monachus, Psalterium Davidis explanavit. Extant & ejus ad Theodoricũ Epistolæ. Volaterranus.

Cassiope, sive Cassiopea, [κασσιόπη. Germ. Ein Hochprächtige Königin der Mohren / ein Mutter *Andromedæ*.] Cephei regis Aethiopum uxor, & Andromedes mater: quæ quòd gloriaretur Nereidibus sese corporis pulchritudine præstare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ enim jactantia ejus irritatę, incredibilis magnitudinis cetum immiserunt, fi iamq; ejus unicam, nomine Andromedam, saxo alligarunt, cetoque devorandam proposuerunt: quæ tamen Perſi virtute liberata, eidem nupsit. Cassiope verò tãdem generi meritis in cœlum translata traditur, & in illiquastro sedens, vertente sese cœlo, resupinato capite ferri, pedibus ipsius in ipsa Arctici circuli circunductione positis, Aestivum circulũ capite, & dextra manu tangit, & prope Medeam circulo lacteo dividitur, nõ procul à Cephei signo. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite ejus stella ostenditur una; in utroq; humero singulę, in mamilla dextra clara una, in lumbis una, in sinistro femore duæ, in genu una; in pede ipsius dextro una, in quadrato, quo signum ejus circunscribitur una, in utrisq; angulis singulæ cæteris clariùs lucentes. ¶Est item Cassiope, oppidum Epiri mediterraneum, à quo Cassiopæi populi dicti sunt, quorum meminit Plinius in proœmio lib 4. Stephanus Cassopam, κασσόπιλον, appellat. ¶Item oppidi nomen in Corcyra insula, apud eundem lib 4. cap. 12, quod Ptolemæo Cassiopolis dicitur.

Cāssĭus, κάσσιος, Viri proprium, qui magister equitum fuit. ¶Sp. Cassius regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio cõcupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Cõsulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim, Populusq; Rom. non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superjecit. In solo autem ædem Telluris fecit. Autor Valerius lib. 6. cap. 3. ¶Cassius COS, à Tigurinis Gallis pago Helvetiorum, qui à civitate secesserãt, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est: milites, qui ex ea clade supererant, obsidibus datis & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt, tempore quo Iugurtha pulsus est à Mario. Liv. libro 25. Cæsar Belli Gall. lib. 1: Tigurinus pagus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & ejus exercitum sub jugum miserat. ¶L. item Cassius Tribun. pleb. C. Mario, L. Flacco COSS plures leges ad dimi nuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, ut quem populus Rom. damnasset, cujve imperium abrogasset, in Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatu. Autor Pædianus. Cicero pro Roscio Amerino: L. Cassius ille, quem populus Rom. verissimum & sapientissimum judicem putabat, &c. ¶L. Cassius, dux Pompejanus, cum decem navibus, ardente bello civili, transiit ad Cæsarẽ. ¶Cassius item Longinus Iurisconsultus, quòd C. Cassii percussoris Cæsaris nomẽ ac stemmata haberet, jussus est à Nerone mori: pronepos fuit Servii Sulpitii, ac Eques Romanus, ut scribunt Tranquillus & Pomponius. ¶Fuit & Cassius Severus, de quo Quintilianus sic scribit lib. 10. cap. 1: Cassius Severus, si cæteris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nã & ingenii plurimùm in eo, & acerbitas in ira, & urbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, quàm cõsilio dedit. Hæc ille. Hujus Cassii scripta ex Senatusconsulto, abolita sunt, ut autor est Tranquillus. ¶M. Avidius Cassius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipse res in Germania gereret contra Marcomannos, defecit. Itaq; relicto bello, Imperator eum cũ exercitu petit ac superat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. ¶Cassius præsul Narniensis tẽpore Totilæ regis Gothorum, cui occurrens, animum placavit, ne civitati noceret. Meminit hujus Gregor. 3. Dialogo. ¶Cassius pœta Parmensis fuit, cujus ingenium in scribendo carmine mirè concitatum & promptum prædicat Horat. 1. Serm. Sat. 10:

-at siquis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus totidem cœnatus, Hetrusci
Quale fuit Cassi rapido ferventius amni
Ingenium: capsis quem fama est esse libris q; ue
Ambustum propriis. Hic Aliquot generibus stylum exercuit, inter quæ operâ elegiaca & epigrammata ejus laudantur. Hic est qui in partibus Cassii & Bruti Tribunus militum militavit: quibus victis Athenas se cõtulit. Quintus Varus ab Augusto missus ut eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit: unde multi crediderunt Thyestem Cassii Parmẽsis fuisse. Scripserat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Hor. 1. Epist. 41: Scribere quod Cassii Parmensis opuscula vincat.

Cāssĭānŭs, pen. prod. adjectivum. Cicer. pro Mil. Itaque illud Cassianum.

Cāssĭŭs, aliud adjectivi: ut, Cassia via. Cic. 12. Philip. Tres ergo, ut dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia Ibidẽ: Hetruriam discriminat Cassia. Item: Posſum Cassiam vitare, tenere Flaminiam.

Cāssŏpa, pen. pro. κασσώπη Stephano, Oppidum est Molossorum, quod à Plinio Cassiopem vocari suprà ostendimus.

Castabala, κασταβάλα Stephano, Ciliciæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap 26

Cāstălĭus, [κασταλία. Germ. Ein Brunn vnden am Berg *Parnasso* dem *Apollini* vnd den *Musis* zugeweihet.] In Phocide, ad radices Parnassi montis, fons non procul à Delphis: unde & Apollini, & Musis sacer creditur: ita dictus à virgine Castalia, quæ Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontẽ versa est: à cujus nomine Musæ ipsæ Castalides appellantur.

Castalo, κασταλών, Maxima civitas Britanniæ (nimirum Britanniæ legendum) gentile Castalonites. Steph.

Castax κάστας, Vrbs Iberiæ, gentile Castacæus, Steph.

Castanæa, καστανάια, Eudoxus per ϑ scribit. Καὶ καστανίαν ἀπὸ-

ερων ὁ πίτυας, Gentile Caſtaneus. Steph nec aliud addidit.

Caſtania, καστανία, Vrbs prope Tarētum, gentile Caſtaniates. Stephan.

Caſthenes, Thraciæ ſinus juxta Byzantium. Plin.lib.4.in deſcriptione THRACIAE.

Caſtianira, καστιάνειρα, Vxor Priami pulcherrima, quam ex Aeſymo Thraciæ urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homerus lib.Iliad 8.

Caſtnium, κάστνιον, Mons in Aſpendo Pamphyliæ, gentile Caſtnius.

Caſtologi, A Plinio numerantur inter Belgas, lib.4. cap.17.

Caſtolus, penult.prod. κάστωλος, Lydiæ urbs: ita dicta à Doribus conditoribus, quos Lydi καστώλους appellant. ¶ Hinc Caſtoli campus, καστώλου πεδίον, apud Xenophontem. Vide Stephan.

Cāſtŏr, & Pollux, κάστωρ καὶ πολυδεύκης, Fratres gemini fuerūt, Iovis ex Leda filii, qui & Tyndaridę paſſim à poëtis appellantur, quemadmodū & Helena ſoror ipſorum, Tyndaris. Hi, ubi primùm adoleverunt, mare piratis liberaverunt, & ob id dii maris habiti ſunt, quos in tēpeſtate naturæ ſolent implorare. Poſt hæc Colchos cum Argonautis profecti ſunt: quà in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem, inſidias ſibi ſtruentem interfecit. Deinde domum reverſi. Helenam ſororem à Theſeo raptam, receperunt, Aphidna urbe, Theſeo abſente, expugnata. Tandem quum Caſtor diem ſuum obiiſſet, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helena ovo natus, immortalis erat) fratris deſiderio à Iove petiiſſe ut immortalitatem ſuam cum fratre poſſet partiri: qua re impetrata, alternis eos & mortem oppetiſſe, & revixiſſe. Cui fabulæ occaſionem dedit Geminorum natura, quorū altero oriēte, alter occidit, & econverſó. A Græcis διόσκουροι: hoc eſt, Iovis filii κατ' ἐξοχὴν appellati ſunt, & inter deos apotropęos: hoc eſt, malorū depulſores, ſunt annumerati: quibus etiam Romæ inſigne dedicatum erat templum in foro, quòd Romanis adverſus Latinos periculoſiſſimo in prælio ſuppetias tuliſſe crederentur. Nam (ut Dionyſius lib.6. Antiquitatum ſcribit) in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma auguſtiore, ducentes equitatum Romanū adverſus Latinos, haſtisq; feriebant, propellebantq; adverſarios: ſocios verò cohortabantur. Quę potiſſimùm cauſa fuit, ut Latini fugarentur, & caſtra caperētur. Iidem mox viſi ſunt ſudorem equorum abluere juxta frontē Iuturnæ: deinde è conſpectu mortaliū ſe ſubduxerunt. ¶ Hinc Aecaſtor adverbium jurandi, quaſi per ædem Caſtoris, quo ſolæ mulieres utebantur, quemadmodum viri ſoli per Herculem jurabant: Aedepol verò erat jusjurādum tàm viris quàm mulieribus commune.

Caſtōr, κάστωρ, Medicus antiquiſſimus, docuit piperitim herbā (quam alio nomine Siliquaſtrū nominant) bibi contra morbos comitiales. Autor Plin.lib.20.cap.17.

Cāſtră Cornelia, Locus Zeugitanæ Africæ. Plinius libro 5. capite 4.

Caſtrimonienſes, Italiæ populi, apud Plin.lib.3.cap.5: Cubulterini, Caſtrimonienſes, Cingulani, &c.

Caſtrĭtĭus, Syllanæ factionis vir fuit, qui quum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obſides petenti, ne ad Syllam deficerent, conſtanter denegavit, minanteque Carbone ſe multos gladios habere: Et ego, *inquit*, annos. ¶ Fuit & T. Caſtritius Rhetorices profeſſor Romæ, Adriani temporibus, cui eruditionis, morumq; nomine in primis erat charus. Vide Gell.lib.13.cap.10.

Caſtrum Novum, [Ger. Ein Statt in Italia nahe bey der Tyber auffland gelegen / heißt jetzt *Corneto*.] Italiæ oppidum eſt, nō procul ab oſtiis Tyberis, apud Pomp.lib.2, & Plin.lib.3.ca.5. Vulgò *Corneto*.

Caſtulones, Populi ſunt Hiſpaniæ in cōventu Carthaginienſi, apud Plin.lib.3 cap.3. Quorum oppidum Caſtalon in Bætica eſt regione ad Anam fluvium. Vulgò *Caſtona la vieja*.

Cāſvēntīllānī, Italiæ populi in ſexta regione, apud Plin.lib. 3.cap.14.

Cāſvēntum, Fluvius eſt in ſinu Tarentino, apud Plinium lib. 3.cap.11.

Caſurgis, Ptolem.libro 2.cap.11, Oppidum eſt in Septentrionali parte Germanię. Quidam longitudinis & latitudinis cōjectura ducti arbitrantur idem eſſe cum Praga, Boëmiæ totius capite.

Caſus. Vide CASOS.

Cathabanes, Populi ſunt Arabiæ deſertæ, apud Plinium lib. 5. cap.11. quorum meminit & Strabo lib.16. quos tamen Catabanenſes vocat.

Cătăbāthmŭs, καταβαθμός, Vallis eſt & oppidum in finibus Cyrenaicæ regionis, ea in parte quà Cyrenaica à Mareotide dirimitur, LXXXVIM. paſſuum à Parętonio diſtans. Catabathmi autem à re ipſa nomen accepit, eò quòd ea in parte, qua Mareotidem contingit, admodum declivis ſit, quodque nonniſi præcipiti deſcenſu adeatur. Nam καταβαίνειν, deſcendere eſt: unde κατάβασις, & καταβαθμός, idem quod deſcenſus. Plin.lib.5.cap.5: Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum, & vallis repentè connexa.

Cătăcĕcaŭmĕnē, καταικαυμένη, Mæoniæ regio, non procul ab Epheſo, arboribus carens, vite excepta, quæ generoſiſſimū fert vinum, quod καταικαυμένιτην appellant. Vide Strab. libro 13.

Cătăcĕtī, Aſiæ populi circa Mæotin, ut docet Plinius libro 6. capite 7.

Cătădūpī, Aethiopum populi ad noviſſimum Nili cataractē, ubi inter occurſantes ſcopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, ut nimia ſoni vehementia auditus inſtrumentum vitient, & accolas planè ſurdos reddant. Plin.lib.5.cap.9, de Nilo fluvio: Subindè inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis, poſtremò incluſus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, noviſsimo cataracte inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Vulgò *Montes de Nilo*.

Cătălaūnum, Vide CABVLLINVM.

Catalon, Vide ORISIA.

Cătănă, pen.corr. [κατάνη Stephano. Germ. Ein Statt in Sicilien vnden am Berg Aetna gelegen / heißt jetzt *Catania*.] Sicilię oppidum, ad radicem Aetnæ montis ſitum, patria Charondę, inter Athenienſium legiſlatores iſt primis celebrati. Catanæ ſimulachrum fuit Cereris, teſte Cicerone 7. Verr. quod à viro non modò tangi, ſed ne aſpici quidem fas erat. Legitur & Catina per tertiam vocalem in ſecunda ſyllaba. Silius libro 13: Tum Catina ardenti nimium vicina Typhœo. Vulgò *Catania*.

Catanira, καταίνειρα, τὰ, Inſula vel urbs è regione Lesbi, Steph.

Catanni, καταννοί, Populi ad mare Caſpium, Steph.

Cataonia, καταονία, Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Autor Plin.lib.6.cap.2, & 3.

Cataphrygæ, Hęretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus, Priſcilla, & Maximilla. Hi ſpiritus ſancti donū nòn Apoſtolis, ſed ſibi traditum aſſerebant.

Catari, Pannoniæ populi ſunt. Plin.lib 4.cap.25.

Catarnia, (quod corruptè hîc legebatur) Vide CATAONIA.

Cataxerxen, Vide CAMBYSEN.

Cathæna καθαινα, Vrbs Indica, ubi formoſis tātùm defertur, ut formoſiſſimum regem eligant, Steph.

Cathalaunum, Vrbs Galliæ Belgicæ, Vulgò *Chaalons*.

Cathareūs, Vide CAPHAREVS.

Cathaluſſus, καθαλοῦσσος, Nicanor nominatur apud Stephanum in Micza.

Cathi, Pro Germaniæ populis, Lege CHATTI.

Carhon, Inſula à Pomponio inter Cycladas numerata: à Plinio tamen prætermitta niſi quis Cothonem, quam Plinius in Laconico ſinu eſſe ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

Cati fons. Dicebatur ex quo aqua Petronia in Tyberim fluebat: quia in agro erat cujuſdam Cati. Autor Feſtus.

Cătĭlīnă, [Germ. Ein Burger zu Rom / der wider die Statt ein verrāterey angerichtet hat / welche durch *Ciceronem* entdeckt ward.] Civis Romanus fuit, conjuratione contra patriam inita notiſſimus: cujus impii conatus Ciceronis prudentia oppreſſi ſunt. Lucanus lib. 7: Pacificas ſævus ſenſit Catilina ſecures. Vide Saluſtium de bello Catilinario.

Catillus, Filius fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam venit, ibiq; reliquis adjuvantibus Tibur cōdidit, & à nomine fratris nomen impoſuit. Virg.7. Aen. Catillusq; acerq; Coras, Argiva juventus. Silius lib.8: & Tibur Catillę tuum. In emendatioribus tamen Virgilii exemplaribus Catyllus legitur per y.

Catina, Vide CATTINA.

Catinia, Vulgò dicitur urbs Siciliæ, quæ olim Catana.

Catizi, teſte Plinio, lib.4.cap.11: Pygmæi dicti ſunt, qui circa Geraniam Thraciæ urbem incoluerunt, à gruibus (ut creditur) fugati.

Catre, κάτρη, Civitas, gentile Catreus, Steph.

Cattabania, καττιβανία, καττικία, felicis Arabiæ, Steph.

Cato. Cognomen Porciæ familiæ fuit, quæ ex Tuſculano municipio ortum traxit: ex quo primus Romam ſeſe contulit M. Porcius Cato, poſtea Cenſorius appellatus, perſuaſione, atq; amicitia Valerii Flacci adductus. Hic tribunus militum in Sicilia fuit: Prætor Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis inſtitutus, quum jam natu grandior eſſet. Conſul deinde cum eodē Flacco creatus, citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt, ubi rebus feliciter geſtis, urbium omnium muros, quæ intra Bætim erant, uno die ſolo æquari juſſit. Autor Polybius. Hunc Plinius lib.7.cap.27, ſummis laudibus extollit, abſolutum eum imperatorem, Senatorem, & Oratorem appellans.

Scripſit

Scripsit librum de Re rust. item alium de Originibus urbium Latii, & Orationes quasdam. Hujus duo fuerunt filii, quorũ alter sub Paulo Æmylio magna cum laude in Macedonia militavit. Alter, qui ex nomine matris Saloninus fuit cognominatus, patre adhuc superstite, jã Prætor designatus, extinctus est, egregiis de Iure civili voluminibus relictis. Autor Gel. lib. 2. cap. 14. ¶ M. Cato Vticensis, M. Porcii nepos fuit, quem & vitæ, Stoicæq; disciplinæ severitate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breviq; toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens, non nisi turpibus rebus erubescere. Consulatum frustra petiit, quòd virtuti suæ fidens, populo non nimium submisse voluerit supplicare. Martiam conjugem roganti Hortensio amico liberorum causã concessit: eandemq; post Hortensii mortem recepit. Id quod Cæsar avaritiæ causa ab eo factum fuisse, calumniatus est. Dimisit, *inquit*, inopem, ut locupletem reciperet. Toto civilis belli tẽpore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Vticam sese recepit: req; à Scipione infeliciter gesta, perlecto Platonis de animę immortalitate Dialogo, qui Phędon inscribitur, necem sibi conscivit. ¶ Hic tantæ fuit apud populum autoritatis ac fidei, ut de rebus incredibilibus proverbio diceretur, ut inquit Plutarchus: τοῦτο μὲν οὐδὲ Κάτωνι λέγοντος πιστεύουσιν, Istud incredibile est, etiamsi diceret Cato. Et orator quidam quum hyperbolicõs diceret uniri Catonem non esse credendum, adjecit, Ne Catoni quidem. Cicer. Epist. ad Attic. lib. 2: Quid Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus? ¶ Tertius Cato, proverbialis est ironia in viros, impendio tetricos, atq; alienæ vitæ cẽsores. Iuvenal. habeat jam Roma pudorem Tertius è cœlo cecidit Cato. ¶ Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllæ temporibus, cujus meminit Tranquillus.

Catoni, Plinio populi sunt Scythiæ, circa Mœotin agentes, lib. 6. cap. 8.

Catopterium, καταπτήριον, Locus excelsus supra Anemoriã Phocidis urbem, ut in Anemoria diximus.

Catria. Vide AEGVSSA.

Catri. Vide CHATTI.

Cattiterides. Vide CASSITEROS.

Cattuza. Vide CATIZI.

Cătŭlārĭă. Porta Romæ dicta est: quia nõ longè ab ea ad placandum Caniculæ sydus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

Cătŭllŭs, Poëta Veronensis, natus anno ante Salustium, Syllæ, Mariiq; temporibus, in poëmatis cùm lascivus, tùm mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minimè pepercit, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodẽ die ab eo cœnæ adhibitus est, ut autor est Tranquillus. Scripsit de passere suæ Lesbiæ: celebravit nuptias Mallii: amavit Ipsithillam, & Clodiam, quam ficto nomine Lesbiam vocat. Scripsit & alia multa. Mortuus est Romæ. Ovid. lib. 2. de Trist. Sic sua lasciva cantata est sæpè Catullo Fœmina, &c.

Catulus, Cognomen nobilissimæ familiæ Luctatiæ, à Cato: id est, callido, teste Varrone ductum. Ex hac familia fuit Qu. Luctatius Catulus, qui Pœnos apud Aegades insulas navali prælio superavit, sexcentis eorum navibus aut captis, aut depressis. ¶ Fuit & alter Catulus, C. Mariì in quarto Consulatu collega, & in Cimbris profligandis adjutor: à quo postea rerum potito mori jussus, hausitis vivis carbonibus se præfocavit. Hic est ille Catulus, cujus postea manes Sylla Marii lunioris morte placavit.

Caturactonium, [καταρρακτώνιον. Germ. Ein Stat in Engelland/heisset jetzt *Cardeil*, oder *Cardelia*.] Britanniæ insulæ oppidum est. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Caturiges, Italiæ populi sunt, trans Padum à Plin. lib. 3. cap. 16. in undecima Italiæ regione collocati.

Cavares, Narbonensis Galliæ populi sunt, quorum metropolis est Avenio. Autores Plin. lib. 3. cap 4. & Mela lib. 2.

Căucăsŭs, pen. corr. [καύκασος. Germ Ein hoher vnd wilder Berg in Indiã, so gegen Mitnacht an Scythiam stosset.] Mons Indiæ editissimus ad Septentrionem versus Scythas, Indiam à Scythia dirimens, asper & inhospitalis. Virg. 4. Aen. -sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic fertur tantæ altitudinis esse, ut ab eo astra majora visantur, & eorum ortus, occasusq; diligenter perspiciãtur: quò fit ut Scythæ, ejus mõtis accolæ rei astronomicæ peritissimi sint habiti.

Căucăsĭŭs, a, um, καυκάσιος. Virgilius Aeglog. 6: Caucasiasq; refert volucres.

Cauchæ, Campi sunt, quos Tigris fluvius Septentrionẽ versus flexus secat. Plin. lib. 6. cap. 27.

Caucon. Vide in APPELL.

Cauconea, καυκώνια, Regio à Caucone rege aut fluvio dicta, Steph. Vide MACISTVS.

Caudĭs vel Caudium, Oppidum Samnitium: unde Caudinæ furcæ, & Caudinę fauces, nobilitate insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus acceperunt. Lucan. lib. 2: Vltra Caudinas speravit vulnera furcas. Caudinæ fauces, apud Silium. lib. 8.

Caulici, καυλικοί. (Apollonio Cauliaci) populi juxta Ionium sinum, à monte sic dicti.

Cavindana. Vide CANINDANA.

Caulõn, onis, καυλών, Oppidum est in prima Italiæ fronte apud Locros, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 10. Virg. 3. Aeneid. Caulonisq; arces, & navifragum Scylaceum. Quanquam ibi Poëta non tàm de oppido, quàm de promontorio loqui videtur. Hanc urbem Strabo lib. 6, Pomponius lib. 2, & Stephanus de Vrbibus Cauloniam appellant, καυλωνία.

Caūmās, Vnus è Centaùris, Ixionis filius, Boccat. lib. 9.

Caūnŭs, καῦνος, Vulgò *Roxa*, Cariæ oppidum maritimum, è regione Rhodi, nõ procul ab ostiis Calbis fluvii, æstate & autumno ad inhabitandum grave, ob calorem & pomorum copiam, ut scribit Strabo lib. 14: Ob id Caunii pestilenti cœlo esse dicãtur. Hos quum intuitus esset Stratonicus citharœdus, homo salibus plenus, illum ex 6. Iliad. versiculum in eos protulit: Οἷη περ φύλλων γενεή, τοίδε καὶ ἀνδρῶν: id est, Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Colorem videlicet quo omnes pallebant, suggillans. Caunii verò quum hominẽ incessissent acriùs, quod urbem ut morbidam carperet. Ego, *inquit*, non morbidam dicere ausim, ubi mortui ambulant? urbaniùs multò acriusq; quàm priùs illudens. Ab hac civitate advehebantur fici, Caneæ dictæ. Cicero libro 2. de Divinat. Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidã in portu caricas Cauno advectas vẽdens, Caunas clamitabat. ¶ Est etiam CAVNVS, nomen proprium viri, cujus soror Byblis impotenter illum adamavit, à quo quum esset repulsa, sibimet mortem conscivit. Ovid. 9. Metam. Hinc locus adagio: Caunius amor, καύνιος ἔρως. De fœdo amore dicebatur, aut ubi quis ea desideraret, quæ neq; fas esset concupiscere, neq; liceret assequi. Diogenianus & Eustathius.

Caurĭum Ptolemæo, Lusitaniæ oppidum: alio nomine Cauta, vulgò *Corrà*.

Caūros, καῦρος, Insula erat, quæ postea dicta est Andros: deinde Antandros, Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgò *Andro*.

Caūrŭs, [ἀφρίκος. Ital. *Ponente maestro*. Germ. Der Wind so vom dem Sommertichen nidergang der Sonnen herwehet. Fland. Noit westen/west Pol. *Wiatr od zachodu słonca*. Vng. *Nap nyugati szel*. Ang *The north west wind*.] Ventus ab Occasu solstitiali flans; qui & Corus dicitur. Virgilius 3. Georg. Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Caus, untis, κάϋς, Vrbs Thelphusiæ terræ in Arcadia, ubi Caũsius tribus fy. labis. Aesculapius colebatur, Steph.

Caycus. Vide CAICVS.

Cāÿstĕr, [καΰστρος Stephano. Germ Ein fluß in Lydia / in welchem viel Schwanen sind / so auch an der Stat Epheso herlaufft.]. Fluvius Lydiæ, Sardibus proximus, cygnis abũdans: qui multos amnes secũ deferens Ephesum abluit. Dicitur ἀπὸ τῶ καύσθαι, quod est, amburi: quoniam propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Epheliæ prætorridæ & deustæ fertilis nulla, præter vitem, arbore sed vino præstantissimo, quod Vitruvius & Plin. Catacecaumenitem ex hac origine denominant.

Cāÿstri campi, κάϋστρια πεδία, Stephano, campi sunt fœcundissimi sub Sardibus: Lydorum urbe, Cori & Hermi campis contigui: ita dicti à Caystro vicino fluvio. Virg. Caystri prata vocat, lib. 1. Georg. Vide plura apud Strabonem, lib. 13.

Cāÿstrŭs, κάϋστρος, Oppidum est Ciliciæ mediterraneum, teste Ptolemæo, lib. 5. cap. 8.

C ante E.

Cĕă, sive Ceos (utroq; enim modo appellari autor est Plin. lib. 4. cap. 12.) Insula est sub Eubœa, bombycinarum vestium textrinis olim nobilitata. ¶ In hac enim insula Pamphila Latoi filia prima adorta est bombycum telas retorquere, easq; rursus texere, ut testatur idem Plin. lib. 11. ca. 22. Hinc Ceæ vestes dictæ sunt, quæ in hac insula ex bombyce tenuissimæ texebantur in usum fœminarum. Propertius: Et tẽnues Cea veste movere sinus. ¶ Ptolemæus hanc insulam Ciam appellat, ut hodie quoque vulgus nautarum. Vrbes olim habuit tres, Carthæam, Iulidem, & Caressum.

Ceadus, κήαδος, Ciconũ rex fuit, pater Trœzeni, & avus Euphemi: cujus meminit Hom. 2 Iliad.

Cebes, ebis, κέβης, Thebanus fuit Philosophus, cujus etiam hodie extant Dialogi, quibus ille duplicem humanæ vitæ speciẽ in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidã, & Laërtium.

Cebrēnĭă, κεβρηνία, Regiuncula est Troadis cũ oppido ejusdem nominis, non procul à Scepsi: cujus meminit Plin. lib. 5. cap 30. ¶ Sunt & Cebrenii in Thracia, dicẽte Strabone lib. 13. Est fluvius quidam Atisbus in Thracia, prope quem Cebrenii Thraces habitant. Multa enim apud Troës, & Thraces eisdem nominibus appellantur, ut Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Trojanæ portæ. Item Xanthi

Thraces, & Xantus Trojæ fluvius. Arisbuśque quoque in Hebrum immittit: Arisda Trojæ civitas est. Itē Rhesus apud Trojam fluit: Rhesus etiam Thracum rex fuit. Dicta est autem Cebrenia vel ab amne Cebrine (ut ex sententia Herodiani refert Steph.) vel, ut alii malūt, à Cebrione Priami notho, quā quam Straboni magis placet, Cebrionem potiùs à Cebrenia, vel (ut apud eum legitur) Cebrinia urbe nomen accepisse.

Cebrēnĭs, hujus Cebrenidis, fœm. patronymicū, κεβρηνίς. Ovid. 1. Metam. Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. Statius in Syl. - viduæ Cebrenidos arida luctu Flumina.

Cebrēnŭs, pen. prod. κεβρηνὸς, Nomen gentile. Ausonius:

Sic qui vænalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem, sit tibi pro pretio.

Cebrica Cherronesus, κεβρικὴ χερρόνησος, nominatur apud Steph in mentione Saxonum, fortè Cimbrica legendum.

Cebrĭŏnes, κεβριόνης, Filius fuit Priami, sed illegitimo toro natus, qui à Patrocló saxo ictus, interiit. Iliad. π:

Κεβριόνην τόξων ἠΐον ἀγακλῆος πεσάμοιο: id est,
Cebrionem haud propria Priamo de conjuge natum.

Cecina, Fluvius est Thraciæ, ad Volaterras, autore Pōponio lib. 2, & Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Cesena*.

Cecinna, Prænomine Aulus, Eques Romanus fuit, ex municipio Volaterrano: Ciceronis familiaris, & ab eo in causa quadam hæreditatis defensus: de qua re etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli civilis non contentus Pompeii partes sequi, edito etiam in Cæsarem libro, acerrimè eū insectatus est, ut est videre apud Ciceronem in Epist. Famil. ¶ Scripsit & librum de fulminum procreatione, quem Seneca se fatetur imitari. ¶ Fuit etiam Cecinna quidam ex Octavii Cæsaris scribis, cujus meminit Cic. in Epist. ad Atticum. ¶ Cecinna item alius fuit, ex Vitellii ducibus, qui apud Bebriacū cum Othonianis fœliciter dimicavit. ¶ Meminit & Suetonius in Tito cujusdam Cecinnæ, qui ob suspicionem conjurationis ab Imperatore ad cœnam invitatus, per proditionē interfectus est.

Cecrōps, [κέκροψ. Germ. Der erste König zu Athen.] Primus Athenienſium rex, qui annis quinquaginta regnavit. Hic Athenas instauravit.

Cecrŏpĭŭs, a, um, possessivum. κεκρόπιος. Virg. lib 4. Georgic. Cecropias innatus apes amor urget habendi.

Cecrŏpĭă. Oppidum à Cecrope conditore: nunc est arx Athenis. Plin. lib. 7. cap. 56. Oppidum, *inquit*, Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.

Cecrŏpĭs, idis, κεκροπὶς, Patronymicum fœmininum.

Cecrŏpĭdæ, κεκροπίδαι, Athenienses dicti sunt, à Cecrope rege. Ovid. 7. Metam. Phœbus in interius spatium, pulchrosque recessus Cecropidas duxit.

Cecryphalea, κηκρυφάλεια, Promontorium, seu insula Peloponnesi, juxta quam Athenienses ab Aegynetis prælio superati fuerunt, Steph.

Cēdăr. [קדר *kedhár*. κηδάρ.] Regio Arabiæ, ut apud Isaiam: Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (ut inquit Hieronymus) ex Ismaële Cedar & Agareni, qui perverso nomine Saraceni vocantur, generati dicuntur.

Cedreæ, κεδρέαι, Cariæ oppidū, cujus incolæ Cedreatæ, & Cedræi appellantur. Steph.

Cedrei. [ישבי קדר *jeschebé kedhár*.] Arabiæ populi sunt, Cancleis & Nabathæis finitimi: quorum meminit Plin. libr. 5. cap. 11.

Cedropolis, κεδρόπολις, Oppidū in Caria: à quo Cedropolitę.

Cedros, Insula est in Germaniæ litoribus: cedri genere sylvosa, inde electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrōsĭ, κέδρωσοι, Populi prope mare rubrum. Steph.

Cĕlădōn, pen corr. κελάδων, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens, apud Strab. lib 7. Georg. ¶ Est etiam Celadon nomen unius ex iis, qui unà cum Phineo in aula Cephei regis Aethiopum, Perseo vim inferre conati, perierunt Ovid. 5. Metamor. Occidit & Celadon Mendisius, occidit Astreus.

Celadone, nes, pen prod. κελαδόνη, Oppidum Locridis, apud Stephanum: à quo Gentile, Celadoneus, a, um.

Cĕlăduſă, κελάδουσαι, Exigua est insula maris Aegæi, Delo proxima, tam angusto freto ab ea divisa, ut catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene, & Artemite dicitur. In hac Delii mortuos suos sepeliebāt, religione scilicet prohibiti, ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem Belli Peloponnesiaci lib. 4. & Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Sunt item Celadusæ, parvæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adjacentes: quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 26.

Cĕlænæ, κελαιναὶ, Collis est Asiæ propriè dictæ, in quo urbs fuit ejusdem nominis, ex qua Antiochus Soter incolas transtulit in eam, quam à nomine matris Apamiam appellavit. Autor Strabo lib. 12. Plin. verò, lib. 5. cap. 29, Cælenas easdem facit cum Apamia. Tertius (*inquit*) conventus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas. Circa hanc urbem fluit Marsyas amnis: ibiq; volunt poëtæ Marsyam tibiarum cantu cum Apolline certasse. ¶ Celænas item alias collocat Plin. lib. 5. ca. 32. in ea parte Asiæ, quæ Phrygiæ superjecta est, juxta Andriā, Ancyram, & Colossas.

Cĕlænō, κελαινὼ, cum diphthongo, Fuit una ex Harpiis, ἀπὸ τῆς κελαινότητος: hoc est, à nigredine ita appellata. Virgil. 3. Aen. Vna in præcelsa consedit rupe Celæno Infelix vates.

Cĕlĕnō, κελενὼ, una ex Pleiadib. Atlantis & Pleiones nymphæ filia, cum qua Iupiter concubuit. Ovid.

. & te formosa Celeno,
Majam & Electram, Taygetamq; Iovi: scilicet cō cubuisse ferunt. Vide infrà de Pleiadibus.

Celegeri, Mœsiæ, quę Pannoniæ jungitur, populi: autor Plin. lib. 4. cap. 36, in descriptione Mœsiæ.

Cĕlĕndræ, arum, Oppidum Ciliciæ, cum portu ejusdem nominis apud Strabonem lib. 14. & Pomponium Melam. lib. 1, in Ciliciæ descriptione. Lucan. lib. 8: - sequitur pars magna senatus Ad profugum collecta ducem, parvisque Celendris, Quo portu mittitq; rates, recipitq; Selinus.

Cyleja, Norici oppidum, Plin. lib. 4. cap. 24. Vulgò *Cilia*.

Celerini, Citerioris Hispaniæ populi sunt, supra Braccaras & Gronios: quorum ager Avo fluvio irrigatur, ut indicat Ptolemæus lib 2. cap. 6, & Pomponius lib. 3.

Cĕlæthī, κέλαιθοι, Populi Thesprotiæ, vicini Thessaliæ, Steph.

Cĕlænă. pen. prod. Locus Campaniæ Iunoni sacer.

Cĕlæthră, κέλαιθρα, Vrbs Bœotiæ prope Arnem à Celethro quodam Stephanus.

Cĕlĕŭs, Duarum syllabarum, κελεὺς, Rex erat Eleusinæ, pater Triptolemi, cui Ceres, quòd esset ab illo excepta hospitio, cōmonstravit omnem agriculturæ rationem. Hinc locus factus proverbio: Celei supellex, pro vili & rusticana supellectile. Virg. 1. Georg. Virgea præterea Celei vilisq; supellex. Ovid. item lib. 4 Fastor. Plautus eum vocat Celionem: Quasi, *inquit*, supellex Celionis.

Cĕlmŭs, κέλμος, Nuntius fuit Iovis, quem & parvulus adhuc Iupiter plurimùm amavit. Cæterùm quum aliquando mortalem esse Iovem dixisset, Iupiter injuriæ memor, quum expulso Saturno rerum jam potiretur, in adamantem lapidem commutavit illum. Ovid. 4. Metam. Te quoq; nunc adamas quondam fidissime parvo Celme Iovi. Ab hoc ductum Adagium: Celmis in ferro: κέλμις ἐν σιδήρῳ. Dici consuevit de iis, qui præter modum suis fiderent viribus, tanquā inexpugnabiles, invictiq;, cæteris.

Cĕlsēnsēs, Populi sunt citerioris Hispaniæ apud Plinii libro 3. capite 3.

Cĕlsŭs, Plagiarius fuit Horatii temporibus, qui veterum poëtarum scripta suppilabat: quem sic notat lib. 1. Epist. ad Iul. Florum scribens:

Quid mihi Celsus agit monitus, multumq; monendus
Privatas ut quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo:
Ne, si fortè suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus.

¶ Fuit & Cornelius Celsus, varię eruditionis nomine à Quintiliano commendatus: qui & Rhetoricam multò quàm antè diligentiùs explicavit, & de re militari diligentissimè scripsit: nullumq; penè disciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ad nostra tempora nihil pervenit præter octo elegantissimos de Re medica libros, qui omnium manibus teruntur.

Celtæ, [κέλται. Germ. Die Völcker in Franckreich/ so zwischen den Wasseren Garunda/ Rhodano/ vnd der Seina/ oder Sequana gelegē sind.] Populi Galliæ Comatę, inter Garumnam & Sequanam fluvios: ita dicti à Celto Polyphemi filio, si Appiano credimus. Pomponius Mela, lib. 3: Populorū Comatæ Galliæ tria summa nomina sunt: terminaturq; fluviis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. ¶ A' Celtis etiam Celtiberi Hispaniæ populi originē traxisse credūtur, qui quū venissent ab Iberum Hispaniæ fluvium, ibiq; cōsedissent, assumpto ad nomen suum fluvii nomine, juxta quem confederant, Celtiberi, κελτίβηρες, dicti sunt: & regio eorum Celtiberia. Vulgò, *Aragon*. Lucan. lib. 3: - profugiq; à gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.

Cĕltĭbērĭcŭs, a, um, κελτιβηρικός. Nomen possessivum: ut, Bellum Celtibericum.

Cĕltĭcă, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conventu Hispalensi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 1.

Cĕltĭcă, κελτικὴ, Tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanā & Garumnā fluvios sita. Plin. lib. 4. ca. 17. Gallia, *inquit*, Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maximè distincta. A' Scalde, ad Sequanā, Belgica, ab eo ad Garumnā Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania: Aremotica antè dicta.

Cĕltĭcum,

Cĕltĭcum, κελτικὸν, Promontorium eſt Hiſpaniæ citerioris in Gallicorum tractu, in Oceanum, Occidentẽ verſus, quàm longiſſimè excurrens: idem cum eo, quod Ptolemæus Nerium, & vulgus nautarũ hodie *Finem terræ* appellat. Vide Pompon. Melam lib. 3.

Cema, Narbonenſis provinciæ fluvius, ex Alpium monte Cemeno profluſus. Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemelion, Oppidum Liguriæ, non procul à portu Herculis Monœci: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cĕmĕnŭs, κέμμενον ὄρος, Mons Narbonenſis Galliæ, non procul à Varo fluvio, ex quo Cema amnis profunditur: unde & monti nomen factum videtur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Cenchreæ, arum, κεγχρέαι, Portus eſt Corinthiorum, ad ſinũ Saronicum, quemadmodum Lecheæ alter portus ad ſinum Criſſeum, ſive Corinthiacũ. Spatium autem inter duos hoſce portus medium, Iſthmus appellatur. Plin. lib. 4. cap. 4: Anguſtiæ, unde procedit Peloponneſus, Iſthmus appellatur. In eo loco irrumpentia è diverſo, quæ dicta ſunt maria, omnem ibi latitudinem vocant, donec contrario incurſu equorum tantorum, in quinque M. paſſ. intervallo, exeſis utrinque lateribus, anguſta cervice Peloponneſum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur ſinus. Lechæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarum termini, longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plauſtris tranſvehi prohibet.

Cĕnchrĭŭs, κέγχριος, Fluvius eſt Ioniæ, non procul ab Epheſo, lucum Ortygiam irrigans, ubi Latona Dianam & Apollinem creditur peperiſſe. Tacitus lib. 3, de Epheſiorum legationibus ad ſenatum miſſis. Primum, *inquit*, omnium Epheſii adiêre, memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam manat, adniſam, edidiſſe numina, deorumq; monitu ſacratum nemus.

Cenæum, Vide CAENEVM.

Cenæus, Vide CAENEVS.

Cenina, Latii oppidum fuit, à Romulo deletum: cujus meminit Plin. lib. 9. cap. 5. Rectiùs Cænina.

Cenomani, κενομανοί, Fuerunt Populi Galliæ Ciſalpinæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 19, quorum caput Brixia fuit. ¶ Sunt etiã Galliæ Celticę populi, Andegavis finitimi: quorum etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgò *Les Manceaux*: & regio ipſa Cenomania. Vulgo *Le Maine*.

Centauretus, Galata quidã fuit, qui Antiocho rege occiſo, equo ejus potitus, cum ovans conſcendit. Quod ille indignè ferens, præceps in abrupta deſiliit, unaq; cũ ſeſſore eſt examinatus, ut ex Philarchi ſententia refert Plin. lib. 8. cap. 42.

Cĕntaŭrī, [κένταυροι. Ger. Böteker in Theſſalia ſo die Roſſe von erſten gezemmet vnd geritten haben.] Theſſaliæ populi, ſecus Pelion montẽ habitantes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factum eſt, ut à vicinis populis primùm conſpecti, membra partim humana, partim equina habuiſſe credẽtur. De horum origine ſic fabulantur Poëtæ: Ixionem à Iove deorum immortaliũ menſæ adhibitum, Iunonis amore captum fuiſſe, eamq; de ſtupro interpellaſſe. Quod quum illa viro ſuo indicaſſet, Iovem Ixioni nubem ſubjeciſſe in uxoris imaginem transformatã, eamq; Ixionem pro Iunone cõpreſſiſſe, & ex ea Centaurós generaſſe: qui inde Nubigenæ dicti ſunt. Cui fabulæ anſam præbuiſſe videtur caſtellum nomine νεφέλη, Centaurorum ſedes. νεφέλη enim Latinè nubem ſonat: Hi quũ in nuptiis Pirithoi vino madentes ſpõſam rapere conarẽtur, à Theſeo & Lapithis partim cęſi, partim in fugã acti ſunt. ¶ Vnde locus factus Adagio: Mens nõ ineſt Centauris, νοῦς οὐκ ἔνι τοῖς κενταύροισιν. In væcordes & ſtultos dicebatur, & qui conarẽtur, quod effici nõ poſſet. Adagiũ à Diogeniano refertur, isq; convenire putat in cõtentioſos & alieni appetentes: propterea quòd Centauris exitiũ attulerit rerum alienarũ appetentia. Iidem & Hippocentauri dicti ſunt, quòd equis inſidentes, boves œſtris agitatas, ſtimulis ad tecta revocárint. Eſt enim κεντεῖν, ſtimulare & pungere. Cẽtaurorũ nomina, qui magis inſignes fuerunt, hæc ſunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Grymeus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medõ, Piſenor, Caumas, Mermeros, Pholus. Hic Herculem ſuſcepiſſe dicitur hoſpitio. Luc. lib. 6: Hoſpes & Alcidę magni Phole ¶ Eſt etiã Cẽtaurus navis nomẽ apud Virg. 5. Aen. Cẽtauro, *inquit*, invehitur magna.

Cĕntaŭrŭs, Αἴτωλος; Fluvius Aetoliæ eſt, qui priùs Evenus dicebatur, poſt Neſſi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poëtis Centaurus vocitatus.

Centinum, κεντινον, Vmbriæ oppidũ, apud Ptolem. lib. 3. ca. 1. Alii Sentinum ſcribunt per ſ, quibus etiam Plinius ſuffragatur, qui in Vmbriæ deſcriptione Sentinatium meminit.

Cĕntrŏnēs, Populi ſunt qui inter alpinas gentes Plin. commemorantur lib. 3. cap. 20.

Centumperanea, Inſula eſt in agro Sentinatum, Nicolai Perotti patria.

Centuripe, es, ſive Centuripæ, arum, κεντυρίπαι Ptolemæo. Oppidũ eſt Siciliæ ſub Aetna monte, Symætho fluvio, & Catanæ urbi proximum, ut tradit Strabo libro 6. ¶ Hinc Centuripini populi, quorum meminit Plinius libro 3. capite. 8. Et Crocum Centuripinum, apud eundem lib. 21. cap. 6. Vulgò *Centorbe*.

Cephalas, κεφάλας, Promontorium altum & ſylvoſum majoris Syrtis initium, Strab. lib. ult.

Cephaledium, Straboni, Cephaledis Plinio, Oppidũ eſt Siciliæ, non procul ab Himero fluvio. Vide Plin. lib. 3. cap. 8, & Strab. lib. 6. Vulgò *Cifalu*.

Cephalotomi, κεφαλότομοι. Colchicę regionis populi. Autor Plinius libro ſexto, capite quinto, in deſcriptione regionis COLCHICAE.

Cephalene, κεφαλλήν, vel Cephalenia, κεφαλληνία, cum e longo poſt l, Inſula Ionii maris, à Cephalo Amphitryonis ſocio: vel à Cephalo Dejonei filio dicta. De hac Strab. lib. 10: Non dubitavêre pleriq; Cephaleniam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Alii Taphios & Cephalenios eoſdem dixêre Teleboas, & adverſus illos Amphitryonem exercitũ ductaſſe, aſſumpto ſocio Dejonei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Inſula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidiſſe, ab eoq; nomen habuiſſe inſulam. Hinc populi Cephalenes, κεφαλλῆνες, qui Vlyſſem ad bellum Trojanũ ſequuti ſunt, ut eſt videre apud Hom. in Catalogo navium.

Cephaloedis, Siciliæ fluvius, cujus meminit Plin. lib. 3. ca. 8. in deſcriptione Siciliæ. Hodie *Cephalodum*.

Cĕphălŭs, κέφαλος, Aeoli filius, ſive (ut alii tradunt) Dejonei & Aeoli nepos. Hic Procrin Erichthei, vel ſecundùm Servium, Hyphili regis filiam uxorem habuit: ſed non minùs etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælapem, & duo haſtilia, omnia quæ vellet, contingentia (erat enim venator inſignis) dederat. Quapropter uxor ſuſpicans maritum ſuum alterius mulieris amore captũ, furtim eum in ſylvam ſecuta eſt: & ut experiretur an alterã adamaret, inter virgulta ſe abſcondit. Laſſus itaq; æſtu, laboreq; Cephalus, quum ſe ad virgulta recepiſſet, ſub arboris cujuſdam umbra recumbens, Auroram invocabat. Quapropter ſuſpicata Procris, pellicem eſſe eo nomine, quam ille vocaret, quò rem omnẽ meliùs cognoſceret, propiùs voluit accedere. Videns itaq; Cephalus virgulta commoveri, feram ratus, jaculum immiſit, atq; ita inſciens uxorem interfecit. Vide latiùs hanc fabulam apud Ovidiũ 7. Metam. Hunc poſtea ab Aurora raptum, idem Ovid. autor eſt lib. 3. de Arte amandi: Latmius Endymion non eſt tibi Luna pudori, Nec Cephalus roſeæ præda pudenda deæ. Neq; tamẽ deſunt, qui à Iove in lapidem converſum tradunt. ¶ Alter fuit Cephalus, Athenienſis orator, qui primus procœmia & epilogos induxit. Autor Suidas. Hujus Cephali Aeſchines & Demoſthenes in orationibus adverſariis meminerunt.

Cēphēus, [κηφεύς. Germ. Ein König der Mohren/vnd ein vatter *Andromedæ*] teſte Ovidio, Aethiopũ rex fuit, Andromedæ pater, quam Perſeus periculo liberatam uxorem duxit. Hic poſtea unà cum uxore Caſſiopea & Andromede filia, & genero Perſe, in cœlum tranſlatus dicitur. ¶ Oritur Cepheus in 15. parte Capricorni.

Cēphēĭŭs, Ovid. 4. Metam. Cepheïa conſpicit arva.

Cephis. Statuarius nobilis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Cephiſia, [κηφισία. Ger. Die Landtſchafft Cephiſia in Griechenlandt.] Attica regio: nam Cecrops Athenarum cõditor omnem ejus regionis multitudinem in XII. urbeis digeſſit. Sed Theſeus poſtea has omneis in unam Athenienſium civitatẽ congregavit. Dicta Cephiſia à Cephiſo amne. ¶ Eſt & Cephiſia fons Atticæ, ſicut Larine, Callirhoë.

Cephiſis, κηφισίς, Lacus eſt juxta Atlanticum mare quẽ Mauri Electrum vocant, quod ſole fervefactum electrũ è limo dare creditus ſit. ut ex Aſarubæ ſententia tradit Plin. lib. 37. ca. 2.

Cephiſodorus, κηφισόδωρος, Athenienſis Tragicus, antiquę tragœdiæ ſcriptor, cujus fabulas enumerat Suidas. ¶ Cephiſodorus item ſtatuarius, Praxitelis filius. ¶ Alius prætereà inter præcipuos pictores. Plin. lib. 35. cap. 9.

Cephiſodotus, κηφισόδοτος, Statuarius apud Plinium lib. 34. ¶ Fuit item Cephiſodotus Athenienſium dux, qui rei malè geſtæ damnatus in obſidione Alopeconneſi quinq; talẽtis mulctatus eſt. Autor Suidas

Cephiſius, pen. prod. κηφισός, Fluvius eſt per Bœotiam fluens, magna ex parte torrentis inſtar in mare Phaleræum ſe cõdit. Ortum habet in radicibus Parnaſſi montis, Lucanus libr. 3: Bœoti coiére duces quos impiger ambit Fatidica Cephiſus aqua, &c. Cephiſi aquas fatidicas dicit, propter Themidis oraculum, fluvio huic vicinum, à quo Deucalioni & Pyrrhę ratio oſtenſa eſt, qua genus humanũ poſſet reparari. ¶ Cephiſides & Cephiſia ora, apud Ovidium. Hujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

Cepio, Nomen Romani civis, qui cum Druſo inimicitias habuit:

buit: unde origo ſocialis belli, & exitia rerum, ut Aſconius & Valerius Maximus teſtantur. ¶ Fuêre & alii Cepiones: nam & Catonis Vticenſis frater Cepio dictus eſt. ¶ Et Cepio Servilius, is cujus culpa Romanus exercitus à Cimbris deletus eſt: quo nomine accuſatus, damnatusq; in exilio periit. ¶ Fuit & Q. Cepio Servilius, qui de Cilicibus triumphavit: ſed poſtea reus, damnatusq; in Gemoniis ſcalis manu carnificis laceratus traditur, ut refert Valer. Maxim.

Cepæ Plinio, κῆπαι Suidæ, Vrbs eſt ad Boſphorum Cimmerium, Miletiorum colonia: cujus meminit & Pompon. lib. 1.

Cerambycas, κεραμβύκας, Fluvius & inſulani Cerambycę, Vide CARAMBVCIS.

Cĕrămĭcŭs, κεραμικὸς, Carię ſinus eſt non longè ab Halicarnaſſo nobiliſſima urbe. Autor Pomp. libro 1. In Cariæ deſcriptione, & Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas ſcribit his verbis: Athenis Ceramici, loci duo erant: unus in civitate, alter extra civitatem: in quo qui in bello cecidiſſent, publico ſumptu ſepeliebantur, funebriq; oratione ornabantur. Qui verò in urbe erat, locus erat, & certa, conſtitutaq; ſedes meretricibus. ¶ Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida autore, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vide Eraſmum in Proverbiis: Lampadem tibi curſu trado. ¶ Ceramici meminit etiam Plinius, cujus ex trigeſimo ſexto verba hæc ſunt: Opera Praxiteli ſunt Athenis in Ceramico. Poteſt autem videri ex eo derivatum, quòd κέραμος tegulam ſignificat.

Ceramus, κέραμος, Oppidum Cariæ in conventu Alabandico: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Ceraſtæ, Inſulæ ſunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine eſt Aethiopiæ. Autor Plin. lib. 5. cap 9.

Ceraſtis, κεράστις, ἡ κεραστιὰς Stephano, Dictus eſt Cyprus: quoniam homines ceraſtas cornibus inſignes eam olim tenuiſſe quidam ſcribunt. Alii quòd procurrentibus promontoriis, velut infeſtis cornibus aſſurgat. Vulgò *Chipre.*

Cĕrăſūs, ſuntis, [κέρασος. Germ. Ein Statt in Ponto, von welcher man zum erſten die Kirſen in Italiam gebracht hat.] Vulgò *Zeſano.* Vrbs Ponti à Lucullo expugnata: unde ceraſa primùm in Italiam tranſlata ſunt. Hieronymus ad Marcel. Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum talibus, & tàm virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarent: ſiquidē hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubjugatis, de Ceraſunte primus Romam pertulit: unde de patria arbor nomen accepit. Pompon. Raræ urbes, Ceraſus & Trapezus maximè illuſtres.

Cerathus, fluvius Cretæ, Gnoſſum urbē præterlabens: à quo & Gnoſſus ipſa aliquādo Cerathus vocata fuit, teſte Strabone, lib. 10.

Cĕrāthēŭs, a, um, Virgilius in Cyri: Carpathium fugiens & flumina Cerathea.

Cĕrāunĭă, ſive Ceraunii, [κεραύνια. Ger Das Gebirg ſo durch *Epirum* gegen Nidergang an das Adriatiſch Meer ſtoſſet / heißt jetzt *Montes de Chimera.*] Montes ſunt Epiri, in mare uſque extenſi, ubi Ionium mare ab Adriatico ſeparatur: ita dicti ἀπὸ τῶν κεραυνῶν: hoc eſt, à fulminibus, quibus ſæpè impetuntur. Ovid. de Ponto, eleg. 6. Quum poteram recto tranſire Ceraunia velo, Vt fera vitarem ſaxa, monēdus eram. Lucan. lib. 5: oræq; malignos Ambracię portus, ſcopuloſa Ceraunia nautę Summa timent. ¶ Pro iiſdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3: Quj vidit mare turgidum, & Infames ſcopulos Acroceraunia. Plinius in Procæm. libr. 4: Tertius Europæ ſinus Acroceraunijs incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunii mōtes in Aſia, in Caſpium pelagus obverſi, ut eſt autor Pomp. lib. 1. Quin & Taurus mons in univerſum Ceraunius appellatus fuit, teſte Plin. li. 5. ca. 27.

Cĕrāunī, Populi ſunt Dalmatiæ apud Plin. lib 3. cap. 22.

Cĕrāunŭs, κεραυνὸς, Cognomen unius ex Ptolæmeis Aegypti regibus, ab audacia & ingenii velocitate impoſitum. Autor Pauſanias. ¶ Eſt item Ceraunus Cappadociæ fluvius: ita dictus, quòd fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κεραυνὸν Græci fulmen appellant. Meminit hujus fluvii Plinius lib 6. cap. 3.

Cĕrbălŭs, Apuliæ amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.

Cerbenía, apud Steph. pro Cebrenia malè ſcribitur.

Cĕrbĕrŭs, pen. corr. [κέρβερος. Germ. Ein Hund mit dreyen Köpffen / ſo vor der Hellen ligt vnd deren hütet.] A` poëtis fingitur eſſe canis triceps, inferorum cuſtos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum eſſe iidem fabulantur. Mythologici terrā interpretantur: dictumq; volunt Cerberum, quaſi κρεοβόρον: hoc eſt, carnem vorantem: quod terræ proprium eſt, quæ ſibi credita corpora omnia conſumit. ¶ Alii ſerpentem fuiſſe volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cujus veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur eſſe aditus, Ditis canem dixerunt: quem quum Hercules trucidaſſet, nata eſt fabula, Canē tricipitem interemiſſe: quanquam hoc alii ad virtutem ejus, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena cō tempſit ac domuit. ¶ Cerberus etiam dictus eſt canis Alexādri Epirotæ, leonibus congrediens.

Cercaphus, κέρκαφος, Filius Poleadę (Steph. in Camiro) à quo Rhodiæ mulieres Cercaphides. Meminit ejus etiā in Lindo.

Cercaſi Aegypti populi, juxta quos ſcinditur Nilus, in Peluſium fluens, & Canopum. Autor Herod. lib. 2.

Cĕrcēĭs, κερκὶς, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia: ita dicta à texendo. κέρκις enim radium textorium ſignificat.

Cerceræ, Populi ſunt ad Pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teſte Plin. lib 6. cap. 5, & Strabone lib. 11. Pomp. lib. 1. Cerceticos vocat.

Cerceti, Montes ſunt Theſſaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8: In Theſſalia ſunt quatuor atq; triginta montes, quorum nobiliſſimi Cerceti, Olympus, Pierus, Oſſa, &c.

Cercĭdas, κερκίδας, Optimus legiſlator Megalopolites fuit, Stephanus.

Cercina, Inſula eſt maris Libyci cum urbe ejuſdem nominis, ex adverſo minoris Syrtis ſita. Autores Pomp. & Plinius lib. 5. capite 7.

Cercinĭtis, Parva inſula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem verſus ponte jungitur. Autor Plin. lib. 5. in deſcriptione inſularum, quæ ſunt ex adverſo Africæ.

Cĕrcōpĕs, penult. prod. κερκῶπες, Populi fuerunt Pithecuſæ inſulæ, quī quum nullo flagitii genere abſtinerent, à Iove in ſimias mutati ſunt, ut fabulatur Ovid. 14. Metam. ¶ Cercopes, Item fratres duo fuerunt, Paſſalus, & Achemon, ſive (ut apud Suidam legitur) Acmon: de quibus vide ſuprà in dictione ACHEMON. ¶ Cercopum cœtus, ἀγορὰ κερκώπων, Do conciliabulo, conventuq; verſutorum & improborum hominum dicebatur.

Cercyon, [κερκύων. Germ. Ein groſſer Mörder vnd Straſſenräuber in Griechenlandt / welchen Theſeus vmbbracht hat.] Latro fuit inſignis, quem Theſeus totam Atticam regionem latrociniis infeſtantem, immani ferocia & membrorū robore curvantem trabes, & altiſſimas pinus ad terram trahentē, ut hoc modo homines diſcerperet, apud Eleuſim Atticæ urbem interemit. Ovid. lib. 7: Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis. ¶ Fuit & Cercyon Theſſaliæ rex, qui Aloxen urbem ab Alopes filiæ ſuæ nomine appellavit.

Cercyra, κέρκυρα, Inſula eſt maris Ionii, quæ à Latinis litera una immutata Corcyra dicitur. Vulgò *Corphu.*

Cerdanitæ, κερδανῖται, Populi felicis Arabiæ, Stephano.

Cerdonia, Oppidum eſt in via Appia, qua iter erat Brundūſium Strabo lib 6.

Cere, Vide CAERE.

Cerealis, quæ alio nomine Ebura dicitur, Plinio commemoratur inter Hiſpanię Bæticæ urbes, lib. 3. cap. 1.

Cĕrĕs. [Ger. Die Göttin des Getreids.] Dea frugum putabatur ab antiquo verbo Cereo dicta: Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicitur: quia nos alit: vel (ut Cicero lib. 4. de Nat. deor. ſcribit) dicta eſt, tanquam geres, à gerendis frugibus, prima litera immutata. A` Græcis δημήτηρ quaſi γημήτηρ dicitur: hoc eſt, terræ mater, quòd cunctarum frugum creatrix ſit, & altrix. Græci Cererem etiam Theſmophoron vocāt: hoc eſt, legumlatricem: quia antequam illa agriculturæ uſum docuiſſet, homines nulla lege vivebant: poſtea Cereris beneficio monſtrato uſu frugum, cœptum eſt de agrorum finibus, qui antea nulli erant uſui, diſceptari: quam primam volunt fuiſſe legum & juris originē. ¶ Hæc quandoq; Luna dicitur, ſicut Liber pro Sole ponitur. Virg. lib. 1. Georg. - vos ô clariſſima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. ¶ Ponitur interdum Ceres pro ipſo pane, ſicut Liber pro vino. Terēt. in Eunuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus. ¶ Cereri ſacrificant. Dici ſolitum, ſi quando in convivio deeſſet vinum: propterea quòd in hujus ſacris nefas eſſet inferre vinum. Plaut. in Aulul.

Cĕrĕālĭs, le, Quod ad Cererem pertinet. δημητριακός. ¶ Cereales autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerāt: quorum creandorum autor fuit C. Iulius Cæſar. ¶ Cereales ludi, in honorem Cereris facti. Liv. 10. bel. Pun. ¶ Cœna Cerealis. Plaut. Menæch. Cereales cœnas dat, ita menſas extruit, &c. Cereale papaver. Virg. 1. Georg. Nec non & lini ſegetem, & Cereale papaver. Vbi Servius Cereale papaver, vel quod eſt eſui, ſicut frumētum: vel quo Ceres uſa eſt ad oblivionem doloris.

Cĕrĕālĭă, orum, δημήτρια, τὰ, Dicuntur ſacra Cereris à Triptolemo inſtituta, quæ Plin. etiam lib. 24. Theſmophoria vocat, à Cerere Theſmophora: hoc eſt, legumlatrice. Plutarchus quoque Adonia vocat. Hæc autem feſta tanta religione celebrabantur, ut feriæ pollutæ crederentur, ſiquis eo tempore cum

uxore

uxore concubuiſſet. Vnde extat elegans elegia apud Ouidiũ, qua cum Cerere expoſtulat, quòd ejus feſto ſibi cum amica concumbere non liceret. Prętereà in ſacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Vnde Plaut. in Aulul. jocandi anſam ſumpſit, Megadorum Cereri nuptias eſſe facturum, quòd nihil ad nuptias vini eſſet allatum.

Ceretum, & Ceretani. Vide CAERETVM.

Ceriada, κεριάδα. Vicus in Hopothoontide tribu. Steph.

Cērīnthŭs, κήρινθος, Oppidum in Eubœa inſula, Plin. lib. 4. capite 13.

Cerinthus, Hęreticus, [Germ. Ein Ketzer zu der zeit S. Johannis des Evangeliſten / welcher die Gottheit Chriſti verleugnet.] cujus meminit Dionyſius, quum de Iohannis revelatione diſſerit. Cerinthus, *inquit*, affirmabat futurum regnũ CHRISTI voluptarium, mores ſuos faſſus, quòd gulæ luxuriæq; deditus eſſet. Irenęus etiã ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Ex Euſebii lib. 3.

Cerites, pen. corr. Vide ſuprà in dictione CAERE.

Cermorum, Oppidum Macedoniæ apud Plin. lib. 4. ca. 10. in deſcriptione Macedoniæ.

Cērnă, vel Cerne, Inſula eſt Aethiopici maris, de qua ſic Plin. ſcribit lib 6. cap. 31: Contra ſinum Perſicũ Cerne nominatur inſula adverſa Aethiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum à continente conſtat. Aethiopas tantùm populos habere traditur.

Cernetani, qui & Mariani dicti ſunt, Italiæ populi ſunt, juxta Caſinum & Bovillas: ita dicti à Cerneto oppido, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cērvārĭă, Locus eſt in Galliæ & Hiſpaniæ confinio, nõ procul à templo Veneris. Pomp. lib. 2.

Cēſcŏs, κίσκος, Pamphylię, ſeu, ut Suidę videtur, Ciliciæ urbs, cujus cives ob vecordiam, ſtultitiamq; vulgò malè audiebãt. Iuxta Ceſcum urbẽ fluvius erat, cui nomen ἄφρις, id eſt, amens. Vnde tractum proverbiũ: Ceſcon habitas, κίσκον οἰκῆς, In ſtupidum & bardum dicebatur. Quadrabit & in cœtum aut conciliabulum hominum ſtultorum.

Ceſena, Oppidum eſt Piceni non procul à Cliterna, etiam hodie nomen retinens. Plin. lib. 3. cap. 15.

Ceſperia, ſive Caſperia. Vrbs fuit Sabinorum, ex qua Turnũ auxilium habuiſſe contra Aeneam. Maro autor eſt, lib. 7. Ceſperiamq; colunt. Melius per a in prima ſyllaba.

Ceſſero, Narbonenſis Galliæ oppidum, in tractu Meminorum, non procul à Carpentoracte. Plin. libro 3. capite 4. Vulgò *Caſtres*.

Ceſtrĭă, Epiri oppidum. Plin. lib. 4. cap. 1. & Ceſtrini. Ceſtriæ incolæ eodem autore, in Proœmio lib. 4.

Cēſtrŭs, κέστρος, Fluvius eſt Pamphyliæ, apud Strab. lib. 14.

Cēthēgŭs, Orator fuit facundiſſimus Africani majoris ætate, quem Ennius (ut Quintilianus refert) Suadæ medullam vocat. Meminit ejus & Cicero in Bruto. ¶ Fuit etiam Cethegus unus ex principibus Catilinarię cõjurationis: cujus frequens eſt mentio apud Ciceronem in Catilinam.

Cetíi, Populi ſunt Aſiæ, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluvio nominati. Strabo lib. 13.

Cetíus, Mons eſt in Norico, Germaniæ regione. Ptol. lib. 2. ca. 14. Vulgò *Katemberg*.

Ceūcī, Populi citerioris Hiſpaniæ in cõventu Lucenſi: de quibus Plin. lib. 3. cap. 3.

Cēŭs. Vide COEVS per œ diphthongum.

Ceyx, icis, pen. genitivi prod. κήϋξ Suidæ, rex fuit Thraciniæ, Lucifer filius, & maritus Alcyones filiæ Aeoli, qui quum ob cauſam fratris in accipitrem mutati, ad Clariũ oraculum conſulendum navigaret, tempeſtate deprehenſus eſt & ſubmerſus. Quare quum ſtatuto tempore non rediret, Alcione multa quotidie vota pro viri ſalute ſuſcipiebat. Tandem in ſomnis monita, naufragio eum periiſſe: quum ad deflendum miſerabilem viri caſum manè ad littus veniſſet, unde ille ſolverat, cadaver quoddam fluctibus ad littus vidit expelli: quod quum viri ſui eſſe cognoviſſet, ac per undas ad illud éxilire vellet, deorum miſeratione in Alcyonem converſa, ad os mariti advolavit: qui & ipſe oſcula uxoris ſentiens, in Alcyonem commutatus eſt. Fabulam hanc refert Ovid. 11. Metam.

C ante H.

Chaa, Peloponneſi urbs eſt, Lepræo proxima, ad campum Ephaſium: cujus cauſa bellum inter Arcades & Pylios conflatum eſt. Vide Strabonem lib. 8.

Chaaſſa, Vicus eſt Aegypti apud Strab. lib. 16.

Chabareni, χαβαρηνοί, Populi Scythici ad Chalybem fluvium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nanciſci poterant, mammas crudas edebant, & pueros devorabãt. Stephanus ex ſententia Eudoxi.

Chabria, Vicus eſt Aegypti in ea parte, quæ Arabiæ eſt confermina. Strabo lib. 17.

Chabrias, χαβρίας, Athenienſis philoſophus, & Imperator inclytus. Hic dicere ſolebat terribiliorem eſſe exercitum, cervorum duce leone, quàm leonũ duce cervo. Hujus res geſtæ recenſentur à Demoſthene in oratione adverſus Leptinem.

Chadiſia, χαδίσια, Fluvius eſt, & oppidum ejuſdem nominis in Cappadocia, ſive Leucoſyria, in finibus Themiſcyræ, non procul à Lycaoſtro. Autor Plin. lib. 6. cap. 3.

Chadramotitæ, χαδραμωτῖται, Populi ſunt Arabiæ Troglodytis proximi. Plin. lib. 6. cap. 18.

Chæreæ, χαιρέαι in gignendi caſu, ſubaudiendum urbs in Aegypto eſt. Gentile Chæreotes.

Chærēmōn, onis, χαιρήμων, poëta Comicus, cujus fabulas enumerat Suidas. ¶ Fuit & alter ejuſdem nominis, qui Hieroglyphica ſcripſit: cujus etiam meminit Suidas.

Chærephon, [χαιρεφών. Germ. Ein *Philoſophus* zu Athen / der ſich Kranck geſtudiert hat.] Athenienſis philoſophus fuit, diſcipulus Socratis: qui tàm pertinaciter philoſophiæ incubuit, ut maximum inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ortum eſt proverbium: ὠδὲν διοίσας χαιρεφῶντος: hoc eſt, Nihil à Chærephonte differs: quoties hominẽ pallore & macie confectum volumus indicare. Autor Suidas.

Chærĭs, χαῖρις, Citharœdus ineptus fuit, cujus meminit Ariſtophanes in Comœdia, quæ inſcribitur ἀχαρνῆς, Suidas.

Chærōnĕă, χαιρώνεια, Vicus eſt Bœotiæ, Plutarchi patria, Athenienſium clade nobilitatus. Hujus meminit Plin. lib. 4. ca. 7. Stephano urbs eſt in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta, Apollinis & Therûs filio. Hellanicus ſcribit Athenienſes poſt Orchomenos Chęroneam quoq; Orchomenio-rum urbẽ cepiſſe. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine Homerus utitur. Hinc Chæroneus, & fœmininum Chęronis, poſſeſſivum Chæronicus. Steph.

Chalæon, teſte Plin. lib. 4. cap. 3: Locrorum portus, VII. M. paſſuum diſtans à Delphis.

Chalambrii, χαλαμβροί, qui à loco Libyæ ſic appellantur. Heſychius.

Chalame, Civitas Perſidis, quæ nũc appellatur *Acthiſiphon*.

Chalaſtra, χαλάστρα, Vrbs Macedoniæ juxta quam Axius influit in Thermæum ſinum, inquit Strabo, à Chalaſtra proximo portu dicta.

Chalaſtricus, ſtrica, um, adjectivum: ut, Chalaſtricum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10.

Chālcē, χάλκη, Inſula eſt cum oppido, circa Rhodũ. Plin. lib. 5. capite 11.

Chalcea, χαλκέα, τά, Lybiæ urbs Polyhiſtori, quem valdè reprehendit Polybius, non civitatem eſſe ſcribens, ſed χαλκουργεῖα: id eſt, ærarias officinas. Chalcęa verò, χαλκαία, ἡ, in Caria eſt. Gentile Chalcæates, Stephanus.

Chālcēdŏn, [χαλκηδών: Vulgò *Calcedonia*. Germ. Ein Stadt im Land Bithynia des minderen Aſiæ gelegen / gegen Conſtantinopel über.] Vrbs Bithyniæ, juxta Boſphorum Thracium, ex oppoſito Byzantii. Hanc Megarenſes condidêre. Cæci id circo appellati, quòd non potiùs oppoſitum litus elegiſſent, in quo poſtea conditum eſt Byzantium, tantò fœliciore modis omnibus ſede. Hic olim magna ſynodus celebrata eſt, quæ inter octo numeratur, quibus Eccleſia præcipuũ impertitur honorem. Vide Plin. lib. 5. cap. ult. Ejus meminit Pomponius lib. 2. Europam, *inquit*, ab Aſia ſtadiis quinq; diſterminat Thracius (ut dictum eſt) Boſphorus. Ipſis in faucibus oppidum, in ore templum eſt, oppidi nomen Chalcedon: autor Argias Megarenſium princeps, templi numen Iupiter, conditore Iaſone.

Chalcedon, Stephano, Vrbs Bithyniæ, juxta fauces Ponti: [Germ. Ein fürnemme Statt in Bithynia.] civis Chalcedonius & Chalcedonis fœminini generis. Strabo lib. 12: Dextra pars Ponti, *inquit*, Chalcedonis vocatur, à templo Iovis Vrii & fauci-bus Ponti, inquit Menippus: ad Chalcedonem urbem navigganti, & continentem ad ſiniſtram habenti, ſtadia ſunt centũ & viginti: à Chalcedone verò uſq; ad Acritam ſtadia ſexaginta. Nominata eſt à Chalcido nomine fluvio.

Chālcetĭs, idis, χαλκῆτις, Inſula quædam, cujus meminit Menippus, Stephanus.

Chalcetorium, χαλκητόριον, Vrbs Cretæ, Civis Chalcetorius vel Chalcetor, Steph.

Chalcerĭtis, idis, inſula eſt in Ponto Marti ſacra. Vnde etiam Aria dicitur. Plin. lib. 6. cap. 12.

Chālcĭă, inſula maris Aegæi, quam inter Sporadas Plin. enumerat, lib. 4. cap. 13.

Chalcidene, Syriæ fertiliſſima regio, ut ſcribit Plin. in deſcriptione Cœles Syriæ lib. 5.

Chālcĭŏpē, pen. corr. χαλκιόπη, Aeetæ regis Colchorum filia fuit, ſoror Medeæ, & uxor Phryxi. Hujus meminit Flaccus lib. 9. Argonaut.

Chālcĭs, idis. [χαλκίς: Vulgò *Negreponte*. Germ. Die Haupt-ſtatt in der Inſel *Eubœa*, Gemeinlich wird ſie genennet *Negreponte*.] Eubœæ urbs præcipua, ab Aulide, Bœotiæ portu, exiguo euripo diviſa, vetus Athenienſium colonia: ita dicta (ſi Stepha-

no credimus) à Chalcide filia Asopi: aut certè, quòd æreariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. ¶ Est & alia Chalcis, agri Corinthii oppidũ. ¶ Tertia Aetoliæ, Acheloo fluvio irrigata. ¶ Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & aliæ ejusdẽ nominis urbes, quæ enumerantur à Stephano. Olim etiam Stymphalus vocabatur, & Hypochalcis, quod sub Chalce monte sita sit, nunc *Halicarna*. Inde Chalcideus, & mulier Chalcis, ut ipsa urbs, possessivũ Chalcidicus. Homerus, χαλκίδα τ' ἠδ' Ἐρέτριαν τε. Vocantur etiam Chalcides in vico quodam Siciliæ, qui ex Eubœa migraverunt. Chalcidicus est Siciliæ mons. Est & Chalcis in Mesapia Italiæ urbs septima insula cũ urbe ejusdem nominis juxta Lesbum, unde Chalcideis. Est item Chalcis locus profundus & cavus ad mõtem Atho. Stephan. Vide HYPOCHALCIS.

Chălcĭdĭcŭs, a, um, χαλκιδικὸς, Possessivum à Chalcide formatum. Virg. 6. Aeneidos; Chalcidicaq; levis tandem superadstitit arce. Vbi Chalcidicam arcem vocat Cumas, Chalcidensium coloniam.

Chalcĭtis, χαλκῖτις, Insula est è regione ostii Rhindaci, Bithyniæ fluvii. ¶ Est item Chalcitis, corpus metallicum, mediæ inter μίσυ & σῶρυ substantiæ, illo crassior, hoc tenuior: unde & in metallis inter hæc duo media invenitur. Dicta Chalcitis, tùm quòd ad æris colorẽ tendat, tùm quòd ea æs augeatur. Hodie Seplasiarii pro Chalciti Chalcanthũ substituunt. Vide Gal. lib. 9. Simp. & Plin. lib. 34. cap. 12.

Chălcōdŏnĭŭs, χαλκωδόντιον, Mons supra Pheras est.

Châldæă, cum æ diphthõgo. [ארץ כשדים *schinhár éretz Chasdim*. χαλδαίων χώρα. German. Das Chaldeisch land in Asia darin Babylon ligt.] Asiæ majoris regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon civitas magna. Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatæos nominavit, ut inquit Iosephus. ¶ Chaldæi, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna observatione syderum, scientiã putantur effeciss̃e, ut prædici posset quid cuiq; eventurũ, & quo quisq; fato natus esset. Cic. 1. de Divin. Horũ multa erant genera. Nam quidam Orcheni dicebantur: quidam Borsipeni: alii aliis nominibus, pro ratione sectarum, quę amplectebantur. Tantum autem hac in arte valuerunt Chaldæi, ut quicunq; Astronomiam judiciariam profiterentur, quamvis in sejunctissimis regionibus orti, ab iis dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. ¶ Chaldæos quoq; sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui anteà Alizones & Chalybes dicebantur, autor est Strabo lib. 12.

Chăldæī, inquit Stephanus, Cephenes priùs dicti sunt, à Cepheo patre Andromedæ. Hellanicus scribit hanc gentẽ mortuo jam Cepheo, relicta hac regione aliò in militiam abiisse, proinde regionem non amplius Cephenjam dictam, nec incolas Cephenes, sed Chaldæos: regionem verò Chaldaicam, à Chaldęo rege, qui (Dicæarcho teste) quartus decimus à Nino fuit, & Babylone juxta Euphratem condita, omnes Chaldæos in eam collegit. Regio etiam Chaldæa nominatur. Alii probabilius dicunt Chaldæos circa Babylonem habitare, & oraculum apud se habere, ut Delphi apud Græcos.

Chaldæi, item populi sunt prope Cholchidem, Sophocles: Κολχὸς τε, χαλδαῖός τε, τῷ Σύρων ἔθνει, Steph.

Chaldia, χαλδία, regio Armeniæ: incolæ Chaldi, Steph.

Chalestra, Vide CHALASTRA.

Chalia, χαλία, Vrbs Bœotiæ, vicina Hydriæ: gentile Chalius, Stephan.

Chalisia, χαλισία, Vrbs Libyæ: & alia Pontiitertia Amazonũ. Vide Stephanum.

Chălўbĕs, χάλυβες, cum y cor. Populi in Ponto juxta Thermodoontem fluvium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Strab. lib. 12: Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Virgilio: India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum. ¶ Ponitur tameo quandoq; Chalybs [ברזל *nechóscheth*. χάλυψ. Gal. *Acier*. Ital. *Acciale*. Ger. Stahel Hisp. *El hierro ò azero*. Pol. *Stal*. Vng. *Aczel*. Ang. *Steele*.] pro ipsa ferri materia. Ovid. lib. 4. Fast. Aes erat in pretio: chalybis jam massa placebat. Virg. 8. Aen. Vulnificus q; chalybs vasta fornace liquescit. Lucanus: chalybem, fœnosque momordit. ¶ Est & Chalybs fluvius in Hispania, in quo ferrum optimè temperatur: juxta quẽ & Chalybas populos collocat Iustinus libro ult. de quibus Grammaticorum nonnulli putant intelligendum illud Virgilii: At Chalybes nudi ferrũ.

Chambades, Pars est Tauri montis, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Chamos, [כמוש *chemóseh*.] teste Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarum, quemadmodũ Astarte, dea Sidoniorum, quam coluit Solomon.

Chandanace, χανδανάνη, Vrbs persica: gentile Chandanacenus, Steph.

Chănnă, vel Channe, vel Channus, χάννης, χάννος, Piscis est ex sarcophagis percæ similis, cujus dẽtes acuti, maxilla inferior prominẽtior, qua semper hiat (unde à χάινειν hiare nomen) dorsum ex rubro nigrescit, cauda maculis rufis insignis. Ovid. lib. de Piscib. ex se Concipiens channe gemino fraudata parente est. Plin. de eo lib. 9. ca. 52. ex Aristotele hist. lib. 4. ca. 6.

Chandane, χανδάνη, Vrbs Apuliæ, post quam Peucæ sequuntur. Steph.

Chāŏnĭă, χαονία, Pars montana Epiri: licet quandoq; sumatur pro tota Epiro, Steph.

Chāŏnĕs, χάονες, Populi à Trojani Heleni fratre Chaone nominati: quem quum Helenus in venatione imprudens occidisset, ad extincti solatium regni sui populos à nomine ejus Chaones, & regiõnem Chaoniam appellavit. Virgil. 3. Aen. Chaoniamq; omnem Trojano à Chaone dixit. Iidem postea & Molossi dicti sunt, à Molosso Pyrrhi filio, teste Strab. lib. 7.

Chāŏnĭdēs, χαονίδης, Vide in APPELLATIVIS.

Characmoba, χαρακμοῦβα, vel Mobucharax, Vrbs Palæstinę, πόλις τῆς νῦν ἀρίτης παλαιστίνης. inde deductum Characmobenus, & Mobucharacenus, Steph.

Charadra, dræ, χάραδρα, Vrbs Phocidis, non procul à Lilæa. Gentile Charadræus. Steph.

Chărădrŭs, χάραδρος, Ciliciæ fluvius est, à quo & lacus, & statio propinqua nomen sumpserũt. Papin. lib. 4. Theb. Quęq; pavet longa spumantem valle Charadron, Neris. ¶ Est item Charadrus oppidi nomen, in ea Syriæ parte, quæ Phœniciæ proxima est, Plin. lib. 5. cap. 20.

Charandęi, populi juxta Pontũ, Autor Orpheus in Argon.

Charax, χάραξ, Oppidum est, in intimo sinu, fœlicis Arabiæ situm, ab Alexandro magno conditum. Autor est Plin. lib. 6. capite 27. ¶ Est etiam hoc nomine emporium in Africa, ubi olim Carthaginienses vinum succo & silphio permutabant, Strabo lib 17.

Chărāxŭs, χάραξος, Frater Sapphus poëtriæ, qui captus fuit Rhodopes, meretricis amore, cujus causa opes suas omnes dilapidavit: & ad summam redactus inopiam, piraticam exercuit. Ovid. in Epist Sapphûs: Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus Frater, & ante oculos, itq; reditque meos. Et paulò antè: Arsit inops frater victus meretricis amore: Mustaque cũ turpi damna pudore tulit: Factus inops agili percurrit cærula remo, Quasq; malè amisit, nunc malè quærit opes.

Chares, etis, pen. genitivi prod. χάρης, Athenienssium dux, ad promittendum facilis & promptus. Vnde proverbium natũ χάρητος ὑποχέσεως: id est, Charetis pollicitationes. Dici solitũ ubi quis facilè ac benignè promittit. Autor Suidas. ¶ Fuit & Chares Lyndius statuarius Lysippi discipulus, qui Rhodii Solis colossum fecit. Autor Plin. lib. 34. cap. 7.

Charidemus, χαρίδημος, Dux fuit copiarum Cherssobleptę Thraciæ regis. Hujus frequens est mentio in oratione Demosthenis contra Timocratem.

Charilaus, χαρίλαος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegearas prælio domuit.

Charisiæ, χαρισίαι, Vrbs Arcadiæ: ita dicta à Charisio Lycaonis filio, Stephanus.

Charisius, χαρίσιος, Nomen cujusdam Grãmatici, quem Priscianus citat. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, cujus meminit Cic in Bruto lib. 2. ¶ Est & panis, seu (ut Suidas ait) placentulæ species.

Chărĭtĕs, [χάριτες. Germ Die drey Göttinen der Gutthätigkeit. Pol. *Laska, dobrodzeystwo*. Vng. *Gráczják*.] Gratię tres singuntur, Aglaia, Thalia, & Euphrosyne, Iovis & Eurynomes (ut in Theogonia tradit Hesiodus) aut Veneris, & Liberi filiæ: quas veteres nudas pinxerunt, quòd gratias inter amicos minimè deceat esse fucatas. Tres autẽ ea ratione dicuntur, quòd una beneficium det: altera accipiat: tertia reddat. Pinguntur juvenes, ne beneficii memoria senescat. Ridentes, quòd hilariter dandum sit. Et quum duæ nos aspiciant, una pingitur aversa: quo significari volunt, quòd pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reverti. Nudæ etiam pingebantur: quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ: quia insolubiles esse gratias decet: & beneficium aliud semper beneficium parere, perpetuumq; amicitiæ fœdus. Quj Veneris & Liberi filias arbitrantur (è quibus est Servius) hac moventur ratione, quòd horum præcipuè deorum muneribus gratiæ concilientur. Traduntq; etiam eas in Acidalio fonte, qui est Orchomeni Bœotiæ urbe, lavari: quoniam pura esse beneficia oportet, & nihil sordidũ, nullamq; spem retributionis habere. De his Mantuanus:

-properate sorores
Gratiæ ab Orchomeno: tu primùm Aglaia decoro
Lætitiam præ te ore ferens, tecumq; Thalia
Cincta sacrum viridi strophio caput, Euphrosyneq;
Læta genas, læta os roseum, vaga lumina læta.

Chărĭtōnĭŭs, a, um, adjectivum, χαριτώνιος, Interpretatur gratiam venalem habens. [Pol. *Ten ktori kaske maprzedaiwa*.] Unde propriè puellis convenit, quæ gratia sua ad quęstum & ad expilandos amatores abutuntur.

Chă-
mãndę,

Chārmāndē, χαρμάνδη, Vrbs eſt trans Euphratem, iuxta portas Babylonias. ¶ Gentilia ſunt Charmandæus, & Charmandites Steph.

Chārmīs, χάρμις, Sardiniæ oppidum, Carthaginiẽſium opus. ¶ Gentile Charmites, Stephano.

Chārmĭŏnē, χαρμιόνη, ut ſcribit Plutarchus in vita Antonii, Cleopatræ ancilla fuit, ſponteam dominę mortem imitata.

Charmonia, Hiſpaniæ urbs Ptolemæo, Carmonia Straboni dicta.

Chārōn, χαρών, Lampſacenus hiſtoricus, qui tempore primi Darii floruit. Scripſit Aethiopica libris duobus: item Cretenſia, Græcanica, & alia. ¶ Charon, item Carthaginienſis hiſtoricus, qui Tyrannorum quotquot in Aſia, Europaque fuerunt, item illuſtrium virorum & mulierum vitas conſcripſit. ¶ Tertius ejuſdem nominis, Naucratita fuit hiſtoricus, qui de ſacerdotibus, regibus, & geſtis Aegyptiorum hiſtoriam ſcripſit.

Chārōn, tis, [χαρών. Germ Der Helliſch Schiffman ſo die Seelen der abgeſtorbnẽ überfüret.] A' poëtis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad aliam ripam tranſvehit. De hoc Virg. lib. 6. Aeneid. ¶ Hinc ortum adagium: Charontis janua, χαρώνεια θύρα. De imminente capitis periculo, ſive de re magnoperè triſti. Sic enim antiquitùs appellabatur una è carceris januis per quam damnati judicum ſententiis ad ſupplicium educebantur: Referunt Zenodotus, Heſychius, & Suidas.

Charonea, orum, χαρώνεια, Regio Aſiæ eſt, ad Mæandrum fluvium, vicina Hierapoli, Characi, Magneſiæ, & Myunti, terram habens cavernoſam, putridam, & incendiis obnoxiam. Vide Strabonem ad finem lib. 12.

Charonea porta, χαρώνεια θύρα, Appellabatur una ex portis Athenienſis nomophylacii: per quam damnati ad ſupplicium ducebantur.

Charonium, χαρώνιον, Antrum eſt inter Tralles & Nyſam, ubi ægroti ſolennibus quibuſdam ſuperſtitionibus à morbis liberari credebantur. Vide Strab. lib. 14.

Charondas, χαρώνδας, cognomento Thurius, patria Catanæus Athenienſibus leges quaſdam tulit, quibus quum capitis pœnam ſtatuiſſet in eos, qui gladiis armati concioni intereſſent, imprudẽter, ut rure veniebat, gladio accinctus in concionem prodiit: monitus deinde ab eo qui proximè aſſidebat, quum culpam diſſimulare poſſet, gladio quo accinctus erat incumbens, violatæ legis à ſe pœnas exegit. Valer. lib. 6. capite 5.

Charops, χάροψ, Hom. Iliad. 11: Vir Trojanus, Hippaſi filius, & Soci frater, quos ambos uno die Vlyſſes interemit. ¶ Eſt & nomen cujuſdam inter Epirotas primarii, qui Tito Quintio Flaminio Conſuli Romano contra Philippum bellum gerenti, favit. Autor Plutarchus in vita ejuſdem Flaminii.

Charȳbdis, χάρυβδις: Vulgò *Galofaro*, & Scylla, duo monſtra ſunt in freto Siculo: de quibus Virg. 3. Aeneid. Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obſidet. ¶ Eſt autem Charybdis locus, ſicuti ſcribit Saluſtius, juxta Tauromenitanum litus: extatq; fabula Charybdin mulierẽ fuiſſe rapaciſſimam, quæ quum Herculis vaccas rapuiſſet, à Iove fulminata eſt, & in hoc monſtrum cõverſa. ¶ Eſt igitur Charybdis mare periculoſum nautis, quod contrariis fluctuum curſibus colliſionem facit, & rapta quæque abſorbet & rejicit. [Germ. Ein ſtrudlechtig ort im Meer bey Sicilien/den Schiffleuten gãtz forgtich.] Ovidius: Et vomit epotas ſæva Charybdis aquas. Seneca ad Lucilium: Scyllam ſaxum eſſe, & quidem terribile navigantibus, optimè ſcio: Charybdis an reſpondeat fabulis, peiſcribi mihi deſydero. Fac nos certiores, utrum uno tantùm vento agatur in vortices, an omnis tempeſtas mare illud contorqueat, & an verum ſit, quicquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi. Thucidides libro quarto, ſcribit eſſe fretum inter Rhegium mare & Meſſanam, à quo brevi ſpatio Sicilia à continente diſter, & Charybdim appellatum. ¶ Evitata Charydi in Scyllam incidi, τὸν χάρυβδιν ἀποφυγὼν, τῇ Σκύλλῃ ἐνέπεσον: Hoc eſt, dum vito gravius malum, in alterum diverſum incidi.

Chaſmos, Dolum Moabitarum, quod alio nomine appellatur Beelphegor, teſte Hier. in cap. 13. Eſaiæ.

Chatramotites, χατραμωτίτης, Regio juxta mare rubrũ. Strabo lib. 15. cives Chatramotæ. Vranius Chatramotas vocat. Stephan.

Chātti, Populi ſunt Germaniæ, nõ procul à Rheno. Plin. lib 4. cap. 14 [Germ Die Heſſen.]

Chattenia, χαττηνία, Nam in Λάϊν apud Stephan. per duplex t ſcribitur: ſuo autem loco aliquoties per ſimplex t, quanvis ordo literarum duplex poſtularet: ſed hîc ſæpè ab ipſo negligitur: regio eſt Cerrhæorum, χώρα περὶ τὴν πέρραιαν, aſpera alioqui, ſed vicis & turribus inſtructa prope mare rubrum. Cives Chatteni.

Chaubi, Germaniæ populi, Strabo lib 7.

Chaũni, χαῦνοι, Populi Theſprotiæ, Plin. lib. 4 Theſſalicorum, κεφλῆνοί χαῦνοί τε, τὸ αὐχήεντες Ἐλλοί. Stephan.

Chāvon, onis, χαύων, Regio Mediæ: inde Chavones, Steph.

Chazene, χαζηνη, Satrapia juxta Euphratem Meſopotamiæ, Stephanus.

Chĕlĭdŏnĭæ, χελιδονίαι νῆσοι, Stephano, Duæ ſunt inſulæ cõtra Chelidonium Tauri promontorium, peſtilentiſſimi aëris, quarum altera Corydela dicitur: altera Menalippea: Circa has inſulas anthias piſcis maxima in copia capitur: ut eſt videre apud Plinium.

Chelidonium, χελιδόνιον, Vnum eſt ex Tauri montis promontoriis. Plin. lib. 5. cap. 27: Taurus mons ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur.

Chelonares, promontorium Achaiæ, quod Ptolem. Chelonia dicitur.

Chelonitis, χελωνίτης, Inſula eſt in ſinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Chĕlōnŏphăgī, [χελωνοφάγοι. Ger. Schnäckenfreſſer/ſind völcker in Carmania.] Populi ſunt in Carmaniæ angulo, nõ alia quàm teſtudinum carne veſcentes, earumque teſtis caſas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proveniunt, ut ſingulæ ſingulis caſis tegendis ſufficiant, & navigantibus Chelonophagis ſcapharum uſum præbeant. Vide Plin. lib. 6. cap. 25, & Strab. lib. 16.

Chĕmnĭs, Pomp. Melæ, ſive Chemmis, χέμμις, Herodoto, inſula eſt in quodam Aegypti lacu natans: quod omninò incredibile videtur, quum Auguſtum Apollinis templum, & lucos ſuſtineat.

Chemnizia. Vrbs Miſniæ. [Germ. Chemnitz.]

Chĕnă. næ χλῦα, Vrbs Lãconiæ, à qua Gentile Chenicus.

Chĕnŏboſcĭă, χηνοβοσκία, Vrbs Aegypti, è regione Dioſpolis, ab anſerum, ut videtur, paſcuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. ¶ Hujus incolæ dicuntur Chenoboſciatæ, qui circa Crocodilos occupantur.

Cheopes, ſive Cheops, Aegypti rex fuit, Mycerini pater, cujus opus eſt maxima totius Aegypti pyramis, ad quam faciẽdam denas hominum myriades in opere habuiſſe dicitur, & pro apio, cæpa, & allio mille ſexcenta talenta expendiſſe. Autor Herod. lib. 2.

Chephrem, Cheopis frater, Agypti & ipſe rex poſt fratrem. Autor Herod. lib. 2.

Chĕrnēſſŭs, χερνησὸς, Iuxta Corinthum eſt, Stephanus in Cherroneſo.

Cherrura χέρρουρα, Vrbs Lyciæ, Steph. in Cherroneſo.

Chĕrrŏnēſŭs, Syriæ civitas, quæ (aliâs Apamea) Stephan Eſt item urbs in Cherſoneſo juxta Gnidum, civis Cherronenſus. Alia eſt Cherroneſus Cretę, cum oppidulo ejuſdem nominis. Alia eſt Libyæ Cherrura dicta, χέρρουρα, inde Cherrurius.

Chĕrnēſſŭs verò, χερνησὸς, juxta Corinthũ eſt. Eſt item Cherroneſus promontorium in Lycia, alia juxta Corranitem urbem. Stephan.

Chĕrrŏnēſŭs, [χερρόνησος, quaſi χερσόνησος, ἀπὸ τῆς χέρσου, ἐ νήσου. Ger. Erdtrich das mit dem Meer ſchier allẽthalben wie ein Inſel vmbgeben iſt/vnnd nur an einem ort ledig vnd offen iſt.] Terra eſt in inſulę modum mari cincta, uno tantùm, eoq; anguſto ſpatio cõtinenti adjuncta: Latini Peninſulam vocant. Quinque autem inſigniores commemorantur Cherroneſi: quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponneſus appellatur. ¶ Secunda quæ à vicina continente Thracia dicitur, cujus Iſthmus ab Occaſu Melane ſinu, ab Ortu Propontide abluitur. ¶ Tertia, quæ Saxoniæ adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata eſt: hodie *Daniæ* dicta. Vulgò *Dinamarca*. [Germ. Dennmarck.] ¶ Quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotidem Paludem ſita, à Tauris Scythiæ Europæ populis Taurica appellata. ¶ Quinta, quam Auream cognominant, in India ſita ſupra Gangem, Ortum verſus, juxta ſinum, quem Magnum appellat Ptolemæus. Peloponneſus verò major, celebriorque eſt, quàm ut Cherſonneſi nomen admittat, quanquam & ipſa à nominis etymo fertur: Cherſoneſum Strabo nominat: & minoris Aſiæ in noſtrum mare procurſus, Cherroneſus dictus bonis autoribus, ut ſcribit Vadianus.

Cherſidamas, χερσιδάμας, Vir Trojanus, quem Vlyſſes in bello interemit, ut ſcribit Homer. lib. 11. Iliad.

Cherſoneſus, χερσόνησος, Idẽ eſt qđ Cherroneſus. Vide ſuprá.

Cherubín, χερουβὶν, gen. neut. & plur. num. pro illo angelorum choro. Cherubin verò ſeu Cherubim per m, tam maſc. quàm neut. gen eſt.

Chĕrūſci, [χερῦσκοι. Germ. Die Völcker in Teutſchlande vmb die Elb/alß da ſind die Sachſen/vnd Meyßner.] Populi Germaniæ circa Albim: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 14.

Cheſion, χήσιον, Oppidũ Ioniæ, unde Cheſicus. Ortus in maſculino genere uſurpans, non civitatẽ, ſed locum eſſe dicit, Steph.

Chīdnæī, χίδναιοι, Populi juxta Pontum: teſte Orpheo in Arg.

Chidorus, Fluvius est Macedoniæ, per Mygdoniam in Axium influens, unus ex iis qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuisse epoti. Vide Herodotum lib. 7.

Chilo, χίλων, Philosophus Lacedæmonius, unus ex septem sapientibus Græciæ. Ejus (Plinio teste lib. 7. cap. 32.) tria hæc aurea præcepta fuerunt, Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Nosce teipsum: Nihil nimium cupias: Comes æris alieni atq; litis, est miseria. Quin & funus ejus, quum, victore Olympiæ filio, gaudio expirasset, tota Græcia prosequuta est.

Chimæra, [χίμαιρα. Germ. Ein vngeheüwer Berg in Lycia so Fewr außspeüwet.] Mons est Lyciæ ignivomus, in cujus cacumine leones habitant: in medio autem, ubi pascuis abundat, capræ: in radicibus autem serpentes. Hic factus est locus fabulæ, Chimæram mõstrum esse, quod flammas evomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Lucretius: Prima leo: postrema draco: media ipsa Chimæra. Ovid. 6. Metam.

Quoq; Chimæra jugo mediis in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.

Et quoniam Bellerophontes Glauci filius mõtem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc ferè Servius in illud Virg. 6 Aen. -flammisque armata Chimæra Plin. lib. 2. cap. 106: Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua: extingui verò terra: aut fœno, Gnidius Ctesias tradit.

Chimera, χίμαιρα, Vrbs Siciliæ, cujus meminit Xenophon lib. 1. rerum Græcanicarum: gentile Chimeræus. Steph.

Chimerium, Phthiotidis mons in Thessalia, ut tradit Plinius lib. 4. cap. 7. χιμέριον, Stephano, promontorium Thesprotiæ. Gentile Chimericus.

Chĭŏnĕ χιόνη, Nobile scortum fuit, nomen habens à candore nivis. χιὼν enim Græcè nivem significat. Iuvenalis: Et dubitas alta Chionem d ducere sella. In hanc extat festivum illud Martial. Epigr. lib. 5:

Digna tuo cur sis, indignaq; nomine dicam.
Frigida es, & nigra es: non es & es Chione. ¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cujus nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurienſi nupsit. Porrò redeunte Mercurio à Cylleno monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus visa est, qui statim ejus amore capti, quum separatim ejus concubitum petissent, Apollo in noctem distulit: Mercurius autem non expectata nocte eam caduceo tetigit, & in altissimũ soporem alligavit, dormiẽtemq; vitiavit, & discessit. Deinde accedente noctu Apollo accepta anus forma ad eam intravit, oppressitque: & sic ex utroque concepit, peperitq; Mercurio Autolicum, de quo suprà: Apollini verò Philamonem, qui carmine & cithara plurimùm valuit. Postea quòd diis placuisset, superbia elata, susa fuit se Dianæ ob pulchritudinem præferre, qua re mota Diana sagittis eam interemit. Ovid. lib. 11. Metamor.

Nota erat huic Chione quæ dotatissima forma,
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.

Chĭŏs, [χίος. Germ. Ein Inſel im Aegeiſchen Meer / ſo die Itali *Scio* oder *Chio* nennen.] Insula in Aegæo noningentorum circiter stadiorum ambitu, Ioniæ adjacens, inter Samum & Lesbum, in qua laudatissima nascitur mastiche. Hanc Ephorus prisco nomine Aethaliam, Metrodorus & Cleobulus Chiam appellarunt, à Chione Nimpha, sive à nive: alii & Macrin & Pityusam. Montem habet Pelleneum, & Marmor Chion: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promontorium Arvisium, à quo Arvisia vina. ¶ Habet autem hoc nomen, quum primitivum est, penultimam correptam. Lucan. lib. 8: Quas Asine cautes, & quas Chios asperat undas. Sunt qui quadrigeminam Chium esse putẽt: ut prima sit Chios insula, cum oppido ejusdem nominis: secunda Cariæ urbs sub monte Pellenæo: tertia in Eubœa: quarta in Cherroneso Rhodiorum juxta Triopiam.

Chĭūs, pen. prod. χῖος. Tibul. lib. 2:

Nec mihi fumosos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio solvite vincla cado.

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

Chios, Stephano, clarissima insula Ionum est, prope Erythras, cum urbe ejusdem nominis, à Chio Oceani filia, vel à nive in ea abundante. Est & alia Chius urbs Cariæ, sub pede montis Pellenæi. Et alia juxta Triopion sita in Cherroneso. Quarta in Eubœa. Gẽtile, similiter & possessivum, Chiacus. Apud Chios primùm fuerunt Therapontes, at apud Lacedæmonios Helotes, apud Argyvos Gymnesii, apud Sicyonios Corynephori, apud Italos Pelasgi, apud Cretenses Dinoitæ. Item in Chio primùm natum est vinum nigrum.

Chirocrates, penultima correpta, χειροκράτης, Nomen architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici solet. Plinius libro 14.

Chirogylium, Insula est ante Lyciam, è regione Chimæræ montis, de qua Plin. lib. 5. cap. 31.

Chĭrōn, onis, [χείρων. Germ. Ein Sohn *Saturni*, vnd *Phillyræ* der halb ein Rosß / vñ halb ein Menſch geweſen iſt.] Centaurus, Saturni & Phillyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum, quum Phillyram Oceani filiam adamaret, ejusque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum, subitò se in equum convertisse. Phillyram autem ex eo gravidam effectam, fœtum peperisse, cujus anterior pars hominem, posterior equum referret, eumque Chironem nominasse: qui ubi primùm adolevit, in sylvas sese cõtulit, ibique herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum evasit: à quo etiam Centaurion herba nomen accepit, & Chironium ulcus, quod maximè sit in pedibus & cruribus, duas habens oras calentes, tumentesque dolore modico: sic dictum, quòd Chironis opem exigat. Et proverbialiter Chironium vulnus, χειρώνιον ἕλκος, immedicabile malum appellamus: aut quòd Chiron immedicabile vulnus accepit in pede, unde & periit: aut quòd manum Chironis, ut sanetur, exigat. Hic postea à Peleo & Thetide accitus, propter probitatem, peritiam, & justitiam, quibus cæteris multùm antecellebat, Achillis pædagogus est factus, quem & citharæ artem, & herbarum usum docuit. Ab eodem & medicinam Aesculapius, & astrologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremò quum Herculem hospitio suscepisset, armaq; ejus pertractaret, evenit ut sagitta quædam hydræ Lernææ veneno imbuta, illi in pedes decideret. Quod malum, quum nulla ope sanari posset, diris simis cruciatibus conficiebatur: mori tamen non potuit, quòd utroq; parente immortali natus esset. Tandem quum à superis impetrasset, ut immortalitatem sibi morte liceret commutare, in cœlum translatus est: ubi & Sagittarii signum efficit. Meminit Plin lib. 7. cap. 56.

Chitone, χιτώνη, vel Chitonia apud Epicharmum, Diana est: scribit enim in Sphinge: ἢ τὸ τᾶς χιτωνίης αὐλύσατ' τὶς μοι μέλος. Stephanus.

Chlamydia, æ, χλαμυδία Vulgò *Sdiles*, Insula est maris Aegæi, una Cycladum, quæ notiore nomine *Delos* appellatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Chlŏrĭs, χλωρὶς, Florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis *Flora* dicta est: quæ quum Zephyro nupsisset, à marito muneris loco impetravit, ut florum omnium haberet potestatem. Ovid. 4. Fastorum: Chloris eram, quæ Flora vocor. De hac Claudianus de Raptu Proserpinæ. ¶ Fuit & Chloris quædam Amphionis & Niobes filia, quæ Neleo nupsit, eiq; Nestorem, alios q; complures filios peperit. Hęc postea ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebatur, unà cum fratribus & sororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta. Fabulam refert Ovid. 6. Metam.

Chlorus, Fluvius est Ciliciæ provinciæ, cujus meminit Plin. lib. 5. cap 27.

Chna, χνὰ, Phœnice dicebatur, gentile Chnaus.

Chŏāspĭs, χόασπις, Medorum fluvius, ad fines Persidis in Tigrum defluens; cujus aquæ sunt tam suaves, ut finitimi reges non alia aqua ad pocula utantur. Tibullus lib. 4: Nec quà vel Nilus, vel regia lympha Choaspis Profluit.

Chŏātræ, Populi sunt ad Mæotin. Autor Plin. lib. 6 cap. 5.

Chobar, [כבר *chebár*.] proprium nomẽ fluminis esse videtur, sed quia sonat, Grave fuit & prævaluit, quidam volũt Tigrim & Euphratem & omnia magna & gravissima flumina, quæ in terra Chaldæorum esse perhibentur, significare.

Chŏche, χοχή, Vicus juxta Tigridem fluvium, cujus meminit Arrianus lib. 10. Gentile Chocheus & Clochæus. Steph.

Choœ, χοαί, Populi Asiæ prope Bechiros. Hecatæus. χοῖσι δ' ὁμὸς ῥέει πρὸς ἕλλον καὶ χοὴ πόλις Διζηνες, Steph.

Chœrades χοιράδες, Vrbs Mesynæcorũ. Gentile Chœradeus, Stephan. Sunt & scopuli marini circa Hellespontum.

Chœrĭlŭs, pen. cor. χοιρίλος, Poëta fuit Samius, servili conditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto Historico exceptus est, & institutus. Scripsit Athenienſium victoriam contra Xerxem: cujus carminis nomine in singulos versus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis (cujus in expeditione comes erat) ut in vita illius tradit Plutarchus. Horatius autor est, etiam Alexandri Magni gesta scripsisse Chœrilum, & pro singulis versibus singulis Philippeis fuisse donatum. Sic enim scribit lib. 2. Epist.

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus & malè natis
Retulit acceptos, regale numisma, Philippos.

Sunt qui tradant Alexandrũ hac lege cum Chœrilo pepigisse, ut pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippos: pro singulis autem malis singulos colaphos: opere autem perfecto vix septẽ fuisse inventos, qui possent probari. ¶ Fuit & alter Chœrilus, poëta tragicus. Vtriusq; meminit Suidas.

Chŏārgŭs.

Chŏlārgŭs, χόλαργος, Vicus est in agro Athenienſi, tribus Acamantidis. Stephan.

Chŏllāmbī, χολίαμβοι, Qui & Scazontes dicuntur, Vide in APPELLAT.

Chŏlŏbĕthēnē, χολοβηθηνὴ, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Chŏlŏbĕtēnŭs, Gentile est, χολοβηθηνός. Steph.

Chollidæ, χολλίδαι, Vicus in Leōtide tribu: tribulis Chollides, apud Laërtium Chollidæus. Steph.

Cholontichos, χολὸν τεῖχος, Vrbs Cariæ, gētile Cholotichites. Stephanus.

Chŏmpſō, χομψὼ, Insula Nili inter Aethiopiam, & Aegyptum: cujus meminit Herod. lib. 2. Gentilē est Chompſœtes, χομψοίτης.

Chōnē, χώνη, Vrbs Oenotrorum, cujus Strabo meminit libro ſeptimo, & regionem appellat Chonen: incolæ Chones, & Chonii. Stephan.

Chōrāmnæī, Vide in APPELL.

Chōraſmĭē, es, χωρασμία, Vrbs Parthorum, Orientem verſus: cujus incolæ Choraſmii commemorantur ab Herodot. lib. 3. in catalogo Xerciani exercitus.

Chŏrīnæŭs, Rutili cujuſdam nomen, ab Aſyla Trojano interempti apud Virg. lib. 9 Aen. Emathiona Liger, Chorinęum ſternit Aſylas.

Chŏrœbŭs, Athenienſis quidam, qui primus ſiglinam artem invenit, ut teſtatur Plin. lib. 7. cap. 56. [Germ. Einer von Athen bürtig / ſo die Hafnerkunſt erfunden hat.] ¶ Eſt item Chorœbus, adoleſcentis nomen apud Virgil. 2. Aeneid. cui Priamus Caſſandram filiam ſuam deſponderat: qui etiam ſuprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion ſtultum inducit: quem etiam ſequutus Virgilius, ſententiam ei tribuit, ſanæ mentis homine indignam: Dolus, an virtus quis in hoſte requirat? Turpiſſima enim victoria cenſeri debet, quæ dolo quæritur.

Chōrſĭă, χορσία, Oppidum Bœotorum Pauſanias lib. 9: Poſt Gyrtones ſuperato monte, oppidū eſt Chorſia. gentile Chorſicus. Stephan.

Chorraſo, χορτασὼ, Vrbs Aegypti: ſic dicta quòd Cleopatræ exercitus annona deſtitutus illic ſatiatus ſit: χορτάζειν enim eſt ſatiare. Stephan.

Chŏſrŏēs, χοσρόης, Perſarum rex fuit, Græcæ Philoſophiæ peritiſſimus, qui ſibi Ariſtotelem non minùs familiarem reddidit, quàm Demoſthenes Thucydidem. Hujus vitam & ſtudia latiſſimè exequitur Suidas.

Chranaen, Inſula adjacens Sunio Atticæ promōtorio. Calep. ¶ Fortè meliùs abſq; aſpiratione. χραναὴν.

Chrēmſă, Vrbs Auſtriæ Ripenſis.

Chrēſtŭs, χρῆστος, Nomen Byzantii Sophiſtæ fuit, qui Ariadni temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic vino quanquam deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad galli cantum ſæpè bibere ſolitus eſſet, non priùs tamen ſomno ſe, quàm ſtudio dabat. Autor eſt Philoſtratus.

Chrēſtŭs, χρῆστος, Nomen Athenienſis autoris probatiſſimi, cujus meminit Columella.

Chrīſtŏdōrŭs, χρηστόδωρος, Poëta Aegyptius fuit ex Copto Aegypti urbe, tempore Anaſtaſii Imperatoris, qui Iſaurica cōſcripſit: hoc eſt, Iſauricæ urbis expugnationem. ¶ Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui aucupii rationem, item vitam Divorum Coſmæ, & Damiani carmine complexus eſt. Vtriuſque autor Suidas.

Chrŏmĭŏs, χρόμιος, Filius Nelei, & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylii & Meſſenii adverſus Herculem geſſerunt, cum decem fratribus occiſus eſt. Alius fuit Priami filius, in bello Trojano à Diomede interfectus. ¶ Fuit & Chromius quidam Argivus, qui ea in pugna, quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argivos commiſſa eſt, ſolus ex ſuis cum Alcenore incolumis evaſit. Autor Herod. lib. 1.

Chrŏmĭs, Herculis filius, ut Lactantius teſtatur, dicens: Conſtat Chromin Herculis fuiſſe filium, & equos habuiſſe Thraces, quos Hercules occiſo Diomede abduxerat, humanis carnibus veſci conſuetos. Hujus meminit & Statius, dum ait:

It Chromis Hippodamusq; alter ſatus Hercule magno.
Et paulò infrà:
Mox Chromis Hippodamū metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis, & toto robore patris, &c.

Chrŏnĭă, orum, χρόνια, Saturni feſta.

Chrȳſă, æ, ſive Chryſe, es, χρύση, Oppidum fuit Trojadis, Apollinis Sminthii delubro inſigne: cujus meminerunt Plin. lib. 5. cap. 30. Strab. lib. 13. & Homer. Iliad. 1, Ovid. 13. Metam. Chryſenque, & Cilian Apollinis urbes. ¶ Stephanus item Chryſen quandam collocat circa Lemnum, & ipſam Apollini ſacram. ¶ Eſt item Chryſe inſula Indiæ adjacens, de quà paulò póſt.

Chryſantus, Alexādrinus, Romę, quò juvenis venerat, factus Chriſtianus, ſub Numeriano Imperatore in foſſam demiſſus, ac terra, ſaxisq; obrutus fuit. Volaterranus.

Chryſaor, χρυσάωρ, Neptuni filius, quem ex capite Meduſæ, ut & Pegaſum, natum ſcribit Heſiodus in Theogonia

Chryſas, [χρύσας. German. Ein fluß in Sicilien / heißt jetzt Dittano.] Fluvius eſt Siciliæ, teſte Cicerone, qui de eo ſic ſcribit ſexta Verrin. Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum ejus eſt in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam. In eo Chryſæ eſt ſimulacrum præclarè factum è marmore.

Chryſaoras, χρυσάορας, Fluit per medium Meſſauræ urbis Libyæ, Stephanus.

Chryſaoris, idis, χρυσαορὶς, Carię civitas à Lyciis condita, quę poſtea Adrias nominata eſt: ut ex Apollonii ſententia refert Stephanus.

Chryſē, χρυσῆ, Stephano, Inſula eſt ante oſtium Indi fluvii, tam ferax auri, argentiq; metallis, ut nonnulli prodiderint, ſolum ejus aureum eſſe atque argenteum. Hujus inſulæ meminit Plin. lib. 6. cap. 21.

Chryſes, æ, χρύσης, Apollinis ſacerdos fuit, pater Aſtynomes, quæ à nomine ejus Chryſeis cognominata fuit: quam quum Græci, expugnatis Thebis Cilicius, urbe Ectionis abduxiſſent, & Agamemnoni in prædæ diviſione tradidiſſent, Chryſes Apollinis inſignibus exornatus, ad Græcorum caſtra acceſſit, filiamque ſibi petit reſtitui. Quod quum impetrare non potuiſſet, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis peſtilentiam immiſit, ut Agamemnon patri puellam reſtituere fuerit coactus. Cujus loco quum Achilli Bryſeidem eripuiſſet, indignè id ferens Achilles, in poſterum à prælio omni abſtinuit, donec morte Patrocli nuntiata, intermiſſa arma recepit. Autor Homerus lib. 1. Iliad.

Chryſeis, pen. prod. χρυσηὶς, Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Aſtynome dicta fuit: Chryſeis à nomine patris cognominata. Vide in dictione CHRYSES.

Chryſippa, χρύσιππα, Vrbs Ciliciæ à Chryſippo conditore: Gentile Chryſippanus vel Chryſippeus. Steph.

Chryſippe, χρυσίππη, Iri filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit, ut autor eſt Stephanus.

Chrȳſippŭs, χρύσιππος, Apollonii filius, patria Solenſis, ſive (ut alii malunt) Tarſenſis, Stoicæ ſectæ Philoſophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis: poſt quem etiam ſcholæ præfuit. Ingenii acumine plurimùm valuit, ut qui in multis etiā à præceptoribus diſſenſerit. Vnde per Ironiam Chryſippeū acumē uſurpatur in ſtupidum. In dialectica clariſſimus fuit: ita ut non illepidè dicerent quidam: Si apud deos dialectica haberetur, nō temerè alia eſſet, quàm quę à Chryſippo invēta fuit. Scripſit librorum volumina ſupra quinque & ſeptuaginta. Ferunt Carneadem philoſophum Cyrenæum, perlectis Chryſippi libris, ita dixiſſe: Niſi Chryſippus eſſet, ego nō eſſem. De exitu ejus varia traduntur. Quidam volunt à diſcipulis ad ſacrificium vocatum, quum vinum dulce affatim hauſiſſet, anhelitus difficultate laborare cœpiſſe, atq; ita quinto demum die fato conceſſiſſe, annos jam natum circiter tres & ſeptuaginta. Alii ferunt nimio riſu expiraſſe. Nam quum ficus ruré allatos aſinum comedentem videret, ancillæ juſſiſſe ajunt, ut & vinum aſino bibendum daret: ejusque dicti urbanitate tantopere ſibi placuiſſe, ut nimio riſu fuerit ſuffocatus. Mortuo Athenienſes ſtatuam poſuerunt in Ceramico. ¶ Fuit præterea Chryſippus filius Pelopis, quem quum pater valdè amaret, noverca ejus Hippodamia indignè ferens, liberos ſuos Atreum & Thyeſtem impulit, qui illum interfecerūt: ob quam rem à Pelope pulſi, in exilio vitam degerunt, donec pater è vivis excederet,

Chryſoceras, χρυσόκερας. Vulgò Pera, Promontorium Thracię ad Boſphorum ſitum, in quo ſitum eſt oppidum Byzantium liberæ cōditionis, anteà Lygos dictum. Autor Plin. lib. 4. c. 11. Ratio nominis ducta eſt partim à figura, quæ cerviho cornū ſimillima eſt: partim à proventu, quòd maxima ibi pelamidum copia accipiatur.

Chrȳſŏgŏnŭs, χρυσόγονος; Nomen viri proprium, compoſitum ex χρυσὸς, aurum & γονὴ, fœtum, quòd aurum undecunque pariat. Iuvenalis: Sunt quæ Chryſogonum cantare vetant.

Chryſogonus, χρυσόγονος, Syllæ libertus potentiſſimus, de quo multa Cicer. in Orat. pro Roſc. Amer. ¶ Fuit & Chryſogonus martyr, teſte Volaterrano, nobili genere ortus Romæ; qui quando nec conſulatus, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum averti potuit, jugulatus eſt ad ſcalas Gemonias. Latinè fœtum aureum ſonat: nam χρυσὸς aurum, γονὴ, fœtum ſignificat.

Chryſŏpŏlĭs,

Chrȳsŏpŏlĭs, [χρυσόπολις. Germ. Ein Statt in Bithynia/ nahe bey Chalcedon/ein Goldgrub der Perser.] Teste Plin. lib. 5. cap. ult. oppidum est Bithyniæ, prope Chalcedonem: ita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ civitatib. ¶ Est præterea altera Chrysopolis in Cilicia, teste Stephano.

Chrȳsŏrrhŏās, χρυσορρόας, Fluvius est Syriæ circa Damascum incipiens, qui penè totus derivationibus exhauritur. Autor est Strabo lib. 16, & Plin. lib. 5. cap. 18. ¶ Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas: ut autor est idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Chrysorrhoę, χρυσορρόαι, Populi dicti ad Phasim fluviũ, quòd in his locis (ut inquit Strabo) auriferi torrentes fint. Vnde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

Chrysostomus, χρυσόστομος, Nobilissimi scriptoris Ecclesiastici cognomen, patria Antiocheni: Episcopi autem Constantinopolitani, ab eloquentiæ suavitate impositum. Latinè sonat Os aureum.

Chrȳsŏthĕmĭs, χρυσόθεμις, Filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis, Electræ & Iphigeniæ: ut scribit Homer. lib. 9. Iliad.

Chrysothoas, Vide CHRYSORRHOAS.

Chrȳxŭs, Ducis Bojorum nomen est apud Silium Italicum lib. 4. qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem ejus originem refert.

Chthŏnĭă, χθονία, Vnum ex vetustis Cretæ insulæ nominibus, teste Stephano in dictione κρήτη.

Chthonophyle, χθονοφύλη, quæ Baccho Phliuntem peperit. Stephanus.

Chyton, χύτον, Regiuncula Epiri, in qua habitavêre quidam ex Clazomenis profecti. Gentile Chytites.

Chytri, χυτροὶ, Civitas Cypri: sic dicta à Chytro filio Aledri, filii Acamantis. χυτρόπολις, regiuncula Thraciæ cives Chytropolites.

Chytus, Cyzici portus.

Chytrium, χύτριον, Locus Ioniæ, in quo postea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C ante I.

Cia, κία, Ptolemæo, Vulgò Zea, Insula est sub Eubœa, non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas civitates, Iulidem, Cartheam, & Charessum. Hinc deducitur adjectivum Cius, κῖος, & κῖῶος, per Crasin.

Cibarci, Hispaniæ populi, quorum meminit Plin. lib. 4. in descriptione Hispaniæ.

Cibotus, Asiæ civitas est, eadem cum Apamia. Autor Plinius lib 5. cap. 29.

Cibyra, æ, κιβύρα Ptolemæo, Oppidum Asiæ propriè dictæ, non procul à Meandro fluvio. Cic. 6. in Verrem: Hosce opinor Cibyræ, quum in suspicionem venissent suis civibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulò pòst: Cibyram cum inanibus syngraphis venerat.

Cibyrates, vel Cibyrata, nomen gentile. Cicero ibidem: Eò quum venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibiratæ inambulabant.

Cibyraticus, a, um, possessivum. Ibidem: Immittebantur ilicò Cibyratici illi canes, qui investigabant, & perscrutabantur omnia.

Cicĕro, [κίκερον. Ger. Ein Hochbegabter Redner vñ auch Burgermeister zu Rom.] Cujus vitã Tyro Tullius ejus libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pædiano, Præceptores se habuisse fatetur in philosophia quidem Philonem Academicum, tunc Romæ commorantem: in jure civili, Scævolam: in dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Mollonem. ¶ Sex. Roscium Amerinũ parricidii reum, natus annos XX III. ut tradit Nepos, ut alii, XXV II, defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiámq; simulata valetudinis causa abiit: ubi se (ut ipse ait) recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclemque Adramittenum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carem audivit: Rhodi verò Apollonium Mollonem magistrum dicendi habuit. Feruntque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audivisse, ac protinùs exclamasse, quòd solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis muneribus in Republ. functus esset, Consul conjurationem Catilinæ repressit, legem Agrariam repulit. Hujus vitam omnem, & vitæ studia vide apud Plutarchum. ¶ Cicero, ejus filius inter eos qui à parentibus degeneraverunt, ponitur Valerio Binos eum congios hausire solitum scribit. Plinius, per temulentiamque M. Agrippæ scyphum impegisse. ¶ Qu. Cicero M. frater, legatus Cæsaris in Gallia primùm, deinde ad regendam Asiam propretor missus, admonetur à fratre per epistolam totius officii. Duxit uxorem Pomponii Attici sororem. Miserandus demum ejus exitus. Proscriptus enim unà cum filio (quando & Marcus frater) rogavit percussorem se ante filium interfici: filius contrà, se ante patrem. Vterque igitur simul interfectus. Autor Appianus.

Cicĕrōnĭānŭs, a, um, Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: ut Ciceroniana simplicitas. Plin. in Præfatione totius operis.

Cichesus, fluvius ponitur ab Hom. in hymno Apollinis.

Cicimeni, Populi ex Iaxamatarum genere, à Medis oriundi, Tanaim fluvium accolentes: quorum meminit Plinius lib. 6. capite 7.

Cicŏnes, pen. cor. κίκονες, Populi Thraciæ, juxta Hebrum fluvium inhabitantes. Tibul. Nam Ciconum ille manus adversis repulit undis. Virgil. 4. Georg. -spretæ Ciconum quo munere matres Discerptum latè juvenem sparsêre per agros.

Ciconius, κικώνιος, Nomen ejus qui Brixiam condidit.

Cierium, κιέριον, Vrbs Bœotiæ, aliàs Arne dicta. Steph.

Cilix, cis, κιλιξ, Nomen proprium Phœnicis filii: à quo dicta est Cilicia.

Cilĭcĭă, [κιλικία. Vulgò Caramania. Germ. Ein Landtschafft des minderen Asie so an Syrien stosset / heißt jetzt Caramania.] Regio est in minori Asia, Syriæ proxima, tota ferè campestris, Tauro monti subjecta: quæ à Cilice nomen sortita est, quem pristina ætas penè ultra ævum memoriæ abscondit, Phœnice ortum, qui apud Gentileis antiquior Iove de primis terræ alumnis habebatur. Hęc regio ab Oriente Amano clauditur: à Septentrione Tauri jugis: ab Occidente Pamphylia. Hujus metropolis est Tarsos, quam intersecat Cydnus amnis. ¶ Ciliciæ portę, quà Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò Golfo dela giazza. ¶ Ciliciæ populi Cilices appellantur, de quibus paulò pòst. ¶ Gentile fœmininũ est Cilissa, sicut à Phœnix Phœnissa: quòd & adjectivi vice positum aliquando legimus. Ovid. in Ibin: Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla, Quótve ferat dicam terra Cilissa crocos.

Cĭlĭcēnsĭs autem denominativum est, non gentile: ut, Præfectus, vel Proconsul Cilicensis. Cic. Qu. Fr. lib. 1: Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi & Syriaco anteponis, valdè magnum facis.

Cĭlĭcĭŭs, a, um, possessivum: ut, Ciliciæ portæ: hoc est, Amani montis angustiæ, quibus Cilicia à Syria dirimitur. ¶ Cilicium exitium, κιλίκιος ὄλεθρος. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam, quam exercebãt, & assiduas hostium deprædationes infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. ¶ Cilicii imperatores, κιλίκιοι στρατηγοὶ, dicebantur homines hirsuti & pilis obsiti. Vnde & saga pilis contexta, Cilicia vocantur. Autor Diogenianus.

Cĭlĭcĭī, termini dicti sunt à Cilicio Saturnino, centurione cohortis septimæ & vicesimæ, qui terminationem fecit.

Cĭlix, gentile est significans eum, qui è Cilicia ortus est. ¶ Cilices piratæ fuerũt, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum postea fideli opera usus est in bellis suis navalibus adversus Cæsarem. Lucan. lib. 3: Itq; Cilix juxtà, jam non pirata, carina. ¶ Crocus cilix, pro Cilicio. Lucret. lib. 2. Et quum scena croco Cilici perfusa recens est. ¶ Cilix haud facilè verum dicit. Dionys. in Epist. ad Rufum scholasticum: λόγος ἐστὶ παλαιὸς, μὴ ῥᾳδίως ἀληθεύειν τὺς κίλικας: id est, Vetus verbum est, Cilices haud facilè verum dicere. Quadrabit in hominem avidum lucri, & ob id sæpenumerò dicentem non quæ vera sint, sed quæ utilia.

Cillă, κίλλα, Vrbs prope Thebas Actioneas, ubi Cillei Apollinis tẽplum erat, ut habet Strabo lib. 13. Ovid. 13, Metamorph. Chrysenq; & Cillan Apollinis urbes.

Cīllŭs, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad Oenomanum venisset, obiit: cujus nomine Cilla oppidum, templumque Cillei Apollinis à Pelope conditum est. Strabo lib. 13

Cimas, Insula inter Istri ostia, quæ, ut Pomponius scribit, urbem habet, quam quia Bithyni colunt, Bithynidam appellãt.

Cīmbrī. [κίμβροι. Ger. Völcker so von Mitternacht auß Dennmarck in Italiam gezogen sind.] Populi fuerunt Septentrionales, Saxonici maris peninsulã incolentes, quæ ab ipsis Cimbrica Cherronesus dicta est, anno ab Vrbe condita sexcentesimo & quadragesimo unà cum uxoribus & liberis Narbonensem provinciam ingressi, à C. Mario ad internecionem fuerunt deleti. Refert Valer. Maximus, Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare consuevisse, tanquam gloriosè & fœliciter essent excessuri: lamentari verò in morbo, quasi turpiter essent perituri. Hodie Dani appellantur, & qui ipsum peninsulæ Isthmum inhabitant, Holsatii.

Cimbrica Cherronesus, Vide CIMBRI.

Cimeliarchium, Locus est ubi reponitur thesaurus. Vnde Chimeliarcha, custos vasorum & aliarum rerum Ecclesiæ.

Cimmĕrĭī, κιμμέριοι, Populi fuerunt à Scythis oriundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul à Bosphoro, qui à nomine ipsorum Cimmerius appellatus fuit: ubi & oppidum fuit

fuit nomine Cimmerion. Hi aërem craſſum habuiſſe ferũtur, & denſis exhalationib. nebuloſum: quod & ipſum Homerus teſtatur Odyſſ.lib.11,ubi ſic habet:

Ἔνθα ϑ' κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε,
Ἠέρι, καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέϑων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὔϑ' ὅπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Οὔϑ' ὅταν αὖψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόϑεν πεσπτρέψπται,
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέτπται δειλοῖσι βροτοῖσι.

¶Hinc Cimmeriæ tenebræ proverbio celebrantur,pro denſiſſima caligine.Lactan.lib.4:O cæcum pectus,ô mentem Cimmeriã,ut ajunt,umbris atriorem!Ephorus ſcribit Cimmerios in Italia quoq; fuiſſe juxta lacum Avernum,eosq; in ſubterraneis habitaſſe domiciliis,quorum morem patrium eſſe,ut nemo Solem aſpiciat: noctu verò egrediantur. Eorundem meminit & Feſtus. Cimmerii (*inquit*) dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Bajas & Cumas,in ea regione, in qua convallis ſatis eminenti jugo circundata eſt,quæ neq; matutino, neq; veſpertino tempore Sole contegitur. ¶Cimmericus Boſphorus,κιμμερικὸς βόσφορος, inde nominatur, cujus longitudo eſt ducentorum & viginti ſtadiorum.

Cĭmmĕrĭs,Vrbs Phrygiæ, quę à veteribus Edonis dicta fuit: deinde & Aſſus Apollonia & Antandros.Autor eſt Plin.lib.5. capite 30.

Cĭmōlĭs,pen.prod.Paphlagoniæ oppidum eſt,teſtibus Pomponio lib.2,& Plin.lib.6.cap.2. ¶Eſt etiam urbs ejuſdem nominis in Galatia, teſte Ptol.lib.5.cap.4.

Cĭmōlŭs, penultima prod. κίμωλος Suidæ, Inſula eſt in mari Cretico, è regione Zephyrii promontorii, unde optima creta advehitur, qua fullones utuntur in abluendis veſtium maculis.Ovid.7.Metamorph.Hinc humilem Myconem,cretoſaque rura Cimoli.

Cĭmōlĭŭs, a,um,adjectivum: ut Cimolia creta: cujus diverſa ſunt genera,ut videre eſt apud Plin.lib.6.cap.17.Dioſc. lib.5. cap 94,duas Cimoliæ terræ ſpecies facit:unam candidam:alteram ad purpuræ colorem vergentem: quarum utriq; maximas in medicinis vires tribuit.

Cimon,κίμων,Athenienſis fuit, Miltiadis filius, mira erga cives liberalitate ac munificentia:utpote qui refractis agrorum ſuorum & hortorum ſepibus,civibus faceret poteſtatẽ,quod viſum eſſet,ex illis decerpendi. Domi quoque tam largo apparatu inſtruxit convivium,ut non modò familiæ, ſed multis etiam pauperibus undique confluentibus abundè ſufficeret. Vide latiùs vitam ejus apud Plutarchum, qui eum cum Lucullo in contentionem adducit.

Cinædocolpitæ,κιναιδοκωλπίται,Fœlicis Arabię populi,quorum regina Zadrane dicitur.Steph.

Cinara,Vide CINYRA.

Cincĭă, Locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. Feſtus.

Cincĭŭs, Romani Senatoris nomen, qui ſeculi ſui luxui infenſus,vehementiſſimus ſuaſor fuit legis Fanniæ ſumptuariæ: orationeque ad populum habita, acerrimè invectus fuit in mores ſuæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui ſolidos porcos Trojanos in convivium inferebant. Ita enim vocabat aprum, qui incluſis minoribus animalculis gravidus erat,quemadmodum equus Trojanus gravidus erat armatis. Vide Macrob.lib.3.cap.13.

Cindapſus, κινδαψὸς, Filium habuit Maſonardum,qui Cariæ civitati nomen dedit. Steph.

Cindra,κίνδρα,gens Thraciæ,Vide CONDRAE.

Cineas, κινέας, Plutarcho, Vir Theſſalus fuit, Pyrro amiciſſimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes: cujus tanta fuit eloquentia,ut Pyrrhus fateretur,plures à Cinea oratione,quàm à ſe armis eſſe ſubactos. Hic legatus Romam miſſus, ut Pyrrhi nomine de pace ageret,obſiſtente ſibi Appio Claudio Cæco,re infecta reverſus eſt.Interrogatus deinde à Pyrrho de ſtatu Vrbis & Senatus, reſpondit: Senatum ſibi deorum conſeſſum viſum eſſe: populi autem tantam eſſe turbam, ut vereretur, ne regi cum hydra quadam Lernæa res eſſet. Huic tanta fuiſſe fertur memoriæ fœlicitas, ut poſtridie quàm Romam adventaſſet, ſine ulla nomenclatoris ope Senatui,equeſtrique ordini ſua nomina reddiderit. Autor Plin. lib.7.cap.24.

Cinæſias,æ,κινησίας Suidæ, Dithyramborum ſcriptor,qui impietatis,improbitatisque nomine malè audivit. ¶Fuit hoc & Pyrrhi & Achillis filii cognomen, à corporis agilitate impoſitum. Fertur enim Pyrrhicam ſaltationem vehementer excoluiſſe, & à ſuo nomine eam appellaſſe. Vnde natum eſt proverbium: πυῤῥίχιον ὄρχημα κινησίου:hoc eſt, Cineſiæ Pyrrhicam didicit,vel quod in choris multo motu uteretur contra comidicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cineſias corpore pigro,& fracto crure.

Cingă,Hiſpanię fluvius eſt in Iberum influens.Lucanus lib.11 -quos Cinga pererrat Gargite, &c.

Cingŭlum, Civitas eſt inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habentur in pretio. ¶Hinc Cingulani populi,quorum meminit Plin.lib.3.cap.13.

Cinnă,Civitas Theſſaliæ,à Cinno gigãte, & Cœi fratre dicta. ¶Eſt etiam Cinna civitas Hiſpaniæ in regno Caſtellæ: à qua Cinnenſes populi, quos commemorat Plinius in conventu Tarraconenſi,lib.3.cap.3. ¶Fuit item Cinna Mariani & Syllanis temporibus,Romanorum omnium crudeliſſimus,quatuor Conſulatil us functus,qui primo conſulatu,ſervis ad pileum vocatis,adverſarios vicit.Octavium interfecit, Ianiculũ occupavit. Iterum & tertiò ſe Cõſulem fecit. Quarto Conſulatu,quum bellum cõtra Syllam pararet, Anconę ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occiſus eſt. ¶Fuit etiam Poëta eruditiſſimus hoc nomine, cujus meminit Virg.in Bucol Nam neque adhuc Varo videor,nec dicere Cinna Digna, ſed arguros interſtrepere anſer olores.

Cinnă, tribunus plebis, qui quum pernitioſas leges de revocandis exulibus ferret, pulſus à Cn. Octavio collega, magiſtratuque exutus, ex urbe profugit, & bellum urbi intulit,accerſito C. Mario & aliis exulibus ex Africa:in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuum ſpoliaret, cognitò fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo, ſe inſuper cremavit. Tãdem Cinna & Marius in urbem recepti,cędibus omnia complevêre: inter quos Cn.Octavium conſulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæſarem jugularunt,eorumq; capita pro roſtris poſuerunt. Ex Livio. ¶Cinna item alius, qui per errorem necatus à populo Romano fuit, foro medio in funere C. Cæſaris,quum unus ex interfectoribus fuiſſe crederetur: præterea L. Cinna res novas affectans,quem ex hoſte Octavius amicum fecerat, adverſus ſe inſidias moliri cognovit, & iratus nova in eum exempla meditabatur. Liviæ tandem conſilio uſus mitior eſt factus, eumq; ſeparatim in cubiculũ vocavit: ubi ejus ingratitudinem exprobrando: Vitam,*inquit*, Cinna, tibi iterum do,priùs hoſti, nunc inſidiatori:& pariter contendamus, utrum ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. Seneca de Clementia.

Cinnæræth, in tribu Naphthali juxta lacum Geneſareticum civitas eſt,quam Herodes magnificis ornavit ædificiis, atque in honorem Tiberii Cæſaris Tiberiaden nominavit,à qua lacus & regio circumjacens nomen invenerunt. Ioſepho Iudaïcarum rerum ſcriptori,hac fuit urbe Iuſtus hiſtoricus, qui bellum à Veſpaſiano contra Iudæos geſtum,ſcripſit.

Cinxĭă,Iuno dicebatur,quòd nuptiis præeſſet. γαμήλιος. Initio enim conjugio ſolvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. Feſt.

Cĭnўrās, κινύρας, Suidæ Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, aſtu nutricis deceptus,concubuit; ex qua & Adonin ſuſcepit; quem Venus poſtea in deliciis habuit: qui quum majore animo,quàm viribus, feras ſectaretur, apri dente in inguine vulneratus, interemptus fuit, & in florem Anemonem cõverſus: Vide Ovid.lib.10 Metam. ¶Vbi Naſo ſatis indicat hujus Regis regionem opulentiſſimam fuiſſe: unde locus factus Proverbio: Cinyræ opes, κινύρου πλοῦτος, de immenſis divitiis dici ſolitum Adagii meminerunt,Plato de Legib.2, & Suidas.

Cios,Phrygię emporium fuit,à Mileſiis conditum eo in loco, qui Aſcania Phrygiæ appellatur.Plin.lib.5.cap.32.

Cirannus. Vir fuit Lycius,& Sarpedonis comes, quem, teſte Homero in Iliade,Vlyſſes in bello Trojano interfecit.

Circē, [κίρκη. Germ. Ein groſſe Vnholdin oder Zauberin.] Solis & Perſes Nymphę filia,& Aetæ Colchorum regis ſoror,veneficiorum peritiſſima: quæ Sarmatarum rege,cui nupſerat,veneno ſublato, regnoq; per ſcelus parto, quum crudeliùs imperaret,ab incolis pulſa,in Italiam profugit,& in Circæo mõte (qui antiqui olim Latii terminus erat, & efficaciſſimis herbis abundabat)ſedem ſibi delegit: ubi quum Glaucum marinum Deum adamaret,Scyllam puellam,quam ille deperibat, infeſtis fontibus, in monſtrum marinum commutavit: Vlyſſem item, vi tempeſtatis ad ſe delatum hoſpitio ſuſcepit, ſociosque ejus,quos in porcos commutaverat, eidem reſtituit: cui & Telegonum filium peperit. Poſtremò & Picum Latinorum regem, quòd uxorem ſuam nomine Canentem ſibi præferret,in avem ſui nominis commutavit.

Circæŭs,a,um, κιρκαῖος: ut, Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Circæos quidam appellarunt. ¶Hinc Circæenſes populi. Liv.lib 6: Ad hoc Latini, Heroiciique acceſſerunt, & Circenſium quidam.Cic. lib.3.de Nat.deor.Quamquam Circem quoq; coloni noſtri Circeienſes religione colunt. Circæi verò quondam inſula fuit immenſo mari circundata(ſi Homero creditur) ubi Latium antiquum terminabatur.Strabo lib.5:Poſt Antium Circęium eſt ſtadiorum ducentorium

torum & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulę circundatus. Habet etiam castellū, & Circes sacellum, & Minervæ aram. Virg. lib. 6. Aeneid. Proxima Circææ raduntur littora terrę, Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu. Vide plura apud Homer. 10 Odyss.

Circēō poculo, Cicero de homine subitò in alium mutato dixit, Actione in Verrem prima: Sic repentè è vestigio ex homine, tanquā aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Sic dicimus Virga Circæa, qua Circe credebatur mentem adimere, ac reddere: pecudes facere & homines.

Circēs domus, Oppidum Campaniæ, Pomponio: Strabo Circeum vocat, à quo Circeii. Plinius tradidit Circeos insulam aliquando fuisse immenso mari circundatam, mox continenti adnexam. Circeii, Ciceroni Circeienses dicti, libro 3. de Natur. deor. Vide præcedentia & sequentia his statim, & Pontina in P.

Circēum, Promontorium Tusculorum, Ptolemæo: alio nomine Sancta felicitas.

Circĭus (quod hîc pro insula Mysiæ adjacente corruptè legebatur) Vide CYZICVS.

Circŭs, de Circis Romanis vide Nicol. Perott. in Cornucopia, & Alexand. ab Alexand.

Ciris, dicitur Scylla Nisi regis filia, mutata in avem Cirim: id est, alaudam. Vide SCYLLA. κεῖρις, scribitur Oppiano lib. 1. dè Aucupio.

Cirrhă, κίρρα, Vrbs est in Phocide ad radicem Parnassi montis: à qua campi vicini Cirrhæi dicti sunt. Plin. lib. 4. ca. 3. Et Apollo Cirrhæus, & Templa Cirrhęa: hoc est, ædes Apollinis, apud Senecam in Hercule Oetæo.

Cirtă, sive potiùs Cirtha, κίρθη, Numidiæ fuit urbs munitissima, in qua Iugurtha Adherbalem necavit, ut est videre apud Salust. in Iugurth. Vide & Strabon. lib. ult. Vulgò *Constana*.

Circiada, Vicus Atticæ, Vide CERCIADA.

Cirtiscŭs, fluvius est memorandus in Scythia, teste Herod.

Cis, nomen patris Saul, ut habetur in lib. 1. Reg. cap. 9.

Cisalpină Gallia, quæ & Citerior Gallia, & Gallia togata dicitur, fluvio Rubicone finitur, cujus basim Alpes efficiunt. [Germ. Das theil *Italiæ* so jetzt Lombardy genennet wird.] Cic. pro Lege Manil. Inde quum se in Italiam recepisset, duabus Hispaniis & Gallia Cisalpina præsidiis ac navibus confirmata, *&c.*

Cisamus, [κίσαμος. German. Ein Stat in Candia / heißt jetzt *Chisamopoli*.] Vrbs est Cretæ apud Ptolemæum, quæ hodie *Ephitisa* appellatur.

Cisapennina Italia, à Catone in Orig. dicitur quæ respectu Romanorum cis Apēninum montem est: [Germ. Das Italia so der Stat Rom hiedisset dem Berg *Apennino* gelegen ist.] sicut Transapennina, quæ trans Apenninum est.

Cisianthi, Populi sunt inter Scythas, qui Oceanum accolunt, Cimmeriis vicini. Plin. lib. 6. cap. 13.

Cisia, κισία, mater Memnonis. à qua Susorum cives Cisii dicti. Stephan.

Cispĭus, Mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Cispii dictus, ut inquit Festus. Varr. lib. 1. de ling. Latina: Exquilinus est Cispius mons sexticeps apud ædem Iunonis Lucinæ.

Cissă, Ptolemæo, fluvius est Ponti, in ea parte, qua Cappadociæ cohæret. Vulgò *Quisa*.

Cisseūs, κισσεύς, Rex Thraciæ, pater Hecubæ uxoris Priami, à quo Cisseis patronymicū: ut Hecuba Cisseis, apud Euripidē.

Cisthena, Pōponio libro primo, Vrbs est Aeolidis in Isthmo, qui est inter Elaiticum sinum & Idæum. A Plinio Cisthene vocatur lib. 5. cap. 30.

Citarii, Populi Siciliæ, Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Cithærōn, [κιθαιρών. Germ. Ein Berg in *Boeotia* dem *Baccho* zugeeignet.] per i nostrū, Mons est Bœotiæ, teste Strabone, cujus radicem Asopus amnis alluit. Servius credidit alterum esse ex jugis Parnassi: quod omniū Geographorum judicio secus se habet. Est enim Cithæron mons à Parnasso discretus, & ab eo plusquam triginta passuum millibus dissitus. Hic mōs Libero patri sacer erat: unde etiam ibi ejus Orgia celebrabāt. Ovid. 3. Metamor. Vadit, ubi festus facienda ad sacra Cithæron Cantibus & clara Bacchantum voce sonabat.

Cithărīstă, sive Citharistes, κιθαριστής, Promontorium Galliæ Narbonensis: testibus Ptol. lib. 2. c. 10. & Antonino, qui in suo Itinerario ab hoc promontorio Massiliam usque navigio triginta millia passuum facit.

Citтĭum, κίττιον, Oppidum Cypri: unde Citticus Zeno, κιττιεύς, apud Laërt. lib. 7.

Cius, κίος, Fluvius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens, medium intersecās Hęmum, ut scribit Herod. lib. 4. ¶ Fuit item Cius Bithyniæ oppidum, postea Prusias appellatum. Hoc (ut testatur Strabo lib. 12.) Demetrius evertit unà cū Mytilea, huic vicina: easq; Prusię Zelę dedit, qui utranq; rursus à ruinis excitans, Cium, à se Prusiada: Myrleam verò ab uxore Apamiam nominavit.

C ante L.

Clæon, κλαιών, Fons est juxta Celænas Phrygiæ oppidum, ab effectu fletus dictus. κλαίω enim idem est quod fleo. Huic vicinus alter fons Gelon, ἀπὸ τοῦ γελᾶν: hoc est, à ridendo appellatus. Refert Plin. ex Theophrasto lib. 31. cap. 2.

Clamperiæ, Locus Italiæ, in Brutiis apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Clănĭus, γλάνις, Stephano, Fluvius Campaniæ juxta Acerras urbem, crebris ejus inundationibus bona ex parte haustam: ut annotavit Servius in illud Virg. 2. Georg. - vacuis Clanius non æquus Acerris. Plin. lib. 3. c. 5: Glanicum vocat, eundemq; esse testatur cum Lyri, Minturnas intersecāte. Stephanus Glanim appellat, Sillurumque piscem ab eo Glanium vocari existimat. Plinio tamen Glanis Thusciæ fluvius est juxta Aretium: de quo infrà suo loco.

Clariæ, Populi sunt Thracię, Plin. lib. 4. cap. 11. in descriptione Thraciæ.

Clărŏs, κλάρος, Vulgò *Calamo*, Ioniæ civitas, Apollinis oraculo nobilis, juxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ quum patrię cladem lugeret & suam, manantibus ubertim lacrymis fontem fecit: unde Claros, ἀπὸ τοῦ κλαίειν locus appellatus. Nearchus verò autor est, inde huic urbi nomen factum, quòd Apollini per sortem Claros obtigit. Nam sortem κλῆρον Græci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & fanum habuit, in quo responsa, epota aquā ædebantur. ¶ Est & Clarus insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ovid. 1. Metamorph. - mihi Delphica tellus, Et Claros & Tenedos, Patareaq; regia servit.

Clărĭum oraculum, In Ionia fuit juxta Clarum oppidum, non procul à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus est: ibi enim specus fuit & lacuna, cujus potu mira oracula reddita sunt: breviore tamen vita bibentium, κλάριον μαντεῖον. Hujus Plin. lib. 2. cap. 103, & alicubi Macrobius meminerunt.

Claterna, à Pomp. Mel. lib. 2. numeratur inter oppida Picenī.

Claūdĭă, κλαυδία, Nomē virginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri venisset, & simulacrum matris Idææ in vado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam, fertur cingulo duxisse navem, quam multa hominum millia trahere nequiverant. Eadem quum partem triumphantem ab inimico Tribunoplebis de curru detrahi animadverteret, pietate mota, in currum insiliit, patremque tàm arctè est amplexa, ut divelli non potuerit: quo facto populum tàm acriter in Tribunum concitavit, ut illæ vitæ metuens destiterit ab incepto. Autor Valerius lib. 5. cap. 4.

Claūdĭă. Plin. lib. 3. cap. 24. Norici oppidum est, quod à Ptolemæo Claudivium appellatur. Vulgò Closterneuburg.

Claūdĭă gens, tribus maximè cognominibus usa est. Nam & Pulchri, & Nerones, & Marcelli nominantur, patricii fuēre Pulchri & Nerones, plebeii Marcelli: nec minùs multos ex plebeiis, quàm ex patriciis, virtute præstantes, meritisque claros in rempubl. licet invenire, ex nostro commentario ad Qu. Fratrem.

Claūdĭă familia, ab Appio Clauso Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cum quinq; millibus clientum Romam venit, partemq; urbis habitandam accepit. ¶ Ex hac familia fuit Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam stravit, & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhumque intra urbem non esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Ex hac Familia Nerones & Drusi originem traxerunt. Nam Nerones Sabinorum lingua fortes, & strenui dicuntur. Drusi autem cognominati à Claudio Druso, qui occiso Druso Gallorum duce, primus sibi, & posteris hoc cognominis indidit. Autor Trāquillus in Claudio. ¶ Fuit & Appius Claudius Regillianus, unus ex Decemviris legibus scribendis creatus, summa inter collegas autoritate, qui post multa imperiosè & crudeliter gesta, tādem Virginiæ amore captus, submisso quodam ex libertorum numero, nomine Clodio, in servitutem eam asserere est conatus. Quare intellecta, accurrens è militia pater, exiguum cum filia collo quendi spatium petit, eamq; paululùm extra turbam abductam, quum alia ratione pudicitiam ejus & libertatem adversus Decemviri libidinem tueri non posset, non invitam interfecit: quo nomine Decemvir in carcerem conjectus, sibi manus intulit. ¶ Præter hos fuit & Claudius Appius, Caudex cognominatus, quod primus Romanis autor fuerit caudices secandi, & classis conficiendę. Hic Carthaginienses Messana expulit. Hieronem prælio victum apud Syracusas, in deditionem accepit. ¶ Fuit & Claudius Nero, Livii Salinatoris in Cōsulatu collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppetias ferentem, acie superavit, occisiq; caput in fratris castra abjiciendum curavit.

Claūdĭānă tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher instituit, ut ludis factis post scenam cōjectus lapidum ita fieret in

circumactam

circumactam pelvim, ut veri tonitrui speciem repræsentaret. Vide suprà BRONTEVM.

Claudĭānŭs, κλαυδιανὸς, Poëta Aegyptius, ut Græci & Latini affirmant, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinę libros tres. Item laudes Honorii, Arcadii, Stiliconis, Olibrii, & aliorum, cum aliquot invectivis, patria fuit Alexandrinus, nobilissima urbe Aegypti. Quidam Florentinũ faciunt, sed falsó. Autores Græci, qui de poëta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant, & autor ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximeq; apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit fœliciter, variisq; figuris ac sentẽtiis mirificè delectat. Hi ejus versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosii contra Eugenium Gallorũm regem scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parva manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adversas acies, revolutaq; tela
Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

¶Fuit & Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligulæ successit in imperio, vir inauditæ crudelitatis, ut scribit Suet. in Claudio. Claudiani poëtæ Alexandrini meminit Suidas.

Claudĭŏpŏlīs, κλαυδιόπολις, Cappadociæ urbs, cujus mentionem facit Plin. lib. 5. cap. 24.

Claudĭum, κλαύδιον, Vrbs Italiæ: gentile Claudianus, Steph.

Claudĭŭs, κλαύδιος, Nomen Romani Imperatoris, & Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adjecit imperio. Postremò ab Agrippina uxore venenato boleto sublato est, ut Nero filius Imperio potiri posset. ¶ Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator, qui Gotthos Illyricum vastantes bello adortus, incredibili clade superavit. Vnde in curia clypeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperasset, apud Smyrnam morbo interiit.

Claūsēmburgum, Transylvaniæ urbs.

Claūsŭs, antea Claudius dictus, Rex fuit Sabinorum, qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam urbis partem susceptit: ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, ut habetur apud Maronem libro 7: Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar: Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clăzŏmĕnæ, pen. corr. κλαζομεναί, Vrbs Ioniæ Asiaticę, quam condidit Paralus. Hæc priùs Glyna nominabatur, vicina Colophoni: unde & Apollo Glynæus dictus est apud Virgilium, quòd ibi esset ejus oraculum.

Clăzŏmĕnĭī, Insula ante Ioniam, quę & Marathusa, μαραθοῦσσα dicitur: à qua Clazomenii, κλαζομένιοι, Ioniæ populi originem traxerunt.

Clĕănthēs, κλεάνθης, Nomen philosophi, qui Zenonis Citiensis scholam successor excepit: Hic Phani Asii filius, egregius pugil, quum Athenas venisset, Zenoni adhærens, generosè philosophatus est, & in ejusdem permansit dogmatibus. Hic quum valdè pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diem verò in studiis exercitabatur. Vnde Phreantes appellatus est, quasi puteos hauriens. Tradunt illum, quæ à Zenone audierat, ossibus boum, & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas. Hujus insignis diligentia & acerrima censura abiit in proverbium. Nam quum aliquid summa cura, industriaq; elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam esse evigilatum.

Clĕānthĭs, Mulieris nomen est apud Suid.

Clĕārchŭs, κλέαρχος, Philosophus fuit, cujus meminit Hieronymus contra Iovin. ¶ Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux, Hic dicebat exercitui Imperatorem plus, quàm hostem metui debere. Autor Frontinus lib. 4.

Clēmēns historicus, scripsit de regibus & imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum, de figuris Isocratis. Autor Suidas. ¶Clemens item Alexandrinus præsul, Pantheni discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Severo, & Antonino principibus. Hieronymus & Eusebius lib. 6.

Clĕŏbĭs, κλέοβις, Alter fuit ex Argiæ sacerdotis filiis, qui cum fratre Bitone, quum jumenta morarentur, jugum subiit, matrisque currum ad fanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater superos precata est, ut filiis præmium darẽt, quòd longè maximum homini dari posset à Deo. Postridie itaque ambo inventi sunt in lecto mortui: tanquam ita dii judicárint, majorem homini fœlicitatem nõ posse obtingere, quàm statim ex hujus mundi gripi calamitatibus. Vide suprà in dictione BITON.

Clĕŏbūlŭs, κλεόβουλος, Lyndius, Evagoræ filius, unus ex septem sapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quæ versu hexametro ænigmata quædã conscripsit. Meminit puellæ hujus Plutarchus in convivio septem sapientum.

Cleocritus, κλεοκρίτος, apud Comicos taxatur ut mulierosus, & cinædus, & obscurus, & ut Cybeles filius. Nam in mysteriis Rheæ molles tantùm intersunt. Vnde id nominis contumeliæ jaciebatur in cinędos ac molles & parùm viros. Hæc Suidas.

Cleodamas, κλεοδάμας, Thasius philosophus, Platonis tempore in geometria floruit. ¶Alius Cleodamas Achnęus (Achne autem civitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorum, autore Stephano.

Clĕŏdōrā, penul. prod. κλεοδώρα, Nymphę nomen, matris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cœlium libro 16. capite 19.

Clĕŏmăchŭs, κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinędi cujusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinędo alebatur, cinędorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinędicæ orationis primus inventor fuit Sotades, postea Alexander Aetolus, sed in soluta oratione Lysis etiam adhibito cantu. Autor Strabo.

Clĕŏmbrŏtŭs, κλεόμβροτος, Pausaniæ filius, Lacedæmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminunda hoste sentire, temerè cùm eo pugnavit, seque & patriam in præceps dedit: nam & ipse vulneratus occubuit, & exercitus deletus est ¶ Fuit & alter hujus nominis, Academicæ sectæ philosophus, qui cùm libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem astruit, relegisset, seipsum ex sublimi saxo præcipitavit, ut citiùs ab beatorum cœtum perveniret. Cic. in Tusculan.

Clĕŏmēdēs, κλεομήδης, Astypalęęsis pugil fuit, incredibili corporis robore, qui quum Epidaurum quẽdam pugilem interfecisset, victoriæ præmiis fraudatus, doloris impatientia insanus factus est: Astypalæamq; reversus, se in puerorum ludum recepit, apprehensamq; manu columnam, cui tectum innitebatur, mediam confregit, plurimosque pueros ruina oppressit. Quamobrem quum ad supplicium peteretur, se in sepulchrum quoddam conjecit, adductumq; operculum intùs tãta vi retinuit, ut ne à multis quidem simul adnitentibus potuerit revelli. Concisо deinde ferramẽtis sepulchro, Cleomedes neq; vivus inventus est, neq; mortuus. Consulto itaq; oraculo Apollinis quid de illo actum esset, responsum est: Vltimus Heroum Cleomedes Astypalæus.

Clĕŏmĕnēs, κλεομένης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono victus ad Ptolemęum regem confugit, à quo primùm magno in honore habitus, mox calumnia cujusdam Nicagoræ regi suspectus redditus, in carcerem plenum captivorum conjectus est, qui omnes instinctu Cleomenis mutuis concurrentes vulneribus spontanea morte se tyranni crudelitati eripuerunt. Cujus facinoris quum Cleomenem autorem fuisse Ptolemęus comperisset, mortuũ excoriari jussit, & cruci affigi. Plura de hoc Plutarchus in vita ejus.

Clĕōn, κλέων, Cleæneti filius, dux Athenienſium in reipublicæ administratione adversari solitus Niciæ Nicerati filio, qui missus in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum insectatur Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur ἱππῆς: id est, Equites. ¶ Fuit & Cleon poëta, qui Argonautica scripsit: à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, ut ejus enarrator scribit. ¶ Fuit item Cleon Halicarnasseus orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Autor Suidas.

Clĕone, κλεωνή, & Cleonæ, narum, mediocre oppidum, distãs ab Argis stadiis centum viginti: à Corintho nonaginta, non procul à Nemæa sylva. Ovid. 6. Metamor. -humilesq; Cleonæ, Et Nelea Pylus.

Clĕōnæŭs, a, um, κλεωναῖος, ut Leo Cleonęus, qui & Nemeęus. Lucanus: Ille Cleonæi projecit terga leonis.

Clĕōnўmŭs, κλεώνυμος, Athenienſium dux fuit timidissimus, qui in prælio abjecto clypeo suos deseruit: unde & ῥιψασπίδης dictus est. Hunc insectatur Aristophanes in Nubibus.

Cleopatra, [κλεοπάτρα. Germ. Ein Königin in Egypten/ein gott Weib.] Aegypti regina, Auletæ filia, soror & uxor Ptolemæi ultimi, mulier impudentissima, à Cæsare primùm adamata: cui filium Cæsarionem peperit: deinde ab Antonio justæ uxoris loco habita fuit, relicta Octavia Augusti sorore. Postea victo apud Actium prælio navali Antonio, admotis corpori aspidibus sese interemit. Stat lib. 3. Syl.

Actias Ausonias Cleopatra catenas.

¶Cleopatra altera, quę ex Cosmeticis citatur à Galeno in lib. 1. de Compositione phar. cap. 1. mulier medicinę peritissima, quam

Paulus Aegineta lib. 3. cap. 2. & Aëtius tetrabibli 2. ... cap. 6 memorat. Nonnulli tamen hunc virum fuisse arbitrantur. ¶ Ab eo fit Cleopatricus, a, um, ut Cleopatricę dapes, apud Sidonium.

Cleopatrus, Præfecti nomen apud Corinthios, cujus Plutarchus in Arato mentionem facit.

Cleophantus, Medicus, cujus meminit Plin. libro 24. cap. 16. ¶ Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, ut scribit idem Plin. lib 35 cap 3.

Clĕŏphōn, κλεοφῶν, Poëta tragicus Athenienſis, cujus nonnullæ fabulæ commemorantur à Suida.

Clĕōstratŭs, κλεόστρατος, Antiquiſſimus philoſophus, qui primus in Zodiaco ſigna Arietis, & Sagittarii deprehēdit. Autor Plin lib 2. cap. 8.

Clĕōxĕnŭs, & Democlitus, κλεόξενος, καὶ δημόκλειτος, hiſtoriam de rebus Perſicis ſcribere aggreſſi, quam ab illis inchoatam fatetur ſe abſolviſſe Polybius Megalopolitanus. Autor Suidas.

Clēthŭs, κλῆθος, uxorem habuit Pallenem Sithonis filiam, quæ Thraciæ urbi nomen dedit, Steph.

Clībănŭs, κλίβανος, Mons eſt in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, cujus meminit Plin. libro 3. capite 10. ¶ Eſt item Clibanus oppidum Iſauricæ, quæ eſt Aſiæ regio, inter Ciliciam & Pamphyliā ſitæ de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

Clīdēmŭs, pen. prod. κλείδημος, Scriptor antiquiſſimus fuit, cujus opus de plantis ſæpè citatur à Theophraſto. Scripſit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clinias, κλινίας, Muſicus & philoſophus ſectæ Pythagoreæ, qui ſi quando ad iram provocaretur, ſumpta ſtatim cithara, motus animi leniebat, haud aliter quàm Achilles, quum iratus ſtabat ad littus, animi ſui dolorem citharę cantu leniebat. Autor Aelianus de Varia hiſtoria.

Clĭō, [κλίω. Ger. Eine auß den neun Μῦσις ſo jeen liebhabeten Ruhm und Herrligkeit bringet.] Vna Muſarum ex novem, apud Heſiodum in Theog. λὰὸ τῦ κλίους: id eſt, à gloria, quòd poëtis gloria ex carmine naſcatur.

Clīſthĕnēs, κλεισθένης, Primus oſtraciſmi autor apud Athenienſes, primusq; eo genere exilii mulctatus. Vide Cælium lib. 21. cap. 44. ¶ Cliſthenem video, κλεισθένιλω ὀρῶ. Suidas refert, & ait convenire in eos qui lævi, deraſaq; ſunt cute. Nam is mos Cliſtheni, barba deraſa ſemper eſſe, quo juvenis etiā dum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλεισθένης ἀκρατέστερος, Cliſtene intemperantior. De cinædo & deliciis effœminato.

Clītarchŭs, κλείταρχος, Hiſtoricus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cujus etiā res geſtas conſcripſit: ſed ea vanitate, ut fidem Hiſtorici non mereatur. Autor Quintilianus.

Clītellæ. Vide in APELLAT.

Clīternĭa, Pomponio libro 2, Italiæ oppidum eſt, in tractu Apuliæ, ad Garganum montem, Vulgò *Gelano*. Ptolemęo Cliternum.

Clītŏmăchŭs, penultima correp. κλειτόμαχος, Philoſophus Carthaginiēſis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audivitq; Carneadam, cujus & ſucceſſor fuit, tres ſectas ſectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conſcripſit, de quo Cic. li. 3. Tuſcul. mentionem facit. ¶ Clitomachus alter, Athleta, & Pancratiaſtes nobilis fuit, qui pudicitiæ tantæ fuiſſe dicitur, ut canes ſi fortè coëuntes vidiſſet, ſtatim vultum averteret: in convivio ſiquis ſermo laſcivus incideret, ſtatim ſurgens abiret. Autor Aelianus de Varia hiſtoria.

Clītŏr, oris, κλείτωρ, Oppidum mediterraneum Arcadię, à quo vicinus fons Clitorius appellatur, ei qui guſtaverit, vini faſtidium inducens. Meminit hujus oppidi Ptolemęus libro 3. capite 16.

Clītŭmnŭs, Agri Faliſci fluvius eſt, cujus aquæ potatæ candidos faciunt boves. Autor Plin. libr. 2. cap. 103. Virgil. 2. Aen. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima. Silius: Et lavat ingentem profundens flumine ſacro Clitumnus taurum.

Clītus, κλεῖτος, Mantii fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam poſtea apparuit. ¶ Fuit prætereà Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidemq; chariſſimus, tùm quòd filius eſſet nutricis ipſius, tùm quòd ab illo in dubio vitæ diſcrimine fuiſſet ſervatus. [Germ. Einer auß den geheimpten freundt deo groſſen Keyſers Alexandri/ welchen er auch in einer vollen weiß jämerlich erſtochen hat.] Hunc tamen in convivio quodam liberiùs in Perſicos mores invectum, rex jam temulentus ſpiculo trajecit. Cujus facti eum poſtridie tanta cœpit pœnitētia, diſcuſſa jam ebrietate, ut totum triduum cibo abſtinuerit, decreverit; omninò inedia ſibi necem conſciſcere, amicumq; optimè de ſe meritum ad inferos perſequi. Tādem ægrè admiſſa amicorum conſolatione, qui Clitum jure occiſum aſſerebant, ſumptuoſiſſimo eum funere ſepelevit. Hiſtoriam hanc vide latiùs apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

Cloanthus, Vir Trojanus, Aeneæ comes.

Clōdĭă, Romana (à qua Cicero prædium emere volebat) copioſa & locuples fœmina fuit, de qua ſic Cicer. ad Attic. libro 13: Sed quando, *inquit*, Clodia Romæ futura eſt, & quāti rem æſtimas, eo prorſus expecto: nō quin illud malim, ſed & magna res eſt, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clōdii forum, Italiæ oppidum in octava regione, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 13.

Clōdĭōrum familiam, à Clodio Aeneæ ſocio dictam putavit Feſtus. Verius tamen eſt, Clodios (qui & Claudii dicuntur) à Sabinis ortum traxiſſe, nominisq; originem cepiſſe ab Appio illo Clauſo, qui primus ex ea familia cum quinq; clientum millibus ſe Romam contulit.

Clōdĭus, prænomine Publius, Adoleſcens fuit nobilis ex antiquiſſima Claudiorum familia, ſed civis factioſus, & notiſſimæ libidinis: ut qui & tres ſorores per inceſtum polluerit, & in ſacris Bonæ deæ muliebri veſte deprehenſus ſit. Hic graviſſimas cum Cicerone inimicitias exercuit: cui, ut majus negotium faceſſere poſſet, Tribunatum plebis petiit: quem quum per leges obtinere non poſſet, quòd Patricius eſſet, cuidam ex plebe ſe adoptandum dedit: atque ita tribunatum nactus, nō quievit, donec Ciceronem per vim civitate expelleret. Verùm quum & Pompeio moleſtus eſſe cœpiſſet, & optimum quenque laceſſeret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio revocari: qui in urbem reverſus, Milonis auxilio inimici impetū compeſcuit: à quo etiā Clodius ipſe in via Appia fuit interfectus. De hoc ſic ſcribit Cicero ad Attic. lib. 1: Credo (*inquit*) te audiſſe, quum apud Cæſarem pro populo fieret, veniſſe eò muliebri veſtitu virum, idque ſacrificium quum virgines inſtauraſſent, mentionem à Qu. Cornificio in ſenatu factam (is fuit princeps, ne tu fortè aliquem noſtrūm putes) poſtea rem ex S.C. ad Virgines atque Pontifices relatam: idque ab iis nefas eſſe decretum: deinde ex S.C. Conſules rogationem promulgaſſe: uxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. In hac cauſa Piſo inimicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio quam ipſe fert, & fert ex S.C. & de religione, antiquetur. Hactenus Cic. ¶ Fuit & Clodius Pulcher, orator Romę inter patronos, ſimul cum Cicerone in cauſa Scauri Pædianus. ¶ Clodii cujuſdam meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum ſcripſit. ¶ Sex. Clodius rhetor Siculus, Latinę, Græcęq; eloquentiæ profeſſor, malè oculatus, familiaris, ac præceptor M. Antonii triumviri, cujus meminit Cicero in Philip. & Trāquillus. ¶ Clodius Quirinalis Arelatenſis, rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora, teſte Euſebio. ¶ Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, poſt mortem Pertinacis principis ab exercitu imperator ſalutatus, & à Severo juxta Lugdunum acie ſuperatus. Autor Herodianus.

Cloēlĭă, Nobilis virgo Romana fuit, quæ cum aliis nonnullis virginibus Porſenæ Hetruſcorum regi obſes data, deceptus cuſtodibus unà cum reliquis virginibus incolumis ad ſuos per Tyberim tranavit: Quamobrem Romani novam in fœmina virtutem novo honoris genere ornandam rati, ſtatuam ei equeſtrem in ſumma ſacra via poſuerūt. Autor Livius primo ab Vrb. Hujus meminit Valer. libro tertio, capite de Fortitudine. Virgilius quoque circa finem libri octavi Aen.

Et fluvium vinclis innaret Cloëlia ruptis.

Iuvenalis:

Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ
Imperii & fines Tiberinum virgo natavit.

Clŏnĭŭs, κλόνιος, Vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta navibus ad Trojam navigaverunt, ut ſcribit Homerus libro Iliad. 2.

Clota, Ptolemæo, Aeſtuarium maris in Britannia inſula, exiguo terrę ſpatio à Bodotria altero ęſtuario diremptum. Cornel. Tacit. in vita Agricolæ Glotam vocat.

Clōthō, κλωθώ, Vna parcarum, quę humanę vitæ ſtamina diſpenſat. Græcè κλώθω, Circūvolvo, neo, deſtruo. De his nonnihil Orpheus in hymnis, pluraq; tradita in magica ſua, ſed involuta & obſcura. Heſiodus autem in Theog. Themidos filias facit, & Iovis: Clotho, Lacheſin, & Atropon. & θνητοῖς ἀνθρώποις ἔχειν ἀγαθόν τε, κακόν τε.

Cluĕntĭus, Ex municipio Latino, accuſatus à matre Saſſia, quòd Oppianicū vitricū interfeciſſet, defenſus fuit à Cicerone, cujus adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

Clunĭa, Oppidum eſt Hiſpaniæ in extremis Celtiberorum finibus. Vnde unus ex Hiſpaniæ citerioris conventibus Clunienſis dictus eſt. Vulgò *Ciudad real*. Sunt enim ſeptem (inquit Plin. li. 3.) Carthaginienſis, Tarraconenſis, Cęſarauguſtanus, Clunienſis, Aſturum, Lucenſis, Braccarum.

Clŭpĕă, quæ & Clypea dicitur, Vulgò *Quipia*, Civitas Africæ propriè

propriè dictæ, in promontorio Mercurii sita: ita dicta à clypei figura: unde & Aspis dicitur, teste Solino, quod etiam annotavit Hermolaus in Pliniũ, & Vadianus in Melam. Silius lib. 3: In clypei speciem curvatis turribus Aspis. Lucanus libro 4: Et Clupeam tenuit stationis littora notæ. Ptolemæus verò duas urbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarũ unam Clypeam, alteram Aspidem appellat. ¶ Clupea etiam exiguus piscículus est apud Plin. lib. 9. cap. 15, qui venã quandam in faucibus Thynni erodens, ipsum exanimat.

Clusíni, Novi & veteres populi Hetruriæ, Plin. lib. 3. cap. 5.

Clūsīnŭs. [Germ. Der Gott *Ianus* hat diesen Nammen vom beschlossen her/darumb daß man zu fridens zeit alle täden an seinẽ Tempel beschloß.] Dictus est Ianus, quòd pace templi ejus portæ clauderentur. Virg. 1. Aen. Claudẽtur belli portæ, furor impius intus Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis.

Clusíolum, Oppidum Vmbriæ, quod interiit: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Clusíum, Oppidũ est Tuscię mediterraneũ, ubi Porsena Hetruscorũ rex sepultus creditur. Plin. li. 36. cap. 13. Vulgò *Chiusi*.

Clўmĕnē, penult. corr. κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Iapeti uxor, teste Hesiodo in Theogonia: de qua Virgilius libro 4. Georg. Inter quas Clymene curam narrabat inanem. ¶ Fuit & altera Clymene mater Phaëthontis, ut scribit Ovid. libro 1. Metam. quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu ejus potitus, ex ea Phaëthontem, & sorores genuit. Ovid. lib. 1. Metam. Et tulit ad Clymenem Epaphi convitia matrem. ¶ Inde Clymenis, idos, patronymicum & Clymencius, a, um: ut, Clymeneia proles: id est, Phaëthon. ¶ Tertia fuit ministra Helenæ decoris oculis prędita, ut est apud Homer. lib. 3 Iliad. Hujus meminit & Ovidius in Epistolà Helenes ad Paridem: Cætera per socias Clymenem, Aethramque loquemur, Quæ mihi sunt comites, consiliumq; duæ.

Clўtæmnēstrā, κλυταιμνήστρα, Nomen proprium uxoris Agamemnonis, quæ ob amorem Aegisthi adulteri virum occidit. Vnde etiam ab Oreste filio in patris ultionem fuit occisa; de qua Euripides in Oreste, & Homerus in Odyssea.

Clytía, æ, vel Clytie, es, κλυτίη, Vna fuit ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cũ Leucothoe concubitum. Orchamo patri ejus indicavit. Quare iratus Apollo, Clytien gravissimo odio prosequutus est. Illa verò amoris impatientia cibo & potu abstinens, manè orientem, & vesperi occidentem spectabat Apollinem: & quacunq; ille iter faciebat, Clytie oculis sequebatur. Vnde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in Heliotropium. Fabulam hanc refert Ovid. lib. 4. Metam.

Clytíus, κλύτιος, Filius Laomedontis, & frater Priami, ut refert Homer. lib. 20. Iliad. ¶ Est & Clytius, adolescentis nomẽ apud Virg. lib. 10. Aen. quem Cydon quidam in deliciis habuit.

C ante N.

Cnemídes, κνημίδες, Oppidum Locrorum, ad sinum Opontium, secundum Daphnuntem, è regione Cænei Eubœæ promontorii: à quo Locrorum quidam Epicnemidii cognominati sunt. Vide Strab. lib. 9. & Pompon. lib. 2. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, lib 4. cap 7.

Cnēŭs, κνῆος, per c scribitur, sed profertur per g. Prænomẽ fuit Romanis peculiare: à nævo (ut volunt) tractum, quod eo prænomine præcipuè nominarentur, qui nævum aliquẽ nascentes attulissent. Festus à Græco γίγνεσθαι deducit.

Cnĭdŏs, κνίδος, Vulgò *Cabo crio*. Est urbs, in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis, in qua Venus colebatur: unde Cnidia dicta est. Potest etiã scribi Gnidos per g. ¶ Est & herbæ nomen, de qua Plin. lib. 21. cap. 16. Vnde Cnidium oleum, quod fit è grano cnidio: de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

Cnīpŏlŏgŭs, κνιπολόγος, Aristoteli Hist. lib. 9. cap. 3. dicta quod κνῖπας: id est, Cossos venetur. Gaza Culicilega. Avicula est achantylis magnitudine; coloris cinerei; ac distincti maculis.

Cnīsæă, κνισαία, Navale Megarorum juxta Peloponnesum, Stephan.

Cnŏpŭpŏlĭs, κνοπύπολις, Ioniæ civitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. Stephanus.

C ante O.

Cŏăstræ, sive potiùs **Choatrę**, Indię populi sunt, apud quos arbores in tantam altitudinem excrescunt, ut ne sagittis quidem queant adæquari. Autor Plin. lib 7. cap. 2. Lucan. libr. 1: Aethera tangentes sylvas liquêre Choatræ.

Coboris, Insula est in sinu arabico apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Cobrўs, κόβρυς, Vrbs Thraciæ à qua fit gentile Cobrytes, κοβρύτης. Stephanus.

Cocalus, κώκαλος, Sicilię rex, ad quem Dædalus ex Creta aufugit, quem illuc usq; persequutus est Minos Cretensium rex: sed à Cocali filiabus (ut Aristoteles refert) interfectus est.

Cocanícus, Sicilię lacus, ex quo salem Cocanicum nominamus. Autor Plin. lib. 31. cap. 7.

Cŏclēs, Nomen Horatii cujusdam Romani, qui Porsenæ regi (ut docet Livius lib. 2: Decad. 1.) per Sublicium pontem trãsire conanti, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à soçiis frangeretur: quo fracto, se cum armis præcipitavit in Tyberim. Et licet læsus in coxa fuerit: Tyberim tamen tranando ad suos pervenit. Vnde est illud ab eo dictum, quũ ei in comitiis coxæ vitium objiceretur: Per singulos gradus admoneor triumphi mei. Hujus meminit Valerius lib. 3. cap: 2. Virg. quoque Aeneid. 8:

Illum indignanti similem, similemq; minanti
Aspiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles.

Cŏctĭæ Alpes, Vide COTIAE Alpes.

Cŏcynthium, κώκυνθον, Italiæ promontorium, quod Meridianam plagam spectans, Ionium, & Siculum mare discriminat: Polybius lib. 2, & Plin. lib. 3. cap. 10.

Cocytía, κωκύτια, Sacra erant, quę fiebant in honorem Proserpinæ, quam Pluto rapuit: à Cocyto inferorum fluvio nominata. Autor Porphyrio in illud Horatii in Epod. Inultus ut tu riseris Cocytia.

Cŏcўtŭs, pen. prod. [κωκυτός. German. Der jamerbach in der Hell. Polon. *Piekielne iezioro*. Vng. *Pokolnak siralmas folyo vize*. Ang. *Mourning*.] Latinè dicitur luctus: quo nomine dictus est Inferorum fluvius à Styge profluens. κωκύειν enim gemere ac lamẽtari significat. Virg. 6. Aen. Cocyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem. Claudianus: - presso lacrymatum fronte resedit Cocytus, tacicis Acheron obmutuit undis.

Codanus, Sinus maris est ante Albim fluvium, totius Germaniæ maximus. [German. Des Dennmärckischen Meerschoß.] In quo sita est Scandinavia incompertæ magnitudinis insula. Plin. lib. 4. cap. 13.

Codanonia Pomponio, Insulà est una ex Hemodibus, earũ, quæ in Codano sinu sunt, longè maxima: fortasse eadẽ cum illa quam Plin. Scandinaviam vocat. [German Norwegen.]

Codetã, autore Festo, Dicta sunt ab antiquis loca trans Tyberim, quòd in iis virgulta nascerẽtur equinis caudis similia.

Cŏdrŭs, [κόδρος. German. Ein König zu Athen der sich gutwillig in todt ergeben hat / alß des Vatterlandts wolfart daran stund.] Nomen proprium regis Athenienſis, qui pro patriæ salute certissimæ se morti objectavit. Responsum enim acceperant Peloponnesienses, ita demum se superaturos, si hostium regem nõ occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis, eosque in suam necem per jurgia provocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo: unde Virgil 5. Aeglog. -si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habẽs laudes, aut jurgia Codri. Hujus tánta fuit nobilitas, ut locum fecerit proverbialı hyperbolæ. Nam quũ nobilitatem cujuspiam volebãt extollere, eum Codro nobiliorem esse dicebant. Generosior Codro, εὐγενέστερος κόδρου: aut, Antiquior Codro, ἀρχαιότερος κόδρου. Per ironiam etiam dici potest in istos; qui majorum fumosis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur. ¶ Hinc Codridę dicti sunt Codri posteri.

Coëlă, κοίλη, Atticæ regiuncula est, Miltiadæ & Thucydidis sepulchris nobilitata: cujus meminit Marcellinus in vita Thucydidis.

Coëlēsўrĭă, sive Syria Coële. [κοιλοσυρία. Ger. Die Landtschafft in Syrien so zwischen den Bergen *Libano* und *Antilibano* gelegen ist.] Ea Syriæ pars est, teste Strabone lib. 16, quę ultra Seleucidem in Aegyptum & Arabiam recedit, proprieq; ea quæ Libano, & Antilibano includitur. Ità dicta à cavitate, quam Græci κοιλάνσιν nominant. Pomponius Mela, lib. 1: Syria latè litora tenet, terrasq; etiam latiùs introrsus, aliis, aliisq; nuncupata nominibus: nam & Coële dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene.

Coëlŏs, κοῖλος, Thracię portus est, ubi Lacedęmonii ab Atheniensibus navali prælio superati sunt. Mela, lib. 2: Est & portus Cœlos Atheniensibus & Lacedęmoniis navali acie decernẽtibus, Laconicæ classis signatus excidio. Quæ Pomponii verba nonnulli referunt ad prælium illud navale, quo Lacedæmonios vicerunt Athenienses, Thrasyllo, & Thrasybulo ducibus. Alii ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedæmonios juxtà Thraciæ Cherronesum navali prælio superasse, autores sunt Plutarchus & Iustinus.

Coemba, Ptolomæo est Gedrosiæ urbs, hodie *Cambaia*, sive *Gambaia*, regni caput.

Cœnocnum, Ptolemæo, Vrbs esse creditur Germaniæ, quæ vulgò Leubenburg vocatur.

Cœranus, κοίρανος, Naufragus à Delphino servatus. Vide historiam apud Plutar. lib. 5. circà finem libelli: Vtrum terrestria aut aquatilia plus sapiant.

Cœŭs, κοῖος Hesiodo, per œ diphth. Fuit Terræ filius, frater Iapeti, & Typhœi, quos omnes uno partu à Tellure quinta luna genitos esse fabulatur Virg. lib. 1. Georg. Cœumq; Iapetumq; creat, sævumque Typhœa, Et conjuratos cœlum rescindere fratres.

Cogamus, Fluvius est Mæoniæ ad radicem Tmoli montis: de quo Plin. lib 5. cap. 29.

Colaicum, promontoriũ est Taprobanæ insulæ. Autor Plin. lib. 6. cap. 21.

Colapis, sive Galapis, Pannoniæ fluvius est, in Saum influens juxta Sisciam, gemino alveo insulam efficiens, quæ Segestica appellatur: de hoc Plin lib 3. cap. 25.

Colapiani, Pannoniæ populi, juxta quos Colapis fluvius in Saum influit: unde & nomen acceperunt. Meminit horum & ibidem Plinius.

Cōlāxes, apud Flaccum lib. 6. Argon. nomen est cujusdam Pisatę, Iovis ex Ora nympha filii, qui ab Iasone fuit interfectus.

Cōlchis, dis, κόλχις, Regio Asię juxta Pontum regnũ Aeetę regis, & Medeæ patria. Corace monte (qui est Tauri pars) à Septentrione: ab ortu Iberia: à Meridie Phasi de: ab Occidẽte Euxino ponto clausa. Hûc ferunt Iasonem cum Argonautis navigasse, Medeæque artibus adjutum, aureum vellus retulisse. ¶ Hujus regionis incolę dicuntur Colchi, κόλχοι. Hæc (ut Ptolem. ait) monte Corace à Septentrione clausa est, qui est Caucasi pars, & Nomades excludit: ab Oriente Iberia: à Meridie Phasi de, & Armenię montibus: ab Occidente Euxino ponto.

Cōlchī, Asiæ populi, veneficii maximi autores, & Iasonis memoria, fabularumq; involucris nobiles: habent ab Ortu Iberiam & Albiam usq; in Caspium. Autor Ptolemæus. Ammianus lib. 22: Colchos antiquam, Aegyptiorumq; sobolem esse refert. Nam linificium adeò apud eos vulgatum est, ut in peregrina quoque loca exporterur: unde quidam cognationem Colchorum cum Aegyptiis ostendere volentes, fidem ex his capiunt, inquit Strabo.

Cōlchis, dos, regio est Asiæ juxta Pontum, in qua jugá Caucasi ad Riphęos montes totquentur: altero latere in Euxinum Mæotin devexa: altero in Caspium seu in Hyrcanum mare. In eo est Phasis amnis. Regnum fuit Aeetæ patris Medeæ: unde sæpissimè Colchis pro Medea sumitur.

Martialis:

Ignipedes posset sine Cholcide vincere tauros.

Cōlchĭcŭs, a, um, possessivum. κολχικός. Horat. 2. Carm. Ille & venena Colchica, Et quicquid usquam concipitur nefas Tractavit.

Cōlchĭcŭs, a, um, Propert. Colchis Colchiacis urat aheña focis. Vbi ipsam Medeam gentilitio nomine Colchidẽ appellat.

Cōlī, κῶλοι, Populi juxta Caucasum. Inferiores autem Caucasi partes Colici mõtes, κωλικὸν ὄρη vocãtur, regio Colica, Steph. Κόλοι φρούρες, Populi quidam Bœotiæ, Steph. in αὐτοκανδυλεῖς.

Colias, κωλίας, Promontorium vel litus Atticę in vico Phalereo, ubi & Venus Colias. Est autem lacus ibi similis cruri, κώλα, humano: gentile Colius, & Colias fœmin generis, & Colius, a, um, Steph. ¶ Est item Colias genus lacerti piscis apud Plin. li. 32. cap. ult. Colias Parianus sive Saxitanus è patria Betica, Lacertorum minima: sic enim legendum est. Scombro omnium similis est differens lineis obliquis punctisq; nigris. Vide Arist. Hist lib. 9 cap. 2.

Colidos, pen. cor. Insula in Oceano Indico, Veneri sacra, quæ tantę altitudinis esse perhibetur, ut illuc aves non advolent.

Cōllātĭă, Civitas fuit in prima regione Italiæ, quam Tarquinius constituisse dicitur, qui (ut erat superbus) eam ex collata pecunia constituit: unde & Collatia dicta est. Potest tamẽ fieri ut ab Albanis fundata sit, & aucta à Tarquinio. Autor Servius, enarrans illud Virg. 6. Aen.

Hi tibi Nomentum & Gabios urbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Cōllātīnŭs, Tarquinii cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus post exactos reges cum Iunio Bruto factus est Consul. Postea non aliam ob causam, quàm quòd Tarquinius appellaretur, populo suspectus, magistratu se abdicare coactus est, & in exilium proficisci. Liv. 2. ab Vrbe.

Collatina porta Romæ, à Collatia oppido prope Romam, ad quod per eam portam fiebat iter. Festus.

Collatína Dea, Quæ collibus præsidebat. [German. Die Bühel Göttin.]

Collína, Vna ex quatuor regionibus urbis Romæ, à quinque collibus quos complectebatur, Viminali, Quirinali, Salutari, Mutiali, & Latiari, appellata, autore Varrone de Ling. Latina 4. & quum singulę quatuor regiones urbis tribum urbanam facerent, Tribus quoq; Romanæ nomen est. ¶ Est etiam collina porta quæ fuit in colle Quirinali sita: unde & nomen accepit. Ovid. Templa frequentari collinę proximą portę Nunc decet, à Siculo nomina rege tenent. Ea posterioribus temporibus Salaria vocata, quod nomẽ quoq; vię est in quam exit. Corn. Tacit. Tertium agmen per Salariam collinę portæ appropinquabat: per eam Salem Sabini deferebant, Ideoq; Salária vocata.

Collodis, Insula est Sardiniæ adjacens, de qua Plin. lib. 3. c. 7.

Colmaria, Vrbs Alsatiæ, Vulgò Colmar.

Cōlŏcātŭrum, Germaniæ urbs Ptolemæo.

Colonæ, Troadis locus est, non procul à Lampsaco, Milesiorum colonia. ¶ Sunt & aliæ Colonæ ad exteriorem partem Hellesponti, stadiis centum & quadraginta ab Ilio distantes. Meminit utriusq; loci Strabo lib. 13.

Cōlōnĭă Agrippínensis. [Germ. Cöln am Rhein.] Vbiorum civitas potentissima, cis Rhenum fluvium sitâ: ita dictâ ab Agrippina Neronis matre, quæ ut sociis quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum ubi genitâ erat, coloniam ex veteranis deduci imperavit. Autor Tacitus Annal. lib. 12.

Colonis, Insula est in sinu Argolico, contra Hermionium agrum, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Cōlōnŏs, κολωνὸς, Agger fuit, sive locus editus, hon procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles tragœdiam de Oedipi calamitatibus conscriptam, Oedipum Coloneum appellavit. ¶ Etat autem hic locus Neptuno sacer, ubi etiam equestris ejus statua fuit; quemadmodum & Thesei, Pirithoi, Adrasti & Oedipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine, hominũq; odio μισανθρώπου cognominatus est. Hæc Pausanias in Atticis. ¶ Pollux verò libro septimo, autor est, duo hujus nominis loca in Attica fuisse: alterum ἵππειος appellatum, in quem cõfugit Oedipus: alterum in foro juxta Euryscium, ἀγοραῖον cognominatum. ¶ Vnde locus factus proverbio: Serò venisti, sed in Colonum ito, ὀψὲ ἦλθες, ἀλλά γ' ἂς κολωνὸν ἴσον. Dicebatur in eos qui post tempus advenirent: aut quid mercede quippiam facerent.

Colopena, ę, κολοπηνὴ, Cappadociæ pars est, Sebastiam, & Sebastopolim urbes habens. Vide Plin. lib. 5. cap. 3.

Cōlŏphōn, penultima correpta. [κολοφών. German. Ein bérühmpte Statt in Ionia von wegen der weissagungen im Tempel Apollinis.] Vrbs est Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophonii navales opes satis amplas habuêre, & in equestribus certaminibus tantùm excelluêre, ut victoriam sibi certàm pollicerentur, quibus Colophonius accessisset equitatus. ¶ Hinc factus est locus proverbio κολοφῶνα ἐπιθεῖναι: hoc est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponebatur ¶ Colophonia ferocitas, κολοφωνία ὕβρις. In insolentes qui ferociter despiciunt, & affligunt humilioris fortunæ homines: Aut in eos, quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogâtia, superbiaq; ejus gentis. Diogenianus. ¶ Ex Colophone originem duxerunt Minermus tibicen, & poëta Elegiacus; Xenophanes Physicus, & Polymastus Musicus: quibus nonnulli ipsum etiam adjiciunt Homerum. Virgilius in Ciri: Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Colopiani, Pannoniæ populi, Plin. lib. 25. cap. 4.

Cōlōps Magnus, κόλοψ ὁ μέγας Ptolemæo. Zeugitanæ provinciæ urbs, hodie Giger, regia civitas.

Colobrasus, Nomen hęretici, qui vitam omnium hominum in septem syderibus consistere affirmabat.

Cŏlŏssæ, arum, sive Colossis, Strab. lib. 12. [κολοσσαί. Ger. Ein Statt in Phrygia dahin auch S. Paul sein Sendbrieff an die Colosser geschicket hat.] Oppidum Phrygię nõ procul à Laodicea, quod sub Nerone, teste Orosio, cũ Laodicea & Hierapoli terræ motu concidit. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 5. cap. 32.

Colotes, Nomen pictoris Teii, cujus meminit Quint. lib. 2.

Cŏlōŭs, κολοῦς, Lacus est Lydię, quadraginta stadiis à Sardibus distans, qui & Gygæus à Poëtis nominatur, juxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloënæ, ubi simiæ solennibus diebus saltare dicebantur. Vide Strabonem lib. 13.

Cōlpē, es, κόλπη, Ioniæ civitas fuit, cujus meminit Plinius lib. 5. cap. 39.

Colubæ, Populi Plinio inter gentes Indicas numerantur, lib. 6. cap 19.

Colpedi, κολπεδοὶ, Thracum vel Arabum populi regio.

Colpílica, Vide COLPEDI.

Cōlpītēs, κολπίτης, Vide PHOENICE.

Cŏlubrārĭă Insula est in mari Ligustico, quę à Græcis Ophiusa vocatur, Vulgò Dragonera. Vtrunque nomen ductum est à serpentum noxiorum multitudine, quibus tota insula infestatur. Plin. libro 5. capite 5: Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideò infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus.

Columella, Cujus inscriptio prænominis L. Moderatus Columella, Gaditanus genere, scripsit absolutissimos libros de Re rust. temporibus Claudii principis.

Cŏlūmnă Regía, Civitas in agro Brutio, ut est apud Pomp. lib. 2. Hunc locum Græci κιόνια vocant: id est, Columellam. Ea turriculæ modo erecta, ex adverso turrem in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Cōlūmnæ Herculis. [ἡράκλεω στῆλαι. Ger Die Seül Herculis, sind zwen spitzige Berg: einer zu eüsserst in Hispania: der ander innerhalb in Africa.] duæ esse perhibentur in Occidentẽ: quia ex Oceano

Oceano mare noſtrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant: alterum in Europa Calpen. Hos quondã junctos perpetuo jugo fuiſſe finxerunt, ſed Herculem diremiſſe colles. Aliqui tamen hos mõtes procul ſpectantibus geminas columnas videri dicunt. Alii dicũt columnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorũ, ad quas proficiſci ſolebant qui navigationẽ abſolviſſent, tanquã Herculi ſacra facientes. ¶ Ad Herculis columnas, ἡρακλειας στήλας, jam olim Proverbio dicebatur, ut admonet Pindari interpres. Sic enim vulgò dici ſolere, τὰ πέρα γαδείρων, ἢ πέρατα: id eſt, Quæ ultra Gades, inacceſſa. Quo ſignificatur, ultra columnas Herculis non eſſe quò progrediare: ſi quis ergo præterea quidquam laudis requirat, id perinde eſſe, ac ſiquis ultra Columnas ab Hercule fixas conetur tranſire.

Cõlytus, κόλυτος, Viri nomen, de quo vide in DIONIA.

Cõmãgẽnã, vel Comagene, pen. prod. κομαγηνή, Pars Syriæ, ſupra Ciciliam in Ortum ſita, trans Amanum montẽ, excurrens uſq; in Meſopotamiam, à qua Euphrate fluvio dirimitur. ¶ Hinc Comagenum medicamẽtum dictum eſt, quod fiebat ex adipe anſerino, in vaſe æreo cum cinnamo multa nive obruto, addita etiam herba quæ Comagena appellabatur. Plin. lib. 10. cap. 22: Reperit Syrię pars, quæ Comagene vocatur, adipem anſerum in vaſe æreo cum cinnamo multa nive obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad uſum præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. Idem lib. 29. cap. 4: Fit ex anſerum adipe medicamẽtum in Comagene Syrię parte, cum cinnamo, caſia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis vaſis nive, odore jucundo, &c. Comagenus, a, um. Iuvenal. Satyr. 6:

Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi
Teſtamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius vel Comagenus aruſpex.

Comana, orum, Civitas eſt in convallibus Antitauri montis, inſigni Bellonæ fano celebris. ¶ Inde Comani dicuntur ſacri ſervi Bellonæ, quorum Strabo ſua ætate ſupra ſex millia fuiſſe tradit, qui omnes ſacerdotis imperio parebant, & ſtatis quibuſdam Bellonæ feſtis ſeſe mutuis laniabant vulneribus. ¶ Fuerunt & Comanæ Pontica, idem deæ conſecratæ, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ ſumpto, in quo etiam ſimili ritu Bellonæ ſacra fiebant. Vtriuſque eſt autor Strabo lib. 12.

Comari, Populi inter Scythas, ad Caſpium mare incolentes: quorum meminit Pompon. Mela, lib. 1. in deſcriptione ASIAE.

Comarus, ari, κόμαρος, Portus eſt ad ſinum Ambracium, juxta Nicopolim, iſthmum ſtadiorum ſexaginta efficiens. Autor Strabo lib. 7.

Cõmãtã Gallia, Vno nomine appellata eſt omnis Gallia Tranſalpina, à ſtudio nutriendæ comæ: ſicut Narbonenſis, Gallia Brachata dicta eſt, à Brachis veſtimenti genere, quo regio illa peculiariter utebatur. Plin. lib. 4, cap. 17: Galliam Comatam in tres partes dividit, amnibus diſtinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas põnit: inter Sequanam & Garumnam Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunenſem Galliam appellat. Indead Pyrenæi montis excurſum Aquitaniam vocat. Ex hac deſcriptione ſatis conſtat, Galliam omnẽ quæ à Cæſare deſcribitur, uno nomine vocari Galliam Comatam, excepta fortaſſis Romanorum Provincia, quæ Gallia Brachata dicta fuit.

Cõmbẽ, es, κόμβη, Aſopi filia fuit, quæ primà æneam ármaturam traditur inveniſſe: unde & Chalcis eſt cognominata: à qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ovidii libr. 7. Metamorphoſ.

Adjacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Comini, Populi fuerunt Italiæ, in tractu Aequicolarum. Plin. lib. 3. cap. 12: In hoc tractu interierunt ex Aequicolis Comini, Tadiates, Acedici.

Commiſena, κομμισηνή. Armenię pars eſt apud Strabonem libro 11.

Cõmmŏdus, M. Antonini Philoſophi filius fuit, patri diſſimillimus, cui etiam in imperio ſucceſſit. Vitam ejus, eaq; dignum exitum vide apud Herodianum lib. 1. De hoc ſic ſcribit Auſonius in Tetraſtich. Cæſarum:

Commodus inſequitur pugnis maculoſus arenæ,
Threcidico princeps bella movens gladio.
Eliſo tandem perſolvens gutture pœnas
Criminibus, faſſis matris adulterium.

Commone, Inſula eſt adjacens Epheſo urbi; ut autor eſt Plin. lib. 5. cap. 31.

Complutenſes, Hiſpaniæ populi, ſic à Compluto urbe dicti. Plin. lib. 3. cap. 3. Vulgò *Alcana de Hanares*.

Compoſtella, Vrbs Hiſpaniæ.

Cõmpsãcus, κόμψακος, Fluvius eſt Thraciæ, non procul ab Abderis, in Biſtonidem lacum influens. Autor Herodot. libro 7.

Compſani, Hirpinorum populi in Italia. Plinius libro 3. capite 11.

Cõmpũſã, κόμπουσα. Bithyniæ oppidum, ad Thracii Boſphori anguſtias ſitum, non procul à Chalcedone. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

Cõmum, [κῶμον, Ptolemæo. Ital. *Como*. Germ. Chum in Italien am See gelegen.] Civitas Galliæ ciſalpinæ juxta Larium lacum. Hæc primùm mediocris erat colonia trans Padum, à L. Scipione deducta, & deinde à Pompeio inſtaurata: poſtremò autẽ à Iulio Cæſare multis partibus aucta, miſſis eò quinque millibus colonorũ: quo tempore etiam pro Como Novum comum cœpit appellari: & incolæ Novocomenſes, qui anteà Comenſes dicebantur. Meminit hujus oppidi Plinius in noña regione Italiæ, lib. 3. cap. 17.

Cõmus, κῶμος, Deus apud veteres habitus comeſſationum, nocturnarumq; ſaltationum præſes: in cujus militia autorabantur juvenes, qui coronati noctu cum facibus, muſicisque inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi, canendique gratia concurrebant, procaciterq; laſciviebant, ut fores nonnunquã effringerent, quod optimè deſcribit Philoſtratus, περὶ εὐκόσμου, Imagine tertia. ¶ Hinc Comeſſari verbum, κωμάζειν, & Comeſſatio, ut inquit M. Varro. Item Crepalocomus, vinolentorum hymnus apud Ariſtophanem in Ranis.

Cõncitābŭlã, quæ primùm fuerunt, nonaulla poſtea in municipii jus relata: de quo ſic Frontinus in libro de Limitibus agrorum: Quarum urbium, &c. Vide in APPELL. Concieo.

Cõncordĭã, æ, Venetiæ oppidum, non procul ab Altino, & flumine Liquentia: cujus meminit Plin. libro 3. cap. 18. Vulgò *Concordia*. ¶ Eſt item Concordia cognomento Iulia, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, in conventu Hiſpalenſi, teſte eodem Plinio, lib. 3. cap. 1. Hujus incolæ dicuntur Concordienſes, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 20. ¶ Concordia item dea apud Romanos, cujus ædem C. Flavius Cn. filius dedicavit in area Vulcani ſumma invidia nobilium, teſte Livio, lib. 9. ab Vrbe. Cicero pro Domo ſua: Si ſedem ipſam ac templum publici conſilii religione Concordię devinxiſſet. ¶ Cella concordiæ. Cicero 2. Philip. Quum in hac cella concordiæ (ô dii immortales) in qua me Conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt, &c.

Concubienſes, Populi ſunt in Vmbria ſexta Italiæ regione, ut eſt apud Plin. lib. 3. cap. 14.

Cõndălŭs, κόνδαλος, Mauſoli Cariæ regis in Lycia præfectus, mirus pecuniæ emungendæ artifex: de quo tradit Ariſtot. in Politicis, quòd quum Lycios maximo comæ nutriendæ ſtudio teneri animadverteret, occaſionem ſibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimùm & ſibi poſſet congerere, & ad regem mittere, literas ſibi à Mauſolo allatas ſimulavit: quibus illi juberentur comam tondere, & ad regem mittere: ſi tamen mallent aliquantulæ pecuniæ jacturam facere, ſe daturum operam, ut in Græcia comæ coëmerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis avidè accipientibus, mirum dictu quantam eo commento pecunię vim extorſerit.

Condate, Ptol. lib. 2. capite. 8: Rhedonum urbs eſt in Gallia, quam credimus eſſe eandem cum ea, quam hodie vocant *Rennes en Bretaigne*.

Condigramma, Carmaniæ oppidum; apud Plinium libro 6. cap. 23.

Cõndŏũndus, rex Alemannorum, Vide Ammianum.

Cõnè, Inſula ad oſtium Iſtri. Lucanus lib. 3:

. & barbara Cone
Sarmaticas ubi perdit aquas, &c.

Cõnflŭẽntĭã, Vrbs ſita eo in loco ubi Moſella Rheno miſcetur. Vulgò Cobientz.

Cõngĕdus, Amnis eſt Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit tepentibus aquis. Mart. lib. 1: Tepida natabis lenè Congedi vada, Mollesq; Nympharum lacus.

Coniades, κονιάδης, Scriptor Græcus, cujus opus de Apparatu vini citat Plin. lib. 14. cap. 19.

Conibrica, Luſitaniæ oppidũ, ut autor eſt Plin. lib. 4. cap. 21, in deſcriptione Luſitaniæ. Vulgò Coymbra.

Coniſalus, κονισάλος, Deus habitus eſt apud Athenienſes, qui ſimili ferè ritu colebatur, quo apud Lampſacenos Priapus. Autor Strab. lib. 3.

Coniſtum, Theutranię oppidum, non procul à Caico fluvio, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Coniſtorſis, Vrbs Hiſpanię citerioris in tractu Celtico: cujus meminit Strabo. lib. 3.

Cõnõn, κόνων, Athenienſium dux fuit, qui prælio victus à Lyſandro, Lacedæmoniorum duce, ſponte abiit in exilium ad

Artaxerxem Persarum regem, cujus auxilio patriam, cui servitutem attulerat, in libertatem restituit. Autor Plutarchus. ¶ Fuit & alius Conon Samius astrologus: de quo Propertius lib.4. Eleg. 1: Me creat Archytæ soboles, Babylonius Oropis Horon, & proavo ducta Conone domus. Hic septem libros de Astrologia edidit.

Cononienses, apud Plin.lib.3.cap.4, Galliæ Narbonensis populi sunt, Aquitaniæ contermini.

Cōnōpās, penult. prod. κωνώπας, Minimæ staturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quem Iulia Augusti neptis in deliciis habuit. Autor Plin.lib.7.cap.16.

Cōnōpē, es, pen.prod. κωνώπη, Acarnaniæ urbs est, teste Stephano, cujus incolæ Conopæi dicuntur, & Conopitæ.

Cōnōpĭŏn, κωνώπιον, Oppidum fuit ad Mæotin, ubi lupos pisces ajunt prædæ parte conductos, piscatorum retia asservare: mercede verò fraudatos, retia & prædam populari. Autor Stephan.

Conopon Diabasis, κωνώπων διάβασις, Insula est juxta quartum Istri ostium, quod Pseudostoma appellatur. Vide Plin. lib.4.cap.12.

Consaburenses, Populi Hispaniæ citerioris, in convĕtu Carthaginensi, ut scribit Plin.lib.3.cap.3.

Cōnsēntĭă, Civitas est in agro Brutio. Autor est Plin. libro 3. capite 5. Consentini, ejus oppidi incolæ. Vulgò *Consenza in Calabria*.

Consilinum, Apuliæ oppidum est, teste Mela lib. 2. non procul à Tarento.

Consoranni, Populi sunt Gallię Aquitanicę, ut scribit Plin. in descriptione Aquitaniæ lib.4.

Cōnstăntĭă, κωνστάντια Stephano, Cypri urbs est, aliâs Salamis dicta. ¶ Est item Constantia, Germaniæ oppidum, ad Acronium lacum, quod à Ptolemæo *Gannodurum* appellatur. [Germ. Costentz am Bodensee.] ¶ Constantia Iulia, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conventu Hispalensi: cujus meminit Plin.lib.3. cap.1.

Cōnstăntĭnŏpŏlĭs, [κωνσταντινούπολις. Ital. *Constantinopoli*. German. Constantinopel/ ein gewaltige Stat in Tracien an einer enge des Meers/ist jetzt der Türcken Keyserlicher Sitz. Vng. *Kostancznápoly*.] Vrbs à Constantino aucta in finibus Thraciæ: de qua in dictione BYZANTIVM.

Consuanates, Vindelicię populi, Octavio Augusti auspiciis Romano imperio subjecti, ut refert Plin.lib.3.cap.20.

Consuarani, Populi in ora Narbonensis provinciæ, quorum meminit Plin.lib.3.cap.4.

Cōnsŭs, Consiliorum deus putabatur, qui ideò templum sub tecto circo habebat, ut ostenderetur tectum esse debere consilium, ἐπιπροσθόν.

Consualia, Vide in APPEL.

Cōnsĭgnē, es, Nicomedis Bithyniæ regis uxor, ob lasciviorē cum viro jocum à cane lacerata. Autor Plin.lib.8.cap.40.

Contadesdus, Thraciæ fluvius, qui Tearo auctus, influit in Agrianem: Agrianes autē in Hebrum, qui juxta Aeneum oppidum in mare influit. Vide Herod.lib.7.

Cōntēstānĭă, Regio citerioris Hispaniæ, in qua sita est Charthago nova. Autor Plin. lib.3.cap.3. Fortè quæ hodie vulgò *Concentayna*.

Continusa, Insula Hispanię adjacens in freto Gaditano, aliis nominibus Gadira, & Tartessus appellata. Vide Plin.libro 4. capite 22.

Contributa Iulia, Bæturiæ oppidum est in tractu Celtico, qui est inter Bætim & Anam fluvios. Autor Plin.lib.3.cap.1.

Cōōn, ontis, κόων, apud Homerum lib. 11. Iliad. Antenoris filii nomen est ab Agamemnone occisi.

Coos, sive Cos, sive Coa. [κῶς. Ger. Die Insel nahe bey Rhodis gelegē/heißt jetzt *Lango*.] Insula in mari Icario, Rhodo proxima, & Carię oppositа, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu jucundissima iis, qui eò navigabant. Ambitus ejus quingentis & quinquaginta stadiis clauditur, tota fertilis, & optimo vino abundans. ¶ Est item urbs ejusdem nominis, insulæ hujus caput, in quam Coi, relicta per seditionem Astypalæa, frequentes commigrarunt. Eadem & Meropis dicta est, à Merope quodam terrigena, si Stephano credimus. Quanquam hoc nomen & Strabo agnoscit, qui in principio libri 15, Indiam describens: Macedonas ait in India quinque millia & novem urbes tenuisse, quarum nulla minor fuerit Cō Meropide. Ex hac Insula orti sunt viri illustres nō pauci, & in primis Hippocrates medicorū clarissimus, qui primus rem medicam densissima nocte latentem, in lucem revocavit: Appelles pictor eximius: Simus medicus: Philetas poëta ac orator: Nicias Coorum tyrannus: Ariston Peripateticus: & Theomnestus, vir Reipub. administratione in primis clarus, qui contrarias Niciæ in Repub. partes fovit.

Cōŭs, a, um, pen.prod. [κῷος. Vng. *Koüs szíget bely*.] Qui in Cō oppido sive insula natus est. Vnde Coum vinum, Coi populi. Cic.6.Verr. Artifex Cous dicitur Apelles κατ' ἐξοχήν. Ovid. Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles. In primitivo prima corripitur. Papin. in Sylvis: hunc ipse Coo plaudente Philetas. In suburbano Coi, Aesculapii templum fuit valdè insigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quam postea Octavius Augustus Cæsari patri, tanquam generis parentem, Romæ dicavit. ¶ Solent in hac insula fieri vestes tenuissimæ ex bombyce, ad fœminarum ornamentum, quæ Coa vocabantur. Ovid. de Arte:

Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus:
Sive erit in Coīs, Coa decere puta.

Cōpæ, arum, κῶπαι, Vrbs est Bœotiæ ad Cephisum amnem & lacum, quem à nomine urbis *Copaidem* appellant. Vide Strab. libro 9.

Cophantus, Mons est apud Bactros Indię populos, nocturno flagrans incendio. Autor Plin.lib.2.cap.106.

Cophen, κωφήν, Civitas eadem quę Arachosia, de qua suprà. Inde Cophenius, gentile.

Cophes. Indiæ fluvius est, in Indum omnium fluviorum longè maximum influens. Pomp.lib.3.

Coppenhagen, Præclara urbs in regno Daniæ.

Cōptŭs, κόπτος, Plin.lib.37.cap.5: Oppidum Thebaidis, commune Aegyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, vicinas habens cautes, è quibus eruuntur smaragdi. Iuven. Satyr. 15: Gesta super calidę referemus mœnia Copti.

Cora, rę, Latii oppidum, quod Corani populi tenuerūt, à Dardano orti, quorum meminit Plinius in descriptione Italiæ.

Coracesius, κορακήσιον, Pars Tauri montis, Plin.lib.5.cap.17.

Coracos petra, κόρακος πέτρα: id est, Corvi saxum, locus in Ithaca. Stephanus.

Coraconnesus, κορακόννησος, Insula quædam, Steph.

Coralius, κοράλιος, Phrygiæ fluvius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Autor Plin.lib.6 cap.1.

Corali, Populi sunt Pontici, immanitate insignes. Ovid.lib.4. de Pon. Heu mea cui recitem, flavis nisi scripta Corallis?

Corasmi, Populi sunt Asiatici, ut autor est Herod.lib.1.

Coras, Oppidum in Volscis.

Cŏrax, racis, vel racos, κόραξ. Rhetoris antiquissimi nomen, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem artem dicēdi cōscripsit. ¶ Hujus sic meminit Cicero in Bruto: Itaque ait Aristoteles, quū sublatis jam in Sicilia tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repeterētur, tum primùm (quòd esset acuta illa gens, & controversa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse. Hæc Cicero. ¶ Fertur itē Corax primus extitisse, qui artem hanc mercede fuerit professus, Tisiamq; ea lege instituendum suscepisse, ut mercedis partem pręsentem numeraret: reliquam tum demum persolveret, quum in judicio causa perorata, victoriam reportasset. Quum itaq; Tisias non parùm in arte profecisset: causam tamen nullam reciperet, idq; fraude facere videretur, ne reliquū mercedis præceptori persolveret, Corax hominem in jus vocat, causamq; omnem in hujusmodi confert dilemma: Discе (*inquit*) stultissime adolescens, utroq; modo futurū quod postulo, sive viceris, sive cōdemnatus fueris. Nam à victore merces mihi ex pacto debebitur: quum ita inter nos convenerit, ut quum primam ex judicio victoriam reportasses, reliquum mihi mercedis persolveretur. Sin ego vicero, nihilominus judicii laqueis tenebris, utpote sententiis judicum condemnatus. Ad hæc Tisias: Imò (*inquit*) tu potiùs discе, præceptor sapientissime, neutro modo futurū quod postulas. Nam si tu viceris, ex pacto tibi nulla debebitur merces: quandoquidē ita convenit, ut eam tum demū persolverem, quū causa perorata victor discessissem. Sin ego vicero, quid quæso expectes à victore, judicum calculis absoluto? Hisce auditis judices adolescentis ingenium admirati, qui telum in se contortum, tàm astutè in præceptorem retorserat, feruntur acclamasse illud, quod etiam hodie proverbii locum obtinet: κόραξ κόρακι κόρακα· κόραξ ᾠόν: id est, Malus corvi malum ovum: alludentes nimirum ad Coracis nomen, quod Latinis corvum significat. ¶ Est item Corax, Sarmatiæ Asiaticæ mons, Colchidem habens à Meridie: de quo Ptolemæus lib.5.cap 9. Plin. Coraxicum appellat lib.5.cap.27. ¶ Est item Corax Aetoliæ mons, non procul à Callidromo. Autor Ptol.lib.3.cap.15.

Cŏrăxī, κόραξοι, Populi Colchidis, juxta Antemunta fluvium, quorum urbem Dioscuriadem, quondam clarissimam, commemorat Plin.lib.6.cap.5.

Cŏrăxĭcŭs; κορακικός, Tauri montis pars à gentibus sortita nomen. Vide Plin.lib.5.cap 27. Ptolemæo Corax dicitur.

Cŏrăxĭs, κόραξις, Mons qui à Septentrione Colchidem claudit. Est & fluvius ejusdem nominis, qui ex monte sui nominis oritur. Vide CORAX.

Cōrcȳră. pen.prod. [κόρκυρα, Insula in Ionio mari. Germ. Ein Insel im Jonischen Meer/heißt jetzt *Corfun*.] Ulyssis naufragio, & Alcinoi hortis clara: olim Phæacia à Phæace dicta, qui genitus fuit

tus fuit ex ejusdem nominis Nympha, Asopi filia rapta à Neptuno, & ad insulam delata, cui nomen fecit: Vbi gravida facta Neptuno peperit Phæacem, qui fuit pater Alcinoi. Lucan. lib. 2: Hinc latè patet omne fretum, seu vela ferantur In portus Corcyra tuos, seu læva petatur Illyris. Hujus meminit & Homerus Odyss. x. Plin. lib. 4 cap. 12: Insulæ autē ex adverso Thesprotiæ Corcyra, à Buthtoto XII. M. pass. eadem ab Acrocerauniis quinquaginta millibus, cum urbe ejusdem nominis Corcyra, liberæ conditionis, & oppido Cassiope, temploque Cassii Iovis, passus XCVII. M. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia. Hæc Plin. Venetorum est hodie. Hujus insulæ meminit Virg. 5. Aen. ut annotavit Servius:

Linquere tùm portus jubeo, & considere transtris:
Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinùs aërias Phæacum abscondimus arces,
Littoraq; Epiri legimus, &c.

Aërias arces Phæacum, inquit Servius, insulam dicit sitam inter Epirum & Calabriam; ubi regnavit Alcinous. Hæc ille. ¶ Libera Corcyra, caca ubi libet, ἐλευθέρα κέρκυρα, κἂν ὅπου θέλῃς: Proverbiali figura dicitur ab Eustathio in Dionysiū, quo significamus libertatem quidvis agendi: sed magis quadrabit ubi significabimus impunitatem esse maleficis. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula, cognomēto Melæna: hoc est, nigra, viginti tantùm M. pass. distans ab Issa, quam Pomp. lib. 2. inter Electridas numerat. Meminit ejus & Plin. lib. 3. cap. ult.

Corcyris, κορκυρὶς, Vrbs Aegypti, Steph.

Cordillo, Stoicæ sectę Philosophus fuit, patria Pergamenus, qui quum omnium & regum & principum amicitias sperneret: à Catone tamen se exorari passus est, ut illum in castra comitaretur. Volaterranus lib. 14.

Cordŭbă, æ, pen. cor. κορδοῦβα. Vulgò *Cordova*, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, utriusq; Senecæ, & Lucani patria, ut testatur Martial. lib. 1. ad Licianum: Duosq; Senecas, unicumq; Lucanum Facunda loquitur Corduba. ¶ Hinc Cordubensis conventus dictus est, unus ex juridicis Bæticæ conventibus: qui sunt omninò quatuor, Astigitanus, Hispalensis, Cordubensis, & Gaditanus: de quibus Plin. lib. 3. cap. 1.

Cŏrdŭs, inter præceptores Alexandri Mammeæ nominatur. ¶ Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cujus meminit Tranquillus in Caligula. ¶ Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui vitio vertitur, quòd eorum qui obscuriores essent, minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos vitiaverit, ut quoties vestem mutaverit, sanè de clarissimis, notisque viris commemorandum est. Autor Capitolinus.

Cordylus, κόρδυλος, Vrbs Pamphyliæ, Steph.

Coresa, Helladis: id est, Græciæ insula. Plin. lib. 4. cap. 12: At in Hellade, *inquit*, etiamnum in Aegæo Lycades, Scarphia, Coresa, Phocasia, complures q; aliæ ex adverso Atticæ, sine oppidis, & ideò ignobiles.

Corfinium, Oppidum est in Pelignis, quod belli civilis tempore Domitius, quum pro Pompeio occupasset, obsidione coactus Cæsari dedidit. Hanc Marsi postea Italicam appellavêre, belliq; Marsici tempore adversus Romanos receptaculum, atq; adeò propugnaculum sibi constituêre: ut est videre apud Strabonem lib. 5. Vulgò *Pentinia ò Campi di S. Pellino.*

Corfinienses, ejus oppidi incolæ: quorum meminit Plin. libro 3. cap. 12.

Coricæ, Insulę duę sunt ante Peloponnesum. Plin. lib. 4. ca. 11.

Coricondame, κορικονδάμη, prope Sinopen est, gentile Coricondamites: unde & palus Coricondamitis, Steph.

Corinium, κορίνιον, Liburniæ urbs apud Ptolem. libro secundo, capite 17. quæ Corinium Plinio dicitur. ¶ Est etiam hoc nomine apud Ptolemæum urbs Britanniæ, quæ vulgò *Claudiocestria* vocatur.

Cŏrīnnă, κόρινα, Doctissimarum aliquot poëtridum nomen fuit, quarum prima Thebana fuit seu Tanagræa, Archelodori & Procratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies vicisse, & epigrammatum quinq; libros edidisse fertur. Secunda fuit Thesbia, veterum monumentis plurimùm celebrata. Tertia floruit Ovidii temporibus ipsi poëtæ charissima. De hac Martialis: Norat Nasonem sola Corinna suum.

Cŏrīnnŭs, κόρινν⊙, Iliensis poëta fuit, qui primus Iliada cōscripsisse creditur, & Homero majoris operis argumentum suppeditasse. Suidas.

Cŏrīnthŭs, [κόρινθ⊙. Ger. Die weitberümpte Statt Corinthus in Achata des Peloponnesi gelegen/so jetzt die Itali neñen Coranto Vn. *Korintus várasa.*] Vrbs Achaiæ, ferè in medio Isthmi Peloponnesiaci sita (Isthmos autem Græci vocant angustias, quibus à peninsula ad continentem est aditus) ab Ortu Saronicum, ab Occasu Crissæum sinum habens, qui & Corinthiacus dicitur: duobus inclyta portubus, quorum Lechęum Ionio, Schænus Aegæo imminet mari. Vnde & Bimarem Corinthum poëtæ peculiari epitheto appellarunt. Ovid. 4. Fastor. Adriacumque patens latè, bimaremq; Corinthum. Horatius libro 1. Carm. Ode 7: Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem, Aut Ephesum, bimarisve Corinthi Mœnia. Fertur autem Corinthus primò à Sisypho latrone Acoli filio condita fuisse, & Corcyra nominata, autore Strabone: postea Ephyre: deinde eversa, & instaurata à Corintho Marathonis, seu Pelopis (ut Suidæ placét) sive (ut alii malunt) Orestis seu Iovis filio, Corinthus appellata. Habuit autē hæc urbs montem præruptū, iisdem mœnibus concluſum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Musis sacer. Hanc urbem Cicero pro lege Manilia, Græciæ totius lumen appellat. Eò enim potentiæ propter situs opportunitatem excrevit, ut vix Romanæ urbi concederet: tantumq; in fastum evasit, ut populi Romani Legatos injuriosiùs appellare, & (si Straboni credimus) etiam sordibus perfundere non dubitaret. Quare commoti patres quum etiam antea crescentē in dies urbis potentiam suspectam haberent, bellum illi inferendū censuerunt. Missus itaq; in Græciam L. Mummius, Corinthum obsedit, tandemq; captam incendit, soloque æquavit, adeò ut vix ullum Corinthi vestigium fuerit relictum. Quo incendio quantę opes fuerint absumptę, docet Florus his verbis: Quid signorū, (*inquit*) quid vestium, quidve tabularum raptum, incensum, projectum est! Quantas opes victor & abstulerit, & cremaverit, hinc scias, quòd quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio huic superfuisse cōstet. Nam & æris pretiosiorem notam ipsa opulentissimę urbis fecit injuria: quia incendio perustis plurimis statuis atque simulachris, æris, argenti, aurique venæ in commune fluxerunt. ¶ Non est cujuslibet Corinthum appellere, ὃ πᾶσιν οὐδὸν εἰς κορίνθιον ἐσθ' ὁπαλῶς. Vetustum juxtà ac venustū adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quasque non sit cujuslibet hominis affectare. Suidas & Gellius. ¶ Apollodorus autor est, fuisse & alias hoc nomine dictas civitates, quarum una fuit in Thessaliā: altera in Epiro: tertia in Elide.

Cŏrīnthĭus, & Corinthiensis, adjectiva, quæ sic ab invicem distinguuntur, ut Corinthii. [κορίνθιοι. Vng. *Korintus várasbéliek.*] sint, qui Corinthum habitant, seu qui ex Corintho nati sunt: Corinthienses, qui alibi nati sunt, sed negotiantur Corinthi. ¶ Vt Corinthia videris corpore quæstum factura, ὡς κορινθιάσεις τοιοῦτος χαμαιπωλήσων. In mulierem intempestiviùs libidinantem. Sic & Corinthiari, κορινθιάζειν, veteribus vulgato joco dicebantur ii; qui scortationibus ac lustris indulgerent, quive lenocinium exercerent.

Cŏrīnthĭă vasa, κορίνθια σκεύη, dicuntur ex ære Corinthio fusa, quæ tanto olim in pretio habita sunt, ut sæpè argenti, nōnunquam etiam auri æstimationem excederent. Aeris autem Corinthii non naturalis erat, sed artificio quæsita nobilitas, auro, argento q; æri permisto. Hæc autem metallorum commistio casu primùm est adinventa confusis ex Corinthi incendio metallis. Tria autem sunt genera Corinthii æris, ut docet Plin. lib. 34. cap. 2: Candidum, quod nitore accedit quam proximè ad argentum: in quo scilicet argenti mistura prævaluit. Alterum in quo auri fulvus color inspicitur. Tertium, in quo æqualis temperies omnium fuit. Cic. lib. 2. Tusc. Scis igitur siquid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem salvam.

Cŏrīnthĭăcŭs, a, um. [κορινθιακός. Vngar. *Korintus bol valo.*] Quod ex Corintho est. Ovid. lib. 3. Trist. Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris. Cornel. Front. de diff. vocab. inter Corinthium, & Corinthiacum distinguit. Corinthium inquit Civem dicimus, & Corinthiacum vas.

Cŏrīnthĭārĭŭs, à Suetonio positū est pro amatore nimio Corinthiorum vasorum.

Coriolanus, Martii civis Romani nobilissimi cognomē fuit, ab eo in memoriam Coriolorū urbis à se expugnatę usurpatum. Hic plebis odio in exilium actus, Volscis pop. Rom. hostibus se conjunxit, patriæq; infestissimū bellum intulit: neq; à quoquam aut precibus aut minis flecti potuit, nisi à Veturia matre & Volumnia uxore: vide historiam latiùs apud Livium lib. 2. ab Vrbe. Hunc Cicero in Bruto cū Themistocle confert, his verbis: Bellum (*inquit*) Volscorū illud gravissimū, cui Coriolanus exul interfuit; idem ferè cum Persarum bellò fuit, similisq; fortuna clarorum virorum. Siquidem uterque quum civis egregius fuisset, populi ingrati pulsus injuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedavit. Hæc Cicero. Coriolani vitam vide latiùs apud Plutarchum.

Corioli, κορίολα Stephano, Latii oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum. Vnde & ipse Coriolanus dictus est. ¶ Coriolani ejus oppidi incolæ. Plin. lib. 2. cap. 4.

Cŏrīssŭs, κορισσὸς, Vrbs Ephesiæ: vocis originem Steph. explicat, sed locus mutilus & corruptus videtur Hinc Corissius, Corissites. ¶ Est & Corissia, κορισσία, oppidum & navale Cō Insulæ, Steph.

Corytus, Vide CORYTHVS.

Cŏrne, Collis suburbanus agri Tusculani, qui olim lucũ habuit faginum, antiqua religione Dianæ consecratum: de quo Plin. lib. 15. cap. ult.

Corneates, Populi sunt Pannoniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

Cŏrnelĭă, κορνηλία, Matrona nobilissima fuit, Sempronii Gracchi uxor, & Tiberii & Caii Gracchorum mater, & majoris Africani filia, quæ à Valerio Maximo laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta sua pulcherrima ostentanti, nõ aurum, non gemmas, non denique vestes opposuerit: sed liberos, qui maxima sunt matronarum ornamenta. Fuit hæc mulier doctissima, & Latinæ puritatis diligentissima observatrix, quæ etiam Epistolas tersissimè scriptas reliquit: quarũ meminit & Cicero in Bruto: Legimus, *inquit*, epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tàm in gremio educatos, quàm in sermone matris. ¶ Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis: Magni interest (*inquit*) quos quisque audiat quotidie, quibuscum loquatur, à puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimùm contulit. Hæc Quintilianus. Fuit & Cornelia P. Scitii uxor, cujus meminit Cic. lib. 5. Epist. Famil. his verbis: Nõ satis, *inquit*, credidi homini prudenti, tam valdè esse mutatam voluntatem tuam: sed posteàquam & Cornelia tua Terentiã convenit, & ego cum Qu. Cornelio loquutus sum, adhibui diligentiam, quotiescunque Senatus fuit, ut adessent.

Cŏrnelĭorum familia Romæ fuit in primis illustris: ex qua non minimi nominis fuit Cornelius ille Cossus, qui quũ Tribunus esset militum in exercitu, Volumnium Lartem Vejentem regem occidit, secundaq; opima spolia Iovi Feretrio retulit: Cossus cognominatus à corporis rugositate. Cossos enim eos qui rugosi sunt, & aspera facie, à multitudine vermiũ, qui in ligno nutriuntur, Festus dicit vocari. ¶ Cornelius Asina, quum fundũ emisset, sponsorq; pretii ab eo expeteretur, posteà die asinam sacculis pecunia plenis iũ forum adduxit pro sponsore: unde cognomentũ accepit. Autor Macrobius. ¶ Cornelius Balbus, genere Gaditanus fuit, & à Cn Pompeio Magno civitate donatus: qui deinde eo nomine in jus accersitus, quasi per imperitiam legis cum civitate Pompeius donasset, Ciceronis patrocinium meruit. Hic posteà ex Cæsaris familiaribus factus, plurima apud eum & gratia & autoritate polluit. Cicero Attic. Fuit apud me Cornelius: hunc dico Balbum Cæsaris familiarem. ¶ Cornelius Centimalus, & Sulpitius Galba Consules, quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna urbis trepidatione, extra urbem castra habuêre. Plutarchus in Annibale. ¶ Cornelius Epitadius, L. Cornelii Syllę Dictatoris libertus, librum quẽ Sylla de suis rebus gestis imperfectũ reliquit, supplevit, Tranquillus. ¶ Cornelius Gallus, poëta fuit elegiographus, Forojulienſis, qui Augusti favore conscendit ad gradum Præturæ. Fuit primùm summus Octavii amicus: sed posteà suspicione conjurationis, quum in ejus odium impegisset, sibupsi mortem cõscivit anno ætatis quadragesimo tertio. Ovidius lib. 3. Eleg. Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ. Cornelius Gallus (inquit Servius) primus Aegypti præfectus fuit, & poëta eximius. Nam & Euphorionem Græcum transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride conscripsit libros quatuor. Hic primùm in amicis Augusti Cæsaris fuit: posteà quum venisset in suspicionem quòd contra eum conjurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilii adeò ut quartus Georgicôn à medio usque in finem ejus laudes teneret: quas posteà, jubente Augusto, in Aristęi fabulam commutavit. Hic Gallus amavit Cytheridem meretricem, libertam Volumnii: quæ, eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem ejus cõsolatur Virg. Aegl. 10 Hæc Servius. Cytheridem autẽ quam deperibat, mutato nomine, Lycorim vocavit. Ovidius: Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois, Et sua cum Gallo nota Lycoris erat. ¶ Cornelius Merula Consul contra Bojos in Galliam missus, duodecim millia hostium cecidit. Autor Livius de bell. Macedon. libro quinto. ¶ Cornelius Merula superioris nepos, Flamen Dialis, partium Syllanarum, ingresso urbem Mario in Iovis æde, venis succisis, se necando mortis contumelioſæ damnationem effugit: sacerdotis que sui sanguine foci vetustissimi maduêre. Valerius de Morte. ¶ Cornelius nepos, Ciceronis tempore, vir disertus, vitas illustrium virorum scripsit: quarum tãtùm Pomponii Attici extat, totiusq; ævi historiam, tribus (ut Martialis verbis utar) chartis explicuit. Huic Vallerius Catullus Veronensis opus suum dedicat, ut indicat primum operis epigramma. Vide plura de hoc apud Crinitum. ¶ Cornelius Severus inter poëtas Epicos ab antiquis autoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse versatum in declamationibus, qua in re ingenium suum atque eruditionem maximè probavit: quum in eodem officio essent alii complures, ut Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A' Fabio Quintiliano ita commendatur, ut versificator quàm poëta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum nõ est propter immaturam mortem. Quod opus si absolvere potuisset, meritò sibi secundum locũ vendicasset, ut idẽ Quintilianus autor est. Extatq; ejus carmẽ illud, quo eleganter deflevit Marci Ciceronis interitũ: quod etiam ab Anneo Seneca magnoperę commendatum est: Oraque magnanimum spirantia penè virorum In rostris jacuêre suis; sed enim abstulit omnes, Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago, &c.

Corniclus, κορνικλος, Vrbs Latinorum, Steph.

Cornificius, Poëtæ eruditissimi nomen fuit, cujus egregia opera usus est Augustus in bello Siculo. Hic milites fugientes non infacetè Galeatos lepores solebat appellare: à quibus tandem destitutus ab hostibus circumventus est, & occisus. Huic soror fuit nomine Cornificia, cujus carmen magno in pretio habitum fuit.

Cornicarum divarum, Locus trans Tyberim erat, cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela cornices esse putabantur. Autor Festus.

Cŏrnūtŭs, κορνουτος Suidæ, Philosophus fuit ex Lepti civitate Africæ, qui, teste Suida, non pauciores discipulos morum comitate, quàm eruditionis nomine ad se pelexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiam fuit interfectus. ¶ Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Cices. temporibus: de quo sic scribit libro Epistol. 10: Placuit nobis, *inquit*, ut statim ad Cornutum Præt. urb. literas defetremus: qui quòd COSS. aberant, Consulare munus sustinebat more majorum. Item Attico lib. 1. Epistol. 9: Bonis utimur Trib. plęb. Cornuto verò Pseudocatone.

Cŏrœbŭs, sine aspiratione, κοροιβος Suidæ, Filius fuit Mygdonis (unde à Virgilio Mygdonides appellatur) qui incensus amore Cassandræ, quam etiam Priamus ei pater desponderat, ad Trojam venit, socero & Phrygibus laturus auxilũ, quamvis ei à sponsa ipsi exitium, nisi abiret, esset prædictum. Nam ea nocte, qua Ilium cecidit, occisus est à Peneleo quodam Græco. Virgilius secundo Aeneidos. -juvenisque Corœbus Mygdonides, illis qui ad Trojam fortè diebus Venerat insano Cassandræ incensus amore. Vnde proverbium: Stultior Corœbo, κωλοτερος κοροιβου, Proverbialis hyperbole in stupidos & vecordes.

Coromane, κορομανη, Vrbs ad Sinum Persicum: gentile, Coromanus, Steph.

Corona, sydus, de quo in ARIADNE.

Cŏrōne es pen. prod. sive Corona, æ, κορωνη, Peloponnesi oppidum est, ad sinum Messeniacum, nõ procul à Pamisi fluminis ostio, etiam hodie nomen servans. Vulgò Coron.

Cŏrōnæŭs, a, um, κορωναιος, ut, Sinus Coronæus, κολπος κορωναιος. Vulgò *Golfo de Coron*, qui & Messeniacus, ab Acrita promontorio ad Tænarum usq;, agri Laconici promontorium extensus. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Strabo. lib. 8.

Cŏrōnēă, κορωνεια, Vrbs est Bœotiæ non procul ab Helicone, in colle sita: ita dicta (ut Stephano placet) à Corono Thersandri filio. In hujus agrò negant talpas aut gigni, aut alundè illatas vivere posse. ¶ Est & altera ejusdem nominis urbs in Phthiode, non procul à Pagasis, cujus meminit Strabo libro nono, Plinius libro quarto, capite septimo: Iuxta Cephisum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grephis, Coronea, Chæronia. ¶ Stephanus & alias ejusdem nominis urbes cõmemorat, quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum invenerimus, hîc consultò prætermisimus.

Cŏrōnĭs, idos, κορωνις, alio nomine Arsinoẽ, Nympha fuit, Phlegię, vel ut alii tradũt, Leucippi filia: quę quũ forma esset non inelegãti, Apollini placuit, à quo & gravida facta est. Verùm quũ posteà Ischidi cuidã Thessalo, multo ejus amore capta, sui copiã faceret, à corvo deprehensa est: ex quo quũ Apollo amicę perfidiam cognovisset, telis eam cõfodit: puerũq; (qui posteà Aesculapius appellatus est) ex utero ejus exemptũ, Chironi Centauro tradidit educandũ. Ovid. lib. 2. Metam. Pulchrior in tota quàm Lariſſæa Coronis Non fuit Aemonia, &c. Vide latiùs in dictione AESCVLAPIVS.

Cŏrōntă, Vrbs Acarnaniæ, κορωντα. Gentile κορωντιος, Apparet alterutrum esse corruptum.

Cŏrōnŭs, κορωνος, Filius Lapithæ. Vide PHILAIDE.

Cŏrŏpē, κορωπη, Vrbs Thessaliæ, ubi Coropæi Apollinis oraculum, cujus meminit Nicander. Sed videtur legendum Oropæus. Orope enim Euboeæ civitas est, Apollinis templo clarissima, Steph.

Cŏrpĭllī, Populi sunt Thraciæ, Hebrum accolentes, ut scribit Plin lib. 4. cap. 11.

Cōrsĕæ, κορσειαι, Stephano, Insulæ sunt Ioniæ adjacentes, ere-

giones

gione Sami. Plinius lib.5.cap. 31: Ioniæ ora Aegæas & Corseas habet.

Cōrsĭcă, penult.corr. [κύρνος Ptolemæo. German. Die Insel Corsica/ die Itali vnnd Galli nennen sie Corsega.] Insula maris Ligustici, lónga passuum CL.M. lata autem quinquaginta: sexaginta circiter stadiis distans à Sardinia. Castella habet Blesinos, Caracem, Emiconias, Vapanen. Tota autem malignè colitur, quòd aspera sit, & multis in locis inaccessibilis. A Græcis Cyrnos dicitur, à Cyrno, ut Fabio pictori placet, Herculis filio. Corsicam autem appellatam volunt à quádam bubulci ancilla, cui Corse nomen erat, ut refert Stephanus. ¶ Vnde Corsi, κύρνοι, hujus insulæ incolæ appellantur: quorum Strabo scribit miram sua ætate fuisse morum feritatem, adeò ut ex rapto viverent, ipsasq; etiam belluas immanitate superarent. Vide plura de hac insula apud Strabon. lib. 5. & Plinium lib.3 cap.6. Genuensibus diu paruit, Ademarchi navarchi auspiciis Mauris erepta.

Cōrsĭcă, inquit Plin. lib. 3. cap.6. insula in mari Ligustico, sed Tusco propior, Septentrione in Meridiem projecta, &c. Notissima est in vino præstante, durante etiamnum nomine, inter quam & magis Meridianam Sardiniam, angustum mare interfluit. De qua Ptol. lib. 3. cap. 2. ¶ Cingitur ab occasu quidem, & Septentrionibus mari Ligustico: ab ortu autem Tyrrheno mari: à meridie pelago, quod inter ipsam & Sardiniam interjacet. Scribit Strabo Corsicam malignè coli, asperam & plurimis in partibus inaccessibilem, adeò, ut qui ejus montes habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitateq; feras superent. Hinc factum esse dicit, ut quum Romani Imperatores in eos irruant, magnum servorum gregem captum advehant. Corsicæ forma apud Ptolem. 6. Europæ tabula depingitur. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideò longævos esse, quòd mellis cibo, quo plurimùm abundant, utantur assiduè. Quod alicui mirum videri potest, quum ejus insulæ mel ob taxi copiam, venenatum sit, ut est testis Ovid. Eleg. 1:

Melle sub infami Corsica mittit apis.

Præterea Servius grammaticus Corsicana mella esse amara scribit, explicans illud Virg. Georg. lib. 4:

-hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantum, &c.

Dulcia, *inquit*, non est superfluum epitheton. Nam ideò ait dulcia: quia etiam sunt amara, ut Corsicana. Hæc ille. Vide CORSIS.

Corsis, κύρσις, Insula in Mari Tusco, à Corse ancilla bubulci, aliàs κύρσικη, Corsica dicta: gentile Corsi, Stephanus. De Corsica proximè dictum est.

Cōrtōn, κόρτων, Thessaliæ civitas, distans à Cranonè centum circiter stadiis, Stephanus ex Strabone.

Cōrtōnă, æ, sive Corton, ônis; Tusciæ oppidum fuit non procul ab Aretio: cujus incolæ Cortonenses appellantur: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cōrtȳnă, sive Gortyna, γόρτυνα Stephano, γόρτυνια Straboni, insignis urbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lethęus amnis. Plin. lib. 4. cap. 12, & Pompon. Mela lib. 2. Circa hanc urbem calami nascebantur sagittis conficiendis in primis idonei. Silius lib. 2: Eois quanvis certet Cortyna sagittis.

Cōrtȳnĭŭs, a, um: ut Cortynia tela. Sil. lib. 1: -celsis Cortynia muris Tela sonante fugat nervo. ¶ Cortynia vestis, pro venatoria apud Claudianum lib. 2. de Rapt. Proserp. -unde Dianæ Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu.

Coruncanus, Primus Romæ pontifex maximus fuit de plebe, quem Cicero pro Domo sua ad Pontifices, Pontificii juris petitissimum fuisse testatur. Is quum legatus ad Teucam Illyricorum reginam missus esset, in reditu contrà jus gentium interfectus est. ¶ Fuit & alter Coruncanus, qui adversus Amilcarem & Barcham in Siciliam missus est, cujus meminit Polybius.

Cōrŭs, sine h, penult. prod. [ἀργέστης. German. Der Wind so von dem Sommerlichen nidergang der Sonnen her wäyet. Fland. Nordwesten west. Polon. Wiatr wieiacy od zachodu slońca letnie. Vng. Nap nyugoti szél. Ang. The north westwind.] Ventus flans ab occasu solstitiali, Aquiloni oppositus, teste Plinio, libro 2. cap. 47. Iuvenal. Atque habites Coro semper tollendus & Austro. Quandoque mutantes o in au, Caurum dicimus. Virgilius 3. Georg. Semper hyems, semper spirantes frigore Cauri. ¶ Est item Corus, κόρος, mensuræ genus, quadragintaquinque modios continens: modius verò xx, capit sextarios. In qua significatione prior hujus dictionis syllaba corripitur.

Cōrȳbāntĕs, [κορύβαντες. Germ. Vnsinnige pfaffen der Göttin Cybeles, welche ein hauffraw Saturni gewesen ist.] Cybeles sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitaque saltando jactantes, alios in similem rabiem agebant. Homerus βακχεύμονας vocat. Hinc (inquit Strabo libro 10.) qui capita saltando jactant, & numinis aspiratione, furiisque agitantur, Corybantes dicimus. Hi primùm Idam Phrygiæ montem tenuisse dicuntur: postea autem in Cretam navigasse montemque quendam incoluisse, quem à nomine relictæ sedis, etiam Idam appellarunt: ubi & Iovem infantem aluerunt tympana jugiter pulsantes, ne Saturnus (qui cum Titano fratre convenerat, ut sobolem omnem masculam interficeret) puerum vagientem audiret. ¶ Sunt qui Curetas, & Corybantas, & Caberos & Idæos dactylos eosdem esse putent. Dictos volunt à κορυφᾶσθαι, quod est caput saltando jactare: vel (ut Hermolaus in Cast. sentit.) à pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας vocant, quippe qui quum Iovis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerētur. Inde κορυβαντιᾶν est insanire, & κακοδαιμονᾶν: hoc est, malo quodam genio agi. ¶ Diodorus Corybantem scribit Iasonis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra Matris Deúm in Phrygiam detulisse, eosq; qui in sacrificiis ejus deæ incúmbere voluerunt, de suo nomine Corybantes appellasse. ¶ Alii à galeâ dictos volunt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galero quodam capita tecti insaniendo luderent.

Corycia, κωρυκία, Promontorium Cretæ, & portus Aethiopiæ, Stephanus.

Cōrȳcŭs, pen. cor. κώρυκος, Nomen est urbis, & montis excelsi in Cilicia, optimum crocum ferentis.

Cōrȳcĭŭs, a, um, κωρύκιος, ut Crocum Corycium. Mart. lib. 11: Vltima corycioque cadit auro croco. ¶ Specus Corycius non longè abest ab urbe Coryco: à quo Corycides Nymphæ dictæ sunt. Ovid. lib. 1. Metam.

Κώρυκος, Stephan: Vrbs Ciliciæ, apud quam fuit Corycium antrum illud nympharum, res maximæ admirationis, quanvis & aliud ejusdem nominis in Parnasso feratur. Vrbem etiã Coryceam vocãt. ¶ Est etiam Κώρυκος, ὁ, mons excelsus & rubens prope Teon Ioniæ, & portus, & parva insula ejusdem nominis, ubi Corycæi maximè piraticam exercebant, de mercibus & navigationibus per vicinos portus furtim auscultantes: unde proverbium de curiosis circa secreta. Corycæus auscultavit, Steph.

Corycides, Nymphæ à specu vocantur apud Ovid. lib. 1.

Corydalla, κορύδαλλα, Vrbs Rhodiorum: gentile κορυδαλλᾶς, Stephan.

Corydallos, κορύδαλλος, Vicus in Tribu Hippothontide: tribulis, κορυδαλλόθεν, Steph.

Corydon, Pastor Theocrito & Virg. memoratus.

Coryion, κορυΐων, Vrbs Accanorum in Italia, Steph.

Coryleum, κορύλειον, Vicus insignis in Paphlagoniã: incola κορυλειεύς, Stephanus.

Coryneta; κορυνήτης Suidæ, Latrò fuit famosissimus, Vulcani filius, qui juxtà Epidaurum hospites clava quadam, quæ coryna dicebatur, peremit: unde & hoc nominis sibi sumpsit: priùs enim Periphatum vocatum tradunt. Hunc Theseus interfecit.

Cŏrȳphæŭs, κορυφαῖον, Mons est circa Epidaurum, Dianæ sacer, Stephanus.

Coryphasium, κορυφάσιον, Regiuncula est agri Laconici; circa Pylum, Stephanus.

Cōrȳthŭs, penult. corr. κόρυθος. Vulgò Cortona. Oppidũ Tusciæ, prope Aretium, in parvo colle ejusdem nominis situm; à Corytho rege ita appellatum. Virg. lib. 9. Aen. Nec satis extremas Corythi penetrãvit ad urbes.

Cos, κῶς, Insula est in mari Aegæo, una Cycladum, quam Hercules olim diripuisse fertur, & regem Eurypylum Neptuni filium unà cũ liberis & uxore Clytica occidisse, eò quòd ipsum tempestate eò adpulsum & impeditum, ab urbe & hospitio prohiberent, postquam à vastatione Trojæ & Laomedontis redisset. Celebratur propter suavitatem vini, quod in ea nascitur. Ab ea fit Cous, a, um. Vocabatur etiam olim Caria, vel Caris, Κὰρ, Stephan. teste: & Meropos, à Merope gigante: Cos autem à Coo Meropis filia; καὶ κῶν δὲ Μέροπος θύγατρες, Homerus. Dicitur etiam κώος, vel κῷος, & κῖος, ut videtur: quo nomine etiam conditor ejus dicebatur. Gentilia, κῖος, κῷος, κῶος, κῷος, κῷος, κῶις. ¶ Est item Cos urbs Aegypti. Item fossa Corinthi, in quam fures & fugitivi includebãtur: quæ & Cous, & cruciatri in ea Coes. Coos enim fossas & speluncas omnes appellabant, Steph.

Cos. Insula Cariæ attributa, ut Rhodos Lyciæ. Cos alia est à Chio, & à Chea. Con, Ptolem. Coan nominat: alii quoque Coon, & Coum: à qua Cous Apelles cognominatus: & Hippocrates Cous, qui medicinam Clinicam revocavit, densissima nocte latentem, ut in lib. 29. scribit Plin. Fuit in ea Aesculapii templum augustissimum. De Iunonis æde nemo ignorat, adeò clara, ut de ejus insignibus librũ scripserint Theod. auth. lib. 7. Vitruv. lib. 7: Est inibi pectunculus piscis, insigniter sapidus, Varroni celebratus, ut testatur Gellius. Est & bombyx mirabili fœtu operosa: unde & bombycinæ vestes Coæ. Plin. lib. 11, & 5. Arist. de natura Animalium, qui eam Con appellat, velut Plin. Coon.

Cosiana, κωσιάνα, castellum Palæstinæ, in maritima parte Syriæ: gentile, κωσιανὸς, Steph.

Cosmanates, Liguriæ populi sunt. Ptolæm. lib. 3. cap. 5.

Cosmus, mi, κόσμος, Nobilis unguentarius fuit Romæ. Martialis: Quòd Cosmi redolent unguenta, fociq́ue deorum. ¶ Hinc Cosmianum unguentum. Petronius: Affer nobis alabastrum Cosmiani. ¶ Κόσμος autem Græcis ornatum significat, & totum universum, quod cœli ambitu complectitur. [German Die Welt.] Cicero de Univer. Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos Mundum nominamus.

Cossa, κῶσσα Stephano, Oppidum est in Vmbria Italiæ regione. Autor Plin. lib. 3. cap. 5. hodie Orbitellum vocant.

Cossea, κωσσία, pars Persidis: incolæ Cossæi: est & Thraciæ oppidum, Steph.

Cossius, κωσσὸς, mons Bithyniæ: incolæ Cossæi, Steph.

Cosyra, pen. prod. κόσυρα, Insulę nomen est in mari Libyco, cujus incolæ Cosyræi, κωσυραῖοι, dicuntur. Ovid. 3. Fast. Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ, Insula, quàm Libyci, verberat unda freti.

Cothon, onis, κώθων, Insulæ exiguæ nomen, quæ Byrsæ Carthaginiensium arci subjacebat, Euripo circũdata, circunquaque navalis usum præbens. Autor Strabo lib. 17. Servius verò in illud Virg. Aeneid. 1: Hic portus alii effodiunt: Portus manu factos Cothonas vocari asserit. ¶ Est & Cothon, genus poculi fictilis, parvum quidem, sed militum usui accommodatissimum, ut quod nullo negotio gestari posset, & in pera militari circunferri. Autores Suidas & Athenæus lib. 11.

Cotiso, Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Augusti Legato in Pannonia superatus.

Cotta, Clarissimus Orator fuit Ciceronis coætaneus, quem etiam interlocutorem induxit in lib. de Oratore. ¶ Fuerunt eodem tempore & alii Cottæ duo, quorum alter contra Mithridatem infœliciter pugnavit, & Syllam Cæsari conciliavit. Alter legatus Cæsaris in Gallia, insidiis circumventus, ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus est. Pædianus.

Cottiæ Alpes, pars Alpium, Lepontis proxima, duodecim olim civitatibus insignis, quæ Cottianæ dicebantur, nomine accepto à Cottio rege, Augusti Cæsaris amico, qui eum tractum structis molibus, transitu cõmodiorem reddidit. [Ger. Das hoch Alpgebirg so sich von S. Bernharts Berg an richtig gegen Mittag an das Ligurisch Meer streckt/so auch den Montenetz begreifft. Stumpff Vulgò Monte Cinso.]

Cotylum, κώτυλον, Scribit Strabo vocari collem in Ida monte, centum viginti millibus passuum à Scepsi distantem, in quo Scamandri, & Granici, & Aesepi fluminum origo. Vnde & nomen Cotylo inditum, ἀπὸ τῆς κοτύλης, quod conceptaculum & acceptaculum significat.

Cotys, κότυς, Thraciæ rex fuit, qui in bello civili Pompeii partes sequutus est. De hoc tradit Plutarchus, quòd quũ sibi esset conscius modum se in castigandis servis egredi, pocula quædam, pretiosa quidem, attamen fragilia, ab hospite dono accepta, ubi donatorem benignè remuneraverat, universa cõfregit: veritus ne si à ministris frangerentur, in iram excandesceret, & nimis atrocem in illos pœnam statueret. ¶ Fuit & alius ejusdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberii tempore Rhescuporis patrui fraude circunventus est & occisus. Autor Tacit. libro 2.

Cotyttõ, ûs, κοτυττὼ, Dea impudentię habita est, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur ejus sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quę ab illa vocabãtur Cotyttia. Hanc Probus saltatricẽ fuisse existimat: unde etiã sacerdotes ejus lascivis saltationibus mores ejus referebant. Iuven. Satyr. 2: Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto. Vide Politiani Miscel. cap. 10.

Cotyttia, orum, κοτυττία, Sacra erant nocturna (ut dictum est) quæ Athenis fiebant à Baptis in honorem Cotyttûs Impudẽtiæ deæ. Vide suprà in dictione BAPTAE.

Cous, κῶος. Vide ΚΩΟΣ.

C ante R.

Crabasia, κραβασία, urbs Iberorum, Steph.

Crabra, rę, Aquę nomẽ in agro Tusculano. Cic. pro Cor. Balb. Ego Tusculanis pro aqua crabra vectigal pendã, quin à municipio fundum accepi. Idem in Epist. De crabra quid agatur, etsi nunc quidem nimium est aquæ, tamen velim scire.

Cracovia. Vrbs ad Istulam fluvium sita, Poloniæ metropolis. [Germ. Cracaw in Polande.]

Crade, κράδη, urbs Cariæ, Steph.

Cragus, κρᾶγος Stephano, Mons Lyciæ, Tauri pars, ut scribit Pompon. lib. 1, & Plin lib. 5. cap 27, ex oppositio habens montem Anticragum. Sic dictus à Crago Tremiletis & Praxidicæ Nymphæ filio. Horat. lib. 1. Carm. Sylvis aut viridis Cragus, &c. Ovid. Metam. lib. 9: Iam Cragon, & Lymiræ, Xanthiq́; reliquerat undas.

Crambusa, κράμβουσα, Insula est circa Seleuciam Isauriæ. Autor Strabo lib. 14.

Crambutis, κραμβῦσις, ἡ κράμβουσα, urbs Aegypti, Steph.

Cranae, κραναὴ, Insulã Laconica, quæ nunc Helena, antè Gytheum, γύθειον, sita: hinc Craneus, vel Cranaates. Sic & Attica vocabatur à Cranao rege, Steph.

Cranaus, κραναὸς, Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno successit, à quo regionis incolæ Cranai dicti sunt.

Craneum, κράνειον, Gymnasium erat apud Corinthũ. Cicero.

Cranea, pen. prod. κράνεια, Exigua regio est Ambraciotarum, cujus incolæ dicuntur Craneates, Steph.

Craneus, κρανεὺς, Primus Macedonum rex; à quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo intervallo reges circiter xxxvii, in Macedonia regnarunt. Autor Volaterranus lib. 13.

Crania, κρανία, Tarsus Ciliciæ olim vocabatur à Cranio quodam, Steph.

Cranides, κρανίδης, Vicus juxta Pontũ: gentile Cranitę. Steph.

Cranion, nii, κράνιον, Cephalleniæ civitas est, quam Thucydides lib. 5, κράνια vocat plurali numero.

Cranon, onis, κράνων, Vrbs Thessaliæ Pelasgiotidis, in campis qui Tempe appellantur, centũ stadiis distans à Gyrtone. Stephanus ex Strabone. Est & alia Athamaniæ à Cranone Pelasgo. In hac duos duntaxat corvos esse tradunt, & quũ pullos exclusserint, paribus relictis discedunt. Abest Cranon stadius centũ à Gyrtone, ut Strabo inquit. Homerus Cranonios Ephyros vocat, Phlegyas Gyrtonæos, Steph.

Crannus, κράννος, Vrbs, alias Ephyre dicta. Steph.

Crantor, κράντωρ, Solensis, Academicus philosophus fuit, Platonis auditor, & cõdiscipulus Xenocratis, & Palæmonis, quę novis opinionibus Academiam Platonicam reple verunt. Hic scripsit librum de Consolatione, quem Cicero æmulatus est: Perit aquæ intercutis morbo. Taxavit Stoicorum indolentiam, quæ esse nullo modo potest, nisi planè hominem saxeum esse velimus, & omni sensu carentem. Horatius libro 1. Epist. Trojani belli scriptorem, maxime Lolli: Dum tu declamas Romæ, Prænestę relegi, Qui quid sit pulchrũ, quid turpe, quid utile, quid nõ, Planiùs ac melius Chrysippo & Crantore dicit. ¶ Alius fuit Pelei armiger, de quo Ovid. lib. 12. Metam.

Craterium, κρατήριον, Siciliæ regio, Steph.

Crātissĭtĭus, Genere Surrentinus, ordinis Libertini, cognomine Pasides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitq́; inter alios Iulianum Antonium, Antonii Triumviri filium. Autor Tranquillus.

Crassus, P. Licinius, ante ætatẽ Pont. Max. factus (quod nunquam anteà contigit) Consul creatus, profectus est contra Aristonicum, Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipse nec in manus hostium veniret, baculo Barbarum quendam in acie oculo converberato, in sui necem provocavit. L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio à Cicer. introducitur in libris de Oratore, mirifico quodam pudore prædictus fuit: qui tamen non modò non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Accusavit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens: ex quo summam ingenii non laudem modò, sed etiam admirationem est consecutus. Defendit postea Liciniam virginem, quum annos vigintiseptem natus esset. In ea ipsa causa fuit eloquentissimus, orationisque ejus scriptas quasdam partes reliquit. Voluit adolescens in colonia Narbonensi causæ popularis aliquid attingere: eamque coloniam ut fecit, ipse deducere. Hæc ex libro de Orat. & Bruto Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Scævola comparatio. Deploratur multis verbis Crassi mors à Cicerone in exordio 3. lib de Orat.

P. Crassus, Oratoris frater, juris peritissimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ quum Marianarum esset partium, ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Hujus filius M. Crassus, Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumviratum iniit: quorũ planè autoritate Respub. aliquot annos regebatur. Ad bellum missus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania insurrexerant, Varinium q́ue, Gellium ac Lentulum Romanos imperatores fugaverant, duodecim millibus hostium unà cum eorum duce cæsis, apud Rhegium juxta Leucadis paludẽ victoria potitur: ex quo Vrbem ovans ingressus est. Postremò quum ei Syria sorte obvenisset, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amisit. Ipse dẽmùm infœliciter rem gerens, à Surina regis præfecto captus, atque interfectus est. Autor Cic. in Paradoxis. ¶ Alter Crassi filius, Cæsaris legatus fuit in bello Gallico, & in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit: fuit autem discipulus Ciceronis. De quo hæc in Bruto: Erat enim Crassus (inquit) cũ institutus optimè, tùm etiam perfectè, planeq́; eruditus: gravis, & sine segnitie verecundus esse videbatur. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus glorię: qui quia navaverat miles operam Imperatori, Imperatorem se statim esse cupiebat. Hæc Cicero.

Crāssŭs, prænomine Marcus, Romanorum omnium ditissimus fuit, qui negabat quempiam habendum esse divitem, nisi qui exercitum annuo reditu posset alere. Hic postea cum Pompejo & Cæsare Triumvir factus, cupiditate auri, ut fertur, in Parthos expeditionē susceptā à quibus ipse cum filio adolescente & universo exercitu deletus est.

Crastŭs, *κρᾶστος*. Vrbs Sicanorum in Sicilia, ubi formosissimæ mulieres nascebantur, patria Epicarmi comici, & Laidis meretricis: gentile Crastinus, Steph.

Crātērŭs, pen. cor. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res ejus gestas scripsit, cujus meminit in Aristide Plutarchus. De hoc Persius Sat. 3: Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

Crates, *κράτης*, Nomen est Philosophi Thebani: qui ut philosophiæ vacare posset, projecto in mari non parvo auri pondere: Abite (*inquit*) pessum malæ cupiditates: Ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Neque putavit se posse & virtutes, & divitias simul possidere. Suidas autem tradit, Cratetem omnem pecuniam in substantiam redegisse, & apud trapezitam deposuisse, ea lege, ut si filii philosophi essent, eam egenæ plebi divideret: sin idiotæ, eis quod acceperat, bona fide restitueret. Ita enim judicabat vir sapientissimus, homini philosopho, sapientiæ sectatori nihil deesse ad beatè vivendum. ¶ Fuit & Poëta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. ¶ Item & Grammaticus, qui sub Ptolemæo Philometore claruit, æqualis Aristophanis Grāmatici, Criticus, sive Homericus cognominatus. Scripsit in Iliad. & Odyss. li. 9. Comment. Autor Suidas. Hic, ut ait Tranquillus, studium Grāmaticæ primùm Romam intulit: missus enim ad Senatū ab Attalo rege, sub ipsam Ennii mortē plurimas acroases fecit, assiduēq; per omne tempus legationis disseruit: nostris quoq; exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

Crāthis, cum th aspirato, *κράθις*, Nomen est duorum fluviorū, quorum unus est in Achaia propriè dicta, prope Aegas oppidum in sinum Corinthiacum influens: cujus meminit Strabo lib. 8. Alter in magna Græcia, juxta Sybarim oppidum, cujus aqua barbis, comisq; flavum colorem inducere tradit Strabo lib 6. [Vulgò *Gratthi, fiume di Cosenza in Calabria.*] Ovid. lib. 15. Metam Crathis & hinc Sybaris nostris conterminus oris, Electro similes faciunt, auroq; capillos. Et lib. Fast. 3: Est prope piscosos lapidosi Chrathidis amnes Parvus ager.

Crātīnŭs, *κρατῖνος*, Poëta fuit comicus, clarus apud Athenienses, qui primus in Dionysiis Athenis satyricam fabulam induxit. Horatius: Eupolis atq; Cratinus, Aristophanesq; poëtæ. Hic autem fuit supra modum gulæ ac omni voluptatum generi deditus, præcipuè ebrietati: ad quod alludit Horatius in Epistol. Prisco si credis Mecœnas docte Cratino Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt, Quæ scribantur aquæ potoribus.

Cratippus, *κράτιππος*, Mitylenæus philosophus fuit, Ciceronis filii præceptor, qui Pompeio Pharsalico prælio victo apud Mitylenem occurrens, verbis ex Philosophiæ penetralibus petitis, ad meliorem spem eum erexit. Plutarch. Pompeio.

Cratis, sine aspiratione, *κρᾶτις*, Africæ fluvius, è Sicyone lacu profluens in Oceanum, juxta quem nōnulli fabulati sunt electrum nasci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Cratylus, pen. corr. *κρατύλος*, Nomē philosophi Athenien sis, Platonis, mortuo Socrate, præceptor, ex cujus nomine idem Plato librum de Significatione nominum inscripsit.

Crēmē, es, *κρήμη*. Vrbs Ponti, à qua gentile Cremesius.

Crĕmĕrā, pen. corr. *κρεμέρα*, Fluvius Tusciæ, apud quem Fabii à Vejentibus occisi fuēre, autore Livio lib. 2. Decad. 1. Ovid. 2. Fastor. Vt celeri passu Cremeram tenuēre capacem, Turbidus hybernis ille fluebat aquis. Iuvenalis: Quid Cremeræ regio?

Crēmmўōn, *κρεμμυών* Stephano, Oppidum nō procul à Corintho, juxta quod Theseus suem, quæ omnes agros devastabat, occidit. Ovid. lib. 7: Quodq; suem securus arat Cremyona colonus, *&c.* Vbi alterum m versus gratia, à poëta est elisum. ¶ Crommyum autem per o urbs juxta Ascalonem: de qua infrà.

Crĕmōnă, [Ger. Ein statt in Lombardien/nicht fern von Mantua.] Vrbs est Galliæ Cisalpinæ, non procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. Cujus cives quum contra Augustum cū Antonio sensissent, Cæsar victor veteranis suis eorū agros dedit: qui quum nō sufficissent, acceperunt, etiam vicinorum agros, ut Mantuanorum, *&c.* Hinc Virgil. Aegl. 9: Mantua, væ, miseræ nimium vicina Cremonæ. De hac Strabo lib. 5. sic scribit: Cis Padum verò, circunq; Padum, celeberrimæ sunt civitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

Crenides, *κρηνίδες*, urbs Siciliæ, quā Philippus postea Philippos nominavit: gentile Crenitæ, Steph. Vide PHILIPPI.

Crĕōn, ontis, *κρέων*, Nomen Corinthiorū regis, qui Creusam filiam Iasoni desponsavit, de quo Seneca in Medea. ¶ Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanorū socer, & pater Iocastæ. Fuerunt & alii hoc nomine.

Crĕōn, onis, *κρέων*, Mons est Lesbi insulæ, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Creontiades, Herculis filius ex Megara, quē pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediens, & in furorē versus à Iunone, quod Lycum interfecisset, interemit.

Creophilus, pen. cor. *Κρεόφιλος*, Nomē Sāmii poëtę, qui Homeri hospes & æmulator fuisse fertur, quem aliquando traduntsuscepto in hospitium Homero, accepisse ab eo donum inscriptionem poëmatis, quod Occhaliæ captivitatem vocāt. Sed Callimachus per Epigrāma quoddam contrariū ostendit, quod nunquam Creophilus opus composuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt quidam nō hunc, sed Aristeum Proconnesium: author Strabo libro 12. Vide Apuleium in Floridis.

Crēpsă, Ptolemæo Liburniæ urbs, Crexa dicta Plinio.

Crēs, Vide CRETA.

Crescēns, *κρησκεύς*, Philosophus Cynicus Iustino martyri infensus, ut pluribus testatur Tatianus in bello contra gentes.

Crescis, Nymphæ marinæ nomē à fontibus dictæ: *κρήνη* enim fons dicitur Perotus.

Crēsĭum, *κρήσιον*, urbs Cypri, Steph.

Crēssă, *κρῆσσα* Oppidum Paphlagoniæ est, teste Stephano, post excidium Trojanum à Merione conditum. ¶ Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28. ¶ Cressa etiā dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione CRETA.

Crēssæă, Herodot lib. 7, regio Pallenæ vicina, ac Thermæo sinui contermina.

Crestōn, *Κρήστων*, Oppidum, de quo Herodot. libro 1: Qua lingua Pelasgi sunt usi, affirmare non possum, sed conjectura signorum, licet dicere eadem qua nunc Pelasgi utuntur, qui supra Tyrrhenos urbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc *Dores* vocantur. ¶ Est & nomen regis Bithyniæ, cujus meminit Iustinus libro 38.

Cretă, tæ, & Crete, tes, [*κρήτη*. Ger. Ein grosse Insel im Aegeischen Meer gelegen / heist jetzt *Candia.*] Insula in medio Ponto, centum urbium fama clara, quæ (ut scribit Strabo) à Septentrione Aegeo alluitur simul & Cretico pelago: Austro Libyco: ad Occidentem Aegylam & Cytheram spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta millia septuaginta passuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus ejus quingenta octogintanovem millia passuum complectitur. Hodie *Candiam* vocant. Insignes in ea urbes sunt, Cortyna, Cydon, Gnossus Minois regia, & Strabonis Cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxium est, optimique vini fertilissima est: de qua Virgil. 3. Aeneid. Creta Iovis magni medio jacet insulā ponto, Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ Centum urbes habitant magnas, ubertima regna. Primùm dicta est Cureta, ab habitantibus Curetibus, & per syncopam Creta. Alii dicunt Cretam dictam à Crete quodam Iovis filio Curetum rege. Alii à Crete nympha Hesperidis filiā: Arrianus non à Crete nominativo, sed à Cres, Cretis genitivum faciente, nominatam dicit: sic enim vocatum ait eum qui Iovem abscondit in monte Lycæo. ¶ Est & Creta oppidum Scythiæ. Valer. Flac. lib. 1: quoties paucos ad litoris ictus Deficiam, Scythicum metuens Pontumq; Cretamque.

Crētēs vocantur ejus insulæ populi, & mulieres Cressæ: *κρῆσσαι*.

Crētēnsĭus, & Cressius, adjectivum, *κρήσιος*. Sunt autem hæc nomina, quę ex masculino fœmininum ad similem formam mittunt: scilicet Cres Cressa, Libys Libyssa, Phœnix Phœnissa, Thrax Threissa. Tibullus: etiā Phœbo gratissima dona Cres tulit. Ausonius: Præpetibus pennis super aëra vectus homo Cres. A Crete verò fiunt Creticus, *κρητικός*, & Cretensis.

Crētæŭs, a, um, Quod ex Creta insula est. *κρητεύς*. Ovidius: Straraq; Cretæam bellua stravit humum.

Crētēnsĭs, *κρής*, Nomen gentile à Creta insula deductum. Vide proverbium: Cretizare cum Cretensi, *μετὰ Κρῆτος κρητίζειν*: id est, adversus mendaces mendaciis uti. ¶ Cretensis Cretensem, *ὁ κρὴς τὸν κρῆτα*, subaudi, quod erit commodum sententiæ; provocat, conatur circumvenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium à Cretensium moribus, quos plurimis convitiis incessivit antiquitas. ¶ Eundem obtinet sensum, Cretensis cum Aegineta, *Κρὴς μετὰ Αἰγινήτου*: subaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt. Cicero 3. de Natur. deorum: Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius.

Crētĭcŭs, a, um, adjectivum formatum à Creta insula. *κρητικός*: ut, Creticum Mare. Horat: 1. Carm. Ode 26.

Cretenia, κρητωΐα, locus Rhodi, ubi Althemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem se occisurũ accepisset, dum fugit, ne hoc perpetret, noctu in navigium incidit, in quo piratas esse ratus, patrem occidit. Supra Cretenią Arabyrii montes sunt. Steph.

Cretheus, dissyllabum, in Genitivo Cretheos, κρηθεύς Aeoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aesonem genuit, Alcimedontem, & Amythaonem.

Cretheius, denominativum: ut, Virgo Cretheia apud Flaccum lib. 1 dicitur. Helle Cretheineptis.

Crethon, onis, Filius fuit Dioclis, qui cũ fratre Orsilocho ad bellum Trojanum Grœcis auxilium laturus profectus est: sed quum hi duo nimiũ suis viribus confiderent, cum Aenea congredi non dubitaverunt, à quo etiam ambo sunt interfecti. Quin & eorum cadavera vix à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahi potuerunt.

Crĕūsă, κρέουσα, Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iason, repudiata Medea, uxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus suis ignem inextinguibilem scrinjolo inclusum per filios suos Creusæ muneris loco misit: filios verò præmonuit, ut statim oblato munere discederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilq; mali suspicans, scriniolum aperuit, & continuò evolavit ignis, Creusamq; & totam Creontis regiam exussit. Ovidius lib. 1. de Arte: Cui non defleta est Ephyrææ nata Creusæ. ¶ Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Aeneæ conjunx, cui Ascanium filium peperit. Hanc in excidio Ilii, ab Aenea, qui fugiens, patrem humeris gestabat, filiumq; manu ducebat, perditam fuisse in itinere dum vias notas excessisset, tradit Maro lib. 2. Aeneid. Sed nonnulli eam ab ipso Aenea ex pactione cum Grœcis facta occisam volunt, ne quis ex semine Priami supereresset. Verùm his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Grœci captivos abduxerunt.

Crēusis, κρέουσις, Oppidum est in confinio Bœotię, Locrorum & Aetolorum: ut annotavit Vadianus in Pomp. lib. 2.

Crimissă, æ, κρίμισσα, Oppidum est in extremis Italiæ finibus, juxta Thurium & Crotonem: ita dictum à Crimissa Nympha. Gentile est Crimissæus. Strab. lib. 7.

Crīnĭsŭs, κρίνισος, Siciliæ fluvius, Segestæ urbi vicinus: de quo Servius hujusmodi refert fabulam: Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum. Illi recusaret, Neptunus iratus Trojæ cetum immisit, ut eam vastaret. Consultus Apollo siniștra dedit responsa, puellas scilicet belluæ esse objiciendas. Hippotes igitur nobilis Trojanus, timens ne & Hegesta filia sua ceto, ut Hesiona exponeretur, navi eam imposuit, ut potiùs se non vidente mergeretur fluctibus, quàm coràm devoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata, Crinisо placuit, qui in canem, seu ursum mutatus, eam oppressit, susceptiq; ex eo concubitu Acestem, Siciliæ regem. Virgil. lib. 5. Aeneid. Troja Crinisо conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

Criona, κρεῶνα, Stephano, Vicus est Athenienșium, in tribu Antiochide.

Crios, Vide in APPELLAT.

Crispus Salustius, Latinæ historiæ princeps fuit (teste Martiale) cujus hoc de illo extat elogium: Crispus Romana primus in historia. [Ger. Ein Römischer Historyschreiber.] Thucydidi ex Grœcis opponitur à Quintiliano elegantiæ dicendi, Attica brevitate, sententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis utatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriusque invectivis constat. Ejus de avaritia sententiam laudat Gell. lib. 3. cap. 1: Avaritia (*inquit*) pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupivit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus, animumque virilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. Gell. libro 17. capite 18, de Crispo Salustio sic scribit: Marcus Varro (*inquit*) in literis, atque vita, fide homo multa, & gravis, in libro quem inscripsit Pius, aut de Pace, Crispum Salustium scriptorem seriæ illius & severæ orationis, in cujus historia notiones Censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone, & loris benè cæsum dixit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. Hæc Gellius. ¶ Fuit & Crispus Constantini Cæsaris filius, à patre interfectus. ¶ Crispus item Vibius, ore compositus, & jucundus: privatis tamen causis, quàm publicis melior, ut ait Quintilianus.

Crissă, æ, κρίσσα, Oppidum maritimum Phocidis, à Crisso Phoci filio conditum: unde Crissæus sinus, κρισσαῖος κόλπος, qui & Corinthiacus appellatur, per octo stadiorum fauces, quæ inter Rhium sunt, & Antirrhium, in Ionium mare sese exonerans.

Crithote, es, κρίθωτη Stephano, Vrbs est Thraciæ ad Hellespontum octoginta stadiis à Cardia distãs: cujus meminit & Plin. lib. 4. cap. 11.

Critias, κριτίας, Philosophus fuit, qui dixit animam esse sanguinem, sicut & multi alii. unde Virgilius: Purpuream vomis ille animam. ¶ Fuit item Critias quidam, unus è triginta tyrannis Athenienșibus, à Lacedæmoniis impositis, eloquens quidem, cæterum omnium avarissimus, atque crudelissimus, qui quum plurimis incommodis civitatem affecisset, tandem à Thrasybulianis, eo in prælio, quod circa Munychiam fuit gestum, est interfectus. Vide Xenophontem Rerum Grœcarum lib. 2. Hujus meminit Cic. lib. de Orat. 2: Consequuti sunt hos (*inquit*) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nõnulla Critiæ, de Theramene audivimus. Rursum idem lib. 3: Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atq; eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi?

Crito, κρίτων, Nomen philosophi Athenienșis, qui ita Socratem amavit, ut nunquam aliquid ex iis, quæ sunt ad vitam necessaria, ipsi deesse passus fuerit. ¶ Crito item Pieriota (Pieria autem urbs est Macedoniæ) historicus fuit: scripsitq; res Persicas, Siculas & Macedonicas. ¶ Fuit præterea alius, Naxius genere, historicus & ipse. Autor Suidas.

Critobulus, κριτόβουλος, Medicus fuit insignis, qui sub Philippo Amyntæ filio Macedonum rege claruit. Plin. lib. 7: Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

Critolaus, κριτόλαος, Peripateticę sectę Philosophus fuit, qui unà cum Carneade & Diogene Stoico Romã missus fuit Legatus, ut scribit Cic. li. 2. de Orat. de Critolai libra scribit idem Cic. Tuscul. quæst. lib. 5: Quo loco, *inquit*, quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alterã corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terrã & maria deprimat. ¶ Alter Critolaus, Achæorum dux, belliq; Achaici concitator: unde etiam Corinthi eversionẽ illi imputat. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Critolaus (*inquit*) evertit Corinthum, Carthaginem Asdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plutarch. in Parallelis Horatio Curiatiorum victori comparat in eo, quòd uterq; sororem occiderit: idq; eadem omninò de causa, quòd scilicet cæteris omnibus victori applaudentibus, solæ fratri suo non essent gratulatæ. Hic posti emò à Q. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno sibi mortem conscivit. Autor Livius.

Criteis, κριθηΐς, ut ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mæonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam vitiasset, gravidamque fecisset: atq; ob id facti veretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimoniũ dedit. Illa verò non multò pòst, quum ad lavacra, quæ prope Meletem fluvium erant, proficisceretur, Homerum juxta fluvium peperit: ob idq; Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomen accepit: Cumæi nanq; & Iones oculis captos, Homeros appellant, quòd Homeris: id est, itineris ducibus egeant.

Criumetopon, id est, arietis frons, Cretæ insulæ promontorium est ad Occidentem, versus Cyrenas, ut scribit Rufus ex Dionysio: hic procul ingens Inclinat rupes sese, obvia fluctibus altis. Vide Pomp. Melam, lib. 2, in descriptione Cretæ insulæ, & Plin. lib 4. cap. 12.

Crobialus, κρωβίαλος, Oppidulum est juxta Heracleam Ponticam, cujus meminit Apollonius Argonaut. lib. 3.

Crobyzi, κρόβυζοι Stephano, Populi Istri accolæ, quorum meminit & Plin. lib. 4 cap. 12.

Crocea, æ, κροκία, Vrbs Laconiæ, una ex centum, cujus incolæ dicuntur Croceatæ. Steph.

Crŏcŏdīlŏn, sive Crocodilorum oppidum, κροκοδείλων πόλις, oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cujus Strabonis ætate nihil præter nomen extabat: ut ipse testatur lib. 16. Mẽminit & Plin lib. 5. cap. 19. ¶ Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura, ad Nilum fluvium: ita dictum, quòd in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc urbem postea Arsinoën appellarunt, teste Strab. lib. 17.

Crŏcŏdīlŭs, pen. prod. κροκόδειλος, Mons est Ciliciæ apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Crŏcōtŭs campus, κροκωτὸν πεδίον, Campus est juxta Thessaliam ad Amphrysum fluviũ. Stephanus in dictione Δημήτριον.

Crocum, venatorem ac sagittarium fuisse dicunt, precibusq; Musarum in astra relatum, Sagittarii nomen accepisse. Sidonius: Falciferis Crocon vectus per summa polorum.

Crocyleum, κροκύλειον, locus Ithacæ, aliàs δῆμος dictus, Stephano.

Crocylion, κροκύλιον, Insula Ithacæ. Heracleon Ithacam quadripartitam facit, ut prima pars ad meridiem & maritima sit: altera Nejum: tertia κροκύλιον: quarta αἰγιρῆα, Steph.

Crocyllus,

Crocyllus, Vir Athenienſis, cujus nonnunquàm Plutarch. meminit.

Crocylus, Nomen paſtoris apud Theocritum.

Crœsus, [κροῖσος. Ger. Ein König in Lydia ſo vberſchwencklich reich geweſen iſt.] Rex Lydorum fuit, Alyattæ filius, omniũ quos hominum memoria celebrat, ditiſſimus: unde etiam hodie, quũ immenſas opes ſignificare volumus, Crœſi divitias dicimus. Hic quum ſe omnium mortalium fœliciſſimum crederet, monitus eſt à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum: quòd quoad vivimus, periculum ſit, ne inſtabilis hujus mũndi fœlicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis ſententiam veriſſimàm eſſe, Crœſi calamitas poſtea declaravit. Victus enim à Cyro, pyræq; impoſitus, tandem ſalubre Solonis conſilium agnovit, ejusque nomen ſæpiùs inclamavit. Vnde admiratus Cyrus, quiſnam eſſet deorum, hominumque, quem ille in extremo periculo ſolum invocaret: remque totam edoctus, humanæ viciſſitudinis memor, Crœſum ab incendio liberavit, ſummoque ſemper apud ſe in honore habuit. Autor Plutarchus in vita Solonis, & Herod. lib. 1.

Crommyon, onis, κρομμύων, Vrbs Palæſtinæ, non procul ab Aſcalone. ¶ Item alia in Libya.

Crommyonius, a, um, Gentile, κρομμυώνιος. Autor Steph.

Crommyonneſus, κρομμυώννησος, Inſula eſt Aſiæ adjacens è regione Smyrnæ, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Cromnã, κρώμνα, Paphlagoniæ oppidum eſt, apud Strabonẽ lib. 12. De hoc Valerius Flacc. lib. 5: Mox etiam Cromnã atq; jugo pallente Cytoron. Steph. ait, Amaſtrin poſtea dictam eſſe, & Cromnã, κρώμνων vocat. vide Amaſtris apud Steph. Idẽ in κ: Cromnam, inquit, alii Amaſtrin, alii Amaſtridis regiũculam faciunt: gentile Cromnites, Cromnæus, κρομναῖος. Eſt & Peloponneſi urbs, quæ in maſculini & fœminini generis item ſingulari & plurali numero profertur, à Cromno Lycaonis filio.

Cromyuſa, κρομύουσα, inſula Iberiæ, Steph.

Crõnia, orum, [κρόνια. Ger. Feſtag ſo man dem *Saturno* zu ehren begieng zu Rom auff den 19. tag Wolffmonats.] Saturni feſta erãt, quæ celebrabantur Romæ decimoquarto Calendas Ianuarias: ita dicta ἀπὸ τοῦ κρόνου: hoc eſt, à Saturno: unde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum Macrobius latè meminit, citatà etiam antiqui poëtæ auctoritate, apud quem legerat: Maximà pars Graiũm Saturno, & maximæ Athenæ Conficiunt ſacra, quæ Cronia eſſe iterantur ab illis.

Crõniõn pelagus, κρόνιον πέλαγος, à nonnullis appellatum fuit mare concretum, teſte Plin. lib. 4. cap. 16. Apollonius tamen in Argonauticis, κρόνιον ἅλα: hoc eſt, Cronion mare, pro Adriatico poſuit (ſi interpreti ejus credimus) eò quòd Italiam alluat, quam olim Saturnum volunt tenuiſſe.

Cropia, κρωπία, vel κρωπιάς, vel κρῶπις, Vicus in tribu Leontide, Steph.

Cros, κρῶς, urbs Aegypti, civis Croites, & præfectura Croitis. Eſt Crois, κρωΐς, Arabum civitas, Steph.

Crõſſa, κρόσσα, Vrbs juxta Pontum: gentile Croſſæus. Steph.

Crõto, ſive Croton, κρότων, Vulgò *Crotone*, Vrbs fuit maritima in ea parte Italiæ quæ olim Magna Græcia dicta eſt, non procul à Tarento, tãta ſalubritate aẽris, ut inde ortum ſit proverbium: Crotone ſalubrius, κρότωνος ὑγιέστερον. De re nequaquam noxia, ſed undequaque ſalutifera. Strabo lib. Geogr. 6. ¶ Nihil aliæ civitates ad Crotonem, μηδεμιᾶ τούτων πρὸς κρότωνα πόλις: id eſt, ſunt reliqua præ Crotone frivola oppida. Theocriti interpres meminit hujus proverbii. Licebit accommodare ad rem aut hominẽ uſq; adeò præcellentem, ut reliqui cum hoc collati, nihil eſſe videantur. Vrbs hæc à Diomede condita creditur, cum pleriſq; aliis, in eodem littore.

Crõtõniãtæ, hujus incolæ dicti ſunt, eo nomine celeberrimi, quòd maximam in exercendis corporibus curam ponerent. Vnde etiam frequentiſſimè ex ſacris certaminibus coronas retulerunt. Inter hos fuit Milo ille Crotoniates, qui integrum uno die bovem fertur abſumpſiſſe. Hinc locus factus proverbio: Crotoniatarum poſtremus, reliquorum Græcorum primus eſt, κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἑλλήνων. Licebit uti quum genus aliquod tãto intervallo præcedere dicemus, ut qui in hoc ſit vel infimus, in illo poſſit vel primus videri. Hinc Crotoniata, gentile nomen, & Crotonius, Crotonias, Steph. Crotonẽ, inſignem Italiæ urbem eſſe ſcribit juxta Rhegium & aliam Thuſciæ metropolim, & montem qui Axium flumen effundit. κρωτὼν etiam eſt animalculum canibus infeſtum, Latini Ericinum vocant, quo quidem ſignificato ultimam acuit, Steph. Vide SYRACVSAE.

Crõtõpus, pen. prod. Rex Argivorum fuit, pater Pſamathes, quę ab Apolline compreſſa Linum peperit: quem quum inter vepres abſcondiſſet, canes extractum dilacerarunt.

Crõtõpiãdẽs, patronymicum maſcul. Ovid. in Ibin: Quiq; Crotopiadem diripuêre Linum.

Crũni, orum, κρουνοί Stephano, Thraciæ urbs eſt maritima, teſte Plin. lib. 4. cap. 11, quæ poſtea Dionyſiopolis dicta eſt: nomen habet à fontium ſcaturiginibus quibus abundat: Eas enim Græci κρουνὰς appellant.

Crũſis, κρουσίς, pars Mygdoniæ, à Cruſo Mygdonis filio: inde κρουσαῖος, & Cruſis adject. fœm. Steph.

Cruſtumerium, κρυστομήριον Stephano, Oppidum in Latio, Albanorum colonia: cujus meminit Plin. li. 3. cap. 5. Virg. lib. 7. Aen. Ardea, Cruſtùmeriq; & turrigeræ Antennæ.

Cruſtuminum, Oppidum Tuſciæ juxta Vejos: à quo Cruſtumini dicti, & Cruſtumina tribus, & Cruſtumina pyra, & Cruſtuminum vinum laudatiſſimum.

Cruſtumium, apud Lucan. lib. 2, fluvius eſt ex Apennino ortum trahens, Ariminumq; præterlabens. In lævum (*inquit*) cecidêre latus veloxq; Metaurus, Cruſtuminumq; rapax, & junctus Sapis Eſauro. Meminit hujus fluvii & Plin. lib. 3. cap. 15. Vulgò *Conciario de Romanna*.

Crya, æ, κρύα Stephano, Vrbs Lyciæ.

Cryãſſus, κρυασσός, Vrbs Cariæ, ità dicta à Cryaſſo Caretis filio, Stephanus.

C ante T.

Ctẽãtus, pen. corr. κτέατος, Pater Amphimachi, unus ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta navibus ad Trojanam expeditionem ſunt profecti: ut teſtatur Homerus in Catal. navium.

Ctẽmẽnẽ, κτημένη, Vrbs Theſſaliæ, à Peleo Phœnici donata, cujus cives Homerus Dolopes vocat, & Ctemẽnẽ Dolopiadem. Gentile Ctemenius, & Ctemenæus. Apollonius per jota κτιμένη ſcribit, quod magis placet.

Cteſiãs, κλησίας, Cteſiachi, vel (ut alii malunt) Cteſiochi filius, Medicus fuit Cnidius, qui Arraxerxem cognomento Meliorem curavit, & hiſtoriam Perſicam xxx. libris conſcripſit. Autor Suidas.

Cteſiphõn, pen. corr. [κλησιφῶν. Ger. Ein herrlicher Werckmeiſter ſo den ſchönen Tempel *Dianæ* zu Epheſo ſoll gebawen haben.] Nomen architecti, qui templum Dianæ Epheſiæ traditur extruxiſſe, opus mirabile, & totò orbe celebratum: quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit, hac tantùm de cauſa, ut facinore illo nominis immortalitatem ſibi compararet. ¶ Fuit & Cteſiphon locus Parthorum. Strabo lib. 15: Prope Seleuciam vicus maximus eſt nomine & re Cteſiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic vicus civitatis potentiam & magnitudinem habebat, adeò ut Parthorum multitudinem & apparatum omnem reciperet, ac venalia, neceſſariaq; artificia illis ſuppediteret. Quin & Cteſiphontẽ Babylonici regni caput fuiſſe Plin. lib. 6. ſcribit. ¶ Cteſiphon etiam Athenienſis civis nobiliſſimus, qui Atheniẽſibus autor fuit decreti, quo Demoſthenem aurea corona in theatro coronandum decreverunt. Ob quam ſententiam ab Aeſchine, qui contrarias Demoſtheni in Republica partes fovebat, tanquam pernicioſi decreti autor accuſatus, elegantiſſima illa Demoſthenis oratione, quam περὶ παραπρεσβείας inſcripſit, defenſus eſt. Vide Cic. lib. de Optimo genere oratorum.

Cteſippus, κτήσιππος, Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter, ſingulariq; humanitate excèpit, quò impuros adoleſcentis mores componeret: cujus tamen cùm duro, tùm minimè liberali ingenio nuſquã adduci potuit, ut curam & laborẽ in illo inſtituendo dimitteret: cujus ineptias non modò pertulit patienter, verumetiam ſtudiosè tegebat. Quanquam ſemel ajunt, Phocionis conſtantiam importunitate leviſſimi hominis ſuperatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus ſtudio accuratiore obiret, Cteſippus, ut erat futilis, delirusq;, graviſſimũ, peritiſſimũmq; Imperatorem cœpit fatuis quibuſdam interrogatiũculis obtundere, atque illum monens, docẽnsve importunius perurgere. Tum ſtomachatum Phocionem dixiſſe fama eſt: O Chabria, Chabria, cumulatam tibi pro amore noſtro gratiam nũc perſolvo, qui nati tui deliramenta ſuſtineo. Autor Plutarchus in vita Phocionis.

C ante V.

Cuma, κύμη, Vrbs Aeolidis ex adverſo Lesbi ſita, Aeolicarum urbium maxima & optima, & ferè metropolis cæterarum civitatum, quæ numero erant circiter xxx. Ab hac civitate cognominata eſt Sibylla Cumea, κυμαία, quam aliqui à vicinitate loci Erythream appellarunt: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata eſt. Item patria fuit Ephori, viri doctrina clari, & Iſocratis Oratori familiaris, præterea & Heſiodi Poëtæ, qui patrem ſuum, relicta Aeolica Cuma, in Bœotiam migraſſe dicit. Plutarch. de eo in Sympoſiis multa, & Suidas. Stephan. ¶ Cuma Aeolica ante Lesbum ſita nomen habet à Cyme Amazone: quare & Amazonium dicta eſt: gentile κυμαῖος (κυμαῖος autem ab, ui be Italiæ fit.) Hæc & Lesbus ſoliditatis notantur. Eſt & alia Phriconitis dicta, φρικωνῖτις. Quarta Elidis. Quinta Eubœę & Pamphyliæ. Item inſula prope Siciliam, Stephan. Hujus oppidi incolæ, Cumæi, κυμαῖοι, dicti ſunt, qui

sunt, qui stupiditatis nomine malè audierunt. Olim enim vulgatum erat tota Asia proverbium: Cumæi serò sapiunt, ὀψὲ σοφοὶ Κυμαῖοι. De cujus origine duæ afferuntur sententiæ. Sunt enim qui dicant, Cumæos quũ ad mare urbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea reciperent proventum, vix demum trecentesimo anno ab urbe condita intellexisse, ex portorio reditum non contemnendum posse confici. ¶ Alii, pecunia fœnori accepta, ampliſſimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quum cõstituta die non exolvissent, creditores in ipsarum porticuum possessionem fuisse missos, qui deinde cives à deambulatione arcebãt. Verùm quum ingens pluvia repentè ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, ut Cumæi se in porticus reciperẽt. Præcone itaq; identidem acclamãte: Subite porticus, viri Cumæi: qui ibi tunc aderant hospites, rem in jocũ verterunt, tanquam nõ intelligerent Cumæi, nisi jussi, pluviæ tempore porticus esse subeundas. Hæc Strabo lib. 13. Sunt & aliæ ejusdem nominis urbes, quas vide apud Steph.

Cūmæ, arum, Κύμαι, Civitas Lucániæ ad mare, juxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide urbe Eubœæ venerũt. Servius in illud Virgil 3. Aeneid. Huc ubi delatus Cumæã accesseris urbem. Eubœa (*inquit*) insula est, ex cujus civitate Chalcide coloni profecti sunt ad novas sedes quærendas, & haud longè à Baiis (qui locus à socio Vlyssis Bajo illic sepulto nomen accepit) invenerunt vacuum littus: ubi visa muliere gravida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur) civitatem condiderunt, quam Cumas appellaverunt, sive ἀπὸ τῆς κύσεως: hoc est, à prægnante: sive ab undis, quas Græci κύματα appellant. Nam τὸ κῦμα undam significat: u autem Latini in u convertunt, ut Byrrhia, Burrhia.

Cūmānī & Cumæi, Κυμαῖοι: quamvis Κυμαῖοι etiam dicantur à Cuma civitate Aeolica.

Cuneus, σφὼ Straboni, Vulgò *Cabo de S. María*, Ager est, aut si mavis, promontorium Lusitaniæ, Anæ fluvio proximũ, quo Hispania in Occidentem, quàm longissimè excurrit: nomen habens à figura cunei, quo ligna findũtur, cujus extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: unde etiã Artemidorus promontorium hoc navali rostro assimilavit. Pomp. lib. 3: Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur, Anę proximum: quia lata sede procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat: Cuneus ager dicitur. Sequens, Sacrum vocant. Magnum, quod ulterius est. Hæc ille. Ptolemæus non levi errore hoc promontorium Sacrum esse existimavit: ut apertissimè docet Vadianus in locum Pomponii jam citatum.

Cunicularíæ, Insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicę adjacentes. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

Cūnīnă, Dea quam prisci coluerunt, quæ cunis infantiũ præsidere putabatur.

Cŭpīdo, dinis, masculini generis. [Ἔρως. Ger. Der Gott der Liebe/ oder Holdschafft/ ein Sohn *Martis* vnd *Veneris*.] Amoris deus, quem Hesiodus natum vult ex Chao & Terra: Simonides & Cicero ex Marte & Venere: Arcesilaus ex Nocte & Aethere: Alceus, ex Lite & Zephyro: Sappho, ex Venere & Cœlo: Seneca, ex Venere & Vulcano. ¶ Duplex autem est, Ovidio dicente: Alma fave, dixi, geminorum mater Amorum, *&c.* Honestus videlicet & turpis: illumq; ex Venere & Iove patre natum volunt: hunc autem Erebi & Noctis filium esse, quod & ipsum refert Cicero lib. 5. de Natur. deor. Fingitur à poëtis armatus flammis & telis, aureo videlicet & plumbeo (ut patet ex Ovidio, lib. 1. Metamorph. de Daphne & Apolline.) Item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, volatilis, *&c.* Ejus quoq; formæ descriptio extat multis verbis apud Apuleium de Asino aureo. Virgilius de Vino & amore: Bellum sæpè petit ferus exitiale Cupido.

Cŭpīdĭnĕŭs, a, um, ἐρωτικὸς: ut Cupidineæ sagittæ, Ovid. 1. de Remedio amoris.

Cupra, Piceni civitas est, non procul ab Asculo: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

Cupra, Italiæ oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta est, haud vana conjectura, à Cypro templo, illic à Tuscis, qui Cypram Iunonem dicunt, extructo, ut Strabo scribit: ut Cupra sive Cypra una appellatione contineatur. Nam vocabula quæ Græci per y pronuntiant, per u literam proferre possumus: ut, Larumna, Sulla, *&c.* pro Larymna, Sylla, autore Hermolao.

Curcurà, Insula in mari Adriatico, non longè à Melitine, aliâs dicitur Melena. Vide CORCYRA.

Cūrēs, Κύρεις, pluralis tantùm numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cujus cives Quirites, Κυρῖται, dicebãtur. Cõveneruntq; Romulus & Tatius in hanc sententiam, ut è duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaq; nomen retineret: sed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ovid. lib. 2, Fast. Te Tatius paruiq; Cures Cenina q; sensit. Hinc etiam populi, Cures. Virg. li. 9. Aen. -Tatioq; seni, Curibusq; severis.

Cūrētes, [Κουρῆτες. Ger. Völcker in der Insel Candia.] Populi Cretæ insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati sunt: ex Ida Phrygiæ monte (ut quidam volunt) oriundi: à cujus etiam nomine, Cretę montem, quem primùm insedêre, Idam appellarunt. Dicti Κουρῆτες, teste Strab. lib. 10. ἀπὸ τῆς κουρᾶς: hoc est, à tonsura. Anteriorem enim capitis partem detonsam gestabant, ne hostes eos cæsarie apprehenderent. Alii Curetas dictos putant, ἀπὸ τῆς κουροτροφίας, eò quòd Iovem aluisse dicantur. Autor est idem Strabo loco jam citato, Curetas in Græciam quoque trajecisse, tandemque consedisse trans Acheloum fluvium, ibique quum intonsa servarent capita, Acarnanas vocari cœpisse. ¶ Curetum os, Κουρήτων στόμα. Dici solitum si quando quis numine afflatus loqui videretur: propterea quòd Curetes Cybeles comites furore quodã facto perciti divinare viderentur. Refertur à Zenodoto: meminit & Hesychius.

Cūrĭa, Rhetorum Vrbs primaria, vulgò Chur dicitur. ¶ Est & alia ejusdem nominis in Voytlandia, quam Germani Hof vocant.

Curifugia, Nomen villæ Nicolai Perotti nupèr inditũ, quam in agro Sentinati habebat, inter duo fluenta, Sentinum & Nevolam, ubi est salubrerrima cœli temperies.

Curionia sacra, quæ à Curionibus in Curiis fiebant.

Cūrĭo, Prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæsarem in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellavit. ¶ Hujus filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo tempore, quo primùm bellum civile inter Pompeium & Cæsarem exarsit: & quum ex perditissimo luxu sese ære alieno obruisset, Cæsarem ad bellum civile incitavit, causamq; illius absentis defendendam suscepit. Vnde etiam à Lucano, venali lingua fuisse dicitur. Periit in Africa, cui à Cæsare erat præpositus, à Iuba Mauritaniæ rege cum toto exercitu deletus. Et Curioni gratulatur Cicero Epistol. libro 2: Sera, *inquit*, gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum, audio ferò Is Curio, ut se ære alieno liberaret atque emergeret, Cæsarem ad bellum civile impellebat, ut scribit Cicer. in Epistol. ad Qu. Frat. Et ipse Cæsar, *inquit*, amicus noster, minaces ad senatum, & acerbas literas miserat: & erat adhuc impudens, qui exercitum & provinciam invito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat. Huc etiam accedit quod scribit Lucanus:

Tolle moras semper nocuit differre paratis.

Cūris, ut habet Strabo lib. 5, Vrbs quondam insignis: nũc autem viculus, in Sabinis, *&c.* Vide CVRES.

Curium, Κύριον, Vrbs Cypri, à Cureo Cinyræ filio: gentile Curieus, Curias fœm. & ipsa regio. Est etiam urbs Aetoliæ, Stephan.

Cūrĭus Dentatus, Romanus civis, exactissimæ frugalitatis, & perspectæ fortitudinis. Hic quum in scamno sederet, rapasq; in foro torreret, & Samnitum legati magnũ auri pondus publicè missum obtulissent, invitarentq; ut eo uti vellet: respondit M. Curiũ malle imperare locupletibus quàm locupletem fieri: & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primùm de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum pacavit. Reversus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissem. Tantum hominum porrò cepi, ut famè essent perituri, nisi tãtum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphavit: postremò de Lucanis ovans urbem intravit: Pyrrhũ regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri jugera viritim populo divisit: sibiq; totidem constituit dicens: Neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Hujus meminit Iuvenal. Satyr. 11.

Curopolis, Vrbs Cariæ. Steph.

Cūrtĭus, prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ diis manibus devovit. Nam quũ terra in medio foro ingenti hiatu desedisset, responsumque esset non corturam labem, nisi quispiam ex primæ spei adolescentibus sese in hiatum dejecisset: Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitavit: conscensoque equo sine mora, se in specum præcipitavit: unde etiam Curtius lacus nomen creditur servasse. ¶ Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri Magni gesta memoriæ prodidit.

Cūrtĭŭs fons, Insigni aquæductu memorabilis, ut qui à quadragesimo lapide in urbem fuerit perductus opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis mõtes facilè distribueretur. Vide Plin. lib. 36. cap. 15.

Cuth vel Cuthath, regio est Persidis à flumine Cutha (sicut Ioseph. lib. 9. scriptum reliquit) vocata. Iade Cuthai, de quibus idem in 10. sic scribit: Salmanasar etiam transmigrans Israëlitas, in

tas, in eorum regione constituit Cuthæorum gentem, quæ priùs in interiori parte Persidis & Mediæ morabatur. Diodorus Siculus hosce populos Cossæos vocat, cùm ita scribit: Alexander Macedo Cossæorum gentem summa fortitudine præditam, quæ Mediæ montem incolit, superavit. Hi sacrum gallum lucis nuncium coluêre, & in cœlum posuêre.

Cutilia, Agri Reatini lacus est, in quo sylvosa insula innatat, quæ nunquã die & nocte eodem permanet loco, Autor Plin. lib. 2. cap. 95, & lib. 3. cap. 12.

C ante Y.

Cyalus, κύαλος, Vrbs Lydiæ à Ioue condita: gentile Cyalius. Stephan.

Cyãnē, es, κυανή, Nympha Sicula, de qua vide in APPELLATIVIS, in voce CYANE, & paulò pòst in dictione CYANIPPVS.

Cyãnē, es, κυανή, Oppidum est Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem Poëtæ fabulantur ejusdem nominis nympham fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinã rapienti obsistere conaretur. Hic Anapo mistus, juxta Ortygiam insulam in mare illabitur. Ovid. 3. de Ponto: Quaq; suis Cyanen miscet Anapus aquis.

Cyãnĕæ, [κυάνεαι. Ger. Zwo kleine Inſlen vnderhalb dem engen Meerſchlund in Thracien/heiſſen jetzt Pavonare.] sive Cyaniæ, Insulæ, seu magis scopuli sub Thracio Bosphoro, modico spatiò inter se distantes. Vnde factus est locus Poëtarum fabulis, qui Cyaneas inter se concurrere tradiderunt, quod ex adverso intrantibus geminæ cernebantur: nave verò paululùm in alterum latus deflexa, unà tantùm videbatur. Multa de his insulis mentio est apud Valer. Flaccum lib. 4. Argonaut. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Cyãnĕē, κυανίη, Per quatuor syllabas, Mæandri Phrygii fluminis filia fuisse fertur, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. Ovid. lib. 9. Metam. Hic tibi, dum sequitur patriæ curvamina ripę, Filia Mæandri toties redeũtis eôdem Cognita Cyanee præstanti corpore nympha, Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam. Producit autem hæc dictio primam syllabam & ultimam: duas autẽ medias corripit, ut conficiat choriambum. Cyane verò pro Siciliæ nympha, tres tantùm habet syllabas, quarũ ultima longa est, duæ priores corripiuntur, ut sit anapæstus. Quod ideò admonere visum est, quòd non paucos etiam magni nominis viros hîc in errorem videamus impegisse.

Cyanippus, κυάνιππος, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, ut filiæ Cyanæ in tenebris, quanvis reluctanti, vitium intulerit. Filia verò cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente, tunc quidem, ut potuit, dolorem dissimulavit. Postea autem ingenti exorta pestilentia, quum ab Apolline remedium promitteretur, si ab autore flagitii pœnas sumerent, admirantibus omnibus quod nam esset tantum scelus, quod etiã Superis curæ esset autoris morte expiari: conscia rerum Cyane arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, eoque primùm mactato, sibi quoque manus intulit. Autor Plutarch. in Parallelis.

Cyanos, κύανος, Fluvius est Cholcidis, qui juxta Aeam oppidum in Phasim influit. Autor Plin. lib. 6. cap. 4.

Cyaxares, κυαξάρης, Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in provincias distinxit, primusq; in suum quosq; ordinẽ distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quũ priùs omnia promiscua essent atq; implicita. Hic & cum Lydis signa cõtulit, & omnem trans Halym flumen Asiam sibi subjecit. Mortuus est quadragesimo imperii sui anno. Ejusq; filius Astyages in ejus locum suffectus est. Autor Herod. lib. 1.

Cyarda, κύαρδα, Vrbs Cariæ, à Cyardo rege Carum, Bargasi filio, ut autor est Stephan.

Cythus, fluminis nomen, Vide CYATHVS in APPELL.

Cybale, ancilla fuit pauperis cujusdã Symili, cujus paupertatem describit Virg. in Moreto:

Eruit interea Cybale quoq; sedula panem.

Cybassus, κύβασσος, Vrbs Cariæ, ut Cabassus: de qua suprà. Stephan.

Cybẽlē, es, pen. corr. (nam ut docet Servius, anapæstus est in dictione Cybele) κυβέλη, Fuit uxor Saturni: ita dicta à Cybelo Phrygiæ monte seu oppido, ubi ejus sacra primò sunt instituta. [Ger. Die Frau Saturni ein Mutter der Göttern.] Scribit Festus, Cybelem à nonnullis ideò appellatam: quia ageret homines in furorem: quippe Græci κυβιστᾶν, in caput saltare dicunt: qua voce etiam utitur Homer. 16. Il. iad. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas scribit, Rheã quoq; vocari, & montanam esse deam: ideò vehi leonum jugo. Cynædi ei sacri sunt. ¶ Hæc primùm Ops, & terra dicta fuit, quòd sit dea telluris: quæ & Vesta dicitur, propter quod curru vehi à poëtis fingitur: quia terra pendet in aëre: & rotis sustineri: quia rotatur semper & volvitur mundus. Matet deûm: quia omnia gignit. Diodorus lib. 4. cap. 5. cui assentitur Eusebius de præparatione Evang. ideo Cybelem matrem omnium dictam tradit: quòd cùm esset medicinæ perita, puerorum morbis remedia adinvenit, quamobrem & Orpheus de ea sic ait: μήτηρ μοὶ τε θεῶν ἠδὲ θνητῶν εὐρωπῶν. Et mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit: à quo Dindyme & Dindymene à nonnullis vocatur. Item Berecyntia, à monte Phrygiæ, qui βερέκυντος appellatur. Et Pales, quòd sit fabulorum dea. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quod terra affluens sit omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. Claudian. Turrigeramq; petit Cybelem. Martialis: Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Ex Apulei sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. ¶ Quandoque tamen metri gratia scribitur per duplex l, & fit Cybelle: ut sit Bacchius pes, ex prima brevi, & duabus longis. Propertius: Vertice turrigero juxta dea magna Cybele. Lucan. lib. 1: Et lotam parvo revocant Almone Cybellen.

Cybele sic dicta est, autore Servio, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν, quod semper Galli per furorem, motu capitis comam rotantes ululatu futura pronunciabant. Lucan.

-crinemq; rotantes
Sanguinei populis ululârunt tristia Galli.

Alii a Cybelo, Phrygię monte, deam dici volunt, cujus meminit Virgil. lib. 3. Aeneid.

Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus, &c.

Scripsit Martian. Capella, Cubum Cybeleio nomini dicatum, indeq;, ἀπὸ τοῦ κύβου deam ipsam appellationem duxisse. Cybelle porrò & Cybele scribitur. Nam Cybelle, Bacchius est, inquit Servius: Cybele anapæstus.

Cybelea, pen. prod. κυβέλεια, Vrbs Ioniæ. Steph. Herod. Cybelĕus, κυβέλλιος, Phœniciæ civitatem esse scribit. Est & Cybella, κύβελλα, Phrygiæ, & Cybellon, κύβελλον, templum à quo Rhea Cybele dicitur, & κυβελήϊος, & κυβελίς. Steph.

Cybelus, Mons Phrygiæ.

Cybira, κύβιρα, Oppidum est Lycaoniæ, non procul à Mæandro fluvio. Cic. 6. in Verr. Hosce opinor Cybiræ, quũ in suspicionem venissent civibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulò pòst: Cybiram cum inanibus syngraphis venerat.

Cybirates, vel Cybirata, nomen gentile. Cicer. 6. in Verr. eò quum venio, Prætor quiescebat, fratres illi Cybiratę inambulabant.

Cybiraticus, a, um, possessivum. Cicero 6. in Verr. Immittébantur ilicò Cybaritici illi canes, qui investigabant & perscrutabantur omnia. ¶ Sunt qui scribant Cibyra transpositis vocalibus.

Cybus, κύβος, Vrbs Ionum in Libya Phœnicum. Vide Stephanum. Inde Cybites Steph.

Cychreus, κυχρεύς, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morũ asperitatem, ἔφις: hoc est, serpens, cognominatus est. Hũc Eurylochus, quum insulam vastaret, expulit: susceptit autem eum Ceres in Eleusine, suumq; fecit sacerdotem. Ab hujus etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cychrea appellata est. Vide Stephanum.

Cyclădes, pen. corr. [κυκλάδες. Ger. Inſlen in dem Aegeiſchen Meer ſo ringsweiß herumb ligen.] Insulæ sunt maris Aegæi, teste Strabone lib. 10, circa Delum in orbem sitæ: unde & nomen acceperunt. Ovidius 1. Tristium: Cycladas Aegæas obstupuisse reor. Alii dicunt vocari Cyclades, non quòd in rotunditatem sitę sunt: sed quòd longo ordine eas circuire necesse sit propter promontoria. Vnde & Virgilius dixit 3 Aeneid. -sparsasq; per æquor Cyclades: Sunt autem numero quinquaginta tres. Advertendum obiter, & morem esse veteribus autoribus ut quæ sint Sporades, Cyclades etiam vocent, contraq; Hermolao teste. Cycladarum meminit Plin. earumq; nomina persequitur capite 12. libro 4. Et item Pompon. libro 2. Varro libro 10.

Cyĕli, [κύκλοι. Ger. Kauffhäuſſer zu Athen in welchen man engene Leüt feil hat.] Quasi circuli, loca erant Athenis, ubi mancipia vænibant. Id autem nomen est tractũ à circulari circumsistentia vendendorũ. Cyclus enim rotũdum significat. Quare Menãder ait; Itaq; ego mihi videor per deos immortales videre, me ipsum indutum currere circum, ac vænire.

Cycloborus, Fluvius quidã Atticæ, ingenti strepitu defluens. Vnde proverbium: Cyclobori vox, κυκλοβόρου φωνή. De clamosis & vehementer obstreperis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa, raucaq;.

Cyclōpĕs, pen. prod. [κύκλωπες. Ger. Einäugige Ryſen bey dem Berg Aethna in Sicilia ſo das Schmidwerck ſollen erfunden haben.] Gygantes, seu populi antiquissimi in Sicilia, juxta Aethnam, uno oculo in fronte, qui omnium primi æris fabricam invenisse

niſſe traduntur. Hinc factus eſt locus fabulæ, ut Vulcani miniſtri credãtur, & Iovi fulmina fabricare. Inter hos præcipuè celebrantur à Poëtis Brontes, Steropes, & Pyracmon. Virg. li. 8. Aen. Ferrũ exercebãt vaſto Cyclopes in antro, Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon, &c. ¶ Dicti aũt putantur Cyclopes ab eo quòd oculum unũ orbicularem in fronte haberent. κύκλος enim circulum ſignificat, ὤψ lumen ſive oculum. ¶ Cyclopis donũ, κύκλωπος δῶρον, pro eo quod eſt, munus inutile. Lucianus ὀν πρὸς τύφλ.

Cyclopēũs, adjectivum, κυκλώπιος, ut tela Cyclopea: id eſt, fulmina, Claud. lib. 1. de Raptu Proſerpinæ. ¶ Cyclopea vita, κυκλώπιος βίος, pro vita vehementer effœta ac barbara, quæ neque legibus, neq; diſciplina civili conſtet, neque religione deorum gubernetur.

Cyda, κύδα, proprium viri Cretenſis, de quo ſic Cic. Philip. 5. ſcribit: Anteſignanos inquit, & manipulares, & alaudas judices ſe cõſtituiſſe dicebat: ille legit alcatõres, legit exules, legit Græcos. O' conſeſſum ludicũ præclarum, ô dignitatẽ concilii admirandam: pavet animus apud concilium illud pro reo dicere. Cydam Cretenſem, portentũ inſulæ, hominem audaciſſimum & perditiſſimum, ſed facita non eſſe: num Latinè ſcit? num ex judicũ genere & forma? num leges noſtras, morésve novit? nũ denique homines? eſt enim vobis Creta notior, quàm Roma Cydæ. Hæc Cicero.

Cydarthenæum, κυδαθηναιον, Vicus in Pandionide tribu, patria Democharis Comici. Steph.

Cydias, κυδίας, Pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam CLXIIII, talentis Hortenſius orator mercatus eſt, eique ædem in Tuſculano ſuo fecit: emicuit Olympiade CXIIII. Plin. lib. 35.

Cydippē, κυδίππη, Puella quædam pomo decepta ab Acontio, ut ſuperiùs traditum. Ovid. Litera Cydippem pomo prælata fefellit: Inſciaq; eſt verbis capta puella ſuis. Eſt etiam nomen nymphæ apud Maronem lib. 4. Georg.

Cydnă, æ, κύδνα, Olim dicta fuit Macedoniæ civitas, quæ poſtea corrupto nomine Pydna appellata eſt. Autor Steph.

Cydnŭs, [κύδνος. Ger. Ein fluß dieſes Nammens in Cilicien / diß Waſſer ſoll den Podagräniſchen jhren Schmertzen mitteren.]. Ciliciæ fluvius, nõ ſpatio aquarũ, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. Hujus meminit Iuſtinus lib. 11. Tibul. lib. 1; At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis Cæruleus placidis per vada ſerpis aquis. Solinus ſcribit amnem à candore, Syrorum lingua nomen ſortitum. Vitruv. lib. 8. cap. 3: Cydni aquas podagra laborantibus apprimè ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis: de cujus rei experientia Caſſii Parmenſis poëtæ ad M. Antonium epiſtola extitit, ut Plin. li. 13. adnotavit. Conſtat Apolloniũ aliquãdo per epiſtolam Tarſenſes ſuggillaſſe, quod juxta Cydni aquas otiantes, tanquam fluviatiles aves ſederent, quietæ aquæ pulchritudine quaſi ebrii facti, ut Philoſtratus ſcribit lib. 1. de ejus vita.

Cydnŭs, Fluvius amœnus & ſaluber, ex Tauro mõte oriens, ut inquit Strabo, Tarſum urbem dividit, à candido colore nomen habens. Syri enim quicquid candidum eſt, Cydnum vocant. Priſcian.

Flexilis & Cydnus dirimit qui flumine Tarſon.

Cydŏnĭă, κυδωνία, Inſula eſt ante Lesbon, dicente Plin. lib. 2. cap. 103: In Cydonia inſula (*inquit*) ante Lesbon fons eſt calidus, Vere tantùm fluit.

Cydŏn, [κυδωνία. Ger. Ein Statt in der Inſel Candia / heißt jetzt *Cania*.] Inſignis Cretæ oppidum: à quo Cydonius, a, um. Ovidius 2. Metamorph. Cydonio fundebat ſpicula cornu. Virgil. Aeglog. 10: Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneũ appellavit. Plin. lib. 15. cap. 11: His proxima amplitudine mala, quæ vocamus *Cotonea*, & Græci *Cydonia*, ex Creta inſula advecta. Serenus: Aut quæ poma Cydon Cretæis miſit ab oris. ¶ Eſt item viri proprium apud Virgilium 10. Aeneidos: Dum ſequeris Clytium infœlix nova gaudia Cydon. Quem in locum Servius annotavit nomen hoc, quum viri proprium eſt, priorem producere; eandemq́ue corripere quando eſt gentile. Idem 12. Aeneid. Parthus ſive Cydon telum immedicabile torſit. κυδωνία Stephan. Vrbs Cretæ, Apollonia priùs dicta, à Cydone Apollinis filio, & Achallidis filiæ Minois. Alia eſt Siciliæ: tertia Libyæ: civis, Cydoniates, Cydon, Cydonius.

Cydŏnæŭs, Cydonicus, & fœm. gen. Cydonis. ¶ Eſt & Cydon viri proprium apud Virgil. 10. Aeneid. Vide Servium. κύδων.

Cydŏnĭtem appellat Palladius cibum ex cydoniis decoctis, & melle confectum. *Cotoneatum* vulgò dicitur. [Ger. Küttenmuß / oder Küttenatwerg. Pol. *Pigwowe confect.* Vng. *Bu alma liktárom.*]

Cydŏnĕs, dicuntur urbis hujus incolæ, ſagittandi peritia inſignes.

Cydræ, κύδραι, Vrbs Byrſarũ in Theſſalia, ut videtur, aliàs Cydriæ. Strab lib. 7. Steph.

Cylbĭănī montes, κυλβιανὰ ὄρη, Majoris Phrygiæ colles ſunt, ex quibus Cayſter fluvius profluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 28.

Cyllărŭs, κύλλαρος, Nomen unius ex Centauris. Fuit etiã hoc nomine equus Pollucis, ſecundùm Virg. 3. Georg. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorũ Graii meminêre poëtæ. Atqui Caſtor equorum domitor fuit: ſed fratrem pro fratre poſuit, poëtica licentia: ut, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item: Revocato à ſanguine Teucri, pro Dardano. Hæc Servius.

Cylleborus, Stheleni filius, qui vigente bello Trojano cum Aegiale Diomedis uxore conſuetudinem habuit. Servius.

Cyllēnē, κυλλήνη, Mons Arcadiæ, in quo Maja à Iove compreſſa, Mercuriũ peperit, ut autor eſt Virgil. lib. 8. Aen. Vobis Mercurius pater eſt, quẽ candida Maja Cyllenes gelidò conceptũ vertice fudit. ¶ Hinc Cyllenis, idos patronymicum.

Cyllēnĭŭs, pen. prod. & per duplex l. [κυλλήνιος. Ger. Ein zuo nam *Mercurii*.] Mercurius dicitur, ſive quòd omnem rem ſermone ſine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: ſive quòd in Cyllenia via, aut certè à Cyllene Nympha fuerit educatus: ſive quòd in Cyllene Arcadiæ mõte fuerit genitus: quam opinionẽ ipſe etiã Virg. ſequitur lib. 8. Aeneid. cujus verba citavimus paulò antè in dictione Cyllene. Lucan. lib. 1: motuq; celer Cyllenius hæret.

Cўma, κύμη, & y more Latinorum in u mutata, Cuma, Oppidum eſt Aeolidis: de quo vide paulò antè copioſiùs in dictione CYMA.

Cymes κύμης, ὁ. Vide Sirenuſſæ apud Steph.

Cyminŭs, pen. corr. [Ger. Ein See in Hetruria / ſo jetzt die Italiener nennen / *Lago de Vicco*.] Hetruriæ lacus eſt, ad ſex millia paſſuum ab urbe Viterbio, Cymino monti ſuppoſitus, qui vulgò *Monte de Viterbo* dicitur: ut Appianus oſtendit. De hujus lacus origine talia refert Servius: Aliquando Herculem ad hos populos veniſſe: & quum à ſingulis provocaretur, ad virium oſtentationem, veſtem ferreum, quo exercebatur, humi defixiſſe: quem quum nemo illorum poſſet evellere, Herculem tandem eum ſuſtuliſſe: tantãmque repentè aquæ vim erupiſſe, ut Cyminum effecerit lacum. Hæc Servius, illud Virgilii explicans Aeneid 7: Hi Soractis habent arces, Flaminiaq; arva, Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.

Cymŏdŏcē, vel Cymodocea, [κυμοδόκη. Ger. Ein Meergöttin / die Wellenſtillerin.] Nympha Marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta, teſte Heſiodo in Theog. Virgil. 10. Aen Cymodoceã enumerat inter eas, quæ ex navibus Aeneæ in Nymphas marinas cõmutatę fuerunt. Quarum (*inquit*) quæ fandi doctiſſima, Cymodocea.

Cymothŏē, pen. corr κυμοθόη, Nympha marina Nerei, & Doridis filia, teſte Heſiodo in Theogon. ita dicta, quòd per fluctus diſcurrat. Virg. 1. Aeneid. Cymothoë, ſimul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naves ſcopulo. ¶ Eſt itẽ Cymothoë, fons notiſſimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Pheras urbes: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Cynætha, κυναίθα. Oppidum eſt Arcadiæ juxta Lepreon: ita dictum ab Aeneæ ſocio vita functo, & ſepulto, ut placet Dionyſio lib. 1. Antiq. Aut (ut Stephanus mavult) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 6.

Cynamolgi, Indiæ populi.

Cynapes, Fluvius, Vide PARTHENI.

Cynaras, Vide CINIRAS.

Cyne, κύνη, Vrbs Lydiæ. gentiles Cynei vel Cynii, Steph.

Cynegirus, [Ger. Ein Burger von Athen der ſich in einem Schiffſtreit wider die Perſer handtveſt gehalẽ hat.] Athenienſis civis fuit, cujus tãta in prælio navali adverſus Perſas initio fuit pertinacia, ut navem hoſtium dextera injecta vi retinuerit: eaq; amputata, injecerit & ſiniſtram: quam & ipſam quum amiſiſſet, mordicus navim arripuit. Refertur à Valerio Maximo, & à Iuſtino Trogi abbreviatore.

Cyneas. Vide CINEAS.

Cyneſii, κυνήσιοι, Vide CYNTIGVM.

Cynetía, κυνήτια, Vrbs in Argo vel Argolici. Steph.

Cynetes. κυνήτης, Vide CYNTIGVM.

Cynetos, Vide CYTHOS.

Cynĭcī, pen. corr. [κυνικοί. Ger. Hündiſche Philoſophi / iſt ein ſonderbare Sect geweſen / ſo dieſen nammen gehabt hat / entweders daß ſie ſich gegen jederman ſcheltebar vnd beiſſig erzeigten / oder von wegen Hündiſcher vnſchamhafftigkeit.] Philoſophi quidã fuerunt, ſectatores Antiſthenis, qui primus novum hoc philoſophiæ genus introduxit: ita dicti, ſive à Cynoſarge gymnaſio, in quo Antiſthenes profitebatur: ſive à canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo diſcrimine invehebantur: aut (ut alii volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laërtius. Ex hac ſecta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interro-

gatus,

gatus, quare Canis appellaretur? Quia (*inquit*) dantibus abblandior, non dantibus allatro: malos autem mordeo. Cynici, Diocle teste, philosophiam naturalem & rationalem tollebant, solisq; moralem innitebantur. Repudiabant liberales artes, maximè Geometriam & Musicam. Placebat eis finem esse secundùm virtutem vivere. Nobilitatem & divitias abjiciebant. Quare sectam hanc vitæ consentaneam non esse plures putaverunt. De his vide Cic. lib. 1. Offic.

Cyniphis, Vide CYNIPS in APPELL.

Cynna, κύννα, Oppidum prope Heracleam Ponticam: ita dictum ab una Amazonum, vel à Cynno Gigante, fratre Cœi. ¶ Hinc fit gentile Cynæus, κυνωῦς, Steph.

Cynocephali, pen. cort. [κυνοκέφαλοι. Ger. Böldter im Morenland mit Hundtsköpffen. Vng. *Eb fejw' emberek.* Ang. *Men that hath dogges heades.*] Homines sunt, vel feræ in Aethiopia canina habentes capita, cætera homines similes, violenti ad saltum feri morsu. Auguſt. lib. 16. de Civit. Dei: Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atq; ipse latratus magis bestias quàm homines confitentur? Plin. lib. 7: Gens, quã Cynocephalos vocamus, lacte vivunt. Idem lib 8. cap. 54: Efferatior Cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris. Vide Gell. lib. 1. cap. 5.

Cynopolis, κυνόπολις, Oppidum est ad Occidentalem Nili ripam, inter Oxyrinchum & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibusq; cibaria publica sunt assignata. Autor Strabo libro 17. Ab hoc oppido vicinus mons Cynopolites dicitur à Plin. lib. 5. cap. 9.

Cynos Cephale, κυνὸς κεφαλή, Collis Thessaliæ, & parva regio Thebanorum, Pindari Patria. Steph.

Cynosarges, κυνόσαργες, Gymnasiũ in Attica: sic dictum à cane albo, qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit, in hoc gymnasio Aristippus Cyrenaicę sectę princeps, Philosophiam solebat profiteri. Autor Laërtius in vita ejus. Hinc, Ad Cynosarges, ἐς κυνόσαργας, proverbiali convitio dicebatur, quemadmodum. ἐς μαγειρεῖον & ἐς πόρνας.

Cynossema, atis, κυνὸς σῆμα, Locus est Troadis ad Hellespontum, Hecubæ sepulchro nobilitatus: Latinè Canis tumulũ interpretari possumus. [Ger. Hundsgrab.] Fabulãtur enim Poëtæ, Hecubam, quum in Græciã abduceretur captiva post exitium patriæ, ac suorum, ibi doloris impatientia in canem esse cõversam, & deinde sepultam. Meminit hujus loci Plin. lib. 4. cap. 11, & Strab. lib. 13. ¶ Est item ejusdẽ nominis locus in Libya Mareotide, cujus meminit Stephanus, & Strabo lib. 17.

Cynosura, pen. prod. [κυνόσουρα. Ger. Der klein Bär/ ist ein gestirn in Mitternacht bey des Himels wirbel. Pol. *Gwiazd ſiedm, babky poſpolicie rzekacze, albo iakże Aſtrologowie nazwoią niedwiedziem mniei ſzim* P.G. Vng. *Gönczöl ſzekere.*] Sidus Septentrionale, ex septẽ constans stellis, quod & *Vrſam minorem* appellamus. Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teste Higino, eò quòd à Phœnicibus inter navigandum potissimùm soleat observari, quemadmodum & Elice: hoc est, Vrsa major, à Græcis nautis. Ovid. de Tristib. Esse duas Arctos, quarum Cynosura notatur Sinoniis: Elicen Graja carina notet.

Cynthia, κυνθία, Diana dicta, à Cyntho monte in Delo insula, in quo nata cum Phœbo est: unde & Apollo Cynthius, & ipsa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tantæ celsitudinis esse fertur, ut umbra sua totius insulæ ambitũ tegat. Propertius quoq; amicã suam Cynthiam ob pulchritudinem vocavit, quæ priùs Hostilia dicebatur.

Cynthus, [κυνθός. Ger. Ein vast hohr Berg in der Insel Delos/ auff welchem Apollo/ vñ Diana erboren sind.] Deli mons usq; adeò editus, ut totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius; altera Cynthia ab eo appellati sunt. Virgil. 2. Aen. Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi Exercet Diana choros. Lucan. lib. 1: Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu. Vide CYNTHIA. Steph. totam Delum, olim Cynthum dictam scribit, à Cyntho Oceani filio: quosdã verò malè sentire, quòd Zæcynthus vocitata sit. Idem in Cyntho: gentile, *inquit*; est Cynthius & Cynthiotes.

Cynticum, κωντικὸν, Locus Iberiæ prope Oceanum: incolæ Cynetes & Cynesii, Steph.

Cynura, κυνούρα, Vrbs in Argo: vel Argolica, à Cynuro filio Persei: inde Cynurus, Cynuręus, & Cynuris fœm. gen. Steph.

Cynus, κυνῶς Stephano, Locrotum Epicnemediorum oppidum est: sive, ut quibusdã placet, navale, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 6. & Liv. lib. 8. Decad. 3.

Cynnesius, κυννήσιος, Nili fluvii insula est, non procul à majori Delta, e regione oppidi, quod Cynopolis appellatur. Autor Ptolemæus lib 4 cap. 5.

Cyon, κύον, Vrbs Cariæ, Canebium antè dicta: gentile, Cyrites. Stephanus.

Cypærha, κύπαιρα, Vrbs Libyæ. Steph.

Cyparissa, ἡ Κυπάρισσα, Oppidum est agri Messeniaci, ad mare situm, à quo vicinus portus Cyparissus appellatur. Autor Plinius lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8, Cyparissiam vocat: Ptolemæus Cyparissas plurali numero.

Cyparissæa, κυπαρισσαία, Vrbs Triphyliæ, quæ vocabatur Eranna: inde Minerva Cyparissæa, Stephan. Qui Cyparissæam quoq; Phocidis urbem, aliàs Eranum dictam meminit.

Cyparisseis, Vrbs Messeniæ, gentile Cyparisseentius. Homer. Ἐκ Κυπαρισσοέσσης, Ἐὺμφιχύτοιο ἐύαγον.

Cyparissus, κυπάρισσος, Fuit nomen pueri, Telephi filii, quẽ Apollo amavit, postea in sui nominis arborem cõversi. ¶ Dicitur etiam per sinæresim Cypressus: deinde conversione y in u, Cupressus. Est autem arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore, molliore q; neq; ita pungente, frõte indecidua, odore vehemẽti. [Ger. Cypressenbaum.] Duo ejus sunt genera. Nam quæ sterilis est, fœmina dicitur ad metæ formam in fastigio convoluta: unde & κωνοειδὴς peculiari epitheto appellatur. Cõtrà mas latiùs spargit ramos, conosq; profert nuci pineæ non absimiles, licet multò minores: mira inter arbores fœcunditate, quippe quæ trifera est, fructusq; habet & lanuario & Majo & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potiùs noxios, quemadmodum & ipsa arbor, cujus etiam umbra noxia creditur. ¶ Dicta est autem Cyparissus (ut Didymo placet) ἀπὸ τοῦ κύειν πυρίους: hoc est, ab æqualiter pariendo, quòd æqualiter & ramos perdat & fructus. Fructus ejus à figura, Coni appellantur. Vnde ipsa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. Virgil. Aëtiæ quercus, aut coniferæ cyparissi. Idem: Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum. Reliqua vide suprà in dictione CVPRESSVS ¶ Cyparissi fructus, κυπαρίττια κάρπα, De verbis dictu magnificis, cæterùm inutilibus.

Cypasis, κύπασις, Vrbs circa Hellespontum. Steph.

Cype, κύπη, Castellum Siciliæ: gentile Cypeus. Steph.

Cypra, Vide CVPRA.

Cyphus, κύφος, Vrbs Perrhœbiæ, à Cypho Perrhœbi filio. Homerus: γυναῖς δ' ἐν κύφου ἦρα δύω Ἐὺπωλοι νῆες. Alia est Thessaliæ: cives Cyphæi. Est fluvius Cyphus. Steph.

Cyprium, Sabini bonum appellant: unde Cyprius vicus Romæ appellatus est, in quo Sabini in civitatem recepti consederant: sic enim à bono omine vocitandum censuêre.

Cyprus. [κύπρος. Ger. Ein grosse Insel in dem Meerschoß so eines theils an Cilicien/ anders theils an Syrien stosset/ heißt jetz den Italis Cypre.] Insula in Pamphylio mari, in sinu maximo, qui & Issicus dicitur, inter Ciliciam & Syriam, dives & miræ fertilitatis. Vnde & Macaria: hoc est, beata olim vocata: maximè etiam luxui dedita: unde & Veneri sacra, Horat. li. 1. Garm. Sic te diva potens Cypri. Ea quondam novem erat regnorũ sedes. Vrbes illius præclaræ, Cythera, à quibus Venus dicta est Cytherea; Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Hæc inter majores nostri maris insulas locum sibi vendicat: à Septentrione Ciliciæ opposita: à Meridie. Aegyptum spectat: ab Oriente Syriam: ab Occidente Pamphyliam. Ambitus insulæ trium millium; quadringentorum ac viginti stadiorum, teste Strabone lib. 12. ¶ Cyprus etiam dicitur arbuscula, quæ à Latinis Ligustrum vocatur, semine atro, non absimili sambucino acino. Ejus flos in oleo decoquitur, fitque ex eo unguentum quod Cyprinum appellatur. Nascitur in multis locis, sed in Cypro insula odoris suavitate præstat, ideò Cyprus est appellata. [κύπρος. Gall. *Vn arbre en Egypte d'vne fleur fort blanche, que quelques vns appellent Troesne.* Ital. *Albero ligustro.* Ger. Klein oder gemein Beinhöltzlin. Hisp. *El arbol dela alhẽna.* Pol. Krzyna. Vng. *Fagyalfa.* Ang. *A prinet, à tree in Egypt ſo named.*] Plin. lib. 12. cap. 24: Cyprus in Aegypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq; postea, quod cyprinum vocatur. Optimum habetur è Canopica, in ripis Nili nata: secundum Ascalone Iudææ tertium Cypro insula odoris suavitate.

Cyprius, a, um, unde tres parvæ insulæ, huic propinquæ, Cypriæ nominãtur: & Venus Cypria, sive quòd in Cypro genita fuerit, sive quòd ei primùm in Cypro templum sit constitutũ.

Cyprogenia, pen. prod. [κυπρογένεια. Ger. Die Venus auß Cypren bürtig.] Veneris epitheton est, inde tractũ quòd in Cypro insula nata dicatur. Vtitur hac voce Homerus in Hymnis.

Cyprus, Insula, inter alia nomina Macaria dicta: nã mirè fertilis est, in sinu maximo, qui Issicus circa Ciliciã dicitur, ad ortum, occasumq; Ciliciæ ac Syriæ objecta est, novem aliquando regnorum sedes, ut Plin. li. 5. cap. 31. scribit, smaragdo, crystallo, ære Cyprio cognominato, adamante & alumine nobilis: quam aliquando annexam continenti fuisse, idem author lib. 2. scribit. De hac vide Strab. lib. 14.

Cypsella, oppidũ est Thraciæ, ut scribit Plin. li. 4. ca. 12. Strabo lib. 7. Cypselũ nominat, κύψελα, Steph. urbs Thracię prope Hebrum fluvium: item castellum in Arcadia ab Mantinensibus muris cinctum: gentile Cypselinus, aut Cypselenus.

Cypselus, κύψελος, Corynthiorum tyrannus; pater Periandri; ita di-

ita dictus ἀπὸ τῆ κυψέλης: hoc est, à ciſtula, ſive alveo, ſive (ut Valla ex Herodoto vertit) menſura frumentaria, ſub qua occultatus fuit quum à Corinthiis ad perniciem quæreretur. Vide Herod. lib 5. & Plutarch. in Sympoſio ſeptem ſapientum.

Cypraſia, Galatiæ urbs, Ptol. Vulgò *Caraſo*.

Cyraunis, κυραυνὶς, Inſula juxta Gyzantes (ſic enim lego apud Stephan.) Africæ populos.

Cyrba, κύρβα, Vrbs Cretæ, Vide HIERAPYTNA.

Cyrbaſa, κύρβασα, Vrbs Cariæ, Steph.

Cyrbē, κύρβη, Vrbs Pamphyliæ: gentile Cyrbæus, Steph.

Cyre, κύρη, Inſula in mari Perſico, Inſularis, Cyræus, Steph.

Cyre, κυρὴ, oxytonum, fons in Cyrenaica, Steph.

Cyrēnē, & Cyrenæ, arum, [קִיר kir. κυρλίν. Vulgò *Corena.*] Inſigne Libyę oppidum, inter Mareotidem & Zeugitanam provinciam ſitum, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto Theræo (quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit) conditum, & à Cyrene Penei amnis filia, quã Apollo adamatam in eam Libyæ partem trãſtulit, ita nominatum. ¶ Ab hac urbe totus ille Libyæ tractus, inter Africam propriè dictam, & Libyam Marmaricam, ſive Mareotidem intermedius, uno nomine Cyrenæa aut Cyrenaica regio appellatur. Hinc Cyrenaicus, a, um, ut regio Cyrenaica, & philoſophia Cyrenaica, quam Ariſtippus Socraticus Cyrenenſ inſtituit. Hegeſias philoſophus (de quo Cicero lib. 1. Tuſculan.) & Eratoſthenes hiſtoricus Agaclis filius, Cyrenæi fuerunt. Eadem & Pentapolitana Plinio dicitur à quinq; præcipuis urbibus, quarum nomina ſunt hæc, Beronice, Arſinoë, Ptolemais, Apollonia, & ipſa Cyrene. ¶ Ex hac urbe orti ſunt Ariſtippus Socraticus, qui Cyrenaicam Philoſophiam primus inſtituit: item filia hujus Areta, quæ patri in ſchola ſucceſſit: item Ariſtippus cognomento μητροδίδακτος, ſuperioris Ariſtippi nepos, & Aretæ filius: & præter hos Anniceris, qui Cyrenaicam ſectam emendavit: item Callimachus poëta, & Eratoſthenes Mathematicus, ambo ab Aegypti regibus in honore habiti. Quibus etiam à Strabone adduntur Carneades Academicus, & Cronus Apollonius. Dicitur etiam Cyrenites, & Cyrenias fœmin. genere. ¶ Hanc regionem appellat Pentapolitanam, à numero V. urbium, quibus maximè inclyta eſt, quarum hęc ſunt nomina, Beronice, Arſinoë, Ptolemais, Apollonia, ipſaq; Cyrene. Scribit Saluſt. Cyrenenſes magnum ac diurnum bellum geſſiſſe cum Carthaginienſibus de finibus agrorum. ¶ Eſt & Cyrene nomen urbis in Cypro inſula, quam Cyrus condidit, ex qua natum putant Simonem patrem Alexandri & Rufi, ut eſt apud Evang. Auguſtinus libro de Paſtoribus ſcribit Simonẽ Cyrenæum, qui angariatus eſt, ut Chriſti crucem tolleret, fuiſſe Aphrum, & hanc Cyrenem Africæ contiguam eſſe.

Cyrēnæus, a, um, κυρηναῖος. Cyrenaicus, & Cyrenẽſis, adjectiva.

Cyrenaica, regio Africę eſt: eam Strabo lib. ult. à Thereis Grę cis conditam eſſe ſcribit, qui ex Laconica profecti Theram inſulam priùs incoluerint, hinc in continente Cyrenem ędificaverint. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condendæ fuit autor, quod alibi idem Strabo indicat. Inde Battiadas Cyrenenſes Silius nominat lib. 2:

Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis
Battiadas parvos, fidei ſtimulavit in arma.

Idem libro 2:

-& iniquo ſole cadentes Battiadas. De Cyrene multa Straboni conſentanea Herodotus refert in Melpomene. Diodorus Siculus lib. 5. ſcribit ex quorũdam ſententia huic urbi nomen inditum à Cyrene Hypſei filia, quæ quum apud Peleum virgo educaretur, Apollo ejus forma captus, raptam virginẽ in Libyam ad ea loca, in quibus poſtmodum civitas condita eſt, aſportavit. Ex ea filios ſuſcepit quatuor, Ariſteum, Nomiũ, Anteum, & Argum, aliàs Auctonum, & Argeum. Eam regionem fertiliſſimam eſſe tradit Herodotus in fine lib. 4.

Cyrenaici Philoſophi, Ab Ariſtippo Cyrenæo, primo ſectæ ejus autore nomen traxerunt, qui ſummum bonum corporis voluptate metiebantur. Cicer. Tuſc. quæſt. lib. 3: Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici philoſophi nominati, omne bonum in voluptate poſuerunt, virtutemq; cenſuerũt ob eam rem eſſe laudandam, quòd efficiens eſſet voluptatis. Horum ſecta poſtea ex ſimplici triplex eſt effecta, aliis ſe ab Hegeſia Hegeſiacos: aliis ab Anniceride Annicerios: nonnullis etiam à Theodoro Theodoreos nominantibus: qua de re vide Diogenem Laërtium in vita Ariſtippi.

Cyrenius, conſularis Romanus, præſes in Syriam miſſus ab Auguſto Imp. Hic cenſum in tota Syria egit, eo ipſo anno quo Chriſtus natus eſt, Luc. 2. Vide Ioſeph. lib. 19. cap. 1. Erat autẽ cenſus æſtimatio facultatum, ut ſcirent Romani, quantum in ſingulis provinciis opum eſſet, quæ onera ſuſtinere, & quantas copias ſingulæ regiones alere poſſent.

Cyres, etis, κύρης, nomen urbis, ut Phrages, Mendes, Adrymes: gentile, Cyreſius, Steph.

Cyrīllus, κυρίλλος, Diaconus fuit Heliopolitanus (eſt autem

Heliopolis hęc civitas inſignis ad Libanum montem ſita (qui imperante Conſtantino plurima Ethnicorum idola cõtrivit. Cujus rei illi memores ſub Iuliano principe, vivo vẽtrem execuerunt, jecurq; inde exemptum deguſtaverunt. Autor Suidas. ¶ Cyrillus item Alexandrinus præſul edidit variarũ hypotheſeon tractatus, Homilias plurimas, quibus utũtur Græci: præterea adverſus Neſtorium epiſtolas, quibus omnia occulta ejus venena refellit. Is vixit tẽporibus Iuliani principis. ¶ Cyrillus præterea Hieroſolymitanus præſul, ſæpè pulſus ab Eccleſia, & receptus: ad extremum ſub Theodoſio principe octo annos in ſua ſede perſeveravit; extant ejus Catecheſes. Hæc Hieronymus.

Cyrīnus, κυρῖνος, Romanus, cũ Baſilide & Nabore ſub Diocletiano paſſus, ac ſepultus tertio ab urbe lapide. Ex Volater.

Cyrnĭi, κύρνιοι, Indię populi vivaciſſimi, ut quos ad centeſimũ quadrageſimum annum vitam extendere proditum ſit ab Iſigono, referente Plin. lib. 7. cap. 2.

Cyrnus, [κύρνος. Ger. Die Inſel Corſica im Ligueiſchen Meer gelegen. Vulgò *Corſega.*] Inſula eſt in mari Liguſtico, quam Latini Corſicam dicunt, longa paſſuum centum quinquaginta millia, lata majore ex parte quinquaginta, circuitu trecentorum vigintiduorum millium: diſtans à Vadis Volaterranis ſexaginta duobus millibus paſſuum. Dicta Cyrnus à Cyrno rege, quum anteà Terapne diceretur.

Cyrnĭa jactura, κυρνία ἄτη, De magnis ſtipendiis, & expilationibus dicebatur: ob Cyrni inſulæ immanitatem latrociniorum, ac gentis feritatem. ¶ Cyrnia terra, κυρνία γῆ: dicebatur regio latrociniis infamis, cujuſmodi ferunt olim fuiſſe Cyrnũ. Gens hæc & hodie malè audit apud Italos. Proverbium non ineptè detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum. In Collectaneis Zenobii per Aldum æditis reperitur κυρνία ἄτη, Cyrnia noxa. De qua ſuprà.

Cyrnĕus, a, um, Virgil. Aeglog. 9: Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyropŏlis, κυρόπολις, Civitas in Aſia, quæ etiam Cyrechara, κυρεχάρα, vocatur, ad finem Perſidis: cives Cyropolitæ, & Cyrechateni. Steph.

Cyrrhĕă, Vrbs in Helicone, juxta Nyſam. Lucanus:

Sed mihi jam numen, nec ſi te pectore vates
Accipiam, Cyrrhea velim ſecreta moventem
Sollicitare Deum, Bacchumq; avertere Nyſa.

Cyrrhēstĭcă regio, à Cyrrho dicta eſt, ubi Cyrrheſtis dea colebatur, quam Minervam interpretantur Plin. & Ptolem. Vide CYRRHVS.

Cyrrhus, κύρρος Stephano, Syrię oppidum, cujus incolæ Cyrrheſtæ κυρρέσται dicuntur, & Diana Cyrrheſtis, κυρρέστις: & regio ipſa, Cyrrheſtica κυρρεστικὴ, cujus meminit & Plin. lib. 5. cap 23. ¶ Sunt item Cyrrheſtæ, Macedoniæ populi, nõ procul à Pella Alexandri patria, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 10.

Cyrsīlus, κυρσῖλος, Athenienſis fuit, qui quum videret impetum Perſarum diutiùs ſuſtineri nõ poſſe, civesq; jam de relinquenda urbe, navibusq; conſcendendis cogitare, civibus ſuis conſilium dedit, utile quidem (ut ipſi tum videbatur) attamen non ſatis honeſtum, ut Xerxem potiùs reciperent, quàm patriam deſererent. Quæ ſentẽtia uſqueadeò civibus diſplicuit, ut ſtatim eum lapidibus obruerint. Autor Cic. 3. Offic.

Cyrtam, Syphacis ſedem in Africa, longius à pelago Io, Honeterus nominat.

Cyrtæă, κυρταία, Oppidum eſt ad Mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegavit. Steph.

Cyrtōnēs, Vrbs Bœotiæ, (κύρτωνες) gentile κυρτώνιος. A Cyrtone verò κυρτώνη, antiquo oppidulo, Cyrtonius fit. Eſt etiam κυρτωνία urbs Italiæ: gentile Cyrtoninus.

Cyrtus, κύρτος, Vrbs Aegypti in mediterraneis, patria Dionyſii medici: gentile, κυρτὸς, oxytonum: pro urbe enim barytonũ eſt. Steph.

Cyrus, κύρος, Nomen duorum fluviorum, quorum unus Armeniæ & Hiberię fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaſo. Alter juxta Paſagardas per cavam Perſidem: à quo Cyro majori, qui juxta hunc amnem expoſitus fuit, nomen eſt inditum, teſte Strab. lib. 15.

Cyrus, [כורש *choréſch.* κῦρος. Ger. Ein gewaltiger König in Perſia, vnd Media.] Cambyſis filius ex Mandane Aſtyagis regis filia, & Perſarum, Medorumq; rex, qui primus (ut Iuſt. lib. 1. ſcribit) devicto Aſtyage ultimo Medorum rege, Medorum imperium tranſtulit in Perſas: & ſubacta Aſia, totum Orientem in poteſtatem redegit. Poſtremò, quum bellum Scythis intuliſſet, eosq; clade magna affeciſſet, Tomyris eo tempore Scytarum regina, compoſitis inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidavit, ita ut neq; nuntius tantæ cladis ſuperfuerit. Caput Cyri amputatũ, in utrem humano ſanguine plenum conjectum fuit, cum hac exprobratione: Satia te ſanguine quem ſitiſti. Hic primùm Agradatus dictus fuit: & poſtea Cyrus ab ejuſdem nominis fluvio per cavam Perſidem

fluente,

fluente, juxta quem fuit expositus. Res ejus gestas vide latiùs apud Xenophontem in Pædia. Herod. & Iustin. lib. 1. ¶ Fuit præterea ejusdem nominis poëta quidam Theodosii junioris temporibus, ab Eudoxia Imperatoris uxore propter ingenii fœlicitatem ad summos honores evectus. Postremò Præsul factus in Cotyleo Phrygiæ, Leone imperante diem obiit. Ex Suida.

Cȳtē, sive Cuta, æ, κύτη Stephano, Oppidum est Colchidis, Medeæ patria, teste Stephano, herbis veneficis in primis famosa.

Cȳtæŭs, a, um, adjectivum, κυταῖος. Vnde Virgo Cytæa appellatur Medea à Valerio Flacco lib. 6.

Cȳtæĭs, idis, κυταΐς. Propert. lib. 2: Non hîc herba valet, non hîc nocturna Cytæis.

Cytæum, κύταιον, Vrbs Cretæ. Steph.

Cyteorum, Ptolemæo, Cotyrum Plinio, Cappadociæ oppidum, hodie Cecino. Vide ne à Cytoro monte dicatur.

Cyterium, κυτέριον, Vrbs Oenotrorum mediterranea: gentile Cyteriotes vel Cyterinus. Steph.

Cȳthĕrā, orum, pen. prod. κύθηρα, τὰ, Vulgò Cerigo, Insula est contra Cretam, ut scribit Strabo, quinq; millia à Maleæ promontorio distans, in quam ferunt Venerem primùm vectam concha marina: unde & Cytherea κυθέρεια dicta est. Virgil. lib. 10: Est Paphos Idaliumq; mihi, sunt alta Cythera. Idem: Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Degenerat tamen hoc derivativũ à natura sui primitivi: corripit enim secundam syllabam, quæ in primitivo producitur. Hanc insulam Porphyrussam vocat Aristoteles, Porphyrida Plinius, à purpurarum præstantia. De ea enim lib. 4. cap. 12. sic scribit: Cythera (*inquit*) cum oppido in Laconico sinu, anteà Porphyris appellata. Hæc sita est à Maleæ promontorio V. M. passuum ancipiti, propter angustias ibi navium, ambitu. Hæc Plin. Hesiodus in Theogonia tradit Venerem ab oppido Cytheream cognominatam: Servius autem ab insula cognominatam tradit.

Cȳthĕrĭăcŭs, a, um, adjectivum nomen possessivum, κυθέριος: ut Nectar Cytheriacũ, quod pro suavitate Venerea ponitur.

Cȳthĕrĭs, pen. prod. κυθηρίς, Nobilissima meretrix fuit, liberta Volumnii, quæ eodẽ tempore floruit quo Origo, & Arbuscula meretrices. Hanc Cornelius Gallus poëta supra modum adamavit: quo tamen spreto Antonium in Galliam sequuta est. Hanc Virgil. Aeglog. 10: Gallum consolans, commutato nomine Lycoridem vocat. Autor Servius.

Cytheroniades, κυθαιρωνιάδες, Musæ dicuntur à saltu, cui Cytheron nomen est. Vide Cythæron: sic enim scribendum.

Cȳthĕrōn, Mons est Bœotiæ, non longè à Thebis, Apollini & Musis sacer, à quo Cytherides dicũtur. [Ger. Ein Berg in Bœotia den Musis, vnd Apollini zugeweyhet.] In eo quoq; Bacchi sacra celebrabant. Virg. 3. Georg.

Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cytheron.

Hinc quoq; Cythera & Cythereus, a, um. Vide suprà Cythæron, κυθαιρὼν: sic enim scribendum est.

Cȳthĕrŭs, κύθηρος, Vicus in Pædionide tribu, inde Cytherius, Stephan.

Cythnŏs, κύθνος, Stephan. Insula est ex Cycladibus, à Cythno primo habitatore sic appellata. Alio nomine Ophiusa, ac Dryopis. Ex hac insula Timantes pictor ortus est, qui ab ea Cythnius dicitur. ¶ Cythnicæ, sive Cythniæ calamitates, κυθνώδεις συμφοραί. Zenodotus Aristotelem autorem citat Cythnios usq; adeò divexatos, afflictosq; fuisse ab Amphitryone, ut in proverbiũ abierint, κυθνώδεις συμφοραὶ, pro maximis cladibus & immensis calamitatibus.

Cȳthnĭŭs, a, um, κύθνιος, possessivũ, ut Timantus pictor Cythnius dictus est. Steph. juxta Dryopem unam Cycladum sitam scribit, & ipsam quoque sic nominatam fuisse. Meminit etiam Pomp. lib. 2. & Ovid. 7. Metam. Florentemq; Syron Cydnon, planamq; Seriphon.

Cytĭna, κύτινα, Vrbs Thessaliæ: civis Cytineus, Steph.

Cytĭnĭum, κυτίνιον, una ex tribus Doricis civitatibus: gentile Cytiniates, Stephan.

Cytis, κύτις, Insula Arabiæ, ubi topazius lapis invenitur. Plin. lib. 6. cap. 29.

Cȳtōrus, pen. y in prima syllaba, pen. prod. κύτωρος, Mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima nascebatur: unde & buxifer à Catullo dicitur. Virgil 2. Georg. Et juvat undantem buxo spectare Cytorum. Ab hoc, quæ buxea sunt, Cytoriaca dicũtur. Ovid. 4. Metam. Sæpè Cytoriaco diducit pectine crines. ¶ Fuit & Cytorus, sive Cytorum civitas, Sinopensium emporium à Cytoro Phryxi filio conditũ & appellatũ, ut ex Ephori sententia refert Strabo lib. 12.

Cȳzĭcēnŭs, κυζικηνὸς, Atheniensis philosophus in Mathematica & in cæteris scientiis excellentissimus, præcipuè in Geometrica.

Cyzicus, κύζικος, Vulgò Chizico, sive Cyzicum, Insula in Propontide, duobus pontibus juncta continenti, habens urbem ejusdem nominis, mœnibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iason per imprudentiã interemit. De hac Ovid. lib. 1. Fastor. Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon Aemoniæ nobile gẽtis opus. Fuit hæc civitas magnitudine & pulchritudine cũ primis Asiæ urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumẽtorum, aliud frumẽti erat receptaculum. ¶ Verùm Pius Papa in Asia hanc Cyricum appellat, non Cyzicũ. Et de Cyzico sic scribit: Nunquid Cyzicus nobis non satis constat, adeò claritatem rebus adimunt tempora, & nos homunciones diurnam quærimus in hoc seculo gloriam, quam potentissimæ civitates retinere non potuerunt? Propert. lib. 3: Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos. ¶ Cyzicus, Stephan. urbs est Propontidis in Chersonneso sita: alio nomine ἄρκτων νῆσος: id est, Vrsorũ insula appellata. Homerus Cyzici habitatores, Doliones vocat. De Chersoneso vide suprá.

Cyzĭcum. Bithyniæ nobilis civitas: nomen (inquit Põponius lib. 1.) Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, quum Colchos peterent, fusum acie, cæsumq; accipimus. Hactenus Mela. Hæc civitas arce, mœnibus, portu, turribus marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrat, ut scribit Florus in bello Mithridatico, lib. 3. Libera illa aliquando, & agris dives, multoq; in honore à Romanis habita. Lege Strab. lib. 12. De Cyzico Valer. Argon. lib. 2:

Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
Vrbs placidis demissa jugis, rex divitis agri Cyzicus, &c.

De morte Cyzici regis vide eundem Valeriũ lib. 3. Argonaut. & Hermolaum super cap. 32 lib. 5. Plinii.

Cyzĭcēnŭs, Denominativum est à Cyzico Propontidis insula. κυζικλωός. ¶ Cyziceni stateres, κυζικλωοὶ στατῆρες. De re scitè scalpta. Nam hi nummi olim celebres erant, quòd eleganter scalpti viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelem deorũ mattem facie muliebri: altera, leonis imaginem. Aut magis videbitur fortè locus proverbio, quum hominem significamus inæqualem ac sui dissimilem: aut qui longè aliud agat quàm præ se ferat: quemadmodum Cyziceni exuno latere Cybelem ostendebant effœminatam: ex altero leonem. Stater is valebat XXVIII drachmas Atticas: unde & de re magni pretii videtur posse dici.

D

DAæ, Daarum, δάαι Stephano, Populi sunt Scythiæ, ex genere Nomadum, ut autor est Servius in illud Virgil. 8. Aen. Indomitiq; Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Dācĭă. [δακία. Ger. Ein Landtschafft in Europa so gegen Mittag an Thracien stosset / heißt jetzt Walachia. Pol. Wołoska ziemia. Vng. Dazia orszag.] Regio Scythiæ Europeæ, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Hæc (ut Ptolemæus scribit lib. 3. cap. 8.) ad Septentrionem Carpato monte à Sarmatia dividitur: ad Occasum autem Tibisco fluvio ab Iazygibus Metanastis: ad Meridiem ad Ortum usq; ad Danubium extenditur. Hujus regionis populi Daci, δάκοι, dicuntur: olim etiam Davi, teste Strabon. lib. 7, Getis proximi ad ortum: à quibus servilia Davorũ & Getarum nomina Athenienses acceperũt. Vnde in Comœdiis servi introduci solent, Davi & Getæ nominati. Hodie hæc regio divisa est in quatuor partes. In Valachiã utramq;: Moldaviam nimirum & Transalpinam, versus Septentrionem. In Bulgariam sive Mœsiam inferiorem à parte Orientali. In Serviam sive Bosnam, quæ & Mysia superior vocata est à parte Meridionali. Et deniq; in Transylvaniam, Siebenbürgen/ à parte Occidentali, quæ divisa est in Schytuliam, Septem castra, & Vnniam partes nimirũ quam nano Vngarica incolit. Hi Romanis semper reluctabantur. Virg. 8. Aen. Indomitiq; Daæ, & pontem indignatus Araxes. Statius: -frena tenentem Rhenus & attoniti vidit domus ardua Daci.

Dācĭcŭs, δακικὸς dictus est, qui Daciam subegit: sicut à Germania Germanicus. Iuvenalis: -cum lance beata Dacicus: & scripto radiat Germanicus auro.

Dācŭs, a, um, [δάκος. Pol. Wołoski.] Quod è Dacia. Spartianus: Ad bellum Dacũ Trajanum familiariùs persequutus est.

Dactyli Idæi, δάκτυλοι Ἴδαιοι. Iidem qui Corybantes, quos Iovem nutrivisse ferunt, & ne vagitu puer proderetur, novo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concursantes, æris tinnitu & numerosi pedis compositione, qui dactylus inde dictus est, Saturnum celaverunt. Idæi autem dicuntur à monte Ida.

Dadĭcæ, Populi Scythiæ Asiaticæ apud Herod. lib. 3.

Dadocertum, δαδοκίερον, castellum, φρούριον, magnum Armeniæ, inter Mediam, Steph.

Dædălă, neutri generis, Δαίδαλα, τά, Vrbs Lyciæ, ita appellata à monte vicino, seu à Dædalo ibi sepulto, quum eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem egressus momordisset, Plin. li. 5. cap. 27. Meminit etiam Steph. Cui Dædala etiã Rhodi civitas est, sive regio: item alia Indiæ, & alia Cretæ.

Dædălĭă, Δαιδάλεια, Vrbs Italiæ à Dædalo condita, quæ nunc Iulia vocatur, Steph.

Dædălĭdæ, Δαιδαλίδαι tribus Cecropidis vicus, Steph.

Dædălus, pen. corr. [Δαίδαλος. Ger. Ein geschickter Werckmeister von Athen/ welcher allerley Instrument/ als Segen/ Hobel/ Bohrer/ &c. erfunden hat.] Atheniẽsis faber egregius, Icari pater, qui serram, atciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam invenit, malumq; & antennam navi imposuit. Hic accusatus quòd Perdicem sororis filium interemisset, judicii metu in Cretam fugit, ubi Labyrinthum fabricavit, cui Minotaurus includeretur, opus portentosissimum humani ingenii. Dictus Dædalus (ut quidam existimant) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, quod est variare, seu ornare. Alii hoc verbum à Dædalo derivatum putãt, ob multiplex, variumq; ingeniũ hominis, propter quod Græci δαίδαλον varium dicũt, & ingeniosum. Lucretius quoq; terram ob rerum, artificiorumq; varietatem, Dędalam nominat: Ennius simili modo Minervam: Virgil. Circen. Plautus Logodædalos vocavit, qui dolum cælant sermonis ornatu. ¶ Dædali alæ, Δαιδάλεαι πτέρυγες. Dici solitum ubi alioqui non satis idoneus ad negotium cõficiendum, artis alicujus, aut auxilii accessionem adjũgeret, aut quũ quis urgente necessitate ad nova confugit consilia. ¶ Dedali opera, Δαιδάλεια πεποιήματα, dicuntur quæ novo artificio fabricata sunt & admirãdo. ¶ Remigiis Dædaleis, ad celeritatẽ significandam. Plaut. in Amph. dixit pro volatu.

Dæmŏgōrgŏn, δαιμογοργών, Latinè dicitur deus terræ: quo nomine veteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

Dæmŏn, Dæmonĭcus, Dæmonĭum, Vide in APPELL.

Dætaletæ, Δαιταλῆται, gens Thraciæ, Steph.

Dætŏr, vir Trojanus apud Homerum.

Dahippus, Δάιππος, Statuarius nobilis, cujus opera enumerat Plin. lib. 34. cap. 8.

Dæ, Δάοι, Persarum populi, omnes pastores. Herod. lib. 2.

Dălmătĭa. [Δαλματία. Ger. Ein Landtschafft ẽ Windischẽ Marck/ stosset an Macedonien vnd das Adriatisch Meer: Vulgò *Eſclauonia de mar*. Pol. *Sl'owianska zemia*. Vng. *Tót orſzág*.] Regio Illyrici, cõtermina Liburniæ versus Occasum: à qua Dalmatæ, Δαλμάται dicti sunt populi, qui (ut Appianus scribit) domiti Ab Augusto fuere. In ea fadera civitas insignis rerum abundantia, & Epidaurus hodie *Ragusium* dictum.

Dălmătă, æ, pen. corr. [Δαλμάτης. Pol. *Sl'owak*. Vng. *Tót*.] Qui ex Dalmatia est. Mart. lib. 10. & exeuntem Vdo Dalmata gaudio sequeris.

Dălmătĭcŭs, ca, cum, [Pol. *Sl'owienski*. Vng. *Tot orſzági*.] Sueton. in August. Externa bella duo per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, & Cantabricum.

Dălmătĭcātŭs, Dalmatarum vestibus indutus. Lampr. in Commodo: Dalmaticeatus in publicum processit.

Damæi, Δαμαῖοι, populi juxta Ichthyophagos, Steph.

Damascius, Δαμάσκιος, Sigæus historicus Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum, scripsit de rebus in Græcia gestis: prætereà de majoribus eorum, qui ad Trojam profecti sunt, & de poëtis, & sophistis, aliaq; complura. ¶ Fuit item alius eodẽ nomine, Stoicus philosophus Simplicii & Elamitę familiaris, qui sub Iustiniano principe viguit. Scripsit Cõmentarios in Platonem, & alia quæ enumerantur à Suida.

Damascus. [דַּמֶּשֶׂק *dammések*. Δαμασκός. Ger. Die Hauptstatt in Syrien.] Vrbs nobilissima, caput Syriæ: unde Damascena, Δαμασκηνὰ pruna, autore Plin. lib. 15. dicta creduntur & Regio ipsa Damascene, quę totam illam Syrię partem complectitur, quæ adjacet Libano monti.

Damasithymus, Δαμασίθυμος, Candaulis filius fuit, unus è ducibus Xerxis Persarum regis, quum Græciæ bellum inferret, teste Herod. lib. 7.

Dameas, Nobilis statuarius, autore Plin. lib. 34. cap. 8.

Damianus Ephesius, Δαμιανὸς, Sophista nobilis, circa M. Antonini principis tempora, divitiis ac potentia inter suos præditus, viros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoq; genus secundùm naturã imitatus. Autor Philostratus in Sophistis

Damocles, Δαμοκλῆς, Nomen proprium unius ex assentatoribus Dionysii.

Damocrita, Δαμόκρειτα, Matrona fuit Spartana, Alcippi civis clarissimi uxor, quæ quum virum ab iis, qui contrarias in Republica partes fovebant in exilium actum sequi prohiberentur, hisq; jam viro maturæ edicto publico nubere prohiberentur, quæsiuit Alcippi ultor nascereturne: concepit [illegible] mulieb[illegible]ma audaciam. Nam quũ ex more fœminæ primariæ noctu in andronem quend[illegible] crorũ causa convenissent, Damocrita à filiabus adjuta, m[illegible] vim lignorum quę ad sacrificia parata erant, ad fores co[illegible] sit, ignemq; injecit, ut intùs omnes exureret. Accurrentib[illegible] deinde auxilio viris, illa filias primùm: deinde etiam seipsam interfecit. Ex narrationibus amatoriis Plutarchi.

Dămœtās, cum diphthongo œ, Δαμοίτας, Nomen pastoris de quo Virg. in Bucol. Dic mihi Damœta, &c.

Dāmōn, Δάμων, Nomen Philosophi Pythagorici, qui cum Pythia arctissimo amicitiæ vinculo constrictus fuit. De quo ita Cic. lib. 3. Offic. Damonem & Pythiam Pythagoreos hoc animo inter se fuisse, ut quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus est alter sistendi ejus, ut si ille non revertisset ad diem moriendum esset sibi ipsi: qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrānus, petivit ut se ad amicitiam tertium ascriberent.

Damophila, Δαμόφιλα, Lesbia poëtria fuit, Sapphûs coætanea, cujus meminit Philostratus in vita Apollonii.

Damophĭlus, Δαμόφιλος, Sophistæ cujusdam nomen est, qui sub M. Antonio principe floruit. Autor Suidas.

Damostratus, Δαμόστρατος, Historicus, scripsit de piscibus libros x x. Suidas

Damoxenus, Δαμόξενος, Athenienſis comicus, cujus fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

Damyndas, Vir fuit Macedo, teste Plutarcho.

Dan, Δάν, Vicus est in quarto à Panæade milliario euntibus Tyrum, qui usq; hodie sic vocatur: terminus Iudææ provinciæ ad Septentrionem: de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco sortitus est nomen, Ior quippe fluvium, sive rivum Hebræi vocant.

Dănăē, per tres syllabas, [Δανάη. Ger. Ein Tochter *Acriſii*, welche Jupiter geschwechet hat als er sich in ein Guldinen regen verwandlet hat.] Nomen Acrisii filiæ, quæ à Iove in aurei imbris effigiem converso compressa, Perseum peperit, qui avum suum occidit. Ovid. 2. de Trist. Quid Danaën, Danaësq; nurus, matremq; Lyæi.

Dănăŭs, Δαναὸς, Aegypti frater, Argivorum rex, qui anno egressionis populi Israël trigesimo secundo: Stenelo rege expulso, Argos tenuit, ibiq; quinquaginta annos regnavit: genuit quinquaginta filias, quæ ab avi nomine Belides dictæ sunt. Hæ una nocte viros suos Aegypti filios interfecerũt præter unam Hypermnestram, quæ Linum maritum servavit. Vnde apud inferos supplicii loco illis præscriptum est, dolium pertusum aqua implere, è quo tantundem effluat quantum infundatur. Inde originem traxit proverbiũ: Dolium Danaidum: quod in avaros competit, quorum avaritiæ nihil est satis: aut in prodigos, quorũ profusioni ne ipse quidẽ Pactolus satisfaciat: aut in homines futiles, qui arcana fidei suæ credita non queunt continere. Huc videtur allusisse Parmeno apud Terentium: Plenus rimarum sum hâc atq, illâc perfluo.

Dania, [χερρόνησος Κιμβρικὴ. Ger. Dennmarck.] Septentrionalis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quã olim Cimbri habitarunt, quos postea Marius delevit in Italiã irrumpere conantes.

Dāntēs, Poëta Florentinus, regum & principum amicitiis clarus, cujus vitam scribit Volater. lib. 2.

Dāntīscum, Nobile Poloniæ emporium est, ad mare situm, ubi Vistula amnis in Oceanum influit: [Germani sua lingua vocant Dantzig Pol *Gdansk*. Vng *Dantzka*.

Danubius. [Ἴστρος. Ger. Die Thonaw. Pol. *Donay*. Vng. *Duna*.] Maximus Europæ fluvius, qui ortus in jugis Abnobæ montis Germaniæ, ex adverso Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarũ auctu, ubi primùm Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Hæc Plin. lib. 4. cap. 12. Vbi Adnobiam vocat locum fontis, quod nomen videtur esse factum ab eo, quod Germani dicũt Ein Aw: hoc est, vallem cultam inter montes & saltus: in veteribus tamen codicibus scribitur Arnobiæ quod ad locum scaturiginis propiùs congruit, qui dicitur Inn der Bar. Fontes ejus sunt ad Pagum Donaesinge, qui muro humili circundati septuagintaquinq; passus ambitu suo conficiũt, ostiolum habet duorum passuum, & postquam ab ostio erumpit, ilicò excrescit in fluvium latitudinis quinque passuum, qui non procul ab origine recipit duos rivulos magnitũdinis ejusdem, quorum alter vocatur à Germanis Prigen: alter Bregen. Mox ad miliare Italicum, ubi pagum Pfora alluit, trajicitur ponte passuum centum & sexaginta. De Danubio sic Dionysius:

Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobæ hiatu
Flumen, in Eoos autem convertitur axes,
Euxinoq; salo provolvitur ora per æquor

Quinq;

Quinq; vomunt amnem, &c. ¶ Ammianus quoq; libro 22: Amnis (*inquit*) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem protensus, ex sexaginta navigabiles penè recipiens fluvios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc, secundum post Nilum facit Ausonius, & Ovid. lib. 4. de Ponto, ubi de Scythiæ fluminibus.

Dāphnē, *δάφνη*, Penei fluvii filia fuit, quæ quum vim Apollinis non posset effugere, implorato paterno nomine, conversa est in laurū. Vide Ovid. lib. 1. Metam. ¶ Est item Daphne ingens lucus, & opacus, xi, stadiis distans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cujus medio fanum est asylum Apollinis. Autor Strabo lib. 15. Stephanus præterea aliquot alia ejusdem nominis loca cōmemorat, quæ vide apud ipsum.

Daphnīs, *δάφνις*, Fuit, teste Servio, Mercurii filius, in Sicilia natus, juvenis formosissimus, qui primus Bucolicū carmē invenisse dicitur: postremò lumisibus captus est, quòd ebrius cū aliena fœmina congressus esset, ut prædictū ei fuerat à nympha. Autor Suidas. ¶ Fuit & Daphnis, *δάφνη*, Steph. Antiochiæ suburbanū, quòd octoginta stadiorum ambitu claudebatur, ut ait Strabo. ¶ Lyciæ præterea castellū fuit: & alia prope Pelusium à copia laurorum illic nascentium: & suburbanum, in ore Ponti ad sinistram, quod Sergiū vocant, in ipsis Ponti faucibus ad dextram naviganti portus, autor Steph. Daphnis ad ostium Nili Pelusiacum reddit Herodotus.

Daphnites, pen. prod. *δαφνίτης*, dicitur Apollo Ammonius.

Daphnus, *δάφνος*, ὁ, vel *δάφνοσσα*, ἡ, urbs Phocica, Steph.

Daphnusis, *δαφνοῦσις*, Palus prope Olympum Bithynum, Stephan.

Daphnus. Tribus vicina Cō, Steph.

Daphnūdium, *δαφνούδιον*, Prope Rhegium est, Thracibus vicinum. Est & Aegypti vicus, Steph.

Dapsolibyes, *δαψολίβυες*, populi, Steph.

Daradus, Ptolemæo, Fluvius est Africæ, quem aliquot literis in fine abjectis, Plinius Darat vocat lib. 5. cap. 1.

Daræ, *δάρραι*, munitissimum castellum Anastasii civitatis, cujus cives Dareni, alias Darrhæ per duplex r.

Darapsa, *δάραψα*, Vrbs in Bactria, Steph.

Dardæ, *δάρδαι*, Indici populi sunt, qui sub Dariade contra Dionysium pugnarunt, Steph.

Dardănus, *δάρδανος*, Electræ, Iovisq; filii nomen, qui quum Iasium fratrem interemisset, inde fugiens in Samothraciam primùm, & deinde in Asiam venit, locaq; tenuit Hellesponto proxima: urbemq; ibi Dardanum condidit, regionemq; totā Dardaniam appellavit: quam postea Tros Erichthonii filius Trojam appellavit. Trois autem filius fuit Ilus, qui urbem regiam à se Ilion appellavit. Ilus verò Laomedontē filium genuit, qui pater fuit Priamī. Virgil. 3. Aen. Dardanus Iliacæ primus pater urbis & autor.

Dardănārii, Qui omnia præemunt, ut aliquando cariùs vendant: [*φαρμακεῖς*. Ger. Fürtäuffer. Pol. *Przekupniowie*. Vng. *Szatots, fukar*. Ang. *Forebiers, foreſtallers of temerkate*.] dicti à Dardano quodam contaminatissimo & profligatissimo mago, à quo etiā Dardaniæ artes à Columella vocantur magicæ. Ejus sunt verba: Atsi nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniunt artes.

Dardănium, *δαρδάνειον*, Genus ornamenti, quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33. cap. 3: Cujus sceleris nos coarguimus illum primùm, qui auro dignitatem per anulos fecit, ut habeāt in lacertis jam quiddam & viri quod è Dardanis venit: itaque & Dardanium vocabatur.

Dārēs, etis, *δάρης*, Historicus Phrygius fuit, qui primus bellum Trojanum, cui ipse interfuerat, Græcè cōscripsit, quod postea à Cornelio Nepote in Latinam linguam versum fuit. ¶ Fuit item Dares quidam ex comitibus Aeneæ, qui cum Entello Siculo cæstuum certamine congressus succubuit: ut refert Virg. 5. Aeneid. Hinc locus factus proverbio apud Hieronymum ad Augustum: Dares Entellum provocat. Conveniet uti siquando quispiam juvenili temeritate lacesset aliquem nō perinde promptum ad suscipiendum certamen, verùm intolerandum, si semel inierit.

Daridæus, *δαρειδαῖος*, Persarū rex fuit eo tempore, quo Apollonius Tyanæus ad Indos per Persidem iter fecit: hoc est, tempore Tiberii, Caii, & Claudii imperatorum.

Daridna, urbs Paphlagoniæ, Steph. *δάριδνα*.

Darioritum, *δαριόριτον*, Vulgò *Vannes*, Oppidum est Venetorum in Gallia Lugdunensi ad Oceanum situm: teste Ptol. lib. 2. cap. 7. Sunt qui existiment idem esse cum eo, quod Galli vocant *Vennes en Bretaigne*.

Daristane, *δαριστανη*, urbs Persica, Steph.

Daritæ, *δαρίται*, populi quidam, Steph.

Darĭus. [דָּרְיָוֶשׁ *dariaveſh*. *δαρεῖος*. Ger. Ein König in Perſia.] Nomen regis Persarum, qui triginta sex annos regnavit: cui Xerxes filius ex Atosa Cyri filia successit in regnum. Fuit & alter ejusdem nominis Persarum rex, qui Alexandri adolescentiam despicatam habens, bello eum aggressus est: quem tamen Alexander exiguis copiis facilè profligavit. Darius verò instaurato exercitu, prælio iterum congressus, ægrè fuga sibi salutem quæsivit, uxore & filiabus hostiū prædæ relictis. Post hæc de pacis conditionibus cum Alexandro agens, quum nihil impetrasset, redintegratis copiis tertiò congreditur: tandemq; victus, quam se fuga victori eripere conaretur, à suis cōprehensus est, & trucidatus. Hoc nomen habet penultimam productam: quoniam apud Græcos scribitur per ι diphthongum. Claudianus in Epist. ad Adrianum: Darium famuli manibus doluisse peremptum.

Dārīcus, pen. prod. *δαρεικός*, Numisma priscum, Darii imagine percussum.

Dārrhæ, *δάρραι*, populi juxta rubrum mare, Steph.

Darsania, *δαρσανία*, urbs Indica, ubi uno die mulieres vestem contexunt, Steph.

Dārsĭi, *δάρσιοι*, populi Thraciæ, Steph.

Daruernum, *δαρύερνον*, Vulgò *Dounres*, Portus est Britanniæ insulæ: unde brevissimus est ad Caletes trajectus. Autor Ptol. lib 2. cap. 3.

Darus, Ptolemæo, Est fluvius Pannoniæ inferioris, quem Plin. lib. 3. cap. 25, Dravum appellat: hodie *Morau* vocant.

Dascylos, Bithyniæ oppidū, Plin. & Pomp. li. 1. Ptolem. Strab. & Stephanus Dascylium nominant, *δασκύλιον*, vicinumq; lacum Dascyliticum.

Dassarēthæ, *δασσαρῆται*, Thraciæ populi, quos à tergo Epiro junctos Plinius scribit. De his Mela libro 2, in descriptione Thraciæ.

Dāstylus, Fuit Gygis regis pater, teste Herod. lib. hist. 1.

Dates, Vnus fuit è ducibus Darii, qui, teste Herodot. lib. 6. bello apud Marathonem victus est.

Datum, *δάτον*, Vrbs Thraciæ: cives Datenei, Steph. vide PHILIPPI.

Datyleptī, *δατύλεπτοι*, Populi Thraciæ, Steph.

Dave, *δαύη*, Vrbs Arabiæ, Steph. Gentilia, Davæus, Davenus, Davites.

Daulis, Nympha, è qua Daulidi urbi nomen, Steph.

Daulĭă, vel Daulis, *δαυλὶς* Ptolemæo, Oppidum Phocidis fuit, olim sub ditione Terei regis Thracum: Vnde Philomela ab Ovidio Daulia dicitur, quòd in Daulide urbe in avem sui nominis fuerit conversa. Deflet (*inquit*) Threïcium Daulias ales Itym.

Daunĭum, *δαύνιον*, Vrbs Italiæ. ¶ Est & Dauniū murus Thraciæ, Stephanus.

Daunotichītæ Scepsĭi, *οἱ ἐν Σκήψει δαυνοτιχῖται*, Nomē, Stephano in Scepsa.

Daunŭs, Filius fuit Pilumni & Danaës, & avus Turni, qui in Apulia regnavit: à quo etiam regio illa, Daunia dicta est. ¶ Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia sorore amata Turnum suscepit. Virg lib. 12: Dauni miserere senectæ. ¶ Est quoque fluvii nomen in Apulia: unde Horatius lib. 3. Carm. Ode 33: Qua pauper aquæ Daunus agrestium Regnator populorum, &c.

Daunī, Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis socero victi: horum oppidum est Salapia: Annibalis meretricio amore inclitum, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 11.

Daunĭă, *δαυνία*, Vulgò *Puglia pugiana*, Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, Diomedis socero, qui eam condidit.

Dauriſes, Herodoto circa finem libri sexti, unus ex Darii ducibus fortissimus, ejusdemq; gener, qui in insidiis à Cariis cæsus est.

Dausara, *δαύσαρα*, Vrbs circa Essedam, Steph.

D ante E.

Deboaseth, oppidum tribus Zabulon in littore maris inter Ptolemaida & Carmelum promontorium. Iosua 29.

Dĕcăpŏlis. [*δεκάπολις*. Ger. Ein Landtſchafft in Syrien/ hat den Namen von zehen Stetē. Pol. *Dziesiąci grodowiemia*.] Regio Syriæ, Iudææ proxima: ita dicta à numero oppidorum, quę sunt Damascus, Opoton, Philadelphia, Rhaphana, Scythopolis, antea Nysa: Gaddara, Hippon, Dion, Pella, Galasa, Canatha. Eadem & Decapolitana regio appellatur à Plinio, libro 5. capite 18.

Deceates, Populi Liguriæ. Plin. lib. 3. cap. 5: Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi, Deceates, Oxybii.

Dĕcĕlĭă, sive Decelea, pen. prod. *δεκέλεια*, Agri Attici locus est in tribu Hippothoontide: cujus frequens mētio est apud Thucydidem.

Dĕcēntĭi, *δεκέντιοι*, Pannonię populi, à Decennio Magni filio, Magnentii fratre, Steph.

Decianus, *δεκιανὸς*, Viri proprium, qui fuit ex Emerita Hispaniæ oppido.

Decietum, *δεκίητον*, Vrbs Italiæ, Steph. vide DECEATES.

Dĕcĭus, *Δέκιος*, à decem, Viri proprium: quemadmodum à

quinq; Quintius: Decii tres: pater, filius, & nepos dicti fuère, qui pro patria se devoverunt: pater bello Gallico: filius bello Hetrusco: nepos eo bello quod Pyrrhus gessit pro Tarẽtinis. Cic. 1 Tuscul. Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis objecissent.

Dēdĭtĭtĭi, dict. sunt quidam populi, qui quum in Romanorum fidem concessissent, rebellibus animis ab eis desciverunt: quos deinde rursus superatos adeò humanè Romani tractarunt, ut vitam illis servarent, & imaginariam quandam libertatem relinquerent, sed tamen infamiæ labe aspersam, lege lata, ut ad veram libertatem Romanæq; civitatis jura pervenire nunquam possent. Ex Alciat. Dedititii is, qui se permittũt alienæ voluntati, quod non nisi in extrema sit inopia consilii & præsidii. Eorum autem alii Libertini, alii peregrini dicuntur. De his habes elegans caput apud Angel. Polit. in Miscel. Vide etiam Manumitti. Dediticii servi sunt, qui ex obsidione se dediderunt in potestatem victoris, de his in Instit. tit. de libertate.

Dedmasa, δεδμησσος, Vrbs Cariæ, Steph.

Deicoontes, Herculis filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Autor est Homerus in Odyssea.

Dēĭănīră, [δηϊάνειρα. Ger Die Haußfraw Herculis.] Filia fuit Onei Aetoliæ regis, cujus regia Calydon erat. Hæc adeò formosa erat, ut multos procos haberet: tandem Acheloo desponsata est primò: deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen; sed Acheloo victo, Herculi cessit. Porrò quum Hercules transiturus esset Evenum Aetoliæ fluvium, qui tum temporis maximè excreverat, Nessus Centaurus seipsum ultrò obtulit ad transvehendam Deianiram: quam quum Nesso commisisset, ipse priùs intrepidè tranavit fluvium. Nessus autem adhuc in altera ripa stans, novam nuptam vitiare voluit: quod videns Hercules, sagittis hydræ sanguine infectis Centaurum trãsfixit: qui se moriturum sentiẽs, ut hostem ulciscereturr, Deianiræ vestem suã proprio sanguine perfusam dono dedit, asserens ei vim amatoriam inesse, & si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore ad se avocatum. Mulier itaq; nimis credula munus accepit, & quum audisset maritum suum in Euboea amore Ioles Euryti filiæ detineri, Nessi, vestem domino suo perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali suspicans, quum sacrificaturus eam induisset, tantus cruciatibus affectus est, ut in furorem versus, Lychem à Cenæo monte in Euboicum mare dejecerit, qui in scopulum mutatus est. Ipse autem Hercules arcu & sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram in Oeta monte cõstructum conjecit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis clava se interfecit, ex cujus sanguine postea nata est herba, quæ nymphæa & heracleon dicitur. Ovid. lib 9. Metam. Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat Vota Iovi, quum fama loquax pervenit ad aures, Deianira tuas, &c.

Dēĭdāmīă, δηϊδάμεια, Filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, quam Achilles, quũ ipse inter regis hujus filias sub muliebri habitu lateret, gravidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Vide Statium in Achilleid.

Deioces, Phraortę filius, ob judicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Autor Herod. lib. 1.

Dēĭōnē, δηϊόνη, Mater fuit Mileti ex Apollinis concubitu. Vnde Miletum Dejoniden vocat Ovid. lib. 9. Metam. ubi sic habet: Tunc erat invalidus, Dejonidemq; juventæ Robore Miletum, Phœboq; parente superbum Pertimuit.

Dēĭŏpēĭă, pen. prod. sive Deiope, δηϊόπεια, Vna ex nymphis Iunonis, quam illa apud Virgil. lib. 1. Aeneidos, Aeolo uxorem pollicetur. Sunt, inquit, mihi bis septẽ præstanti corpore nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio jungam stabili propriamq; dicabo.

Dēĭŏtărŭs, δηϊόταρος, Galatiæ rex fuit populo Romano amicissimus, qui tempore belli Pharsalici Pompeii partes sequutus est, eoq; profligato ad Cæsaris victoris clementiam confugit à quo Regis quidam nomen retinuit: parte tamen regni mulctatus est. Postea accusatus quòd Cæsari apud se divertenti insidias struxisset, à Cicerone defensus est elegantissima oratione, quæ etiam hodie extat. ¶ Fuit & Dejotarus alter Adramyttenus, ludi literatii magister, apud Gargara Troadis, ut scribit Steph.

Dēĭphĭlē, δηϊφίλη, Nomen Adrasti regis filiæ, & Tydei uxoris, matris Diomedis, Græcorum omnium post Achillem & Ajacem Telamonium fortissimi.

Deĭphŏbē, es, δηϊφόβη, Nomen proprium Sibyllæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Aeneam ad inferos duxit, Virgil 6. Aeneid. Phœbi Triviæq; sacerdos, Deiphobe Glauci.

Deĭphŏbŭs, pen. corr. δηϊφόβος, Nomen filii Priami ex Hecuba, qui interempto Paride Helenam duxit uxorem: cujus tamen dolo & proditione interfectus est à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromisit, ut autor est Virgil. lib. 6. Aeneid. Atq; hîc Priamidem laniatum corpore toto, Deiphobum vidit, &c.

Dēĭphўlŭs, pen. corr. δηϊφυλος, Fuit Sthenelo filius: Capanei in bello Trojano amicus fidissimus: teste Homer 5. Iliad.

Deipites, Vir Trojanus, quem Vlysses in bello interemit, teste Homero.

Delas, & Tygris minor, Fluvii, Apameam Mesonorum civitatem circundant, Steph. in Apamea, δῆλος.

Delíacus, Vide DELOS.

Delíum, δήλιον, Oppidum Bœotiæ in Tanagra, & templum Apollinis, Stephanus.

Dēlĭŭs, Vide DELOS.

Dēllī, Lacus erãnt breviores, bullientibus aquis insignes, non lõgè à Catana, miræ profunditatis, quos incolæ Crateras vocant. Hos poëtæ fingunt fuisse fratres Palicos Iovis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se videret ex Iove gravidã, metuens iram Iunonis, optavit ut sibi terra dehiscceret. Instante autem partus tempore, recluſa terra ea in parte, ubi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocaverunt, ἀπὸ τῆς πάλιν ἰκέσεως, quod priùs in terram demersi, denuò reversi sint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quòd per eos credantur in lucem esse reversi, & lacus ipsos Dellos vocant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, ut circa eos juramentum exigi soleret, siquis in furti suspicionem veniſſet: priùs tamen accepto fidejussore, qui si juranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet, qualia etiam hodie juramenta ad D. Antonii aram à Christianis videmus præstari.

Dēlmĭnĭum, δελμίνιον, Vulgò Dennia, Dalmatiæ oppidum est, apud Ptolem. lib 2. cap. ult.

Dēlŏs, [δῆλος. Ger Die fürnemeste Insel auß den Cycladibus, welche ringsweiß herumb im Aegeischen Meer ligen, heißt jetzt Sdiles.] Insula est maris Aegæi, Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. De hac sic scribit Cic. 3. Verr Proditum est memoriæ ac literis, Latonam ex longo errore & fuga gravidam, & jam ad pariendum vicinam, tempor bus exactis fugisse Delum, atq; ibi Apollinem, Dianamq; peperisse. Qua ex opinione hominum, illa insula eorum deorum sacra putatur, tantumque ejus autori religionis & est, & semper fuit, ut ne Persę quidem, quum bellum toti Græciæ, dis, hominibusq; indixissent, & mille numero navium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur, aut violare, aut attingere. Hæc ille. ¶ Aristoteles Delum Appellatam existimat ἀπὸ τοῦ δήλου, quòd quum antea mari operta esset, repẽtè se ostenderit. Aliis nominibus appellata fuit Ortygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpilæ, ab igne ibi reperto. Autor Plin. lib 4. cap. 12.

Delĭăcŭs, a, um δηλιακὸς Quod est ex Delo. Vnde Deliaca vasa dicta sunt ex ære pretioso, ab insula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris Plin. libro 34: Antiquissima æris gloria Deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cic. pro Rosc. Domus Chrysogoni referta vasis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes tricliniorum, & fulcra.

Delĭăcă supellex, in qua erant triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis.

Dēlĭŭs, δήλιος, Qui est ex Delo insula: unde Apollo Delius, & Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam ex Iove gravidam, quum partui vicina esset, metu Pythonis serpentis, qui eam toto terrarũ orbe Iunonis jussu persequebatur, in Delum insulam fugisse, ibiq; Dianam & Apollinem eodem partu edidisse. ¶ Delius natator, Δήλιος κολυμβητής: olim vulgò dicebatur admodum natandi peritus, quiq; posset in summa natare aqua.

Dēlphī, δελφοί, Tàm pro oppido, quàm pro oppidanis, plurali tantùm numero: sicut Gabii, Leontini, Puteoli. Est autem civitas in Bœotia juxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepto: magis rupibus & loci natura, quàm humana arte munita. [Ger Ein Stat in Griechenland nahe bey dẽ Berg Parnasso gelegen, in welcher der Teüffel durch ein Bildt den Rhatsfragern die antwort gab.] Delphis Apollinis erat oraculum toti terrarum orbi celeberrimũ. Vnde & ipse Apollo Delphicus dictus est Horatius lib. 1. Carm. Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mytilenen, Aut Ephesum, bimarisve Corynthi Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apollĭne Delphos. ¶ Macrobius in Saturnalibus: Apollinem Delphicum appellatum existimat à prisca Græcorum voce δελφός, quæ solum significat, eò quòd interdiu stellis omnibus obscuratis, solus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis appellatus est.

Dēlphĭcŭs, ca, cum, δελφικός. Vnde Delphica laurus, quòd victores Pythiorum (qui ludi Phœbo sacri erant) ea coronarentur: & est viridior laurus. ¶ Delphicus gladius, δελφικὸς φός. De re dicebatur ad diversos usus accommodabili. Quemadmodum

modum iisdem vasculis,& poculorū vice in conviviis, & clypeorum vice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad cum modum erat fabrefactus, ut eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminêre hujus adagii Eurip. in Tragœd. & Arist. tùm Polit. lib. 1. tùm De partibus Anim. lib. 4.

Dēlphĭcă vasa, Vide in APPELL.

Delphusă. δελφοῦσα, Fons est insignis apud Delphos: Delphusia verò, δελφουσία, urbs Arcadiæ est. Veriusq; autor Steph.

Dēltă. [δέλτα. Ger. Ein Dreyeckechte Insel/ wie der Griechisch buchstab Δ, so der Nilus in Egypten macht an dem ort da er sich anhebt in seine außgäng zu theilen.] Insula est in Nilo Aegypti fluvio, non procul ab Alexandria: ita dicta, quòd literæ Græcè Δ imaginem referat. Hircius lib. 4. bell. Civil. Locus, *inquit*, est illarum ferè regionum nobilissimus, nō longè ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à similitudine literæ cœpit. Nam pars quædam fluminis Nili derivata inter se duobus itineribus, paulatim medium inter se spatium relinquens, diversissimo ad litus intervallo à mari adjungitur. ¶ Est item Delta nomen urbis non procul à Syria, teste Stephano.

Dēltōtŏn, pen. prod. δελτωτὸν, Signum est in cœlo supra Arietis caput positū, triangulari figura Δ, Græcæ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, uno breviori, in unoquoq; angulo stellā habens. Cic. in Arati Phænom. -Deltoton dicere Graii Quod soliti, simili quia forma litera claret.

Demades, δημάδης, Athenienſis orator fuit, Demosthenis æmulus, eiq; adversas in Republica partes fovens. Nihil enim aliud Demosthenes quàm patriæ libertatem spectabat: ille ex Macedonum gratia potentiam quærebat & opes. Hunc jam ætate confectum & ex nimio luxu ad summam jam inopiam redactum, cavillatus est Antipater victimis cæsis similem esse, de quibus nihil, nisi lingua jam supereſt. Vide Plutarch. in vita Demosthenis.

Dēmænētŭs, δημαίνετος, Nomen viri proprium apud Plaut. in Asin. & significat popularem & idiotam.

Demaratus, δημάρατος, Lacedæmoniorū dux fuit, qui quum Athenienses apud quos exulabat, ingens adversus Lacedæmonios bellum parare animadvertisset, plus se patriæ, quamvis ingratæ, debere ratus, quàm privatæ amicitiæ omniū quæ agebātur cives suos fecit certiores. Vixit autem tempore Philippi regis Macedonum. ¶ Alius fuit (ut scribit T. Livius lib. 1. ab Vrbe) Corinthius negotiator dives, qui ob seditiones domo profugus, tyrannidem Cypseli fugiens, in Hetruriam commigravit, comportatis opibus luculentis, qui à Tarquinienſibus Hetruriæ populis exceptus, Tarquinium Priscum regem populi Romani ex illustri Hetrusca uxore genuit. Hūc comitati sunt duo ex Corintho fictores, Eucirapus & Eugrannius, à quibus Italiæ traditam plasticen: hoc est, figulinam artem ferunt.

Dēmārchŭs, δήμαρχος, Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur. Spartianus in vita Adriani: Fuit Demarchus in patria sua, Athenis Archon

Dēmēter, pen. prod. δημήτηρ, dicta est Ceres, quasi Gameter: id est, terrę mater. Hinc apud Galen. lib. 2. de Alimentis, legimus, Demetria signa: id est, Cerealia, & frumentaria.

Dēmētrĭās, δημητριάς, Vulgò *Dimitriada*, Thessaliæ oppidum est, quod priùs Pagasa dicebatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 8. Stephanus à Demetrio rege dictum putat, qui ea in ora regnavit, & civitates quotquot sub Pelio erant, evertit. Idem alteram ejusdem nominis urbem in Macedonia collocat: & tertiam in Perside juxta Arbelum.

Dēmētrĭum, δημήτριον, Locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocotum & Amphrysum fluvium. ¶ Est præterea ejusdem nominis civitas in Aeolide, teste Stephano.

Dēmētrĭŭs, δημήτριος, Antigoni Macedonum regis filius & patris in regno successor, qui propter insignem in expugnandis urbibus virtutem, πολιορκητὴς: hoc est, urbium expugnator dictus est. Hic póst Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam occupavit: Athenas Cassandri, Ptolemæique imperio liberavit: Cyprum, victo, Ptolemæo navali prælio, recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellum adversus Antiochum suscepisset, acie victus, vivus in illius potestatem pervenit: & in Chersoneso liberæ custodiæ permissus, quum majorem voluptatum, quàm salutis rationem haberet, morbo ex incontinentia correptus, periit. Hunc Plutarchus in Parallelis cum Antonio Triumviro in contentionem adducit. ¶ Fuit & alius Demetrius Phalereus, Theophrasti discipulus, qui ob eximias virtutes Athenienſibus præfuit annis decem, trecentisq; sexaginta statuis æreis honoratus est. Hic (ut Plutarchus inquit) monebat Ptolemæum regem, ut de regno, imperioq; libros sibi compararet atq; perlegeret. Quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris scripta

sunt. De hoc sic scribit Cicer. in Bruto: Demetrius Phalereus eruditissimus quidē ille omnium horū, sed non tàm armis institutus, quàm palæstra. Itaq; delectabat magis Athenienses, quàm inflammabat. Processerat enim in solem & pulverem, non ut è militari tabernaculo, sed ut è Theophrasti doctissimi hominis ambraculis. Hic primus inflexit orationem, eamque mollem, teneramque reddidit, & suavis, sicuti fuit, videri maluit, quàm gravis. ¶ Fuit præter hos & Demetrius Syrus, dicendi magister non ignobilis: cujus etiam meminit Cicero in Bruto.

Dēmŏcēdēs, penult. prod. δημοκήδης, Fuit Crotoniata, medicus illustris, qui quū inter Darii captivos esset, & Darius ipse ob luxatum pedem graviter ęgrotaret, ita ut jam septem dies, noctesq; insomnes egisset, nec à medicis ullis juvaretur, ductus in medium Democedes vinctus compedibus, Darium penitùs liberavit: dehinc summo in honore apud regem habitus est

Dēmŏchărēs, [δημοχάρης. Ger. Ein Redner von Athen ein Schwesterſohn Demosthenis.] Orator Athenienſis, Demosthenis ex sorore nepos: qui missus cum aliis ad Philippum regem Legatus, petenti regi quid gratum Athenienſibus facere posset: *Si (inquit)* te suspendas. Indignantibus ob eam rem cæteris, Rex dimisit incolumem: Vos (inquiens cæteris) renuntiate Athenienſibus, quos censeant superiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Hæc Seneca lib. 3. de Ira. Hic etiam historiam earum rerū quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tàm historico, quàm oratorio genere scripsit. Autor Cic. in Bruto.

Democles. δημοκλῆς: sive (ut apud Valerium legitur) Damocles, adulatoris cujusdam nomen fuit, qui quum coram Dionysio regum fœlicitatem supra modum exaggerasset, quòd & splendidissimè amicirētur, & lautissimè victitarēt, Rex quæsivit velétne suam cum eo conditionem permutare. Quumq; annuisset, ornatum regia purpura jussit eum accumbere, mensæ omni genere deliciarum copiosissimè instructæ: sed supra caput strictum ensem de tenuissimo filo jussit suspendi. Metuens itaq; Democles, ne fracto filo ensis sibi in caput recideret, maluit ad pristinum vitæ genus redire, quàm tàm manifestum vitæ adire periculum, intellexitq; quod res erat, regum vitam in speciem quidem fœlicissimam videri: si tamen propiùs inspicias, plenam esse solicitudinis & periculi.

Demŏcōōn, δημοκόων, Fuit nothus Priami, qui velocissimos patris equos apud Abydum custodiebat. Hunc Vlysses in bello interemit, ut est apud Homer. lib. 4 Iliad.

Dēmocrătēs, δημοκράτης, Insignis athleta fuit, qui consistens in circulo à se circunscripto, à nemine loco moveri potuit. ¶ Fuit & alter Democrates insignis architectus Alexādri Magni ætate, qui illius jussu Alexandriam in Aegypto metatus est. Suidas.

Democrĭtŭs, pen. cor [δημόκριτος. Ger. Ein Philosophus welcher ab allen gluckfälen / vnnd Menschlichem wäsen lachet.] Nomen philosophi Abderitæ, qui accepta à fratribus natu majoribus paternæ hæreditatis portione, cognoscendarum rerum cupiditate accēsus, bonam orbis partem peragravit. Postea in patriam teversus, cum summa inopia, in hortulo juxta suæ urbis muros, se ad solas rerum naturas contemplandas contulit. De hoc memoriæ proditum est, quòd quocunq; fortunæ casu, & mutabilium rerum auditu, in risum solvebatur, sicut Heraclitus in fletum: unde Gelasinus nominatus est. Tandem, teste Cic. lib 5. Tuscul. se occæcavit, ut naturæ secreta subtiliùs rimaretur, Agebat centesimum & nonum annum quum mortuus est. Dixit omnia ex atomis fieri, ac plures esse mundos, & corruptibiles. Fertur theologiam ac astrologiam didicisse à Magis & Chaldæis: cum gymnosophistis quoq; congressus est. In omni deniq; Philosophiæ genere adeò profecit, ut Pentathlos, sive Quinquertio dici posset. Nanq; naturalia, moralia, mathematica, liberales disciplinas, artiumq; omnium petitiam callebat. Hunc Plin. virum sagacem, & vitæ utilissimum fuisse refert, sed nimio juvandi mortales studio prolapsum. Constat patre locupletissimo natum fuisse, ut qui totis Xerxis copiis epulum dederit.

Demŏdŏcŭs, δημόδοκος, Nomen citharœdi, quem Hom. lib. 8. Odyss. inducit in convivio Alcinoi regis Phæacum citharā pulsantem, & simul accinentem.

Demolchus, Syracusanus comicus, Epicharmi medici filius; docuit fabulas quatuordecim lingua Dorica. Suidas.

Dēmōnax, δημώναξ, Philosophus insignis fuit Adriani tēporibus, pecuniæ contemptor, & omnis solicitudinis expers. Nihil sibi unquam viatici parabat: sed quum esuriret, quàm domum primùm apertam offendebat, ingressus jubebat sibi cibum apponi Cētenarius decessit, & funere publico est elatus, ut refert Lucianus.

Demŏnesŭs, δημόνησος, Insula est circa Chalcedonem, in quā cyanus lapis, chrysocolla, & aurū invenitur, si Stephano credimus.

Dēmŏnĭcā, δημονικὴ. Ephesia mulier fuit eo tempore quo Galli Senones omnem Europam infestabant, quæ cupiditate auri capta Brenno hostiũ duci Ephesum prodidit. Hanc Plutar. in Paral. cum Tarpeia puella comparat.

Dēmŏphōōn, ontis, δημοφόων, vel Demophon per contractionem, δημοφῶν, Thesei ex Phædra filius & rex Athenarum, qui ab expeditione Trojana rediens, adversis ventis pulsus est in Thraciam, ibiq; à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio & lecto susceptus est: apud quam quũ aliquãdiu delituisset, Athenas abiit, ibiq; mortuo patre imperium suscepit oblitus Phyllidis, cui se rediturum juraverat. Quapropter illa videns se derelictam, amoris impatientia de amygdalo se suspendit. Vide infrà PHYLLIS, ubi hæc copiosiùs tractantur. Ovid. lib. 2. de Arte: Et tibi Demophoon Thesei criminis hæres, Phyllide decepta nulla relicta fuit, &c.

Dēmŏpŏlĭs, penult. corr. & Neocles Themistoclis clarissimi Atheniensiũ ducis filii fuerũt, qui quum apud cives suos meminissent legum, quæ adversus exules latæ erant, à paternis inimicis, lapidibus obruti sunt. Cæl. lib. 8. cap. 12.

Dēmŏsthĕnēs, pen. corr. [δημοσθένης. Ger. Ein fürtreffenlicher/ verstendiger Redner der Griechen / welcher die anderen all weit übertroffen hat.] Nomen Oratoris clarissimi, & Græcorũ omnium Oratorum principis. Hic natus patre qui Cultellarius cognominatus est, quòd domi haberet officinam & operarios cultellorum. Relictus puer in hereditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia direptis bonis, vix habuit unde præceptoribus mercedem solveret. Verùm quum multo studio, & laborioso pervigilio in clarissimum oratorem evasisset, libertatis, Græciæ defensor, publicè gravibus concionibus Philippum insectatus est, utpote publicæ libertatis insidiatorem. Post cujus mortem patria pulsus, tandem revocatus est. Sed jam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præposito, quum manifestam sibi necem imminentem videret, relictis Athenis, in Calauriam insulam (ut scribit Suidas) ubi asylum erat Neptuno sacrum, concessit. Quò quum venisset, Archias actor tragœdiarum, qui ab Antipatro missus erat, ut Demosthenem comprehenderet, primùm ei persuadere conatus, ut unà secum ad Antipatrum se conferret, nihil molestiæ ab eo perpessurus. Cujus fraude intellecta Demosthenes: Nihil est (*inquit*) Archia quod coneris. Neque enim in scena mihi unquam placuisti minùs, neq; nunc persuadebis legatus. Quum autem Archias se per vim detracturum minaretur. Tandem (*inquit*) Macedonica oracula aperuisti: nam priùs quidem tanquam histrio simulabas. Verùm age, parumper expecta, dum pauca domesticis scribo. Hæc locutus, sumpto libro tanquam scribere vellet, calamum ori admovit, deinde caput veste tegens, se inclinavit, quumque ab ara retraheretur, cecidit, spiransq; animam emisit. Hic eloquentiæ studio flagrans jugiter lucubrabat, adeò ut duos vel tres menses continuos domi inclusus, sine intermissione studeret, abrasa parte capitis, ut exeundi facultatem sibi præriperet. De hoc Hieronymus: Demosthenes plus olei quàm vini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper vigiliis prævenisse.

Dēmŭs, δῆμος, Locus in Ithaca, aliàs χροχύλιον dictus. Apud Athenienses virum significat, Steph. Est etiam pars tribus.

Dēo, Δηὼ, Ceres à Græcis appellatur, παρὰ τὸ δῆν, τὸ δέεσθαι, eò quòd frugum fuerit inventrix. [Ger. Die Ceres, ein Göttin oder erfinderin des Getreids.] Hinc Deois patronymicum, filia Deûs, quæ est Proserpina. Ovidius 6. Metamorphos. Addidit ut Satyri celatus imagine, pulchram Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu Mnemosynem pastor, varius Deoida serpens.

Dērā, δηρὰ, Ibetiæ regio, per quam Sicanus fluit, Stephanus. Quanquam civitásne an regio sit, in Græco non addatur.

Dērbē, es, Δέρβη, Castellum est & portus Isauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit.

Dēibītēs, δερβῖτης, Gentile.

Derbices. [δέρβικες. Ger Grausamme Völcker in Asia/ nahe bey dem Hircanischen Meer / durch welche Landtschafft der fluß *Oxus* laufft.] Populi sunt Asiæ, autore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos Oxus amnis medios secat. Hi acerrimi delictorum vindicatores creduntur: utpote qui levissimum quodq; delictum capite puniant. Parentes grandævos, postquam annum septuagesimum fuerint egressi, jugulatos devorant, satiùs arbitrantes à cognatis illos, quàm à vermibus absumi: citra septuagesimum annum obeuntes, nõ edunt, sed humant, ut scribit Strabo lib. 2. Hos Hieronymus, Derbies vocat: Massagetæ (*inquit*) & Derbies miserrimos putant, qui ægrotatione moriantur: & parentes, cognatos, propinquos, quum ad senectutem venerunt, jugulatos devorant: rectiùs esse dicentes, ut à se potiùs, quàm à vermibus comedantur.

Dercē, δέρκη, Fons est frigidissimus æstate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Hæc Calepinus ex Perotto. Martialis tamen hunc fontem Dircennam vocat, non Dercem. Sic enim scribit, lib. 1. ad Lucian. Tepida natabis Iæne Congedi vada, Mollesq; Nympharum lacus: Quibus remissum corpus astringes brevi Salone, qui ferrum gelat Avidam rigens Dircenna placabit sitim, Et Nemea, quæ vincit nives. Quo in loco, si Dirce legatur, versui deerit syllaba.

Dērcĕtō, δέρκετω, Nomen est fabulosæ deæ, quæ apud Ioppẽ, autore Plin. aut (ut Diodor. lib. 1. placet) juxta Ascalonem colitur humana facie, reliquo corpore piscis. Hinc Syri Atargatim vocant. Filiam habuit Semiramidem, quam à columbis educatam ferunt. Ob id sacras genti aves eas esse, ostendit Tibullus: Alba Palæstino sancta columba Syro.

Dērcўllŭs, Vnus è præfectis Pyrrhi, teste Plutarcho.

Dĕrĕă, δέρεα Vrbs Arcadiæ, Steph.

Dĕrrhă, δέρρα, locus Laconicę: Gentile Derrhęus, vel Derrheates: unde Derrheatidis Dianæ templum, Stephanus.

Derrhan, δέρρων, Stephanus: populi Thraciæ. Herodotus Dersæos vocat, ut sequitur.

Dērsæī, cum æ diphthongo, sive (ut alii legunt) Derses, δέρσαι, Populi sunt Græcorum in litoribus Thraciæ, quorũ meminit Herod. lib. 7.

Dertona, æ, pen. prod. δέρτων Stephano, Insubrię oppidum est ad Padum fluviũ, quòd à Ptolæmeo Taurinis annumeratur. Hodie vocatur *Tortona*.

Dērtōsă, Vrbs Hispaniæ, vide Lertosa, ut apud Ptol. scribitur, quod nõ placet: sed potiùs Dertosa, quum hodie *Tortosa* nuncupatur.

Dērūsæī, fuerunt oratores Persici, teste Herod. lib. 6. δερσαῖοι, δερσαῖοι, Steph populi sunt Persici, ex 1. lib. Herod.

Desĭlī, δέσιλοι, populi Thraciæ, Steph.

Desĭtiates, δεσιτιᾶται, Liburniæ populi in cõventu Narbonensi: quos commemorat Plin. lib. 3. cap. 22.

Dēstĭcŏs, δέστικος, Insula est exigua, Thraciæ adjacens, nõ procul à Cherroneso: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Dēvă, δεῦα, Britanniæ oppidum est in tractu Orientali, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. 3.

Dēvănă, δεβάια, Oppidum Tazælorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie *Scotia* dicitur. Autor Ptolem. libro 2. capite 3.

Dēucălĭōn, [δευκαλίων. Ger. Ein Sohn *Promethei*, welcher allein mit seiner Haußfrawen *Pyrrha* in dem all gemeinen Wasserguß oder Sündtfluß in Thessalia ist erhalten worden.] Nomen proprium filii Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam conjugio junxit. Porrò quum hic apud Thessalos regnaret, ingens diluviũ contigit: quapropter arrepta navi solùs Deucalion cum Pyrrha servatus, in Parnassum montem delatus est. Cessantibus verò aquis Themistos oraculum adiit consultaturus de humani generis restitutione: quæ respondit, ut ossa Magnæ matris post tergum jacerẽt. Conjectis igitur post tergum lapidibus, quos Deucalion jecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas vertebantur. Iuven. Sat. 1: Ex quo Deucalion nymbis tollentibus æquor, Navigio montem ascendit, sortesq; popposcit, Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa. Vide fabulam apud Ovid. lib. 1. Metam.

Dēucălĭōnēŭs, a, um, ut Deucalionei imbres, qui pro maximis & copiosissimis imbribus ponuntur à Poëtis, sive pro universo totius orbis cataclysmo, quem illius volunt Poëtæ contigisse temporibus. Lucan. li. 1: Deucalioneos fudisset Aquarius imbres. Vndæ Deucalioneæ, Ovid. 7. Metam.

Develton, Plinio, δεβελτὸς Ptolemæo, Oppidũ Thraciæ mediterraneum lacum habẽs ejusdem nominis. Vtriusq; meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Vulgo *Develto*.

Dēvērră, Dea ab antiquis putata est, quam venerabantur, ut scopis domum verrere possent.

Dēxămĕnē, δεξαμένη, una ex nymphis marinis, à recipiendo dicta. δέχομαι enim recipio dicitur.

Dēxămĕnæ, plurali numero, δεξαμεναί, Ambraciæ regiunculæ est: ita dicta à Dexameno Mesoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. Autor Stephan.

Dēxārī, δεξάροι, Populi Chaonum Encheleis propinqui, Stephanus.

Dexímontani, Carmeniæ populi, dexterã ripam Cranii amnis accolentes. Autor Plin. lib. 6. cap. 23.

Dexíphanes, Pater Sostrati architecti, Stephanus in Pharo.

Dēxippŭs, δέξιππος, Orator Atheniensis fuit, sub Valeriãno & Aureliano principibus. ¶ Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis. Autor Suidas.

D ante I.

Dīă, δῖα, Insula est maris Aegæi, una Cycladum, distans à Delo XVII. M. pass. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionysias à vini fertilitate. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. In hac Liber pater Ariadnem à Theseo destitutam, uxorem duxit: qua de causa etiam Baccho sacram esse volunt. Ovid. in Trist. Quà brevis æquoreis Dia feritur aquis. ¶ Est item Dia Thessaliæ urbs Aeaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem.

Tertia,

Tertia, Eubœæ. Quarta, insula juxta Scyllæum Peloponnesi promontorium, oppidum habens ejusdem nominis. Quinta, Lusitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ juxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa Phasim. Octava, Cariæ. Nona, Bithyniæ juxta Pontum. Autor Stephanus.

Dīă, Διὰ, deæ nomen, quę apud Sicyonios & Phliasios colebatur: quæ eadem fuisse creditur cum Hebe Iuventutis dea, vide Strabonem lib. 8.

Diabitæ, Διαβῖται Stephano, Insulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenset Plin. lib. 5. cap. 31.

Dĭăcŏpēnē, es, Διακοπηνὴ, Cappadociæ regio ad Halym fluvium. Strabo lib. 12.

Dĭăcrĭă, tribus Atticæ Pallantis sedes, Steph.

Dĭădēs, Διάδης, nomen dedit Diadi urbi in Lycia, quam condidit, Stephanus.

Dĭădŏchī, Vrbs est in Persia non procul ab Ctesiphonte, Διάδοχη πόλις, Stephan.

Dĭădūmĕnŭs, Διαδούμενος, Quasi vittatus, diadematusq́; : quo nomine dictus est juvenis quidam speciosus, quē Polycletus ex ære expressit. Plin. li. 34. cap. 8: Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit molliter juvenem, centum talentis nobilitatum.

Diagoras, [Διαγόρας. Ger. Ein Gottloser Philosophus zu Athen der von keinem Gott nichts gehalten hat.] Nomē philosophi qui ἄθεος cognominatus est, quòd nullos deos esse putaret, mysteriaq́; omnia ita contemneret, ut alios etiam ab iis averteret. Quare ab Athenien sibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas. Hujus Diagoræ meminit Cicero lib. 1. de Natur. deor. Quid Diagoras, Atheos qui dictus est: posteaq́; Theodorus: nónne apertè deorum naturam sustulerunt? ¶ Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cujus meminit Gell. lib. 3. cap. 15, his verbis: Diagoras tres filios adolescentes habuit: unum pugilem: alterum pancratiasten: tertium luctatorē, eosq́; omnes vidit vincere, coronariq́; eodem Olympiæ die: & quum eum ibi tres adulescentes complexi, coronis suis in caput patris positis, suaviarentur, quumq́; populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, ibi in stadio inspectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflavit. Hujus Diagoræ meminit Cicer. libro 1. Tusc. quæst.

Dĭālĭs, le, Διάσιος, ὁ Ζηνὸς, Quod Iovis est, quem Δία vocant Græci: Vnde flamen Dialis, Iovis ministerio assignatus à Numa Pompilio, ut docet Liv. lib. 1. ab Vrbe: Græci etiam τὸν Δία, pro aëre ponebant, quo pacto nos etiam Iovis vocabulo utimur. ¶ Vnde fit adjectivū Subdialis, ὑπαίθριος, id significans quod extra tectum est aëri, & cœlo expositum. Plin. lib. 34: Illa super terram ex dialibus petris cæditur hæc ex obrutis. Idem lib. 36. cap. 25: Subdialia pavimenta Græci invênere: id est, quę permanent sub dio. ¶ Dialem Consulem, ἐφήμερον ὕπατον, dixit Cicero prò Consule unius diei, ludens nimirum in voce ambigua, non secùs acsi à die dialis diceretur. Vnde celebratur illud scomma ejus in Caniniū. Olim Flamines, nunc Consules diales sunt. Hujus compositū potest videri novendialis: de quo vide infrà suo loco.

Dĭānă, Iovis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu edita. [ἄρτεμις. Ger. Ein Tochter Latonæ vnd ein Schwester Apollinis.] Eadem & Luna dicitur, sive quod noctu una: hoc est, sola & sine fratre luceat: sive quòd lumen à sole accipiat, quasi luce lucens aliena. [Ger. Der Mon.] Præterea & Noctiluca dicta est, sub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Iunonis Lucinæ nomine invocabant: Iunonem quidem appellantes à juvando: Lucinam verò quòd partum in lucem proferre putaretur. Virg. 4. Aeglog. Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. Græci εἰλείθυιαν vocant'. Alii Lucinam dictam putant quòd oculis & luci præsit: alii à luco quem Romæ in Exquiliis habebat. Eadem & Proserpina, περσεφόνη, dicta est, & Dictynna: quarum appellationū rationē vide suo loco. Apud inferos Hecate dicitur, vel quòd centum victimis placetur, vel quòd centum annos errare faciat insepultos. Dicta est & Pergæa περγαία, à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templū habuit insigne. Plures tamen Dianas fuisse Cicero libro ultimo de Natura deorum scribit: sed illa nominatissima est quæ eodem partu cū Apolline ex Iove & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum consortia fugisse: & ut à se libidinis pruritum amoveret, venando sylvas incoluisse, paucarū virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induta. Ob hanc causam sylvarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Fascelis à fasce lignorum, ubi ejus simulachrum abditum erat, quod occiso Thoante Tauricæ regionis rege ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Laudatissimum templum habuit apud Ephesios: aliud itē in Taurica regione, ubi carne tantùm humana litabatur. De hac Lucan. lib. 1: Et Tauroscythicæ non mitior ara Dianæ. ¶ Dianam autem dictam putant, quasi Iovinianam, διὰ τὸν Διός: fuit enim (ut jam diximus) Iovis filia ex Latona.

Dĭănĭum, Διάνιον, Vulgò Denia. Oppidum est Hispaniæ Tarraconēsis in ora maris Balearici. Ptolemæus inter Edetanorum oppida enumerat, lib. 2. cap. 6.

Dĭăphănēs, Διάφανὴς, Fluvius est Siciliæ, ea in parte qua Syria contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. lib. 5. cap. 27.

Dĭas, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostrato.

Dĭas, adis, Διάς, Lyciæ oppidum à Diade quodam conditum: à quo & nomen accepit. Autor Stephanus.

Diburades Sicyonius, teste Plin. lib. 37. cap. 2. primus Corinthi figulus fuit, qui ex creta vasa cœpit conficere, & extremis imbricibus tegularum personas imponere.

Dĭcæă, δίκαια, Vrbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

Dĭcæărchīă, δικαιάρχεια, Vrbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quæ nunc Puteoli, quòd ea civitas quondam justissimè regebatur. Nam Græci δίκαιον justum vocant, ἀρχὴ principatum. Sunt qui Dicarchiam vocant hanc urbem per quatuor syllabas. Vnde & possessivum Dicarchæus apud Sidonium Apollinarem legitur: Nanq; Dicarchęæ translatus pulvis arenæ. Loquitur illic de pulvere Puteolano, qui in aspergendis Palæstritarum corporibus primam laudem habebat.

Dĭcæărchŭs, Δικαίαρχος, Philosophus fuit Siculus, ex Messana civitate, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, juvenesq́; auditum convenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum extitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse quàm vim quandam atq; potentiam æquabiliter fusam, tàm in corporibus brutorum quàm hominum, eamq́; à corpore credebat esse inseparabilem, & unà cum corpore interire. ¶ Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Aristarchi auditor. Suidas.

Dĭcæŏgĕnēs, δικαιογένης, Poëta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Autor Suidas.

Dīctē, δίκτη, teste Ptolem. lib 3, Mons est Cretæ: sic dictus à Dicte nympha quæ in eo colebatur.

Dīctæŭs, a, um, Δικταῖος, Cretensis. Virg. 4. Georg. Dictæo cœli regem pavere sub antro.

Dictynnă, pen. prod. Δίκτυννα, Cognomen est Dianæ. Scribit Diodorus lib. 6, Dictynnam ex Iove genitam, in Creta cōsuetudine Dianæ familiarissimè usam esse, quæ res causam præbuit ut quòdam Dictynnam, Dianamq́; eandem esse existimarent. Callimachus ait: Dictynnam à retibus piscatoriis (quæ δίκτυα dicunt) denominatam, intra quæ fugiens evaserit violentiam Minois regis eam libidinis causa insequentis. Alii à retibus venatoriis ita dictam volūt, quorum usum prima tradidit inveniisse. Vide ea quæ suprà annotavimus in dictione BRITOMARTVS.

Dīctўnnēum, Δικτύννειον, Dictynnæ templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cujus meminit Strabo lib. 10.

Dīctўs, δίκτυς, Vnus ex Centauris fuit Pirithoi manu interfectus, ut est videre apud Ovid. li. 12. Metam. ¶ Fuit etiā hoc nomine historicus Cretensis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Trojanam profectus, totū illud bellum Phœnicum lingua conscripsit. ¶ Fuit & Dictys piscator quidam qui Perseum educavit, de quo Stat. lib. 2: Fluctivagus volucrē comebat Persea Dictys.

Dĭdĭa lex. [Ger. Ein Gesatz das zu Rom gemacht ward/ in welchem man alle vberflüssige köstlichkeit in den Maalzeitē durch das gantz Italiam bey einer gewissen Straff verbot.] A' latore Dido nominata, A' Macrob. lib. 3. cap. 17, inter leges sumptuarias numeratur, quę post Fanniam legem duodeviginti annos sequuta est, cujus ferendæ duplex ratio fuit. Prima, ut nō sola civitas Romana, sed universa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, ut non modò qui convivia majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atq; omninò interfuissent, pœna legis tenerentur.

Dĭdo, dûs, Δίδὼ, Filia fuit Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis sacerdoti juncta fuit; quem quum Pygmalion Elisæ frater, thesauris ejus inhiās, ante aram obtruncasset, illa in somnijs monita, cū iis quibus Pygmalionē invisum esse sciebat, effossis clàm thesauris navim conscendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quantum taurino corio posset circūdare. Quo in loco quum corium in tenuissimas partes dissecuisset, locumque satis amplum complexa esset, urbem condidit, quam Carthaginē appellavit, arcemq́; in medio urbis, quam à corio bubulo Byrsam vocavit. Deinde quum Iarbas Gerulię

Rex nuptias ejus ambiret, recusantemq; vi, armisq; cogeret, sibiipsi manus intulit, præferens nimirum honesta morte occumbere quàm prioris lecti jura, secundis nuptiis polluere. [Ger. Ein Tochter Beli des Königs zu Tyro, welche die Stat Carthago soll erbauwen habē.] Virg. lib. 1, & 4. Aen. fabulatur Aeneā capta Troja à patria profugum, vi tempestatis Carthaginē fuisse delatum, Elisamq; amore ejus captam, quū præter spem desereretur, mortem sibi consciviſſe. Quę tamen res gravissimorum Historicorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt septuagesimo demum anno post Romam conditam ab Elisa condi cœpisse. Ab Aeneæ verò in Italiam adventu usque ad Vrbem conditam numerantur anni amplius quàm trecenti, quibus Albæ regnatū est. Hac de re extat elegans apud Ausonium Epigramma, quo illa se ab impudicitię nota vindicat, monens lectorē, ut de moribus suis incorruptis potiùs Historicorum monumentis, quàm Poëtarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elisa dicta fuit: Dido autē cognominata fuit à rerum gestarum magnitudine, quasi virago.

Dĭdўmāon, διδυμάων, Insignis faber ferrarius fuit, cujus meminit Virgil. lib. 5. Aen. Et clypeum efferri jussit, Didymaonis artes, Neptuni sacro Danais de poste refixum.

Dĭdўmē, es, pen. corr. διδύμη, Insula in mari Siculo, una est Aeolis. Pomp. Mela, lib. 2.

Dĭdўmæŭs, διδυμαῖος, Apollo dictus est, quòd geminā speciem sui numinis præferat. Ex uno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat: interdiu per seipsum lumen præbens: noctu verò lunam illuminans. Vnde & Romani (ut inquit Macrobius) Solē Didymæi Apollinis appellatione venerantur. ¶ Dictum est & Didymæum templum Apollini dicatum apud Meletum, quod prius oraculum Brancidarum (ut autor est Plin.) appellatum est. De quo templo sic scribit Strabo lib. 4: Post Posideum Miselium est oraculum Apollini Didymæo sacrum apud Brancidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodū cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesii templū cōstruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquarū artium donis sumptuosissimè honoratum.

Didymus, Vide in APPELL.

Digeri, δίγηρος, populi Thraciæ, Steph.

Diglito, appellatur Tygris fluvius, ubi tardior fluit: hoc est, usq; ad Medorum fines. Autor Plin. lib. 6. cap. 27.

Dĭjŏvĭs, Iuppiter appellatus est, Vide DIESPITER.

Dўnămēnē, es, δυναμήνη, Nympha marina, Nerei & Dorides filia: ita dicta ab eo, quòd in mari plurimū polleat. Hesiodus in Theogon. Δωτώ τε, Πρωτώ τε, φέρουσά τε, Δυναμήνη τε.

Dīnārchŭs, δεινάρχος, Corinthii civis nomē est, apud Plutarchum, qui Polyperconti fraude fuit interemptus.

Dindryme, Vrbs Macedoniæ, δινδρύμη, Steph.

Dīndymēnē, es, δινδυμήνη, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte ejus sacra fierent. Mart. lib. 8: Non per mystica sacra Dindymenes Iurat Gellia.

Dīndўmŭs, pen. cor. δίνδυμος, τὸ, in singulari masc. gen. in plurali neut. Iuga sunt montis Idæ Phrygiæ, matri Deūm dicata. Propert. Dindymus & sacrę fabricata invēta Cybellæ. Virg. li. 9. Aen. O' veræ Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Dīnŏcrătēs, δεινοκράτης, Messenius fuit, lasciva, luxuria, vitęq; incontinentia insignis: cui tamen alioqui in arduis negotiis suscipiendis non deesset animus. Hinc quum quodam die in multam noctem produxisset convivium, habituq; muliebri sumpto, coram convivis saltasset: postero die adiit Q. Flaminium, penes quem tum summa potestas erat, ostendens, si sibi daretur præsidium, posse se Messanam ad defectionem solicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effœminato tantā audaciā: De his (inquit) posteà videbimus. Te verò miror unà tractare, saltare, & mulierem mentiri posse, quum rem tantam animo audeas concipere.

Dĭŏbūlĭum, διοβούλιον, oppidum prope Pontum, Steph.

Diochites, διοχίτης, vicus Aegypti, in quo sepultus est Osiris, Stephan.

Dĭŏclēs, διοκλῆς, Athenienſis, antiquæ Comœdiæ scriptor, cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Diocles item medicus Caryſtius, Darii, Hystaspis tempore, qui & cōmentarios quosdam de re medica scriptos reliquit.

Diocleus, Orsilochi filius, teste Hom. habitavit in Phæra, loco insigni.

Dĭŏctĭnĭtæ, [Pol. Dozorci.] Quid sint dioctinitę, indicat Ammianus Marcellinus li. 27: Exploratis novissimis rebus, luxuq; adjumento militari marcente, adhibitis semiermibus paucis, quos dioctonitas appellant. Iulius Capitolinus in Antonio philosopho: Armavit & Dioctonitas.

Dĭŏdōrŭs, pen. prod. διόδωρος, cognomento Chronus, Dialecticus ex Iasso Asiæ civitate fuit, ut Strabo est autor lib. 14. qui Platonis tempore Euclidem audivit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono ejus præceptore, cujus ut famam obscuravit, ita & cognomen usurpavit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (ut ait Laërtius) primus involutum differēdi genus invenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum aliquando inter epulas à Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos, extemplò nequivisset exsolvere, & ob id à rege per jurgium Chronus appellatus esset, convivium deseruit, ac edito per otium super ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Autor Diogenes Laërtius. ¶ Fuit item Diodorus quidā Stoicus philosophus, utroq; lumine orbus, cujus sic meminit Cic. in Bruto: Eram cum Stoico Diodoro, qui quū habitasset apud me, cū Quinto vixisset, nuper est domi meæ mortuus, à quo cùm aliis rebus, tùm studiosissimè in dialectica exercebar. ¶ Diodorus Comicus poëta, cujus Comœdias enumerat Athenæus. ¶ Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis philosophi ejus, qui cōposuit Dictionariū Atticū. Floruit Adriani tēporibus. Suidas. ¶ Diodoros prætereà duos è Lydia Tiberii tēpore Strabo cōmemorat, ambos oratores. Prætereà fuit & Diodorus Siculus nobilissimus historicus, qui variam historiā libris quadraginta cōscripsit, quā bibliothecā nominavit. Floruit Augusti temporibus. ¶ Diodorus Tarsensis, præsul, cujus meminit Hieronymus, & Suidas.

Dĭŏgĕnēs, pen. corr. [διογένης. Ger. Ein vernampter vnstättiger Philosophus zu Athen/ welcher in einē faß daheim ware/ vnd dasselb hin vnd her kehrt wie er wolt.] Nomen philosophi Cinici celeberrimi Antisthenis discipuli, de quo scribitur, quòd quum Antisthenes nullum discipulorum reciperet, & perseverantē Diogenem removere non posset, novissimè clava minatus est, nisi abiret. Cui ille subjecisse dicitur caput, atq; dixisse: Nullus tā durus baculus erit qui me à tuo possit obsequio separare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, perā pro cellario habuit, secumq; portabat clavā ob corpusculi fragilitatem, qua jam senex membra sustētare solitus erat. ἡμερόκυων: (ut scribit Hieronymus) hoc est, in diem vivens vulgò appellatus est, quòd omni abjecta solicitudine cibum suum in singulos dies emendicaret. Habitavit autem in portarum vestibulis, & porticibus civitatum: quumq; se contorqueret dolio, volubilem se habere domū jocabatur, & se cum temporibus immutantē: frigore enim, os dolii vertebat in Meridiem: æstate ad Septentrionem: & utcunq; sol se inclinaverat, Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse ne sibi apricanti à sole obstaret. Obiit fermè nonagenarius. Hic (ut autor est Cic. lib. 1. Tuscul.) jussit cadaver suum inhumatum abjici, quærentibusq; amicis, volucribúsne & feris corpus suum dilaniandum vellet relinqui: Minimè, inquit, sed bacillum apud me, quo illas abigam, ponitote: irridens nimirum amicorum præposteram curam, qui tantopere de humatione cadaveris omnis sensus expertis erāt soliciti: quasi magnum quiddam interesset, à ferísne, an à vermibus absumeretur. ¶ Fuerunt alii quatuor Diogenes, quorū unus fuit Apolloniates Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ: alius Sicyonius, qui Pelopōnesiaca scripsit: alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit: alius Tarsensis, quæstionum poëticarū scriptor. ¶ Postremò fuit & Diogenes Laërtius, qui de vita & moribus philosophorum opus scriptum reliquit.

Dĭŏgĕnĭānŭs, διογενιανὸς, Heraclienſis insignis grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionariū Grǽcum per alphabeti ordinem conscripsit. Autor Suidas.

Dĭŏgnētŭs, autore Plin. lib. 2. cap. 17, διόγνητος, fuit unus itinerum Alexandri regis mensor. ¶ Alius fuit sub Antonino philosopho pictor egregius: de quo Iulius Capit. ¶ Alius Clitomachi Pœni pater, qui successit Carneadi; antea Asdrubal nominatus. Fuēre & alii hujus nominis. Dicitur autē Diognetus per syncopen pro Diogenetus, διογένητος: hoc est, Iove genitus.

Dĭŏmēdā, διομήδη, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Lesbo raptam concubinam habuit. Homer. lib. 9. Iliad.

Dĭŏmēdēă, διομήδεια, Vrbs Danorum, à Diomede condita, Stephan.

Dĭŏmēdēs, διομήδης, Rex Aetoliæ, Tydei & Deiphiles filius, qui cum reliquis Grǽcis ad Trojam profectus adeò strenuè se gessit, ut post Achillem & Ajacem Telamonium fortissimus haberetur: Nā præter occisos à se reges, & singulares pugnas adversus Hectorem & Aeneam, aliosq; insignes Trojanorum principes, & captos Rhœsi equos, Palladiumq; Trojanis subtractum, Martem quoque in eo bello vulneravit, Venerem q; in dextra manu, dum Aeneam protegere vellet. Quamobrem dea indignata, Aegiale uxori ejus tantam libidinem immisit, ut cum Cyllabaro Stheleni filio concumberet. Qua re cognita, Diomedes domum reverti noluit, sed in Apuliam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibique Argos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Aenea dolo occisum, ejusq;

ſocios ob peremptum regem in aves diomedeas, vel(ut Græci vocant)heroidas mutatos. Horat.lib.1.Serm. Qui locus à forti Diomede cõditus olim,&c. ¶ Diomedes alter rex Thraciæ, qui dum equos ſuos humana carne aleret in Tyridą oppido truculentus, ab Hercule equis ipſis ad devorandũ objectus eſt.Ovid.in Ibin: Vt qui Threicii quondã præſepia regis Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis. Idem 9.Metam. Quid quum Thracis equos humano ſanguine pingues, &c. ¶ Fuit & Diomedes grammaticus multi ingenii vir.

Dĭŏmēdēæ inſulæ, *διομήδεαι νῆσοι*, duæ è regione Gargani ſunt: quarũ altera habitatores habet: altera deſerta eſt, ubi diſparuiſſe ajũt Diomedẽ,& ſocios ejus ob dolorẽ in aves cõverſos, quę ob id Diomedeę vocitatæ ſunt. Has Iuba Cataractas appellat.Dentes eis eſſe dicũtur,oculi igneo colore, cætero corpore candidæ ſunt, quæ in ſola Diomedæa inſula viſuntur. Vocem edunt ſimilem pueris vagientibus.Solem ferre nõ poſſunt, noctuq; piſces venãtur,earum pinguedo morbis frigidis maximè ſaluturis.Vide Plin.lib.10.

Dĭŏmēdēī campi, *διομήδεια πεδία*, vocati ſunt in Apulia, qui in diviſione regni,quam cum Dauno feciſſe dicitur,Diomedi ceſſerunt.

Dĭŏmĭă,*διώμεια,τὰ*,vel *διόμεια*, per omicron,pars tribus Aegeidis: quòd Hercules illic Colyci hoſpitio ſuſceptus, Diomumeium filium amaverit,Steph.vide CYNOSARGES.

Dĭōn,*Δίων*,Nomẽ proprium Syracuſani nobilis,qui adeò Platonem amavit, ut ſe eidem totum traderet. Hic patriam aſſeruit in libertatem,expulſo Dionyſio tyranno. De quo Plutarchus refert,quòd quum Calippum, cui omnium uni maximè fideret,inſidias ſibi tendere accepiſſet,eum arguere paſſus nõ eſt: Mori, *inquiens*, longè præſtare quàm vivere, ubi non hoſtes ſolùm,ſed etiam amicos cavere oportuerit. ¶ Dion Caſſius,patria Nicæus hiſtoricus,ſcripſit Romanam hiſtoriam libris LXXX.Præterea res geſtas,Trajani principis,vitã Arriani philoſophi.Autor Suidas. ¶ Dion Pruſieus,ſophiſta & philoſophus,cognomento Chryſoſtomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis.Apud Trajanum plerunq; vixit,cujus familiaris fuit, eodemq; curru dignatus. Scripſit pro Homero cõtra Platonem libros IIII. De virtutibus Alexandri magni libros decem. Præterea An mundus eſſet interiturus. De comæ laudibus. De laudibus Herculis.Hæc Suidas.

Dĭōnē,es,*Διώνη*,Vna ex nymphis,Oceani & Tethyos filia, (ut quidam perhibent)Veneris ex Iove mater: Vnde & Dionæa, *Διωναία* dicta eſt.Virg.3.Aen.Sacra Dionææ matri diviſq; ferebam.Et alibi:Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Dĭŏnĕă, *Διονία*, Vrbs Cypri,Steph.

Dĭŏnȳsĭă, *Διονυσία*, Vrbs Italiæ.Eſt & Dionyſias,Steph.

Dĭŏnȳsĭās, *Διονυσιὰς*, Inſula eſt quam aliter Naxum vocant,à vinearum fertilitate ſic dicta. ¶ Eſt & gemma, miſtis nigro rubentibus maculis,quæ in aqua trita ſaporem vini facit.Ebrietati reſiſtere exiſtimatur.Plin.lib.37.cap.10.

Dĭŏnȳsŏpŏlĭs,*Διονύσου πόλις*,civitas in Ponto, Cruni,*κρουνοὶ*, priùs dicta,ab aquarũ defluxu:quum verò poſtea Dionyſii ſimulachrum è mari ad locum appuliſſet, nomen inde recepit. Sunt etiam Cruni regio quædã occidentalis ſub imperio regis. Secunda eſt Phrygiæ ab Attalo & Eumene condita, qui Dionyſii ſimulachrum eo loco repererunt.Tertia Indię:quarta,Lybiæ:quinta,Thraciæ.Stephanus,vide CRVNOS.

Dionyſiopolis.penult.cor. *Διονύσου πόλις* Stephano,Thraciæ urbs eſt,autore Plin.lib.4.cap.11.& Mela lib.2.

Dĭŏnȳsĭŭs, [*Διόνυσος*.Germ. *Bacchus* der Gott des Weins.Polon.*Bacchus bog*.Vng *Borisſtene,Bakkus*.] Dictus eſt Bacchus:& Dionyſia,*τὰ Διονύσια*,Bacchanalia,Bacchi feſta. ¶ Fuit & hoc nomine philoſophus Heracleotes , Zenonis Stoici auditor, qui quũ renum morbo laboraret, cruciaretur q; cruciatu impatiabili,ſuccumbens dolori clamabat,falſa eſſe quę à Zenone didicerat.Zeno enim,& Stoici hoc omnes habent dogma, dolorem ſcilicet nõ eſſe malum,ſed indifferentem. ¶ Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracuſanorũ Tyranni, quorũ ſuperior quũ Carthaginienſes tota Sicilia expuliſſet: & bonam partem maritimæ Italiæ in ditionẽ ſuam redegiſſet, tandem à Carthaginienſibus ſuperatus,ſuorũ fraude occiditur. ¶ Huic ſucceſſit filius ejuſdẽ nominis, qui quũ civitatem Syracuſanã cædibus repleſſet,expulſus eſt.Iterumq; receptus,quũ crudelior indies fieret, rurſus extorris Corinthum in exilium proficiſcitur: ubi in ſordidiſſimũ vitæ genus deſcẽdit, in popinis, lupanaribusq; reſidens,ut contemnendus magis , quàm metuendus videretur: Vnde proverbialis allegoria: Dionyſius Corinthi, *Διόνυσος ἐν κορίνθῳ*, qua ſignificamus aliquẽ è ſumma dignitate atq; imperio ad privatam,humilemq; redactum fortunam. Cicero Attic.lib.9.Quintil. Orat.Inſt.lib.9. & Plutarchus: Noviſſimè ſe ludi magiſtrum profeſſus , pueros in trivio docebat:ut quoniam viris imperare nõ poterat, ſaltem pueris imperaret. Erat enim eruditus , utpote Platonis auditor olim. Interrogatus jam exul,quid ei philoſophia profuiſſet,ſapienter reſpondit:Vt æquo animo ferrem talem fortunę mutabilitatem. Regnavit hic annis triginta octo. Plutarchus autor eſt,regiam Dionyſii pulverulentam fuiſſe , propter eorum multitudinẽ qui geometricas in pulvere figuras deſcribebant.Ambo tamen & pater & filius philoſophi , Platonem præceptorem audierunt. ¶ Dionyſius dialecticus , è Bithynia, commemoratur Straboni libro 11. ¶ Dionyſius Corinthius,ut Suidas ſcribit: ut alii,Afer, ex Byzantio Africę civitate,temporibus Auguſti ſcripſit Geographiam verſibus hexametris. ¶ Dionyſius Alexandrinus Grammaticus, pervenit ad Trajani tempora,cujus bibliothecæ & epiſtolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem philoſophum: cui in ſchola Alexandrina olim ſucceſſit.Autor Suidas. ¶ Dionyſius Mileſius hiſtoricus,ſcripſit res Perſicas,& quæ poſt Darium ſecuta ſunt, aliaq; à Suida commemorata. Philoſtratus hunc inter ſophiſtas annumerat,eumq; tradit,Adriano principi ob ingenium acceptum fuiſſe,à quo Satrapes factus, adſcriptusq; inter equites. ¶ Dionyſius Halicarnaſſeus, Auguſti temporibus Romanam ſcripſit hiſtoriam, ut Suidas teſtatur:ſcripſit etiam de characteribus antiquorũ oratorum. Præterea de compoſitione orationis,& elocutione,quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quę Theodorus Gaza in Latinam orationem convertit. ¶ Dionyſius, Heracleonis filiũs,tyrannus apud Heracleam & Antiochiam regnavit, ut autor eſt Strabo lib.16. ¶ Dionyſius Areopagita, Præſul Athenienſis , Pauli diſcipulus,ut ſcribitur in Actis Apoſtolorum, ſolus Paulo concionante è philoſophis qui aderant, credidit. Hic quum eſſet in Aegypto, quò ſe diſciplinæ cauſa contulerat, videretque eclipſim nulla ratione, quum Chriſtus paſſus eſt. unà cum Apollophane ſophiſta præceptore ſuo dixit: Aut Deus naturæ patitur,aut mundi machina diſſolvetur. Scripſit ad Timotheũ præſulem Epheſi, de Divinis nominibus libros XII. de Hierarchia cœleſti, de cœleſtibus ordinibus: præterea alia complura opuſcula,ut autor eſt Suidas. ¶ Dionyſius,Corinthiorũ præſul ſub M.& L.Antoninis,doctrina,ſanctitateq; clarus,ſcripſit epiſtolas quaſdam valdè laudatas, ut autor eſt Hieronymus. ¶ Dionyſius,præſul,Alexandrinus,Origenis diſcipulus,cujus operum meminit Hieronymus.

Dĭŏnȳsĭă, orum. [*Διονύσια*. Germ.Feſttag/die man dem *Baccho* zu ehren hielt. Pol.*Kiermaſſ,mieſopuſtij gdi ſtie ono popij na sedne niſka ziezdzaia, ij doiedneij karczmij, ſwimij kuchar kamij ij bekarcietij*. Vng.*Farſang Bakkus iacxo innepe*. Ang.*Holie dayes appoynted for the honour of Bacchus god of wine.*] Feſta erant Athenis in honorẽ Dionyſii inſtituta, quæ & Bacchanalia vocantur: idem enim Dionyſius,qui & Bacchus.Ea erant duplicia: altera vetuſtiora,quibus ſacra fiebant in Acropoli, (ubi antiquiſſimum erat Dionyſii templum,quod in Limnis dicebatur) idq; duodecimo die menſis,quem illi *κοϊλησπερεδῶνα* vocabant. Altera recentiora,quæ & Aſtyca *ἀστυκὰ*,dicebantur:hoc eſt,urbica , quæ in nova urbe celebrabantur,quæ ſub Acropoli ſita fuit.

Dĭŏphănēs, pen.cor *διοφάνης*, Nomen viri Bithynici,de quo Colum.Diophanes Bithynus Vticenſem totũ Dionyſiũ Pœni Magonis interpretem,per multa diffuſum volumina; ſex epitomis circumſcripſit. ¶ Diophanes item Mitylenæus,Rhetor fuit inſignis,Gracchorũ præceptor.Cicer.in Bruto:Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus,& Græcis literis eruditus.Nam ſemper habuit exquiſitos,è Græcia magiſtros; in eis jam adoleſcens Diophanem Mitylenæum Græciæ temporibus illis diſertiſſimum.

Diopœnus & Scyllis, Cretenſes,antequã Cyrus apud Perſas regnaret,Sicyonem ſe contulêre;quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria,ſculpendoque marmori claruerunt.Ex Plin.lib.36.cap.4.

Dĭŏrēs,nomen proprium viri,quem Turnus interemit, apud Virg.lib.11:

> Turnus equo dejectum Amycum fratremq; Diorem,
> Congreſſus pedes,hunc venientem cuſpide longa,
> Hunc mucrone ferit, curruq; abſciſſa duorum
> Suſpendit capita,& rorantia ſanguine portat.

Dioryctus,*διωρυκτὸς*, locus eſt Acarnaniæ,trium ſtadiorũ longitudine,ubi Leucadia inſula olim opera accolarum à continenti fuit abſciſſa, eidemq; reddita ventorum flatu cõgeriem arenæ accumulantium.Autor Plin.lib.4.cap.1.

Dioryctos,nomẽ inſulæ:id eſt,à continenti abſciſſa. *διωρυκτός*.

Dios Hieron,*διὸς ἱερὸν*: id eſt,Iovis templum,Oppidulum eſt Ioniæ inter Lebedum & Colophonem,Steph.

Dĭŏſcŏrĭdēs,*Διοσκορίδης*,Anazarbeus medicus,M.Antonii & Cleopatræ familiaris,cujus extant de Materia medica libri VI. Itẽ de Lethalib.venenis,eorũq; antidotis liber 1.De morſu canis rabidi, liber 1. De notis,quę morſus ſive ictus venenatorũ animalium ſequuntur, liber 1.De eorum curatione,liber 1.

Dĭŏſcŏrŭs,*Διοσκόρος*,Myręus Grãmaticus. p̃fectus Prætorii Leonis Imperatoris, ac præceptor filiarũ ejus. Autor Suidas.

Dioſcoron,Inſula eſt in finibus Italiæ,è regione Lacinii promontorii,

montorii,X.M. paſſ. diſtans à continenti.Plin.lib.3.cap.10.

Dĭŏſcūrī, Διόσκουροι, ἢ Διόσκοροι, à Græcis dicuntur Caſtor & Pollux,quaſi Iovis filii. Antiquitas credidit hos ſalutares eſſe navigantibus, ſi gemini apparerent (apparent autem ignis ſpecie, antennæ aut malo inſidentes) contrà triſtes,ſi ſinguli apparerent. Διόσκουροι: id eſt,Dioſcuri, apud Græcos (inquit Cic.lib.3.de Nat.deor.)multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces,Athenis ex rege Iove antiquiſſimo & Proſerpina nati, Tritopatreus,Eubuleus,Dionyſius. Secundi Iove tertio nati ex Leda, Caſtor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus, Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit.Hæc Cicer. ¶ Berutius qui Phœnicum lingua *Philaletes* vocatus eſt, ante Trojana tempora hiſtoriam Phœnicum lingua exquiſitiſſimè conſcribens, prodit à Sedoch Dioſcuros natos,aut Gabiros,aut Cirbantes,aut Samothracas,quorum nati herbarum vires, & cantus ac medicinam invenerũt. Vide Euſebium lib.1.de præp.Evang.cap.7.

Dĭŏſcūrĭăs, Διοσκουριὰς, Vrbs fuit in Colchide,nunc deſerta, quondam adeò clara,ut nonnulli prodiderint,in eam trecentas nationes quæ diſſimilibus linguis uterentur, deſcendiſſe, & poſtea à Romanis centum triginta interpretibus negotiationem ibi geſtam fuiſſe. Autor Plin.lib.6.cap.5.

Dioſcurum, Vicus in Libya eſt,ubi Dioſcuri Paridem perſecuti,Helenam rapuerunt, Steph.

Dĭŏſpŏlĭs, Διόσπολις, Aegypti civitas,Hecatompylos quãdoque dicta,ab Oſiri & Iſide condita.Sunt & aliæ locis aliis hoc nomine in Aegypto quatuor præter hãc puſillæ civitates.Stephanus etiam alias duas commemorat ejuſdem nominis urbes,quarum alteram in Lydia,alteram in Palæſtina collocat.

Dĭŏxĭppŭs, Διόξιππος, Nobilis athleta,quem Plin.libro 35. cap.11,refert,citra pulverem ex Olympiis victoriam reportaſſe. ¶ Alius ejuſdem nominis Poëta comicus, cujus fabulas commemorat Suidas. ¶ Alius miles Alexandri Magni, mira fortitudine, qui provocatus à Corrago militeitem Macedone,clava eum occidit.Autor Aelianus.

Diphilus, [Δίφιλος. Polon. *Niepoſpieſh wroboczie.*] Architectus fuit, in perducendis ad finem operibus tardiſſimus: adeò ut locum fecerit proverbio: Diphilus Diphilo tardior. Cicer.ad Quint.Frat.lib.3: Apud herum rectè erat,in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem.Locus erat proverbio, quoties volumus ſignificare aliquem natura tardum,magnum ſolitæ negligentiæ cumulum adjeciſſe.

Dĭphrī, Δίφροι, Vrbs Phœnicum,Steph.

Dĭpnĭās, Δίπνιὰς, Vrbs Theſſal. circa Lariſſam,ubi ajunt Apollinem primùm eſſe pranſum, quum ex Tempe purgatus rediit, Stephan.

Dipœnus, Scyllis frater, qui ambo,teſte Plinio, in Creta inſula geniti,etiamnum Medis imperãtibus, priusq; quàm Cyrus in Perſis regnare inciperet: hoc eſt, Olympiade circiter L. primi omniũ marmore ſculpendo inclaruêre.Primùm Sicyonem ſe contulêre,quę diu fuit officinarum omnium metallorum patria,ut ait Plin.hb.36. cap.4.

Dippæă, Vrbs Arcadiæ,Steph.

Dĭpſŏn, ontis,Fluvius eſt Ciliciæ ex Tauro profluens.Lucan. lib.8: -tantoq; videt Dipſonta cadentem,*&c.*

Dirades, Διρεάδης, Pars tribus Leontidis,à Dirade quodam dicta, Stephan.

Dīrbæ, Δίρβαι, locus eſt Scythiæ,in quo Theos civitas eſt,ſi rectè legitur apud Stephanum.

Dīrcæŭs,cum æ diphthongo, Διρκαῖος. Dicitur Aonius, ſive Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua fons eſt Dirce, Dircæa cognominata eſt. Et apud Virgilium, Amphion Dircæus dictus eſt:id eſt,Thebanus.

Dīrce, Δίρκη, Nomen mulieris, Lyci Thebarum regis uxoris, quam ille duxerat repudiata Antiopa. Sed hæc verita ne Antiopam revocaret, impetravit à marito ut poſſet illam in vinculis detinere.Antiopa verò tempore partus ſoluta gemellos quos ex Iove conceperat(ut ſuprà dictũ eſt)peperit,Amphionem videlicet & Zetum, qui poſtea Lycum interfecerunt:Dircen verò caudæ indomiti equi alligarũt, quæ diu ita per terrã raptata,tandem deorũ commiſeratione in ſui nominis fontẽ converſa eſt,non procul à Thebis.Propertius lib.3:Tu reddis pueris matrem,pueriſq; trahendã Vinxerunt Dircem ſub trucis ora bovis.Lucan.li.3: Fatidica Cephiſos aqua, Cadmeaq; Dirce.Ab hoc fonte Thebani dicti ſunt Dircæi.¶ Alia fuit Dirce Babylonia,quæ ſua forma tumens quũ Palladi convitiaretur,inter lavandum in piſcem cõverſa eſt. Ovid.lib.4.Metam. Dirce quam verſam ſquamis velantibus artus Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura.

Dīrcēnnă, Fons eſt gelidiſſimus in Hiſpania Tarraconenſi, non procul à Bilbili. Martial.lib.1: Avidam rigens Dircenna placabit ſitim.

Dire Δείρη, Promontorium & urbs ejuſdem nominis juxta Aeſcu[illegible]piam Eſt & civitas Athenienſium ſocia,Steph.

Dīrĭs,Mons eſt Mauritaniæ,quem propter altitudinem, cœli columnam vocaverunt. Meminit hujus Plin. lib.5.cap.1, ubi Dyris ſcribitur per y Græcum.

Dirphys,Δίρφυς,Mõs Eubœę,ubi Dirphya Iuno colit, Steph.

Dīs,dĭtĭs,Deus divitiarum,qui à Luciano claudus fingitur in acceſſu:in recedendo aũt alacris, quòd divitiæ longiſſimo tẽpore partę, niſi cautè diſpenſes,quàm velociſſime elabantur. πλοῦτος. Fingitur etiam cæcus,quòd nullo prorſus judicio indigniſſimum quemq; maximè opibus oneret,digniores prætereat. ¶ Dis etiam creditur eſſe inferorum deus,quòd divitię ex intimis terræ viſceribus effodiantur.Græcè πλούτων dicitur. ¶ Ponitur etiã Dis pro divite, πλούσιος. Terent.in Adelph.Dis quidem eſſes Demea,ac rem tuam conſtabiliſſes. Hinc Ditior & ditiſſimus. Cic.de Amic.Ditior mihi & affluentior, videtur eſſe vera amicitia. Idem Parad. Vt quiſque,quod plurimi eſt, poſſidet,ita ditiſſimus habendus eſt.

Dĭthўrāmbŭs,Διθύραμβος, Viri Thebani nomen, qui primus hymnos inveniſſe creditur, qui in honorem Bacchi ſolent decantari: à cujus nomine ipſi etiam hymni dithyrambi credũtur appellari.Horat.lib.4.Carm: Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit,numerisq; fertur Lege ſolutis. Quãquam & ipſe Bacchus Dithyrambus eſt cognominatus, διὰ τὸ δὶς ἐκ μήτρας ἀναβαίνειν, quòd per duas veluti portas in vitam aſcenderit. Bis enim natus creditur,ex utero matris Semeles, & femore Iovis. ¶ Hinc locus factus proverbio: Non eſt Dithyrambus ſi bibat aquam, οὐκ ἔστι διθύραμβος, ἂν ὕδωρ πίνῃ. Non adeſt hilaritas, quum deeſt vinum. ¶ Sumptum & illud eſt à Poëtis dithyrambicis, qui Baccho afflati,furebant: Minus habes mentis quàm dithyramborum poëtæ, διθυραμβοπαλαιότερος εἶ ἔχεις ἐλάττονα. In ſtupidos ac furioſos torquebatur.

Dizeres, Vide χεῖ, in Steph.

Dīzērŭs, Δίζηρος, Vrbs Illyriæ:dicta nimirum διὰ τὸ δίζασθαι τὴν μήδειαν, quòd illic quæſita ſit Medea,Steph.

D ante O.

Dŏbērŭs, Δόβηρος, Vrbs Pæonia,Steph.

Docimeum, Δοκίμειον, Vrbs Phrygiæ, Steph. Vide SINADA & SYNNADA.

Doclea, Δόκλεια, Civitas mediterranea Dalmatiæ apud Ptolemæum li. 2.cap ult.¶ Hujus incolæ dicti ſunt Docleatæ,quorum meminit Plin.lib.3.cap.22.

Dōdōnă,penult.prod. Δωδώνη, Civitas in Chaonia,regione Epiri,juxta quam propinquum erat nemus Iovi ſacrum, quernum totum,ubi Iovis Dodonæi templum fuiſſe narratur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt vetuſtiſſimum. In hoc duas columbas conſulentibus reſponſum dediſſe quidam fabulantur,quarum altera Delphos,altera verò in Ammonis Iovis templum volavit: alii arbores ipſas vocales fuiſſe volunt,& conſulentibus oracula edere ſolitas. ¶ Dictam autem volunt Dodonam à nympha quadam marina ejus nominis:aut,ut aliis placet, à Dodone quodam, Iovis & Europæ filio, Vide Stephanum.

Dōdōnæŭs,a,um, Δωδωναῖος,ut Dodonæus Iupiter, qui in Dodonæo nemore colebatur. ¶ Item Dodonæum æs, Δωδωναῖον χαλκεῖον,tintinnabuli quoddam genus die, noctuq; continuò crepitans: unde & ad homines juſto loquatiores proverbio trãsferri ſolet Auſonius: Nec Dodonęi ceſſat tinnitus aheni.

Dōdōnĭdēs, Δωδωνίδες, Nymphę (ut Pherecydes ait)dicũtur Liberi patris nutrices,à Dodona Epiri civitate.Hæ & Atlantides vocantur,quarum nomina ſunt,Ambroſia, Eudôra,Paſithoẽ, Coronis,Plexaura, Pytho,Tythe.

Dodracum,Holandiæ Vrbs,vulgò *Dorech.*

Dœantes, Δοάντες, Campus Phrygię. Aemonem enim & Dœantem fratres fuiſſe ajunt,à quibus Dœantium & Aemonium nemora dicta ſunt,Stephan.

Dŏlbă, Δόλβα, Vrbs Adiabenæ,Steph.

Doliche, Δολιχή, Vulgò *Nicaro*, Inſula eſt XVII. M. paſſuum à Naxo diſtans, tantundem ipſa in longitudinem patens cum oppidis duobus,tertio amiſſo: quæ priùs Icaros dicebatur: unde nonnulli nomen mari inditum putant potiùs, quàm ab Icaro Dædali filio.Ea etiam Macris,& Ichthyeſſa aliquando vocata eſt.Plin.lib.4.cap.12.

Dolichene, Δολιχηνή, Vrbs Comagenæ,Steph.

Dolichiſte, Δολιχίστη Ptolemæo, Inſula eſt in mari Lycio, contra Chimæram promontorium,Plin.lib.5.cap.31.

Dŏlĭŏnēs, Δολίονες, Incolæ Cyzici, aliàs Dolici, vel Dolini, Steph.vide SCYRMVS.

Dŏlōn, Δόλων, Proprium nomen viri Trojani, egregia pedum pernicitate præditi,qui quum in caſtra Græcorum ſpeculator miſſus eſſet,à Diomede & Vlyſſe deprehenſus conſilia Trojanorum ſpe conſervandæ vitæ illis aperuit: quem tamen ut proditorem,falſa ſpe deluſum occiderunt. Virgil.12. Aeneid. Antiquí proles bello præclara Dolonis.

Dŏlonci, Δόλογκοι, Populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni,Stephanus.

Dŏlŏpes,

Dŏlŏpēs, pen. cor. Δόλοπες, Populi Theſſaliæ, in extremis finibus Phthiotidis, quibus Peleus (cujus imperio parebant) Trojani belli tempore Phœnicem præpoſuit: ut ex Homeri ſententia refert Strabo, lib. 9. Virgil. lib. 2. Aen. -quis talia fando Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyſſi Temperet à lachrymis? &c. Plin. lib. 4. cap. 2: Dolopas in Aetolia cõſtituit.

Dŏlŏpēĭus, a, um, Valer. 2 Arg. -vidiſſe putãt Dolopeïa buſta.

Domitii. Plures apud Romanos. Cn. Domitius. L. Domitius, Domitius Nero, Domitius Aenobarbus. Vide Suet. in Ner.

Domitii, civitas, Δομιτίου πόλις, in Iſauria eſt, Steph.

Don, Δών, Fluvius, à quo Dodonam aliqui dictam putant. Stephan. in Dodona.

Donĕttīni, Δονηττῖνοι, Gens Moloſſiæ, Steph.

Dŏnusĭă, Δονσία, Inſula parva Rhodi, in quam Dionyſius Ariadam ex Naxo tranſtulit, quum Minos pater eam perſequeretur. Vnde corruptum vocabulum videtur pro Dionyſia. Stephano.

Donysà, Δόννσα, Inſula eſt in mari Aegeo, una Sporadum, cujus meminit Virgil. lib 3 Aeneid. Linquimus Orygiæ portus, pelagoque volamus, Bacchatamque jugis Naxon, viridemq; Donyſam.

Dŏră, Δῶρα, Inſula eſt in Perſico, Steph.

Dorceus, ci, Δορκεύς, ab Ovidio 3. Metam. numeratur inter canes Actæonis. Inde (inquit) ruunt alii rapida velocius aura, Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus, Arcades omnes.

Dŏrĭcum, Δώριον, Phrygiæ civitas, Steph.

Dŏrĭcŭs, Δωρικός, Oppidum eſt Peloponneſi juxta quod Thamyras citharœdus Muſas ad cantus certamen provocavit. Meminit hujus oppidi Plin libro 4. cap 5. Item Lucanus lib 6: -Pteleos, & Dorica ira Nobile Pindum. ¶ Eſt & ejuſdem nominis oppidum in Magneſia apud eundem, lib. 4. cap. 10. ¶ Tertium item in Ionia, minoris Aſiæ regione, apud eundem lib. 5. cap. 29.

Dŏrĭs, idis. [Δωρίς. German. Ein Landtſchafft in Griechenland.] Græciæ regio eſt juxta ſinum Maleacum-, quæ à tergo habet Octam montem: à qua incolæ Dori, vel Doriẽſes, vel etiam Dories Δωριῆς, appellantur. ¶ Inde denominativum Doricus: ut, lingua Dorica, qua regionis ejus populi utebantur. Dories antè Achivi dicebantur: poſtea Dories dicti à Dorico quodã (ut Plato autor eſt 3. de Legib) qui ejus regionis exules reſtituit: aut (ut Servio placet) à Dorõ Neptuni filio, aut certè à Doride Oceani & Tethyos filia. Ab his originem traxerunt Aſiæ populi, in ora Cariæ, ad mare Carpathium, quorum regio etiam Doris appellata eſt.

Dŏrĭī, Δώριοι, & Dorienſes, ſive Dories. Δωριῆς, Populi ſunt Achaiæ, ſic dicti à Doride regione Græciæ juxta Maleacum ſinum, cujus à tergo mons eſt Oeta. ¶ Sunt & ejuſdem nominis populi in Aſia Caribus vicini, ad Carpathium mare, à ſuperioribus oriundi, quorum frequens eſt mentio apud Herodotum lib. 1.

Dŏrĭs, Δωρίς, Nympha maris, Oceani & Tethyos filia, quę Nereo fratri nupta, immenſam vim marinarum Nympharũ peperit, quę à nomine patris Nereides appellatę ſunt. ¶ Nõnunquam pro ipſo mari. Virg. in Gallo: Sic tibi quum fluctus ſubterlabere Sicanos, Doris amara ſuã non intermiſceat undam.

Dŏrĭſcŭs, Δωρίσκος. Locus littoralis Thraciæ, ferè ex oppoſito Samothraciæ, à Doride nympha appellatus, cujus capacitate Xerxes numeravit, aut potiùs demenſus eſt exercitus ſui multitudinem. Erat enim capax CXX. M. hominum. Autor Plin lib. 4. cap. 11. & Herod lib 7.

Dŏrĭŭs. Luſitaniæ fluvius, ad quem portus eſt, & civitas, ut eſt apud Ptolemæum.

Dŏrŏcŏttĕrŭs, Δωροκόττερος, Vrbs Galatarum Aquilonarium, Steph.

Dŏrtĭum, Δόρτιον Ptolemæo cap 9. libro 3, Mœſiæ ſuperioris urbs eſt, ad Danubium.

Dŏrŭs. [Δῶρος. Germ. Ein Sohn Neptuni, welcher in der Landtſchafft Griechenlandes geherrſchet hat/ welche hernach võ ſeinem nammen Doris iſt genennet worden.] Neptuni filius, qui in Doride Græciæ regione regnavit, à quo ipſi etiam populi, Dorii appellati putantur, ut ait Servius in illud Virgil. 2. Aeneid. -juvat ire, & Dorica caſtrâ, Deſertosque, &c. ¶ Eſt etiam eo nomine urbs quædam Phœnices, apud Ioſephum: cujus cives Doritę appellantur, teſte Stephano: qui in Caria ejuſdem nominis urbem collocat.

Dŏrўclŭs, Δορύκλος, Filius Priami, nothus, Vt ſcribit Homer. lib. 11. Iliad quem Ajax interemit. ¶ Alter fuit Doryclus, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Virg. lib 5: Fit Beroë Iſmarii conjunx longæva Dorycli. Et paulò pòſt: -non hęc Rhœteia, matres, Eſt Dorycli conjunx, &c.

Dŏrўlæum Δορύλαιον Stephano, teſte Plin. lib. 3. cap. 29, oppidum eſt Phrygiæ, non procul ab Hermi auriferi fluminis fonte: cujus meminit Plin. lib. 5 cap. 29.

Dŏrўlās, Δορύλας, Nomen Naſamonis cujuſdam potentiſſimi, unius ex iis qui Perſeo in aula Cephei vim inferre conati, ab illo ſunt interfecti. Ovid. 5. Metam. Et Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri, Dives agri Dorylas: quo non poſſederat alter Latius, aut rotidem tollebat farris acervos. ¶ Eſt item Dorylas Centauri nomen, apud Ovid. 12. Metam.

Dŏrўlāŭs, Δορύλαος, Vir Cretenſis, rei militaris peritiſſimus, & Mithridati cognomento Evergetę magna familiaritate devinctus: cujus res geſtas vide apud Strabonem lib. 10.

Dorylus, Vnus ex Centauris.

Dŏtĭum, Δότιον, Vrbs Theſſaliæ, in quam Gnidii migrarunt, quorum regio Gnidia vocatur, à Dotia Elari filia ſic dicta, vel à Dotide, vel Dotho, Steph.

D ante R.

Drăbēſcŭs, Δραβήσκος, Thraciæ regiuncula, Steph.

Dracæna, Δράκαινα cum diphth. Draconis fœmina, quæ Dràca dici quoq; poteſt.

Drăco. [Δράκων. Ger. Ein rauher Geſatzgeber der Athenienſeren.] Antiquiſſimus Athenienſium legislator, cujus leges Solon, præterquam quæ de cæde erant conſtitutæ, abrogãdas cutavit, propter ſeveritatem. Nam una omnibus pœna conſtituta erat, ut etiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterẽtur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat: Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Vide Gell. lib. 12 cap. 18.

Dracŏnĭgĕnæ, Δρακοντογενεῖς, Ex dracone geniti: quo epitheto à Poetis notantur Thebani, Bœotiæ populi: propterea quòd ii qui Cadmo in ea urbe ædificanda adjutores fuerunt, ex ſatis draconis dentibus nati ferantur. Ovid. 3. Metam.

Draconis inſula, Δράκοντος νῆσος, in Libya eſt, Steph.

Draconum, Δράκοντες mons & civitas in Icaria inſula, Steph.

Dracus, Achęorum dux, à L. Mumio Romanorũ duce victus. Epitom. Liv. lib. 52: Cum Achæis (inquit) qui in auxilio Bœotios & Chalcidẽſes habebant, Quint. Cęcil. Metellus ad Thermopylas bello conflixit: quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno ſibi mortem conſcivit. In cujus locum Dracus, Achaici motus primus autor, ab Achæis dux creatus, ad Iſthmon à L. Mumio conſule victus eſt. Hæc Liv lib. 52.

Drăgmŭs, Δράγμος, Vrbs Cretæ, Steph.

Drances, Δραγκης, Orator Latini regis, infeſtiſſimus Turno Rutulorum regi, ut eſt videre apud Maronem lib. 11. Tum Drantes idem infenſus, &c.

Drăngæ, Δράγγαι, populi ſunt Perſiæ, unde fœmininum Drangeis, Δραγγαῖς, & regio Drangana, Δραγγανή, Steph.

Drangiana, Δραγγιανή, Provincia in Aſia majori, quam Ptolemęus ab Occaſu & Septentrione Aria & Bagao monte terminari ait, ab Oriente Arachoſia. Vide ipſum lib. 6. cap. 19.

Drāusī, Thraciæ populi ſunt, qui puerorum recenter natorum futuram calamitatem deflent, commemorantes omnia mala quæ vitam ingreſſos neceſſe eſt perpeti: contrà autem, defunctorum exequias ſumma celebrant alacritate, gratulãtes illis quòd tot malorum myriadibus ſemel ſint defuncti. Autor Herodotus.

Drĕpănă, Δρέπανα, Vrbs Lyciæ. Et Drepana in plurali numero, urbs Siciliæ, Steph

Drĕpănē Δρεπάνη, Phæacia. ¶ Eſt etiam Drepane in Bithynia juxta Aſtacenum ſinum: item mons Aethiopiæ. Bithynicam ſic dictam ajunt, à falce Saturni, Steph. ¶ Drepanis, Ariſt. [Δρεπανίς. Pol. Morska caskol'ka.] hirundo marina. Plinius libr. 10. cap. 30. & lib. 30. cap. 4. Item lib. 11. cap. 47. V. de Hirundo in APPELI.

Drepanum, Δρέπανον, Vrbs Libyæ: ſunt & duæ inſulæ circa Lebinthum, Stephan.

Drĕpănum, pen. corr. [Δρέπανον. Germ. Ein Stätt in Sicilien nicht gar fern von dem Borgebürg *Lilybæo*, heiſſt jetzt *Trapano*.] Vrbs eſt Siciliæ trans Lilybæum promontorium, non procul ab Eryce monte: ita dicta à curvo ſitu inſtar falcis. Δρέπανον enim falx dicitur: vel ab eo quòd Saturnus amputatis virilibus paternis, illuc falcem projecerit. Ovid. lib. 3 Faſt. Quique locus curvæ nomina falcis habet. Virgil. 3. Aen. Hinc Drepani portus, & illætabilis ora, Accipit, &c.

Drēſdă Vrbs Myſniæ, Vulgò Dreſen.

Dreſĭa, Δρεσία, Vrbs Phrygiæ, Steph.

Drĭlon, Δρίλων, Fluvius eſt Dalmatiæ, ex Scardonio monte ortum trahens, circa medium ſuperioris Myſiæ. Vide Ptolemęum lib. 2. cap. 17, & Plin. lib. 3. cap. 22.

Drĭlonĭus, Δριλόνιος, Vrbs magna, ultima Celticarum, Steph.

Drongĭlon, Δρόγγιλον, regiuncula Theſſaliæ, Steph.

Drŭentĭă, æ, Fluvius provinciæ Narbonenſis, in Rhodanum influens. Plin. lib. 3. cap. 4.

Druſilla, filia Herodis Agrippæ, quę interfecit Iacobũ. Actor. 12. Soror Agrippę poſtremi regis Iudæorũ; uxor Felicis præſidis Iudeæ, Act. 24. Ioſeph. lib. 20. cap. 9.

Drŭsŏmăgŭs, [Δρουσόμαγος. Germ. Memmingen.] Rhætorum oppidum eſt apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 12.

Drŭſŭs,

Drūsĭus, δροῦσος, Vir Romanus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus, & superbus, Catonis avus, de quo sic Cic. 4. de Finib. Conferam autē, *inquit*, avum tuum Drusum cum C. Graccho ejus ferè æquali. Aedilis munus magnificentissimū dedit: Quæstor in Asia nullis insignibus uti voluit, nequid ipso esset insignius: Tribunus pleb. Latinis civitatem, plebi agros, Equitibus curiam, Senatui judicia permisit. ¶ Fuit & ante hunc M. Livius Drusus, cognomento Salinator, qui unà cū Cl. Nerone collega suo in Consulatu Asdrubalem vicit. Virg. 6. Aen. Quin Decios, Drusosq; procul, *&c.* ¶ Drusus item alius Ciceronis sodalis, de quo 3. de Nat. deor. sic scribit: Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus, *&c.* ¶ Fuit & hoc nomine Liviæ Augustæ filius, qui in Germania periit: de cujus morte extat Ovidii carmen consolatorium ad Liviam matrē.

Dryās, δρύας, Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Parthenopæum lethali ictu vulnerasset, à Diana sagittis occisus est. Statius: Horrendumq; Dryanta movet, *&c.*

Dryădes, [δρυάδες. Ger. Waldgöttin.] Nymphę sylvarū præsides: ita dictę à Græco nomine δρῦς, quod quāvis propriè quercū significet: accipitur tamē pro quavis arbore. Virg. 1. Georg. Ferre simul Faunique pedem, Dryadesq; puellæ. Hamadryades autē dicuntur singularum arborum nymphæ, quæ cū iis unà nasci & occidere dicuntur: cujusmodi describit Ovid. lib. 8. Metam. quercu annosa ab Etisichthone succisa interemptam.

Dryăntĭădēs, δρυαντιάδης. Dictus est Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ovid. in Ibin: Vtque Dryantiadæ Rhodiapeia regna tenenti.

Dryĭdæ, [δρυίδαι. Ger. Die weisen vnd geistlichen bey den vralten Gallis.] sive Druidæ, sive etiam Druides, dicti sunt Gallorum sacerdotes, qui de totius gentis controversia constituebant. Nomen habere creduntur a dictione δρῦς, quæ olim quamvis arborem: hodie verò peculiariter quercum significat, quòd maximè in lucis versabantur. Plin. lib. 16 cap 44: Nihil habent Dryidæ (ita enim Galli suos appellant magos) visco *&c.* Cæs. lib. 6. bell. Gall. Druidæ rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnoque sunt apud eos in honore: nam ferè de omnibus controversiis publicis, privatisque constituunt. Et si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, præmia, pœnasq; constituunt. Vide de his plura apud Cæsarem, quæ hîc brevitatis causa omittimus. Hanc religionem (inquit Suetonius) sub Augusto interdictam, Claudius imperator quintus penitùs abolevit. Pro iisdem etiam dicimus Druides, Druidū, per tertiam declinationem. Cæsar bell. Gall. lib. 6: Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Et paulò pòst: His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summā inter eos habet autoritatem.

Drylæ, δρυλαὶ, vicus, συνοικία, procul à Pontica Trapezunte, Stephan.

Dryme, δρυμὴ, Vrbs Libyæ, Steph.

Drymia, δρυμία, Vrbs Phocidis, Steph.

Drymusa, δρυμοῦσα, Insula Ioniæ, Steph.

Drymodis, Peloponnesi regio mediterranea, postea Pelasgis, & novissimè Arcadia dicta. Plin. lib. 4. cap 6.

Dryope, δρυόπη, vel δρύοπα, urbs circa Hęmoniā: Dryopes autē circa Oetam, à Dryope Eurypyli filia dicti sunt, Steph.

Dryŏpēs, δρύοπες, Populi Epirotici, de quibus Strabo lib. 8. & 13. Virgil. 4. Aenecid. Cretesque, Dryopesque fremunt, pictiq; Agathyrsi.

Dryopia, δρυοπία, δρυοπὶς, regio Dryopum circa Trachinam, Stephan. Vide CYTHNVS.

Dryŏs, δρῦς, Vrbs Thraciæ, & alia Oenotrorum: item vicus Lyciæ circa Arum fluvium, Steph.

Dryssus, vir Trojanus apud Homerum in Iliade.

Dryŭsă, δρύσσα, Samos olim dicta est, Steph.

D ante V.

Dubis, Galliæ fluvius, Vesuntionem Sequanorum oppidum medium secans, Dolamque alluens. [German Die Dub / ist ein fluß in Burgund / fleußt gen Bisanz vnd Dole / heißt jetzt *le Doux*.] Meminit ejus Cæsar, lib. 1. bell. Gall. A nonnullis Alduas dubis appellatur.

Dubitapes, fictor egregius, qui vasa ex rubra creta primus finxit.

Duellonam, Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina. *duo*.

Dueona, δουήονα, Vrbs Cadurcorū in Gallia Aquitanica, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 8.

Dŭillĭŭs, sive (ut alii vocant) Duellius, Nomen civis Romani, qui primus Romę navali certamine triumphavit. Is jam senex & trementi corpore, in quodam jurgio audivit exprobrari sibi os fœtidum, & tristis se domum contulit. Quumque uxori questus esset quare nunquam se monuisset, ut huic vitio mederetur: Fecissem (inquit illa) nisi putassem omnibus viris sic os olere. Cic. in Orat. Quid verò licentius quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora? nam ut Duellum, bellum, & Duis, bis: sic Duellium cum qui Pœnos classe devicit, Bellium nominaverunt, quum superiores semper appellati essent Duellii.

Dūlĭchĭum, δολίχιον, Insula est in mari Ionio, non procul ab Ithaca, una ex iis quibus Vlysses imperabat. Virgil. 3. Aen. In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus, Dulichiumque, Sameq;, & Neritos ardua saxis.

Dūlĭchĭus, a, um, Propertius: At quum Dulichias Pallas spatiatur ad aras.

Dulopolis, [δολόπολις, ἡ δούλων πόλις. Ger. Knechtstatt in Lybien gelegen.] id est, Servorum civitas, in Libya est. Alia Hierodotum est, in qua unicus liber est. Ajunt & in Creta Dulopolin esse mille virorum. Est etiam parva regio in Aegypto hujus nominis, Steph.

Dumatha, δόμαθα, Vrbs Arabiæ, Steph.

Dūnĭum, δούνιον, Ptolemęo urbs est Britannię, inter Austrum, & Occasum sita.

Dūra, æ [נהר *durá*.] δῦρα Stephano, oppidum Mesopotamiæ, cujus incolæ dicuntur Dureni, δυρηνοί.

Duram, δῦρον, Stephanus, Quidam putant esse nomen fluvii, circa quem gigantes turrim Babel fecerunt. Alii volunt esse campum. Vnde est apud Danielem: In campo Duram statuit Nabuthodonosor statuam.

Dūrĭă, sive Durias, δουρίας Straboni, fluvius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sucronēsem se exonerans. Plin. lib. 3. cap. 3, & Pomponius lib. 2. Salust. Turiam vocat, lib. 4. Historiarum: Inter læva mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. Quam scripturæ rationem in Claudiano quoq; observavimus, qui sic habet: Floribus & roseis formosus Turia ripis. Phocas, aliiq; nonnulli non incelebres Grammatici, nomen hoc neutro genere efferendum contendunt, quemadmodum & Mulucha, pro Africæ fluvio. ¶ Est & alter ejusdē nominis fluvius in latere Occidentali Hispaniæ, per Vectones, & Vaccæos in Oceanum influens, teste Strabone lib. 3. Ptolemęus lib. 2. cap. 6, Doriam appellat. Plin. item libro 3. cap. 16, Durias duos commemorat ex Apennino ortos, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germanię, Suevos à Carnuntis dirimentem, lib. 4. cap. 12.

Durĭopus, δυρόπους, Vrbs & regio Macedoniæ, Steph.

Durocottorum, δυροκόττορον, Galliæ Belgicæ urbs est, Rhemorum metropolis, apud Ptol. lib. 2. cap. 9.

Dusare, δουσαρὴ, Scopulus & vertex altissimus Arabiæ: sic dictus à Dusaro deo, qui apud Arabes & Dacharenos colitur. Gentile, Dusareni, Steph.

D ante Y.

Dўmās, Virg. 2. Aen. Iphitus oblatam per Lunam Hypanisq; Dymasq;. Item Dymam, tribus Dorienśium, Steph. Δδυῶσις, ἡ τῆ γλώσσαν ἰάλασσα. Dymbrius, Vide THYMBRIA.

Dyme, δύμη, Vrbs Achaię ultima ad occasum, quam Antimachus Cauconidem à Caucone fluvio cognominat, Steph.

Dўnămĕnē, Vide in D ante I, ubi malè collocatum est.

Dyndasum, δυνδασσον, Vrbs Cariæ, Steph.


Dyrbæi, δυρβαῖοι, Populi ad Bactros & Indiam pertinentes. Vide plura apud Steph.

Dўrrhăchĭum, [δυρράχιον. Vulgò Duraxzo. Germ Ein Statt in Macedonien am Adriatischen Meer gelegen.] Vrbs est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, distans à Brundusio CCXX. M. pass. trajectu. Dictum autem volunt Dyrrhachium à nomine ejus qui urbi portū adjecit: nam antea Epidamnus vocabatur, teste Plinio lib. 3. cap, 23. Hanc urbem Cicero exilii sui tempore amicissimam expertus est, & officiosissimam, in qua & commoratus est, donec Senatusconsulto revocaretur. Vide plura apud Steph. cui alia hujus nominis Laconiæ urbs est, una ex centum: & Illyriæ regio Dysrachia, cujus incolæ Dysrachii & Dysrachent.

Dysponтĭum, δυσπόντιον, Vrbs Pisæę, à Dyspontio Pelopis filio, Stephanus.

Dўstŭs, Vrbs Eubœæ, δύστος, Steph.

E



Aantēs, Nomen proprium historici Cyziceni, qui fuit eadem ętate, qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eănŭs, à veteribus dictus est, qui postea Ianus, qui ineunti anno credebatur præsidere. Sæpè enim antiqui secundā vocalem pro tertia usurpaverūt, quod & ipsum testatur Quint. lib. 5. cap. 6: Quid? non e quoq; i loco fuit, ut Menerva, & Leber, & Magester. *&c.*

Eărĭnŭs,

Eărĭnus, pen. cor. ἐαρινὸς, Adolescentis formosi nomen apud Martialem, à Vere dictum, quod Græci ἔαρ appellant.

Easo, onis, Promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vasconum. Vtriusq; autor Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

E ante B.

Ebion, Hæreticus tempore Trajani Imp. docuit Christum esse tantùm hominem ex Ioseph & Maria natum, & observationē cæremoniarum Mosis ad salutem necessariam esse.

Eboracum, ἐβόρακον Ptolemæo, Britanniæ civitas est, quam illi sua lingua vocant *Iorix*.

Ebroe, ἔβρον, Vrbs in Chananæa Iudææ, gētile Ebromus. Steph.

Ebrōn, ἔβρων, mons Palæstinorum, haud longè à Gaza Syriæ civitate.

Ebrŭs, Vide HEBRVS.

Ēbūdēs, insulæ sunt quinq; numero, in Oceano Britannico angusto freto divisæ, quarum incolæ (ut scribit Solinus) lacte solùm & piscibus vitam agunt. A Plinio Hæbudes dicuntur: à Stephano αἰβῦδαι, diphthongo non aspirata.

Ebūrā, ἔβορα Ptolemæo, ἔβορα Stephano, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, cujus meminit & Plin. lib 3. cap. 1.

Eburones. [ἐβορῆνοι Hodie *Leodienses*. Vulgò *Liege*. German. Lüttichee.] Populi Galliæ Belgicæ, qui per fraudem multos ex Cæsaris exercitu trucidarunt.

Eburonices, Populi sunt inter Celtas Aulercis, Lexoviis, & Vnellis, reliquisq; maritimis civitatibus vicini.

Eburum, ἔβορον Ptolemæo, Moraviæ oppidum est. Germani vocant Otmänz in Mertzheren.

Ebŭsŭs, ἔβουσος, Vulgò *Ibiza*, Insula est in mari Balearico altera Pityusarum, nullum animal noxium gignens. Plin. lib. 3. cap. 5: Ebusi terra fugat serpentes, Colubrarię paritꝰ ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Habet hæc insula oppidum ejusdem nominis, à Phœnicibus (ut putatur) conditum, aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius libro 3: Iamq; Ebusus Phœnissa movet, jamq; Artabus arma.

E ante C.

Ecameda, sive potiùs Hecameda, ἑκαμήδη, apud Hom. lib. 11. Iliad. nomen est filiæ Arsinoi, quæ capta Tenedo, Nestori in prædam cessit.

Ecbatana, [ἐκβάτανα. Germ Die Keyserliche Hauptstatt in Media.] numero plurali, pen. corr. metropolis est majoris Mediæ, à Seleuco condita, teste Plin. lib 6. cap. 14. Strabo lib. 11: Media in duas partes divisa, quarum alteram majorem vocant, cujus metropolis fuit Ecbatana civitas, & Medici imperii caput, nunc etiā Parthi Regia utuntur. Hujus urbis meminit & Cic. in Oratione pro Lege Manilia, de Mithridate loquens: Vsq; in Hispaniam (*inquit*) Ecbatanis legatos misit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus. ¶ Fuit & in ora Syriæ ejusdem nominis oppidum, in mōte situm, postea Carmelum appellatum: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 19.

Ĕchĕmōn, ἐχέμων, Priami filius, à Diomede occisus, Homer. Iliad 5.

Ĕchĕnēŭs, per quatuor syllabas, & pen. prod ἐχένηος, omniū Phæacum generosissimus, teste Homero lib. 7. Odysseæ.

Echeria, ἐχερία, Vrbs Italiæ, Steph.

Echetla ἐχέτλη, Vrbs Siciliæ.

Echetra, ἐχέτρα, Vrbs Italiæ, Steph.

Ĕchīnădēs, [ἐχινάδες. Ger. Zwo kleine Inseln/ gegen den außgängen des flus *Acheloi* vber gelegē/ in dē Meer so an *Acarnaniam* stosset.] Exiguæ sunt insulæ, Acarnaniæ adjacentes, ex adverso ostii Acheloi fluminis, natæ ex arena & limo impetu Acheloi convecto, teste Plin. lib. 2. cap. 85. De Echinadibus pulchrè Thucyd. lib. 2, ubi de Acheloo. Ovid. lib. Metam. 8, involucro fabulæ verum occuluit, & ex Najadibus factas insulas tradidit: quoniam hæ terrę fluvio adgestæ fuerunt. Statius lib. 2. Theb.

Turbidus objectas Achelous Echinades exit. Lucanus:

-Crassus oblimat Echinades undis.

Seneca in Trojade declinat Echina, æ, pen. prod. Quolibet vento faciles Echinæ. Lege Dulichium in Steph. Qui etiam has insulas circa Aetoliam esse scribit: & hoc nomen sortitas ab asperitate, vel Echinorum copia, vel Echino vate.

Echīnon, Thraciæ urbs est ad Pegasæum sinum. Pomp. Mela lib. 2, in Thraciæ descriptione.

Ĕchīnŭs, pen. prod. ἐχῖνος, ὁ ἐχινοῦς Stephano, Oppidum est Acarnaniæ, nō procul ab ostio Acheloi, quod Echinadibus insulis nomen fecisse putatur. [Ger. Ein Statt nahe bey dem auß lauff *Acheloi* gelegen.] Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 1. ¶ Est item Echinus, oppidum in ora Phthiotidis ad Maliacū sinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cicer. in Arato: Dicitur excelsis errans in collibus amens, Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus. Recensetur etiam à Ptolemæo lib. 3. cap. 13.

Ĕchion pen. prod. ἐχίων, Vnus fuit illorum, quorum opera adjutus Cadmus, Thebas ędificavit: de quo Ovid. 3. Metamor. Hinc etiam ipsi Thebani à Poëtis Echionidæ & Echionii passim appellantur.

E ante D.

Eddana. ἔδδανα, Vrbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce, Steph.

Ĕdĕssă, ἔδεσσα, Civitas est Mesopotamiæ, sive (ut Plinius mavult) Syriæ Cœles, olim Rages dicta, teste Hieronym. de Tradition. Hebraicis. In hac Abagarus Toparchus regnavit, cujus extat ad Christum Epistola, & Christi ad eundem responsio: ut videre est apud Eusebium in hist. Ecclesiast. lib. 1. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo: Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hieropolim vocant: in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Ĕdessæi, ἐδεσσαῖοι, ἐδεσσηνοί, dicti sunt Edessæ cives.

Ēdī, ἠδοί, Populi Scythiæ, Steph.

Ēditi, Ptolemæo, insula est juxta Orientalem plagam Hiberniæ Andros Plinio dicta.

Ĕdom [דֹּם Edhóm ἐδώμ] Esau dictus est, ob coctionem rufę lentis, cujus edulio primogenita perdidit. Hebræi namq; (ut Iosephus li. 2. scribit,) Edom rubeū dicūt. Vnde & regio, in qua regnabat Esau, Edom dicta est, quā Græci, deflexo nonnihil nomine Idumęam, ἰδουμαίαν, denominaverūt. Hęc nunc regio (inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ est in finibus Eleutheropoleos, ubi habitabāt antè Choręi, qui interpretantur liberi: unde & ipsa urbs postea sortita vocabulū est. Nunc viculus Palæstinæ est à conditore sic imposito nomine.

Ēdon, ἤδων, teste Servio, Mons est Thraciæ, aut certè Macedoniæ quę Thracię proxima est, qui à Plinio lib 4. cap. 11, appellatur Edonus.

Ēdōnī, vel Edoni, pen. longa (apud Græcos enim per ω scribitur) Populi Edoni mōti vicini Horat. lib. 2 Carm. Non ego sanius Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi furere est amico.

Ēdonĭus, & Edonus, adjectiva: Idē significant quod Thracius. Virg 12. Aen. Ac velut Edoni Boreę quū spiritus alto Insonat Aegęo. Ad hunc etiam modū Statius dixit Edonas hyemes, pro frigore acerrimo, quale est in finibus Thraciæ.

Ēdōnўdēs, [ἠδωνίδες. German. Vnsinnige Weyber/ welche dem *Baccho* seine Fäst hielten.] Mulieres bacchantes, quæ furore divino agitatæ, mysteria Bacchi celebrabant. Variis autem nominibus appellabantur: nam & Evantes, & Thyades, & Mimallonides, & Mænades, & Bussarides dictæ sunt. De his Ovid. Protinùs in sylvis matres Edonidas omnes, Quæ videre nefas, torta radice ligavit.

Ēdōnis, idis, ἠδωνίς, Civitas Phrygiæ, Cimmeriorum olim sedes postea Antandros dicta, Steph.

Edraei, Vrbs in Galatide regione, vicina lacui Gadareno, ad quam cæsus est Og rex Basan, quę postea cessit dimidia tribui Manassæ, trans Iordanem. Num 21. Ios. 13.

Edumæi, ἰδουμαῖοι, vel ἰδυμαῖοι, Populi Arabici, Stephan. Vide EDOM & IDVMAEA.

Ēdusam [Pol *Iadl'atrawicz ielka*] ab edendo dixerunt veteres deam quæ esui præerat: quemadmodum Potinam, quæ potui. Autor Nonius.

Edyia, ἠδυία, apud Hesiodum in Theogon: Nymphæ nomen est, Oceani & Tethyos filiæ.

Edyme, ἤδυμη, Vrbs Cariæ, Steph.

E ante E.

Ēĕtĭōn, onis, ἠετίων, Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, teste Homer. lib. 12. Iliad. ¶ Hinc deducitur adjectivum Eetioneus, ἠετίονεος. Ovid. 12. Meram. Eetioneas implevi sanguine Thebas.

Ēĕtĭōnēă, ἠετίονεια, Alterum ex Piræei promontoriis, Steph.

E ante G.

Ēgĕlāstă, æ, ἐγελάστη, Oppidum est citerioris Hispaniæ, nativi salis fodinis nobilitatum. Plin. lib. 31 cap 7: In Hispania quoque citeriore Egelastæ cæditur sal glebis penè translucentibus, cui jampridem palma inter omnia salis genera à plerisq; medicis perhibetur.

Ēgĕrĭă (inquit Festus) Nympha fuit, cui sacrificabāt prægnantes, quòd eam putabant facilè fœtū utero egerere. [Ger. Ein Göttin der schwangeren Weyberen.] Vide AEGERIA.

Egesinus, Philosophus, Evandri auditor, Cujus meminit Cicero Acad. quæst. lib 4.

Ēgĕstă, ἐγεστα, Civitas in Sicilia, quā Aeneas condidit, & ab Acestis matre Egesta nominavit. Erat aūt Egesta filia Hippotæ Trojani, quā pater, ne marinę belluę traderet, impositā naviculæ diis & ventis cōmisit, quę tandē in Siciliā delata, à Crimniso amne cōpressa, Acesten edidit. Hæc postea Segesta dicta fuit: & Segestani, incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Egion, Vrbs inter Aetolos & Peloponnesiacos; autor Pōpon.

Ēgnātĭă, ἐγνατία Ptolemæo, Vrbs est Apuliæ, ad mare Ioniū, quæ hodie *Iuvenatium* dicitur.

Egra, ἔγρα Stephano, Oppidū Arabiæ, ad sinum Elaniticū. Alia est ejusdē nominis in Germania. [Ger. Eger am Böhemerwalt.]

E ante I.

E ante I.

Eion, onis, ἠιών, Locus est in Taurica Cherroneso, cujus meminit Plin. lib 6 cap. 6. ¶ Stephano item Eion oppidum est Macedoniæ juxta Pieriam, quę alio nomine Amphipolis dicitur.

Eioneus, ἠιονεύς, Vnus è Græcorũ principibus qui ad Trojam profecti sunt, ab Hectore interfectus, teste Homer. lib. 8. Iliad. ¶ Alter fuit ejusdem nominis Thrax, & pater Rhœsi regis, qui noctu à Diomede & Vlysse interfectus est, eodem Homero teste, lib. Iliad. 10

E ante L.

Elacatæum ἐλακάτειον, Mons Thessaliæ, Iovis Elacatæi templum habens. Steph.

Elæ, ἐλαία, Civitatis nomen est in Creta insula, cujus meminit Plin. lib 4 cap. 12. ¶ Est etiam insula quædam hoc nomine in Propontide, contra Rhyndaci amnis ostium, ut refert idem Plin. cap. ult. lib. 5. ¶ Est item Elæa, ἐλαία, Aeolidis oppidum, non procul à Caico fluvio, inter Myrinam & Pitanam, teste Pompon. lib 1, & Plin. lib. 5. cap. 30.

Elæeus, ἐλαιεύς, Vicus in tribu Hippothoontide, cujus incolę Eleusii, ut etiam ab Elæunte. Steph.

Elaites, ἐλαίτης, Gentile est. Possessivum, Elaiticus.

Elæurichos, ἐλαίου τεῖχος: id est, Olei murus, urbs est Lyciæ. Steph.

Elæus, ἐλαιοῦς, Vrbs in Hellesponto, & alia in Argo: incolæ Elæusii, ut ab Elæo. Steph.

Elæusis, ἐλαιοῦσσα, Insula Ciliciæ post Epirum, quæ nunc *Sebaste*, juxta Cyzicum. Sunt & aliæ insulæ septem. Gentile Elæusius. Steph.

Elamitæ, penult prod. [עילם *helám*. ἐλαμῖται. German Fürsten in Persia.] Dicti sunt Persarũ principes, ab Elam filio Sem, ut ait Iosephus. ¶ Sunt item Elamitæ, populi ad sinum Arabicum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Elaphonesus, ἐλαφόνησος, una Sporadum insularum, cum urbe ejusdem nominis. Steph.

Elaphus, Mons, Vide in ARGINVSSA.

Elaphussa, ἐλάφουσα, Insula in Adriatico, Vide BRETTOTIA.

Elatea, ἐλάτεια, Vrbs maxima Phocidis ab Elato quodam. Alia Thessaliæ, & alia Theosprotiæ, quam etiam vocant Elatriam. Steph.

Elatus, Pater fuit Cœnei, unde Elateius dicitur. Ovid. lib. 11.

-manet impersossus ab omni,
Inq; cruentatus Cæneus Elateius ictu.

Stephanus in Dotio, Elati filiam Dotiam nominat.

Elavia, ἐλαυία, Populi Libyæ, Steph,

Elbestii, ἐλβεστοί, Populi Libyæ, Steph.

Elbo, ἐλβώ, Insula quædam, Steph.

Elbonthis, ἔλβωνθις, Vrbs inter Aegyptum & Cyrenen, Steph.

Elbora, Vide LIBORA.

Elcebus, Ptolemæo Galliæ urbs.

Eldana, ἐλδάνα, Oppidum Vaccæorum, qui sunt populi Tarraconensis Hispaniæ. Ptolem. lib. 2. cap 6.

Elea, ἐλέα, Strab. lib. 6, civitas est Lucaniæ, à Phocensibus condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria: qui ab ea Elatæ dicuntur, Romani primùm Heliam, deinde Veliam vocavêre.

Eleatæ, ἐλεάται, Populi Lucaniæ Eleam urbem incolentes, quę & Helia, & postremò Velia dicta est. Vide ELEA, & VELIA.

Electrides [ἠλεκτρίδες. Germ. Inßten im Adriatischen Meer bey dem außgang Padi.] Insulæ sunt in mari Adriatico, ad ostium Padi ita dictæ à Græcis, quòd electrũ in illis ex arboribus defluere putabant: quod falsissimũ esse, hodie etiam imperitissimis notum est. Provenit enim electrum in quadã Germanici Oceani insula, unde lunari Oceani incremẽto ejicitur ad litus Germanicum, haud exiguum principibus qui locis maritimis imperant, præstans vectigal. Vide ELECTRVM.

Electrã, ἠλέκτρα, teste Hesiodo, Nympha Oceani & Tethyos filia, uxorq; Atlantis: cujus filia Iovi Dardanum peperit. Virgil. lib 8: Dardanus Iliace primus pater urbis & autor, Electra; ut Graii perhibent, Atlantide cretus. Et subdit: -Electram maximus Atlas Edidit, ęthereos humero qui sustinet orbes. ¶ Alia fuit Electra Orestis soror, filia Agamemnonis, quę cęlibem ad multum ętatis vitam egit: unde etiam ab Helena apud Euripidem πολυχρόνιος παρθένος: hoc est, annosa virgo per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictã volunt, quasi ἄλεκτραν. hoc est, sine thalamo: quanquam aliis magis placet à flavo colore, electrumq; referente ita fuisse appellatam.

Electrius, a, um: ut, Electria tellus: id est, Samos: ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Valer. Flac. Argon. 2: Tunc tenuis Lemnos, transitq; Electria tellus Threicius arcana sacris.

Electryon, ἠλεκτρυών, Amphytrionis frater, & filius Alcei, ut testis est Hesiodus in Aspide.

Elei, pen. prod. ἠλεῖοι, Populi in Peloponneso, Elidem incolentes, clarissimi propter delubrum Iovis Olympii, ludosque Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer sæpè leguntur. Lucan. lib. 1: -quantum clamore juvatur Eleus sonipes. ¶ Hinc Eliades equæ dicuntur, quæ ex Olympico certamine palmam referunt. Virgil. 1. Georg. Eliadum palmas Epirus equarum.

Elelеis, idis, ἐλελίς, Mulier bacchans, quæ & Thyas, & Mœnas dicitur: ἀπὸ τοῦ ἐλελίζειν: hoc est, à vociferando. Ovid. 4. Epist.

Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ,
Quæq; sub Idæo tympana colle movent.

Elĕlēus, per tres syllabas, ἐλελεύς, Dictus est Sol, ἀπὸ τοῦ ἐλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, quòd æterno circa terram meatu volvi videatur. Autor Macrobius lib. 1. Satur. cap. 17. ¶ Est etiam Eleleus unũ ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζω verbo Græco, quod significat vociferari, quemadmodum in bello consueverunt. Ovid. libro 4. Metamorph. ubi Bacchi nomina enumerat, etiam Elelei meminit: Nycteliusque (*inquit*) Eleleusque parens & Iacchus, & Evan.

Elephantinã, ἐλεφαντίνη, Insula Nili supra Syenen, oppidum habens ejusdem nominis, & puteum ad Nili ripam ex eodem saxo, in quo Nili incrementa solent incidi. Vide Strab. lib. 17.

Elephantis, tidis, ἐλεφαντίς, Nomen poëtæ, qui libellos scripsit, quibus varia genera cõcubitus, variosq; coëundi modos complexus est. Martial. lib. 12: -nec Molles Elephantidis libelli. ¶ Est etiam Elephantis Nili insula, infra ultimam ejus fluvii cataractam, ubi finis est Aegyptiæ navigationis. Autor Plin. lib. 5. cap 9. Strabo Elephantinam appellat.

Elĕeus, untis, sive potiùs Eleûs, ἐλεῦς Stephano, Oppidum est in Thracia Cherroneso, non procul à Mastusia promontorio. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Elĕūntii hujus incolæ dicuntur, sive Elæusii, ἐλαιούσιοι.

Elĕūsa, sive potiùs Elæusa, ἐλαίουσα, Insula est Ciliciæ adjacẽs, non procul à Cypro: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Elēusis, ἐλευσίς, & Eleusin, ἐλευσίν, Civitas in Attica provincia, non longè ab Athenis, in qua regnavit Eleusius, qui quũ Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturæ: filium etiam ejus Triptolemum recèns natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit: quumque grandiusculus factus esset, currui suo, quem alati trahebant serpentes, impositum per totum orbem misit ad usum frumẽtorum hominibus indicandum. Ob cujus beneficii memoriam, Eleusini Cereri solennia sacra instituerunt, quæ Thesmophoria appellantur. Hujus urbis meminit Strabo libro 8, his verbis: Eleusin civitas est in Attica, ubi Eleusinæ Cereris templum extat, & phanum mysticum quod Ictinus extruxit, turbæ theatralis capacissimum.

Eleusinius, adject. ἐλευσίνιος, Stephano: ut Eleusina mater: id est, Ceres. Virgil. 1. Georg. Tardaque Eleusinæ matris volventia plaustra.

Eleusĭus. Vide ELEVSIS.

Eleuthĕrã, ἐλευθέρα, Civitas Cretæ, ab Eleuthere uno Curetum, Saorus aliàs dicta Stephan. Vide ELEVTHERAE, & ELEVTHERNA, & OAXVS.

Eleuthera. Clini patria, Civitas Cretæ, postea Apollonia dicta, Stephanus.

Eleuthĕrã Cilicia, ἐλευθέρα κιλικία: id est, libera Cilicia, cujus partes diversis in locis recensentur. Gentiles, Eleutherocilices, Stephan.

Eleuthĕræ, ἐλευθεραί, Vrbs Bœotiæ ab Eleuthere Apollinis filio, & alia Cretæ, ab Eleuthero uno Curetum, quæ etiã Saorus vocabatur (vide Eleuthera) à Saora nympha. Est & alia juxta Istrum fluvium in Ponto: sic dicta quòd Iason Aeten fugiens, timore illic liberatus sit. Est etiam Lycię urbs à nympha quadam, Steph.

Eleuthĕrĭus, ἐλευθέριος, Nomen viri, quo significatur apud nos liberalis, ingenuus, servator, liberatorq;. Eleutheria, ἐλευθέρια, pluraliter, quasi liberatoria: id est, libertatis solennia. Plaut. in Persa: Basilicè agito eleutheria.

Eleuthèrĭum, ἐλευθέριον, Oppidum Mysiæ. Steph.

Eleuthĕrĭus, ἐλευθέριος, Vrbs Bœotiæ Oropi, prope Cothum & Eneleum Stephanus.

Eleuthĕrĭscē, ἐλευθερισκή, Vrbs Macedoniæ.

Eleuthernã, ἐλευθέρνα, Vrbs Cretæ, ab uno Curetum dicta, Steph. vide ELEVTHERA, & SATRA.

Eleuthĕrŏs, ἐλεύθερος, Flumen est juxta Orthosiam urbem, quæ est in radice Libani montis. Plin. lib. 9. cap. 10: Testudines in Phœnicio mari ultrò veniunt statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine.

Eleutĭi, ἐλεύτιοι, Populi Apuliæ, gens quã Parthenius Elephãtidem vocat. Gentilia, à priore Elephantinus, ab Elephantide Elephantites, Steph. Sed suspicor aliquid deesse.

Elĭgŏs, ἔλιγος, Oppidum Lydiæ. Steph.

Elibyrge, Vrbs Tartessi. Steph.

Elimia, ἐλίμεια. Vrbs Macedoniæ, ab Elimo heroë, vel Heleno, vel Elyma Tuscorum rege. Steph.

Elis,

Elĭs, ἦλις, Oppidum in Occidentali tractu Peloponnesi, non procul ab Alpheo fluvio, juxta quod certamen Olympicum celebrari solet. Autor Plin. lib. 5, in descriptione Achaiæ. Ptolem. quoq; lib. 3. cap. 16, regionem omnem circumjacentem, Elidem appellat.

Elĕus, a, um, ἠλεῖος. Virg. lib. 3. Georg. Hic vel ad Elei metas & maxima campi Sudabit spatia.

Elĭădes, dis, Patronymicum fœmininum, ut, Equæ Eliades: quæ apud Eliadem certamine curuli palmas merentur. Servius in illud Virg. 1. Georg. Eliadum palmas Epeirus equarum.

Elissa, ἔλισσα, Beli Phœnicum regis filia, Dido cognominata, quòd complura supra animi muliebris fortitudinem gesserit. Nam & fratris insidias fugiens, Carthaginem cõdidit: quumque à suis civibus cogeretur Iarbę novæ urbi bellum inferenti nubere, morte spontanea se à secundis nuptiis liberavit, ut notat Servius.

Elone, ἠλώνη, Vrbs Perrhebica, quę & Lamone à Preto dicitur. Stephan.

Ellopĭa, ἐλλοπία, Regio Eubœæ, & ipsa insula, ab Ellope Iovis filio. Sic etiam dicebatur regio juxta Donatum, cujus incolæ Elli & Selli. Est etiam urbs circa Dolopiam, & regio circa Thespias. Stephan.

Ellŏpium, ἐλλόπιον, Vrbs Aetoliæ Steph.

Elmantĭcă, ἐλμαντικὴ, Vrbs est Iberiæ, juxta Iberum fluvium. Steph. Vide an sit Salmantica Ptolemæo dicta.

Elōrus, pen. prod. ἔλωρος, Vulgò *Labisso*, Siciliæ urbs est Pachyno promontorio proxima: ita dicta ab Eloro amne, qui adjàcentibus campis superfunditur, sicut Nilus in quo pisces cibum è manu capiunt. Plin. lib. 32. cap. 2: De hoc Silius, Sidonius, Drepane, atq; unda clamosus Elorus. Virgil. lib. 3: Exupero præpingue solum stagnantis Elori.

Elōtæ, ἦλωτες: seu Elotia, ἐλωτεία, Publica appellant mancipia Lacedæmonii: id est, publicos ministros, ut sunt apparitores, lictores, qui apud Thessalos dicuntur Penestæ.

Elpenŏr, penultima producta, ἐλπήνωρ; Nomen comitis Vlyssis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum cõversus fuit: & deinde pristinę formę restitutus, delapsus de scalis, cervicem fregit. Autor Homer. 10. Odyss. Iuvenal. Sat. 15: Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Elpĭa, ἐλπία, Vrbs in Dauniis, à Rhodiis condita. Steph.

Elpĭs, ἔλπις, Nomen proprium Boëthii uxoris. Cujus epitaphium vide in suo loco.

Elŭĭnă, Dicta est Ceres ab Eluio oppido, vel ab Eluide fluvio in quo colebatur. Iuvenal. Satyr. 3: Me quoq; ad Eluinam Cererem, vestramq; Dianam.

Eluri, ἐλάῤῥοι, Populi Scythici, Steph.

Elusa, ἐλεύσα, Vrbs nunc quidem Palęstinæ tertiæ, olim verò Arabiæ. Stephanus.

Elўsĭum, ἠλύσιον, Locus ubi piorum animæ habitant: ἀπὸ τῆς λύσεως, à solutione. Nam animę post solutionem vinculi corporei deveniunt ad Elysios campos. Virgil. 5. Aeneid. - sed amœna piorũ Concilia, Elysiumq; colo. ¶ Sunt & Elysii campi in Bœotia circa Thebas, ut inquit Lycophron: de quibus sensisse videtur Virg. lib. 2. Georg. quum ait: Quamvis Elysios miretur Græcia campos.

Elymaĭs, ĭdis. [עילם *helám.* ἐλυμαΐς.] Regio ad sinum Persicum, ab ipsa Perside Orati flumine discreta. Autor Plinius libro 6. capite 25.

Elymæ, ἐλύμαι, Regio Assyriorum juxta Persiam prope Susidem, Stephanus.

Elymnium ἐλύμνιον, Insula in Eubœa, cum civitate: dicitur etiam ἐλυμνία, Steph.

Elymnus, ἔλυμνος, Heros, Elymię civitati Macedoniæ nomen dedisse putatur, Steph.

Elyrus, ἤλυρος, Vrbs Cretę, Stephan. qui & alibi Syriam navale ejus appellat.

E ante M.

Emath. [חמת *chamáth.*] Nomen fuit duarum Syriæ urbium: quarũ major, Antiochia: minor appellatur Epiphania. Vnde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam prima mansio Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinẽte. Hemath verò in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

Emăthĭă, ἠμαθία Stephano & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata: [German. Die Landtschafft in Macedonia] ita dicta (ut quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Auroræ filii. Plin. lib. 4. cap 10: Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondamq; terrarum imperio, Emathia antè dicta. Poëtæ Emathiam aliquãdo usurpant pro Thessalia, suo quodam jure vicinorum locorum appellationes confundentes. Virg. 1. Georg. Non fuit indignum superi; bis sanguine nostro Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos? Lucan. lib. 1: Bella per Emathios plusquam civilia campos: hoc est per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 8.

Embatum, ἔμβατον, Locus Erythræę: id est, maris rubri. Steph.

Emerita, Augusta, ἠμερίτα, Vulgò *Merida la grande.* Hispaniæ oppidum est, ad Lusitaniam spectans. Est hæc urbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cujus succo vellera tinguntur, Tyrio splendori neutiquam cedentia, ut Plin. scribit libro 9. capite 41.

Emisa, penult. prod. ἔμισα, aliàs, ἐμέσα, licet Dionysius corripiat: urbs Phœniciæ Licanusiæ. Gentile. Emisæus, vel Emesenus. Emissa fœmininum est, licet Dionysius declinare videatur, ἔμεσσα, τὴ, Steph.

Emmaus, mai, Plinio, sive Emmaûs, ûntis, ἐμμαοὺς, Ptolemæo, Castellum sive oppidũ Palęstinæ, alio nomine Nicopolis appellatum, ubi Christus à duobus discipulis panem frangens fuit agnitus. Plin. lib. 5. cap. 14: Hierichuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaum.

Emōdus, ἡμωδὸς, Mons qui circa finem Indię in duos ramos dividitur. Alteri Ortorocaras nomen est, alteri Semantinus: Vide Ptolemæum lib. 6. cap. 15.

Empandă, Paganorum Dea fuit, teste Festo: ita dicta quòd patentibus pagis, non clausis urbibus præesset.

Empĕdŏcles pen. cor. [Ἐμπεδοκλῆς. Germ. Ein Philosophus natürlicher dingẽ hocherfahren.] Nomẽ est philosophi Agrigentini, quem nescias utrúmne inter Poëtas, an inter Philosophos annumeres, quippe qui rerum naturam elegantissimo carmine explicuit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut autor est Hieronymus) omne quod vivit & movetur, non putavit edẽdum, sicut & Pythagoras: & ex concordia, amicitiaq; elementorum cuncta constare affirmabat, & eorum inimicitia & discordia aliquando dissolutum iri. Prima item elementorum complexione segregatum aëra contendebat: & post cum ignem erupisse, eumque cùm alium locum non reperiret, sursum à frigore aëris esse repulsum. Circa terram autem duos circunferri dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aëre maximè, ac ex igne ádmodum exiguo: & illum diem; hunc noctem esse putat. Solem natura non esse ignem, sed ignis repercussionem ei similem, quàm in aquis fieri cernimus. Lunam ex relicto ab igne aëre cõgelatam, sicut grando congelatur, & per se factam, lucem à Sole recipere. Mentem non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse, ac illis partibus homines magis sentire quibus plus sanguinis inest. De hujus morte nonnulli memoriæ tradiderunt, clàm relictis sociis Aetnam Siciliæ montem ascendisse; & in ardentem ejus craterem se conjecisse, eo consilio, ut qũ nusquam appareret, crederetur factus esse immortalis: sed ejectis impetu ignis ferreis ejus crepidis, rem fuisse deprehensam. De Empedocle extat honestissimum illud Lucretii elogium: Carmina quinetiam divini pectoris ejus Vociferãtur, & exponũt præclara reperta, Vt vix humana videatur stirpe creatus. ¶ Empedoclis simultas, Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα, dicebatur pertinax & irreconciliabilis: Empedoclem enim ajunt iis fuisse moribus, ut assiduè simultates cum aliquibus susciperet, easque pertinacissimè exerceret. Quadrabit etiam ubi quis levi de causa ex amico fit inimicus.

Empŏrĭæ, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo.

Empŏrium, ἐμπόριον, Oppidum, quòd aliàs Tanais, juxta Tanaidis fluvii ostia in Mæotin. Steph.

Empŏrĭum, ἐμπόριον, Vrbs Celtica, à Massilienśib. condita: altera est Macedoniæ: tertia Siciliæ: quarta Campaniæ, Steph.

Empūsă, ἔμπουσα, Genus larvæ & terriculamenti, dictum Hecatæ, uno pede incedens: unde & nomen. Autor Eustathius. Vide Cælium Rhodig. lib. 6. cap. 38. lect. antiq. & Erasmum in proverbio: Proteo mutabilior.

E ante N.

Enalus ἔναλος, Lesbius adolescens, qui quũ servandæ puellæ cujusdam gratia se in mare abjecisset, opera delphinum servatus, unà cum illa ad cõtinentem transvectus est. Autor Plutarchus in Symposio septem sapientum.

Encĕlădus. [ἐγκέλαδος. German. Ein gewaltiger Ryß/welchen Jupiter mit dem Straal zu boden geschossen hat/vnnd den Berg Aethnam oben auff jhn geworffen.] Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quem Iupiter fulmine ictum Aetnæ monti supposuit. Virg. lib. 3. Aen. Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac.

Enchĕlĕæ, ἐγχελέαι, Stephano, Oppidũ in Illyride juxta quod Cadmus & ejusdem uxor in serpentes versi sunt. Lucan. lib. 3: - & nomine prisco Encheleæ versi testantes funera Cadmi: Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 3. cap. 21.

Endўmĭon, ἐνδυμίων, Nomẽ proprium ejus qui primus Lunæ cursum invenit. Apollon. libro quarto Argon. Οὐκ ἀρ' ἐγὼ Λάτμιον αὖτερ ἀλύσκων, Οὐδ' οἵη κεχαρῇ τεθελήκοιμι ἐνδυμίωνι. Hinc origo fabulæ quam Cicer. tangit 1. Tuscul. Endymionem à Luna adamatum fuisse, & ab ea in Latmio Cariæ monte

monte fuisse sopitum: non aliam ob causam quàm ut illum semel exoscularetur. Endymion (*inquit*) si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormivit: qui est mons Cariæ nondum (opinor) experrectus. Num igitur eum curare censes quum Luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? Hactenus Cic. ¶ Hinc natum proverbium: Endymionis somnum dormis, Ἐνδυμίωνος ὕπνον κοιμᾶσθαι. In eos quadrabit qui sese immodico somno saginant, aut qui diuturno in ocio versantur, nec ullis se negotiis exercent, sed mollem, feriatamq; agunt vitam.

Ĕnĕti, *ἐνετοί*, habitabant olim juxta Paphlagoniam: inde Homerus sylvestres multos educi scribit. Dicuntur & equæ Enetides. Enetus, *ἐνετός*, etiam possessivum est, & civitas Myrmecis dialecticis patria, Steph. Vide HENETI.

Ĕngāddum. [עין גדי *hengedhi.*] In tribu Iudæ (ut scribit Hieronymus) vocatur usque hodie vicus prægrandis Iudæorum, juxta mare mortuum, ubi opobalsamum provenit, quas vineas Engaddi Salomon in Cantico nominat. Idem alibi: Engaddum ager est terræ Iudææ, non tàm vineis quàm balsamis florens.

Engelanes, populi Illyriæ, idem qui Encheleę, *ἐγχελάνες*, Steph.

Engyon, *ἐγγύων*, Vrbs Sicilię, Steph.

Ĕnĭŏchī, Vide HENIOCHI.

Ĕnĭŏpēus, *ἡνιοπεύς*, Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus. Autor Homerus, 8. Iliados.

Ĕnīpēus, penultima prod. *ἐνιπεύς*, Fluvius Thessaliæ, campos Pharsalicos rigans, juxta quem Cæsar vicit Pompeium. Lucan. li. 7: Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus. ¶ Est & alter hujus nominis fluvius in Elide, in Alpheum illabens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teste Strabone lib. 8.

Ĕnĭspē, *ἐνίσπη*, Vrbs Arcadiæ, quæ non ampliùs extat. Quidã Cleotriæ, alii Phocidi annumerant.

Ĕnnā, [*ἔννα*. German. Ein Statt gelegen mitten in Sicilia/heißt jetzt *Anna*.] Civitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti situ, à Syracusanis (Stephano teste) condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio insulæ constituta sit. Imminet subjacentibus campis, ubertate & florum varietate conspicuis: olim templum Cereris (ut Strabo testatur) habuit vetustissimum, ubi dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misêre Romani. Hinc raptam à Plutone Proserpinam, Cereris filiam, dixit antiquitas. Vulgus hodie *Annam* appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius insulæ solet conventum habere. Cicer. in Verrem: Vetus est (*inquit*) opinio, Iudices, quæ cõstat ex antiquissimis Græcorum literis atque monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cùm cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tàm persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur: nam & natas esse has in iis terris deas: & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore: qui locus quòd in media insula est littus, umbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cicero.

Ĕnnæŭs, a, um, *ἐννάιος*, ut, Ennæa Ceres, quæ augustissimo in templo apud Ennam colebatur: cujus simulachrum tanto erat effictum artificio, ut qui illud intuerẽtur, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed cœlo delapsam arbitrarentur. Autor Cic. 7. Verr.

Enneacrunos, *ἐννεάκρουνος*, Nomen fontis apud Athenas à Pisistrato conditi: à numero fistularum dictus, quos Græci *κρουνοὺς* appellant: nostri verò *Salientes*.

Ĕnnĭŭs, [*ἔννιος*. Germ. Ein vralter Lateinischer Poët.] Poëta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio & C. Manilio COSS. natus fertur. Hic Tarentinus (si Eusebio credimus) fuit. At Pompon. Mela scribit, Rudias Apuliæ, seu Calabriæ oppidum, Ennio cive esse nobile. Cui astipulatur Silius: Miserunt Calabri, Rudiæ genuêre vetustę. Quin ipse etiam Cic. in Orat. pro Archia Poëta Ennium, Rudium hominẽ vocat. Eusebius dicit Ennium à Catone Quæstore Romam translatum, in Aventino habitasse, ac unius ancillę ministerio contentũ fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: unde & in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Sequutus est M. Fulvium Nobiliorem ad bellum Aetolicum, cujus filium erudiit. Ab hoc & Cato jam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quę Annales, bellum Punicum secundum hexametris, quę omnia penitùs interciderũt, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumpsisse Virgilium, & paucis immutatis in suos transtulisse. Sententiarum gravitate in primis excelluit, sed cui verborum cultus minimè respõderet. Vnde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret: Aurum se ex Ennii stercore colligere respondit. Periit articulari morbo, quem ex immodico vini usu contraxerat. Horatius: Ennius ipse pater nunquam nisi potus, ad arma Prosiluit dicenda, &c. ¶ Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit: autor est Tranquillus.

Ĕnŏsĭgæŭs, [*ἐνοσίγαιος*. German. Ein erschütter des Erdbodens / ein zunam̃ Neptuni.] Dictus est Neptunus, quòd terram quatiat. Vnde etiam Enosichthon, *ἐνοσίχθων* dicitur. Extra carmen melius unico n scribetur. Dicitur enim *ἀπὸ τῆς σείσεως τῆς γῆς*: hoc est, à terræ concussione. Iuvenal. Satyr. 10. de Xerxe: Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

Enoch, *Ἐνὼχ*, Nomen viri in sacris literis, qui significat *Gratia Dei*. Fuit septimus ab Adam doctor & gubernator Ecclesiæ Dei ante diluvium, ab ipso Deo vivus in cœlũ traductus est, anno post mortem Adæ lvij, Genes. 5.

Ĕnŏdĭă, *ἐνοδία*, Hecate, quòd in via inventa sit ab Inacho, Stephanus in Troadis.

Enona, æ, Oppidum in ora Liburniæ, apud Plinium libro 3. capite 21.

Ĕnŏpē, *ἐνόπη* Stephano, Vrbs Peloponnesi, in tractu Messeniaco, juxta Pylum, sub ditione Agamemnonis, teste Homero lib. 9. Iliad.

Ĕntĕlă, *ἔντελα*, Siciliæ urbs à Campanis habitata, Carthaginiensium primi belli Punici tempore socia. Stephanus. Vulgò *Castro vetrano*.

Entribæ, *ἐντριβεῖς*, Populi Thracię à Stephano commemorati.

Enyalius, *ἐνυάλιος*, Vnum est ex Martis cognominibus, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 16, qui Enyalius dicitur quasi *ἐνυοδρόμος*: hoc est, Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoso.

Ĕnўō, *ἐνυώ*, Bellona dea, bellorum præses: quanquam etiam figuratè pro ipso bello sive prælio accipitur. Martial. libro primo: Nec te decipiat ratibus navalis Enyo: hoc est, prælium navale.

E ante O.

Eordææ, *ἠορδαῖαι*, duæ regiones Mygdoniæ: item aliæ duæ, una Iberiæ: altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia, Eordæus, Eordus, Eordista, Steph.

Ĕŏrdī, *ἠορδοί*, populi Thessaliæ, Steph. in Amyro.

E ante P.

Ĕpācrĭă, *ἐπακρία*, Attici agri oppidum, unum ex iis quæ à Cecrope in civitatis formam sunt redacta. Autor Steph.

Epagris, *ἔπαγρις*, Insula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teste Plinio, lib. 4. cap. 12.

Ĕpămĭnōndās, [*ἐπαμινώνδας*. German. Ein Herrlicher Edelmañ von Thebis/mit sonderbarer weißheit/dapfferheit begabet.] Nobilis Thebanus, Polymni filius singulari modestia, prudentia, & gravitate prędituς, rei militaris peritus, manu strenuus, animo maximo: adeò autem amans veritatis, ut ne joco quidem mentiretur. Adhæc multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam & fidibus novit, & ad earum sonum accinere: qua in re præceptorem habuit Dionysium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hausit, quemadmodum saltationem à Calliphrone. In Philosophia verò Lysiæ Pythagoræo operam dedit. Hic quum apud Leuctram Lacedæmonios plaga pestifera adeò affecisset, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Greciæ amissum ultra reparare nequiverint, dicere solebat: Orbum se, non tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic post clarissima facinora edita, extremo tẽpore apud Mantineam, cum acie instructa, & ducis optimi, & militis fortissimi officio fungitur, sparo, agresti telo, percussus ictu mortifero, relatusque in castra semianimis, requisivit à circunstantibus salvúsne esset clypeus: quum salvum esse flentes sui respondissent: allatum, veluti socium laborum, gloriæque osculatus est. Iterum quæsivit essent'ne fusi hostes, quum id quoque ut cupiebat, audivisset, evelli tum denique spiculum jussit: atque ita multo sanguine profuso, in lætitia & in victoria mortuus est. Cujus morte Thebanorum vires ita hebetatæ sunt, ut non tàm illum amisisse, quàm cum illo interisse omnes viderentur. Nam ante Epaminõdam Thebani alieno imperio paruerunt, & post interitum ejusdem in servitutem pristinam revoluti sunt: ut manifestum sit gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuisse. Vide Xenophontem lib. ult. Rerum Græcarum.

Ĕpăphrŏdītŭs, pen prod *ἐπαφρόδιτος*, Grammaticus patria Chæroneus: Archiæ grammatici alumnus, & discipulus, quẽ Modestus Aegypti Præses sibi coëmit, cuiq; filium Pitelinum idem in disciplinã tradidit, quem ille Romæ instituit sub Nerone. Mortuus est hydropisi. Reliqua vide apud Suidam.

Ĕpăphŭs, *ἔπαφος*, Iovis filius ex Io, qui Memphim in Aegypto condidit. Ovid. 1. Metam postquam fabulam Iûs in vaccã conversæ recitavit, subdit: Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Iovis.

Eparitæ, *ἐπαρεῖται*, populi Arcadiæ, quorum civitas Paris dici debebat: non reperitur tamen id nomen. Steph.

Ĕpēŭs, pen. prod. *ἐπεύς*, Nomen proprium Endymionis filii,

& Pæonis

& Pæonis fratris, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & artes dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56. quæ res locum [illegible] fabulæ: Epeum fabricatorem fuisse equi lignei quo Troja prodita est. ¶ Epeo timidior, Ἐπειῶ δειλότερος. De magno pere pavido dicebatur: ab Epeo quopiam ductum, notæ timiditatis homine.

Ēpēi, pen. prod. ἐπαοί, Populi in occidentali ora Peloponnesi, alio nomine Elii dicti, teste Plin. lib. 4. cap. 5. Cujus sententiæ etiam Stephanus subscribit. Homerus tamen in Catalogo navium Epeorum urbem diversam facit ab Elide, quam videtur Epeorum juri subjicere. Vide Strabonem lib. 8.

Ephestiades, Vide EPHAESTIADES.

Ĕphĕsus, pen. corr. [Ἔφεσος. Germ. Ein berümpte Statt gelegen in Asia in der Landtschafft Ionia, heißt jetzt Foglie ò Epheso.] Vrbs Ioniæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Asia factum fuit, in solo palustri, ne terræmotus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt, singulæ à singulis regibus factæ sexaginta pedum altitudine, inter quas trigintasex cælatæ fuerunt miro artificio. Hoc templum impensa non facilè æstimanda ab Herostrato quodam (qui hac potissimùm via sibi nominis immortalitatem venabatur) incensum totum conflagravit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc urbs navale & portum habuit, & loci opportunitate multum crevit, & maximum citerioris Asiæ emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenii, & doctrinæ, vitæque probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hipponax poëta, & Parrhasius pictor, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotion Iudæus, qui sacram Scripturam interpretatus est. ¶ Ephesus, inquit Stephanus, urbs Ioniæ clarissima, vel ut Herodotus, Lydiæ, & portus in sinu. Dicta olim Trichia, & Onygia, & Ptelea (πτελέη, unde Pteleæus, & Pteleates) & Sarmona ab una Amazonum quam & reginam & Dianæ sacerdotem fuisse tradunt, & filiam habuisse Amazonem, à qua Amazones dictæ sint. Hæc civitas in loco cavo olim habitata, diluvium passa est: quo cum plurimi extincti essent, Lysimachus civitatem in eum locum, ubi nunc est, transtulit, & ab uxoris nomine Arsinoën vocavit: eo mortuo, pristinum nomen receptum est. In hoc diluvium Duridis elegans tetrastichon Stephanus recitat. Est & Ephesus insula Nili, ut etiam Chius, & Lesbus, &c. Stephan.

Ĕphĕsīnus, pen. prod. Adject. ut Ephesina, Cic. 3. Philip.

Ĕphĕsĭus, ἐφέσιος, Adjectivum. Cic. 1. de Divin. Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagravit. ¶ Ephesiæ literæ, Ἐφέσια γράμματα. Dictum videtur de iis qui mira felicitate, tanquam divina virgula, quicquid optarent, assequerentur. Ajunt enim, Ephesiis notulas quasdam & voces magicas fuisse, quibus utentes, in omni negotio victores evaderent.

Ephŏrus, pen. corr. ἔφορος, Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi: cujus vitam & scripta vide apud Suidam. ¶ Ephori item apud Lacedæmonios magistratus ejusmodi fuerunt, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic appositi Regibus sunt, ut apud Romanos Consulibus Tribuni. Vt enim à Consulibus ad Tribunos provocare quisque poterat: sic Lacedæmonii à Regibus ad Ephoros. Satis cōstat ab Ephoris Reges alios ejectos fuisse, alios interemptos. Olim pro ministris Regum fuerunt: paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ pervenerunt, ut sensim à Rege magistratum, proprium constituerent, nomine Ephoriam. Ita dicti ἀπὸ τῆς ἐφορᾶν, quòd est intueri, quòd ad civitatis salutē oculos intentos haberent.

Ephyrā, yræ, ἔφυρα, Vulgò *Caranto*, urbs Peloponnesi, in ipso sita isthmo, quę alio nomine Corinthus dicta est. Ephyræ autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceani & Tethyos filia: cujus meminit Virg. 4. Georg. Lucan. lib. 9: Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis.

Ephyræus, ręa, ręum, ἐφυραῖος: hoc est, Corinthius. Propertius: Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes. Lucan. lib. 6: Insedit castris, Ephyræaque mœnia servat. Virg. 2. Georg. Ephyræius per quinque syllabas extulit: Illusas auro vestes, Ephyræiaque æra. ¶ Fuit & alia ejusdem nominis urbs in Epiro, aliaque rursus in finibus Thessaliæ: item aliæ nonnullæ, quas vide apud Stephanum.

Epiceridēs, ἐπικηρίδης, Vir Cyrenēsis, qui ob singularem suam in populum Athenienſem liberalitatem, amplissimis vicissim ab illo honoribus est affectus. Vide Demosthenē in Oratione adversus Leptinem.

Ĕpĭchārmus, ἐπίχαρμος, Philosophus Syracusanus, Pythagorę auditor, Tityri, (ut Suidas scribit) vel Chimari filius, vir multa eruditione clarus, comœdiæ autor. Horat. lib. 2. Epist. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Scripsit de natura rerum, & medicina commentarios. Hujus mentionem facit Cic. lib. 1. Tusc. quæst.

Epici, ἐπικοί, Italiæ populi, Stephanus in ἄτεστα.

Epicnemidii, ἐπικνημίδιοι, pars Locrorum. Vide OZOLAE.

Ĕpictētus, penul. prod. ἐπίκτητος, Nomen Philosophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neroni familiari serviyit, atque ad Marci usque Antonii tempora pervenit. Domitiano autem imperāte, ejus dominatu offensus, Roma Herapolim migravit, ratus verum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cujusque ubi quis rectè ageret. Tanto verò apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob ejus autoritatem vęnisse tradat. Scripsit Enchiridion, opus utile, quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Ĕpĭcūrus, [ἐπίκουρος. German. Ein Philosophus so den wollust des gemüts für das beste Gut hielt.] Ejus sectæ autor fuit, quæ ab eo Epicurea dicta est. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodū Aristippus: sed in voluptate animi: hoc est, in absentia dolorum omnium. Dialecticam damnabat, quòd Philosophiam simplicibus verbis affirmaret posse comprehendi. Deorum providentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucretius tātum tribuit, ut non dubitet affirmare Epicurum reliquorum omnium Philosophorum lumen obscurasse, quemadmodū Sol suo splendore aliorum cœlestium corporum claritatē obtenebrat. Traditur fuisse continentissimę vitę: nomen tamen illud voluptatis, in qua summum bonum ponebat, effecit ut ab eo homines voluptarii, Epicurei dicantur.

Ĕpĭdāmnus, sive Epidamnum, [ἐπίδαμνος. Vulgò *Duraxzo*. German. Ein Statt Macedoniæ am Adriatischen Meer gelegen/von welcher ein breuchlicher vberfahrt ist in Italiam.] Oppidum in eā parte Macedoniæ quæ Adriatico mari incumbit, tritissimo è Græcia in Italiam trajectu, nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani cò coloniam deducentes (inquit Plin. lib. 4. cap. 27.) Dyrrhachium dicere maluerunt, propter inauspicatū nomen Epidamni, tanquā à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludēs Plautus in Menæchmis, inquit: Ne mihi damnum in Epidamno duas, tanquam nomen inditum sit Epidamno, quòd illuc nemo sine damno divertat. De hac Lucanus lib. 10: Ad campos Epidamne tuos. Appianus sic habet: Epidamnus rex urbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Hujus ex filia nepos Dyrrhachus portum urbi adjecit, quod Dyrrhachium appellatur.

Ĕpĭdāphnē, ἐπιδάφνη, Vrbs insignis Syriæ, ad Orontem fluvium, una earum quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicanoris patre. Epidaphne verò dicta à Daphne vicino suburbano, quod lucum habebat amœnissimum, octoginta stadiorum, & fanum Apollinis, cum Dianæ delubro. Iulius Capit. Verum posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiā & Daphnen vixit. Ammianus: Apud Daphnē amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum.

Ĕpĭdaurus sive Epidaurum, [ἐπίδαυρος. Germ. Ein Statt in Peloponneso gelegen/so jetzt Malvasia heißt.] Vrbs in Peloponneso, Aesculapii templo celeberrima: de qua Plin. lib. 4. ca. 5: In Saronico (*inquit*) Epidaurum oppidum, Aesculapii delubro celebre. Fuit hic Podalirii & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus: obque artis prestantiam, in deorum numerum relatus, quum Apollinis filius existimatus esset. Vetustas ei dicavit anguem, quòd multa huic animali remedia insint, ut scribit Plin. lib. 19. cap. 4. Inde fertur Romanos quum gravi pestilentia laborarent, consultoq; oraculo juberentur Aesculapium Romam advehere, triremem cum legatis ea de causa Epidaurum misisse. Verùm quum Epidaurii deum opiferum à se inviti dimitterent, ferunt, illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnavisse, sesecq; in puppi in gyrum cōplicuisse: quem illi Aesculapium arbitrati, magna cum veneratione Romam advexerūt. ¶ Hoc etiam nomine dicta fuit urbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare sita, de qua Lucanus lib. 2: Illyris Ionias urgens Epidaurus in undas. Pausaniæ & Straboni Lymira cognominata, quòd sit portuosa: diruta à Gothis, è cujus ruinis Ragusia juxtà ædificata Raph. Volaterranus.

Epigenes, ἐπιγένης, Nomen Philosophi Byzantini. Item Poëtæ cujusdam Comici cujus fabulæ recensentur à Suida.

Ĕpĭgŏni, Vide in APPELLATIVIS.

Epĭcide, Ἐπεικίδαι, Vicus in tribu Cecropide. Steph.

Epileucadii, ἐπιλευκάδιοι, Vrbs post Acarnaniam, Steph.

Epimachus, pen. corr. ἐπίμαχος, nomen proprium viri, & Latinè facilis expugnatu dicitur.

Ĕpĭmĕnĭdēs, pen. corr. ἐπιμενίδης, Poëta Epicus fuit, patria Cretensis, teste Apul. lib. 2. Florid. qui à patre Agiasarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quodam antro obdormivit annos LXXV. [Ger. Ein Poët auß Candia bürtig/welcher auff dem Veldt Viechs hüten solt/fünff vnd siebentzig Jar an einander

einander geschlafen hat.] Vnde emanavit proverbium: Vltra Epimenedis somnum dormisti, ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδου κεκοιμησαι. In eos dictum qui perpetuum agunt otium. Lucianus in Timone. ¶ Epimenidium corium, Ἐπιμενίδειον δέρμα. De re posita, miraculiq; loco servata. Hic idem Athenis lib. pestilentia laborantibus dixit civitatem purgari, expiariq; oportere. Itaq; quum rogatus eò venisset, jussit oves albas atq; nigras apud Areopagum immolari. Revertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit. Meminit hujus Plato in primo & tertio de Legibus.

Ĕpīmĕthĕūs, per quatuor syllabas, ἐπιμηθεύς. A Poëtis Iapeti filius fuisse fertur, & frater Promethei, qui ingenio valēs, hominis statuam primus ex luto finxit: qua re indignatus Iupiter eum vertit in simiam, atq; in insulas Pithecusas relegavit. Hic pater fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ovid. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet, &c. Vide infrà de Prometheo, Pandora, & Pithecusis insulis.

Ĕpĭphănēs, ἐπιφανής, Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit, quæ etiam à cognomine ejus Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

Epiphania, ἐπιφάνεια, Vrbs Syriæ juxta Raphaneas, in confinio Aradi, ubi natus est Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ: tertia Bithyniæ: quarta juxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesicerta, utpote ab Arcesio condita, Steph.

Epipolę, ἐπιπολαί, regiūcula prærupta, juxta Syracusas, Steph. Vide EVRYALVS, & LABDALON.

Epipolī, ἐπίπολοι, Vide EVRYALVS.

Ĕpīrŭs, pen. prod. [Ἤπειρος. Germ. Ein Landschafft in Griechenland, heißt jetzt Cimera, oder Albania.] Regio est Græciæ, in qua olim Pyrrhus regnavit: hæc primùm Molossia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia: nunc verò *Albania* vocatur. Quondā urbibus, populisq; fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, quum sæpiùs deficeret, penè in solitudinem redacta est. De ea multa Strabo lib. 8. Ovid. 8 Metamor. Misit apros quanto majores herbida tauros Non habet Epirus, &c. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia: ab Oriente, Achaia: ab Occidente, Ionio mari. In ea sunt civitates Nicopolis, & Ambracia.

Ĕpīrōtă, ἠπειρώτης, Qui est ex Epiro, Liv. li. 2. Decad. 5: Martius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, consilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt.

Ĕpīrōtĭcŭs, a, um, ἠπειρωτικός. Cic. Att. lib. 12: Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortasse alteræ promeridianæ, nisi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello. Epirotici boves, qui ex Epiro sunt. Var. 2. de Re rust. ca. 5: Transmarini Epirotici nō solùm meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. Epirotica mala, ἠπειρωτικὰ μῆλα, dicuntur, quæ in Epiro Græciæ regione nascuntur: à nostris dicuntur *orbiculata*, à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Ĕpīstrŏphŭs, ἐπίστροφος, Nobilis fuit Phocensis, Iphiti Naubolidę filius, qui unà cum fratre Schedio Phocēsibus præfuit in bello Troiano. Autor Homerus in Catalogo navium.

Epitalium, ἐπίταλιον, Vrbs Tryphaliæ, Steph.

Epithetias, civitas in sinu Arabico, alias Arsime dicta, ut suprà indicatum est.

Epii, populi sunt, qui Elidenses postea dicti sunt, auth. Tortello. Vide EPEI.

Ĕpīzĕphўrĭī, ἐπιζεφύριοι, Populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est: à Locris, qui Crissæum accolūt sinum, originem trahētes. Dicti Epizephyrii, quòd supra Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strab. lib. 6.

Ĕpŏpē, es, pen. corr. ἐποπή, Stephano. Corinthiorum arx, quę & Acrocorinth9 dicitur. Epope dicta, à verbo Græco ἐποπτεύω, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iovem conspexisse Aeginam rapientem.

Ĕpŏrēdĭă, ἐπορεδία, Ptolemæo, Salassiorum oppidum in Gallia trāspadana: olim ex Sibyllinorū librorū oraculo à Romanis conditum, & ab Eporedicis (eo nomine Galli præstātes equorum domitores sua lingua appellabāt) nominatū, ut non obscurè innuit Plin. lib. 3. cap. 17. & Dom. Mar. Nig. lib. 7.

Epuia, ἐπουία, Vrbs quæ nunc *Ambracia* dicitur priùs Paralia, Steph.

Ĕpŭlŏ, Virgil. 12. Aen. Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates.

Epy, nomen urbis, Scribendum est Aepy, ut suprá.

Ĕpўlŭs, Ovid. Fast. 4: Propius est titulis Epylus alba tuis.

E ante Q.

Equestris, Colonia, Galliæ Belgicæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 17.

Equitius, nomen viri proprium, & cognomē familiæ Romanæ ab equo deductum.

Equicolus, Virg. 9, Aen. Cōtinuo Quercens & pulcher Equicolus armis.

E ante R.

Ĕrăphĭōtēs, ἐραφιώτης, Bacchus dictus est, ab inducenda cōtentione: quoniam vinum, iram, atq; certamen inducit. ἔρις enim contentio: φαίνειν ostendere.

Ĕrăsīnŭs, penul. prod. ἐρασῖνος, Fluvius est ex Stymphalide Arcadię lacu profluēs, qui deinde terra occultatus in agro Argivo denuò erumpit, & in sinū Argolicum illabitur. ¶ Est & alius ejusdem nominis, juxta Buræ ruinas, in sinum Corinthiū illabens. ¶ Item alius in Eubœa insula, juxta Eretriam urbem. Rursus alius in Attica juxta Babronem. Autor Strabo lib. 8.

Erasistratus, ἐρασίστρατος, Nomen medici eximii, ex Aristotelis familia natum quem non rarò invehitur Galenus. Hujus etiam frequens est mentio apud Plinium.

Ĕrătē, tes, pen. corr. ἐρατή, Nympha Oceani & Tethyos filia: ἀπὸ τοῦ ἔρως: hoc est, ab amore nomen habens.

Ĕrătō, pen corr. ἐρατώ, Vna Musarū, ab amore dicta, & præsit his qui amoris face rapiuntur. Virg. li. 7: Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status.

Ĕrătŏsthĕnēs, penul. corr. ἐρατοσθένης, Cyrænęus, Aristonis, Chii, & Callimachi poëtę discipulus, Plato minor à quibusdā ob doctrinam vocatus: præfuit bibliothecæ regiæ: cosmographus insignis, qui primus universum totius orbis circulū ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum esse prodidit: unde & orbis terrarum mensor appellatus est. Scripsit præter philosophicas historias, astronomica, de sectis dialogos, & poëmata quædam, autore Suida. Obiit anno ætatis octogesimo primo, quem annum maximum climacterа, & humanæ vitæ periculosissimum veteres crediderunt. Est enim numerus quadratus cōstans ex novem novenariis. Eodem etiam ætatis anno decessit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

Ĕrbesŭs, ἤρβησος, Vrbs, Steph.

Ĕrcĭnĭă sylva, Vide HERCINIA.

Ĕrcĭŭs Iupiter, Vide HERCIVS.

Erebidæ, ἐρεβίδαι, pars Lotophagorum, Steph.

Ĕrĕbŭs, pen. corr. ἔρεβος, Fluvius inferorum. Virg 6 Aeneid. -magnos Erebi tranavimus amnes. ¶ Quandoq; pro obscurissima inferorum parte: ut, -imas Erebi descēdit ad umbras. Varro ex Erebo natam Noctem ait: Vnde & illud, Erebo creata fuscis crinibus Nox te invoco. Hæc Festus. ¶ Alii malunt Noctem Erebi uxorem fuisse: ex quibus est Cic. de Natur. deorum: Amor (*cupiditas*) dolus, metus, senectus, labor, invidentia, fatum, mors, tenebræ, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, hesperides, somnia: quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt. ¶ Frequentissimè autem Erebus pro ipsa inferorum sede accipitur. Vnde etiam Proserpina ab Ovid. lib. 5. Metam. Regina Erebi vocatur.

Ĕrĕchthĕūs, ἐρεχθεύς, Athenaiensium rex fuit, cujus filię mortem pro patria cōtempserunt. Cic. pro Sestio: Mortem quam etiam virgines Athenis regis (opinor) Erechthei filiæ pro patria contempsisse dicūtur, ego vir Consularis tantis rebus gestis timerem?

Ĕrĕchthĭă, ἐρεχθία, vicus Atticæ in Aegide tribu, ab Erechtheo, qui Cererem hospitio suscepit.

Ĕrĕmbī, ἐρεμβοί, Populi in Arabia, qui prærupta saxa nudi inhabitant: Autor Strabo lib. 16.

Ĕrĕmē, ἐρημη, nomen insulæ, Steph.

Eresichthon. Vide ERISICHTHON.

Ĕrĕssŭs, Ἔρεσος, Vrbs in Lesbo, Theophrasti Eresii patria, ab Eresso Macaris filio dicta, Steph.

Ĕrĕtrĭă. pen. cor. ἐρετρία, Oppidum est Eubœæ insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ usu præstantissima, quam ab ea Eretriam vocant. Ejus Dioscorides duas facit species: unam vehementer albam: alteram ad cineris colorem vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat lib. 35 cap. 6. Hujus urbis meminit & Homerus 2. Iliad. in Catal. navium.

Ĕrĕtum, pen. prod. ἔρετον, Oppidulum est Sabinorū, non procul à Tyberi, in colle situm, quem etiam veteres montem Eretrum vocaverunt: hodie Italorum vulgus corrupto vocabulo *Montem rotundum* vocat. Ejus meminit Virgil. lib. 7: Ereti manus omnis, oliviferæq; Mutuscæ.

Erevaris, ἐρεβάρης, Vrbs Libyæ, à Revaste & Eleuthera, Steph.

Ereuthalion, ἐρεύθαλιων, Viri proprium, quem Nestor interemit, dixitq; cùm miraculo corporis, tùm excellentia armorū præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

Ĕrgāstērĭă, orum, ἐργαστήρια, Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringētis & quadraginta stadiis à Pergamo distans, metallorum fodinis nobilis: à quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Galeno lib. 9. Simplicium medicamentorum.

Ergasylus, nomen proprium viri, Tortello.

Ergavica,

Ergavica, ἐργαυικη, Oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Vaſconum, teſte Ptolem. lib. 2. cap. 6. Plinius quoque libro 3. capite 3: Ergavicenſes populos enumerat in eodem Hiſpaniæ tractu.

Ergĕtĭum, ἐργέτιον, Oppidum Siciliæ, cujus incolæ dicuntur Ergetini, ἐργετῖνοι, quorum meminit & Plin. lib. 3. cap. 8.

Ergīnŭs, ἐργῖνος, Tyrannus fuit qui ab Hercule & Minyis Orchomeni urbe expulſus, poſtea & extinctus eſt. ¶ Erginus Thraciæ fluvius, autoribus Plin. libro 4. cap. 11, & Pomponio Mela lib. 2. in deſcriptione Thraciæ.

Ĕrĭboeă, ἐριβοια, Dicta ab Homero Iuno, quaſi buculæ moleſtia, quòd Io in bovem verſam multis affecerit moleſtiis. Nam ἔρις contentionem, item, ſive moleſtiam ſignificat: βοῦς, bovem. ¶ Eſt etiam hoc nomine urbs Macedoniæ, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Vulgò *Preſſa*.

Ĕrĭcātes, pen. prod. Viri cujuſdam Lycaonii nomen, à Meſſapo Turni comite interfecti, ut Virgilio placet, 10. Aen. Cedit Meſſapo Turni comite interfecti, ut Virgilio placet, 10. Aen. Cedicus Alcathoum obtũcat, Sacrator Hydaſpem: Meſſapus Clonium q; Lycaonium q; Ericatem. Interpretari poteſt, ira confractus. ἔρις, ira: κοπτω, infringo.

Erĭca, ἐρικια, Vicus Athenis in tribu Aegide, Steph.

Ĕrĭchtheus, ἐριχθεύς, Nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerva è rure ubi natus erat, ſuſcepit, educavit, & Athenienſi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichtheæ dictæ ſunt. Virg. in Cir: Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

Ĕrĭchthŏnĭŭs, ἐριχθόνιος, Qui etiam Erichtheus dictus eſt, Athenienſium Rex fuit ex ſemine Vulcani in terram projecto editus: Vnde & nomen habet, ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθονὸς: id eſt, ex certamine, atq; humo. Nam quum Vulcanus dus arma feciſſet, eiq; Iupiter optionem dediſſet præmii quod vellet poſtulandi, juraſſetq; per infernam paludem ſe nihil negaturũ: tum ille Minervę nuptias poſtulavit, quas quum Iupiter juramento obſtrictus, ei negare non poſſet, Minervam tamen monuit repugnare, pudicitiamq; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe ajunt ſemẽ, atq; inde editum fuiſſe puerum draconum pedibus nomine Erichthonium: qui quum adoleviſſet, ut pedum deformitatem tegeret, primus currus uſum adinvenit. Hanc fabulam refert Servius in illud Virg. li 3. Georg. Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus iungere equos, rapidisq; rotis inſiſtere victor. Ab eo populus Athenienſis Erichthonius dictus eſt.

Ĕrĭchthō, ἐριχθὼ, Mulieris Theſſalæ nomen eſt apud Lucanum lib. 6 multitudine veneficiorũ famoſæ. Eo nomine uſus eſt Ovid. in Epiſt. Sapphûs, pro Furię cujuſdam infernalis nomine. Illuc (inquit Sappho) mentis inops, ut quam furialis Erichtho Impulit, in collo crine jacente, feror.

Ericis, portus Ptolem. Liguriæ oppidum: Plinio Delphini portus.

Ĕrĭdănŭs, pen. corr. ἠριδανὸς. Vulgò Po: Italiæ fluvius in Veſulo monte naſcens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notiore nomine *Padus* appellatur. Eridanum autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incendii quo bonam terrarũ partem exuſſit, Phaethon cognominatus eſt. Hunc Poętę fabulantur, quum paternum currum regendum ſuſcepiſſet, aurigandiq; imperitia orbem terrarum in diſcrimen adduceret, à Iove fulmine ictum in Padum fluvium decidiſſe, eiq; Eridano nomen feciſſe. Virg. quòd Italicorum omnium maximus ſit, regem fluviorũ appellat. ¶ Eſt item Eridanus cœleſte ſignum Arieti proximum. Cic. ex Arato: Nanq; etiam Eridanum cernes in parte locatum Cœli.

Ĕrĭgŏne, ἠριγόνη, Icarii filia fuit, teſte Hygino, quæ ex dolore paterno nectis, quem ruſtici temulenti occiderant, ſe ipſam ſuſpendit, deorumq; miſeratione in cœlum tranſlata, Virginis nomen obtinuit. Virgil. 2. Georg. Qua locus Erigonem inter, Chelasq; ſequentes Panditur.

Ĕrĭgŏnĕĭŭs, adjectivum, ἠριγονεῖος: ut Canis Erigoneius, apud Ovid. libro 5. Faſtor. Nocte ſequente diem Canis Erigoneius exit: Id eſt oritur Canis, ſydus cœleſte. Vide Hyginũ. Et canis Erigones vocabatur Chimęra. Porrò quum ejus umbra regionem illam infeſtaret, ad iram mitigandam imagunculas ex cera confectas arboribus appenderunt, quòd in Bacchi ſacrificiis fieri conſuetum eſt. Vnde Virg. lib. 2. Georg. -tibiq́ue Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Erimantus, qui lites diſſeminando divinat, ἔρις, lis, μάντις divinus. Iuvenalis: Aut Dyſphilus, aut Erimantus.

Erĭmum, ἔριμον, Vrbs Oenotrorum in mediterraneis, Steph.

Ĕrĭnĕŏs, ἐρινεος, Locus aſperi ſub Ili mœnibus à caprificorũ, quos Græci ἐρινεοὺς appellant, multitudine dictus. Meminit hujus loci Andromache, apud Homerum Iliad.

Erineum, ἐρινεὸς, Vrbs in Doride à caprifico dicta, ut autor eſt Strabo. ἐρινεος, Steph. urbs Dorienſium ſub Parnaſſo, dicitur etiam ἐρινεὸς. Eſt & alia Italiæ, & Achaiæ.

Ĕrĭnnă, ἔριννα, Nomen poętriæ: ex Teno urbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centeſimam ſeptimam.

Ĕrīnnўs, yos, ἐριννὺς, Vna Furiarum: ita dicta ἀπὸ τοῦ ἐρίειν τὸν νοῦν: hoc eſt, à corrumpenda mente. Virg. 2 Aen. -quòd triſtis Erinnys, Quò fremitus vocat. ¶ Erinnys ex tragœdia, Ἐρινὺς ἐκ τραγῳδίας: De fœdis aniculis, quales exibant è ſcena, repręſentantes Erinnyn. Ex Ariſtophanis Pluto.

Erionia, ἠριονία, regio circa Sardes, quæ & Aſia, Steph.

Eriphia, Veneficæ faſcinatricis cujuſdam nomen fuit, de qua vide Eraſmum in Adagiis.

Ĕrĭphўlē, es, vel Eriphyla, æ, pen. prod. ἐριφύλη, Nomen uxoris Amphiarai, & ſororis Adraſti: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum ubi ſe moriturum ſciebat, proficiſci cogeretur, Polynici prodidit. Virg 6 Aencid. His Phædram, Procrimq́, locis, mœſtamq́; Eriphylen. Cic. 6. Verrina: Eriphylã accepimus in fabulis ea fuiſſe cupiditate, ut quũ vidiſſet monile ex auro, ut opinor, & gemmis, pulchritudine ejus incenſa, ſalutẽ viri proderet. Iuvenal. Satyra ſexta: Occurrunt multæ tibi Belides, atque Eriphylæ.

Ĕrĭphўsă, ἐριφύση, Inſula una ex Aeoliis. Strabo. li. 6.

Ĕrĭsīchthon, ἐρισίχθων, Vir impius fuit in Theſſalia, qui quũ Cereri nemus conſecratum: præcipuè verò quercum in qua Nympha quædam ſuccidiſſet: irata Ceres famem ad eum miſit, quæ toto exhauſto patrimonio, eò coëgit etiã, ut propria membra ipſe abſumeret. Huic erat filia puella præſtãti forma, nomine Metra, quam ubi proſtituiſſet, aduleſcentes qui commeabant ad illam, varia munera deferebãt: alius equos, alius boves, alius verveces: nam id temporis nondum auri, argẽti, gemmarúmve erat uſus. Porrò Theſſali per jocum dicebant Metram Eriſichthonis, verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur: Atque hinc proverbium: Mutabilior Metra Eriſichthonis, μεταβλητοτερ μητρας τ Ἐρυσίχθονος. In eum congruit, qui ſecum non conſtat, ſed ſubinde aliam atq; aliam perſonam ſumit. Fabulam Eriſichthonis tractat Ovid. lib. 8. Metam.

Ĕrō, ἥρω, Puella formoſiſſima ex Seſto Thraciæ urbe, ad Helleſpontum ſita, & Veneris ſacerdos: cujus mutuo amore correptus Leander Abydenus adoleſcens, noctu ejus cauſa Helleſpontum ſolebat trajicere. Verùm quum aliquando nimio amatæ deſiderio, mari tempeſtatibus agitato ſe commiſiſſet, viribus deſtitutus, ſubmerſus eſt. Cujus cadaver quum fluctuum impulſu Seſtum eſſet delatum, Ero doloris impatientia, ex editiſſima ſeſe ſpecula in mare præcipitavit. Muſęus horum amores elegantiſſimo carmine exequitur.

Erœiadæ, ἠροιάδαι, Vicus in tribu Hippothoontide, Steph.

Eropia, Inſula una ex Cycladibus, aliter Acis: & poſtea Syphnus appellata.

Eropoliſtides, nomen apud Plautum, quo ſignificatur ob amorem vendita. ἔρως, amor, πωλέω, vendo.

Ĕrōtĭum, tii, ἐρώτιον, Mulierculæ nomẽ eſt apud Plautum per diminutionem. ἀπὸ τοῦ ἔρωτος: hoc eſt, ab amore detortum. ¶ Erotium item Græcis Cupidinis imagunculam ſignificat.

Erphordia, Vrbs Thuringiæ celebris. [Vulgò Erffordt.]

Ertha, Ἔρθα, Vrbs Parthiæ ad Euphratem.

Ĕrўcŭs, ἐρυξ, a Cicerone in 4 Verrina appellatur Siciliæ mõs; quem Strabo & alii Erycem vocant. Non enim (*inquit*) Quæſtor petit ut eſt conſuetudo) is qui Erycum montẽ obtinebat. Et paulò pòſt in eadem Actione. Hoc de homine, ac de hujus bonis etiam in Eryco mõte monumentũ poſuiſti. Vide plura in dictione ERYX.

Ĕrўcīnă, æ, Ἐρυκίνη, Veneris cognomentũ eſt ab Eryco Siciliæ mõte, in quo religioſiſſimè colebatur. Ovid. 2. Amorũ: Quid geminas Erycina meos ſine fine dolores? Vide Cic. in Div. in Ver.

Ĕrўmānthŭs, Ἐρύμανθος, Mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum vaſtatorẽ Hercules domuit, vivumq́, in humeris ad Euryſtheum detulit: quo conſpecto, Euryſtheus in æreo ſe vaſe abſcondit. Virg. lib. 8. Aen Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu. ¶ Eſt & fluvius hoc nomine in Alpheum defluens, ut oſtendit Plin. lib. 4. cap. 6.

Ĕrўmānthēŭs, a, um: ut Monſtrum Erymantheum. Valer. 1. in Arg. Quiq; Erymanthei ſudantem pondere monſtri Amphitryoniadem, &c.

Ĕrўmānthĭŭs, a, um: ut Aper Erymanthius. Cic 6. Verr Ajebãt in labores Herculis nõ minùs hunc immaniſſimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere.

Ĕrўmanthĭs, idos, Aliquando legitur pro ipſa Arcadia. Ovid. 2. Metamor. Nexilibusq; plagis ſylvas Erymanthidos ambit. ¶ Erymanthis urſa, dicta eſt Calliſto Lycaonis filia, quæ verſa eſt in urſam: ut docet Ovid lib. 2. Metamorph. ¶ Cuſtos Erimanthidos Vrſæ, Arctophylax. Idem 2 Triſt. Eleg. 3: Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos Vrſæ, Aequoreasq; ſuo fidere turbat aquas.

Erymnă, ἐρυμνά, Vrbs Lydiæ, Trallis postea dicta. Steph.
Erymnæ, ἐρυμναὶ, Vrbs Lyciæ, Steph.
Erythea, ἐρυθέα, Vrbs Cypri in quo Apollo Hylates colitur, Stephan.
Erysice, ἐρυσίκη, Vide Oeniadæ, urbs Acarnaniæ, quæ postea Oeniadæ nominata est: alioqui totam Oeniadarum regionem Erysicem nominarunt, ab Erysice Acheloi filia, gentile Erysicæus, Steph.
Erythreus, ἐρυθρεύς, rex fuit Athenarum, Orithyiæ pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit.
Erythīa, [ἐρυθρεία. Ger. Ein Insel im Hochmeer nahe bey den Gadibus, heißt jetzt Calta.] Insula est in Oceano, proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnasse creduntur In ea tanta aëris benignitas esse fertur, ut homines pariat penè immortales. Strabo lib. 5, & Plin. lib. 4 cap. ult.
Erythini, ἐρυθινοὶ, Vrbs Paphlagoniæ, παρὰ τὸ ἔρυθος. Apollonius ἐρυθινους dixit Steph.
Erythra, ἐρυθρὰ, Vrbs Ionũ, quæ & Cnopupolis, κνωπούπολις, à Cnopo vocabatur Alia est Libyæ, & alia Locridis, alia Bœotiæ, & alia Cypri, quæ nunc Paphus, Steph.
Erythra acra, ἐρυθρὰ ἄκρα, Promõtorium est Libyæ, Steph. ἐρυθρὰ βᾶλος, quasi dicas glebam rubram, urbs Aegypti, Steph.
Erythræ, ἐρυθραὶ, Vulgò Cabo bianco, Civitas Asiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythræã nominaverunt: antiqua sanè mulier, & divinatrix, tempore Alexandri.
Erythræum mare, Pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens: ad Occidentem, Arabico: ad Ortum, Persico sinu terminata. [ὁ κόλπος ἐρυθρὰ θάλασσα Ger. Das Rotmeer oder das Arabisch Rotmeer.] Ratio nominis variè traditur à scriptoribꝰ. Proximè tamen ad veritatem videntur accessisse, qui ab Erythra rege, Persei & Andromedes filio, dictum putãt: cui etiam opinioni subscribit Arrianus, Gestorum Alexandri, li. 8. Reliquas opiniones, hîc brevitatis causa omisimus. Strabo lib. 16. A Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum. Nam quum audirent à Græcis Erythreum vocari, existimantes à rubedine aquarum ita dictum, ipsi quoq; Mare rubrum dixerunt.
Erȳx, [ἔρυξ. Ger Ein Berg in Sicilien/heißt jetzt Monte di S. Culliano.] Nomen mõtis in Sicilia, ab Eryce ibi sepulto: & nomẽ civitatis in eo sitæ, in quo templũ Veneri cõstruxit Eryx ejus filius. Ovidius secundo de Arte: Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi, Colle sub umbroso, quẽ tenet altus Eryx. Pomponius: Montiũ Eryx maximè memoratur ob delubrũ Veneris. Vnde Venus Erycina dicta est. ἐρυκίνη. Ovidius secundo Amor. Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

E ante S.

Esau. [ἩΣΑΥ hesâv. ἠσαύ.] Nomen filii Isaac, qui & Edom: hoc est, rufus: Seir, quod pilosum significat, appellatus est.
Esis, pro fluvii nomine, Vide AESIS.
Eslinga, urbs Germaniæ in ducatu Vvirtembergico.
Essedones, ἐσσηδόνες, teste Plin. lib. 4. cap. 12, populi sunt Asiæ, utranq; Scythiam incolentes, super Mæotim lacum, non procul à Riphæis montibus, quibus (teste Herod. lib 4. Hist. mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadavera ipsa pecudum admistis carnibus comedere: os autem capitis, quod *cranium* vocamus, auro cingere, & ad poculi usum asservare.
Essæi, ἐσσαῖοι, Vna ex tribus religiosioribus Iudæorum sectis: quæ omninò tres erant, teste Iosepho, Pharisæorum, Essæorũ, & Sadducæorum. Ex his Essæi uxoribus & vino, & carnibus abstinebant, quotidianumq; jejunium vertebant in naturam.
Essus, ἔσσος urbs Locridis, Steph.

E ante T.

Etaei, ἑταῖοι, urbs est Laconica, Steph.
Etaxalus, ἑταξαλος, Insula est juxta sinum Persicum, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28.
Etearchus, chi, ἑταρχος, Oaxi civitatis Creticæ rex fuit, qui amissa uxore filiæ suæ Phronimæ novercã superinduxit, quæ domum ingressa, ut erat, ita re ipsa se novercam præstitit, cùm lædendo, atque omne injuriarum genus excogitando, tùm ad extremum impudicitiam impingẽdo. Etearchus criminationibus uxoris fidem habens, Themisonem quendam Therum jurejurando astringit, ut acceptam Phronimam in mari demergeret. Qui quum se neque Etearchi crudelitatis ministrum præbere vellet, neque rursus jusjurandum violare, revinctam funibus puellam demisit in pelagus, eaq; subitò retracta, Theram pervenit: ubi Polymnestus vir inter Theræos spectatus, in concubinatum Phronimam accipit: qui ex ea Battum genuit Cyrenarum in Africa conditorem. Autor Herodotus lib. 4.
Eteocles, penul. correp. ἐτεοκλῆς, Oedipi filius, ex nefando Iocastę matris cõcubitu editus: cui cum fratre Polynice ita convenerat, ut alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, quũ Eteocles qui quòd major natu esset, primo anno regnaret, renueret fratri regno cedere: Polynices adjutus à Tydeo & Adrasto socero, fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis vulneribus cecidêrunt. Impositis deinde cadaveribus eidem rogo, flamma se divisisse traditur: tanquam odium illud quod inter vivos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Interpretatur autem Eteocles vera gloria, ab ἐτεὸς quod verum significat, & κλέος, gloria. Vnde etiam sine aspiratione scribẽdum est.
Eteoneus, ἐτεωνεύς, urbs Eubœæ, ἐτεώνιος, ab Eteoneo quodam, nunc *Scarphen* vocant, in colle sita: λέφου enim lego, nõ λάφου. Steph.
Etesiæ, [ἐτησίαι. Ger. Wind so järlich etlich tag in den Hundts tagen wäyen.] Venti qui certo anni tempore flant. Hos Suabo lib. 3. Subsolanos vocat: hoc est, Euros. Hi quotannis in vigore æstatis perflant XL. diebus post Caniculæ exortum. Dicti Etesiæ: id est, annui: (ἔτος enim annus, ἐτήσιος, annuus) quòd ex omnibus ventis hi maximè stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. De his Plin. libro 37., cap. 5, & Gell. lib. 2. cap. 18.
Ethalia, αἰθαλία, insula in Ligustico mari, Populoniæ urbi opposita, ab Ethalio, qui ei præfuit, sic dicta. Quidam hoc nomẽ cum diphthongo scribunt. Vide AETHALIA.
Ethecusa, Insula est in ora Cariæ, nõ procul ab Argiis insulis: Plin lib. 5. cap. 31.
Etheleum, Fluvius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus, cujus mentionem fecit Plin. lib. 5. cap. ult.
Ethemon, nomen viri proprium, de quo Virg. li. 10. Aen. meminit, quum ait:

Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta.

Ethici Asiæ populi, apud Plin. lib. 5 cap. 4.
Ethnestæ, ἔθνησαι, populi Thessaliæ, ab Ethnesto Neoptolemi filio, Steph.
Ethusa, Olim insula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum accrevit. Plin. lib. 26 cap 89.
Etis, ἦτις, vicus Laconiæ, aut Cretæ civitas, patria Mysonis, unius ex septem sapientibus: unde Etius nominatus, Steph.

E ante V.

Eva, εὔα, Vrbs Arcadiæ: gentile Evæus, Steph.
Evadnē, per d ante n, εὐάδνη, Martis filia ex Thebe uxore Asopi, & conjux Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit. Itaq; quum audisset illum apud Thebas cecidisse, ferè in mortis stuporem diriguit: deinde quum celebraretur funus, se in rogum projecit. Ejus meminit Virg. 6. Aen. Evadnenq;, & Pasiphaën, &c.
Evæmon, εὐαίμων, Pater fuit Eurypili qui cum Græcis ad Trojam profectus cum quadraginta navibus, præfuit Ormeniis, Autor Homerus in Catalogo navium.
Evænētus, εὐαίνετος, Nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, unà cum Themistocle Athenienſium duce, à Græcis constitutus fertur.
Evagoras, ad quem Isocrates scripsit.
Evaleni, εὐαλῆοι, populi quorum meminit Glaucus libro 2. de Arabia.
Evan Vnũ est ex Bacchi cognominibus. Ovid. lib. 4 Meram. Nyctelius q;, Elaleus q; parens, & Iacchus, & Evan. ¶ Inde Evantes, dictæ sunt Bacchæ, quæ Liberi patris Orgia celebrantes, Evanis nomen identidem acclamabant. Virg. 5. Aen. Evantes Orgia circum Ducebat Phrygias.
Evander, εὐανδρος, Proprium nomen Carmentis filii, qui quum patrem imprudens occidisset, relicta Arcadia, in Latium sese contulit, atq; pulsis Aborigin bus, in Palatino mõte consedit, ut oppidum Pallanteum fundavit, à nomine Pallantis (ut Virgilio placet) proavi sui. Virg. 8. Aeneid. Arcades his oris, genus ab Pallante profectum, Qui regem Evandrum comites, qui signa sequuti Delecta locum, & posuêre in mõtibus urbem, Pallantis proavi de nomine Pallanteum. ¶ Legitur & nominativus Evandrus. Virgil. 8 Aeneid. Tum pater Evandrus dextram complexus euntis Hæret. ¶ Fuit etiam ejusdem nominis plastes ac cælator egregius Athenienſis, à M. Antonio Alexandriam perductus, eoque victo, inter captivos Romam advectus, autore Acrone in illud Hor. 1. Serm Sat. 18. -mensáve catillum Evandri manibus tritum dejecit: id est, calicem nobiliter cælatum.
Evandrius, ia, ium, adjectivum: ut, Evandria regna. Silius lib. 7: Qui Carmẽtis opes, & regna Evandria servas. Virgil. 10. Aen. Nam tibi Tymbre caput Evandrius abstulit ensis.
Evax, Vide in APPELLATIVIS.
Eubœa, [Εὔβοια. Ger Ein lange Insel im Aegeischen Meer/ welche mit einem engen Meer von dem Landt Bœotia abgescheid en ist/ heißt jetzt Negroponte.] Nomen insulæ est in mari Aegæo tàm angusto euripo à Bœotia divisa, ut ponte illi conjungatur, insignis tribus promontoriis, Gerestio scilicet ad Acticam vergente: ad Hellespontum Capharẽo, exitio Græcæ [illegible] notissimo:

tissimo: ad Septentrionem, Cæneo, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Eubœus, a, um, adjectivũ: ut Plebs Eubœa. Stat. lib. 5. Syl. -stupuit primæva ad carmina plebes Eubœa.

Eubœicus, a, um: ut carmen Euboicum, Ovid. 4. Fast. Carminis Euboici fatalia verba sacerdos Inspicit. Sibylla Euboica: id est Cumana. Stat. 1. Syl. -- Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ. ¶ Hinc Euboicum mare, Εὐριπὸν πέλαγος, quod duplex esse dicitur: alterum in Aegeo mari: alterum in Campano, seu Tusco, quod in Aegæo, Eubœæ adjacet insulæ, à qua denominatum est: quod autem in Tusco, Cumarum, Bajarumque alluit oram, ab Euboicis advenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.

Eubulus, pen. prod. Εὔβουλος, Athenienſis civis fuit, contrarias ferè Demosthenis in Reipubl. administratione partes fovens. ¶ Fuit & Eubulus mediæ comediç poéta, ut scribit Suidas. ¶ Eubulus præterea nomen fuit historici, qui historiam Mithriæ multis voluminibus explicuit.

Eucarpia, Εὐκαρπία, Vrbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: unde & nomen, quasi uber fructuum proventus. Meminit hujus oppidi Strabo libro 12. Eucarpia Stephano, vicus est minoris Phrygiæ, in qua Metrophane teste, racemus tantus provenit, ut currus medius præ onere aliquando rumpatur. Hanc regionẽ Barbari Iovem Cererí & Baccho fœcũditatis gratia donasse fabulantur. Est etiã Eucarpia castellum Siciliæ, inter Timæos.

Euclidès, Εὐκλείδης, Philosophus fuit Megarensis, Socratis auditor, ad quem belli tempore assumpta muliebri veste sæpiùs commeasse traditur. Defuncto verò Socrate in patriam sese cõtulit, ibiq, celebri auditorio (in quo etiam Plato fuisse perhibetur) Philosophiam professus est. Scripsit dialogos quamplurimos, quorũ nomina recensent Suidas & Diogenes Laërtius. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis Platonicus philosophus, & geometra insignis, tempore primi Ptolemæi, posterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt, antiquior verò Eratosthene, & Archimede. Hic multa de Geometria & Musica conscripsit, quç etiam hodie omnium manibus teruntur.

Eucratida, urbs Bactrorum (Steph. ex Strabone) ab imperãte cognominata.

Eũdæmon, onis, pen. prod. genitivi corr. Εὐδαίμων, Aegyptius grammaticus, teste Suida, patria Pelusiotes, Libanii sophistæ contemporaneus. Scripsit varia poémata, item artem Grammaticam, & de recta scribendi ratione.

Eudẽmus, Εὐδημος, Orator fuit Megalopolitanus, Philopœmenis præceptor. Autor est Plutarchus in vita Philopœmenis.

Eudãmidẽs, pen. corr. Εὐδαμίδης, Nomen fuit Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

Eudĭpnẽ, Εὐδίπνη, insula Libyæ Phœnicum, Steph.

Eudorã, pen. prod. Εὐδώρα, Nympha Oceani & Tethios filia, ut placet Hesiodo in Theogonia. ¶ Item una ex Atlantidibus, quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexora, Patho, Tyche.

Eudorus, Εὔδωρος, Mercurii filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Trojanum sequutus est, ut est videre apud Homerum 8. Iliad.

Eudóxus, [Εὔδοξος. Ger. Ein erfarner *Astrologus* der erſtlich bey den Griechen des Jars lenge von des Mons lauff geſchriben hat.] Peritissimus Astrologus fuit & Geometra, filius Aeschinis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum ordinavit. Lucan. libr. 10: Nec meus Eudoxi concedet fastibus annus. Scripsit leges, & de Geometria atq; Astrologia libros edidit. Cic. lib. 2. de Divin. Ad Chaldęorum, *inquit*, monstra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in Astrologia judicio doctissimorum hominum facilè princeps, sic opinatur (id quod scriptum reliquit) Chaldæis in prædictione & notatione cujusq; vitæ ex natali die, minimè esse credendũ. ¶ Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus, filius Agathoclis, poéta comicus.

Evelgis, Εὐελγεία, Vrbs quædam, Steph.

Evemẽrus, pen. corr Εὐήμερος. Nomen historici, de quo Lactantius: Evemerus, *inquit*, antiquus autor fuit è civitate Messana Res gestas Iovis, & cęterorum qui dii putantur, collegit, historiamq; cõtexuit è tituli s, & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus.

Evenetus, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ad arcẽdum Thessaliæ finibus Xerxem, Themistocli datus adjutor fertur. Autor Herod. lib. 7.

Evenus, pen. prio. [Εὔηνος Ger. Ein fluß in *Aetolia*.] Fluvius est Aetoliæ in Calydromo monte nascens, & juxta Calydonem in mare Ionium influens: ita dictus ab Eveno Martis filio, & Marpessæ patre, qui se in hunc flavium præcipitavit. Ovid. libr. 9. Metamor. Nanque nova repetens patrios cum conjuge muros, Venerat Eveni rapidas Iove natus ad undas. Lucanus: Et Meleagream maculatus sanguine Nessi, Evenus Calydona secat, &c.

Evenus, Εὔηνος, Philosophus qui famem optimum ciborum condimentum esse dicere solebat, ut refert Plutarchus. ¶ Fuerunt item Eveni duo Parii, Elegiarum scriptores: quorum meminit Suidas.

Evergẽtes, Εὐεργέτης, Cognomen Ptolemæi Aegyptiorum regis, qui Philadelpho successit, à maximis ejus in Græcas civitates meritis impositum. Nam Εὐεργέτης à Græcis dicitur quem nos *beneficum*, vel *benemeritum* appellamus. ¶ Evergetæ item dicti sunt populi Scythiæ, qui & Arimaspi, quòd benefici fuerint in Argonautas, maris tempestate ad eorum littora delatos, Steph.

Eugãnei, Εὐγάνειοι, Populi fuerunt ad intimum maris Adriatici sinum, Alpes versus, qui deinde à Trojanis & Henetis, qui Antenore duce in eam Italiæ partem venerant, sedibus suis pulsi, Alpes Grajas tenuerunt. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henętum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylemene ad Trojam amisso, quærebant, venisse in intimũ maris Adriatici sinum, Euganeisq, qui inter Alpes, mareq; incolebãt, pulsis, Henetos, Trojanosq; eas tenuisse terras, & in quẽ primùm egressi sunt locum, Troja vocatur, pagoq; inde Trojano nomen est: Gens universa Veneti appellati. Hæc ille. Dicti autẽ sunt Euganei ἀπὸ τῆς εὐγενείας: hoc est, à generis nobilitate, teste Plin. libr. 3. cap. 20 Hinc Euganeus, a, um. Iuvenalis: -Euganea quantumvis mollior agna. Lucanus: Euganeo (si vera fides memorantibus) augur Colle sedens, Aponus ubi terris fumifer exit, Atq; Antenorei dispergitur unda Timavi.

Eugĭa, Εὐγία, regiuncula Arcadiæ, Steph.

Euhyus, Εὔϊος. Germ. Guter Sohn/ Ein zunam *Bacchi*, welchen jhm Jupiter gegebẽ/ alß er wie ein Löuw fur jhn wider die Nysen gestritten hat.] Vnum ex Bacchi cognominibus, à Iove illi inditum eo in bello quod Gigantes cum diis gesserunt. Fabulãtur enim Poętę, cæteris diis perterritis, Liberum patrem se in leonem convertisse, unumque ex Gigantibus interfecisse, & ob rem tam strenuè gestam, Euhyon: hoc est, bonum filium à Iove fuisse salutatum. Stat. libro secundo: Et tũc fortè dies notó signata tonãtis Fulmine, prærepti cum te tenet Euhye partus Transmittere patri. ¶ Inde fit fœmininum Euhias, Bacchi sacerdos. Horat. libro 3. Carminum: Non fecùs in jugis exsomnis stupet Euhyas, Hebrum prospiciens, & nive candidam Thracen.

Evii, populi Liguriæ, Steph.

Evila. [חוילה *chavilah*.] Regio ad Orientem vergens, sacris literis celebrata, quam circuit de Paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine *Gangem* vocant. In ea aurum purissimum, quod Hebraicè *Zaab*, & gemmæ pretiosissimæ, carbunculus, smaragdusq; nascuntur.

Evippẽ, Εὐίππη, vicus Cariæ, Steph.

Eumæus, Εὐμαῖος, Subulcus fuit Vlyssis, qui dominũ à bello Trojano reducem opera sua adjuvit contra procos uxoris. Homer lib. 22. Odyss.

Eumẽlus, Εὔμηλος, Admeti Regis Thessaliæ ex Alcesti uxore filius.

Eumẽnes, Εὐμένης, Vir Cardianus ex intimis Philippi & Alexãdri familiis ortus, qui cura, diligẽtia, patria calliditate, & celeritate omnes Macedones superavit: de quo multa à Græcis historicis traduntur. ¶ Fuit prætereà hoc nomine Pergamenus rex, qui Antiochum apud Sardeis ingẽti prælio superavit: de quo vide Strabonem lib. 13, & infrà in dictione PERGAMVS.

Eumẽnia, Εὐμένεια, urbs Phrygiæ quam Attalus ab Eumene Philadelpho sic vocavit: aut Hylas, quòd benè in ea mãsisset, sic eam appellavit. Alia est Cretæ: tertia in Hyrcania.

Eumẽnĭdes, [Εὐμενίδες Ger. Wutende vnnd vngütige hellſche Weyber.] Furiç ἀντιφράσει dictæ, quod minime benevolę sint. Εὐμενὴς enim *benevolum* significat. Has autem tres ferunt fuisse, Acherontis & Nocłis filias, uno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes. unde Lucanus: -jam vos ego nomine vero Eliciam, Stygiasq; canes in luce superna Destituam. Apud mortales, Furiæ, ab effectu Cicer. secundo de Legibus: Agitant & insectantur impios Furiæ non ardentibus tædis (sicut est in fabulis) sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu. Apud Superos dicuntur, Diræ Virg. lib. 12. Aen. At procul ut Diræ stridorem agnovit & alas, Infelix crines scindit Iuturna solutos. Vocantur & Volucres, ut apud eundem: Iamjam linquo acies, ne me terrete timentẽ Obscœnæ volucres, alarum verbera nosco.

Eumolpus, Εὔμολπος, Nomen viri Athenienſis, quem Suidas Musæi poëtæ filium fuisse scribit, & Pithiorum victorem. Alii Orphei vatis filium fuisse credunt, qui Poëta fuit ipso etiã Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, sacrorũ quorũdam præsides dictos volunt, quorum meminit Aeschines in oratione contra Ctesiphontem.

Eumolpidæ, Εὐμολπίδαι, Dicti sunt sacerdotes, seu magistratus Athenis, in memoriam & honorē Eumolpi regis, quem Aegyptii generis fuisse Diodorus refert.

Eumonides, Εὐμονίδης, Nomē proprium viri Thebani, cujus meminit Plutarchus.

Eunæ, Εὐναί, urbs Cariæ, in qua fluvius est Eunæus. Est etiam Eunæ, urbs Argus, quam habitabant Cyrenæi, Steph.

Euneus, pen. prod. Εὔνηος, Iasonis filius ex Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni, teste Homer. lib. 7. Iliad.

Eunonymitæ, Εὐωνυμῖται, populi Aegyptii, juxta Aethiopiā, Stephan.

Evonymos, Εὐώνυμος, Vulgò Lustega, Insula est una ex Vulcaniis: ita dicta quòd è Lipara in Siciliam navigantibus sinistra offeratur. Nam Εὐώνυμα Graeci κατ' ἀφαιρεσιν vocant sinistra. Autor Strabo lib. 6. ¶ Est item Evonymos Theophrasto, arbor infœlix, malo Punicæ similis, in Lesbo insula potissimùm proveniens, pecori gustatu lethalis. Vide Plinium lib. 13. capite 22.

Eupalia, Εὐπαλία, Nomē urbis in Locride, apud Plin. lib. 4. c. 3.

Eupator, Filius Antiochi Epiphanus, successit patri in regno Syriæ, cui præfuit annos duos. Postea confectus est à Demetrio patruo, 1 Mach.

Eupatria, Εὐπατρία, urbs Lydorum, Steph.

Euphemē, Εὐφήμη, Mulieris nomen, nutricis Musarū, & Croci matris.

Euphemia, Εὐφημία, Vxor Iustini Imperatoris, cujus meminit Suidas. ¶ Græcis item Euphemia, faustam acclamationem significat, qualis fieri solet principibus recens inauguratis.

Euphorbus, Εὔφορβος, Viri Trojani nomen est, à Menelao occisi: Ovid. lib. ult. Metam.

Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram cui pectore quondam
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ. Sunt verba Pythagoræ, qui suo exemplo nititur probare, animas à corporibus separatas in alia atq; alia corpora commigrare, quòd tēpore belli Trojani ipse fuerit Euphorbus à Menelao interfectus, suumq; clypeum agnoverit à Menelao in templo Dianæ suspensum.

Euphorion, Εὐφορίων, Nomen Poëtę Chalcidensis, quē transtulit Cornelius Gallus. Meminit Cic. 2. de Natur. deor. Quid (*inquit*) poëta nemo? nemo physicus obscurus? ille verò nimis etiam obscurus Euphorion? at non Homerus.

Euphranor, [Εὐφράνωρ. Ger. Ein künstreicher Bildthauwer vnd Maler.] Nomen statuarii laudatissimi Isthmii, qui de symmetria & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade: plurimaq; signa nobilissimæ ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio, lib. 34. cap. 8. Idem & pictor, & marmorarius fuit, in unoquoque genere excellens, sibiq; æqualis, teste eodem Plinio, libro 35. cap. 11. Hujus meminit & Quintilianus Institut. Orat. libro 12. Item Iuvenalis Satyr. 13: Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, *&c.*

Euphrantа, Εὐφραντά, urbs Libyca, Steph.

Euphrantis, Εὐφραντὶς, regio eadem quæ Syria, à vicino fluvio Euphrate, qui cum Araxe fratre ex Niphate monte Armeniæ profluit, Steph.

Euphrates, is, pē. pro. [פרת *perath*. Εὐφράτης. Ger. Ein grosser fluß in Mesopotamia/ der auch durch Babylō laufft.] Fluvius Mesopotamiæ, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ magnum profundū, & celerem nasci: influere autem in Mare rubrum: priùs tamen Babyloniam per mediū dividere, & Tigri conjunctum Mesopotamiam facere. Salustius quoq; certissimus autor asserit, tàm Tigris, quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Cui etiam astipulatur Plin. libr. 6. cap. 24, ubi Euphratem in Caranitide: Armeniæ majoris præfectura, nasci tradit. Quorum testimoniorum consensu adductus Hieronimus, locum Geneseos de Paradiso, quatuorq; fluminib. eum irrigātibus, (inter quos enumeratur & Euphrates) secùs intelligendum esse existimat, quàm verba ipsa videantur sonare. Dictus autem putatur Euphrates (quod & Ambrosius annotavit) ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν: hoc est, à lætificando: quòd circumjacentem agrum restagnationibus suis adeò lætum, fœcundumq; reddat, ut sequēte anno spontè restibilis fiat seges, impressis tantùm vestigio seminibus. Qua de re vide Plin. lib. 18. ca. 15. & 16. ¶ Fuit etiam hoc nomine Philosophus, Adriani temporibus, qui tædio senectutis & perpetui morbi impetrata priùs ab Adriano venia, ne sibi ignominiæ esset, cicutam bibit, sibiq; voluntariam mortem attulit.

Euphrosyna, æ, & Euphrosyne, es, pen. corr. Εὐφροσύνη, Vna ex tribus Gratiis, ab hilaritate, seu lætitia (id enim Græcis sonat Εὐφροσύνη) nomen habens.

Eupilis, Lacus Cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Autor Plinius libro 3, capite 19. Vulgò *Lago di Pusiano.*

Eupolis, Εὔπολις, Priscæ comediæ scriptor, in reprehendendis hominum vitiis liberrimus. Vnde etiā Persius iratum Eupolidem vocat, quasi hominum vitiis vehementer infensum. Scripsit Comœdias septemdecim, ex quibus novem victoriā meruerunt. Periit in prælio navali inter Lacedæmonios & Athenienses juxta Helespontum commisso. Cujus mors quantum civitati luctum attulerit, vel illud unum abundè magno documento esse potest, quod publico edicto cautum est, ne Poëtæ in posterum militare liceret.

Eupompus. [Εὔπομπος. Germ. Ein betümpter vnd künstlicher Mater.] Pictor nobilis, patria Sicyonius, Parrhasii & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis suæ artifices autoritatis, ut genus quoddam picturę, ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Hujus discipulus fuit Pamphilus Macedō, qui Apellem instituit.

Eupori, æ, Εὔποια, urbs Macedoniæ ab Alexandro Magno condita, & à soli fertilitate nomen sortita. Autor Stephanus.

Eupor us, Εὔπορος, C. Gracchi servus fuit, qui dominum ex Aventino fugientem, quandiu potuit, tutatus est: occiso deinde domino super ejus cadaver prostratus, sibi quoque mortem consci vit. Autor Valerius lib. 6. cap. 8.

Euprosopon, Εὐπρόσωπον, Promontorium est Phœnices ad Byblon oppidum: ita dictum ab aspectus jucunditate. Nam Εὐπρόσωπος interpretatur jucundus aspectu.

Euranium, nii, Εὐράνιον, Cariæ oppidum est, Halicarnassēorū jurisdictioni ab Alexandro Magno attributum. Plinius libro 5. capite 29.

Euripides, pen. corr. [Εὐριπίδης. Germ. Ein furtreffenlicher Griechischer Tragedischreiber von Athē burtig.] Insignis Poëta tragicus fuit, natus eo die quo numerosus ille Xerxis exercitus ab Athenięsibus fusus est. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam summo in honore est habitus. Scripsit fabulas LXXV, ex quibus quinque tantùm victoriam meruerunt. Castitate autem vitæ tanta fuit, ut vulgò, μισογύνης: hoc est, mulierum osor fuerit cognominatus. Periit noctu, ab Archelai canibus, ut fertur, discerptus. Ossa ejus Regis jussu Pellam sunt translata, repulsis Athenienśium precibus, qui sæpè per legatos tentaverant, ut civis sui reliquias sibi in patriam referre liceret.

Euripidius, Εὐριπίδιος, Numerus in talis quadragenarius ab Euripide inventus eo tempore quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Athenienśium Rempubl. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 27.

Euripus, pen. prod. [Εὔριπος. Germ. Das eng vnrůhig Meer zwischen dem Land *Bœotia* vnd der Insel Negropont.] Dicitur fretū: id est, mare angustum, inter Aulidem Bœotiæ portum, & Euboeam insulam, quod unus diei & noctis spatio septies recurrit eo impetu, ut navigia repugnantibus ventis plena secum rapiat. Autor Mela. ¶ Inde locus factus proverbio: Homo Euripus, Εὔριπος ἄνθρωπος. In inconstantes ac moribus inæqualibus homines dicitur. Quadrat & in fortunæ vices, quæ res mortalium, velut ęstu quodam sursum ac deorsum jactat. ¶ Sunt item Euripi, canales, seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium, si paulò minutiores sint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: si autem majusculi sint, nili dicuntur. Cic. lib. 1. de Legibus: Ductus aquarum, quos isti nilos, euripos q; vocant, quis quum viderit, non irriserit? ¶ Euripi quoque sunt fossæ in ludis circundatæ pro septis, quorum loco temporaria priùs claustra fuerūt, Autore Plinio.

Eurome, es, penul. prod. Oppidum est Cariæ, apud Plinium libro 5. capite 29 A' Stephano Εὔρεμος appellatur.

Euronotus, [Εὐρόνοτος. Gall. *Suduest.* Ital. *Xaloque mezioiorno.* Ger. Der Wind so zwischen Mittag vnd des Winters auffgang herwäyet. Fland Zuyd/Oester zuyd.] Ventus inter Eurum & Notum flans: cujus meminit Plin. lib. 2. cap. 47.

Europa, Εὐρώπη. Ger. Der dritt theil der Welt / so innerthalb dem Hochmeer/ vnd dē Meer so auff das mittel Erdtrich sich vmb das gantz Italien vnnd Griechenland herumb zeücht / darzu dem fluß *Tanai* begriffē ist.] Tertia pars orbis, ab Asia, Tanaide fluvio: ab Africa, Mediterraneo mari discreta: ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Iupiter (ut Poëtæ fabulantur) in bovem trāsformatus, raptam abduxit in Cretam. Habet quatuor sinus magnos: quorum primus est à Gaditano freto ad Lacinium usq; promontorium Italiæ in Locris. Secundus, à Lacinio ad ipsa Epiri Acroceraunia. Tertius inde ad Hellespontum Quartus, ab Helleśponto ad Mœotidis ostia. ¶ Hinc Europæi, Εὐρωπαῖοι, qui Europam incolunt. ¶ Est item Europa Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia, cujus meminit Hesiodus in Theogonia.

Europus, pi, pen. prod. Εὔρωπος, Oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teste Plin. lib. 4. cap. 10, ita dictum (si Stephano credimus) ab Europo Macedonis & Orithyiæ filio.

Europum, Εὔροπον, Syriæ urbs, olim Thapsacum, postea Amphipolis

phipolis appellata. Autor Plin.lib.5.cap.24. ¶ Eſt item ejuſdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas: cujus meminit idem Plin.lib.6.cap.25.

Eurotas, pen.prod. Εὐρώτας, Fluvius Laconiæ, Spartam præterlabens. Liv. li.34. bel.Maced. ripasq́; habens frequentibus lauris conſitas. De hoc Virgil.in Sileno: Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus Audiit Eurotas, juſſitq́; ediſcere lauros.

Eurus, [Εὖρος. Ital. *Xaloque levante.* Ger. Einer auß den Oſtwinden/der nemlich ſo von des Winters auffgang herwäyet. Fland Zuyd Oeſtē/ Oeſt. Pol. *Wiatr od wschodu ſłonca.* Vng. *Nap keleti ſzél.* Ang. *The north east wind.*] Ventus ſpirās ab Ortu brumali, quē Latini Vulturnum appellant. Plin.lib. 2.capite 47: Ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: illum Apelioten, hunc Græci *Eurum* appellant. Colum. libro 5.capite 5: Quum plerunque ſideris Caniculæ tempore, quædam partes ejus regionis ſic infeſtantur Euro, (quem incolæ Vulturnum appellant) ut niſi teguminibus vites opacentur, velut halitu flāmineo fructus urantur. Ovid.1. Metam. Eurus ad Auroram, Nabathæaq́; regna receſſit, Perſidaq́;, & radiis juga ſubdita matutinis.

Eurydăle, penul.corr. Εὐρύδαλη, Fuit regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. ¶ Alia fuit Prœti Argivorum regis filia. ¶ Tertia ex Gorgonibus una: quæ tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantē montem: quæ omnes unum oculum habebant, quo utentes, quoſcunq; aſpiciebant, convertebant in ſaxa. Harū nomina fuerūt Meduſa, Sthenyo, & Euryale. Ser vius eximia, pariq́; pulchritudine virgines fuiſſe tradit, quarū ſolo aſpectu adoleſcentes obſtupeſcebant: quam rem fabulæ occaſionem ſubminiſtraſſe exiſtimat, ut dicerentur quoſcunque aſpexiſſent, in ſaxa tranſmutare. Hæc ille, enarrans illud Virgilii lib.6.Aen. Gorgones, Harpyiæq́;, & forma tricorporis umbræ.

Eurўălus, pen.corr. Εὐρύαλος, Vnus ex principibus Peloponneſiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebāt, & ad Trojam cum octogīta navibus venerunt: ut tradit Homerus in Catal. ¶ Fuit etiam hoc nomine Trojanus, arctiſſimo amicitiæ vinculo cum Niſo conjunctus, Virgiliiq́; carmine notiſſimus. ¶ Fuit & nomē hiſtrionis. Iuven. Nobilis Euryalum, aut Mirmillonem exprimat infans.

Euryalus, Εὐρύαλος, vocabatur metropolis Epipolorum. Eſt autem oppidum Syracuſanum in loco prærupto, Steph. Vide EPIPOLAE.

Eurўămpus, pi, Εὐρύμπος, Oppidum, Magneſiæ, apud Stephan.

Euryanaſſa, æ, Εὐρύανασσα, Inſula eſt maris Aegæi, e regione Ioniæ, non procul ab Arginuſa. Autor Plinius libro 5.capite 31.

Eurўbătes, Εὐρύβατης, Nomen viri Ithaci, Vlyſſis præco, ab Agamemnone miſſus, ut ab Achille auferret Briſeidē. Ovid.in Epiſtol. Briſeidis ad Achillem: Nam ſimul Eurybates me Talthybiusque vocarunt, Eurybati data ſum, Talthybioque comes.

Eurўbătus, [Εὐρύβατος. Germ. Ein geſchwinder vnnd geſcheider haußdieb. Pol. Złodzei bardzo miſterny Vn. *Meſter lopo Eurybatus.*] Fur inſigni aſtutia, qui aliquando à cuſtodibus in furto deprehenſus, quum illi videre cuperent quo ingenio domos conſcenderet, ſtimulis quibuſdam ferreis, & funibus irrepſit in parietem, illisque intuentibus, expeditamque hominis agilitatem admirantibus, per tegulas aufugiens periculum evaſit. Vade proverbialiter Eurybatiſſare, Εὐρυβατίζειν, dicitur aliquis qui in re manifeſta deprehenſus, aliqua tamen arte elabitur.

Eurybiades, dæ, Εὐρυβιάδης, Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, univerſæ Græcorum claſſis dux à Lacedæmoniis conſtitutus adverſus Xerxem, Vide Herodot.lib.8.

Eurўclēa, pen.prod. Εὐρύκλεια, Opos Piſenoridę filia pulcherrima, quam Laërtes in prima exiſtēs pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem uxori domi habuit, Vlyſſemq́; nutriendum dedit: quem & prima in patriam redeuntem agnovit. Vide Hom.lib 1, & 19. Odyſſ.

Eurўclēs, pen.corr. Εὐρυκλῆς, Vatis nomen, qui de ſuis incommodis ſemper aliquid divinabat. Hinc factum eſt, ut proverbiali quadam figura omnes divinatores Euryclidæ dicerētur, ut refert Cælius Antiquæ lect.lib. 5.cap.10.

Eurycratidas, Εὐρυκρατίδης, Vir Lacedæmonius, de quo Plutarchus.

Eurўdămas, antis, pen.nomin.corr. [Εὐρύδαμας. Ger. Ein Troianiſcher träwmaußteger.] Vir fuit Trojanus, ſomniorum interpres. Ovid.in Ibin: Vtq́; vel Eurydamas ter circum buſta Thraſylli, Et Lariſſæis tractus ab hoſte rotis. Vbi per Eurydamāta intelligunt Hectorē, qui virtute cuncta domitabat. Εὐρὺ enim Græcis latè ſignificat, & δαμάζω, domo.

Eurўdămē, ames, Εὐρυδάμη, Diactoris Lacedæmonii filia fuit, & ſoror Menii, uxor autem Leotychidæ Lacedæmoniorum regis, ex qua ille Lampito filiam ſuſcepit, quam Archidamo Zeuxidami filio in matrimonium tradidit. Autor Herodotus lib.6.

Eurўdĭcē, [Εὐρυδίκη. Germ Die hauſſfrauw *Orphei* ſo von einer Schlangen iſt zu tod gebiſſen worden.] Vxor Orphei, cujus amore captus Ariſteus, quū vim ei inferre pararet, illa per avia fugiēs incidit in colubrum in herba deliteſcentem, cujus morſu interiit. Orpheus autem uxoris mortē ægerrimè ferens, accepta cithara inferos adiit, ubi Plutonem, Proſerpinamq́; tam ſuavi carmine demulſit, ut ei uxorem ab inferis reducēdam permitteret: ea tamen conditione, ne priùs eam quàm ad ſuperos rediiſſet, intueretur. Quam legem quum ille amoris impatiētia eſſet prævaricatus, Eurydice denuò ad inferos eſt retracta. Virg.lib.4.Georg. Reſtitit, Eurydicemq́; ſuam jam lucē ſub ipſa, Immemor heu, victusq́; animi, reſpexit, &c. ¶ Alia itē fuit Eurydice, Clymeni filia, uxor Neſtoris, ex qua ille ſeptem filios & unicam filiam ſuſcepit. Autor Homerus, Odyſſ. lib.3.

Eurўdŏmĕne, Εὐρυδομένη, nympha marina, ἀπὸ τοῦ εὖρὺ καὶ δίδωμι: hoc eſt, abundanter do. Perhibent hanc matrem Gratiarum fuiſſe, quam alii Erymeduſam à verbo Græco μείδω, quod regio ſignificat, vocant.

Eurўlŏchus, Εὐρύλοχος, Phlegyarum rex, & conditor Thebarum, quas poſtea Cadmus inſtauravit. ¶ Fuit etiam hoc nomine unus ſociorum Vlyſſis, qui ſolus Circes pocula nō guſtavit, neq; in ſuis figuram tranſmutatus eſt. Ovid.14.Metam. -ſuis ſolùm caruiſſe figura Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.

Eurўmĕdon, Eurymedontis pen.nom.corr. Εὐρυμέδων, Patet Peribœę, ex qua Neptunus Nauſithoum ſuſcepit, regē Phęacum, & Alcinoi patrem. Autor Homerus lib.7 Odyſſ. ¶ Eſt itē Eurymedon. Pamphyliæ fluvius, juxta quem Athenienſes, Cimone duce, Medos profligarunt. Autor Thucydides lib.1.

Eurўmăchus, Εὐρύμαχος, Thebanorum potentiſſimus fuit: qui quum Platæas noctu per proditionem cepiſſet, rebellātibus deinde civibus vivus in hoſtium poteſtatem pervenit, unaq́; cum ſuis omnibus ſupplicio affectus eſt. Autor Thucydides, libro 2.

Eurўnŏmē, Εὐρυνόμη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoës, quam Apollo aſſumpta matris illius effigie cōpreſſit. ¶ Alia fuit Apollinis filia, quæ Adraſtum Argivorum regem, & Eriphylen Amphiaraï conjugem peperit.

Euryone, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris inſidiis liberavit.

Eurўpўlus, pen.corr. Εὐρύπυλος, Herculis filius, qui regnavit in Co inſula, & cunctorum Græcorum augur peritiſſimus eſt habitus. Virg.lib.2, Aen. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.

Eurўſtheus, Εὐρυσθεύς, Suidæ fuit Steneli Mycenarum regis filius, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, ut varia monſtra ſuperaret quo poſſet perire. Vnde durus Euryſtheus vocatur à Virgil. lib. 1. Georg. quòd nullis Herculis laboribus potuerit mitigari: - quis (*inquit*) aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridas aras?

Eurўtĭon, tionis, Εὐρυτίων, Faber inſignis fuit, qui Pallanti Evandri filio arma fabricavit. Virg.10.Aen. Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro.

Eurўtus, penul. corr. [Ger. Einer auß den *Centauris* welcher vom *Theſeo* iſt vmbbracht worden.] Vnus fuit ex Centauris, qui cùm Hippodamiā vi rapere vellet, à Theſeo eſt occiſus. ¶ Alius fuit Eurytus, Ochaliæ rex, qui Ioles filiæ ſuæ nuptias pollicebatur, quicunq; ſagittandi arte ſe: vel, ut alii tradunt, filios ſuos viciſſet: nam ab Apolline hanc artem dono acceperat. Ab Hercule igitur victus, filiam illi negavit, quapropter, Hercules ictatus Euryti urbem diripuit, Iolenq́; occiſo patre abduxit. Hinc Eurytis, patronymicum fœminin. Ovidius:

Eurytidos Ioles,
Et inſani Alcidæ.

Vide EVRYTHIVS. Steph. in Feretrio, Melancum Euryti patrem nominat.

Euſebia, Εὐσέβεια, civitas Cappadocię, Cęſarea pòſt dicta.

Euſĕbĭus, Εὐσέβιος, Epiſcopus Cæſarienſis, firmiſſimo amicitiæ fœdere cum Pamphilo martyre conjunctus: à quo & Pamphili cognomen mutuatus eſt. Floruit temporibus Conſtantii & Conſtantini Cæſarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum vide apud Suidam.

Euſtăthĭus, Εὐστάθιος, Nomen fuit Grammatici Conſtantinopolitani, cujus extant Commentaria in Homerum, quemadmodum Servii in Virgilium. ¶ Euſtathius alius fuit Epiphanæus, qui temporum Epitomen ab Aenea Trojano uſque ad Anaſtaſium principem, ſub quo vixit, ſeptem voluminibus conſcripſit. Autor Suidas. ¶ Euſtathius alius genere Pamphilus, preſul Antiochenus, adverſus Arianorū dogma multa compoſuit ſub Cōnſtantino principe: pulſus demum eſt in

exilium Trajanapolim Thraciæ civitatem, ubi & sepultus est. Sunt quoq; ipsius volumina de anima, epistolæque complures. Hieronym. ¶ Præter hos fuit Eustathius martyr inter aulicos Trajani principis, Placidus antea vocatus: qui quum in venatione cervum sectaretur, conspecto inter ejus cornua crucis simulachro, & voce ferę ejusdem audita: Cur me persequeris? domi uxori Theophytæ & filiis rem manifestavit: qui verbis ejus fidem adhibentes, Christo nomen dederunt. Martyrii palmam accepit sub Adriano unà cum uxore, æneo in tauro exustus. Volaterr. lib. 15.

Eūstĕphĭus, Εὐστέφιος, Aphrodiseus sophista, scripsit declamationes. Autor Suidas.

Eustŏchĭus, Εὐστόχιος, Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ, aliarumq; gentium antiquitate. Volaterr. lib 15.

Eustrătĭus, Εὐστράτιος, Nomen Philosophi, qui in Etica Aristotelis Commentarios scripsit.

Eūtææ, Εὐταία, urbs Arcadiæ, Steph.

Euterpē, [Εὐτέρπη. Ger. Eine auß den neun *Musis*, so die Mathematic: oder wie andere wöllen, die schwägten erfunden hat.] Vna ex Musis quæ Mathemata: vel, ut aliis placet, tibias invenit: à concentus suavitate nomen trahens: est enim εὖ benè, & τέρπειν delectare. Virg. in Epigr. de Musarum inventis: Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.

Euthēnæ, Εὔηναι, urbs Cariæ, Steph.

Eūthўdemus, penul. prod. Εὐθύδημος, Philosophus fuit Tarsensis, Apollonii Tyanei præceptor: de quo vide plura apud Suidam.

Eūthўmus, Εὔθυμος, Pugil insignis, in Locris Italiæ, qui Epizephyrii cognominātur, ortus, Astycleo patre, vel (ut indigenis persuasum est) Cæcina amne genitus, qui Locros à Rheginis divisit. Hunc tradit Pausanias perpetuum fuisse Olympiorum victorem: semelq; tantùm fuisse superatum à Theagene Thasio, non justo quidem certamine, sed circumvĕtum dolo: unde nec Theageni decretus honor: insuper damnatus ut mulctæ nomine talentum Euthymo repręsentaret. Reversus inde in Italiam, cum Temesæo heroë congressus, (cui oppidani quotānis eximia forma virginem tributi loco pendebant) victoria potitus est, Temesæosq; ferv: tute liberavit, virginemq; illi destinatam uxorem duxit: quo nomine divinos honores etiam vivus meruit. Vide hæc latiùs apud Suidam. Meminit hujus & Aelianus, Varię historię li. 8: Euthymus (*inquit*) Locrus ex Italia, pyctes inclytus, & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temesæum heroa, quod cuiq; per vim abstulerat, reddere coégit, etiam cum fœnore: ut inde natum sit adagium iis qui sordidos & injustos quæstus faciunt, affore Temesæum genium. Hic Euthymus ad amnem Cæcinam, oculis hominum apparare desiit. Meminit ejus & Plin. lib. 7. cap. 47.

Eutocus, Autore Bocatio lib. 5. Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeuntibus, Cyrenis dicitur remansisse, & iis imperasse, qui unà secum ibidem remansĕre.

Eūtrăpĕlus, pen. corr. [Εὐτραπελος. Germ. Der namm eines beschißnen kunden.] Apud Horatium lib. 1 Epist. Viri cujusdam nomen est in circumveniendis hominibus calidissimi. Eutrapelus (*inquit*) cuicunque nocere volebat, vestimenta dabat pretiosa. Vox est Græca, idem significans quod urbanus, salsus, & facetus.

Eūtrēsĭum, Εὐτρήσιον, urbs Arcadiæ, Steph.

Eūtrēsis, Εὔτρησις, pagus inter Thespias & Platęas, situs, quem Zethus & Amphisus muris cinxerunt: sic dictus quòd multis ὑμέσιν: id est, viis seu vicis prius usus & quasi perforatus fuerit. Hinc Eutresites Apollo, cujus templum ibi & oraculum celeberrimum fuit, Steph.

Eūtўchĭa, Εὐτυχία, Insula est Thessaliæ adjacens, ante sinum Pagasicum. Autor Plin. lib 4 cap. 12.

Eūtўchē, es, pen. cor. Εὐτύχη, Mulier, Tralliana, triginta partus enixa, & viginti liberis rogo illata Autor Plin. li. 7. cap. 3.

Eūtўchēs, [Ger. Ein böser tetzer von Constantinopel / welcher verleugnet daß Christus warhafftig vnser Fleisch an sich genommē hette.] Constantinopolitanus abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, alium affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei. Negabatq; Christi carnem nostræ similem, nec in parte duas in eodem supposito naturas esse. Sed de cœlo corpus descendisse dictitabat, ac in virginis utero tanquam Solis radios penetrasse, ut visum sit sanè ex muliere generatum, quāvis verè generatum non sit. Autor Suidas.

Eūtўchĭdēs, Εὐτυχίδης, Insignis fuit statuarius, qui Olympiade centesima vicesima floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Eūxīnus pontus, [Εὔξεινος πόντος. Ger. Das vngehewr oder vngastbar Meer so sich vō dem engen Meerschlund in Thracien / gegen Auffgang vnnd Mitnacht erstreckt.] Mare illud est, quod incipiens à Bosphoro Thracio, vergit in Oriētem & Septentrionem, priùs Pontus Axenus dictus. Ἄξενος: hoc est, inhospitalis; propter immanitatē eorum qui ejus maris litora incolebāt. Illi enim & hospites immolare solebant (ut autor est Strabo libro 7.) & carnibus peresis, ex calvis eorum sibi pocula conficere. Postea verò quum in locis maritimis Iones aliquot oppida condidissent, cohibito Scytharum assueto latrocinio, receptoque Græcorum hominum commercio, pro Axeno Euxinus: hoc est, hospitalis appellatus est. Idem penè de hujus nominis origine tradit Ovidius de Ponto: Frigida (*inquit*) me cohibent Euxini littora ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

E ante X.

Ex̆ămpæus ἐξαμπαῖος, Scythię locus est inter Borysthenem & Hypanim fluvios, fontem habens ejusdem nominis usque adeò amarum, ut Hypanis aquas in quem influit, reddat impotabiles. Autor Herodotus, lib. 4.


Excetra, nomen hydræ. Vide in APPELLATIVIS.

Exgyius, ἐξγύιος, Vrbs Siciliæ, dicta ἀπὸ τὸ ἐξ ὑγρίας ἔχειν, Steph. Etym. videtur corruptum.

Ex̆quĭlĭæ, arum, tātùm plurale. [Ger. Der höchst Büchel / oder Berg in der Statt Rom / da jetzt die kirch *S. Maria majore* ist.] Mons Romæ, dictus ab excubiis regiis Tullii Hostilii, qui hunc collem urbi adjecit, (ut autor est Liv. lib. 1. ab Vrbe) & in eum, ut frequentiùs habitaretur, domicilii suum transtulit. Ovid. lib. 1. Fastorum: Adde quòd excubias ubi rex Romanus agebat, Qui nunc Exquilias nomine collis habet. Sunt qui ab excolendo, Equilias dictas volunt, quòd ea pars urbis quum antea neglecta jacuisset, à Tullo rege fuerit exculta. Quicquid id est, constat certè per x, & sine diphthongo scribendum esse, contra receptum abusum.

Ex̆quĭlīnus, a, um, Quod in Exquiliis est, aut ad Exquilias pertinet: ut Exquilina porta, Mons Exquilinus. Varro: Exquilinus mons septiceps apud ædem Iunonis Lucinæ, ubi ædituus habitare solet.

F



Fă̆bărĭă. Insula est in mari Germanico, nō procul à Cymbrica Chersoneso: alio nomine Burchana dicta. Fabaria a Romanis dicta, propter similitudinem frugis, spontè ibi provenientis. Autor Plinius.

Făbărĭs, pen. cor. Fluvius in Sabinis, cujus meminit Virg. 7. Aen. Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt. Alio nomine vocatur Farfarū, autore Servio. Plautus: Dissipabo te tāquam folia Farfari. Ovid. -& amœnæ Farfarus undæ.

Făbĭānŭs, φαβιανὸς, Martyris nomē, qui unà cum Sebastiano, quòd Christum profiteretur, supplicio affectus est.

Făbĭōrum familia, Romæ nobilissima fuit, cognomen hoc sortita ab eo tempore quo Romani penè omnes nobilissimi agriculturam exercebant: quòd primus qui hoc cognomen adeptus est, in faba serenda excelleret: sicut etiam Ciceones, Pisones, & Lentuli dicti sunt à lente, cicere, & pisis benè serendis. Horum tanta Romæ potentia fuit, ut bellum adversus Vejentes, soli cum suis clientib. & servis inferre ceperint quòq; ex levibus aliquot prælis sæpiùs victoriam reportassent, tandem ad Alliam fluvium insidiis circumventi, ad unum omnes cæsi sunt. Ovid lib. 2. Fast. Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellū missos abstulit una dies. Ex tanta Fabiorum clade unus tantùm superfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus sanguine per longam nepotum seriem natus Fabius ille Maximus est, qui Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanā aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit. ¶ Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, à rege Allobrogum ad Isaram flumen interempto. ¶ Fabius pictor, homo nobilissimus, jutis & literarum antiquī tatis benè peritus, ut est autor Cicero in Bruto.

Făbĭānŭs, a, um, denominativum: Arcus Fabianus, Romæ erat juxta regiam, in via sacra.

Făbĭŭs, a, um, aliud adjectivū: ut gens Fabia, Ovid. 3. de Ponto.

Fabrātĕrĭă, φαβρατερία, Oppidum Campaniæ ad Terum fluvium. Iuven. Satyr. 3: -optima Soræ, aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Meminit hujus oppidi & Silius, libr. 8. Hinc deducitur denominativum Fabraternus, a, um.

Fabrĭcĭŭs, cii, φαβρίκιος, Nomen Romani civis frugalissimi, qui in tenuissimo censu, Samnitum munera forti animo sprevit. Hic unicum frugalitatis exemplar fuit apud Romanos, patellam & salinum ex argento tantùm colēdorum deorum causa domi habuit, ita tamen, ut patella corneo pediculo sustineretur. Hujus filiæ ob paupertatem de publico dotatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domesticam pecuniam publicam. Hic adversus Pyrrhum Epirotarum regem & Samnites gravissima bella gessit: adversus quos, ut bello invictum, ita muneribus se præstitit incorruptum. Regis et ā medicum domini

domini sui mortem per venenum pollicẽtem, vinctum ad regem remisit.

Fabricianus, φαβρικιανὸς, Fabriciani filius, qui matrem Fabiã interfecit, quòd illa maritũ suum occidisset, ut liberiùs adulterium cum Petronio adolescente committeret. Autor Dositheus apud Plutarchum.

Fabulinus deus, [Ger. Der Sprachheregott bey den Römeren/ welchem sie opfferten alßbald jhre kinder anfingen zu reden.] Qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quum primùm liberi eorum fari incipiebant. Autor Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.

Fadius, Pompejanus miles, cujus meminit Asinius Pollio, apud Cic. lib. 10. Epist.

Falacrium, φαλάκριον, Ptolemæo 7. Europæ tabula, promontorium est Siciliæ, quod nõnulli idem esse credunt, quod vulgò hodie appellatur *Melazo*, vel *Rasoculmo*.

Falerii, orum, φαλέριοι, Oppidum fuit Faliscorum in Tusciæ mediterraneis. Autor Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

Falernus ager, teste Plin. lib. 14. cap. 5: Campaniæ tractus est, qui à ponte Campano incipiebat læva petentibus urbanam coloniam Syllanam. Totus hic tractus vitiferos habet colles, generosissimo vino nobiles, quod à regionis nomine etiã falernum est appellatum. Huic inter generosa Italiæ vina, secunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus dabatur Pucino, quod à Græcis *Pictanum* appellabatur. Nequaquam verò mirũ videri debet, si hoc vini genus hodie, aut prorsus ignotum sit, aut minùs celebre, quum etiam Plinii seculo (ut ipse testatur) exolesceret, culpa agricolarum, copiæ magis studẽtium quàm bonitati. ¶Pro vino frequentissimè neutri generis est: Tibullus tamen in masculino genere usurpavit. Nunc (*inquit*) mihi fumosos veteres proferre Falernos.

Falisci, φαλίσκοι, Populi Hetruriæ fuerunt, quorum oppidũ Falerii, φαλέριοι Stephano vocabatur. Ovidius: Adde senem Tatium, Iunonicolasq; Faliscos. Vulgò, *Monte Fiasco*.

Faliscus venter, non dissimilis Lucanicis, inventus primò in Faliscis. Papin. lib. 4, Sylvarum: Non Lucanica, non graves Falisci. Mart. lib. 1: Et Lucanica ventre cum Falisco.

Fanesii, [Germ. Völcker im Mitnächtigen hohen Meer/ welche so gros ohren haben/ alß *Plin.* schreibt/ daß sie sich mit denen bedecken können.] Populi in Oceano Septentrionali, qui (ut ait) Plin. lib. 4. cap. 13. tales habent aures, ut eorum nuda corpora his tegantur.

Fanestris colonia, Pomponio Vmbriæ; sive agri Gallici oppidum est, nõ procul à Pisauro urbe, & Metauro amne, quod à Plin. lib. 3. cap. 14, Fanum fortunæ appellatur. Vulgò *Fano*. Vide PANOTII.

Fannius, Duorum oratorum nomen, quorum meminit Cicero in Bruto: Horum (*inquit*) ætatibus adjuncti sunt duo C. Fannii, Marci filii: quorum C. Fannius qui Consul cum Domitio fuit, unam orationem de sociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit, sanè & bonam, & moribus & ipso dicendi genere durior. Hæc ille.

Fanum fortunæ, φανὰ Stephano, Agri Gallici urbs est, teste Plin. lib. 3. cap. 14, in litore Adriatico, inter Pisaurum & Senogalliam, non longè à Metauro amne sita: sic dicta quòd in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit. Hujus urbis incolæ, Fanenses: & colonia ipsa, Fanestris à Pomponio appellatur. Vide Panestris colonia.

Fanus, Deus qui euntibus præerat, vel deus anni. Cujus imaginem quum Phœnices vellent exprimere, draconem finxerunt in orbem reductum, caudamq; suam devorantem, ut appareat mundum in se revolvi. Macrob.

Faran. [פארן *pardn.* Φαραν.] Oppidum trans Arabiam, Sarracenis junctum, qui in solitudine vagi errant. Pharan (inquit Stephanus) oppidum est inter Aegyptum & Arabiam: à quo fit gentile Pharanites, φαρανίτης, & possessivum, Pharaniticus, φαρανιτικός.

Farfarus, sive Farfar, [Germ. Ein fluß in Syrien so vnden am Berg Libano entspringt.] Syriæ fluvius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, Syriaco miscetur mari. ¶Farfarus etiam dictus est fluvius per Sabinos fluens, de quo Ovidius: & amœnæ Farfarus undæ. Alio nomine dicitur Fabaris, penultima correpta. Virgil. lib. 7. Aeneid. Qui Tybrim, Fabarimq; bibunt. ¶Farfarum vocat Plautus in Pœnulo arborem populum: Prosternebam (*inquit*) eos ut folia farfari, quæ levi pulsu venti alicujus, Autumno universa aliquando cadunt.

Farcĕlis, idis, Dicta est Diana, à fasce lignorum, in quo absconditum ejus simulachrum Orestes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt.

Fatua, [Germ. Ein Göttin der Römischen weyberen/ welcher sie zu nacht opfferten/ vnd kein Mañosperson darzu nur schwecken dorfft.] Deę nomen erat cui à Romanis matronis in operto sacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab ejus sacris arcebantur, ut vel in ædem ejus inspexisse, capitale haberetur. Rationem hujus affert Macrob. libro 1. Satur. cap 12: Fatuam dum inter homines ageret, Fauni uxorem fuisse tanta pudicitia, ut perpetuò gynæcio: hoc est, mulierum conclavi inclusa, nullum unquam virum prẽter maritum aspexerit. Varro eandem esse existimat quæ & Telluris & Terræ nomine à Romanis colebatur. ¶Fatuæ autem nomine à fando deductum volunt, quòd infantes partu editi, nõ priùs vocem edunt quàm terram attigerint. Eadem & Bona dea vocata est, quòd omnium nobis ad victum bonorum causa est: & Fauna quòd omni usu animantium favet: & Ops, quòd ipsius ope vita constat.

Fatuelus, Qui & Faunus dictus est, Pici Latinorum regis filius, cujus uxor Fatua, vel Fauna dicta fuit. Vide Servium in illud Virg. lib. 7. Aen.

Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater.

Faventia, φαβεντία Stephano, Civitas in octava regione Italiæ quam hodie Itali sua lingua vocant *Favenza*. Ejus incolæ vocantur Faventini, Fidentinis finitimi, teste Plinio, libro 3. capite 15.

Favii, Antea Fovii á familiæ authore dicti, qui ex ea natus fuit cum qua Hercules in fovea concubuit. Quamvis alii putent ita vocitatum, quòd primus ostenderit quemadmodum ursi & lupi foveis caperentur. Vtcunq; sit, constat à fovea dictos fuisse. Vnde Fovii, non Favii primùm appellati sint.

Faunã, Vide FATVELVS.

Fauni, [Ger. Waldgötter/ oder Waldgötter.] Agrorum & sylvarum putati sunt dii, qui post prolixum tempus moriuntur: quod è terra geniti sint. Ovidius 1. Metam. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni, Et Nymphæ, Satyriq;, & monticolæ Sylvani. Ex quo loco apparet, alios esse Faunos, alios Satyros, & rursus alios Sylvanos.

Faunus, φαῦνος, Filius Pici & pater Latini, antiquissimus Aborigínum rex, Deus post mortem habitus, qui regnavit in Latio. Is genuisse etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Sylvanos rusticorum numina, quos Poëtæ fingunt & cornigeros, & caprinis pedibus.

Favonius, [Germ. Der Westwind Belg. West.] Ventus ab Occasu æquinoctiali spirans, contra Subsolanum, teste Plin. lib. 2. ca 47. A' fovendo dictus, quòd cuncta foveat, ζέφυρος. Est enim genitalis spiritus mundi, quo plantę hyberno frigore enectæ, reviviscunt. Vnde etiam à Græcis *Zephyrus* dicitur, quasi ζωὴν φέρων: hoc est, vitam afferens.

Favorinus, φαβωρῖνος, Nomen philosophi, de quo fit frequens mentio apud Gellium, Oriundus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonensis oppido. Inde in Græciam profectus, sub Dione philosophiæ operam dedit. Hic tria præcipuè in se solebat admirari: quòd Gallus quum esset, Græcissaret: quumq; evnuchus esset, in adulterii tamen suspicionem aliquibus veniret: & quum imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen viveret. Erat enim Adriano Cæsari infensissimus. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hæresque librorum ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Aelianus de varia historia, dicit hunc quandoq; in disputatione quadam Adriano cessisse, admirãtibusq; proximis: Nónne cedam, *inquit*, ei qui viginti habeat legiones?

Faustulus, Pastor, Remi & Romuli nutritor, Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Faustus, L. Syllæ Dictatoris cognomẽ fuit, quod sibi ille ob perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogavit. ¶Faustus Quintilius Senator sub Iuliano principe fuit. Fuerunt & alii hoc nomine, quorum catalogum vide apud Volaterranum.

F ante E.

Felsina, Vulgò *Bologna*, Vrbs Italiæ, postea Bononia appellata, ut scribit Plin lib. 3. ca. 15. in descriptione octavæ regionis Italiæ: Intùs (*inquit*) colonia Bononia, Felsina vocitata, quũ princeps Hetruriæ esset.

Fenestella nomen proprium historici, sæpiùs à Plinio citati, qui novissimo tempore Tyberii Cęsaris claruit, de hoc nomine ita Alciatus in lib. 11. parergón: Latini, *inquit*, veteres, calvos in medio capitis Fenestellas vocabant, quòd ea calvities sicut vasculo fides: ita etiam fenestræ similitudinem præ se ferret: hincque historici Fenestellæ nomen apud Plinium, quòd ea corporis parte glaber autor ejus familiæ fuisset. ¶Fenestella item alius fuit, cujus de magistratibus Romanorum liber extat.

Ferentinum, penult. prod. [φερεντῖνα Ptolemæo. Germ. Ein Statt in *Tuscia Italiæ*.] Oppidum est Tuscorum, juxta Fesulas, non procul ab Arno fluvio. Cujus oppidi incolæ dicuntur Ferentini, φερεντῖνοι. Autor Plin. lib. 3. cap. 5, & Pomponius Me-

la lib.2. ¶Ferentinates autem, Latii populi sunt, apud eundē Plinium loco jam citato: quorum oppidum Ferentinum commemoratur à Strabone, lib.4.

Fĕrerrĭŭs, φερέτριος. Dictus est Iupiter non à pace ferenda (ut quibusdam visum est) sed à ferendis spoliis. Nam Romulus devictis Ceninensibus hostium spolia ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibiq; ex quercu suspensa, Iovi cōsecravit, eodemq; in loco Iovi Feretrio templum condidit, autorque fuit posteris, ut eò capta ex hostibus spolia deferrent. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Inde exercitu victore reducto, ipse cùm factis vir magnificus, tùm factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostiū cæsi suspensa, fabricato ad id aptè ferculo gerens, in Capitolium ascendit: ibiq; ea quum ad quercū pastoribus sacram deposuisset, simul cū domo designavit Iovis templo fines, cognomenq; addidit Deo: Iupiter Feretri, *inquit*, hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero: templumq; iis regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico: sedē opimis spoliis quæ regibus, ducibusq; hostium cæsis me autorem sequentes posteri ferent. Hæc templi est origo, quòd primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde diis visum, nec irritā conditoris vocem esse, qua laturos eò spolia posteros nūcupavit, nec multitudine compotum ejus doni vulgarem laudem. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeò rara ejus fortuna decoris fuit.

Fĕrōnĭă, æ, [φερωνία. Germ. Ein Waldgöttin.] Nemorū dea, à ferendis arboribus. Virg. 7. Aeneid. -& viridi gaudens Feronia luco. Tradunt enim cùm lucus ejus fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde deæ simulachrum incolæ vellent, nemus subitò eviruisse. ¶ Fuit & Feronia civitas sub monte Soracte, in qua ejusdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione venerabantur.

Fĕrrārĭă, [Vulgò *Ferrara*. Germ. Ferrar.] Nomen urbis celeberrimæ in Italia circumpadana. Item promontorium in Hispania non procul à Carthagine nova: ita nominatum quòd habeat ferri fodinas feracissimas. Vide Melam, lib.2.

Fĕscĕnnĭă, [Germ. Ein Stat in *Hetruria* helßt jetzt *Castellana*.] teste Plin. lib.3. cap.5, Hetrurię civitas est, cujus populi originem trahunt ab Atheniensibus.

Fĕscĕnnīnŭs, a, um, Virgil. 7. Aeneid. -hi Fescenninas acies, æquosq; Faliscos.

Fĕstus, Domitiani amicus, qui dum mentagra usq; ad desperationē laboraret, gladio se trajecit: priùs tamen amicos consolatus. Ejus mortem Martial. lib.1. descripsit.

Fesulæ, arum, Olim Hetruriæ insignis civitas fuit: hodie modicus vicus non procul à Florentia: Conditam autem volunt ab Atlante Mauritaniæ rege.

F ante I.

Fĭdēnă, æ, pen. prod. φιδλών, φίδλωα Stephano: & Fidenæ, arum, φιδλωαι Straboni, Vrbs Latinorum mediterranea. Virg. 6. Aeneid. Hi tibi Nomentum Gabios, urbemq; Fidenam. Iuven. Satyr. 6: Vivat Fidenis, & agello cede paterno.

Fĭdēnātēs, φιδλωᾶται, φιδλωάται Stephano, Dicti sunt Fidenarū incolæ: quorum meminit Plin. lib.3. cap.5.

Fĭdēntĭă, æ, φιδεντία. Vulgò *Fiorenzola*, Oppidum est in octava regione Italiæ, cujus incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. lib.5. cap.15. ¶ Est & Fidentia, Hispaniæ Bæticæ urbs, inter Bætin amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, autore eodem Plin. lib.3. cap.1.

Fidiculanus Falcula, Senator levissimus, quem Cicero in Oratione pro Cecinna splendorem ordinis Equestris, decus judiciorum, & exemplar antiquæ religionis per ironiam appellat.

Fĭdĭŭs, Iovis filius creditus est, quem ut fidei præsidem colebant, ὅρκιος. Plaut. per Deum Fidium credis jurato mihi. Vnde dicimus Medius fidius: de quo suo loco.

Fĭgĭtes, ut ait Plin. Sunt animalia Aethiopiæ, fusci coloris, mammillas geminas in pectore habentia, sicut homo: nec fera multùm, ut quæ domari non possint, nec ita mansueta, ut nocentibus non noceant.

Fĭmbrĭă, Nomen fuit Romani civis crudelitate insignis, qui quum Scævolæ, quem graviter vulneraverat, diem dixisset, quærentibus quid in Scævola esset accusaturus: Quòd, *inquit*, non totum corpore ferrum receperit.

Fĭrmum, Pomponio, φίρμιον Ptolemæo, Piceni castellum est, cujus meminit & Plin. lib.3. cap.13.

F ante L.

Flāmĕn, hujus Flaminis, masculino genere, sacerdotē significat. [Germ. Ein Pfaff oder Priester. Pol. *Pop, pleban.* Vng. *Pap, predikátor.* Ang. *A preist.*] Sumebant autem Flamines ab eo Deo cognomen, cui sacra faciebant: ut Flamen Dialis. ἀπὸ τοῦ διὸς: hoc est, à Iove, quasi Iovialis: Martialis à Marte: & Quirinalis à Quirino: hoc est, à Romulo. Ratio autem nominis tracta est à filo, quo caput cinctum habebant: ut docet Servius his verbis: Flamines in capite habebant pileum: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt: nam nudis penitùs capitibus incedere nefas erat: unde à filo quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines. Plin. lib.18. cap.11: Varro flaminem faba non vesci tradit. Cic.2. de Legibus: Divisq; aliis alii Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto.

Flāmĭnĭă, Flaminis domus. [Pol. *Plebanya*. Vng. *Pap háza*.] Gell. lib.18. cap.15: Ignē è flaminia: id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri jus non est.

Flāmĭnĭcă, Flaminis uxor erat. Gell. lib.10. cap.15: Eędē fermè ceremoniæ sunt quas Flaminicas sacerdotissas Diales seorsum ajunt observitare. Hoc etiam nomine appellabantur virgines Flaminicæ Dialis præministræ. Autor Festus.

Flāmĭnĭum, nii, Est Flaminis dignitas, sive sacerdotium. [Pol. *Plebanstwo*. Vng. *Papság*.] Liv.6 bell.Punic. C. Claudius flamen Dialis, quòd exta perperā dederat, Flaminio abiit. Gell. lib.10. cap.13: Vxorem si amisit, Flaminio decedit. Hic nota, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum, quo abire magistratu, officio, &c.

Flāmĭnĭŭs lictor, (inquit Festus) dicitur qui Flamini Diali sacrorum causa præstò erat. ¶Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flamini Diali in sacrificiis præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebāt. Autor Festus.

Flāmĭnĭōrum nobilis fuit Romę familia: ex qua fuit T. Flaminius, qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cum universis penè copiis deletus est. Hic viam Flaminiam stravit à Roma Ariminum usq;. ¶ Fuit præterea T. Quintius Flaminius superioris filius, cujus vitam latè exequitur Plutarchus. Hic in suo Consulatu Macedonum Regem Philippum acie victū eò necessitatis compulit, ut Demetrium filium obsidem dare, Græciaq; civitatibus, quæ illius jugo parebant, abstinere cogeretur. Huic frater fuit L. Flaminius fratri dissimillimus, qui à Catone tum Censore per ignominiam Senatu fuit ejectus, quod quum Galliæ provinciæ præesset, in gratiam pueri quem turpiter à se amatum per omnē provinciam circumvexerat, Gallum quendā in convivio suis manibus interemisset. Autor Livius.

Flāmĭnĭă via, Quæ per portam Flaminiam ad Tyberim sitam, Ariminum usq; ducit. Nomen habet à Flaminio Consule qui eam stravit: à quo & Circus Flaminius, & Forum Flaminium nomē acceperunt. Cic.12. Philipp. Tres ergo, ut dixi, viæ: à supero mari Flaminia: ab infero Aurelia: media Cassia. Ovid. 1. de Ponto, Eleg 9: Spectat Flaminiæ Claudia juncta viæ.

Flāndrĭă, riæ, [Germ. Flandren ein Landtschafft im Niderlandt.] Regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita: in qua sunt urbes insignes, Gandavum & Brugæ, *Flandres*.

Flavĭă familia, à flavedine capillorum dicta, quæ tres continuos Romano populo Imperatores dedit, Vespasianum, Titum & Domitianum.

Flăvĭă colonia, [Germ. Die Statt *Cæsarea* in *Palæstina*.] Palęstinæ urbs, primùm ab Herode condita, & in gratiam Tiberii Cęsaris Cæsarea appellata. Postea deducta eò à Flavio Vespasiano colonia, Flavia appellata est. Autor Plin. libro 5. capite 13.

Flăvĭā.ĭ's, ut flavialium collegium apud Sueton. in Domitiano: Assidentibus Diali sacerdote, & collegio Flavialium patri habitu.

Flaviobríga, φλαβιοβεζα. Oppidum Vardulorum in Hispania citeriori: cujus meminit Plin lib.4. cap.20.

Flaviopolis, φλαβιόπολις, Thraciæ oppidum, eo in loco conditum ubi antea Zelà fuerat. Autor Plin. lib.4. cap.11.

Flavissæ, Vide in APPEL.

Flavium, φλάβιον, Norici oppidum est apud Plinium lib.3. capite 24.

Flāvīnĭum, Locus Italiæ in Sabinis sub Soracte monte. Vide Servium in illud Virg.7. Aeneid. Hi Soractis habens arces, Flaviniaq; arva.

Flavona, pen. prod. φλαυόνα Ptolemæo. Oppidum est Illyrici, apud Plin. lib.3. cap.21.

Flevo, [Germ Einer von den außgängen des Rheins/wird jetzt die Wal genennet.] Rheni fluminis ostium, ut scribit Pomponius Mela, lib.3. Plin. lib.4. cap.15, alterum ostiorū Rheni, Flevum: alterum Helinium appellatum scribit. ¶ Cornelius Tacitus lib.3: Flevum castellum esse ait prope Rheni in Oceanum exitum, à quo aut sumptum nomen, quòd alveo daretur: aut certè priùs ab alveo natum, in castello retentum est.

Flŏră, ræ, [Germ. Ein Göttin der Blumen / ist ein reiche gemeine Mätz gewesen / welche die Römer zu Erbē gesetzt hat / auff daß jhre jahrzeit gehalten wurden.] Dea quædā à Romanis in honore habita, quam floribus prędesse volebant. Hanc meretricem fuisse ajunt, quæ quum magnas opes corporis quæstu quæsivisset, populum Romanum scripsit hæredem, certamq; pecuniā reliquit, cujus ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur

editione

editione ludorum, quos appellant *Floralia*, sive *ludos Floreales*. Quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæ floribus præsit, eamq; oportere placari, ut fruges cum arboribus aut vitibus benè, prosperéq; florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lascivia, convenientes memoriæ meretricis: præter verborum licentiam audabantur flagitante populo meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem usque impudicis motibus detinebantur. Hæc à Græcis χλωρὶς dicitur. Ovid 4. Fastor. Chloris erã quæ flora vocor.

Flōrālĭă, lium, [*ωϑησίεχα*. Ger. Jarzeitliche Fäſttag vnd Schauſpil / ſo man zu ehren der Blumen Göttin zu Rom hielt.] Dies festi, ludiq; in honorem Floræ instituti, quæ florũ dea habita fuit. Quintil. lib. 1. cap. 9: Quædam tamen & faciem soloecismi habent, & dici vitiosa non possunt: ut, Tragœdia Thyestes, & Ludi Floralia, ac Megalesia. Ovid. 4. Fastor. Exit & in Majas festum Florale Calendas. ¶Floralia etiam dicũtur loca in quibus sunt Flores. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 23: Nec minùs ea discriminanda in cõserendo quę sunt fructuosa, ab iis quę fiunt propter voluptatem, ut quæ pomaria, aut floralia appellantur.

Flōrālĭtĭŭs, a, um, adjectivum à Floralibus deductum, quo id significatur quod ad Floralia pertinet, aut quo in Floralibus utebantur. Mart. lib. 8: Et Floralitias lasset arena feras.

Flōrēntĭă, æ, [Ger. Florentz in Italia.] Vrbs insignis Hetruriæ, olim Fluentia dicta, quòd sita sit ad fluentum Arni fluminis: & populi ipsi, Fluentini: quorum meminit Cato in Originibus, ut refert Angelus Politianus Epistola ad Bartholomæum Scalam. Vulgò *Fiorenza*.

Flōrĭānŭs, Imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte esse electum, sibiipsi venas incidit, effusoq; sanguine consumptus est.

Florius, fluvius est Galleciæ in Hispania: Plin. lib. 4. cap. 20.

Flumentana porta, [Ger. Die Waſſerporten der Statt Rom.] quam Tyberis in urbẽ intrans, in sinistra parte ripæ reliquit: dicta quod Tyberis quandoq; in eam influxerit.

Flŭōnĭă, æ, Iuno, quam mulieres colebant, quod sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Bocatius in Genealogia deorum.

F ante O.

Focunates. Plinio populi sunt in Alpibus, lib. 3. cap. 20.

Folia, Mulier quædam fuit Ariminensis, veneficiis famosa. Horat. Non defuisse masculæ libidinis Ariminensium Foliã.

Fōns Sōlis. In desertis Libyæ est, ultra Cyrenaicam regionẽ: juxta Iovis Ammonis oraculum, cujus aqua manè & vesperi tepida est: meridiano tempore gelidissima: sub mediam noctem fervidissima. [*ὑλὶς πηγή*. Germ Der Sonnen Brunnen in der einöde Libyæ gelegen / welches Waſſer abents vnd morgens lauw iſt: zu Mittag gantz kalt: zu Mitternacht gantz heiß.] Fontem autẽ Solis appellarunt, quòd à Sole regi videatur, & pro ratione diversorum cardinum: quos ille perlabitur, calorem tepore, teporemq; frigore permutet. Apud Ammonios (inquit Herodotus lib 4.) aqua fontana est, quæ sub matutinum quidem tepet: sub horam, qua forũ frequentissimum est, frigescit: sub meridiem multò frigidior est, eaq; hora hortos irrigant. Declinante jam die remittitur frigus, donec Sol occidit: tunc tepescit, magis ac magis calescens usque ad mediam noctem, quo tempore fervens exæstuat: præterita nocte media, ad auroram usque refrigescit. Cognominatur autem Fons Solis. Hæc ille. Meminit hujus fontis & Ovid. lib. 15. Metam quam vis Ammonis, nõ Solis fontem appellet: medio (*inquit*) tua corniger Ammon Vnda die gelida est, ortuq; obituq; calescit. Silius quoq; lib. 3, Ammonis oraculum describens: Stat (*inquit*) fano vicina novum & memorabile, lympha, Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit: Quæque riget, medium quum Sol accendit Olympum. Plin. lib. 2. cap. 103, duos hujus naturæ fontes commemorat, quorum alterum à vicino oraculo, Ammonis fontem appellat: alterum apud Troglodytas collocat, Aethiopiæ populos, eumq; Solis fontem nominat. Verba ejus sunt hæc: Iovis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus fervet. Deinde subdit: In Troglodytis, fons Solis appellatur, dulcis & circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore, & amaritudine infestatur.

Fontēĭă, Virgo Vestalis, Fonteii soror, cujus meminit Cicero in Oratione pro Fonteio.

Fōntĭnālĭs porta dicta est Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur, ob propinquitatem scaturientium fontium. Iuvenalis Satyr. 3: Substitit ad Veteres arcus, madidamq; Capenam. Livius: Aediles alteram porticum ad portam Fontinalem, ad Martis aram, qua in campos iter esset, perduxêre. [German. Brunnen Thor zu Rom.]

Fōrcŭs, *φόρκυς*, Nomen viri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Sthenyo scilicet, Euryalem & Medusam, quæ nimis locupletes fuerunt, & Gorgones dicuntur: id est, terræ cultrices.

Fōrdĭcĭdĭă, dies festus à fordis bubus: hoc est, prægnãtibus: quòd eo die immolarentur boves prægnantes in curiis: à fordis cædendis fordicidia dicta.

Forĭculus, Deus putatur, forium præses. [*θεὸς θύρων*. Germ Der Thürengott.] sicut Cardinea Dea, quæ cardinibus præerat: & Limentinus Deus, qui præerat limini.

Fōrmĭæ, arum, *φορμίαι*, Vulgò *Nola*: aliis, *Formie*. Vrbs est Campaniæ maritima juxta Cajetam, Læstrigonum quondam sedes, à Laconibus (ut Strabo autor est) condita: à quibus primùm Hormiæ dictæ sunt, sive à frequentia, bonitateq; *τῆς ὁρμῆς*: id est, stationum, ut Festo placet: sive *ἀπὸ τῆς ὁρμῆς*: id est, ab impetu Læstrigonũ (ut Servio placet) qui anthropophagi fuisse perhibentur. Quicquid id est, primùm Hormiæ dictæ, putantur: & deinde aspiratione in F commutata, Formiæ. Verisimile est, illud esse oppidum quod quinto à Cajeta lapide situm, vulgò *Nolam* vocant.

Formiones, Vide PHORMIONES insiá.

Fōrmĭo, Ptolem. Istriæ fluvius, hodie *Cisanus*.

Fōrtūnātæ insulæ, Afluctuum ubertate; aërisq; tẽperie dictæ sunt, *μακάρων νῆσοι*. Strab. lib. 3: Fortunatæ insulæ contra extremam Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus Occiduus concurrit. Sunt autem sex numero, ut ex Iubæ sententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32: quarum primam Ombrion appellari ait: secundam Iunoniam: tertiam eodem nomine: quartam Capratiam: quintam Nivariam, perpetua nive nebulosam: sextam Canariam, plenã canibus ingentibus. Fortunatę insulæ (inquit Mela lib 3:) abundant sua sponte genitis, & subinde aliis super aliis innascentibus, nihil solicitos alunt: beatiùs quàm ullæ urbes exercitæ: una singulari duorum fontium ingenio maximè in lætum, alterum qui gustavêre, risu solvuntur in mortem: ita affectus remedium est ex altero bibere. Solinus magna ex parte fabulosa esse scribit, quæ de Fortunatis insulis traduntur, unamq; tantùm esse, quæ nonnihil habeat fertilitatis, nimio tamen calore infesta. Hodie omnes uno nomine *Cannariæ* vocantur, à fertilitate cannarum, in quibus nascitur saccharum.

Fōrŭlī, orum, [Ger. Ein Statt in Italia / heißt jetzt *Forolo*] Oppidum Sabinorum, saxoso in loco situm: Strabo lib. 5, Petram vocat ad rebellandum, quàm ad habitãdum aptiorem. Virg. 7. Aen. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; severum, Casperiamq; colunt, Forulos, & flumen Hymellæ.

Fōrum Bibalorũ, Vulgò *Fomilla*, Hispaniæ Tarraconensis oppidum est non procul à Vaccæis, cujus meminit Ptolemæus lib. 2. ca. 6: Sunt nonnulli qui putent idem esse cum eo, quod hodie *Fomillam* appellant.

Fōrum Claudii, Oppidum Alpinum, Centronum metropolis, apud Ptolemæum, lib. 3. cap. 1. Sunt qui existiment idem esse cum eo, quod hodie *Tarentesiam* vocant.

Fōrum Clodii, Vulgò *Forca nuoua*, Oppidum Hetruriæ, cujus incolæ Foroclodii nominantur à Plin. lib. 8. ca. 5. Fuit præterea ejusdem nominis oppidum in octava regione Italiq, cujus meminit idem Plin. lib. 3. cap. 15. Dom. Mar. Nig. lib. 7.

Fōrum Cornelii, Vulgò *Imola*. Oppidum est in via Aemilia, quod & forum Syllæ appellatum utroque nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forũ instituit. Forocornelicnsis agri meminit Plin. lib. 3. cap. 16. Hodie *Imolã* vocant, quasi Aemyliam, à nomine viæ, in qua sita est.

Fōrum Iulii, sive Forum Iulium, Oppidum est Narbonensis provinciq, Octavianorum colonia, teste Plin. lib. 3. cap. 4. hodie servatis nõ obscuris prisci nominis vestigiis *Frejulium* vulgò appellatur. ¶Fuit & Carnorum sive Iapidũ oppidum ejusdem nominis, teste Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. à quo tota regio hodie corrupto nomine *Frejulium* appellatur

Fōrum, Segusianorum, Galliæ Lugdunensis oppidum est, apud Ptolemæum, lib. 2. cap 9. idem cum eo (ut putatur) quod hodie *Burgum Bressiæ* appellant. *Bourg en bresse*

Fōrum Livii, Vulgò *Forli*, Oppidũ Aemiliæ, in octava regione Italiæ, Cornelii Galli Poëtæ natalibus nobilitatum. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 3. cap. 15.

Fōrum Gigurrorum, sive Egũrorum, à Ptolemæo, lib. 2. ca. 6. appellatur urbs quædam Hispaniæ, in tractu Tarraconensi, quæ à nonnullis eadem esse creditur, quam Hispani sua lingua vocant *Medina de Rioseco*.

Fossæ Marianæ [Ger. Ein Statt in Delphinat / heißt jetzt *Aigries mortes*.] Apud Ptolemæum, lib. 2 cap 9: Galliæ Narbonensis oppidum est ad alterum ex Rhodani ostiis situm: ita dictum à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ut scribit Strabo lib 4 ostreis abundantem.

Fōssæ Papyrianę, Tuscorũ civitas Ptolemæo, hodie *Fossonovũ*.

Francfordia, Vrbs Franconiæ ad Mœnum sita, ob totius Europæ

ropæ emporiũ celebratiſſima. ¶Eſt & alia in Germania ejuſdem nominis ad Viadrũ ſita. [Vulgò Francfurt an der Odet.]

Frāncōnēs, [Germ. Die Franckẽ.] Germaniæ populi ſunt, quos nonnulli Francos Orientales vocant: à Septentrione Chattis, & Cheruſcis: à Meridie, Noricis finitimi: ad Occaſum Rhenũ fluvium: ad Ortum, Hercyniæ ſylvæ partem, qua Boëmiam attingit, habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occupaverunt, ubi Hodie Lutetia Pariſiorum ſita eſt, quæ etiam Galliæ pars ab illis Francia dicta putatur. Franconũ meminit Cicero in Epiſt. ad Attic. lib. 14.

Frĕgellæ, arum, φεγέλλα Stephano, Vulgò *Ponte corvo*, olim civitas fuit clariſſima inter Formias & Sinueſſam ſita, non procul à Liri amne, quem nunc *Garilianum* vocamus. Cujus etiã hodie non obſcura extant veſtigia, ex quibus facilè poteſt æſtimari quanta olim fuerit ejus urbis amplitudo. Hæc quum à Romanis defeciſſet, diruta fuit, & ad vicum jam uſq; à Strabonis tempore redacta. Silius libro 8: obſeſſæ campo ſqualente Fregellæ. Idem alio loco: Et quæ fumantem texêre giganta Fregellæ. Inde Fregellani populi dicti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Frĕgĕllānŭs, adjectivum: ut Fregellana vitis, Colu. lib. 3. cap. 2.

Fregellanus, Nomen proditoris, cujus meminit Cic. 5. de Finibus: Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reip. noſtræ profuit, non odit?

Frentānī, Populi ſunt Italiæ, nõ procul à Dauniis & Picentinis, diverſi ab iis, quos alibi Ferẽtinos, & ab iis quos Ferentinates diximus appellari. Horum regionem Plinius lib. 3. capite 11: Frentanam vocat, à Frentone vicino fluvio deducto nomine.

Friburgum Vrbs, alia in Briſgoia, alia in Vchtlandia, alia in Miſnia.

Frīsĭī, [Germ. Frieſlandt.] Populi ſunt Oceanũ Septentrionalem ſiti, Batavis & Sicambris finitimi, etiam hodie nomen retinentes.

Fronto, Philoſophiæ ſimul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, ut ille ſtatuam ei à Senatu ſtatui decernendum curârit. Autor Capitolinus. ¶Frontonis alterius ſub Nerone meminêre Tacitus, Iuvenalis, & Martialis: Clarum militiæ, Fronto togæq; decus.

Fruſino, pen. corr. Fruſinonis, Civitas Campaniæ, à qua Fruſinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. lib. 3. ca. 5. Iuvẽn. Satyr. 3: optima Soræ, Aut Fabraterię domus, aut Fruſinone paratur. Silius lib. 12: Bellator Fruſino. Sed hîc populum ſignificat. Ptolemæus Fruſinum inter Latii oppida enumerat, lib. 3 cap. 1.

Frŭtĭnāl, Dictum eſt templum Veneris Frutæ. Feſtus.

Fruxinum, Fryſinga, Vrbs Bavariæ.

F ante V.

Fūcĭnŭs, pen. corr. Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenſes Marſorum populos. Martial. lib. 1: Fucinus & pigri taceãtur ſtagna Neronis. Virg. 7. Aen. Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevêre lacus.

Fūfĭdĭŭs, Oratoris nomen, cujus meminit Cicero in Bruto: Fufidius, *inquit*, in aliquo patronorum numero fuit.

Fūgālĭă. [Germ. Römiſche Feſtag ſo man hielt zur Widergedechtnuß der vertribnen Königen / vnd der erlangten gemeinen Freyheit.] Feſta fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberataq; Reipublicæ inſtituta. Cenſorinus de die geniali feſtũ hoc, Regifugium vocat, quòd eo die Tarquinius ab exercitu ad Porſenam Hetruſcorum regem fugiſſet. Celebrabantur autem Fugalia menſe Februario poſt exacta Terminalia. Auguſtinus lib. 2. de Civit. Dei: Sed demonſtrentur loca talibus aliquando conventiculis conſecrata, non ubi ludi agerentur obſcœni, vocibus & moribus hiſtrionum: nec ubi Fugalia celebrarentur, effuſa omnium licentia turpitudinum, & verè fugalia, ſed pudoris & honeſtatis.

Fūlco, Andegavenſium princeps fuit, quintus Rex Hieroſolymorum, qui equo in caput verſo occubuit, quum regnaſſet annis undecim. Volaterranus.

Fulgĭnates, populi ſunt Vmbriæ in Italia, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 14.

Fulſinates, Populi ſunt inſulani, juxta oram Illyrici: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 21.

Fulvĭă, fuit uxor quatuor turbulentorum civium, qui peſtes fuêre patriæ: primùm Catilinæ: deinde Clodii: tertiò Curionis, qui bellum civile inflammavit: quartò Antonii triumviri, cujus juſſu cùm Cicero Orator interfectus eſſet, Fulvia uxor Antonii adeò lætata eſt, ut linguam exemptam ex interfecti capite, aciculis confoderit.

Fūlvĭŭs, Flaccus Cenſor tectum marmoreum Iunonis Laciniæ ſpoliavit, ut ædem quam dedicaverat Equeſtri Fortunæ tegeret, Autor Livius lib. 42.

Fundī, orum, φόνδι, Vulgò *Fondi*, Oppidum eſt Campaniæ inter Tarracinam & Cajetam, quod intercidit: hodie ſolum paluſtre ibi: ita tamen ut ædificiorum ruinæ ac veſtigia cernantur: à quo Fundanus lacus appellatus eſt, & Fundanus ager. Plin. lib. 3. cap. 5: Inde generoſa vina Fundana, ſcriptoribus commendata.

Furiæ, Vide in APPELLATIVIS.

Fūsĭdĭŭs, Fœneratoris nomen, apud Horat. 1. Serm. Sat. 2:

Fuſidius yappę famam timet, ac nebulonis,
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.

Fūsĭŭs, pro Furius, Antiqui dixerunt, ut Valeſius pro Valerius, Autor Feſtus.

Fuſius, Oratoris nomen, cujus meminit Cicero lib. 2. de Oratore: Fuſius (*inquit*) nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, nõ adſequitur: oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fyternus, Ptol. Ferentanorum fluvius. Typernus aliis.

G



Aba, per ſimplex b, [בע *ghébah.* γάβα] teſte Ioſepho lib. 5, Antiquitatum Iudaicarum, Galilææ oppidum eſt.

Gabale, es, [בל *ghebál.* γαβάλη.] Promontorium eſt in ora Syriæ, in quo ſita eſt Laodicæa libera civitas. Autor Plin. lib. 5. cap. 20. Hodie Gibel.

Gabales, apud Plin. lib. 4. cap. 18, Aquitaniæ populi ſunt.

Gabalus, Romanorum Imperator fuit omni genere luxus effœminatiſſimus: qui quum ſe ſolem appellari vellet, quẽ Græci ἥλιον vocant, compoſita dictione vocatus eſt Heliogabalus. Autor Servius.

Gabalum, γάβαλον, Oppidum Arvernorum, in ea parte Galliæ Aquitanicæ ſitum, quæ Narbonenſem provinciam ſpectat. Hinc Gabales, γαβαλῆς, populi, apud quos olim fiebat optimus caſeus.

Găbāōn, [בעון *ghibhón.* γαβαών.] Olim metropolis & regalis civitas Heyæorum, & nunc (ut refert Hieronymus) oſtenditur villa eodem nomine ad quartum milliarium à Bethele contra Occidentalem plagã juxta Rhama, ubi Solomon oblatis victimis divinum meruit oraculum.

Găbāōnītæ, pen. prod. [בעונים *ghibhonim.* γαβαωνῖται.] Populi in Gabaon habitantes.

Gabatha, [בעת *ghibháth.* γαβάθ.] Vrbs Galilææ, teſte Ioſepho lib. 6 Antiquitatum.

Gabaupolis, γαβαύπολις, Oppidum Galilææ, Steph. ex Ioſepho Antiq. lib. 4.

Găbbă, Per duplex b, [בעה *ghibháh.* γάββα.] ſive (ut alii ſcribunt) Gabaa, Syriæ urbs.

Gabienus, Fortiſſimus dux claſſium Cæſaris à Sex. Pompeio captus, ejuſdem juſſu inciſa cervice jacuit in littore tota die. Deinde quum adveſperaſceret, petiit ut Pompeius ad ſe veniret, teſtatus ſe ab inferis remiſſum, habere quod nuntiaret. Ex Plin. lib. 7. cap. 52.

Găbĭī, orum, γάβιοι, Volſcorum urbs fuit LXX. millibus paſſuum ab Vrbe diſtans, à Galacto & Bio fratribus Siculis condita, ſicut ſcribit Solinus, fraude Sexti Tarquinii ſuperbi filii in Romanorum ditionem redacta, ut tradit Liv. lib. 1. ab Vrbe. Gabiorum meminit & Virg. lib. 6. Aen. Hi tibi Nomẽtum, & Gabios, urbemq; Fidenam, Hi Collatinas imponent montibus arces.

Găbĭnēnsĭs, adjectivum. Plin lib. 2. cap 94: Quædam verò terræ ad ingreſſus tremunt, ſicut in Gabinenſi agro, non procul ab urbe Roma.

Găbĭnŭs, a, um: ut, Gabina Iuno, Virgil. 6. Aen. Vrbs Gabina, Ovid. 2. Faſtor. Robore freta Gabino, Claud. 3. Paneg.

Găbĭnĭŭs, Romanus, qui Ptolemæum Auletẽ Aegypto pulſum in regnum reduxit, præſidiumque illi, quò adverſus ſuorum inſidias tutior eſſet, ex ſuis copiis reliquit. Autor Plutarchus in vita Pompeii.

Gabinus, Presbyter, civis Romanus, juſſu Diocletiani Imperatoris in carcerem conjectus eſt. Ibiq; fame extinctus, quòd Chriſtianam profiteretur religionem. Frater fuit Caii pontificis, pater Suſannæ virginis & martyris, quæ nuptias filii Diocletiani recuſavit. Volater.

Gabriel, [גבריאל *ghabriél.* γαβριήλ. Germ. Stercke Gottes.] Vox Hebraica, quam Latinè Dei fortitudinẽ interpretari poſſumus.

Gadareus, γαδαρεύς, Sophiſta, qui priùs more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Cõſulatũ adeptus eſt.

Gadara, [גדרה *ghedherah.* γάδαρα.] Civitas eſt in Decapoli Syriæ, non longè ab Aſcalone: ex qua ortus eſt Theodorus Rhetoricę profeſſor, quem Strabo ſua ætate floruiſſe teſtatur. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 5. cap. 18.

Gādēs, dium, [γάδειρα, τά, Vulgò *Gadiz, à Calix.* Germ. Zwo Inſeln zu eüſſerſt neben Hiſpanien im Meer gelegẽ in der vnderen marck *Europæ* vnd *Africæ.*] Duæ inſulæ ſunt, teſte Plin. lib. 4. cap. 22.

ultra

ultra finem Bæticæ provinciæ, & in extremo noſtri orbis verſus Occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur. Harum major, Erythia dicta eſt à Tyriis ab Erythræo mari oriundis, qui in hac inſula urbem cõdiderunt. Diſtat à Calpe, teſte Strabone, ſeptingentorum quinquaginta ſtad. intervallo: parva quidẽ inſula, ſed virorum dignitate excellens. In qua Equeſtris ordinis Gaditanos (γαδειρᾶς, γαδειρίτας, γαδειτάνους) quingentos in uno cenſu numeratos aliquãdo fuiſſe compertum eſt. Inſula hæc ubi cõtinenti eſt proxima, interluitur freto DCC. non amplius pedum. ¶ Huic adjacet altera inſula minor, & ipſa Gadis appellata, unius tantùm ſtadii Euripo interlabente ab altera direpta, in qua tanta eſt pabuli lætitia, ut pecudum ibi paſcentium lac ſerum non efficiat, neque ex eo cáſeus fieri poſſit, niſi multa admiſta aqua. Quin illud etiam trãditur, paſcentes in hac inſula pecudes, niſi ſubinde ſanguinẽ exhaurias, intra triginta dies pinguédine ſuffocari. Quæ res Poëtis occaſionem videtur miniſtraſſe eorùm quę de Geryonis armentis fabulati ſunt. Autor eſt Strabo lib. 3. Plin. tamen vult Geryones in majori inſula habitaſſe. ¶ Declinatur autẽ hoc nomen in utroq; numero: dicimus enim Gadis in numero ſingulari pro alterutra harum inſularum: vel in plurali numero Gades. Plin. lib. 4. cap. 22: Gadis longa eſt XII. lata III. M. paſſuum.

Gāditānŭs, na, num, pen. prod. γαδειτανὸς, ut mare Gaditanum: Vulgò *Eſtrecho de Gibaltar*, & Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis, laſciviæq; nomine olim in pretio fuerunt.

Gādītānī, oriundi à Tyriis: Lucanus: -Tyriſque à Gadibus hoſpes.

Gadĭr, unico d ſcribendum, quemadmodum & Gades, quum utriuſq; eadem ſit origo. Eſt autem Gadir urbs opulenta in Gadibus, quæ antea Tarteſſos dicebatur. ταρτησσὸς. Vulgò *Galix*, Rufus Avienus in deſcript. orbis: Gadir prima fretũ ſolida ſupereminet arce: Attollitque caput geminis inſerta columnis: Hęc Continuſa priùs fuerat ſub nomine priſco, Tarteſſumq; dehinc Tirii dixêre coloni: Barbara quinetiam Gades hanc lingua frequentat, Pœnus quippe locum Gadir vocat undiq; ſeptũ. Quibus in verſibus Avieni hoc animadvertendũ eſt, quòd prima Gadir dixerit, fœminino genere uſus. Saluſt. tamen lib. 3. Hiſtor. referẽte Priſciano, uſus eſt in neutro genere. Tarteſſum (*inquit*) Hiſpaniæ civitatem, quam nũc Tirii mutato nomine *Gadir* habent.

Gæon, A' Joſepho dicitur eſſe Nilus. Rectiùs ſcripſerit Critho.

Gætūlĭa, [γαιτυλία Stephano. Germ. Ein Landtſchafft des inneren *Africæ*.] Africæ interioris regio eſt, Garamantibus proxima: cujus incolæ Gætuli appellantur, qui primi omnium Africam tenuiſſe dicuntur, nullius imperio ſubjecti, nullasq; habentes domos: ſed ubi eos nox deprehenderat, pernoctantes, carneq; ferina, & terræ pabulò victitantes. Autor Saluſtius in Iugurtha. Haber autem hæc dictio duas primas ſyllabas productas, quum d phthongo ſcribantur apud Græcos. Virg. 4. Aen. - aut captam ducat Gætulus Iarbas? Iuven. Quũ Gætula ducem portaret bellua luſcum.

Gagæ, γάγαι, Liciæ oppidum ad Gagem amnem: à quo & nomen accepit. Autor eſt Steph.

Gages; γάγης, Liciæ fluvius eſt, Phlagyopolin civitatem præterfluens: in quo gagates lapis primùm inventus eſt. Autor Dioſcor. lib. 5.

Galaad, [גלעד *ghilhádh*. γαλαάδ.] Mons eſt, à quo civitas in eo condita fortita eſt vocabulum, quam & accepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir filii Manaſſe.

Gălăctŏphăgī, [γαλακτοφάγοι. Germ. Milchträmmet / die Völcker in Myſia vnd Thracia.] Cognominati ſunt Myſiæ & Thraciæ populi, quòd lacte alerentur, quos Homerus 13. Iliad. hominum juſtiſſimos appellat: propterea quòd tenui victu contenti, ab omni injuria ſeſe continerent.

Gălăctŏpŏtæ, pen. corr. arum, [γαλακτοπόται. Germ. Milchtrincker / Völcker in dem nähern vnd Europiſchen Scythia. Pol. *Mlieko piiacy, mliecżko*. Vng. *Tey iuok*.] Lactis potu utentes. Quo cognomine dicti ſunt populi aliquot in Scythia Europæa ex Nomadum, Gætarumq; genere. Columel. lib. 7. cap. 2: Quibuſdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum, Getarumque plurimi, γαλακτοπότται dicuntur.

Galada, vel Galadene, vel Galaditis, regio Arabiæ. Autor Stephanus.

Galadræ, γαλάδραι, Vrbs Macedoniæ in Pieria. Autor Steph.

Galadrus, γάλαδρος, Mons quidam à Galadro Emathii filio dictus. Stephanus.

Gălanthĭs, [γαλανθὶς. Germ. Die haußmagt *Alcmenæ*, welche die Göttin *Iuno* in ein Wyſelin verwandlet hat.] Vt eſt in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, quæ quum domina ſua partus doloribus laborans, à Iunone ne pareret impediretur, mira aſtutia dicitur deam eluſiſſe. Læto enim vultu egreſſa cubiculum, in quo illa parturiebat, peperiſſe jam herã ſimulat; eoq; nomine palàm diis gratias agit. Cujus verbis fidẽ adhibens Iuno, reſolutis, quas pectinatim junctas habebat, manibus, ſurrexit, pelliciq; pariendi tempus conceſſit. Verùm quum Galanthis ob eam rem tàm proſperè geſtam nimium ſibi placeret, deamq; etiam riſu & inſultatione proſequeretur, illa ancillæ procacitatem ægrè ferens, in γαλῆν: hoc eſt, muſtelam eam dicitur transformaſſe. hac addita pœna, ut ore, quo præcipuè peccaverat, pareret. Latè exequitur hanc fabulam Ovid. 9 Metam.

Galarina, γαλάρινα, Vrbs Siciliæ à Margo Siculo condita. Dicitur & regio Galaria. Steph.

Gălătēă γαλάτεια Theocrito, Nympha marina Nerei & Doridos filia, à lactis cãdore ſic dicta. γάλα enim lac ſignificat. Virgil. 7 Aeglog. Neuine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblę.

Gălătĭă, [γαλάτια. Gér. Ein Landtſchafft des minderen *Aſiæ*, ſtoßt gegen Mitnacht an das Eurinſch Meer / ſunſt an *Cappadociam, Pamphyliam*, vnd *Bithyniam*.] Regio minoris Aſiæ, ab Oriente Cappadociam & Halym fluvium: ab Occidente Bithyniam & Aſiam: à Meridie Pamphyliam: à Septentrione Pontum Euxinũ habens. A' qua Galatæ populi. Lucan. lib. 7: Iſtis parce precor, vivant Galatæq;, Syriq; Hæc & Gallogræcia dicitur: populiq; ipſi, Gallogræci Nam quum à Regis Bithyniæ Galli ſimul & Græci in auxilium vocati veniſſent, partem regni tenuerunt, & ab utriſq; populi Gallogræci ſunt dicti.

Galata, A' Pomponio & Mela numeratur inter inſulas Siciliæ adjacentes, non procul à Melita.

Gălăxæră, Nympha marina à lactis candore ſic dicta.

Gălbă Sergius, ut autor eſt Suetonius in Galba, Nobilis Romanus: orator inſignis, qui cùm Hiſpaniam provinciam Prętor obtineret, convocato populo, tanquam de commodis ipſorum acturus, XXX Luſitanorum millia trucidavit. Ejus frequens eſt mentio apud Ciceronem in Bruto.

Gălēnŭs, pen prod. [γαληνὸς. Germ. Ein außbündiger Artzet auß Aſia bürtig.] Nomen medici excellentiſſimi, ex Pergamo Aſiæ urbe. Floruit temporibus Trajani aduſq; Antonini Pii tempora. Plurima reliquit de re medica cõſcripta volumina, quæ hodie omnium teruntur manibus. Scripſit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine literarum. Fama eſt 140. annos vixiſſe.

Gălĕōtæ, γαλεῶται, Erant vates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmeſſi ejus fuiſſe traditur, qui Telmeſſum urbem in Caria condidit, oracula ex Dodona accepto. Aelianus ſcribit Dionyſium tyrannum Galeotas ſolitum conſulere in Sicilia. Meminit horum Cicero lib. 1, de Divinatione, quum ait: Huic interpretes portentorum: qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, &c.

Galepſus, γαληψὸς, Vrbs Thraciæ, & Pæonum, autor Steph.

Gălēſĭs, ſi, penult. prod. γαλησὸς, Fluvius juxta Tarentum. Virgil. libro 4. Georg. Qua niger humectat flaventia culta Galeſus. Horat. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellitis ovibus Galeſi Flumen.

Gălĭlæă, leæ, pen. prod [גלילה *galil*. γαλιλαία.] Nomen duarum regionum, ex quibus una, Galilæa Gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, ubi & Solomon viginti civitates donavit Hiram Regi Tyri in ſorte tribus Nephthali. Altera Galilæa dicitur regio ſita ad Tyberiadem, & ſtagnũ Genezareth in tribu Zabulon. Plin. lib. 5. cap. 14: Pars Iudęæ Syriæ contermina, Galilæa vocatur.

Gallāici, ſive Gallæci, γαλλαικοὶ, Vulgò *Galleghi*, Hiſpaniæ populi ſunt Gallis finitimi. Martial. lib. 1: Nec quæ Gallaico linuntur auro. Sunt tamen qui hoc loco apud Martialem legãt Gallaici per ſecundam conſonantem.

Gallæcĭă, [Vulgò *Gallæcia*, Germ. Ein Landtſchafft in Hiſpanien / heißt jetzt *Galiçia*.] Regio eſt citerioris Hiſpaniæ: cujus deſcriptionem vide apud Plin. lib. 4 cap. 20.

Gallĭă. [גרמת *tſarphath*. γαλλία Stephan. κελτογαλατία Ptolemæo. Vulgò *France*. Pol. *Francuska zemia*. Vng. *Franczia orſzág*. Ang. *France*.] Europæ pars: & à candore populi dicta, Gala enim lac Latinè dicitur: Nam mõtes & rigor cœli ab ea parte Solis ardorem excludunt, ut eorum corpora non colorentur. Eſt autem triplex, Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Ciſalpina, quæ ſcilicet inter Alpes eſt, & Rubiconem fluvium, antiquum Italiæ limitem: ita dicta, quòd populi illi, Romanorum more, toga uterentur. [Germ *Lompare* bey / wird jetzt Italien zugerechnet.] Braccata autem Gallia, dicta eſt Gallia Narbonenſis, Romanorum provincia: à braccis villoſæ veſtis genere appellata, quibus peculiariter ejus provinciæ homines utebantur. [Germ Die Provintz oder Delphinat.] Comata cognominatur omnis tranſalpina Gallia, à coma nutriendæ ſtudio. [Germ Das gantze Landt ſo zwiſchen dem Hochmeer / dem Roncevall vnd Alpgeburg / auch den Rhein begriffen wird / welches gröſter theil jetzt Franckreich genennet wird.] Hæc rurſus in tres partes dividitur, Belgicam, Celticã, & Aquitanicã, quæ Aremorica antè dicta eſt. Nã à Scalde ad Sequanam, Belgica, ab eo ad Garumnam, Celtica, eademq; Lugdunenſis:

sis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitanica.

Gallĭă togata non est, ut quidam credunt, ipsa planè Cisalpina, sed Cisalpinæ pars: Togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: Cisalpina verò initium quidē ipsa quoq; capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. Erant autem in Togata multa municipia, multæ colonię Romanæ. Præterea dixit Cicer. in Epistol. 1. ad Attic. Videtur in suffragiis multum posse Gallia: jus enim ferēdi Romæ suffragii habebant omnia municipia, eæque omnes coloniæ, ideò Romanæ dicebantur: quia jura possiderent civium Romanorum. Nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantùm jus Latii, unde appellatæ. Ex Aldi commentario in epist. ad Attic.

Gallĭcŭs, ca, cum, Quod est ex Gallia: ut Gallica terebra apud Columellam libro de arboribus, capite octavo. Gallicū acer, in transpadana Italia, transq; Alpes nascens, præcipui candoris. Plin. lib. 16 cap. 15.

Gallĭcānŭs, a, um, Gallicanus: ut, Gallicanæ res. Cic. pro Quintio: Quum & de societate multa inter se cōmunicarent, & de tota illa ratione atq; re Gallicana, &c. Varr. lib. 1, de Re rust. cap. 32: Cæteraq; quæ alii legumina: alii (ut Gallicani) legaria appellant.

Gallŭs, a, um, Sicut Gallicus, & Gallicanus, quod originem habet ex Gallia. Salust. lib. 14. Histor. Duæ Gallæ mulieres conventum vitantes, ad menstrua solvenda montem ascendunt. Catul. de Berecynthia: Agite, ite ad alta Gallæ Cibeles nemora simul.

Gallĭnārĭă, riæ, γαλλινασία, Insula est in mari Tusco secūdùm Italiam, contra montes Ligusticos, à Gallinarum agrestium copia, ut inquit Varro libro 3. de Re rust. appellata. ¶ Est & sylva gallinaria, γαλλινασία ὕλη, Cumis vicina, de qua Cicero ad Pætum: Qu. Cæparius obviam mihi fuit in sylva Gallinaria. De hac Strabo ita scribit: Hoc quoq; in sinu fructuosis virgultis frequēs, & arboribus, sylva est multis porrecta stadiis, aquarum indiga.

Gallŏgræcĭă, [γαλατία. Germ. Ein Landtschafft im minderen Asia/ so sunst *Galatia* heißt.] Regio Asiæ minoris, Cappadocię, Bithyniæ, & Pamphyliæ finitima, quæ alio nomine Galatia dicitur: cujus incolæ Galatæ dicuntur, & Gallogræci. Nam quū Galli, multitudine abundante relicto natali solo Italiam invasissent, Græciam impleverunt, Macedoniam occuparunt, in Asiam transierunt duce Leonnorio, qui Gallogræciam misto ex Gallis, Græcisq; vocabulo cognominaverunt.

Gallŏgræcī, Idē sunt qui Galatæ ad quos Pauli epistola extat. Eorum regio est Galatia, quam Gallorum aliquot populos insedisse Plin. lib. 5, cap. 32. testatur, & Ptolom. lib. 5, tabula Asiæ prima. Strabo quoq; lib. 4. Tectosages è Narbonensi, Tœlistobogios & Trocinos è Celticis Gallię profectos, Phrygiam Cappadociæ & Paphlagoniæ vicina occupasse scribit: tanto olim hominum robore Gallia valuerūt. Meminit & Livius pluribus lib. 8.

Gallūmbrī, populi qui nunc *Romandioli* vocantur.

Gallŭs, li, [γάλλος. Ger. Ein Pfaff der Göttin *Cybeles*.] Cybeles sacerdos: à Gallo Phrygiæ fluvio, cujus aquam qui gustasset, reddebantur insani. Lucan. lib. 1: crinemq; rotantes Sanguineum populis ululārūt tristia Galli. Ovid. 4. Fastorū: Amnis it insana nomine Gallus aqua.

Gămălē, pen. corr. γάμαλα, Vrbs in Iudæa, sive in Syria Iudęæ finitima. Iosephus, Syriæ habitatio quædam Gamale. Suetonius in Tito: Tarachiam & Gamalen urbes validissimas Iudææ in potestatem redegit.

Gambrium, γαμβρεῖον, Vrbs Ioniæ, Steph.

Gamphasantes. [Germ. Nackende Leut so in dem innersten Libya wohnen.] populi Libycæ Aethiopiæ, sine ullis vestibus viventes, qui (sicut scribit Pomponius) à præliis abstinent, quū nec tela jacere aut vitare noscant, ideoq; obvios fugiunt. Plinius lib, 5. cap. 8: Gamphasantes nudi, præliorumq; expertes, nulli externo congregantur.

Gandavum, Vrbs Flandriæ, Vulgò Gent.

Gandri, Populi sunt interioris Asię Pomponio, quos Plinius trans Margianem in Ortum ponit. ¶ Sunt & Gandaræ populi quos Ptolemæus libro 7, in India, ad ipsum Indum sitos esse ait.

Ganganorum, promontorium Hyberniæ, Ptolem. libro 2. capite 3.

Gangărĭdæ, γαγγαρίδαι, ut inquit Curtius, populi inter Assyrios & Indos, juxta Gangen. Virg. 3. Georg. In foribus pugnā ex auro, solidoq; elephanto Gangaridum faciam, victorisq; arma Quirini.

Gangē, Vrbs Indiæ regia.

Gangēs, gis, & Gangetis. [γάγγης. Germ. Ein grosser fluß in Indien.] Indiæ fluvius maximus. Qui universam secat Indiam, secum arenas trahens: alio nomine *Physon* à Græcis dictus: quem Sacræ literę inter eos annumerāt, qui de paradiso profluunt. Fontes ejus alii incertos esse tradunt, vicinaq; omnia rigare, quemadmodū & Nilum. Alii in Scythicis nasci, ipsamque Indiam secare dixerunt, fluereq; in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per viginti patet. Altitudo ubi vadosissimus est, mensurā centū pedum implet. Dictus Ganges à Gange Aethiopum Rege, ut ait Suidas. Ovid. lib. 4. Metam. Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Gangētĭcŭs, ca, cum, γαγγητικὸς, Denominativum. Colum. lib. 8. cap. 8: Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aves temulenter eructas.

Gangră, γάγγρα, ὰ, vel ων, Vrbs Paphlagoniæ. Causam nominis Stephanus explicat. Vide Candara. Alia est in Arabia felici.

Gannodurum. [γαννόδουρον. Vulgò *Constantia*. Germ. Costentz am Bodensee.] Helvetiorum oppidum est ad Iuram montem, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. 9.

Ganyctor, nomen est viri proprium Tortellio.

Gănÿmēdēs. [γανυμήδης. Ger. Ein schöner Knab / welchen Jupiter durch ein Adler in Himmel hat entragen lassen/ damit er sein Einschenck wäre.] Trois filius fuit formosissimus puer, quem quū Iupiter deperiret, jussit in cœlum ab aquila portari, & sibi à calículis esse, repudiato ministerio Hebes, quæ ante illius raptū miscendo nectari præerat. Hanc fabulam tangit Virg. lib. 1. Aeneid. quum inter causas odii Iunonis in Trojanos, recensset rapti Ganymedis honores. Higinus in Astronomiā Poēt. tradit Ganymedem inter sidera translatum conficere signum illud quod *Aquarium* vocamus, quòd ejus stellæ suo situ aquam fundentis imaginem videantur referre.

Gărămāntes. [γαραμάντες. Germ. Völcker im inneren Libya.] Populi interioris Libyæ Psyllis finitimi, à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantū oppidum ex suo nomine condidit. ¶ Fuit etiam Garamantes regis nomen, cujus filiā Garamantida Iupiter apud Bagradam fluvium compressit, & ex ea genuit Iarbam.

Gărămāntĭcŭs, adjectivum: ut, Garamantica signa, apud Silium, lib. 1.

Gārgānŭs, ni, penult. prod. γάργανον, Mons in Apulia, cujus accolæ propriè Apuli dicuntur. Hodie vulgò vocant *Montem S. Angeli*. Lucan. lib. 4: Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Gargarenses, Gens mixta Amazonibus, γαργαρεῖς.

Gārgărŭs, gari, & in plurali numero Gargara, [γάργαρον. Ger. Ein fruchtbarer Kopff oder Spitz des Brunnquelligen Berge *Ida* in *Phrygia*.] Cacumen est montis Idæ, teste Macrobio, in ea parte ubi ad Mysos declinat: tanta frugum ubertate affluens, ut quoties infinitum rei alicujus numerum velimus denotare, à Gargarorum frugibus sumamus similitudinem. Ovid. lib. 1. de Arte amandi, quum vellet Romanarum puellarum numerum immensum ostendere, dixit tantam esse Romæ puellarū copiam, quantam in Gargaris segetum. Hujus autem tantæ ubertatis causa est fontium abundātia, quibus solum irrigatur: adeò ut æstivis caloribus fruges non facilè possint aduri. Nā etsi Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus. Vnde & Homerus πολυπίδακα vocat, præcipuè tamen ea pars hujus montis, quæ ad Orientem Solem Mysiam contingit. ¶ Est etiam oppidum hoc nomine in radice hujus montis situm: ut docet Macrobius lib. 5. cap. 19.

Gārge, γάργη, Vrbs Libyæ, Steph.

Gārgettĭŭs, γαργήττιος, Oppidum est, pars de tribu Aegeide.

Gārgĭttĭŭs, γαργίττιος Polluci, Canis cujusdam generosi nomē, qui Geryonis boves custodiebat, & leonibus insultabat: quem tunc Hercules interfecit quum illius armenta abduxit: fuitq; Cerberi Epirotici frater, ut scribit Iulius Pollux, lib. 5.

Gărumnă, næ, [*Garona*. Germ. Ein fluß in Gascogen/ heißt jetzt *Gerunda*.] Nobilis Galliæ fluvius est, Celtas ab Aquitanis dividens. Oritur octingentesimo à Narbone stadio in montibus Pyrenæis, Vide Pomponium Melam.

Gastromantia, Fons in Achaia apud Athenienses, teste Pausania lib. 7.

Gastronia, regio Macedonica, Stephano, γαστρωνία, Vide GESTRONIA.

Gatheæ, γαθέαι. Vrbs Arcadiæ, Steph.

Gaudără, γαύδαρα, Vicus Macedoniæ, Steph. in Gadara.

Gaūgamēlă, vel Gangamela potiùs, γαυγάμηλα, locus Persidis, Steph. Vide Strab. in initio lib. 6.

Gāulĕōn, γαυλεών, Teste Solino, insula est Libyæ objacens, in qua serpens neque nascitur, neq; invectus vivit: pulvisq; ejus quocunq; gentium jactus, angues & scorpiones perimit.

Gāurŭs, γαῦρος, Mons Campaniæ, Massicis & Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum præcipuæ bonitatis. Statius libro 3, Sylvar. Seu tibi Bacchæi vineta madentia Gauri. ¶ Hinc Gauranus, a, um, ut Gaurani montes, apud Plinium libro 3. capite 5: Gauranum vinum, quod in summis agri Falerni jugis nascebatur. Nam quod in mediis gignebatur montibus,

bus, Faustianum: quod in imis, Falernũ dicebatur, teste Plin. lib. 14. cap. 6.

Gāzā nomẽ civitatis in Persida: ita dictæ quòd Cambyses eò, velut in munitissimam totius regni arcem, omnes opes, pecuniamq; congesserit.

Gāzæus, a, um, γαζαῖος, Et Gazæticus, ca, cum, quod est ex Gaza urbe Persica, circa quam nobilissima vina nascebantur, teste Pomponio Mela: Sidonius in Faustum: Vina mihi nõ sunt Gazætica, Chia, Falerna.

Gāzăcă, γάζακα, ἡ, γάζακος, ὁ, Vrbs aut vicus maximus in Media, Stephan.

Gāzētæ, γαζῆται, Populi Galatiæ aurum gerentes, Steph.

Gāzōrus, γάζωρος, Vrbs Macedoniæ, Steph.

Gāzus, γάζος, Vrbs Indica longè maxima, Steph.

G ante E.

Gĕă, γέα, Oppidum est Arabiæ Petrææ, non procul à Petra Regionis totius metropoli. Autor Steph.

Gĕbălă, [גבל *gebál.* γίβαλα.] Tertia Palæstinæ portio, à qua deducitur gentile Gebalenus. Quin ipsa etiam Idumæorum regio, Gebalene, γεβαλίτη, cognominatur. Autor Stephanus.

Gebalena, γεβαλίτη, Regio in finibus Eleutheropoleos.

Gebanitæ, Populi sunt maris Rubri accolæ, In Arabia deserta, quorũ præcipua oppida sunt Nagla, & Tamna, teste Plin. lib 6. cap. 28. Hinc genus myrrhæ Gebaniticum appellatur.

Gebeleizes, Dæmon, idem Zamolxidi putatur. Vide Herodotum lib. 4.

Gĕbennă, [Germ Ein Gebürg in Franckreich.] Mons est in Gallia, Arvernos ab Helviis dividens, ab ea parte qua Cadurci & Ruteni Arvernos spectant. Cęsar lib. 7. bel. Gal. Partem copiarum ex provincia, supplementumque quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines Arvernorum contingunt, convenire jubet. His rebus comparatis represso jam Lucterio, & remoto, quòd intrare intra præsidia periculosum putabat, in Helvios proficiscitur: etsi mons Gebenna qui Arvernos ab Helviis discludit, durissimo tẽpore anni altissima nive iter impediebat, &c. Ex quo loco Cæsaris facilè deprehendi potest error eorum, qui extremum Allobrogum oppidum ad Lemanum lacum situm, in confinio Helvetiorum vocant Gebennam, quum omnino conset ex primo Comment. Cęsaris, Genevam appellari, ut latiùs suo loco dicemus. Lucan. lib. 1, in plurali numero usus est pro oppido in Gebenna monte sito: -cana, *inquiens*, pendentes rupe Gebennas.

Gedanum, [Vulgò Dantzig. Pol. Gdansko. Vng. Danczka.] Vrbs est totius Borussię emporio celeberrima: ad ostium Vistulæ, fluminis Poloniæ, in mare Balticum sese exonerantis, sita. Hæc omnis generis merces copiosas secundo Vistula ex regno Poloniæ acceptas, maritimis regnis & urbibus multis, sine vanitate impertit. Paret verò Regi Poloniæ: & ad omnia quæ ad jus & personam Majestatis Regiæ pertinet juramento obligatur, lib. 5. statut. Polon. cap 3.

Gĕdĕon, [גדעון *gidhón.*] Nomẽ proprium Iudicis Israĕl, qui occîdit Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana.

Gĕdrōsĭă, γεδρωσία, Regio majoris Asiæ. Hodie *Tarsæ regnum* vocari, autor est Sabellicus.

Gĕlă, γέλα Stephano, Vulgò *Cherza*, Fluvii nomen est in Sicilia, & urbis à pruina, quam multam gignit (Siculi enim γέλαν pruinam vocant) deducto nomine. Virg. 3. Aen. Immanisque Gela Fluvii cognomine dicta. ¶Inde Gelous, a, um, denominativum. Ibidem: Apparet Camerina procul, campiq; Geloi.

Gēlbōe. [גלבוע הרי *hare-ghilbóah.*] Montes Syriæ ad fextum lapidem à Scythopoli, in quibus etiam est vicus grandis, qui vocatur *Gelbos*.

Gēllĭus, viri proprium, ἀπὸ τοῦ γελᾶν: id est, ridere, cujus extant Atticæ noctes. Prænomen habet Aulus, quanquam non desint qui conjunctim legendo, Agellium dici putent.

Gĕlōi campi, γελῶα πεδία, In Sicilia sunt ad Gelam fluviũ. Virgil. 3. Aen. Apparet Camerina procul, campiq; Geloi.

Gĕlōnī, γελωνοὶ populi interioris Scythiæ, Agathyrsis proximi: qui faciem pingunt, ut terribiliores in prælio videantur. Patientissimi sunt inediæ, fameq; urgente, equo quo vehuntur, sanguinis nonnihil detrabunt, eoq; cum lacte commisto inediam levant. Hodie *Tartari* appellantur. Virg. 2. Georg. pictosq; Gelonos. Lucan. lib. 4: Massagetes quo fugit equo, forresq; Geloni. Virg 3 Georg. Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarũ, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Gĕlŏs, Cariæ portus est, juxta Halicarnassum, ut scribit Pomponius lib. 1. in descriptione CARIAE.

Gĕlŏum, [Germ. Ein stinckender See oder wüste Pfützen in Sicilia.] Stagnum est Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit: à quo non procul duo fontes sunt, ex quorum altero si sterilis bibit, concipit: ex altero autem si fœcunda, sterilis fit. Hinc campi Geloi, stagno illi adjacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluvio dictos volunt.

Gemẽa, Nomẽ alæ militũ Macedonensium. Liv. 7. Belli Macedonici: Addita his ala mille fermè equitũ, gemeam vocabãt.

Gĕnăbum, Vide GENEVA.

Gĕnĕă, (γενεὰ, aliàs, γενεὰ) vicus Corinthi, unde proverbium: Δαίμων ὁ γενεᾶθεν, ἐγὼ δ' ἔλαχον γενεάτης: aliqui tamen incolas γενεάδας vocant, Steph.

Genesara, Galilęæ lacus circunseptus urbibus plurimis, & celebris. Autor Solin. cap. 48.

Gĕnĕsārēth. [כנרות *chinnaróth.* γενσαρηνικὴ λίμνη.] Strabo. Stagni nomen proprium: ab eo (ut quibusdam videtur) sic dictum, quòd flantibus ventis, crispantibus undis, auram ex se generare videatur. Sed hoc profectò ridiculum videtur in voce Hebraica Græcam quærere etymologiam. Idẽ dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade civitate: & mare Galilææ, ab adjacente Galilæa provincia. Habet hoc mare, sive stagnũ, CXL. stadia in longitudine: XL verò in latitudine. Non tamen id circo mare vocatur, quòd ejus aquæ sint amaræ: sed Hebręæ linguæ consuetudo est, omnes congregationes aquarum, sive salsæ sint, sive dulces, vocare maria, sicut in Geneśi scriptũ est: Congregationes aquarum vocavit maria.

Gĕnĕsē, γένεσις, Vrbs Laconicæ, Steph.

Gĕnĕtēs, γενήτης, Promontorium Themiscyræ regionis, inter Amisum & Phasin amnes, templo Iovis, quẽ ξένιον, id est, hospitalem vocabant, nobilitatum. Vide Strabonem lib. 10.

Gĕnĕvă. [Ital. *Geneura.* Germ. Genff.] Oppidum est Allobrogum ad Lemanum lacum, proximum Helvetiis, quod etiam hodie nomen retinet. Cæsar belli Gallici libro 1: Extremum oppidum Allobrogum est, proximumq; Helvetiorum finibus Geneva. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Ex quo loco Cæsaris, facilè deprehendi potest error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant: quum Gebenna, eodem Cæsare teste, sit mons ille qui Arvernos ab Helviis dividit. De quo vide plura suo loco. Glareanus in Annot. in eum Cæsaris locum sic inquit: Quatuor hæc nomina, Genua, Geneva, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpè fefellerunt: quæ ipsa longè diversa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum. Geneva verò Allobrogum, ad ostia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem: hodie (ut quidã putant) *Aurelia*, Vulgò Orleans: deniq; Gebenna mons est, qui Helvios ab Arvernis separat ut libro 7. postea dicet Cæsar. Hæc Glareanus.

Γενεάται. populi Molossæ à Genoo, duce ipsorum, Steph.

Gentă. γέντα, Vrbs Indiæ extra Gangem. Steph.

Gentinus. γεντῖνος, Vrbs Trojadis, ab uno filiorũ Aeneæ condita. Steph.

Gentĭus. Illyrici rex qui gentianæ herbæ à se inventæ nomen fecit: teste Plin. lib. 25. cap. 7.

Gĕnŭă, [γένουα. Ital. *Genoua.* Germ. Gennaw ein gewaltige Gewerbstatt in Liguria am Meer gelegen.] Ligurum caput in Italia ad mare Ligusticum. Hinc incipit Apenninus mons, distatq; à Sabatiis stadus ducentis sexaginta: Geneva verò est extremum Allobrogũ oppidum, proximũ Helvetiorum finibus: de quo suo loco diximus. Inter Varum amnem & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua à genu: quia habet tanquã genu recurvum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam cõdidisse. Vel (ut quidã ajunt) à Genuino Phaëtontis socio. Hanc Annibal penitùs delevit: sed Cn. Servilius Cõsul instauravit, sicut Livius refert. Hinc Genuensis, γενουάτης. Quidã Ianuam hanc urbem appellant, quòd à Iano conditam dicant:

Gĕnŭsĭŭs, Fluvius quem Dyrrachio euntes in Thessăliam inveniunt. Lucan lib. 5: quam volucer Genusus, quam mollior Apsus Circumeunt ripis, &c.

Gēōn, [גיחון *gichón.* γιών.] Vnus ex quatuor fluminibus, quę sacra Scriptura ex Paradiso profluere testatur. Iosephus eundem esse Nilum credit.

Gĕōrgī, γεωργοί, Populi Scythici ab agricultura, cui uni maximè studẽt, nomen sortiti: quibus vicinos Corsitas, Phoristas, & Riphaces Mela facit. Constat etiã Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, ut notat Vadianus. Græci enim agriculturam γεωργίαν, & agricolas ipsos γεωργοὺς appellant.

Gĕōrgŏnȳĭă, γεωργονία, Oppidum in altissimo monte in regione Arvernorum: cujus meminit Suetonius in Cæsare.

Gephyra, γέφυρα, Vrbs Bœotiæ, eosdem & Tanagræos esse adjunt. Stephan.

Gephyrote, Vrbs Libyæ, γεφυρώτη, Steph.

Gĕræă, γεραία, Oppidũ mediterraneum Lusitaniæ apud Ptolomæum lib. 2. cap. 5.

Gĕræstŭs, γεραιστὸς, Promontorium Euboeæ insulæ, Atticam spectans, teste Plinio lib. 4. cap. 12. Ptolem. lib. 3 cap. 15. portũ esse ait in Euboea.

Gĕranĕă, æ. γεράνεια, Laconici agri locus est, teste Plinio lib. 4. cap. 5. Est item Geranea alterius loci nomen inter Megara & Corinthum,

Corinthum, teſte eodem Plinio lib.4.cap.7. ¶ Fuit præterea ejuſdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ, quam Pygmęorum gens olim creditur tenuiſſe, Autor idem Plinius lib. 4 cap.11.

Gĕrānthæ, arum γεράνθαι, Oppidũ Laconicę regionis: à quo fit gentile Geranthotes, γεραν θώτης, ut ex Pauſaniæ ſententia docet Steph.

Geraſa, γέρασα, Oppidum eſt in ea parte Syriæ Cœles, quæ à numero undecim civitatum πενταπολις καὶ ἑνδεκαπολις, appellatur. Gentile eſt Geraſenus, γερασηνός. Steph.

Gĕrēnĭă. æ, γερηνία, Oppidum agri Meſſeniaci, in quo Neſtor Pylius educatus fuit: unde ab Heſiodo Gerenius cognominatur Hæc Stephanus. Ptolemæus verò Gereniam Laconico agro attribuit.

Gĕren, enos, γέρην, Vicus eſt in Lesbo inſula: ita dictus à Gerene Neptuni filio. Strabo lib. 8, ejuſdem nominis oppidum in agro Meſſeniaco collocat: quod idem eſſe opinamur cũ eo, quod alia inflexione Gerenia appellatur.

Gērgĭs, ithos, vel Gergithos, ithi, γέργις, ἡ γέργιθος Stephano, Oppidum Troadis, ſive (ut Plinio placet), Aeolidis, à quo Sibyllarum una Gergithia cognominata eſt.

Germalum, locus Romæ fuit, cui nomen à germanis fratribus Romulo & Remo inditum, quod hic ad ficum ruminalem ad quam hyberna aqua Tiberis, eos in alveo expoſitos detulerat, inventi dicũtur. Hic poſtea palatio conjunctus nomen amiſiſſe videtur. Varro lib.4. de Ling. Latina.

Gērmanĭcēă, γερμονίκεια, Oppidũ Euphrateſiæ, quod à Quadrato lib.3. Rerum Parthicarum in Parthis numeratur.

Gērmānĭă, niæ, [γερμανία. Ital *Lamagna, Terra Todeſca.* Germ. Das Teutſchlandt. Pol. *Niemiecka zemia.* Vngar. *Nemet orſzág.*] Regio quę à Gallis, Rhœtis, ac Pannonia, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Dacisq; metu mutuo, ac montibus ſeparatur: cætera ambit Oceanus, latos ſinus, & inſularũ immenſa ſpatia complectens. Rhenus, Rhœticarum Alpium inacceſſo & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem verſus, Septentrionali Oceano miſcetur. Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ jugo effuſus, plures populos adit, tandemq; in Ponticum mare ſex meatibus erumpit, ſeptimum os paludibus hauritur. Germani ipſi indigenæ exiſtimantur: quoniam nõ eſt veriſimile aliquos Aſia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petiiſſe antiquis temporibus informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu, aſpectuq;, neq; cuiquam, niſi cui patria non erat, magnopere expetendam Hi antea Teutones appellabantur à Teutono deo eorũ, quem terra ortum exiſtimabant: ſive à Teutono oppido, cujus adhuc tenues ſuperſunt reliquiæ, etiam hodie nomen ſervantes Germaniæ vocabulum, ut autor eſt Strabo lib.7. à Romanis primùm inventum eſt: quoniam quum primùm Rhenum devictis Gallis tranſgreſſi fuiſſent, videntes eos & feritate animorum & proceritate corporum, & colore flavo, forma præterea, & moribus, & vivendi ritu Gallis ſimillimos, Germanos eos: hoc eſt, fratres Gallorum eſſe exiſtimaverũt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quòd peculiari ejus regionis ritu, ſe mutuò ſua lingua Germanos: hoc eſt, fratres conſalutent. Eruditi tamen inter Germanos hujus vocis etymologiam ex ſua lingua petunt. Illi enim Gar, ſive Ger, totũ dicunt, & Mañ virum, quaſi planè virum. Quibus ut facilius accedam, facit Alemani vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem ſonat, quod Germanus apud ſuperiores. Illi enim pro eo quod eſt totũ, dicunt Alt, quod in ſuperiori Germania Gar, vel Ger, dici oſtendimus.

Gērmānĭcŭs, adjectivum, ſicut ab Hiſpanis Hiſpanicus, ab Italo Italicus. Vnde Germanici dicti Imperatores aliquot à devictis Germanis.

Gērmānĭcĭānŭs, aliud adjectivum: quo aliquoties uſus eſt Suetonius: ut in Veſpaſiano: Neq; enim, *inquit*, deteriores eſſe aut Hiſpanienſi exercitu, qui Galbam, aut Germaniciano, qui Vitellium Imperatorem feciſſet. Idem in Tiber. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia ut æquarentur ſtipendio Prætoriani Germanicianis. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, ſed qui in Germania militabant.

Germara, γέρμαρα, populi Celticæ, qui diẽ non vident. Steph.

Gērmē, γέρμη, Oppidum eſt ad Helleſpontum, non procul à Cyzico. Steph.

Gĕrōntĭă, γερόντια, Inſula ante ſinum Pegaſicum, teſte Plinio, lib.4. cap.21.

Gĕrră, γέρρα, Arabiæ fœlicis oppidum, turres habens ex ſalis quadratis mollibus: à quo ſinus propinquus Gerraicus cognominatus eſt. Autor Plin. lib.6. cap.28.

Gĕrrŭs, γέρρος, Fluvius Scythiæ, ſeptimus ab Iſtro memoria dignus: Meminit ejus Herodotus lib.4.

Gĕrūndă, γερουνδα, Oppidum Authetanorum, in Hiſpania citeriore, juxta mõtes Pyrenæos, Autor Ptolemæus lib.2. ca.6.

Geruſa, Sarmatiæ Vrbs in Aſia. Ptolem. hodie *S. Georgius.*

Gērўŏn, [γηρυών. Germ. Ein König in Hiſpanien/ welchen Hercules vmbgebracht hat/ vnd ſeine Rinder hinweg getriben.] Nomen regis Hiſpani, quem Hercules interfecit, ejusq; boves abſtulit. Hunc tricorporem fuiſſe fabulantur, ob triplex regnum: præfuit enim tribus inſulis quæ adjacent Hiſpaniæ, Balearicę majori, minori, & Ebuſæ. Fingitur etiam bicipitem habuiſſe canem: quia & terreſtri, & navali certamine plurimùm potuit. Declinatur etiam Geryones, næ: & Geryoneus, ſecundum Priſcianum. Virgil. 8. Aeneid. Tergemini nece Geryone. Sic enim habent emendatiora exemplaria. Lucret. lib. 5: Quídve tripectora tergemini vis Geronaï. Quo in loco Geryonaï antiquus eſt genitivus primæ declinationis, per diviſionẽ diphthongi factus: quales crebri occurrunt apud Lucretium.

Gērўŏnăcĕŭs, cea, ceum, γηρυόνειος, Plaut. in Aul. Qui mihi intromiſiſti in ędibus quingentos coquos, cum ſenis manibus, genere Geryonaceo. Ariſtophanes Geryonem παχάπλουν nominavit: hoc eſt (ut Suidas ait) παχαικέφαλον.

Gēſŏdūnum, [γησόδουνον. Germ. Jps.] Norici oppidum eſt ſub Danubio: teſte Ptolemæo, lib.2. cap.14. Quanquã in quibuſdam exemplaribus Gebodunum legitur, non Cetodunũ.

Gēſŏrĭăcum. [γησοριακόν. Germ. Exũes.] Morinorũ navale fuit, teſte Ptolem. lib.2. ca.9. Vnde nonnulli conjiciunt oppidum illud eſſe unde breviſſimus eſt in Angliã trajectus, quod vulgò *Caletum* vocant.

Geſſem. [גשן *góſchen.*] Locus Aegypti, in quo habitavit Iacob.

Gēſſŭs, γέσσος, Fluvius apud Iones in regione Trogilia, quæ & Paniona dicitur. Plin lib.5. cap.29

Gĕtæ, [γέται. Germ. Völcker im Europiſchen Scythia ſo dem Euxiniſchen Meer zuligen/ alß jetzt Walacher/ Moldauwer vnd Tartarn. Pol. *Tatarzi.* Vng. *Oláh.*] Populi in Scythia Europęa: Appianus Dacos appellat. Strab. lib.7. Getas à Dacis ita diſtinguit, ut Getæ ſint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci qui in oppoſitũ verſus Germaniam, & ad Iſtri fontes, quos olim Davos vocatos nonnulli volunt: ex quo apud Athenienſes Davorum & Getarũ ſervilia nomina in uſu maximè fuiſſent. Getas a Lucullo victos Saluſtius ſcribit. Aelius Spartianus ſcribit Getas dictos fuiſſe, qui poſtea Gothi appellati ſunt. Ovidius de Ponto: Nulla Gętis toto gens eſt truculentior orbe. Hujus nominativus ſingularis eſt Geta vel Getes. Getarũ deſerta, Virgil. 3. Georg. Pharetrati Getæ, Ovid. 4. Trift. Eleg. 9. ¶ Getarum leges & ritus, vide apud Steph.

Gĕtĭcŭs, a, um, [γετικός. Pol. *Tatarski.* Vng. *Oláh orſzágbol való.*] quod eſt ex Getarum regione: ut, Humus Getica. Ovid. 3. de Ponto: Qui Getica longè nõ ita diſtat humo. Littus Geticum. Idem 3. Triſt. Eleg. 12: Nam procul à Getico littore vitis abeſt. Plectrum Geticum. Statius 2. Syl. & Getici cedat tibi gloria plectri.

Geth, [גת *gath.*] Allophylorum civitas fuit, hæc nunc appelatur *Zaph.*

Gēthūſſă, γήτιοσα, Vrbs Libyæ, Steph.

Gĕtĭă, γέτα, regio Getarum in Thracia: Gentile γέτης, & fœmininum γέτις, quo nomine etiam Philippi Amynthæ uxor vocatur. poſſeſſivum γετικός. Arrianus γετικὸς vocat.

Gephyra, γέφυρα, Vrbs Bœotiæ, eoſdem & Tanagræos eſſe aiunt, Steph.

Gephyrotæ, Vrbs Libyæ, γεφυρῶται, Steph.

Gerulia, Vide GAETVLIA.

G ante I.

Gĭărŭs, Vide GYARVS.

Gigomtis, vetus nomen Arcadiæ, Steph.

Gigas, Vide in APPELLAT.

Gigonus, penult. prod. γίγωνος, Oppidum eſt ad ſinum Thermaicum non procul à Pallene: cujus meminit Herod. lib.7.

Gīldă, γίλδα, Vrbs Libyæ, Steph.

Giligambæ, γιλιγάμβαι, populi Libyæ, Steph.

Gilio, Nomen notiſſimi adulteri tempore Iuvenalis.

Gīllŭs, Exul Tarentinus, qui quum Perſarum exploratores à piratis captos pecunia ſua redemiſſet, & ad Darium reduxiſſet, juſſus eo nomine petere quicquid vellet, hoc unũ petiit, ut regis opera in patriam reduceretur. Vide Herod. lib.3.

Gīlo, nomen civitatis, à qua Gilonitæ, pen. prod. homines in ea habitantes dicuntur. Eſt & nomen viri. γύλων. Iuvenalis:

Vnciolam Proculejus habet, ſed Gilo deuncem.

Gimanti, capras in Gimanti natas, Alexander Myndius ſcribit ſex menſes non bibere. Aelianus.

Gīndānēs, γινδᾶνες, Libyæ populi, Lotophagis contermini, quorum uxores multis pelliceis fimbriis adornantur. Nam quum pulcherrimum ducant à plurimis adamari, à ſingulis quibus ſui copiam faciunt, fimbriam unam exorant, eoq; argumento oſtendunt quot habuerint amatores. Autor Herodotus lib.4.

Gindara, æ, γίνδαρα, Oppidum Syriæ Cœles, cujus incolæ dicuntur

cuntur Gindareni, γινδαξῆνοὶ, quorum meminit Plin. li. 5. c. 23.
Gindes, fluvius qui per Dardanos fluens ingreditur Tigrim.
Gīngĭlă, Γίγγλα, Oppidum Comagenes, nō procul ab Euphrate fluvio. Autor Plin. lib 5. cap. 24.
Gĭŏn, Vide GEON.
Girim, mons apud Garamantes, in quo nasci gemmas vetustas testata est.
Gīrtă, γίρτα, Vrbs Palęstinæ, Steph.

G ante L.

Glandomĭron, γλανδόμιρον, Oppidum est Gallæcorum Lucensium in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Autor Ptolemæus lib. 2. cap 6.
Glanicus, Amnis, qui & Liris appellatur, in cujus ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnensis. Vulgò *Garigliano*. Plinius lib. 2. cap. 5: Minturnæ Glanico amne diversæ, Liri appellato.
Glanis, γλανίς, Hetruriæ fluvius, in Tyberim influens: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Chiana*. ¶ Glanis item sive Glanus, piscis astutissimi nomen, qui aversos mordet hamos, nec devorat, sed esca spoliat. Idem lib. 32. cap. 10: Verrucas tollit glani jecur illitum.
Glanum, γλανον, Salyum oppidum est in Alpibus, Narbonensem provinciam spectantibus. Autor Plinius libro 2. capite 9. Vulgò *Gap*.
Glăphўrŭs, pen. corr. γλαφυρός. Notissimus adulter Iuvenalis tempore, cujus meminit Satyr. 6. Vxorem ducis, de qua citharœdus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen deductum est à festivitate & elegantia, quam Græci γλαφυρότητα dicunt.
Glăphўræ, γλαφυραὶ, Vrbs Thessaliæ, à Glaphyra conditore Magnetis filio. Homerus: βοιῶν ἔ γλαφυράς. Est & vicus Ciliciæ, à Tharso versus Occidentem triginta stadiis distans, Stephan.
Glaucĭă, γλαυκία, oppidum Ioniæ, Steph.
Glauci tribus, γλαύκων δῆμος, In Lycia est, à Glauco Heroë dicta. Gentile Glaucodemus.
Glāucŭs, γλαῦκος, Hippolochi filius, qui in Trojano bello Priamo suppetias tulit: homo tàm stupidus, ut cum Diomede armorū permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio proverbio celebratur: quo utimur, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. ¶ Fuit & alter Glaucus piscator, qui quum pisces captos in ripa explicuisset, subitò contacta quadam herba se colligentes, in fluvium prosilierunt. Admiratus itaq; Glaucus herbæ illius vim, quum & ipse degustasset, pisces sequutus, in aquā insiluit: marisq; Deus factus creditur. Alii aliter referunt fabulam: Glaucum insignē urinatorem fuisse, qui quum sæpiùs inspectantibus suis municipibus in fluvium se dejecisset, diutiusq; sub aqua moratus semper emersisset: tandem quum illis frustrà expectantibus non rediret, creditum est Glaucum factum esse maris Deum. Hinc natum proverbiū: Glaucus comesa herbà habitat in mari, γλαῦκος φαγὼν ποᾳὰ οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ. Dictum apparet per jocum de iis, qui quum perierint, tamē vulgò creduntur vivere. ¶ Alius præterea Glaucus fuit, Sisyphi filius, qui quum equas suas humana carne pasceret, ab illis etiam ipse devoratus est. Vnde natum adagium: Glaucus alter, γλαῦκος ἄλλος ἱππόβρωτος: id est, Glaucus alter ab equis devoratus. Quadrabit in hominē alendis equis exhaurientem facultates suas ¶ Est etiám Glaucus, nomen piscis. Plin. lib. 6. cap 16: Quidam rursus ęstus impatientia mediis fervoribus, sexagenis diebus latent, ut glaucus, salselli, aurataæ. Idem lib. 32. cap. 11. tradit glaucum æstate non apparere.
Glessărĭă, Insula in Oceano Germanico, quæ (Solino teste) succinum gignit *Sudaw* vulgò appellata, haud longè à Prussia.
Glētēs, γλῆτες, gens Iberica potī Cynetas, Steph.
Glīssās γλισσᾶς, Vrbs Bœotiæ, à Glisone aut Glisante quodam dicta. Stephanus.
Glўcōn, γλύκων, apud Horatium lib. 1. Epist. Nomē est gladiatoris robustissimi. Nec (*inquit*) quia desperes invicti membra Glyconis: Nodosa corpus nolis prohibere podagra. ¶ Fuit & nomen medici Pansæ, qui mortuo domino ex vulnere, quod in prælio Mutinensi acceperat, in carcerem conjectus est, & à Torquato parricidii accusatus, tanquam vulneri venenum indidisset. Sueton. in Augusto: Pansæ quoque adeò suspecta mors fuit, ut Glycon medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Cic. ad Brutum: Tibi Glycona medicū Pansæ, qui sororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentissimè commendo.

G ante N.

Gnĭdŭs, γνίδος. Vulgò *Cabo crio*. Vrbs insignis in extremo cōrnu peninsulæ Cariæ adhærentis sita, Veneris templo & signo Praxitelis in primis nobili. Horat. 1 Carm. Ode 30. O Venus regina Gnidi, Paphiqi. E Gnido viri memorabiles fuerūt, Eudoxus mathematicus Platonis sodalis, Agatharchides Peripateticus, historiæ conditor, Theopompus Iulio Cęsari familiaris, Artemidorus ejus filius, & his antiquior Ctesias, qui Xerxem medicatus est, & res Syriacas, Persicasq; conscripsit.
Gnĭdĭŭs, a, um, ut Gnidia Venus. Cic. de Divinatione.
Gnosĭdĭcŭs, γνωσίδικος, Clarissimus Asclepiadarum, Nebri filius, pater Hippocratis, Aeneri & Podalirii: avus autem Heraclidæ qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctissimi. Autor Steph. in dictione COS.
Gnōssŏs, κνωσσὸς, Vulgò *Candia*. Vrbs Cretę fuit Minois regia, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo appellata fuit à fluvio ejus nominis.
Gnōssĭŭs, a, um, quod est ex Gnosso urbe: ut Gnossius civis, Gnossia littora, Gnossia regna. Ovid in Epist. Parid. Non habuit tempus quo Gnossia regna videret, Aptŭs. ¶ Pro eodem etiam dicitur Gnossiacus, a, um: ut Corona Gnossiaca apud Statium lib. 1. Syl.
Gnōssŭs, a, um, Idem quod Gnossius. Lucan. lib. 3: Creta vetus populis, Gnossasq; agitare pharetras Docta.
Gnosĭs, ĭdis, Patronymicum fœmininum. Ovid. Epistol. 21: Et Phœbus Daphnen, & Gnossida Bacchus amavit.

G ante O.

Gŏărēnē, es, γοαρήνη, Regio Arabiæ non procul à Damasco, quæ & Goarea γοάρεια, dicitur, Autor Stephanus.
Gŏbæum γοβαῖον, Promontorium Galliæ Lugdunensis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. In plerisq; exemplaribus Gabeum legitur, non Gobæum.
Gōbrўās, γωβρύας, Nobilis Persarum Satrapes fuit, unus ex iis qui cum Dario conjurarunt adversus Magos. Nam erat Darii socer, antequam regnum Darius ipse adipiscereturr, ut ostendit Herodotus initio lib. 7.
Gog, [גוג *ghogh* & Magog, מגוג *maghógh*.] Voces sunt in Sacris literis aliquoties repetitæ: quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari. Hieronymus tamen in Ezechielem mavult allegoricum sensum subesse, nullosq; us nominibus populos significari.
Golgī, γόλγοι Stephano, Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus in Nupt. Pelei: Sancte pater, curis hominum qui gaudia misces, Quiq; regis Golgos, quique Idalium frondosum Quo in loco in omnibus ferè exemplaribus hactenus corruptè lectum est Colchos: Aldi vetus editio tamen *Golgos* habet.
Gomolītæ, γομολῖται populi Idumęę Gomphi. Vide Philippi, & Gomorrhum utroq; modo oppida. Solin.
Gŏmōrrhă, æ. vel Gomorrhum, rhi, (utroque enim modo dicitur.) [עמרה *hamorāh*.] oppidum Iudęę, ab Asphaltite lacu haustum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.
Gōmphī, γόμφοι, Vrbs Thessaliæ, Steph.
Gondræ, γονδραι, populi Thracię, apud Herod. Cindra & Rhōda legitur, Steph.
Gŏnĕī, γονῆς, Vrbs Thracię, cujus incolas aliqui vocāt Adrianopolitas, Steph.
Gōnnī, γόννοι, vel γόννος, & γόννοι, Vrbs Perrhæbiæ à Cuneo quodam Cyphi nepote dicta: Regia Gonnia, Stephan. Vide GONVSA.
Gōnnŭs, Vrbs est in superiori parte Thessaliæ, unde ad Thessaliam introitus comperitur.
Gŏnŏs, γόνος, Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Ergino fluvio. Autor Plin lib. 4 cap. 11.
Gonusa. Perrhæbiæ Vrbs, Steph.
Gorama, Regio Arabum Scenitarū, cujus incolæ Gorameni.
Gordĭānī, Tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos Vide Herodianum lib 8.
Gŏrdĭŭs, γόρδιος, Phrygiæ rex fuit, rusticus alioquin & ignobilis. Quum enim Phrygibus oraculum de rege creando cōsulentibus, responsum esset, ut eum in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur: evenit ut Gordius summo mane ad agrum properans, loraque plaustri gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consalutatus, lora ad rei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeo perplexus, ut indissolubilis putaretur: circūferebaturq; oraculum, ut regno potiretur qui lora dissolveret. Hunc nodum Alexander quum dissolvere non posset, ense dissecuit. Hinc factum est, ut Nodus Gordius, notissimo proverbio dicatur de rebus indissolubilibus.
Gordĭeum. γορδιεον urbs magna Phrygiæ juxta Cappadociā, à Gordio patre Midæ.
Gordiimurus, γορδιοτεῖχος, Vrbs Midę, à Gordio filio cōdita.
Gordiŏa, γορδιαία, regio Persica, à Gordia Triptolemi filio, &c. Stephanus vocat Gordos & Gordochos hos pòpulos, & montes Gordyæos.
Gordynia, γορδυνία, urbs Macedoniæ, Steph.
Gorgĭās, γοργίας, Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipu-

lus, & Isocratis præceptor, ut scribit Quint. lib. 3. cap. 2. cui tãta fuit artis fiducia, ut de omni re, quæcunque in disceptationem, quæstionemq; vocaretur, se copiosissimè dicturum esse profiteretur. Meminit ejus Cicero in Bruto, & libris de Orat. Hic arte sua tantum pecuniæ corrasit, ut auream statuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici.

Gōrgŏnēs, pen. corr. γοργόνες, Dictę sunt Phorci filiæ, Medusa, Sthenyo, & Euryale: q̃ Dorcadas insulas in Oceano Aethiopico sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidem hortos. Nomẽ habent à truculentia, quam Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus fœminas fuisse in Africa bellicosas, adversus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellaverit, ac interfecerit. Vide MEDVSA, & PEGASVS.

Gōrgŏnĕŭs, a, um, γοργόνειος, Nomen possessivum. Ovid. 2. Metam. Gorgoneas tetigisse domos.

Gorgŏphŏrŏs, γοργοφόρος, Palladis epitheton est, quasi Gorgonem ferens: in ejus enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. Cicer. antequam iret in exil. Teq; Tritonia armipotens, gorgophora Pallas, Minerva, cæterique dii, deæque immortales, &c.

Gōrgўthĭōn, γοργυθίων, Priami filius ex Castianira Threissa susceptus, qui postea in bello Trojano à Teucro Telamonis filio confossus occubuit. Autor Homerus, Iliad. 8.

Gōrgōnĭŭs, Viri proprium malè olentis. Horát. 2. Serm. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Gorlitium, Lusatiæ Vrbs.

Gōrtyn, sive Gortys, ynis, sive Gortyna, næ, γόρτυν, ἡ γόρτυνα, Stephanus. Oppidum mediterraneum Cretæ insulæ ad Letheum fluvium, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Gortynius, ia, ium, γορτύνιος, ut Gortynia spicula, apud Statium, lib. 5. Thebaidos.

Gortynis, idis, patronymicum fœmininum, γορτυνίς. Lucanus lib 6. Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur in Scævam.

Gŏthĭă. [Ger. Gotland/ist ein Mittnächtige Landtschafft/stosset an Schweden vnd Nortwegen] Regio Europæ, contermina Daniæ & Norvegię. Ex qua Gothi immanes populi, qui olim Italiam armis subegerunt, Romamq; ipsam solo æquarunt, suamq; in totum orbem invexerũt barbariem. Hęc dictio potiùs videtur unico t scribenda, quum à Latinis pœtis prima syllaba ferè semper corripiatur. Ausonius: Hinc possem victos inde referre Gothos. Et sæpiùs apud Claudianum. Non multùm tamen peccaverit qui consonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factitatum animadvertimus.

G ante R.

Grăcchūrĭs, Vrbs Iberiæ, ita nominata à Sempronio Graccho, qui acceptis in deditionem Celtiberis, hanc urbem, quæ antea Ilurcia dicebatur, splendidiùs restitutam, ut supereſſet rerum à se gestarum monimentum, à suo nomine appellavit Gracchurim.

Grăcchŭs, Semproniæ familiæ cognomen fuit, ex qua fuit Tib. Gracchus Caii & Tyberii pater, qui in Hispaniam Procõsul missus, Celtiberos in deditionem accepit, Ilurciamq; eorum oppidum splendidius à se restitutum, ut gestarum à se rerum memoria supereſſet, de suo nomine Gracchurim appellavit. Huic uxor fuit Cornelia ex Scipionũ familia, insigni pudicitia, & eruditione mulier, ex qua Tyberium & Caium Gracchos suscepit, generosissimę quidẽ indolis juvenes, eloquentiaq; in primis admirabiles, cæterùm popularis auræ plus satis avidos. Quæ res fecit, ut relictis optimatibus ad plebem se contulerint, legesq; agrarias perpetuos seditionum fomites in lucem reduxerint: neque antea quieverint, donec Senatum in suã necem armarent. Tyberius prior occisus est in concione à Publio Nasica. Caius autem biennio pòst quum mõtem Capitolinum occupasset à consule Opimio. Vide plura apud Plutarchum in vita Gracchorum.

Grădīvŭs, pen. prod. [German. Ein zunam Martis.] Martis cognomen, à gradiendo (ut Festus ait) quia gradatim, & per ordines in bellũ itur. ἄρης. Sive à vibratione hastę, quod Græci vocant κραδάνειν. Sunt tamẽ qui à gramine dictũ putent: quia gramine sit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximę est honorationis. Hæc ille. ¶ Alii gradivum, nõ Latinũ, nec Græcum, sed Thracium vocabulũ esse, & significare bellicosum ac fortẽ dicunt. Virg. 3. Aen. Gradivumq; patrem, Geticis qui præsidet arvis. Gradivus, Mars dicitur, quũ sævit, inquit Servius: quum tranquillus, Quirinus: deniq; in Vrbe duo ejus templa sunt: unum Quirini intra Vrbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra Vrbem, quasi bellatoris vel gradivi. Hæc Servius.

Grădīvĭcŏlă, læ, Qui colit Martem. Silius lib. 4. jaculatorẽq; Sabellum, Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.

Grææ, γραῖαι, Tres fuerunt sorores, Phorci filiæ, unicum tantùm habentes oculum & dentem, quibus vicissim inter se tres utebantur. Harum ope Perseus ad Gorgonas pervenit. Vide proverbium apud Erasmum: Orci galea, ubi hæc omnia copiosiùs.

Grăcĭă. [Hebr. יָוָן javan. ἰάδας. Germ. Griechenland / ist jetzt die Türckey. Pol. Grecka zemia. Vng. Görög ország.] Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere exculta, hodie, nõ sine ignominia nominis Christiani, Turcarũ imperio subjecta. Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium sumit ad Meridem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, indeq; ad Septentrionem in Thessaliam usq; & partem Aegæi maris extenditur. Ad Occasum Acheloo fluvio ab Epiro dirimitur. Ab Ortu rursus habet marẽ Aegæum, qua parte Sunium eo abluitur. Scinditur in multas regiones, quarum præcipuæ sunt Attica, Bœotia, Phocis & Locri. Dicta est Græcia, a Græco primo ejus provinciæ rege, teste Plin. lib. 4. cap. 7. Cic. prõ Flacco: Hæc cuncta Græcia, quę fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, parvum quẽdam locum Europæ tenet, semperq; tenuit: Italiæ maritimam oram bello superatam cinxit urbibus. Idem 1. de lege Agraria: In angustiis & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. Magna Græcia dicta est extrema Italię ora, à Locris Italiæ fronte initium sumens, in tres recedens maris Ausonii sinus, patens in longitudinẽ LXXXII. M. pass. ut ex sententia Varronis tradit Plin. lib. 3. cap. 10. Hanc Græci subactam maximis, potentissimisq; urbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, aliiq; complures. Cic. 2. de Orat. Nam & referta quondã Italia Pythagoreorũ fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idem 4. Tuscul. Quum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis urbibus, ea quæ magna nunc est dicta, &c.

Græcŭs, Qui est ex Græcia. [Hebr. יָוָן javan. ἰάδλιος. Germ. Ein Griech. Vng. Görög.] Cicer pro Flacco: Quanquam quis ignorat, qui modò unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Græcorum genera sint verè? quorum uni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Aeoles, alteri: Dores, tertii nominabantur. Idem Qu. Fratri, lib. 1: Familiaritates Græcorum neq; tam fideles sunt: invident non nostris solùm, verumetiã suis. Idem de Aruspicum responsis, artibus Græci, Galli robore, Hispani numero Pœni calliditate valent.

Græcŭs, ca, cum, adjectivum: [Hebr. יָוָן javan. ἰάδλικός. Vn. Görög.] ut Literæ Græcæ. Cic. de Clar. Orat. Gallus q̃ maxime omniũ nobilium Græcis literis studuit. Exemplaria Græca. Horat. in Arte. vos exemplaria Græca Nocturna versate manu, versate diurna. Græco more bibere. Cic. 3. Verr. Fit sermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberent. ¶ Græca rosa, λυχνὶς, στεφανῖτις. Dioscoridi, violæ magnitudinis est, non nisi in locis humidis proveniens, quinq; folia non excedens, omnis odoris expers, coloris tantùm gratia expetita ad coronamenta: unde & lychnis coronaria appellatur. Vide Plinium libr. 21. cap 4. ¶ Græca salix, dicitur salix rubra.

Græcè, adverb. [ἰάδλικῶς. Vng. Göröhöl.] Cic. 1. de Orat. Quum ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem. Idem 1. Tuscul. Scis enim me Græcè loqui in Latino sermone, non plus solere quàm in Græco Latinè.

Græcānĭcŭs, ca, cum, Plin. lib. 35, cap. 9: Maximeq; ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Græcĭēnsĭs, se, Græcus, a, um. [Vng. Görögi.] Gell. lib. 19 cap. 19: Offendimus eum cubantem in symposio Græciensi. Sic apud Plinium: Græciense melinum, lib. 35. cap. 6

Græcŭlŭs, diminutivum. [ἰάδλισκος. Vng. Görögötske.] Iuven. Satyr. 3: Græculus esuriens in cœlum jusseris, ibit. Assentator Græculus, Cic. pro Milone. Idem 2. de Orat. Homines Græculos controversia verbi tandiu torquet. ¶ Græcula rosa, diversum omninò genus est ab eo quod paulò suprà Rosam Græcam appellavimus. Folia habet latissima, sed panniculos ita convolutos, ut nunquam nisi manu coacta dehiscat, semperque nascenti similis sit. Autor Plin. lib. 21. cap. 4. ¶ Græcula mala, à patria sic dicta. Plin. lib. 15. cap. 14: Patrias nobilitavêre Camerina & Græcula.

Græcārĭ, pen. prod. [ὑπερμεθύειν, κωμάζειν. Ger. Schlemmen/im sûffer ligen. Pol. Leżeć a pic, utractać. Vng. Lakásí w'zni, tobzodni. Ang. To banket and mak riotous cheere.] Est conviviis & computationibus operam dare: ab eo quòd Græci genio plurimũ indulgerent, & intemperantiùs in cõviviis se gererent. Nam quandoq; verba trahuntur à moribus nationũ. Horat 2. lib. Serm, Sat. 3: -vel si Romana fatiget Militia assuetum græcari.

Græcīssō, Græcos imitor. [ἰάδλιζω. Vn. Az görögöket követöm.]

Græcōstăsĭs, pen. cor. [χρυσόστασις. Pol. Grecżkie stanowisko.] quasi Græcorum statio, locus Romæ celebris, de quo Varro de Ling. Lat. lib. 5. sic habet: Ante curiam Hostiliam rostra, cujus id vocabulum ex hostibus capta fixa sunt rostra. Dextra è comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati qui ad Senatum essent missi: is græcostasis appellatur, Cic. ad Qu. Frat. lib. 2: Deinde ejus operæ repentè à græcostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Grăĭŭs,

Grāĭŭs, Idem quod Græcus. [Ἰ᾽ *ἰαονῖνι ἴσλω, γραικός.* Germ. Ein Griech.] Quint. lib. 8. cap. 4: Non putant indignum Trojani principes, Græios Trojanosque, propter speciem Helenæ tot mala tanto temporis spatio sustinere. Virgil. lib. 4. Aeneid. -Graiumq; ideò bis vindicat armis.

Grāĭus, a, um, Græcus, a, um. [Ἰ᾽ *ἰαονῖν. ἴσλωικός.* Vng. Gôrdg.] Virg. 3. Aen. Priamidem Helenum Graias regnare per urbes.

Grājŭgĕnæ. narum; pen. cor. Græci dicti sunt. [יְוָנִי *jevanim. ἴσλωες.*] Cic. 2. de Nat. deor. Grajugena de isto aperit ipsa oratio. Ex Pacuvio. Virg. 3. Aen. Grajugenumque domos, suspectaq; linquimus arva.

Grāmmĭum, urbs in Græcia, *γράμμιον*, cives Grammitæ & Grammitii. Sunt & Grammitæ populi juxta Celticam, Stephanus.

Granata, Hispaniæ urbs celebris.

Granicus, *γρανικός* Ptolemæo, Fluvius est minoris Mysiæ ex Ida monte profluens, & inter Priapum & Esapum in Propontidem influens: juxta quem Alexander Darii Satrapas memorabili prælio superavit, sexcentis Persarum millibus cæsis, fugatisque, quum victoris copiæ triginta peditum millia, & quatuor millia equitum & quingentos non excederent. Autores Plutarchus in Alexandro, Iustinus libro secundo, Diodorus item Siculus libro 17.

Grāstillŭs, *γράστιλος, ὁ*, Vrbs Macedoniæ, alii Prastillus, Steph.

Gratiæ, Vide in APPELL. GRATIA.

Gratĭdĭă, *γρανδία*, Proprium nomen mulieris Neapolitanæ unguētariæ, ac maleficæ, quam Horatius in Epod. Canidiam nominavit.

Grāucăsum. [Ger. Ein Schneegebirg *Scythiæ* in *Asia* gelegē.] Caucasum montem nominarunt Scythæ, quod illorum lingua significat nive candidum. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Gravionarium, Oppidum est Germaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 11. Vulgò Bamberg.

Grăvīscæ, Ptolemæo, Hetruriæ castellum est in Tuscia, quod hodie *Montem altum* vocant: ita dictū ab aëris gravitate. Virg. 10. Aen. Et Pyrgi veteres, intempestæq; Graviscæ.

Gresinus. *γρησῖνος*, Vrbs Chersonesi, Steph.

Grēstōnĭă, *γρηστωνία*, regio Thraciæ juxta Macedoniam à Castro quodam dicta, Gastrones gentile, vide GASTRONIA.

Grōnĭă, *γρώνια*, Vrbs Phocidis, Steph.

Gronii, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt ad Durium amnem, quorum meminit Pompon. Mela lib. 3.

Groninga. [German. Grōningen in Frieslandt.] Vrbs Frisiæ.

Gryllus, Xenophontis Socratici filius, qui prò patria fortiter pugnans, honestam mortem oppetiit, multorum ob id encomiis celebratus. Autor Aristoteles in Politicis.

Grȳnēus. *γρυνεύς*, Dictio dissyllaba, nomē est Centauri. Ovid. 12. Metam. Cumq; suis Gryneus immanē sustulit aram Ignibus, & medium Lapitharum jecit in agmen.

Grynía, Plinio, Straboni Grynium, *γρυνοί, ἡ γρυνεία* Stephano, Oppidum est Myrinæorum in Aeolide Asiæ regione, Apollinis fano & pervetusto oraculo nobile; à quo Apollo Grynæus, *γρυναῖος* dictus putatur. Vide Strab. lib. 13, & Plin. lib. 5. cap. 30.

Grȳnēŭs, a, um, adjectivum trisyllabum, *γρυναῖος*. Cognomen est Apollinis inditum, à Gryneo nemore juxta Clazomenem Asiæ civitatem, in quo Apollo colebatur. Virg. 4. Aen. Sed nūc Italiam magnam Gryneus Apollo: Italiam Lyciæ jussêre capescere sortes. Idem 6. Aegl. His tibi Grynei nemoris dicatur origo. Servius: Gryneum nemus est in finibus Aeolidis, Apollini consecratum. Dictum est autem hoc nemus à Gryneo vicino oppido. De quo vide Strab. lib. 13.

G ante V.

Gūnās, *γύναι*, Locus habitatus in Syria uberis & fœcundi soli: unde nomen ei *παρὰ τὸ γόνιμον*, Steph.

G ante Y.

Gyărŭs, ri, fœm. gen. [*γύαρος*. Stephano, vel Gyara, æ, pen. cor. Germ. Ein Insel im Egeischen Meer gelegen/ eine auß den *Sporadibus*, in welche die Römer jhre vbelthäter verschickten.] Insula est maris Aegæi, una ex Sporadibus in quam Romani noxios deportabant. Plinius libro 8. cap. 29: Ex Gyaro insula incolas à muribus fugatos. Iuvenal. Satyr. 10: Vt Gyaræ vinctus scopulis, parvaque Seripho. Idem Satyr. 1. usus est numero plurali. Aude (*inquit*) aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis esse aliquid.

Gyās, *γύας*, Viri Trojani nomen est apud Virgil. 5. Aen. Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

Gygæus lacus, *γυγαία λίμνη*, Lydiæ lacus est, stadiis quadraginta à Sardibus distans: qui postea Colous dictus est. Propertius: Lydia Gygæo tincta puella lacu. Meminit hujus lacus Homerus in fine Catalogi. Plin. lib. 5. cap. 29: Gygæum stagnum appellat.

Gygemorus, Thraciæ mons est, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

Gyges, [*γύγης*. Germ. Ein grosser Ryß.] Nomen viri proprium, qui Cœli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei. Sunt tamē qui Briarcum, Gygen, & Aegeona eosdem putāt. Ovid. 4. Trist. Centimanumq; Gygen, semibovemq; virum. ¶ Est & nomen viri proprium apud Maronem lib. 9: Principiò Phalarim, & succiso poplite Gygen Excipit. ¶ Item formosi pueri apud Horatium, 2. Carm. Luna mari Gnidiúsve Gyges. ¶ Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaules rex uxorem suam nudam ostendisset, illa marito indignata, Gygen ad cædem ejus impulit, sesēq; cum regno Lydiæ illi tradidit. Historiam hanc vide latiùs apud Herodotum, libro primo. Cicero libro tertio de Offic. Hinc ille Gyges (*inquit*) inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descēdit, æneumq; equum (ut ferunt fabulæ) animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui corpus vidit magnitudine insuśitata, anulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit (erat autem Gyges regius pastor) tum in consilium pastorum se recepit. Ibi quum palam ejus anuli ad palmam converterat, à nullo videbatur: ipse autem omnia videbat, idem rursus videbatur quum in lucem anulum inverterat. Itaq; hac opportunitate anuli usus, reginę stuprum intulit, eaque adjutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quisquam videre potuit. Sic repentè anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hactenus Cicero. ¶ Hinc locus proverbio, Gygis anulus, *γύγου δακτύλιος*. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus, vel infortunatos, qui veluti virgula divina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. ¶ Eodem nomine dictus est Lydiæ fluvius.

Gylacea, *Γυλάκεια*, Illyriæ civitas à Gylaca Corinthio, aliàs Apollonia.

Gymnāsĭæ Plinio, sive Gymnesiæ, *γυμνησίαι* Straboni & Stephano, insulæ duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur: eò quòd incolæ harum insularum præcipuè se funda exercebant. Autores Strabo lib. 14, & Plin. lib. 3. cap. 5.

Gymnētēs, *γυμνῆται*, Aethiopum populi, Nigritis & Pharusis vicini, Plin. lib. 5. cap. 8.

Gymnŏsŏphistæ, [*γυμνοσοφισταί*. German. Die weisen vnd gelehrten *Philosophi* bey den Indianeren / so ein gestreng abgesunderet Leben führten.] Philosophi Indorum: sic dicti quòd nudi in sylvis agerent, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur. Plin. lib. 7. cap. 2: Philosophos eorum quos Gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare; cōtuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis totò die alternis pedibus insistere. August. lib. 15. de Civit. Indorum Gymnosophistæ, qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, à generando se cohibent. Hi ab Exortu ad Occasum perstare dicuntur, solem contuentes immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistentes. Hi frigora nivium, & æstus flammæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophistas penetrasset, gravissimè ab illis fuisse increpitum, quòd mortalis quum esset, mortali tamen sorte non contentus, totum Orientem latrociniis infestaret. De his Cic. Tuscul. quæst. lib. 5: Quæ barbaria (*inquit*) India vastior aut agrestior? in ea tamen gente primùm hi, qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Caucasi nives, hyemalemq; vim perferunt sine dolore: quumque ad flammam se applicaverint, sine gemitu aduruntur.

Gȳnæcŏpŏlīs, Aegypti oppidum, à quo propinqua præfectura, Gynæcopolitis appellatur: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9 *γυναικόπολις*.

Gyndēs, [*γύνδης*. Ger. Ein grosser fluß der Assyrierm/ so in dē *Tigrim* fleußt.] Fluvius est Assyriorum maximus secundùm Eu[illegible]ratem, in Mantienis nascens montibus, & per Dardanæos in Tigrim influens. Hunc Cyrus Persarū Rex, quū equitem quendā sibi in primis dilectum absumpsisset, totum in varios alveos derivavit. Autore Herod. lib. 1, & Seneca lib. 3. de Ira.

Gȳpsēĭs, *γυψαῖς*, Aethiopiæ insula, apud Martianum lib. 3. A' qua fit gentile Gypseites, *γυψαίτης*.

Gyrtōn, onis, sive Gyrtona, næ, *γυρτών* Ptolemæo: *γυρτὼν* Stephano, Perrhæbiæ oppidum, ut Stephano placet: ita dictum à Gyrtone Phlegię fratre. Ptolemæus Gyrtonam in Stymphalia Macedoniæ regione, Plinius in Magnesiā collocat.

Gȳrhēum, [*γύθειον*. German. Ein Statt in Achata/ welche *Hercules* vnnd *Apollo* miteinander gebauwen haben.] Oppidum est Achaiæ ad Maleum promontorium, quod Hercules & Apollo depositis eò loci simultatibus communi opera condiderunt. Livius in Maced. bell. Gytheum (*inquit*) omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Hinc Gytheates sinus, ad Maleum promontorium, cujus meminit Plinius lib. 4. cap. 5.

Gȳzantes, populi Africæ, vide Byzantes apud Steph. apud quem etiam Gygantes reperitur.

H

Abessus, autore Plin. lib. 5. cap. 27, Lyciæ urbs est, postea Antiphellus dicta.

Habronicas, Nomen viri proprium.

Hadranitani, Siciliæ populi. Plinius libro 3. capite 8.

Hadrĭă, sive potiùs Adria: [ἀδρίας Suidæ & Stephano: Germ. Das Venedisch Meer] secundus Europę sinus inter Lacinium Italiæ & Acroceraunium Epiri promontorium, irrumpens dextrà Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricum & Istriam: sinistrà Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens. Lucan. lib. 5: - sonat Ionio vagus Hadria ponto. Videtur, hoc nomen rectiùs sine aspiratione scribi. Accepit enim nomen ab Atria nobili Circumpadanæ regionis oppido (ut docet Cato in Originibus, & Plin. lib. 3. cap. 16,) quod insignem circa Padi ostia habebat portum, à quo quidē oppido vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ unius immutatione Adriaticum est. ¶ Fuit item Hadria, sive Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia, VII. M. passuum à mari distans: à qua vicinus ager, Ager Hadrianus, sive Adrianus dictus est.

Hadrianopolis, Bulgariæ urbs est.

Hæbūdēs, pen. prod. [αἱβουδαι. Germ. Fünff Inſſlen zwiſchen Schottlande vnd der Inſel Thule gelegen.] Insulæ sunt numero quinque inter Caledonium, quæ hodie *Scotia* dicitur, & Thulen insulam. Solinus: A Caledoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui navigatio: inde excipiunt Hæbudes quinque numero. Et paulò pòst: Secundam à continenti stationē Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus porrò sunt septem dierū, noctiumq; totidem cursu.

Hæmodes, teste Pomponio, lib. 1, Mons est Lyciæ.

Hæmōn, αἵμων, Thebanus juvenis, qui quum amore incredibili Antigonem Oedipi & Iocastę filiam deperiret, ad ejus tumulum mortem sibi conscivit. Fuerat autem Antigone jussu Creontis (qui vetuerat cadavera Græcorum inhumari) jugulata, quòd Polynicen fratrem mortuum noctu sepelire voluisset. De hujus adolescētis morte, vide Statium in Thebaid. & Propertium lib. 2: Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon? &c.

Hæmonia. Vide AEMONIA.

Hæmŭs, sive Aemus, αἷμος, rex Thraciæ potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluvii filiam duxit uxorem. Hi in tantā arrogantiam elati sunt, ut Hæmus se esse Iovem, Rhodope Iunonem prædicarent, seq; ut deos adorari juberent. Qua insolentia Iupiter indignatus, eos in mōtes commutavit. Ovid. 6. Metamorph.

Hæmŭs, αἷμος Suidæ, sive, ut aliis videtur, Aemus, mons est Thraciæ vasto jugo procumbens in Pontum: cujus excelsitas sex millibus passuum subitur. Oppidum habuit in vertice Aristæum. Plin. lib. 4. cap. 11: In Pontum quidem vergit mons Hęmus, cæteros, ejus spatii magnitudine ac sublimitate superans, mediamq; Thraciam dividens. Strabo li. 7. Existimat Polybius ex ejus vertice utrunq; mare cerni, Aegæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens intervallum, falsum probat. Sententiam tamen Polybii sequitur Mela. Nomen ei inditum ab Aemo Boreæ & Orithryiæ filio. [Germ. Das Gebirg ſo *Theſſaliam von Thracia* vnderſcheidet.] Autor Stephanus de Vrbib. Servius in illud Georg. Aemathiam & latos Hęmi pinguescere campos, tradit montem esse Thessalię. Sed hoc dixisse putatur: quia Thessaliam à Thraciā Hæmus dividit. In eadē est sententia idem Servius in illud 2. Georg. - O qui me gelidis in vallibus Hæmi Sistat. Liv. 4. Decad. lib. 10, montem describit. Vide HEMVS.

Hærēs Mārtĭă, Nomen deę, quæ una ex Martis comitibus esse putabatur, cui veteres post acceptam hæreditatem rem divinam faciebant: autor Festus.

Hævila, loci nomen est, lib. Reg. 1, Vbi Saul Rex Amalechitas bello superavit. Est & Regio à qua Hævilæi, qui Ioseph. lib. 1. Antiquit. Getuli vocantur, nomen habent.

Hāgnēs, etis, ἄγνης, Mulieris proprium, ἀπὸ τῆς ἁγνότητος: id est, à castitate impositum.

Halæ, ἁλαὶ, Bœotiæ oppidulum, ut ex Pausaniæ sententia tradit Steph. Sunt & alia ejusdem nominis loca, quæ ab eodem commemorantur.

Halalcomene, & Halalcomenæ, Vide ALALCOMENE.

Halarodii, Populi citra Pontum, Steph.

Hālcyŏnē, es, pen. cor. ἀλκυόνη, Aeoli ventorū Regis filia, uxor Ceycis, quę præ dolore, quē ex naufragio & morte mariti susceperat, mutata est in avem halcyonem. Vide ALCEDO.

Hălæsă, ἁλαισα, Sicilię oppidum inter Agathyrsum & Cephaledium situm, triginta pass. M. ab utroque, teste Strab. libro 6. ¶ Hinc deducitur adjectivum Halęsinus, a, um: ut, Halęsina civitas. Cic. 3. Verr. Siciliæ civitates multæ sunt, ludices, ornatæ atq; honestæ, ex quibus in primis numeranda est civitas Halæsina. Nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut autoritate graviorem. Halæsini, urbis hujus incolæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Hălæsĭus, ἅλαισος, Fluvius & mons non longè ab Aetna. Colum lib. 10: Et quæ Sicanii flores legistis Halæsi. ¶ Est & in Ionia Asiæ regione ejusdem nominis fluvius, Colophonē præterfluens. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

Hălæsĭus, ἅλαισος, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, ut quidā volunt: vel ex Clytemnestra, ut alii. Dicunt enim hunc cum matre sensisse contra patrem: & postea patria pulsum in Italiam venisse, atq; apud Massicum Campaniæ mōtem consedisse, & tanquam Trojani nominis hostem Turno adversus Aeneam favisse. Virgil. Hinc Agamemnonius Trojani nominis hostis Iungit Halæsus equos, &c. Ovid. quoq; lib. 4. Fast. autor est ab hoc Halæso Falisсos nomen accepisse.

Halei, ἁλιαῖς, Maritima urbs Laconię, Steph. Vide TIRYNS.

Halía, æ, ἁλία, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: ἀπὸ τῆς ἁλὸς: hoc est, à mari dicta.

Haliacmon, sive Haliagmon, [ἁλιάκμων. Germ. Ein fluß in *Macedonia*.] Fluvius est Macedonię. Plin. lib. 31. cap. 2: Item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmona ducere: qui nigra aut fusca, ad Axium.

Hăl ĭ ārtŭs, ἁλίαρτος, Nomen urbis Bœotię, quam Haliartus condidit Therpandri filius: de qua vide Strab. lib 9.

Halica, Nomen mulieris.

Hălĭcārnă, ἁλικαρνα, Oppidum mediterraneum Aetolię, apud Plin. lib. 4. cap. 2.

Hălĭcārnāssŭs, pen. prod. [ἁλικαρνασσεύς. Ger. Die Hauptſtatt in Caria des minderen *Aſiæ* am Meer gelegen.] Vrbs Cariæ, principum regia, circa initium Tauri sita, ad mare, in minori Asia, Argivorum colonia in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Salmacis fons. Hæc priùs Zephyra dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus, item Heraclius Poëta, & Dionysius scriptor antiquitatum Romanarum, qui ab ea Halicarnassęus dictus est.

Halicyæ, Vrbs Siciliæ, Steph.

Halicyrna, Vicus Acarnaniæ.

Halimeda, Nympha. Vide in DAMASCO.

Halizon, ἁλίζων, Fluvius.

Hălizōnēs pen. prod. ἁλιζῶνες, Populi Asiæ maritimi, Mysis, Caribus, & Lydis finitimi: ita dicti παρὰ τὸ τὴν ἁλὶ ἐπιζώννυσθαι: hoc est, ab eo quòd mari præcingantur, ut indicat Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus Halizones dictos putat, quasi ἁλαζόνας, quòd ob divitias superbi essent & præferoces.

Halmyris, ἁλμυρὶς, Lacus ambitu LXIII M. pass. ex Danubio natus supra Istropolin: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Hălōnē, es, ἁλώνη, Insula Propontidis ante Cyzicum, oppidū habens ejusdem nominis. Autor Plin. lib. 5. cap. ultimo.

Hălŏnēsŭs, ἁλόννησος, Insula Aegæi maris. Strabo lib. 14.

Hālsĭŭs, campus Tragasæ.

Halus, ἅλος, ὁ vel ἡ, Civitas Achaiæ & Phthiodis, &c. Parmenisсus aliam facit Malliacam Achilli subditā: aliam Protesilao. Stephanus, incolæ Halei, Halusii vel Halit dicuntur.

Hălўāttēs, ἀλυάττης, Lydiæ rex, pater Crœsi. Autor Herodot. libro 1.

Hălўāttĭcŭs, a, um, Horat. lib. 3. Carm. Quàm si Mygdoniis regnum Halyattici Campis cōtinuem. Regnum, *inquit*, Halyattici: hoc est, Crœsi, Halyattæ filii.

Hălўs, [ἅλυς. German. Ein fluß ſo am Berg Tauro entſpringt vnd durch *Cappadociam* fleußt.] Fluvius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à Meridie Syros ac Paphlagones interfluens: contra Aquilonem in Euxinum mare evolvitur. Meminit ejus Cicero 2. de Divinat. Crœso fatalis Halys, Lucan. libro tertio. Crebro vortice tortus Halys, Ovid. quarto de Ponto.

Hămādrўădēs, pen cor. [ἁμαδρυάδες. Germ. Waldgöttin von welchen die Alten gehalten haben daß ſie mit den Eychbäwmen auffwüchſen / vnnd ſo lang lébten alß dieſelbigen beſtünden.] Nymphæ sylvarum, quas vetustas credidit simul cum arboribus nasci & interire. Vide DRYADES. Virg. 10. Aegl. Iam neq; Hamadryades, rursus, nec carmina nobis Ipsa placent.

Hămāxă, regio Bithyniæ. Steph.

Hamaxampeus, Pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commixtus est. Tortellius.

Hamaxantia, pars Hippocratidis, Steph.

Hamaxia, civitas Atricheæ Ciliciæ. Steph. ex Strab.

Hămāxŏbĭī. Ptolemęo, Hamaxobię Pomponio. [ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβῖται. German. Wöicker *Sarmatiæ* in Europa / welche an ſtatt der henſeren wägen brauchen / alß jetzt ſind die Reuſſen / Moſcoviter / Pleſcoviter / ꝛc.] Populi sunt Sarmatiæ Europeæ: ita dicti quòd plaustris utantur vice domorum. Vadianus Pomponii interpres eos esse putat, quos non procul à Polonis sitos, vulgus corrupta voce vocat *Moscovitas*. [Pol. *Cerkasy*.] Hinc proverbium apud Tertull. l. 1. contra Marcion. Hamaxobio instabilior.

bilior, de Marcione homine inconstantissimo.

Hamburgum. [Germ. Hamburg in Seestätten.] Vrbs in finibus Saxoniæ.

Hammodara, Oppidum inter Aegyptum & Aethiopiam, juxta se habens bituminis fontem. Autor Plin.lib.6.cap.29.

Hanapis, fluvius est Scythiæ, Herod. teste.

Hannibal, Vide ANNIBAL.

Hanno, Punicum nomen est, quo pleriq; non ignobiles Carthaginiensium duces sunt appellati: tres tamen inter cæteros maximè illustres extitêre. Primus fuit Philippi Macedonis tẽporibus, qui quum tyrannidis cupiditate accensus, omnes civitatis principes in filiæ suę nuptiis veneno necare constituisset, prodito à ministris cõsilio, frustrà cõcitatis servitiis, Maurorumq; rege in patriæ exitium sollicitato, vivus in Carthaginiensium manus pervenit: à quibus & ipse virgis cæsus, & manibus, cruribusq; fractis in crucẽ actus est, & in cognatos omnes sævissimè animadversum. ¶ Fuit alter Hanno temporibus Agathoclis Siculorum tyranni, à quo cũ xxx. Pœnorum millibus conserta pugna est interfectus. ¶ Tertius fuit tempore secundi belli Punici, Barchinæ factionis princeps, contrarias Hannibali in Republica partes fovẽs. De hoc multa apud Livium. Aliorum meminit Iustin. lib. 21. & 22.

Hārmă, urbs Bœotiæ Tanagritæ: est etiam tribus Atticę pars, Stephan.

Hārmastis, tis, Ἁρμαστις, Iberiæ oppidum, ad Neorim amnem, ex adverso portarum Caucasi. Autor Plin. lib. 6 cap. 10. & 11.

Hārmătă, Ἁρματα, urbs Indica, Steph.

Harmătītēs, Ἁρματίτης, civitas quædam, Steph.

Harmathus, untis, Civitas seu promontorium èregione urbis Methymnæ, à qua Harmatopolitæ dicti sunt.

Harmătŏpōlītæ, Ἁρματοπολῖται, Populi sunt Asiæ in sinu Elaitico: ita dicti ab Harmathunte vicino promontorio. Meminit eorum Plinius lib. 5. cap. 30. Apud Strabonem tamen hoc promontorium vocatur Hermathus per e literam in proxima syllaba.

Hārmŏdĭŭs, & Aristogitŏn, cives Athenienses fuerunt, quibus quod Rempubl. tyrannide liberassent, hoc honoris à civibus suis tributum est, ut nemo unquam ipsorum nomine vocaretur. Hinc natum Adagium: Hármodii cantilena, Ἁρμοδίου μέλος. De lugubribus ac tristibus dicebat. Aristoph. Ἀχαρνῆς. Οὐδὲ πώ μοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ἄσεται: Id est, Nec unquam apud me carmen Harmodium canet. Genus erat cantilenæ quod in compitis cani consueverat in Harmodium & Aristogitonem, quòd hi Pisistratidarum tyrannidem sustulerunt. Ejus carminis hoc erat initium: φίλταται Ἁρμόδιε οὔπω τεθνήκασι: hoc est, charissime Armodi haudquaquam mortuus es. Refertur à Suida & Diogeniano.

Harmodorus, poëtæ nomen est apud Plutarchum.

Hārmŏnĭdēs, Ἁρμονίδης, Civis Trojanus, architecturæ peritissimus, quem Homerus fabulatur à Minerva fuisse adamatum. Hinc inter cęteras naves illas fertur ędificasse, quibus Alexander Helenam raptam Trojam transvexit.

Harpagia, pluralis tantùm numeri, Ἁρπάγια, τὰ, Locus est in Phrygia in confinio agri Cyziceni: unde Ganymedem raptum fuisse ab aquila fabulata est antiquitas: Autor Strabo libro 13.

Hārpălĭcē, pen. cor. Ἁρπαλίκη, Nomen mulieris, Harpali Thracum Regis filiæ, quæ patrem à Getis captum liberavit. Autor Servius in illud 1. Aen. -vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucremq; fuga prævertitur Hebrum:

Hārpătŭs, penult. corr. Nomen est prædonis apud Ciceronẽ lib. 1. de Natur. deor.

Hārpălўcēă, Ἁρπαλύκεια, civitas Phrygiæ à Gordiotichitis cõdita, Stephanus.

Hārpăsa, orum, pen. cor. Ἅρπασα, Oppidum Asiæ, oppositum fluvio Harpaso. Plin. lib. 2. cap. 96: Iuxta Harpasa oppidum Asiæ cautes stat horrenda, uno digito mobilis; eadem, si toto corpore impellatur, resistens.

Hārpocrātēs, penult. corr. [Ἁρποκράτης. German. Der Gott der verschweigung oder still schweigung.] Simulachrum in sacris Isidis & Serapidis erat, quod digito labiis impresso, admonere videbatur ut silentium fieret. Hic dicebatur silentii Deus. Revera autem Græcus philosophus fuit Harpocrates, cujus eruditio ac præcepta in id maximè tendebant, ut silentium præciperet; & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium, epigram. quinquagesimonono: Gellius audierat patruum objurgare solere, Siquis deliciàs diceret, aut faceret: Hoc ne ipsi accideret, patrui perdespuit ipsam Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem. Vbi reddere Harpocratem (ut monet Erasmus in Adagiis) proverbialiter dictum est, pro silentium imponere.

Hārpўĭæ, [Ἅρπυιαι. Ger. Wundergestalten so halb Jungfrauwen/ und halb Raubvögel sind.] Monstra describit Virgil. lib. 3 Aen. Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla Pestis & ira

Deûm, Stygiis sese extulit undis: Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Ingluvies, uncęq; manus, & pallida semper Ora fame. Dictæ ab ἁρπάζειν. A Suida vocantur ἁρπακτικοὶ δαίμονες: hoc est, rapaces dæmones. Dicuntur fuisse Ponti & terræ filiæ, ut ait Servius: unde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes: dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν: id est, à rapiendo. Volatiles, vultu virgineo, manibus uncis. Alii Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum omnium pater est; nec immeritò: nam secundùm Milesium Thaletem, omnia ex humore procreantur: unde est, Oceanumq; patrem rerum. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alii autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ fuisse. Has Virgilius tres esse dicit, Aello, Ocypeten, Celęno: quarum postremam Homerus Podargen vocat, & ex eâ Zephyrum ventum, Achillis equos, Ballium videlicet & Xanthum genuisse dicit. Hesiodus tantùm duas nominat, Aello videlicet & Ocypetem. De Harpyis suprà nonnulla dicta sunt in dictione CALAIS: nonnulla etiam infrà dicentur in dictionibus PHINEVS & ZETHES. Virg. lib. 3. Aen. Strophades, Graio sunt nomine dictæ Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno, Harpyiæq; colunt aliæ, &c.

Hasbÿtæ, ἀσβῦται, Africæ interioris populi post Nasamones, Macis finitimi. Autor Plin. lib. 5. cap. 5.

Hāsdrŭbăl, Vide ASDRVBAL.

Hastă, Oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Iapygium promontorium, cujus meminit Plin. lib. 3 cap. 1.

H ante E.

Hebē, [ἥβη. German. Ein Tochter Junonis vnd ein Göttin der jügend.] Filia fuit Junonis absq; patre, ut Latinorum poëtæ asserunt. Apollo enim quum Junoni novercæ convivium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agrestes ei apposuit: quas quum Juno avidè comedisset, illicò usque tunc sterilis, prægnans effecta est, peperitque Heben, quam postea Iupiter ob formę elegantiam ad pocula ministranda assumpsit, deamq; juventutis effecit. Tandem quum ipse unà cum cæteris diis apud Aethiopes cõmessaturus ivisset: factũ est, ut administrans ei Hebe pocula, perque lubricum minùs cautè incedens, caderet, revolutisque vestibus obscœna Superis mõstraret: quam ob rem ab officio est amota, ejusque loco Ganymedes subrogatus. Postremò Herculi in deos relato, uxor data. Autor Servius. Homerus autem ex Iove eam conceptã esse tradit, neque omninò ab officio remotam, sed cæterorũ deorum pincernam fuisse: Ganymedẽ verò solius Iovis. Ovid. lib. 9 Metam. Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe, &c. Hęc dea juventutis putabatur. ἥβη enim florem ætatis & primam pubem significat.

Hĕbræi. [עברים hibrim. ἑβραῖοι. Germ. Die Jsraëliten.] Dicti sunt Iudæi, ab Heber, qui fuit abnepos Sem filii Noẽ: priùs Heberæi cognominati: ac deinde una detracta litera Hebræi: sicut docet August. lib. 10 de Civit. Dei: Et quia in ejus familia remansit lingua, quæ priùs humano generi creditur fuisse cõmunis, quum gentes linguarum diversitate sunt divisæ, deinceps Hebræa est nuncupata. ¶ Ab Hebræus fit Hebraicus, a, um: ut, Lingua Hebraica.

Hebrŭs, [ἕβρος. German. Ein fluß in Thracia so am Berg Rhodope entspringt / heißt jetzt Marixa.] Fluvius in Thracia: nascitur juxta Hadrianopolin, in monte Rhodope, labiturque in Aegæum mare, è regione Samothraciæ insulæ. Celebratur propter aurum quod ex arenâ ejus colligitur. Poëtæ fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones eũm confecissent, projectum esse: unde & Oeagrius dicitur, ab Oeagro Orphei patre. Virg. lib. 4. Georg.

Tum quoque marmoreâ caput à cervice revulsum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus,
Volveret, &c. Ovid. lib. 11. Metam.
Membra jacent diversa locis, caput Hebre, lyramq;
Excipis, & mirum, &c. Martianus lib. 6: Hebrũ (inquit) Odrisiæ nives complent, qui inter diversos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie Marixa dicitur.

Hĕcălē, ἑκάλη, Nomen anus pauperculæ, quæ Theseum adhuc adolescentem hospitio susceperit. Hujus paupertatem Callimachus justo volumine celebravit. Hinc natum proverbium: Nunquam Hecale fies: hoc est, nunquam te inopia opprimet. Ovid. de Amor.

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ noverit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat. Plautus in Cistel. Siquidem eris ut volo, nunquam Hecale fies.

Hĕcămēda, ἑκαμήδη, Arsinoi filia, quę direpta Tenedo, Nestori in prædam cessit, teste Homero, lib. 11. Iliados.

Hĕcătē, pen. cor. [ἑκάτη. Germ. Die Göttin Diana ein Schwester Apollinis.] Iovis & Latonæ filia, & soror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex nũmen attribuitur: unde à Virgilio Tergemina vocatur. Nam in cœlo creditur esse Luna: in terris Diana: & apud inferos Proserpina. ¶ Dicta Hecate, teste Servio, quòd

vio, quòd centum victimis placetur, aut quòd centum annos errare jubeat insepultos. Verisimilius videtur Hecates nomen factum esse à masculino ἑκατος, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus autem Sol est Hecatos, ab, ἑκὰς longè, quòd eminùs radios suos ad nos mittat, & quodammodo jaculetur. Hæc & τριπρόσωπος: quia (ut inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ovid 9. Metam. Tuq; triceps Hecate. ¶ Alia fuit Hecate, herbarũ, veneficiorumq; peritissima, quæ in Taurica Cherroneso regnavit, teste Dionysio Milesio. In primo Argonauticôn, & Diod. Sicul. lib. 5. cap. 4. Item Apollon. Rhod. lib 3. Argonauticôn, ubi illam dicit docuisse Medeam τεχνησιν φάρμακα. Filia fuit Persæ, filii Solis, & fratris Aeetæ: à quo & Perseis, sive Perseia cognominatur. Ovid. 7. Metam. Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras. Valerius Flaccus li. 6: Hanc residens altis Hecate Perseia lucis Flebat. ¶ Veteres cœnam perparcam & impendiò frugalem Hecatæ cœnã appellabant, quòd apud inferos tenuissimo victu, minimoq; cibo, eoq; vilissimo vivitur, juxta Poëtarum theologiam.

Hĕcătæŭs, ἑκαταῖος, Historicus Milesius, Protagoræ auditor, qui primus soluta oratione historiam condidit. Floruit temporibus Darii, qui Cambysi successit. Autor Suidas. ¶ Fuit præterea eodem nomine grammaticus quidam Abderita, cujus meminit Suidas.

Hĕcătŏmpŏlis. [ἑκατόμπολις Germ. Ein zunam̃ der Insel Candia / von den hundert Stetten her / so in deren sollen gewesen seyn] Cretæ insulæ epitheton est, à numero civitatum impositum, quæ centum in hac insula fuisse perhibentur, vel Virgilio teste, lib. 3. Aen. Creta Iovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus, ubi & gentis cunabula nostræ Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Hĕcătŏmpўlŏs, ἑκατόμπυλος, Thebes Aegyptiacæ epitheton est, à portarum numero, quę centum in hac urbe fuisse dicuntur. Iuvenalis: Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. ¶ Est item ejusdem nominis urbs in Parthia, teste Stephano.

Hĕcătŏnchīrŏs, pen. prod. ἑκατόγχειρος, Briarei, sive Aegæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poëtæ, Briareum centum manus, & quinquaginta ventres habuisse: ut tradit Plutarchus eo in opusculo, quòd περὶ πολυφιλίας inscripsit.

Hĕcătŏnnēsī, ἑκατόννησοι, Insulæ exiguæ viginti circa Lesbum: ab Hecato: id est, Apolline dictæ, qui in illis plurimùm colebatur.

Hĕctŏr, [ἕκτωρ. German. Ein Sohn Priami des Trojanischen Königs.] Priami Regis filius, Trojanorum omnium fortissimus, ab Achille interfectus: dictus (ut scribit Plato, ab ἔχω, defendo, quòd urbem contra hostium impetum tenuerit, patriamq; servârit: eo nanque sospite Troja nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachen, ex qua Astyanactem suscepit, quem Vlysses capta Troja è fastigio turris præcipitavit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles solus Trojanos, fugabat: ex quibus Protesilaum & Patroclum, aliosq; permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus est, à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli sepulchrum, Trojæque muros tractus est. Virgil. lib. 1. Aeneid. Ter circùm Iliacos raptaverat Hectora muros. Tandẽ ejus corpus, per duodecim dies insepultum ab Achille servatum, Priamus auro redemit, idque veteri more honorificentissimè cremavit. Vide Homer. lib. 23. Iliad.

Hĕctŏrĕŭs, a, um, penult. corr. adjectivum est possessivum: ut Gens Hectorea, quæ ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. Ovid. in Heroid. Epist. Nomine in Hectoreo pallida semper eram.

Hĕcŭbă, [ἑκάβη. German. Die Hauffrauw Priami des Königs zu Troja.] Priami Trojanorum regis uxor, filia Dymantis, teste Homero: aut (ut Virgilius Euripidem secutus sentit) Cissei filia, capta Troja (ut Poëtæ fabulantur) in canem versa. Quam fabulam inde ortam putat Servius, quòd quum à Græcis captiva abduceretur, & filii sui Polydori corpus in mare abjectum agnovisset: quoniam aliter injuriam ulcisci non posset, Græcos inantibus lacesserit convitiis.

Hĕdŭi. [Ger. Völcker in Burgund gelegen am anstoß Franckreichs / deren Hauptstatt jetzt Austun heißt.] Gallię populi, Sequanis finitimi, olim Romanorum fratres dicti: quorũ hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum est Augustodunum, Vulgò Austum, de quo Tacitus lib. 3.

Hēdўpnŭs, ὑδύπνους, Susianę fluvius, qui Persarũ Asylum prętefluens, in Eulæum illabitur. Autor Plin. lib 6. cap. 27.

Hegaleos, (Quod ut depravatè scriptum, ita perperam huc relatum erat) vide AEGALEOS.

Hēgĕmŏn, ἡγεμών, Poëta fuit ex Charace Phrygię oppido, qui bellum Leuctricum: hoc est, pugnam illam, qua ad Leuctram Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerant, carmine heroico descripsit.

Hegēsĭās, ἡγησίας, Cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta fuit eloquentia (sicut Valerius Maximus lib. 8. cap 9 scribit) ut sic mala vitę repræsentaret, ut eorum miserãda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntaria mortis opperendę cupiditatem ingeneraret: ideoq; à Rege Ptolemæo ulterius hac de re disserere prohiberetur. Hujus meminit Cic. in Orat. & lib. 1. Tusc. quæst. ¶ Alter fuit Magnesius orator ejusdem nominis, cujus meminit Strabo.

Hēgēsīppŭs, ἡγήσιππος, Nomen historici, qui historiam Ecclesiasticam quinque voluminibus complexus est, à Christo passo ad sua tempora. ¶ Hegesippus alter fuit Poëta Comicus, cognomento Crobylus; inter cujus fabulas commemoratur Philetæros, ut ex Athenæi sententia tradit Suidas.

Hēgēsīpўlē, pen. corr. ἡγησιπύλη, Holori Thracum regis filia, quam Miltiades Athenienśium dux accepit uxorem.

Hēgēsĭstrătŭs, pen. corr. ἡγήστρατος, Civis Ephesius, conditor Elææ urbis non procul à Delphis. Nam quum ob necem tribuli suo illatam exulans perveniśet Delphos, oraculo monitus est, ut ibi sedem figeret, ubi rusticos cum coronis olcaginis videret saltantes.

Hegitinacia, Ptolem. li. 2. ca. 12. Germaniæ urbs, vulgò Lignitz.

Heidēlbērgă, Vrbs Germaniæ ad Neccarum celebris, & Ducum Palatinorum regia.

Hēlă, ἕλα, regiuncula Asiæ, Attali regis emporium, Stephanus.

Hēlēī, pen. prod. Populi in Peloponeso clarissimi, propter delubrum Iovis Olympii, ludosq; Olympiacos, quorum præfecturam Helei habuerunt: Vnde Helei equi, & Carcer Heleus, sæpè leguntur. Lucanus lib. 12. quantum clamore juvatur Heleus sonipes. Rectiùs scripseris Elei, sine aspiratione. Nam apud Græcos ἥλις & ἠλεῖος tenui spiritu scribuntur.

Hĕlĕnă, næ, sive Helene, nes, pen. cor. [ἑλένη. Ger. Ein Tochter Iovis von der Leda, vnd die Hauffrauw Menelai des Königs der Lacedemontern / welche Paris des Trojanischen Königs Sohn von wegen jhrer außbündigen Schöne entführt hat.] Filia fuit Iovis ex Leda, Castoris & Pollucis soror: vel ut alii, Tyndari regis Laconiæ, & Ledæ. Hæc ob formæ elegantiam, quâ cæteris præstabat, à multis amata est, & primũ à Theseo adhuc virguncula rapta, sed postea absente Theseo à Castore & Polluce repetentibus citra injuriam restituta: mox adulta Menelao Lacedęmonum regi nupsit. Paris autem Priami filius nemini quoq; forma cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam navigavit, ibique Helenam absente Menelao, à quo priùs benignè fuerat exceptus, rapuit. Alii tamẽ dicunt, quũ postulata Hesiona negaretur, Paridem illam regionẽ bello vastasse, & expugnata Sparta, Helenam captivam abduxisse. Hac injuria universi Græcorum principes commoti, primùm omnes in Aulide conjurarunt de repetenda Helena, & evertendo Ilio. Quo in bello occiso Paride, Deiphobo ejusdem fratri nupsit. Quumq; Græci armis diffidentes, ad proditionẽ cónversi, discessum ex composito simulassent, illa ex arce accensa face, ad occupandam urbem Græcos revocavit. Capta aũt urbe, Menelaum in cubiculum, ubi Deiphobus dormiebat, vocavit: quo interfecto, cũ viro in gratiam rediisse, Virgilius autor est. Hoc igitur modo Menelao restituta, cum eodem navem ascendens, tempestatibus in Aegyptum delata est: undè rursus navigans, cũ marito incolumis Lacedæmona pervenit. Virgil. 7. Aen. Ledeamque Helenã Trojanus vexit ad urbes. Scribit Demetrius Moschus tanta Helenã venustate fuisse, ut mirificę admirationi, & ferè stupori fuerit ipsis diis: quippe cujus curam, Venere tradente, Gratię susceperint. Illas verò his verbis est affata: Δός τι φίλημ τὸν μοι αὐτὰρ ἔπειτα ὡς ἐπέοικεν, Οἷον ἐμὸν πολύκλειτον ἐδρέψατο ἄρσενος ἥβη.

Hĕlĕnē, [ἑλένη. Ger. Ein Insel nahe bey Sunio dem Athenensischen Vorgebirg gegend / heißt jetzt Macronisso.] Alio nomine Cranae, Insula est una ex Sporadibus quæ adjacet Sunio promontorio terræ Atticæ. Inde dicta quòd Paris raptæ Helenæ primùm in ea stuprum intulerit.

Hĕlĕnŭs, pen. corr. ἕλενος, Vir Trojanus, filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus: quem quidam ob id à Græcis servatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipsis indicasset. Quinetiam everso Ilio Pyrrhum à navigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem nõ solùm à Pyrrho servatus, verumetiam liberaliter ab eo habitus est, quumq; ille Oresti Hermionẽ eripuisset, Andromachen, quam antea justæ uxoris loco habuerat, Heleno concessit: adjecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris sui nomine Chaoniam appellavit: in qua & urbem ad similitudinem Trojæ condidit, in qua & profugum Aeneam hospitio susćepit. Virg. lib. 3. Aen. quum sese à mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Hĕlĭădēs, [ἡλιάδες. Germ. Töchteren der Sonnen.] Fuerunt filię Solis & Clymenes, sorores Phaëthontis, quarũ nomina sunt, Phaëtusa,

Phaëtuſa, Lampetuſa, & Lampetiá. Hę juxta Padum mortem Phaëtontis fulmine dejecti flentes, in arbores, quas alnos vocant, verſæ ſunt, electrum lacrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur. Ovid. libro 2. Metamorph. Nec minùs Heliades lugent, &c. Eędem & Phaëthontiades appellantur à fratre Phaëtonte. Virg. Aegl. 6: Cum Phaëthontiades muſco circundat amaræ Corticis, atq; ſolo proceras erigit alnos.

Helice, Vide in APPELLE.

Hĕlĭcōn, pen. cor. [ἑλικών. Germ. Ein Berg in Boeotia dem Apollini vnd Muſis zugeeignet.] Mons Bœotiæ juxta Thebas, atq; (ut Strabo lib. 9. ſcribit) Phocidi vicinus, nō procul à Parnaſſo, eique æmulus & altitudine & circuitu: qui & ipſe Apollini ſacer eſt & Muſis. Vnde Heliconides, ἑλικωνίδες: & p epenthesin Heliconiades Muſæ ſunt appellatę. Dictus Helicon ab Helicone, qui cum Citærone fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur.

Helĭŏdōrŭs, pen. prod. ἡλιόδωρος, Nomē proprium Rhetoris Græci, cujus meminit Horat. lib. 1. Serm. Sat. 5. ¶ Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæſaris temporibus, Imperatori chariſſimus, & ab eodem Magiſter epiſtolarum effectus: in quē extat illud Dionyſii Sophiſtæ ſcomma: Pecuniam & honores dare Cæſar poteſt: Rhetorem efficere non poteſt.

Heliogabalus, ἡλιογάβαλος, Antonini Caracallę filius, furtim ſuſceptus ex Scenide Phœniſſa, filia Meſæ, quę ſoror erat Iulię uxoris Severi. Meſæ enim filiæ duæ erant, Seenis, & Mamæa: quarum utranque Antoninus creditur poluiſſe, atque ex illa quidē Baſſianum, qui poſtea dictus eſt Heliogabalus: ex hac verò Alexianum ſuſcepiſſe, qui deinde dictus eſt Alexander. Mortua deinde Iulia, Antoninoq; ipſo Macrini dolo interfecto, permiſſum eſt Meſæ, ut ſe cum filiabus & nepotibus, rebusque omnibus ſuis, in patriam reciperet. Pollens itaque opibus mulier, quum Antiochiæ ſibi domicilium delegiſſet, facilè perfecit, ut Baſſianus nepos Heliogabali dei (eo nomine Syri Solem appellabant) ſacris pręficeretur, ex cujus ſacerdotii munere & ipſe Heliogabali nomen invenit. Aſtu deinde aviæ ad imperium provectus, vitam egit omni mollitiæ, luxuriæq; genere effœminatiſſimam. Poſtremò quum Alexandrū conſobrinum, Cæſarem conſortemq; imperii declaraſſet, & mox facti pœnitens eidem inſidiaretur, à militibus ptævētus, unà cum matre eſt interfectus. Corpus utriuſq; per Vrbis Viſcos uncō tractum, ludibrioq; habitum, tandem in Tyberim eſt abjectum. Ex Herodiano, lib 5.

Heliopolis, [ἡλιόπολις. German. Sonnenſtatt/iſt ein mechtige groſſe Statt in Aegypten/heißt jetzt *Alcayro*.] Civitas Aegypti, inter Alexandriam, & Coptum, Solis numini ſacra: unde & nomen accepit. Diſtat à Thebis navigatione dierum novem, ut lib. 2. teſtatur Herodotus. Hujus incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Aegyptiorum omnium ſolertiſſimos eſſe tradit. Altera eſt in Cilicia, Chryſippi Stoici patria, ut autor eſt Solinus.

Helis, Vide ELIS.

Helĭſus, (quod hic pro Atticæ fluvio malè legebatur) Vide HILISVS.

Helius, Cæſarius, Neronis adulatione potentiſſimus fuit, qui Sulpitium Camerinum virum primarium, ejuſdemq; filium è medio ſuſtulit, crimini dans, quòd quum cognomine hęreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias ὀνπῆς ὀμαυρίας impii viderentur. Ex Dione Caſſio.

Hĕlĭxæă, ἑλίξαια, Inſula Hyperboreorum, non minor Sicilia ſub fluvio Cerambica, inſulani Cerambicę, κεραμβύκαι, dicuntur, Steph.

Hĕlīxŭs, ἕλιξος, Cei inſulę fluvius, juxta Coreſſum: cujus meminit Strabo lib. 10.

Hĕllās, adis. [Ἰαπ *javán* ἑλλάς. German. Gtechenlandt ein Mutter freyer Künſten.] Latiſſima Europæ regio, olim diſciplinarum omnium nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium ſumit ad Meridiem ab Iſthmi Corinthiaci anguſtiis, ad Septentrionē Theſſaliam uſq; ptotēſa. Ad Occaſum Acheloo fluvio ab Epiro dirimitur: ad Ortum Aegæo mari abluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab Hellene Deucalionis filio, ut ſcribit Thucyd. lib. 1.

Hellē, es, ἕλλη, Filia Athamantis regis Thebarum, quæ unà cum Phryxo fratre, novercales inſidias metuens, equum accepto à patre ariete Pontum vellet trajicere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, mariq; nomen fecit: quod etiam hodie ab ejus nomine *Helleſpontum* vocant eruditi.

Hellēn. [Ἰαπ *javán*. ἕλλην.] Deucalionis filius: à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuiſſe nominatos. Autor Thucydides belli Peloponneſiaci lib. 1.

Hellēnĭcum & Caricum, ἑλληνικὸν & καρικόν, loci in Memphide à quibus Hellememphitæ & Caricomemphitæ, Stephanus.

Hellēnŏpŏlīs, Ἑλληνόπολις, Vrbs Bithyniæ poſt inſtaurationem Bithalbes, Steph.

Hellēſpōntŭs, [ἑλλήσποντος. *Stretto di Galipoli*. Germ Der enge Meer ſchlund zwiſchen dem Aegeiſchen Meer vnd Pronpontide gelegē/ wird jetzt *Eſtrecho de Galippoli* genañt.] Fretum anguſtum, inter Aegæum mare & Propontidem, ſeptem tandem ſtadiorum ſpatio Aſiam ab Europa dividens. Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi ſubmerſa. Vide HELLE.

Hellēſpōntĭcŭs, ἑλλησποντικὸς, & Helleſpontiacus, a, um, denominativa. Virg. 1. Georg. Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Hĕlōrŭs, pen. prod. ἕλωρος, Siciliæ fluvius. Virgil. 3. Aen. - prępingue ſolum ſtagnantis Helori. ¶ Fuit etiam eo nomine Iſtri fluminis filius, qui ab Ajace occiſus eſt in ea pugna, quam Græci cum Telepho Rege Myſorum habuerunt.

Hĕlŏs, Ἕλος, Vrbs Laconiæ, quæ Pteleon & Dorion dicta, quòd in palude ſita ſit, cujus cives ἕλωτες, Helotæ, ἕλωσι, & Eleatæ, & regio ἑλωτεία. Eſt etiam Helos Aegypti, Steph.

Helos, locus Atticæ, vide in ECHELIDE.

Hēlvētĭī, [ἑλουήτιοι Ptolemæo. Gall. *Suiſſes*. Ital. *Suizzari*. Ger. Die Eydtgnoſſen / oder Schweytzer Pol. *Szwaicerowie*. Vn. *Heluecziaiak*, *ſuetziaiak*.] Fortiſſimi Gallorum populi, inter Rhenū, & Rhodanum fluvios, Iuram montē, & Alpes ſiti: in quatuor olim pagos diviſi, quorum eo tempore quo adverſus Cæſarem bellum gerebant, caput erat Aventinum: ut autor eſt Tacitus. Ptolemæus lib. 2. cap. 9, inter Helvetiorū civitates annumerat & Gannodurum, & Forum Tyberii. Hodie in tredecim diſtincti ſunt ſive civitates, ſive pagos, quorum nomina ſunt: Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Sylvania, Tugium, Clarona, Baſilea, Friburgum, Salodurū, Abbatiſcella, & Scaphuſia. Statum habent popularem, æqua viventes libertate, concordi inter ſe fœdere adverſus vim omnem externam muniti: unde & Confœderati à quibuſdam appellantur: à nonnullis etiam Surceri, nimirum à Suicia pago, qui primus omnium Auſtriæ Ducum jugum excuſſit.

Hēlvĭī, Populi inter Celtas monte Gebenna ab Arvernis diviſi, &c. Vide Indicem Marliani in Cæſarem.

Hĕlūrī, ἕλουροι, à paludibus dicti, ut meminit Dioxippus libro 12. Chronicorum, Varinus.

Hēlўmŭs, & Panopes, Aceſtæ & Regis Siciliæ comites, venatores fuerunt. Virg. lib. 5. Aen Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus, Panopesq;, Aſſueti ſylvis comites ſenioris Aceſtæ.

Hemeroſcopium, ἡμεροσκοπεῖον, Vrbs Celtiberorum, Phocēſium colonia, Stephanus.

Hemicynes, [ἡμίκυνες. Ger. Völcker in Aſia welche Hundskōpff haben.] quaſi ſemicanes, populi non procul à Maſſagetis & Hyperboreis: quos Apollonius in Argonauticis canum inſtar latrare ſcribit, Stephanus.

Hemodes, Inſulæ 7, in Oceano Germanico. Hæmodes per æ, mons eſt Lyciæ.

Hēmŭs, ſeu potiùs Hæmus, [αἷμος. Germ Ein vaſt hoher Berg in *Thracia*.] Mons in Thracia excelſitate conſpicuus. ex cujus vertice vulgata olim opinio fuit Ponticū ſimul & Adriaticum mare, & Iſtrum amnem, & Alpes conſpici poſſe: nam excelſitate ſua ſex millia paſſ. continet. Dictus Hęmus, à nomine regis Hæmi: à cujus ſorore alter quoq; mons Thraciæ, Rhodopę nominatur: in quos transfiguratos eſſe Rhodopen & Hæmum fabulæ canunt. Ovid lib. 6. Metam. Threiciam Rhodopen habet angulus unus; & Hæmum, Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. Alij dictum volunt Hæmum ab Hæmo Boreæ & Orithyiæ filio. Vide HAEMVS. ¶ Eſt & Hæmus nomen Græculi hiſtrionis, cujus meminit Iuven. Sat. 6: - dicas hæc mollius Hæmo, Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.

Hĕnĕtī, ἑνετοί, Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore duce quum in intimum maris Adriatici ſinū veniſſent, permiſti Trojanis, omnes úno nomine Veneti appellati ſunt. Liv li. 1. ab Vrbe: Caſibus deinde variis conſtat Antenorem cum multitudine Henetūm, qui ſeditione è Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amiſſo, quærebant, veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum, Euganeisq;, qui inter mare, Alpesque incolebant, pulſis, Henetos, Trojanosq; eas tenuiſſe terras: & in quem primùm egreſſi ſunt locum, Troja vocatur: pagoq; inde Trojano nomen eſt: gens univerſa Veneti appellati.

Hēnĭŏchī, ἡνίοχοι, Populi Pontici, Achæis finitimi, latrociniis ac piratica victitantes. Originem ac nomen traxiſſe putantur ab Amphito & Telchio Caſtoris & Pollucis aurigis, teſte Plin. lib. 6. cap. 5. Nam ἡνίοχους Græci aurigas vocant: quaſi τὰ ἡνία ἔχοντας. Vide plura de his apud Strabonem, lib. 11.

Hēphæſtĭās, adis. [ἡφαιστιάς. Germ Ein Statt in der Inſel Lemno in dem ſtrich gegen Auffgang gelegen.] Lemni inſulæ, in Orientali tractu ſita, nonnihil tamen diſtans à mari: ita dicta à Vulcano, quem Græci ἥφαιστον appellant, cujus hac in urbe inſigne olim fuit templum, quod ἡφαιστεῖον etiā vocabant. Iuxta hanc quoq; urbem collis oſtenditur, Vulcani (ut credi volunt) caſu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ob inſignem

deformitatem è cœlo præcipitatum, in collem illum decidisse. Cujus fabulæ occasio inde sumpta est, quòd totus hic collis combusto simillimus videatur, neq; planta ulla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioscoridis & Galeni scriptis magnopere celebrata. Vrbis hujus meminit Ptolemæus Geographiæ suæ libro 3, & Galenus libro 9. Simplic. Medicament.

Hephæstiōn, onis. [ἡφαιστίων. German. Einer auß den Hauptleuten des grossen Alexandri.] Vnus ex Alexandri Magni ducibus, mirum in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, ut hunc quidam φιλοβασιλέα: Hephæstionem verò Φιλαλέξανδρον appellaret. Hunc postea apud Babylonem vita functum, tanta funeris magnificentia prosequutus est, ut facilè omnes, quæ toto terrarum orbe editæ sunt, pompas superaret. Fertur siquidem in funus hoc impensa supra duodecim talentorum millia. Vide Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

Hephestunesi: id est, Vulcani insulæ regioni Adiabenę adnumerantur. Stephanus.

Hēphæstŭs, ἥφαιστος, Proprium viri & nomen Vulcani.

Hēpĭum, ἧπιον, Vrbs Triphylliæ (Steph.) ab Eleis acquisita.

Hēptăcometæ, ἑπτακομῆται, Populi supra Colchidem, Moschicorum montium summa incolentes: ita dicti, à septem vicis, quos ea habitant. Autor Strabo lib. 12.

Heptagonĭæ, ἑπταγωνίαι, Nomen loci apud Livium libro 34: Quo Poeboris in exercitu erat, trifariam divisum, parte una à Pœbo, altera a Dictynco: tertia ab eo loco, quem Heptagoniam appellant aggredi jubet.

Hepтàphōnŏs, substantivum, ἑπτάφωνος, porticus est Olympiæ, arte confecta, ut eadē vox in ea septies reddatur. Plin. lib. 36 cap. 15: Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani *Heptaphonon* vocant: quoniam septies vox redditur.

Heptăpŏrŭs, ἑπτάπορος, Rhesi Troadis fluvii epitheton est, apud Homerum lib. 12. Iliad, à natura ejus fluvii tractum, quòd septies eadem via vado trajici posset. Vide Strab. lib. 13.

Hēptăpўlŏs, [ἑπτάπυλος. German. Die Statt *Thebe* in *Bœotia* mit siben thoren.] Thebarum Bœoticarum epitheton, à septem portarum numero dictum: idque ad discrimen Thebarum Aegyptiarum, quæ à numero centum portarum ἑκατόμπυλος dicebantur.

Hērā, [ἥρα. Ger. Die Göttin Juno. Pol. *Gospodze.*] Iunonis nomen apud Græcos: unde Heræa, ἡραία, ipsius festa, & Hēræum, ἡραῖον, templum ejus appellant. Sed in hac significatione producit penultimam, quum apud Græcos scribatur per η vocalem longā. Vnde λευκώλενος ἥρη, apud Homerum aliquoties legitur in fine versus.

Hēraclēă, pen. prod., ἡράκλεια, multæ fuerunt hoc nomine urbes: inter quas maximè insignis fuit ea, quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontum Euxinum sita, juxta Mariandinos: à qua Dionysius philosophus, Zenonis discipulus Heracleotes à Cic in Tusc. appellatus est. ¶ Heraclea item magnæ Græciæ civitas, in finibus Italiæ, inter Sirin & Acirin, amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, teste Plin. lib. 3. cap. 11. ¶ Fuit præterea aliud ejusdem nominis oppidum, ultra Caspios montes, non procul ab Oxo amne, qui Margianam, Sogdianamq; irrigat, ab Alexandro Magno primùm conditum: quod deinde eversum Antiochus restituit, & Achaida appellavit: ut refert idem Plin. li. 6. cap. 16. ¶ Est & Heraclea in Caria, apud eundem lib. 5. cap. 25. ¶ Item alia in Sicilia, medio ferè spatio sita inter Lilybęū, & Pachinū promontoria: cujus meminit Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Sicilię. ¶ Est & Heraclea Cretę, apud Plin. lib. 4. cap 12. ¶ Item alia in Narbonensi Gallia, ad ostium Rhodani, apud eundem Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Fuerunt & aliquot alia ejusdem nominis oppida, quę commemorantur à Stephano.

Hēraclĕōtēs, sive Heracleota, ἡρακλεώτης, Gentile ab Heraclea urbe deductum nomen. Cic. 2. Tusc. quæst.

Hēraclĕōtĭcŭs, a, um, ἡρακλεωτικός, denominativum, ut Heracleotici cancri, apud Plin. libro 9 cap. 31. Heracleoticum origanum, apud eundem lib. 15. cap. 4. Heracleoticum ostium Nili, quod alio nomine Naucratticon appellatur, apud eundē libro 5. cap. 10. Heracleotica nux quæ & avellana. Vide in dictione IVGLANS.

Hēraclĕōbūcŏlī, ἡρακλεοβυκόλοι, vicus, συνοικία, in Aegypto.

Hēraclĕon, onis, ἡρακλέων, Grāmaticus Aegyptius, qui scripsit Commentarios in Homerum, & Lyricos quosdam Poëtas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Hēraclĕopŏlīs. [ἡρακλεόπολις Germ. *Herculis* Statt in einer Insel *Nili* gelegen.] Oppidum est in insula quadam Nili, longa L. M. pass. quod à Plin. lib. 5. cap. 9, Herculis oppidum appellatur. Hinc Heracleopolitis præfectura, apud eundem Plinium loco jam citato. ¶ Stephanus duo alia enumerat ejusdem nominis oppida, quorum alterum juxta Pelusium, alterum juxta Canopicum Nili ostia collocat. Est & alia in Aegypto civitas, ex qua fuit Theophanes Physicus.

Heracleŏpŏ.lis, ἡρακλειόπολις, Nomen trium urbium. Vna est in Aegypto, ex qua fuit Theophanes physicus: altera non longè a Pelusio: tertia secundum Nili ostium quod Canopicum appellatur.

Heraclidēs, pen. prod. ἡρακλείδης, Insignis Philosophus fuit ex Heraclea Ponti civitate, Platonis & Aristotelis auditor, vir insigni ingenio, sed habitu adeò molli, ut pro Pontico Pompicus diceretur. Autor Laërtius. Reliquit ingenii sui monumenta non pauca, quæ non extant. Hujus meminit & Cic. 5. Tusc. ¶ Fuit prętereà hoc nomine Lycius quidā Sophista nō ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuisset, Severi principatu se Romam contulit: coram quo ex tempore dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, sermone excidit. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minimè juvante contendit. Hęc ex Philostrato. ¶ Heraclides alius fuit è Mopso, civitate Ciciliæ, Grammaticus nobilis, ut scribit Stephanus. ¶ Alius prætereà pictor nobilis Macedo, qui initiò naves pinxit: captoq; Perseo à Paulo Aemilio Athenas commigravit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pictor. Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Fuerunt & alii multi Heraclidę, ingenio & doctrina insignes.

Heraclītŭs, pen. prod. [ἡράκλειτος. Germ. Ein *Philosophus* zu Epheso/der ab allen Menschlichen sachen weinet.] Nomē proprium Philosophi Ephesii, qui, ut tradit Suidas, nullum invenitur habuisse præceptorem, tantùm natura & diligentia sola profecit. Quidam tamen audisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volūt. Floruit temporibus ultimi Darii. Scripsit poëticè multa, quæ ab Aristotele sæpè pro testimoniis citantur. De hoc sic scribit Cic. lib. 5. Tusculan. quæst. Et apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniversos ait Ephesios esse morte multandos, quòd quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt: Nemo de nobis unus excellat: sin quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Hæc ille. Hunc ajunt, cùm hydropicus esset, spretis medicis, oblitum bubulo fevo soli siccandum se præbuisse, dormientemq; à canibus dilaceratum esse. Suidas. Hic quoties domo egrediebatur, flebat, sicut Democritus ridebat: quòd alteri omnia quæ agimus, digna fletu: alteri, ineptiæ vid. rētur. Horum meminit Cicer. lib. 4 Acad. Cognominatus est σκοτεινός quasi tenebricosus. De industria enim adeò obscurabat stylum, ut ejus volumina philosophi sudantes vix intelligant. Hujus dictionis penultima syllaba perperam corripitur, quā scribatur per ε diphthongum. Lucret. libro 1: Heraclitus ait quorum dux agmina primus. ¶ Fuerunt alii quatuor Heraclitі: primus, poëta Lyricus: secundus, Halicarnassæus, summæ elegantiæ: tertius, Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam: quartus, vir ridiculus.

Hēracliŭs ἡράκλιος, Imperatoris proprium, Phocæ successoris, sub cujus imperio Saraceni, Mahomethe duce, caput attollere cœperunt.

Hērææ, æ, ἡραία, Arcadiæ oppidum, apud Plin. libro quarto, capite 6.

Hēræum, vel Heræus murus, ἡραῖον, ἢ ἡραῖον τεῖχος; Thraciæ oppidum, apud Stephanum. Heræum item Greci vocant templum Iunonis quam ἥραιον appellant.

Herbanum, Tuscæ oppidum apud Plin. lib 3. cap. 5.

Herbipolis, Vrbs Franconiæ Episcopalis, Vulgò Wirtzburg.

Herbita, ἕρβιτα Ptolemæo, Siciliæ urbs est, à qua Herbitenses populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. hodie *S. Nicolaum* vocant.

Hercēŭs, pen. prod. ἑρκεῖος, dictus est Iupiter, quem etiam Penetralem vocabant, quòd intra conseptum domus cujusque colebatur. Græcè enim ἕρκος sēptum, claustrumq; nominatur. Ovid. in Ibin: Cui nil Hercei profuit ara Iovis.

Herculānĭum ἡράκλεια, fuit Campanię oppidum juxta Pompeios, apud Plin lib. 3. cap. 5.

Herculeiŭs, ἡράκλειος, vir Romanus, qui Marianas partes fovit cum Sertorio.

Hercŭlēs, [ἡρακλῆς. German. Ein Sohn *Iovis* vnd *Alcmenæ*, ein dapfferer Held/ welcher von wegen seiner Mannheit für ein Gott ist gehalten worden.] Iovis & Alcmenæ filius, qui ob fortitudinē & gloriam creditus est inter deos relatus. Cic. li. 3. de Nat deor. sex hoc nomine fuisse appellatos cōmemorat: quorū primus fuit qui certavit cum Apolline de tripode. Alter, Nilo natus, Aegyptius, quē ajunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferias afferūt. Quartus, Iovis filius, ex Asteria Latonæ sorore, qui Tyri colitur, filiamq; habuit Carthaginem. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Iove tertio genitus, cui aliorū res præclarè gestas assignāt. Herodotus scribit, Herculem unum esse ex duodecim dijs Aegyptiorum, Græcosq; ab Aegyptiis hoc nomē mutuatos, indidisse filio Amphitryonis. Varr. XXIIII.

Hercules

Hercules nominat. Verumtamen omnes, qui robore præstitérunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macr. lib. 1. Satur. cap. 20. asserit Herculem, esse Solē. Et re vera, *inquit*, Herculem Solem esse, vel ex nomine claret. Ἡ ἐρακλῆς enim quid aliud est nisi ἥρας: id est, aëris, & κλέος, gloria? Quæ porrò alia aëris gloria, nisi Solis illuminatio est; cujus recessu, profunditate spiritus occalitur tenebrarū? Duodecim aūt illi labores, quos Hercules creditur confecisse, nihil aliud significāt quàm XII signa Zodiaci, quæ Sol singulis annis conficit. Sed de hoc vide plura apud Macrobium. Herculem autem Alcmenes filium maximè nobilitavit implacabile Iunonis odium, quæ quòd ex pellice natus esset, perdere illū cupiens, novis semper monstris objecit: quæ res expectationē ejus maximè fefellit. Ille enim semper victoriam referens, immortale sibi decus peperit, adeò ut illa priùs jubendo, quàm hic laborādo defatigaretur. Quò factum est ut licet multi fuerint Hercules, qui variis temporibus floruerint, omnes heroica virtute, rerumq; gestarū magnitudine insignes, tamē huic uni reliquorum omnium labores tribuantur: quorum quando nusquam nō mentio occurrit, visum est, celeberrimos aliquot subjicere. Primò itaq; quum adhuc in cunabulis jacēret, geminos angues à Iunone immissos elisit. II. Thespitii filias numero quinquaginta adhuc puer, sed corporis robore præstans, una nocte compressit, suscepitq; quinquaginta filios, quos Thespiadas vocaverunt. III. Iam adultus hydram colubris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppressit. IIII. Cervam aëripedem, aureaq; habētem cornua, in Mænalo monte cursu comprehendit, atque interfecit. V. In Nemea sylva juxta Cleonas inusitatæ magnitudinis leonem jugulavit, & detractam pellem pro insigni gestavit. VI. Diomedem Thraciæ regem, qui equos suos hospitum carnibus & sanguine pascebat, devicit: victumq; ipsius equis in pabulū dedit. VII. In Erymantho Arcadię monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum devastantem, cepit, eumq; vivum ad Eurystheū attulit. VIII. Stymphalides aves sagittis, ut quidā volunt, interfecit, ut alii, sonitu ahenei crepitaculi usq; ad insulam Aretiada fugavit. IX. Taurum (cui Neptunus furorem immiserat, eò quòd Minos Neptuno sacrificaturus, optasset victimā majestate illius dignam: cui quum pulcherrimus taurus ab eodē deo fuisset oblatus, ipsum Minos servare voluisset) insulam Cretam ferè totam devastantem domuit, eumq; vinctum ad Eurystheum attulit: qui postea eum Atticæ regioni immisit, cui plurimum damni intulit: sed à Theseo interfectus fuit apud Marathonem, ut canit Ovid. lib. 7. Metamor. X. Acheloum superavit, ut supià dictum est. XI. Busiridē Aegypti regem hospites suos mactantem occidit. XII. Antęum gigantem in Libya lucta victum suffocavit. XIII. Calpen & Abylam montes antea conjunctos, divisit. XIIII. Aurea mala in Hesperidum hortis, interempto priùs draconе pervigili, qui ea custodiebat, sustulit. XV. Cœlum jam fesso & succumbente pōderi Atlante, humeris tulit. XVI. Geryonē Hispaniæ regem tricorporem bello superavit, ejusq; armenta abduxit. XVII. Cacum latronem, Vulcani filium, semihominem, & flammivomum oppressit. XVIII. Lacinum latronem, extremam Italiæ oram infestantem sustulit, ibiq; Iunoni templum constituit, quod Laciniæ appellavit. XIX Albionē & Bergionem iter ipsius impedientes, haud lōgè ab ostio Rhodani, à Iove patre lapidum imbre adjutus, devicit. XX. Pyrechmum Euboiæ regem Bœotiis bellum inferentem profligavit, eumq; pullis equinis alligatū in diversas partes discerpsit. XXI. Centauros domuit. XXII. Augiæ stabulū repurgavit: vide suprà. XXIII. Hesionem Laomedontis filiam monstro marino expositam liberavit, occiso priùs ceto. Sed quum Laomedon equos prę stantissimos in præmium illi pollicitus, denegaret, Hercules indignatus, Trojam evertit: & occiso rege, Hesionem Thelamoni, qui primus murum cōscenderat, in prædæ partem concessit. XXIIII. Diripuit insulam Cōn, regemq; Eurypylū cum uxore & liberis trucidavit. Vide suprà in dictione Cōs. XXV. Amazones debellavit, earumq; reginam Hippolytem cepit, cui baltheum abstulit. Eurystheoq; regi tradidit: captam verò Amazonem Theseo bellorum socio dedit. XXVI. Ad inferos descendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena vinctum ad superos traxit. Sūt qui dicant Herculem etiam adjuvasse Theseum in rapienda Proserpina: alii solum Theseū eam eduxisse ad superos, Ditēq; vulnerasse. XXVII. Alcestim Admeti regis cōjugem ab inferis ad virum reduxit. XXVIII. Ab inferis reversus, Lycum Thebarum regem, eò quòd Megaræ conjugi vim voluisset inferre, interemit. XXIX. Aquilam quæ Promethei in Caucaso religati perpetuò renascens jecur excedebat, sagittis trajecit. XXX. Cygnū Marti filium equestri certamine vicit. XXXI. Occidit Theodomantem, quòd ei cibum denegasset: illiusq; filium Hylam sibi charissimum, secum abduxit. XXXII. Cecropas vicit, dum Omphalæ Lydorū reginæ serviret. XXXIII. Pylum diripuit, ejusq; regē & Neleū cum tota domo, præter Nestorē trucidavit: insuper Iunonē Neleo opem ferentem telo trisulco vulneravit. XXXIIII. Eurytū Oechaliæ regem occidit, ipsamq; Oechaliam urbem delevit, & Iolen Euryti filiam sibi in uxorem denegatam, (quam tamen parens antea ei despondērat) vi obtinuit, eamq; secum in Euboeam abduxit. Quod quum Dejanira conjux resciviſſet, maritum suum Ioles amore detineri, per Lycham servum vestem illi misit Nessi Centauri sanguine infectam, futurum rata ut ea ratione languentem viri amorem excitaret, eumque ab aliis avulsum, ad se unam revocaret, quemadmodum Centaurus ipsi persuaserat. Quum itaq; Hercules vestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem versus est, ut constructa pyra seipsum combusserit. Post mortem verò in deorum numerum relatus est. Habentur & aliæ res ab eo gestæ apud Diodorum Siculum: quas si quis volet, inde petat. ¶ Herculis cothurnos aptare infanti, à Quintiliano lib. 6, de perorat. dicuntur qui minimis applicant maxima, quæ nequaquam vel congruant, vel deceant: veluti si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. ¶ Hercules & simia, ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. De minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Fruſtrà Herculi, Εἰκῇ τῷ ἡρακλεῖ, subaudi calumniam struxeris. De iis dici consuevit, qui sic omnia sua negotia gerunt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Convenit et in vehementer laudatum, probatumque, aut in præpotentem, quem insimulare tutum non sit. ¶ Hercules hospitatur, ἡρακλῆς ξενίζεται. Dictitatum ubi quis diutiùs in convivio commorari videretur: propterea quòd qui recepissent Herculem hospitio, convivioq;, his multum temporis erat operiendum, donec ille satur esset.

Hērcŭlis portus, ἡρακλείους λιμήν: Vulgò, *Portohercule*. Oppidum est in ora Liguſtica, cum portu, apud Ptolemæū lib. 3. cap. 1, & apud Plin. libro 3. capite 5. ¶ Est & Herculis portus in littore Brutio, non procul à Metauro fluvio: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Hērcŭlĕus, a, um, pen. corr. quanquam Græcè ἡρακλειος cum ει diphthongo in pen. efferatur. Est autem propriè nomen possessivum, significans id quod ad Herculem pertinet: ut, Clava Herculea. Labor Herculeus. Horat. li. 1. Carm. Perrupit Acheronta Herculeus labor: id est, labor ipsius Herculis. Nonnunquam Herculeos labores, ἡρακλείους πόνους, partim proverbiali hyperbole pro immensis & penè insuperabilibus laboribus accipimus, quiq; vires desiderent Herculeas: quemadmodum usurpavit Catul. - sed te, *inquis*, quærere, jam Herculis labor sit. Item Propert. Deinde ubi perculeris, quos dicit fama labores Herculis. Item Herculei labores dicūtur, qui sunt ejusmodi, ut aliis quidem maximas adferāt commoditates, cæterùm autori suo nihil fermè fructus adducant, præter aliquantulū famæ, plurimum invidiæ. ¶ Herculeus nodus. ἡρακλειον ἄμμα, proverbii item speciem habet pro nodo indissolubili. ¶ Herculeus morbus, ἡρακλεως νόσος, dicitur quē comitialem: alio nomine vocamus, quòd Hercules morbum hunc aliquando passus credatur.

Hērcŭlĕē, ἡρακλέως: pro fortiter dixit Cic. lib. 8. ad Atticū: Nunc ferè etiam Herculeè: Sed Meherculè est legendum.

Hērcŭlānŭs, na, num, Nomen possessivum, ἡρακλεως. Gell. lib. 1. cap. 1: Comprehensa, *inquit*, mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Herculaneæ formicæ, Plin. lib. 30. cap. 4. Herculaneæ urticæ genus odorem fundens, Plin. lib. 21. cap. 15. ¶ Herculani lecti, ἡρακλειοι στρώμναι, dicebantur molles ac delicati. Athen. lib. 12.

Hercŭlĕum, ἡρακλειον, Promontorium est, non longè ab Leucopetra dissitum. Autor Strab. lib. 6.

Hercynia sylva, [ἑρκυνία Straboni. Vulgò in nonnullis locis vocatur Schwartzwaldt: in nonnullis nominis antiqui vestigiū retinens Hartzwaldt. Pol. *Cæsaris lex.*] est omnium Germaniæ sylvarū longè maxima, quam Cæs. lib. 6. Comment. describit his verbis: Hujus Hercyniæ sylvæ quæ suprà demonstrata est, latitudo novē dierū iter expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neq; mensuras itinerū noverunt. Oritur ab Helvetiorū, & Nemetū & Rauracorū finibus, rectaq; fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsùs diversis à flumine regionibus, multarumq; gentium fines propter magnitudinem attingit. Neq; quisquam est hujus Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium ejus sylvæ dicat, quum dierum iter XL. processerit, aut quo ex loco oriatur acceperit. Plura de Hercynia sylva vide eodē loco apud Cæsarem.

Hĕrĕbŭs, pen. corr. [ἔρεβος. Pol. *Pekl'o.* Vn. *Pokolnak mélysége.*] profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione EREBVS.

Hērillŭs, ἥριλλος, Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Meminit ejus Cic. lib. 4, Acad. & 2, de Finibus.

Hērmæă, æ, ἑρμαῖα, Promontoriū Africæ propriè dictæ, apud Ptolemæum lib.4.cap.3.

Hērmăgŏrās, ἑρμαγόρας, Carion cognominatus, Rhetor egregius ex Temno Aeolidis civitate. Scripsit artem rhetoricā libris sex, de Cultu oratoris: de Decoro: de Elocutione: de Figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, deceſſitq; ſenex. ¶ Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philoſophus, diſcipulus Perſei, qui plures ſcripſit dialogos. Autor Suidas. Hermagoras philoſophus & orator apud Ciceronem de Claris Oratoribus.

Hērmāndūrī, ſive Hermunduri, Germaniæ populi Cheruſcis finitimi, eo in tractu quem hodie *Miſniam* vocant. Meminit horum Plin.lib.4.cap.14.

Hērmăphrŏdītŭs, pen.prod. [ἑρμαφρόδιτος. Ger. Ein Sohn *Mercurii* vnd *Veneris*.] Mercurii & Veneris filius: ut ex ipſa ſtatim vocis compoſitione apparet. Nam Mercurius ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. Hic quum errabundus in Cariā ad limpidiſſimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, perveniſſet, illa ſubitò ejus amore correpta (erat enim adoleſcens formoſiſſimus) quum neq; blanditiis, neq; precibus ad concubitum flecti poſſet, ſimulato receſſu poſt vepres latuit. Is autem Nympham abiiſſe ratus fontem nudus intravit: quod videns Salmacis, ſubitò accurrit, & abjectis veſtibus arctiſſimè eum complexa eſt. Sed quum ne tunc quidem obſtinatum exorare poſſet, à diis petiit ut duo corpora illorum in unum redigerētur. Cujus precibus exauditis, ambo in unū corpus coaluerunt, in quo ſexus uterque remanebat integer. Quod quum vidiſſet Hermaphroditus, à ſuperis petiiſſe dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος: id eſt, utrunq; ſexum adeptus, exiret. Hinc omnes Androgyni vocati Hermaphroditi.

Hermeās, ἑρμείας, Inſignis belli dux fuit, teſte Polybio, cujus ſtrenua opera ad res maximas uſus eſt Antiochus: à quo tamen poſtremò ob ſuſpicionem affectati regni, cum uxore & liberis eſt occiſus.

Hērmĕnĭī, Populi Moſchorum ſunt prope Colchos, Perottus.

Hērmēs, Triſmegiſtus, [ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος. Ger. Ein hertzlicher Philoſophus in Egypten/bald nach den zeiten Moſis.] Philoſophus in Aegypto poſt Moſen clāruit, eo tempore, quo Philoſophiæ ſtudia in Aegypto cœperūt efflorescere: quum antea tantùm circa Aſtronomiam & Mathematicas diſciplinas verſarentur, quæ ad exercendum ingenium magis, quàm ad illuſtrandum animum valent. Scripſit lingua patria dialogum, in Latinum ſermonem poſtea converſum, ubi Aſclepius introducitur. Deum omninò unum opinatur, omnium conditorem, erroremq; fatetur parentum, qui ſuperſtitiones idolorum invenerunt. De hoc plura apud Suidam & Auguſtinū, de Civit. Dei. ¶ Hermes alter item philoſophus Aegyptius, auditor Syriani ſophiſtæ, condiſcipulus Procli ſub Adriano principe, vir non minore juſtitia, quàm doctrina præditus. Moriens juravit & immortalem ſe eſſe & incorruptibilem animum habere. Hæc Suidas.

Hermēs, [ἑρμῆς. Ger. Mercurius der Sendgott vnd Dolmetſch der Götteren.] Dicitur à Græcis quem nos *Mercurium* vocamus: ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας: hoc eſt, ab interpretatione, quòd nuntius, & interpres deorum habitus ſit. Servius in illud Virg.4. Aeneid. Nūc etiam interpres divûm, Iove miſſus ab ipſo. Hermes, *inquit*, Mercurius dictus eſt, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας: id eſt, à ſermone. Præſtabat enim eloquentia: quem effingebant alas in capite & pedibus habentem, quòd ſermo hominum per aëra volitet. Vide infrà in dictione MERCVRIVS.

Hermĭŏnă, pen.prod. ἑρμιόνη. Oppidum Peloponneſi maritimum, ad ſinum Argolicum ſitum, non procul à Phliunte, Iunonis templo nobili. Virgil. in Ciri: Hinc ſinus, hinc ſtatio cōtrà patet Hermioniæ, Verſus eſt ſpondaicus.

Hērmĭŏnē, pen.corr. [ἑρμιόνη. Ger. Die Tochter des Königs *Menelai* von der ſchönen Helena erboren.] Filia Menelai ex Helena, admodum formoſa, militante patre apud Trojam, Oreſti Agamemnonis filio deſponſata fuit: ſed hanc Menelaus hujus rei inſcius apud Trojam promiſit Pyrrho Achillis filio. Qui domum reverſus, quum Aegiſthus regiam, occiſo Agamemnone, occupaſſet, atque Oreſtes ad Strophium Phocenſium regem Electræ ſororis auxilio clàm ablegatus eſſet, Hermionē reluctantē vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris conjuge, quæ illi in ſortem ceſſerat, quamq; pro uxore habuerat, Heleno vati, filio Priami. At Oreſtes poſito furore, quo ob interfectam à ſe matrē cruciabatur, ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidavit, ſuamq; ſponſam recepit. Virg. lib.3. Aen.-qui deinde ſequutus Ledæam Hermionem Lacedæmonioſq; hymenæos, *&c.*

Hermĭŏnēs, populi ſunt in finibus Germaniæ. Autor Pompon.lib.3. Vadianus arbitratur eos eſſe, quos hodie *Pomeranos* vocant. [Ger. Die Pommeren vnd Mechelburger.]

Hērmīppŭs, ἕρμιππος, Athenienſis Poëta fuit, antiquæ Comœdiæ ſcriptor, altero captus oculo, frater Myrtili comici. Scripſit fabulas XL. ¶ Fuit item alter Hermippus Berytius, diſcipulus Philonis Byblii, qui multa compoſuit ſub Adriano principe. Vide Suidam.

Hērmocrātes, ἑρμοκράτης, Nobilis ſophiſta tempore Severi principis: à quo coactus, filiam Antipatri magiſtri epiſtolarum, infelici forma puellam, duxit uxorem, quam poſtea repudiavit.

Hērmĭās, ἑρμίας, Evnuchus, trapezitæ cujuſdā famulus, Athenas profectus, Platonē, Ariſtotelemq; audivit: & domū reverſus cum domino ſuo Atarnenſes & Aſſenſes aggreſſus, ſubegit, & illis ſimul cum domino imperavit. Ex Suida.

Hērmĭnĭŭs, [Ger. Ein Hauptmañ der Teütſchen / ſo Varum mit ſampt dreyen Legionē / vom Keyſer *Auguſto* vber ſie zu einem Zuſatz geſetzt / gar erſchlagen haben.] Germanorum dux fuit, qui Varum Auguſti legatum cum tribus legionibus ad internecionem cecidit: cujus cladis meminerūt Suetonius in Auguſto, & Tacitus de rebus Germanicis. ¶ Fuit etiam hoc nomine Romanus quidā fortiſſimus, unus ex iis, qui unà cū Coclite Hetruſcis in ponte Sublicio reſtiterūt, donec à tergo ſolveretur Liv. lib.1. ab Vrbe condita. ¶ Eſt præterea nobilis cujuſdam Hetruſci nomen, apud Virg.11. Aeneid. ingentem corpore & armis Dejicit Herminium.

Hērmŏdōrŭs, pen. prod. ἑρμόδωρος, Fuit philoſophus Epheſius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconſultus tradit autorem fuiſſe Decemviris ferendarum legum XII. tabul. Plin.lib.34 cap.5, dicit hunc fuiſſe interpretem legum Decemviralium, eiq; ob id ſtatuā publicè dicatā. Cicer 5. Tuſc. quæſt. Eſt illud ſcitum apud Heraclytum Phyſicū, de principe Epheſiorum Hermodoro. Vniverſos ait Epheſios morte eſſe mulctandos, quòd quum civitate expellerent Hermodorum, ita loquuti ſunt: Nemo de nobis unus excellat: ſiquis extiterit, alio in loco, & apud alios ſit. Eadē ferè refert & Strabo lib.14. ¶ Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui vitio datū eſt quæſtui philoſophiā habuiſſe, dicta quę ſub præceptore audiverat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. ¶ Hinc locus factus proverbio: Verba importat Hermodorus, λόγους γὰρ Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. In eum dicebatur, quā præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba vendūt pecunia: quod in poëtas, advocatos, fumi venditores, atq; in id genus homines rectè dici poterit.

Hērmŏdŏtŭs, ἑρμόδοτος, Poëtę nomen, cujus aliquoties meminit Plutarchus.

Hērmŏgĕnēs, pen. corr. ἑρμογένης, Tarſenſis Sophiſta fuit, in pueritia tāto diſſerendi acumine, ut natus annos nō amplius xv, fama ſui nominis M Antonium principem ad auditorium exciverit, ab eoq; non pœnitenda tulerit munera. Accedente verò ætate, tāta illi obortа eſt ſtupiditas, ut omnibus eſſet ludibrio. Nam Cratillus ad nomen ejus alludens dicebat, eum à patre degenerare, quòd quū Hermogenes eſſet: hoc eſt, Mercurio genitus, nullā tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autem Sophiſta cavillabatur, eum in pueritia fuiſſe ſenem, in ſenectute puerum.

Hērmŏlāŭs, ἑρμόλαος, Byzantinus Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Vrbibus ad Iuſtinianum Cæſarem ſcripſit epitomen. Suidas. ¶ Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum conjuravit. ¶ Alius item apud Plin. lib.36. cap.5. ſtatuarius, inter eos qui ædes principum ſignis nobilibus ornarunt.

Hērmōn, nomen Hebraicum, quod interpretatur lignum exaltatum, mons longè diſjunctus ab Ieruſalem trans Iordanem. Hermon ἑρμών, etiam dicitur piſcatorium in Peloponneſo.

Hērmōnāſſă, ἑρμώνασσα, inſula parva in Cimmerio Boſphoro, urbem habēs Ionum Coloniam. Stephan. ἑρμώνακτα vocat. Strabo Hermonactis vicum: Menippus regiunculam: Trapezuntius, Hecateus & Theopompus civitatē eſſe dicūt. Steph. Adjacet Tauricæ. Plin.lib.6.cap.6.

Hērmōnthĭs, ἑρμωνθίς, Vrbs Aegypti, Steph. ubi Iupiter, Apollo & Iſis coluntur,

Hērmŏpŏlĭs, ἑρμοῦ πόλις Stephano. Latinè Mercurii civitatem ſonat, urbs eſt Aegypti in præfectura Sebenitica, ubi Pan colitur & hircus. Autor Strabo, lib.17. vide Volaterr. lib.12. Herodianus duas eſſe ſcribit, magnam & parvam, & tertiam in Aegypto, & quartam, καὶ ἑπτάμυριν, & quintam in fluvio, & ſextam in Co inſula, ſeptimam in Arcadia. Steph.

Hērmŏs, ἕρμος, τό, vicus in Tribu Acamantidæ. Steph.

Hērmŏtymbĭēī, ἑρμοτυμβιεῖς, pars bellicoſorum in Aëpto, dicuntur & Labarei, Steph.

Hermupedion, ἕρμου πεδίον, locus apud Cumam. Steph.

Hermus, ἕρμος, Fluvius Minoris Aſiæ, aureas arenas trahens. Oritur juxta Dorylaum Phrygiæ civitatem: auctoq; Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandemq; in Phocaicum ſinum illabitur.

bitur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29. & Strab. lib. 13. Virgil. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.

Hernĭci ἕρνικες, Populi in Campania saxa incolentes: unde & nomen acceperunt. Nam hernias Sabini saxa vocant. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgo ipsorum duce. Horum metropolis est Anagnia: Virgil. 7. Aeneid. & roscida rivis Hernica saxa colunt, quos alma Anagnia pascit.

Hērŏdes, [ἡρῴδης. Ger. Ein König von den Römern vber die Juden verordnet.] Antipatri Idumæi filius, anno decimo Augusti rex Iudęorũ à Romanis declaratus est, regnavitq; annis XXXVII. Hic vir strenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eamq; in honorem Augusti σεβάστην hoc est, Augustam appellavit. Crudelissimus tamẽ fuit, quippe qui multos injustè occiderit. Nam omnes legis interpretes, & parvulos Bethlehemitas gladiis interemit. ¶ Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert Lucas in Actis Apostolorum, quum ad populum concionem haberet, acclamante concione: Vocem Dei esse illam, non hominis: ab irato Deo, cujus honores sibi vendicabat; percussus, scatentibus toto corpore vermibus, miserando genere lethi periisse. ¶ Fuit alius Herodes Antipas, hujus filius, præfectus Galilææ, post Archelaum, qui impiissimus etiam fuit. Nam in cives sicarius, in nobiles latro, in socios populator habitus est, uxorem Philippi fratris duxit; Ioannem Baptistam occidit, & Dominũ nostrum illusum Pilato remisit: tandem Lugdunum à Cajo Cæsare relegatus, ibi vitam finivit. ¶ Quartus Herodes dictus Agrippa, Aristobuli filius, qui Iacobum occidit. ¶ Alius Herodes, fuit Atticus, qui Græca oratione (inquit Gellius) fere universos gravitate, atque copia, elegantiaq; vocum longè præstitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Aeacidarum sanguine ducebat, patre Attico, cui divitiarum initium ex thesauro prope domum reperto fuit. Hujus Herodis vitam vide apud Philostratum.

Hērōdĭānus, ἡρωδιανός, Alexandrinus grammaticus, Apollonii etiam grãmatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonio imperatore. Scripsit de arte grammatica: præterea Cæsarum historiam à Commodo Marci filio usque ad Gordianum, ejus Gordiani nepotem, qui Maximino successit. Autor Suidas.

Herŏdŏtus, pen. corr. [ἡρόδοτος. Ger. Ein Griechischer Hystoryschreiber.] Historiographus Græcus, quem Cicer. lib. 2. de Legibus patrem historiæ appellat. Hunc Halicarnassæum fuisse autor est Suidas, claroq; apud suos genere ortum. Floruit tempore Cyri Persarũ regis tyrannis omnibus infensissimus. Quare, quũ patriam à Lygdamo Tyranno quodã videret occupatam, secessit in Samum: eoque extincto, quum ad suos rediisset, invidiæ obnoxius factus, sponte Thurium Athenensium coloniam in exilium profectus est: ubi etiam mortuus esse dicitur, & sepultus. Scripsit historiarũ libros novem, quorum singulos singularum Musarum nomine inscripsit.

Hērōn, ἥρων, Atheniensis orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem & Thucydidem. Autor Suidas.

Hērŏphĭlă, ἡροφίλα, Proprium nomẽ fuit Sibyllæ Eretriæ, quę Tarquinii Superbi tempore Romam venit, tresque secum libros attulit: heroico carmine conscriptos: quorum nomine quum magnam pecuniæ summam à rege petiisset, nec obtinuisset, duos exussit: unius q; qui reliquus erat, nomine tantundem obtinuit, quantũ paulò antè pro tribus popposcerat. Autor Suidas.

Hērŏstrătus, pen. corr. [ἡρόστρατος. Ger. Ein vber Schelmshalß der den wunder herrlichen Tempel der Göttin Dianæ zu Epheso angezündet hat/vnd damit ein namen schöpffen wöllen.] Ephesius homo ignavus fuit, & scelestus, qui celeberrimum illud Dianę Ephesiæ templum suis manibus incendit, ut ea re nominis immortalitatem sibi compararet. Ephesii autem ne speratum ex scelere fructum consequeretur, severissimis edictis caverunt, nequis eum unquam nominaret: non tamen efficere potuerunt, ut nomen illius ad nos non perveniret: ut scribit Strabo libro 14.

Hērsĭlĭă, ἑρσιλία, Nomen uxoris Romuli, quam Ovid. 14. Metamor. fabulatur, post mariti ἀποθεοσιν, & ipsam deam factam, communia cum Quirino templa habere, mutatoq; nomine dictam esse Oram.

Hēsæ̆nus, ἡσαῖνος, Mons qui Pannoniã & Mediam distinguit, in quo feram Monopem reperiri ajunt, Aristoteles ab initio mirabilium narrationum. Alibi tamen lib. 6. historiæ Mesappus legitur montis illius nomen.

Hesaĭas, ἡσαΐας, nomen prophetæ proprium, qui nobili genere ortus in Ierusalem prophetavit, nihil rusticitatis in sermone habens, qui nõ tàm propheta, quàm Evangelista fuit. Universa enim Christi, ecclesiæq; mysteria ad liquidum prosequutus est, ut non putes eum de futuro, sed de præterito historiam texere. Tandem sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit. Vide Hesychium.

Hēsĭŏdus, pen. corr. ἡσίοδος, Poëta vetus, ex Ascra vico Bœotiæ: unde & Ascræus dictus est, Homeri (ut creditur) coætaneus. Hic primus de agricultura versibus scripsit, quẽ Virgilius imitatus est. De morte ejus scribit Plutarchus in convivio septẽ Sapientum, apud Nemeum Locricũ occisum fuisse à Locensibus quibusdã adulescentibus, cum quorũ sorore clàm rem habebat hospes quidam Milesius, quo Hesiodus familiarissimè utebantur. Suspicati itaq; fratres puellę, Hesiodum ab initio rei totius consciũ fuisse, dispositis insidiis eum trucidarunt, & in mare abjecerunt. Corpus autem à delphinis protinùs acceptum, ad Rhitum Molytritum est advectum. ¶ Hesiodi senecta, ἡσιόδου μακρόγηρως: Longæva, vivaxq; sic appellabatur. Fertur enim de Hesiodi longævitate Pindari epigramma hujusmodi: χαῖρε δὶς ἡβήσας, ὦ δὶς πάρος ἀμπολήσας Ἡσίοδ' ἀθρώποις μείζονι φωτὶ ἐοικὼς σοφίης.

Hēsĭŏdĭus, a, um, Quicquid Hesiodi est. Cic. in Bruto: Illud Hesiodium laudatur à doctis, quòd, &c.

Hēsĭŏnē, ἡσιόνη, Laomedontis regis Trojæ filia, & Priami soror, quam Hercules à Pistricis mõstri periculo liberatam, uxorem dedit Telamoni.

Hēspĕrĭæ, ἑσπερίαι, duæ sunt, una quæ Hispania dicitur, altera Italia, quę sic discernuntur: aut enim Hesperiã solam dicimus. Virgil. 1. Aeneid. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Aut addimus extremam, vel ultimã, & significat Hispaniam, quæ in Occidentis est fine. Horatius lib. 1. Carm. Qui nunc Hesperia victor ab ultima. Et hæc ab Hespero Occidentali stella dicta est: Italia verò ab Hespero Atlantis fratre, qui à germano pulsus, Italiã tenuit, & ei nomen vel suum, vel suæ pristinæ regionis imposuit. Macrobius tamen voluit Hesperiam dictam esse Italiam, quòd Occasui subjecta sit.

Hespĕrides, pen. corr. ἑσπερίδες. Ger. Des Atlantis Bruders Töchteren / welche Gärten gehabt haben / in denen Bäwm gewesen sind so guldine Apffel getragen haben.] Appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ, Aegle, Aretusa, & Hesperetusa, quas Poëtæ fabulantur habuisse hortos, nemore aurifero pretiosos, ubi erat draco custos pervigil, mala aurea vigilanter observans, quem interfecit Hercules, pomaq; aurea retulit ad vitricum Eurystheum. Plinius & Solinus interpretantur fuisse æstuariũ maris, meatu flexuoso instãr draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur, ubi præter oleastrum, aliud nihil ex celebri illo autifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oves significari dicit, quas Hercules ex Africa in Græciam exportaverit: nã μῆλον apud Græcos significat ovẽ & pomũ. Hinc Melotæ, μηλωταὶ dictæ vestes ex pellibus ovium confectæ. Aliter tradit Diodorus lib. 5. Bibliothecæ, quem videre potes. ¶ Hesperidũ mala largiri, μῆλα ἑσπερίδων δωρεῖσθαι, dicũtur, qui magna, splendidaq; largirentur.

Hespĕrium, ἑσπέριον, Promontorium in Africa est, navigatione decem dierum ac noctium distans à monte, quem Θεὸν ὄχημα vocant Græci. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

Hēspĕrŭs, pen. corr. [ἑσπερος. Ger. Der Bruder des Königs Atlantis.] Atlantis frater, unde Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis, ad cursus astrorum observandos, & nunquam deinde comparuisse: cui vulgus honores divinos exhibuit, astrumq; lucidissimũ ejus nomine appellavit. Virg. Aegl. 7: Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. Hæc etiã Serotina stella, & Vesper dicitur, & Vespertigo, & Lucifer, & Venus: de quibus suo locò. [Pol. Zwierzęca gwiazda. Vng. Est haynal tsillag Ang. The euening starre, the euening, or euentide.] Hujus meminit Cic. lib. 2. de Nat. deor. Infima est, inquit, quinq; errantium, terræq; proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem, Hesperus.

Hessēnī, Populi Palæstinæ, sine ulla fœmina viventes, & omni Venere abdicati. Autor Plin. lib. 5. cap. 17. Apud hos capitale erat columbas interficere. Quare tàm cicures factæ tradũtur, ut etiam ad ignotissimum quẽq; advenarum advolantes, ora rostro velut exoscularentur. Ad hoc alludit Tibul. lib. 1. Eleg. Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes Alba Palæstinus sancta columba viris?

Hestĭæ̆ă, ἑστίαια, Eubœæ oppidum, quod Plinius ab uvarũ copia πολυστάφυλον cognominat. ¶ Est & ejusdem nominis oppidum in Acarnania, teste Stephano. ¶ Pars item quædam Thessaliæ à Strabone, lib. 13, Hestiæa appellatur.

Hēsўchĭus, ἡσύχιος, Milesius historicus tẽpore Anastasii principis. Scripsit historiarum libros sex de Romanorũ, aliarumq; gentium principibus: item Dictionarium, quo se usum fatetur Suidas.

Hētrurĭă. [Ger. Ein herrliche Landtschafft in Italien / heißt jetzt Toscana, welcher Hauptstatt ist Florentz.] Regio est Italiæ ad primam usq; Tyberis ripam protensa, Macra fluvio à Liguria discreta. πτόλις Stephan. cujus hodie præcipua metropolis est Florentia. Dicta est autem Hetruria, quasi ἑτερουρία, διὰ τὸ ἑτέρους

ἔθνος: eò quòd extendebatur ad alteram ripam Tyberis: qui est terminus inter Latium & Hetruriam. Alii dictam Hetruriã autumant ab ejusdem regionis oppido Atria, quam Diomedes condidit, & Aethrian primò nominatam scribit Stephan. Vel ἀπὸ Τυρρηνοῦ αὔσπεως ἀοσεῖν, propter auguriorum peritiam: quia de cœlo servantes exercent æthera Parras. Claruit olim maximè aruspicina, quam Tages ex hac regione oriundus primus invenerat.

Hetruſci, Regionis ejus incolæ, τυρρηνοί. Martialis: Quantum solicito fortuna parentis Hetrusco.

Hexagon, teste Plinio, lib. 28. cap. 3, Legatus Oblogenum (qui populi sunt in Cypro) à Consulibus Romę in dolium serpentium conjectus, experimenti causa, circũ mulcentibus linguis miraculum præbuit.

H ante I.

Hĭărbās, ἰάρβας, Iovis filius, ex Garamantide nympha, & Getulorum rex: qui quum ab Elisa, quam in matrimoniũ petierat, repulsam tulisset, ira commotus, nascentĩ adhuc Carthagini Bellum intulit, Cujus belli metu quum illa à civibus suis cogeretur Hiarbę nubere, impetrata mora, ut Sichæi prioris mariti manes placaret, seipsam in pyram, quam tanquam sacrificaturã, extruxerat, conjecit, maluitq; se cõburere, quàm secũdas nuptias experiri. Docti scribunt Iarbas sine aspiratione.

Hĭĕrā, [ἱερά. Vulgò Syda. Ger. Ein Insel zwischen Sicilien vnd Liparam / in deren Vulcanus sein Schmitten gehabt hat.] Insula inter Siciliam, & Liparam, Vulcano sacra, una ex Aeolis. In hac vetustas Vulcani officinã fuisse credidit, quòd nocte cerneretur ignis plurimum, interdiu fumum copiosissimũ emitteret. Vide Thucydid. lib. 3. ¶ Fuit & via sic dicta in agro Attico, quòd ea irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem. ¶ Hoc nomine etiam appellata est uxor Telephi regis Mysorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem, qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (ut fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, ut etiam Helenam superaret.

Hĭĕraea, ἱεραία, exigua regio Libyæ in Cyrene, Steph.

Hieracome, Vide HIEROCOMITAE.

Hĭĕrānā, ἱερανία, in mari Cretico est, & alia Aegypti, Steph.

Hieraphe, ἱεραφία, insula Libyæ, Steph.

Hierapytna, ἱερὰ πύτνα, Vrbs Cretæ, quæ priùs Cyrba, deinde Pytna nominabatur, postea Camyros, postremò Hiera Pytna, inde Hierapytnius.

Hĭĕrăpŏlĭs, pen. corr. ἱεράπολις, Civitas Asiæ, contra Laodicæam, ubi aquæ, calidæ scaturiebant, quæ in tophum admodum facilè durabantur. ¶ Est præterea Hierapolis aliis miraculis insignis. Præcipuè verò admiratione dignum videri potest, quod de Plutonio ore tradit Strabo lib. 13, in collis Hierapoli imminentis fastigio, puteũ esse semijugeri magnitudine, tàm pestilentes exhalantẽ nebulas, ut omnia animalia septũ ingressa protinùs extinguat, quũ tamen vicinus aër sit innoxius. Strabo ipse se aliquando passeres intra septũ hoc immisisse testatur, qui statim mortui cõciderunt. Autor est præterea idem Strabo, circa Hierapolim aquã esse adeò tingẽdis lanis idoneã, ut ex radicibus tinctæ, cum iis decertarent, quæ ex purpura tingebantur. ¶ Dicta est aũt Hierapolis, teste Stephano, à multitudine sacrorũ, sive templorum, quæ Græci ἱερὰ vocant. Hujus oppidi incolæ, Hierapolitæ, ἱεραπολῖται, dicuntur. ¶ Secunda est Cretæ: tertia Syriæ: quarta Cariæ.

Hĭĕrī, Populi sunt ultra Sauromates, calvi & simi à nativitate omnes, & promiscuè barbã habentes. Qui ideò ἱεροὶ: id est, sacri dicuntur: quia nihil injustè agunt, nec bella norunt.

Hĭĕrĭcūs; untis, [ἱεριχώ. Ger. Hiericho / ein Statt im Jüdischen Landt.] Oppidum Iudææ, inter Hierosolyma & Iordanem sitũ, palmetis circunquaq; consitum & fontibus irriguum. Vide Plin. lib. 5. cap. 14.

Hĭĕrōn, ἱερὼν, Syracusanorum quondam tyrannus, qui mansuetudine & lenitate, itemq; corporis pulchritudine, & viribus adeò præstitit, ut omnibus penè miraculo esset: vide Iustinum lib. 23. ¶ Hiero alter Ferreus cognomento, Athenienſis, familiaris Niciæ ducis Athenienſis, unaq; cum eo disciplinis eruditus: poëmata nõnulla conscripsit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem suam perveniſſe testatur.

Hĭĕrŏcōmĭtae, ἱεροκομῖται, Populi ab Hieracome civitate Cauæ. Autor Polybius.

Hĭĕrōnўmŭs, [ἱερώνυμος. Ger. Ein Gotts verstendiger Lehrer der Kirchen / von Strydon bürtig. Pol. Geronim. Vng. Cremos.] Proprium nomen doctoris Ecclesiastici, cujus opera in pretio habentur. Latinè sacrũ nomen interpretari possumus, quasi ἱερὸν ὄνομα, o parvo in y commutato. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus ex Rhodo insula, qui finem summi boni posuit in indolentia, quæ Græcè dicitur ἀοδυνησία. ¶ Alius præterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrãnus, Hieronis filius, qui patri admodũ puer successit. Quapropter pater ei metuẽs, relictis tutoribus XV I, mandavit moriẽs, ut fidem erga popul. Roman. annos quinquaginta ab se cultã, inviolatam servaret. Hic postea abjecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatione, luxuriosiùs & arrogantiùs agendo, à Romanis desciscit, Annibaliq; adhæsit. Quibus superbè nimis in cives sese haberet, ab iisdem interfectus est, Autor Liv. lib. 24. ¶ Hieronymus historicus Rhodius familiaris Demetrii Poliocretis, relictusq; ab eo præfectus in regione Bœotiæ, scripsit res ab illo gestas, ut scribit Plutarch. in Demetrio.

Hieros colpos: id est, sacer sinus, prope Aradum civitatem est, Stephan.

Hĭĕrŏsŏlўmă, [ירושלם jeruschalájim. ἱεροσόλυμα. Ger. Jerusalem die Statt Gottes / ein Hauptstatt des Jüdischen Landts. Vn. Ierusálem.] Hierosolymæ, & Hierosolyma, Hierosolymorum, & Hierosolymæ, Hierosolymarum, numero plurali: urbs Iudææ, totius Orientis clarissima, quæ & Hierusalem vocabatur. Cic. pro Flacco: Quũ aurum Iudæorũ nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret, hic Cn. Põpeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Suet. in Nerone: Spoponderũt tamen quidẽ destituto ei gubernationem Orientis & regnũ Hierosolymorũ. Hierosolyma (ut scribit Hegesippus) quæ primò Solyma dicebatur, posteaquam rex Chananæus, cognomento Iustus, qui fuit conditor Solymorũ, templum ei addidit: nam Græci ἱερὸν templum vocant. Euseb. lib. 9. Evan. præpar. Hierosolyma appellari ait, quasi hieron Solomonis; hoc est, ædẽ Solomonis, à templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum, magnificentissimumq; construxit.

Hĭĕrŏsŏlўmītă, pen prod. [ירושלמי miruschalájim. ἱεροσολυμίτης.] & Hierosolymitanus.

Hĭĕrŏsŏlўmārĭŭs, dictus est Cn. Pompeius ab Hierosolymis expugnatis. Cic. lib. 2. ad Attic. Si verò quæ de me pacta sunt, ea non servantur, in cœlo sum, ut sciat hoc noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis purissimis orationibus gratiam retulerit.

Hĭĕrŏthĕŭs, ἱερόθεος, nomen viri proprium, & interpretatur, sacer deus.

Hĭlārĭŭs, ἱλαρίων, Phrygius quidã vates, sub Ioviniano principe, literarũ quidem imperitus, cæterum tanta divinandi peritia præditus, ut Deus cum illo futurorum cognitionẽ communicasse videretur. ¶ Fuit præterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus, de quo vide multa apud Suidam. ¶ Est præterea Hilarius nomen proprium doctoris Ecclesiastici, cujus etiamnum multa extant opera.

Hĭmāntŏpŏdēs, pen. corr. ἱμαντόποδες, Populi in Aethiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, ut Solinus interpretatur, flexis crurũ nexibus ingredi. ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Plin. libro 5. cap. 8. ¶ Est etiã himantopus avis ardeolæ magnitudine, de qua Plin. lib. 5. cap. 8.

Hĭmĕllă, fluvius est Sabinorum, de quo Virgil. lib. 7. Aen. qui flumen Himellæ, & Tyberim Fabarimq; bibunt, &c.

Hĭmĕră, ἱμέρα, Fluvius Siciliæ, in duas partes dividitur, & in altera dulcem saporem, in altera salsum retinet. Est etiam urbis nomen ejusdem insulæ. Silius lib. 4: Armavêre suos, qua mergitur Himera Ponto. Vide Plin. lib. 3. cap. 8.

Hippārchŭs, [ἱππάρχος. Ger. Ein berümpter Astrologus. Pol. Komussi. Vng. Louag hadnagy.] Magister equitũ. Quo nomine dictus est quidã celebris Astrologus, qui (ut Columella autor est) futurũ asseruit, ut aliquando cardines mundi loco moverentur. Scripsit de Arati Phænomenis, de stellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. ¶ Primus instrumenta mathematica invenit, unde hæc sensibus deprehẽdi possent, Plinio maximè laudatus. ¶ Hipparchus itẽ alius fuit Poëta Comicus, cujus fabula quædã περὶ γάμων: id est, de nuptiis inscribitur. Suidas. ¶ Alius propinquus Aristotelis. Alius Eretriæ tyrãnus. ¶ Fuit etiã hoc nomine filius Pisistrati, qui ob libidinẽ in Harmodiũ, Aristogitonis conjurationẽ in se concitavit. Hic ut tyrannidis invidiã sapientiæ opinione leniret, eruditos præcipuo in honore habuit. Autor est Aelianus de Varia hist. Idem Academiã muro sepsit, atq; hujus rei nomine, magnã pecuniæ vim ab Atheniẽsibus exegit. Vnde Hipparchi murus, ἵππαρχειον τεῖχιον, dicebatur res quæpiã, quæ magnis cõstaret expẽsis. Autor Suid.

Hipparis, ἵππαρις, Fluvius in Camarina, cujus aquarum pars dulcis est, pars salsa. Interpres Pindari.

Hippasus, ἵππασος, Philosophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationi certum tempus præfinitum esse ajebat. Vide Laërtium.

Hippe, ἵππη, Chiron. s Centauri filia fuit, quæ quum in monte Pelio sese venando exerceret, gravida facta est: & ob id patris indignationem timens, deorum miserationem in equam conversa est: & in cœlum translata. Nõnulli vatem fuisse fabulantur: sed quia deorum consilia hominibus patefecisset, in equã esse conversam.

Hippĭās, [ἱππίας. Ger. Ein stoltzer Philosophus / der sich außthun vnd rhümen dorfft / jhm were nichts in keiner kunst verborgen.] Philosophus Eleus fuit, teste Cicer. lib. 3. de Orat. qui audiente penè tota Græcia gloriatus est, nihil esse ulla in arte rerum om-

nium.

nium, quòd ipſe neſciret: nec ſolùm has artes, quibus liberales doctrinæ atq; ingenuæ continerentur, Geometriam, Muſicam, Literarum cognitionem, & Poëtarum, atq; illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: ſed & annulum quem haberet, palliũ quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. ¶ Fuit itẽ Hippias, Piſiſtrati filius, de quo Cic. ad Attic. ſic ſcribit: Nefarius (*inquit*) Hippias, Piſiſtrati filius qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens, *&c.*

Hippĭon Argos, ἄργος ἵππιον, Oppidũ fuit à Diomede conditum, poſtea Argyrippa, ἀργυρίππα Stephano, & Arpi appellatum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Hippo, ἵππωνιον Straboni, Oppidum Locrorũ in Brutiis, quod poſtea Romani Brutiis ereptum, *Vibonem Valentiam* appellarunt, teſtibus Strab. libro 6, & Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Sunt præterea duæ hoc nomine urbes in Africa, quarum alterum Vticæ proximiorem, Hipponem regium: alteram à littore remotiorem, quod in paluſtri loco ſita ſit, Diarrhytum: hoc eſt, dilutum vocant, interprete Plinio, lib. 5. cap. 4. Eſt autem hoc nomen modò maſculini generis, modò fœminini: unde Hipponem dilutum legimus apud Plin. lib. 5. cap. 4, & utranq; Hipponem apud eundem lib. 6. cap. 34. Autor eſt Solinus, utrũq; horum oppidorum à Græcis equitibus conditum fuiſſe, atq; inde nomen accepiſſe. ¶ Eſt & Hippo, ἵππω, puellæ Bœotiæ nomen apud Plutarchum in Pelopida.

Hippŏbŏtŏn, ἱππόβοτον, Pratum quoddam ampliſſimum eſt ſub Caſpiis portis: in quo regium armentum, quinquaginta millium equorum paſcitur: unde & nomen accepit. Autor Strab. lib. 11.

Hippŏcĕntaurī, [ἱπποκένταυροι. Ger. Wunderbare Völcker in *Theſſalia*, ſo vornenauß Menſchen/hindenauß Roſſ ſind.] Monſtroſum hominum genus in Theſſalia juxta Pelion montem, anteriore parte (ut Poëtæ fabulantur) hominũ, poſteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulæ occaſionem miniſtraſſe videtur, quòd primi equos domare cœperint, iisq; ita aptè inſidere, ut homines unà cum equis unum in corpus coaluiſſe viderentur. Iidem antea Centauri dicebantur, παρὰ τὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους: hoc eſt, quòd tauros ſtimulis agitarent. Verùm quum iidem poſtea ex equis exiſterent, iisq; inſidentes ſtimulis tauros præ ſe agerent, Hippocentauri dici cœperunt: qui cùm ad Penеum amnem aquarum veniſſent, conſpecti ab ulterioris ripæ accolis, pro monſtris habiti ſunt, præſertim quum inclinata potandi gratia equorum capita nõ conſpicerentur. Hinc factus eſt locus fabulæ, Hippocentauros monſtroſam Centaurorum ſobolem fuiſſe, quæ dimidia ſui parte hominem, reliqua equum referret, quam tamen certum eſt nunquam extitiſſe. Quod & Cicero affirmat ſecundo de Natura deorum: Quis (*inquit*) Centaurum fuiſſe, aut Chimæram putet? quæve anus tam excors inveniri poteſt, quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimeſcat? Hæc Cicero. Conſtat tamen monſtroſos hujuſmodi partus aliquando editos fuiſſe, non ſine gratia alicujus mali impendentis præſagio. Nam & Claudius Cæſar memoriæ prodidit, referente Plinio, Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die periiſſe: & Plinius ipſe teſtatur, ſe ejuſdem Claudii principatu Hippocentaurum vidiſſe in melle ex Aegypto allatum.

Hippŏcŏmītæ, ἱπποκομῖται, Incolæ vici cujuſdã in Lycia, cui Hippucome, ἱπποκόμη, nomen eſt ab equo viatoris cujuſdam ibi extincto. Ex Stephano.

Hippŏcrătēs, pen. corr. [ἱπποκράτης. Ger. Ein Hocherfarner Artzet auß der Inſel Coo bürtig.] Nomen medici excellentiſſimi patria Coi, cui tanta fuit artis peritia, ut vulgò crederetur Aeſculapio prognatus. Extat apud Valerium Artaxerxis Perſarum regis honorificentiſſima de eo epiſtola, in hæc verba: Rex regum magnus Artaxerxes, Hyſtani Helleſponti Præfecto ſalutem. Hippocratis medici, Aeſculapio prognati, ad me artis fama pervenit. Da igitur operam ut aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaq; item quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim par honore ſummis in Peiſide vitis, *&c.* Hic de re venerea eam habebat exiſtimationẽ, ut coitum ſpeciem eſſe putaret morbi comitialis. Extant adhuc ea de re ejus verba apud Gell. lib 19. cap. 2: πλὴν σπανιάκις ἔνεστι μικρὰ ἐπιληψία. Ejus libri, tanquam divino emanaverint ore, ubiq; celebrantur: in primo enim jusjurandum continetur: in ſecundo Prognoſtica: tertia Aphoriſmi: quarto illa admirabilis compoſitio, LX. libris omnem ſcientiam medicinæ complectens. Exceſſit è vita annos natus CIIII. Suſcepit filios Theſſalum & Draconem. Hæc Suidas. ¶ Hippocrates præter ſuperiorem, Suidas quinq; commemorat, omnesq; ejuſdem artis & familiæ: quorum tamen nemo primi ingenii gloriámve adæquavit. ¶ Hippocratem alium, Athenienſium ducem nominat in bello Peloponneſiaco Thucydides.

Hippŏcrēnē, pen. prod. [ἱπποκρήνη. Ger. Ein benampter Brunnen in Bœotia, nicht fern vom Berg *Helicone*, den *Muſis* zugeeignet.] Fons in Bœotia non procul ab Helicone monte, quem Poëtæ fabulantur factum eſſe ungula Pegaſi equi alati. Cui fabulæ occaſionem videtur miniſtraſſe Cadmus: qui cùm in Bœotia locum urbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur inveniſſe. Et quoniam Cadmus literarum inventor creditur: factum eſt, ut hic fons Muſis ſacer habeatur. Perſius ad verbum reddens vocem Græcã, fontem caballinum appellat. Nam ἵππος nobis *equus* ſonat, & κρήνη *fontem*.

Hippŏcrēnĭădēs, ἱπποκρηνιάδες, Muſæ ab Hippocrene fonte.

Hippŏdămē, es, penult. corr. ἱπποδάμη, & **Hippodamia**, penult. prod. ἱπποδάμεια, Filia Oenomai regis Elidis & Piſarum: qui quum ex oraculo ſe à genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam expeteretur, curule certamen procis inſtituit, cum ea (habebat enim equos velociſſimos, qui ex ventorum flatu creati erant) ipſa lege, ut qui vinceret, filiam haberet: victus ſubiret mortẽ. Tredecim igitur victis & occiſis, Pelops Tantali filius, viſa puella, ejus amore protinùs exarſit: cujus nuptias ut aſſequeretur, Myrtilum ejus aurigã pollicitis corrupit, ſic ut ille axes infirmos & fragiles ſubjunxerit: vel ut alii volunt, obicem axi non objecerit: & ſic fracto vel diſſoluto curru, Oenomaus excidit, moriensq; Myrtili caput devovit: obteſtans Pelopem, ut vicem ſuam ulciſceretur: quod & factum eſt. Quum enim pactum ſibi perfidiæ præmium à Pelope poſceret, ab eodem in mare dejectus eſt, atq; hoc modo Pelops puella & regno potitus eſt. De hac Ovid. Venit ut in Phrygios Hippodamia ſinus. Virgil. 3. Georg. Hippodameq;, humeroq; Pelops inſignis eburno. ¶ Alia item fuit Hippodamia Briſæ filia, quam Achilles expugnato Lyrneſſo oppido ſecum abduxit. Hanc Poëtæ à patris nomine Briſeida appellant. ¶ Alia quoq; Hippodamia fuit Anchiſæ filia, quæ Alchatoo Trojano in uxorẽ data eſt, quem poſtea Idomeneus Cretenſis in pugna occidit. ¶ Fuit & alia Hippodamia Pirithoï uxor: quam quũ ipſo nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theſeo ingenti clade ſunt profligati. Ovid. 12. Metam. ¶ Piræei item forum Hippodamia appellatum ajũt, ab Hippodamo Mileſio architecto, qui Athenienſibus Piræum extruxit. Autor Suidas.

Hippŏdămŭs, ἱππόδαμος, Mileſius philoſophus, naturæ ſtudioſus, primus eorum qui in Republica verſati nõ eſſent, cœpit aliquid dicere de optimo civitatis ſtatu. Conſtituit enim civitatem ex numero decem millium diviſam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, ſacram, publicam & privatam. Erat ob ambitionem vitæ, moroſior, crinium prolixitate, ac ſumptuoſo ornatu. Ariſtot. libro 2. Politic. ¶ Fuit item hoc nomine Architectus quidam Mileſius, qui Athenienſibus Piræum portum extruxit, à quo forum quoddam Piræei Hippodamiam appellarunt. Autor Suidas.

Hippŏdōrŭs, ἱππόδωρος, Athenienſis fuit, qui filiã cum mœcho deprehenſam, duabus quadrigis juſſit alligari, & in partes diſcerpi. Autor Aelian.

Hippŏdrŏmŭs, Theſſalus genere, patria Lariſſæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis ſcholæ ſucceſſit, ut eſt autor Philoſtratus, qui eum inter Sophiſtas retulit.

Hippŏlă ἵππολα, Vrbs vetus Laconica Gentile Hippolaites.

Hippŏlŏchŭs, pen. corr ἱππόλοχος. Filius Bellerophontis, & pater Glauci, teſte Homero lib. 6. Iliad. ¶ Alter, teſte eodem, lib. 11, fuit Antimachi Trojani filius, qui unà cũ Piſandro fratre ab Agamemnone in Trojano bello interfectus eſt.

Hippŏlytē, ἱππολύτη, Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio victam Theſeo dedit uxorem. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acaſti Magneſiæ regis uxor, quæ Peleum, quòd libidini ejus non paruiſſet, apud virum accuſavit, tanquam ei vim inferre voluiſſet.

Hippŏlytŭs. pen. corr. [ἱππόλυτος. Ger. Ein Sohn *Theſei* vnd *Hippolytæ* der Amazonen Königin/welcher ein teuſchen wandel führt.] Theſei & Hippolytæ Amazonis filius fuit: qui quum cælibem ducens vitam ſeſe venatu exerceret, & conſtanti animo ſperneret mulierum congreſſum, à Phædra noverca, abſente patre, amatus eſt: cujus turpi deſiderio quum obtemperare noluiſſet, illa apud virum illum detulit, quòd ſibi vim inferre voluiſſet. Quamobrem quum videret Hippolytus patrem dolo novercæ perſuaſum, de nece ſua cogitare, conſcenſo curru fugam arripuit. Sed dum Phocæ, quæ tum fortè in littus exierant, equorum & rotarum ſtrepitu perterritæ magno impetu ſe in mare præcipitarent, exterriti equi, fruſtrà obluctãte Hippolyto, currum per ſcopulos, & ſaxa traxerunt, juvenemq; infœlicem loris implicitum in partes diſcerpſerũt. Hunc poſtea Aeſculapius revocavit ab inferis, & priſtinæ incolumitati reſtituit. Hippolytus verò relicta terra Attica, in Italiam venit, ne patris iram rurſus experiretur: & ſe Virbium appellari juſſit, quòd

quòd bis vir fuisset. Oppidum non procul à Roma ędificavit, quod à nomine acceptæ cõjugis, Ariciam appellavit. ¶ Hippolytum imitabor, ἱππόλυτον μιμήσομαι, Diogenianus in Collectaneis ait dictitatum de iis, qui statuissent purè, castèq; vivere, ut Hippolytus.

Hippŏmachus, ἱππόμαχος, Atheniẽsis tibicen, de quo tradit Aelianus: quum discipulũ ab imperita plebe laudari videret, quem tamen in arte peccare cognosceret, silentium ei imposuit, quod nullum putaret majus esse ignorantiæ argumentũ, quàm rudi multitudini placere.

Hippŏmĕnes, ἱππομένης, Macarei filius fuit, qui quũ Atalantam puellam Scytiam cursu victam accepisset uxorẽ, & in luco magnæ matris cum ea concubuisset, ab irata dea in leonẽ est conversus. Fabula extat apud Ovid. lib. 10. Metam.

Hippŏmŏlgi, [ἱππομόλγοι. Ger. Rossmelcker.] Populi ab equis mulgendis dicti. Stephanus in Melanclævi.

Hippōnā, [ἱππώνη. Ger. Ein Rossgöttin/dere Bildnuß man in den ställen gehabt hat.] Dea erat, quam stabularii maximè colebãt, cujusq; effigies in stabulis locabatur. Apul. li 2. Metamorph. Respicio pilæ medio, quæ stabuli trabes sustinebat. In ipso verò meditullio Hipponæ deæ simulachrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis quidem recentibus fuerat ornatum. Iuven. Satyr. 8. jurat Hipponam, & facilès olida ad præsepia pictas.

Hippōnax, [ἱππώναξ. Ger. Ein vngestalter häßlicher Poet.] Iamborũ Poeta tãta deformitate, & fœditate oris, ut ejus effigies à pictoribus quibusdam publicè proposita fuerit deridenda. Quamobrẽ indignatus Hipponax tàm amarè in illos est invectus, ut aliquos ex iis credatur compulisse ad suspendium. Hic creditur invenisse Scazontem carminis Iambici genus, quòd ab ejus nomine Hipponacticum vocamus, sive Hipponacteũ Cic. de Oratore: Senarios verò & Hipponacteos effugere vix possumus: magna enim parte ex Iambis nostra constat oratio. Vide Plin. lib. 36. cap. 5. ¶ Hipponacteum præconium, pro infami nota posuit Cic. lib. 7. Epist. Eumq; addictũ tam puto esse Calvi Licinii Hipponacteo præconio.

Hippōnēsus, ἱππόνησος, Insula ante Cariam, in sinu Ceramico. Plin lib. 5 cap. 31.

Hippŏnicus, ἱππόνικος, Athenienſis civis fuit Hippiæ filius, qui quum patriæ statuam dedicare decrevisset, suadentibus amicis, ut eam Polycleto faciendam locaret, vehementer ab aliis dissensit, quòd in statuis tam insignib. artificis potiùs industriam, quàm dedicantis virtutem cõmendari arbitraretur.

Hippŏphăgi, [Ger. Rossfresser/ Völcker in Asia.] Scythiæ populi in Asia.

Hippŏpŏdes, [ἱππόποδες. Ger. Völcker des Scytischen Hochmeers so Rossfüß haben.] Populi in Oceano Scythico, qui teste Solino, humanam usque ad vestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Meminit horum Plinius libro 4. capite 13.

Hippŏtădes, [ἱππότης. Ger. Aeolus der Winden König] Dictus est Aeolus rex ventorũ, quòd nepos esset Hippotæ Trojani ex Sesta filia. Ovid. 11. Metamor. Quòd pater Hippotades tibi sit, qui carcere fortes Contineat ventos.

Hipporamadæ, Vicus in tribu Oenidæ, Steph.

Hipsicratea, Vide HYPSICRATEA.

Hippuacra, (ἱππόακρα, quasi dicas equi promontoriũ) Vrbs Libyæ. Gentile Hippacrites. Steph. Malim divisis vocibus ἵππα ἄκρα, ratione accentus.

Hippūris, Insula est una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa. Plin. lib. 4. cap. 12.

Hippūri autem pluralis numeri tantùm, Taprobanæ insulæ portus, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22.

Hippūrīscus, ἱππουρίσκος, Insula Cariæ, Steph.

Hippus, ἵππος, Fluvius est Colchorum, in Phasim defluens. Strab. lib. 11. ¶ Est & Hippus mons Bithyniæ, in cujus radicibus condita est Prusa altera, diversa ab ea quam Annibal sub Olympo condidit. Plin. lib. 6. cap. 32.

Hippus, ἵππος, Insula Eretriæ. Item urbs Siciliæ, & alia Palæstinæ. Gentile Hippus, Hippenus, Hippinus. Steph.

Hipseus, Filius fuit Asopi fluminis, qui Eteocli in auxilium venit adversus Polynicẽ. Statius: Hipsea quadrijugos clypeo septemplice tauro.

Hira, Vrbs, Vide in APPELL.

Hiraſa, ἱερασα, Locus Libyæ, in quem Afri Battũ transtulerunt, Stephanus.

Hircĭus, ut alii scribunt, Hirtius, Consul fuit Romæ unà cum Pansa, quo tempore Brutus ab Antonio obsessus fuit Mutinæ: ad quem liberandum profectus unà cum collega est interfectus

Hirpĭæ familiæ, in Falisc orum agro fuerunt, quæ in sacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes per ambustam struem lignorum nõ adurebantur. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Hi à Solino vocantur Hirpi.

Hīsmăēlītæ, pen. prod. [ישמעאלים *jischmchelim.* ἱσμαηλῖται.] Populi sunt Africæ, qui nũc *Saraceni* dicũtur, ab Hismaele sic nominati, Abrahæ filio ex Agar ancilla.

Hīspălis, ἱσπαλις. Bæticæ provincię urbs clarissima, Romanorum colonia, cognomine Romulẽsis: à qua unus ex quatuor juridicis Bæticæ conventibus, Hispalensis dicitur. Plin. lib. 3. cap. 1. Hæc hodie *Sivilia* dicitur.

Hīspānĭă, [ספרד *sepharádh* ἱσπανία, ἰβηρία Ger. Hispanien/das theil *Europæ* so innerthalb dem Roncevall sonst mit dem Meer vmbfangen ist.] Regio Europæ, quæ à montibus Pyreneis incipiens per columnas Herculis circumiens usq; in borealem Oceanũ protenditur. Decem millibus stadiis (ut Appianus scribit) ejus latitudo commensuratur. Longitudo prorsus eadem esse videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorumq; ferax. Ex qua etiam bellicosissimi viri, ac velocissimi equi procreantur. Refert Varro in Hispaniis equas credi ex vento concipere, quòd equos habeat hęc regio cursu tam veloces, ut meritò ex ventis concepti ferantur. Dividitur autem omnis Hispania, teste Plinio, lib. 2. cap. 1. 2. & 3, in citeriorem & ulteriorem. Vlterior rursus secatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie *Granata* dicitur: & Lusitaniam, quam vocant *Portugaliam*, quæ Ana fluvio à Bætica distinguitur. Vlterioris Hispaniæ conventus erant quatuor: Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis. Citerior autem Hispania quæ Tarraconensis dicebatur, in septem dividebatur conventus: vide Plinium. Hodie dividitur in quinque regna: Castellam, quæ cum Legione permista unum effecit regnum, Gallæciã, Cathaloniam, Arragoniam, & Navarram. Omnis autem Hispaniã ab Ibero fluvio primùm dicta fuit Iberia: postea ab Hespero Atlantis fratre: sive (ut alii malunt) ab Hespero stella lucidissima, quæ vespertino tempore in Occidente apparet, Solem subsequens, vocata est Hesperia: postremò ab Hispali urbe ad fretum Atlanticum sita, quam hodie *Sivilliam* vocant, dicta fuit Hispalia: unaq; deinde litera immutata Hispania.

Hīspānŭs, & Hispanensis, Fiunt adjectiva, sicut à Sicilia, Siculus & Siculensis: à Corintho, Corinthius, & Corinthiensis. [Ger Ein Spanier.] Sed qui in Hispania natus est, Hispanus dicitur. ἐπιχώριος Hispanensis, qui alibi ortus, in Hispania versatur: hoc est, qui, licet in Hispania sit, non tamen in ea natus est. ἐγχώριοι Hinc Hispanienses negotiatores, qui in Hispania negotiantur. Sic Hispanensem exercitum vocabant Romani, qui in Hispania militabat. Plin. lib. 13. Cæsar Hispanensi triũpho Chium Falernum dedit, quum in Hispania bellum adversus Romanos, non Hispanos gesserit.

Hĭstĭæă, ἱστίαια, Eubœæ insulæ civitas, quam Homerus, in Catalogo navium, à vitium copia πολυσταφύλου cognominat. Eadem postea Oropus dicta est, teste Stephano.

Hĭstĭæŭs, ἱστιαῖος, Milesiorum tyrannus, qui cum relicto Dario, Iones ad defectionẽ solicitaret, captus ab Harpago Darii præfecto, in crucem sublatus est. Vide Herodot. lib. 6.

Hĭstĭŏnĭum, ἱστίονιον, Oppidum Frentanorũ, in quarta regione Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 12.

Hĭstrĭa, Hĭstrĭus, pro regione. Vide ISTRIA, & in APPELL.

HISTRIONES.

H ante O.

Hŏărŭs, ὄαρος, Scythiæ fluvius apud Thussagetas nascens, & in Mæotim paludem influens. Autor Herod. lib. 4.

Hŏdĭŭs, ὀδίος, Fuit, teste Hom. lib. 9. Iliad. Vnus ex Græcorum præconibus in bello Trojano.

Hŏdŏmāntī, ὁδόμαντοι, Populi Thraciæ, Inde Hodomanticus, & fœmininum Hodomantis. Stephanus ex Thucidid. libro 2.

Hœtўchĭŭs, (quod hìc pro nomine fabri corruptè legebatur) lege TYCHIVS, Quod quidem erratum primùm ab Homeri interprete manavit, dictiones duas, quæ dividendæ erant, conjungente. Locus Poëtæ est lib. 7. Iliad. ubi sic habet: Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων, σάκος ἠΰτε πύργον, Χάλκεον, ἑπταβόειον, ὃ οἱ τύχιος κάμε δαίδαλον, &c. Quem locum interpres sic vertit: Ferens scutum, turris instar, quod fecerat Hœtychius: non satis animadvertens τὸ οἱ, ibi dativum esse pronominis ὅς æquipollentem dativo Latino Sibi. Hujus generis non pauca ex fontibus ipsis repurgavimus, quę eorum culpa irrepserant, qui voluminis magnitudini potiùs cõsulentes, quàm bonitati, quicquid ubiq; obvium fuit, nullo judicio, albaq; quod dici solet linea huc congesserunt, nihil interim pensi habentes, se & bibliopolis, quibus operàs suas locãt, fucum facere, & rudi linguæ Latinæ tyrunculo adulterina pro syncetis tradere, unum privati sui commodi scopum sibi præfigentes, quo & librorũ bonitatem, & officiũ suum metiuntur: opus illud longè optimum judicantes, ex quo quamplurimùm compendii ad se redeat, & emolumenti

Hōlcădes, ὀλκάδες, Populi intra Iberium fluvium. Stephanus ex tertio Polybii.

Hŏlmī, Vrbs Ciliciæ asperæ, ubi priùs habitabant qui nunc

Seleuces. Gentile Holmeis. Sed apud Steph. sine aspiratione legitur ὅλμοι, apud Strab. Holmos cum aspiratione, & singulari numero, lib. 14.

Hōlmĭum, Vrbs Bœotiæ. Gentile Holmeis. Apud Steph. ὅλμειον sine aspiratione legitur.

Hōlmōnēs, Vicus Bœotiæ ab Holmo Sisyphi filio, Pausan. lib. 9. Gentile Holmoneis. In vulgaribus Stephani codicibus ὅλμωνες, & inde derivata non aspirantur.

Homeritæ, Populi Aethiopum, Steph.

Hŏmērus, ri, pen. prod. [Ὅμηρος. Ger. Ein Fürst vnder den Grechischen Poeten.] Poëtarum omnium præstantissimus, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta, ut Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cęcus, & ob id Homeri nomĕ sortitus, quum priùs Melesigenes diceretur, quòd ad Meletem fluvium natus esset. Cumæi namque & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quod homeris: id est, itineris ducibus, egeant. Hinc Cæcutiens Męonius nuncupatur à Martiano lib. 1. de Nupt. Philologiæ: Cæcutientis Mæonit suaviloqua senectus. De patria ejus nihil certi traditur. Fecit enim nominis ejus claritas, ut quem vivum, rebusq; omnibus egentem, nemo agnoverit, nunc multæ Græciæ urbes certatim sibi vindicent, adeò ut quibus potissimùm credere debeamus, non facilè sit discernere. Quod etiam testatur Cicero pro Arch. Homerum (*inquit*) Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salaminii repetunt. Smyrnæi verò suum esse confirmant, itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt: multi alii præterea pugnant inter se, atq; contendunt. Extat ea de re distichon Græcum apud Gell. lib. 3. cap. 11:

Ἑπτὰ ἐμὲ διεμάχοντο πόλεις Ὅμηρον ἑλέσθαι
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφών, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquâ ejus vitam brevitatis causa hîc prætermittimus: quã qui latiùs nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Hŏmērĭcus, Homerica, Homericum, ὁμηρικός, Quod Homeri est. Quintil. lib. 2: Sit ergo tàm eloquẽtia, quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat. Iuvenalis:

Tu miser exclamas, ut vincere Stentora possis,
Vel potiùs quantum Gradivus Homericus.

Hŏmērŏmāstīx, [ὁμηρομάστιξ. Ger. Ein frauentlicher Beschetter vnd Außhupper des herrlichen Poëten Homeri.] Cognomen Zoili cujusdam, qui eo solùm nomine innotuit, quòd præstantissimũ Poëtarum omnium Homerum, libris adversus eum editis, ausus fuerit insciticæ arguere: quos libros quum Ptolemæo Aegypti regi obtulisset, rex tum quidem dissimulata indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quò inopiam sublevaret: Mirum (*inquit*) te inopia premi, qui multò Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidii accusatus, jussu regis in crucem sublatus est. Dictus Homeromastix quasi Homeri flagellum: μάστιξ enim Græcis idem est quod nobis flagellum. Vnde & Comici verberones: hoc est, verberibus dignos mastigas appellitant. Extenditur & latiùs Homeromastigos appellatio, ut omnibus planè detractoribus accõmodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine, optima quęque lacerant: quumq; Venerem ipsam nõ possint, sandalium ejus reprehendunt. Plinius in procœmio operis, ut obiter caveam istos Homeromastigas: ita enim carptores suos nominat. Ad eundem etiam modum obtrectatores omnes mastiges appellantur, addito nomine ejus cui obloquũtur: ut, Virgiliomastix, Virgilii reprehensor: & Ciceromastix, Ciceronis carptor: quo nomine Largius Licinius eum librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit, teste Gell. lib. 17. cap 1.

Hŏmērĭdæ, ὁμηρίδαι, Familia apud Chios illustris, ut ait Hellanicus, quæ generis sui originem ad Homerum referebat.

Hŏmōlē, es, ὁμόλη Stephano, Mons est Thessaliæ, Centaurorum olim sedes, quemadmodum & Othrys. Virgilius 7. Aeneid. Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolem, Othrynque nivalem Linquentes.

Hŏmōlĭum, ὁμόλιον Stephano, Magnesiæ oppidũ, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 7.

Hŏmŏncā, Vide in APPELL.

Hŏrātĭus, ὁράτιος, Poëta Venusinus, Lyricorum & Satyrarum scriptor, qui anno Imperii Augusti Cæsaris XXXIII, ætatis verò suæ LXII, moriens, Augustum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mœcenatem in Exquiliis sepultus. Quidam hoc nomen ab orando deduci putant: quibus tamen præter scripturam, primæ etiam syllabæ quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomĕ primam syllabam. Ovidius: Detinuit nostras numerosus Horatius aures.

Hŏrātĭus Cocles, Vide COCLES.

Hŏrōdes, sive (ut alii scribunt) Orodes, penultima producta, Rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. Vide Plutarchũ in Crasso.

Horomasdes, Apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur. Sipontinus.

Hortēnsĭa, [Ger. Ein wolberedt Römisch Weib.] Q. Hortensii filia eloquentissima: quæ quum matronarum ordo gravi tributo à Triumviris Octavio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quisquã liberiùs loqui auderet: causam constanter egit, repręsentataq; patris facundia, impetravit ut major pecuniæ pars eis remitteretur. Ejus orationis pręcipua capita ab Appiano Alexandrinó referuntur.

Hortēnsĭus, cui Quinto fuit prænomen. [Ger. Ein Römischer Redner.] Romanus orator, qui in foro Romano causarũ rex ob eloquentiã dictus est: licet ejus scripta nõ laudata fuerint: meliùs enim dicebat, quàm scribebat. Dictionem enim incredibili gestus suavitate commendabat. De quo Cicero in Bruto sic refert: Primùm memoria tanta, quantam in viro cognoviſſe me arbitror, ut quæ secum cõmentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet quibus cogitasset. De quo etiam fertur, quod sedens olim totum diem in auctione, omnes res vænales, & pretia & emptores, ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur.

Hōrus, ὅρος, Isidis filius, quem quum illa amisisset, verita nè illi obveniret quod Osiri patri acciderat, multùm flevit: sed eo invento, mœrorem in lætitiam convertit. ¶ Horus præterea ab Aegyptiis vocatur Sol: unde & horas dictas arbitratur Macrobius. ¶ Fuit & Horus Assyriorum rex. Plinius libro 30. capite 15.

Hosa, Tuscorum fluvius Ptolemæo. *Marthà* hodie.

Hostĭa. Vide in APPELL.

Hostĭcus, substantivum. Nomen Poëtæ fuit.

Hostĭones, vel Hostiæi, ὀστίονες ἢ ὀστιαῖοι, Populi juxta Oceanum occidentalem, quos Artemidorus Cassinos (alias Cossinos) vocat. Stephan.

H ante V.

Hūnnī, [ὦνοι. Ger. Die Hunnen haben vorzeiten in dem nähern Scythia an dem Meotischen Meer oder See jhr wohnung gehabt. Pol. *Magjerowie.* Vng. *Magyarok.*] Populi sunt qui quondam in Scythia Europea super Mæotim paludem incoluêre: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupêre. Hæc gens temporibus Valentiniani principis duce Atila totam penè Europam pervagata, Galliam, Italiamq; fœdissimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa, rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolũt, paucis immutatis literis, Hungari vocati. De his Hieronymus ad Oceanũ: Ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gẽtes Alexandri claustra cohibent, etupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc, illucq; volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleverunt.

H ante Y.

Hyăcīnthŭs, & Hyacinthia, Vide in APPELL.

Hyădes. [חימה *chimáh* ὑάδες. Ger. Das Rägentich ſtbengeſtirn im Kopff des Stiers.] Suidæ, stellæ septem in capite Tauri, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant: ἀπὸ τοῦ ὕειν. Ovid. lib. 5. Fastorum: At simul inducent obscura crepuscula noctem, Pars Hyadum toto de grege nulla latet: Ora micant Tauri septem radiantia flammis, Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat. Fabulantur Poëtæ Hyades Bacchi nutrices fuisse, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ sunt, à Dodona civitate Epiri: quæ quum Iunonis iram verentur, fugerentque Lycurgi regis sævitiam, à Iove in cœlum trànslatas. Alii tradunt Atlantem ex Aethra uxore Hyantem filium suscepisse, septemq; puellas, quarum hęc sunt nomina, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quæ cùm fratrem à leone devoratum implacabili luctu prosequerentur, doloris q; magnitudine extabescerẽt, Iovis miseratione in septem stellas sunt conversæ: & ut perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantia Græcæ linguæ, ut Tiro Ciceronis libertus putavit. Nam quum scirent prisci illi linguæ Latinæ autores ὗες à Græcis dici, quas vocamus sues, putaverunt etiam ὑάδας Latinè posse verti Suculas: tanquam Hyades ἀπὸ τῶν ὑῶν: hoc est, à Suibus, ac non potiùs ἀπὸ τοῦ ὕειν: hoc est, à pluendo dicerentur. Sed de Tironis judicio vide Gell. libro 13. capite 9: Non absurdum tamen videtur, idcirco Suculas à Latinis vocatas esse, quòd propter maximas quas afferunt pluvias, luto gaudere videantur, quẽadmodum sues.

Hyæā, ὑάμα, Vrbs Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem libro 3.

Hyæna. Vide in APPELL.

Hyămēā, ὑάμεια, Messeniaci agri oppidum, unum ex quinq;, ut inquit

ut inquit Stephan. Gentile eſt Hyamitā, ὑαμείτης, teſte eodem Stephano.

Hyamion, ὑάμιον, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamios, ὑάμιος. Stephanus.

Hyāmpŏlis, [ὑάμπολις: Ger. Ein Statt in Phocide am Berg Parnaſſo.] Phocidis oppidum, ad Parnaſſum montem, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7, & Strabo lib. 9. Eſt & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cujus meminit Ptolemæus lib. 4. cap. 15.

Hyantes. [ὕαντες. Ger. Die Böleter in Bœotia.] Ab antiquis appellabantur Græciæ populi, poſtea Bœoti appellati. Teſte Plin. lib. 4. cap. 7, quod nomen ab Hyante rege traxiſſe putantur, ut non obſcurè innuit Strabo lib. 7. ¶ Hinc deducitur adjectivū Hyantius, a, um, idem ſignificans quod Bœotius: unde Acteonē Cadmi nepotem Hyantiū cognominat Ovid. 3. Metam. Quum Iuvenis placido per devia luſtra vagantes Participes operum compellat Hyantius ore.

Hyapea, ὑάπεα, Vrbs Phocidis ab Hyapo. Civis Hyapeus.

Hyās, antis, [ὕας. Ger. Ein Sohn des Königs Atlantis, welcher auff dem Gejägt von den Löwen iſt zerzettet worden.] Atlantis filius ex Aethra uxore, qui quum adhuc puer venationibus ſeſe exerceret, à leone devoratus eſt. Huic fuerunt ſorores ſeptē, à patris nomine Atlantides dictæ: quæ cum fratris deſiderio extabeſcerent, deorum miſeratione in ſeptem ſtellas cōverſæ ſunt: quarum pietas nullo temporis intervallo oblivione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ ſunt. ¶ Fuit & Hyas Bœotię rex, à quo Bœotu aliquādo Hyantes fuerunt nominati. Autor Strabo lib. 7.

Hyaſis, ὕασις, Vrbs Libyę, quæ & Oaſis: unde Hyaſites, vel Oaſites, Steph. Vide OASIS.

Hyba, vel Hybadæ, ὕβα, ἢ ὕβάδαι, Vicus in tribu Leontide, Stephano.

Hybānda, ὕβανδα, Olim inſula fuit Ioniæ poſtea maris receſſu continenti annexa. Autor Plin. lib. 2. cap. 89.

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quæ hic ut perperàm ſcripta, ſic alieno loco inſerta erāt. Vide IBERES, Iberi & Ibera.

Hybele, ὕβελα, Vrbs juxta Carthaginem. Gentile Hybelites,

Hybĕrnĭă, [ὑβερνία. Vulgò Irlandia. Ger. Irland/ein Inſel hinder Engellandt halb aiß groß.] Inſula inter Septentrionem & Occidentem ſolem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua eſt. Ab hyberno tempore (ut quidam putant) ſic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybĕrnĭcŭs, ca, cum, ut Mare Hybernicum. Claudianus hanc inſulam vocavit Hybernen in 7. Paneg. Scotorū cumulos flevit glacialis Hyberne.

Hyblă, vel Hyble, es, ὕβλα, Civitas Siciliæ, circa quam eſt thymi & ſalicū copia: ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata poſtea. Hanc Strabo à Dorienſibus conditā ſcripſit. ¶ Eſt etiā hujus nominis mons dictæ urbi proximus, thymo abundans: unde apes paſtæ mel optimum conficiunt. Martialis: Quum dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ, Cecropios dicas tu licet eſſe favos.

Hyblæŭs, a, um, ὑβλαῖος, ut Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte paſcuntur. Virgil. 1. Aeglog. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.

Hyblōn, onis, ὕβλων, Siciliæ regulus, qui Hyblæ civitati nomē fecit, quæ poſtea Megara dicta eſt. Autor Stephanus.

Hybrĕās, ὑβρέας, Inſignis Orator ex Mylaſis Cariæ urbe: cui quum pater nihil præter mulum lignarium, & mulionē reliquiſſet, illorum opera aliquādiu nutritus, Diothrephi Sophiſtæ operam dedit: poſteaq; ad Reipublicæ gubernacula converſus, proximam Euthydamo autoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem ſuæ tyrannidē exercere, ſed tamen multis utilitatibus id incommodi penſare videret, fertur ei in cōcione dixiſſe: Euthydame, malum es civitatis perneceſſarium. Nam nec tecum vivere poſſumus, nec ſine te. Hic quū Labienus Parthorum auxiliis inſtructus, in Aſiam irrupiſſet, adoleſcentulumq; quendam jactantem audiret, ſe Parthicū Imperatorem eſſe. At ego, *inquit*, Caricus. Quo ejus dicto irritatus Labienus, impetū in urbem fecit, eaq; capta magnificas Hybreæ ædes diruit: (nam ipſe fuga ſe Rhodum ſubduxerat) urbemq; ipſam ruinis, incendiisq; deformavit: Verùm quum ille Aſiam reliquiſſet, reverſus Hybreas, ædes ſuas, urbemq; reparavit. Ex Strab. lib. 14.

Hyccaron, ὕκκαρον τὸ, vel ὕκκαρα τὰ, Oppidum Siciliæ, ubi Laidem meretricem natā ajunt. Gentile Hyccareus, poſſeſſivum Hycaricus, Steph.

Hydă, dæ, ſive Hyde, es ὕδη, Oppidum Lydię, ſub Tmolo monte ſitum, cujus meminit Homerus in Catalogo. Sunt qui idem eſſe putent cum Sardibus. Vide Strab. lib. 13.

Hydărcæ, ὑδάρχαι, Indiæ populi, qui adverſus Liberū patrem pugnarunt. Stephan.

Hydārnēs, ὑδάρνης, Fuit nobilis Perſa, qui, teſte Herodoto, lib. 3, cū Dario in Smerdim Magū cōjuravit. Vide Strab. lib. 11.

Hydāſpēs. [ὑδάσπης. Ger. Ein fluß Indiæ.] Fluvius Indię qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Nyſamq; urbem alluens, Indo flumini miſcetur. Alii non in Indum, ſed in mare labi tradunt. Lucanus lib. 6: Quà rapidus Ganges, & quà Nyſæus Hydaſpes. Dictus ab Hydaſpe antiquiſſimo Medotum rege.

Hydīſſŭs, ὕδισσος, Cariæ oppidum: ita dictum ab Hydiſſo filio Bellerophontis, & Aſterię, filiæ Hydei, teſte Stephano. Hujus incolæ dicuntur Hydiſſenſes, ὑδισσεῖς, quorū meminit Plin. lib. 5. cap 29.

Hydramia, ὑδραμία, Vrbs Cretæ: cives Hydramici. Steph.

Hydrea, ὑδρία, Inſula juxta Trœzenem. Gentile Hydreates. Stephan.

Hydrēla, ὕδρηλα, In Caria eſt. Gentile Hydrelicus, Steph.

Hydrŏchŏŭs, [ὑδροχόος. Ger. Der Waſſermañ. Pol. Wodnik.] Signum cœleſte, quod Latinè Aquarium dicimus, παρὰ τὸ χέειν τὸ ὕδωρ: hoc eſt, ab aqua fundenda dictus. Nam qui Aſtrologiā Poëticam ſcripſerūt, putant hunc fuiſſe Ganymedem Trojanū puerum, Iovis juſſu ab aquila raptum, & in menſa deorū miſcendæ nectari aquæ præpoſitum.

Hydrōgārum, garum, ex aqua. [Vng. Vizi ir, bay.] Lamprid. in Heliogabalo: Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

Hydruntum, ti, ὑδροῦς, Vulgò Otranto, Oppidum extremū agri Salentini, apud Plin. lib. 3. cap. 11. quod à Stephano, & Strabone Hydrūs appellatur.

Hydrŭs, untis, Vide ſuprà HYDRVNTVM.

Hydrūſă, ὑδροῦσα, Duarum inſularum nomen in mari Aegæo, quarū altera notiore nomine Andros, *Andro*: altera Ceos appellatur. Hydruſæ ab aquarum ubertate appellatæ. Vtriuſq; meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Hyĕlă, ὕελα, Oppidum Lucaniæ, juxta Palinurum promontorium, à Phocenſibus conditum, teſte Herodoto libro 1. poſtea Elea, deinde Helia, & poſtremò Velia appellata. Vide Strabonem lib. 6.

Hyĕttŭs, ὕηττος, Vicus Bœotiæ, quem nonnulli Aſpledonem nominant: ab Hyetto quodam Argivo nomen habens: ſive (ut aliis placet) ab eo quòd jugibus rigetur pluviis. Vide Stephanum.

Hygāſſŭs, ὑγασσός, Cariæ civitas, apud Stephanū: à qua campus vicinus Hygaſſeus appellatur.

Hygrēs, ὑγρῆς, Sarmatiæ Europæ oppidum, inter Lycum & Poſitum fluvios. Vide Ptolemæum Tabula 8. Europæ.

Hylactor, ὑλακτωρ, Nomen unius ex canibus Actæonis: ἀπὸ τῆς ὑλακτεῖν: hoc eſt, à latrando. Ovid. 3. Metamor. & acutæ vocis Hylactor.

Hylæă, ὑλαία, Sarmatiæ regio ſylvoſa, non procul à loco quē Achillis curſum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellatum eſt. Vide Herod lib. 3.

Hylæŭs, ὑλαῖος, Centauri nomen, à ſylvis deductum. Virgil. 8. Aeneid. tu nubigenas invicte bimēbres, Hyleumq; Pholūq; manu, tu Creſſia mactas Prodigia.

Hylās, ὕλας, Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiſo Oenei pincerna fugeret, veniſſetq; cum Dejanira & Hyla filio ad Dryopes, & eſurienti puero quum Lychas pedagogus abeſſet à Theodamante aliquid cibi poſtulaſſet: ille autem denegaſſet, arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atq; coxit. Quam ob rem Theodamas, convocatis popularibus, arma adverſus Herculem movit: & quanvis in ea pugna ferè oppreſſus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiſo Theodamante, Hylam filium ejus ſecum abduxit: quem poſtea unicè dilexit. ſecumq; cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verùm quum inter remigandum Hercules remum ſuum fregiſſet, unà cum Hyla navi egreſſus eſt, ut alium in Myſię ſylvis quæreret. Invaleſcente autem æſtu, quum ſiti premeretur, Hylam cum urna mittit ad Aſcanium fluvium, ut inde ſibi aquā afferret. Verùm quum ripa altior eſſet, quàm ut ſtans haurire poſſet procumbens in pectus Hylas, urnam è manibus amittit: quam quum ſubitò recipere conaretur, pondere ejus demerſus eſt. Quæ res poëtis occaſionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuiſſe raptum. Hercules autem quum Hylas nuſquam compareret, caſum ejus tam ægrè tulit, ut relictis Argonautis, Myſiam totam oberrans, Hylam quæreret. Iuvenalis Satyr. 1: Et multum quæſitus Hylas, urnamq; ſecutus. Vnde locus factus proverbio: Hylam inclamas, ὕλαν κραυγάζεις. De fruſtrà vociferantibus, aut in genere, de nihil proficientibus.

Hylatæ, ὑλᾶται, Populi Syriæ Cœles, apud Plin. lib. 5. cap. 23.

Hylāx, actos, ὕλαξ, Nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν: hoc eſt, à latrando.

Hyllarĭma, ὑλλάριμα, Oppidum Cariæ, ſupra Theoſtrotoniciam, patria Hieroclis ex athleta philoſophi. Civis Hyllarimæus. Steph.

Hyllēēſſă.

Hyllēēssă, ὑλλήεσσα, Paros una Cycladum olim vocabatur. Est etiam Zacynthi epitheton. Steph.

Hyluala, ὕλλουλα, Vicus Cariæ, ubi Hyllus interiit, cum templo Apollinis. Alla apud Cares equum significat. Steph. Aliàs Hyllnæa.

Hyllŭs, ὕλλος Suidæ, Filius fuit Herculis ex Melita Aegei fluminis filia: à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatū tradunt. ¶ Hylus, simplici l, allus fuit filius Herculis ex Dejanira, qui Iolen, patre mortuo, uxorem duxit, ut ait Ovid. lib. 9. Metamorph. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibiq; Misericordiæ, vel Clementiæ templū condidit, quod & accepti ab Athenienſibus beneficii testimoniū, & miseris in posterum asylum esset, & perfugium. Seneca in Hercul. Oetæo: Si vera pietas Hylle quærenda est tibi, jam perime matrem. ¶ Hyllus item Straboni libro 13: Fluvius est Lydiæ, in Hermum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

Hylonŏmē, es, ὑλονόμη, Mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri uxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

Hylŭs, ὕλας, Filius Herculis ex Dejanira: de quo copiosiùs egimus in dictione HYLLVS.

Hymari & Aetnæ filius Gelon. Steph. in γέλα.

Hymēn, pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & conjunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus in Epithalamio: Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

Hymĕnæŭs, pen. prod. [ὑμέναιος. Ger. Ein Gott der Hochzeiten.] Deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τῦ ὑμῦ: hoc est, à membrana quæ clauſtrum virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel (ut quidam ajunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alii putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, parentibus intactas restituit: ideoq; in nuptiis ejus nomen invocari, tanquam defensoris virginitatis: ideoq; hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginalibus Thalassii nomen invocabant. Alii dicunt Hymenæum fuisse quendam juvenem, qui die nuptiarū ruina oppressus interiit. Vnde postea institutū, ut expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent hymnū ipsum in virginalibus nuptiis cantari solitum, vocari hymenæum. Terent. in Adelph. hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenęum qui cantent, ubi Donatus: Sic accipe, *inquit*, hymenæum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris hymnum. ¶ Accipitur etiā pro ipsis nuptiis. Virg. 1. Aeneid. Pergama quum peteret, inconcessosq; hymenæos.

Hyméra, Vide HIMERA.

Hymettŭs, [ὑμηττός. Ger. Ein Berg in Attica hat gut Weiden gehabt.] Stephano & Suidæ per duplex t, Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cujus mel Plin. scribit esse pretiosissimū. Mart. lib. 14: Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti Pallados à sylvis nobile nectar apis.

Hymettĭus, tia, tium, adjectivum, ὑμήττιος Stephano, Quod est ex Hymetto monte. Plin. lib 36. cap. 3: Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris colūnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ ex Hymetto monte excisæ: nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hyope, ὑόπη, Vrbs Matienorum (fortè Martianorum) Gentile, Hyopeus, enus, ites. Vestiti sunt ut Paphlagones. Steph.

Hyops, ὕοψ, Vrbs in Iberia Cheronnensi, non procul à Lesiro fluvio. Inde Hyopus. Steph.

Hypacaris, Scythiæ fluvius.

Hypæă, ὑπαία, Massilienſium insula, una Stœchadum. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Hypælochii, ὑπαλόχοι, Gens Molossica. Steph.

Hypæpæ, arum, ὕπαιπα Stephano & Straboni, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolo monte ad Caystri campestria iter facienti. Nomē ei est (ut inquit Stephanus) quoniam sub Aepo monte sita est. Veneri sacra est, eò quòd pulchræ fœminæ ibi visantur. Ovid. de Arachne: Orta domo parva parvis habitabat Hypæpis.

Hypănis, pen. corr. [ὕπανις. Ger. Ein fluß in Scythien.] Fluvius Scythiæ, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguus fonticulus, Exampæum nominat Herodotus lib. 4, qui sua amaritudine totum corrumpit Hypanim. Ovid. 15. Metamorph. Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus, Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris? ¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in India, cujus meminit Strabo, lib. 15. Ad quem referri potest illud Propertii: Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

Hypana, ὕπανα, Triphyliæ civitas apud Strab. lib. 8.

Hyparchus, [ὕπαρχος. Ger. Ein Landtvogt oder Bevelchsmañ in einem Kriegsheer. Pol. *Starosta powiatowy*: item, *hetman nad wkiem*. Vng. *Tiszt tarto*. Ang. *That hath the ouersight and charge in doing any thing*.] Præfectus provinciæ vel exercitus, cujus potestas & autoritas superiorem potestatem agnoscit: unde est illi imperandi jus, & provinciam administrandi: quasi ὑφ' ἑτέρου ἀρχόμενος. Ejusmodi erant legati in exercitu, qui sub Imperatore rem gerebant: & provinciarum Præsides à Principe vel Senatu constituti.

Hypătă, ὑπάτη, Aeniensium civitas, teste Stephano. Sunt autem Aenienses, Aetoliæ populi, Perrhæbis finitimi, teste Plin. lib. 4. cap. 2. ¶ Est item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluvium, teste Stephano.

Hypătos, ὕπατος, Phœnices fluvius, apud Melam. lib. 1. ¶ Hypaton item Græci Consulem appellant, & Hypatiam Consulatum, & Hypaticon Consularem. Verùm hæc, quòd nostro instituto parùm conveniant, ex Græco potiùs Lexico petenda relinquimus.

Hypatía, ὑπατία, Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarū genera in patria professa est, Suidas.

Hypēnor, ὑπήνωρ, Trojanus, quem, teste Homero lib. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

Hypēnŭs, ὕπηνος, Athleta qui primus diaulo vicit Pausan.

Hyperbŏrēi, pen. corr. [ὑπερβόρεοι. Ger. Mitnächtische Berg vnd Völcker/von welchen die Alten viel gedichtet haben.] Montes & populi Septentrionales: ita dicti quòd supra Boreæ flatum siti esse crederentur. Festus: Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ vitæ modum excedant, vivendo ultra centesimum annum, quasi ὑπερβαίνοντες ὄρον humani seculi. Ferunt magnam his de cœlo clementiam concessam esse, auras spirare salubres, nihil noxii flatus habere, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiam nescire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa suar. Diodorus oppositā Celtis Occani accolis esse insulam scribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem, & biferam: hoc est, bis quotannis fructus ferentem: habitariq; ab his qui Hyperborei appellantur, eò quòd vento Boreæ sunt expositi. Hyperborei, inquit Pomponius Mela, super Aquilonē, Rhiphæosq; montes sub ipso syderum cardine jacent, ubi sol non quotidie ut nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demū occidit: & ideò sex mensibus dies, & totidem aliis nox usq; continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis: cultores justissimi & diutiùs quàm ulli mortalium & beatiùs vivunt, &c. Hactenus Mela. Plura de his vide apud Plinium lib. 4. cap. 12.

Hyperdexĭon, ὑπερδέξιον, Regio Lesbi est, ubi Iupiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia coluntur. Steph.

Hyperechĭus, ὑπερείχος, Alexandrinus grāmaticus sub Martiano principe, scripsit de nominibus & verbis, & de orthographia. Suidas.

Hyperĕă, sive Hypería, pen. prod. ὑπέρεια, Fons Thessaliæ, apud Plin. li. 4. cap. 8. Meminit hujus fontis & Strab. lib. 9, qui eum in medio collocat Metalense, quod oppidum est Phæreorum in Thessalia.

Hyperesĭă, ὑπερησία, Oppidum est Achaiæ propriè dictæ, cujus meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

Hyperĭdēs, ὑπερείδης, Athenienſis orator, æmulus Demosthenis, jussu Antipatri execta lingua interfectus. Plutarch. in vita Demosthenis.

Hypermnēstră. [ὑπερμνήστρα. Ger. Die frömbste auß den 50. Töchteren Danai.] una ex quinquaginta Danai filiabus: quæ quum totidem Aegisthi filiis nupsissent, jussæq; essent à patre prima nocte maritos interficere, sola ex omnibus maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberavit, qui postea Danaum occidit. Extat inter Epist. Ovid. una Hypermnestræ ad Lynceum virum.

Hyperīon, pen. prod. [ὑπερίων. Ger. Die Sonn.] Hyperionis in genitivo, penultima correpta. ἀπὸ τῦ ὑπὲρ, καὶ ἰῶ, quod est eo, à Poëtis usurpatur pro Sole: quamvis alii Solis patrem esse tradant. Ovid. lib. 1. Fastorum: Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum. Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrē fuisse, Cœli filium, qui Solis & Lunæ, aliorumq; astrorū motus, horasq; primūm summa cura, observationesq; à se percepta, cęteris noscenda tradidit: ideoq; horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum naturæ contemplatorem. Cicero in Prognost. Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi. ¶ Inde fit adjectivum Hyperionius.

Hypius, ὕπιος, ὁ, vel ἡ. Vrbs est & fluvius, sub Pōtica Heraclea. Item Hypii montes sunt, quorū incolas Mysos esse ajūt. Gentile Hypianus, Steph.

Hypobarus, ri, ὑποβάρος, Indiæ fluvius, à Septentrione in Orientalem fluens Oceanū, juxta quem Ctesias montem sylvosum

vosum esse tradidit, cujus arbores electrum exudarent. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Hypochalcis, ὑποχαλκὶς, Vrbs Aetoliæ in Europa. Gentile Hypochalcidẽus, sita sub Chalcide mõte. Stephan. in Hypochalcis & Hypothecæ. Vide CHALCIS.

Hypothecæ, ὑποθῆκαι, vocatæ sunt Porniæ in Bœotia. Alii oppidum quoddam esse ajunt à loci situ ita nominatũ, Steph.

Hypselis, ὕψηλις, Vicus Aegypti, quem inhabitant Hypselitæ. Sunt etiam Hypselitæ in vico quodam Thraciæ, Stephanus.

Hypsenor, ὑψήνωρ, Fuit, teste Homero lib. 5 Iliados, filius Dolopionis, qui sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus fertur, ut tanquam divinum quoddam numen coleretur, acsi deus quidã fuisset. Illũ Eurypylus in bello Trojano interemit.

Hypsicratea, [ὑψικράτεια. Ger. Ein getrewe Haußfraw des Königs Mithridatis.] Mithridatis regis uxor, insigne conjugalis fidei exemplar, quę mãtitum à Pompeio victum attonsis capillis, virilique habitu assumpto, per loca inculta, ferasq; gentes, infatigabili corporis, animiq; robore sequuta est.

Hypsipyle, ὑψιπύλη, Lemni regina Thoantis filia, quæ quum reliquæ mulieres ejus insulæ omnes viros ex cõmuni sententia occidissent, sola patrẽ servavit. Ob quam pietatem è Lemno ejecta capta à piratis dicitur, & Lycurgo Thracię regi vendita: à quo liberaliter habita, & nutriendo filio ejus præposita est. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Iasone, quem in Colchos navigantem hospitio simul & lecto exceperat. Postea quum Argivis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus, Langiam fontem ostensura, Archemorum alumnum humi depositsset, ea absente adrepens serpens puerũ interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicium quæreretur, ab Adrasto, cæterisq; Argyvis servata est. Vide Statiũ in Theb. & Ovid. in Epist. Heroid. Prop. li. 1.

Hypsius psuntis, ὑψεύς, Lycaonis filius, condidit Thyreum Arcadiæ urbem, Stephanus. Est & Hypsus Arcadiæ urbs, Steph.

Hyrcania, [ὑρκανία. Ger. Ein ebne tädtschafft Asiæ stoßt gegẽ Auffgang an das Meer von Bachaw.] Regio Asiæ, magna ex parte plana, & præclariſſimis urbibus insignis, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samariana, Carta, & Tape: adeò autem fertilis & opulenta, ut vitis vini metretam ferat, & ficus sexaginta modios ficorum: frumentum ex semine nascatur quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylva, quæ Scythiæ subjacet. Habet ab Oriente mare Caspium: à Meridie Armeniam: à Septentrione Albaniam ab Occasu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & tigres abundant quum sylvis aspera sit.

Hyrcanus, na, num, ὑρκανὸς: ut Mare Hyrcanũ, *Mar de Bacan*, homines Hyrcani. Hieronymus: Hyrcani volucribus & canibus semivivos projiciunt. Virg. 4. Aeneid. - Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

Hyreus, [ὑρεύς. Ger. Der nam eines Bawren in Bœotia, welcher Mercurium vnd Neptunum beherberget hat / vnd sie in hergegen auff seinen wunsch mit einem jungen Sohn begabt haben.] Rusticus quidam Bœotius, qui quum Iovem, Mercuriũ, & Neptunum hospitio suscepissent, jussus petere quicquid vellet, mox voti cõpos futurus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac filium: uxorẽ tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dii in bubulũ tergus, quod ille juvenco detraxerat, quem Iovi recẽs immolaverat, lotium reddidêre: ex quo decimo mense natus est puer, quem ille ἀπὸ τοῦ οὔρου: hoc est, ab urina, Vrionem vocavit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est.

Hyria, ὑρία, Insula est Ioniĩ maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. Autor Plin. li. 4. cap. 12. ¶ Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidũ, in agro Tanagræo, autore Plin. lib. 4. cap. 7, & Strabone lib. 9. ¶ Item aliud in Iapygia, à Cretensibus conditum: cujus meminit Herod. lib. 7.

Hyrmine, ὑρμίνη, Oppidum in ea parte Achaiæ propriè dictæ, quæ Eleorum agro proxima est: Autor Plin. lib. 4. cap. 5.

Hyrnithium, ὑρνίθιον, Parva regio in Epidauro, cui nomẽ dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithios, Steph. ex Pausaniæ lib. 2.

Hyrracus, ci, ὑρρακὸς, Oppidum Cretæ, apud Stephanũ. ¶ Fuit præterea hoc nomine Trojanus quidam ex Ida monte, pater Nisi unius ex comitibus Aeneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virg. lib. 9 Aen.

Hysaia, ὑσαία, Insula parva & magna Aethiopũ: Insulares Hysaitæ, Stephanus.

Hysbe, es, ὑσβὴ, Lydiæ oppidum, apud Stephanum: à quo deducuntur gentilia Hysbæus & Hysbites.

Hyscana, ὕσκανα, τὰ, Vrbs Illyriæ: gentile Hyscaneus. Stephan.

Hyle, æ, vel Hylæ, arum, ὑσία, ἡ ὑσίαι, Bœotiæ oppidum, colonia Hyræorum, à Nicteo Antiopes patre condita: de hac Thucydides, lib. 3. Est & alia regio sedes Parthorum Gentile Hysicus Est item vicus Argivus Thucydidi: Characi verò civitas: Vnde Hysiates, tis. Item Arcadiæ urbis: denique Rhysia, fortè Hysia urbs Bœotiæ, Stephanus. Vide HYRIA.

Hystaspes, ὑστάσπης, Darii Persarũ Regis filius ex Atossa Cyri filia: cujus meminit Herod. li. 7. ¶ Fuit & ante hũc alter eôdẽ nomine, Arsamenis filius, & Darii pater: de quo idẽ Herod. lib. 1.

Hytenna, ὑτέννα, Vrbs Lyciæ. Steph.

Hythmitæ, ὑθμῖται, Populi juxta Lyburnos & Cyopios, Steph.

Hyttenia, ὑττηνία, Vide TETRAPOLIS.

I

Ia, Ἰά, Filia fuit Atlantis, soror Majæ, matris Mercurii, de qua Homerus lib. 24. Odyss. ¶ Item Ia, ἴα, Græci vocant violas: unde Ianthina vestis: vide infrá.

Iaboch, Fluvius, oriens prope Rabbath Metropolin Ammonitarum, & exonerans se in Iordanem, infra Mare Galilęæ, in cujus fluvii ripa Iacob cum angelo luctatus est, Gen. 32.

Iacchus, Ἴακχος, Nomen Bacchi, ab ἰαχῶ, clamo, canto, vocifero: nam qui Baccho sacrificabant, ululatibus & clamoribus omnia implere solebant. Virg. Aegl. 7: Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо. ¶ Ponitur quãdoq; pro vino. Virg. 6. Aegl. Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.

Iacob, [יעקוב Iahakób.] Lat. athleta, & exercens se dicitur, quã appellationẽ primùm habuit, quũ practicis operationibus multos proprietate labores ferebat. Quum autem jam victor luctando evasit & speculationibus fruebatur bonis, tunc Israëlem ipse Deus appellavit, ęterna prędicta, beatitudinemq; ultimam, quæ in visione Dei consistit, ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israël nomen significat.

Iacobus, pen. prod. [יעקוב Iahakób. Ἰάκωβος.] Nomen proprium, quatuor syllabarũ. Claud. Quid laceras versus dux Iacobe meos? Nomina enim propria apud Hebræos (sicut Priscianus docet) in fine acutum accentũ habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producunt: ut, Adam, Adamus, Ioseph, Iosephus.

Iader, neutri generis, [Ἴαδρα. Ger. Ein fluß auß der Windischen Marck bey der Statt Zara.] Fluvius est Illyrici, in Adriaticũ mare defluens, juxta quem oppidum est Iadera. Lucan. lib. 4: Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

Iadera, quæ & Iader, neutro genere, Ἴαδρα Ptolemæo, Vrbs est Illyrici, nõ procul ab Apollonia & Salona. Pomp. lib. 2: Iaderę meminit & Plinius in descriptione Liburniæ. Vulgò Zara.

Iætia, ἰαιτία, Vrbs Siciliæ, Steph.

Ialchlevei, ἰαχλεύεις, Populi Libyæ.

Ialmenus, Vide suprà ASCALAPHVS.

Ialysos, ἰάλυσος, Oppidũ in Insula Rhodo, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Et Pomp. lib. 2: In Rhodo, *inquit*, tres quondam urbes erant, Lindos, Camiros, Ialysos. Ialysos autem hæc ipsa est, quæ Telchinas olim âluit, his qui in Creta floruêre, cognomines, maleficum genus hominum, & præstigiis infame.

Iamblichus. [ἰάμβλιχος Ger. Ein Philosophus in Syria / der Pythagorischen Lehr vast wolbericht.] Pythagoricus philosophus è Chalcyde Syriæ fuit Porphyrii discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo brevi tempore tantum profecit, ut secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquã differre videretur doctrina: nisi quòd ille melior facilitate, candoreq; orationis, hic paulò durior habebatur: atq; ut de Xenocrate Plato dicebat, venere dicẽdi carebat. Morib. adeò probatus, ut ejus vitæ abstinentia, modestiaq; ea tẽpestate nemo cognita fuerit. Hujus meminit & Hieronymus.

Iambrasius, ἰαμβράσιος, Samus à fluvio sic dicta, Steph.

Iamesius, ἰάμησις, Aestuariũ est maris Britannici, in quod illabitur fluvius Ille, quẽ Temesim Cæsar vocat. Plin. lib. 1. cap. 3.

Iami, ἴαμοι, Populi Scythiæ, Steph.

Iamnia, ἰάμνια, Oppidum Phœniciæ, Strabo vicum esse scribit, ab Iamno dictum, aut quòd Iamnos Græci vocant humidos & floridos locos: gentile, Iamnites pro Iamnites.

Iamno, onis, Oppidum insulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida, Iamnonem, & Magonem, teste Plin. lib. 3. cap. 5, & Pomp. Mela ad finem, lib. 2. Ptolemæus Iamnam, ἰάμναν, nominat.

Iana, Prius dicta fuit, quæ postea præposita litera d, Diana appellata est, teste Nigidio.

Ianassa, ἰανάσσα, Nympha dicta est, à suaviter regendo, ἰαίνω, lætifico: ἀνάσσω, regno, impero.

Ianassum, Oppidũ Celticæ gentis in Hispania citeriore. Pomponius Mela. lib. 2.

Ianiculum, Oppidum fuit in Janiculo monte trans Tyberim: ita dictum à Iano conditore, ut quidam putaverunt: vel quòd tanquam Ianua esset Romanis in Hetruriam proficiscẽtibus. Virg. 8. Aen. Hæc duo præterea disjectis oppida muris, Reliquias, veterumq; vides monumenta virorum: Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem: Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Ĭānīră, pen. prod. *ἰάνειρα*, Nymphæ nomẽ, Oceani & Tethyos filia: *παρὰ τὸ ἰαίνειν τὰς ἄνδρας*: hoc est, à viris demulcendis. Hesiodus in Theogonia.

Ianoe, oppidum non procul à Iordane à Samaria distat duobus milliaribus versus ortum brumalem. Ios. 16.

Ĭānthe, *ἰάνθη*, Puella fuit Cretensis, ex Phæsto oppido, Telestę filia, uxor Iphidis, qui ipso nuptiarũ die ex fœmina mutatus est in marem. Ovid. lib. 9. Metam. Tertius intereà decimo successerat annus, Quum pater Iphi tibi flavam despondet Ianthem, Inter Phæstiadas quę laudatissima formæ Dote fuit virgo, Dictæo nata Telesta.

Iānŭs *ἰάνος*, Ab hiatu dictus est, detracta aspiratione: quẽ quidam Solem putant: ideoq; geminũ, quasi utriusq; januæ cœlestis potentẽ, qui exoriẽs aperiat, occidens claudat. Alii Ianũ mundũ: id est, cœlum intelligunt, quasi Eanũ ab eundo, ut inquit Cic. lib. 2 de Nat. deorũ, eò quòd mundus semper eat, dũ in orbẽ volvitur, & ex se initiũ faciens in se refertur. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies habere dixerunt, alteram suo loco, alterã à tergo, eò quòd annus ex se initiũ faciẽs, fini occurrat: vel quòd præterita sciverit, & futura prævideri: seu quòd superorũ & inferorum janitor extiterit. [Ger Der Gott Janus / ward gemahlet mit zweyen Angesichten von einander gewendet/ sein Tempel zu Rom stund offen so lang vnd sie krieg fuhrtẽ: zu fridens zeit aber ward er beschlossen.] Hujus templũ erat Romæ ad infimum Argiletũ, à Numa Pompilio positũ, quod tempore belli patebat, tẽpore pacis claudebatur: unde Patultius & Clusinus cognominabatur, ut autor est Servius. Constat aũt templum hoc ter fuisse clausum. Primùm regnante Numa: iterũ post bellum Punicũ secundum: tertiò post bella Actiaca, quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantũ ad exteras pertinet gẽtes: sed bellis flagravêre civilibus Romani. Hujus aũt claudendi vel aperiendi templi ratio varia est. Alii dicunt Romulo cõtra Sabinos pugnante, quũ jam propè vinceretur, calidã aquã ex eodẽ loco erupisse, quæ fugavit exercitum Sabinorũ. Hinc ergo tractũ morem, ut pugnaturi aperirent templum quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilii. Alii dicunt Tatium & Romulũ facto fœdere hoc templum ædificasse. Vnde & Ianus ipse duas facies habet, ut ostendat duorũ regum coitionem: vel quod ad bellum ituros æquum sit de pace cogitare. Est alia melior ratio, quòd ad pręlũ ituri, optent reversionẽ. Hunc alii quadrifrontem fecerũt, ob quatuor orbis cardines, & Ianũ quadrigeminum vocitarunt: & Iunoniũ, quasi Calendarũ principem: Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ. ¶ Ianus præterea erat locus Romæ, ubi fœneratores consistebant e regione Basilicæ: quoniã in eo Iani simulachra collocata visebantur. Ovidius: Qui puteal, Ianũq; timet, celeresq; Calendas. Horat. in Epist. Hæc Ianus summus ab imo Prædicat. Suet. in Domit. Ianos, *inquit*, arcusq; cum quadrigis, & insignibus triumphorũ per regiones urbis extruxit. ¶ Ianus antiquissimus Italiæ rex, quẽ geminam faciem prætulisse ferunt: quod ad regis prudentiã, solertiamq; referendum est: qui & præterita nosceret, atq; prospiceret futura: unde etiã bifrons dicitur. Hic Saturnum a filio fugatũ è Creta, classeq; in Italiam advectũ, suscepit hospitio: & quoniã ab eodem ruris agriculturã edoctus est, regni partẽ illi concessit, amboq; unà regnarunt concordes, vicinaq; oppida cõmuni opera condiderunt. Romani, ut dictum est, hunc omnibus januis præesse crediderunt: unde & clavigerũ ipsum vocarũt. Eum aũt primum in Italia diis templa fecisse, ritusq; sacrorum instituisse, atq; ob id eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, autor est Macrob. lib. 1. cap. 7 8 9.

Iānālĭs, le, adjectivum à Iano: ut Ianalis virga. Ovid. 2. Fast. Virgaq; Ianalis de spina sumitur alba, Qua lumẽ thalamis parva fenestra dabat. Ianalis porta quę & Belli porta vocabatur Romæ, à Iano dicta, ubi & positũ ejus signũ dicitur. Hanc Numa ea lege instituit, ut esset clausa semper, nisi quũ bellum foret.

Ianxuatis, *ἰανξύατις*, Vrbs Libyorũ, gentile Ianxuatites, Steph.

Iapĕtŭs, pen. corr. *ἰαπετὸς*, Cœli & terræ filius (ut inquit Hesiodus) vir quidam potens apud Thessalos, sed protervi ingenii, magisq; filiorum, quàm sua virtute clarus. Ferũt hunc Asiam nympham uxorem duxisse, & ex ea Hesperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum suscepisse. Valer. Flac. lib. 1: Iapeti post bella trucis, Phlægræq; labores. Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Ovid. 1. Metam. Sive recens tellus, seductaq; nuper ab alto Aethere, cognati retinebat semina cœli, Quam satus Iapeto mistam fluvialibus undis, Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. De Prometheo loquitur. ¶ Iapeto antiquior, *ἰαπετῶ ἀρχαιότερος*. De re antiquissima dixit Lucianus.

Iapўgĭum, promontoriũ, Acram Iapygiam, *ἄκρων ἰαπυγίων*, cũ Græcis nominat Plinius: extremũ Salentinorum promontorium est, quò quàm longissimè in mare excurrit Italia. Vulgò *Cabo de S. Maria en Tierra de Otranto*. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

Iapўgĭă, æ, [*ἰαπυγία*. Ger. Das Land so sich zu hinderst in Italiã in die Adriatisch Meer wie ein halbe Insel zeücht/ heißt jetzt *Tierra d'Otranto*.] Regio est in finibus Italiæ, in Cherronesi formam coacta, cujus Isthmus à Tarento Brundusiũ usq; extenditur. Alio nomine Messapia dicitur. Autor Strab. lib. 6. Servius in illud Virgilii: Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arvis. Iapygia (*inquit*) pars est Apuliæ, in qua mons est Garganus, qui usq; ad mare Adriaticum extenditur. Quod si verum est, longè majores sunt Iapygiæ fines, quàm quos modò ex sententia Strabonis descripsimus. Nam Garganus mons multis passuum millibus extra jam dictam peninsulam situs est. Dicta est autem Iapygia ab Iapyge Dædali filio, ut tradit Solinus in Polyhistore.

Iăpўx, [*ἰάπυξ*. Ger. Der Wind so von des Sommers Nidergang herwehet. Fland Nordwesten/west.] Ventus est ab occasu solstitiali spirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teste Gellio lib. 2. Noct. Att. Dictus Iapyx à Græcis, quòd ab Iapygia spirare videatur: quare & commodissimus est ex Italia in Græciam navigantibus. Horat. li. 1. Carm. Ode 3: Sic te diva potens Cypri, Sic fratres Helenæ, lucida sydera, Ventorũq; regat pater, Obstrictis aliis, præter Iapyga.

Iăpĭs, idis, *ἰαπὶς* Nomen propriũ cujusdam Aetoli, qui quũ in Venetiam venisset, oppidum de suo nomine condidit: à quo ea pars Italiæ, quæ Timavo fluvio irrigatur, Iapide dicta est. Quin etiã Timavũ ipsum ab hujus nomine Iapidẽ cognominat. Virg. 2. Georg. Castella in tumulis, & Iapidis arva Timavi.

Iărbas, *ἰάρβας*, Getulorum rex, qui quum Didûs ambiret nuptias, ab ea repulsus, nascenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod quum Pœni propulsare non possent, reginam suam eò adegerunt, ut nuptiis suis pacem redimeret. Quod quum illa alia ratione effugere non posset, simulat se ante Sichæi (id defuncti mariti nomẽ erat) manes placare velle. Eam itaq; ad rem impetrato spatio, pyram ingentem extruxit, cui superincumbens, suis sibi manibus necem consciv it.

Iărchas, *ἰάρχας*. Philosophorum Indiæ princeps, qui in solio aureo sedens apud suos, sapientiam profitebatur. Vide Philostratum in vita Apollonii Tyanei.

Iardanus, *ἰάρδανος*, Fluvius Lydiæ.

Ias, *ἴας*, Pars Lyriæ: dicitur etiam Ionica, incolę Iateæ, Steph.

Iasa. Nomen civitatis quæ imminet Rubro mari, ubi est terminus Moabitarum provinciæ.

Iăsĭs, *ἰασὶς*, Dicta est Atalanta ab Iasio patre. Propertius: Atq; animum duræ contudit Iasidos.

Iăsĭŭs, *ἰάσιος*, Filius fuit Abantis Argivorũ Regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Servius, & Iasius fratres fuerunt: Electræ filii: sed Dardanus de Iove: Iasius de Corito procreatus est. Hæc Servius apud Virg. 3. Aen. Hinc Græci, Iasidæ & Iasis vocatur Atalanta ejusdem filia. ¶ Fuerunt & alii ejusdẽ nominis: unde Iasides Palinurus, apud Virgil. 5. Aen. Et Iapis Iasides, apud eundem, lib 12.

Iăsĭōn, onis, *ἰασιὼν*, quã Diod. lib. 6, etiam Iasiũ appellat: Iovis & Electræ filius, qui adeò à Cerere adamatus est, ut in ejus gratiam ad nuptias Hermiones ipsius Iasii sororis, maximã & frumenti & panis copiã attulerit, atq; ex eo Plutũ pepererit, qui cultũ vitæ instituere, pecuniasq; coacervare, atq; in usus custodire omniũ primus docuit, quũ antea parva congregandæ, servandæq; pecuniæ fuisset cura. Alii addunt fabulæ, cum postea à Iove ex invidia fulmine ictũ: quamvis non desint qui aliam mortis causam afferant, quòd simulachrũ ejus contumelia affecerit. Hunc quoq; alio nomine Aetionem vocant: Ovid. lib. 9: quæritur canescere mitem Iasiona Ceres. *&c.*

Iăsŏn, *ἰάσων*, Filius Aesonis ex Polymela, seu (ut alii volunt) Alcimede, quẽ pater moriens Peliæ fratri in tutelam cõmendavit, tradito etiã regno, ea tamen lege, ut illud adulto Iasoni restitueret. Porrò Alcimedes suspectã habens Peliam, Iasonem Chironi alendum dedit. Itaq; Iason adultus ad repetendũ paternum regnũ venit: sed Pelias commeatus fraudem, Iasonem Colchos ad auferendũ aureum vellus navigare jussit. Quę res tametsi in principio esse major hominũ viribus Iasoni videretur: constructa tamen Argo navi, cum reliquis heroibus Colchos profectus est. Inter navigandũ autem primùm ad Lemnum insulã appulit, ubi ab Hypsipyle & hospitio & thalamo susceptus est. Deinde ad Phineum Regem, à quo muneris loco edoctus est, quomodo per Cyaneas petras inter se cõcurrentes ad Colchos usq; tutò navigare posset. Quò quũ pervenisset, Medea, Colchorũ Regis filia, forma ejus capta, à certissimo eum eripuit exitio: ostensa ratione qua & æripedes tauros perdomare, & draconẽ pervigilem sopire posset. Ejus igitur consiliũ secutus Iason, aureũ vellus sustulit, & inde clàm cum sociis & Medea fugam arripiẽs, ad Istri ostium pervenit: adversoq; flumine subiens, quũ eum tandem in locũ perveniisset, ubi Danubius Liburniæ mõtibus proximus est, navim, qua vectus erat, suis, sociorũq; humeris superatis montibus in mare Adriaticũ deportavit: tandemq; sospes in patriam revectus, duos ex Medea filios suscepit. Sed quũ postea Creusę,

Corinthiorũ Regis filiæ amore flagrãs, eam uxorem duxiſſet, Medea ægrè ferens divortiũ, Creuſam cũ regia exuſſit. Sũt qui tradant, Medeæ poſtea reconciliatũ Iaſonem, Aeeten ſocerũ à Perſa fratre pulſum, in regnũ reſtituiſſe, multaq; alia præclara geſſiſſe, adeò ut divinos in Aſia honores fuerit promeritus. Deſcribitur latiùs tota hæc fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. ¶ Corripit hoc nomẽ pen. genitivi ſyllabam. Ovid. 7. Metam. Multaq; perpeſſi claro ſub Iaſone, tãdem, &c. Et alibi: Quem niſi crudelem, nõ tangat Iaſonis ætas? ¶ Hinc fit patronymicum Iaſonides: ut, Iaſonidæ juvenes, apud Statium lib. 10. Theb.

Iaſõnium, *ἰασόνιον*, Promontorium Cappadociæ. Ptolem. lib. 5. cap 6

Iaſus, ſive Iaſſus, [*Ἴασός*. Ger. Ein unfruchtbare Inſel nahe bey Caria gelegen.] Inſula Cariæ, continenti adjacens, cujus incolæ, quòd regionem habeant ſterilem, ex piſcatu potiſſimum victum quæritant. Hinc proximus ſinus, Iaſius cognominatus eſt. Ex Iaſo orti ſunt Chœrilus poëta, & Diodorus dialecticus, cognomento Chronus.

Iathrippa, *ἰάθριππα*, Vrbs Arabiæ prope Egram, Steph.

Iatinum, *ἰάτινον*, Meldenſium civitas eſt apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Fortè quæ hodie vocatur *Meaux*.

Iava, Hiſpaniæ civitas, Ptolem.

Iaxamatæ, *ἰαξαμάται*, Populi circa Mæotim (inquit Stephanus) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flac. Mellis honos Torinos ditat, ſua mulctra Satarchen, Iaxamatas venatus alit. De his Ammian. lib. 4: Circa hęc ſtagna gentes ſermonum, inſtitutionumq; varietate diſpares, Iaxamatę, Mæotæ, & cum Geloni Agathyrſi.

Iaxartēs, *ἰαξάρτης*, Fluvius Scythiæ eſt, eorum, qui Caſpiũ mare influunt, longè maximus. Quem Alexander falsò credidit Tanaim eſſe. Nam eſſe diverſum Iaxartem à Tanai aliorũ poſtea navigationibus compertum eſt. Oritur apud Sacas (ut ait Ptolemæus) in Septentrionem fluens.

Iazyges, Metanaſtæ. [*Ἰάζυγες*. Ger. Siebẽbürger.] Populi in Europa, qui ab Oriente habẽt Daciam: ab occaſu & Auſtro Germaniæ partem: à Septentrione Sarmatiam. Hodie (ſi quis in re tàm vetuſta conjecturæ locus eſt) creditur populi inhabitantes eam regionem, quam *Septem caſtra* vocamus, Germanicè Siebenbürgen/ quæ regio partim ab Hungaris, partim à Valachis colitur. Ptolemæus lib. 3. cap. 23.

I ante B.

Ibæi, *Ἴβαῖοι*, qui & Ibeni, Populi Celticæ. Sunt etiam Ibeni, aliàs Iaonitæ dicti, Steph.

Ibernia, Vide HIBERNIA.

Ībērŭs, pen. prod. [*Ἴβηρ*. Ger. Ein fluß *Hiſpaniæ* jetzt Ebro.] Fluvius Hiſpaniæ, qui apud Cantabros oritur, per XL. paſſuum millia fluit, & in mare Balearicum evolvitur. Dictus (ut Euſtathius ait) à Rege ejuſdem nominis. Lucanus lib 4: Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus. ¶ Iberus etiã piſcis eſt, Scombrus. Horat. lib. 2: His miſtũ jus eſt oleo, quod prima Venafri Preſſit cella garo, de ſuccis piſcis Iberi.

Ībērĭa, [*Ἰβηρία*. *Arragon*. Ger. Ein Landtſchafft in Hiſpanien/ jetzt *Arragon*. Pol. *Arragonia kſięſtwo pod Hiſpanem*.] Primùm appellata Hiſpaniæ regio, utrinq; Ibero fluvio proxima, quã poſtea Celtæ Gallorũ populi, relictis ſedibus ſuis, habitavêre. Vnde cõpoſito ex utraq; gente nomine, Celtiberi appellati ſunt: & regio Celtiberia. Poſtea tamẽ univerſa Hiſpania, Iberia dicta eſt: & Hiſpani ipſi, Iberi, ſive Iberes. *Ἴβηρες*. Virg. 3. Georg. Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Lucan. occurrat Iberib. alter. ¶ Eſt & alia regio hoc nomine juxta Pontũ, inter Colchida & Armeniam venenorum ferax, quæ Caucaſiis montibus circundatur: cujus ſimiliter populi Iberi, & Iberes dicti ſunt, à quibus (ut Varro ſcribit) profecti dicũtur, qui in Hiſpania habitaverunt: & ab illis Hiſpania, Iberia: & fluvius Hiſpaniæ, Iberus dictus eſt, & hinc adjectivum

Ībērŭs, ra, rum, Virg. lib. 9: Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. Dionyſius contra aliorum ſententiam tradit Iberos populos à Pyrenæis mõtibus profectos, in Aſia ſedes poſuiſſe: Vnde ea pars Aſiæ, Iberia nuncupatur.

Ibylla, *Ἴβυλλα*, Vrbs Tarteſiæ, cives Ibyllini, apud quos auri & argenti metalla ſunt, Steph.

Ībis, ibis, Vide in APPELL.

Ībўcŭs, pen. corr. *Ἴβυκος*, Nomen poëtæ Lyrici Rhegini, apud Græcos præclari, ſed tamẽ omni libidinis genere effœminatiſſimi, à quo genus metri dictũ eſt Ibicũ: ſicut alterũ ab Alcæo Alcaicũ. ¶ Ibyci equus, *Ἴβυκου ἵππος*, in proverbiũ abiiſſe videtur, de iis qui nolẽtes præter ætatẽ ac vires ad periculoſum negotiũ adigerẽtur. Nam (ut refert Plato in Parmenide) Ibycus equus erat jã annoſus, athleta, multis certaminib. detritus. Is quũ ad certamẽ currui jũgeretur, extimuit, videlicet expertus ejuſmodi ludorum aleam. Ridente populo, Ibycus ſurgens: Equus, *inquit*, domino ſimilis eſt: nam & ipſe jam ſenex ad amandum compellor.

I ante C.

Icadius, *Ἰκάδιος*, Prædo inſignis. Cic. de Fato: Ne Icadii quidẽ prædonis video fatum ullum: nihil enim ſcribit ei prędictum. Quid mirum igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura ejus inciditſſe? Puto enim ſi Icadius tum in ſpelunca non fuiſſet, ſaxum tamẽ illud caſurum fuiſſe.

Icadiſtæ, *ἐκάδιστοί*, cognominati ſunt Epicureæ ſectæ Philoſophi, quòd *τὰς ἐκάδας*: hoc eſt, viceſimum quenq; lunæ diem, quo natus eſt Epicurus, celebrarẽt, imagines ejus per cubicula circumferentes. Vide Athenæum Dipnoſophiſtarum lib. 7.

Īcărĭa, ſive Icaros, [*Ἰκαρία* Ptolemæo *Ἴκαρος* Stephano. Ger. Eine auß der Ringsweyß ligenden Inſlen im Aegeiſchen Meer.] Inſula eſt, inter Samum & Myconum ſita, una Cycladum: à quo vicinum mare Icarium appellatur, non (ut Poëtæ fabulantur) ab Icaro Dędali filio. Eadẽ & Doliche, & Macris, & Ichthyoëſſa aliquando fuit appellata. Autor Plin. li. 4. cap. 12. In hac inſula fuit inſigne Dianæ templum Tauropolium appellatum: cujus meminit Strabo lib. 14. Vulgò *Nicaria*.

Īcărĭus, *Ἰκάριος*, Pater Penelopes. Ovid Ep. 1: Me pater Icarius viduo diſcedere lecto Cogit, & immẽſas increpat uſq; moras.

Īcărĭs, *Ἰκαρίς*, Patronymicum fœmininum, quod Poëtæ accipiunt pro Penelope Icari filia. Ovid. in Ibin: Et velut Icaridis famulæ periêre, prociq;.

Īcărĭōtis, idis. Ovid. 3. de Ponto: Morte nihil opus eſt, nihil Icariotide tela.

Īcărŭs, pen. corr. *Ἴκαρος*, Oebali Laconũ regis filius fuit, pater Erigones, qui quũ acceptũ à Libero patre vinũ ruſticis diſtribuiſſet, illiq; ex nimio potu ebrii facti eſſent, arbitrantes ſibi toxicũ eſſe datum, Icarũ interfecerunt. Quod ubi Erigone cognovit, doloris impatientia laqueo vitã finivit: quæ deorum miſeratione in cœlũ translata, ſignũ efficit Virginis. Tibullus lib 4. ad Meſſalã: etiam Phœbo gratiſſima dona Cres tulit, & cunctis Baccho jucũdior hoſpes Icarus, ut puro teſtantur ſydera cœlo. Item Propertius li. 2: Icare Cecropiis meritò jugulare colonis. ¶ Icarus, [*Ἴκαρος*. Ger Der Sohn *Dædali*/ welcher auß er mit ſeinem vatter auß Creta hat fliegen wöllen/ ins Meer gefallen vnd ertruncken iſt/ darumb daß er den flug zu hoch genommen hatt.] Dædali filius fuit, qui unà cũ patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quũ ultra patris juſſa altiùs evolaſſet, Soliſq; ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta eſſet, ita ut ab alis deflueret, decidit in mare, quod eſt inter Samũ & Myconum, quod ab ejus nomine Icariũ dictũ eſſe fabulantur Poëtæ. Ovid. 3. Triſt. ũ. Icarus Icarias nomine fecit aquas. Conſtat enim verè, ut diximus ſuo loco, Icariũ mare nomen accepiſſe ab Icaria inſula, medio ferè inter Samũ & Myconũ ſpacio ſita.

Iceſius, *Ἰκέσιος*, Conditor Eraſiſtratiorum ſchołæ apud Smyrnam: cujus meminit Strabo lib. 11.

Ichana, *Ἰχανα*, Oppidũ Siciliæ mediterraneũ: cujus incolę dictę ſunt Ichanenſes. *Ἰχανῖνοι* Steph. quorũ meminit Plin. lib. 3. c. 8.

Īchnæ. *Ἴχναι*, Oppidum in ora Macedoniæ, non procul ab Axii fluminis oſtio. Plin. lib. 4. cap. 8.

Īchnūsă, pen. prod. [*Ἰχνοῦσα*. Ger. Die Inſel Sardinia/ hat dieſen nammen von einer fußſolen/ welcher ſie gleichförmig iſt.] Inſula Sardinia dicta eſt: quoniam ſimilitudinem referat humani veſtigii, quod Græci *Ἴχνος* dicitur. Sil. lib. 12: Inde Ichnuſa piis Graiis memorata colonis. Vide Plin. lib. 3. cap. 7.

Īchthўŏĕſſă, *Ἰχθυόεσσα*, Inſula in mari Icario, una Cycladum, inter Samum & Myconum ſita, quæ aliis nominibus Icaros & Icaria dicitur. Vide Plin. lib. 3. cap. 12:

Īchthўŏphăgī, pen. corr. [*Ἰχθυοφάγοι*. Ger. Fiſchfreſſer/ ſeind Völcker geweſen am Roten Meer wonhafft. Pol. *Rybogedowie*. Vn. *Hallalélè emberek*. Ang. *That liueth on fiſhes*.] Qui ex piſcibus vivunt: quo nomine dicti ſunt quidam populi, Maris rubri accolæ: de quibus Hieronymus contra Iovinianum: Porrò Ichthyophagi, gens errãs in litore Maris rubri, ſupra petras Solis calore ferventeis aſſant piſces, & hoc ſolo alimento victitant. Vide Strab. lib 15.

Īchthўs, *Ἰχθύς*, Elidis eſt promontorium, in Achaia apud Thucididem, quod Valla piſcem tranſtulit, & ob id meritò reprehenſus eſt ab Hermolao.

Īcŏnĭum, *Ἰκόνιον*, Oppidum Lycaoniæ, nõ procul à flexu Tauri montis. Strabo lib. 12.

Icos, *Ἰκός*, Inſula maris Aegęi, una Cycladum, Eubœæ proxima, Stephan.

Īcŏsĭum, *Ἰκόσιον*, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidũ eſt, à viginti Herculis comitibus, qui ab eo deſciverant, conditum. Vnde etiam à numero conditorum nomen habet. Autor Solinus.

Īctŭs. Tarentinus nobilis palæſtrita fuit, qui toto vitę tempore à Venere religioſiſſimè abſtinuit, nequid de corporis viribus imminueret.

I ante D.

Īdă, Idæ, [*Ἴδη*. Ger. Ein Brunquelliger vnd hoher Berg in Troade.] Mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat. Latus ejus Septentrionale, ex anguſtiis Abydi uſq; ad Aeſapum, & Cyzicenum agrum,

agrum, ad Propontidē pertinet: Occidentale, ad Helleſpontū reſpicit: Auſtrale promontoriū efficit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant. Abūdat mons aquis, & multa flumina emittit: in ejus ſummitate locus eſt, Gargarus appellatus, quæ & Gargara in plurali numero dicuntur, atq; adeò æquè pro monte atque oppido ſumptum quòd in dorſo montis eſt ſitū. Ovid. lib. 4. Faſt. Dindymon & Cybelen, & amœnā fontibus Idam. Ida item appellata eſt Dardani Scytharū regis filia. ¶ Eſt & Ida Cretæ mons, ita dictus à Corybantibus, ſive dactylis Idæis, qui quum in Cretam veniſſent, montem, in quo conſederunt, patrii montis nomine appellarunt Virg. 12. Aen. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

I-dæus, a, um, *ἰδαῖος*, adjectivum. Propertius: Cedite jam divæ, quas paſtor viderat olim Idæis tunicam ponere verticibus.

I-dĭcus, a, um, Poſſeſſivum ab Ida monte. Plin. lib. 16. Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicas pro montanis omnibus ſumunt, ut inquit Nicander.

I-dæi Dactyli, *δάκτυλοι ἰδαῖοι*, Iidem qui Corybantes, quos Jovem aluiſſe ferunt: & ne vagitu puer proderetur, novo luſus genere excogitato, clypeolis æneis inter ſe concurſantes, æris tinnitu & numeroſi pedis cōpoſitione, qui dactylus inde dictus eſt, Saturnum celaviſſe. Dicti Idæi, ab Ida Phrygiæ mōte, quem primùm incoluerunt. ¶ Sunt & gemmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani poſſicis imaginē referētes, quos dactylos Idæos nominant. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

I-dæus, *ἰδαῖος*, Rhodius poēta, ſcripſit Rhodiorum res geſtas verſibus ter mille Autor Suidas.

Idale, oppidum eſt in Troade, ut inquit Plinius. De hoc quoq; Luc. lib. 3:

Myſiaq; & gelido tellus perfuſa Cairo,
Idalis & nimium glebis exilis Arisbe.

I-dălĭum, *ἰδάλιον*, Cypri oppidum. quod ab eventu nomen accepit. Nam quum oraculum Chalcenori datum eſſet, ut illic urbem conderet, ubi primum orientem Solem conſpicaretur, unus è comitibus qui fortè aſtabat, ad eū cōverſus, *ἔδον ἄλιον*, inquit: id eſt, vide Solem. Arreptoq; Chalcenor omine, civitatem ſtatuit, & ab ea voce Idaliū nominavit Autor Stephanus.

I-dălĭus, a, um, adjectivum, *ἰδάλιος*. Vnde Venus Idalia, & Idalium nemus eſt appellatum. Virg. li. 10. Aen. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos atq; Cythera, Idaliæq; domus, &c.

I-danthyrſus, Scytharū Rex, qu. bello res magnas geſſit, bonaq; parte Aliæ ſubjugata, uſq; in Aegyptū excurrit: ut autor eſt Strabo, lib. 14.

I-das, *ἰδας*, Apharai filius nomine, re autem ipſa Neptuni, qui acceptus à patre velociſſimis equis, Marpeſſam filiam formoſiſſimam Evenī regis Aetoliæ, Mortis filiū, in Dianę luco ſaltātem rapuit. Ob quam rem ejuſdem pater (qui nulli procorum filiam ſuam dare voluerat, niſi certamine curſus fuiſſet victus: à ſe autem victos decollare, eorumq; capita in aliorum terrorem de muris ædium ſuarum ſuſpendere conſueverat) dolore commotus interemptis, quos habebat equis, ſe in fluvium Lycormam, qui poſtea ab ipſo Evenus dictus eſt, præcipitavit. Cæterùm fugienti cum puella Idæ Apollo in itinere obviam venit: qui quum Marpeſſam & ipſe præripere Idæ vellet, ventum utrinq; ad certamen eſt. Sed à Love miſſus Mercurius arbitrium Marpeſſæ commiſit, ut ipſa utrum vellet, eligeret: illa autem Idam elegit, veritā ne ſefe ætate provectam Apollo relinqueret. Homer. lib. 9. Iliad. Vide MARPESSA.

I-dăſpes, Vide HYDASPES.

Idmon, nis, pen. corr. *ἴδμων*, Vates inter Argonautas. Apollinis & Aſteriæ filius: ex Idmone autem & Theſtia, Theſtor è Theſtore Chalcas item vates, ut placet Pherecydi: Apollonius autem poēta Idmonem Abantis filium eſſe dicit, & item Herodotus. Volaterranus.

I-dŏmĕnæ *ἰδομεναί*. Macedoniæ oppidum, apud Stephanum. Gentile, Idomenius, *ἰδομήνιος*, vel Idomenenſis: quo utitur Plin. lib. 4. cap. 10.

I-dŏmĕneūs per quatuor ſyllabas. [*ἰδομῆος*. Ger Ein Sohn Deucalionis vnd König in Creta ſo auch für Trojam gezogen iſt.] Deucalionis filius Cretenſiū rex, qui contra Trojanos ſtrenuè dimicavit. Troja autem everſa, quum in patriā renavigaret, ſubitò oborta tempeſtate, ſolenne votum concepit, ſi ſe Neptunus incolumē in patriam reduceret, ſe illi immolaturū quod primū ſibi occurreret. Contigit autem, ut filius ejus ei primus occurreret: quem quum immolare vellet, à ſuis pulſus, fugit in Calabriam: ubi juxta Salentinum promōtorium oppidum condidit. Hæc refert Servius in illud Virgil. 3. Aen. Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus.

I-dŏthĕă, *ἰδοθέα*, Nomen proprium filiæ Proēti Argivorum regis, apud Homer. 11. Odyſſ.

Idryeus, *ἰδρυεύς*, Hecatomni Cariæ regis filius, frater Mauſoli, qui Artemiſiæ ſoroti in regnum ſucceſſit. Strab. lib. 14.

I-dumæi, [דומים *adhomim* *ἰδουμαῖοι*. Ger Die Idumeer deren Landtſchafft zwiſchen dem Jüdiſchen Land vnd Arabien gelegē iſt.] Populi inter Iudæam & Arabiam ſiti, ad Occaſum Caſio monti proximi. Orti feruntur à Nabathæis, teſte Strabone lib. 6. qui orta domi ſeditione, relictis ſedibus ſuis, extrema Iudææ occuparunt. Horum regio Idumæa dicitur, ab Idume oppido: cujus meminit Lucanus lib. 3: Gazaq; & arbuſto palmarum dives Idume.

I-dūmæus, æa, um. [אדום *adhomi*. *ἰδουμαῖος*.] Virgil. 3. Georg. Primus Idumæas referam ubi Mantua palmas.

Idya, dicta eſt à Cicerone mater Medeę, quam Ovidius Hypſēā vocat: Non erat Aeetes, ad quē deſpecta rediret, Non Hypſea parens, Chalciopeq; ſoror.

Idyma, *ἴδυμα* vel *ἰδύμη*, urbs Cariæ, ubi Idmus fluvius eſt, Stephanus.

Idyrus, urbs & fluvius Pamphyliæ, pro urbe, *ἴδυρις*, vel *ἰδυρὸς*, invenitur, Steph.

I. ante E.

Iebus. [יבוס *jebus*. *Ἰεβοῦς*.] Civitas in finibus Iudææ, Iebuſæorū metropolis, qui ab ea nomen acceperunt.

Iena, Vibs Thuringiæ Archigymnaſio celebris.

Ienyſus *Ἰενύσιος*, Oppidum in ora Syriæ, tridui itinere à Caſio monte diſtans, Herod lib 3.

Ieranympha, ab impetu ſic dicta: *ἴεμαι* enim impetum facio ſignificat.

Ierna, *ἴερνα*, Artabrorū fluvius in Hiſpania, apud Melam, lib. 3. Strabo Iernam Artabrorum montem eſſe tradit: a quo veriſimile eſt ejuſdem nominis amnem profluere.

Ies ietis, civitas eſt Achaiæ. in promontorio ejuſdem nominis, juxta quo l Alpheus amnis præterfluēs, ſex millibus paſſuum navigatur. Tortellius.

Ieſus, [יהושע *jeſchuah*. *Ἰησοῦς*.] Apud Græcos & Latinos dictio eſt trifyllaba a Hebræorum lingua *ſervatorem* ſignificat.

Ieterus Mœſiæ fluvius, ex Rhodope profluens. Autor. Plin. li. 4. cap. 26.

I ante L.

I-lăpĭnāſtēs, *ἱλαπιναστὴς*, Cognomē Iovis apud Cyprios, inde ducta, quod magnifico apparatu, ſplēdidisq, epulis, quas *ἑλαπίνας* vocāt Græci, coleretur. Vide Cælū Rhod lib. 27. cap. 25.

Ilaraugaræ, *ἱλαραυγαται*, Iberi, & Ilaraugates fluvius.

Ilaris, *ἴλαρις* urbs Lyciæ, Steph.

Ilartia *ἱλαρτία*, urbs Cretæ, Steph.

Ilerda dæ, *ἱλερδα*, Oppidum citerioris Hiſpaniæ, in conventu Tarraconenſi, nō procul à Sycori fluvio: cujus meminit Ptol. lib 2. cap 6.

Ilergetes. Hiſpaniæ populi, in tractu Tarraconenſi, nō procul ab Ibero amne. Autor Plin lib. 3. cap 3.

I-lĭăcus, Iliades. Vide ILIVM.

I-lĭă, l. æ, *ἰλία*, quæ & Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius pulſo jam Numitore fratre, & interfecto ejuſdem filio Lauſo, virginē Veſtalem fecit, ut illi habendę prolis occaſionē adimeret, & nequid ſupereſſet de prole Numitoris. Veruntamen Ilia, dum aquā pro ſacris quęreret, obdormivit, & in ſomnis ut fit vitium eſt ſe a Marte comprimi, & ſic geminos concepit: quos quū peperiſſet, Amulius partus exponi juſſit, matremq; Iliam vinctā apud Tyberim fluviū infodit: unde poētę eam Tyberi nupſiſſe fingunt: qui ob id quoq; uxorius amnis ab Horatio lib. 1. Carm dicitur. Quid verè putris accederit, vide ſupra in dictione AMVLIVS Virg lib. 1. Aen. donec regina ſacerdos Marte gravis geminā partu dabit Ilia prolem.

Iliberis, Vide ILLIBERIS.

Ilienſes, *ἰλιεῖς*, Populi ſunt Corſicæ inſulæ antiquiſſimi, ut ſcribit Pomponius lib. 2. Horum meminit & Pauſanias.

I-lĭŏnē, *ἰλιόνη*, inter filias Priami natu maxima fuit. Virgil. lib. 1. Aen. Præterea ſe ſpectum, Ilione quod geſſerat olim, Maxima natarum Priami.

I-lĭŏneus, *ἰλιονεύς*, Nomen proprium viri Trojani, Phorbantis filii, qui qualis in bello fuerit, nuſquam legitur: eloquentia verò excelluiſſe, deletoq; Ilio cum Aenea fugiſſe, & apud eundē legati vice functum, autor eſt Virg. 1. Aeneid. Poſtquā introgreſſi, & coràm data copia fandi, Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit Vbi Servius: Non mirum, inquit, ſi eloquens à Virgilio introducatur Ilioneus, quū pater ejus Phorbas, Homero teſte, ſemper Mercurio deo eloquēntię favente pugnarit.

I-lĭſſŭs, *ἰλισσὸς*. Nomen amnis in Attica regione, Muſis dicati, quas ab eo Iliſſidas vocant Vide Strab. l b. 9 Papinianus li. 4. Theb. videtur hunc fluvium Furiis conſecrare, quum ait: - anfractu ripārum incurvus Ilſſos, Sævus honos fluvio: Stygias luſtrare ſeverus Eumenidas perhibetur aquis.

I-lĭthyiă, dictio quatuor ſyllabarum, & pen prod. [*εἰλείθυια*. Ger Die Göttin Juno / ſo gehalten ward daß ſie den gebärenden behülfflich wäre] Dea parturientibus propitia, quæ & Iuno Lucina à Latinis appellatur. Ovid 9. Metam. Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam.

I-lĭum, *ἴλιον*, Vrbs fuit Phrygiæ, ſive Troadis, M.D paſſus à mari diſtans, à Dardano Jovis filio condita. ab Illo verò rege ampliata,

pliata, & Ilium nominata, quum antea Troja à regione illa in qua ſita fuit, diceretur. Regia fuit Priami: poſtea verò ob Helenam à Paride raptã decẽnali bello obſeſſa: ac demũ expugnata eſt. [Ger. Ein gewaltige Stat in Troade/ſo man gemeinlich Troiã neñet/welche die Griechen zerſtört haben.] Virg. li 2. Aen. - cecidit q; ſuperbũ Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja. ¶ Dicta eſt etiam Ilios Ovid. lib. 14. Metam. - poſtquã alta cremata eſt Ilios & Danaas paverunt Pergama flammas. Horat. nõ ſemel Ilios Vexata. ¶ Ilium propriè civitas eſt: nã regio Troja eſt: quamvis interdum pro urbe, Trojam uſurpet Virgilius, ut lib 3. Aeneid. Et campos ubi Troja fuit.

Ilĭăcŭs, a, um pen. corr. Ἰλιακὸς, Poſſeſſivum deductum ab Ilio, agri Trojani urbe. Virg. 1. Aen. Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. ¶ Iliacus morbus à Plauto vocatur, qui infeſtat ilia: ſed hoc ut pleraq; alia apud Plautum crediderim eſſe fictitium, ut ambiguitate vocis riſum captaret.

Ilĭăs. Vide in APPELL.

Ilĭbĕris. Ἰλίβερις, Oppidum in finibus Galliæ Narbonenſis, juxta Pyrenæos montes, nõ procul à Ruſcinone, ejuſdem nominis fluvio irrigatum, teſte Strab. lib. 4. Plin. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis Iliberim ſua ætate exiguũ oppidulũ fuiſſe inquit, & (ut ipſius verbis utar) magnæ quondam urbis tenue veſtigiũ. Forte *Salſas*. ¶ Ptolem. lib. 2. cap. 6, Illiberim alteram collocat in Bætica Hiſpaniæ regione, quam nonnulli eandem eſſe exiſtimant, quam hodie *Granatam* appellant.

Illĭbĕrĭs, dis, [Ἰλλυβερὶς. Ger. Das Windiſchland/begreifft die Dalmatier vnd Sclaven. Vn. *Tót Orſzag.*] ſive Illyrium, rii, ſive Illyricum, ci, regio Europæ ſatis ampla, ſecundùm dextrum maris Adriatici latus extenſa, à cæteris partis Iſtria, Myſia ſuperiori, & Macedoniæ parte quæ Adriatico mari incũbit terminata. Dicta ab Illyrio Polyphemi (ut Appianus ſcribit) ſive (ut Euſtathio placet) Cadmi filio. Vrbes habet Iadeſtã, Epidamnũ, poſtea Dirrachium, hodie *Rhaguſium* dictam, Salonam, & alias quamplurimas: Vulgò *Eſclavonia*.

Illyrĭcŭs, ca, cum, [Ἰλλυρικὸς. Vn. *Telthoz valo tolti.*] Virg. 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapſus Achivis, Illyricos penetrare ſinus.

Ilĭă, Ἰλεα Ptolemæo, Inſula Hetruriæ adjacens, decem paſſuũ millibus diſtans à Populonia, renaſcentis ferri metallis uberrima. Virg. 10. Aen. - aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

Ilurcis, Ἰλουρκις, Vrbs fuit Vaſconum in citeriori Hiſpania, poſtea à Sempronio Graccho, Gracchuris dicta.

Ilŭs, li, Ἴλος, Filius Trois regis Trojanorum, & pater Laomedontis, quem matura ætate moriens, regni hæredem reliquit. Ab hujus nomine celeberrimũ illud Myſiæ minoris, ſive Troadis caput Ilii nomen accepit: ſive quòd ab illo primùm fuerit conditum quum Dardanus antea, in montibus Dardaniam condidiſſet, ut placet Homer. lib. 13 Iliad. ſive quòd à Dardano primùm conditum inſtauravit Ilus, & auctiùs reddiderit: quẽadmodũ nõ obſcurè ſignificat Virg. lib. 8. Aen. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor. Autor Strabo lib 23. primũ omniũ Ilũ auſum fuiſſe in campis hãbitare, proindeq; in mediis campis fuiſſe ſepultum, cujus ſepulchri meminit & Homerus 11. Iliad. ¶ Fuit & alter Ilus, Aeneæ filius, alio nomine Aſcanius appellatus. Virg. 1. Aen. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno.

I ante M.

Imacarenſes, Ἰμακαρεῶται, Populi Siciliæ ſtipendiarii, in mediterraneis inſulæ ſitis: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Imaduchi, Ἰμαδοῦχοι, Scythiæ populi, Caucaſi montis juga accolentes Plin lib. 6 cap. 7.

Imantopodes, pen. corr. Ἰμαντόποδες, Populi in Aethiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt: hoc eſt, ut Solinus interpretatur, qui flexis crurum nexibus ingrediuntur. Ἱμαντα enim Græci lorũ dicũt. De his Plin lib. 3. cap 8. ¶ Sunt & aves quædam imantopodes dictæ ex argumento pedum, quaſi loripedes, quod habent crura prælonga. Plin. lib 16. cap. 47: Laudatiſſimi porphyriones in Comagene: roſtra iis, & prælonga crura rubent. Hæc quidem & imantopodi, multò minori: quanquam eadem crurum altitudine. Naſcitur in Aegypto: inſiſtit ternis digitis. Quo tamen in loco Plinii, quidam hæmatopodi legere malunt, ut pũtiũs à ſanguineo crurum colore, quàm áb eorundem longitudine dicta ſit. Vide ſuprà HAEMATOPODES.

Imaus, pen. prod. [Ἰμαος. Ger. Ein vernampt Gebirg in Scythia/reichet biß in Indiam.] Caucaſi montis pars, Indiam à Scythia dirimens, Scythiamq; ipſam in duas ſecãs partes, quarum altera, Scythia intra Imaum: altera, Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. lib 6. cap 17. & Ptolemæum Aſiæ Tabula 9.

Imbaros, Ἰμβαρος, Sami inſulæ fluvius eſt apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Imbraſus, Ἰμβρασος, Sami inſulæ fluvius eſt, apud Plin. lib. 5. cap. 31

Imbrēus, per duas ſyllabas, Nomẽ unius ex Centauris, apud Ovid. lib. 12 Metam. At non Eurynomus, Lycidaſq;, & Araeus, & Imbreus, Effugêre necem.

Imbrŭs, Ἰμβρος, Inſula Thraciæ adjacẽs, Mercurio ſacra, cum oppido ejuſdem nominis. Vide Plin. lib. 4. cap 12.

Imola, æ, Vrbs eſt Italiæ, in via Aemylia, quæ Forum Corneliũ vocatur à Ptolem. lib. 3. cap. 1.

I ante N.

Inachĭă, [Ἰναχία Ger. Die Landtſchafft in Griechenlandt ſo gegen Mittag ſchier allenthalben wie ein Inſel mit dem Meer vmbgeben iſt/vnd jetz Morea heißt.] Peninſula eſt Europæ totius clariſſima, quam *Peloponneſum* vocamus. ¶ Eſt & Inachia nomen puellæ ab Horatio adamatæ, cujus meminit Epod. 11: Hic tertius December, ex quo deſtiti Inachia furere.

Inachĭum Ἰναχιον, Peloponneſi oppidum, inter Sylleum promontorium, & Iſthmum ſitum: alio nomine Argos Dipſium appellatum. Plin. lib 4. cap. 5.

Inachŭs, pen. corr. Ἴναχος, Strab. lib. 8: Fluvius Inachus labitur inter ſaxeas convalles, qui oritur ex Lycio ad Cynuriã montem Arcadiæ. Hunc poëtæ fabulantur Iũs patrẽ fuiſſe: quã quũ Iupiter vitiaſſet, adventum Iunonis præſentiens, in vaccam mutavit. Ovid lib. 1. Metamorph. Inachus unus abeſt, imoq; reconditus antro Fletibus auget aquas, natamq; miſerrimus Io Luget, &c. ¶ Fuit & Inachus primus Argivorum rex, qui Inacho fluvio nomen dedit: à quo Argivi ipſi, Inachidæ appellati ſunt. Hujus filia creditur fuiſſe Io: quam quum Iupiter vitiaſſet, & in Cretam advexiſſet, Iuno pellicis impatiens, graviſſimis odiis eam exagitavit. Quæ res Poëtis occaſionem fabulandi dedit, Io Inachi fluvii filiã, fuiſſe Iunonis metu à Iove in vaccam mutatam: quam quum illa à conjuge dono accepiſſet, œſtro immiſſo tantopere fuiſſe exagitatam, ut furore correpta nuſquam conſiſtere poſſet, donec in Aegyptũ tranſvecta, in Iſidẽ deã mutata eſt. Hujus meminit Horat. 2. Carm. Ode 3: Divésne priſco natus ab Inacho Nil intereſt, an pauper.

Inachĭŭs, a, um adjectivum. Virgil. lib. 2. Georg. Inachiæ Iuno peſtem meditata juvencæ.

Inachis, Ἰναχὶς, patronymicum fœmininum eſt ab Inacho deductum: quod à Poëtis accipitur pro Io, Inachi filia, quam Iupiter metu uxoris in vaccam dicitur transformaſſe. Ovid. lib. 1. Metam. Conjugis adventum præſenſerat, inq; nitentem Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.

Inalpini, Dicuntur qui Alpes incolunt. Plin. lib. 3 cap. 3: Alpes populiq; Inalpini variis nominibus, ſed maximè capillati.

Inărĭmẽ, [Ἄενμη Homero, πῆκοῦσαι Stephano. Ger. Ein Inſel nicht fern von Neaples gelegen.] Inſula eſt in ſinu Puteolano, nõ procul à Neapoli, ut ait Plin. lib 3. cap 6: In qua mons fuit qui terræmotum paſſus, alteram fudit inſulam, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt. Sub hanc quoq; inſulam Typhœa gigantem à Iove detruſum, Virgilius his verſibus declarat: Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile Inarime, Iovis imperiis impoſita Typhœo. Eadem & Aenearia, à ſtatione navium Aeneæ: & à coxendicis forma, Iſchia dicitur. Ab Homero in Catalogo inſula hęc Ἄενμη appellatur. Primus Virgilius quum illud Homeri ἀναενμίοις trãsferret, ex ἀν, Ionum præpoſitione, & ἀενμίοις, unam dictionem conflavit, numero & declinatione mutatis. Inarime verò ab Arimis, ſive populis, ſive beluis, ira priſca Hetruſcorum lingua ſimias dictante, quas Græci πῆκους vocant: unde nomen inſulis Pithecuſis, ut Strabonis placet, ex hiſtoria fabuloſa, quam Harpocration, Xenagoras, & Suidas ita referunt: Fratres (*ajunt*) duo fuerunt Candulus & Atlas, omnium ſcelerum, quibus humana vita damnata eſt, autores & inventores. Quibus morum perverſitas, Cercopum nomen dedit. Impoſtores enim ac planos, quales hi præcipui fuêre, ita Græci vocant, ab animalibus quæ κέρκους: id eſt: caudæ motu blandiuntur. Iis ſummum ſtudium fuit, appulſos & advenas dolis quibuſcunq; circumvenire. Quod quum in ipſum etiam Iovem tentaſſent, ab eo ex hominibus in ſimias mutati ſunt, quas Græci *pithecos* vocant. Vnde inſulis quas tenebãt, Pithecuſæ vocabulum darum. Hinc Ovidius

Xenagoram

Xenagoram ſecutus 14. Metamorphoſeos, cecinit: Inarimen, Prochytemq; legit, ſteriliq; locatas Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas. Quanquam Plin. lib. 3. ait: Inarime dicta, Græcis *Pithecuſa*, non à ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimavêre, ſed à figulinis doliariorum.

Inatus, ἴνατος, urbs Cretæ, alii montem & fluvium eſſe dicũt, in quo colatur Ilithia Inatina, Steph.

Incubi, vide morbi genus in APPELL.

Indara, ἰνδαρα, Sicanorum civitas, Steph.

Indĭă. [עדה *hodhú. índia.* Ger. India/ein groſſe vnd herrliche Landtſchafft in Aſia.] Regio Orientalis, Aſiæ terminus, quæ tam vaſta perhibetur, ut eam tradant eſſe tertiam partem omnium terrarum. Pomponius ſcribit tantùm ſpatium litoris eam occupare, quantùm per ſexaginta dies, noctesq; velificãtibus curſus eſt. Tradũt in ea fuiſſe quinq; millia oppidorum, quorum nullum comminus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine, in quem ab Occidentali plaga deſinit, qui ſolus præter Nilum crocodilos creat. A Septentrione Tauri jugis: ab ortu Eoo pelagoq; à Meridie ſuo: hoc eſt, Indico clauditur. Gemmis abũdat, capricanes & elephãtos procreat. Arbores habet ſemper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indi propè gentium ſoli nunquam emigravêre finibus ſuis. Illic binæ æſtates, lenes auræ, temperies cœli, ubertas ſoli, aquarũ abundantia: quæ omnia faciunt, ut majora in India, quàm in cæteris regionibus naſcantur animalia. ¶ Ab India ſunt adjectiva, Indus, ἰνδὸς, & Indicus, ἰνδικὸς.

Indŭs, [ἰνδὸς. Ger. Ein groſſer fluß in India ſo dem gantzen Lande den Nammen gegeben hat.] Fluvius Orientis, ſecundùm Gangem longè maximus, Indum ab Occaſu alluens à quo tota ea regio nomen accepit: Hunc in jugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſſus, adverſus Solis ortum effuſum ajunt, in ſeq; x i x amnes recipere: de quo Arrianus de rebus geſtis Alexandri, lib. 5.

Ingevones, latiſſimi Germaniæ populi in Sicambros, Teutonos & Cauchos diviſi, teſte Plin. lib. 3. cap. 14.

Ingaūnī, Liguriæ populi fuerunt, qui Albingaunum oppidũ in ora Liguſtica condiderunt.

Ingĕnĭcŭlŭs, Signum in cœlo, quod Græco vocabulo ἐγγόνασιν nominant. Firmicus lib. 6: Ingeniculus, qui & Engonatis, in extremis partibus oritur. Hoc ſydere nati, erunt mendaces, fugaces, callidi. Hic eſt Hercules (ut Higinus docet) qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis draconis dexterã partem opprimere conatur.

Ingolſtadium, Nórici urbs ad Danubium ſita.

Ino, ἰνὼ, Nomẽ Cadmi & Hermiones filiæ, uxorisq; Athamantis Thebarũ Regis, & Liberi patris nutricis. Eadem, Cicerone teſte, eſt quæ Leucothea, λευκοθέα: à nobis verò *Matuta*, & *Aurora* dicitur. Ovid. in Faſt. Leucothee Graiis, Matuta vocabere noſtris. Vt aũt is lib. 3. Metam. refert, Ino cum Melicerta filio propter timorem, de ſcopulo ſe præcipitem miſit in mare, amboq; facti ſunt dii marini, illa, Leucothea: Melicertes, Palæmon (qui & Portunus) vocáti ſunt.

Inſubres, Populi Ciſalpinæ Galliæ, cujus civitates ſunt, Mediolanum, Ticinũ, Placentia, Cremona, Lauda, Novaria, Vercellæ, Comum. [ἴνσυβρες. Vulgò *Lombards*. Ger. Die Völcker in Lombardey vmb Meiland/Pavey.] Cic pro Corn. Balbo: Fœdera Germanorum, Inſubrium, Helvetiorum, Iapidum, &c. Strab. lib. 5: Inſubres hac etiam ætate ſunt, qui Mediolanũ metropolim habuêre. Ea quidem pridem vicus erat (omnes enim vicatim habitabant) hac verò tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum civitas eſt, quodammodo Alpibus finitima.

Intĕrāmnă, *interámna*: Vulgò *Terano*, Vrbs Vmbriæ: ita dicta, quòd inter duos amnes ſit conſtituta.

Intrŭtrĭum, [ἰντρτιον. Ger. Inſpruck.] Oppidum in finibus Vindeliciæ, non procul ab Alpibus, cujus meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 13. Idem eſſe putatur cum eo, quod hodie *Oenipontem* nominant.

Inŭus, Pan, ὁ τῆς ὕλης κύριος, Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 22.

Inўſĭŭs, ἰνυσὸς, urbs Aegypti prope Caſium montem, Steph.

I ante O.

Iō, gen. iûs, [ἰώ. Ger. Ein Tochter *Inachi* vmb welche Jupiter gebulet hat/ die auch hernach/ alß ſie in Egypten kommen iſt vnd geſtorben/ *Iſis* genennet/ vnd für ein Göttin geachtet worden.] Filia Inachi fluvii traditur à Poëtis, à Iove adamata, quam ob interventũ Iunonis, ne agnoſceretur, Iupiter in Iuvencam transformavit: Iuno tamen ſuſpicata id quod res erat, vaccam eam à Iove ſibi dono dari poſtulavit: quam quum accepiſſet, appoſuit ei cuſtodem Argum centoculum: à quo quum moleſtiſſima cuſtodia premeretur, ægrè id ferens Iupiter, per Mercurium eum interficiendum curavit. Quamobrem indignata Iuno, œſtrum pellici immiſit, cujus aculeis exagitata, in Aegyptum uſq; perfugit: ubi implorato Iovis auxilio, priſtinam formam recuperavit, Regiq; Oſiridi nupſit: Aegyptiiſq; omnibus adeò chara fuit, ut poſt mortem dea habita ſit, quam illi Iſidem appellarunt: ſacraq; ejus Iſiaca, quibus anſer immolari conſuevit. Vide hanc fabulam latiùs apud Ovid. lib. 1. Metam. ¶ Eſt & Io, Theſſalię fluvius, juxta Oxineam civitatem in Peneũ illabens. Autor Strabo lib. 9.

Iobacchus, ἰοβάκχος, Bacchi cognomẽn, ἀπὸ τῆς ἴυγγος καὶ βοῆς: id eſt, à voce & clamo.

Iŏcāſtă, ἰοκάστη, Oedipi mater fuit, filia Creontis Thebanorum Regis, & uxor Laii, quæ poſt mariti necem, Oedipo filio imprudens nupſit, ex quo Eteoclem & Polynicem genuit: qui quum ſe mutuis vulneribus confeciſſent, ipſa quoq; ſibi manus intulit. Vide Stat lib. 2. Theb.

Iŏl, ἰόλ, Ptolemæo, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, Iubæ olim Regia, à Divo Claudio colonię jure donata, deductis eò ejuſdem juſſu veteranis, & in honorem D. Auguſti Cęſarea appellata. Autor Plin. lib. 5. cap. 2. & Strabo lib. ult.

Iŏlcŏs, ἰωλκὸς Stephano, Oppidum eſt Magneſiæ (quæ eſt regiuncula Theſſaliæ ab Ortu annexa (inter Pelion & Oſſam montes ad ſinum Pelaſgicum, quem & Iolciacum ab hujus oppidi nomine appellat Ovid. 7. Metam.

Iŏlāŭs, ἰόλαος, Iphicli filius fuit, qui Herculi hydram interficienti adfuit, ferroq; candenti cruorẽ reſtinxit atq; cohibuit. Hic quum ad decrepitam ætatem perveniſſet, Herculis precibus juventuti reſtitutus eſt: ut fabulatur Ovid. 4. Metam. - dubiaq; legẽs lanugine malas Ore reformatus primos Iolaus in annos. Hercule verò vita functo, pleroſq; ex filiis ejus in Sardiniam inſulam adduxit, ibiq; cum incolis, qui natione Tuſci erant, promiſcuè habitavit, ut tradit Strabo lib. 5.

Iŏlē, ἰόλη, Euryti Oechalię regis filia fuit, ab Hercule adamata, quam quum Eurytus jam victus ei trãdere recuſaſſet, licet certaminis lege debitam, ira accẽſus Hercules, Eurytum interfecit, urbeq; direpta, Iolen abduxit: poſteaq; Hillo filio ſuo uxorem tradidit. Ovid. lib. 9. Metam. - at longis anxia curis Argolis Alcmene queſtus ubi ponat anules, Cui referat nati teſtatos orbe labores, Cuive ſuos caſus, Iolen habet, Herculis illã Imperio, thalamoq; receperat Hyllus.

Iŏn, ἴων, Orchomenis filius ex Chio inſula, Poëta tragicus & Lyricus, & Philoſophus: cujus ſcripta commemorãtur à Suida. ¶ Fuit & alter Ion, Xuthi filius, à quo Pelaſgi Aegialces, qui Achaiam Peloponneſi regionem incolebant, Iones primùm appellati ſunt, teſte Herod. lib. 7.

Iŏnē, ἰώνη, civitas Palæſtinę, quæ aliàs Gaza: ſic dicta, quòd Io illuc appulerit, & manſerit, Steph. qui rurſus in Ionio mari ab hac urbe dicto, vaccam ejus inſigne eſſe meminit Ione, apud eundem, Antiochia ab Archis habitata juxta Phadnen.

Iŏnĭă, æ, [יון *javán. ionia.* Ger. Ein ſchöne Landtſchafft im mindern Aſia/ zwiſchen *Caria* vnd *Aeolia* gelegen/ in welcher vnder anderen Stetten auch *Epheſus* gelegen iſt.] Aſiæ minoris regio, media inter Cariam & Aeolidem, tùm cœli bonitate, tùm ſitus cõmoditate nulli regionẽ poſthabẽnda. Hujus incolæ dicti ſunt Iones, ἴωνες, ab Ionibus Græciæ populis oriũdi, quorum olim duodecim præcipuè fuerunt civitates decem in continenti ſitæ, Miletus ſcilicet, Myus, Priene, Epheſus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomænæ, Phocæa, Erythræa, & duæ in inſulis, Chios, & Samos. Vide Herodot. lib. 1.

Iŏnĭcŭs, a, um pen. cor. Quod eſt ex Ionia: [יוני *javán. ionicús.*] ut Ionica lingua inter quinq; Græcorum linguas notiſſima. Motus Ionicus. Horat. lib. 3. Carm. Ode 5: Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, & fingitur artubus Iam nunc, & inceſtos amores De tenero meditatur ungui.

Iŏnĭŭs, a, um: [יון *javán ionicus.*] ut Fluctus Ionius. Virg. 3. Aen. Nec potis Ionios fluctus æquare ſequẽdo. Vnde Ionię Luca. lib. 3: Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas. ¶ Ionĭũ mare. [ἰόνιον πέλαγος. Ger. Das Meer ſo ſich oberthalb dem Adriatiſchen außſtrecket zwiſchen Sicilien vnd Creta] dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ ſupra fauces Adriatici inter Siciliã & Cretam expanditur: ut non obſcurè innuit Plin. lib. 4 cap. 11. quũ ait Ionium mare à Græcis in Siculum & Creticum dividi. Sũt qui Iſthmum Peloponneſiacum Ionii & Aegæi maris terminum faciũt. Ptolemæus in deſcriptione Macedonię eam quoque partem ſinus Adriatici quæ Macedoniæ oram ab Occaſu alluit, Ionio mari attribuit, eiusq; terminos, Dyrrhachio ſive Epidamno urbe, & Pylichno fluvio circumſcribit. Rectiùs Plinius, cæteriq; Acroceraunio promontorio Ionium mare ab Adriatico dirimunt. Quod autẽm ad nominis rationem attinet: nõ ſatis convenit inter ſcriptores: Didymus enim dictum exiſtimat ab Ionio quodam Dyrrachii filio, quem Hercules quum imprudenter occidiſſet, in mare projecit, ut memoriã ejus propagaret. Solinus ab Ionia, extrema Italiæ regiuncula dictũ mavult. Lycophron ab errore Iûs, Inachi filiæ: alii ab Ionum naufragio: nonnulli ab Ione quodam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

Iŏpās, ἰόπας, Africæ regulus, unus ex procis Didûs: cujus meminit Virg. lib. 1. Aen. - cithara crinitus Iopas Perſonat aurata.

Iopis *ἰόπις* regio Laconiæ, Steph.

Ioppe. [יפו *aphóh.ἰόππη.* Ger. Ein Statt in *Palæſtina* am Meer gelegen/jetzt *Porto Iaffa.* Vulgò, *Puerto Iaffa.*] Vrbs eſt maritima Palæſtinæ, quæ (ut quidam voluêt) regia fuit Cephei Andromedæ patris. Hæc, referente Solino in Collectaneis, & Plin. lib 5, fuit antiquiſſima omnium urbium in univerſo orbe, utpote ante diluvium condita. Quod & oſtendit ſaxum, quod vinculorum Andromedæ veſtigia adhuc retinet, quam expoſitam beluæ *Solinus*, nouercalitas rumor circũtulit. Nonnulli veterum non Ioppen Palæſtinæ, ſed aliam Indiæ urbem fuiſſe dicunt, ubi Andromedam marinæ beluæ fuiſſe expoſitam. Ouid. lib. 1. de Arte amandi: Perſeus Andromeden nigris portavit ab hoſtis. Et Sappho ad Phaonem: Candida ſi non ſum, placui Cepheia Perſeo, Andromedæ, patriæ fuſca colore ſuæ. Sunt tamen qui credant, eam in Aethiopia Indica fuiſſe natam: circa Ioppen tamen Palæſtinæ urbem beluæ marinæ fuiſſe expoſitam.

Iordanis, [ירדן *jardén ἰορδάνης.* Ger. Ein berümpter fluß im Jüdiſchen Landt.] Fluvius in Iudæa eximiæ ſuavitatis. Peræam a reliqua Iudæa dirimens, ut autor eſt Plin. lib. 5. cap. 5. Oritur ad radices Libani duobus fontibus: alteri eſt nomen Ior, alteri Dan: qui ſimul junctι, Iordanis nomen efficiunt.

Iŏs, ⊙. Inſula eſt maris Myrtoi, una Sporadum, diſtans à Naxo XIIIII M paſſ. in quâ ſepultus eſt Homerus; oraculo jubente: quoniã mater ejus ex Io foret: ipſe verò certa matre, incerta cæleſtι patria. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Iŏſpica, Oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 21. Ptolemæus Iaſpiram appellat.

Iostephanorum, five Iatapeta, tæ, *ἰωτάπατα, ἡ Ἰωτάπατη* Stephanus, *ἰώτατα*, pro Iotapata, apud Iosephum lib. 3. Antiquit.

Iovianus Pontanus, Poeta, multa ſcripſit tùm proſa oratione, tùm carmine.

Iovinianus. *Ἰοβιανὸς*, Divus Maximianus voluit vocari, qui ſe fortiter in Illyrico geſſiſſent.

I ante P.

Ipana, urbs circa Carthaginem, *Ἴπανα* Steph.

Iphicetes & Phebus, filii fuerunt Priami, quos illi uno partu Perſeis Lampi nympha enixa eſt, quam ipſe furtim in venatione compreſſit: at poſtea verò in bello Trojano ab Antilocho Nestoris filio ſunt occiſi.

Iphiănăſſa *ἰφιάνασσα*, & Lyſippe filiæ, fuerunt Prœti Argivorum regis, quibus alii Mœram & Euryalen addũt. quæ quum ad Iunonis templum veniſſent, deam contumelias affecerunt, patris ſui domum divitiis templi Iunonis: vel ut alii ferũt, formam ſuam deæ pulchritudini præferentes, à Iunone in torem verſæ ſunt, ut putarent ſe eſſe vaccas. Ad quas curandas accerſitus eſt Melampus, cui pater regni partem, & alteram filiam, quam vellet, nuptui promiſit. Placata igitur per ſupplicationẽ, & hoſtias Iunone Melampus Prœtidas à morbo curavit, & Iphianaſſam uxorem duxit. ¶ Hoc nomine appellatur etiam à Lucr. lib. 1, Iphigenia Agamẽmnonis filia, ex Clytemneſtra: Aulide quo pacto Triviai virginis arã Iphianaſſai turparit ſanguine fœdé

Iphiclus, pen. corr. ſive Iphicles, *ἰφικλῆς* Suidæ, fuit Amphitryonis & Alcmenæ filius, eodem partu cum Hercule editus, Iolai pater: ſepulcrum habet Arcadiæ urbem, ut ſcribit Pauſanias. Servius: Hercules natus eſt cum Iphiclo Amphitryonis filio: ſed quum Iuno duos ſerpentes immiſiſſet Herculi: Iphiclus de cunis territus lapſus, ſuo vagitu excitavit parentes: qui quum turre exiſſent, viderunt Herculem angentem manibus angues immiſſos ei novercalibus odiis. Fuerunt & alii hujus nominis.

Iphicrates, *ἰφικράτης*, teſte Aemilio & Plutarcho, vir Atheniẽſis non tàm magnitudine rerum geſtarum, quàm diſciplina militari nobilitatus. Hic primus omnium ſpoliis bello captis nomen ſuum inſcripſit, quum antea civitatis nomen modò inſcriberetur Autor Suidas.

Iphidamas, *ἰφιδάμας*, teſte Homero lib. 11. Iliad. Antenoris filius fuit, corpore lato atq; procero, ab Agamemnone in bello Trojano interemptus.

Iphigĕnia. *ἰφιγένεια*, Agamemnonis & Clytemneſtræ filia fuit: de qua ita fabulantur poëtæ: Quum Agamemnon in Aulide cervum Dianæ ignarus occidiſſet, dea irata ventorum flatus amovit, ut Græci navigare non poſſent. Quapropter cùm oraculum cõſulerent, reſponſum eſt: Agamemnonio ſanguine deam eſſe placandam. Miſſus igitur Vlyſſes Iphigeniam aſtu à matre abduxit, Achilli eam nupturam ſimulans: quũq; jam immolanda eſſet, dea ejus miſerta, cervam pro ea ſuppoſuit; virginem autem in Tauricam regionem tranſtulit, ubi à Thoante Rege ejuſdem deæ ſactis præfecta eſt, quæ humano ſanguine fieri ſolebant. Quò quum poſtea Oreſtes Furiis agitatus, & ab incolis captus veniſſet, jamq; eſſet immolandus, à ſorore agnitus & liberatus eſt: cum quo nõ multò pòſt, occiſo Thoante Rege aufugit, ablato ſecum Dianæ ſimulachro, in lignorum faſce abſcondito, propter quod illam Faſcelidem vocarunt. Tandem venerunt in Italiam, & in Aricino nemore ſimulachrum locaverunt, ædificato deæ inſigni templo.

Iphĭmĕdĭă, pen. prod. *ἰφιμέδεια*, Vxor fuit Aloei, quæ compreſſa à Neptuno filios geminos peperit, Otum & Ephialtem, qui ſingulis menſibus novem digitorum longitudinem ſtaturæ ſuæ adjiciebant: quumq; paucis annis in ſummã corporis molem excreviſſent, una cum cæteris gigantibus adverſus ſuperos bellum moventes, Apollinis & Dianæ telis confixi ſunt.

Iphinous, *ἰφίνοος*, Vnus ex Centauris, apud Ovid. 12. Metam.

Iphis, *ἶφις*, Puer fuit formæ venuſtate conſpicuus: qui quum Anaxareten puellam efflictim amaret, neq; illa ejus amori reſponderet, impatientia amoris vitam laqueo finivit. Quumq; jam ad ſepulturã efferretur, Anaxarete è feneſtra proſpiciens, in ſaxum mutata eſt. Vide latiùs hanc fabulam apud Ovid. 14. Metam. ¶ Fuit item Iphis, puella quædam Cretenſis ex Phæſto oppido, Lygdi & Telethuſæ filia, quam mater inſcio viro (qui, ſi filia ſibi naſceretur, occidi eam imperarat) virili habitu educaverat. Qua ratione quũ ad annos pubertatis patrem fefelliſſet, Lygdus Ianthen puellam ei deſpondit. Quapropter inops conſilii Telethuſa, Iſidis auxilium imploravit: quæ ipſo nuptiarum die Iphidem transformavit in marem. Vide Ovid. lib. 9. Metam.

Iphĭtus, *ἰφιτος*, Filius Praxonidis, ſive Hæmonis, qui primus Olympia inſtituit. ¶ Iphitus item alius Eurysthei Oechalienſis filius fuit, & frater Ioles, quem Hercules è turri præcipitavit. ¶ Alius fuit Trojanus, de quo Virg. lib. 2. Aen. divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

Ipnus, *ἶπνος*, quam alii Ipneam vocant, urbs Locrorum Ozolorum, Stephanus.

Ipnus, untis, *ἴπνος*, vel Ipnuſia. Parva Regio in Samo, ubi Iunonis Ipnuntidis templum erat, Steph.

Ipſicuri, *ἴψικυροι*, populi Liguriæ, Steph.

I ante R.

Iraphiotes, Vide ERAPHIOTES.

Irene, inſula, *εἰρήνη*, vide CALABRIA.

Ireſidæ, *ἰρεσιδαι*, vicus in Tribu Acamantide, Steph.

Iria Flavia, Oppidum eſt Cæpororum, in ora Occidentali Tarraconenſis Hiſpaniæ, cujus meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. ¶ Eſt & Iria Taurinorum oppidum, non procul à Dertona: cujus meminit idem Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

Irpini, Populi erant ad Soracten montem: ita appellati ab Irpo, quo nomine Samnites lupum appellant, ſive quòd lupum ducem ſecuti, ſedes ſuas delegerũt, ut Feſtus tradit: ſive quod more luporum ex rapto viverẽt. Hos Servius Hirpinos vocat per aſpirationem in prima ſyllaba.

Irŭs *ἴρος*, Mendicus fuit Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, quem Vlyſſes domum reverſus pugno interfecit. Homer. 18. Odyſſ. Hujus paupertas abiit in proverbium, ut hominem extremæ inopiæ aut pauperiorem dicamus, Ovid. Irus erit ſubitò, nam modò Cræſus erat.

Irus, *ἶρος*, Vrbs Theſſaliæ, civis Irotes, *ἰρώτης*, Steph.

I ante S.

Is, *ἴς*, Vrbs à Babylone itinere dierum octo diſtãs, apud quam eſt Is fluvius, in Euphratẽ influens: è quo bitumen ædificandis muris Babylonis ſubminiſtrabatur. Autor Herod. lib. 1.

Iſaca, ſive (ut in quibuſdam exemplaribus legitur) Iſca, fluvius eſt in meridionali latere Britanniæ inſulæ. Vulgò ex. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Iſæus, *ἰσαῖος*, cum æ diphthongo, Nomen Rhetoris pariter & philoſophi, quem Philoſtratus in vitis ſophiſtarum, Aſſyrium fuiſſe tradit. Cujus hoc fuit inventum, cujuſvis rei argumentũ in breve contrahere compendium.

Iſander *ἰσανδρος*, Filius fuit Bellerophõtis & Achimenes: qui quum eſſet bellum inter Lycios & Solymos, contra Solymos pugnans occiſus eſt.

Iſapis, pen. prod. Vulgò *Albs.* Fluvius Flaminiæ, propinquus Ceſennæ, ut Strabo lib. 5, ſcribit. Lucanus lib 2: Cruſtumiúſq; rapax & junctus Iſapis Iſauro.

Iſăra, pen. corr. [Vulgò *Iſere.* Ger. Ein fluß ſo auß dem Alpgebirg für Granoble gegen Nidergang ob der Statt Walanſen lauffe in den Roban.] Fluvius eſt Allobrogũ, non procul à Cemeno monte in Rhodanum influens. Vide Plin. lib. 3. cap 4.

Iſauria, [*ἰσαυρία*. Ger. Ein Landtſchafft des minderen *Aſiæ* gelegen zwiſchen Lycaonia vnd Cilicia nahe bey dem Berg *Tauro.*] Regio eſt Aſiæ minoris, proxima Ciliciæ ad Taurum montem, quam Publius Servilius cognomento Iſauricus ſubegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, vi cepit. Hæc Strabo libro 12, qui ſe Servilium vidiſſe ſcribit. Fuiſſe autem traditur fortunæ adeò tenuis, ut publico funere ſit elatus.

Iſauri, populi Iſauriam tenentes.

Iſaurus, Flaminiæ fluvius eſt, qui accepto Iſapi, non procul à

Cã-

Cæsenna in mare Adriaticum influit. Luc. lib. 2: Crustumiumque rapax & junctus Isapis Isauro.

Isaura, orum, ἴσαυρα, τὰ, Vrbs Isauriæ, quæ est Asiæ regio non procul à Tauro monte, inter Lycaoniam & Ciliciam sita. Hāc urbem postea Claudius, deducta eò colonia, à nomine suo Claudiopolim appellavit: ut autor est Ammianus.

Isbus, ἴσβος, Isauriæ civitas: gentile Isbotes, ἰσβώτης, Steph.

Iscalis, Britanniæ urbs, ut est autor Ptol. lib. 2.

Ischia, ἰσχία, Insula est maris Tyrrheni, altera Oenotridum, ere gione Veliæ sita: autor Plin. lib. 3 cap. 7.

Ischomache, es, ἰσχομάχη, Vxor Pirithoi fuit, ex Atracia Thessaliæ regiuncula, alio nomine Hippodamia appellata, quam quum Centauri Pirothoo prælipere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theseo profligati sunt. Propertius li. 2. eleg. 4: Ischomache Lapithę genus heroinæ. Dicta ischomache παρὰ τὸ ἰσχειν τὰς μάχας: hoc est, à cohibenda pugna.

Ischopolis, ἰσχόπολις, Vrbs est Ponti Cappadocii, juxta Cerasuntem: teste Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

Isepus, ἴσηπος, genus Scythica, Steph.

Iseum, ἰσεῖον, Vrbs Aegypti ab Iside dicta, cujus incolæ Metaboli sunt, mutabiles: tales enim erant. Solis mercatoribus omnia universum vendunt, ipsa ab artificibus singulatim emēmera universum vendunt, ipsa ab artificibus singulatim emētes, Stephan.

Isiaci, [ἰσιακοί. Germ. Priester der Göttin Isidis in Aegypten.] Isidis sacerdotes erant in Aegypto: qui vestibus tantùm lineis, quas illi λινοφολίας appellabant, amiciebantur; à qua consuetudine emanavit scitum illud Plutarchi dictum: Οὔτε γὰρ φιλοσόφους ποιεῖ γνωστοφορίας, οὐδὲ περιστοφορίας ποιῆσαι, οὔτε ἰσιακοὺς οἱ λινοφολίαι: Hoc est, Neq; philosophos facit barba promissior, vestisq; attrita, nec item Isiacos linei amictus. Habet autem hoc non inventum proverbii speciem: Isiacū non facit linostolia: quod tritò vulgi proverbio dicimus: *Monachum non perfici cucullo.*

Isinda, vel Isindus, ἴσινδα, Vrbs Ioniæ est: & Isinda vel Isindia regiuncula, Steph.

Isiphylus, ἰσίφυλος, Pater fuit Protesilai, cujus meminit Ovid. in epistola Laodamiæ ad Protesilaum: Vix socer Isiphylus, vix me grandævus Acastus, Vix mater gelida mœsta refecit aqua.

Isis, Isis, & Isidis, Isim in accusativo. [ἶσις. Germ. Ein Tochter Inachi, welche die Aegyptier für ein Göttin auffgeworffen haben.] Inachi filia, Io priùs dicta, quæ quum à Iove adamaretur, metu intervenientis Iunonis in juvencam fuit transmutata: appositoque à Iunone Argo contoculo custode, arctissimè fuit observata. Tandem implorato Iovis auxilio, quum ad Nilum pervenisset, pristinam formam recepit, & ab Aegyptiis mutato nomine Isis dicta est: à quibus etiam numinis loco est habita. Lucan. lib. 6: Nos in templa tuam Romana recipimus Isim. ¶ Hoc etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico. Scribit Suidas, Isim Iovem ex Argo Græciæ urbe rapuisse: & quum Iunonem timeret, mutasse nunc in bovem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam: cumque ea oberrantem in Aegyptum venisse.

Isiacus, a, um, denominativum ab Iside. Iuven. Sat. 3: Aut apud Isiacæ potiùs sacraria lenæ.

Ismaela, ἰσμάηλα, Arabiæ parva regio, incolę Ismaëlitæ, Steph.

Ismarus, penult. corr. generis masc. [Ἴσμαρος. German. Ein Berg in Thracien vorzeyten auff einer seiten rauch vnnd vngebawen/ auff der anderen aber gantz fruchtbar.] In plurali neutrius, Mons Thraciæ asper & incultus ex una parte, ex alia fertilis vinetis & olivetis: quem Orpheus incoluit. Virgil 6. Aegloga: Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea. Et rursus 2. Georg. -juvat Ismara Baccho Conserere, atq; olea magnum vestire Taburnum. ¶ Est item Ismarus, ἴσμαρος Stephano: sive, ut apud Plinium legitur, Ismaron, Cyconum urbs in Thracia, à monte ad quem sita erat, nomen habens. Vnde Ismarius, a, um: id est, Thracius.

Ismene, ἰσμήνη, Oedipi filia, ut autor est Stat. 2. Theb. Cyrrhei cujusdā juvenis sponsa, qui ante nuptias à Tydeo occisus est.

Ismenias ἰσμηνίας, Nomē Thebani viri, optimi tibicinis. Apuleius: Nescio, *inquit*, ut Ismenias tibiis canere: ut Apelles pingere: ut Lysippus fingere. De hoc Plutarch. in Pericle dicit: Quum audisset Antisthenes, Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit: Malus igitur vir est: nam si probus esset, tibicen non esset.

Ismenus, pen. prod. [ἰσμηνός. Germ. Ein fluß in Bœotia so in das Euboisch eng strudelmeer laufft.] Fluvius Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum illabens. Dictus autem putatur Ismenus ab Ismeno Pelagi filio. Statius lib. 1. Theb. Horruit ingenti venientem Ismenon acervo.

Ismenius, a, um: id est, Thebanus. Ismenides, mulieres Thebanæ.

Isocrates, pen. corr. [ἰσοκράτης. Germ. Ein fürnemmer Redner bey den Griechen.] Nomē maximi rhetoris Græci, cujus domus sanctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis suavissimus orator, & in diverso dicendi genere nitidus, & comptus. Omnes dicendi veneres sectatus est, inventione facilis, honesti studiosus, in cōpositione diligens. Hic nonagesimo quarto anno ætatis eum librum composuit, qui Panathenaicus inscribitur. Centum & sex annos vixit.

Ispalis, [ἰσπαλὶς Ptolemæo, vulgò *Siviglia*. German. Ein berümpte Stat in Hispanien/ heißt jetzt *Siviglia*.] Vrbs clarissima Hispaniæ Bæticæ, non procul à freto Gaditano: à qua unus ex quatuor juridicis Bæticæ, conventibus qui jus dicunt, Hispalensis à Plinio appellatur. Hodie ab Hispanis *Sebilla* dicitur. Vide HISPALIS.

Ispellum, ἴσπελλον: Vulgò *Spello*, Vilumbrorum civitas, non procul à Camertibus: cujus meminit Ptolem. libro 3. cap. 1. hodie *Ispellum*.

Ispōris, ἴσπωρὶς, Olim vicus fuit ad Syrtim magnam, teste Ptolem. lib. 4. hodie civitas esse creditur ea quę *Nain* appellatur.

Israël. [ישראל *jisraél* ἰσραήλ.] Interpretatur vir videns Deum, quod nomen impositum fuit Iacob Patriarchæ: à quo Israëlitæ ἰσραηλῖται, penultima producta, qui de Israëlis stirpe sunt, qui priùs Hebrēi dicebantur. Sed postquam in duo regna populus Hebræorum divisus est; tunc duæ tribus quæ de stirpe Iuda rēges habebant, Iudæorum nomen sortitæ sunt, reliquæ decem tribus Israëlis nomē tenuerunt ab Israële filio Isaachi. Regio majoris Asię, Samariæ conterminа, dicta est Israël. Dicuntur & Israëlitides, ἰσραηλῖτιδες, à nominativo singulari Israëlis, tis, & tidis: Hieronymus in lib. Num. Arrepto pugione ingressus est post virum Israëlitidem. Sic Madian, nitis, & nitidis. Moab, bitis, & bitidis.

Issa, ἴσσα. Vrbs Lesbi, Imera etiam dicta, deinde Pelasgia, & Issa, ab Issa Macaris filia. Dicitur etiā in fœminino ἴσσος vox corrupta videtur de Lesbo, Steph.

Issiorium, ἰσσιώριον, Vrbs Laconię, vide DIANA, ISSIORIA, ἰσσιωρία, Steph.

Issa. [ἴσσα. Germ. Ein Insel im Adriatischen Meer bey Dalmatien ligend/ heißt jetzt *Lissa*. Vulgò *Lissa*.] Insula in mari Adriatico, adjacens Dalmatiæ, ut tradit Ptolæmeus libro 2. cap. ultim. in qua fuit non ignobilis civitas ejusdem nominis. ¶ Est item Issa catellæ nomen apud Martialem, epigram. 138: Issa est passere nequior Catulli.

Issus, ἴσσος. Oppidum Ciliciæ non procul ab Amano monte, quo loco Alexander Darium vicit: unde etiam pro Isso Nicopolum appellavit. Ab hujus oppidi nomine propinquus sinus, Issicus appellatur à Ptolemæo Tab 4. Asiæ.

Ister, Istri, [ἴστρος. Vulgò *Danoe*. Ger. Die Thonaw. Vng. *Duna*.] Fluvius est Europæ longè maximus, q ortus in jugis Arnobæ montis Germaniæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes sex gnata auctus amnibus, in Pontum sex ostiis evolvitur. A nomine Danubius dicitur, præsertim à fonte usque ad cataractas quæ sunt in montibus Daciæ, non procul à Tauro oppido. Nam inde deinceps Istri nomē assumit. Ovid. 1 de Ponto: Stat vetus urbs ripæ vicina binominis Istri.

Isthmia, & Isthmus. Vide in APPELL.

Istiæa, ἰστίαια, Ioaicè, pro Estiæa, ἑστίαια, Homerus πολυστάφυλον: id est, vini feracem cognominat. Vrbs Euboeæ est, quæ nunc *Oropus*. Gentile Estiæus: nam Istiotes, ab oppido Thessaliæ descendit.

Istinos. Vide in APPELL.

Iston, ἰστώνη, mons Corcyrę proximus, unde Istonæus, Steph.

Istonium, Italiæ oppidum, Ptolemæo.

Istria, [ἰστρία. Ger. Histereich ein Landt zwischen den Alpen vnd Venedtiger Meer gelegen.] Italiæ regio, post flexum Adriatici sinus, Illyrio contermina, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum viginti quinque millia complectitur à Phormione, nunc Tisano fluvio ad Banoricum sinum, in quo Arsia amnis decurrens, Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorū gentem, fama, est originem à Colchis duxisse, missis ab Aeta Rege ad Argonautas persequendos: qui ut à Ponto intraverunt Istrum, nec raptores invenissent, sive metu regis, sive tędio longè navigationis juxta Aquileiam consederunt, Istriique ex amnis nomine, quo à mari conceesserant, sunt appellati. In ea est Iustinopolis urbs, quam Iustinus imperator extruxit.

Istri, orum, ἴστροι, Istriæ populi, à Colchis (ut putatur) oriundi. Lucr. lib. 4: Detegit orta dies stantes in puppibus Istros.

Istriana, ἰστριανὴ, civitas ad mare Persicum, gentile Istrianites, vel Istrianeus, Steph.

Istropolis. [ἰστρόπολις. Ger. Ein Stat in Thracia nicht weit von den außgängen der Thonaw gelegen.] Thraciæ urbs, non procul ab ostiis Istri, Milesiorum colonia. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Istrus, ἴστρος, Vrbs Cretæ, quam Artemidorus Istronam, ἰστρώνα, vocat, altera in Ponto. Hinc Istrius, Istrianus, Istrienus. Tertia, insula cum oppido ejusdem nominis juxta Triopium Cnidiæ. Quarta, urbs Iapygiæ, Steph.

Istŭlă, fluvius ad finẽ Germaniæ ortũ versus. Vide VISVLA.

Istŭs, ἰστὸς, insula Africę, ab Afris Vdenoẽm dicta, à Phœnicib. Cella Rharsath, quod interpretatur ab istonis: navi enim similis est: gentile Istius, Stephano. Sed ἰστὸς, pro malo navis aspiratur, videndum an etiam huic proprio adjicienda sit aspiratio.

Isura, Insula est sinus Arabici, apud Plinium lib. 6. cap. 28.

Isus, & Antiphus, Priami fuêre filii: verùm Antiphus ex Hecuba susceptus est, cùm naturalis esset Isus, ut autor est Homer. in Iliade.

I ante T.

Italĭă. [ἰταλία. Ger. Italien die gewaltig groß Landtschafft Europæ mit dem Alpgebirg vnnd Mittelmeer vmbzogen. Pol. Włoskazziemia. Vng. Olasz országh.] Europæ regio, priùs Hesperia dicta, ab Hespero Atlantis fratre, qui à fratre ex Africa pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Sive (ut Macrobius inquit) ab Hespero stella, quòd Occasui subjecta sit. Dicta etiam fuit Oenotria, vel à bonitate vini quod in Italia nascitur (nam Græci οἶνον vinũ dicunt) vel ab Oenotrio Sabinorũ rege. Postea Italia, ab Italo Siculorũ rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges cõdidit, eamq; partẽ in qua postea Turnus regnavit, à suo nomine Italiam appellavit. Virg. lib. 2. Aen. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt: Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ, Oenotrii coluêre viri, nunc fama, minores Italiã dixisse, ducis de nomine, gentem. Timæus & Varro, à bobus vocatam dixerunt: quoniã Tauri Græca veteri lingua, Itali vocati sunt, à quorũ multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt Latium autem & Ausonia, nõ totius Italiæ, sed partium quarundam sunt nomina. Latium enim est ea pars Italiæ, quę citeriori Tyberis ripæ adjacet, ubi hodie est Roma. Ausonia verò dicta fuit Italiæ regio maritima, inter eam agri Brutii partem, qua Siciliæ objicitur, & Salentinos intercepta: unde etiam vicinũ mare Ausonium appellatũ fuit. ¶ Est autẽ omnis Italia in formã cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, à jugis Alpium, dorsoq; Apennini porrecta, se paulatim attollens usq; ad fretum Siculũ. In ultimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterũ Ionium spectat mare, alterũ Siculum, in extremitate Rhegium oppidũ habens. Ejus longitudo, quę ab Augusta prætoria, quæ in Alpino limite sita est, per Romam, Capuamq; porrigitur, usq; ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti millia passuum continet: latitudo verò quadringenta decem, ubi major latitudo: ubi angustior, centũ triginta sex, habetq; umbilicum in agro Reatino. Olim tamen ex latere maris superi Rubiconem fluvium pro finibus habuit. Dividitur autem in sexdecim regiones: scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriã, Apuliam, Samnium sive Aprutium, Picenum, Flaminiam & Aemiliam, seu Romandiolam: Vmbriam, nunc *ducatum Spoletanum*: Galliam Cisalpinam, Venetiam, nunc *Marcham Tarvisanam*: Iapidiam & Carniam, nunc *Forum Iulium*, & Istriam.

Italĭă sic describitur à Siculo Flacco in libro de conditionibus agrorum. Ab Alpibus in mare porrigitur: à tribus lateribus exteras gentes intuetur: à Sicilia usq; ad Galliam omne litus Africum ei est contrariũ: rursus à Leucopetra pars, quę ad mare attingit, Macedonię & aliquam Epiri partem spectat: Adriaticum verò litus Illyricum contra se habet.

Italŭs, a, um, adject. [ἰταλὸς. Pol. Włoch. Vng. Olasz.] quod ex Italia est: ut, Gens Itala. Virg. 6. Aen. -qui maneant Itala de gente nepotes. Idem 3. Aen. Et sæpè Hesperiam, sæpè Itala regna vocare. Horat. 2. Carm Ode 7: Diis patriis, Italoq; cœlo.

Italĭcŭs, a, um. [ἰταλιώτης. Pol. Włoski. Vng. Olasz országi.] ut, Oræ Italicæ. Ovid. 15. Metam. Graia quis Italicis autor potuisset in oris Mœnia.

Italĭcum, ἰταλικὸν, Philosophiæ genus quoddam nuncupatũ ab ea parte Italiæ, quæ quondã magna Græcia dicta est, quod (ut docet Augustinus libro 8. de Civit. Dei) autorem habuit Pythagoram Samium: à quo etiam ferunt ipsum Philosophię nomen exortum.

Italĭcă, ἰταλικὴ, Vrbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfiniũ dicitur, ut ait Strabo lib. 5. Alia Hispaniæ Bæticæ, in conventu Hispalensi, teste Plin. lib. 3. cap. 1. patria Silii Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

Italĭcenses, ἰταλικήσιοι, Dicti sunt populi ab Italica Hispaniæ Bæticæ urbe.

Italĭcŭs ager, ἰταλικὸν χωρίον, in Sicilia. Steph.

Itanus, ἰτάνος, Vrbs in Creta, ab Itano Phœnice, vel ab uno Curetum. ¶ Est & promontorium.

Itea ἰτέα, vicus in tribu Acamantide: tribulis Itæus, Steph.

Ithăcă. [ἰθάκη. Ger. Ein Insel im Jonischen Meer/heißt Compare.] Insula est in mari Ionio, ante Epirum, in qua regnavit Vlysses. Cic. 1. de Orat. Acsi nos id (inquit) quod maximè debet, nostra patria delectat, cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquã nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati esse debemus in ejusmodi patriam, quæ una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? Hæc ille. ¶ Ab Ithaca, Vlysses Ithacus dicitur, & Ithacensis. Virgil. lib. 2. Aen. Hoc Ithacus velit, hoc magno mercentur Atridæ. ¶ In Ithaca urbs est ejusdẽ nominis: item mons Neritos, νήριτος, à quo tota insula interdũ est Neritos appellata, ut annotavit Servius in illud Virgil. 3. Aen. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiũq;, & Neritos ardua saxis, &c.

Ithomẽ, ἰθώμη, Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione: cujus meminit Homerus in Catalogo. ¶ Est & altera Ithome, in agro Messeniaco, quam Lacedæmonii post decem annorum obsidionem in deditionem acceperunt: ut refert Thucyd. lib. 1. Statius libro 4. Thebaid. Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome.

Iton, onis, ἴτων, Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione, ea in parte, qua Crocium campum Amphrysus fluvius irrigat. ¶ Hinc Itonia, ἰτωνία, cognominata est Minerva, quòd hoc in oppido eximium haberet templum, summoque cultu veneraretur. Fuit & Itoniæ Minervæ templum in Bœotia. Vide Strab. lib. 9.

Iturum, ἴτυρον, Vmbriæ oppidum est, non procul ab Ispello. Autor Strabo lib. 5.

Ituræi. [יטור jetúr. ἰτυραῖοι.] Populi Syriæ Cœles in Arabiam vergentis, accolas, qui plana incolũt, perpetuis excursionibus infestantes, teste Plin. lib. 5. cap. 23. & Strab. lib 16. Hos arcu plurimùm usos fuisse memoriæ traditur: unde Ituræi arcus à Poëtis maximè celebrantur. Virg. 2. Georg. -Ituræos taxi curvantur in arcus. Lucan. lib. 7: -Ituræis cursus fuit inde sagittis. Cic. 5. Philipp. Ituræi barbari cum sagittis.

Ituriſſa, ἰτυρίσσα, Civitas est Hispaniæ citerioris in tractu Vasconum, cujus meminit Mela lib. 3, & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Iryłus, & Neis, Filii fuerunt Zethi ex Aëdone conjuge, quorũ Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans eum esse Amalea Amphionis filium: invidebat enim uxori Amphionis quòd jam viro filios sex mares peperisset. Quæ quum errorem suum cognovisset, optavit mori: sed deorum commiseratione in Carduelem versa Itylum deflet.

Itymoneus, teste Homero, Hyperochi filius, vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidensibus à Nestore jaculo est interfectus.

Ithyphallī, ἰθύφαλλοι, Dicti sunt in sacris Bacchi qui Phallum sequebantur, muliebri veste induti, & ad carminis Phallici, sive Ithyphallici numeros saltantes. Erat autem Phallus, teste Suida, membri virilis effigies, quæ primùm ex ficulno ligno, posteà verò ex aluta rubra fieri solebat, quam sibi ita inter femina adaptabant, ut inde enata videretur.

Itys, ἴτυς, Terei & Prognes filius fuit, qui (ut est in fabulis) à Progne matre discerptus, & patri epulandus appositus, in phasianum mutatus est. Autor Servius apud Virgilium in Sileno. Ovid. ad Liviam: Deflet Threicium Daulias ales Ityn. Vide PROGNE.

I ante V.

Iuba. [Ger. Ein König der Mauritanier.] Rex Mauritanię, Pompeianarum partium pertinacissimus assertor, qui Curionem à Cæsare in Africam missum cum omnibus copiis delevit. Victo verò Pompeio, cum Scipione copias conjunxit: commissoq; prælio superatus, quum nulla jam spes reliqua esset, magnificè epulatus, cum Petreio mutuis vulneribus cõcurrens, fortissimè cecidit. Plutarchus in vita Cæsaris. De Iuba (inquit) rege triumphavit. Ejus filius Iuba quoque nomine, puer admodum in eo deductus est triumpho: fortunatissima utique captivitate, qua effectum est, ut ex barbaro, atq; impolito inter doctissimos scriptores connumeretur.

Iudæă. [יהודה jehudháh. ἰουδαία. Ger Das Jüdisch Landt in Syrien gelegen. Pol. Zidowska ziemia. Vng. Sido országh.] Quæ & Palæstina dicitur, Syriæ regio est, à quo Iudaicus, ca, cum, sicut, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Eubœo, Iuven. Satyr. 14: Iudaicum jus ediscunt. Dividitur aũt Iudæa in Galilæam. hoc est, in eam partem, quæ Syrię juncta est & Petręam: hoc est, ulteriorem, quæ Arabiæ & Aegypto proxima est, à cęteris Iudææ partibus Iordane amne discreta. Reliqua autem Iudæa dividitur in decem Toparchias: quas vide apud Plin. lib. 5. cap. 14. Dicta autem est Iudæa à Iuda filio Iacob, quum anteà terra Chanaan diceretur.

Iudæi. [יהודים jehudhím. ἰουδαῖοι. German Die Juden. Pol. Zidowie. Vng. Sidok.] à Iuda filio Iacob dicti sunt. Nam licet fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filiis Iacob descenderunt, à Iuda tamen primogenito omnes Iudæi sunt appellati: quia (ut Augustinus inquit) de stirpe ejus regnum veniebat Iudæis. Prophetaverat enim Iacob, dicens: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus.

Iuernĭă. [ἰουγερνία Stephano. Ger. Irrlandt.] Insula est in Septentrionali Oceano, tantum ferè à Britannia distans, quantum

Britannia

Britannia ipſa diſtat à continente. Cæſar Hyberniam vocat: Mela Iuvernam: quo nomine etiam Iuvenalis eam appellat, Satyr. 2: -arma quid ultra Littora Iuvernæ promovimus, & modò captas Orcadas, & minima cõtentos nocte Britanno: ? Strabo etiam *Ierne* nominat: quẽ videtur ſequutus Claudianus de quarto Honorii Conſulatu: Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne. Vulgus *Irlandiam* vocat.

Iŭgŭlă, læ, Signum eſt cœleſte, quòd & Orion dicitur. [*Ἡφίων*. Vng. *Kaſza hagy*.] de qua Varro: Iugula ſignum eſt, quod Accius appellat Oriona, quum ait: Citius Orion pateſit. Hujus ſigni caput ducitur ex tribus ſtellis: quas infra duæ clarę, quas appellant humeros: inter quas quod videtur, jugulum: unde Iugula dicta, Plaut. in Amph. Neq; Iugula, neque Veſperugo, neq; Vergiliæ occidunt.

Iŭgārĭus, Vicus Romę, dictus quia ibi Iunonis Iugæ ara erat, quam putabant matrimonia conjungere. Livius: Iugarium Aequimelio & Fortunæ templo vicinum ſtatuit. Feſtus.

Iŭgurthă, Filius fuit Manaſtabalis, fratris Micipſæ Regis Numidarum, quem Micipſa patruus moriens, hęredem regni ſui conſtituit unà cũ duobus filiis ſuis adhuc impuberibus, Adherbale, & Hyempſale: quos ille poſtea beneficiorum immemor, inſidiis adortus interfecit, ut ſolus regnaret. Id ægrè ferentes Romani, bellũ adverſus Iugurtham ſuſceperũt, quod ducum inertia, perfidiaq; prętor omnium expectationẽ multos in annos eſt protractũ: quo temporis intervallo vario ſæpè eventu pugnatum eſt, donec miſſo in Numidiam Metello primùm, deinde Mario, Iugurtha fractis opibus ad Bocchum Mauritaniæ regem cõfugit: à quo proditus, Syllæq; traditus, ad Marium perductus eſt, & ab eo Romę in triumpho ductus, tandemq; in carcerem conjectus, animi dolore periit.

Iuli, Vide in APPELL.

Iulĭă, gens, *ἰούλιον φύλον*, Dicta eſt ab Iulo Aſcanio Aeneæ filio, ſive ab Iulo, Iuli Aſcanii filio, ut inquit Feſtus, ex hac familia Cæſar dictator prodiit: de quo paulò infrà.

Iūlĭă, *ἰουλία*, Vrbium multarũ nomen eſt, in gratiã C Iulii Dictatoris impoſitum. Eſt enim Iulia Norici oppidũ apud Plin. lib. 4. cap. 24. ¶ Iulia Fidentia Hiſpaniæ oppidũ, inter Bætim amnem, & Oceanum ſitum. Plin. lib. 3. cap. 1. ¶ Iulia claritas, ejuſdem Bæticæ oppidum, in conventu Aſtigitano. Plin. ibidem. ¶ Iulia fama oppidũ in eadem Bætica, quę Luſitanię proxima eſt. Plin. ibidem. ¶ Iulia virtus, ejuſdẽ Bæticæ oppidum eſt in conventu Aſtigitano, apud eundem lib. 3. cap. 1. ¶ Iulia concordia ejuſdẽ Bæticę oppidum, ibidem apud eundem. ¶ Iulia contributa, Iulia reſtituta, ejuſdem Bæticæ oppidũ apud eundem, loco jam citato. ¶ Iulia fœlicitas, Luſitaniæ oppidũ, notiore nomine Olyſſippo appellatum Plin. lib 4. cap. 22

Iulĭānŭs. [*ἰουλιανός*. Germ. Ein abfelliger Römiſcher Keyſer vom Chriſtenlichen glauben.] Imperatoris Romani nomen, qui quũ Chriſto nomen dediſſet, factus imperator ab eo deſcivit: unde & Apoſtatæ cognomen apud Chriſtianos invenit.

Iūlĭās, adis, *ἰουλιάς* Iudææ oppidum, ad latus exortivum Geneſaræ lacus. Plin lib. 5. cap. 15.

Iuliobona. [Germ. Etes etlichen / etlich achten es für Jouſſen in Normandien.] Oppidum eſt Calletum in Gallia Lugdunenſi, non procul à Lexoviis, & Vnellis. Ptolem. lib. 2. cap 8.

Iuliobriga, *ἰουλιόβριγα*, Cantabrorum oppidum eſt, in tractu Tarraconenſis Hiſpanię Plin. lib. 3. cap 3. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Iuliomagus, *ἰουλιόμαγος*, Andium oppidum in Gallia Lugdunenſi. Ptolem lib. 2. cap. 8.

Iulĭŏpŏlĭs, *ἰουλιόπολις*, Myſiæ oppidum, alio nomine *γεδὶς κώμη* appellatum Plin. lib. 5. cap. 32.

Iūlĭs, dis, *ἰουλὶς*, Ceæ inſulæ oppidum, Simonidis Melici patria. Plinius libro 4. cap. 12. ¶ Eſt & Iulis piſcis nomen, cujus jus præcipuum purgandæ alvi facultatem habet. Plin lib. 32. cap. 9: Optimum jus è ſcorpionibus, & julide, & ſaxatilibus, nec virus reſipientibus.

Iūlĭum Sextifirmium, Iulium forum, Iulium caſtrum, Hiſpaniç Bæticæ oppida ſunt apud Plin. lib. 3 cap. 1.

Iulĭŭs. [Germ Der Heuwmonat.] Menſis dictus eſt quintus à Martio, in honorem Iulii Cæſaris: quòd eo menſe ad quartũ Idus Quintileis natus fertur. Antea enim Quintilis dicebatur. Vide Macrob lib. 1. Satur. cap. 12. Virg. 1. Aen. Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. Lucan. lib. 9: Gentis Iũlææ veſtis clariſſimus aris Dat pia thura nepos.

Iūlĭus Cæſăr. [German. Der erſte Römiſche Keyſer ein gewaltiger Held.] Omnium Romanorum Imperatorum clariſſimus, quem unum ex Romanis habemus, quem Alexandro Macedoni jure optimo poſſimus præferre. Iuliorum nomen ab Iulo Aſcanio Aeneæ filio deductum videtur. Virgil. lib. 1. Aen. quum ait: Naſcetur pulchra Trojanus origine Cæſar, Imperium Oceano famam qui terminet aſtris Iulius, à magno demiſſum nomen Iulo. ¶ A' Iulius fit Iulianus, na, num. Hinc Iuliani milites appellantur à Suetonio veterani milites, quorũ opera uſus erat Iulius Cæſar. ¶ Item faſti Iuliani, à Iulio Cæſare confecti. Similiter Vectigalia Iuliana à Iulio impoſita & exacta, apud Ciceronem 13. Antoniana.

Iūlĭum Carnicum, Ptolemæo lib. 2. cap. 14, Vrbs eſt inter Italiam & Noricum, in ditione Ducum Auſtriæ: Vulgò *Golitza*: alii Villach in Kernten.

Iūngānni, Vide INGANNI.

Iunĭŭs, Menſis. [*Ἰούνιος*, *ἑκατομβαιών*. Gall. *Le mois de Iuin*. Ital. *Giugno*. Ger Der Brachmonat. Hiſ *El mes de junio*. Pol. *Czerwiec*. Vng. *Kis azzony hava*. Ang. *The moneth of iune*.] à Iunone putatur dictus, quẽ Iunonialem & Iunonium dicebãt: vel ut Nonius ſcribit à jungẽdo, G litera attrita. Sed poſtea detritis aliquot literis, ex Iunonio Iunius eſt dictus. Sunt qui putant à Iunio Bruto dictũ Iunium, qui primus Romæ factus eſt Conſul, quòd hoc mẽſe ſcilicet Calendis Iunius, pulſo Tarquinio, ſacrum Carneæ deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Alii à Iunioribus derivant, ſicut Majum à majoribus. Ovid. lib. 6. Faſt. Sic ſtatuit, menſesq; nota ſecrevit eadem: Iunius eſt juvenum: qui fuit antè, ſenum.

Iūno, [*Hęra*. Ger Ein Tochter *Saturni*, ein Schweſter vñ Haußfrauw *Iouis*.] Saturni filia fuit, & (ut fabulãtur Poëtę) Iovis & ſoror & cõjunx. Phyſici interpretantur per Iunonẽ intelligi aërẽ: idcircò autẽ Iovis conjugem, & ſororem putari, quòd ſumma ſit aëris cũ æthere ſimilitudo. Cic. 2. de Nat. deor. Aër, ut Stoici diſputant, interjectus inter mare & cœlũ, Iunonis nomine cõſecratur, quæ eſt ſoror & conjunx Iovis, quòd ſimilitudo eſt ætheris, & cũ eo ſumma cõjunctio. Effœminarunt autẽ eum, Iunoniq; tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius. Et paulò pòſt: Sed Iunonẽ à Iuvando credo nominatam. Iunonis multa ſunt nomina. Eſt enim Curetis, quę utitur curru & haſta. Virgil. 1. Aen. -hîc illius arma, Hîc currus fuit. Eſt & Lucina, quę partubus præeſt. Terent. in And Iuno Lucina fer opẽ. Eſt & regina. Virg 1. Aen. Aſt ego quę divũm incedo regina. Et quia præeſt nubentibus, Pronuba dicitur. Idem 4. Aen. -& pronuba Iuno.

Iūnōnĭŭs, a, um: ut Avis Iunonia, pavo. Ovid. 1. de Arte: Laudatas oſtendit avis Iunonia pennas. Iunonius menſis: id eſt, Iunius, Ovid. 16. Faſt. Iunonius puer, Cic. Epiſtola ad Octavium. Templa Iunonia, Ovid. 3. Triſt.

Iūnōnĭcŏlæ, Colentes Iunonem. Ovid. 6. Faſt.

Iunōnĭgĕnă, ę, Vulcanus dicit, Iunonis filius, Ovid. 4 Metam.

Iūnōnĭă, Duarum inſularum nomẽ eſt inter Fortunatas, quarum altera Iunonia major, altera Iunonia minor appellatur: ut ex Iubæ ſententia refert Plin. lib. 6. cap. 32, *ἡσυχία*.

Iūpĭtĕr, Iupitris, vel Iupiteris, ut Priſciano placet, non Iovis: qui genitivus eſt non à Iupiter, ſed à nominativo Iovis, *ζεύς*. Nam à principio Iovis appellatus eſt, à juvãdo: poſtea adjuncto altero vocabulo dictus eſt Iupiter Iovis ſive juvans pater; ſicut Liber pater, & Dis pater dicere ſolemus. E contrariò veteres Vejovem appellaverunt Deũ, cui dempta eſſet juvandi facultas: celebrabant enim quoſdã deos, ut prodeſſent: quoſdam, ne obeſſent, placabant. Fabulantur autem Poëtę Iovem Opis & Saturni filiũ fuiſſe, in Creta inſula eodẽ cum Iunone partu editum, & in Ida monte à Curetibus educatũ: idq; clam patre, q ex pactione cũ Titano fratre inita, filios ſuos omnes devorabat. Quum autẽ in virum adoleviſſet, cognoviſſetque etiam tunc patrem vitæ ſuæ inſidiari, regno eum pepulit; mũdiq; imperium cũ fratribus Neptuno, & Plutone ſorte diviſit: ac Iovi quidẽ cœli & terræ Neptuno, maris: Plutoni, inferorũ imperium obtigit. Iunonem deinde ſororem ſuam uxorem duxit, quę ei Vulcanum peperit. [Germ. Ein Sohn *Opis* vnnd *Saturni* der oberſte Gott bey den Heyden.] Cic. 3. de Nat. deor. tres enumerat Ioves. Principiò Ioves tres numerant ii qui Theologi nominantur: ex quibus primum & ſecundum natos in Arcadia, altero patre Aethere: ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuiſſe Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt: Tertium Cretenſem, Saturni filium, cujus in illa inſula ſepulcrum oſtenditur. Hæc Cicer. Phyſici interpretantur Iovem elementum ignis; dictumq; Iovem à juvando, quòd nulla ſit res, quæ æquè omnia foveat, atq; calor. A' Poëtis dicitur divũm atq; hominum rex: à majoribus autem Optimus maximus. Et quidem antè optimus: id eſt, beneficentiſſimus, quàm maximus: quia majus, certeque gratius, prodeſſe omnibus, quàm opes magnas habere. Cicero pro Domo ſua: Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia pop. Rom. optimum: propter vim, maximum appellavit. ¶ In carmine ferè geminamus p, quòd à juvando putatur deduci, cujus prima ſyllaba corripitur. ¶ Vſurpatur quandoque pro aëre. Horat. Ode 1: Manet ſub Iove frigido Venator tenere conjugis immemor. Iuvenalis: -fremeret ſæva cum grandine vernus Iuppiter. Vnde & Sub dio dicimus: id eſt, ſub aëre. Nam *Δία* Iovem vocãt Græci, quem omnia eſſe voluerunt: ut Valerius Soranus: Iuppiter omnipotens, regum, rerumque, deumque Progenitor, genetrixq; deũm, Deus unus & omnes. ¶ Accipitur & pro imbri. Virgil. libro 2. Georg. Et jam maturis metuendus Iuppiter uvis.

mis. ¶ Est & Iupiter nomen stellæ illius salutaris, quæ in ordine secunda est. ¶ Aliquādo per Iovem intelligimus ipsam vim duorum superiorum elementorum, quæ agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem. ¶ Iupiter aquilam delegit, Ζεὺς ἀετὸν ἔλεγεν. Vbi quis ascisçit sibi præclaros, suisq; rebus accommodatos titulos. Poëtæ enim fingunt aquilam Iovi fulmen porrigere, quòd hęc avis omnium altissimè subvolet, nec ictu fulminis lædatur. ¶ Ne Iupiter quidē omnibus placet, Theognis in Sentent. -οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεύς, Οὔθ' ὕων πάντας εὐδόκιμος, οὔτ' ἀπέχων: id est, -neq; Iupiter ipse, sive pluat, seu non, unicuiq; placet. Hodieq; vulgò dicunt, neminem inveniri qui satisfaciat omnibus: nam aliis alia probantur. ¶ Ponè à Iove atq; à fulmine, πόρρω Διός τε κεραυνοῦ. Refertur à Diogeniano. Admonet nō esse agendum cū præpotentibus, qui nutu possint perdere. si quādo libeat: maximè cū regibus atq; tyrannis. ¶ Stultitia est, Iovem putare esse, τῶν μωρίας, τὸν Δία νομίζειν ὄντα πάλαι πολλοῖς: id est, insçitia est, natū tot annos, credere esse ullum Iovem. In eum accōmodari potest, qui grandis natu dicit, aut sentit absurdū quippiam, quum propter ætatē nihil oporteat jam ignorare. Non cōvenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recensetur à Suida. ¶ Iovis suffragium, Διὸς ψῆφος: dicebatur sacrū & inviolatum. Vnde sententiam ejus, cujus sit velut irrefragabilis autoritas, Iovis suffragium rectè dixeris.

Iurā. [Germ. Der Iäberberg / sünderet die Helvetischen Pchtlender von den Burgunderen.] Mons est Galliæ, Sequanos ab Helvetiis dividens autore Cæsare in Commentariis. Sunt qui putent eum esse, quem Galli sua lingua vocant *Le mont des fauciles*.

Iuturnā Ἰουτέρνη, Dauni filia, & Turni Rutulorum regis soror, quam Iupiter pro erepta virginitate immortalitate donavit. Virg. lib. 12 Aen. Numicioq; fluminis nymphā fecit. Hęc in bello Latinō adversus Aeneam multùm adjuvit: sed videns fratri necē instare, Numicū fluvium se occultavit. Alii dicunt eam rem habuisse cū Latino rege: eoq; palàm facto, sua sponte se in Numicum præcipitavisse. Virg. At procul ut duæ stridorem agnovit & alas, Infelix crines scindit Iuturna solutos, &c. ¶ Est & Iuturna, fons Italiæ, prope Numicum salubrimæ aquæ: unde ad omnia sacra Romam afferebatur aqua. Ad hunc fontem pleriq; Virgilium respexisse volunt.

Iuvēnālis, Ἰουβενάλις, Nomen proprium Satyrici Poëtæ, in primis eorum, qui argumētum ejusmodi tractarunt, laudandus, nisi secretam illam flagitiorum sentinam nusquam non movens, castiores animos à sui lectione avertisset.

Iuvērnā, Insula est non procul à Britannia, quę vulgò *Irlandia* dicitur: à doctis verò Hybernia. [Ger. Irlandt.] Iuven. Sat. 2: -arma quid ultra Littora Iuvernæ promovimus, & modò captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos? Græci vocant Ἰέρνην, teste Hermolao. Claudianus in quarto Honorii Consulatu, vocat Iernam.

I ante X.


Ixíbatæ, Vide IAZABATAE & IAPAMATAE.

Ixīon, pen. prod. hujus Ixionis, pen. cor. [Ἰξίων. Ger. Ein König in Thessalia gewesen / welchen Jupiter zur Hellen verdampt hat / daß er stäts an einē Rad vmbgetryben wurde.] Filius fuit Phlegię (alii tamen Aetionis, alii Iovis filiū faciunt) qui principiò uxorē duxit Diam filiā Dejonei seu Ejonei: cui quū multa ꝑ cōpensatione dotis pollicitus esset, & ob id pater sponsę ad eū venisset, ut munus reciperet, Ixion facta scrobe, eaq; lignis & stramētis intecta, patrē sponsę in ea fraude peremit: à qua cęde quū neque homines, neq; dii eum lustrare vellent, ejuq; incertus vagaret, Iupiter illiq; misertus in cœlū assumptū expiavit. Quūq; jam purgatus apud superos degeret, Iunonem amare cœpit, eamq; de stupro interpellavit. Quod quū Iupiter intellexisset, nubē illi sub Iunonis effigie opposuit, ex qua illi Centauros genuit. Dejectus deinde in terram, quum passim gloriaretur se cū deorum regina rem habuisse, Iupiter indignatus fulmine ad inferos Ixionem detrusit, curavitq; ut ibi rotę volubili alligatus, pepetuò volutaretur: unde Ovid. Volvitur Ixion, & se sequiturque fugitq;.

Ixiōnīdēs, Patronymicum.

Izelus, ἰζηλὸς, Castellum Siciliæ, Steph.

L



A, sive Laa, λᾶ Lycophroni, λάα Homero, Laconiæ oppidum, edita in petra situm, unde & nomen habet: nam λᾶς Græcis petra est, vel lapis. Hanc urbem quū expugnassent Castor & Pollux, Lapersæ, Λαπίθαι, cognominati sunt. Incolæ, Lai, λαεῖς dicuntur, Stephano.

Labānis Insula est in sinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Labara λάβαρα Carię oppidum, apud Stephanum.

Labdărus Virpropriū, cujus crebra mētio apud Plutarchū.

Labdăcē, λαβδάκη Amphionis cujusdā ex Bacchiadarū genere filia fuit: quæ quòd clauda esset, & ob id a Bacchiadis cæteris sperneretur, Ectioni nupsit, eiq; puerum peperit, quē ab ea natu Cypselum nominavit. Nam quū duo Corinthiis redderentur oracula, quibus illi monebātur, fore ut Labdæ filius Corinthi aliquādo tyrannidē invaderet, missi sunt publico decreto decē viri, qui puerum interficerent. Verùm quū fortè puer ei, qui primus eum à matre acceperat, arrisisset, ille misericordia motus, adduci nō potuit ut eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rursus alii: atq; ita deinceps per manus traditus infans, à decimo matri redditus est, nemine eum interficere volente. Post hæc illi egressi, & pro foribus stantes, sese mutuò, & præcipuè eum, qui primus puerū acceperat, increpabant qui eum ex conventu nō occidisset. Quod quū audisset Labda quę intùs ad fores astabat, puerū in mēsura frumentaria, quā *cypselum* vocāt Græci, occultavit: unde postea mater ei Cypselo nomen imposuit. Vide Herodotum lib. 5.

Lābdăcus, λάβδακος, Phœnicis filius, qui senex Thebas vocatus, ibi aliquandiu regnavit: filiumq; habuit Laium, qui à patre Labdacides vocatur. Stat. lib. 6. Theb. -nec verbera pallidus abdit Labdacides.

Lābdăcĭdæ, pen. corr. λαβδακίδαι, Cognominati sunt Thebani à Labdaco rege, Laii patre.

Labdalon, λάβδαλον, Promontorium Epipolęorum prope Syracusanos, Stephanus.

Labeates, Liburniæ populi sunt apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Lăbĕo Antistĭus, Nomen Iureconsulti, à labiorū magnitudine sic dicti. Quicunq; enim magna labia habēt, labeones, & labrones cognominātur. [χαῦλοι, χαλῶνες. Ger. Die grosse Läffzen haben. Pol. Wargacz.] Hic Labeo (ut Gell. ait lib. 14.) juris civilis disciplinā principali studio exercuit, & cōsulentibus de jure publicè responsitavit. Sed cęterarū quoq; bonarū artium non expers fuit, & in grammaticam atq; dialecticam, literasq; antiquiores, altioresq; penetravit, Latinorumq; verborū origines, rationesq; percalluit, eaq; præcipuè scientia ad eos dādos juris laqueos utebatur. Immodica libertate fuisse perhibetur, & nimia tuendi juris pertinacia, adeò ut D. Augusto jam principe, & Rempublicā obtinente, ratū tamen pensumq; nihil haberet, nisi quod justum, sanctumq; esse, in Romanis antiquitatibus legisset. Quare quū à muliere quadā Tribuni adversus eum aditi, Gellianum ad eum misissent, ut veniret, & mulieri responderet, jussit eum qui missus erat, redire, & Tribunis dicere, jus eos non habere neq; se, neq; alium quenquā vocandi, quum moribus majorum Trib. pleb. prehensionem haberent, vocationem non haberent. Posse igitur eos venire, & prehendi se jubere, sed vocandi absentem jus non habere. Vide plura de hoc apud Gell. lib. 13. cap. 10. & 12.

Lăbĕrĭus, Poëta mimographus, à Cęsare annulo equestri donatus, cujus meminit Macrob. Satur. lib. 2. & Gell. lib. 11. cap. 9 Senec. lib. 7. Declamat. Laberium mimum Divus Iulius ludis suis produxit: deinde equestri ordini reddidit: quem quū jussisset ire sessum, omnes equites ita se coarctaverunt, ut venientem non reciperent.

Labetía, Arabię oppidū, ab Aelio Gallo dirutū. Plin. li. 6. c. 28.

Lăbĭcānum, λαβικανὸν, à Suetonio in Cæsare fundus in agro Labicano. Dictus est autem ager Labicanus à Labicis vicino oppido, cujus meminit Liv. lib. 2. ab Vrbe: Labicos, *inquiens*, peditū vi cepit. Vnde & populi ipsi, Labici dicti sunt, de quibus Virg. lib. 7. Aen. -& picti scuta Labici.

Lăbĭcī, Vulgò *Valmonte*, Italię populi, qui genus suum à Glauco Minois filio traxerūt, quem Labicum appellarunt à scuto militari, intus ansato, quòd primus in Italia ostendit. Nam λαβὴ Græcis ansam significat, vel manubrium. Virg. lib. 7: Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici. Vide LABICANVM.

Lăbĭēnus, prænomine Titus, Cæsaris in Gallia Legatus, rei militaris gloria clarus. Hi post res amplissimas sub Cęsare gestas, instāte bello civili, defecit ad Pōpeium, pertinacissimūq; fuit Cęsaris hostē præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in societatē solicitavit, magnasq; eorū copias in Asiā adduxit. Autor Strabo lib. 14. ¶ Fuit præterea Titus quidā Labienus, scriptor immodicę libertatis, qui quòd in omnes nullo discrimine inveheretur, Rabies cognominatus est: factūq; est opera inimicorū, ut scripta ejus publicè exurerētur. Quod quum intueretur Cassius Severus: Nūc me, *inquit*, vivum exuri oportet, qui ea ad verbum edidici. Labienus autē ignominiā illam tam graviter tulit, ut scriptis suis superstes esse noluerit, sed in majorum suorū monumenta se inferri jusserit, vivumq; ibidem includi. Fuit præterea alius Labienus, qui cū Saturnino est interfectus, de quo apud Ciceronem in Rabiriana.

Labīna, Vulgò hodie dicitur vicus inter Veronem & Cremonam duabus Romanorum notus, qui antea Bebriacus dicebatur: Calepinus

Lăbōrĭæ, arum. [Ital. *Terra di lauoro*. Ger. Ein theil Landschafft Campanię in Italien.] Campaniæ pars illa, quæ vulgò *Terra laboris* dicitur, mirę fertilitatis stipulam tantæ crassitudinis gignens, ut ea incolæ pro ligno utantur. Dictæ autem sunt Laborię,

boriæ, à laboro, eò quòd ad sui cultum plurimùm exigant laboris. Plinius lib. 18. cap. 11: Quantum autem universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars ejus, quæ Laboriæ vocantur. Finiuntur Laboriæ via ab utroque latere Consulari, à Puteolis, & à Cumis Capuam ducente. Hinc Laborinus campus. Plin. lib. 17. cap. 4.

Labradeus, Iupiter, in Caria colebatur: cujus simulacrum primus dicitur consecrasse Arsalis rex, quū Gygæ adversus Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset, indeque securim, Lydorum regum gestamen, in Cariam retulisset. Securim autem Lydi labryn appellant. Vade Iovi Labradeo cognomen factum est. Vide Cælium lib. 6. cap. 11. Autor est Plin. lib. 32. cap. 2: Labradei Iovis delubrum fontem fuisse anguillis insignem, quæ in aures additas gestabant.

Labunctus, Filius Nictocris reginæ Babyloniæ, tandemque Babyloniorum tyrannus. Vide Herod. lib. 1.

Lăbўrinthŭs, [λαβύρινθος. German. Ein frig gebeüw mit viel vmbgängen / in welchem einer den außgang schwerlich wider finden kan Polon *Labierinth, zamotana droga.* Vng. *Kerdngös vtas hely, (az az) baralintos.*] Locus multis viarum ambagibus inflexus. Quatuor autem præcipuos fuisse Labyrinthos docet Plin lib. 36. cap. 13: Creticum, qui arte maximè fuit spectabilis, à Dædalo, ut putant, factus jussu Minois, qui Minotaurum illi inclusit: cui Athenienses ex fœdere septem quotannis ex liberis suis devorandos mittebant. Aegyptium in nomo Heracleopolite, omniū maximū & portentosissimū humani ingenii opus, lapideis è Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis, unde exempla sumpsit ejus quē in Creta fecit Dædalus: quem Pomponius Mela lib. 1. describit. Lemnium columnarum nitore insignem: centū enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum à Porsena Hetruscorum rege sepulchri causa extructum. Creticus centesimam tantùm portionē ejus qui in Aegypto erat, continebat: itinerū tamen ambagibus, occursibus, & recursibus multò admirabilior. Siquis plura noscere cupit, Plin. adeat lib. 36. cap 13, qui verè vesanam illam fuisse dementiam scribit, quæsisse gloriam impendio nulli pro futuro, præterea fatigasse regni vires. quum tamē laus major artificis esset. ¶ Labyrinthum, λαβύρινθον, olim vocabant orationem aut rem quampiam vehementer impeditam, & inextricabilem.

Lăbўrinthæŭs, a, um. [Vng. *Baralintosi.*] Catullus: Nec labyrinthæis è flexibus egredientem Tecti frustraretur inobservabilis error.

Lăcænă, λάκαινα, Fœmininum est à Lacon, significans mulierem ex Laconia. Virg. 2. Aen. Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ Has evertit opes. Idem 2. Georg. -Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

Lăccŏbrĭgă, λακκοβριγα, Oppidum Vaccæorum, in Hispania Tarraconensi. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Lăccŏplūtī, λακκόπλουτοι, Cognominati sunt Callię Athenienses posteri: propterea ꝙ is Callias repentè ditatus esset thesausis posteri: propterea ꝙ is Callias repentè ditatus esset thesausis posteri: propterea ꝙ is Callias repentè ditatus esset thesausis

Lagaría, λαγαρία, Magnæ Græciæ oppidum, non procul à Thuriis, Epeis, & Phocensium opus.

Lăgărĭtānŭs, a, um, ut vinum Lagaritanum, mite & dulce, & à medicis mirificè commendatum. [Pol. *Sl'otkie winno.* Vng. *Ides bor, lágy bor.*] Autor Strabo lib. 6.

Lagía, Vnum ex nominibus Deli insulę apud Plin. lib. 4. cap. 2.

Laginía, λαγινία, Oppidum Carię: Gentile Laginæus, Laginites. Est & λαγίνεια, Vide HECATESIA.

Lagus, λάγος, Pater fuit Ptolemæi successoris Alexandri, cui Philadelphus successit in regno. Lucan. lib. 10: Nobilitas variipleș clarissima Lagi, &c. Hinc Lagæus, a, um, Vide Ptolemęũ.

Laguſa, λάγουσα, Insula est in mari Pamphylio, ex adverso Glaũci fluvii. Autor Plin. lib. 5. cap. 31. Strabo Laguſam enumerat inter insulas Cretę vicinas, non procul ab Io insula.

Lagyges. Populi sunt Sarmatiæ. Perottus.

Lagyra, λαγύρα, Vrbs est Tauricę Cherronesi, apud Ptol. li. 3. c. 6.

Laĭs, ĭdis. [λαΐς. Ger. Ein reiche vñ weiterkañte Mäţ zu Corintho.] Nomen proprium famosissimę meretricis, quæ à scriptoribus Corinthia dicta est: quia Corinthi habitavit: ad quam propter insignem pulchritudinem potentissimi quiq; ex omni Græcia cõveniebant, nec quisquam admittebatur, nisi qui dabat quod poscceret. Vnde proverbii creditur proverbium: Non cujusvis hominis esse, adire Corinthum. Tam carè enim Laïs suas locabat noctes, ut vel ditissimi homines pretii magnitudine deterrerẽtur. Inter quos etiã Demosthenes fuisse fertur, qui quũ scorti tam nobilis fama accensus, aliquãdo Corinthum navigasset, illaq; noctis unius operam decem millibus drachmarum indicasset, expavefactus pretii immanitate, Græcè respõdit: οὐ μετανῶ μυρίων δραχμῶν μετανοήσας. Non emo, *inquit*, decem millibus drachmarum pœnitentiam. Ovid. 1. Amor. Multis Laïs amata viris. Vide Gell. lib. 1. cap. 8.

Laĭus, Filius fuit Labdaci Regis Thebarum, pater Oedipi, qui Iocastam Cretontis Thebani filiam uxorẽ duxit: quam quũ concepisse audisset, de futura prole oraculũ consuluit: cui responsum est, eum nascituri manu periturũ. Quapropter Iocastæ prȩcepit ut quicquid peperisset, necaret. Verùm quum illa insigni forma puerũ peperisset, maternaq; indulgentia affecta adduci nõ posset, ut eum interficeret, neq; tamen educare auderet, ministro cuidã exponendũ tradit: qui acceptum puerũ in sylvam detulit, plantisq; perforatis, vimineq; trajecto ex arbore eum suspendit, futurũ ratus, ut inedia moreretur. Verùm quum Phorbas Polybii Corinthiorũ Regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu, cò accurrit, puerumq; servavit, quẽ & reginæ, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua, veluti puer cœlitùs missus, filii loco est educãtus, & à pedibus ex vulnere tumentibus Oedipus est appellatus. Grandior deinde natu, quũ generis sui cognoscendi avidus Apollinẽ consuluisset, responsum accepit, se patrem in Phocide inventurũ. Quo quum venisset, Laium in tumultu quodam inter cives suos, exterosq; exorto, interfecit, matremq; imprudens duxit uxorem. Statius 11 Theb. Ensem sceptriferi spolium lachrymabile Laĭ. Reliqua vide in dictione OEDIPVS.

Lălætānĭă. Hispaniæ Regio est in tractu Tarraconẽsi. Mart. li. 1: Aprica repetes Tarraconis littora, Tuamque Lalætaniam.

Lălætānŭs, a, um, adject. ut vinum Lalætanum, magis copia, quàm bonitate laudatum, teste Plin. lib. 14 cap. 6. Martial. lib. 9: Et Lalætanæ nigra lagena sapæ. Idem alibi: A' caupone tibi fex Lalætane petatur.

Lalasĭs, Fluvius est Isauriæ, quæ Asiæ regio est, inter Ciciliam & Pamphyliam sita. Autor Plin. lib. 5. cap. 27.

Lalisanda, λαλίσανδα, Vrbs Isaurici, nunc dicitur *Dalisanda*, Stephanus.

Lambotus, Fluvius est Africæ apud Strab.

Lămbrŭs, Fluvius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, ut ait Plin. lib. 3. cap. 16 & 19. A' quo Lambrani dicti sunt ejus accolæ. Suet. in Cæs. Per Lambranos & Transpadanos duxit.

Lametini, λαμητῖνοι, Vrbs à Lamete fluvio juxta Crotonem est, Civis Lametinus, Stephanus.

Lămĭæ, arum. [לילית *lilith. λαμίαι.* Germ. Nachtmummel/ böse Nachtgespenst in Weyber gestalt. Pol. *Czarownica.*] Ab antiquis mulieres esse putabãtur, sive veriùs dæmonũ quædam phantasmata, quæ formosarum mulierum specie assumpta, pueros pariter & juvenes blanditiis allectos vorare credebantur. Hæ quũ foris essent egregiè oculatæ, domi prorsus excutiebant. Horat. 1. Carm. Neu pransæ Lamiæ puerũ vivum extrahat alvo. Apul. lib. 1. de Asin. At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me Lamię illę infecerant, aspernatur. Philostratus in Apollonio ait Lamias à quibusdã Larvas appellari, & Lemures, à nõnullis etiam Empusas, esseq; ad amorem & venerem propensas, & carnes humanas, maximeq; formosorum esurienter appetere, ideoq; libidinis cupiditate allicere eos, ut postea devorent. Plura de his vide apud Cælium Rhodig. lib. 29. cap. 5. ¶ Lamiarũ item nobilis Romæ familia fuit, à Lamo orta, Antiphatis patre, & Læstrygonum Rege, qui Formiis regnavit. Ex hac familia fuit Aelius ille Lamia, Senator Romanus, ad quem extat carmen Horat. Carm. 3. Ode 17: Aeli vetusto nobilis ab Lamo (Quando & priores hinc Lamias ferunt Denominatos & nepotum Permemores genus omne fastos) Autore ab illo ducis originem. Qui Formiarũ mœnia dicitur princeps, & invicè Maricę Littoribus tenuisse Lyrim. ¶ Chrysostomus Dion in intima Africa feras quasdã esse scribit muliebri facie, quę & ipsæ Lamiæ dicuntur: uberibus aũt totoq; pectore adeò speciosо, ut nullo pictoris ingenio similes effingi queãt, quibus retectis homines in fraudẽ alliciant, captosque devorent. ¶ Lamia item meretrix quędã insignis fuit, Demetrii Regis amica, cui blandientes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum consecrarunt. ¶ Lamia item piscis est (unde & lamiarum strygum nomen quod ut lamiæ sint voracissimæ: à λάμῳ, guttur) tanto oris rictu, tantęque voracitatis, ut & loricatum hominem devorasse compertus sit. Itaque de hoc intelligunt qui Ionam deglutierit. Plin. lib. 9. cap. 24.

Lamira, Vibs Lyciæ & fluvius, Steph.

Lămĭrŭs, λάμιρος, Herculis filius fuit, ex Iole Euryti Oechaliæ Regis filia.

Lāmpe, pes, λάμπη. Oppidum est Arcadię ad Lampeum montem. Plin. lib. 4 cap. 6.

Lāmpĕtĭă, λαμπετία, Filia Solis ex Neæra, soror Phaëtusæ & Lampethusæ, cum quibus patris sui armenta in Sicilia pascebat, quo tempore Vlysses cò tempestate appulsus est. Vide infrà in dictione PHAETHVSA.

Lampedo, Mulier Lacedæmonia, raræ fœlicitatis, ut quæ & Regis filia fuerit, & Regis uxor, & Regis mater. Plin. li. 7. ca. 41.

Lampeus, Mons est Arcadiæ, teste Plin. lib. 4. cap. 5.

Lāmpĭă, Fluvius est Arcadiæ, cujus meminit Statius libro 4. Thebaid. cadensq; jugis Lampia nivosis.

Lampon, Panchates, Pelorus, Cāphasus, nomina sunt equorum apud Silium. ¶ Fuit & Lampon, sacrificus vates, per anserem velut avem auguralem jurare solitus.

Lāmpsăcum, pen. corr. Ciceroni & Plinio, Ptolemæo Lampsacus, λάμψακος: Vulgò *Labsico*. Nomẽ urbis in littore Hellesponti, in ora Asiatica. Cic. 3. Verr. Oppidũ in Hellesponto est Lampsacum, in primis Asiæ provinciæ clarum & nobile: homines autem ipsi Lampsaceni in omnes cives Romanos officiosi. Plin. lib. 5. cap. 32: Deinde Percote oppidum, & Lampsacum antea Pityusa dictum.

Lāmpsăcēnŭs, a, um, λαμψακηνός. Hinc Carõ historicus, & Adamantius, & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni à patria cognominati.

Lāmpsăcĭŭs, a, um, λαμψάκιος, λαμψακηνός, denominativum. Martial. li. 10: Nam mea Lampsacio, lascivit pagina versu: ubi Lampsacium versum dixit, pro lascivo, quales Priapo dedicari solent, qui Lampsaci præcipuè colebatur.

Lămŭs, Filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydię, cui novercam se factã esse Dejanira apud Ovid. in Epist. cõqueritur, Vna recẽs crimẽ referat adultera nobis, Vnde ego sum Lydo facta noverca Lamo. ¶ Alius fuit Lamus Neptuni filius, Læstrigonum Rex, à quo Aeliorũ familia nomen accepit: de qua paulò antè egimus in dictione Lamia. ¶ Itẽ Lamus, equus generosus apud Silĭũ: Tũ Lamus & Sicoris, ples bellaçis Ilerdę.

Landavium. [Germ. *Landaw.*] Vrbs Palatini ducatus.

Landeshuta, Landsperga, Landunum, Omnes in ducatu Bavariæ urbes.

Lāngĭă, pen. prod. Fons est in Nemea sylva, postea Archemorus dictus, ab Hypsipyles alumno, quem cũ illa, Argivis fontem hunc ostensura, in gramine reliquisset, serpens interemit. Statius lib. 4. Thebaid.

> Hæc quoq; secreta nutrit langia sub umbra:
> Nondum illi raptus dederat lacrymabile nomen
> Archemorus.

Lānŭvĭum, Oppidum erat Latii in via Appia, à quo prospectus patebat maris, & Antii. Hujus oppidi frequens est mentio apud Ciceronem in Orat. pro Milone. Vulgò *Indivina.*

Lānŭvīnŭs, a, um, Quod est ex Lanuvio: ut Colei Lanuvini. Cicer. Pęto lib 9: Honesti colei Lanuvini, Cliternini, nõ honesti.

Laocoon, λαοκόων, Filius fuit Priami ex Hecuba, & Apollinis Thymbræi sacerdos, qui primus hastam in equum ligneum torsit: ob quod factum Virgil. lib. 2. Aen. ait, ipsum cum duobus filiis periisse:

> Primus ibi ante omnes, magna comitante caterva,
> Laocoon ardens summa decurrit ab arce, *&c.*

Laodamantía, λαοδαμαντία, Insula in Libya. Fortassis autem à Laomedonte Trojano Laomedontia dicebatur. Gentile Laodamantides & Laodamantites, Steph.

Laodamas, λαοδάμας, Halius & Clytoneus, fibi fuêre Alcinoi regis & Aretes: ut scribit Homer. Odyss. lib. 8.

Lāŏdămīă, λαοδάμεια, Bellerophontis fuit filia ex Achemene conjuge, cujus amore correptus Iupiter cũ ea concubuit, tũ sceptrq;

scepitq; Sarpedonem, qui postea Lyciæ rex factus est. Verùm quum Bellerophontes rerũ successu elatus, in cœlum evolare conaretur, Iupiter hominis temeritatem ægrè ferens, æstrũ illi immisit, quo exagitatus equus, sessorem excussit. Diana quoq; Laodamię infensa, suis eam telis cõfixit. Hom. 6. Iliad. ¶ Altera fuit Laodamia Acasti & Laodotheæ filia, quę tanto amore Protesilaum virum suum adamavit, ut quũ ab Hectore occisum cognovisset, superstes ei esse noluerit. Priusquam tamen interiret in solatium mœroris optavetat ut mortui umbram videret: qua visa in illius amplexibus expiravit. Ovid. Epist. 10: Mittit & optat amans, quõ mittitur ire salutem, Aemonis Aemonio Laodamia viro.

Lāŏdĭcē, λαοδίκη, Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. ¶ Alia fuit Agamẽnonis filia, quàm pater cũ Chrysothemi, & Iphigenia, seu Iphianassa Achilli obtulit, ut ex his quam veller, uxorem eligeret.

Lāŏdĭcēă, [λαοδίκεια. Germ. Ein weitberümpte Statt in Asia am fluß Lyco gelegen.] Vrbs celeberrima in Asia, Lyco flumini imposita: primò Diospolis appellata, dein Rhoas, & postremò Laodicea. Hæc urbs præ cæteris Asiæ urbibus multis clarissimis civibus est nobilitata. Ex quibus fuit Hiero, qui hęreditatem populo divisit supra duo millia talentorum, & multis donis civitatẽ exornavit. Postea Zeno orator, & Polemo ejus filius, qui ob res fortiter gestas priùs ab Antonio, postea ab Augusto ad regiæ dignitatis fastigium evectus est.

Lāŏdŏcŭs, λαοδίκος, teste Homero lib. Iliados 4: Antenoris Trojani filius, in cujus formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Trojanorum, ut Pandarũ invenire posset, quo ei suaderet ut sagitta Menelaum confoderet.

Lāŏmĕdon, pen. corr [λαομέδων. Germ. Einer auß den ersten Königen zu Troja/vnder welchen die Statt mit Rinckmawren ist vmbgeben worden.] Rex fuit Trojæ, Ili filius, qui cùm de ędificandis Trojæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuni id negotii dedit, pactus mercedẽ, quã mox extructis mœnibus se soluturũ jurejurando affirmavit. Verùm perfecto opere Laomedon perjurus pactam mercedem negavit: Propter quod dii irati, Neptunus aquam, Apollo pestem urbi immisit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum consuluit: responsum est, nõ aliter deos placari posse, quàm ũ singulis annis virgo Trojana ceto dilaceranda exponeretur. Institutum: itaq; est virginem quotannis exponi, eamq; sorte eligi. Sed quum tandem sors in Hesionem (quam tamen alii solam ab Apolline & Neptuno expostulatam tradunt) Laomedontis filiam cecidisset, & jam scopulo alligata monstrũ expectaret, Hercules fortè illac trãsiens, liberaturũ se filiã Laomedonti pollicitus est, si equos divino semine procreatos, quos habere eum constabat in præmium sibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta bellùa, virginẽ liberavit. Sed quum Laomedon promissis nõ staret, indignatus Hercules, collecto undequaq; exercitu, Ilium expugnavit, Laomedontem occidit, Hesionem Telamoni uxorem dedit, quòd primus murum conscendisset. Priamum ejus filium captivum abduxit, qui postea auro à vicinis redemptus fuit, ideoq; ἀπὸ τῆ ἀρίσεως; hoc est, à redimendo nomen obtinuit.

Lāŏmĕdōntĭădēs, patronymicũ, λαομεδοντιάδης, Virg. li. 8. Aen. Laomedontiadẽ Priamũ Salamina petentẽ. Vbi additur a, ut in multis aliis, ũt cõmodiùs ingrediatur carmẽ heroicũ, sicut Anchisiades, Thelamoniades. Aliquãdo subtrahit syllaba, ut Athemides, pro Athemonides, Deucalides, p Deucalionides.

Lāŏmĕdōntēŭs, pen: prod. λαομεδόντειος, adjectivum deductũ à Laomedonte Trojanorũ rege. Virg. 4. Aen. -necdum Laomedonteæ sentis perjuria gentis?

Laonome, λαονόμη, Galliarum ex Odœdoco filiam peperit, Qui Locrorum urbi nomen dedit, Steph.

Lapersæ, λαπέρσαι, Dicti sunt Castor & Pollux Iovis filii, ab eo quòd Lân agri Laconici urbem expugnaverint.

Lapethos, λάπηθος, Cypri insulæ oppidum est, portum habẽs & navalia. Meminit ejus Plin. lib. 5. cap. 31.

Lăpĭthæ, pen. cor. [λαπίθαι. Ger. Völcker in Thessalia so Pindum vñ Othryn die zween Berg bewohnet haben.] Populi fuerũt Thessalię, Pindũ & Othryn mõtes incolentes, Pirithoï olim imperio parẽtes. Hi primi omniũ frẽnos & strata equorũ credunt inveniss̃e. Virg. 3. Georg. Frẽna Pelethronii Lapithę, gyrosq; dedêre. Et li. 2. Geor. Et magno Hylęũ Lapithę cratera minantẽ.

Lar, ris, Vide LARA.

Lără, sive Larunda, Nympha fuit quæ Iunoni furta Iovis cum Iuturna patefecit. Hanc Mercurius compressit, & inde geminos sustulit, qui à matre Lares appellati sunt. ¶ Sunt qui credant Lares, δαίμονες, genioscq; eosdem esse, existimantes unicuiq; duos Lares esse: alterũ bonũ, alterum malũ. [Ger. Die zwen Geyster/ein guter vñ ein böser/ welche die Heydẽ meyntẽ dz sie mit vns geboren wurdẽ] Colebantur domi, focusq; illis sacer erat. Vnde vulgus focum, foculare appellat, quasi laris focum. Hi putati sunt dii domestici, ἐφέστιοι θεοί, quòd ad urbis commoda vigilare dicuntur inter compita. Ovid. in Fast. Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt. ¶ A' nonnullis dii agrorũ vocati sunt. Tibullus: Vos quoq; fœlices quondam nunc pauperis agri Custodes fertis munera vestra Lares. Quoniam autẽ Lares, sive Penates, etiam privatorũ domibus præesse credebant (Plaut in Aulul. Ego Lar sum familiaris ex hac familia, Vnde exeuntẽ me aspexistis) factũ est, ut utrunq; verbũ pro ipsis domibus usurpetur, ἑστία Salust. in Cat. Illos binas aut amplius domos cõtinuare, nobis larem familiarẽ nusquam ullũ esse? Mart. li. 1: O' mihi curarũ pretium nõ vile mearũ Flacce Antenorei spes & alumne laris! Horat. Serm. lib. 1. Sat. 2: Qui patriũ Numę donat fundũq; laremq;. ¶ Pro parte interiore domus, Ovid. 1. Fast. Omnis habet geminas hinc átq; hinc janua fronte: E' quibus hęc populũ spectat, at illa larẽ. ¶ Quandoq; pro igne. Col. lib. 11. cap. 1: Consuescatq; rusticos circa larẽ, domini, focumq; familiarẽ sempet epulari. ¶ Ab ipso lare, ἀφ' ἑστίας ἄρχου: Id est, A' Lare incipe: hoc est, à domesticis ac familiarib. initium sumito. Rectè dicetur in magistratus & alienę vitę cẽsores: quorũ officium est, ut in primis suos, suorumq; vitam corrigant. Nam ἑστίαν Græci vocãt, quem nos *Larem* ac *Vestam* vocamus. Aristoph. ¶ Lari sacrificant, ἑστίᾳ θύουσιν. In tenaces proverbium, qui de suis nemini quicquam impartiuntaut in convivas edaces, qui nihil de appositis epulis mittunt amicis, neq; quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat ex iis quæ Laris immolabantur, aliquid foràs efferre.

Lărāndă, λαράνδα, Civitas Lycaonię, in præfectura Antiochena, nõ procul à Derba. Vide Ptol. lib. 5. cap. 6, & Strab. lib. 12.

Lārēntĭă. [German. Die Göttin *Flora*.] Nobilissima meretrix fuit, quæ populum Romanũ hæredem fecit, & postea pro dea habita, Flora appellata est: cujus sacra Floralia dicuntur. Vide suprà in dictione FLORA.

Lares, rium, Vide LARA.

Lārīnă, pen. prod. Virgo quædam Italica, unà ex Camillæ cõmitatu, quæ Turno adversus Aeneam suppetias tulit. Virg. 2. Aen. Atcircum lectę comites, Latinaq; virgo, Tullaq;, & æratam quatiens Tarpeia securim, Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla Delegit, pacisq; bonas, belliq; ministras.

Larine, λαρίνη, Fons est Atticę, sicut Callirrhoẽ. Plin. li. 4. ca. 7.

Lariſſæ, Vrbs est Aelei, Herodotus.

Lārĭssă, λάρισσα, Nomẽ est multarum civitatum. Vna in Thessalia, à qua Achilles Lariſſæus dictus est. Alia pensilis in Creta, à nonnullis Pelasgia dicta (Stephanus Gortynam Cretę urbem olim Lariſſam dictam scribit.) Alia in Peloponneso, arx Argivorum. Alia in agro Attico. ¶ Apud Tralles etiam Asiæ urbs est Lariſſa, ut Strabo scribit: à qua Lariſſæus Iupiter, Ζεὺς λαρισσαῖος, ὁ λαρισσεύς, est dictus. ¶ Lariſſa quoquẽ in Italia, quam (ut Diodorus lib. 1. scribit) Pelasgi cõdidêre. Cæs. 3. bell. Civil. Vniversi simul Lariſſam versus se recipere cœperunt.

Lārĭŭs, Lacus est totius Italię amplissimus. [Vulgò *Lago de como*. Ger. Der Chumer See.] Vnde & à Virg. Maximus vocatur: quem & à Como vicino oppido nonnulli appellant Comensem. Per hunc lacum medius fluit Abdua amnis, aquasq; ejus reddit suaviores: deinde per oppositam lacus partem etumpens, in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarum multitudine. A' Græcis enim λάρος vocatur fulica, quæ est avis nigra & multum in aquis degens. ¶ Fuit & Larius filius Lydi, filii Herculis.

Lārĭŭs, a, um, Catullus: Veronam veniat novi relinquens Comi mœnia, Lariumq; littus.

Larodii, populi fuerũt in Scythia Asię, ut li. 4 scribit Herodot.

Larta, Vrbs in Epiro hodie, olim Ambracha.

Lărūndă, Nympha fuit Larium mater, quam alii Laram vocant, à qua Lares dicti. Vide LARA.

Larymna, Oppidũ in ora Locrorũ Epicnemidiorum, ad Boadriũ amnẽ, nõ procul à Thronio oppido, teste Plin. li 4. cap. 7.

Lasia, λασία, Vulgò *Andro*, Insula est decem tantùm passuũ millibus distans à Geresto Eubœę, quæ notiore nomine Andros dicitur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est & altera ejusdẽ nominis insula non procul à sinu Trœzenio, Plin. loco jam citato.

Lasthenia, Nomen est mulieris Mantineæ, quæ adeò cupida fuit discendæ philosophiæ, ut assumpto virili habitu, Platonis auditorium frequentaret Laërtius.

Lasus, λάσος, Primus de musica scripsit, & dithyramborũ certamen protulit primus: vixitq; temporibus Darii Persarum regis. Suidas.

Lătĕrānŭs [Germ. Ein Edler Burgermeister zu Rom/welchẽ Nero ertödtet hat.] Nomen proprium nobilissimi civis Romani, qui quum Consul designatus esset, jussu Neronis est interfectus. Iuven. Satyr. 10: -egregias Lateranorum obsidet ædes Tota cohors. Extat ad hunc diem Romæ Basilica Lateranensis D. Ioanni sacra, omniũ, quę in urbe visuntur, magnificentissima. Hieronymus ad Marc. Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Consulis designati, &c.

Latinè, Latinus, Vide LATIVM.

Lătīnī.

Lătīnī. [Germ. Die Völcker in Italien vmb Rom/vnd des Tybers außgäng.] Italiæ populi dicebantur, qui eum tractum incolebant, qui est inter ostia Tyberis & Circeios: quam Italiæ partem Latium antiquum appellabant. Hi ante Aeneæ in Italiam adventum Aborigines dicti sunt: postea verò Trojanis permisti, uno nomine dicti sunt Latini, sive à Latio regione illa quam incolebant, sive à Latino rege, cujus filiam Laviniam Aeneas duxerat uxorem.

Lătīnŭs, ni, substantivum, λατῖνος, Nomen Regis Aborigini, Fauni & Mari æ nymphæ filii, cujus filiam Laviniam Aeneas accepit uxorem. De hoc Virg. lib. 7. Aen. -Rex arva Latinus, & urbes Iam senior longa placidas in pace regebat.

Lătĭum, tii. [Vulgò *Compagna di Roma.* Germ. Die Landtschafft vmb Rom in Italien.] Ea pars Italiæ est, teste Plin. libro 3. cap. 5, quę est inter ostia Tyberis & Circeios, millia passuũ quinquaginta in longitudinẽ non excedens: quod postea prolatis imperii finibus, antiquum Latium est appellatum. Postea verò, teste Servio, Latii nomine dictum est, quicquid est inter Tyberim & Vulturnum amnes. Totusq; ille tractus dividitur in Latium citerius, & Latium ulterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos usq; protenditur: ulterius à Fundis usq; ad Vulturnum amnem. ¶ Dictum autem Latium putatur, quod illic latuerit Saturnus, dum Iovem fugeret. Ovid. lib. 1. Fast. Dicta quoq; est Latium terra latente Deo. Virg. 8. Aen. -Latiumq; vocari Maluit, his quoniã latuisset tutus in oris. Contrà Varro Latium à Latino rege dictum asserit.

Lătĭŭs, a, um. [Vng. *Deák.*] Quod ex Latio est, Latinus. Colum. in Præfat. lib. 1: An Latiæ musæ nõ solos adytis suis Accium & Virgilium recepêre, sed corũ & proximis, & procul à secũdis sacras cõcessêre sedes? Agri Latii, Ovid. 3. Fastor. Gens Latia, Ovid. 4. Fastor Lingua Latia, Ovid. 2. de Ponto eleg. 3.

Lătĭālĭs, le, Quod ex Latio est: ut Iupiter Latialis dictus est, quòd in Latio coleretur. Virgil. Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba. Cic. pro Milone: Latialis sermo, qui & Romanus, & Latinus. Plin. lib. 3. cap. 1: Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia. Macrob. lib. 1. cap. 1: Doctrinæ Latialis haud inscium.

Lătīnŭs, a, um, λατῖνος, nomẽ deductum à Latio: Latius, quod est ex Latio. Virg. 1. Aen. -genus unde Latinum. Inde Latinũ sermonem dicimus eum quo utebantur in Latio. Carmẽ Latinum, Horat. 1. Carm. Ode 32. ¶ Latinæ consuetudini tradere: id est, in Latinum sermonem convertere. Colum. in Præfat. libri 12: Hęc in Oeconomico Xenophontis: & deinde Cicero, qui eum Latinæ consuetudini tradidit. Vertere in Latinum: hoc est, in Latinam linguam. Quintil. lib. 10. cap. 5: Vertere Græca in Latinum, veteres nostri oratores optimum judicabant. Cic. 1. de Finib. Ita sentio & sæpè differui, Latinam linguam non modò non inopem, ut vulgò putarent: sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam.

Lătīnæ, latinarum. [German. Fästtag an welchen die Lateiner dem Iovi für jhr wolfahrt opfferten.] Feriæ erant conceptivæ, singulis annis à magistratibus concipi solitæ, quibus pro communi totius Latii salute Iovi Latiali in monte Albano sacra fiebant à præfecto urbis Latinarum feriarum cãusa creato: populisq; Latinis carnes dividebantur ex præscripto vetusti fœderis inter Romanos & Latinos icti, Sp. Cassio, & Posthumo Cominio COSS. Cujus fœderis leges ne ullo unquam tempore interciderent, Romæ in ænea columna fuerunt incisæ. Cic. pro Plancio: Quibus in municipiis vix jam qui carnem Latinis petant inveniuntur.

Lătīnæ feriæ dicebantur, quum ex populis Latinis viri simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebãt: &, quatriduano sacrificio facto, accepta carne, in suam quisq; civitatem digressi, revertebant, ea dicta viscerario: quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerẽtur. Viscerationem mox & Cæsar populo dedit, ut apud Suetonium legimus: Ferias autẽ Latinas, maximo Romanorum, Latinorumq; magistratuum conventu, consules procurabant, cùm interea cum populo agere non liceret: ob eam causam Latinæ aliquando à consulibus instaurarentur, cùm tribunis plebis obsistere vellent, populares leges, & reipublicæ pernicioſas, ferre cupientibus. Itaq; ad Quintum Fratrem lib. 11: Consul, *inquit*, Lentulus dies comitiales exemit omnes: nam etiã Latinè instaurantur: nec tamẽ deerant supplicationes. Sic legib. perniciosissimis obsistit, maximè Catonis. ¶ Instaurabant Latinas etiã Pontifices, ut Liv. lib. 32 tradidit. Id autẽ fiebat, quasi jam faciendis iis aut prętermissum aliquid esset, aut, quod nõ oporteret, cõmissum. Primus eas in anum diem Tarquinius Superbus instituit: secũdus dies additus, pulsis regibus: tertius post secessionem in Aventinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptivæne an stativæ ferię fuerint Latinæ, si Varronem & Macrobium sequamur, antiquitatis utrũque peritissimum, conceptivæ erant, non stativæ, concipiebãturq; in dies vel certos, vel incertos. Livius tamen stativas indicat fuisse, cùm ait lib. XXV. Romæ consules, prętoresq; usq; ante diem quintũ Calend. Maii, Latinæ tenuerunt, eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisq; provincias proficiscẽbatur. Non enim simile veri est, consules, cùm victor Annibal vastaret Italiam, consultò in v. Cal. Maii, qui dies à primo initi magistratus die: hoc est, ab idibus Martii, XLIII. dierum spatio distat, Latinas distulisse, ut ipsi sibi diutinæ in urbe mansionis necessitatem imponerent: cùm ire in provincias neque consulibus, neq; prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. Aut igitur eas è stativis in ordinem conceptivarum postea transisse credendum est: aut latentem causam alii perscrutentur: Ex Pauli Manutii commentariis in Epist. ad Attic. & ad Quint. Fratrem.

Lătīnè, adverb. More Latinorum, lingua Latina. [λατινιστί. Gal. *En Latin, à la maniere des Latins.* Ital. *Latinamente.* German Lateinisch. Hisp. *Latinamente, en Latin.* Pol. *Po'acińsie.* Vn. *Deákul.* Ang. *In Latine, after the fashion of the latines.*] Cic. 6. Verr. Latinè me scitote, nõ accusatoriè loqui. Idem 2. Philipp. Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ii qui planè & Latinè loquuntur: hoc est, propriè & aperté. Latinè scire, est Latinè scire loqui. Liv. 1. ab Vrb. Terror ad hostes transiit. Etenim audiverant clara voce dictum, & magna pars Fidenatium, ut qui coloni, additi Romanis essent, Latinè sciebant. Cicer. pro Cecinna: Quid enim facilius est, quàm probari iis qui Latinè sciant, in uno servulo familiæ nomen non valere?

Lătīnĭtās, atis, Locutio ipsa Latina, sive sermo Latinus. [Gal. *Langage Latin.* Ital. *Favella latina.* German. Die Lateinische sprach. Hispan. *Habla latina.* Polon. *L'acińska mowa.* Vngar: *Deákság, deakul valo szollás.* Ang. *The latine language.*] Cicer. ad Att. lib. 7: Secutusq; sum, non dico Cæcilium, manè ut ex portu in Piræeum (malus enim autor Latinitatis est) sed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi. ¶ Latinitas præterea pro jure latii, ut civitas jus urbis. Sueton. in August. cap. 47: Vrbium quasdam Latinitate vel civitate donavit.

Lătīnĭēnsĭs, & hoc Latinienſe, Latinus, Latius. [Vng. *Deák.*] Cic. de Aruſp. reſponſis: Quòd in Agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. ¶ Significare etiam poteſt eum qui alibi ortus, in Latio cum Latinis verſatur, ut ſuprà dictum eſt in dictione Hiſpanus.

Lātmĭūs mons, λάτμιος ὄρος, mons Ionię, notus fabula Endymionis, quem quum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea ſopitum ferunt, ut unum ab eo oſculum auferret: unde & ipſe Endymion Latmius dictus eſt. Ovid. lib. 3. de Arte: Latmius Endymion non eſt tibi Luna rubori?

Lātōĭs, idis, ſecunda ſyllaba producta, λητωὶς, patronymicum eſt fœmininum à Græco nomine λητὼ deductum, quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos *Latonã*. Latois itaq; à poëtis accipitur pro Diana Latonę filia, quam & Latini Græcorũ imitatione Latoniam appellant. Ovid. 7. Metam. Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arva.

Lātōnă, pen. prod. [λητὼ. Ger. Die Mutter *Apollinis* vnd *Dianæ.*] Filia Cœi Titanis, à Iove amata & oppreſſa eſt, ex quo geminam concepit prolem, Apollinẽ & Dianam. Quod Iuno adeò ægrè tulit, ut immiſſo contra illam Pythone ſerpente, per totum terrarum orbem pellicem perſecuta ſit, donec errando ad ſororem Aſterien in inſulam Ortygiam pervenit, à qua ſuſcepta eſt, ibiq; Dianam peperit, quæ eveſtigiò obſtetricis officium in naſcituro fratre matri præſtitit, & Apollinem naſcẽtem ſuſcepit: qui adultus, mox Pythonem interfecit, & perentibus cœpit dare reſponſa. Porrò hæc inſula, quum antea Ortygia vocaretur, poſtea Delos vocari cœpit, quòd quum antea aquis merſa fuiſſet, ſubitò Iovis juſſu extiterit. Nam δηλῶ Græci dicunt, quod nos *oſtendere*, ſeu *manifeſtare.*

Lātōnĭă, λητὼις, dicta eſt Diana à matre Latona, quemadmodum Apollo ipſe Latonius, λητῶος. Virgil. 9. Aen. Tu dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori, Aſtrorum decus, & nemorũ Latonia cuſtos. Hinc Delos, ut ait Servius, dicta eſt Latonia, quòd in ea Latona enixa ſit Dianam & Apollinem.

Lātreŭs, Vnus ex Centauris, λατρεύς. Ovid. 12. Metam. Quem dederat letho membris & corpore Latreus Maximus.

Latymnum, λάτυμνον, Mons Crotonis, vel ut alii, Laconiæ, ut ſcribit Scholiaſtes Theocriti.

Lauce, Inſula in Ponto Boryſthenis oſtio objecta: dicta Achillea: quoniam Achilles ibi ſitus ſit.

Laverna. [Ger. Die Diebsgöttin bey den Römern.] Deæ cujuſdam nomen fuit apud Romanos, in cujus tutela fures eſſe putabantur, qui ab ea Laverniones dicti ſunt. ¶ Hinc Lavernalis porta Romæ dicta eſt, ab æde Lavernæ propinqua. Hæc ferè ex Feſto.

Lāvĭnĭă, [λαβινία. Germ. Die Tochter des Königs *Latini*, ein Hauſfraw *Aenee.*] Filia fuit Latini Regis & Amatæ, quæ pri-

mùm Turno, deinde Aeneæ desponsata est: cujus occasione orto inter hos duos bello, multi utrinque occubuerunt. Tandem devicto Turno, Aeneæ nupsit: quo mortuo ipsa privigni insolentiã timens, in sylvas prægnans profugit, & apud Tyrrheum pastorem divertit, ibique peperit filium, quem Iulum Sylvium Posthumum appellavit, eò quòd post patris funus in sylvis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum revocavit, quum ipse secessisset Albam longam, urbem à se conditam: Lavinio novercæ relicto, quod illa moriens Iulo Sylvio Posthumo filio suo reliquit. Virgil. Aeneid. libr. 12: -& victum tendere palmas Ausonii videre: tua est Lavinia conjunx, &c.

Lāvīnium, [λαβίνιον Stephano: λαβίνιον Strabonì. Germ. Ein Statt in der Latiner Landtschafft so *Aeneas* gebauwen hat.] Vrbs fuit in Latio, ab Aenea condita, & à nomine Laviniæ uxoris ita appellata. Cujus rei testis est Liv. 1. ab Vrbe: Aeneã (*inquiens*) apud Latinum fuisse in hospitio tradunt. Ibi Latinam apud Penates deos domesticum publico adjunxisse fœdus, filia Aeneæ in matrimonium data. Ea res utiq; Trojanis spem affirmat tandem stabili, certaq; sede finiendi erroris. Oppidum condunt, Aeneas ab nomine uxoris Lavinium appellat.

Lāurĕă Tullius, Ciceronis libertus fuit, cujus extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plin. lib. 31.

Laurentĭă, [Germ. Eines Hirten Weib so *Romulum* vnd *Remum* geseüget vnd aufferzogen hat / welche dieweil sie ein offne Mütz war / ist sie Wölffin genennt worden.] Vxor Faustuli fuit, pastoris Amulii, quæ Romulum & Remum expositos nutrivit: & quoniam se omnibus prostituebat, lupa dicta est: & hinc locus datus est fabulæ, Romulum & Remum à lupa esse nutritos. Hanc aliqui Larentiam vocant: festaque in honorem ejus instituta, Larentinalia.

Laurentālĭă, λαυρέντια, Feriæ erant in honorem Accæ Laurentiæ institutæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes in velabro sacrificabant, teste Varrone lib. 5. de ling Latin. Laurentalia (inquit Festus) Laurentiæ conjugis Faustuli, & nutricis Romuli & Remi festa.

Laurēns, tis, Modò gentile nomen est, λαυρεντῖν©. Virg. 12. Aeneid. Ipsi Laurentes mutati, ipsiq; Latini. Idem 1. Aen. -Laurentis regia Pici. ¶ Modò denominativum omnis generis. Virg. 12. Aeneid. Te quoq; Laurentes viderunt Aeole campi Oppetere. Idem alibi: Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Idem lib. 7: -postquam Laurentia victor, Geryone extincto, Tirynthius attigit arva.

Laurentum, Civitas Latii, non procul à Lavinio: ita dicta à sylva laurea, qua excisa ædificata est. Vel (ut inquit Priscianus) à lauro ibi primùm inventa, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

Latīrĕŏlŭs, Poëtis traditur fuisse latro sceleratissimus, eoque nomine in crucem sublatus, & à feris devoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis repræsentata est. Iuven. Laureolum velox etiam benè Lentulus egit, Iudice me, vera dignus cruce. De Domitiano quoque memoriæ proditum est, hanc fabulam repræsentaturum nocentissimũ quendam, ultimo supplicio damnatum, in crucem erigi jussisse, & immissa ursa dilacerari: atq; ita rei veræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuisse. Martialis in Amphitheatro Cæsaris: Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nudo pectore pavit avem: Nuda Calydonio sic pectora præbuit urso Nõ falsa pendens in cruce Laureolus.

Lāurĭŏn, λαύριον, Locus in Atticæ montanis, mare spectans, argentifodinis nobilitatus: cujus meminit Thucyd. belli Peloponnesiaci lib. 2, & 6.

Laurolavinium, λαυρολαβίνιον, Vrbs Latii proxima Laurento.

Laus, Laï, dictio dissyllaba, λαὸς, Fluvii nomen est in finibus Italiæ, agrum Brutium à Lucanis dirimens: cujus meminit Strabo lib. 6. & Ptolemæus lib 3 cap. 1. ¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarum agrum in mare sese exonerans: idem (opinor) cum eo quem Plin. Aeantem appellat. Vide Ptolem. lib. 3. cap. 13.

Laūsānnă, Allobrogum Vrbs, ad lacum Lemanum sita. Vulgò Losannen.

Lausŭs, Filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Sylviæ, quẽ Amulius patruus fugato patre occidit. Ovid. 3. Fastor. ¶ Alius fuit Mezentii filius, quem Aeneas interfecit, quum parentem vulneratum defenderet. Virg lib. 11. Aeneid.

Ingemuit chari gravitér genitoris amore,
Vt vidit, Lausus, lacrymæq; per ora volutæ.

Laūtŭlæ, arum, Locus fuit in urbe Romana, non procul à Iano gemino: à lavando dictus, quòd aquas calidas haberet. Autor Varro lib. 4. de lingua Latina.

Laūs, Pompeja, Italiæ Transpadanæ oppidum, à Boiis conditum, teste Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgò *Loda*.

Lāzī, λαζοὶ Stephano, Populi sunt Themiscyræ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Plin. lib. 6. cap. 5.

L ante E.

Lea, insula supra Cretam, una Sporadum: cujus meminit Plin. lib. 4. capite 12. ¶ Item oppidum Syenitarum, qui sunt populi in ea Africæ parte, quæ sinum Arabicum spectat. Vide Plin. lib. 6. cap 29.

Lĕǣnă, scortum Athenis non ignobile, ob lyræ cantum Harmodio, & Aristogitoni familiare. Hanc memoriæ proditum est, ad necem usq; ad tyrannis excruciatam: nullis tamen tormentis adduci potuisse ut tyrannicidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses & honorẽ habere ei volentes, nec tamen scortum celebrare, animal nominis ejus fecêre: atque ut intelligeretur causa honoris, in ŏpere linguam addi ab artifice vetuerunt. Autor Plin. lib. 34. cap. 8.

Lĕāndĕr, [λίανδρ©. Germ. Ein freündiger Jüngling zu Abydos in Asia / so seinem büten zu lieb vber das eng Meer schwam.] Iuvenis nomen ex Abydo Asiæ oppido, in litore Hellesponti sito, qui quum Eũs puellæ amore captus esset, quæ in oppositi littoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam transnabat. Quod ubi aliquoties non infeliciter cessisset, jàm audacior factus, quum mari tumido, & impacato se commisisset, vi vẽtorum, fluctuumq; victus, in Hellesponto submersus est. Fabulam hanc elegãtissimo carmine apud Græcos prosecutus est Musæus: à quo Ovidius mutuatus est argumentum epistolarum Erũs ad Leandrum, & Leandri ad Erõ.

Lĕārchŭs, λίαρχ©, Athamantis & Inũs filius, quem pater furore correptus occidit. Quod quum vidisset Ino, arrepto Melicerto altero filio, in mare se præcipitavit: atq; illa quidem in deam maris mutata est, quam Græci λευκοθέαν, Latini Matutã vocant: Melicertes autem in Deum marinum, quem Græci παλαίμονα Latini Portunum vocant. Ovid. lib. 6. Fast. Tuq; cadis patria parve Learche manu.

Lebadía, sive Lebadea, pen. prod. λιβάδεια, Vrbs Bœotiæ est non procul à Chæronea, & Orchomeno, nullam omninò gignens talpam. Plin. lib. 8. cap. 58: In Bœotiæ Lebadia illatæ, solum ipsum fugiunt, quæ juxta in Orchomeno tota subruunt arva, talpæ quarum è pellibus cubicularia vidimus stragula, adeò ne religio quidem à portentis submovet delicias.

Lĕbĕdŭs, pen. corr. λίβεδ©. Suidæ, Ioniæ civitas est, à Colophone centum viginti stadia distans. Hìc scenicorum histrionum collegiũ fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. Horat. lib. 1. Epist. Scis Lebedus, quàm sit Gabiis desertior.

Lĕbīnthŭs, λίβινθ©, Insula est una sporadum, non procul à Pathmo, teste Strabone lib. 10.

Lĕchæum, λεχαῖον, Portus est Corinthi ad sinum Crissæum sive Corinthiacum, qui Isthmum Peloponnesi ad Occidentem alluit. Nam alterum, qui sinu Saronico ab Oriente abluitur, *Schœnuntem* appellant. Papinius: Curva Palæmonio secluditur unda Lechæo.

Lĕctum, λεκτὸν Homero, vulgò *Scorpiata*, Asiæ promontoriũ est, ad Idam montem pertinens, Troademq; disterminans ab Aeolide. Autores Plin. lib. 5. cap. 30. Strab. lib. 13.

Lēdă, [λήδη. Germ. Ein Hauffraw Tyndari des Lacenischen Königs / welche Jupiter in der gestalt eines Schwanen beschlafen hat.] Tyndari Laconiæ regis uxor fuit, quam quum Iupiter adamaret, transformatus in cygnum, cum ea concubuit. Ex quo congressu Leda duo peperit ova: ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra. Ovidius in Epist. Helenes ad Paridem: Dat mihi Leda Iovem cygno decepta parentem.

Lĕgērdă, λέγερδα, Vrbs est Armeniæ majoris, in Enterena regione, non longè ab Euphrate fluvio. Ptolemæus libro 5, capite 13.

Leĭtus, λήιτ©, Vnus ex quinq; Bœotorum ducibus qui ad Trojam profecti sunt, teste Homero lib. 2. Iliad.

Lelantus, fluvius est Eubœæ insulæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Lĕlĕgĕs, pen. corr. λέλεγες, Asiæ populi fuerunt, origine Græci: ita dicti quasi λελεγμένοι, eò quòd diversis è locis collecti essent. Hi primùm insulas tenuerunt: indeque in continentem transgressi, partim in Mysia ad Adramittenum sinum consederunt: ubi & Homerus majorem Lelegum partem videtur collocare: partim in eo Ioniæ tractu, qui Cariæ est proximus: unde etiam Plinius tradit Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatum Ovid. lib. 9. Metam. Caras, & armiferos Lelegas, Liciamq; pererrat. Lelegum originẽ nonnulli ad Thessalos retulerunt: è quibus est Servius, explicans illud Virg. 8. Aen. Hic Lelegas, Carasq;, sagittiferosq; Gelonos Finxerat. Plin. verò lib. 4 cap. 7, Lelegas olim appellatos fuisse ait, quos postea Locros Epicnemidios nominarũt, per quos Cephisus amnis in mare illabitur. Eustathius λέλεγας multis ex locis cõfluxisse existimat, atq; inde etiã nomen accepisse: quod etiã non obscurè innuit Strabo lib. 7. Aristote-

M les au-

les autē Lelegum appellationem ad Lelegem quendā Leucadium refert, cujus nepotem ex filia tradit fuisse Teleboam.

Lelegum Vrbs, λελέγων πόλις, In Icaria est, Megalopolis postea, tertiò Aphrodisias dicta, Steph.

Λελεγηΐς, Olim vocabatur Miletus urbs Cariæ ab inhabitatoribus, Steph.

Lēmānnōnĭŭs, Sinus in Septentrionali Britanniæ parte collocatur à Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Lĕmānŭs, pen. prod. [λεμανός. Vulgò *Lago de Loxana*. Germ. Der Losanner oder Genffer See.] Lacus est Allobrogum, Genevam & Lausannam urbes alluens, Rhodanumq; fluvium impermistis aquis transmittens. Lucanus lib. 2: Deseruêre cavo tentoria fixa Lemano.

Lemnŏs, [λῆμνος. Germ Ein Insel im Aegeischen Meer / heißt jetzt *Stalimene*.] Insula est maris Aegęi, Thraciam à Septēitrione, ab Occasu Athon montem habens fabuloso Vulcan casu nobilitata. Eadem & Hypsipyle dicitur, à filia Thoantis ejusdem nominis, quæ in hac insula regnavit.

Lemnĭŭs, nia, nium, adjectivum: ut Lemnia turba, apud Ovidium in Ibin. Saxa Lemnia apud eundem 5. Trist. Lemnia mala, λημνία κακὰ: id est, ingentia, & inaudita: qualia Lemnum afflixisse dicuntur. ¶Sic & Lemnia manu, λημνία χειρὶ, dicimus pro nefaria, impia, crudeli.

Lemnĭă terra, quæ in Lemno insula effoditur. Ejus tres à Galeno enumerantur species, quarum una fullonibus in usu est, ad extergendas vestes: altera fabris, quę à Græcis μίλτος, à Latinis rubrica vocatur: tertia medicis, quæ à Græcis σφραγὶς λημνία: hoc est, sigillum Lemnium appellatur, ab imagine capræ (ut vult Dioscorides) aut certè Dianæ, (ut mavult Galenus) quæ illi imprimi solet. Effoditur autem hæc terra in sola Lemno: non tamen in quavis parte ejus insulæ, sed tantùm in colle quodam Hephęstiadi civitati imminenti: quem etiam Vulcano ipsi sacrum fuisse fabulantur, eò quòd is à matre de cœlo deturbatus in collem illum feratur decidisse. Cujus fabulæ occasionem præstitit collis ejus color, & sterilitas. Nam & exusto simillimus est, & nullam omninò plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto soleat prępararі à sacerdote Dianæ, vide Galenum lib 9. de Facultate Simpl. medicament. ubi meritò reprehendit Dioscoridem, qui putavit terræ huic hircinum sanguinē admisceri. Hodie Seplasiarii pro terra Lemnia supponunt terram sigillatam quam appellant. Quicquid enim terræ Lemniæ quotannis colligi potest, ad Turcarum principem defertur, neque ulla ratione ad nos pervenire possit, nisi ille nostros principes, eorúmve legatos, aliquot orbiculis interdum donaret.

Lemures & Lemuria, Vide in APPEL.

Lēnæŭs, [λῃναῖος. Germ. *Bacchus der trotten Herrgott*] Vnū ex Bacchi cognominibus, ἀπὸ τῶ ληνῶ: hoc est, à torcularі; sive lacu impositum. Virg. lib. 2. Georg. Huc pater ô Lenæe: tuis hîc omnia plena Muneribus.

Lēntŭlī, λέντυλοι, ex nobilissima familia Romæ, ita cognominati à lente, ut Ciceriones à cicere. ¶ A` quibus vocem Lentulitas, deflexit. Cic. lib. 3. Epist. pro nobilitate Lentulorum: Vllam (*inquit*) Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis existimas?

Lēnŭs, λαῶς, regio Pisarum (πεδίον Steph.) civis Lenæus, Locus non integer videtur.

Lĕo, λέων, Byzantius philosophus fuit, auditor Platonis, qui Philippo Macedonum regi infesta patriæ, sive arma inferenti occurrens: Dic, *inquit*, Philippe, quæ causa te impellit ad oppugnanda patriæ nostræ mœnia? Quumq; Philippus respondisset, amore patriæ illius esse impulsum, ut ea potiretur. Atqui, *inquit*, musico amantibus instrumento, non bellico opus est Postea verò quum Philippus Byzantium diu frustrà obsedisset, intelligens id Leonis opera fieri, ut illum apud suos in invidiam vocaret, literis eũ apud cives calumniatus est, proditorem patrię appellans, sępiusq; sibi ab eo urbem venalem esse oblatam, & potuisse jam urbe potiri, nisi turpe judicasset victoriam suffurari. His itaq; literis Leo apud cives suos in suspicionem adductus, quum domum suam arctissima custodia observari videret, laqueo vitam finivit.

Lĕŏnātŭs, λεοντᾶος, Vir nobilis ex Alexādri ducibus, Philippi ex materno genere consanguineus, unà cum Alexandro educatus. De quo vide plura apud Suidam.

Lĕŏchārēs, λεωχάρης, Nobilis statuarius fuit, unus ex iis qui Mausoli regis Cariæ sepulchrũ cęlaverunt. Plin. lib. 35. cap. 5.

Lĕōcŏrĭŏn, λεωκόριον, Monumentũ ab Athenienśibus in Medio Ceramico erectum. Nam quum Attica universa maxima fame laboraret, unumq; hoc ab oraculis ostenderetur malі effugium, si quis liberos suos immolaret: inventus est Leos quidam Orphei filius, qui tres filias suas virgines, Pasitheam, Theopèn, & Eubulem tradidit immolandas. Cujus beneficii memores Athenienses monumentũ in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarunt. Autor Suidas.

Lĕŏdămās, pen. corrept. gen. Leodamantis, λεοδάμας, Thasius Philosophus fuit, cujus meminit Laërtius in vita Archytæ Tarentini.

Leodium, ducatus Iuliacēsis urbs Episcopalis: Vulgò Lüttich.

Lĕōgŏrās, ræ, λεωγόρας, Andocidæ rhetoris pater fuit, teste Suida.

Leomomiges, Canes Arcades, ex canibus & Leonibus prognati.

Lĕōnĭdēs, [λεωνίδης. Germ Ein König der Lacedemonier der im Streit wider *Xerxem* vmbkommen ist.] Lacedæmoniorum Rex fuit, ex genere Heraclidarum, qui apud Termopylas, quũ angustias adversus Xerxem tueretur, fortissimè pugnans occubuit. Cujus cadaver Persæ, abscisso capite è cruce suspenderunt. Autor Herodotus lib. 7. Fuit prætereà Leonides Alexandri magni pædagogus: qui quum videret largè puerum thura aris ingerentem, monuit illum, ut tum demum quum thuriferas regiones subegisset, illo modo supplicaret. Cujus rei memor Alexander Arabia jam potitus, misit ei navim thure onustam, exhortans eum ut in deos parcus esse desineret. Autor Plin. lib. 12. cap. 14.

Lĕōntīscŭs, λεοντίσκος, Mamertinus quidam Pycta fuit, ex argumento Acrocherśites cognominatus, tanto corporis robore, ut summis adversarium manibus arripiens, non priùs eum desereret quàm deficientem sentiret. Suidas.

Lĕōntĭŭs, fuit quidam eximius statuarius, qui Olympiæ fecit Stadiodromon astylon, aliaq; opera quæ cõmemorantur à Plin. lib. 34. cap. 8. ¶Fuit item Leontios quidā Tripolis Lydiæ Episcopus ex Mœsia ortus, de quo vide Suidam.

Leos, Orphei filius, Vide LEOCORION.

Lĕōsthĕnēs, pen. corr. λεοσθένης, Viri Athenienśis nomen, qui quum sponsus esset, & Lamiacum bello concitasset, in prælio interfectus est Ob cujus amorem sponsa, Demotionis Acropagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra Iovinianum testatur. Suidas Leosthenem tradit eo in prælio, quod Athenienses adversus Macedones commiserunt, quum multa strenuè gessisset, lapidis ictu interiisse.

Lepadus, Vide LOPADVSA.

Lēpōntĭī, [Germ. Die Völcker so vmb das höchst Alpgebürg jenseit vnd hie disseit dem Gotthart wohnen / stossen von Auffgang an die Rhętier. gegen Mittag an die Mettländer: gegē Nidergang vnd Mitnacht an die Wallisser vnd Helvetier.] Populi sunt Alpini, Salassis finitimi ex comitatu Herculis ibi relicti, quòd membra haberent nive præusta. Plin. lib. 3. cap. 20.

Lēprĭum, λέπριον, Elidis oppidum ad Alpheum fluviũ, cujus incolæ dicũtur Lepriatę Plin lib. 4. cap. 5. Ptolem. lib. 3. ca. 16. ¶Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia, cujus meminit Plin. lib 4. cap. 6 & Cic. lib. 6. Epist. ad Atticum.

Lēpsēmānduŭs, λεψήμανδος, oppidum Cariæ. Steph.

Lēptē acra, λεπτὴ ἄκρα, Indiæ promontorium, aliás Drepanũ appellatum: de quo vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Lēptīnēs, pen. prod. λεπτίνης, Athenienśis orator non incelebris: qui quum liturgiarum onus ad paucos, eosq́ue tenuioris fortunæ redisse videret, potentioribus ferè omnibus immunitate donatis, tulit legem, ut sublato jure immunitatis, liturgiarum sumptus ex æquo à ditioribus suppeditarentur. Quam legē oppugnat Demosthenes ea oratione quam adversus Leptinem inscripsit.

Lēptĭs, λέπτις Ptolemæo, Duarum urbium nomen est in Africa propriè dicta: quarũ minor, quę Sarrana dicitur, inter duas Syrtes est sita, cujus meminit Silius lib. 3: Tabraca, tũ Tyrium vulgus, Sarranaq; Leptis. Hæc etiam Neapolis dicitur. Vulgò *Mahometa*. Altera quæ major Leptis dicitur, trans Syrtim minorem sita est, ad Oeam oppidũ. Vulgò *Tripoli*. De hac Hieronymus: In Lepti (*inquit*) urbe semibarbara, & posita in solitudine, moris est, ut nurus altera die socrũ ollam mutuo postulet. Vtriusq; civitatis meminit Strabo lib. 17.

Lerina, Insula est provinciæ Narbonenśis adjacens, ereglone Antipolis. Plin. lib. 3. cap. 5.

Lĕrne, sive Lerna. [Germ. Ein See nicht weit von Argos.] Lacus est in agro Argivo, Herculis labore notissimus, qui in eo hydram Lernæam fertur interemisse, vicinæ omni regioni adeò infestam, ut locum fecerit proverbio, λέρνη κακῶν: hoc est, lerna malorum, de malis plurimis simul in unum cõgestis & accumulatis. ¶Est & fluvius ejusdem nominis per Prasias in sinum Argolicum illabens, teste Strabone lib. 8.

Lĕrnæŭs, a, um, λερναῖος, ut Palus Lernæa, Hydra Lernæa.

Lĕrō, ronis, λήρων, Insula est Galliæ, Antipoli adversa, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Lĕrŏs, λέρος, Insula est Carię adjacens, in mari Icario, una Sporadum: quæ & Leria dicitur, teste Strab. lib. 10. Vulgò *Lero*. Insulani, Lerii, λέριοι, dicuntur, qui olim corruptissimis moribus fuisse perhibentur. Hinc illud Phocylidæ nomine circumfertur: Λέριοι κακοὶ, ἐχ ὁ μὲν, ὁ δ' ἐ, Πάντες, πλὴν Παπροκλέης, κἠ Παπροκλέης λέριος: hoc est, Lerii malі, non unus quidem, alter verò mi-

… Sed universi excepto Patrocle: & tamen Patrocles … e Lerius, &c. In eos rectè dicetur, qui pariter omnes … tio sunt improbi.

… Λεχεῶναι, Ilercaonum oppidum in Hispania Tarraconensi. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

… bos, [λέσβος: Vulgò *Metelin.* Ger. Ein Insel im Aegæischen … heißt jetzt *Metelin.*] Insula est in Aegæo, Aeolicarum urbium metropolis, quæ olim universæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus ejus stadiorum centum supra mille, à Borea in Austrum protensa, quingenta & sexaginta stadia longitudinis habens, feraci agro, & multa materia ad classes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuêre memoratu dignę, Mitylene, quæ nunc tota insula Mitylene vocatur, & Pyrrha in Occidentali litore sita. Fuit & Eressos, & Antissa cum portu, & Methymna. Dicta Lesbos ab urbis nomine, quę in ea potentissima fuit, sive à Lesbo Iapeti filio, qui in eam insulam navigavit. Ex hac Pittacus unus ex septem Græciæ sapientibus: item Alcæus, Sappho, Theophrastus philosophus, & alii viri scientia clarissimi orti feruntur.

Lēsbĭus, a, um, λέσβιος: ut Lesbiũ vinũ, apud Gell. lib. 13. ca. 5.

Lēsbōus, a, um, pen. prod. Hor. lib. 2. Carm. Lesboum refugit tendere barbiton.

Lēsbĭdes, pen. corr. Dicuntur mulieres ex Lesbo. λεσβίδες. Sappho apud Ovid. in Epist.

Lesbides infamem quæ me feciſtis amatæ,
Desinite ad citharas turba venire meas.

Lēstrōnī, Populi Indiæ extra Gangẽ, qui feri & sylvestres esse dicuntur, & in specubus habitare, & corvis albis & psittacis abundare. Meminit horũ Ptolem. lib. 7. cap. 2. Hodie *Regnum Pego* dicitur.

Lēstrўgŏnes, sive potiùs Læstrygones cum diphthongo in prima syllaba, λαιστρυγόνες, Italiæ totius populi immanissimi, agrum Formianũ non procul à Cajeta incolentes, humanaq; carne vescentes. Dicti Læstrygones ἀπὸ τῆς λῃστείας: hoc est, à latrocinio: de quibus copiosiùs egimus suo loco.

Lēthæus. [λήθαιος. Germ. Ein fluß in *Ionia Asiæ*, fleußt in *Meandrum.*] Fluvius Asiæ, ortũ habens à Pactio Ephesiorũ monte & circa Magnesiam urbem in Meandrum influens. Autor Strabo lib. 14. ¶Est & Lethæus alius in Creta insula, nõ procul à Gortyne, Strab. lib. 10. ¶ Sunt & alii ejusdem nominis fluvii, qui ab eodem, lib. 14. recensentur.

Lēthē, lethes. [λήθη. Germ. Ein Hellischer Fluß/ der vergessenheit bringt allen dingen dem so darauß trincket.] Nomen fluvii, quem apud inferos esse poëtæ tradiderunt, cujus latices si quis gustasset, omnium præteritarum rerum oblivisci voluerunt. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης: id est, ab oblivione nomẽ habet. Datus est hinc fabulæ locus, morientibus omnium rerum oblivionem irrumpere. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremum Syrtium cornu, Berenicem urbem alluere: sed ea apud omnes fama est, hunc fluvium ab inferis ad ea loca inundatione prorumpere. Luc. lib. 8: Quam juxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (ut fama) trahens oblivia venis.

Lēthæŭs, thæa, thæum, λήθαιος. Virgil. 6. Aen. Lethæumque domos placidas qui prænatat amnem. Ovid. 1. Trist. Eleg. 7: Cunctáne Lethæis mersa feruntur aquis.

Lĕvānă, vocabatur dea quæ pueris præerat de terra levãdis, ut inquit Augustinus.

Leūcæthĭŏpēs. [λευκαιθίοπες. Germ. Die Weissen Moren/ ein volck im inneren Libya.] teste Plinio lib. 5. cap. 7: Populi sunt interioris Libyæ, qui supra Getulos Meridiem versus primi occurrunt, Libyægyptiis proximi.

Leūcădĭă. [λευκάδια. Vulgò *Leucada* ò *S. Maura.*] Peninsula fuit contra sinum Ambracium, opera accolarum à continente abscissa, arenæq; accumulatione rursus continenti reddita, ut tradit Pomponius Mela lib. 2. Hæc etiam Neritis appellata fuit. Plin. lib. 4. ca. 2: Deinde Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opera accolarum abscissa à continente ac reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium: qui locus vocatur Dioryctos.

Leucagus, vir interfectus, excussus curru, apud Virg. 10. Aen.

Leūcās, Leucadis, λευκάς, Oppidum est in Leucadia peninsula, olim Neritum appellatum, teste Plin. lib. 4. cap. 1. Quinetiã Strabo totam peninsulam, sive (ut ipse appellat) insulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abscissa, & rursus arenæ alluvione eidem annexa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit lib. 10.) in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportato Nerito, qui quondam fuerat isthmus: nunc verò fretum, & euripus est, ponte jugabilis, mutato nomine dixerũt Leucadem, sumpto (ut reor) à Leucathe vocabulo.

Leūcădĭŭs, a, um, denominativum. Quod est ex Leucade insula. Ovid. in Epist. Sapphûs: Tu quoque mollis Amor pennas suppone cadenti, Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.

Leūcāspĭs, λευκάσπις, Vnus ex comitibus Aeneę, natione Lycius, unà cum Oronthe in Tyrrheno mari tempestate submersus. Virg. 6. Aen. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lyciæ ductorem, classis Orontem.

Leūcātēs, æ, pen. prod. [λευκάτης. Ger. Ein vorgebirg an dem Ambratischen Meerschoß.] Promontorium est Acarnaniæ, ad sinum Ambracium, Apollinis templo nobile: à petræ candore nomen habens. Virg. 3. Aen. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Leūcē, λεύκη, Parvum oppidum in finibus Ioniæ, & Aeolidis, non longè à Smyrna olim insula. Autor Plin. lib. 5. cap. 29. ¶Est præterea Leuce, parva insula Ponti, Borysthenis amnis ostio objecta, quæ quòd Achilles in ea sepultus fuerit, etiam vocatur Achillea: ab aliquibus etiam Macaron appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 13. ¶ Aliud item hujus nominis oppidum in Italia, stadiis quingentis à Tarento distans. Luc. lib. 5: -secretaq; littora Leuce. ¶Sunt item Leucæ, insulæ quinq; Lesbo adjacentes, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 32.

Leūcī, Populi inter Belgas, Mediomatricibus finitimi, jaculandi olim peritissimi: iidem (ut putatur) cum iis quos hodie *Luxemburgenses* vocamus. [Ger. Die Lützelburger.] Luc. lib. 1: Optimus excusso Leucus, Rhemusq; lacerto.

Leūcippŭs, λεύκιππος, Philosophus fuit Eleates, sive ut aliis placet, Abderites, Zenonis auditor, qui universum quidẽ infinitum esse dixit, ejusq; partes plenũ esse & inane, omniaq; fieri ex atomis sibi invicẽ implicatis. Reliqua vide apud Laërtium. Meminit hujus & Cic. 4. Tusc.

Leucogei, Vulgò *Limera'*, Colles sunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos, in quibus sulphur præstantissimũ effodiebatur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admistũ, candorem simul afferebat & teneritatem. Fontes quoque ex his collibus erumpebant, vulneribus medicinam, dentibusq; firmitatem afferentes. Vide Plin. lib. 18. cap. 11, & lib. 31. ca. 2. & lib. 35. cap. 15.

Leucola, Apud Plin. lib. 5. cap. 27: Promontorium Pamphyliæ, Lyciæ conterminæ. ¶Est & insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. ¶Strabo quoq; portum in Cypro vocari tradit Leucola.

Leūcōn, nis, λεύκων, Rex Ponti à fratre Oxylocho necatus, quòd cum ejus uxore adulterii & incestus consuetudinẽ haberet. Ovid. in Ibin: Aut pia te cæso, dicatur adultera: sicut Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est. ¶Est item Leucon, λεύκων, Genus quoddam ardeolarum, à candore ita dictum, de quo Plin. lib. 10. cap. 60.

Lēucŏpetră, [λευκόπετρα. Vulgò *Capo delle Arme, Spartimento en Calabria.* Germ. Weissenfelß / ist ein vorgebirg zu hinderst in Italien gegen Sicilien.] Promontorium è regione Siciliæ in agro Rhegino, à candore nomen habens. Cic. 1. Philip. Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram (quod est promontorium agri Rhegini) venti detulissent, ab eo loco cõscendi ut transmitterem.

Leūcŏpŏlis, [λευκόπολις. Germ Weissenburg in Asia.] Oppidum Asiæ in sinu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap 29.

Leūcŏsĭă, λευκοσία, Insula contra Pæstanum sinum, in mari Tyrrheno, Leucaniæ adjacens (ut Strabo lib. 6. refert) parvũ ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab una Sirenum, quæ hoc in loco periit, quum spreta ab Vlysse in profundum sese abjecisset. Festus ab Aeneæ consobrino loco datũ nomen existimat. ¶ Quin & Samothracia Leucosia priùs est appellata, ut inquit Aristoteles.

Leūcōsўrĭă, λευκοσυρία, Priùs dicebatur, quæ nunc *Cappadocia.* Strabo lib. 12.

Leucosyrus, λευκόσυρος, fluvius Ciliciæ, Pyramus postea dictus, Steph.

Leūcŏthĕă. [שחר *schachar.* λευκοθέα. Gall. *L'aube du iour, le point du iour.* Ital. *Aurora.* Germ. Die Morgenröte. Hisp. *Alua.* Pol. *Iutrzenka.* Vng. *Haynal.* An: *The breake of the day or skie of the day.*] Quam & Matutam Latini vocaverunt, eadem est cũ Aurora, Leucothea dicta, quasi alba dea. Cicer. 1. Tusc. Quid Ino, Cadmi filia, nónne *Leucothea* nominata à Græcis: *Matura* habetur à nostris? De hac vide plura suprà in dictione INO.

Leūcŏthŏē, pen. corr. λευκοθόη, Orcami Regis Babyloniorũ filia fuit ex Eurynome, quã à Phœbo gravidam factam quũ pater vivam defoderet, Phœbi miseratione mutata est in arborem thuriferam. Vide Ovid. lib. 4. Metam.

Leūctră, orum, λεῦκτρα, ων, Vicus est Bœotiæ juxta Thespias, circa quem Epaminondas, Thebanus, Lacedæmonios vicit, adeoq; attrivit, ut postea imperium nequiverint reparare.

Leūctrĭcŭs, a, um: ut, Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta. ¶Leuctricæ puellæ, Hippo, & Miletia, sive (ut aliis placet) Theano & Evexippe, Scedasi filiæ fuerunt: quæ à Lacedæmoniis quibusdam hospitibus vim passæ, doloris impatientia sibi necem intulerunt, eoq; in campo sepultæ sunt, in quo postea cõmissa est ea pugna, qua Lacedæmoniorum opes conciderunt.

ciderunt. De his sic scribit Hieronymus cõtra Iovin. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditum est absente patre duos juvenes prætereuntes jure hospitii susceпisse, qui multum indulgentes vino, vim per noctem intulêre virginibus, quę amissa pudicitia, nolentes supervivere, mutuis conciderunt vulneribus? Plutarchus tamẽ in Narrationibus amatoriis, ab ipsis hospitibus puellas post stuprũ occisas ait, & in puteum conjectas: cadaveraq; earum à Scedaso canis indicio fuisse inventa.

Levi, Nomen patriarchæ: à quo Levita, seu Levites, pen. prod. λευίτης, pro eo qui est de tribu Levi. Hieron. in Exod. Aaron frater tuus Levites, scio quòd eloquens sit. Hinc Leviticus, a, um: λευϊτικὸς, possessivum.

Leviathan, dictio Hebræa, qua significatur Draco seu serpens. Nam (ut inquit Hieronym.) Iudæi dicunt draconẽ magnum, quem fecit Deus, Leviathan. Et est in mari, & ajunt: Quando recedit Oceanus, draco vertitur.

Leuphana, λευφάνα, Oppidum est Germaniæ in climate magis Septentrionali. Ptolemæus lib. 2 cap. 11.

Leutychides, λευτυχίδης, Vir Lacedæmonius fuit, Menaris filius, & inimicus Demarati, quem à Cleomene adjutus, regno expulit, & in locum ejus Spartanorum rex creatus est. Verùm quum acceptæ contra leges pecuniæ in jus accerseretur, Tegeam profugit, ubi & diem suum obiit. Vide Herod. lib. 6.

Lexŭbĭi, λεξόβιοι, Galliæ Lugdunẽsis populi, apud Ptolem. lib. 2. cap. 8, quos Cæsar Lexovios vocat. Horum metropolis erat Neomagus, Vulgò *Lysieux*.

L ante I.

Libanius, λιβάνιος, Nomen sophistæ Antiocheni, qui floruit Iuliani apostatæ temporibus, usq; ad Theodosium seniorem: Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Cõstantii Cæsaris, & alterum Iuliani: præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. Suidas.

Libanotus. [λιβάνωτος. Ital. *Medio erno lebeche*. Fland. Zuydwesten zuyd.] Ventus flans inter Liba: hoc est, Africum, & Notum. Plin. lib. 2. cap. 47.

Libanus, pen. corr. [לְבָנוֹן *lebanón*. λίβανος. Germ. Ein Berg in Syria so schöne Cederbäwm getragen hat.] Syrię mons, à Sydone Phœnices oppido usque ad Symiram urbem Syriæ Cœles extensus, cẽtum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic ex adverso obtenditur Antilibanus, valle tantùm interjecta, olim muro illi conjunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluvius oritur, teste Plin. lib. 5. cap. 19. 20. 22. ¶ Libanus itẽ quæ & Dendrolibanus, dicitur frutex sive arbuscula thurifera: ita dicta (ut Poëtæ fabulantur) à juvene quodam Assyrio ejusdem nominis, in hunc fruticem converso. Hinc etiam ipsum Græci λίβανον appellant.

Libarnum, λίβαρνον Ptolemæo, Libarna Plinio, Oppidũ Italiæ sub Apennino situm non procul à Dertona. Ptolemæus lib. 3. cap. 1, & Plin. lib. 3. cap 5.

Libentina dea, Venus, seu Proserpina. Aug. lib. 4. de civitate Dei: Neque enim audent aliquas partes sub nomine deorum vel dearum deæ Cloacinę tribuere: aut Voluptatę appellata est: ut Libentinæ, cui nomẽ est à libidine. Hujus meminit & Cic. 2. de Nat. deor.

Lĭbĕr, priore prod. in genitivo Liberi, pen. cor. [Germ. Der Gott Bacchus ein erfinder des Weins. Pol. *Bogoralstwa*. Vng. *Borinak istene*.] Bacchus sive Dionysius, διόνυσος, vini repertor. Multos autem fuisse Liberos, sive Bacchos, Dionysiósve ostendit Diodorus, quorum longè celeberrimus est, qui ex Semele Iove genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui Liber appellatus est à liberando: nam libertatis deus est: sive quòd Bœotiæ urbes liberas fecerit (ipse enim, ut inquit Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnavit) vel quia vinum curas solvat, & mentem ab illis liberet: seu quòd vino usi, liberè loquantur. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Senec lib. de Tranquil. vitæ: Libertũ appellatum dixit, non ob licentiam linguæ, sed quia liberat servitio curarum animum, & tristitiæ medetur. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens ebrii, quò jubet, prolabatur. Augustinus docet Liberum vocari, quod mares in coëundo per ejus beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. ¶ Interdum Liber usurpatur pro ipso vino: sicut Ceres pro frumento. Ter. in Eun. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Liber etiam dicitur Sol: quia liberè per aërem vagatur. Virg. lib. 1. Georg. vos ô clarissima mundi Lumina, labentẽ cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.

Lĭbĕrālĭă, orum, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur διονύσια. Nævius: Libera lingua loquuntur ludis liberalibus. Cicero ad Cornificium lib. 12: Liberalibus literas accepi tuas. Idem ad Atticum: Liberalia tu accusas?

Lĭbĕră, æ, [περσεφόνη. Germ. Proserpina die Tochter Iovis vnd Cereris.] Iovis & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur. Cic. 1. de Natur. deor. Liber Cereris filius, & frater Liberæ.

Lĭbēthră, Libethræ, pen. prod. [λείβηθρα. Germ. Ein Brunnen in Thessalia den *Musis* zugeeignet.] Fons Musis sacer in Magnesiæ regiuncula Thessaliæ annexa: ut docet Plin. lib. 4. ca. 9 & Pomponius Mela lib. 2. Sunt qui in Olympo mõte Libethram urbem fuisse dicant, à Sye torrẽte funditùs eversam, quum jam olim oraculo prędictũ esset, fore ut Libethrii ὑπὸ συὸς, omnes interirent, quum Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autẽ Orphei reliquiæ in columna quadã conditæ quæ viæ imminebat à Dio in Olympũ ducẽti. Quem in locũ quum ingens hominũ vis convenisset, ut pastorẽ in somniis suaviter canẽtem audirent, evẽnit ut columna eversa Orphei ossa nudarentur: eodẽq; die torrens nomine Sys supra modũ auctus, Libethrios cum urbe submersit. Vide Cæliũ Rhodigin. lib. 18. cap. 22.

Lĭbēthrĭdĕs, λειβηθρίδες, Dictæ sunt Musæ à Libethra Magnesiæ fonte Musis sacro, & Poëtarum carminib. celebrato. Pomponius Mela lib. 2, in descriptione Macedoniæ. Strabo tamen libr. 10, autor est, Musas appellatas esse Libethridas, à Libethro Thraciæ monte, quem postea Macedones tenuerunt: sub quo & antrum fuisse ait Musis Libethridibus à Thracibus cõsecratum. Virg. 7. Aegl. Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite, &c.

Lībēthrŭs, pen. prod. λείβηθρος, Mons est Macedoniæ, teste Lycophrone, habens ad radicem Pimpleum fontẽ Musis cõsecratum. Alii Libethron Thraciæ montem esse ajunt, postea à Macedonibus occupatum: ad cujus radicẽ antrum fuit Musis Libethridibus à Thracibus consecratũ. Vide Strab. lib. 10.

Lĭbĭtīnā, næ, pen. prod. [Germ. Ein Göttin bey den Heydẽ/ in deren Tempel man allerley zeũg verkaufft/ zu den begrebnussen nohtwendig.] Dea, in cujus templo vendebantur, & locabantur ea, quæ ad sepulturam pertinebant, ita dicta à Libitu, vel à Libidine. Plutarchus Venerem fuisse putat, redditq; rationem in Problematibus, quare Romani ea quæ ad Pompam funebrẽ spectant, in Veneris templo voluerint asservari: ut scilicet eo ipso humanæ fragalitatis admoneremur, certò scientes exitũ ab ortu non procul abesse, quum eadẽ dea morientibus præsit, & vitam ingredientibus. Alii malunt esse Proserpinã Plutonis uxorem, quam quòd inferorum crederetur regina, mortuis præesse putabant: ideoq; etiam ea, quibus mortui exornari veluti ad inferos deducuntur, in ejus templo voluerint asservari. ¶ Quandoq; Libitinam positam legimus pro ipso apparatu funebri, quem Libitinarii in usum exequiarum locabant. [τὰ αὐάγκαια, τὰ νεκύσια, κτίς. Gal. *Despense de funerailles*. Ital *Spesse, & apparecchio ne funerali*. Germ. Der kosten oder rüstung zu einer Begrebnus. His. *Despensa de mortuorio*.] Liv. lib. 40: In urbe tanta fuit pestilentia, ut vix tunc Libitina sufficeret, ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Suetonius in Nerone: Pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. Erant autem rationes quas conficiebant ii, qui in æde Libitinæ locabant ea, quæ ad funebres pompas pertinerent. ¶ Exercere libitinam dicebantur ii, qui in æde Libitinæ præerant locandis, vendẽdisq; iis, quæ necessaria erant funebrem pompam instructuris. Valerius Max. Qui tunc libitinam exercebant, tùm rerum suarum usum, tùm ministerium suum gratuitũ polliciti sunt. ¶ Sed quoniam in æde Libitinæ locabantur necessaria ad funebrem apparatum: hinc factũ est, ut Libitina aliquando pro morte, seu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. Hor. lib. 3. Carm. multaq; pars mei Vitabit libitinam.

Lĭbo, onis, Romanus civis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod idcircò Libonis puteal dicitur ab Hor. lib. 1. Epist. 20:

> Ennius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma
> Prosiluit dicenda forum, putealq; Libonis
> Mandabo siccis: adimam cantare severis.

Lĭbŏră, λιβόρα, Carpetanorum urbs, in Hispania Tarraconensi: apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Lĭbs, libis, [λίψ. Germ Der Wind so von des Winters Nidergang/ oder vber Africam herein wäyet. Fland. Zuydwesten westen.] Ventus ab Occasu brumali flans adversus Vulturnum: ita dictus, quòd à Libya spiret: qua ratione & *Africus* à nostris appellatur. Gell. lib. 2 cap. 22. Plin. lib. 2. cap. 47.

Lĭbŭrnĭă, λιβυρνίς, Regio supra intimum Adriatici sinus recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiã: ita dicta à Liburno quodam Attico, si Stephano credimus. Hodie *Croaciam* vocant, in ditione Ducum Austriæ.

Lĭbŭrnī, λιβυρνοί, Populi ex Liburnia regione inter Istriam, & Dalmatiam sita. Virg. 1. Aen. Antenor potuit mediis elapsus Achivis, Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus Regna Liburnorum, & fontes superare Timavi. Lucan. lib. 2: Pugnaces q; mari Grajorum classe Liburnos. ¶ Liburni item viatores dicti sunt, qui ex agris jussu magistratuum sæpè vocabant cives, frequensq; eorum via erat ab agris ad urbem. Liburni inde dicti, quòd ferè ex Liburnia orti essent, qui hoc vilissimũ officii

officii genus administrabant. Iuven. Satyr. 4: -primus clamant te Liburno, Currite, jam sedit rapta properabit ab olla.

Liburnă, æ, vel Liburnica, cæ. [Germ. Ein jagschiff oder Rentschiff. Vng. Ladik, folyo hajo.] Genus navigii levissimi, velocissimiq; quod Liv. 3. Decad. li 4, levem biremẽ appellat, λιβυρνὶς Plutarcho, & Appiano. Ratio nominis tracta est à Liburnis populis in Illyrico, qui olim navibus velocibus usi, Ioniũ mare, insulasq; prædabantur. Qua ex causa Romani naves levitatẽ, celeritateq; præstantes, Liburnas appellavêre: aut liburnicas, sicut refert Appianus. Horat. in Epod. Ibis liburnis inter alta navium Amice propugnacula. Sueton. in Augusto: Vtrobiq; parte liburnicarum demersa, simulq; ejus qua vehebatur fusis armamentis, & gubernaculo distracto. Lucanus lib. 3: Ordine contentæ gemino creviſſe liburnæ. Firmicus Liburnicum imperium usurpat pro navali.

Lĭbūrnum, ni, [Ger. Ein Senffte oder Gutschwagen. Vn. Lektika, hinto.] Vehiculi, sive lecticæ genus, ad liburnicæ navis similitudinẽ constructũ, quo principes Romani vehisolebant adeò molliter, ut interim vel dormire intùs possent, vel legere, vel scribere, aut aliud quidvis nõ incõmodè agere. Iuven. Sat. 3:

Si vocat officium, turba cedente vehetur
Dives, & ingenti curret super ora liburno:
Atq; obiter leget, aut scribet aut dormiet intùs:
Nanq; facit somnos clausa lectica fenestra.

Lĭbūrnŭs, λιβυρνὸς, Portus Tuscorum, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Livorna*.

Lĭbўă, æ, & Libye, es. [ⲗⲓⲃⲩⲏ] *Iubim.* λιβύη. Germ. Der gröste theil des Lands *Africæ*, wird für *Africam* vnd den dritte theil der Welt genommen.] Tertia pars totius orbis, quam & *Africam* dicimus, ab Asia, Nilo fluvio: ab Europa mari Mediterraneo divisa. Dicta autem putatur Libya, quòd inde Libs ventus flare soleat: seu quòd pluvia indigeat propter nimiam siccitatem, ἀπὸ τῆ λείπειν, κύειν. Vel à Libya Epaphi filia Iovis filii. ¶ Semper adfert Libya mali quippiam, ἀεὶ φέρει τι λιβύη κακὸν, Quòd inde Romam monstra deportarentur. Hinc & in mores, ingeniumq; detorqueri potest: siquidem, ut est regio venenorum feraxita gentis pestilens ingenium. Præcipuè cõveniet in fœdifragos, ac pactorum novatores.

Lĭbўs, yos. [ⲗⲓⲃⲩⲥ] *Iubim.* λίβυς.] Gentile est masculinum, cujus fœmininum est Libyssa, sicut à Phœnix, Phœnissa.

Lĭbўcŭs, ca; cum, λιβυκὸς. Virg. lib. 4. Aen. Te propter Libycæ gentes Nomadumq; tyrãni Odêre. Libycus campus, agri Argivi pars est, inde nomen habens, quòd illuc primùm fruges ex Libya allatæ sint: unde Ceres ipsa ab Argivis Libyssa cognominata est, teste Festo. ¶ Libyca fera, λιβυκὸν θηρίον, Dicebatur olim in hominem vafrum, callidum, versipellem, variis moribus, ancipitiq; ingenio. Quod genus portentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum, quòd in Libya variæ ferarum species sæpenumerò misceantur, atq; ita nova quædam hinc monstra spectaculo produci soleant, Romam à provinciæ præsidibus deportata.

Lĭbўstĭs, idis, λιβυὶς Stephano, à nomine Libys deductum, quũ tamen analogiæ ratio Libyssis postulare videatur. Virg. 5. Aen. Horridus in jaculis & pelle Libystidis ursæ. Quo tamẽ in loco nonnulli Libyssidis legere maluerũt: quàm rectè, ipsi viderint. Stephanus certè à nomine Libys λιβυστικὸς deducit, λιβυΐνη, λιβυϊνὴ, λιβυϊὰς, ἡ λιβυὶς: putatq; ea fieri à genitivo λίβυος, à nomine Libys formato, pleonasmo, τι, ς, quum regularis genitivus sit Libyos.

Lĭbўās, adis, λιβυὰς, Iudææ oppidum, Herodis opus, Iordani fluvio ab Ortu adjacens, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 16.

Lĭbўssă, λίβυσσα, Oppidum fuit Bithyniæ, notissimum Annibalis interitu. Plin. lib. 5. cap. 32: Fuit & Libyssa oppidum, ubi nunc Annibalis tantùm tumulus est.

Lĭbўstĭnŭs, λιβυστῖνος, Dictus est Apollo ab his qui Pachynũ Siciliæ promontoriũ incolebãt, quòd immissa Carthaginiensibus hostibus peste, penè cunctos subita morte interemerit.

Lĭbўstŏs, λίβυστος, Oppidum est Scytharum Aroterum, non procul à Danubii ostiis: cujus meminit Plinius in descriptione Thraciæ lib. 4. cap. 11.

Lĭchās, Puer quidam Herculis, per quem Dejanira viro suo in Oeta monte sacrificaturo, vestem misit Nessi Centauri sanguine infectam: quam quum ille induisset, serpente jam per corpus veneno doloris magnitudine in furorem versus, Lichan pernicioſi muneris latorem, capillis arripuit, & in subjectum mare præcipitavit: quem Poëtæ fabulantur in saxum sui nominis fuisse mutatũ, quod à nautis in mari Euboico ostenditur. Ovid 9 Metam. „Nunc quoq; in Euboico scopulus brevis eminet altè Gurgite, & humanę servat vestigia formę: Quẽ quasi sensurum nautæ calcare verentur, Appellantq; Lichan.

Lichades, λιχάδες, Insulæ tres sunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatæ, quem in hoc mare præcipitavit Hercules, Nessi Centauri sanguine in furorem conversus. Autor Strabo lib. 9.

Lichindus, λιχινδος, urbs Siciliæ, unde gentile Lichindius; Stephanus.

Lĭcĭānŭs, Poëta Martiali coętaneus, & conterraneus, ad quẽ extat ejus Epigramma lib. 1: Videbis altam Liciane Bilbilim.

Ligarius, Civis Romanus, Pompeii partes in bello civili sequutus, eo mortuo in Africam sese cõtulit ad Scipionem, pertinacissimumq; sese Cæsari hostem præbuit. Postea apud Cęsarem cùm à Tuberone accusaretur, defensus est à Ciceronẽ elegantissima illa Oratione, quæ pro Ligario inscribitur.

Lĭgēă: pen. prod. λιγεία, Nymphæ nomen. Nerei & Doridis filiæ, à cantus suavitate ita dictæ. Virg. 4. Georg. At mater sonitum thalamo sub fluminis alti Sensit: eam circum Milesia vellera Nymphæ Carpebant, Hyali saturo fucata colore, Drymoq;, Xantoq;, Ligeaq; , Phyllodoceq;.

Lĭgĕr, Ligeris, Rutuli cujusdam nomen fuit, fratris Lucagi, quem Turni auspicia sequutum Aeneas interfecit. Virg. 10. Aen. vesano talia latè Dicta volant Ligeri.

Lĭgĕr, eris, [λίγηρις, Ptolemæo. Gall. *La Loere* Germ. Ebẽ/ Ein vernampter fluß in Frankreich / entspringt in dem Berg *Cemeno*, laufft ein wenig gegen Mittnacht / darnach gegen Nidergang ins groß Meer] qui & Ligeris in nominativo: unde accusativus Ligerim. Nobilis est Celtarum fluvius, qui in Arvernorum finibus oriens, Heduosq; à Biturigibus dividens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum influit. Cæsar. lib. 7. bell. Gall. Liger ex nivibus creverat. Idem paulò pòst: Magnis itineribus ad Ligerim pervenit. Vulgò *Loire*.

Lĭgŭrĭă, æ, [λιγυρία. German. Ein Landtschafft *Italiæ*, welcher Hauptstatt ist Genua.] Italiæ regio; pro majore parte mõtosa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apeninum, ab altero Padum. Tusciam attingens: cujus caput est Genua. Dicta Liguria, à Ligysto Phaethõtis filio, conversione y in u.

Lĭgŭr, vel Ligus, ris, λίγυς, Secundùm Priscianum aliquando est propriũ nomẽ, & tunc est generis masculini. Aliàs est nomen gentile, virum significans, vel mulierem ex Liguria: & sic est communis generis. Probus putat Ligus esse adjectivum omnis generis: nullum tamẽ de neutro genere profert testimonium. Lucan. lib. 1: Et tunc tonse Ligur quondam per colla decora Crinibus effusis toti prælate Comatæ. Virg. lib. 11. Aen. Vane Ligus, frustraq; animis elate superbis. Idẽ Georg. 2: Assuetumq; malis Ligurem.

Lĭgŭstĭcŭs, a, um, pen. corr. λιγυστικὸς, Nomen possessivum: ut, Mare Ligusticum, quod Liguriam alluit. Saxum Ligusticum. Iuven. Sat. 3: Nam si procubuit, qui saxa Liguſtica portat.

Ligus. Liguris, Vide LIGVRIA.

Lĭgўĕs, λίγυες, Populi Asiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt: quorum meminit Herodotus lib. 7.

Ligystides. Insulæ eædem, quæ Stœchades, ut infrà dicetur.

Ligystina, λιγυστίνη, Vrbs Ligurum prope occidentalem Iberiam & Tharsum: incolæ Ligyes vocantur, Steph.

Lĭgystŭs, teste Fabio Pictore, Phaëthontis fuit filius, à quo Liguria cognominata est.

Lilæa, λίλαια Vrbs Phocidis. Steph.

Lĭlўbæum. [λιλύβαιον. Ger. Das Borgebirg *Siciliæ* gegen Mittag vnd Africa / heißt *Marsala*.] Promontorium Siciliæ, cum urbe ejusdem nominis, Libyam spectans. Tria enim traduntur esse ejus insulæ præcipua promontoria: ex quibus quod Græciam respicit, Pachynum: quod Italiam, Pelorum, Scyllæ oppositum: quod autem in Austrum Libyam versus procurrit, Lilybæum appellatur. Autor Pompon. lib. 2. Vulgò *Marsala*.

Limenotis, λιμενώτις, Chersonesus Celtica, Steph.

Limentinus, Putabatur deus, qui liminibus præesset, ἐπιστατήριος.

Limerē, λιμηρὴ, Vrbis nomen, vide suprà in Epidaurio ex Stephano.

Limiosaltum, Ptolem. lib. 2. cap. 11. urbs Germaniæ.

Limnæ, [λίμναι. Germ. Ein ort im Schloß zu Athen an dem ein Tempel stund des Gotts *Bacchi*.] Locus erat in arce Athenarum templum habens Dionysio sacrum, à Thesco rege extructũ: quo in loco vetustiora Bacchanalia peragebãtur die duodecimo mensis Anthesterionis, qui nostro ferè Novembri respõdet. Meminit hujus loci Aristophanes in Ranis, & Thucydides lib 2. Histor.

Limnŏs, λίμνος, Insula est deserta, juxtà Orientalem plagam Hyberniæ, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 2. Plin. lib. 4. cap. 16: Silimum vocat.

Limnŏthălassă, λιμνοθάλασσα, Insula Hispaniæ adjacens inter Carthaginem novam & Sucronem, non procul à Dianio. Strabo lib 3.

Limnŏrĭă, λιμνόρεα, Nympha: à cura lacus sic dicta: λίμνη enim lacus, & ὄρος cura dicitur

Limŏnĭădĕs, λειμωνιάδες, Nymphæ sunt florum & pratorũ, quas aliquãdo mori & deficere dicit Aristot. sicut Faunos & Satyros. Dictę Limoniades à pratis, q̃ Græci vocant λειμῶνας.

Límonum, Pictonum oppidum in Gallia Aquitanica, teste Ptolemæo lib.2.cap.7.

Límŏvĭcī, Ptolemæus lib.2.cap.7: Galliæ Aquitanicæ populi: alio nomine Lemovices. [Vulgò *Limosins*. Germ. Die Limosiner/ ein volck in Gasconien.]

Límyra, λίμυρα, Lyciæ fluvius, cum oppido ejusdem nominis. Plin.lib.5.cap.27.

Líndavium, Rhetiæ urbs ad lacum Brigantinum sita. [Ger. Lindaw.]

Líndŏs, λίνδος, Vulgò *Lindo*, In Rhodo, inquit Pomponius, tres quondam erant urbes, Lindos, Camiros, Ialisos. Gentile est Lindius, λίνδιος.

Líndum, λίνδον, Duorum oppidorum nomen est in Britannia insula. Ptolem.lib.2.cap.3.

Língŏnēs, λίγγωνες, Sunt populi Galliæ Celticæ, Heduis, Sequanis & Leucis vicini: qui etiam hodie aliquod nominis retinent vestigium. Siquidem totius regionis ejus metropolim Galli sua lingua vocant *Langres*.

Língŏnŭs, ni, Idem Mart.lib.8: Lingonus à recta Flaminiaque recens.

Língŏnĭcŭs, a, um, adjectivum: ut, Bardocucullus Lingonicus apud Persium, pro vestimẽti viliſſimi genere, quod Lingonibus præcipuè erat in usu.

Líntĕrnum, Vide LITERNVM.

Líntrĭum, urbs Norici ad Danubium sita.

Línus [Germ. Ein herrlicher Musicus bey den Griechen.] Apollinis & Terpsichores filius: sive ut quidam malunt, Mercurii & Vraniæ Musæ, lyricæ peritissimus, ut qui discipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occisum ferunt, quum eum rusticiùs canentẽ nimis petulanter corripuisset. Virg. Aeglog.4: Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus huic mater quanvis atq, huic pater adsit, Orphei Calliopeia Lino formosus Apollo. ¶Fuit autem re vera Linus poëta antiquissimus, qui fertur primus à Phœnice ad Græcos literas attulisse. Hermodotus verò Platonicus libro primo disciplinarum, dicit hunc Mercurii ex Musa Vraniæ filiũ, Thebis genitum, scriptisq; de mundi generatione: item de Solis & Lunæ cursu, animaliumque & fructuum generatione. In principio sui operis omnia simul nata dixit, quem secutus est Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, sagitta ab Apolline transfixus. ¶Alius fuit Linus Hypermneſtræ vir, Aegisthi filius, quem tamen Ovid in Epist.Heroidum, Lynceum appellat, non Linum.

Lípărā, pen.cor. λιπάρα, Vulgò *Lipara*, Insula una ex Aeoliis, à Liparo rege, Ausonis regis filio, cui successit Aeolus: quum antea Meligunis vocaretur, teste Plin.lib.3.cap.9. ¶Est etiam medicamenti pinguis, & lenis nomen, ut ait Celsus. Plin.lib.33.cap.6. Addunt & in medicamenta, quæ vocant Liparas, ad excrescentia ulcerum.

Lípărǽŭs, a, um, adject. λιπαρεύς.

Lípărĭs, [λιπαρις. Germ. Ein fluß in Cilicia welches Wasser salbet gib wann es öl were.] Ciliciæ fluvius, ἀπὸ τῦ λιπαρῦ: quoniam, ut scribit Vitruvius, natantes in hoc flumine, aut se lavantes, nõ aliter unguntur aqua, quàm si oleo, aut adipe lavarẽtur. ¶Est quoq; piscis quidam ex genere lacertorum, teste Plin.lib.31.cap.11. ¶Est & gemmæ nomen quæ suffita bestias omnes evocat. Plin.lib.37.cap.10.

Lípsĭă, urbs Misniæ, Academia celebris.

Líquentĭă, Vide LIQVETIA.

Líquētĭă, sive (ut quidam scribunt) Liquentia, Fluvius est Iapidiæ, in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus nascens, teste Plin.lib.3. cap.18. Vulgò *Livenza*. Virg. 1. Aen. Quales æstiæ Liquetia flumina circum Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum Consurgunt geminæ quercus. Quo tamẽ in loco nonnulli Liquentia legere malunt, & Liquentia flumina eadem ratione dicta existimant, qua alibi, & Fluvios liquentes, & Campos liquentes, & Mella liquentia, perpetuo epitheto Poëta appellavit.

Lírimíris, [λιριμιρις. Germ. Lübeck.] Oppidi nomen in tractu magis Septentrionali Germaniæ. Ptol.lib.2.cap.11.

Lírĭŏpē, λειρίοπη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex quâ Cephisus amnis Narcissum puerum formosissimũ suscepit. Ovid.lib.3. Metam. Cærulea Liriope, quam quondam flumine curvo Implicuit, &c.

Lírĭs, [λίρις. Germ. Ein fluß in Campanien.] Fluvius Campaniæ, sive Latiinovi per Minturnarum ruinas in sinum Cajetanum illabens, non procul à Formiis. Alio nomine Glanicus dicitur, teste Plin.lib.3.cap.5. Itali hodie *Il Garigliano* appellãt.

Lírnyrea, λερνυρέα, urbs Pamphyliæ, Steph.

Lĭssă, λίσσα, Insula est maris Adriatici, contra Iader. Plin.lib.3. capite ult.

Lĭssŭs, λίσσος, Fluvius Thraciæ, inter Mesambriam Samothracum & Strymam Thasiorum in mare illabens, quẽ Græci scriptores inter eos annumerant, quos à Xerxis exercitu excitatos tradunt. Autor. Herod.lib.6. ¶Lissus item oppidum est in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nympheo promontorio. Plin.lib.3.cap 22, & Ptolem. lib.2. cap.ult. Lucan.lib.5: Prætereunt frustrà tentati littora Lyssi, Nymphæumq; tenent.

Lítheſius, λίθεσιος, Apollo in Malea, quòd in Lapide collocatus sit, à Lithos, sic Marathesius à Marathos, Steph.

Lívĭŭs, [λίβιος. Ger. Ein berümpter Geschichtschreiber der Römeren.] Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patavinus, quem Quintilianus Herodoto opponit, ut Sallustium Thucydidi. De hoc Hieronymus ad Paulinum: Ad Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem de ultimis Hispaniæ, Galliarumq; finibus quosdam venisse nobiles legimus; & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandumq; miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærerent. ¶Fuit & Livius Andronicus, Latinorum poëtarum antiquissimus: de quo Diomedes: Cõstat (inquit) apud Romanos primũ Latino sermone Comœdiam Livium Andronicum scripsisse. Gell.lib.17.cap.ult. Primus omniũ T. Livius poëta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis mortẽ annis plus ferè centũ & sexaginta.

Líxĭs, λίξος, Colonia à Claudio Cæsare in Mauritania Tingitana instituta, circa quam Poëtarum fabulæ & Antæi regia, & Hesperidum hortos collocarunt, aurea mala ferẽtes, à dracone pervigili summa cura asservata. Cui fabulæ occasionem suppeditasse existimat Plinius flexuosum maris æstuarium, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter olea, stros ferens, libr.5.cap.1. ¶Est & Lixis amnis in eadem ora, cujus meminit ibidem Plinius & Pomponius Mela in fine.

L ante Q

Lobrīnī montes, λοβρινὰ ὄρη, In Phrygia sunt: unde Rhea Lobrina. Scholiastes Nicandri.

Locanus, Fluvius est Locrorũ in fronte Italiæ, quæ olim magna Græcia dicebatur, Plin.lib.3.cap.10.

Lochias, λοχίας, Promontorium est Aegypti, non procul ab Alexandria, & Pharo. Strabo lib.17.

Locorĭtum, autore Ptolem. urbs Germaniæ, hodie *Trutonia* vulgo Forchheim, In Franconia.

Lŏcozŭs, λόκοζος, Vrbs Phrygiæ, quam Thraces tenuerunt cognomento Locozii, Vide Steph.

Locrī, orum, λοκροί. Ger. Völcker in Griechenlandt vmb den Berg *Parnassum*.] Græciæ populi, Parnassum montem utrinq; colentes: quorum qui occiduam incolunt plagam, ad Crissæum usque sinum pertingentes, medii inter Aetolos & Phocenses, à gravitate odoris Ozolæ, & à situ Hesperii cognominantur. Qui verò Parnassum ad ortum accolũt, ad mare usq; Euboicum extensi, in duplici sunt differentia. Nam hi quidẽ à Cnemide monte Epicnemidii: illi verò ab Opunte urbe Opuntii cognominantur. Autor Strabo lib.9. ¶Sunt & Locri in extrema Italiæ ora, quam magnam Græciam antiqui appellarunt, oppidum incolẽtes ejusdem nominis, ab iis qui Ajacem Oileum ad Trojam sequuti sunt, cõditum: ut annotavit Servius in illud Virg.3.Aen. Hîc & Narici posuerunt mœnia Locri. Hi discriminis gratia Epizephyrii cognominantur, quòd supra Zephyrium promontorium siti sint.

Locrĭs, ĭdis, λοκρίς, Græciæ regio utrinq; Parnasso incũbens: cujus incolæ dicuntur Locrini jam dictum est.

Lŏcustă, Venefica fuit Neroni grata, ex Gallis evocata: cujus operâ usus Agrippina Claudium & Nero Britannicum de medio sustulerunt. Tacitus lib.11.& 12. Juven. Satyr.1:

Instituitq; rudes melior Locusta propinquas.
Perfamam, & populum nigros efferre maritos.

Lœmĭŭs, λοίμιος, Apollinis cognomen, quod ei Lydii imposuerunt ob malorum expulsionem, finita pestilentia. Nam pestem Græci λοιμὸν appellant.

Londinium, λονδίνιον, Ptolem.lib.1.cap.3, sive ut aliis placet, Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. [Vulgò *Londres*. Germ. London.]

Lŏngŏbārdī. [Ger. Die Lampardier/ Die Völcker in Italia vmb Meiland vnd den Padum.] Populi Cisalpinę Galliæ à Germanis oriundi, & à Barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano, ultimisq; Germaniæ oris, Albino duce, Italiã ingressi brevi omnes penè citerioris Galliæ urbes cepêre. Ibi quum ducentis annis regnassent, à Carolo Magno superati sunt. Alii arbitrantur Longobardorum gentẽ ex Lingonibus & Bardis: hoc est, Gallis coaluisse: quemadmodum Celtiberi ex Celtis Galliæ populis & Iberis creduntur commisti: ideoq; Lingobardos potiùs appellandos putant.

Lŏngŏnē, λογγώνη, urbs Siciliæ, Steph.

Lŏngĭmănŭs, ni, Cognomen fuit Artaxerxis Persarum regis, inde impositum, quòd alteram manum haberet longiorem. μακρόχειρ.

Lŏpādūsă, λοπάδουσα, Insula inter Siciliã & Libyam, regione

ne

ne Thapſi, cujus meminit Strabo libro ultimo.

Lŏrўmă, λόφυμος, Locus eſt Cariæ è regione Rhodi inſulæ, Plin.lib.5.cap.28.& Strabo lib.14.

Los. λῶς, Inſula circa Theſſaliam. Inſularis Lous, Steph.

Lōtĭs, idis, λώτις, Nymphæ nomen eſt, quæ Priapum fugiens, in arborem loton fingitur tranſmutata. Ovid.9.Metam.

Lotis in hanc nymphæ fugiens obſcœna Priapi,
Contulerat verſòs ſervato nomine vultus.

Lōthŏphăgī, pen.corr. λωτόφαγοι, Populi in Africa apud Syrtes, à loto nomen ſortiti, quòd arboris ejus fructu credantur victitare: cujus cibus tã eſt dulcis, ut advenis incutiat patriæ oblivionem. Itaq; quum Vlyſſis ſocii delati in Africã eſſent, & lotum guſtaſſent, vix inde abduci potuerunt, ut placet Homero lib.9.Odyſſ. Vide LOTOS.

Lovanium, [Germ.Löven.] Brabantiæ urbs, archigymnaſio celeberrima.

Lŏxĭās, λοξίας, Apollo dictus eſt, vel propter obliqua & tortuoſa reſponſa, quæ hujus vates reddebant, quò faciliùs conſultoribus imponerent: vel quòd Apollo: id eſt, Sol, Zodiacũ obliquè pererret: λοξὸς enim Græcis obliquus eſt.

I. ante V.

Lubecum, Saxoniæ urbs potens. [Germ.Lübeck.]

Lūcă, [λῦκα. Ger. Ein Statt Italiæ in Thuſcier Landtſchafft.] Civitas Tuſciæ, à qua Lucenſes dicuntur, qui eam urbem incolunt. Vulgò etiam hodie *Lucca*. Dicta à Lucomone Hetruſcorum rege. De hac Strab.lib.5: Luca urbs eſt ad montes Lunæ incumbẽtes, ubi plerunq; vicatim habitant: regio tamẽ virorum probitate floret: itaq; robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares capit ordines.

Lūcānī, λευκανοὶ, Populi Italiæ à Samnitibus oriundi, ſecũdùm mare extenſi. Silaro fluvio à Picẽtinis, Lao à Brutiis dirempti: quorum oppida præcipua fuerunt, Velia, Pæſtum, & Buxentum, aliaq; nonnulla. Plin.lib.3.cap.5. Hor.lib.2. Serm.Sat.8: Lucanus an Appulus anceps.

Lucānŭs, Nomen proprium Poëtæ, nepotis Senecæ, viri undecunquè doctiſſimi, & graviſſimi Tragœdiarum ſcriptoris. Hic bellum civile inter Cęſarẽ & Pompejum graviſſimo carmine perſcripſit. Item Orpheum Tragœdiam, multaque alia quæ hodie non extant. Periit inciſa juſſu Neronis vena, jam Conſul deſignatus: propterea quòd inter eos nominatus eſſet, qui cum Piſone conjurârant. Vide latiùs vitã ejus apud Crinitum.

Lucana, Vide in APPEL.

Lūcentĭă, Citerioris Hiſpaniæ urbs, & Romanorum quondã colonia, ut ſcribit Pomponius Mela, lib.2.

Lūcentum, Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum à ſuperiore diverſum, quod Ptolem.lib.2.cap.6. ſtatuit ſupra Carthaginem, Occaſum verſus.

Luceres, ſive Lucerenſis, Tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorũ regis. Cõſtat enim, autore Livio, receptis jam in urbem Sabinis, populoq; aucto, Romulum omnẽ populum in tres ſecreviſſe tribus: quarum una Tatienſium appellata eſt à T.Tatio Sabinorũ duce: altera à Romulo Ramnenſium: tertia Lucerũ à Lucero Tuſcorũ rege (ut refert Varro) qui pugnanti adverſus Tatiũ Romulo ſuppetias tulit.

Lucería. λευκερία, urbs Apuliæ, Auſonum colonia. Plin. libro 3.cap.11.

Lucerius, λευκέριος, Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo adverſus Tatium.

Lucerna, Vna ex primariis fœderis Helvetici urbibus.

Lucetĭus, λυκήτιος, Dictus eſt Iupiter, à luce quã præſtare hominibus putabatur. Sic Iuno Lucetia, quòd lucis cauſa ſit, parturientes adjuvans.

Lūcilĭŭs, Poëtæ vetuſtiſſimi nomẽ, patria Auruncani, qui primus Latinorũ Satyrã ſcribere aggreſſus eſt. Obiit apud Neapolim anno ætatis ſuæ quadrageſimoſexto, publicoq; funere elatus eſt. De Lucilio vide Quint.lib.10, & Horat.lib.1. Sermon.Sat.4: Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus, &c.

Lūcīnă, pen.prod. [ἐλελήθυια. Ger. Juno die Göttin der Kinder geburt.] Dea, parruum præſes: teſte Servio, quæ & Iuno dicitur & Diana. Terentius in Andria: Iuno Lucina fer opem. Virgilius in Pollione: Caſta fave Lucina, tuus jã regnat Apollo. Atq; hic quidem accipitur pro Diana. Cic.lib.2.de Nat. deor. Quum Luna à lucẽdo nominata ſit: eadem eſt enim Lucina. Itaq; ut apud Græcos Dianam, eamq; luciferam: ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo invocant: quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non à venando, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam vagantibus. Dicta Lucina, quòd partũ ferat in lucem. Plin.lib.16.cap.44 putat Lucinam dici, quòd oculis præſit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iunoni ſacer eſt in Exquiliis. Ovid.li.2.Faſt. Gratia Lucinę, dedit hęc tibi nomina lucus: Aut quia principiũ tu dea lucis habes.

Lūcĭŭs, Prænomen eſt Romanis familiare: quod idcircò illi, qui primò hoc prænomine fuit appellatus, impoſitum creditur, quòd prima luce eſſet natus. ¶ Lucius Oſtius tempore bellorum civilium patrem ſuum proſcriptum, quem Triumviri ad ſupplicium perquirebant, latentẽ prodidit, ut ejus bona acciperet. Autor Plutar. ¶ Eſt etiam Lucius piſcis nomen, cujus ſolus Auſonius memihit in Moſella: Lucius obſcuras vulva cænoq; lacunas Obſidet hic, nullos menſatur lectus ad uſus Fervet fumoſis olido nitore popinis.

Lūcrētĭă. [Germ. Ein Hauffraw *Collatini*, ein teůſch Römiſch Weib.] Romanæ caſtitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini Præfecti urbis, & uxor Collatini: quam Sext. Tarquinius, quum precibus exorare non poſſet vi oppreſſit: ſtricto enim gladio in cubiculum irruens mortem minabatur, ni voluntati ſuæ obſequeretur: addebatq; ſe cum mortua jugulatum ſervum poſiturũ, ut in ſordido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, ut infamię ſuſpicionẽ effugeret, expugnari ſeſe paſſa eſt. Quo facto convocatis patre, marito, cæteriſq; amicis obortis repentè lacrymis, tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem ſub veſte occultum habebat, ſeſe ſtatim confodit. Qua re moti pater cũ marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato, reges expulerunt. Vide hæc latiùs apud Livium ad finem lib.1.ab Vrbe. Mart. Eſſe videbaris, fateor, Lucretia nobis, &c.

Lucrētĭlis, pen.cor, Mons fuit in Sabinis: de quo Horat.lib.1. Carm. Velox Amœnũ ſæpè Lucretilẽ Mutat Lycæo Faunus.

Lŭcrētĭus, Poëta antiquiſſimus, Cicerone xij.annis natu minor. Scripſit de rerũ natura libros ſex, qui etiã hodie legũtur. Extat honorificũ de eo elogium apud Ovidium in Eleg.

Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit una dies.

Lucrīnum, Dauniorum eſt oppidũ in Apulia, ut ſcribit Strabo lib.6, & Pomponius lib.2.

Lŭcrīnŭs, pen.prod. λυκρῖνος, Lacus Campaniæ in ſinu Bajano, contra Puteolos, propinquus Averno lacui adeò, ut in maximis quandoq; tempeſtatibus conjungi ſoleant. Dictus à lucro, ut vulgò creditur, propter multitudinem piſcium, qui ibi capiebantur. De utroq; Martialis: Dũ modò Lucrino, modò ſe permittit Averno.

Lūcrētĭŭs Catulus, Romanus civis fuit, qui primo Punico bello trecentis navibus adverſum Pœnos profectus, ſexcentas eorum naves cõmeatibus & aliis & oneribus impeditas apud Aegares inter Siciliam, & Africam depreſſit, finemq; bello impoſuit; pacem petentibus hac conditione conceſſit, ut Sicilia, Sardinia, & cæteris inſulis inter Italiam, Africamq; decederent, Hiſpania citra Iberum fluvium abſtinerent.

Lŭcūllŭs, λεύκολλος, Põpeii, & Ciceronis æqualis: qui in Quæſtura ampliſſimum populo munus edidit. Prætor Africã obtinuit: Adverſum Mithridatem miſſus, collegam ſuum Cottã Calcedone obſeſſum liberavit: Cyzicũ obſidione ſolvit: Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumq; regno expulit: quem rurſum cum Tigrane rege Armenię bellum inſtaurantem magna fœlicitate ſuperavit. Deliciis omnibus affluens, maximè ſignorum & tabularũ amore flagravit. Ingraveſcente deinde ætate, quum jam delipere cœpiſſet, tutela ejus M. Lucullo fratri permiſſa eſt. Vide Plutarchum in Lucullo. Cic. Acad.2.in principio.

Lŭcŭmōnēs, λυκύμονες, Olim dicti ſunt Tuſci quidam: qui, quòd Romulo adverſus Sabinos ſuppetias tuliſſent, in civitatẽ recepti, Lucerenſium tribut nomen fecerunt. Autor Varro.

Lucus Auguſti, Ptolemæo lib.2.cap.6, Vrbs Cæpororum, in tractu Hiſpaniæ Tarraconenſis, quam Auguſti turrim Pomp. Mela nominat.

Lūcŭs Feroniæ, Oppidum eſt Tuſciæ mediterraneum, non procul à Luca, teſte Ptolem.lib.3.cap.5.

Lŭĕntīnum, ſive potiùs Leventínum, Britanniæ urbs, Ptolem.lib.2.cap.3.

Lūgdūnum. [λούγδουνα Stephano. Germ. Leon.] Emporiũ eſt totius Galliæ Celticæ longè celeberrimum, à quo ea pars Galliæ Lugdunenſis dicta eſt, à L.Munatio Planco, dum Galliæ Comatæ præeſſet, conditum in colle ſupra confluentem Rhodani & Araris imminente: ubi etiam hodie non obſcura antiquæ urbis extant veſtigia. Strabo lib.4: Lugdunũ in colle conditum, ubi Arar amnis Rhodano immiſcetur, Romano tenetur imperio: amplioni quoq; dignitate virorum ſecundũ Narbonem affluens, quibus uſui magno eſt emporium. Ibi quoq; Romani duces aureum numiſma, argenteumq; ſignarunt. Lugduni etiam templum fuit communi univerſæ Galliæ impenſa extructum, & Cæſari Auguſto conſecratum, ea parte ante urbem, ubi amnes confluunt: inibiq; ara dignitatis eximiæ erat, genitum ſexaginta titulo inſignis: dicatis ibi totidem gentiũ ſimulacris. Hæc Budæus de Aſſe. Fuit prætereà hæc civitas celebribus nundinis inſignis, ad quas totius Galliæ populi ad emendum, & vendendum conveniebant: unde etiam hodie locus ille in quo olim ſitum fuit Lugdunum, Fo-

rum Veneris appellatur. In hac etiã urbe à Caligula Cæsare (ut in vita ejus cap.20.testatur Suetonius) institutum fuit certamen Latinæ, Græcæq; facundiæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autẽ qui maximè displicuissent, scripta sua spõgia, linguaq; delere jussos, nisi ferulis verberari, aut flumine proximo mergi maluissent. Huc spectasse videtur Iuvenalis, quum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunensem dicturo. Ea autem urbs tam insignis, totq; egregiis ornamentis nobilitata, teste Seneca in Epistolis, sub imperio Neronis, centesimo anno, à quo fuerat condita, una nocte conflagravit. Hodie verò Lugdunum in plano situm est, magna sui parte Rhodano & Arari fluminibus inclusum, nulli Christiani orbis angulis incognitum. Vulgò *Lion.*

Lunã, [Germ. Ein Statt in Hetrurien am Meer gelegen/bey deren man schön weiß Marmelstein grabt. Vulgò *Luni.*] Hetruriæ oppidum ad mare situm, fœcundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Plin. lib.36.cap.6: Adjecit idem Nepos, Mamurram totis ædibus, nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Caristio, aut Lunensi. Lucanus lib.1:

quorum qui maximus ævo,
Arvus incoluit desertæ mœnia Lunæ, *&c.*

Lũnẽnsis caseus. [Germ. Lunenser Käß / sindt gut vnd feißt.] A Luna urbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriæ, quæ Liguriæ proxima est. Erat autẽ hoc casei genus sola magnitudine laudatum, ut quod librarũ mille pondus nonnunquam æquaret: unde inter servorum obsonia refertur à Mart. lib. 14: Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis. Plin.lib.11.ca.42: Mistum Hetruriæ atq; Liguriæ confinium Lunensem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula millia pondo premitur.

Lũnæ promontorium, Hetrurię promontorium est, non procul à Macra fluvio: cujus meminit Ptolemæus lib.3.ca.1. *πρὸς λύνης ἄκρον.* ¶ Est item ejusdẽ nominis promontoriũ in Lusitania, nõ procul à Tagi ostio, apud eundẽ Ptolem.lib.2.ca.5.

Lunarium, Promontorium Lalætanorum in Hispania Tarraconensi: cujus meminit Ptolem.lib.2.cap.6. Alio nomine, Mons Iovis.

Luneburgum, Vide MARONIS.

Lupercãl, à Lupa dicitur, Locus sub Palatino monte, sacratus ab Evandro Pani Deo Arcadiæ, qui Licæus vocatur, eo quòd non sinat lupos in oves sævire. Quanvis quidam ita appellatum velint, quòd Lupa ibi Remum & Romulum nutrivit, *λυκαῖον.* Ovid.2.Fastor.

Illa loco nomen fecit, locus illa Lupercal:
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Lupercãlia, [*λυκαῖα.* Ger. Fäst so im Hornung zu ehren des Hirtengotts Panos gehalten worden.] Solennia quædã sacra dicebantur, quæ mense Februario à Lupercis fiebant in honorem Panos pastorum Dei. Cic. ad Quint.Frat.lib.2. Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Servius enarrãs illud Virg.lib. 8.Aen.Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos. Quum inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi projectis vestibus, persecuti sunt latrones, quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permansit, ut nudi Lupercalia celebrarent.

Lupercī. [Germ. Pfaffen des Hirtengotts Panos / welche auff seinen Fästen nackend durch die Statt Rom lieffen.] Sacerdotes erant Panos pastorum Dei, qui Lupercaliorum die nudi per urbem cursitabant, prægnantiumq; mulierũ manus, uterosq; caprina pelle feriebant: qua re & fœcunditatem, & facilem partum fieri putabant. ¶ Dicti autẽ creduntur Luperci à Pane Deo pastorũ, cui sacra & ritus faciebãt in Lupercali. Græci enim Panα vocant Lyceum, deducto nomine *ἀπὸ τῦ λύκυ*: hoc est, à lupo quod oves à lupis tueri credebatur. Vel à Lycæo monte Arcadiæ, in quo Pan colebatur. Ovid.2.Fast. Quid vetat Arcadię dictos de mõte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycęus habet. Cic.2 Phil.insectatur M. Antonium, quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se Lupercum exhibuerit.

Lũpĭa, Germaniæ fluvius Pomponio lib.3: Conjectura est, inquit Vadianus in Melam, eum esse, quem hodie *Neccharum* vocant, qui haud longè à Danubii fontibus ortus, per Vvirtembergensem ducatum lapsus, moxq; in occasum versus, Rhenũ seorsum illabitur. Strabo longè secùs quàm Pomponius, Lupiam in Visurgim deferri ait, ut Lupiæ nomine non Necharus, sed is amnis, quem hodie *Fuldam* vocant, intelligatur. Tacitus (adeò in ea tantilla variant scriptores) lib. Augustæ historiæ 2: Lupiam vocat amnem non in Rhenũ: sed in Oceanũ elapsum. Hæc Vadianus. Cujus viri alioqui diligentissimi lapsum tam supinum satis mirari non possum, præsertim in suæ Germaniæ chorographia: Constat enim Lupiam Bructerorum (hodie Vvestphalos appellant) fluvium esse, qui etiam hodie nomen retinet, u tantummodò in i mutato, nõ procul à Badenborna nascentem, ad cujus caput extat oppidulum, quod Germani sua lingua Lipenspringe/ quasi Lipiæ fontẽ appellant: aliudq; circa mediũ ferè fluminis tractum visitur oppidulum, quod eodem cum fluvio nomine Lipiam nominãt. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela asserit) circa Vesaliam agri Clivensis oppidum.

Lupfurdum, Ptolemæo lib.2.cap.11, Vrbs Germaniæ, hodie *Myssna.* Vulgò Meissen.

Lusitania, niæ, [*λυσιτανία.* Germ. Das Königreich Portugal in Hispanien.] Tertia Hispaniæ pars, ad Septentrionem Durio amne à Tarraconensi provincia, ad Austrũ à Bætica Ana fluvio dirempta: cujus descriptionem vide apud Plin. lib.4.cap. 21, & Ptolemæum lib.2.cap.7. Strabo tamen lib.3. Lusitaniã ad Austrum Tago flumine terminat. Dictam autẽ volunt Lusitaniam à Luso, & Lysa Liberi patris comitibus, qui cũ bacchantes in Hispaniam secuti sunt, ut tradit Plin. lib.3. cap.1. Hodie *Portugalliam* appellant.

Lũsĭus, [*λύσιος.* Germ. Ein fluß in Arcadia / in welchem Jupiter zum ersten mahl soll gebadet haben.] Arcadiæ fluvius frigidissimus, Gortynam vicum præterfluens, in quo Iovem primùm ablutum fuisse Arcades asserunt: unde & nomen accepisse putatur. V. de Cæliũ Rhod.lib.18.cap.ult. ¶ Fuit & Lusius quidam, Mercurii ex sorore nepos, qui quum Trebonio generoso adolescentulo vim afferre conaretur, ab eodem occisus est. Valer.lib.6.cap.1, Clusium appellat.

Lũspĭæ, *λυσπία*, Ptol.lib.3.ca.1, Calabriæ urbs, Lupia Plinio.

Lũsĭi, *λυσοί*, Vrbs Arcadiæ, ubi Melampus Præti filias lavit, & ab insania liberavit. Civis Lusius, Lusiates, Lusęus. Steph.

Lũtētĭa, [Vulgò *Paris.* Germ. Parys die hauptstatt in Franckreich.] Parisiorum urbs celeberrima, primùm in Sequanæ insula condita, nunc præter insulam utranque ripam latissimis occupans ædificiis, cumq; maximis Europæ urbibus magnitudine certans & frequentia, Græci *λευκετίαν* nominant, à parietum (ut quidam existimant) albedine. Meminit hujus urbis Strabo libro.4.

Lutzemburgum. [Germ. Lützelburg.] Vrbs in Gallia Belgica sita.

L ante Y.

Lyæŭs, æi, pen. prod. [*λυαῖος.* Germ. Ein zunam Bacchi oder des Weins.] Vnum ex Liberi patris cognominibus: inde impositum, quòd immoderatus vini usus pariat *λύσιν*: hoc est, rixá & seditiones. Aut certè *παρὰ τὸ λύειν τὰ μέλη τῶν μεθυσκομένων*: hoc est, ab eo quòd ebriorum membra solvat: unde & *λυσιμελὴς* à Græcis cognominatur. Virg.lib.4. Aen. Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo.

Lyæŭs, a, um, pro Lyæius. Virg.1.Aen. Regales inter mensas, laticemq; Lyæum.

Lyĕăbĕtŭs, beti, pen.prod. *λυκαβητὸς* Suidæ, Atticæ mons est, apud Plin.lib.5.cap.7.

Lyĕæă, *λυκαῖα*, Sacra erant in Lycæo Arcadiæ mõte in honorem Panos fieri solita, quæ postea ab Evandro in Arcadiam translata, Lupercalia dicta sunt, ut placet Ovid.lib.2.Fast. Pausanias tamen in Arcadicis Lyceæ Iovis sacra fuisse tradit, à Lycaone Pelasgi filio ad Iovis Lycęi aram primùm instituta. Vide Cælium Rhodig.lib.24.cap.17.

Lyĕæŭs, æi, [*λύκαιον.* Germ. Ein Berg in Arcadia dem Jupiter zugeeignet.] Arcadiæ mons, Iovi sacer, teste Pausania in Arcadicis, olim etiã Olympus & *ἱερὸς, κορυφὴ*; id est, *sacer vertex* ab incolis appellatus, quod Iovem ibi educatum existimarent. In quo etiam monte Iovis Licęi ara fuit, à Lycaone Pelasgi filio primùm consecrata: quam quũ postea mactati pueri sanguine respersisset, in lupũ dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Iovis Lycæi lucus, quem si quis lege spreta esset ingressus, annum supervivere negabatur. Item fons insignis, nomine Agnę, tam admirabilis naturæ, ut re divina ibi curiosiùs peracta, quernoq; ramo aqua leviter commota, mox densus inde surgeret vapor nebulæ assimilis, quæ non multò pòst effecta nubes, aggregatis item aliis, largos demitteret imbres. Hæc Pausanias. Constat tamen Lycæum montẽ non soli Iovi, verumetiã Pani sacrum fuisse. Virg.1.Geor. Ipse nemus linquens patriũ, saltusq; Lycęi, Pan ovium custos, tua si tibi Męnala curæ, Adsis ô Tegeæe favens. Hinc etiam Lycæus passim à Poëtis cognominatur. Idem lib. 8. Aen. gelida monstrat sub rupe Lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

Lyĕāmbēs, bis, per tertiã: vel Lycambes, bæ, per primã declinationẽ, *λυκάμβης*, Neobules pater fuit, qui quum filiã Archilocho Poëtæ despondisset, postea q; pœnitẽtia ductus, nõ tradidisset, tã acerbo carmine ab eo est perstrictus, ut unà cũ filia laqueo vitã finierit. Hor. in Epod. Ode 6: in malos asperrimo Parata tollo cornua: Qualis Lycambe spretus infido gener.

Lyĕāmbēŭs, a, um, pen. prod. Ovid. in Ibin: Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Lyĕōn,

Lȳcāōn, pen. prod. genitivo Lycaonis, pen. cor. [λυκάων. Ger. Ein König in Arcadien/welchem Jupiter vmb einer mißhandlung willen zu einem Wolff verwandlet hat.] Arcadiæ Rex fuit, Pelasgi filius, quem Iupiter, quòd aram suam in Lycæo monte, mactato puero, sanguine respersisset, in lupū mutavit: ut scribit Pausanias in Arcadicis. Ovid. tamen lib. 1. Metam. omninò aliam tradit transformationis hujus causam, quæ sic habet: Iupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudisset, neq; tamen omnia crederet, ut rem omnem certiùs exploraret, relicto cœlo, in terras descendit: aliquotq; regionibus peragratis, tandem sub noctem in Arcadiam pervenit ad Lycaonis regiam, ubi quum se Deū esse significasset, vulgusq; se ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum facturum esse dixit, deúmve an mortalem hospitio suscepisset: conatusque est noctu dormientem interimere. Quod quum frustrà tentasset, alia ratione rem aggressus est Habebat obsides à Molossorum gēte ad se missos: horum unum jugulavit, partimq; assum, partim elixum Iovi epulandum apposuit. Cujus rei immanitate indignatus Iupiter, regiā tyranni immisso fulmine exussit, ipsumq; in sylvas fugientem, in lupum transformavit. ¶ Alius fuit Lycaon Nelei filius: & frater Nestoris, quem Hercules capta Pylo interemit. ¶ Alius item fuit Priami filius ex Laothoë Atlai Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Trojano interemit: ut placet Homer. lib. 21. Iliad. ¶ Lycaon item faber insignis fuit ex Gnosso Cretæ urbe, artifex ejus ensis, quem Ascanius dedit Euryalo: de quo Virg. 9. Aen.

Lȳcāŏnĭă, [λυκαονία. Ger. Ein herrliche Landtschafft des minderen Asiæ, stosset gegen auffgang an Berg Taurum] Asiæ regio, Cappadociæ pars, secundùm Ptolemæum ad Taurum montem pertingēs ea in parte, qua Pamphyliæ imminet. Vrbes habet Iconium, Adopissum, Cannam, Paralaida, aliasque complures, quas vide apud Ptolem. lib. 5. cap. 6. ¶ Lycaonia item olim appellata fuit Arcadiā, à Lycaone Rege, Pelasgi filio, & patre Arcadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit.

Lȳcāŏnēs, pen. corr. λυκάονες, Populi Lycaoniæ, in finibus Cappadociæ ad Taurum montem, qui & Lycaonii appellantur. ¶ Lycaones alii à Ptolem. lib. 5. cap. 2, collocantur in finibus Lyciæ, non procul à Themizoniis.

Lȳcāpsŭs, λυκαψός, Vicus prope Lydiam, Stephan.

Lȳcāstæ, λυκάστη, Filia fuit Priami ex concubina, cujus amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filius, eam uxorem duxit. ¶ Fuit item Lycaste meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ quum Buten, Amyci Bebryciorum Regis filium hospitio excepisset, ejus concubitu usa, Erycem ei peperit: quo factum est, ut apud posteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycē genuisse. Vide suprà in dictione BVTES.

Lȳcāstŭs, λύκαστος, Vrbs Cretæ, ita dicta à luporum multitudine, quæ ibi esse perhibetur, Strabo lib. 10.

Lȳcēum, pen. prod. [λύκειον. Ger. Die schul Aristotelis bey Athen.] Gymnasii celeberrimi nomen juxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio philosophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia. Cic. 1. Academ. Qui erāt cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt: quia disputabāt inambulantes in Lyceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, à nomine scholę Aristoteliçe ita dictum, de quo lib. 1. de Divin. Nuper, *inquit*, quum essem cum Qu. Fratre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulandi causa in Lyceum venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est) Perlegi (*inquit* ille) tuum paulò antè tertium de Natura deorum. Hujus nominis penultima producitur à Cicerone in versu illo: Inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo, Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Lȳchnĭdŭs, λύχνιδος, Vulgò *Ocrida*, Macedoniæ oppidum, sub Candavia monte situm, ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, mariq; Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Autor Strabo lib. 7, & Ptolemæus lib. 3. cap. 14.

Lȳchnītĭs, idis, λυχνίτις, Lacus est in Occidentali tractu Macedoniæ, sub Carnania monte: cui imminet oppidum nomine Lychnidus. Vide Stephanum περὶ πόλεων, & Strabonem libro 7.

Lȳcĭă, [λυκία. Germ. Ein Landtschafft des minderen Asiæ zwischen Pamphyliam vnd Cariam gelegen.] Regio minoris Asiæ, inter Pāphyliam & Cariam sita: olim (si poëtarum fabulis credimus) Chimæræ monstri ignibus infestata. Cujus fabulæ occasionem præbuit Chimæra ejus regionis mons, crebrò ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio. Vrbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Patareus cognominatur. ¶ Est & urbs Arcadiæ. Gentile Lyceates, Stephan. ex Pausan.

Lȳcĭŭs, Gentile. Virg. 1. Aen. Vnam quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem.

Lȳcĭŭs, a, um, adjectivum: ut, Lyciæ sortes, apud Virg. 4. Aeneidos: id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat.

Lȳcĭdās, dæ, λυκίδης, Nomen Centauri unius ex iis, qui Pirithoo Hippodamiam sponsam eripere conati, à Lapithis interempti sunt. Ovid. 12. Metamor. At non Eurynomus, Lycidasque & Aræus, & Imbreus Effugêre necem. ¶ Est & nomen pastoris apud Virg. 9. Aeglog.

Lȳcĭmnĭŭs, sive potiùs Licymnius, λυκίμνιος, Avus maternus Herculis: quem Tlepolemus, ejusdem Herculis ex Astiochia filius, jam ætate provectum, interfecit. Autor Homerus in Catalogo.

Lȳcĭscă, [Germ Ein Wölfflein / ein Hunds nam.] Nomen canis propriū, à lupi (ut videtur) similitudine impositum: sive ab eo, quòd lupum coërceat. Virg. 3. Aegl. multùm latrāte Lycisca. Servius Lycisas vocari arbitratur canes ex lupo & cane fœmina natas: cujusmodi in Cyrenaica Libya gigni scribit Aristoteles Plin. lib. 8. c. 21, hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniaq; dētib. frāngere ait, & devorata protinùs cōquerere.

Lȳcĭŭs, [λύκιος. Germ. Ein zunam *Apollinis*, oder der Sonnen.] Apollinis cognomē. Vel ἀπὸ τῆς λυκῆς, quo nomine prisci Græcorum dicebant lucem illam, quæ præcedit Solem. Vel (quod veriùs puto) à Lycia Asię regione, in qua præcipuè colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo insignem. Non enim sunt audiendi, qui quòd lupi naturam imitetur hauriendo humore vi caloris vehemētiore, Lycium dictum contendunt.

Lȳcŏmēdēs, λυκομήδης, Scyri insulæ Rex, cui Thetis filium suum dormiente præceptore suo Chirone clàm raptum servandum tradidit, ut ibi inter ejusdem Regis filias (erat enim facie venusta, & eleganti, ita ut facilè pro puella sese gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Trojanum, à quo nō reversurum sciebat, proficisci cogeretur. Apud quem quum delitesceret, Deidamiā Regis filiā vitiavit, & ex ea Pyrrhum suscepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cujus meminit Homer. lib. 9. Iliad.

Lycon, [λύκων. Germ. Ein wolberedter Philosophus auß Troade in Asia bürtig.] Philosophus Peripateticus fuit, ex Troade Asiæ regione, in dicendo adeò suavis, ut pro Lycone Glycon nominaretur: tracto nomine à dulcedine. Hic fuit cultu & vestium mollitie nitidissimus. Lucta & pilæ lusione exercebatur. Periit podagrę morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycon quidam Orator, unus ex accusatoribus Socratis, de quo Laërtius in vita Socratis. Fuerunt & alii ejusdem nominis, quorum meminit idem Laërtius.

Lycone, λυκώνη, Vrbs Thraciæ. Gentile Lyconeus. Stephan.

Lȳcŏphrōn, λυκόφρων, Poëta, patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici: adoptione verò Lyci Rhegini historici filius, inter septem poëtas, qui Plejades dicebantur à numero stellarum, à Philadelpho Ptolemæo receptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philiscus, Homerus junior, & Lycophron. Tragœdias ejus enumerat Suidas. Scripsit & Alexandram, poëma valde obscurum, in quo agit de vaticiniis Cassandræ: exorsusq; ab Hercule, & rebus Trojanis, prosequitur usq; ad Alexandrum Macedonem. De hujus morte Ovidius in Ibin: Vtq; cothurnatum periisse Lycophrona narrant, Hęreat in fibris fixa sagitta tuis. ¶ Alius fuit Periandri Corinthiorum Regis filius ex Melissa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia, quam quum Periander gravidam ictu calcis occidisset, Lycophron cū Cypselo fratre suo ad Proclem se recepit. Verùm repentè filios Periandro quum Procles dimittere cogeretur, flens admonuit, meminisse eos debere quisnam matrem eorū occidisset. Quod verbum tàm altè Lycophronis menti insedit, ut Corinthum reversus, adduci non potuerit, ut aut patrem prior salutaret, aut ab eo cōpellatus, verbum ullum responderet. Qua filii pertinacia irritatus Periander, ædibus eum ejecit, edicto simul proposito, Apollini ut sacer esset, quisquis eum tecto reciperet. Cujus edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in porticu quadam à patre inventus, illuvie squalidus, & inedia tantùm non enectus, blandeq; ab eo invitatus, ut posita pertinacia regni successionem miserrimo præferret exitio, nihil aliud respondit, quàm caput ejus Apollini deberi, quòd contra edictum in colloquium suum veniisset. Periander itaque animadvertens gravius esse malum filii, quàm cui facilè mederi posset, in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablegandum curavit. Verùm quum ingravescente jam ætate Periander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore, ad regni administrationem eum evocavit. Cui quum ille respondisset, se patre vivo Corinthum non reversurum, hanc ei conditionem tulit Periander, sese in Corcyram concessurum, modò ipse ad tyrannidis successionem sese in Corinthum conferret. Id approbante filio, Periander consecnsa navi, in Corcyram cursum tenuit, futurum ratus, ut filius mitteretur Corinthum.

rinthum. Quæ res eum magnopere fefellit. Edocti enim de his omnibus Corcyræi, qui Periandro malè cupiebant, ut adventum ejus intercluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, ut insulam vi ingressus, trecentos primorum Corcyræorum pueros Sardis ad Halyatten Regē miserit castrandos: qui tamen quum Samum appulissent, beneficio Samiorum servati sunt, & incolumes domum remissi. Vide Herodotum libro tertio, & Laertium in Periandro.

Lycopolis, λυκόπολις, Vrbs Aegypti, à lupis dicta, quòd Aethiopas Aegyptum incursantes, lupi facta acie usque ad urbem Elephantinam repulissent. Ibi Aegyptii Lycopolim condiderunt à bestiis illis ei nomen imponentes: quas etiam pro diis coluerunt. Autor Diodorus lib. 2. Germanicè dici posset Wolffstatt.

Lycorea, λυκώρεια, Vicus in Delphis à Lycoreo rege. Civis Lycorus, Lycoreus, Lycorites. Est & Lycoreus Iupiter, & λυκώρειον per ω reperitur, Steph.

Lycoris, λυκωρίς; Voluminii Senatoris liberta fuit, vero nomine Citheris dicta; miserè à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spreto, Antonium in castra sequuta est. Virgil. 10. Aeglog. -tua cura Lycoris, Perque nives alium, perque horrida castra sequuta est.

Lycormas, λυκόρμας Stephano, Fluvius est Aetoliæ, flavas arenas volvens. Hic postea Evenus ab Eveno Rege Aetoliæ, qui se in illum præcipitavit, appellatus est, teste Strabone lib. 7. Ovid. lib. 2. Metamorph. Arsurusque iterum Xanthus flavusque Lycormas.

Lycosthene, λυκοσθένη, vel λυκοσθένεια, Vrbs Lydiæ, Steph. Gentile Lycostheneus, vel Lycosthenites.

Lycozea, λυκόζεια, Vrbs Thraciæ, Cives Lycozei, Steph.

Lycosura, λυκόσουρα; Vrbs Arcadiæ in Lyceo monte, inde Lycosureus. Stephanus.

Lyctonia, Vrbs Cretæ insulæ, ut notat Tortelius.

Lyctus, λύκτος, Cretæ urbs, edito in loco sita: unde & Lython quidam appellaverunt, teste Stephano, de urbibus, & Strabone lib 10.

Lyctius, gentile, λύκτιος: ut, Lyctius Idomeneus apud Virg. 3. Aeneidos.

Lycurgus, [λυκοῦργος. Ger. Ein Bruder Eunomi des Lacedæmonischen Königs / welcher sich nach des absterben des Reichs vnderwunden / vnd mit gutē Gesatzen angerichtet hat.] Nobilis Spartiata fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum Regis: cui etiam in Regnum successit, ignarus Eunomum uxorem gravidam reliquisse. Quòd ubi primùm cognovit, posito Regis nomine, Prodici: hoé est, tutoris nomen assumpsit, regiq; adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter restituit. Verùm quum civitatem pessimè institutam animadverteret, ad constituendam salubrioribus legibus Rempub. animum adjecit. Conscriptis itaque iis, quæ longa peregrinatione didicerat civitati utilia fore, Delphos sese contulit, ut Dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Quumque Pithia consilium ejus à Phœbo maximè probari, deiq; potiùs quàm hominis inventum esse respondisset, alacrior ad peragendum institutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges suas perfert. Quibus quum jam cives mediocriter assuefactos videret, ut quas tulerat leges, æternas quoq; redderet, hanc rationem commentus est. Simulat adhuc quiddam superesse, quod ad civitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendum non esset: eaque de causa se Delphos proficisci velle: Interim tamen Reipubl. interesse, ut leges, quemadmodum latæ erant, in reditum suum inviolatæ servarentur: idque ita futurum primùm à Regibus, deinde à cæteris omnibus jusjurandum exegit. Profectus itaque Delphos, quum Pythiam respondentem audisset, nihil legibus illis absolutius esse, fœlicissimamq; fore civitatem eam, in qua illæ quàm diutissimè servarentur, constituit sibi ampliùs in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando jurejurando soluti, leges suas excuterēt. Misso itaq; Spartam oraculo, amicosq; itineris comites amplexus, iisq; dimissis, Cirrham concessit, ubi mox suis sibi manibus necem consciyit. Quanquam alii Crissæ, nōnulli etiam in Creta interiisse volunt: ubi etiam sepulcrum ejus apud Pergam eam urbem ostēditur. Spartani mortuo sacellū consecrarunt, & ob singularia ejus in patriam merita, divinos ei honorēs tribuerunt. Vide latiùs vitam ejus apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus, Nemeæ Rex, & pater Archemori, alumni Hypsipyles: cujus meminit Statius lib. 5. & 6. Theb. ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex filius Dryantis, qui, quòd Thracas immoderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno exeidi jussit: ut scribit Plutarchus eo in opusculo, quod de poëtarum utilitate conscripsit. Hinc datus est Poëtis locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutū esse, adeò ut & nutrices illius, in Nysa latentes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, ut præcipiti fuga trajecto mari, in Naxum se receperit: ideoq; hæc numinum ira Lycurgum in furorem conversum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, tibias sibi succidisse: Hic est ille Lycurgus, cujus meminit Virgil. 3. Aeneid. Terra procul vastis colitur Mavortia campis: Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Lycurgeus, a, um, penult. prod, λυκούργειος. Cic. ad Attic. lib. 1: Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie dimitigamus. Vbi interpres. Lycurgei: id est, optimates, legum asseclæ, & propugnatores: qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus sæverissimum interpretatur.

Lycus, λύκος, Bœotiæ rex fuit, Qui Antiopam Nycteī regis filiam uxorem duxit: quam postea, quum à Iove in Satyrum converso compressam cognovisset, repudiavit, Dircemque uxorem duxit: quæ verita ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asservavit: quibus Iovis miseratione dissolutis, in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem & Zethū peperit: qui postea à pastore, qui ipsos nutrierat, de Lyci injuria edocti, eum una cum uxore interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis quo Hercules ad inferos descenderat, rei benè gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupavit: quumq; jam Megaræ Herculis uxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Senecam in Hercule furente. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Aeneæ comitibus, de quo Virgil. lib. 1: Nunc amici casum gemit, & crudelia secum Fata Lyci. ¶ Est etiam Lycus, λύκος, fluvius Ponti præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influēs. Autor Plinius lib. 2. cap. 103. ¶ Alius item est ejusdem nominis fluvius in Asia, Laodiceam præterfluens: cujus meminit idem Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est item Lycus Germaniæ fluvius, Rhetos dirimens à Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorum in Danubium illabens, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 12. [Germ. Der Lech.]

Lydda, λύδδα, Iudææ oppidum, ad occasum Iordanis fluvii, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 16, & Plin. lib. 5. cap. 14. Vulgò Rama.

Lydia, [לוּד *Iudhim. λυδία.* Germ. Ein Landtschafft des mindern Asiæ, stossend an Phrygiam.] Regio Asiæ minoris, Crœso rege & Pactolo aurifero flumine notissima, quæ flexuosis Mæandri amnis recursibus perfusa, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta est à Lydo Atyos filio, quum antea Mæonia vocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hypepas, Magnesiam, & Sardis Crœsi regiam, totiusq; regionis caput. ¶ Hujus regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primi aurum, argentumq; signarunt: primiq; caupones, institoresq; fuerunt. Autor Herodot. lib. 2. ¶ Lydus in meridie, λυδὸς ὡς μεσημβρίαν. In hominem insatiatæ aut etiam intempestivæ libidinis dictitabatur. Narrāt Lydos adeò libidine perditos fuisse, ut non tantùm nocte vacarēt voluptati venereæ, verùm etiam ipso meridie lascivirent, manibus fœdum opus peragentes. Vnde λυδίζειν dicunt Græci pro Lydorum more vitam agere. ¶ Lydus cauponatur, λυδὸς καπηλεύει. In effœminatos & voluptatibus addictos jaciebatur. ¶ Lydū in planitiem provocas, λυδὸν εἰς πεδίον καλεῖς. In eum competit, qui lacessit jamdudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quòd ad bellū capessendū plus æquo propensiores essent.

Lydus, λύδος, Herculis filius ex Iole. Alter filius Athios, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nā quum propter terræ sterilitatem Mœonia populum suum alere non posset, Tyrrhenus sorte jacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens, eam tenuit partem, quæ ad mare inferum versa est, & à se Tyrrheniam nominavit, mareq; ipsum Tyrrhenum. Lydus verò remanēs, Mæoniā de suo nomine vocitavit.

Lygdamus, λύγδαμος, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adjutor. Herodot. lib. 1.

Lygdanum, Oppidum Theuthraniæ, quæ Mysiæ pars est, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

Lyle, λύλη, Vrbs Arcadiæ. Gentile Lylæus. Stephan.

Lymira, Oppidum est Lyciæ, cum fluvio ejusdem nominis, in quem Arycandus influit, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Ptolemæus transpositis vocalibus λίμυρα appellat.

Lyncestis, [λυγκηστις. Ger. Ein Fluß in Macedonien / welches Wasser trucken macht wie der Wein.] Macedoniæ fluvius est, cujus aqua pota non minus ebrietatem inducit, quàm si quis vino se ingurgitasset. Plin. lib. 2. cap. 103: Lyncestis aqua temulentos facit. ¶ Est etiam Lyncestis, idis, λυγκηστίς, Macedoniæ regio in Occidentem versa: cujus caput est Heraclea, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. ¶ Hujus incolæ dicuntur Lynceſtæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10. Cæterum idem autor lib. 2. ca. 103, quod est de miraculis aquarum, fontium & fluminum, Lyncestis vim describit: Lyncestis (*inquit*) aqua quæ vocatur acidula vini modo temulentos facit.

Lyncestius,

Lyncēstĭus, a, um, Ovid. li. 15. Metam. Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis, Quem quicunq; parum moderato gurgite traxit, Haud aliter ritubat, quàm si mera vina bibisset.

Lynceus, dissyllabum, hujus Lyncei vel lynceos, penultima obliquorum correpta, λυγκεύς, Vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, ut diceretur, vel parietem visu penetrare, & (ut ex historicis nonnulli prodiderunt, novissimam Lunã, primamq; eodem die in signo Arietis conspicere: quod paucis mortalium contigit vidisse. Hinc Valerius lib. 1. Argonaut. Solus transigit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit: solitumq; exeuntem à Carthagine classem Punicam, sumerumq; navium, ex Libycana specula manifestissimè notare. Solinus refert fuisse Strabonem. ¶ Fuit & Lynceus alius, frater Idæ, qui pro duabus Leurippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma sumpserunt, initaq; pugna Castor Lyncei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas verò, quum ipsum etiam Pollucem conaretur adoriri, immisso à Iove fulmine interiit. Vide Ovidium ad finem lib. 5. Fast. Apollonius tamẽ in Argonaut. Idam à Castore interfectum tradit: idq; Lynceum per abietem vidisse, & Castorem occidisse.

Lyncēus, a, um, per tres syllabas, & pen. prod. λύγκειος, denominativũ est à Lynceus formatũ. Ovid. 5. Fast. Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense, Non expectato vulnere pressit humũ. Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta, Qua cervix humeros continuata tegit. In primo carmine, Lynceo, est adjectivum: in tertio Lyncea est accusativus à Lynceus primitivo.

Lȳncus, λύγκος, Rex Scythię fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum usum commõstraret, susceptũ hospitio, ut in se gloriam transferret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem feram varii coloris, ut ipse variæ mentis extiterat. Hæc Servius. Ovid. 5. Metamorph. Rex ibi Lyncus erat, regis subit ille penates.

Lȳndus, Vide LINDVS.

Lynx, λύγξ, Vrbs Lydiæ juxta Gades, post Atlantem. Est insula Atlantis, & urbs Lynxo, λυγξός. Gentile, Lynxites & Lynxius.

Lȳrcēus, pen. prod. λυρκεῖος, Fons Arcadię sub Cynuria monte, ex quo Inachus fluvius oritur. Autor Strabo lib. 4. cap. 8. Stat. 4, Thebaid. Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus. ¶ Stephanus Lyrceum agri Argivi montem esse ait, indeq; vicinam regionem Lyrceam appellari.

Lȳrcēus, lyrcea, lirceum, λύρκειος, Ovid. 1. Metam. -jam pascua Lernæ Consitaq; arboribus Lyrcea reliquerat arva.

Lȳrcēĭus, a, um, per quatuòr syllabas, λυρκήϊος. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. -dominum Lyrceia tellus,
Antraq; deprensæ tremuerunt conscia culpæ.

Lyris, Vide LIRIS, per i Latinum.

Lyrnatia, λυρνατία, Chersonesus & parva regio Lyciæ. Gentile Lyrnaticus, Steph.

Lyrnēssus, [λυρνησσὸς Stephano. Germ. Ein Statt in Troade so Achilles im Trojanischen Krieg zerstöret hat.] Oppidum fuit Troadis ab Achille eversum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptã à Græcis inferretur. Ex quo Briseida quoq; abduxit, occiso Minete ejusdem oppidi principe, quæ inde Lyrnessis ab Ovid. lib. 4, Trist. appellatur: Fertur & abducta Larnesside tristis Achilles.

Lȳrnēssĭus, a, um, inde deductum nomen λυρνησσιος Stephano. Virg. lib. 10. Aeneid. -Lyrnessius Acmon. Ovid. in Epist. Briseidis ad Achillem: Diruta Marte tuo Lyrnessia mœnia vidi.

Lȳsander, λύσανδρος, Lacedæmoniorum Imperator, homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitavit. Hujus ductu Lacedæmonii Athenienses, ducemq; eorum Cononen navali prælio superarunt: paulò pòst tamen eodem duce à Conone superati sunt terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam ejus vitam pete ex Plutarcho.

Lysanias, λυσανίας, Orator Græcus. ¶ Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

Lysbona, [Ger. Lysibon / die Königliche Hauptstatt in Portugall.] Lusitaniæ urbs primaria, in Hispania sita.

Lysiades, λυσιάδης, Athenienses, Phædri philosophi filius. De quo Cic. Phil. 5. sic scribit: Lysiadem Athenienses plerique novimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festivus, ut ei cum M. Curio confessore eodem & collusore facillimè possit convenire, &c.

Lysias, λυσίας, Syracusanus genere, Cephali filius, unus è decẽ oratoribus, natus Athenis, quò pater se transtulerat. Puer Thurion coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta septẽ, interq; principes oratores est habitus. De quo sic scribit Cicero in Bruto: Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atq; elegãs, quem jam propè audeas oratorem perfectum dicere, (nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris) nihil acutè inveniri potuit in eis causis quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleatè quo fieri possit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum gravitate, vel sententiarum, quò quicquam esset elatius.

Lysicrates, λυσικράτης, Atheniensis quidam, in quem aliquoties invehitur Aristophanes, quòd capillos jam canos nigro colore inficeret, quò juvenis etiam tum videretur. Erat autem alioqui simus, & deformis, & furax, & largitor, adeò ut locum fecerit proverbio: Λυσικράτης δωροδοκῶν, στρατηγὸς ἀθηναίων: hoc est, Lysicrates largitor, Athenienssium Imperator: quo opportunè utemur, quum significare velimus, penes eos summam esse potestatem, qui ut honores largitionibus sunt adepti, ita eosdem turpissimè habent venales. Autor Suidas.

Lysidice, [λυσιδίκη. Germ. Die Großmutter Herculis.] Filia Fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pitthei soror, quæ Electrioni nupsit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit Plutarchus. Alii verò, inter quos est interpres Homeri, matrem Alcmenes nõ Lysidicem Pelopis, sed Anaxo Ancei cujusdam filiam dicunt.

Lysimachia, λυσιμάχεια, Vulgò Hexamili, Thraciæ Chersonesi urbs, ad Hellespontũ, ob terræ motum deserta. Plin. lib. 4. c. 11. ¶ Fuit & Lysimachia Aetoliæ urbs, ad Hydram lacum, quam & ipsam sua ætate fuisse prostratam scribit Strabo lib. 10.

Lysimachus, λυσίμαχος, Agathoclis filius è successoribus Alexandr. magni, Pergamo præfuit, ubi thesauri regis fuerũt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò, ut Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum de virtute disserentem sæpiùs audiverit, poculumque ei, ac remedium miseriæ optanti propinaverit: Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni objecisse dicitur: sed ille viribus fretus rem posteris prodendam fecit manum amiculo convolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimavit, quo facto vehementiùs postea Alexandrò dilectus, & in honore maximo fuit. Vide Trogũ libro decimoquinto. ¶ Lysimachus, λυσίμαχος, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, secundas post Leonidem obtinuit: nullo urbanitatis genere præditus, nisi quòd se Phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum verò Peleum nuncupabat. Autor Plutarchus in Alexandro. ¶ Lysimachus item alius fuit, patria Atheniensis, Aristidis Iusti filius, qui ob memoriam paterhorum in Rempublicam meritorum, adeò charus populo fuit, ut quum à patre prorsus inops relictus esset, (fuit enim Aristides adeò pauper, ut in defuncti ædibus nihil præter veru ferreum fuerit inventum) publico tamen decreto centum ei agri consiti, totidemq; inculti jugera in Eubœa fuerint assignata, centumq; minæ ex publico numeratæ, & quaternæ drachmæ in singulos dies. Vide de his Plutarchum in vita Aristidis, & Demosthenem in oratione adversus Leptinen.

Lysippe, es, λυσίππη, Vna fuit filiarum Prœti, quæ & sorores quòd se Iunoni præferre non essent veritæ, tanto furore correptæ sunt, ut per agros discurrentes, se vaccas esse crederent. Vide IPHIANISSA.

Lysippus, [Germ. Ein weitberümpter Bildthauwer zu Sicyon.] Sicyonius clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, quorũ singula arti claritatẽ dare potuissent. Hic, teste Quintiliano, ad veritatem optimè accessit: quamobrem etiam Alexander ille magnus ab uno Lysippo se fingi voluit, ut pingi ab Apelle. Horat li. 2. Epist. ad Augustum: Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulãtia. Cicero: Neq; enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimùm pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quòd illorũ artem cùm ipsis tum etiam sibi gloriæ fore putabat, &c. ¶ Lysippus item poëta comicus fuit, cujus fabulas enumerat Athenæus.

Lysistrătus, pen. corr. λυσίστρατος, Lysippi statuarii frater fuit, qui primus signa ex gypso finxit. Vide Plin. lib. 35. cap. 12.

Lysius, [λύσιος. Germ. Ein zunam Bacchi] Liberi patris cognomen apud Bœotios, ἀπὸ τοῦ λύειν: hoc est, à solvendo impositũ. Ferunt enim Bœotios aliquándo à Thracibus deprehensos, partim captos, partim in fugã versos fuisse: ex quibus quum nonnulli ad Trophonii specum cõfugissent, visum est iis noctu, astantem Deum Liberi patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi, Thracas ex insidiis adorti sunt: quos quum vino, somnoque obrutos invenissent, nullo negotio superarunt: receptisque suis, quum in patriam rediissent, Dionysio cognomento Lysio templum consecrarunt. Autor Heraclides Ponticus. ¶ Iulius Pollux, deos omnes qui averruncandi mali gratia colebantur, Lysios vocari ait, quos & ἀλεξικάκους & ἀποτροπαίους Graeci nominant.

Lytæ, λυταί, Exigua Thessaliæ regio, circa Peneum amnem: sic dicta, quòd Neptunus dissipatis aquis, Tempe ab inundatione liberârit.

Lythirambus, λυθίραμβος, Bacchi cognomentũ inde impositum

situm, quòd eo ex femore Iovis (cui interempta matre inſertus fuerat) in lucem proditùro, identidem Iupiter inclamaverit, λῦσ᾽ ῥάμμα: id eſt, ſolve ſuturam.

Lytus, Fluvius eſt minoris Aſiæ in Pontum defluens.

Lyxĕă, pen. prod. λύξια, Acarnaniæ oppidum, apud Steph.

M

MĀ, accentu circunflexo, μᾶ, Mulier fuit una ex iis quæ Rheam ſequebantur, cui Iupiter Bachum tradiderat educandum: quæ interrogata à Iunone cujus eſſet infans, ἄρες: hoc eſt, Martis, reſpondit. Vnde factũ eſt, ut Bacchus apud Caras Maſaris fuerit appellatus. Ipſa quoque Rhea Mâ appellata fuit: cui Lydi taurum immolabant: unde Lydiæ urbs Maſtaura fuit nominata. Vide Stephanum in dictione Maſtaura.

Macæ, μάκαι Stephano, Populi ſunt fœlicis Arabiæ, Carmanis oppoſiti, nardo, myrrha & thure abundantes. Autor Mela libro 3.

Macareæ, μακαρέαι, Vrbs Arcadiæ, à Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis *Beatam* vocari tradit. ¶ Gentile eſt Macareates, μακαρεάτης, eodem Stephano teſte.

Macareus, μακαρεύς, Aeoli filius, qui cum Canace ſorore concubuit, Vide Epiſtolam Canaces apud Ovidium.

Macaria, μακαρία, Herculis filia fuit, quæ ſe pro incolumitate publica manibus devovit. Vide Cælium & Eraſmum in proverbiis. ¶ Cyprus item inſula olim ob inſignem fertilitatem Macaria dicebatur. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Macarios, μακάριος, Viri proprium eſt: quo nomine duo commemorantur à Suida, viri pietate juxta ac eruditione inſignes. Eſt autem Græcum nomen, quòd nos *Beatum* interpretamur.

Macaros, μάκαρος, Nomen eſt Cretæ inſulæ à temperie cœli. Plin. lib. 4. cap. 12.

Maccabæus, μακκαβαῖος, cum duplici c & diphthongo, nomen Barbarum, quo vocati ſunt viri illi fortiſſimi apud ſacras literas celebratiſſimi.

Macco, Oppidum Brachmanarum, populorum Indiæ apud Plinium lib 6. cap. 17.

Măcēdnŏn, μακεδνὸν, Pindi montis Theſſaliæ regiuncula, in Herod. lib. 1.

Măcĕdŏnĭă, [μακεδονία. Ger. Ein weite vnd gewaltige Landtſchafft in Griechenlãdt/zwiſchen den zweyen Meeren/*Epiro*/ *Thracia* vnd *Dalmatia* gelegen.] Latiſſima Europæ regio, duobus olim regibus & orbis terræ imperio clariſſima, antea Aemonia & Emathia appellata, quæ à tenuibus initiis, regum prudentia, gentisque fortitudine eò magnitudinis excrevit, ut centũ quinquaginta potita ſit populorum. Hanc à Septẽtrione, à Dalmatia, Mœſiaque montana ſejungunt: ab Occaſu mari Adriatico, ſive Ionio: ab ortu Aegæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipſa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Oſiridis, ſive (ut Stephanus & Solinus ſcribũt) Iovis filio, & Thyę filię Deucalionis. Hinc deducitur gẽtile Macedo, onis, μακεδών, & poſſeſſivum Macedonicus, a, um, μακεδονικός.

Măcĕdo, μακεδών, pen. cor. Qui ex Macedonia ortus eſt. Luc. lib. 6: Quum tibi ſacrato Macedo ſervetur in antro. Cic. 5. Tuſcul. Alexander Macedo, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nónne tertio & trigeſimo anno mortem obiit?

Măcĕdŏnĭcŭs, μακεδονικός, Quicquid Macedoniæ eſt: unde Mare Macedonicum, quod eſt Aegæi pars, Macedoniam ab ortu abluens. Macedonius, a um. Ovid. 12. Metamor. Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque ſariſſa.

Măcēllă, μάκελλα, Vrbs Italiæ, ſic dicta ἀπὸ τῆς μαλακισθείσης αὐτῇ φιλοκτήτου: hoc eſt, quòd Philoctetes in ea ægrotaverit. Gentile Macellæus. Stephan.

Măcĕſtŭs, μακεστός, Fluvius eſt Myſiæ, in Rhyndacum influens. Plin. lib. 5. cap. 31.

Măchærŭs, untis, μαχαιρεῦς Stephano, Arx Iudææ, ſecundum olim ab Hieroſolymis dignitatis locum obtinens. Plin. lib. 5. capite 16.

Machalaum, nomen Græcum compoſitum ex μάχη, quod pugnam ſignificat: & ἀλαὸς, cæcum & errantem. Oppidum in Brixiano agro, Iuſubrum clade nobile.

Măchāōn, [μαχάων. Germ. Ein Sohn *Aeſculapii* ein außbündiger Artzet.] Filius fuit Aeſculapii & Arſinoës (alii Coronidis, alii Heſiones filiæ Meropis, alii Xanthiones filium faciunt) Podalirii frater, & medicus inſignis, qui etiam cum reliquis Græcię principibus ad Trojam venit. Tãdem ab Eurypilo occiſus. Virg. lib. 2. Aen. Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon. De eo etiam Homer. 2. Iliad. Ab eo Machaonius deducitur. Hinc Machaoniam artem Poëtæ uſurpant pro Medicina.

Machlyæ, μάχλυες Herodoto, Populi Africæ ſupra Naſamones, quos Androgynos eſſe tradit Calliphanes, utriuſque naturæ inter ſe vicibus coëuntes. His Ariſtoteles tradit dexteram mãmam eſſe virilem, lævam muliebrem. Vide Plin. lib. 6. capite 2.

Macidos, Vrbs Thraciæ, quam Ptolemæus Madi nominat de genere vocabulo. Vide Vadianum in Melam, lib. 3. in deſcriptione Thraciæ.

Maciſtus, μακιστός Stephano, Oppidum eſt Thriphyliæ: hoc eſt, Elidis, quod Caucones inhabitarũt: ita dictum à Maciſto fratre Phryxi. Plin. lib. 4. ca. 6: Maciſtum enumerat inter Arcadiæ civitates.

Măcră, Campus eſt Iudææ, teſte Strabone lib. 16.

Macras, Regio Iudææ, mari proxima: de qua Strabo lib. 16.

Macra, [Ger. Ein fluß in Italien fleußt auß dem Berg *Apennino*/ vnderſcheidet *Liguriam* von *Hetruria*.] Fluvius ex Apennino fluens, Liguriam ab Hetruria dividens, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5. & juxta Lunam civitatem in Tyrrhenum mare influens. Vide Strabo. lib. 5. ¶ Eſt & Inſulę nomen in Carcinite ſinu, teſte eodem Plin. lib. 4. cap. 13. Ptolemæo Marcalla dicitur.

Macris, μάκρις, Inſula eſt exigua Eubœæ adjacens, olim ejus pars donec impetu maris fuit abſciſſa. Vide Plin. lib. 2. cap. 88. Stephanus Eubœam ipſam olim Macrim vocatam tradit.

Macrītius, μακρίτιος, vir Coûs fuit, Sinopes celeberrimo Põti urbis conditor. Vide Stephan. in dictione SINOPE.

Macrŏbĭī, [μακρόβιοι. Ger. Mitãgiſche Völcker des Morentãdts ſo lang läben.] Populi ſunt Aethiopiæ, ultra Meroën, ut inquit Solinus, quibus dimidio protẽſior eſt vita, quàm noſtra. Iuſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimùm valent robore, & forma ſunt pulcherrimi.

Macrŏbĭŭs, μακρόβιος, Viri Cõſularis nomen eſt, qui fuit Servii coætaneus, qui in Somnium Scipionis Commentariorum libros duos, aliosq; ſeptem Saturnaliorum conſcripſit.

Macrocenii, montes, Vide MACROCEMNII.

Macrocephali, μακροκέφαλοι, Populi ſunt Themiſcyræ regionis quæ Ponto & Colchidi proxima eſt. Horum meminit Plinius lib 6. cap. 4, & Mela lib. 1.

Macrochir, [μακροχίρ. Germ. Langhand/iſt ein zunam Artaxerxis des Aſſyriſchen Königs geweſen.] Cognomẽ fuit Artaxerxis Aſſyriorum regis. Ideò illi impoſitum quòd alteram manum haberet longiorem. Latini *Longimanum* vertunt.

Măcrōcremnĭī, Montes ſunt non procul ab Iſtri fluminis oſtiis. Plin. lib. 4. cap. 12.

Macrōnēs, pen. prod. μάκρωνες, Populi Iberiæ, Albanis finitimi Plin. lib 6. cap. 10.

Macron Tichos, μακρὸν τεῖχος, Oppidum eſt Thraciæ non procul ab Iſthmo Cherroneſi: ita dictum à lõgo muro, quem Miltiades ibi à Propontide ad Melanem ſinum duxit, Cherroneſum à reliqua excludens Thracia. Autor Plinius libro 4. capite 11.

Macrŏpŏlĭs, μακρόπολις, Agri Syracuſani oppidulum, quod & Euryalus appellatur Stephano.

Macryes, μάκρυες, Libyæ populi ſunt Stephano, idem opinor, cum iis quos Herodotus & Plinius, Machlyes vocant. Vide ſuprà.

Măctŏrĭum, μακτόριον, Vrbs Siciliæ, apud Stephanum.

Macyberna, Vide MECIBERNA.

Macynia, μακυνία, Oppidum eſt Aetoliæ, in Taphiaſſo monte ſitum, de quo Strabo lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 2. Apud Stephanum Macrynia legitur, ſed corruptè: quod & ipſa literarũ ſeries, & alphabetici ordinis lex ſatis indicat.

Madaura, μάδαυρα, Civitas in confinio Getuliæ ſita, & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurenſis eſt appellatus.

Madaurenſe. Plin. lib. 5. cap. 4. Vrbs in Africa libera.

Madian, [מדין Midhjáin. μαδιάν.] Vrbs quædam ab uno filiorum Abrahæ ex Cethura ſic vocata, quæ (teſte Hieronymo) eſt trans Arabiam ad meridiem in deſerto Sarracenorum contra Orientem maris Rubri. Vnde vocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filios Chobab filii Raguelis Madianitæ ſoceri Moſi. Legimus & filias Madian. Sed hæc civitas homonyma ejus, juxta Arnonem & Areopolim, cujus ruinæ nunc tantummodò demonſtrantur. Vide MANDRENI.

Madytus, μάδυτος, ἡ μάδυτα, Vrbs Helleſpontis. Gẽtile Madytus, vel Madyteus. Stephan.

Mæă μαία, Civitas ad Helleſpontum Stephano.

Mæānder, [μαίανδρος. Germ. Ein berümpter Fluß in *Phrygia*, oder *Maeonia*.] cum dipthongo, qui & Męandrus. Fluvius Phrygiæ, ſive Mæoniæ, qui oritur è lacu in monte Aulocrene, plurimisque affluſus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita ſinuotus redditur flexibus, ut ſæpè ad fontem credatur reverti. Vide Plin. lib. 5. cap. 29. Ovid. lib. 9 Metamorph. Non ſecùs ac liquidis Phrygius Mæander in undis Ludit, & ambiguo lapſu refluit atque, fluitque. Meander, inquit Strabo, flexuoſus eſt: quoniam alveus multas recipit mutationes, & multum limum deducẽs modò huic, modò illi ripæ adjicit. Hunc Poëtæ fingũt Oceani & Terræ filium fuiſſe, & Cyaneen Nympham

pham genuiſſe, quam poſtea Miletus Solis filius oppreſſit, & ex ea Caunum & Byblidem ſuſcepit. Vide Ovid. 9. Metamorphoſ. ¶Hinc obliquitates omnes Męandros vetères appellarunt: ut quum res agitur non ſimpliciter, ſed vafris & obliquis conſiliis: ſumpta metaphora à fluvio Mæandro, qui ſinuoſus ac flexuoſus labitur: unde & nomen habere videtur, quaſi oberret, quærens hominum conſortia. Cic. in Piſo. Quos tu Mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diverticula, flexionesq; quæſiſti? ¶ More Mæandri illud fieri dicitur, quòd tortuosè, flexuoſęque fit. Columell. lib. 8. cap. 17: Oportebit autem nonnullis locis molas intercidi more Mæandri, parvis, ſed anguſtis itineribus. ¶ Mæāder etiam, teſte Nonio, picturæ genus eſt, in morem labyrinthorum flexuoſis ambagibus implexum, quod oris chlamidum addi ſolet. Virgil. 5. Aen. Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Vbi Servius: Mæandro duplici, flexuoſo. Et hoc dicit: Erat in chlamyde, flexuoſa, & inter ſe remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ provinciæ. Feſtus neutr. gener. Mæandrum vocat hoc genus picturæ. Mæandrum, *inquit*, genus picturæ, dictum à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Meandrus. ¶ Hoc etiam nomine dictus eſt mons Indiæ.

Mæchlínia, [Germ. Mechel.] Brabantiæ urbs celebris.

Mædi, *μαῶδοι*, Populi ſunt ſupra Macedoniam ſiti. Triballis & Dardanis vicini: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthōgum in prima ſyllaba, ad differentiam Medorum, qui in Aſia ſunt, Parthis finitimi.

Mænādēs, [*μαινάδες*. Germ. Vnſinnige volle vettlen/ſo *Baccho* ſein Feſt begingen.] Dictæ ſunt mulieres, quæ inſanientium ritu Bacchi Orgia celebrabant: unde & Bacchæ dicuntur. Mænades autem dictæ ſunt à verbo Græco *μαίνομαι*, quod ſignificat inſanire. Iuvenal. Satyr. 6: crinemque rotant ululante Thyapo Mænades.

Mænălŭs, [*μαίναλον* Ger. Ein hoher Berg in *Arcadia*.] Stephano, in ſingulari numero maſc. gen. teſte Diomede, & in plurali Mænala, neutr. gen. Arcadiæ mons altiſſimus, nō procul ab Argis, pinis refertus: ita dictus, *ἀπὸ τῦ μαίνεσθαι*, quod eſt furere, & inſanire: aut certè à Mænalo Lycaonis filio: ut annotavit Scholiaſtes Theocriti. Virgil. 10. Aeglog. Pinifer illum etiam ſola ſub rupe jacentem Mænalus. Idem 8. Aeglog. Mænalus, argutumque nemus, pinoſque loquentes Semper habet. Idem 1. Georg. -tua ſi tibi Mænala curæ, Huc ades ô Tegææ favens. ¶ Eſt & Mænalus Stephano *μαίναλος*, nomen civitatis Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio.

Mænălĭŭs, a, um, Quod eſt ex Mænalo, Vnde Bacchus dictus eſt Mænalius. Et aper Mænalius, quem Hercules Euriſtheo attulit: & Verſus Mænalius: id eſt, Arcadicus. Virgil. 8. Aeglog. Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.

Mænărĭă, *μαινάρεια*, Inſula eſt in mari Liguſtico: ita dicta à męnis piſcibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit inſulæ hujus Plin. lib. 3. cap. 6.

Mænobora, *μαινόβωρος*, Vrbs Maſtienorum. Gentile, Męnoboreus. Stephan. qui alibi Maſtianos ad Herculis columnas habitare ſcribit.

Mænŏlēs, *μαινόλης*, Dictus eſt Dionyſius, quod Latinè totum furentem ſignificat: ſive quòd vino contrahitur ebrietas, quæ ſpecies eſt inſaniæ: ſive quòd à mulieribus furentibus, quas Bacchas vocabant, aut Mænadas, ſacra ejus celebrabantur.

Mæŏnĭă, *μαιονία* Germ. Die Landtſchafft in minderen *Aſia* ſo ſunſt Lydia genennet wird/ ſtoſſet an *Phrygiam* / *Ioniam*.] Lydia, eſt regio minoris Aſiæ, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Myſiæ, à Meridie Cariam amplectens, ad Occaſum ſupra Ioniam excurrens. Ita dicta à Mœone fluvio, ut Stephano placet. Mœoniam Strabo lib. 13, *κεκαυμένην χώραν*: hoc eſt, exuſtam regionem vocat, eamq; arboribus proſus carere tradit, præter vitem, vini jucundiſſimi feracem. Summam autem camporum faciem cinerulentam eſſe, petroſam & nigram aduſtionis quandam ſimilitudinem retinentem. Imminet autem Mæoniæ Tmoli montis rupes altiſſima, ex qua Pactolus fluvius defluit, aureas trahens arenas: unde & Chryſorrhoas dicitur. ¶ Inde Bacchus dictus eſt Mœonius. Virgil. 4. Georg. -capę Mæonii carcheſia Bacchi. ¶ Item Lydi dicti ſunt Mæonidæ, & mulieres Lydiæ Mæonides. Ovid 6. Metam. Meonis eluſam deſignet imagine tauri Europam. Quo in loco Mæonis accipitur pro Arachne puella Lydia.

Mæŏn, ŏnis, pen. gen. corr. [*μαίων*, Germ. Der Vatter des weltberümpten Poëten *Homeri*.] Pater fuit Homeri. Vnde & ipſe dictus eſt Mæonides: ipſiuſq; poëmata Carmina Mœonia paſſim appellantur à poëtis. Martialis: Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Mæŏtĭs, pen. prod. [*μαιῶτις*. Germ. Ein groſſer See wie ein Meer in Scythia / in welchen Tanais vnd andere namhafftige Waſſer ſich außlären / das Pfützecht Meer.] Palus Scythica in regione Septentrionali juxta Phaſidis oſtium, hyeme congelaſcens: Tanaim, aliosque innumeros ferè recipiens fluvios, & Cimmerio Boſphoro à Ponto Euxino diſcreta: ita dicta ab accolis qui Mæotæ appellantur: de quo vide teſtimonium Plinii in dictione MAEOTE. Luca lib. 3: Quaque fretum torrens Mæotidos egerit undas. ¶ Aliquando utimur hoc nomine tanquā patronymico fœminino. Iuvenal. Satyr. 15: Tale quid excuſas Mæotide ſęvior ara Aegyptus? Quo in loco Aram vocat Męotidem, quæ erat in Taurica regione Thraciæ quæ non procul abeſt à Mæotide palude.

Mæŏtĭcŭs, a, um, Vt Mæotica tellus, Mæotica unda, quę paſſim leguntur apud Poëtas.

Mæŏtæ, penult. prod. *μαιῶται*, Dicti ſunt populi Scythiæ, non procul à Meotide palude, quæ ab illis nomen ſumpſit. Plin. lib. 4. cap. 12. à Buge ſupra Mæotin Sauromatæ, & Eſſedones: at per oram ad Tanaim, uſque Mæotæ: à quibus lacus nomen accepit.

Magarſus, *μάγαρσος*, Oppidum Ciliciæ juxta Mallum: de quo Plin. lib. 5. cap. 27. Stephano Verruca eſt editiſſima, non oppidum.

Magdeburgum, Vrbs præclara Germaniæ. Vulgò Meydenburg.

Măgdōlŭs, *μαγδωλὸς*, Aegypti oppidum apud Stephanum: cujus incolæ dicuntur Magdolitæ.

Magi, *μάγοι*, Populi ſub Caucaſo monte ſiti è regione Bactrianorum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Magía, *μαγία*, Illyrici oppidum eſt Stephano, cujus incolę Magiatæ dicuntur, & Magiani. ¶ Eſt & Magia fontis nomen in agro Syracuſano, apud eundem.

Măgnă Græcĭă. [Germ. Ein Landtſchafft *Italiæ* gegen Griechenlandt/ſetzt vnder Calabria.] Dicta eſt ea pars Italiæ, quæ à Tarento uſque ad Cumas eſt: vel (ut Plin. lib. 3. refert) quæ à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum uſque protenditur. Sic dicta (ut Feſtus putat) quòd multæ, magnæque civitates in ea fuerint à Græcis conditæ. Vide Iuſt. lib. 10. Virg. 3. Aen. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. In ea Italiæ parte Pythagoras philoſophus, Architas, Parmenides, & Zeno ejuſdem ſectatores, & Ennius poëta viguerunt. A' quibuſdam tota Italia dicta eſt major Græcia. Ovid. in Faſt. Itala nam tellus Græcia major erat.

Magnata, *μάγνατα*, Ptolemæo, Vrbs Hyberniæ, à qua Magnate populi vocati ſunt. Vide Ptolæm. lib. 2. cap. 2.

Magnes, *μάγνης* Suidæ, Athenienſis antiquæ Comœdiæ ſcriptor tempore Epicharmi, docuit fabulas novem, vicit duabus. ¶ Magnes item alter Smyrneus puer, præ cæteris mortalibus formoſus: poëtica inſuper & muſica ornatus, corona inſignis aurea, atque habitu molliore indutus, civitates obibat multis dilectus, præſertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum hujuſmodi peroſi, capta occaſione comam ejus inciderunt: veſtem, ornatumque omnem laceraverunt. Qua re commotus Gyges, Magneſiis bellum intulit, quibus tandem ſuperatis revertens, Sardibus panegyricum celebravit magnificentiſſimum. Suid.

Măgnēsĭă, *μαγνησία*, Macedoniæ regio, Theſſaliæ annexa, de qua Plin. lib. 4. cap. 9. ¶ Eſt & Magneſia, Ioniæ oppidum ad Mæandrum fluvium, diſtans ab Epheſo (ſicuti ſcribit Plin. lib. 5. cap. 29,) ✕VI. M. paſſ. circa quam L. Scipio Aſiaticus Antiochum regem victum magna clade affecit.

Măgnēsĭă, æ, *μάγνησσα* Stephano, Mulier è Magneſia regione Theſſaliæ annexa: aut è Magneſia Ioniæ civitate. Horat. lib. 3. Carminum, Ode 7: Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens. Maſculinum eſt Magnes, etis: quod de ſe facit fœmininum Magneſſa, quemadmodum à maſculino Cres fit fœmininum Creſſa.

Magnetes, *μάγνητες*, Qui & Magneſii, *μαγνήσιοι*, Populi vocati ſunt. Lucret. lib. 8: Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Măgnŭs pŏrtŭs, *μέγας λιμὴν*, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum eſt, à portus ſpatio ita appellatum: ut tradit Plin. lib. 5. capite 2.

Mago, Nobilium aliquot Pœnorum ducum nomen fuit: quorum primus rem ac diſciplinam Carthaginienſium vehementer auxit. Is ante bellum Punicum, ut Livius & Trogus referunt, cum CXX. navibus bello Tarētino auxilio venit Romanis, ægrè ferens Italiam ab externis invadi. Cui actæ à Senatu gratiæ, auxiliaque remiſſa. Duos moriens filios reliquit, Aſdrubalem & Annibalem, de quibus antè ſcripſimus. ¶ Mago, Annibalis frater, cauſa victoriæ apud Trebiam fuit, ſed apud Locros à Manlio clauſus, ab Annibale liberatur. Livius quoque lib. 30. ſcribit Magonem Annibalis fratrem, in agro Inſubrium vulneratum, quum in Africam per legatos revocatus navigaret, apud Corſicam obiiſſe. ¶ Mago alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hiſpania, Romamque per Lælium mittitur. ¶ Mago denique Afer, qui de Re ruſt. duo, detriginta volumina ſcripſit, de quo Columella libro 1: Verumtamen

runtamen Carthaginenſem Magonem vel ruſticationis parentem veneremur. Nam hujus octo & viginti memorabilia illa volumina ex Senatuſconſulto in Latinum ſermonem converſa ſunt. Hujus Magonis meminit & Servius, quem Virgil. in Georgic. ſcribit eſſe imitatum. Item M. Varro de re ruſtic. libro primo, capite primo, & Plinius libro 18. capite 2. ¶ Mago item oppidum eſt in minoribus Balearibus, ut ſcribit Pomponius in fine lib. 2.

Magog, [מגוג *magógh* μαγώγ.] Nomen viri, filii Iaphet, proprium à quo (ut ait Ioſephus lib. 1.) Magogæ dicti ſunt, qui à Græcis *Scythæ* dicuntur.

Maiă, [μαία. Germ. Ein Tochter *Atlantis* von welcher Jupiter den *Mercurium* geboren hat.] Atlantis filia fuit ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit. Virgil. 8. Aeneid. Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. At Maja (auditis ſi quicquam credimus) Atlas: Idem Atlas generat, cœli qui ſidera fulcit. ¶ Fuit & altera hoc nomine Fauni filia, cui in mellario vaſe, non mel, ſed vinum ſacrificabant. ¶ Majam item Græci amitam & materteram vocant: item nutricem & obſtetricem: denique mulieres omnes natu grădiores honoris gratia Majas ſalutabăt. ¶ Eſt item Maja, caucrorum genus maximum apud Ariſtot. lib. 4. Animal. μάϊα.

Malaca, μαλάκη Stephano, civitas in Hiſpania Bætica. Mela libro 2: Siga oppidum è regione Malacam urbem Hiſpanæ contemplatur.

Mălchus, μάλχος, Sophiſta fuit Byzantius, qui ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino uſque ad Anaſtaſium. Suidas.

Măleă, [μαλία, μάλεα. Germ. Ein Vorgebirg in *Laconia*, ſo weit hinauß in das Meer langt bey welchem gefährlich iſt zu ſchiffen.] peninditferente. Promontorium Laconię, quòd per quinquaginta millia paſſuum in mare protenditur, ubi periculoſa eſt navigatio, propter adverſos ventorum flatus. Hinc eſt illud proverbium. Quum ad Maleam deflexeris, domeſticos obliviſcere. Virgil lib. 5: Ioniogue mari, Malæque ſequacibus undis. Stat. lib. 7. Thebaid. Raucæ circonſonat ira Maleæ. Dicta Malea, à Maleo Argivorum rege, qui in ea tẽplum pulchrum conſtruxit, quod Maleoticum appellavit. ¶ Maleacus ſinus, vide MALIACVS.

Mă'ĕvēntum, Hirpinorum urbs, poſtea auſpicatioris ominis gratia *Beneventum* appellatum. Vide Plinium lib 3 cap. 11.

Maleus, μάλεος, per ſimplex l, mons eſt Oretum. Indicæ gentis, juxta quem umbræ æſtate in Auſtrum, hyeme ad Septentrionem jaciuntur.

Maliaca, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs Ptolemæo, lib. 2. cap. 6. Vulgò *Malgrado*.]

Maliacus ſinus, [μαλιακὸς κόλπος. Ger. Der Meer ſchoß gegen *Eubœa*, in der Locrenſer Landtſchafft.] Locrorum, Epicnemidiorum eſt, è regione Eubœæ, in quem Sperchius fluvius influit, teſte Ptolemæo: ita dictus à Malieo oppido, cujus meminit Stephanus.

Maliea, μαλίεια. Vrbs Theſſaliæ, à qua populi Maliees, & mare vicinum Malieum dicitur, Vide Strab lib. 13.

Μαλιεύς, Stephano, Vrbs dicta à Malo filio Amphictionis, aut Amyti Bœoti. Hinc ſinus Maliacus. Gentile Maleus & Maleates: quod etiam à Malea promontorio Laconiæ derivatur. Stephan. Vide MELOS.

Malimnus, μάλιμνος, Siciliç mons eſt apud Theocritum, pomis refertus.

Mallada, μαλλάδα, Vrbs Perſica. Gentile Malladenus, Steph.

Malli μαλλοί, Indiæ populi à Mallo monte vicino ita dicti. Autores Plin. lib 6. cap. 17. & Strab. lib. 15.

Mallois, entis, μαλλόεις, Locus in Lesbo, ubi Apollinis templum eſt, ἀπὸ τῆ μήλε τῆς μαντῆς. Stephan.

Măllŏs, μαλλὸς, Ciliciæ oppidum clariſſimum, à Mallo conditore ita appellatum, ut ex Callimachi ſententia refert Steph. Lucr lib. 3: Mallos & extremæ reſonant navalibus Aegæ. Hodie vulgò *Malo*.

Măllōtēs, pen prod. μαλλωτὴς, A' Græcis appellatur mons Ida, ab ovium multitudine. Nam μαλλωτὴ, apud eos ſignificat vellus, vel pellem lanatam. Vide Cælium lib. 25. cap 1.

Măllŭs, μάλλος, Mons eſt in ea parte Indiæ, quæ eſt intra Gangem, à quo vicini populi Malli, μαλλοὶ, appelhãtur. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Malſane, es, μαλσάνη, Oppidum eſt felicis Arabiæ, à quo ſit gentile Malſanites. Stephan.

Mălvă, Africæ fluvius Cæſarienſem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teſte Ptolem. lib 4. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 2, Malvanam appellat.

Mamaus, μάμαος, Fluvius eſt Peloponneſi, in tractu Triphyliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Autor Strabo lib. 8.

Mamarcina, μαμάρκινα, Vrbs Auſoniæ. Gentile Marmacinæus. Stephan.

Mămblĭă, Oppidum Aethiopię, ab ea parte, qua Africam ſpectat. Autor Plin. lib. 8 cap. 20.

Mămbrē [ממרא *mamré*. μαμβρή.] Mons juxta Hebron.

Mămercŭs, Præſul fuit Viennenſis, qui teſte Ptolemæo Lucēſi, anno CCCCLIIII, ſupplicationes primus inſtituit, quas *Rogationes* noſtri vocant, ob frequentes terræmotus, quibus ea regio infeſtabatur. Volaterranus. ¶ Mamercus item Pythagoræ filius creditur, inſigni humanitate, à quo Aemylia gens Romæ appellationem traxit.

Mămertŭs, Oſcorum prænomen, à Marte deductum, quem illi *Mamertem* appellarunt.

Mamers, Lingua Oſcorum dictus eſt, qui à Romanis detractione unius ſyllabæ *Mars*, & à Poëtis per epentheſim Mavors appellatur. *ăgns.*

Mamertes, Corinthius, filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam ubi Siſapo factum reſcivit, eum membratim diſcerpſit, ut eſt autor Ovid. in Ibin.

Mamertīnī, [μαμερτῖνοι. Germ. Völcker in Campanien *Italiæ*.] Populi Campani, qui quum Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoque Mamertini potiùs, quàm Meſſanenſes ſunt vocati: & vinum eorum, cujus ager illic feraciſſimus eſt, Mamertinum. Plin. lib. 14 ca 6 Mart. lib. 13: Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta ſi detur, quod vis nomen habere poteſt. Dicti à civitate Mamertia, quę à Lacedæmoniis ſubverſa fuit, quòd Meſſenii quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentaſſent: & non conientientes, eas occidiſſent. Steph μαμέρτιον vocat.

Mamilĭa, æ, Telegoni filia, à qua Mamiliorum familia nomen traxit.

Mămūrĭŭs, μαμούριος, Faber ærarius laudatiſſimus, qui tempore Numæ floruit, & Saliorum ancilia cõfecit, ad ſimilitudinem ejus quod de cœlo deciderat. De hoc ſic ſcribit Feſtus: Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant: hac de cauſa, Numa Pompilio regnante, è cœlo cecidiſſe fertur ancile: id eſt, ſcutum breve, quod ideò ſic appellatum eſt: quia ex utroq; latere erat reciſum, ut ſummum, infimumque ejus latus medio pateret: unaque edita vox eſt: Omniumq; potentiſſimam fore civitatem, quãdiu id ea manſiſſet. Itaq; facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. Probatũ opus eſt Mamurii Veturii, qui præmii loco petiit, ut ſuum nomen Salii inter carmina canerent. Hæc ille Ovid. 3. Faſtor. Inde ſacerdotes operi promiſſa vetuſto Præmia perſolvunt, Mamuriumq; vocant.

Mamurra, Formiis natus, eques Romanus, & præfectus fabrorum C. Cęſaris in Gallia, qui primus Romæ in Cælio mõte parietes domus ſuæ marmore incruſtavit, nullamq; in ædibus columnã habuit, niſi è marmore: omnesq; ſolidas è Caryſtio, aut Lunenſi. Hic eſt ille Mamurra, Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus, qui domũ ejus dixit habere, quicquid habuiſſet Comata Gallia. Hæc Plin. lib. 36. cap. 6.

Manæthus μάνεθος, Aegyptius fuit ex Dioſpoli urbe ortus, qui de Phyſiologia, & de Aſtrologia judiciaria carmen reliquit. ¶ Fuit & alter hoc nomine Mandeſius, ſacerdos apud Aegyptios. Vtriuſq; meminit Suid.

Mancinus, μάγκινος, Conſul fuit Romanus, qui quòd ignominioſam cum hoſtibus pacem erat pactus, ad liberandos religione Romanos, hoſtibus fuit dedituS.

Mandane, es, [μανδάνη. Ger. Ein Tochter *Aſtyagis* des Königs in *Media*.] Aſtyagis Medorum regis filia fuit, quæ patri per quietem viſa eſt tantum urinæ reddere, ut totam Aſiam inundaret. Quare quum ex magis didiciſſet fore ut qui ex filia ſua naſceretur, Aſiæ imperium obtineret, Medorum nemini eam tradere voluit uxorem: ſed Cambyſem quendam, mediocris dignitatis, hominem ſibi generum delegit: ex quo quum illa gravida eſſet effecta, rurſus Aſtyages ſomniavit, ex filiæ utero vitem egredi, quæ totam Aſiam obumbraret. Quo ſomnio exterritus, filiam gravidam ad ſe accerſit, filiumq; e ex ea natum cuidam ex intimis familiaribus, Harpago nomine, tradit necandum. Qui quum per ſe ipſe tam triſte miniſterium nollet exequi, Mitradati regio paſtori negotium illud cõmittit. Huic uxor erat nomine Spaco, quæ ſub idem ferè tẽpus mortuum enixa erat partum. Quare quum regium puerum intueretur forma inſigni præditum, eum pro ſuo educavit: qui poſtea ab avo agnitus, & in Perſidem ad matrem remiſſus, ubi primùm adolevit, Harpagi inſtinctu Aſtyagi bellum intulit, eumque in prælio capũ quoad vixit, penes ſe habuit. Vide Herod. lib. 1.

Mandanes, [μανδάνης Germ. Ein fürtreffentlicher gelehrter und weyſer Mann bey den Indiern zu den zeiten des groſſen *Alexandri*.] Gymnotophiſta fuit inſignis apud Indos, quem quum Alexãder per internuntios ad Iovis filii epulũ vocari juſſiſſet, & parẽti ampliſſima præmia, detractãti verò graviſſimũ proponeret cruciatũ, conſtãtiſſimè ferũt reſpondiſſe: Nec illũ Iovis filium eſſe, nec magnę parti terrarum imperare, nec ſe illius donis permoveri, cui nulla eſſet ſatietas, nec minas pertimeſcere, quòd

quòd viventi India abunde multa esset suppeditura: mortem verò tantùm abesse ut formidaret, ut multis etiam votis eam expeteret, quæ sese marcida senio carne liberatum, in puriorem, meliorem; vitam vindicaret. Vide Strabon. lib. 15.

Mandaræ, μανδαραὶ, Oxytonum, pars Cyri Macedoniæ: Incolæ μανδάρας, paroxitonum. Steph.

Mandianitæ, Vide MANDRENI & MADIAN.

Mandonius, Dux Hispanus, partes Romanorū cū Scipione Africano in Hispania juvit: deinde Scipione ęgrotante, seditionem agitare, in Romanos; insurgere cœpit: quem quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officii memor, tantùm castigatum verbis dimisit. Livius lib. 28.

Mandreni & Mandianitæ, μανδρῆνοι, καὶ μανδιανῖται, Populi Arabiæ. Vtuntur autem Arabes duobus his typis gentiliū. Steph. Vide MADIAN.

Mandro, Fuit navicularius quispiā, qui aspirante fortuna, tandem factus est Imperator: unde etiam factus adagio locus, in eos qui præter meritum ad opes evecti, pristinæ conditionis non meminerunt.

Mandropolis, μανδρόπολις, Oppidum est Phrygiæ: à quo Gentile Mandropolites, μανδροπολίτης Stephano.

Mandurium μάνδυριον, Oppidum Iapygiæ: hoc est, Apuliæ: à quo fit gentile Mandurinus. Stephanus.

Manes, μάνης, Hereśiarcha fuit, tempore Aureliani Cęsaris, genere Brachmanes, tantæ dementiæ, ut se Spiritum Paracletū esse assereret à Christo promissum, à quo Manichæorum secta fluxisse traditur. Hic tandem à Persarum rege, quòd ejus filiū, quem repulsis omnibus medicis sanandum susceperat, interemisset, vivus excoriatus est. Autor Suidas.

Manes, fluvius, sive potiùs torrens, Locrorum Epicnemidiorum, Thronion præterfluens. interdum tam exiguus, ut transcuntis vix tingat pedes, interdum tam latus, ut in bina diffundatur jugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strab. lib. 9. ¶ Reliqua vide in APPELL.

Manesium μανήσιον, Phrygiæ oppidum, à divite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Stephanus.

Manethus, Vide paulò antè MANAETHVS.

Manethusa, Vrbs Cretæ insulæ, apud Pomp. Melam, lib. 2.

Manichæi Hæretici, Vide suprà MANES.

Manilius Octavius, A quo Manilii fluxêre: is Tusculanorū dux, & Tarquinii gener, ad quem ille post fugam se recepit, ejusq; auxilio Romanis intulit bellum, Livius lib. 1.

Maniolæ, Insulæ ex adverso Indæ extra Gangem, in quibus tradunt navigia, quæ clavos ferreos habent, detineri, nec ulterius progredi, nequando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi, Manioli dicti: sicut scribit Ptolemæus lib. 7.

Manius, Prænomen est, quo Romanorum quidam appellati sunt, quod manè nati essent: quemadmodum Lucii dicebantur, qui prima luce nascebantur. Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui (ut scribit Plin. lib. 18. cap. 3.) in summa annonæ caritate populo singulos frumenti modios singulis assibus vendidit. Cornutus in Pers. Sat. 6, Manios dici ait homines indecori vultus, quibus pueri terrentur, à manibus fortè, quòd Manes & larvas referre videntur.

Manliana, Vrbs Lusitaniæ, Ptolemæo: Vulgò *Mons major*. ¶ Manliana item, Tusculorum urbs, Ptolemęo. hodie *Mallianum*, Pontificum villa.

Manlius Capitolinus, Prænomine, Marcus. Romæ magnæ in primis vir nobilitatis, qui re malè gesta à Consulibus ad Allią contra Gallos Senones, videns in mœnibus urbis parum esse præsidii, lecta mille juvenum manu, arcem Capitolinam occupavit, & à vi hostium servavit intactam. A qua tamen ipsa arce, quòd in affectati regni suspicionem venisset, postea præcipitatus est: cautumq; est Senatusconsulto, nequis ex Manlia gente Marcus diceretur. De hujus fortitudine vide Plinium lib. 7. capite 28 Livium lib. 6. Historiam hanc scribit Servius, enarrans illud Virgilii: In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis. ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperiosus, quòd sævissimi exempli autor fuerit, filio suo maximæ spei juvene, quòd contra imperium suum in hostem pugnasset, quanvis pugnatum esset fœliciter virgis cæso, & securi percusso. Atque inde, Imperia Manliana dicta, apud Livium Decadis primæ lib. 4. De hoc vide Gellium libro 9 capite 13. ¶ Manlius Torquatus, alius fuit qui ob ingenii & linguæ tarditatem à patre in prædia rusticana relegatus fuit: patremque judicio exemit à Marco Pomponio accusatum, ut scribit Livius libro 4. Decadis 1. ¶ Manlius Volso cujus meminit Livius libro 8. de bello Maced. Cn. Manlius Volso (*inquit*) Consul in Asia acceptis à L. Scipione copiis, & exercitu lustrato contra Gallogręcos bellum gessit, eisque superatis revertens, quum in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati, qui cum eo missi fuerant, restitere: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemylius Paulus dicebant se legatos Cn. Manlio datos, pacis, fœderisq; cum Antiocho ineundi grātia: Manlium autem operam dedisse, ut eam pacem turbaret, multosq; nobiles viros in exercitu sua temeritate morti objecisse: vicit tamē amicis atque cognatis suffragantibus, res fœliciter gestas, & exercitum integrum reportatum dicentibus, ut triumphus ei decerneretur. ¶ Manlius item alius fuit, Proconsul Hispaniæ: cujus meminit Livius lib. 50. Autor Valer. Maximus li. 6. cap. De severitate. ¶ Manlius item Torquatus, alius Ciceronis tēporibus, vir doctus, ex Rhodia disciplina Molonis, natura ad dicendum nec satis solutus, neq; expeditus. Cui si vita suppeditasset, sublato ambitu Consul factus esset. Plus facultatis habuit ad dicendū, quàm voluntatis. Itaq; studio huic nō suffecit. Hæc Cicero. ¶ Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etsi non erat (inquit Cicero) oratio, quam Græci *politicen* dicunt: erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ: summa verborum & gravitas, & elegantia: atq; hęc omnia vitę decorabat gravitas: me quidem admodum delectabat. Pædianus autem de eodem sic scribit: L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorem in Cōsulatu accusavit, qua accusatione & ipse Sylla & collega damnati sunt. Rursus cum accusavit, quòd in conjuratione Catilinæ fuisset: defenditur à Cicerone, cujus extat oratio. ¶ L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Servilius fortè cœnaret, filiosq; ejus deformes animadverteret: Non similiter (*inquit*) Manli, fingis & pingis. Ad quem Manlius: In tenebris (*inquit*) fingo, in luce pingo. Autor Macrobius. ¶ Manlius, etiam alius fuit cognomento Antiochus, conditione servus, arte astrologus ac poëta, unà cum Plotio poëta mimorum, & Taberio Erote Grammatico conservus, ex Asia una navi advectus, teste Plinio lib. 35. cap 17. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine, ex utero mortuæ matris exectus, quem Plinius lib 7. cap 9. scribit Carthaginem cum exercitu esse ingressum. ¶ Manlius item Mathematicus, Romæ Augusti temporibus fuit. Cujus mentionem facit Plinius lib. 36. cap. 10.

Manliana imperia, Dicuntur dura, severa, & crudelia: quemadmodum à Græcis tyrannis & crudelitas, φαλαρισμὸς vocatur. Tractum proverbium ab historia quam scribit Livius libro 4. ab Vrbe de Manlio Torquato, qui filium, quòd contra edictum suū cum hoste pugnasset, virgis cæsum, securi jussit percuti. Vide Erasmū in Chiliad. ¶ Sunt & Manliana malorū genera ab insitore sic dicta, ut tradit Plinius lib 15. cap. 14.

Mannacarta, μαννάκαρτα, Vrbs Arabiæ. Gentile Manna cartenus, Stephan.

Manneos μάννεος, Regio media inter fluvios, in qua habitāt Arabes, Manneotæ μαννεῶται. Steph.

Mannus, [Ger Der ander König der Teutschē, ein Sohn Tuiscons] Filius fuit Tuiscons Dei, aliàs Teutonis, à quo Alemanni se dici gloriantur. Vide in ALEMANNI.

Mantalus μάνταλος, Phrygię oppidum, ita dictum à Mantalo conditore. Gentile Mantalenus, μανταλινὸς, Steph.

Manthyrea, μανθυρέα, Vicus Arcadiæ. Gentile Manthyreus.

Mantinea, pen. prod μαντίνεια, Vrbs Arcadiæ, quæ postea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni ejus, qui Philippo Persæ patri curator regni fuit. Sed postea Hadriani Imperatoris jussu rursus Mantinea fuit appellata.

Mantinēus, a, um: ut Prælium Mantineum, quod inter Thebanos & Lacedæmonios, eorumq; socios apud Mantineā cōtigit: in quo Epaminōdas Thebanorū dux victoria jam propemodū potitus, cecidit. Vide Xenophontē de rebus Gręcorum libro ultimo, & apud Plutarchum in vita Epaminondæ.

Mantius, μάντιος, Melampi filius, ex Iphianassa filia Prœti & pater Polyphidei, & Cliti: Homer. lib. 15. Odyss

Manto, hujus Mātûs, [μαντώ. Ger. Ein Weyssagerin, ein Tochter Tiresiæ.] Mulier fatidica fuit Tiresiæ Thebanorum vatis filia. Quæ quum post patris obitum Creontis, & Thesei tyrannidē fugeret, primùm in Asiā venit: ubi Apollinis Clarii templum cōdidit: deinde etiam in Italiam, ubi ex Tyberi fluvio (ut poëtæ fabulantur) vel ex Tyberino rege Ocnum peperit: qui postea ad Padum fluvium urbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellavit.

Mantua, æ, [μάντυα, ἡ μάντυα Stephano: Vulgò *Mantoua*. Ger. Mantaw in Italia.] Vrbs est clarissima ab Ocno filio Tyberis; & Mantûs Tiresiæ Thebani vatis filiæ ad Padum condita, & à nomine matris ejus Mantua appellata. Vnde Virg. lib. 10. Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis, Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen. Poëtarū clarissimo, illustrissimoq; Virgilio Marone gloriatur Mantua, cujus fœlix ingenium tàm omnes efferre debent, quàm imitari nulli possunt.

Mantuanus, mantuana, mantuanum, μαντυανὸς, ἡ μαντυάνη, à Mantua deductum nomen. Vnde Mantuanus Homerus, Vergilius dictus est. Fama mantuana, Stat. 4. Sylva.

Mapeta, μάπητα, Sarmatiæ Asiaticæ urbs, autore Ptolemæo libro 5. cap. 9. Vulgò *Copa*.

Maracha,

Maracha, μαράχη, Vrbs Indica, Gentile Marachius, Steph.
Maras, μάρας Suidæ, Nomen proprium viri ex Berœa Syrię ci vitate: qui ut ditissimus, ita humanissimus, & officiosissimus in omnes tum cives tum hospites extitit/Vide Suidam.
Marathesium, μαραθήσιον, Ephesiorū oppidum in Caria: cujus incolæ dicuntur Marathesii. Steph.
Mărăthōnĭă, μαραθωνία, Oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cujus incolæ dicuntur Marathoniatæ. Steph.
Mărăthōn. [μαραθών. Germ. Ein Stat in Griechenlandt nahe bey der Stat Athen.] Attici agri civitas, distans ab Athenis circiter decē millia passuum, nō procul à Tricorytho, & Rhānunte: morte Icari regis interfecti insignis, victoriaque Thesei, tauro Marathonio superato: similiter & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darii Persarum regis exercitu profligavit. ¶ Est & Marathon, exiguum oppidulum Phocidis, ad mare, non procul ab Anticyra: ut est videre apud Strabonem libro 9.
Mărăthōnĭŭs, nia, nium, μαραθώνιος, Vnde Taurus Marathonius, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Hic est Taurus amatus à Pasiphaë, quem Hercules ex Creta eò abegit.
Mărăthŭs, thi, μάραθος, Antiqua Phœnicū civitas: cujus meminerunt Plin. lib. 5. ca. 20, & Strabo lib. 16. ¶ Stephanus item Marathum urbem in Acarnania collocat.
Mărăthūsă, æ, μαραθοῦσα Stephano, Insula ante Ioniam, Asiæ regionem, non procul à Clazomenis: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Est & Marathusa, Cretæ insulæ oppidum, apud eundem lib. 4. cap. 10.
Mārcæum, μάρκαιον, Mons Troadis, juxta Geraghitem: incolæ Marcæienses. Steph.
Mārcēllă, μαρκέλλα, Nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderétne se nupsisse: Ita valdè respōdit, ut amplius nolim.
Mārcellŭs. Nomē viri clarissimi Romani proprium, cujus res gestæ & à Livio & ab aliis literis traditæ sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit, spolia legit: Annibalem primus vinci posse docuit: Syracusas per tres annos obsedit, & tandem expugnavit, quinquies Consul. Qui postremo consulatu, dum ad occupandum collem quēdam cum paucis proficisceretur, insidiis circunventus, occisus est, magnificeq; ab hoste Annibale virtutis causa elatus.
Mārclūdās, Latro fuit insignis in sylva Dodonea, ut scribit Tortellius.
Mārcŏmănī, unico n, & penul. corr. [μαρκόμανοι. Germ. Die Merisher.] Populi Germaniæ, quos Cæsar cum Arioviſto Germanorum rege superavit. Hos Bohemos, vel Moravos putant esse. Statius libro 3. Sylvarum: Quæ modò Marcomanos post horrida bella, vagosq; Sauromatas. Vide Strabonem libro 7.
Mārcŭlŭs, Vide in APPEL.
Marcus Antonius, orator, Vide in ANTONIO.
Mārdī, μαρδοί, Populi Asiæ, supra Pontum, non procul à Colchide: quorum meminit Plin. lib. 5. ca. 6. ¶ Stephanus Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.
Mārdŏnēs, μαρδόνες, gens Epirotica.
Mārdōnĭŭs. [μαρδόνιος. Ger. Einer auß den fürnemesten Landts herrē der Persier/welcher in Grtechenlandt in der grossē nidertag Xerxes blieben ist.] Ex præcipuis fuit Persarum Satrapis, quem Xerxes prælio navali apud Salaminem à Themistocle superatus, cum trecētis armatorum millibus in Græcia reliquit. Hunc postea Pausanias speciosissima victoria apud Platæas superavit: ubi & Mardonius ipse occubuit, ab Aimnesto quodam Lacedæmonio interfectus. Vide Herodotum lib. 9.
Marea, μάρεια, Lacus est Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis auctus, portum habens altero qui ad mare est, multo utiliorem. Alio nomine dicitur Mareotis: ut testatur Strabo lib. 17. ¶ Stephano item Marea oppidum est Mareotidi lacui adjacens.
Mărĕōtĭs, idis, [μαρεώτης. Ger. Ein grosser See in Egypten/ heißt jetzt Buchiara.] Lacus in Aegypto, Alexandriam à Meridie alluēs, multis Nili fossis, tum à superioribus partibus, tum à latere adauctus, portum habens nobilem, eoq; qui ad mare est, multo utiliorem. Autor Strab. lib. 17. ¶ Mareoris præterea appellatur pars illa Libyæ, quæ est inter Cyrenaicam regionem & Aegyptum, à Ptolemæo Marmarica appellata. Ejus descriptionem vide apud Plin. libro 5. capite 6. ¶ Est præterea Mareotis pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur: unde Mareotides uvæ dictæ sunt. Virgil. 2. Georgic. Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. Columell. libro 3. capite 2: Mareoticæ vites.
Mărĕōtæ μαρεῶται Populi sunt in ea parte Libyæ, quæ Aegypto proxima est, quæ Mareotis Plinio, Ptolemæo Marmarica appellatur. Vide Plin. lib. 3. cap. 6.
Margana, æ, sive Marganę, arum, μάργανα, ἢ μαργάναι, Oppidū Indiæ, ut ex Martiani sententia tradit Stephanus.
Mārgæă, μαργαία, Nomen fontis in agro Syracusano, apud Plinium lib. 3 ca. 8, quo etiam nomine dicta est urbs in Elide: cujus meminit Stephanus.
Mārgĭāna, [μαργιανή. Ger. Ein Landtschafft des minderen Asiæ in deren Antiochia gelegen ist.] Regio Asiæ majoris, inclytæ apricitatis (ut inquit Solinus) ambitu stadiorum mille quingētorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines: in qua Antiochus Antiochiam extruxit: ut lib. 10. & 11. scribit Strabo.
Margion, μάργιον, Civitas Phrygiæ, postea Apollonia dicta. Stephanus.
Margŭs, Fluvius Asiæ, quem Ptolemæus li. 6. cap. 10, duobus fontibus ex montibus Seriphiis descendere tradit, & per Messagetas, qui Margianis vicini sunt, ac Dorbicas in Oxum amnem deferri.
Mărĭă, [מרים mirjám. μαρία.] Fœmininum est à nomine Marius, & accentum in antepen. habet: nam penultimam habet correptam, quemadmodū & Marius. Claudian. de Nupt. Honorii: Præparat & pulchros Maria, sed luce minores Eligit ornatus. ¶ Pro Deipara Virgine vult Valla Mariam nominativo casu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in ultima. Nam apud Lucam, cap. 1, ubi legimus: Et nomen virginis Maria, Græca lectio habet *Mariam*. Hebræi verò *Mirjam* dicunt duabus tantùm syllabis: ut in Exodo cap. 15, legitur de sorore Aaronis prophetissa. Nos i consonantem vertimus in primam vocalem. Hæc ferè Erasmus in annotat. in Lucam.
Mariaba, μαρίαβα, Steph. Metropolis Sabæorū est. Strabo lib. 16: Iunctis sunt his Sabæi, eorumq; metropolis Mariaba.
Mariæburgum, Vrbs alia Prussiæ, alia verò Livoniæ.
Mărĭămmĭă, æ, μαριαμμία, Phœnices oppidum, cujus incolæ dicuntur Mariamitæ. Autor Pausanias lib 6.
Mărĭānă cŏlōnĭă, Corsicæ insulæ civitas: ita dicta à C. Mario septies Consule, qui eò coloniam deduxit. Autor Plinius lib. 3 cap 6
Mărĭānæ fŏssæ, Narbonensis provincię oppidum est, quod hodie *Aquæ mortuæ* vocant: ita dictum à vicina fossa à C. Mario ad mare usque ducta. Vide Ptolem. lib. 2. ca. 10, Plin. lib. 3. cap 4. & Strabo lib 4.
Mărĭāndўnum, μαριανδυνία, Stephano, Regio in Asia sita est, Bithyniæ confermina, ubi Hercules Cerberum canem tricipitem ad superos traxisse dicitur: quem ferunt ibi virulentam spumam in saxis evomuisse, ex qua ibi natum volunt aconitum. Ejus regionis incolæ dicti sunt Mariandyni, qui olim, teste Herodoto lib. 1, Crœsi regis imperio paruerunt. Horum meminit Strabo lib. 8. & Valerius Flaccus lib. 4. Argonaut. - & Mariandynûm penetravit ad urbes.
Mărĭānŭs, Ptolemæo Hispaniæ Bæticæ mons, Vulgò *Sierra Morena*, saltus Castulonensis.
Mărĭcă. Dea habita fuit litoris Minturnensium juxta Lyrim amnem. Horat. lib. 3. Carm. Qui formiarū mœnia dicitur princeps & innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lyrim. ¶ Fuit etiā Marica Fauni uxor & regis Latini mater, ut testatur Virg. lib. 7. Aenei. - rex arva Latinus, & urbes Iam senior longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica Accipimus.
Maridunum, μαρίδυνον, Britanniæ insulæ Vrbs Ptolemæo, lib. 2. cap. 3.
Maris, Fluvius Agathyrsorum in Istrum fluens, teste Herodoto libro 4.
Marium, μάριον Stephano, Oppidum fuit in Cypro insula, teste Plin. lib. 5 cap. 31.
Mărĭŭs, Qui septies Romę Consul fuit, ex municipio Arpinate humili loco fuit natus, multosque annos in villa Civernate vitam rusticam egit, procul ab urbanis deliciis. Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidia criminando, Consulatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit. In proximum annum Consul ultrò factus, Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, deq; his triumphavit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit; inventus, & in custodiam traditus, immissum percussorem Gallum vultus autoritate deterruit: acceptaq; navicula in Africam trajecit, ubi diu exulavit. Mox Cinnana dominatione revocatus, cæsis inimicis, septimo Consulatu (ut quidā ferunt) voluntaria morte decessit. Hic quum in cruribus varices haberet, præbuit varicosum crus medico secandum: & dū secaretur, neque suspirans, neque supercilia contrahens, pertulit sectionem: fixisque oculis cruciantem se medicum spectavit. Quumque medicus alterum crus secare vellet, minimè assensum præbuit, dicens: Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. ¶ Habuit filium Marium nomine, qui quū esset vigintiseptem annorum, Consulatum invasit: quem honorem mater tam immaturum fleviſſe fertur. Hic patri sævitia similis, Curiam armatus obsedit, & inimicos trucidavit: tan

dem &

dem & ipſe crudeliſſimo mortis genere Catuli manibus ad inferos miſſus eſt.

Mărĭānŭs,a,um, Cic.1.de lege Agrar. Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in invidiam rapit? Propert.lib.3. Eleg. 3: Aut quibus in campis Mariano prælia ſigno Stent.

Marmaces, μάρμακες, Populi Aethiopiæ: quorum meminit Hecatæus in deſcriptione Aſiæ.

Marmarĭca, [μαρμαρική. Germ. Ein Landtſchafft in Africa ſo ans Meer vnd gegen Auffgang an Egypten ſtoſſet.] Regio Africæ,quæ (ut Ptolemæus lib.4.ſcribit) ab occaſu terminatur Cyrenaica provincia: à Septentrione Aegyptiaco pelago: ab Oriente Aegypto:à Meridie interioris Libyæ parte, quæ Aegypto cõtermina eſt.Plin. lib.5. cap.6: Mareotidem appellat. Populos habet Adirmachidas, Marmaridas,& Mareotas.

Marmarĭdæ,Populi ſunt Marmaricam, Libyæ regionem incolentes.Inter hos ſunt Pſylli,qui habent ſalivam præſens adverſus omnia venena remedium afferentem. Horum opera uſus eſt Cato,quum reliquias Pompejani exercitus per deſerta Libyæ ad Iubam regem perduceret.

Marmarĭdius,Magi nomen apud Plin.lib.3.cap.1.

Marmarĭum, μαρμάριον, Eubœæ inſulæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Marmarii,& Marmarini. Vnde & Apollo Marmarinus dictus,qui inſigne ibi habebat templũ.Strabo lib.10.

Mārmē,es,μάρμη,Oppidum Phœnices:cujus incolæ Marmęi, μαρμαῖοι,appellantur,Steph.

Marnan,μάρναν,templum Iovis Cretenſis in Gaza Palæſtinæ. Vocantur autem puellæ in Creta Marnan, Steph.

Mărō,onis,Opifex fuit figulus,ſive(ut alii putant)magi cujuſdam viatoris mercenarius. Virgilii Latinorũ poëtarum principis pater.

Mārōnĕŭs,a,um,pen.prod.Stat.lib.4, Sylvarum:-tenues ignavo pollice chordas Pulſo, Maroneiq; ſedens in margine templi,Sumo animum.

Mărōnēă.pen.prod. μαρώνεια Stephano, Ciconũ civitas, præſtantiſſimo vino laudata. ¶ Inde Maroneus, a, um, Tibullus ad Meſſalam: Victa maroneo fœdatus lumina Baccho.

Maronis,Germaniæ civitas Ptolem.libro 2.capite 12. Vulgò Lunenburg.

Mārpēſus,μάρπησσα Stephano, pen.prod. Mons in Paro inſula:à quo Marpeſius,ſia,ſium,μαρπήσιος:ut Marpeſia cautes,apud Virg.4.Aen.id eſt,Parĭus lapis.

Mārpēſſă.μάρπησσα Homero,Filia Eveni,& ſpecioſa inter paucas nympha,uxorque Idæ, omnium illius ſeculi virorum formoſiſſimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ, uxoris Meleagri. ¶ Hanc maritus tam perditè fertur adamaſſe, ut quum eam Apollo rapere conaretur, ſumpto arcu & ſagittis, raptorem invadere non dubitârit. Verùm quum ejus recuperandæ ſpes nulla ſupereſſet,mater eam pro Marpeſſa Halcyonem nominavit, propterea quòd fatum Halcyoni ſimile ſortita videretur.Vide Homerum 9 Iliad.

Mārpūrgum. [Germ. Marpurg in Heſſen.] Haſſorum urbs.

Mārrŭbĭi,Populi fuerunt Italię,circa Fucinum lacum habitãtes:ſic dicti vel à rege Marrubio, vel quòd circa mare habitẽt. Virg.7.Aen.Quin & Marrubia vênit de gente ſacerdos.

Mārrūcīnī, Populi Italiæ in regione Marſorum. Silius lib.8: Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes.

Mārs. [Ἄρης. Germ. Der Gott des Kriegs.] Deus belli præſes ab antiquis creditus. Dictus,ut ait Varr.lib.4.de Lingua Latina, quòd maribus in bello præſit: ſive à Sabina dictione *Mamers*, quo nomine Sabini Martem dicebant: à poëtis Mavors dicitur per epentheſim, quòd magna vertat.Hic Iovis & Iunonis filius fuiſſe fingitur: vel ut Ovidius fabulatur,ſolius Iunonis. Quum enim olim Iuno turbata, eò quòd animadvertiſſet Iovem maritum percuſſo capite ſine muliere procreaſſe Minervam,verſus Oceanum proficiſceretur, ut ſcrutaretur quo pacto & ipſa ſine viro parere poſſet, & in itinere fatigata, ſecùs fores Floræ Deæ, conjugis Zephyri, conſediſſet, interrogata ab ea fertur,quam ob cauſam ad Oceanum pergeret:qua cognita facturam ſe voti compotem Deam pollicita eſt, ſi id Iuno Iovem celaret.Quod quum Iuno jurejurando affirmaſſet,mox illam Flora monuit,in Campis Olenis florẽ eſſe, quo tacto ſtatim conciperet ſine viro:id experta Iuno,concepit, & peperit filium,quem Martem nominavit. Hunc ferunt poſtea cum Venere concubuiſſe,eosq; Vulcani fallaciis tam obſcœnè jacentes catena inviſibili ligatos, omnium deorum riſui expoſitos fuiſſe: tandem Neptuno intercedente, à Vulcano ſolutos eſſe.Sororem habuit Bellonam belli deam.Sacrum ei fecerunt lupum & picum: quos in Dei hujus tutela eſſe credi voluerunt.Salios habuit ſacerdotes,de quibus infrá. ¶ Vſurpatur ſæpiſſimè pro ipſo bello, μετωνυμικῶς. Virgil.Aegl.10: Nũc inſanus amor duri me Martis in armis Tela inter media, atque adverſos detinet hoſtes.Livius lib.1.ab Vrb.cond. Aliquandiu ibi Marte incertos, varia victoria pugnatũ fuit.¶ Eſt etiam Mars ſtellæ nomen quatuor & viginti menſibus, & ſex diebus minus ferè orbem luſtrans. ¶ Marte noſtro aliquid dicimur facere, quoties aliquid noſtro ingenio nullius adjuti auxilio conficimus.ἀβοηθήτως. Cicer.3.Offic.Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed ut dicitur, noſtro Marte. ¶ Mars communis dicitur,quòd incertus ac varius belli eventus ſit.Cic.11.Philip.Sed ut concedam incertos eſſe exitus belli,Martem communem, tamen pro libertate vitæ,periculo decernendum.

Mārtĭŭs,a,um,Quod ad Martem pertinet aut ad bellũ, ἀρτίως ὁ τοῦ Ἄρεως. ut Martia avis, Marti dicata.Ovidius Faſtor.5: Martias picus avis gemino pro ſtipite pugnat. Auguſt.libro 3. de Civit. Dei: Nullo Martio impetu territi ſedarentur inimici. ¶ Interdum bellicoſum ſignificat,ut Martius populus. ¶ Martius campus, Planities quædam fuit in agro Romano, inter Tyberim,& antiquam urbem ſita:hodie urbis pars:ita dictus, quòd Tarquinio in exilium acto (cujus hic erat) Marti fuerit conſecratus. Ἄρεως πεδίον. Liv.lib.2,ab Vrbe:Ager Tarquiniorum,qui inter urbem & Tyberim erat conſecratus Marti,Martius deinde campus fuit. ¶ Martius mẽſis. [μάρτιος μὴν. Gall. Le mois de Mars. Ital. Marzo. Germ. Mertz. Hiſp. El mes de Marco. Pol. Marzecz. Vng. Hadakozo. Ang. The moneth of marche.] Primus olim anni menſis apud Romanos,quem Romulus genitori ſuo dicavit.Ovid.3.Faſt. Aspice principium Romano ducimus anno,Primus de patrio nomine menſis erit.

Mārtĭgĕnŭs,a,um,adject.Marte genitus.Ἀρεσγόνος. Plaut.in Amphit. Martigenã ille aggreſſus beluam magnus Europæ quæſtor,anguineo Repente hoſtes peperit ſeminio.

Mārtĭālĭs,& hocle, ἀρτῶος, Quod eſt natum ſub Martis ſtella, vel qui Martis ſacris ſervit. Cic.pro Aulul. Cluent. Martiales quidam Latini appellabantur,miniſtri publici Martis, atq; ei Deo veteribus inſtitutis, religionibusque Larinatium conſecrati. ¶ Martialis eſt præterea nomen Poëtæ proprium, qui Epigrammatum feſtivitate nomen ſibi celebre & illuſtre promeruit.

Mārsī,orum, μάρσοι Stephano, Populi Italiæ Picentibus,Aequiculanis,& Samnitibus finitimi, à Marſo Circes filio orti,q ſaliva ſua ſerpentum morſibus medebantur. Vide Plin.lib.7. cap.2.Quinetiam regio ipſa eodem nomine effertur. Cic.pro Domo ſua:Is in Marſis natus eſt. ¶ Sunt & Marſi Scythiæ populi apud Herodot. lib.4. ¶ A Marſis fit Marſicus, a, um: ut, Marſicum bellum, quod Romani cum Marſis geſſerunt.

Mārsīppŭs,urbs Phœniciæ, μάρσιππος:gentile Marſippeus, Stephan.

Mārsĭŭs,Circes filius,qui Marſorum genti in Italia nomen dedit,ut teſtatur Plin.lib 7.cap.2.

Mārſpĭtĕr,pen.cor.Mars pater:Ἄρης ſicut Iupiter, & Iovis pater,ut Iovis ſit nominativus: hoc eſt,ipſe Iupiter,& ipſe Mars. Gell.lib.5.cap.12.

Mārsўās, [μαρσύας. Ger. Ein Pfeiffer oder Schwägier in Phrygia, der auß vermäſſenheit ſeiner kunſt Phœbo hat außbieten dörffen.] Tibicen fuit è Phrygia ea temeritate, ut ipſum etiam Phœbum ad cantus certamen auderet provocare:à quo & victus, & excoriatus eſt.Vide fabulam apud Ovidium lib.6 Faſtor. ¶ Eſt & Marſyas,ſive Marſya,Aſiæ minoris fluvius,Apamiam alluens: quem Poëtæ fabulantur ortum eſſe ex Nympharum, & Satyrorum lacrymis,Marſiam deflentium. Ovid.5.Metam.

Illum ruricolæ,ſylvarum numina,Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoq; clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt, & quiſquis montibus illis
Lanigerosq; greges,armentaq; bucera pavit.
Fertilis immaduit; madefactaq; terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis:
Quas ubi fecit aquas,vacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis declivibus æquor.
Marſya nomen habet,Phrygiæ liquidiſſimus amnis.

Mārsўă, æ, μαρσύα, Oppidum Phœnices:unde Marſieni, Steph.

Mārsўās,Periandri filius,Pellæus hiſtoricus nutritus unà cum Alexandro Magno: ſcripſit res Macedonicas libris decẽ à primo rege uſque ad Alexandrum. Item de rebus Atticis libros duodecim. ¶ Marſyas Philippeus hiſtoricus ſuperiore recentior. ¶ Marſyas Tabenus qui ſcripſit de Tranquillitate libros duodecim:fabuloſa libris ſeptem, & quædam alia de patria ſua.Autor Suidas.

Mārtĭă.Catonis Vticenſis uxor fuit,quam poſtea,quum ex ea aliquot liberos ſuſtuliſſet,Hortenſio amico conceſſit: eoque mortuo ſub initium bellorum civilium rurſus eandem duxit. Qua in re Cato malevolorum reprehenſione non carũit, qui vacuam & pauperem eam dimiſſam eſſe calumniabantur, ut poſtea Hortenſii teſtamento locupletatam reciperet. Autor Plutarchus in Vita Catonis.

Mārtĭă ăquă. [Ger. Ein Waſſer ſo man durch ein Gewelb in die Statt Rom neun Meil wegs geleitet.] Quæ & Auſeia, omnium toto orbe aquarũ clariſſima fuit,à nono lapide ſtructis fornicibus in urbẽ perducta: ita dicta ab Anco Martio Romanorũ

rege, qui eam primus in urbem ducere auſpicatus eſt. Vide ſuprà in dictione AVFFIA, & apud Plin. lib. 31. cap. 3.

Mārtĭon, Smyrnæus medicus, de quo ſic Plin. lib. 28. cap. 4: Martion Smyrnæus, qui de ſimplicibus affectibus ſcripſit, rumpit ſcolopendras marinas ſputo tradit: itē rubetas, aliasque ranas.

Mārtĭŭs, cognomen Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompilii nepos fuit, æquitate & religione avo ſimilis. [Ger. Der vierdte König der Römeren.] Latinos bello domuit, & Aventinum, Ianiculumq; mōtes urbi addidit: nova mœnia oppido circundedit: ſylvas ad uſum navium publicavit: ſalinarum vectigal inſtituit: carcerem primus ædificavit: Oſtiam Coloniam maritimis cōmeatibus opportunam in oſtio Tyberis deduxit. Autor Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Mārullŭs, Tribunus plebis cum Flavio, coronas Cæſaris Dictatoris ſtatuis detraxit, eosq; qui primi Cęſarem regem ſalutaverant, in vincula duci juſſit. Quamobrem Cæſar Marullum magiſtratu privavit. Autor Plutarchus in Cæſare. ¶ Marullus itē poëta mimographus ſub Antonino principe, apud Spartianum. ¶ Pomponius item Marullus, Grammaticus Romæ profitebatur, ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus, quū ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmante Atteio Capitone & eſſe illud Latinum: & ſi non eſſet, futurum certé. Iam inde mentitur (*inquit*) Capito: tu enim Cæſar civitatem dare potes hominibus, verba non potes. Pugilem olim fuiſſe Aſinius Gallus hoc in eum epigrammate oſtendit:

Quj caput ad lævam didicit, gloſſemata nobis
Præcipit: os nullum, vel potiùs pugilis.

Marus, (quod hîc pro nomine montis perperam legebatur) vide TMARVS.

Maſaris, *μάσαρις*, Bacchi cognomen apud Caras: de cujus origine ſic fabulantur: In comitatu Rheę, cui Iupiter Bacchum alendum commiſerat, mulierem fuiſſe, cui nomen erat Mâ: quam quum Iuno rogaſſet cujus is eſſet puer, *ἄρρην*: hoc eſt, Martis, illa reſpondit. Qua voce à vulgo excepta, Bacchus deinceps Maſaris dictus eſt quaſi *τῆς μᾶς ἄρρης*.

Māſanorada, *μασανωρά δα*, Vrbs Cariæ, à Maſanorado Cyndapſi filio: gentile Maſanoradeus, Steph.

Maſchane, *μασχάνη* Vrbs Scenitarum Arabum, *ἀπὸ τοῦ σκηνοῦν ἀρέσκειν*, Stephanus.

Maſcotus, *μάσκοτος*, Vrbs Libyæ, & alia prope Heſperides, Stephan.

Maſdorani, Aſiæ populi, juxta Parthiam, & Carmaniam deſertam incolentes. Horum meminit Ptolemæus lib. 6. cap. 17.

Maſdoranus, Mons Aſiæ, qui Parthiam ad Orientem ab Aſia dirimit, auror Ptolemæus lib. 6. cap. 5.

Maſes, *μάσης*, Vrbs Argivorum, Hom. *οἵ τ' ἔχον αἰγλῆεν μάσην τάφρόν τε λάϊνόν τε ἀχαιῶν*: dicitur etiā *μάσητος* in recto. Cives Maſerii, Steph.

Maſeris, *μασῆρις*, Palus quædam & vicus, & inſula, Steph.

Māsĭnīſſă, Numidarum rex fuit acerrimus primùm nominis Romani hoſtis, poſtea verò fideliſſimus ſocius. Hic ad extremam uſq; ſenectam mira valetudinis proſperitate, vegetoq; corporis robore uſus eſt, adeò ut nonageſimo ætatis anno filium genuerit, iterq; quanvis prolixum faciens, equum nunquam aſcenderit: nullo imbre, nulloq; frigore adduci potuiſſe, ut capite operto fuerit, teſte Cicer. in lib. de Senect. Ovid. 6. Faſt. Poſtera lux melior, ſuperat Maſiniſſa Syphacem. De hoc multa Plin. lib. 3. bell. Punici.

Maſius, *μάσιον* Stephano, Gordyæorum montium pars eſt, ſupra Niſibim, ubi Armenia dirimitur à Meſopotamia. Autor Strabo lib. 11.

Maſpĭī, *μάσπιοι*, Gens Perſica, apud Stephanum.

Maſpha, vide, in lib. Iud. 11. Ioſ. 13. 18. 1. Machab. 5.

Māſſă, Libyæ fluvius Ptolemæo.

Maſſaca, *μάσσακα* Stephano, Indorum oppidum eſt, apud Arrianum.

Maſſæſylĭă, *μασσαισυλία*, ſive, ut apud Stephanum & Strabonem legitur *μασσυλία* unico *σ*, Africæ regio, à Mauris Mulucha fluvio (quem Strabo Molochat appellat) dirempta. Vide Strabonē lib. 17, & Plin. lib. 5. cap. 2. ¶ Hujus regionis populi Maſſæſyli vocati fuerūt, quos Plinius teſtatur ſua ætate extinctos fuiſſe, regionemq; eorum à Getulis fuiſſe occupatam.

Māſſăgĕtæ, [*μασσαγέται*. Germ. Grauſame Scythiſche Völcker auſſerthalb dem Hircaniſchen Meer in Aſia gelegen.] Populi Scythici in Aſia ultra mare Caſpium: qui quum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cū lacte bibunt. Apud hos ſenio confecti, in fruſta cæduntur, admiſtisq; ovillis carnibus à ſuis eduntur: qui verò morbo intereunt, feris devorandi objiciuntur. Infeſtiſſimi ſunt hoſpitibus, neq; cum vicinis populis ullam ſervant amicitiam, aut fidem. Vxores habent cōmunes, cū quibus etiam in publico coire non verentur. Solē præcipuè venerantur, cui & equum immolant: cæteros deos habent neglectui. Vide Strab. li. 11, & Herod. lib. 5. Stat. in Achilleide: Lactea Maſſagetæ veluti qui pocula fuſcant Sanguine punicco, &c. ¶ Nominativus ſingularis eſt Maſſageta, vel Maſſagetes: Lucret. lib. 3: Longaq; Sarmatici ſolvens jejunia belli Maſſagetes, quo fugit equo.

Māſſĭă, *μασσία* Stephano, Oppidū Hiſpaniæ ulterioris, nō procul à Tarteſſo, circa quod lateres fiebant ex terra pumicoſa, qui ſiccati nō mergebantur in aqua. Vide Plin. lib. 35. cap. 14.

Maſſica, regio Bęticę Tarteſitis oppoſita: hanc Vitruvius Maxiam appellat.

Māſſĭcŭs, pen. cor Mons Campaniæ, optimi vini ferax. Silius lib. 7. Maſſicus uviferis addebat nomina glebis. ¶ Hinc Maſſicum vinum, inter Campana vina olim laudatiſſimum. Plin. li. 14. cap. 6: Certant Maſſica æquè ex monte Gaurano, Puteolos, Bajasq; ſpectantia. Horat. lib. 1. Carm. Eſt qui nec veteris pocula Maſſici, Nec partem ſolido demere de die Spernit. Docet Servius, Maſſicus in plurali facere Maſſica. Virg. lib. 7. Aen. vertunt fœlicia Baccho Maſſica.

Maſſĭlĭă. [*μασσαλία* Gall. Marſeille. Germ. Marſilien/ein Statt in der Provintz am Meer gelegen.] Vrbs in Narbonenſi provincia, à Medis Agyage imperante condita, circa ſecundā & quadrageſimam Olympiadem, annis antè quàm Virgo pareret, D C. XIII. poſt obitum David regis annis CCCCLXXXIIII. Diruta deinde, à Phocenſibus inſtaurata eſt, qui Cyri tyrannidē fugientes, deſtituta Græcia in hunc ſinum navigarunt. Olim Maſſiliæ ſtudia ingenuarum doctrinarū adeò floruerunt, ut Romani pro Attica peregrinatione Maſſilienſe peterēt gymnaſium ad diſciplinas capeſſendas. Plaut. in Caſin. Maſſilienſes mores, tanquam optimos, & probatiſſimos dixit. Vbi (*inquit*) tu es, qui colore mores Maſſilienſes poſtulas? Maſſilienſium mores & inſtituta ſummis laudibus extollit Cicero, cùm alibi ſæpè, tum præcipuè in Oratione pro L. Flacco: cujus hæc ſunt verba: Neque verò te Maſſilia prætereo, quæ L. Flaccum militem quęſtorem cognoviſti: cujus ego civitatis diſciplinā atq; gravitatē, nō ſolùm Græcię, ſed haud ſcio an cunctis gētibus anteponendam jure dicam. Quæ tam procul à Greçorū omnium regionibus, diſciplinis, linguisq; diviſa, quū in ultimis terris cincta Gallorū gentibus, Barbariæ fluctibus alluatur: ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omnes ejus inſtituta laudare faciliùs poſſint, quàm æmulari. Inclitam autem fuiſſe clariſſimo gymnaſio in Agricolæ vita Tacitus quoq; teſtatur, quum ſocerum ſcribit Agricolam ſtatim parvulum ſedem ac magiſtram ſtudiorū Maſſiliam habuiſſe, locum Græca comitate & provinciali parſimonia miſtum ac benè compoſitum. Lege Strab. lib. 4. De ejus veteribus inſtitutis multa Valer. lib. 2. De origine verò primis initiis non pauca Iuſtinus lib. 43. Hęc vini optimi ferax fuit: unde Mart. lib. 13: Tu me Maſſiliæ ponere vina putes. ¶ A Maſſilia fiunt Maſſilienſis, Maſſilianus, Maſſilioticus. *μασσαλιώτης*, *μασσαλεώτης*. Vnde Maſſilienſes viri, Maſſiliana vina, & Maſſilioticū oſtium Rhodani, quod Maſſiliæ proximum eſt. Plin. lib. 3. cap. 4: Libyca appellantur duo Rhodani ora modica: ex his alterum Hiſpaniæ ſe, alterum Metapinum: tertium, idemque ampliſſimum, Maſſilioticum.

Maſſўlī, pen. prod. *μάσυλοι* Stephano, populi Africæ, Cæſarienſi Mauritaniæ, & Maſſeſylis proximi. Hi neq; frænis, neq; ephippiis utuntur, ſola contenti virga, qua equos regunt.

Maſſўlus, a, um, adject. Virg. 4. Aen. Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos.

Māſſўlĭŭs, a, um, Lucan. lib. 4: Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo Ora levi flectit frænorum neſcia virga.

Māſſўlæŭs, a, um, Martial. libro 9: Et Maſſylæum virga gubernat equum.

Māſtaūră, *μάσαυρα*, Lydiæ civitas: ita dicta, quòd in ea Rheæ, Bacchi nutrici, (quæ Mâ Lydis appellatur) taurus ſoleat immolari. Vide ſuprà in dictione MA. Hujus incolæ dicti ſunt Maſtaurenſes, *μασαυρῆς*, & *μασαυρίται* Stephano, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Maſtiani, *μαστιανοὶ*, & alibi *μαστιηνοὶ*, populi juxta Herculis columnas, ab urbe Maſtia, Steph. Sixus, inquit alibi, urbs Marinorum corruptè, ut videtur.

Māſſūrĭŭs, *μασσούριος*, Eques Romanus fuit tempore Tiberii, Iureconſultus non incelebris, qui publicè de jure reſcripſit.

Mataurus, *μάταυρος*, Siciliæ oppidum, Locrorum opus: cujus incolæ dicuntur Mataurini, Steph.

Matrŏnă, pen. cor. [Vulgò Marne. Germ. Ein fluß Campanien in Franckreich.] Nomē eſt fluvii Campaniam Galliarū alluētis: de quo ſic Auſonius in Moſ. Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps, Matrona non Gallos, Belgasq; interſita fines.

Matiania, *ματιανή*, pars Mediæ Steph. ex Strab. lib. 22. Hyope, inquit alibi, urbs eſt *ματιανῶν*.

Mătīnŭs, penultima prod. Mons eſt Calabriæ, autore Porphyrione, apibus abundans. Lucan. lib. 9: & calidi lucent buxeta Matini.

Mătīnŭs, a, um, adjectivum: ut Apis Matina. Horat. 4. Carm. Ode 2: Ego apis Matinæ more, modoq; Grata carpētis thyma

per la

per laborem Plurimum circa nemus, uvidique Tyburis ripas operosa parvus carmina fingo. ¶ Cacumina Matina, Idem Epod. 16: quando Padus Matina laverit cacumina.

Matíum, Cretæ insulæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Matoas, *ματόας*, olim vocabatur Danubius, ut suprà dictū est.

Matthæus, *ματθαῖος*, Nomen viri proprium.

Matrínus, *ματρῖνος*, Fluvii nomen in Piceno, non procul ab Adria urbe: de quo Strabo lib. 5, & Ptolemæus in descriptione Italiæ.

Mattíacum, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilitatum, de quibus sic scribit Plin. lib. 31. cap. 2: Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum haustus triduo fervet. Circa margines verò pumicem faciunt aquæ: fortassis ea est urbs quam Germani sua lingua vocant Baden, quæ est in ditione Marchionis Badensis: ubi hoc etiā tempore Thermæ sunt magnificentissimæ & celeberrimæ. ¶ Hinc Mattiacas pilas quidam dictas existimant sphærulas ex odorato sapone constantes, quòd fortassis præstantissimæ apud Mattiacum conficerentur. Martialis in Distichis: Si mutare paras longævos cana capillos, Accipe Mattiacas (quò tibi calva) pilas. Idē paulò antè Causticam spumam pro eodem posuisse videtur, quum ait: Caustica Teutonicos accendit spuma capillos, Captivis poteris cultior esse comis.

Matycethæ, *ματυκήθαι*, Populi Scythiæ Europææ, apud Stephanum.

Mavors, qui & Mars, quòd magna vertat, ut ait Cic. lib. 1. de Nat. deor. *ἄρης*: Vnde Mavortius, tia, tium. Vide MARS.

Mauritānĭa, [*μαυρετανία*. Ger. Ein Landtschafft in Africa gegen Hispanien vber/stosset an das Groß Meer gegen Nidergang.] Africæ regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antæus gigas regnasse dicitur ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à civitate Tingi. Dictaq; est Mauritania, *ἀπὸ τῶ μαυρῶ*, quòd inter cętera significat obscurum, vel nigrum, quòd nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.

Māurī, *μαῦροι*, *ἢ μαυρέσιοι*, Populi sunt, qui Mauritaniam Africę regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliārū gentium multitudine, in hæc loca perveniss̄e multi crediderūt, ut Strabo libro ultimo scribit. Sallustius certè in Iugurtha, Mauros & Numidas, reliquosq; qui maritimam Africam cultiorē reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem contra Iugurtham gestis, innotuerunt. Vide Strab. lib. ult.

Maurūs, nomen gentile est, ut Gallus qui è Gallia originem habet: Mauritanus verò, ut Gallicus. ¶ Dicimus enim virū Maurum, & bellum Mauritanum.

Maurī cē, à Mauro, ut Gallus Gallicè dicit, teste Gell. li. 2. ca 25.

Maurūsĭus, a, um, *μαυρήσιος*, à nomine Maurus. Silius lib. 16: Et multa thorax perfossus cuspide, & hærens Loricæ interdum Maurusia pendet, arundo. Sic Tellus Maurusia apud Claudianum 3. Paneg.

Maurūsĭăcus, a, um, Martial. libro 12: Et Maurusiaci pondera rata citri.

Mausōlus, pen. prod. [*μαυσώλος*. Germ. Ein König in *Caria*.] Cariæ regis nomen, quem Theopompus scripsit, referente Suida, nulla à re pecuniæ cupiditate abstinuisse. Hunc tam ingenti amore prosecuta est uxor Artemisia; ut ejus fato perfuncti cineres vino permistos tradatur ebibisse. Ad hæc sepulcrum eidem sumptuosissimum extruxit, ut in sequenti dictione dicemus.

Mausōlēum, pen. prod. [*μαυσώλειον*. Germ. Ein treffentlich köstlich Grab des Königs *Mausoli in Caria*, so jhm sein geliebter Gemahel *Artemisia* hat bauwen lassen.] Mausoli regis Cariæ sepulcrum, ab Artemisia uxore extructum tanta operis magnificentia, ut inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Martialis de Amphitheatro Domitiani: Aëre nec vacuo pendentia Mausolea laudibus immodicis Cares in astra ferant. ¶ Ab operis hujus similitudine sepulcra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata. Hinc & Sueton. sepulcrum Cæsarum, Mausoleum appellavit. De Mausoleo vide plura apud Plin. libro 36. cap. 5, & apud Herodotum lib. 7.

Mausōlī, *μαυσώλοι*, Dicti sunt Cares Asię populi, à Mausolo rege, Artemisiæ viro, Stephanus.

Mausŏs, *μαυσός*, Agri Corinthii vicus est Stephano.

Māxĭēs, *μάξιες*, Africæ populi, à Trojanis (ut ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram radunt, & corpus minio tingunt. Autor Herodotus lib. 4.

Māximīnus, *μαξιμῖνος*, Natione Thrax, Romanorum imperator, suffectus est in locum Alexandri Severi, à militibus interfecti: qui & ipse ab exercitu suo cæsus est, quum Aquileiam nequicquam obsideret. Vide Herodianum lib. 8.

Māzænă, *μάζαινα*, Palæstinæ oppidum: cujus incolę dicuntur Mazæneni, *μαζαηνοί*.

Mazaca, *μάζακα* Stephano, Civitas Cappadociæ sub monte Argeo, quā Tiberius Archelao pulsō, & Cappadocia in provinciæ formam redacta, nominavit Cæsaream. Hinc Mazacenius, & Mazaces, Mazacis in genitivo, *μαζακηνὸς*, *μάζακος*. Suet. in Nero. Turba Mazacum.

Māzæum, *μάζαιον*, Bithyniæ oppidum, teste Stephano, in dictione *ἀμαξίτιον*.

Mazaī, *μάζαιοι*, Pannoniæ populi sunt, apud Strabon. lib. 7.

Mazares, *μάζαρης*, Ex Medorum Satrapis fuit, qui Prienenses in Cyri ditionem redegit. Vide Herodotum lib. 1.

Mazyes, *μάζυες*, Libyæ populi inter Nomades, diversi ab iis, quos ab Herodoto Maxias vocari suprà ostendimus.

Mazeras, Fluvius in ora maris Hyrcani. Plin. lib. 6. cap. 16.

M ante E.

Mĕărŭs, *μέαρος* Ptolemæo, Fluvius Hispaniç in ora Asturum. Pompon. Mela lib. 3. Vulgò *Mearon*.

Mēcēstŭs, *μήκης*, Troadis fluvius, in Rhyndacum influens: cujus meminit Strabo lib. 12.

Mécha, civitas hodie sic dicta in Arabia Felice, quam Sarraceni incolunt: Mahumeticæ superstitionis caput. [Germ. Die Hauptstatt der Sarracener in Arabierlandt.]

Mecistum, *μηκιστον*, Triphyliæ oppidum est Stephano. Est autem Triphylia Peloponnesi regio littoralis, quæ & Messenia dicitur.

Mēcistēus, *μηκιστεύς*, Fuit ex sociis Ajacis Telamonii, ut scribit Homer. lib. Iliad. 13.

Mēcœnās, cum œ diphthongo. [*μηκοίνας*. Ger. Ein fürnemer Herr beym Keiser *Augusto*, ein liebhaber vnd beförderer guter Künste.] Proprium nomen equitis Romani viri clarissimi, & apud Augustum potentissimi: cui, velut unico studiorū patrono, Virg. Georgica sua, & Horatius libros Carminum inscripsit. Delicatum hunc fuisse, nō solùm cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: quare eum Augustus Malacinum vocabat & exagitabat frequenter ut cacozelum, teste Tranquillo. Horat. 1. Carm. Mecœnas atavis edite regibus. Fuit vir hic in provehendis cùm omnium disciplinarū, tùm præsertim poēticæ cultoribus adeò benignus, ut ab eo etiam hodie studiorum patroni, qui in sublevanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, Mecœnates appellentur.

Mecœnātĭānus, ădjectivum à Mecœnas. Suetonius in Nerone: E turri mecœnatica prospectans.

Mecon, onis, *μήκων* Stephano, Vrbs est Peloponnesi, non procul à Corintho, quæ postea Sicyon appellata est, teste Strabone, lib. 8.

Mĕcybernă, *μεκύβερνα*, Oppidū Maritimū in Orientali tractu Macedoniç, nō procul à Pallene: a quo & vicinus sinus Mecybernæus dicitur. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 10.

Medabă. *μηδαβὰ* Stephano. Nabathæorum oppidum.

Mĕddix, Vide in APPELL.

Mēdēă. [*μήδεια*. Ger. Ein Frauw *Iasonis* vnd ein grosse Zauberin.] Insignis incantatrix fuit, Aeetæ Colchorum regis filia: quæ quum Iasonem perditè deamaret, facilem illi ad aureum vellus aditū præbuit, sopito pervigili dracone, qui noctes, dies q; illud asservabat. Quo facto, patris iram metuens, Iasonem in Græciam sequuta est, patremq; insequentē discerptis Absyrti fratris membris, & per viam dispersis, retardavit. Repudiata deinde ab Iasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucamq; Creontis filiam, cum qua Iason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, vivam cremavit, ipsumq; etiam Iasonem impatientia doloris manus sibi inferre coēgit.

Mēdēōn, onis, *μεδεὼν*, Duorum vicorum nomē est apud Strabon. lib. 9, quorum alterā in Phocide collocat ad sinum Crissæum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.

Medesicastes, filia Priami notha, ut scribit Homerus.

Medĭă. [*מדי madhai*. *μηδία*. Germ. Ein weite Landtschafft in Asia/stost auff das Hircanisch Meer: gegen Nidergang an Armenien vnnd Assyrien: gegen Auffgang an Persiden/ &c.] Regio Asiæ: à Septentrione Hyrcano mari: ab Occasu majori Armenia & Assyria discreta: à Meridie Persiden: ab Ortu Hyrcaniā habens & Parthiā, quæ Cossæorū moribus ab ea excluditur. Strab. lib. 11: Mediam in duas divisit partes: quarum alteram Majorem vocat, cujus caput Ecbatana facit: alteram Minorem, quæ & Atropatia dicta est, ab Atropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præstitit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida, & ferè tota sterilis, excepta regione, quæ sub Caspiis portis in humili & concavo jacet solo, quæ opulenta est, rerumq; omnium necessariarum ferax, præterquā olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton vocat, in quo equorum quinquaginta millia pasci dicuntur. Regium id armentum est. Mediam Solinus dictam putat à Mego, Aegæi & Medeę filio. Hinc Medicus, a, um, prima syllaba longa, *μηδικὸς*: ut, Malum medicum, quod & Citreum appellant.

Medĭna Cœli, Vide MEDIOLVM.

Mĕdĭōlānum, [*μεδιόλανον*. Vulgò *Milano*. Germ. Meilandt.]

Vrbs est Cisalpinæ Galliæ metropolis populi multitudine refertissima, agrique bonitate fœliciſſima, annis CCCLIX, ante Christi adventum à Gallis Insubribus cõdita, & à nomine relicti ab eis Mediolani (ut putat Volaterranus) ita appellata. Quanquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à sue dimidia parte lanata Mediolanum appellatum putent. In hac etiam sententia videtur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen apparet Volaterrani opinio, præsertim quum ipse etiam Ptolemæus Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunensi recenseat inter Ligerim & Sequanam fluvios. De origine hujus urbis ita scribit Liv. lib. 5. Decad. 1: Galli per Taurinos, saltusq; Iuliæ Alpis trãscenderũt: fusisq; acie Tuscis haud procul Ticino fluvio, quum, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognomen Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidêre Vrbem, quam Mediolanum appellarunt. Ex hac urbe Statius Cęcilius pŏëta comicus originem traxit. ¶ Est prætereà Mediolanum, sive Mediolanium, teste Ptolem. Britanniæ oppidum. ¶ Item aliud inferioris Germanię oppidũ in Colonienſi diœcesi quod hodie *Monasterium* vocant. ¶ Strabo lib. 4. aliud hujus nominis oppidum collocat inter Xantones Galliæ Aquitanicę populos, quod hodie idẽ esse credimus quod vulgò *Saintes* vocant. Vrbs est (*inquit*) Xantonum Mediolanum, ad Oceanum vergens, inter Aquitanos maximè arenosa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis. Hujus etiam Mediolani, & alterius in Gallia Cisalpina meminit Stephanus. *Μεδιόλανον πόλις ἀκυιτανίας, καὶ οἱ οἰκοῦντες Μεδιολανίοι, ἡ πόλις ἄλλη τῆς ἰταλίας λαμπροτάτη.*

Mĕdĭŏlum, *μεδίολον*, Oppidum est Celtiberorũ in tractu Tarraconensi Hispanię, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. putatur ea esse quæ hodie *Medina cœli* appellatur.

Mĕdĭŏmātrĭcēs, [*μεδιομάτριϰες*. Ger. Die Metzer oder Wetterreicher.] Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Metenses scilicet, & his vicini Lotharingiæ populi. Plin. & Strabo Mediomatricos vocant. Vulgò *Metzen Lorraine.*

Mĕdĭŏn, *μέδιον*, Oppidum in finibus Aetoliæ, apud Polybium libro 28.

Meditrina, pen. prod. Medicamentorum dea, Festo.

Mĕdĭtrĭnālĭă, orum, Sacra deæ Meditrinę. Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere ominis gratia: Vetus novum vinũ bibo: veteri novo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deę nomẽ cœptum: ejusq; sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de Ling. Lat. libro 5. Meditrinalia, dies dictus est à Medendo: quod, ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum novum & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant: Novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor.

Mĕdmă *μέδμη*, Steph. Oppidũ in agri Brutii littore, unà cum portu. Plin. lib. 3. cap. 5.

Mĕdmāssă, *μέδμασσα* Stephano, Oppidum Carię, cujus meminit Plin lib. 5. cap. 29.

Mĕdōn, *μέδων*, Nothus fuit Oilei, ex matre Rhyna, teste Homero lib. 2 Iliad.

Mĕdŏăcŭs, sive Meduacus, *μεδόαϰος*, Venetorum fluvius Patavium alluens, qui nunc vulgò *Brenta* dicitur. Nam ostia Padi Plinius describens, ait: Pars eorum & proximum portum facit Brundulum, sicut Edronẽ Meduaci duo, & fossa Clodia. Strabo scribit Medoacum vocari & portum, & fluvium. Idem supra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plin. lib. 3. cap. 16.

Mĕdŭllĭă, *μεδούλλια* Stephano, Latii oppidũ, Albanorũ opus, cujus meminit Plin. lib. 3. cap 5.

Mĕdŭllīnă, *μεδυλλίνα* Plutarcho, Puellæ cujusdã Romanę nomen, quæ à patre in tenebris vitium passa, quum ex detracto ei annulo stupri autorẽ agnovisset, capillis eum ad aram pertraxit, patremq; primùm, deinde etiam seipsam ad expiandũ flagitium interfecit. Vide Plutarchum in Parallelis.

Mĕdūsă, pen prod. [*μέδουσα*. Ger. Ein Tochter Phorci, welcher Minerva ihr schön haar in Schlangen verwandlet hat.] Fuit filia Phorci ex Ceto marina belua: quæ unà cum duabus fororibus Euryale & Stenione, Gorgadas insulas in Oceano Aethiopico tenuisse feruntur. Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc quũ esset insigni forma, etiam habuit inter alia decoris insignia crines proximè ad auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neptunus, in Minervæ templo cum ea concubuit: ex quo concubitu natus est Pegasus equus. Quam injuriam Minerva gravi & iniquo animo ferens, Medusæ crines, quibus maximè amatori suo placuerat, in angues mutavit, qui ea vi essent ut omnes eam aspicientes in lapides verterentur. Quamobrem quum nemo tam immane monstrum intueri posset, Perseus Iovis & Danaës filius, Mercurii talaribus, & falcato ense accepto, Palladis item scuto, ut ære repercussam effigiem ejus videre impunè posset, ex improviso, quum ipsa anguesque sopiti essent, adortus, uno sed eo validissimo ictu peremit, & in patriam rediens quũ ejusdem caput secum deferret, contigit ut guttæ sanguinis decidentes per solitudines Africæ mutarentur in serpentes. Vide Lucan. lib 9: Squallebant latè Phorcinidos arva Medusæ. ¶ Inde Medusæus, a, um, vide in dictione PEGASVS.

Medyllia, *μεδυλλία*, urbs ab Albanis condita, Romanorum colonia. Gentile Medyllinus, Steph.

Mega: id est, magnum, Promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus.

Mĕgăbўzī, [*μεγάβυζοι*. Ger. Die hodenlosen Pfaffen der grossen Göttin *Diana* zu *Epheso*.] sive Megalobyzi, Dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos evnuchos esse oportebat. Vnde & pro imbellibus ac mollibus poni consueverunt, quales sunt spadones. Quintilian. lib. 5. cap. 12: An verò statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, quum corpora quàm speciosissimè pingendo, fingendóve effingere cuperent, nunquam tamen in hunc ceciderunt errorem, ut Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum vel militiæ, vel palæstræ: aliorum quoque juvenum bellicosorum & athletarum corpora decorare existimarunt, *&c.*

Mĕgæră, cum diphthongo in penultima. [*μέγαιρα*. Germ. Eine auß den vnsinnigen heßischen Weyberen.] Vna è furiis. Nam *μεγαίρω* Odi, sive invideo Latinè denotat. Claud. Innectiva prima in Rufinum: Improba mox surgit tristi de sede Megæra.

Megalesia, Vide in APPELL.

Mĕgălŏpŏlĭs, *μεγάλη πόλις*, Arcadiæ urbs, post Leuctricum bellum condita: quæ dimidia sui parte Orestia vocabatur, ab Orestis adventu. Ex hoc oppido ortum traxerunt Cercidas, præstantissimus legislator, Aegesias Peripateticus Theophrasti discipulus, Aceſodorus, qui de urbibus scribit, & Polybius Historicus. ¶ Megalopolis item Asiæ oppidum fuit, postea Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluvios situm, quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icaria corruptè legitur pro Caria. Tertia ejusdem nominis civitas in Iberia collocatur ab eodẽ Stephano. ¶ Alia item urbs Megalopolis Germaniæ est. [Ger. Mechelburg.]

Mĕgălŏpŏlĭtæ, *μεγαλοπολίτης*, Megalopolis incolæ, Stephan.

Mĕgără, penult. corr. [*μέγαρα*. German. Ein Statt in *Achaia*.] Vrbs est Achaiæ in confinio Atticæ, & Peloponnesi, patria Euclidis Geometræ. ita dicta à Megario Apollinis filio. ¶ Vrbs hujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7, & Servius Sulpitius ad Cicer. libro 4. Epist. pro eodem dicitur Megara, orum, plurali numero. Plin lib. 16 cap. 39: Megaris diu stetit oleaster in foro. Cõlum. lib. 10: Iam Megaris veniant genitalia femina bulbi. ¶ Est item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundantis, qui urbem habet ejusdem nominis in radice sitam. ¶ Fuit prætereà hoc nomine filia Creontis, & uxor Herculis.

Mĕgărŭs, a, um, adjectivum. Virgil. 3. Aeneid. Pantagiam Megarosq; sinus.

Mĕgărĕus, dictio trisyllaba, *μεγαρεύς*, Nomen fuit patris Hippomenis & nepotis Neptuni, ex Onchesto Bœotiæ oppido oriundi. Ovid. 10 Metam. Nanque mihi genitor Megareus Onchestius: illi Est Neptunus avus: pronepos ego regis aquarum. ¶ Fuit prætereà eodem nomine Apollinis filius, qui Megaris à se conditis nomen fecit.

Mĕgărĭs, idis, penultima correpta, *μεγαρίς*, Regio est Achaiæ, in confinio Atticæ & Peloponnesi: ita dicta à Megaris, præcipua ejus tractus urbe. Plinius lib. 4. cap. 7: Attingit Isthmum parte sui, quæ Megaris appellatur à colonia Megara. Ex hac regione præstantissimi mittebantur bulbi, qui ab ea dicti sunt Megarici. Plin. lib. 19 cap. 5: Proxima his est bulborum natura, quos Cato in primis serendos præcipit, celebrans Megaricos. ¶ Est prætereà Megaris, insulæ nomen inter Neapolim & Pausilypum sitæ, teste Plin. lib. 3. cap. 6. ¶ Megaris item Nisæa vocabatur, à Niso Pandionis filio. Item Nisæa navale Megaridis, Steph.

Megasa, *μέγασα*, urbs Libyę in qua *σπηλαῖοι* & *ἀροτῆρες*, Steph.

Mĕgēs, *μέγης* Vnus ex Græcorum principibus, qui ad Trojam profecti sunt: de quo Homerus in Catalogo navium.

Megistanes, Vide in APPELL.

Megiste, *μεγίστη*, Vrbs & insula Lyciæ, à magistro quodam, Stephan.

Meionis, *μειονὶς*, Cyprus olim dicebatur Steph.

Mĕlænă, [*μέλαινα*. Germ. Die Insel Corfu.] Insula est in ostio maris Adriatici, quæ alio nomine Corcyra dicitur, ut docet Plin. lib 3. cap. 26, Statius lib. 12. Theb. Icarii, Celeiq; domus, viridisq; Melæna.

Mĕlænæ, *μέλαιναι*, Oppidum in Arcadia, à Melęneo Lycaonis filio conditum inter Heræam, & Megalopolim. Plinius Melanæam vocat lib 4, cap. 6 Stephanus Melænas.

Melampea, *μελάμπεια*, urbs Lydię à Melampo quodam. Gentile Melampeus, Stephanus.

Mĕlām-

Mĕlāmphўllŭs, μελάμφυλλος, Insula est Ioniæ adjacens, ante Ephesum, quæ notiori nomine *Samus* appellatur. De hac Plin.lib.5.cap.31,& Strabo lib.14.

Mĕlāmpŭs, μελάμπους, Amythaonis Argivi, & Dioripes filius, teste Homero Odyss. lib.15. Nomen autem accepisse fertur, eò quòd mater infantem exposuerat toto corpore tectum præterquam pedibus qui à sole atro colore attracto, nomini causam dederunt. Augurio claruit, Byantem item juvit in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo restituit, accepta ejusdem filia, Pero nomine, in uxorem. Filias quoq; Prœti furiis agitatas sanitati mentis restituit, quarum unam Iphianassam nomine in conjugem accepit, ut superiùs traditum est. Virg. lib.3.Georg. Phyllirides Chiron, Amythaoniusq; Melampus, &c. ¶ Est quoq; Canis nomen apud Ovid.lib.3.Metam. A pedum nigredine impositum.

Mĕlānchætēs, μελαγχαίτης, Canis nomen apud Ovid.libro 3.Metamorphos. ἀπὸ τῆς μελαίνης χαίτης: hoc est, à pili nigredine impositum.

Mĕlānclænī, μελαγχλαινοι, Scythiæ populi, à nigris vestibus quas ferunt, ita nominati, Stephano.

Mĕlānchrænă, μελάγχραινα, Sibylla Cumana à quibusdam dicta est, Aristot. in Mirabilibus.

Mĕlāndĭă, μελανδία, Regio Sicyoniæ: gentile Melandius, Stephanus.

Melanea, μέλανεα Stephano, Oppidum est in Arcadia. Plinius lib.4.cap.6.

Mĕlānēs, vel Nigri, Montes juxta deserta Arabiæ. Ptol.lib.6. cap.17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ. Sur desertum Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

Mĕlānēus, per tres syllabas, & pen.corr. μελανεύς, numeratur inter canes Actæonis, apud Ovid.3.Metam. Harpalos, & Melaneus, hirsutosque corpore Lachne. ¶ Est & Centauri nomen apud eundem 12.Metam.

Mĕlānippĭŏn, μελανίππιον, Pamphyliæ fluvius, apud Hecatæum in descriptione Asiæ.

Mĕlanthĭă, μελανθία, Filia fuit Deucalionis ex Pyrrha, & soror Hellenis.

Mĕlānthĭŭs, [μελάνθιος. Germ. Ein Geißhirt Vlyssis, welchen er vmbbracht hat/als er auß dem Trojanischen Krieg wider heim kommen ist.] Pastor caprarum Vlyssis, qui, quòd & rem domini absentis unà cum procis absumpsisset, & heræ, filioque herili semper se molestum præbuisset, post reditum Vlyssis, à Telemacho trucidatus est: Homerus Odyss. lib. 22. Fuit item hoc nomine quidam Athenien sis, cujus celebratur illud in Gorgiam æmulum suum dictum: Hic nobis cõcordiam suadet, qui tres in una domo concordes efficere non potuit. ¶ Præter hos & pictor nobilis fuit hoc nomine Pamphili Macedonis discipulus: de quo Plin.lib.25 cap.10.

Mĕlāntho, μελανθώ, Filia fuit Protei senis, cui consuetudo erat positis vestibus dorso delphinum insidere, atq; sic per maria vagari. Qua re cognita, Neptunus se in delphinum transformavit, illamq; blandiendo illexit, ut dorso suo insideret, transvectæq; in adversum littus stuprum obtulit. Ex quo concubitu Amycum natum fuisse quidam prodiderunt: quem tamen Servius Melites filium facit.

Melanyon, μελανίων, dictus est Hippomenes, eò quòd pomis certamen confecerit. Quãvis corruptè apud Propertium Mimalyon pro Melanyon legatur, cùm inquit:

Mimalyon nullos fugiendo Tulle labores,
Sævitiam duræ contudit Iasidos, &c.

Malim penultimam per jota.

Mĕlas, μέλας, Multorum fluviorum nomen est. Nam unum esse in Mygdonia ostendit Ovid. lib. Metamorph.2: Mygdoniusque Melas. ¶ Rursum alium navigabilem esse, qui Ciliciam à Pamphylia dividat, scribit Plinius libro 5.cap.27. ¶ Alium item in Thracia collocat idem Plinius libro 4.cap.11. ¶ Item alium in Bœotia, qui à Parnasso profluens, Minervæ sacer dicitur a Poëtis: quia ripæ ejus olivis sint refertę Stat lib 7 Thebaid. Palladiusque Melas Hecateia gurgite nutrit Flumina Is unus omnium Græciæ fluviorum ab ipso fonte navigabilis est, atque circa solstitium æstivum, ut Nilus, stata accipiens incrementa: nec longus excurrit, sed in lacus & cuniculos delapsus, modica sui parte Cephiso infunditur. Hujus fluminis aquas oves nigras efficere scribit Plin.lib.2 cap 103. Ejus etiã meminit Herod.l.b.7. Postremò alium esse in Sicilia, autor Ovid. Fast. lib. 4, cum de fluminibus & de locis Siciliæ, quæ peragraverat Ceres, loquens ait: Sacratumq; Melan, pascua læta boum.

Mĕlĕāgĕr, & Meleagrus, pen.prod μελέαγρος. Suidę, fuit Oenei Calydoniæ regis filius, ex Althæa conjuge, quo recenter nato, visa sibi est mater, tres Parcas igni assidentes videre, manuque stipitem tenentes, æqualem puero cum stipite vitam assignare. Recedentibus itaque Parcis, Althæa extinctum stipitem diligentissimè asservavit. Adulto deinde Meleagro, quũ

spreta ab Oeneo Diana, immensæ magnitudinis [illegible] misisset, qui omnem regionem latè vastabat, Meleager [illegible] cta robustissimorum juvenum manu, aprum interfecit, [illegible] putque ejus Athalantæ lassi Argivorum regis filiæ, quæ prima aprum vulneraverat, velut partem spolii dedit. Quod quũ avunculi sui vi puellæ auferre conarentur, utrunque occidit. Nuntiata itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem versa, fatalem illum stipitem in ignem conjecit, quo exusto, Meleager etiam exustis intùs intestinis omnibus consumptus est. ¶ Nominis hujus nominativus tripliciter effertur, Meleager, Meleagrus, & Græcò more Meleagros. Ovidius 6.Metam. Nec tamen illa sui successu lætior ictus, Quàm Meleager erat. Ibidem: Inscius atque absens flamma Meleagrus eadem Vritur. Et paulo antè: -donec Meleagros, & unà Lecta manus juvenum caluêre cupidine laudis.

Mĕlĕagrēă, μελεαγρέα, Calydon urbs dicitur: quoniam Meleager in ea imperavit.

Meleneis, Vicus in Antiochide tribu, Callimachus Melænas vocat. Tribulis Melæneus, Steph. vide MEL AENAE.

Mĕlĕs, etis, penult. genitivi producit μέλης, Fluvius est Ioniæ, Smyrnam alluens, ad cujus ripas natus fertur Homerus. Meminerunt fluvii hujus Plinius libro 5. capite 29, & Strabo libro 12.

Mĕlēsĭgĕnēs, penult. corr. [μελησιγένης. German. Der Hochgeacht Poët Homerus.] Nomen proprium Poëtarum principis, qui postea à cæcitate dictus est Homerus. Melesigenes autem appellatus est (ut refert in vita ejus Herodotus) à Melete fluvio Smyrnam alluente, ad cujus ripas natus creditur.

Meleti sinus, μελήτου κόλπος, à Meleto fluvio dictus, anteà Smyrneus, Stephanus.

Meletius, Præsul fuit in Aegypto Vrtianæ sectæ, ut scriptum est in historia Tripartita.

Mĕlĭbœă, μελίβοια Stephano, Vrbs est Magnesiæ, quę est Græciæ regio, annexa Thessaliæ, teste Plin.lib.4.cap.9. Patria Philoctetæ Pœantis filii: à quo Melibœus, a,um, μελιβοεύς. Item Melibœus μελίβοιος, nomen pastoris ab eo impositum, quòd boum curam habeat.

Mĕlĭcērtă, sive Melicertes, μελικέρτης, Inûs & Athamantis Thebarum regis filius, cum quo mater, quum virum videret furere, in mare se præcipitavit, ámboque deorum miseratione in numina marina sunt commutati: Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam matrem vocant: Melicerta verò in Palæmonem, quem Latini Portunum appellant. Vide MATVTA.

Melĭgine, μελιγινὴ, Insula est maris Adriatici, ante Dalmatiam sita, Ptolem.lib.2.cap.ult.

Melĭgunis, μελιγγνὶς, Insula est Siciliæ adjacens, una ex Aeoliis, quæ notiore nomine *Lipara* dicitur. Plin.lib.3.cap.9.

Mĕlĭnŏphăgī, μελινοφάγοι, Thracię populi, ita dicti, quòd panico vescantur, Stephanus.

Mĕlīssă, μέλισσα, Oppidum Libyæ, cujus incolæ dicuntur Melissæi, Stephanus.

Mĕlīssă, μέλισσα, Melissi Cretensium regis filia, quæ unà cum sorore Amalthea, Iovem caprino aluit lacte. ¶ Fuit item hujus nominis Nympha, quæ mellificium primò invenit: unde data est occasio fabulæ, Melissam in apem fuisse conversam. Colum. lib 9. cap.2: Nec sanè rustico dignũ est scisciatari, fuerítne mulier pulcherrima specie, quam Iupiter in apem convertit. ¶ Melissa præterea quædam fuit, Periandri Corinthiorum tyranni uxor, quam ille, concubinarum delationibus temerè credens, quum gravida esset, pedibus conculcans interemit. Vide Laërtium in vita Periandri.

Mĕlīssŭs μέλισσος, Cretensium rex fuit antiquissimus, qui primus diis sacrificavit: cuius filiæ Melissa, & Amalthea fuerunt, quæ Iovem infantem melle & lacte caprino aluerunt. ¶ Fuit item Melissus, Grammaticus munere datus Mœcenati, & manumissus ab eo. Autor Tranquillus. ¶ Melissus præterea Samius, Parmenidis auditor, philosophus civibus suis charus, quibus præcepta plura dedit, Rempublicam administravit, classiq; in bello præfuit, ut refert Apollodorus.

Mĕlĭtă, vel Melite, es. [μελίτη. Vulgò *Malta*. Germ. Die Insel Malta nicht fern von Sicilien gelegen.] Insula est non procul à Pachyno Siciliæ promontorio. Ovid. 3.Fastor. Fertilis est Melite. ¶ Est etiam Melite, sive Melita, urbis nomen in hac ipsa insula, à Carthaginiensibus (ut refert Diodorus) conditæ, textrinis pretiosissimarum vestium in primis nobilis. Cic.6.Verr. Insula est Melita, judices, satis lato ab Sicilia freto, periculosoque disjuncta: in qua est eodem nomine oppidum, quò iste nunquam accessit: quod tamen isti textrinum per triennium ad multebrem vestem conficiendam fuit.

Mĕlĭtæŭs, a,um, & Melitensis, μελιτεῖος. Stephano: ut Melitæi catuli, μελιτεῖα κυνίδια, quę ad fœminarum delicias ex Melita advehebantur. Plin.lib.3.cap.ult. Melita: unde Melitæos canes appellari autor est Callimachus.

Mĕlĭtēnē, es, μελιτηνὴ, Cappadociæ regio, prætenta Armeniæ majori, non procul ab Euphrate. Plin. lib 6. cap. 3.

Mĕlittæă, μελιτηΐα, Theſſaliæ oppidum, Stephano: civis Melittæus, Theopompus & Philon μελίθαιον vocant: vide MELITTAEVS.

Melituſa, μελίτουσα Stephano, Illyrici oppidum: cujus incolæ Melituſæi & Melituſii appellantur.

Mĕlĭtŭs, μελιτὸς, Nomen alterius ex accuſatoribus Socratis.

Melizandrus, μελίζανδρος, Poëta Mileſius, Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit, ut eſt autor Aelianus de varia hiſt.

Mēllārĭă, æ, Oppidum Hiſpaniæ in tractu Bætico, Pomponii Melæ patria, ut ipſe teſtatur Geographiæ ſuæ lib. 2.

Melō, nomen fluvii, qui & Nilus, & Geon appellatus eſt. Auſonius in Aenigmate: Melonis albam paginam.

Mēlōbŏsĭs, μηλοβοσις, Nympha eſt, Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia: ſic dicta ab ovibus paſcendis.

Melocabus, Germaniæ urbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11. Vulgò Ehoburg.

Mēlōēſſă, μηλόεσσα, Inſula eſt ex Syrenuſis una, è regione Lacinii extremi Italiæ promontorii, non tàm à pomorum quàm à pecoris abundantia dicta. Vide Plin. lib. 3. cap. 10.

Mēlŏs, gen. fœm. μῆλος. [German. Ein Inſel nahe bey Candia gelegen.] Inſula eſt Cretæ adjacens, una Sporadum: & urbs in eadem inſula. Strabo: Melos inſula inter Cretam, Peloponneſumque intervallo æquali ſita, à Peloponneſo promontoriũ Scyllæum, à Creta Dictynnæum habens. Inter Cycladas numeratur à Pomponio, lib. 2. cap. 1: Hanc priùs (inquit Stephanus) Phœnices habitaverunt: unde & Byblos vocata eſt à Byblis Phœnicibus, item Zephyria. Hinc Diagoras Melius, & Socrates, & Ariſtophanes. In Theſſalia verò populi quidam μηλιεῖς dicuntur. Eſt & vicus Acarnaniæ, à quo Melius, vel Malicus, Doricé. A' Melius etiam formatur Melicus, Meliacus, & regio Melis, Steph. Vide MALLEA. De urbe Theſſaliæ, & de Byblide inſula quoq; ſuprà diximus.

Mēlŏs, & Melaria, μῆλος ἡ μηλάρεια, Duo oppida in finibus Hiſpaniæ: à malis ſic dicta. Fertur enim Hercules aurea mala illuc ex Libya attuliſſe. Steph. in Belo. vide MELOESSA.

Melŭs μῆλος, Filius Mantûs, à quo Melois Lesbi locus, Steph.

Mēlpŏmĕnē, pen. cor. [μελπομένη. German. Eine auß den neun Muſis.] Vna ex Muſis, tragœdiarum inventrix à modulãdo nomen trahens. Virg. de Muſarum inventis: Melpomene Tragico proclamat mœſta beatu. Vide MVSA.

Memaſiarus, μεμασιάρος, Vnus ex Cadmi ſociis, Theram inſulam condidit, Steph.

Mĕmblĭărŭs, μεμβλίαρος, Inſula eſt maris Aegæi, una Sporadum, non procul à Thera & Anaphe. Plin. lib. 4. cap. 12.

Mĕmmĭŭs, Civis Romanus, qui de ambitu poſtulatus fuit à Qu. Curtio, teſte Cicerone ad Quint. Frat. lib. 3, à quo Memmiorum familia.

Mĕmnon, teſte Homero, filius fuit Tithoni fratris Laomedontis ex Aurora ſuſceptus, qui cum maxima orientalium populorum copia in auxilium venit Priamo, & in pugna ab Achille occiſus: vel) ut alii tradunt) à Theſſalis inſidiis occiſus eſt: qui cùm in rogo cremaretur, precibus Auroræ in avem mutatus eſt: ex eademq; pyra multæ aliæ aves evolarunt, quas Memnonias vocarunt. Has ferũt quotannis ex Aethiopia ad Memnonis ſepulchrum, quod eſt juxta Ilium, advolare. Virg. lib. 1. Aen. Eoasq; acies & nigri Memnonis arma. Strabo lib. 15. ubi ſepulturæ ejus mentionem facit.

Mĕmphī, μέμφοι, Populi Memphim habitãtes: vide TAPVIS.

Mĕmphĭs. [מף moph מף noph. μέμφις. German. Ein gewaltige groſſe Statt in Egypten am Nilo des orts gelegen/da er ſich anhebt in ſeine Außgãng zu theilen/heißt jetzt Alcair.] Vrbs Aegypti regia, ab Ogdoo rege condita, & à nomine filiæ ejus appellata. Hęc inter omnes Aegypti urbes ſecundum ab Alexandria locum obtinuit, pyramidibus, & regum ſepulchris, in primis inſignis. Ejus ambitus traditur fuiſſe centum & quinquaginta ſtadiorum. Sita eſt hæc urbs in loco totius Aegypti opportuniſſimo, ubi Nilus in duas ſciſſus partes literæ Δ ſpeciem præbet: quo fit ut portuoſiſſima ſit, omniq; penè ex parte navigiis aditum præbeat. Vulgus hodie *Alcayrum* vocat. ¶ Hinc fiunt duo patronymica, unum maſcul. gen. Memphites, ę: alterum fœm. Memphitis, idis. Tibul. lib. 1. Eleg. Barbara Memphitem plangere docta bovem. Iuven. Sat. 15: an' ne aliam terra Memphitide ſicca Invidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?

Mĕmphĭtĭcŭs, a, um, adjectivum. Ovid. 2. de Arte amandi: Neu fuge Niligenæ Memphitica ſacra juvencæ.

Mempricŭs, Rex Britanniæ, qui fratrem Malyn exuit vita, ut eo mortuo regnaret, Autor Volaterranus.

Mĕnă, μήνη, Apud Romanos fuit dea, quæ menſtruis fluxibus præeſſe putabatur. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidã brevis, μαινὶς, qui hyeme candidus, æſtate nigrior fit: ſed tunc Mæna cum diphthongo ſcribitur. Cic. de Finib. Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere, ſe accipenſerem mænæ non anteponere. Martial. libr. 11: Et caudam cibii, brevesque mænas. Hunc piſcem eundem eſſe cum halece Theodoro credimus, qui ex Ariſtotel. Halecem vertit, quem ille μαινίδα appellat.

Mĕnæchmŭs, μέναιχμος, Philoſophus Eudoxi auditor, qui Platonis temporibus vixit, & ſcripſit libros tres, in libros Platonis de Republ. ¶ Menæchmus item Sicyonius hiſtoricus, qui ſcripſit hiſtoriam Alexandri Magni. Meminit utriuſque Suidas.

Menæchmi. Vide in APPELL.

Mĕnălcās, μέναλκας, Paſtoris nomen apud Virgilium tertia Aegloga.

Mĕnălippē, æ, vel Menalippe, es, μεναλίππη, Fuit Antiopes Amazonum reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta dicitur in bello quod contra Amazones geſſit: quam quum Antiopę ſorori reſtitueret, accepit pretium, arma reginæ & balteum. Nam hæc quoque ex eo bello reportare fuerat juſſus ab Ariſteo. Iuvenalis Satyra octava: Syrma vel Antigones, ſeu perſonam Menalippes.

Mĕnălippĭdēs, μεναλιππίδης, Poëta Melius genere, ſcripſit Dithyrambicorũ plures libros, & poëmata epica, & epigrammata & elegos. ¶ Hujus ex filia nepos Menalippides junior, item poëta, ſcripſit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuusq; eſt apud Perdiccam regem Macedoniæ, Suidas.

Mĕnălippŭs, μεναλιππος, Thebanus quidã fuit, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulneravit. Qui cùm mortẽ appropinquare videret, adeò impatienter tulit, ut ferè in rabiem verſus ſociis juſſerit ut vulneratoris caput ad ſe deferrent. Sic enim apud Statium vociferatur: caput ô mihi ſi quis Apportet Menalippe tuum. Qui poſtquam illud multo ſanguine fuſo detuliſſent, mordicus arripuit, ac cervici nõ aliter, ac canis rabidus, dentes infixit: quumq; illud beſtiali ritu devoraret, occubuit ¶ Fuit & alter Menalippus Tydei frater quẽ Tydeus in venatu fertur peremiſſe, obq; id fratricidium exulaſſe. ¶ Fuit & tertius Menalippus Trojanus, quòd virtute præſtaret, à Priamo filii loco eſt habitus.

Mĕnănder, [μένανδρος. German. Ein Griechiſcher Comediſchreiber.] Poëta comicus, Theophraſti diſcipulus, ſtrabus fuit, mente acutus, amore in mulieres inſanus. Scripſit fabulas LXXX. & epiſtolam unam ad Ptolemæum regem, aliaq; nonnulla ſoluta oratione. Hæc Suidas. Quintil. lib. 10. cap. 1: Menãder, meo quidem judicio, diligenter ad cuncta quæ prę-cipimus efficienda, ſufficiat. Ita omnem vitæ imaginem expreſſit, tanta in eo inveniendi copia, eloquendi facultas, ita eſt omnibus rebus, perſonis affectibus accõmodatus. Ovid. 2. Triſt. Fabula jucundi nulla eſt ſine amore Menandri. Legitur & Menandros, Græcorum more. Idem libro primo Amor. Dum fallax ſervus, durus pater, improba lena Vixerit, & meretrix blanda, Menandrus erit. ¶ Menander autem Laodiceus ſophiſta, ſcripſit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani, Suidas. ¶ Menander alius Simoni Mago ſucceſſit, non ſolùm ejus referens impietatem, ſed longè majoribus ſuperans portentis. Seſe enim jactitabat ſervatorem eſſe ex Olympo, ad hominum ſalutem demiſſum, docebatq; nullo alio pacto Angelos ab hominibus vinci, aut cogi poſſe, quam artis magicæ diſciplina & baptiſmo à ſe traditis, ex quibus ſolis immortalitatem humano generi contingere poſſe aſſeverabat. Hæc Irenæus.

Mĕnāpĭī, [μενάπιοι. Germ Die Geldrer/vnnd im Hertzogthumb Gulch.] Populi qui ad utranque Rheni ripam habitant, proximi Vbiis, Eburonibus, & Sicambris: Vnde conjecturam facere poſſumus eſſe eos, quos hodie *Iuliacenſes* vocamus & *Clivenſes*: quanvis Menapiotum olim latiores fuiſſe videntur fines, quàm hodie ſunt Iuliacenſium, & Clivenſium.

Menaría, lege MAENARIA.

Mēndæ, μένδη Vrbs Siciliæ prope Palicos: Vnde Mendæus, Stephanus.

Mēndē, μένδη Vrbs Thraciæ, à Mende, vel Mendi muliere. Inde vinum Mendæum, Steph.

Mēndēs, μένδης, Vrbs Aegypti juxta Lycopolin, ubi Pana & hircum colunt. Civis Mendeſius, aut Mendites, Steph.

Mendeſicum, μενδήσικον, Vnum ex Nili oſtiis, autore Plin. lib. 5. cap. 10.

Mendeſium, μένδήσιον, Aegypti oppidum, cujus incolæ Mendeſii, μενδήσιοι, appellantur. Herodotus libro ſecundo dictum exiſtimat à Pane, qui ibi ſub hirci ſpecie colebatur. Hircus enim Aegyptiorum lingua *Mendes* appellatur. Ab hoc etiam oppido vicinum Nili oſtium Mendeſium dictum fuit. ¶ Mendeſium quoque vocatur nobiliſſimi unguenti genus, quod ex hac urbe præſtantiſſimum mittebatur: de quo Plinius libr. 13. cap. 1.

Menecína, μενεκίνη, Vrbs mediterranea Oenotrię, à qua Menecinæi, μενεκινάῖοι, & Menecæni populi, Steph.

Menecrates.

Menecrates, μενεκράτης, Aeliano teste, medicus fuit Syracusanus, qui ab ægrotis aliam mercedem non stipulabatur, quàm ut ipsum Iovem appellarent: sese autem illius servos faterentur. ¶ Alter Menecrates comicus poëta fuit, ut scribit Suidas.

Mĕnĕdēmĭum, μενεδήμιον, Vrbs Lyciæ. Gentile Menedemius, vel Menedemicus, Stephanus.

Mĕnĕdēmŭs. [μενέδημος. German. Ein Philosophus auß der Statt Eretria in der Inſel Negropont gelegen/ bürtig.] Philosophus ex Eretriâ civitate, à quo philosophi Eretriaci dicti sunt. Eretria verò in Eubœa est, ut inquit Strabo lib. 9. Hic militiâ primò exercuit, postea ad Platonem concessit. Fuit honestate & gravitate insignis, status corporis in sene, ut in juvene, firmus & validus. Et quum primùm ab omnibus ludibrio haberetur, postea tanta in admiratione habitus est, ut civitatis gubernacula ei traderentur. Obiit vitæ suæ anno septuagesimo tertio. ¶ Fuit & alius Menedemus Lampsacenus, Cynicus, q in tam prodigiosam venerat superstitionem, ut sumpto habitu Furiæ, prodiret, dictitans se exploratorem ex inferis venisse, delaturum dæmonibus mortalium peccata Pullatus ambulabat cum tunica talari adstricta baltheo puniceo, Arcadicum pileum gestabat, cothurnos tragicos, virgam in manu. Autor Laërtius. ¶ Item alius Rhodius, Aristotelis auditor, de quo vide Aristotelis judicium apud Gellium lib. 13. cap. 5.

Mĕnĕlāŭs, μενέλαος, Filius Atrei, & Aeropes, ut Homerus tradit, Plisthenis verò, ut Hesiodus, & frater Agamemnonis, rex Spartæ, qui Helenam Iovis, & Ledæ filiam, uxorem habuit: quam quum Paris Priami filius eo absente rapuisset, legatos ad Paridem misit qui illam repeterent: sed quum reddere nollet, omnes totius Græciæ principes ad bellum cõvocavit: qui collecto maximo exercitu, ad unum omnes sub Agamemnone rege in excidium Trojanum conjurarũt. Quumq; jam tota Phrygia, atq; Mysia devastata, Ilium Priami regiam decennali bello oppugnassent, tandem fraude magis quàm viribus expugnaverunt: ita Helena recepta post octavum erroris annum, domum rediit. Virg. lib. 2. Aen. Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.

Mĕnĕlāŭs, μενέλαος, Vrbs Aegypti. Strabo lib. 14, & regio Menelaïtes. Est etiam Menelaïum, μενελάϊον, parva regio Spartæ. Gentile. μενελαεύς, possessivum Menelaïcus: sed ab Aegyptia urbe Menelaïtes dicitur, Stephanus.

Menephron, Viri proprium qui cum matre concubuit, autore Ovid. lib. 7. Metam.

Mĕnēs, [μένης. Ger. Der erſte auß allen denen Königen ſo von je zeiten her Egypten beherrſchet haben.] Teste Herodoto, primus omnium hominũ in Aegypto regnavit, sub quo tota Aegyptus, præter Thebaicam plagam palustris fuit.

Mĕnēstheus, μενεσθεύς, Viri fortis nomen, qui unà cum Adrasto & Thydeo profectus est ad bellum Thebanũ. Vide Strab. lib. 6. Thebaid.

Mĕnēstho, μενεσθώ, Nomen Nymphæ, à memorando dictum.

Mĕnēsthĭŭs, μενέσθιος, Fuit Arithoi & Philomeduſæ filius, ex Arna civitate, quem Paris in bello Trojano occidit, Homerus in initio lib. 7. Iliad.

Mēnīnx, μηνιγξ, Nomen insulę, ex adverso minoris Africæ (ut docet Plin. lib. 5. cap. 7) quæ in longitudinem patet triginta quinque millia passuum, in latitudinem viginti quinque. Vulgò *Gelues*.

Mĕnippŭs, μένιππος, Phœnix, philosophus Cynicus, conditione servus, qui nihil memoria magnopere dignum reliquit, præter Nænias aliquot, Testamenta, & Epistolas, & id genus nugas crebris salibus, Cynicaq; mordacitate refertas: ad quarum imitationem M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippeas appellavit, ut tradit Macrobius in Saturn. Hic ad rem augẽdam tam avidus fuisse dicitur, ut etiam nauticum fœnus exerceret. Qua ratione immensam pecunię vim brevi congessit, quam quum per insidias sibi comperisset esse ereptam, laqueo vitam finivit. Hæc Diogenes Laërtius. ¶ Fuit item, teste Suida, Menippus quidam Poëta Comicus. ¶ Alius item Stratonicensis, toto Asia disertissimus, præceptor Ciceronis, ut ipse in Bruto testatur. Post à me (*inquit*) Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis jubentibus: quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, meo judicio tota Asia illis temporibus disertissimus: & si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum, Atticorum est, hic orator in illis numerari rectè potest. Hactenus Cicero in Bruto.

Mĕnĭŭs, Lycaonis filius, qui quum patre in lupum verso, & domo conflagrante Iovem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

Mĕnĭŭs, COS. Romanus anno ab urbe condita 430, devictis navali prælio priscis Latinis & Antiatibus, eorum rostra navium ærata in foro posuit, appellariq́ue forum Rostra cœpit. Autor Liv. lib. 8, & Plin. lib. 34. cap. 5.

Mĕnlĕārĭă, μενλεαρία Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ urbs: vulgò *Marcia*.

Mĕnŏdŏtŭs, μενόδοτος, Medicus insignis, ætate Serapionis, cujus meminit Galenus in Therapeut.

Mĕnœcĕus, μενοικεύς, Thebanus filius Creontis, qui pro patriæ salute sanguinem suum, atque adeò vitam ipsam sponte profudit. Nam quum Thebanis eo tempore, quo ab Argivis obsidebantur, redditum esset oraculum, urbem salvam fore, si ultimus ex Cadmi posteris, spontanea se morte manibus ejus devoveret, intelligens Menœceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo sibi gladio necem consciscit. Vide Statium 10. Thebaid.

Mĕnœcĭs, penult. prod. μενοικίς, Vrbs Phocensium ultima, quę ad Occasum vergit.

Mĕnœtēs, μενοίτης, Nomen unius ex sociis Aeneæ. Virgil. 5. Aen. Rectorem navis compellat vocat Menœten.

Mĕnœtĭŭs, μενοίτιος, teste Homero, Filius Actoris ex Aegina, quam vitiatam Iupiter illi in conjugem dederat. Hic postea relicta Aegina matre Opuntem Locrorum se contulit, ibique Patroclum ex Sthenele uxore suscepit, qui ab eo Menœtiades appellatur. Ovid. in Epist. Penel. Sive Menœtiadem falsis cecidisse sub armis, &c.

Menoles, Vide MAENOLES cum diphthongo.

Mĕnōn, onis, μένων, Arrogantissimus Sophista, Socratis ætate: cujus meminit Plutarchus in libello, quem περὶ πολυφιλίας inscripsit.

Mĕnŏphĭlŭs, μενόφιλος, Evnuchus fuit, cui Mitridates à Pompejo victus filiam servandam dedit in arce quadam: quam quum Manlius Priscus obsedisset, defensoresq; deditionem parantes Menophilus sentiret, puella interfecta, gladium in viscera sua compegit, veritus ne captiva raperetur & violaretur. Autor Ammianus Marcel. lib. 16.

Mĕnōsca, μηνόσκα, Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispania, cujus meminit Plin. libro 4. capite 20, & Ptolem. lib. 2. capite 6.

Menosgada, Vide MONOSGADA.

Mĕnŏthărŭs, μενοθαρος, Fluvius in Mæotim influens, cujus meminit Plin. lib 6. cap. 7.

Mēntercōsă, μεντέρκοσα, Civitas est Hispaniæ, in finibus Celtiberiæ. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Mēntĕsă μέντεσα, Oppidum Hispanię, in plaga Australi Celtiberiæ. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Mēntōas, [μεντώας. Germ Die Thonauw.] Fluvius olim dicebatur, quem nunc (Eustathio in Dionysium teste) *Istrum*, sive *Danubium* appellamus.

Mēntŏr, toris, pen. cor. μέντωρ, Mirus fuit in vasis cælandis artifex. Iuven. Satyr. 8: -raræ sine Mentore mensæ. Plin. lib. 33. cap. 11: L. verò Crassus orator duos scyphos habuit, Mentoris artificis manu cælatos, sestertiis C. Idem lib. 12: Mentori quotidie testimonium perhibet Capitolinus Iupiter, & Diana Ephesia, quibus fuére consecrata ejus artis vasa.

Mēntŏrĕŭs, a, um, Propert. libro 1: Lesbia Mentoreo vina biba opere.

Mēntŏrēs, pen. corr μέντορες Stephano, Populi fuerunt in Illyrico: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

Mēntyrnă, μέντυρνα, Vrbs Samnitum in Italia. Gentile Mentyrnæus.

Menus, Vir inter Samnites natus, qui mirè solitudinem amabat, in qua nequid per otium perperàm faceret, apes curabat.

Mĕnūthĭās, adis, μενουθιάς Steph. Insula est Aethiopiæ adjacens, juxta Prassum promontorium: cujus meminit & Ptolemæus lib. 4. cap. 6. Vulgò *Madagascar ò Isla de S. Iorge.*

Mĕnūthĭs, μενούθις, Vicus Aegypti non procul à Canopo: cujus incolæ Menuthitæ, μενουθίται, vocantur, Steph.

Meplitis, Vide in APPELL.

Mĕră, μήρα, Proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. libro 8. Theb. -Aegææ Veneris quos Mera sacerdos Ediderat perhibente Dea. ¶ Mera item Prœti & Antiæ filia fuit, quæ quum venationi dedita, Dianam per nemora sequeretur, à Iove visa & dilecta est, qui sumpta Dianæ figura, cũ ea concubuit. Quapropter quum postea ob patrati sceleris pudorem, timens ne denuò deciperetur, vocanti se Dianæ obsequi nollet; ab eadem sagittis confossa occubuit. Tandem in canem est mutata. Ovid. lib. 7. Metamorph. Et quos Mera novo latratu terruit agros. ¶ Est etiam alterius canis nomen, de qua suprà in dictione ERIGONES.

Mercūrĭŭs. [German. Ein Sohn Iovis vnnd Majæ, der Kauffleuten Gott bey den Heyden.] Iovis & Majæ filius, ita dictus à mercibus, eò quòd negotiatoribus præsidere existimetur. A Græcis ἑρμῆς dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν: hoc est, ab interpretando. Variis à Poëtis appellatur nominibus: nam modò Ligius dicitur, modò Argiphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. ¶ Præter hunc tres alii fuisse Mercurii dicuntur: unus Cœli & Dici filius: alter Liberi & Proserpinæ: tertius Iovis & Cylle-

nes, quem fama est ab Argi cædem profugum, literas Aegyptiis ostendisse: verùm omnes ad Majæ filium referuntur. Alas in capite, & in pedibus ponunt, volentes signare velocem ferri per aëra sermonem. Ideò deorum nuntium dictam putant: quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est Deus facundiæ, quòd hominibus eloquentiam præstare putabatur. Habitus Deus mercatorum, palæstræ, furum. κήρυξ, κερδῶος, Lyram invenit: Hermaphroditum ex sorore Venere genuit: Martem è carcere liberavit: Argum interemit: Prometheum in Caucaso religavit. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Aegyptiorum sacerdos, superioris (ut putatur) nepos, qui à Græcis ἑρμῆς τρισμέγιστος: hoc est, Mercurius ter maximus dictus est, quòd & summus esset sacerdos, & sapientissimus philosophus, & rex potentissimus. ¶ Est etiam Mercurius unus ex septem planetis, cujus corpus cunctorum syderum minimum, ferè semper subest radiis solaribus, à quibus non recedit longiùs, quàm vigintiocto gradus. Ideò ab Astronomis στίλβων dicitur, quod est, radians. Vnde etiam solatus & perustus fingitur, quòd Soli vicinior sit, quàm reliquæ stellæ. Cic. lib. 3. de Nat. deor. quinq; Mercurios commemorat: Mercurius (*inquit*) unus Cœlo patre, Die matre natus, cujus obscœnius excitata natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius, Iove tertio natus ex Maja, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse. Hactenus Cic. Virg. 4. Aen. Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat, &c.

Mercŭriāles, Videntur fuisse sodales ex collegio aliquo in honorem Mercurii instituto. Cicero ad Qu. Frat. lib. 2. M. Furium Flaccum, equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini, & Mercuriales de collegio ejecerunt.

Mercŭriŏlus, Diminutivum à Mercurius apud Apuleium in Apologia: Ita minutatim ex tabulis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse.

Mĕrĭŏnēs, μηριόνης, Fuit, teste Homero li. Iliad. 2, Auriga Idomenæi, & cum eo dux navium, quæ è Creta venerant ad Trojam, Marti, ut ait, Martis arbitrio comparandus.

Meritus, Mons Thraciæ, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Mermeros, Vnus ex Centauris. Ovid. Metam. 12: Quíq; pedũ nuper certamine vicerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat. Μέρμερος autem Latinè curiosus interpretatur, à verbo μερμερίζω, cogito & consulo.

Mermessus, μερμησσός, Vrbs Troadis, Sibyllę Erythræę patria, ut Stephano placet, qui etiam ab urbis hujus rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamẽ magis credendum existimo, qui lib. 14, Erythręam Sibyllã dictam existimat, ab Erythris Ioniæ urbe, non procul à Clazomenis sita.

Mĕro. [Ger. Weinschlauch ist ein zunam̃ gewesen Keysers Neronis.] per jocum dictus est Tiberius Cæsar, pro Nerone: quòd impendio vinosior esset. Tranquillus in Tiberio Cæsare: In castris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, Biberius: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero vocabatur.

Mĕrŏē, roes, dictio trisyllaba. [μερόη. German. Die Hauptstatt in der Insel Meroë des fluß *Nili*: vulgò *Saba*.] Insulæ Nili Metropolis, à qua & tota insula Meroë dicitur. De hac ita scribit Herodotus: Meroë fuit olim regni caput: clypei figurã ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum cũ Nilo protensa: accolunt pastores eam, qui passim venantur, & agricolæ qui aurifodinas habent: Hanc Cambyses condidit, appellavitq; à nomine sororis Meroës. Quum enim Aegyptum omnem occupasset, Meroën secum usq; ad Aegyptios ducens processit: quæ quũ ibi mortem obiisset, urbi nomen indidit. De hac Lucan. lib. 10: - gurgite rupto Ambitur nigris Meroë fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum. Præterea fert & lapidum multiplex genus: distatque à Syene quinq; millibus stadiorum, ultra quam est torrida zona. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit Diod. lib. 1. & 17. Strabo lib. 16.

Mĕrŏpē, es, pen. cor. [μερόπη. Ger. Die vnachtsame der Töchteren *Atlantis*, so sunst *Plejades* genennet werden.] Vna filiarum Atlantis ex Plejone Nympha, cujus stella ex septem Plejadibus obscurissima apparet, quòd quum sorores omnes diis nupsissent, sola Sisypho nupserit homini mortali. Ovid. 4. Fast.

Mĕrŏpĭa, [μεροπία. Vulgò *Sifano*.] Insula est una Cycladum, quæ aliis nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Mĕrŏpis, μεροπίς, Insula est Cariæ adjacens, quæ notiore nomine Cos appellatur Plin. lib. 5 cap. 31. Vulgò *Lango*.

Mĕrŏpus, pen. cor. μέροπος, Mons Græciæ juxta Thessaliam, variis præruptus anfractibus: qui undique referiente Echo; voces diversas reddit: unde etiam appellationem sortitus est.

Mĕrŏs, sive Merus, μηρός, Mons est in finibus Indiæ, in cujus radice Dionysius in Indiam proficiscens, Nysam urbem condidit. Curt. lib. 7: Nysa sita est sub radicibus montis, quem Meron accolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxêre licentiã; Iovis semine Liberum patrem esse celatum. Græcè enim μηρὸς femur significat.

Mĕrūsĭum, sii, μερούσιον, Siciliæ locus 70 à Syracusis stadiis distans: cujus incolæ Merusii dicti sunt. Autor Stephanus.

Mĕsăpĭă, Mesapus, Vide MESSAPIA.

Mesanites sinus, μεσανίτης κόλπος, Persici sinus pars est, Stephano.

Mĕsēs, mesæ, [μέσης. Ital. *Griego, tramontana*. Germ. Einer auß den Nordtwinden beiseits gegen Auffgang. Fland. Noord westen/ noord.] Ventus inter Boream, & Cæciam medius: unde & nomen habet. Hujus meminit Plin. lib. 2. cap. 47.

Mĕsēmbrĭă, μεσημβρία. Vulgò *Mesember*.] Megarensium colonia, quam antea Menebriam vocabant, quasi Menapolim: id est, Menæ civitatem. Ejus enim ædificator Menas appellabatur: Bria verò sermone Thracio civitas vocatur. Hæc Strabo lib. 7. Mesembriaci portus meminit Ovid. 1. Trist. Eleg. 9.

Messă, Vide MAESIA.

Mĕsŏlă, μεσόλα, Messeniaci agri oppidum, inter Taygetum montem, & Messenem urbem situm. Gentile est Mesolates, Stephanus.

Mĕsŏmēdēs, pen. prod. μεσομήδης, Poëta Lyricus ex Creta oriundus, Adriani Cæsaris libertus: in cujus gratiam scripsit laudes Antinoi, qui Adriano in deliciis erat. Suidas.

Meson, Vide in APPELL.

Mĕsŏpōntĭus, μεσοπόντιος, cognominatus est Neptunus qui apud Ephesum Lesbi insulæ civitatem colebatur, Stephanus.

Mĕsŏpŏtămĭă. [ארם נהרים *arám naharájim*. μεσοποταμία. Germ. Ein Landtschafft in Asia zwischen den zweyen wasseren/ dem Euphrat vnd Tigris gelegen.] Regio majoris Asiæ inter Euphratem & Tigrim: unde nomen habet: μέσος enim medium sonat, & ποταμὸς fluvium. Tacit. lib. 5: Mox repetita amicitia regis, multo apud eũ honore, præfectus campis, qui Euphrate & Tigri inclytis amnibus circunflui, Mesopotamiæ nomẽ acceperunt. Habet hęc regio Tigrim ab Oriente, & Euphratem ad Occidentem: à Meridie Babyloniam: ab Aquilone Caucasum. ¶ Mesopotamiam impinguat Euphrates (ut inquit Solinus) annuæ inundationis excessibus terris superfusus. Hęc regio etiam dicta est Seleucia, ut lib. 6. refert Plinius.

Messabă, μεσσαβα, Vrbs Carum. Gentile Messabeus, Stephan.

Messălă, lę, pen. prod μεσσάλας, Dictus est Valerius Corvinus: quia Messanã in Sicilia expugnavit, & urbis captę in se translato nomine, Messana primò, paulatimq; vulgo permutãte literas, Messala dictus est. Hinc Valeria familia Romę florentissima, ex qua Messala Corvinus orator nobilis ortũ habuit. Hic quũ provectior ętate esset, ante bienniũ quàm moreret, adeò memorię sensum amisit, ut vix pauculla verba conjungeret, & nominis quoq; sui immemor esset. Tandẽ verò ulcere ori innato, seipsum inedia cõfecit: autor Cælius, & Crinitus lib. 1. cap. 12. Is orator fuit (Fabio teste li. 10. cap. 1.) nitidus & candidus, & quodãmodo prę ferens nobilitatẽ suam: viribus tamẽ minor. Illius familia Corvini cognomentũ tulit à corvo, qui Valerio Tribuno, uni ex majoribus, adversus Gallum pugnãti suppetias tulit, ut meminit Gell. lib. 9. cap. 11. Liv. lib 7.

Messălīnă, pen. prod. μεσσαλίνα, nomen filiæ Barbati Messalæ, consobrini Claudii Imperatoris. Tandem à Claudio supplicio affecta, quũ C. Silio nupsisset. Autor Tranquillus in Claudio. Prodigiosam hujus libidinem lege apud Iuven. Satyr. 6. Tacit. lib. 11. & Plin. lib. 10. cap. 62.

Mēssănă. [μεσσήνη. Ger. Ein vermuthte Statt in Sicilien nahe bey dem Mitnächtischen vorgebirg *Peloro* gelegen.] Vrbs est Siciliæ propinqua Peloro promontorio, à Messenis Achaiæ populis cõdita, & à nomine relictæ ab illis urbis ita appellata. Silius lib. 15: Incumbens Messana freto, nivibusq; revulsa. Hujus incolæ primùm Messanenses dicti: postea quũ Mamertini, è Cãpania, eò colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini sunt vocati. Fuit inde origo primi belli Punici, ut Florus tradidit, lib. 2. Ejus ager feracissimus est vini, quod Mamertinũ appellatur. Martial. Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Sidetur, &c.

Mĕssapēă, μεσσαπία, Laconici agri locus, in quo Iupiter colebatur, ut ex Theopompi sententia refert Stephanus.

Messapia, [μεσσαπία. Germ. Die Landtschafft *Calabria* zu hinderist in *Italia*.] Regio est in extremis finibus Italiæ peninsulæ forma, isthmo non admodum lato, qui est inter Brundusium & Tarentum continenti adhærens. Eadẽ & Iapygia dicta est. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11.

Messapion, μεσσάπιον, Eubœæ insulę monstra dictus à Messapo quodam, qui inde in Italiam coloniã deduxit, Stephanus.

Messapus, μεσσαπος, Vnus ex fortissimis Italiæ ducibus, qui

Turno

Turno adversus Aeneam suppetias tulit. Virg. 7. Aen. At Messapus equum domitor, Neptunia proles, Quem neq; fas igni quenquam, vel sternere ferro,

Messeis, μεσσηΐς, Thessaliæ fons est, non procul à Pharsalo oppido: cujus meminerunt Plinius libro 4. capite 8, & Strabo libro 9.

Messenē, μεσσήνη, Civitas Græciæ in Peloponneso, à qua Messeni dicti sunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium urbem condiderūt, quam à nomine patriæ suæ μεσσήνη appellaverūt. Latini n in a longum commutato, vocant Messanam. De Messeniis ita scribit Hieronymus in Iovinianum: Spartiatæ, & Messenii diù inter se habuêre amicitias, in tantum, ut ob quædam sacra etiam virgines ad se mutuò mitterēt. Tandem verò Spartani Messenios, propter frequentem defectionem, in servitutem redegerūt, eosq; durius etiam quàm reliquos servos tractarunt, ne denuò res novas molirentur. Hinc adagiū natum: Servilior Messena. Hi se nota literæ M, cognobiles reddebant.

Messias Hebr. Græcè Christus, Latinè Vnctus. Ger. Gesalbter/ dicitur.

Messŏa, μέσσοα, urbs Laconiæ, & tribus ejusdem. Gentile, Messoates. Steph.

Messonium, Ptolemæo lib. 2. cap. 13, Germaniæ urbs: vulgò Magdenburg *in Saxonia*.

Messōgis, μέσσωγις, Mons Lydiæ: inde Messogites, optimi vini ferax, Stephanus.

Mēsthlīs, μέσθλης, Dux Mæonum, qui unà cùm fratre Antipho Trojanis suppetias tulit adversus Græcos, Homer. libro 2. Iliad.

Mĕtăbŭs, μέταβος, Sisyphi filius fuit, teste Stephano, & nepos Aeoli, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit.

Mĕtāchœum, μετάχοιον, Arx Bœotiæ, inter Orchomenum & Coroneam, quam alii Metachœrum appellant, Stephanus.

Mĕtăgonĭum, μετωγώνιον, Promontorii Africam à Numidia dividens: ita dictum, quòd angulare sit. Ab hoc promontorio Numidia ipsa Metagonitis dicitur. Autores Plin. lib. 5. cap. 3, & Mela lib. 1. Vulgò *Cabo de tres arcas*.

Mĕtāpă, æ, μέταπα, Acarnaniæ oppidum, apud Polybium lib. 5. cujus gentile est Metapœus, Stephanus.

Metapinum, teste Plinio, libro 3. capite 4. unum est ex ostiis Rhodani.

Mĕtăpōntĭs, tidis, [μεταπόντις. Ger. Ein Insel im Carpatischen Meer zwischen Rhodis vnd Gnidus gelegē.] Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum sita, recentiore nomine *Syme* appellata, à Syme Ialysi filia. Vide Stephanum in dictione SYME.

Mĕtăpōntĭum, μεταπόντιον Ptolemæo, quasi transpontum, Dictū est oppidum Italiæ in sinu Tarētino: à quo Metapontini populi à Pyliis, qui Nestore duce ē Troja navigaverūt, conditum: adeò terræ proventu, & agricolatione fœlix, ut ea gratia auream æstatem Apollini Delphico, aliquando donū obtulerit. Pompon. lib. 2.

Mĕtāum, μέταον, Lesbi oppidum, à Meta quodam Tyrrheno ita appellatum, Stephanus.

Mĕtaurŭs, & Metaurum, [μέταυρος. Ger. Metro, ein fluß in Italien] Vmbrię fluvius per Flaminiam decurrens; & inter Fanum Fortunæ, & Senogalliam in mare defluens. Iuxta hunc fluvium Claudius Nero Consul, cum Livio Salinatore ad interneccionem ejus exercitu deleto, Asdrubalē interfecit. Plin. lib. 3. cap. 14. Nunc in ora flumen Aesis, Senogallia, Metaurus fluvius, colonia Fanum Fortunæ, Pisaurum cum amne. Lucan. lib. 2: In lęvum cecidêre latus, velosq; Metaurus, Crustumiūq; rapax. Horat lib 4. Carm. Ode 4: Quid debeas, ô Roma Nero. nibus, Testis Metaurum flumen: quo in loco Metaurum flumen, neutro genere protulit, sicut alibi Rhenum: Quum flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.

Mĕtēlis, μέτηλις, Oppidum Aegypti, nō procul ab Alexandria, recentiore nomine *Bechis* appellatum: à quo vicinus Nomus Metelites dictus est, Stephanus.

Mĕtēllŭs, μέτελλος, Cæciliorum familiæ cognomen, ex qua non pauci fortissimi, Reiq; publ. utilissimi cives orti: in primis L. Cęcilius Metellus Pontifex Maximus, quem adeò impeditę ac balbutientis linguę fuisse tradunt, ut multis mensibus fatigatus, tortusq; sit, dum meditaretur dicenda in æde Opiferæ dedicanda. Hic fuit ille Metellus, qui teste Plin. lib. 7. cap. 44, conflagrante æde Vesta, Palladium Troja advectum, subtraxit ab incendio, magna quidem pietate, sed eventu misero. Nam dum in flammas avidiùs se conjiceret; orbatus est visu. Iuven. Satyr. 3: Da testem Romæ tàm sanctum, quàm fuit hospes Numinis Idæi, procedat vel Numa, vel qui Servavit trepidam flagranti ex arce Minervam. Hic Metellus etiam primo bello Punico de Pœnis speciosissimū egit triumphum, XIII. ducibus hostium, & CXX. elephantis in eo ductis. ¶ C. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus est vocatus, Prętor Pseudophilippum, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Invisus plebi ob nimiā severitatem, & ideò Consul ægrè factus. De hoc Liv. lib. 59. ¶ Memorantur alii plures Metelli, ut Balearicus, Vittatus, quē Plinius Diadematum vocat. ¶ Metellus prętereà Numidicus, qui de Numidiæ rege Iugurtha triumphavit. Cujus meminit Cicer. & item Aulus Gell. cap. 6. lib. 1, & lib. 6. cap. 11. ¶ Metellus Creticus à devicta Creta dictus, cujus meminit Plutarchus in Pomponio. ¶ Metellus Dalmaticus, à devictis Dalmatis. Autor Pædianus in Act. 3. contra Verrem. ¶ Metelli, Plebeii fuêre, ut ait Liv. lib. 19, verùm clari victoriis & magistratibus, Cæciliiq; omnes appellati.

Mĕthone, pen. prod. [μεθώνη: Vulgò Modon. Ger. Ein Statt in Peloponneso am Meer gelegen in der Messenenser Gegne.] Civitas est littoralis Peloponnesi, in Messeniaca regione, quàm quum obsideret Philippus Rex Macedonū, Alexandri Magni pater, oculum amisit ictu sagittę, quam jecerat Aster oppidanus, cui quoq; inscriptum erat: Aster telum Philippo immisit in oculum. Valer. Flacc. lib. 1: Neleidesq; Periclymenus, quem parva Methone, &c. Hujus meminit Ptolem. lib. 3. cap. 16. Hodie Modonē.

Methone, Steph. Vrbs Thraciæ, Homerus per n, οἱ δ' ἄρα μὴθώνην, ἠδ' Ἰαωμεχίην ἐνέμοντο. Civis Methoneus. Alia est Macedoniæ. Abundat vino, quod Græci μέθυ vocant: unde nomē. Alia est Laconię, cujus gentile Methonęus. Quarta, Persidis. Quinta, Eubœæ.

Methuriades, μεθυριάδες Stephano, sive (ut apud Plin. legitur, Methurides, insulę quatuor sunt in sinu Megarico, nō procul à Troezene. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Methydrium, μεθύδριον Steph. Arcadiæ oppidum est, de quo Strabo lib. 8, & Plin. lib. 4. cap. 6.

Methymnă, vel Methymne, μήθυμνα, Vrbs Lesbi, apud quam nascitur generosum vinum. Ovid. 1. de Arte amandi: Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Mĕthymnæŭs, æa, um, μηθυμναῖος. Idem lib. 11. Metam. Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi. Ab hac urbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Herodotus à prędonibus in mare projectum, & à Delphine incolumem devectum in portum ad Tænarum fabulatur.

Mĕtĭŏchŭs, μητίοχος, Fuit, teste Herodoto libro 6, Miltiadis Athenienśium ducis filius, qui cùm à Phœnicibus captus, ad Darium Persarum regem, contra quem bellum gerebat, adductus esset, donatus ab eo amplissimis ædibus, divitiis auctus; data uxore Persica ex qua liberos susciperet, & magno in honore habitus fertur.

Mētis, μῆτις. Nympha Oceani & Tethyos filia, sic dicta à consulendo: μῆτις enim consilium significat. Hujus meminit Hesiod. in Theogonia. ¶ Est & urbs in Mediomatricibus sita, hujus nominis. [Ger. Metz.]

Mĕtīscŭs, Turni auriga. De quo Virgil. lib. 12. Aen. Aurigam Turni media inter lora Metiscū Excutit, &c. Sunt qui scribendum putent Methyscus, etymon ejus deducētes à Græco verbo μεθύσκομαι, quod est inebrior.

Mĕtĭus Suffetius, Dux Albanus tempore Tulli regis Romanorum, qui quòd ex præscripto fœderis ad belli societatem cōtra Fidenates vocatus, euntibus in hostem Romanis, suos prędo eduxerat, jussu Tulli duabus admotis quadrigis discerptus est. Vide Liv. lib. 2. ab Vrbe.

Metius Geminus, dux Tusculanorum, superatus à Romanis bello Latino. ¶ Metius item Curtius, Sabinorum dux cōtra Romulum, ob raptas Sabinas acriter pugnavit.

Metius Carus, Delator insignis, de quo Plin. 1. Epist. ad Vocanium, & lib. 6. ad Hispanum.

Mĕtră, Erisichthonis cujusdam Thessali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adolescentes, corporis copiam non assequebantur, nisi equos, boves, amplissimaque deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum usus. Porrò Thessali per jocum dicebant: Metram Erisichthonis verti in ea omnia; quæ illi ab amatoribus donabantur: unde fluxit proverbium: Mutabilior Metra Erisichthonis. Ovidius libro 8. Metamorphoseos.

Metrocles, μητροκλῆς, Cynicæ sectę Philosophus, & discipulus Cratetis, qui Hipparchiā sororem ejus in matrimonium habebat. Vide Laertium.

Mētrŏdōrŭs, pen. prod. μητρόδωρος, Pictor, & philosophus Athenienśis, Carneadis auditor. Cicero de Orat. lib. 1: Erat, *inquit*, etiā Metrodorus, qui cum illis unà illum ipsum Carneadem diligentiùs audierat. ¶ Fuit prætereà Metrodorus quidam Scepsius, qui postea relicta philosophia, ad civilium rerum administrationem sese contulit. Hic oratori in scriptis suis, quàm philosopho vicinior fuit, novoq; quodam dicendi genere multos à sui imitatione deterruit. Propter nominis tamen famam; quanquam pauper erat; clarum conjugium

apud Carthaginienſes aſſequutus, Carthaginienſis civis eſt habitus. Quumq; amicitiã Mithridatis regis ſibi cõciliaſſet, ad illum cum uxore profectus, honore maximo ab eo affectus eſt. Nam juridicundo præfectus dicitur fuiſſe cum poteſtate tam ampla, ut ab eo ad regem provocare nõ liceret. Quę tamen res ei nõ fœliciter ceſſit. Nam quum hominum aliquot improborum odium incurriſſet; legatus ad Tigranem Armeniorũ regem miſſus, à Mithridate deſcivit. Quamobrem comprehenſus à Tigrane, invitus ad Mithridatem remiſſus eſt: quo in itinere, ſive regis opera, ſive morbo (nam utrunq; dicitur) extinctus eſt. Hæc Strabo lib. 13. Hujus etiam meminit Cicero, memoriamq; ejus commendat Tuſcul. quæſt. lib. 1: Non quæro, *inquit*, quanta memoria Simonides fuiſſe dicatur, quãta Theodectes, quanta is, qui à Pyrrho ad ſenatum miſſus eſt legatus, Cineas, quanta nuper Carneades, quanta qui modò fuit, Scepſius Metrodorus, quanta noſter Hortenſius. Hactenus Cic. ¶ Fuit & Metrodorus quidã Chius, qui univerſum ſempiternum eſſe dicebat. ¶ Fuit item Metrodorus Lampſacenus, Epicuri diſcipulus, fidiſſimusq; amicus, Strabone, Diogeneq; teſtibus.

Metrŏpŏlis, *μητρόπολις*, Vrbs Phrygiæ, teſte Stephano, à Cybele Deũm matre condita. ¶ Item alia ejuſdem nominis, in conventu Apameno. ¶ Tertia in cõventu Epheſiorũ ad Cayſtrium fluvium. ¶ Stephanus præterea alias ſeptem enumerat, quarum primam in Lydia: ſecundã in Theſſalia collocat: tertiam Acarnaniæ, quartam Scythiæ attribuit: reliquas tres in Ponto, ſuperiore Theſſalia, & Eubœa conſtituit.

Mĕvānĭă, *μευανία* Ptolemęo, Vulgò *Mevania*, Civitas Vmbrię, inclyta Propertio alumno, ſita ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax. Lucan. lib. 1: -tauriferis, ubi ſe Mevania campis Explicat, *&c.* Plin. lib. 35. cap. 14: In Italia quoq; lateritius murus Aretii & Mevaniæ eſt. Hujus urbis incolæ dicũtur Mevanates. Plin. lib. 3. cap. 14.

Mevĭŭs, [Ger. Ein ungeſchickter Poët/ der den *Virgilium* vnd *Horatium* verlachet/ damit er darinn geſehen wurde.] Poëta ineptiſſimus Virgilii & Horatii temporibus, utiliq; æquè invisus, quòd poëmata illorum inſectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam aucuparetur: unde & Virgiliomaſtix vulgò appellatus eſt Virgil. 3. Aeglog. Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi: Atq; idem jungat vulpes, & mulgeat hircos. Horat. lib. 1. Carm. Mala ſoluta navis exit alite, Ferens olentem Mevium.

Mĕzĕntĭŭs, Tyrrhenorum Rex, ſummus deorũ contemptor, à ſubjectis populis ob immanem crudelitatem cũ tota familia expulſus: qui unà cum Lauſo filio fugiens, ad Turnum Rutulorum regem pervenit, cum quo adverſus Aencã profectus eſt, ſed inauſpicatò: Aeneas enim ipſum cum filio in pugna interfecit. Virg. 11. Aeneid. At Jovis inter ea mõtis Mezentius ardens Succedit pugnæ, *&c* Fuit impius in homines ſine deorum reſpectu, inquit Macrobius.

M ante I.

Mĭācōrŭs, pen. prod. *μιάκωρος*, Chalcidis oppidum, apud Theopomp. libro 25. referente Stephano. A quo fit gentile Miacorius.

Mĭcĭpſă, Numidarum Rex, Maſiniſſæ regis filius, qui Jugurtham Manaſtabulis fratris filiũ, unà cum Adherbale & Hyempſale filiis regni participem reliquit. Autor Saluſtius de bello Iugurthino.

Midæum, vel Midæ, arum, *μιδάειον*, Phrygię oppidum Stephano. Plin. lib. 5 cap. 32, Midaion appellat.

Mĭdās, [*μίδας*. Ger. Ein König in *Phrygia*, ein groſſer Geltnarr.] Gordii bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctos penè reges pecuniæ abundantia anteceſſit. Huic (ut eſt in fabulis) propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum, conceſſum eſt ut quicquid vellet, optaret, futurus voti compos: optavit autem ut quicquid corpore contigiſſet, in aurum verteretur: quod, annuente Baccho, factum eſt. Sed quum cibus & potus contacti etiam in aurum mutarentur, ſenſit tandem ſtolidus, ſe ſtultè petiiſſe: & facti pœnitens, oravit Bacchũ ut hoc munus auferret: tum Bacchus juſſit ut in Pactolo flumine ſe lavaret, & ſic liberaretur. Quod quum feciſſet, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Poſtea quum Phœbus & Pan carmine certarent, & Midas judex electus cum Tmolo monte (qui Phœbum victorem pronuntiaverat) ſecundum Pana judicium tuliſſet, indignatus Apollo aſininas ei auriculas addidit, quas tam ſcitè occultavit, ut nemo ſciret præter ſolum tonſorem: qui quum rem inauditam tacere non poſſet, foſſam ingreſſus proclamavit: Aures aſininas habet Rex Midas. Deinde foſſam terra adoperuit, ſucceſſuq; temporis creverunt illic arundines, quæ commotæ vocem quam tonſor infoderat, reddiderunt. Vide Ovid. 11. Metam. -arguitur tamen, atq; injuſta vocatur Vnius ſermone Midæ: Nec Delius aures Humanam ſtolidas patitur retinere figuram, *&c.* Nonnulli dicũt, quum inter Apollinem & Marſyã decertantes judex conſtitutus eſſet, & ipſe pro Marſya ſententiam tuliſſet, auriculis aſinînis à Phœbo fuiſſe donatum. Hinc natũ eſt proverbium: Auriculas aſini Midas habet: quõ utimur in ſtolidos, & craſſis auribus, pinguique judicio homines. Alii narrant, quũ præteriret aliquando Liberi patris aſinos; atq; eos afficeret injuria, iratum Bacchum Midiæ auriculas aſininas addidiſſe. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuiſſe: & aſinarum inſtar prominentes: atque hinc fabulæ locum ortum eſſe: quanquam pluribus placet, hac allegoria ſignificatũ Midam tyrannum coryceos ac ſubauſcultatores demittere ſolitum, per quos quæcunq; per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognoſceret, nimirum illis utens aurium vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo reſciri etiam ea quæ clam ac procul fierent, occaſionẽ fabulæ dãtam eſſe; ut Midas diceretur auriculas aſini habere. Vel quòd nullã aliud animal acrius audiat, quàm aſinus, excepto mure: vel quòd aures habeat omniũ longiſſimas. Perſius: Auriculas aſini quid non habet? Ferunt nõnulli primũm poëtã ſcripſiſſe, Auriculas aſini Mida rex habet: deinde metu Cæſaris ſcripturam mutaſſe, Quis non habet? Hæc ex Eraſmi Chiliadibus.

Mĭdĭă ſive Midea, pen. prod. *μίδεια* Steph. Oppidum in agro Argivo, ita dictum à Midia Aloëi filia, quum antea Perſepolis appellaretur. Meminit hujus Homer. lib. 2. Iliad.

Midian, urbs eſt circa rubrũ mare ſita, nomen habens à quodam Abrahami filio è Cethura prognato. Inde Medianitæ, gentile.

Mĭĕzā, *μίεζα*, Oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium vocabant: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Autor Stephanus. Hujus oppidi meminit Plin. lib. 31. cap. 2.

Milciades. lege infrà MILTIADES.

Mĭlētŏpŏlis, *μιλητόπολις*, Vrbs in minore Aſia, inter Cyzicã, & Bithyniam, ad Rhyndacum amnem, cujus meminit Strabo libro 12.

Mĭlētŭs, [*μίλητος*. Ger. Ein Sohn *Apollinis* vnd *Argeæ*, welcher in *Aſiam* entrinnen muſt als er nach dem Cretenſiſchen Reich trachtet.] Filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ: vel (ut Ovidius cenſet) Dejonęs, qui quum Minoa Cretenſium regem jam ſenem regno privare vellet, à Jove territus, in Samum, deinde in Cariam Aſiæ regionem fugit, ibiq; oppidum condidit: quod de ſuo nomine Miletum appellavit, ejusq; incolas Mileſios. Ovid. lib. 9. Metam. Tunc erat invalidus, Dejonidemq; juventæ Robore Miletum, Phœboq; parente ſuperbum Pertimuit, credensq; ſuis inſurgere regnis, Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus. Sponte fugis, Milete tua, celeriq; carina Aegæas metiris aquas, & in Aſide terra Mœnia cõſtituis poſitoris habentia nomen. Alii tamen aliam afferũt nominis rationem. Vide in dictione ſequenti. ¶ Inde Miletis, idis, Patronymicum: id eſt Byblis, Mileti filia.

Mīlētŭs, pen. prod. [*μίλητος*. Ger. Ein Statt im minderen *Aſia* an den anſtöſſen *Ioniæ* vnd *Cariæ* gelegen.] Vrbs in finibus Ioniæ, & Cariæ, autore Herodoto ædificata è Mileto Solis & Dejones filio, ut teſtatur Ovid. 9. Metamorph. Strab. lib. 12, à Sarpedone conditam mavult, Jovis filio; & Minois ac Rhadamanthi fratre: & ab eo Miletum appellatam fuiſſe ab altera ejuſdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. Vrbem hanc præſtantiſſimæ lanæ proventus nobilitavit, ex qua fiebant Mileſia ſtragula, quæ ob inſignem mollitiem in proverbium ceſſerunt. Martialis lib. 8: Nec Miletus erat vellere digna tuo. Et Virgil. lib. 3. Georg. -quanvis Mileſia magno Vellera mutentur Tyrios incocta colores. Vbi Servius, Mileſia vellera: id eſt, lanæ pretioſiſſimæ. Nam Miletus civitas eſt Aſiæ, ubi tinguntur lanæ optimæ. Idem 4. Georg. -Mileſia vellera Nymphę Carpebant, hyali ſaturo fucata colore. Cicer. in Verrem: Nam quid à Mileſiis lanæ publicè abſtulerit. ¶ Eadem eſt Anactoria nominata, ab Anacte quodam, Cœli & Terræ filio. Fuit autem hæc urbs coloniis à ſe cõditis in primis fœcunda, quæ octoginta & ampliùs urbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitùs Branchidarum appellatum, poſtea Apollinis Didymæi. Ex Mileto ortum traxerunt viri memoratu digni, Thales unus ex ſeptem ſapientibus, qui primus Phyſiologiæ, ac Mathematicæ autor inter Græcos eſt habitus: & Anaximander ejus diſcipulus. Item hujus diſcipulus Anaximenes, & Hecateus, qui ſcripſit hiſtoriam: & Aeſchines orator, non ille, qui cum Demoſthene contendit: ſed alter qui ſibi ſumpta nimia in Pompejum licentia, in exilium miſſus eſt. Hinc & Timotheũ muſicum ortum ferunt, & Pittacum philoſophum. ¶ Alia fuit ejuſdem nominis urbs in Creta, teſte Homero lib. 2. Iliados.

Mīlēſĭī, *μιλήσιοι*, Populi à Mileto urbe dicti ſunt, qui quũ priùs potentes eſſent & opulenti, deliciis deinde addicti, & opes, & potentiam amiſerunt. Hinc Mileſius ſermo dicitur voluptuarius à Mileſiorum moribus laſcivis. Apuleius in Aſino aureo: At ego tibi ſermone iſto Mileſio varias fabellas conſeram, auresque tuas benevolas lepido ſuſurro permulceam. Vnde

& Mileſiæ

& Milesiæ delitiæ. Marcianus Capella: Nã certè mythos, poëticæ etiam diversitatis delicias Milesias, &c. Et μιλησιακὰς librorum impudicorũ author Aristides apud Plutarch. in Crasso, de quibus Ovid. in Epist. ad August. Vertit Aristidem Cicena nec obfuit illi Historiæ turpes inseruisse jocos.

Milias, lege MILYAS.

Milichiæ, Fontis nomen in agro Syracusano, teste Plin. libro 2. capite 8.

Milesia, μιλησία, Vrbs Epidaurus dicta, ut suprà ex Stephano diximus.

Milo, μίλων, Civis Romanus ex municipio Lanuvino, qui quũ P. Clodium Tribunũ plebis multa seditiosè in Republica molientem occidisset, frustrà à Cicerone defensus elegantissima illa oratione, quæ etiam hodie omniũ manibus teritur, Massiliam damnatus in exilium profectus est: ubi quum aliquando vidisset orationem Ciceronis pro se scriptam, multò meliorem ea, quæ in judicio habita erat, dixisse fertur: Si sic orasset Cicero, nõ ego Massiliæ barbatos mullos esitarem. Hæc Dionysius in Roma. hist. ¶ Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniates, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadii spatiũ supra humeros portasse, totumq; eo die comedisse. Huic malũ tenenti digitis nemo poterat extorquere: dum cõstitisset, nemo vestigio educere. Quum autem nimia nervorum fiducia arborem in parte media hiantẽ diducere vellet, brachiis hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. ¶ Est & Milo sive Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines aversis plantis nascuntur, octonos digitos in singulis pedibus habentes. Autor Plin lib. 7. cap. 2.

Milonia, μιλωνία, Oppidum Samnitium, apud Dionysium lib. 16. Antiquit.

Miltiades, per t, in secunda syllaba, μιλτιάδης Suidæ, Dux Atheniensium clarus, qui decem millibus suorum civium, & Platęensibus auxiliariis mille, profligavit Persarum sexcenta millia in campis Marathoniis. Autor est Iustinus lib. 2. Postea tamẽ peculatus damnatus, in carcere & vinculis mori ab Atheniensibus coactus est. Author Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. & Aemilius Probus qui ejus vitam eleganti brevitate conscripsit.

Milyas, adis, μιλυὰς, Regio est in minore Asia, Cariæ, & Lyciæ finitima, cujus incolæ Milyæ, μίλυαι, appellati sunt, à Milya Cragi uxore, quũ anteà Solymi appellarentur. Vide Steph. & Strab lib. 12.

Mimallis, μιμαλλὶς, A` Callimacho insula dicitur, quæ ab aliis Melos, à nonnullis Zephyria vocatur, teste Plinio libro 4. capite 12.

Mimallones, μιμαλλόνες, Bacchæ mulieres, à Mimante Thraciæ: vel (ut alii malunt) Ioniæ mõte: vel à μιμέομαι verbo Græco, quod imitor significat, quòd Liberũ patrem imitarentur, & ad ejus imitationem cornua ferrent. ¶ Inde Mimallonis, inis, patronymicum fœmi. quo ferè in eadem significatione utimur. Ovid. lib 1. de Arte amandi: Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.

Mimallonĕus, mimallonea, mimalloneũ. Persius Sat. 1: Torva Mimalloneis implerũt cornua bombis. Hæ quoq; Bassarides, & Thyades, & Ogygides vocatæ sunt.

Mimas, antos, μίμας, Mons Ioniæ in minori Asia, testibus Plinio & Strabone: vel, ut Suidas mavult, Thraciæ, ubi sacra, & certamina quotannis fieri Baccho consueverunt. Ovidius 2. Metamorphos. Et tandem Rhodope nivibus caritura Mimasq;. ¶ Mimas etiam gigantis nomen fuit, quem Iupiter fulminavit. Horat. lib. 3. Carm. Sed quid Typhoëus, & validus Mimas, &c.

Mimermnus, μιμερμνος Suidæ, Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Astypalæensis Elegiarũ scriptor. Natus fertur Olympiade xxxvii, quod si est, septem sapientibus antiquior est. Quidã tamen eodem tempore vixisse illum dicunt. Vocatus fuit Ligyastades, propter concinnitatem & dulcedinem carminis. Scripsit libros multos. Hęc Suidas. Propert lib. 1. Eleg. 9:

Plus in amore valet Mimermni versus Homero:
Carmina mansuetus lenia quærit amor.

Mimnedus, pen. prod. μιμνηδὸς, Oppidum Lydiæ apud Hecataeum in descriptione Asiæ. Steph.

Minæi, sive, ut apud Stephanum legitur, Minnæi, duplicato n, [μιννᾶιοι. Ger. Völcker in Arabien am Roten Meer gelegen/ bey welchen des Weyrauchs viel ist.] Populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adjacentes, qui primi commercium thuris fecêre, nec præter hos Arabes alii thuris arborem vident. Vnde ab ipsis thus ipsum Minæum dictum est, teste Plin. lib. 12. cap. 14.

Mincius, [Ger. Ein Fluß in Lombardey / lauffet durch den Gardsee vnd neben Mantauw hin in fluß Padum.] Venetorum fluvius, qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuam lacum efficit: & inde rursus, multis torrentibus auctus, effluit in Padum.

Virgil. 4. Georg. -tardis ubi Mincius errat Flexibus. Ab hoc Virgil. Minciades dictus. Iuven. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Minerva, Disciplinarũ dea, quæ Græcè Pallas dicitur, [ἀθηνᾶ. Ger Die Göttin guter Künsten vnd der Weißheit.] Et à minando dicitur, quasi vim minetur. Solet enim pingi ægide & hasta formidabilis. Aut à minuendo (ut placet Cicer. lib. 2. de Nat. deor.) Aut (ut alii malunt) à monendo, quòd rectè moneat. Festus: Minerva dicta quòd benè moneat. Hanc enim veteres pro sapientia colebant. Cornificius verò quòd fingatur, pingaturq; militaribus minitans armis. Eadem & Tritonia à Poëtis appellatur, quòd Ogygis regis temporibus circa Tritonidem Africę paludem virginali facie dicatur apparuisse: ab Homero etiam γλαυκῶπις, quasi glaucos habens oculos. ¶ Palladis autem nomen accepisse putatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν: hoc est, à jaculando, vel vibrando. Pingitur enim quasi manu hastam tenens, eamq; vibrans. Prima olei, & lanificii inventrix creditur extitisse: ob quæ erga humanum genus beneficia, divinos honores meruit, sapientiæq; & bonarum omnium artium dea habita est. ¶ Fabulantur autem Poëtæ Minervam ex cerebro Iovis esse prognatam: quo commento significare volunt humaniorum literarum disciplinas humani ingenii non esse inventum, sed ex Iovis cerebro: hoc est, ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte ad hominũ usum esse depromptas. Pingui seu crassa Minerva aliquid facere, est simplicius, rudius, vel indoctius aliquid facere. Columella in Prefatione libri primi: Potest enim nec subtilissima, nec rursum (quod ajunt) pingui Minerva res agrestis administrari. ¶ Invita Minerva aliquid facere: idem est, quod repugnãte ingenio vel repugnante natura aliquid aggredi. Horat. de Arte: Tu nihil invites dicès, faciésve Minerva. ¶ Sus Minervam, subaudi docet, vel monet: tritissimum est proverbium, quo utimur, quoties inductus aliquis eum conatur docere, à quo ipse sit magis docendus. Vide Erasmi Adagia.

Minervăl, & minervale, à Minerva deductum nomẽ, erat quasi præmium quod dabatur præceptori, sicut cœna, & hujusmodi, quasi magisterii merces paucis diebus à scholasticis dari solita ante Quinquatria, per quos dies pueri vocabant, διδακτήρια. Varr. 3. de Re rust. cap. 2: Quin simulac promiseris minerval, incipiam, inquit, AXIVS: Ego verò non recuso vel hodie, & ex ista pactione crebró. Ovid. 3. Fastor.

Nec vos turba feri sensu fraudata magistri
Spernite: discipulos attrahit illa novos.

Minilius, Mons Thessaliæ, postea Orchomenus dictus est.

Minio, Fluvius est Tusciæ, non procul à Cærete oppido. Vulgò Mennone. Virgil. lib. Aeneid. 10: Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.

Minius, μινιὸς, Fluvius Hispaniæ juxta Abubricam Gallæcorum oppidum, vastissimo ore in Oceanum profluens. Vulgò Minno. De hoc Plinius libro 4. capite 20, & Ptolem. libro 2. capite 6.

Minoa, pen. prod μινῶα: Vulgò Altemura, Vrbs in Amorgo insula, unà Cycladum. Item altera in Siphno insula, una Sporadum. Tertia in Sicilia. Atq; hæ quidem tres enumerãtur à Stephano. Strabo præterea lib. 9. Minoam fuisse emporiũ traditę in agro Attico, decem & octo stadiis à Megariis distans, quod postea Nissæam appellarunt.

Minois, idis, μινωὶς, Insula est una Cycladum, quæ nõtiore nomine Baros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Minoum, μίνωον, Oppidum est Cretæ insulæ, à Minoë rege ita appellatum. Recensetur à Plin. lib. 4. cap. 12.

Minos, [μίνως. Ger. Ein Sohn Iovis vnd Europæ der Cretenser König.] Iovis, & Europæ filius, Rex Cretæ, qui primus Cretensibus leges dedit. Hic quum haberet uxorem Pasiphaën, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quòd bovem lignea fabricasset sub qua latens cum tauro uxor concubuerat, persecutus in Siciliam pervênit, ubi à Cocali regis filiabus est interfectus (ut Aristoteles refert) juxta Camerinam urbem, & apud inferos propter insignem justitiam judex factus. Virg. 6. Aeneid. Quæsitor Minos urnam movet.

Minoïus, a, um, μινωϊὸς, Possessivum: ut Minoïa regna. Virg. 6. Aen. Dædalus (ut fama est) fugiens Minoïa regna.

Minous, a, um, aliud adject. Ovid. in Ibin: Si tua contigerit Minoas puppis arenas. ¶ Taurus Minous, pro Minotaurus. Stat. 1. Achill.

Minois, minoidis, Patronymicum fœm. Ovid. 8. Metam. Protinùs Aegydes rapta Minoide Diam Vela dedit. Quo pacto autem Minos judex habeatur inferorum propter justitiam, non video, quum violator fuerit hospitii, & raptor (ut Suidas ait) Ganymedis, & multa alia commisisse dicatur à vera justitia non parùm abhorrentia.

Minotaurus, [μινώταυρος. Ger. Ein wunder Thier zweyer gestalten/ so von Pasiphaë vnd einem Otter ist geboren worden/ im Labyrintho ist eyngeschlossen gewesen.] ex Minoë, & tauro dictio composita,

Monstrum

Monſtrum biforme ex portentoſo Paſiphaës cum tauro concubitu prognatum: quod juſſu Minois (ut fabulantur poëtæ) Labyrintho incluſum, humanis carnibus veſcebatur. Huic quotannis Athenienſes ex præſcripto fœderis ſeptem ex ſuis liberis mittebant devorandos. Sed tertio anno Aegei filius Theſeus ſorte miſſus, Minotaurũ occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga evaſit. De hoc Virg. 6. Aen. in principio:

Hic crudelis amor tauri ſuppoſtaq́; furto
Paſiphaë, miſtumq́; genus, proleſq́; biformis,
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor, ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ, ſed enim miſeratus amorem
Dædalus, ipſe dolos tecti, ambagesq́; reſolvit,
Cæca regens filo veſtigia.

Servius credit Taurum ſcribam fuiſſe Minois, qui abſente rege, cũ Paſiphaë concubuit in domo Dædali: & quia Paſiphaë eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro eſſet ſimilis, factus eſt locus fabulę, ut Minotaurum biforme monſtrum peperiſſe dicatur.

Mīnthē, *μίνθη*, A' poëtis Cocyti filia fuiſſe fingitur, quã quum Perſephone cum Plutone deprehendiſſet, in herbam ſui nominis commutavit. Nam *μίνθη* à priſcis Græcis dicebatur herba, quæ poſtea ab odoris ſuavitate *ἡδύοσμος* appellata fuit. Latini unius tantùm literæ immutatione Mentham vocant. [Ger Münz.] Hanc fabulam tangit Ovid. 10. Metam. ad finẽ:

-an tibi quõdam Fœmineos artus in olentes vertere minthas
Perſephone licuit?

Mīnthēs, *μίνθης*, mons eſt Peloponneſi, non procul à Pylo: de quo Strabo lib. 8.

Mīntūrnæ, [*μιντοῦρνα* Ptolemæo. Ger. Ein Statt *Italiæ* in Campanien / gelegen am fluß Lyris.] oppidum in Campania inter Sinueſſam, & Formias, ad Lyrim fluvium: habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens proſcriptionem Syllæ.

Mĭnūtĭă, Familia non ignobilis Romæ fuit.

Mĭnūtĭŭs, cognomento Augurinus, Præfectus annonæ Sp. Melium regnum Romæ affectantem, re ad Senatum delata, coarguit, qui poſtea à Servilio Hala, cùm à Dictatore Quintio vocatus parêre imperãti recuſaſſet, eſt interfectus. Huic, quòd farris pretium trinis nundinis ad eam vilitatem redegiſſet, ut aſſe modius væniret, tantum à plebe habitum eſt honoris, ut collata in capita ſtipe unciaria, ænea ei ſtatua extra portam trigeminam fuerit collocata. Autore Plin. lib. 34. cap. 5. & lib. 18. cap. 3.

Mĭnya, *μινύα* Stephano, Theſſaliæ oppidum, à quo nonnulli Argonautas Minyas vocatos exiſtimant: quanquã alii nominis hujus originem ad Minyam regem referre malint.

Mĭnўæ, *μινύαι*, Populi Theſſaliæ, qui Iaſonẽ in Colchos proficiſcentem ſecuti ſunt: qua dictione frequenter utitur Valer. Flacc. in Argonaut. pro ipſis Argonautis. Ovid. lib. 7. Metam. Iamq́; fretũ Minyę Pegaſæa puppe ſecabant. Alii dicunt fuiſſe populos Bœotiæ circa Iolcum montem habitantes: quos ita dictos volunt à Minya rege, Orchomeni filio Chryſæ, & nepote Neptuni.

Mĭnyas, *μινύας*, Chryſæ filius à quo Minyæ, quibus imperavit, nomen acceperunt. Hic quum mortales omnes ſuæ ætatis opibus ſuperaret, primus omnium gazophylaciũ recondendarum pecuniarum gratia extruxit. De hoc Pauſanias, & Cælius Rhodigius lib. 20. cap. 25.

Mĭnўeus, per quatuor ſyllabas, ſive Minyeïus (ut apud Homerũ legitur) per quinq;, fluvius eſt Theſſaliæ, poſtea Orchomenus dictus, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 8. Hunc Strabo lib. 8, eundem facit cum Anigro. Homer. lib. 11. Iliad. juxta Arenen in mare defluere tradit:

E'ξ δὲ πὸ τοῦ μὲν Μινυήϊος, ἀς, ἅλα βάλλων,
E'γχίθυ, A'χλύης.

Mīritus, Vide MERITVS.

Mīrobrīga, *μιρόβριγα* Ptolemæo, Vulgò *Chiudad Rodrigo*, Hiſpaniæ ulterioris urbs in conventu Cordubenſi. Plin. lib. 3. cap. 1, Mirobricam vocat per ſecundam conſonantem in ultima ſyllaba.

Miſach, Vnus ex tribus pueris, de quibus Daniel.

Mīſcĕllŭs, *μίσκελλος*, Crotonis urbis in magna Græcia conditor, de quo vide infrà in dictione SYRACVSAE.

Mīſcĕllă *μίσκελλα*, Oppidum Siciliæ apud Stephan.

Mīſenŭs, pen. prod. *μισηνός*. Vulgò *Monte Miſeno*. Promontoriũ eſt Campaniæ, non procul à Cumis, nomen habens à Miſeno Aeneæ tubicine illic ſepulto. Virg. 6. Aen. At pius Aeneas ingenti mole ſepulcrum Imponit, ſuaq́; arma viro, remumq́;, tubamq́; Monte ſub aërio, qui nũc Miſenus ab illo Dicitur, ęternumq́; tenet per ſecula nomen. Horat. lib. 2. Sermon. Satyr. 4: Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini.

Miſetus, ti, pen. prod *μισητός*, Oppidum Macedoniæ apud Stephan. cujus gentile eſt Miſetius, *μισήτιος*.

Miſgetes, *μίσγητες*, Populi Iberum, Steph.

Miſnia, Germaniæ urbs ad Albim ſita, Vulgò Meyſſen.

Miſpila, *μίσπιλαι*, Medorum oppidum, apud Xenoph. lib. 3. expeditionis Cyri minoris. Gentile eſt Miſpilates.

Miſſenia, (quòd hîc corruptè legebatur) Vide MESSENIA.

Miſtrylus, Nomen coqui apud Martialem.

Mithrĭdates, pen. corr. [*μιθριδάτης*. Ger. Ein namhafftiger König in Ponto der Landtſchafft.] Rex Ponti fuit, vi tanta & animi & corporis, ut ſex juges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Hic diſſidentibus Romanis ſocialt bello, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciam, inſulasq́; omnes, excepta Rhodo occupavit: ſed poſtea à Sylla apud Dardanum fuſus, à Lucullo profligatus & exutus regno, rurſus à Pompejo victus, tandem à Pharnace filio in turre obſeſſus, venenum ſumpſit. Quumq́; id ſæpiùs fruſtra bibiſſet, quòd adverſum venena multa antea medicaminibus corpus firmaverat, immiſſum percuſſorem Galli citò autoritate vultus territum revocavit, & in cædem ſuã manũ trepidantis adjuvit. Làboravit infamia maximæ crudelitatis: nam Laodicem conjugem & ſororem, præterea matrem, fratremq́; ac tres filios impuberes, totidemq́; filias interfecit. Iuvenal. Sat. 14: Ocyus Archygenem quære, atq; eum quod Mithridates Compoſuit, &c. Vide Plutarchum, Appianum, Iuſtinum & Valerium. ¶ Alius etiam Mithridates, qui Bruti epiſtolas collegit: De quibus, ſi modò illius ſunt, hic bis judicium fecit: *τὰς Βρούτου ἐπιστολὰς ἐμιμήσατο παιδάριός, ὐ μανότητ© σωφρονίας χάριεν, ἀλλὰ © ὡς ἠλιθιωτικὴ φρονήματ© τὰς σωφρονούσας χαρακτῆρας.*

Mithridaticum antidotum, [*μιθριδατικὸν ἀντίδοτον*. Ger. Ein beſondere Artzney für gifft / ſo König *Mithridates* ſoll erſtlich erfunden haben / ein Theriacks.] à rege Mithridate nomẽ habet, quòd primus hoc commiſtionis genus credatur inveniſſe, & adverſus venena eo ſe præmuniviſſe. Plin. lib 25 cap. 2: Vni ei excogitatum quotidie venenum bibere, præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primò invēta genera antidoti: ex quibus etiam unum ejus nomen retinet Illius inventum autumãt, ſanguinem anatum Ponticarum miſcere antidotis: quoniam veneno viverent.

Mitўlenē, nes, pen. prod. [*μιτυλήνη*. Ger. Ein berümpte Statt in der Inſel *Lesbo*, heißt jetzt *Metelin*.] & Mitylenæ, arum, Vrbs in Lesbo juxta Methymnam, à cujus nomine nunc omnis inſula Mitylene appellatur. Vulgò *Metelin*. Mart. lib. 10: Quum tibi non Epheſos, nec ſit Rhodos aut Mitylene. Dicta Mitylene, ut Diod. lib. 4, ſcribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nunc Metelymum dicitur, urbs clara Pittaco ex ſeptem ſapientibus uno, & Alcæo poëta, & Antimenide fratre ejus, & Diophane oratore, & Theophane Pompejanarũ rerum ſcriptore, qui Magno Pompejo admodum familiaris fuit, & ab eo in concione militum civitate donatus, ut teſtatur Cic. pro Archia. De hac ſcribit Vitru. lib. 1. magnificenter & eleganter ædificatam fuiſſe, ſed non prudenter poſitam: in qua Auſter quum flat, homines ægrotant: quum Corus, tuſſiunt: quum Septentrio reſtituuntur in ſalubritatem.

Mītўs, *μίτυς*, *υ©*, Vir quidam, cujus ſtatua, cum à quo interfectus fuerat Mitys, collapſa oppreſſit. Ariſtot. cap. 10. de Arte Poëtica.

Mitterim, Inſula ultra Britanniam ſex dierum navigatione, ut lib. 4. Plin. ſcribit: In ea candidum plumbum provenit.

M ante N.

Mnas, [Ger. Ein Meerrauber zur zeit *Pompeii*.] Pirata fuit, qui tẽporibus Pompeii oram Italiæ prædatoria claſſe infeſtabat, ut eſt autor Plutarchus in Antonio.

Mnaſўrium, *μναστήριον*, Locus eſt in Rhodo inſula, nõ procul à Lyndo oppido: cujus meminit Strabo lib. 14.

Mnēmŏſўnē, pen. corr. [זכרון *Zichcharón* זכך *Zęcher*. *μνημοσύνη*. Ger. Die Gedächtnuß ein Mutter der *Muſarum*.] Memoriam ſignificat. Poëtæ Muſarum matrem faciunt, quòd omnium ſcientiarum theſaurus memoriæ beneficio & acquiratur, & conſervetur. ¶ Inde Mnemoſynon, [זכרון *Zichcharón* זכך *zęcher*. *μνημόσυνον*. Pol. *Lamiatka*. Vn. *Emlekezetre adatot aiandek*.] penultima correpta. Dicitur monumentum, vel pignus quod ad noſtri memoriam apud amicum relinquimus. Catullus: Mnemoſynon mei ſodalis: id eſt, monimentum.

Mnēſarchŭs, *μνήσαρχ©*, Inter principes philoſophorum Ciceroni numeratur, Academ. quæſt. lib 4.

Mneſimachus, *μνησίμαχος*, Poëta Comicus: cujus fabulæ tres enumerantur à Suida.

Mneſitheus, *μνησίθε©*, Medicus Athenienſis, cujus meminit Galenus de Arte curandi ad Glauconẽ. ¶ Mneſitheos quoq; à quibuſdam vocatur herba, quæ notiore nomine *Buphthalmus* appellatur. Vide Dioſcor. lib. 3.

Mnēſter, *μνηστὴρ*, Agrippinæ matris Neronis libertus. Is, Agrippina à ſatellitibus Neronis interẽpta, ferro ſe transfixit: incertum charitate in patronam, an metu exitii. Autor. Corn. Tacit.

lib. 14. Latinè procum significat. Nam μνηστεύω, idem est quod puellæ nuptias ambio.

Mnēstheus, μνηστεύς, Proprium nomen viri Trojani, unius ex comitibus Aeneæ, qui ab Assaraco rege originē traxit, ut autor est Virgil. 12. Aeneid. Et genus Assaraci Mnestheus. Nonnunquam verò causa metri additur e post m, ut fiat dictio trisyllaba, Menestheus. Virg. 10. Aeneid. Nec Lycio genitore minor, nec fratre Menestheo. Nā aliter non potest consistere versus, ut annotavit Servius.

Mnēvis, μνεύις Suidæ, Bos Soli sacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant, in septo tum nutrientes. Autor Strabo lib. 17.

M ante O.

Mŏāb, [ⲘⲞⲀⲂ *moab*: μόαβ.] Arabiæ civitas, quæ & Areopolis nominatur. Inde Moabitæ.

Mŏbă μόβα, pars Arabiæ, pro Moaba. Vnde Mobeni & Mobites, Steph Vide MOAB.

Mŏcarsŭs μόκαρσος, proparoxytonum, Parva regio Thraciæ. Gentile μοκαρσαῖος, oxytonum. Steph.

Mocata, μόκατα, Vrbs Bithyniæ. Gentile Mocatenus. Steph.

Mŏclē μόκλη, Vicus Phrygiæ: incolæ Mocleni. Steph.

Modona, Vide METHONE.

Mœmăgŭs, Ptolem. Galliæ Vrbs.

Mœnĭānă, Vide MENIANA.

Mœnŭs, sive Mœnis, [Vulgò *Meyn* & *Meno*. Ger. Der Meyn.] Fluvius est Germaniæ, per agrum Francoviensem in Rhenum defluens: de quo Plin. lib. 9. cap. 15. Pomp lib 3. Mœnim vocat. In Rhenum (*inquit*) influunt Mœnis, & Lupia.

Mœrĭs, μοιρὶς, Insula est in mari Lycio: de qua Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Fuit præterea hoc nomine Aegyptiorū rex, cujus opus est lacus inter Arsinoitē & Memphitem Nomon manu factus, circuitu CCCCL. M. pass. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc Plinius libro 5. capite 9. [Ger. Ein König der Egyptieren / dem etlich zuschreiben daß er den grossen See *Mœris* genannt / welcher einem Meer gleich ist / gemacht habe / welches doch nicht gleublich ist.]

Mœsĭă, [μοισία. Vulgò *Servia*, *Servica* vel *Bosna*. Ger. Sirsy oder Bossen.] Provincia est Europæ juxtà Danubium, quæ à Pannonia ad Pontum usq; protenditur. In ea sunt Dardani, Mœsi, & Triballi, Pontoq; contermini Scythæ.

Mogam, primùm dicebatur quæ postea Cappadocia, nunc autē *Cæsarea* à Cæsare, ut refert Iosephus: ut suprà dictum est in Cæsarea.

Mŏgŏntĭă, [μογοντία. Vulgò *Mogontia*. A Gallis vocatur *Mayence*. Ger. Mentz.] Oppidum Transalpinæ Galliæ ad Rhenum fluvium.

Mŏlō, μόλων, Orator Alabādensis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate: cujus meminit Plutarch. in vita Cic. & Strabo lib. 14.

Molochath, Africæ fluvius, Mauritaniam Cæsariensem à Massæsylorum regione dirimens. Plinio & Salustio Mallucha dicitur.

Mŏlorchŭs, μολόρχος, Dictus fuit seniculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis, Nemæi proficiscentem Herculem suscepit comiter hospitio. Cujus beneficii nomine Herculem illi sacra solennia instituit, quæ Molorchæa dicebantur. Quin & leo ipse à nomine ejus Molorcheus, μολόρχιος, à poëtis dicitur. De hoc Stat. lib. 4. & Servius in tertium libium Georg.

Mŏlŏssĭă, [μολοσσία. Ger. Ein Landtschafft *Epiri*.] Regiò, pars Epiri à Molosso Pyrrhi & Andromaches filio nominata: cujus incolæ etiam appellantur Molossi. μολοσσοί. Scribit Theopompus fuisse xxvi. Epirotarum gentes; è quibus celeberrimi fuerūt Chaones, & Molossi. In hac regione nascebantur ingrogii canes, qui & ipsi Molossi dicti sunt. Virg 3. Georg. Necubi gii canes, qui & ipsi Molossi dicti sunt. Virg 3. Georg. Necubi cura canum fuerit postrema, sed una Velocis Spartheæ catulos, acremq; Molossum Pasce sero pingui. ¶ Legitur & Molossus, a, um, adjectivum. Ovid. 1. Metam.

Nec contentus eo, missi de gente Molossa
Obsidis unius jugulum mucrone resolvit. Molossi. μολοσσίδες κύνες, ex Molossia Epiri regione mittebātur: unde & nomen acceperunt. Poëtæ fabulantur canes hosce originem traxisse à cane æneo, à Vulcano fabricato, quem ille Iovi, Iupiter Europæ, Europa Procridi, Procris Cephalo dono dedit. Vide Iul. Pollucem lib. 5. cap 5.

Molossus, Vide in APPELL.

Mŏlŭs, μῶλος, uxorem habuit Siden Mentari filiam, & nomen dedit Molusiæ. Steph.

Molucha, Vide MVLVCHA.

Molus: Homero vir fuit Cretensis, & Merionis, aurigæ Idomenei pater.

Molybdana, μολύβδαινα, Vrbs Mastienorum. Autor Steph.

Mŏlycrĭa, μολυκρία, Oppidum est Aetoliæ, nō procul ab Antirrhio promontorio, quod Rheum Molycricum appellavit Thucydid. lib 2.

Mŏlyndă, pen. prod. μολύνδαινα Stephano, Lyciæ oppidum.

Mŏlỹs μῶλυς, Libyæ oppidum, à quo fiunt gentilia Molytes, & Molyates. Stephan.

Mŏmemphĭs, μώμεμφις, Aegypti oppidum, à quo Momemphitica præfectura. apud Strabonem lib. 17.

Mŏmŭs, mi, μῶμος, Deus Nocte matre (inquit Hesiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adeò mos est, ipsum quidem nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & siquid est omissum, aut perperā factū, id summa cum libertate carpere. [Ger. Ein Schelter dem nichts gefelt.] Nam μῶμος Græcè reprehensionem sonat. Vide de eo fabulā apud Lucianum in dialogo de hæresibus.

Mŏnă, [μόνα. Ger. Ein Insel zwischē Engellandt vnd Irrlandt.] Insula est inter Britanniā & Hyberniā sita, ut docet Plin li. 4. cap. 16. Corn. Tacit. lib. 14. Igitur Monam incolis validam, & receptaculum perfugarum, aggredi parat, navesq; fabricatur plano alveo adversus breve littus, & incertum. Idem in Iuli Agricolæ Vita: Monam insulam, cujus possessione revocatū Paulinum, rebellione totius Britanniæ suprà memoravi, redigere in potestatem animo intendit.

Mŏnăbæ, μοναβαι, Isauriæ oppidum: à quo fit gentile Monabates Steph.

Monacris, Arcadiæ mons, quasi solus vertex sive sola summitas, ut notat Tortelius.

Monacum, Civitas Bavariæ, Vulgò München/vide Cambodunum. Est & alia Hercyniæ sylvæ. [Ger. Waldmünchen.]

Monacœda, Ptolemæo lib. 2. cap. 2. insula juxta Orientalē plagam Hyberniæ: alio nomine Monarina dicta.

Monapia μοναπία, Insula est inter Hyberniam, & Britanniam, cujus meminit Plin. li. 4. cap 16. In emendationibus exemplaribus Menapia non Monapia legitur.

Monasterium, Vvestphaliæ urbs. [Ger. Münster in Westphalen.]

Monesio, Aere fabricatus à Vulcano canis Cephali, &c. Pollux quinto.

Mŏnetă, Dicta est Iuno à monendo. Quū enim, ut inquit Cic. lib. 1. de Divin. terræmotus factus esset, ut suæ plena procuratio fieret, vox ab æde Iunonis ex arce extitit, quocirca Iunò Moneta cognominata est. Lucanus li. 2: Numina miscebit castrensis flamma Moneta.

Monetium. Oppidum Iapidum prope Istriam, Strabo lib. 7

Mŏnŏdŭs, pen. corr. μονόδους, Prusiæ, Bithyniæ regis filius, qui dentium loco os unum continuū habuit in superna oris parte, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 16. Vnde etiā Monodus dictus est, quasi μόνος ὀδόντα ἔχων, eò quòd quodāmodo unicum, eumq; perpetuum haberet dentem.

Mŏnœcŭs, cū œ diphthongo. [μόνοικος. Ger. Ein Schiffendt oder Meerhaffen in Liguria / heist jetzt *Porta di Monaco* den Italienern.] Portus & statio quædā Liguriæ, Ab Albio Inganno oppido distans stadiis quadringentis & octoginta. A Monœci portu usq; in Hetruriam universam littus cōtinuum omnino sine portu est, exceptis quibusdā parvis stationibus ad jactandas anchoras, neq; is ipse est multarū, aut magnarum capax navium. Arcem habet munitissimā non procul à Nicea; quam hodie vocāt Itali *Monnibo* Lucanus lib. 4: solus sua littora turbat Circius; & sida prohibet statione Monœci. Nominis rat onem ad Herculem referunt, qui ibi ædem habebat, in qua solus colebatur.

Monogissa: μονογίσσα (locus mutilus est Stephano.) Hinc Diana Monogissana, cui templū Dædalus extruxit. Megissa enim lingua Carum lapidem sonat. Nunc verò cruſtaceos & molles lapides *gissa* nominamus. Steph.

Mŏnŏscēlis, [μονόσκελοι. Ger. Wölcker in Indien so nur ein Schenckel mit einē breiten Fuß habē.] Homines Indici singulis cruribus: σκέλος enim crus dicitur. Hi & Sciopodes vocantur, quòd in majori æstu humi jacentes σκιᾷ πόδι: hoc est, umbra pedis se proregant. Vide Plin lib. 7. cap. 2.

Mons Ferratus, [Ger. Montferrāt ein Landtschafft *Italiæ*.] regio Italiæ cujus fines sunt, hinc Padus, inde Apenninus & Tarrarus amnis ex superiore parte, montes proximi Moncaverio; ubi Pedemontium incipit.

Mons sanctus, ὄρος ἅγιον, Vide PSENTRIS.

Mŏnspĕlĭŭlum, Galliæ Narbonensis urbs. [Ger. Montpellier in Langendock.]

Mons Regius, Vrbs celebris Prussiæ. [Germ. Königsperg in Preussen.]

Mons S. Annæ, in Mysnia. [Ger. Sant Annen Berg.]

Mons Ŷchă, chæ, cum ŷ, & ch aspiratio, μόνυχα, Nomē est matris divi Augustini, cujus vitæ sanctimoniā & ipse divus Augustinus, & Maphæus Vegius Laudensis vates literis mandavēre.

Mŏnŷchŭs, pen. corr. μόνυχος, unus fuit Centaurorum, de quo Iuven. Satyr. 1: quantas jaculetur Monychus ornos. ¶ Ductum autem est hoc nomen à Græco μόνυξ, quod perinde est, ac si Latinè solungulum dicas. Hoc autem proprium equorum est epitheton, qui unicam & solidam habent ungulam. Quò

lam. Quò fit, ut & Centauris tribuatur, quibus Poëtarũ fabulæ equinos tribuerunt pedes.

Mŏnўmă, pen. corr. μονύμη, Mithridatis uxor, quæ in desperatione rerum profligatarum; detractum è capite diadema collo circũligasse traditur, fesecq; ex eo suspendisse: & quum corporis pondere laqueus ille diruptus esset; dixisse: Execrandũ diadema, neq; in tam tristi ministerio mihi profuisti, moxq; quum super illud humi abjectum insputasset, eunucho regio jugulandam sese obtulisse.

Mŏnўmŭs. [μόνυμος. Ger. Ein Diener eines Wächselherzens zu Corintho.] Corinthii cujusdam trapezitæ servus: qui quum magno philosophiæ amore teneretur, Diogenią; in primis operam dare cuperet, simulata insania monetam heri spargere cœpit, eoq; modo ab illo dimissus, ad philosophiæ studiũ se convertit, & Diogeni se totum tradidit. Vide Laërtium.

Mōpsĭum, μόψιον, Agri Pelasgici oppidum in Thessalia, apud Strab. lib 9.

Mōpsŏs, μόψος, Liberum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluvium situm, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Strabo lib. 14, μόψου ἰσίαν appellat

Mopsŏpĭă, μοψοπία, Attica regio, à Mopso rege sic dicta, ut autor est Strab. lib. 9.

Mōpsŭs, μόψος, Nomen proprium viri vatis, qui (ut Pomponius Mela refert) in finibus Pamphyliæ Phaselim urbem condidit. ¶ Fuit & alter Mopsus Lapitha: id est, Thessalus (ut Strabo lib. 9.) qui fuit Ampyci & Chloridis filiæ Orchomeni filius. ¶ Alius fuit cum quo certavit Calchas de peritia divinandi, Apollinis filius.

Mordĭæum, μορδιαῖον, Civitas Pisidiæ, Apollonia postea dicta, Stephan.

Morgentium, μοργήντιον, Vrbs Italiæ, ἀπὸ τοῦ μοργήντων, vocatur etiam Morgentina. Gentile, Morgentinus, & Morgites. Steph.

Morgŭs, Fluvius est ex Alpibus defluens, unus eorum, qui à Pado excipiuntur: de quo Plin. lib. 3. cap. 16.

Morgyna, μόργυνα, Vrbs Siculorum. Gentile Morgynæus. Stephan.

Morĭei, μορικοῖς, Populi Indiæ, ligneas domos habitantes, Stephan.

Mŏrĭnī, pen. corr. [μορῖνοι. Ger. Die Volanger.] Populi sunt inter Belgas ad Oceanum Britannicum Caletibus, & Nervĭis vicini, quorum oppidum mediterraneũ, Ptolemæo teste, fuit Tervanna, τερουάνα, etiam hodie nomẽ retinens. Hi à Virgilio Extremi hominũ appellantur, quòd (ut diximus) Oceano sint proximi, brevissimusq; ab eis, vel ipso Cæsare teste, in Britanniam, sit trajectus.

Morisení, Thraciæ populi, circa Ponti littora incolentes. quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Mōrphēus; [μορφεύς. Ger. Ein Diener des Schlaafs/ so sich in vielerley gestalten verendern kan.] Somni minister est, qui (ut in fabulis est) jussu domini quoscũq; vultus hominũm fingit, verba ipsa, mores item & gestus imitans. Ovid. lib. 11. Metam. Excitat artificem, simulatoremq; figuræ Morphea, &c.

Mōrtam, Vnam esse ex Parcis dicunt, quas veteres Latini tres esse putaverunt, easque nativitati & morti præsidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta; quo commento illud videntur voluisse significare, tempestivum partus tempus esse mensem nonum & decimum: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci, aut natos statim mori. Sipontinus ex Martiano.

Mōrtŭum Mare, Straboni dicitur: quia nihil vivum gignit. [ἀσφαλτίτης. Ger. Das Todtmeer/ist ein stinckender See in Syria.] Lacus est in Pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo grave submergitur. Vndè & Asphaltites vocatur, sive ab eo quòd Græci bitumen ἄσφαλτον appellant, sive ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας: hoc est, à securitate, eò quòd corpora viva ei innatent, tutaq; sint à submersione.

Mōrўllĭī, μορύλλιοι, Macedoniæ populi in occasum vergentes, juxta Alantenses, & Lyncestas. Plin. lib. 4. cap. 10.

Mŏrўchŭs, μόρυχος, Cognomẽ Bacchi apud Siculos, cujus faciem vindemiæ tempore musto & recentibus ficis oblinere consueverunt. Vide Erasmum in proverbio: Morycho stultior.

Mōsă, [μῶσα. Ger. Die Maas.] Fluvius insignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeso monte, nõ procul à Lingonum finibus profluens, & per Eburonum, Menapiorum ac Sicambrorum agrum labens, tandemq; in finibus Batavorũ accepto Rheno in Oceanum se exonerans. ¶ Meminerunt hujus fluvii Plinius libro 4. capite 14. & 15. Tacit. libro 2. & 20. Cæsar de bello Gallico.

Mŏschī, μόσχοι, Populi sunt Asiæ, Albanis, & Iberibus finitimi, à quibus pars Tauri montis in Septentrionem declinans, Moschii nomen accepit. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & li. 6. cap. 10. Lucan. lib 3. sævisq; affinis Sarmata Moschis.

Mŏschŏs, μόσχος, Grãmaticus, & poëta Syracusanus, Aristarchi familiaris, qui secundus à Theocrito scripsit carmẽ Bucolicum. Suidas.

Mōsēs, sis, & Mosi. [משה moschéh. μωσῆς, μωϋσῆς.] Sicut & Achilles, lis, li, nomen inclyti Iudæorum ducis, qui Israëlitas ex Aegypto, & Pharaonis tyrannide eduxit. Iuven. Satyr. 14: Tradidit arcano quodcunq; volumine Moses. Arator: non hæc jejunia Moses Condidit. Quidam Moyses efferũt per tres syllabas, y, litera interposita, & prima syllaba contra artem correpta. Sedulius: Quid quòd & Heliam, & clarum videre Moysem. Scribit Iosephus ex eventu rerum nomẽ ei impositũ fuisse, eò quòd à Pharaonis filia de flumine sit servatus.

Mŏsўnœcī, μοσυνοίκοι, Populi Asię versus Septentrionem, qui (ut Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, in propatulo vescuntur, promiscuè cõcumbunt, & palãm reges deligũt, vinculisq; arctissima custodia tenent. Dicti autem μοσυνοίκοι, quasi turricolæ, à turribus, quibus domorum vice utuntur. Hos Plin. lib. 6. cap. 4, vocat Mosynos: quanvis in omnibus ferè exemplatib. Mossynos legamus geminato ss.

Mŏsўlŏn, μόσυλον, Promontorium Aethiopiæ, emporium habens ejusdem nominis. Stephanus.

Mōthō, us, μώθη, Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes vico nomen fecit: nam Moitho Arabum lingua mortis locum significat. Stephan.

Mŏtĭēnī, μοτιηνοί, Parva regio Iberiæ, colonia à Romanis deducta. Phlegon Mutienum, μοτιηνὸν, vocat. Gentile Motienus. Stephan.

Mŏtўē, es, μοτύη, Siciliæ oppidum: ita dictum à Motye quadam muliere, quę Herculi eos indicavit, qui boves ejus abegerant. Hæc Steph. ex sententia Hecatæ.

M . ante V.

Mūgĭŭs, Cognomẽ Romani cujusdam, à frequenti murmuratione, à quo Mugiona porta, cui ipse aliquando præfuit, nominata est. Vide dictionem subsequentem.

Mugonĭa porta, (ut apud Sipontinum legitur) vel Mugiona, (ut potiùs legendum arbitror) urbis Romæ porta fuit: ita dicta à Mugitu, quòd per eam venale pecus intraret. Hæc & Trigonia appellata est: hoc est, trium angulorum. Festus, Mugionam appellatam putat, non à mugitu, sed à Mugio quodam, qui huic portæ aliquando præfuisse creditur.

Mulcĭbĕr, pen. corr. Mulciberis, & per syncopen Mulcibris. Est enim tertii ordinis, rariùs secundi. [Ἥφαιστος. Ger. Der hinckende Vulcanus/ ein Gott des Fewrs.] Est autẽ Mulciber Vulcanus, ita dictus à mulcẽdo: id est, molliendo ferro. Mulcere enim mollire, sive lenire est, quòd ignis omnia mulceat: id est, molliat, vincat, ac domet. Ovid. 2. de Arte: Mulciberis capti, Marsq; Venusq; dolis. Apud Cic. lib. 2, Tusc. legitur in patrio casu, Mulcibri secundæ declinationis, & trium syllabarum: Iovisq; numen Mulcibri adscivit manus. Donatus putat Vulcanum Mulciberem dictum à mutilando, quòd claudus à poëtis fingatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iovis ex Iunone filius, quem quũ parentes infœliciſſima forma esse vidissent, ex cœlo in Lemnum insulam præcipitarũt: ex qua ruina intorto pede fertur claudicationem contraxisse.

Mulŭchă, [Ger. Ein Fluß in Mauritania.] Fluvius Mauritaniæ, Massæsylorum fines à Cæsariensi Mauritania distinguens. De quo Strabo lib. 17: Post Mauritaniam (inquit) est Massæsylorũ regio, à Molachath flumine (ita Mulucham nominat) initium sumens, &c. Vbi indicat, trans flumen in ortum Massæsylos esse, sicut Plin. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuisse, Bocchi quidem Orientalem, Iugurthæ verò occiduum, diversa ratione: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperii ab ortu, & septentrione terminus fuit: rursum verò Germanorũ ab Occasu, & Meridie limes: ut quod mihi in ortum prospicienti dextrum est, id tibi in occasum verso sinistrum sit. Sic Rubiconem veteris Italię olim, & Togatæ Galliæ terminum fuisse intelligimus. Ita in Iugurtha Salustius: Haud longè (inquit) à flumine Mulucha, quod Iugurthæ Bocchiq; regnum disjungebat. Et alibi apud eundem, Bocchus inquit: Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micypsam fuit, non egrediar, neq; id Iugurtham intrare sinam. Hactenus Salustius. Sunt qui hoc nomẽ neutro genere efferendum putent (in quibus est & Caper insignis Grãmaticus) unde apud Salustium loco jam citato, Mulucha legendum putant, non Mulucham: quemadmodum etiam in exemplaribus quibusdam vetustissimis scriptum offendimus.

Mūmastĭs, μυμαστίς, Cariæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Mumastitæ.

Mūmmĭus, Prænomine Lucius, in primis Romæ & nobilitate & gloria rerum gestarum clarus, qui Corinthum bello captã diruit, Italiamq; vasis Corinthiis, æneisq; signis implevit. Autor Plin lib. 34. cap. 3. & 7.

Mundă, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ multis cladibus & funeribus

neribus celebre. Ad Mundam enim Cæsar cum Pompeii filiis manus conseruit, in quo prælio tanta strages facta dicitur, ut Cæsar obsidens victos congestis corporibus vallum circum urbem struxerit. Lucan. lib. 1: Vltima funesta concurrunt prælia Munda. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgò *Mundecara*.

Munychia, æ, *μουνιχία*, Tumulus est in Cherronesi formâ curvatus ingressum habens angusto ore, à quo murus 40. stadiorum longitudine protendebatur, Athenarum urbem cum Piræeo, duobusq; aliis portubus connectens. ¶ Hinc Munychius, a, um, possessivum. Ovidius 6. Metamorphos. Munychiosq; volans agros, gratamq; Minervæ Despiciebat humum. ¶ Fuit item Munychia Dianæ cognomen, quæ apud Pygellam, non procul ab Epheso colebatur, ut refert Strabo libro 14.

Muræna, proprium nomen pisces. Vide in APPELE.

Mūrcĭă, [Ger. Ein Göttin der Faulkeit.] teste Hermolao in Plinium, Socordiæ dea habita fuit: quemadmodum Strenua, solertiæ & strenuitatis. Nam Murcidum antiqui ignavum & inertem appellabant, teste Festo. Habuit autem hæc dea sacellum sub monte Aventino, qui & ipse antiquitùs Murcus appellatus est.

Mūrgēntīnī, *μυργεντῖνοι*, Populi Siciliæ: à quib. Vitis Murgentina nomen accepit, quam & Pompejanâ nonnulli appellant. Vide Plin. lib. 3. cap. 8, & lib. 14. cap. 11.

Mūrgis, Oppidum in ora maritima Bæticæ, à quo Murgitana regio. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgò *Muxacra*.

Mūroēlă, [*μυροῖλα*. Vulgò Moreck.] Pannonię superioris urbs, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 15.

Murrānŭs, Priscus Latinorũ rex, à quo postea Latini omnes reges Murrani sunt dicti. Autor Servius. Scimus enim (*inquit*) plerunq; fieri, ut primi regis reliqui nomẽ possideant, ut apud Romanos, Augusti vocantur, apud Albanos Sylvii, apud Persas Arsaces, apud Aegyptios Ptolemęi, apud Athenienses Cecropes. Hæc Servius.

Mūrsă, *μῦρσα*, Ioniæ oppidum, Adriani Cæsaris opus. Gentile est Mursæus, *μυρσαῖος*, Autor Steph.

Mūrtĭă, æ, Veneris cognomentum, à myrtho arbuscula illi sacra impositum: unde primùm Myrtea dicta est, & deinde corrupto nomine Murtia. Plin. lib. 15. cap. 29: Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc *Murtiam* vocant. Festus hanc deam Murceam appellat, & sub Aventino eam sacellum habuisse tradit. Murceam autem dictam vult, sive quòd homines murceos; hoc est, ignavos, & inertes redderet: sive quòd Aventinus, sub quo sacellum habuit, olim Murcus fuerit appellatus. Varro à Murtio dictam putat, qui locus fuit Romæ, in quo sacellum Murtię Veneris erat, vel ab urceis, quòd is locus esset inter figulos: vel à murteto ita dictus, lib. 4 de lingua Latin.

Mūsă Āntōnĭŭs, Augusti medicus fuit, cujus meminit Horatius lib. 1. Epist. ad Vallam. Plin. li. 19. cap. 8: Divus certè Augustus lactuca cõservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici. Ejusdem meminit & Sueton. in Augu.

Mūseum, pen. prod. *μούσειον*, Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Steph.

Mūsæŭs, [*μουσαῖος*. Ger. Ein herrlicher Poët zu den zeyten Orphei.] Poëta insignis, Orphei tempore, unus ex Argonautis: de quo extat versus: Ancus erat Romæ quo Martius optimus ævo, Musæus Græcis floruit in partibus. Quod epigramma si verum est, Musæus non fuit unus ex Argonautis, qui expeditionem fecerunt in Colchos ante tempora Trojana. Potest tamen hoc de alio quopiam Musęo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida omnes poëtæ, inter quos præcipuus fuit Musæus Eumolpi filius, Athenięsis, qui amores Erûs & Leandri carmine heroico descripsit. De hujus laudibus extat honestissimum Virgil. Elogium 6. Aeneid. Musæum ante omnes: medium nam plurima turba Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis.

Mūtĭnă, pen. corr. [Vulgò *Modena*. Ger. Ein Statt in Lombardia.] Civitas est Galliæ Cisalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, ubi Antonius D. Brutum obsedit, quem Hircius & Pansa Consules, victo Antonio liberarunt. Lucan. lib. 1: His Cæsar Perusina fames, Mutinæq; labores Accedant fatis. Cic. Philipp. 5. Anton. circunsedit Mutinam firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam.

Mūtĭnēnsĭs color, *μυτινᾶιον χρῶμα*, dicitur nativus, à Mutinensibus lanis, ex quibus nativo colore panni fiebant. Varro: Nã & ludere alacrem vidimus Mutinensi tunica.

Mūtĭŭs, Vir Romæ clarus, qui accepta potestate à Senatu, in castra Porsenæ regis, tum temporis Romanos obsidentis solus intravit, eo animo ut regem interficeret: sed quum regem non cognosceret, satellitem purpura indutum pro rege occidit. Hinc comprehensus, & ad regem perductus, jussus est & conjuratos, si qui essent, indicare. Mutius verò ut ostenderet se nullo supplicio vinci posse, & ut pœnam de dextra sua exigeret, quòd in cæde aberrasset, ipsam igni impositam in conspectu regis sibiipsi adussit: unde illi postea Scævolæ cognomen, quòd sinistra manu uti cogeretur: *σκαιὸν* enim Græci sinistrum vocant. Ita Rex ejus fortitudinem admiratus, liberum dimisit. Mutius igitur, regi ut grati animi significationem aliquam daret, indicavit trecentos juvenes in eum similiter conjurasse. Qua re territus Porsena, bellum acceptis obsidibus deposuit. Martial. Vrere quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectare manum Porsena non potuit. Vide Livium lib. 2. ab Vrbe cond. ¶ Fuerunt præterea alii Mutii, quorum facta illustria multis prosequitur Raphaël Volaterranus libro 17.

Mutinus, aliàs Mutonus (vide MENTA in Latinis vocibus) Deus, qui & Priapus dicitur.

Muzyrum, Indiæ Emporium, cujus meminit Plinius libro 6. capite 23.

M ante Y.

Myiagrus, [*μυίαγρος*. Ger. Der Mucken Gott.] Muscarũ deus, qui & Myodes dicitur, teste Plutarcho, & Achor. Plin. libro 10. capite 28: Invocant & Aegypti Ibes suas contra serpentum adventum: & Elei Myiagron deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quæ protinùs intercunt, qua litatum est illi Deo. ¶ Est item Myiagrus, Nobilis statuarii nomẽ apud Plin. lib. 34. cap. 8. ¶ Myiagrus præterea herba est ferulacea, foliis similibus rubiæ, tripedanea, semine oleoso. Fit item ex eo oleum, quod oris ulceribus eo perunctis medetur. Græci *μελάμπυρον* appellant, quasi nigrum frumentum: vulgus Gallorum vocat *Camelinam*, teste Ruellio libro 3. capite 126.

Mўcălē, mycales, [*μυκάλη*. Ger. Ein Berg in Ionia auff welchẽ das gantz Landtvolck vnderweylen zusammen kam zu opfferen.] Mons est Ioniæ, inter Mæandrum & Caystrum fluvios, non procul ab Epheso: ad quem Iones universi convenire solent sacrificiorũ causa, quæ Panionia vocabant. Autor Herodotus lib. 1. ¶ Est item Mycale insula Ioniæ adjacens, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Mycale præterea veneficæ nomen est, apud Ovid. 12. Metamorph.

Mycalessus, *μυκαλησσός*, Mons in Mediterrâneo Bœotiæ, oppidum habens ejusdem nominis. Vtriusque meminit Plinius libro 4. capite 7. ¶ Stephanus Mycalessum nomen accepisse existimat à mugitu bovis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.

Mўcēnæ, mycenarũ, & Mycena, mycenæ, pen prod. [*μυκῆναι*. Ger. Ein berümpte Statt in Peloponneso.] Vrbs Peloponnesi, non procul ab Argis, quam Perseus Danaës filius extruxit, & in qua postea regnavit Agamemnon: à Mycena nympha sic appellata. Virg. 6. Aeneid. Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas.

Mўcēnæŭs, a, um, *μυκηναῖος*, Nomen adject. à Mycenis deductum. Virgil. 11. Aeneid. Ipse Mycenæus magnorum ductor Achivũm.

Mўcēnĭs, mycenis, pen. prod. *μυκηνίς*, Gentile fœmin. à Mycenis Argivi agri oppido derivatum: quo poëtæ pro Iphigenia utuntur. Agamemnonis Mycenarum regis filia. Ovid. 12. Metamorph. Victa dea est, nubemq; oculis objecit, & inter Officium, turbamq; sacri, vocesq; precantũ, Supposita fertur mutasse Mycenida cerva.

Mycerinus, Cheopis Aegyptiorum regis fuit filius, qui postquam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, ut & templa ab eo clausa reserarit, & populo pyramidum operibus exhausto, & ad extremum calamitatis afflicto, res suas agendi fecerit potestatem: quinetiam præ regibus omnibus justitiam exercuisse fertur. Herodotus libro 2.

Mychthonia, *μυχθονία*, Vide MYGDONIA.

Myci, Populi de quibus Hecatæus, *ἐκ μυκῶν ἔθνος ἀφαξινόφυτον*. Stephanus.

Mўcōn, myconis, *μύκων*, Nomen egregii pictoris, patria Athenienses: cujus meminit Plin. lib. 35 cap. 6. ¶ Fuit etiam hoc nomine insignis statuarius, qui 87. Olympiade floruit. Plin. libro 34. cap. 8.

Mўcŏnē, mycones, & Myconos, myconi, penultima correpta, *μύκονος*, Insula una ex Cycladibus, non procul à Delo. Virgil. 3. Aeneid. Quam prius Arcitenens oras & littora circum Errantem, celsa Gyaro, Myconeque revinxit. Ovid. 7. Metamor. Hinc humilem Myconem, cretosaque rura Cymoli. Sub hac insula fabulantur poëtæ sepultos esse Gigantes, postremò ab Hercule interfectos: unde factus est locus proverbio: Omnia sub unam Myconum: quod in eos dici consuevit, qui res hatura disjunctas, eodem opere conantur complecti. Strat. libro 1. Achill. Cyclades hinc spretæ, Myconos, humilisq; Seriphos.

Mўcŏnĭŭs, a, um, *μυκόνιος*, Nomen à Mycono, seu Mycone insula. Accipitur pro calvo, quòd ejus insulæ homines sine capillo

pillo gignerenturut tradit Steph. & Plin. lib. 11. cap. 37.
Mydia, Insula, quæ etiam Delos dicitur, una ex Cycladibus.
Mydon, μύδων, teste Homero lib. 5. Iliad. Atymnis filius, & Pylæmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Trojano interemptus.
Myes. myetis, μύης, Vrbs Ionica. Gentile Myesius. Steph.
Mygdŏnĭă, [μυγδονία. Ger. Ein Landtschafft in Macedonien dem Meer nach gelegen.] Regio littoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tantali filia, uxorq; Amphionis in saxum versa est, à Mygdone rege sic dicta. ¶ Est & altera Mygdonia, Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi superjacet, ad Rhyndacum amnẽ, & Dascyliticum lacum. Strab. lib. 12. Vtriusq; incolæ dicti sunt Mygdones.
Mygdones, fuit frater Otrei, ac teste Porphyrio in Iliad. 3, ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cisſei filii ambo reges in Thracia: & à Mygdono, ejus filius Chorœbus Mygdonides dictus est. Malim μύγδον, Mygdon, qui fratrem habuit Edonum, à quo Edoni Thracię populi. Steph. & alibi: A' Mygdone, *inquit*, Mygdonia dicta est, ut etiam Herodot. à Mygdone rege. Mygdon filium habuit Gerastum. Stephan. in Parthenopoli.
Mygisi, μύγισοι, Vrbs Cariæ. Hinc Mygisia Minerva, & Mygisais. Stephanus.
Mylæ, [μυλαί Stephano. Ger. Ein Statt in Sicilien.] oppidum Sicilię, de quo Seneca lib. 4. Naturalis quæst. Circa Messanam, & Mylas simo quiddam simile mare profert, fervetq; & æstuat non sine calore fœdo. Vnde illic stabulari Solis boves fabula est. Vulgò *Milazo*.
Mylaces, Gēs Epirotica, Lycophron. κεφήνες ὄ γάπων ἢ ὄ μυλάκων ὄρος. Stephanus.
Mylantĭa, μυλαντία, Promontoriũ in Camiro: vulgata exemplaria habent, ὁ κανύρῳ. Rhodi: Hinc dii Melanii. Fuit autem illic Mylas quidam, qui molæ usum primus reperit. Autor Stephan.
Mylasa, μύλασα, Liberum Cariæ oppidum: ita dictum (si Stephano credimus) à Mylaso Aeoli abnepote. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 5. cap. 29.
Mylĭsin, μύλισιν, Gens Phrygiæ. Steph.
Mylon, Vrbs Aegypti, μύλων, civis Mylopolites. Stephan.
Myndŭs, myndi, μινδος, Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, è regione Coæ insulæ. Autores Plin. lib. 5. cap. 29 & Ptolem. lib. 5. cap. 2. ¶ Fuit in eadem Caria & alterum ejusdem nominis oppidũ, quod postea ad recentioris differentiam Palæmyndum appellavêre.
Myndones, μινδόνες, Populi Libyæ. Steph.
Myneres, Vide MENETES.
Myodes, μυώδης, Muscarum deus, qui & Achor, & Myiagrus appellatur. Plin. li. 29. cap. 6: Nullum animal musca minus docile existimatur, minorisve intellectus: quo mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earũ, immolato tauro deo, quem Myoden appellant, extra territorium inde abire.
Myon. μύων, Vrbs Locrorum in Epiro, cives μύωνες vel μυωνεῖς. Stephanus.
Myonĭa, μυωνία, Vrbs Phocidis, cives Myones vel Myoneis, Stephano.
Myonesius, μυήνιος, Vrbs vel parva regio, inter Teon & Lepedon. Insularis Myonesius. Steph.
Myŏnēsŭs, pen. prod Insula est ante Ephesum, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.
Mypsei, seu Nipsæi, teste Herodoto lib. 4. Populi sunt Thracię, qui Dario Thraciam oppugnante, ultrò sese dediderunt. Vide Nipsa.
Myra, μύρα, Vna ex maximis Lyciæ urbibus, cujus meminit Strabo lib. 14.
Myrcinus, μύρκινος, Oppidum Thraciæ ad Strymonem amnem, quod & Myrcinnia appellatur. Steph.
Myrgetæ. μυργέται, Populi Scythiæ.
Myriandrus. μυριανδρος, Vrbs Syriæ, in sinu Issico sita: qui & ipse Myriandricus ab ea appellatur. Vide Plinium libro 2. capite 108.
Myrica, myricæ, μυρίκη, Insula est maris rubri, apud Stephan.
Myrĭcus. Myricuntis, μυρικῦς, Trojadis oppidum est è regione Tenedi: cujus incolæ dicuntur Myricusii.
Myrina, μύρινα, Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Autor Diodorus lib. 4. ¶ Fuit præterea, teste Homero, urbs in Aeolide ejusdẽ nominis: item alia in occidentali parte Lemni insulæ, cujus meminit Ptolem. lib. 3. Geograph. & Galen. lib 9. de Facultatibus simplicium medicamentorum
Myrĭnŭs, [μύρινος. Ger. Ein zunam̃ Apollinis von der Statt Myrina in Aeolide gelegen / in welcher er verehret ward.] Apollonis cognomẽtum à Myrina Aeolidis urbe, in qua religiosissimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.
Myrlēă, μύρλεια, Oppidum Bithyniæ: ita dictũ à Myrlo Colophoniorũ duce, vel Myrlea Amazone: postea Apamia appellata: à nomine Apames, quæ Prusiæ Zelæ uxor fuit. Nam quũ Demetrius & hanc, & vicinã Cium evertisset, utranq; Prusiæ dedit, qui eas denuò à fundamẽtis erexit, & Cium quidem de nomine suo Prusiadem: Myrleam aũt à nomine uxoris Apamiam appellavit. Autor Strabo lib. 14.
Myrmēcĭdēs, μυρμηκίδης, Insignis sculpendi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore confecit adeò minutam, ut muscæ alis tegeretur, & navim, quam apicula pinnis absconderet. Plin. lib. 36. cap. 5: Myrmecides, cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca. Cicer. 4. Acad. Vt etiam inter deos Myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.
Myrmĭdŏnĕs, pen. corr. [μυρμιδόνες. Ger. Völcker in Thessalia, welche mit dem Achille im Trojanischen Krieg gezogen sind.] Thessaliæ populi fuerunt, qui Achillem ad bellum Trojanum sunt secuti. Hi ex Aegina insula ortum traxerunt, Peleumq; patria profugum secuti, in Thessalia sedes fixerunt. Aeginetas enim Myrmidonas dictos constat, teste Strabone lib. 7: Quòd agricolæ strenui essent, perpetuoq; in fodienda terra formicarum more versarentur. Ovidius libro 7. Metamorphos. nominis rationem ad hanc refert fabulam: Quum pestilentia in Aegina crudelissimè esset grassata, eamq; insulam viris propemodum exhausisset, Aeacus, quum ad radicem quercus infinitum propemodum formicarum numerum conspexisset, Jovem traditur orasse, ut sibi parem virorũ numerum concederet, precibusq; ejus vix absolutis formicas in viros fuisse commutatas.
Myrmĭssŭs, μύρμισσος, Vrbs est Asiæ, in ora Hellesponti, non procul à Lampsaco. Gentile est Myrmissius, μυρμίσιος, Stephano.
Myrōn, μύρων, Statuarius insignis fuit, Ageladis discipulus. Cic. Ver. 6: Verùm ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregiè factus ex ære, is dicebatur esse Myronis, ut opinor. Hæc ille. Ex hujus operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære veræ vaccæ simillima multis poëtarũ versibus celebrata. Ovid. 3. de Ponto: Vt similis veræ vacca Myronis opus. Propert. Atq; Aram circunsteterant armẽta Myronis Quatuor artificis invida signa boves.
Myrōn, μύρων Vrbs Lyciæ, à Myrone vel Myro fluvio profluente, vel potiùs à Myra. Vsurpatur in fœminino & neutro gen μυρδός.
Myronis Insula, μύρωνις νῆσος, in Arabico sinu est. Gentile Myrononisites, vel Myrononesæus. Steph.
Myrrhine, myrrhines, μυρρίνη, Fluvius est Troadis, alio nomine Sebastopolis dicta. Autor Plin lib. 5. cap. 30.
Myrsĭlŭs, μύρσιλος, Myrsi filius ultimus ex Heraclidarum genere. Lydiæ Rex, alio nomine Candaules appellatus, qui quũ uxorem haberet formosissimã, nõ contentus secreta voluptatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis nudam eam ostendit. Quam rem illa indignè ferens, Gygem ad viri necem impulit, sesèq; illi & Lydorum regnũ tradidit. Autor Herodot lib. 1.
Myrsinus. myrsini, μύρσινος, Oppidum Elidis, teste Stephano, postea Myrrotium appellatum, cujus meminit & Homerus in Catal. navium.
Myrsŭs, μύρσος, Proprium nomẽ fuit patris Candaulis, à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herodotus lib. 1.
Myrtĭlĭs, Oppidum est in ora Lusitaniæ, ad Oceanum, cujus meminit Plin lib 4. cap 22.
Myrtĭlŭs, μυρτίλος, Mercurii ex Phaëtusa, sed Myrto Amazone filius auriga OEnomaï, qui à Pelope curuli certamine cũ Hippodamia OEnomaï filia certante, pecunia corruptus, axi in certamine vectẽ non objecit, ut Hippodamię currus dissolveretur, & Pelops victor evaderet. Quod quũ fecisset, à Pelope victore præmium postulavit: qui ab Oenomao moriente antè rogatus, ut Myrtili factum ulciscereturur, eundem in mare præcipitavit, quod ab eo Myrtoum dictum est. Claudianus: -nam perfidus obice regis Prodidit OEnomaï deceptus Myrtilus axem. &c. ¶ Fuit item Myrtilus quidam Comicus Athenienſis, Lysidis filius, & Hermippi Comici frater: cujus fabulæ commemorantur à Suida.
Myrtoum pelagus, [μυρτῶον πέλαγος. Ger. Ein theil des Egeischen Meers / so zwischen Candia ligt vnd den Jnsulen Cyclades genennet.] Pars maris Aegæi, seu quod est inter Aegæum & Ionium. Nomen habens à Myrtilo Mercurii filio, qui in id projectus fertur: sive (ut Plinius tradit lib. 4. cap. 11,) ab exigua insula non procul à Carysto Eubœæ oppido sita, quæ cernitur à Geresto, Macedoniam petentibus. Incipit à Megarico sinu, Cretamq; abluit, & Atticam, Occiduamq; Cariæ oram, habetq; insulas plurimas, Cythera, Calauriam, & quæ Aeginam cingunt & Salaminem. & ex Cycladibus plerasq; quod verò cõtiguum est, jam Aegæum existit. Autor Strabo. Ovid. in Ibin:

Proditor

Proditor ut ſævi periit auriga tyranni, Qui nova Myrtoæ nomina fecit aquæ, &c.

Mȳs, Myos, μῦς, Nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. Martialis lib. 8: Quis labor in phiala, docti Myos, an'ne Myronis? ¶ Eſt item Mys, Piſcis marini genus, cujus meminit Plin. lib. 32 cap. 11: Hunc & Murem marinum appellant, & in littore ova parere aſſerunt, ſcrobeq; facta ea terra operire: trigeſimoq; die terra refoſſa, fœtum in aquam ducere. Vide eundem lib. 9. cap. 51.

Myſia, [μυσία. Vulgò *Boſna & Servia.* Ger. Ein Landtſchafft des minderen *Aſiæ*, ſtoßt an den *Helleſpontum.*] Regio eſt minoris Aſiæ ad Helleſpontum, Troadi conterminа: cujus incolæ Myſi dicti ſunt, abjectiſſimę conditionis homines, ſortiſq; adeò contemptæ ut ceſſerint in proverbium. Quoties enim hominem nullius pretii volebant denotare: Myſorum ultimum eſſe dicebant. Cicer. pro L. Flacco: Nanque, ut opinor, Aſiâ veſtrâ conſtat ex Phrygiâ, Myſia, Caria, & Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc proverbium: Phrygem plagis ſolere fieri meliorem? Quid de tota Caria? nónne hoc veſtra voce vulgatum eſt: Siquid cum periculo experiri velis; in Care id potiſſimùm eſſe faciendum? Quid porrò in Græco ſermone tam tritum, atque celebratum, quàm ſiquis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur? Strabo etiam Myſos conſtituit in Europa in confinio Pannoniæ, ad Danubium fluvium, putatque Myſos Aſiæ populos ab his ut originem, ita & nomen duxiſſe. Sed hi à Plinio non Myſi, ſed Mœſi appellantur.

Myſomacedones, μυσομακεδόνες, Populi ſunt Aſiæ, in tractu majoris Myſiæ à Macedonibus oriundi: unde & nomen habent. Meminit horum Plin. lib. 5. cap 29.

Myſtĭă, μυστία, Vrbs Samnitum, cives Myſtiani, Autor Steph.

Myteſerata, μυτησέρατα, Caſtellum Siciliæ: gentile Myteſeratinus. Stephan.

Mytilene, Mytilenides, Motonides, Mytilæ, Myton, &c. Vide ſuprà in MITYLENE, cum prima per jota.

Mytiſtraton, μυτίστρατον, Oppidum juxta Carthaginem, Gentile Mytiſtratius, Steph.

Myus, myuntus, μυοῦς, Vnâ ex duodecim Ioniæ urbibus, trigiuta à Mæandri oſtio diſtans ſtadiis: quam poſtea ob hominum paucitatem Mileſii incoluerunt. Autor Strabo libro 14.

N



Aarda, νάαρδα, Vrbs Syriæ juxta Euphratem: inde Naardanus, Steph.

Nabatha, Civitatis cujuſdam nomen eſt.

Nabathæa, [נְבָיוֹת *nebajóth*. ναβαθαίαι Dionyſio: ναβατηνὴ Stephano. Ger. Ein Landtſchafft des Veſtächtigen *Arabiæ*, ſtoßt an Syrien.] Regio Arabiæ, Syriæ contermina, populoſa in primis, & paſcuis abundans: cujus metropolis eſt Petra, trium aut quatuor dierum itinere diſtans ab Hiericunte, teſte Strabone lib. 16. ¶ Hinc Nabathæus, a, um, ναβαθαῖος, pen. prod. Iuvenal. Et quos depoſuit Nabáthæo bellua ſaltu. Et quia Nabathæa regio Oriẽtem ſpectat: factum eſt ut Nabathæus accipiatur pro regionibus & populis ad Orientem vergentibus. Ovid. 1. Metam. Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna receſſit.

Nabius, Tarraconenſis Hiſpaniæ fluvius. Ptolem. lib. 5. cap. 6. Narium dicit Mela.

Nabriſſă, νάβρισσα, Ptolem. lib. 2. cap. 4, aliis Nebriſſa, hodie *Veneria* cognominata. Hiſpaniæ Bæticæ civitas eſt.

Nabuchodonozor, Rex Chaldæorum.

Nacolla, νάκωλλα, τὸ, aliàs ναχωλία vel ναχόλεια, Vrbs Phrygiæ à Nacole nympha, vel à Nacolo Daſcoli filio, aliàs Nacolæ, Gẽtile Nacolæus. Meminit ejus Strabo lib. 12.

Nacone, ναχώνη, Vrbs Siciliæ. Gentile Naconæus, Steph.

Nacria, ναχεία, Vide NVCRIA.

Næſſŭs, νάσσος, Vrbs Thraciæ; patria Conſtantini regis, à quo etiam condita eſt: gentile Naiſatanus, vel Næſitanus, Steph.

Nævĭă, ναβία, Nomen miulietis, à nævo ſic appellatæ.

Nævĭŭs, Poëta antiquiſſimus fuit, cujus extat epitaphium apud Aul. Gell. lib. 24. cap. 2: Arrogantiæ (ut inquit Gellius) Campanæ plenum. Hic & Comœdias ſcripſit, quæ paſſim citantur à Nonio, & Feſto, & Bellum Punicum primum, in quo ipſe ſtipendia fecit, literis prodidit, ut refert Gellius ex autoritate Varronis.

Nagis, vel Nagidos, Vrbs inter Ciliciam & Pamphyliam à Nagide gubernatore condita. Gentile Nagidæus. Eſt & inſula Nagiduſa, Stephan.

Nagnata, Vide MAGNATA.

Nagnia, Vilumbrorum urbs in Italia. Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Najades, pen. cor. à ſingulari nominativo Najas: vel Najades, à Nais, [ναιάδες. Ger. Die Göttin der Brunnen vnd Flüſſen.] dicũtur nymphæ fontium, & fluviorum: ἀπὸ τοῦ νάειν, quod eſt fluere. Porrò hæc dictio nunc tribus, nunc quatuor ſyllabis effertur. Virg. Aegl 6: Ægle Naïadum pulcherrima, &c. Calphurnius Aegl. 2: Adfuerũt ſicco Dryades pede, Najades udo, &c. ¶ Eſt item Nais, Nymphæ cujuſdam nomen proprium, apud Virgil. 2. Aeglog.

Nāĭcŭs, a, um, Propert. libro 2: Suppoſita excipiens Naica dona manu.

Naim, Civitas Galilææ, duobus millibus diſtans à monte Thabor. Quo nomine Hebræis ſignificatur *fluctus*, ſive *commotio.*

Nais, Fluvius qui ex Tauro monte naſcens, in Pontum mergitur.

Naïs, νάϊς, Meretrix inſignis, Steph. in Eucarpia.

Nāmnētæ, ναμνῆται, Galliæ Celticæ populi, ad Oceanum ſiti, alio nomine Nannetes dicti: quorum oppidum Condivincum commemoratur à Ptolemæo libro 2. capite 8. Vulgò *Nantes.*

Nannetum, Vrbs Britanniæ ducatus. Vulgò *Nantes.*

Năpææ, ναπαίαι, Sylvarum deæ, quæ & Dryades dicũtur: nam ναπὴ, ſive νάπος Græcis Saltum ſignificat, ſive locum ſylvoſum. Naïdes autem, vel Najades dicuntur fontium nymphæ, ſicut Oreades montium, Hamadryades arborũ, quæ cum arboribus naſci credebantur, & cum iiſdem interire. Nereides verò maris nymphæ ſunt appellatæ. Virgil. 4. Georg. -faciles venerare Napæas.

Năpæī, ναπαῖοι, Populi in Lesbo, ita dicti ab Vrbe Napa: unde & Apollo Napæus dictus eſt.

Napata, napatorum, νάπατα, τὰ, Aethiopię urbs eſt: olim Candaces reginæ regia: cujus meminit Strabo lib. 17.

Năpĭtæ, ναπῖται, Populi in Scythia, quorũ caput vicus Napis, qui & Napatæ nominantur. Steph.

Nar, νάρος Stephano, Sabinorum fluvius in Fiſcello monte naſcens, qui per urbem Narniam fluens, Tyberi immiſcetur. Lucanus lib. 1: -qui Nar Tyberino illabitur amni. Virgil 7. Aeneid. Sulphurea Nar albus aqua. Mela præterea ejuſdem nominis fluvium in Illyride conſtituit, qui ex Adrio monte profluens, non procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. Plinius, Ptolemæus, & Strabo Naronem vocant.

Narame, (Quod pro Dalmatiæ, ſive Illyridis fluvio ineptè legebatur.) Vide NARO.

Narăcuſtuma, ναρακύσταμος, Secundum Iſtri fluminis oſtium, apud Plin. lib. 4. cap 12.

Nārcaſsĭs. Vrbs æſtuaria in Hiſpania, Steph.

Narbis, ναρβίς, Vrbs Illyriæ, Steph.

Narbo, [ναρβών. Gal *Narbonne.* Ger. Narbunen/ein Statt in Langendock gegen dem Roncevall am oberen Meer gelegen.] Cognomẽto Martius, olim amplißimum fuit Galliæ Braccatæ emporiũ, teſtè Strab. lib. 4. hodie tutiſſimũ Galliarum adverſus Hiſpanos propugnaculum: à quo tota ea pars Galliarum, quę olim Romanorum fuit provincia, nomen accepit. Martium autem Narbonem ex eo dictum putant, quòd eò Cæſar ex Martia legione colonos deduxerit. Cic. pro Fonteio: Eſt in eadem provincia Narbo Martius, colõnia noſtrorũ civium, ſpecula pop. Rom. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.

Nārbōnēnsĭs Gallĭa, [ναρβωνίτις. Ger Die Landtſchafft *Galliæ* ſo da begreifft die Provintz / Langendock / Delphinat / vnd die Saphoyer.] Teſte Plin. lib. 3. cap. 4, dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, antè Braccata dicta, à braccis villoſæ veſtis genere, quibus ea regio præcipuè utebatur: quum reliqua Gallia à ſtudio nutriendæ cõmę, Coma diceretur. Hæc olim fuit Romanorum provincia, quam à Narbone Martio, ampliſſimo ejus regionis emporio, hodie munitiſſimo Galliarum propugnaculo, Narbonenſem provinciam appellabant. Dividitur ab Italia amne Varo, & Alpium jugis: à reliqua autem Gallia latere Septentrionali Iura & Gebennæ montibus.

Nārcāssŭs, νάρκασσος, Vicus & urbs Cariæ, inde Narcaſſeus, Stephan.

Narítia, Vide NARYCIVM.

Narmalís, νάρμαλις, Vrbs Piſidiæ: gentile Narmaleis.

Narnĭă, [νάρνια Stephano: Vulgò *Narni.* Ger. Ein Statt in der Landtſchafft *Vmbria Italiæ.*] Vmbriæ civitas, per quam Nar fluvius, νάρος Stephano, labitur, à quo & nomen accepit. Liv. lib. 10 A Nare flumine Narnia appellata.

Nārnĭēnsēs, ναρνιάται, Narniæ populi.

Naron, ſive Naro, onis, [νάρων. Vulgò *Narenta.* Ger. Ein fluß in Dalmatię/heißt jetzt *Narenta.*] Fluvius Dalmatię, ſive Illyrii, juxta Epidaurum in mare Adriaticum influens: quem Pomponius Mela Narem appellat. Vide ſuprà in dictione NAR.

Nārōnă, pen. prod. Liburniæ oppidũ, oppoſitum Naroni fluvio: unde & nomen accepit, à Solona LXXII. M. paſſ. diſtans. Autor Plin. lib. 4. cap. 22.

Narſes, [ναρσῆς. Ger. Ein Oberſter des Keyſers Iuſtiniani wider die Gothen.] Suidæ, Evnuchus, Iuſtiniani principis cubicularius: bibliopola priùs, deinde ob animi virtutem patritiatus honore auctus, vir religione, pietateq; præditus. Is in locum Belſarii ducis in Italiam miſſus, decem annos variis eventibus pugnavit, tandemq; Gothos inſigni prælio fudit ad Anienem fluvium, quem & ponte primus inſtravit, quarum rerum nequando ulla temporum diuturnitate memoria obſcuraretur, ſaxo eas inſculpendas curavit inſigni epigrammate, quod etiam hodie in Anienis ponte legitur. De quo vide apud Volaterranum.

Nārthēcūſă, ναρθήκουσα, Inſula eſt in mari Carpathio, cujus meminit Plin. lib. 5 cap 31.

Nārўcĭum, ναρύκιον, Quod & Naryx, νάρυξ, & Naryce, ναρυκή, dicitur, Oppidū fuit Locrorum vetuſtiſſimū: à quo Ajax Narycius, & populi Narycii dicti ſunt. Virg. 3. Aen. Hîc & Narycii poſuerunt mœnia Locri. Abundat autem pice optima quæ Narycia dicitur. Virg. 2. Georg. Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum, Narycięq; picis lucos.

Năſĭmōnēs, pen. prod. [ναστμῶνες. Ger. Völcker in Libya ſo die Schiff uberſetzen und beraubten / wañ ſie in den Syrten beſtácken.] Sunt populi Libyæ, navium Syrtibus involutarum ſpoliatores. Lucan. lib. 9: Hoc tam ſegne ſolū, raras tamen exerit herbas Quas Naſamon, gens dira legit qui proxima ponto Nudis rara tenet, quē mundi barbara damnis Syrtis alit: nam littoris populator arenis Imminet & nullos portus tangente carina Novit opes: ſic cum toto cōmercia mundo Naufragiis Naſamones habent. ¶ Hinc Naſamonius, & Neſamoniacus adjectiva.

Nātĭo, onis, [Ger. Die Göttin der geburten.] Nomen deæ, nativitatum præſidis: de qua ſic Cicero tertio de Natur. deorum: Furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum, & ſceleris. Quòd ſi tales dii ſunt, ut rebus humanis interſint, Natio quoq; dea putanda eſt: cui, quum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere ſolemus: quæ quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus Natio nominata eſt.

Năſĭcă, pen. prod, ναστκᾶς, P. Scipionis cognomen fuit. Hic adhuc adoleſcens à Senatu vir optimus judicatus, Magnam matrem deorum hoſpitio ſuſcepit, donec ei templum ædificaretur: unde à Iuvenale Hoſpes numinis Idæi appellatur. Hujus etiam ductu Tiberius Gracchus ſeditioſis cōciombus ſtatum Reipub labefactātis, fragmētis ſubſelliorū in concione eſt oppreſſus. Vide Cic. in Orat. pro C. Rabirio perduellionis reo.

Naſium, Ptolem autore lib. 2. cap 9, Galliæ Belgicæ urbs.

Năſpŭs, ναστος, Vrbs Thraciæ, Steph. Vide NESTVS etiam.

Năſtēs, νάστης, Fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Caras habens imperium, qui Priamo adverſus Græcos ſuppetias tulerunt teſte Homero lib. Iliad. 2.

Natiſo, Venetiæ fluvius, Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Navalia, Ptolemæus libro 2. capite 22, Vrbs Germaniæ, Vulgò Gnot.

Navaria, [Ger. Ein Landtſchafft in Hiſpanien wol gegen Mitternacht gelegen,] pars Hiſpaniæ Septentrionalis, verſus Arcton. Vaſconibus adjacet: ad Meridiem verò Tarraconiam habet regionem.

Naucratis, ναύκρατις Stephan, civitas in Aegypto, à Mileſiis condita, qui tum mari potiebantur, teſte Strabone lib. 17. Ejus incolæ Naucratitæ appellantur.

Naulĭum, Civitas in Liguria, à portu & turribus inclyta: & vadorum Sabatiorum portus, à quo decem millibus diſtat Sabatia.

Năulŏchum, ναύλοχον, Locrorum oppidū eſt, teſte Plinio lib. 4. cap. 3. ¶ Eſt item Naulochum ſive Naulochus, Thraciæ oppidum: non procul ab Hæmo monte: cujus meminit idē Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam.

Năupăctŭs, [ναύπακτος. Ger. Ein fürnemme Statt in Aetolia.] Oppidum eſt Aetoliæ, non procul à Locris: ita dictum (inquit Stephanus) ἀπὸ τῶν ἡρακλειδῶν ναυπηγίας: hoc eſt, ab Heraclidarum navalibus. Vide Strab lib. 9 ¶ Hinc Naupactius, a, um, ναυπάκτιος, & Naupacteus, pen. prod. ναυπάκτεύς; ut Naupacteus Achelous. Ovid. 2. Faſtorum.

Nāuplĭă, æ, ναύπλια, Agri Argivi oppidū eſt, & portus Argorū: qui & inde nomen accepit, quòd naves eò ſoleant applicare. Autor Strab. lib. 8.

Nāuplĭŭs, ναύπλιος, Palamedis pater fuit, qui ut mortē filii, falſa Vlyſſis accuſatione oppreſſi, ulciſceretur, Græcis tempeſtate laborantibus, ex Capharæo monte ignem oſtendit, bonamq; claſſis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portū, annavigantem, in aſperrimos ſcopulos pellexit, miſerandoq; perdidit naufragio. Poſtea verò quum intellexiſſet Vlyſſem & Diomedem, quibus eas inſidias potiſſimùm ſtruxerat, incolumes evaſiſſe, doloris impatientia ſeipſum in mare præcipitem dedit.

Nāuplĭădēs, ναυπλιάδης, Patronymicū maſculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplii filio.

Nāupontŭs, ναύποντος, Strab lib. 7, oppidum eſt Iſtrię, Tauriſcorum colonia, ad fluvium Corcoram.

Nāupōrtŭs, [Ger. Ein fluß in Iſterich] Iſtriæ fluvius eſt, inter Aemoniam & Alpes naſcens, nomen habens ab Argo nave, quam Argonautæ humeris eouſq; delatam per hunc fluvium ſubvexerunt. Autor Plin. lib. 3. cap 18.

Nāuſĭcăe, ναυσικάη, Alcinoi Phæacū regis filia, & Aretes, quæ quum exiſſet ex urbe cū pediſſequis, juſſiſſetq; ad flumen lotura veſtes, vidit Vlyſſem naufragum in littore ſedentem, nudum, arborum ramis circunte ctum, cui oranti & veſtes dedit, & in regiam patris ſui ire juſſit. De hac Martial. libro 2: Si mihi Nauſicae patrios concederet hortos, Alcinoo poſſem dicere, malo meos.

Nauſimenes, ναυσιμένης, Vir Athenienſis, cujus uxor quum liberos in inceſtu deprehendiſſet, indignitate facinoris perterrita vocem amiſit.

Nauſithous, ναυσίθοος, Rex Phæacum, Neptuni filius, & Petibœæ Eurymedontis filiæ, & Pater Alcinoi.

Navĭŭs Accius, Inſignis Augur fuit, qui ſub Tarquinio Priſco Romanorum rege floruit: quem Liv. lib. 1. ab Vrbe condita fabulatur novacula cotem diſcidiſſe: meminit hujus Cicero ſæpè in lib. de Divinat.

Năxŏs, [νάξος. Ger. Eine auß den Sprützinſlen im Egeiſchen Meer gelegen.] Vulgò Nioſia, Inſula in Aegæo, una ex Cycladibus, cæteras ſuperans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòſt appellata fuit: verùm quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occupaſſent: à duce Naxon appellarunt. Hanc dionyſiada à vinearum fertilitate dici ſcribit Plin. lib. 4. cap. 12. Vel quia (ut alii volunt) ſolæ Naxiæ mulieres octavo menſe pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Sive quis fons in ea vino fluat. Diſtat à Delo ſeptem millibus.

Naxĭŭs, a, um, νάξιος, unde Naxius ardor apud Columellam, quo ſignificatur Ariadnes coronæ ſydus. Nam (ut ferunt poetæ) inſula Naxo relicta Ariadne à Theſeo, nuptias cū Baccho fecit, coronamq;, quàm à Venere, & Horis dono acceperat, inter ſydera relata fuit.

Nazareus, ναζαρεῦς, ἢ ναζωραῖος, Cōſecratus dicitur: & à Nazareth Nazarenus Chriſtus dictus eſt.

N ante E.

Nĕă, νέα, Inſula prope Lemnum, in qua nonnulli volunt Philoctetem hydri morſu fuiſſe interfectum. Plin li. 2. cap. 87, de inſulis enatis, inter Lemnum & Helleſpontum Nea.

Nĕæră, νέαιρα, Nomē eſt nymphæ, quę peperit Soli duas filias, Phaéthuſam & Lampetiam, quæ armenta Solis tranſeunti Vlyſſi juxta Siciliam oſtendit. ¶ Eſt etiā mulieris nomen proprium apud Virgilium Aeglog. 3: dum fovet ille Neæram.

Nēæthŭs, νηάθος, Fluvius eſt in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, & Crotone urbe. Vide Plin. l. b. 3 cap. 11.

Nĕālcēs, νεάλκης, Pictoris nomē, qui Venerem pinxit, Naumachiam Aegyptiorum & Perſarum: Item aſellum bibentem in littore, & crocodilum ei inſidiantem. Autor Plinius libro 35, capite 10.

Nĕāndrŭs, νέανδρος, Troadis oppidum, poſtea Perperenne nominatum, teſte Plinio lib. 5. cap. 30. Stephanus Neandriam, νεάνδρειαν, appellat.

Nĕāpŏlĭs, [νεάπολις. Ital. Neapoli. Ger. Ein gewaltige Statt gelegen in Campania der Landtſchafft Italiæ am Meer.] Civitas eſt Campaniæ à Chalcidenſibus condita, quæ quum à Cumanis eſſet everſa, ingruente acerbiſſima peſte, ita jubente Apollinis oraculo, ab iiſdem ſplendidius eſt reſtituta: bonaq; civium parte eo translata, ad differentiā veteris urbis, Neapolis eſt appellata. Hæc & Parthenope dicitur, à nomine Sirenis ibi ſepultæ. Autor Plin. lib. 3. cap. 3. Suid. Νεάπολις πόλις ἰταλικὴ Καμπανίας, ἐν ᾗ παρθενόπης ἱδρυται σειρὴν ἄγκιμος, πολεμῶ ὑ ἐ ἄλλαι νεαπόλεις. ¶ Eſt & Neapolis, Africæ oppidū, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 1. ¶ Eſt item ejus nominis Cariæ urbs ad Iaſiū ſinum, eodem autore. ¶ Neapolis, quæ & Leptis magna, Ptolemæo lib. 4. cap. 3, urbs juxta Syrtim parvā, quam *Tripolim* hodie vulgus appellat.

Neapolitanŭs, na, num, Qui ex Neapoli eſt, νεαπολίτης.

Nĕārchŭs, νέαρχος, Iuvenis eximiæ pulchritudinis, cujus meminit Horat. lib. 3. Carminum.

Nebis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Tarraconenſis Hiſpanię fluvius Benis Straboni dictus lib. 2.

Nebrodes, νεβρώδης, Mons in Sicilia, cui damarum copia nomen dedit. Eſt & unum ex Bacchi cognominibus.

Nebros, νεβρὸς, Clariſſimus ex Aſclepiadis fuit in Co inſula, vel Pythiæ teſtimonio: unde Nebridæ dicti, ex quibus & Hippocrates, Stephanus in Co.

Necepſo, Nomen autoris, de quo Firmicus libro 8. ſic inquit: Hunc locum divinus ille Necepſo, ut remedia valetudinū inven.ret,

veniret, diligentissimè quidem (ut divinum tãti viri potuit ingentium) manifestis tractatibus explicavit.

Necos, Filius fuit Psammitichi & Aegypti rex, cui filius Psammis in regno successit, teste Herod. lib. 7.

Necrŏcŏrīnthĭī, νεκροκορίνθιοι: Hoc est, Corinthiorũ defuncti, dicebantur vasa Corinthia, tàm ænea quàm fictilia, quæ eversa Corintho ex mortuorum sepulchris eruebantur. Vide Strabonem lib. 8.

Necrŏpŏlĭs, [νεκρόπολις. Ger. Ein Statt in Aegypten nah bey Alexandria.] Aegypti oppidum est, triginta non ampliùs stadiis ab Alexandria distans: ita dictum, quòd ibi Cleopatra, admota uberibus aspide, sese interemerit.

Nectia, νεκτία, Vrbs Vmbrorum. Gentile, Necuiates, Steph.

Nede, νεδη, vel νεδὼν, Vrbs Arcadiæ à Nede Nympha. Inde νεδάσιος, Stephanus.

Nedon, νέδων, Vrbs & locus Laconiæ: unde Minerva Nedusia, Stephanus.

Negla, νίγλα, Oppidum Arabiæ. Gentile, Neglius, vel Neglites, Stephanus.

Neium, νήιον, Mons Ithacæ à quo νηϊάδης, dictę, vel ut alii volũt, quòd versentur ἐπὶ τὰ νάματα: id est, aquas. Inde νηϊος vel νειάδες & νάπαιον compositum.

Nēleus, νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui à Pelia fratre pulsus, in Laconiam venit, ubi Pylon urbem condidit: cujus rex fuit, teste Homer. Odys. 11. Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes præter unicum Nestorem tum fortè ablegatum, Hercules everso Pylo interfecit.

Nēlīdēs, æ, νηλείδης, Patronymicum à Neleo Pyli rege, & Patre Nestoris formatum. Ovid. 12. Metam. Bis sex Nelidæ fuimus conspecta juventus.

Nĕmausĭus, Teste Strab. lib. 4, civitas est Narbonensis Galliæ, olim florentissima, utpote quæ quatuor & viginti vicorũ fuerit metropolis. Vulgò *Nimes*. [Ger. Nymis]

Nĕmĕī æ, vel Nemee, es, pen. corr. [νεμέη. Ger. Ein Wald in Arcadia *Herculi* zugeeignet/darum daß er darin ein Löwẽ vmbracht hat.] Sylva est Achaiæ inter Cleonas, & Phliuntem, ubi in honorẽ Herculis, qui in ea sylva leonem occiderat, sacra quædam certamina celebrari consueverunt, quæ ab hac sylva Nemeæa dicta sunt. Hoc etiam nomine dicta est tota regio sylvæ hujus vicina. Mart. lib. 1:

Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem,
Arcas Menalium non timuisset aprum.

Nĕmĕæŭs, a, um, per quatuor syllabas, Quod est ex Nemæa sylva, vel regione. νεμεαῖος. Ovid. in Epistol Dejan. ad Herculem: Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis Edidit.

Nĕmĕă, νέμεια, Sacra fuerunt Græciæ certamina: ita appellata à Nemea Peloponnesi sylva; in qua fieri consueverunt in honorem Herculis, qui in ea sylva, leonẽ fertur occidisse: seu potiùs in honorem Archemori pueri in ea sylva à serpẽte occisi. Nemeæorum victores apio coronabantur. Vide suprà in dictione CERTAMEN.

Nēmertis, νήμερτης, Nympha marina; dicta quasi incorruptibilis.

Nembroth, Gigas, Vide BABYLON.

Nĕmĕsĭs, pen. corr. [νέμεσις. Ger. Ein Göttin welche die alten für ein Straffertin der Vbelthäteren gehalten habẽ] Nomen cujusdam deæ, quæ facinorosos & delinquentes punire putabatur, ut ex Catullo & Ausonio licet intelligere. Ea quoq; Rhamnusia dicitur, quòd in Rhamunte Asiæ oppido templum & simulachrum Phidiacũ habuerit. Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorũ: unde apud Statium lib. 13: Est dea, quam Nemesim dicunt, dea magna, potensq;, Quæ bona cœlestùm concessu cuncta deorum Possidet. Hanc quidam Fortunam dixerunt, cui primus Adrastus rex templum ædificavit. Vnde & Adrastia, ἀδράστεια cognominatur. Romani quoq, huic deę tẽpla dicavẽre. ¶ Hoc etiam nomine dicta Tibulli amica. Martial. lib 4: Vsit amatorem Nemesis lasciva Tibullum.

Nemetobriga, Ptolemæus lib. 2. cap. 6; Hispaniæ Tarraconensis urbs.

Nemetes, Germaniæ Populi Galliæ tractum incolentes, citra Rhenum fluvium, ubi hodie est Spira urbs, inter Argentinam & Moguntiã sita. [Ger. Speyrer gegne.] Meminit horum Cæsar in Comm. bel. Gall. & Plin. lib. 4 cap. 17.

Neminia, Fons est in agro Reatino, vario ortu annonę mutationem significans. Autor Plin. lib. 2. cap. 103.

Nĕŏbŭlē, νεοβούλη, Lycambis filia, quæ quòd Archilocho poẽtæ promissa negaretur, Iambis insectari cœpit Lycambem Archilochus, eumq; ad laqueum dicitur adegisse. Vide suprà in dictionibus, ARCHILOCHVS, & LYCAMBES.

Neoburgum, urbs ad Danubium. Alia ejusdem nominis in Thuringia sita est.

Nĕŏcæsărĭă, νεοκαισάρεια, Vrbs Cappadociæ, quã Lycus amnis præterfluit. Autor Plin. lib. 6. cap. 3.

Nĕŏclēs, clis, νεοκλῆς, Philosophus Athenicasis, Epicuri frater. Suidas.

Neodunum, Ptolemæo libro 2. capite 8. Galliæ Lugdunensis civitas.

Neon, νέων, urbs Phocidis Herodot. lib. 8. Gentile, Neonius & Neonæus, Stephanus.

Nĕŏptŏlĕmŭs, mi, νεοπτόλεμος, Pyrrhi Achillis filii cognomẽ fuit, ab eo impositum, quòd admodum adolescentulus primum tyrocinium in bello posuerit Trojano. Græcis enim νεοπτόλεμος, tyronem, vel novum militem significat.

Neoris, Iberiæ oppidum insigne, juxta Harmastim fluvium. Autor Plin. lib. 6 cap. 10.

Nĕŏtēchītæ, νεοτειχῖται, Aeolidis populi sunt, quorum urbs, νέον τεῖχος: hoc est, Nova mœnia, commemoratur à Stephano.

Nĕpĕtă, νέπετα Suidæ, civitas Hetruriæ, quæ Plinio Nepet, & vulgò dicitur *Nepi*, à qua Nepesini, νεπεσῖνοι. Silius: Hos juxta Nepesina cohors, æquiq; Phalisci ¶ Nepeta etiam nomen est herbæ, quam Dioscorides secundam calaminthæ speciem facit. Vulgus herbariorũ à pulegii similitudine, *Pulegium* vocat *agreste*. De hac meminit Plin. lib. 20. cap. 14, & Columel. lib. 8. cap. 7. Vide in dictione NEPITA.

Nĕphĕlē, νεφέλη, Latinè sonat nubem. Nomen proprium uxoris Athamãtis, & matris Phryxi & Helles. Vnde Ovidius, Hellen Nepheleida dixit.

Nephelococcygia, νεφελοκοκκυγία, Confictum urbis nomen apud Aristoph. comicum, & Steph.

Nephthalitæ, νεφθαλῖται, Populi denominati in Oriente, ut scribit Ioseph. Steph.

Nĕpĭtă, Vide suprà NEPETA.

Neptunŭs, [ποσειδῶν. Ger. Ein Sohn *Saturni* vnd *Opis*.] Saturni & Opis filius, maris deus dictus est à nando, mutatis literis primis (ut inquit Cic. lib. 2. de Nat. deor.) vel (ut Varroni placet) à nubendo: hoc est, tegendo, quòd ut cœlum nubes: ita mare terras tegat. Dicit enim Varro: Neptunus est deus maris, vel ipsum mare, quòd terras nubat: id est, cooperiat, Neptunum aũt, ut est in fabulis, mater abscondit, ne à patre devoraretur, eiq; postea, expulso Saturno, aquæ in sortẽ cecidêrunt, ut suprà de Iove dictũ est. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua plurimas nymphas suscepit. Tridentem habet pro sceptro. Muros Trojanos juvante Apolline condidit.

Nēptūnĭānŭs, a, um, ποσειδώνιος. possess. vum.

Nēptūnālĭă, ποσειδώνια, Neptuni sacra, quæ & Salaria à Salo dicuntur.

Nēptūnīnē, es, Patronymicũ est fœmininũ à Neptunus. Catul. in Arg. Téne Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

Nequinum, Vmbriæ oppidum, teste Plin lib. 3. cap. 14, quòd nunc *Narnia* dicitur: ob incolarũ libidinosam inertiã. A quo Nequinates, qui nunc *Narnienses*, Vulgò *Narni*.

Nerabus, bi, νήραβος, Syriæ oppidum, apud Steph. cujus incolæ Nerabii appellantur.

Nereĭdēs, pen. corr. [νηρηίδες. Ger. Meergöttin] Maris Nymphæ, Nerei, & Doridis filiæ, humanã effigiem habentes: quarum nomina sunt Nesæe, & Cymothoẽ, & alia, quæ apud Hesiodũ in Theogonia enumerantur. Nominativus singularis est Nereis, penultima indifferẽte. Ovid. 11. Metamor. Sed memor admissi Nereida colligit orbam.

Neressŭs, νησσός, Oppidum est in Cea insula: cujus meminit Aeschines Epist. 1. ad Polycratem.

Nērēus, [νηρεύς. Ger. Ein Sohn *Oceani* vnd *Tethyos*, Ein Gott des Meers.] Deus maris est (ut docet Hesiodus in Theogonia) Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride uxore, eademq; sorore maximam Nympharum turbam suscepit, quę à nomine patris Nereides appellantur. Hunc Orpheus in Argonaut. deorum antiquissimum appellat: unde & Grandævus à Virgilio dicitur 4. Georg. hunc & Nymphæ veneramur, & ipse Grandævus Nereus. ¶ Figuratè usus est pro Mari Persius Satyra prima: Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Nērĭo, enis, vel Neriene, es, & apud antiquissimos Neria, æ, [νηρίλλη. Ger. Das Weib *Martis*.] Martis uxor. Plautus in Trucul. Mars peregrè adveniens salutat Nerienem uxorem suam. Gell. li. 13. cap. 21, docet Sabinum esse vocabulum, quo significatur virtus & fortitudo: unde & pro vi, potestate & majestate Martis accipitur. Vide Gellium.

Nērĭs, idis, νηρίς, Oppidum est Peloponnesi, in agro Messeniaco; Stephanus. ¶ Est item Neris Dioscoridi nardi montani genus, in Syria, Ciliciaq; nascens, ramulis & folio eryngii, ejusdẽ naturæ cum nardo Gallico.

Nērĭtŭs, pen. corr. νήριτος, Mons est in Ithaca insula: cujus meminerunt Strabo libro 10, & Plin. libro 4. capite 12. ¶ Est item Neritus, sive (ut apud Plinium legitur) Neritis, peninsula Acarnaniæ adhærens, alio nomine Leucadia appellata, opere accolarum olim à cõtinenti abscissa, denuoq; reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Virg. 3. Aen. Dulichiumq;, Samæq;, & Neritos ardua saxis. ¶ Neritus item, si-

ve Neritum, neutri generis, peninsulæ hujus oppidum est, quod recentiores *Leucadem* appellarunt, teste Plinio, libro 4. capite 1.

Nĕrĭtum, νήριτον, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Promontorium Tarraconensis Hispaniæ juxta Arrabros. Vulgò *Finis terræ.*

Nĕro νήρων, Teste Gellio, libro 12. capite 21, verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, vir egregia ac præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen à Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamentum membrorum νεῦρα dicunt, nostri *nervos.* ¶ Ex hac familia fuit Claudius ille Nero, qui Asdrubalem Annibali fratri suppetias ferentem junctis cum Livio collega copiis, superavit. ¶ Fuit item hoc cognomen Romanorum imperatoris, illi ex Claudii principis adoptione partum: omnium quos terra tulit, crudelissimi.

Nĕrvă, XIII. Romanorum Imperator fuit, Flavio Domitiano, cui successit, dissimillimus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Aelium Trajanum sibi adoptavit, qui illi etiam in Imperio successit.

Nĕrvĭi, [νίεργοι. Ger. Das Hennegew oder Dornic.] Fuerunt populi inter Belgas Atrebatibus vicini, ad Scaldem fluviũ, omnium Belgarum fortissimi, & maximè feri: de quibus Cæsar lib. 2. Comment. meminit. Hi nunc *Tornacenses* dicuntur. Vulgò *Tornay.*

Nerulani, Populi in Latio juxta Romam, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Nerulum, Oppidum in Lucanis, quod vi captum repentino adventu Aemilii testatur Liv. lib. 9, ab Vrbe cond. ¶ Inde Nerulonẽses dicti sunt. Sueton. in Augusto: Manibus colybo decoloratis Nerulonensis mensarii.

Nesa, Regio montana juxta Aetnam.

Nēsæē, es, sive Nesæa, æ, νησαία, Nympha marina, Netei, & Doridis filia, παρὰ τὸ νέω: hoc est, à natando dicta. Autor Hesiod. in Theog.

Nesæi, Populi Indiæ, Oceano proximi: de quibus Plin. lib. 6. capite [illegible].

Nēsĭŏn, νησίον, Insula in Campano littore inter Pausilypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis, νῆσις. Lucanus: -tali spiramine Nesis. Hujus nominis obliquos producit Papinius: Sylvaq; quæ fixam Pelago Nesida coronat. Item Sannazar. Aeglog. 1: Huc illuc dum Pausilypi latus omne pererro, Piscosamq; lego celer Nesida phaselo.

Nespetus, νίσπετος, urbs Italiæ. Gentile Nespesinus, Steph.

Nessŏn, νίσσων, urbs Thessaliæ, Gentile Nessonites, Steph.

Nēssŭs, [νέσσος. Ger. Ein *Centaurus*, welcher dem *Herculi* sein frawe die *Dejaniram* hat entführen wöllen / vnd von jhm erschossen worden.] Nomen est Centauri Ixionis, & Nubis filii: qui quum Dejaniram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. Vide fabulã latiùs apud Ovid 9. Metam. Inde

Nēssēŭs, a, um, pen. prod. Ovid. in Epist. Dejaniræ: Illira Nesseo misi tibi texta veneno.

Nēstŏr, [νέστωρ. Ger. Ein treffentlicher alter / weiser vnd wolberedter Griech.] Filius fuit Nelei & Cloridis, teste Homero lib. Odyss. 11, qui adhuc adolescens bellum gessit, etiam tum vivo patre, adversus Epeos Peloponnesi populos, qui postea Elii dicti sunt: & deinde quum Pirithoi nuptiis interesset, adversus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenuè pugnavit. Postremò belli Trojani tempore, jam senior effectus, ut idem Homerus in secundo Iliados scribit, quinquaginta navibus cum reliquis Græcis principibus ad Trojam venit, quum natus annos nonaginta, jam tertiam hominis ætatem viveret, ut ipse ait apud Ovid. 12. Metamorph. quum trecentesimum annum ageret: ubi consilii dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon profiteri non dubitaret, brevi se Ilium fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ex ejus ore mel le dulcior fluere diceretur oratio. Vxorem habuit Eurydicen Clymeni filiam, ex qua septem filios, & unicam filiam suscepit. Ovid. lib. 13: Qui licet eloquio fidũ quoque Nestora vincat.

Nēstŏrĭdēs, νεστορίδης, Patronymicum, & Nestorius, νεστόρειος, possessivum.

Nēstŏs, νίστος, Vrbs & fluvius Illyriæ. Hinc Nestius, & regio, νεστίς, Steph. Vide NAPSVS & NESTVS.

Nestus, [νίστος. Ger. Ein fluß *Thraciæ*, entspringt im Berg. *Hemo.*] Thraciæ fluvius est, in Hæmo monte nascens, & Abderam urbem præterfluens. Vide Plin. lib. 4. cap. 11.

Nēsŭs, νῆσος Græcè, quod Latinè insula. Est & Nesus urbs Iberica. Stephanus.

Nesŭs, νησσὸς, Thraciæ urbs condita à Constantino imperatore, patria ejusdem, Steph. autor.

Neuceria, νευκερία, urbs est Vmbriæ. Vide NVCERIA.

Nevius, Vide NAEVIVS.

Nēurĭs, idis, νεῦρις, Insula est Propontidis, Cyzico adjacens: aliis nominibus Elaphonnesus, & Proconnesus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

Nēurī, νεῦροι, Populi Scythiæ Europeæ, ad Borysthenem amnem, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

N ante I.

Nĭæthŏs, lege NEAETHVS.

Nibis, νίβις, Vrbs Aegypti. Gentile Nibites, Steph.

Nĭcæarchŭs, νικίαρχος, Pictor fuit sua ætate eximius: qui inter alia Venerem inter Gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem tristem insaniæ pœnitentia, Plin. lib. 35. cap. 11.

Nĭcānder, νίκανδρος, vel Nicandrus, Colophonius Grammaticus, & Poëta & Medicus tempore Attali illius, qui Gallogræcos vicit. Scripsit de Theriacis, alexipharmacis, & de agricultura. Præterea Curationum collationes, & Prognostica Hippocratis versibus edidit, aliaque complura. Autor Suidas. Cicero de Orat. Nicandrus homo ab agro remotissimus, de agricultura tamen diligentissimè scripsit, tanta vis est eloquentiæ.

Nĭcānŏr, pen. prod, νικάνωρ, Alexandrinus Grammaticus, sub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio: cujus scripta enumerantur à Suida.

Nicarchus, νίκαρχος, Philosophus fuit Corinthius, sub Periandro, cujus meminit Plutarch. in Sympolio septem Sapientum.

Nĭcasia, νικασία, Insula est exigua circa Naxum: à qua insulani Nicasii, νικάσιοι, appellantur. Stephanus.

Nĭcator, νικάτωρ, Cognomen fuit Seleuci potentissimi regis, (ut Appianus autor est in Syriacis) bello semper invicti.

Nĭcatoris, νικάτορις, Syriæ oppidum, à Seleuco Nicatore conditore ita appellatum: cujus incolæ dicuntur Nicatoritæ, Stephanus.

Nĭcea, Sive potiùs Nicæa per diphthongon, νίκαια Stephano; & Suidæ multarum urbium nomen est, quarum una est Galliæ, non procul à Varo fluvio, à Massilienſibus condita. [vulgò *Nissa.*] ¶ Altera Asiæ Bithyniæ metropolis, quam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominavit. Postea Lysimachus à nomine uxoris, Antipatri filiæ, Niceã appellavit. Vrbis ambitus stadiorum sexaginta fuit, in figura quadrata in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quæ ex uno lapide, qui ad medium gymnasium positus erat, omnes cernebantur. Hîc jubente Constantino clarissima illa synodus celebrata est, trecentorum decem & octo episcoporum, in qua perfidum Arrii dogma convulsum, sublatumq; est. ¶ Tertiam hujus nominis urbem Stephanus apud Locros Epicnemidios cõstituit: quartam in Illyride: quintam in India: sextam in Corsica insula: septimam in Leuctris Boeotiæ: & octavam in Thracia.

Nicephorium, rii, νικηφόριον, Oppidum est Mesopotamiæ, nõ procul ab Euphrate fluvio, ab Alexandro magno conditum. Autor Plin. lib. 6. cap 26.

Nicetes, νικήτης, Smyrnæus sophista, Adriano principi gratissimus, ab eoq; Musęo Aegyptio ascriptus. Quum causas tentaret, foro etiam aptissimus videbatur. Adeó ingeniũ ad utranque dicendi rationem accommodavit, ut genus judiciale sóphisticа quadam facultate exornaverit: sophisticum verò & umbratile forensibus aculeis roboraverit. Genus dicendi antiquum & politũ retinuit, lascivus nihilominus, & dithyrambicus visus. Ex Philostrato.

Nicias, νικίας, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium veniens, ei promisit Pyrrhum se veneno necaturũ. At ille aversatus facinus, Pyrrho rescripsit ut à Nicia sibi caveret. Curtius. ¶ Nicias Grammaticus Romæ, familiaris Pompejo & Ciceroni, qui ejus in epistola quadam ad Atticũ meminit: item Epistola ad Dolabellam. Tranquillus. ¶ Nicias item nomen viri Athenienſis nobilissimi. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodẽ tempore æquè potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Myleſium, & Theramenem Anonis. Thucydides his natu aliquantulũ major, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ sunt. Missus igitur imperator unà cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gilippum Lacedæmoniorũ ducem auxilio accersiverant, infœliciter pugnantes ambo à Syracusanis in bello capti sunt, in carcerem q; conjecti, sibi manus intulêre. Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur à Plutarcho in Parallelis: quod & divitiis abundaverit, & eundem ferè exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos invenerit. ¶ Nicias alius Athenienſis pictor, qui teste Plinio libro 35. capite 11, diligentissimè mulieres pinxit, lumen & umbras custodivit: atq; ut eminerent è tabulis picturæ maximè curavit. Hic etiam in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, ut cibum sumere sæpè oblitus sit. Aelianus de varia historia.

Nico, νίκων, Fuit unus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui con-

qui conjuratunt in Annibalem: tandemque comprehensus cum Philomene, ad Annibalem deductus est. De quo Livius Decad. 3.

Nīcocrĕōn, ontis, *νικοκρέων*, Cypriorum tyrānus, qui Anaxarchum philosophum malleis ferreis cædi jussit. Vide ANAXARCHVS.

Nīcŏlāŭs Damascenus, *Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς*, Peripateticæ sectæ Philosophus, Herodi Iudæorum Tetrarchæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui universarum rerum historiam libris 80. complexus est. ¶ Nicolaus alius fuit ex Myra Liciæ civitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare vixit. ¶ Fuit itē Nicolaus quidā Sophista, ex eadem urbe ortus, Dioscoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricam conscripsit, & Meditationes quasdam. De his omnibus vide plura apud Suidam.

Nīcŏmāchŭs, pen. corr. *νικόμαχος*, Nomen patris Aristotelis philosophi. ¶ Nicomachos quinq; tradit Suidas: primum ex Alexandria Troadis, poëtam tragicum, qui scripsit tragœdias undecim. Secundum Athenienſem, item tragicum qui vicit Euripidem & Theognim. Nicomachum item Medicum, Machaonis filium, Aesculapii nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & de Philosophia unum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis recenset ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physica patris. Sextum Nicomachum addit Plinius pictorem, Aristodemi filium & discipulum, qui pinxit raptum Proserpinæ (quæ tabula fuit Romæ in delubro Minervæ in Capitolio, supra ædiculam Iuventutis) Scyllamq; quæ erat in templo Pacis. Autor Plin. libro 35. cap. 2.

Nīcŏmēdēs, pen. prod. *νικομήδης*, Nomen regis Bithyniæ, Romanorum maximè studiosi, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum vocavit. Hic in adolescentia eo nomine malè audivit, quòd turpi obsequio sibi Cæsarem crederetur conciliasse.

Nīcŏmēdĭă, [*νικομήδεια*. Ger. Ein Statt in *Bithynia*: vulgò *Nichor*: nautis *Comidia*.] Civitas Bithyniæ à Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. In hujus urbis villa Magnus Constantinus obiit: qui quum vellet in Iordane fluvio baptizari, atq; idcircò Hierosolymam peteret, morte præventus ab Eusebio Nicomediensi episcopo, Arrianę perfidiæ sectatore, baptizatus est. Quę res Christiani principis fidem apud plerosq; in dubium vertit. Sed non est verisimile eum principē qui per omnem vitam Arriani dogmatis hostis fuerat, in extremo spiritu ei dementiæ consensisse, quàm summo studio de suo Imperio priùs eliminaverat.

Nīcōnĭă, æ, *νικωνία*, Oppidum est Ponti, ad Istri fluminis ostia: cujus incolæ dicuntur Niconiatæ. Autor Stephanus, & Strabo lib 7.

Nīcŏphănēs, pen. corr. *νικοφάνης*, Nomen pictoris insignis, cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 10. Annumeratur (*inquit*) his & Nicophanes, elegans & cōcinnus, ita ut vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum, impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei & gravitas artis.

Nīcŏpŏlĭs, [*νικόπολις*. Ger. Ein Statt in Epiro/heißt jetzt *Preveſa*. Vulgò *Preveſa*.] Civitas Epiri, à victoria Augusti sic appellata, qui quum Cleopatram, & M. Antonium apud Actium prælio superasset, in proximo littore urbem condidit, & à victoria sua Nicopolin appellavit. ¶ Est & Nicopolis alia in Bithynia: item tertia in minori Armenia: & quarta inter Ciliciā & Syriam, ab Alexandri victoria ita appellata, qui ibi Darium superavit, quum antea Issus diceretur.

Nīcōstrătă, *νικοστράτη*, Evandri mater, quæ quòd fatidica esset, à carminibus Latinè Carmenta est appellata.

Nīcōstrătŭs, *νικόστρατος*, Macedo, orator inter decem secundus, tempore M. Antonii, & Dionis Chrysostomi, & Aristidis Oratoris æqualis scripsit nōnulla, ut autor est Suidas. ¶ Fuit item alter Nicostratus poëta comicus, cujus meminit Athenæus in Dipnosoph. ¶ Nicostratus citharœdus, & Laodocus, quum inter se certarent, dixit Nicostratus Laodocum esse in magna arte parvum, se autem in parva magnum: satiusq; esse non domū divitiis, sed artem studio & diligentia augere. Aelianus de varia historia.

Nīgĭdĭŭs Figulus, Philosophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæsaris, Ciceronis & Varr. tempore. Hic, teste Gellio, multa de re Grammatica edidit volumina, quæ ad nostra secula non pervenerunt.

Nīgrĭs, *νίγρις*, Fluvius est interioris Aethiopiæ, ejusdem cum Nilo naturæ. Nam & calamum gignit; teste Plin. lib. 5. cap. 8, & papyrū, ejusdemq; generis animātes, quæ in Nilo gignuntur, iisdemq; etiam temporibus augescit. Dictus Nigris propter solitudines nigri pulveris, eminētibus interdū velut exustis cautibus. ¶ Stephanus Nigretē *νίγρητα*, appellat, accolasq; ipsos Nigretas: quorum meminit & Strabo lib. ult. Plin. lib. 3. cap. 8, Nigritas nominat. ¶ Item Nigris fons est in Aethiopia, quem nonnulli caput Nili esse crediderunt. Plin. lib. 5. cap. 9.

Nīlĭs, *νεῖλις*, Lacus est inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantes efficere creduntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.

Nīlŭs. [שיחור *schichór* *νεῖλος*. Ger. Ein grosser namhafftiger fluß in Egypten.] Aegypti fluvius à Nileo rege sic dictus, vel à novo inferendo luto, quòd suâ inundatione totam feracem reddat Aegyptum. Servius Nilum dici existimat, quasi *νέον ἴλὺν*: hoc est, novum trahentem limum, quo oblimet Aegyptum, & oppleat. Vnus est ex majoribus totius orbis fluviis, à quibusdā Geon dictus, quasi terra, antea Mele vocabatur. Habet septem ostia. Virgil. 6 Aeneid. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Nomina ostiorum hæc sunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendesicum, Taniticum, & Pelusiacum. Nascitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longè ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem vocant *Nilidem*: deinde condit se itinere aliquot dierum, rursumq; erumpit alio lacu majore in Mauritania Cæsariensi, iterumq; arenis receptus: per deserta viginti dierum spatio fertur ad proximos Aethiopas, & denuò prōsilit fonte, qui Nigris dicitur. Inde Africam ab Aethiopia disterminans; moxq; Aethiopas medios secans, pleraſq; insulas facit, quarum clarissima est Meroë, cujus Metropolis etiā Meroë vocatur, Aethiopes *Astapum* vocant, quod illarum gentium lingua significat, aquam è tenebris profluentem. Circa Meroēn in duo dispergitur brachia, Astabores lævo alveo dictus, dextro Astusapes: nec antè quàm se cōcordibus aquis junxerit, Nilus appellatur. Postremò septem (ut dictū est) ostiis exonerat se in mare Aegyptiū, Aegyptiq; inferiorē partem, dextra, lævaq; divisus, amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco: propter quod aliqui Aegyptū inter insulas posuēre, ita se dividente Nilo, ut triquetrā terræ figuram faciat. Idcircò multi à Δ Græcæ literæ similitudine Delta vocaverunt. Augetur Nilus circa æstivum solstitium mirum in modum, & per totam spatiatus Aegyptū terrā pluviis omnibus destitutam aquis suis irrigat, fœcundissimoq; limo obducit. Causas incremēti Nili vide apud Lucanum, lib. 10. ¶ A Nilus fiunt adjectiva, Niloticus, a, um, *νειλῶος*: ut, Nilotici pisces: & Niliacus, a, um, *νειλιακὸς*, pen. corr. Martialis: Niliacis primùm puer hic sit natus in oris. ¶ Nili quoq; apud veteres capiūtur pro fossis seu canalibus, quæ spectaculis circundari solent, aut quibus aqua ad privata ædificia duci cōsuevit: qualibus etiam hodie videmus magnatum insulas esse cinctas. Cic. 1. de Legib. Ductus verò aquarum, quos isti Euripos, & Nilos vocant. Vide latiùs in dictione EVRIPVS.

Nimbŭs, Insula nō longè à Gyaro, quam Callimachus Agathusam vocat.

Ninęa, *νινάϊα*, Vrbs in Oenotrorum mediterraneo. Gentile Ninæus vel Ninæęus, Steph.

Ninive, es, pen. corr. [נינוה *ninevéh*. *νινευὶ* Suidæ. Ger. Die Hauptſtatt in Aſſyrien gelegen am fluß *Tigris*.] Vrbs Assyriorum ad Tigrim fluvium sita: ita appellata à Nino conditore Beli filio. August. lib. 15. de Civit. Ninives civitatis magnæ Ninus Beli filius conditor: unde nomē ex illius nomine derivatum est, ut à Nino Ninive vocaretur. Populi in ea habitantes, Ninivitæ, pen. prod. *νινευῖται*, dicūtur. Ptolemęus in descriptione Assyriæ urbem hanc Ninum, *νῖνον*, appellat: quo nomine ferè ab omnibus rei geographicæ scriptoribus censetur. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. & Strabonem in principio lib. 16.

Ninoë, es, *νινόη*, Cariæ oppidum est: aliâs Aphrodysias appellatum, Lelegum, Pelasgorum colonia, si Stephano credimus.

Nīnŭs, [*νῖνος*. Ger. Der erſt Aſſyriſch König ſo die Statt Ninive erbauwen hat.] Beli filius, & Semiramidis vir, primus Assyriorū rex. Nam Belus solam habuit Babylonem: Ninus verò totam Assyriam partam armis obtinuit.

Nĭŏbē, *νιόβη*, Nomen filiæ Tantali, sororis Pelopis, uxorisq; Amphionis, quę in saxū versa est ex dolore, ut Poëtæ fingunt, quum ex fœcūdissima matre ad orbitatem redacta, extinctos vidisset filios, filiasq; omnes, quos Apollo & Diana sagittis confixerant. Quæ in saxum versa dicitur: quoniam ex nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidescēs malis diriguit. A Statio in sylvis Sipyleia mater dicta Niobe: quoniam facta saxea turbine venti In Sipylum patriam rapta est: ubi fixa cacumine montis Liquitur, & lacrymis etiā nunc marmora manant. ¶ Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Osirim suscepit, qui & Serapis dictus est.

Nĭphātēs, pen. prod. [*νιφάτης*. Ger. Ein Berg am grōſſeren Armenia, an welchem der fluß *Tigris* entſpringt.] Mons supra Assyriam, ad finē majoris Armeniæ, Tauri pars, ex quo Tigris nascitur, ut refert Strab. lib. 11. Virg. 3 Georg. Addam urbes Asię domitas, pulsumq; Niphaten. Dictus Niphates à nivibus, *ἀπὸ τῶν νιφετῶν, ἀπὸ τοῦ νίφειν*.

Nĭphœŭs, *νιφεύς*, Nomen viri proprium, ab equis interfecti apud Virg. 10. Aeneid.

Niphē, es, νίφη, Vna ex comitibus Dianæ, à niveo candore appellata. Ovid. 3. Metamorph. Excipiunt laticem Nipheq́; Hypanisq́; Rhanisq́;.

Nipsă, νίψα, Thraciæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Nipsæi, νιψαῖοι, Stephanus.

Nireus, νιρεύς, Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium formosissimus, quemadmodum Thersites omnium maximè deformis. Ovidius libro 4. de Ponto: Tam mala Therſiten prohibebat forma latêre, Quàm pulchra Nireus conſpiciendus erat.

Nisă, æ, νίσα, Oppidum Siciliæ, cujus meminit Thucydid. libro 3. ¶ Est & nomen puellæ rusticę apud Virgil. in Pharmaceutria.

Nisæă, νισαία, Oppidum in sinu Megarico, ubi Megarensium erant navalia, teste Thucyd. lib. 2. ¶ Est item Nisæa, Parthyenes regio, cujus caput fuit Alexandropolis ab Alexandro cõditore ita appellata. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisęi appellabantur, teste Strab. lib. 11.

Nisæa, (quod hîc pro Nymphæ nomine corruptè legebatur.) Vide NESAEA.

Nisibis, νίσιβις, Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superavit, alio nomine Mygdonia appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiam appellasse. Vide Plin. lib. 6. capite 13.

Nissă, æ, νίσσα, Bœotiæ oppidum est, apud Hom. in Catalogo navium.

Nīsŭs, νῖσος, Nomen regis Megarensium, qui (ut in fabulis fertur) à Scylla filia sua fatali capillo spoliatus, in avem sui nominis conversus fuit. Virg. 1. Georg. Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. ¶ Fuit & alius hoc nomine, Hyrtaci filius, indissolubili amicitiæ vinculo Euryalo conjunctus, ut satis copiosè describit Virg. lib. 9. Aen.

Nisyros, penultima producta, νίσυρος Homero, Insula est in mari Carpathio, una Sporadũ: quam Poëtæ fabulantur olim Coo adhæsisse, Neptuniq́; scepetro inde fuisse avulsam. Vide Strab. lib. 10.

Nitrites Nomos, νιτριτικὸς νόμος Straboni, præfectura est in ea parte Aegypti, quæ est supra Memphim, nomen habens à duabus nitrariis, quæ plurimum ferunt nitri. Vide Plin. lib. 4. cap. 9, & Strab. lib. 16

Noa, Syenitarum oppidum est ad Nilum fluvium, teste Plin. lib 6. cap 29.

Nŏæ, νόαι, Vrbs Siciliæ. Gentile Noëus, Steph.

Nŏās, νόας, Thraciæ fluvius est, ex Hæmo monte nascens, & in Istrum influens. Autor. Herod. lib. 2.

Nōdīnŭs, pen. prod. Deus quem divus August. in lib. de Civ. Dei, ex Varrone scribit cultũ fuisse à veteribus Romanis, putantibus Proserpinam frumentis præpositam germinantibus & proserpentibus: geniculis verò, nodisq́; culmorum, deum Nodinum: involucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi patescunt, quò exeat spica, deam Patelenam: quum segetes novis aristis exæquantur, Hostilinã deam: quia hostire ac hostimentum veteribus exæquationem significabat. Floram quoque adjicit, & Lactucinam, & Mactutam, quæ florentibus, lactescentibusq́; ac maturescentibus præsint frumentis.

Noega, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Asturum in peninsula Pesici, Autor Plin. lib. 2. cap. 20.

Noemagus, Vide NEOMAGVS.

Nola, νῶλα Ptolemæo., Campaniæ urbs mediterranea, quam Virgil. ob aquam sibi denegatam è carmine suo erasisse dicitur. Hanc priùs Sidicinum fuisse dictam scribit Plin. libro 3. capite 5.

Nŏmădes, dum, νομάδες, Africæ populi inter Zeugitanam regionem, & Mauritaniam siti, qui postea literis aliquot mutatis Numidæ appellati sunt. Hos scribit Salustius ex Persis ortum traxisse, qui Herculem in Hispaniam sunt comitati: eoq́; mortuo, in Africam trajecisse, locaq́; occupasse Oceano proxima, alveosq́; navium inversos pro tuguriis habuisse: deinde paulatim per connubia sibi Getulos miscuisse: posteaq́; Numidiæ nomo propter multitudinem à parentibus digressos, possedisse ea loca, quæ proximè Carthaginem Numidia appellatur Hæc ille. Dicti autem sunt Nomades ἀπὸ τῆ νέμεσθαι: hoc est, à pascendo, quòd pastionibus præcipuè vacarêt, herbisq́; uno in loco depastis, papilliones suos curribus aliò transveherent. ¶ Sunt & alii Nomades in Scythia supra Mæotim, Agathyrsis & Basilidis finitimi, quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 12.

Nomæi, νομαῖοι, Populi qui postea Scythæ dicti sunt, Stephanus.

Nomba, νόμβα, Vrbs Iudææ, Gentile, Nombæus, Stephan. ex Iosepho.

Nōmēntum, [νωμῆντος Stephano: Vulgò *Lamentana*. Ger Ein Statt im Römerlandt] Oppidum in Latio, non procul ab Roma. Mart. lib. 13: Si vicina tibi Nomento rura coluntur. ¶ Hinc Nomentana via Romæ, qua itur Nomentum: & Nomentani, νωμεντῖνοι, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentũ à Nomento conditore.

Nŏmĭŭs, νόμιος, Dictus est Apollo, quasi pastor, sive quòd cœlo exulans (ut fabulantur poëtę) Admeti regis pecus paverit: sive (ut se habet res) quòd Solis calore omnia hęc inferiora pascantur & vegetentur.

Nona, æ, Vna ex Parcis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixêre: quòd tempestivũ tempus partus, sit & nono & decimo mense: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui nascantur, aut paulò pòst moriantur. Vide ea quæ annotavimus in dictione Morta: & quæ ea de re scripta sunt apud Gell. lib. 3. cap. 16.

Nōnăcrĭs, pen. corr. νώνακρις, Plin. lib. 4. cap. 6, Mons est Arcadiæ: aut (ut alii malunt) regiũcula montosa, cum oppido ejusdem nominis. Vitruv. lib. 8. cap. 3: Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in mõtibus stillantes ex saxo frigidissimos humores. Hæc autem aqua, στυγὸς ὕδως appellatur, quam neq; argenteum, neq; æneum, neq; ferreũ vas potest sustinere, sed dissilit ac dissipatur: conservare autem eam & continere, nisi ungula mulina nil potest.

Nōnăcrĭus, cria, crium, νωνακρεύς, νωνακρίτης, νωνακρεάτης. Ovidius in Fast. Et matri, & vati paret Nonacrius heros. ¶ Item Nonacrinus, crina, num. Idem: Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?

Nonymna, νώνυμνα, Vrbs Siciliæ, civis Nonymnæus, Stephanus.

Nōrbă, Cæsarea, Lusitanię urbs, Ptolemæo, lib. 2. cap. 5. Vulgò *Alcantara*.

Nōrĭcum, pen. corr. [νωρικία. Ger. Das Beyerlandt mit sampt dẽ Jntat. Pol. *Baworska ziemia*. Vng. *Bauaria*.] Regio est Germaniæ habens ab Occasu Aenum fluvium, qui medius est inter Vindelicos & Noricos: à Septẽtrione Danubium: ab Ortu Solis montem Cecium, qui Pannoniam superiorem disterminat à Norico: à Meridie mõtem Curvancam, qui est super Istriam. Eam nunc regionem bona ex parte *Bavariam* appellant. Sunt qui vulgò *Stiria & Carinthia* vocent.

Nōrĭcŭs, a, um, νωρικός. Horat. lib. 1. Carm. quas neq; Noricus Deterret ensis. Virg. 3. Georg. Tum sciat aërias Alpes & Norica siquis Castella in tumulis, &c.

Nōrtmānnĭă, Regio Galliæ ultra Sequanam flumen, quæ à Carolo Magno devicta, fidem Christianam suscepit: ita dicta à Nortmannis Cimbricæ Cherronesi populis, qui eam regionem occuparunt. Nortmanniæ aũt nomen, Germanorũ proculdubio vocabulum est, qui Nort/Septentrionem appellant, & Man/virum. A' Cęsare totus ille tractus inter Armoricas civitates numeratur.

Norvegía, Regio in Europa, Septentrionalis, versus Oceanum Germanicum sita, sub imperio regis Danorum. Vulgò *Norvega*.

Nōscŏpĭŏn, νοσκόπιον, Lyciæ urbs est, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Nŏsŏră, νόσορα, Insula est maris rubri, teste Stephano: cujus incolæ dicuntur Nosoreni.

Nŏtĭum, νότιον, Oppidum est Ioniæ nõ procul à Colophone: cujus meminit Plin. lib 5. cap. 29. ¶ Est item Notium Calydnes insulæ oppidum. Idem lib. 5. cap. 31: Calydne insula cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero. Vulgò *Cabo de Mar*.

Nŏtĭum mare, νότιον πέλαγος, A' Græcis dicitur ea maris Mediterranei pars, quæ est inter Ligusticũ & Siculum: alio nomine à Tuscia, quam alluit, Tuscum appellatum. Plin. lib. 3 cap. 5: A' Ligustico usq; ad Siciliam insulam, Tuscum: quod ex Græcis alii *Notium*, alii *Tyrrhenum*, è nostris plurimi *Inferum* vocant.

Nŏtŭs, ti. [νότος. Gall. *Le vent de Midi*. Ital. *Austro*. Ger. Der Sudwind/ Wind von Mittag. Fland Zuyden. Hisp. *Viento de medio dia*. Pol. *Wiatr południowy*. Vng *Deli szel*. Ang. *The south wind*.] Ventus Meridionalis, quem nos *Austrum* appellamus: ita dictus ἀπὸ τῆ νοτίδος: hoc est, ab humiditate.

Nŏtĭŭs, a, um, νότιος, Idem quòd Australis, & humidus. Nam Græci νότον vocant, quem nos *Austrum*.

Nŏvă Mœnĭă, νέον τεῖχος, Sarmatiæ urbs in Europa, Ptolem. lib. 3. cap. 5. Hodie *Album castrum* appellant. Stephanus quoq; ejusdem nominis urbẽ in Aeolide constituit, cujus cives Neotichitas ait appellari. Vulgò Weissenburg.

Nŏvānŭs, ni, Fluvius est in agro Pitinate trans Apenninum, qui æstivis solstitiis supra modum augetur, & circa brumam siccatur. Vide Plin lib. 2. cap. 103.

Nŏvārĭă, Oppidum est Italiæ in tractu trãspadano: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgò *Novara*.

Nŏvēllŭs Torquatus, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberii Cæsaris, qui gestis honoribus è Prætura ad Proconsulatum

consulatum usq; pervenit. Hic Tricongius cognominatus est, quòd tres congios vini uno impetu epotaverit, adeoq; siccaverit, ut nihil prorsus reliquerit quod ad pavimentum posset elidi. Autor Plin. lib. 14. cap. 22.

Nŏvem vĭæ, *ἐννέα ὁδοὶ* Stephano, Civitas Thraciæ, quę & Amphipolis, *ἀμφίπολις* dicitur.

Novium, *νόϊον*, Tarraconensis Hispaniæ urbs, in tractu Artabrorum non procul à Nerio promontorio.

Novius, Fluvius Britanniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Novum Comum, *νῶμον*, Galliæ Cisalpinæ oppidum est ad Latium lacum situm: anteà Comum appellatũ, donec deductis eò à Divo Iulio quinque colonorum millibus auctius factum, Novùm comum appellatum est, & oppidani Novocomenses. Vide Strab. lib. 5.

N ante V.

Nubæ, *νῦβαι* Stephano, Populi sunt Libyæ, ad sinistrum Nili flexum habitantes, in multa divisi regna, teste Strabone libro 17.

Nucería, *νουκερία*. Vulgò *Nocera*, Civitas Campaniæ, cujus populi dicti sunt Nucerini, & ager ipse Nucerinus. Plin. lib. 3. cap. 5: Haud procul à mõte Vesuvio ager Nucerinus est: & novem M. passuum à mari ipsa Nuceria.

Nuditanum, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, apud Plin. lib. 3. capite 1.

Nūmă Pompĭlius, *νομᾶς*, Ex Curibus Sabinorum urbe ortus, secundus à Romulo Romanorum rex, justitia & pietate insignis, qui pacatis finitimorũ odiis, quò truces, efferatosq; longa militia animos ad pacis artes traduceret, ad deorum cultum animum adjecit: primumq; ad infimũ Argiletum Iani templùm cõdidit, quod apertum, bellum: clausum, pacem indicaret. Deinde Dialem, Martialem, & Quirinalem Flamines creavit, Salios item duodecim Marti assignavit: virgines Vestales sacravit. Pontificem maximũ primus declaravit, dies fastos, nefastosq; condidit: annum in duodecim menses divisit. Quæ omnia quò majore apud imperitam plebem in veneratione essent, simulavit sibi cum Aegeria Nympha nocturnos congressus esse, ejusq; se monitu, quę acceptissima diis essent, sacra instituere. Postremò ubi maxima cum reverentia & suorum, & finitimorum crevisset, quadragintaq; annis regnasset, diem suum obiit. Vide Liv. lib. 1. ab Vibe condita.

Numana, Oppidum est Piceni, à Siculis conditum, teste Plin. lib. 3. cap. 13.

Nūmāntĭă, *νομαντία*, *ἡ νομαντία* Stephano: quibusdam *Cæsar Augusta*: aliis verò *Soria*, Celtiberorum insignis fuit urbs: quæ quũ à Romanis frustrà obsessa fuisset per annos quatuordecim, tandẽ ab Africano cujus Paulus pater Persea vicit, fame potiùs, quàm viribus est deleta. Quum enim fame laborarẽt, nec eis daretur justi certaminis copia, omnia sua, & seipsos igni concremarunt. Florus lib. 2.

Nūmāntīnŭs, a, um, pen. prod. *νομαντῖνος*, *ἡ νομαντῖνη* Stephano, Numantiæ incola. Quod etiam cognomen Scipionis Aemiliani fuit, qui Numantiam expugnavit.

Numatius Plancus, Nobilis fuit Romanus, Iulii Cæsaris temporibus; qui primus Lugdunum Coloniam deduxit. Ad hunc extant Ciceronis aliquot epistolæ, & Horatii carmen. Sunt qui scribant Munatius.

Nūmĕnĭus, *νομήνιος*, Misenæ regionis (quæ mari rubro proxima est) sub Antiocho pręfectus, qui Persas eodem die navali, & equestri certamine vicit: geminaq; eodem in loco Iovi & Neptuno trophæa erexit. ¶ Fuit & Numenius Platonicæ sectæ philosophus, quem Origenes non dubitat cæteris omnibus philosophis anteponere. Hũc ferunt, quùm Platonis dogmata cũ Mosis mysteriis conferret, illud identidem asseruisse Platonem sibi prorsus videri Mosen alterum, Attica eloquentia divinitatis arcana rimantem.

Numerius, *νομέριος*, A numero prænomen deductum est.

Nŭmēstrānī, Populi Italiæ, in tractu Lucanorum, Vrsentinis, & Volsentanis proximi: quorum meminit Plinius libro 3, capite 11.

Nŭmīcĭus, Fluvius in Latio, in quo repertũ cadaver Aeneæ, & Anna soror Didûs sese submersisse fertur. Hic postea decrevit, & in fontem redactus, qui & ipse postea exiccatus est, sacris Vestæ (cui ex hoc fluvio modò libari fas erat) unà interceptis. Ovid. 3. Fastor. Corniger hãc tumidis rapuisse Numicius undis Creditur. Virg. 7. Aen. -hæc fontis stagna Numici. Vbi Numici per apocopen dixit pro Numicii.

Nŭmĭdĭă, [*νομαδική*. Vulgò *Il regno di Tunis*. Ger. *Das Königreich in Africa*.] Pars Africæ, inter Cæsariensem Mauritaniam, & Carthaginiensem regionẽ, cujus populi à Latinis Numidæ, à Græcis *Nomades*, *νομάδες*, dicuntur, quasi in pascuis inter armenta dẽgentes: *ἀπὸ τοῦ νέμειν*, quod est pascere. Erat enim ea gens rei pecuariæ in primis studiosa, & ob id ad lætiora pabula cùm usus requirebat, magalia sua transferebat: quemadmodum & Hamaxobitæ, qui plaustris domos suas circũferebant. Plin. lib. 5. cap. 3: Numidæ verò Nomades, à permutãdis pabulis, mapalia sua: hoc est, domos plaustris circunferentes. Hi à Virg. lib. 4. Aen. Infræni Numidæ appellãtur, quòd equos non freno, quemadmodũ nos consuevimus, sed virgula duntaxat regerent.

Nŭmĭdĭcŭs, a, um, *νομαδικός*: ut Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora annumeratur. A Papinio Libycus silex appellatur. Et pavimẽta Punica à veteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico strata erant. Vide suprà NOMADES.

Nŭmĭdĭānă pyra, A patria nomen sortita: quorum meminit Plin. lib. 11. cap. 15.

Nŭmĭtŏr, pen. corr. Filius Procæ Albanorum regis, & Amulii frater, Romuli & Remi avus maternus. Hic Rheam Sylviã filiam habuit, quam Amulius pulso Numitore fratre Vestalem virginem fecit, ne quando sobolem haberet, quę patruum ulcisceretur. Posteà verò senex à Romulo & Remo nepotibus, occiso Amulio, in regnũ restitutus est. Virg. li. 6. Aen. Et Capys & Numitor, & qui te nomine reddit Sylvius Aeneas, *&c.* Vide Livium, lib. 1. ab Vibé.

Nuncoreus, Sesostridis filius, qui obeliscum illum, qui nunc visitur Romæ in Vaticano, curavit excidendum. Autor Plin. lib. 36. cap. 11.

Nūndĭnă, næ, Romanorum dea, à nono die nascentium dicta, qui & Lustricus dicitur. Erat autem Lustricus dies, quo infantes lustrabantur. Is autem erat in masculis nonus, in puellis verò octavus. Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.

Nŭpsĭă, *νυψία*, Oppidũ est ad Nilum fluvium, in tractu Syenitarum: cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Nupsĭs, Oppidum est Arabiæ, Nomadibus proximũ: de quo Plin. lib 6. cap. 1eo.

Nūrsĭă, Vrbs antiqua Sabinorum, ex qua Q. Sertorius, vir rei militaris scientissimus ortus est. Virg. 7. Aeneid. -quos frigida misit Nursia, & Hortinæ classes, populiq; Latini. Vbi Servius: Frigida Nursia, vel quia re vera talis est: vel frigidã dixit: quasi venenosam, & nocentem. Gracchi nanq; ubiq; in concionibus suis Nursinos sceleratos appellavêre. Scimus autem Virgilium amare historiarum rem per transitum tangere. Hæc ille. ¶ Hujus oppidi incolæ dicti sunt Nursini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Nūrsīnŭs, a, um, adjectivum. Mart. lib. 13: Nursinas poteris parcius esse pilas.

N ante Y.

Nyctĕlĭŭs, *νυκτέλιος*, Vnum est ex Bacchi cognominibus, tractum ab eo quòd nocturno tẽpore ejus sacra celebrabantur, quæ Nyctelia, *νυκτέλια*, dicta sunt.

Nyctēus, per duas syllabas, *νυκτεύς*, Neptuni fuit filius ex Celæne Atlantis filia, quem ex Amalthea Cretensi nympha Antiopum & Nyctimenem suscepisse ferunt, ipsumq; ab hac posteriore turpi amore adamatum cum eadem nutricis opera ignarum concubuisse: sed scelere cognito Nyctimenem occidere voluit: illa verò fugiens, miseratione Minervæ in avem sui nominis versa est, & in ipsius tutelam suscepta est: *νυκτιμήνη* enim Græcis noctuam sonat. Vide Ovid lib. 2. Metam.

Nyctileĭa, [*νυκτιλήια*. Ger. *Opffer so zu ehren Bacchi nachts gehalten worden.*] sacrificia quę Baccho fiebant, à nocturno tempore dicta Vnde & Bacchus Nyctileus, *νυκτιλεύς*, *νυκτιλὸς*, vel Nyctelius dictus, quòd ejus sacra noctu celebrarentur.

Nyctĭmĕnē, *νυκτιμήνη*, Filia Nyctei, ex Amalthea Cretẽsi Nympha, quæ nefando patris sui amore capta, opera nutricis cum illo concubuit: tandemq; agnita, quum pater eam vellet occidere, fuga se subduxit: imploratoq; Minervę auxilio, transformata est in avem sui nominis, quæ à Latinis Noctua dicitur. Græci etiam *γλαῦκα* appellant: quæ etiã nunc scelcris sui conscia, lucem fugit, nec nisi noctu volat. Ovid. 2. Metam. An quæ per totam res est notissima Lesbon, Non audita tibi est, patrium temerasse cubile Nyctimenen? avis illa quidem, sed cõscia culpæ Conspectum, lucemq; fugit, tenebrisq; pudorem Cælat, & à cunctis expellitur æthere toto.

Nyctorix, Babyloniorum regina, maximi animi mulier, & quæ ipsam Semiramidem solertia longè superavit. Vide Herodot. libro 1, ubi tamen hæc non Nyctorix, sed Nitorix appellatur.

Nymphæă, æ, *νυμφαία*, Insula est juxta mare Adriaticum, in qua Calypso dicitur habitasse. Gẽtile est Nymphęus, *νυμφαῖος*, Stephan.

Nymphæum, *νύμφαιον* Stephano, Oppidum est in Taurica regione, non procul à Bosphoro Cimmerio, juxta Panticapæum, & Theodosiã: portum habẽs utilissimum, teste Strabone lib. 7. & Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Nymphæum, locus quidam in ea Macedoniæ parte quæ mare Adriaticũ spectat, non procul ab Apolloniatarum finibus, perram habens ignẽ vomentem, cui subsunt fontes, qui aqua tepida, bitumineq; scatent. Autor Strabo lib. 7.

Nymphæŭs, *νυμφεύς*, Italiæ fluvius est juxta Velitras, non

procul à Circeis in mare influens. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Nymphas, adis, νυμφὰς, Locus est Arcadiæ, cujus incolæ vocantur Nymphasii, Steph. ex Pausania.

Nymphodorus, νυμφόδωρος, Medici insignis nomen, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 10.

Nysa, νύσα, Vrbs est in ea parte Arabiæ, quæ Aegypto contermina est, apud quã (ut Diodor. ait,) Bacchus educatus à Nymphis fertur. Vnde & Nyseus, νυσεύς, νυσεὺς dictus est ac Dionysius, à Iove scilicet & Nysa nomine accepto. ¶ Nysa etiam civitas in India est, à Libero patre (ut refert Strabo lib. 15.) cõdita, carminibus poëtarum celebratissima: sita sub radicibus montis, quẽ *Meron* incolæ appellant. ¶ Alia est Nysa in Bœotia, apud Homer. in Catal. navium, quam tamen in castigationibus exemplaribus Nissam videmus appellari. Alia in Caria apud Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est item vicus in Helicone, apud Stephan. Baccho sacer. ¶ Item oppidum Eubœæ, apud eundem, in cujus agro fabulantur eodem die & vites florere, & uvas matureſcere, Ptolem. præter has duas alias ejusdem nominis urbes commemorat, quarum alteram in Lycia, alteram in Ionia collocat. Plin. lib. 8. cap. 39: Nysam Indiæ montem esse tradit, juxta quem lacertæ ad 24. pedum longitudinem feruntur excrescere.

Nysæa, pro Indiæ oppido lege NYSA. Pro emporio autẽ sive portu Megarensium, lege NISAEA.

Nyseus, νυσεύς, Dissyllaba dictio, Bacchi cognomen est: à Nysa Arabiæ oppido, ubi ferunt esse educatum. Ovidius libro 4. Metamorphos. Additur his Nyseus, inderonsusque Thyoneus.

Nysirus, vide NISYRVS.

O

Oanus, ni, Ὄανος, Lydiæ oppidum, apud Steph.

Oasis, ὄασις, Oppidum in desertis Libyę, septem dierum itinere à Thebis distans, quod Herodoti ætate à Samus tenebatur, ut ipse refert libro 3.

Oaxis, ὄαξις, Fluvius Cretæ insulæ, ab Oaxe Apollinis filio sic vocatus: unde & Oaxia tellus, Creta appellatur. Virg. Aeglog. 1: Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem. At Servius putat esse fluvium Mesopotamię, cretosum vehentem limum: unde à poëta rapidum cretæ putat appellatum Quę tamen interpretatio à doctioribus omnibus meritò rejicitur.

Oaxus, ὄαξος, Civitas Cretæ, ab Oaxo Minois ex Acallide filia nepote: vel à situ loci, quòd crepidines Græci *Axos* vocent. Herodotus quoq; li. 4. Oaxum urbẽ Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Battí regnavit, qui Cyrenen Libyæ urbem ædificavit.

O ante B.

Obareni, ὀβαρηνοὶ, Armeniæ populi, nõ procul à Cyro fluvio: quorum meminit Stephanus.

Obrima, mæ, Vnus est ex tribus fluminibus Apamiam urbem in Asia celeberrimam ambientibus. Plin. lib. 5 cap. 29: Tertius conventus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas, deinde Ciboton. Sita est in radice montis Signiæ, circumfusa Marsia, Obrima, Orga fluminibus in Mæandrum cadentibus.

Obris, ὄβρις, Fluvius est Galliæ Narbonẽsis, ex Gebenna monte nascens, quem Ptolemæus Obrium, Plinius Obrim appellat. Vide Pomponium, ad finem lib. 2.

Obucula, æ, Oppidum ulterioris Hispaniæ, in conventu Astigitano: cujus meminit Plin lib. 3. cap 1.

Obulco, onis, Oppidum mediterraneum ulterioris Hispaniæ in conventu Cordubensi, cujus meminit Plinius libro 3. capite 1.

O ante C.

Ocalea, æ, sive Ocalee, es, pen. corr. ὠκαλέη, Bœotiæ oppidũ est, cujus meminit Homerus in Catalogo navium: Ὠκαλέην, μεδέοντα Δικτάμνοιο πολίεθρον.

Oceănus, pen. corr. & per simplex c, [ὠκεανός. Ger Das hoch Meer oder groß Meer.] Cœli & Vestę filius, & maritus Tethyos, quem poëtæ maris deum efficiunt. Virg. 4. Georg. Oceanũq; patrem rerum, Nymphasq; sorores. ¶ Oceanus item mare universum appellatur, quod universam circuit terram. ¶ Pro eodem etiam neutro genere Oceanum dicitur, præsertim si Mare sequatur, ut Caper & Probus testantur. Irrumpit autem Oceanus in Medium terrarum, inter Africam & Hispaniam, Abylam Africæ montem ad dextram, Calpen Hispaniæ ad sinistram relinquens, qui ob altitudinem Herculis columnæ dici consueverunt, cò quòd testimonio vetustatis laboris Herculei limes illic fuerit consecratus. Dictus est autem Oceanus, à Græca voce ὠκὺς, quæ velocem significat, ut quidam putant. Suidas verò deducere videtur ab α privativa particula, & κίνω, quod est χίζω, mutato κ in σ. Et quanvis nomẽ sit propriũ Oceanus, aliquando tamen non mare universum, sed partes ejus significat. Quo modo mare, aliquando totum Oceanum ambientem terras, singulas ejus partes tantùm aliquando significat: nam à littoribus plerunq; accipit nomen. Ad dexteram siquidem, antequam terram intret, Atlanticus dicitur: ad sinistram, Gaditanus: illinc Arabicus, Persicus, Indicus. Hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus. Postquam verò terras intravit, primò ab Iberia: hoc est, Hispania, dicitur Ibericum mare. Tum à Balearibus insulis, Balearicum: post hęc Narbonensium provinciam cõtingens, Gallicum. Deinde à Liguria, Ligusticum. Mox usque in Siciliam à Tuscis, Tuscum, sive Tyrrhenum à Tyrrhenis: sive etiam ad differentiam Superi maris, Inferum appellatur. Superum enim, Adriaticum vocamus, quod ad id ab Vrbe venientes, Apenninum conscendamus, sive quod Italiam ab ortu alluat. Inde ab Ionibus, Ionium: à Sicilia, Siculum: à Creta, Creticum: ab Asia, Asiaticum: & à Pamphylia, Pamphylicum: & multa alia nomina, quæ enumerare longum esset. Poëtæ tamen Oceanum pro quocunque mari usurpant. Virgil 2. Aeneid. Et ruit Oceano nox. ¶ Est & Oceanus solium vastum in balneis, & omninò lacus, alveusque major, ab amplitudine vocatus, & à lavantium quoque strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius: Oceani solium primus inter principes Alexander appellavit, quum Trajanus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam thermarum magnitudo Romę quanta fuerit. Ammianus testatur libro sextodecimo, quum inquit: Lavacra in urbe in modum provinciarum extructa. ¶ Ab Oceanus fit Oceanitis, pen. prod. tidis, ὠκεανίτης, ὠκεανὶς, pro filia Oceani. Virg. lib. 4. Georg. - Oceanitides ambæ.

Ocelum, Ὄκελον, Hispaniæ Tarraconẽsis urbs, in tractu Gallæcorum, teste Ptolem. lib. 2. cap 6.

Ocha, æ, ὄχα, Eubœæ insulæ oppidum est, cujus meminit Plin. lib. 4. cap 12.

Ochus, ὄχος, Fluvius, qui in Indiæ montibus ortus, per Bactrianorum regionem fluit. Plin. lib 6. cap. 16.

Ocnus, ὄκνος, Tyberis filius fuit ex Manto muliere fatidica, Tiresiæ Thebani filia, qui in Gallia Cisalpina urbem condidit, & à nomine matris Mantuam appellavit. Virg. 10 Aeneid. Ille etiam patris agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis, Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen. ¶ Est etiam Ochnus nomen cujusdã apud inferos, multis insignium artificum picturis celebrati, quẽ effinxerũt perpetuò torquentem funem, astante asella, quæ quantum ille torsisset, statim præroderet. Inde ortum est proverbium: Ochnus funiculum torquet: quod quum in eos omnes competat, qui non profuturam in re aliqua operam collocant, tum in eos præcipuè qui quum nihil neque laboris, neque industriæ ad augendam rem familiarẽ prætermittant, nihilo tamen reddunturditiores, quòd domi habeant asellam: hoc est, uxorem prodigam, quæ quicquid miserus multis sudoribus corrasit, strenuè profundit. Ad hanc picturam alludit Propertius lib. 4. Eleg. Dignior obliquo funem qui torqueat Ochno, Aeternumq; tuam pascat asella famem.

Ocrium, sive Ocrion, ὄκριον, Britanniæ insulæ promontorium est, apud Ptolemæum, libro 2. capite 3. Vulgò *Mont S. Michel*

Octavia gens, à Velitris originem accepit, quam nonnulli Augusti gratiam per assentationem captantes, nobilitate eximia fuisse prodiderunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quàm equestri familia ortum se scribit, vetere ac locupletẽ, & in qua primus Senator suus pater fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat, Restionem è pago Thurino, & avum argentariũ. Ex Tranquillo. Cic. in Epistola quadam, (si modò ejus autor est) eum nepotem argentarii, & filium adstipulatoris vocat. Vtcunque id fuerit, constat Augusti patrem honestissimum fuisse, magnaq; laude Macedoniam provinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, qui ad Quintum Fratrem scribẽs, hortatur ut in promerendis sociis vicinum suum Octavium imitetur. Natus est Octavius Augustus M. T. Cicerone, & C. Antonio Consulibus: cui infanti cognomẽ Thurino inditum est, in memoriam originis majorum. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento majoris avunculi, alterum Munatii Planci sententia. De his vide Suetoniũ in vita Octavii. ¶ Octavius Manilius, alius fuit, cum quo Aulus Posthumius Dictator bello Tusculano dimicavit, ut scribit Cicero 2, de Natura deorum, & in Epistolis ad Atticum libro 9. ¶ Alius Octavius Balbus judex, homo & juris & officii peritissimus. Cic. 4. Verrina. ¶ Alius Octavius Marsus sceleratus & insignis latro, de quo Cicero 11. Philip. ¶ Qu. Octavius à L. Cinna collega in Consulatu interfectus. Pædian. ¶ Octavius Avitus, & Petelius Faustinus, furta Virgilii adnotarunt, locaq; indicarunt unde carmina essent surrepta, ut ait Servius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Octaviæ portiçus, duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecit: alterã theatro Pompeii proximam Cn. Octavius, Cn. filius, qui fuit ædilis curulis Pr. Con. Decemvir sacris faciendis, triumphavitque de rege Perse navali triumpho: quam combustam reficiendã curavit Cæsar Augustus. Festus.

Octāvĭānŭs, a, um, Cic. 1. de Divin. Ex quo genere sæpè ariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, ut Octaviano bello Cornelii Culeoli, audiendas putaverunt.

Octāvĭānŭs, Augusti Cæsaris cognomẽ: inde tractum, quòd ex Octaviorum familia in Cæsarum gentem fuerit adoptatus, quemadmodum & Africanus minor dictus est Aemylianus, quòd Pauli Aemylii filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus. Solebat enim in adoptionib. nomẽ naturalis familiæ una aut altera litera extenti ad earũ retinendam memoriam.

Octŏdūrum, ὀκτώδουρον, Vaccæorum oppidum in Hispania Tarraconensi, cujus meminit Ptolemæus lib 2. cap. 6. Vulgò *Toro*. ¶ Est etiam Octodurum oppidum in Alpibus Cottiis, non procul à Centronibus: cujus incolæ Octodurenses commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 20. Vulgò *S. Mauritio*.

Octўălŭs, ὠκύαλος, Vnus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, ut ostendit Hom. lib, 8. Odyss.

Ocypete, ὠκυπέτη, Vna ex Harpyiis: sic dicta, quòd alarum velocitate polleat: ὠκὺς enim celer, & citus dicitur. πέτομαι, volo, as. Vide Cælium lib. 39 cap. 27.

Ocўrrhŏē, ὠκυρρόη, Nympha fuit, Chironis Centauri filia ex Chariclo Nympha: ita dicta à celeriter fluendo. ὠκὺς celer, & ῥέω fluo. Poëtæ in carmine abjiciunt alterum r, quòd aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. Ovid 2. Metam. quam quondam nympha Chariclo Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit Ocyroon.

O ante D.

Odēssŭs, ὀδησσὸς, Vrbs est in Mœsia inferiori, inter Axiacem & Borysthenem amnes, paululũ à Ponto Euxino remota: autor Ptolemæus tabula Europæ octava, & apud Melam, lib. 2.

Odītēs, ὀδίτης, Vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. à Mopso interfectus in nuptiis Pirithoi. Ovid. 12. Metam. Occubuit, frustraq; loqui tentavit Odites.

Odĭŭs, ὄδιος, Halizonum dux fuit, quem Agamemnon in bello Trojano interfecit. Hom. lib. Iliad. 5.

Odrusæ, ὀδρύσαι, Populi sunt Thraciæ Plin. lib. 4. cap. 11. Horũ olim amplissimum fuit regnum, ab Abderis Thraciæ urbe usq; ad Pontum Euxinum, & Istrum fluvium extensum. Vide Thucydidem lib. 2.

O ante E.

Oea, οἶα, Africę civitas est, una ex tribus quę Tripolim illã Africanam fecerunt. Solinus, Achęi Tripolim lingua sua signãt de trium urbium numero, Oeæ, Taphræ, Leptis magnæ, *&c.*

Oēagrŭs, οἴαγρος, Nomen est patris Orphei. ¶ Est præterea hoc nomine Thraciæ quidam fluvius, à quo Hebrus initium sumit, qui ob id Oeagrius cognominat'. Virg. 4. Georg. Tum quoq; marmorea caput à cervice revulsum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus, *&c.*

Oēānthē, ὀιάνθη, & ὀιανθία Stephano, Oppidum est Locrorum: apud Plin lib. 4 cap. 3.

Oebares, ὀιβάρης, Darii stabularius, cujus industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est. Nam quum placuisset septem Persarum Satrapis, ut postridie singulos equos certum in locum adducerent, cujusq; equus primus hinnitum edidisset, is Persarum rex declararetur: Oebares re intellecta, domini equũ eodem in loco quò conventuri erant, equę admisit. Quò quũ postridie reduceretur, coitus desiderio rursus hinnitum edidit. Vide Herodotum lib. 3. & Iustinum lib. 1.

Oebălĭa, ὀιβαλία, Vulgò *Tarento*. Regio in Peloponneso, quæ & Laconia dicitur ab Oebalo Arguli filio, qui rex Lacònum fuit. Statius lib. 1. Achil. Solverat Oebalio classem de littore pastor Dardanus. Quod autẽ Virg. lib 4. Georg. dixit: Nanq; sub Oebaliæ memini me turribus altis, *&c.* ideò posuit, ut ostenderet Tarentum à Laconibus fuisse conditum, quorum pars est Oebalia.

Oebălĭdæ, pen. corr. ὀιβαλίδαι, Dicti sunt Castor & Pollux ab Oebalia Laconiæ regione, in qua nati feruntur. Ovid. 5. Fast. Effugere Oebalidæ cursu potuêre sequentes. Helena quæque horum soror eandem ob causam Oebalis dicta est.

Oebălŭs, pen. cor. ὀιβαλος, Rex Laconum, Arguli filius, à quo regio Oebalia. ¶ Alius fuit Telonis Caprearum regis, & Sebetidis nymphæ filius, qui bonam Campaniæ partem in ditionem suam redegit. Vide Servium in Virg. 7 Aen.

Oechălĭa, ὀιχαλία, Vrbs Laconiæ, ab Oechaleo fluvio eam præterfluente ita dicta, sed postea ab Hercule eversa. Vnde & ea pars Laconiæ, quæ urbi huic propinqua est, Oechalia appellatur. Virg. 8. Aen. Vt bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamq; Oechaliamq;. In hac Eurytus regnavit, qui Herculi filiam Iolam antè promissam negavit, quòd filius eum dehortatus, Herculem & uxorem & filios esse interemptum affirmaverat. Quare illum & filios interemit, atq; Oechaliam ejus urbem evertit, teste Virg. 8. Aen. Ovid. lib 9 Metam. Victor ab Oechalia Cenæo ritè paravit Sacra Iovi. ¶ Aliæ etiam fuerunt Oechaliæ, ut in Thessalia, & Eubœa.

Oedĭpŭs, hujus Oedipodis, vel Oedipi. [ὀιδίπους. German. Ein Sohn Laii des Thebanischen Königs / welcher dem wunderthier Sphynx genannt/ sein frag auffgelöst hat/ vnd es darnach vmbbracht] Laii, Thebanorum regis & Iocastæ filius fuit: quem pater quũ ex Apollinis oraculo futurum intellexisset ut à filio occideretur, pastori occidendum tradidit: qui misericordia commotus, quum invitus regiæ stirpi manus inferret, neque tamẽ regis imperium auderet detrectare, perforatis gladio plantis, vimineque trajectò, ex arbore suspendit, futurum putans ut ita inedia moreretur. Cæterùm quum Phorbas Polybii Corinthiorum regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu, eò accurrens, puerum servavit, reginæque, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit; à qua, veluti puer cœlitùs missus, filii loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus, Oedipus est appellatus. Grandior deinde natu factus, quum fortè Thebas venisset, Lajum patrem suum ignorans occîdit, Iocastamque matrem duxit uxorem. Postea verò recognita, tantorumque à se scelerum pœnam repetens, utrunque sibi etuit oculum, Athenasque in voluntarium concessit exilium. Declinatur autem Oedipus, podis, per tertiam declinationem: vel Oedipus, Oedipi, per secundam: ut apud Plautum in Pœn. Oedipo est conjectore opus, qui Sphingi interpres fuit. ¶ Pro eodem etiam legimus Oedipodes, æ, per primam declinationem. Statius lib. 1. Thebaid. Oedipodæ confusa domus. ¶ Davus sum, non Oedipus, proverbio usurpatur à Davo apud Terentium in Andria, quum vellet significare hominẽ sese rudem, ad intelligenda obscuriora ænigmata minimè parem esse. Tractum est proverbium à callido, acutoq; Oedipi ingenio, quod dissoluto Sphingis ænigmate in vulgi cessit proverbium.

Oedĭpŏdĭŏnĭŭs, ab Oedipus deducitur. Lucan. Oedipodionias infelix fabula Thebas.

Oedĭpŏdĭŏnĭdēs, pen. cor. Patronymicum masculinum. Stat. 1. Theb. Interea patriis olim vagus exul ab oris Oedipodionides furtim deserta peretrat Aoniæ.

Oenānthĭă, Vrbs Sarmatiæ in Asia. Ptolem. lib. 5. Hodiè *S. Sophia*, aliàs Oenanthie.

Oēnēus, οἰνεὺς, Aetoliæ rex Parthaonis filius, qui ex Althea Thestii filia Meleagrum, Tydeum, & Dejaniram genuit, quam Hercules duxit uxorem: licet alii matrem Tydei Eurigoëam appellent. Stat. libro 1. Theb. Vos quæ progenies quanquam Calydonius Oeneus, *&c.* Fabulantur Poëtæ, regem hunc de primitiis, omnibus numinibus sacrificasse, excepta Diana, quæ irata aprum immisit qui cuncta vastabat, donec à Meleagro occideretur. Hæc Servius.

Oēnēŭs a, um, pen. prod. Quo usus est Ovid. 8 Metam. & Oeneïus per quatuor syllabas, quo utitur Stat. 5. Theb.

Oenŏāndă, οἰνόανδα, Oppidum Cabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula est, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & Oenoandam. Autor Plin. lib. 5. cap. 27.

Oēnŏchēmă, οἰνόχημος, Mons in finibus Africæ.

Oenŏchŏnŭs, Vide ONOCHONVS.

Oenŏmăŭs, οἰνόμαος, Hippodamiæ pater. Elidis rex, & Pisæ, & ex Marte & Harpina Asopi: seu, ut alii tradunt, Eurythoë Danaï filia progenitus, qui quum ex oraculo se à genero interfectum fri didicisset, & illa tamẽ à multis procis ob formæ præstantiam ambiretur, curule certamen procis proposuit, ea lege ut filia victori in matrimonium cederet, victus mortem subiret. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius amore ejus captus, Myrtilum ejus aurigam pretio corrupit, ut axes infirmos & fragiles currui subjungeret. Quo facto, Oenomaus unà cum curru corruit, membrisque omnibus ea ruina collisis, mortuus est. Pelops itaque & conjuge & regno potitus, universam Cherronesum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Strab. li 8. ¶ Alter fuit Peloponnesius in bello Trojano ab Hectore interfectus, teste Homero.

Oēnŏē, es, οἰνόη, Oppidum Græciæ, Atticam à Bœotia distermians: cujus meminit Thucyd. lib. 3.

Oenone, οἰνώνη, Nomen Nymphæ Phrygię, quę Paridem adamavit. Ovid. in Epist. Quum Paris Oenone poterit spirare relicta, Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

Oēnŏpĭdes, οἰνοπίδης, Nomen Mathematici ex Chio insulâ, Anaxagora aliquanto minor.

Oēnōtrĭă, [οἰνωτρία. German. Das Weinlandt Italia] Regio Italiæ, seu ipsa Italia, cujus populi Oenotrii dicuntur, vel Oenotria: ita appellata ὀπὸ τοῦ οἴνου, quòd optima in Italia vina nascantur, vel (ut Varro putat) ab Oenotrio Sabinorum Rege. Virg. lib. 1. Aen. Oenótrii coluêre viri, nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem, *&c.*

Oēnōtrĭdĕs, *οἰνωτρίδες, οἱ*, Dictę sunt duę insulæ, quę sunt contra Veliam: Pontia scilicet, & Ilcia, Plin.

Oēnūssæ, *οἰνοῦσσαι*, Tres insulę sunt ante Messenen Peloponesi urbem: quarū meminit Plin. li. 4. cap. 12. ¶ Est itē Oenussa exigua insula, Chio adjacens: de qua idem Plin. lib. 5. cap. 31.

Oēsyme, es, *οἰσύμη*, Oppidū est in Thracia, sive in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima est, non procul à Philippis, & Neapoli. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 11.

Oētă, [*Οἴτη*. Ger. Ein hoher Berg zwischen *Thessaliam* vnd *Macedoniam*.] Mons inter Thessaliam, & Macedoniam clarus morte & sepulchro Herculis, & copia hellebori, quod optimum in eo nasci traditur. In hoc monte (ut Servius inquit) stellæ vidētur occidere, sicut de monte Ida nasci. A Parnasso usq; Pindū pars in Thermopylas vergens, propriè Oeta vocatur.

Oētæŭs, a, um, *οἰτταῖος*, Vnde Hercules Oetęus, nomen Tragœdiæ apud Senecam.

Oetoscyros, *οἰτόσκυρος*, Lingua Scythica Apollo dicebatur.

Oētŭs, *Οἴτος*, Gigas ingens fuit, filius Aloi, & frater Ephialtis, qui in Creta bellū gessit, ut Salustius refert. Vnde Octii campi dicti sunt.

O ante G.

Ogdolapis, Fluvius navigabilis, ex Alpibus fluens, & juxta Segesticam urbem in Saum irrumpens. Vide Strab. lib. 4.

Ōgdŏŭs, *Ὄγδοος*, Aegypti rex, Achoreus cognominatus, qui Mēphim cōdidit à nomine filię. Autor est Diodorus Siculus.

Ōgўgēs, pen. cor. *ὠγύγης*, Thebanorum rex, qui Thebas Bœotias ædificavit, circiter mille & quingentos annos ante urbem conditam. Sub hoc rege fuit diluvium magnum, teste Augustino de Civitate Dei, non illud quidē maximū, quod Noē tēporibus contigisse Sacræ literæ testantur: sed tamē majus eò quòd Deucalionis seculo bonam terræ partem inundavit.

Ōgўgĭŭs, a, um, ut Thebæ Ogygiæ. Autor carminis de Aetna, quod Virgilio à quibusdam adscribitur: Nunc juvat Ogygiis circundata mœnia Thebis, *&c.*

Ōgўgĭă, *ὠγυγία*, Insula inter Phœnicium & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnavit, appellata: in qua Calypso nympha habitavit, quæ Vlyssem tempestate eò adactum hospitio & lecto excepit, ejusq; amore capta septem annos apud se detinuit, tandemq; Iove jubente dimisit. Homerus in primo Odyss.

Ōgўlŭs, *ὤγυλος*, Insula est inter Peloponnesum, & Cretam, Stephan.

Ōgўrĭs, *ὤγυρις*, Insula est ante fœlicem Arabiam, Erithræi regis monumento nobilitata. Autor Plin. lib. 6. cap. 18. Rufus ex Dionysio: Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes Carmanidis, quà se pelagi procul invehit undis Regis Erithręi tellus, *&c.* ¶ Hujus insulæ incolæ dicuntur Ogyritæ, *ὠγυρῖται*.

O ante I.

Ōĭclēs, Filius fuit Antiphatis filii Melampi, & pater Amphiraī Argivi vatis. Homer. lib. 15. Odyss.

Ōĭlēus, per tres syllabas, pen. prod. *Οἰλεύς*, Locrorum rex fuit, & pater Ajacis illius, quem ab eo Virg. Oïleum cognominat lib. 1. Aen. Vnius ob noxam & furias Ajacis Oïlei.

Oīnă, *οἶνα*, Aristoteli in libro quem *περὶ γραμμάτων ἀκουσμάτων* inscripsit, Tusciæ urbs est munitissima, in cujus medio collis est editissimus, triginta stadiorum, aquas & sylvas in vertice habens. Hoc tamen oppidum an unquam fuerit, viderit Aristoteles, nemo Geographorum ejus meminit.

O ante L.

Ōlbĭă, *ὀλβία*, Pamphylię oppidum juxta Cataracten fluvium, teste Plin. lib. 2. cap. 27. Fuit & Olbia Bithynię urbs in extremo Ascanii sinus sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. ¶ Est & alia in Sarmatia Europæa ad Borysthenem amnem, quę & Borysthenis appellatur à Ptolemæo tabula octava Europæ: cujus etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 11.

Ōlbĭăpŏlĭs, *ὀλβιόπολις*, Oppidum esse Galliæ Narbonensi apud Ptolem. lib. 2. cap. 10. Strab. lib. 4. Olbiam vocat.

Ōlbĭŏpŏlĭs, *ὀλβιόπολις*, Civitas Sarmatiæ Europeæ, ad Borysthenem amnē X V. M. pass. à Mari recedens. Hanc Milesii condiderunt, teste Strab. lib. 7. Vnde & Miletropolis appellata est. Ptolemæus Olbiam vocat, & Borysthenidem.

Olcachites, *ὀλκαχίτης κόλπος*, Zeugitanę regionis: hoc est, Africæ propriè dictæ, sinus est: cujus meminit Ptolemæus.

Ōlĕnŭs, penult. corr. *Ὤλενος*, Bœotiæ urbs: sic dicta ab Oleno Vulcani filio. ¶ Fuit & alia urbs in Aetolia, juxta quam fuit aper Calydonius. Strabo lib. 8.

Ōlĕnĭŭs, *ὠλενίη*, possessivū est ab Oleno: unde Capella Olenia vocitata est, Amaltheę capra, Iovis altrix: propterea quòd circa Olenum Bœotiæ & nata dicatur, & nutrita. Ovid. 5. Fastor. Nascitur Oleniæ signum, pluviale Capellæ.

Ōlĕrŭs, *Ὄλερος*, Vrbs Cretæ in edito loco sita, ultra Hierapytnam. Hinc Minerva Oleria, & Festum olerium in ejus honorem, Stephanus.

Oliaros, *ὠλίαρος*, Insula in mari Aegæo, una Cycladū, de qua Virgil. lib. 3. Aeneid. Oliaron, niveamq; Paron, *&c.*

Olĭba, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hispaniæ Tarraconensis urbs.

Olĭcana, *ὀλικάνα*, Vrbs Britanniæ apud Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Ōlĭzōn, onis, *ὀλιζών*, Thessaliæ oppidum, cujus meminit Homerus in Catalogo.

Ōlўmpēęs, *ὀλύμπη*; Vrbs Illyridis, cujus incolæ dicuntur Olympei. Autor Stephanus.

Ōlўmpĭă, piæ, *ὀλυμπία*, Vrbs Elidis fuit, quinquennali ludorum celebritate, quæ & ipsa Olympia dicebantur, toto orbi celeberrima. Stephanus Olympiam eandem putat fuisse cum Pisa. Strabo autem lib. 8, videtur indicare Pisæ partem fuisse. Cic. 1. Tusc. Quum Olympiam venisset, in maxima illa quinquennali celebritate locorum.

Ōlўmpĭă, orum. [*τὰ ὀλύμπια*. Ger. Fächtspil/oder Schauwspil so Hercules bey der Statt *Olympia* der Landtschafft *Elidis* zu ehren *Iovis* angerichtet hat.] Ludi ab Hercule instituti in honorem Iovis, circa Olympiam Eleæ regionis urbem: à qua & nomen habent. Hercules enim Augea Elidis rege superato, repurgatoq; ejus stabulo, in campis Olympiæ vicinis juxta Alpheum fluvium, sacrū certamen instituit, quod quinto quoq; anno, vel (ut Lycophronis interpres asserit) quinquagesimo mense celebraretur: idq; eo cōsilio, ut in illo certamine Græciæ juventus sese pentathlo: hoc est, quinq; gymnasticis certaminibus exerceret, cæstibus scilicet, cursu, saltu, disco, & palæstra: iisq; veluti meditationibus verò certamini præluderet. Huic certamini quinto die finis imponebatur: & victor (qui Olympionices vocabatur) oleastro: vel (ut Aristoteli placet) olea, quę philostephanos dicitur, coronabatur: tantumq; ei honoris habebatur, ut non per portas urbis, sed per ruinas murorum, sublimis in curru in patriam reveheretur. Horat. 1. Epist. 1: Qui circum pago, & circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia. Cicero de Clar. Orat. Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt. Idem 2. de Divinat. Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi.

Ōlўmpĭăcŭs, a, um, pen. corr. Vt Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Autor ad Herenn. lib. 4: Quasi siquis ad Olympiacū venerit cursum, *&c.* Virg. 3. Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Pascit equos.

Ōlўmpĭŏnīcēs, pen. prod. [*ὀλυμπιονίκης*. Ger. Der in dē Ringerspyl oder Schauwspyl *Olympias* den Sig erhielt.] Qui in Olympiaco certamine victor evasit, *νίκη* quippe victoria dicitur. Aelianus de Varia histor. lib. 10: Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant: licere id sibi persuasit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicas. Cic. pro L. Flac. refert quòd apud Græcos esse Olympionicem, judicabatur propè esse majus & gloriosius quàm Romæ triumphasse.

Ōlўmpĭăs, adis. [*ὀλυμπιάς*. Ger. Ein zeit bey den Griechen so fünff jar in sich hielt. Pol. *Ἔτας μὲν λιαπωσῶσι maiaci*.] Sive (ut Lycophronis interpres tradit) quinquaginta mensiū: quod Romani *Lustrum* appellarūt: intervallum scilicet interceptū inter duo Olympia. Græci enim tempora per Olympiadas supputabant, ita numerātes, Olympiadis primę, aut secūdæ, aut centesimæ anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atq; ut Cōsules: ita & in Olympiis victores iterū & tertium dicimus. Plautus in Menæch Iterum (*inquit*) Pythia & tertium Olympia.

Ōlўmpĭăs, Nomen mulieris proprium, quo nomine dicta Alexandri Macedonis mater, cujus frequens est mentio apud Plutarch. Curtium, & alios.

Ōlўmpĭēum, penult. prod. *ὀλυμπίειον*, Locus in Delo, quem quum Athenienses Adriani sumptu condidissent, Novas Athenas Adrianas vocaverunt. Stephan.

Ōlўmpĭŏdōrŭs, pen. prod. *ὀλυμπιόδωρος*, Nomē proprium ejus qui docuit Epaminundam cancare tibiis.

Ōlўmpŭs, pi, [*Ὄλυμπος*. Ger. Ein hoher Berg in *Thessalia*, welches gipffel biß vber die Wolcken hinauff reicht.] Mons cujus vertex usque adeò attollitur, ut summa ejus accolæ cœlum vocent. Propter quod Poëtę cœlum Olympum vocāt. Dictus Olympus, quasi *ὅλος-λαμπρὸς*: hoc est, totus fulgens: solē enim clarū habet, nullisq; unquam nubibus fuscatur. Lucan. lib. 2: - nubes excedit Olympus. ¶ Sunt autem quatuor mōtes hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui tamē Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Mysos, ad cujus radices Prusa ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrum in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido: qui oriente sole usq; ad quintam diei horam flammas emittit. Virg. 1. Georg. Scilicet atq; Ossæ frondosum involvere Olympum.

Olympius, *ὀλύμπιος*, Mysius tibicen & poëta Melicus & elegiarum Marsyę Satyri discipulus, qui citharæ legē dedit, modosq; pulsandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Trojanum. Ab hoc & mons in Mysia nomen accepit. ¶ Fuit item alius junior è Phrygia tibicen tempore Midæ regis. Suidas.

¶ Præter

¶ Præter hos fuit & Olympius Nemesianus, qui (ut ait Vopiscus in vita Cæsarum) scripsit Halieutica, Cynegetica, Nautica. Olympius item præsul, natione Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores à Gennadio. Edidit librum adversus eos qui naturæ, non voluntati liberę & arbitrio peccata nostra ascribunt. ¶ Olympius etiam hexarchorum Italiæ unus.

O"lympi"cus, a, um, ὀλυμπικὸς, Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: ut, Iupiter Olympicus. Dictus est autem Iupiter Olympicus ab Olympo, à quo eruditus & ad virtutem institutus sit. Alii verò à cœlo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur. Pulvis Olympicus. Horat. 1. Car. Ode 1: Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat.

O"lympius, a, um, ὀλύμπιος, Cœlestis, deductum nomen ab Olympo.

O"lynthus, ὄλυνθος, Thraciæ urbs juxta Atticam regionem, sub Athenienſium imperio, quam quum Philippus Macedonum rex obsideret, nec tamen vi capere posset, ejusdem custodes auro corrupit, atq; hoc modo suæ ditioni subjecit. Postea verò ab Athenienſibus deleta fertur: quanvis non desint qui à Philippo eversam tradant. Iuven. Satyr. 12: -biberat quo calidus emptor Olynthi. Stephanus autor est Olynthum ab Herculis filio Olyntho conditum, & appellatum fuisse: quanquā non desunt qui à Chalcidenſium colonia illuc missa conditū malint. Olynthi item, ὄλυνθοι, ficus parvæ, & non matureſcentes dicuntur, quas Latini Grossos appellant.

O"lynthi"acus, a, um, ὀλυνθιακὸς, ut Olynthiacæ orationes Demosthenis, quibus Athenienſes adversus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.

Olyras, ὀλύρας, Fluvius est prope Thermopylas, quem fabulā. tur conatum esse Herculis rogum extinguere. Strabo lib. 9.

O"lysippō, Plin. lib. 4. cap. 12. [ὀλυσίππων Ptolemæo: ὀλύσσεια Straboni. German. Ein gewaltige Statt am Meerhafen in Portugal gelegen/heißt jetzt Lysbona.] Lusitaniæ urbs, quę nostris temporibus Vlysbona appellatur. Vulgò Lisbona.

O ante M.

Omerici, Populi juxta Illyricum, apud Herod. lib. 3.

O"mbrios, ὄμβριος, Vna & prima ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plinius lib. 6. cap. 32.

O"mphalē, es, ὀμφάλη, Nomē propriū reginę Lydię, quæ Herculem multis muneribus ornavit, quòd anguē juxta Sagarim fluviū multos hominēs interficientē interemisset. Hęc, ut Poëtæ tradunt, Herculem sibi servientē etiam ad lanificium compulit, quum ipsa calathum & colum, cultus q; fœmineos, sagittis & clava, leonis q; tegmine mutasset. Alii dicunt, ob Iphiti Euryti regis filii cædem, à Mercurio, jussu Iovis, Omphalæ Lydorum reginę fuisse in servitutē addictū: & inde esse quòd illi servisse, & calathos submINIstrasse dicatur.

O ante N.

O"nchēstus, ὀγχηστὸς, Filius fuit Neptuni, qui Onchestum civitatem Mycalesso promontorio propinquam condidit, deque suo nomine appellavit.

O"nchēstus, ὀγχηστὸς, Bœotię urbs est, nō procul à lacu Capaide, ubi Amphyctionum cōcilium cogi solet, teste Strabo. lib. 9. Conditā putatur ab Onchesto heroē, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse.

O"nēsicritus, penult. corr. ὀνησίκριτος, Philosophus & historicus Aeginensis: ut autem Demetrio Magnesio placet: Astypalæus fuit è Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. Vt enim hic cum Cyro: ita ille cum Alexandro militavit. Xenophon Cyri Pædiam, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter uterque persequitur laudes ejus, quo Imperatore meruit: stylus insuper utriusque simillimus. Autor Diogenes Laërtius. Fuit etiam medicus.

O"nēsimus, ὀνήσιμος, Cyprius, seu Spartiata, tempore Constantini magni scripsit de Rhetorica, De statuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia, Suidas.

O"nōbā, ὀνόβα, Civitas inter Sacrum promontorium, & Herculeas columnas, in Bętica regione. Autor Plinius libro 3. cap. 1. & Pomp. lib. 3.

Onobalisturia, ὀνοβαλίστυρία: Vulgò Gibraleon, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, teste Ptolem. libro 2. cap. 4, in tractu Tudertanorum: idem cum eo quod Plinius & Pomponius Onobam vocant.

Onochonus, Thessalię fluvius, unus ex iis, quos Xerxis exercitus traditur ebibisse. Autor Herod. lib. 4.

O"nthyrion, ὀνθύριον, Oppidum est Thessalię juxta Arnen, cujus incolæ Onthyrici appellantur, Stephan.

O"nuphis, ὄνυφις, Vrbs celebris Aegypti: à quā vicina prefectura Onuphitis appellatur: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onythes, æ, ὀνύτης, Nomen proprium Thebani cujusdam, qui Aeneam secutus, à Turno fuit interfectus. Virgil. 12. Aeneid. Ille Talon, Tanainque neci, fortemque Cethegum, Tres uno congressu, & mœstum mittit Onyten, Nomen Echionium, matrisq; genus Pelidiæ.

O ante O.

O"onæ, ὠαναὶ, Insulæ in Oceano Septentrionali, in quibus (ut Plinius refert libro 4. cap. 13.) ovis avium, & avenis incolæ vivunt.

Oopellum, Britanniæ insulæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vxellum aliis dicta: hodie Cestria.

O ante P.

Opeconsiva, Dies festi Opeconsivæ deæ instituti, cujus in regia sacrarium, in quod nemo præter virgines Vestales & sacerdotem publicum introibat. Varro lib. de Ling. Lat. 5.

O"phārus, ὄφαρος, Scythiæ fluvius, in montibus Catheis nascens, & in Lagoum influens. Plin. lib. 6 cap. 8.

O"phēltes, ὀφέλτης, Filius fuit Lycurgi regis Thracum, & alumnus Hypsipyles, alio nomine Archemorus appellatus: quem quum nutrix Argivis Langiam fontem indicatura, in herba reliquisset, serpens interemit. In cujus honorem Argivi Nemęa certamina instituerunt: quorum victores apio coronabantur.

Ophineus, ὀφινεὺς, Messeniorum vates, qui quotannis natali die furore correptus, futura prædicere solebat.

Ophiogenæ, ὀφιογενεῖς, Genus hominum in Hellesponto, quos Crates Pergamenus scripsit serpentum ictus tactu solitos levare, & manu imposita venena extrahere corporibus. ¶ Sunt & alii eodem nomine in Cypro insula. Plinius libr. 28. cap. 3: Quorum è genere sunt Psylli, Marsique, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romę in dolium serpentium cōjectus experimenti causa, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit.

O"phion, onis, ὀφίων, Socius Cadmi fuit, & in Thebis ædificādis adjutor: ita dictus, quòd è serpentium dentibus fingatur prognatus. ¶ Est etiam Ophion nomen filii Oceani, qui cum uxore Eurynome ante Saturnum rerum est potitus. Claud. lib. 3. de Rapt. Pros. -hos onerat ramos exutus Ophion. ¶ Ophion verò, ophii, animal fuit Sardiniæ insulæ peculiare, pilò & dentibus cervo simile: quod Plinius sua ætate interisse tradit lib. 28. cap. 10 & lib. 30. cap. 14.

Ophitæ, ὀφῖται, Hęretici quidam fuerūt, qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant & vivum serpentem, quem venerabantur & nutriebant.

O"phiuchus, ὀφιοῦχος, Cœleste sidus est, quòd à poëtis aliquando Anguitenens appellatur, eò quòd hominis effigie fingi soleat anguem manu tenentis. Itaq; nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens, angues à Iunone immissos manibus præfocavit. Dictus Ophiuchus, quasi ὁ φιόχος, & per synæresim mutatis o & s in ω ὀφιοῦχος. Sunt tamen qui Ophiuchum Aesculapium esse velint: alii Canobanta Getarum regem: alii Phorbantem Triopæ Thessalorum regis filium. Vide HIGINVM.

O"phiusa, ὀφιοῦσα, Insula est in mari Balearico, teste Ptolem. ex duabus Pithyusis minor, (nam major Ebulus dicitur) propter serpentum copiam inculta: unde & colubraria à Latinis appellatur. Plin. lib. 3. cap. 5: Ebusi terra serpentes fugat. Colubraria parit: ideò infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus, Græci Ophiusam dixerint. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula non procul à Creta, cujus etiā meminit Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Ophiusa item oppidum fuit Sarmatiæ Europęæ, ad Tyram amnem: de quo idem Plinius loco jam indicato. Rhodius quoque insula, aliquādo propter serpentum copiam Ophiusa dicta fuit: ut tradit Strabo lib. 14.

O"phiusius, a, um: ut, Ophiusia arva. Ovid. 10 Metam. Ipsa suas urbes Ophiusiaq; arva parabat Deserere alma Venus.

O"phthis, ὀφθὶς, Vrbs Libyæ Mareoticæ, Aegypto proxima: Autor Stephanus.

Ophyon, Vide suprà OPHION.

O"piæ, ὀπίαι, Populi juxta Indum fluvium, Stephan.

O"pimius, Prænomine Lucius, Consul Romę fuit, quo anno C. Gracchus seditiosis conciombus statā Reipublicæ labefactans cęsus est. ¶ Ab hujus nomine vina Opimiana dicta sunt; quæ Opimio Consule nata sunt. Plin. lib. 14 cap 4: L. Opimio Consule, quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus ägitatis interemptus est, ea cœli temperies fulsit, quam cocturam vocant, solis opere, natali urbis DCXXXIIII Durantq; adhuc vina ducentis ferè annis, jam in speciem redacta melitis asperi: (etenim hæc natura vinis in vetustate est) nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem carie indomita.

O"pis, hujus opis, ὄπις, Nympha Dianę comes, de qua Virgil. Aen. 11: Velocē interea superis in sedibus Opin Cōpellabat. Vbi prima producitur; quum in Opis ab Ops corripiatur. ¶ Est item Opis vici nomen in Mesopotamia, ad Euphratem fluvium,

fluvium, non procul à Seleucia, vicinarum regionum empôrium. Autor Strabo lib.2.& 16.

Oᵕpistŏchŏmæ, ὀπισθοκόμαι, teste Polluce, Eubœę populi dicti sunt, qui crines habebant versus tergum reflexos: sicut Acrocomæ dicti fuerunt populi in Thracia qui antias in fronte muliebriter gerebant demissas.

Oᵕpĭtergĭum. Vulgò *Oderzo*, Venetię mediterraneę oppidũ, etiam hodie nomen retinens: cujus meminerunt Plin. lib. 3. cap 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Oᵕpĭtĕrgĭnŭs, na, num, pen. prod. Lucan. lib. 4: Hic Opiterginis moles onerata colonis Constituit.

Opites, Argivi cujusdam nomen proprium, quem Hector in bello Trojano interfecit.

Oᵕppĭă, Vna fuit ex Vestalibus, quæ convicta stupri; viva defossa est. Cujus scripsit Epitaphium Stroza filius, Vestalis virgo, læsi damnata pudoris, Contegor hoc vivens Oppia sub tumulo. Liv. lib. 12. hanc Opimiam vocat.

Oᵕppĭānŭs, ὀππιανός, Grammaticus & Poëta insignis, Agesilai & Zenodotæ filius, ex Anazarbe, sive (ut Suidæ placet) ex Coryco Ciliciæ civitate ortus. Scripsit ἁλιευτικά, κυνηγετικά, & ἰξευτικά, versuum viginti millibus: quæ quum M. Antonio, Severi filio obtulisset totidem aureos stateras ab eo accepit.

Oᵕps; Opis, gener. fœmin. [Ger. Die Frauw *Saturni*, welche sunst auch *Cybele* genannt wird.] Filia Cœli ex Vesta, & soror & conjux Saturni, quæ & Ῥέα dicitur Græco vocabulo, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod est fluere: propterea quòd terra rebus omnibus affluat. Eadem Cybele appellatur, vel à monte atque oppido Phrygiæ Cybelo; ubi sacra ejus primò instituta sunt. Vel ἀπὸ τῶν κυμβάλων, quibus in sacris ejus utebantur sacerdotes. Ops autem idcirco dicta putatur, quòd terræ ope vita hominum sustentetur. Vel ab antiquo nomine Ops, quo veteres pro divite utebantur, quemadmodum contra, Inopem pauperem & egenum dixerunt. Veteres enim quorum opes præcipuæ in re pecuaria, & agricultura consistebant, terram hujusmodi opum largitricem divinis prosecuti sunt honoribus, Opemque: hoc est, opulentam nuncupavêre. ¶ Hæc etiam Mater Deûm appellatur à poëtis, quòd putarent cœlestes omnes in terris fuisse genitos, & ob insigne aliquod meritum in cœlum fuisse translatos.

Opsophagus, ὀψοφάγος, Apicii cognomen fuit, qui omnes gulæ proceres longo intervallo superavit.

Oᵕpūs, ūntis, ὀπόεις, οὐντος, Civitas Locrorum Epicnemidiorum, non procul ab Asopo fluvio. Ovid. lib. 1. de Pont. Facta cæde puer Patroclus Opûnta reliquit.

Oᵕpūntĭī, Populi dicuntur, ὀπούσιοι, & ὀπύντιοι: & propinquus sinus Opuntius.

O ante R.

Oratha, æ, ὄραθα, Oppidum est Mesopotamiæ, ad Tigrim fluvium, Stephanus.

Orbana, Deæ cujusdam nomen, quę Romę ad ædem Larium aram habuit. Autor Plin. lib. 2. cap. 7.

Oᵕrbēlŭs, ὄρβηλος, Thraciæ mons est in ea parte, qua Macedoniæ est contigua, non procul à Pangæo promontorio: à quo vicina regio Orbelia dicta est, ὀρβηλία. Vide Plinium lib. 4. cap. 10. & 11.

Oᵕrbĭlĭŭs Beneventanus, Grammaticus fuit, Horatii in pueritia præceptor, quem libro 2. Epistol. ob nimiam in pueros sævitiam Plagosum vocat. Huic in senectute accidisse ferunt ut omni prorsus memoria destitueretur. Itaq; per jocum Literarum Oblivio est appellatus. Vixit ad centesimum propè annum, reliquitq; filium Orbilium, & ipsum Grammaticum. Ex Tranquillo.

Oᵕrcădes, pen. corr. ὀρκάδες Ptolemęo, Insulæ Oceani Septentrionalis ultra Britanniam & Hyberniam numero triginta, secundùm Pomponium, parùm inter se distantes. Vulgò *Orknes*.

Oᵕrcĕlis, ὀρκελις, Vrbs Bassetanorum in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 7.

Oᵕrchămŭs, Assyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab Apolline vitiatam vivam defodit. Vide fabulam apud Ovid. lib 4. Metam.

Oᵕrchŏă, ę. ὀρχόη, Babyloniæ oppidum est, in confinio Arabię, quam desertam vocant. Ptol. lib. 5. cap. 20.

Oᵕrchŏmĕnŭs, pen. corr. ὀρχομενός, Thessaliæ fluvius antea Minyeus appellatus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Orchomenus item, sive Orchomenum, Bœotiæ oppidum est, ad sui nominis fluvium situm, olim potentissimum, utpote cui & Thebani aliquando tributum pependerint (ut testatur Strabo lib 9.) præsertim sub Eteocle tyranno, qui primus Gratiis templũ extruxit. ¶ Fuit item ejusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, ut ipse testatur lib. 8. ¶ Fuit & tertium in Eubœa insula non procul à Caristo: cujus meminit idem Strabo lib. 8.

Oᵕrchŏmĕnĭŭs, a, um, adject. ὀρχομένιος.

Oᵕrcŭs, Vide in APPELL.

Oᵕrdēssŭs, ὀρδησσός, Fluvius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluens, miscetur cum Istro. Herod. lib. 3.

Ordovices, Populi fuerunt Britanniæ insulæ arduis montibus proximi: apud quos (ut Tacitus scribit libro 12.) Historius dux Romanus Caratacum regem vivum cepit, Romamque misit.

Oᵕrĕădes, ὀρειάδες, ἢ ὀρεάδες, Mõtium Nymphę. Nam ὄρος Græcis montem significat. Virgil. 1. Aen. Exercet Diana choros, quam mille secutæ Hinc atq; hinc glomerantur Oreades.

Oreges, Pars Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plinius lib 5. cap. 29.

Oᵕrēsitrŏphŭs, ὀρεσίτροφος, Vnus ex canibus Actæonis: ita dictus ἀπὸ τῶν ὀρέων & τρέφειν, quasi in mõtibus educatus. Ovid. 3. Metam. Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit, Proxima Theridamas, Oresitrophus hæsit in armo.

Oᵕrēstē, ὀρέστη, Vrbs, cujus Hecatæus in Europa meminit: gentile similiter, Oreste.

Oᵕrēstēs, [ὀρέστης. Ger. Ein Sohn *Agamemnonis* vnd *Clytemnestræ*, welcher hernach diese sein Mutter/ vnnd seinen Stieffvatter vmbbracht hat.] Agamemnonis, & Clytemnestræ filius, sic appellatus ob ferinam atque agrestem, & quasi montanam naturam: cui soror Electra necem parari ab Aegistho, qui patrẽ Agamemnona interfecerat, matremq; constupraverat, prævidens, ipsum per pædagogum in Phocidem clàm ablegat ad Strophium Phocensium principem, qui Agamemnonis sororem duxerat. Illic XII. annos demoratus, cum pædagogo suo Argos rediit: ubi sub specie hospitum Phocensium, quos Strophius miserat, ut Orestis obitum nuntiarent, intromissi ad Clytemnestram, eandem cum Aegistho adultero conscia Electra in ultionem patris occidit, ut scribit Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste. Deinde Pyrrhum quoq; Macarei sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eò quòd Hermionem Menelai filiam sibi priùs desponsatam rapuisset. Propter quæ scelera agitatus est furiis, quibus nõ antè purgari potuit quã ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus, perpetrata facinora expiaverit. Vide suprà in dictione IPHIGENIA. Amicũ habuit Pyladem, perpetuũ omnium suarũ profectionũ comitem, periculorumque omnium socium, cum quo tam sanctè amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recusaret. Cicer. de Amic. Qui clamores tota cavea nuper in hospitis & amici mei Pacuvii fuerunt nova fabula? quum ignorante rege uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse dicere perseveraret.

Oᵕrēstĭs, ὀρεστίς, Regiuncula Macedoniæ, in eo tractu qui mari Adriatico imminet, cujus populi dicuntur Orestæ, Amantinis finitimi: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Oᵕrētæ, ὀρεῖται, Gens Indica, secũdùm Strab. lib. 15. post Arbim amnem Arianorum: quos Plin. lib. 6. ait, non Indorũ, sed propria uti lingua. Lucan. lib. 3: Tum furor extremos movit Romanus Oretas.

Oᵕrĕŭs, pen. prod. ὄρειος, Dictus est Liber pater, à montibus, in quibus ei fieri sacrificia solebant. Festus.

Oᵕrgĭă, orum, pen. cor. ὄργια, Neutri generis & pluralis numeri, apud Græcos, teste Servio, primùm dicta fuerunt quęvis sacra. Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodũ apud Latinos Ceremoniarum. Postea tamen factum est ut præcipuè hoc nomine Liberi patris sacra nominarentur, ἀπὸ τῆς ὀργῆς: hoc est, à furore, ut quidam putant, quòd hæc præcipuè sacra à mulieribus furore correptis celebrarentur: vel ἀπὸ τῶν ὀρέων: hoc est, à montibus in quibus potissimùm hæc sacra fiebant. Innovabantur autem tertio quoq; anno: unde Trieterica dicta sunt: id est, triennalia. Virg. 4. Aen. ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia.

Oᵕrĭbăsĭŭs, ὀρειβάσιος, Sardianus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo & Quęstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros Medicinę LXXII. ad Iulianum: & eorum epitomẽ libris novem ad Eustachium filium. Præterea de regno, & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius verò Græcus autor in eo libro quem de Sophistarum vitis conscripsit, ejus vitam pluribus persequitur. Oribasius, *ait*, Pergamenus genere, in eos quentia pariter & medicina profecit, à Iulianoq, propterea ut medicus fuit accersitus. Invidia deinde succedentium principum, bonis privatus, atq; in exilium ad Barbaros missus, animũ philosophi semper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia, & opinione ob doctrinam & medicinę experimenta perseveravit, ut pro Deo penè coleretur. Hæc ille.

Oᵕrĭcŏs sive Orĭcum. ὄρικος, Civitas Epiri, à Colchis condita, in confinibus Macedonię, teste Plin. lib. 3. cap. 23. juxta quã nascitur terebinthus, nigrum lignũ habens & solidum in buxi speciem. Vnde Oricia terebinthus, apud Virg. 10. Aen. aut quale per artem Inclusum buxo, aut Oricia terebintho Lucet ebur. De hac & Lucret. lib. 3: Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & vagus altis Dispersus sylvis Athamas, &c. Hæc quondam in su-

dam insula quum esset, continenti juncta est. Plin. lib. 2. cap. 86: Epidaurus & Oricum insulæ esse desierunt.

Orĭgĕnēs, penultima correpta, ὠριγένης, (qui & Adamantius dictus est) Theologus magni nominis, qui tempore Philippi primi Christiani Imperatoris, fidem Evangelicam & scriptis, & viva voce non parùm illustravit. Incidit tamen in aliquot errores ab Ecclesiâ damnatos, quos nonnulli suspicantur ab æmulis, ejus libris fuisse inspersos. Hic adhuc adolescens fervido quodam studio atq; acri incensus, ut liberiùs & citra pudicitiæ periculum Evangelicæ professioni posset incumbere, seipsum castravit.

Orĭon. [Ὠρίων *Ebreis.* ὠρέων.] Quasi Vrion, dictus est filius Iovis, Neptuni & Mercurii. De hoc variè fabulantur poëtæ. Quidam tradunt Iovem, Neptunum, & Mercurium, quum terram peragrarēt, superveniente nocte ad pauperem quendam Hyrcum, quem Aristonicus Erytheum appellat, divertisse, qui eos hilari animo suscepit: quumque deos esse animadvertisset, occiso bove iisdem sacrificium obtulit. Quo officio mozus Iupiter, jussit ut aliquid muneris à se peteret, statim voti compos futurus: qui nihil sese magis cupere respondit quàm filium: conjugem tamen se non habere, neque velle ducere, quòd morienti uxori fidem dedisset se aliam non ducturum. Iupiter igitur & reliqui dii corium immolati bovis sumpserunt, in quod quum urinam emisissent, jusserunt ut terra obrutum completis maternis mensibus solveret. Quod quum fecisset, invenit puerum, quem ab urina Orionem nominavit. Hic postea adultus evasit venator maximus, adhæsitque Dianæ. Sed quum viribus fidens, gloriaretur nullam esse feram quam non conficeret, diis insolens verbū ulciscentibus, contigit ut terra scorpionem pareret, à quo ictus periit. Diana igitur satellitis sui obitum gravissimè ferens, eum in cœlum juxta Tauri sydus constituit. Lucanus verò à Diana scorpione emisso occisum dicit, & deorum miseratione in cœlum sublatū. Horatius ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, eò quòd vi voluerit eam cōprimere. Servius autem hanc fabulam longè aliter pertexit: Oenopionis Siculum habitum esse filium, qui quum Candiopen (quam alii Meropem vocant) sororem vitiasset, à patre excæcatus est. Consulto igitur oraculo responsum accepit: Si per pelagus ad Orientem pergeret, ut oculorum cōcavitates semper haberet Soli oppositas, lumina recuperaturum. Quod quum facere conaretur, audito strepitu, ad Cyclopas pervenit, ex quibus unū humeris suis imposuit, cujus ductu Solē semper adversum habens, oculos recepit. Hesiodus Neptuni & Eutiales filium facit: idque muneris à patre obtinuisse tradit, ut per summos fluctus posset incedere. Alii ferunt, cùm oculis ab Oenopione privatus esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis perrexisse, & sic visum recepisse. Postea verò reversum, Oenopionem ulcisci statuisse: sed quum hic à civibus suis sub terra occultaretur, in Cretam profectum, ibique ob arrogantiam à scorpione divinitūs immisso fuisse interfectum. Est autem signum cœleste, quo oriente maximæ excitantur tempestates. Hinc Virgilius libro 1. Aeneid. Quūm subito assurgens fluctu nimboſus Orion, *&c.* Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint, quòd ortus ejus hyemis initium afferat, & mare ac terras tempestatibus turbet: ὀρίνω enim turbo & concito significat. Plautus Iugulam vocat, quòd stellarum fulgore quasi gladiis armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem præ se fert. Habet autem hoc nomē apud Poëtas primam syllabam indifferentem: quod idcirco factum creditur, quod prima syllaba olim apud Græcos per ο diphthongum scribebatur: quæ secundùm proprietatem linguæ Doricæ in ω solet commutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tamē etiam corripi, si abjiciamus ex prima syllaba vocalem subjunctivam, more Græcorum, qui ut brevem syllabam extendant, aliquando assumunt vocalem: ut longa contrahant, aliquando vocalem abjiciunt. Media autem syllaba semper producitur: Penultima verò obliquorū rursus est indifferens. Lucan. lib. 1: Teste tulit cœlo victi decus, Orionis. Versus est spondaicus. Ovid. 8. Metam. - strictumq; Orionis ensem. Apud Catullum de Coma Beren. legitur nominativus Oarion: Proximus (*inquit*) Hydrochoo fulgeat Oarion.

Oritæ, ὠρίται. Populi sunt Indiæ liberi. Steph. Strab. lib. 25.

Orithos, lege ORICOS.

Orithyĭa, penultima producta. [ὠρείθυια Homero. Germ. Ein Frauw *Boreæ*, welcher zu einem Wind ist verwandlet worden.] Filia fuit Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni in regno successit, quam à Borea raptam, & in ventum conversam Poëtæ fabulantur. Verùm, ut Eusebius autor est, Boreas hanc sibi in conjugem anteà denegatam rapuit: raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calain suscepit, qui cum Argonautis in Colchos navigaverunt; & Harpyias fugaverunt. Vide CALAIS. Propertius libro 2: Iam Pandionīæ cesser genus Orithyiæ. ¶ Hoc etiam nomine dicta est Amazonum regina, quæ Marpesiæ matri successit in regno, Iustinus libro 2. quam à Borea raptam Poëtæ fabulantur: ita dicta, teste Erasmo, quòd in montibus malefica sacra soleat peragere. Et quanvis ὀρὰ τῦ ὄρους, deduci putetur, quod per ο parvum scribitur: tamen propter tot brevium syllabarum concursum ο mutatur in ω.

Ormĕnĭŏn, ὀρμένιον Homero, Vicus est ad sinum Pagasæum, sub monte Pelio. Vide Strab. lib. 9.

Ornĕæ, ὄρνεαι, Vicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi sacra magna solennitate celebrabantur: unde Priapus ipse dictus est Orneates. Autor Strabo lib. 8.

Ornĕus, nei, pen. prod. ὀρνεὺς, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ovid. 12. Metam. Fuit & Orneus, Lycabasque, & saucius armo Dexteriore Medon.

Ornīthīæ, ὀρνιθίαι, Venti sunt Septentrionales quotannis sub initium Veris triginta ferè continuis diebus spirantes: ita dicti, ut credit Budæus, ab adventu avium, quòd id temporis hirundines & ciconiæ ad nos transvolant. Columella lib. 11. cap. 2: Decimo Calendas Martii quum Leo desinit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent.

Oroatis, Plin. ὀροάσπης Straboni, Fluvius est Carmaniæ in confinio Persidis, cujus meminerunt Ptolem. lib. 6. cap. 3. Plin. lib. 6. cap. 23. & Strabo lib. 15.

Orōbă, ὄροβα, Vrbs est Assyriæ, in Mediterraneis. Ptol. li. 6. c. 1.

Orōbătis, ὀροβάτις, Vrbs mediterranea Persidis. Ptolem. lib. 9. capite 4.

Orōdes, ὀρώδης, Parthorum rex, à quo Crassus captus fuit & interfectus. Vide Plutarch. in Crasso. Est & Orodes Tusci cujusdam nomen apud Virgil. 10. Aeneid. qui Aeneæ arma secutus, à Mezentio fuit interfectus.

Orŏētēs, ὀροήτης, Vir Persa; & Sardum præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannum dolo captum suspendit. Hic postea jussu Darii & opera, astuq; Bagæi à Sardibus trucidatus est, ut scribit Herod. lib. 3.

Orōntēs, ὀρόντης, teste Pomp. lib. 2. fluvii nomen est, qui dividit Syriā ab Antiochia. ¶ Est & nomen montis, inter quem & Orentem fluvium urbs Antiochia posita est.

Orōntĕus, a, um, ὀρόντειος, Propert. libro 1: Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.

Orōntēs, ὀρόντης, Vir Trojanus, qui Troja capta cum Aenea in Italiam navigans naufragium fecit, ut scribit Virgilius libr. 1. Aeneid. Vnàm, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem.

Orōpŭs, pen. prod. ὦρωπὸς Stephano, Oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7. Est & alia ejusdē nominis civitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima. Rursus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita aut certè instaurata, & à nomine patriæ suæ ita appellata. Sunt & aliæ nonnullæ quæ enumerantur à Stephano.

Orpheus, [ὀρφεύς. German. Ein Poët auß *Thracia*, ein Sohn *Apollinis*, vnnd *Calliopes*, ein außbündiger Harpffenschlayer.] Poëta seu vates genere Thrax, Calliopes & Apollinis filius, quem à Mercurio: sive, ut alii habent, à patre Apolline lyram accepisse ferunt, eaque tantum valuisse, ut illius cantu sylvas & saxa moverit, fluviorum cursum prohibuerit, ferasque mitiores reddiderit. Eurydicem uxorem habuit, quæ Aristæum vim sibi inferre volentem fugiens, à serpente occisa est: ob cujus mortem Orpheus maximè contristatus, accepta lyra, ad inferos descendit, ubi suo cantu à Proserpina uxorem Eurydicem recepit. Sed quum eandem non servata lege à Proserpina sibi impositā, rursum amisisset; cœlibem vitā agere statuit: quumque jam multas nuptias rejecisset, aliosque insuper à mulierum consortio detercret, atque in puerorum amores pelliceret, à Mænadibus inter Bacchi sacrificia juxta Hebrum fluvium occisus & discerptus est: cujus membra passim per agros sparsa Musæ collegerunt; dederuntque ea sepulturæ: lyra verò & caput in Hebrum dejecta, ad Lesbon insulam delata sunt, ubi caput ab incolis sepulturæ mandatum est: lyra autem in cœlum assumpta. Virg. Aeglog. 3: Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, *&c.* Alii Orpheum Ciconum regem, Oeagri (à quo Oeagrius appellabatur) & Polyhymniæ filium fuisse dicunt, atq; cum Argonautis in Colchos navigasse, ideoq; assumptum; quòd juxta vaticinium Chironis, Sirenes præteriti non poterant nisi præsente Orpheo. ¶ Sunt qui duos Orpheos fuisse dicant; quorum alterum Colchos navigasse perhibent.

Orpheus, phea, pheum. pen prod. ὀρφεῖος, Denominativum: ut Orphea cithara. Martial. lib. 1: Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro, Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.

Orphăĭcŭs, adject. ab Orpheus. Macrob. Gomment. li. 12. liberum patrem Orphaici ὕν ἀρρενόθηλυν suspicantur intelligi.

Orphnæus, ὀρφναῖος, apud Claud. li. 1. de Rapt. Proserp. unus est

est ex equis Plutonis, à tenebris nomen habens: Orphnæus crudele micans, Aethonque sagitta Ocyor, & Stygii sublimis gloria Nycteus Armenti, Ditisq; nota ignatus Alastor.

Ortheă, ὀρθέα, Oppidum est in Occidentali tractu Britanniæ, teste Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgò Newcastel.

Orsĭlŏchŭs, ὀρσίλοχος, Filius fuit Idomenei. Hic patrē secutus ad expeditionem Trojanam, quum per totum bellum ex voto omnia successissent, in exitu rei ob insolentiam, cùm obstaret totis viribus ne ex præda capti Ilii sors debita daretur Vlyssi, ab eo occisus est.

Orthŏcŏrўbāntēs, ὀρθοκορυβάντες, Populi sunt Medis & Hyrcanis finitimi, quorum meminit Herodot. lib. 3.

Orthŏsĭă, ὀρθωσία, Oppidum est in ea parte Syriæ, quæ Libano monti subjacet: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Ortī Hesperĭdum, κῆποι ἑσπερίδων, In Africa fuerunt inter duas Syrtes, Poëtarum fabulis plurimùm celebrati, quum revera nihil ferant præter oleastrum. Vide suprà in dictione HORTVS.

Ortŏn, ὄρτων Ptolem. li. 3. ca. 1, Pelignorū urbs, hodie Ortona.

Ortŏplă, ὀρτωπλα, Liburniæ urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 15. Ortopula hodie.

Ortўgĭă. [ὀρτυγία, δῆλος. Ger. Ein Insel des Aegeischen Meers/ so jetzt Delus genannt wird.] Insula in mari Aegæo, omnium Cycladum clarissima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia: quia in ea primò visæ sunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant: nos à sono vocis Quales dicimus. Alii, ut Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Virgil. 3. Aeneid. Linquimus Ortygię portum. Hæc etiam dicta est Delos (ut docet Aristoteles) quòd quum antea sub aquis mersa esset, subitò apparuerit: nam δῆλος, Ostendo significat. Ab aliquibus prætereà Pyrpile nominatur, ab igne ibi primùm reperto ab aliis Cynthia: ab aliis Asteria: ab aliis Cynæthus. De Delo terræmotu concussa, vide Thucydidem libro 2. ¶ Est alia Ortygiæ nomine insula in Sicilia, Syracusarum pars, reliquæ uni ponte conjuncta, quę fontē habet Arethusam. Hæc ex oppositio Plemmyrii Siculi amnis sita est: de qua Virg. lib. 3: Sicanio prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrium undosum, nomen dixêre priores Ortygiam, Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare, quę nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

O ante S.

Oscă, ὄσκα, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Ilergetum. Autor Ptol. lib. 2. cap. 6.

Oscĕlă, ὀσκέλα, Lepontiorum oppidum in Alpibus Cottiis, autore Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Oscī, ὄσκοι, Italiæ populi qui tractum maritimum Campanię tenuerunt, ab oris fœditate ita dicti. Vnde Obscœna verba dicta (ut quibusdam placet) quasi Oscena.

Oscŭs, a, um, adject. Cic. Mario, lib. 7: Non enim te puto Græcos, aut Oscos ludos desyderasse: præsertim quum Oscos ludos vel in Senatu nostro spectare possis. Horat. 1. Serm Sat. 5: Messi clarum genus Osci. Tellus Oscea, Propert. lib. 4. Eleg. 2.

Osīrĭs, pen. prod. Osiris, vel Osiridis, ὄσιρις. Fuit Iovis filius, ex Niobe Phoronei filia, successitq; Phoroneo in regnum Argivorum. Postea tamen Aegialeum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretavit gloriæ cupiditate. Quos quum subegisset, Isidē (quæ & Io vocabatur) Inachi primi regis Argivorum filiam duxit uxorem. Vbi, quū illa literas, Osiris varias artes Aegyptios docuisset, uterq; divinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Aegyptio: vel (ut Servius) à Typhone fratre clàm occisus, ab Iside diu quęsitus est. Tandē apud Phialām juxta Syenem laceratus repertus est, curavitq; eum Isis sepeliendū in Abato insula ejus paludis quæ Memphi proxima est: quam etiam Stygem id est, mœrorem appellavit: nec nisi sacerdotes, certis diebus, eosq; mitratos eò accedere voluit. Sed quū apparuisset Aegyptiis deinde bos quidam, Osirim putarūt, adoraveruntq; ut Deum, & vocaverunt Apim id est, bovem, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. [Germ. Ein Gott der Aegyptier vnder der gestalt eines Ochsen.] Tibullus lib. 1. Eleg. Te canit, atque suum pubes miratur Osirim Barbara, Mephiten plangere docta bovem. Mart. lib. 9: non illam mille catastæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Osiride sic habet Eusebius lib. de Præpar. Evan. Diodorū Siculum inducens, Aegyptios ferunt primos omnium motū, ordinemq; cœlestium corporū admiratos, Solem & Lunam deos putasse, ac Solem quidē Osirim, Lunā Isim nuncupasse, à proprietate quadam inditis ipsis nominibus. Nam siquis ad Latinam linguā verba transferat, multioculus Osiris dici potest, neq; id absre. Radiis enim suis quasi multos reb. immittit oculos, quibus omnia perspicit ut etiā Poëta dicit: Sol qui terrarū flammis opera omnia lustras. Quāvis nonnulli Græcorum poëtæ Dionysium esse Osirim confingant. Isim verò Priscam Latinè dicere possumus. Lunæ hoc homine indito: quoniam sempiterna, priscaq; sit: Cui idcircò cornua depingunt: vel quia quum minor est, cornuta videatur: vel quòd bos ei apud Aegyptios sit dedicata. Ferūt Osirim apud Aegyptios insitionē, & aratrū, viniq; usum primùm reperisse, aliaq; nonnulla quę latè prosequitur Tibull. lib. 1. Eleg. ¶ Osiris item herba est ramulos ferēs nigros, tenues, lētos, & in iis folia nigra ceu lini, semēq; in ramulis nigrū initiò, deinde colore mutato rubescens. Verba sunt Plin. lib. 27. cap. 12. Vulgus Herbariorū *Linariam* vocat. [Ger. Leinkraut/ Hanenkraut/ Scheißkraut.]

Osismĭi, Populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligerim amnē. Plin. lib. 4. cap. 18 Cæsar Ossismos vocat.

Osquĭdātes, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plin. lib. 4. capite 19.

Ossă, sæ, ὄσσα, Mons in finibus Thessaliæ, Centaurorum stabulum, quē Seneca dicit Olimpo olim fuisse conjunctū: Herculis autem opera fuisse abscissum, ab ea parte ubi per Tempe fluit Peneus fluvius. Lucan. li. 1: - & tantus in æthera clamor, Quātus piniferæ Boreas quum Thracius Ossæ Rupibus incubuit.

Ossæŭs, a, um, ὀσσαῖος, denominativum. Lucan. lib. 6: Thessaliam qua parte diem brumalibus oris Attollit Titan, rupes Ossæa coërcet.

Ossĭgĕtānĭă, Regio Hispaniæ Bæticæ vicina: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Ossŏnŏbă ὀσσονόβα, Lusitaniæ civitas, non procul ab Anæ fluvii ostus, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

Ostĕōdēs, ὀστεώδης, Insulæ sunt Siciliæ adjacentes ab ea parte quæ Africam spectat. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Ostĭă stiç. [ὄστια ἡ, Stephano: ὄστια, τὰ, Straboni. German. Ein Statt Italiæ an den außgengen der Tyber gelegen.] Vrbs in ostiis Tyberinis sita, ab Anco Martio condita (ut inquit Liv. lib. 1. ab Vrbe) in ipso maris, fluminisq; cōfinio, ut totius mundi opes illò, veluti maritimo urbis hospitio, reciperentur. Ab hoc Ostientes, ὁ σπάντες ἢ ὀστιανοὶ dicti.

Ostĭēnsĭs porta Romæ dicitur ea quæ Ostiam versus ducit, ὀστιανὴ πύλη. Ea nunc *sancti Pauli porta* appellatur.

O ante T.

Otanes, ὀτάνης, Persa nobilis, unus ex his qui cū Dario in Magos conjurarunt. Vide latiùs apud Herod. lib. 3.

Othryădēs, ὀθρυάδης, Nomen Lacedęmonii viri, qui cùm cōtroversia nata esset inter Lacedæmonios & Argivos de agro Tyreate, placuisseq; ut ea lis trecentorū utrinq; prælio decideretur, solus ex Spartiatis superfuit, duobusq; qui ex hostib. reliqui erant in fugā versis, patriæq; parta victoria, ne solus ex sociis in patriam rediret, sibi manus intulit. Autores Valerius lib. 3. cap. 2, Plutarchus in Parall. & Ovid. in Fastis.

Othryius, adject. ut Hebrus, Othryius in Claudiano.

Othrўs, ὄθρυς, Thessaliæ mons est, non procul ab Oeta, Centaurorum olim sedes. Luc. lib. 5: Solstitiale caput nemorosus submovet Othrys.

Oxŭrēus, ὀξυρέυς, & Mydon, Fratres fuerunt Hecubæ & filii Cisthei, & patrueles Polymnestoris, ut annotavit Porphyrius in 3. Iliad.

Oxŭs, ὄξος, & Ephialtes, filii Neptuni fuerunt ex Iphimidea Aloëi uxore, quos Poëtę fabulantur nono ętatis anno in novem jugerum altitudinē excrevisse, quo corporis robore fretos, etiam diis bellum movere, montesque montibus imponentes, cœlū ipsum oppugnare ausos, donec Apollinis telis cōfecti, temeritatis suę pœnas dedêre. Vide Hom. lib. 11. Odyss.

O ante X.

Oxŭs, Amnis in lacu Oxia, ut inquit Ptol. sive Oxo, ut Solinus.

Oxўrrhīnchŭs, civitas Aegypti dicta ab oxyrrhincho pisce qui ibi templū habuit. Cæterùm Aegyptii omnes Oxyrrhinchum piscem colunt. Nam quædam animalia sunt quę Aegyptii universi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bovem, canem, felem: ex volatilibus duo, accipitrem, atq; ibim: ex aquatilibus duo, lepidotum piscem, & oxyrrhinchum. Ex Strabone lib. 17.

O aute Z.

Ozolæ, ὀζόλαι, Populi ex Locris, Aetoliæ oram incolentes ad sinum Crissæum, quorum oppida enumerantur à Ptolemæo, Molycria, Naupactus, Antirrhium, & Evanthia. Vide Strab. lib. 2. cap. 9.

P

Pachynŭs, penultima producta. [πάχυνος. Germ. Das Vorgebirg *Siciliæ gegen Auffgang.*] Promontorium Siciliæ Peloponnesum spectans: ab aëris crassitudine nomen habens. Nam παχὺ pingue & crassum dicitur. Virg. lib. 3. Aen. Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni. Priscianus mediam hujus dictionis syllabam nullo veterū exemplo corripuit: quod non ausim imitari: Qui procul effusis Pachyni distenditur oris.

Păcīnŭs.

Păcinŭs, pen.prod. Vnus ex nepotibus Volsinii regis, cognòmento Luculli: qui relicto Illyrico in Italia cõsedit, ubi & populos Pacinates de se nominavit. Autor Festus.

Păcŏrŭs, pen.cor. & sine aspiratione, πάκορος Suidæ, Orodis regis Parthorum filius, ejus qui Crassum dolo circumventum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus Antonii legatus delevit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. Horat. 3. Carm. Bis jam Monæses, & Pacori manus Non auspicatos contudit impetus nostros, &c.

Păctiă, πακτία Stephano, Insula maris Aegæi, una Cycladum, candido marmore nobilis, distans à Delo XXXVII. M. pass. Alio nomine Paros dicitur, autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Păctĭăs, πακτίας, Agri Ephesi mons est, Mycaliæ incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. Autor Strabo lib. 14.

Păctōlŭs, pen. prod. πακτωλὸς, Fluvius Lydiæ, ex monte Tmolo nascens, & per Sardianũ agrum in Hermum influens. Alio nomine Chrysorrhoas dicitur, quòd aureas trahat arenulas, teste Plin. lib. 5. cap. 29.

Pactĭæ Plinio, πακτιὰ Ptolemæo, Oppidum est Thraciæ ad Propontidem, non procul à Cherroneso: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 11. ¶ Sunt item Pactæ, insulæ quædam in mari Lycio, apud eundem. Plin. lib. 5. cap. 31.

Pacŭvĭŭs, πακύϊος, Brundusinus poëta tragicus illustris, Ennii poëtæ ex sorore nepos. Romæ poëticam exercuit, ac fabulas venditavit: deinde Tarentum transgressus, propè nonagintà natus annos diem obiit. Hic (ut Quintilianus ait) gravitate sententiarum, pondere verborum, autoritate personarũ clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Ejus epitaphium extat apud Gell. lib. 1. cap. 24, in hæc verba:

Adolescens tametsi propera, hoc te saxum rogat
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est, legas:
Hîc sunt poëtæ Pacuvii Marci sita
Ossa, hoc volebam, nescius ne esses.

Pacyris, Scythiæ Europææ fluvius, in sinum Carciniten influens. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Pădŭă, Venetorum urbs à Padi vicinitate dicta, quæ & Patavium πατάϐιον dicitur, quasi Padavium. Vel ἀπὸ τῦ πάτου: id est, à volando, quòd captato augurio dicatur conditum. (Alias diximus esse Grammaticorum ineptias has devorandas, & quæ nobis causa sit hæc nominducendi.) Vel à petendo, quòd telo avem Antenor petisse dicatur, eoq; in loco urbem condidisse. Primò Antenorea dicta est: unde Antenoridæ, postea Patavini, & Paduani. Apud Patavium natus est Titus Livius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facũdia perscripsit. Similiter Stella, & Valer. Flaccus poëtæ, & Paulus Iureconsl. Fuit quoque Volusius poëta Patavinus, qui post Ennium rerum gestarum pop. Rom. annales carmine descripsit. Catull. de Cinna: At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.

Pădŭs, [ὁ ἠριδανὸς: Vulgò Il Po. German. Ein Fluß in Italia/so jetzt heißt Il Po.] Fluvius est è gremio Vesuli montis celsissimũ in cacumen elati, finibus Ligurum Vagienorum visendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, & in Forovibiensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A' Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëthontis illustratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis nivibus, agris quàm navigiis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vendicans. Hæc Plinius libro tertio, capite 16. Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor sit multa picea (quæ Pades Gallicè vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Pădūsă, pen.prod. Fossa est ex Pado Ravennam usque ducta, quam Messanicium olim appellarunt, teste Plin. lib. 3. cap. 15. Claudianus: Eridani ripas, & raucæ stagna Padusæ.

Pæan, παιὰν, Hymnus erat in laudem Apollinis, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (ut Iulius Pollux inquit) non solùm in aversione malorum decantabatur, sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, Apollo & carminibus laudatus fertur, quæ Pæanas dixerunt. Virgilius 6. Aeneid. -lædatumque choro pæana canentes. Latiùs usurpatur tamen pro omni deorum laude. Vnde opus suum Pindarus, de Laudibus deorum omnium, Pæana inscripsit. ¶ Accipitur aliquando Pæan pro ipso Apolline, ἀπὸ τῦ παίειν: hoc est, à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis esse inventum. Iuvenal. Satyr. 6: Parce precor Pæan. ¶ Fuit & Pæan nomen patris Philoctetę: quod recentius tamẽ per œ diphthongum scribitur. Hinc Pœantius, & Pœantiades, quæ omnia vide infrà suis locis.

Pædărĕtŭs, παιδάρετος, Proprium nomen viri, ἀπὸ τῆς παιδείας ἀρετῆς: hoc est, à disciplina & virtute.

Pæŏn, παίων, Nomen viri medicinæ artis peritissimi, quẽ Hom. lib. 5. Iliad. scribit Plutonem curasse, ab Hercule graviter vulneratum. Hic herbam illam insignem inveniisse traditur, quæ ab illo Pæonia dicta est. ¶ Est & Pæon genus pedis, qui à Diomede quadruplex esse traditur. Quorum primus ex longa & tribus brevibus constat: ut, Obtinuit. Secundus, ex brevi & longa, & duabus brevibus: ut Facillimus. Tertius, ex duabus brevibus, & longa, & brevi: ut Faciebat. Quartus, ex tribus brevibus, & longa: ut Docuerant. Cicer. de Orat. duas tantùm hujus pedis facit species, quum scilicet syllabam unam longam sequuntur tres breves: ut Desinite, Comprimite: Aut quũ tres breves sequitur una longa, ut Domuerant, Studuerant.

Pæŏnĭă, Regio est Macedoniæ: ita dicta à Pęone Endymionis filio, & Epei fratre, qui victus cursu ab Epeo (sicut inter eos convenerat) imperium paterni regni victori fratri permisit, & ad Axium Macedoniæ amnem sibi, suisq; sedes delegit. Vndè ea Macedoniæ pars, quæ antea à regis Emathionis nominè Emathia dicebatur, Pæonia appellata est: & populi ipsi, Pęones, ut Iustinus lib. 7. scribit. Hi olim fortissimi habiti sunt, magnumq; sibi ex rei militaris scientia nomen pepererunt. Stat. lib. 2. Achill. . non me ulla feri Mavortis imago Præteriit: didici quo Pæones arma rotatu.

Pæsarcæ παισάρκαι, Populi sub Caucaso, Steph.

Pæstum πῶς Oppidum Lucaniæ, rosarum abundantissimum, ubi ob cœli clementiam bis in anno producebãtur fructus, scilicet Majo & Septembri. Virgil. libro 4. Georg. . biferiq; rosaria Pęsti. Hujus mœnia propè magna ex parte adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. Strab. lib. 5, autor est hanc urbem primùm à Sybaritis fuisse conditam. Posidoniamq; appellatam: sinumq; ipsum in quo sita fuit, Posidoniatem.

Pæstānŭs, a, um, παισταν. Ovid. 2. de Ponto: Calthaq; Pæstanas vincat odore rosas.

Pagăsă, penult. corr. παγασαὶ, Thessaliæ oppidum, teste Plin. libro 4. cap. 8, quod postea Demetrias dictum est. Apud eam urbem ædificata dicitur Argo navis, quæ ob id ab Ovid. lib. 7. Metamorph. Puppis Pagasæa nuncupatur. Hinc sinus propinquus Pagasicus appellatur à Plinio loco jam indicato. Steph. παγασητικὸν vocat.

Palæbiblus, παλαίϐιϐλος, Oppidum est in ora Syriæ, Lybano monti subjectum, non procul ab Adoni fluvio. Autor Plinius lib. 5 cap. 20.

Pălæmōn, παλαίμων, Athamantis & Inûs filius, fuit alio nomine dictus Melicertes, qui patris furorẽ fugiens unà cũ matre se in mare præcipitavit: amboq; dii marini facti sunt: mutatisq; nominibus, mater Leucothea: hoc est, alba dea, dicta est: creditur q; esse Aurora, q & Matuta dicitur: ille verò à Græcis Palæmon, à nostris, quòd portubus præesse putetur, Portunus est appellatus. In Palæmonis honorem Isthmia celebrabantur, a Theseo primùm instituta, quorum præmia erant coronæ ex pinu confectæ, quæ à Palæmone dictæ sunt Palæmoniæ. Claudian. 8. Paneg. Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adsit. Erat autem hoc unũ ex quatuor sacris certaminibus, quæ magno totius Græciæ concursu celebrabantur: quorum duo dicata erant diis immortalibus, Iovi Olympia, Apollini Pythia: duo itidem mortalibus, Nemæa Archemoro, Palęmoni autem Isthmia. Circunfertur ea de re Epigramma Græcum nomine Archiæ poëtæ, in hæc verba:

Τέσσαρές ἀσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ·
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων·
Ζηνὸς, λητοΐδαο, παλαιμόνος, ἀρχεμόροιο
Ἀθλα δ' ἐλαίη τε, κήπυος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Quod sic Latinè effertur:

Quatuor Argivis certamina sacra feruntur:
Bina hominum natis, binaq; cœlitibus:
Phœbo, ipsiq; Iovi, puero Archemoro, & Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

¶ Est etiam Palæmon nomen proprium grammatici Vicetini; qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, ut M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & moriturus literas jactaret. Luxuriæ ita indulsit, ut sæpiùs in die lavaretur, nec sufficeret sumptibus. Hęc Tranquill. Iuvenal. Sat. 6: . odi Hanc ego quæ reperit voluitq; Palæmonis artem. ¶ Est & pastoris nomẽ apud Maronẽ in Aeglogis.

Pălæmyndŭs, παλαίμυνδος, Cariæ oppidum fuit eo in loco, in quo postea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discrimen recentioris Myndi, quum antea etiã Myndus diceretur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

Pălæpăphŭs, παλαίπαφος, Oppidũ Cypri insulæ, antiquum Veneris Paphię templum habens: antea Paphus dicta. Verùm quum Agapenor ad sexagesimum inde stadium alterum ejusdem nominis urbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellari, quasi vetusta Paphus: Autor Strabo lib. 14.

Palæscamander, παλαίσκαμάνδρος, Fluvius Troadis, q effecto prius lacu, in Achæòrũ portum influit. Autor Plin. li. 5. cap. 30.

Pălæstīnă. [שלשת peléscheth. παλαιστίνη. Ger. Ein Landtschaffe in Syria welches Gott dem Volck Israëls eyngeben hat.] Provincia Syriæ, Iudææ & Arabiæ contermina: ut inquit Plinius libro 5. cap. 12.

cap.12.& 13. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinque civitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Acaron, & Azotus. ¶ Est & altera Palæstina prope Phæaciam; de qua Lucan.lib.5.

Pălămēdēs, dis, παλαμήδης, Nomen filii Nauplii Eubœę regis, qui Vlyssis fraude à Græcis interfectus dicitur. Nam quum omnes totius Græciæ principes ad bellum Trojanum convocarentur, Vlysses ut domi maneret, insanire se finxit: & quò melius rei fidem faceret; junctis diversæ naturæ animalibus salem serebat. Palamedes autē ut viri astutiam deprehenderet, Telemachum filium objecit: quo viso Vlysses atatrū subitò suspendit ne eum læderet: quo argumento simulatione deprehensa, ad bellum coēgit. Deinde quum in Thraciam frumentatum missus esset Vlysses, & nihil inde attulisset, neque quicquam sese inveniſſe diceret: Palamedes eôdem missus plurimūm frumenti advexit. Quamobrem Vlysses invidiæ stimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, in qua agebat Palamedi gratias, commemorabatque secretum auri pondus esse transmissum, ut Græcos proderet: quod ipse Vlysses per corruptos servos in tabernaculo ejus infodi curarat. His igitur literis in Græcorum concilio recitatis, Palamedes proditionis accusatur. Ibi Vlysses reo se adesse simulans; hostilibus literis nihil fidei habendum contendit: easq; re ipsa facilè posse coargui, si Palamedis tabernaculum scrutaretur: in quo si aurum inveniretur, nullum illum supplicii genus recusare. Missi itaq; qui tabernaculum ejus perscrutarentur, quum aurum invenissent. Palamedes veluti proditionis convictus, lapidibus obrutus est. Ovid.lib.13: Vellet & infœlix Palamedes esse relictus, Viveret, &c. Hic fertur Trojano bello quatuor literas inveniſſe, scilicet, θ, ξ, χ, φ. Præterea calculorum ludum & mensurarum, & ponderum rationem excogitasse. Astrologiæ insuper peritus fuisse dicitur, annumque ad cursum Solis, & menses ad cursum Lunæ accommodasse: primusque in castris visam atque reformidatam Solis eclipsim naturalem, minimeque timendam esse docuisse. Præterea ordinem aciei & tesseras: hoc est, symbolum bellicum, & vigilias inveniſſe. Quæ omnia à gruibus fertur didicisse. Illæ enim nō nisi acie instructa volant, electo duce quem sequantur, dispositisq; in extremo agmine, qui gregem voce contineant, & qui noctu cæteris dormientibus excubias obeant. Inter volandū etiam, mutatis subinde ordinibus, literas quasdam videntur effingere, quas etiam ab eis primus observasse fertur Palamedes. Hinc à poëtis Palamedis aves, grues dicuntur. Martial.libro 13: Turbabis versus, nec litera tota volabit, Vnam perdideris si Palamedis avem. ¶ Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus qui scripsit Onomasticum de tragicis & comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ. Suidas.

Pălantēum, vel potiùs Pallāteum gemino l, παλλάτειον, Vrbs in Palatino monte, à Pallante Evandri proavo. Vnde Virgil. lib.8.Aen. Arcades his oris genus à Pallante profectum, Qui regem Evándrum comites, qui signa secuti, Delegêre locum, & posuêre in montibus urbem, Pallantis proavi de nomine Pallanteum. Varro à balatu ovium per antistœchon dictum voluit, & per l simplex scribi debet: secundùm Virgilium autē per duplex. Vide PALATINVS & PALATIVM.

Palantĭa, παλαντία, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, ut ait Ptolem.lib.2.cap.6, Vaccęorum colonia, à qua Palantini dicti: ut à Numantia, Numantini. Aliàs Palentia dicitur. ¶ Est & nomen fluminis in Valentino littore.

Pălāntĭum, παλάντιον Stephano, Arcadiæ oppidum, Evandri regis patria: qui quum patrem imprudens occidisset, suadente matre in Latium se contulit, montemque in quo primùm consedit, à nomine relictæ patriæ Palantium appellavit: qui postea Palatium, & Palatinus appellatus est. Plin.lib.4.in descriptione Arcadiæ: Palantium (inquit) unde Palatium Romę.

Pălātĭnă, æ, Vrbs Romæ quarta fuit regio, circa Palatinum montem: unde & nomen accepit. Sunt qui à Palantia Latini regis matre huic regioni nomen putent impositum. Alii à palando: hoc est, ab errando dictam putant, quòd Arcades duce Evandro palantes ibi primùm subsederint.

Pălātĭum, tii, παλατῖνος ὄρος, Vnus ex septē urbis Romę montibus, nomen habens inde quòd ante urbem conditam pecus in eo pascens balare cōsuevit, (sic enim vox ejus animalis fingitur) quasi Balatium: qua etiam voce utitur Nonius. Vel à Palo, las, sive quòd ibi palare: id est, errare pecudes soleant: sive quòd palantes Arcades cum Evandro ibi consederint. Nam ante Romam conditam cultum fuisse atque habitatum hunc montem cōstat. Alii à Palantia Latini matre quæ ibi habitaverit, Palatium dictum volūt. Alii à Pallante Evandri avo. Alii à filia Evandri Palantia, ab Hercule vitiata, & postea ibi sepulta: vel certè à Pallante ejus filio ibi sepulto. Plinius à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Evandri dictum existimat: Ferunt enim Evandrum ob patris cædem domo profugum, in Latium venisse, montemq; in quo consedit, Palatium appellasse. Alii à Pale pastorali dea nomen inditum autumant. ¶ Palatium, Domus imperatoria, regia: [היכל hechál בירה biráh. ἀρχεῖον. Gall. Palais, maison royale. Ital. Stanza imperiale, palazzo. German. Ein Palaſt/ein Fürſtlich Hauß. Hispani. Palacio, casa real. Polon. Pal'acz.] à Pallante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur: sive (ut Cyrillus autor Græcus refert) à Palatino mōte. Suetonius de Clar.Gram. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus præceptor electus, transiit in palatium cum tota schola. Hujus prima syllaba indifferenter scriptores utuntur. Ovid.1. de Arte amanda: Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martial.lib.12: Inde facto veneranda petes palatia clivo. Crediderim tamen primam hujus nominis syllabam quoties producitur geminō l esse scribendam.

Pălātīnŭs, na, um, παλατῖνος. Vnde Palatinus Deus, & Palatinus mons dictus est in quo primò Roma ædificata fertur, & in quo Reges primò: deinde Consules: pòst Imperatores majore ex parte sedem habuerunt. Et palatina regio, ea pars urbis in qua Arcades & Aborigenes palantes: hoc est, errantes & vagabundi, duce Evandro primò consederunt: de qua re plura paulò antè in PALATIVM. ¶ Palatina officia, dicuntur Officiales, aulici, & imperatorii. Iulius Capitolinus in Gallien. Quum iret ad hostes nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur. ¶ Palatina palæstra, Quæ in Palatino monte exercetur. Cicero ad Atticum lib.2.

Pălēs Pastorum dea, vel pabuli: [βοτηδρικὴ θεός. German. Des Viechs vnd Hüter Göttin.] cujus festa, Palilia sunt appellata, aut ut alii malunt, Parilia à pariendo, quòd pecorum partui credebatur præsidere. Autor Festus. Hanc quidam Vestam, quidam Deorū matrem appellant. Hanc Virgilius genere fœminino vocat. Alii, inter quos Varro, masculino genere, ut hic Pales. Huic sacra solvuntur quę Palilia vocātur, de quib.infrà. Hęc Servius enarrans illud Virgilii 3.Georg. Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus Pastor ab Amphryso.

Pălīlĭă, [παλίλια. Ger. Die Feſt der Hirten Göttin.] vel Parilia, l in r mutata, Palis deæ festa dicuntur: quæ à pastoribus in agris fiebant undecimo Calend. Maii, quo die Romulus urbē fundavit, ad lupos arcendos, morbosq; à pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Propert. lib.4: Vrbi festus erat, dixêre Palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

Paleurius sura, Orator & causidicus fuit, Martialis & Lucani amicus: sed ob suspicionem, quòd cum Vitellianis sensisset, senatu à Domitiano fuit amotus.

Palicenus fons, παλικίνη κρήνη, Fons est in Sicilia non procul à Catana: ita dictus & proximus sit Dellis lacubus, quos fratres Palicos esse vetustas credidit. Apud hunc fontem juramentorum veritas explorari solet ad hunc modum: Iuratus tabellam quam manu tenebat, conjiciebat in fontem: quæ si verū esset quod jurejurando asseruerat, fluitabat: sin falsum, mergebatur. Autor Stephanus de Vrbib.

Palici, [παλικοί. Germ. Zwilling/Söhn Iovis von der Thalia, oder Aetna.] Dicti sunt gemini fratres, Iovis filii & Thalię Nymphę: sive (ut alii volunt) Aetnæ: quæ quum Iunonis iram metueret, oravit ut terra sibi dehisceret. Sed quum tempus maturitatis infantium quos alvo gestabat, advenisset, rursus terra hiās, duos infantes ex puellæ alvo emisit, appellatiąque sunt Palici, ἀπὸ τῦ πάλιν ἰέναι, quòd in terram demersi, denuò sint reversi. Ostendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emersisse, eosq; Dellos appellant: qui tantā olim in veneratione habiti sunt, ut circa eos juramenta exigi solerent, si quis in furti suspicionem incidisset, priùs tamen accepto fidejussore, qui si juranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet. Vide in dictione DELLI.

Pălīnūrŭs, παλίνουρος, Lucaniæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ postea Velia dicta est: ita dictum à Palinuro navis Aeneæ gubernatore, qui somno oppressus, unaq; cum gubernaculo in mare delapsus, quum ad eam partem Lucaniæ adnatasset in qua postea Velia condita fuit, ab incolis prædę cupidis occisus est, & spoliatus, cadaverq; ejus in mare abjectum. Verùm quum nō ita multò pòst ora illa gravissima peste infestaretur, oraculo moniti ut Palinuri Manes placarent, lucum ei fecerunt, & cenotaphium: hoc est, inane sepulcrum, posuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine ejus appellarunt. Virg 6.Aen. Nam tua finitimi longè, fatęq; per urbes Prodigis acti cœlestibus, ossa piabunt: Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent, Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit. ¶ Dicitur autem Palinurus quasi iterū mejens: πάλιν enim iterum, οὖρος ūrina. Ad quā etymologiam alludit Mart.lib.3: Minxisti Pauline semel cum rente carina, Mejere vis iterum, sic Palinurus eris.

Pălladĭŭs, παλλάδιος, Nomen viri proprium, qui de Agricultura libros duodecim scripsit, singulos libros singulis mensibus finiens.

Palladium, Vide in APPELL.

Pallāntĭăs, παλλαντία, Palus eſt in Africa, non procul ab aris Philenorum, ad Tritonem amnem: quam etiam Tritonidem paludem appellatam invenimus. Circa hanc paludem Palladem primùm apparuiſſe ferunt: unde ex ea natam fuiſſe nonnulli putaverunt. Vide Plin. lib. 5. cap. 4.

Pallāntĭă, παλλαντία, Oppidum citerioris Hiſpaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6. Inde Pallantini dicti ſunt ejus urbis incolæ, quos Plin. inter Vacceos numerat lib. 3. cap. 3.

Pallās, antis, πάλλας, Evandri filius, qui Aeneę ſuppetias miſſus adverſus Turnum, ab eo occiſus eſt. Virgil. 10, Aen. Ipſe caput nivei fultum Pallantĭis, & ora Vt vidit, &c. Alius fuit Pallas Pădionis filius, cujus meminit Ovid. lib. 7. Metam. Major habet Clyton & Buten Pallante creatos.

Pallās, adis, παλλὰς, Sapientiæ dea, quæ alio nomine dicitur Minerva, ex Jovis cerebro ſine matre prognata. Quod ideò à Poëtis fingitur: quia liberalibus artibus & honeſtis diſciplinis credatur præſidere, quæ non ex invento humani ingenii, ſed ex inexhauſto divinę ſapiĕtiæ fonte creduntur dimanaſſe. Dicta eſt autem Pallas (ut quibuſdam placet) à Pallāte gigante ab illa interfecto, quam priùs Tritonia vocaretur à Tritonide palude, ubi primùm viſa eſt. Vel ἀπὸ τῦ πάλλειν: hoc eſt, à vibrando, vel quatiendo. Solet enim ita pingi, ut haſtam manu teneat, eamque veluti vibrare videatur.

Pallădĭŭs, dia, dium, παλλάδιος, Quod eſt Palladis. Hinc Palladium forum Romę, quod erat propinquum templo Palladis.

Pallēnē, es, pen pro. παλλήνη, Oppidum in finibus Macedoniç, ab ea parte qua Thraciam ſpectat, exigua Cherroneſo ſitum: ita dictum à Pallene Sithonis filia, & Cliti uxore. Vide Plin. lib. 4 cap. 10. ¶ Eſt item Pallene vicus Atticæ regionis in tribu Antiochide. ¶ A Pallene Macedoniæ regione fit Pallenæus, a, um: ut Triumphi Pallenæi, apud Statium lib. 4. Sylvarum.

Pālmă πάλμη, Civitas in majori Baleari, Romanæ civitatis jus habens, ut tradit Plin. lib 3. cap. 5, & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Pālmārĭă, παλμαρεία, inſula eſt ultra Tyberina oſtia, in mari Tyrrheno. Var. lib. 3. de Re ruſt. Hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandataria.

Palmȳră, πάλμυρα Stephan. Vrbs eſt Syriæ, ſitu loci, ſoli, divitiis, & aquarum amœnitate inſignis. Civitas eſt libera & privatæ ſortis (ut inquit Plin. lib. 5. cap. 25.) in confinio Romani & Parthici Imperii ſita. ¶ Hinc Palmyrenę ſolitudines appellatæ ſunt, quæ ab hac urbe, uſq; ad Petram Arabię Petręæ metropolim, & ad fines Arabiæ fœlicis pertingunt.

Pamīſus, παμισὸς, Arcadiæ fluvius in Stymphalo monte naſcens, & præter Trœzenem in Meſſeniacum ſinum influens. Dictus Pamiſus, quaſi totus odioſus, ob damna & detrimenta quæ agris infert. Ptolemæus Paniſum vocat. Eſt & alter ejuſdem nominis fluvius in Thracia ex Hęmo profluens, teſte Plin. lib. 4. c. 11. Item tertius in Theſſalia, cujus meminit idem Plin. lib. 4 cap. 8.

Pāmphăgī, πάμφαγοι, Aethiopiæ populi quibuſlibet rebus veſcentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30. Pamphagus item numeratur ab Ovid. lib. 3. Metam. inter canes Actæonis.

Pāmphĭlŭs, πάμφιλος, Neoclidis filius, Platonis auditor, quem teſtatur Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies jacuiſſe, triduoque poſtquam inde ſublatus fuerat, impoſitum rogo revixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe. ¶ Pamphilus alius ſacerdos, Euſebii Cęſarienſis neceſſarius, tanto bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut bonam partem voluminum Origenis ſua manu deſcripſerit. Extinctus idem martyr apud Cæſaream Palęſtinæ ſub Maximino. Ex Hieronymo. ¶ Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos Grammaticos, quorum alter patriam Sicyonius, de Grammatica, picturaque, ac claris pictoribus ſcripſit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellavit: id eſt, variarum rerum collectanea. Tertius Athenienſis fuit, reipublicæ expilator.

Pamphylia, [παμφυλία. Ger. Ein Landtſchafft des minderen Aſiæ zwiſchen Cilicia vnd Syria gelegen.] Regio in minori Aſia, ab Ortu Ciliciam & partem Cappadociæ: ab Occaſu Lyciam habens: à Septentrione, Galatiam: à Meridie, mare quod ab ea Pamphylium appellatur. Dicta Pamphylia (ut quidam putant) ab arborum copia, quaſi tota frondoſa. In ea (ut Pomponius refert) eſt fluvius Melas, navigabilis, & Eurymedon, apud quē Cimon Athenienſis Perſas navali pugna ſuperavit.

Pān, [πάν. Germ. Der Hirten Gott.] A Poëtis paſtorum atque adeò totius naturæ Deus eſſe fingitur: unde etiam à Græca dictione πᾶν, quæ idem ſignificat quod totum vel omne, nomen accepit: quòd putabant uno naturæ nomine omnia complecti. Vnde etiam ita Panā pinxerunt, ut nihil ex toto universo in eo videatur prætermiſſum. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ ſimilitudinem, rubet ejus facies ad ætheris imitationem: in pectore Nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem. Pars ejus inferior hiſpida eſt, propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, ut oſtendat terræ ſoliditatem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuiſſe, & fiſtulam compoſuiſſe ſeptem imparibus calamis, ſimul conjunctis, propter harmoniam cœli. Hunc Arcades colunt, cum univerſæ materiæ dominum appellantes. Vnde à Græcis πᾶν appellatur. ¶ Item Pan Latinè incubus dicitur. Incubi verò ſunt nocturna phantaſmata mortalibus terrorem incutientia. Traditur & cum Cupidine aliquando pugnaſſe, à quo ſuperatus incidiſſe in amorem Syringis ſeu Syringæ virginis, quam quum tranſire Ladonem Arcadiæ amnem non poſſet, nympharū precibus in paluſtrem calamum mutatam vidiſſet, ex hoc ſtatim compoſuiſſe fiſtulam, quæ illius nomine apud Græcos eſt vocata, ſeptem imparibus calamis ſimul junctis. Virgil. 2. Aegloga: Pan primus calamos cera conjungere plures Inſtituit: Pan curat oves, ovĭumque magiſtros.

Pănætĭŭs, παναίτιος, Nicagoræ filius, patria Rhodius, Stoicæ ſectæ philoſophus, Diogenis familiaris & Scipionis Africani præceptor, quem Cicero ſe in Officiis imitari profitetur. Hujus autem hodie celebratur aurea illa ſententia: Vitam hominum ex improviſo aſſidua & propè quotidiana pericula ferre, ad quæ cavenda, oportere animo ſemper eſſe intento, ut ſunt athletę. Sicut enim illi in certamine athletico, caput, manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt: ita animum ſapientis adverſus petulantiam injuriarum, ictusque fortunæ debere eſſe erectum, arduum, ſeptum, æqua in re repentina incurſo imparatis, improtectis, nobis oboriatur. Fuit & alter Panætius ſenior, & ipſe Rhodius, cujus multa fit mentio apud philoſophos. Vtriuſq; meminit Suidas.

Pănætōlĭum, παναιτώλιον, Mons eſt Aetoliæ altiſſimus: ita dictus, quaſi totam occupet Aetoliam. Plin. lib. 4. cap. 2.

Pănætōlĭcŭs, ca, cum, adjectivum, ut Panætolicum concilium apud Livium lib. 1. belli Macedonici.

Pānchāĭă, [παγχαία. Germ. Ein Landtſchafft Arabiæ, in welcher Weyrauchbäwm wachſen.] Regio Arabiæ, tota arenoſa, in qua arbores ſponte natæ thus emittunt. Virg. 2. Aen. Totaq; thuriferis Panchaïa pinguis arenis.

Pānchāĕī, Populi, qui, ut Pomponius libro tertio refert, deſerta Sabæ habitant: qui & Ophiophagi vocantur: quòniam ſerpentibus veſcuntur.

Panchale, Inſula una Cycladum, aliàs Amorgus, Steph.

Pandānă, Porta Romæ, quæ anteà Saturnia dicebatur: ita dicta à verbo Pando, quòd ſemper pateret ad res quæ in urbem ferebantur excipiendas. Eadem dicebatur Libera, à Libertate: Autores Pompon. Feſt. & Varro lib. 4. de ling. Lat.

Pandaria, πανδαρεία, Inſula eſt exigua in ſinu Cajetano, diſtās à continente ducentis quinquaginta ſtadiis. Strabo lib. 5.

Pandataria, πανδατερεία, Inſula in Puteolano ſinu, teſte Plinio lib. 3. cap. 6.

Pāndĭŏn, πανδίων, Proprium nomen Erechthei Athenarum regis filii, qui patri ſucceſſit in regno. Hujus filiæ fuerunt Progne & Philomela: quarum Prognen Tereo Thracum regi, cujus ope Ponti regem profligaverat, uxorem dedit. Reliqua vide in dictione PROGNE. Hinc Pandionia, πανδιονία: hoc eſt, Attica: & Pandionius, a, um, idem quod Atticus. Lucanus de Pallade: Et Pandionias quæ cuſpide protegit arces.

Pāndŏră, pandoræ, πανδώρα. Ab Heſiodo fingitur fuiſſe prima mulier à Vulcano Jovis juſſu fabricata, quā ſinguli dii donis ſuis ornaverunt. Pallas enim ſapientiæ donum ei contulit: Venus formæ: Apollo muſices: Mercurius eloquētiæ. Inde dicta fuit Pandora, quaſi omnium donum, vel quaſi ab omnibus donata. vel omnium rerum genere donata. Autor Heſiodus in Theogon. ¶ Eſt & nomen matris Deucalionis; à qua Theſſalia Pandora dicta eſt.

Pāndōræ, πανδῶρες, Populi ſunt in convallibus Indiæ; (ſicut libro ſeptimo, capite ſecundo, ſcribit Plinius) qui ducentis annis vivunt. In juventa capillos candidos habent, in ſenectute nigros.

Pāndōsĭă, æ, πανδοσία, Civitas in Epito ſive Theſprotia, non Procul ab Acheronte amne. Item altera in Lucania Italiæ regione, quæ & ipſa Acheronte quodam fluvio irrigatur, circa quam Alexander Epirota trucidatus eſt. Nam quum Dodonæo oraculo monitus eſſet ut Pandoſiam urbem, & Acheruſiam aquam caveret, ad declinanda fatorum pericula imminentia, peregrinam militiam ſibi ſuſcipiendam ratus, in Italiam trajecit, ignarus & ibi Pandoſiam urbem eſſe, & Acherontem fluvium: ubi vix nave egreſſus, vetuſto à milite eſt transfixus.

Pāndrŏſŏs, pen. corr. πάνδροσος, Filia fuit Cecropis Athenienſium regis, ſoror Aglauri & Herſes: de quibus Ovidius lib. 2. Metamor. Pars ſecreta domus ebore & teſtudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tum Pandroſe dextrum, Aglauros levum, medium poſſederat Herſe.

Pănĕus, πανεύς, per ſimplex n, Fons eſt ſub Libano monte, in quem ſi qua natantia projiciantur, in lacu, cui Phiala nomen

est, cuncta reperiuntur. ¶ Est etiam hoc nomine Colchorum fluvius, Bocatio teste, cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Heniochorum multimodas gentes.

Pāngæŭs πάγχαιον, Promontoriū est Thraciæ, Bessis conterminum, & Macedoniæ conjunctum, ad cujus radices Nestus amnis desluit. Et in singulari est generis masculini, in plurali generis neutri. Statius: illi Pangæa resultant, Ismaraq;

Pāngæŭs, a, um, ut Arva Pangæa.

Panhormus. Vide PANORMVS.

Panionium, πανιώνιον, ut scribit Herodotus lib. 2, Locus est sacer in Mycale promontorio, ad Septentrionem vergens, communi consensu ab universis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis conveniebant Iones, ad peragenda sacrificia, quæ & ipsa Panionia, πανιώνια, dicebantur.

Pānīsci, πανίσκοι, Dii sylvestres, per diminutionem dicti, quasi minutuli Panes, sicut à Satyro Satyriscus inclinatur. Scribit Plin. lib 35, Paniscum fuisse pictum à Tauriseo pictore.

Pānnŏnĭi, [πανώνιοι. Ger. Die Vngarn.] Appellantur à Romanis, quos Græci Paonas, παίονας: vulgus Hungaros vocitat, quorum fama olim formidine totam concussit Italiam, tanquam essent bello insuperabiles. Hi tribus fluviis, Dravo, Savo & Istro, vallantur.

Pānnŏnĭcŭs, ca, cum, παιόνιος, Sueton. in August. Reliqua per legatos administravit, ut tamen quibusdam Pannonicis bellis atque Germanicis aut interveniret, aut non longè abesset. Horum regio, Pannonia, παιονία, dicta est, quæ ab Oriente habet Mœsiam, quę & Servia & Bulgaria dicitur: ab Occidente Noricum. à Septentrione Germaniam & Danubium. Dividitur autem Pannonia in superiorem & inferiorem. Pānonia superior ab Occasu, Norico: à Septētrione, Germania & Istro terminatur: ab Oriente habet Pannoniam inferiorem: à Meridie Illyrium. Hodie hęc Pannoniæ pars *Styria* & *Austria* appellatur, in qua Vienna urbs celeberrima, firmissimumque orbis Christiani propugnaculum. Inferior verò Pānonia à Septentrione Germaniam, Danubiumque: ab Occasu Pannoniam superiorem: à Meridie Liburniam, quam hodie *Sclavoniam* appellant, prospicit; ab Ortu verò Iazyges Metanastas: quem tractum hodie *Septem castra* vocant. Hæc Pannoniæ pars hodie ferè uno nomine *Hungaria* dicitur.

Pānomphæŭs, [πανομφαῖος. Germ. Ein zunam Iovis, alß der aller stimm höre.] Iovis epitheton, à πᾶν & ὀμφὴ, vox sive quòd ab omni lingua colatur, sive quòd omniū voces audiat. Ovid. lib. 7. Metam. Ara panomphæo vetus est sacrata tonanti.

Pānŏpē, es, πανόπη, sive Panopea, πανόπεια, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: ita dicta à perspicuitate visus. Virgil. 5. Aen. Phorciq; chorus, Panopeiaq; virgo. Idem primo Georg. Glauco, & Panopeę, & Inoo Melicertæ. Hesiodus in Theogonia: Δωρὶς, ἠ πανόπη, ἠ ὄλιδὼς Γαλάτεια.

Pānŏpŏlĭs, πανόπολις, Oppidum est Aegypti, Panos cultui præcipuè deditum: cujus simulacrum ingens apud illos erat, pudendo supra modum erecto: dextra autem Lunæ flagellum intentans. Hinc fit gentile Panopolites. Nomos quoque vicinus, ab oppidi hujus nomine Panopolites dictus est: de quo Plin. lib. 5. cap. 9.

Pānōrmŭs, [πάνορμος. Vulgò *Palermo*. Ger. Ein Vorgebirg in Sicilien / heist jetzt *Palermo*.] Latinè statio dicitur: quo nomine dicta est Siciliæ insignis civitas, propter multitudinem naviū quæ undique illuc conveniunt. Hæc etiam in neutro genere effertur Panormum. Componitur ἀπὸ τοῦ πάντας τὸς νόους ἀπὸ τοῦ ὅρμου. Est autem ὅρμος, portus pars, sive statio: unde nautæ Hormizare dicuntur, quando navem anchoris & retinaculis instruunt, quò secura sit à repentinis procellis. Hinc fiunt Panormita, πανορμίτης, & Panormitanus, qui ex Panormo est, Ptol. lib. 3. cap. 4.

Pantaces, πανταΐκης, Fluvius est in finibus Italiæ non procul à Gargano monte, juxta Calchantis, & Podalirii sacella: cujus aquæ ad pecorum morbos præsens habēt remedium. Dictus Pantaces, ἀπὸ τοῦ πάσας τὰς νόσους ἀκεῖν: hoc est, à morbis omnibus curandis.

Pantagias, πανταγίας, Fluvius qui quum plenus incederet, totam Siciliam sonitu implebat: post raptum autem Proserpinæ quum Cereri filiam quærenti obstreperet, tacere jussus, paruit numinis voluntati. Hæc Servius in illud Virgil. 3. Aen. vivo prætervehor ostia saxo Pantagiæ. Nomen autem videtur accepisse hic fluvius à nimia rapiditate, ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν, quod obvia quæq; prosternat atque secum rapiat.

Pānthēă, πάνθεια, Vxor fuit Abradatæ regis Susorum, ut forma ita & castitate insignis: quæ quum à Cyro majore, expugnatis Assyriorum castris capta esset, liberaliterq; ab eo habita, Abradatam virum ad se accersivit, eum per communia lecti fœdera obtestans, ut pro tanta regis in se benevolētia aliquid illi mercedis rependeret. Qua uxoris oratione inflammatus Abradatas cū universis copiis in Cyri castra venit: ubi quum fortiter dimicās mortem oppetisset, Panthea cadaver illius inter tot millia cæsorum agnitum, lectica sua ad ripam Pactoli amnis retulit: ablutisq; ejus vulneribus quum nutrici quid post mortem fieri vellet in mandatis dedisset, capite in mariti pectus inclinato necem sibi conscivit. Vide historiam hanc latiùs apud Xenophontem lib. 7. Pædiæ Cyri.

Pānthĕŏn, [πάνθειον, πάνθεον. Germ. Der Tempel aller Göttern / oder heiligen zu Rom.] Templum Romæ, ut Dion historicus refert: sic dictum, quòd in Martis, Veneris q́ue imaginibus, sub templo constitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Sive quòd templum rotundum sit, cœloq; persimile ut propterea omnium deorum habitatio censeatur. Potest etiam dici Pantheon, summum deorum. Nam πᾶν significat omne (quod sanè in similibus sæpè ad summum spectare solet) & θεῶν deorum. Plin. lib. 36. c. 15: Pantheon Iovi ultori ab Agrippa factum fuisse narrat. Hodie vulgò appellatur *Templum D. Mariæ rotundæ*.

Pānthŏŭs, & per cōtractionem Panthûs, πάνθους, ῦος, Nomen proprium filii Orrei fratris Hecubæ. Vocativum facit Panthu, abjecto s, more Græcorum. Virg. 2 Aen. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Inde fit Patronymicum Pāthoides, pen. corr. quo usus est Ovid. lib. 15. Metamorph pro Pythagora, qui tempore belli Trojani se Euphorbum Pāthoi filium fuisse gloriabatur.

Pantícapes, παντικάπης, Fluvius est Scythiæ quintus ab Istro, (ut scribit Herodot. libro quarto,) Nomadas à Georgis disterminans.

Pantícapæum, παντικάπαιον, Vrbs maxima ad Bosphorum Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Aetæ filio, cui Agaëtus Scytharum Rex hunc locum donaverat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 12.

Pantomatrium, παντομάτριον Stephano, Oppidum est Cretæ insulæ maritimum, authore Plin lib. 4. cap. 12.

Papæus, Nomen, Herod. teste lib. 4, quo apud Scythias Iupiter vocatur.

Paphages, Rex Ambraciæ. Is quum obviam factus esset leænæ catuli suis stipatæ, ab eadem occisus est.

Paphlagonía, [παφλαγονία. Germ. Ein Landtschafft des mindern Asiæ stossend an *Galatiam*, vnd das Euxinisch Meer.] Regio minoris Asiæ, ad Septentrionale litus versa, supra Galatiam, cujus eam Ptolemæus partem facit: ita dicta, teste Stephano, à Paphlagone Phinei filio. Ejus incolę dicti sunt Paphlagones: ex quibus fuerunt & Heneti, qui per seditionem patria pulsi, & rege Pylemene ad Trojam amisso, Antenorem in Italiam sequuti sunt, & pro Henetis literæ unius immutatione Veneti sunt appellati, autore Livio, libro 1. ab Vrbe condita. Paphlagónia (ut Solinus scribit) à Cyroro monte consurgit porrecta in spatium trium & sexaginta, millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ subacta à Pompejo, Pompejopolis nominata fuit.

Păphŭs, πάφος, Filius Pygmalionis filii Cilicis ex Eburnea matre. Quum enim olim Pygmalion in Cyprum insulam perveniisset, comperissetq; mulieres omnino libidini obsequentes, cælibem vitam ducere statuit. Porrò quum ingenio valeret, essetq; sculptor insignis, dicitur sibi ex cādidissimo ebore muliebre sculpsisse simulacrum, omnis venustatis, formæque numeris (quoad fieri potuit) absolutum. In quo quum homo ingeniosus artem suam miraretur: in ejus amorem incidit, oravitq; Venerem, quæ summa cùm veneratione id temporis in Cypro celebrabatur, ut uxorem sibi concederet statuæ suæ eburneæ simillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediēs statuam suam animatam invenit, servatisq; iisdem lineamentis, eodemq; candore, in formosissimam virginem transformatam. Cujus postea concubitu usus, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno successit, condiditq; urbem in Cypro, quam de suo nomine Paphum appellavit: constructa etiam in eo templo & ara in honorem Veneris, cui diu solo thure sacrificatū est. Virg. lib. 10. Aen. Est Amathûs, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, &c. ¶ Inde Paphius, a, um: unde & Paphia Venus dicta est, quòd apud Paphum coleretur.

Papía, [Vulgò *Pavia*. Germ. Pavey.] Civitas Insubrum, Ticinum, πάουις Ptolemæo appellata, olim Ostrogothorum & Longobardorum regum sedes.

Pāpĭnĭānŭs, παπινιανὸς, Iurisconsultus, Severo principi gratissimus, Scævolæ discipulus, cui in advocatione fisci successit. Is est cui filios suos Severus moriens commendavit: deinde ab Antonino Caracalla securi percussus. Causa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandaverit ut & in Senatu, & apud populum faciuus dilueret: illum autem spondisse, non tàm facilè parricidium excusari posse q tàm fieri. Spartian.

Papinius Statius, Neapolitanus inter heroicos poētas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribūt majores

ejus

ejus oriundos esse Epiro, diuq; versatos Sellis non sine admiratione ingenii & probitatis. Patrem Papinũ habuit, qui ob insignem eruditionem, egregiasq; virtutes Neapoli civitate donatus est, in qua Statius Papinius poëta natalem suum habuit. Edidit multa & varia poëmata, Thebaidem libris duodecim, quos consecravit Cæsari Domitiano. Prætereà opus Sylvarum. Postremò Achilleida aggressus, morte præventus tantùm reliquit inchoatam. Ex Crinito.

Papitium, πάπιθον, Vrbs est Paphlagoniæ: à qua fit gentile Papitius, παπίθιος, Autor Stephan.

Pāppŭs, πάππος, Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis: de fluviis Africæ: & commentarios in Ptolemæum.

Paprimis, παπρίμις, Ægypti oppidum. Cujus civis Paprimites, παπριμίτης, Stephan.

Păpўrĭŭs, A velocitate Cursor dictus, qui Dictator creàtus adversus Samnites, quum se adversis ominibus progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam rediens, edixit Fabio Rutiliano magistro equitum, quem exercitui præfecerat ne manus cum hoste consereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset, ac vicisset, reversus eum ferire securi voluit: ille in urbem confugit: ubi quum nec supplices Tribuni satis eum tueri auderent: victus tandem Dictator pòpuli precibus, miserique parentis lacrymis, supplicium ei remisit: paucisq; pòst diebus ducto de Samnitibus triumpho, Dictatura se abdicavit. Vide Liv. lib. 9. ¶ Lucius Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportavit: ædemq; Fortunæ de manubiis faciendam locavit. ¶ Papyrius Crassus, quum Privernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus benè gestis triumphus ei negaretur, in mõte Albano triumphavit, & pro laurea usus est myrtea corona. Valer. lib. 4. ¶ Papyrius Carbo, cum dentibus natus, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 16. ¶ Papyrius prætextatus, nobilis adolescẽs, ex eo cognomen adsecutus, quòd in prætexta & adolescentia magnæ indolis atque ingenii specimen dedit. Quum enim à patre duceretur in Curiam, in eaq; fortè arcana quædam tractarentur, domum reversus, interrogatus à matre quídnam in Senatu esset actum: Vt duæ (*inquit*) uni nubere possint. Qua re inter matronas sparsa, manè gregatim ad Curiam concurrunt, multò equius esse clamitantes, duobus unam nubere. Cujus clamoris causa tandem intellecta, Senatus Papyrii in ætate taciturnitatem admiratus, soli in posterum ex æqualibus aditum concessit in Senatum. ¶ Papyrius item alius fuit, qui quum Publium quendã adolescentem nobilem ære alieno sibi devinctum, & in servitutem adjudicatum haberet, fœdoque ejus amore captus, generosum animum ad turpe obsequium nulla ratione posset inflectere, caq; de causa adolescentulum multis, & plagis, & cõtumeliis afficeret, re in Senatu cognita, in carcerem conjectus est, cautumq; est ne quis in corpora libera ob æs alienum quippiam in posterum juris haberet. Simile quiddam refert Valer. lib. 6. cap. 1, de T. Veturio, & Cælio Plotio.

Paradísus, Vide in APPEL.

Paræsus, Vrbs condita à Paræso Minois cognato, Steph.

Paræsus, Vrbs condita à Paræso Minois cognato, Steph.

Paræthonium, παραιθόνιον, Libyę Marmaricæ oppidum est, stadiis ferè noningentis distans à Catabathmo. Alio nomine Ammonide dicitur. Habet portum ingentem, XL. ferè stadiorum. Autor Strabo lib. 17.

Părætŏnĭŭs, a, um, adjectivum. Lucan. lib. 3: Vsque Paræthonias Eoa ad littora Syrtes. Silius item lib. 3: Perque Parętoniæ celebratum littora Syrtis. Ab hujus oppidi nomine etiam Paræthonium appellatum est coloris quoddam nativi genus, quod circa hanc urbem in littore solet inveniri, ex spuma maris, ut creditur, cum limo solidata: unde & minutæ conchulæ plerunque in eo inveniuntur. Autor Plin. lib. 35. cap. 6.

Paralus, Vide in APPEL.

Parapotamía, παραποταμία, Regio Asiæ, Tigri fluvio proxima: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Părcæ, arum, [Germ. Die drey Göttin von welchen die Poëten gedichtet haben / daß sie einem jeden die zeit seines Lebens: Item sein glück oder unfahl bestimmen.] Dictæ sunt à Parco, per contrariam significationem, quòd nemini parcant. μοῖραι αἶσαι, Ideò tres esse Parcas arbitrantur: quoniam tria sunt tempora in quibus omnia evolvuntur. Varro à partu, unius literæ mutatione deduci putat: quoniam ut (scribit Hesiodus) nascentibus hominibus bonum, malumq; conferre censeantur. Iuven. Satyr. 9: Hęc exempla para fœlicibus: at mea Clotho, Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter. Harum nomina erãt Clotho, Lachesis, & Atropos, quas Cicero Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & easdem cum Fatis fuisse existimatas: Vnde & illud Cleanthis: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Finguntur vitæ hominum pręesse, & nendo eam ducere. Quapropter lanificas sorores appellat Mart. lib. 6: Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos. Apulejus. Tres Parcæ tria fata sunt numero, cum ratione temporis faciẽtia, si potestatem earum ad ejusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spatia: & quod nondum ex colo tractum est, subactumq; cùra digitorum, futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Lachesim dictam esse putant à λαγχάνω, quod Græcè sortior significat. Atropon: quia verti: hoc est, mutari aut flecti non possit, ab α privativa particula & verbo τρέπω, quod est verto. Clotho: quoniam contorta & convoluta omnia teneat: à verbo Græco κλώθω, quod significat neo, vel circumvolvo.

Părentĭum, παρέντιον, Istriæ oppidum est, cujus meminit Ptolemæus libro 3. cap. 1. Hinc Parentinus, gentile. παρεντῖνος, Stephanus.

Părĕtācēnī, παρετακηνοί, Populi Mediç, aut certè Mediæ finitimi juxta Elymæos, montium incolæ, & latrocinio victum quæritantes. Meminit horum Herodotus lib. 1, & Strabo lib. 11, & 16.

Paretonium, vide PARAETONIVM.

Părĭēdrēs, παρειδρης Ptolemæo, Pars Tauri montis, in finibus majoris Armeniæ, ex qua Absarus fluvius oritur. Autor Plin. lib. 6. cap. 9, & lib. 5. cap. 27.

Parienna, παρίεννα, Ptolæmeo libro secundo, capite 11. Germaniæ urbs.

Parilítium, vide in APPELL.

Părĭs, Paridis, [πάρις. Germ Ein Sohn des Königs Priami so die schön Helenam aus Griechenland entführet hat.] Priami Trojanorum regis, & Hecubæ filius, alio nomine Alexander appellatus. Cujus matri, quum illa se facẽ ardentem părere somniasset, conjectores responderunt fore ut filius, quem in utero gestabat, causa esset Trojani excidii. Qua re cognita, Priamus puerum, ubi primùm fuit natus, Archelao servo exponendum tradidit. Contrà Hecuba tum materno affectu, tum infantis forma commota, curavit ut furtim nutriretur à pastoribus in Ida monte. Vbi quum adolevisset, Oenonem virgunculam amavit, & cõpressit, susceptoq; ex ea duos filios. Porrò quum in dirimendis controversiis esset æquissimus, maximam justitiæ famam sibi comparavit, adeò ut orta inter deas, Iunonem, Palladẽ, & Venerem disceptatione de forma propter aureum pomum à Iove cœlitùs demissum, in quo scriptum erat: Detur pulcherrimæ: judex sit ab iis constitutus. Quas quum vidisset nudas, sententiam secundum Venerem tulit, quæ pulcherrimam fœminarũ illi uxorem promiserat, neglecto regno quod pollicebatur Iuno, & contempta, quam Pallas offerebat, sapientia. Prætereà quum esset fortissimus in agonali certamine, quod ad Trojã agebatur, cùm alios omnes superavit, tùm ipsum etiam Hectorem: qui quum iratus quòd ab imbecilliore vinceretur, gladium in eum stringeret, pastorem esse eum putãs, Paris illi aperuit, se ejus fratrem esse germanum: quod & allatis crepundiis probavit, quum adhuc sub pastorali habitu lateret. Sic igitur cognitus, à patre receptus est. Deinde cõstructis viginti navibus per speciem legationis ad repetendam Hesionem, in Græciam missus est: ubi à Menelao, hospitio est susceptus. Verùm quum ille necessaria de causa in Cretam navigare cogeretur, Paris sibi occasionem rei benè gerẽdæ oblatam ratus, Helenam quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alii tradunt in Græciam venisse absente Menelao, Helenesque pulchritudine captum, Spartam expugnasse, illamque etiam renitentem, & omnes regios thesauros rapuisse, & ob id postea Helenam dignam visam esse, quæ à viro, atque adeò à tota Græcia tantis opibus repetetetur. Ita Helenæ raptum esse deinde secutum bellum Trojanum, in quo singulari certamine cum Menelao congressus, quum penè vinceretur, à Venere pugnæ subtractum. Postremò Hectore & Troilo fratribus occisis, quum ipse sumpto arcu & sagittis quibus plurimùm valebat, Achillem sub prætextu desponsandæ Polyxenæ sororis in templo Thymbræi Apollinis interfecisset, cum quoque à Pyrrho, sive (ut aliorum est opinio) à Philoctete esse interfectum: post cujus mortem Helenam Deiphobo nupsisse. Ovid. in Epistol. Bella gerant alii, tu Pari semper ama.

Parĭsĭi, Parisiorum, [Vulgò *Paris*. Germ. Die Parîser in Franckreich.] Populi sunt inter Celtas ad Sequanam fluvium, inter Senones & Bellovacos: quorum caput est Lutetia, optimarum omnium disciplinarum parens, olim in Sequanæ insula sita: hodie verò prolatis idẽtidem pomœriis tantopere aucta, ut nulli potentissimarum urbium meritò debeat pòsthaberi. Vide Cæsarem lib. 6. Comment. & Ptolem. lib. 2. cap. 8.

Părĭum, πάριον, Troadis oppidum ad Propõtidem, teste Strabone lib. 13. à Milesiis, Erythræis, Parilsque conditum, juxta quod, teste Plin. lib. 7. cap. 2, Gentes fuerunt quæ Ophiogenes vocantur, serpentum ictus levare solitæ, & manu imposita venena extrahere corpori, quorum etiam sua ætate paucos, reliquos fuisse, autor est Varro, saliva sua serpentum ictibus mẽderi

deri ſolitos. In eodem oppido, teſte Plin. lib. 16. cap. 5. Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & injuria.

Părĭŭs, paria, parium, πάριος, adjectivum: Vnde Parius lapis, ſive Parium marmor, quod candidum erat, & ſculpturis aptiſſimum. Virg. 1. Aeneid. Par úsve lapis circundatur auro.

Pārmă, nomen eſt fluvii, à quo Parma urbs in Inſubribus celeberrima appellata eſt. Hæc patria fuit Caſſii Poëtæ, & Macrobii, viri ingenio & doctrina præſtantis.

Pārmĕnĭdēs, παρμενίδης, Eleates philoſophus, Xenophanis auditor, atq; amicus, à cujus nomine Plato Dialogum, quem de Ideis cõſcripſit, Parmenidem appellavit. Hic carmine Phyſiologiam expreſſit, ſicut Empedocles & Heſiodus, duplicemque eam eſſe dixit: unam quæ veritate conſtaret, alteram quæ opinione. Primus deprehenſiſſe dicitur eundem eſſe Luciferum & Heſperum: alii Pythagoram dicunt. Autores Suidas, & Diogenes Laërtius. Hic cenſuit ſempiternum atque immobile eſſe univerſum, quod maximè unum ſecundùm veritatem rerum ſubſiſtat: ſolum enim eſſe ſimplex, & intrepidum, atque ingenitum: generationem verò eorum eſſe quæ falſa exiſtimatione videntur eſſe, quum nõ ſint. Senſus autem ſemovendos à veritate putat. Affirmat enim, ſi quid eſt præter ens, id eſſe non ens. Non ens autem, non eſſe in rebus, & ſic ens viventium ſibi relinquitur: terram verò denſioris aëris defluxu factam arbitratur.

Pārmĕnĭo, παρμένιων, unus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis, qui eum in Aſiaticam expeditionem eſt ſecutus, cujus frequens eſt mentio apud Curtium.

Pārmĕno, parmenonis, παρμένων, Perſonæ Comicæ nomen apud Terentium in Evnucho, ἀπὸ τοῦ παραμένειν: hoc eſt, à diutius commorando (ut videtur) impoſitum.

Pārnāſſŭs, gemino ſ, (nam apud Stephanum & Suidam legitur παρναασσὸς) mons eſt in Phocide, ut autor eſt Plin. lib. 4. c. 3, & Strabo lib. 8, & 9: [Germ. Ein hoher Berg in *Phocide, Baccho* vnd dem *Apollini* zugeeignet] duos vertices habens, quorum unum Thitorea vocari: alterum Hyampeum, Herodotus in Vrania tradit. Cithæron autem & Helicon, quos Servius malè putavit eſſe Parnaſſi juga, montes ab hoc diverſi, & disjuncti ſunt, ita ut Helicon à Parnaſſo circiter quindecim paſſuum millia: Citheron verò triginta diſtet. Eſt autem (ſicut docet Strabo) Helicon Parnaſſo æmulus & altitudine, & circuitu. Quinetiam Muſis natale ſolum in nemore Heliconio ſcriptores aſſignant. Cyrrha verò & Nyſa, quas nonnulli etiam tradiderunt eſſe Parnaſſi vertices, nomina ſunt civitatum Cyrrha ſub Cyrrhi rupe Parnaſſi, in planitie mare verſus, locata eſt: Nyſa verò, non in Parnaſſo, ſed in felici Arabia ſita eſt: in qua quum Bacchus nutritus eſſet; in ejus memoriam ipſe poſtea aliam in India condidit. Eſt igitur Parnaſſus mons Phocidis, ſacer Baccho & Apollini. Ovid. 1. Metamorph. Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis Terra ferax. Mox addit: Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus, Nomine Parnaſſus, ſuperatq; cacumine nubes. Lucan. lib. 5: quãtum ſemotus Eoo Cardine Parnaſſus, gemino petit æthera colle. In hoc monte rupes vel majeſtate numinis, vel ſitu ipſo horrorem viſentibus incutit, undique ferè præceps in formam theatri: Hîc eſt, Apollinis Delphici templum, hic fons Caſtalius, Muſis ſacer. Hîc habitavêre Pieres, natio Thracia: unde Pierius mons, & Pierides Muſæ, ſub Parnaſſo habitaverunt Hyantes populi: Vnde aquam Parnaſſi fontis, Hyantida dicunt. Hîc fontes Atticam verſus, Hippocreno & Aganippe.

Pārnāſſĭăs, Parnaſſia, parnaſſium, παρνάσιος, παρνασσίς. Virg. 7. Aeglog. Nec tantùm Phœbo gaudet Parnaſſia rupes.

Pārnŭs, πάρνης, Nauta fuiſſe fertur pauperculus, qui ob amiſſam naviculam, cum obviis quibusque litigabat. Hinc adagium: Diſceptare ob Parni ſcaphulam: id eſt, ob res minutulas multũ movere litiũ & querelarum. Eraſmus ex Diogeniano.

Paropamiſadæ, παροπαμισάδαι, populi Aſiæ, qui (ſicut refert Ptolemæus) ab Oriente, parte Indiæ: ab Ocaſu, Arabia terminantur: à Meridie, Arachoſia. Meminit horum & Plin. lib. 6. cap. 20. & 23.

Părŏs, [πάρος. Germ. Eine auß den Circkel Inſſen des Aegeiſchen Meers.] Inſula eſt una ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinque millibus diſtat, ex quo Parius lapis advehi ſolet, colore candido, & ſtatuis exculpendis aptiſſimus. Virgilius libro tertio: Olearon, niveamque Paron, ſparſasque per æquor Cycladas.

Pārrhăſĭă, παρράσια, Regio in Pelopõneſo, alio nomine dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhaſius, a, um, παρράσιος, παρρασιώτις, pro Arcadico. Virg. 8. Aen. Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Aſylum Rettulit, & gelida monſtrat ſub rupe lupercal, Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi. In ea mons eſt Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, à quo Lycæa ludicra illi ſacrata, nobis Lupercalia dicta. Ovid. lib. 2. Faſt. Quid vetat Arcadico dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Pārrhăſĭs, παρράσις, Patronymicum eſt fœmininum à Parrhaſia. Hinc Parrhaſis urſa apud poëtas pro Polo arctico, quòd Calliſto, quam à Iove compreſſam atq; in hoc ſignum cõverſam fabulantur, Lycaonis Parrhaſiæ: hoc eſt, Arcadiæ, regis filia dicta ſit. Lucan. lib. 2: ſed nocte ſopora Parrhaſis obliquos Helice quum verteret axes.

Pārrhāſĭŭs, παρράσιος, Nomẽ pictoris Epheſii, qui cum Zeuxide in certamen picturæ deſcendit: & quũ ille detuliſſet uvas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſcenam aves advolarent: ipſe detuliſſe linteum pictum traditur, ita veritate repreſentata, ut Zeuxis alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo, oſtendi picturam: atq; intellecto errore concederet palmam ingenio pudore: quoniam ipſe aves fefelliſſet: Parrhaſius autem ſe artificem. Hic primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris expreſſit. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. Horat. lib. 4. Carmin. Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas, Hic ſaxo, liquidis ille coloribus, &c.

Pārthĕnĭŭs, παρθένιος, Mons Arcadiæ, teſte Plinio lib. 4. ca. 6. Ita dictus à virginibus, quæ in ea Veneri frequenter ſacra facere ſolebant. ¶ Eſt & Parthenius, παρθένιος, fluvius Paphlagonum. Ovid. lib. 4. de Ponto: Partheniusque rapax, & volvens ſaxa Cynapes. ¶ Parthenius item, Poëta Nicæus, ut ait Suidas, Elegiarum, variique carminis ſcriptor: à Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ob illius ingenium manumiſſus. Vixit uſque ad Tiberium Cæſarem, qui, teſte Tranquillo, ejus ſcriptis admodum delectabatur. Hujus Parthenii locos Virgilius quandoque mutuatur, cujuſmodi eſt illud: Glauco, & Panopeæ & Inoo Melicertæ. Autor Gellius. ¶ Fuit item alter Chius genere, filius Theſtoris, qui vocabatur Chaos, ex Homeri Poëtæ poſteris. Scripſit verſus in laudem patris Theſtoris. Suidas.

Pārthĕnĭŭs, adjectivum: ut Saltus Parthenii, Virg. 10. Aeglog. Luſtra Parthenia, apud Claudian. 2 de Rap.

Pārthāon, pen. prod. Pater Oenei regis Aetoliæ, apud Ovid. 9. Metam. in principio.

Parthĕnŏpæŭs, pen. prod. παρθενοπαῖος, Martis & Menalippes filius fuit, teſte Servio, qui in bello Trojano periit. Virg. 6. Aeneid. Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus, & Adraſti pallentis imago.

Pārthĕnŏpe, παρθενόπη, Vna Sirenum, quæ præ dolore, quòd prætereuntem Vlyſſem cum ſociis in ſcopulos cãtu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitaverunt. Harum alię alia in loca. Parthenope autem eo delata eſt, ubi poſtea cõdita Neapolis eſt, præclara urbs Cãpaniæ, quæ ab ejus nomine etiam Parthenope eſt appellata. Neapolim autem poſtea dictam fuiſſe hanc urbem nonnulli putaverunt, quòd ab Auguſto ſit inſtaurata: quod falſum tamen eſt. Nam etiã apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Auguſtum annis claruit, Neapolis hæc urbs appellatur: & cives ipſi, Neapolitani, quos ſcribit quotannis ad tumulum Parthenopes faces tuliſſe. Veriſimilior eſt eorum opinio, qui hanc urbem à juventute Cumana conditam tradunt, qui forte quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monu[illegible]to conditum reperiſſent, nomen ejus urbi indidêre. Sed p[illegible]quam loci ubertate atque amœnitate majorem in modu[illegible] frequẽtari civitas cœpit, veriti ne Cumę deſererẽtur, diruendi Parthenopem conſilium inivêre. Quo facto, mox immani peſtilentia vexati, oraculo moniti ſunt, ut urbem inſtaurarẽt, Itaque ſubitò reſtitutam, Neapolim: hoc eſt, novam urbem vocavêre. Hinc Parthenopæus, a, um, παρθενοπαῖος.

Pārthĕnŏpŏlis, παρθενόπολις, Oppidum Thraciæ, teſte Plinio lib. 4. cap. 11, Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictamque putat à filiabus Geraſti filii Mygdonis, quæ quum agreſtes & inhumanæ eſſent, pater ut eas ad civiliorem vitam traduceret, civitatem hanc earum gratia condidit. ¶ Eſt item Parthenopolis, Bithyniæ oppidum apud Plinium lib. 5. cap. 32.

Pārthĭă, [παρθυαία Stephano. Germ. Der Parther Landtſchafft gelegen in Aſſyrien.] Regio Aſſyriæ, à qua Parthi. πάρθοι, πάρθιοι, παρθυαῖοι. Fuit hæc olim gens Scythica, quæ poſtea ad Medos profugit: unde & nomen acceperunt. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur: autor enim eſt Iuſtin. lib. 22. ab exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuiſſe deductum. Horum regna duodeviginti fuiſſe teſtis eſt Plin. lib. 6. cap. 15. Ab Ortu habet Arios: à Meridie Carmaniam: ab Occaſu Medos: à Septentrione Hyrcanos.

Parthĭnī, Populi ſunt Macedoniæ provinciæ. Plin. lib. 4. c. 23, in deſcriptione Macedoniæ.

Paryſătis, παρυσάτις, Xenophon, Plutarchus, Cyri filia, & Artaxerxis mater.

Pāsĭphăē, per quatuor ſyllabas, πασιφάη, Filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam fabulæ ferũt Tauri amore captam fuiſſe, Dædaliq́ue operâ, qui ligneæ eam vaccæ incluſit, voti

compotem

compotem factam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua taurum referentem: quod monstrum postea in Cretensi labyrintho Theseus dicitur interfecisse, Ariadnes ope adjutus. Servius Minois scribam fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphaë mutuo ejus amore capta, in Dædali ædibus concubuit. De hac Virg. 6. Aeglog. Et fortùnatam, si nunquam armenta fuissent, Pasiphaën, nivei solatur amore juvenci.

Pāsĭtĕlēs, παστέλης, Insignis statuarius fuit, & artis plasticæ peritissimus: de quo vide Plinium lib. 35. cap. 12.

Pāsĭthĕă, πασιθέη, Una ex tribus Gratiis, quam alii Euphrosynen vocant. Statius: Non hoc Pasithee blandarum prima sororum.

Pāsĭthŏē, πασιθόη, Nomen est nymphę marinæ, Nereï & Doridis filiæ, autor Hesiodus in Theogonia.

Pasĭtĭgris, Tigris amnis appellatur, ea in parte qua duo ejus alvei confluunt. Plin. lib. 6. cap. 27: Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. pass. divisus in alveos duos: altero Meridiem ad Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, ejusdem gentis tergo, campos Cauchas secat. Vbi remeavêre aquæ, Pasitigris appellatur.

Pāssălŭs, πάσσαλος, & Achemon Cercopes fuêre filii Sennonidis mulieris fatidicę, qui cum nullo non injuriarum genere in obvium quenque debaccharentur, à matre admoniti sunt ut sibi à Melampygo caverent. Evenit deinde ut Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, eumq; dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinùs insidias sentiens, correptos ac vinctos, de clava suspendit leporum ritu, & ad eum modum gestabat. Pendentes itaque capitibus deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum atque hispidum intuiti, non Lydorum more lævę ac depilatum, materni moniti memores, ea de re inter se confabulabantur. Quod simulac audivit Hercules, cognominę delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit.

Pāstŏphŏrī, penult. corr. παστοφόροι, Sacerdotes sacrosancti Aegyptiorum, honoratiores cæteris. Dicti quòd ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos: à quo & ipsa Venus παστοφόρος dicta est.

Pastophorium, Vide in APPEL.

Pătălŭs, πάταλος, Insula vicina Cariæ, apud Stephanum. Gentile est Patalius.

Pătără, pen. cor. πάταρα, Vrbs Lycię, ubi Apollo dabat responsa sex hybernis mensibus, ut tradit Servius. Dicta à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xăthi filia: vel ab alio Pataro Lapeonis filio. ¶ Hinc Pataræus, a, um, παταρεῦς. Stat. lib. 1. Theb. Phœbe parens, seu te Lyciæ Pataræa nivosis Exercent dumeta jugis. Ovid. 1. Metam. -mihi Delphica tellus, Et Claros, & Tenedos, Pataræaq; regia servit.

Pătăvĭum, πατάβιον, πατάυιον, Longè clarissima Venetorum ditionis atque imperii urbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita, cujus meminit Plin lib. 3. cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1. Extat hodie in eadem urbe Antenoris sepulchrum vetustissimum cum hujusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest: Inclytus Antenor patriam vox visa quietem, Transtulit huc Henetos, Dardanidumque fugas: Expulit Euganeos, Patavinam condidit urbem: Quem tenet hic humili marmore cæsa domus. Virg. lib. 1. Aen. Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit. ¶ Alia ejusdem nominis urbs Ptolem. in Ponto, sive Bithynia, quæ hodie vulgò *Poline* dicitur. Vide PADVA.

Pătērnĭānă, Ptolemæo lib. 2. ca. 6. oppidum Carpentanorum in Hispania Tarraconensi.

Pătmŏs, [πάτμος. Germ Ein Insel auß den Cycladibus, in welche S Johannes der Evangelist ist verschickt worden.] Insula in mari Aegæo, quæ (ut Plinius scribit lib. 4. cap. 12.) patet circuitu triginta millibus passuum. In hac Iohannes Apostolus exul Apocalypsim scripsit.

Pătĭrāmphēs, πατιράμφης, Nobilis Persa, Otanis filius, & auriga Xerxis. Herod. lib. 7.

Patizithes, παντζίθης, Vir Persa magnus, qui Smerdim fratrem suum similem Smerdi fratri Cambysis Persarum regem declaravit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. Vide Herodot lib. 3.

Pātræ, trarum, πάτραι, Civitas in Achaia propriè dicta juxtà Olenum, quam Pausanias Aroën dici priùs solitam affirmat: mox à Patræo, mœnibus ampliatis nomen accepisse, quod nunc habet. Hujus meminit Plinius lib. 4. cap. 4. Ovid. lib. 6. Metam. Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ: de Patris scribit Thucydides, lib. 6.

Pātrĭānŭs, a, um, πατρεάτης, deductum nomen à Patris Achaiæ oppido, ad Occasum Peloponnesi sito, non procul ab Oleno. Cicero Thermo: Vt obtineat id juris in agris, quod ei Patriana civitas decrevit, & dedit.

Patrasis, πάτρασις, Vrbs Pontica, teste Stephano: à qua deducitur gentile Patrasides, πατρασίτης.

Pātrŏclīdēs, πατροκλείδης, Proprium nomen assentatoris Philippi Macedonum regis.

Patroclus, πάτροκλος, Menœtii filius & Steneles, qui occiso per ludum Astragalorum Cleonymo: seu (ut aliis placet) Aeane Amphidamantis filio, solum vertens, in Phthiam venit, ubi à Peleo propter generis propinquitatem susceptus est, & unà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctissima amicitia junctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Trojanam profectus est, ubi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans, ab eodem confossus, occubuit. Quod quum resciviſſet Achilles, tametsi propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omninò constituisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matre armis à Vulcano fabricatis ab bellū rediit, nec priùs quievit, quàm socii mortem est ultus.

Pătūlcĭŭs, dictus est Ianus, quòd tempore belli, portæ templi ejus paterent. Macrob. lib. 1. Saturn.

Pāulŭs, li, παῦλος, Latinè modicus, Græcè *quietus*. Nã παῦλα quies dicitur. Hoc nomine dictus L. Aemilius, qui in prælio Canensi pro patria occubuit. ¶ Et qui multò fortunatior patre victum Persea Macedonum regem in triumphum vexit. ¶ Est & Paulus, a, um, adjectivum, à Parum, quo rarissimè usi sunt autores, nisi in ablativo. Plaut. in Bacch. Pacisci cum illo paula pecunia potes. Terent. in Andr. Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. Idem in Adelph. -scilicet Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos Paulo sumptu.

Pāusānĭās, παυσανίας, Cleombroti filius Lacedæmonius imperator, qui unà cum Aristide Athenienſi vicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Platæas, cum ducentis peditum millibus electis, & viginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum incremēti Lacedæmoniis adjecisset, in mores Asiaticos labi sensim cœpit. Deinde eousque amentiæ dicitur tandem progressus, ut cum Xerxe pacisceretur, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse; si filiam sibi in matrimonium dedisset. Quo nomine in judicium vocatus in templum Minervæ confugit, ubi interfectus est, cadaverque ejus in barathrum abjectum. Autor Thucidides lib. 2. ¶ Fuit & Pausanias nomen autoris Græci scriptoris, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripsit Chronica Laconica, de Amphyctionibus, & Lacedæmoniorum feriis. Autor Suidas. ¶ Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescens, qui quum primis pubertatis annis stuprū ab Attalo per vim esset passus, & quod deterius est, omnibus etiam convivis veluti scortum ad stuprum oblatus, de tanta injuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatiq; probri ultionē postulavit: verùm quū se etiam à rege irrideri videret, iram in eum convertit, ultionemque quam ab inimico non potuerat, ab iniquo judice exegit. Autor Diodorus & Iustinus. ¶ Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Aristidis, scripsit de cōstructione librum unum; Problematum item unum, quem inter malos Rhetores recenset Philostratus in Vitis Sophistarum. Autor Suidas.

Pāusĭās, παυσίας, Nomen pictoris Sicyonii. Plin. lib. 35: Inter pictores (*inquit*) Pamphilus docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primùm in hoc genere nobilem. Inter omnia hujus opera præcipuæ admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem pinxit, & coronas ex floribus nectentem: quod opus ex argumento Stephanoplocon appellavit

Pāusĭăcŭs, a, um, adject: Horat. 2. Ser. Satyr. 7: Vel cum Pausiaca torpes insane tabella: hoc est, tabula à Pausia depicta.

Pausilypum, παυσίλυπον, Villa est Campaniæ, ab amœnitate dicta, ἀπὸ τοῦ παύειν τὴν λύπην: hoc est, à curæ, mœrorisque cessatione. Plin. lib. 9. cap. 53. Pausilipum, villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 3. cap. 6. Inter Pausilipum & Neapolim Megaris.

P ante E.

Pĕcūsĭum, Palatii regio urbis Romę, quam Romulus obversam posuit ea parte in qua plurimū erat agri Romani ad mare versus, & qua mollissimè adibatur urbs. Festus autor est, & indicat Varro lib. 4 de ling. Lat. Nonnulli legunt Petusium.

Pĕdæŭs, fuit Antenoris filius nothus, πεδαῖος, Homerus libro Iliad. 5.

Pēdăsŭs, πήδασος, Fuit, teste Homero lib. 6. Iliad. Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius. ¶ Est & ejus nominis civitas, Pylo vicina, vini feracissima; ut idem Homerus est autor lib. Iliad. 9. ¶ Est etiam Pedasus unus ex equis Achillis, ut idem tradit Iliad. 16, quem eversis Thebis Eetionei cepit, equisq; suis immortalibus comitem addidit.

Pedum, πήδα Stephano, oppidum non longè à Prænestinis: à quo Pedani, πεδανοὶ, populi: quorum meminit Plin. lib. 3. ca. 5.

Livius lib. 8, ab Vrbe: Neq; tamē nisi admodū paucis populis, Pedani adjuti sunt. Tyburtes, Prænestiniq́ue, quorum ager propior erat, Pedum pervenêre.

Pēdĭcŭlī, populi Calabriæ, Peucetiis & Brundisinis finitimi: quorum oppida sunt Rudia, Egnatia, Barion, Amita, & Pactius. Autor Plinius libro 3. cap. 11. Strabo lib 6. Pœdiclos appellat.

Pēdo, Albinovanus, Poēta fuit Epigrammatographus, qui sub Augusto floruit, & ad Neronis usque tempora pervenit. Præcipuè, amicus fuit Ovidio, qui Pedonem eum vocat, lib. 4. de Ponto, Eleg. 10: Si roget hoc aliquis cur sint narrata Pedoni, &c. Alibi etiam Sidereī epitheto eum honestat, vel propter excellentiam, vel quia fortasse de sidenibus scriptum aliquid edidisset: sic enim ait Eleg. 16 Quum foret & Marsus, magniq́; Rabirius oris, Iliacusq́; Macer, sidereusq́; Pedo.

Pēgăsă, πήγασα Steph Oppidum est Cariæ.

Pegasæ, πηγασαὶ, Thessaliæ oppidum, quod posteà Demetrias, δημητριὰς, dictum est propter quod navis longa Argonautarum Pegasæa nuncupatur, quòd Iason, qui eam ædificavit, fuit filius Aesonis fratris Peliæ, regis Thessaliæ. Ovid. Iamq́ue fretum Minyæ Pegasæa puppe secabant. Hinc Pegasicus sinus in Thessalia est appellatus. Sunt qui rectiùs Pagasæ dici putent, & Pagasæus. Vide suprà: sed à Pegaso equo, Pegasides Musæ, pen. corr. ut Ovid. docet.

Pegăsĭdĕs, penult. correp. [πηγασίδες. Germ. Ein zunam den Musis geben vnd dem Brunnen Pegasi.] Musæ dictæ sunt, ἀπὸ τ῀ πηγῆς: hoc est, à fonte, numini illarum sacro, quem Pegasus ictu ungulæ fingitur aperuisse. Ovid. Epistol. 21: At mihi Pegasides blandissima carmina dictant. ¶ Interdum etiam Pegasides dicuntur fontium, vel fluviorum nymphæ, quæ & Najades. Idem Epist. 5:

Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima sylvis.

Pēgăsŭs, pen. corr. [πήγασος. Ger. Ein Pferdt mit flügten/welches am Berg Helicō/ein Brunnen herfür geschartet oder gestan pffet hat.] Equus alatus, ἀπὸ τ῀ πηγῆς: id est, à fonte, quòd jùxta πηγὰς: id est, fontes Oceani natus sit, ubi Gorgones habitabant. Hunc Hyginus, & alii complures Neptuni & Medusæ filium dixêre: alii ex Medusę sanguine quam Perseus interemit, natum affirmant. Hic quum Helicona evolasset, saxum ungula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene: id est, fons equinus, est appellatus. Postea verò quum ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus est. Strabo lib. 8: Fama est (inquit) equum Pegasum quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensum fuisse, alatum, inquam, caballum è Medusæ cervice & de Gorgonis execto gutture profiliente. Hoc equo usus est Bellerophontes in expeditione contra Chimæram. Vulgatū est, & caballinum fontē in Helicone erupisse, quum subjectam ibi tellurem feriret ungula. Post hæc rerum terrestrium tædio ductus, in cœlum dicitur evolasse, ibiq́ue inter sidera constitutus, Arcticum circulum spectare, pedibusq́ue æstivo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarii manum dextram cervici suæ adjungere. ¶ Pegasus etiam dicebatur instrumentum in domibus, quo tanquam jumento, vestes & similia strata suspenderētur, à Pegaso equo Poētico, traductione nominis excogitata. ¶ Fuit & hoc nomine Iurisperitus: à quo nomen accepit Pegasinum senatusconsultum. Pompon. lib. 2, de Origine juris.

Pēgăsēĭŭs, a, um, adjectivum, penult. corr. Catul. ad Camerium: Næsi Pegaseo ferat volatu. Versus est hendecasyllabus. Achilles Statius: Non si Pegaseo, legit.

Pēgăsēĭŭs, aliud adjectivum quinque syllabarum. Persius in Præfat. Corvos poētas, & poētrias picas Cantare credas Pegaseium melos.

Pĕlăgĭă, πλαγία, Mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primùm deditissima: ut quæ nulli rei attentiùs vacaret quàm corpori comēdo. Tandē tamen meliore ducta spiritu, repentè velut in novum quoddam animal transformata est, curamq́; deinceps quā corporis cultui impendere solebat, ad animum virtutibus excolendum transtulit.

Pĕlăgŏnĭă, æ, πλαγονία, Pars Macedoniæ Septētrionalis, quæ Triballis proxima est. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

Pĕlasgĭă, πλασγία, Olim dicta est celeberrima illa totius Europæ Cherronesus, inter duo maria, Aegæum & Ionium, platani folio similis propter angulosos recessus: quæ notiore nomine *Peloponnesus* dicitur. Dicta Pelasgia à Pelasgis populis vetustissimis, qui ab Arcadibus originem traxerunt. Vide Strabonem lib. 5, & Plin. lib. 4. cap. 4.

Pĕlāsgī, πλασγοὶ, Populi sunt Græciæ vetustissimi, qui ex Arcadia oriundi, circa extremam partem Macedoniæ cōsederunt, in eo Thessaliæ tractu, qui ab illis aliquandiu Argos pelasgicum fuit appellatus. ¶ Dicti Pelasgi, ut nonnulli putant, quasi πλαργοὶ: hoc est, ciconię, quòd more ciconiarum, antequam sedem sibi deligerent, bonam partem orbis peragrârint.

Pĕlāsgĭs, πλάσγις, Regio est mediterranea Peloponnesi, olim etiam Drymodis, & postremò Arcadia dicta. Autor Plinius lib. 4. cap. 6. ¶ Inde Pelasgus, ga, gum, πλασγός. Dicta quoque est Pelasgis Arcadia, ut annotat Hermol. in Plin.

Pĕlēthrŏnĭŭs, πλεθρόνιος, Thessali cujusdam nomen est qui primus fræna, & equorum strata dicitur invenisse. Plin. lib. 6. capite 56.

Pĕlēthrŏnĭum, πλεθρόνιον, Oppidum Thessaliæ, ubi primùm domandorum equorum inventus usus est.

Pĕlēthrŏnĭī, πλεθρόνιοι, Dicti sunt Lapithæ, à loco qui subjectus est Pelio monti, in quo medicamentorum magna vis nascitur, quæ Græci glossematici, θρόνα vocāt. Hi primi omnium frenorum usum invenisse dicuntur, & domādorum equorum artem: ut annotavit Servius in illud Virg. 3. Georg. Fræna Pelethronii Lapithæ, gyrosq́; dedêre.

Pēleŭs, πηλεύς, Aeaci filius, qui ex Tethide genuit Achillem, qui à nomine patris, Pelides à Poētis dicitur. Ovid. 8. Epistol. Pelides utinam vitasset Apollinis arcus. Stat. 2. Syl. Semifer Aemonium vincebat Pelea Chiron.

Pēlīdēs, πηλείδης, Achilles dictus, à Peleo patre. Hephæstion interpres Sophoclis in Ajace: Αιακὸς δὲὸς γὸς ἐξ αἰγίνης, πηλεὺς © τελαμὼν ἐξ αἰακὸς, ὧν ἀχιλλεὺς © αἴας, © ἄϊαντος παῖς ὢν εὐρυσάκης: id est, Aeacus filius Iovis ex Aegina, Peleus & Telamon ex Aeaco, quorū Achilles & Ajax: Ajacis aūt filio erat Eurysaces.

Pēlĭădēs, adis, πηλιάδες, patronymicum est fœminium à Peleus. Ovid. Epist. 3: Transeat Hectoreum Pelias hasta latus: hoc est, ab hasta Achillis, qui Pelei fuit filius: quā nemo præter Achillem vibrare ob magnitudinem poterat. Hanc à Pallade decorticatam & politam à Vulcano cuspidatam fuisse ferunt.

Pēlĭās, πελίας, Neptuni filius ex Tyro Salmonei regis filia, frater Aesonis, & Thessaliæ rex, qui Iasonem fratris sui filium, cujus indolem formidabat, ad expeditionem Colchicam, velut ad certissimum periculum ablegavit. Vide Valerium Flaccum lib. 1. Argon. Hic tandem filiarum suarum manibus jugulatus in fabulis, idq́ue persuasu Medeæ, quæ integræ ætati se illum restituturum simulabat. Vide Ovid. Metam.

Pelides, Vide PELEVS.

Pēlignī. [πηλιγνοὶ. Ger. Die Sulmonenser Landtschafft in Italia.] Populi Marsis finitimi, quorum metropolis erat Sulmo: Ovidii patria. Ibi pessima nascuntur vina.

Pēlignŭs, a, um, adjectivum, Ovid. lib. 3. Amor. Pelignæ dicar gloria gentis ego.

Pĕlīnnă, ę, πέλιννα Stephano, Thessalię oppidū in tractu Pthiotidis: ita dictum à Pelinno Oechaliei filio. Meminit hujus oppidi etiam Plin. lib. 4. cap. 8.

Pēlĭŏn, [πήλιον. Germ. Ein berumpter Berg in Thessalia.] Mons Thessaliæ in sinum Pelasgicum incumbens. Ovidius 5. Fastor. Pelion Aemoniæ mons est obversus in Austros: Summa virent pinu, cætera quercus habet.

Pĕllă, πέλλα, Vrbs Macedoniæ fuit in littore Aegæi maris, illustrata maximè natalibus Philippi Macedonum regis, & Alexandri. ¶ Est item Pella Syriæ oppidum, à Macedonibus ita appellatum, quum anteà Apamia diceretur, Steph.

Pĕllæŭs, a, um, adjectivū, Lucan. lib. 10: Illic Pellæi proles vesana Philippi Felix prædo jacet. Iuven. Sat. 10: Vnus Pellæo juveni non sufficit orbis. ¶ Pellæa gula, pro Alexandrinis deliciis, apud Mart. lib. 13, epitheto longiusculè petito ab Alexandro Pellæo Alexandriæ conditore: Princeps (inquit) Niliacis raperis Coracine macellis: Pellææ prior est gloria nulla gulę.

Pĕllană, æ, sive Pellane, es, πελλάνη, Oppidum Laconiæ, in Megalopolinum vergens agrum, teste Strab. lib. 8, quod tamen à Plin. lib. 4. cap. 6. Arcadiæ annumeratur.

Pĕllēnē, πελλήνη, Castellū est Achaiæ propriè dictæ, sexaginta stadiis à sinus Corinthiaci littore distans, teste Strabone lib. 8. Plin. lib. 4. cap. 5, Pellenæorum castellum appellat. ¶ Est item Pellene, ejusdem Achaiæ vicus, inter Pellenem castellum & Aegas, teste Strabone, loco jam citato.

Pĕllĕnæŭs, πελληνεὺς, Mons est in Chio insula, apud Plin. lib. 5. cap. 32.

Pĕlŏpĕă, pen. prod. πελόπεια, Thyestis filia, quę à patre gravida facta, insigni forma infantulum peperit: quem recēter natum ne turpitudo sua palàm fieret, feris devorandum in sylvis reliquit. Evenit tamen diis ita volētibus, ut pastor quidam illàc iter faciens, in puerum incideret, qui misericordia motus domum suam illum detulit, lacteque caprino educavit: Vnde & Aegisthus appellatus est. Hic postea quum in virum adolevisset, Atreum patruum suum Thyestis instinctu interfecit. Clytæmnestram quoque absente Agamemnone per adulterium polluit: virumq́; ejus è Trojano bello redeūtem, ab illa adjutus, interemit. ¶ Pelopea item Lydię urbs, alio nomine Thyatira, & Semiramis appellata. Autor Stephanus. ¶ Pelopea item Tragœdiæ nomen, miserabiles Pelopeæ Thyestis casus, æmumnasq́; continentis. Iuvenalis Satyra 7: Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Pelopeus,

Pelopeus, & Pelopeius, Vide PELOPS.

Pĕlŏpĭdās, πελοπίδης, Thebanus, rei militaris gloria clarissimus, arctissimoq; amicitię fœdere cum Epaminonda conjunctus. Vitam ejus Plutarchus conscripsit.

Pĕlŏpŏnnēsŭs; [πελοπόννησος. German. Die groß vnnd herrlich Landtschafft Griechlandts so wie ein Insel schier allenthalben mit dem Jontischen vnd Aegeischen Meer vmbgeben ist/heißt jetzt Morea.] Nobilissima est totius Europæ peninsula, isthmo angustissimo Græciæ annexa, inter duo Maria, Aegęum & Ionium, platani folio similis, angulosis recessibus duos efficiens sinus: ab Ortu Saronicum: Crissęum, sive Corinthiacum ab Occasu, sex millium angustiis diremptos. Olim Apia & Pelasgia appellata. ¶ Postremò Peloponesus dicta est à Pelope Tantali filio, qui quum Oenomaum Eleorum regem curuli certamine superasset, Hippodamiam filiam ejus uxorem duxit, regnumq; dotale accepit: totamq; illam peninsulam Peloponnesum appellavit. Habet in circuitu circiter CCCLXIII.M. passuũ amplissimis olim habitata urbibus, ex quibus clarissimæ fuerunt Corinthus, in ipso statim isthmo sita: deinde Argos, Mycenæ, Lacedæmon, Patræ, Messenę, Corone, Methone, Elis, Pisa, alięq; complures. Hodie *Moream* appellant Veneti.

Pĕlŏps, opis, πέλοψ, Tantali Phrygiæ regis & Taygetes filius, cujus pater quum deos in terris peregrinantes hospitio excepisset, ut certo aliquo argumento divinitatem eorum experiretur, filium suum illis epulandum apposuit: à cujus esu quum dii cæteri abstinuissent, sola Ceres humerum ejus dextrum absumpsit. Quem quum Iupiter deinde ad vitam revocasset, ebŭrneum ei humerum restituit. Postea verò quum adolevisset, relicta patria in Elidem se contulit, ubi id temporis regnabat Oenomaus, qui unicam habebat filiam nomine Hippodamiam, & forma eximiam, & regni totius hæredem, iisque nominibus à procis plurimis ambitam. Verùm Oenomaus quum oraculo edoctus esset, fore ut generi opera interiret, durissimam hanc procis conditionem tulit, ut qui nuptiis filię potiri vellet, secum priùs curuli certamine cõtenderet: idq; ea lege, ut victor filiæ suæ conjugium & regni hęreditas, victum mors sequeretur. Quum igitur jam cõplures equorum (quos pernicissimos habebat) celeritate superasset, neciq; tradidisset, Pelops (qui & ipse puellæ amore tenebatur) sibi alia via rem aggrediundam ratus, Myrtilum aurigam ejus pretio corrupit, ut fragiles currui axes subjũgeret. Quo facto Oenomaus unà cum curru corruit, membrisq; omnibus ea ruina collisis mortuus est. Pelops igitur & conjuge potitus & regno, universam Cherronesum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Autor Strabo lib. 8.

Pĕlŏpēĭus, a, um, πέλοπειος, & divisa Græca diphthongo Pelopeius; πελοπήιος, per quinq; syllabas à nomine Pelops deductum. Propert. lib. 3. Eleg. Infamis stupro stat Pelopea domus. Ovid. 8. Metam. Ipse locum vidisnam me Pelopeïa Pitheus Misit in ariva, suo quondam regnata parenti.

Pĕlōrŭs, pen. prod. [πέλωρος. Ger. Das Vorgebirg *Siciliæ gegen Italia.*] Unum ex tribus Siciliæ promontoriis, quod in Italiam vergĕns, Scyllæ adversum est; ita dictum à Peloro Annibalis gubernatore: quem is in Sytiam fugam parãs, (ut Pomponio Melæ placet) ibi interemit, se ab eo proditum ratus, eò quòd procul intuenti continua videbantur esse littora, pelagusque nihil nè pervium. Valerius lib. 9. cap. de Temeritate, Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratur eo tempore quo is à Petilia solvens, in Africam reditum parabat, à suis revocatus ut patriæ periclitanti opem ferret adversus Scipionem. Quæ sententia videtur multò verisimilior. Non enim video quid ex Africa Syriam petenti, in Siculo freto fuerit negotii: nisi quis hoc prætexat, vi tempestatis eò fuisse appulsum. Servius explicans illud Virgil. 3. Aeneid. Ast ubi digressum Siculæ te admoverit oræ Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori: quanquam cum Valerio videtur sentire: fatetur tamen etiam ante Annibalis tempora promontorium hoc Pelorum fuisse appellatum. Polybius quoq; in primo bello Punico alio nomine non utitur.

Peltæ, arum, πέλται, Phrygiæ oppidum: à quo vicinus campus Peltinus appellatus est. Vide Strab. lib. 12. cap. 13.

Pēlūsĭum, sii, [πηλούσιον. Germ. Der außgang *Nili* so *Arabiam* von Egypten tandt vnderscheidet.] Oppidum in extrema Aegypti ora, quæ Casiotidi contermina est: à quo & extremum Nili ostium quo Aegyptus ab Asia terminatur, Pelusium, seu Pelusiacum appellatum est. Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater monitu deorum post lustrationem. Eo enim tempore Peleus furiis agitabatur: quia fratrem Phocum interemerat.

Pelūsĭus, sia, sium, πηλούσιος, & Pelusiacus, a, um, pen. corr. πηλουσιακός. Mart. in Xenijs: Accipe Niliacam Pelusia munera lentem. Virgil. lib. 1. Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Pēlūsĭānă mala legimus apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Pelusiotæ, πηλουσιῶται, Populi in extremis finibus Aegypti, Pelusium oppidum incolentes, ea in parte qua Aegyptus Arabiæ contermina est. Hieronymus contra Iovin. Impelle (si vales) Pelusioten, ut manducet cæpe.

Pĕnātēs, penatium, penatibus, tantùm pluraliter, Dicti sunt dii domestici, ut inquit Cic. lib. 2 de Natur. deorum, quòd penes nos nati sint, vel quòd non longè absint ab hac vita, sive quòd penitùs insidẽt. [ἐφέστιοι θεοί. Ger. Hauß götter/Hauß patronen.] Ex quo etiam penetrales à Poëtis vocantur. Alii à penu hoc nomen derivant. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 4, Penates esse dixerũt per quos penitùs spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Terent. in Phorm. At ego deos Penates hinc salutatum domum Devortar. Virgil. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor, Ilium in Italiam portans, victosq; Penates.

Pĕnātĭgĕr, ra, rum, Gerens Penates, Ovid. decimoquinto Metamorph. Hæc Helenum cecinisse Penatigero Aeneæ Mente memor refero.

Pēnĕlĕŭs, per quatuor syllabas, πηνέλεως, Vnus fuit è quinque Bœotorum ducibus in bello Trojano, teste Homero lib. Iliad. secundo.

Pēnĕlŏpē, πηνελόπη, Icari filia, & Vlyssis uxor, admirabilis castitatis mulier, singularęque pudicitiæ exemplar, quę absente toros viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit, ut fidem quam viro discedenti dederat, secundis nuptiis violaret. Quum autem proci acriùs instarent, atque adeò vim illaturi viderentur, tantum moræ ab illis sibi postulavit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, absolvendæ sufficeret. Quod quum impetrasset, mulier astuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat: eoq; commento eorum cupiditatem in reditum mariti distulit: qui ab illa sub mendici habitu hospitio susceptus, procos ad unum omnes interemit. Dictam autem volunt Penelopen ab avibus quæ penelopes dicuntur, sive meleagrides: quum antè Arnea diceretur, quasi abjecta & repudiata. Ferunt enim quum ab Icario, Peribœaq; parentibus esset exposita, ab hoc avium genere fuisse educatam.

Pēnēŭs, per tres syllabas, pen. prod. πηνειός, Fluvius in Thessalia, inter Ossam & Olympum decurrẽs, collibus dextra, lævaq; molliter curvis. In eo cursu sunt Tempe, ad quinque millium passuum longitudinem, & fermè sesquijugeri latitudinem extensa. Ovid. 1. Metamor. Est nemus Aemoniæ, prærupta quod undiq; claudit Sylva: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo, spumosis volvitur undis. Vide Strab. lib. 7, & 8, & Plin. lib. 4. cap. 8.

Pēnĕĭŭs, a, um, per quatuor syllabas. Virg. 4. Georg. Pastor Aristæus fugiens Peneïa Tempe Amissis, ut fama, apibus, &c. Peneïa Daphnæ, apud Ovid. 1. Metam.

Pēntăpŏlĭs, pen. corr. πενταπόλις, Regio inter Palæstinam, & Arabiam, à quinque civitatibus sic appellata, ubi Sodoma & Gomorrha oppida. Hanc regionem (ut Solinus scribit) de cœlo tactam, testatur humus nigra, & cinere soluta. Nascuntur ibi poma, quę comedi non possunt, licet matura videantur, quòd leniter manibus pressa fumum exhalent, & in pulverem fatiscant. ¶ Est & Pentapolis regio in Lybia, quæ & Cyrenaica vocatur, Pentapolis dicta à quinq; urbibus, quarum nomina sunt, Berenice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, & Cyrene. Plin. lib. 5. cap. 5.

Pēnthĕsĭlĕa, pen. prod. πενθεσίλεια, Amazonum regina, quæ teste Iustino lib. 2, Otteræ (sive ut alii) Orithiæ successit in regno: cujusq; Trojano bello inter fortissimos viros, quum auxilium adversus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitêre. Hæc, ut ait Servius, dicta est furens: quia sororem in venatione confixit, simulans se cervam ferire. Virg. 1. Aeneid. Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediisq; in millibus ardet, Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo. Hæc quum Trojanis opem ferret, ab Achille occisa est.

Pĕnthĕŭs, per duas syllabas, πενθεύς, Echionis ex Agave filius, qui quum Bacchi sacra contemneret, à matre & sorore, & numinis furore actis, est dilaceratus. Vide latiùs omnem fabulam apud Ovid. lib. 3. Metam.

Pēnthēŭs, a, um, pen. prod. Stat. lib. 2. Theb. Pentheumque trahens, nondum te prendimus æquo Bacche, genus.

Pēnthўlŭs, πενθύλος, Filius Demonoi, qui è Papho naves duodecim in auxilia Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse verò captus, multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Herodot. lib. 7

Pĕræă, περαία, cum diphthongo, Vlterior Iudææ pars, Arabiæ & Aegypto proxima, asperis divisa montibus, & à reliqua Iudæa Iordane amne discreta. Plin. lib. 5. cap. 14.

Pĕrcōpe, es, penult. prod. περκώπη Stephano, Vrbs Troadis ad Propontidem: postea Percote appellata, quæ Trojanis auxilia misit adversus Græcos, teste Homero ad finem libri secundi.

Pĕrcōsĭus, Insignis vates fuit divinandi peritissimus, cujus filii Adrastus & Amphius qui frustrà dissuadente patre Trojanis suppetias tulerunt, & à Græcis sunt interfecti.

Pĕrcōtē, es, pen. prod. περκώτη, quæ & percope olim dicta fuit, Vrbs est Troadis, autore Stephano. Valer. Flac. 2. Argona. Iam juga Percotes, Pariumq; infame fragosis Exuperat, Phthiamq; vadis.

Pĕrcōsĭus, adjectivum, περκώσιος. Valer. Flac. 3. Argon. Muneribus primas conjux Percosia vestes Imposuit.

Pĕrdĭcās, περδίκας, Macedo inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, tanta vir audacia, simul & fortitudine, ut leæna præsente, catulos è cubili per vim auferret. Autor Aelian. de varia historia.

Pĕrgă, πέργη, Oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, περγαία, dicta est propter templum illi dicatum. Pomp. Mela lib. 1 in descriptione Pamphyliæ.

Pĕrgămă, orum, πέργαμα, τά, Arcium Trojanarum nomen fuit, ut annotavit Servius in illud Virg. 2. Aen. -Trojam incensam, & prolapsa videntem Pergama. Quanquam postea, ut idem fatetur, hoc nomen etiam cæteris arcibus, locisque omnibus editis communicatum est. ¶ Vsurpatur nonnunquam pro ipsa Trojanorum urbe, quæ propriè Ilium appellata est. Virg. 1. Aen. Nanque videbat, uti bellantes Pergama circum, &c. In eadem etiam significatione legitur Pergamos, sive Pergamus. Autor Aetnæ. Quis non Argolico deflevit Pergamon igni Impositam?

Pĕrgămĕŭs, a, um: hoc est, Trojanus. Prop. lib. 4. Elegia prima: Aut si Pergameæ serò rata carmina vatis Longævum ad Priami vera fuêre caput.

Pĕrgămum, Plinio, sive Pergamus, πέργαμος Ptolemæo, Vrbs insignis Asiæ, non procul à Caico fluvio: ita dicta quòd edita in rupe sita esset: nam Pergama olim loca omnia editiora appellabantur, testibus Suida & Servio. Strabo lib. 13, autor est tempore Lysimachi Agathoclis filii, (qui unus fuit ex Alexandri successoribus) Pergamum nihil aliud quàm castellū fuisse, in quo ille, quòd locus esset in primis munitus, thesauros suos asservabat, præfecto illis Philetæro quodam Thyanensi, Evnucho: qui quum se Arsinoæ Lysimachi uxori invisum sciret, & ab ea apud regem accusatum, castellanos ad defectionem adduxit. Exortis deinde in Asia variis bellorum motibus, in quibus primùm Lysimachus à Seleuco Nicatore: deinde & Seleucus à Ptolemæo Cerauno è medio sublatus est: Philetærus interim se Pergami continebat, victoribus semper & propinquioribus obsequens: iisq; artibus & ipse viginti annis castellum, pecuniamq; possedit & Evmeni fratris filio moriens reliquit: qui prolatis imperii finibus, Antiochum Seleuci filium apud Sardeis superavit. Hic quum annos duos & viginti regnasset, Pergami successionem Attalo patrueli suo reliquit, qui Galatis maximo prælio superatis, contractaque cum Romanis amicitia, primus ab iis Rex appellatus est. Attalo successit Evmenes filius natu maximus, qui cum Romanis adversus Antiochum magnum, & adversus Persen bellum gessit. Cujus beneficii memores Romani, regionem omnem quę cis Taurum montem Antiocho paruerat, regno ejus adjecerunt. Hic primus Pergamum, prolatis pomœriis, ex castello amplissimam urbem reddidit, & Nicephorium lucum circa eam consevit. Regnavit annis quadraginta novem, moriensque regni successionem Attalo filio reliquit, cognomento Philometori: cui, quòd admodum adolescentulus esset, Attalum fratrem tutorem assignavit: qui regni procuratione fungens, cum Alexandro Antiochi filio adversus Demetrium Seleuci filium bellum gessit, & Romanis adversus Pseudophilippum, socium sese præbuit. In Thraciam quoque trajecto exercitu, Diegylim regem cepit. Moriens Attalo ex fratre nepoti, cujus tutelam gesserat, regnum à patre ejus acceptum fideliter restituit. Attalus hic postremus fuit Pergami rex, qui quum annos quinq; regnasset, sine liberis decessit, populo Romano hærede instituto: qui adita hæreditate regnum ejus in provinciæ formam redegit. Hęc Strab. lib. 13. ¶ Ex Pergamo viri illustres orti sunt, Galenus Medicorum clarissimus, Apollodorus Rhetor, & Augusti præceptor, à quo Apollodorea secta nomen accepit: & Dionysius Atticus, hujus discipulus.

Pĕrgămēnŭs, a, um, περγαμηνὸς, ut Charta pergamena, quæ Pergami inventa est, ab Attalo rege, (ut Aeliano placet) sive ab Eumene (ut Plin. mavult) primùm Romam transmissa.

Pergasē, es, περγασή, Vicus est agri Attici in tribu Erechtheide, teste Stephano

Pĕrĭāndĕr, [περίανδρος. Germ. Einer auß den siben weisen Griechenlandts.] Cypseli filius, unus ex septem sapientibus Græciæ, & Corinthiorum rex, qui aliquādo interrogatus, quare quum sapiens esset, in tyrannide perseveraret: Quia (inquit) & spontè, & invitum cedere est periculosum. Crudeliter igitur, & in magna suspicione agebat, magno semper militum comitatu stipatus, eos potissimùm qui otiosi in foro observabātur, reformidans. Quapropter ut novi consilii capiendi occasionem civibus suis præcideret, jugiter eos in bellis, navalibus præsertim, destinebat. Vxorem habuit Melissam, quam zelotypia quadam ductus, quum gravida esset, ictu calcis interfecit, pallacarum suarum delationibus temerè fidem adhibens: quas tamen pœnitentia ductus, vivas cremavit. ¶ Sunt qui duos fuisse Periandros tradant: alterum Corinthi tyrannum: alterum sapientem, eumq; Ambracioten. Quorum profectò sententia verisimilior videtur. Nam & matris & uxoris mortuæ concubitus, aliaq; id genus flagitia, quæ de Periandro Corinthio traduntur, non video quo pacto in sanæ mētis hominem, nedum in sapientem, cadere potuerint.

Pĕrĭbœă, περίβοια, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoī patrem. Autor Homerus 7. Odyss.

Pĕrĭclēs, περικλῆς, Atheniensis viri clarissimi nomen, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatum tenuit. Plurimùm enim & autoritate & eloquentia pollebat. Vnde & Olympius identidem à Poëtis Comicis appellabatur, quòd tonare in cōcionibus, & fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reipublicæ adversarium Thucydidem Milesium, virum nobilem & potentem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quòd nimiùm in publicis operibus sumptum feciſſet: Atqui (inquit Pericles) de meo hæc omnia persolvere non recuso, modò mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, adversarii calumniam facilè effugit, censente populo operum magnificentiam ad Reipublicę splendorem pertinere, ideoq; ea publico, non privato sumptu esse facienda. Author est Plutarchus, quum Pericles aliquando Sophoclem in magistratu collegam haberet, & cum eo nescio quid de Republica colloqueretur, eximia forma puerum illàc iter feciſſe, quem intuitus Sophocles, quum pulchritudinem ejus supra modum admiraretur: Atqui (inquit Pericles) magistratum decet non modò manus, verumetiam oculos continentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

Pĕrĭclўmĕnŭs, περικλύμενος Homero, nomē filii Nelei fratris Nestoris, cui à Neptuno avo concessum erat, ut in quas ei visum esset formas se posset transformare. Hercule itaque bellum gerente adversus Neleum, Periclymenus in aquilam conversus faciem hostis unguibus, & rostro lacerabat, donec sagitta Herculis in aëre confixus, & in terram delapsus, altiùs corporis pondere adacta sagitta, animam efflavit. Vide latiùs hanc fabulam apud Ovid. 12. Metamor.

Pĕrillŭs, [περίλλος. Ger. Der tünstlich Werckmeister so dem rauwen Tyrannen Phalaridi den ehrinen Ochsen oder Feurofen gemachet hat.] Athenienſis faber ingenio præstans, qui Phalaridi tyranno Agrigeatino taurum ex ære fabricavit, in quo reus clauderetur, ac subjecto igne mugitum bovis ederet: cujus muneris nomine quum amplissimum à Tyranno, qui novis semper tormentis excogitatis delectabatur, speraret munus, inclusus tauro, suppositisque ignibus, primus suæ artis experimentum præbuit. Ovid. 1. de Arte: Et Phalaris tauro violentus membra Perilli Torruit, infœlix imbuit autor opus. Plin. lib. 34. cap. 8: Perillum nemo laudat, sæviorem Phalaride tyranno: cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus, igne subdito, & primus eum expertus est cruciatum justiore sævitia.

Pĕrinthŭs, περίνθος, Vrbs Thraciæ ad Propontidem, postea Heraclea dicta, à nomine Heraclii principis Constantinopolitani, in qua olim fuit celeberrimum illud amphitheātrum marmoreum ex uno lapide excisum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

Pĕrīnthĭŭs, thia, thium, περίνθιος, Qui ex Perintho est: ut Perinthia, Menandri Comœdia. Terentius in Prologo Andriæ: Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Pĕrĭpătētĭcī, περιπατητικοὶ, Philosophi quidam Athenis fuerunt, è Platonis schola profecti, quorum princeps fuit Aristoteles: ita dicti quòd inambulantes docerent, διὰ τὸ περιπατεῖν, quod est deambulare. De horum origine sic scribit Cic. lib. 1. Acad. Quæst. Platonis autem autoritate, qui varius & multiplex, & copiosus fuit, una & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum, & Peripatęticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Plato Speusippum sororis filium Philosophiæ quasi hæredem reliquisset: duos autem præstantissimos studio atq; doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem, qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: illi autem qui Platonis instituto in Academia (quod est alterū gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed utrique Platonis ubertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. Hactenus Cicero.

Pĕrĭphās, antis, περίφας, Thessalus quidam fuit pater Lapithę, à quo

à quo Lapithæ nomen acceperunt. Autor Stephanus. ¶ Est item Periphas, apud Virgilium nomẽ cujusdam ex comitatu Pyrrhi, quem unà cum illo Priami regiam oppugnantem induxit lib. 2. Aen.

Pĕrĭphănēs, περιφάνης. Comici cujusdam nomen: quod Latinè conspicuum significat; à verbo Græco περιφαίνω, quod est clarus & conspicuus sum.

Pĕrĭphŏrērŭs, pen. prod. περιφόρητος, Artemonis cujusdam cognomen fuit, deliciis adeò effœminati, ut nunquam nisi lectica pensili circunlatus, domus suę limen transiret: ita dictus ἀπὸ τῦ περιφορεῖσθαι, quasi circũlatilis. Meminit hujus Plin. lib. 34. cap. 8.

Permēssŭs, πέρμησσος, Fluvius Bœotiæ ex Helicone, Phœbo & Musis sacer, & juxta Haliartum in lacum Copaidem influens, teste Strabone, lib. 9. Virg in Sileno: Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permessis, idis, vel idos Mart. lib. 1: Quid tibi cum Cyrrha? quid cũ Permessidos unda?

Pĕrō, πηρώ, Nelei filia ex Chloride filia Amphionis, soror Nestoris & Periclymeni, eximia pulchritudine: quam quum multi certatim proci uxorem sibi deposcerẽt, Neleus qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule dissidebat, negavit se cuipiam illam desponsurum, nisi priùs boves Herculis abactos ad se adduxisset. Vide Hom. 11. Odyss.

Perorsi, Plin. lib. 6. cap. 8: Populi Aethiopum, in sinu Mauritaniæ: qui ut idem testatur lib 6 cap. 30. quadrupedum ferarum modo vagi sunt, earumq; visceribus vescuntur.

Pĕrrhæbi, πέρραιβοὶ, Populi fuerunt Thessaliæ, qui Lapitharũ potentia fracti fugerunt in Aetoliæ montana, Pindo monti proxima: quæ regio ab ipsis Perrhębia dicta est: ipseq; Pindus cognominatus est Perrhæbus. Propertius: Aut cur Perrhæbi timuére cacumina Pindi.

Pĕrsēĭs, idis, περσηΐς, Nymphæ cujusdam nomẽ, Oceani & Tethyos filiæ, ut refert Hesiodus in Theogon.

Persĕphŏnē, pen. corr. περσεφόνη, à Græcis dicitur Cereris filia, Latinis Proserpina appellata, quam ab Orco in Sicilia raptam fuisse Poëtæ fabulãtur. Ovid 4. Fast. At neq; Persephone digna est prædone marito.

Pĕrsĕpŏlĭs, περσέπολις, Persidis regia, à Perseo condita, quam postea Alexander ebrius demoliri jussit, Græcorum se injurias ulcisci dictitans, quorum illi sacra igni, ferroq; vastassent. Vide Strabonem lib. 15.

Perses, πέρσης, Nomen regis Macedonum, qui ab Æmilio victus, & in acie captus, ductus est in triumphum Romam cum liberis, peritq; in carcere animi mœrore confectus: vel, (ut alii tradũt) vigiliis maceratus. ¶ Fuit & alter Perses, Solis & Persæ nymphę filius, pater Hecates, rex Tauricæ regionis crudelissimus. ¶ Perses præterea, autore Herodoto lib. 7, filius fuit Persei Danaës filii ex Andromeda Cephei filia, à quo Persas originem duxisse scribit. Hic teste Plin. lib. 7. cap. 5, primus sagittas reperit.

Pĕrseus, ei, & Perses, is, vel Persi, περσεύς, sicut Achilles, is, vel li, vel Achilleus, ei, Iovis filius fuisse fertur ex Danaë, Acrisii Argivorum regis filia, quam Iupiter commutatus in speciem aurei imbris vitiavit Acrisius enim quum ex oraculo didicisset, futurum aliquando ut à nepote occideretur, filiam munitissimæ turri inclusit. Iupiter itaq; Danaës amore captus, quũ alius non pateret aditus, assumpta specie aurei imbris, per tegulas turrim ingressus est, puellæq; frustrà tam arcta custodia servatæ stuprum intulit. Ex quo concubitu natus est Perseus, qui postea avum imprudens interfecit. Hic Andromedam Cephei filiam, marinæ beluæ objectam, periculo liberavit, liberatamq; uxorem duxit: acceptoq; deinde à Vulcano adamantino ense, quem vocãt Harpen, Medusam unam ex Gorgonibus, quæ se aspicientes omnes in saxa commutabant, occidit: unde & Gorgonoctonos est cognominatus.

Pĕrsĭcŭs, a, um, περσικὸς. Propert. lib. 3: Sectaq; Persea Phocidis arva manu.

Pĕrsis, idis, seu Persęa, æ, [פָּרַס parás. περσὶς Germ. Ein Landt in Asia, stosset an Carmaniam, vnd die grosse Meerschoß/ gegen Mitnacht an Medsam.] Oriẽtalis Regio Asiæ, à Perse, seu Perseo rege sic dicta, cujus populi Persæ dicti sunt. Lucan. lib 10: Quæ tibi visendi Niliũ Romane cupido? Hæc Pharias, Persisq; fuit, Macedumq; tyrannis. Hæc autẽ Persis (sicut Ptolemæus scribit lib. 5.) à Septentrione Medis terminatur: ab Occasu, Susiana: ab Ortu Solis, duabus Carmaniis: à Meridie, parte sinus Persici. Ejus oppida fuere Axima, Persepolis, Diospolis: ubi primùm inventa ars magica fertur. Ad eam Nimrod gigas post cõfusionem linguarum se contulit, Persaq; ignem colere docuit. Primus in ea rex (sicut refert Iustinus lib. 1.) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natã ferũt, quæ hæc de CHRISTO prænuntiasse traditur. *Panibus simul quinq; & piscibus duobus, homines mille in eremo quinq; satiabit, & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in spem multorum.*

Pĕrsĭcŭs, a, um, pen. corr. περσικὸς, Quòd ex Perside est, ut regum Persicum. Iuven. Satyr. 14: Nec Crœsi fortuna unquam nec Persica regna Sufficerent animo. ¶ Persicus sinus, ab Oriente maris Rubri ad Occidentem, Arabicus dicitur. ¶ Apud Horat. Persicus pro divite & opulento, à Persarum scilicet divitiis, luxuq;. Horat. libro primo Carm. Persicos odi puer apparatus.

Pĕrsĭŭs, Vir Romę doctus, cujus meminit Cic. de Orat. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quę scriberet, neque ab indoctissimis, neque à doctissimis legi velle: quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quàm ipse: quare etiam scripsit, Persium non curo legere, (hic fuit enim, ut noramus, omnium ferè nostrorum hominũ doctissimus) Lælium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. ¶ Persius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus est: quem constat claruisse iisdem ferè temporibus, quibus Domitius Nero imperium urbis Romæ suscepit. In Grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vicetinum, qui gravissimas inimicitias dicitur exercuisse cum Marco Varrone: In Rhetorica Flaccum Virginium: Anneum verò Cornutum, qui Philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singulariq; observatione coluit, cumq; eo familiarissimè diu vixit, ut testatur ipse.

Pĕrūsĭa, περυσία: Vulgò Perugia, Hetruriæ civitas ab Achæis condita, in qua L. Antonius ab Augusto obsessus, quum extrema fame laboraret, coactus est deditionem facere.

Pĕrŭsīnŭs, a, um, pen. prod. περυσινός. Propert. lib. 1: Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra.

Pessĭnŭs, pen prod. hujus Pessinuntis. [πεσσινῦς. Germ. Ein Gewerbstatt in Phrygia, in deren die Göttin Cybele verehret ward.] Emporium Phrygiæ, cujus fertur templum maximum (ut inquit Strabo) magnæ venerationis Matris deûm, quam Andigistan vocãt. Hic locus magnificè ab Attalis regibus structus est, & templo, & porticibus ex albo lapide. Romani celebrẽ reddiderunt, accersita inde Matris deûm statua, quæ ab hoc loco Pessinuntia est appellata. Nomine hoc Cicero in masculino genere semper utitur. Sic enim ait in Oratione de Aruspicum responsis: Quũ accepta pecunia Pessinuntẽ ipsum, sedem, domicilium q́ue Matris deorum vastaris. Et paulò pòst: Pessinuntem per scelus à te violatum, & sacerdote, sacrisque spoliatum recuperavit.

Petălŭs, πέταλος, Nomen unius ex iis qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati, ceciderunt. Ovid. 5. Metam. Petalus irridens, Stygiis cane cætera, dixit, &c.

Petilĭa, Plinio, πετηλία, Ptolemęo, & Stephano, Magnæ Græcię urbs est non procul à Lacinio promontorio, à Philoctete cõdita, ἀπὸ τῦ πετᾶσθαι: id est, à volando, quòd ex volatu avium sumpto augurio, ibi futuræ urbi locus sit delectus.

Petosīris, πετόσιρις, Aegyptius mathematicus insignis, de quo Plin. lib. 7. cap. 49, & lib 2. cap. 23.

Pĕtră, πέτρα, Siciliæ oppidum prope Hyblam, cujus incolæ dicuntur Petrini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8: Petra Sirenum, Lucaniæ promontorium est, Sirenum olim insidiis infame. Idem, Minervæ promontorium appellat lib. 3 cap. 5: Surrentum (*inquit*) cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam sede. Meminit loci hujus & Virg. lib. 5: Iamq; adeò scopulos Sirenum advecta subibat Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos. Vbi multa de Sirenibus. ¶ Item Petra, Strab. lib. 16: Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis: unde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

Petræă, πετραία, Pars Arabiæ, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. Strabo lib. 16. ¶ Est etiam Petræa nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Petreĭa, Mulier dicebatur quæ pompam præcedens, in colonis aut municipiis imitabatur anum ebriam, quòd pedes in petris frequenter impingeret: quam & alii volunt ab agri vitio, scilicet petris appellatam. Festus.

Petrēĭŭs. Pompejanarum partium dux in Hispania, unà cum Afranio à Cæsare victus, Cæsar 2 libro belli Civil. & Lucan: lib 4. ¶ Petreius Atinas, Cimbrico bello primipilus sub Qu. Catulo fuit, qui quum legionem eam in qua ordines ducebat, à reliquo exercitu intercluſam videret, neque ullis adhortationibus Tribunum suum impellere posset, ut per hostium castra perrumperet, eum cunctantem occidit, legionemq; salvam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus est.

Petrŏcŏrĭi, πετροκόριοι Ptolemæo, Populi Galliæ Aquitanicæ, Santonibus finitimi: quorum meminit & Plinius libro 4. capite 19.

Petrōnĭă, πετρωνία Nomẽ uxoris Vitellii, de qua apud Suetonium in Vitellio. ¶ Petronia itẽ amnis in Tiberim defluens, qui inde nomen accepit, quòd per petras fluat: quã magistratus auspicatò transeunt, quum in campo quid agere volunt:

quod genus auſpicii perenne vocant. Amnem autem fœminino antiqui enuntiabant. Autor Feſtus.

Petrōnĭus, πετρώνιος, Aegypti præfectus ſub Auguſto, qui Cornelio Gallo ſucceſſit. Geſſit bellum adverſus Aethiopes, quibus regina Candace imperitabat, virili quidē animo mulier, ſed altero capta oculo. Vide Strabonem lib. 17. ¶ Petronius Granius centurio octavæ legionis ſub Cæſare bello Gallico: qui poſteà bello Africano Quæſtor deſignatus, quū, navis qua in provinciam vehebatur, & in Scipionis poteſtatem veniſſet, & cæteris interfectis, Quæſtori Scipio incolumitatē polliceretur, reſpondit Cæſarianos aliis incolumitatem dare, non accipere conſueviſſe: quo dicto ſe gladio tranſverberavit. Vide Plutarchū in Cæſare. ¶ Petronius item alius fuit, prænomine Lucius, qui quum P. Cælium à quo ex humillima ſorte ad Equeſtrem dignitatem erat evectus, precibus adductus, Placentiæ occidiſſet, ſe quoq; eadem dextra interemit. Autor Valer. lib. 4. de Amic. ¶ Petronius pater Veſpaſiani Cęſaris. ¶ Petronius Perpenna, qui Conſtantinianas thermas in priſtinum ſplendorem reſtituit. ¶ Petronius Diodorus medicus, qui ſcripſit antilegomena, citatur teſtis à Plin. libro 20. cap. 8. ¶ Petronius Poëta, cujus nonnulla de medicina verſibus conſcripta, ad noſtram ætatem pervenerunt, ut ſcribit Volater. ¶ Petronius, πετρώνιος, vir Conſularis fuit Neronis tempore, qui moriturus principis invidia ut menſam ejus exhæreditaret, trullam murrhinam CCC ſeſtertiis emptam confregit. Autor Plin. lib. 37. cap. 2.

Pĕtuſcum palatii, dicta eſt ea regio Vrbis quā Romulus obverſam poſuit ei parti in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus: quia molliſſimē inde adibatur Vrbs, quum Hetruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet, cæteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppoſitos. Feſtus.

Peūcē, πεύκη, Parva eſt inſula in uno oſtiorū Iſtri, quod ab illa Peuces appellatur, teſte Plin. lib. 4. ca. 12. & Lucan. lib. 12: & barbara Cone Sarmaticas ubi perdit aquas, ſparſamq; profundo Multifidi Peucem unum caput abluit Iſtri. Valer. Flac. lib. 8: Danubii viridemq; vident ante oſtia Peucen.

Peūcētĭă, πευκητία, Peninſula eſt in finibus Italiæ, aliis nominibus Calabria & Meſſapia dicta. Autor Plin. lib. 3. ca.

P ante H

Phabĭranum, φαβίρανον, apud Ptolem. lib. 2, Germaniæ urbs eſt in climate Septentrionali ſita. Qui Ptolemæum poſtremò recognoverunt, ex longitudine & latitudine ſitus conjiciunt eam eſſe urbem, quam hodie vocant Bremen.

Phăcĭŏn, φάκιον, Theſſaliæ oppidum, apud Thucyd. lib. 4.

Phæăcēs, φαίακες, Populi fuerunt Corcyræ: unde & Corcyra Phæacia dicta eſt: quæ eſt inſula in oſtio maris Adriatici. Hodie vocant *Corphu*. Scribitur cum æ diphthongo. Nominativus ſingularis eſt Phæax. Horat. lib. 1. Epiſt. Pinguis ut inde domum poſſis Phæaxq; reverti, Phæacem verò figuratè dixit pro homine nitido, ventriq; ac gulæ dedito, quales in Phæacia: hoc eſt, Corcyra eſſe ſolent: de quibus ſic ait Horat. Epiſt. lib. 1: Queis pulchrum fuit in medios dormire dies, & ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.

Phæacum, Civitas eſt in Planitie Phæaciæ inſulæ, quæ ab utraq; parte habet duos editiſſimos vertices, in quibus adhuc ſunt arces.

Phæācĭus, a, um, φαιάκιος, & Phęacus, ca, cum, una ſyllaba minus. Propert. lib. 3: Nec mea Phæacas æquāt pomaria ſylvas.

Phædōn, φαίδων, Athenienſis, in cōvivio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit: cujus filiæ virgines quum adverſus quorundam vim pudicitiam alioqui illibatam ſervare nō poſſent, invicem ſe complexæ, in puteum deſilientes necem ſibi conſciverunt. ¶ Fuit & alter hoc nomine philoſophus Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (ut quidam ſcripſerūt) ſervivit lenoni perinde quaſi meritorius puer, quę ſtuarium quę mancipium. Eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſeq; in philoſophorum diſciplinis. Atque is poſtea Philoſophus illuſtris fuit, cujus nomini Plato librū de Immortalitate animorum inſcripſit, qui etiam ab ejus nomine Phædon inſcribitur.

Phædrā, φαῖδρα, Minois Cretenſiū regis filia fuit, & uxor Theſei, quæ amore Hippolyti privigni capta, quum ipſum adducere non potuiſſet, ut paternum thalamum conſpurcaret, apud patrem eum detulit, tanquam ſtuprum ſibi inferre voluiſſet. Reliqua vide in dictione HIPPOLYTVS.

Phædrŭs, φαῖδρος, Vnus ex diſcipulis Platonis, cui Plato inſcripſit librum, qui ab ejus nomine dicitur Phædrus.

Phædўmă, Ottanis nobilis Perſæ filia, primùm Cambyſis regis, coq; mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehendit, nō Smerdin Cyri filium, uti populus credebat, ſed Magum imperare. Quare cōmota Perſarū nobilitas Smerdim in regia trucidavit. Dariumq; equi hinnitu (ut inter eos convenerat) regem declaratum, in illius locum ſubſtituunt. Autor Herod. lib. 4.

Phænſana, apud Ptol. lib. 2. cap. 12, Rhetiæ urbs, alio nomine Phebiana caſtra, Vulgō hodie *Behenhuſium*.

Phæſtum, φαιστός, Vrbs in Creta, à qua Phęſtius, φαιστὸς, Epimenides dictus eſt, quem adjutorem condendis legibus Solonis fuiſſe tradit Plutarchus, inclytum vaticinio, & rerum divinarum peritia.

Phæſtus, φαιστὸς, Mons, ſeu promontorium Cretæ, circa Gortynam urbem, civitatem habens ejuſdem nominis. Sed nomē civitatis fœminini generis eſt, montis maſculini. Strabo libro 10. ¶ Phæſtus, φαιστὸς, fuit, teſte Homer. 5. Iliad. Bori Mæoni filius, ſive Lidii, qui quum veniſſet Trojanis auxilio, ab Idomeneo interfectus eſt.

Phăĕthōn, φαέθων, Ligurum rex fuit vetuſtiſſimus, cujus multæ in Hetruſco littore coloniæ fuerunt, ut Cato eſt author in Originibus. ¶ Phaëthon. [φαέθων. Germ. Ein Sohn *Solis* vnd *Clymenes*.] Solis filius ex Clymene: qui quū à patre impetraſſet, ut uno die currus ſui habenas ſibi permitteret, aurigādiq; imperitus cœlum & terrā comburetet, à Iove fulmine è curru excuſſus, in Padum fluvium decidit. Dictus Phaëthon ἀπὸ τῆς φάυσεως: hoc eſt, à luce, & αἴθω, uro: unde & pro Sole accipitur. Virgilius 5. Aeneid. Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant.

Phăĕthōntĭădĕs, φαεθοντιάδες, Clymenes & Solis filiæ dicuntur, ſorores Phaëthontis, quæ dum extinctum fratrem flerēt, converſæ ſunt in alnos arbores, ut ait Virg. 6. Aeglog. ut 10. Aeneid. in populos.

Phăĕthūſă φαέθουσα, Fuit una ex filiabus Solis ex Neęra, nympha, & ſoror Lampetiæ, quæ in Sicilia, patris ſui, id eſt, Solis armenta cuſtodiebant: è quibus ſoli ſacris ſocii Vlyſſis cōtra Circes monita deguſtantes, naufragium fecerunt, ut lib. 12. Odyſſ. fabulatur Homerus. Ovid. 2. Metam. Phaëthuſam, & Lampetien Solis & Clymenes filias fuiſſe tradit, & ſorores Phaëthontis, quæ quum fratrē fulmine percuſſum ſupra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores cōverſæ ſunt, quæ lacrymarum loco electrum exſudant.

Phago, [φάγων. Ger. Ein Fraß. Pol. *Zartok*.] Incredibilis edacitatis homo fuit, quem Flavius Vopiſcus in Aureliano tradit, menſæ Imperatoris adhibitū, aprum integrum, centū panes, vervecē, & porcellū uno die ediſſe, bibiſſeq; vini orcam.

Phălāntŭs, φάλαντος, Lacon quidam fuit, de quo hæc tradit Servius lib. 3. Aeneid. Quum olim Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarent, & quum utraq; pars affligeretur, Lacones quibus juventus deerat, præceperunt ut virgines cum quibuſcunque concuberent: quod & factum eſt. Sedatis autem bellis, juvenes incertis parentibus nati, quum & patriæ & ſibi eſſent opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalanto, octavo ab Hercule, patriam reliquerunt, delatiq; ad breve oppidum Calabriæ, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & priſco nomine Tarentum appellaverunt. Hęc ille. Eadem ferè commemorat Acron in illud Horat. lib. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellitis ovibus Galeſi Flumen, & reguata petam Laconi Rura Phalanto. ¶ Hinc Phalantēus, à, um.

Phalāra, φάλαρα, Civitas in ſinu Maleaco non procul à Sperchii fluminis oſtio. Plin. lib. 4. cap. 7.

Phălăris, [φάλαρις. Germ. Ein grauſammer König/vnd Tyrann zu Agrigent in Sicilien.] Nomen proprium Agrigentinorū regis crudeliſſimi: qui præter cætera novorum ſupplicioru inſtrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immiſſi damnati: ignęq; ſubjecto, bovis mugitum edēbant: cujus muneris nomine quū artifex non leve munus ſperaret, juſſu Tyranni in taurum cōjectus, primus artis ſuæ ſpecimen præbuit. Ipſe quoq; Phalaris, quum nimia ejus atrocitas ulterius ferri non poſſet, facto in eum univerſorum civium impetu correptus, eripiū tauro quo alios exuſſerat, inclauſus, vivus crematus eſt. Cic. lib. 2. Offic. Phalaridis præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex inſidiis interiit, ut is, quem modo dixi, Alexander: nō à paucis, ut hic noſter, ſed in quem univerſa Agrigentinorum multitudo impetum fęcit. Ovid. in Ibin: Vtq; ferox Phalaris lingua priūs enſe recęſa, More bovis Phario clauſus in ære gemas. ¶ Eſt præterea Phalaris avis quædam ex genere amphibiorum, in Seleucia Parthorum & parte quadam minoris Aſiæ præcipuè naſcens, Varro. 3. de Re ruſt. cap. 11. Sunt item non diſſimilia alia genera: ut querquedulæ, Phalarides, ſic perdices, quę (ut Archelaus ſcribit) audita voce maris concipiunt. Apud Plinium tamen lib. 10. cap 48. & Colum. lib. 8. cap. 15, legimus phalerides per ſecundam vocalem in antepenultima, quo pacto etiā apud Var legendum ſuſpicamur.

Phălărĭſmŭs, mi, φαλαρισμὸς, Phalaridis tyrannis, vel ejus imitatio: hoc eſt, ſumma crudelitas.

Phălēră, ōrum, φάληρον, ου, Portus Athenienſium, quinque millium paſſuū muro urbi cōjunctus. Hinc ortus traditur Demetrius philoſophus, Phalerus à patria cognominatus. Apud

Græcos,

Græcos, teste Stephano, indifferenter effertur, *φάληρον ϖοιητῶς, ϗ φάληρος ϖαθητικῶς.*

Phălēr̄ēus, *φαληρεύς*, Gentile nomen est à Phaleris Atheniensium portu deductum. Quo cognomento etiã dictus est Demetrius philosophus, Phanostrati filius, & Theophrasti auditor, qui quum à Cassandro Macedonum principe Athenis esset præfectus: non modò popularem non destruxit potentiã, sed etiam melioribus institutis reformavit. Verùm tantùm invidia valuit, ut post Cassandri obitum in Aegyptum fugere coactus sit: quo tempore ejus inimici statuas ejus plures trecentis disjectas conflavêre. Tãdem morsu aspidis periit, quũ multa apud Ptolemæum in calamitoso otio scripsisset. Vide Strab. lib. 9.

Phălĕrĭum, *φαλίκον*, Vrbs Hetruriæ. Inde Phalerius, ria, rium, Stephan.

Phălīscī, *Φαλίσκοι*, Populi Hetruriæ, quorum oppidum Phaleria vocabatur. Sunt qui arbitrãtur Phaliscos esse qui eam Hetruriæ partem inhabitant, ubi situm est oppidum quod hodie corrupto nomine *Montem Flasconem* vocant, quum potiùs montem Phaliscum dicere debeamus.

Phalora, *Φαλώρη*, Vrbs Thessaliæ. Inde Phalorensis, *φαλωρεύς*, Stephan.

Phănæŭs, *φαναῖον, Capo mastico*, Promontorium in Chio insula, optimo vino nobilissimum. Autor Servius in illud Virg. 2. Georg. Sunt etiam Ammineæ vites firmissima vina, Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.

Phănēs, *φανῆς*, Vir fuit Halicarnasseus, qui Cambysæ Persarũ regi adversus Aegyptios bellum molienti, se ducem itineris præbuit, exercitumque ejus citra periculum per Arabiam in Aegyptum duxit. Autor Herodotus lib. 3. ¶ Phanes etiam à Græcis dicitur Sol, *ἀπὸ τοῦ φαίνειν*: hoc est, à lucendo.

Phănēsĭi, *φανήσιοι*, Populi, in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Solinus ait) habent aures adeò effusas, ut reliqua viscera contegant illis.

Phăōn, *Φάων*, Iuvenis Lesbius fuit formosissimus, à Sappho poëtria perditissimè adamatus. Extat apud Ovid. Epist. Sapphas ad Phaonem.

Pharæ, *φαραί*, numero plurali, Vrbs est, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Cretæ mediterranea, à Messeniis condita.

Phărāōnēs, [פרעה *parhoh. φαραώνης.*] appellantur Aegypti reges, quod cognomẽ fuit dignitatis, ut scribit Euseb. Aegyptiorum enim lingua Pharaon regem significat, ut docet Ioseph. lib. 8. Antiq. Ita quum primùm perveniebant ad Imperium, hoc nomen accipiebant.

Phărĭă, Ptolemæo, Plinioq; : Straboni verò Pharus, *Φαρὸς*, Insula contra Dalmatiam & Iadæram, quæ nunc Vulgò *Lisna* Illyrico sermone dicitur. ¶ Est & urbs in ea, à qua Pharienses populi.

Phariseus, & Pharisaicus, Vide in APPEL.

Phārmăcŏtrŏphī, [*φαρμακοτροφοι.* Germ. Giftfreesser/ seind Völcker in Asia.] Populi sunt Asiæ Margianis, & Susianis finitimi, qui venenis ali feruntur: unde & nomẽ illis inditum est. Meminit horum Plin. lib. 6. cap. 16, & Pomp. lib. 1.

Phārmăcūsæ, *φαρμακοῦσαι*, Sunt duæ insulæ exiles juxta Atticam regionem in mari Salaminiaco, in quarũ altera (ut inquit Strab. lib. 9.) sepulcrum Circes visitur. Plinius ejusdẽ nominis insulam inter Sporadas connumerat, lib. 4. cap. 12. Hãc Stephanus supra Miletum collocat, & Attalum regem in ea occisum fuisse asserit. Gentile est Pharmacusius.

Phārnăcĭă, æ, *φαρνακία* Stephano, Regio & urbs Pontica, Trapezunti proxima. Plin. lib. 6. cap. 4 pharnacen appellat.

Phārnăx, nacis, pen. corr *φάρναξ*, Mithridatis regis filius, qui quum majore civilis belli, quod tum inter Cæsarem & Pompejum gerebatur, quam propriarum virium fiducia Cappadociam invasisset, à Cæsare fulminis in morem est obtritus, & (ut Cæsar gloriatus fertur) antequam hostem vidisset, victus: unde etiam inter Pontici triumphi fercula, tria hæc verba, protulisse fertur: Veni, vidi, vici, non acta belli significãtia, sed celeriter confecti notam. Sueton. in Cæsare. Lucanus lib. 2: Tigranemq; meum, nec Pharnacis arma relinquas Admoneo. Meminit hujus Cicero ad Cassium, lib. 15. Epist. Famil. & ad Attic lib. 11.

Phărŏs, *φάρος*, Olim insula fuit, Canopico Nili ostio objecta, dieiq; unius navigatione (si Homero credimus) à cõtinente diremptas: hodie verò Alexandriæ ponte cõjuncta. Cujus mutationis causam quidam Nilo assignant, cujus ostia magnam perpetuò limi vim ad proxima aggerunt vada. Lucan. lib. 10: Pharos insula quõdã In medio stetit mari. In ea turris est ingens in petra posita, quę mari circunluitur, albo lapide, octingentis talentis à Philadelpho Ptolemæo rege Sostrati Cnidii architecti Alexandrinorum amici opera extructa: quæ & ipsa Pharos dicta est: in qua noctu accensę faces navigãtium cursum regebant. ¶ A cujus similitudine cæteræ quoq; speculæ similem in usum constructæ, Phari appellatæ sunt. Statius: Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula Lunæ. Scribit Hegesippus lib. 4, Pharon à Græcis, Latinisq; appellari ex ipsius rei usu, eò quòd longè videatur à navigantibus: tanquam *ἀπὸ τοῦ φανῆ*, quod lucidum significat, immutata litera, Pharos dicatur. In hac Alexander novam urbem condere statuit: sed quũ magnæ sedis capax non esset, ex adverso ei objectam condidit Alexandriam. ¶ Est item Pharos, maris Adriatici insula, Illyrico adjacens, anteà Paros dicta, teste Plin. lib. 3. cap. 21.

Phărĭŭs, a, um, *Φάριος*, & Phariacus, a, um, ut Sistra Phariaca.

Pharpharĭades, Pars una est Tauri montis. Plinius libro 5, capite 17.

Phārsālĭă, *Φαρσαλία*, Regio Thessaliæ, Pharsalo oppido, quod ad Enipei ripam situm est, circunjacens: à quo & nomen accepit. Sunt qui universam Thessaliam hoc nomine vocatam existiment, à Pharsalo duce quæ primò Aemathia ab Aemathio: postea Thessalia, à Thessalo: deinde à Macedone, Macedonia est dicta.

Phārsălĭcŭs, a, um: Hinc campi Pharsalici, in quibus duorũ maximorum bellorum civilium procellæ detonuerunt: primùm inter Cæsarem & Pompeium: alterum inter Augustum & percussores Cæsaris Brutum & Cassium. Hi postea Philippici dicti sunt, sive à Philippo rege, sive à Philippis vicina urbe, quã alio nomine Thebas Thessalicas appellant.

Phārsălŏs, seu Pharsalum, *φάρσαλος* Stephano, Thessaliæ oppidum, in ripa Enipei fluminis situm, de quo Lucan. lib. 6: Aemathis æquorei regnum Pharsalos Achillis.

Pharusĭi, *Φαρούσιοι*, Plin. lib. 5. cap 8. & Pomponio lib. 1. Populi sunt Africæ ultra Mauritaniam. Hi quondam Persæ fuisse dicuntur, comites Herculis ad Hesperidas tendentis. Pomponius quoq; lib. 3 in fine. Deinde Pharusii aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, nunc inculti, & nisi quòd pecore aluntur, admodum inopes. Qui fabulosa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt: at qui historicam veritatem prosequuntur, Aegyptio Herculi qui Lybicus cognominatus est, potiùs adscribenda censent. Meminit horum & Strab. lib. 17, ubi de Mauris mentionem fecit. At Pharusii, *inquit*, qui ultra hos habitant, Hesperiis Aethiopibus vicini, sagittant quemadmodum Aethiopes: falcatis quoque curribus utuntur: miscentur nonnunquam Mauris Pharusii, per deserta aquarum utres equis portantes: nonnunquam per loca quædam palustria & lacus Girtham veniunt. Quidam ex eis Troglodytarũ more sub terra habitare dicuntur, & æstivis imbribus abundare: hyeme verò siccitate laborare: nonnulli sibi ex serpentũ, pisciumq; coriis, alii ex stramentis indumenta parare. Vide reliqua apud Strabonem loco jam citato.

Phăsēlĭs, *φασηλὶς*, Pamphyliæ urbs in monte sita, piratarum olim perfugium. Cic. in Verr. Act 6: Messanam Siciliæ oppidũ Verri Prætori, prædoni verius & piratæ Sicilienſi Phaselim quandam fuisse ait, quòd omnes furtorum acervos illuc deportasset: Phaselis (*inquit*) illa quam cepit P. Servilius, nõ fuerat urbs antè Cilicum atq; prædonũ: Lycii illam Græci homines incolebant: sed quòd erat ejusmodi loco, atq; ita provecta in altum, ut & exeuntes è Cilicia prædones fæpè ad eam necessariò devenirent, & quum ex hisce locis se reciperent, eôdem deferrentur, asciverunt illud sibi oppidum piratæ, primò cõmercio: deinde etiam societate Mamertina civitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum. Mox subdit: Verùm hęc civitas isti prædoni ac piratæ Siciliẽsi Phaselis fuit. Huc omnia undiq; deportabantur, apud istos relinquebantur: quod celari oportuerat, habebant sepositum ac reconditum: per istos, quæ volebat in navem clàm imponenda, occultè exportanda curabat: navem denique maximam, quam onustũ furtis in Italiam mitteret, apud istos faciendã ædificandamq; curavit. Hactenus Cicero.

Phāsĭs, is, vel idis, *φάσις*, Colchorum prægrandis fluvius, de quo Lucanus lib. 3: Colchorum qui rura facit ditissima Phasis. Plin. lib. 6. cap. 4: Navigatur Phasis quamlibet magnis navigiis LXXVIII. M. D pass. Inde minoribus longo spatio, pontibus centum viginti pervius. Ab hoc fluvio phasiani nomen sumpserunt, quòd ibi maximus eorum proventus feratur: unde etiam ab Argonautis in Græciam advecti putantur. ¶ Fuit item ejusdem nominis oppidum, ad fluvii hujus ostiũ situm, cujus meminit Plin lib. 6 cap. 4.

Phāsĭăs, adis, *φασιὰς*, Patronymicum est fœmininum, à Phasi de fluvio, sive oppido deductum, quod Poëtæ pro Medea ferè usurpant, Phasidis alumna. Ovid. 3. de Arte: -mantum Barbara per natos Phasias ulta suos.

Phēgēă, pen. prod. *φήγεια*, Civitas Arcadiæ, à Phegeo rege, Phoronei fratre cõdita. Priùs Erymanthus, postea & Pfephis appellata. Steph.

Phēgēus, *φηγεύς*, Pater fuit Alphesibœæ, qui Alcmæona quũ jussu patris matrem occidisset, & ob eam rem furiis agitaretur, purgavit, eiq; Alphesibœam filiam matrimonio locavit. Vide fabulam latiùs apud Ovid. 9. Metam.

Phĕgōr,

Phĕgŏr, φηγὼρ, Lingua Hebræa Priapus appellatur, inquit Hieronymus contra Iovinianum: unde Beel-phegor, dictio compositа: hoc est, Priapi simulacrum.

Phēmŏnŏē, φημονὴ, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen heroicum invenisse, ut ait Pausanias. Stat. lib. 4. Syl. referretq; arcana pudicos Phemonoë fontes. ¶ Est & Phœbados cujusdam nomen apud Lucanum lib. 5: Phemonoën errare vagam, curisq; vacãtem. ¶ Sunt qui Phœbi filiam dicãt fuisse. Meminit ejus Hesiodus in Theogonia.

Phēnēum, φοίνεον Stephano, Oppidũ in Arcadia, circa quod herba nascitur Homeri præconio celeberrima, quam à diis immortalibus Moly vocari asserit. Plin. lib. 25. cap. 4.

Phĕnĕŭs, φενεὸς, Lacus Arcadiæ, cujus aqua nocturno tẽpore perniciosa, interdiu salutaris est. Ovid. Met. 15. Est lacus Arcadiç, Pheneum dixêre priores. Ambiguis spectatus aquis: quas nocte timeto: Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Phĕræ, arum, φεραὶ, Vulgò *Ceramidi*. Oppidum Thessaliæ, ad Bœbeïdem lacum, ubi Magnesia à Pelasgicis campis dirimitur. Homer. in Catal. Οἱ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παρὰ βοιβηΐδα λίμνην. ¶ Est item ejusdem nominis oppidum in Achaia propriè dicta, non procul à Patris.

Phĕræŭs, a, um, Ovid. in Epist. OEnones: Ipse repertor opis vaccas pavisse Pheræas Fertur, &c.

Phĕrĕcrātēs, φερεκράτης, Athenienſis poëta comicus, militavit sub Alexandro magno: docuitque fabulas XLII. Autor Suidas.

Phĕrĕcȳdēs, penult. prod. φερεκύδης, Philosophus, & Poëta tragicus, ex Scyro insula, teste Strab. lib. 10. Floruit regnante Servio Tullo apud Romanos. Cic. lib. 1. Tuscul. Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione (ut Apuleius in Floridis autor est) repudiato versuũ nexu. Hunc Pythagoras magistrum coluit. Periit phthiriasi: id est, pediculari morbo, de quo Serenus: Sed quis nõ paveat Pherecydis fata tragœdi, Qui nimio sudore fluens animalia tetra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt? Hic tametsi nullo magistro usus: tamen per se multum eruditionis est cõsequutus, ut autor est Suidas. Quanquam Diogenes Laërt. Pittaci auditorem fuisse tradit. ¶ Pherecydes præterea alius fuit, teste Laërtio, antiquior etiam superiore, Athenienſis & Philosophus, qui ab Orphæo multa didicit, scripsitq; Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio. ¶ Pherecydem alium Lerium genere, Historicum commemorat Suidas.

Phĕrĕnīcē, pen. prod. φερενίκη, Nomen mulieris. Aelianus lib. 10, de varia hist. Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Licere id sibi persuasit, quæ patrem, & fratres treis haberet Olympionicos. Spectavit, & victorem filium reduxit.

Phīdĭās, æ, φείδιας, Nobilis fuit statuarius, qui in ebore scalpẽdo claruit: diis tamen (ut inquit Quintilianus) quàm hominibus efficiendis melior. Inter hujus opera præcipuè cõmendata est Minervæ statua, quam Athenis ex ebore fecit, XXVI. cubitorum altitudinem: in cujus clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit: in soleis verò, Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Iupiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælavit & Venerem, quæ postea Romæ sita in porticu Octaviç fertur. Item Nemesim Rhamnusiam, mali ramum manu tenẽtem, ex quo parva surgebat complicatio, hanc inscriptionẽ habens: Agoracritus Parius fecit. Hũc enim Agoracritum discipulum usq; adeò diligebat, ut ei tanti operis laudem crederet.

Phīdĭăcŭs, a, um, φειδιακὸς, Propert. lib. 3: Phidiacus signo se Iupiter ornat eburno. Martial. lib. 6: Quis te Phidiaco formatam Iulia cœlo, Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

Phīdippŭs, φείδιππος, Herculis nepos ex Thessalo filio, qui unà cum fratre Antipho contractis ex maris Carpathii insulis triginta navibus, Græcis suppetias tulit adversus Trojanos. Autor Homerus in Catal. navium. ¶ Est item Phidippus personæ comicæ nomen, apud Terent. in Hecyra.

Phīla, æ, φίλα Stephano, Vrbs Macedoniæ, juxta Peneum fluvium, à Demetrio Gonata Antigoni filio condita, & à nomine matris ejus ita appellata. ¶ Est item Phila maris Gallici insula, eregione Antipolis, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Sunt & quatuor ejusdem nominis insulæ in Nilo fluvio, supra Deltam, quas commemorat idem Plin. lib 5. cap. 9.

Phĭlădĕlphĭă, φιλαδελφία, Nomen civitatis in Mysia, regione Asiæ, frequentibus terræ mõtibus concussa: unde ejus incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit una ex septem Ecclesiis in Apocalypsi cõmemoratis. Supra Philadelphiam, Orientem versus exusta regio patet, quam Græci καταικαυμένην appellant, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, ubi nullæ arbores præter vitem inveniuntur, quę exustum vinum fert ita elegans ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: Montana, petrosa & nigra. Quidã ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur, nec dubitant quæ de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulari. Sed credibilius est subterraneum ignem, qui postea defecerit, regionem exussisse. Dicta est urbs Philadelphia ab Attalo Philadelpho conditore.

Phĭlădēlphŭs, φιλάδελφος, Ptolemæi regis Aegypti cognomen, qui bibliothecam Alexandriæ, ferè quinquaginta millia librorum continentem, extruxit. Idem libros Mosis vertendos curavit per LXX. interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem.

Phĭlæ, arum, φίλαι, Insula aspera, & undique prærupta, adjacens Aegypto, duobus in unum coituris amnibus cincta, qui Nilo mutantur, & ejus nomen ferunt. Sunt autem Philæ Strabone libro decimoseptimo, infra Syenen, ad quas ipse se ex Syene plaustro perplana aliquando vectum scribit. Meminit & Lucanus libro 10: Rursus multifidas revocat piger alveus undas, Quà dirimunt Arabum populis Aegyptia rura, Regni claustra Philæ.

Phĭlænōrum aræ, φιλαίνων βωμοὶ, Dicuntur quæ Siculo Peloro opposite, in media quodammodo Syrtium tellure positæ sunt: ita dictæ à Philænis fratribus, qui in eo loco vivi creduntur fuisse defossi. Nam quum inter Cyrenenses & Carthaginienses de finibus incidisset controversia, placuit ut certo tempore duo viri ex utraq; civitate egrederentur: ubicunque sibi obvii fierent, ibi civitatis utriusque termini essent. Itaque Carthagine egressi Philæni, quum aliquot passuum millia in fines Cyrenensium processissent, indignati adversarii se esse præventos, optionem Philænis proposuerunt, mallẽtne ad suos fines retrocedere, an eo in loco vivi defodi: illisq; respõdentibus se patriæ salutem vitæ præferre, à Cyrenensibus, qui viribus superiores erãt, vivi eo in loco sunt defossi. Quo in loco Carthaginienses, ne eximia illorum in patriam pietas ulla temporum injuria obliteraretur, duas eis aras constituerunt. Vide Sallustium in bello Iugurthino.

Phĭlăgrĭŏs, φιλάγριος, Medicus fuit insignis, Galeni æqualis: natione Epirota, Naumachii discipulus, cujus scripta recenset Suidas.

Phĭlāgrŭs, φιλάγρος, Sophista Cilix, auditor Lolliani, supra modum iracundus. Nam & dormitanti quandoque auditori pugnum in malam fertur impegisse. Huic Metellus nepos sepulcrum extruens, lapideum apposuit corvum. Id quũ Cicero esset intuitus, in ejus levitatem jocatus: Hoc, *inquit*, sapientius à te factum: πέπραται γάρ σε μᾶλλον, ἢ λέγειν ἐδιδάχθη, volare magis te docuit, quàm dicere. Hæc Cælius Rhodiginus Antiq. lect. lib. 21. cap. 7, & lib. 17. cap 20.

Phĭlāmōn, φιλάμων, Filius Apollinis ex Chione nympha, clarissimus carmine & cithara. Ovid. libro 12: Nascitur è Phœbo (nanque est enixa gemellos) Carmine vocali clarus, citharaq; Philamon. ¶ Fuit item Philamon Athenienſis, pugil fortissimus, qui omnes suæ ætatis pugiles superavit. Suidas.

Phĭlēmōn, φιλήμων, Syracusius, novæ Comœdiæ scriptor, qui Alexandri Magni tempore floruit. Huic Quintilianus secundum inter Comicos scriptores locum tribuit: Philemon, *inquit*, pravis sui temporis judiciis, Menandro sæpè prælatus est: consensu tamen omnium meruit secundus credi.

Phĭlēsĭŭs, Cognomẽ Apollinis, Græci φιλήσιον amabilem dicunt: quod cognomen idcircò Apollini tribuitur: quia lumẽ ejus exoriens, amabili veneratione oculorum cõsalutamus.

Phĭlētærŭs, φιλέταιρος, Comicus fuit Athenienſis, Aristophanis Comici filius. Fabulas scripsit unam & viginti, quarũ nõnullæ recensentur à Suida.

Phĭlētās, φιλητᾶς, Poëta elegiographus ex insula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi. Suis carminibus celebravit Battidem puellam, quam adamavit. Fuisse fertur corpore adeò tenui, ut necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur. Politianus: nec Cous adhæc nõ sacra Philetas, Quanquam est æger, adest, quanquam vestigia lento Fulta gravat plumbo, &c.

Phĭlĕum, φίλειον, Vulgò *Groninga*, apud Ptolemæum Germaniæ Septentrionalis oppidum est. Ex longitudine & latitudine à Ptolemæo adscripta, conjicimus aut idem esse cum Groninga Frisiæ oppido, aut certè illi proximum.

Phĭlĭdēs, Mango quidam fuit equorũ, à quo quum Themistocles equũ dono postulasset, minimeq; impetrasset, minatus est se domum ejus continuò ligneum equum facturum, Quo ænigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum conjecturũ. Plutarch. in Themist. Quorsum hîc mentio tam frigidæ rei?

Phĭlĭppī, φίλιπποι, Vrbs Thessaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quã Philippus Macedonũ rex instauravit, & à nomine suo Philippos nominavit. Virg. 1. Georg. Romanas acies iterum videre Philippi. ¶ Sunt & Philippi in Thracia, inter Nes-

sum

ſum & Strymonem amnes, non procul ab OEſyma, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 18.

Phĭlippēnsĭs, Philippenſe, Poſſeſſivum formatum à Philippis Theſſaliæ civitate: ut Philippenſes cives, φιλιππήσιοι, & Philippenſe bellum, quod apud Philippos geſtum eſt.

Phĭlippĭcŭs, ca, cum, φιλιππικός, Denominativũ, à civitate Philippis: ut, Campi philippici, civilibus cladibus nobilitati, in quibus primùm Cæſar Pompeium, & poſtea Auguſtus, Brutum & Caſſium profligavit.

Phĭlippĭdēs, φιλιππίδης, Comicus poëta haud ignobilis, qui ætate jam provecta quum in certamine Poëtarũ præter ſpem viciſſet, gaudio repentè mortuus eſt: quod & Diagoræ Rhodio accidit. ¶ Fuit & alius ejuſdem nominis, à celeritate pedum ἡμεροδρόμος cognominatus, quòd XXIIII. horarũ ſpatio mille quingentà ſtadia pedibus cõfecerit, diei unius & noctis ſpatio itinere ab Athenis Lacedæmonem uſque peracto. Vtriuſq; autor Suidas.

Phĭlippŏpŏlĭs, φιλιππούπολις, Oppidum Macedoniæ, à Philippo Amyntę filio conditum, patre Alexandri. Autor Stephanus. Plin. Philippopolim in Thracia conſtituit, lib. 4. cap. 11.

Phĭlippŭs, φίλιππος, Amyntæ filius & Alexandri Magni pater, Macedonum rex, rei militaris peritiſſimus, rebuſq; geſtis clariſſimus, Macedoniæ regnum, quod anguſtis antea finib. continebatur, adeò ampliavit, ut centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerarentur. Hic à Pauſania quodam adoleſcente eſt interfectus: qui quum de ſtupro ſibi per vim ab Attalo illato, apud regem queſtus eſſet, & pro rei indignitate ultionem poſtulaſſet, ſeque etiam à rege irrideri animadvertiſſet, iram in regem convertit, & ultionem quam ab inimico nõ poterat, ab iniquo judice ſumpſit. ¶ Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis imperatoribus Chriſtianæ religionis ſacris fuiſſe initiatus fertur. ¶ Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniæ, à T. Qu. Flaminio victus. Is, autore Livio, quũ videret Annibalem fœlicìter in Italia res gerentem, legatos ad eum de ſocietate miſit, qui in reditu à Q. Fulvio Flacco præfecto claſſis intercepti cum literis, miſitq; ad Senatum, ſtatim M. Levinus prætor cõtra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniæ, incautum, ſemiq; ſopitum nocte intempeſta adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terreſtri itinere fugit, incenſis priùs ne hoſtis potiretur, ſuis navibus. Vide Liv. lib. 1. de bello Maced. ¶ Philippus, medicus Alexandri, teſte Curtio lib. 2. cujus etiã meminit Plutarchus in vita Alexandri. ¶ Philippos etiã Romanos viros claros legimus in gente Martia, inter quos L. Philippus orator, Craſſi adverſarius, Cic. lib. 3. de Oratore, & de Clar. orator.

Phĭlĭſcŭs, φιλίσκος, Comicus ſcriptor, cujus fabulæ enumerantur à Suida. ¶ Fuit item Philiſcus quidam Corcyreus, Philotæ filius, poëta ex ſecundo ordine Tragicorum, & Dionyſii ſacerdos ſub Ptolemæo Philadelpho. Scripſit fabulas duas & quadraginta. ¶ Philiſcus prętereà Aegineta, Diogenis Cynici, aut certè (ut alii malunt) Stilpontis auditor, & præceptor Alexandri. Scripſit Dialogos quoſdã, inter quos eſt Codrus: ex Suida.

Phĭlĭſtĭōn, φιλιστίων, Sardianus, ſive Pruſſenſis, poëta comicus, q Socratis ætate floruit, nimio riſu mortuus fertur. Suid.

Phĭlĭſtŭs, φίλιστος, Archonidæ filius, patria Naucratites, aut ut alii volunt Syracuſanus, Eveni Elegiographi diſcipulus. Scripta ejus enumerat Suidas.

Phĭlix, Nutrix fuit Domitiani principis, ut eſt autor Sueton.

Phĭllўră, & Phillyrides. Vide PHILYRA, & PHILYRIDES.

Phĭlo, φίλων, Academicæ ſectæ philoſophus inſignis, Ciceronis in Philoſophia præceptor, ut ipſe teſtatur in libro de Claris Orat. Eodem (*inquit*) tempore, quum princeps Academiæ Philo cum Athenienſium optimatibus Mithridatico bello domo profugiſſet, Romamq; veniſſet, ei me totũ tradidi, admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio incitatus. ¶ Fuit etiã hoc nomine Iudęus Philoſophus, Alexandriæ natus, diſciplinisq; omnibus eruditus, & in noſtra & Græcorum Philoſophia benè verſatus: eloquentiæ autẽ Platonicæ tam diligens æmulator, ut illud vulgò de eo jactaretur: ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει: hoc eſt, aut Plato philoniſſat, aut Philo platoniſſat. In divinis autem legibus, & patriis inſtitutis quãtus fuerit, ex his quæ nobiſ librorum ſuorum tradidit monumẽtis, palàm eſt. Igitur temporibus Cati quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus abſolvit, quibus & ſuam legationẽ pro Iudæis apud Imperatorem retulit. Sed & Ioſephus hujus legationis meminit lib. 18 Hunc Porphyrius quoq; lib. 4. magnis laudibus eſt proſecutus. ¶ Philo Herennius, Byblius patria, grãmaticus, tempore Adriani, de cujus imperio ſcripſit: prætereà de civitatibus & viris claris libros XXX. Suidas.

Phĭlŏchŏrŭs, φιλόχορος, Athenienſis, vir doctiſſimus & vates, tẽpore Eratoſthenis extinctus, inſidiis Antigoni Macedoniæ regis ob amicitię ſuſpicionem cum Ptolemæo rege. Scripſit Ἀττιδίδος libros XVII, qui continent res geſtas Athenienſium, & reges & magiſtratus, uſq; ad Antiochum cognominatum Deum, aliaq; complura. Autor Suid.

Phĭlŏctēs, is, φιλοκτήτης, Athenienſis Poëta Tragicus fuit, non ita multo poſt Euripidem, Aeſchyli ſororis filius, ab iracundiæ vitio Bilis appellatus, facie fuit in primis fœda, capiteque in criſtæ formam acuminato. Scripſit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morſimum, & ipſum poëtam Tragicum. Hæc Suidas.

Phĭlŏcrātēs, φιλοκράτης, Athenienſis, quem Demoſthenes in proditionis ſuſpicionem adducit. Extant ad hũc aliquot Aeſchinis epiſtolæ. ¶ Fuit & alius ejuſdem nominis, Struthius cognominatus: de quo vide Suidam.

Phĭlŏctētēs, ctetis, vel ctetæ, penultima producta, φιλοκτήτης, Pæantis filius & comes Herculis, cui, idem moriens in OEta monte, mandavit ne cui corporis ſui reliquias indicaret, idq; jurare eum coëgit, dĕditq; pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle intinctas. Adveniente verò tempore quum Delphico oraculo moniti eſſent Græci, ad evertendam Trojam ſagittis Herculis opus eſſe, inventus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit ſe primò quicquam de Hercule ſcire: tandem verò mortuum eſſe cõfeſſus eſt, & quum graviter ad indicandum ſepulcrum cogeretur, ne jusjurandum violaret, ictu pedis locum oſtendit: quumque ad bellum Trojanum deduceretur: quia ſolus Lernæis ſagittis uti poterat, unius ſagittæ caſu in pede, quo Herculis tumulum monſtraverat, vulnere penè immedicabili affectus eſt. Tandem quum vulneris fœtor à Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt: ſed occiſo Achille, Vlyſſes in Lemnum regreſſus, ad Trojam illum reduxit, ut inquit Ovid. lib. 3. Metamorph. Devicta autem Troja, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit. Virg. lib. 3. Aeneid. -hîc illa ducis Meliboei Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, &c. Tandem opera Machaonis medici ſanatus eſt. Propertio teſte: Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon. Vide BAEANTIADES.

Phĭlŏlaŭs, φιλόλαος, Pythagoricus quidã philoſophus, cujus tres libros Plato, quum tenui admodũ eſſet pecunia, decem millibus denariũm mercatus eſt. Quod pretium à Dione Syracuſano acceperat. Philolaus, φιλόλαος, Corinthius ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadũ fuit: amicus Diocłis, qui Olympia vicit: ſed cùm ille civitatem deſeruiſſet, commotus ob amatorem matris Alcinoæ, Thebas migravit, atq; ibi ambo defuncti ſunt. Habitavit igitur ob hujuſmodi cauſam apud Thebanos, quibus leges deſcripſit, & alia quædam præcipuè de liberorum procreatione, quam illi παιδοποιΐαν appellant. Ariſtot. 2. Polit.

Phĭlŏmēlă, φιλομήλα, Nomen puellæ Pandionis Athenienſis regis filiæ, & ſororis Prognes. Quæ quum à Tereo compreſſa fuiſſet; tandem (ut eſt in fabulis) deorum miſeratione in avem ſui nominis converſa eſt, quæ & Luſcinia dicitur, quam etiam nunc deflere dicunt cantu dulciſſimo injuriam quam paſſa eſt. Martial. lib. 14: Flet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur avis. Animadvertendũ hoc in loco eſt, contrà ac multi fabulam tradiderunt, exiſtimaſſe Gorgiam Philomelam in hirundinem, Prognem ſororem ipſius in luſciniam cõverſam fuiſſe, quam etiam opinionem ſequutus eſt M. Varro: Luſciniola, *inquit*, luctuoſa canere exiſtimatur, atq; eſſe ex Attica Progne, in luctu facta avis. Et Virg. Aeglog. 6 quum inquit: Quas illi Philomela dapes. Petrus Victorius in 3. lib. Rhetor. Ariſtot.

Phĭlŏpœmēnēs, ſive Philopœmen, φιλοποίμην Suidæ, Megalopolitanus, dux Achæorũ præſtantiſſimus, Lacedæmonios & Meſſenios multis cladibus afflixit, Plutarchus in Philopœmene, Livius lib 35.

Phĭlŏſtrātŭs, φιλόστρατος, Lemnius philoſophus, tempore Severi principis Romæ claruit, cujus uxori fuit ab epiſtolis. Scripſit Vitas ſophiſtarum ad Severum, & de Vita Apollonii Tyanei libros octo, prætereà Heroica. ¶ Philoſtratus, hujus pater, Athenis docuit Neronis tempore: ſcripſit panegyricos plures, & declamationes oratoribus valdè probatas, complura; alia quæ à Suida commemorantur. ¶ Philoſtratus tertius, ſuperioris filius, docuit Athenis: ſcripſit Panathenaïcum, Trojam, Paraphraſim Homerici clypei, Iconas quæ huic multi acceptas referunt. Suidas.

Phĭlŏxĕnŭs, [φιλόξενος. Pol. *Goſcuiurad.*] Hoſpitalis: quo nomine dictus eſt poëta quidam Lyricus, qui quum ſibi Dionyſius tragœdiam quandam caſtigandam commiſiſſet, ducta linea à capite ad calcem totum opus damnavit: quapropter in latomias conjectus eſt: indeque Tarentum aufugit: Dionyſioque ſe per literas revocanti, nihil aliud quàm monoſyllabum ναὶ reſcripſit, ſæpiùs repetitum. Autor Suidas. ¶ Fuit etiam hoc nomine paraſitus quidam, qui collum gruis ſibi optabat,

optabat, quò diutiùs cibi, potusque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, & Athenæus eum solitũ esse conviviis adhibitum, se in pultaria emungere, ut reliquis rei fœditate abhorrentibus, solus epulis frueretur. Idem etiã traditur de Gnathone quodam Siculo. ¶ Philoxenus, Eretriẽsis pictor, Nicomachi discipulus, cujus tabula nullis postponenda Cassandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idẽ pinxit & Lasciviam in qua tres Sileni comessabantur. Hic præceptoris celeritatem sequutus, breviores etiamnum quasdam picturæ vias & compendiarias invenit. Verba sunt Plinii, lib. 35. cap. 10. ¶ Philoxenus, Grãmaticus Alexãdrinus, Rõmæ scripsit de monosyllabis verbis. De Hellenismo: De linguarum dialectis, & alia. Suidas.

Philyra, est proprium nomen filiæ Oceani, ex qua Saturnus in equum conversus Chironem Centaurum dicitur suscepisse: qui à matre Philyrides, & Philyreus dicitur. Scribitur autẽ hoc nomen & ejus derivata simplici l. Poëtæ tamen suo jure ut primam syllabam extendant, geminant hanc consonantẽ. Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.

Phīnĕus, φινεύς, Agenoris fuit filius, ut Hellanicus ait: ut Hesiodus Phœnicis & Cassiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Doricli, & Atamini. Hic rex Arcadiæ: vel ut alii, Thraciæ: vel ut rursus alii, Paphlagoniæ uxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Sthenobœam vocant) ex qua genuit Orythum, & Crambum, ut Sophocles: ut alii, Maryandinũ & Thynum: vel ut rursus alii, Palæmonem & Phinea, quibus mortua priore conjuge Cleopatra Harpalycen Calais & Zethe sororem, novercam superinduxit: quanvis Flaccus non Harpalycen, sed Cleopatram Boreadum sororem appellet: cui etiam Apollonii interpres assentitur, qui lib. 1, Phineum Cleopatram Boreæ & Orithyiæ filiam uxorem duxisse tradit: secundam verò Idæã Dardani filiam novercam superinduxisse: cujus suasu filios ex Cleopatra susceptos excæcavit. Quapropter & ipse excæcatus est à diis, tum Harpyiæ contrà eũ missæ, quæ cibos & mensam ejus turpissimè fœdarunt. Postea verò advenientibus ad ea loca Argonautis, à Calaï & Zethe fratribus alatis, rursus ad Strophades insulas fugatę sunt: vide suprà CALAIS. Postremò ab Hercule interfectus dicitur, quũ in solitudinẽ liberos Phinei offendisset excæcatos, comperissetq; eos calumniis novercæ ejectos fuisse, &c.

Phīnēus, a, um, apud Senecam, & Phineĭus, a, um, apud Virg. lib. 3. Æneid. quas dira Celæno Harpyiæque colunt aliæ, Phineĭa postquam Clausa domus mensasque metu liquêre priores, &c.

Phīson, [φίσων. Germ. Der ſtuß Ganges in India.] teste Iosepho, lib. 1. ca. 2: Vna est ex partibus magni fluminis in omnẽ terram undiq; profluentis, quo paradisus irrigatur, qui deductus in Indiam pelago latè diffunditur. A' Græcis nuncupatur Geiba: alii Gangem interpretantur, alii Nilum.

Phla, Insula est in Tritonide Africæ palude, de qua sic Herodõtus lib. 4: Ajunt Iasonem posteaquam sub Pelio Argo exædificavit, impositis in ea cum aliis solennibus hostiis, tum verò tripode æreo, circuisse Peloponnesum, animo Delphos eundi: cumq; quũ teneret cursum circa Maleam, abreptum à vento Aquilone, & abductum in Africam: & priusquam tellurem cerneret, in aspretis paludis Tritonidis astitisse, eiq; hęsitanti de egressu apparuisse Tritonem, ac jussisse sibi dari tripodem, quòd diceret ostensurum se illi exitum, atque incolumem remissurum.

Phlanonites, φλανωνῖται Stephano, Populi sunt Illyrici, à quibus nomen sinui est inditum, quem modò nautæ Quernarium appellant: alii Carnarium propter naufragia, procelloso fermè semper transit. In recessu ejus Senia urbs, cujus à tergo specus sunt, unde vehementes nulla ferè non hora venti perflant: eaq; res infamem cum sinum reddidit. Dicti Phlanonites ab oppido Phlanone: unde sinus omnis hic Phlanoniticus, φλανωνιτικὸς, Stephano vocatur: qui à Pola colonia Iaderam usque diffunditur.

Phlĕgĕthōn, thontis, [φλεγέθων. Germ. Einer auß den Hellſchen flüſſen.] Fluvius inferorum, flammis æstuantibus rapidus: à φλέγω, ardeo. Virg. 6. Aen. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa. Hinc Phlegethonteus, a, um, penult. prod.

Phlĕgōn, φλέγων, Vnus ex equis Solis, ἀπὸ τῦ φλέγειν, quod est ardere, dictus. Ovid. 2. Metam. Vide AETHON.

Phlĕgrā, æ, vel Phlegre, es, φλέγρα, Vrbs Macedoniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 10, & vallis circa hanc urbem in qua Gigantes olim cum diis conflixêre.

Phlegræi, φλεγραῖοι, Campi duo fuêre, alter in Græcia, à Phlegra Thessaliæ valle juxta Pallenẽ, ubi Gigantes cum diis conflixisse traduntur. Alter in Campania prope Cumas, in quo Hercules cum his prælium cõmisit. Strabo lib. 5: Fortunatus erat & campus nomine Phlegræus, in quo res à Gigantibus gestas fabulæ divulgant nullam aliã ob causam (ut credi fas est) quàm quòd terrà ipsa suapte virtute præliorum concitatrix esset. Theagenes verò & Eudoxus qui ad historicam fidẽ pugnam hanc conantur reducere: Pallenen (inquiunt) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morum, Gigantum cognomen pepetit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cœlo missa sunt, donec ii fugere coacti sunt, atq; ingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgus ortus: Gigantes bellum diis movisse. Silius lib. 12: Tradunt Herculea prostratos mole Gigantes Tellurem injectam quatere, & spiramine anhelo Torreri latè campos, quotiesq; minantur Rumpere compagem impositam, expalleſcere cœlum. Id autem ideò fictum est: quoniam ea regio tota sulphure plurimo scatet. Hinc fit ut vẽtorum impulsu excitetur passim ignis: qui quũ exitum è cavernis natura expetat, dum luctatur assiduè, terram tãdem, quatit & commovet, exuritq; frequẽter, unde & nomen sortitur: φλέγειν enim Græcè exurere, ardereq; significat.

Phlegræus, φλεγραῖος, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius apud Ovid. 12. Metamor.

Phlĕgyās, φλεγύας, Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia, pater Ixionis, & Coronidis nymphæ, quam quum ab Apolline vitiatã sensisset, confestim ira percitus, templum ejus Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detrusit, ubi hac pœna afficitur, ut sub ingenti saxo ruinam minitante sedens semper illud casurum suspicetur & timeat. ¶ Phlegyæ item populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi cùm sacrilegi essent, deosq; & homines spernerent, ab irato Neptuno immissõ diluvio submersi sunt, quorum apud inferos meminit Virg. lib 6. Aen.

sedet, æternumq; sedebit
Infelix Theseus, Phlegyasq; miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per umbras,
Discite justitiam moniti, & non temnere divos.

Phlius, untis. φλιοῦς, Vrbs in medio Sicyonii, Argiviq; agri, ubi religiosissimè colebatur Hebe. Autor Strab. lib. 8. Oppidi hujus incolæ Phliuntii, Phliusii, & Phliasii dicuntur: regioq; circumjecta, Phliasia, anteà Eræthryæa dicta, teste eodem Strabone, loco jam citato.

Phŏcæ, Phocarum, Insulæ sunt Cretæ adjacentes, ut ait Plin. lib. 4. cap. 13.

Phŏcæa, φώκαια, Vrbs Ioniæ, Athenienſiũ colonia, teste Strabone lib. 14: unde profecti sunt qui Massiliam apud Gallos non procul à Rhodano condidêre. Dicta Phocæa, quòd vituli marini magno numero apparuissent urbem cõdentibus. ¶ Est etiam in Caria Phocæa, monti Micalæ apposita, ab hac Phocæenses, φωκαιεῖς, ut à Græcorum Phocide, Phocenses, φωκεῖς. ¶ Ab utraque Phocaicus, ca, cum: ut Murex Phocaicus, Littus Phocaicum.

Phōcæi, [φωκαιεῖς. Germ. Alte Völcker in Ionia.] Ioniæ populi, qui assiduis Persarum bellis exagitati, communi consensu patriam reliquerunt, diris que execrationibus se devoverunt, si quando eõdem redire conarentur. Varia deinde fortuna usi, tandem in Galliam delati sunt, ubi Massiliam condiderunt. Horatius: Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum Velut profugit execrata civitas. Vide Erasmum in Proverbio: Phocensium execratio.

Phōcās, φωκᾶς, Romani Imperatoris, item celebris Grammatici nomen.

Phōcāsĭa, æ, φωκαία, Insula est in mari Aegæo, ex adverso Atticæ: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Phōcæ, φῶκαι, Vrbs Bœotiæ, ad sinum Œteum: cujus meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 15.

Phōcĭōn, φωκίων, Civis Athenienſis, tanta vitæ integritate, ut quum magnas sibi opes ex magistratibus, qui plurimi ei deferebantur, posset comparare, pauperrimus tamen permanserit: unde & τῦ χρηστῦ: hoc est, probi, sive frugi cognomen invenit. Hic neq; ridere, neq; lacrymare ab ullo unquam est visus: & in concione quum quis dixisset, Cogitabundus videris ô Phocion: Recte, inquit, conjectas: Cogito enim qua ratione aliquid de his detrahere possim, aut omittere quę apud Athenienſem populum dicere decrevi. Huic quum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarenturq; ut ea acciperet, admonerentq; simul quãvis ipse facilè his careret, liberis tamen ejus esse necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternam gloriã pervenire: Si mei, inquit, similes erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hãc dignitatem perduxit: si dissimiles nolo meis impẽsis illorum ali, augeriq; luxuriam.

Phōcȳlĭdēs, pen. cor. φωκυλίδης, Milesius philosophus æqualis Theognidis. Natus est quinquagesima nona Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias: item Paræneticum carmen, ex libris Sibyllinis, ut volunt, decerptum. Vide Suidam.

Phōcĭs, idis, φωκὶς, Exigua Græciæ regio, sinui Crissæo adjacens,

cens, Delphico oraculo, & Helicone, Parnassoque montibus inclyta.

Phōcēnsēs, hujus incolæ dicuntur, *φωκᾶς*, à quibus nonnulli putant profectos esse Massiliæ conditorés, non (ut alii existimant) à Phocæensibus Ioniæ populis. Cui etiam sententiæ non obscurè subscribit Plin.lib.3.cap.4,ubi Massiliam Græcorum Phocensium coloniam appellat, ad discrimen (ut videtur) Asiaticorum. Idem ostendit & Lucanus lib.5: Massiliæq; suæ donatur libera Phocis.

Phōcŭs, ci, *φῶκος*, Filius Aeaci, cujus meminit Ovid.lib.7.Met.

Phōcūsă, Plin.lib.4 cap.12, Insula una ex Sporadibus.

Phœbās, badis, *φοιβὰς*, Phœbi sacerdos: ita dicta, teste Servio, quòd Phœbi numinis concepto afflatu fureret, & agitaretur in Bacchantis imaginem. Sidonius: Nec sic intortum violatæ Phœbados ultrix In Danaos fulmen jecit.

Phœbē, [*φοίβη*. Ger. Der Mon.] Phœbi soror: hoc est, Diana, sive Luna. Virg.2. Georg. -vĕto semper rubet aurea Phœbe. Ovid.2.Metam. Quanto splendidior quàm cætera sidera fulget Lucifer, & quanto quàm Lucifer aurea Phœbe: Tanto virginibus præstantior omnibus Herse Ibat. Iaculatrix Phœbe, Ovid. Epist.19. Innupta Phœbe, Ovid.1.Metam. Nemoralis Phœbe, Stat.1.Sylvarum.

Phœbŭs. [*φοῖβος*. Germ Ein Sohn *Iovis*, vnd *Latonæ*.] Apollo, Iovis & Latonæ filius, eodē partu cum Diana editus (quæ & ipsa Phœbe vocitata est) divinationis & sapientiæ Deus à Poëtis existimatus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quasi *φῶς τῆ βίᾳ*: id est, lux vitæ. Virg.3.Aegloga: Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me Munera sunt, *&c.*

Phœbēŭs, a, um, pen. prod. *φοίβειος*. Virg.3.Aeneid. Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.

Phœmon, Lacus est Arcadiæ, de quo Ovid.15.Metam.

Est lacus Arcadiæ, Phœmon dixêre priores,
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Phœnicēs. [*φοίνικες*. Germ Ein Landtschafft *Asiæ* an das Mittelmeer stossend/vnd das Jüdisch Landt.] Populi Syriæ, Iudæis cōtermini, quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Horum regio Phœnice, *φοινίκη*, sive Phœnicia appellatur, à Phœnice Neptuni & Libyes filio, ut Stephano placet. Cui opinioni etiā accedit Silius lib.1: Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix Phœnices ingenit acumine plurimùm valuerunt: quippe qui & literarum, & navigandi artis primi inventores extitisse putantur. Rursus ex Dionysio:

Phœnicum regio est: hi rubro gurgite quondam
Mutavêre domum, primiq; per æquora vecti
Lustravêre salum, primi docuêre carinis
Ferre cavis orbis commercia: sidera primi
Servavêre poli. Lucan. item lib.3: Phœnices primi (famæ si creditur) ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Phœnīssă, sæ, *φοινίσσα*, Mulier ex Phœnice Syriæ regione: cujus masculinum est Phœnix. Virg.1.Aen. Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur Vocibus.

Phœnīcĕŭs, a, um, *φοινίκεος*, Genus coloris, qui alio nomine spadix appellatur, qualis in palmæ fructu apparet sole nō admodum incocto. Græci enim *φοίνικας*, dactylos appellant. Quidam voluerunt Phœniceum colorem eundem esse cum purpureo, à Phœnicibus populis dictum existimantes, apud quos præstantissima olim purpura tingebatur. Quorum opinioni quominus assentiar, facit Plinii autoritas, manifestè Phœniceum colorem à purpureo distinguentis, lib.21 cap. 23. Aut enim, *inquit*, phœniceum habet florē, aut purpureum, aut lacteum.

Phœnĭcūsă. *φοινίκουσα*, Una ex Vulcaniis insulis, apud Plinium lib.3.cap.9.

Phœnix, Vide in APPEL.

Pholĕgāndrŏs, *φολέγανδρος*, Insula est una Sporādum, quā Aratus propter asperitatem, ferream vocat. Stephanus nomē accepisse tradit à Pholegandro Minois filio.

Phŏlŏē, *φολόη*, Mons Arcadiæ sylvosus, oppidum habens ejusdem nominis, teste Plin.lib.4 cap.6 Lucan.lib.7: Scilicet ipse petet Pholoen, petet ignibus OEtam.

Phŏlŭs. *φόλος*, Fuit unus ex Centauris, Ixionis ex Nubę filius. Hic Herculem suscepit hospitio quum ad expugnandos Centauros pergeret: & tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit. Lucan. Hospes & Alcidæ magni, Phole. Virg lib.2. Georg. Bacchus & ad culpā causas dedit, ille furentes Centauros letho domuit, Rhetumque, Pholumque.

Phōrbās, bantis, *φόρβας*, Triopæ filius, pater Ilionei Trojani, unus ex comitibus Aeneę: qui quum in bello Trojano adversante etiam Priamo sæpiùs in prælium descendisset, & multa egregia facinora edidisset, tandem à Menelao obtruncatus est. Hujus imagine assumpta Somnus Deus Palinurum decepit, ut placet Virgilio ad finem 5. Aeneid. -puppimque (*inquit*) Deus consedit in alta Phorbanti similis. Servius. ¶ Alius fuit Phorbas Argivorum rex. ¶ Alius item pastor Polybii Corinthiorum regis.

Phōrcŭs, ci, vel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, cȳnos, *φόρκυς*, *φόρκων*, Filius Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corsicæ & Sardiniæ insularum: quem ab Atlante navali prælio victum, undaque obrutum, postea socii superstites in marinum Deum conversum dixêre, eique divinos honores exhibuêre. Virg.5.Aeneid. Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis, *&c.* Hic pater fuit Medusæ, quæ ob id nomine patronymico Phorcynis dicitur. Ovid.5.Meta. -in partem Phorcynida transtulit illam. Hinc etiam deducitur aliud patronymicū fœm. Phorcys, ydos. Propert.lib.3: Sectaq; Persea Phorcydos ora manu.

Phormĭo, *φορμίων*, Crotoniata, dux rei militaris peritissimus, qui Lacedæmonios duobus navalibus prælis superavit. Hujus meminit Theopompus in Philippicis. ¶ Phormio item dux Athenienſium in bello Peloponnesiaco, qui Peloponnesios duobus maximis prælis afflixit. Autor Thucyd.lib.2. ¶ Phormio, Peripateticæ sectæ philosophus, quum apud Annibalem jam Carthagine expulsum, & in Asia exulantē, aliquot horas de officio Imperatoris, deq; omni re militari copiosissimè disseruisset, interrogatus Annibal quid de eo sentiret, respondit: Multos se deliros senes vidisse: sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem. Neq; mehercule injuria, quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri poterat, quàm Annibali, qui tot annos de imperio cū populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominē, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset: nullam deniq; minimam partem publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? De hoc vide Cic.2.de Orat. ¶ Phormiones, *φορμίονες*, tegetes item ex juncis & straminibus cōtextæ, apud Vlpianum l.12 §.12.D.de instru.vel inst. Vbi tamen Formiones legitur pervulgato errore.

Phormŭs, *φόρμος*, Syracusanus comicus, Epichatmi cōtemporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor. Docuit fabulas septem, quas commemorat Athenæus.

Phŏrōnēus, *φορωνεύς*, per tres syllabas, Filius fuit Inachi fluvii, & Argivorum rex, qui initiò dispersos populos in urbem coëgit, quam appellavit Argos Phoronicon.

Phŏrōnĭs, idis. patronymicum fœmininum, quod Poëtę usurpant pro Iside Inachi filia, & Phoronei sorore. Ovid.1. Metamorphos. Nec superūm rector mala tanta Phoronidos ultra Ferre potest.

Phŏrōnĕŭs, a, um, per quatuor syllabas. Stat.2. Sylvar. Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris.

Phrāgmōn, *φράγμων*, Insignis statuarii nomen, qui Olympiade LXXXII floruit, teste Plin.lib.34.cap.8.

Phrăortēs, *φραόρτης*, Rex Indorum ad quem Apollonius Tyaneus pervenit: quem quum de victus ratione interrogaret, respondit: Tantum vini bibo, quantum Soli sacrifico: quæ autē venando acquiro, pascuntur alii, mihi sat fuerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus, multa mihi quoque ex arboribus nascētia, quas manus hæ plantaverunt. Philostratus in vita Apollonii.

Phrīxă, *φρίξα*, Vrbs Peloponnesi triginta non amplius stadiis ab Olympia distans, alio nomine Phæstus appellata.

Phrixæŭs, a, um, gentile, *φριξαῖος*. Steph.

Phrŏnēsĭum, *φρονήσιον*, Meretriculæ nomen est apud Plautum, Latinè prudentulam sonat.

Phrўgĭă, *φρυγία*, Minoris Asiæ regio, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, & Bithyniæ finitima, quarum omnium fines ita coëunt, ut non facilè possint distingui, teste Strabone lib.13. Dicta est autem Phrygia (ut idem Strabo non uno in loco indicat) à Phrygibus populis, è Thracia oriundis, qui antea Phryges dicèbantur. Quidam duplicem faciunt Phrygiam: majorem, in Galatiam vergētem: & minorem, Epicteton cognominatā. In hac est Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluvius. ¶ Ex Phrygia orta est Sibylla cognomento Phrygia: cujus nomine circumfertur illud de supremo judicio vaticinium:

Tuba de cœlo vocem luctuosam emittet:
Tartareum chaos ostendet dehiscens terra.
Venient ad tribunal Dei reges omnes.
Deus ipse judicabit simul pios & impios.
Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet:
Qui autem pietatem tenent, iterum vivent.

Phrўx, gis, *φρὺξ*, Qui est ex Phrygia. Cicer.pro Flacco: Asia vēstra constat, opinor, Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est an vestrum hoc proverbium: Phrygem plagis fieri meliorem? ¶ Serò sapiunt Phryges, proverbium in eos dici solitum quos stultè factorum serò pœnitet. Vide Erasmi adagia. Fœmininum ejus est Phrygia, *φρυγία* Stephano. Virg. 9 Aen. O vera Phrygiæ, neq; enim Phryges.

Phrўgĭōnēs, [Pol. Sywac, *haffners*. Ang. *Weauers of cloth of baudkin.*]

kin.] Qui acu pingunt, vel qui veſtes auro intexunt. Phryges enim primi invenêre talem texturam. φρύγοι. Plin. lib. 4. cap. 48: Pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe video, unde natæ triumphales. Acu facere Idæi Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt.

Phrȳgĭus, a, um, adject. φρύγιος, Quicquid è Phrygia eſt Cicero pro Roſc. Amerin. Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? ¶ Phrygius lapis, λίθος φρύγιος, Gleba eſt pumicoſa, teſte Plin. lib. 36. cap. 19, tingendis veſtibus utilis. Phrygius lapis (inquit) gentis nomen habet. Eſt autem gleba pumicoſa. Vtitur antè vino perfuſus, flaturq; follibus donec rufeſcat: ac rurſus dulci vino reſtinguitur: & hoc trinis vicibus, tingendis veſtibus tantùm utilis. Phrygia veſtis picta acu, cujus artifices Phrygiones appellantur. Hujus veſtis meminit Virgil. lib. 9. Aen. Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis. Item eodē: Ouerè Phrygiæ, neq; enim Phryges. Nonius Phrygiæ veſtes barbaricæ dictæ. Vide BARBARICVS.

Phrȳgĭānŭs, a, um, Quod Phrygionum opera confectū eſt, ut phrygianæ veſtes: hoc eſt, acu pictæ. Plin. lib. 8. cap. 48: Togas raſas, phrygianasq; D. Auguſti noviſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella.

Phrȳnē, φρυνή, Nobilis Athenis meretrix fuit: quæ quum impetratis accuſaretur, & ſummopere jam periclitaretur, deducta manu tunica, nudatoq; judicibus candidiſſimo pectore, omni periculo eſt liberata. Autor Ariſtot. Rhetor. lib. 1. Quint. lib. 2. cap. 15.

Phrȳnĭchŭs, φρυνίχος, Athenienſis tragicus, Theſpiadis diſcipulus, qui primus perſonam fœminæ protulit in ſcenam, & tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poëtam, & ipſum tragicum. Docuit tragœdias novem. ¶ Alter item Athenienſis comicus inter ſecundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam unam. ¶ Tertius ejuſdem nominis Bithynicus ſophiſta, qui ſcripſit de Atticis dictionibus. Autor Suidas.

Phrȳnĭs, φρυνίς, Citharœdus nobilis fuit, patria Mitylenęus, diſcipulus Ariſtoclidis, qui genus ſuum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis viſus eſt citharœdus, Callia ſummum magiſtratum gerente. Vide plura de hoc apud Suidam.

Phrȳxŭs, φρύξος. Athamantis ex Nephele filius, qui quū novercales inſidias ferre non poſſet, unà cum Helle ſorore profugit, acceptoq; à patre ariete cui vellus erat aureum, eoque conſcenſo, quum in Aſiam, trajicere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex ejus nomine Helleſpontus appellatur: Phryxus, verò incolumis in Colchidem pervenit ad regem Aeten, ubi arietem Iovi: vel, ut aliis placet. Marti immolavit, vellusq; illud aureum in templo ſuſpendit, quod poſtea Iaſon Medeę ope adjutus, abſtulit. Aries verò inter ſidera locatus, priſtinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media lōga. Ovid. lib. 7. Metam. Dumq; adeunt regem, Phryxeaq; vellera poſcunt.

Phthĭă, φθία, Civitas Theſſaliæ, Achillis patria.

Phthīŭs, φθιὸς, & Phthiota, φθιώτης, Qui Phthiam incolit. Ovid. in Epiſt. Briſeid. Quàm ſine me Phthius caneſcant æquora remis, Et videam puppes ire relicta tuas.

Phthīōtĭs, tidis, φθιῶτις, ſive Phthiotia, tiæ, Vna ex quatuor Theſſaliæ partibus, in Auſtrum vergens. Strabo libro 9: Cæterùm Phthiotia tractum continet Auſtralem ad OEtam, à ſinu Maliaco & Pelaſgico uſq; ad Dolopiam oramque Pindi protenſum. In latitudinem verò porrectum uſq; ad Pharſalum, planaq; Theſſalica.

Phthĭrĭŏphăgī [φθειριοφάγοι. Germ Leußfreſſer/ſeind Völcker am Euxiniſchen Meer.] Dicti ſunt populi, à tenuitate victus, quaſi pediculis veſcātur. Hi ſunt juxta Pontum Euxinū. Plin. lib. 6. cap. 4. Strabo lib. 10. & 11.

Phthūrĭs, φθῦρις, Aethiopiæ oppidum, unum ex iis quæ C. Petronius, quum ab Auguſto Aegypto præfectus eſſet, expugnavit. Autor Plin. lib. 6 cap. 29.

Phurnĭta, Vrbs Libyæ: cives Phurnitani. Steph.

Phurnȳthēī, Populi Mauritaniæ, quorum originem refert Ioſephus ad Phuth, filium Cham, filii Noë.

Phȳcūs, cûntis, φυκοῦς, Libyæ Cyrenaicæ promontorium, quàm longiſſimè in mare excurrens, ex adverſo Tænari Laconiæ, ut ſcribit Strabo lib. 17.

Phȳcuſſæ, φυκοῦσαι, Inſulæ Libyæ adjacentes: ita dictæ ab algæ copia, quæ φῦκος à Græcis appellatur. Autor Stephanus.

Phȳlăce, φυλακὴ, Oppidum eſt Phthiotidis regionis Theſſaliæ, cujus meminit & Homerus in Catalogo: Οἱδ' ἔχον φυλάκην, τὴ Πυράσον ἀνθεμόεντα. In hoc Protеſilaus regnavit: unde Phylacides cognominatus eſt, & Laodamia ejuſdem uxor Phylaceia. Ovid. lib. 3. de Arte: Phylacides aberat Laodamia tuus. Vbi poëta primam produxit, contra primitivi naturam. Idem de Ponto: Vt vivat fama conjunx Phylaceia, cujus, &c.

Phȳlēus, φυλεύς, Iovis filius, & pater Megetis viri fortiſſimi, qui in bello Trojano præfuit Dulichiis, Echinadumq; inſularum incolis. Vide Homerum in Catalogo navium.

Phȳllĭs, Nomen Lycurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Theſei filium ex Trojano bello redeuntē hoſpitio, lectoq; excepit accepta priùs ab eo fide, ut domi compoſitis rebus uxorem ab eo ductū iri. Profectus itaq; Demophoon, quum ultra ſtatutum tempus variis diſtrictus negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quòd ſe ſpretam eſſe crederet, laqueo vitam finivit; inde converſa in arborem amygdalum ſine foliis fertur. Poſtea reverſus Demophoon, cognita re, ejus amplexus eſt truncū: qui (velut ſponſi ſentiret adventum) folia emiſit. Ita poſtea Phylla ſunt dicta à Phyllide, quę antè petala dicebantur. ¶ Eſt & Phyllis, φυλλὶς, amnis Bithyniæ, teſte Stephano: à quo Phillii, φύλλιοι: Phyllienſesq;, φυλλιῆς dicuntur.

Phȳllŭs, li, φύλλος, ſive Phyllûs, ûntis, φυλλοῦς, Stephano, Oppidum Theſſaliæ, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus eſt. Autor Strabo lib. 9.

Phyſcŭs, ci, φύσκος, Fiſco, Cariæ oppidū eregione Rhodi inſulæ: cujus meminit Strabo lib. 14. Stephanus aliam ejuſdem nominis urbē collocat in Locride, quā dictam vult à Phyſco Aetoli filio, nepote Amphyctionis, pronepote Deucalionis.

P ante I.

Pialĭa, πιαλία, Oppidum Theſſaliæ ſupra Ceretium montem, Stephanus.

Pĭcēnum, pen. prod. [πικηνὸν. Vulgò Marca d'Acona, Anconitana. Ger. Ein Landtſchafft in Italia / jetzt die Anconitaniſch Marck.] Regio Italiæ trans Apennina, ab ipſis montibus uſq; ad mare Adriaticum extenſa, inter Aeſim & Leaſtrum fluvios, teſte Strabone lib. 5. Hodie ab Ancona celeberrimo emporio *Marchia Anconitana* appellatur. Vrbes habet præcipuas Piſaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Camerinum, Aſculum, Anconam à Syracuſanis Dionyſii tyrannidē fugientibus conditam. Hujus populi Picentes & Piceni appellabantur, diverſi à Picentinis maris Tyrrheni accolis.

Pĭcēnŭs, cena, cenum, πικηνὸς: ut Ager Picenus, & Oliva picena apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Pĭcentēs, tium, qui & Piceni dicuntur. πικηνοὶ, Populi ſunt in quinta regione Italiæ, ad mare Adriaticum ſiti, Prætutianis finitimi, à quibus Helvino amne dirimuntur, Plin. lib. 3. ca. 13. Horum regio Picenum appellatur, olim uberrimæ multitudinis: quippe ex qua CCCLX. hominum millia aliquando in fidem populi Romani veniſſe dicantur. Dicti & Picentes, teſte Strabone lib. 5. à pici Martii omine, qui in vexillis eorum è Sabinis (à quibus originem traxerunt) Aſculum commigrantium dicitur inſedisſe.

Pĭcentīnī, πικεντῖνοι, Populi ſunt ad mare Tyrrhenum, Lucanis proximi, inter Surrentinum promontoriū & Silarum amnem incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida fuerunt Picentia & Surrentū. Vide Strabonem lib. 5 & Plin. lib. 2. cap. 5.

Pictones, πίκτονες, Galliæ Aquitanicæ populi, Ptolemæo lib. 2. cap. 7, & Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò *Ceux de Poitou.*

Pĭcus rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis avus, auguriorum peritiſſimus, qui à Circe adamatus quum ejus conjugium ſperneret, mutatus fertur in avem ſui nominis: quod idcircò fingi creditur: quoniam primus hac ave uſus eſt in auſpiciis. Ovid. 13. Metam. Picus in Auſoniis proles Saturnia terris. De hoc vide Servium 7. Aeneid. in hunc Virgilii locum: Picus equūm domitor: quem capta cupidine conjux Aurea percuſſum virga, verſumq; venenis Fecit autē Circe, ſparſiq; coloribus alas.

Pĭdites, πίδιτης, Vir fuit Percoſius ab Vlyſſe, ut ait Homerus Iliad. 7. in bello Trojano interemptus.

Pĭĕrĭă, æ, πιερία. Regio in Finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliacmonē fluvios, quam Macedones pulſis indigenis occuparunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 12, & Strabonem lib. 10. ¶ Hinc Pierides Muſæ, quòd in Pieria ex Iove & Mnemoſyne natæ ſint, ut inquit Strabo. ¶ Eſt item Pieria Syriæ Antiochenæ urbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Autor Plin. lib. 5. capite 21.

Pĭĕres, pen. corr. πιερῆς, Populi olim Macedoniæ finitimi inter Axium, & Aliacmonem amnes, quibus pulſis Macedones loca eorum occuparunt. Horum meminit Plin. lib. 4. cap. 10. & Strabo lib. 10.

Pĭĕrĭŭs, ria, rium, πίερος, ut Pierium carmen, Lucretius lib. 1. Chorus Pierius, Ovidius ad Piſonem. Dies Pieri, quos impēdimus literarū ſtudiis, Stat. 1. Syl. Via Pieria. Ovid. 2. de Pont. Lucida Pieria tendis in aſtra via.

Pĭĕrŭs, ri, pen. corr. πίερος, Mons Theſſaliæ poſt Pheras, atq; in Macedoniam uſq; protenſus, teſte Plin. lib. 4. cap. 8. In hoc monte quidam Muſas natas volunt, atq; inde Pieridas eſſe appellatas. ¶ Fuit & Pierus, πίερος, Macedo quidam prædives, qui ex Evippe uxore novem ſuſcepit filias: quæ Muſas ad certamen cantus provocare auſæ, & ab illis ſuperatæ, in totidem

picas

picas sunt mutatæ: unde postea Musæ earum nomen velut trophæum usurpantes, Pierides sunt cognominatæ: quanvis alii à Pieria, quæ est Macedoniæ regio: alii à Piero Thessaliæ monte, sic dictas velint. Virgilius Aeglog 8: -vos quæ responderit Alphesibœus Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

Pīgmălĭon, sive potiùs Pygmalion per y in prima syllaba, *πυγμαλίων* Suidæ, Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum, ardentissima auri cupiditate flagraret, animũ ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illumq; spe potiundi auri ante aras, clàm & dolo interemit. Cujus cædis quum certior in somnis à marito Dido facta fuisset, sumptis secum viri thesauris in Africam profugit, ubi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, inquit Servius, ut de pecunia publica Phœnices misso à rege auro à peregrinis frumenta coëmerent. Dido autem à Pygmalione ad hunc usum paratas naves abstulit: quum fugientem à fratre missi persequerentur, aurum illa præcipitavit in mare: qua re visa, sequẽtes reversi sunt. Meminit hujus Virgil. 1. Aeneid. -sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion scelere ante alios immanior omnes. Quos intermedius venit furor, ille Sichæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore Clàm ferro incautum superat. ¶ Fuit & ejusdem nominis clarus artifex Cilicis filius, qui ex eburnea statua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum suscepit, Paphi Cypriæ urbis conditorem. Quã fabulam vide latiùs apud Ovid. 13. Metam. & suprà in dictione PAPHVS.

Pīgrēs, etis, *πίγρης*, Fluvii nomen est apud Suidam. ¶ Fuit item hoc nomine Poëta quidam Car frater Artemisiæ Halicarnassi reginæ, quæ uxor fuit Mausoli. Scripta ejus vide apud eundẽ. ¶ Pigres præterea Mæonis cujusdam nomẽ fuit, qui unà cum Mastye fratre, Dario autor fuit Pęonas omnes in Asiam transferendi. Autor Herodotus lib. 5.

Pīlŭmnŭs, Qui pinsendi frumenti usum invenit, Iovis (ut putant) filius, & Dauni pater. Servius in lib. 9. Aeneid. Pilumnus (*inquit*) & Picumnus fratres fuerunt dii. Horũ Picumnus stercorandorum invenit usum agrorũ: unde & Sterquilinius dictus est. Pilumnus verò pinsendi frumenti: unde à pastoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Ad hunc Danaë Acrisii filia fortè ad Appulum littus acta, & à pastore uhã cum Perseo parvulo delata est, quam ipse cognito genere uxorem duxit; ex qua Daunum filium suscepit. Virgil. lib. 10. Aeneid. Cui Pilumnus avus; cui diva Venilia mater, *&c.*

Pīmplă, *πίμπλη*, Thraciæ mons est, Musis sacer, ut scribit Strabo lib. 10: Pieria, *inquit*, & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam locã fuêre Thraciæ, & montes, quos nunc Macedones possidẽt: quiq; Musis Helicona cõsecrarunt; Thraces fuêre, Bœotiæ accolæ. Hæc Strabo.

Pīmplæŭs, a, um, *πιμπλαῖος*, Martial. lib. 12: Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pīmplæĭdes, sive Pimplææ, *πιμπλαΐδες*, Musæ cognominatæ sunt, sive à Pimpla olim Thraciæ monte, quem postea Macedones sibi vendicarunt: sive à Pimplæo quodam fonte, ad radicem ejus montis nascente: ubi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Martial. lib. 12: Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pinara, *πίναρα*, Ptolemæo, Civitas est Lyciæ mediterranea ad Cragum montem, teste Plin. lib. 5. cap. 37. ¶ Est item Pinara, insula ãntè Aetoliam, una Echinadum, teste eodem Plin. libro 4. capite 12.

Pĭnārĭŭs, & Potitius, Arcades duo senes, quibus qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut manè, & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea extis jam redditis, unde iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantũ ministra esset epulantibus Potitiis, & complẽtibus sacra. Vnde & Pinarii dicti sunt, *ἀπὸ τῆς πείνας*: id est, à fame. Nam senem illum Pinarium cõstat alio nomine nuncupatum. Hæc Servius, explicans illud Virgil. Aeneid 8: -primusq; Potitius autor, Et domus Herculei custos Pinaria -sacri. De his Fenestellã.

Pĭnārus, *πίναρος*, Fluvius est Ciliciæ in sinum Issicum influens, teste Plin. lib 5. cap. 27.

Pĭndărŭs, pen. cor. *πίνδαρος*, Poëta fuit Thebanus, Lyricorũ apud Græcos princeps. Floruit temporibus Aeschyli Poëtæ, & Persarum expeditionis in Græciam. Scripsit lingua Dorica, Olympia. Pythia, Nemeæa, Isthmia quæ extant. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia (ut ait Quintilianus) gravitateque arduus, constructioneque ac ordine immensus ac prolixus. Quem etiam inimitabilem Horat. scribit 4. Car. Ode 1. Duas suscepit filias: à patre tibiam primùm, mox ab Hermione lyram edoctus est. Ejus gratia Lacedæmonii in reliquam Bœotiam sævientes, Thebis pepercerunt. Ita & Alexander quũ Thebas everteret, & in omnes sæviret sine discrimine, Pindari vatis penatibus, familiæq; parci jussit. Expirasse fertur in gremio pueri adamati, Valerio teste. Vide Quint. lib. 10. Instit. Orat. ¶ Pindarus alter, Ephesiorum tyrannus, qui capta Epheso, postea à Cræso avunculo suo jussus discedere, recessit in Peloponnesum cum parte bonorum, dimisso domi præside amico. Autor Aelianus de varia historia.

Pindăsŭs, *πίνδασος*, Mons Asiæ in quo Cetius fluvius nascitur, qui Pergamum præterfluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Pīndŭs, *πίνδος*, Mons Perrhæborum inter Acarnaniã & Thessaliam: cujus meminit Plinius in præfatione lib. 4.

Pīndŭs, *πίνδος*, Lapitharum sedes, mons Thessaliæ, Apollini, Musisq; sacer, Acarnaniam ab Aetolia dividẽs, ut inquit Solinus. In eo invenitur lapis galactites. ¶ Est & nomen urbis Thessalicæ, à Pindo monte appellatæ, juxta quam est fluvius ejusdem nominis. Autor Strabo lib. 9.

Pīnnă, *πίννα*, Oppidum est Vestinorũ, qui sunt populi in quarta regione Italiæ, Prægutiis ad Ortũ finitimi, teste Ptolemæo lib. 3 cap. 1. Pinnensium meminit & Plin. lib. 3. cap. 12.

Pīntĭă, *πιντία*, Oppidum Gallæcorum Lucensium in tractu Tarraconensis Hispaniæ, apud Ptol. lib. 2. cap. 6. Hodie (ut putant) *Vallæoletum* dictum: vulgò *Valledolid*. ¶ Pinthia verò per th aspiratum, Siciliæ oppidũ est à quo Pinthienses populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap 8.

Pinytus, *πίνυτος*, Nobilis Grammaticus, Romæ floruit unà cum Epaphrodito liberto Neronis. Pausanias.

Pĭon, onis, *πίων*, Mons est Ioniæ, apud Plin. lib 5. cap. 29.

Pĭonĭæ, *πιονίαι*, Oppidum est Teutraniæ, quæ est regio Asiæ, ad Caicum amnem, olim Mysiæ pars. Hujus incolæ dicuntur Pionitæ: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Piræeus, dictio tri syllaba, cu diphthongum habens in ultima. [*πειραιεύς*: Vulgò *Porto Lione*. Ger. Ein Meerhafen oder Schiffstände zu Athen/heißt jetzt *Porto Liene*.] Portus est Athenarũ, quadringentarum capax navium, muro duorũ millium passuum ubi conjunctus. Stat. 12. Theb. -trepidis stabilem Pirçea nautis. Cic. ad Att. lib. 7: Venio ad Piræea: in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræá scripserim, nõ Piræum. ¶ Dicitur & Piræus, *πειραιὸς* Stephano. Terent. Andr. Heri aliquot ádolescentuli convenimus in Piræum. Ovid. 4. Fast. Piræa, orum pluraliter protulit, quum ait: Sunion expositum, Piræaq, ruta recessu Linquit.

Pīrēnē, es, per i Latinum in prima syllaba, & penultim productа, *πειρήνη* Straboni & Suidæ, Fons est ad radicem Acrocorinthi, non copiosas ille quidem, sed tamen perspicuas, potuque suavissimas habens aquas, teste Strab. lib. 8. Plaut. Aul. Interbibêre sola, si vino scateat, Corinthiensem fontẽ Pirenen potest. Stat. lib. 1. Syl. -licet Enthea vati Excludat Pimplæa sitim, nec conscia derur Pirene: largos potiùs mihi gurges inhaustus, Qui rapitur de fonte tuo. ¶ Pyrene autem per y mons est Hispanias à Gallis diriměns: de quo vide infrà suo loco.

Pirithŏŭs. pen. cor. *πείριθος*, Ixionis filius fuit, non ex Nube, quemadmodum Centauri, sed ex legitima uxore. Hic certissimo amicitiæ fœdere Theseo conjunctus fuisse fertur: cujus ope Centauros qui sibi Hippodamẽ sponsam præripere conabãtur, superavit. Mortua aũt Hippodamie, ita illi cum Theseo tõvênit, ut uxorem, nisi ex Iove natam, nullã ducerent. Et quũ jam Theseus Helenam Iovis & Ledæ filiam rapuisset, nec alia eo temporis nosceretur quæ Iovis esset, præter Proserpinam Plutonis conjugem, ad rapiendam illam simul profecti sunt ad inferos. Verùm Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus est, quem Theseus adjuvarẽ volens, ipse quoque magnum vitæ discrimen adiit, atque ad extremum caput, à Dite detentus est: sed postea ab Hercule liberatus, superisque restitutus. Ovidius: Et cum Pirithoo fœlix concordia Theseus, *&c.* Horat. lib. 3. Carm. Amatorẽ trecentę Pirithoum cohibent catenæ.

Pīrōs, *πείρως*, Imbrasi filius, & Thracum princeps, profectus ad bellum Trojanum, à Thoante Aetolorum rege interficitur, ut scribit Hom. lib. 4. Iliad.

Pīsa, ę, *πίσα*, Civitas est in Elide Peloponnesi regione, juxta Alpheum fluvium, circa quam quinto quoq; anno celebrabantur certamina Iovi sacra, quę Olympia dicebantur. Ex hac urbe ortum traxerunt qui Pisas in Thuscia condiderunt.

Pīsæŭs, a, um, Ovid. 2. de Arte: Ah quàm penè Pelops Pisæo cõcidit axe, Dum spectat vultus Hippodamia tuos. ¶ Sunt qui & in Thessalia aliam ejusdem nominis urbem colloçent, edito in colle, inter Ossam, & Olympum. Vide Strab. lib. 8.

Pīsæ, arum, *πίσαι*: Vulgò *Pisa*, Thusciæ oppidum, inter Arnum, & Auserem amnes, à Pisæis conditum Elidis populis, teste Strab. libro 5. qui Nestorem ad Ilium secuti in reditu tempestate disjecti, alii quidem Metapontum, alii littus Tyrrhenum tenuerunt, ubi à nomine relictæ patriæ Pisas condiderunt. Ad quam originem etiam alludit Virgil. 10. Aeneidos: Pisas Alpheas cognominans: -Alpheæ (*inquit*) ab origine Pisæ Vrbs Herrusca solo.

Pisander, *πείσανδρος*, Camireus (Camirus autem civitas est

Rhodi (Eumolpi tempore, Poëta(ut nonnullis placet) antiquior Hesiodo. ¶ Pisander alter Lycaonius, sub Alexandro Mammeæ versificator: scripsit variam historiam. ¶ Pisander tertius, Nestoris filius. Autor Suidas.

Pisaon, πισάων, in Pelagonia est: gentile Pisæus, Steph.

Pisaurus, πίσαυρος, Fluvius Vmbriæ, à quo vicinum oppidum Pisaurum appellatum est, Plinius libro 3. capite 14. Servius existimat Pisaurum dictum, quòd aurum ab iis qui Romæ in Capitolio obsessi erant, persolutum, ibi à Camillo receptum fuerit & appensum. Quod tamen erratum, fœdum & puerile est. Nam ex Romana historia constat aurum illud quum appenderetur, interventu Camilli in ipsa urbe fuisse receptum, Gallis, præter eos qui fuga dilabebantur, ad internecionem cæsis.

Pisenor, πισήνωρ, Centaurus, Ixionis & Nubis filius, apud Ovidium 12 Metam.

Piseus, πισεύς, Nomen viri Tyrrheni, qui tubæ inventor fuisse creditur. Autor Plin. lib. 7. cap. 36.

Pisidia, æ, πισιδία, Asiæ regio, Licaoniæ, Isauriæ, & Pamphyliæ finitima, cujus oppida enumerantur, Selga, Sagalassum, Pernelissum, Adadata, Brias, Cremna, & alia nonnulla. Hujus regionis populi, Pisidæ, πισίδαι, appellantur, anteà Solymi dicti, Plin. lib. 20. cap. 27. ¶ Prima & secunda dictionis hujus syllabæ corripiuntur. Claud. lib. 2. in Eutrop. Finibus obliquis Lydi, Pisidęq; feroces. Priscianus tamen in Perihegesi (modò emendata sit lectio) utranque produxit, quum ait: Post hos Pisidûm pinguissima rura coluntur.

Pisistratus, πεισίστρατος, Hippocratis filius, Athenarum tyrannus, clarus genere: eloquentia verò tanta, ut ea deliniti Athenienses libertate qua nihil charius habebant, se sponte exuerent, illiusq; facundiæ sanctitatem Solonis, qui lumen fuerat civitatis, posthaberent. Artes liberales maximè fovit, bibliothecam primus Athenis publicavit, quam Xerxes urbe potitus, ad Persas transtulit. Eam deinde multis pòst annis Seleucus Nicanor restituendam curavit. Homerus est ejus jussu in eum ordinem, qui nũc est, redactus. Regnavit annos triginta tres, quo tempore Servius Tullius Romæ, ut autor est Gellius. Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus sit, vide apud Iustinum lib. 1. & eodem libro apud Herod. ¶ Pisistratus alter, Lariſæus historicus commemoratur à Suida. ¶ Pisistratus alius, filius fuit Nestoris & Eurydices, quem pater dedit in socium Telemacho Vlyssis filio volenti ire Lacedæmonem, interrogaturus Menelaum nunquid de Vlysse aliquid sciret.

Pisones, πίσωνες, è gente Calphurnia in primis Romæ nobili: ita appellati, quòd optimè pisa sererent, quemadmodũ Lentuli à lente, Fabii à fabis, Cicerones à cicere optimè serendo nomen acceperunt: Gentem autem Calphurniam Festus ait, ad Calphurnium Numæ filium originẽ referre. Vnde Horat. in Arte Poëtica, Pisones Pompilium sanguinem appellavit.

Pistorium, πισωρία Ptolemæo, Civitas mediterranea Tusciæ inter Florentiam & Lucam: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Pistoia*.

Pistris, huius Pistris, fœminini generis, Nomen navis apud Virg. lib. 5. Aen. -partem rostro premit æmula Pistris. Et paulò pòst: Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pistris Aequora. Sunt qui scribant Pistrix, quos Servius errare putat: St navẽ, *inquit*, intelligas, hæc Pistris, hujus Pistris, facit: si de bellua, hęc pistrix, pistricis. Hęc Servius in illud Virg. 3. Aen. Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, postrema immani corpore pistrix. Quæ tamen omninò vera non arbitror. Germanicus certè in Arat. pro sidere cœlesti (quod procul dubiò à bellua marina nomen habet) Pistrin dixit: Diversè posita & Boreæ vicina legenti Auster Pistris agit duo sidera, perlegit unũ: Nanq; Aries supra Pistrin, Pisces q; feruntur, Bellua sed Ponti non multum præterit amnem. Non desunt tamen qui in omnibus hisce locis Pristin legere malint, nimirum ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ ὕδατα: hoc est, à secandis fluctibus.

Pitanẽ, sive Pitana, πιτάνη, Vrbs Aeolidis in Asia non procul à Caici fluminis ostio: quæ portus duos habuit. Ab hac Pitanæi, πιτανᾶται, & Pitanitæ, πιτανῖται, nominantur. In hac urbe Arcesilaus Academicus natus est, qui cum Zenone apud Polemonem Philosophiæ operam dedit. Plin. lib. 35. cap. 14. autor est, circa Pitanam lateres fieri solitos, qui siccati in aqua non mergebantur, eò quòd fierent ex terra quadam pumicosa. Corripit autem hoc nomen penultimam syllabam. Ovid. lib 7. Metam. Aeoliam Pitanem à læva parte reliquit, &c. ¶ Est & Pitane, Laconiæ oppidum, teste Plin. lib. 4 cap. 5: cujus incolæ Pitanatæ dicuntur, teste Hermolao in locum Plinii jam citatum.

Pithecusa, æ, vel Pithecusæ, arum, πιθηκοῦσαι Stephano. Insula est Campano littori adjacens, non procul à Neapoli, ab Homero Inarime dicta: à Latinis etiam Aenaria, à statione navium Aeneæ. Dicta Pithecusa, nõ à simiarum copia, ut Poëtæ fabulantur, sed à figlinis doliariorum, teste Plin. lib. 3. cap 6. πίθοις enim Græci dolia vocant. Habet autem hęc insula in vertice oppidum ejusdem nominis. Ovid. 14 Metam. steriliq́ue locatas Colle Pithecusas.

Pitheus, vide PITTHEVS, gemino t.

Pitho, ûs. [πείθω. Ger. Die Göttin der beredung.] Persuasionis dea à veteribus credita est, quã Ennius Suadã, Horatius Suadelam appellavit. ¶ Accipitur & pro persuadendi vi, quæ animũ auditoris quocunq; visum fuerit, inflectit: unde & Græci ψυχαγωγὸν, nostri *flexanimam* appellarunt. Pitho autem dicta est à verbo Græco πείθω, quod est persuadeo.

Pithodemus, penult. prod. πιθόδημος, Luctator egregius, cujus imaginem Dinomenes exære expressit, ut tradit Plin. lib. 34. cap. 8.

Pithodicus, πιθόδικος, Argenti cælator insignis fuit, teste Plinio lib. 34. cap. 8.

Pithonos Come, πίθωνος κώμη, Locus est in Asia, in campis patentibus, ubi primo advẽtus sui tempore ciconiæ congregantur, & eam quæ ultima advenerit, laniant universæ, atque ita abeunt. Plin. lib. 10. cap. 23.

Pittacus, pen. corr. πίττακος, Philosophus Mitylenæus, unus ex septem Græciæ sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Melanchrum depulit: & certantibus Athenien sibus atque Mitylenæis dux in bello factus Phrynonem Athenien sium ducem singulari certamine interfecit. Hujus illud: Providere oportet ne casus veniãt: si fortè venerint, æquo animo tolerare. ¶ Fuit alter Pittacus legislator (ut Favorinus & Demetrius in homonymis meminêre) qui minor est appellatus. Aelianus de varia historia, Pittacum quẽdam commemorat qui de mola pistrina encomium conscripsit, ut in parvo argumento vim dicendi ostentaret. Idem de sapiente dicit, eum in templo Fortunæ scalas constituisse, ut quandam iis humanæ vitæ imaginem exprimeret, in qua alii ad summa honorum fastigia conscendunt: alii ex amplissima dignitate in summas descendunt calamitates.

Pittheus, ei, πιτθεύς, Thesei avus maternus, qui Trœzene regnavit: de quo vide Plutarchum in vita Thesei. ¶ Hinc Pittheis, πιτθὶς, pãtronymicum fœmininum, & Pittheius, a, um, adjectivum. Ovid. in Epist. Hîc te cum Trœzena colã, Pittheia regna.

Pityusæ, πιτυοῦσαι, Insulæ duæ sunt in mari Balearico, à pineorum fruticum ubertate dictæ, teste Plin. lib. 1. cap. 5. Ex his quæ major est, Ptolemæo Ebusus: quæ minor, Ophiusa: hoc est, Colubraria appellatur. Plinius tamen utranq;, Ebusum videtur appellare: & Ophiusam, insulam ab hisce diversam facere. ¶ Est item Pityusa, insula è regione Ioniæ sita, quæ notiore nomine Chios appellatur, teste Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Est & alia ejusdem nominis insula in sinu Argolico, ex adverso Hermionii agri: teste eodem Plin. lib. 4. cap. 12.

P ante L.

Placentia. [Πλακεντία. Ital. *Piacenza*. Germ. Placentz/ein Stat in der Landtschafft *Liguria Italiæ*.] Civitas Galliæ Togatæ, ad Trebiam amnem, in Padum influentem.

Placentinus, Πλακεντῖνος, possessivum. T. Tina Placentinus, apud Cic. de Clar. Orat.

Placia, πλακία Stephano Mysiæ oppidum à tergo habens Olympum montem, qui Mysus cognominatur, Plinius libro 5. cap. ult.

Planaria, Insula est maris Liguſtici, sexaginta passuum millibus distans à Corsica, à specie sic dicta, quod æqualis freto existat, ideoq; navigiis fallax. Plin. lib. 3. cap. 6.

Planasia, πλανασία, Insula est mari Tyrrheno, non longè ab Ilua, ut autor est Ptolemæus libro 3. capite 1, & Plinius libro 3. cap. 6.

Plataemodes, πλαταιμώδης, Peloponnesi oppidum in tractu Occidentali centum stadiis distans à Coryphasio promontorio, teste Strabone lib. 8. Dictum videtur à fossis mari propinquis, aquam falsam recipientibus, quæ Græci vocant πλαταιμώδεις.

Platanistus, πλατανίστος, Promontorium est Peloponnesi, nõ procul à Leprio: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Platææ, arum, per ę diphthongum in penultima, πλαταιαὶ Stephano, Civitas est Bœotiæ, sub Cithærone monte non longè à Thebis. Dicta à latitudine remorum, ut inquit Strabo libro 9. Nam πλάτη, Græcis est latior pars remi. Platæenses autem remigatione victum quæritabant. Non procul ab hac urbe Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consobrinum superavêre. Hinc Platæenses, πλαταιεῖς, populi dicti.

Plato, onis, πλάτων, Philosophus, ab humerorum latitudine ita cognominatus, quum anteà ex avi paterni nomine Aristocles vocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Aristonem palæstritam, à quo primùm cognominatus est Plato. Natus est Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ: & tragœdias, poëmataque edidit.

Adeò

Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, ut Divinus Plato, & philosophorũ Homerus vocatus sit. Cic. in lib. Tusc. Quæst. Platonicæ majestatis maximus est buccinator, adeò ut ipsum Deum appellet. Labeo etiam inter semideos commemorandum putavit. Et defuncto, Magi ut Deo immolaverunt. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, ut Iovem (si Græcè loqui voluisset) Platonicè locuturum philosophi dicerent. Athenis primùm Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiã profectus est, uti Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis atque adeò in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Aegyptum deinde properans, ut audiret Gymnosophistas, oleum (ut ait Plutarchus) secum mercaturæ gratia vexit ut viaticum sibi inde suppeditaret: ubi & libros Moseos legisse creditur. Ter in Siciliam navigavit, primùm Aetnæ flagrantis visendæ gratia, ut Apulejus ait. Reversus, apud Aeginam captus est à piratis, ac minis triginta venundatus: Deinde à Nicete Cyrenæo redemptus est. Iterum rediit sub juniore Dionysio spe liberandi Siciliam. Sed paulò pòst expulso Dione, & ipse suspectus remigravit. Tertiò, quũ maximè nollet, rogatus ab Archita ut Dionem tyranno reconciliaret: iter ingressus ab eodem Dionysio obviam procedente quadrigis exceptus est. Demùm in suspicionem veniens, vix rogante & spondente pro eo Archita, dimissus. Dialogũ primus illustravit, licet prius inventum à Zenone Eleate, ut Aristoteles tradit: ut Favorinus, ab Alexamene Tejo. Decessit annos natus LXXXI. morbo, uti fertur, pediculari. De hoc Quintilianus: Platonem (*inquit*) quis dubitat esse philosophorum præcipuum? ex quo multum eloquentiæ se traxisse Cic. fatetur: sive acumine differendi, sive eloquendi facultate, divina quadam & Homerica: multum enim supra prosam orationem & quam *pedestrem* Græci vocant, surgit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instructus. Vitâ fuit cælebs, ac castus, ut scribit Augustinus. Vide plura de eo apud Plutarchum in vita ejus. ¶ Plato, alter Athenienſis, Poëta priscæ comœdiæ, tempore Aristophanis & Eupolis, cujus fabulas Suidas commemorat, & Athenæus in Dipnosophistis. ¶ Tres item alios Diogenes Laërtius commemorat: unum Rhodium philosophum, discipulum Panætii: alium Peripateticum, ex Aristotelis ludo: tertium Praxiphanis discipulum.

Plātŏnĭcŭs, pen. corr. Quod est Platonis.

Plavia, oppidum Germaniæ in Voytlandia situm: quondam propter alumen, quod ibi præparabatur, celebre. Hodie Augusti Electoris, Saxoniæ ducis Ditioni paret. [Ger. Plawen im Voytlandt.]

Plaŭtĭus, Poëta comicus, cujus meminit post Varronem Gel. lib. 3. cap. 3.

Plaŭtŭs, Nomen Poëtæ Comici, Latinorum omnium festivissimi, cujus fabulæ etiam hodie omnium manibus teruntur, quas horis succisivis, quibus à versanda mola otium erat, in pistrino fertur scripsisse. De hoc extat honorificum illud Varronis elogium: Musas, si Latinè loqui vellent, non alio quàm Plautino sermone usuras. Hujus epitaphium extat apud Gellium hæc in verba:

Postquam morte est captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta:
Deinde risus, ludusq́; jocusq́; & numeri
Innumeri simul omnes collacrymaverunt.

Decessit P. Claudio. L. Porcio coss. Autor Cicero de Claris Oratoribus.

Plautinus, & hinc superlativus Plautinissimus. Gell. lib. 3. cap. 3: Qui versus quoniam sunt ut de illius Plauti more dicam Plautinissimi, propterea & meminimus.

Plaxaura, Vide PLEXAVRA.

Plējădēs, teste Servio, Septem sunt stellæ ante genua Tauri, quæ ortu suo primæ navigationis tempus ostendunt: unde Græcè πλειάδες, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, Pleïades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod est navigare. Latinè Vergiliæ dicuntur, à Veris temporis significatione quo oriuntur. Nam Vere exoriuntur, & circa Aequinoctium mane occidunt Higinus in Astrono. Poëtica, Inter Tauri finitionem, & caudam Arietis stellæ sunt, quas nostri *Vergilias*, Græci πλειάδας, dixêre. Fuerunt Atlantis filiæ septem, ex Plejone Nympha, cum qua Iupiter concubuit: unde & Plejades dictæ. Sunt qui putent Plejades dictas quasi πλέονας: hoc est, plures, quòd nunquam singulæ appareant, sed omnes simul, præter Meropem quæ vix apparet. Pherecydes tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo insula: & quia Liberum patrem educaverunt, ab Iove inter sidera fuisse relatas. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Celæno, Maja, Asterope, Taygete, Merope: quarum septima vix cerni potest: cujus causam afferunt, quòd quum reliquæ sorores diis nupsissent, sola Merope, mortali viro Sisypho nupserit: quam ob causam veluti pudibunda latitat. Alii putant hanc esse Electram, & idcircò obscuriorem videri, quòd excidium Trojanum spectare nõ potuerit, sed oculis manum opposuerit. Ovid. lib. 4. Fast.

Plejades incipient humeros relevare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent:
Seu quòd in amplexus sex hinc venére deorum:
Nam Asteropen Marti concubuisse ferunt,
Neptuno Alcyonem, & te formosa Celæno,
Majam, atq; Electram, Taygetenq; Iovi.
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet, & facti sola pudore latet.
Sive quòd Electre Trojæ spectare ruinas:
Non tulit, ante oculos oppositque manum. Fit autem quandoque hæc dictio tetrasyllaba divisione diphthongi. Propertius: Non hęc Pleïades faciunt, nec aquosus Orion. Poëtæ interdum abjecta vocali præpositiva ex ϛ diphthongo, Pliades efferunt, pen. corr. Stat. lib. 1. Syl. Nec per & Aegeas Hyades, Pliadumque nivosum Sidus, & Oleniis dignum periisse sub astris.

Plēĭŏnē, nes, per tres syllabas, media correpta, πληϊόνη: vel Plēione, per quatuor syllabas, πληϊώνη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, & uxor Atlantis, qui ex ea Pleiades suscepit. Ovid. 5. Fast. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn: Quj terram liquidis, qua patet, ambit aquis. Hinc sata Pleïone, cum cœlifero Atlante Iungitur, ut fama est, Pleïadasq́; parit.

Plēmmўrĭum, πλημμύριον, Fluvius Sicilię, qui per agrum Syracusanum labitur: à πλημμύρω, quod est exundo. Virg. 3. Aen. Sicanio prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrion undosum: nomen dixêre priores Ortygiam Vbi Servius annotavit, Poëtam Græci nominis originem Latino epitheto expressisse: idem enim Grœcis est πλημμύριον, quod Latinis undosum. Stephanus Plemmyrion, φρούριον: hoc est, arcem Sicilię esse tradit, non fluvium.

Pleūrōn, πλεύρων, Stephano Aetoliæ urbs, & Meleagri patria. De qua Plin. lib. 4. cap. 2. Statius lib. 4. Theb. Fletaq́; cognatis avibus Meleagria Pleuron.

Plexaure, es, πλεξαύρη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, ut placet Hesiodo in Theogonia.

Plinĭŭs, Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cujus negotia administrabat: noctibus verò & succisivis (ut ipse inquit) temporibus, opus de Rerũ natura cõscripsit, unus omnium parcissimus temporis. Periit in mõtis Vesevi incendio, dum ejus causam indagare cupit. Ejus vitam diligentiùs narrat sororis filius Cæcilius Plinius, cujus extat liber epistolarũ, & Panęgyricus, Trajano Cæsari dicatus, quo illi gratias agit Consul ab eo factus. Quintiliani filiam dote juvisse, & Martialem Poëtam secedentem viatico prosecutum fuisse testatur ipse in epistolis Volaterranus lib. 18.

Plinthides, quid sit, Hyginus in libro De limitibus declarat his verbis: Quæstorii dicuntur agri, quos populus Romanus, devictis, pulsisq́; hostibus, possedit, mandavitq́; quæstoribus ut eos venundarent: quę centurię nunc appellantur *Plinthides*: id est, laterculi easdem in quinquagenis jugeribus quadratas cluserunt limitibus, atq; ita certũ cuiq; modum vendiderunt. Idem in eodem libro sic: Sunt plinthides: id est, laterculi quadrati, uti centuriæ per sena millia pedum L. limitibus inclusi, habentes singuli laterculi jugera numero I, C C. L.

Plistarchĭă, æ, πλειστάρχεια, Civitas Cariæ, aliâs Heraclea appellata.

Plīstārchītēs, Gentile est, πλειστάρχης Stephano.

Plīsthĕnēs, πλεισθένης, Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui quum juvenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios suos parvulos Atreo fratri commendavit, qui eos suscepit, filiorumq́; loco educavit: & ob id Atrei habiti, Atridæ sunt appellati. Vide suprà in dictione ATRIDES.

Plīstŏănăx, actis, πλειστοάναξ, Pausanię filius, & Lacedęmoniorum rex, cujus res gestas vide apud Thucydidem.

Plistŏnĭcŭs, πλειστονίκης, Medici nomen apud Plinium sępiùs repetitum. ¶ Fuit & Appion quidam, cognominatus Plistonicus, nõ multo tempore Plinio superior, ut idem ultimo volumine testatur. Quandoq; Plistonices scriptum legitur, sicut Olympionices.

Plōtæ, πλωτοί, Insulæ duę ad Occidentale latus Peloponnesi sitę, nõ procul a Zacyntho, Meridiem versus, postea Strophades dictæ, à conversione Zethæ & Calais, qui Harpyias in eas usq; insulas sunt prosecuti. Meminit harum insularum Plinius lib. 4. cap. 12.

Plōtīnă, πλωτίνη, Trajani Cęsaris conjux, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in mulierem sexum cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, conjugem comitata est in exilium euntem, imperterrita, & quædam quasi virago, tolerans viri ærumnas.

Plōtīnŭs, pen. prod. πλωτῖνος, Insignis fuit Academicæ sectæ philoso-

philosophus, Aegyptius natione, patria Lycopolites, discipulus Ammonii, præceptor Porphyrii: qui Galieni, Taciti, & Probi temporibus floruit. Fuit corpore gracili, tenuiq; valetudine, morboq; sacro obnoxius. Hæc Suidas.

Plotĭus, Gallus, patria Lugdunensis. Rhetor insignis Romæ tempore Ciceronis floruit: à quo & se, & Quint. Fratrem Latinas literas fuisse edoctum, testatur Cic. de Orat.

Plōtus, M. Accii Sarsinatis cognomen fuit, Latinorum Comicorum facetissimi, à planitie pedum illum impositū. Ploti (inquit Festus) appellātur, qui sunt planis pedibus: unde & Poëta Accius qui Vmber Sarsinas erat, initiò Plotus, postea dictus est Plautus. Hæc ille.

Plutarchus, πλούταρχος, Chæronensis philosophus, floruit sub Trajano & Adriano Imperatoribus: (nam Trajano libros Apophthegmaton inscripsit) vir eruditissimus, & multijuga eruditione mirabilis, ac fœcūdus. A Trajano in Illyricum missus est cōsulari potestate: imperatumq; omnibus Illyricis magistratibus ut absq; eo nihil agerent. Hujus nepos fuit Sextus philosophus. Meminit utriusq; Eusebius in Chronicis. ¶ Plutarchus alter, Nestorii filius, Athenien sis sophista, præceptor Syriani: qui scholæ præfuit Athenien si sub Iuliano principe. Autor utriusq; Suidas.

Plūto, [πλούτων, ἀιδωνεύς. German. Ein Sohn *Saturni* vnnd ein Bruder *Iovis*, der Gott der Hellen.] Saturni filius ex Ope conjuge, & frater Iovis, atque Neptuni: qui quum ad regni divisionem veniss ent, Plutoni qui natu minimus erat, & Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, secùs inferum mare: Iovi, plaga Orientalis: Neptuno, insulæ. Hinc datus est locus fabulæ Iovi imperium cœli: Neptuno maris: Plutoni inferorū obtigisse. Dictus Pluton ἀπὸ τοῦ πλούτου: hoc est, à divitiis, eò quòd opes omnes ab inferis: hoc est, intimis terræ visceribus eruantur. Eandē etiam ob causam Latini Ditem appellarunt. Cic. 2. de Nat. deor. Terrena autem vis omnis atq; natura Diti patri dedicata est, qui dives ut apud Græcos πλούτων: quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Hactenus Cic. Idem & Summanus dicitur, quasi summus deorum Manium. Item Orcus, quasi urgus, ab urgendo, quòd omnes in interitum urgeat. Appellatur & aliis multis nominibus, quæ vide apud Cælium Antiquar. lect. lib. 10. cap. 18. Hujus uxorem Proserpinam esse volunt Cereris filiam cujus raptum tribus libris exequitur Claudianus.

Plūtōnĭus, a, um, Horat. lib. 1. Carm. Et domus exilis Plutonia, quò simul mearis, &c.

Plūtus. [πλοῦτος. German. Der Gott der Reichtumben.] A Græcis fingitur divitiarum Deus: quem in adventu claudum esse volunt, in recessu alatum: hoc nimirum innuentes, seriùs quidem contrahi opes: partas autem, nisi frugaliter dispenses, velocissimè dilabi: Eundem & cæcum faciunt, & judicii expertem: propterea quòd indignissimum quemq; opibus affluere videamus: probos autem & prudentes viros in re tenuissima versari. Hujus domicilium constituit Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis, eò quòd regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. Extat hujus nominis Comœdia apud Aristophanem.

Plyneæ, πλυνέαι, Nili insula, cujus incolæ Plyneæi dicuntur, & Plyneatæ, Stephanus.

P ante O.

Pŏdălīrĭus, ποδαλείριος, Proprium nomen Aesculapii filii, & fratris Machaonis, qui ob insignem medicinæ artis peritiam unà cum fratre ad bellum Trojanum evocatus fertur. Dictus Podalirius à pedum magnitudine. Ovid. lib. 2, de Arte amandi: Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi, Antomedon curru, tantus amator. ¶ Est etiam Itali cujusdam nomen, apud Virg. lib. 12. Aen.

Podalea, æ, penult. prod. ποδάλεια, Vrbs Lyciæ apud Plin. libro 5. cap. 27.

Podarge, es, ποδάργη, Equæ velocissimę nomē, ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit: ut fabulatur Homer. 16 Iliad. Dicta Podarge à pedum velocitate.

Podargi, ποδάργοι, Populi Thraciæ, teste Stephano.

Pœān, antis, ποιεύς, Pater Philoctetis, qui ab eo Pœantius, & Pœantides à Poëtis appellatur. Ovid. lib. 5. Tristium: Penè decem totis aluit Pœantius annis Pòst sævum tumido virus ab angue datum.

Pœcilasium, ποικιλάσιον, Oppidum Cretæ, in latere Australi apud Ptolemæum lib. 3. cap. 17.

Pœcĭlē, hujus Pœciles, pen. cor. [ποικίλη. Ger. Ein Schopff oder bedeckt ort zu Athen an welchem die *Stoici* lehrten vnnd disputierten.] Fuit porticus Athenis in qua Stoici philosophabant: sita dicta à varietate picturæ. Græci enim ποικίλον varium dicunt ποικιλίαν varietatem: Vnde & lapis syenites vocatus est pyrrhopœcilos à varietate rubentium macularum. In hac porticu Zeno philosophus discipulos docebat. Vnde & Stoica secta nomen accepit, & philosophi Stoici nuncupati, qui antèà Zenonii à Zenone sectę ejus principe dicebantur. Nam στοὰ Græcis porticus est. Plin. lib. 35. cap. 9: Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuitò. ¶ Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphœnos appellatur: quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

Pœssă, ποιήσσα, Insula in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 31.

Pœmēn, ποιμήν, Mons Ponticæ regionis, à quo Parthenius profluit per mediam Amastrem. Autor Stephanus.

Pœmēnĭs, pen. corr. ποίμνις, Canis fœmina est, ex canum eorum numero qui Actæonem lacerarunt: ita dicta quòd in servandis gregibus, pastoris quodammodo officio fungeretur. Nam Græcis ποιμὴν pastorem significat: à quo fœmininum Pœmenis deduxit Ovid. 3. Metam. -pecudesq; secuta Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

Pœnĭās, Carthaginiensis, à nomine Phœnix, detracta aspiratione λέους. Sumpserunt enim Carthaginienses originē à Tyriis Phœnices populis, qui duce Elisa (quę & Dido dicitur) Pygmalion is sęvitiam fugientes, in Africam appulerunt. Servius in illud Virgilii 1. Aen. -ponuntq; ferocia Pœni Corda volente deo. Pœni, *inquit*, αὐτίσιχον est, quasi Phœni: quia à Phœnicibus orti. ¶ Hinc deducitur Punicus, Punica, Punicum, commutata œ diphthongo in u. Vide suo loco.

Pœnŭlus, diminutivū est à Pœnus: quo nomine Plautus fabulā inscripsit, in qua Pœnus Hanno Punicè loquens introducitur.

Pœnĭcus, a, um, antiqui dicebant quod nos Punicus, œ diphthongo in u transmutata, λευκός. Ita Pœnica pavimenta vocabant, quæ nos *Punica* appellamus, ex lapide Numidico strata. Simili etiam modo Pœnio dicebant, quod posteritas Punio extulit.

Pŏlă, πόλα, Ptolemæo, Istriæ urbs à Colchis condita, postea à Iulio Cęsare, qui eò coloniam deducendam curavit, Iulia pietas appellata. Autor Plin. lib. 3. cap. 19.

Pŏlĕmōn, pen. corr. πολέμων, Philosophus Athenien sis, Philostrati filius: qui quum in juventute petulans esset, & aliquādo ebrius, & coronatus Xenocratis scholā ingressus fuisset, ejus oratione quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutavit, tantumq; in Philosophia profecit, ut Xenocrati in schola succederet, Autor Gellius. Diogenes enim multa scripsisse testatur Suidas nihil scriptum reliquisse asserit. ¶ Polemon, cognomento Helladicus, patria Ilien sis, historicus nobilissimus, æqualis Aristophanis Grammatici, Panætii discipulus, scripsit de origine civitatū Phocidis, Ponti, Laconię, Geographiam, & De cursu Solis libros tres. Suidas. ¶ Polemon alius, à Laodicæa Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac professus est, æqualis Herodis Attici, sub Adriano principe, ad quem legatus quandoque Smyrnæorum missus, ab eoque honorificè exceptus, & Musęo Aegyptio adscriptus est.

Pŏlĕmŏnĭum, πολεμόνιον, Civitas est Themiscyræ (quæ Pontica regio est) Sideno fluvio irrigata. Autor Plin. lib. 6. cap. 4.

Pōllentĭă, æ, πολλεντία, Oppidum est sub Apennino, in confinio Liguræ. Cujus meminerunt Ptolem. lib. 3. cap. 1. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Pŏlītēs, pen. prod. πολίτης, Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus capta urbe in conspectu patris interfecit, ut refert Virg. lib. 2. Aen. Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites, Vnus natorum Priami.

Pōllă, Argentaria mulier doctissima, Lucani poëtæ uxor, & in scribenda Pharsalia adjutrix: cujus frequens est mētio in Sylvis Papinii.

Pōllēntĭă, Dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur.

Pollentĭă, πολλόντιον, Plinio autore, oppidum olim in majore Balearium insula. ¶ Fuit & altera Pollentia juxta Alpes, inclyta lanarum nobilitate: de qua Silius lib. 8: -fusciq; ferax Pollentia villi. ¶ Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multùm distantes à Tolentinatibus, ut indicat Plin. lib. 3.

Pōllux Iovis ex Lęda filius, frater Castoris πολυδεύκης. Hunc fabulantur Poëtę fuisse immortalem, & nihilominus immortalitatem suam cum fratre mortali divisisse, &c. Virgil. 6. Aen. Si fratrem Pollux alterna morte redemit; Itq; reditque viam toties. ¶ Est etiam Pollux Græci Grammatici nomen, qui sub Commodo principe Athenis docuit. Ejus hodie nihil extat præter Onomasticon.

Pōlŭs, πῶλος, Agrigentinus, sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione invenisse dicitur τὸ παράδειγμα, αὐτῆς τε, καὶ ὁμοιοτέλευτα: quod minimè verum est, sed jam inventis sæpè usum fuisse constat. Hæc Philostratus. Suidas scribit eum genealogiam eorum qui ad Trojam profecti sunt, scripsisse, simul & navium catalogum.

Pŏlўægŏs, πολύαιγος, Insula una ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta.

Pŏlўænŭs πολυαινος, Sophista Sardianus, temporibus Cęsaris Dictatoris & Antonii triumviri. Scripsit orationes judiciales Trium-

les Triumphi Parthici M. Antonii libros tres. ¶ Fuit & alter, Macedo genere, qui de Thebis scripsit, & de re militari. Suidas. Ejus extat Stratagematum liber.

Pŏlybĭus, πολύβιος, Insignis historicus ex Megalopoli Arcadiæ civitate, Scipionis Africani præceptor, qui Romanam historiam libris quadraginta conscripsit Autor Suidas.

Pŏlycarpus, πολύκαρπος, Iohannis Evangelistæ discipulus, & Smyrnæorũ Episcopus, Latinè rem uberẽ & fertilẽ significat.

Polycaste, es, πολυκάστη, Nestoris filia, apud Homerũ in Odyss.

Polyclĕtus, pen. prod. πολύκλειτος, Statuarius eximius diligẽtia & decore cæteris præcellens. Nam ex ære plurima cõfecit signa, gravissimorum scriptorum præconiis nobilitata. ex quibus in primis commemorantur astragalizontes: hoc est, talis ludentes, quo opere nullum absolutius fuit judicatum. Fuit & Sicyonius, discipulus Ageladæ. Duas eodem argumento statuas fecit: alteram ex ingenio, & suo judicio: alteram verò ex vulgi opinione, & ex sententia cujusvis prætereuntis. Quibus perfectis turbã admisit, ac primùm sua ostensa magnopere laudatur: altera deinde, non æquè. Atqui sciote (inquit) hanc quam tantopere laudatis, me fecisse: quam verò vituperatis, vos fecisse. Autor Aelianus de varia historia.

Pŏlycrătes, pen. corr. πολυκράτης, Nomen proprium tyranni, qui in Samo insula rerum potiebatur. Hic & opibus, & felicitate apud historicos inclytus est. quoad vixit non tàm fortunæ alumnus dici potuit, quàm parvus. Annulum habuisse fertur incredibilis pretii, sibiq; charissimum. quem, ut nimis sibi blandientem fortunam aliqua adversitate temperaret, in mare abjecit: quem tamen postea in ventre piscis inventum recuperavit. Verùm quanquam eidem in vita nihil adversi contigisse ferunt, mors infamis, & crudelis docuit neminem ante obitum meritò dici posse felicem. Idem enim ab Oronte Satrapa Persarum captus, suspensusq; genere mortis teterrimo diem clausit. Ex Strab. li. 14. Hujus item meminit Cic. lib. 5. de Fin. Floruit eodem tempore quo Pythagoras & Anacreon. ¶ Polycrates Ephesiorũ præsul, temporibus Severi principis, ut scribit Hieronymus, eodem nomine, clarus literis floruit.

Pŏlydămas, antis, πολυδάμας, Proprium Trojani, Antenoris & Theanûs sororis Hecubę filii, qui Lycasten Priami filiam, sed Theanûs sororis Hecubę filii, qui Lycasten Priami filiam, sed ex concubina susceptam, uxorem duxit. Hic cum Antenore patre & Aenea urbem Trojanam Græcis dicitur prodidisse. Poëtæ Græci, ut primam hujus nominis syllabam extendant (nam alioquin hexametro versu locũ non habet) πολυδάμας, scribunt: quos & Persius imitatus est Satyr 1. Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem Prætulerint. Sonat autem Polydamas Latinè multorum domitorem, quasi πολλὰς δαμάζων: vel multarum uxorum virũ, quasi esset Polydamar, vel Polydamars: eò enim respexit Cornutus in Persium quũ Polydamantem multinubam interpretatus est. ¶ Polydamas, Pancratiastes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superavit: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retrò tenebat: curium agitatorum sese opponendo altera manu apprehensum ex curribus trahebat, in equosq; insiliebat dejectos aurriga Accersitus à Dario Artaxerxis magno filio, ter apud eum ex provocatione victor fuit. Postremò post cœnam in caverna, quum eorum à vertice tutam minaretur, dissugientibus convivis, cõfisus sese viribus, ac manibus postes domus illius in terram evulsis, eum Aurora Pausanias.

Pŏlydectes, πολυδέκτης Rex Seriphi insulæ, qui Perseum Iovis & Danaes filium enutrivit. Cujus tandem ingenium veritus, & audaciamq; & tot heroum spectatorum ærnæ gloriæ adsuadaciamq; & tot heroum spectatorum æternæ gloriæ adsuetudinem, Perseum ad perimendam Gorgonem compulit: quo devicto redeunti Perseo quum sem, ei detrahiret, conversus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ ut fabulatur Ovid lib 5 Metam.

Pŏlydorā, πολυδώρα, Insula Propontidis: apud Plin. lib. 5. cap. ult. ¶ Polydora, nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia.

Pŏlydorus pen. prod. [πολύδωρος. Ger. Der Sohn Priami des Königs zu Troja.] Filius fuit Priami ex Hecuba: quem pater initio belli Trojani, communis Martis ex rũ veritus, cum magno auri pondere educandũ tradidit Polymnestori Thraciæ regi, antiquo hospiti, amico & genero suo. Sed ille deleta Troja, cæterisq; Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorũ in litore spatiantem, telis aggreditur, & fustrà fidem deorum, hominumq; implorantem, occidit: cęsoq; tumulum superinjecit, cui supercrevêre myrti virgulta, ut autor est Virg. lib. 3 Aen. Id quum mater Hecuba intellexisset, simulavit se ingens adhuc auri pondus velle illi secretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod avarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus illius unguibus obcæcatus est. Extat tamen & alia de Polydoro fabula: nempe Græcos per Thraciam venientes hunc cepisse: Priamũ autem pro redemptione filii Græcis dedisse urbẽ, quæ postea ab eventu Antandros dicta est: qua accepta illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruisse. Hæc ferè Servius in locum illum 3. Aen. fuge littus avarum: Nam Polydorus ego, &c. ¶ Alius fuit Polydorus Priami filius ex Laothoë Alteę Lelegum regis filia, quem Achilles cum fratre Lycaone in bello Trojano interfecit.

Pŏlygnōtus, πολύγνωτος, Nomen pictoris præclarissimi, patria Thasii, qui nonagesima Olympiade floruit. Quint. lib. 12. de Institutione oratoria. Plin. lib. 35. cap. 9. Hic primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit, plurimumq; picturę primus cõtulit. Primus siquidẽ instituit os adaperire, dentes ostendere, & vultũ ab antiquo rigore variare. Delphis ædem pinxit, & Athenis porticum quæ Pœcile vocatur: idq; gratuitò, quũ partem ejus Mycon mercede pingeret: quo nomine Amphyctiones (quod est publicũ Græciæ concilium) hospitia ei gratuita per universam Græciã decrevêre. Pinxit præterea & Ocnum, teste Pausania, spartum torquentem, asinamq; astantem, quæ quicquid ille torserat, statim præroderet. Quo ænigmate significare volebat, patrẽfamilias laboriosum quidem, sed cui domi esset uxor prodiga, quæ quicquid ille sudore suo corrasisset, strenuè profunderet. Vide Erasmi adagia.

Polymedia, Plin. lib. 5. cap. 3: Troadis oppidum Hellesponto adjacens.

Pŏlymnĭa, sive Polymneia, πολύμνια, Una musarum à memoriæ magnitudine dicta. Nam μνέαν Græci memoriam vocant. Producit autem hæc dictio penultimam syllabam, quũ apud Græcos ει diphthongo scribatur. Fuerũt qui corripi putárint, adducti versu Virgilii ex Epigram. Signat cuncta manu, loquiturq; Polymnia gestu. Verùm in castigationibus exemplaribus legitur Polymneia per quinq, syllabas, sine conjunctione que. Quem etiam in modũ Horatius hac voce usus est lib. 1. Carm Euterpe cohibet, nec Polymneia. Sunt qui Polyhymnia scribant, ut à cantus multitudine dicatur. Magis tamen placet superior scriptura.

Pŏlynīcēs, πολυνείκης, & Etheocles, Oedipi Thebanorum regis filii fuerunt, qui de regni hæreditate dissidentes, singulari certamine cõgressi, mutuis vulneribus cecidêrũt. Latiùs prosequitur hanc historiam Statius in Thebaide.

Pŏlypŏētēs, πολυποίτης, Pirithoi & Hippodamiæ filius: teste Homero Iliad. 12.

Pŏlyphemus, pen. prod. [πολύφημος. Ger. Der Sohn Neptuni ein vngestalter einaugiger Ryß.] Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia ingẽti corpore, qui unicũ tantùm oculum, rumq; in fronte habuit. Hic Galateam Nympham fertur adamasse, Acinque puerum, quem sibi illa præferebat, saxo interemisse. Vlyssem quoq; vi tempestatis in Siciliam delatum antro suo inclusit, quatuorq; ex comitibus ejus devoravit, reliquos eodem mortis genere perempturus, nisi prævertens Vlysses vino nigro inebriassset, altoq; sopore obruto, adusto stipite oculum eruisset. Vide latiùs totam hanc fabulam apud Hom. 10. Odyss Servius in illud Virg. 3. Aen. Nam qualis, quantusque cavo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes Multi (inquit) Polyphemum dicunt unũ habuisse oculum, alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in fronte habuisse dicitur: id est, juxta ceteorum: quia prudentia plus videbat. Verùm Vlysses eum prudentia superavit, & ob hoc eum cæcasse fingunt. Hęc Servius. Cicero quoq; de Polyphemo lib 5 Tusc. quæst. sic scribit: At verò Polyphemum Homerus, quũ immanem, ferumq; finxisset, cum aliquot etiam colloquentem facit, ejusq; laudare fortunas, quòd quò vellet, ingredi posset & quæ vellet, attingeret. Recte id quidem: nihilo enim erat ipse Cyclops, quàm aries ille prudentior. Hæc Cicero.

Pŏlyteĭă pen. prod. πολυτείαι, Oppidum Mesopotamiæ, apud Plin. lib 6. cap. 26.

Pŏlyxĕnă, pen. cor. πολυξένη Priami filia formosissima, ex Hecuba conjuge, quam Pyrrhus Achillis filius, Troja capta, ad patris sui tumulum jugulavit. Ferunt enim Achillem quũ ad Trojam bellum gereret, Polyxenam fortè in mœnibus cõspectam adamasse, eamque sibi uxorem postulasse. Quod quum Priamus annuisset, placuit ut in Tymbræi Apollinis templum convenirent, pacis, nuptiarumq; fœdera inituri. Quod quum resciviset Paris, post Apollinis simulacrum sese occultavit, Achillemq; nihil tale opinantẽ sagitta interfecit. Capta deinde Troja, quum & Polyxena viva in hostium manus pervenisset, Achillis umbra Græcorũ proceribus in somnis apparuit, præcipiens ut Polyxena cujus nuptiarũ prętextu erat interfectus, inferias sibi mitteretur: cujus crudelitatis Pyrrhus sese ministrũ prębuit. Ovid. Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Pŏlyxĕnĭus, 2, um, Adject. apud Catullum: Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra.

Pŏlyxĕnus, πολύξενος, Inter Græcorum duces numeratus Homer. lib. Iliad. 2.

Pŏlyxō, ûs, πολύξω, Mulier fuit ex Lemno insula, & Apollinis vates, quę Lemniaci sceleris dux & hortatrix fuit. Nam quum

Lemniacæ mulieres ob ſpretam Venerem hircum oleret, maritiq; earum eam ob cauſam ex Thracia uxores ſibi aſciſcerent, Polyxus inſtinctu omnem virilem ſexum interemerunt. Autor Statius lib. 5. Theb.

Pōlȳzelŭs, pen. prod. πολύζηλος, Poëta comicus Græcus, cujus fabulas enumerat Suidas.

Pōmōnă, æ, pen. prod. [German. Die Oepffelgöttin.] Pomorum dea, apud Romanos, adamata à Vertumno, ut fabulatur Ovid. 14 Metamorph. Dicta Pomana à pomis, quemadmodum Mellona à melle.

Pōmpēĭi, Populi dicuntur quos Sarnus amnis alluit, incolētes oppidum ejuſdem nominis. ¶ Inde Pompejanum: id eſt, prædium circa Pompejos. Pompejanæ ficus, ad ſiccandum optimæ. Pompejana vitis, ab inſitore dicta. Col. lib. 3. cap. 2.

Pōmpējŏpŏlis, πομπηιούπολις, ἢ πομπηϊόπολις Stephano, Ciliciæ urbs. Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Ciliciæ: Deinde urbs eſt à Rhodiis, Argivisq;, pòſt piratis Pōpejo aſſignante, poſſeſſa: nunc Pompejopolis, tunc Soloë. Hæc etiam Solino teſte, poſtea Trajanopolis eſt appellata, mutato nomine, poſtquam in ea fato conceſſit Trajanus.

Pōmpējōrum Romæ illuſtris familia fuit, ex qua in primis commemoratur Qu. Pompejus, qui contra Numantinos miſſus, ab eis q; ſuperatus, turpem & ignominioſam pacem fecit. Autor Florus lib. 2. ¶ Hujus filius, ſive nepos Cn. Pompejus Strabo, magni Pompeii pater, Novocomum coloniam deduxit: in bello ſociali Imperator creatus, de Picētibus triumphavit: vir admodum duræ diſciplinæ. ¶ Cn. Pompejus, hujus filius, Syllæ partes ſecutus eſt, ab eoq; ad ulciſcendos inimicos in Africam miſſus, Domitium primùm expugnavit: deinde & Iarbam regem cepit, de quo triumphavit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus eſt ſalutatus. Inde contra Sertorium in Hiſpaniam profectus, Metelli copiis ſeſe cōjungens, eum cum tota factione ſuſtulit. Mox delectus Imperator ad bellum Piraticum, tribus menſibus id confecit. Dein ſucceſſor L. Lucullo miſſus, de Mithridate triumphavit. Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum reſtituit. Inde Iberos, Albanos, Judęos debellavit, capto eorū rege Ariſtobulo. Extincta uxore Iulia, Cęſaris filia, Corneliam Scipionis filiam, à P. Craſſo M filio viduam relictam, uxorem duxit. Neapoli demum acutiſſima febre correptus, parum abfuit à morte: quæ ſi contigiſſet, melius cum eo factum fuiſſet, ob inſequentis belli civilis calamitatem. Iam bello civili excitato, Pharſalica pugna à Cæſare copiis longè inferiore ſuperatus, & in Aegyptū fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus eſt. Triumphum quum ex Oriente victor rediſſet, biduo egit, prænotatis gentium titulis victarum, quæ à Plinio lib. 7. & à Plutarcho in vita ejus ordine adnotatur. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompejos: quorū ille apud Mundam Hiſpaniæ urbē interfectus, hic apud Siciliam navali prælio ab Auguſto eſt victus. ¶ Sext Pompejus alius, vir Prætorius, ſub quo Valerius Maximus militaſſe ſe dicit, & quē Ovid. de Ponto pluribus laudibus effert. Hujus pater Sext. Pompejus Hiſpaniæ citerioris princeps, quum horreis ſuis ventilandis præſideret, correptus dolore podagræ, merſit in triticum ſeſe ſuper genua, levatusq; ſiccatis pedibus mirabilem in modum, hoc poſtea remedio uſus eſt. Autor Plin. lib. 22 cap. 25. Apud quem tamē, non Sext. Pompejus, ſed Sext. Pomponius eſt legendum. ¶ Qu. Pompejus Rufus, Syllæ è filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numatio Planco, adverſiſſimus Miloni, in cujus cauſa dixerat paucis pòſt diebus quàm Clodius eſſet occiſus, Milo dedit, quē ex Curia deſideretis: ego dabo quem ex Capitolio mulctetis. Idem Milonem ad ſe venientē in hortis aſpiciens, miſit nuntium ne veniret. ¶ Qu. Pompejus, qui Bithynicus eſt dictus, ſummo ſtudio dicendi, multaq; doctrina, incredibiliq; labore atq; induſtria. Hujus actio non ſatis commendabat orationem: in hac enim ſatis erat copiæ, in illa lepōris parum. Hæc Cicero. Feſtus quoque de eodem ſic ait: Pompejus Bithynicus, è ſupellectili regia ſignum ephebi mitram tenentis, arenamque ruentis exercitationis gratia more Græcorum, Romam portavit, & in Capitolio poſuit.

Pōmpĕlōn, πομπέλων, Oppidum eſt Hiſpaniæ, ſub Pyrenæis montibus, quod à Ptolemęo Vaſconibus annumeratur. Plin. lib 3 cap. 3 Pompelonenſes conventui Cæſarauguſtano adſcribit. Hodie *Pampelunam* vocant, regni Navarræ caput.

Pōmpōnĭă πομπωνία, Mater Scipionis, ex congreſſu Iovis (ut credi volebat) in anguem mutati. Silius lib. 13: Adſtabat fœcunda Iovis Pomponia furto, &c.

Pōmpōnĭus Atticus, πομπώνιος, Nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: unde Atticus Ciceronis eſt appellatus: qui poſtquā vidit Cinnę tumultu Rempublicam eſſe turbatam, ſeceſſit Athenas, ubi longo tempore moratus, & publicè civitatis, & privatim omniū gratiam moribus elegantiſſimis promeruit: linguā ita probè didicit, ut Attici nomē adſequeretur. Humanitate, divitiisque ſimul præditus fuit, quibus amicos libenter impartiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulſum opibus juvit, & Brutum ab urbe fugientem nummorum centum millibus eſt proſecutus. Erat alio qui graviſſimus vir & cōſtantiæ ſingularis, ut quę religioſè polliceretur, eadem & præſtare niteretur. Mendacium nec ipſe dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos, qui vitam ejus elegantiſſimè ſcripſit. ¶ Pomponii item alii duo Ciceronis tempore fuēre: quorū alter L. Pomponius Bononienſis Atellanarum ſcriptor, quem Solinus refert nunquam ructaſſe. Alter Cn. Pomponius orator, patronus acer, acerbusq; dicendo, & lateribus pugnans, ut ait Cic. in Orat. ¶ Iulius itē Pomponius ſecundus tempore Quintiliani inter tragicos longè princeps, quem ſenes (utille refert) Pindarū tragicum putabant cōpoſitione atq; nitore præſtare omnes cōfitebantur Tacitus verò de eodem: Pomponius ſecundus noſtris temporibus, Domitio Afro, vel dignitate, vel famæ perpetuitate ceſſit. Hæc Tacitus. Plin. verò lib. 14. cap. 4. eum connam C. principi Germanici filio dediſſe ait, in qua vinum centum ſexaginta annorum fuit. ¶ Pomponius Iuriſconſultus ex Pandectarum libris notiſſimus. ¶ Præter hos Pomponius Mela natione Hiſpanus, inſigni opere de ſitu orbis clariſſimus.

Pōnērŏpŏlis, pen. prod. πονηρόπολις, Thraciæ civitas, ſub Rhodope mōte ſita: deinde Philippopolis ab inſtauratore: & poſtremò Trimontium à ſitu dicta. Autor Plin. lib. 4. cap 11.

Pōntĭă, πόντια, Vulgò *Ponza*. Inſula eſt una Oenotridum, litori Lucano adjacens e regione Velię. Plin. lib. 3. cap. 7: Cōtra Voliam Pontia & Iſchia, utroq; uno nomine Oenotrides, argumentum poſſeſſæ ab Oenotriis Italiæ. ¶ Sunt item Pontiæ inſulæ duę, non longè à Palmaria, e regione Formiarum, in quibus turtures ac coturnices quū ad Italiam veniunt, prima volatura requieſcēdi cauſa paucos dies morātur. Autor Varro. Plin. li. 3. cap 6 Ab his ultra Tiberina oſtia in Antiano, Aſtura, mox Palmaria, Sinonia, & adverſum Formias Pontiæ.

Pōntĭnă palus, πόντια. Vulgò *Limaruti*, Volſcorum palus juxta Forū Appii, haud lōgè à Tarracina, diſtans ab Vrbe XXIX. paſſuum millibus. Hæc palus à Cornelio Cethego Conſule exiccata eſt, & ex ea ager factus, ut tradit Plinius lib. 4. cap. 7. Lucan. lib. 1: Et qua Pontinas via dividit uda paludes. Melius Pomtina.

Pōntŭs, πόντος, gen. maſc. Nerei filius & Neptuni, ut Euſebius libro 1. Præp. ſcribit. Vnde pontus mare dici videtur. Alii pontum dici exiſtimant mare, à πονέω, quod eſt mergo: vel à πόνος: id eſt, labor: quia ſit laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur, quòd careat ponte Propriè autem id mare pontus appellatur, quod à palude Mæotidis uſque in Tenedum protenditur [German. Das Meer ſo ſunſt das Euxiniſch genennet wird / ſtrecket ſich vom Mœotiſchen biß an den Hellеſpont.] Pontus, ti, fœminini generis, Provincia Aſiæ minoris à Ponto rege ſic cognominata, crudelitate Medeę, & maleficatū herbarum proventu nobilitata. Virg. Eglog 8: Has herbas, atque hęc Ponto mihi lecta venena Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Pontō. ¶ Ponto item frequentiſſimus eſt Caſtor, cujus teſticuli ad medicamēta expetuntur Idem 2. Georg. Virоſaq; Pontus Caſtorea. ¶ Clauditur autem Pontus (ut Strabo refert libro 1, 2 8. 9. 11.) ab Occidente Haly flumine: ab Oriente Colchide: à Meridie, minori Armenia: à Septentrione, mari Euxino. Ptolemęus verò lib. 5. paulò aliter: Pontus, *inquit*, ab Occaſu, ore Ponti, & Thracio Boſporo: à Meridie, regione quæ propriè Aſia dicitur: à Septentrione, parte Euxini maris terminatur. Ejus civitates inſignes ſunt, Chalcedon, Nicomedia, Nicęa. In Ponto regnarunt Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, veteris Teſtamenti interpres, & Marcion hæreſiarches: qui quanvis Chriſtianus videri vellet: alium tamen creatorem omnium rerum eſſe dicebat, quàm CHRISTI Patrem, illumq; majorem ajebat.

Pōntĭcŭs, a, um, πόντικος, ut Ponticum abſinthium, apud Col. lib. 12. cap. 35: Freti Pontici fauces, Seneca Medea. Humus Pōtica. Ovid 3. de Ponto Pontica nux, eadē quæ avellana, quòd in Ponto plurimùm abundet. λεπτοκάρυον.

Pōpĭlĭŭs, Prænomine Marcus, Flamen Carmentalis fuit, cui in ſacrificiis occupato quū nuntiaretur ſeditio plebis adverſus magiſtratus concitatę, ut erat lęna indutus, in concionem aſcendit, ſeditionemq; ſua autoritate ſedavit. ¶ Duo præterea alii celebrantur Popilii: quorū alter ad Antiochum, Ptolemæum Aegypti regem obſidentem, legatus miſſus, quum mandata ſua Antiocho expoſuiſſet, ut à Rege ſocio & amico Populi Rom. abſtineret, regem cunctantem, reſponſumq; differentem virgula circunſcripſit, denuntians Populum Romanum omnia hoſtiliter cum illo eſſe acturum, ſi ſpatium illud egrederetur, priuſquam ſibi reſpondiſſet. Admiratus itaq; hominis confidentiam Antiochus, reſpondit ſe in Pop. Rom. poteſtate fore: ſolutaq; obſidione in regnum ſe recepit. ¶ Alter cognomento Lænas, de quo Valerius inter ingrati animi exempla

exempla commemorat, quũ à Cicerone in causa capitis esset defensus, certissimoq; periculo liberatus, nullam non modò patrono retulisse gratiam, verumetiam magni beneficii loco ab Antonio poposcisse, ut ad occidendum Ciceronem mitteretur: quà re facilè impetrata, viro innocentissimo, optimeq; de se merito, cui salutem debebat, vitam eripuisse.

Pŏppæă, Sabina, T. Ollii filia, à Poppæo Sabino avo suo ita nominata, mulier forma, nobilitateq; insignis fuit, quam primis nuptiis Rufo Crispo conjunctam, M. Otho primùm in adulterium, deinde & in matrimonium suum pellexit. Verùm quum incautus apud Neronem principem uxoris formã laudaret, captus amore ejus Nero, Othoni consuetudine ejus interdixit: deinde & in Lusitaniam sub specie honoris, eo relegato, matrimonio eam sibi copulavit. Obiit fortuita Neronis ira, ictu calcis, quum gravida esset, ab eo percussa. Autor Tacitus, Annalium lib. 16.

Pŏppæānŭs, poppæana, poppæanum, denominativum: ut Vnguenta Poppæana, à Poppæa inventa, vel quibus illa præcipuè uti solebat. Iuven. Satyr. 6: ridendaque multo Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.

Pŏpŭlōnĭă, æ, sive Populonium, populonii, πωπλόνιον Ptolemæo, Oppidum est in littore maris Tusci, non procul à Pisis, portum habens non ignobilem, e regione Iluæ insulæ. Meminit hujus oppidi Plinius libro 3. capite 5. & 6. Ptolemæus libro 3. & Pompon. libro 2. Virgil. 10. Aeneidos: Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli juvenes: at Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis. Hodie *Plumbinum* vocant.

Pŏrcĭă, Nobilis Romæ matrona fuit, Porcli Catonis Censorii filia: sive (ut alii malunt) neptis: quæ quum matrem familiãs quandam quæ secundas inierat nuptias, pudicitiæ nomine laudari audiret: Casta, *inquit*, matrona non nisi semel nubit. ¶ Porcia alia fuit, Catonis Vticensis filia, & uxor Bruti, quæ quum viri sui consilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, cognovisset, cultello tonsorio sese vulneravit. Quã de re quum à viro increparetur: Non est, *inquit*, hoc temerarium factum meum: sed in tali statu nostro, mei erga te amoris certissimum indicium. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parùm cessisset, quàm æquo animo me ferro essem interemptura. Hæc postea, quum audivisset virum suum post infaustum illud prælium adversus Antonium, Augustumque in campis Philippicis gestum, mortem sibi conscivisse, mori & ipsa statuit. Sed quum arma à domesticis subtraherentur, haustis prunis, oreq; obstructo, confestim extincta est. Valer. lib. 3. cap. 2.

Pŏrcĭŭs, Catonum familiæ gentilium cognomen fuit, à porcis tractum. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1: Cognomina multa habemus ab utroq; pecore: à majore, & à minore: ab minore Porcius, Ovinius, Caprilius: à Majore, Equitius, Taurus.

Pŏrdŏsĕlēnē, pen. prod. πορδοσελήνη, Insula est ante Ephesum, cum urbe ejusdem nominis, quam nonnulli, teste Stephano, æschrologiam fugientes, Proroselenem appellarũt. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 5. cap. 31.

Porphyreon, porphyreonis, πορφυρεὼν, Phœnices oppidum, apud Stephanum, cujus incolę Porphyreonti dicũtur, & Porphyreonitæ.

Pŏrphўrĭōnē, πορφυρεώνη, Insula est in Propontide ante Cyzicum. Plin. lib. 5. cap. ult.

Pŏrphўrĭs, pen. corr. πορφυρὶς, Insula in sinu Laconico sita, quinq; millibus passuũ à Malęę promontorio distans: postea Cythera dicta, ob memorabile templũ quod in hac insula est Veneri sacrum. Autor Plin. lib. 4 cap. 12. ¶ Est & altera ejusdẽ nominis insula, duodecim non amplius passuum millibus distãs à Gnido, alio nomine Nisyros appellata. Plin. lib. 5. cap. 3.

Pŏrphўrītē, porphyrites, πορφυρίτη, Oppidum est in ea parte Arabiæ quæ Aegypto contermina est, Stephanus.

Pŏrphўrĭŭs, πορφυρὶος, Philosophus patria Tyrius, nobili genere ortus, qui Romæ Aureliani Cæsaris temporibus claruit. Vnà cum Origene & Amelio cõdiscipulis Plotinum audivit. Multa ejus à Suida enumerantur scripta, in quibus plurima inter se dissidentia reliquit: cujus rei causa putatur, quòd quæ prius probaverit, ea postea retractaverit. Pertinacissimus Christiani nominis hostis fuit, quindecim adversus nostram religionem editis voluminibus: quibus postea Methodius, Eusebius, & Apollinaris triginta apologeticis libris responderũt. Dictus Porphyrius, ob vestem purpuream qua propter nobilitatem utebatur: quum priùs Malchus diceretur.

Pŏrsĕnă, æ, pen. corr. πορσίνας, Proprium nomen regis Hetruscorum, qui pro restitutione Tarquinii Superbi adversus Romanos bellum suscepit. Vide Liv. lib. 2. ab Vrbe. Martial. lib. 1: Hanc spectare manum Porsena nõ potuit. Virgilius verò produxit positione duplicis n: Necnon Tarquinium ejectũ Porsenna jubebat Accipere.

Porta Augusta, Vaccæorum urbs in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Ptolemæo lib. 2. cap. 6.

Pŏrtūnŭs, pen. prod. Deus maris habitus est ab antiquis, quẽ Græci Palæmona, [πελαίμονα vocant. Germ. Der Meerhafen Gott.] ita dictus à portubus quibus præesse credebatur. Vide in dictione PALAEMON.

Pōrŭs, pori, πῶρος, Indiæ rex fuit, ab Alexandro Macedone superatus, deinde & suorum dolo interemptus. Claudianus: Tradita captivo spatiosior India Poro.

Pŏsīdĕōn, ποσιδέων, Græcis est mensis, quem nos *Decembrem* dicimus, à Neptuno nomẽ habens, quẽ illi ποσειδῶνα appellãt.

Pŏsīdēum, sive Posidium, pen. prod. ποσείδιον, Oppidũ in finibus Macedoniæ, nõ procul à Strimone amne: cujus meminit Plin. li. 4. cap. 10. ¶ Est etiã ejusdẽ nominis oppidũ in Syria Libano monti subjecta: cujus meminit idẽ Plin. lib. 5. cap. 20. ¶ Est item Posideum, Ionię promontorium, cũ oppido ejusdẽ nominis, quòd olim Branchidarũ, & postea Didymæi Apollinis oraculum fuit appellatum. Vide eundem lib. 5. cap. 29.

Pŏsīdīppŭs, ποσείδιππος, Comicus Cassandræus, Cynisci filius, qui fabulas triginta docuit, teste Suida.

Pŏsīdōnĭă, ποσειδωνία, Oppidum maritimum in Lucanis, postea Pæstum appellatum: à quo & vicinum sinum Posidoniatem appellarunt: qui & ipse postea commutato nomine, Pæstanus appellatus est. Autor Plin. libro 3. cap. 5. ¶ Hoc etiam nomine aliquando dicta est Trœzen Peloponnesi urbs: propterea quod τῷ ποσειδῶνι: hoc est, Neptuno sacra esset. Autor Strabo lib. 8.

Pŏsīdōnĭŭs, ποσειδώνιος, Philosophus, discipulus & successor Panætii, ex Apamia Syriæ (ut Strabo lib. 14. autor est) sed Rhodius existimatus: quia Rhodi vixit, ac philosophatus est: sicut & Apollonius Molo dictus est Rhodius, quũ esset Alabandensis: utrunq; audivit Cicero. Hic quum aliquãdo morbo articulari laboraret gravissimè, fertur sæpè dixisse (erat enim Stoicus) Nihil agis dolor, quanvis sis molestus, nunquã te esse confitebor malum. Venit Romam M. Marcelli tempore, scripsitq; multa. ¶ Posidonius Olbiopolita, Sophista & Historicus, scripsit post Polybium historiam libris LII, usque ad bellum Ptolemæi adversus Cyrenæos. Præterea declamationes rhetoricas, & argumenta in orationes Demosthenis. Hũc Strabo testatur suo tempore fuisse. ¶ Posidonius Africæ præsul Augustini contubernalis, cujus etiam vitam scripsit: præterea Homiliarum libros septem: Epistolarum totidem: aliarũq; rerum complures. Autor Ptolemæus Lucensis.

Pŏsīdēum, Vide POSIDEVM.

Pŏsthŭmĭă, Virgo Vestalis, quæ propter elegantiorem cultũ in suspicionem venit incesti, & eo nomine apud Pontifices accusata est: verùm quum nihil præterea adversus eam probaretur, sententia Pontificis Maximi dicitur absoluta, qui eam jocis in posterum abstinere, sanęteq; potiùs, quàm scitè coli jussit. Vide Liv. lib. 4. ab Vrbe.

Pŏsthŭmĭŭs, Prænomine Aulus, Dictator in bello Latinorũ, quod Tarquinii fuga excitavit, cùm ad generum suum Manilium Tusculanorum ducem confugisset, quo in bello collatis signis ad lacum Regillum, quum victoria utrinque nutaret, Magister equitum Romanis equis frænos detrahi jussit, ut irrevocabili impetu ferrentur in hostes: itaque tandem aciem Latinorũ Romani fudere. In eo prælio visi duo juvenes acriter pugnare, quos post pugnam ad præmia quæsitos, Dictator reperire non potuit. Ratus itaque eos Castorem & Pollucem fuisse, eis cõmuni titulo templum dedicavit. Autor Gell. ¶ Posthumius Tubertus, Magister equitum Aemylii Mamerci Dictatoris in prima Dictatura contra Volscos: mox in eodem bello à Quint. Cincinnato Consule genero suo Dictator dictus, de eisdem triumphavit: quam victoriam funestavit mors filii, viri magna virtute: quem quòd injussu ejus, occasione rei benè gerendæ pugnam iniisset, securi percussit. Ex Liv. lib. 4. ab Vrbe. ¶ L. Posthumius, post Canneasem pugnam Consul in Galliam profectus, Bojorum fraude, locorumq; iniquitate circumventus, ne vivus in hostium manus perveniret, medios sese hostibus immiscens, fortissimè pugnans occubuit. Cujus inventi caput præcidentes Barbari, ovantes in templo obtulerunt, ejusq; deinceps cranio pro sacro vase in sõlẽnibus libationibus usi sunt. Liv. lib. 33. ¶ Posthumius, prænomine Spurius, cum T. Veturio Romæ consul eo tempore quo Romani adversus Samnites bellum gerebant, missus cum collega adversus hostes, exercitum imprudens in locum iniquũ deduxit, apud Furcas Caudinas: ubi ab hostibus circumventus, quũ nulla evadendi spes esset, fœdissimum cum hoste fœdus pepigit, ut sexcẽtis Equitibus Romanis obsidibus relictis, reliquũ exercitum sub jugum missum, abducere sibi liceret. Quæ fœderis conditiones quum à Romanis improbarentur, autor fuit Senatui Posthumius, ut sui, eorumq; deditione, quorum consensu tam ignominiosum fœdus initũ erat, fides publica liberaretur. Cujus sententiam secutus Senatus, Consulem utrunque

trunque, cum duobus Tribunis, cæterisque omnibus qui per fœdus spoponderant, hosti victos dediderunt. Quos quum ille recipere recusaret, incolumes Romam redierunt. Necita multò pòst, fusis à Papyrio Cursore Samnitibus, & sub jugũ missis, receptisque sexcentis equitibus Romanis, obsidibus, prioris flagitii infamia obliterata est. Livius 9. ¶ Posthumius Albinus Consul adversus Iugurtham missus, pecuniaque ab eo corruptus, insignem ex provincia ignominiam reportavit. Autor Salust. in Iugurtha. Idem postea Proconsulari imperio in Hispaniam missus, de Vaccæis & Lusitanis triumphavit: ut refert Liv. lib. 64.

Pŏstvŏrtă, Dea erat Romanorum: ita dicta quòd futura prospiceret. Macrob. lib. 1. Saturn. Sicut Antevorta, & Postvorta, divinitatis, scilicet aptissimę comites apud Romanos coluntur. Gell. ex Varr. li. 16. c. 16. aliã postvortã describere videtur Quãndo igit', *inquit*, cõtra naturã fortè cõversi pueri in pedes, brachiis plerunq; diductis retineri solẽt, ęgriusq; tunc mulieres enitunt: Hujus periculi deprecãdi gratia arę statutę sũt Romę duab. Carmentibus, quarũ altera Postverta nominata est, Prosa altera, à recti, perversiq; partus & potestate, & nomine.

Pŏtămŭs, *πόταμος*, Oppidum Atticæ, apud Plin. lib. 4. cap. 7.

Pŏtentĭă, *ποτεντία* Ptolemæo, Oppidum est Piceni. Cicero de Arusp. respons. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus.

Pŏtĭdæă, *ποτίδαια*, Vrbs Macedoniæ, anteà Cassandria dicta, Plin. lib. 2. cap. 58.

Pŏtĭdānĭă, potidaniæ, *ποτιδανία*, Vrbs Aetoliæ, apud Stephanum, cujus incolæ dicti sunt Potidaniates.

Pŏtīnă, teste Nonio, Deę nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur, sicut Edusa eorũdem alimentis. ¶ Est & civitatis nomen in Bœotia, ex qua Glaucus fuit, & à qua Potineus dictus. ¶ Est & Straboni fons prope Thebas Bœotias. Plin. tamẽ lib. 4 c. 19, oppidum in Magnesia statuit, circa quod ut idem testatur lib. 23. c 8, asini pasti rabie inflãmantur.

Pŏtītĭus. [German. Ein Priester *Herculis*.] Senis cujusdam nomen est, quem unà cum Pinario altero senę sacris suis præfecit Hercules. Servius explicans illud Virg. 8. Aen. -primusq; Potitius autor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri: Pinarius, *inquit*, & Potitius, duo senes fuerunt, quibus qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut manè & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit: Pinarius postea, extis jam redditis. Quare iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantùm ministra esset epulantibus Potitiis, & complentibus sacra. Hæc Servius. Vide de hoc plura apud Fenestellam, & Livium lib. 1.

Pŏtnĭæ, *ποτνίαι*, Magnesiæ oppidum fuit, teste Plin. lib. 4. cap. 9 In hoc oppido Glaucus Sisyphi & Meropes filius, equas humana carne pavisse dicitur, quò cupidiùs ferentur in hostem. Verùm quum pabuli ejusmodi copia deesset, versæ in rabiem equæ dominum ipsum devorarunt.

P ante R.

Prāctĭus, practii, *πράκτιος*, Fluvius est Troadis, inter Lampsacum, & Abydum in Hellespontũ influens, teste Strabone lib. 13. Meminit hujus fluvii & Homerus in Catalogo.

Prægutii, Italiæ populi, qui Marsis magis Orientales sunt, Ptolemęo autore, lib. 3. cap. 1. Hodie vulgus regionem totam *Abruzzo* appellat.

Prænēstĕ, generis neutri, & hæc Prænestis, *πραίνεστος*. Stephano. Vulgò *Palestrina*, Oppidum Latii edito in loco, naturaque munito situm: ita dictum (si Stephano credimus) à Prænesto conditore, Latini filio, Vlyssis & Circes nepote. Alii *διὰ τὰ πρίνων*: id est, ab ilicibus quę illic abundant, nomen accepisse existimãt. Pompejus Festus nominis hujus originẽ ad loci situm refert, eò quòd mõtibus præstet: unde & altum Pręneste à Virgilio dicitur 7. Aen. Quiq; altum Pręneste colunt. Fuerũt qui à Cæculo Vulcani filio conditum putârint: quorum sententiæ Virgilius quoque subscribit: Nec Prænestinę fundator defuit arcis. Vulcano genitum pecora inter inertia regem, Inventumq; focis omnis quem credidit ætas, Cæculus. Strabo lib. 5: Græcam urbem esse tradidit: cujus rei argumentum hoc affert, quòd olim Polystephanos dicta fuerit. Habuit hoc oppidũ nobile Fortunę templũ, cujus pavimentum lithostrotis stravit L. Sylla, teste Plin. lib. 36. cap. 25. Silius: -sacrisq; dicatũ Fortunę Pręneste jugis. Fœminin. genere usus est Virg. 8. Aen. Qualis eram, quum primam aciem Prænestę sub ipsa Stravi.

Prænēstīnī, pen. prod. Qui Prænestę incolunt. Cic. 2. de Divin. Numerium Suffucium, Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem, & nobilem somniis crebris, *&c.*

Prænēstīnŭs, a, um, possessivũ: ut Dea Prænestina, Ovid. 6. Fast. Sortes Prænestinæ. Cic. de Div. Fortuna Prænestina, Luca. li. 2.

Præpĕnīssŭs, *πραπίσσος*, Oppidũ est mediterraneum majoris Mysiæ apud Ptolemæum lib. 5. cap. 2.

Præpĕsinthŭs, *πραισίνθος*, Insula maris Aegæi, una Cyclades. Autor Plinius libro 4. capite 12.

Prætūtĭum, *πραιτούτιον*, Oppidum est Piceni, teste Ptolem. lib 3. cap. 1. Inde fiunt Prætutios, a, um: ut, Pubes, prætutia, apud Sil. lib. 15. Et Prætutianus, na, num: ut, Prætutianus ager, apud Plin lib. 3. cap. 13. & 14.

Prasii, *πράσιοι*, Indię populi, quorum metropolis est Palibrota. Plin. lib. 6. cap. 19.

Prasiæ, *πράσιαι*, Oppidum maritimum fuit in ora Laconica nõ procul ab ostio Inachi fluminis: cujus meminit Thucyd. bell. Pelopon. lib. 2.

Prāxāspēs. *πραξάσπης*, Nobilis Persa, qui Smerdim Cambysæ fratrem jussu regis occidit, cujus facinoris cõscientia adactus postea in maximo Persarum conventu, ex editissima turre se præcipitem dedit. Vide Herod. lib. 3.

Prāxăgŏrās, *πραξαγόρας*, Nobilis medicus fuit, cujus aliquoties meminit Plinius.

Prāxĭdĭcē, es, *πραξιδίκη*, Deæ nomen, cujus non statuam integram, sed caput tantùm in templis dedicabãt. Hanc Mnaseas Soteris uxorem facit, eandemq; sororem, Concordię & virtutis matrem. Autor Suidas. Stephanus Praxidicen Nympham fuisse tradit, quæ ex Tremilete Cragum peperit, à quo Lyciæ mons nomen accepit.

Prāxĭtĕlēs, pen. corr. [*πραξιτέλης*. Germ. Ein berümpter Bildhauwer.] Statuarius, marmore nobilitatus, & præcipuè duplici Venere, Gnidia & Coa, quarum illam maximè nobilitavit vesanus adolescentis cujusdã amor, qui noctu in templo delitescens simulacro cohæsit: & Nicomedis regis æstimatio grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus dicitur in extrema Italiæ ora, quam Magnam Græciam olim appellabant: deinde propter artis præstãtiam civitate Romana donatus: quam multis etiam egregiis signis ornavit: ex quibus à Plinio commemorantur Triptolemus, Flora, Ceres in hortis Servilianis, Boni eventus, & Bonę fortunę simulacra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & Caryatidas, & Sileni in Asinii Pollionis monumẽtis, & Apollo, & Neptunus, aliaq; nonnulla quæ vide apud Plin. lib. 34. cap 8. & lib. 37. cap. 5. de hoc etiam Propertius: Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

Prĕcĭŭs, Lacus nomen est, apud Cic. in Orat. pro Milone.

Priămŭs, pen. corr. [*πρίαμος*. Germ. Ein König der Trojaner/vnd der Vatter Paridis.] Laomedontis Trojanorum regis filius *ἀπὸ τοῦ πρίασθαι*, quod est emere, autore Servio. Nam puer ab Hercule, qui patrẽ Laomedontem interfecerat, captus cũ Hesiona sorore, solus pecunia redimi potuit: vel secũdùm alios: quia Hercules eum à vicinis hostibus redemptum in paterno regno locavit. Eum à Iove originẽ traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit Iovis ex Electra, cujus filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troëm, qui regionem quæ à Dardano Dardania dicebatur, Trojam à se dixit. Hujus filii fuerunt Assaracus, & Ilus, qui urbẽ totius regionis caput, Ilion à se vocavit. Hic filium habuit Laomedontẽ, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, patre ab Hercule interfecto, auro redemptus, Ilion instauravit simul & exornavit, regniq; limites usq; adeò protulit: ut non solùm Trojæ, sed totius ferè Asiæ rex videretur. Hecubam filiam Cissei regis Thracię uxorem duxit: habuit q;. teste Cicerone Tusc Quæst. lib. 1. filios quinquaginta, quorũ decem & septem ex justa uxore sunt nati, ex quibus fuit & Paris, qui repetiturus Hesionem sororem, in Græciam profectus Menelao Helenam uxorem rapuit: unde ortum est bellum cennale à Græcis Trojanos, in quo vidit filios suos ferè omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipse à Pyrrho Achillis filio occisus est prope aram Iovis Hercæi, in sanguine Politæ filii, ut est apud Virg. lib. 2. Aen. Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras, *&c.* At verò Ili frater Assaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Aeneas. Ovid. lib. 4. Fast. ¶ A' Priamo fit Priamides patronymicum prima longa: & Priameius, a, um, prima brevi. ¶ Fuit & Priamus alius Politæ filius superioris nepos, quem Aeneas ex Trojæ excidio secum in Italiam duxerat. Virg lib. 5. Aen. Vna acies juvenum ducit, quam parvus ovantem Nomen avi referens Priamus, tua clara Polite Progenies auctura Italos, *&c.*

Prĭāpōnnēsŭs. *πραπόννησος*, Insula est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 32.

Prĭapŭs, penult. prod. [*πρίαπος*. German. Ein Gott der Gärten / den mahlet man mit einem vast grossen Männlichen gliid.] Liberi patris & Veneris filius, quẽ superstitiosa antiquitas hortorum præsidem credidit. Horat. 1. Serm. Sat. 8: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, Quum faber addubitans formam sellanum facerétne Priapum, Maluit esse deum: deus hinc ego furum, aviumq; Maxima formido. Idem & Lampsacenus dicebatur, à Lampsaco non ignobili Troadis urbe ad Hellespontum sita, in qua & natus creditur.

Prĭāpēĭă, *πριαπεία*, Carmen obscœnum, quod nonnulli Virgilio: alii Ovidio: alii aliis ascribunt.

Prĭāpĭsmŭs, πριαπισμὸς, πανυχισμὸς, Morbus eſt quum genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intumeſcit ſine Veneris appetitu: quod vitii genus iis potiſſimùm ſolet uſuvenire, qui ſupini cubare conſueverunt. Ratio nominis deducta eſt à Priapo obſcœno hortorũ deo, quòd qui hoc vitio laborant, colem juſto majorem habere conſueverint, & inſtar Priapeii membri aſſiduè extenſum. Vide plura de hoc apud Gal. lib. 6. de Locis affectis.

Prĭāpŭs Helleſponti urbs, teſte Plin. lib. 5. cap. 32, à Priapo Liberi & Veneris filio condita: ſeu ut alii volunt, à Mileſiis nomine Priapi. Cœptus eſt enim ibi coli ob vineta uberrima quę juxta eam in Pariana & Lampſacena regione ſunt, autor Strabo lib. 1.

Prĭēnē, πριήνη, Vrbs maritima (ut inquit Strabo lib. 12. 13, & 14.) quæ invectu Mæandri fluminis inter ipſam, Miletumq; labentis, mediterranea facta eſt, Biante alumno nobilis, qui patria aliquando ab hoſtibus capta, quum reliqui omnes fugientes aliquid rerum ſuarum aſportarent, interrogatus ipſe cur adeò nil efferret: Omnia (*inquit*) mea mecum fero: ſummas divitias in animo ſtatuens. Meminit hujus Cic. in Parad.

Prĭēnæŭs, & Prienenſis. Sidonius: Prienæe Bia, quòd plus tibi turba malorum.

Prīſcĭanŭs, Grammaticus Cæſarienſis fuit, qui tempore Iuſtiniani principis floruit. Scripſit de Arte Grammatica ad Iulianum Conſulem: ad Coſtoën verò Perſarum regem librum de Natural. quæſtionibus: Dionyſiumq; de Situ orbis Latinitate donavit. Sunt qui ſcribant hunc ab initio Chriſtianum, deinde fidei deſertorem fuiſſe. Volaterranus.

Prīſcŭs Helvidius, Sub Nerone Quæſtor Achaiam adminiſtravit, Quæſtoriusq; adhuc à Pæto Thraſea gener adſcitus, è moribus ſoceri nihil æquè ac libertatem hauſit, opum contemptor, recti pervicax, conſtans adverſus metus. Erant quibus appetentior famæ videretur. Hæc Tacitus. Probus quoq; Grammaticus de eodem ſic: Priſcus (*inquit*) poſt damnationẽ Thraſeę ſoceri ſui, interdicta ſibi Italia, Apolloniam conceſſit. Sed poſt interfectum Neronem reſtitutus à Galba, non aliter quàm in liberæ civitatis ſtatu egit. Idem poſteà Veſpaſianum in ſtudio libertatis offendit, ut putaret, id adoptante Clodio, priſtinũ libertatis ſtatum poſſe revocare. Quo nomine reus, ac præter ſpem abſolutus eſt. Hactenus Probus. ¶ Priſcus alter, Panites genere, ſophiſta, Theodoſii junioris epiſtolarum magiſter fuit, qui ſe ſcribit à Cæſare miſſum fuiſſe oratorem in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem: ac ejus regiam pulcherrimè deſcribit, magnifico opere, ſumptuoſoque factam. Scripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam, & ipſius Attilæ libris VIII. Prętereà declamationes & epiſtolas, ut eſt autor Suidas.

Prīvērnum, priverni, πριόυερνον Stephano, Vrbs Volſcorum, Camillæ patria. Virg. 11. Aen. Pulſus ob invidiã regno, viresq; ſuperbas, Priverno antiqua Metabus quum excederet Vrbe. Hujus incolæ dicuntur Privernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Prīvērnas, privernatis: Vt Privernatia vina, quæ inter generoſa Italiæ numerantur à Plin. lib. 14. cap 6.

Prīvērnŭs, Viri proprium nomen, apud Maronem lib. 9: Privernum Capys, &c.

Prŏærĕsĭŭs, προαιρέσιος Inſignis Sophiſta fuit, ex Cæſarea Cappadociæ: qui adhuc adoleſcens Antiochiam venit, permotus fama Vlpiani dicendi magiſtri, apudq; eum primas tulit. Cum quo parvo pòſt tempore Athenas profectus, ſub Iuliano Sophiſta adeò profecit ut primus inter auditores eſſet. Accerſitus inde in Galliam à Conſtantino principe, Hephæſtionem condiſcipulum comitem ſibi adjunxit: ſummoq; honore apud Cæſarem habitus: aliquando pòſt Romam petiit: ubi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandẽ opibus ac honoribus auctus, Athenas rediit, ubi magno exceptus applauſu, extemporalem orationem habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libaneum Sophiſtam, teſte Suida.

Proana, orum, προάνα, τὰ, Oppidum Theſſaliæ eſt apud Steph.

Prŏbălinthŭs, προβάλινθος, Oppidum fuit Atticæ, teſte Plin. lib. 4. cap. 7, quod jam tum interierat.

Prŏbŭs, Berytius Grammaticus, Romæ docuit, non tamen ut magiſtri perſonam ſuſtineret: unum & alterũ, vel quum plurimum tres aut quatuor pomeridianis horis admittere ſolebat, cubansq; inter longos & vulgares ſermones legere quędam, idq; peraro. Nimis parva & exigua de quibuſdam minutis quæſtiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem ſylvam obſervationum ſermonis antiqui. Ab initio enim ad ſtudia ſe contulit, poſtquam in militia diu Centuriatum fruſtrà petiſſet. Hæc ex Tranquillo.

Prōcās προκας. Rex Albanorũ fuit, pater Amulii & Numitoris, & avus Romuli & Remi, cujus meminit Liv lib. 1. ab Vrbe cõdita. Virg. 6. Aen. Proximus ille Procas Trojanę gloria gentis.

Prŏcĕrāſtis, προκεραστις, Oppidum Bithyniæ, ad Boſphorum Thracium, è regione Byzantii, quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

Prŏchўtă, prochytæ, pen. corr. & Prochyte, prochites, προχύτη, Inſula in Puteolano ſinu: dicta quaſi profuſa, ἀπὸ τοῦ προχύσαι, quod eſt profundere. Fuerunt enim Inarimes vicinæ inſulæ montem terræ motu cõcuſſum, inſulã hanc fudiſſe. At Dionyſius lib. 1. ſcribit, Prochytam dictã eſſe à nutrice Aeneæ ejuſdẽ nominis, de hac Virg. li. 9. Aen. Tũ ſonitu Prochyta alta tremit.

Procilius, Grammaticus, cujus meminit Seneca, vir ſuis temporibus doctiſſimus fuit, qui in Itinerario cõmemorat apud Memphim, in aurea columna Aegyptiis literis ſcriptum fuiſſe, tunc demum Aegyptum liberam fore, quum in eam veniſſent Romani faſces. Autor Lampridius.

Prŏclŭs, προκλος, Lycius, diſcipulus Syriani philoſophus Platonicus, præfuit ſcholæ Athenienſi cujus diſcipulus & ſucceſſor fuit Marinus Neapolitanus. Scripſit plura in Grammatica & Philoſophia: Commentarios in totum Homerum, in Heſiodi ἔργα & ἡμέρας: in Remp. Platonis: prætereà contra Chriſtianos Epicheremata XVIII. Hic eſt Proclus, qui poſt Porphyrium ſecundus cõtra nos latravit: adverſus quẽ Iohannes cognomento Grammaticus ſcripſit apologiã, dictitans eũm, quanquã in rebus Græcorũ magnum, ſtultum tamẽ eſſe, & in hac parte indoctũ. Autor Suidas. Is etiam eſt cujus hodie cõmentarios in Platonẽ habemus. Præceptor fuit M. Antonini, à quo ad Conſulatum uſque provectus eſt, ut ſcribit Spartianus. ¶ Proclus item alius fuit Malleotes patria, qui ſcripſit in Sophiſmata Diogenis, & cõtra Epicurum. ¶ Proclus cognomento Proculeius, è Laodicea Syriæ, qui ſcripſit mythologiã, in fabulam Pandoræ, apud Heſiodum: item Aureą carmina, Iſagogen in Arithmeticã Nicomachi, & alia quædam in geometria. ¶ Proclum Naucraticam his Philoſtratus addit, quẽ dicit unum fuiſſe ex ſuis præceptoribus, ac docuiſſe Athenis, filiumq; habuiſſe luxui deditum, in quem non modò non ſeverus fuit, verùm etiam uſq; adeò indulgens, ut in alendis canibus, avibusq; ei adeſſet, dictitans has nugas eum citius cũ ſenibus dimiſſurum, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omninò fertur ſervaſſe morem, ut ab initio à diſcipulis centũ drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliothecą domi publicata: ut illi ſolùm lectioni intẽti, dum cogerentur, minimè per otiũ, uti moris eſt in ludo, mutuis inter ſe jurgiis, ſibilísve peſtreperent. Philoſtratus.

Prŏcōnnēſŭs, προκόννησος. Vulgò *Marmora*. Inſula Propõtidis, ante Cyzicũ, alio nomine Elaphonneſus dicta: utroq; nomine à cervis deducto. Hinc Procõneſius, ſia, ſium. Plin. li. 5. cap. ult.

Prŏcŏpĭŭs, προκόπιος, E Cæſarea Palæſtinæ orator & ſophiſta: ſcripſit res Iuſtiniani quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Beliſarium Patriciũ geſſerat. Cujus ſcriba & comes in cũctis expeditionibus fuit. Compoſuit item alterũ librum, quem inſcripſit ἀνέκδοτα, id eſt, non edenda, ſive non edita: Iuſtiniani, & ejus uxoris Theodoræ vituperationem continentem. Autor Suidas. ¶ Procopius, alius fuit tyrannus Conſtãtinopolitanus, qui inſurgens contra Valentem principẽ apud Natoliam Phrygię civitatem, in ejus poteſtatem cum exercitu venit, proditus à duobus militibus: alligatus deinde duabus per vim reflexis arboribus, diſcerptus eſt: de proditoribus etiã ſumptum ſupplicium. Ex hiſtoria tripartita.

Prŏcrĭs, πρόκρις, Erechthei Athenienſium regis filia fuit, & ſoror Orithiæ, quæ Cephalo nupſit: qui quum caſtitatis uxoris ſuæ periculum facere vellet, Auroræ opera, quę illum adamabat, in mercatorem mutatus, ingentibus muneribus illius pudicitiam ſolicitavit: quũq; illa pretii magnitudine propemodum ſuccumberet. Cephalus recepta priori forma, perfidiam illi exprobravit. Quod Procris quum inficias ire non poſſet, pudore impulſa, relicto viro, domumq; ejus peroſa, in ſylvas ſeſe, locaq; deſerta contulit. Tandem tamen viro reconciliata, jaculum ei inevitabile, & canem Lælapa nomine dedit, quẽ à Minoë dono acceperat. Poſtea quum à ruſtico quopiã audiſſet, Cephalum Auræ cujuſdam amore teneri (cujus ille nomen inter venandum, quum æſtu laboraret, ſæpiùs inculcabat) in fruteris ſeſe occultavit, ut pellicẽ deprehenderet. Quũ itaque Cephalus æſtu, laboreq; fatigatus, ſe ad virgulta recepiſſet, & ſub arboris quadã umbra recumbens, Auram exmore invocaret, Procris ſuſpicata jam pellicem affuturam, quòrem omnem meliùs cognoſceret ſeſe erigens, virgulta cõmovit. Qua re animadverſa, Cephalus feram ratus, jaculum ſuum emiſit, uxoremq; chariſſimã inevitabili ictu interfecit. [Ger. *Ein Tochter Iphicli, vnd ein Frauw Cephali des Jägers/ welche er hernach hinder einer ſtauden vnwiſſentlich erſchoſſen hat.*] Fabulã hanc latiùs exequitur Ovid lib 7 Metamorph.

Prŏcrūſtēs, προκρούστης Plutarcho in Romu. Latro inſignis in Attica regione, ad Cephiſum flumen habitans: qui hoſpites interimere ſolitus, tandem à Theſeo eſt interfectus. Ovidius 7. Met. -tellus Epidauria per te Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem: Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.

Prōmīsīus, προμισίος, ut ſcribit Acron Horatii interpres, [illegible] Romanus, Auguſti amiciſſimus, qui adeò pius erga [illegible] ſuos Scipionem & Murænã fuit, ut ſpoliatis belli civili patrimonium ſuum ex integro diviſerit, quod cum eis [illegible] antea diviſiſſet. Hæc Acron apud Horatium, lib. 2. Carm. Auguſtus meminit & Plutarchus in vita Antonii, dicens Antonium paulò antequam expiraret, admoniſſe reginam Cleopatram, ut ſibi ac rebus ſuis conſuleret: & maximè omnium, [illegible] cum Cæſare Auguſto erant, Proculeio ſe crederet. Mortuo Antonio Auguſtus Proculeium miſit, ut curaret Cleopatram vivam in ſuam poteſtatem perducendam: quumq; illa arrepto enſe vellet ſibi mortem inferre, Proculeius enſem è manibus ademit.

Prōcĭŭstēs, Vide PROGRVSTES.

Prŏdĭcŭs, pen. prod. πρόδικος, Philoſophus fuit patria Cous: cujus quanta fuerit autoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Bœotia captus, vadem pro reditu dedit. In conſilio Athenienſium magnam eſt laudem adeptus, quanquam voce graviore atque abſona. Conatusq; eſt in ea civitate primarios ex nobiliſſimis familiis adoleſcentes ſibi devincire, quorum hoſpitium uſui ſibi & voluptati foret. Hæc ex Philoſtrato. Suidas autem dicit Ceum cum fuiſſe ex Iulide oppido, & Democriti ac Georgiæ temporibus floruiſſe, librumq; ediditſe qui inſcribitur ὥραι, in quo finxit Herculem virtuti pariter ac voluptati congreſſum, & utraque hunc ad ſe trahente, tandem à virtute perſuaſum, alteram ſpreviſſe. ¶ Fuit & Prodicus alius, medicus, ex Selymbria civitate, Hippocratis diſcipulus, qui primus Iatralepticem inſtituit, teſte Plinio, libro 29. capite 1.

Prœtĭdĕs, πρωτίδες, Prœti Argivorum regis, & Antiæ filiæ fuerunt: quæ quum forma eſſent præſtantiſsima, ſe Iunoni auſæ ſunt præferre: quare irata dea talem eis immiſit furorem, ut vaccas ſe eſſe arbitrarentur, & ad ſylvas confugerent. Poſtea autem helleboro ſanatæ à Melampode dicuntur: unde quoddam hellebori genus, Melampodii nomen accepit, teſte Plin. lib. 25. cap. 5. Virgil. in Sileno: Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.

Prœtŭs, πρῶτος, Abantis regis Argivorum filius, cui etiã ſucceſsit in regno. Vxorem habuit Antiam, ex qua quatuor filias genuit, quæ à patris nomine dictæ ſunt prœtides, poëtarum fabulis celeberrimæ: de quibus vide plura in dictione præcedenti, & ſuprà in voce MELAMPODIVM.

Prōgnē, [πρόγνη. Ger. Ein Tochter *Pandionis* des Königs zu Athen/ die Frau *Terei* des Königs in *Thracia*.] Pandionis Athenienſium Regis filia fuit, & ſoror Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta eſt, ex qua filium Itym ſuſcepit. Hæc quum deſiderio videndæ ſororis teneretur, exoravit virum ut Athenas profectus Philomelam ad ſe duceret. Qui mandata peragens, adventum Philomelæ à Pandione impetravit. Verùm quum in itinere eſſent, in libidinem mulieris exardens, quanvis repugnantem compreſsit: & ne facti obſcœnitatem exprimere poſſet, linguam ei abſcindit & ſervo in vinculis cuſtodiendam tradit: reverſusq; ad uxorem, maris nauſea periiſſe ſimulat. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnem uti geſta fuerat, acu in tenuiſsima tela depinxit: hanc ancillæ Prognes clàm deferendam tradidit. Progne re intellecta, ac diſsimulato ad tempus dolore, poſtquam Orgiorum dies advenit, thyrſis & pellibus pro more inſtructa ſororem è carcere eripit, eademque indutam habitu ad regiam ducit: ibiq; furiis exagitata arreptum Itym filium interficit, viroq; domum redeunti epulandum apponit. Qui tandem re cognita ex pueri capite, quod Progne ſub finem cœnæ per ſororem afferendum curavit, dum fugientem uxorem furibundus perſequitur, mutatam deorum commiſeratione in hirundinem vidit, quæ conſuetudinem habitandi intra hominũ tecta ſemper ſervavit. Ipſe autem in upupam, avem ſatis notam, converſus eſt, idcoque militarem criſtam adhuc in capite gerit, & quaſi adhuc filium quæritans, clamat πῶ, πῶ, quod ſignificat ubi, ubi. Itys autem in phaſianum, quæ avis frequens eſt juxta Phaſim fluvium in Colchis. At Philomela in avem converſa eſt ſui nominis, quæ ne nunc quidem ceſſat deflere cantu dulciſſimo injuriam quam paulò antè elinguis promere non poterat. Vide hanc fabulam latiùs apud Ovid. lib 6 Metamorph. Gorgias tamen apud Ariſtotelem lib. 3. Rhetoricorum, exiſtimavit Philomelam in hirundinem, Prognem ſororem ipſius in luſciniam converſam fuiſſe. Quam etiam opinionem ſequutus eſt M. Varro: Luſciniola, *inquit*, luctuoſa canere exiſtimatur, atque eſſe ex Attica Progne in luctu facta avis. Ad quod alludit Virgilius, quum inquit: Quas illi Philomela dapes.

Prŏmēthēus, penult. prod. [προμηθεύς. Ger. Ein Kluger/ vnd fürſichtiger Mann / welcher alß die Poëten dichten / Menſchen gemacht hat/ vnd demnach das Fewr vom Himmel geſtolen/ vnd es jhnen mitgetheilt.] Filius Iaperi, & pater Deucalionis, qui hominem ex luto dicitur formaſſe, & ex cœleſti igne animaſſe. Promethei fabulam ſic refert Servius: Prometheus (*inquit*) poſt factos à ſe homines, dicitur auxilio Minervæ cœlum aſcendiſſe, & adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicavit: Ob quam cauſam irati dii, duo mala immiſerũt terris, febres, & morbos, ſicut & Sappho & Heſiodus memorãt. Quod tangit & Horatius, dicens: -poſt ignem ætherea domo Subductum, macies, & nova febrium Terris incubuit cohors. Ipſum etiam Prometheum in monte Caucaſo per Mercurium religaverunt ad ſaxũ: & adhibita aquilã eſt, quæ ejus cor exederet. Hæc autem omnia non ſine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentiſsimus fuit. Vnde etiam Prometheus dictus eſt, ἀπὸ τοῦ προμηθίας: id eſt, à providentia. Hic primus Aſtrologiam Aſſyriis indicavit: quam reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, nimia cura & ſolicitudine, deprehenderat. Hic autem mõs poſitus eſt circa Aſſyrios, vicinus penè ſideribus. Vnde etiam majora aſtra demonſtrat, & diligenter eorum ortus, occaſusq; ſignificat. Dicitur etiam aquila cor ejus exedere, quòd, ἄχος eſt ſolicitudo, qua ille affectus, ſiderum omnes deprehenderat motus. Ex hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudẽtiæ & rationis deus eſt, ad faxũ dicitur eſſe religatus. Deprehendit prætereà rationem fulminum, & hominibus indicavit: unde cœleſtem ignem dicitur eſſe furatus. Nam quadam arte ab eodem monſtrata, ſupernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo benè uſi ſunt. Nam poſtea malo hominum uſu, in perniciem eorum verſus eſt: ſicut in Livio lectum eſt de Tullo Hoſtilio, qui eo igni exuſtus eſt cum omnibus ſuis. Numa verò Pompilius impunè eo uſus eſt tantùm in ſacris deorum. Hinc eſt quod igne rapto, mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immiſſi. Hactenus Servius enarrans illud Virgil. 6. Eclogæ: Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna, Caucaſeasq; referet volucres, furtũq; Promethei. ¶ At Prometheus ſit Promethides patronymicum maſculinum.

Prŏnāstæ, πρόναστα, antiqui populi Bœotiæ, Steph.

Prŏpĕrtĭŭs, Elegiarum Poëta ex Mevania oppido oriundus quod in Vmbria eſt, ut ipſe autor copioſè teſtatur. Sunt qui ſcribant ejus patrem Equeſtri dignitate ornatum, ac Triumviralẽ poteſtate fuiſſe: tum inter eos connumeratum qui L. Antonium ſecuti, Peruſia capta ex Octavii Cæſaris autoritate, ad aram Divi Iulii perducti, ibidem occiſi fuerũt. Illud omninò cõſtat, hunc Propertium magna ex parte amiſſis bonis, Romam ſe recepiſſe, quũ patrem ſuum in tenera adhuc ætate amiſiſſet: quod illis verſibus apparet: Aſpice me cui parva domus fortuna relicta eſt, Nullus & antiquo Marte triumphus avi. Ex Crinito.

Prŏpœtĭdĕs, προποίτιδες, Puellæ fuerũt Cypriæ, ex Amathunte urbe, quæ quòd Veneris numẽ aſpernarentur, ab irata dea adeò percitę ſunt libidinis deſiderio, ut corpora paſſim in triviis proſtituerent: unde factus eſt locus fabulæ, Propœtides in ſaxa fuiſſe mutatas, quòd abjecto omni pudore, velut ſaxa induruiſſent. Ovid. 10. Metamorph. Sunt tamen obſcœnæ Venerem Propœtides auſę Eſſe negare deam: pro qua ſua numinis ira Corpora cum forma primò vulgaſſe feruntur. Vtq; pudor ceſſit, ſanguisq; induruit oris, In rigidum parvo ſilicem diſcrimine verſæ.

Prŏpōntĭs, Propontidis, [προποντίς. Ger. Das Meer zwiſchen dem *Helleſponto*, vnd dem engen Meerſchlund in *Thracia* gelegen/ heiſt jetzt *Mare S. Georgio*.] Vno nomine dicitur totũ illud mare quod ab Helleſponti anguſtiis ad Thraciam uſq; Boſphorum protenditur. Nam Geographi primas anguſtias maris Aegæi ſe coarctantis, Helleſpontum vocãt. Inde expatiatur æquor: quę laxitas Propontis appellatur. Vbi iterũ in arctũ coit, & ſtringitur, illæ anguſtiæ Boſphorus Thracius nuncupãtur. Vbi iterum effunditur, Pontus Euxinus, qui curvatus in figurã Scythici arcus committitur oſtio Mæotidis paludis: idq; oſtium, Cimmerius Boſphorus vocatur.

Prŏpōntĭăcŭs, ca, cum, προποντιακός. Ovid. li. 1. Faſt. Hincq; Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Proſi, Limites dicti, qui ſpectabant ad Orientẽ: tranſverſi, qui ad Meridianum. Ex Hygeno.

Proſa, Vide in APPELL.

Prŏſĕrpĭnă, pen. corr. [περσεφόνη. Ger. Ein Tochter *Iouis*, vnd *Cereris*, welche *Pluto*, auß *Sicilia* zur Hellen entführet hat.] Iovis & Cereris filia, quę quum in campis Ennæis flores legeret, à Plutone rapta eſt. Quam quum Ceres diu fruſtrà toto terrarum orbe inveſtigaſſet, tandem à Cyane Nympha rem omnem edocta, petiit à Iove ut communem filiam ab inferis ſibi reducere liceret: quod ea dũtaxat lege impetravit, ſi nihil illa cibi apud inferos guſtaſſet. Quare quum Aſcalaphi judicio palàm factum eſſet, aliquot mali punici grana illam guſtaſſe, omnis reditus ſpes illi fuit intercluſa. Quod ægrè ferens Proſerpina, Aſcalaphum commutavit in bubonem noctis avem, & triſtium ſemper rerum nuntiam. Poſtea tamen Ceres à Iove di-

citur impetrasse ut Proserpinæ senis quotannis mensis secum apud superos, & totidem apud inferos cum marito esse liceret. Quod Poëtarum commentum Mythologici ad Lunæ naturam referunt, (quam Proserpinæ nomine intelligunt) quæ æquali temporis spatio superiùs & inferiùs hemisphærium illustrat. Hæc ferè Servius in illud Virgil. 1. Georg. Quamvis Elysios miretur Græcia campos, Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

Prŏsŏpŏn, προσωπον, Insula nõ longè à Carthagine: cujus incolæ Prosopii dicuntur, vel Prosopitæ, Stephanus.

Prŏsŏpŏpĭtĭs, idis, προσωπιτις, Insula est in Delta Nili, novem schœnorum ambitu, urbem habens Atarbechim, ex quâ naves proficiscuntur ad tollenda tota Aegypto boum, aliorumq; pecorum ossa, quę religiosè apud Aegyptos sepeliuntur. Autor Herodot. lib. 2.

Prŏtăgŏrās, pen. corr. προταγορας, Philosophus Abderides fuit: aut, ut alii malunt, Tejus, natus Menãdro patre Thracum locupletissimo, qui & Xerxem adversus Græcos proficiscentem, domo, muneribusq; excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, ejus filium Protagoram, tunc adolescentem sua disciplina erudierunt. Nam injussu regis eam communicare non licebat, propterea quòd religionem penitùs subverteret, in dubium vocans num omninò essent dii. Quare & clàm sacrificabant Magi, ne aperta religionis professione diis servire, aut per illos nonnihil posse viderentur. Hac itaq; disciplina imbutus Protagoras, librum quendam in hanc sententiam exorsus est: Dii sint, nécne, satis statuere non possum. Nam cùm alia complura id sciri prohibeant, tum summa rei incertitudo & brevitas vitæ. Hunc itaque librum quum Athenis recitasset, à Pythodoro Polyzeli filio impietatis nomine in judiciũ vocatus, & in exilium actus est, scriptaq; ejus publicè sunt exusta. Quumq; sparsas toto orbe triremes Athenensium videret, parvo se navigio credens, insulas lustravit, ubi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpisse. Igitur Plato quũ videret eum arte rhetorica intumescentem, verbaq; ex poëtica plus justo ostentantem, Dialogum in eum conscripsit, quo mores ejus & ingenium graphicè delineavit. De morte ejus varia traduntur. Quidam naufragio periisse volunt, quum in Siciliam navigaret. Alii itineris labore fatigatum in via defecisse, quum ad annum nonagesimum pervenisset. Hic primus omnium mercede docuit, minas centum à singulis exigens. Philosophus habitus fuit parùm syncerus, qui rebus omissis, verbis anxiè insisteret, captiosisque argumentatiunculis veritatem obscuraret. Hæc partim ex Philostrato, partim ex Laërtio decerpsimus. ¶ Protagoras alius fuit Astrologus, in quẽ Euphorion Epicedium scripsit. ¶ Alius item Stoicus, Diogene Laërtio autore.

Prōtăgŏrēŭs, adjectivum, sicut à Pythagoras, Pythagoræus. Gell. lib. 5. cap. 11: Existimant quidam etiam illud Bianti viri sapientis ac nobilis responsum consimile esse, atq; est Protagoræum illud de quo dixi modó.

Prōtē, πρώτη, Insula est in majori Ionio contra Aetoliam sita, una ex Stœchadibus, Plin. lib. 3. cap. 3.

Prŏtĕsĭlāŭs, [πρωτεσίλαος. Ger. Einer auß den fürnemesten Griechen/ welche für *Trojam* gezogen sind / der auch zum ersten ist erschlagen worden.] Filius fuit Iphicli, & unus ex Græciæ principibus qui ad bellum Trojanum profecti sunt. Nam quanvis audivisset à vatibus, se primum omnium in bello Trojano periturũ, si eò proficisceretur, contemptis nihilominus vaticiniis, unà cum cæteris ducibus profectus est: quumq; omnium primus è navi in terram exisset, & in Hectorem incidisset, primus Græcorum omnium ab illo est interfectus: Vnde non sine omine quodam, & futuræ mortis præsagio Protesilaus videtur appellatus. Ausonius: Protesilaë tibi nomen sic fata dederunt, Victima quòd Trojæ prima futurus eras. Vxorẽ habuit Laodamiam, Acasti filiam, quæ quum ejus interitum resciisset, hoc unum doloris sui solatium petiit, ut mortui umbram posset intueri: quod quum à diis impetrasset, in illius amplexibus expiravit.

Prōteus, per duas syllabas, [πρωτεύς. Ger Ein Sohn Oceani, vnd Tethyos, welcher sich in allerley gestalten hat verwandlen können.] Deus marinus fuit, ut Poëtæ fabulantur, Oceani & Tethyos filius, Neptuni Phocas in mari pascens, idemq; vaticinatorum peritissimus, & in quàmlibet formam sese transmutans, quem sic describit Virgil. 4 Georg. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor, Et juncto bipedum curru metitur equorum: Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; revisit Pallenen: hunc & Nymphæ veneramur, & ipse Grandævus Nereus: novit namque omnia vates, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Quippe ita Neptuno visum est, immania cujus Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas. ¶ Fuit item Proteus, Aegypti rex, patria Memphites, qui Pheroni in regnum successit: regnavitq; belli Trojani temporibus. Tradit enim Herodotus libro 2, Paridem quum rapta Helena patriam repeteret, vi tempestatis ad Canopicum Nili ostium fuisse appulsum captumque à Thoni regionis ejus præfecto ad Proteum Regem missum fuisse: qui quum ex servis Alexandri cognovisset, mulierem quam ille secum vehebat, hospitis illius uxorem esse, absenteque viro raptam fuisse, perfidiam hominis detestatus, illum quidem triduo finibus suis excedere jussit: Helenam verò cum omnibus opibus, quas ille direpta Spartæ secum vehebat, Menelao integram servavit. Expugnato itaque Ilio quum Menelaus revera cognovisset, uxorem eò nunquam advectam fuisse, sed à Proteo retentam, Canobi gubernatoris ductu in Aegyptum navigavit: qui quũ ibi diem suum obiisset, Canobico ostio nomẽ fecit. Menelaus aũt adito Proteo, uxorem suam liberalissimè ab eo habitam, cum opibus universis recepit. Ad quam opinionẽ videtur respicere & Virg. 11. Aen. quum ait: Atrides Proteo Menelaus ad usque columnas Exulat. Quæ verò de Protei mutabilitate Poëtæ sunt commenti, ab Aegyptiorum Regum consuetudine videntur emanasse. Illis enim, teste Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoq; verò arborem, aliquando ignem, quandoq; redolentia supra caput unguenta. Hæc tum ad decorẽ spectabant, atq; ornatum: tum stuporem, ac superstitionẽ quandam aspicientibus injiciebãt. Vnde factus est locus fabulæ: Protẽ in ea omnia quæcunq; capite gestabat, solere transformari.

Prŏthŏēnŏr, προθοηνωρ, Homero teste Iliad. 2, unus ex quinque Bœotiorum principibus, qui ad Trojam cum Græcis profecti sunt.

Prŏthŏŭs, προθοος, Tenchredonis filius, dux eorũ qui ex Magnesia ad Trojam venit, teste Homer lib. 2. Iliad.

Prōtŏgĕnēs, pen. corr. πρωτογενης, Pictor nobilis fuit, patria Caunius, (est autem Caunus Cariæ oppidum, Rhodiis olim subjectum,) cujus summa initiò paupertas fuit, artisq; accuratissima intentio: unde & minor fertilitas. Palmam habet tabularũ ejus Ialysus, qui est Romę dicatus, in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse: quoniam simul famem sustinerẽt, & sitim ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorẽ induxit subsidio injuriæ & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. Est in ea canis mirè factus, ut quem pariter casus & ars pinxerit. Nõ judicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibiipse satisfecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longiùs à veritate discedere, spumaq; illa pingi, non ex ore nasci: anxio animi cruciatu quum in pictura verum esse, non verisimile vellet, abstersérat sæpiùs, mutaveratq; penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremò iratus arti quòd intelligeretur, spõgiam eam impegit invisо loco tabulæ, ex illaq; reposuit ablatos colores, qualiter cura optaverat, fecitq; in pictura fortunæ naturam. Vide plura de hoc apud Plinium lib. 35. cap. 10. ¶ Iuvenal. Satyr. 3, Protogenem accipere videtur pro Græculo quopiam nobili, aut certè nobilitatis existimationem aucupante, alludens opinor ad vocis etymon, quo quis primo genere ortus significatur: aut certè propterea quòd id nomẽ sua ætate frequens, tritumq; esset Græcis: Non est (*inquit*) Romano cuiquã locus hic ubi regnat Protogenes aliquis, aut Diphilus, aut Etymantus.

Prŏtŏgĕnīă, προτογενια, Nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ, Autor Aristarchus in Decimũ Odyssiæ. ¶ Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erechthei Atheniensiũ Regis, quæ se pro patriæ salute jugulandas præbuerunt.

Prŏtŭs, πρωτος, Illustris cujusdã Phocensis nomen, qui à Gallis benignè exceptus, Massiliam nõn procul à Rhodani ostio condidit Autor Plutarchus in Solone.

Prŏxĕnŭpŏlĭs, προξενουπολις, Vibs Aegypti, juxta Naucratiã. Gentile, Proxenupolites Steph.

Prusă, προυσα, Oppidum est Bithyniæ Phrygibus & Mysis finitimum, à Prusia rege, qui cum Cyro bellum gesit, ad radices Olympi montis conditum. Autor Strab. lib. 12, quanvis Plin. lib. 5. cap. 32, ab Annibale conditum velit. ¶ Est & altera Prusa sub Hippo monte, seu fluvio, ut est apud Ptolemæum Hoc aũt discrimine à Prusa, quæ sub Olympo est, dirimitur. Hæc enim à Plinio Prusa dicitur, quæ Cios quondam fuerit. A' qua Prusienses προυσιεις vocantur.

Prusĭās, adis, προυσιας, Vibs Bithyniæ, olim Cius dicta, à Prusia Rege condita cognomento Zelâ, ad Argantonium montem. Hic est ille Prusias qui Annibalem superato Antiocho suscepit: ut est videre apud Strabonem lib. 12. Plin. lib. 5. cap 32, etiam hanc Prusam appellat eodem nomine quo alteram ad Olympum sitam.

Prusĭās, προυσιας, Rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulavit postquam victus à Romanis, tanquã rupti fœderis autor deposcebatur, ad pœnas. ¶ Fuit ante hunc & alter Prusias Bithyniæ

rhyniæ Rex, qui cum Cyro bellum gessit, & Prusam urbem ad Olympum Mysium condidit. Autor Strabo lib. 12.

Prymnesĭă πρυμνήσια, Vrbs Mæoniæ in finibus Lydiæ, Phrygiæ, ac Mysiæ. Ptolemæus lib. 5. cap. 3.

Prymnō, ūs, πρυμνώ, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, cujus meminit Hesiodus in Theogonia.

Prytănēum, πρυτανεῖον, Locus erat Athenis in Arce dignissimus, ubi judices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item alebantur publicè qui benè meriti erât de Republicâ, qui honos Athenis maximus habebatur. Cicero lib. 1. de Orat. Et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quasi πυρὸ παμεῖον, tritici promptuarium, vel horreum publicum. Dionysius Prytanea vocat curias in quibus sacra fiebant ab his qui maximam in urbe haberent potestatem.

P ante S.

Psămăthē penult. corr. ψαμάθη, Fons est apud Thebas. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. Qui tenet undisonam Psamathem. ¶ Fuit etiam hoc nomine Crotopi Argivorum Regis filia, quæ ab Apolline compressa, Linum peperit, quem inter sentes occultatum canes dilaceraverunt. Vide Statium lib. 1. Thebaid.

Psammăthŭs, untis, ψαμμαθῦς, Laconicæ oppidum, Tænaro promontorio proximum. Gentile Psammathuntius, ψαμμαθουντῖος, sive Psammathutius, ψαμμαθύτιος, Stephan.

Psammētĭchŭs, ψαμμήτιχος; Nomen Regis Aegypti, cujus sævitia (ut inquit Herodotus unà cum Diodoro) ducenta hominum millia ex Aegypto in Aethiopiam profugêre. Strabo: Tenesis regio vocatur, quam qui Psammetichum fugerent, obtinent, & Sebritæ nominantur: hoc est, advenæ. Hujus filiam rapuerunt crocodili, inquit Aelianus, lib. 10. cap. 31, propter quod ipsum ab Apollonopolitis summa in detestatione habentur.

Psellŭs, ψέλλος, Nomen autoris, qui scripsit de ratione victus.

Pseudăcŏrăsĭum, ψευδακρασιον, Litus magnum inter Coricum, & Seleuciam Isauricam, tria stadia lõgum, & in Lunæ similitudinem curvatum. Stephan.

Psŏphĭs, Psophidis, ψωφίς, Arcadiæ civitas, à Psophide Lycaonis filio: aut, ut alii malunt, à Psophide Erycis Siculi filia condita. Ovid. lib. 5. Metamor. Vsq; sub Orchomenon, & Psophida, Cyllenenq;. In Insula quoq; Venetorũ Zacyntho arx ipsa vocabatur Psophis, & aliæ multis locis. Autor Hermolaus in Plinium. ¶ Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia. Item tertium in Achaia.

Psўlli, ψύλλοι, Populi Libyæ prope Garamantas, à Psyllo Rege dicti (ut inquit Plin. lib. 7. cap. 2,) quorũ corpori ingenitũ fuit virus exitiale serpentibus. Scribit Plutarchus Catonẽ iter per deserta Libyæ facientem secum Psyllos duxisse: qui morsibus serpentum mederentur, partim ore trahentes venenum, partim serpentes cantibus medicantes. In vita Catonis. Plinius libro 7. capite 2: Mos verò illis fuit liberos genitos protinùs objiciendi fævissimis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc Plinius. Meminit horum & Herodotus, libro 4. Silius item de Atyre Psyllo, libro 1: Necnon serpẽtes diro exarmare veneno Doctus Atyr, tactuq; graves sopire chelydros, Ac dubiam admota sobolem explorare cerastę. In eandem sententiam de Psyllis scribit & Lucanus lib. 9, Gellius libro 16. capite 11, Crinitus libro 1. capite 3. aliique complures.

Psўllŭm, ψύλλιον Ptolemæo, lib. 5. cap. 1, Vrbs Bithyniæ.

Psўra, ψύρα, Insula juxta Chium. Strabo lib. 14, Vulgò *Psara*. ¶ In hac insula vinum non provenit. Vnde natum est Adagiũ: Psyra Bacchum, ψύρα τὸν διόνυσον ἄγουσι: id est, in Psyra Bacchũ ducentes. Dictitatũ, ubi vinum appositum in convivio nemo gustat: vulgari proverbio, aut de sordido apparatu: hac etiam ratione quæ sordidè, parumq; magnificè fierent, Psyricè facta dicebantur.

P ante T.

Ptĕrĕlās, πτελεάς, Rex Theleboarum, ab Amphitryone victus: de quo Plautus in Amphitryone.

Ptĕlĕă, πτελέα Stephano, Vulgò *Foglie*, Asiæ urbs clarissima, Ionum metropolis, notiore nomine Ephesus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

Ptĕlĕŏn, πτέλεον, Ioniæ oppidum, juxta Erythras & Mimantem montem. Autor Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est & aliud ejusdem nominis oppidum in ora Boeotiæ Plin lib. 4. cap 7.

Ptĕrĭă, Cappadociæ urbs est, apud Herodotum, lib 1.

Ptĕrŏphŏrŏs, [πτεροφόρος] Ger. Die Mitternächtische Landtschafft vnder dem Polo, oder Himmels wirbel gelegen.] Est regio apud Riphæos montes: sic dicta ab assidua nive, quæ ibi pennarum similitudine continuò decidit. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremiq; siderum ambitus. Plin. li. 4. cap. 13: Mox Riphæi montes & assiduo nivis casu pinnarũ similitudine, Pterophoros appellata regio, pars mũdi damnata à natura rerũ. ¶ Pterophori item dicti sunt cursores pegasarii, quòd peregrè proficiscentes (ut Dionysius scribit) surrectas in capite pinnas gestare solebant. Ad quod & Iuvenalis allusisse videtur, quũ ait: Tanquã de Cattis aliquid, torvisq; Sicambris Anxia præcipiti venisset epistola penna.

Ptŏlĕmæŭs, [πτολεμαῖος. Ger. Der erste König in Egypten/von welchem die vbrigen all diesen nammen empfangen haben.] Nomen propriũ Lagi gregarii militis filii, qui maximę autoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Post cujus mortem Aegypto & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitus, regnavit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptii Reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd si aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Accersebat enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alios locupletes facere regale magis esse dicebat, quàm locupletari. Est autem hoc nomen ἀπὸ τοῦ πτολεμεῖν: hoc est, à pugnando deductum: sicut à πτολέω quod est honoro. Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Decessit in rerum gestarum gloria, quum paulò antè regni se abdicans administratione, Regem filium constituisset Philadelphum. Autor Trogus, libro 15. Philadelphus itaque in regno patri successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus: qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ usque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum duravit. Regnavit annis XXXVIII. cui successit Ptolemæus cognomento Evergetes, εὐεργέτης, quòd Latinè dici beneficus potest. Hic vigintisex annis regno potitus, moritur: cui succesit Ptolemæus Philopator, XVII. annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annos viginti tres regnavit. Tum Ptolemæus Philometor, qui triginta quinq; annis Aegypti regnũ quum tenuisset, fratrem suum Evergeten alterũ moriens regem constituit. Evergetes, qui & Physco dictus est, regnavit annis viginti novem: cui Ptolemæus cognomento Lathyrus successit. Lathyro Auletes, Cleopatræ pater. Post hunc Ptolemæus cognomento Dionysius, Cleopatræ frater, qui Pompeium post Pharsalicam cladem in Aegyptum fugientem, interimendum curavit. ¶ Fuerunt & alii hoc nomine, ut Pyrrhi Regis filius, & Cypriorum Rex, qui suis divitiis Romanum locupletavit ærarium. Ptolemæorum seriem describit Strabo, libro 17. ¶ Claudius Ptolemæus, astrologus, natione Aegyptius, Alexandriæ professus est, Liberalium artium, ac Græcarum literarum studiis clarus, temporibus Antonini, ut ipse scribit: in Astrologiæ scientia priorum nulli cessit. Primus enim apud Græcos cœli rationem omnem diligentiùs explicuit, inventaq; ab Hipparcho instrumenta clariùs demonstravit. De Musica quoque & rebus aliis, tum de Geographia absolutissimè scripsit. Suidas. ¶ Ptolemæos quoque sex alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos; & unum versificatorem, quorum opera ad nos minimè pervenerunt. ¶ Iosephus iterum alium ponit, Abobi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem socer Hierichunti tempore belli Macchabæorũ præfecerat. At ille incensus regni cupiditate, invitatum ad cœnam, incautum interfecit. De quo multa in Hierosolymitana historia Iosephus.

Ptŏlĕmæĕŭs, æa, æum, possessivum, πτολεμαϊκός. Propertius lib. 2. Eleg. 2: Et Ptolemæeæ littora capta Phari.

Ptŏlĕmāĭs, maidis, vel dos: [ⲡⲧⲟⲗⲉⲙⲁⲓⲥ. *hachchó.* πτολεμαΐς.] Vulgò *Tolomita*. Oppidum in ora Rubri Maris, ad primos elephantorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione Trogloditarũ. Autor Plin. lib. 2. cap. 73. Ptolemæus enim Troglodyticen primus exuffit, ad venatus elephantorũ, quæ ideò Epithetas à Græcis cognominata est, eodem Plinio autore, lib. 6. cap. 29. ¶ Est & Ptolemaïs, urbs Aegypti apud Straboném, lib. 17. ¶ Item Phœniciæ urbs, colonia Claudii Cæsaris, quæ quondã Ace dicta est, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 19. Harum quinq; urbiũ meminit Hieronymus ad Eustochiũ. Per arenas, *inquit*, Syriæ pervenit ad Coum, quæ nunc *Ptolemais* dicitur: altera est in Aethiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica provincia Aphricæ.

P ante V.

Pūblĭŭs, & Laberius, Poëtæ mimorum, Iulii Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberii maledicentia sicut & arrogãtia Cęsar magnopere offendebatur. Is Publius, genere Syrus fuit, cõditione servus: puer enim & forma, & ingenio à Domitio manumitti, & erudiri meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris, ubi mimos suos egit, magno ipsius populi applausu. Autor Gellius & Macrobius.

Pūblĭpŏr, Publii puer sive servus: sicut Marcipor, Marcipuer. Veteres enim à suis prænominibus pueros: id est, servos in familia nominabant. Vnde à Lucio, Lucipores: à Quinto, Quintipores.

pores. Et hoc eſt quod Plinius ait, id genus ſervos dominorũ fuiſſe gentiles: id eſt, eodem nomine appellatos, quo domini appellabantur. Vide MARCIPOR.

Pūcīnum, πύκινον, Vrbs eſt Iſtriæ in Mediterraneis, ut Ptolemæus ſcribit lib. 3. cap. 1.

Pūcīnum vinũ, Inter generoſiſſima Italiæ vina, & medicamentis aptiſſima connumeratum eſt, πύκινον οἶνον. Naſcitur in ſinu Adriatici maris, ſuper colle, non procul à Timavo fonte, teſte Plin. lib. 14. cap. 6.

Punícus, Vide in APPELL.

Pŭppĭŭs, Poëta Tragicus fuit, qui ita ſpectantiũ affectus movit, ut eos flere compelleret. Autor acro in illud Horatii lib. 1. Epiſtol. Vt propius ſpectes lacrymoſa poëmata Puppi.

Pupulum, πύπυλον, Vrbs eſt in latere Meridionali Sardiniæ, teſte Ptolemæo, lib. 3. cap. 3.

Pŭtĕŏlī, orum, πτόλοι Steph. Vulgò *Puzzuoli*. Oppidum maritimum Campaniæ, octavo lapide diſtans à Neapoli, non procul ab Averno lacu, à Samniis conditũ, teſte Euſebio ſub idem ferè tẽpus quo Tarquinii Romani ſunt exacti. Dicti Puteoli, ſive à putore: hoc eſt graveolentia aquæ ſulphuratæ. Olim etiam, quòd juſtiſſimè regeretur, Dicæarchia, dicebatur, δικαιαρχία.

Pŭtĕŏlānŭs, πτολεῖος Stephano, Gentile eſt. Cicero Thermo: Cluvius Puteolanus valdè me obſervat.

Pūtĭcŭlī, [Ger. Ein Gemeiner Gottesacker zu Rom.] Locus publicus Romæ ultra Exquilias, cõmune ſepulcrum miſeræ plebi: ita dictus ſive quòd ibi cadavera pũtreſcerent, teſte Feſto: ſive quòd putrefacta cadavera ſummum ibi putorem gignerent: ſive à puteis ipſis: hoc eſt, foſſis in quibus cadavera ſepeliebantur. Antiquiſſimum enim ſepulturæ genus fuit, teſte Feſto, ut facto puteo cadaver humo obrueretur. Nam cremãdorum corporum cõſuetudo à L. Sylla initium ſumpſit. Varr. 4. de Ling. Lat. non puticulos, ſed puticulas hunc locum vocat.

P ante Y.

Pȳdnă, πύδνα, Vulgò *Chitro*, Oppidum Macedoniæ ad ſinum Thermaicum: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Pȳgĕlă, Pygelæ, πύγελα, Vrbs Ioniæ, non procul ab Epheſo: ſic dicta quòd nonnulli ex iis, qui ſub Agamemnone militarant, propter morbũ ſedem & nates infeſtantem, illinc cõſederint. Autor Theopompus.

Pȳgmæī, [ם׳ק] *ghammadim*. πυγμαῖοι. Ger. Kleine Erdmãnlin nur eines Elnbogens hoch / wonhafft in den auſſerſtẽ Bergẽ Indiæ.] ut Plin. lib. 7. cap. 2. ſcribit, populi in extrema parte montiũ Indiæ habitantes, ſalubri cœlo, ſemperq; vernante, qui ternos dodrantes non excedunt: unde & Pygmæi dicti ſunt, quaſi πυγμαῖοι: hoc eſt, cubitales: πυγμὴ enim cubitum ſignificat. Auguſt. libro 16. de Civit. Alii ſtatura cubitales, quos *Pygmæos* à cubito Græci vocant, pugnant cum gruibus, ſed vincuntur. Horum mulieres quinto anno pariunt, & ſeneſcunt octavo. Fama eſt inſidentes arietũ, caprarumq; dorſis, armatos ſagittis, Veris tẽpore univerſo agmine ad mare deſcendere, & ova, pulloſq; earum alitum conſumere: ternis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum luto, pennisq; & ovorũ putaminibus conſtrui. Ariſtoteles in cavernis vivere Pygmæos tradit: cætera de his, ut reliqui. Plin. quoq; lib. 4. cap. 11, in Thracia Pygmæos fuiſſe ſcribit, urbemq; Genaream tenuiſſe, donec à gruibus fugati, novas ſibi ſedes quærere fuerint coacti. Ad quod etiam ſpectare videtur illud Iuvenal. ex Sat. 13:

Ad ſubitas Thracum volucres, nubemq; ſonoram,
Pygmæus parvis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti, raptusq; per aëra curvis
Vnguibus, à ſæva fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in noſtris, riſu quatiere: ſed illic
Quanquam eadem aſſiduè ſpectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non eſt altior uno.

Pȳgmălĭōn, onis, πυγμαλίων Suidæ, Beli Tyriorũ regis filius fuit, frater Didûs, qui quũ ardentiſſima auri cupiditate flagraret, ad Sichæi patruelis ſui, & ſororis ſuæ viri opes ánimũ adjecit: illumq; ſpe potiundi auri, ante aras dolo interemit. Cujus cædis quũ in ſomnis à mariti umbra certior facta eſſet Dido, clãm ſublatis theſauris, fugæq; comitib. aſſumptis naves conſcendit: & in Africam appulſa, primùm Byrſam, deinde & Carthaginem cõdidit. Meminit hujus Virg. lib. 1. Aen. ſed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes, Quos inter medius venit furor: ille Sichæum Impius ante aras, atq; auri cæcus amore. Clãm ferro incautum ſuperat. ¶ Fuit & alter ejuſdem nominis, Ciliciæ Filius, qui ex Eburnea ſtatua, Veneris beneficio in puellam transformata, Paphum ſuſcepit, Paphi Cypriæ urbis conditorem. Quam fabulam vide latiùs apud Ovid. 13. Metam.

Pȳlădēs, dæ, vel dis, pen. corr. πυλάδης, Strophii Phocẽſis filius fuit, indiſſolubili amicitiæ vinculo cũ Oreſte conjunctus. Nam quum Clytæmneſtra ab Ægyſtho adultero adjuta, Agamemnõne occidiſſet, Strophius Oreſtem adhuc puerũ, certiſſimæ neci ſubduxit; & in regno ſuo unà cum Pylade educavit. Poſteaq; quũ Oreſtes, gratia vindicandæ paternæ mortis, matrẽ peremiſſet, eamq; ob rem in furorẽ converſus eſſet, Pyladem perpetuũ omnium ſuarũ profectionũ comitem habuit, & ſocium periculorũ: tantaq; ſeſe mutuo amoris vehementia ſunt proſecuti, ut alter pro altero mori non recuſaret. Cic. de Amicit. Qui clamores tota cavea nuper in hoſpitis & amici mei Pacuvii fuerunt nova fabula: quum ignorante Rege uter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret ut pro illo necaretur: Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeveraret. Reliqua vide ſuprà in dictione ORESTES.

Pȳlæmĕnēs, πυλαιμένης, Dux Paphlagonũ, qui in bello Trojano Priamo ſuppetias ferens, à Menelao eſt interfectus.

Pȳlārtēs, πυλάρτης, Vir Trojanus fuit, ab Ajace occiſus, ut ſcribit Homer. 11. Iliad.

Pȳlēnē, πυλήν, Aetoliæ oppidum, teſte Homero in Catalog. Papinius ſenſit ſcopuloſa Pylene, Fletaq; cognatis avibus Meleagria Pleuron.

Pȳlŭs, πύλος, Agri Meſſeniaci oppidum eſt in tractu Occidentali Peloponneſi Neſtore Alumno (qui inde Pylius cognominatus eſt) nobilitatum. Ovidius 2. Amorum: Illius à tactũ Pylius juveneſcere poſſet. Idem libro primo de Ponto: Crede mihi, Pylio Neſtore major eris. ¶ Sunt præterea duæ aliæ ejuſdem nominis urbes in Peloponneſo: unde eſt illud apud Strabonem, libro 8: Ἐσὶ πύλος ἀπὸ πύλοιο, πύλος γαμβρὸς Ἐσὶ Θεοῖο.

Pȳrācmōn, πυρακμων, Nomen eſt unius ex Vulcani miniſtris, quorum opera utitur ad fabricandum Iovi fulmẽ. Dictus Pyracmon, quòd ab incude, ferroq; ignito nõ recedat. Nam πῦρ Græci ignem, & ἄκμων incudem appellant. Virgil. Æn. 8: Ferrum exercebãt vaſto Cyclopes in antro, Brontesq;, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Pȳræă, πυρεία, pars Theſſaliæ, à Pyra nominata, Steph.

Pȳræchmēs, πυρεάχμης, Aetoli cujuſdam nomen, qui cum Degmeno Epæo ſingulari certamine congreſſus, fundæ ictu eum interfecit: quo facto Oxylo cuidam ex Aetoli poſteris Elcum regnum ſtabilivit. Autor Strabo lib. 8.

Pȳrămŭs penult. corr. [πύραμος. Ger. Ein Babyloniſcher Jüngling / welcher vmb die Thiſbe gebulet hat / von welchen in der ſchönen Tageweiß] Adoleſcens fuit Babylonius, qui Thisbes vicinæ puellæ mutuo amore captus, amicæ perſuaſit ut deceptis cuſtodibus, in ſolitudinem quandam extra urbem ad ſe conveniret: quò quum puella prior veniſſet, conſpecto leone, trepidà profugit ad ſylvas, relicto præ feſtinatione amiculo, quod inventum leo dilaceravit. Veniens deinde ad locum conſtitutum Pyramus, quum Thisbes amiculum à fera dilaceratum agnoviſſet, arbitratus ipſam à leone eſſe devoratam, doloris impatientia, eo quo accinctus erat gladio, ſeipſum interemit: Thisbe quoque quum poſito timore ex ſylva rediſſet, Pyramumq; ex vulnere adhuc palpitantem agnoviſſet, exempto ex vulnere gladio, ſibi etiam mortem conſciviit. ¶ Hoc nomine etiam dictus eſt fluvius Aſiæ, Nili modo limum deferens, qui magnam Ciliciæ partem adjecit, utroque oſtii ſui latere magna limi vi congeſta. De quo extat illud oraculum: Tunc erit, undiſonus latè quum Pyramus olim Littora perfundens, Cyprium labetur in almam. Vide Strabonem lib. 1.

Pȳrānder, πύραυδρος, Quæſtor fuit Athenienſis, qui quum tempore belli frumentum parcè ſuppeditaret, à populo ſaxis eſt obrutus.

Pȳrānthŭs, πύραυθος, Oppidum, ſive vicus Cretæ, non procul à Gortyne, Stephan.

Pyraſus, πύρασος, Viri Trojani nomen, ab Ajace in bello Trojano interfecti: ut placet Homero, lib. 12. Iliad. ¶ Pyraſus itẽ Steph. urbs eſt Phthiotidis: ita dicta à fertilitate tritici, quod πυρὸν Græci appellant.

Pȳrĕĭcŭs, πυρεικος, Nobilis pictoris nomen, qui in humilibus potiſſimùm argumentis pingendis excelluit. Plin. libro 35. cap. 10: Subtexi par eſt minoris picturæ celebres in penicillo: è quibus fuit Pyreĭcus, arte paucis poſtferendus. Propoſito neſcio an deſtruxerit ſe: quoniã humilia quidem ſecutus, humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam. Tonſtrinas, ſutrinasq; pinxit, & aſellos & opſonia, & ſimilia: ob id cognominatus Rhyparographos. Propert. li. 3: Pyreĭcus parva vendicat arte locum.

Pȳrēnē, penult. prod. πυρήνη, Nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compreſſæ, atque à feris laniatæ, & ibi ſepultæ. Qui mons quoq; à Poëtis Pyrene nuncupatur. Silius libro tertio: Pyrene celſa nimboſi verticis arce Diviſos Celtis latè proſpectat Iberos. Tibul. libro primo: Non ſine me eſt tibi partus honos, tua bella Pyrene Teſtis, & Oceani littora Santonici. Hic mons Galliam ab Hiſpania dividit, ab Exortu Aequinoctiali in Occaſum brumalem porrectus: ita dictus

ita dictus ἀπὸ τοῦ πυρὸς: hoc est, ab igne: sive quòd crebris fulminum ignibus feriatur: sive quòd Pyrenæi montis sylvæ (ut autor est Diodorus lib. 6,) injecto à pastoribus igne, olim universæ conflagraverint. Silius à Pyrene puella Pyrenæum saltum dici autumat. Dicitur autem mons ipse Pyrene, & Pyrenæus mons. [Ger. Der Roncevat.] ¶ Pyrene autem per i nostrum, sive Perene, πηρήνη Suidæ, est fontis nomen (ut inquit Probus) in Helicone Musis consecrati. Strabo autem Pirenem fontem sub Acrocorintho nominavit. Cujus meminit & Persius, & Plautus in Aulul. Interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenen potest. Statius lib. 1. Sylvarum: nec conscia detur Pyrene largos potiùs mihi gurges in haustus, Qui manat de fonte tuo, &c. In posteriore hac significatione primam syllabam semper producit: quia apud Græcos scribitur per ει diphthongum. In priore autem eandem habet indifferentem: ut facilè est videre ex testimoniis Catulli & Silii paulò antè citatis.

Pyrēnēs, pen. prod. Vide in APPELL.

Pyreneus, per tres syllabas, πυρηνεύς, Phocidis rex fuit, qui quum Musas ex Helicone in Parnassum proficiscentes hospitio suscepisset, vim iis inferre est conatus: quumq; illæ assumptis aliis effugissent, Pyreneus conatus insequi, è fenestra delapsus, fregit cervices. Vide Ovid. 5. Metamorph.

Pyrgo, πυργώ, Nomen fuit nutricis natorum Priami, cujus meminit Virgil. lib. 5. Aenеid.

Pyrgotĕlēs, pen. corr. [πυργοτέλης. Ger. Ein Künstlicher Edelgesteins Schneyder.] Proprium nomen gemmarum sculptoris nobilissimi, à quo tantùm Alexander Magnus se in gemmis sculpi passus est. Plin. lib. 36. cap. 1: Ismeniæ (inquit) ætates multos post annos apparet sculpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma se ab alio sculpi, quàm à Pyrgotele, non dubiè clarissimo artis ejus. Et rursum lib. 7. cap. 37: Idem hîc Imperator edixit, ne quis ipsum alius quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, sculperet: quàm Lysippus, ex ære ducereti quæ artes pluribus inclaruêre exemplis.

Pyrgi, orum, πύργοι Ptolemæo, Oppidum in ora Tusciæ, inter Antium & Graviscas. Virg. 10. Aen. Et Pyrgi veteres, intempestæq; Graviscæ. Vulgò Civitá vecchia.

Pyrodēs, πυρώδης, Cilicis filius, qui primus è silice excussisse ignem dicitur, quemadmodum asservasse in ferula Prometheus. Plin. lib. 7. cap. 56.

Pyrpile, es, πυρπίλη, Maris Aegæi insula, Cycladum omnium clarissima, quæ notiore nomine Delos appellatur. Pyrpile dicta, eò quòd ibi primùm ignis repertus existimetur, teste Plin. lib 4. cap. 12.

Pyrrhă πύρρα, Deucalionis uxor, quæ post diluvium unà cum marito, jactis post terga lapidibus, humanum genus fertur reparasse: ut fabulatur Ovid. 1. Metamorphos. ¶ Est & hoc nomine Cariæ civitas, juxta Myrtoum pelagus: cujus meminit Plinius libro 5. capite 29. ¶ Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Lycia, apud eundem lib. 5 capite 27. ¶ Item aliud in Eubœa insula apud eundem libro 4 capite 12. ¶ Aliud præterea in Magnesia, cujus meminit idem Plinius libro 4 capite 9. ¶ Rursus aliud in Phocide, apud eundem libro 4. capite 3. ¶ Item aliud ad Pontum Euxinum non procul à Mæotide, maris impetu haustum, teste eodem Plinio libro 2. capite 92. Adhæc fuit & aliud in Lesbo insula, cujus meminit Ptolemæus, lib. 5. cap. 2. & Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Est item Pyrrha sive Pyrrhe, insula Cariæ adjacens, in sinu Ceramico: cujus meminit Plin. lib. 5. cap 31.

Pyrrho, πύρρων, Philosophus fuit Elidensis, primò pictor, deinde Anaxarbæi discipulus à quo philosophi Pyrrhonii dicti, quos Græco cognomento σκεπτικοὺς: id est, considératores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quærendo semper, considerandoq; sunt: ac nec videre quidem planè quicquam, neque audire se putant: ajuntq; veritatem incomprehensibilem videri. Idem ἀπορρητικοὺς: id est, ambigentes dicuntur: quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Vixit annis fermè nonaginta.

Pyrrhus, πύρρος, Achillis filius, ex Deidamia Lycomedis filia: ita dictus à fulvo colore capillorum, teste Servio. Hic & Neoptolemus appellatus est. propterea quòd admodum adolescētulus ad belli Trojani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis, sine illo Trojam capi nõ posse. In Ilii autem expugnatione primùm Politem Priami filium, deinde & patrē ipsum interfecit. Polyxenam Achillis patris sui Manibus inferias misit: Andromachem verò quæ in prædam sibi cesserat, aliquandiu justæ uxoris loco habuit: quam deinde, Hermionem Menelai & Helenes filiam ducturus, Heleno uxorem tradidit. Erat autem Hermione multò antè Oresti desponsata: cujus etiam mutuo amore tenebatur. Aegrè itaque ferens Orestes uxorem sibi eripi, ex insidiis Pyrrhum obtruncavit. ¶ Fuit & alter Pyrrhus, Epirotarum rex, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus: qui quum à suis ob odium paternæ crudelitatis ad necem quæreretur, clàm à matre subductus est, & Illyriorum reginæ traditus nutriendus: apud quam quum ad summam spem adolevisset, revocatus à suis, regni administrationem suscepit. Postea à Tarentinis accitus, adversus Romanos vario eventu pugnavit. Periit ictu tegulæ percussus, quum Thebas cepisset. Vide vitam ejus latiùs apud Plutarchum.

Pythăgŏrās, [πυθαγόρας. Ger. Ein Fürbündiger Philosophus auß Griechenlandt so in Italia gelehrt hat.] Philosophus fuit Samius, Mnesarchi annulorum sculptoris filius, & Italicæ philosophię princeps, de quo extat celebre illud elogium apud Ovidium 15. Metamorph Mente deos adiit, & quæ natura negavit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Auditor fuit Pherecydis Syri: post cujus mortem Hermodomanti jam seni Creophili nepoti se in disciplinam dedit. Sub quo quum satis profecisse videretur, in Aegyptum navigavit, ut illorum Theologiam, ritus, moresq; cognosceret. Deinde astrologiæ, Chaldaicæq; disciplinæ cupidus Babylonem sese contulit: ubi siderum cursus, eorumq; in genus hominum effectus, est edoctus. Spartam quoq; adiit, & in Cretam navigavit, ut Minois, & Lycurgi inclytas eo tempore leges cognosceret. Post hæc in patriam rediens, quum eam à Polycrate tyranno occupatam vidisset, in eam partem Italiæ secessit, quæ magna Græcia dicta est: delectaq; sede apud Crotoniatas, mâgno auditorum affluxu Philosophiam professus est, quo tempore Romæ regnabat Servius Tullus: ut docet Livius lib. 1. ab Vrbe. Auditores fertur habuisse non pauciores sexcentis, qui noctu ad eum audiendum confluebant: ex quibus clarissimi fuerunt Archytas Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippasus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus ὁ μετεμψυχώσεως: hoc est, transfusiónis animarum in alia corpora astructor fuit. Idq; ut facilius persuaderet, primùm se Aethalidem Mercurii filium fuisse affirmabat, quumq; à patre optio sibi facta esset petendi quicquid vellet, excepta immortalitate, se ab illo petiisse, ut & vivens & vita functus omnium quæ contingerent, memoriam haberet: Eamque ob causam se omnium quæ in vita gessisset, meminisse, eandemq; memoriam post obitum reservasse. Post Aethalidæ mortem Euphorbum se fuisse ajebat, & deinde Hermotimum, postea Delium quendā piscatorem nomine Pyrrhum: mortuoq; Pyrrho, se factum esse Pythagoram. Crotoniatis & Metapontinis leges conscripsit, populosq; luxuria diffluentes autoritate & doctrina ad frugalem cultum revocavit, adeò ut & mulieres integritate ejus, vitæq; severitate adductæ, auratàs vestes, ornamentaq; lasciviora in templo Junonis consecrarent. Postremò quum multos annos Crotone egisset, Metapontum commigravit: ubi & supremum diem obiit: quanquam aliis alia tradentibus, de mortis genere non satis constat. Quanti autem illum vivum fecissent Metapontini, post obitum ejus declararunt, ædes ejus pro templo ei consecrantes, divinisq; honoribus mortuum prosequentes. Ab animalium carnibus, & à fabis religiosissimè abstinebat. Quod & tangit Iuven. Satyr. 15: Vel quòd non fugeret, si nunc hæc monstra videret Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui, Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen.

Pythăgŏrēī, πυθαγόρειοι, Doctrinæ & præceptis Pythagoræ insistentes, qui & pythagorici dicuntur. Iuvenalis: Vive bidentis amans, & culti villicus horti: Vnde epulas possis centum dare Pythagoræis. ¶ Taciturnior Pythagora: σιωπηρότερος τῶν πυθαγορείων πιθανόν: id est, Taciturnior ero quàm qui Pythagoræ sunt initiati. De vehemēter taciturnis usurpari solet. Sumptum à Pythagoræ schola, in qua quinquenne silentium indicebantur auditoribus, quam ἐχεμυθίαν vocant, à cohibendo sermone. Suidas & Zenodorus referunt.

Pythĕās, pen. corr. πυθέας, Rhetor Athenienſis, Demosthenis æqualis, supra modum arrogans, qui quum æris alieni causa in carcerē cōjectus esset, fractis vinculis ad Macedones transfugit. Scripsit conciones aliquot, & orationes in genere judiciali, aliaq; nōnulla. Malè audivit nomine furti. Quare quum in Demosthenem cavillans, ei objecisset, orationes ejus lucernam olere: Novi, inquit ille, tibi invisos esse qui noctu lucernam habent.

Pythermus, πυθέρμος, Princeps fuit ejus legationis, quā Iones, Aeolesq; ad petendum auxilium adversus Cyrum ad Lacedæmonios miserunt: qui quum Spartam appulisset purpureā veste indutus, in Spartiatarum conventum processit, hortatusq; est Lacedæmonios multis verbis ad auxiliū ſonibus ferendum. Autor Herod. lib 2.

Pythĭă, Pythiorum, πύθια Ludi Apollinares, qui ad Apollinis honorem fuerant instituti ob cædem Pythonis serpentis nocentissimi: aut ut Strabo libro octavo scribit, hominis sceleratissimi, cognomento Draconis. [German Schauwspyl/ welche Apollini zu ehren gehalten wurden/ daß er die Schlang Python vmbracht

thon vmbracht hat.] Ovidius libro 1. Metamor. Instituit sacros: celebri certamine ludos Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos. Victores hujus certaminis, teste Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo sumptis.

Pȳthĭŏnīcēs, pen. prod. πυθιονίκης, Pythiorū victor, sicut Olympionices, Olympiorum.

Pȳthȳă, πυθία, Sacerdos Apollinis apud Delphos, quæ consulentibus oracula reddebat: ita dicta παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι: hoc est, à consulendi, interrogandiq; consuetudine.

Pythĭūs, πύθιος, Apollinis cognomen, à Pythone serpente inditum, quē jaculis suis adhuc puer fertur interemisse. Vel ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι: hoc est, à consulendi & interrogandi usu. Vnde & Phœbades ipsæ, Pythiæ dicuntur, teste Strabone lib. 9. Alii, Pythii cognomen ἀπὸ τοῦ πύθειν: hoc est, à putrescendo tractum existimant, eò quòd nunquam sine vi caloris fiat putrefactio. Pythii item dicebantur qui Delphos ad consulendum oraculum publicè mittebantur, qui unà cum Regibus cibaria assignata habebant, unaq; cum iis vescebantur.

Pythŏdōrŭs, πυθόδωρος, Sculptoris eximii proprium nomen apud Plin. lib. 36. cap. 5.

Pȳthōn, [πύθων. Ger. Ein wüste Schlang so nach dem Sündtfluß zu der zeit *Deucalionis* gewesen ist.] Serpentis nomen à πύθω, quod est putredo, eò quòd ex putredine terræ post diluvium Deucalionis natus dicitur. Hunc ab Apolline sagittis interfectum fuisse fabulantur Poëtæ, eò quòd terræ putredo Solis calore absumatur. Claud. 7. Paneg. Cæruleus tali prostratus Apolline Python. ¶ Pythones item dicuntur spiritus divinatores, qui se humanis corporibus insinuantes, edunt vaticinia. [יִדְּעֹנִי *ob.*] Quin & homines ipsi, qui à dæmonib. hujuscemodi possessi sunt, Pythones appellantur: ut non obscurè indicat Plutar. eo in opusculo quod inscripsit, Cur oracula desierint.

Pȳthōnĭssă, e. fœm. [אֹבֵת בַּעֲלַת *baalath ob.* πυθώνισσα.] Hoc est, mulier spiritu hujusmodi correpta: quā etiam Tibullus Pythona appellat: Delphica, *inquiens*, python: tanquā Pythonis vocabulum duobus generibus sit commune.

Pȳthonĭcī, [אֹבוֹת *oboth.* πυθωνικοί.] Homines pythone: hoc est, divinatore spiritu correpti, qui & ἐγγαστρίμυθοι à Græcis appellantur.

Pȳthōn, πύθων, Orator Byzantius eloquentissimus, apud Philippum Macedoniæ regem, cujus meminerunt Aeschines & Demosthenes in orationibus.

Pythōnĕs come, πύθωνος κώμη, Locus est in Asia, quò primo adventus sui tempore conveniunt ciconiæ, & eam quæ ultima advenit, laniant universæ. Autor Plin. lib. 10. cap. 23.

Pȳthŏpŏlĭs, πυθόπολις, Civitas est in Asiæ minoris parte, quæ Mysia vocatur, teste Plin. li. 5. cap. 32. ¶ Est & Pythopolis Cariæ, sic dicta à Pythe illo divite, qui & Xerxem convivio excepit, & militibus ejus senos Daricos aureos in capita distribuit. Stephanus.

Pȳxŭs, Pyxuntis, πυξοῦς, Oppidum Lucaniæ à Latinis Buxentū appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5.

Q



Vadi, κυάδοι Dioni, Bohemorum olim gens, sicut & Marcomanni. Hierony. Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorū & vulpium carnibus delectantur.

Quādrātŭs, Apostolorum discipulus, Præsul Athenien sis, unà cum Philippi filiabus, prophetico spiritu clarus perhibetur. Christianos magnis ea tēpestate terrorib. dispersos, sua prudentia redintegravit. Adriano principi Athenas venienti, librum pro nostra religione cōpositum dicavit, valdè quidem probatū: in quo suæ fidei rationem assignat: vidisseq; se plurimos in Iudæa asserit, qui variis pressi calamitatibus, liberati sunt: sed & mortuos quoq; revixisse. Ex Hieronymo & Eusebio.

Quari, Galliæ Narbonēsis populi, inter Salyos & Vocontios, ut autor est Strabo, lib. 4 Plinius Quariates appellat, lib. 3. c. 4.

Querquetulana porta Romę fuit: ita dicta à querceto quod intra muros juxta se habebat. Festus. ¶ Querquetulanę nymphæ, querceto præsidentes.

Quīntĭlĭānŭs, Rhetor, ortus in Hispania, ex civitate Calagurritana, ut Eusebio placet: unde & Quintilianus ipse Hispanos provinciales suos vocat. Eum dicunt Romam cum Galba venisse, breviq; tempore postea in familiaritatē Domitiani principis insinuatum, ejus nepotes erudiisse. Ludum Romæ aperuit, primusq; è fisco salariū tulit. Scripsit declamationes, quas quidem Quintiliani alterius declamatoris dicunt esse, cujus Seneca in 6. Declamationum libro meminit. Laurentius Valla eum in præceptis Ciceroni præfert: quàm rectè, ipse viderit, doctrinæ certè ejus, styloq; non immeritò plurimùm tribuit. Meminit hujus aliquoties Martialis, item Iuvenalis, nonnunquam etiam Plinius in Epistolis.

Quīntĭŭs, cognomento Cincinnatus, Vir Romanus fuit insigni fortitudine, ambitionisq; omnis prorsus expers, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus, Aequos prælio victos sub jugum egit, dieq; decimo sexto in Vrbem reversus, Dictatura se abdicavit. ¶ T. Quintius Flaminius adversus Philippum Macedonum Regem Consul missus, commisso prælio eum superavit, victumq; eò necessitatis compulit, ut Demetrium filium obsidem daret, Græciæq; civitates, quas jugo suo subdiderat, libertati suę permittere cogeretur.

Quĭrīnŭs, ni, pen. prod. κυρίνος, Romuli cognomen, ab hasta qua assiduè utebatur, impositū. Hastam enim, teste Festo, Sabini *curim*, sive (ut alii legunt) *quirim* vocabant. Quanquam nō desint qui à Curibus: hoc est, à Sabinis, quos in Vrbis partem recepit, Quirinum potiùs cognominatum putent. Contrà Varro, lib. 4 de Lingua Latina, Quirinum à Quiritibus appellatum existimat. Ovid. lib. 2 Fastorum controversiam hanc in medio reliquit, cōtentus omnes quas jam adduximus opiniones, recensuisse:

Proxima (*inquit*) lux vacua est: at tertia dicta Quirino.
Qui tenet hoc nomen, Romulus antè fuit.
Sive quòd hasta Quiris priscis est dicta Sabinis:
Bellicus à telo venit in astra Deus:
Sive suę Regi nomen posuēre Quirites:
Seu quia Romanis junxerat ille Cures:

Quĭrīnālĭs, nale, Quirinalis collis, Dictus est quòd in eo Quirini templum erat, sive quòd in eum commigravēre Sabini à Curibus venientes, κυρίνιος λόφος. Hodie Romanorum vulgus à duobus equis marmoreis Phidiæ & Praxitelis operibus, in hoc colle sitis, *montem equorum* vocant. Quirinalis porta Romæ dicta, quòd in ea collem Quirinalem iretur: vel quòd proximè eam esset Quirini sacellum. Quirinale jugum, Ovid. 7. Fast. Lituus Quirinalis, qualę Quirinus habuit, Virg. 7. Aen.

Quĭrĭnālĭă, orum, Romani vocabant diem quo sacra Quirino fiebant, κυρίνια. Cic. ad Quintum Fratrem: Comitialibus diebus qui Quirinalia dicuntur, Appius, &c.

Quĭrītes, tium, vel quiritum, κυρῖται, ῥωμαῖοι, Romanorum nomen, à Curibus & Sabinorū urbe impositum. Romulus enim, inito fœdere cum T. Tatio Sabinorum Rege, eoq; in parte regni, Sabinisq; in urbis portionem receptis, ut novorum incolarum benevolentiam aliqua sibi ratione conciliaret, mistam Romanorum, Sabinorumq; gentem uno nomine Quirites appellavit. Liv. 1. ab Vrbe: Movet res tum multitudinem, tum duces, silentium, & repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modò, sed & civitatem unā ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam ita geminata Vrbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. Hactenus Livius. ¶ Legitur & accusativus singularis Quiritem, à nominativo (ut videtur) Quiris. Persius Sat. 5: Heu steriles veri, quibus una Quiritem Vertigo facit. Ovid. 1. Amor. An si pulsassem minimum de plebe Quiritem, Plectere, &c.

R



Abbāth, [רַבַּת *rabbáh.* ῥαββάθ.] Metropolis est filiorum Ammon, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemęo cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cū Iudæa, *Philadelphia* nominatu

Răbĭlŭs, ῥάβιλος, Arabiæ Rex qui Antigonum Macedonem in vico, cui nomen deinde factum est Motho, interfecit. Autor Stephanus in dictione μωθώ.

Răbīrĭŭs, Eques Romanus fuit, qui perduellionis accusatus, quòd Saturninum pernicioſum civem, multaq; seditiosè in Rempub. molientē occidisset, à Cicerone defensus est pulcherrima illa oratione, quæ pro A. Rabirio perduellionis reo inscribitur. ¶ Est itē alius Rabirius appellatus Posthumus, quē Cicero quoq; defendit ea oratione, quæ pro Rabirio Posthumo inscribitur. ¶ Rabirius etiam Poëta quidam fuit Ovidii temporibus, ut ipse testatur 4. de Ponto: Quum foret & Marsus, magniq; Rabirius oris.

Răcĭlĭŭs, Tribunus Plebis, qui de Clodianis facinoribus est questus in Senatu, ut scribit Cic. in Epist. ad Q. Fratrem.

Radagasius, Gothorum rex, qui floruit Arcadii & Honorii Cęsarum temporibus. Dicitur habuisse sub signis supra ducenta bellatorum millia. Autor Paulus Diaconus.

Raphia, Vrbs Idumeæ Palæstinæ prope Iordanem fluvium; à Iudæis *Rama* appellatur.

Rătūmēnă, Auriga fuit, qui quum in ludis Circensibus excussus fuisset, equi ejus cum corona, & palma in Capitoliū pervenerunt, sedemque ter lustrarunt. Ex quo factum est ut porta per quam intraverant, Ratumena diceretur. Autor Plin. li. 8.

Răudŭscŭlă, Porta Romæ appellata est, à raudo: id est ære, quòd ærata esset. Varro 4. de Lmg Lat.

Răvennă, [ῥάβεννα. Ger. Ein Statt in Italia am Adriatischen Meer gelegen.] Vrbs in octava regione Italiæ Sabinorum colonia, teste

nia, teste Plin. lib. 3. cap. 13; in ora littoris Adriatici, CIII. M. distans ab Ancone, olim tota ligneis compacta ædificiis, aquis dissita pontibusq; ac lembis peragrata. Hāc quidam à Thessalis conditam perhibent. Alii post excisam Trojam; alii post confusas hominum linguas in Babylone, constructam fabulantur. Hæc quum à mari fiunt inundationes, non mediocrē accipit pattem cœni palustris. Silius libro 8: Lenta paludosæ proscindunt stagna Ravennæ Hinc ortus est Cassiodorus Senator, qui multa eruditissimè scripsit. Esse autem urbem vetustam, res ab Ostrogothis gestę commemorant, qui ibi regiam posuēre. Livius autor est, ab Augusto muris cinctam fuisse, quo Valentinianus Imperator postea ampliavit, ejusq; Archiepiscopo duodecim civitatum episcopos subjecit, Arimini, Cæsennæ, Forī Livii, Forī Cornelii, Fayentiæ, Brintij, Bononiæ, Mutinæ, Régii, Parmæ, & Placentiæ. Hodie cum aliis plerisque ejusdem tractus urbibus Venetis paret: à quibus tam egregiè est munita, tam splendidè instaurata, ut cum amplissimis; munitissimisq; Italiæ urbibus jure possit conferri. Hæc fuit patria beati Apollinaris, primi ejus episcopi, & Vitalis, & Gervasii, & Protasii. Hinc ortus est Petrus ille Ravennas, illustris Forī Cornelii episcopus, qui multa in Theologia diligēter scripsit.

Rāurăcī, [Ger. Die Völcker ob Basel zwischē dem Rhein/ der Birs/ vñ dem Gebirg/ so Böhberg/ Schaffmat/ Hauwenstein/ vnd Wasserfall genennt wird/ gelegen.] Galliæ Belgicæ populi non procul à Rheno, Tribocis, Helvetiis & Sequanis finitimi: quorū caput fuit Rauracum: sive (ut apud Ptolemæum legitur) Augusta Rauracorum, cujus etiam hodie ruinæ quædam ostenduntur non procul à Basilea. Vide Althamerum in Tacitum.

R ante E.

Rĕātē, Reatis, ῥεάτιον Stephano, Civitas in Vmbria, Italię umbilicus, teste Plinio, libro 3. capite 12. ex quā Vespasianus originem duxit.

Rĕātīnŭs, ῥεατινὸς, Gentile. Varr. 2. de Re rust. cap. 6: Ego, inquit; de asinis potissimùm dicam, qui sum Reatinus, ubi optimi & maximi fiunt.

Rĕdĭcŭlī, fanum, Romæ erat extra portam Capenam, idcircò dictum: quia accedens ad urbem Annibal, ex eò loco redierit, visis quibusdam perterritus. Festus.

Rĕgillĭānŭs, Imperator Romanus fuit, miro fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis fastigium evectus. Nam quum fortè milites aliquot apud ipsum cœnarent, exortaq; esset quæstio unde Regilliani nomē deductum foret: quibusdam ad Regillum lacum: aliis aliò originem ejus referentibus: Grammatista, qui fortè aderat, deflectere hoc nomen à rege exorsus est: Rex, inquiens, regis, regi, inde Regillianus. Qua voce, veluti omine quodam excepta, succlamatum est protinùs à militibus, (ut est id hominum genus, ad ea quæcunq; in mentem veniunt, præproperum) Meritò itaq; rex eris, utpote cui divino quodam præsagio id nominis est impositum. Quid multa? quum postridie in publicū prodisset, ab universis Imperator est consalutatus.

Rĕgillŭs, ῥηγίλλος, Lacus est in Algidæ sylvę ingressu, ad quem Aulus Posthumius Dictator prosperè adversum Tarquinium Superbum patria ejectum, & Latinos bellum inferentes pugnavit. Vide Liv. 2. ab Vrbe.

Rĕgĭum. [ῥήγιον. Ital. Reggio di Lombardia. Ger. Ein Statt in Lombarden/ heißt jetzt Reggio.] Oppidum Cisalpinæ Galliæ, à Lepido ædificatum: unde & Regium Lepidum vocatur: Regium, propter pulchritudinem, & amœnitatem. ¶ Est & aliud Rhegium, in finibus agri Brutii, ubi olim Sicilia impetu maris ab Italia creditur esse divulsa: Vulgò Reggio. Sed hoc in prima syllaba aspirationē recipit: quum dictum putetur ἀπὸ ῥηγνυῶαι, quod est abrumpere. Ab hoc Rhegini, teste Servio: ab illo, Regienses dicti sunt.

Rĕgŭlŭs Attilius, vir Consularis, de quo ita scribit Plin. in libello de Viris illust. M. Attilius Regulus Consul, fusis Salentinis triumphavit, primusq; Romanorum ducum in Africam classem trajecit: quassatas duce Amilcare naves longas tres & sexaginta accepit: oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Absente eo conjugi & liberis ob paupertatē sumptus publicè dati. Mox arte Xanthippi Lacedæmonii mercenarii ducis captus, & in carcerem missus est. Legatus deinde de permutandis captivis Romam missus: dato jurejurando, ut si non impetrasset, ita demùm rediret: in Senatu conditionem dissuasit: rejectisq; à se conjuge & liberis, Carthaginem regressus: ubi in arcam ligneam conjectus, clavis introrsum adactis, vigiliis ac dolore excruciatus est. De ejus morte sic Cicero in Pisonem: Marcus Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris vigilando necaverunt.

Rĕmŏrĭă, aut (ut alii malunt) Remutia, Locus in summo Avēntino, ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus. Festus.

Rĕmŭs, priore corr. [ῥέμος. Ger. Ein Bruder Romuli, von dem er auch in der bauwung der Statt Rom ist erschlagen worden.] Frater

Romuli primi Romanorū regis, qui quòd nova urbis Romæ mœnia per ludibriū transiliisset, à fratre est interfectus, ut placet Liv. lib. 1. ab Vrbe cond. aut certè (ut Ovidius mavult, lib. 3. Fast.) à Celere quodā Tribuno. Post cujus mortem oborta pestilentia, cōsulto oraculo respōsum est, placandos esse manes Remi: ob quā rem sella curulis cum sceptro & diademate, & cæteris regni insignibus semper juxta Romulum quidvis sancientem ponebatur, ut mortuus etiam Remus pariter imperare videretur. Huc respexit Virg. 1. Aeneid. quum ait: Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.

Rĕtrĭcēs. cum, plurali tantùm numero, Aquæ nomē supra viā Ardeatinā, inter secundū & tertiū lapidem, qua irrigabantur horti infra viam Ardeatinam, & Asinariam usq; ad Latinam. Hæc festus, citans Catonem de Censura Fulvii Nobilioris.

R ante H.

Rhā, ῥᾶ, Vulgò Edel, Fluvius est Sarmatiæ Europeæ, supra Pontum & Bosphorum Cimmerium, nō procul à Tanaide fluvio, teste Ptolemæo libro 3. alio nomine Volgā, & à Tartaris Edel nuncupatus, in cujus ripis nascitur nobilis illa radix, quam à nomine fluvii hujus rha Ponticū vocant Romani: Arabes rhabarbarum: Plinius rhacomā: Celsus radicem Ponticam appellat. Vide Ruellium lib. 3. cap. 2.

Rhaba, ῥάβα, Oppidum est ad sinum Ionium: quo deducitur gentile Rhabæus, Stephan.

Rhabathmoma, ῥαβάθμωμα, Tertia Palæstinæ urbs, alio nomine Areopolis dicta, Steph.

Rhabbatammena, [רבת עמון rabbáth hammón. ῥαββατάμμανα.] Montanæ Arabiæ oppidum, apud Steph.

Rhabilus ῥάβιλος, Arabum rex qui Antigonum Macedonum regem interemit in vico cui à re ipsa Motho nomen inditum fuit, quod mortis locum Arabum lingua significat. Vide Stephanum in dictione MOTHO.

Rhădămanthŭs, [ῥαδάμανθος. Ger. Ein Sohn Iovis von der Europa, ein strenger/ vnd Gesatzeyferiger Richter in Lycia.] Iovis ex Europa filius, & Rex Lyciæ, qui quòd severus fuerit justitiæ executor, fingitur à Poëtis apud inferos nocentum explorare culpas: De quo Virg. lib. 6. Aen. Gnossius hæc Rhadamāthus habet durissima regna, Castigatq;, auditq; dolos, subigitq; fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.

Rhadata, tæ, ῥάδατα, Oppidum Syenitarum in Aethiopia, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Autor Plinius libro 6. capite 29.

Rhætī, [ῥαιτοὶ Stephano. Ger. Die Grauwenpündtner.] Populi à Thuscis oriundi, qui à Gallis sedibus suis pulsi, loca utrinq; Alpibus vicinia occuparūt, & à nomine Rhæti ducis sui Rhætiam nominarūt. Hinc Rhæticæ vites, & Rhæticum vinum, inter generosa Italię vina non postremū locum obtinens. Nascitur autem hoc in Rhætiæ parte quæ ab Alpium radicibus Veronam, Comumq; pertingunt.

Rhætĭă, ῥαιτία Stephano, Europæ regio est, quæ (ut lib. 2. Ptolemæus refert) ab Occasu limites habet montem Adulam, & fontes Danubii & Rhēni: ab ortu Lycum fluvium, qui in Danubium exit, & Rhætiam à Vindelicia dividit: à Septentrione Danubium: à Meridie Alpibus terminatur supra Galliam Cisalpinam. Post Rhætiam, versus Orientem sequitur Vindelicia, cui Noricum adhæret, Aeno tantùm fluvio disjuncta. [Ger. Das Tyrggöw.] Dividitur hodie Rhętia in duas partes, superiorem & inferiorem. Superior Rhætia appellatur totus ille tractus, qui ab Helvetiorum finibus initium sumens, bonā Galliæ Cisalpinæ partem ad Larium usq; lacum occupat. Hujus tractus incolæ Vulgò Grisones appellantur. [Ger. Die Grauwenpündtner oder Churwahlen.] Inferior à Lico amne, qui hanc à superiore dividit, sumit principium, & usq; ad Aenum fluvium porrigitur, qui Rhætiæ & Norici terminus est. Hanc hodie incolunt Bojoarii. [Ger. Das Beyerlandt.]

Rhætĭco, onis, Mons est in Rhætia, ut est autor Pomponius Mela, lib. 3.

Rhăga, gæ, sive Rhagæ, arum, ῥάγα, ῥάγαι, Mediæ urbs à Nicatore condita, & ab ipso quidem Europus: à Persis verò Arsacia appellata. Autor Strabo lib. 11.

Rhāmnēs, sive Rhamnenses, equites Romani erant, vel una ex Romanis tribubus. Acron, Rhamnes, Luceres, Tatienses, Romanæ tribus erant, vel, ut verius, equites. Varr. lib. 4. de lingua Lat. Ager Romanus primùm divisus in partes tres: à quatribus appellatæ, Tatiensium, Rhamnium, Lucerum nominatæ, ut ait Ennius. Tatienses à Tatio: Rhamnenses à Romulo: Luceres (ut ait Iunius) à Lucumone. Hæc ille.

Rhāmnēs, etis, pen. genitivi prod. ῥαμνῆς, Regis & auguris nomen, qui Turni partes sequutus, noctu dormiēs, à Niso est interemptus. Virgil. lib. 8. Aeneid. simul ense superbum Rhamnetē aggreditur, qui fortè tapetibus altis Extructus, toto proflabat pectore somnos.

Rhāmnŭs, ῥαμνοῦς, Genitivum facit Rhamnūntis: sicut Amathus

thus Amathûntis: Trapezus, Trapezûntis. Erat autem Rhamnus, Atticæ regionis vicus, Amphiaraï templo, & Nemesis Phidiacæ simulacro insignis. Vide Pomponium Melam, libro 2.

Rhāmnūsĭŭs, a, um, Quod est ex Rhamnūte, ῥαμνούσιος. Terent. in Andr. Hoc certè scio, Rhamnusium se ajebat esse.

Rhāmnūsĭă, ῥαμνουσία, Indignationis dea, quam Græci Νέμεσιν vocant: quæ ab iis pœnas repetere existimabatur, qui præsentibus bonis se indignos prębuissent. Idcircò autem Rhamnusia dicta est, quòd ejus simulacrum pulcherrimũ in Rhamnunte (is Atticæ vicus est) coleretur, ab Agoracrito Pario, Phidiæ discipulo cælatum. De hac Ovid. lib. 5. de Trist. Exiget at dignas ultrix Rhamnusia pœnas.

Rhampsīnītus, ῥαμψίνιτος, Rex Aegypti, Protei successor, qui filiam suam prostituit, ut ærarii sui furem deprehenderet. Vide Herodot. lib. 2.

Rhaphea, pen. prod. ῥάφεια, apud Ptolemæum, lib. 5. cap. 16, Vrbs Palæstinæ Iudææ, ad Iordanem fluvium, quæ hodie *Rama* appellatur.

Rhĕă, [ῥέα. Ger. Die Frauw *Saturni*, sunst *Cybele* genannt.] Cœli & terræ filia, quæ alio nomine Cybele, κυβέλη, dicitur. Vide CYBELE.

Rhĕă Sylvĭă, ῥέα συλβία, Filia fuit Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ alio nomine Ilia dicitur, Vide Livium lib. 1. ab Vrbe, & ea quæ suprà annotavimus in dictione ILIA.

Rhebās, ῥήβας, Orpheo in Argona. fluvius est in faucibus Bosphori Thracii. Plin. lib. 6. cap. 1: Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhœsum dixerunt.

Rhedones, Galliæ populi in ducatu Britāniæ, de quibus Cæsar in Commentariis: Vulgò *Renes*.

Rhegma, ῥῆγμα Civitas quædam. Est sinus juxta Persicum sinum, Steph.

Rhēgȳum, [ῥήγιον Stephano. Ger. Ein Statt zu hinderist in Italien gegen Sicilien / heißt jetzt *Reggio*.] Extremum agri Bruti oppidum est, ut Græci nomen dedêre; à fractura dictum, quòd ibi Sicilia ab Italia credatur esse avulsa: ῥήγνυμι enim Græcis rumpere est, & ῥῆγμα ruptura. Hujus oppidi incolæ dicti sunt Rhegyni, Ῥηγῖνοι Stephano. ¶ Regium sine aspiratione, Cisalpinæ Galliæ oppidum est, non longè à Parma & Mutina, à Lepido instauratũ, quod & Regium Lepidi ad differentiã alterius dicitur, à quo Regienses. Vulgò *Reggio*.

Rhēmī, ῥῆμοι, Populi Galliæ Belgicę. Mediomatricibus, & Leucis finitimi, ut scribit Cæsar in Commentariis: unde pretiosissimum telæ genus Rhemense, communicata aliis quoq; Galliarum populis textrini gloria. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 17. Vulgò *Reins*.

Rhēnæa, pen. prod. ῥήνεια, Exigua est insula Delo usque adeò vicina, ut à Polycrate Samiorum tyranno duæ hæ insulæ catenis aliquando fuerint connexę. In hanc defunctos suos Delii inferebant: eò quòd in Delo nec parere licebat, nec mortuos sepelire, nec canem alere. Autor Thucydides lib. 1. & 3. Belli Pelop.

Rhēnŭs, ni, [ῥῆνος. Ger. Der Rhein.] & Rhenum, utroque modo dicitur pro fluvio insigni Germaniam à Gallia dirimente, qui de jugo Rhæticarum Alpium defluens, circa Batavorum fines in tria cornua dividitur, totidemq; ostiis in Oceanum influit. Tria Rheni cornua, teste Altamero in Tacitum, & Glareano in Cæsarẽ, à Germanis hodie nominantur, *Lecca, vvalis, & Isella*: quorum postremum olim non erat: sed à Druso adversus Germanos bellum gerẽte, ductâ fossâ à Rheno ad mare, effectum est ut munimentũ esset adversus incursus barbarorum. Quare mirũ nõ est si tertium hoc ostium Virgilio fuerit ignotum, qui Rhenũ vocat *bicornem*, quasi duo ostia habẽtem. Horatius de Arte poëtica, Rhenũ protulit in neutro genere, quum ait: Aut flumen Rhenũ, aut pluvius describitur arcus. Vulgò *Rin*. ¶ Est item Italiæ fluvius apud Bononiã, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 16.

Rhēsŭs ῥῆσος, Thraciæ rex, qui quum Trojanis adversus Græcos auxilio venisset, noctuq; hostium castra vellet explorare, ab Vlysse & Diomede interceptus est & interfectus, ut latiùs describit Homer. li. 10. Iliad. ¶ Est & Rhesus Troadis fluvius, non procul ab Ilio fluens, teste Strabone lib. 13.

Rhetĭa, æ, Rhetus, ti, Rhetĭco, ōnis, Vide RHETIA.

Rhexēnōr, ῥηξήνωρ, Nausithoi filius, & frater Alcinoi Phæacũ Regis, & pater Aretes, ab Apolline sagittæ ictu interfectus, teste Homero circa initium lib. 7. Odyss.

Rhīphæī mōtes, [ῥίπαια ὄρη. Ger. *Mitternächtische Schneeberg in Scythia.*] Montes Septentrionales Scythiæ: quorum meminit Plin. libro 4. capite 12; Græci hoc nomen in secunda syllaba non aspirant, quòd ἀπὸ τῶν ῥιπῶν: hoc est, à flatuum vi deductum putent: quòd ibi vehementissimi esse dicantur Boreæ flatus. Latini tamen tenuem mutant in aspiratam, ad differentiam Rhipæorum montium, teste Servio, qui in Arcadia collocantur.

Rīphæŭs, a, um, ῥιφαῖος, Virgil. 3. Georg. Gens effræna virûm Rhiphæo tunditur Euro.

Rhĭphēŭs, Rhiphei, ῥιφεύς, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius: cujus meminit Ovid. lib. 12. Metam. ¶ Fuit & Ripheus Trojanus, justitiæ nomine Trojanis omnibus prælatus: ut placet Virgil. lib. 2. Aeneid.

Rhīthȳmnă, ῥίθυμνα, Vrbs in latere Septentrionali Cretæ insulæ. Ptolemæus lib. 3. cap. 17.

Rhĭum ῥίον, Promontoriũ est Achaiæ propriè dictæ, ad ipsum ostium sinus Corinthiaci. ¶ Est & alterum Rhium, Aetoliæ promontorium, quod à Thucydide Rhium Molycricum, ῥίον μολυκρικὸν, à Molycria vicina urbe appellatur. Plin. lib. 4. cap. 2, Antirrhium vocat. Duo hæc promontoria angusto freto dirimuntur, septem circiter stadiorũ latitudine: idq; est ostium sinus Corinthiaci, quem Thucyd. libro 2, Crissæum sinum appellat.

Rhŏdănŭs, pen. corr. [ῥόδανος. Gall. *Rosne*. Ger Der Rhodan das schiffreich wasser / so auß Wallis für Lyon hinlaufft.] Fluvius Galliæ rapidissimus, à Rhoda Rhodiorum oppido, ut ait Plin. lib. 3. cap. 4. Hier. in Comment. Epistolæ ad Galat. Rhodam Rhodiorum coloni locaverunt: unde amnis Rhodanus nomen accepit. Nascitur in Alpibus, quæ Italiam à Gallia dividunt, non longè à fontibus Rheni, & Danubii. Fertur per Lemanum lacũ, & versus Occidentem, per Galliam fluens, Ararim apud Lugdunum suscipit. Inde ad Meridiem conversus, & Isaram, Druentiamq; suscipiens, apud Heraclea uno ostio, & paulò ulterius duobus aliis in mare Tyrrhenum irrumpit. Vulgò *Rosne*.

Rhŏdĭă, æ, ῥοδία, Nymphę marinæ nomen, Oceani, & Tethyos filiæ: à roseo, ut videtur, genarum colore impositum. Hesiod. in Theog. Γ'πκύτη, Κλυμβόμη, Γ'οδίη, Καλλιρόη. ¶ Est & vitis, uvæq; genus, è Rhodo insula primùm in Italiam advectũ. Virgil. 2. Georg. Non ego te mensis, & diis accepta secũdis Transierim Rhodia.

Rhŏdŏgūnē, ῥοδογύνη, Fuit filia Darii, quæ post mortem viri, nutricem quæ illi secundas nuptias suadebat, occîdit.

Rhŏdŏpē, [ῥοδόπη. Ital. *Montagna de l'argento*. Ger. Ein Gebirg in Thracia / so jetzt die *Itali* nennen / *Montagna de l'argento*.] Mons Thraciæ, à Rhodope Thracũ regina in hunc montem (ut Ovidius fabulatur) conversa: vel (ut aliis placet) ibi sepulta. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantẽ genuit, qui & ipse monti nomen dedit. Corripit autem Rhodope in hac significatione penul. syllabã. Virg. 8. Aeglog. -duris in cotibus illũ Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. ¶ De Rhodope meretricula, vide in proxima dictione RHODOPIS. A Rhodope pro monte Thraciæ fit adjectivum Rhodopeius, a, um, ut Rhodopeius Orpheus, apud Ovid. 10 Metam.

Rhŏdŏphŏnē, ῥοδοφόνη, Syria dicta est in ea parte, qua transit Taurum montem.

Rhŏdŏpis, pen. prod. genitivo Rhodopidis, ῥοδῶπις Suidæ: vel ut apud Plinium legitur, Rhodope, meretrix nobilissima fuit ex Thracia, Aesopi fabulatoris aliquãdiu conserva, & postea à Charaxo Sapphûs poëtriæ fratre, qui ejus amore tenebatur, ingenti pecunia redempta. Hęc teste Plin. lib. 36 cap. 12, tantas opes meretricio quęstu corrasit, ut pyramidem insignẽ suis sumptibus extructam reliquerit.

Rhŏdŏs, [ῥόδος. Ger. Die Insel Rhodis.] Insula est nobilissima in mari Carpathio, Cariæ adjacens ambitu CXXX. M pass urbem habens ejusdem nominis; quæ toti insulæ nomen fecit: quũ anteà Ophiusa, Asteria, Aetherea, aliisq; plurimis nominibus fuerit appellata. Vrbẽ aũt ipsam Rhodũ dictam volunt, sive à Rhodia puella, ab Apolline adamata, ut fabulatur Diodor. lib. 6: sive ab eo quòd capulo rosæ illic invento sit ædificata. Ea portubus olim & viis, & mœnibus, & reliquis ornamentis tantopere cæteras superavit, ut nulla putaretur æqualis. Legum præstantia, & navalis rei peritia adeò valuit; ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarũ latrocinia sustuleret. Hæc insula inter Asiaticas insulas tertia numeratur. Nam Lesbus, & Cyprus majores habentur. Ab Horatio Clara Rhodos vocatur. Nam ut Solinus autor est, nũquam dies ita nubilus est ut sol in hac insula non conspiciatur. Aurum Rhodi pluisse, ob fœlicitatẽ insulæ cecinit Pindarus. In ea fuit admirandæ magnitudinis colossus, à quo postea Rhodii appellati sunt Colossenses, ad quos Apostolus Epistolam scripsit. Habet & Camirum urbem, & Lindum, ex qua fuit Cares statuarius, qui Colossum extruxit. ¶ A Rhodus fiunt adjectiva, Rhodius, ῥόδιος, & Rhodiensis, & Rhodiacus. Vulgò *Rodi*.

Rhoebŭs, ῥοῖβος, Equus fuit Mezentii apud Virgil. lib. 10. Aen. Rhœbe diu, res siqua diu mortalibus ulla est, Viximus, &c.

Rhœtŭs, ῥοῖτος, Marrubiorum rex fuit in Italia, pater Anchemoli, qui vitiata noverca sua, Rhœti patris furorem metuens, confugit ad Turnum. Vide Servium in decimũ Aeneid. ¶ Est autem Rhœtus apud Poëtas nomen gigantis, qui quũ Jovem

R de cœli

de cœli poſſeſſione dejicere conaretur, à Dionyſio in leonem tranſmutato interemptus eſt Horat. lib 2 Carm. ad Bacchum: Tu quum parentis regna per arduum Cohors gigantũ ſcanderet impia, Rhœtum retorſiſti leonis Vnguibus, horribilique mala.

Rhœtēum, pen. prod. ῥοίτειον, Promontorium & oppidum Troadis, Ajacis ſepulcro celebratũ, quemadmodum Sigeum ſepulcro Achillis. Inde Rhœteum litus à Virgilio dicitur lib. 6. Aencid.

Rhoxalani, Populi Scythici ultra Boryſthenem, in extremis Europæ finibus: quorum meminit Strabo. lib. 2, & Plin. lib. 4. cap. 12.

Rhoxānă ῥωξάνη, Oxyartis filia, & uxor Alexandri Magni, quæ illi jam vita functo poſthumum peperit: de qua multa apud Qu. Curtium, & Arrianum.

Rhoxani, ῥοξανοὶ, Populi Septẽtrionales, inter Boryſthenen & Tanaim amnes, campeſtria incolentes. Strab lib 7

Rhȳmŭs, ῥῦμος, Myſiæ fluvius, juxta Alaziam fluens, & per Mygdoniũ campum in Rhyndacũ influens. Vide Strab. lib. 12.

Rhȳmnĭcī, ῥυμνικοὶ, Scythiæ populi à Rhymno vicino amne, ut quidam volunt, dicti. Meminit horum Plin. lib. 6. cap. 17.

Rhyteni, ῥυτηνοὶ, Populi Galliæ Aquitanicę, (ut inquit Plinius) contermini Narbonenſi provinciæ: de quibus Luca. lib. 1: Solvuntur flavi longa ſtatione Rhuteni. Vulgò Rodez.

Rhȳndăcŭs, pen. corr. ῥυνδάκος, Myſiæ fluvius in Tenno mõte naſcens, & in Propontidem ſe exonerans: circa quẽ ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcunt, ut in ſummo aëre volantes, ſolidas aves hauſtu devorent. Vide Plin. lib. 8. cap. 14. Hinc Rhindacius, a, um, ῥυνδακιώς.

Rhynĭtălcŭs, Vir fuit Thracius, cujus exemplo, teſte Plutarcho in vita Romuli, Cęſar ſæpè dicere cõſueverat: Amare quidem ſe proditionem, ſed proditores magnopere abhorrere.

Rhȳnton, ῥύντων, Tarentinus nugator vilißimus, in agendis præcipuè fabulis: à quo Rhynthonicæ fabulæ dictæ ſunt. Ad quem alludunt tàm Varro quàm Columella, apud quos modò Mython, modò Rhynton legitur.

R ante I.

Ricina, Vna ex inſulis quæ Hybernię adjacent, autore Ptolem. lib. 2. cap. 2. Plinio Riceneą dicitur.

Rigiacum, autore Ptolemæo, lib. 2. cap. 1, Atrebatum civitas.

Ripă altă, ὄχθη ὑψηλή, Oppidum in Orientali parte Britanniæ, teſte Ptolemæo lib 2. cap. 3.

Riphæī, montes, vide ſuprà, inter ea quæ ab Rh, aſpirato principium ſumunt.

Ripheus, Vide RHIPHEVS.

R ante O.

Robigo, [Ger. Die Göttin / welche die Römer ehreten für die röte des Getreids.] Dea quædam apud Romanos, quæ avertendæ rubiginis cauſa colebatur. Ovid. 4 Faſt. Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat.

Robīgŭs, penult. prod. Deus, qui avertendæ rubiginis cauſa colebatur: de quo vide plura paulò antè in dictione ROBIGALIA.

Rōmă, [ῥώμη. Roma. Ger. Die Statt Rom in Italia / vorzeiten gantz gewaltig vñ herrlich. Pol. Rom.] Vrbs Italiæ, regina urbiũ, & totius propemodũ orbis olim caput: de cujus origine, & nominis ratione non ſatis convenit inter ſcriptores. Vulgatiſſima tamen eſt opinio, à juventute Albana conditã fuiſſe, ducibus Romulo & Remo nepotibus Numitoris: atq; à Romuli nomine Romã fuiſſe appellatã, non autem Romulã, ne nominis diminutio urbis majeſtati quippiã detraheret. Alii multis ante Romulum ſeculis conditam volunt, primumq; Valentiam appellatam: Romam autem dici cœpiſſe poſt Evandri & Aeneæ adventum, qui Latina voce in Græcã ejuſdem ſignificationis translata, ῥώμη, appellarunt. Sunt præterea qui exiſtiment Aeneæ neptem fuiſſe, & Aſcanii filiam, nomine ῥώμη, à cujus nomine urbi huic nomẽ fuerit impoſitum. Nec deſunt, qui Troja capta Achivos quoſdam ea in loca veniſſe aſſerant, quumq; in Palatino monte oppidum condidiſſent, à nobilis captivæ nomine ῥώμη appellaſſe. Sunt & aliæ non paucæ hac de re ſcriptorum opiniones, quas hîc brevitatis cauſa omittimus. Si quis tamen noſſe cupiat, adeat Pompejum Feſtum, de Antiqua vocum ſignificat. lib. 16. Id certè conſtat, à tenuiſſimis ortam fuiſſe principiis: primumq; in Palatino mõte conditã fuiſſe: ſæpiusq; deinde pomœria ejus fuiſſe prolata. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. 5: Veſpaſiani temporibus ambitum urbis fuiſſe XIII M CC. paſſuum: Vopiſcus autem tradit, Aurelium Imperatorem ambitum ejus ad triginta millia paſſuũ ampliaſſe. A Roma fit gentile Romanus, ῥωμαῖος: ut, Romani rerum domini, apud Virg. 1. Aeneid.

Romă, Civium Romanorum tria genera fuiſſe video, ſenatores, equites, de plebe: qui tres ordines dicebantur, & ex duplici genere conſtabant patricio & plebejo: duplex enim eſt civium Romanorũ diviſio, quarum altera ad alteram nihil pertinet: prior hęc, Vel patricii ſunt cives Romani, vel plebeii, poſterior hæc, vel Senatores ſunt cives Romani, vel equites, vel de plebe, ita vel à genere, vel ab ordine diſtinguebantur: ut civis Romanus genere patricio natus: equeſtris tamen ordinis, ſi nondum in ſenatum lectus eſſet, diceretur: ſin ſenator eſſet factus, ordinis ſenatorii, quod ſi patricius non modò in ſenatum allectus non eſſet, verùm nec inter equites locum haberet: quia ſcilicet equeſtri cenſu non eſſet: hoc eſt, ſeſtertiorum quadringenta millia non poſſideret: (minus enim qui habebat, eques eſſe non poterat: ſed, ut Horatii verbis utar: plebs erat) aut quia, cùm quadringẽta millia poſſideret, annulo tamen aureo & equo publico nõ uteretur, quæ illi, equeſtris ordinis inſignia, cenſor ob aliquod flagitium ademiſſet: aut deniq;, quia neq; majores ejus, neq; pater, neq; ipſe, quum quadringenta millia, eóve ampliùs haberet, de equeſtri dignitate laboraſſent, equeſtriſq; ordinis indicia, annulum ſcilicet aureum, & equum publicum, neq; in militia à duce, neq; domi à cenſoribus, cùm cenſeretur, poſtulaſſet: quod tamen vix eſt ut credi poſſit: quis enim contemnit honeſtatem? quis, cùm ab infimo ordine plebejo ad equeſtrem poſſit aſcendere, aut ab equeſtri ad ſenatorium, recuſet? ſi quis igitur patriciæ gentis neq; ſenator eſſet, neq; eques, is patricius quidem & erat, & dicebatur, idem tamen de plebe & erat, & dicebatur, quandoquidem, civis Romanus quicunq; erat, is de tribus ordinibus unum haberet, ſenatorium, aut equeſtrem, aut plebejum, neceſſe erat: ſenator non es: ergo eques, aut de plebe: neq; ſenator neq; eques: ergo de plebe: ordo enim præterea nullus ſupereſt: at quadringenta millia, qui eſt equeſtris cenſus, aut octingenta millia, qui ſenatorius, poſſideo: ſequitur ergo, ut eques ob quadringenta millia ſim, aut ſenator ob octingenta millia? falſum: cenſus enim dat, non ut eques aut ſenator neceſſariò ſis, ſed ut eſſe poſſis: neq; propter opes honor datur, ſed ob inopiam negatur: turpe enim, & indecorum, ſenator egens, malasq; res non omninò malis mentibus quandoque perſuadet inopia. Erant ergò patriciorum tria genera. patricii ſenatores, patricii equeſtris ordinis, patricii de plebe. Sed oritur conſideratio. Civis Romanus, ex equite ſenator factus amittítne ordinis equeſtris inſignia, annulum aureum, & equum? minime: auctus enim dignitate, tantùm abeſt ut de priſtino jure quicquã amittat, ut etiam aliquid præterea conſequatur: nam, præter annulum, & equum, quæ equitum erãt, habebant ſenatores tunicam purpuream: ut ab equeſtri ordine aliqua omninò ſpecie diſtinguerentur, ſicuti equeſter ordo à plebe annulo aureo, & equo diſtinguebatur. Ex noſtris obſervationibus. Duos populos ſeminarium gentium Romanarum fuiſſe reperio, Aborigines, & Trojanos, qui utrique ab Aenea, ut Livius, & Dionyſius tradunt, communi nomine Latini ſunt appellati. Aborigines autem, qui ante adventum Aeneæ, Latium, regente Latino, tenebant, donec Dionyſius ex Græcis in Italiam venientibus eſſe conflatos. Græcos autem hos nominat, Oenotrum ex Arcadia, Pelaſgos ex Theſſalia, Evandriũ item ex Arcadia, Herculem ex Peloponneſo profectum, atque etiam iidem ſcribunt, Romulum, ſuperante Latinorum, Albanorumq; multitudine, urbem in Palatio condidiſſe, quæ cùm ita ſint, jam id dubium eſſe non poteſt; quin ad hos populos alii etiam plurimi acceſſerint, qui Romanam urbem gentibus repleverint: ſiquidem accepimus, Romulum Cæninenſes, Antemnates, Camerinos, Vejentes, Fidenates, quos bello devicerat: Sabinos verò etiã quibuſcũ equo Marte pugnaverat, in ſocietatem novæ urbis vocaſſe, quin etiã multas Etruſcorũ urbes ſe ad eum recepiſſe, initio à Medullia facto, traditum eſt. Hoc autem Romuli inſtitutum reliqui deinceps reges ſtudioſiſſimè ſibi conſervándum eſſe duxerunt, ut finitimas civitates aut vi, aut benevolẽtia ſibi adjũgerent, Romamq; transferrent: itaq; Tullus Hoſtilius, everſa Alba, familias ejus urbis Romam traduxit, Ancus Lucumonem Etruſcũ in ſenatũ aſcivit, Priſcus Ser. Tullium Corniculanum ſibi etiã generum adjunxit, idem poſt quoq; factum eſt, liberata regio dominatu Reipubl. neq; enim unquam deſitum eſt, civitatem victis populis, & gẽtibus dari. Italiamq; ipſam municipiis devinciri, quouſq;, bello Marſico univerſa ferè civitate donata eſt. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum.

Rōmānŭs, a, um, poſſeſſiv. ut, Arces Romanæ, apud Virgil. 2. Georg.

Romānēnsĭs, quæ voce propriè ſignificatur is qui alibi ortus, Romæ verſatur: unde etiam Cato de Re ruſtica, Romanenſem ſalem appellat, non Romæ factum, ſed qui Romæ vendebatur

Rōmānĭcŭs, a, um, adjectivum, ῥωμαϊκὸς, denominativum à Roma deductum: ut, Aratra Romanica: id eſt, Romæ facta. Cato capite 135: Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, juga Romanica optima erunt.

Romānă, porta, In infimo clivo Victoriæ fuit; à Romulo primùm

primùm inſtituta, gradibuſque quibuſdam in quadraturam formata. Appellata eſt autem Romana à Sabinis præcipuè, quibus ea proximus aditus erat Romam. Hæc Feſtus. Vulgò tamen, eodem Feſto referente, Romana porta dicta eſt, ubi ex epiſtylo aqua defluebat: qui locus ab antiquis dictus eſt Ad ſtatuas Cincias, quòd ibi olim fuerit ſepulchrum ejus familiæ.

Rōmānŭlă, porta, teſte Varrone, libro 4. de ling. Latina, in Palatino monte fuit, gradus habens in navalia, ad Voluptæ ſacellum.

Rōmĭlĭă, lex cavit, ne alii, præter patres, & magiſtratus, ſacra inirent, peragerentve, poſtea plebi quoq; aditus ad ſacra fuit: nam rogationibus tribuniciis, primùm Sextia Licinia ſancitū eſt, ut X. viri ſacrorum, nō, ut anteà, omnes patricii, ſed ex parte dimidia de plebe crearentur: deinde ſecuta eſt Ogulnia: ut, cùm quatuor pōtifices eſſent, ſacerdotum numerum augeri, quatuor prætereà pōtifices, quinq; augures, de plebe omnes, allegerentur: ut omninò octo pontificum, novem augurum numerus fieret.

Rōmŭlŭs, [ῥωμύλος. Ger. Ein Sohn *Martis* vnd ein Bruder *Remi*, welche zwen mit Hirten die Stat Rom erſtlich erbauwen haben.] Martis (ut Romani credi voluerunt) ex Ilia filius, & nepos Numitoris, & frater Remi, eodem cum illo partu editus. Erat enim Numitori frater nomine Amulius, præferoci ingenio: qui non contentus fratri natu majori imperium præripuiſſe, ut poſteritati quoq; ſuæ tyrannidem conſtabiliret, prolem illius maſculam interemit. Iliam quoque, ut ſpem omnem nepotum fratri eriperet, ſub ſpecie honoris virginem Veſtalem legit: eoq; modo perpetua virginitate damnavit. Ea tamen poſtea gravida deprehenſa, gemellos peperit: quos Amulius in Tyberim abjici juſſit: matrem autem arctiſſima cuſtodia aſſervari. Verùm quum id temporis Tyberis extra ripas reſtagnaſſet, nec adiri uſquam ad juſti amnis curſum poſſet: qui mergendorum puerorum negotium ſuſceperat, in proxima eos alluvie, ubi poſtea ruminalis ficus fuit, expoſitos reliquit. Vbi à Fauſtulo regii pecoris magiſtro inventi ſunt, & Laurētię uxori educandi traditi: quæ quòd vulgato corpore quæſtum faceret, ideoq; lupa inter paſtores vocaretur: factus eſt locus fabulæ, Rōmulum & Remum à lupa educatos fuiſſe. Hi poſtea quum adoleviſſent, de genere ſuo à Fauſtulo edocti, Amulii trucidant: avumq; Numitorem in regnum reſtituunt. Nec ita multò pòſt collecta magna paſtorum manu, urbem novam in Palatino monte, ubi educati fuerant, ædificant. Et quoniam fratres gemini erant, nec ætatis verecundia differentiam facere poſſet, orta inter eos contentione, uter novæ urbi nomen daret, & conditam imperio regeret, placuit rem avium judicio permittere. Quumq; Remo in Aventino vultures ſex priores, Romulo autē in Palatino duodecim, ſed poſteriores apparuiſſent: illo, tempore: hoc, nūmero ſe potiorē eſſe aſſerēte: exorta inter paſtores primùm altercatio eſt, quæ deinde ad manus pervenit. Ibi Remus in turba ictus cecidit. Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum novos muros tranſiliiſſe: inde à Romulo, ſive à Celere quodam, Romuli juſſu fuiſſe interfectum. Solus itaq; regno potitus Romulus, ut urbem incolis frequentiorem redderet, Aſylum aperuit. Senatores centū, quos ab honore *Patres* appellavit, conſcripſit. Vicinis connubia negantibus, virgines quæ ad Conſualium ſpectaculum convenerant, rapuit. Ceninenſes bellum inferentes prælio vicit, Regeq; obtruncato, Jovi Feretrio opima ſpolia obtulit. Antemnates deinde, & Sabinos prælio ſuperatos in civitatem recepit Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes inſecutus, urbem eodem impetu cepit. Vejentibus poſt adverſam pugnam pacem petentibus, centum annorum inducias conceſſit. Hiſce rebus geſtis, quum ad Capreæ paludem concionem haberet, ingenti coorta tempeſtate repentè nuſquā comparuit. Patrum (ut creditur) manibus diſcerptus. ¶ Fuit & Romulus quidam Grammaticus, qui Græcis ſcriptoribus qui in ſcholis docebantur, ſublatis, Latina induxit. Hic ad centeſimū uſq; annum vixiſſe traditur: interrogatusq; quánam ratione vitam tandiu propagaſſet: Intùs (*inquit*) vino, foris oleo.

Rōmŭlĕŭs, lea, leum, adjectivū: ut Vrbs Romulea, apud Ovid. 15. Metamorph.

Rōmŭlŭs, a, um: ut Tellus Romula Virg. 6. Aen. nec Romula quondam Vllo ſe tantum tellus jactavit alumno.

Rōmĭlĭŭs, a, um, ut Tribus Romilia. Cic. de Leg. agra. Reſpondit ſe à Tribu Romilia initium facturum.

Rōmŭlĭdēs, dæ, ῥωμυλίδης, Idē quod Romanus, à Romulo, primo urbis conditore. Perſius Sat. 1. ecce inter pocula quęrunt Romulidæ ſaturi, quid dia poëmata narrent.

Roſcĭŭs, Hiſtrio inſignis fuit Ciceronis ætate in arte ſua uſqueadeò abſolutus, ut ſi quem ſignificare velimus cæteris ſui generis hominibus præcellere, Roſcium κατ' ἐξοχὴν appellemus. Roſcii (inquit Feſtus) dicebantur in omnib. perfecti artibus: propterea quòd Roſcius quidā perfectus unus in arte ſua: id eſt, Cōmœdia judicatus eſt. Cicero de Oratore: Roſcius hoc jamdiu eſt aſſecutus, ut in quo quiſq; artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur. Horat. 2. Epiſtol. 1: Quę gravis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit. Hunc primū in ſcena perſona uſum ferūt, quòd & ſtrabo eſſet, & aſpectu fœdus. Tantum tamen pronunciandi ſuavitate valuit, ut populo ſine perſona gratior eſſet: quod & Cicer. teſtatur lib. 2. de Orator. Gratia verò apud ſummos etiā viros tantùm valuit, ut à Fannio de ſocietatis cujuſdā rationibus in judiciū vocatus, Ciceronis patrociniū meruerit: qua de re etiam hodie extat Oratio; quæ pro Qu. Roſc. Cōmœdo inſcribitur. Quin & librum conſcripſit, in quo hiſtrionicam cum eloquentia comparare conatur. Cū Cicerone quoq; aliquando certaſſe dicitur, num ille eandē rem ſæpiùs oratione, an ipſe geſtu variaret. ¶ Fuit & alter Roſcius, prænomine Sextus, ex Municipio Amerino, cujus quum pater noctu à cœna rediens, Romæ occiſus eſſet, filius ab iis, qui bona ejus à Sylla emerant (curaverant enim ut mortuus inter proſcriptos referretur) patricidii accuſatus, defenſus eſt à Cicerone vigeſimum tertium, (ſi Cornelio Nepoti credimus) aut tertè (ut aliis placere video) vigeſimum ſeptimum annum agente: quæ oratio etiam hodie omniū manibus teritur. Meminit hujus orationis Cicero ipſe in Bruto: Prima (*inquit*) cauſa publica, pro Sexto Roſcio dicta, tantum commendationis habuit, ut nō ulla eſſet, quæ non noſtra digna patrocinio videretur. ¶ Fuit & Roſcius quidam Otho Tribun. plebis, qui legē tulit ut Equitibus Romanis in Theatro XIIII. gradus proximi aſſignarētur, qui cēſum CCC. H-S. haberet: autor Livius.

Roſeă, Campus in agro Reatino; quòd in eo arva rore humīda ſemper ſerantur. Varro 1. de Re ruſt cap. 7: Cæſar Vopiſcus Aedilitius, cauſam quum ageret apud Cenſores, campos Roſeæ Italiæ dixit eſſe ſumendos, in qua relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.

Roſtra. Vide in APPELL.

Rŏthŏmăgŭs, ſive Rhothomagus, ῥοθόμαγος, Vrbs Velicaſſiorum, in Gallia Lugdunenſi, ad Sequanā fluvium, teſte Ptolem. lib. 3 cap. 8 Vulgò *Rovan.*

Rōxănă, ſive potiùs Rhoxana, vide ſuprà, inter ea quæ ab Rh, aſpirato initium ſumunt.

Roxĭcum, Apud Ptolemæum lib. 3, civitas eſt Corſicæ inſulę: nunc vulgò *Rogela* dicta.

R ante V.

Rŭbī, orum, Tantùm pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, ſive à rubore dictum Horat. in Serm. Inde Rubos feſſi pervenimus, utpote longū Carpentes iter, & factum corruptius imbri.

Rŭbĕŭs, a, um: ut, Vimen Rubeum, Virgæ Rubeæ, quæ Rubis afferebantur, fiſcellis texendis utiles. Virg. 1. Georg. Nunc facilis Rubea texatur viſcina virga.

Rŭbĭcōn, pen. corr. genitivo rubiconis, pen. prod. [ῥουβίκων. Ger. Ein fluß *Italiæ*, heißt jetzt *Piſatello.*] Fluvius diſterminans Italiam à Gallia citeriore. Originem ducit ex Apennino monte, fluitq; inter Ariminum & Ravennam, in mare Adriaticum. Lucanus libro 1: Veventum eſt parvi Rubiconis ad undas, &c. Ejus multa mentio eſt apud Plutarchum in vita Pompeii & Cæſaris. Plinius eū in octava regione Italiæ collocat. Sueton. in Cæſar. Conſecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paulùm conſtitit. Vulgò *Piſatello.*

Rŭbrĭcātŭs, Ptolemæo, Rubricatum Plinio, Fluvius eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ, Lalætanos & Indigetes dirimēs ab Ilergetibus. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 6, & Plin. lib 3. cap. 3.

Rubrum mare, Pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens, ad Occidentem Arabico, ab Ortu Perſico ſinu terminata. [ים סוף *jam ſuph.* ἐρυθρὰ θάλασσα. German. Das Rot Meer. Polon. *Czerwone morze.* Vngar. *Vörös tenger.*] Rubrum autem mare dictum eſt imitatione Græcorum, qui ἐρυθρὰν θάλασσαν vocaverunt, ſive quòd ejus coloris aquam eſſe crediderint, quod tamen falſum eſſe conſtat: ſive quòd ob rubras arenas aqua rubra eſſe appareat, ſive ab Erythra Rege Perſei & Andromedes filio, qui proxima mari huic loca tenuit. Plinius lib. 5. cap. 23: Irrumpit deinde, & in hac parte geminum mare in terras, quòd *Rubrum* dixēre noſtri, Græci *Erythraeum*, à Rege Erythra: aut (ut alii) Solis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alii ab arena, terraq;: alii à tali aquæ ipſius natura.

Rŭdĭæ, arum, ῥυδίαι Ptolemæo, ῥοδαὶ Stephano, ſive Rhudiæ, Plinio: ſive, ut apud Strabonem legitur, Rhodæi, orum, oppidum Pediculorum, ſive Salentinorum, non procul à Brunduſio, à Græcis conditum, patria Ennii Poëtæ. Poſt Barium (inquit Mela libro 2.) Egnaria & Ennio cive nobiles Rudiæ. Item Silius: Miſerunt Calabri, Rudiæ genuēre vetuſtæ.

Rŭdĭŭs, a, um, Cicero pro Archia Poëta, de Ennio loquens: Ergo illum,

go illum, qui hęc fecerat, Rudium hominem majoris noſtri in civitatem acceperunt.

Rufæ, Oppidum Campaniæ, cujus meminit Macr. lib. 7: Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, &c.

Rufinus, Vir Conſularis à Fabricio Cenſore damnatus, quòd decem pondo argenti apud eum inventa eſſent: ¶ Rufinus alter, unà cũ Stilicone & Gildone relictus à Theodoſio ſeniore imperii adminiſtrator, pro tutela Arcadii & Honorii filiorum, Gildo in Africa, Stilicon in Occidente: Rufinus verò in Oriente: omnes ſanè cupiditate regni incenſi, in ſuos principes arma converterunt: ex quo diverſis modis oppreſſi periêre. Extant in hunc Rufinum Claudiani poëtæ invectivæ.

Rufrimăcĕrĭæ, pluralis numeri, Oppidum Campaniæ. Cato capite 22: Venduntur ad Rufrimacenias numis centum octoginta, &c.

Rufus Purpurio, Legatus Romanorum in concilio Aetolorum, apud Liv. lib. 32. ¶ Rufus, Centurio ſub Scipione Africano, cujus & res geſtas, & belli apparatum deſcripſit. Autor Appianus. ¶ Virginius Rufus, Orator egregius, interfectus à Nerone, de quo Tacitus: Virginium (*inquit*) Rufum claritudo nominis extulit. Et paulò inferius: Nam Virginius Rufus ſtudia juvenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fovebat. ¶ Rufus Poëta Bononienſis, cujus meminit Martialis: Funde tuo lacrymas orbata Bononia Rufo, Et reſonet tota planctus in Aemilia. ¶ Rufus, medicus inſignis, qui ſub Trajano principe floruit, multaq; cõſcripſit, quorum nihil ad nos pervenit: ſæpè tamen ab aliis teſtis citatur. ¶ Rufus, Corinthius ſophiſta, quanquam divitiis & generis nobilitate pollebat plus tamẽ ad ejus laudem dicendi gloria, linguæq; gratia contulit. Autor Philoſtratus.

Rullus, Tribunus plebis fuit, Agrariæ legis promulgator, quã Cicero in Conſulatu ſuo evertit. Hic, teſte Plinio, libro 8, capite 51, ſolidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit.

Rumĭă, ſive Rumina, ut alii malunt, dicta eſt dea quę rumis: id eſt, mammis: hoc eſt, pueris lactentibus præſidebat: [Ger. Die Göttin der ſaugenden Kinderen.] cujus meminit & Auguſtinus lib. 4. de Civitate Dei. Varr. lib. 2. de Re ruſt. capite 11: Nõ negarim, *inquam*, ideò apud divæ Rumiæ ſacellum à paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificare lacte, pro vino, & pro lactentibus. Cato de Liberis educandis, ut citat Nonius: Hiſce lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam: ſic priſco vocabulo mammã appellabant, à quo Subrumi etiam nunc dicuntur agni.

Ruminalis ficus, Vide in APPELL.

Runcinã, item à Romanis Dea credita eſt, quæ runcationi præeſſet: cujus meminit & Auguſtinus lib. 4. de Civ. Quũ runcantur ſegetes: id eſt, à terra herbæ auferuntur, deam Runcinã præfecerunt.

Rūră, veteres incultos agros dicebant: id eſt, ſylvas, & paſcua. Ex libro variorum autorum de Limitibus.

Ruſcino, nonis, Oppidum in extremis Galliæ finibus, nõ procul à montibus Pyrenæis: cujus meminit Plin. li. 3. cap 4. Vulgus *Ruſcilionem* hodie appellat.

Rūſpīnă, ῥοσκίνα, Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Adrumeto: de quo Plin. lib. 5. cap. 4.

Rūthēnī, ῥουθηνοὶ, Populi Galliæ Aquitaniæ, Narbonenſi provinciæ & Cadurcis contermini. Vulgò *Rhodez*. ¶ Alii ſunt Rutheni in Sarmatia Europæa, non procul à Tanai fluvio: hodie *Ruſſi* dicti: & eorum regio *Ruſſia*.

Rūtĭlĭŭs Geminus, Iuriſconſultus fuit ſua ætate inſignis: & Pontificalium librorum autor: Orator quoq;, ut illa ferebant tempora, non contemnendus: cujus tamen orationes poſteritati horridæ viſæ ſunt & jejunæ. De hoc Cicer. in Bruto: Rutilius in quodam triſti & ſevero dicendi genere verſatus, magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt ejus orationes jejunæ, multa præclara de jure, doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panætii auditor, propè perfectus in Stoicis. Hęc ille. ¶ P. Rutilius Cn. Manlii in Conſulatu collega fuit, qui primus accitis in caſtra gladiatoribus, vitandorum, inferendorumq; ictuum rationem militibus tradendam curavit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Conſule Cn. Manlii collega militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo Cn. Aurelii Scauri doctioribus gladiatorum acceſſitis, vitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingeneravit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Senec. lib. 6, de Benefic. refertur: Malo ut patria mei exilii erubeſcat, quàm reditu mœreat. ¶ Mar. Rutilius Cẽſorinus, teſte Valerio cap. de Moderatione, iterum Cenſor creatus, in concione populũ corripuit, quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſent, cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandũ judicaſſent. ¶ Rutilius lupus, Rhetor inſignis fuit, ipſi etiã Quintiliano cõmemoratus, cujus etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

Rutuba, Liguriæ fluvius, ex Apennino fluens. Plinius libro 3. capite 5.

Rŭtŭlī, pen. corr ῥουτυλοὶ, Antiquiſſimi Italiæ populi, qui Latii partem tenuerunt, Ardeę proximam. Hi duce Turno adverſus Aeneam bella geſſerũt, ut latè deſcribit Virg. 6. poſterioribus Aeneidoš ſuæ libris. Plin. lib. 3. cap. 5: Tam tenues (*inquit*) primordio imperii fuêre radices. Colonis ſæpè mutatis tenuêre alii aliis tẽporibus, Aborigenes, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aruncі, Rutuli.

Rŭtŭpĭæ, Britanniæ inſulæ portus, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Vulgò *Sandwich*, aut *Rocheſtre*.

Rŭtŭpīnum, pen. prod. Promontorium Britanniæ. Lucan. libro 6:

Aut vaga quum Tethys, Rutupináve littora fervent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

S



Sāba, [נסב *ſebá.* σαβᾶ] Stephano. Ger. Die Königlich ſtatt der Mören/ſonſt Meroë genañt.] Civitas regia Aethiopię, inquit Ioſephus, quam poſtea Cambyſes à ſororis ſuæ nomine, Meroën denominavit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod eſt colere & venerari: quia thus mittit, quo in ſacrificiis utuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua myſterium ſignificari: Hieronymus verò converſionem ſonare tantum.

Sābæŭs, bæa, bæum, σαβαῖος: ut Sabæus odor apud Colum. lib. 10. Thus Sabæum, ex Saba, Virg. lib. 1. Aen.

Sabacus, Aethiopum rex, Qui Amaſim Aegypti regem fugavit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teſte Herodoto lib. 2.

Sābæī, [שבא *ſchebá.* σαβαῖοι] Populi fœlicis Arabiæ, ditiſſimi ſylvarum fertilitate odorifera: quorũ metropolis eſt Saba, quam Strabo lib. 6, Meriabam vocat. His proxima eſt (*inquit*) fœliciſſima Sabæorũ terra, quæ maxima natio eſt. Apud hos thus & myrrha, & cinnamomum naſcitur, in ora etiam balſamum, & alia quædam herba valdè odorata, quanquam ejus odor citò deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoq; palmares, colore puniceo, uſq; ad alia aſſilientes, quarum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximam fructuum copiam, otioſi, ſegnesq; vivunt. In rarioribus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximi ſuſcipientes protinùs alter alteri conſequenti tradunt, uſq; in Syriam atq; Meſopotamiam. Ab odoribus autem ſtupefacti, bituminis ſuffitu, & hirci barba ſtuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum urbs, in monte jacet arboribus pleno. Sub rege ſunt, qui judiciorum ac cæterarũ rerum poteſtatem habent. Hactenus Strabo lib. 16. Hos Ioſeph. lib. 1, à Saba Chuſi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Sabęos dictos putat Servius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod eſt venerari, quòd deos ipſorum thure venerarentur. Virg. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. Idem 2. Georg. ſolis eſt thurea virga Sabæis.

Sabaoth, Vide SEBAOTH.

Sabatía Pomponio, ſive (ut apud Plinium legitur) Vadum Sabatium, oppidum Liguriæ maritimum, olim nobili portu inſigne. Hodie *Savona*.

Sabatra, Sabæorum oppidum in littore Maris rubri. Plin. lib. 16. cap. 29.

Sabaſius, σαβάσιος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ σαβάζειν: quod verbum Phrygibus, aliisq; nõnullis barbaris idem valet quod bacchari, ſive bacchantium more ſaltare. Vide Cælium Rhodig. lib. 7. cap. 15.

Sabe, Syrorum lingua menſis Februarius dicitur.

Sabellī, Populi à Sabinis orti, qui incolunt montes qui ſunt inter Sabinos & Marſos: olim etiam Samnites dicti, teſte Plin. lib. 3 cap. 12.

Sabellŭs, a, um, Virg. 2. Georg. Hæc genus acre virũm Marſos, pubemq; Sabellam.

Sabellĭcŭs, cа, cum, Idem. Virg. 3. Georg. -dentesq; Sabellicus exacuit ſus.

Sabidius, Vir Romanus gulæ deditus, plus vorabat quàm poſſet concoquere: quocirca ita fœtebat ejus anima, ut nemo poſſet cum eo loqui: quem Martialis Epigrammate inſectatur: Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare: Hoc tantùm poſſum dicere, non amo te.

Sabis, Arabum deus, cui decimas menſura non pondere perſolvunt.

Sabīnă Poppæa, T. Ollii filia, & Poppæi Sabini neptis, quam Nero Othoni nuptam, à viro abduxit, illo per ſpeciem honoris in Luſitaniam relegato: deinde & matrimonio ſibi conjũxit, repu-

xit, repudiata, relegataq; in Pandatariam insulã Octavia. Perit ictu calcis à Nerone, quũ gravida esset, percussa. Vide Tacitum lib. 3. Annal.

Sabīnī, [σαβῖνοι. Ger. Bratte Völcker in *Italia* nahe bey Rhom gelegen.] Populi sunt in quarta Italiæ regione, non procul à Roma, à religione, & cultu deorum cognominati, quasi Sebini, ἀπὸ τῶν σέβειν. Silius verò à Sabo autore gentis, Sabinos dici putat, qui libro octavo ait: pars laudes ore ferebant Sabetuas, qui de patrio cognomine primus Dixisti populos magna ditione Sabinos. Hos Plinius Apennini jugis vallatos utrinque scribit. Strabo Sabinos ait angustũ incolere agrum in longitudinem protensum, à Tyberi usq; Nomentum oppidum, stadiis mille usq; ad Vestinos. Horum filias rapuerunt Romani olim in spectaculo, quum uxoribus carerent. Romulus enim quum affinitatem vicinorum bona pace impetrare non posset propter urbis novitatem, consilium cepit de rapiendis virginibus. Indictis itaq; ludis Neptuno peragendis, quum multi hospites accolæ convenissent cum conjugibus & liberis: ultimo die dato signo quum ad rapinam discurreretur, raptæ sunt virgines 683, autore Dionysio in Antiquitatibus: propter quam rapinam consequutum postea est bellum inter Romanos & Sabinos: cujus exitus talis fuit, ut victi Sabini, in partẽ urbis fuerint recepti. Virg. 8. Aen. & raptas sine more Sabinas Consessu caveæ, &c.

Sabinus, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio: cujus meminit Seneca in Declamationibus. ¶ Sabinus Vespasiani frater interfectus à Vitellio, quũ Vespasiano res contra Iudæos gerente, post Othonis mortem Capitolium cum æde Iovis occupasset. ¶ Sabinus, sophista, sub Adriano principe scripsit Isagogen ad materias & hypotheses, declamationum libros quatuor: præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. ¶ Sabinus Masurius scripsit Fastorum & memorabilium rerum libros. ¶ Sabinus Syrus, memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hierosolymæ muros ascendit: autor Iosephus lib. 7. cap. 1. ¶ Sabinus Tyro, qui περὶ μνημείων: id est, de re hortensi libros aliquot conscripsit, teste Plin. lib 19. cap. 16.

Sabis, σάβις, Fluvius est Carmaniæ, in sinum Persicũ illabens. Autores Ptolemæus, Tab. 6. Asiæ, & Plin. lib. 6 cap. 23.

Sabrīnā, pen. prod. Fluvius Britanniæ insulæ, versus Occidentem in mare illabens: cujus meminit Tacitus Annal. lib 12.

Sabyllus, Vir Gelous, Cleandri tyranni interfector. Autor Herodot. lib. 6.

Sacæ, carum, Scythiæ Asiaticæ populi, Iaxarti fluxio vicini, à Sogdianis Comedorũ montibus divisi, nullas habentes domos, sed nemora & speluncas inhabitantes. Autor Ptolemæus Tabula Asiæ septima. Persæ Scythas omnes uno nomine Sacas appellant: propterea quòd Sacarum gens ex omni Scytharum genere illis proxima sit, illosq; penè solos noverunt. Plin. lib. 6. cap. 17: Vltrà sunt Scytharum populi, Persę illos Sacas universos appellavêre à proxima gente, &c. Hi olim Bactrianam provinciam occupavêre, & optimam Armeniæ regionem adepti sunt, ut lib. 11. Strabo refert, atq; usq; ad Cappadocas processerunt. Sed quum ex spoliis festa celebrarent, Persarum imperatores eos nocte adorti, funditùs delevêre. Hos quidam Sacasenos, συναλώσεις, vocant.

Sāccĭāzā, σακκιάζα, Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul à Syrti magna cujus meminit Ptolem. lib. 4. cap. 3.

Sācĕr mons, Trans Anienem fluvium ultra tertium milliarium appellatur, quem plebs Romana post expulsos Reges, quum nexu potentiorum premeretur, secessione facta à Patribus, urbeq; relicta occupavit: neq; nisi impetratis suis sacrosanctis magistratibus, maximè adnitente Menenio Agrippa, cum Patribus rediit in gratiam. ἱερὸν, ὄρος. Vide Livium libro 2, ab Vrbe.

Sacrā via, In urbe Romana vocitata est, quòd in ea ictum fœdus sit inter Romulũ & Tatiũ: sive quòd cõtinuò eą utebãtur sacerdotes Idulium sacrorum conficiendorũ causa. ἱερὰ ὁδός. Extendebatur autem à domo regis sacrificuli usq; ad sacellum Syreniæ, & rursus à regia usq; in arcem. Cicero pro Plancio: Equidem, *inquit*, si quando (ut fit) jactor in turba, nõ illum accuso, qui est in summa Sacra via, quum ego ad Fabium Fornicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit atq; incidit. Hanc Horatius Sacrum clivum nuncupavit.

Sacrā certamina Græciæ quatuor erant, quæ à Tacito ludicra vocantur. ἱεροὶ ἀγῶνες. Olympia, Isthmia, Pythia, & Nemeæa: de quorum institutione & præmiis abundè multa annotavimus in dictione CERTAMEN.

Sacrum promontorium, à Ptolemæo appellatur extremum Lusitaniæ promontorium inter Anam & Chalyben fluvios, quod nunc appellant *Caput sancti Vincentii* ἱερὸν ἀκρωτήριον.

Sacrānī, Populi Italiæ fuerunt Romæ vicini, qui à Corybante quodam Magnæ matris sacerdote ea loca tenente, initium duxerũt. A sacrificando dicti. Corybantium enim erat, Matri deũm sacra facere. Servius tamen Ardeates intelligi putat, propter ver sacrum quòd apud eos immolationis genus erat, quo gravibus periculis adducti, vovebant quæcunque proximo vere apud se animalia nata essent, se immolaturos. Vide Servium in illud Virg. 7. Aeneid. Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Sadalis, σάδαλις, Vrbs Aegypti. Gentile Sadalites, Steph.

Sādducæī, σαδδουκαῖοι, Iudæorũ factio, qui Sadducæũ quendam magistrum Legis sequentes, neq; resurrectionem credebant, neq; Angelos, neq; spiritus esse.

Sadyates, σαδυάτης, Filius Ardyos, filii Gygis, & avus Crœsi, teste Herod. lib. histor. 1. post patrem regnavit in Lydia.

Sæpīnum, pen. prod. σαίπινον Ptolemæo oppidum Samnitũ, cujus incolæ dicuntur Sæpinates: quos Plinius collocat in quarta regione Italiæ.

Sagæ, Scythię populi, iidem qui Sacę, de quibus jam diximus. Autor Pomponius Mela, lib. 3.

Sāgărus, σάγαρος, Ptolemæo fluvius est Asiæ, qui ex Dydimo Galatiæ mõte nascens, & per Phrygiam, Bithyniamq; flexuoso cursu delatus, tandem influit in Pontum Euxinum. Vide Ptolem. Tab. 1. Asiæ. Ovidius Sagarim effert per tertiam declinationem, libro 4, de Ponto: Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq;, Hypanisq;, Cratesq;, Influit, & crebro vortice tortus Halys.

Sagrā, Fluvius est in ora Magnæ Græciæ, non procul à Crotone urbe, apud quẽ Crotoniatæ à Locris maximo prælio fuerunt victi. Cic. 3, de Nat. deor. De Sagra Græcorum est vulgare proverbium, qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam quæ apud Sagram. Vulgò *Sagriano in Calabria*.

Sagrus, gri, Italiæ fluvius, Pelignos dividens à Ferentanis, & inter Amiternum & Orthium in mare influens. Autor Strab. lib. 5. ¶ Est & Sagrus, Asiæ mons, ex Armenia ad Medos, & Adiabenos pertingens, supra Parætacenen & Persidem. Autor Plin. lib. 6. cap. 27.

Sāgūntus, [σάγουντος. Ger. Ein Stadt in Hispanien / heißt jetzt *Murvedre*, oder *Moviendro*.] Hispaniæ civitas ultra Iberum fluvium, à Zacynthiis condita. Strab. lib. 3: Saguntus (*inquit*) occurrit à Zacynthiis condita, quam Annibal cõtra populi Romani fœdera diruens, belli Punici secundi suscitavit incendiũ. Hujus urbis situm elegãter describit lib. 1. Silius. Meminit cladis lib. 1. Decad. 3. Liv.

Sāgūntīnŭs, na, num, σαγουντῖνος, ut Vasa Saguntina, quæ maximè commendantur. Martialis: Sume Saguntino pocula facta luto.

Sāĭs, σάϊς, Vrbs est Aegypti, juxta unum ex ostiis Nili, quod ab ea Saiticum dictum est.

Sāītēs, vel Saita, σαΐτης, gentile. Cic. 3. de Nat. deor. Secũda Minerva orta Nilo, quam Aegyptii Saitæ colunt.

Sălă, σάλας, Notnẽ fluvii in Germania, ut Strab. lib. 7, scribit: inter quem & Rhenum Drusus Augusti privignus domitis jam hostibus victor oppetiit. ¶ Est item Sala Mauritaniæ oppidum, ad Occidentem, impositum fluvio ejusdem nominis. Autor Plin. lib. 5. cap. 1.

Salaciam, [Ger. Die Wassergöttin vnd Frauw *Neptuni*.] (inquit Festus) antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabant salum ciere: hoc est, mare movere. Quo vocabulo Poëtæ pro aqua usi sunt. Pacuvius: Hinc sævitiam salaciæ fugimus. Hæc Festus.

Salambriæ, σαλαμβρίαι, Civitas est Cappadociæ, in Gardaucrotæ præfectura, Ptolem. lib. 5. cap. 6.

Sălămis, sive Salamin, pen. corr. genitivo Salaminis, pen. prod. vel Salamina, Salaminæ, [σαλαμὶς Ger. Ein Insel im Egeischen Meer gegen Athen gelegen / heißt jetzt *Coluti*.] Insula est in sinu Saronico, contra Atticam, urbem habens ejusdem nominis, in quà Telamon regnavit, Ajacis & Teucri pater. Verùm quum Teucer capta jam Troja, in patriã rediret, indignatus Telamon, quòd Ajacis mortem (qui inimicorũ injuriis exagitatus, & in furorẽ conversus, sibi necem intulerat,) non vindicasset, cum Salamine expulit. Exclusus itaq; è patria Teucer, in Cyprum navigavit, ubi novam urbem condidit, quã & ipsam relictæ urbis desiderio, Salaminem appellavit. Hanc hodie *Constantiam* appellant.

Sălămīnĭŭs, σαλαμίνιος, Nomen gentile, à Salamine urbe deductum. Cic. pro Archia: Homerũ Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salaminii repetunt: Smyrnęi verò suum esse confirmant.

Sălămīnĭŭs, a, um, possessivum: ut Salaminiũ trophæum, apud Cic. 1. Tusc. ¶ Salaminiacus, aliud possessivum. Lucan. lib. 5: Vt Salaminiacum meminit mare.

Salanga, σαλάγξη, Mons altissimus, mari imminens, inter Britanniam & Hyberniam: à Salanga, Bartulani primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie *Mons D Dominici* appellatur, à monasterio à Divo Dominico ibi extructo.

Salapia, Vrbs est Apuliæ Daunorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 11.

Sălāriă vĭă, Ea dicta est quæ ex Vrbe per Anienis pontem ducebat in Sabinos. Nam per eam Sabini sal à mari deferebant. Plin lib 31. cap. 7. Sicut apparet ex nomine Salariæ viæ: quoniam illâ sal in Sabinos portari consueverat. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 2: Nosti materterę meæ fundum in Sabinis, qui est ad quartum & vigesimum lapidem via Salaria à Roma.

Sălāssĭī, apud Ptolemæum lib. 3, Populi sunt sub Insubribus: hodie *Marchia Salutia*.

Sāldē, colonia, Mauritaniæ Cæsariensis urbs, apud Plin. lib. 5. cap. 2, & Ptol. lib. 4. cap. 8. Creditur esse ea, quā vulgò *Algeriam* vocant, regnū Asiadeni Barbarossæ, Turcicæ classis præfecti.

Sălēntīnī, σαλεντῖνοι, Populi sunt in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninsulam incolentes, quæ est inter Tarentinum sinum, & fauces Adriatici protensa, circa Brundusium, & Rudias, in isthmum contracta, latum stadia circiter trecenta. Salentini autem dicti putantur à Salentino promontorio, in extremis ejus peninsulæ finibus sito: quod & ἄκραν ἰαπυγίαν appellant. Festus tamē à solo dictos mavult, fortassis ob id, quòd penè circumquaq; mari ambiantur, tenui tantùm isthmo cōtinenti annexi. Ortos autem putat à Cretensibus, & Illyricis, qui societate cum Locrensibus inita, iis in locis consederunt.

Sălēntīnum, pen. prod. σαλεντῖνον Ptolemæo, Promontorium est extremum totius Italiæ, quo illa quàm longissimè in mare excurrit: quod alio nomine ἄκραν ἰαπυγίαν Græci dicunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

Sale, Stagnum est Mæoniæ, eodem in loco in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terræ hiatu desedit. Autor Plin. lib. 5 cap. 29.

Sălĕrnum, Picentinorum oppidum in Italia, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Salia, Fluvius est Hispaniæ ad oram Britannici maris, à quo Saleni accolæ dicti, quos Salinos Ptolem. lib. 2. cap. 6. nominasse existimat Hermolaus.

Sălĭī, orum, Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, ejus regionis incolæ, quæ vulgò *Francosia* vocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17, de Constantino scribens: Quibus, *inquit*, paratis, petit primos omnium Frācos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit. Andreas Althamerus in Tacitum suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluvio. Frācia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radiantia, Aesto, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occupārunt, Franciamq; de suo nomine appellarunt. ¶ Ab his Saliis putat Alciatus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicat Franciam.

Sălĭī, [σάλιοι. Ger. Pfaffen *Martis* so vmb die Altär tantzeten.] Sacerdotes Martis: sic dicti, quòd in portandis Ancilibus saltare eos mos esset. Virg. 8. Aeneid. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos, Lanigerosq; apices, & lapsa Ancilia cœlo Extuderat. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Numa item Salios duodecim Martio Gradivo legit, tunicæq; pictæ insigne dedit, & super tunicam æneū pectori tegmen, cœlestiaq; arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canētes carmina cum tripudiis, solenniq; saltatu jussit Cic. 3. de Oratore: Non neglecta, ut mihi videtur, à Numa rege doctissimo, majoribusq; nostris, ut epularum solennium fides, ac tibiæ, Saliorumq; versus indicant. ¶ Vocātur etiam Salisubsuli à Catullo Epigr. 17. ad Coloniā: Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto.

Sălĭārĭs, saliare, [σαλιακός. Pol. *Gesang zwodowie.*] Quod ad Salios pertinet: Vnde Saliares cœnæ appellatæ sunt, quas Salii faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opiparæ, ac copiosæ cœnæ, Saliares dicuntur. Dapes saliares. Horat. 1. Carm. Ode 37: nūc Saliaribus Ornare pulvinar deorum tempus erat dapibus sodales. Carmen saliare Numæ, Horat. 2. Epist. 1.

Salicippium, Sic dictus Calvus orator, qui cùm vidisset (inquit Seneca in 4. Controversiarum) à clientibus Catonis rei sui Pollionem Asinium circumventum in sorite, imponi se supra cippum jusit: erat enim parvulus statura, propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat illū Salicippum disertum. Catullus:

> Risi nescio quem modo in corona,
> Qui cum mirificè, Vatiniana
> Meus crimina Calvus explicasset,
> Admirans ait hæc manus quæ tollens
> Dii magni Salicippium disertum.

Sălīnæ, arum, Vrbs Siciliæ, juxta Lilybæum, palmis abundās. Sunt & aliæ non paucæ ejusdem nominis urbes à salsis fontibus nomen sortitæ, inter quas minimè convenit præteriri quę apud Sequanos visuntur, & structuræ genere, & salis proventu adeò admirandæ, ut nō immeritò octavum sibi locum inter orbis miracula possint vendicare.

Sălīnātŏr, oris, σαλινάτωρ, Dictus est M. Livius Claudii Neronis in Consulatu collega, propter vectigal, quod novū ex salaria annona commentus est in Censura.

Salĭī, σάλιοι, Populi Alpini, Boiis, Helvetiisq; finitimi, quos Cato Tauriscæ gentis esse arbitratur.

Sallŭntĭcus portus, Maritimum Gallię Celticæ oppidum ea in parte qua Britanniam insulam spectat. Autor Ptolemæus lib 2. cap. 8.

Sāllŭstĭus Crispus, Nobilis historicus, atq; adeò, Martiale teste, totius Historiæ princeps fuit, Ciceronis coætaneus, cujus acerrimus fuit inimicus, ut ex utriusq; invectivis constat. Vide CRISPVS.

Sălmāntĭcă, Ptolem. li. 2. cap. 5. oppidum est in Orientali tractu Lusitaniæ, in Hispania Vettonum. Vulgò *Salamanca*.

Sālmăcis, [σαλμακίς. Ger. Ein Brunnen im Landt *Caria*.] Fons in Caria, juxta Halicarnassum: quo veteres crediderunt lavantiū corpora effœminari. Ovid. 15. Metam. Cui non audita est obscœnæ Salmacis unda? Strabo lib. 14: Salmacis fons nescio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollities non videtur ab aēre, vel ab aqua proficisci, quum ea minimè sit causa mollitiei, sed divitiæ, & victus incontinentia.

Sălmăcĭdŭs, da, dum, denominativum à nomine Salmacis: ut Salmacida spolia apud Cic. ex Ennio. Plin. lib. 31. cap. 3: Nam nitrosas, atq; Salmacidas & fœculentas in desertis, Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intra duas horas faciū: quo tamen in loco nonnulli legunt Salnacidas, putantq; salnacidas aquas dici, quæ salis saporem referunt.

Sālmōnĕus, σαλμωνεύς, Aeoli filius fuit, & rex Elidis, qui quū divinos sibi honores petulantiùs quæreret, Iovemq; structo æneo ponte, tonando, & jaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detrusus est. Vide Servium in illud Virg. 6 Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flammas Iovis, & sonitus imitatur Olympi.

Salmōnĭs, Salmonidos, Filia Salmonei: id est, Tyro. Propertius lib. 1: Non sic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Thracius, *&c.*

Sălo, Salonis, Fluvius est apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis. Martial lib. 10: Auriferumq; Tagum sitiam, pariumq; Salonem.

Sălŏmōn, sive ut alii malunt, Solomon, σολομών, Nomen sapientissimi Iudæorum Regis: quod si interpreteris, *Pacificum* sonat. Filius fuit Davidis ex Bersabea, qui patri in regnū successit, Deoq; optimo maximo templum primus ædificavit.

Sălŏmōnĭăcŭs, Salomonia, Salomoniū, possessivum: ut templum Salomonium apud Lactantium.

Salon, σάλων, Regio Bithyniæ, pascendis bobus idonea. Vnde & Salonensis cascus, σαλωνικὸς & Straboni lib. 12. Vulgò *Xalon*.

Salonæ, Salonarum, σαλῶναι Stephano, Vrbs Dalmatiæ, olim capta ab Asinio Pollione, à qua & filiū suum Saloninū appellavit. Lucanus: Qua maris Adriatici longas ferit ora Salonas.

Salonīnus, pen. prod. Pollionis filius, sic dictus à captis à patre Salonis Dalmatię civitate, autore Servio. Asinius Pollio, *inquit*, ductor Germanici exercitus, quum post captas Salonas Dalmatiæ civitatē, primò meruisset lauream, pòst etiam Consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium quem à capta civitate, Saloninum vocavit: cui nunc Virgilius Genethliacon dicit. Hunc constat natum rifisse statim: quod parentibus omē fuit infœlicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia perisse manifestum est.

Sălpĭæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 1, Apulorum urbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

Sălpĭnă, Palus in Apulia, juxta Salpiam civitatem meretricio amore Annibalis inclytam. Lucanus lib. 5: Quos recepit Salpina palus.

Sălsŭsæ, pen. prod. Fons in finibus Narbonensis Galliæ, aquis salsis fluens, circa arcem Hispanorū munitissimam, quæ vulgò *Saulses* dicitur.

Sălsæ, Populi sunt juxta Pontum Euxinum, postea φαγοφάγοι à tenuitate victus appellati.

Saltŭārēs insulæ, In Nymphæo sitæ sunt: ita dictæ quòd ad ictus saltantium moventur. Plin. lib. 2. cap. 95: Sunt & in Nymphæo parvæ insulæ, Saltuares dictæ: quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur.

Salvia mater Apulei. ¶ Est & Salvia, Triacensium oppidū, in quinta regione Italiæ: de quo Plin. lib. 3. cap. 33.

Salyes, salyum, [σάλυες Straboni & Ptolemæo. Ger. Die Völcker Aquenser Bisthumbs in der Provintz.] Populi sunt Narbonensis Galliæ, Liguribus finitimi. Plinius tamen Sallyos vocat, Ligurię eos adscribens, Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi.

Samaría, [שומרון *schomerón*. σαμάρεια Stephano. Ger. Die Hauptstatt der zehen Stammen Israēls.] Palęstinæ regio est, Galilææ & Iudææ contermina: oppida habens Neapolim, antea Mamortham, Sebasten, & Gamalam. Vide Plin. lib. 5. cap. 13. Stephano item Samaria, regionis hujus urbs est, eadem cum ea quæ postea Neapolis est appellata. ¶ Gentilia sunt, Samarita, & Samaritanus, σαμαρείτης, σαμαρεῖτις.

Samarobrini,

Samarobrini, σαμαροβρῖνοι, Fuerũt populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæsar Gallorum concilium indixit. Horum civitas est Samarobrina, à Samara amne nomẽ habens. Hanc Cameracẽsem esse urbem nõnulli autumant, quã Scaldis fluvius interfluit. Vulgò *Cambray*. Constantior tamen opinio est, urbem esse **Novioduno** vicinam, quam vulgò *Sancti Quintini* dicunt. Hanc enim præterfluit Samara fluvius.

Sambicus, σάμβικος, Famosi sacrilegi nomen, qui quum Dianæ ἐπιπόνου fanum aliquoties expilasset, tandem deprehensus, annum perpetuũ in quæstione, tormentisq; habitus, miserrimo mortis genere excarnificatus, sacrilegii pœnas luit. ¶ Hinc factus est locus proverbio, ut Sambico graviora pati dicamus, quem significare volumus exquisitissimo tormenti genere excruciari.

Sāmē, es, σάμη, Insula ante sinum Ambraciũ, quæ & Samos, & Cephalenia dicitur. Item oppidum ejusdem insulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Sāmnītēs, pen. prod. σαμνῖται, Vulgò *Abbruzzo*, Populi in Samnio, quod nunc Aprutium vocamus: quæ regio est Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Vrbes in ea sunt, Adria, Aqualia, Amiternum, Sulmo, Ottona, Arpinum, Aquinum, Arina, Beneventum, Corfinium. Iidem & Sabelli dicuntur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto, teste Strabone lib. 5. Ferunt enim, Sabinos, quum adversus Vmbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si victoria potirentur, se illi consecraturos quicquid eo anno apud ipsos nascereturꝝ. Quare quum re benè gesta in patriam rediissent, cùm reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrasse. Quos deinde, quũ adolevissent, duce Tauro in Campaniam ad sedes novas quærendas emiserunt: ubi nullo propemodum negotio ejectis Opicis, sedes suas collocarũt: originisq; suæ memores, Sabellos sese, quasi Sabinorum soboIem appellarunt. Hi gravissima olim bella cum Romanis vario eventu gesserunt. Sp. Posthumium Consulem, cum collega, totoq; exercitu ad Furcas Caudinas locorum angustia circumventos, ex fœdere sub jugum miserũt: quam tamen ignominiam Romani nõ ita multò pòst magna illorum clade deleverunt, Samnitibus vicissim sub jugum missis. Postea quum sæpiùs rebellassent, tandem à L. Sylla Dictatore multis præliis fracti, quum ne sic quidem jugum ferre possent, funditùs sunt deleti.

Sāmonium, Cretæ insulę promontorium, Rhodo adversum, sicut contrario littore Cyrenas versus κελῶ μέτωπον prominet. Autor Pomp. Mela, lib. 2.

Sāmŏs, σάμος: Vulgò *Samo*, Nomen duarum insularum: quarum altera Ionię adjacet eregione Ephesi, ambitu LXXXVII. M. passuum, Iunoni dicatissima, quòd in ea nata fuerit, & educata, & Iovi nupta. Scribit Varro, Samon priùs Partheniam nominatam, ibiq; antiquissimum fuisse Iunonis templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: ubi & sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, necnon & una ex Sibyllis, quæ inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo prædixisse: *Tu enim stulta* IVDAEA *Deum tuum non cognovisti, ludentem mortalium mentibus: sed & spinis coronasti, horridúmque fel miscuisti.* Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregiè ex creta efficta, quæ Samia vocabantur. ¶ Altera sita est eregione Epiri, non procul à sinu Ambracio, quæ & Cephalenia dicitur. De hac intelligendum est illud Suetonii in Augusto: Ab Actio quum in Samum insulam se in hyberna recepisset. Est enim hæc insula brevissimo maris spatio ab Actio dirempta. Eodem spectat & illud Homeri, Odyss. lib. 14: Ἐν πρῳμῇ γ' Ἰθάκης π, Σάμηι τε πολυπτελοίοιο. Eadem & Same, σάμη, aliquando appellatur, per primam nominum declinationem. Homerus loco jam citato: Οἵ τε νέμονται ἐπικρατέως ἅλα νῆι Δουλιχίῳ τε, Σάμῃ τε, Ὑλήεντι Ζακύνθῳ. Virg. 3. Aen. Iam medio apparet fluctu numerosa Zacynthos, Dulichiũq;, Samoq;, & Neritos arduа saxis. ¶ Fuit & Samos, sive Same, oppidi nomen in eadẽ insula à Romanis dirutum. Strab. lib. 10: Quoniam quum Insula sit tetrapolis: id est, quatuor habeat urbes, ex iis una est quæ Samus, sive Same dicitur, utroq; usitato vocabulo, ipsi etiam insulæ communi. Et paulò pòst: De Cephalenia verò quæ est tetrapolis: id est, civitates habet quaternas, neq; hujus temporis nomine dixit, neq; ulla de civitate, una tantùm excepta sive Same, sive Samo: quod oppidum hodie deletum prorsus est. Plin. lib. 4 cap. 12: Cephalenia quondã Melęna dicta. XI. M. pass. abest: circuitu patet XLIIII, Same diruta à Romanis, adhuc tamẽ oppida tria habet. Ex his satis constat vanam eorũ esse differentiã, qui insulam, Samon urbẽ verò, Samen dicendam contendunt. ¶ Ab hac Same deducitur gentile Samæus, σαμαῖος, quum à Samo Ioniæ insula, Samius deducatur. ¶ Est & Samus, cognomẽto Threicia, quæ & Samothracia dicitur: de qua vide paulò pòst suo loco.

Sāmĭus, a, um, σάμιος, Quod est ex Samó insula: ut Pythagoras Samius. Vas Samium. Plautus Captivis: Samiis vasis utitur. Cicero pro Murena: Atq; ille stravit lectulos exposuit vasa Samia. Ausonius de Agathocle: Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea Regem, Atq; abacum Samio sæpè oneratse luto. Pro eodem dicimus & Samium absolutè. Cic. 6, de Repub. ut citat Nonius: Munera Pontificum diis immortalibus grata sine Samio. Autor ad Herennium, lib. 4: Nos Samiis delectabimur.

Sāmĭŏlŭs, a, um, diminutivum: ut Samiolum poterium. Plautus Sticho: batiocis Bibunt: nos nostro samiolo poterio, tamen vivimus.

Sāmŏsātă, samosatæ, σαμόσατα, Vrbs Comagenes ad Euphratem, Luciani Sophistę patria: stagnũ habens limum quendam gignens, quam *maltham* illi appellant: cujus tam admirabilis est natura, ut aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosatæi urbem suam Lucullo oppugnante defenderunt, hostes unà cum armis exurentes, ut est autor Plin. lib. 2. cap. 107.

Sāmŏthrācĭă, sive Samothracę, σαμοθράκη Stephano, *Sarmadrachi*, Insula est maris Aegæi, Thraciæ adjacens, ea in parte qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Trajano, qui Palladium secum ferens: eò traditur confugisse. ¶ Gentilia sunt Samothrax, & Samothracius. Virgil. 3. Aeneid. Threiciamq; Samum quæ nunc Samothracia fertur.

Sanares, Dicti sunt qui infra, supraq; Romam habitaverunt: quòd nomen iis fuit: quia quum defecissent à Romanis, brevi pòst rediêre in amicitiam, quasi post sanata mente. Itaque in XII. Tabulis cautum est: ut idem juris esset Sanatibus quod fortibus: id est, bonis, & qui nunquã defecerant à pop. Roma. Hæc Festus.

Sanaus, Phrygiæ oppidum Apolloniæ metropolis, teste Strabone lib. 12. Ptolemæus Σανίδα appellat.

Sāncŭs, Dei nomen quoddam, cujus meminit Ovid. Quærebam nonas Sanco: Fidionem referrem, An tibi Semo pater. Intelligo aũt ex Varrone de ling. Lat. hunc deum idem esse, qui alio vocabulo dicitur Dius fidius à Latinis & à Græcis Hercules. Putabant, *inquit*, Sanctum à Sabina lingua, & Herculem à Græca.

Sāndălĭōtĭs, σανδαλιῶτις, Sardinia insula denominata est, ab effigie sandalii: hoc est, soleæ: unde & nõnulli Ichnusam, ἰχνῦσαν vocant, à similitudine vestigii, quod Græcè ἴχνος dicitur. Plin. lib. 3. cap. 7: Sardiniam ipsam Timęus Sandaliotin appellavit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam à similitudine vestigii. Vulgò *Sardegna*.

Sāndānis, Vir fuit quidam Lydus, qui frustra Crœso suadere conatus est ne bellum Persis inferret. Herod. lib. 1.

Sanea, σάνεα, Vrbs Indiæ: gentile, Saneus, Steph.

Sāngă, σάγγης, Cantabrorũ fluvius, in Hispania citeriòre. Plin. lib. 4. cap. 20. ¶ Sanga præterea est servi nomen apud Terentium in Evnuch.

Sangarius, σαγγάριος: Vulgò *Zagari*. Fluvius est Asiæ, alio nomine Coralius dictus in Didymo monte nascens, & per Phrygiam, Bithyniamq; in Pontum illabens. Vide Plin. lib. 6. cap. 1. Ptolemæus Sagatium appellat, Ovidius Sagarim. Vide suprà suo loco.

Sānnăŭs, Quod hìc pro Asiæ quodam lacu corruptè legebatur, vide SINNAVS.

Sāntŏnĕs, & Santoni, pen. corr. [σάντονες. Ger. Böcker in Languedocken / jetzt *Xantonge*.] Populi quidam Galliæ Aquitanicæ, non longè à Tolosatium finibus, quæ civitas est in provincia Romanorum, ut Cæsar lib. 1. Commentariorum scribit. Lucanus lib. 11: gauderq; amoto Santonus hoste.

Sāntŏnĭcŭs, a, um, adject. Iuven. Satyr. 6: Tempora Santonica velas adoperta cucullo. Sunt qui scribant Xantones cum x in prima syllaba, non cum s.

Santonum portus, Galliæ urbs est, ad Oceanum, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 7. [Vulgò *la Rochelle*. Ger. Ein Meerhafen in Gasconien.]

Sapæi, σαπαῖοι, Thraciæ populi sunt ad Nestum amnem, quorũ meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Sapires, pen. prod. σάπιρες Steph. Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, σάβειρες dicuntur. Meminit horum & Orpheus in Argonauticis.

Sāpĭs, Fluvius Italiæ in Flaminia prope Cesenam urbem, autor est Plin. lib. 3. cap. 15. ¶ Est & Sapis Galliæ Cisalpinæ fluvius Senogalliam urbem subterlabens, juxta quam & Isaurus fluit. Lucan. lib. 2: Crustumiumq; rapax, & junctus Sapis Isauro. Vulgò *Albs en marca de Ancona*.

Sāpphō, σαπφώ, Insignis poëtria fuit carminis invẽtrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine: quarum una Eresia, quæ & antiquior, Lyrica, qua tempestate Alcæus claruit, Terpsichorus, & Pittacus, tempore Tarquinii Prisci. Ea plectrum prima invenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mityle-

ra Mitylenæa, longè junior, cujus pulcherrimum opus ad amicum Phaonem extat. Scripsit & alia multa apud Græcos, ut meritò nona inter Lyricos poëtas annumeretur. Antipater autem Sidonius sic de ea scribit: Μνημοσύνᾳ τὴν μέλιφθογγον, ὅτ' ἔκλυε τὴν μελιφώνε Σαπφῦς: μὴ δεκάταν μοῦσαν ἔχουσι βροτοί: id est, Mnemosynem matrem Musarum cepit stupor, quando audivit dulcisonam, Sappho: Nunquid decimam Musam habent mortales?

Sarata, Ptolemæo lib. 6. cap. 2, Oppidum in Mediterraneis Mediæ, & eidem lib. 5 cap. 10 Sarace civitas in Colchide.

Sārastēs, Populi, Vide SARRASTES.

Sardănăpālŭs, pen prod. [σαρδανάπαλος. Ger. Der letste König der Assyrer ein Mann allem mutwillen ergeben.] Ultimus Assyriorum rex, & trigesimus à Nino, omni libidinis, mollitiæq; genere effœminatissimus: adeò ut non erubuerit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lascivia anteire. Quamobrē indignati Assyrii tali fœminæ parēre, duce Arbace desciscentes, bellū Sardanapalo intulerunt. Qui victus in regiam se recepit, & extructa pyra, se atque divitias in incendium misit. Ovid. in Ibin: Inq; pyram tecum charissima corpora mittas, Quam finem vitæ Sardanapalus habet. Ejus epitaphium refert Cic. lib. 5. Tusc. quæst. Quomodo igitur (*inquit*) jucunda vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi jussit in busto: Hæc habeo quę edi, quæque exaturata libido Hausit: at illa jacent multa & præclara relicta. Quid aliud (inquit Aristoteles) in bonis, non in regis sepulcro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit quæ ne vivus quidem diutiùs habebat, quàm fruebatur. Suidas refert in Nino monumentum habuisse, cui hæc fuerint inscripta: Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς, ἀγχίαλον, & Ταρσὸν ἐν ἡμέρῃ μιῇ ἐδείματο. σὺ δ' ὦ ξεῖνε ἔσθιε, καὶ πῖνε, καὶ παῖζε· ὡς ἄλλα τὰ ἀνθρώπεια οὐκ ὄντα τούτου ἄξια: Hoc est, Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon & Tarson uno die extruxit: Tu autem ô hospes, ede, bibe, lude, cum quibus reliqua mortaliū omnia non sunt cōferenda. Vide plura de hoc apud Iustinum lib. 9, & Diodorum Siculum Bibliothecæ lib. 8.

Sardemissos, Tauri montis promontoriū est quod inter Lyciam & Pamphyliam in nostrum pelagus imminet. Meminit ejus cap. 27 libri 5. Plinius.

Sārdĭānŭs, adjectivum, Vide SARDIS.

Sārdĭnĭă, [σαρδὼ Stephano: Vulgò *Sardigna*. Ger. Ein grosse vnd berümpte Insel im Mittelmeer / heisst jetzt *Sardigna*.] Insula est, teste Salustio, in mari Libyco: ita dicta à Sardo Herculis filio (sicut Silius lib. 12, & Solinus scribunt (qui è Libya veniens, cum multitudine colonorum insulam occupavit: quū antea Sandaliotis appellaretur, ab effigie soleæ, quem Græci σανδάλιον vocāt: & Ichnusa, à similitudine vestigii quòd Græcè dicitur ἴχνος. Hujus latitudo est millium passuū nonagintaocto, longitudo ducentorum viginti: quanquam alii stadia multa adjiciant. Habet hæc insula à Septentrione montes editissimos, qui prohibent quo minus à Borea possit perflari, quò fit ut aëris pestilentia maximè sit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam malè audivit, ut M. Cicer. Quintū Fratrem moneat, etiam tum quum optimè valeret, meminisse eum debere in Sardinia ipsum esse. & alibi: Tigellum quendam Sardum hominem esse ait patria sua pestilentiorem. Martialis quoq; Sardiniam Tyburi, tanquam saluberrimo loco pestilentissimum opponit. Nullo (*inquit*) fata loco possis excludere, quū mors Venerit in medio Tybure Sardinia est. Mirum in ea insula neque lupum gigni, neq; serpentē reperiri. Habet civitates multas, sed omnium præclarissima Calaris est, ubi coralliorū piscatio est. In qua divi Augustini ossa tandiu cōquievêre, quoad ab Heliprando rege Papiam trāslata sunt. Hæc civitas Iole à priscis appellabatur: ab Iole illa, quā Hercules perditissimè amavit. Insulam Pœni occupavêre, sed à Romanis expulsi primo bello Pun o, eandem amisêre. ¶ Est & Sardinia piscis genus, ad condimenta & salituras utilis, apud Italos plurimus. [ἡ τριχὰς, ἰδὸς, ἡ τρίχια ἡ θρίσσα. Gall. *Sardelle, ou sardine*. Ital. *Pesce sardella*. Hisp. *Sardina*.] Col. lib. 8. cap. 17: Tabentes halecculas, & salibus exesam chalcidem, putremq; sardinam.

Sārdī, sardorum, σάρδοι, σαρδόοι, Sardinię incolæ, qui ob insignē vilitatem, nequitiamq; in proverbium abiērunt. Cicer. lib. 4. Epist. Habes Sardos vænales, alium alio nequiorem.

Sārdĭnĭēnsēs, σαρδόνιοι, Qui aliundè orti negotiationis grātia, aliámve ob causam in Sardinia versantur.

Sārdōŭs, sardoa, sardoum, σαρδῶος, Possessivum à Sardinia. Ovid. lib. 4. Fast. Sardoaq; regna sinistris Respicit à remis. Herbæ Sardoæ. Virg. 7. Aeglog. Imò ego Sardois videar tibi amariot herbis.

Sārdĭs, [σάρδις Stephano. Ger. Ein Statt in Lydia am Berg Tmolo.] tantùm pluraliter, Vrbs Lydiæ magna, ad latus Tmoli montis sita, olim Crœsi regia. Horat. 1 Epist. Quid concinna Samos, quid Crœsi regia Sardis? Terminat autem nominativum & accusativum in is producta, quomodo Trallis, & Syrtis. Ex Sardibus fuêre duo Diodori oratores, quorum junior Strabonis amicus fuit, & historias scripsit, & poëmata. In Sardibus ecclesia fuit una ex septem Asiæ, quarum Iohannes meminit in Apocalypsi.

Sārdĭānŭs, a, um, adjectivum, Sardianæ balani à Græcis dictæ sunt castaneæ, quòd circa Sardis primùm fuerint inventæ. Vide Plin. lib. 15. cap. 23.

Sardonici. Montes Liburniæ, Ptolem. lib. 2. cap. 17.

Sārdŭs. σάρδος, Herculis filius, qui adhuc puer ab Iolao cōfuroti subtractus, quos Hercules vivens lacessierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam insulam pervenit: eamq; quæ anteà Sandaliotis, seu Ichnusa vocabatur, à nomine suo Sardiniam creditur appellasse.

Sārēptă. [צָרְפַת *tsarphath*. σάρεπτα Stephano.] Vrbs Phœnices, in qua divinus vates Elias esurientem viduam miraculo pavisse scribitur in libris Regum. Meminit ejus & Plin. libro 5. capite 29.

Sārēptānŭs, sareptana, sareptanum, σαρεπτηνός. Sidonius: Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna, Quæq; Sareptano palmite missa bibas.

Sargapises, lege SPARGAPISES.

Saricha, Vrbs Cappadociæ, gentile Sarichenus aut Saricheus.

Sārmătē, [σαρμάται Stephano. Ger. Die Völcker so jenseit der Wirel / der vnderen Donaw vmb das Eurinisch vnd Meotisch Meer / biß in das Mitternächtisch ligen / auch weiter vber den fluß Tanais hinauß.] Populi Scythiæ juxta Danubium, in Mæoticam paludem vergentes, qui & Sauromatę, σαυρομάται, dicuntur, & regio eorum Sarmatia, σαυροματία dicitur. Plin. lib. 3: Sauromatas gentes Scytharum Græci vocant, quas *Sarmatas* Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertarum: σαῦρος enim lacerta est, ὄμμα oculus. ¶ Nomina diversa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus, utūtur plaustris pro domibus: pascunturq; lacte equino: unde quidam eos ἱππημόλγους: hoc est, equarum mulsores: alii γαλακτοφάγους: hoc est, lacte vescentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos vocāt Gelonos. Virgilius libro 1. Georgic. Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum: Et lac concretum cum sanguine potat equino. Item: Sarmatæ alii sunt, qui equino sanguine è cruribus detracto, farinaq; commisto aluntur. Alii etiam qui pro victimis homines immolant. Alii bellorum & cædis amatores: quibus bellantibus mos est cruorem ejus, quem primùm interemerint, ex ipsius vulneribus bibere: & ut quisque plures interemerit: ita apud eos eximius habetur. ¶ Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur: alii qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocantur Anthropophagi, διὰ δ' φαγεῖν τὸν ἄνθρωπον: hoc est, ab hominibus edendis. Idem ab usu plaustrorum, Hamaxobitæ Pomponio. Hamaxobii Ptolemæo vocantur. Auri & argenti, maximarum pestium, ignari, permutatione rerum commercia exercent: atque ob sævitiam hyemis demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum Bracchati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti. Horum meminerunt Plinius libro 4. capite 12, & Strabo libro 11. ¶ Sunt autem duæ Sarmatiæ secundùm Ptolemæum, quarum una est in Europa, quæ (ut libro 3 scribit) à Septentrione Oceano terminatur: ab Occasu parte Germaniæ: à Meridie Iazygibus Metanastis. In ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tartariam esse credunt. Altera Sarmatia est in Asia (ut idem libro 5. refert) quæ à Septentrione terra incognita terminatur: ab Occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluvio. In ea sunt Caucasii montes.

Sārmătĭs, sarmatidis, Patronymicū. Ovidius: Terreat haud manes Sarmatis umbra meos.

Sarmentŭs, Nomen proprium Equitis Romani, qui scurrilitate claruit sub Augusto. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: nunc mihi paucis Sarmenti scurræ pugnam, Messiq; Ciceroni Musa velim memores.

Sarnŭs, [σάρνος. Ger. Ein fluß in Campanien der Landtschafft Italiæ, heist jetzt *Scafare*.] Fluvius Campaniæ, oriens à Sarno monte, inter Pompejanum agrum, & Salernum, juxta oppidum in Sarni montis radicibus positum. Plinius lib. 3. cap. 5: Littore autem hoc Neapolis Chalcidensium, & ipsa Parthenope à tumulo Sirenis appellata. Herculanium, Pompeii, haud procul aspectante monte Vesuvio, alluente verò Sarno amne, ager Nucerinus est. Virg. 7. Aeneid. Sarrastis populos, & quę rigat æquora Sarnus.

Sărōnĭcŭs sinus, σαρωνικὸς κόλπος, Qui Corinthiacum Isthmū ab Ortu alluit: nam qui eundem alluit ab Occasu, Crissæus, sive Corinthiacus dicitur Plinius lib 4. cap. 5: Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus: unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam

Saronem

Saronem fuisse regem, qui illic Atlepiæ marinæ regioni imperarit, in Corinthiacis scribit Pausanias.

Sārpedŏn, penultima producta, Sarpedonis, penultima correpta, σαρπηδών, teste Homero, lib. Iliad. 16: Iovis filius ex Laodamia Bellerophontis filia: aut, ut Herodotus tradit in Polymnea, ejusdem Iovis filius ex Europa, & frater Minois. Hic quum Lyciæ rex esset, & in armis strenuus, Priamo suppetias tulit adversus Græcos: ubi quum multa edidisset virtutis suæ documenta, tandē à Patroclo est interfectus. Corpus aūt ejus Iovis jussu ab Apolline è medio pugnantium sublatum est, & flumine ablutum, ambrosioque respersum liquore, ac regia indutum veste, ad exequendum funus suis restitutum. Virgil. lib. 1. Aeneid. Sævus ubi Aeacidæ telo jacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. ¶ Est & Sarpedon, Ciliciæ promontorium. finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia distinguit. Pomponius Mela lib. 1, in descriptione Ciliciæ.

Sārrā. [צר tsor. σάρρα. German. Die gewerbstatt Tyrus in Phœnicia gelegen. Vulgò Puerta de Sar.] Nomen civitatis, quæ postea Tyrus dicta est: à qua Sarranum ostrum est nominatum. Sed id quoq; nomen à pisce quodam accepit, qui illic abundat, & sur illa lingua vocatur, ex cujus sanguine fericum in purpuram tingebatur.

Sārrānŭs, sarrana, sarranum, σαρρανὸς, Tyrius: unde Sarranæ vestes dictæ sunt, quæ & ostrinæ, purpureæ, quòd Sarræ: id est, Tyri optimè tingerentur. Virg. lib. 2. Georg. -& Sarrano dormiat ostro. Iuvenal. -aut pictæ Sarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ.

Sārrācă, σάρρακα, Nomen est duarum urbium, quarum una est in Media, altera in fœlici Arabia. Vide Ptolem. libro sexto, capite 2, & 8.

Sārrācēnī, σαρρακηνοὶ, Populi post Nabathæos à Sarraca (ut Stephanus inquit) quæ est pars Arabiæ. Plin. lib. 7. cap. 28: Nabathæis Thimanęos junxerunt veteres: nūc sunt Taveni, Suellini, Sarraceni, Arraceni.

Sārrāstēs, Populi Campaniæ, Sarno amni vicini: à quo & nomen accepisse putantur. Virg. 7. Aeneid. Sarrasteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Sārsīnă, penult. corr. σάρσινα, Vetus civitas in Aemilia, ex qua Plautus poëta Comicus ortus est: unde & Sarsinas appellatus est: quanquam à doctis quibusdam Farcinas, nō Sarcinas vocetur. Lacte abundat, ut testatur Silius lib. 8: -his Sarsina dives Lactis, &c.

Sāsōn, σάσων, Insula est inter Epirum & Brundusium, quinque ab utroque millia passuum distans, ut ait Strab. lib. 6. ¶ Est & fluvius in mare Adriaticum influens: de quo Silius: Adriatici fugite infaustas Sasonis arenas. Et alibi: Expavit sonitus tremefacto littore Sasōn.

Sagutæ, σαγύται, Populi in Scythia Asiatica, ut lib. 4. testatur Herodotus.

Sătarchæ σατάρχαι, Populi in Scythia Europæa, juxta Mæotidem, qui (ut Solinus refert) damnato auri & argenti usu, se à publica avaritia abdicarunt. Horum oppidum fuit Myrmecion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium, aliaq; nonnulla, quę vide apud Melam, lib. 2. in descriptione Scythię Europęę, Flaccus lib. 6. Argon. Flavicrines Satarchæ.

Sătāspēs, σατάσπης, Vir Achæmenius fuit, Theaspis filius, qui quum Zopyri filiā violasset, & ob eam rem à Xerxe cruci destinatus esset, intercessione matris, quę Darii erat soror, impetravit ut in exilium ageretur, donec Africā universam lustrasset. Quumq; jam aliquot menses illa in peregrinatione consumpsisset, navigationis tædio adductus, in Persidem redijt: Regiq; retulit, sese reliquum itineris conficere non potuisse, quòd naves à magnetibus retinerētur. Quod quum Xerxi fabulosum videretur, hominem; ut anteà destinarat, cruci affixit. Vide Herod. lib. 4.

Sătĭcŭlī, Populi Campaniæ moribus asperi, de quibus Virg. 7. Aen. -amnisque vadosi Accola Vulturni, pariterque Saticulus asper.

Satræ, Populi Græcorum in littoribus Thraciæ, ut ostendit Herodotus suæ historiæ lib. 7.

Sătŭrĭo, saturionis, Nomen est parasiti apud Plautum in Persa; captandi joci gratia à cōtrario impositum. Solet enim hoc hominum genus perpetuò esurire, & nunquam saturum esse. Vnde quum Toxilus servus eum Saturionem salutasset: respondet parasitus: Mendacium ædepol dicis, atq; haud te decet. Nam Esurio venio, non advenio Saturio.

Sătŭræ palus: quę & Pontina, juxta Circeios fuit, XXIII. olim urbium locus, ut ex Mutiani sententia tradit Plin. lib. 3. cap. 5: Hæc ad viam usque Appiam pertingebat, ubi & navibus trajiciebatur, inter Appii Forum, & Anxurem. Virg. 7. Aen. -queis Iupiter Anxurus arvis Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco: Qua Saturę jacet alta palus, gelidusq; per imas Quęrit iter valles, atq; in mare conditur Vfens.

Sāturium, sive Saturcium σατύριον, Vrbs Calabriæ fuit, non longè à Tarento. ¶ Stephanus quoque autor est, regionem Tarento vicinam Saturium, sive (ut ipse scribit) σατύρειον nominari. Sunt tamen qui Saturum legant: de quo aliquid suprà in dictione SATVR.

Sătŭrējanŭs, saturejana, saturejanū, possessivum. Horat. lib. 1. Serm Satyr. 6: Me Saturejano vectari rura caballo.

Sātūrnĭă, σατύρνια, Latii oppidum, à Saturno conditum. Virg. 8. Aen. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem.

Sāturnĭānă colonia, Tuscorū urbs mediterranea Ptolemæo lib. 3 cap. 1.

Sātūrnĭānī, Hęretici à Saturnino quodā nominati, qui mundum solos angelos septem, inscio Deo, fecisse dicebant.

Sāturnīnŭs, Tribunus plebis fuit seditiosus, qui quum perniciosis legib. Rempublicam perturbaret, sumptis ex Senatusconsulto armis, in Capitolio occisus est à Scæva quodā Quirite, Crotonis servo, cui idcircò libertas præmii loco data est. Fucrūt multis pòst annis, q à C. Rabirio occisum dicerēt: quo nomine ille à T. Labieno in judiciū vocatus, & Perduellionis reus factus, à Cicerone defensus est pulcherrima illa oratione, quę pro Cajo Rabirio Posthumo perduellionis reo inscribitur.

Sātūrnĭŭs, Mons quondam dicebatur, qui postea Tarpeius, deinde & Capitolinus appellatus est.

Sātūrnŭs. [χρόνος. Ger. Ein Sohn Cœli und Vesta, ein Vater Iovis und Iunonis.] A` poëtis fingitur fuisse antiquissimus deorū, qui ex Ope conjuge genuit Iovem, à quo postea cœlo pulsus est. A` Græcis dicitur χρόνος, quasi χρόνος: hoc est, tempus. A` Latinis autē Saturnus, quòd annis saturetur, ut ait Cicero de Nat. deor. vel quia se in devorandis filiis saturavit. Ex se enim natos comedisse fingitur: quia cōsumit ætas temporū spatia, annisq; præteritis insaturabiliter explet. Ovid. Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas, Omnia destruitis, vitiataque dentibus ævi Paulatim lenta consumitis omnia morte. Sunt qui Saturnū à satu deducant: quoniam peritiam ruris, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidam ab eo quod Græci σάθλον, membrū virile nominant: propterea quòd patris pudenda abscidisse, atq; in mare projecisse dicitur: unde Venerem procreatā ferunt, quę à spuma, unde coaluit, Aphrodites nōmē accepit. ¶ Fratrem habuit Titanem majorem natu, qui quū parenti succedere vellet: tamē animadvertens matrē, sororesq; Saturno magis favere, regnū ipsi concessit: ea tamē lege, ne Saturnus prolem masculam tolleret, ut regnū ad suā prolē rediret. Saturnus igitur quū plures liberos devorasset, nati sunt gemini Iupiter & Iuno: tum mater Iunonē Saturno ostendit, Iovem verò clàm nutriendum ablegavit: adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumque pulsu obstrepebant, ne pueri vagitus audiretur. Saturnō autē, quum ille puerum deposceret ut & ipsum devoraret, Opis lapidem ei ostendit pannis involutum, eumq; partu illo à se editum simulabat: quem ille acceptum sine morā devoravit. Neptunum quoq; clàm Saturno Opis peperit, quem similiter clàm educari curavit. Tertiò rursus geminos enixa est, Plutonem & Glaucam: ubi rursus Glaucam Saturno ostendit, Plutonem abscondit. Verùm detecta tandem fraude, quū Titan resciviisset, fratri prolem masculam, suosque ea ratione regni successione pulsos esse, cum filijs, qui Titanes à patre cognominabantur, bellum adversus Saturnum suscepit, illumque & Opem sorōrem captos, muro inclusit: sed à Iove filio devictis Titanibus liberati sunt. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, fore ut à filiis regno pelleretur, quum ab hoc Iovi insidias strueret, ab eo regno pulsus, In Italiam profugit, ubi diu apud Ianum regē latitavit: unde ea pars Italię Latium dicta est Hoc regnante ætatem auream fuisse fabulantur, terramq; sua spōte expertem vomeris & aratri peperisse fruges: communes, & nullis designatas limitibus agrorum possessiones fuisse.

Sātūrnĭŭs, a, um: ut pater Saturnius: id est, Iupiter Saturni filius: Iuno Saturnia: id est, filia Saturni, χρονίδης. Versus quoq; quos olim Fauni, vatesque canebant, Saturnios antiqui nominabant, ut ait Varro.

Sātūrnālĭă, orum. [χρόνια. Ger. Die Fästtag Saturni, so man zu Rom hielt im Wolffmonat. Pol. Mieſſöpuſli.] Festa septem, seu quinq; dierum mēse Decembri Saturno dicata, quibus Romani synthesin vestē sumebant, servisq; discumbentibus insetviebant, muneraq; ultro, citroq; mitti, remittique solebant. Sueton. in Auguſt. Saturnalibus, & si quando aliàs libuisset, modò munera dividebat, modò numos omnis notæ.

Sātūrnālĭtĭŭs, saturnalitia, saturnālitium, Quod ad Saturnalia pertinet, χρόνιος. Martial. lib. 5: Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ. Saturnalitiæ nuces, apud eundem, lib. 6.

Satyri, Vide in APPELL.

Sătўrōrum insulæ, σατύρων νῆσοι, Sunt cōtra tres Indiam extra Gangem sitę, sicut Ptol. lib. 7, scribit: quas qui habitāt, caudas habere dicuntur, quales Satyris pinguntur.

Sătўrŭs, Fluvii nomen in Aquitania, cujus meminit Lucanus

lib.1: tunc rura Nemetis Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curvo, &c.

Savo, onis, Fluvius est in finibus Campaniæ. Plin.lib.3.cap.5.

Savona, Ptolem.lib.3. cap.1.Sabbatium, Plin.Sabbatia Pompon. Vrbs Liguriæ notissima: Vulgò *Savone*.

Saurŏmătæ, penult.cor. σαυρομαται, Populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alii Asiatici sunt, alii Europæi, Tanaì de fluvio discreti: de quibus vide plura suprà in dictione SARMATA.

Saurus, Nobilis statuarius, cujus opera commemorat Plinius lib.36.cap.5.

Savus, [σαῦος Ptolemæo. German. Die Sauw in Vngern.] Fluvius est apud Carnos ortum habens, & circa Liburniæ montes, non procul à Paurono oppido (hodie *Albam Græcam* vocant) in Danubium prolabens.

Sāxŏnes, σάξονες, Illustres Alemaniæ populi, qui Angelę Reginæ auspicio Angliam devicerunt. Hos Ptolemæus non longè à Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus inviis constituit, lib.3.cap.11.

Săxum ferratum, & **Saxoforatum**, teste Volaterrano, Oppidum in Piceni, atq; Vmbriæ finibus situm: ita appellatū à Ferro, propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earum reliquię ostendunt. Sentinum, σέντινον, à veteribus dicebatur, à Sentino amne juxta mœnia labente, quem nunc quoq; incolæ *Sentinum* vocant.

S ante C.

Scææ porta, σκαιὰ πύλη, Vrbis Trojanæ porta fuit, fatali Laomedontis sepulcro nobilitata; ita dicta (ut Grammaticis placet) quòd ad sinistrum: hoc est, Occidentale urbis latus sita esset. In Augurum enim disciplina quæ Ortum spectant dextra: quæ Occasum sinistra dicuntur. Strabo tamen libro 13. videtur sentire Scææ portæ nomen à Scæis Thraciæ populis sumptum fuisse, cum quibus Trojanos multa nomina communia habuisse ostendit Virgil.3.Aeneid. & arentem Xanthi cognomine rivum Agnosco, Scæaque amplector limina portæ.

Scævŏlă, σκαιόλας, Quinti Mutii cognomen fuit, inde tractum, quòd ex quo in Porsenæ castris dextram exussisset, ejus loco sinistra fuerit usus: σκαιὰ Græci enim sinistram vocant. Vnde Scævæ, & per diminutionem Scævolæ dicti sunt, qui sinistra dextræ loco utebantur. [German. Ein Linckehauß.] Aliam hujus nominis causam adducit Varro lib. 6. de lingua Lat. Pueris, *inquit*, turpicula quędam res in collo suspenditur, ne quid obsit bonæ scævæ, inde Scævola appellatus.

Scalabis, σκαλαβὶς, Lusitaniæ oppidum, alio nomine Præsidiū Iulium appellatum, teste Plin.lib.4.cap.22. Vulgò *Trugillo*.

Scāldis. [German. Die Schelde / ist ein fluß in Brabant.] Insignis fluvius est in cōfinio Germaniæ & Galliæ Belgicæ: quas regiones suo alveo ad Septentrionem disterminat, Antuerpiam clarissimum orbis Christiani emporium alluens, marisque æstum refluus, & bissenis quotidie horis versus caput recurrens. Plin.libr. 4.cap.17: A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem capite decimotertio: Toto autem hoc mari ad Scaldim usque fluvium, Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Scămăndĕr, σκάμανδρος, Fluvius Trojæ, ex Ida monte descendens, quem Hesiodus θεῖον σκάμανδρον: id est, divinum Scamādrum appellavit. Antea Xanthus dicebatur: quod & Homerus innuit, quū eum ab hominibus quidē Scamandrum, à diis verò Xanthum vocari ait, suo more vetustiorem appellationem diis, recentiorem hominibus assignans. In hoc fluvio sponsæ jam nupturæ sese abluebant, Scamandrum nominatim his verbis invocantes: λάβέ με Σκάμανδρε τὴν παρθενίαν. Qua occasione usus Cimon quidam Athenienśis, quum Calirrhoēs generosæ puellæ amore teneretur, quæ jam viro desponsata erat, in Scamandri virgultis sese occultavit, caputq; arundine coronavit: quumq; illa ex more lavaretur, carmenq; solenne caneret, Scamandrum, ut virginitatem suam acciperet, invocans, Cimon è virgultis prosiliens: Ego verò (*inquit*) accipio lubens, virginemque in ripam sustulit: ubi & vitium ei obtulit. Vide hac de re plura in Epistol. Aeschinis. ¶ Fuit & Scamāder nomen filii Hectoris & Andromaches: quem tamen Trojani Astyanacta: hoc est, civitatis principem vocare maluerūt, Hectori id honoris tribuentes, cujus virtute Ilium novem perpetuos annos fortissimè erat defensum. Vide Homerum quinto Iliad.

Scămăndrĭă, σκαμανδρία, Vrbs parva à portu Ilienśi parum remota. Plin lib.4.cap.30.

Scăndināvĭă, Insula est Oceani Septentrionalis, quam Plin. lib.4.cap.13. incompertæ magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarum orbem appellavêre: nonnulli etiam Officinam gentium, eò quòd incredibilem mortaliū vim identidē effuderit, qui ad quęrendas novas sedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & vastitate implerunt. Hodie satis constat insulam non esse, sed ad ortum supra Livoniam continenti adhærere. Tenent eam Suedi, Nortvegi, Gothi, innumeræque aliæ barbaræ gentes.

Scāptēnsŭlă, inquit Festus, Locus in Macedonia, ubi argentū fodi solebat, à σκάπτω fodio. [Polon. *Gora gdzie kopią strzebro.*] Lucret.lib. 6: Quales expirat Scaptensula subter odores. Rectiùs tamē videtur Scaptesula legi posse, sine n. Apud Stephanum enim scribitur σκαπτησούλη, quanquā ille in Thracia, nō in Macedonia, eam collocet. Quod discrimen nō est magni momenti: quippe quum ne inter celeberrimos quidem Geographos satis conveniat de Macedoniæ, Thracięq; terminis, aliis Strymone amne, aliis Nesso eas terminantibus.

Scāptĭă, Latii oppidum fuit, teste Plin.lib.3.cap.5, à quo Scaptia tribus.

Scārdŏnă, σκάρδονα, Insula in mari Adriatico, adjacēs Illyrico, teste Ptolemæo, lib.2. cap.ult. In ea sunt duæ urbes, Collentum & Arba. Vulgò *Scardo*.

Scārphĕă, sive Scarphia, penult.prod. σκάρφεια. Insula Helladi adjacens, in mari Aegeo, non procul ab Attica, de qua Plinius lib.4.cap.12. Est & Scarphia urbs Locrorum Epicnemidiorū, decem stadiis distans à mari, teste Strabone lib.9 à Stephano Phocidi falsò assignata.

Scaurorum familia Romæ in primis illustris fuit: ex qua fuit Marcus Aemylius Scaurus, princeps Senatus, cujus patrem adeò inopem tradunt fuisse, ut carbonariam vitæ sustinendæ causa exercere cogeretur. Quinetiam Marcus ipse primum addubitasse fertur, num ad argentariam sese, an potiùs ad forum & curiam conferret. Verùm quum eloquentiæ semper studiosissimus fuisset, foro magis idoneus sibi visus, brevi magnam sibi gloriam peperit. Et cęteros quidem magistratus ex ordine adeptus, ita eos gessit, ut Consulatu dignissimus videretur. Magno itaq; nobilitatis studio Consul factus, Ligures & Cantiscos domuit, & de iis triūphavit. Censor deinde creatus, Aemyliam stravit, pontemque Aemylium extruxit. Filium suum, quòd in saltu Tridentino hosti loco cesserat, in conspectum suum venire vetuit, quòd tam ægrè tulit adolescens, ut sibi spontè necem conscisceret. Idem in Africam legatus missus, ut Iugurtham ab oppugnatione Cirthę, & obsidione Adherbalis avocaret, quū re infecta rediisset, Senatui autor fuit belli adversus Iugurtham suscipiendi. Quo tamen in bello, quum L. Calphurnii Bestię legatus esset, avaritiæ quoq; ejus & rapinarum particeps creditur extitisse: quæ res, vitæ anteactæ splendori haud exiguam offudit labem. ¶ Scaurus alter, superioris filius, & Syllæ privignus fuit: de cujus Aedilitate sic scribit Plin.libro 30. capite 15. Non patiemur duos Cajos, vel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui: docebimusque etiam insaniam eorum victam privatis operibus M. Scauri, cujus nescio an Aedilitas maximè prostraverit mores civiles, majusque sit Scyllæ malum tanta privigni potentia, quàm proscriptio tot millium. Hic fecit in Aedilitate sua opus maximum omnium quæ unquam fuerunt humana manu facta, nō temporaria mora, verumetiam æternitatis destinatione: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine CCCLX. columnarum, in ea civitate quę sex Hymetrias non tulerat sine probro civis amplissimi. Ima pars scenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam postea genere luxurię. Summæ tabulis inauratis columnæ, ut diximus: imæ duodequadragenūm pedum. Signa ærea inter columnas, tria millia numero. Cavea ipsa cepit hominum octoginta millia, quum Pompeii amphitheatri, toties multiplicata urbe, tantoque majore populo, sufficiat largè XL. M. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam reportatis quæ superfluebant, quotidiani usus deliciis, incensa villa ab iratis servis concremaretur ad sestertiūm millies. Hæc Plinius. ¶ Fuit præter hos & Aurelius Scaurus, qui quum legatus adversus Cimbros infœliciter pugnasset, fuso exercitu vivus in hostrum manus pervenit. Quumque ab iisdem in consilium adductus, de ratione belli adversus Romanos gerendi interrogaretur, magnopere iis dissuasit ne Alpes trajicerent, populum Romanum bello insuperabilem esse asserens: quod ejus responsum tanta indignatione excepit Bolus, hostilium copiarum rex, ut protinùs impetu in eum facto, multis vulneribus eum confixerit.

Scenitæ, [σκηνῖται. German. Völcker des glückhafftigen Landts Arabie, so vnder Hütten wohnen.] Cognominati sunt quidam Arabiæ populi, ἀπὸ τῶν σκηνῶν: hoc est, à tabernaculis, sive tentoriis in quibus habitant (ut inquit Solinus) ex caprarum pilis contextis. Hi à carnis suillæ esu abstinent: totusq; ille Arabiæ tractus suibus adeò est inimicus, ut eò aliunde invectæ statim moriantur. Plin.lib.9.cap.28. Nomades, infestatoresq; Chaldæorum Scenitæ, vagi & ipsi, sed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur ubi libet.

Scepsis, σκῆψις Stephano, Duorum oppidorum nomen est in Troade, quorum alterū ultra Cebrinem situm erat, ad excelsiorem

fiorem Idæmontis partem, prope Polychnam. Hæc postea, recentiore condita, Palæscepsis dicta est: hoc est, antiqua Scepsis. Altera Scepsis, infra superiorem sita erat stadiis circiter sexaginta, in quam veteris urbis incolæ immigravere ducibus & Scamandro, Hectoris, & Ascanio Aeneæ filiis. Hanc nonnulli putant Aeneæ regiam fuisse, medumque situm obtinuisse inter regionem illi subditam & Lyrnessum: Vide Strabonem libro decimotertio. Quin ipsa etiam regiuncula urbibus hisce circunjecta, Scepsis appellata est. Plinius libro undecimo, capite 37: Asiæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos (repete ex superioribus, lienes) pecori esse tradunt, & inde ad lienem inventa remedia. Ex Scepsi recentiore ortum traxerunt Demetrius Grammaticus Homericæ Iliadis interpres: & Metrodorus philosophus, & orator: de quo nonnulla diximus suo loco.

Schĕrĭă, *χερία*, Insula est ex adverso Thesprotiæ, quæ aliis nominibus Phæacia & Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celeberrima, olim etiam Drepane appellata. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Schīnĭs, *σχίνις*, Insignis latronis nomen est, qui circa Isthmi initium, teste Pausania, miro crudelitatis genere sęviebat. Apprehensas enim piceas in terrā flectebat, & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aërem efferri: quocirca quum utraq; arbor alligatū ad se traheret, vinculiq; nodus in neutram laxaretur partem, sed utrinque pariter convelleret, eveniebat, ut qui alligatus esset, laceraretur. Eodem pacto ipsum quoque Schinin Theseus dilaniavit, viamq; quę ex Trœzene Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit: Ovid. lib. 7: Occidit ille Schinis, magnis malè viribus usus.

Schinussa, *σχινοῦσα*, Insula una ex Sporadibus. Plinius libro 4. capite 12.

Schœnēĭs, *χοινεύς*, Qui & Iasius, rex Arcadię fuit, filius Abantis, & pater Atalātę, quę ab ipso Schœneis dicitur Ovid. Epist. 15: Et tulit Hippomenes Schœneida præmia cursus.

Schœnŭs, schœnūntis, *χοινῦς*, Peloponnesi portus est ad sinum Saronicum, in ipsis Isthmi angustiis situs, distans à Cenchreis Corinthiorum navali stadia XLV. ut est autor Strabo libro octavo.

Schœnŭs, ni. [*χοῖνος*. Germ. Ein fluß nahe bey Athen.] Fluvius est Bœotiæ, per ejusdem nominis oppidum labens, quinquaginta stadiis à Thebis. Autor Strabo, lib. 9.

Sciăpŏdĕs, sive Sciopodes [*σκιάποδες*, ὁ *σκιάποδες*. German. Einfüssige Leut in India, welche so grosse Füß haben / daß sie sich mit denselbigen vberschattigen können.] Populi sunt Troglodytis finitimi, (ut ex Cresiæ sententia tradit Plinius libro septimo, capite secundo,) qui & Monosceli à singulis cruribus sunt appellati, miræ pernicitatis ad saltum. Sciapodes inde dicti, quòd in majore æstu humi jacentes resupini, umbra se pedum protegant.

Scione, Plinius libro 4 cap. 10, Oppidum Macedoniæ in sinu Thermaico.

Sciŏpŏdĕs, penultima correpta, *σκιόποδες*, Monstrosum hominum genus, non procul à Troglodytis, singulis cruribus, mirę pernicitatis ad saltum: sic dicti, quòd in majore æstu humi jacentes, *σκιᾷ ποδὸς*: hoc est, umbra pedis se protegant. August. lib. 16. de Civit. Ferunt esse gentem ubi singula crura in pedib. habent, ne poplitē flectunt, & sunt mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocant, quòd per æstum in terra jacentes resupini umbra se pedum protegant.

Scīpēnsŭlă, *σκιπλωσύλη*, Locus est in Macedonia, teste Festo, dictus à *σκάπλω*: id est, effodio. Nam argentum illic fodi solebat, unde Lucan. Qualeis expirat Scipensula subter odores.

Scípia, Latii oppidum fuit, teste Plin. lib. 3. cap. 5, à quo Scipia tribus.

Scipona, *σκίπονα*, Insula in mari Adriatico, adjacens Illyrico, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. ult. In ea sunt duæ urbes, Collentum, & Arba. Vulgò *Scardo*.

Sciphea, sive Scarphia, pen. prod. *σκάφεια*, Insula Helladi adjacens, in mari Aegæo, non procul ab Attica, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Est & Sciphea, urbs Locrorum Epicnemidiorum decem stadiis distans à mari, teste Strabone lib. 9. à Stephano Phocidi falsò assignata.

Scipabis, *σκιπαβὶς*, Ptolem. libro 2. capite 3. Lusitaniæ civitas, anteà Iulium Præsidium, sive Turris Iulia, hodie *Trosilium*: Vulgò *Trugillo*.

Scipiode. [Germ. Die Schelde/ist ein fluß in Brabandt.] Fluvius Galliæ Belgicæ. Plin. lib. 4. cap. 17.

Scipĭo, cognomen fuit Corneliorum, cui P. Cornelius initium dedit, qui quòd patrem luminibus orbum vice scipionis regeret, primus id cognominis est sortitus, & deinceps ad posteros suos transmisit. ¶ Hujus filius fuit P. Cornelius Scipio, quo cum Imperatore Annibal primùm in Italia ad Trebiam fluvium signa contulit: quo in prælio quum ab hostibus circunventus esset, & gravi vulnere saucius, filii virtute periculo est ereptus. Hic postea in Hispaniam missus, quum incautiùs sese periculis offerret, rebus jam multis præclarissimè gestis, una cum fratre in acie occubuit. ¶ P. Cornelius Scipio, qui postea Africanus major dictus est, superioris filius fuit, qui ab ipsa statim pueritia quiddam humano fastigio majus præ se tulit. Quo factum est ut à plerisque divino semine creditus sit esse procreatus. Hic adhuc prætextatus, patrem saucium, & ab hostibus ad Trebiam circunventum periculo liberavit, ut jam dictum est. Post Cannensem autem cladem, quum plerique de relinquēda urbe cogitarent, stricto gladio omnes adegit ut jurarent se patrię defensionem non deserturos. Missus deinde in Africam, tantum terroris Carthaginiensibus incussit ut Annibalem ex Italia ad patrię defensionem revocarent: cum quo apud Zamam congressus Scipio, ingenti eum clade superavit. Qua clade fractos Pœnos, pacemque petentes, Romano populo tributarios fecit. Cum Lucio deinde fratre, qui postea dictus est Asiaticus, adversus Antiochum profectus legatus, cura, prudentia, reiq; militaris industria effecit, ut speciosissimum ille ex Asia triumphum deportaret, Antiocho regionibus omnibus, quæ cis Taurum erāt, mulctato. Provecta deinde ætate, sponte æmulorum invidiæ cedens, Linternum se contulit: ubi & sepultus creditur. ¶ Scipio, Suario cognominatus: à similitudine suarii cujusdam negotiatoris, plebī Romanæ in Tribunatu clarissimus fuit, dignusque prorsus Scipionū familia: verùm adeò pauper, ut funeri impensa deesset. Quapropter populus asses contulit, ac funus elocavit: & quacunque ferebatur, flores è prospectu omni sparsit. Hæc Plin. lib. 21. cap. 3. ¶ Scipio Aemylianus, qui & Africanus minor, ab Africani majoris filio adoptatus (filius enim erat Pauli Aemylii) Numantiā evertit, in qua expeditione militē corruptum in disciplinam pristinam ejectis scortis restituit. Munera regum, quę clàm ab Imperatore recipi mos erat, pro tribunali accepit, in tabulasq; publicas nomine populi Romani ferri jussit, ea fortibus viris pro meritis postea distributurus. Oppidanis pabulatū egressis pepercit, quòd citiùs frugibus consumptis in deditionem venturi essent. Capto oppido, Numantini sese per vias invicem trucidavēre. Factus deinde Consul ante legitimā ætatem, ac Carthaginē missus, eam penitùs sustulit: idq; ex sententia Catonis, qui in senatu præmaturas ac recentes ostentans ficus, ait: Eę Patres Cōscripti, proximo retro triduo Carthagine decerptæ sunt, tām prope domum hostem habemus. ¶ Scipio Nasica, Scipionis, qui unà cū fratre in Hispania cecidit, filius, à Senatu vir optimus judicatus, omniumq; dignissimus habitus, qui Matrem deūm tunc primùm advectam hospitio exciperet. Hic quum adversus auspicia Consulem se à Graccho nominatum cōperisset, magistratu se abdicavit, Censor statuas quas sibi consul quisq; in foro per ambitionem posuerat, sustulit. Consul Delminium, Dalmatiæ urbem expugnavit: Imperatoris nomē à militibus, & à Senatu oblatū triumphum recusavit. Eloquentia primus, juris consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: unde vulgò Corculum dictus. ¶ Scipio, Africani majoris filius, ponitur inter eos apud Valerium, qui à parentibus claris degenerave-runt: inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his verbis describitur: Scipio Africanus, filium habuit illum, qui minorem Scipionem à Paulo adoptavit: qui si corpore valuisset, in primis esset habitus disertus. Indicant tum orationculæ, tum historia quædam Græca scripta de Cassina. Hęc ille. Plutarchus in Africano, nihil sanè de eo se compertum habere dicit, nisi eum Præturam gessisse, & in ea consequenda à Circeio patris scriba adjutum fuisse.

Scipĭo, Pompeii Magni socer, post bellum Pharsalicum inter Pompejanos bellum refoventes in Africam se recepit cū reliquiis exercitus & Catone, Iuba etiā rege adscito. Qui primò feliciter adversus Cęsarianos quum pugnasset, victus tandem cum exercitu occubuit. Quo tempore Scipionem quendam cognomento Salutionem, è Corneliorum familia, alioquin virum despectissimum exercitui quasi ducem Cæsar præposuit: quòd cognosceret adversarios vetusto quodam cōfidere vaticinio, semper in Africa vincere, fatale Scipionum generi esse. Plutarchus in Cæsare.

Scīpĭădæ, Patronymicum pro Scipionibus, Virg. lib. 1. Georg. Scipiadas duros bello, *&c.* Idem 6. Aeneid. duo fulmina belli Scipiadas.

Scīrōn, *σκίρων*, Latro fuit insignis, qui proximos Megaris scopulos insidens, in viatores prętereuntes nullo non crudelitatis genere sævichat. Hunc tandem Theseus dicitur occidisse, & ossa ejus in mare sparsisse; quæ Poëtæ fabulantur in saxa quædam coaluisse, quę à nomine ejus Scironia dicūtur. Sunt autem in Attica regione simul cum oppido ejusdem nominis non longè à Megaris juxta mare ita sita, ut transitū non relinquant. Hinc Athenienses ventū procellosum ab his locis flantem, Scironem appellant: quoniam spirat à saxis, quæ Sciron latro incoluit. Hic paulò ab Argeste deflexus esse dicitur, qui & Olympius vocatur, & à nonnullis Hellespontius. Seneca libro 3.

bro 3.Natur.quæſt.Atabulus Apuliam infeſtat,Calabriam Iapix,Athenas Sciron,Galliam Circius.

Scīrōnĭă ſaxa, σκιρωνίδες πέτραι. In Attica ſunt poſt Crommyonem, ad eam viam, quæ ab Iſthmo Megara ducit: de quibus vide plura in dictione præcedenti.

Scirondria, σκιρωνρία, Vrbs parva à portu Ilienſi parũ remota. Plin.lib.5.cap.30.

Scirundrinavia,Inſula eſt Oceani Septentrionalis,quã Plin. lib.4.cap.13,ita compertæ magnitudinis eſſe ſcribit. Quidam alterũm terrarũ orbem appellavêre, nõnulli etiam Officinam gentium, eò quòd incredibilem mortalium vim identidem effuderit,qui ad quærendas novas ſedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & vaſtitate implerunt.Hodie ſatis conſtat inſulam non eſſe, ſed ad ortum ſupra Livoniam continentiadhærere.Tenent eam Suedi,Norvegi,Gotthi,innumeraq; aliæ barbaræ gentes.Hodie *Scandinavia*.

Scōdră,Ptolemæo,lib.2.cap.17: Vrbs Liburniæ, hodie *Scutarum* vocant,ſub Venetorum dominio.Vulgò *Scutari*.

Scōlŭs, σκῶλος, Pagus eſt Bœotiæ,non longè à Citherone,injucundam habens ſedem,atq; aſperam: unde natum eſt proverbium:Ad Scolum neq; ipſe accedes,neq; alterum comitaberis.Autor Strab.lib.9.

Scōpās,σκόπας,Nomen inſigne ſtatuarii,unius ex iis qui Mauſoleum cęlavit,ut refert Plin.lib.35. ca.5,Horat.4. Carm. Ode 8:Quas aut Parrhaſius protulit,aut Scopas.

Scope,Inſula eſt in mari Lycio,apud Plin.lib.5.cap.21.

Scōpĕlŏs,σκόπελος,Inſula Aſię,Troadi adjacens,cujus meminit Plin.lib,5.cap.30.& 32.

Scōrdīſcī,σκορδίσκοι,Pannonię populi,in Montiſclaudii fronte,quo monte dividuntur à Tauriſcis.Autor Plin.li.5. cap. 25.

Scoti. [Germ.Die Schottländer.] Britanniæ inſulæ populi,ab Anglis ad ortum Tueda, ad Occaſum Solveo flumine dirempti;mediterranea mons Cheviota diſcriminat. Horum olim tanta fuit feritas, ut humanis carnibus veſcerentur: quod & ipſum teſtatur Hieronymus lib.2.contra Iovinianũ. Quid(*inquit*)loquor de cæteris nationibus, quũ ipſe adoleſcẽtulus in Gallia viderim Scotos,gentẽ Britannicam,humanis veſci carnibus?Et quũ per ſylvas porcorum greges, & armentorũ, pecudumq; reperiant, paſtorũ nates,& fœminarũ papillas ſolere abſcindere,& has ſolas ciborum delicias arbitrari?

Scōtĭnă,σκότινα,Locus eſt apud Lacedæmonios, denſis quercubus umbroſus,in quo Iupiter colebatur cognomento Scotinas:ut eſt autor Pauſanias lib.10.

Scōtūſſă, σκότουσα,Oppidum eſt in confinio Macedoniæ, ad Neſſum amnem locum habens,quem κυνὸς κεφαλὰς: hoc eſt, canis capita appellant, in quo Romani & Aetoli T. Quintio duce,Philippum Demetrii filium, Macedoniæ regem ingenti prælio ſuperarunt.Strab.lib 9.

Scrībōnĭŭs Aphrodiſeus,Orbilii ſervus atq; diſcipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ priùs Auguſti uxor fuerat,redemptus & manumiſſus.Hujus meminit Tranquillus.

Scrōphă Tremellius, Vir Prætorius fuit, Varrónis æqualis, quem de familię ſuę cognomine ita inducit loquentem lib.2. cap.4.Rei ruſt. Avus (*inquit*) meus primũ appellatus eſt Scropha: qui Quæſtor quum eſſet à Licinio Nerva Prętore in Macedoniæ provincia relictus, qui præeſſet exercitui, dum Prætor rediret:hoſtes arbitrati occaſionẽ ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Avus quum hortaretur milites ut caperent arma,ac exirent contrà : dixit celeriter ſe illos,ut ſcropha porcos, diſjecturum:idq; fecit. Nam eo prælio hoſtes ita fugit, ac fugavit, ut eo Nerva Prætor Imperator ſit appellatus:& avus cognomen invenerit ut diceretur Scropha.Itaq; proavus & ſuperiores, de Tremelliis nemo appellatus Scropha. Nec minus ſeptimus ſum deinceps Prætorius in gente noſtra.Hactenus Varro.

Scūrgum, [σκῦργον. Vulgò Schmeben.] Germaniæ urbs, in climate Septentrionali, Ptolemæo autore lib.2.cap.11.

Scyathos,Inſula eſt cum oppido in Aegæo mari prope Thraciam,ut ſcribit Pomponius Mela lib.2. Vulgò *Sciato*. σκιάθος.

Scylace.σκυλάκη, Vrbs citra Cyzicũ,ut inquit Hecateus Pomponius:Placia & Scylace parvæ Pelaſgorum coloniæ.

Scȳllă,σκύλλα,Filia fuit Niſi regis Megarenſiũ,quæ Minois,paterni hoſtis amore capta,ut illũ ſibi beneficio aliquo demereretur,patrem purpureo capillo, in quo ſitũ erat regni totius fatũm,ſpoliavit, eumq; hoſti obtulit,tanquã futuri cõjugii dotem.Verùm quũ ſe ab illo ſperni videret, doloris impatientia in Cirim avem cõmutata eſt:Niſus aũt in aliã avem ſui nominis,quæ veluti tantę adhuc impietatis pœnas à filia repetens, etiã nunc eam ubiq; inſectatur. Vide latiùs hanc fabulã apud Ovid.lib.8.Metam.q Fuit & altera Scylla,Phorci filia,quę quũ mutuo Pici amore teneretur,indignata Circe, quę Picum miſerè deperibat,Scyllam ſibi ab illo præferri,fontem in quo illa lavare ſeſe ſolebat noxiis herbis,veneficiisq; infecit.Cujus rei illa ignara quũ lavandi gratia fontẽ ingreſſa eſſet, videt inferiorem corporis partem in caninos rictus eſſe commutatam: quam deformitatem tantopere exhorruit, ut ſeſe ſtatim in vicinum præcipitaverit fretum:ubi & in ſaxum mutata fingitur Charybdi exadverſo objectum, præternavigantibus vehementer periculoſum. [Ger. Ein ſorglicher Felſen der Schiffenten im Sicilíſchen Meer.] Vide latiùs hanc fabulam apud Ovid.14. Metam. q Eſt item Scylla, genus piſcis,quo maximè abundat Liris Campaniæ amnis.Horat, Affertur Scyllas inter muræna natantes.Martialis:Cæruleus nos Liris amat,quem ſylva Maricæ Protegit:hinc ſcyllæ maxima turba ſumus.

Scȳllăcēum, σκυλλάκειον, Oppidũ fuit in finibus Calabriæ,cujus meminit Strabo lib.6.Georg. Virg.3.Aen.abjecto altero l, primam ſyllabam corripuit, quũ ait: Caulonisq; arces,& navifragum Scylaceum.Vulgò *Capo de Squillaci in Calabria*.

Scȳllæum,σκύλλαιον, Promontorium Peloponneſi, ut Strabo lib.8.teſtatur, in ſinu Argolico juxta Hermonem, quo Scylla Niſi filia fluctibus ejecta creditur.Vulgò *Capro Sciuli*.

Scȳllĭas,σκυλλίας.Herod.lib.8, vir quidam Scionęus, omnium ea tempeſtate hominum optimus urinator,qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multã pecuniã Perſis ſervavit, multa & ſibi lucratus eſt.Hunc Pauſanias Scyllin vocat,qui de eo ſic ſcribit:Scyllis Scionæus homo cum Cyanę filia Claſſis Perſicæ,qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando, urinandoq; præcidit ad Pelium montem, & Sepiada Magneſiæ:idq; ſignum in Apollinis templo poſitum ab Amphictyonibus(quod erat cõmune Græciæ concilium) à Nerone principe Romam tranſlatum.

Scȳllūs,untis,σκυλλοῦς,Oppidũ Achaię, (ut Strabo ſcribit) quo Xenophon donatus eſt à Lacedæmoniis.

Scȳllūrŭs, ſive potiùs Scillurus,per i noſtrum, penult. prod. σκίλλουρος, Nomen viri proprium,qui(ut Plutarchus autor eſt) quum relictis maribus filiis octoginta, diem eſſet obiturus, haſtilium faſcem cuique obtendens , ut illum confringeret, jubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negantibus,ipſe ſigillatim educta haſtilia omnia facilè confregit.Ita docens illos,ubi unà eſſe perſeverarent,firmos ac potentes fore:imbecillos autem ſi ſepararentur,ac diſſiderent.

Scyrĭtæ,σκυρῖται, Gentes ſunt inter Nomadas Indos, quæ natium loco foramina tantùm habent. Plin. lib.7.cap.2.

Scȳrŏs, [σκῦρος. German. Ein Inſel im Egeiſchen Meer eine auß den *Cycladibus*.] Inſula eſt contra Magneſiam,in mari Aegæo, una ex Cycladibus , Lycomedis Regis patria: ubi Achilles puellari habitu educatus,Deidamiam ejus Regis filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit, quæ ab hac inſula, & ipſa Scyrias eſt appellata.Ovid.lib.1.de Arte amandi: Scyrias Aemonio victa puella viro. In ea eſt urbs ejuſdem nominis. Patet hæc inſula,Plinio teſte,longitudine viginti quinque millium paſſuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundẽ comminutum mergi.

Scȳrĭŭs,a,um,prima ſyllaba prod. σκύριος, Ovid.Epiſt.8: Sæpè malis ſtupeo rerumque oblita, locique, Ignara tetigi Scyria membra manu.

Scȳthēs,σκύθης,Plin.lib.7.cap.56. Iovis fuit filius,qui primus arcus,ſagittarumq; uſum reperiſſe dicitur.

Scȳthĭă. [σκυθία. Ger. Ein groſſe Mitnächtiſche Landtſchafft/hiebeſſeit vnd jenſeit dem fluß *Tanais* gelegen.] Regio Septentrionalis latiſſima,in duas diviſa partes,Europæam,& Aſiaticam: quarum Europæa à Tanaidis ripis per Mæotidis & Ponti Euxini littora, uſq; ad Iſtri oſtia expanditur. Aſiatica à limitibus oppoſitorum littorũ in Orientem procurrit, Oceano à Septentrione,à Meridie Tauro terminata. Vtriuſque variæ ac propè innumeræ ſunt gentes ad bella magis quàm ad ullum humanitatis ſtudium idoneæ.Hominibus inter ſe fines nulli:neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla, ut tectum aut ſedes eſt,armenta,& pecora ſemper paſcentibus,& per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores, liberoſque ſecum in plauſtris vehunt,quibus,coriis,imbrium, hyemisque cauſa tectis, pro domibus utuntur.Iuſtitia gentis ingenius culta,non legibus.Nullum ſcelus apud eos furto gravius, quippe ſine tecto & munimento pecora , & armenta habentibus, quid ſalvum eſſet,ſi furari liceret? Aurum, & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle veſcuntur. Lanæ iis uſus, ac veſtium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus utantur,pellibus tamẽ ferinis,aut murinis veſtiuntur.Hæc continentia illis morum quoque juſtitiam dedit,nec alienum concupiſcentibus:quippe divitiarum cupido ibi eſt, ubi & uſus.Atque utinam reliquis mortalibus ſimilis moderatio, & abſtinentiæ alieni foret:profectò non bellorum tantum per omnia ſecula terris omnibus continuaretur:nec plus hominum ferrum,& arma, quàm naturalis fatorum conditio raperet.Scythæ ab alieno imperio aut intacti,aut invicti manſerunt. Darium regem Perſarum turpi à Scythia ſubmovere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cũ copiis univerſis deleverunt. Romanorum au-

dive̅re, non ſenſere arma. Gens & laboribus, & bellis aſpera. Vires corporum immenſæ. Noſtra verò hac ætate coadunato exercitu numeroſiſſimo, & rei bellicę peritiſſimo feri ac furioſi illi latrones, in vicinum illis Poloniæ regnum excurſiones perpetuas faciunt, quos fort. ter reſiſtendo & penè quotannis cædendo Polonus bello aſſuetus à conſpectu ſuo longè removet: & in vaſtis illis ſolitudinibus quaſi obligat, nec in Germaniam, quam veluti murus, totamque Chriſtianitatem ab excurſione Turcarum, Moſcorum, Tartarorum, & cæterorum gentilium, perrumpere patitur. Dicta eſt autem Scythia, (ut placet Herod. lib. 4.) à Scytha quodam Herculis ex mulieræ ſemivipera filio, fratre Geloni, & Agathyrſi.

Scy̆thĭcŭs, a, um, adjectivum, σκυθικός, ut arcus Scythicus, Sagittæ Scythicæ, Mores Scythici, Scythicum tegmen, Cicer. 5. Tuſculan.

Scy̆thă, ę, vel Scythes. [σκύθης. Pol Tatarjn.] Qui ex Scythia eſt: ut Anacharſis Scythes, apud Cic. 3. Tuſc. Sunt autem Scytharum alii Europæi: alii Aſiatici: de quibus vide ſuprà latiùs in dictione SCYTHIA.

Scy̆thĭŭs, thia, thium, aliud adjectivum, σκυθικός. Virgil. lib. 3. Georg. At non quà Scythiæ gentes, Mæoticaq; unda.

Scython, onis, σκύθων, Nomen proprium viri neſcio cujus, quem Poëtæ fabulantur pro ſuo arbitrio modò in fœminam ſeſe commutaſſe, modò rurſus in virilem formam rediiſſe. Ovid. lib 4 Metam.

Quid loquar: ut quondam naturæ jure novato,
Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina Scython?

Scy̆thŏpŏlĭs, σκυθόπολις, Vrbs eſt in Decapolitana Syriæ regione, nomen habens à Scythis in eam deductis, quum anteà à Liberi patris nutrice ibi ſepulta, Nyſa diceretur. Autor Plinius libro 5. capite 18. ¶ Scytopolis autem ſine aſpiratione, Libyæ oppidum eſt, ut ex Polyniſtoris ſententia tradit Steph: σκυτόπολις.

Scy̆thŏtaŭrī, σκυθόταυροι, Populi Scythiæ, Tauricæ regionis juga incolentes, qui (ut Solinus refert) pro hoſtis advenas cędere conſueverunt. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

S ante E.

Sĕbaſtē, es. [שמרון ſchomerón. σεβαστή.] Samariæ oppidum, ab Herode inſtauratum, & in honorem Auguſti Cæſaris ita appellatum, quũ anteà quemadmodum & regio ipſa Samaria diceretur: σεβαστὸν enim Græci dicunt, quod nos Auguſtum. Vide Strabonem lib. 16. & Plin. lib. 5. Stephanus etiam alterã Sebaſten in Armenia collocat.

Sĕbāſtĭă, σεβαστία, Oppidum in Cõlopenã, Cappadocię regione: de qua Plin. lib. 6. cap. 3.

Sĕbaſtŏpŏlĭs, σεβαστόπολις, Ponti Cappadocii urbs Ptolemęo, lib 5. cap. 6 Vulgò Sebaſto.

Sĕbĕnnўtŭs. σεβέννυτος Stephano, Vrbs in Aegypto, ubi & palus, & amnis ſunt cognomines. Vnde præfectura quoque Sebennytica, σεβεννύτης νόμος: & Sebennyticum Nili oſtium, σεβεννυτικὸν στόμα, vocari conſtat, quod in duo alia dividitur, ſcilicet in Saiticum, & Mendeſium, teſte Herodot. lib. 2.

Sĕbethŏs, penult prod σέβηθος, Fons apud Neapolim, cujus aqua vicatim decurrens, amnis ferè uſum Neapolitanis præſtat. Papin. libro 1. Sylvar. & pulchra tumeat Sebethos alumna. Hujus Virgilius, Statius, Columella meminerunt: quod quidem nomen ſine t littera proculdubiò ſcribendum eſt, etſi ſciam eſſe qui ſabetthus, per t, legant. Teſtis eſt, ut alia omittam, tabella marmorea vetuſtiſſima Neapoli in murorũ fundamentis reperta, quæ habet: P. Mevius Eutychus ædiculam reſtituit Sebetho.

Sĕbīnŭs, pen. prod. [σέβινος. Germ. Ein See in Oſterreich/heiſt jetzt Lago d' Iſeo.] Lacus Circumpadanæ regionis, è quo Lolius amnis naſcitur, teſte Plin. lib. 3. cap. 19.

Sebritæ, arum, σεβρῖται Populi Aegyptii, Nili inſulam incolẽtes, non procul à Meroë Sebritæ dicti, quaſi advenæ, eò quòd Pſammitichum regem fugientes, in Aethiopiam commigrarint. Vide Strab. lib 17.

Sĕcūndŭs, Philoſophus fuit Athenienſis, quem aliqui Epithyrum vocant, quòd architecti filius fuerit multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis, æmulusque Herodis Attici: qui illud Heſiodi eleganti mutatione in eum cavillatus eſt: Figulus æqualem exagitat, tu rhetora tecton. Nihilominus tamen ſenem poſtea mortuum, & epicedio & lacrymis honoravit. Ex Philoſtrato. ¶ Secundus alter Tridentinus, vir ſanctus, Agilulphi regis Longobardorum tempore, ſcripſit breviter Longobardorum hiſtoriam. Autor Paulus Forojulienſis. ¶ Fuit etiam hoc illuſtris Veronenſis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus Naturalis hiſtoriæ ſcriptor.

Sēdĭgĭtŭs, ti. [ἑξαδάκτυλος. Ger Der ſechsfinger an einer Handt hat.] Senos habens in manu digitos. Vnde & Volcatius poëta, Sedigitus, & C. Horatii filiæ Sedigitæ ſunt cognominatæ. Plin. lib. 11. cap. 43. Digiti quibuſdam in manibus ſeni, C. Horatii ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi. Volcatium Sedigitum illuſtrem in poetica.

Sĕgeſtă, tæ, νεγέστη Ptolemæo, Oppidum eſt pervetus (inquit Cic 6. Verr.) in Sicilia, quod ab Aenea fugiente à Troja, atque in Italiam veniente, conditum fuit, præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominat. Sed deinde præpoſita eſt ei litera ſ, ne obſcœno appellaretur nomine. Plinius Egeſtam vocat libro 31. cap 6 ¶ Eſt & Segeſta altera in Liguria, Tigullorum caput, teſte Plin lib. 3. cap 5. Vulgò Sigeſtro. ¶ Fuit & alia in Venetia, non procul à Timavo fluvio, cujus meminit idem Plin lib. 3. cap. 11. ¶ Fuit & Segeſta quædam in citeriore Hiſpania, a qua Segeſtani populi, qui Carthaginienſi conventui attribuuntur à Plin. lib. 2. cap. 3.

Sĕgeſtă, ut apud Plinium legitur: ſive, ut aliis placet, Segetia deæ nomen à ſegetibus, quibus præeſſe putabatur, tractum. Plin. lib. 18. cap. 2: Sejam à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant: quarum ſimulacra in Circo videmus.

Sĕgobrĭgă, σεγόβριγα, Oppidum Hiſpaniæ citerioris, Celtiberiæ totius caput, circa quod Sertorius & Metellus prælium commiſêre. Strabo lib. 2.

Sĕgŏr, σηγώρ, Fuit quinta civitas poſt Sodomam & Seboim, quæ ad preces Loth ſervata eſt.

Seguſium, Vrbs eſt Seguſianorum in Graiis Alpibus. Ptolem. lib 3.

Sēĭă. [Ger. Die Göttin des Säens.] Dea habita fuit Romæ, quæ ſationi præeſſe putabatur: quemadmodum Segeſta, ſive Segetia, quæ ſegetes lætas facere exiſtimabatur Plin. lib. 18 cap. 2: Sejam à ſerendo. Segeſtam à ſegetibus appellabant: quarum ſimulacra in Circo videmus.

Seir, σηείρ, Mons in terra Edom, in quo habitavit Eſau. in regione Gabalena: quæ ex eo quòd Eſau piloſus eſſet, & hirſutus, Sẽir: id eſt, piloſi, nomen accepit.

Sējŭs, Prænomine Cneus, equi præſtantiſſimi quidem, ſed infeliciſſimi dominus: qui ab ipſo Sejanus cognominatus eſt: de quo Gell lib. 3. cap 9. & Erasmus in Adagiis, & mox.

Sējānŭs equus, Videin APPELL.

Selenus, Vide SELINVS.

Sĕleucĭă, σελεύκεια, Syriæ Antiochenę oppidum eſt, ab Antiocho Seleuci filio conditum: de quo Plin lib. 5. cap. 21. ¶ Eſt & Seleucia alia ad Euphratem: tertia ad Belum amnem: quarum meminit idem Plin. lib 5. cap. 23. Rurſus alia Ciliciæ, Trachiotis cognominata, ad Calicadnum amnem, teſte eodem Plin. lib 4. cap. 27.

Sĕleucŭs, σέλευκος, Fuit unus ex principibus Alexandri, qui primus poſt Alexandri mortem regnavit in Syria annos quadraginta. Fuerunt & alii Seleuci.

Sĕlinŭs, pen. prod σελινίς, Vrbis nomen juxta Libyæum à ſelino, quòd ibi plurimum naſcatur. Autor Servius in illud Virgilii 3. Aen. Teq; datis linquo ventis palmoſa Selinus.

Sĕlinŭs, pen. prod σελινός, Duorum fluviorum nomen in Aſia, qui in mare influentes, Dianæ Epheſiæ templum utrinq; complectuntur. Vide Plin. lib. 5. cap 29. ¶ Eſt & Selinus alius in Aegiorum agro, qui eſt in Achaia proprie dicta. ¶ Item alius in Elide. ¶ Rurſus alius in Sicilia juxta Megara & Hyblam montem: quorum omnium meminit Strabo lib 8.

Sĕlinŭs, untis, σελινοῦς, Oppidum eſt Siciliæ palmis abundans.

Sĕlinūsĭŭs, a, um, adjectivum σελινούσιος: ut, Terra Selinuſia, quæ à Galeno libro 9. Simpl. inter medicamenta opiſthamica ponitur.

Sillæ, Oppidum eſt Epiri, cujus incolæ Sellani dicuntur. Lucan. libr. 3. quercusque ſilentes Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ, &c.

Selymbrĭă σηλυμβρία, Civitas Thraciæ ad Propontidem, propinqua Byzantio, teſte Herodoto lib 6.

Sĕmĕle pen corr. [σεμέλη Ger. Ein Tochter Cadmi des Thebaniſchen Königs/vom Mayer Bacchi.] Cadmi Thebarum regis filia: ex qua Iupiter Bacchum genuit, teſte Horat. 1. Car. Ode 19. Mater ſæva cupidinum Thebanæque jubet me Semeles puer. Et laſciva licentia finitis animum reddere amoribus. Propertius: Narrabis Semele quàm ſit formoſa.

Sĕmĕlēĭus, a, um, adjectivum Ovid. 5. Metam. Delius in corvo, proles Semeleïa capro; &c.

Sĕmīrămĭs mis, vel midis. [σεμίραμις. Ger. Ein gente Königin der Aſſyrier ſo zuvor ein Frauw Ninj geweſen war.] Fuit nomẽ Aſſyriorũ reginæ, Nini regis uxoris, mulierum omnium, quarũ memoria ad nos pervenit, clariſſimæ, quę poſt viri obitum, quum intelligeret Aſſyrios gravatè mulieris imperium paſturos, diſſimulato illius obitu, perſonam ejus aſſumpſit, donec Ninus filius adoleſceret, regnoque adminiſtrando idoneus fieret. Hęc Babylonem murũ latericio cinxiſſe dicitur, & ſubactis vicinis regni ſui terminos latiſſimè propagaſſe. Verùm eodem tam portentoſæ libidinis fuiſſe traditur ut & filii concubitum expetierit, & equum uſque ad coitum adamaſſe dicatur. De hac Plutarchus in Apophthegmaticis ſic ſcribit: Semiramis ſepulcro,

pulcro, quod sibi constructerat, hanc addidit inscriptionem: Quicunque rex pecuniis indiguerit, patefacto monumento, quod voluerit accipito. Qua spe adductus Darius, sublato lapide, pecuniarum nihil invenit, sed alias reperit literas, in hāc sententiam: Ni malus vir esses, ac numis insatiabilis, cadaverum loculos non moveres. ¶ Semiramis, lingua Syriaca, avem significat. Nanque ab avibus, adhuc infans nutrita dicitur. Scribit Valer. Maximus, lib 9. cap.3, aliquando quum circa cultum corporis occupata esset, & nuntiaretur ei Babylonem defeciisse, soluta adhuc altera parte crinium, protinùs ad eam expugnandam cucurrisse, nec priùs decorem capillorum redegisse in ordinem, quàm tantam urbem in suam potestatem restituisset. Exercitum ipsius sic describit Suidas: Πεζῶ μὲν μυριάδας δέκα, ἱππικοῦ ζ ἑκατόν. ἁρπαπηφόρων ζ ἁρμάτων μυριάδας δέκα. καὶ ἄλλα τε ἐστὶ κεκμήλων μικρῷ μέλλων τὸν ἴσον πλῆθος ἄλλων ζ κεκμήλων ἐς ὁ, τι αὐ ἐγὼ δέομαι, μυριάδας ἑκατὸν βύρσεις ζ βοὸς ὠμοδέψητον ἀσκοὺς τριακοντα μυριάδας· πλοῖα ζ ὡς βάπτεσθαι ναυπηγοῦ τριχιλίας. Id est, Peditatus centum millia, equitatus centum myriades: falcatorum autem curruum decies decem millia. Virorum in camelis pugnantium par numerus: aliorum verò camelorum (ad quodcunque indigebat opus) vicies dena millia. Terga verò boum excoriatorum tricies dena millia. Naves verò in Bactris fabricatæ ter mille. Et multa alia, quæ prosequitur admiranda.

Sempronius Gracchus, Pater fuit Tiberii, & Caii Gracchorum. Vide Plutarch. in vita Gracchorum.

Sena, Insula in Britannico mari, adversa litoribus Gallitæ. Autor Pomponius lib. 3. ¶ Est & nomen civitatis inclytæ in Tuscia, octingentis à Roma stadiis distans, quam Brennus Gallorum dux pro senibus, valetudinariisq;, & aumentis extruxit, anno ante Christi adventum 362. Vulgò *Siena*.

Senecă, σενεκᾶς, Natione Hispanus fuit, patria Cordubensis. Academicus Philosophus & Neronis præceptor: à quo divitiis ingentibus auctus, quum in Pisonianæ conjurationis suspicionem veniisset, ejusdem jussu incisis venis mortem obiit. ¶ Fuit & alter Seneca, Tragicus poëta, cujus fabulæ decem ad nos pervenerunt. Vtriusque meminit Sidonius Apollinaris ad Felicem:

Non quod Corduba præpotens alumnis,
Facundum ciet, hìc putes legendum.
Quorum unus colit hispidum Platona,
Incassumq; suum movet Neronem
Orchestram canit alter Euripidis,
Pictum fæcibus Aeschylum sequutus,
Aut plaustris solitum sonare Thespim,
Qui post pulpita trita sub cothurno
Ducebant olidæ patrem capellæ.

Sennaar, σεννααὰρ, Campus Babylonis, in quo à Nimrod gigante extructa est turris illa celsissima, divortio linguarum notissimà.

Senŏgallĭă, σενογαλλία, Civitas est agri Gallici, infra Picenum, teste Plin. lib. 3. cap. 14. dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Silius lib. 8: Et Glanis & Rubico, & Senonũ de nomine Sena. Pomp. Mela lib. 2: Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia.

Senŏnes, σένωνες, Populi Galliæ, finitimi Belgis, qui olim urbẽ Romam incenderunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus adeò cecidit, ut incendiorũ vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Scribit Verrius, referente Festo ideò Senones appellati: quia novi venerunt ex Transalpina Gallia, quasi Cænonas, littera immutata. *καινὸς* enim Græcè, Latinè novus dicitur.

Sentă, Deæ nomen apud Romanos, quam & Bonam deam vocabant: veteres Faunam, & Fatuam dixerunt. Hanc Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nemo illam, dum vixit, præter virum suum, mas viderit, nec nomen ejus audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonam deam nominabant.

Sentĭcă, Hispaniæ Vrbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Sentĭnum, σίντινον, Oppidũ in confinibus Vmbriæ, & Piceni, quod nũc *Saxum-ferratum* appellatur: à quo Sentinates populi dicti sunt. Plinius lib. 3. cap. 14. tradit vocatum Sentinum ab amne qui Sentinus dicitur.

Sēpĭas, adis σηπιὰς, Magnesiæ promontorium est, Herod. lib. 6 & Plin. lib. 4. cap 9.

Sepinates, vel potiùs Sæpinates, σηπινᾶται, Populi sunt inter Samnites, in quarta Italiæ regione à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinum, σήπινον, commemoratur à Ptolemæo, libro 3. cap. 1.

Sēpĭus, untis, σηπιοῦς. *Siponto*, hodie *Marfredonia*: Oppidum Appulorum Daunìorum, ad radicem Gargani mõtis à Diomede conditum: à multitudine sepiarum, quæ ibi fluctibus ejiciuntur, impositò nomine. Hoc postea aliquot literarũ immutatione Sipiûs, σιπιοῦς, & Sipontum appellatum est.

Seplasia. [German. Ein Marckt zu *Capua*, auff welchem die Galanterämer oder Wurtzrämer feyl hatten.] Fuit forum Capuæ, in quo unguentarii negotiabantur: cujus deliciis fractam fuisse Punicam ferociam testatur Valerius Maxim. lib. 9. Cic. contra Rull. Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum? & in Albana, & Seplasia.

Sēquănă, penult. corr. [σηκουάνα: Vulgò *Seine*. Germ. Die *Seine*, ist das Wasser so in Francktreich durch Paryo lauffe.] Fluvius Galliæ, Belgas à Celtis dividens, qui Sequanis populis, apud quos oritur, nomen creditur fecisse. Plin. lib. 4. cap. 17. A Scalde ad Sequanam Belgica.

Sēquănī, penult. corr. [σηκάνοι Stephano. German. Die Guntgöwer vnd Burgundier.] populi sunt Galliæ, Heduis, Lingonibus, & Helvetiis finitimi: à Sequana fluvio, qui apud eos oritur, nomen sortiti. Horum loca hodie tenent Burgundiones, gens origine Germanica, quemadmodum & Franci, qui trajecto Rheno in Galliam irruperunt, pulsisq; prioribus incolis, sedes eorum invaserunt.

Sēquănŭs, a, um, adjectivum. Lucan. lib. 1: Optima genu flexis in gyrum Sequana frænis.

Sēquănĭcŭs, a, um, aliud adjectivum. Mart. lib. 13: Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam. *&c.*

Sĕrānŭs, sive (ut alii scribunt) Serranus, duplicato r, Attilii cujusdam nobilissimi Senatoris cognomen: à serendo impositum: quòd quo tempore adversus Samnites dictus est dictator, à viatore inventus fuerit in agro sua manu frumentum serens. Plinius lib. 18. cap. 3: Serentem invenerunt dati honores Serranum: unde cognomen.

Serapion, Aelianus dictus, orator Alexandrinus, scripsit ad Adrianum principem Panegyricum, & orationes in genere deliberativo. Item: Vtrum Plato jure removerit Homerum à sua Republica: præterea artem rhetoricam. Autor Suidas. ¶ Serapion, pictor, cognominatus Rhyparographus, quòd humilia quædam & sordida pingeret. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Serapion, præsul Antiochenus sub Commodo principe: cujus meminit Hieron. ¶ Serapion item alius, qui ob elegantiam ingenii, Scholasticus meruit cognominari, charus Antonio monacho: scripsit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia: laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe, ut idem Hieron. autor est.

Sĕrăpĭs, is, vel Serapidis, secunda syllaba indifferente. [σάραπις. Ger. Ein gemahl *Osiridis* der Egyptier Gott.] Deus Aegyptiorum, qui & Apis & Osiris dicitur. Mart. lib. 9: Vincebant, nec quę turba Serapin amat. Idem: Iseum Serapin Nilus veneratur Osirin. Vide de hoc plura in dictionibus APIS & OSIRIS.

Sĕrapēum, pen. prod. σεραπεῖον, Serapidis templum Alexandriæ, atriis, & columnis amplissimis, signisq; spirantibus, omnique opum varietate, ita exornatum ut toto orbe terrarũ, uno Capitolio excepto, nihil unquam visum sit ambitiosius. Autor Am. Marcellinus in Alexandro.

Sĕrbōnĭs, σερβωνὶς, Palus juxta montem Casium, mille circiter stadiorum ambitum habens. Vide Strabon. lib. 17. Herodotus lib. 3, Serbonitidem vocat.

Sĕrēnă, Vxor Stiliconis, ex qua Mariam suscepit: quæ Honorio Imperatori nupsit. Hujus Serenę laudes eleganti Panegyrico celebravit Claudianus poëta.

Sēres, σῆρες. German. Wölckern in Asiatischen Scythia/ bey welchen das Seyden gewächs ist.] Populi Scythiæ Asiaticæ, à Sera urbe sic dicti, apud quos arbores sunt, quæ non solùm folia, sed lanam quoque proferunt tenuissimam. Nam ex earum frondibus canitiem depectunt aqua perfusam, ex quo vellere vestimenta cõficiunt, quæ serica nuncupantur. Virg. 2. Georg. Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. De his Marcellinus libro suæ historiæ 23: Agunt, *inquit*, ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorum expertes: utique hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile: nulli finitimorum molesti, cœli apud eos jucunda, salubrisque temperies, aëris facies munda, leviumque ventorum commodissimus flatus, & abundè sylvæ sublucidæ; à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesque subtegmina, conficiunt sericum ad usus autehac nobilium, nunc etiam infimorum sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris vitæ cultores vitant reliquorum mortalium cœtus. Quumq; ad coëmunda fila, vel quædam alia transeunt flumen advenæ, nulla sermonum vice, propositarum rerum pretia solis oculis æstimantur; & ita sunt abstinentes, ut apud se tradentes genitia, nihil ipsi comparent adventitium. Hæc Ammianus Marcellinus. ¶ Hujus nominis nominativus singularis est Ser: σής. Sidonius: Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Ausonius: Iam Pelago volitat mercator vestifluus Ser. ¶ Quin & vermiculus quidam sericum texens (ut autor est Pausanias) Ser appellatur, σής.

Sērgēstĭus,

Sĕrgĕstŭs, Vnus ex comitibus Aeneæ. Virg. 1. Aen. Mneſthea, Sergeſtumq; vocat.

Seria, Hiſpaniæ ulterioris urbs, in tractu Celtico, alio nomine Fama Iulia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Sĕrĭphŏs, Inſula, in quam relegabantur nocentes, ut in Gyaron. Iuvenal. Satyr. 10: Vt Gyaræ clauſus ſcopulis, parvaque Seripho.

Sĕrĭphŭs, phi, penultima producta, σέριφος, Inſula eſt in mari Aegæo, una Cycladum, viginti non amplius paſſuum millia diſtans à Delo: ut refert Plinius libro 4. capite 12. In hac inſula ranæ prorſus mutæ eſſe traduntur: unde proverbialiter Seriphia rana dicitur, in homines mutos, ac dicendi, canendique prorſus imperitos, βάτραχος ἀπὸ σερίφου. Vide Plinium libro 8. cap. 58.

Sĕrĭphĭŭs, a, um, σεριφιος, Adjectivũ, ut eſt illud Themiſtoclis: Neq; enim vel tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes: aut ego ſi Seriphius eſſem, ignobilis.

Sĕrĭus, Fluvius Ciſalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum, in Adduam fluens: quo vallis Seriana in eodem agro populoſa, artificioſaq; nominata eſt. Hęc Calepinus. Nam veterũ (quod quidem ſciam) nemo eſt qui fluvii huius meminerit.

Sĕrmўlă, ſive Sermylia, σερμυλία Stephano, Civitas eſt in finibus Macedoniæ, non procul ab Atho monte, ut ſcribit Herodotus lib. 7.

Sĕroptă, σεροπη, Civitas Phœnices, apud quam naſcebatur vinum laudatiſſimum, quod Seroptanum dicebatur. Sidonius: Quæq; Seroptano palmite miſſa bibas.

Sĕrrānŭs, Vide SERANVS unicor.

Serrhēum, ſive Serrhium, pen. prod. σέρρειον Stephano, mons Thraciæ, cujus meminit Plin. lib 4. cap. 11.

Sĕrrhī, σέρροι, Populi ſunt Colchi vicini, inter Cercetas & Cephalotomos ſiti, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

Sĕrtōrĭŭs, Civis Romanus fuit, è Nurſia oriundus, rei militaris peritiſſimus, partium Marianarum fuit unà cũ Cinna: moderatiùs tamen ſe geſſit, quàm alii. Sylla redeunte è bello Mithridatico, urbeque potito, ipſe quoque in Hiſpaniam aufugit: ubi brevi tempore ob virtutem ſibi gratiam earum gentium conciliavit: traditurque per eum Hiſpanos diſciplinam rei militaris Romanam didiciſſe, ac fortiores deinde fuiſſe. Nam præter artem rei militaris abſtinentiſſimus etiam voluptatum, tùm religioſus eſt habitus, quòd cervam quandam ſecum in expeditionibus haberet ſequentem, quã Dianæ numen dicebat eſſe, ex eaque reſponſa accipere, reſq; gerendas auſpicari. Quare dux Luſitanorũ delectus, parvis copiis multas urbes ſubegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos variis cladibus adflixit. Primùm Cottam navali prælio ſuperavit, Phidiam Hiſpaniæ Prætorem cum duobus millibus civium Romanorum interfecit, Domitium Proconſulẽ contrivit, Torquium quoq; à Metello miſſum cum toto exercitu delevit. Denique à Pompejo victus eſt, & à M. Perpenna ejuſdem factionis ſocio per proditionem in cœna interfectus eſt. Ex Plutarcho.

Sĕrvĭlĭōrum illuſtris Romæ familia fuit: ex qua ortum trahit P. ille Servilius, vir triumphalis, qui à devictis Iſauris Aſiæ populis, Iſaurici cognomen accepit: de quo vide Strab. libro 14. Item P. Servilius Rullus, qui primus Romæ ſolidũ aprum in convivio appoſuit, teſte Plinio libro 8. cap. 51. Hujus filius fuit Servilius ille Rullus, legis Agrariæ promulgator, quam Cicero in conſulatu ſuo ſubvertit: cujus meminit idem Plin. loco jam citato.

Sĕrvĭŭs Tullius, Sextus Romanorum Rex, ex ſerva natus, Tanaquilis aſtu poſt Tarquinii Priſci necem ad imperium provectus, Hetruſcos ingenti prælio fudit. Primus luſtrum condidit, populumque omnem ex cenſu in quinque claſſes diſtinxit. Vrbis pomœria protulit, Quirinali & Viminali collib. muro incluſis. Tandem jamjam ætate provectior, à Tarquinio genero occiſus eſt, & inſepultus in viam abjectus: idq; inſtincto Tulliæ filiæ ſuæ, quæ etiam conſpecto patris cadavere, aurigam ejus reverentiá lora retorquentem, compulit, ut per medium patris corpus carpentum ageret: à quo tàm immani ſcelere ei vico in quo hæc geſta ſunt, Scelerati nomen manſit. Vide plura de hoc apud Livium libro 1. ab Vrbe. ¶ Servius Sulpitius, Iuriſconſultus inſignis fuit Ciceronis temporibus, qui à Senatu legatus miſſus ad Antonium, Reipublicæ bellum inferentem ea in legatione periit. Quo nomine illi ſtatua, & monumentum publicum in campo Martio eſt decretum. Vide Cic. 9. Philip.

Sĕſămum, mi, σήσαμος, Stephano, Vrbs Paphlagoniæ, poſtea Amaſtris appellata, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 1.

Sĕſārēthŭs, thi, pen. prod. σησάρηθος, Oppidum eſt Taulantiorum, qui ſunt in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit: Stephanus ex Hecatæo.

Sĕſōſtrĭs, Aegyptiorum rex, Mœridis ſucceſſor, qui ſubactis Maris rubri accolis, alveum navigabilem conatus eſt ducere ex Nilo in mare rubrum. Idem & Colchos & Getas creditur ſubegiſſe, regionesq; omnes à ſe ſubactas trophæis inſigniviſſe, quorum aliquot ſe vidiſſe teſtatur Herodotus muliebri pudendo inſculpta. Valer. Flacc. 5. Arg. quum prima Seſoſtris Intulerit rex bella Getis.

Sĕſtĭæ, ſive Sextiæ aquæ, ὕδατα σέξτια Ptolemæo, Galliæ Narbonenſis oppidum, aquis calidis ſcatens: ita dictum à Seſtio quodam Romanorum duce, qui ſubactis Salybis, oppidum hoc creditur condidiſſe. Vide Strabonem libro quarto. Vulgò *Aix en Provence.*

Sĕſtĭŭs, prænomine Publius, Civis Romanus fuit magni animi, qui Ciceroni adverſus Clodium contractis armatis auxilio fuit, quo nomine in judicium vocatus, defenſus eſt à Cicerone elegantiſſima illa oratione, quæ pro P. Seſtio inſcribitur. Eruditi tamen non Seſtium, ſed Sextium ſcribendum contendunt. ¶ Fuit & alter Seſtius, Aquarũ Seſtiarum in agro Salyum conditor: de quo vide Strab. lib. 4. [*Aix en provence.* Ger. Die Aquenſer in der Provintz.]

Sĕſtĭāna mală, à Seſtio cognominata, apud Columellam libro 12. cap. 45: Ita poſſunt alia genera malorum, ſicuti orbiculata, Seſtiana melimela, Mariana, hoc liquore cuſtodiri. Seſtiana pyra, apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Sĕſtŏs, [σηστος. Germ. Ein Statt am *Helleſponto* in *Thracia* gegen *Abydos* vber gelegen.] Vrbs erat in littore Thracio, ad Helleſpõtum ſita, objacens Abydo, Leandri & Eũs amore pernobilis. Strabo lib. 13, & Muſæus de amoribus Leandri & Eũs.

Sĕſtĭās, adis, σηστιάς, patronymicum à Seſto Helleſponti urbe deductum, Statius 6. Thebaid. Contrà autem fruſtrà ſedet anxia turre, Supremis Seſtias in ſcopulis: id eſt, Ero puella Seſtia.

Sĕtăbĭs, bis, σήταβις, Fluvius eſt citerioris Hiſpaniæ, in conventu Carthaginenſi: à quo vicini populi, Setabitani appellantur à Plin. lib. 3 cap. 3. Hinc Sudaria Setaba dixit Catullus, quæ ex lino Setabitano conficiebantur.

Sĕtĭă, σητία, Vrbs Campaniæ non procul à Tarracina: à qua ſpectat Setia campos, Exigua vetulos miſit ab urbe cados. Vulgò *Sezza.*

Setubĭa, σετουβία, Arævacum oppidum, in Hiſpania Tarraconenſi: cujus meminit Ptolemæus, lib. 2. cap 6.

Severiani, σεβηριανοι, Hæretici quidã fuerunt à Tatiano primũ propagati: deinde & à Severo aucti, qui matrimonio penitùs abſtinendum prædicabant. Meminerunt horum Hieronymus & Sophronius.

Sĕvērŭs Septimus, Romanorum Imperator, qui Albinum juxta Lugdunum Galliæ urbem ingenti prælio ſuperavit. Reliqua ejus geſta, vide apud Herodianum lib. 3. & 4. ¶ Eſt item Severus, ut Servio placet, montis nomẽ proprium in Sabinis. Virg. lib. 7. Aen. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Severum, &c. Quo tamen in loco Nonius ſeverum, activè poſitum arbitratur pro aſpero.

Sevo, Mons Ingevonum, in litore Germaniæ, Riphæis jugis non minor, immanem ad Cimbrorum uſque promontorium efficiens ſinũ, qui Codanus vocatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 13.

Sĕxtĭŭs Caballus, Scurra fuit inſignis Martialis ætate, qui à calcitratu nomen accepit. Martial. lib. 1: Qui Galbam ſalibus tuis, & ipſum Poſſes vincere Sextium Caballum.

Sĕxtŭs, σέξτος, Philoſophus Chæronenſis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit M. Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capitol. Audivit & Sextum Philoſophum Chæronenſem.

Sĭāmbĭs, σιαμβις, Inſula eſt in Oceano Britannico. Autor Plin. lib. 4. cap. 16.

Sĭbdē, σίβδη, Cariæ oppidum Halicarnaſſo ab Alexandro Magno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sĭbўllă, Vide in APPELL.

Sĭbўrtus, σίβυρτος, Oppidum Cretæ: ut ex Polybii ſententia tradit Steph. Gentile eſt Sibyrtius, σιβύρτιος.

Sĭcāmbri, [σιγαμβροι. German. Die Weſtphalen/etlich deütens Gelbern.] Populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad utranque Rheni ripam habitantes: quorum meminit Strabo libro 4. Hi crines natura flavos habent, quos creſcere ſinunt, & artificio quodam intorquent. Martial. lib. 1: Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri. Eruditi eos eſſe judicant, quos hodie *Geldrenſes* vocamus: quanquam videntur olim latiores fuiſſe Sicambrorum, quàm hodie ſint Geldrenſium termini.

Sĭcanī, σικανοι, Populi Hiſpaniæ, à fluvio Sicari, ſive potiùs Sicori, dicti. De quo Lucanus: Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes. Hi, duce Siculo, excluſis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipſique poſtea ab ipſis pulſi, quos antè pepulerant, inſulam vicinam Italiæ occupaverunt, & eam Sicaniam à ſuo nomine nuncupaverunt. Hujus dictionis ſyllaba, CA, indifferenter ponitur. Virgil. lib. 3. Aen. Sicano prætenta ſinu jacet inſula contrà. Silius libro 13: Sydera Eliſeis aderat gens Sicana votis.

Sĭcanĭă, [σικανία. German. Die Inſel Sicilia.] Dicta eſt inſulæ Siciliæ

Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis, ut ex Apollodori ſententia tradit Steph. qui & Sicanum amnem iiſdem in locis collocat. Sed & inſula quandoq; tota, Sicania dicta eſt, à Briareï Cyclopis filio Sicano: vel à Sicanis populis, qui primi eam inſulam incoluiſſe feruntur, qui tamen non ſunt indigenæ, ſed Hiſpani.

Sĭcăris, Fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, non procul ab Ilerda fluens, juxta quem Cæſar Afranii & Petreii exercitũ ſiti ad deditionẽ compulit. Lucan. lib. 4: Heſperios inter Sicaris non ultimus amnes. Alii tamen hunc fluvium Sicorim malunt appellare, per quartam vocalem in media ſyllaba.

Sĭccă, Vrbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plinium libro 5. cap. 3.

Sĭcelis, Vide SICILIA.

Sĭcĕmus, σίκημος & σίκημος, Vrbs Arabię. Inde Sicemii, & Sicemitæ, Stephan.

Sĭcendus, Lacus eſt Theſſalię, mutas habens ranas: quę tamẽ aliò tranſlatæ fiunt vocales. Autor Plin. lib. 8. cap. 58.

Sĭcĕnus, ni, pen. prod. σίκινος, Inſula eſt non procul à Creta, antea Oenoë appellata. Autor Strab. lib. 10.

Sĭchæus, σιχαῖος, Filius fuit Philiſthenis, ſacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione juxta aras, incautus ob auri cupiditatem interfectus: ut eſt apud Virg. lib. 1. Aen. Huic conjux Sichæus erat ditiſſimus agri, &c.

Sĭchem, σίχεμ, Filius Chanaan, qui civitatem ſui nominis ædificavit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata eſt.

Sĭcĭlĭa, æ, [σικελία. Germ. Die Inſel Sicilia im Mittelmeer / nahe bey Italien gelegen.] Tyrrheni maris inſula, à Thucydide Sicania dicta, à pluribus Trinacria, quòd tria habeat promontoria. Patet in circuitu, ut ex Agrippæ ſententia tradit Plinius, DCXVIII. M. paſſ. Olim agro Brutio creditur adhæſiſſe, poſteaque interfuſo mari avulſa M. D. paſſ. freto, juxta columnam Rhegiam. A quo dehiſcendi argumento, Rhegium Græci nomen dedêre oppido. Quin & inſula ipſa inde nomẽ creditur traxiſſe, quaſi Sicilita: id eſt, reſecta. Virgil. 3. Aeneid. Hęc loca vi quondam & vaſta confulſa ruina (Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt, quum protinùs utraque tellus Vna foret. Eadem & Triquetra à quibuſdam appellatur, à figura trianguli, cujus unus angulus, qui in meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingentis paſſibus diſtat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè ſpectare videtur, quemq; ab Africæ litoribus CXX. millibus paſſuum diſtare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrioneque Tyrrheno mari, à Meridie Africo alluitur. Patet in longitudinem à Peloro uſque ad Pachynum millia paſſuum centum octoginta ſeptem, in latitudine centum octoginta novem. Sicaniam autem dictam putant à Sicanis Hiſpaniæ populis, qui duce Sicano primùm in Italiam veniſſe feruntur. Solinus autor eſt, Siciliam primùm Cyclopum ſedem fuiſſe, iisque extinctis, Aeolum inſulam occupaſſe. Vnde Virgil. 3. Aeneid. Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris. Item 11. Aen. - Aetnæos vidit Cyclopas Vlyſſes. De hac Diodorus ſic ſcribit: Sicilia optima inſularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea ſunt Panormus, Catana, Syracuſæ undecima Olympiade conditæ. Præterea Meſſana, Eryx, & Leontium Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethuſa fons, Eryx & Aetna montes. In ea, Comœdia primùm creditur inventa. Viros genuit illuſtres complures, ex quibus ſatis fuerit hîc nominare Dionem Platonis auditorem, & Archimedem inſignẽ Mathematicum.

Sĭcĕlis, lidis, σικελὶς, patron. fœm. forma Græca à Sicilia deductum. Virgilius 4. Aegloga: Sicelides Muſæ, paulò majora canamus.

Sĭcĭlĭēnsēs, Dicuntur qui alibi orti, in Sicilia verſantur, σικελιῶται.

Sĭcĭlĭēnsis, ſe, poſſeſſivum à Sicilia deductum. Cic. 2. Verr. Ei quoque negotio fiſci Sicilienſes minabantur. Fretum Sicilienſe, apud eundem 2. de Nat. deor. Quæſtura Sicilienſis, apud eundem in Epiſt.

Sĭcĭlīsso, ſas. [σικελίζω. Gall. Parler comme les Siciliens. Ital. Parlare à modo de Siciliani. Ger. Sicilitſch reden. Hiſp. Hablar como los de Sicilia. Pol. Mowie iako Sicilejczyk. Vng. Sicilianj modra zollok. An. To ſpeak as the people of Sicilia.] Loquor lingua Siculorũ, quorum ſermo adeò corruptus fuit, ut abierit in proverbiũ. Plautus in Menæch. Non atticiſſat, ſed Siciliſſat.

Sĭcŭlī, σικελοὶ, Qui Siciliam inſulam incolunt. Cicero in Divinat. Quum Quæſtor in Sicilia fuiſſem, Iudices, itaq; ex ea provincia deceſſiſſem ut Siculis omnibus diuturnã, jucundamq; memoriam mei nominis relinquerem. ¶ Siculũ mare. [Ger. Das eng Strudelmeer zwiſchen Sicilien vñ Italien.] anguſtũ, atq; anceps alterno curſu, modò in Tuſcum, modò in Ionium pelagus influit, vorticoſum, & Scyllæ ac Charybdis ſęvitia inclytum, σικελὶ πέλαγος, Sicula tellus, pro Sicilia, Virg. 1. Aen.

Sĭcĭnnĭus Dentatus, σικίννιος, Strenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem, Achilles Romanus appellatus eſt. Is centũ & viginti prœliis pugnavit: cicatricem averſam nullam, adverſa quadraginta quinq; tulit: coronis aureis octo donatus eſt. Triumphavit cum Imperatoribus ſuis triumphos novem. Vide Gellium lib. 2. cap. 11, & Plin. lib. 7. cap. 28.

Sĭcŏris, pen. cor. Hiſpaniæ Tarraconenſis fluvius, non longè ab Ilerda fluens, juxta quẽ Cęſar Afranium & Petreium Pompejanos duces ſiti ad deditionem compulit. Lucan. lib. 5: Heſperios inter Sicoris non ultimus amnis. Vulgò *Segre*.

Sĭcynus, Inſula eſt non procul à Creta, una Sporadum, anteà Oenoë dicta, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. A Strabone tamen & Stephano, Sicenus, σίκηνος, appellatur.

Sĭcyŏn, onis. [σικυών. Ger. Ein Statt in Achaia, nahe bey Corintho.] Vrbs vetuſtiſſima Peloponneſi, non procul à Corintho, olim Aegialos dicta à rege Aegialeo, qui totius ejus tractus imperium tenuit. Hanc Plin. lib. 36. cap. 4. metallicarum omnium officinarum patriam fuiſſe ſcribit. Præcipuè autem nobilitatam conſtat Occaſionis ſimulachro à Lyſippo fabricato. Ab hoc oppido vicina regio, Sicyonia appellatur. Ex hac urbe ortus eſt Aratus ille: cujus in clarorum virorum catalogo meminit Plutarchus. Vulgò *Baſilica*.

Sicyonia, σικυωνία, Inſula eſt in mari Aegeo, ex oppoſito ad Epidaurum, alta quidem & eminens, ut refert Plinius.

Sĭda, dæ, ſive Side, es, σίδη, Pamphylię urbs, teſte Plin. lib. 5. cap. 27. & Pomponio lib. 1, in deſcriptione Pamphyliæ.

Sidĭcĭnum Theanum, Campanię oppidum Mediterraneum, Sidicinum cognominatũ ad diſcrimen alterius Theani, quod eſt in Apulia. Meminit utriuſq; oppidi Plin. lib. 3. cap. 5.

Sĭdŏn, onis, pen. genit. prod. [צִידוֹן tſidhón. σιδών. Germ. Ein Statt in Phœnicia am Meer gelegen.] Vrbs Phœnices, cum Tyro & vetuſtate certans, & claritate: ita dicta (ut Euſtathio placet) à Sida Beli filia: quanquam Ioſephus à Sichem filio Chanaan appellatam mavult: unde etiam apud Hebræos conditoris nomine integro ſervato, *Sichem* vocari tradit. A Phœnicibus iis conditum volunt qui mediterranea incolebant, qui quum perpetuis vexarentur terræmotibus, relictis ſedibus ſuis, novam urbem ad mare condiderunt, quam à piſcium ubertate ſua lingua *Sidôn* appellarunt.

Sĭdŏnĭus, a, um, antepenult. indifferente. Nam apud Græcos, teſte Stephano, indifferẽter σιδώνιος ſcribitur per ω magnum, aut σιδόνιος per ο parvum. [צִידוֹנִי tſidhoní.] Virg. 1. Aen. Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. Et paulò poſt: Sidoniaſque oſtentat opes.

Sidrona, Dalmatię urbs, aliis Stridona, Vulgò *Sdrigna*, S. Hieronymi patria.

Sĭdus, ŭris, σιδῆς, Oppidulum eſt in agro Megarenſium: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Hinc deducitur gentile Siduntius, σιδήντιος Stephan.

Sĭga, σίγα, Vrbs Cæſarienſis Mauritaniæ, Siphacis olim regia, teſte Plin. lib. 5. cap. 2.

Sĭgăllŏn, σιγαλλὸν, Simulachrum erat apud Ægyptios in ſacris Iſidis & Serapidis, quod digito labiis impreſſo, ſilentium imperare videbatur: unde & nomẽ accepit, ἀπὸ τῦ σιγᾶν, quod eſt ſilere, alio nomine Harpocratem appellabant. Vide ſuprà HARPOCRATES.

Sĭgēum, gei, pen prod. [σίγειον: Vulgò *Geniczzari*. Germ. Ein Borgebirg der Landtſchafft Troja.] Promontorium & oppidum Troadis, Ajacis ſepulcro nobilitatum. Dictum σίγειον, ut quidam volunt, ἀπὸ τῦ σιγᾶν: hoc eſt, à ſilendo, cò quòd Hercules prœmio ſuo à Laomedonte fraudatus, diſſimulato diſceſſu, ibi ſe occultârit, indeq; ſilentio magno reverſus, urbẽ repentè adortus, ceperit. Alii per antiphraſin Sigeum dictũ putant, quòd nullum ibi unquã ſit ſilentium, aquis ſe perpetuò magno cum murmure ſaxis illidentibus.

Sĭgēus, a, um, & Sigeïus per quatuor ſyllabas. Virg. 2. Aeneid. -jam proximus ardet Vcalegon: Sigea igni freta lata relucẽt. Ovid. 13. Metam. -Sigeïa torvo Littora proſpexit vultu.

Signĭa, ę, Latii oppidum fuit, in cujus agro vinum naſcebatur nimiè auſterum, ideoq; ventris profluvio ſedando utile. Plin. lib. 14. cap. 6: Nam quod Signiæ naſcitur, auſteritate nimia cõtinendæ alvo utile, inter medicamenta numeratur.

Signīnī populi, de quibus Plin. libro 3. cap. 5. Et Vinum Signinum. Martial. lib. 13: Potabis liquidum ſignina morantia ventrem: Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſiſys. Signina pyra apud Iuvenal. Satyr. 11.

Signĭa, Mons eſt, teſte Plin. lib. 5. cap. 9, in cujus radicibus ſita eſt Apamia urbs.

Sigillārĭa, Vicus erat Romæ, ubi ſigilla vendebantur. Gell. lib. 5: Apud Sigillaria fortè in libraria ego & L. Paulus poëta conſederamus. ¶ Sigillaria præterea dicebantur dies feſti Saturnalibus additi, quibus ſigilla: hoc eſt, parva ſigna amicis miſſitabantur. Autor Macrobius lib. 2. Satur. cap. 10.

Sĭlānŭs, σιλανός, Mons Hyberniæ inſulæ aluſſimus, à Silanio

lanio Rege in vertice ejus sepulto dictus.

Silārŭs, pen.corr. Vulgò *Seli in Basilicata*, Lucaniæ amnis, Picentinos dividens à Lucanis, cujus ea est natura, ut & virgulta, & folia in ipsum decidētia lapidescant: ut refert Plin.lib.2. cap.103. Silius lib.8: Nūc Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite tradunt Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. Virg. 3.Georg. Est lucos Silari juxta, ilicibusq; virentem Plurimus Alburnum volitans.

Silēnŭs, pen.prod. [σειληνός. Germ. Ein Aufferzieher vnd Lehrmeister Bacchi.] Bacchi nutritius fuit, & pædagogus, semper asino vehi solitus: quem Aratus in gratiam alumni inter syderа transtatum dicit. Virg.6.Eclog. Chromis, & Mnasyllus in antro Silenum pueri somno vidēre jacētem, Inflatum hesterno venas, ut semper Iaccho.

Sīlĕr, masc.gen. Fluvius est, Picentinos dividens à Lucanis, naturæ tam admirabilis, ut virgulta & frondes in ipsum decidētes statim lapidescant, teste Plin.lib.2.cap.103. quanvis illi, ut cæteris ferè omnibus, Silarus dicatur, nō Siler. Qua tamē terminatione effertur à Lucan.lib. 2: radensque Salerni Tecta Siler. Vide plura de hoc suprà in dictione SILARVS.

Silĭa, Fluvius in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil innatet: quanvis Democritus, Aristotelesq; id verū esse negent. Vide Strab.lib.15.

Silis, Amnis Venetiæ primus, ex montibus Taurisanis fluens, & in stagnum cadens, ubi nunc habentur suburbanæ Venetiarum insulæ, Murianum, Torcelliumq;, Plin.lib.3.cap.18.

Sīllă, Vide SILIA.

Silurĭă, σίλουρος, Insula in Oceano Britannico (ut Solinus inquit) cujus incolæ pecuniæ ignari, permutationibus cōmercia exercent.

Silon, Insulam Indiæ docet esse Augustinus de Civitate Dei, lib.21: quæ ex eo cæteris terris præfertur, quòd omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

Silphĭum Regio Libyæ, ab insula Plateæ usq; ad os Syrtium protensa, teste Herodoto lib.4.

Silvānī tres fuerūt, unus dicebatur domesticus, possessioni cōsecratus: alter agrestis pastoribus: tertius orientalis, cui est in cōfinio lucus positus, à quo inter duo, plurésve fines oriūtur, ideoq; inter duo, plurésve est & lucus. Omnis autem possessio quare Silvanum colit? quia primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

Sĭlys, Fluvius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine *Tanaim* appellamus. Plin. lib.6.cap.8, Tanaim Scythæ *Silyn* vocant.

Simethus, sive Simethis, idis, Vide SIMAETHVS, & SIMAETHIS.

Simĭchĭdas, σιμιχίδας, Nomen pastoris apud Theocritum, in Idill. quem ipsius enarratores patrem Theocriti fuisse existimant.

Simmĭās, σιμμίας, Philosophus Thebanus, Socratis auditor: cujus scripta enumerantur à Suida.

Sĭmŏĭs, entis, [σιμόεις. Ger. Ein fluß der am Berg Ida entspringt/ vnd neben Troja hinaufft] Fluvius est Troadis, ex Ida monte nascens, labitur per campum Trojanū, qui ab eo dicitur Simoëssius, & mari appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur, deinde exit in Hellespontum juxtą Sigæum promontorium. Virgil.1. Aeneid. Túne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam.

Sĭmŏēssĭŭs, a, um, adjectivum: ut, Cāpus Simoëssius: hoc est, Troadis campus, Simoënte irrigatus. Quo nomine etiam dictus fuit adolescens quidam Trojanus, quòd apud Simoëntem fluvium esset natus. Author Homer.4.Iliad.

Sĭmōnēs, plures fuerunt nomine hoc, post Philippum Græcis, Latinis, Hebrĕisq; pariter communi facto. [שמעון *schimhón*.] Ex his antiquissimum legimus Athenieniem philosophū, Socratis discipulū fuisse, qui scripsit dialogos xxx iiii. ¶Alius fuit, qui scripsit de Arte Rhetorica. Alius medicus. Alius sculptor: quorum omnium autor Diogenes Laërtius. Et Simon Magnesius, musicus egregius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lysis Lysiodiam. Strabo libro 14. ¶Simon Constantinopolitanus, ludimagister, annos abhinc circiter ducentos composuit Græcè *Metaphrastes*: id est, sanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. ¶Ex Hebræis verò Simonem Magum legimus, caput & autorem totius hæreseos: de quo Eusebius lib.2.latissimè, & Iustinus in Apologia ad Antoninum principem, in hanc sententiam scribit: Simon quidā Samaritanus sub Claudio principe, artibus magicis & ope dæmonum sublevatus urbe nostra, compluribus per phantasiam deceptis, deus est creditus, & honore simulacri donatus, à vobis inter duos pontes Tyberis colitur cū titulo literis Latinis descripto: Simoni deo sancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alii tanquam deum adorant, ac fatentur. Sed & Selenen quendam erroris comitem, quæ priùs in lupanari fuit apud Tyberiadem, eum ipso consecraverunt. Simila quoq; Irenæus in primo adversus hæreses libro. ¶Simon item ille, qui à Petro Spiritus sancti gratiā mercari volebat, unde vitio nomen inditum: aliique complures, prætèr Apostolum.

Simōnĭdēs, σιμωνίδης, Lyricus poëta fuit è Cea insula, Stesichoriæ qualis, quem Plin.lib.8.cap.56, quatuor harum literarum ζ, η, ψ, & ω, inventorem fuisse tradit, octavamque in lyrà chordam invenisse. De hoc Cicero in Oratore: Simonides, *inquit*, Ceus primus artem memorandi invenisse fertur. Quum cœnaret in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, cecinisseteq; id carmen, quod in eū scripsisset, in quo multa ornādi causa poëtarum more, in Castorem & Pollucem scripta fuissent, nimis illum sordidè Simonidi dixisse, se dimidiū ejus ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si ei videretur. Paulò pòst esse ferunt nuntiatū Simonidi ut prodiret, juvenes stare ad januam duos quosdā, qui eum magnoperè evocarent: surrexisse illum ipsum, prodiisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud ubi epularetur Scopas, cōcidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse: quos quū humare vellent sui, nec possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. Hæc re tunc admonitus, inveniisse fertur, ordinem esse maximè qui memoriæ lumen adferret. Hactenus Cicer. ¶Fuit & Simonides alter, Crinei filius, ex Amorgo insula, Iambicus poëta: de quo Quint. lib. 10.cap.1: Simonides tenuis, alioqui sermone proprio, & jucunditate quadam commendari potest: præcipua tamē ejus in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejusdē operis autoribus præferant. ¶Simonides item alius, Caristius, sive Erythræus poëta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Aulidem conventum, trimetrorum libros duos, & alia. ¶Præter hos alios duos ponit Suidas, unum nepotem Simonidis Lyrici ex sorore, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsitq; genealogiam libris tribus. ¶Alterum Simonidem Magnetem poëtam Epicum Antiochi magni tempore, cujus res gestas scripsit, ac bellum adversus Galatas. Suidas.

Sĭmōnĭdĭŭs, a, um, adjectivum, à Simonides, ut Simonideæ lacrymæ. Catullus ad Cornificiū: Mœstus lacrymis Simonideis. Intelligit autē τοὺς ῥηθέντας Simonidis, qui citantur à Stobæo & interprete Theocriti.

Sīna, [סיני *sindi*. σίνα.] Vrbs Mesopotamiæ, quo nomine etiam dictus est mons Petreæ Arabiæ. Apostolus: Sina, σινᾶ, mons est Arabiæ, qui cōjunctus est ei, qui nunc est Hierusalē.

Sīnada, (quod hìc pro Cariæ urbe legebatur) Vide SYNNADA.

Sinæ, σῖναι, Populi sunt Indiæ, ad Septentrionem Seribus, ad Occasum Indis extra Gangem finitimi, terras incognitas desertasq; ad Ortum & Meridiem habentes. Horum caput est Thina. Autor Ptolemæus lib.7.cap.3. Stephanus urbem quoque ipsam Sinas appellat.

Sinapodes (quod hìc corruptè legebatur) vide HIANTOPODES.

Sīndă, dæ, σίνδα, Oppidum Lycaoniæ, in confinio Galatiæ, atq; Cappadociæ, teste Plin.lib.5.cap.27. Stephanus Sindam aliam in India collocat ad sinum magnum: à Sindis populis habitatam.

Sīngără, ræ, σίγαρος, Arabiæ urbs Rhetanorum caput. Autor Plin.lib.5.cap.24.

Sĭnōn, onis, pen genitivi prod. Nomen est filii Sisyphi, nepotisq; Autolyci furis. Autolycus enim, teste Servio, duos habuit liberos: Sisyphum: unde natus est Sinon: & Anticleam: unde Vlysses. Hinc est quod Virg.2. Aeneid. Sinoni astuti & fallacis proditoris tribuit personam. Hic nanque cum Græcis Trojam profectus, post diuturnum bellum ab iisdem subornatus, sua sponte se Trojanis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus civibus Græcos abiisse, ac equum illum ingentem in urbem recipiēdum esse fictionibus suis persuasit, sed maximo eorum detrimento. Virgil. lib. 2. Aen. Talibus insidiis perjurique arte Sinonis Credita res, &c. Sinonis hujus inventum esse significationem specularem, autor est Plin.lib.7.cap.56.

Sinonia, Insula Corsicæ ultra Tyberina ostia in Antiano: ut tradit Plin.lib.3.cap.6.

Sĭnōpē, [Germ. Ein Tochter *Asopi*, welche *Apollo* in *Pontum* entführt hat / vnd von jhren erboren den *Syrum*, von dem die Syrer genennet sind.] Asopi filia dicitur, quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex ea genuit Syrum: unde Syri postea appellati sunt: tametsi alii Martis & Aeginæ: alii Parnasses & Martis: quidam autem non ab Apolline vitiatam, sed ab eo & Io-

ve perpetuam virginitatem sortitam, cùm illi spe cõcubitus, quicquid postulasset, ei daturos promisissent.

Sinōpē, pen. prod. σινώπη, Vrbs Pōti, quę olim frequenti gymnasio, & rubricæ genere, quam Sinopicam vocant, clarissima fuit. Sinopem, (inquit Strabo lib. 12,) urbium quæ in Ponto sunt clarissimam Milesii condidêre: quę classe comparata, mari, quod intra Cyaneas est, imperavit. Extra verò multorũ certaminum particeps fuit cum Græcis: & quum libera fuisset, tandem amissa libertate, Pharnaci obtemperavit (fuit enim obsidione capta) posteaq; successoribus ejus usque ad Eupatorem, & Romanos, qui illum sustulerunt. Eupator ibi natus & educatus, eximiè illam coluit, & regni metropolim fecit. Munita est naturali providentia. Nam in colle peninsulæ cujusdam sita, ex utraque Isthmi parte portus & stationes habet, &c. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus, Patrion, & Diphilus comicus orti sunt. Cicero in oratione pro Pompejo haud obscurè indicat in Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifariis rebus ornatissima, refertissimaq;.

Sĭnōpēus, gentile, per tres syllabas, σινωπεύς. Ovid. 1. de Ponto: Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.

Sinties, & Sapæi, dicebantur Thraces, qui Lemnum olim incoluerunt. Steph.

Sĭnŭessa, συέσσα, Vulgò Sessa. Oppidum (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 5,) novi Latii extremum, nõ procul à Liri fluvio, quod quidam olim Sinopen appellatum voluerunt. In ejus agro gignitur visum, copiosum, quod à saxosis collibus in quibus nascitur, Sinuessanum petrinum vocat Horatius. De hac Liv. lib. 10. In saltu Vestino Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde à Romanis colonis appellata. Strab. lib. 5: Sinuessa in Setano sita est sinu, à quo nomen vendicat. Ei proximæ calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ.

Sĭnŭs magnus, κόλπος μέγας, Indici Oceani sinus est, jugo seu promontorio magno, & Sævi fluminis ostiis interseptus: ut describitur à Ptolemæo Tab. Asiæ undecima. Hispani, qui eã orbis partem lustraverunt, vocant *Mare de sur*: traduntq; breviori itinere eò perveniri, si Occidentem versus navigetur.

Siphnos, σίφνος, Insula est maris Aegæi, non procul à Scyro, XXVIII. M. passuum ambitu: antè Meropia & Acis appellata, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 12. Hæc insula locupletissima erat, teste Herod. lib. 3, ut, in qua auraria & argẽtaria metalla essent: unde tãtùm pecuniæ fiebat, ut ex decima ejus parte poneretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par, Siphniis pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, distribuentibus. ¶ Gentile est Siphnius, σίφνιος Stephano.

Sĭpontum, ti, sive Sipus, ûntis, σιπoῦς, vulgò *Manfredonia*: Vrbs Apuliæ juxta Garganum montem à Diomede ædificata, quæ primùm ob multitudinem sepiarum, quæ ibi capiuntur, Sepius, Sepiũntis, fuit appellata, teste Strab. lib. 6. Lucan: lib. 4: & subdita Sipus Montibus. Hinc Sipontinus à Siponto, ut Sepiuntius, à Sepiunte, σιπουήνιος.

Sĭpўlŭs, pen. corr. σίπυλος Stephano, Vrbs est Phrygiæ, quæ regnante Tantalo terræ motu concidit. Vide Strabonem lib. 1, & 12. Ovid. 6. Metam. Tunc quum Mæoniam virgo, Sipylúmq; colebat.

Siraci, corum, Populi sunt Scythici, Caucasi radicibus ad Septentrionem proximi: quorum meminit Strabo lib. 11.

Sirbon, onis, sive Sirbonis, idis: σιρβών ή σιρβωνίς Stephano, Palæstinæ lacus, non procul à Casio monte, olim CL. M. pass. circuitu: Plinii verò ætate in exiguæ paludis angustiam contractus. Herodotus Serbonitidem vocat. Vide Plin. lib. 5. cap. 13. & Strab. lib. 16.

Sirēn, sirenis. pen. genit. prod. [σειρὼ. Germ. Ein Meerwunder vbenauß ein Jungfrauw / vndenauß ein Fisch.] Monstri marini genus poëtarũ fabulis celebratum, superiori sui parte virginis formã referens, inferiore in piscis caudam desinens. Has Poëtæ tres fuisse fabulantur Acheloi fluminis & Calliopes Nymphæ filias, quarum nomina fuerũt, Parthenope, Ligia & Leucosia. Hæ quum littus Siculum incolerent, nautas prætervigantes suavitate cantus in naufragium pelliciebant. Vlysses autem quum illàc sibi iter esset, sociorum aures cera obturavit, ne insidiosos Sirenum cantus possent exaudire: seipsum verò malo navis jussit alligari: atq; ita periculum tutus evasit. Sirenes itaq; quum se cõtemni viderent, impatiẽtia doloris se præcipitaverũt in mare. Ovid. lib. 5. Metam. tradit has fuisse comites Proserpinæ, camq; raptam diu quæsisse: quam quum non invenissent, in marina monstra esse conversas sursum versum virginea forma, postrema corporis parte pisces: voce, cithara & tibus tàm blandè canẽtes, ut cantus dulcedine, nautas sopirent, sopitos demergerent, demersos etiã devorarent. Servius in illud Virg. 5. Aen. Iamq; adeò scopulos Sirenũ advecta subibat Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos: fic ait, Sirenes secundùm fabulam partim virgines fuerunt, partim volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. Harum una, voce: altera tibiis, alia lyra canebat: & primò juxta Pelorum, pòst in Capreis insulis habitaverunt, ubi nautas illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundùm veritatem meretrices fuerunt, quę quoniam transeuntes perducebant ad egestatem, fictæ sunt inferre eis naufragia: Has Vlysses cõtemnendo deduxit ad mortem. Ovidius: Monstra maris Sirenes erant, quę voce canora Quaslibet admissas detinuêre rates. Hæc Servius. Dictæ autem sunt Sirenes, non ἀπὸ τῆ σύρειν: hoc est, à trahendo (ut quidam voluerunt), quũ Graeci ει diphthongo scribant: sed παρὸ τὸ σείειν, quod inter cætera significat decipere. Aut ἀπὸ τῆς σειρᾶς, quod catenam, vel vinculum significat: propterea quòd advenas incautos amore sui, veluti vinculo quodam injecto, retinebant. Fuerunt qui & aves quasdam in India esse tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde somno gravatos lacerarent. Vide Plin. lib. 10. cap. 39. ¶ Sunt & Sirenes in fucorum genere, quas in apibus nymphas appellamus: hoc est, fuci imperfecti, quum jam formam capere incipiunt Idem lib. 11. ca. 16, de Apibus loquens: Cætera turba quum formam capere cœpit, nymphæ vocãtur: ut fuci sirenes, atq; cephenes. Si quis alterutris capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus.

Sīrēnĭus, a, um, adjectivum, σειρήνιος: ut Sireni scopuli, Gell. lib. 16. cap. 8: Tu quoque in illis Dialecticæ gyris, atq; Meandris, tanquam apud Sirenis scopulos consenescas.

Sīrenussæ, σειρηνῦσσαι, Insulæ tres sunt Lucanię adjacẽtes, ex adverso ejus promõtorii, à quo sinus Pæstanus initiũ sumit.

Sires, σίρες, Tribus ex populi, supra Byzantios. Autor Steph.

Sīris, σίρις, Fluvius Græciæ magnæ, cum oppido ejusdem nominis inter hunc fluvium & Acirin sito, è quo deducti à Tarentinis coloni Heracleam tenuerunt. Vide Strabonem lib. 6, & Plin. lib. 3. cap. 11. ¶ Siris quoq; ab Aethiopibus appellatur Nilus, donec infra Meroën alveos suos omnes in unum collegerit. Plin. lib. 5. cap. 9: Insulas ita innumeras spargit Nilus, quasdamq; tam vastæ magnitudinis, quanquam rapida celeritate, ut tamen dierum quinq; cursu non breviore transvolet. Circa clarissimam earum Meroën: Astabores lævo alveo dictus: hoc est, ramus aquæ venientis è tenebris: dextro verò Astusopes; quod latentis significationẽ adjicit. Nec antè Nilus quàm se aquis concordibus rursus junxit. Sic quoq; etiamnum Siris, ut antè, nominatur per aliquot millia. Rufus ex Dionys. Hic quà se retis incidit flexibus agro, Aethiopum lingua Siris ruit: utq; Syenem Cæruleus accedens diti loca flumine inundat. Nomine se claro Nilum trahit. ¶ Dictus autem putatur Siris à Sirio, sidere æstivo: quoniam sub ortum Caniculæ, & introitũ Solis in Leonem, quotannis augeatur. Vide Eustathium in Dionysium, & Hermolaum in Plinium.

Sirĭus, [σείριος. Germ. Der Hundtsstern. Pol. *Psia gwiazda.*] Stella est in ore Canis, quæ à Latinis Canicula dicitur. Higinus tamen in tractatu de signis cœlestibus, Sirium diversum facit à Canicula, neque in ore Canis, sed in capite ejus collocat. Hæc in cœli centro cum Sole conjuncta, æstum ejus duplicat, mortaliumq; corpora nimio calore languida reddit. Dictus Sirius, ut quidam volunt, ἀπὸ τῦ σειραίνειν: hoc est, à siccãdo: propterea quòd & fluvios, & fontes nimio calore exiccet: ut alii, ἀπὸ τῦ σειρωῦ: hoc est, ab evacuãdo, quòd corpora nostra sudoribus evacuet. Lucan. lib. 10: -rapidis quà Sirius ignes Exerit. Stat. lib. 1. Syly. -nec calido latravit Sirius astro. Servius enarrans illud Virg. 10. Aen. Non secus ac liquida siquãdó nocte cometa Sanguineã lugubre rubent, aut Sirius ardor: sic inquit, Sirius stella est in ore Canis: quæ quantum in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adjacentiũ aut vincitur, aut majoribus utitur viribus. Hinc est quòd quũ tempore certo oriatur, nõ semper est noxia. Ad hanc stellam Sol mense Iulio veniens duplicat æstus, & præ nimio calore languent mortalia corpora. Quin & Solem ipsum quidam Siriũ, & astra omnia Siria appellarũt, ut annotavit Suidas: cujus verba sunt hæc: Σείριον τὸν κυνὰ ὅτε δὲ καὶ τὸν ἥλιον, Γ'ουκῶς δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια, λέγει: Hoc est, Sirium Canem, quidam Solem: Ibycus autem omnia astra, Siria appellat. ¶ Est item Sirius, eodem Suida teste, amiculi genus prætenue, leviter contextum.

Sirītæ, pen. prod σειρῖται, Magnæ Græciæ populi, Siridis urbis incolæ, ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedẽtes. Vide Cælium Rhod. lib 7. cap. 10.

Sīrītēs, σειρίτης, Nomadis cujusdam nomen fuit in Libya, primus auleticæ inventor, qui & Matroa: hoc est, Magnæ matris sacra primus tibia fertur cecinisse. Vide Cælium lib. 9. cap. 7.

Sirmĭŏn, σίρμιον, Vrbs est Pannoniæ inferioris, longiusculè à Danubio flumine dissita. Autor Ptolem. lib. 2. cap. 16. Vulgò *Simach*

Sirnĭdēs, σιρνίδες, insulę aliquot ante Sammoniũ. Cretæ promontorium jacentes. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Sirrhă, rhæ, σίρρα, Thraciæ oppidum est, apud Theopompum, referente Stephano: à quo gentile Sirrhæus.

Sisapo, onis, σισαπὼν, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, miniariis metallis in primis celebre, teste Plin.lib.3.ca.1. Ab hoc vicina regio Sisaponensis dicitur. Idē lib.33.ca.7: Celeberrimum ex Sisaponensi regione Bæticæ minium.

Sīscĭă, σισκία, Pannoniæ superioris urbs, Romanorū colonia: de qua Ptol.lib.1.cap.15,& Plin.lib.3.cap.25.

Sisigambis, Vxor fuit Darii, quæ nulli suæ ætatis fœminæ pulchritudine cessit. Quam tamen victo Dario Alexander nō solùm non violavit, sed & summam adhibuit curam, nequis captivo corpori illuderet.

Sīsўphŭs, pen.corr. [σίσυφος. Germ. Ein Sohn Aeoli, welcher von Theseo ist vmbbracht / vnd zur Hellen an ein ewige steintrolen verdampt worden.] Aeoli filius fuit, mortalium omnium suæ ætatis astutissimus, qui quum Atticā latrociniis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poëtæ fabulantur eo supplicii genere apud inferos plecti, ut saxum ingens in montis cujusdam verticem cogatur provolvere: quod quum ad summū penè extulerit, repentè deorsum relabitur. Ovid.lib.13. Metam. Aut petis, aut urges rediturum Sisyphe saxum. Huc etiam respexit Virg.6.Aen. Saxum ingens volvunt alii, radiisq; rotarum Districti pendent. ¶ Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Meropi Atlantis filia nupsit. Ovid.4.Fast. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

Sīsўphĭŭs, adjectivum, Ovid.13. Metam. -quid sanguine cretus Sisyphio, furtisque, & fraude simillimus illi Inferis Acacidis alienæ nomina gentis?

Sithonía, σιθωνία, Pars Thraciæ est, teste Stephano. Plin.quoq; lib.4.cap.11, Sithonios collocat in ea parte Thraciæ, quæ ab Hæmo monte aversa, vergit in Pontum Euxinum. Herodotus verò lib.7: Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniæ collocat ad sinum Thermæum: ejusq; urbes facit Toronam, Sermylam, Mecybernam, & Olynthum. Poëtæ autem Sithoniam pro ipsa Thracia ferè accipiunt: unde Sithonias nives frequenter legimus pro altissimis Thraciæ nivibus. Virg. 10.Aeglog. Sithoniasq; nives hyemis subeamus aquosæ.

Sitia, σιτία, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conventu Tarraconensi: cujus meminit Plin.lib.3.cap.1.

Sittăcēnē, σιττακηνὴ, Regio Asiæ, Medis ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta: Sittacene autem appellata à Sittace urbe, regionis totius capite. Vide Plinium lib.6. cap. 26.& 27.

S ante M.

Smērdis, Cambysæ Persarum regis frater, quem quum Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentē, metuens ne regnum occuparet, occīdi jussit. ¶ Fuit & alter Smerdis, Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse assimulavit, eoq; astu in regni successionem irrepsit, regnavitque aliquot menses, donec fraude per Phædimam Otanis filiam detecta, conspiratione septē optimatium est interfectus. Vide Herod.lib 2.

Smīlăx, σμίλαξ. Puellæ nomen, quæ amore Croci pueri capta extabuit, mutataq; est in fruticem sui nominis, quæ similis est hederæ: sive in flores, ut ait Ovid.lib.4. Metam. Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores.

Smīnthĕŭs, σμινθεὺς, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam Aeolidis urbem colebatur: à muribus, quos Græcorum nonnulli σμίνθας appellat, impositū. Qua de re duplex ab Homeri interprete affertur opinio: quarū prior est, fuisse in Chryse oppido Aeolidis, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant: posteaq; ejusdem sacrificiis placatus, quum pestem hāc tollere vellet, ad Orodem pastorem illius venit, à quo hospitio acceptus, pollicitusq; mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: eoque facto jussit pastorem Grinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se divertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo construxit, vocavitq; Apollinis Sminthei, quòd Aeolicæ linguæ dialectico mures σμίνθους vocantur. Altera talis est: Quum Cretenses aliquāndo coloniam deducturi essent, ab Apolline respōsum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Hellespontum, noctu mures clypeorum lora arroserunt: itaque manè quum id factum viderent, memores oraculi, urbem posuerunt, eamq; Sminthiam appellaverunt: templo etiam Apollini extructo, quem illi ab eventu Sminthea cognominarunt. Ovid.lib.6. Fast. Cō sulitur Smintheus, lucoq; obscurus opaco.

Smīnthīum, sive Smintheum, pen.prod. σμινθεῖον, Apollinis delubrum, circa Chrysam urbem, quæ fuit in confinio Troadis & Aeolidis, teste Strabone lib.13.

Smўrnă, σμύρνα: Vulgò *Le Smirne*, Vrbs Ioniæ clarissima, Melete amne irrigata, Homeri ut plurimi credunt, patria. De hac Strabo lib.14: Quum Lydi Smyrnam evertissent, circiter annos quadringentos in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam suscitavit, deinde Lysimachus: & nunc omnium pulcherrima est. Ejus pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronārum locum. Viæ sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus instratæ, porticus magnæ quadratæ, planæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homereum: hoc est, porticum quadratum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maximè hunc poëtam sibi vendicāt: unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur. Vrbis mœnia Meles amnis præterfluit: ad cæteram structuram etiam portum clausum habet. Hactenus Strabo. Hanc Theseus Thessalus in memoriam uxoris suæ, quę Smyrna vocabatur, extruxit. ¶ Smyrnam itē Græci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrrham appellamus.

Smўrnæŭs, adjectivū, Plectra Smyrnæa, Homerica. Silius lib.8.

S ante O.

Soana, σόανα, teste Ptolemæo lib.11, dicta sunt ostia fluvii cujusdam in Taprobana insula.

Soanes, σόανες, Populi Asiæ, Caucasi extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educunt in pugnam. Vide Strabonem lib.11.

Sochis, Aegypti Rex, qui numini Solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, 48. cubitorum longitudine, dedicavit. Autor Plin.lib.36.cap.8.

Socion, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit κέρας, ἀμαλθείας: id est, Cornu Copiæ, librum multæ, variæque doctrinæ. Autor Gellius.

Sŏcrătēs, pen.cor. [σωκράτης. Germ. Ein berümpter Philosophus zu Athen.] Philosophus Athenienſis, Apollinis oraculo omnium sapientissimus judicatus, qui Philosophiam naturalem primus in moralem transtulit. Hic æquabilitatem in omni vita servavit, adeò ut idem semper vultus, eademq; frons sive prosperis, sive adversis rebus extiterit usque ad extremum. Plin.lib.7: Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore uxores, Xanthippen & Myrtonem Aristidis Iusti filiam, quæ quum crebrò inter se jurgarent, & ille eas derideret, quòd propter se fœdissimū hominem, simis naribus, recalva fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, novissimè verterunt in eum impetum, & malè mulctatū fugientemq; diu persecutæ sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, cur mulierē tam acerbam domo nō exigeret? Quoniam, *inquit*, quum illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, quò foris petulantium injuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xantippes maledicentiam: Tu, *inquit*, nónne toleras anseres clamore perstrepentes? eoq; respondente: Nec mirum, quum mihi ova & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates, Xantippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phanatera obstetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus dixit: Emissem pallium, si numos haberem, neminem popōscit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animadvertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, invenit primus Ethicen: id est, moralem Philosophiam, ad quam transiens, fertur dixisse: Quæ supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon: Socratem nunquam de natura rerum, neque de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quòd præter cæteros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuerit, exempla utriusq; rei constant. Nam & patientiam Gellius pulchro scommate refert: Quum uxorem Xanthippen contumaciùs ac clamosiùs è loco sublimiore in se agentem diu toleraſſet, & postremò aqua ab ea esset perfusus, cœpit ridens dicere: Sciebam Xanthippen, ubi detonuisset, quandoq; pluituram. Castitatis illud ab Aeliano memoratur, quòd Zopyrus Physiognomus Socratē ex physiognomia judicarit, omnium libidinosissimum esse: civibus autem tanquam falsa loquutum eum ridentibus: Socrates minimè mentitum dixit, sed naturæ vim se animi virtute oppressisse. Cicero tamen de Fato non lascivum, sed bardum ac mente stupidum, & obtusum à Zopyro dicit fuisse judicatum. Nil unquam scripsisse constat, sed ejus dissertationes à Platone commemorantur. Dæmonem se habere dicebat, qui sibi futura prædiceret. Ex Socratis variis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxēre discipuli: & quum alius aliud apprehenderet, per se minatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. Primùm ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat, Cynica: & ab Aristippo, quem maximè voluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manaverunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, ut Eretbricorum, Megaricorū, Pyrrhoniorum, qui se Socraticos esse

dicerẽt: Vnde meritò philosophorũ fons Socrates appellatus est. Accusatus postremò ab Anyto quodam divite, & Melito poëta, & Lycone Oratore, vel quòd de diis malè sentiret: vel (ut aliis placet) ob flagitiosam in pueros libidinem, in carcerẽ cõjectus ac è vinculis causam dicere jussus, neglexit: & Lysiæ orationem elegantissimã respuit, ut scribit Cic. lib. 1. de Orat. Imitatus est (*inquit*) homo Romanus & Consularis veterem illum Socratem, qui quum omnium sapientissimus esset, sanctissimeq; vixisset: ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut nõ supplex aut reus, sed ut magister, aut dominus videretur esse Iudicum: quinetiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur, ediscceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit, & commodè scriptã esse dixit. Sed (*inquit*) ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles & apti ad pedẽ: quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Interrogatus deinde, ex more à Iudicibus, quãnam pœna se dignum judicaret, Vt (*inquit*) in Prytaneo alar ex publico. Qua ejus voce irritati Iudices, eum capitis damnaverunt, & ad bibendam cicutam compulerunt, qua ille intrepidè, & non alio vultu, quàm quo vinum solebat, exhausta decessit. Sed statim populus mortem ejus ita doluit, ut accusatores ejus partim morte, partim exilio puniret, & ipsi Socrati statuam æream dedicaret. ¶ Socrates alter pictor fuit, inter cujus opera enumeratur Ocnus quidam nomine, funem torquens, astante interim asella, præterdenteque quicquid ille torsisset: cujus picturæ meminit Plin. lib. 35. cap. 11, quanquam Pausanias eam Polygnoto mavult attribuere. Ad hanc tabulam alludit Propertius, quum ait: Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, Assiduusq; tuam pascat asella famem. ¶ Alius Socrates Cõstantinopolitanus, qui historiã ecclesiasticam à tempore Apostolorum usq; ad Chrysostomũ contexuit: cujus etiam ætate viguisse putatur.

Sŏcŭs, σᾶκος, Per simplex c, Fuit vir Trojanus, animo & corporis dignitate generosus. Hic, Homero teste, magno animo Vlyssem vulneravit: sed ab eo deinde ipse interfectus est.

Sŏdŏmă, æ, [ם֣דֹסְ *sedhóm* σόδομα Stephano.] Oppidũ Palæstinæ, unum ex iis quæ Asphaltide lacu hausta esse Sacræ literæ testantur. Strab. lib. 16, autor est, Sodomam olim XIII. urbium caput fuisse, urbemq; magnam, quippe cujus etiam illa ætate sexaginta stadiorum fuerit ambitus.

Sōgdĭānă, σογδιανὴ, Sogdiorum regio in Asia, quæ (ut libro sexto, ait Ptolæmeus) à Septentrione parte Scythiæ terminatur: ab Oriente Sacis: à Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt urbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quam (ut Solinus ait) Alexãder terrã cõdidit, ad cõtestandos itineris sui terminos.

Sōlis fōns, ἡλίου πηγὴ, Fons est apud Troglodytas aquæ dulcis, circa meridiẽ, maximè frigidus, mox paulatim tepescens: ad medium autem noctis fervore & amaritudine infestatur. Autor Plin. lib. 2. cap. 103. Herodotus lib. 4, ejusdem & nominis, & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cujus meminit & Plinius, quanvis eum non Solis, sed Ammonis fontem appellet. Vide ea quæ suprà annotavimus statim post dictionem FONS.

Solis insula, ἡλίου νῆσος, Est in mari Indico semper rubens, & (ut Solinus refert) omni animantium generi inaccessa: quoniam cò ingressos vis circunfusi aëris confestim exanimat. Plin. lib. 6. cap. 23: Insula quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum animal non absumitur incertis causis.

Solis mensa. [Germ. Das Schlauraffen landt.] Aethiopiæ locus, apparatis epulis semper refertus: & quia ut liber (inquit Pomponius) vesci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν: id est, Solis mensam appellant: & quæ passim adposita sunt, adfirmãt nasci subinde divinitùs. Ad quem locum Severus Imperator, referente Spartiano, quum Alexandriam venisset, rei fama permotus profectus est. Cælius multæ vir lectionis, lib. 16, Antiquarũ lectionum scribit: Solis mensam adagio dici divitum, opulentorumq; hominum domos, omni rerũ copia ubertim adfluentes, expositasq; inopum necessitatibus & alimentis.

Sōlis ōstĭă, de quibus Pomponius in descriptione Indiæ, Loca sunt ob æstum intolerabilem, & à quarum longo tractu penuriam, sic dicta: quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum, Diod. lib. 17. scribit.

Sōlī, orum, σόλοι, Vrbs in Cypro insula, metallorum copia nobilitata: cujus meminit Galenus lib. 9, Simpl. ¶ Est præterea ejusdem nominis civitas in Cilicia, quæ postea Pompejopolis dicta est. Vide paulò pòst in dictione SOLOE.

Sŏlæ, numero plurali, more Græcorum, σόλοι, sicut Dioscuræ, pro Dioscuri, civitas est Ciliciæ ab Achivis & Rhodiis ædificata, postea Pompejopolis appellata à Pompejo, qui piratas in eam transtulit, quos dignos existimavit ut servarentur. Laërtius in vita Solonis autor est, urbem hanc à Solone Salaminio conditã fuisse, & ab eo nomẽ accepisse: ut latiùs docebimus in dictione SOLOECISMVS. Ex hac urbe ortũ traxerũt viri memoratu digni, Chrysippus Stoicus, Philæmon Comicus, & Aratus, qui de astris carmine scripsit. ¶ Sũt & Solœ, sive Soli in Cypro insula, metallorum proventu nobilitati: quorum meminit Galen. lib. 9. Simpl.

Sŏlōn, [σόλων. Germ. Einer auß den sieben weisen in Griechenlandt/ ein Gesatzgeber der Athenienser.] Fuit unus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminius, qui (teste Gellio lib. 17. ca. 21.) Athenis claruit. Tarquinio Prisco Romæ regnante. Hic Athenienſibus leges dedit, tanto temperamento cõpositas, ut parem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quanquam plebs & Senatus in summa priùs essent dissensione. Draconis autẽ leges (iis exceptis, quæ in homicidas pœnas statuebãt) quòd justo atrociores viderentur, omnes abrogavit. Illis enim in omnia scelera æqualis pœna statuta erat, adeò ut etiam ii, qui otii damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterẽtur. Ob quam causam Demades dicere solebat: Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. Florebat tunc in Republica Pisistratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquẽtia plus potuit apud populum, quàm hujus sapientia. Cessit spontè Solon tyrannũ fugiens, primùm in Aegyptum: deinde in Cyprum: postremò ad Crœsum regem: cujus quum opes videret, ostentanti Crœso, atq; interroganti num quis se fœlicior esset? respondit: Tellum quẽdam pauperẽ admodum, alioqui justũ, Athenis agentẽ: qui in suo prædiolo solitarius consenuerat: simul affirmans nihil esse fœlix, quod temporum mutationi subjaceat: fœlicitatem tantùm finem indicare. Cujus sententiæ Crœsus postea à Cyro captus meminisse dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, civitatem à suo nomine Solos dixit, in qua Athenienses colonos statuit, qui intervallo temporis ab Attica lingua descisscentes, Solœcissare dicti sunt: unde verbum Solœcismi tractum. Decessit in Cypro annorum LXXX. mãdavitq; ossa Salaminem transferri, ibiq; per regionem projici ac dissipari, ne Athenas inferrentur: quoniam discedens jurejurando cives adegerat, non antiquaturos leges suas donec rediret. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulcro ejus inscriptum, Cic. in hanc sententiam commemorat, Tusc. quæst lib. 1: Mors mea ne careat fletu: linquamus amicis Mœrorem, ut celebrent funera cum lacrymis. Ex Plutarcho & Diogene Laërtio.

Sŏlŏphȳtŭs, σολόφυτος, Regius ex Scytharum genere juvenis fuit, qui unà cum Ilino fratre per optimatium factionem domo pulsus, ingentem juventutem secum traxit, & in Cappadociæ ora ad Thermodoontem amnem cõsedit: subactisq; Themiscyris, unà cum fratre regnum occupavit. Verùm quũ ex vicinis populis perpetuò prædas ageret, tandem illorum conspiratione per insidias unà cum fratre trucidatur. Horum uxores quum exilio orbitatem quoque adjunctam viderent, arma capessunt, finesq; suos, submoventes primùm, mox etiam inferentes bella, quàm latissimè propagant: virisq; omnibus interfectis, finitimorum concubitus admittunt: mares natos trucidant, virgines nõ lanificio & colu, sed equis, venationibusq; exercent, dextris mammillis, ne sagittarum jactus impediretur, inustis. Vnde & Amazones dictæ sunt: quasi sine mammis.

Sŏlūs, untis, σολοῦς, Stephano Cypri insulæ oppidum, à Phaleto & Acamante Athenienſibus conditum, portũ nobilem habens, cum flumine, item Veneris & Isidis delubra. Gentile est Solius. Autor Strab. lib. 14. ¶ Est & Solus Siciliæ oppidum, non procul à Lilybæo promontorio: cujus meminit Plin. lib. 3. capite 8.

Sōlўmī, rum, σόλυμοι, Populi Asiæ, Lyciis & Pisidis proximi, postea Milyes appellati, ut docet Strab. lib. 1. & 14. Plin. eosdẽ facit cum Pisidis, lib. 5. cap. 27: Insident (*inquit*) verticem Pisidæ, quondam Solymi appellati. Alii Solymos eosdem fuisse cum Lyciis asserunt: quorum tamen sententia cum Homero non satis convenit, qui Bellerophontem à Lyciorum rege missum ait ad subjugandos Solymos.

Sŏlўmă, æ, vel Solyma, rum. [ם֣לשׁרי *jerusschalâim*. σόλυμοι.] Vrbs clarissima Iudææ, quæ postea addito templo, Hierosolyma dicta est.

Sŏlўmŭs, a, um, Iuven. Satyr. 6: Interpres legum Solymarum.

Sŏphēne, es, pen. prod. [ארם צובה *aram tsobâh*. σοφηνή.] Regio est Asiæ Armeniç majori ab ea parte adjacens quæ vergit in Comagenem, juxta Antitaurum & Masium mõtes. Hujus regionis incolæ Sopheni à Plinio, ab aliis Sophenæ appellantur. Luc. lib. 2. Pharsaliæ: -& dedita sacris Incerti Iudæa Dei, mollesq; Sophenæ.

Sŏphĭlŭs, σοφίλος, Sicyonius vel Thebanus Comicus, mediç comœdiæ scriptor, cujus fabulæ nonnullæ commemorantur à Suida.

Sŏphoclēs, σοφοκλῆς, Poëta Tragicus fuit, patria Athenienſis, tãta orationis suavitate, ut vulgò μέλιττα: hoc est, apis cognominaretur:

minaretur: æqualis Euripidis, & Periclis, cujus etiam quãdoque collega fuit in Prætura. Natus fuit Olympiade LXXIII. ante Socratẽ annis XVII. Primus tribus actoribus usus est, adjecto eo qui vocatur Tritagonista: hoc est, tertiarum & ultimarum partium histrio. Primus etiam choros ex juvenibus quindecim introduxit, quum anteà duodecim tantùm introducerentur. Primus quoq; tragicas contentiones ac compositiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pęanas, atq; orationem prosam, quum de Choro adversus Thespim & Chœrilum contenderet. Obiit autẽ sexto anno post Euripidis mortem: cui styli magnitudine præfertur, licet ejus sententiis inferior. Filios habuit Iophontem, Leosthenem, Aristonem, Stephanum, Meneclidem. Exhibuit fabulas centum viginti tres: quanquam alii dicant multò plures. Victorias autem viginti tres reportavit. Hunc Cicero divinũ poëtam lib. 1, de Divin. vocavit: ejusq; in Catone Majore his meminit verbis: Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit, quod propter studium quum rem familiarem negligere vidèretur, à filiis in judicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more malè rem gerẽtibus bonis interdici solet: sic illum quasi desipientem à re familiari removerẽt Iudices. Tum senex dicitur eam fabulã, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oedipum Coloneum recitasse judicibus, quæsisseq́ue num illud carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis Iudicum est liberatus. Sophoclem ex insperato gaudio ob victoriã ex Tragœdia quadam repentè obiisse Valerius autor est. ¶Sophocles superioris nepos, Poëta item Tragicus, qui docuit Tragœdias XL. vicit 8. cõmemoratur à Suida. ¶Sophocles etiam Grammaticus, minor appellatus, enarravit Lycophronem, Apollonium, aliosq́ue poëtas, cujus opera habemus. ¶Sophocles alius, dux Athenienſium, Soſtratidæ filius, apud Thucydidem.

Sŏphŏclēŭs, a, um. pen. prod. σοφόκλειος. Cic. ad Tyr. An pangis aliquid Sophocleũ? Virg. 8. Aeglog. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Sŏphrŏn, σώφρων, Syracusanus, Xerxis & Euripidis tempore scripsit mimos viriles, & mimos fœmineos lingua Dorica, & soluta oratione, cujus scripta erant admodum obscura. Statius lib. 5. Sylv. Sophronaq́; implicitum, tenuisq́; arcana Corinnæ. Hujus scriptis tantopere delectatum ferunt Platonẽ, ut etiã moriens capiti subjecta habuerit. ¶Fuit alter ejusdẽ nominis Comicus, cujus meminit Athenæus in Dipnosophistis.

Sōphrōnĭă, σωφροσύνη, Matrona Romana fuit, quam ob insignem pudicitiam, Lucretiam Christianam vocant. Hæc quũ se vim Decii principis videret non posse effugere, consentiente viro, arrepto gladio se ipsa transfixit, & in divorum numerum est relata. Autor Eusebius in Histor. Ecclesiastica.

Sōphrŏnĭum, σωφρόνιον, Meretriculæ nomen apud Plautum, amatoria quadam adulatione per diminutionem prolatum, ἀπὸ τῆς σωφροσύνης, quod temperantiam, modestiam, sive castitatem significat.

Sōrā, σώρα, Oppidum Campaniæ, cujus meminit Plinius libro 3. cap. 5. Iuven Satyr. 2: optima Soræ, Aut Phabrateriæ domus, aut Frusinone pàratur. ¶Stephanus Soram alteram collocat in Phœnice.

Sōrāctĕ, is, vel Soractis, tis, Mons est Falisc orum Apollini sacer, circa quem fiebat sacrificium annuum, in quo Hirpiæ familiæ super ambustam lignorum struem ambulantes, nõ adurebantur: ut refert Plin. lib 7. cap. 2. Virg. 11. Aeneid. Summe deus, sancti custos Soractis Apollo. Plin. lib. 31 cap. 2. Varro ad Soractem scripsit esse fontem, cujus sit latitudo quatuor pedum, sole oriente eum exundare ferventi similem, avesq́ue quę gustaverint, juxta mortuas jacere. Neutro genere usus est Silius Italicus lib. 8: & sacrum Phœbo Soracte frequentant. Vulgò *Monte di S. Silvestro.*

Sorani, inquit Servius, dicti sunt populi Hirpini. Nam lupi Sabinorum lingua *Hirpi* vocantur. Sorani verò, à Dite: Nam Ditis pater Soranus appellatur, quasi lupi Ditis patris.

Sōrānŭs, Ditis seu Plutonis cognomen: à voce Græca σῶρος, quæ tumulum sepulchralem significat: vel à Sora oppido, ad Soractem montem sito. Tradit enim Plin. lib. 2. cap. 92, eo in tractu tam pestiferos spiritus exhalari, ut avibus sint lethales. Vnde videri potest Pluto dictus esse Soranus, non dissimili ratione ab ea, qua Avernum pio inferis poëtæ acceperunt. ¶Soranus, σωρανὸς, Ephesius medicus, Alexandriæ vixit. Deinde Romam venit, ubi artem exercuit Trajani & Adriani tẽporibus. Suidas.

Sōrīcæ, σωρίται, Populi sunt Ichthyophagi, quos Arabis fluvius ab Indis disterminat, nullum alium cibum noscentes, quàm piscũ, quos unguibus dissectos torrent sole, panemq́; ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. Oritas vocat.

Sōsāndră, dræ, σωσάνδρα, Insula Cretæ adjacens: ita dicta, quòd incolas suos à vi Lyctiorum servârit incolumes. Autor Stephan.

Sōsĭānŭs, Apollinis cognomen, cujus Romæ erat statua ex cedro, è Seleucia advecta, teste Plin. lib. 13. cap. 5.

Sōsĭas, sive Sosia, σωσίας, Philosophus quidã impiũs, qui sublata penitùs providentia, omnia temerè ferri asserebat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hipponem & ipsum etiam Epicurum, versatos accepimus. ¶Est item hoc personę protaticæ nomen in Terentiana Andria.

Sōsĭbĭŭs, σωσίβιος, Grammaticus Lacedæmonius, cujus meminit Suidas. ¶Fuit & alter Sosibius, homo astutus, qui falso tutoris nomine assumpto, Ptolemęi regnum invasit, & Lysimacho Arsinoës filio machinatus est necem.

Sōsĭgĕnēs, σωσιγένης, Astrologus insignis fuit, cujus opera usus est Cæsar, quum annum ad Solis rationem redigeret. Autor Plin. lib. 18. cap. 25.

Sōsĭclēs, σωσικλῆς, Patria Syracusius, poëta Tragicus, circa novissima Philippi Amyntæ filii tempora, unus ex iis, quos à sideris nomine, quòd septem numero essent, Plejadem appellarunt. Docuit fabulas LXXIII. victorias retulit septem. De hoc Suidas.

Sōsĭī, Bibliopolæ erãt celeberrimi Horatii temporibus, quorum meminit lib. 1. Epist. librum suum alloquens: Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.

Sōsĭpătĕr, σωσίπατρος, Nobilis Grammatici nomen, è Carysto Eubœæ oppido: cujus meminit & Suidas.

Sōsĭpatră, σωσίπατρα, Mulier è Libya, Aedesii sophistæ uxor, quæ ob insignem doctrinam, vaticinandiq́; peritiam à numinibus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

Sōsĭthĕŭs, σωσίθεος, Poëta Tragicus, patria Syracusanus, ut alii Athenienſis (quanquam non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt) unus ex iis, qui quòd septem essent numero, Plejades dicebantur. Homeri Tragici æmulus. Vide Suidam.

Sōsĭpŏlĭs, σωσίπολις, Iovis cognomẽ apud Magnesios, cujus meminit Strabo lib. 14. ¶Sosipolis alius apud Eleos colebatur: ita dictus quòd ab Arcadũ impetu civitatem servasse crederetur. Ferunt enim Eleis adversus Arcades in prælium exeuntibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestantem, cujus sese & matrem esse dicebat, & in somnis monitam, ut illum Eleis ducem traderet. Quid multa? credita res. Acceptus à muliere puer, & in ipsa aciei frõte nudus hostibus objectus: qui in ipso ineundi prœlii momento in draconis speciẽ sese transformavit, tantumq́ue Arcadibus terroris incussit, ut se protinùs in fugam converterent. Cujus beneficii memores Elei, eo in loco, quo draco se recipere visus erat, sacrum extruxerunt, quod Sosipolidi deo dedicaverunt.

Sōstrătŭs, σώστρατος, Insignis architectus, qui in insula Pharo, jussu Ptolemæi Philadelphi turrim extruxit ad ostentandos nocturnos ignes, navigantiumq́; cursus dirigendos, cum hujusmodi inscriptione: Sostratus Gnidius Dexiphanis filius, diis servatoribus pro navigantibus: Nam quum ora ex utraq; parte importuosa & humilis esset, & cautes, & brevia haberet, signum aliquod necessarium fuit, altum & clarũ, quo navigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strab. lib. 7. ¶Sostratus alius fuit nobilis æneorum signorum artifex, qui CXIIII. Olympiade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8. Alius item pugil, patria Sicyonius Acrocherites cognominatus, quòd adversarium extremis manibus corriperet: nec antè dimitteret quàm deficientem sentiret. Autor Pausanias.

Sōtădēs, σωτάδης, Maronites poëta fuit, turpissimi carminis autor, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus sumpto nomine ex argumento, Cinædos inscripsit Suidas.

Sōtĕrĭchŭs, σωτήριχος, Versificator fuit ex Asso Troadis, qui Diocletiani encomium scripsit, & Dionysiacorũ libros duos, & alia nonnulla quæ commemorantur à Suida.

Sotērĭdās, dæ, σωτηρίδης, Epidaurius Grammaticus, Pamphilæ doctissimæ mulieris pater: cujus meminit Suidas.

Sotīră, σώτειρα, Vrbs Arienorum ab Antiocho Seleuci filio cõdita, Stephanus.

Sōzūsă, σώζουσα, Trium oppidorum nomen, quorum unum in Phœnice collocatur à Stephano: secũdum in Pisidia: tertium in Aethiopia.

S ante P.

Spaco, σπακὼ, Vxor fuit Mithridatis, bubulci Astyagis Medorum regis, & nutrix Cyri: quæ vox, quoniã Medorum lingua canem significat: factum est ut Cyrus creditus sit nutritus esse à cane. Autor Herodotus lib. 1.

Spalathra, σπάλαθρα, Magnesiæ oppidum apud Plinium lib. 9. cap. 9.

Spargapises, σπαργαπίσης, fuit filius Tomyridis, Massagetarum reginæ: qui captus à Cyro seipsum interfecit. Autor Herodotus lib. 1.

Spārtă, tæ, [σπάρτη. Germ. Die gewaltig Statt in Peloponneſo gelegen / ſonſt Lacedęmon genannt / heißt jetzt *Mizitra.*] Peloponnesi

civitas nobilissima fuit, Lycurgi legibus optimè olim instituta: ita dicta à Sparto Phoronei filio: aut (ut alii malunt) à Sparta Eurotæ filia: quum anteà Lacedæmon diceretur. Virgil. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acremq; Molossum Pasce fero pingui. Hujus cives dicuntur Spartiatę, sive Spartani, σπαρτιάται, qui & Lacedæmonii.

Spārtānŭs, a, um, Idē quod Lacedæmonius. σπαρτιατικός. Virg. 1. Aeneidos: Virginis os habitumq; gerens & virginis arma Spartanæ.

Spārtă, Lacus in Atropatia, in quo sales nascuntur & congelascunt.

Spārtăcŭs, σπάρταξ, Famosus gladiator fuit, è Thracia oriundus, roboreanimi & corporis præstans, qui unà cũ Chryso & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cũ septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuq; servorum congregata, quasi justo exercitu comparato, Cervesium montem in Campania occupavit: ubi quum à Clodio Glabro obsideretur, ejus castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prętorum fascibus appellatus est Imperator, Inde Lentuli exercitum in Apennino dissipavit: apud Mutinam Cassii castra delevit. Tandē quum de Vrbe invadenda deliberaret, à M. Crasso pulsus, fugatusque quum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ navium penuria trajicere potuisset, cum suis omnib. fortissimè dimicans quasi Imperator occisus est. Lucan. lib. 2: -Parthorũ utinam post prełia sospes, Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris, Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis.

Spārtŏpŏlītŏs, σπαρτοπόλιος, Persona erat histrionica in Tragœdia, à sparti canitie dicta, virili specie, nigra & subpallida: quemadmodum contrà polia, πολιὰ, facie muliebri, denso, canoq; capillitio, cæteris omnibus muliebribus personis, ut ætate, ita & dignitate præstans. Vide Iulii Pollucem Onomastici lib. 4, & Hermolaum in Plinium. ¶Est item Spartopolios gemma quędam à colore dicta, quem Sparti modo habet incanum. Vide Plin. lib. 37. cap. 11.

Spērchĭŭs. pen. prod. [σπερχειός. Germ. Ein fluß in Theſſalia/ fleußt in die Maleatiſch Meerſchoß.] Fluvius Thessaliæ, qui Pelio monte effusus velocissimo cursu defluit in sinum Maliacum. Autor Strab. lib. 8 Luc. lib. 6: ferit amne citato Maliacas Sperchios aquas, &c.

Spērmŏphăgī, σπερμοφάγοι, Aethiopiæ populi, non procul à Meroë insula: ita dicti quòd semine victitarent, quod Græci σπέρμα appellant. Autor Strab. lib. 16.

Spĕūsippŭs, σπεύσιππος, Philosophus Athenienſis, Platonis ex sorore nepos, qui octo annos Platonicæ scholæ præfuit. Ferunt hunc senio confectum, sibi mortē conscivisse mœrore impulsum. Plutarchus verò scribit, illum pediculis effervescentibus interiisse Primus invenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vasa capacia. Composuit dialogos à Diogene commemoratos. Hunc Plato quasi Philosophiæ hæredem reliquit, ut scribit Cic. lib. 1. Academ quæst.

Sphăctērĭă, quæ & Sphagía, σφακτηρία, ἡ σφαγία, Insula est Messeniæ adjacens è regione Pyli, cujus meminit Strab. lib. 8.

Sphinx, vide in APPEL.

Spinetĭcum, Vaum ex Padi ostiis: quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius, quàm navi, intravit Adriam, à Spina urbe nomen habens, quàm conditā volunt à Diomede. Vide Plin lib. 3. cap. 16.

Spĭnthārŭs, σπίνθαρος, Nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificavit Autor Pausanias.

Spīō, σπειὼ, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: sic appellata à spelunces maris, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. σπέος enim spelunca est: Virg. 4. Aen. Nisęq;, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;, &c.

Spŏlētĭum, ti, [σπόλητιον. Ger. Die Statt Spoleto in Italia.] Civitas in Vmbria, etiam hodie nomen retinens.

Spŏlētīnŭs, a, um, pen. prod' σπολητῖνος, Vt ab Aretio Aretinus: ut, P. Cominius Spoletinus, apud Ciceronem de Clar. Orat. Mart lib. 13. De Spoletinis, quæ sunt carioſa lagenis, Maluerīs, quàm si vina Falerna bibas.

Spŏrădēs, σποράδες, Insulæ quædā circa Cretam in mari Carpathio, ſicut Strabo lib. 10. ſcribit. Dictæ quòd in mari ſparſæ ſint, non in orbem coarctatæ, quemadmodum & Cyclades. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocusa, Phæcasia, Scinusa, Pholegādros, Thera, Anaphe, Astypalæa, Laguſa, & Ios, in qua Homerus fertur esse sepultus.

Sporus, Spado fuit à Nerone in deliciis habitus, quem etiam in mulierem conatus est transformare, eundemq; dote inter auspices consignata, palàm uxorem duxit. Post Neronis autem necem, jussus à Vitellio ut in habitu constupratæ puellæ, se in theatro sisteret: nō ferens tantam ignominiam Sporus manus sibi intulit.

Spurĭna, Dux regis Parthorum, qui Crassum interemit. ¶Ităē Mathematicus ac vates, qui Cæsari prædixit ut Martias caveret Idus: cujus Tranquillus in Cæsare & Valerius meminêre. ¶Tertius hujus nominis adolescens fuit egregia forma, quī quum se fœminas, virosq; ad libidinem aspectu decoro videret invitare, oris pulchritudinem vulneribus sponte dehonestavit. Autor Valerius de Verecundia.

S ante T.

Stăbĭæ, arum, Campaniæ oppidum bello sociali à Sylla deletum, Cn. Pompejo, & L. Carbone COSS. Autor Plin. lib. 3. capite 7.

Stăbĭānŭs, a, um: ut Ager Stabianus. Plin. lib. 32. cap. 1: In Stabiano Campaniæ ad promontorium Herculis Melanuri, in mari panem abjectum rapiunt: iidemq; ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

Stăgīră, σταγεῖρος, Oppidum in finibus Macedoniæ, ad sinum Strymonicum, Aristotelis Peripatetici patria: qui inde Stagirites, σταγειρίτης, cognominatur.

Stăphўlŭs, στάφυλος, Sitheni filius, primus aquā vino miscere docuit. Plin. lib. 7. cap. 56.

Starcaterus, Rex Danorum, qui quum Lenum quendam per nefas occidisset, pœnitentia ductus, ejus filio Hathero se prębuit occidendum. Saxo lib. 8.

Stafeas, σταφέας, Neapolitanus philosophus Platonicus, ut scribit Cic. de Finibus bon. & mal.

Stasis, στάσις, Vrbs est Persidis, edita in petra sita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Stasites, σταστίτης Stephano.

Stătānŭs, [Ger. Der Kinden Gott/ wann ſie erſtlich lernen ſtehn] Deus puerilitatis præses credebatur antiquis, in cujus tutela pueri esse putabātur, quum primùm stare atq; incedere inciperent: ut ex Varrone de Liberis educandis docet Nonius.

Stătĭnæ, statinarum, secunda syllaba corr. Insulæ sunt in sinu Campano, terræmotu enatæ, teste Plin. lib. 2. cap. 88. Papin. in Sylvis: Aenariæq; lacus medicos, Statinasq; renatas.

Stătĭŭs Cæcilius, Poëta Comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in Comœdia partes tribuit: quanquam à Cicerone nonnunquam malus linguæ Latinæ autor, nonnunquam etiam ferreus scriptor appellatur. ¶Statius alius, cognomento Papinius illustris Poëta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus, Iuvenalis & Martialis æqualis: cujus multa extant Poëmata Sylvarũ libri quatuor: Thebaidos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte præventus absolvere nō potuit. Scripsit & Agaven Tragœdiam, quā inopia coactus Paridi histrioni vendidit. Iuven. Sat. 7: Curritur ad vocem jucundam, & carmen amicæ Thebaidos, lætam facit cùm Statius urbem, Promiliq; diem, tanta dulcedine captos Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi Auditur: sed quum fregit subsellia versu, Esurit intactam Paridi nisi vendat Agaven. Fuisse autem horum utrunque servum, Statii nomen servile satis declarat.

Statŏnes, Hetruriæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 5, quorũ oppidum Statonia commemoratur à Strabone lib. 5. In horum agro vinum satis generosum nascebatur, quod Statonienſe vocabatur: cujus meminit Plin. lib. 14. cap. 6.

Statyellī, statyellorum, Populi Liguriæ, teste Plin. lib. 3. cap. 5, quorum oppidum Aquæ Statyellæ collocatur à Strabone in ea via, quæ à Genua Placentiam ducit.

Stēllă Arontius, poëta Patavinus lepidissimus, familia consulari ortus, Violantillam amavit, puellam Neapolitanam, quā tandem duxit uxorem. Hæc in deliciis habuit columbā, avem dicatam Veneri, quam Stella flevit defunctam pulcherrimo carmine: opusq; ipsum Columbā inscripsit. Mart. lib. 12: Laurigeros habitat facundus Stella penates.

Stennio, Bocatio lib 10 cap. 10, una est Gorgonum, sed Sthenyo scribendum, ut infrà: filia Phorci ex monstro marino susceptа, quæ debilitas interpretatur: id est, timoris initiū, quòd tantùm mentem debilitat. Vide GORGONES.

Stēntŏr, [σέντωρ. Germ. Ein Griechiſcher Hauptmann/ ſo ein groß geſchrey oder pracht fuhrt] Græcorũ omnium vocalissimus, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine adęquabat, ut placet Homero 5. Iliad. Vnde proverbium: Stentore clamosior. Iuven. Satyr. 13: Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis.

Stĕrcŭtĭŭs, Dictus est Saturnus, quòd primus stercorandi agri rationem invenerit Autor Macrobius.

Stĕrĕōntĭum, στερεόντιον, Vrbs in inferiore climate Germaniæ, cujus meminit Ptol. lib. 2. cap. 12.

Stĕrŏpē, steropes, penult. corr στερόπη Suidæ, Atlantis filia una Plejadum: quam nonnulli Asteropen vocant. Vide suprà in dictione PLEIADES.

Stĕrŏpēs, steropis, pen. corr. στερόπης, Vnus ex Vulcani ministris, à fulgure nomen habens. Virg. 8. Aen. Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

Stēsĭchŏrŭs, pen. corr. στησίχορος, Nomen poëtæ Lyrici ex Himera Siciliæ urbe, à qua Himerœus est dictus. Alii ex Methaunia urbe natum dicunt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido. Ferunt

runt inde profugum Catanam veniſſe, coq; in loco defunctũ, & extra portam urbis ſepultum fuiſſe, portamq; ab eo Steſichoriam nuncupatam. Natus eſt trigeſimaſeptima Olympiade, ſextaq; & quinquageſima obiit. Fertur luſciniam aliquando in ore Steſichori infantis ceciniſſe mirabili auſpicio, ſummum eum Poëtam futurum, & cantus ſuavitate omnes, qui ante eum fuiſſent, ſuperaturum. Fratrem habuit Mamertinũ, optimum geometram. Dicitur & ſcripſiſſe Helenæ vituperationem, ex quo exoculatũ fuiſſe, rurſusq; ob palinodiam viſum recuperaſſe. Quam fabulam tetigit & Horatius in Epod. ad Canidiam ſic ſcribens: Infamis Helenę Caſtor offenſus vice, Fraterq; magni Caſtoris, victi prece, Adempta vati reddidêre lumina. Vocatusq; eſt Steſichorus: quoniam primus cũ citharæ cantu chorum inſtituit: nam priùs Tiſias vocabatur. Autor Suidas. Quintilianus verò libro decimo, capite primo, ſic eum taxat: Steſichorus, quãm ſit ingenio validus, materiæ quoq; oſtendunt, maxima bella, & clariſſimos canentem duces, & epici carminis onera lyra ſuſtinentẽ. Reddit enim perſonis in agendo ſimul loquendoq; debitam dignitatem, ac ſi tenuiſſet modum, videtur æmulari proximus Homerum potuiſſe: ſed redundat, atq; offenditur quod ut eſt reprehendẽdum, ita copiæ vitium eſt.

Steſiclea, Mulier fuit inſigni forma, miraq; venuſtate prędita, quæ quum à Themiſtocle & Ariſtide adamaretur, cauſa fuit diſſidii inter duos præſtantiſſimos duces. Autor Plutarchus in Themiſtocle.

Steſĭmbrŏtŭs, pen. cort. στησίμβροτος, Hiſtoricus fuit Tarſenſis, qui Cimonis Athenienſium ducis res geſtas ſcripſit, teſte Plutarcho in vita Cimonis. ¶ Steſimbrotus alius fuit Epaminundæ filius, à patre interfectus, quod cum Lacedæmonibus ipſo inconſulto manum conſeruiſſet, etiamſi ſpecioſiſſimam eo ex prælio victoriam reportaſſet. Autor Plutarchus in Parallelis.

Sthĕnĕlŭs, σθενέλος, Capanei & Evadnes filius, unus ex Græcorum ducibus qui bello Trojano interfuerunt. Hunc Virgilius inter eos annumerat, qui lignei equi alvo fuerunt incluſi. Therſandrus (*inquit*) Sthenelusque duces, & dirus Vlyſſes. ¶ Fuit & alter Sthenelus Perſei filius ex Andromeda, cujus meminit Homer. lib. 2. Iliad.

Sthĕnŏbœă, σθενόβοια Suidæ, Prœti Corinthiorum, aut (ut alii malunt) Argivorum Regis uxor, Filia Iobatæ regis Lyciorum, quæ bellerophontis amore capta, quum repulſam tuliſſet, apud virum eum detulit, tanquam vim ſibi afferre voluiſſet. Quam fabulam qui latiùs noſſe cupit, videat ſuprà in dictione BELLEROPHONTES.

Sthĕnȳō, σθενὼ, Fuit una ex filiabus Phorci & belluæ marinæ, Meduſæ ſoror. Vide latiùs ſuprà in dictione GORGONES.

Stĭlbŏn, ſtilbontis, στίλβων, Mercurii ſtella, ἀπὸ τῦ στίλβειν: hoc eſt, à lucendo dicta. Cic. 2. de Nat. deo. Infra autẽ hanc ſtellã Mercurii eſt, ea στίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertẽte, ſigniferum luſtrat orbem, neq; à ſole longiùs unquam unius ſigni intervallo diſcedit, tùm antevertens, tùm ſubſequens.

Stĭlĭco, ſtiliconis, Honorii Imperatoris ſocer, à Claudiano poëta multis laudibus celebratus. Hic quum res plurimas fœliciſſimè geſſiſſet, tandem ut Eucherium filium ad imperatoriam faſtigium eveheret, adverſus principes conjuravit: quũque Gothorum irruptioni reſiſtere poſſet, ut imperatorum vires minueret, paſſus eſt Italiam ferro, flammisq; crudeliſſimè devaſtari. Vide Eutropium.

Strĭlpō, στίλπων, Megarenſis philoſophus fuit, tempore primi Ptolemęi, diſcipulos Paſiclis Thebani: præfuit ſcholæ Megarenſi: ſcripſit dialogos non minùs viginti. Huic quum Ptolemæus Soter, patria ejus potitus, ſplendidam conditionẽ offerret, ſi ſecum in regnum proficiſci vellet, conſtantiſſimè recuſavit. Demetrius quoque cognomento Poliorcetes, quum Megara cepiſſet, tantùm huic honoris detulit, ut quicquid illi ablatum erat, juſſerit reſtitui. Ille contrà nihil ſe amiſiſſe reſpondit: Philoſophiam enim cum eloquentia neminem ſibi adimere potuiſſe. De hoc quoq; memoriæ prodidit Cicero in lib. de Fato, quod quum ei vinoſitatis, & luxuriæ vitia eſſent ingenita, ſic vitioſam naturam edomuerit, ut hemo unquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis veſtigium viderit.

Stĭphĕlŭs, Vnus ex Centauris, Ixionis, & Nubis filius, à Cæneo interfectus ea in pugna, quæ in Pirithoi nuptiis commiſſa eſt inter Lapithas & Centauros. Ovid. 12. Meram. Quinque neci Cæneus dederat Stiphelumq;, Bromumq;, &c.

Stœchădĕs, [στοιχάδες. Germ. Drey Inſeln im außgang des Rhodans/nahe bey Marſilien. Vulgò *Las Eras*.] Inſulæ ſunt numero tres, Maſſilienſiũ littori vicinę: ſic dictæ propter ordinem quo ſitæ ſunt. Plin. lib. 3. ca. 5: Stœchades tres à vicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem: quas item nominant ſingulis vocabulis, Proten, & Meſen, quæ & Pomponiana vocatur: tertia Hypæa. Lucan. lib. 3: Et jam turrigeram Bruti comitata catinam Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis Stœchados arva tenens.

Stŏĭci, στωϊκοὶ, Philoſophi appellati ſunt à στοὰ, quod ſignificat porticum, quò convenire ad diſſerendum ſolebãt. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex varietate picturæ (Græci enim ποικίλον varium dicunt) in qua Zenon, primus ejus ſectę autor, philoſophiã profitebatur. Vnde & ſecta Stoïca, & Philoſophi Stoici nuncupati ſunt, qui ànteà Zenonii dicebãtur, à Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorum memoratiſſima, quam Chryſippus dictus eſt fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò. [Germ. Die *Philoſophi* der lehr *Zenonis* anhengig/welcher in den ſchopff zu Athen/ *Pœcile* genannt/gelehret hat.]

Stŏĭcè, adverbium, Cicero in Parad. De diis immortalibus, dè charitate patriæ, Stoicè ſcilicet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere: de Catone.

Străbo, Inſignis geographi nomen, qui temporibus Auguſti, & Tiberii claruit. Scripſit Commentarios geographicos, qui etiam hodie omnium manibus teruntur.

Stragona, ſtragonæ, στράγονα, Vrbs in climate inferioris Germaniæ apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

Strătĭŭs, στράτιος, Iovis cognomen, qui apud Caras colebãtur: quod nos *bellicoſum* interpretari poſſumus. Autor Herodot. lib. 5.

Străto, στράτων, Nomen proprium Sidonis reguli, qui (ut Hieronymus ſcribit) manu propria ſe volens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum fœdus Aegyptii regis ſocietate neglexerat; detrahebatur formidine, & gladiũ, quẽ arripuerat, circunſpectans, hoſtium pavidus expectabat adventum. Quem jam jamq; capiẽdum uxor Intelligens extorſit acinacem de manu, & latus ejus tranſverberavit. Compoſitoq; ex more cadavere ſe moriens ſuperjecit, ne poſt virginalia fœdera, alterius coitum ſuſtineret.

Strătōn, στράτων, Vt ſcribit Suidas, Lampſacenus philoſophus fuit Theophraſti familiaris, & ſucceſſor, & præceptor Ptolemęi Philadelphi: qui ob inſignẽ naturalis philoſophię cognitionem Phyſicus eſt cognominatus. Stratones octo fuerunt: primus Iſocratis auditor: ſecundus Lampſacenus, Theophraſti diſcipulus: tertius medicus, qui Eraſiſtratum audivit: quartus hiſtoricus: quintus poëta, Epigrammatum ſcriptor: ſextus antiquus medicus, ut ait Ariſtoteles: ſeptimus Peripateticus: qui vixit Alexandriæ. Hæc Diogenes Laërtius. Octavum Plutarchus Stratonem ponit rethorices præceptorem, ac Bruti familiarem, qui unà cum eo in bello Philippenſi fuit: ſolusq; adhibitus, dum ille ſibi mortem conſcivit. Conciliatus poſtea Auguſto per M. Meſſalam, qui comes ad bellum Actiacũ fuit. Lacrymans enim Meſſala: Hic eſt, (inquit Auguſto) qui meo Bruto gratias extremas ſubminiſtravit.

Stratonice, ſtratonices, στρατονίκη, Ariarathi Cappadocum Regis filia, uxor Eumenis, Pergami Regis: cui Attalum peperit, qui illi in regnum ſucceſſit. Vide Strab. lib. 13.

Strĭdōn, Vulgò *Sdrigna*, Oppidum in agro Iuſtinopolitanò fuit, in Dalmatiæ & Pannonię confinio, D. Hieronymi patria, à Gothis everſum.

Strōngȳlē, es, στρογγύλη, Vulgò *Stromboli*, Inſula eſt maris Tyrrheni, non procul à Sicilia, unà Aeolidum: cujus incolæ triduo antè ex fumo prædicere ſolebant, quinam flaturi eſſent venti: unde factus eſt locus fabulæ, ut Aeolus qui in hac inſula regnabat, ventorum rex crederetur. ¶ Dicta eſt autẽ Strongyle à rotunditate: nam Græci rotundum στρόγγυλον, appellant: à Silio Italico lib. 14, Strongylos appellatur: Mille Agathina dedit, perflataq; Strongylos Auſtris. ¶ Strongyle item dicta fuit Aegæi maris inſula, una Cycladum, quæ notiore nomine *Noxos* appellatur. Vide Plin. lib. 4, cap. 12.

Strŏphădĕs, [στροφάδες. Germ. Zwo Inſeln im Jonitſchen Meer neben *Zacynthus* gegen Mittag gelegen. Vulgò *Strivali*.] Sunt duę inſulæ in mari Ionio, ad Occidentale latus Peloponneſi, quæ anteà Plotę dicebantur. Strophades dictæ à converſione Calais & Zethæ, qui ad has uſq; inſulas Harpyias perſecuti, inde reverſi ſunt. Nam στροφὴ inter cætera converſionem ſignificat. Virg. 3. Aen. Excipiunt Strophades: Graio ſunt nomine dictę, Inſulæ Ionio in magno.

Strŏphĭŭs, στρόφιος, Proprium nomen Phocenſis regis, patris Pyladis: cujus beneficio Oreſtes matris ſuæ crudelitati eſt ereptus, & unà cum Pylade ejus filio liberaliſſimè educatus.

Struma Nonii cujuſdam Romani Senatoris nomen fuit, in quem veluti ſella curuli indignũ ſtomachatur Catullus poëta, Epigr. 49: Sella, *inquit*, in curuli Struma Nonius ſedet.

Strŭthŏpŏdĕs, στρουθοποδες, Mulieres ſunt in India tãtæ brevitatis, ut nomẽ acceperint à paſſerculorũ pedibus. Sipontinus.

Strȳmōn, onis, pen. gen. corr. [στρύμων. Germ. Ein fluß in *Thracia*, entſpringt im Berg *Emo*, vnderſcheidet *Thraciam* von *Macedonia*.] Fluvius eſt Macedoniã à Thracia dividens, ut Plinio placet. Nam Ptolemæus Neſſo fluvio eas diſterminat. Oritur Strymon in Hæmo monte, ſeptemque efficit lacus: quibus

deinde in unum alveum collectis, juxta Amphipolim influit in maris Aegæi ſinum, qui ab ipſo Strymonicus appellatur. Virgilius 4. Georg. Rupe ſub adverſa, deſerti ad Strymonis amnem.

Strymŏnĭus, a, um: ut Grues Strymoniæ, Virg. 10. Aen. - quales ſub nubibus atris Strymoniæ dant ſigna grues.

Stura, Fluvius eſt in Alpibus naſcens, unus ex triginta, qui à Pado in mare Adriaticum deferuntur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16 Vulgò *Store.*

Sturii, Populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quaſdã inſulas incolentes. Autor Plinius libro 4. cap. 15. Vulgò *Los de Staveren en Friſa.*

Sturium, rii, inſula eſt Galliæ Narbonenſi adjacens, non procul à Stœchadibus. Autor Plin. lib 3. cap. 5.

Stўēllă, στύελλα, Caſtellum Megaridis in Sicilia, cujus incolę dicuntur Styelleni, στυελλαῖοι Stephano.

Stўmphălŭs, στύμφαλος, Lacus in Arcadia juxta Stymphalũ oppidum, ex quo Eraſinus fluvius erumpit. Ovid. lib. 2. Faſtorum. Teſtis erit Phœbœ, teſtes Stymphalides undæ: A' Stymphalo lacu Stymphalides aves appellatæ ſunt, tantæ magnitudinis ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam devaſtantes, donec ab Hercule ænei crepitaculi ſonitu pelerentur. Virgilius de Herculis ærumnis. Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto. ¶ A' Stymphalo oppido ſit Stymphalius, phalia phalium, στυμφάλιος, & Stymphalis, lidis. Hieronymus contra Iovinianum: Ariſtoclides Orchomeni tyrannus adamavit virginem Stymphalidem, quæ quum patre occiſo ad Templum Dianæ confugiſſet, & ſimulacrum ejus teneret, nec vi poſſet avelli, in eodem loco confoſſa eſt. Ob cujus necem tanto omnis Arcadia dolore commota eſt, ut bellum publicè ſumeret, & necem virginis ulciſceretur.

Styra, στύρα, Eubœæ inſulæ oppidum fuit, non procul à Caryſto, à Phœdro Athenienſium duce bello Malliaco everſum. Autor Strabo lib. 10.

Stўx, [στύξ. Germ. Ein helliſcher fluß bey dem die Götter ſchwuren.] Fons eſt ad Nonacrin Arcadiæ è ſaxis profluens, exitioſus omnibus animalibus, tamq; frigidus, ut potus ſtatim enecet, ferrumq; ac æs erodat, ſolaq; mulæ ungula poſſit contineri: cætera vaſa frigoris vehemẽtia ſtatim dirumpens. Hoc veneno quidam Alexandrũ ab Antipatro non ſine Ariſtotelis conſilio, putant peremptum. Styx Græcis mœſtitiam ſonat, ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, quod querulum, triſtem, vel odioſum ſonat. Hinc poẽtæ occaſionem arripuerunt, qui Stygem paludem eſſe apud inferos dixerunt: apud ſuperos tanta in veneratione habitam, ut nefas ducerent quicquam eorum quæ per Stygem juraſſent, non obſervare. Siquis deorum violaſſet, cẽtum annis à nectare abſtinebat, & numinis majeſtate erat privatus. Virg. 6. Aen. - Stygiamq; paludem Dii cujus jurare timent, & fallere numen. De hac Servius ſic ſcribit: Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Iovi faviſſe: pro cujus remuneratione Iupiter ei tribuit, ut jurantes dii per ejus matrem non audeant fallere. Ratio autem hæc eſt: ſtyx mœrorem ſignificat: unde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ: id eſt, à triſtitia Styx dicta eſt. Dii autem lęti ſunt ſemper, unde & immortales: ergo quia mœrorem non ſentiunt, jurant per rem ſuæ naturæ contrariam: id eſt, triſtitiam, quę eſt æternitati contraria Idem jusjurandum per execrationem habent. Hactenus Servius enarrans hunc locum Virg. 8 Aen. Quòd ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt, Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara, &c. ¶ Eſt & alia palus in Aegypto juxta Memphim, quã veteres Styga vocavere, ambiens Abaton inſulam.

Stўgĭus, a, um, adjectivum, στύγιος, ut Iupiter Stygius, pro Plutone, apud Virg. lib. 4. Aen. Sacra Iovi Stygio, quæ ritè incepta paravi. Stygius canis: id eſt, Cerberus. Seneca: Hic ſævus umbras territat Stygius canis.

S ante V.

Suādă, dæ, à Romanis dicta eſt quædã perſuaſionis dea, quã Græci vocant πειθώ. Cic. de Clar. Orat. Πειθὼ quam Græci vocant, cujus effector eſt orator, hanc Suadam appellavit Ennius. Ejus autem Cethegum medullam fuiſſe vult, ut quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe, hujus hic medullam noſtram oratorẽ fuiſſe dixerit. Et paulò pòſt: Cethegum illi homines florem populi eſſe dixerunt, Suadæque medullam dixit Ennius.

Subvĕtĕrĭbŭs, Eſt loci nomen in urbe Roma, ſicut & Subnovis. Plaut. in Curc. Subveteribus ibi ſunt qui dãt, quiq; accipiunt ſub fœnore. Suetonius in Auguſt. Bifariam laudatus eſt, pro æde divi Iulii à Tiberio: & pro Roſtris Subveteribus. Varro: Subnovis dicta pars in foro ædificiorum: quod vocabulum eſt pervetuſtum.

Subur, Eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum ad flumen Rubricatum, ut ſcribit Plinius lib. 3. capite 3. Vulgò *Sieges*: aliis *Subelles.*

Sŭbūrră, Vicus Romæ, ut ex Iunii ſententia refert Varr. lib. 4. de lingua Lat. ſic dictus ab eo, quòd ſitus ſit ſub loco, quem Terreum murũ appellant. Verùm ego (inquit Varro) potiùs à pago Succuſano puto dictã Succuſam, inde mutatis literis Suburrã. Cujus rei indicium eſt, quòd antiquitùs, per c literã, nõ per b ſcribebatur. Feſtus verò Verrium ſequutus, à ſuccurrendo dictã exiſtimat, quòd in ea ſtatione ſoleat habere præſidium ſtativũ, ut Exquiliis ſuccurreret. Gabinis eã partem infeſtãtibus. Cujus rei indiciũ profert, quòd & ſuo ſeculo, Succurtana tribus ſcribi ſoleat, per c literam, nõ ſuburrana per b.

Sŭbūrrānŭs, na, num, ut Regio Suburrana, in qua meretricum diverſoria erãt, quæ ob id Suburranæ dicũtur à Poẽtis, Mart. lib. 6: Famæ non nimium bonæ puellam Quales in media ſedent ſuburra. Vendebat modò præco Gellianus.

Sŭēssă, Campaniæ oppidum, non procul à Liri amne, ut autor eſt Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Seſſa.*

Sŭēssĭōnēs, Galliæ Belgicæ populi, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 17, in provincia Remenſi. Hodie *Soiſſons.*

Sŭēvī, [σουήβοι. Germ. Die Schwaben.] Bellicoſiſſimi Germaniæ populi, olim Albis, hodie Danubii accolæ. Luc. lib. 2: Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos.

Sŭēvĭă, [Germ. Das Schwabenlandt.] dicitur eorum regio. Olim circa Albim habitaverunt. Et plus quàm centum pagos habuerunt. Gens valida & bellicoſiſſima.

Sullæ, Ab antiquis dicti ſunt, qui poſtea Syllę: propterea quòd priſci illi peregrinam literam nullam recipiebant: unde & Fruges vocabant, quod nos *Phryges* dicimus. ¶ Hinc etiam Sullanum diem apud Ciceronem legimus, pro Syllano, ad Attic. lib. 10: Non fuiſſet & illa nox tam acerba Africano ſapientiſſimo viro, non tam dirus dies ille Sullanus callidiſſimo viro C. Mario, ſi nihil utrunq; eorum fefelliſſet. Quo in loco Syllanum diem eum intelligit, quo L. Sylla Marianarum partium victor, urbem ingreſſus, omnia cædibus & proſcriptionibus vaſtavit. Vnde autem primùm Syllæ, vel Sullæ dicti ſint, vide infrà in SYLLA.

Sūllātūrīrĕ, deſyderativum à Sylla formatum, idẽ valens quod proſcripturire, vel Syllæ proſcriptionẽ imitari. Cic. ad Attic. lib. 9: Sed mediusfidius turpe nobis puto eſſe, de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noſter biennio antè cogitavit, ita ſullaturit animus ejus, & proſcripturit jam diu.

Sūlmō, σουλμών, Oppidum Peligno rum, in quarta regione Italiæ, nonageſimo ab urbe diſtans lapide, Ovidii poetę patria, ut ipſe teſtatur 4. Triſt. ſic ſcribens: Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis, Millia qui novies diſtat ab Vrbe decem. Dictus Sulmo à Solymo Aeneæ comite, cõditore ejus urbis: ut teſtatur idem Ovid. 4. Faſt. Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida. A' quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Sūmmānŭs, pen. prod. Pluto, deus inferorũ: ita dictus, quaſi ſummus deorũ Manium: ut in nuptiis Philologiæ docet Martianus. ἀΐδης, αἰδονεύς. Huic Romani nocturna fulmina aſſignabant, quemadmodum diurna Iovi, teſte Plin. lib. 2. cap. 51.

Sūnĭum, σούνιον: Vulgò *Cabo de columbas*, Extremũ Atticę promontorium, Ortũ ſpectans, vicum habens ejuſdem nominis, quem Leontidi tribui aſſignat Stephanus. Vide Ptolemæum decima Europæ Tab. & Strabonem ſub initium lib. 9.

Sūrrēntum, ti, σούρρεντον Ptolemæo, Oppidum eſt Picentinorum, juxta Minervæ promontorium, Sirenum quondam ſedem, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Hinc Surrentina vina, & Surrentini colles, apud Colum. lib. 3. cap. 2.

Sūſă, orum, σοῦσα, Ptolemæo, Vrbs nobiliſſima, inter Perſidẽ, & Babyloniam ſita, Perſarum olim regia, à Dario Hyſtaſpis (ſi Plinio credimus) aut (ut Straboni placet) à Tithono Memnonis patre condita, trans Choaſpem fluvium à cujus urbis nomine circunjecta regio dicta eſt Suſiana. In hac urbe fuit nobilis illa Cyri regia, candido, varioq; marmore, columnis aureis, magnaq; gemmarum copia exornata, cœli in lacunaribus habens ſimulacrum, ſtellis micantibus inſignitum. Eſt autem hoc nomen pluralis tantùm numeri, & neutri generis. Propert. lib. 2: Non tot Achęmeniis armantur Suſa ſagittis. Lucanus: Nõ tot Achęmenias deducunt Medica Suſis Agmina. Dicta autem putantur Suſa à liliorum copia, quæ illorum lingua *Suſa* dicuntur.

Sūsĭānă, [σουσιανὴ Stephano. Germ. Ein Landtſchafft Aſiæ, ligt zwiſchen *Aſſyria, Babylonia, Perſia*, vnd dem Meer.] Aſiæ regio, Perſicæ ditionis, quæ à Septentrione terminatur Aſſyria: ab Occaſu Babyloniæ adjacet: ab Oriente habet Perſidem: à Meridie partem Perſici ſinus. Dicta Suſiana à Suſis urbe nobiliſſima. Perſarum regia, & totius regionis capite. Latiorem ejus deſcriptionem pete ex Ptolemæo lib. 6. cap. 3.

Suſiana, Vide SVSA.

Sutrium, σούτριον, Oppidum Tuſciæ mediterraneum, apud Strabonem lib. 5.

Sutrus, (ut ex Catonis ſententia refert Plin. lib. 8. cap. 5,) Nomen fuit elephanti, qui in Punica acie fortiſſimè dimicaverat, altero dente mutilato.

Sÿagrā, Syagræ, σύαγρα, Regio Ciciliæ prope Adum & Laërten, à suum venatione (ut ex nominis compositione àpparet) appellata.

Sÿagrŏs, [σύαγρος. Germ Ein Schweinhund.] Canis nomen est apud Sophoclem, à suum venatione impositum. ¶Græcis itē Syagros, aprum, seu suem sylvestrem significat.

Sÿagrŏn, σύαγρον, Extremum Arabiæ fœlicis promontorium, ad mare rubrum: cujus meminit Plin.lib.6. cap.23,& 28,& Ptolemæus Tabula Asiæ sexta.

Sÿbăris, σύβαρις Stephano, Magnæ Græciæ oppidum, inter Crathin & Sybarin amnes, ab Achivis cōditum, qui post Trojæ excidium vi tempestatis eò fuerūt appulsi. Hujus olim tanta fuit potentia, ut quaternas proximas rexerit gētes,& quinque & viginti urbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas trecenta hominum millia armārit. Autor Strab.libro 6. ¶Est & Sybaris (ut jam diximus) fluvii nomen juxta urbem ejusdem nominis, à cujus incolæ submovent greges: sive quòd pecora sternutamentis exagitet, ut visum est Straboni: sive quòd vellera nigrore inficiat, quum Crathis vicinus amnis candorem iis inducat, ut tradit Plin.libr.31. cap.2. ¶Est item Sybaris adolescentis nomen apud Horat.libro 1. Carm. Ode 8: Lydia dic, per omnes Te deos oro Sybarim cur properas amando Perdere.

Sÿbărītæ, συβαῖται, Populi fuerunt ingeniosissimi omnium voluptatum architecti, omniq; deliciarum genere adeò effœminati, ut Sybaritica mensa in proverbium abierit. Traditur hisce fuisse consuetudinem, ut convivas in proximum annum invitarent, ne spatium interim deesset, aut convivatori conquisitis terra, mariq; deliciis epulas instruendi, aut convivis ipsis corpus auro, gemmisq; exornandi. Hi postremò adversus Crotoniatas bello susceptο, quum trecenta hominum millia in aciē eduxissent, turpissimè tamen victi, unaq; cum urbe sua sunt delēti.

Sÿbărītis, tidis, συβαῖτις, Patronymicum fœmininum à Sybaritis populis formatum. Ovid. de Trist.ad Augustum: Nec qui cōposuit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ovidius, opus Hemitheonis cujusdam cinædi de generibus voluptatum, & obscœnarum deliciarum.

Sybŏra, æ, pen corr. σύβορα Stephano, Insula est ante Leucadiā, teste Plin.lib.4 cap.12.

Sycaminon, συκάμινον, Oppidum fuit in ora Phœnices, cujus sua ætate nihil præter memoriā extitisse, autores sunt Plin lib. 5.cap.19,& Strab.lib 16 ¶Sycaminon item Græci morum appellant, arboremq; ipsam Sycamineam, συκαμινέαν.

Syce, συκὴ, Insula est Asiæ adjacens, non procul ab Ephesο, cujus meminit Plin. lib.5 cap.31.

Sychæŭs, Vide suprà SICHAEVS.

Sycoris, Plin.lib.3. cap.3, fluvius Hispaniæ, juxta Ilerdenses, Sardaonum gentes. Lucan. Hesperios inter Sycoris non ultimus amnes. Vide SICORIS.

Sycusa, συκῶσσα, Insula est in mari Aegæo, ante Ephesum: de qua Plin.lib. 31. cap. 5.

Syderis, Fluvius in finibus Caspiorū & Hyrcanorum, à cujus ostio Caspium mare nomine amisso, Hyrcanum, incipit appellari. Autor Plin.lib 6.cap.16.

Syedra. dræ, σύεδρα, Oppidum est Iscariæ, quæ est regio Asiæ, media inter Ciciliam & Pamphyliam, Steph.

Sÿēnē, [συήνη: Vulgò Gaguera. Ger Ein Statt in Aegypten vnden dem Krebs Circkel gelegen/jetzt Gaguera.] Vrbs in cōfinib. Aethiopiæ atq; Aegypti, non procul à Nilo, supra Alexandriā, versus Meridiem quinque millibus stadiorum, sub tropico Cancri directè locata: unde sole existente in Cancro, medio solstitii die supra verticem civitatis nullam prorsus in ea umbram jacit, ait Plin.libro 2.cap. 73. Lucan.lib.2: umbras nusquam flectente Syene.

Sygaros, σύγαρος, Insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atq; aliunde importati circa littora errātes moriuntur. Autor Plin.lib. 6.cap 28.

Syla, per simplex l, Mons Lucaniæ, sylvam habēs ejusdem nominis, latrociniis crebris infamis. Vnde & nomen accepisse videtur, ἀπὸ τοῦ συλᾶν, quod est prædari. Salustius de fugitivis: In sylva (inquit) Syla fuerunt. Virg. 12. Aen. Ac velut ingenti Syla, summóve Taburno, Quum duo, &c.

Sÿlla, duplicato l, σύλλας. Fuit Romanus nobilis, teste Salustio, q ex antiqua Scipionū familia originē duxit. Hic in adolescentia omnib. flagitiis inquinatam vitā egit, usq; ad Quæsturam, quā sub Mario adeptus est, in qua vitā omnē penitùs cōmutavit. Literis Græcis & Latinis benè eruditus fuit, facundus, acer, astutus, gloriq cupidus, sui securus, pecuniq maximè largitor, animo grandis: adeò ut de illo dubitari potuerit (inquit Salust.) fortiórne an fœlicior esset. Missus à Mario ad Bocchū regē legatus, Iugurthā victū retulit. Deinde & Mithridatē Asiā crudelissimè vastantē compescuit: socialis belli luctus repressit: Cinnæ dominationē fregit. & Mariū, qui olim se Quæstorē fastidierat, ipsam illam provinciā proscriptum & exulem coēgit petere. Dictator deinde effectus, ita Rēpublicā oppressit, ut teste Cic. in Verr. nemo illo invito, nec bona, nec patriā, nec vitā retinere posset. Postremò Repub. cōstituta, Dictaturā deposuit, & privatus Puteolos cōcessit: ubi & pediculari morbo periit. Quapropter Cæsar Iulius dicere consuevit, illum literas nescivisse: quia dictaturā deposuisset, ut scribit Tranquillus. Syllæ autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Appellatus est enim Sybilla qui ex Sybillinis libris primò sacra fecit: cujus posteri duabus sublatis literis, Sylle sunt appellati: Et quum is, qui primus Sylla appellatus est, flavo & compto capillo fuerit, similes Syllæ sunt appellati. Inde profectum ut effœminati in ludo, Sylli dicerentur. Sosipater lib. 1.

Syllānĭŏn, συλλάνιον, Statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plin.lib.34.cap.8.

Syloson, sontis, συλοσῶν, Polycratis Samiorū tyranni frater, qui quū Dario Hystaspis filio vestē quā ferebat, aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidē dono accepit. In qua administrāda crudelissimè sēse gessit, atriam civibus exhauriēs. Vnde tractū est proverbium: ἐκτὴ συλοσῶντος ἀγυιείη: Hoc est, Syloson tis opera facta est loci amplitudo.

Sylvānŭs, [Ger. Der Waldgott Pan.] Sylvarum Deus, qui Cyparissum puerum in deliciis habuisse dicitur, eundemq; in arborem sui nominis: hoc est, in cupressum transformasse. Fabulantur enim Poëtæ, Cyparissum cervā habuisse mansuefactam, eamq; upicè adamasse: quam quum Sylvanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cujus mortem ægrè ferēs Sylvanus, in arborē cupressum eum commutavit, quam amasii desiderio semper dicitur circumferre. Quidam Sylvanum eundem esse putarunt cum Pane. Virg. tamen lib. 1. Georg. manifestè eos distinguit. Nam quum dixisset: Pan ovium custos, &c. interjecta deinde Minervæ, & Triptolemi mētione, subdit tandem: Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum. Quem locum explicans Servius: Publica (inquit) cæremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum esse Sylvanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse ὑλικὸν θεὸν: hoc est, Deum τῆς ὕλης. Ὕλη autem est fex omniū elementorum: id est, ignis fordidior, & aër, item & aqua, & terra, fordidiora unde cuncta procreantur. Quam ὕλην Latini materiam appellaverunt: nec incongruè, quum materiæ sylvarum sint. Ergo quem Græci à toto, Latini à parte dixerunt: Hæc ille. Plinius libro 12. capite 1: Quin & Sylvanos, Faunosque, & deorum genera sylvis ac sua nomina tanquam è cœlo attributa credimus.

Sÿlvĭa, quæ & Rhea, & Ilia, Numitoris filia, quæ à Marte compressa (ut Romani credi voluerunt) Romulū peperit, & Remū, urbis Romanæ conditores. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe. ¶Est & Sylvia apud Virg. 7. Aen. nomen sororis Thyrrhei pastoris regii armēti, cujus cervus māsuetus à Trojanis vulneratus, initium præbuit belli inter Latinos, & Trojanos advenas.

Sylvĭus, Ascanii filius, Aneeq nepos: ita dictus quòd casu quodam in sylvis natus esset: à quo deinceps Albanorum Reges omnes Sylvii dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Aegyptiorum Reges, Ptolemæi: Parthorum, Arsaces. Vide Liv.lib. 1. ab Vrbe.

Syma, æ, sive Syme, symes, σύμη, Insula est Cariæ adjacēns, portum habens. clausum triremibus aptum, & navale navium viginti. Autor Strabo lib. 14.

Sÿmæthŭs, σύμαιθος, Fluvius Siciliæ, non longè ab Aetna, qui (ut ait Strabo lib. 6.) agrum Catanēum irrigat.

Sÿmæthĭus, a, um, adjectivum. Virg 9. Aen. Eductum Martis luco Symæthia circum Flumina.

Symbari, Populi feri, inter Arabiæ montes & Nilum incolentes, elephantumq; venatu victitantes. Autor Plin.lib.6.ca.31.

Sÿmē, σύμη, Insula Cariæ adjacēs, medio ferè spatio inter Rhodum & Guidum, ut tradit Plin.lib. 5. cap. 31. Vide suprà in dictione SYMA.

Sÿmmăchus, pen. cort. σύμμαχος, Proprium nomen oratoris cujusdam Romani, qui missus fuit à Senatu Constantinopolim, ad Theodosii liberos, rogatum ut Vestales à Christianis destrui minimè paterētur. Cujus rei gratia putabant se adversa multa à diis esse passos. Ejus igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui hujus meminerunt, acerrimè confutarunt. ¶Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres, doctrinæ parùm syncerē: cujus meminit Eusebius. ¶Græcis alioqui σύμμαχος belli socium significat, quemadmodum & συμμαχία, belli societatem.

Sÿmplēgădēs, penult correp. συμπληγάδες, quæ & Cyaneæ, Insulæ duæ sunt, sive potiùs scopuli trans Bosphorum Thracium, in ipso Ponti Euxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modico autem inter se discretæ intervallo, ut ex advēnti quidem intrantibus geminæ cernantur, paulùm verò deflexa acie, coēuntium speciem præbeant. Quæ

res occasionem præbuit Poëtarum fabulis, qui eas olim inter se concurrisse trãdunt. Vnde & nomen acceperunt ἀπὸ τῆ συμπλέκεσθαι: hoc est, à concurrendo, seu conflictando. Ovidius: Compressos utinã Symplegades elisissent. Nominativus singularis est Symplegas, συμπληγὰς, pen.prod. Martial.lib.11: Si constringantur gemina Symplegade culi. Quo in loco per geminam Symplegadam nates ipsas intelligit.

Synesius, συνέσιος, E Pentapoli Africæ, philosophos Christianus, præsul Ptolemaidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. Autor Suidas.

Sỹnnădă, συνναδὰ, Civitas majoris Phrygiæ. De hac Strabo libro 10. sic scribit: Synnada urbs non magna, ante quam planities jacet oleis consita, sexaginta ferè stadiorum. Vlterius est Docima vicus, & Synnadici lapidis fodina: sic enim eum Romani appellant: indigenę verò Docimeten, & Docimeam. Vena in initio parvas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorũ sumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastritæ lapidi proximæ. Dicitur & Symnas, adis, ut apud Sidonium.

Sỹphāx, acis, penult. genitivi prod. σύφαξ, Numidiæ rex fuit, qui quum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, belliq́ue societatem cum eo iniisset, postea violata fide Annibali adhęsit. Tandem victus à Masinissa, vivus in Scipionis manus perductus est, à quo in triumpho circunductus, & deinde in carcerem inclusus inedia vitam finiit, regno ejus Masinissæ concesso. Claud. de Bello Gildonico, Syphacem extulit, media syllaba correpta: haurire venena, Compulimus durum Syphacem fratremq́ue Metelli. Alii tamen ferè omnes constanter producunt. Propert. libro 3: Annibalis spolia, & duri monumenta Syphacis. Ovid. 6. Fast. Postera lux melior: vincit Masinissa Syphacem.

Sỹrācūsæ, pen.pro. [συρακοῦσαι: Vulgò *Saragosa*. Ger. Ein Fürstliche Statt in Sicilien vndẽ am vorgebirg *Pachino*, so gegen Auffgang siehet/gelegen/heißt jetzt *Saracosa*.] Civitas Siciliæ amplissima, sub Pachyno mõte sita, ubi fons Arethusa ab Alpheo (ut creditur) Elidis fluvio per subterraneos cuniculos meãs, magna aquarum ubertate erumpit: Cicer. 6. Verr. scribit Syracusas urbem esse maximam Græcarum urbium, pulcherrimamq́ue, quæ ex quatuor quasi urbibus maximis constare videatur, quarum una insula nominatur: altera Acradina: tertia Tyche, à nobili Fortunæ templo, in ea extructo: quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerũt, sed præcipuè clarissimum Dionysium seniorem. Qui quum apud filium Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorum, argenteorumq́; copiam. exclamans, inquit: In te affectus regius non est, qui ex tanta poculorum vi amicum neminem tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysii philosophi fuêre, amboque Platonem audierunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poëta bucolici carminis scriptor, quem Virgilius imitatus est.

Sỹrācūsānŭs, συρακόσιος, Gentile, formatum à Syracusis, *Saragosano, di saragosa*.

Sỹrācūsĭŭs, a, um, συρακόσιος, Vel abjecta vocali subjunctiva, Syracosius, ejusdem significationis est cum superiore. Virgil. 6. Aeglog. Prima Syracosio dignata est ludere versu. Ovid. in Ibin: Vtque Syracosio, præstricta fauce, poëtæ: Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.

Sỹrĭă, [ארם *ardm*. συρία. Germ. Ein grosse Landtschafft in *Asia*, stosset an das Mittelmeer vnd *Cilicią*: item an fluß Euphrat/Aegyptẽ vnnd *Arabiam*. Vulgò *Soria*.] Regio Asiæ, quæ ab Oriente fluvio Euphrate: ab Occidente nostro mari, & Aegypto terminatur: à Septentrione habet Ciliciam, & partem Cappadocię: à Meridie Arabiam: cujus insignes civitates (ut libr. 5. refert Ptolem.) sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytę, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus: montes clari, Carmelus, Casius, Libanus: fluvii, Euphrates, Chrysorrhoas, Singas: regiones. Phœnice, Palęstina, Iudæa, Idumæa, Comagena, Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio in medio orbis constituta est: quò fit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt divisionem, in Syros, Assyrios, Leucosyros, & Cœlesyros. Plin. lib. 5. ca. 12: Mesopotamiam quoq; & Babyloniam Syriæ attribuit: totiusq́; Syriæ partem facit Assyrium. Multi confundunt (ut Herodotus) qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoq; & Porphyrio, insignes Grammatici, apud Horatium eam, quæ nunc *Syria* dicitur, detracta syllaba olim Assyriam dictam scribunt. Ammianus Marcellinus lib. 23: Citra amnes (*inquit*) provincia est nobilis Assyria celebritate, & magnitudine, tùm & multiformi feracitate ditissima: quæ per populos, pagosq́; amplos diffusa, quondam & copiosa, ad unum concessit vocabulũ, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Trajani vita Attyriam Barbaris dictã s litera in t mutata, quam *Assyriam* nos vocamus, indicat.

Scriptores in eo ferè conveniunt omnes, ut Syria & Assyria nomina confusa esse credant.

Sỹrī, Syrorum, [ארם *ardm* ארמים *arammim*.] Sunt ejus regionis populi ludis, celebritatibus q́; dediti. Perungũtur oleo pretioso, & linuntur unguentis. Maximam diei partem in comessationibus absumunt & potu. Masculi à XIIII. anno, fœminæ à XII. usq; ad LXV. tributo obligantur. Fortunã colũt. Prima aũt dictionis hujus syllaba corripitur, quum in Syro insula eadem producatur. Iuven. Sat. 6: Quàm quæ longorũ vehitur cervice Syrõrũ. Syri olim astutię nomine malè audierũt, quemadmodũ & Phœnices. Vnde factus est locus proverbio: Σύρει πρὸς φοίνικας: hoc est, Syri adversus Phœnices: quo utimur quoties significare volumus duos egregiè astutos hoc agere ut dolis se mutuò circumveniant. Hæc Suidas.

Sỹrissă, sæ, [ארמית *arammith*. σύρισσα.] Mulier è Syria: Nam quẽadmodum à Libys fit Libyssa, ita à Syrus, Syrissa. Virg. in Moreto: Copa Syrissa caput Gratia redimita mitella.

Sỹrĭŭs, ria, rium, denominativum: [ארמי *arammi*. σύριος.] ut quem Syria pyra. Columel. lib. 5. cap. 10: Ea sunt Crustumina, regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Sỹrĭācŭs, riaca, riacum, Possessivum: [ארמי *arammi*. συριακὸς. Gall. *Syrien, de Syrie*. Ital. *Soriano, di Soria*. Hisp. *Lo de Syria*. Vng. *Syriaboli*.] ut Syriaci boves. Plin. lib. 8. ca. 45: Syriacis non sunt palearia. Syrica radix pro silphio, quod Latini laserpitium vocãt: quia (ut inquit Dioscorides) ex Syria & Media optima hujusmodi radix adferebatur. Colum. lib. 11. ca. 13: Nec minus si vernum & æstivum fructum voles habere. Syriacæ radicis, & rapi, napiq́; semina obrues. ¶ Syriacus ros, cœli sudor, sive ăeris sese expurgantis succus, in foliis stirpiũ concrescens, præcipuè in Syria, juxta Libanum montem: unde & nomẽ accepit, δροσόμελι. Arabes *Manna* appellant: quo nomine utuntur & officinæ. Columell. lib. 9. cap. 13: Nam vel grana mali Punici tunsa & vino amineo cõspersa vel uvę passæ cum rore Syriaco cum pari mensura pinsitæ. ¶ Syriacus raphanus, à Syria, unde primùm advectus fuit, nomen retinuit. Est autem cæteris raphani speciebus suavior & tenerior, & patientior hyemis. Vide Plĩn. lib. 10 cap. 5.

Sỹrĭănŭs, συριανὸς, Alexandrinus Philosophus Platonicus, docuit Athenis, scripsitq́; in totum Homerum commentarios, libros septem in Platonis Rempublicam, & alia. Hujus discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

Syrīctæ, συρικταὶ, Populi sunt inter Nomadas Indiæ, narium loco foramina tantùm habentes, anguium modo loripedes. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Dicti à fistulis & calamis avenatũ quibus cibum capiunt. Solinus: Alii concretum os habẽt, modicum tantùm foramen, quo calamis avenarum cibos hauriũt: σύριγγας enim Græci fistulas appellant.

Syrītha, Filia fuit Danorum regis Sylvaldi, tantæ pulcritudinis, ut quum ob elegantiam formæ magna procorum frequentia peteretur, spretis tamen omnibus, prætulerit cælibatum. Saxo libro 7.

Sỹrnă, σύρνα, Oppidum in Cherroneso Cariæ adhærenti, à Podalirio conditum, à nomine Syrnes uxoris ejus ita appellatũ. Ferunt enim Podalirium, quum in Cariam esset ejectus, à caprario quodam fuisse servatũ, & ad Damæthũ regẽ deductũ: cujus filiam de tecto delapsam quũ detracto ex utroque brachio sanguine servasset, admiratus hominis ingenium Damęthus, filiam ejus beneficio servatam, ei uxorem tradidit, Cherroneso illi in dotem attributa: in qua Podalirius duas condidisse urbes traditur, quarum alteri uxoris, alteri pastoris nomen indidit. Autor Steph.

Sỹrŏphœnīcēs, pen. prod. συροφοίνικες, Populi Asiæ, iidem cũ Phœnicibus: ita dicti quòd maritima Syriæ incolant loca. Iuven. Sat. 8: Obvius assiduo Syrophœnix udus amomo.

Syrsĭgabis, Darii mater, quę audita morte Alexãdri, sese perpetuæ nocti dedit. Autor Curtius.

Sỹrtēs, tium, [σύρτεις. Gall. *Les Syrtes, lieux sablonneux en la mer de Libye*. Ital. *Secche*. Ger. Zwey gefährliche Oerter im Meer nahe bey Africa/von wegen des Sands so das Wasser eines jhe dann dörr auffwirfft. Hispan. *Baxos de Berueria*. Pol. *Haki piaſcowe wmorzu libyskim*. Vng. *Axtongerbe valo tsekely hely*. Ang. *Sandie places in the sea of Lybia*.] Duo sunt sinus periculosissimi in mari Libyco, qua Africam propriè dictam alluit: quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim vocãt) CCCM. passuum ambitum habet. Alter, qui in Cyrenaicã vergit, major Syrtis dicitur: habetq́; circuitum DCXXXV, M. passuum. Vtraque Syrtis navigantibus est periculosissima, quòd mare ibi vadosum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsaque & brevia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtium harum naturam sic describit Salustius in Iugurth. Duo sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamẽ natura, quorum proxima terris perlata sunt: cæterum uti fors tulit, alta, aliàs tẽpestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse & ventis sævire cœpit, li-

mum, arenamq; & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Hæc Salustius. ¶Sunt & in terra Syrtes in eadem Africa, vento Arenas excitante, & proxima quæq; operiente. Vnde Solinus autor est, iis in locis, quãvis terrã iter facientes, cursum sideribus regere. Nam arenatũ cumuli vẽto agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari, nunc agere sublimi faciunt, quæ priùs desidebant, nunc vallibus profunda, quæ priùs excelsa erant, deniq; procellarum ritu arenę exagitantur, syrtimq; faciunt terrestrẽ, paris cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, undisne an arena quis obruatur. Hæc Solinus.

Syrtis, priore product. σύρτις Stephano, insula Ioniæ, Asiæ regioni apposita, à qua Pherecides Syrius ortum habuit, non à Syria regione. ¶Scyrus verò, σκύρος, Thraciæ ascripta est, ut Strabo & Plinius testantur. Vide suo loco.

Syrtĭcus, a, um, denominativum: ut Mala Syrica. Colum. libro 5. cap. 10: Præterea malorum genera exquirenda, maximè Scandiana, Syrica.

T

TAbæ, Tabarum, τάβαι, Vrbs Ciciliæ, ut ait Plin. libro 5. capit. 27. ¶Stephanus Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Paræa.

Tăbărēnī, ut apud Pomponium legitur, sive potiùs Tibareni, τάβαρηνοὶ Stephano quo pacto etiam apud Strabonem, & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Chalybibus proximi, adeò religiosi justitiæ custodes, ut priùs prælio non congrediantur, quàm diem, locum & horam, ex fide hosti denuntiarint. Quũ mulier partu liberatur, vir in lectulũ tanquam pueri autor decumbit, eumq; ut puerperam effœta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cælius annotavit. Valerius Flaccus lib. 5: Inde Genetæi rupem Iovis. hic Tabarenûm Dãt virides post terga lacus: ubi deside mitra Fœta ligat, partuq; virum fovet ipsa soluto.

Tabis, τάβις Stephano, Mons Scythiæ, mari incumbens, non procul à Serum regione. Autor Plinius libro 6. capite 17.

Tabor, τάβωρ, Mons in medio Galilææ, rotundus ac sublimis.

Tabracà τάβρακα. Oppidum est Africæ minoris, ut Pomponio placet. Nam à Plinio Numidiæ adscribitur. Silius Sabatrã nominat lib. 3: Sabatra tum Tyrium vulgus, &c. Alii Tabratam: quod minimè mirũ est. Barbara enim vocabula & inepta sunt, nec semper eodem sono utraque lingua efferri consueverunt, ut Hermolaus scribit.

Tăburnŭs, Mons Campaniæ olivetis abundans. Virgilius 2. Georgic. - juvat ismara Baccho Conserere, atq; olea magnũ vestire Taburnum.

Tacape, es, sive Tacapa, pæ, τακάπη, Civitas in Africa propriè dicta, non procul à minore Syrti: de cujus agri fertilitate ita scribit Plin. lib. 18. cap. 22: Civitas Africę in mediis arenis, petẽtibus Syrteis, Leptimq; magnam, vocatur Tacape, fœlici supra omne miraculum riguo solo, ternis ferè millibus passuũ in omnem partem fons abundat, largus quidem. sed certis horarum spatiis dispensatus inter accolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, ficui punica, illis vitis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omnia aliena umbra aluntur Super omnia est, biferam vitem bisanno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur uberitas, pereunt luxuria singuli fructus.

Tăcĭtŭs, Cornel. sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinii junioris, Belgicæ Galliæ rationes procuravit: ad Vespasianos usque pervenit, ab iisque honoribus evectus, historiam principum conscripsit ab Augusto usque ad Adrianum, quæ ad nos haud integra pervenit. Hanc igitur non vitas Imperatorum ausus inscribere, sed tantùm diurnales actiones, quæ medium inter historiam & vitas tenerent. Scripsit & de claris Oratoribus, Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea vitam Agricolæ soceri sui: & de moribus ac situ Germaniæ, stylo tùm presso & eleganti, tùm arguto & sententioso: in cætera verò historia aliquantulo sublimior. Scribit Flavius Vopiscus hunc autorem tanquam è suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies describi, ne liber periret, eumque in omnibus bibliothecis adponi jussisse. Tertullianus autem noster eum mendaciorum loquentissimum appellat: propterea quòd iniquissimum sese inscriptis suis, falsissimumque de Christiana religione judicem præbuerit.

Tacola, τακόλα, Emporium ampliss. Indiæ extra Gangem, in aurea Chersonneso, cujus meminit Ptolem. libro 7. capite 2. Hodie *Malacha* dici creditur, à Lusitanis nostra ætate vi subacta: quod testatur epistola Emanuelis Regis ad Leonem decimum.

Tænărĭus, & in plurali numero Tænara, pen. corr. [τάναρον: Vulgò *Cabo Metapan*. Germ. Ein dunckel ort vnden am Borgebirg *Malea* bey der Statt *Lacedæmon* gelegen/ in welchem ein tieffe klufft ist/ welche die Alten den abgang in die Hell genennet haben.] Promontorium est Laconicæ regionis, circa medium meridionalis lateris Peloponnesi, quàm longissimè in mare procurrens, oppidum habens ejusdem nominis. Τάναρον (inquit Suidas) ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἐν ᾧ ἱερὸν ἵδρυται τοῦ κατιόντος εἰς ᾅδου, οὗ καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλείας ἕνεκεν ἱκέται τῶν Εἱλωτῶν ἱκέτας καθεζόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Ποσειδῶνι ἀδὴν ἀφίασιν αὐτοῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι: id est, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi & Neptuni præsidis templum: illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmonii interfecerunt. Circa Tænarum antrũ ostendebatur, per quod Herculem ab inferis rediisse Poëtæ fabulati sunt, Cerberumque vinctum ad superos traxisse. Vulgoque creditum est eas inferorum esse fauces. Virgil 4. Georgic. Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis. Ibidem marmor Laconicum effodiebatur, coloris viridis, quod & à loco Tænarium cognominatur. Propertius libro 2: Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis.

Tænum, Fuit urbs in Laconia, teste Hermolao in lib. 9. Plinii, à qua mulier poëtria nomine Herina ortum habuit. ¶Fuit & in Achaia urbs τήνιον: id est, Tenedum, & Tenea vicus inter Mycenas & Corinthum.

Tăgēs, is, τάγης, Filius Genii, teste Festo, & nepos Iovis, qui adhuc puer XII. Hetruriæ populos haruspicinam traditur docuisse. De hoc Cicero, de Divi. scribit ad hunc modum: Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, quum terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus, extitisse repentè: & eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Hetruscorũ puèrili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Ejus aspectu quum obstupuisset bubulcus, clamoremq; majorẽ cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamq; brevi tempore in eum locum Hetruriam convenisse: tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, literisque mandaverint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinæ disciplina contineretur: eam postea crevisse rebus novis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hactenus Cicero. Ovid. lib. 15. Metamorphos.

Indigenæ dixêre Tagem, qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros, &c.

Tagesta, τάγεστα, Africæ oppidum, Divi Augustini patria. Plin. lib 5 cap 4. τἀγεστανὸς Tagestense oppidum vocat.

Tagrus, Mons in Lusitania, apud quem quædam equæ dicuntur a vento concipere.

Tăgŭs, [τάγος: Ger. Ein fluß in Portugal/ heißt jetzt *Tajo*.] Fluvius Lusitaniæ aureas trahens arenas. Iuvenal. Quod Tagus & rutila Pactolus volvit arena. Circa hunc fluvium (si Plinio credimus) equæ flanti Favonio obversæ animalem spiritum concipiunt, equosq; ita gignunt perniciissimos, sed qui tertium vitę annum non excedant.

Talaon, ταλάων, Filius fuit Iasii, & apud Argos regnavit, ut notat Boccatius lib. 2. cap. 37.

Tălăsĭo, apud Romanos carmẽ nuptiale erat, & deus ipse nuptiarum præses, quem Græci vocant ὑμέναιον. [Germ. *Der Gott der Jungfrauwschafft vnd Hochzeiten.*] Martialis lib. 1: Quid si me jubeas Talasionem Verbis dicere non Talasionis? Hoc est, Quid si me jubeas hymnos nuptiales aliis verbis, quàm nuptialibus cantare? Festus ex sententia Varronis Talasionem tradit fuisse vocem nuptialem, novis nuptis boni ominis causa acclamari solitam. Quare autẽ ea acclamatione in nuptiis uterentur, diversi diversa senserunt. T. Liv. libro 1, ab Vrbe, scribit in raptu Sabinarum Virginem unam longè ante alias specie & pulchritudine insignem, à globo Talasii cujusdam raptam fuisse, multisq; sciscitantibus cuinam eam ducerent, identidem nequis eam violaret, Talasio ferri clamitatum: ideoq; eam vocem nuptialem esse factam. Varro existimat hanc vocem in nuptiis usurpatã fuisse non alia ratione, nisi ut novę nuptę ad opera & labores, & præcipuè ad lanificia excitarentur. Talasionem enim vocabant quasillum sive calathum: hoc est, vas lanificiis aptum. Quam sententiam tãgit & Plutarchus in Problemat. à Græcis hujus vocis originem repetens, qui lanam ταλάσιον appellant.

Tălgă, Insula in mari Hyrcano (ut Pomponius refert) sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quæ gignũtur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diisq; servanda. Hactenus Mela. Ptolem. libro 6. capite 9, Talea dicitur. Plin. libro 6. capite 17, in Caspio mari vulgatam insulam Tazatam esse scribit. Variat igitur nomen ut in sexcentis aliis, Vistula, Istula, Tabireni, Tabarni, Tibareni, &c.

Tallus, In Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse. Festus.

Tălthўbĭŭs,

Tālthÿbĭŭs, τᾰλθύβιος. Homero Iliad. 1: Præco Agamemnonis in Græcorũ exercitu, qui unà cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra ut Briseidem ab eo abduceret. Ovid. in Epist. Briseid.

Nam simul Eurybates me Talthybiusq; vocarunt,
Eurybati data sum, Talthybioq; comes.

Tamara, τάμαρα, Vulgò *Tamerstorck*, Oppidum Dammoniorũ, in occidentali parte Britanniæ insulæ. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tamara. Ptolemæo, Pomponio Tamaris, Fluvius Hispaniæ Tarraconensis, in Artaborum finibus, in Oceanum fluens occidentalem: à quo vicini populi Tamarici dicũtur. Vide Ptol. lib. 2. cap. 6, & Melam lib. 3. in descriptione Hispaniæ.

Tamarĭtæ, pen. prod. ταμαρῖται, Populi Asiatici non longè à Caspio mari.

Tamărus, τάμαρος, Britanniæ fluvius, non procul ab Ocrio promontorio quod Meridiem spectat, in Britannicum Oceanum influens. Ptol. lib. 2. cap. 3. Vulgò *Tone*.

Tamia, τάμια, Oppidum in Orientali parte Britanniæ insulæ, sub Caledoniis. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tamos, Indiæ promontorium est, quod Taurus attollit, in Meridiem sese convertens. Vide Pomponium in descriptione Indiæ.

Tanagra, τανάγρα, Oppidum Bœotiæ mediterraneæ, quam γραῖαν ab Homero appellari tradit Stephanus. Nobilitatũ fuit autem hoc oppidum præstantissimò genere gallinaceorum, ad pugnas, & prælia nascentium, teste Plin. lib 10. cap. 21.

Tănagrŭs, sive Tanager, τανάγρος, Fluvius est Lucaniæ, quæ est regio Italiæ inter Picentinos & Brutios. Virg. 3. Georg. & sicci ripa Tanagri.

Tănaïs, [*τανάϊς*. Germ. Ein fluß in Scythia/ so ein vndermarch ist *Asiæ* vnd *Europæ*, heißt jetzt *Don*, *Tana*.] Fluvius Scythiæ, Asiam dividens ab Europa. Feruntq; à Septentrione Nilo adversus, inquit Strabo li. 11. Paulò tamen Orientalior, non solùm per Scythas in Mæotim defluens, sed & per Sauromatas. Originẽ ejus incertam aliqui putant. Ptolemæus ex mõtibus Riphęis prodire putat, qui magis Australes sunt, quàm Hyperborei. Alii, in quorum numero Herodotus est libro 4. ajunt esse paludem non admodum magnam, ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostiis Mæotim ingreditur, quæ stadiis intra se circiter septuaginta distare feruntur. Alii ex Caucasis montibus oriri existimant. Scythæ Tanaim Silio vocant. ¶ Fuit & oppidum Tanais ad amnis hujus ostia, teste Plinio lib. 2. cap. 98, à Græcis qui Bosphorum tenuêre, conditum. Vide Ptolemæum lib. 5. cap. 9. Dionysius in Perihegesi:

Europam atq; Asiam Tanais disterminat amnis,
Hic Sarmatidis evolvens finibus, alta
(Scissus Araxeo prius æquore) jam suus unda
Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Tethyn
Intrat, & inserto freta pellit vasta fluento.

Lucanus lib. 3:

Qua Crœso fatalis Halys, qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diversi nomina mundi
Imposuit ripus, Asiæq; & terminus idem.
Europæ mediæ dirimens confinia terræ, &c.

Tanaïtæ, pen. prod. τανάϊται, Tanais fluvii accolæ, à Suitis, Anchetis & Satarneis deleti. Plin. l. b 6. cap. 7.

Tănăquĭl, Tarquinii Prisci uxor fuit, magni animi mulier, & Hetruscæ disciplinæ peritissima. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Tanarus, Fluvius ex Apennino nascens, & in Padum influẽs. Plin. lib. 3. cap. 16 Vulgò *Tanaro*.

Tanis, τάνις, Civitas Aegypti, à qua Tanicum, sive Taniticum Nili ostium dictum est. Herod. lib. 2. ab insignibus oppidis Nili ostiis imposita nomina scribit: ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolemęus, & Strabo derivant, Pomponius Tanicum.

Tāntălis, idis, τανταλὶς, Oppidum fuit Magnesiæ, terræ hiatu absorptum. Plin. lib. 2. cap. 91.

Tāntălŭs, τάνταλος, Iovis ex Plote nympha filius fuit, Agamẽnonis & Menelai avus. Vnde & Tantalidæ dicti sunt. Hic quũ deos convivio excepisset, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discerptũ, coctumq; iis apposuit comedẽdũ. Illi verò à nefandis epulis abstinuêre omnes, una Cerere exceptâ, quæ pueri humerum devoravit: pro quo illi dii eburneũ humerũ restituerunt, revocataq; per Mercuriũ ab inferis anima, Pelopem ad vitã revocarunt. Patrem verò tanti sceleris autorem ad inferos detruserunt, ubi perpetua fame & siti torquetur. Eridani fluvii aquis, & pomis, quæ capiti ejus imminent, captationem ejus fugientibus. [Ger. Ein Sohn *Iovis*, welchen die Götter zur Hellen verdampt haben/ daß im Apffel vnnd das Wasser stãts an dz Maul gehn solte/ welches er doch nicht erschnappen kõnte.] Quam fabulam mythologici de avaris interpretantur, qui bonis partis frui nõ audent. Horat. lib. 1. Ser. Sat. 1: Tantalus à labris sitiẽs fugientia captat Flumina, quid rides? mutata nomine, de te Fabula narratur, congestis undiq; saxis Indormis inhians, & tanquã parcere sacris Cogeris, aut pictis tanquã gaudere tabellis. Plato in Cratylo scribit, Tantalũ dictum esse, quasi τλαὶν τανον: hoc est, infœlicissimũ. ¶ Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pietatẽ deorũ mensis dignatus. ¶ Alius Thyestę ex Merope filius, interfectus & appositus esca patri. Eusebius Tantalũ Phrygię regẽ cum Troẽ rege Dardaniæ, quòd Ganymedem raputrit bellum gessisse scribit.

Tāntălĕŭs, a, um, adjectivum, Propertius: Tantalea poterit tradere poma manu.

Tāntălis item patronymicum fœmininũ est, quo Poëtæ utuntur pro Niobe Tantali filia. Ovid. 6. Metamorph. -diro convitia facto Tantalis adjecit.

Taphiæ, τάφιαι, Quædã insulæ in mari Ionio ante Leucadiã, prope Echmadas: quarum nomina fuerũt, Taphias, Arnoxia, & Prionessa, teste Plinio, lib. 4. capit. 12. Eædem & Teleboides dicuntur utroq; nomine ab incolis ducto: nã Taphii & Teleboæ iis communiter dicuntur imperasse. De quibus hujusce modi repetit originem enarrator Apollonii poëtæ: Perseo ex Andromede, ut narrat Herodotus quatuor fuêre filii: Alarus, Sthenelus, Mestor, & Electrion, qui simul regnaverunt. Ex Hippothoë Mestoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Teleboas & Taphus, à quo Taphus insula, in qua Teleboæ ac Taphii communi nomine & imperio fuêre. Igitur ii Hippothoës eorum aviæ pecuniam ab Electrione eorum necessario, qui pro ea spopondit, repetebant: qua negata, ad arma venêre, armenta abegerunt, ipsum denique & filios sustulêre. Alcmena Electrionis filia patrem ultura, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum in matrimonium accepit, atq; hoc pacto bello inter eos conflato, ab eodem Amphitryone deleti sunt, eorumq; regnũ Cephalo profugo Athenienſi, qui exercitui præerat, donatum: quod ad Vlyssem è successione pervenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus iis insulis imperasse.

Taphĭas, adis, τάφιας, Insula est exigua in mari Ionio, ante Leucadium, una Taphiarum sive Teleboidum. Autor Plinius lib. 4. cap. 12.

Taphiassus, τάφιασσος, Mons est Aetoliæ non procul à Chalcide. Plin. lib. 4. cap. 2.

Taphĭi, τάφιοι, Dicti sunt populi à Thapho Neptuni filio, qui Taphiis insulis imperarunt: quæ sunt in mari Ionio juxta Achinadas. Vide suprà in dictione TAPHIAE. Strabo li 7, Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum nõ procul à Borysthene fluvio.

Taphiussa, τάφιουσσα, Oppidum Cephalenię insulę, è regione Leucadis, in qua Taphiusium marmor effodiebatur. Vide Stephanum, & Plin. lib. 36. cap. 21.

Taphos, τάφος, Stephano, Oppidum est Cephalleniæ insulæ, postea Taphiussa appellatum. ¶ Alioqui τάφος Græcis sepulcrum significat: unde Epitaphion, sepulchri inscriptio.

Taphosĭrĭs, τάφοσιρις, Vrbs Aegypti, Osiridis sepulcro nobilitata: unde & nomen accepit. Strabo li. 7, duas hujus nominis urbes in Aegypto collocat, alteram ad mare, in qua maxima Osiridis festa celebrabantur, alteram in mediterraneis.

Taphra Plinio, τάφρη Ptolemæo, Oppidum est Africæ propriè dictæ inter duas Syrtes.

Taphræ, τάφραι, Oppidum est ad sinum Carcinitem, in ipsis Tauricæ Chersonesi angustiis situm: ut refert Plin. libro 4. capite 12. Hunc locum quondam servi muniisse dicuntur, quum absentib, dominis in diuturno illo bello quod adversus Thracas Scythæ gesserunt, cum eorum uxoribus rem habuissent: ex sententia Callistrati refert Stephanus. Hujus urbis meminit & L Florus, refertq; sua illam ætate Trajani auspiciis fuisse expugnatam.

Taposĭris, Vide TAPHOSIRIS.

Taprobane, [*ταπροβάνη*. Ger. Ein vast grosse Insel im Indischen Meer/ heißt jetzt *Samotra*.] Insula est omnium quæ veteribus cognitæ fuerunt, maxima, à Colaico Indiæ promontorio in Austrum quatridui navigatione recedens, in qua Septentriones negant conspici posse. Lucet ibi Canopos sidus clarum & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Vivunt ultra annos centum. Nascuntur in ea berylli & hyacinthi, ut Ptolemęus li. 7. refert. Vide plura de hac insula apud Plinium lib. 6. cap. 22, & Vadianum in Melæ lib. 3.

Tapsacum, Cirenaicę regionis oppidum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 5, in descriptione Cirenaicæ regionis.

Tăpsŭs, Vide THAPSVS.

Tapyri Plinio, τάπυροι Stephano, Populi sunt ad mare Caspium, inter Derbicas, & Hyrcanos quibus mos fuit ut uxores suas, quum duos, trésve filios ex iis suscepissent, aliis nuptui concederent. Autor Strabo lib. 11.

Taracina, Vide TARRACINA, duplicato r.

Taracon, Vide TARRACON, r litera geminata.

Tărănis, penult. correp. Dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano san-

no ſanguine litabant. Lucan. lib. 1: Et Taranis Scythiæ nõ mitior ara Dianæ.

Tărās, antis, τάρας, Fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidiſſe creditur, & à nomine ſuo appellaſſe. Græcè enim Tarentum τάρας dicitur. Vide paulò pòſt in dictione TARENTVM.

Tărbĕlī, τάρβελοι, Populi Galliæ Aquitanicę, in Pyrenæos mõtes vergentes, quorum urbs Aquæ Auguſtæ commemorantur à Ptolemæo lib. 2. cap. 7.

Tărchĕtĭus, τάρχητος, Nomen fuit impii Albanorum regis, de quo Plutarchus in vita Romuli: Quidam (inquit) etiã ſunt, qui de Romuli ortu fabuloſa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi ſceleſtiſſimo & crudeliſſimo homini divinitùs ſpectrũ domi viſum, ex penitiſſimo ſacrario ſe attollens, & ad multos dies manſiſſe. Fuiſſe etiam Thethyos in Hetruria fatidicum tẽplum: à quo allatum Tarchetio reſponſum ut ei admiſceretur virgo. Nam genitum iri ex ea filium virtute, fortuna ac viribus potentiſſimum, magnamque ex rebellica gloriam relaturum. Quod quum Tarchetius uni ex filiabus expoſuiſſet, imperaſſe ut cum monſtro illo coiret. Illam, contempto patris imperio, ancillam in ſui locum ſuppoſuiſſe. Id Tarchetium re cognita ægrè tuliſſe, utranque in carcerem, ut morte multaret, conjeciſſe. Sed viſum eſt illi per quietem ſe Veſtam videre, quæ puellas necari vetaret, ſed telam illis texẽdam tradi juberet: nec priùs viro locari, quàm illam abſolviſſent. Cui inſomnio qũũ paruiſſet Tarchetius, commentus eſt rationem ut puellas perpetuò damnaret cælibatu. Nam quicquid illæ interdiu texuiſſent, noctu aliis ancillis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferũt peperiſſe, quos Tarchetius ſtatim Teratio cuidam tradidit exponẽdos. At illum ferunt ſecùs fluvium infantes depoſuiſſe: lupamq; quum eò veniſſet, admotis uberibus lac præbuiſſe, avibus quoque variis cibum pueris comportãtibus: quod bubulcus aſpiciens, admiratus, auſuſq; accedere, infantes ſuſtulit. Hac illos ratione ſervatos, quum primùm per ætatem licuit, Tarchetio tetendiſſe inſidias ac tandem oppreſſiſſe. Hæc à Promathione quodam qui Italicam ſcripſit hiſtoriam, memoria prodita accepiſſe ſe dicit Plutarchus.

Tărchōn, τάρχων, Nomen proprium Hetruriæ ducis & Aruſpicis, qui Aeneæ ſuppetias tulit adverſus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abjecta n litera. Virgil. Aen. 8: Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Caſtra locis.

Tărēntum, Vulgò *Tarento*, Magnæ Græciæ urbs clariſſima, in intimo receſſu ſinus, qui ab ea dicitur Tarentinus, τάρας. Hæc à Tarãte Neptuni filio primùm condita fuit: à quo & nomen accepit: deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc adventantes, expulſis incolis (uti Juſtinus libro 3. ſcribit) eam tenuerunt. Hujus incolæ dicuntur Tarentini, τάραντῖνοι, qui cũ Romanis aliquandiu bellum geſſerunt: quibus quum pares non eſſent, Pyrrhum Epirotarum regem ſibi auxilio acciverunt. De hac Virgil. Aeneid. 3: Hic ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti Cernitur, attollit ſe diva Lacinia contrà, Caulonisque arces, & navifragum Scylacæum. ¶ Sunt qui Tarẽtum non à Tarante Neptuni filio, ſed à Sabina voce Tarentum deducant, quę illis molle ſignificat: propterea quòd in agro Tarentino & nuces, & lanæ molliſſimę proveniant. Ex hac urbe ortum traxerunt cives illuſtres, Ariſtoxenes Muſicus Ariſtotelis familiaris: Rinthon tragicus, & comicus: Icecus medicus: & Architas ſummus mathematicus, qui Platonem, quũ mortem illi moliretur Dionyſius tyrannus, per epiſtolam eripuit, ut ſcribit Laërtius lib. 8.

Tărēntīnus, Quod ex Tarento eſt, vel in Tarentinis agris creſcit, apud Columell. lib. 5. cap. 10, Tarentina pyra: cujus hæc ſunt verba: Curandum eſt autem ut quàm generoſiſſimis pyris pomaria conſeramus: ea ſunt Cruſtumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur: & quædam alia, quorum enumeratio nunc lõga eſt. Venenum Tarentinum: id eſt, purpura Tarentina, quæ rubedinis pluſculum habebat. Horat. 2. Epiſtol. Lana Tarentino violas imitata veneno. ¶ Tarentina nux, è juglandiũ genere eſt, adeò fragili putamine, & ita mollis, ut vix attrectata rumpatur, κάρυον ταραντῖνον. Vnde quidã Tarentum appellatum putant, quòd juglandes nuces & pineas molles habeat, ac ſimiliter oves. Tarentum autem Sabini vocant molle, ſicut jam dictũ eſt: ad quod alludens Horatius libr. 2 Serm. Satyr. 4: -Tarentum molle vocavit. Quo pacto autem Tarentina nux arte effici poſſet, docet Columel. libro ult. cap. 22.

Tārne, es, τάρνη, Fons eſt in Lydia, in Tmolo mõte naſcens: teſte Plin. lib. 2. cap. 29. ¶ Fuit & òppidum ejuſdem nominis, ad Tmoli radices ſitum, cujus meminit Hom. lib. 5. Iliad Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

Tārpēĭa, τάρπεια, Virgo Veſtalis fuit, teſte Varrone, quę arcẽ Capitolinam patris ſui Tarpeii cuſtodię commiſſam, Sabinis prodidit: à quibus quum proditionis mercedem peteret (pacta enim erat, quicquid in ſiniſtris brachiis geſtarent, armillãs intelligens, quas illi aureas, gemmatasq; lęvo in brachio ferebant) ſcũtis illorum obruta, Tarpeïo monti nomen fecit, qui priùs Saturniùs dicebatur. Vide Livium lib. 1. ab Vrbe, & Plutarchum in vita Romuli.

Tārpēĭus mons τάρπειος ὄρος, *Capitoglio*, Idem qui Capitolinus: ita dictus à Tarpeia virgine Veſtali: quæ quũ arcẽ prodidiſſet, eorundẽ ſcutis obruta, eo in mõte ſepulta eſt. Virg. 8. Aen. ſedem Tarpeiam appellat. Hinc ad Tarpeiam ſedẽ, & Capitolia ducit, Aurea nunc, olim ſylveſtribus horrida dumis.

Tărphara, orum, τάρφαρα, τὰ, Vrbs fœlicis Arabię, cujus cives dicuntur Tarphareni, ταρφαρῆνοι Stephano.

Tārphē, τάρφη Stephano, Vrbs Locrorum Epicnemidiorum, juxta Pharigas: cujus meminit Homer. in Catalogo: τάρφην τε, ζῥόντόν τε, βοαγρίν ἀμφὶ ῥέεθρα. Nomen habet à Tarphe propin quo fonte, ſive ab arborum denſitate. ταρφὺς enim Græci denſum appellant.

Tārquĭnĭī, orum, τάρκυνία Stephano, Oppidum fuit Tuſcorum, è quo Tarquinius Priſcus Romam comigravit. Huic oppido vicinus erat lacus, duo nemora habens innatãtia, & prò vẽtorum impulſu nunc triquetram, nunc rotundam figuram edentia: ut refert Plin. lib. 2. cap. 95.

Tārquĭnĭēnsis, ſe: ut Tarquiniẽſis ager pro quo & Tarquinienſe legimus abſolutè. Plin. lib. 8. cap. 52: Qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit.

Tārquĭnĭus Priſcus, Demarathi Corinthii filius, Tarquiniis urbe Tuſcorum natus, primùm Lucumo dictus: qui ubi ſe in patria nullo in honore eſſe videret, quòd peregrino patre eſſet prognatus, ſuaſu uxoris (ea mulier fatidica erat, nomine Tanaquil) Romam ſeſe contulit ubi brevi propter opes, ingeniúque, dexteritatem in Anci Regis amicitiam inſinuatus, ab eodem relictus eſt liberorum ejus tutor: quorum tamẽ commoda propriis rationibus poſthabuit: brevíq; perfecit ut magno plebis conſenſu rex crearetur. Quare ut regnũ patùm juſtè partum ſtabiliret, centum patres in Senatũ allegit, qui minorum deinde Gentium dicti ſunt, ſuæ eos factionis futuros ratus, cujus beneficio in Senatum veniſſent. Bellum primùm cum Latinis geſſit, oppidumque Appiolas vi cepit. Circo maximo primus locũm deſignavit, locaque Patribus, Equitibusque diviſit, ex quibus ſpectacula ſpectarẽt. Sabinos victos Collatia, agroque Collatino mulctavit. Corniculum, Ficulneam veterem, Cameriam, Cruſtumeriam, Ameriolam, Meduliam, & Nomentum, priſcorum Latinorum oppida partim expugnavit, partim in deditionem accepit. Tandem quum annos duodequadraginta regnaſſet, dolo liberorum Anci in Curia eſt obtruncatus. Vide hæc latiùs apud Livium libr. 1. ab Vrbe. ¶ Tarquinius Collãtinus, Aegerii ex Tarquinii Superbi ſorore filius fuit, & gener Sp. Lucretii, qui Romæ præfectura urbis fungebatur. Hic quum in Ardeæ obſidione cum regis jũvenibus cœnaret, exorta de uxóribus mẽtione, quum ſuam quiſque certatim laudaret, Collatinus negat verbis opus eſſe, paucis id quidem ſciri poſſe, quãtum cæteris præſtet ſua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam advolant, regiasque nurus in conviviis, luxuq; cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes, Lucretiam noctè ſera lanę deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inveniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir, Tarquiniique benignè accepti, victor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido ſtuprandæ per vim Lucretiæ capit: tùm forma, tùm ſpectata caſtitas incitat. Diſſimulata tamen in præſens cupiditate, tùm quidẽ unà cum cęteris in caſtra redit: ſed paucis pòſt interjectis diebus Ardeam reverſus, & à muliere propinqua hoſpitio exceptus, nocte intempeſta conceptum animo facinus, vi miniſq; exequitur. Quam rem mulier caſtiſſima tàm ægrè tulit, ut poſtridie viro, patreque per literas accerſito, quum rem, uti geſta erat, expoſuiſſet, necem ſibi conſciverit. Pulſis deinde ob facinus tam tetrum Tarquiniis, Collatinus Bruto in Conſulatu datus eſt Collega: quo tamen non multò pòſt coactus eſt ſeſe abdicare, nõ aliàm ob cauſam, niſi quòd Tarquiniorum propinquus eſſet, eodemq; cum illis nomine diceretur. Vide Livium lib. 1. & 2. ab Vrbe. ¶ Tarquinius Superbus, ſeptimus & ultimus Romanorũ rex, cognomen à moribus meruit. Occiſo Servio Tullo, regnum ſceleſtè occupavit: bello tamẽ ſtrenuus Latinos, Sabinosque domuit: Sueſſam Hetruſcis eripuit. Gabios per Sextum filium ſimulato transfugio, in poteſtatem redegit: Ferias Latinas primus inſtituit. Quum Capitoliũ extruere inciperet, caput hominis invenit: ex quo cognitum eam urbem caput gentium futuram, ut ſcribit Terentius Varro de Lingua Latina, libro 4. Demum quum in Ardeæ obſidione filius ejus Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, cum eo in exilium actus ad Porſenam Hetruriæ regem ſe contulit; cujus ope regnum retinere tentavit.

Pulſus

Pulsus Cumas concessit, ubi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liv. lib. 1.

Tārră, πύρα, Vrbs Lydiæ, Lucii Grammatici patria. | Alia Cretæ in qua Apollo Tarrhæus colebatur. Tertia juxta Caucasum, Cretensium colonia. Stephanus.

Tārrācīnă, ταρρακινὴ Stephano, *Tarracina*, Oppidū Volscorum in Italia, antè Trachina: id est, aspera, à loci asperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, à Iove Anxuro, qui ibi colebatur barbatus, intonsusque. Vnde anxurum dictum putant, quasi ἀνάξυρον. Effertur & Tarracinę, arum, pluraliter. Liv. 4. ab Vrbe: Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt, urbs prona in paludes.

Tārrăcōn, sive Tarraco, cōnis, [ταρράκων: Vulgò *Arragon*. Germ. Ein Statt in Hispanien *Arragon* jetzt genannt.] Hispaniæ citerioris urbs olim clarissima, Scipionum opus, à qua præcipua Hispaniæ pars Tarraconensis cognominatur: quæ (ut Pomponius scribit lib. 2. altero capite Gallias, altero Bæticam, Lusitaniamque contingens, mari latera objicit, mediterraneo, quà meridiem spectat: qua Septentrionem, Oceano. Vrbium maritimarum opulentissima fuit Tarraco. Mediterranearum autem fuerunt Pallātia & Numantia, nunc est Cæsaraugusta. Circa Tarraconem nobilissimū nascebatur vinū, quod Tarraconēse dicebatur, ταρρακωνήσιον οἶνον, de quo Martialis: Tarraco Cāpano tantùm cessura Lyæo. Et Silius lib. 3: -dat Tarraco pubem Vitifera, & Latio tantùm cessura Lyæo.

Tārsŭs, τάρσος: Vulgò *Tarso*. Vrbs Ciliciæ præclarissima (ut autor est Strabo lib. 15, & regionis totius caput, in campis sita, & Cydno amne irrigata: cujus conditorem volunt fuisse Perseum Danaës filiū. Lucan. lib. 4: Deseritur Tauriq; nemus Perseaq; Tarsus. Alii tamē urbis hujus originem ad Sardanapalū referunt, postremum Assyriorum regem: cujus etiam monumento inciſum erat, quod Tarsum, & Anchialon die uno condidisset. Ex Tarso viri illustres orti sunt, Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Atheonodori, Philosophi stoici, quorū qui Cordilion dictus est, cum M. Catone vixit, & apud eum mortuus est. Alter Banavita à vico quodā, Cęsaris præceptor.

Tārsēnsĭs, Tarsense, possessivum: ut Tarsense pelagus. Colum. lib. 8. cap. 16.

Tārtărŭs, penul. correp. masc. genet. in plurali Tartara, neutri. [שְׁאוֹל *sheól* ταρταρος, ᾅδης, τάρταρος, τὰ. Germ. Die Hell. Polon. Pokolnak *az alsó feneke*. Vn. Piekło.] Locus profundissimus inferorum, in quo fontes plectuntur. A verbo Græco ταράττω, conturbo: quia illic omnia perturbata dicuntur: vel, quod verisimilius est, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: id est, à tremore frigoris. Solè enim caret, inquit Serv. Virgil. 6. Aen. -tum tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.

Tārtărĕŭs, a, um, adjectivum, pen. cor. ταρτάρειος, Virgil 7. Aen. -cornuq; recurvo Tartaream intendit vocem: id est, terribilem aut fortem inquit Servius.

Tārtărī, [Germ. Die Tartaren.] Populi sunt partis Sarmatiæ Europææ, moribus omniq; crudelitatis genere efferatissimi, incerti vagantes sedibus, ex præda victitantes, improvisis incursionibus maximè noxii, profundis & trucibus oculis, ac ferè cæsii, turbinato cranio, & circum tempora capite presso. Vide Vadianum in Melam. Nemo enim veterum hac usus est appellatione: cùm sit vox novitia, & paucis abhinc seculis nata.

Tārtēssŭs, [ταρτησσὸς: Vulgò *Tariffa*. Ger. Ein Statt in Hispanię am Meer gelegen/jetzt heißt sie *Tariffa*.] Hispanię Bæticæ oppidū, in littore Oceani situm, ea in parte qua primùm ex angusti freti faucibus panditur mare. Hæc eadem esse creditur cum ea, quam nostri *Carteiam* appellant: dicente Plin. lib. 3. cap. 1: Carteia, quam Græci *Tarteſſum* appellant. Quod & ipsum confirmat Strabo, ita scribens lib. 3: Tarteſſum hujus temporis nonnulli Carteiam appellāt. Silius tamen lib. 3, Tarteſſam omninò aliam facit à Carteia: quàm rectè, ipse viderit. Livius certè lib. 8. Decad. 3, situm Carteiæ describēs, omninò easdem fuisse ostendit: Dum hæc (*inquit*) ad Bætim fluvium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum evectus, ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in Ora Oceani sita est, ubi primum è faucibus angustis panditur mare. Tarteſſus olim vivacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Argāthonius centum quinquaginta annos dicitur regnasse.

Tārtēssĭăcŭs, ca, cum, possessivum: Tarteſſiaci thyrsi, apud Columellam lib. 10.

Tāruānnă, τερέανα: Vulgò *Terouanne*, Morinorum urbs est in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Hodie à Carolo V. Imperatore solo æquata.

Taruedume, es, ταρουδοῦμον: Vulgò *Dirigibe*, Promontorium extremum in tractu Septentrionali Britanniæ insulæ, non procul ab Orcade, altero promontorio, & Narbari fluminis ostio. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Tārūntĭŭs, Vir fuit tùm philosophiæ, tùm mathematicarum disciplinarum in primis studiosus: qui quum ad astrologiæ disciplinam se contulisset, contemplationis gratia: & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varro, ut Romuli conceptionem in diem & horam deduceret, inspectisq; ejus vitę institutis ac rebus gestis, ex illis consequentiam colligeret, veluti Geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Autor Plutarchus in Romulo.

Tarus, ri, Cisalpinæ Galliæ fluvius, in Apennino nascens, & in Padum se exonerans. Plinius libro 3. capite decimosexto. Vulgò *Tarro*.

Taruscum, Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Saliorum urbs in Gallia, Vulgò *Tarraſcon*.

Tasmenes, (quod hìc pro Nestoris filii nomine corruptè legebatur) Vide THRASYMEDES.

Tătĭŭs, Sabinorum dux fuit, acerrimusque popul. Rom. hostis, qui proditione Tarpeiæ virginis Capitolio capto, ex superiore loco adversus Romanos in aciem descendit: ubi quū aliquandiu acerrimè, sed varia victoria pugnatum esset, tandem dirempto interventu Sabinorum prælio pax ita convēnit, ut Sabini in urbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verùm quum postea Tatii propinqui Laurentium legatos pulsassent, eamque injuriam Tatius inultam reliquisset, illorum pœnam in se convertit. Nam quum Lavinium ad solenne sacrificium venisset, concursu oppidanorum facto, est interfectus. Autor Liv. lib. 1, ab Vrbe. Virg. 8. Aeneid. -subitoq; novum consurgere bellum Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.

Tătĭēnsēs, Tertia pars populi Romani, sub Romulo, à T. Tatio Sabino, quem Romulus ex fœdere in regni portionem acceperat denominata. Ager Romanus (inquit Varr. lib. 4. de ling. Lat.) primùm divisus fuit in partes tres: unde Tribus appellatæ, quæ Tatiensium fuerunt, Ramnensium, & Lucerum: ut ait Iunius, Tatienses à Tatio, Ramnenses à Romulo, Luceres è Lucumone. Livius contrà lib. 1. ab Vrbe, non Tribus hasce fuisse, sed equitum centurias asserit.

Tăttă, τάττα, Lacus est majoris Phrygiæ post Galatiam, Austrū versus, juxta Morimenos, fontes habens salis nativi, qui adeò faciliter rebus immersis circūgelascit, ut sæpè quum funalem torquem demiserint, salis coronas educant. ¶ Quin ipsæ etiam volucres aquas contingentes facilè capiuntur, quum sale repentè concreto alis constrictis, ipsarum ministerio ad volandum uti non possint. Autor Strabo lib. 12.

Tāttæŭs, sal, ἅλς ταττάϊος, qui & Phrygius, oculis præcipuè utilis. Autores Dioscorides lib. 5. & Plin. lib. 31. cap. 7.

Taucira, Herodoto lib. 4, Civitas Barcæorum, qui sunt Aphricæ populi, Cyrenaicis ad Occasum proximi.

Taŭlāntĭī, ταυλάντιοι, Illyrici populi, teste Plin. lib. 3. ca. 22. qui postea mutatis sedibus, in eam Macedoniæ partem se contulerunt, quæ mari Adriatico incūbit, non procul à Dyrrhachio, ubi Arnissam oppidum incoluerunt, teste Ptolemęo lib. 3 cap. 13. Horum meminit & Lucan. lib. 6: Quemque vocat collem Taulantius incola Petram, Insedit castris.

Taŭrĕă, Iubellius, Vir fuit Campanus insigni corporis robore, in Annibalis castris militās: qui quum Claudium Asellum Romanum apud Nolam ad singulare certamen provocasset, post inanem garrulitatem, quum Asellum ad se accedere videret, pedibus magis quàm manibus fretus, intra oppidum se recepit: quem insequutus Asellus unà cum ipso urbem ingressus, inter tot hostium tela incolumis per alteram portam evasit. Hic postea capta à Fulvio Capua, manu propria conjuge, liberisque interfectis, se postremò ante pedes imperatoris gladio transfixit. Autor Livius 2. bel. Pun.

Taŭrēŭs, ταύρειος, Neptuni epitheton, sive quod ei tauri solēt immolari: vel, Virgilio teste, quòd mare (cui præesse putabatur) taurinum boatum imitetur.

Taŭrī, orum, ταῦροι, Sarmatiæ Europææ populi, Bosphorum Cimmerium peninsulam inhabitantes, eodem Bosphoro, Byce palude & Carcinite sinu circunfusam, tenui tantùm Isthmo continenti adhærentem: quæ de incolarum nomine Taurica Cherronesus appellatur. Fuerunt autem Tauri omninò inhospitales, moribusque immanissimis, ut qui hospites omnes Dianę solerēt immolare: cujus sacrificii primus author Thoas fuisse perhibetur: unde & Diana ipsa Thoantea dicitur à Silio lib. 4: Sacra Thoanteæ, ritusque imitata Dianæ. Herodotus tamen lib. 4, autor est, non Dianam esse, sed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas soleant immolare, naufragos præsertim, & Græcos, quovis casu illuc delatos: quorum post preces peractas caput clava feriebant: truncum de rupe deturbabant, caput cruci affigebant. Hostibus autem in bello captis, aut in prælio occisis, capita præcidebant, & perticę suffixa quàm maximè sublimia suprà fumarium statuebant, existimantes hoc ad totius domus tutelam, custodiamque pertinere.

Taŭrĭcŭs, a, um, ταυρικὸς, Adjectivum est à Tauris Cimmerii Bosphori accolis dictum: ut Diana Taurica apud Ovid lib. 4. Tristium,

Tristium, & Scythæ Tauricí, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Taurāniă, ταυρανία, Oppidum fuit Campaniæ non procul à Stabiis, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. inter ea oppida quæ in Italia interciderunt.

Taurĭānum, Brutiorum oppidum in Italia juxta Rhegium. Autor Pomponius Mela libro 2. Plin. lib. 3. cap. 5. Tauranium appellat.

Taurĭi, numero plurali, & Taurĭlia, [ταυρίλια βερόνια. Germ. Die Rinderfäst oder Rinderspyl.] Ludi in honorem deorum inferorum facti: quos & Boalia & Bupetias vocatos invenimus: quanquam duobus hisce nominibus potiùs sacrificia quædam significantur, quæ pro boum salute fieri solent. De origine horum ludorum refert Festus Pompeius, quòd regnante Tarquinio Superbo, quum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas ex carne taurorum diu vendita, ob hoc ludi diis inferis instituti sunt, qui Taurii sunt appellati.

Taurĭcă Cherronesus, ταυρικὴ χερρόνησος, Peninsula est in finibus Europæ, Bosphoro Cimmerio, Bycè palude, & Carcinite sinu propemodum circumfusa, angusto tantùm isthmo continenti adhærens, immisi Dianæ ara, & nefanda hospitum immolatione infamis. Civitates multas habet, ex quibus præcipuæ fuerunt Eupatoria & Theodosia, hodie *Capha*. Legitur & Taurica absolutè. Iuven. Sat. 15: nefandi Taurica sacri Inventrix, homines tantùm immolat.

Taurīni, *Di Turin in Piemonte*, Populi Italiæ Transpadanæ, sub Alpium radicibus, à Liguribus oriundi, quorum urbs Augusta Taurinorum commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 17.

Taurisāni, Venetiæ populi, per quorũ regionem Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Plin. lib. 3. cap. 18.

Taurīsci, Populi Germaniæ, Carnis, & Pannoniis finitimi, quos mons Cladius dirimit à Scordicis, postea Norici appellati, teste Plin. lib. 3. cap. 20.

Tauromĭnium, [ταυρομήνιος Ptolemæo: ταυρομίνιον Stephano: Vulgò *Taormino*. Ger. Ein Statt in Sicilien.] Siciliæ oppidũ est, à Zanclæis conditum, non procul à Drepano promontorio: testibus Plin. lib 5. cap. 8, & Strabone lib. 6.

Taurŏmĭnītānus, a, um. Silius lib. 14. Tauromenitana cernunt à sede Charybdin.

Taurŏpŏlos, ταυροπόλος, Dianæ cognomen, apud Dionysiũ Aphrum, impositũ ab eo, quòd apud Tauros Cimmerii Bosphori accolas coleretur, aut quòd gregibus præesset, ut ex parte totum intelligamus: aut certè quòd eadem sit cum Luna, quæ tauris vehitur. Vide Eustathium in Dionysium.

Taurŏpŏlium, ταυροπολεῖον, Dianæ templum in Icaria insula, teste Strabone lib. 14.

Tauroscythæ, ταυροσκύθαι, Populi ex genere Scytharũ, summa Tauricæ Cherronesi juga incolentes. Autor Plin. lib. 14. c. 12.

Taururum, [ταυρύεσσον. Hodie *Belgradum* vocant, & *Alham Græcam*. Vulgò Griechisch weyssenburg.] Pannoniæ inferioris oppidũ, ad Danubium situm, ea in parte, qua Saus, & Dravus Danubio immiscentur. Vide Ptolemæum lib. 2. cap 16. Plinius Taurunum appellat, lib. 3. cap. 25.

Taurŭs, ταῦρος Berytius, philosophus Platonicus, A. Gellii familiaris, sub Antonino Pio floruit. Scripsit de differentia sectarum Platonis & Aristotelis: de corporeis, & incorporeis, & alia, ut est autor Suidas.

Taurŭs, [ταῦρος. Germ. Ein treffentlich groß Gebirg / so sich von *Cilicia* an durch das gantz *Asiam* biß in *Indiam* hineyn erstreckt.] Mõs Asiæ totius longè maximus, qui ab Indico mari exurgens, vastè satis attollitur: dein dextro latere ad Septentrionem, sinistro ad Meridiem versus it, in Occidentem rectus & perpetuo jugo, multarumq; gentium, quà dorsum agit, terminus: sed pro gentium ac linguarum varietate diversa habet nomina. Prima sui parte Imaus dicitur, mox Edrigis, Paropamisus, Circius, Cambades, Pharpharides, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus: atque ubi se quoque exuperat, Caucasus: ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon Coracesius, Cragus iterumque Taurus: etiam ubi dehiscit, seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vendicans, quæ alibi Armenicæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quinetiam confractus effugiens quoque maria, plurimis se gentium hominibus hinc & inde implet: à dextra Hyrcanus, Caspius: à læva Pariedrus, Moschius, Amazonicus Corax, Scythicus appellatus: in universum verò Græcis Ceraunius. Cætera vide apud Plinium lib. 5. cap. 27, ubi latissimè montis hujus descriptionem exequitur.

Taxĭlă, τάξιλα Stephano, Indiæ urbs amplissima, inter Indum, & Hydaspen fluvios sita: cujus incolæ Taxilæ appellantur à Plin. lib. 6. cap. 20. In hac urbe (ut scribit Philostratus) Apollonius invenit elephantem, quem vittis & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines esse dicebant, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnaverat: quem idcirco Alexander Soli dicavit, torques aureos circa cornua adaptans.

Taygĕtē, vel Taygeta, tæ, ταϋγέτη, Atlantis & Plejones filia, teste Hygino, una Plejadum, quæ Iovi peperit Lacedæmonem, urbis sibi cognominis conditorem. Virgilius quarto Georg. Taygete simul os terris ostendit honestum Plejas, &c. Vide PLĒIAS.

Taygĕtŭs, ti, mascul. gener, & Taygeta, orum, neutri, ταΰγετον, Mons est Laconiæ, teste Strabone: nõ ille quidem admodum magnus, sed tamẽ excelsus & erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quem Libero patri sacrum fuisse tradit Servius in illud Virg. 2. Georg. ô ubi campi, Sperchiusque & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Hujus montis bona pars quum terræmotu corruisset, Spartanorum urbem oppressit: ut refertur à Cic. lib. 1. de Divinat. & à Plin lib. 2 cap 79 Fuit præterea hic mons Castori & Polluci sacer, qui in ejus radicibus nati dicuntur: quod & Homerus asserit in Hymnis:

Κάστορα τὸ πολυδεύκε᾽ ἀείσετο μοῦσα λιγεῖα
Τυνδαρίδας, οἳ ζωὸς ἀλυμπίοις ἐξεγένοντο,
Τὼ καὶ ὑπὸ παύρῃσι κορυφῆς τύπε πότνια λήδη,
Δάφνῃ ὑπὸ μενοεικέϊ κελαινεφέι κρονίωνι.
Χαίρετε τυνδαρίδαι, πεπνύμενοι ἱππόται ἵππων. Id est, Castora & Pollucem cãtato musa stridula Tyndaridas, qui Iove Olympio prognati sunt, quos sub Taygeti verticibus peperit veneranda Leda, latenter commista nubes denigranti Saturnio. Salvete Tyndaridæ, celerum cultores equorum.

T ante E.

Tĕānum, τεανὸν Stephano, Duarũ civitatum nomen est in Italia. ¶ Est enim Teanum Sidicinum in Appia via, & Teanum Apulum in finibus Apuliæ, distãs à Larino XVIII. M. passuũ. Hujus meminit aliquoties Cic. in Orat. pro Cluentio Illius etiam mentionem facit Horat. lib. 1. Epistol. Cras ferramenta Teanum Tolletis fabri.

Tĕărco, τέαρκων, Aethiopiæ rex potentissimus, qui bonam Europæ partem dicitur subegisse, & ad Herculis usq; columnas esse progressus, referente Strabone lib. 15.

Tearus, τέαρος, Thraciæ fluvius, duodequadraginta nascens fontibus, partim calidis, partim frigidis, & in Contadesdum amnem influẽs, qui in Agrianes illabitur. Agrianes autem in Hebrum. Ad hoc flumen quum pervenisset Darius Hystaspis filius, aquis ejus delectatus, triduo ibi commoratus est: cippumque ibidem erexit cum hac inscriptione: Teari amnis capita optimam atque pulcherrimam cunctorum amnium aquam continent, & ad ea pervenit exercitum ducens adversus Scythas, vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum, Darius Hystaspis filius, Persarum, cunctæque continentis rex. Autor Herodot. lib. 4.

Tĕāte, pen. prod. τέατη Ptolemæo, Oppidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ: cujus incolæ dicuntur Teatini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Tectŏsāgĕs, [τεκτόσαγες, ἢ τεκτοσάγαι Stephano. German Die Völcker des Ertzbistumbs *Tolosa* in Langendocken.] Galliæ Narbonensis populi, quàm maximè in Occidentem vergentes, Pyrenæis, & Cemeniis montibus proximi: quorum oppida sunt, Tolosa, Carcasso, Ruscino, & Narbo Martius, aliaque nonnulla, quæ vide apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 10. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habiti sunt, qui quum domi multitudine abundarẽt, relictis sedibus, per Græciam, tunc gentium victricem, in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in uberrimis Cappadociæ campis consederunt.

Tedavium, Fluvius est in extremis finibus Iapidiæ, cujus meminerunt Plin. lib. 3. cap. 21, & Ptolem. lib. 2. cap. ult.

Tĕgĕă, pen. cor. τέγεα Oppidum Arcadiæ: à quo Tegæus, τεγεάτης sicut à Nemea Nemeæus. Vnde Pan Arcadiæ deus dictus Tegeæus. Virg. 1. Georg. Pan ovium custos tua si tibi Mænala curæ, Adsis ô Tegeæe favens Propertius: Fictilis & calami Pan Tegeæe tui. Ensis Tegeæus: id est, Arcadius. Virg. 8 Aen. Tunc lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Hujus urbis incolæ etiam Tegeates, τεγεάται, dicuntur. A quo rursum deducitur aliud adjectivum, Tegeaticus, a, um: unde Mercurium Statius Tegeaticum appellat: Et cum Mœnalia volucer Tegeaticus umbra.

Tĕgēsĭus, si, τεγησιὸς, Cypri oppidum: à quo fit gentile Tegesius, sive Tegesseus Steph.

Tegyra, τέγυρα Bœotiæ urbs, in qua Apollinem natum volũt, qui inde Tegyreus cognominatur. Steph.

Tēĭum, quod hîc pro Paphlagoniæ, seu Ponti urbe legebatur: Vide TIVM. Pro Ionica autem Vrbe, Anacreontis Poëtæ patria, lege TEOS.

Tĕlămon, τελαμὼν, Rex Salaminis insulæ, Aeaci filius, frater Pelei, & Pater Ajacis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ovid. 12. Metam. Ne mandate mihi: melius Telamonius ibit. ¶ Est & Telamon Vmbriæ portus. Plin lib 3. cap. 5.

Telăndrŏs, τηλανδρος, Lyciæ oppidum est apud Plinium lib. 5. cap. 27. Item insula in mari Lycio, cujus meminit idem Plin. lib. 5. cap. 31.

Telane;

Telane, es, πλωΐν, Vrbs antiquiſſima Phrygiæ, quam Ninus inhabitavit ante Ninum conditam. Autor Stephan.

Tĕlchīnēs, pen. prod. πελχῖνες, Filii Minervæ, & Solis: vel ut alii malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum inſulam tenuerunt: unde etiã Rhodus ipſa dicta eſt Telchinis. Hos quidam maleficos homines fuiſſe prodiderunt, aſpectu ſolo omnia effaſcinantes. Quorum ſententiam ſecutus eſt Ovid. libro 7. Metamorph. ſic ſcribens: Phœbeamque Rhodon, & Ialyſios Telchinas, Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu Iuppiter exoſus fraternis ſubdidit undis. ¶ Alii eoſdem faciunt cum Curetibus & Dactylis Idæis, ſummosque artifices fuiſſe tradunt: veneficiorum autem infamiam ab illorum æmulis fuiſſe diſperſam. Vide Strab. lib. 10.

Telchinis, Carpathii maris inſula, quæ notiore nomine dicitur *Rhodos*: ita dicta à Telchinibus, qui olim eam inſulam tenuerunt. Vide Strab. lib. 10.

Tĕlchĭus, πέλχιος, Alter ex Caſtoris & Pollucis aurigis, qui unà cum Amphito Dioſcuriadem urbem apud Colchos traditur condidiſſe, referente Plin. lib. 6. cap. 5.

Tĕlĕbŏæ πλεβόαι, Aetoliæ populi fuerunt latrocinio infamati. De quibus Ariſtoteles in Politicis: In Acarnanum politea, quandam Acarnaniæ partem Curetes habent: ſpectantem verò in Occaſum plagam Leleges tenent: reliquam inde Teleboæ. ¶ Alii dicunt fuiſſe Caprearum populos, quos Telon ſuo regebat imperio: quod & Servius annotavit in illud 7. Aen. Nec tu carminibus noſtris indictus abibis Oebale, quem generaſſe Telõ Sebetide nympha Fertur, Teleboûm Capreas quum regna teneret, Iam ſenior.

Tĕlĕbŏās, πλεβόας, Vnus ex Centauris, Ixionis ex nube filius. Ovid. lib. 12. Metamorph. -Chthonius quoque Theleboasq; Enſe jacent noſtro.

Tĕlĕgŏnŭs, pen. cor. πηλέγονος, Filius fuit Vlyſſis ex Circe, qui quum jam adoleviſſet, videndi patris cupidus, in Ithacam navigavit: quumq; à miniſtris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Vlyſſes, quum & ipſe jam ſenior ſuis opem ferret, à filio ſuo eſt occiſus oſſe piſcis cujuſdam, qui à Græcis *Xiphias* dicitur. Quod ubi cognovit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiã venit, ubi Tuſculum condidit. Ovid. Et jam Telegoni, jam mœnia Tyburis udi Stabant agricolæ quæ poſuêre manus. Dictus eſt autem Telegonus, quaſi ſerò & in ſenectute genitus, & unicus poſt quem genitum non eſt alium parere.

Tĕlĕmăchŭs, πηλέμαχος, Vlyſſis ex Penelope filius, quem ad Trojam proficiſcens apud matrem reliquit: eundemq; poſtea in ulciſcendis procis habuit adjutorem. Ovid. in Epiſt. Penelopes: Tres ſumus imbelles numero ſine viribus, uxor, Laërtesq; ſenex, Telemachusq; puer.

Tĕlĕmŭs, τήλεμος, teſte Homero in Odyſſ. & Theocrito in Bucolicis Eurymi filius, & inter Cyclopas Vates egregius, qui Polyphemo prædixit quęcunque poſtea ab Vlyſſe paſſus eſt. Hujus meminit Ovid. lib. 13. Metamor. Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit: lumenque quod unum Fronte geris media rapiet tibi dixit Vlyſſes.

Tĕlĕphănēs, πλεφάνης, Ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo accerſitus, qui anteà currus factitabat. ¶ Fuit & ejus nominis tibicen, cujus meminit Demoſthenes in oratione contra Midiam.

Tĕlĕphŭs, πήλεφος, Myſorum rex fuit, & Herculis filius, ex Auge nympha: qui quum avi juſſu in ſylvis expoſitus eſſet, à cerva aliquandiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, ut mox à Myſiæ rege adoptatus ſit, & regni hæres inſtitutus. Factus itaque Myſorum rex, quum Græcos ad Trojanam expeditionem proficiſcentes prohibere conaretur ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt. Cujus plagæ quum nullum ſatis efficax inveniretur remedium, oraculo reſponſum eſt, fore ut eadem haſta, qua vulneratus erat, ſanaretur. Reconciliatus itaq; Achilli, ab eo impetravit ut ex haſtæ, qua ictus erat, rubigine malagma cõficeretur, & vulneri ſuo imponeretur: quo facto, ſtatim ſanitatem eſt conſecutus. ¶ Telephus alter, Pergamenſis Grammaticus, qui multis editis voluminibus quæcunque Grammaticum ſcire convenit, pertractavit. Vide Suidam qui ſcripta ejus nominatim enumerat.

Tĕlĕsīllă, Mulier fuit pœtria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua poſita eſt, ut ſcribit Pauſanias.

Tĕlĕsthō.ûs, πλεσθώ, Nomen Nymphæ, Oceani & Tethyos filiæ. Heſiodus in Theogonia: Μήτις τ' ἀγαθέη τε, πλεσθώ τε καρυάτιδος.

Tĕllĕn, τέλλω, Tibicen, & pœta ineptiſſimus, cujus meminit Diarchus Meſſenius apud Zenodotum. Hinc ortum eſt proverbium: Cane Tellenis cantilenas: quod quidam dici putant de dicacibus, ſeu mordacibus, quidam de ineptè loquaculis. Sunt enim qui tradant hunc jocos quoſdam verſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe, non ſine multo ſale ſcommatum. Hæc Eraſmus in Chiliad.

Tellias πελλίας, Herodot. lib. 8, Vates fuit Eleus, qui Phocenſibus cum Theſſalis bellum gerentibus rem hujuſmodi commentus eſt: ſexcentos viros è Phocenſibus præſtantiſſimos, gypſo, tàm ipſos quàm arma illinit, eosque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, dato præcepto ut quencunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primùm Theſſalorum excubitores prodigium quoddam eſſe arbitrati, deinde ipſi exercitus adeò exhorruerunt, ut tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint.

Tellŭs, ūris, [γῆ καὶ χθών. Germ. Die Göttin des Erdtrichs.] Terræ dea eſt. Cic. 3. de Natura deorum: Iam ſi eſt Ceres à gerendo (ita enim dicebas) terra ipſa dea eſt, & ita habetur. Quæ eſt enim alia Tellus, niſi terra? Idem Quint. Fratr. lib. 3: Reddita etiam mihi eſt pervetus epiſtola, ſed ſerò allata, in qua de æde Telluris, & de porticu Catulli me admones. ¶ Non raro tamen Tellurem pro ipſa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipſis frugibus. Plin. lib. 2. cap. 5, Vitalem hunc ſpiritum & per cuncta rerum meabilem, totoq; conſertum; cujus vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurẽ. Virg. 1. Aen. -ac magno telluris amore Egreſſi, optata potiuntur Troës arena. Vbi Servius, Tellurem pro terra poſuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum: ut plerunque Vulcanum ponimus pro igne.

Tellŭs, li, πέλλος. Athenienſis quidam fuit, genere non admodum claro, quo vita integerrimè acta honeſtiſſimam pro patria fuſis jam hoſtibus, mortem occubuit, liberis omnibus ſuperſtitibus, publicoque funere in rogum illatus. Quamobrem non dubitavit Solon, cum mortalium omnium fœliciſſimum judicare. Vide Plutarch. in Solone, & Herod. lib. 1.

Tĕlmĕſſŭs, πελμησσὸς Ptolemæo, ſive Telmiſſus, πελμισσὸς Straboni, Stephano, & Suidæ, Oppidum Lyciæ: vel (ut Ciceroni placet) Cariæ, Aruſpicum diſciplina in primis excellens: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

Tēlŏs, τῆλος, Vulgò *Epiſcopi*, Inſulæ nomen unius ex Sporadibus, in qua conficiebatur præſtantiſſimum unguentum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin. lib. 4. cap. 12: Telos unguento nobilis, à Callimacho Agathuſa apellata.

Tēlphūſſă, τέλφουσα Vrbs in Arcadia, à Telphuſſa, Ladonis filia, nomen habens. ¶ Eſt & Telphuſſa, ſive (ut alii malunt) Tilphoſſa, fons Bœotiæ gelidiſſimus, quem quum Tireſias jam ſenex potaſſet, ſtatim extinctus eſt, calore nimirum interno tanta frigoris vi oppreſſo.

Telus, Sybaritarum tyrannus, teſte Herodot. lib. 5.

Tēmbrĭus, Fluvius juxta Pontum, teſte Orpheo in Argon.

Tĕmĕſă, æ, vel Temeſe, es, penult. corr. τεμέση Steph. Vrbs eſt in agro Brutio, ab Auſonis cõdita, olim ærifodina nobilis: quæ deinde mutato nomine Tempſa vocata eſt. Plin. lib. 3. cap. 5: Tempſa, *inquit*, à Græcis *Temeſa*, dicta. Ovid. 15. Metam. Turinosque ſinus, Temeſenque & Iapygis arva.

Tĕmĕſæŭs, a, um, adjectivum, τεμεσαῖος: ut Aes Temeſæum. Ovid. 7. Metam. -quanvis Temeſæa labores Aera tibi minuãt. ¶ Et Temeſæus genius: de quo vide Eraſmum in Adagiis.

Tēmnŏs, τῆμνος Stephano & Straboni, Vrbs eſt Aeolidis. Hermogenis Rhetoris patria. Cic. pro Flacco: Temni uſque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit: & qui ſe artem dicẽdi traditurum etiam cæteris pollicebatur, ipſe omnibus indiciis turpiſſimis convictus eſt.

Tēmnītēs, τημνίτης, Gentile. Cic. pro Flacco: Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.

Tēmpĕ, [τέμπη. Germ. Ein luſtigs ort oder gegne in *Theſſalia* einer groſſen Teutſchen meil wegs lang vnd ein wenig breiter / mit ſchönen Wyſen vnnd Bäwmen / durch welche der fluß *Peneus* fleußt.] neutro genere, & numero plurali, Propriè Theſſaliæ loca, quinque millia paſſuum longitudine, & fermè ſex latitudine, Peneo amne irrigua, cujus ripæ gramine viridi, amœniſſimisque veſtiuntur arboribus. Ovid. 1. Metam. Eſt nemus Aemoniæ præruptа quod undique claudit Sylva, vocant Tempe, per quæ Peneũs ab imo Effuſus Pindo, ſpumoſis volvitur undis. ¶ Sunt & Tempe in Bœotia, quæ Teumeſia dicuntur, à Teumeſſo monte Bœotiæ, ab Ovidio Cygneia dicta. ¶ Sunt & alia in Sicilia, & nomine amnis Heloria. ¶ Denique quælibet loca amœna, nemora præſertim atq; aquas habentia, Tempe vocamus κοπιχρησικῶς. Virg. 2. Georg. Speluncæ, viviq; lacus, ac frigida Tempe.

Tēmpſă, Fuit civitas Brutiorum, alio nomine Temeſa appellata, teſte Plinio, libro 3. cap. 5, τεμέση. Vide ſuprà in dictione TEMESA.

Temeſis, Cacumen eſt Tmoli montis, tàm inſigni aëris temperie, ut incolæ ſupra CL. annos vivant. Autor Mutianus, referente Plin. lib. 7. cap. 48.

Tĕnĕdŏs, pen. corr. [τένεδος: Vulgò *Tenedo*. Germ. Ein Inſel im Egeiſchen Meer zwiſchen *Mitylene* vnnd dem *Helleſponto* gelegen.]

Inſula

Insula in mari Aegæo, inter Lesbum & Hellespontum, contra Trojam, à Sigeo litore XII. M passuum distans, à Lesbo LVI. M. Hæc priùs Leucophrys, λευκόφρυς appellatur, à nonnullis etiam Phœnice & Lyrnessos, teste Plin. lib. 5. cap. 31. In hanc ex Troade navigavit cum novis colonis Tenes Cycni filius: conditaque urbe, de nomine suo Tenedon eam vocavit, à qua & insula denominata est. Cicer. 3. Verr. Tenedo (præterea pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui illam urbem dicitur condidisse, cujus ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, *inquam*, Tenem pulcherrimè factum, quem quondam in comitiis vidistis, abstulit magno cum gemitu civitatis. Insula hæc ante bellum Trojanum florentissima fuit: in qua Græci supremas illas, quibus Troja periit, insidias struentes, sese occultarunt: quod & Virgil. testatur lib. 2. Aen. sic scribens: Est in conspectu Tenedos notissima fama Insula, dives opum, Trojæ dum regna manebant, Nunc tantùm sinus, & statio malè fida carinis. Huc se provecti deserto in littore condunt.

Tĕnĕdĭus, a, um, τενέδιος, adjectivum: ut Tenedius tibicen, pro calumniatore, & falso teste: proverbium tractum ab eo, quòd Philonome tibicinem suum dicatur subornasse, qui apud Cycnum testaretur, ipsam à Tene de stupro fuisse interpellatam. ¶ Tenedia securis, τενέδιος πέλεκυς, pro Iudice nimiùm severo: propterea quòd Tenedi olim rex securim gestans, causas soleret audire, nocentemque statim securi percutere. Vide Erasmum in Adagiis.

Tĕnēs, næ, τένης, Filius fuit Cycni, & Scamandrodices, Tenedi urbis conditor, ut refert Lycophronis Scholiastes. Cic. 3. Act. in Verrem: Tenem apud Tenedios in Sicilia putât esse sanctissimum Deum, ac eorum urbem condidisse:

Tĕnĭræ, Credebantur esse sortium deæ, quòd tenendi potestatem haberent. Festus.

Tēnŏs, τῆνος, Insula una ex Cycladibus, in qua est oppidum ejusdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrussam, ὑδροῦσσαν, appellatam dicit: alioqui Ophiussam, ὀφίουσσαν, Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Tentўrā, orum, penult. corr. sive Tentyris, idis, τέντυρις Ptolemæo & Straboni, τεντύρις Stephan. Vrbs est Aegypti in ejusdem nomipis insula, quam Nilus efficit: cujus incolæ Tentyritæ vocantur: de quibus vide in dictione sequentè. Iuvenal. Satyr. 15: Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.

Tēntўrītæ, penultima prod. τεντυρῖται, Populi sunt ex Tentyris Nili insula, qui tanto crocodilis terrori esse dicuntur, ut sola eos voce in fugam vertant. De his sic scribit Plinius libro 8. cap. 25: Quin & gens hominum est huic beluæ adversa in ipso Nilo Tentyritæ, ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parva, sed præsentiâ animi in hoc tantùm usu mira. Terribilis hæc contra fugaces belua est, fugax contra insequentes. Sed adversum ire hi soli audent: quinetiam flumini innatant, dorsoque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os clava, dextera ac læva tenentes extremâ ejus utrinque, ut frænis in terram agunt captivos, ac voce etiam sola territos cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque ei uni insulæ crocodili nõ adnatant, olfactuque ejus generis hominum, ut Psyllorum serpentes fugantur. Strabo quoque libro 17: Quum (*inquit*) crocodili Romam allati essent ut viderentur, Tentyritæ eos sequebantur, facta est ab illis piscina quædam, & foramen in uno laterum, ut ex aqua in apticum egredi possent: Tentyritæ aderant qui eos interdum reti educebant ad solem, ut à spectatoribus viderentur: interdum in aquam intrantes, rursum eos in piscinam retrahebant. ¶ Nonnulli hos etiam Tentyros vocari putant: & ita vulgò legitur apud Plin. li. 28. cap. 3: Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant. Quo in loco alii legunt ad hunc modum: Nam in insula Nili Tentyris nascentes: ut Tentyris ablativus sit à Tēntyra, orum, quod insulam ipsam significat.

Tĕōs, τέως Stephano, Ioniæ civitas Anacreontis Poëtæ patria, qui ab ea Teïus est cognominatus. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt arsisse batillo Anacreonta Teïum. ¶ Est & altera ejusdem nominis civitas in Scythia, ad paludem sita, piscibus referta, cui sereno tempore oleum innatat tanta copia, ut in vasa colligi possit, & necessariis usibus adhiberi. Autor Stephan.

Tĕrentĭă, Ciceronis uxor fuit, Epistolis ipsius notissima: quã postea à viro repudiatam Salustius uxorem duxit; ut inimici sui arcana certiùs posset discere ex ea, quæ omnium ejus consiliorum particeps fuerat & socia. Connumeratur hæc à Plin. lib. 7. cap. 48, inter longissimæ vitæ exempla, ut quæ usque ad CXVII annum dicatur pervenisse.

Tĕrentĭŭs, [τερέντιος. German. Ein fürtreffentlicher Lateinischer Comedischreiber/ von Carthago bürtig.] Poëta comicus, natione Afer, patria Carthaginensis, libertus fuit Romæ Terentii Lucani: à quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum nobilissimorum amicitiam pervenit, præcipuè Scipionis, & Lælii: quorum etiam opera adjutus creditur in scribendo, ob sermonis elegantiam. Cui opinioni adstipulatur etiam Varro: Non obscurum est, *inquiens*, adjutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipse famam auxit. Nunquam enim, nisi leviter se tutari conatus est. Scripsit fabulas sex, quæ omnium manibus teruntur. Posthac visendarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo navim conscendit, nusquam deinde conspectus est: quò fit, ut naufragio credatur periisse. Latiùs exequitur hujus vitam Donatus in Prolegomenis Andriæ. ¶ Terentius Scaurus, Grammaticus, quẽ Gellius dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Cæsellii Vindicis Grammatici erroribus scripsisse. ¶ Terentius Culeo, senator Romanus, captus à Carthaginiensibus fuit, & redemptus ab Africano majore: unde & currum ejus sequutus esse dicitur pileatus: ut refert Liv. 10. bell. Pun. Hinc natus error apud indoctos, qui Terentium comicum à Pœnis captum fuisse, & à Scipione redemptum crediderunt. ¶ Terentius Varro, collega Pauli Aemilii post cladem Cannensem cum reliquiis exercitus, Canusium se recepit. Cui Romam redeunti gratulatus est populus Romanus, quòd de Republica non desperasset.

Tĕrentŭs, Locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur: quæ ludis tantùm secularibus effossa terra ostendebatur: iisque peractis, rursùs claudebatur. Martialis: Bis mea Romano spectata est vita Terento. Hoc est, binos spectavi ludos seculares. Idẽ lib. 4: Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.

Tĕrentīnŭs, tina, tinum, penultima producta, adjectivum, Vnde Ludi Terentini dicti sunt, qui alio nomine seculares vocãtur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis, tribusque noctibus celebrabantur: tametsi postea ambitione principum minore interjecto spatio aliquoties fuerint celebrati. Ausonius in Ternario: Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. De horum ludorum institutione, & ritu, vide Politianum cap. 88. Miscellaneorum, Censorinum cap. 6. Divum Augustinum de Civitate Dei libro 3. capite 18. Valerium Maxim. lib. 2. cap. 1.

Tērēus, τηρεύς, Rex Thracum, Martis ex Bistonide nympha filius, qui quum Prognem Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxisset, ejus etiam sororem Philomelam per speciem visendæ sororis abductam vitiavit, vitiataque linguam præcidit. Quod facinus quum illa indicare alioqui non posset, cruore suo depictum sorori suæ trãsmisit. Quare cognita Progne, ut sororẽ ulciscceretur, Itym filium patri epulãdum apposuit. Prolato deinde capite, quum pater se uxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnoscceret, & ad ultionem properaret, Progne mutata est in hirundinẽ: Philomela in avem sui nominis: Tereus in upupam: Itys in Phasianum. Hæc Servius enarrans illud Virgilii: Aut ut mutatos Tereo mutaverit artus. Lege fabulam hanc latiùs apud Ovid. lib 6 Metam. Alter tamen Aristoteles, Gorgiam sequutus, hanc fabulam tradit. Vide in dictione PROGNE.

Tergestē, τέργεστον Ptolemæo, Colonia Venetorũ sub Aquileia stadia centũ octoginta distans (ut inquit Strabo,) hodie *Tergestum* vocatur. Vide Plin lib. 3. cap. 18.

Tĕrīnă, næ, τέρινα, Agri Brutii oppidum maritimum: à quo propinquus sinus Terinæus appellatur. Autor Plinius libro 3. capite 5.

Terĭās, μαίας, Fluvius est Siciliæ, non procul à Catana, teste Plinio, libro 3. capite 8. ¶ Stephanus alium ejusdem nominis fluvium collocat in Phrygia, quem alio nomine Gallum ait appellari.

Termĕră, τέμερα, Oppidum liberum Cariæ; teste Plin. lib. 5. cap. 29. Stephanus Lyciæ assignat.

Tērmĕrium, τερμέριον, Promontorium est Myndiorum, Candariæ Coorum promontorio oppositum, & quadraginta non ampliùs stadiorum mari ab eo diremptum. Autor Strab. libro 14.

Tērmēssŭs, τερμησσὸς Ptolemæo, Pisidiæ urbs est, teste Strab. lib. 13, Cibyræ, & Milyis proxima.

Termĭlæ, τέρμιλαι Herodoto, Populi sunt Lyciæ, è Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominavit, quum priùs Minyæ & Solimi vocarentur, ut Herodotus refert. Postea Lycus Pandionis filius, eosdem à se Lycios appellavit Quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eosdem esse ostendit, quanquam Homerus eos videatur separare.

Terminalĭa, & terminus, Vide in APPELL.

Terpandĕr, dri, τερπανδρος, Poëta Lyricus, ex Antissa Lesbi civitate, qui primus quatuor lyræ chordis tres alias addidit, & Lyrici carminis leges cõscripsit: quas nõnulli Philemoni cuidam adscribunt. Autor Suidas. Tanta autẽ in Terpandro artis

excellentia fuisse perhibetur, ut quem significare volebant insigniter quidem canere, primum tamen locum non mereri, cum μὴ λέσβιον ᾄδειν. hoc est, post Lesbium cantorem collocādum dicerent. Cujus proverbii ortum ad hujusmodi referunt historiam: Quum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum jussit, ut Lesbium cantorem accerserent. Accersitus itaq; Terpander, populi animum sic delinivit, ut omissa omni seditione, in pristinam concordiam redirent. Qua ex re factum, ut Lacedæmonii Lesbiis musicis primas partes tribuerint, & si quem alium canentē audissent, protinùs dicerent, μὴ λέσβιον ᾄδειν. id est, post Lesbium cantorē eum collocandum.

Terpnŭs, Citharœdus insignis Neronis temporibus floruit, cujus cantu supra modum Neronem delectatum fuisse scribit Suetonius in vita ejus: Statim (*inquit*) ut imperium adeptus est, Terpnum citharœdum, vigentem tunc præter alios, accersit, diebusq; continuis post cœnā canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitariq; cœpit, nec eorum quicquam prætermittere, quæ artifices ejus generis vel conservandæ vocis causa, vel augendæ facitarent.

Terpsĭchŏrē. [τερψιχόρη. German. Eine auß den neūn *Musis*.] Una novem Musarum: sic dicta, quòd choreis, & tripudiis delectetur: vel, ut Plutarchus ait, quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inventionem tribuunt. Virgil. de novem Musis: Terpsichore affectus cithara movet, imperat, auget. Vide in dictione MVSA.

Tertullianŭs, τερτυλλιανὸς, Scriptor ecclesiasticus, eloquens quidem, sed nullis tamen ab orthodoxæ Ecclesiæ fide nōnihil aberrans. Animam enim immortalem quidem esse fatetur sed rem effigiatū corpus esse contendit, neq; hāc tantùm, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet nō effigiatum: nec tamen hinc hæreticus creditur esse factus.

Tethys, Tethyos, prima syll. prod. [τήθυς. Germ. Die Frauw *Neptuni*, so die *Nymphas* geboren hat.] Cœli & Vestæ filia, soror Saturni, conjunx Neptuni, fluviorum & Nympharum mater. Hesiodus in Theogonia. At Ovid. lib. 5. Fastor. videtur sentire illam fuisse Titani filiam, qui fuit Saturn. frater, natu major. Aiunt: Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Dativum facit Tethyi. Catul. de coma Beren. Luce tamen canæ Tethyi restituor.

Tetrăpŏlis, τετράπολις, Syriæ regio, à quatuor præcipuis urbibus denominata: quarum nomina sunt, Antiochia cognomine Epidaphne, Seleucia, Pteria, Apamea, & Laodicea, quæ propter concordiam sorores dictæ sunt. Author Strabo libro 15.

Tettĭus Cabăllus, Viri proprium, qui sub Vespasiano & filiis claruit, & propter scurrilitatem, à calcitratu caballi nomē adeptus est.

Teucă, Illyricorum regina, quæ P. Iunium, & T. Coruncanum legatos summa Romanorum injuria interemit, quibus ob id statuæ in rostris sunt erectæ. Author Plinius libro 34. capite 6.

Teucĕr, τεῦκρος, Scamandri Cretensis filius, in Troade unà cum Dardano genero regnavit: unde Ilienſium regnum fluxit origo. Ab hujus nomine Troja, Teucria dicta est, & Trojani ipsi Teucri. Hic & Salamina Cypri condidit, ut testatur Iustinus lib. 44. ¶ Fuit & Teucer alius, frater Ajacis Telamonii, sagittandi peritissimus, quem Homerus lib. 8. Iliad. inducit sub fratris clypeo latentem, multosq; Trojanorum occultè ex insidiis vulnerantem. ¶ Teucer præterea fuit scriptor quidam Cyzicenus, cujus opera enumerantur à Suida.

Teucri, τεῦκροι, Idem qui Trojani, ita dicti à Teucro Cretensi, qui unà cum Dardano genero in Troade regnavit. Virgil. 3. Aen. Necnon & Teucri socia simul urbe fruuntur. ¶ Hinc & Troas ipsa Teucria dicta est. Virg. lib. 2. Aen. Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.

Teuchĭră, pen. prod. τεῦχειρα Ptolemæo, Lybiæ Cyrenaicæ urbs, una ex iis, quæ Pentapolin constituunt, alio nomine Arsinoe dicta, teste Plin. lib. 5. cap. 5.

Teucrĭs, τεῦκρις Stephano, Vrbs & regio Troadis, Dardania postea dicta. Virgilius Teucriam appellat.

Teuderium, Ptol. lib. 1. cap. 11. Vrbs Germaniæ, hodie *Padiburnă*: Vulgò Padenborn.

Teūmessŭs, penult. prod. τευμησσὸς, Bœotiæ exiguus mons, in quo Hercules adhuc pènè puer leonem Teumesium occidit, eiq; pellē detraxit: qua semper postea pro pallio usus est. Leo autem à Iove in cœlum translatus dicitur, ut gloriæ Herculis consuleret, qui eum inermis occiderat.

Teūmesĭus, a, um, adjectivum: ut Thyas Teumesia. Stat. libr. 3. Theb. vesano veluti Teumesia Thyas Rapta deo, *&c.*

Teūtātēs, penultima prod. [German. Der Gott *Mercurius*: bey den vralten Galliteren/welchem sie Menschen opffetten.] Linguæ Gallicæ dictus est Mercurius, qui ab illis humano sanguine placabatur. Hunc Plato inventorem fuisse geometriæ & astronomiæ atq; talorum scribit Lucan. lib. 1: Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates, horrensque feris altaribus Hesus. Lactant. lib. 7: Galli Hesum atq; Teutatem humano cruore placabant deos: qui sanè feralis ritus diu similiter apud Italos stetit, qui Latialem Iovem & Saturnum humana placabant hostia.

Teuthă, τεῦθις, Regina Illyricorum, quæ ob castitatis meritum meruit ut longo tempore viris fortissimis imperaret, & Romanos sæpè frangeret. Plinius libro 54. cap. 6, vocat Teucam. Vide suprà

Teuthădămās, τευθιδάμας, Nomen patris Pelasgi, ut inquit Homer lib. 2. Iliad.

Teuthĭs, Quidam ex Græcorum principibus, qui ad Trojam navigaturi, in Aulide convenerunt: qui quum fortè ab Agamemnone dissideret, atq; ob id retrò se in patriam vellet recipere, Minervam dissuadentem, atq; adeò remorantem, hasta vulneravit.

Teuthrania, τευθρανία, Regio est supra Aeolidem, & partem Troadis in mediterraneo, quam Mysi antiquitùs tenuēre, unà cum urbe ejusdem nominis. Author Plinius libro 5. capite 30.

Teuthras, antis, τεύθρας. Ciliciæ & Mysiæ rex fuit, qui Augam Alæi filiam unà cum Telepho filio, patris jussu urnæ impositam, & ad Calci fluvii ostia delatam, uxorem duxit, filiumque ejus Telephum pro suo educavit, ut ex Euripide refert Strabo lib. 13. Ab hoc Teuthrante regio supra Aeolidem, ad Caicum amnem, Teuthrania dicta. Quin & Caicus ipse ab illius nomine Teuthranteus cognominatur apud Ovid. 2. Metam.

Teuthrĭă, τευθρία, Maris Adriatici insula, Apuliæ litori adjacens. Plin. lib. 4. cap. 26.

Teutŏnĕs, sive Teutoni; pen. cor. [אשכנז *aschchenáz*. τεύτονες German. Die Teutschen.] Germaniæ populi, Ingevonibus à Plinio annumerati: sita dicti à Teutone ipsorum deo (quem Tacitus Tuisconem appellat) quem indigenam, & terra ortū existimabant.

Teutŏnĭcŭs, adject. τευτονικὸς, Possessivum à Teutonibus Germaniæ populis deductum: ut Teutonici capilli. Martialis libro 14.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos:
Captivis poteris cultior esse comes.

T ante H.

Thabis, Scythiæ mons est in Asia, ut scribit Pomp. Mela lib. 3. apud Plin. tamen lib. 6. cap. 17, Tabis legitur sine aspiratione.

Thaïs, [θαὶς. Germ. Ein reiche vnnd weitberaūte Mätz zu Athen.] Nobilis meretrix fuit Alexandrina, quæ Atticam juventutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander, Comicus Poëta Græcus: unde & Menandreæ epitheto à Poëtis insignitur. Propertius: Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. ¶ Fuit & Thais altera, à divo Pannutio ad vitæ continentiam revocata, adeò ut relicto quæstu meretricio, sanctæ mulieris vitam ageret. Nam ignotus ad eam ingressus, secretum petebat magis ac magis: illa verò dicente, neminem nisi Deum ipsos posse conspicere: ille sumpta hac occasione, ad Dei metum ac religionem eam est exhortatus, qui posset etiam occulta conspicari & plectere. Volaterranus lib. 20.

Thalamæ, θαλάμαι, Vrbs Messeniæ, teste Stephano, Pasiphaës templo, & oraculo nobilis: ut docet Plutarchus in Agide. Hinc fit gentile Thalamata, θαλαμάτης.

Thalamēgos, pen. prod. θαλαμηγὸς, Navis genus. Vide in APPELLAT.

Thalbusa. θάλβουσα, Vrbs Orchomeni in Arcadia, Steph. Gentile Thalbusius.

Thalus, Vir fuit eximiæ velocitatis, quem Iupiter æreis pedibus finxisse dicitur, de quo vide Annot. Baptistę Pii.

Thălēs, tis, & Thalis θαλῆς, & θάλης, Vnus ex septem Græciæ sapientibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Natus est (ut ex Apollodori sententia tradit Laërtius) anno primo XXXV. Olympiadis. Vixit annos (ut Socrates tradit) nonaginta: aut alii, septuaginta. Hic primus in Græciam Geometriam creditur invexisse, primusq; observasse temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, & Solis annua reverticula. Interrogatus quid in rerum natura difficillimū existimaret: Seipsum, *inquit*, nosse. Iterumq; rogatus quum sciscitaretur, quomodo optimè & justissimè vivere liceat: Si (*inquit*) quæ in aliis reprehendimus, ipsi non faciamus. Huic tripus aurea à piscatoribus Milesiis reperta, dum res in hre verteretur, ex oraculo Apollinis indicantis eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem pervenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, ut qui deorum, hominumq; sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut à Pythagora Italica. Ejus discipulus fuit Anaximander, cujus auditor Anaximenes & Hecateus historicus.

cus. ¶ Thales item fuit Poëta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit, ut ejus odis ac poëſi Spartani deliniti, animorum feritatem nimiùm ex Lycurgi legibus imbutam, castigarent. Autor Plutarchus in Solone.

Thalēstris Curtio, Θάλης, vel (ut apud Strabonem legitur) Thalestria. Regina Amazonum, quam alii Minitheam vocant. Hæc auditâ fama rerũ ab Alexandro gestarum, relicto regno, trecentis comitata mulieribus, in Hyrcaniâ illi occurrit, ut sobolem ex eo conciperet: utque primùm sibi visa est facta esse gravida, reversa est in regnum.

Thălīă, penult. prod. [Θάλεια. German. Eine auß den neün Musis.] Una ex novem Musis: ἀπὸ τῆς θάλλειν, quod inter cætera significat vitere seu florere: propterea quòd Poëtarum fama nullo tempore marcescat. Virgil. 6. Eglog. Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia.

Thălȳsĭă, Θαλύσια, Festa erant apud Athenienses, quibus fructibus omnibus in horrea convectis, diis primitias consecrabant: dicta ἀπὸ τῆς θάλλειν: propterea quòd idcircò præcipuè fierent, ut quæ succisa erant, possent revirescere. Vide Cælium Rhodig. lib. 12. cap. 17.

Thămănæī, Θαμαναῖοι, Populi sunt Persis tributarii, Herod. libro 3.

Thāmnă, Θάμνα, Vrbs Palæstinæ, Steph. Gentile Thamnitæ.

Thamuda, Θάμυδα, Vrbs, Steph. Gentile Thamudenus.

Thămȳrās, sive Thamyris, Θαμύρας, ἢ Θάμυρις Suidæ, Poëtę nomen ex Thracia, qui quum omnes pulchritudine præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde mutata consuetudine, Musas amavit, cum quibus de cantu certavit hisce conditionibus, ut si vinceret, earum complexu potiretur: sin succumberet, ab illis pateretur quicquid eis videretur. Itaque superatus & oculis, & lyra privatus est. Hinc manavit proverbium in eos, qui præter ingenium proprium aliquid agunt: Thamyras insanit, Θαμύρας μαίνεται. Hæc Erasmus in proverbiis, & Suidas. Ovid. lib. 3. de Arte: Tu licet & Thamyram superes, atq; Orphea cantu, Non erit ignotæ gratia magna lyræ, &c.

Thănătŏs, Θάνατος, Insula in Oceano Gallico, Britanniæ (ut Solinus refert) proxima, frumentariis campis in primis fœlix: venenis autem adeò adversa, ut nõ modò serpentem nullum educet, verumetiam aliunde importatum statim enecet: unde & à serpentum morte nomen creditur accepisse.

Thaneum, Θάνεον, Metropolim fuisse Aegypti tradunt. Vide TANIS.

Thāpsăcŭs, penult. corr. Θάψακος, Vrbs Syriæ amplissima, ad Euphratem fluvium: cujus meminit Xenophon de Cyri expeditione lib. 1.

Thapsŭs, Θάψος, Insula decem stadiis à Sicilia distans, versus Syracusas, plana, & quàm minimum è mari eminens, adeò ut undis mersa videatur. Vnde & Thapsus dicta est, ἀπὸ τοῦ θάπτειν, quòd in mari quodammodo sepulta videatur. Virgil. 3. Aen: Thapsumq; jacentem.

Thapsipolis, Θαψίπολις, prope Chalcedonem est, Steph.

Thasŭs, Θάσος, Insula est maris Aegæi, Thraciæ adjacens; contra Nessi fluminis ostia: oppidum habens ejusdem nominis, à Phœnicibus, qui Europam terra, mariq; investigãtes, eò pervenerũt, conditum: ut est autor Herod. lib. 2. Hujus incolæ Thasii, Θάσιοι, dicuntur, generosis vitibus, & insigni marmoris genere nobilitati. Virgil. 2. Georg. Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. ¶ Thasii marmoris meminit Plin. cùm aliis plerisq; in locis, tùm lib. 36. cap. 6. Thasia nux, eadem quæ & Græca, & amygdala dicitur, teste Macrob. Saturn. lib. 6.

Thaumacia, Θαυμακία, Magnesię oppidũ, ita dictum à Thaumaco Pœantis patre: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 9. Stephanus Thaumaciam alteram collocat ad sinum Maleacum.

Thaumāntĭăs, adis, Θαυμαντίας, Thaumantis & Electræ filia. Virg. 9. Aen. Ad quẽ sic roseo Thaumantias ore locuta est. Eadem etiam Thaumantis dicitur: ut, Imbrifera Thaumantis, apud Stat. 3 Syl.

Thaumasĭon, Θαυμάσιον, Mons Arcadię, in quo Saturnus lapidem devoravit: incolæ Thaumasii, Steph.

Thĕă, Θέα, Nympha Oceani & Tethyos filia. Autor Hesiodus in Theogonia.

Theagenes, Tres Athenis diversis temporibus Suidas fuisse recenset. Vnum, qui de Homero scripsit. Alium qui κωμικὸς: id est, fumus est cognominatus, quòd multa promittens, nihil præstaret: pauper enim erat, ac dives videri volebat. Tertius, vir potens ac dives Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publicè ac privatim multa laude digna gessit. Quartum addit Pausanias athletam, patria Thasium, qui CXL. coronas è certaminibus retulit.

Thĕāngĕlă, Θεάγελα, Cariæ oppidum, unum ex iis quę ab Alexandro Magno Halicarnasso fuerunt attributa. Autor Plinius lib. 5. cap. 29.

Thĕānō, Θεανὼ, Mulier fuit Cretensis, filia Pythonactis, & uxor Pythagoræ, quæ illi Telaugem filium peperit. Scripsit Commentarios quosdam Philosophicos, & Apophthegmata, & Poëma carmine heroico. Theano alia fuit Metapontina, aut (ut alii malunt) Thuria, Leophronis filia, & uxor Brotini: cujus scripta enumerantur à Suida. ¶ Alia fuit Theano, Antenoris uxor, & sacerdos Palladis, cujus frequens est mentio apud Homerum.

Theanum, Vide TEANVM.

Thebæī, Θηβαῖοι, Qui sunt ex Thebis civitate Aegypti.

Thebăis, [Θηβαΐς. German. Ein grosse Landtschafft in Ægypten/ stosset hinderwärts an Aethiopiam.] Aegypti regio, Aethiopiæ contermina, à Thebis urbe potentissima totiusq; tractus illius capite nomẽ habens. Vide Plin. lib. 5. cap. 9. ¶ Est item Thebais, insigne Papinii Statii opus, bellum illud continens, quod Argivi ad Thebas gesserũt, in quo Eteocles, & Polynices fratres mutuis vulneribus ceciderunt. ¶ Aliquãdo adjectivi vim habet, quemadmodum & cætera ejusdẽ terminationis patronymica: ut, Thebais nupta: id est, Andromache, Eetionis Thebarum Ciliciarum regis filia. Ovid. 3. de Arte: -quòd erat longissima, nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

Thebē, es, & Theba, bæ, Θήβη: & Thebę, barum, Θῆβαι, Nomina sunt multarum urbium, quarum una fuit in Aegypto, à Busiride rege condita, ambitu centum quadraginta stadiorum, uti refert Herodotus, centũ portis, aliisq; publicis, privatisq; ædificiis insignis, totaq; pensilis, adeò ut reges vel maximos exercitus solerent educere, nullo oppidanorum id sentiente. Hujus incolæ Thebæi dicuntur: & vicina regio Thebais, in Aethiopiam vergens. ¶ Alia Thebe fuit in Bœotia à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornavit, Bacchi & Herculis clarissima patria, ab Alexandro Magno postea eversa. Hæc & Draconigera dicitur: quia à Cadmo cum quinque viris, ex dentibus draconis ab ipso interfecti natis, constructa fuit. Varro tamen lib. 3. de Re rust. scribit hanc urbem ab Ogyge ędificatam. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc heptapylon vocat Apuleius, ab eo quòd septem portas habebat, inclyta duobus ducibus, Epaminonda & Pelopida. Eadẽ dicta fuit & Dircæa, à Dirce fonte. Vnde & à Statio Thebanus ager Dircæus vocatur. Hinc Pindarus poëta, Lyricorum princeps habuit ortum. ¶ Fuerunt & Thebæ in Africa, à Libero patre conditæ. Vnde Hieronymus in commẽtario epistolæ ad Galatas: Prætereà Thebas Liberi, quas in Africa condidit: quæ civitas nunc *Thebestis* dicitur. ¶ Alia in Thessalia, à qua Thebani & Thebæi. ¶ Fuit & alia Thebe, Homero teste, in Cilicia, Andromaches uxoris Hectoris patria. Vnde Ovid. Nec crucière minus, quàm quum Thebana cruentum Hectora Thessalico vidit ab axe trahi. ¶ Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis condita, quã interisse autor est Cato in Originibus. ¶ Fuerunt & Thebæ Corsicæ. ¶ Est & Thebæ nomen virginis, è cujus gremio geminæ columbæ (ut est in fabulis) quum evolassent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem responsa dedit: altera ad sylvam Dodonæam, ubi futura mortalibus præcinuit.

Thĕclă, Θέκλα. Nomen proprium mulieris sanctissimæ.

Thelbencane, Babylonię urbs juxta Euphratis fluvii partem. Ptolemæus lib. 5. cap. 20.

Thelesis, Argiva mulier, quæ patriam adversus Cleomenem Spartanorum regem, unà cum cæteris mulieribus, quum deessent viri, tutata est.

Thĕmĭs, Themis, vel Themidis, vel etiam Themistis. [Θέμις. Ger Eine auß den dreyen schwesteren Iovis, die Göttin der Billigkeit.] Cœli & terræ filia fuit, quæ Iovis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere quod fas est, ut ait Festus (nam Θέμις Græcè fas dicitur) habuitq; vetustissimum oracullum in Bœotia, ad Cephisum amnem. Ovid. 1. Metam. Fatidicamque Themin quę tunc oracla tenebat. Claudianus: -sic Atropos urget, Sic cecinit longæva Themis. ¶ Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta est.

Thĕmĭstă, Eadem est quę Themis. Cic. in Pison. Licet Themista sapientior. Themis accusativum facit themin, & themista: à quorum posteriore fit Themista, æ.

Themiscyra, Θεμίσκυρα, Regio Ponti, finitima Cappadociæ: ut scribit Plin. lib. 6. cap. 3. & Mela lib. 1.

Thĕmĭsōn, Θεμίσων, Medicus apud Herodotũ, & Cornelium Celsum.

Thĕmĭsōnĕs, Θεμίσονες, sive Themisonii, Populi, à Themisonio Phrygiæ majoris loco prope Lyciam.

Thĕmīstĭus, Θεμίστιος, Philosophus fuit temporibus Iuliani apostatę, à quo etiam prętor Constantinopolis urbis promotus est. Scripsit paraphrasim in Aristotelis Physica, libris octo, in Analytica posteriora, libris duobus. Prætereà edidit sua: videlicet De intentione & inscriptione prædicamentorum, disputationes etiam quasdã. Hic Valentem imperatorem quotidie sævientem in orthodoxos, autoritate sua & epistolis reddidit mitiorem. Suidas.

Thĕmīſtoclēs, [Θεμιστοκλῆς. Ger. Der nam eines Athenienſers ſo in ſeiner jugent frech vnnd mutwillig geweſen: hernach aber zu einem dapfferen Mann worden iſt.] Nomen viri Athenienſis clariſſimi, Neoclis filii: qui prodigus ac laſcivus prima juventute, poſtea dux delectus, res inclytas geſſit. Pyrꝛeum munivit. Bello maritimo Perſas apud Salaminem vicit. Hic quũ ab ingrata patria exul factus eſſet, & à Xerxe princeps exercitus adverſus Athenienſes magno cũ honore creatus, quum videret patriæ ſuæ ingentis cladis periculũ imminere, hauſto tauri ſanguine ſeipſum interemit, ne aut regi de ſe merito infidelis eſſet, nõ pugnando viriliter, aut patriæ ſuæ hoſtis atq; oppugnator videretur. Vide Plutarchum.

Thĕmiſtŏgĕnes, Θεμιστογένης, Syracuſanus hiſtoricus, Cyri expeditionem & bella, quæ in hiſtoria Xenophontis continentur, compoſuit. Autor Suidas.

Thennæ Θέννα, Vrbs Cretæ vel Arcadiæ: alii montem dicunt, Steph. Idem alii Omphalium urbem eſſe ſcribit prope Thennas in Creta.

Thĕoclўmĕnŭs, Θεοκλύμενος, Homer. lib. Odyſſ. 17: Vates qui Penelopæ prædixit Vlyſſis in Græciam reditum.

Thĕŏcrīnēs, Θεοκρίνης, Nomẽ cujuſdam Athenienſis, qui primùm Tragœdiarum actor fuit: deinde calumniator & ſycophanta. Vnde & Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, Aeſchinem, tragicum Theocrinem vocat. Eraſmus in Chiliad.

Thĕŏcrĭtŭs, Θεόκριτος, Poëta Syracuſanus, Praxagoꝛę ſive (ut alii malunt) Symmachi & Philinę filius, qui ſub Ptolemęo Lagi filio floruit. Alii Coum fuiſſe volunt, ſed admodum juvenem Syracuſas commigraſſe. Scripſit Idyllia in genere bucolico, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Fuit & alter Theocritus, hiſtoricus Chius, Theopompi æqualis, & in adminiſtratione Reipub. æmulus. Scripſit hiſtoriam Libycam, & epiſtolas quaſdam. Autor Suidas.

Thĕŏdămās, Θεοδάμας, Pater Hylæ fuit, qui ab ejus nomine Theodamantæus dicitur à Propertio lib. 1. Eleg.

Theŏdectes, Θεοδέκτης, Orator, Cilix genere, diſcipulus Platonis, Iſocratis, & Ariſtotelis, qui ei ſuos de Rhetorica libros dedicavit. Converſus deinde ad Tragœdias, ſcripſit fabulas 2. Deceſſit Athenis natus annos XLI. Scripſit & verſibus artem Rhetoricam: laudavit & virum Artemiſię Mauſolum, unà cum claris eo tempore oratoribus. ¶ Theodectes orator, ſuperioris filius, ſcripſit Encomium Alexandri regis Epirotarum: cõmentarios hiſtoricos, artem rhetoricam libris VII. aliaq; cõplura. Autor utriuſq; Suidas.

Thĕŏdōrŭs, Θεόδωρος, Byzantius ſophiſta, à Platone vocatus λογοδαίδαλος, Logodædalus. Scripſit contra Thraſybulum & Andocidem, & alia quædam. Suidas. ¶ Theodorus & Teladæus fratres Samii, ſculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythii Apollinis ſignum incœpit: alter Epheſi eodem tempore, & alio ſaxo abſolvit: quibus ſimul compoſitis ita convenit, ut unum corpus ab uno artifice, & ex uno lapide ſculptum videretur. Genus artis hujus eſt Græcis ignotũ, ſed apud Aegyptios frequẽtatum. Nam ſoli hominum non oculis tantùm totius ſtatuæ compoſitionem metiebantur, ſed dimenſione, ut ex variis, multisq; lapidibus in unum corpus, in certam mẽſuram ſtatua perficeretur. De hoc Theodoro Diogenes teſtatur, quòd non ſolùm ſculptor, ſed etiam architectus fuerit, quodq; Epheſiis autor extiterit, ut Dianæ templi fundamentis carbones ſubjicerent, ut locus alioqui humidus immobilem acciperet ſoliditatem. Idem primus ferũ fundere docuit, ſtatuamq; ferream fecit. Autor Pauſanias. ¶ Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem, Syrię civitas eſt, non longè ab Aſcalone: verùm ipſe dici maluit Rhodius, teſte Strabone, cujus tempore fuit. Ejus diſcipuli Theodorei ſunt dicti: inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica ſcripſit. Tiberius quoq; princeps quum ſeceſſiſſet Rhodum, eum ſtudiosè audivit, ut Quintil. libr. 4. tradit. ¶ Theodorus alius fuit, cognomento Atheos, Zenonis primùm, mox & Pyrrhonis auditor: de quo vide Laërtium & Suidam.

Thĕŏdŏsĭă, Θεοδοσία, Tauricæ Cherſoneſi urbs. Ptolem. lib. 3. cap. 6. & Plin. lib. 4 cap. 12.

Thĕŏdŏsĭŭs, Θεοδόσιος, Nomẽ proprium duorum Romanorum principum, quorũ vitam vide apud Eutropium. ¶ Theodoſius alius fuit inſignis Mathematicus: cujus ſcripta enumerantur à Suida.

Thĕŏdŏrā, Θεοδώρα, Meretrix Elea fuit, lepida in primis & feſtiva: cujus meminit Xenophon de dictis & factis Socratis: & Laërtius in Vita Arceſilai.

Thĕŏdŏtŭs, Θεόδοτος, Patria Chius, ultimi Ptolemæi in Rhetoricis præceptor fuit, qui decertantibus in concilio Aegyptiorum ſatrapis, an Pompejus, poſt prælium Pharſalicũ profugus, eſſet in Aegyptum recipiendus, pro ſentẽtia dixit recipiendum quidem eſſe, ſed receptum occidendum, adjiciens tritum illud proverbium: Mortuos nõ mordere. Hunc poſtea, Cæſare interfecto, Brutus in Aſia repertum, & ad ſe adductum interfici juſſit. Vide Plutarchum in vita Pompeii. ¶ Theodorum alium memorat Philoſtratus in Sophiſtis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenienſium ſcholæ.

Thĕŏgnĭs, Θεόγνις, Poëta fuit Siculus, Megaris natus, LXIX. Olympiade, qui utiles quidẽ & lectu dignas parꝛeneſes cõſcripſit, niſi fœdis amoribus paſſim aſperſis eas contaminaſſet.

Thĕŏmbrŏtŭs, pen. cor. Θεόμβροτος, Philoſophus fuit, Metroclis auditor, & præceptor Demetrii Alexandrini: cujus meminit Laërtius in Metrocle.

Thĕŏmneſtŭs, Θεόμνηστος, Cous, ut autor eſt Strabo lib. 14, vir fuit clarus adminiſtratione Reipub. & Nicię tyranni æmulus.

Thĕŏn, Θέων, Nomen pictoris Samii, de quo Quint. lib. 12. de Inſtitut. Orat. Alter mathematicus, qui ſcripſit de ſpiritibus ad Ptolemæum aſtrologum. Tertius grammaticus, interpres Apollonii Rhodii. ¶ Fuerunt & alii hoc nomine, qui commemorantur à Suida: ex quibus celeberrimus fuit Theon Alexãdrinus, eiſdem patria, tempore & diſciplinis, quibus Pappus, ſub Theodoſio Seniore. Scripſit de Aſtrologia, commentariosq; in Ptolemęum & Aſtrolabium parvum, & alia. ¶ Theon item alius & ipſe Alexandrinus, Stoicus, tempore ſuperior: ſiquidem ſub Auguſto poſt Arrium Philoſophum emicuit: ſcripſit in Phyſicam, & in artem Rhetoricam, & alia. ¶ Alius item ejus nominis Stoicus fuit Antiochenus, omnium antiquiſſimus, qui ſcripſit apologiam Socratis. ¶ Quartus Smyrnæus. ¶ Quintus etiam Alexandrinus Sophiſta, cognominatus Aelius, qui Progymnaſmata quædam Rhetorica ſcripſit, & commentarios in Xenophontẽ, Iſocratem, & Demoſthenem. Autor Suidas. ¶ Theon item Sidonius, Sophiſta, qui in patria ludum aperuit ſub Conſtantino. Fuit & marmoris cælator hoc nomine, unus ex iis qui Mauſoleum cælaverunt: cujus meminit Plin. libro 35. cap. 11. ¶ Theon præter hos poëta quidam fuit rabioſæ cujuſdam loquacitatis: petulantiſſimęq; maledicentiæ. Vnde factum eſt, ut Theonino dente rodi eum dicamus, qui convitiis laceſſitur. Vide Eraſmi Adagia.

Thĕŏphănēs, Θεοφάνης, Mitylenæus hiſtoricus, ſcriptor rerum Pompeii Magni: cujus meminit Cic. in Orat. pro Archia.

Thĕŏphĭlŭs, [Θεόφιλος. German. Ein Biſchoff zu Cæſarea in Paleſtina.] Cæſareæ Palæſtinæ præſul, Severo imperante, cujus meminit Hieronymus. ¶ Theophilus alius Antiochenus præſul, qui imperante M. Antonino librum in Marcionem edidit, & alia quædam, quæ ab Hieronymo cõmemorantur. ¶ Alius item ejuſdem nominis præſul Antiochenus, ad quem Lucas ſcribit acta Apoſtolorum. ¶ Alius quoq; præſul Alexandrinus, qui ſcripſit adverſus Origenem. ¶ Præter hos Theophilus Comicus antiquæ Comœdiæ: cujus fabulas nonnullas commemorat Suidas.

Thĕŏphraſtŭs, Θεόφραστος, Philoſophus fuit ex Ereſſo Lesbi oppido, priùs Tyrtanus appellatus: deinde Euphraſtus: & poſtremò Theophraſtus, ob oris & eloquentiæ ſuavitatem propemodum divinam. Hic Peripateticorum eloquentiſſimus, doctiſſimusq; fuit, Ariſtotelis diſcipulus & in ſchola ſucceſſor. Dicere ſolebat, doctum hominem ex omnibus ſolum neq; alienis locis peregrinum eſſe, neq; inopem amicorum. Habuit diſcipulos ad duo millia. Opera ejus à Diogene commemorantur, inter quę ſunt libri ſex epitomes in Ariſtotelem de animalibus. Extant hodie tantùm de plantis converſi à Theodoro Gaza, & parva quædam opuſcula. Exceſſit admodũ ſenex. Ex Suida, Diogene, Strabone. ¶ Theophraſtus alter fuit Epheſius, cujus meminit Aelianus De varia hiſtoria.

Thĕŏpŏlĭs, pen. corr. Θεόπολις, Maxima Syriæ civitas, ſic à Iuſtiniano nominata poſt terræmotum, quum priùs Antiochia diceretur. Autor Stephanus.

Thĕŏpŏmpŭs, Θεόπομπος, Chius orator & hiſtoricus poſt Thucydidem & Herodotũ, teſte Quintiliano, quibus ut in hiſtoria minor, ita oratori magis ſimilis: ut qui antequã eſſet ad hoc opus ſolicitatus, diu fuerit orator. Filius fuit Damaſiſtrati, teſte Suida, & auditor Iſocratis. Scripſit Epitomen Herodoti libris duobus, & Rerũ Grꝛecarum Hiſtoriam poſt bellum Peloponneſiacũ incipiens, ubi deſiit Thucydides. ¶ Theopompus alius fuit Athenienſis, Theodectis filius, antiquę Comœdiæ ſcriptor: cujus fabulas recenſet Suidas. Præter hos Theopompus Gnidius, Cæſaris familiaris, qui Artemidorũ habuit filium, qui apud Cæſarem ipſum plurimùm poterat, ut ſcribit Strab. lib. 14. ¶ Theopompus item alius fuit, Rex Spartanorũ, qui quũ primus inſtituiſſet ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regię poteſtati oppoſita, quemadmodũ Romæ Conſulari imperio Tribuni pleb. ſunt objecti: atq; illi uxor dixiſſet, id egiſſe illum ut filio minorẽ poteſtatem relinqueret: Relinquam, inquit, ſed diuturniorem. Optimè quidẽ. Ea enim demum tuta eſt potẽtia, quæ viribus ſuis modũ imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis conſtringendo, quò longiùs à licentia retraxit, hoc ad benevolentiam civium propiùs admovit. Hęc Valerius Max. lib 4. cap. 1. Quint. tamẽ lib. 2. hanc modeſtiam parùm valuiſſe demonſtrat, captum

demum

demum fuisse ostendens: Theopompus (*inquit*) Lacedæmonius, permutato cũ uxore habitu, è custodia evasit, ut mulier.

Thĕōrī, pen. prod. Θεωροὶ, Athenis dicebantur, qui quotannis publico nomine in Delũ navigabant Apollini litatum: quorũ etiam navis, qua vehebãtur, theoris dicebatur. Autor Suidas.

Thĕŏxĕnă, Θέξενα, A Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non posset, se præcipitem dedit in mare. Vide Livium lib. 4.

Thĕră [Θήρα Ger. Der Insten eine im Aegeischen Meer/Cyclades genañt.] Insula una ex Cycladibus in Aegæo, ex qua profecti sunt Theræi, qui Cyrenem in Africa condidere. Hæc olim Callista dicebat, teste Callimacho, cujus ea de re hoc extat distichon: Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον ὄνομα Θήρη, Μίνυος Δίκτυννα κασιγνήτη. hoc est, Nomine Callista primùm, sed postmodò Thera Dicta fuit tellus urbis origo meę. Hæc ex Strab. lib. 17. Distat aũt ab Io insula XXV. M. pass. Vrbes habet duas, Eleusinem, & Oeam. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & Ptol. lib. 3. cap. 15.

Thĕrămĕnēs, pen. corr. Θηραμένης, Civis Athenienſis, unus ex triginta tyrannis, qui quũ à collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cùm cæterorũ omniũ tùm præcipuè Critiæ cujusdã, q reliquis ut potentia: ita & immanitate antecedebat odium in se concitavit: tandemq; per calumniam circumvẽtus, & innocens capitis damnatus, quũ cicutam avidè hausisset, quod reliquũ erat è poculo ejiciens: Propino (*inquit*) hoc pulchro Critiæ. De hoc sic scribit Cic. 1. Tusc. quæst. Proh dii immortales, quàm illud iter jucundum esse debet, quò confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit? Quàm me delectat Theramenes, quamq; elato animo est. Etsi enim flemus quũ legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur: qui quum conjectus in carcerem, triginta jussu tyrannorum venenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo ejecit, ut id resonaret. Quo sonitu reddito, arridens: Propino (*inquit*) hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conviviis solent nominare cui poculum tradituri sunt.

Thĕramnē, es, sive Theramnæ, arum, Θέραμναι Stephano. Laconiæ oppidum est, non procul à Sparta, teste Plin. lib. 4. capite 5.

Thĕrāpnē, arum, Θέραπναι, Vicus est Laconiæ, teste Mela, in quo Leda Castorem & Pollucem, Helenam & Clytæmnestrã peperit. Stat. lib. 3. Theb. Tęnareumq; cacumen, Apollineasq; Therapnas. ¶ Dictæ autem putantur Therapnæ. ἀπὸ τῆ Θεραπνίδι, quòd ibi Dioscuri religiosissimè colerentur.

Thĕrāpnæŭs, a, um, adject Ovid. in Epist. Paridis: Da modò te facilem, nec dedignare maritum Rure Therapnæo nata puella Phrygem.

Therāsĭă, Θηρασία, Insula est in mari Cretico, una Sporadum, olim Theræ pars, postea undarum impetu avulsa, ut refert Plin. lib. 4. cap. 12.

Thericles, Θηρικλῆς, Sculptor insignis fuit, calicibus ex terebyntho tornandis nobilitatus, teste Plin. lib. 16, cap. 40. ¶ Suidas præterea Thericlis figuli cujusdam meminit, qui primus pocula ex luto creditur finxisse: unde Theriaclea, pro fictilibus quidam usurparunt.

Thērĭmăchŭs, Θηρίμαχος, Nomen pictoris insignis, de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

Thermē, Θέρμη, Civitas in Thracia: unde Thermaicus sinus. Θερμαῖος κόλπος. ¶ Thermę præterea Siciliæ oppidum, autore Pomponio Mela, lib. 1. ¶ Inde Thermitani, Cic. 4 Verrina.

Thērmeŭsĭs, Θερμοδοντις, Insula est ante sinum Pegasicum, non procul à Scyro: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Thērmōdōōn, ontis, vel Thērmōdōn, ontis, secunda syllaba producta. [Θερμώδων Suidæ. Ger Ein fluß in Cappadocia der Landtschafft Asiæ.] Fluvius est Themiscyræ (quæ est regiuncula Cappadociæ contermina) Amazonum sedibus nobilitatus. Virg. 11. Aen. Quales Threiciæ quum flumina Thermodontis Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis. Quo in loco nonnulli legunt Thermodoontis impari syllabarum numero: sed perperam, quum secunda syllaba scribatur per ω μέγα.

Thērmōdōōntēŭs, sive Thermodonteus, adjectivum Θερμωδόντειος, Propert. lib. 3: Qualis Amazonidũ nudatis bellica mãmis, Thermodonteis turba lavatur aquis.

Thērmŏpўlæ, pen. corr. Θερμοπύλαι, Mons Græciæ longissimus, qui à Leucade incipiens, inde in ortũ flexus, in Aegæum usque mare protenditur, mediamque Græciam ita dirimit, quemadmodum Italiam Apenninus. Dictæ Thermopylæ, ab angustis faucibus, aquis calidis scatentibus. Montium enim angustias, ut Latini portas: ita Græci πύλας appellãt. Thermas autem aquas calidas esse, nemo est qui ignoret. Montem autem hunc maximè illustrem reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ regis interitus: de quo vide Herod. lib. 7.

Thērmŭs, Θέρμος, Oppidum Aetoliæ. Gentile Thermius, possess. Thermicus, Steph.

Thermydra, Θερμύδρα, Portus civitatis unius in Rhodo, Steph.

Thērne, Θέρνη. Vrbs Thraciæ, Steph.

Thērō, Viri proprium (inquit Servius) in Pindaro tantùm lectum. Virg. 10. Aen. Occiso Therone virũm qui maximus ultrò Aeneam petit.

Thērŏmăchŭs, Θηρόμαχος, Proprium nomen statuarii egregii, qui centesima septima Olympiade floruit, teste Plinio, lib. 34. cap. 8.

Theron, nis, Θήρων, Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Terillum Himerę tyrannide dejecit, & unà cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem prælio superavit eodẽ die, quo Græci ad Salaminem Persas profligarunt. Vide Herod. lib. 7. Est item Theron, Latini cujusdam nomẽ, ab Aenea occisi, apud Virg. 10. Aen. -stravitq; Latinos, Occiso Therone, virũm qui maximus ultrò Aeneam petit.

Thērsandĕr, sive Thersandros, Θέρσανδρος, Polynicis filius fuit ex Argia, teste Statio, qui unà cũ cęteris Græcorũ principibus ad Trojam navigavit. Hunc Virgil lib. 2. Aen. inter eos enumerat, qui tempore excidii Trojani in equo ligneo fuerũt occultati: -lætique, *inquit*, se robore promunt Thersandrus, Sthenelusq; duces, & dirus Vlysses. ¶ Fuit item hoc nomine tibicen nobilis, qui unà cum Thimbrone Lacedæmoniorum duce subitò Tiribazi adventu fuit oppressus. Autor Xenophon lib. 4. Rerum Græcarum.

Thērsĭlŏchŭs, Θερσίλοχος, Antenoris filius, in bello Trojano occisus, quem Virgil. lib. 6. Aen. inter viros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractent, quos ille omnes longo ordine cernens: Ingemuit, Glaucumq;, Medontaq;, Thersilochumq;, Treis Antenoridas, Cererique sacram Polybetem.

Thersītēs, pen. prod. Θερσίτης, Græcorum omnium fœdissimus fuit, quem Achilles sibi procaciter convitiantem pugni ictu interfecit. Hujus insignis deformitas ab Hom. lib. 2. Iliad. graphicè expressa, effecit ut quum hominem vehementer fœdũ significare velimus, Θερσίτειον βλέμμα: id est, Thersitę faciẽ eum habere dicamus. Iuvenal. Sat. 8: Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Aeacidæ similis, &c.

Thēsĕus, [Θησεύς. German. Ein König zu Athen/ein Mañhaffter vnd dapfferer Held.] Aegæi regis Athenarum & Aethręe filius: qui dum esset adolescens, opera Medeæ novercæ penè veneno periit. Sed post mortem patris ad regnum evectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazones, earumq; reginam Hippolytem rapuit: ex qua Hippolytum genuit. Creontẽ regem Thebarum Argivos in bello cæsos sepeliri prohibentem interfecit. Oppressit & terribilem taurum in Attica, Minotaurum in labyrintho occidit, & Ariadnam, Phædramq; Minois filias clàm secum abduxit: sed relicta Ariadnã in Chio insula, Phædram sibi conjugio copulavit. Scironem, Procrustem, & Scinim latrones Atticę neci dedit: debellavit Centauros: Thebas domuit: Pirithoum præcipua coluit amicitia, quocum descendit ad inferos ad rapiendam Proserpinam: sed occiso Pirithoo, ipse aliquandiu in vinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, qui illum summa prosequebatur benevolentia, liberaretur. Post: emò jam senior, tot tantisq; rebus gestis, patria, regnoq; pulsus in insulam Syrum navigavit, ubi periit, interemptus à Nicomede: vel (ut quidã volunt) ex loco edito post cœnam deambulãdo delapsus, Primus instituit Athenis Panathenæa: hoc est, communem celebritatem in honorem Minervæ, quæ Græcè ἀθηνᾶ nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit Reliqua vide apud Plutarchum.

Thēsēĭs, idis, Θησηίς, Poëma Theseï gesta complectens. Iuvenal. Satyr. 1: Vexatus toties rauci Theseidæ Codri.

Thēsīdēs, dæ, pen. prod. Θησείδης, Patronymicum masculinum: quo Poëtæ utuntur pro Hippolyto Theseï filio. Ovid. Epist. 4: Thesides. Theseusq; duas rapuêre sorores.

Thēsmŏphŏrĭă, Θεσμοφόρια, Cereris sacra, quæ & Cerealia à Latinis, & Initia dicuntur. Græci enim Cererem Θεσμοφόρον appellant, quasi legiferam: quo etiam epitheto nostri eam insigniverunt. Virg. 4. Aen. -mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri. Prima enim Ceres mortalibus leges dedisse putatur: propterea quòd ex agrorum divisione primùm nata credãtur jura, Ovid. 5. Metam. Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.

Thespĭæ. Θεσπιαὶ, Oppidum liberum in Bœotia (ut Strabo inquit lib 9.) Heliconi proximum, sed eo magis Australe, Crissæo imminens sinui. Thespias nobilitavit Praxitelis Cupido à Glycerio meretrice ibi consecratus. ¶ Hinc Thespiades, Θεσπιάδες, dictæ sunt Musæ, seu Nymphæ Thespias incolentes. ¶ Sunt & aliæ Thespiæ in Magnesia Thessaliæ contermina, quarum meminit Plin. lib. 4. cap 9.

Thespĭs, Θέσπις, Primus poëta Tragicus fuit apud Athenienses, Horat. in Arte: Ignotum Tragicæ genus invenisse Camœnæ Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis.

Thesprōtĭă, Θεσπρωτία, Regio Epiri Chaoniæ proxima, teste

Plinio in Procœmio libri 4. cujus incolæ dicuntur Theſproti, Θεσπρωτοὶ Stephano. Lucan. lib. 3: Theſproti, Dryopesq; ruunt.

Theſſălĭă, [Θεσσαλία. Ger. Ein Landtſchafft zwiſchen *Bœotia* vnd *Macedonia*.] Regio Græciæ, ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens: ad mare inter Peneum amnẽ, & Thermopylas extenſa. Priùs Aemonia, Αἰμονία, ab Aemone Rege, & Pelaſgicon Argos, & Hellas, Ἑλλὰς, & Dryopis, Δρυοπὶς, dicebatur. In hac genitus rex nomine Græcus, à quo Græcia: ibi natus eſt Hellen, à quo Hellenes. Homerus ejus incolas tribus nominibus appellat, Myrmidonas, Hellenas, & Achęos. Olim etiam Pyrrhæa dicta eſt, teſte Strab. lib. 10, à Pyrrha Deucalionis uxore: cujus tempore (ut inquit Ariſtoteles) ingens imbriũ illuvies majorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperant, conſervatis. Inter quos Deucalion Parnaſſum petierat, ratibusq; ad ſe cõfugientes per ſumma Parnaſſi juga benignè fovebat. Propter quod dictus eſt genus hominum reparaſſe. In Theſſalia ſunt montes vigintiquatuor, quorum nobiliſſimi Olympus, Pieria, parens, domus & Muſarũ, Pelion, & Oſſa gigantum bello memorati. Item Pindus, & Othrys Lapitharum ſedes. Flumina in ea (ut ſcribit Herodotus) ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus & Phœnix.

Thĕſſălŭs, la, lum, penult. cor. & Theſſalicus, a, um, adjectivum. Θεσσαλικός.

Theſſălŏnĭcă, [Θεσσαλονίκη: Vulgò *Saloniqui*. Ger. Ein berümpte Statt in *Macedonia* am Meer gelegen. Vng. *Teſſalonica*.] Vrbs clariſſima Macedoniæ, ad ſinum Thermaicum ſita, non procul ab Echedori fluminis oſtio: quæ primùm à Caſſandro condita dicitur, & Halia appellata. Theſſalonicæ autem nomen à Philippo Amynthæ filio accepit, quũ ille in ejus agro Theſſalos ingenti clade profligaſſet.

Thĕſſălŏnĭcēnsēs, Hujus incolæ dicuntur, divi Pauli epiſtola notiſſimi, Θεσσαλονικεῖς. Ex hac urbe ortum traxit Theodorus Gaza, vir ſuperiori ætate utriuſq; linguæ peritiſſimus.

Theſtĭŏs, Θέστιος, Parthaonis filius, & pater Toxei, & Plexippi, & Althæę, matris Meleagri: à quo illi quidem Theſtiadæ: hæc autem Theſtias appellatur. Ovid. 8. Metam. -ne titulos intercipe fœmina noſtros Theſtiadæ clamant. Et paulò pòſt: Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat.

Theſtĭădēs, Θεστιάδης. Filiæ Theſtii, qui Erichthei: aut (ut alii volunt) Teuthrantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diverſis mulieribus natę: ex quibus Hercules adhuc adoleſcens, ſed jam tum corporis robore præſtans, totidem liberos maſculos ſuſtulit, qui & ipſi ab avi nomine Theſtiadę dicti ſunt. Hi poſt mortem patris cum Iolao illius ex Iphicleo fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea urbes condidęrunt. Autor Diodorus lib. 5.

Theſtidium, Θεστίδειον, Vrbs Theſſalonicæ. Hellanicus abſque delta, Theſticum vocat, à Thetide. ¶ Eſt & ſtagnum Thraciæ cum adjacente agro Nyſa, Steph.

Theſtўlĭs, Θεστυλὶς, Mulieris ruſticæ nomen, apud Theocritum, & Virg. 2. Aeglog. Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia, ſerpillumq; herbas contundit olentes.

Thēſtŏr, Θέστωρ, Pater Calchantis peritiſſimi Græcorũ auguris, qui à nomine patris Theſtorides à poëtis appellatur. Ovid. li. 12: -at veri providus augur Theſtorides vincemus, ait, &c.

Thĕtĭs, tidis: Θέτις, Pelei Theſſalię regis uxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater: de cujus nuptiis extat elegantiſſimus Luciani dialogus. ¶ Accipitur nonnunquam pro mari: ut apud Virg. 4. Aeglog. Tentare Thetin ratibus.

Theūdăsĭă, Θευδασία, Emporiũ nobile fuit ad Boſphorũ Thracium, ita dictũ ab uxore Leuconis ejus regionis tyranni, qui primus hac in urbe emporium inſtituit, Athenięnſibusq; illinc frumentum evehentibus multas immunitates conceſſit: ut eſt videre apud Demoſthenem in Oratione adverſus Leptinem.

Theutoni, Vide THEVTONES.

Thīă, Θία, Inſula eſt mari Cretico, una Sporadum, non procul ab Hiera, quam ſua primùm ætate emerſiſſe, autor eſt Plinius lib. 2. cap 88, & lib. 4. cap. 12.

Thimbrŏn, Θίμβρων, Lacedæmoniorũ dux, qui adverſus Perſas in Aſiam miſſus, ſubito Tiribazi advẽtu eſt oppreſſus unà cum Theriandro citharœdo, cum quo cœnabat. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 4.

Thinge Θίγγη, Vrbs Libyæ, Steph. Vide TINGI.

Thiniſſa, Θινισσαὶ Vulgò *Tunex*, Oppidũ Africæ propriè dictæ, nõ procul ab Apollinis promontorio, nõ tamen idẽ cũ Tunete, ut quidam malè tradiderunt. Vide Ptolemęum lib. 4. cap. 3.

Thĭŏdămās, antis, Θειοδάμας, Pater Hylæ. quẽ Hercules Colchos navigans ſecum duxit. Propertius: Thiodamanteo proximus ardor Hylæ. ¶ Thiodamas alius, filius fuit Melampodis. Stat. lib 4 Theb. Inſignem fama, ſanctoq; Melampode cretum Thiodamanta volunt, &c.

Thĭrĭomachus, Θηριόμαχος, unus ex filiis Herculis, ex Megara Creontis regis Thebani filia.

Thĭs, Θὶς, Vrbs Aegyptia, prope Abydum. Civis Thinites, Stephan.

Thĭsbē, es, Θίσβη, Puella fuit Babylonia, mutuo Pyrami vicini adoleſcentis amore capta: cujus miſerabilem exitum vide ſuprà in dictione PYRAMVS.

Thiſŏa, Θέαινα, Vrbs Arcadiæ. Gentile Thiſoates. Steph.

Thŏă, ę, ſive Thoe, es, Θοὼ, Nympha marina, Tethyos & Oceani filia, à natandi celeritate dicta, Heſiodus in Theogonia: Μηλόβοσίς τε Θοή τε, καὶ Εὐπόδης Πολυδώρη.

Thŏās, antis, Θόας, Fuit Rex in Taurica regione, ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodẽ Dianæ Tauricæ ſacris præfecta. Hunc poſtea occidit Oreſtes, à ſorore adjutus, quum illum quoque Thoas Dianæ aræ deſtinaſſet. De quo Ovid. lib. 3. de Ponto: Regna Thoas habuit Męotide clarus in ora: Nec fuit Euxinis notior alter aquis. ¶ Alter Rex Lemni fuit, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia & pater Hypſipyles ſolus filię pietate ſervatus, quũ cæterę omnes Lemniæ mulieres viros ſuos & parentes trucidarent: ut eſt apud Ovid. lib. 7. Metam. Tum primùm ſeſe trepiduś ſub nocte Thyoneus Detexit, nato portans extrema Thoanti Subſidia, &c. Idem in Epiſtol. En ego Minoo nata Thoante feror. ¶ A Thoas fiunt patronymica Thoantis, idos, & Thoantias: quę à Poëtis uſurpantur pro Hypſipyle Thoantis filia.

Thōcnīă. Θώκνια, Vrbs Arcadiæ, à Thocno quodam, Steph.

Thŏē, Θόη, Filia Oceani & Tethios: Vna ex Nymphis, quas ad concuſſam Thetidem ob mortem filii ſui Achillis convenìſſe ſcribit Homer.

Tholiſtobogi, Vide THECTOSAGES & TOLISTOBII. Straboni Teliſtobogi.

Thōn, thonos, Θών, Fuit primus qui apud Aegyptios medicinã in artem redegit: cujus meminit Hom. lib. 4. Odyſſeæ. ¶ Alter, teſte Hellanico, fuit rex Canopi, ad quem quum Menelaus capta jam Troja in patriã renavigans, tempeſtate delatus eſſet, fuit primùm ab illo, antequam is Helenam conſpiceret, benignè ſuſceptus: ſed ut illam conſpexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus eſt.

Thōnĭă, Θωνία, Vrbs eſt, & caput Gabaonitarum, diſtatq; à Gaza noſtri littoris Iudææ oppido, mille quingenta, triginta ſeptem millia paſſuum.

Thōnĭs, nis, Θῶνις, Præfectus fuit Canopi ſub Proteo rege Aegypti, quo tempore Alexãder cũ Helena vi tempeſtatis in Aegyptũ appulſus eſt. Vide Herod. lib. 2. Hunc Hellanicus Thona appellat, regemq; Canopi fuiſſe tradit, & Menelaũ vi tempeſtatis eò delatum humaniſſimè excepiſſe hoſpitio, donec conſpecta Helena, amore ejus captus, quũ Menelao inſidias ſtruere cœpiſſet, ab eodem eſt interfectus. Fuit præterea Thonis urbis nomen in Aegypto, poſt Taphoſiridem, non procul à Zephyrio promontorio: cujus meminit Strab. lib. 2.

Thŏōn, o geminato, Θόων, Fuit vir Trojanus ab Antilocho interfectus. Homer. lib. 13. Iliad.

Thŏōsă, Θόωσα, Phorci filia, ex qua Polyphemum Neptunus genuit. Homer. lib. 1. Odyſſ.

Thoötes, Vnus fuit ex præconibus Græcorum, teſte Homero lib. Iliad. 12.

Thoræ, Θοραὶ, Vicus in tribu Antiochide, Steph.

Thorāx, acis. [Θώραξ. Ger. Ein Berg bey der Statt *Magneſia in Ionia*.] Mons eſt Libycus Heſperiis vicinus, Lethæo fluvio imminens, teſte Strabone lib. 14, in quo dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam grammaticum: propterea quòd reges verſibus inceſſeret: unde tractum eſt proverbiale ænigma: Cave à thorace: φύλαττε τὸν Θώρακα: quo utimur quoties linguę petulantiam frænandam volumus ſignificare, ne voces petulanter emiſſæ aliquando per jugulum redeant. Vide Eraſmi proverbia.

Thoricus Θορικὸς, vicus prope Canopum juxta Alexandriam, Steph ¶ Apud eundem Thoricus vicus eſt in tribu Achamantide Hecatæus urbem eſſe tradit, Vide THYRICVS.

Thornax, Θόρναξ, Mons Laconiæ, Steph

Thous, Θόος, Homero teſte, Vnus ex Trojanorum principibus.

Thrācē, ces, & Thracia. [Θρᾴκη, Vulgò *Romania*. German. Die Landtſchafft *Europæ* zwiſchen der Donaw / dem Meer vnnd *Macedoniæ* gelegen / jetzt ein theil der Türckey.] Europæ regio, Macedoniæ ad Occaſum proxima: à Septentrione Iſtrum habens: ab Oriente Pontũ: à Meridie Aegæum mare. Olim Scython, poſtea Thracia, à Thrace Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta: Græcè enim τραχὺ aſperum dicitur. Eſt enim regio (ut Pomponius ſcribit) nec cœlo, nec ſolo tractabilis: & niſi quà mari propior eſt, infœcunda, frigidaque. Habet feros homines, aſpero cultu. In ea ſunt urbes celebriores Apollonia, Aenos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lyſimachia, Callipolis. Amnes ſunt Hebrus & Neſtos. Montes Aemus, Rhodope, & Orbelos. ¶ Dicitur & Thraca thracæ, Virg. lib. 12. Aen. - gemit ultima pulſu Thraca pedum.

Thrāx, Θρᾷξ, gentile. Virg. 3. Aen. Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis: Thraces arant.

Thrāſſă,

Thrāssă, fœminino, Θρᾶσσα, sive Threissa, Θρήισσα. Virg. 1. Aen. -qualis equos Threissa fatigat Harpalice.

Thrācĭus, a, um, possessivum, Θρᾴκιος. Virg. 5. Aen. -quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis.

Thrēĭcĭus, a, um, Θρηϊκιος. Virg. 5. Aen. Threïcia fretus cithara, fidibusq; canoris.

Thrāscĭas, [Θρασκίας Aristoteli. Ital. *Maistre tramontana*. Ger. Der Winden einer so zwischen Mitternacht vnd des Sommers Nidergang herwäyet. Fland. Nord Westennoort.] Ventus media regione flans inter Septentrionem & Occasum solstitialem. Plin. lib. 2. cap. 47.

Thrasĕas, Θρασέας, Auguris nomen, qui in summa siccitate Busiridis Aegypti tyrannum adiens, ostendit à superis posse exorari pluviam, si hospites immolaret. Quærente deinde tyranno, quisnam & cujas esset, quum se peregrinum profiteretur. Tu igitur primus, inquit Tyrannus, Aegypto aquâ dabis. Ovid. 3. de Arte:

Dicitur Aegyptus caruisse rigantibus arva
Imbribus, atq; annis sicca fuisse novem,
Quum Thrasĕas Busiridis adit, monstratq; piari
Hospitis effuso sanguine posse Iovem:
Illi Busiris: Fies Iovis hostia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam.

Hunc tamen nonnulli Thrasium potiùs quàm Thrasĕam malunt appellare. ¶ Thrasĕas item, Θρασέας Suidæ, Philosophus fuit Stoicus sub Nerone: à quo quum jussus esset mori, fletum suorum magna constantia compescuit: porrectisque alacriter ad incisionem brachiis, humoque sanguine aspersa: Hunc, *inquit*, sanguinem libemus Iovi liberatori. Reliqua vide apud Tacit. lib. 16.

Thrāso, Θράσων, Nomen proprium glorioſi militis apud Terent. in Eunuch. ἀπὸ τοῦ θράσους: hoc est, ab insolentia, & ferocitate impositum. ¶ Fuit & nobilis statuarius ejusdem nominis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Strab. lib. 14.

Thrāsŭmēnŭs, pen. prod. [Θρασύμηνος: Vulgò *Lago di pergia*. German. Ein See in *Italia*, heist jetzt *Lago di Pergia*.] Lacus in agro Perusino, Annibalis victoria, & Flaminii Consulis clade nobilitatus. De hoc Ovid. lib. 6. Fast. Sunt tibi Flaminius, Trasumenaq; littora testes. Dictus à Thrasumeno puero, quem Aegyla nympha rapuisse dicitur.

Thrāsybūlus, penult. prod. Θρασύβουλος, Nobilis Athenienſis fuit, ingenti animi magnitudine, & amore in patriam singulari: qui ubi à triginta tyrannis in exilium actus esset, comparato exercitu non admodum magno, adjunctisque exulibus, sibi, suisque reditum in patriam manu comparavit: lato priùs plebiscito de injuriis ultrò, citroq; obliterandis: quã ἀμνηστίαν Græci appellant. Verebatur enim ne exules reducti, injuriam suam ulciscentes, civitatem civibus exhaurirent. Cæsus est ab Aspendiis, noctu ad tabernaculum ejus facto concursu, ob pecuniam acerbiùs imperatam. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 4. ¶ Fuit & alius Thrasibulus dux Milesiorum, qui ut portum Sicyoniorum occuparet, ex adversa parte urbem aggressus est: ad quam partem tuendam quum cives undiq; concurrerent, interim ex inopinato classe portum occupavit. Vide Front. Strat. lib. 2.

Thrāsўllŭs, Θρασύλλος, Athenienſis fuit, rei militaris peritissimus, qui æquali cum Thrasybulo imperio classi præfectus, Myndarum Lacedæmonium, Peloponnesiorum ducẽ apud Sestum Hellesponti urbẽ navali prælio superavit. Autor Thucydides lib. 8.

Thrāsўmăchŭs, Θρασύμαχος, Sophista fuit ex Chalcedone Bithyniæ, qui primus in oratione numeros, & artificiosam verborum compositionem traditur invenisse. Scripta ejus enumerat Suidas.

Thrasўmenus, Vide THRASVMENVS.

Thrāsўmēdēs, Θρασυμήδης, Fuit filius Nestoris: ut autor est Homer. lib. 9. Iliad.

Thría, æ, sive Thrio, ûs, Θρία, ἡ Θριὰ Stephano, Vicus est Atticæ, in tribu Oeneide: à quo Thriasii populi, & campus Thriasius: cujus meminit & Plinius libro 4. cap. 7, & multis in locis Thucydides.

Thrĭus, untis. Θριεύς, Oppidũ Elidis. Olim Achaiæ, Patris proximum: ita dictum à Thriunte quodam Athenienſi, quẽ Theseus Herculi suppetias misit.

Thrŏnĭum, Θρόνιον, Oppidum est Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul à sinu Maliaco. Plin. lib. 4. cap. 7.

Thrўŏn, Θρύον, Messeniæ oppidum, non ita procul ab Alpheo fluvio: cujus meminit Homerus in Catalogo navium, & Strabo lib. 8, & Plin. lib. 4. cap. 5.

Thūcўdĭdēs, dis, & dæ. [Θουκυδίδης. Ger. Ein Griechischer geſchichtſchreiber von Athen bürtig.] Historicus Athenienſis, Holoribus, nobili in primis genere, ut qui à Milciade & Cimone ducibus ortũ traheret, qui & ipsi genus suum ad Aeacum Iovis filium referebant, uxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui divitem: cujus opes adsecutus, non in voluptates, sed bonam earum partẽ in otium literarium erogavit. Nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, eodem quo illud gerebatur tempore, Atheniẽsibus pariter ac Lacedæmoniis aliquot militibus qui bello interessent, mercedem prębebat, uti res quotidie veras sibi renuntiarent, quas fidelius se accepturũ sperabat, si nõ solùm ab amicis, sed etiã ab hostibus de iis edoceretur, ne partes quisq; suas falsò tueretur. Pręceptores habuit in Philosophia Anaxagorã: & in Rhetorica Antiphonẽ. Scripsisse autẽ putatur historiam in Aegina insula, quò in exilium se cõtulerat. Sepultus est in agro Attico juxta sepulchra Milciadarum, in loco qui Cœla appellatur. Quidam Athenis obiisse dicunt, expleto jam legitimo relegationis tempore. Alii in Thracia decessisse volunt, ossaque ejus Athenas in majorum suorum sepulchra fuisse relata: ubi & cippus erectus fuit cum hac inscriptione: Thucydides Holori jacet hoc Alimusius antro. Hæc ferè ex Marcellino. Quint. lib. 10. cap. 1, de Thucydide sic scribit: Thucydides (*inquit*) & Herodotus longè cæteris in historia pręferendi, quorum diversa virtus laudem penè est parem cõsecuta. Densus & brevis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus, & effusus Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille conciombus, hic sermonibus: ille vi, hic voluntate. Dionysius Halicarnasseus scribit Demosthenem adeò Thucydidis stylum probasse, ut ejus librum octies sua manu descripserit, totumq; ferè edidicerit. Cic. in Bruto: Thucydidem (*inquit*) imitamur. Optimè, si historiam scribere, nõ si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum sincerus pronuntiator & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium nõ tractavit genus. Oratores autem quas interposuit (multæ enim sunt) eas ego laudare soleo, imitari neq; possim, si velim: nec velim fortasse, si possim. Hactenus Cicero. ¶ Fuerunt & alii ejusdem nominis, qui cõmemorantur à Marcellino. Vnus Milesius Athenis inter principes viros ac duces habitus, æmulus Periclis. Alius Pharsalicus Memnonis filius, cujus meminit Polemon in his, quæ de Acropoli scripsit. Tertius natione Achedrysius, cujus meminit Androtion in Atthide, dicens eum filium fuisse Aristonis, qui fuit tempore Platonis Comici, & Agathonis Tragici, ac Nicerati versificatoris. Ex Marcellino.

Thulē, es. [Θούλη. Ger. Ein Inſel weit vber Schottlandt hinauß gegen Mitternacht gelegẽ.] Insula est in ditione Scotorũ, in Septentrionem vergens, ultra Orcadas, latitudinem habens graduũ LXIII. Quò fit ut circa æstivũ solstitium quàm brevissimę ibi sint tenebræ Sole ab illorum horizonte quàm minimũ recedente: quemadmodum contrà circa solstitium hybernum nihil ferè aut quàm minimũ habent dici, Sole Tropicum Capricorni ab illis disjunctissimum perambulante. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: unde etiam à Virgilio ultima Thule appellatur 1. Georg. -tibi (*inquit*) serviat ultima Thule.

Thuría, æ, Θουρία, Oppidum Messenaici agri non procul à Pheris, excelso in loco situm: unde & αἶπεια veteres appellarunt. Ab hoc oppido propinquus sinus Thuriaces dicitur. Autor Strabo.

Thurium, θούριον, Vrbs magnæ Græciæ, olim nobilissima ad sinum Tarentinum sita, inter Crathin & Sybarin amnes: à Thuria vicino fonte nomen habens. ¶ Hujus incolæ Thurii dicti sunt & Thurini, θούριοι & θουρῖνοι, Qui quum aliquandiu floruissent, à Lucanis in servitutẽ tracti, & à Tarentinis infestati, tandem in Romanorum tutelam se dedere sunt coacti: qui eò deducta colonia, urbem eorum pro Thurio Copias appellarunt. Hæc Strab. lib. 6.

Thūscĭă, Italiæ regio, à Latio Tiberi, à Ligurib. Macra fluvio divisa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. [τυρρηνία. Ger. Ein Landtſchafft in *Italia*, jetzt *Toſcana*.] Dicta Thuscia (ut quidã existimant) ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare: propterea quòd Tyrrheni semper habiti fuerint religiosi, deorumq; cultui & sacrificiis ad superstitionem usq; dediti. Vulgò *Toſcana*.

Thūscī dicti sunt regionis hujus incolæ, qui & Tyrrheni dicuntur, τυρρηνοί. Quidam citra aspirationem scribere malunt.

Thussagetæ, sive Thyssagetæ, Vide THYRSAGETAE.

Thyamis, Θυαμις, Fluvius qui Thesprotidẽ, Cestrinãq; discriminat, teste Thucyd. lib. 1. Meminit hujus fluvii Plin. li. 4. ca. 1.

Thўātīră, pen. prod. Θυάτειρα, Insula est maris Ionii, una Echinadum Aetoliæ adjacentium, teste Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est itẽ Ioniæ civitas in Asia ad Lycum fluvium, teste eodẽ Plin. lib. 5. cap. 9. Strab. lib. 13: Mysiæ attribuit: Stephanus Lydiæ.

Thўbrĭs, Θύβρις, Nomen unius ex comitibus Aeneæ. Virgil. Aeneid. lib. 10: Assaracique duo, & senior cum Castore Thybris, Prima acies, &c.

Thўellă, æ. Θυέλλα, Oenotriæ urbs, in qua pars Phocensium cõsedit, ut ex Herodoti sententia refert Stephanus. ¶ Homerus Thyellam quartã Harpyiam videtur appellasse: respiciens ni-

mitum ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & ſonoram ſignificat procellam.

Thyẽstẽs, Θυέστης, Fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos, qui quũ fratri, cui peſſimè cupiebat, aliter nocere non poſſet, uxorem ejus per adulterium polluit. Atreus verò ei filium epulandũ appoſuit. Ob quę flagitia Sol, ne polluceretur, retrò fugiſſe fertur. Thyeſtis fabula ſic ſcribitur à Servio: Atreum & Thyeſtem germanos, quũ diſſenſione ſibi nocere nõ poſſent, in ſimulatam gratiam ferunt rediiſſe: qua occaſione Thyeſtes cũ fratris uxore concubuit: Atreus verò ei Filium epulandum appoſuit: quę Sol abominatus, ne polluereturᵉ, aufugit. Sed veritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primùm Solis eclipſim mveniſſe: cui invidens frater, ex urbe diſceſſit eo tẽpore, quo ejus probata ſunt dicta. Hactenus Servius, enarrans illud Virgilii lib. Aen. 1: Nec tam averſus equos Tyria Sol jungit ab Vrbe. Et rurſus in illud 11. Aen. Atrides Protei Menelaus aduſq; columnas Exulat, &c.

Thyẽſtẽũs, a, um, Θυέστειος, Ovid. lib. 15. Metam. Néve Thyeſteis cumulemus viſcera menſis.

Thyĭă, Θυία, Nomen filiæ Cephiſi, quę prima Liberi patris initiata fuit Orgiis, à qua Thyiades, & Tyię, Herod. lib. 7. Ab hac urbs ejuſdem nominis in qua colitur.

Thyĭădẽs, pen. cor. Θυάδες, Bacchi ſacrificulę, quæ & Bacchę & Mænades, & Baſſarides dicuntur. Rationẽ aũt hujus nominis quidã referunt ad Thyiam quandã Cephiſi filiam, quæ prima omnium Dionyſio initiata, Orgia ejus celebravit, Bacchicoq; furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyiades dicerẽtur. Alii hanc nõ Cephiſi, ſed Caſtalii cujuſdam indigenæ filiam fuiſſe volunt. Vide Cælium Rhodiginum, lib. 16. cap. 19.

Thymatadæ, Θυμαιτάδαι, Vicus in Hippothoontide tribu, Stephan.

Thymbĕr, Θύμβερ, Latini cujuſdam nomen à Palante occiſi, apud Virgil. 10. Aeneid. Nam tibi Tymbre caput Evandrius abſtulit enſis.

Thymbră, bręᵉ, Θύμβρα, Campus eſt Troadis, per quem Thymbrius fluvius in Scamandrum influit. Thymbrę autem nomen huic campo factũ putat Servius à copia thymbræ herbæ, quã Romani *cunilam* vocant, cujus maximus hoc in campo eſt proventus. ¶ Fuit item Thymbra vetuſtũ iis in locis oppidũ, Dardani opus, cujus meminerunt Strab. lib. 13. & Plin. libr. 5. cap. 30. ¶ Item delubrum Apollinis, qui à loco cognominatus eſt Tymbræus, teſte eodem Strabone loco jam citato.

Thymbræŭs, Θυμβραῖος, Apollinis cognomẽtum, ſive à Thymbra Troadis campo, ſive ab ejuſdem nominis urbe in qua colebatur, impoſitum: Virgil. 3. Aeneid. Da propriam Thymbræe domum. Vbi Servius: Thymbræus Apollo dictus eſt à loco Trojæ vicino pleno thymbra, in quo & nemus habuit & templum, in quo à Paride occiſus eſt Achilles. Ergo Thymbræus, ut Delius: Nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Verùm quia Græcè Θύμβρη dicitur, in derivatione, η in æ diphthongum mutatur: ut, Αἴτνη, Aetnæus· Δίκτη, Dircæus: Κρήτη, Cretæus. Apollinis Thymbræi templum Strabo ea in parte fuiſſe tradit, qua Thymbrius fluvius in Scamandrum influit: quo in templo ferunt Achillem à Paride fuiſſe interemptum. Vnde factus eſt locus fabulæ, ut Achilles Apollinis ſagittis diceretur eſſe interfectus.

Thymbrără, Θυμβραγόρα, Oppidum Aſiæ, ad Pactolum fluvium teſte Xenophonte in Pædia.

Thymbrĭŏs, Θύμβριος, Fluvius eſt Troadis, per campum, cui nomen eſt Thymbra, in Scamandrum influens. Autores Stephanus & Strabo lib. 13.

Thymbrĭă, Θυμβρία, Cariæ vicus, juxta antrum Charonium, quo in loco propter peſtiferas exhalationes, inferorum fauces eſſe credebantur. Autor Strabo lib. 14.

Thymele, nomen mulieres. Vide in APPELL.

Thymœtẽs, Θυμοίτης, Priami filius fuit ex Arisbe (ut quidam volunt) cujus uxor quum filium peperiſſet eodem die quo Hecuba Paridẽ, aſſerentibus hariolis eo die natum eſſe puerũ, cujus cauſa Ilium everteretur, juſſit Priamus utrunque interfici. Et Paris quidem matris aſtu clàm traditus eſt educandus: Thymœtis autem puer eſt interfectus. Cujus injuriæ ultione in multos annos dilata, Thymœtes, quum equi lignei dolum ſentiret, commodum ſibi vindictæ tempus oblatum ratus primus autor fuit, ut in urbem reciperetur. Hæc ferè Servius, enarrans locum illum Virgilii: primusque Thymœtes Duci intra muros hortatur, & arce locari, Sive dolo, ſeu jam Trojæ ſic fata ferebant.

Thyni, Θυνοί, Thraciæ populi fuerunt ad Hebrum fluviũ, quorum pars in Aſiam tranſgreſſa, juxta Apolloniam & Salmydeſſum conſedit: quem tractum ab ipſis Thyniacum litus appellat Strab. lib. 12.

Thynias, adis, Θυνιὰς, Ponti Euxini inſula, Bithyniæ adjacens, trium millium paſſuũ ambitu, alio nomine Apollonia dicta. Autor Plin. lib. 6. cap. 12.

Thynos, Θυνός, Ciliciæ oppidum, non procul à Pyramo fluvio, teſte Plin. lib. 5. cap. 27.

Thyōneũs, trium ſyllabarum, Θυωνεύς, Cognomen Bacchi, quod à Θύω: id eſt, ſacrifico quidam deductum putant, quod illi adhuc inter humanos verſanti ſacrificaretur. Quanquam non deſunt, qui id cognominis eum à matre ſua Semele accepiſſe velint, quæ alio nomine dicta eſt Thyone, Θυώνη. Ovid. 4. Metam. Additus his Nyſeus indetonſusq; Thyoneus.

Thyrea, ſive Thyre, per contractionem, Θυρέα, ἢ Θύρη, Oppidũ eſt in confinio Lacedæmoniorum, & Argivorum: cujus cauſa aliquando gravia bella inter illos emerſerunt. ¶ Hujus incolæ dicuntur Thyreates, Θυρεάται Stephano: ¶ Eſt item Thyrea inſula ante Peloponneſum è regione Hermiones, non procul à Trœzene: cujus meminit Herodot. lib. 3.

Thyrĭcos, Θυρικός, Populus in Attica regione, ex Acamantei de tribu. Autor Strabo.

Thyrſagetæ, pen. corr. [Germ. Völcker in *Scythia*, hinder *Sarmatia* wonhafft/die ſich des jagens beheiffen.] Populi ſunt Scythiæ ultra Sauromatas, ex venatione victitantes. Mela lib. 1: Thyrſagetæ, Turcæq; vaſtas ſylvas occupant, alunturq; venando. Hi à Plinio Thuſſagetæ appellantur: à Strabone, Ptolemæo, & Stephano Θυσαγέται. Quò fit, ut ſuſpicer apud Melam r literam librariorum culpa irrepſiſſe.

Thyrſis, Θύρσις, Nomen paſtoris proprium, apud Virgilium, 7. Eclog.

Thyſſagetæ, Vide THYRSAGETAE.

Thyſſus, Θυσσός, Oppidum eſt in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Athos: cujus meminit Plinius libro 4. capite 10. & Herod. lib. 7.

T ante I.

Tiare, es, πάρη, Oppidum Teuthraniæ, quæ eſt regio Aſiæ ſupra Aeolidem, & partem Troadis. Autor Plinius libro quinto, capite 30.

Tiatira, Vide THYATIRA.

Tibărēnī, πιβαρηνοί, Populi Chalybibus contigui, teſte Pomponio lib. 1. in riſu & luſu ſummum conſtituentes bonum: tenaciſſimi interim juſtitiæ, ut qui niſi antè denuntiato die, hoſtem non adoriantur. De his memoriæ prodidit Nymphodorus, Muliere partu ſoluta, virum in lectulo decumbere, & tanquam partus autorem ab uxore puerpera curari. Quod & ipſum confirmat Valeriũs Flaccus Argonaut. lib. 5. his verſibus: Inde Genetæi templum Iovis, hinc Tibarenum Dant viridis poſt terga lacus, ubi deſide mitra, Fœta ligat, partuque virum fovet ipſa ſoluto. Vide TABARENI.

Tiberĭas, dis. [πιβεριάς. Germ. Ein Statt in *Galilæa*, vom König *Herode* zu ehren *Tiberii* des Keyſers gebauwen.] Vrbs Iudææ, ad lacum Genezaritidem, ab Herode condita, & in gratiam Tiberii Cæſaris ita appellata. Autor Stephan.

Tiberĭus, πιβέριος, Liviæ Auguſtæ filius, & privignus Auguſti, ejuſdemque in imperio ſucceſſor, omni avaritiæ, libidinis, & crudelitatis genere contaminatiſſimus. Vitam ejus vide apud Suetonium, eadem prorſus libertate deſcriptam, qua ille vixit. ¶ Fuit & Sophiſta ejuſdem nominis, cujus ſcripta enumerantur à Suida.

Tĭbĕrĭs, ris, qui & Thybris, [Θύβερις Dionyſio, πίβερις & Θύμβερις Steph. Vulgò *Tevere*. Germ. Ein berümpter fluß in Italia/ſo durch Rom laufft.] Celeberrimus Italiæ fluvius è media ferè longitudine Apennini, Aretinorũ finibus defluens, qui multis deinde fluminibus auctus, ab Hetruria Latium, Ianiculũq; ipſum ab urbe Roma dirimit, tandemque decimoquinto ab Vrbe lapide duobus oſtiis, modico intervallo diremptis, in mare evolvitur, ea in parte, qua Ancus Martius Oſtiam extruxit. De ratione nominis diverſi diverſa prodiderunt, adeò ut non facile fuerit certi aliquid conſtituere. Livius à Tiberino Albanorum rege dictum exiſtimat, in trajectu ejus ſubmerſo, quum anteà Albula diceretur. In qua ſententia Ovidius quoque fuiſſe videtur, ſic ſcribens libro 2. Faſtor. Albula quem Tiberim merſus Tiberinus in undis Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis. Servius Tiberis nomen ipſa etiam Alba vetuſtius eſſe contendit: ideoque nominis ejus originem ad Thybrin potiùs Hetruſcorum regem referendum exiſtimat, qui Latium crebris latrociniis infeſtans, tandem circa hunc fluvium eſt occiſus. Cui ſententiæ Virgilius quoque non obſcurè ſubſcribit: apud quem ſic loquitur Evander lib. 8. Aeneid. Tum reges, aſperque immani corpore Thybris, A quo pòſt Itali fluvium cognomine Thybrim Diximus. Alii non tàm à regis hujus nomine, quàm ab injuriis, & contumeliis, quibus in obvium quenque circa hunc fluvium graſſabatur appellationem hanc tractam exiſtimant: unde Thybrim ſcribendum contendunt, quaſi πλὼ ὕβρεν, ut dictionem conflatam intelligamus ex articulo fœminino, & nomine ὕβρις, quam ſcripturam etiam apud Dionyſium Aſium obſervavimus. Nos Thybridis nomen antiquius eſſe putamus, Tiberis recentius, litteris aliquot (ut ſolet) temporis lapſu immutatis. Quò fit, ut illud Poeta,

sud Poëtis, hoc Oratoribus sit usitatius. Stephanus quoq; in urbium Onomastico utrumq; nomẽ agnoscit, nisi quòd apud illum Θύμβρις legatur, m littera communi Græcorum consuetudine adjecta: Θύμβρις (inquit) ποταμὸς ῥάμνης, ὃς καὶ πίβρις. Hisce rationibus in eam potissimùm sententiam adductor, ut Thybris dissyllabum, th aspirato, & y Græco scribendum putem: trisyllabum autem Tiberis t, tenui, & i nostro. Quam scripturæ rationem etiam à Græcis videmus observari, apud quos πίβρις, πίβριος, πίβριν, πίβρεως, & cætera omnia hinc derivata per jota scribi videmus.

Tĭbĕrīnŭs, a, um, pen. prod. possessivum est, Θύμβρις Stephano: ut, Ostia Tiberina apud Virg. 1. Aeneid. Tiberina flumina apud eundem lib. 12.

Tĭbĕrīnŭs, rini, pen. prod. πίβριν, Capeti filius & Albanorum rex, qui in vicino flumine submersus, effecit ut pro Albula Tiberis diceretur. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Latino Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in trajectu Albulæ submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Tiberinus item à superstitiosa antiquitate creditus est Deus esse, Tiberis fluvii præses, cujus monitu Aeneas Evandri sibi auxilia ascivit: de quo sic scribit Virg. lib. 8. Aeneid. Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno, Populeas inter senior se attollere frondes Visus, cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo. ¶ Quin & fluvius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Servio, quemadmodum in πολιτείᾳ Tiberis, & in Poësi Thybris.

Tibesis, πίβησις, Fluvius est ex Hæmo monte nascens, & Septẽtrionem versus in Istrum influens. Autor Herod. lib. 4.

Tibiscus, [πίβισκος: Vulgò *Tissa*. Ger. Der fluß Tyssa in Vngeren/ lauffet in die Donaw.] Fluvius Daciæ, in Carpatho monte nascens, & Dacos ab Iazygibus Metanistis dirimens, tandemq; juxta Tibiscum urbem in Danubium influens. Autor Ptolem. lib. 3. cap 4.

Tĭbullŭs, Prænomine Albius, Poëta Elegiographus fuit, Romæ natus Hircio & Pansa Coss. qui annus etiam Ovidii Poëtæ natalibus fuit insignis. Ex amicis Messalam Corvinum maximè coluit, quem dum in Asiam proficiscentem sequitur, in gravissimum incidit morbum: adeò ut de vita desperans, hoc sibi scripserit Epitaphium: Hic jacet immiti consumptus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturq; mari. Ex Poëtis familiares habuit Horatiũ, qui eum judicem suorum appellat scriptorum: & Ovidiũ, qui mortem ejus elegantissima deflevit Elegia. In amoribus & nimius & inconstans fuisse videtur, ut qui præter Marathum, & Cerinthum pueros, Deliam quoque amârit Sulpitiam, & Neæram: omnium autem maximè Nemesim: cujus formam, & venustatem bona operis sui parte posteritati commendavit. Obiit Romæ virenti adhuc ætate, non sine gravi eruditorum omnium mœrore.

Tĭbur, pen. genit. corr. πίβυος, πίβυϊ, & πίβυος Stephano, Civitas in Sabinis, decimosexto ab Vrbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singulari aëris temperie commendata. Ovid. 4. Fastor. Et jam Telegoni, jam mœnia Tiburis udi Stabant. Mart. lib. 6: quum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est. Est autem hoc oppidum origine Græcum à Tiburto, Catyllo, & Corace, Amphiarai liberis, post prodigiosum patris ad Thebas interitũ communiter conditum, & à Tiburti nomine, qui ex tribus natu maximus erat, Tibur appellatum. Autores Cato in Orig. Solinus, & Sextus scriptor Græcus.

Tĭbŭrs, urtis, πίβερτις, Gentile. Virgil. 1. Aen. Haud aliter Tarchon Tiburtum ex agmine prædam Portat ovans. Cicero pro Cornel. Balbo. L. Coffinius Tiburs, pater hujus equitis Romani.

Tĭbūrtīnŭs, ă, um, πίβερτινος, Quod ex Tibure est: ut, Sibylla Tiburtina.

Tichiocis, τιχίοις, ὁ, castellum prope Trachinam. Gentile Tichicus, Stephan.

Tichos, τεῖχος, castellum Achaiæ: incola Tichites, Steph.

Ticinum, pen. prod. [τίκινον Ptolemæo: τίκιος Stephano. Vulgò *Pavia*. Ger. Pavey in Italia.] Insubriæ civitas, quam hodie *Papiam* vocant, à Ticino fluvio præterlabente nomen habens.

Ticīnŭs, pen. prod. [τίκινος. Ital. *Tesino*. Ger. Ein Wasser in Italia/ fleußt für Pavey hin.] Fluvius est Insubriæ in Eridanum fluens, à quo vicinum oppidum Ticinum est appellatum. Silius lib. 9: Dũ Romana tuæ Ticine cadavĕra ripæ Nõ capiant.

Tifernum, τίφερνον: Vulgò *Città di Castello*. Vmbriæ oppidum est, teste Ptolem. li. 3. cap. 1. à quo Tifernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Tifernus, τίφερνος. Fluvius est in secunda Italiæ regione, Apulos dividens à Frentanis. Autor Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgò *Fortero in Puglia Piana*.

Tĭgĭllīnŭs Ophonius, Vir fuit Romanus vitæ corruptissimę, qui Neroni intimarum libidinum conscientia quum esset familiaris, plurimis summis viris per calumniã exitiũ machinatus est. Postea rerum potito Othone, ad aquas Sueſſanas supremæ necessitatis nuntio accepto, inter concubinarũ oscula fauces sibi præcidit, teste Tacito lib. 17. Meminit hujus & Iuvenal. Sat. 1: Pone Tigillinum, teda lucebis in illa, Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Tigrānē, τιγράνη, Vrbs mediæ mediterranea, teste Ptolem. lib. 6 cap. 2.

Tigrānēs, nis, pen. prod. τιγράνης, Propriùm nomẽ Regis majoris Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati regi, victus est primò à Lucullo: deinde à Pompejo Magno, cujus sæpè mentionem facit Cic. in Orat. pro lege Man. Lucan. li. 2: Tigranẽq; meum, ne Pharnacis arma relinquas.

Tigrānŏcĕrtă, tæ, τιγρανοκέρτα: Vulgò *Sulthania*, Oppidum in montanis majoris Armeniæ, teste Plin. lib. 6 cap. 11. à Tigrane conditum, unde & nomẽ accepit, quasi Tigranis civitas. Nam Certa Parthorũ lingua urbem sonat. Vide Stephanum in urbium Onomastico.

Tigrĭs, [חדקל *chiddekel*, τίγρις, ητος. Ger. Ein groſſer fluß in Aſſur entſpringt in *Armenia*, fleußt durch Aſſyrie in die Perſiſch Meerſchoß.] Insignis Asiæ fluvius, Mesopotamiam ab Ortu alluens, quem Sacræ literæ ex Paradiso nasci confirmant. Solinus in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lacu, conspicuoq; fonte, nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigrè fluere, non cum suo nomine. At quum in fines Medorum invectus sit, Tigrim statim vocari: Arethusam lacum influere, gravia pondera sustinentem, cujus pisces nunquam se alveo Tigridis immiscent, sicut nec amnici stagnũ attingant Arethusæ. Mox Arabas præterfluẽs, Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspen accipiens, Euphratemq;, defertur in sinum Persicum. ¶ A Tigri fluvio dicti sunt Transtigritani, qui trans Tigrim habitant: sicut Transpadani, qui trans Padum.

Tigullii, τιγύλλιοι, Ligurię populi, quorum urbes Tigullia, & Segesta commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Sagestro*.

Tigurini, [τιγυρινοί. Ger. Die Zürichgöwer.] Populi inter Helvetios Limagi fluminis accolæ: quorum meminerunt Cæsar, libro 1. de Bell. Gall. Strab. lib. 7, Florus libro 3. cap. 3, Paulus Orosius lib. 5. cap. 16, & Plutarchus in Vit. C. Marii. Eorum metropolis est Tigurũ urbs, Vulgò Zürich/ situ perquã amœno, inter duos montes, supernè lacus incumbit lympidissimus, longus circiter duodecim millia passuum, supra quem amœnus Alpium prospectus est: ut volupe sit vel in media æstate, nives & quandam quasi hyemem intueri. Is lacus urbẽ dissecans, in medio Limagũ fluvium, quem recipit, penè apud Glareanos rursus effundit: sternitur pontibus duobus, qui urbem dissectã denuò conjungũt. Ipse verò Senatus, populusq; Tigurinus, quum olim suam urbem sociam Romani Imperii ab Imperatore deferi, negligiq; cernerẽt, multis, magnisq; de causis cum Lucernatibus & Vranis, & Suicẽsibus, & Subsylvanis (quibus tunc quoq; bellum erat cum principibus Austrię) in perpetuum fœdus, societatemq; venêre, ea lege, ut Tigurinus pagus inter omnes primum locum obtineret. Quod factum est anno ab orbe redempto, MCCCLI. Hic pagus & tota regio Helvetiorum hodie inter Germanos censentur. Pagi Tigurini meminit Cæsar libro 1, bell. Gall. Tigurinus (*inquit*) is pagus est: nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.

Tilium, τίλιον, Vrbs litoralis in latere Occidentali Sardiniæ autore Ptolem. lib. 3. cap. 3.

Tĭlos, Vide THVLE.

Tĭlphōssă, τιλφοσσα, Fons est Bœotiæ subter Tilphosiũ montem labens, ubi Tiresiæ vatis sepulchrum est: qui quum senex esset, & frigidam fontis hujus aquã potasset, subitò extinctus est. Autor Strabo lib. 9.

Tĭlphōssæŭs, τιλφοσσαῖος, Mons est Bœotię, nõ procul ab Haliarto, templũ habẽs Apollinis Tilphossii. Autor Strab. lib. 9.

Tĭlus, (quod huc pro sinus Persici insula malè relatum erat) vide TYLVS. Siquidem tàm apud Ptolemæum quàm apud Plinium scribitur y Græco.

Timæus, τίμαιος, Nomẽ proprium Philosophi Locrensis, cui divinum illud opũs Plato inscripsit, in quo de rerum creatione differit, quod Cicero postea Latinum fecit, atque de Universitate inscripsit: quanquam non desint qui negent Ciceronis esse. ¶ Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogantissimus, qui se historiam scripturum jactabat, qua facilè Thucydidem superaret: hoc videlicet commento gloriam & eruditionis opinionem apud imperitã plebeculam captans. De hoc Plutarchus in Nicia.

Timachus, machi, pen. corr. τίμαχος, Mœsiæ fluvius, ex Rhodope monte fluens, teste Plin. lib. 4. cap. 26.

Timagenes, pen. corr. τιμαγένης, Rhetor fuit Alexãdrinus, qui à Gabinio, quum in Aegypto res gereret, captus, Romamq; perductus, à Fausto Syllæ filio redemptus est. A quo manumissus, primùm in ipsis Pompeii ædibus, eoq; mortuo, in palatio ludum aperuit. Postea verò quum ob linguæ libertatem schola excidisset, in rure Tusculano ætatem peregit. ¶ Fuit &

alter Timagenes, historicus, qui maris totius situ libris quinq; est complexus. Vtriusq; autor Suidas.

Timagoras, πμαγόρας, Civis Athenienſis fuit, à ſuis capitali ſupplicio affectus, quòd Darium, ad quē legatus erat, amore Perſarum per adulationem adoraſſet. Suidas & Valerius.

Timandrā, πμανδρα, Filia Ledæ, & Tyndarei, & ſoror Clytemneſtræ, quæ Echemono nupſit: ut refert Lycophronis Scholiaſtes.

Timānthēs, [πμανθης Suidæ. Ger. Ein fürtreffentlicher Maler.] Nomen pictoris celeberrimi, Parrhaſii æmuli. Inter ejus verò ingenii monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur, quam pinxit ad aram ſtantē, jamq; Dianæ immolandam: & quū omnes mœſtos pinxiſſet, omnemq; triſtitiæ imaginem conſumpſiſſet, patris vultum, quem dignè effingere non potuit velo obduxit. Pinxit & Cyclopem parva in tabula, cujus magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros thyrſo pollicem ejus metientes: itaque ex omnibus ejus operibus intelligitur plus quàm pingitur. Hæc ferè Plin. libro 35. capite 9.

Timarchides, æ, vel, dis, πμαρχίδης, Eximius marmoris ſculptor, apud Plinium lib. 36. cap. 5. ¶ Fuit & alter ſtatuarius, qui multa nobilia [illegible]re opera confecit: cujus meminit idē Plin. lib. 34. cap. 8.

Timārchus, πμαρχος; Atheniēſis quidam fuit, Demoſthenis familiaris, qui quum in adoleſcentia pudicitiam ſuam in Piræo proſtituiſſet, eo nomine jam ſenex ab Aeſchine in judicium vocatus eſt, & condemnatus. ¶ Fuit item Timarchus ſtatuarius nobilis, qui centeſima viceſima Olympiade floruit: teſte Plin. lib. 34 cap. 8.

Timāvus, pen. prod. πμαος: Vulgò *Brenta*, Nomen fluminis juxta Aquilejam, novem naſcens capitibus, teſte Pomponio, unoq; oſtio ſeſe in mare evolvens. Virg. 1. Aen. Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timavi.

Timoclea, πμόκλεια, Mulier Thebana fuit, quę ſtuprum à Barbaro per vim paſſa, diſſimulato dolore, finxit ſe illi velle oſtēdere magnum auri pondus, perductumq; ea ſpe ad altiſſimū puteum, qui erat in interiore parte domus, quum pronus puteum inſpiceret, præcipitem dejecit, & ſaxis obruit.

Timocles, πμοκλῆς, Duorum Comicorum Athenienſium nomen, quorum fabulas aliquot enumerat Suidas.

Timocreon, ontis, πμοκρέων, Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdiæ ſcriptor: qui graves cum Simonide Melico, & Themiſtocle inimicitias exercuit: quos etiam cōtumelioſo poëmate inſectatus. Autor Suidas.

Timolaus, πμόλαος, Rhetor & verſificator, è Lariſſa Macedoniæ, diſcipulus Anaximenis Lampſaceni. Scripſit poëma de bello Trojano, Homeri ſingulis verſibus ſingulos addens. Suidas.

Timŏlĕōn, πμολέων, Corinthius dux inclytus, viribus fortiſſimus, vitaq; abſtinentiſſimus, qui miſſus cum paucis triremibus ad liberandas à Dionyſii tyrānide Syracuſas, quem Dion Syracuſanus implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquageſimo poſtquam Syracuſas appuliſſet die, urbe potitus eſt: deinde arcem obſidens, Dionyſium ad deditionem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum miſit. Arcem verò ſolo æquavit, & Syracuſanis libertatem reſtituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captū interfecit. In ſumma æqualis fuit Timotheo, Ageſilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho, qui eum è noſtris comparat Paulo Aemilio.

Timolus, Lydiæ mons, poſtea Tmolus, τμῶλος, appellatus, teſte Plinio, lib. 5. cap. 29.

Timōn, πμων, Phliaſius Philoſophus, qui apud Chalcedonem philoſophiam, & oratoriam exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripſit Tragœdias, & Comœdias, & Satyras. Dictus amarulentus, & mordax, ſillorum: id eſt, dicacitatum ſcriptorīde quo Gellius: Timon amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit, quem Sillos inſcripſit. ¶ Fuit & alius Timon Athenienſis temporibus Peloponneſiaci belli (ut ex Ariſtophanis & Platonis poëmatibus perſpicere licet) prorſus inhumanus, ac vitans hominum congreſſus, præter unius Alcibiadis adoleſcētis. [Ger. Ein häſſiger vñ teutſcheuhiger Menſch zu Athen.] Interrogatus quæ cum illo cauſa eſſet amicitiæ. Quòd ſciam (*inquit*) illum quandoq; multorū malorum Athenienſibus cauſam futurum. Semel in vita in concionem dicitur aſcendiſſe, factiq; novitatem cūctis admirantibus: Eſt mihi (*inquit*) ô viri Athenienſes, poſt ædes hortulus, in quo ficus coaluit quædam, in qua permulti noſtri cives ſe ſuſpenderūt. In eodem nunc ego loco ædificare volo. Quamobrem viſum eſt mihi, vos publicè admonere, ſi quis fortè ſit, qui ſe priùs velit ſuſpendere, antequā arbor excidatur. His igitur de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος eſt appellatus: hoc eſt, humani generis oſor. In ſepulcro quod ſibi ipſe conſtruxerat, inciſum erat epitaphium in hanc ſententiam: Hic ſum poſt vitam, miſeramq; inopemq; ſepultus. Nomen non quæras: dii, lector, te malè perdant.

Timomachus, pen. corr. πμόμαχος, Fuit pictor Byzantius, Cæſaris Dictatoris ætate. Fecit Medeam & Ajacē, quos ipſe Cæſar LXXX. talentis emit, & in templo Veneris dicavit. Autor Plin. lib. 35. cap. 11.

Timonium, πμονίον, caſtellum Paphlagoniæ. Gentile Timonites, Stephan.

Timoniacus, πμονιακὸς, fuit pictor Bizantius, Cæſaris Dictatoris ætate, qui Ajacem Cæſari pinxit.

Timŏthĕus, pen. corr. πμόθεος, Nomen proprium Cononis Athenienſis filii, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus: & (quod ſuper omnia eſt) εὐτυχὴς: id eſt, fortunatus Imperator habebatur. Huic ſtatua publicitùs in foro Athenis poſita eſt, ob victoriam, qua victis Lacedæmoniis, imperium Athenienſium auxit, & muros Athenarum extruxit. Poſt hujus obitum non fuit quiſquam ferè Athenis dignus memoria. Hujus geſta æmuli, ut laudem ejus imminuerent, Fortunæ adſcribebant, circunferentes paſſim tabulas, in quibus ille pictus erat dormiens, adſtante interim fortuna, quæ civitates in retia ejus ageret. Quam rem ille ægrè ferens, ſua illa eſſe dicebat, non fortunæ opera. Ex quo tempore, quaſi perioſa hominis ingratitudinem fortuna, omni prorſus fœlicitate excidit. Autor Suidas ut docti hominis meminit Cicer. libro 1. Offic. Quod idem fecit (*inquit*) Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude nō inferior fuiſſet quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adjecit. Hactenus Cicero. ¶ Timotheus item Athenienſis Comicus, mediæ Comœdiæ cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Timotheus Mileſius, Therſandri filius, muſicus, qui decimam & undecimam chordam lyræ addidit, & antiquā muſicam in molliorem modum mutavit. Hunc ferunt duplo majorem ab his, quos alius inſtituiſſet, mercedem exigere ſolitum fuiſſe, quàm ſi rudes traderentur. Geminatum enim laborem dicebat docendi priùs, mox docendi. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cujus filius Alexander modulis ejus excitabatur, & ad res bellicas alacriùs inſtruebatur. Deceſſit anno ætatis LIII. Scripſit de Muſica libros 17. Item encomia, & dithyrambos. Hæc Suidas. ¶ Timotheus, ſculptor nobiliſſimus, unus ex iis, qui Mauſoleū cælavêre: cujus in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta: ut ſcribit Plinius lib. 34. cap. 8. ¶ Timothæus Gazæus Grammaticus, tempore Anaſtaſii principis, in quem etiam Tragœdiam cōſcripſit. Edidit & heroico verſu de Indicis, & Arabicis, & Aegyptiis, & Lybicis quadrupedibus, & de avibus peregrinis libros 4. ¶ Fuit & Timotheus, Pauli Apoſtoli diſcipulus, patria Licaonius, mulieris viduæ filius: poſtea præſul Epheſius Apoſtolicis epiſtolis, & martyrio clariſſimus.

Timyra, πίμυρα, Vrbs juxta Iſauriam, & fluvius Indię. Gentile Timyreus, Steph.

Tina item, Ptolem. li. 2. cap. 3, fluvius eſt in tractu orientali Britanniæ inſulæ.

Tindă, πίνδη, Thraciæ urbs, in qua Diomedes equos ſuos humana carne paſcebat. Autor. Plin. lib. 4. cap. 11.

Tindăum, πίνδιον, Vrbs Libyæ, civis Tindaras, quaſi à Tinda vel Tindeius, Steph.

Tingī, πίγσι, Oppidū eſt Africæ, non procul ab Ampeluſio promontorio, ab Antæo (ut ferunt) conditum. Tingi, inquit Pomponius Mela lib. 1. & Plin. li. 5. cap. 1, Mauritaniæ pervetus oppidum, ab Antæo (ut ferunt) conditum, poſtea à Claudio Cæſare, quum coloniam faceret, appellatū Traductajulia. [Ger. Ein Statt in *Mauritania* gelegen. Vulgò *Tanier*.]

Tingitana, πιγσιτανὴ, Extima Mauritaniæ pars, à Tingi urbe nomen habens: cujus deſcriptionē vide apud Plin. lib. 5. cap. 21.

Tion, τίον, Vrbs maritima Ponti, non procul à Partheni fluminis oſtio. Autor Ptol lib. 5. cap. 1.

Tipaſa, τίπασα, Vrbs Mauritanię Cæſaris, apud Plin. li. 5. cap. 2.

Tiphernum, Vide TIFERNVM.

Tiphys, τίφυς, Argonautarum in Cholchica expeditione gubernator fuit. Virgilius in Bucol. Eclog. 4: Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas, &c. Ovidius: Tiphys in Aemonia puppe magiſter erat. Seneca in Medea: Tiphys in primis domitor profundi.

Tiria, τειρία, Vrbs Leucoſyrorum. Gentile Tiricus. Steph.

Tirĕsĭas, [τειρεσίας. Ger. Ein Wahrſager von *Thebis*.] Vates Thebanus fuit, Evero patre genitus, qui quum aliquando in Citharone vidiſſet duos dracones coëuntes, obſervata fœmina ex iis occidit illam: quo facto in fœminam & ipſe muratus eſt. Deinde quum rurſus poſt ſeptem annos eodem pacto & marem draconem interfeciſſet, in priſtinam formam rediit. Contigit igitur aliquando certantibus inter ſe Iove & Junone, virine an fœminæ majorem ex Venere voluptatem caperent, ut ille judex ſit adhibitus, ut qui utrunque fuiſſet expertus. Tire-

tus. Tiresias autem pro Iove sententiam tulit, asserens multò plus ex coïtu voluptatis percipere fœminas. Ob quòd à Iunone excæcatus est. Alii verò propterea excæcatum dicunt, quòd Palladem nudam in fonte conspexerit. Iupiter autem in solatium visus amissi divinationem illi dedit. Stat. libro 10. Theb. -sibi callidus ista Tiresia nataq; canat, &c. Hujus animam evocat Vlysses apud Homer. lib. 10. Odyss. Multaq; ab ea futura edocetur. Autor est Strabo lib. 9: Tiresiæ monumentum fuisse sub Tilphossio monte Bœotiæ, juxta fontem Tilphossam, ubi profugus diem suum obiit, quum jam senex gelidissimam Tilphossæ aquam hausisset. Ibi Thebani cives sepulto divinos honores tribuêre. ¶ Fuit Tiresiæ filia fatidica, nomine Manto, quæ ex Tiberino fluvio filium peperit nomine Ocnum, qui in Cisalpina Gallia oppidum cõdidit, & à nomine matris Mantuam appellavit. Iuven. Satyr. 13, Tiresiam appellativè posuit pro homine cæco, quum ait: Nec furdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

Tiridates, τειριδάτης, Rex Armeniæ, qui variis gestis cum Corbulone bellis, tandem ex fœdere Romam venit, & diadema regni à Nerone accepit. Vide Tacitum lib. 15.

Tiriscum, τείσκον, Daciæ urbs, non procul à Danubio, teste Ptol. lib. 3. cap. 1.

Tiriza, τείζα, Vrbs Paphlagoniæ. Gentil. Tirezi, & apud Ctesiam Tirizibani. Ab Odrissis (inquit) ad Tirizibanos habitantes in pagis, Stephan.

Tirsæ, τίρσαι, urbs Mygdoniæ in Macedonia à Thyrsæ una ex uxoribus filii Mygdonis: Gentile Tirsæus Steph.

Tiryns, masc. gen. τίρυνς, ὁ, Agri Argivi fluvius, ejusdem nominis urbem præterlabens.

Tiryns, nthos, τίρυνς, ῆ, fœm. gen. Agri Argivi oppidum, Herculis patria, à qua ille dictus est Tirynthius, τιρύνθιος.

Tisias, τισίας, Stesichorus poëta antè dictus est: sed à chorea id nominis sortitus est.

Tisiphŏnē, τισιφόνη, Vna ex furiis, à cædibus plectendis dicta: τίσις ultio vel pœna: φόνος, vel φόνη cædes, aut mors. Horat. in Serm. -servilibus utq; lam peritura modis, Hecaten vocat altera, sævam Altera Tisiphonem.

Tisobis, τισόβις, Fluvius Britanniæ, teste Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tissă, τίσσα, Ptol. lib. 3. cap. 4, Siciliæ urbs.

Titān, & Titanus, pen. prod. τιτάν, Saturni frater, Cœli & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, qui & ipse à Titanibus duxit originem. Tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque sorores, à Titea matre dictos, ut autor est Diodorus. Ex quibus unus fuit Iapetus, pater Promethei. Hyperon quoque ex Titanum numero est, qui Solis ac Lunæ, stellarumq; motus observasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideò Solis parens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan: Luna, Titanis, τιτανίς, & Diana Titania à poëtis dicuntur Lucan. libro 1: Flammiger an Titan, ut valentes hauriat undas. Ovidius Metamorph. Dumq; ibi perluitur solita Titania lympha. Servius sic habet: Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra, in ejus ultionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως: id est, ab ultione: Primumq; contra Saturnum quidam Titanes: deinde Gigantes contra Iovem genuit. Ipse verò Titan cum filiis, quos Titanes à patre appellabant, bellum gessit adversus Saturnum & Opim, quod conventui non stetissent: eosq; captos muro inclusit: qui postea à Iove filio victis Titanib. liberati sunt, ut suprà latiùs de Saturno dictũ est.

Titānĭus, a, um, τιτάνιος, adjectiv. ut Titania astra. Virg. 6. Aen. Lucentemq; globum Lunę. Titaniaq; astra Spiritus intùs alit.

Titānĭăcŭs, a, um, Ovid. 7. Metam. Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat Palladias arces.

Titanus, ut refert Plin. lib. 5. cap. 30, Fluvius est Acolidis, & civitas ab eo cognominata.

Titaresius, τιτάρήσιος, Homero, Fluvius est Thessaliæ, qui in Titaro monte, qui Olympo vicinus est, ortum habens, labensque versus plagam Tempe contingentem, in Peneum influit: ob aquarum tamen crassitudinem illi non admiscetur, sed in modum olei superfluit. Plin. libro 4. capite 8, Euroton vocat. Lucanus Titaresum vocat, per quatuor syllabas, libro 6: Solus in alterius nomen quum venerit undæ, Defendit Titaresus aquas.

Tithōnŭs, pen. prod. τιθωνὸς, Laomedontis filius, qui (ut fabulæ ferunt) quũ juvenis esset, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonẽ genuit. Sed tandem post longissimã vitam, audita Memnonis filii morte, in cicadã versus dicitur, dicente Horatio. Longa Tithonum minuit Senectus.

Tĭtĭă curia, & Titiensis tribus, dicta est a Tito Tatio Sabinorũ duce, à Romulo in partem regni recepto. Festus.

Tĭtĭānŭs, Titiani filius, Oratoi Græcus, præceptor Maximini principis. Scripsit libros Provinciarum pulcherrimos. Appellabatur Simia sui temporis, quòd omnia propè imitaretur, Capitolinus.

Tĭtī Livii duo memorantur: Alter tragœdiarum scriptòr, Romanorum poëtarũ antiquissimus, qui ob ingenii fœlicitatem à Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus est. Alter Pataviaus cum Crispo Salustio de Historiæ principatu certans. Vide suprà in dictione LIVIVS.

Tĭtĭi, [Ger. Die Priester *Apollinis*.] Sacerdotes fuerũt Apollinis, à titiis avibus, quas in auguriis certis observare solebant: sic appellati, ut ait Varro lib. 4. de Ling. Latin. Lucan. lib. 1: Et doctus volucres augur servare sinistras, Septẽvirq; epulis festis, Titiiq; sodales.

Titoneus, τιτωνεύς, Nomẽ montis apud Dionys. lib. 1, Gigantialis: incola similiter Tironeus, Steph.

Titornus, τίτορνος, Bubulcus fortitudinis monstrosæ fuit, qui cum Milone Crotoniata de robore certavit, victiq;, quum pedem tauri una manu: altera verò alterius tauri pedẽ, ipsis per vim conantibus resilire, traheret. Autor Aelianus.

Tĭtŭs, τίτος, Prænomen fuit Romanis familiare: inde dictum (ut Festo placet) quòd antiqui Titos, & titulos milites appellabant, eò quòd patriam tuerentur, ut jam dictum est. Quanquam Coruuto etiã placet à membri virilis magnitudine Titi prænomen inductum esse. Hoc prænomine dictus fuit Vespasianus Flavii filius & frater Domitiani, princeps clarissimus, populoq; Romano adeò charus, ut vulgò Orbis amor diceretur, & Deliciæ humani generis.

Tĭtўrŭs, Pastoris nomen apud Virgilium in Bucol. à Theocrito mutuatum.

Tĭtўŭs, τιτυὸς, Filius fuit Iovis ex Elara Orchomeni filia, quam prægnantem Iupiter, timens Iunonis iram, occultavit in terra: ex quo factum est, ut nascẽs puer, ex terra natus videretur. Hic postea quùm ad integram ætatem perveniisset, captus amore Latonę. Apollinis matris, eam de stupro interpellavit. Quamobrem Apollo iratus, sagittis ipsum confodit, & apud inferos religavit, ejusq; jecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, ut consumptum renascereturillicò, & sic nunquam vultures à discerpendo cessarent, nec ipse à patiendo. Tantæ magnitudinis gigas fuisse perhibetur, ut jacẽs novem jugera occupaverit. Ovid 4. Metam. Viscera præbebat Tityus lanianda, novemq; lugeribus distractus erat, &c. Vide Servium apud Virg. lib 6. ad hunc locum: Nécnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. ¶ Tityus item Sextus, autore Cicerone in Bruto, orator fuit loquax sanè & satis acutus: sed tamen solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nascereturcui saltationi Tityus nomen esset.

T ante L.

Tlepolemus, τληπόλεμος, Herculis & Astioches filius, quẽ ex Ephira urbe Peloponnesi rapuerat (ut meminit Hom. Iliad β) clarus rebus bellicis, corporisq; proceritate insignis. Hic quũ adolevisset, Lycimnium avunculum suum Marte progenitum & patri suo charissimum jam senem interfecit. Propter quod fabricatis navibus patria profugus, collecta juvenum multitudine, Rhodum petiit, & ea insula occupata, Rhodiensibus imperavit. Postea ad bellum Trojanum cum novem navibus profectus, à Sarpedone occisus est.

Tletes, τλῆτες Populi Iberici juxta Tartessios, Steph.

Tlōs, τλῶς, Vrbs Lyciæ à Tlo Mileti & Praxidices nymphę filio. Gentile idẽ vel Tloites vel Tloitus. ¶ Est & alia Tlos Vrbs Sidiæ possess. Tloicus Steph. Prioris meminit Strabo lib. 14.

T ante M.

Tmarus, τμῶρος, Mons est Thesprotiorũ, Dodonæo oraculo imminens, qui & Tomarus, τόμαρος, dicitur, teste Strab. lib 7.

Tmōlŭs, [τμῶλος. Ger. Ein Berg in *Lydia*, in welchem der fluß *Pactolus* entspringt.] Lydiæ mons, Sardibus incumbens, ex quo Pactolus amnis profluit, aureas trahẽs arenas. Ovid. 6. Metamorph. -riget arduus alto Tmolus in ascensu, clivoq; extẽsus utroq;, Sardibus hinc, parvis illinc finitur Hypæpis. Antiquis Timolus dicebatur per tres syllabas: Plin. lib 5. cap 29: Celebratur Lydia maximè Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Timolus dicebatur. Ovid. 6. Metam. Defuerũt sui nymphæ vineta Timoli. ¶ Tmolus, τμῶλος, Lydię amnis, ex ejusdem nominis monte profluens, in quo coticula invenitur, auro explorando utilis Plin. lib. 33. cap 8 Auri, argẽtiq; mentionem comitatur lapis, quẽ coticulam appellant, quondã non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo, ut est autor Theoph. nunc verò passim

Tmous, τμῶος, Filius Tremuli & Praxidices, in Lycia natus, Stephan.

T ante N

Tnyssus, τνύσσος, Vrbs Cariæ: Gentile Tnyssus, Steph.

T ante O.

Tobius, Ptolem. li. 2 cap. 3 Britanniæ insulæ fluvius, ad cujus ostia est oppidum quod *Tome* vulgò dicitur.

Tolentum Tolenti, Oppidum est Italiæ in Picentis. à quo Tolentinates populi, apud Plin lib. 3 cap 13.

Tolerium, τωλήριον, Vrbs Italiæ, Gent Tolerinus. Steph.

Tŏletum, [τωλήτον: Vulgò *Toledo*. Ger. Ein fürnemme Stat in Hispanien.]

Hiſpanien.] Vrbs Carpetanorum, in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Tŏlĭſtŏbĭi, τολιστόβοι Stephano, Galatarum Heſperiorum populi, qui ex Galatia in Bithyniam tranſmigrarunt. Eratoſthenes lib. 1. Rerum Galaticarum, Toliſtobogios, τολιστοβογίους, nominat.

Tŏlŏphōn τολοφὼν, Locrorũ civitas, apud Thucydidem Rerũ Peloponneſiacarum lib. 3.

Tŏlōſă, pen. prod. [τόλωσα. Gall. *Tolouſe.* Ger. Ein Statt in Langendocken/ hat ein Ertzbiſtumb.] Vrbs Tectoſagũ in ea parte Narbonenſis Galliæ, quæ in Pyrenæos montes vergit: cujus incolæ dicuntur Toloſani. ¶ Aurum Toloſanum habere, proverbio dicũtur qui magnis & fatalibus afficiuntur malis, novoq; ac miſerando pereunt exitio. Sumptũ à Qu. Cepionis Conſulis exercitu (ut indicat Gellius) qui quũ Toloſam diripuiſſet; multũq; auri ex tẽplis abſtuliſſet, ſubitò magna lues exercitũ invaſit, quæ eos omnes, qui aliquid ex ſacro auro attigerant; miſerando lethi genere abſumpſit. Vide Eraſmi Adagia.

Tŏmæŭs mons, τομαῖον ὄρος, In Peloponneſo eſt, juxta Coryphaſium promontorium. Steph.

Tŏmărŭs, pen. corr. τόμαρος Straboni & Stephano, mons eſt Theſprotiorum, Dodonæo oraculo imminens, centum fontibus inclytus, qui & Tmarus dicitur per cõciſionem. Vide Plinium in Procœmio lib. 4. & Strab. lib. 7.

Tomiſĭă. τομισα, regiuncula diſtinguens Cappadociã à Tauro. Gent. Tomiſenus & Tomiſeus. Steph.

Tŏmŏs, τομὶς Straboni, Civitas in Ponto, Ovidii exilio nota: ab eo dicta, quòd illic Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim conciderit: ut patrem inſequentem remoraretur. Ovid. 3. Triſtiũ: Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Conditam apparet à Mileſiis: quod & ipſum teſtatur idẽ Ovid. li. 1. Triſtiũ: A' quibus advenit Miletida ſoſpes ad urbẽ, Offenſi quo me contulit ira dei.

Tomўrĭs, pen. cor. [τόμυρις. Ger. Ein Königin in *Scythia*, welche Cyrum den Künig in *Perſia* enthaupten hat.] Fuit regina nobilis Maſſagetarum in Scythia, quæ potentiſſimo Perſarũ Regi Cyro bello cõgreſſa eſt, ipſumq; & vita & caſtris ſpoliavit ad ulciſcendã filii mortem, quem ille priùs à matre obviã miſſum cum ſuis per inſidias interfecerat. Nec tamen hoc eventu victoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demiſit, his verbis inſultans: Filii mei ſanguinẽ hauſiſti, & meum ſitiſti Cyre: at ego cruore te ſaturabo. Vide Herod. lib. 1.

Tŏngrī, ſive potiùs Tungri, τόγγροι, Populi inter Belgas, quos Ptolem. lib. 2. cap. 9. poſt Tabullam fluvium collocat, caputq; eorum facit Atuacutum.

Tŏpāzŏs, vel Topazus, pen. prod. τόπαζος, Inſula eſt in mari rubro, CCC. paſſus à cõtinente diſtans, in qua topazius gemma invenitur mirè pellucida. Vide TOPAZIVS.

Tŏrānĭŭs, Mangonis nomen eſt apud Plin. lib. 7. cap. 12. qui M. Antonio jam Triũviro duos inſigni forma pueros pro geminis vendidit, quorum tamen alter in Aſia genitus erat, alter trans Alpes. Detecta deinde fraude puerorũ ſermone, quum ab Antonio increparetur venditor, reſpondit ſe ob id ipſum tanti vendidiſſe, quòd gemini non eſſent: quoniam in iis qui eodem utero ſint editi, mira non debeat videri ſimilitudo: ſed in tam diverſis regionibus uſqueadeò cõcordi figura reperiri, ſupra omnẽ eſſe taxationem. Quo tam opportuno reſponſo verſutus magno tantam Antonio admirationem injecit, ut aliud in cenſu ſuo nihil haberet charius.

Toretæ, τορῖται, Populi Pontici, Steph.

Tornacum. [τόρναον. Ger. Tornay im Niderlandt.] Civitas eſt Galliæ Belgicæ.

Tŏrōn, nis, τόρων, Lacus eſt Chaldicis, circa quem fabæ ſponte proveniunt. Autor Plin. lib. 18. cap. 12.

Tŏrōnē, nes, τορώνη, Oppidum in ora Macedoniæ, in ortũ vergente: à quo propinquus ſinus Toronicus, ſive Toroneus appellatur. Meminerunt hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 10. & Ptol. lib. 3. cap. 13. Vulgò *Agiomamma.*

Tŏrquātŭs, τορκυάτος, Cognomen Titi Manlii, à torque impoſitum, quem occiſo ad Anienem Gallo detraxit. Hic eſt ille Torquatus Manlius, cujus injuſſu quum filius adverſus hoſtem, à quo provocatus fuerat, pugnaſſet, eoq; occiſo, equeſtria ſpolia victor ad patrem tuliſſet, ſubitò eum, quòd adverſus edictum ſuum, & rei militaris diſciplinam feciſſet, virgis cæſum ſecuri juſſit percuti. ¶ Torquatus alius fuit Mediolanenſis, qui ſpectante Tiberio principe, tres vini congios uno impetu hauſit: undè & Tricongii cognomẽ accepit. Vide Plinium lib. 14. cap. 22

Torrhebus, τορρήβος, Vrbs Lydiæ. à Torrhebo, Atyis filio. Gẽtile Torrhebius, Fœm. Torrhebis. In Torrhebide regione mõs eſt Caſius cum templo Caſi, qui Iovis & Torrhebiæ filius perhibetur, qui circa lacum quendam obambulans, Torrhebiã ab eo dictam, voce Nympharum audita, quas Lydi Muſas vocant. Muſicam edoctus eſt, & Lydis tradidit canendi modum vel carmina τὰ μέλη, ideò Torrhebia vocabatur. Steph.

Tortomĭon, τορτόμιον, Vrbs in Syria Armenia. Gentile Tortomius, Stephan.

Tortoſa hodie dicitur, quæ olim Antandros.

Tŏxī, & Toxiani, τόξοι οἱ τοξίανοι, Populi Taurici. Stephan. ex Herod. lib. 7.

T ante R

Trabala, τράβαλα, Vrbs Lyciæ, Gentil. Trabaleus, Steph.

Trăbĕă, τραβέαι, Nomẽ Poëtæ, cui inter Comicos octavus locus aſſignatur. Hujus meminit Cicero lib. 4. Tuſcul. & de Finib. ¶ Eſt & Trabea, genus veſtis: [ἀλυξὶς. Gal. *Vne robe ancienne dequoy vſoyent les Rois & augures.* Ital. *Habito antico vſato de Re.* Ger. Ein Kleidung vor zeyten den Künigen oder ſonſt hochgeachteten Leüten / alß den Vögelſchauweren/ breüchig. Hiſp. *Veſtidura era propria de Reyes.* Vng. *Kiralyi ruha.* Ang. *A robbe which the ancient, kinges and ſooth ſayes did weare.*] cujus tria ſunt genera, ut Suetonius libro de veſtiũ generibus inquit: Vnum, quod diis ſacratur tantùm de purpura: aliud quod eſt regũ, purpuræ aliquid albi habens admiſtũ: tertiũ augurale, ex purpura & cocco miſtũ. Erat aũt veſtis togata purpura circũducta ſub tegmine puniceo, quã aureę fibulæ annectebãt. Trabeæ regalis meminit Virgil. 7. Aen. Ipſe Quirinali lituo, parvaq; ſedebat Succinctus trabea, lævaq; ancile gerebat, Picus equũm domitor. In funebri pompa utebãtur & Equites trabea, ſi Tacito credimus, qui lib. 3. de funere Germanici ſic ait: Igitur Tribunorũ, centurionumq; humeris cineres portabantur, præcedebant incompta ſigna, verſi faſces: atq; ubi colonias tranſgrederentur, atrata plebes, trabeati Equites, pro opibus loci, veſtem, odores, aliaq; funerum ſolennia cremabant.

Trachalus, Orator fuit Domitiani temporibus, magna vocis, pronunciationisq; fœlicitate: de quo Quintil. lib. 10. cap. 1. & lib. 12. cap. 5.

Trăchĕă, pen. prod. τραχέα. Regio Aſię inter Ciliciam & Pamphyliam, quæ notiore nomine dicitur *Iſauria.* Autor Stephanus. Eodẽ item nomine dicitur Ciliciæ pars montana & aſpera, cujus etiam incolæ dicuntur Tracheotæ, Τραχεῶται. Vide Strab. lib. 12.

Trachĭna, τράχις, τραχὶν, Oppidum Campaniæ. ¶ Eſt & Trachina civitas Theſſaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Hinc ab Ovidio Trachinus, lib. 11. Metam.

Trachĭs, ſive Trachĭa, inis, pen. genit. prod. τράχις, Civitas Phthiotidis ſub Oeta monte, alio nomine ab Hercule conditore Heraclea dicta, teſte Plin. li. 4. cap. 7. In hac regnavit Ceyx, Alcyones maritus, qui inde Trachinius cognominatur ab Ovid. lib. 11. Metam.

Trachonītis, [τραχωνῖτις. *Vna regione di Giudei.* Ger. Ein theil des Jüdiſchen Lands/ zwiſchen dem Berg *Libano* vnd dem Meer *Tiberiadis* gelegen.] Tetrarchia fuit in Decapoli Syrię, teſte Plin. lib. 5. cap. 18. inter Libanum & lacum Tyberiadis ſita. Hujus tetrarches fuit Philippus, juxta Evangelium Lucæ. ¶ Eſt & regio (ut Hieronymus inquit) trans Boſram Arabiæ civitatem in deſerto, contra auſtralem plagam, quaſi ad Damaſcũ reſpiciens. Hanc gentem inſtituit Cis filius Aram, ut ſcribit Ioſephus lib. 1. Antiquit. Vide Plin. lib. 5. cap. 18.

Tragæa, æ, τραγαία Steph. inſula eſt, una Sporadũ, patria Thegioronis Peripatetici, Ariſtot. familiaris. Apud Plin. li. 4. ca. 12. legitur Tragia. ¶ Eſt item ejuſdẽ nominis oppidũ in Naxo inſula, in quo Apollo Tragius colebatur. Autor Stephanus.

Tragaſæ, τραγασαί, Epiri regio, teſte Stephano, in qua ſal provenit, in igne nec crepitans, nec exiliens, ut refert Plinius libro 31. capite 7.

Tragĭla, τράγιλα, Vrbs Thraciæ juxta Cherroneſum Macedonicam, civis Tragilius. Steph.

Traguríum, τραγύριον, Inſula in mari Adriatico, adjacẽs Dalmatiæ, in qua eſt civitas ejuſdem nominis. Autor Ptolemæus lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 21.

Trajana, Picenorũ urbs mediterranea, autore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Potentia.*

Trājānŭs, Natione Hiſpanus, omnium Romanorũ principũ citra controverſiam optimus, pacis, belliq; temporibus clariſſimus, & in quo nihil omninò fuerit quod jure reprehendas. Vixit annos LXIIII, imperavit XX. Quãta aũtem fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi ſolitæ declarãt: quum Auguſti fœlicitatem, Trajaniq; bonitatem illis precarentur. ¶ Fuit & Trajanus Patritius, qui ſub Iuſtiniano principe floruit. Scripſit temporum Epitomẽ nobilem. Autor Suidas. ¶ Eſt item Trajanus, portus Tuſcorum Ptolem lib. 3. cap. 1. Hodie *Volaterranorum portus.*

Trāllĭă, τραλλία, pars Illyriæ. Dicuntur & Tralli & Trallis: nominantur item Troallicidia & Tralla. Steph.

Trāllĭŏn, τράλλιον in Bithynia pertingit uſq; ad Euſtadenum ſinum: gentile Trallii. Steph.

Trāllēĭs, ium, ibus, pluralis numeri tãtùm, τράλλεις, Aſiæ urbs

inter

inter Mæandrũ & Cayſtrum fluvios ſita à Plinio & Ptolemæo Cariæ, à Strabone Ioniæ, à Stephano Lydiæ annumerata: aliis nominibus Evanthia, Seleucia, & Antiochia appellata. ¶ Sũt & alteræ Trallæis, ad ipſum Mæandri tranſitum ſitæ, medio ferè itinere, inter ſuperiores, & Magneſiam: de quibus vide Strabonem lib. 14.

Trāllĭānŭs, a, um, adject. τραλλιανός: ſicut à Sardibus, Sardianus.

Trānſalpīnŭs, a, um, Quòd eſt trans Alpes ſitum. [ὑπερφαλπικός. Gall. *Qui eſt dela les Alpes, dela les monts.* Ital. *Dela dalle Alpe.* Hiſp. *Allende las Alpes.*] Vnde Ger. Jenſeit dem Alpgebirg gelegen. Hiſp. *Allende las Alpes.*] Vnde *Galliam Comatam* Romani Tranſalpinam vocant: quæ diducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunenſem & Brachatã, ſive Narbonenſem. Contrà Ciſalpinam Galliam eam vocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur uſq; ad Rubiconem, antiquum Italiæ limitem. [Ger. Das Gallia jenſeit dem Hochgebirg gelegen.] Cic. Papyrio Pæto: Nunc verò etiam Brachatis, & Tranſalpinis nationibus, &c. Idem 2. Off. Portari in triumpho Maſſiliã vidimus, & ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

Trapeza, τράπεζα, Vrbs Arcadiæ prope Tricolon, civis Trapezius. Stephan.

Traphe Vrbs juxta Pontum, inde Trapheus, Stephan.

Trăpēzŭs, τραπεζοῦς, Vulgò *Trapezunda*, Civitas libera ad Pontum Euxinum, in Cappadociæ finibus, vaſto monte clauſa, ut eſt auctor Plin. lib. 6. cap. 4. Ex hac urbe ortũ habuit Georgius Trapezuntius, Latinarũ, Græcarumq; literarum peritiſſimus: ſed ingraveſcente ætate ita in omni memoria deſtiturus, ut utriuſq; linguæ prorſus oblivīſceretur.

Traſymenus, Vide THRASYMENVS.

Trauchenii, τραυχηνοί, populi juxta Pontum, Sundis finitimi, Stephan.

Trauſii, τραυσοί. Populi quos Græci *Agathyrſos* nominant, πόλις κελτική, Steph.

Trĕbātĭŭs, Iuriſconſultus, Ciceronis familiaris, epiſtolis ejus notiſſimus.

Trĕbĭa, [τρεβία. Ger. Ein fluß *Italiæ* laufft auß dem Berg *Apennino* nahe bey Placentz an in die Po.] Fluvius eſt prope Placentiam in Gallia Ciſalpina, ex Apennino monte in Padũ fluens. Iuxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affecit. Lucan. lib. 2: quòd non in Punica nati Tempora Cannarum fuimus, Trebiæq; juventus.

Trĕbĭātēs, Vmbriæ populi in quarta Italiæ regione: quorum meminit Plin. lib. 3 cap. 14. Idem & Trebiani dicũtur. Suet. in Tib. Iterum eo cenſente, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

Trĕbōnĭŭs, Vnus ex percuſſoribus Cæſaris: qui quum ſe in Aſiam recepiſſet, Smyrnæ à Dolabella oppreſſus eſt, & crudeliſſimè excarnificatus.

Trĕbŭlă, τρεβύλη, Oppidum fuit in Sabinis, cujus incolæ dicti ſunt Trebulani: quos Plinius collocat in quarta Italiæ regione. Apud hos præſtantiſſimi fiebant caſei, qui Trebulani dicti ſunt. De quibus Mart. Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, Sive levi flamma, ſive domamur aqua.

Trecæ, carum, Vrbs nobilis & potens in Cãpania Gallicana.

Trechus. Hom. Iliad 5: Vir Aetolus, bellator egregius, à Marte in bello interemptus.

Tremĭle, τρεμίλη, Lycia vocabatur, incola Tremileis, à Tremilo, qui ex Praxidice Nympha filios ſuſcepit, Tmoum, Xanthũ, Pinaxum & Cragum.

Tremithus, τρεμιθοῦς, Vicus in Cypro: incolæ Tremithuſii & Tremipolitæ.

Trerus, τρῆρος, Regiuncula Thraciæ: & Treres Thraciæ Populi, Callim. τρηρεῦσι dixit. Theopompus Thrares, Steph.

Trevĭrī, τρηβόκοι Ptolemæo, Populi Galliæ inter Belgas ad Moſellam fluvium, & Leucis & Mediomatricibus finitimi: vetuſti ſanè, nomenq; retinentes, nec priſtinæ cedentes famæ: apud quos inſignis olim cognoſcendarum cauſarum, popul. Romani curia, Trevirorum cognominata. Cujus in Floriano meminit Vopiſcus. Lucan. lib. 1: Tu quoq; lætatus converti prælia Trevir. [Ger. Die Trierer.]

Trĭbăllī, τριβαλλοί, Populi ſunt inferioris Mœſiæ, inter Hæmũ montem, & Danubium fluviũ ſiti: ut eſt autor Ptolem. libro 3. capite 5.

Tribocī. [Ger. Die Elſeſſer.] Galliæ Belgicæ populi inter Rhenum & Vogeſum montem incolentes, nõ procul à Rauracis, quem tractum hodie incolunt Alſatii.

Trīcă, aut potiùs Tricca per duplex c, τρίκκη Stephano, Vrbs Theſſaliæ, nõ procul à ſinu Pegaſico, id nominis ſortita à Tricca Penei filia. ¶ Fuit & Tricca alia in Apulia Dauniorum, quã cum Apina vicino oppido tanta Diomedes ignominia evertit, ut in proverbii ludibrium trãſierint. Quoties enim rem futilem ac nugatoriam oſtẽdere volumus, Tricas & Apinas nominamus. Vide in dictione APINA.

Tricalon, τρίκαλον vel τρίκαλα, τά, Vrbs Siceorum, σικελῶν. Gentile Tricalinus, Steph.

Tricara, τρίκαρα, Caſtellum Phliaſiæ: Gentile Tricaneus & Tricoloneus, ambo de eadem regione.

Tricoloni, τρικόλωνοι, Vrbs Arcadiæ, à Tricono filio Lycaonis: Gentile Tricoloneus, Steph.

Trĭchĭă, τριχία, Epheſeus olim dicta, Vide ex Stephano.

Trĭchōnĭon, τριχώνιον, Vrbs Aetoliæ. Vnde Trichonichus, Trichonites. Steph.

Trĭcōngĭŭs, τριγγιαῖος, Cognomen Novelli Torquati Mediolanenſis, qui geſtis honoribus à Prætura ad Proconſulatũ uſq; pervenerat. Hic tribus congiis ęporis, ſpectante miraculi gratia Tiberio principe, præclarum cognomen ſibi vindicavit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

Trĭcorynthon, τριχόρυνθον, τό, vel τριχόρυνθος, ὁ, ἡ, Vicus in Acanthi de Tribu. Inde Tricoryſius, Steph. Apud eundem in Tetrapoli, Tricorython legitur, ſine n. poſty.

Trĭdentum, ti, [Vulgò *Trento*. Ger. Die Statt Trient.] Rhætiæ oppidum, ad Atheſim fluvium: in Alpium anguſtiis ſitum: à quo Tridentini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

Trieres, τρίηρης, Vrbs Syriæ. Significat etiam Triremem. Civis Trierites. Steph. Item τριῆρες apud eundem gens quædam dicta eſt à Triero Ombriarai & Thraces filio.

Trierētica, Erant Bacchi ſacra: quæ quia tertio quóq; anno ſumptuoſiora quotidianis Orgiis agitabantur, Trieretica dicta ſunt. Ovid. lib. 9. Metam.

Trĭfinium, ait Siculus Flaccus, dicebatur locus, in quem tres poſſeſſores attingebãt, quo in loco omnes tres factum faciebant ſi termini ponebantur.

Trĭfŏlinum, Campaniæ oppidum fuit, à quo ager Trifolinus dictus eſt, vini non prorſus ignobilis ferax. Iuvenal. Sat. 8. Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet. Et Trifolina vitis: Martial. lib. 13: Non ſum de primo, fateor, Trifolina Lyæo: Inter vina tamen ſeptima vitis ero.

Trĭgārium, rii, Locus juxta campum Martium, ubi trigarum curule certamẽ fiebat. Plin. lib. ult. cap. 13: Nec equos equidem in trigariis præferri ullos vernaculis animadverto.

Trĭgēmĭnă, Porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres Horatii exierunt. Livius: Minutius extra portam trigeminam bove aurato donatus eſt.

Trīnācrĭă, [τριναχρία. Ger. Die Inſel Sicilia/ hat dieſen namen von jhren dreyen Vorgebirgen.] Inſula eſt maris Tyrrheni, anguſtiſſimo freto ab Italia dirempta, cũ qua olim creditur cohæſiſſe: unde Sicilia dictam volunt à ſiciliendo: hoc eſt, abrũpendo. Eadem quoq; à Triãgulari figura dicta eſt Triquetra. Trinacria aũt à tribus promontoriis, Pachyno ſcilicet, Lilybæo, & Peloro. Græci enim ἄκρα ſummitates vocant, vel promontoria. Virgil 3. Aeneid. ſic denìq; victor Trinacria fines Italos mittère relicta. Et paulò pòſt: intremere omnem Murmure Trinacriam.

Trīnācrĭs, τριναχρίς, Patronymicum fœminìnum. Ovid. 2. Faſtorum:

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor,
Trinacris à poſitu nomen adepta loci.

Trīnacrĭŭs, a, um. poſſeſſivum, τριναχρῖος, Siculus. Virg. 3. Aeneid. Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni. Iuvenes Trinacrii, Idem 5. Aeneid.

Trineſſa, τρίνησα, Locus Phrygiæ: Gentile Trineſſæus, Steph;

Trinobantes, Populi in Orientali tractu Britãniæ ad Tameſim fluvium, ſive æſtuarium. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Triocala, ſive Triocla, τρίοκλα Ptolemæo, Oppidum Siciliæ mediterraneum poſt Meſſanam, teſte Ptol. lib. 3. cap. 4.

Triocalini populi, à Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4.

Trĭŏpās, τριόπας, Theſſalorum rex fuit, pater Meropis, à cujus nomine Cos inſula olim Meropis, ipſiq; inſulani Meropes ſunt appellati. Autor Steph.

Trĭopĭa, τριοπία, ἡ τριόπιον Stephano, Cariæ oppidũ, ad fines Doridis ſitum: ita dictum à Triopa Eriſichthonis patre. Vide Steph. & Plin. lib. 5 cap. 28.

Trĭozenus, Thrax fuit, Vnus ex his qui venerant in auxilium Trojanorum, ut oſtendit Hom. Iliad. 2.

Trĭphylĭa, τριφυλία, Eadem quæ Elis. Dicuntur autẽ Triphyli, quod ex tribus numero tribubus collecti ſint: vel à tribus partis: vel à Triphyle matre Clithii. Incola Triphylius, fœminìnum, Triphylis. Steph.

Trĭpodĭſcus, vel Tripodĭſcī, vel Tripodĭſce, Vicus aut civitas Megaridis Hinc Tripodiſcus, Steph.

Trĭpŏlis, pen. corr. τρίπολις, Tractus eſt Phœnices, tres urbes continens, Tyrum; Sidonem & Aradum: à quarum numero & nomen accepit. Autor Plin. lib. 5. cap. 20.

Trĭptŏlĕmŭs, τριπτόλεμος, Celei Eleuſinis regis filius, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditur invenìſſe. Eleuſin (inquit Servius) civitas eſt Atticæ provinciæ, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Cererẽ filiam quærentem;

rentem, liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. Filium etiam ejus Triptolemum recens natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit: & cum alatis serpētibus superpositū, per totū orbē misit ad usum frumentorū hominibus indicandū.

Triquetrā, pen. natura correpta, quamvis propter mutam & liquidam subsequentem aliquando producatur, Insula maris & Tyrrheni, olim Italiæ annexa, quæ notiore nomine *Sicilia* dicitur. [Ger. Die dreyeckecht Insel *Sicilia*.] Triquetra dicta à trianguli figura. τριγωνοειδία, σικελία. Plin. lib. 3. cap. 8: Anteit omnes claritate Sicilia, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, & Triquetra à Trianguli specie.

Trismĕgistŭs, [τρισμέγιστος. Ger. Der gros *Mercurius* so vor zeyten in Aegypten ein hertlicher Philosophus / Priester vnd auch König gewesen ist.] Latinis ter maximum sonat. Quo cognomine dictus est Mercurius, superioris Mercurii nepos: quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum asserunt occidisse Argum, Aegyptiisq; præfuisse, & leges, literasq; tradidisse: sed literarū characteres, animaliū, arborumq; figuras habuisse. Hic cōdidit urbem quam à se Hermopolin nominavit. Dictus est autem Trismegistus, quòd & Philosophus maximus, & sacerdos maximus, & maximus deniq; rex fuerit. Consueverunt enim Aegyptii ex omni philosophorū numero sacerdotes ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philosopho's sapientia: ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio administrādo superiores omnes reges superavit. Primus à physicis ad divinorum speculationē se erexit. Primus de majestate Dei, de dæmonum ordine, animarumq; mutationibus sapientissimè disputavit. Scripsit multa volumina, quibus arcana mysteria & oracula panduntur. Non enim ut philosophus tantùm, sed ut propheta futura sæpè prędicit Hæc ex Diodoro Siculo.

Trisplæ, τρίσπλαι, Populi Thraciæ, Steph.

Tritæa, τρίτταια, Vrbs Achaiæ, civis Tritæus.

Trite, τρίτη, Vrbs citra Herculis columnas, Steph.

Tritea, τρίτεια, Vrbs Troica ab Arisbæis cōdita. Civis Tritæus. ¶ Est & alia inter Phocidem & Loeros Ozolas. ¶ Trittea verò per duplex t, in Achaia est, Steph.

Trĭtānŭs, pen. prod. [Ger. Ein starcker vnd wolgeübter Fechtmeister.] Nomen est fortissimi gladiatoris, qui in castris Cn. Pompeii militans cum hoste se provocante inermi dextera congressus, pugno eum humi prostravit, captumq; uno digito in castra Imperatoris sui reportavit.

Tritees, Populi fuerunt Archivorum, autore Herod lib. 1.

Tritium metallum, Hispaniæ Vrbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6. hodie *Tasalla*.

Trītōn, onis, pen. prod. [Ger. Ein Gott des Meers / vnd ein Sohn *Neptuni*.] Deus marinus. Neptuni & Salaciæ marinæ nymphæ filius, quem Poëtæ fingunt Neptuni tubicinem esse. Ovid. 2. Metam. Cæruleos habet unda deos, Tritona canorum, Proteaq; ambiguum. ¶ Est præterea Triton, Africæ fluvius ex Tritonide palude erumpens: à cujus nomine Pallas Tritonis, & Tritonia est appellata, quòd circa hunc fluvium, vel lacum primùm apparuerit. Hujus fluvii meminit Plinius libro 5. capite 4. τρίτων.

Trĭtōnĭă, [τριτωνίς. Ger. Ein zunam *Minervæ*.] Dicta est Minerva, quòd temporibus Ogygis regis ad lacum Tritonidem, ex quo Triton fluvius erūpit, virginali primùm habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus virgines annis singulis inter se pugnare lapidibus & fustibus in venerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Tritone Cretæ fluvio.

Tritonice, Ponti Vrbs, eadem Tomos appellata, de qua antè diximus.

Tritonus, τρίτωνος, Oppidum Macedoniæ. Gentil. Tritonius, Stephan.

Trĭvĭă, Dicta est Diana, quòd in triviis ponebatur in oppidis Græcis cum corona quernea & draconum voluminibus, propter quod tres facies habere fingebatur. τριοδῖτις. Virg. 4. Aen. tria virginis ora Dianæ. Ovid. 1. Fast. Ora vides Hecates, in tres vergentia partes: Servet ut in ternas compita secta vias. Idem 3. de Pont. eleg. 2: Protinùs immitem Triviæ ducuntur ad arā, Evincti geminas ad sua terga manus. Virg. 6. Aen. atq; unà Phœbi Triviæq; sacerdos.

Triumphalis porta, Romæ dicta est, quòd per eam triūphi agerentur: hoc est, triumphantes victores in urbē deducerentur. θριαμβευτικὴ πύλη. Hæc alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quòd ad viam Appiam sita sit. Hodie D. *Sebastiani porta* dicitur.

Trīzī, τρίζοι, Populi juxta Istrum Meridiem versus, Steph.

Trōas, hujus Troadis, pen. corr. τρωὰς, Regio est Asiæ minoris, quam Ptolemæus minorem Phrygiam appellat, Hellesponto adjacens. Hanc Homer. ab Aesapo fluvio usq; ad Caici fluminis ostia produxit. Plinius tamen, cæteriq; recentiores Lecto promontorio eam ab Acolide dividunt. In ea fuit Ilion, ἴλιον, mille quingentis passibus à portu distās, Homeri & Virgilii carminibus nobilissimum. ¶ Est præterea Troas, patronymicū fœmininū formatū à masculino Tros Trois. Virgil. 5. Aen. At procul in solo secretæ Troades acta Anchisen flebāt. Troades, *inquit*: hoc est, mulieres Trojanæ.

Trōcmī, τρωκμοί, Galliæ populi, qui Mæoniæ, Paphlagoniæq; parte occupata, Tavium Galatiæ oppidum condiderunt. Autor Plin. lib. 6. cap. 32.

Troctes, τρώκτης, Phœnicis cujusdam nomen, hominis subdoli, in quem Vlysses apud Eumæum subulcum fingit se in Aegypto incidisse, ejusq; suasu inductum, se in Phœnicem cōtulisse, ibiq; annum cum eo integrum egisse: coq; exacto navim rursus conscendisse eodem Troctę suasore: qui aliam quidem causam prætexebat: revera aūt hoc agebat, ut in Africa ipsum venundaret. Verùm subitò exorta tempestate, navi, fracta, Troctes cum suis omnibus interiisse: sese verò arrepto navis malo, novem perpetuos dies undarum arbitrio jactatum, decimo tandem die in Thesprotiorum littora fuisse ejectum. Vide Homer. Odyss. lib. 11.

Trœzēn, enis, cum œ diphthongo in priore syllaba, τροιζήν, Oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, à Trœzene conditū filio Pelopis. In hoc regnavit Pittheus Aethræ pater, & avus maternus Thesei: unde & Pittheia Trœzen ab Ovidio cognominatur. ¶ Est & Trœzen altera Cariæ, in conventu Alabandarum: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Trœzēnĭŭs, a, um, τροιζήνιος: ut, Trœzenii carbunculi, apud eundem Plin. lib. 37. cap. 7.

Trœzenii, populi, fide societatis Atticæ illustres, ut inquit Pompon. Mela, in ipso Chersoneso siti, ad quos recto cursu ex Pitæo commodissima navigatio est. De his lege Plutarch. in Themistoclis vita.

Trogilos, τρώγιλος, Vrbs in Sicilia & Regio Macedoniæ. Gentile Trogilius. Est itē Trogilia Mycales, quæ Trogiloo quoq; vocatur, Steph.

Trōglŏdўtæ, [סכיים *succhijim*. τρωγλοδύται. Ger. Völcker in Mozenlande / so von grosser hitz wegen nur in Hölinen wohnen.] Populi Aethiopiæ sub Aegypto, in sinum Arabicū & mare rubrū vergentes: ἀπὸ τῶν τρώγλων: hoc est, à specubus, in quibus habitant nomen sortiti. Plin. lib. 5. cap. 8: Troglodytæ specus excavant: hę illis domus, victus serpentium carnes: stridorq;, non vox: adeò sermonis commercio carent.

Trōglŏdўtĭcē, es, τρωγλοδυτικὴ, Regio Aethiopię sub Aegypto, in qua septentriones, ut Plinio credimus, conspici nō possunt. ¶ Hinc proximus sinus Troglodyticus appellatur à Plin. li. 6. cap. 29. quem Barbaricum appellat Ptolemæus.

Trōĭă, [τρωϊὰς. Ger. Ein Landtschafft des minderen *Asiæ*, in welcher vor zeyten die Köntgliche Stat *Ilium* gelegen ist / welche die Grtechen zehen jar lang belegeret haben.] Regio minoris Asiæ, teste Servio, in qua fuit Ilion urbs, regia Priami, quæ etiam à scriptoribus nonnunquam Troja vocatur. Ovid. Epist. 1: Troja jacet certè Danais invisa puellis. Ibidē: Iam seges est ubi Troja fuit. Virg. 3. Aen. Et campos ubi Troja fuit. Cic. de Amic. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Trojam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem audire voluisset. Virgil. 3. Georg. & Trojæ Cynthius autor. Troja autem dicta est à Troë rege: antè Teucria à Teucro: & Dardania à Dardano. ¶ Troja item dicitur ludus puerilis, & sciomachia equestris, ab Aenea in Sicilia ad Anchisæ patris tumulum primùm invēta: deinde post Albam conditam ab Ascanio instaurata, tandemq; veluti per manus ad Romanos transmissa. Virg. 5. Aeneid. Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus Ascanius, longam muris quum cingeret Albam, Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos, Quo puer ipse modo, secum quo Troïa pubes, Albani docuēre suos: hinc maxima porrò Accepit Roma, & patrium servavit honorem: Trojaq; nunc pueri Trojanum dicitur agmen. Sueton. in Cæsare: Trojam lusit turma duplex, majorum, minorumq; puerorum. ¶ Troja item fuit oppidum, ad intimum maris Adriatici sinum, ab Antenore Trojano, & Henetis conditum. ¶ Item alterum ejusdem nominis, in agro Laurenti, ab Aenea extructum, antequam Lavinium conderet. Vtriusq; meminit T. Liv. lib. 1. ab Vrbe.

Trōs, gentile, τρώς, Cujus fœmininum est Trojas, adis, sive Troïas, per tres syllabas. τρωϊάς. Virgil. 1. Aeneid. Tros, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Idem 5. Aen. At procul in sola secretæ Trojades acta, Anchisen flebant. Persius Sat. 1: Ne mihi Polydamas, aut Trojadas Labeonem Prætulerint.

Trōjānŭs, a, um. Virg. 2. Aen. Trojanas ut opes & lamentabile regnum Eruerint Danaï. Bellum Trojanum. Horat. de Arte: Nec gemino bellum Trojanū orditur ab ovo. ¶ Porcus Trojanus, per jocū dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis veluti gravidus: de quo vide Macrob. in Satur. ¶ Equus Trojanus, proverbiali metaphora, pro clandestinis insidiis accipitur, & latenti periculo: Cic. pro Muræn.

Intùs,

Ingùs, intùs, *inquam*, est equus Trojanus, à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini.

Troïcŭs, ca, cum, τρωϊκὸς, ejusdem significationis. Cic. de clatis Orat. Neq; enim jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlysse tribuisset Homerus, & Nestori, nisi jam tùm esset honos eloquentiæ habitus.

Troïŭs, a, um, dictio trisyllaba, τρωϊὸς, Troïa gaza Virg. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite vasto, Arma virûm, tabulæq; & Troïa gaza per undas.

Trojŭgĕnă, næ, τρὼς Id est, Trojanus, quasi in Troja genitus, ea forma qua Græcos vocamus *Grajugenas*, quasi genitos in Græcia. Virg. 8. Aeneid. Trojugenas, & tela vides inimica Latinis.

Troïlŭs, τρώϊλος, Filius fuit Priami & Hecubæ, cujus vita inter Trojanorum fata numerabatur: nam eo vivo Troja capi non poterat. Hic adhuc adolescentulus ausus cum Achille Græcorum omnium fortissimo cõgredi, ab eodem occisus est. Virg. li. 1. Aen. Parte alia fugiẽs amissis Troilus armis, Infœlix puer, atq; impar congressus Achilli Fertur equis.

Troizenus, τροιζῆνος, Fuit Thrax, unus ex his qui venerunt in auxilium Trojanorum.

Trŏphōnĭŭs, τροφώνιος, Insignis architectus fuit, qui subterraneum fanum in Lebadia Bœotiæ regione construxit, quod ab ipso Trophonii antrum cognominatum est. Vbi quum aliquandiu oracula reddidisset, atq; tandem fame interiisset, ferunt Genium quendam antrum hoc subiisse, atq; ex eo oracula reddidisse. Qui verò hinc oracula scisciscitabantur, nudi in aditu specus sedere soliti sunt, atque inde flatu quodam sub terram abripiebantur. Gestabant autem secum placentas, quas lemuribus, serpentibusque occurrentibus objicerent. Deinde accepto oracolo, rursus per alium hiatum in terram restituebantur. Creditum est autem quotquot in hoc antrum descendissent, nunquam postea ridere. Hinc factus est locus proverbio, ut homines tristes, & tetrici in Trophonii antro vaticinati dicerentur. Hæc ferè ad verbum descripsimus ex Erasmi Adagiis.

Tropis, τρόπις, Insula quædam, Steph.

Tros, ois, sive os, τρὼς, Erichthonii filius, & nepos Dardani, Trojanorũ autem rex, pater Ili, Assaraci, & Ganymedis: ut refert Aeneas apud Hom. lib 20. ¶ Est item Tros, gentile nomẽ à Troja deductum. Vide suprà in dictione TROIA.

Trŏssŭlum, Oppidum fuit Tusciæ, novem passuum millibus distãs à Volsiniis, quod quum equites Romani cepissent sine peditum adjumento, inde Trossuli dicti sunt. Plin. lib. 33. cap. 2: Quinetiam ipsum equitum nomen sæpè variatum est, in his quoq; qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo, regibusq; appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, quum oppidum ejus vocabuli in Tuscia citra Volsinios passuum IX M. sine ullo peditum adjumento cepissent. Hæc ille. Nonius Trossulos dictos putat, quasi torosulos: hoc est, benè habitos, & musculorum toris prævalidos: citatq; testimoniũ Varronis ex Sesquiulysse: Nunc emunt Trossuli, nardo nitidi, vulgò Attico talento equum.

Truentus, Fluvius Picenorum, qui vulgò nunc *Fronde* vocatur, cum oppido ejusdem nominis, Dom. Mar. Nig. lib. 7. & Ptol. lib. 3. cap. 1.

Trychæ τρύχαι, Vrbs Eubœæ, Gentil. Trychæus.

Tryphĭŏdŏrŭs pen. prod. τρυφιόδωρος, Grammaticus & Poë ta Aegyptius, ex cujus operibus à Suida cõmemorantur Marathoniaca, Excidium Ilii, Pugna Lapitharum, & Centaurorũ, in Hippodamię nuptiis, Odysseæ Paralipomenà, in quibus fabulas persequitur, Homero & aliis intactas: item Paraphrasis Homericarum comparationum.

Tryphon, onis, τρύφων, Grammaticus Alexandrinus, Ammonii filius, qui circa Augusti tempora fuit natus. Scripsit tractatus aliquot de variarum linguarum dialectis, & alia nonnulla ad Grammaticæ cognitionem pertinẽtia. ¶ Fuit & Tryphon alius, Origenis auditor, cujus extant nonnullæ ad ipsum epistolæ. ¶ Tryphon item Bibliopolæ nomẽ fuit, Martialis carminibus non uno in loco celebrati.

T ante V.

Tuæsis, Aestuativum maris Britannici, apud Ptol. lib. 2. cap. 3. *Tuaede* Vulgò, juxta quod Bervitia, munitissimũ oppidum regni Angliæ, in finibus Scotiæ, Vulgò Berwick.

Tubero, Prænomine Quintus, civis Romanus fuit, Ciceronis æqualis, qui quum in Pompejanis partibus fuisset, postea veniam consecutus à Cæsare, eodem crimine accusavit Q. Ligarium, defendente Cicerone: cujus adversus illum extat Oratio pro Q. Ligario inscripta.

Tuberum, ri, Flumen Carmaniæ navigabile, quod Paritæ populi accolunt. Autor Plin. lib 6. cap 23. ¶ Est etiam fluvius in Ostrofrancia, aliquot milliaribus à Rotenburgio ad Tuberũ inde nomen deducto ortum habens.

Tuberobis, Fluv. Britanniæ, Ptolem. lib. 2. cap. 2. [Vulgò *Abedevy*.]

Tuburbis, Vrbs Africæ propriè dictę inter Bagradam, & Tritonem amnes. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Tuccă, Augusti temporibus vir in primis eruditus fuit, Virgilioq; amicissimus, & ex parte testamenti hæres, cui Augustus unà cum Vario, & Plotio Aeneidem, quam cremari Poëta testamento jusserat, ea lege dedit emendandam, ut nihil adderent. Autor Servius.

Tuccĭă, Virgo vestalis fuit, quę incesti accusata, aquam pertulit in cribro. Plin. lib. 28 cap. 2.

Tudæ, τύδαι. Oppidum Hispaniæ Tarraconẽsis, in tractu Gallecorum, inter Minium & Duriam fluvios: Ptolem. libro 2. capite 6.

Tŭdĕr, τύδερτος Stephano: Vulgò *Todi*, Oppidum est Vmbriæ mediterraneæ, teste Plin. li. 3. cap. 14. Hujus oppidi incolæ Tudertes appellantur. Silius lib. 4: Et gradivicolam celso de colle Tudertem.

Tŭdĕrĭum, τυδέριον, Civitas in inferiore Germaniæ climate, apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

Tŭdĭtānŭs, Nobilis apud Romanos familię cognomen fuit, inde tractũ, quòd qui primus id cognominis sortitus est, caput habuerit oblongum & malleo non dissimile. Fuit hoc cognomine quidam ex Ovidii Poëtæ amicissimis, ad quem ille semel atq; iterum scribens in libris de Ponto, cõqueritur ejus nomen in carmine elegiaco locum non habere, eò quòd brevem habeat syllabam inter duas longas sitam.

Tugi, Vetustissimi Helvetiorum populi, juxta lacum Lucernatem incolentes: quorum oppidum Tugium est, quod vulgò Zug vocant, imprimis amœno situ: à Septentrióne planitie pratorum ampla: ab Occidente piscoso lacu: à Meridie supra lacus longitudinem Alpium prospectu: ab Oriente verò partim pascuo, partim sylvoso colle cõspicuum. Hi se Tigurinis, Lucernatibus, Vrienſibus, Suicensibus, & Subsylvanis perpetuo fœdere junxerunt anno ab orbe redempto 1352, & in civitate Helvetiorum septimum locum tenent, Tuginorum meminit Strabo lib. 7, unà cum Cimbris & Tigurinis eos in Italiam irrupisse asserens, & à Romanis fuisse deletos.

Tulgis, Modicus amnis Hispaniæ ad Tarraconem, ut scribit Pompon. lib. 2.

Tulíphordum, τυλίφορδον, Oppidum in inferiore Germaniæ climate, apud Ptol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Göttingen.

Tulisurgium, τυλισύργιον, Oppidum in inferiore Germaniæ climate apud Ptol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Braunschweig.

Tullĭă, Filia fuit Servii Tulli, sexti Romanorum Regis, quæ quũ Tarquinio nupsisset, qui postea à moribus Superbus est cognominatus, viro autor fuit patrem suum occidendi, regnumq; ejus invadendi. Nuntiata deinde patris nece, protinùs conscenso curru ad virum accurrit, ut ei regni adepti nomine gratularetur: quumq; in patris cadaver in via projectum incidisset, dubitantem aurigam, & Regis reverentia in latus equos flectentẽ, compulit ut per medium patris corpus ageret carpentum: à quo tàm immani genere impietatis vicus ille scelerati nomen retinuit, teste Liv. lib. 1. ab Vrbe. Ovid. in Ibin: Infamemq; locum sceleris quæ nomine fecit, Pressit & inductis membra paterna rotis. ¶ Fuit item Tullia, M. Tullii Ciceronis filia, quam ille blanda diminutione Tulliolam appellat.

Tullĭānum, ni, Locus erat Romæ in carcere [illegible]ciorum supplicio destinatus: à Tullo Hostilio extructus: [illegible] nomen accepit. Salust. in Catil. Est locus in carcere, quem Tullianum appellatur.

Tullĭŭs, Nomen proprium M. Ciceronis, eloquentiæ totius parentis: de quo latiùs suprà egimus in dictione CICERO.

Tullum, [Vulgò *Tulle*. Ger. Toll in Burgund.] Leucorum oppidum inter Belgas, etiam hodie nomen retinens: cujus meminit Ptol. lib. 2 cap 9.

Tullŭs Hostilius, Tertius Romanorum Rex, qui Numæ Pompilio successit moribus illi dissimillimus, atq; ipso etiam Romulo ferocior: cujus vita explicatur à Liv. lib. 1. ab Vrbe. Virgil. 6. Aeneid.. cui deinde subibit Otia qui rumpet patriæ, residesq; movebit Tullus in arma viros, & jam desueta triũphis Agmina, &c.

Tunes, tunetis, τυνὶς, Vulgò *Tunes*, Vrbs est Africæ totius præstantissima, regumq; Libyæ regia. Hæc eo tempore, quo Scipio in Africa bellũ gerebat, tumulus erat, cùm operibus, tùm natura loci munitus, duodecim non ampliùs millia passuum à Carthagine distans, qui & ab urbe conspici, & prospectum cùm ad urbem, tùm ad circumfusum mare præbere posset. Recentiores aliquot antiquitatis imperiti, Tunetum vocant: alii Tunitium, sed præter cujusquam veterum, ut arbitror, exemplum. Livius certè lib. 30 hoc Pœn. accusativum modò Tunetem Latinorum, modo Tuneta Græcorũ more effert. Sic quum habet circa initium lib. 30 Imin Carthagine intenti, occupet relictum custodum fuga Tuneta. Et circa finem ejusdem libri: Tum ad Tũnetem eodem quo priùs loco castra posuit.

Tungri,

Tūngrī, τύγγροι, Populi inter Belgas, qui à Ptolemæo post Tabullam flumen collocantur. Horum urbs fuit Atuacutum, teste eodem Ptolemæo lib. 2. cap. 9.

Tūrārĭŭs, Vicus Romæ fuit, in quo thus, cæteraq; thymiamata vendebantur. Asconius: Signum Vertumni in ultimo vico Turario est, sub Basilica se flectentibus.

Tūrbo, bonis, τύρβων, Proprium nomen gladiatoris. Hor. lib. 2. Serm. Sat. 3: Corpore majorem rides Turbonis in armis.

Turcæ, [ישמעאל jischmaelim. Turchi. Ger. Die Türcken.] teste Mela, Scythiæ populi fuerūt, maris Caspii, Caucasiq; montis accolæ, qui supra septingentesimum abhinc annum, relicta patria, portasq; Caspias egressi, latrocinantium more in Persidem primùm, deinde in Pontum, & Cappadociam impetum fecerunt: occupataq; minore Asia, victricia arma in Europam trajecerunt, Græciamq; omnē, ductu Mahometis in potestatem redegerunt, ipsa etiam imperii sede Constantinopoli post longam obsidionem expugnata, De origine Turcarū, rebusq; gestis vide latiùs Baptistam Egnatiū in opusculo de Romanis principibus.

Turdetani, τυρδητανοὶ, Hispaniæ Bæticæ populi sunt, apud Ptolem. lib. 2. cap. 5. ¶ Turditania, τυρδιτανία, Regio Iberiæ, circa Bætin fluvium, quæ etiam Bætica dicitur.

Turdŭli, τυρδῦλοι, Populi Hispaniæ Bæticæ, Bastulis, & Turdetanis finitimi, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Varro de Re tust. li. 2. cap. 10: Nō omnis apta natio ad pecuariam, quòd neq; Bastulus, neq; Turdulus idonei.

Tūrĭă, τυρίας, Fluvius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiā præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. Claudianus: Floribus & roseis formosus Turia ripis. Salust. lib. 4. Hist. Inter læva mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. Phocas hoc nomen neutro genere efferendum contendit, quemadmodum & Mulucha: cui tamen refragatur testimonium paulò antè ex Claudiano citatū. Plinius Duriam vocat lib. 3. cap. 3. Ptolemæus Doriam.

Turiasso, Ptolem. libro 2. capite 6, Hispaniæ Vrbs, Vulgò Tyrisona.

Tūrmeda, civitas Syriæ, quæ aliàs Amphipolis, Steph.

Turnŭs, τύρνος, Nomen regis Rutulorum, acerrimiq; Trojanorum in Italiam advenientiū hostis: quem Aeneas singulari certamine victum occidit, Laviniamq; illi desponsatam uxorem duxit.

Tūrŏnēs. [Vulgò Tours. Ger. Die Turoner oder Tours in Francreich.] Lugdunensis Galliæ populi sunt, ad Ligerim fluvium. Autor Plin lib. 4 cap. 18.

Turpĭo Ambivius, Actor Comœdiarū, Terentii temporibus.

Turrĭs Bisonis, civitas Sardiniæ, Ptol. lib. 3. Sardos hodie Turris Libysonis, Plin.

Turulis, Fluv. Hispaniæ Tarraconensis, Ptol. lib. 1. cap. 6. Turia vulgò Claudiano & Hermolao apud Plin. Pomponius Duriā corruptè nominat. Vide TVRRIS & DVRIAS.

Turuptiana, Vrbs Callætorum Lucensium, in Tarraconensi Hispania. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Turarius, & Turarius vicus. Vide suprà.

Tūscă, Africæ fluvius est, Zeugitanam provinciam: hoc est, Africam propriè dictam dirimens à Numidia. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Tuscānĭă, τυσκανία, Oppidū Tusciæ prope Tarquinios: à quo Tuscanienses populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Tuscanicum, Locus in ædibus cavatus, quem à Tuscis morē Romani acceperunt, eamq; ob causam, Tuscanicum dictum: Varr. lib. 4. de Ling. Latina.

Tūscĭă, Vulgò Toscana. Celeberrima Italiæ regio, Macra & Tyberi fluminibus interfepta, alio nomine Hetruria dicta, à Græcis etiam Tyrrhenia, à Tyrrheno quodam, Atyos filio, qui relicta Mæonia in Italiā sese contulit, & in ora maris inferi consedit, populosq; Tyrrhenos, & mare ipsum Tyrrhenū de nomine suo appellavit. τυρρηνία. Tusciam autem Festus dictam existimat à Tusco quodam Herculis filio, qui regionis hujus imperium dicitur tenuisse: quanquam nō desint qui à Græco θύειν, quod est sacrificare, vocis ejus originem repetant. ¶ Fuerunt enim Hetrusci præ cæteris Italiæ populis eorum quæ ad religionem & sacrificia pertinent, ad superstitionem usq; studiosi. Hinc fit ut nonnulli primum nominis hujus elementum existiment esse aspirandum. Tusciæ oppida celeberrima sunt Florentia, Pisa, Luca & Sena. Populi ipsi Tusci appellantur, & Hetrusci, à Græcis τυρρηνοὶ, haruspicinæ olim peritissimi. Quapropter interpretandorum prodigiorum, & procurandorum fulminum causa vates olim ex Hetruria Romam sæpissimè accersebantur.

Tūscŭs, tusca, tuscum, possessivum deductū. τυρρηνὸς: ut, Tuscus vicus, à Tuscis incolis, teste Fest. ita dictus, quibus post Porsenæ discessum in urbe manentibus sedes sunt assignatæ Horat. lib. 2. Carm. Satyr. 3: Ac Tusci turba impia vici.

Tūscŭlum, τύσκλον Straboni, Oppidum Latii, XV. M. passuum ab urbe distans, olim inter insignes Latii civitates numeratū, Federici Aenobarbi temporibus, à Romanis Pontificibus deletum: eò quòd Imperatori Pontifici bellum inferenti auxilio fuissent Tusculani. Hodie obscurus est vicus, quem Romani Frascatam vocant. Dictum autem putatur Tusculum, quasi τὰ σκόλλα: propterea quòd in monte satis edito situm, molestiā exhiberet ascendentibus. Est enim σκύλλω vexare, seu molestia afficere. Conditum autem existimatur à Telegono Ulyssis & Circes filio, qui quum patrem imprudens occidisset, in ea sese loca recepit.

Tūscŭlānŭs, a, um, diminutivum, τυσκλανὸς Stephano: ut, Ager Tusculanus Ciceronis villa nobilitatus: & Tusculanum municipium, Catone Censorio municipe illustratum.

Tūtānŭs, penult. prod. Deus quidam apud Romanos, idem (ut putatur) cum Hercule, quem periclitantes invocabant, ut ipsos tutaretur. ὁ σωτήρ. Varro in Hercule, ut citat Nonius: Noctu Annibalis quum fugavi exercitum Tutanus, ob hoc Tutanus Romæ nuncupor: hac propter omnes qui laborant, invocant.

Tutilĭna, Dea apud Romanos (inquit Nonius) à tuēdo dicta. Varro in Hercule, ut citatur ab eodem Nonio: Tuam fidem Tutana invoco, quæ adesse mortalibus soles. Hanc August. lib. 4. de Civitate Dei, præesse frumentis collectis, atq; reconditis scribit, ut tutò servarentur.

T ante Y.

Tўănă, pen. corr. τύανα, Cappadociæ civitas ad radices Tauri mōtis patria Apollonii, sive ille magus, sive philosophus fuerit: cujus vitam fabulosissimo volumine exequitur Philostratus. ¶ Hinc fiunt gentilia Tyaneus, & Tyanites, τυανεύς, & τυανίτης Stephano. Poëtę aliquando efferunt Tyaneïus per quinque syllabas. Ovid. 8. Metam.

-ostendit adhuc Tyaneïus illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.

Tybris, Vide TIBERIS.

Tybŭr, tyburis, Tyburs, tyburtis, & Tyburtinus, na, num, rectiùs i nostro scripseris, præsertim quum apud Suidam, Stephanum, Strabonem, cæterosque Græcos τίβυρις, τίβυρος, & τίβυρη per jota legamus. De his itaq; vide suprà suis locis. Vulgò Tivoli.

Tyche, tyches, τύχη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia: Εὐδώρη τε, Τύχη τε, & Ἀμφιτρίτη, Ὠκεανός τε. ¶ Fuit item Tyche, una ex quatuor Syracusanæ urbis partibus, à nobili Fortunæ templo denominata: cujus meminit Cic. 6. Verrina.

Tўchĭŭs, τύχιος, Celeberrimi fabri nomen apud Homerum 7. Iliad. qui Ajacis clypeum fabricavit. Ovid. 3. Fast. Nec quisquā invitæ faciet benè vincula plantæ Pallade; sit Tychio doctior ille licet.

Tўdēus, dictio dissyllaba, τυδεύς, Nomen filii Oenei regis Calydoniæ, & Eurybœæ, vel ut aliis placet. Althææ: quum fratrē suum Menalippum inscius occidisset, ad Adrastū regem perfugit, cujus filiam Deiphilen conjugem duxit. Postea à Polynice, qui alteram Adrasti filiam Argiam uxorem habebat, legatus ad Eteoclem regem Thebarum missus, ut pacti memor fratri regnum redderet. Ad quem quum veniisset, regiamq; essset ingressus, Eteocles negavit se regno cessurum esse. Quo responso Tydeus vehementer commotus est, ita ut non sit veritus & hostis & solus, Thebanos omnes quotquot tùm fortè cum Eteocle essent in convivio, ad quodlibet certaminis genus provocare. Atq; ut animosè provocavit, ita omnes (sic illi Pallas propitia erat) strenuè vicit. Quamobrem Thebani dolore ac indignatione accensi, reversuro insidias tetenderunt, collocatis ad opportunum locum, quà Tydeus transiturus erat, quinquaginta juvenibus, cum duobus ducibus, Mæone Aemonis: & Lycophonte Authophoni filio: quos Tydeus in se impetum facientes trucidavit, uni tantùm parcens Mæoni, quem acceptę cladis nuntium ad Eteoclem remisit. Profectus deinde unà cum Polynice & Adrasto, reliquisq; Græciæ principibus ad bellum Thebanum, post multas res præclarissimè gestas, à Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus, occubuit. Vide hæc latiùs in Statii Thebaide.

Tўdīdēs, tydidæ, pen. prod. τυδίδης, Nomen patronymicum, quo Poëtæ utuntur pro Diomede Tydei filio. Virg. 1. Aen. ô Danaûm fortissime gentis Tydide Hor. 1. Carm. Ode 6: Quis Martem tunica tectum adamantina Dignè scripserit, aut pulvere Troico Nigrum Merionem, aut ope Palladis Tydiden superis parem.

Tўēnĭs. pen prod. τυλώνις, Oppidum Colchorum: ita dictum à præterfluente fluvio ejùsdem nominis. Gentile est Tyenites, τυλωνίτης Stephano.

Tyleſſus, τυληοσὸς, Mons Italię. Lycophron. ἄκροι δὲ πρῶναι δυσβάτου τυλισσήου, Steph.

Tylis, τύλις, Vrbs Thraciæ prope Hemum. Gentile Tylites

Tylos,

Tylos, τύλος, Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, & gossampinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt mali coronei amplitudine, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo conficiuntur Vide Plin.lib.21.cap.10, & 11.

Tymenæon, τυμναῖον, Vrbs juxta Phrygiam, qui inhabitant Tymenæi, Steph.

Tymena, [τύμαινα. Ger. Ein ort mit einem Brunnen in Lycia, welchs ein Bock soll gefunden haben.] Vrbs seu vicus Lyciæ, sic dictus ab hirco, qui grege relicto, barba madente rediit, quem postea secuti, fontem in quodam fruteto repererunt, ac inde nomen fonti & loco indiderunt. Gentile Tymenæus. Steph.

Tymœtes, sive potiùs Thymœtes, Θυμοίτης Homero, Vnus fuit ex Trojanis principibus, conscius (ut quidã putant) proditionis patriæ. Nam quũ vates quidã Priamo futurum prædixisset, ut certo quodã die puer nasceretur, cujus culpa Troja everteretur: ferunt eo die Hecubam peperisse Paridem, & Tymœtæ uxorem alterum filium, quem Priamus jussit occidi. Ob quã causam Tymœtes deinde non benè affectus fuisse erga Priamum putatur, & de Trojæ proditione cum Græcis consilia iniisse. Huc alluśit Virg. 2. Aen. -primusq; Tymœtes Duci intra muros hortatur, & arce locari: Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant. Vide THYMOETES.

Tymolus, pen. prod. qui & Tmolus, τμῶλος Stephano, Lydiæ mons, ex quo Pactolus amnis, & Tarne fons profluunt. Apud Plin.li.5.cap.29. Timolus legitur per i nostrum: Lydia (*inquit*) maximè celebratur Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Timolus dicebatur.

Tymphe, τύμφη, Mons Thesprotiæ, & Tymphæa urbs. Gentil. Tymphæus, fœmininum Tymphæis, Poss. Tymphaicus.

Tymphæi, τυμφαῖοι, Populi sunt Aetoliæ, Pindi montis accolæ, Thesprotiis & Perrhæbis proximi, apud quos in summa terra gypsum invenitur, quod ab iis *Tymphaicum* appellatur, fullonibus in Græcia Cymoliæ cretæ usum supplens. Vide Plin.lib.4.cap.2, & lib.35.cap.17.

Tyndărus, tyndari, penult. corr. τύνδαρεως, Rex fuit Oebaliæ & maritus Ledæ, quæ eodem tempore duo peperit ova, è quorum altero quod ex Iove conceperat, excluśi fuerunt Pollux & Helena: ex altero, quod conceperat ex Tyndaro, Castor & Clytæmnestra. Ex his priores duo immortales fuerunt, posteriores mortales. Mortuo tamen Castore, Pollux à Iove impetravit, ut sibi cum fratre immortalitatẽ communicare liceret, alternisq; cum illo vitam morte cõmutare. Cui fabulæ occasionem subministravit siderum illorum natura, quæ talis est, ut uno oriente, alterum occidat. Ambo autem à Poëtis dicuntur Tyndaridæ, non quòd uterque è Tyndaro fuerit natus, sed πολυχρησικῶς, quemadmodum Herculem iidem appellãt Amphitryoniadem. Sic etiam Helenam Tyndaridem vocant, quę tamen fuit Iovis, non Tyndari filia. Alioqui si mortali patre nata fuisset, tot secula vivere non potuisset. Constat enim fratres ejus cum Argonautis navigasse. Argonautarum autẽ filii cum Thebanis dimicaverunt. Horum verò filii bello Trojano interfuerunt. Dicimus & Tyndareos, seu Tyndareus, per quatuor syllabas. Ovid. in Epist. Hermiones: Me tibi Tyndareus, vita gravis autor & annis Tradidit.

Tynes, tynetis, τύνης, Vrbs Siciliæ. Gentil. Tynesæus, Tynæus, Stephan.

Typæon, τύπαιον, Mons Elidis, Steph.

Typaneæ, τυπανεῶται, Vrbs Triphyllę. Gentil. Typaneates, Steph.

Typhœus, per tres syllabas, eu, diphthongum in ultima habens, & penultimam producens. [τυφωεύς. Germ. Ein grosser Ryß so vnderstanden hat die Götter zu bekriegen.] Vnus è gigantibus, Terræ & Titani filius, quem illa Iovi irata in perniciem cœlestium fertur edidisse. Hic quũ in ingentem corporis molem adolevisset, eò væcordiæ provectus est, ut Iovem de cœli possessione dejicere conaretur. Quapropter fulmine ab eodẽ ictus est, & sub Inarimen insulam detrusus: ut placet Homero in Catalogo. Virgil. 9. Aen. Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile Inarime Iovis imperiis imposta Typhœo. Luc. lib. 4: Conditur Inarimes æterna mole Typhœus. Ovid. tamen lib. 5. Metam. & Strabo lib. 13: Pindarum secuti, in Sicilia sub Aetna monte sepultum volunt.

Typhōĕus, a, um, penult. prod. τυφώεος, Licet Poëtæ suo jure alteram ex diphthongo vocalem abjicientes, eandem corripiant. Virgil. 1. Aeneid. Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis.

Typhōn, typhonis, τυφών, Vnus ex gigantibus, Titani & Terræ filius, qui alio nomine Typhoëus dicitur. Seneca in Hercule furente: Non tum ferum Typhonem, neglecto Iove, irata Tellus edidit quondam parens. Hujus autem nominis prior syllaba producitur, quum in Typhoëus prima corripiatur. Ovid. 2. Fast. Terribilem quondam, fugiens Typhôna Dione. ¶ Fuit & alter Typhon, teste Diodoro, Osiridis Aegyptiorum regis frater, qui illo interfecto, & in partes quinq; & viginti discerpto, regnum occupare est conatus. Tandem tamen ab Iside victus, meritas impietatis suæ luit pœnas.

Typhrestus, τυφρηστός, Vrbs Trachinis, à cinere Herculis nominata, vel à Typhesto filio Sperchii. Gentile Typhrestius. ¶ Est & Typhrestus masc. gen. montis nomen. In Etymologico legimus Typhrestum urbem esse in finibus Mænaliæ, à rege Typhresto.

Tyrã, sive Tyras, τύρας Ptolemæo, Fluvius est sub Boristhene, Sarmatas dirimens à Dacis, & non procul ab Istri ostiis in Pontum Euxinum illabens: ubi & oppidum habet sui nominis. Vide Plin. lib. 4. cap. 2, & Ptol. lib. 3. cap. 5. Ovid. 5. de Pont. Eleg. 10:

Partheniusq; rapax, & volvens saxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amnę Tyras.

Tyragetæ, τυραγέται, Populi sunt Sarmatici, Insulam Ponti Euxini incolentes, quæ distat à Pseudostomo Istri CXXV. M. pass. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Tyrambe, tyrambes, τυράμβη, Oppidum est Sarmatiæ Europæ, nonnihil supra Tanaidis ostia in Mæotim paludem influens. Autor Ptolem. lib. 5. cap. 4.

Tyrannĭon, τυραννίων, Amisenus, discipulus Hestiæi Amiseni, nobilis Grammaticus, tempore magni Pompeii docebat Romæ. Ductus est Romam à Lucullo, captus in bello Mithridatico. Priùs dicebatur Theophrastus: mutavit autem nomen, quòd inter æquales superbis versaretur moribus. Clarus & dives ob doctrinam factus adeò est, ut supra triginta millia librorum possideret. Decessit senex morbo podagræ. ¶ Tyrannion junior è Phœnice, discipulus prioris, à quo nomen sibi usurpavit, quum priùs Diocles vocaretur. Captivus & ipse Romam ductus, à quodam Dymante Cęsaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eaq; liber factus, ludum Romæ aperuit. Scripsit libros LXVII. Vtriusque autor Suidas.

Tyrannus, τύραννος, Nomen proprium sophistæ, qui scripsit de divisione orationis libros x. Autor Suidas.

Tyres, τύρης, Fluvius est Scythiæ, secundus ab Istro, teste Herodoto lib. 4. Idem prorsus cum eo, qui à Ptolemæo Tyras, à Plinio Tyra appellatur. Hujus fluvii ripas olim accolebant populi Græci, qui à fluvii nomine Tyritæ dicebantur, teste Herodoto loco jam citato.

Tyridates, seu potiùs Tiridates, τειριδάτης, Vologesis Parthorum regis frater, qui Neronis principatu Romam venit, & regni Armeniæ diadema ab eo accepit. Vide Tacitum Annal. libro 6. & 7.

Tyrinthia, civitas Argis vicina, in qua nutritus est Hercules, qui inde Tyrinthius dictus est. Vide Virg. lib. 7. Aen.

Tyritace, tyritaces, τυρητάκη, Vrbs est Colchorum ad Phasidis ripas, teste Plin. lib. 6. cap. 4.

Tyrmĕnĭi, τυρμάνιοι, Populi Scythici, peritissimi navigandi.

Tyrmidæ, τυρμιδαι, Vicus in Tribu Oenei. Tribulis Tyrmides, Stephan.

Tyrediza, τυρίδιζα, aliâs Tyrodiza, urbs Thraciæ post Serrium. Gentile Tyrodizenus, quum potiùs Tyrodizæus dicendum esset.

Tyro, sive Tiro, Nomen liberti Ciceronis, in omni literarum genere exercitatissimi, ad quem extant multæ Ciceronis epistolæ.

Tyrōnĭānus, tyroniana, tyronianum, sive Tironianus, possessivum à Tyrone Ciceronis liberto formatum. Gell. lib. 1. cap. 7: In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro spectatæ fidei, Tyroniana cura, atq; disciplina facto.

Tyro, τυρώ, Virguncula fuit Thessala, Salmonei filia, ex qua Neptunus Neleum & Peliam suscepit. Propert. lib. 7: Vobiscũ est Iope, vobiscum candida Tyro, &c.

Tyros, sive Tyrus. [צֹר tsor. τύρος: Vulgò *Puerto de Sur*. Ger. Ein gewaltige gewarbostatt in Phœnicia am Meer gelegẽ.] Vrbs Phœnices olim celeberrima, una ex iis quæ Tripolim efficiunt, olim insula, sed Alexandri operibus continenti conjuncta. Tyrus (inquit Plin. lib. 5. cap. 19.) quondam insula prælto mari septingentis passibus divisa: nunc verò Alexandri eam oppugnantis operibus cõtinens. Olim portu clara, urbibus genitis Lepti, Vtica, & illa Romani imperii æmula, terrarum orbis avida, Carthagine, etiã Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas cõchylio, & purpura constat. Olim Sarra fuit nuncupata, ut ait Gell. lib. 14. cap. 6. Vnde Sarranum ostrum pro purpura Tyria dicimus.

Tyrĭus, tyria, tyrium, adjectivum, τύριος. Virg. 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni, Tibullus: Quid Tyrio recubare toro? Et quoniã in hac urbe laudatissima tingebatur purpura, factum est, ut Tyrium dicamus pro purpureo. Ovid. 2. de Arte: Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. ¶ Tyria maria, proverbio dicebatur, de re admodũ tumultuosa, periculiq; plena. Festus putat inde natũ esse proverbium, quòd Pœni Tyro oriundi, adeò potentes in mari fuerint, ut omnia ma-

ria infestantes, navigationem redderent periculosam. Vnde Tyria maria excitare, proverbialiter dicitur pro eo quod est, ingentes tumultus commovere. Vide Adagia Erasmi.

Tyrrhēnos, [τυῤῥηνός. Germ. Bötcker in Italia sunst Toscaner genennet.] Romani Hetruscos appellant, atque Tuscos: hoc est, quicquid est populorū in Italia, inter Macram, & Tiberim fluvios. Græci verò hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atyos filio, qui è Lydia colonos in hanc regionē deduxit. Atys enim ex prognatis Herculis, & Omphales unus, quū sterilitate ac fame populum suum emittere cogeretur, è duobus filiis, sorte jacta, Lydum quidē regni successorē tenuit: Tyrrhenum autem cū bona populi parte ad quærendas novas sedes emisit: qui quum post longos errores in inferi maris ora sedes fixisset, totum eum tractum de se Tyrrheniam, & mare ipsum Tyrrhenū appellavit. Virg. lib. 7. Aen. Primus init bellū Tyrrhenis asper ab oris Contemptor divûm Mezentius, &c. ¶ Tyrrhenum mare, τυῤῥηνὴν θάλασσαν Stephano, Mare inferum est: ita dictū quòd Tyrrheniam: hoc est, Tusciam alluat: unde & Tuscum dicitur. Vel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitaverunt. Nanq; hoc habet fabula: Dormientem in littore Liberum patrē adhuc puerū nautas abstulisse Tyrrhenos: qui quū esset experrectus in navi, quò duceretur interrogavit: responderunt illi, Quò vellet. Liber ait: Ad Naxum insulam sibi sacratā. Sed quū aliò vela deflecterēt, iratum numē tigres sibi sacratas visibus eorū objecit: quo terrore se illi in fluctus dedēre præcipites. Hæc Servius in illud Virgilii 1. Aeneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.

Tyrrheus, tyrrhei, τυῤῥεύς, Latini regis armentarius, cujus servus mansuetus ab Ascanii comitibus occisus, primam belli causam præbuit inter Trojanos & Latinos.

Tyrrhīdes, pen prod. patronymicum. τυῤῥείδης. Virg. 7. Aen. Cervus erat forma præstanti & cornibus ingens, Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum Nutribant, Tyrrheusq; pater, cui regia patent Armenta, & latè custodia credita campi.

Tyrseta, τύρσετα, Vrbs σαννίδων, (videtur legendum σαννίδων:) id est, Samnitum. Gent. Tyrsetinne.

Tyrtæŭs, τυρταῖος, Archimbroti filius, Poēta Athenienſis fuit: aut (ut alii malunt) Milesius, Elegiarū scriptor, & tibicen egregius: quē Lacedæmonii oraculo moniti ut peregrinum ducē sibi adsciscerēt, adversus Messenios pugnaturi, sibi præfecerūt. Quo in prælio Tyrtæus carminibus suis, tibiæq; modulis ita animos eorū inflammavit, ut Athenienses insignem illam victoriam, quā eo die adepti sunt, Tyrtæo acceptam referrent. De hoc Plato in libris de Legibus: O divine Poēta Tyrtæe (inquit) sapiens certè ac bonus nobis esse videris: quia excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excellucrunt.

Tyrus, (ut inquit Iustinus lib. 18,) Fuit nomen proprium patris Didonis, qui ab aliis Belus vocatus est.

Tyssaphernes, sive potiùs Tissaphernes, τισσαφέρνης Suidæ, Persarum Satrapa fuit, qui Cyrum minorē apud Artaxerxem fratrem criminando, causa extitit ejus belli, quod postea inter fratres emersit. Occisus tandem fuit ejusdem Artaxerxis jussu, quòd in Asia rem gerens adversus Agesilaum, omnia proditione agere videretur. Vide Xenophontem rerum Græcarum lib. 4, & de Cyri minoris expeditione lib. 1.

Tyssias, sive potiùs Tisias, τισίας, Rhetor fuit Siculus, qui primus post Coracem dicendi præcepta condidit. Autor Cic. 1, de Invent.

Tyttygias, τυττυγίας, Latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas, quas furto abstulerat, venditabat: eoq; quæstu dives factus est. Zenodotus apud Erasmum in Chiliadibus.

V

VAçamana, Oppidum Hispaniæ Beticæ, in conventu Hispalensi, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Vaça, Numidiæ oppidum mediterraneum, emporium totius regionis maximè celebratum: quod Metellus Iugurthæ ademptum præsidio firmavit. Autor Salust. in Iugurth. ¶ Est item Vaca apud Plin. libro 4. cap. 21, Lusitaniæ fluvius, inter Mundam & Duriam, in Occidentalem influens Oceanum. Ptolemæus Vacum appellat, Strabo Vacuam.

Văccæī. Populi mediterranei citerioris Hispaniæ, Duria amne ab Asturibus secreti. ὐακκαῖοι Ptolemæo. Autor Plin, lib. 4. cap. 20.

Văccŭs, Fundanorum dux fuit, qui in Privernati bello à L. Papyrio captus, rebellionis suæ pœnas dedit. Cicer. pro Domo sua: In Vacci prati domus fuit M. Vacci, quæ publicata est & eversa, ut illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

Văcorĭum, [ὐακόριον. German. Bilach.] Vrbs Norici apud Ptolem. libr. 2. cap. 14.

Văcūnă, pen. prod. à vacando dicta est dea, quæ præesse vacantibus, & otiosis putabatur: [Germ. Ein Göttin der Müssige gängeren.] cui, quum agricolæ à laboribus ruris vacarent, ut post perceptos fructus requiescerent, per hyemem vota solvebant, & sacrificabant. Ovid 6. Fast. Nam quoq; quum fiunt antiquæ sacra Vacunæ, Ante Vacunaleis stantque sedentque focos. Hęc in agro Reatino insignia habebat nemora, quorū meminit Plin, lib. 3. cap. 12.

Vădĭmōnĭs, Lacus in Vmbria est, non procul ab Amerina, opacam habens sylvam sibi innatantem, quæ nunquā die ac noctu eodem visitur loco. Autor Plin. lib. 2. cap 95. ¶ Hujus item lacus meminit Plin. Iunior in Epist. Exegerat (inquit) socer meus, ut Amerina sua prædia inspicerem: hæc perambulanti mihi ostenditur subjacens lacus nomine Vadimonis.

Văgēnī, Populi inter Alpinas gētes ex Caturigibus oriundi. Plin lib. 3. cap. 20: Inter Alpinas gentes finitimi Centrones, & Cottianę civitates, Caturiges, & Caturigibus orti Vageni, Ligures. Silius: Tum pernix Ligur, & sparsi per saxa Vageni

Vălăscă, teste Volaterrano, Regina Bohemorum fuit, cujus ductu ejus regni mulieres occisis viris sete in libertatem asseruerunt, & sine viri adminiculo regnum multos annos administraruntt.

Vălēntĭă: [Vulgò Valence. Germ. Valentz/ein Statt in Franckreich am Rhodan.] Valentiæ, Vrbs est insignis citerioris Hispaniæ, tribus millibus passuum à mari remota, ut autor est Plin. lib 3. cap 3, & Ptolem lib. 2. cap. 6, & Pompon. Mela lib. 2, ὐαλεντία. Vulgò Valentia. ¶ Est etiam ejus nominis oppidum inter Allobroges subter Viennam ad Rhodanum, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Vălĕrĭă, ὐαλερία, Nomen proprium Messalarum sororis, quæ amisso Servio viro, quum rogaretur cur alteri non nuberet? ait, Sibi semper maritum Servium vivere.

Vălĕrĭă. [Ger. Steirmarck.] Regio in ultima Germania versus Orientem, quę hodie Styria vocatur, ut placet Aeneæ Sylvio.

Valeria, ὐαλερία, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis in tractu Celtiberorum, cujus meminit Ptolem. lib. 2. cāp. 6. Hinc Valerienses populi, Plin. lib. 3. cap. 3.

Vălĕrĭus, ὐαλέριος, Cognomento Publicola, Iunii Bruti in primo Consulatu collega, in Tarquinii Collatini locū suffectus Hic primùm de Vejentibus: iterum de Sabinis: tertiò de utrisq; triumphavit. Deinde quū domum in Velia tutissimo loco haberet, in suspicionem regni venit. Quo cognito, apud populum conquestus est, quòd tale aliquid de se timuissent, & misit qui domum suam diruerunt. Secures item fascibus dempsit, eosq; in populi concione submisit: legem de provocatione ad populum tulit, quapropter Publicolæ nomen accepit. Hic quū diem obiisset, publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus est. Hæc Plinius. Cæcilius de viris illustribus. Autor est Plutarchus in vita ejus, hunc quadriga primùm in triumpho vectum fuisse, sine ulla invidia: præterea collegæ Bruto honores funusq; curasse: funebremq; orationem de ipsius laudibus habuisse, quæ adeò jucunda fuit Romanis, ut ex eo consuetudo manârit, ut qui strenuè pugnādo occubuissent, ab optimatibus laudarentur. ¶ Valerius M. Publicolæ frater, Consul unà cum Posthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem fœliciter fratris auspiciis & administratione gessit. Ex quo publicè ei domus ędificata, cujus fores extrorsum honoris gratia aperiebantur, quum cæteræ introrsum aperirentur. ¶ Valerius Corvinus Tribunus militum, qui quum sub duce Camillo reliquias Senonum persequente, adversus Gallum provocatorem solus processisset, corvus ab ortu Solis galeæ ejus insedit, & inter pugnandum ora, oculosq; Galli verberavit: unde hoste victo, Valerius Corvinus dictus fuit. Hic quum ingens multitudo ære alieno oppressa, Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quintium necessitate magna compulsum præfecisset, sublato ære alieno seditionem compressit. Hęc Cæcilius. Livius verò libro 7. Decad. 1. hæc addit, de Samnitibus eū triumphasse: sexies Consulem fuisse, hostęs T. Manlii morte exultantes compressisse. Vixit, teste Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum. ¶ Valerius Potitus, post Decemviralem invidiam, plebem in Patres incitatam, legibus & concionibus suis mitigavit. Vnde Potiti cognomen adeptus. Primus quoq; Consul post Decemviros, quū Volscos, Aequosq; ad Algidū magna laude debellasset, triumphus ei à patribus negatus fuit. Sed suadente Icilio Trib. pleb. primus sine autoritate Senatus triumphavit cū collega suo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus est, quod nemini à Senatu præterquā Fabio Maximo concessum est, ut scribit Plutarchus. ¶ Valerius Levinus Consul, cum Pyrrho prælio congressus in Lucania infœliciter pugnavit. Iterum postea Consul Agrigentum adversus Pœnos missus, superato Hannone duce Carthaginiensium oppidum in potestatem recepit: Senatum securi percussit. ¶ Alter Valerius Levinus contra Philippum Macedoniæ regem fœliciter bellum gessit, teste Livio lib 7. bell. Pun. 2. ¶ Valerius Flaccus, M. Catonis familiarissimus, eundem ex

agro

agro Tusculano ad Rempub. adduxit, pariter & instruxit, ut ait Plutarchus. Consul cum eodem Catone circa Mediolanũ, ut Livius testatur, cũ Gallis & Insubribus & Boiis collatis signis pugnavit, ubi decem millia hostium sunt cæsa. Causam mulierum de abroganda lege Oppiâ contra collegam suum Catonem obtinuit: qua de re vide apud Livium elegantes utriusq; orationes libro 4. belli Maced. ¶ Valerius Soranus poëta, quem Cicero in libris de Orator. doctissimum togatorum appellat: Plutarchus Philosophum fuisse asserit, Pompeii jussu interfectum. ¶ Valerius Antias, antiquissimus historiæ scriptor, qui non rarò à Livio, aliisq; citatur. ¶ Valerius Procillus militavit sub Cæsare in Gallia: à quo etiam missus est legatus ad Ariovistum, ut est in Commentariis Cæsaris. ¶ Valerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberiũ Cæsarẽ. Militavit sub Sexto Pompejo, ut ipse de se testatur, ubi de institutis antiquis loquitur. ¶ Valerius Flaccus, Poëta, scripsit Argonautica. Quintilianus eum suæ ætate fuisse testatur, his verbis: Multum (*inquit*) in Valerio Flacco nuper amisimus. ¶ Valerius Martialis, epigrammaton scriptor.

Vălgĭŭs, Illustris fuit Romanus Augusti temporibus, qui de re herbaria volumen inchoavit: quod tamẽ morte prẽventus, reliquit imperfectum. Meminit ejus Plin. lib. 25. cap. 2.

Vallōnĭă, Putabatur dea, quæ Vallibus præerat. Sipontinus.

Vāndălĭă, [*ἀνδαλία*. Ger. Wendentandt.] Regio Europæ Septentrionalis, à Vandalo fluvio qui regionem interfluit. A' qua populi Vandali immanes, ferocissimi, qui paucis antè annis, quàm Gotthi Romam caperent, Gallias invasêre: inde in Hispaniam, trajecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticã, quæ Vandalia ab eis dicta est, occuparũt. [Ger Die Schwaben oder die Lächtaler vmb Augspurg.]

Vāngĭŏnēs, pen. corr. [hodie *Vvormacienses*. Ger. Die Böcker ũm Bisthũm Worms/oder Wormsergöw.] Populi sunt Galliæ Belgicæ. Coloniæ Agrippinensi finitimi. Lucan. lib. 1: Et qui laxis imitãtur Sarmata bracchis Vangiones. Meminit horum Cornelius Tacitus lib. 20, & Plin. lib. 4. cap. 17.

Vardŭlī, *ἀαρδυλοὶ* Ptolemæo, Hispaniæ citerioris populi, in conventu Clunienſi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

Vărĭŭs, Nomen poëtæ Tragici, Virgilii & Horatii amicissimi, unius ex iis, quibus Virgilii Aeneis commissa est emendanda. Meminit ejus aliquoties Horatius in Sermonibus.

Vărŭs Quintilius, Nobilis Romanus, qui ab Augusto Germanico exercitui præfectus, ab Arminio dolo circumventus est, & cum tribus legionibus interfectus. Hujus mortẽ deflet Horatius ad Virgilium scribens, lib. 1. Carm. Aliquoties ejus meminit & Maro, præsertim 6. & 9 Aegloga.

Varus, [Ger. Ein fluß laufft durch die Provintz in das Ligurisch Meer.] Fluvius est Galliam Narbonensem à Liguria dividens, à tortuosis alvei mæandris ita appellatus. Vide Strabon. lib. 4. ¶ Varus Persius posuit pro varius: geminos horoscopo varo Producis genio: id est, vario & dissimili.

Vārro *βάῤῥων*, Senator Romanus fuit, Ciceronis æqualis, non immeritò à Quintiliano Romanorum omnium eruditissimus appellatus: ut qui plurimos, doctissimosq; scripserit libros peritissimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerũ Græcarum, nostrarũq;: plus tamen scientiæ collaturus quàm eloquentiæ: Cornutus in Persium, Satyr. 5: Varrones stultos dici putat, eamq; ob causam etiam servos militum Varrones dici scribit, quòd utiq; sint stultissimi. Arbitror autem vocem Varro, idem esse quod Baro, de qua suprà in dictione BARO.

Vāscŏnēs, pen. corr. *Οὐάσκωνες*: Vulgò *Gasconi*, populi citerioris Hispaniæ quæ in Gallicum & Britannicũ Oceanum vergit, ad Pyrenæum positi. Hi à Metello Romanorum duce obsessi, in tantam famem compulsi sunt, ut humana carne vescerentur. Iuven. Sat. 15: Vascones (ut fama est) alimentis talibus usi Produxêre animas.

Vasĭo, onis, *Οὐασίων* Ptolemæo, Oppidum Vocontiorũ, in Gallia Narbonensi: cujus meminerunt Plin. lib. 3. cap. 4, Pompon. lib 2, & Ptolem. lib. 2. cap. 10.

Vaticanus, pen. prod. [*βατικανός*. Ger. S. Peters Berg zu Rom.] Collis est non procul à Tiberi, suprà molem Adriani, cõterminus Ianiculo, in quo Petri basilica est. Sic dictus, quòd populus Romanus eo potitus sit vatũ responso, expulsis Hetruscis, ut inquit Festus. Vel (secundùm Gellium lib. 16 cap. 17,) à vaticiniis, quæ ibi dari solebant, vi atq; instinctu dei Vaticani. Varro scribit Vaticanõ deum in eo monte fuisse, qui infantibus primam vocem daret, quæ est va, quæ prima in Vaticano syllaba est. Augustinus tamen vocat Vaginatum, tanquam infantiũ vagitibus præsidentem. Prima hujus nominis syllaba semper producitur, secũda variatur, tertia semper producitur. Iuven. Sat. 6: Et Vaticano fragiles de monte patellas. Horat. lib. 1. Carm. ut paterni Fluminis ripæ, simul & jocosa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. De Vaticano agro, colle, & deo sic scribit Gell. lib. 16 cap. 17: Et agrum Vaticanum (*inquit*) & ejusdem agri deum præsidem appellatum acceperamus à vaticiniis, quæ vi atq; instinctu ejus dei, in eò agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam Marcus Varro in libris rerum divinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut Ajus, *inquit*, deus appellatus; araq; ei statuta est, quæ est in infima nova via, quòd eo loco divinitùs vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri, simulatq; parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est. Idcirco vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Hactenus Gell.

Vătĭnĭŭs, Nomen civis Romani contaminatissimæ vitæ, & profligatissimi pudoris: qui quum adversus Sestiũ testis productus esset, reumq; testimonio suo læsisset, in eũ Cicero, qui Sestii defensionem susceperat, tàm acerbè invectus est, ut patefactis ejus flagitiis in summũ Romani populi odium pervenerit. ¶ Hinc factus est locus vulgi proverbio, ut Vatinianum odiũ, pro capitali, & implacabili odio accipiatur. Catul. munere isto Odissem te odio Vatiniano. ¶ Fuit & alter Vatinius Neronis tempore, sutrinæ primùm alumnus, postea Neronianæ aulæ ostentũ, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primò in contumelias assumptus: deinde optimi cujusq; criminatione eò usq; provectus, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malis prævaleret. Autor Tacitus lib. 15.

Vātrēnŭs, Fluvius est in agro Forocornelienſi in Padum dẽcidens, à quo & amplissimum quoddam Padi ostium Vatreni portus appellatur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Vaūnĭă, Italiæ civitas, Venetiq propinqua, Ptolemæo autore, lib. 3. cap. 1. Vulgò *Lovino*.

V ante B.

Vbĭi, [Ger. Die Böcker in Cölner gegne.] Populi origine Germanicis Rhenum fluvium, in ea parte Galliæ Belgicæ, ubi est Colonia Agrippinensis. Plin. li. 4. cap. 17, & Tacitus li. 1, & 20.

Vbĭscĭ, Aquitaniæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 19.

V ante C.

Vcălĕgōn, *ἀκαλέγων*, Vnus ex Trojanis proceribus, qui belli tempore, quòd annis confectus esset, prælio abstinuit, ut refert Homer. 13. Iliad. Virgil. 2. Aeneid. jam proximus ardet Vcalegon. Quo in loco domini nomen figuratè pro ipsis ædibus posuit.

Vcennĭ, Gentes Alpinæ, Augusti auspiciis in Romanorum ditionem redacti: ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

Vcĭa, *ἀκία*, Oppidum Turdetanorum, in Hispania Bætica. Ptol. lib. 2. cap. 4.

V ante D.

Vdĭnĭ, Scythiæ populi, ad Mæotidis lacus fauces incolentes: Plin. lib. 6. cap. 14.

V ante E.

Vectĭs, *ἴκτις* Ptolemæo, Insula est Britanniæ ad Meridiẽ adjacẽs, fretoq; ab ea admodũ exiguo discreta, Huntonnæ portum, quem Ptolemæus Magnum vocat, objectu suo adversus tempestates muniens. Hodie duo habet oppida, *Novum portũ, & Calborizon*. Plin. lib. 4. cap. 16, minus rectè hanc insulam inter Britanniam & Hyberniam collocat.

Vectōnēs, pen. prod. *Οὐέκτωνες*, Populi Hispaniæ citerioris, ab Asturibus Durio amne discreti, teste Plin. lib. 4. cap. 20.

Vedra, Fluvius in latere Meridionali Britãniæ insulæ. Ptolem. lib. 2, cap. 3. Vulgò Were.

Vegeti, apud Pomponium lib. 1. Asię populi, Marrhanis, Cappadocibus, Comagenis, & Armeniis vicini, & nullo prætereà Geographorum (quod sciam) commemorati.

Vegetĭus, Flavius Renatus, Comes Constantinopolitanus, floruit Valẽtiniani principis tempore. Scripsit Epitomem institutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Augusti, Trajani, & Hadriani principũ, ac Frontini. In primo libro electionem docet tyronum, ex quibus locis vel quales milites probandi sunt, aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus, veteris militiæ continet morem, ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius omniũ artium genera, quæ terrestri prælio sunt necessaria, exponit. Quartus universas machinas, quibus vel oppugnãtur civitates, vel defenduntur, enarrat: navalisq; belli præcepta subnectit. Ex Raphaëlis Volaterrani lib. 22.

Vēĭi, [*βεῖοι* Plutarcho. Ger. Weyenten ein herrliche Statt in Hetrurien nicht fern von Rom gelegen.] Vrbs fuit Hetruriæ, non procul ab urbe Roma, quam Camillus post decennalem obsidionẽ per cuniculos cepit. Tãta autem fuit urbis hujus claritas, tanta situs opportunitas, ut Romani exusta, deformataq; à Gallis urbe, Vejos potissimùm delegerint, quò Romani imperii sedem transferrẽt: à quo incepto gravissimis Camilli concionibus ægrè sunt revocati. Hujus incolæ dicti sunt Vejentes, Fabiorum clade notissimi.

Vējēntānŭs, a, um, posse (sivum: ut Vinum Vejentanum. Horat. li. 2. Serm. Satyr. 3: Quj Vejentanũ festis portare diebus Campana solitus trulla, vappamq; profestis. ¶ Vejentana gemma.

Plin.lib.37.cap.10: Vejentana Italica, gemma eſt, Veiis reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo. Meminit hujus gemmæ & Solinus ad finem octavi capitis.

Vējŏvĭs, Apud Romanos inter ſiniſtra, ſeu noxia numina habebatur, quem nō auxilii alicujus ſpe venerabantur: ſed idcò tantùm, nequid ipſis noxæ inferret. Hujus ſimulacrum effingebatur ſpicula manu tenens, caq; minaciter intentans. Vnde quidam eundem cum Apolline eſſe putarūt, qui ſpiculis: hoc eſt, radiis ſuis multa morborū genera immittit. Cic.3, de Natura deorum: Quid Vejovi facies? quid Vulcano?

Vel, diſſyllabū, Libyæ oppidū in tractu Garamantū, à Cornelio Balbo in triumpho geſtarum ut refert Plin.lib.5.cap.5.

Velabrum, Vide in APPELL. VELVM.

Velauni, inter Alpinas gentes, Plin. commemorantur, libro 3. cap.20.

Vĕlĭă βελία Stephano, Lucaniæ oppidū, in ſinu Pæſtano, conditum à Phocēſibus, anteà Elea ἐλία, dicta: & incolæ ipſi, Eleatæ. ¶ Eſt præterea Velia Romæ collis editior, in quo quum Valerius, qui poſtea Publicola dictus eſt, domum ædificare vellet, apud plebem in ſuſpicionem venit affectatæ dominationis: quòd in editiore loco veluti arcem quandā ad opprimendam libertatem conſtitueret. Qua re intellecta Valerius, poſtquam plebi in cōcione ſe purgaſſet, juſſit materiam omnem ad radicem Veliæ transferri, domumq; illam, quam in ſummo colle inſtituerat, in imo Veliæ pede ædificavit. Vide Livium lib.2. ab Vrbe. Hunc autem collem dictum volūt Veliam, quaſi velliam, quòd ibi paſtores lanam vellere ſoliti fuerint. ¶ Vnde Velinus adjectivum: ut Velina regio, quæ circa palatium erat.

Vĕlīnŭs, item adjectivum, pen.prod. à Velia Lucaniæ oppido, ut Portus Velinus. Virgil.6. Aen. Portusq; require Velinos. Velinus lacus, Plin lib.3.cap.12, & Colum.lib.8.cap.16.

Veliates, Populi Ligurię trans Alpes, ut ſcribit Plin.li.3.cap.5.

Velĭtræ, pen.corr. βέλιτρα Stephano, Civitas inſignis Volſcorum, Octaviæ gentis origine nobilitata, ut in Auguſto teſtatur Suetonius. Hujus incolæ dicuntur Veliterni, qui à Romanis olim ſubacti, bona agri ſui portione ſunt mulctati. Scribit Dionyſius lib.7, Velitris adeò ſævinſſe peſtilentiam, ut vix decima pars civium ſuperfuerit: quod damnum poſtea Romani miſſa eò colonia ſarcierunt.

Velocaſſes, Populi ſunt Galliæ Lugdunenſis ad Ligerim fluvium, quorum meminit Plin.lib.4.cap.18.

Vēlānī, Populi Alpini, D. Auguſti auſpiciis in populi Romani poteſtatem redacti, referente Plin.lib.3.cap.20.

Vĕnāfrum, pen.prod. βένᾶφρον, Civitas Campaniæ abundans oleis. Mart. lib.13: Hoc tibi Campani ſudabit bacca Venafri. Horat.2.Carm.Ode 6: vitidiq; certat bacca Venafro.

Vĕnāfrānŭs, adjectivum: ut Ager Venafranus, oleum Venafranum, quod & Venafranum dicitur abſoluté. Iuven.Sat.5: Ipſe Venafrano piſcem perfundi.

Vĕnārĭă. Inſula eſt in mari Tuſco: ut ſcribit Plin.lib 3.cap 6.

Venedi. Populi feri, in Germaniæ, & Sarmatiæ confinio. Tacitus de Moribus Germ.

Vĕnĕrĭs portus, Locus eſt in Galliæ & Hiſpanię confinio, ubi Pyrenæi montes juxta mare deſinūt. Autor Mela lib.2: Ptolemæus ab inſigni Veneris phano, ἀφροδίσιον, hoc eſt, Veneris templum appellat.

Vĕnĕtī, pen.corr. [*οὐενετοί. Vinitiani.* Ger. Die Venediger.] Populi ſunt Italiæ, ab Henetis Paphlagoniæ populis, & Trojanis oriundi, qui Troja everſa, cum magna manu Henetûm duce Antenore in intimū maris Adriatici ſinū pervenerunt, pulſiſq; Euganeis, qui inter alpes & mare incolebant, eas occuparunt terras: & ubi primùm egreſſi ſunt, oppidum condiderunt, quod de nomine relictæ patriæ appellaverunt Trojam, *οὐενετοί*. Gens autem tota aſpiratione in u conſonantem commutata, uno nomine Veneti appellati ſunt. Horum regio Venetia dicitur. Adriatico mari proxima, & à Padi fluminis oſtiis poſt Iſtriam uſq; protenſa. Inſignes urbes habet, Veronam, Vicentiam, Patavium, & Venetias regionis totius caput. ¶ Sunt & Veneti alii ex Britonum genere, in Gallia Lugdunenſi, ad Oceanum: quorum frequens mentio eſt apud Cæſarem. Vulgò *Vennes.*

Vĕnĕtĭæ, [*οὐενετία. Vinetia, Vinegia.* Ger. Venedig.] Civitas inſignis in mari Adriatico, quam Veneti incolunt, quæ anno à natali Chriſti quinquageſimoquarto ſupra quadringenteſimum cōdita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam evertit. *οὐενετία.*

Vĕnĕtŭs, a, um, pen.cor. Quod è Venetiis eſt, *οὐενετὸς*, ut Venetus color, qui (ut ait Vegetius) cæruleus eſt, & marinis fluctibus ſimilis. [Gall. *Bleu, de couleur bleuë.* Ital. *Color biauo.* Ger. Himmelblawe Farb. Hiſp. *Color de la mar, verde ò pardo.* Pol. *Modrawey farbi.* Vng. *Velenczei.* Ang. *Blew coloured.*] A quo colore aurigarum factio una in curulibus certaminibus Veneta nominabatur. Et qui eo colore inducbātur, Venetiani dicebantur. Veget.lib.4. de Re milit. ſcribit exploratores in mari veſte Veneta eſſe induendos: & vela navium exploratoriatum colore Veneto eſſe tingenda, ut ſimilitudine coloris marini faciliùs lateant, hoſtiles q; oculos fallant. Hic color etiam Thalaſſicus: id eſt, marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. Vide ea quæ ſuprà annotavimus in dictione FERA VGINEVS.

Vĕnĭlĭă Nympha, uxor fuit Fauni, & ſoror Amatæ Latini regis conjugis, mater Turni. Virg.10. Aen. Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater, *&c.* ¶ Veniliam item antiqui Neptuni conjugem appellarūt, à veniendo, inquit Varr.lib.4. de Ling. Lat. quam eandem & Salaciam appellaverūt, ad naturam nimirum maris reſpicientes, cujus fluctus modò ad terram veniunt, modò in ſalum abeunt. Meminit hujus & Auguſtinus lib.7. de Civit. Dei.

Venonius, Hiſtoricus Romanus, cujus meminit Cic. in Epiſt. ad Atticum, conquerens ſe ejus hiſtoriam non habere. Et iterum lib.1, de Legib. ubi eum inter nudos & exiles ſcriptores recenſet. Nam (*inquit*) poſt Annales Pontificum maximorum, quibus nihil poteſt eſſe nudius, ſi aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi ſemper in ore eſt, Catonem, ſi aut ad Piſonem, aut ad Fannium, aut ad Venonū veniās: quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tàm exile, quàm iſti omnes?

Vĕnŭlŭs, apud Virgil. lib.8, & 11. Aeneid. Nomen eſt unius ex Latinorum proceribus, qui in magnam Græciam legatus miſſus, ut Diomedem in belli ſocietatem aſciſceret, re infecta rediit.

Vĕnŭs, Veneris, [Ger. Die Göttin der Holdſchafft/ Schöne vnd alter Wollüſten.] Ab antiquis, amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarū, voluptatumq; omnium habita eſt dea: ita dicta à veniendo, quòd ad omnes res veniat, ut autor eſt Cic.2, de Nat. deor. ἀφροδίτη, κυπρογένεια. Hanc Poëtę ex ſpuma maris, & Cœli teſticulis natam fabulantur, à Saturno excisis, & in mare projectis: unde & παρὰ τὸν ἀφρὸν: hoc eſt, à maris ſpuma, Aphroditem appellarunt. ¶ Eſt item Venus, una errantium ſtellarum, inter Solis & Mercurii ſphæras ſita, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur quum antegraditur Solem: quū autem ſubſequitur, ἕσπερος, Veſper, & Veſperugo. ¶ Ponitur etiā Venus pro libidine, & re ipſa venerea, quā & Græci ἀφροδισιασμὸν dicunt. Terent. in Eunuch. Sine Cerere & Bacho friget Venus. Senec. Quòd in venerem pronior eſſet. Virgil.2. Georg. Frigidus in venerem ſenior fruſtraq; laborē ingratum trahit. Plin lib.24.cap.9: Ad venerem impetus inhibent. Ovid. 1, de Arte: Nos venerē tutam, conceſſaq; furta canemus. ¶ Interdum pro pulchritudine, venuſtate, ornatu, elegantia. ἐυχαριστία, χαρίεσσα πομπή. Quint.lib.6.cap.4: Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Idem libro 10. capite 1: Iſocrates omnes dicendi veneres ſecutus eſt. ¶ Eſt prætereà Venus talorum jactus venerius, & quatuor conſurgens talis, diverſam faciem oſtendentibus. Sueton. in Auguſt. cap.71: Talis enim jactatis, ut quiſq; canem aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat univerſos, qui Venerem jecerat. Venerum quatuor meminit Cicer.lib.3, de Nat. deor. cujus verba ſunt: Venus prima Cœlo, & Die nata, cujus Elide delubrum videmus. Altera ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accipimus. Tertia Iove nata, & Iunone, quæ nupſit Vulcano, ſed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Cyroque concepta, quę Aſtarte vocatur, quā Adonidi nupſiſſe proditum eſt. Hæc ille.

Vĕnĕrĕŭs, a, um, ſive Venerius, Quod ad Venerem pertinet, ἀφροδίσιος: ut Venereæ voluptates, Venerea res. Plinius li.24. cap.9: At venereæ rei impetus inhibent. Venereus homo, Veneri conſecratus. Cicero pro Cluent. Quumq; item, ut in Sicilia permulti Venerei ſunt, ſic illi Latini in Martis familia numerarentur.

Vĕnĕrĭŭs, pro ſalaci, & Veneri dedito, ἀφροδισιαστικὸς, libidinoſus. Gell.lib.7. cap.8: Delphinos Venerios eſſe & amaſios nō modò hiſtorię veteres, ſed recentes quoq; memorię declarāt.

Vĕnūsĭă, ſiæ, ἀουσία Ptolemæo, Oppidum Appulorum Dauniorum, non procul à finibus Lucaniæ, patria Horatii Poëtæ, qui ab eo dictus eſt Venuſinus. Meminit hujus oppidi Plin. lib.3.cap.11.

Vērbānŭs, bujus verbani, [Vulgò *Lago maggior.* Ger. Der lang See an dem Lawertz ligt.] Lacus Ciſalpinæ Galliæ, Ticinum ex Alpibus defluentem accipiēs, & eundem in Padum tranſmittens. Nunc *lacum majorem* appellant. Plinius lib 9 cap.18: Duo lacus Italiæ in radicibus alpiū, Larius & Verbanus appellantur, in quibus piſces omnibus annis Vergiliarū ortu exiſtunt, ſquamis conſpicui crebris, atq; præacutis, clavorum caligarium effigie, nec amplius quàm circa eum menſem viſuntur.

Vērcellæ, [βέρκελλαι. Ger. Vercell.] Vrbs Tranſpadanæ Italię, quam Plin.lib.3.cap.17, in undecima regione Italiæ collocat, non procul à Taurinis. Vulgò *Verceil.*

Vērgilĭæ,

Vērgĭlĭæ, [תימ chimdh. πλειάδες. Ger. Ein geſtirn im Stier/ wird die Glucker in/ oder Gluckhennen genent.] Septem ſunt ſtellæ in genu Tauri: ita dictæ quòd circa æquinoctiũ vernum matutino tempore oriantur. Virgil. 1. Georg. Navita tum ſtellis numeros, & nomina fecit, Plejades, Hyades claramq; Lycaonis arcton. Vide de his plura in dictione PLEIADES.

Vērgĭlĭŭs Maro, [βιργίλιος. Ger. Der fürnemſte Lateiniſch Poet von Mantua bürtig.] Euſtathio in Catal. apud Homerũ, Latinorum poëtarum præſtantiſſimus, ex æquo propemodum certans cum Homero: cujus vita latiſſimè deſcribitur ab Aelio Donato, & Petro Crinito. Sunt qui Virgilius ſcribere malunt per tertiam vocalem in prima ſyllaba: de cujus orthographiæ ratione nonnihil differemus infrà in dictione VIRGILIVS.

Vĕro, βηρών, Fluvius Celtiberię, à quo populi Verones, βήρωνες, dicti ſunt, circa eum habitantes. Meminit hujus fluvii Martialis Epigram. 88, ad Liciniam.

Veromandui. [Ger. Vermandois / ſind Völcker in Picardey.] Populi inter Belgas, quos recenſet Plin. lib. 4. cap. 17.

Vĕrōnă, [βήρωνα. Ger. Dietrichs Bern in Lamparten.] Civitas Venetiæ, à Gallis condita, Duce Brenno: à quo Brenona primò: deinde mutatis literis, Verona dicta eſt, ut Iuſtinus lib. 20. refert. Hi enim quũ novas ſedes quærere ob inteſtinas diſcordias, & aſſiduas diſſenſiones cogerentur, in Italiam venêre: expulſiſq; inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Veronam alluit Atheſis fluvius amœniſſimus, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à foſſa Clodia Pado miſcetur. Ex hac urbe præſtantes viri orti fuerunt, Catullus, Aemylius, & Macer Poëta: & (ut nonnulli putant) Plinius & Guarinus orator, & Pontifex ſanctitate clarus.

Vĕrră, ara fuit Romæ, ad quam orabant, ne Agrippæ naſcerentur.

Vĕrrēs, Nomen civis Romani fuit, qui quòd Siciliam in Prætura avarè, libidinoſeq; adminiſtraſſet, à Siculis repetundarũ poſtulatus eſt, Ciceroneq; accuſante damnatus. Extant etiam hodie Actiones Ciceronis in Verrem, quæ ſolæ ex priſcis illis accuſationibus ad nos pervenerunt.

Vĕrtŭmnŭs, Etruriæ deus, ut inquit Varro lib. 4, de Ling. Latina, à Tuſcis, qui duce Cœlio Romam migrabant, Romam deductus, eamq; ob cauſam in vico Tuſco ſtetit. Dictus autẽ Vertumnus quòd in omnes formas ſeſe transfiguraret. Hic Pomonã Nympham fertur adamaſſe: & ut ejus ſaltem cõſpectu frui liceret, in nullas non formas ſeſe tranſmutaſſe. Qua de re vide Ovid. lib. 14 Metam. Acron in illud Hor. li. 2. Serm. Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis. Vertumnũ ait eſſe Deum humanarum cogitationũ præſidem: ideoq; multiformem fingi & inconſtantem, quemadmodũ & illæ variæ ſunt & mutabiles. Iniquo autem Vertumno natos eſſe interpretatur, qui cogitationes ſuas regere nõ poſſunt. Tiberius Donatus Vertunum dicendum exiſtimat, quemadmodũ & Portunum: quem idcirco coli arbitratur, ut res inſtitutæ, ad quem deſtinatæ ſunt finẽ, perducantur. Sæpè enim malè cedit, quod vel optimè eſt inſtitutum, quemadmodũ gladius ille, qui reginæ dono datus fuit ab Aenea, necis ipſi conſciſcendæ fuit inſtrumentum. Nec deſunt, qui inde Vertumnum dictum putant, quòd lacum Curtium in Tiberim avetterit. Quam opinionem tangit & Ovid. lib. 6. Faſtorum.

Vĕrtūnālĭă, ſive Vertumnalia, Vertumni feſta, quæ fiebãt menſe Octobri.

Vertobríga, Celticorum oppidũ eſt in Hiſpania Bætica, conventus Cordubenſis. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Vĕrtŭmnŭs, Vide VERTO in APPELL.

Verulani. Populi ſunt Italiæ, Tuſculanis & Veliternis vicini, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vĕſcī Plinio, ὐσκοὶ Ptolemæo, Oppidum mediterraneũ Turdulorũ, in Hiſpania Bætica, alio nomine Faventia. Vide Plin. lib. 3. cap. 1, & Ptolem. lib. 3. cap. 4.

Vĕsĕvŭs, pen. prod. qui & Veſuvius, [Vulgò Monte di Somma. Ger. Ein Berg nicht fern von Neaples/ ſo ſtäts von Feuwriger matery dempfft.] Mons eſt Campaniæ, Nolæ vicinus, agros habẽs miræ fertilitatis, præterquàm in ſolo cacumine, ubi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem, terræ cinerulentæ facie, rupibusq; exeſis, non indubitatè veteris incendii indicia oſtendentem. Conſtat enim ſæpiùs arſiſſe, nunquam tamen vehementiùs, quàm imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latiſſimè populatus eſt: & Plinium Naturalis hiſtoriæ ſcriptorem qui cognoſcendi cupiditate eò ſe contulerat, fumo, flammisq; enecavit: qua de re vide Epiſtolam Plinii Iunioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali Hiſtorię hodie eſt præfixa. Montis hujus meminit Virg. 7. Aen. & vicina Veſevo Ora jugo. Fallitur autem Servius, qui Veſevum diverſum eſſe putat à Veſuvio, atq; illum quidem in Liguria, hunc in Campania ſitum eſſe. Conſtat enim celeberrimorum ſcriptorum teſtimoniis, Ligusticum illum montem, Veſulum, non Veſevum eſſe appellatum: de quo profectò non ſenſit Virgilius, qui non Liguriæ, ſed Campaniæ populos, qui Turno adverſus Aeneam ſuppetias tulerant, ſuſceperat enumerandos. Quid enim imperitius à Poëta dici potuiſſet, quàm ſi Clanio fluvio, Acerris, Capuæ, reliquisq; Campaniæ locis repentè Liguriæ montem miſcuiſſet?

Veſpaſianus, Prænomine Flavius, decimus Romanorum Imperator, multis inſignis virtutibus, ſed quas omnes uno avaritiæ crimine fœdarit. ¶ Titus Veſpaſianus, Flavii filius, & in imperio ſucceſſor fuit, omnibus omnium ordinũ hominibus adeò charus, ut Amor mundi, & Deliciæ humani generis cognominaretur: utriuſque vitam vide latiùs, apud Tranquillum.

Veſper, vide VESPER in APPELL.

Veſperies Hiſpaniæ citerioris oppidum, in tractu Vardalorũ, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 20.

Veſtĭa, oppida mulier Atellana, Capuæ habitans, quæ quondam quæſtum corpore faciebat, ut eſt apud Livium lib. 6, ſecundi belli Punici.

Vĕſtă, Saturni filia ex Ope, quæ & pro terra quandoq; ſumitur, eò quòd rebus omnibus terra veſtiatur, ſeu quia vi ſua ſtet, ἱστᾶσα. Ovid. lib. 6. Faſt. Stat vi terra ſua: vi ſtando Veſta vocatur. Nec deſunt qui ἀπὸ τοῦ ἱστάναι nomen hoc deductũ velint, aſpiratione in u conſonantẽ mutata: ut, Venetus, pro Henetus: Velia pro Helia. Cui ſententiæ ſubſcribit & Cicero lib. 1, de Natura deorum. Veſtæ (*inquit*) nomen ſumptum eſt à Græcis. Ea eſt enim, quæ ab illis ἱστία dicitur, visq; ejus ad aras & focos pertinet. ¶ Interdum ponitur pro igne: [ושנ j Ovidius 6. Faſtorum: Nec tu aliud veſtam, quàm vi[illegible]lige flammam, Nataq; de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo eſt, quæ ſemina nulla remittit. Veteres autẽ duas eſſe Veſtas affirmabant. Vnam, Saturni matrem: alteram, ejus filiam, de qua Ovidius ſexto Faſtorum: Ex Ope Iunonem memorant, Cereremq; creatas Semine Saturni: tertia, Veſta fuit. Confundunt tamen has Poëtæ, alteram pro alterã ponentes. Id tamen obſervandum eſt, quum Veſtam pro Terra accipiũt, de matre Saturni id eſſe intelligendum: quando verò virginem nominant, de filia ejus eſſe intelligendum, quam ignem eſſe voluêre. Hanc unam ex diis penatibus eſſe volunt, quos Aeneas in Italiam advexit. Virgil. lib. 2, Aeneidos: Sic ait, & manibus vittas, Veſtamq; potentem, Aeternũq; adytis effert penetralibus ignem. Cui ſententiæ non obſcurè adſtipulatur & Livius, quum Veſtæ ſacra vetuſtiſſima eſſe aſſerit, & ab Albanis accepta: à Numa autem Pompilio primùm Romæ inſtituta, multisq; ceremoniis venerabiliora effecta. ¶ Primus enim ille ſacerdotes ei ſacravit, ſtipendioq; publico donavit, perpetuaq; virginitate, aliisq; cæremoniis venerabiliores effecit. Harum potiſſima cura erat, ut ignem perpetuum conſervarent: qui ſi fortè per negligentiam fuiſſet extinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat, ſed accenſa per fomites ex ſole flamma puras & cœleſtis ignis eliciebatur. Porrò virgo Veſtalis legebatur intra annum ſextum ſuæ ætatis, & decimũ: & triginta annos oportebat eam manere virginem, poſtea nubere licebat. Quòd ſi interim fortè ſluprũ commiſiſſet, viva defodiebatur.

Vĕſtālēs virgines, Quæ veſtæ ſacris, perpetuiq; ignis cuſtodiæ erant dicatę, à Numa Pompilio primùm inſtitutæ, ut eſt autor Liv. lib. 1. ab Vrbe, ἐκδότις. Cic. 3. de Leg. Virgines Veſtales in urbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.

Vĕſtīnī, ἀνῖνοι, Populi Italiæ inter Picenos, Sabinosq;, quorũ meminit Plin. li. 3. cap. 5. & 12. Apud hos olim laudatiſſimi fiebant caſei. Mart. lib. 13: Si ſine carne voles jentacula ſumere frugi, Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Vĕſŭlŭs, pen. corr. [βέσουλος. Ger. Ein Berg in Liguria, an welchem zu vnderſt die Po entſpringt.] Mons Liguriæ juxta Alpes, inter cæteros clariſſimus, ex cujus radicibus Padus erũpit, teſte Plin. lib. 3. cap. 16. Virg. 10. Aen. Ac velut ille canum morſu de montibus altis Actus aper, multos Veſulus quos pinifer annos Defendit.

Veſuvius, Vide VESEVVS.

Vĕtōnēs, pen. prod. Hiſpaniæ citerioris populi, inter Tagum & Diriam amnes ſiti, Carpetanis ad Occaſum proximi: à quibus herba nobiliſſima, quam Græci κέφαλον vocant, Vetonicæ ſive Betonicæ nomen accepit. Vide Plin. li. 2. cap. 3, & li. 4. cap. 20, & 22, & lib. 25. cap. 8. Nonnulli etiam Vettones vocant geminato t, quidam etiam Vectones: ut apud Lucan. lib 4: Vectonesq; leves, *&c.*

Vĕtŭlonĭum, ὐετυλόνιον Ptolemæo, ſive Vetulonía, vetuloniæ, Vrbium Hetruriæ, quum Mæonii eam obtinerent, caput: cujus meminit Silius lib. 8: Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis. Plin. libro. 2. cap. 103. Vetulonios appellat: Patavinorum (*inquit*) aquis calidis herbæ innaſcuntur virentes, Piſa-

tes, Pisanorum ranæ, ad Vetulonios in Hetruriã, non procul à mari, pisces.

Vetulonienses populi, Vetuloniam incolentes, quorum meminit Plin. lib. 3 cap. 5.

V ante F.

Vfens, Vulgò *Fanto*, Fluvius est juxta Terracinam, teste Plin. lib. 3. cap. 5, qui labitur per Pontinas paludes, qui etiam Vfentum à quibusdam dicitur. Virg. lib. 7. Aen. gelidusq; per imas
Quærit iter valles, atq; in mare volvitur Vfens. ¶ Vfens præterea Aequicolarum dux fuit, qui cũm Turno adversus Aeneam suppetias ferret, à Gya Trojano est interfectus, de quo Virg. lib. 7, & 12. Aen.

Vfentinus, adjectivũ: ut, Vfentina tribus. Liv. 9. ab Vrbe: Duæ Romæ additæ tribus, Vfentina, ac Falerina.

V ante I.

Via, Fluvius Gallæcorum Lucensium, in citeriori Hispania, nõ procul ab Orubio promontorio in Oceanum Occidentalem sese exonerans. Autores Ptolemæus lib. 2. cap 6. & Pomponius lib. 3.

Viana, Norici urbs, apud Plin. lib. 3. cap 24, Hermolaus eandem putat cum Vienna Austriæ, omnibus quas Danubius sustinet, urbibus, & ædificiorum splendore, & agri ubertate præferenda.

Vibius Virius, Civis Capuæ fuit potentissimus, primusq; defectionis ad Annibalem autor, qui jam attenuatis Pœnorum viribus, quum Capuani à Fulvio obsessi deditionem pararent, à septuaginta Senatoribus domum deductus est: quibus convivio adhibitis, quũ quàm maxima vini ingurgitatione mentem omnem ab imminentis mali sensu alienassent, post mutuos complexus se omnes veneno peremerunt. Vide Livium lib. 6 Decad. 3.

Vibo, vibonis, Oppidum Locrorum in Brutiis, ita nuncupatum à Romanis, quum anteà Hippon appellaretur, ἱππώνιον Strabonι. Vide Strabonem lib 6, & Plin. lib. 3. cap. 5.

Vincentia, Vicentiæ, Venetiæ oppidũ, non procul à Patavio: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

Victor, Viri nomen.

Victoria, Vrbs Hispaniæ, Ptolem. Camarica.

Vienna, Viennæ, [Ger. Wien in Oesterreich.] Austriæ Metropolis est, omnium urbium, quæ ad Danubium sitæ sunt, & ædificiorum splendore, & facili rerum copia clarissima, munitissimumq; Germaniæ, atque adeò totius orbis Christiani adversus Turcarum irruptiones propugnaculum. Hanc Plinius libro 3, capite 24, Vianam appellat, ut annotavit Hermolaus. ¶ Est prætereà Vienna Allobrogum civitas ad Rhodanũ fluvium, olim clarissima, ubi etiam hodie nõ pauca antiqua nobilitatis extant monumenta. [Gall *Vienne.* Ger. Wyenen ein Statt ligt am Rodan vnder Lyon.] Meminit hujus idem Plin. libro 3. cap. 4.

Viminalis collis, unus ex septem urbis Romanæ collibus, in tertia urbis regione: ita dictus à viminum sylva in eo enata: unde & Iovi Vimino, cujus ibidem ara erat, nomen inditum: ut est autor Varro lib. 4. de Ling Lat. ¶ Viminalis porta, Romæ fuit inter Salariam & Exquilinam: ita dicta quod per eam in agrum Nomentanum esset iter.

Vindelicia, [Ἰνδελικία. Ger. Die Landtschafft zwischen dem Lech/ Jhn/ Donaw vnd dem Hochgebirg/ die Augspurger.] Regio Germaniæ confinis, Rhetiam habens ab Occasu, & Noricũ ab oriente. Eam Lycus amnis disterminat à Rhetia: Aenus à Norico: à Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Ejus civitas insignis est Augusta Vindelicorum. Vulgò Augspurg: cujus meminit Ptolemæus libro 2. capite 13.

Vindelici, [Ἰνδελικοί Ptolemæo. Ger. Einwoner.] Vindeliciæ incolæ, hodie Germanis annumerati Horatius:

Videre Rheti bella sub Alpibus
Drusum gerentem, & Vindelici.

Vindemiator, Vide in APPELL.

Vindius, Hispaniæ Tarraconensis insignis mons, apud Ptolemæum lib. 2. cap 6.

Vintium, ἄκρον, Oppidum est in Alpibus litoreis, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

Vion Valentia, Apulorum urbs, autore Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Βίτονα, Hippol. Plin lege VIBO.

Virbius, Idem qui Hippolytus, Thesei, & Hippolytæ Amazonis filius, qui quum à Phædra noverca per calumniam apud patrem delatus esset, quòd ipsi stuprum inferre voluisset, patris iram veritus, conscenso curru fugã arripuit: quumq; juxta maris litus perveniisset, incusso à Neptuno pavore, equi consternati, implicatum habenis Hippolytum dilaceratũr. Cujus vicem miserata Diana, ad vitam eum revocavit, & in Aricino nemore collocatũ, pro Hippolyto Virbium appellavit, quasi bis virum. Ovid 15. Metam.

Tum mihi, ne præsens augerem muneris hujus

Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
Vtq; forem tutus, possemq; impunè videri,
Addidit ætatem, nec cognoscenda reliquit
Ora mihi: Cretenq; diu dubitavit habendam
Traderet, an Delon: Delo, Cretaq; relictis,
Hic posuit: nomenq; simul, quòd possit equorum
Admonuisse, jubet deponere: Quiq; fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

Virdubesca, Ἰουδοβέσκα, Hispaniæ citerioris civitas, in tractu Antrigonum, qui sunt populi Cantabris ad Ortum proximi. Autor Ptolemæus libro 2. cap. 6 Plin. lib. 3. cap 3, Viroveſcam nominat.

Virgão, Hispaniæ Bæticæ civitas, inter Bætim & Oceanũ, alio nomine Alba dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Virgi, Pomponio teste, Oppidũ in finibus Hispaniæ Bæticæ, à quo proximus sinus Virgitanus dicitur, quem Plinius Bæticæ & Tarraconensis terminum facit, lib. 3. cap. 1.

Virgilius, [Βιργίλιος, Βεργίλιος. Ger. Der fürnemiste Lateinisch Poet von Mantua bürtig.] Mantuanus Poëta celeberrimus, Maronæ, Majaq; natus, qui primum apud Latinos inter Poëtas obtinet locum. Homerumq; Græcorũ Poëtarum principem, si non exæquat, non longo certè sequitur intervallo. De nominis hujus scriptura diversi diversa sentiũt, aliis primam ejus syllabam secunda vocali, aliis tertia scribentibus. Quorum utrique suis quibusdam nitũtur rationibus. Minutianus Apuleius, vetustus Grammaticus, à virgis, inter quas natus sit, Virgilium dictum putat: ideoq; per i, non per e scribendum præcipit. Cui scripturæ Donatus quoq; non obscurè astipulatur, quum in vita ejus tradit, à virga nomẽ accepisse, quam mater ejus ea nocte, quę partum antecessit, in somnis sibi visa est parere, tanta altitudine assurgentem, ut cœlum cõtingeret. Hisce suffragatur & Calvi illud: It vates cui virga dedit memorabile nomen Laurea. In eadem sententia fuit & Priscianus. In Gr. cis quoq; codicibus (si id quippiam ad rem faciat) scriptum legimus βιργίλιος. Alii, & in primis Politianus, à Vergiliarum syderum nomen hoc deducunt: ideoq; per secundam vocalem scribere malunt. Quam sententiam vetustorum aliquot marmorum testimonijs confirmant. Quibus illud accedit, quòd apud Eustathium quoq; in navium Catalogum, & apud Suidam Βεργίλιος legatur. Vide hac de re prolixiorem disputationem in Annotationibus Pierii in Virgilium.

Virgilianus, adjectivum: ut, Virgiliana virtus, apud Plinium in Præfat. lib. 9. Quintil. lib. 1. cap 3: Habendumq; in animo semper illud Virgilianum.

Viriatus βιριάτος, Lusitanorũ ducis nomen fuit, calliditatis acerrimæ viri, quippe qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atq; Imperator factus, universam Lusitaniam occupavit, M. Vendidium prætorẽ fuso ejus exercitu, cepit. Post Ca. Plancius Prætor nihilo fœlicius rem cum eo gessit: tantumq; terrorem hostis hic Romanis intulit, ut adversus eum Consulari opus esset duce & exercitu. Deniq; à proditoribus consilio Cepionis interemptus est, & multum ploratus, tumulatusq; nobilissimè. Autor Livii abbreviator Florus.

Viræ querquetulanæ Festus inquit, putantur esse Nymphæ præsidentes querceto virescenti quod fuit in Esquilina regione urbis, ut autor est Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Scaliger, Viras querquetulanas nihil aliud esse putat, quàm quæ Græcè χλωρίδες, καὶ ἁμαδρυάδες dicuntur.

Viritium, autore Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ Vrbs: Vulgò Gretznagen.

Virvesta, Ptol. lib. 2. cap. 6. in antiquo codice Virdubesca, Hispaniæ Vrbs: Vulgò Briviesca.

Virutium βιρούτιον, Oppidũ Germaniæ in climate Septentrionali, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11.

Visontium, ἀισόντιον, Pelodunum oppidum in Hispania Tarraconensi. Ptolem. lib. 2 cap 6.

Vistula, quæ & Visula, & Istula. [Vulgò *Vuixel.* Ger Die Wixel.] Nobilis Europæ fluvius, in Carpatho monte nascẽs, Germaniamq; dirimens à Sarmatia, & tandem ostio uno prægrãdi juxta Dantiscum urbem in sinum Condanũ illabens. Vide Ptolemæum Tab. 8. Europæ. A Plin. lib. 4 cap. 13. Vistula appellatur. Vide Vadianum in librum 3. Pomponii Melæ.

Visula, Vide VISTVLA.

Visurgis, Fluvius est Germaniæ, non procul à Cheruscis nascens, Brunsvicensem agrum irrigãs, tandemq; Bremam urbẽ prærerlapsus, paucis citra Albis ostium pass. millibus, in Germanicum Oceanum sese evolvẽs. Accolæ hodie Vuesterum appellant. [Ger. Die Weser.] Vide Annotationes Vadiani in librum tertium Pomponii Melæ.

Viralius βιράλιος, substant. proprium nomen est.

Vitellia, βιτέλλια, Oppidum Italiæ. Vnde Vitellinus gentile. Stephan.

Vitellius, βιτέλλιος, Nonus Romanorum imperator fuit, vencti, gulæq; addictissimus, qui superato apud Bebriacũ Othone, impe-

ne, imperium arripuit: quod non multò pòst deficientibus ad Vespasianũ militibus, unà cum vita exuit. Reliquam ejus vitam pete ex Suetonio.

Vitisator, Vide in APPELL.

Vitruvius, Architectus Veronensis, cujus opera etiam hodie omnium manibus teruntur, varias in linguas transfusa.

Vitũnus, Antiquis deus erat, qui credebatur vitam largiri: ut Sentinus sensum. Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 30.

Vlius, οὔλιος, Apollinis cognomen apud Milesios: quòd is sanitatis autor putaretur. Nam οὖλον, Iones usurparũt pro ὑγιαῖνον: hoc est, rectè valere: ut annotavit Ioannes Grammaticus: Vnde & οὐλὰς dictas putat cicatrices, quòd sint notæ persanatorum vulnerum. Vide Macrob. lib. 1. Satur.

Vlpiānus, Iurisc̃onsultus, patria Tyrius; Adriani temporibus floruit, cujus scriniis præfuit. Hic quum Gallias administraret; seditione oborta interfectus est.

Vlubræ, arum, Ignobilis Italiæ vicus juxta Velitràs, nulla alia re quàm quòd in ipso educatus fuerit Augustus; memorabilis: ut annotavit Porphyrio in illud Horat. lib. 1. Epist. - quod petis, hìc est, Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.

Vlysses, ὀδυσσεύς, Fuit filius Laërtiæ (à quo Laërtius cognominatus est) rex Ithacæ & Dulichii insularum, à quibus modò Ithacus, modò Dulichius appellatur. Fingitur ab Homero vir multa præditus facundia, nec minore experiẽtia; vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus. Vxorem habuit Penelopen Icarii filiam, ex qua Telemachum filium suscepit: eamq; tantopere adamavit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellum Trojanum proficiscentibus, ipse insaniam simulaverit: futurum sperans ut tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaq; duobus diversi generis animalibus, littus proscindebat, & frugum loco salem serebat. Palamedem tamen virum prudentissimum latêre non potuit: qui ut technam illius detegeret, aranti ille Telemachum filium in sulco objecit: quod Vlysses conspicatus, ne filium læderet, aratrum sublevavit. Quo argumento facilè deprehensum est, non veram illam, sed simulatam esse insaniam. Pertractus itaque ad Trojam, strenuam, utilissimamq; eo in bello Græcis operam navavit. Nam & Achillem inter Lycomedis regis filias virginali habitu latitantem, ad bellum perduxit: & sagittas Herculis à Philoctete impetratas, ad Trojam pertulit: Cinerem quoque Laomedontis, qui super Scæa porta Ilii servabatur, clàm sustulit. Palladium quoq; unà cum Diomede ex Troja, cæsis custodibus, rapuit. Missus deinde explorator cum eodem Diomede, Rhœso Thraciæ rege occiso, equos ejus abduxit, priusquam Xanthi aquam degustassent. Erant autem hæc omnia in Trojanorum fatis: sine quibus Troja expugnari non poterat. Cum Palamede frumentationis causa gravissimas inimicitias exercuit: eumque tandem per calumniam circumventum, lapidibus obruendum curavit. Occiso Achille in armorum illius judicio Ajaci prælatus est. Capta autem Troja, Orsilochum Idomenei Cretensis regis filium, obstantem ne legitima pars prædæ sibi decideretur, exorta rixa interemit. Denique Polyxena ad Achillis tumulum jugulata, atque Astyanacte Hectoris filio è turri præcipitato, quum navim conscendissent, tanquam in patriam rediturus, gravi exorta tempestate, primùm in Ciconum littus appulsus est. Atq; inde rursus solvens, simili tempestate ejectus in Africam, ad Lotophagorum gentem pervenit. Vbi quum socii lotum gustassent, ægrè inde potuerunt revelli. Inde rursus vela faciens, in Siciliam delatus est: ubi Polyphemi antrum cum duodecim sociis intravit, ex quibus quum Cyclops sex devorasset, eruto illi oculo præusto stipite, pellibus arietum involutus, cum superstitibus antrum evasit. Hinc in Aeoliam navigans, ab Aeolo ventos in utrem coactos obtinuit. Et quum jam Ithacæ proximus esset, soluto utre à sociis thesaurum credentibus, reflante vento denuò in Aeoliam expulsus est: sed ab Aeolo abactus, devenit ad Læstrygonas, quos ob immanitatem fugiens, ad Circen pervenit: quę quum exploratores ejus in beluas mutasset, ipse sumpto à Mercurio pharmaco accessit impavidus, & stricto gladio eam coegit, ut socios suos pristinæ formæ restitueret: quod quum fecisset, ejus postea consuetudine usus per totum annum, suscepit ex ea Telegonum filium: Hesiodus verò Agrium & Latinum ex Circe genuisse dicit. Aegrè deinde ab ea dimissus, ad Oceanum pervenit, ubi peractis sacris, ad inferos descendit; ibiq; ex Anticlea matre, Elpenore, & Tiresia vate de multis certior factus, revertitur ad Circen: & Elpenorẽ socium, qui nuper inebriatus de scalis deciderat, honorifica prosequitur sepultura. Posthæc ad insulam Sirenum delatus est, quarum cantus ne audirẽt, sociis aures cera obturavit: se autem ad malum alligari fecit, eaq; ratione illarum insidias tutus evasit. Inde Scyllam transiens & Charybdin, non sine maximo periculo in Siciliam venit; ad ea loca ubi Phaëthusa Solis filia cum duabus sororibus greges patris pascebat, jussitq; nequis eos violaret: sed ipso dormiente socii fame coacti, suadente etiam Eurylocho plura ex gregibus animalia mactaverunt: quod scelus postea naufragio luerunt, adeò ut ne unus quidem sit servatus, præter unũ Vlyssem, qui arrepto navis malo novẽ diebus à ventò & undis hinc illinc agitatus, tandem ad Ogygiam insulam appulsus à Calypso nympha susceptus est: septemq; annis ejus consuetudine usus, Nausithoum & Nausinoum filios, ut Hesiodo placet, ex ea genuit. Posthæc misertus ejus Iupiter, Mercurio in Ogygiam misso, imperat deæ ut Vlyssem missum faciat. Confecta itaq; rate, Vlysses rursus mari se committit. Verùm quum jam Phæacis in conspectu esset, subitò immissa à Neptuno tempestate, navim fregit: actumq; de eo omnino fuisset, nisi ejus miserta Leucothoë, rabulam ei suppeditasset, cui ille innitens, incolumis in Phæacensium portum adnavit: ibidemq; quòd nudus esset, inter frondes sese occultavit. Verùm non multò pòst à Nausicáa filia Alcinoï repertus, vestes accepit. Deinde Palladis opera ad Aretẽ Alcinoï conjugem deductus, dona, naves & socios accepit, qui eum in Ithacam reduxêre, in qua dormientem cum donis deposuêre. Excitatus autem à Pallade, ipsius monitu habitum mendici accepit, & hoc modo ad suos subulcos pervenit: apud quos Telemachum quoq; vidit. Demum ab Eumæo porcario incognitus domum ducitur, ubi post multas injurias sibi à procis illatas, tandem ab Euriclea nutrice agnitus, arma ex composito cum filio & duobus subulcis, quibus se indicavit, adversus procos sumens, eos ad unum omnes trucidavit, atq; sic Penelopen recepit. Porrò quum ex oraculo didicisset, se à filio interemptum iri, in locis abditis vivere decrevit. Telegonus autem filius ex Circe susceptus, patrem suum videre cupiens, Ithacam profectus est, ubi quum incognitus à domo patris prohiberetur, orta contentione, patrem incognitum spina venenosa trigonis piscis trãsfixit. Declinatur & Vlysseus, Vlysses, vel Vlyssi, per secundam inflexionem. Virgil. 3. Aeneid. Et terram altricem sævi exercemur Vlyssi.

Vlyssippo, onis, Vel (ut alii scribunt) Olyssipo, & Vlysbona; Lusitaniæ metropolis est, quę à Strabone ὀδυσσεία appellatur: Vulgò *Lisbona*.

V ante M.

Vmbĕr, Vide VMBRIA.

Vmbrĭa, [ὀμβρία. Ital. *Ducato di Spoleto.* Ger. Ein Landtschafft *Italiæ*, so jetzt das Hertzogthumb Spoleth begreifft.] Regio Italiæ, inter Apenninum & mare Adriaticum, ita dicta ἀπὸ τῶν ὄμβρων: hoc est, ab Imbre: quòd Vmbri omnium Italiæ populorũ antiquissimi, inundationi terrarum, imbribusq; superfuisse credantur: ut refert Plinius libro 3. capite 14. Vel dicta est Vmbria ab umbra, quòd ea regio propter altitudinem montium, & vicinitatem Apennini umbrosa sit. Lucanus libro 2: Iusque sui pulso jam perdidit Vmbria Thermo. Olim trecenta oppida habuisse fertur, quæ postea Hetrusci deleverunt. Hodie sunt reliqua Sontinum, Fanum Fortunæ, Spoletum, à quo nunc ea regio ducatus Spoletinus dicitur; Nursia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Assisia, Tudertum & Narnia.

Vmbĕr, a, um, possessivum, ὀμβρικὸς, Catullus: Aut parcus umber, aut obesus Hetruscus.

Vmbros, ὄμβρος, Fluvius Vmbrię navigiorũ capax, cujus mẽminit Plin. lib. 3. cap. 5.

V ante N.

Vnni Vide HVNNI.

V ante O.

Voberta, Villa est juxta Bilbilim Hispaniæ urbem, & Salonẽ amnem, umbris arborum, & frigiditate scaturientium fontiũ amœnissima, quam Martialis graphicè depingit Liciano lib. 1. Epigram. 17.

Vocetius, [Ger. Der Vögberg.] Mons apud Rauracos, ob salebras, & lamas viatori admodum incommodus: in quem Helvetii à Cæcinna victi confugerunt: ut refert Tacit. libro 17.

Voconii forum, Arecomicorum civitas in Gallia Narbonensi, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Vocontii, [Ger. Vötcker im Delphinat bey dem fluß *Druentia.*] Narbonensis Galliæ populi sunt, quorum civitas Tricorium commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 4.

Vogĕsus, penultima correpta, Mons est Galliæ Belgicæ, Sequanos & Lingones dividens à Mediomatricibus, ex quo Mosa & Araris fluvii nascuntur. Luc. libro 1: Castraq; Vogesi curvam super ardua ripam Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Volaterræ, Strabo lib. 5. Hetruriæ oppidum est, non procul à mari, in edita planitie collis situm, ad quàm x v. stadiorum est ascensus. Hinc Volaterrani, pro urbis hujus incolis, & Vada Volaterrana apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Volcæ, [Ger. Langendocken] Populi Galliæ Narbonẽsis, trans Rhodanum, Occidentem versus: ex quibus qui flumini proxi-

rni sunt, Arecomii cognominati sunt: qui verò longiùs à Rhodano recedentes, in Pyrenæos montes vergunt, dicti sunt Tectosages, quorum regionem hodiè *Linguam Occitanam* appellant, Autor Ptolem. lib. 3. cap. 10.

Vólcatĭus, Consul fuit Romæ, tempore prioris conjurationis Catilinæ, illumq; Repetundarum reum, quòd intra legitimum tempus profiteri nequivisset, Consulatum petere prohibuit: quam rem tam ægrè tulit Catilina, ut de evertenda patria cum Antonio, & Pisone nefaria consilia inierit. Autor Pædianus. ¶ Volcatius Gallicanus quintùm Consul scripsit vitas imperatorum ad Diocletianum: ex quibus tantùm extat nunc Avidii Cassii vita. Volcatius Terentianus historiam sui temporis: id est, Gordianorum scripsit: in qua memoriæ prodidit, referente Capitolino, Gordianum seniorem vultum Cæsaris Augusti valde retulisse. ¶ Volcatius Epidius Grammaticus, scripsit res gestas Pompeii Magni, & ejus patris: primus libertinorum qui historiam scripserit, quum ab optimo quoq; scribi solita sit, ut est autor Cornelius Nepos. Ludum aperuit, docuitq; inter cæteros M. Antonium, & Augustum. Ex Tranquillo. ¶ Volcatius item alius fuit, teste Plinio, libro 11. capite 43. Pœta non ignobilis, qui quòd senos in manu haberet digitos, Sedigitus est cognominatus. Hujus etiam hodie aliquot circunferuntur Iambi, quibus suum de Latinis Comicis judicium protulit. ¶ Præter hos fuit & Volcatius Iurisconsultus, Cesselli præceptor, quem tradit idem Plinius libro 8. capite 11, Asturcone sub vesperum à rure suburbano redeuntem, quum in grassatorem incidisset, à cane fuisse defensum.

Vologesus, Parthorum rex fuit Neronis temporibus, & frater Tiridatis, quem quum Armeniæ regem fecisset in vitis Romanis, vario eventu cum iis bella gessit: donec tandem ex pacto placuit Tiridatem regni diadema ponere, nec antè resumere, quàm id Romæ Neronis manibus accepisset. Vide Tacitum libro 5.

Vologesocerta, Babyloniæ urbs, à Vologeso Parthorũ rege condita: ut est autor Plin. lib. 6. cap. 26. Ptolemæus Vologesiã appellat.

Volsci, Populi in Latio, ultra Circeios, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 2. Georg. Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos.

Volsinium, Volsinii, ὁλσίνιον Ptolemæo: sive Volsinii, Volsiniorum, Oppidum mediterraneum Hetruriæ, in quo primùm molæ versatiles sunt inventæ. Plin. libro 36. capite 18: Molas versatiles Volsiniis inventas, quasdam & sponte motas legimus.

Volumnius, Prænomine Lucius, Vir Romanus, Senatorii ordinis, quo cum Servio Sulpitio Consulatum gerente carnes pluisse, autor est Plin. lib. 2. cap. 56.

Vōlŭptă, [Ger. Die Göttin des Wollusts.] Voluptatis dea, quę sacellum habebat Romæ circa navalia, nõ procul à porta Romanula, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Vŏlŭsĭus, βολέσιος, Pœta quidam ineptus fuit, patria Patavinus, qui Ennium secutus, rerum gestarum populi Romani Annales carmine scripsit. Catullus de Smyrna Cinnæ: At Volusi Annales Paduam morientur ad ipsam, Et laxas scombris sæpè dabunt tunicas. Et alibi: Annales Volusi cacata charta.

Vomanum, Fluminis nomen in quinta Italiæ regione, non procul ab Adria colonia Plin. lib. 3. cap. 13.

Voranus, Q. Luctatii furacissimus libertus, quẽ nũmularius nummos de mensa subtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cælius lib. 10 cap. 49.

V ante P.

Vpis, Diana tertiæ nomen, autore Macrobio. Sic enim à Græcis paterno nomine (pater enim ejus traditur Vpis) appellatur. Meminit & Cicero de Natura deorum. In nõnullis autem exemplaribus legitur Opis.

V ante R.

Vrā, ἔρα, Locus est in finibus Syriæ Palmyrenæ, ad Euphratẽ fluvium, qui inde relictis Palmyrenorum desertis, in ortũ reflectitur. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Vrăgŭs, ἐρεγώδης, ἅδης, Plutonis cognomen est, ab urgendo (ut quibusdam videtur) impositum, quòd omnium deorum maximè nos urgeat. Nos Græcam vocem esse malumus. Apud illos enim ἐρεγώδης dicitur, qui in acie extremam agminis partẽ ducit. Vnde non invenustè ad Ditem transfertur, qui postremum humanæ fabulæ actum excipit.

Vrănĭă, æ, sive Vranie, es, [ἐρανία, ἠ ἐρανίη. Ger. Eine auß den neun Musis.] Vna musarũ, Iovis & Mnemosynes filia, cui Astrologiæ inventio tribuitur. Vnde & Vraniã dictam putant, quasi πὰ' αὐτὼ ἐρῶσαν hoc est, sublimia speculantem. Ovid. lib. 5. Fastorum: Excipit Vranie: fecêre silentia cunctæ.

Vrănŏpŏlis ἐρανόπολις, Vrbs in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Acho: cujus meminit Plin. lib 4 cap. 10.

Vrănŭs, ἐρανὸς, Pater Saturni: quem Latini Cælum, vel Cæliũ appellant: ex cujus virilibus à Saturno filio exectis, & in mare abjectis, nata est Venus, quæ ideò Græco nomine appellata est Aphrodite.

Vrbī, ὄρβοι, Populi sunt Capissenæ (quæ est Asiæ regio, Carmaniæ finitima) non procul à Pandorum finibus, & Ponamo flumine navigabili. Autor Plin. lib. 6. cap. 23. Sed corrupta est Plinii lectio: sic enim habet: Flumen Borro, Gensurbi, flumen navigabile ponamus Pandorum finibus. Vbi Gensurbii fluvii nomen est non populi.

Vrbīnum, Italiæ oppidum: à quo Vrbinates. Plin. li. 3. ca. 14.

Vrcī, οὔρκοι Ptolemæo, Oppidum maritimũ in finibus Hispaniæ Tarraconensis, ubi à Bætica dirimitur. Autores Ptolem. lib. 2. cap. 5, & Plin. lib. 3. cap. 1.

Vrgi, ὄργοι, Populi Sarmatiæ Europęæ, Iazygibus finitimi, ad utranq; Istri ripam, magna ex parte ex pastionibus victitãtes, pauci agriculturæ dediti. Autor Strabo lib. 7.

Vrgo, Insula est in mari Tyrrheno, nõ procul à Capraria. Plinius lib. 3. cap. 6.

Vrī, ὄρις, Indiæ populi, Indi fluminis accolæ, Silenis proximi. Autor Plin. lib. 6. cap. 20.

Vría Plinio, ὄριον Ptolemæo, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, in conventu Gaditano: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1. ¶ Est itẽ Vria locus Acarnaniæ, semistadiũ distans à mari. Autor Strabo lib. 10. ¶ Est præterea ejusdem nominis oppidum in ora Apuliæ, & post flexum Gargani mõtis, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Strabo Vreum, Ptolemæus οὔριον appellat. ¶ Vriam aliam collocat Strabo lib. 7. medio ferè itinere inter Tarentum & Brundusium.

Vrium, οὔριον, Oppidũ est Hispaniæ Bæticæ, apud Ptolemæũ lib. 2. cap 4. Plinius in Gaditano conventu collocat, & Vriam per primam effert declinationem.

Vrolanium, ὀρολάνιον, Civitas in Orientali parte Britanniæ insulæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Vrpanus, οὔρπανος, Fluvius Daciæ (quæ hodie *Valachia*) supra Saum influens in Istrum. Autor Plin. lib 4. cap. 25.

Vrsentānī. Lucaniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Vrso, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in cõventu Astigitano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

V ante S.

Vsar, Fluvius est Mauritanię Cæsariensis, Nebadum regionem irrigans. Autor Plin. lib. 7. cap. 2.

Vstică pen. prod. Mons est in Sabinis, cujus meminit Horat. lib. 1, Car. Ode 17: Vtcũq; dulci Tyndari fistula Valles, & Vsticæ cubantis Lævia personuêre saxa. ¶ Est & insula ejusdem nominis, Siciliæ adjacens: cujus meminit Plin. lib. 3. cap 8.

V ante T.

Vthina, æ, οὔθινα, Vbs Africæ propriè dictæ, Romanorum colonia inter Bagradam fluvium & Tritonem sita, Vide Plin. lib. 5. cap. 4. & Ptol. lib. 4 cap 3.

Vtica, uticæ, pen. corr οὔτικη Ptolemæo: ἰτύκη Stephano, Vrbs insignis Aphricæ propriè dictæ, ad Bagradam fluvium xxx passuum millibus distans à Carthagine: qua exisa principem in Africa locum tenuit. In hac Cato Vticensis, victo Scipione, mortem sibi consciv.it.

Vtinum. Italiæ oppidum juxta Aquileiam, principũ Austriæ opere insigni admodum, & arce in mediæ urbis edito collicu lo conspicuũ: ut scribit Vadianus in lib. 2. Pomponii Melæ.

V ante V.

Vvitemberga, [Ger. Wittemberg.] Vrbs Germaniæ, Vulgò dicta Ptol. Calegia.

Vŭlcānŭs, [Ἥφαιστος. Ger Der Gott des Fewers.] Deus antiquis putatus est ignis præses. Vnde & Vulcanus dictus est, quasi canus per aẽrẽ volitans. Volat enim flamma & candida est. Varro de Lingua Latina lib. 4. ab ignis violentia & fulgore dictum putat tanquã fulganus. Hic & Mulciber appellatur, quòd ferũ mulceat. Filius fuit Iovis & Iunonis, qui à parentibus ob deformitatem (licet alii alias causas afferant) cœlo dejectus est in Lemnum insulam, ubi ab Eurymone Oceani filia, & Thetide nutritus est: vel ut alii volunt, à simiis. Ea autem ruina, qua decidit de cœlo, claudus factus est. Officinam habere fertur in Lemno unà cum Cyclopibus ministris: fingitur faber deorum: quia Iovi fulmina & diis arma adversus gigantes fabricavit: nec tamẽ admissus est ad mensam deorũ: quinetiam quum Minervæ nuptias expetisset, repulsam passus est. Vnde Virgilius Ecloga quarta: Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Aliam deinde sibi uxorem quærens, Venerem duxit: quam quũ postea unà cum Marte in adulterio deprehẽdisset, ambos invisibilibus catenis ita colligavit, ut neuter abire posset, donec ab omnibus dis & deabus visi & derisi essent: ut suprà de Marte annotatum est. Ab eo quicquid artificiosè fabricatum est, factum volunt, ut monile Hermiones, & Ariadnæ coronam, currum Solis, Achillis & Aeneæ arma, & hujusmodi. ¶ Vulcani (inquit Cicero libro 3 de Natura deorum) fuêre complures. Primus Cœlo natus, ex quo &

Minerva

Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui hi-ſtorici eſſe voluerunt. Secundus fu Nilo natus Opas, ut Aegy-pti appellant, quem cuſtodem eſſe Aegypti volunt. Tertius è tertio Iove & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuiſſe. Quartus Mænalio natus, qui tenuit inſulas prope Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. ¶ Ponitur non rarò pro ipſo igni, quemadmodum Ceres pro ipſis frugibus. Hinc eſt illud apud Plautum in Amphit. Vulcanũ in cornu portas: hoc eſt, ignem geſtas in laterna cornea. Virg. lib. 5. Aen. furit immiſ-ſis Vulcanus habenis, &c.

Vũlcānālĭă, orum, plural. numeri, neutri generis. Feſta Vulca-no dicata, ἡφαίστια. Colum. lib. 11. cap. 4. Cæterùm Auguſto circa Vulcanalia, tertia ſatio eſt.

Vulcaníæ, Inſulæ ſeptem Siciliæ adjacentes, quæ & Aeolicæ dictæ ſunt, quòd iliacis temporibus Aeolus in iis putétur re-gnaſſe, ἡφαιστιάδες. ¶ Vulcaniæ autem idcirco dictæ, quod rerum omnium natura ſulphuroſa ſit, ignem per intervalla, tanquam è fornacibus quibuſdam evomens. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & 9, & Strab. lib. 6. Cicer. tamen lib. 3 de Natur. deor. à Vulcano rege, Mænalii filio nomen accepiſſe tradit, qui iis inſulis poſt Aeolum creditur imperaſſe. Nomina earum ſunt Lipara, Strongyle, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, & Evo-nymos.

Vulsínĭī, ſive Volſinii Plinio, Volſinium Ptolemæo. [Volſi-nier. Germ. Ein Stadt in Toſcaner Landtſchafft/ ſo vom ſtral gar ſeer verbrennet ſeyn.] Hetruriæ oppidum mediterraneum, olim lo-cupletiſſimum, ſed poſtea fulmine totum concrematum, ut refert Plin. lib. 2. cap. 52. Hodie Bolſenam vocant. Huic oppido adjacet lacus, qui ab eo Vulſinienſis dicitur: cujus meminit Columel. lib. 8. cap. 16.

Vũlturnum, βόλτυρνον, Oppidum Campanorum eſt, à Vul-turno fluvio, qui ipſum præterfluit, dictum. Eſt autem Vultur-nus, fluvius ille qui per Capuam fluit, & circa Cumas in mare illabitur. Pomponius Mela lib. 2. Vulturnus amnis, Vulturnũ oppidum. ¶ Eſt & Vulturnum Hetruſcorum oppidum, teſte Livio lib. 4. ab Vrbe.

Vultŭrnŭs, Ventus qui ab Oriente hybernò ſpirat, ut ait Pli-nius lib. 2. cap. 47. εὖρος. Dictus à Vulturis volatu (ut quidam ajunt) quoniam altè reſonat. [Gall. Oeſt. Ital. Oeſtem. Germ. Einer auß den Oſtwinden / wäyet ſchier von des Winters Auffgang her. Fland. Zuid. Polon. Wiatrze wſchodu. Vngar. Nap tamu-dati zel. Ang. The north eaſt wind.] ¶ Hoc nomine etiam dictus eſt fluvius, ut in dictione præcedente diximus: cujus etiam meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

V ante X.

V-xămă, Oppidum Hiſpaniæ citerioris in tractu Arevacorũ: ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3. Ptolemæo Vaxama, βάξαμα, appel-latur lib. 2 cap. 6.

V-xĕllă, Inſulæ Britanniæ urbs, in tractu Demoniorum: ut ſcribit Ptol. lib. 2. cap. 3.

V ante Z.

Vzíta, ὕζιτα, Vrbs Africæ propriè dictæ, ſub Adrumento ſita, juxta quam Cæſar vicit Scipionem. Vide Strabonem lib. 13, & Ptolemæum lib. 4. cap. 3.



Xanthē, hujus Xanthes, ξάνθη, Nympha ma-rina, Oceani & Tethyos filia, à rufo, ſive flavo colore dicta. Heſiodus in Theogonia: Πρῶτις τ' Ἰάνειρά τ', Ἀκαστή τε. Ξάνθη τε. ¶ Xanthe itē ap-pellata fuit Aſiæ regio, quæ poſtea dicta fuit Troas: ut autor eſt Steph. in dictione TROAS.

Xānthī, ξάνθοι, Thraciæ populi, apud Stephanum, & Strabo-nem libro 13.

Xānthīclēs, ξανθικλῆς, Vnus ex iis ducibus, qui reliquias ex-ercitus Cyri minoris, unà cum Xenophonte domum reducẽ-das ſuſceperant. Hic poſtea, quòd minas viginti ex publica pecunia ſuppreſſiſſet, damnatus eſt repetundarum. Autor Xe-nophon ἀνάβασεως lib. 5.

Xānthĭcŭs, ξανθικός, Aprilis menſis Hebræorum lingua ap-pellatus eſt.

Xānthĭī, ξάνθιοι, Liciæ populi, quorum urbem, Xanthum nomine, quum Harpagus Cyri præfectus obſideret, illi u-xores, liberoſque, cæteraque, quæ chariſſima habebant, in arcem coëgerunt, igneque ſubjecto cremaverunt: deinde adverſus hoſtes eruptione facta, ſtrenuè pugnantes, ad u-num omnes interiêre. Autor Herodotus libro 1. ¶ Xanthii præterea populi fuerunt Scythiæ, ex genere Daarum, ultra Mœotum incolentes, qui iidem & Parii dicuntur. Autor Stra-bo lib. 11.

Xanthĭŭs ξάνθιος, Bœotius quidam fuit, ſingulari corporis robore, qui exorta inter Athenienſes & Bœotios de Celænarum agro controverſia, Thymœtem Athenienſium regem

ad ſingulare prælium evocavit: cujus vicem excipiens Me-lanthus quidam Meſſenius, à Dionyſio (ut volunt) adjutus, illum ſuperavit. Ferunt enim Melantho viſum fuiſſe, quòd Xanthium quidam à tergo ſequeretur, nigra pelle caprina in-dutus. Quo nomine quum illum accuſaret, quòd altero co-mitatus in prælium deſcendiſſet, admiratus Xanthius, quid-nam accidiſſet, quisveis eſſet, qui à tergo ſequeretur, quum reſpicere conaretur, corpus hoſti averſum, nudumq; præbuit: qua occaſione uſus Melanthus, incautum gladio trajecit. Au-tor Suidas.

Xānthippē, [ξανθίππη. German. Das böſerig Weib Socratis.] Nomen uxoris Socratis philoſophi, ſupra modum moroſæ, & jurgioſæ: cujus tamen moroſitatem Socrates mira patientia toleravit: rogatusque ab Alcibiade, cur mu-lierem tàm moleſtam domo non exigeret? Quoniam (inquit) dum domi talem perpetior, inſuesco & exerceor ut cæteró-rum quoque foris petulantiam, injuriamque faciliùs feram. Hæc Gellius libro 1. capite 17. Vide plura in dictione SO-CRATES.

Xānthippŭs, ξανθίππος, Lacedæmonius quidam fuit rei militaris peritiſſimus: qui à Carthaginienſibus exercitus, exercituique præpoſitus, Attilium Regulum Conſulem in Africa bellum gerentem, inſidiis circumventum vivum cepit.

Xānthō, ξανθώ, Vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virgilius libro 3. Georgic. Drymoque, Xanthoque, Ligea-que, Philodoceque. Heſiodus in Theogonia Xanthen ap-pellat

Xānthŭs, ξάνθος, Fluvius Troadis, idem cum Scamandro: ita dictus, teſte Ariſtotele, de Hiſtoria animalium libro tertio, quòd ovium vellera rufo inficiat colore: ξανθὸν enim Græ-ci dicunt, quod nos rufum aut flavum. Virgilius libro primo Aeneidos: Ardentesque avertit equos in caſtra, priuſquam Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent. Idem libro quarto Aeneidos: Quale ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo. ¶ Xan-thus, antiquus rerum Lydarum ſcriptor: Lydúsne, an Sardia-nus fuerit, Strabo ſe dicit incertum habere: Suidas Lydum eum dicit è Sardibus civitate fuiſſe, ſcripſiſſeq; hiſtoriã Lydo-rum libris quatuor. ¶ Xanthus alter Poëta Melicus commemoratur ab Aeliano. ¶ Eſt item Xanthus Lyciæ fluvius duo-bus fontibus è Cadmo monte naſcens, & non procul à no-minis ſui urbe in Lycium mare ſe exonerans. Hoc præterea nomine fuit unus ex equis Hectoris, cujus meminit Homerus lib. 23. Iliad.

Xaurus, ξαῦρος, locus Macedoniæ, à Xauro quodam: incolæ Xaurii, Stephan.

X ante E.

Xĕnārchŭs, ξενάρχος, Comicus Poëta, cujus fabulas, com-memorat Athenæus libro 2, Dipnoſophiſtarum. ¶ Xenarchus alter è Seleucia Ciliciæ, Peripateticus, docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ: Arii philoſophi, deinde Cæſaris Au-guſti uſus amicitia, uſque in ſenectutem in honore habitus. Denique paulò ante mortem viſu orbatus diem obiit. Strabo libro 14.

Xenephyrís, ξενέφυρις, Vicus Libyæ, prope Alexandriã. Gent. Xenephyritis, Steph.

Xĕnī, Balneæ Romæ fuerunt, ab hoſpitalitate (ut videtur) ita dictæ: nam ξένος Græcis idem eſt quod hoſpitalis. Ha-rum meminit Cicero pro M. Cælio: Sed ut venenum (inquit) quum à Licinio traderetur, manifeſtò comprehendi poſſet, conſtitui locum juſſit balneas Xenias, ut eò mitteret ami-cos, qui delitеſcerent: deinde repentè, quum veniſſet Lici-nius, venenum traderet, proſilirent, hominemque compre-henderent.

Xĕnĭus, ξένιος, Iovis cognomentum apud Græcos, teſte Dio-nyſio, quem Latini, verbo ex verbo expreſſo, hoſpitalem vo-cant. De hoc intelligendum eſt illud Virgilii 1. Aeneid. Iuppi-ter, hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.

Xĕnocles, is, ξενοκλῆς, Orator clariſſimus, patria Adramyte-nus, qui Mithridatici belli tempore accuſatus: quòd in re-gem propenſior fuiſſet, cauſam non modò ſuam, ſed & to-tius Aſiæ magna cum laude in Senatu egit. Autor Strabo li-bro 13.

Xĕnocrătēs, penultima correpta. [German. Ein Philoſophus von Chalcedonia, ein jünger Platonis, welcher einen gemachen vnnd vn-fertigen verſtande geweſen iſt.] Nomen philoſophi Chalcedonii, auditoris Platonis, qui in Academia Speuſippo ſucceſſit, & viginti quinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò ut quum illum Plato Ariſtoteli compararet, alterum fræno, al-terum calcaribus indigere diceret. Hic philoſophorum ſeve-riſſimus fertur extitiſſe, & adverſus omnem voluptatum titil-lationem prorſus invictus. Cujus rei abundè magnum illud præbuit argumentum, quòd Phrynen formoſiſſimam ejus ætatis meretricem, à diſcipulis in lectulum ſuum ſubmiſſam &

sese ad concubitum modis omnibus solicitantem, intactam tamen dimiserit. Vnde & Phryneh ipsam postridie rogantibus iis qui illam submiserant, dixisse ferunt: Cum statua sese, non cum homine cubuisse. Gravitati verò ejus & fidei tantum tribuerunt Athenienses, ut quum injurati nullius testimonium admitterent, huic soli injurato crederent. Missus ad Philippum legatus, quum collegas humaniter accipi videret, muneribus otiari, convivijs adhiberi: sese autem qui legationis ejus princeps erat, vix in conspectum admitti, quòd Macedonum rebus semper esset adversatus: conversus ad sodios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quòd sese unum Philippus suæ in Athenienses ingratitudinis & perfidiæ testem vereretur. Alexandri quoque munera fortissimo animo contempsit: regibus, *inquiens*, non philosophis opus esse pecunia. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu fortè in sartaginem offendisset. Autores Laërtius & Suidas. ¶ Xenocrates alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit οἰκονόμικον: id est, domesticum auspicium, quum scilicet, aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

Xenodochus, Claudianus quidam, ad quem Alexander cõversus verba facit apud Plut. in Alexandro.

Xenodorus, statuarius, scientia fingendi, cælandique nulli veterum postponendus, cujus meminit Plinius libro trigesimo quarto, capite 7.

Xenodotus, ξενόδοτος, fuit historicus, patria Trœzenius.

Xĕnōn, ξένων, Pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

Xĕnŏphănēs, penultima correpta, ξενοφάνης, Philosophus Colophonius, Dexii, sive (ut Apollodorus mavult) Orthomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerum & Hesiodũ elegias scripsit & Iambos, irridens ea quæ de diis sunt commenti. Dei substantiam rotundam esse sensit, nihilq; cum hominibus habere commune, totum cernere, totumque audire, unum esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Autor Laërtius. Ejusdem meminit & Cicero quarta Academica: Xenophanes (*inquit*) paulò etiam antiquior, unum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. ¶ Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula, Poëta Iambicus, ut refert idem Laërtius.

Xĕnŏphĭlŭs, penult. corr. ξενόφιλος, Nomen Musici Chalcidẽsis, philosophi Pythagorici: de quo Valerius Maximus, Biennio minor quàm Gorgias, qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus fuit, sed fœlicitate non inferior: siquidem (ut ait Aristoxenus Musicus) omnis incommodi humani expers, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Eundem & Plinius inter rara fœlicitatis exempla commemorat, lib. 7. cap. 50: Pro miraculo (*inquit*) id solitarium reperitur exemplum. Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo.

Xĕnŏphōn, ξενοφῶν, Nomen philosophi, & ducis insignis Athenienſis, qui Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tanta verò eloquentia, ut musa Attica à nonnullis fuerit appellatus. Insinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militavit: eoque in acie cæso, exercitus reliquias ex ultimis Babyloniæ finibus per aspera, & difficillima itinera, incolumem in patriam reduxit. Scripsit Cyri majoris Pædian, non tàm historicæ seqviens veritati (ut inquit Cic. libro 2. de Orat.) quàm ut absolutum institueret ducem. Prætereà Cyri minoris expeditionem adversus Artaxerxem fratrem: De rebus Græcorum libros sex: Symposium Oeconomicum, à Cicerone, teste Columella, latinitate donatum: Ad hæc de re equestri, de venatione, Socratis Apologiam: aliaque nonnulla quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Tres alii præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorum primus Antiochenus fuit, qui Amatoria quædam scripsit, quæ Babylonica appellavit. Alter Ephesius, qui & ipse Amatoriarum narrationum libros decem scripsit, quæ Ephesiaca nominavit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrrha, & Adonide: quæ Cypriaca nominavit. Laërtius septem commemorat Xenophontes: quorum nomina & scripta vide apud ipsum.

Xērā, ξηρά, Vrbs prope Herculis columnas: ut ex Theopompi sententia refert Steph.

Xērŏlĭbўă, ξηρολιβύα, Libya sicca: hoc est, pars Libyę interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virgil. lib. 4. Aen. vocat regionem siti desertam.

Xerŏlĭphŭs, ξηρολίφος, Tumulus fuit Constantinopoli; cochleas sedecim, & Dianæ columnam structilem, & tripodes habens, in quibus Epigrammata solebant inscribi. Qua voce utitur Iustinianus C. de publicis judic. etiamsi Alciatus vocẽ adulterinam esse putaverit. Meminit hujus tumuli Suidas & Priscianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ, Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantii in Xerolipho, in vetustissimo tumulo inscripta.

Xērxēnă, ξηρξήνη, Minoris Armeniæ regio: ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyse Cambysene. Autores Stephanus & Strab. lib. 11.

Xērxēs, ξέρξης. German. Ein Sohn Darii, vnnd ein gewaltiger König in Persia so mit sibenzehen mal hundert tausent Mannen in eine Heer wider die Griechen außgezogen ist. } Persarũ rex fuit, filius Darii, & Cyri ex Atosa filia nepos, qui centum septuaginta hominum myriadibus: hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam quum ex editiore specula aspexisset, teneritet fertur lachrymasse, quòd post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superfuturus. Tantum autem habuit navium apparatum, ut totum Hellespontum operiret, & Asiam Europæ ponte conjungeret. Athon prætereà montem, teste Plinio, libro 4. capite 10, à continente abscidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, navale quoque certamen cum Themistocle tentavit: à quo similiter apud Salaminem superatus, quum anteà tota maria classe sterneret, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse re in Bœotia infœliciter gesta cum pauciſſimis in Persidem se recepit. Demum quum se otio, socordiæque, relicta militia tradidisset, præmium genus luxuriæ novum invenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus paucis pòst annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vide hæc latiùs apud Iustinum Trogi abbreviatorem. ¶ Xerxes alter, pictor Heracleota Venerem adeò pulchram pinxit, ut ex ea quęstum magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepido cavillo Venerem amicam Xerxes vocitabant, quòd ex ejus lenocinio quæstum faceret. Autor Aelianus de varia historia.

X ante I.

Xĭlĭă, ξιλία, Libyæ urbs, ut ex Alexãdro annotavit Stephanus: cujus incolæ dicuntur Xiliatæ.

Xīmēnē, pen. prod. ξιμένη, Ponti regio, salis fossilis habens fodinas: unde & Halys fluvius, qui ex ea oritur, nomen accepisse existimatur. Autor Strabo lib. 12.

Xĭphōnĭă, ξιφωνία, Siciliæ oppidum, non procul à Tauromenio in promontorio situm: ut ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

X ante O.

Xŏēs, ξόης, Stephano, Insula est in mediterraneis Aegypti, supra Sebenniticum & Pharniticum ostium, oppidum habens ejusdem nominis. Autores Stephanus & Strabo lib. 17. ¶ Hinc Xoites nomos: hoc est, ex Xoitica præfectura, apud Plinium lib. 5. cap. 9.

X ante V.

Xūchēs, ξύχης, Libyę oppidũ, ut ex Artemidori Epitome annotavit Stephanus: cujus incolæ appellantur Xuchitæ.

Xūthĭă, ξυθία, Siciliæ oppidum, ut ex Philisti sententia tradit Stephanus: Gentile Xuthiatẽs.

Xūthŭs, ξοῦθος, Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Tetrapolim Atticę: hoc est, Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Triocoritum colonos deduxit. Autor Strabo lib. 8.

X ante Y.

Xўlēnēpŏlĭs, ξυλινόπολις, Vrbs in Confinio Cariæ, & Indiæ, ab Alexandro condita: ut pòst Onesicritum refert Plin. lib. 6. cap. 23.

Xylĭna, ξυλίνη, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Cissæ fluviorum ostia situm. Autor Ptol. lib. 5. cap. 6.

Xylos, ξύλος, Vrbs Cariæ, Vnde Xyllus vel Xyleus, Steph.

Xynia, ξυνιὰ, Thessaliæ oppidum, apud Polybium lib. 9, à quo vicina palus Xynias appellatur, quã alio nomine Bebęidem vocant, Stephan.

Xypethe, ξυπέτη, ἡ ξυπετόνη, vicus in tribu Cecrotide. Tribulis Xypeteon, Stephan.

Xystis, ξύστις, urbs Cariæ, à qua Xystiani dicti sunt populi liberi Apamiã, ut scribit Plin. lib. 29. cap. 5.

Z

Zabida, ζάβιδα, Vicus in Arabiæ mediterraneis, ut ex Vranio annotavit Stephan.

Zabii, ζάβιοι, Populi Indici, qui cum Deriade contra Dionysium pugnavêre, Steph.

Zachalias, ζαχαλίας, Magus Babylonius, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithrydatem Ponti regem. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Zacanthæi, ζακυνθαῖοι, Zacynthiorum coloni, teste Polybio,

Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum Zacantham expugnavit Annibal, quum in Italiam properaret, ut ex Apollodori Chronicis annotavit Stephan.

Zăcynthŭs, [ζάκυνθος. German. Ein Insel im Jonischen Meer/ ligt Peloponneso an der seyten gegen Nidergang.] Insula Ionii maris parva Occidentali Peloponnesi lateri adjacens, urbemque habens ejusdem nominis, à Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperavit, dicta. Plin. lib. 4. cap. 12: Inter Cephalleniam & Achaiam cùm oppido magnifica, tùm fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyrie. De hac Virgil. lib. 1. Aen. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Zadrame, ζαδράμη, regia Cinædecolpitarum, qui felicis Arabiæ populi sunt, Steph.

Zæa, ζαία, Vrbs Bœotiæ antiquissima, Steph.

Zagrius, ζάγριος, Tauri montis pars, Mediam dirimens à Babylonia. Autor Strabo lib. 11. cap. 15.

Zăleūcŭs, ζάλευκος, Nomen fuit legislatoris Locrensium, qui quum in adulteros hanc pœnam statuisset, ut in adulterio deprehensi utroque orbarentur oculo: oblato filio, multisque testibus adulterii convicto, quum neque paternum animum posset exuere, neq; solus pœnæ, quam in alios statuerat, immunis esse vellet: sibi primùm unum oculum, quamvis plurimùm reclamante plebe, & filii crimen patris virtuti condonante, deinde & filio alterum jussit erui. Autor Valerius libro 6. capite 5.

Zama, ζάμα, Africæ urbs fuit, apud quam Africanus major Annibalem insigni clade affecit. Vide apud Liv. lib. 10, belli Punici secundo.

Zămōlxĭs, ζάμολξις, Vnicus Getarum deus, ad quem proficisci existimabant eos, qui è vita decederent. Nonnunquam etiam sorte ex vivis aliquot deligebant, quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitterent: quos post mandata, quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime jactatos, gladiis excipiebant: atq; ita interfectos, recta ad Zamolxin proficisci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ servum fuisse existimant, qui quòd Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis habitus est pro numine. Vide Herod. Histor. lib 4.

Zāncle, ζάγκλη, Siciliæ urbs in penitissimo Pelori sinu: postea à Messeniis instauratoribus μεσσήνη: hoc est, Messana appellata. Zancle autem priùs à situs obliquitate dicebatur, quòd falcis in modum curvata esset. Vide Strabonem lib. 6. ¶ Ipsa etiam Sicilia Zancle dici invenitur, à Saturni falce, quã poëtæ fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quòd in primis frugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italiam frugum usum inveniisse. Ovid. 15. Metam. Zancle quoq; juncta fuisse Italia legitur donec confinia pontus Abstulit, & media tellurem repulit unda.

Zāncleūs, a, um, ζαγκλαῖος: ut, Zancleæ arenæ, Ovid. 13. Metam. Charybdis Zancleæa, Idem 4. Fast.

Zāncles, ζάγκλης, Senex quidam Samothracenus, cui post annum vitæ quartum & centesimum dentes renatos fuisse tradit Plin. lib. 11. cap. 37.

Zapavortene, ζαπαυορτηνή, Asiæ regio, à Caspiis versus Ortũ sita: cujus descriptionem vide apud Plin. lib. 6. cap. 16.

Zareta, ζαρήτα, fons supra Chalcedonium mare parvos nutriens crocodilos, qui Zaretii vocantur, Steph.

Zarex, ζάρηξ, Laconiæ maritima & heros Athenensis, & Hippothoontis. ἥρως: unde etiam Tribum denominant. Stephanus.

Zariaspa, orum, ζαρίασπα, τά, Indiæ urbs, quam alio nomine *Bactra* appellant. Autores Plinius libro sexto, capite decimoquinto, & Strabo libro 17.

Z ante E.

Zēla, ζῆλα, Oppidum fuit Thraciæ in Cœnica regione, eo in loco sita, ubi postea extructa fuit Flaviopolis. Autor Plinius libro 4. cap. 11. ¶ Zela altera fuit in Cappadocia, non procul à Megalopoli, à qua vicinus ager Zeleticus appellatur. Plin. lib. 6. cap. 3, & Strabo lib. 12.

Zēlīa, sive Zelea, penultima producta, ζήλεια, Troadis oppidũ, ad radicem Idæ montis, spectans ad Hellespontum. Autores Plin. lib. 8. cap. 32. & Strabo lib. 12.

Zenicetus, ζωϊκητος, Insignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Asiæ monte, Lyciam, Pamphyliam & Pisidiam, assiduis excursionibus quum infestaret, multaq; loca munita in potestatem suam redegisset, tandẽ P. Servilii, qui postea Isauricus dictus est, arma in se cõcitavit: à quo quũ montem præter omnem expectationem captum videret, seipsum cum tota domo concremavit. Autor Strabo lib. 14.

Zēno. [ζήνων. German. Ein Philosophus auß Cypro, ein anheber der Stoischen Rott / welcher zu Athen in höchster ehr ist gehalten worden.] Philosophus, ex Citto Cypri civitate, Stoicorum sectæ conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipsum aurea co-

rona, & statua ærea. Hic adolescenti cuidam inepta multa loquenti: Ideò, *inquit*, duas habemus aures, os autem unum, ut scilicet multa audiamus, pauca verò loquamur. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine morbo. Nam (ut ferunt) quum abiret ex schola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu verò terram feriens, illud ait ex Niobe: Vemo, quid me vocas? Et continuò se strangulans interiit. Cicero in Oratore: Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam ajebat ejusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. ¶ Fuit & alius Zeno Eleates, quem Dialecticæ inventorem fuisse scribit Aristoteles. Hujus celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nam quum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehensus, traditusque est tortoribus torquendus. Quumq; laceraretur, ut conscios conjurationis nominaret, neminem illorum indicavit: sed amicos, intimosque tyranni participes conjurationis esse dixit. Deinde quũ quippiam se in aurem tyranni loqui velle significasset, eam mordicus direptam non antè dimisit, quàm rapta aure populatum caput reliquisset. Verùm quum jam vererentur ne toties repetitis tormentis resistere non posset, conversus ad cives, quæ quæstioni intererant: Admiror (*inquit*) vestram ignaviam, ô cives, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, tyranni jugum sustinetis: idque quum dixisset, concisam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo facto tanto civium animos libertatis desiderio incendit, ut concursu undique facto, Nearchum lapidaverint. ¶ Fuit & alius Zeno philosophus Epicureus, Ciceronis synchronos: id est, contemporaneus: quem idem Cic. lib. 1. de Finib. se eum cum Attico frequenter audivisse testatur, Epicuri sententias explicantem.

Zēnŏbĭa, ζηνοβία, Odenati uxor, quæ à Ptolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatissima, necnon & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ urbe regnavit. Hæc quũ Saporem Persarum regem superasset, tandem ab Aureliano Augusto victa, Romam in triumphum ducta fuit: ubi summo cum honore consenuit. Vide Volaterranum.

Zēnŏbĭus, ζηνόβιος, Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scripsit epitomen Didymi & Tarrhæi libris tribus: & Salustii historiam in Græcum sermonem convertit. Autor Suidas.

Zēnŏdōrŭs, penultima prod. ζηνόδωρος, Statuarius insignis fuit sub Nerone, qui Mercurium colossæum fecit apud Arvernos CCCC. pedum altitudine: deinde & Neronis colossum, qui postea dedicatus fuit numini Solis. Autor Plinius libro 34. cap. 8.

Zēnŏdŏtŭs, penult. corr. ζηνόδοτος, Ephesius versificator, & Grammaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit: à quo etiam Alexandrinæ bibliothecæ fuit præfectus: primus quoq; Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. ¶ Fuit & alter Zenodotus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platonis, Homeri, & Hesiodi opera commentarios conscripsit. Vide Suidam.

Zēnŏdŏtĭum, ζηνοδότιον, Vrbs Osroënę prope Nicephorium; ut ex secundo Parthicorum Arriani annotavit Steph.

Zĕphўrē, ζέφυρη, Insula est maris Mediterranei, juxta Cretam. Autor Plin. lib. 4. cap. 12, & Pompon. lib. 2. ¶ Zephyre item, sive Zephyra, olim dicta fuit Cariæ urbs, Mausoli sepulchro nobilitata, quæ deinde dicta est Halicarnassus. Autor Strabo libro 14.

Zĕphўrĭum, ζεφύριον, Promontorium est Locrorum, à quo Locri dicti sunt Epizephyrii, quòd supra Zephyrium siti essent. Strabo libro 6: Locri agri promontorium offertur quod Zephyrium appellatur: portum habens ab Occasu venientibus ventis commodum: qua ex causa & nomen assequitur.

Zĕphўrŭs, pen. cor. [ζέφυρος. Gall. *Ouest.* Ital. *Ponente.* Ger. Der Westwind. Fland. West. Hisp. *Oest.* Polon Wiatr zachodni. Vng. *Nap nyugati szel.* Ang. *The west wind.*] Ventus flans ab Occasu æquinoctiali adversus subsolanum: quem Latini Favonium appellant. Dictus Zephyrus quasi ζωηφόρος, vitam ferens: vel quia fert quæ sunt ad vitam. Eo sanè plantæ omnes germinant, & pullulant. Vide Gell. lib. 2. cap. 22.

Zĕphўrĭŭs, adjectivum: ut, Zephyria ova, ἔαρινωίμενα ὠά: hoc est, sterilia, quòd vento putentur generari. Plinius libr. 10. cap. 62: Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur.

Zerbis, ζέρβις, Mesopotamiæ fluvius in Tigrim cadens, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26.

Zerethra, Arcades vocant vadi foramina quædam, per quæ Erasinus fluvius è lacu Stymphalo erumpit in Argivam terram. Autor Strabo lib. 8.

Zerynthum,

Zerynthum ζερυνθον, Antrum eſt in Thracia, non procul à Zona urbe & Hebro fluvio, Hecates numini ſacrum, ut eſt autor Lycophron: unde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri ſacrum fuiſſe exiſtimat, eamq; inde Zerynthiam dictã. Vide Cælium Rhodig. lib. 8. cap. 23.

Zetes. ζήτης, Fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: & quoniam allati fuiſſe feruntur, ad pellendas Harpyias miſſi ſunt, teſte Servio.

Zethus ζήθος, Iovis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adjutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. lib. 2. de Orat. Miror cur philoſophiæ ſicut Zethus ille Pacuvianus, propè bellum indixeris. Horat. 1. Epiſt. 17: Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis atq; Zethi diſſiluit.

Zeugitana regio, ζευγιτανη, Eadem quæ & Africa propriè dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Zeugmã, Vrbs inſignis ad Euphratem fluvium, LXXXII. M. paſſuum à Samoſatis Comagenę civitate diſtans. Autor Plin. lib. 5. cap. 24. ¶ Eſt & Vrbs Daciæ, Ptolem. lib. 3. cap. 8. [Vulgò Cteſeburg]

Zeuxis, [ζεῦξις. German. Ein außbundiger Mater zu ſeiner zeit.] Clariſſimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhaſio deſcendit, uvaſq; tanto ſucceſſu pictas in ſcenam detulit, ut ad eas aves advolarent. Parrhaſius autem linteum attulit pictum, ita veritate repræſentata, ut Zeuxis alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam: intellectoque errore, concederet palmam ingenuo pudore: quoniam ipſe aves fefelliſſet: Parrhaſius autem ſe artificem. Fertur hinc pinxiſſe puerum uvas ferentem, ad quas quum advolaſſent aves, iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo, & dixit: Vvas meliùs pinxi quàm puerum. Nam ſi hunc conſummaſſem, aves timere debuerant. Pinxit & Helenæ ſimulachrum, quod deinde Romam tranſlatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plinio, libro 35. capite 10.

Zeuxo, ζεῦξώ, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Heſiodus in Theog. Ζεῦξώ τε, Κλυτίη τε, Ιδυῖά τε, Πασιθόη τε.

Z ante I.

Zicla, ζίκλα, Cappadocię oppidum, teſte Stephano, à Ziela Nicomedis filio conditum.

Zigere, ζιγέρη, Oppidum Scytharum Arotherum in ea parte Thraciæ, quæ Iſtri oſtiis incumbit. Autor Plinius libro 4. capite 11.

Zigarum, ea terra fertur, ex qua populi exierint, qui noſtra ætate cum liberis & uxoribus Europam pervagantur. [Germ. Das Zigeynerlandt]

Zilis, ζίλις, Oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, regum olim ditioni exemptum, & è Bætica jura petere juſſum. Autor Plinius lib. 5. cap. 1.

Zimiris, ζιμιρις, Regio Aethiopiæ arenoſa, in qua magnetes optimi inveniuntur, Plin. lib. 36. cap. 16.

Zingi. ζίγγοι, Mæotidis paludis accolę ſupra Cimmerium Boſphorum. Plin. lib. 6. cap. 7.

Zipœtium, ζιπόιτιον, Bithyniæ oppidum, à Zipœto rege ita appellatum. ¶ Gentile Zypœtius, ζιποίτιος. Steph.

Ziriinia, ζειρινία, Thraciæ oppidum, ut ex lib. 3. Philip. Theopompi annotavit Stephan. ¶ Gentile Ziriniates, ζειρινίτης.

Zizama, ζίζαμα, Oppidum Garamantum, unum ex iis, quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditionem ſunt redacta. Autor Plin. lib. 5. cap. 5.

Z ante M.

Zmilus, ζμίλος, Nobilis architecti nomen, qui unà cum Rholo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit, centum quadraginta columnis inſignem. Autor Plinius libro 36. cap. 13.

Z ante O.

Zoara, ζόαρα, Vrbs Perſidis, cujus incolæ dicuntur Zoaratæ, ζοαρᾶται ¶ Eſt item Zoara, Palæſtinæ locus, quò Lot tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. ¶ A' quo fit gentile Zoarenus. ζοαρηνός.

Zobidæ, ζωβίδαι, Populi Carmaniæ finitimi: ut annotavit Stephanus ex Quadrati Rerum Parthicarum lib. 2.

Zœtreum, ζοίτριον, vel ζόιτιον, Vrbs Arcadiæ, à Zetp quodam, Stephanus.

Zoelæ, per tres ſyllabas, penult prod. ζοῖλαι, Aſturiæ populi in Hiſpania citeriore, Perſicis, & Gyris finitimi. Autor Plin. lib. 3. cap. 3: Apud hos præſtantiſſimum lini genus naſcebatur, & ſplendidiſſimum, idq; natura torrentis, in quo poliebatur: ut teſtatur idem Plin. lib. 19. cap. 1.

Zoilus. [ζώιλος. German. Ein böſſertiger vnnd leichtfertiger Poet/ ſo etliche Bücher wider Homerum geſchriben hat.] Sophiſta fuit Amphipolites, Ptolemæi temporibus, hoc uno facinore nobilitatus, quòd Homerum poëtarum omnium principem libris adverſus eum ſcriptis auſus ſit reprehendere: unde & ὁμηρομάστιξ cognomen accepit. Quæ ſcripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo ſperans. Verùm quum nihil daretur, penuria coactus, ſubmiſit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari ſe ait, quum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia paſceret, Zoilum egere Homero multo doctiorem. De mortis ejus genere diverſi diverſa ſentiunt. Alii parricidii convictum juſſu regis cruci affixum volunt: alii quum in Græciam rediiſſet, de Scironiis ſaxis fuiſſe præcipitatum. ¶ Ab hujus autem moribus ſumptum eſt, ut homines livido, & ex alieni ingenii obtrectatione laudem aucupãtes, Zoili dicerentur. Ovid. lib. 1. de Remed. amoris: Ingenium magni livor detrectat Homeri, Quiſquis es ex illo Zoilenomen habes. Vide Adagia Eraſmi.

Zombis, ζομβις, Vrbs Mediæ, Steph.

Zona, ζώνη, Vrbs Ciconum, Stephan. Nicand. ſcribit Zonam eſſe locũ quendam montanũ & civitatem ejuſdem nominis.

Zopyrus, penultima correpta, ζώπυρος, Phyſiognomon quidam fuit: hoc eſt, ex eorum genere, qui ſe hominum mores, naturasque ex faciei lineamẽtis perſpicere profitentur. Huic quum aliquando oblatus eſſet Socrates, iſq; eum hominem ſtupidum, bardumq; eſſe reſpondiſſet, cæteris eam vocem riſu excipientibus: Nõ falleris (inquit Socrates) ô Zopyre: talis enim eram, niſi vitioſam naturam Philoſophiæ præceptis ſuperaſſem. ¶ Zopyrus præterea alius fuit, filius Megabyzi, unus ex iis, qui occiſo Pſeudoſmerdi, Perſarum regnum è Magorum manibus vindicarunt. Hic quum Darius Babylonem vigeſimum jam menſem fruſtrà obſideret, naſum ſibi, aures, & labia amputavit, & ita ad Babylonios transfugit, multa de Darii injuria conquerens, quem ſibi immerẽti ita faciem mutilaſſe ſimulabat. Receptus itaq; à Babyloniis, levibusque aliquot prœliis re ſatis fœliciter geſta, univerſæ urbis dux conſtitutus, urbem Dario tradidit. Quam tamẽ victoriam ſibi nimis magno conſtare ſæpè conqueſtus eſt, unum ſeſe Zopyrũ integrum malle aſſerens, quàm viginti cupere Babylones. Autor Herod. lib. 3.

Zoroandã. ζωροάνδα, Locus eſt circa Taurũ montẽ, ubi Tigris cuniculis abſorptus, turſus erumpit. Vide Plin. lib. 6. cap. 27.

Zoroaſtres, ζωροάστρης, Bactrianorum rex, Aſtrologiæ & Magiæ peritiſſimus, qui eadem, qua Ninus Aſſyriorum rex, ætate floruit, à quo poſt multa prœlia vario eventu commiſſa, tandẽ debellatus eſſe traditur, & occiſus. Hic omniũ mortaliũ unus, teſte Plin. lib. 7. cap. 16, eodẽ quo natus eſt die riſiſſe fertur: cerebrumq; ei adeò dicitur palpitaſſe, ut impoſitam repelleret manum, futurę præſagio ſcientię. Primus enim artes magicas creditur inveniſſe, ut autor eſt idem Plin. lib. 30. cap. 1.

Zoſter Atticæ promontorium eſt, non procul ab Anaphlyſto, quàm longiſſimè in mare excurrens, teſte Strabone lib. 9.

Z ante V.

Zuchis, ζῦχις, Oppidum eſt Africæ, non procul à Syrãbus: à quo fit gentile Zuchites, ζυχίτης, Stephan.

Z ante Y.

Zygantes, ζύγαντες, Populi ſunt Aphricę mediterraneę, ſimiis ferè victitantes, quorum magna copia apud ipſos gignitur. Plura de iis ſcribit Herodot. lib. 4. Horum civitas ζύγαντις, cõmemoratur à Stephano.

Zygi, Vide ZINGI.

Zygina, ζύγαινα, Inſula in mari rubro. Gentile, Zygenites. Poſſ. Zygenicus, Steph.

Zygopolis, ζυγόπολις, Ponti urbs in confinio Cappadociæ, non procul à Trapezunte. Autor Strab. lib. 12.

FINIS



802.232 Bibliotheca 4.500/I
P.P. Camaldulensium in Bielany
Y.VIII.2
Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej
01135